

Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

+ *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.

+ *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.

+ *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.

+ *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertati di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da `http://books.google.com`

Digitized by Google

5053

Digitized by Google

Digitized by Google

R. P. FRANCISCI

AMICI

CVRSVS

THEOLOGICVS SCHOLASTICVS ET MORALIS

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE DE LYON

Digitized by Google

Digitized by Google

2095



VERPIÆ, APVD GVILIELMVM LESTEENIVM, VIA VULGO HOOCHSTRAET DICTA, SVB PELLICANO AVREO. M.DC.L.

Digitized by Google

BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE LYON

Digitized by Google

Collegij Lugdunensis Societatis Iesu Cat. Inscript. 1653
SS. Trinit.

R. P. FRANCISCI

AMICI

CONSENTINI E SOCIETATE IESV
S. THEOL. DOCTORIS AC PROFESSORIS
IN COLLEGIIS, AQVILANO,
NEAPOLITANO, GRÆCENSI, VIENNENSI,
NVNC VNIVERSITATIS GRÆCENSIS CANCELLARII

CVRSVS THEOLOGICVS

iuxta methodum, quâ in ſcholis Societatis IESV vbique prælegitur annis quaternis, S. THOMÆ ordini reſpondentem, in octo tomos partitus; adduntur primùm tractatus

DE IVBILEO, SACRAMENTO ORDINIS,

& Tomus Nonus

EX BIBLIOTH. PUB. COLLEG. LUGDUN.

DE MATRIMONIO,

cæteri ab Auctore accuratè recogniti, multùm aucti, ac meliori modo digeſti; in omnibus ſummè elaboratum, ne antiquorum aut recentiorum doctrina

SIVE SCHOLASTICA, SIVE MORALIS

deſideretur ab vtriuſque vel Profeſſoribus vel Auditoribus, ſed vt omnium commodo tota breuiter, clarè, ſubtiliter, ſolidè pertractetur.

TOMVS PRIMVS

DE DEO VNO ET TRINO,

EDITIO TERTIA AVCTIOR.



ANTVERPIÆ,
Apud GVILIELMVM LESTEENIVM, via vulgo Hoochſtraet dicta, ſub Pellicano aureo, M. DC. L.

Cum Priuilegio Cæſareo & Regio.

Digitized by Google

Digitized by Google

EXCELLENTISSIMO

AC ILLVSTRISSIMO COMITI, AC DOMINO

D. IOANNI WEICKHARDO

Comiti ab Aurſperg, Libero Baroni in Schön: & Seiſenperg; ſupremo Hæreditario Mareſchallo & Camerario, in Carniolia & Marca Sclauonica, Sacræ Cæſareæ Maieſtatis Conſiliario intimo, nec non

SERENISSIMI

FERDINANDI FRANCISCI

ARCHIDVCIS AVSTRIÆ, ET HVNGARIÆ

AC BOHEMIÆ REGIS SVPREMO AVLÆ PRÆFECTO,

COmmiſi hoc de DEO Vno, & Trino opus, iam bis antea in lucem ſparſum, tertio, vt vides, prælo, Excell.me Comes, vt cui perfectiſſimus DEVS materia eſt, aliquod eſſet perfectius trinum, quamuis in toto meo molimine aliud non reperierim, quam tetnum illud & elingue Ieremiæ A. Nec mirum! Sol enim diuinæ Maieſtatis omnem creati Intellectus aciem retundit, nec quicquam ſufficit de Immenſo ſcribenti; vbi plurima cogitatione aſſecuti fuerimus, omnia cogitanda reſtant de Innumero; quidquid de Ineffabili dicemus, hoc ipſo minus eſt quod dici potuerit. Initio carent & fine attributa DEI, non niſi ab eo definiuntur, qui initium eſt & finis vniuerſorum, & quia ſimpliciſſima eſt natura illius, vno dumtaxat Verbo enarrari poteſt; omnis reliqua Eloquentia inexhauſto diuinitatis mari tanquam mutus piſcis interrat. Vrgetur tamen neſcio quâ inſitâ vi ad contemplandum Authorem ſuum creata mens, ſiue quia prototypon reſpicere debet, ſi vera imago eſt, ſiue ne iniqua generis ſui æſtimatrix ſit, ſi aliud æſtimet, quàm à quo ſatiari poteſt. Fecêre iſta, quod operi huic, vt conſonantius eſſet, magna priùs magnorum Cæſarum nomina præfecerim: ſecundum quos, cur tibi tertiam hanc elucubrationem potiſſimùm inſcribam, facit inter reliqua munus tuum, quo apud omnes magnam tibi texis gratiarum telam FERDINANDVM Archiducem, Cæſarum primogenitum, orbis ingentem ſpem, in veſtigijs Auguſtiſſimorum Aui & Parentis PRO DEO ET POPVLO, præclarè dum adoleſcit, omnibus pretioſum & ſalutarem exhibes. Hinc in poliendo & locupletando hoc opere idem feciſſe videbor, quod Tu in ſapienter inſtituendo Principe Tvo. Debebatur etiam ex Danielis oraculo Antiquus dierum vetuſtiſſimæ tuæ proſapiæ: vtpotè ad Iulij vſque Cæſaris tempora ſe extendenti: id namque ex peruetuſta arce Aurupono accurati conijciunt Chronographi. Hoc certum, Auerſpergenſem Sanguinem, per ſexdecim Auos numquam interrupta à ſex-

Ieremiæ 1.

Chronicis Carinthiacis.

Ex ſerie Genealogiæ Dominorum de Auerſperg.

centis

centis annis genealogia, raro nobilitatis exemplo, singulari tua prærogatiua, in Te descendisse, in cuius rei testimonium accepimus, literis cuiusdam Patriarchæ Aquileiensis ab anno Domini 1005. Auerspergeros Dominos nominari, peculiari virtutis vestræ commendatione: ne scilicet desit vetusto stemmati radix, qua nixum bene à fumosis maiorum imaginibus illustratur, & sat gnara est laudis fama legere præ vetustate corruptas literas, quas virtus antiquis Ceris inseruit. Sic postquam de dierum antiquitate ipse etiam DEVS gloriatur, abesse debent emasculæ illæ, nescio cuius, Lyci voces: qui genus iactat suum, aliena laudat. Quamquam DEVS annosam stirpem, genus & Auos vnâ suiipsius Antiquitate consecret, DEIque Filius à sola Patris nobilitate illustris: sed mirum non est solos illos sine Patre & Auo vetustos esse posse: qui aut ne Patrem habeant sine Principio Principium sunt, aut ne Auo quicquam debeant, vnam habent eandemque cum Patre naturam. Ineffabilis est hæc generatio: quia & antiquissima & in vno Patre ac Filio sistens ita per totam æternitatem in generando occupatis, vt & Pater alibi se agnoscere non possit, quàm in Filio, tanquam genuina sua imagine, & Filius totum Patrem exhauriendo nulli Fratri locum relinquat. Qui verò sine Auis vetusti esse non possunt, eò propius ad diuinam hanc accedunt Antiquitatem, quò plures per Auos vnius pensant Patris perfectionem. Horum in numero Tui tibi generis vetustas locum posuit sublimem adeò & excellentem, vt plures aliquos post Te videas longo Sanguine nobiles: & me ancipitem esse non sinas, cuius potissimum antiquitati deferam has meas dissertationes, de antiquo dierum. Sed ne alicui incredibilia videantur ea, quibus generis Tui senium testaris, in perenni id ære inscriptum geris, sat fidele vehiculum annoso stemmati suppeditat Mars: nec vnquam in hostili iugulo ita atteritur victor chalybs, vt impressam Domini virtutem non retineat cum nomine. Qui in armis probat robur suum, maximè contra ignauam posterorum obliuionem pugnat. habet, quâ plurimorum immaturum interitum redimat, nominis immortalitatem, clypeus. Hanc à mille septingentis propè annis, id est, à primis Romani Imperij sub Caio Iulio,[a] & Octauiano Augusto incunabulis, quo tempore iam inter Illyricos populos Auerspergi nominis fortitudo percrebuit, incorruptam ad nos peruenire potuisse (inter tantas mortalis ævi angustias) penè in prodigijs locum posueris. [b] Pugnauit nimirum fortiter pro gloria antiquissimus Gentilitiorum Tuorum Leo, Ruber hostili sanguine, Senio Candidus: vt Austriacam benevolentiam efficacius traheret in Tuum, ipsis nimirum concolor Austriacis. Hinc ei supremi Camerarij & Marischalli munus iure hæreditario per Carniolam & Sclauiæ Marchiam bene adhæsit:[c] nec non præter alia propensi animi indicia Maximilianus Secundus Imperator Augustus literis ad Christophorum Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem, & Episcopum Brixiensem datis, Dominum (sic enim Cæsar) Herwardum ab Aursperg, perspicuè & exquisitè à rebus pro Christiano nomine præclarè contra Turcam ad confinia gestis commendat, vt Cæsareæ voluntati tum se Cardinalis optimè respondisse sciat, vbi summo loco habuerit hanc Virtutem bellicam. Sed efficacissimum,[d] quod me glorioso Tuo nomini præfigere facit DEVM EXERCITVVM, est Andreæ ab Aursperg Gubernatoris Carolostadiensis diuinum facinus, collaudatum à summis Pontificibus & Cæsaribus: qui dum paruâ suorum manu (supra quadringentos non habuit) viginti duo Turcarum milia Anno 1593. ad Sisseggum feliciter fudit ac prostrauit, pugnandi ritum tenuit solemnem, nonnisi Exercituum DEO formidabili semper viso hostibus suis, quòd in paucis vincat.[e] Miratur Sanè id Clemens Octauus Pont. Max. literis eodem anno 10. Iulij ad eundem Finium Croatiæ & Maris Adriatici Generalem (quemadmodum eum indigitat Pontifex) vbi & victoriæ huius primas, summasque ei tribuit, & ex vna hac Fortitudine inuictum Germanici pectoris robur, tanquam efficacissimo conijcit & censet ab exemplo. Est sanè cur de glorioso hoc Heroë præsertim glorietur Illustrissima Tua prosapia; siquidem illa felicissima, tot Cæsarum, Regum Reginarumque Mater ac Auia MARIA ANNA Serenissimi Archiducis CAROLI lectissima coniux (quemadmodum ex Epistolio propriâ manu exarato discimus)[f] in inuictissimi Ducis Andreæ ab Aursperg Fortitudine & Fidelitate post DEVM Optim. Max. summam suam proliumque suarum, in quibus maxima postmodum Austriacæ Maiestatis seges efloruit, salutem collocauit. Tamen ingentia hęc exigua fuissent Maiori Tibi, & quamuis domestica admodum, aliena censuisses, nisi proprio impendio solerter augures acceptam à maioribus Virtutis hæreditatem. Minor Excellentiæ Tuæ ætas inter mansuetas Musas adoleuit, non in vna Academia, vt plures haberent, quod suspicerent, & laudarent; post præclarè decursum Aristotelicum stadium, quia Reip. natus es, Ingolstadium & Salisburgum ad iura Te contuliſti, incertum, an maiores honores à Iustiniano acciperes, quàm ei impenderes: Sensit illico

pro-

Litera vetustissima etiamnum extans.

a *Chronica Carinthia.*

b *Antiquissima Insignia Dominorum ab Auersperg literis Patriarchæ supra.*

c *Litera manu propria scripta Imp. Vienna 24. Ianuar.* Danmit hette Kuward von iurer fonig dommassen an dan Grantzen/ dasselbig bestendig bleiben/ & infra. *Est persona bene merita, in quantum ipsum semper agnouit. Huius Dñi Herwardi ab Auersperg vitæ singulari libello prosecutus est D. Georgius Kh:st. & impressit eum Labaci Anno Domini 1575.*

d *Victoria omnium linguis & literis decantata.*

e *Litera Datæ Romæ 10. Iulij anno Dñi 1593.*

f *Litera sub manu propria 7. Septembr. Dñi 15. 93. Verba formalia sint* Dan nasbolt sab insall in rin hoffnung zu ruif. *Quæ sequuntur habentur ex literis P. Thomæ Dadler 17. Febr. 1646. ad R. P. Bernardum Geyr.*

Digitized by Google

profectum Tuum Græcense Regimen : vbi inter consultos & maturos Viros teneriorem ætatem, ad grauiorum annorum similitudinem euexisti, eâ prudentiâ & Consilio, quo habitantem in Consilio Sapientiam, id est, DEVM VNVM & TRINVM à me deposcis: Hinc etiam ad Consilium Imperiale Viennam euocatus, cùm inter Illustres haberere consultissimus, maximarum diribitor factus es causarum : futurus deinceps non domesticæ solùm inter priuatos Pacis author, sed publicæ etiam inter Coronas & Respub. assertor. Cùm Sapientiam & experientiam comites haberes, vnus optimus visus es Ratisbonæ, qui pacificus à Cæsare caduceator in Danos primùm & Hollandos, postea ad Hanseatum difficillima Pacis (vt vocant) præliminaria mittereris. Quæ & felicissimè confecisti, & ipsis adeò Tractatibus initium dedisti operosum: sed mirificè approbante eo, cuius Sententiam probant omnes, Cæsare Sapientissimo. Cuius rarum pulcherrimumque hoc epiphonema de Te: Auerspergerus certè rem ibi nostram mirificè sustentat. Tam absoluto encomio ne ipsa quidem Suada aliquid addat. Addidit tamen FERDINANDVS III. singularem hanc Virtuti & existimationi Tuæ coronidem: quando inter Senatores eos Te accensuit, cum quibus secretiora sua Consilia & sensa communicat. Verùm summa hæc, via fuerunt ad eam, quâ nunc fulget Authoritatem Excellentia Tua: inter binos & decem genere, vsu, Sapientiâ, & indole perspicuos Magnates, omnium propè calculo & voto quæsitus es vnus, in cuius manum Cæsareus Sanguis crederetur : & repertus voce DEI, quia omnium. Facile erat disparibus ingenijs in te vnum conuenire, quando quod per plures dispersum erat, reperiebatur collectum in vno; cùm omnium confessione DEVS & natura id in Te reposuerit, quod in illo desideraret Cæsar, quem Primogenito suo vellet supremum Præfectum. Cuius quidem cùm anno superiore Bohemicam, hoc verò Hungaricam Coronam dignissimo vertici, ad eximium rei Christianæ commodum, communis horum regnorum consensus imposuerit; præclara Tua decora ampliore quoque luce cumulauit: in quo vniuersus Orbis cognosceret, eum à Te Principem educatum esse, cui non ætas, sed Austriacæ virtutis auitus splendor, arduum ad Coronas iter aperuerit: Secutus igitur Cæsareum suffragium, hunc meum de DEO VNO & TRINO partum Cæsaribus quondam deuotum, alteri consecrare non volui, quàm cui Sanguinem, genusque suum ipsi adeò concredunt Cæsares.

Excellentiæ Tuæ

seruus addictissimus

FRANCISCVS AMICVS.

IN-

Digitized by Google

INDEX

DISPVTATIONVM ET SECTIONVM HVIVS TOMI PRIMI.

DISPVT. PR. De Theologia eiusque obiecto.

Sectio I. AN Theologia nostra sit vera, & propria scientia?

II. *Quis habitus sit Theologiæ nostræ?*

III. *An ad assensum Theologicum concurrant principia reuelata cognita fide humana, an diuina, an cognitione naturali?*

IV. *An habitus Theologicus supernaturalis quoad substantiam?*

V. *An Theologia sit vna scientia?*

VI. *An Theologia sit practica, an speculatiua, an vtraque simul?*

VII. *An Theologia nostra subalternetur Theologiæ Dei, & beatorum?*

VIII. *An Theologia nostra perseueret in beatis?*

IX. *Quodnam sit subiectum nostræ Theologiæ?*

DISPVTATIO. 2. De existentia Dei. An Deum esse sit demonstrabile?

DISPVT. 3. De essentia Dei eiusque attributis.

Sectio I. *Quid Deus sit?*

II. *An natura diuina à parte rei formaliter includat omnes perfectiones attributales?*

III. *An attributa constituant essentiam Dei?*

IV. *Quodnam sit formale constitutiuum Deitatis?*

V. *An attributa ratione inter se, & ab essentia distinguantur?*

VI. *An distingui possint attributa in Deo sine respectu ad creaturas?*

VII. *An attributa diuina, vt à nobis concepta, essentiam, & seipsa mutuo includant?*

VIII. *An attributa diuina secundùm rationes explicitas, quas præcisè important, sint inæqualia inter se?*

IX. *Quot, quæ, & quo ordine sint Deo attributa concedenda?*

DISPVT. 4. De vnitate Dei. An euidens sit Deum esse vnum?

DISPVT. 5. De simplicitate Dei.

Sectio I. *An in Deo sit, vel esse possit aliqua compositio?*

II. *An Deus venire possit in compositionem cum creatura?*

DISPVT. 6. De immutabilitate Dei. An Deus sit immutabilis?

DISPVT. 7. De æternitate Dei.

Sectio I. *Quid sit æternitas?*

II. *Per quid formaliter constituatur æternitas?*

III. *An æternitas sit propria Dei?*

IV. *An, & quo pacto æternitas differat ab æuo?*

V. *An præter æuum & tempus continuum concedenda sint aliæ durationes creatæ?*

DISPVT. 8. De Immensitate Dei.

Sectio I. *An Deus sit immensus?*

II. *An præsentia Dei in rebus euidenter colligatur ex operatione ipsius in res omnes?*

III. *An Deus existat non tantùm in hoc mundo, sed etiam extra illum in infinito spatio imaginario?*

IV. *Quot, & quibus modis Deus existat in rebus?*

DISPVT. 9 De veritate seu cognoscibilitate Dei.

Sectio I. *An aliquis intellectus creatus Deum in seipso videre possit?*

II. *An possibilitas visionis beatæ ratione naturali demonstrari possit?*

III. *An Deus cognoscibilis sit à Beatis per speciem expressam clarè ipsum repræsentantem sicuti est?*

IV. *An sit possibilis species impressa diuinæ essentiæ?*

V. *An Deus sit cognoscibilis potentiâ aliquâ corporeâ?*

VI. *An possibilis sit creatura, cui connaturalis sit visio intuitiua Dei, aut quæuis alia forma supernaturalis?*

VII. *An possibilis sit substantia, cui saltem vt instrumento naturali debita sit visio Dei, aut quæuis alia forma supernaturalis?*

VIII. *An necessarium sit aliquod lumen, vt intellectus creatus Deum videre possit?*

IX. *Ad quid lumen gloriæ deseruiat Beatis?*

X. *Quo pacto intellectus Beati ad visionẽ Dei concurrat?*

XI. *An lumen gloriæ sit causa principalis visionis beatæ?*

XII. *An de potentia absoluta possit intellectus creatus videre Deum sine lumine inhærente?*

XIII. *An lumen gloriæ in ratione doni accidentalis sit omnium maximum?*

XIV. *An Beati inæqualiter videant Deum?*

XV. *An hæc gloriæ diuersitas in Beatis sit tantùm individualis, an etiam specifica?*

XVI. *An ex perfectiore intellectu oriatur perfectior visio Dei?*

XVII. *An Beati videant omnia quæ formaliter sunt in Deo?*

XVIII. *An de potentia absoluta videri possit essentia diuina sine attributis, vel vna persona sine alijs?*

XIX. *An, & quo pacto Beati videant libera consilia & decreta in Deo?*

XX. *An Beati ex vi visionis Dei videant aliquas creaturas in Verbo?*

XXI. *Quo pacto creaturæ videantur in Verbo?*

XXII. *An omnes creaturæ in Deo videri possint?*

XXIII. *Quas creaturas ex vi visionis Dei de facto videant Beati in Verbo?*

XXIV. *Vnde oriatur, vt ha potiùs creaturæ, quàm aliæ in Deo videantur?*

XXV. *An quodlibet lumen gloriæ inclinet intellectum Beati ad quascunque creaturas in Deo cognoscendas?*

XXVI. *An Deus ab homine in hac vita videri possit sicuti est?*

DISPVT. 10. De incomprehensibilitate Dei.

Sectio I. *In quo sita sit formalis ratio comprehensionis?*

II. *An possit Deus comprehendi ab intellectu creato?*

DISPVT. 11. An Deus sit nominabilis nomine significante ipsum sicuti est?

DISPVT. 12. De scientia Dei.

Sectio I. *An, & quomodo Deus seipsum cognoscat?*

II. *Quo pacto Deus cognoscat creaturas possibiles?*

III. *An Deus præscat futura contingentia?*

IV. *An Deus futura contingentia præscat ex reali eorum præsentia in æternitate?*

V. *An Deus futura certò cognoscat in eorum futuritione?*

VI. *An Deus futura libera certò cognoscat in suis causis proximis?*

VII. *An Deus futura contingentia certò cognoscat in sua essentia, vel ideis?*

VIII. *An Deus futura libera præscat in decreto suæ voluntatis?*

IX. *An Deus futura libera cognoscat in seipsis?*

X. *An cum infallibili scientia futurorum stet creati arbitrij libertas?*

XI. *An Deus certò cognoscat futura conditionata libera?*

XI *An futura conditionata Deus cognoscat ante vllum decretum suæ voluntatis?*

XIII. *An*

Digitized by Google

XIII. *An Deus ante suum decretum certò cognoscat futura conditionalia disparata?*
XIV. *An Deus scientiâ conditionatâ cognoscat sua decreta conditionalia?*
XV. *An Deus sua decreta absoluta prius ratione cognoscat vt ponenda, quàm vt actu posita?*
XVI. *An, & quomodo Deus cognoscat negationes & priuationes?*
XVII. *An, quomodo, & quæ scientia Dei sit causa rerum?*
XVIII. *An scientia Dei sit variabilis.*
XIX. *An scientia diuina repræsentet infinita categorematicè?*
DISPVT. 13. An, & quid sint ideæ in mente diuina?
DISPVT. 14. De voluntate Dei.
Sectio I. *An, & qualis in Deo voluntas?*
II. *An Deus necessariò diligat creaturas possibiles, dilectione simplicis cõplacentiæ?*
III. *Quid sit libera volitio in Deo, & quid superaddat actui necessario?*
IV. *Quotuplex sit voluntas Dei, & an omnis voluntas Dei adimpleatur?*
V. *An Deus antecedenter ad nostram libertatem, prædefinire possit nostros actus in individuo, absque lesione nostræ libertatis?*
VI. *An in Deo sit amor specialis erga seipsum.*
DISPVT. 15. De diuina prædestinatione.
Sectio I. *Quid sit prædestinatio?*
II. *An æternæ prædestinationis aliqua causa præcesserit ex parte prædestinatorum?*
III. *An Christi merita sint causa nostræ prædestinationis?*
IV. *An electio ad gloriam decreta dependenter ab operibus gratiæ in genere causæ meritoriæ?*
V. *Quinam sint effectus diuinæ prædestinationis?*
DISPVT. 16. De diuina reprobatione.
Sectio I. *An in Deo sit voluntas saluandi omnes?*
II. *Quid sit reprobatio, & an detur causa ex parte reprobi?*
III. *Quinam sint effectus reprobationis?*
DISPVT. 17. De potentia Dei.
Sectio I. *An in Deo sit potentia distincta ab essentia, & reliquis attributis?*
II. *An, & qua ratione potentia Dei sit infinita?*

ERRATA TOMI I.

Disp.	num.	versu.	lege
1.	24.	8.	nam vt sit
	75.	3.	ineuidens
	97.	2.	speculandi regulatur
3.	51	6.	esto, distinguantur inter se
	137.	8.	non tamen
6.	16.	6.	subdistinguo
	113.	4.	virtute cognosci
	485.	penult.	repugnat cognosci omnia, & non cognosci adæquatè Deum, vt causatiuum eorum.
14.	150.	13.	non potest in causa proxima
15.	123.	penult.	secernuntur à non prædestinatis.
	168.	3.	Quod non sit donum
	170.	4.	peccatum, non esset amplius in potestate creaturæ vitare peccatum
19.	161.	1.	Concedo, absolutum non esse de essentia relatiui creati; nego, non esse de essentia relatiui increati
23.	74.	11.	magis illimitata
	86	antepenult.	Si non est realis influxus
25.	32.	17.	imperfectæ & finitæ

DE DEO VT TRINO.

DISPVT. 18. De diuinis processionibus.
Sectio I. *An sit aliqua realis processio in diuinis?*
II. *An duplex sit tantùm processio passiua in diuinis?*
III. *An præter processiones passiuas ponendæ sint actiuæ, tum à passiuis, tum inter se distinctæ?*
IV. *An processiones diuinæ sint operationes intellectus & voluntatis?*
V. *Quales sint operationes intellectus & voluntatis, quibus diuinæ personæ producunt?*
VI. *Sub qua ratione actus intelligendi & volendi requirantur ad processiones diuinas?*
VII. *An sola processio Verbi in diuinis sit generatio?*
DISPVT. 19. De relationibus diuinis.
Sectio I. *An, & quot sint relationes reales in Deo?*
II. *An spiratio actiua distinguatur à paternitate & filiatione?*
III. *Quodnam sit munus spirationis actiuæ?*
VI. *An relationes diuinæ distinguantur ex natura rei ab essentia?*
V. *An relationes sint de essentia Deitatis.*
VI. *An relationes includant essentialiter naturam Diuinam?*
VII. *An relationes Diuinæ existant existentia relatiua, ratione distincta ab existentia absoluta naturæ?*
VIII. *An relationes diuinæ superaddant essentiæ perfectionem ratione diuersam?*
IX. *An relationes Diuinæ differant specie, aut numero inter se?*
DISPVT. 20. De formali constituiuo Diuinarum personarum.
Sectio I. *An concedendæ sint in Deo proprietates personales quibus personæ constituantur & distinguantur?*
II. *An proprietates personas constituentes sint relatiuæ?*
III. *Sub qua ratione diuinæ relationes constituant personas?*
DISPVT. 21. An personæ Diuinæ præter proprias substantias relatiuas, habeant aliam subsistentiam absolutam communem naturæ propriam?
DISP. 22. De prioritate & posterioritate Diuinarum personarum, reliquorumque Diuinorum attributorum.
Sectio I. *An, & qua prioritas & posterioritas admittenda sit in Diuinis personis, diuinisque attributis?*
II. *An ea, quæ in Diuinis sunt priora in vno genere, possint esse posteriora in alio?*
III. *Quo pacto ordinandæ sint signa prioritatis, & posterioritatis in actibus intellectus, & voluntatis diuinæ?*
DISPVT. 23. De potentia productiua Diuinarum personarum.
Sectio I. *An in Diuinis personis sit potentia productiua notionalis realis?*
II. *An potentia productiua notionalis formaliter importet essentiam, an relationem, an vtramque simul?*
DISPVT. 24. De Diuinis Notionibus.
Sectio I. *An admittendæ sint aliquæ notiones in personis Diuinis?*
II. *Quot notiones admittendæ sint in Diuinis personis?*
DISPVT. 25. De persona Patris.
Sectio I. *An Pater sit principium totius Deitatis, & Author, vel causa Filij & Spiritus Sancti?*
II. *An ingenitum tribui possit Patri, sitque ipsius tantùm proprium?*
III. *Quid ingenitum prout est proprium Patris de formali importet?*
DISPVT. 26. De persona Filij.
Sectio I. *An Filius sit propriè Verbum, eique tantùm proprium?*
II. *An Verbum diuinum importet respectum ad creaturas ratione proprietatis personalis, an ratione notionis absolutæ, quam essentialiter includit?*
III. *An Verbum procedat ex notitia omnium, quæ formaliter sunt in Deo?*
IV. *An Verbum per se procedat ex cognitione creaturarum possibilium?*
V. *An Verbum per se procedat ex cognitione futurorum?*
VI. *An in Deo sit vera & propria imago, eaque solius Filij propria?*
VII. *An imago conueniat Filio ratione proprietatis personalis, an ratione essentiæ communis?*
VIII. *An Verbum sit imago solius Patris?*
DISPVT. 27. De persona Spiritus Sancti.
Sectio I. *An Spiritus S. sit nomẽ proprium tertiæ personæ?*
II. *An*

Digitized by Google

II. *An Spiritus S. à Patre Filioque procedat?*
III. *An Spiritus S. distingueretur à Filio si ab illo non procederet?*
IV. *An Spiritus S. æqualiter procedat à Patre & Filio?*
V. *An Pater & Filius sint vnum principiũ spiratiuum?*
VI. *An Spiritus Sanctus vi sua personalis proprietatis per se, & intrinsecè petat procedere ex duobus distinctis suppositis?*
VII. *An Spiritus S. sit formaliter donum, eique soli proprium?*
DISPVT. 28. De Missione Diuinarum personarum.
Sectio I. *An diuinis personis competat vera & propria missio?*
II. *Quid sit missio personæ diuinæ?*
III. *Quotuplex sit missio, & an in qualibet missione semper mittatur aliqua persona diuina?*
DISPVT. 29. Quæ regulæ seruandæ sint in modo loquendi in mysterio Trinitatis.

APPROBATIO.

THeologicus Cursus R. P. FRANCISCI AMICI, è Societate IESV, ab Auctore ipso recognitus, multumque auctus, ac imprimis tractatu de Iubileo, de Ordinibus sacris, de Sacramento Matrimonij, & alijs Moralibus materijs, Doctorum testimonio meritò commendatur; à felicitate, quâ studet antiquiorem Scholasticorum doctrinam restituere, ita vt recentiorem non negligat, & illam firmioribus Philosophiæ principijs fulcire, pari iudicio per rationes, & Iuris vtriusque placita sanctiora intelligentiam Lectoris acuens, ad soluendos certiùs vtriusque fori morales casus: commendatur, inquam, à methodo rara, quâ sententias antiquorum dilucidè explanat, & perpendit fideliter; à breuitate, quâ materias omnes enodat; ab eruditione, quâ sacras litteras veritati concordes exponit; à subtilitate, non quâ communem Sapientum sensum impugnet, sed quâ veritatem propugnat; à claritate, quâ magnas passim explicat difficultates, recens exortis lucem afferendo opportunam: Itaque cum Ecclesiam Dei & Scholas ædificet solidiore, ac faciliore, de diuinis maximè mysterijs doctrinâ, in ea adstruenda firmandaque constans, in alienis verò destruendis modestus ac pareus, commendationem pariter meam à quopiam desiderari non sum passus, nec pro typis suffragium. Antuerpiæ 28. Iulij 1649.

THEODORVS VOOCHTS. *T. L. Cano. Panit. Librorum Censor Antuerpiensis.*

COPIA PRIVILEGII CÆSAREI.

EX gratiâ Priuilegij à Sacrâ Cæsareâ Maiestate Societate IESV concessi, ne quis libros à quoquam ex eadem Societate editos vel edendos, intra Romani Imperij, aut regnorum & dominiorum Sacræ Cæsareæ Maiestatis hæreditariorum fines, siue in totum, siue ex parte, excudere, vel recudere, vel alibi excusos inuehere, aut distrahere clam vel palam, citra eiusdem Societatis consensum audeat vel præsumat, Ego infrascriptus Societatis IESV per Flandrobelgicam prouinciam Præpositus Prouincialis, facultatem concedo GVILIELMO LESTEENIO Typographo Antuerpiensi, excudendi Cursum Theologicum P. FRANCISCI AMICI Societatis nostræ Doctoris Theologi, & nunc Academiæ Græcensis Concellarij, ac singulas eiusdem Cursus partes, legitimè approbatas. In cuius rei fidem has litteras meâ manu subscripsi & signaui. Bruxellæ 11. Martij 1647.

IOANNES BAPTISTA ENGELGRAVE.

COMMVNICATIO PRIVILEGII REGII.

QVandoquidem à sua Catholicâ Maiestate in Concilio suo Bruxellæ 4. Iulij Anni 1646 concessum in gratiam mei priuilegium sit, & notatum à Secretario LE COMTE, vt possim mandare prælo Cursum Theologicum meum, licebit D. GVILIELMO LESTEENIO Typographo Antuerpiensi ipsum recudere integrum. Datum Græci 2. Ianuarij 1647.

FRANCISCVS AMICVS.

Digitized by Google

R. P. FRANC. AMICI

E SOCIETATE IESV

CVRSVS THEOLOGICI:

TOMVS PRIMVS

DE DEO VNO, ET TRINO,

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE LYON

PROOEMIVM.

HÆc est totius Theologiæ difficillima pars, non modò propter innumeras reconditasque, quas in se continet, difficultates, verùm etiam propter subiecti, de quo agit, sublimitatem. Agit enim de Deo, cuius natura eò Simonodi Philosopho, *apud Ciceronem* 1. *de Natura Deor.* in dies videbatur obscurior, quò frequentiùs consideratio ipsius animo eius obuersabatur, quippe cuius esse omnem humanum fugit obtutum: sunt enim, vt Scriptura testatur, *tenebræ latibulum eius.* Quapropter formidandum est, ne, vt *August. lib. de Morib. Eccles. cap.* 7. cùm ad diuina peruentum fuerit, maiorem inde anima concipiat imbecillitatem, vbi auidè quietem fessa conquirebat. Quare optimum erit in hâc re *Platonis* consilium, ne solem in propriâ sphærâ micantem intueamur, sed in aquâ, vt in speculo suos radios temperantem, contemplemur. Ne igitur nimiâ diuinitatis luce præstricti hallucinemur, naturam diuinam, non in propriâ sphærâ collucentẽ, sed in creaturis, vt in aquâ suos radios temperantem, contemplabimur. Vt si non ipsum in ipso, caligine mortalitatis circumsepti, attingere valeamus, saltem ipsum ex his, quæ ipsum adumbrant, cum magno Theologo *Nazian. Orat.* 36. obscurâ & imbecilli specie vestigantes, colligamus. Quoniam verò omnis scientia incipit à sui notitiâ, & nostra Theologia sit scientia, à sui notitiâ incipiat oporte

Simonides apud Ciceronem. *Psalm.* 17. *August.* *Plato.* *Nazianz.*

DISPVTATIO I.

De Theologia, eiusque obiecto.

SECTIO PRIMA.

An Theologia nostra sit vera, & propria scientia?

1. *Comprehensoris.* DVPLEX est Theologia; viatoris, & comprehensoris: hæc est, quam beati habent de Deo rebusque diuinis medio lumine gloriæ, clarè illis ostendente diuinam essentiam, res creatas, cum eadem essentia vt effectus cum causa necessariò connexos; illa est, quam proprio studio in hac vita Doctores acquirunt, supposito habitu & principijs Fidei. De Theologia comprehensoris *infrà*: nunc de Theologia viatoris, quæ est propria nostra, & distinguitur à fide; quòd hæc est simplex adhæsio ad obiectum ex testimonio Diuino mediâ illustratione supernaturali applicatò; illa est habitus discursiuus ex principijs reuelatis ad conclusiones medio discursu naturali inferendas, cuius fructu, vtilitate & necessitate suppositâ, primum quærimus, an sit vera & propria scientia? dubitandi ratio est; vt Arist. definit 1. Poster. 2. *Scientia est quæ ex veris, primis, immediatis, notioribus, prioribus causisq; conclusionis demonstratiuè procedit*; *tunc enim arbitramur aliquid simpliciter scire, cùm causam cognoscimus propter quam res est, & quòd illius causa est*; at nostra Theologia non procedit demonstratiuè ex notitia principiorum ad conclusiones inferendas, cùm principia, quæ sunt articuli Fidei, ex quibus ad conclusiones inferendas procedit, non nisi obscuro testimonio Dei credat.

Viatoris Theologia.

Scientiam hanc.

2. *Veram esse.* PRIMA sentent. affirmans, *Francisci de Marchia apud Gregor. quæst.* 1. *Prologi, Henrici in summ. art.* 6. *quæst.* 1. *& art.* 13. *quæst.* 6. *& 7. & quodlib.* 12. *q.* 2. *Alensis* 1. *p. quæst.* 1. *art.* 1. *ad* 3. *Argent. quæst.* 1. *Prologi art.* 1. *§. his præmissis, Cani de locis Theolog. cap.* 2. *Bannez in* 1. *p. quæst.* 1.

Digitized by Google

quæst.1.art.2.Zumel qu.2.concl.3. Granadi D.6. Fasoli dubit.14. qui tamen ex diuersis prôcedunt fundamentis: primi duo putantes cum Aristot. de essentia scientiæ, esse principijs notis demonstratiuè procedere ad conclusiones ignotas, conantur probare euidentiam principiorum nostræ Fidei; & quidem *de Marchia* ex lumine naturali hoc modo: Postquam principia ipsa reuelata ex testimonio Diuino sunt credita, & assensu Fidei acceptata, statim naturali lumine cognoscuntur solâ terminorum penetratione: ex quorum euidente notitiâ poterit Theologus ad conclusiones demonstratiuè procedere: quia nullus tenetur indubitâter credere, quod sibi euidenter notum non est; nullus enim tenetur firmiùs adhærere conclusioni, quàm principijs, propter quæ conclusioni adhæret, cùm totus assensus in conclusionem sit propter assensum in principia: at nullum principium, quod non est per se notum, potest esse infallibilis ratio assentiendi conclusioni, cùm nequeat intellectus assentiri principio, quod sibi non constat. Cùm natura intellectus sit assentiri ex euidentia rei cognitæ.

Probat Francis. de Marchia.

Fundam. ipsius.

Idipsum probat *Henricus* ex lumine supernaturali; Deus paratus est lumine supernatur. illustrare intellectum viatoris exercentis se in studio Theologiæ circa principia Fidei, non minùs quàm paratus est lumine naturali illustrare intellectum eiusdem circa principia naturalia; quiuis ergo Theologus studio Theologiæ acquirere sibi poterit habitum scientificum circa principia Fidei. Vnde triplex distinguit lumen supernatur. obscurum Fidei, clarum patriæ, & euidens viæ: primum comparat nocti; 2. meridiei; 3. auroræ, eo quòd aliquid habent de luce & tenebris, stareque potest cum lumine obscuro Fidei, cum quo tamen stare nequit lumen clarum Patriæ. Confirmat 1. ex illo Isaiæ 7. *Si non credideritis, non intelligetis*; ergo ex Fide nascitur intelligentia. 2. Ex Aug. *contra Epist. Fund. c.14. Ego*, inquit, *Catholicam Fidem profiteor, & per illam me ad certam scientiam peruenturum præsumo*: Et paulò pòst: *Non iam hominibus, sed ipso Deo intrinsecus mentem nostram firmante, atque illuminante.* 3. Non minùs efficax est lumen supernaturale ad euidentiam principiorum supern. quàm lumen naturale ad euidentiam principiorum naturalium progignendam; at hoc efficax est ad progignendam euidentiam principiorum naturalium; ergo & illud ad euidentiam principiorum supernaturalium.

9. Henricus.

Augus.

Cæteri verò aut de essentia scientiæ putant non esse euidentiam, sed solam certitudinem, vt *Argentinas, Canus, Zumel, Fasolus*; aut sufficere, si euidentiam habeat in alio intellectu, cui ipsa subalternetur, tanquam scientia inferior superiori: sicut perspectiua est vera & propria scientia per subalternationem ad Geometriam, cuius tantùm est habere euidentiam principiorum, quibus innititur perspectiua ad suas conclusiones probandas. Esto igitur Theologia nostra non habeat euidentiam suam principiorum in intellectu viatoris, quia tamen illam supponit in intellectu comprehensoris, cui subalternatur, erit vera & propria scientia.

4. Argentin. Can. Zumel. Fasol.

Alij apud *Aureolum quæst. 1. Prologi art. 3.* ad scientiam satis esse putant euidentiam solius consequentiæ, quam habet Theologia nostra, supposito vno principio reuelato, & altero naturali, ex quibus per euidentem consequentiam infert conclusionem necessariam hoc modo: In Diuinis est generans & genitum: sed inter generans & genitum est realis distinctio: ergo inter Patrem Diuinum generantem, & Filium Diuinum genitum est realis distinctio. Vbi consequentia est euidens, licet consequens sit obscurum, propter alteram præmissam de Fide. Probat. exemplo Mathematicæ, quæ est necessaria & proprijssima scientia, & tamen contenta est sola euidentia consequentiæ, siquidem principia punctorum, linearum, & superficierum, in quibus tota hæc scientia fundatur, dubia sunt in Philosophia, eaque à multis negantur.

5. Apud Aureolum.

SECVNDA sent. negans, communior est eamque expressè docent *Scotus in 3. dist. 24. & in Prologo qu. 3. laterali, Richard. q.2. Aureol. supra citat. Ockam. q. 3. Mayron. q.14. Rubio q.8. §. hoc præmisso. Gabriel q. 2. Capreol. quæst. 1. concl. 3. Herna. qu. 1. Prologi §. Tertius modus*: & *Quodlibeto 11. quæst. 18. Maior. quæst. 4. Durand. qu. 1. Marsil. qu. 2. art. 3. propos. 2. Greg. supra cit. Palatius qu. 2. præcurs. Caiet. in 1. p. q. 1. art. 2. Molina ibid. Vasquez d. 4. c. 6.* 6. *Communis negatur.*

Nota 1. præsens controuersia non est de Theologiâ, quæ ex principijs procedit ad conclusiones tantùm probabiles; vt cùm ex vno principio reuelato, & altero probabili, infertur cõclusio opinabilis hoc modo: Christus quoad humanitatem fuit genitus: sed genitus distinctam fundat relationem ad generantem: ergo Christus quoad humanitatem distinctam habet relationem geniti ad genitricem: sed de eâ dumtaxat Theologia disputamus, quæ per euidentem consequentiam necessarias infert cõclusiones, cuiusmodi est, quæ ex vno principio reuelato & altero naturali, aut ex duobus reuelatis per euidentem consequentiam infert conclusionem necessariam, vt Christus est homo: homo constat intellectu & voluntate: ergo Christus constat intellectu & voluntate. Omnis homo est redemptus: Ioannes est homo: ergo Ioannes est redemptus. 7. *Status quæstionis dupl.*

Nota 2. de Theologia hoc modo sumpta duplex esse potest controuersia; altera, an illa per euidentem notitiam suorum principiorum procedat ad euidentem notitiam conclusionum? altera, an posito, quòd illa tantùm procedat ex creditis, appellanda sit vera propria scientia? Prior est grauior, & de re; Posterior facilior, & tantùm de nomine, vt rectè notauit *Valent. in 1. p. q. 1. punct. 3.* vtraque decidenda. 8.

DICO 1. Theologia nostra non procedit ad conclusiones probandas per euidentem notitiam naturalem suorum principiorum. Conclusio est adeò certa, vt iure oppositam sent. erroris insimulauerit *Vasquez*, certè temeritatis notam non effugiet, cùm sit contra omnes Scholas. & Patres. Probant aliqui: Fides eatenus necessaria [illegible] quatenus principia nobis obscura credenda sunt: si illa fuerint euidenti notitiâ clara, non erit ampliùs necessaria; quia stare nequit cum notitiâ clarâ obiecti. Verùm, de facto habemus naturalem notitiam euidentem de Deo, de quo tamen Fidem habemus. Posset igitur fidelis habere euidentem notitiam de articulis Fidei, & de illis Fidem retinere. Nec talis fides frustratoria esset: quia posset illis assentiri non propter euidentiam naturalem ipsorum principiorum, sed propter testimonium obscurum Dei. 9.

Probant.

Ratio non vrget.

Ratio igitur est: articuli Fidei sunt improportionati lumini naturali: ergo quantumcumque intellectus humanus conetur illos penetrare, non poterit eorum naturam comprehendere. Antecedens constat: plerique sunt de rebus supra naturam. Consequentia probatur, quod est supra naturam, non habet intellectus humanus medium ad illud euidenter cognoscendum. Nam vel hoc esset propria species; vel effectus aliquis, vel causa, vel ipsa terminorum connexio: nullum autem ex his esse potest. Ergo. Non propria species: cùm enim propria species obiecti supernaturalis sit supernaturalis, non poterit esse comprincipium cognitionis 10. *Articuli fidei sunt de rebus supra naturam vel lumen naturale.*

Digitized by Google

tionis naturalis. Adde quòd species propria mysterij Trinitatis gigneret visionem intuitiuam Dei, qualem habent Beati. Non effectus aliquis; quia hic nullus est in natura, qui euidenter ostendat mysteria supernaturalia Fidei. Non causa: quia vel nullam habent, vel non nisi extraordinariam potentiam Dei, quæ in ordine ad effectus supra naturam distinctè, & in particulari cognosci nequit. Non ipsa terminorum connexio: Nam hæc potiùs in plerisque Fidei mysterijs videtur pugnare cum ratione naturali: vt quòd Deus sit vnus in essentiâ, Trinus in Personis: quòd Verbum sine vllâ sui mutatione factum sit caro: Adde quòd si mysteria Fidei essent euidenter cognoscibilia ob solam terminorum connexionem; illa cognoscerentur etiam ab infidelibus.

11. *Obijciet* 1. Naturali lumine est euidens, Deum non posse mentiri: igitur naturali lumine est euidens, verum esse, quòd Deus reuelauit: ergo naturali lumine potest cognosci vt verum, quod Deus reuelauit. Resp. Nego vltimam consequentiam: Nam licet euidens sit, quidquid Deus reuelauit, esse verum: non est tamen mihi euidens hoc, vel illud in particulari esse à Deo reuelatum, sed solâ Fide creditum: quia igitur illa Maior, *quòd Deus reuelat est verum*; non applicatur mihi nisi per Minorem; *hoc Deus reuelauit*, & ista non nisi per testimonium obscurum Ecclesiæ; non poterit consequens, quod ex talibus præmissis concluditur, esse mihi euidens; cùm semper conclusio sequatur debiliorem præmissam.

Reuelationem in particulari sola fides attingit.

12. *Obijcies* 2. Euidens est, omnes obiectiones contra mysteria Fidei esse solubiles: at non potest id esse euidens, nisi mysteria ipsa Fidei sint mihi euidentia; quia non potest vnum contradictorium esse euidens, nisi alterum etiam sit euidens: alioqui si possem dubitare de vno, possem de altero. Nam hoc ipso, quod vnum non esset euidenter verum, dubitare possem, an oppositum esset falsum, & consequenter non esset mihi ampliùs euidens, quòd contradictorium illius, quod teneo vt verum, sit falsum; ergo non erit euidens, quòd obiectiones contra mysteria Fidei, quæ teneo vt vera, sint falsæ, nisi euidens sit, ipsa mysteria Fidei esse vera. Maior probatur: quâ ratione euidens est omne reuelatum à Deo esse verum; eâdem quoque euidens erit, omnes obiectiones contra mysteria à Deo reuelata falsas esse atque solubiles. Resp. negando maiorem: Nam solùm mihi est certum, obiectiones contra mysteria Fidei esse falsas atque solubiles, eâdem certitudine, quâ mihi certa sunt mysteria ipsa: eodem enim testimonio obscuro, sed certo Fidei teneo, mysteria Fidei esse vera, atque eorum contradictoria esse falsa. Nam qui reuelat vnum esse verum, implicitè quoque reuelat contradictorium esse falsum. Ad probationem Maioris, concedo assumpt. sed nego, esse euidens, quòd hæc mysteria sint de facto à Deo reuelata. Vnde sicut tantùm est euidens in vniuersali, quòd quidquid à Deo reuelatur, est verum; non tamen, quòd hoc vel illud in particulari sit à Deo reuelatum: ita euidens quoque est in vniuersali, quòd quidquid obijcitur contra id, quod à Deo reuelatur, sit falsum atque solubile: non tamen, quòd quidquid obijcitur contra id quod de facto reuelatum est, falsum sit atque solubile, sed tantùm certum. Poterit tamen Theologus omnes obiectiones contra mysteria Fidei ex creditis soluere, quoniam vt illas soluat, non est necesse, vt euidenter cognoscat falsitatem illarum; sed satis est, si mysterium ipsum non appareat falsum, & nulla obiectio euidenter intellectum cõuincat contra veritatem ipsam mysterij: quod, vt *Caiet.* adnotauit 1. *part. quæst.* 1. *art.* 8. est tantùm scire *negatiuè*, non *positiuè*, hoc est, ex naturâ mysterij euidenter cogniti.

Qui reuelat vnum esse verum reuelat contradictorium esse falsum.

13. Ad Fundam. *Francisc. de Marchia* nego maior. etenim homo non solùm tenetur indubitanter assentiri, quod sibi euidenter notum est, sed etiam quod sibi euidenter credibile est, auctoritate aliqua infallibili proponentis. Vnde non minùs tenetur homo indubitanter assentiri iuxta regulas prudentiæ huic propositioni: *Roma est*, etiamsi nunquam Romam viderit, propter infallibilem auctoritatem eorũ, qui illam testantur; quàm huic: *Triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis*: ergo à fortiori vnusquisque tenebitur indubitanter assentiri mysterijs Fidei propter euidentiam credibilitatis, quâ tot signis & argumentis constat, illa esse à Deo reuelata, non minùs quàm constet, *Romam esse*. Ad probationem maioris negò minor: ad probationem nego, naturam intellectus esse tantùm assentiri ex euidentiâ obiecti cogniti; sed etiam ex euidentiâ rei credibilis auctoritate infallibili proponentis.

Ad arg. n. 2. allatum.

14. Dico 2. Theologia nostra non procedit ex principijs ad conclusiones per euidentem notitiam supernaturalem principiorum. Fundamentum: fictitia est ista supernaturalis euidentia. Nam vel causaretur à lumine supernaturali Fidei; vel immediatè à Deo: non à lumine supernaturali Fidei: quia, cùm hoc sit essentialiter obscurum, nequit causare notitiam euidenter claram. Non immediatè à Deo: quia vel causaretur ab illo vt à causa generali, vel vt à causa speciali: non vt à causa generali, vt indicat *Henricus*; quia per hanc non concurrit Deus, nisi ad exigentiam causæ 2. quæ cùm sit lumen obscurum Fidei, non postulat, nisi concursum proportionatum ad assensum obscurum Fidei. Non vt à causa speciali: quia per hanc non concurrit, nisi ad supplendum aliquem defectum in causis, 2. at nullus supplendus est defectus in intellectu humano ad discursum Theologicum formandum, cùm per habitum supernaturalem Fidei, & lumen rationis naturale sit sufficienter instructus ad quemcumque discursum Theologicum formandum. Confirmatur, si quid esset supplendum, esset supernaturalis euidentia principiorum: at hæc nec de facto suppletur, nec est vlla ratio, cur debeat suppleri. Primum constat: præter *Henricum* enim omnes hanc negant: non negassent autem, si illis de facto communicata fuisset talis euidentia. Vnusquisque enim illam in seipso expertus fuisset. Secundum ostendo: hæc euidentia ad nihil deseruit, & ex alia parte repugnat viatoris statui, in quo *per speculum & in ænigmate* 1. *Cor.* 13. ad Deum ambulamus. Quòd autẽ debeat Theologus de rebus Fidei rationem reddere, eamque contra impugnatores defendere, sufficit, si ostendat, eas non repugnare, & probabilibus rationibus suadere; & argumenta in oppositum probabiliter soluere, vt de facto faciunt *Patres & Schol.* nullus enim profitetur, se demonstratiuè procedere in rebus Fidei.

Supernaturalis euidentia principiorum fictitia.

Inutilis.

repugnant viatoris statui.

15. Dices. Diuersolumine Patres, atque Scholastici de rebus Fidei tractant; ista diuersitas alia esse non potest, quàm penes lumen supern. euidens, quod de rebus Fidei habuerũt Patres, & obscurum quod habuerunt scholastici: ergò præter lumen obscurum, datur lumẽ euidens de rebus Fidei. Resp. Me in vniuersum non negasse, præter lumen obscurum, dari etiam lumen clarum de rebus Fidei, sed illud tantùm negasse, datum fuisse scholasticis ad saluandam in eis veram rationem Theologicæ scientiæ contra *Henricum*. Vnde saltem Prophetis, & Apostolis, quibus

16.

Licèt datũ Prophetis, Apost.

Digitized by Google

quibus facta est immediata reuelatio, concedendum est hoc lumen clarum de mysterijs Fidei, de quibus ipsi habuerunt euidentiam in attestante, quę stare potest cum ineuidentiâ obiecti, atque adeò cum essentiali ratione Fidei. An autem talis euidentia sufficiat ad propriam rationem scientiæ, *mox*. Cæterùm Patres non differunt à Scholasticis in versandis rebus Fidei, quoad claritatem, & obscuritatem principiorum: vtrique enim procedunt per obscuram notitiam principiorum; sed quoad modũ probandi & confirmandi principia ipsa. Patres enim regulariter ad ea probanda procedunt per regulas Fidei, quæ sunt *Traditio Apostolica, Auctoritas Ecclesia, & Scriptura sacra*: rarò adhibent rationes è re ipsa petitas: Scholastici contrà principaliter per rationes, ex ipsa rei naturâ naturali discursu erutas. Quo fit, vt illi dicantur in rebus Fidei procedere vi luminis superioris atque certioris; tum quia procedunt per media certiora & infallibiliora; Tum quia illis speciali auxilio intra eundem ordinem luminis obscuri Fidei assistit Spiritus sanctus, ne errent in veritatibus, quæ implicitè continentur in principijs reuelatis, eruendis, vt clarè colligitur ex *cit. Augusti. contra epist. Fundam.*

17. *Ad arg. n. 3.* Ad Fundam. *Henrici* concedo, Deum paratum esse Theologi mentem, exercẽtis se in studio Theologiæ, illustrare suo lumine, non quidem speciali, sed generali quod exigitur tum à lumine obscuro Fidei, tum à lumine naturalis discursus. Ad 1. & 2. Confir. disting. duplex intelligentia, euidens vna, ineuidens altera, qualis per naturalem discursum de rebus Fidei comparari potest: quæ tamen distinguitur à Fide, quia hæc ad credendum non nititur rationis discursu. Quando igitur scripturæ & PP. ex Fide inferunt intelligentiam, intelliguntur de ineuidente & obscurâ, quę ex creditis comparatur vi naturalis discursus: ad quam tamen necessaria est Fides, quia nisi reuelata mysteria credantur vt vera, intellectus non posset applicare se ad ea explicanda. Ad 3. nego maior. lumen enim Fidei ad obiectum tendit per testimonium extrinsecum, quod de se nunquam aptum est parere obiecti euidentiam: lumen verò naturale ad obiectum tendit per medium intrinsecum, quod de se aptum est, obiecti euidẽtiam parere. An Theologia appellanda sit vera & propria scientia, esto non procedat per euidentem notitiam principiorum?

18. *Controuersia de nomine.* Dico 5. non est vera & propria scientia, atque adeò non nisi largè appellanda. Fundam. quod caret prædicato essentiali alicuius rei, non participat veram & propriam naturam talis rei: at euidentia est prædicatum essentiale scientiæ: non enim est prædicatum accidentale in scientia; & inter essentiale & accidentale non datur medium. Accidentale verò consequitur ad essentiale: at nullum essentiale supponitur in scientiâ ante euidentiam: quia si quid supponeretur, esset certitudo; at hæc non supponitur, sed consequitur euidentiam; ideò enim actus est certus, quia euidens: Non igitur certitudo, sed euidentia est primum constitutiuũ scientiæ. Quia primum constitutiuum rei est, quod 1. rem distinguit ab omni alio: atqui euidentia, non certitudo, scientiam distinguit 1. ab omni alio actu, qui scientia non est: igitur. Confirm. assensus, ex testimonio Dei clarè cognito, essentialiter differt ab assensu, ex eodem testimonio obscurè credito, non alio ex capite, nisi quia vnus est euidens, alter ineuidens, cùm in cæteris conueniant: ergo euidentia est prædicatum essentiale in actu scientifico; ergo actus qui ea caret, caret essentiali prędicato scientiæ; atque adeò non participat integram naturam scientiæ, & consequenter non meretur nomen veræ & propriæ

19. *Theologia scientia largè.*

Euidentia constituit scientiam propriè.

20.

scientiæ. Prob. 2. si Theologia esset vera & propria scientia, vel esset quia integra essentia scientiæ saluatur in sola certitudine actus sine euidentia; vel in continuatione cum euidentia alterius scientiæ, cui ipsa subalternatur: vel in euidentia consequentiarũ. Non in sola certitudine actus: tùm ob rationem assignatam, quia certitudo consequitur euidentiam in actu scientifico. Tum quia magis essentialis est actui ea perfectio, quæ potentiam perficit secundùm naturalem exigentiam talis potentiæ: atqui naturalis exigentia potentiæ intellectiuæ, est suum assensum præbere ex proprio, & nõ ex alieno testimonio, cùm natura ipsius sit, rem in se ipsa intueri; vnde nunquam quiescit, donec illam in se ipsa videat & intuetur. Tum quia pari ratione assensus ipse Fidei in principia reuelata dici posset verè & propriè intellectus, prout intellectus appellat assensum principiorum, & distinguitur contra scientiam, quæ est assensus conclusionum per principia. Prob. sequel. si certitudo & non euidentia ipsa esset tota essentia actus scientifici; certitudo & non euidentia esset tota essentia actus intellectus: quia intellectus & scientia ineuidentiâ & certitudine non differunt, sed in modo tantùm assentiendi per discursum, & simplicem adhæsionem: ergo si in vno ratio scientiæ saluatur per solam certitudinem conclusionis; in alio ratio intellectus saluabitur per solam certitudinem principiorum. 21. *Prob. 2. concl. refutando reliquas sent.* *Intellectum perficit secundùm naturæ exigentiam.*

Explicatur: ita se habet scientia respectu conclusionis, sicut intellectus respectu principiorum: ergo si saluatur ratio scientię per solam certitudinem absque euidentia conclusionis; saluabitur ratio intellectus per solam certitudinem absque euidentiâ principiorum: atque adeò assensus Fidei in articulos reuelatos erit verè & propriè intellectus; & ipse habitus Fidei infusus, qui est principium talis assensus, erit verè & propriè habitus intellectus, quod nemo hactenus dixit. 22.

Nec saluari potest in continuatione cum euidentiâ alterius scientiæ; quia si scientia subalternata non habet euidentiam in se, non poterit illam accipere per continuationem ad subalternantem existentem in alio subiecto, vti existit Theologia Beatorum, cui subalternari dicitur Theologia nostra. Nam, cùm hæc sit extrinseca tantùm coniunctio, non poterit Theologiæ nostræ dare intrinsecam euidentiam, quæ, *vt probaui*, necessaria est ad veram & propriam scientiam. Nec est eadem ratio de perspectiuâ: Nam hæc, quando est in distincto subiecto, nititur euidentia sensus, ad quam suas conclusiones resoluit. 23. *Non sufficit in subalternante existente in alio subiecto.*

Nec saluari tandem potest in euidentia consequentiarum: quia nostra Theologia non tam attendit ad bonitatem consequentiæ, quod est proprium Logicæ; quàm ad veritatem consequentis, quod est proprium Theologiæ. Igitur si non habet euidentiam consequentis, etsi habeat euidentiam consequentiæ, non erit vera & propria scientia Theologica, vt non sit vera scientia Theologica, debet habere euidentiam, quam postulat scientia ipsa Theologica: sicut non est vera scientia Metaphysica, quæ non habet euidentiam, quam postulat scientia ipsa Metaphysica. Antecedens probo; Theologia præcipuè attendit ad veritatem articulorum, & eorum quæ in articulis virtute continentur: ergo non tam attendit ad bonitatem cõsequentiæ, quàm ad veritatem consequentis, quod vi consequentiæ deducitur ex articulis Fidei: vt in hoc syllogismo: *Christus est homo: omnis homo cõstat intellectu & voluntate; ergo Christus constat intellectu & voluntate*: quod Theologus attendit, est veritas cõsequentis, quod 24. *Nec in consequentiâ logicâ.*

Digitized by Google

quod implicitè & virtute continetur in maiore reuelata. Nec est eadem ratio de Mathematicâ, quæ non attendit nisi ad veritates, quæ consequuntur ex tali, vel tali principio posito, siue illud possibile sit, siue non. Finis enim ipsius tantùm est, scire connexionem prædicati cum subiecto. Vnde licet interdum Theologia viatoris vtatur hoc modo argum. id solùm facit ad meliùs indagandam veritatem propositionis absolutæ: *vt disp. 27. sect. 3.*

25. *S. Thomas. patrocinatur.* Neque hæc sentent. destituta est patrocinio S. Doct. vt aduersarij contendunt: Nam *in 3. distinct. 33. quæst. 1. art. 2. quæst. 4.* docet, scientiam, quæ non potest suas conclusiones reducere ad principia naturaliter cognita, non esse eiusdem speciei cum alijs scientijs; nec dici *vniuocè* scientiam: quia nimirum (addo ego) caret essentiali prædicato scientiæ, quæ est euidentia principiorum. Et de veritate *quæst. 14. art. 9. quacumque*, inquit, *sciuntur propriè accepta scientia, cognoscuntur per resolutionem in prima principia, quæ per se præstò sunt intellectui.* Sunt autem per se præstò intellectui, vt ibidem declarat, ea quæ sunt nota intellectui, non propter testimonium alienum, sed proprium ipsiusmet intellectus. Nec refert quod *1. p. quæst. 1. art. 2.* absolutè dicat, Theologiam esse scientiam; quoniam vt *Caietanus* interpretatur, intelligitur de Theologia secundùm se, non de nostrâ, quæ est imperfectè scientia.

26. Quæri autem vlteriùs potest, an saltem notitia illa, quam de rebus Fidei habuerunt Prophetæ, & Apostoli per euidentiam motiui formalis, & ipsius attestationis Diuinæ, fuerit vera & propria scientia. Affirmant *Scotus in 3. distinct. 24. §. sed si loquamur, & Mayron. quæst. 14. Prologi.* Fundam. talis notitia erat euidens; procedebat enim ex duabus præmissis euidentibus, vna erat: quod quidquid à Deo reuelatur, est verum: altera, quod hoc sit à Deo reuelatum. His enim duabus præmissis euidentibus positis, cogebatur intellectus Prophetæ assentiri obiecto reuelato.

27. *Euidentia attestationis non est satisfact.* Mihi verò cum alijs est negandum. Ratio: ad scientiam propriè dictam requiritur euidentia rei: Nec sufficit euidentia extrinsecæ attestationis: adhuc enim eâ positâ, intellectus dicitur assentiri per extrinsecum, & non per proprium testimonium, quod in ipsa rei euidentiâ consistit: quâ euidentiâ caruerunt Prophetæ, solumque habuerunt euidentiam extrinsecæ attestationis Diuinæ, quæ quia nec falli, nec fallere potest, cogebatur eorum intellectus ad assensum præbendum. Quia tamen assensus ille non eliciebatur ex intrinsecâ euidentiâ obiecti, sed ex extrinseca euidentia attestationis Diuinæ, non poterat dici propriè scientia, licet potiori ratione, quàm Theologia nostra, quæ non solùm caret euidentiâ rei, sed etiam attestationis.

28. Dico 4. Etsi Theologia nostra non sit vera & propria scientia, dici tamen potest aliquo modo scientia; tum propter summam certitudinem suorum principiorum; tum propter modum procedendi scientificum, ex principijs summa certitudine conclusiones inferendo: non tamen vniuocè scientia cum reliquis, quia caret potissimo prædicato scientiæ, quæ est euidentia obiecti: Non tamen est æquiuocè tantùm scientia, cùm non conueniat in solo nomine cum reliquis scientijs; sed dici potest analogicè scientia; tum analogia proportionis, propter intrinsecam conuenientiam in certitudine, & modo procedendi; tum attributionis, propter habitudinem, quam dicit ad perfectam scientiam Beatorum. Conclusio constat, tum ex modo loquendi Scripturæ & Patrum, qui eam appellare solent scientiam: tùm ex scholasticis ipsis; qui quamuis eam negent esse perfectam scientiam, imperfectam tamen non negant. Cæterùm ratio illa, quâ aliqui vtuntur, ideò Theologiam nostram non esse scientiam, quia est de rebus indiuiduis, cùm hæc ex *Aristot. 6. Ethic. 3.* sit de rebus vniuersalibus, non vrget: nam quando indiuidua sunt immutabilia, siue per se, vt Deus, siue vt substant scientiæ Diuinæ, quo pacto illa sunt obiectum Theologiæ, poterit de illis esse scientia.

Theologia analogicè scientia.

SECTIO II.

Quis habitus sit Theologia nostra?

29. RAtio dubitandi sequitur ex dictis; cùm enim Theologia defectu euidentiæ non sit scientia, non videtur quænam alia virtus intellectualis esse possit ex reliquis, quas enumerat *Aristot. 6. Ethic.* Non est *Intellectus* aut *Sapientia*: vtraque enim requirit euidentiam obiecti; ille primorum principiorum circa quæ versatur; hæc primarum altissimarumque causarum, de quibus disputat. Non *Ars*, aut *Prudentia*: Nam illa in factione, hæc in actione versatur. Præter hos autem nullum alium agnoscit intellectualem habitum *Aristot.* *Fidem* enim & *opinionem*, cùm formidinem includant, à virtutibus intellectualibus excludit.

30. *1. Sentent.* Prima Sententia affirmat, Theologiam esse habitum declaratiuum, & defensiuum veritatum reuelatarum, non adhæsiuum, aut inclinatiuum in veritates reuelatas, aut in nouas ex reuelatis deductas: *Aureoli quæst. 1. Prologi artic. 3. & in 1. distinct. 48. articul. 3.* Etenim tria sunt, quæ intellectum impediunt, ne assensum facilè præbeat in obiectum, quod alioqui certissimè credit: obscuritas terminorum; rationes in oppositum inclinantes; & vbi nullæ apparent probabiles rationes, exempla, quæ intellectum manuducant ad assentiendum. Ille igitur habitus, qui terminos explanat; rationes in oppositum soluit; & exempla, rationesque manuducentes adducit, est tantùm declaratiuus, & non adhæsiuus. Talis est habitus Theologicus, qui non inclinat intellectum per assensum ad obiecta reuelata, aut in veritates in illis implicitè contentas, ad quas tantùm inclinat Fides; sed declarat tantùm, & defendit illas contra impugnantes. Ergo. *Fundam.*

31. *Confirm.* Confirmat: si habitus Theologicus esset adhæsiuus, aut esset adhæsiuus in conclusiones probabiliter, aut euidenter deductas ex principijs reuelatis: potest enim conclusio deduci ex principio reuelato; vno modo probabiliter; si ex vna propositione reuelatâ, & altera probabili deducatur opinabilis: *Christus est homo: homo constat intellectu & voluntate distincta: ergo Christus constat intellectu, & voluntate distincta:* euidenter; si ex vna reuelata, & altera naturali euidente deducatur conclusio certa: *Christus est Filius Dei: Filius distinguitur à Patre: ergo Christus distinguitur à Patre.* At ille neutro modo est adhæsiuus: conclusioni enim euidenter deductæ ex præmissa reuelata intellectus adhæret assensu Fidei: quo quippe assensu assentimur principijs reuelatis, assentimur ijs, quæ implicitè continentur in reuelatis. Vnde qui tales conclusiones negat, est hæreticus. Conclusioni verò probabiliter deductæ adhæremus assensu opinatiuo & formidoloso: Absurdum autem est, ponere habitū Theol. opinatiuū & formidolosum: ergo. *Alio modo.*

32. *2. Sentent.* Secunda sent. docet, Theol. esse ipsum habitum Fidei infusæ, quatenus extenditur ad conclusiones ex reuelatis deductas. Quæ extensio non addit nouam qualitatem, ab habitu Fidei distinctam; sed eūdem tantùm extendit ad nouam veritatem explicitè

Digitized by Google

citè credendam: sicuti habitus scientiæ acquisitus circa vnam conclusionem extenditur circa aliam sub eodem motiuo formali. *Est Sylvestri in Conflat. qu.1.art.10.& 11.* Fundam. obiectum Fidei & Theologiæ est idem: sed habitus vnitatem sumunt ab obiectis: sub eodem enim testimonio Dei tendit Fides in obiecta immediatè reuelata, & habitus Theol. in conclusiones ex reuelatis euidenter deductas: cùm non minus sit hæreticus, qui negat conclusiones ex reuelatis euidenter deductas, quàm qui negat obiecta ipsa immediatè reuelata.

Fundam. Sylvest.

33. TERTIA sent. asserit, Theologiam esse habitum Fidei acquisitæ: *Scoti in 3.dist.35.q.vn. Ockam q.3.Prologi litera o, Maioris q.4.§.40.patet, Gabriel. q.7.litera c. Vasq.1.disp.5.c.3.* Fundam. siue dicamus, principia Theologiæ esse veritates reuelatas humanâ fidę creditas, siue diuinâ Fide cognitas, semper habitus Theologicus deductiuus nouarum veritatum ex principijs reuelatis pertinebit ad Fidem non infusam; quia hæc non inclinat nisi ad veritates immediatè reuelatas ex solo testimonio Dei; ergo ad acquisitam. Assumpt. prob. cùm sit habitus certus, & ineuidens, non videtur ad quem alium pertinere possit, quàm ad fidem acquisitam.

3. Sentent.

Fundam.

34. DICO 1. Theologia non est habitus tantùm declaratiuus, & defensiuus articulorum Fidei: *Est omnium contra Aureol.* Fundam. est etiam deductiuus conclusionum ex articulis reuelatis, vt *S. Thom.1.p. qu.1.art.8.* & nos *infrà*. Confirm. si Theologia esset habitus tantùm declaratiuus, & defensiuus articulorum, 1. non excederet naturam opinionis, quod non admittit *Aureolus*; habitus enim specificationem sumit ab obiecto formali, quod in speculatiuis est medium, quo ostenditur conclusio: Vnde eadem conclusio per diuersa media pertinere potest ad diuersas scientias. Media autem, quibus Theologus declarat veritates reuelatas, non sunt nisi exempla, similitudines, & rationes probabiles, vt *Aureolus* testatur: at hæc non gignunt nisi solam probabilitatem: quia nequeunt maiorem certitudinem gignere, quàm habeant in se. Ergo opinio enim specificatur à medio, quo ostenditur, & declaratur conclusio. Nec satisfacit Aureolus, negando talem habitum esse opinionem, eò quòd non inclinet ad assentiendum, sed tantùm ad declarãdum, explicandumque obiectum ipsum reuelatum: quia nequit mentalis declaratio fieri, nisi per mentales assensus, quibus intellectus iudicet, hæc exempla & rationes conducere ad explicãdam veritatem reuelatam, hæc aut illa media esse apta ad ostendendum, quòd Dei reuelatio de tali obiecto sit facta. 2. sæpe Theologus ad defendendos articulos Fidei contra infideles vtitur ministerio aliarum scientiarum; aut Logicæ, si vitium sit in formâ; aut Metaphysicæ, si oppugnantem redigat ad impossibile: ergo si Theologia est habitus tantùm defensiuus articulorum, non erit propriè Theologia, sed alia scientia, ea nimirum, cuius Ministerio Theologus vtitur ad articulum oppugnatum defendendum. Ad fundam. *Aureoli* neg. minor, eiusque prob. Similiter ad Confir. falsum quippe est, eodem assensu nos assentiri principijs, & conclusionibus ex principijs deductis, vt *infrà*.

Est habitus deductiuus.

Non declaratiuus tantùm.

Nec defensiuus tantùm.

Ad fund. Aureoli.

37. DICO 2. Theologia non est habitus Fidei infusæ, quatenus extenditur ad nouas conclusiones ex reuelatis deductas. *Est omnium cont. Sylvestr.* Probant aliqui ex eo, quòd habitus principiorum est diuersus ab habitu cõclusionum: at Fides infusa versatur circa principia; versatur enim circa articulos, qui sunt principia Theologiæ; Theologia verò circa conclusiones deductas ex articulis: igitur non poterit esse idem habitus Theologiæ & Fidei. Maior est *communis, S. Thom. in 3.dist.23.q.1.art.4.q.3.ad 3. Principia speculativa cognoscũtur per alium habitum naturalem; quàm conclusiones, scilicet per intellectum; conclusiones verò per scientiam.* Quos habitus *Arist.* vt essentialiter diuersos enumerat *6.Eth.* Verùm vt acutè *Scot. in 3. dist.35.q.vn.* in habitu naturali principiorum & conclusionum motiuum assentiendi, quod est motiuum specificandi habitus scientificos, est diuersum: est enim ipsa connexio terminorũ, quæ alia est in principijs, alia in cõclusionibus: At in habitu principiorum Fidei, & conclusionum, motiuum formale assentiendi non videtur esse diuersum; cùm sit eadem auctoritas Diuina mediatè, vel immediatè applicata. Non igitur valet argumentum ex distinctione habitus principiorum, & conclusionum naturalium, ad distinctionem habitus principiorum, & conclusionum Fidei, nisi in materiâ propriâ ostendatur, motiuum formale assentiendi principijs reuelatis esse diuersum à motiuo formali assentiendi conclusionibus ex illis deductis.

Ratio non conuincit.

38. Hoc sic probo: illud est motiuum formale assentiendi, quo intellectus adæquatè mouetur ad assensum præbendum: at motiuum, quo intellectus adæquatè mouetur ad assensum præbendum principijs reuelatis, est sola auctoritas Dei reuelantis: motiuum verò, quo adæquatè mouetur ad assensum præbendum conclusionibus ex reuelatis deductis, non est sola auctoritas reuelantis, sed naturalis etiam cõnexio earum cum principijs reuelatis. Ex eo enim quòd cum homine Christo, principio reuelato, naturalem connexionem habet risibilitas intellectus assentitur, Christum esse risibilem. At hæc diuersa est à solâ auctoritate Dei reuelantis: ergo & assensus, qui talibus motiuis innituntur, diuersi erunt: atque adeò habitus, qui ad huiusmodi assensus inclinãt, erunt quoque diuersi: cùm habitus distinguantur penes actus, & obiecta, ad quæ tendunt.

Theol. non est habitus fidei infusæ.

39. Ad Fundamentum *Sylvestri* nego, idem esse obiectum formale Fidei infusæ, & habitus Theologici; illius enim est solùm testimonium Dei; huius verò, vt modificatum naturali connexione conclusionis deductæ cum principio reuelato. Nec est eadem ratio de habitu naturali, extendente se ad nouam conclusionem sub eodem motiuo formali adæquato. Ad probationem maioris, ideò, qui negat conclusionem euidenter deductam ex principio reuelato, haberi vt hæreticum, quia non censetur negare illam secundùm naturalem connexionem, quã habet cum principio reuelato, sed principium reuelatum, ex quo illa per euidentem consequentiam deducitur.

Ad fund. Sylvestri.

40. Nota conclusionem ex principio reuelato deductam considerari dupliciter, vno modo, vt deductam formaliter, hoc est, vt naturalem connexionem habentem cum principio reuelato: ita vt deductio, seu naturalis connexio cum principio ingrediatur formale motiuum assentiendi. Alio modo materialiter; ita vt deductio, seu naturalis connexio cum principio, non ingrediatur formale motiuum assentiendi, sed habeat se tantũ, vt conditio explicans, talem cõclusionem fuisse implicitè in principio reuelatam: adeò vt tota ratio assentiendi sit testimonium Diuinum, quod explicitè cadit supra principium expresè reuelatum, & implicitè supra conclusionem, in principio reuelato virtualiter contentam. Primo modo est obiectum Theologię, quia nititur immediatè & proximè connexioni naturali; 2. modo Fidei, quæ immediatè tendit ad conclusionem ex solo testimonio Diuino, habente se deductione, vt prævia tantùm cõditione explicante, talem conclusionem esse cum principio impli-

Conclusio deducta formaliter.

Est obiectũ Theol.

Digitized by Google

implicitè reuelatam. Quod sub alijs terminis dici solet conclusio vt *deducta*,& vt *explicata*. Et quidē vt *deducta*, est obiectum Theologiæ,vt *explicata* verò Fidei: quia vt sic deductio non est ratio assentiēdi,sed pura conditio explicans, talem conclusionem virtualiter contineri in principio reuelato.

41. Quæ explicatione posita, intellectus non ex naturali connexione,sed ex solo testimonio Dei mouetur ad assentiendum conclusioni : quod est illi assentiri vt deductæ materialiter, non vt deductæ formaliter. Vnde qui illam negaret, vt deductam materialiter, esset hæreticus: qui verò illam negaret, vt deductam formaliter, non esset,sed præsumeretur hæreticus;eo quòd non præsumeretur negare euidentem deductionem, sed principium reuelatum,ex quo illa euidenter deducitur. Hinc colligo,quo pacto idem habitus Fidei de nouo se extendat ad conclusionem, ad quam anteà non se extendebat: quia nimirum anteà non erat talis conclusio per Ecclesiæ declarationem sufficienter proposita;quæ Ecclesiæ declaratio,vt suppono ex *materiâ de Fide*, est necessaria conditio,sine quâ obiectum Fidei non censetur sufficienter propositum, vt credatur saltem ab omnibus.

Qui deductam materialiter negat,est hæreticus.

42. *Communis Recentiorū.* Dico 3. Theologia non est habitus Fidei acquisitæ: *Rubio.qu.7.Prologi c.2. Argent.qu.1.ar.1.§. his præmissis. Moline t.p.qu.1.art.2. disput.2.* Fundamentum:Fides siue humana,siue diuina, immediatè nititur solâ auctoritate dicentis:per hoc enim distinguitur fides à quocunque alio habitu , siue scientifico, siue opinatiuo. At habitus Theol.non nititur immediatè sola auctoritate dicentis,sed etiam naturali discursu , & euidenti connexione conclusionis cum principio reuelato , vt probatum est : igitur non est idem cum fide acquisita. Quæ ratio æquè probat , siue principia reuelata concurrant ad assensum Theologicum, vt credita fide diuinâ, siue humanâ, contra *Vasquez* putantem,habitum Theologicum solùm distingui à Fide acquisitâ , quando articuli reuelati concurrunt ad assensum Theol. vt crediti *Fide infusa*,non *humanâ*:nam vtrouis modo concurrant,semper motiuū formale assensûs Theol.erit diuersum à motiuo formali assensus articulorum : nam horum motiuum est sola auctoritas;vel diuina,si concurrant crediti *Fide diuinâ*;vel humana, si concurrant crediti *Fide humanâ*: illius verò est euidens connexio conclusionis cum principio credito.

43. *Est habitus medius.* Dico 4. Theologia est habitus medius inter fidem & scientiam. Est omnium,qui nobiscum sentiunt, Theologiam nec esse veram scientiam , defectu euidentiæ : nec propriè Fidem vel acquisitam, vel infusam ; eò quòd non nitatur solâ auctoritate dicentis , sed naturali etiam discursu,& euidenti connexione proprietatis cum principio credito; de Fide participat ineuidentiam,& certitudinem consequentis ; de scientiâ euidentiam consequentiæ , & modum deducendi conclusiones per discursum; vnde quâ pollet euidentiâ , & modo deducendi suas conclusiones per naturalem discursum , distinguitur à Fide , & conuenit cum scientiâ; quâ caret euidentiâ consequentis, & pollet certitudine maiore , quam habere posset per quamcunque naturalem euidentiam, differt à scientia, & conuenit cum Fide infusâ. Conuenit etiam cum sapientiâ , quatenus tractat de rebus altissimis, & per causas primas & dignissimas.

Inter fidem & scientiā.

44. Hinc patet ad Fundamentum tertiæ sententiæ, & ad rationem dubitandi *initio* positam:nam licet Theologia nullus sit habitus ex ijs, quos *Aristoteles* enumerat , cùm illum non cognouerit, quippe cùm supponat principia reuelata , quæ ipse nō cognouit , est tamen habitus intellectualis alterius rationis. vt *suprà*.

SECTIO III.

An ad assensum Theologicum concurrant principia reuelata cognita fide humanâ; an diuinâ , an cognitione naturali?

CVm assensus Theologicus sit in conclusiones deductas ex principijs reuelatis, acceptatis vt veris: cognosci autem,& acceptari possunt,vt vera, aut fide humanâ per miracula & signa excludentia omnem dubietatem ; aut Diuinâ , per solum testimonium Dei ; aut cognitione naturali euidente, vt cognoscitur, Deum esse, qui tamen est articulus reuelatus;controuersia est, quâ notitiâ debeant esse cognita principia reuelata,vt concurrere possint ad assensum Theologicum. 45.

PRIMA sententia , sufficere , vt ea sint cognita cognitione dumtaxat naturali ; assensus enim Theologicus procederet ex principijs reuelatis, etiamsi ex ijs lumine tantùm naturæ notis : quia vna notitia non impedit aliam. Confirmatur,sæpe Theologia ex vno principio reuelato , & altero euidenter noto procedit ad conclusionem Theologicam: ergo non repugnat assensui Theologico procedere ex principijs reuelatis, euidente notitiâ cognitis. 46. *Potest esse Sententi. 1. Fundam.*

SECVNDA sententia affirmat , principia reuelata ad assensum Theologicum concurrere , vt credita tantùm fide humanâ per signa , & auctoritatem excludentem omnem dubietatem : *Maioris quæst.4. Prologi §. 2. patet , Vasquez 1. part. disputat. 3. numer. 23.* Probat *Maior:* potest in hæretico , in quo nulla est Fides infusa , esse assensus Theologicus , qui enim negat vnum articulum, non necessariò negat reliquos: at vno negato destruitur Fides infusa , *ex materia de Fide*: igitur hæreticus negans vnum articulum habet assensum Theologicum circa conclusiones deductas ex reliquis articulis humanâ fide creditis, non nixum principijs diuinâ fide creditis. 47. *2. Sentent. Ab exemplo.*

TERTIA sententia docet, vt principia reuelata concurrere possint ad assensum Theologicum,necessariò debere esse credita Fide diuinâ: *Moline 1. part.quæst.1.articul.2.disputat.6.fine, Valent.quæst.1. puncto 5. Fasoli dubit. 7. Gilly libr.1.tract.2. capit.7.* &c. Fundamentum: assensus Theologicus est in essentiâ supernaturalis; vt supponitur: non potest talis esse, nisi principium reuelatum influat in assensum Theologicum , vt creditum Fide diuinâ; quia principium non influit in assensum conclusionis , nisi medio assensu sui: vnus autem assensus, vt alium supernaturalem in essentiâ gignat, requirit vt ipse quoque sit in essentiâ supernaturalis. 2. Theologia excedit quoad certitudinem omnes scientias naturales: non excederet, si ipsius assensus causaretur à principio reuelato credito tantùm fide humanâ , imò esset illis quoad certitudinem inferior: quia nequit assensus esse certior principio , propter quod elicitur : ergo non excederet certitudinem fidei humanæ. 48. *3. Sentent. Fundam. Molinæ. Aliorum. Axioma.*

DICO 1. Veritas reuelata cognitâ notitiâ euidente naturali non potest esse principium Theologici discursus. Fundamentum:Hic discursus est essentialiter ineuidens ; ergo non potest gignī ex principio euidenter noto ; quia ex principio euidenter noto per euidentem consequentiam deducitur 49. *Contra 1. Sentent.*

Digitized by Google

ducitur conclusio euidens. Antecedens probatur, Theologia nostra per hoc tantùm differt à Theologia Beatorum, & ab omni aliâ scientiâ naturali, quòd sit ineuidens & obscura; fundatur enim in solis principijs diuinâ Fide reuelatis.

50. *Resp. ad prima.* Ad Fundamentum oppositæ: non sufficit ad discursum Theologicum procedere ex principijs reuelatis, nisi etiam procedat ex ijs cognitis proportionatâ cognitione assensui Theologico, qualis non est notitia naturalis euidens. Ad Confirm. distinguo consequens: non repugnat assensui Theologico procedere ex alterutro tantùm principio euidenter noto, concedo; ex vtroque, nego. *Ratio discriminis.* quando enim vnum saltem principium est obscurum, conclusio, quæ semper sequitur debiliorem partem, erit ineuidens & obscura: quando vtrumque est euidenter notum, conclusio per syllogisticam formam deducta, non potest non esse euidens.

51. DICES. Ergo Propheta ex ijs, quæ esse euidenter cognoscit in attestante, non poterit Theologicum discursum formare; quia deberet procedere ex vtroque principio sibi euidenter noto, hoc pacto: quidquid Deus reuelat, est verum: hoc Deum reuelasse, mihi est euidens: (cognoscit enim hoc euidenter Propheta in attestante) ergo hoc est verum. Respond. Nego sequelam, etenim licet Prophetæ sit euidens reuelatio, non est tamen euidens obiectum reuelatum; quia licet cognoscat, hanc reuelationem esse à Deo, non tamen cognoscit obiectum in se, quod cum euidentiâ attestationis adhuc manet illi obscurum, & ineuidens. Et ratione huius intrinsecæ ineuidentiæ & obscuritatis, tenentis se ex parte obiecti (nam euidentia attestationis est extrinseca obiecto) poterit Propheta Theologicum discursum formare:

52. *Pro alterius controu. solutione nouâ.* qui ad scientiam non pertinet. Oritur duplex quæstio; vna, an assensus genitus ex principio reuelato, credito tantùm fide humanâ, sit eiusdem rationis, & speciei cum assensu genito ex principio, credito Fide Diuinâ? altera, an, posito quòd sit alterius rationis & speciei, pertineat ad habitum Theologiæ? nemo enim dubitat posse, & de facto sæpè Theologum ex principio reuelato, credito tantùm fide humanâ, suas conclusiones deducere, cùm hoc sit in liberâ potestate ipsius.

53. DICO 2. Assensus elicitus ex principio reuelato, credito tantùm fide humanâ, est diuersæ speciei ab assensu, elicito ex principio, credito Fide Diuinâ: pertinet tamen ad habitum Theologicum, vt minùs perfectus ad perfectum. Prior pars, quæ est contra *Vasquez* putantem eiusdem rationis esse assensum Theologicum in hæretico & Catholico, probatur: diuersum specie motiuum diuersam causat in assensu specificationem: at principium reuelatum, humanâ fide creditum est diuersum specie motiuum à principio Diuinâ Fide cognito; quia principium non est motiuum assensus, nisi vt cognitum, vt sic enim mouet intellectum ad assensum, illumque specificat: fides autem humana & diuina differunt specie: ergo & principia humana, atque diuina, fide cognita.

54. *Obijcies Fundam. Vasquez.* DICES; vt suprà, proximum motiuum assensus Theologici non est auctoritas humana, aut diuina, sed naturalis connexio proprietatis cum suo principio, quæ semper est eadem siue principium reuelatum sit cognitum fide diuinâ, siue humanâ. *Resp.* Respond. Concedo de motiuo proximo & inadæquato; nego de remoto, & adæquato, à quo Theologicus assensus specificatur. Licet igitur proximum motiuum, quo mouetur intellectus ad assensum Theologicum, sit naturalis connexio conclusionis cum principio, remotum tamen est ipsa veracitas dicentis, quæ modificata naturali discursu est adæquatum motiuum assentiendi; ita vt ad assensum influat etiam auctoritas dicentis, vt modificata per naturalem connexionem. Quod inde patet: quia, si sola connexio conclusionis cum principio esset adæquatum motiuum assensus Theologici, non esset certior assensus elicitus ex principio credito fide diuinâ, atque humanâ. Nam in vtroque est eadem connexio proprietatis cum principio: igitur, si in vno est maior certitudo, quàm in alio, hæc aliunde esse non potest, quàm ex principio credito certiori assensu, à quo vim habet communicandi maiorem certitudinem in assensum Theologicum, quàm habeat principium cognitum tantùm fide humanâ.

55. *Posterior pars prob.* Quòd talis assensus elicitus ex principio credito fide humanâ, excludente omnem moralem dubietatem, pertineat ad Theologiam, sic probatur: Theologia non solùm procedit ad suas conclusiones probandas ex immediato, sed etiam ex mediato testimonio Diuino, quatenus illud per humanam auctoritatem proponitur credendum: Vnde procedit ex auctoritate Patrum, *Scholasticorum*, ex communi sensu Ecclesiæ, ex signis & miraculis, in attestationem diuinæ reuelationis, patratis; quæ omnia non excedunt fidem humanam: cùm tamen hæc à Theologis locentur inter locos & sedes Theologicas, ex quibus eruuntur argumenta ad veritates Theologicas confirmandas. Cùm enim proprium sit Theologiæ, *vt S. Doctor* 1. *part. quæst.* 1. *art.* 8. *ad* 2. argumentari ex auctoritate, vtpotè in Diuinâ reuelatione fundatâ, vtitur his omnibus auctoritatibus, vt proprijs medijs ad suas veritates comprobandas.

56. *Varij certitudinis gradus:* Inter huiusmodi auctoritates primum gradum certitudinis obtinet diuina immediatè applicata per reuelationem Dei; quæ diuiditur in scriptam, traditam, & animatam, quæ residet in Vicario Christi: cuius oppositum, si cum pertinaciâ asseratur, hæresim gignit: quæ est primus gradus erroris contra Fidem. Secundum gradum obtinet totius Ecclesiæ Consensus: tertium communis Patrum auctoritas: Quartum conspiratio omnium Doctorum: vnde sicut in his datur maior & minor certitudo, omnes tamen reductiuè pertinent ad Fidem: ita & inter assensus ipsos Theologicos datur vnus certior altero; omnes tamen pertinent ad Theologiam; cuius est per huiusmodi auctoritates suas veritates confirmare. Cæterùm his omnibus auctoritatibus vtitur Theologus, quatenus aliquo modo fundantur in diuinâ: Nam eatenus nititur auctoritate Patrum, Ecclesiæ, & Doctorum, quatenus eas censet fundari in auctoritate Dei reuelantis: quia tamè hoc non est certum, propterea assensus fundatus in his auctoritatibus non est ita certus, sicut qui fundatur in auctoritate Dei immediatè applicata per euidentem deductionem.

57. DICES, ergo eodem modo ad Theologiam spectabit assensus Theol. opinatiuus, & formidolosus. *Resp.* Resp. Non ita propriè, cùm dubietatem non excludat: quare ille tantùm, & omnis assensus ad Theologiam spectabit, qui moralem gignit certitudinem; nam hæc ad minimum ad Theol. assensum necessaria est.

58. *Ad Fund. Sentent. 2.* Patet ad Fundamentum secundæ, quod procedit tantùm de habitu Theologico acquisito ex assensibus

Digitized by Google

sensibus fidei humanæ, qui manet in hæretico etiam quoad exercitium. Fundamenta tertiæ procedunt de habitu acquisito ex assensibus fidei diuinę; de quo tanquam de præcipuo ac potissimo habitu verificatur, quod in certitudine excedat omnes scientias naturales.

Tertia.

59. *Corell.* Deducitur primò Theologiam non esse vnum specie habitum, sed plures; omnes tamen attributionem dicere ad reuelationem diuinam, quam omnes finaliter intendunt magis aut minùs proximè, prout ad illam accedunt per maiorem, vel minorem certitudinem auctoritatis proponentis.

60. Secundò, Ex assensibus Theologicis non solum augeri habitum Theologicum, sed fidem ipsam; vel acquisitam, si assensus principiorum procedat ex fide acquisita; vel infusam, si procedat ex fide infusa: cum hoc tamen discrimine, quòd acquisita augetur ex assensibus fidei humanæ physicè; infusa verò ex assensibus fidei diuinæ meritoriè: eò quòd habitus infusi, cùm sint ad instar potentiarum, quæ supponi debent ad actus, nequeunt per actus physicè intendi. Secùs de habitibus acquisitis, qui, cùm supponant potentiam, cuius actibus generantur, possunt intendi per eosd.

61. *Ratio.* An autem debeat esse meritorius actus fidei diuinæ, vt habitum moraliter intendat? Affirmat *Scotus in tertia distinct. 23. §. de primo.* Mihi probabilius oppositum; quod docet *Iacobus Granadus in 1. part. tractatu primo distinct. 4.* quia sicut hic habitus manere potest cum peccato, ita & in statu peccati augeri: & sicut non facit hominem sanctum; ita nec eius augmentum magis sanctum. Vnde *Caiet. part. 2. quæstion. 62. articul. 4.* docet, hunc habitum infundi posse sine gratiâ; vt cùm quis ad baptismum accedit dispositus per solum actum fidei, qui sufficit ad sacramentum, non autem ad effectum sacramenti; baptizatus simul cum charactere recipit habitum fidei sine gratiâ. Iuxta hanc sententiam intelligitur auctoritas *Augustini 14. de Trinit. capit. 1.* vbi nostram Theologiam ait esse scientiam, *quâ fides saluberrima gignitur, nutritur, defenditur, & roboratur*: quia per actus huius scientiæ fides si non est, infunditur; si est, augetur, *nutritur*, &c.

SECTIO IV.

An habitus Theologicus sit supernaturalis quoad substantiam.

62. PRIMA sententia negat; *Vasquez 1. part. distinct. 4. numer. 23. Granad. tractat. 1. distinct.* 5. &c. primò, quia assensus Theologicus non innititur immediatè testimonio Dei, sed medio discursu naturali; ergo nequit esse in substantiâ supernaturalis: assensus enim specificatur à suo motiuo proximo: quod hîc est discursus, seu connexio naturalis proprietatis cum principio. Secundò, sæpè discursus Theologicus procedit ex vnâ præmissâ naturali; ergo nequit tunc quoad entitatem, & certitudinem esse supernaturalis: eò quòd *conclusio semper sequitur debiliorem partem*: cùm enim ars syllogistica debeat in conclusione connectere duas extremitates, ex vi coniunctionis earum cum medio in præmissis, non poterit eas firmiùs conclusione connectere, quàm fuerint cum medio in præmissis coniunctæ. Igitur quantum firmitatis & certitudinis illis deest cum medio in præmissis, tantumdem illis deesse oportebit in conclusione. Vnde si cum medio altera extremitas coniungitur euidenter, contingenter, aut probabiliter, coniunctio earum in conclusione erit ineuidens, contingens & probabilis, vt inductione constat. Igitur, si in Theologico discursu altera præmissa erit naturalis, cum eâ vna extremitas connectetur certitudine tantùm naturali; atque adeò non poterit in conclusione cum alterâ extremitate maiori certitudine arctiorique firmitate connecti.

Probant 1.

2. Ex axiomate dialec. cuius Ratio explicatur.

63. *Tertiò.* Tertiò. Habitus Theologicus non est per se infusus; aliàs enim non posset acquiri per actus; nam habitus per se infusi habent rationem potentiæ, quæ cùm supponatur ad actus, nequit per eos produci: Præterea, si habitus Theologicus esset per se infusus, suâ naturâ peteret infundi cum reliquis habitibus supernaturalibus, qui simul omnes infunduntur cum gratiâ. Vnde sequeretur omnes fideles absque studio Theologiæ esse Theologos, per habitum Theologicum infusum, contra experientiam, & *Augustin. 14. de Trin. capit. 1.* dicentem: *Hac scientia non pollere fideles plurimos, quamuis ipsa fide polleant plurimùm.* Consequentia probatur, nullus datur habitus supernaturalis, qui non sit per se infusus; ergo si Theologicus non est per se infusus, non erit supernaturalis.

64. *Quartò.* Quartò. Idem habitus Theologicus esse potest in hæretico æquè, ac in Catholico; at in hæretico non est supernaturalis: quia in hæretico nullum est principium, aut motiuum supernaturale, quod gignere possit assensum Theologicum supernaturalem, cùm careat fide infusâ, & motiuo supernaturali auctoritatis diuinæ, quâ duci nequit hæreticus in reliquis articulis credendis vel vno tantùm negato, vt *numer. 47.* Quintò, nequit assignari causa supernat. efficiens discursum Theol. supernaturalem.

Quintò.

65. SECVNDA sententia affirmat: *Hernai quodlibeto 5. quæst. 19.* vbi docet hanc ab omnibus teneri, *Cani libr. 12. de locis Theologicis capit. 3. conclusione 2. Zumel 1. part. quæstion. 1. articul. 8. quæst. 4. notabili 2. Molina articul. 1. disputat. 1. & 2. Fasoli dubit. 13. Gillij libr. 1. tractat. 4. capit. 12. Hurtadi de anima disputat. 16. sect. 8. S. Thom. 1. part. quæst. 1. articul. 1. & 5.* Vbi docet Theologiam differre à reliquis scientijs naturalibus, quia nititur *lumine superiore*: Quod etiam affirmat *Caiet. articul. 1. fine & articul. 3. §. sed contra.* Nec potest intelligi de lumine fidei prærequisito ad assensum Theologicum: Caietan. enim expresè distinguit lumen supernaturale fidei, & Theologicum per rationes intrinsecas: & alioqui *S. Thom.* non distinxisset Theologiam à reliquis scientijs per rationem intrinsecam, sed tantùm per extrinsecam, nempe per lumen fidei ad Theol. discursum prærequisitum.

S. Thoma procul dubio sentent.

66. *Pro explic. huius sent.* Nota, nos hîc non loqui de habitu Theologico inclinante intellectum ad conclusiones deductas ex principijs reuelatis, creditis tantùm fide humanâ; hîc enim est in entitate & certitudine naturalis, quia nullum habet principium supernaturale, à quo gigni possit supernaturalis: sed controuersia est de habitu, inclinante intellectum ad conclusiones deductas ex principijs reuelatis, creditis fide diuina. De quo habitu Theologico

67. *Prob 1. à posteriori.* Dicendum est, illum esse quoad substantiam supernaturalem: Prob. 1. assensus Theologicus est certior quolibet scientifico naturali; ex *S. Thom. 1. part. quæst. 1. articul. 5. & cæteris Theologis*: hanc certitudinem non potest aliunde habere, quàm ex principio aliquo supernaturali: cùm oporteat omnem

Digitized by Google

nem perfectionem, quæ reperitur in effectu, proficiſci à cauſa; nequit autem effectus recipere à principio ſupernaturali perfectionem vllam ſupernaturalem realem, quin ſimul cum eâ recipiat entitatem ſupernaturalem; cùm perfectio ſit ipſa entitas realis, quæ non eſt naturalis, ſi perfectio ſupernatur. eſt, patet; ergo ſi aſſenſus Theologicus recipit certitudinem ſupernaturalem, excedentem certitudinem ſcientiarum naturalium, oportet, vt cum eâ ſimul recipiat entitatem ſupernaturalem.

68. *Prob. 2. à priori.* Secundò, Quotieſcunque ad aſſenſum concurrit motiuum aliquod ſupernaturale, ille eſt quoad eſſentiam ſupernaturalis: aſſenſus enim ſpecificatur à motiuo: at qui ad aſſenſum Theologicum concurrit motiuum ſupernaturale: adæquatum enim motiuum illius non eſt ſola diſpoſitio terminorum, ſeu naturalis connexio vnius extremitatis cum medio, ſed etiam ſupernaturalis connexio alterius extremitatis cum eodem medio: ſcilicet aſſentior; ergo *Chriſtus eſt riſibilis*, non ſolùm, quia riſibilitas, quæ eſt alterum concluſionis extremum, naturaliter connectitur cum homine, qui eſt medium, cum quo extrema connectuntur in præmiſſis; ſed etiam quia Chriſtus, quod eſt alterum extremum concluſionis, fide diuinâ connectitur cum homine in præmiſſis. Concurrente autem partiali motiuo ſupernaturali, totus aſſenſus fit ſupernaturalis; ſicut concurrente partiali cauſa ſupernaturali totus effectus eſt ſupernà. vt conſtat de lumine gloriæ, & intellectu creato partialiter concurrentibus ad viſionem beatam.

69. *Ratio.* Ratio, quando duæ cauſæ ambæ in effectum concurrunt, ſemper ſuperior, vtpotè fortior, aſſimilat ſibi effectum, ſaltem quoad aliquid. Confirmatur, ſupernaturalitati Theologici aſſenſus non obſtat naturalis diſcurſus, quo vtimur ad concluſiones ex reuelatis deducendas: quia hic non impedit ſupernaturalitatem multorum actuum, quos per ſcientiam infuſam eliciebat Chriſtus, nec coniunctio alterius motiui naturalis impedit, quia ad dandam ſpeciem actui ſupernaturalem, ſufficit alterutrum tantùm motiuum ſupernat.

70. *Coroll.* Ex his deducitur, aſſenſum Theologicum, qui mediâ conſequentiâ naturali, etiam infertur ex vnâ præmiſſa ſupernaturali, & alterâ naturali, eſſe in eſſentiâ ſupernaturalem: quia ad vtrumque concurrit aliquod motiuum ſupernatur. nempe altera ſaltem præmiſſa ſupernat.

71. *Ad 1. primæ.* Ad 1. oppoſitæ nego, conſequentiam: ad probationem: nego, aſſenſum ſpecificari tantùm à motiuo proximo, ſed ab adæquato; quòd caſu noſtro eſt connexio etiam ſupernaturalis cum medio diuinâ fide credito.

72. *Ad axioma dialect.* Ad 2. Nego conſequentiam. ad probationem Reſpondeo 1. Dialecticum illud axioma intelligi negatiuè, non poſitiuè, vt videlicet nunquam concluſio ſequatur gradum certitudinis præmiſſæ fortioris; non autem vt debeat neceſſariò ſequi gradum præmiſſæ debilioris: ſed ſequi poteſt certitudinem mediam inter vtrumque: ſicut cùm effectus procedit ex duplici cauſa partiali, non procedit cum ſpecificâ perfectione cauſæ perfectioris, neque imperfectioris, ſed cum mediâ imitante perfectionem vtriuſque, vt patet de mulo procedente ex equâ & aſino, qui procedit mediâ quâdam ſpecie imitante naturam vtriuſque cauſæ.

73. *Reſp. 2. melius.* 2. Conceſſo abſolutè axiomate, nego, præmiſſam naturalem, quando coniungitur cum ſupernaturali ad illam explicandam, habere tantùm certitudinem naturalem; aio eleuari ex coniunctione cum præmiſsâ ſupernaturali ad participandum gradum certitudinis ſupernaturalis: quia dum præmiſſa naturalis explicat ſupernaturalem reuelatam, ſimul explicat ſe ipſam implicitè & virtute contineri in ſupernaturali reuelata, atque adeò participare certitudinem reuelationis ſupernaturalis, non quidem formalis & expreſſæ, ſed virtualis & implicitæ: & conſequenter concluſio deducta ex vnâ præmiſsâ ſupernaturali, & alterâ naturali, etiamſi ſequatur partem debiliorem, erit certior quàm concluſio naturalis: quia non nititur certitudine præmiſſæ vt naturalis, ſed vt participantis certitudinem præmiſſæ ſupernaturalis per coniunctionem ad illam: Vt patet in ſyllogiſmo: *Chriſtus eſt homo: homo eſt riſibilis: ergo Chriſtus eſt riſibilis.* Minor naturalis dum explicat maiorem reuelatam, & creditam fide diuinâ, ſimul explicat, ſe ipſam virtute contineri in maiore reuelatâ. Quia cum propoſitione reuelatâ cenſentur reuelari ea omnia, quæ cum eâ ſunt naturaliter connexa: atque adeò ex tali explicatione & coniunctione redundat in minorem naturalem gradus certitudinis reuelationis implicitæ & virtualis, qui gradus certitudinis communicatur etiam concluſioni.

74. *Dices.* DICES, præmiſſa naturalis cognita per diſcurſum, vt contenta in præmiſſa reuelata, creditur fide diuinâ; ergo vt ſic non differt à præmiſſa reuelata. *Reſp.* Reſpond. Creditur fide diuinâ virtuali, & implicitâ, concedo; formali & explicitâ, nego. Dupliciter enim poteſt talis præmiſſa credi ex teſtimonio diuino, vno modo explicitè & formaliter, ſi nimirum diſcurſus naturalis ſolùm ſe habeat vt conditio, quâ poſitâ intellectus ſolo teſtimonio diuino feratur ad eam credendam: alio modo, implicitè & virtualiter, ſi videlicet eodem diſcurſu explicetur, illam contineri in præmiſsâ reuelatâ, & ſimul eodem teſtimonio diuino implicitè & virtualiter credatur ea eſſe in præmiſſa ſupernaturali reuelatâ: qui eſt quidam certitudinis gradus inferior fide diuinâ formali & expreſsâ, ſuperior ſcientiâ naturali.

75. *Inuidentia eſt pars debilior ab. ſolutè.* Hinc patet, cur quoad reliquas proprietates ineuidentiæ, contingentiæ & probabilitatis, concluſio neceſſariò ſequatur euidens, contingens, & probabilis: quia nimirum ineuidentia eſt pars debilior, & præmiſſa euidens nequit vllum gradum euidentiæ communicare præmiſſæ ineuidenti, & creditæ fide diuina; quia hæc excludit à ſuo motiuo formali omnem rationem naturalem. Perfectio verò probabilis ſeu contingens non reuelatur implicitè & virtualiter in propoſitione reuelatâ: cùm tales perfectiones adeſſe, & abeſſe poſſint integrâ manente naturâ propoſitionis reuelatæ; ſicut intelliguntur implicitè reuelatæ eæ perfectiones, quæ naturaliter integrant naturam propoſitionis reuelatæ; atque adeò propoſitiones probabiles coniunctæ cum propoſitione reuelatâ nullum participant ex tali coniunctione gradum certitudinis, ſed manent in ſuâ purâ probabilitate, quam ſuâ naturâ habent, & conſequenter concluſio, quæ iuxta artem ſyllog. ſequi debet partem debiliorem, ſemper erit probabilis & contigens.

76. *Ad 3.* Ad tertium ſupernaturalitati habitûs obeſſe nõ debet, quòd acquiratur ex noſtris actibus; quia quando actus ſunt ſupernaturales, vt aſſenſus Theologici, ex motiuo & certitudine ſupernat. non poſſunt niſi ſupernaturalem habitum gignere. Ad conſequentiæ probationem nego antecedens: nam

Digitized by Google

Habitus supernaturales aliqui acquisiti:

nam ex mea sententia duplex datur genus habituum supernaturalium; alterum infusorum, acquisitorum alterum: illi præcedunt actus, & ad instar potentiæ dant posse simpliciter; vnde à proprijs actibus augeri non possunt: isti subsequuntur actus, & ad instar habituum naturalium necessariò supponunt infusos, tanquam potentias, solumque conferunt in operando facilitatem, à

Scilicet species actuū.

suisque actibus intenduntur. Fundamentum: habitus acquisiti sunt ipsæ species actuum in potentia relictæ, quæ magis, ac magis perfectæ ac radicatæ per exercitium plurium ac plurium actuum, potentiam facilitant ad consimiles actus circa idem obiectum eliciendos. Sed actus supernaturales non relinquunt nisi species supernaturales, cùm species sit virtualis imago & repræsentatio obiecti: ergo præter habitus infusos dantes simpliciter posse, concedendi sunt acquisiti ex actibus supernaturalibus frequentatis, præbentes tantùm facilitatem circa idem obiectum: vt fusè 8. *tomo disputat.* 1.

77. *Ad 4.* Ad 4. neg. maiorem, si loquamur de habitu Theologico inclinante in intellectum ad conclusiones deductas ex principijs reuelatis, creditis fide Diuinâ: quia cùm in hæretico non sit habitus fidei infusæ, non potest ad conclusiones procedere ex principijs reuelatis, creditis fide Diuinâ, quæ necessariò prærequiritur ad perfectum assensum Theologicum.

78. Concedo maiorem, si loquamur de habitu Theologico inclinante ad conclusiones deductas ex principijs reuelatis creditis tantùm fide humanâ. Verùm hic habitus non in substantiâ supernaturalis, cùm nullum habeat principium supernaturale.

79. *Ad 5.* Ad 5. aliqui causam efficientem supernaturalem assensûs Theologici, assignant ipsos assensus supernaturales fidei in principia reuelata, qui simul cum intellectu effectiuè influunt in assensum conclusionis. Sed contrà; cùm assensus sit actus vitalis, non videtur habere vim actiuè influendi in alium actum vitalem, vt inductione constat de actibus vitalibus: Solùm enim principia reuelata ad assensum conclusionis Thologicæ concurrunt obiectiuè, sicut omnes præmissæ ad assensum conclusionis. Quare dico causam efficientem supernaturalem assensus Theologici, esse habitum fidei infusæ, quæ non solùm se extendit ad actum fidei formalis & explicitæ, sed etiam ad actum fidei virtualis & implicitæ: qualis est assensus Theol. in conclusionem; implicitè contentam in præmissis reuelatis.

Habitus fidei efficit assensum Theolog.

80. Deducitur; certior est conclusio Theologica deducta ex vtrâque de fide, quàm ex vnâ de fide, & alterâ naturali. Fundamentum: quantò conclusio est propinquior principio, ex quo deducitur, tantò est certior; quia tantò magis participat certitudinem principij, propter quam asseritur. Sed conclusio deducta ex vtrâque præmissâ de fide est propinquior principijs reuelatis, ex quibus deducitur, quàm deducta ex vnâ tantùm de fide: quia hæc continetur in alterâ de fide, mediâ præmissâ naturali; deducta verò ex vtrâque de fide continetur nullâ mediâ præmissâ naturali, sed tantùm medio discursu naturali; ergo est propinquior principijs, atque adeò certior.

SECTIO V.

An Theologia sit vna scientiâ?

81. 1. *Sentent. Fundam.*

PRIMA Sententia negat; *Goffredi apud Amicol. quæst.* 2. *Prolegi articul.* 3. quia illa scientia non est vna, quæ non habet obiectum formale vnum, quod dat vnitatem scientiæ: Theologia non habet obiectum formale vnum; primò, quia obiectum Theologiæ est partim practicum, partim speculatiuum: at hæc duo nequeunt in vnum obiectum formale simul conuenire, cùm sint rationes primò diuersæ, diuidentes habitum in duas species primò diuersas: vt constat de Ethica & Metaphysica, quæ sunt duæ scientiæ specie diuersæ, quia illius obiectum est ens operabile; huius verò speculabile. Secundò Theologia æquè primò agit de Deo & creaturis; nullus autem conceptus communis est Deo & creaturis, ergo.

82. 2. *Sentent.*

Secunda docet, Theologiam, quæ conclusiones infert ex vtroque principio reuelato, esse vnam specie scientiam: quæ verò conclusiones infert ex vno principio reuelato, & altero naturæ lumine noto; esse specie diuersam, eamque in tot specie habitus multiplicari, quot sunt principia naturalia specie diuersa, quæ ad conclusiones Theologicas concurrunt: ita *Molin. p.* 1. *quæst.* 1. *articul.* 3. *disputat.* 3. *fine*, *Granad.* 1. *p. tract.* 1. *disputat.* 8. quia prioris obiectum formale semper est idem, ipsa videlicet auctoritas Diuina applicata per discursum, vt *infrà*: posterioris verò semper est diuersum à priore, & interdum varium, iuxta varietatem principiorum, quæ cum reuelato principio ad conclusiones concurrunt: scilicet obiectum formale Theologiæ sunt principia ex quibus Theologicæ conclusiones inferuntur: at hæc sunt diuersa in vtroque assensu, quando enim vtrumque principium est reuelatum, adæquata ratio assentiendi conclusioni est sola auctoritas, euidenti discursu applicata: quando verò cum principio reuelato coniungitur aliud principium naturale, adæquata ratio assentiendi non est sola auctoritas reuelantis, naturali discursu applicata, sed etiam aliud principium lumine naturæ notum. Nam hoc simul cum reuelato integrat adæquatum motiuum assentiendi: quod variatur iuxta varietatem principiorum naturalium.

Discriminis ratio.

83. Confirmatur, certior est conclusio deducta ex vtroque principio reuelato, quàm ex vno reuelato & altero naturali: ergo vna specie differt ab aliâ: quia sicut ex maiore certitudine conclusionis Theologicæ supra quamcunque naturalem, colligimus specificam diuersitatem inter eas: ita ex maiore certitudine conclusionis Theologicæ deductæ ex vtroque principio reuelato, & ex altero naturali, colligere debemus specificam diuersitatem inter illas.

84. *Theologia est vna scientia.*

TERTIA affirmat; Theologiam esse vnam scientiam: Est *omnium Theologorum*, *in Prologo sententiarum & cum S. Thom.* 1. *part. quæstion.* 1. *articul.* 3. Variant in assignandâ radice huius specificæ vnitatis: omnes tamen conuenire debent, eam sumendam esse ex vnitate obiecti formalis, vt enim constat ex *Philosophiâ*, radix omnis specificationis, atque adeò vnitatis potentiarum, actuum, & habituum desumenda est ex obiecto formali, quia autem habitus Theol. generatur ex actibus, & actus non generant nisi habitum sibi similem:

si proba-

Digitized by Google

si probauero omnes assensus Theologicos niti eâdem ratione formali, efficaciter probauero, eodem motiuo formali niti habitum Theol. cùm idem sit motiuum formale habitûs & actûs: Hoc sic probo:

84. *Ratio mouens est vna specie.* Vnitas obiecti formalis assensus desumitur ex vnitate rationis, quâ potentia mouetur ad assensum eliciendum: quia quod mouet potentiam ad actum, concurrit vt causa proxima ad illum, & illi speciem vnitatemque tribuit (omnis quippe causa proxima, vt *inductione* constat, speciem tribuit effectui, quem producit.) At ratio proxima, quâ intellectus mouetur ad assensum Theologicũ est vna specie; scilicet reuelatio Dei virtualis, quæ eadem est in omni assensu Theologico, seu quia conclusio implicitè & virtualiter continetur in principio reuelato, illi assentimur, omnis enim assensus Theologicus supponit aliquod principium reuelatum, ex quo per naturalem discursum deducit nouam veritatem: ergo ad omnem eum concurrit virtualis reuelatio, vt ratio proxima assentiendi, seu ipsa virtualis continentia conclusionis in principio reuelato: ergo cùm hoc motiuum formale sit vnum, assensus Theologicus est vnus specie. Confirm. omnes assensus fidei sunt eiusdem rationis, eo quòd omnes nitantur eodem motiuo reuelationis formalis: ita omnes assensus Theologici erunt eiusdem rationis, eo quòd omnes nitantur eodem motiuo reuelationis virtualis. Neque principium naturale coniunctum cũ supernaturali reuelato variat hanc virtualem reuelationem, quia non concurrit præcisè vt naturale, sed vt participans virtualem reuelatio[illegible]: quia concurrit vt virtualiter contentum in principio reuelato.

Scilicet reuelatio virtualis.

85.

86. *Diuina: humana variat speciem.* Deducitur 1. Assensum Theol. qui nititur principio reuelato credito fide humanâ esse diuersum specie à Theologico, qui nititur principio reuelato credito Fide Diuinâ: & consequenter habitus vtriusque esse etiam specie diuersos; siquidem motiuum vnius est testimonium humanum; motiuum alterius est testimonium Diuinum virtuale: quæ duo motiua specie differunt inter se. Omnes tamen assensus Theologici ex principijs reuelatis creditis fide humanâ sunt eiusdem speciei, quia omnes nituntur eodem motiuo proximo fidei humanæ.

87. *Plures numero habitus.* 2. Theologiam non esse vnam simplicem qualitatem, sed plures habitus distinctos numero, quorum vnusquisque inclinat ad distinctam numero conclusionem, sub eâdem tamen ratione formali, sub quâ omnes conueniunt. Est *Aureoli quæst. 2. Prologi articul. 4.* ad *prima Molinæ*, *Granadi citat.* Fundamentum: in mea sententia, ad quam teste *Capreolo quæst. 3. Prologi articul. 1. post* primam *conclusionem* S. Thom. magis inclinat, & docet *Scotus in Prologo quæst. 2. Laterali §. de secundo.* habitus acquisitus consistit in speciebus relictis ex præteritis actibus in potentiâ. At species vnius assensus numero differunt à speciebus alterius assensus. Ergo. Confirmatur: non statim acquisito habitu ad vnam conclusionem, acquiritur habitus circa reliquas: ergo habitus inclinans ad vnam est numero distinctus ab habitu inclinante ad alias.

Obiicies 1. Reuelatio virtualis in Theologia se habet, vt abstractio in scientijs: sed abstractio in scientijs non habet rationem motiui, sed puræ conditionis: ergo & reuelatio in Theologia. Confirmat. ratio motiua debet esse intrinseca obiecto formali: sed reuelatio non est intrinseca obiecto formali Theologiæ, cùm sit extrinseca denominatio ab actu Dei reuelantis. Respond. nego maiorem: abstractio enim in scientijs non est motiuum assensus scientifici, sicut virtualis reuelatio est motiuum Theologici assensûs. Ad Confirm. nego maiorem vt patet in obiecto fidei, cuius ratio formalis est auctoritas dicentis, quæ non est intrinseca obiecto credendo. Vt enim ratio formalis possit mouere intellectum ad assensum, sufficit, vt cum illo apprehendi possit per modum vnius. *Resp.*

Obiicies 2. Assensus scientifici specificantur à conclusionibus: ergò etiam Theologici. Confirm. Theologus diuersos format conceptus de Deo Trino & Vno, ac de Sacramentorum institutione. Respond. negando antecedens: assensus enim scientifici specificantur à medijs, quæ sunt principia assensuum, non à conclusionibus. Vnde quando diuersę conclusiones diuersis cognoscuntur medijs, diuersos pariunt assensus, non propter diuersitatem conclusionum, sed mediorum, quibus illæ cognoscuntur: eodem enim medio plures possunt conclusiones diuersæ cognosci, & probari. Cùm igitur conclusiones Theologicæ nitantur vnico medio reuelationis virtualis, non specificabunt diuersos assensus. 89. *Assensus specificantur à medijs.*

Ad Confirmationem concedo de conceptibus apprehensiuis, qui præcedunt assensum illatiuum, vt conditiones prærequisitæ: scilicet ipsos esse diuersæ rationis: Nego de assensu illatiuo. Explico; vt intellectus possit elicere hunc assensum: *Christus est risibilis; Pater distinguitur à Filio:* priùs formare debet simplices conceptus terminorum, nempe de Christo risibili, & de Patris à Filio distinctione: qui quoniam sunt de terminis diuersis, ipsi etiam erunt specie diuersi: verùm non in ijs consistit formalis assensus Theologicus, quem tales conceptus apprehensiui solùm præcedunt vt conditiones prærequisitæ, sine quibus assensus ipse elici nõ posset; sed in actu illatiuo, quo conclusio infertur ex principio reuelato, vt in eo virtualiter contenta. Quia ex *S. Thom. part. 2. quæst. 8. articul. 3.* Scot. *in Prologo quæst. 2. Laterali §. de secundo*, necesse est, vt eodem actu simul cognoscatur principium, & inferatur conclusio: id tamen, à quo actus specificatur, est motiuum formale. 90.

Obiicies 3. Sæpè Theologia ad suas conclusiones tuendas vtitur principijs purè naturalibus; ergo non potest esse vna. Respond. nego, non quà Theologia est, vti illis; sed quà coniunctas habet in eodem subiecto alias scientias: quarum ministerio vtitur ad suas conclusiones tuendas. Sicut interdum vna virtus vtitur ministerio alterius ad se ipsam tuendam; veluti castitas ad se ipsam contra corruptorem tuendam vtitur ministerio fortitudinis. 91. *Theologia vtitur scientijs.*

Obiicies 4. Deus in reuelandâ Theologia se habet vt præceptor: sed possunt ab eodem præceptore plures scientiæ addisci; ergo potest homo plures habitus Theologicos distinctos habere. Respond. distinguendo maiorem: habet se Deus in reuelandâ Theologiâ, vt præceptor proponens reuelata, solâ proponentis auctoritate credenda, concedo: & tunc nego, ab eodem præceptore plures addisci posse scientias: quia tunc omnia creduntur sub eodem motiuo formali auctoritatis præceptoris proponentis. Habet se Deus in ea, vt præceptor proponens reuelata, cognoscenda sub proprio motiuo, & ratione formali intrinsecâ rerum, nego: In quo tantùm casu multiplicarentur scientię ad multiplicationem rerum, quæ proponuntur cognoscendæ. 92.

Ad 1. neg. minor. Ad 1. prob. nego practicum & specula- 63. *Ad Gosfredi.*

Digitized by Google

speculatiuum non posse sub vnâ ratione formali conuenire, vt patet de Fide, quæ sub vno motiuo formali Diuinæ reuelationis tendit ad vtrumque obiectum practicum & speculatiuum; eadem credit, Deum esse Trinum & Vnum, & simul summè diligendum, quod est practicum obiectum. Neque Ethica & Metaphysica ex eo tantùm specie differunt, quòd vnius obiectum sit practicum, alterius verò speculatiuum, sed quia non habent vnam rationem formalem communem, ex *Philosophia*. Ad 2. nego maior. Nam de Deo agit Theologia primariò, de creaturis secundariò, & in ordine ad Deum.

94. *Ad rationem Molinæ, Granadi.* Ad 2. Patet falsum esse, principium naturale specificè variare adæquatum motiuum assensus Theologici; quippe quod ad assensum non concurrit, nisi vt virtualiter reuelatum, & implicitè contentum in ipsa propositione expressè reuelata, sub qua ratione omnia principia naturalia conueniunt. Ad Confirm. neg. conseq. Nam maior illa certitudo, quâ vna conclusio Theologica differt ab aliâ, non est diuersæ speciei, cùm vtraque pendeat ab eâdem reuelatione virtuali; sed maioris dumtaxat intensionis intra eundem gradum certitudinis Theologicæ.

SECTIO VI.

An Theologia sit practicâ, an speculatiua, an vtraque simul?

95. *Finis intrinsecus scientiæ, veritas; opus practica.* DEfiniendum, priùs est, quid practicum, quid speculatiuum sit. Est autem speculatiuæ scientiæ, *teste Philos. 2. Metaph. cap. 1.* intrinsecus finis veritas; practicæ verò opus. Opus igitur quod & πρᾶξις Græcè dicitur, obiectum est practicæ scientiæ: sicut & veritas, ipsa videlicet rei notitia, obiectum est speculatricis scientiæ: Vnde hæc gratia sui esse dicitur, quia suæ solius contemplationis causâ est; illa verò gratiâ alterius, quia non sistit in sola veritate sui obiecti cognoscendâ, sed vlteriùs tendit ad actum, seu opus à se distinctum dirigendum regulandúmve: Vnde quidquid est intellectuali notitiâ regulabile, siue dirigibile, obiectum est practicæ scientiæ. Quare falsò *Scotus qu. 4. Prologi §. dico igitur*, ab obiecto practicæ scientiæ excludit actum intellectus; definiens praxim, ad quam cognitio practica se extendit, esse *actum alterius potentiæ, quam intellectus, naturaliter posteriorem intellectione, natum elici conformiter rationi rectæ, ad hoc vt sit rectus:* etenim non solùm operationes externæ, internæque appetitûs, sed etiam intellectûs sunt regulabiles, & dirigibiles per notitiam practicam priorem; vt omnes speculatiuæ scientiæ practicè diriguntur per Logicam, cuius est omnes scientias regulare, & per certas regulas syllogisticæ formæ dirigere. Item omnes actus scientiarum sunt moraliter regulabiles à virtute studiositatis; cuius est certum modum in studendo præscribere iuxta regulas prudentiæ.

96. *Rectitudo actus, moralis, artificialis. Coroll. 4.* Colligitur 1. In actibus duplicem reperiri posse rectitudinem, alteram moralem in ordine ad mores; alteram artificialem in ordine ad artem. Potest enim interdum opus rectum esse secùndùm mores, si recto fine & intentione fiat, obliquum verò secundùm artem, si regulas artis non attingat,

97. & vice versa. 2. Non solùm actiones, & factiones, quæ sunt circa externa opera, sed ipsas etiam speculationes esse obiecta scientiæ practicæ, ac proinde praxes; sub diuerso tamen respectu: dicitur speculatio, quà contemplatio veritatis; praxis verò ipsa veritatis contemplatio à scientia practica secundùm circumstantias loci, temporis, & modi speculandi. 3. Non sat esse, vt scientia sit practica, vt versetur circa obiectum suâ naturâ operabile, quamuis hoc necessariò requiratur; sed necessarium præterea est, vt versetur modo practico. Quam dupliciter versari potest notitia circa obiectum operabile, vno modo cognoscendo tantùm naturam ipsius; alio modo dictando de modo, quo tale opus est factibile. Prior est cognitio speculatiua, posterior practica. 4. Notitiam practicam supponere in ipso sciente liberam facultatem exercendi opus, cuius notitia ipsa est directiua. Defectu huius facultatis non est in Angelis practica scientia de castitate, eo quòd nulla in ijs sit facultas eliciendi castitatis actus. Defectu liberæ facultatis nequit de nutritione & augmentatione esse scientia practica in homine, quia tales actus non sunt in liberâ potestate hominis, nec ab ipso practicè dirigibiles. 99.

Suppono etiam ex communi sententia *Scholast. contra Ægid. quæst. vlt. Prologi & Argent. q. 4. art. 3.* scientiam adæquatè diuidi in speculatiuam & practicam, nec dari tertium genus scientiæ, quæ sit tantùm affectiua, qualem *cit. Authores* contendunt esse nostram Theologiam: eo quòd illa pro obiecto respiciat affectionem seu dilectionem Dei; quæ sit nobilior speculatione; & eius obiectum non sit operabile à nobis. Etenim falsum est Theologiæ nostræ obiectum esse dilectionem Dei; & esto sit; aut versabitur circa illam contemplando naturam ipsius, & sic erit speculatiua: aut dirigendo media ad ipsam consequendam, & sic erit practica: scientia enim practica, non requirit vt immediatè possit operari circa finem, sed sat ei est si operari possit circa media, quibus finem consequimur; alioqui nulla virtus, quæ circa Deum versatur, posset esse practica: eò quòd nulla virtus immediatè operari possit circa Deum. Hoc autem suppositio, 100. *Scientia affectiua tantùm nulla.*

PRIMA sententia docet, Theologiam nostram esse tantùm practicam: *Scoti quæst. 4. Prologi, §. ad quam igitur, Aureoli quæst. 3. art. 1.* &c. quia omnis Theologica notitia ordinatur ad consecutionem vltimi finis: ergo omnis Theologica notitia est practica; non enim gratia sui, sed directiua alterius actus operationísve: ergo & habitus eâ genitus: quia habitus gignitur ex actibus. Anteced. prob. omnis Theologica notitia est de obiecto homini à Deo reuelato: principia enim Theologiæ sunt veritates reuelatæ: at omne id obiectum vltimatè dirigitur ad consequutionem vltimi finis: nam obiectum homini à Deo reuelatum est sacra scriptura, quæ tota dirigitur ad consequutionem vltimi finis per obseruantiam præceptorum, iuxta illud: *In his duobus mandatis vniuersa lex pendet, & Prophetæ.* Confirm. Theologia est quædam scientia directiua omnium virtutum; dirigit enim hominem per consentanea media ad suum finem consequendum; & media hæc sunt virtutes tum morales, tum infusæ. 101. *1. Sentent.* *Matthæi 22.*

SECVNDA affirmat, Theologiam nostram esse tantùm speculatiuam: *Henrici in sum. art. 8. quæst. 3. Marsilij q. 3. Prologi art. 5.* licet enim multa de virtutibus practicè disputet, quia tamen hæc ipsa ordinantur ad speculationem (dirigit enim animum ad virtutes, vt illis acquisitis, liberiùs possit veram Theologiam speculari) simpliciter dicenda est speculatiua. Confirm. sicut è contrario, scientia moralis est practica, etiamsi multa de virtutibus speculatiuè disputet; eò quòd hæc ipsa speculatio dirigitur ad praxim; ita Theologia dici debet speculatiua, 102. *2. Sentent. Fundam.*

Digitized by Google

latiua, esto multa de virtutibus practicè tradat; eò quòd hæc ipsa ordinantur ad speculationem.

103. 3. *Sentent.* TERTIA docet, Theologiam nostram partim esse speculatiuam, partim practicam: *S. Thom. 1.p. quæst. 1. art. 4. & ferè omnium Scholast. in Prologo sentent.* Dissensio est, quo modo id simul sit: Aliqui putant hoc conuenire Theologiæ ratione diuersorum habituum partialium, quibus constat: alij ratione vnius eiusdemque indiuisibilis habitus; & hoc vel eminenter, vt *Caiet. 1.p. quæst. 1. artic. 4. Medina p. 2. quæst. 3. art. 5.* &c. Vel formaliter, vt reliqui.

104. *Theologia est partim practica,* DICO 1. Theologia nostra non est tantùm practica, nec tantùm speculatiua: nec enim solùm agit de rebus operabilibus, nec de speculabilibus solùm; sed de vtrisque simul, idque per se: ergo est partim practica, partim speculatiua: quia scientia dicitur practica, vel speculatiua ex obiecto, & modo, quo de illo tractat; ergo si per se de obiecto tractat modo practico, & speculatiuo simul, non erit tantùm practica, nec tantùm speculatiua. Anteced. prob. Theologia per se disputat de vltimo fine, de actibus humanis, de virtutibus, de legibus, de Sacramentis, quatenus hæc omnia hominem dirigũt, & conducunt ad vltimum finem: per se etiam disputat de Deo, vt in se ipso est vnus in essentia, Trinus in personis, & principium omnium operum ad extrà. At priora sunt operabilia, posteriora speculabilia; ergo per se disputat de vtrisque.

Partim speculatiua:

105. *Idem habitus,* DICO 2. non repugnat, quin vnus & idem habitus sit formaliter practicus, & formaliter speculatiuus; vt nec notitia practica & speculatiua simul, ex quâ gignitur habitus: imò de facto in Theologiâ nostrâ datur aliquis habitus, qui simul sit formaliter practicus & speculatiuus. De notitiâ ostendo 1. in cognitione quam Deus habet de creaturis, quæ quà eas exprimit secundùm proprias notas & naturas, est speculatiua: quà verò ostendit modum eas fabrefaciendi, directiuaque est praxeos, est practica: 2. In visione, quam Beati habent de Deo, quæ quà pura contemplatio est Diuinæ essentiæ, est speculatiua; quà verò simul est practicum iudicium de increatâ bonitate Dei summè diligibili, est practica; sic enim est directiua voluntatis ad amorem erga Deum. 3. Practicum subordinatur speculatiuo: practicum enim est, quod est directiuum praxis: sed hoc non repugnat cum speculatiuo, sed supponit illud, & vlteriùs addit extensionem ad praxim. Quapropter *Aristot.* dixit intellectum extensione fieri practicum: scilicet cognitio speculatiua rei, si vlterius extendatur ad modum conficiendi rem ipsam in ordine ad existentiam, fit practica. Igitur non repugnat, quin eadem notitia sit speculatiua, & practica simul.

Ac notitia,

A priori,

106. DICES cognitio speculatiua includit negationem cognitionis practicæ: nam sistit in solâ contemplatione veritatis; ergo excludit cognitionem practicam. Confirm. si notitia practica supponeret speculatiuam, nunquam practica cognitio esse posset sine speculatiua: cuius tamen oppositum experimur in opificibus, qui habent notitiam practicam de opere faciendo, absque speculatiuâ de natura eiusdem. Resp. dist. anteced. includit permissiuè; concedo: includit incompossibiliter; nego: sicut materia permissiuè includit negationem formæ ignis, quia potest esse sine illâ; non incompossibiliter, quia non repugnat esse cum illa. Ad prob. dist. anteced. sistit in solâ contemplatione veritatis, quà speculatiua est; concedo: quà etiam practica esse potest: nego. Ad Confirm. nego sequel. Non enim dicimus, notitiam practicam necessariò supponere speculatiuam, sed non repugnare cum illâ. nam notitia speculatiua est cognitio de essentiâ, & proprietatibus rei, quæ non necessariò supponitur ad practicam, quæ tantùm dictat de modo operandi: non tamen repugnat esse cum illa. Prob. de facto dari talem habitum: de facto datur aliqua cognitio, quæ exprimit naturam rei, & simul dirigit ad praxim; qualis est notitia bonitatis increatæ, nec non virtutis, quæ simul explicat naturam obiecti, & dirigit ad amorem erga illud. Quòd autem talis habitus sit formaliter, & non eminenter speculatiuus & practicus, prob. ei formaliter conuenit ratio speculatiui & practici: quia formaliter est notitia veritatis, & simul directio praxis; ergo.

107. *Exprimens naturam rei ac dirigens ad praxim.*

DICO 3. Theologia nostra constat ex multis habitibus speculatiuis, & ex multis practicis; atque adeò totaliter sumpta nec simpliciter speculatiua, nec simpliciter practica; sed partim speculatiua, partim practica dici debet: partialiter verò accepta, vel pro habitu tantùm speculatiuo, vel pro habitu tantùm practico, dici potest, & debet speculatiua, vel practica. Primum à priori sic probo: Obiectum Theologiæ, est Deus tum secundùm se, tum vt finis à nobis consequibilis: sed consideratus secundùm se necessariò parit habitum speculatiuum; quia vt sic consideratur tantùm ratione veritatis à nobis cognoscibilis: consideratus verò vt finis, medijs nostris actibus consequibilis, necessariò parit habitum practicum; aut qui simul sit speculatiuus circa naturam & essentiam tam finis, quàm mediorum; aut qui tantùm sit practicus directiuus tantùm mediorum ad finem. Nam, vt sic, consideratur vt terminus consequibilis per nostras operationes, & consequenter nostræ operationes habent se vt praxes dirigibiles per habitum Theologicum: ergo Theologia nostra totaliter sumpta habet aliquos habitus purè speculatiuos, aliquos purè practicos, vel simul speculatiuos & practicos, à quibus denominari potest, & debet partim speculatiua, partim practica. An debeat appellari magis speculatiua, an magis practica? *S. Thom. & Thomistæ* in 1. partem inclinant; alij in 2. ego in neutram: sed censeo illam æquè speculatiuam, ac practicam appellandam esse: quia non minùs considerat Deum, vt finem consequibilem per humanos actus, quàm secundùm se, & vt principium est creaturarum: ergo non minùs considerat illum, vt est obiectum virtutis practicè consequibile, quàm vt est obiectum virtutis speculatiuè cognoscibile.

108. *Constat ex varijs habitibus,*

109. *Quid de nomine?*

Ad fundamentum primæ nego antecedens: sola enim cognitio Dei vt vltimi finis pro se ordinatur ad consequutionem illius. Ad prob. disting. minor. omne obiectum à Deo homini reuelatum, vltimatè dirigitur ad consequutionem vltimi finis, ex extrinseca dumtaxat intentione reuelantis; non ex intrinseca natura, & conditione obiecti, quod tantum spectandum est in ratione practici & speculatiui in scientijs: alioqui ex solâ intentione scientis omnis scientia, quantumuis speculatiua, fieri posset practica per extrinsecam dumtaxat ordinationem ad praxim. Eodem modo ad prob. minor. concedo, obiectum homini à Deo reuelatum, esse Scripturam; Nego autem quidquid in eâ continetur per se, & ex intrinsecâ naturâ obiecti, sed solùm ex extrinseca intentione reuelantis ordinari ad consequutionem vltimi finis. Ad Confirm. neg. maior. si intelligatur de tota Theologia; quia hæc non tantum est directiua virtutum; sed etiam speculatiua Dei.

110.

Intentio scientis non denominat practicam.

Ad fun-

Digitized by Google

111. Ad fundam. secundæ, neg. minor, de ordinatione per se, & intrinseca ipsi obiecto: alioqui Ethica, quam multi Prisci addiscebant, vt liberiùs opera naturæ contemplarentur, fuisset in ijs habitus speculatiuus, quia ex intentione ipsorum ordinabatur ad speculationem. Ad Confirm. Nego Ethicam ex eo tantùm dici simpliciter practicam, quia ea, quæ speculatiuè in ipsa tractantur ad praxim dirigunturs extrinseca dùtaxat intentione scientis, sed quia id postulat natura & conditio ipsius obiecti. Cùm enim obiectum scientiæ moralis sit virtus: virtus autem magis postulet, vt subiectum perficiat per suum esse reale, quàm per suum esse intentionale, cognitio ipsius suâ naturâ ordinatur ad praxim, & ad ipsum reale exercitium virtutis.

Sed conditio obiecti.

SECTIO VII.

An Theologia nostra subalternetur Theologiæ Dei, & beatorum?

112. PRIMA sententia affirmat: *Capreoli quæst. 1. Prologi conclus. 2. Caiet. 1. p. quæst. 1. art. 2. §. quoad secundum. Nazarij controu. 2.* quia Theologia habet quidquid requiritur ad essentialem rationem subalternationis respectu scientiæ Dei & beatorum: scilicet subalternata sua principia accipit à subalternante scientiâ Dei & Beatorum, vt per continuationem cum illâ fortiatur rationem scientiæ; ex *S. Thom. 1. p. quæst. 1. art. 2.* procedit enim ex articulis Fidei, vt ex principijs creditis, & acceptis ex scientiâ Dei, & Beatorum, in quâ tantùm sunt euidentes. Confirm. exemplo *S. Doct.* sicut Medicus subalternatur Physico, cuius auctoritate credit, esse quatuor elementa: ita viator fidelis subalternatur Deo, cuius auctoritate credit ea, quæ per suos nuncios reuelat.

Affirmant. *Fundam.* *Confirm.*

113. SECVNDA negat: *Scoti in Prologo, q. 5. Later. Aureoli. quæst. 1. art. 3.* & reliquorum Sholast. quæ communior & amplectẽda. Fundam. ad perfectam subalternationem non sat est, vt scientia subalternata accipiat principia à subalternante; sed præterea requiritur, vt obiectum subalternatæ addat aliquam differentiam accidentalem supra obiectum scientiæ subalternantis, quæ sit principium aliquarum conclusionùm pertinentium ad solam scientiam subalternatã; velut obiectum perspectiuæ, quæ subordinatur Geometriæ, supra lineam, quæ est obiectum Geometriæ, superaddit visualitatem, quæ in perspectiuâ est principium multarum conclusionum, quæ spectant ad solam perspectiuam. Hanc cõditionem nõ addit Theologia nostra supra Theologiam Dei & Beatorum: ergo non est illi subalternata. Maior est omnium *Philos.* ex *Arist. 1. Poster. 10.* quia vbi desinit subalternans, ibi incipit subalternata ad nouas conclusiones vlteriùs demonstrandas. Minor prob. obiectum Theologiæ nostræ & Beatorum est idem, nempe Deitas sub ratione Deitatis: nec vlla est conclusio in Theologiâ nostrâ, quæ non sit nota in scientia Beatorum. Nec satisfaciunt aduersarij, dicentes, obiectum Theologiæ nostræ distingui ab obiecto Beatorum per reuelationem obscuram, & claram, siue per lumen obscurum fidei, & clarum gloriæ: quia lumen obscurum siue reuelatio non est ratio aliqua, tenens se ex parte obiecti materialis, quæ sit principium alicuius conclusionis in Theologiâ nostrâ, cuius principium non sit obiectum in Theologiâ Beatorum: cùm nulla conclusio sit in Theologia nostra, quæ non cognoscatur à Beatis vi scientiæ Beatæ.

Negãt probabilius. *Hoc ex omnium sent.* *Scoti ratio.* 114.

Ad fundam. 1. neg. anteced ad prob. neg Maior, ad auctoritatem *S. Thom.* dicẽdum, nunquam illum expresè docuisse, Theologiam nostram subalternari Theol. Dei, & Beatorum, sed habere se ad instar scientiæ subalternatæ: quod notauit *Bannez in 1. p. q. 1. art. 2. ad 3.* Vnde *cit. 1. p.* solùm dicit Theologiam nostram procedere *ex principijs notis lumine superioris scientiæ, scilicet Dei & Beatorum:* sicut Perspectiua procedit ex principijs notis lumine superioris scientiæ, nempe Geometriæ. Cùm enim hæc sit vna ex conditionibus, ad subalternationem requisita, meritò in hac S. Thom. Theologiam nostram respectu Theologiæ Dei & Beatorum cõparat perspectiuæ respectu Geometriæ. Cæterùm, quia non participat reliquas conditiones essentiales, non est perfectè subalternata. Ad Confirm. Medicina subalternatur Physicæ per additionem nouæ rationis sanabilitatis, tenentis se ex parte obiecti vt principij multarum conclusionum, quæ ad solam spectant medicinam: non ita Theologia nostra Theologiæ Dei & Beatorum. S. Thom. autem vsus est exemplo, solum ad ostendendam primam conditionem subalternationis.

Ad fund. 1. S. Thom. *Non est paritas.*

116. Deducitur 1. Theologiam nulli scientiæ naturali subalternari: nam etsi interdum vtatur aliquo principio naturali ad suas conclusiones probandas, eo tamen non vtitur, vt naturale est formaliter, quo pacto est principium scientiæ naturalis, sed vt virtualiter reuelatum in principio supernat. reuelato: quo pacto trahitur ad rationem formalem obiecti Theologici: Tum quia non vtitur illo, vt in eo se principaliter fundet; sed tamquam instrumento ad suas conclusiones melius explicandas.

Theologia nulli subalternatur.

117. Petes, an saltem scientiæ naturales subalternentur Theologiæ? Resp. negatiuè, loquendo de propriâ subalternatione: quia cùm Theologia nitatur ineuidentiâ suorum principiorum; reliquæ scientiæ naturales euidentiâ principiorum, non possunt scientiæ naturales sua principia accipere à Theologia, quæ procedit ex principijs obscuris, solo testimonio Dei virtuali creditis. De impropriâ verò subalternatione non est negandum: siquidẽ Theologia reliquas scientias naturales regulat quoad veritatem suorum principiorum: cùm sit certior quâuis scientiâ naturali propter principia reuelata certiora.

Nec ipsi vlla scientia. *Nisi impropriè.*

118. Deducitur 2. neque Theologiam nostram subalternari habitibus infusis; nam vel hi sunt habitus morales existentes in voluntate: at nullus habitus intellectualis, qualis est Theologicus, subalternari potest habitui morali existenti in voluntate: Tum quia subalternatio dicit subiectionẽ, quam non habet habitus intellectualis ad habitum moralem, sed potiùs contrà: tum quia principia vnius sunt diuersa à principijs alterius, & consequenter non potest vnus habitus vti principijs alterius: vel sunt intellectuales, vt est habitus fidei: & neque huic propriè subalternatur Theologia, sed tantum impropriè: sicut dicitur habitus scientiæ subalternari habitui principiorũ. Nam ita se habet Theologia ad habitum fidei, sicut habitus scientificus ad habitum principiorum: sicut enim habitus principiorum immediatè tendit ad cognoscenda principia, quæ deinde cognita, sunt medium cognoscẽdi conclusiones: ita habitus fidei immediatè tendit ad credendos articulos reuelatos, qui deinde crediti sunt medium, siue principium cognoscendi conclusiones Theologicas.

Vt habitus Fidei Theologia.

Digitized by Google

SECTIO VIII.

An Theologia nostra perseueret in Beatis.

119. *Negant.* PRIMA sententia negat: *Herua quæst. 6. Prologi ad primam q. Capreoli quæst. 1. art. 2. ad 4. Gabrielis in 3. dist. 31. art. 3. dubit. 3. Medina p. 2. q. 67. art. 2. Molina 1. p. quæst. 1. art. 2. disp. 3. fine, Valent. quæst. 1. punct. 3. §. 5. habitus, Zumel quæst. 1. concluſ. 2. Faſoli dubit. 8. Granadi diſp. 4. Gilly lib. 1. tract. 2. cap. 8.* Fundam. Theologia eſt habitus eſſentialiter obſcurus; ergo non manet in Beatis: alioqui in illis maneret etiam fides, contra Theologos. Anteced. prob. Theologia gignitur ex actibus Theologicis eſſentialiter obſcuris, cùm nitantur teſtimonio Dei virtuali. Confirm. talis habitus eſſet in Beatis otioſus cùm non poſſet inclinare, niſi ad aſſenſus obſcuros, ſimiles ijs, quibus eſt genitus; & in Beatis nequeat eſſe aſſenſus Theologicus obſcurus. Prob. 1. Cor. 13. 2. ex illo: 1. *Sine Prophetiæ euacuabuntur: ſiue ſcientia deſtruetur: ex parte enim cognoſcimus. Cùm autem venerit quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt.* Ergo Theologia, quæ obſcurè, & imperfectè Deum cognoſcit, accedente clara viſione Dei, ceſſabit.

120. *Affirmant.* SECVNDA affirmat: *Caiet. 1. p. qu. 1. art. 2. §. quoad ſecundum. Bannez dub. 3. Henriquez lib. vlt. de fine hominis c. 1.* ex *S. Thom. 1. p. quæſt. 89. art. 5. & p. 2. q. 67. art. 2.* in quibus docet, in animâ ſeparatâ manere omnes ſcientias acquiſitas. Nec rectè *Medina* id explicat de ſcientijs dumtaxat naturalibus euidentibus, quæ non pugnant cum clarâ viſione Patriæ: Nam S. Thom. intelligit etiam de Theologia, vt patet ex argum. *Sed contrà*, vbi ad id probandum vtitur auctoritate *S. Hieronym. Epiſt. 103. ad Paulin.* quem ad ſtudium ſacræ ſcripturæ hortatur, *Diſcamus in terris, quorum ſcientia nobis perſeueret in cœlo:* at ſtudium ſacræ ſcripturæ eſt Theologia; ergo.

121. *Nota.* Notandum, poſſe in nobis manere habitum Theologiæ in aliâ vitâ, formaliter in ratione habitus, hoc eſt, in ratione principij comproducentis ſimiles actus, à quibus fuit genitus; vel materialiter, ſolùm in ratione ſcientiæ, ſeu concluſionum ſcitarum.

122. *Fides non remanet: Ergo nec habitus &c.* DICO 1. Theologia non remanet in Patria, in ratione habitus formaliter. Fundam. habitus Theologiæ pendet eſſentialiter in aſſenſu Theologico producendo ab habitu fidei: at hæc non remanet in Patria, ex communi ſententia. Maior prob. Theologia eſt habitus deductiuus concluſionum ex aſſenſu principiorum ſolâ fide creditorum: ergo nequit eas deducere ſine aſſenſu fidei. Confirm. habitus fidei habet ſe ad habitum Theol. ſubminiſtrando principia cõcluſionum, ſicut habitus principiorum ad habitum concluſionum, quarum ſuppeditat principia, vt conſtat; ſed nequit habitus concluſionum producere ſuum actum ſine habitu principiorum; quia principia enim non ſunt ratio aſſentiendi concluſioni, niſi vt cognita; & cognoſcuntur per habitum principiorum: Ergo nequit habitus Theolog. ſuum actum producere ſine habitu Fidei.

123. *Manent concluſiones, ſeu ſpecies:* DICO 2. Theologia materialiter, & quoad concluſiones ipſas ex principijs fidei deductas manet in patria. Fundam. in Patria manent ſpecies concluſionum Theologicarum: ergo manet Theologia quoad concluſiones deductas. Cùm in meâ ſententiâ habitus acquiſitus cõſiſtat in ſpeciebus, magis ac magis ordinatis, & perfectis. Anteced. oſtendo. 1. Beatus recordatur tales concluſiones, id non poſſet, niſi earum ſpecies haberet: quia recordatio fit mediâ ſpecie rei, cuius recordamur. *A poſteriori.* 2. Tales ſpecies non habent contrarium; ergo non eſt à quo corrumpantur: cùm enim nequeant corrumpi ex corruptione ſubiecti, quia ſubiectantur in intellectu, qui ſuâ naturâ eſt incorruptibilis; ſi corrumperentur, à contrario deberent corrumpi. *A priori.* Nec dici poteſt, illas corrumpi corruptis phantaſmatibus, à quibus pendebãt: quia licet ab ijs pendeant in fieri, cùm eruuntur ab intellectu agente medio concurſu phantaſmatum, non tamen pendent in facto eſſe. Atque hoc ad minimum probat *cit. Hieronymus*, Paulinum adhortans ad ſtudium Theologiæ, cuius *ſcientia nobiſcum perſeuerat in cœlo.* Leg. *S. Thom. cit.*

124. *Habitus eſt in purgantibus,* Deducitur 1. in animabus purgantibus perſeuerare Theologiam etiam in ratione habitus formaliter; ſicut in illis perſeuerat habitus fidei; & ſæpè eliciunt actus Theologicos, ſicut & fidei. 2. In damnatis non ſolùm perſeuerare habitum Theologiæ materialiter, quoad concluſiones deductas ex principijs reuelatis, creditis fide infuſâ, ſed etiam formaliter, quoad concluſiones deductas ex principijs reuelatis, creditis fide acquiſitâ: ſicut in ijs manet fides acquiſita eorundem principiorum, quorum habuerunt fidem infuſam in viâ, iuxta illud *Iacobi 2. Dæmones credunt*, nempe fide humanâ, *& contremiſcunt.* Vnde poſſunt elicere nouos aſſenſus Theologicos ex principijs reuelatis, creditis tantùm fide humanâ: quæ tamen non manet in Beatis, in quibus clara viſio Dei excludit vtramque fidem infuſam, & acquiſitam. Neque eſt abſurdum manere in damnatis aliquem habitum ſupernaturalem, qualis eſt Theologicus: cùm in ijs maneat ſacramentalis character, ſupernaturalis in eſſentiâ.

125. *In damnatis.*

126. *Ad primam.* Ad fundament. 1. diſt. conſequ. non manet in beatis formaliter in ratione habitus, & comprincipij, inclinantis ad conſimiles actus; concedo; non manet materialiter, in ratione ſcientiæ & concluſionis deductæ; nego. Nec eſt eadem ratio de habitu fidei infuſæ, quia cùm hæc ſe habeat per modum potentiæ inclinantis tantùm ad reuelata credenda, non habet aliud munus, quàm intellectum iuuare ad obiecta reuelata credenda: quo fine in patriâ ceſſante, ceſſat & ipſe habitus ad talem finem eſſentialiter ordinatus. At verò habitus Theologicus non ſolùm inclinat potentiam ad concluſiones Theologicas deducendas, ſed præterea continet ipſas ex principijs reuelatis deductas: continet enim ſpecies intelligibiles concluſionum Theologicarum, quæ ſunt virtuales repræſentationes earum. Vnde poteſt beatus eas intuendo, ſaltem abſtractiuè, cognoſcere concluſiones deductas, quarum ipſæ ſpecies ſunt repræſentatiuæ. *Species intelligibiles in Beatis,*

127. *Non ſunt otioſa.* Ad Confirmationem, neg. aſſumpt. quia licet habitus Theologicus in Patriâ non deſeruiat ad conſimiles actus eliciendos: deſeruit tamen ad exprimendas obiectiuè intellectui concluſiones Theologicas iam deductas; atque adeò non erit in ijs otioſus. Locum *Pauli* explicat *S. Thomas cit.* de actu, non de habitu Theologico, qui in Patria non erit obſcurus, & per conuerſionem ad phantaſmata, ſed clarus & euidens, & ſine vllâ conuerſione ad phantaſmata: nam & actus, quo Beatus cognoſcit concluſiones Theologicas, ex principijs reuelatis deductas, eſt euidens; quia licet cognoſcat illas abſtractiuè, euidenter tamen cognoſcit eas in ſpeciebus repræſentantibus.

DICES:

Digitized by Google

128. DICES: ergo pari modo deberet in Beatis remanere habitus fidei, quia in illo euidenter cognosceret omnia obiecta reuelata. Resp. nego sequel. nam Beatus non eget habitu fidei, vt eo mediante cognoscat obiecta reuelata; siquidem illa euidenter cognoscit in Verbo: solùm posset in eo remanere, vt eo mediante cognosceret obiecta, quæ de facto in viâ credidit: sicut remanet habitus Theol. vt eo mediante cognoscat conclusiones, quas de facto ipse in viâ ex reuelatis deduxit. Verùm ad hunc effectum non potest deseruire habitus fidei, quia cùm sit ad instar potentiæ indifferentis ad hæc, vel illa obiecta, non potest hæc potius, quæ actu credidit, quàm quæ poterat credere, intellectui exprimere. Habitus verò Theologicus cùm consistat in speciebus acquisitis ex præteritis actibus, solùm potest exprimere ea, quæ actu cognita fuere, & ex reuelatis Theologicè deducta.

Alia ratio habitus Fidei.

SECTIO IX.

Quodnam sit subiectum Theologiæ.

129. NOtat *Durand. q.5. Prologi num.6.&c.* discrimen inter *subiectum*, & *obiectum* scientiæ: *obiectum* est id, quod principaliter terminat actum scientiæ; scilicet conclusio in scientiâ demonstratâ, quæ est propositio complexa, continens subiectum & passionem. *Subiectum* verò est illud, de quo demonstrantur passiones scientiæ: quod ordinariè est terminus incomplexus, cuius cognitio principaliter in scientia intenditur. Quod tres habere debet conditiones, 1. vt virtute contineat omnes veritates in scientiâ demonstrabiles; 2. quæ sequitur ex primâ, vt de eo possint reliqua denominatiuè prædicari; 3. vt si quid aliud in tali scientia tractatur, tractetur per attributionem ad ipsum. Etsi alij subiectum cum obiecto scientiæ confundant, ego distinxi cum grauionibus Theologis.

Obiectum quid? *Subiectum quid?* *Tres huius conditiones.*

130. PRIMA sententia *Magistri in 1. dist. 1. initio*, docentis subiectum Theologiæ esse tum signa, tum res: per signa cum *August.* intelligit, non solùm voces, sed etiam res ad alias res significandas impositas; velut Sacramenta, quæ sunt res impositæ ad significandas alias res, nempe gratiam, characterem, &c. Probat ex *August. lib. 1. de doct. Christiana c. 2.* vbi docet, omnem doctrinam aut rerum esse, aut signorum. 2. ratione: quidquid in Theologia tractatur, aut sunt res, aut signa: ergo hoc est obiectum adæquatum ipsius.

1. Sentent.

131. SECVNDA *Durandi q.5. Prologi*, vbi præmissâ distinctione Theologiæ in habitum creditiuum, declaratiuum seu definitiuum, & deductiuum, primo & tertio pro subiecto assignat actum meritorium; secundo Deum, sub ratione respectiuâ Saluatoris. Primum probat, illud est subiectum in aliquâ doctrinâ, quod in eâ primò & principaliter consideratur, & ad quod attributionem dicunt reliqua, quæ in ea traduntur: talis est actus meritorius in Theologia primo ac tertio modo accepta: omnia enim quæ vel in scripturâ credenda proponuntur, vel ex articulis deducta traduntur, attributionem dicũt ad opus meritorium; præcepta, exempla, monita, præmia, pœnæ, cognitio ipsa Dei proponitur propter actum meritorium: ipsum credere est meritorium, Ioan. 20. *Hæc scripta sunt vt credentes vitam habeatis*, & regula operis meritorij: quæ deducuntur potiùs diriguntur ad inflammandum affectum, cùm modicum habeant de notitia.

2. Sentent. *Esse actum meritorium;*

132. SECVNDVM ostendit: Illud est subiectum in scientiâ, quod est subiectum in conclusione principaliter illatâ & scitâ: sed Deus est subiectum in tali conclusione Theolog. vt est declaratiua & defensiua articulorum Fidei: nam ex ijs, quæ Fides tradit, ea tantùm principaliter declarat & defendit Theologia, quæ specialem habent difficultatem, & principia sunt reliquorum: scilicet quæ de Deo vel secundùm se, vel vt Incarnato Fides docet; reliqua sunt conclusiones potiùs ex his deductæ. Quòd consideret Deum sub ratione Saluatoris probant: sub eâ ratione aliquid est subiectum in aliquâ scientiâ, sub quâ in eâ principaliter consideratur, & secundùm quam virtute continet reliqua omnia: talis est Deus sub ratione Saluatoris respectu Theologiæ secundo modo acceptæ: quia nunquam fuit Fides, quæ saltem implicitè non fuerit de saluatore: & in ratione hac virtute continentur Incarnatio, Passio, Resurrectio, Ascensio, aduentus in futurum iudicium. Huc reducitur opinio *Hugonis de S. Victore*, assignantis subiectum Theologiæ opera restaurationis, seu Incarnationis *lib. 1. de Sacramentis cap. 2. & 3.* opinio Cassiodori *cit. à Scoto in Prologo q. 1. Laterali*, asserentis subiectum Theologiæ esse Christum vt caput, cum suis membris.

133. *Sub ratione respectiua Saluatoris.* 134.

TERTIA affirmat, subiectum Theologiæ esse Deum sub ratione absolutâ Deitatis. *S. Thomæ 1. p. q. 1. art. 7. & reliquorum Scholast. in Prologo, interpretum S. Thom. loco cit.* Nota, subiectum scientiæ primarium est, cuius cognitio principaliter in scientia intenditur, & ad quod reliqua in ea scientia considerata attributionem dicunt: secundarium est, cuius cognitio non attenditur per se, sed propter cognitionem primarij, ad quod pleniùs cognoscendum illud in scientia consideratur. 2. subiectũ attributioni coincidit cum primario, subiectum communitatis, siue prædicationis, quod & adæquatum dicitur, complectitur sub vnâ ratione communi omnia, quæ in tali scientia tractantur, siue sint subiecta primaria, siue secundaria. 3. subiectum materiale, est commune pluribus scientijs, & habitibus: formale est proprium vnius, cuius tantum est specificare, & vnitatem dare habitibus: specificatio enim & vnitas non desumitur ab ijs, quæ sunt communia pluribus, sed quæ propria vniuscuiusque. Rursus ratio formalis *Quæ*, est quæ in scientia primariò terminat actum scientificum; & alia omnia terminat per ordinem ad illam: ratio formalis *Quâ*, seu *propter quam*, est, propter quam intellectus mouetur ad assensum præbendum. Illa dicitur ratio formalis terminatiua, seu subiectiua; hæc ratio formalis motiua. Prior etiam formalis respectu obiectorum secundariorum, materialis verò respectu rationis formalis motiuæ: Posterior cùm non ordinetur ad aliam priorem, est tantùm formalis, à quâ scientiâ desumit vltimam suam specificationem & vnitatem: & in scientijs naturalibus sunt media, seu principia, quibus intellectus mouetur ad assentiendum conclusionibus.

Nota subiecti diuisiones. *Subdiuisiones.*

135. *3. Sentent.*

136. DICO 1. Subiectum adæquatum Theologiæ commune communitate prædicationis, est ens diuinum cognoscibile per reuelationem virtualem: quod *S. Thom. quæst. vn. Prologi art. 4.* appellauit *ens diuinum cognoscibile per inspirationem.* Fundam. adæquatum subiectum scientiæ est illud, quod omnia, quæ in scientia tractantur, exprimit sub ea ratione, sub qua à tali scientia tractantur; vt ex nomine patet; alioqui non esset adæquatum; tale est subiectum assignatum: nam quidquid in Theologia tractatur, aut Deus est, aut attributionem dicit ad DEVM: ergo rectè exprimi potest per ens Diuinum, quod tanquam analogum primariò stat pro

Ens diuinum.

Digitized by Google

pro Deo principali analogato, secundariò pro creaturis, vt extrinsecè participantibus rationem Diuini. Sicut sanum rectè dicitur subiectum adæquatum Medicinæ, quia adæquatè amplectitur quidquid in medicinâ tractatur, & sub eâ ratione sub quâ tractatur, quæ est sanitas, primariò competens animali, quod est primarium subiectum medicinæ; secundariò reliquis attributionem dicẽtibus
137. ad sanitatem, quæ intrinsecè est in animali. Debet præterea subiectum adæquatum scientiæ exprimere vltimam rationem formalem motiuam, à quâ proximè specificatur scientia: hæc exprimitur per
Vt cognoscibile per reuelationem. verba, Vt *cognoscibile per reuelationẽ virtualem*. Nam *per reuelationem* differt subiectum Theologiæ nostræ à Theologia naturali, & supernaturali Beatorum: quia prior per euidentiam naturalem abstractiuam; posterior per euidentiam supernaturalem
Virtualem. intuitiuam: Per *virtualem* differt à subiecto formali Fidei, quod est reuelatio formalis, & immediata.

138. DICES. Ens Diuinum hoc sensu explicatum æquè latè patet atque ens: nam omne ens aut Deus est, aut creatura: non ergo aptè assignatur subiectũ Theologiæ, quod debet esse aliquod magis limitatum. Resp. per rationem Diuini limitatur in ratione formali subiectiuâ, secundùm quam de creaturis in Theologiâ disputatur: per reuelationem verò virtualem limitatur in ratione formali motiuâ, secundùm quam hæc omnia cadere possunt in considerationem Theologiæ.

139. *Primarium Deus,* DICO 2. primarium subiectum Theologiæ est Deus, sub ratione Deitatis; secundarium verò sunt creaturæ, quatenus attributionem aliquam dicunt ad Deum. Prima pars constat: nam illud est primarium subiectum in scientiâ, cuius notitia in eâ primariò intenditur, & in ordine ad quod reliqua tractantur; vt constat ex conditione subiecti primarij: Talis est Deus in Theologiâ; nomen enim Theologiæ scientiam, siue sermonem de Deo importat; & præstantissima scientia, qualis est Theologia, esse debet de præstantissimo subiecto, qualis est Deus.

140. *Sub ratione Deitatis:* SECVNDA prob. sub ratione Deitatis est subiectum Theologiæ Beatorum: at hoc nõ differt à subiecto Theologiæ nostræ in ratione formali subiectiuâ, sed tantùm motiuâ: nam quod nos credimus de Deo, ipsi vident iuxta illud 1. *Cor.* 13. *Nunc in ænigmate, tunc facie ad faciem.* 2. Cùm Theologia nostra sit etiam speculatiua, & in quâuis speculatiuâ scientiâ eius subiecti notitia maximè spectetur, quod in eâ est præcipuum; & Deus sit præcipuum subiectum Theologiæ, sequitur, quòd ipsius notitia, sub ratione Deitatis maximè in Theologia spectetur: scilicet eam notitiam speculatiuam de suo subiecto maximè intendit, quæ est ipsius naturæ declaratiua: atqui hæc est notitia Dei sub ratione Deitatis; nam hæc tantum explicat, quantum nobis viatoribus explicari potest, naturam & essentiam Dei: cùm reliquæ rationes in Deo consideratæ, vel non explicent adæquatè naturam Dei, vel sint illi extrinsecæ, & contingentes.

141. *Secundarium creatura.* TERTIA pars prob. Theologia disputat etiam de creaturis, de actibus humanis, de gratia, de virtutibus, de Sacramentis &c. per ordinem ad Deum. Attributionis ratio: creaturæ varias nobis à posteriori de Deo perfectiones exprimunt; vt creatio Omnipotentiam; iustificatio bonitatem; Incarnatio munificentiam, & liberalitatem; punitio peccatorum iustitiam; retributio bonorum fidelitatem, & misericordiam. Cùm enim in quâuis scientiâ maximè attendatur perfecta notitia subiecti primarij, quæ haberi non potest, nisi cognitis ipsius varijs effectibus, ideò de his agit Theologia ad pleniùs & perfectiùs cognoscendum Deum subiectum primarium.

142. *Diuina reuelatio formaliter mouet,* DICO 3. Ratio formalis motiua, sub quâ de his omnibus agit Theologia, est diuina reuelatio per discursum applicata. Fundam. Theologia nostra essentialiter discriminatur à Theologia naturali viatorum; non per rationem terminatiuam *Quæ*; hæc enim vt patet, est eadem in vtrâque scientiâ, nempe Deitas sub ratione Deitatis: ergo per rationem formalem motiuam *Quâ*, quæ in Theologia naturali est medium illustratum lumine naturali; in Theologiâ supernaturali est medium illustratum lumine supernaturali. Nota, rationem
143. *Per discursum applicata,* formalem motiuam assentiendi esse principia ipsa, vt cognita, quia nequit aliquid esse intellectui ratio assentiendi, nisi vt cognitum: ergo ex variatione luminis, quo principia cognoscuntur, variatur ratio formalis motiua assentiendi. Quia igitur lumen naturale & supernaturale differunt inter se; eadem principia cognita lumine naturali & supernaturali constituunt diuersas rationes formales assentiendi: cùm igitur sæpe principia remota, quibus Theologia nostra, ac naturalis vtitur, sint eadem; vt in ratione principij proximi discriminentur, debent diuerso lumine ac notitiâ intellectui applicari: applicantur autem vni per lumen & notitiam naturalem euidentem, alteri per lumen & notitiam supernaturalem ineuidentem Fidei. Ergo ratio motiua, propter quam Theologia nostra assentitur conclusionibus Theologicis, est reuelatio per discursum applicata.

144. DICES. Lumen & cognitio se tenent ex parte potentiæ; ergo non possunt esse ratio motiua, quæ se tenet ex parte obiecti. Resp. lumen vnum te-
Lumine ex parte obiecti, net se ex parte potentiæ, quo fit potens ad obiectum percipiendum; aliud tenet se ex parte obiecti, quo illustratum fortiùs, aut minùs fortiter mouet intellectum ad assensum præbendum: conclusio est de posteriore. Nec refert, quòd tale lumen
Non sic potentia, respectu primæ cognitionis se teneat ex parte potentiæ, quæ obiectum cognoscit; quia sufficit, vt se teneat ex parte obiecti, respectu alterius cognitionis, respectu cuius prior cognitio se habet vt principium; quia respectu alterius cognitionis prior cognitio præsupponitur, vt principium mouens, & determinans intellectum ad assensum conclusionis. Nec obstat quòd cognitio, quâ cognoscuntur principia, sit tantùm conditio assentiendi conclusioni; quia sub diuersâ illâ cognitione diuersa respondet ratio formalis motiua in principijs: scilicet assensui supernaturali Fidei respondet supernaturalis reuelatio in obiecto, sub quâ obiectum terminat talem assensum: assensui naturali scientiæ respondet ratio aliqua naturalis, sub quâ obiectum terminat talem assensum: ac proinde principia, diuerso lumine ac notitia cognita, diuersas constituunt rationes formales assentiendi.

145. Deducitur 1. non quæuis principia esse apta ad inferendas conclusiones Theologicas, sed quæ tantùm supponuntur reuelata, & credita Fide diuinâ: hæc enim sola supponuntur illustrata lumine superiori: ex quâ parte Theologia nostra habet limitatius obiectum, quàm Theol. naturalis, cuius principia sunt omnia, quæ naturali lumine cognita, apta sunt inferre aliquam cognitionem de Deo. Quare nec de omnibus rebus creatis disputat nostra, sed de his tantùm, quæ vel ex reuelatis deduci possunt, vel quæ reuelatæ possunt esse principia aliarum veritatum, nec de Deo, nisi reuelato lumine cognito.

Deduci-

Digitized by Google

146. Deducitur 2. Deitatem esse rationem formalem respectu creaturarum, de quibus tractatur in Theologia, seu rationem propter quam de creaturis disputatur; esse verò rationem materialem respectu reuelationis virtualis: quia reuelatio virtualis est ratio assentiendi omnibus, quæ in Theologia tractantur, & in quam vltimò resoluitur omnis discursus Theologicus: Vnde ex hâc, & non ex illâ, Theologia sumit suam vnitatem, & specificationem. Deducitur 3. Finitatem sub quâ Deitas terminat assensum Theologiæ nostræ, aut Beatorum, non esse rationem formalem, aut terminatiuam, aut motiuam, sed puram conditionem ex parte actus, illam essentialiter exigentis. Primum patet; quia nulla ratio contradictoriè apposita obiecto potest esse terminatiua, aut motiua potentiæ, vel habitus circa tale obiectum: sed finitas est ratio contradictoriè opposita Deitati, quæ est obiectum Theologiæ; ergo non potest esse ratio terminatiua, aut motiua habitus Theologici. Maior ostend. ratio motiua & terminatiua subiecti scientifici debent expresse, & per se, vt tales rationes sunt, mouere, & terminare actum scientificum; cùm sint rationes in scientiâ primariò intentæ, & propter quas cætera in scientiâ considerantur. At nequit habitus siue potentia mediante habitu expresse, & per se moueri, & terminari ad rationem contradictoriè oppositam subiecto cuius est habitus. Secundum prob. cùm implicet, actum creatum infinito modo versari circa Deum, finitas erit conditio essentialiter requisita ex parte actus, tendentis ad obiectum, non ex parte obiecti terminantis actum.

147. *Finitudo non est ratio formalis,*

Sed conditio ex parte actus.

148. DICES. Implicat esse aliquid in actu, quod non respondeat etiam ex parte obiecti, cùm tota essentia actus sit ad exprimendum obiectum: nequit igitur finitas esse conditio ex parte actus Theologici, & non obiecti. Resp. ratio in actu, vna ex parte actus, quà est expressio, & imago obiecti; altera ex parte actus, quà est accidens & forma subiecti. Prior semper respondet illi ex parte obiecti: quia imago tota est ad exprimendum obiectum: posterior respondet ex parte subiecti, vt actus beatificus, quà tenet se ex parte obiecti illud exprimendo, participat aliquam rationem actûs puri; quâ tenet se ex parte potentiæ immersæ potentialitati, est inhærens & potentiale. Pari modo finitas est conditio tenens se ex parte subiecti finito modo tendentis ad obiectum.

149. *Resp. ad Augst.* Ad 1. primæ sententiæ Resp. Eo loco Augustinum non exactè assignare subiectum Theologiæ, sed potiùs illa partitione rerum, & signorum comprehendere voluisse subiectum cuiuscunque scientiæ, & doctrinæ, vt ipse testatur: nam sicut dicta partitio rerum, & signorum omnia comprehendit; ita nullius scientiæ subiectum excludit, cuiuscumque enim scientiæ subiectum, aut sunt signa aut res, aut vtraque simul. *Ad 2.* Ad 2. Concedo, quidquid in Theologia tractatur aut esse res aut signa: nego tamen, subiectum adæquatum ipsius esse res & signa: id enim debet exprimere primariam rationem, propter quam ea in scientia tractantur; quia debet distinguere vnam scientiam ab aliâ per hanc rationem.

150. *Ad Durandi arg.* Ad 2. sententiam *Durandi* nego, aut actum meritorium, aut Deum sub ratione Saluatoris esse primarium subiectum fidei, aut Theologiæ; ad argum. pro 1. parte neg. minor, tum quia vel Theologia consideratur, vt est speculatiua scientia, & sic primarium eius subiectum est Deus sub ratione Deitatis; nam hæc cognitio ab ipsa, vt speculatiua est, potissimè intenditur: vel vt practica est; & sic primarium eius subiectum non est actus meritorius, sed Deus, vt assequibilis à nobis actu meritorio: Theologia enim non sistit in consideratione actus meritorij, sed vlteriùs tendit in notitiam practicam finis, vt assequibilis actu meritorio. Vnde omnia *Durandi* commenta solùm probant, Thologiam tendere ad actum meritorium, vt ad medium, quo proximè finem assequimur, non vt ad finem vltimum, ad quem tendit, & ordinatur practica Theologia; hic enim est Deus, vt est vltima fœlicitas, & Beatitudo nostra. Ratio: in agibilibus finis est principium omnium practicarum conclusionum: nam ex eo mouetur intellectus ad concludenda omnia media, quæ ad finem conducunt: ergo in scientia practica magis attenditur consideratio finis, quàm mediorum: igitur Theologia, quia practica scientia est, magis attendit considerationem Dei, qui est finis quàm actûs meritorij, qui est medium: hoc probat *Ioan.* à Durando, *cit.* vita enim quæ nobis promittitur, vt finis nostræ fidei, est beatitudo æterna, quæ consistit in Deo, Ioan. 17. *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum.* Reliqua, quæ *à Durando* afferuntur, solùm probant Theologiam, vt practica scientia est, ordinari quidem ad opus meritorium, non tamen vltimatè, & principaliter. Ad argum. 2. partis, quo probat Deum sub ratione Saluatoris esse subiectum Theologiæ, vt est declaratiua, & defensiua articulorum, neg. minor: ratio enim Saluatoris, & reliquæ in eâ contentæ vltimatè considerantur à Theologo in ordine ad Deum, vel vt practicè consequibilem, vel vt speculatiuè cognoscibilem. Ex eo, quòd Fides de Saluatore fuit omni tempore ad salutem necessaria, rectè colligitur solùm, quòd sit præcipuum medium ad consequendum finem.

A priori.

151. *Nec Deus sub ratione Saluatoris.*

Non actus meritorius.

DISPVTATIO II.

De Existentia Dei.

CVm probatum sit subiectum primarium Theologiæ esse Deum: ipsius naturam & attributa, Fidei lumine explicemus. Dei natura cõsiderari potest, 1. secundùm se, in ordine ad intrinsecas perfectiones, quibus constituitur: 2. in ordine ad creaturas, ad quas triplicẽ respectum, dicit, vt principium, vt Finis, vt Reparator; ita considerat Angelicus Deum in suâ summâ, quam in tres diuidit partes; in 1. disputat de Deo in ordine ad se, & vt principio creaturarum; in 2. vt Fine earund. in 3. vt Reparatore naturæ lapsæ. Quoniam verò consideratio Dei in ordine ad creaturas supponit considerationem Dei in ordine ad se, priùs de illâ *hoc Tomo*; tum de reliquis *in sequentibus.* Ac primò stabilienda est Dei existentia, vt fundamentum & basis cæterorum: quæ etsi iuxta scientiæ leges supponenda potiùs esset, quàm probanda, (scientia enim non debet probare suum subiectum, sed supponere) quia tamen non desunt athei, qui illam negent, Theologici muneris est, adhibitis naturæ principijs, hanc veritatem demonstrare.

Partitio Summæ S. Thom.

Digitized by Google

An Deum esse sit demonstrabile?

1. RAtio dubit. 1. ea tantùm, ex *Philos.* 1. *Post.* 3. sunt demonstrabilia, quæ non sunt per se nota; seu quæ habent medium notius, quàm sint ipsa; cùm demonstratio tendat ad ignotum, per notius. At Deum esse est per se notum: illud enim est per se notum ex *S. Thom.* 1. *p. qu.* 2. *art.* 1. cuius prædicatum est de ratione subiecti: esse verò est de ratione Dei, cùm nequeat concipi Deus, nisi vt actu existens. 2. Deus nullam habet causam sui esse; ergo nequit de Deo demonstrari esse: nam ex *Aristot.* 1. *Post.* 2. Demonstratio procedere debet ex prioribus causisque conclusionis. 3. Deum esse, est articulus Fidei; ergo nequit demonstrari, cùm nequeat Fides, & scientia esse de eodem obiecto. 4. Ea, quæ sunt demonstrabilia, negari non possunt; at Deum esse, multi negarunt.

Rationes dubit. 4.

2. DICO 1. Deum esse, est demonstrabile per effectus à posteriori: ita *S. Thom.* 1. *p. quæst.* 2. *art.* 2. & 1. *cont. Gent. c.* 12. *interpretes, & Scholastici omnes in* 1. *dist.* 2. & 3. Contra Aliacens. *quæst.* 3. *art.* 2. opinātem, Deum non posse ratione naturali euidenti, sed tantùm probabili ostendi; eodem inclinant *Maior in* 1. *dist.* 2. *quæst.* 1. *concl.* 1. & *Gabriel. quæst.* 10. *art.* 3. *dub.* 1. Nostra assertio est Pauli: *Inuisibilia Dei à creatura mundi per ea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus & Diuinitas.* Vt autem ostendat vim demonstrationis, subdit: *ita vt sint inexcusabiles.* Concordant Patres, passim docentes, notitiam creatoris esse naturaliter insitam vnicuique mortalium. Vnde meritò oppositam sententiam *S. Thom.* 1. *contr. Gent.* appellat errorem; *Molina* 1. *p. quæst.* 2. *art.* 2. in Fide minimè tutam; *Valentia quæst.* 2. *punct.* 2. erroneam, vel apertam hæresin; *Suar. lib.* 1. *de essentiâ Dei cap.* 1. temerariam & errori proximam. Plures afferuntur rationes, quæ Dei existentiam demonstrant: duæ sufficiant omnium potissimæ; vna desumitur ex subordinatione causarum ad vnam primam efficientem; alterâ ex subordinatione earundem ad vnam supremam intellectualem gubernantem. Vtrâque vsus est *Aristot.* Priore 7. & 8. *Physic.* 12. *Metaphys. t.* 29. Posteriore 12. *Metaphys. cap. vlt.*

Affirmant.

Ex Rom. 1.

Patribus.

3. *Censura.*

4. PRIMAM sic ordior. Vnumquodque indiuiduũ, exempli gr. naturæ humanæ, producitur ab alio; & hoc ab alio: at in hoc progressu producti & producentis necessariò deueniendum est ad vnum primum efficiens, quod improductum omnia producat, quem Deum omnes nominamus. ergo demonstrabile est, Deum esse. Maior est euidens experientiâ, & ratione: ideò quodlibet non produceretur ab alio, quia idem produci posset à se ipso, vel à suo producto: aut quia daretur aliquod indiuiduum humanum à nullo productum, quod reliqua indiuidua produceret. Implicat primum: quia si posset idem produci à se ipso, vel à suo producto, idem esset; quia vt posset producere, deberet necessariò præsupponi existens (quod enim non est, vim producendi habere non potest) & simul non esset, quia vt posset primò produci, deberet supponi non esse; nihil enim potest primò produci, quod iam supponitur esse, cùm prima productio tendat ad dandum primum esse. Explicatur: vt res producat, præsupponi debet naturâ ante productionem; vt eadem producatur, subsequi debet naturâ eandem productionem; ergo idem esset prius, & posterius naturâ respectu eiusdem actionis & esse, secundùm quod & præsupponeretur vt causa, & non præsupponeretur vt effectus.

Vnusquisque homo producitur ab alio.

Non à seipso, nec à suo producto.

5. Implicat secundum, quia cùm esse improductum sit maxima perfectio entis, quæ illud necessariò euehit in altiorem ordinem, quàm sit quæcumque natura producibilis, implicat esse indiuiduum humanum, & simul esse improductum: nam quà improductum excederet perfectionem naturæ humanæ: quà humanum, eam non excederet: ergo simul esset, & non esset indiuiduum humanum. Igitur si necessariò deueniendum est ad vnum principium improductum, à quo tota species humana sit producta, de necessitate illud erit diuersæ altioriſque naturæ, quàm sit species humana, aut quæuis alia natura producibilis. Idem argum. est de quâlibet serie indiuiduorum aut specierum.

Nec ab homine improducto.

6. Demonstro Minorem: sumatur tota series causarum, quarum quælibet inferior pẽdet à superiore; vel tota hæc series pendet ab vna suprema causa improducta, sic habetur primum efficiens improductum: vel non pendet; tunc tota series causarum producentium & productarum, à se esse non potest, nisi ratione alicuius supremæ causæ, à qua ita reliquæ sint, vt ipsa à nulla alia sit: Neque tota ab alio esse potest, ita vt singulæ & omnes ita ab alio sint, vt in totâ serie nulla sit à se: alioqui omnes & singulæ causæ essent ens potentiale: quod implicat, vt se ipsum reducat à statu potentiali ad statum entis actualis; cùm ens potentiale sit negatio entis actualis cum solâ non repugnantiâ ad illud; & nihil quod actu non est, vim habeat producendi ens in actu. Quare necessariò concedendum erit ens essentialiter existens, quòd ita sit in actu essendi, vt nunquam potuerit esse in statu potentiali.

6. In progressu producti & producentis deuenitur ad improductum.

7. Hac luce mens atheorum perstricta, ad tenebras infiniti recurrit; & dicunt, totam quidem seriem causarum ab alio esse, quia tamen in infinito non datur primum: neque in totâ serie infinitâ causarum assignari posse primam, à qua cœperit actio. Sed contrà; esto in infinitâ serie causarum, non datur prima, adhuc vis demonstrationis vrget: quia vel tota series infinitarum causarum collectiuè sumpta est ab alio; sic tota est potentialis; & impossibile fuit, vt se ipsam reduxerit ad statum entis actualis: vel est à se; & hoc conuenire non potest toti collectioni ratione singularum, cùm singulæ causæ sint ab alio; neque ratione totius collectionis vt sic; cùm tota collectio non dicat, nisi aggregationem singularum: vnde si singulæ sunt ab alio, tota collectio erit ab alio. Nec recurri potest ad naturam infiniti, in quo non licet argumentari à distributiuo ad collectiuum; eo quòd aliquid conuenit collectiuo, quia caret termino, quod non conuenit distributiuo, quod terminum habet: nam hoc verum tantùm est de his prædicatis, quæ consequuntur infinitum vt infinitum; non autem de his, quæ consequuntur essentiam ipsam rerum infinitarum: quia, sicut hæc non mutatur per rationem infiniti, rebus ipsis accidentaliter aduenientis; ita nec eius intrinseca prædicata: sed esse à se, vel ab alio sunt rationes essentialiter conuenientes rebus ipsis: ergo illæ non mutantur per rationem infiniti, accidentaliter illis aduenientis. Igitur si implicat, vt finitam, ita infinitam seriem causarum esse ab alio, nullâ assignatâ primâ, à quâ tota infinitas originem ducat. Vnde licet infinitæ seriei causarum repugnet habere primam causam intra eandem seriem, non tamen repugnat, vt tota series pendeat ab aliâ causâ, quæ sit extra totam seriem producẽtium & productarum, & sit prima tantùm extrinsecè, non habens post se secũdam determinatè succedentem: sicut post punctum terminatiuum lineæ

7. Infinitum asylum tenebricosum atheorum.

8. *Prædicata essentialia non mutantur per rationem infiniti.*

Digitized by Google

lineæ non sequitur secundum punctum determinatè. Hæc non assero, vt approbem doctrinàm de infinito, quod puto implicare contradictionem.

9. *Ordo vniuersi demõstrat Deum.*

SECVNDA ratio, quæ demonstrat Deum esse, est hic pulcherrimus rerum ordo, vniuersi dispositio; constans ac nunquam interrupta rerum, temporumque viciſſitudo: ratio familiaris Patribus, & antiquis Philosophis. Cicero 2. de Diuinit. *Esse, præstantem aliquam, æternamque naturam, & eam suspiciendam admirandamque hominum generi, pulchritudo mundi, ordoque rerum cœlestium cogit fateri*, eâque ante omnes vsus est Sapiens *Sapient.* 13. *A magnitudine speciei, & creaturæ cognoscibiliter poterit Creator horum videri*: & sic potest formari: Vniuersum hoc tam mira rerum varietate compactum, tam mirabili ordine dispositum, tantâ legum constantiâ sancitum, tantâ sublunarium cum cœlestibus orbibus cohærentiâ, & consensione firmatum, impossibile est, vt non regatur ab aliquo supremo Numine, intellectu & voluntate prædito, quod Deum appellamus: tantus enim ac tam constans rerum ordo non potuit esse casu, cùm ea, quæ fortuito accidunt, constantia esse non possint; nec habeant causam perpetuò conseruantem, ac dirigentem; neque potest à se ipso regi; quia tam concinnus ordo rerum nequit esse effectus, nisi agentis per intellectum, cuius solius est ordinatè agere ac disponere, vt vnumquodque per consentanea media ad suum finem tendat. Concedẽdus igitur æternus Rector, ac supremus Gubernator, qui singula ad peculiares suos fines dirigat, & impellat: & hic non potest esse nisi vnus, vt ex perpetua rerum consensione, & ordine imperturbabili constat. cùm autem non possit à se ipso vel ab alio superiore produci, alioqui non vnum, sed plura essent Numina, necessariò erit improductum, & à se, atque adeò æternum. Quam veritatem vice, ac voce totius naturæ expressit *Arist.* 12. *Metaph. fine*: *Non est bonum pluralitas Principatuum: vnus ergo Princeps.*

10. *A priori nulla demonstr.*

DICO 2. Deum esse non potest à priori, & per causam demonstrari. Est communior Fundam. esse est prima perfectio, quæ nostro modo concipiendi conuenit Deo: ergo non potest per aliam perfectionem à priori demonstrari, nec per causam virtualem conclusionis. Anteced. prob. prima perfectio, quæ competit Deo, est ipsum esse necessarium & à se, atque adeò actuale; per hoc enim primò distinguitur ab ente potentiali & est quasi radix omnium perfectionum, quæ competunt Deo: ex hac enim habet, vt sit illimitatus, actus purus, infinitus in omni genere perfectionis excludentis imperfectionem. Confirm. esse actuale Dei est æquè notum, ac quælibet alia perfectio ipsius; ergo non potest à priori demonstrari: quod enim demonstratur non debet esse æquè notum, ac medium ipsum, per quod demonstratur: scilicet nulla perfectio est notior, quàm esse actuale Dei. Anteced. prob. quælibet perfectio diuina, vt diuina explicitè importat esse necessarium & à se; hoc enim formaliter importat esse Diuinum: at nulla perfectio Dei assumi potest vt medium ad inferendam aliam perfectionem nisi vt Diuina; quia vt abstrahens ab esse Diuino, non est apta inferre perfectiones proprias Dei; qualis est existentia actualis & necessaria.

11. *Ad primã rationem dubit.*

Ad 1. rationem dubitandi dist. maior, ex *Arist.* 1. *Post. c.* 2. concedo, quæ sunt notiora & naturâ, & quoad nos, non esse demonstrabilia: nego, quæ sunt notiora naturâ, ignotiora quoad nos, non esse demonstrabilia; tale est, Deum esse: nam consideratum secundùm se, est per se notum: consideratum verò quoad nos, est ignotum, ac proinde demonstrabile per aliquid notius, vt sunt effectus ipsi creati, ue-cessariam connexionem habentes cum existentiâ Dei.

12. Scholastici tamen cum *Arist.* propositionem notã *quoad se*, siuè *per se* appellant quæ apta nata est cognosci immediatè ex terminis, absque adminiculo extrinseci medij, *qualis est*, inquit *S. Thom.* 1. *p. q.* 2. *art.* 1. *omnis propositio, cuius prædicatum clauditur in ratione subiecti, vt homo est animal*, quia vt illam intellectus cognoscat, non eget extrinseco medio, sed penetratis terminis, statim illam cognoscit. Propositionem *notam quoad nos* Arist. vocat illam, quæ est propinquior sensui. Sequitur posse propositionem esse *notam per se*, non tamen *quoad nos*; quia potest ex se esse apta, vt cognoscatur ex terminis, & esse ignota nobis; quamdiu enim termini exactè non penetrantur, non potest cognosci connexio prædicati cum subiecto, seu propositio: vt est hæc: *Deus existit*; cuius prædicatum est de ratione subiecti, quia existentia est de quidditate Dei: nos tamen pro hac mortali vitâ non valemus eius terminos penetrare, nisi analogo & communi conceptu, quo concepta Deitas non habet immediatam connexionem cum suâ ipsius existentiâ; vnde remanet nobis ex penetratione terminorum ignota; & demonstrabilis à Posteriori per effectus creatos, habentes necessariam connexionem cum existentiâ necessariâ Dei. *Dixi in hâc vitâ*; quia in aliâ sicut Beati proprio conceptu cognoscunt Deum, ita est illis talis propositio ex terminis nota; nec repugnat, vt eadem propositio respectu diuersorum intellectuum sit nota, & ignota; demonstrabilis, & indemonstrabilis. Ratio 2. dub. solùm procedit de demonstratione per causam, & à priori: quæ in Deum non cadit; non procedit de demonstratione per effectus, & à posteriori, quam tantùm Deo concedimus. Ad 3. nego conseq. eiusque prob.: nam licet scientia & Fides actualis de eodem obiecto naturaliter esse non possit; scientia tamen & Fides habitualis de eodem obiecto simul esse possunt. Ad 4. concedo, quòd quæ sunt demonstrabilia, negari non possunt ab eo, qui vim demonstrationis percipit; secus ab eo, qui vim demonstrationis non attendit, aut non percipit; nequit enim intellectus conuinci, nisi vi demonstrationis cognitæ. Concedo, & multos Deum negasse, sed qui ad vim demonstrationis attendere noluerunt, vt *Sapient.* 13. *Neque operibus attendentes agnouerunt, quis esset artifex.*

12.

Propositio nota per se.

Ignota quoad nos.

13. *Ad secundam ratio. dubit.*

14. *Ad 3.*

15. *Ad 4.*

16. Hîc disputari solet, an dari possit inuincibilis ignorantia de Deo, saltem ad tempus, & in paucis rudibus. Affirmant *Medina p. 2. quæst. 89. art. 6. Molina 1. p. quæst. 2. art. 1. Zumel. quæst. vn. concl. 3. & alij*: nec negat *Granadus in 1. p. tract. 1. de existentiâ Dei disp. 1. sect. vlt. fine*, vbi concedit cum *Victoria*, posse aliquem in siluis enutritum, qui nihil de Deo vnquam audiuit, laborare ad tempus inuincibili ignorantiâ Dei. Quæ sententia cum prædicta limitatione, in paucis, & ad tempus, probabilis est; absolutè tamen & vniuersaliter est falsa. Prior pars prob. vt ignorantia Dei sit inuincibilis, duo requirit, vnum, vt aliqua saltem cogitatio de Dei existentiâ animum pulsset; alterum, vt talis cogitatio proponatur cum debito comparandi perfectiorem cognitionem de Deo; quia inuincibilis dicitur, vt ex nomine constat, quæ vinci non potest ab eo, qui tali ignorantiâ laborat; nequit autem ea per oppositum actum scientiæ vinci, cuius aliqua non subit cogita-

17. *Inuincibilis ignorantia de Deo in paucis ad tempus.*

Digitized by Google

cogitatio cum debito habendi talem scientiam. At fieri potest, vt in rudi homine vel nulla de Dei existentiâ cogitatio animum pulset; vel si pulset, non cum debito comparandi perfectiorem: quia talis cogitatio supponit aliquam notitiam creaturarum cum dependentia ab vna prima causa, & cum obligatione illam inuestigãdi; quæ cogitatio non statim occurrere solet homini; tunc primùm rationis vsum exercenti, sine vllâ parentum disciplinâ, & maiorum traditione; multò minùs homini rudi & hebeti. Quamuis hæc probabilis sit, probabiliùs tamen defendi potest opposita, vt neque in paucis, neque ad tempus perfecta ratione vtentibus dabilis sit inuincibilis ignorantia de Deo, vt *fusè 3. tom. & mox.* Posterior pars constat ex communi consensu

18. *Nulla absolutè & vniuersaliter.* Patrum: qui propterea dicunt, notitiã de Deo esse omnibus naturaliter insitam; ex Paulo *cit. ad Rom.* 1. à quo absolutè & simpliciter dicuntur *inexcusabiles*, qui Creatoris sui notitiâ carent, cùm eam facilè possint ex creaturis comparare. Fundam. notitia de Deo saltem confusa & imperfecta, est adeò facilis & obuia cuilibet, vt vix possit quis ad longum tempus excusari: *Cœli enim ipsi enarrant gloriam Dei.* Vnde Tullius 2. de naturâ Deor. *Quid tam apertum*, inquit, *esse potest, tamque perspicuum, cùm cœlum suspeximus, cœlestiáque contemplati sumus, quàm esse aliquod Numen præstantissimæ mentis, quo hæc regantur?* Cuius argumentum est; nulla est natio tam barbara, quæ aliquam notitiam Dei, cultu aliquo non profiteatur, etiamsi erret in notitiâ veri Dei. Hoc ipsum confirmat supernaturalis prouidentia Dei, quæ non sinit longo tempore homines ignorantiâ sui Conditoris laborare, sed eos subinde instruit, vel per externam disciplinam Maiorum, vel per internas illustrationes, cùm sit simpliciter necessaria notitia vltimi Finis, sine quo nequit creatura rationalis de se perfectè disponere.

DISPVTATIO III.

De Essentia Dei eiusque attributis.

SECTIO PRIMA.

Quid Deus sit?

1. *Deus definiri nequit.* ARDVA res quæritur, ipsi soli nota, cuius explicatio quæritur. Est enim Deus, teste Scriptura, *immensa lux*, ad quam nemini patet accessus, nisi per ipsius lucis aliquam reuerberationem. Vnde monet *August. lib. de morib. Eccles. c. 7.* vt Diuina contemplaturi ad opacitatem auctoritatis, vmbras creaturarum, librorumque voces, veluti ad signa temperatiora veritatis confugiamus: ne, si Diuina in se contemplari velimus, nimia luce veritatis præstricti, ad tenebrarum familiaritatem cum fatigatione conuertamur. Ergo Fidei reuelato lumine, & innatâ ratiocinatione intellectûs tantæ rei explicationem aggrediamur. Auctore *August. lib. de cognitione veræ vitæ c. 7. S. Thom. 1. p. q. 3. art. 5. & 1. cont. gent. c. 25. & q. 7. de potent. art.* 3. perfectâ definitione Deum comprehendere est impossibile. Nam quæ definiuntur, certis perfectionum cancellis concluduntur, vltra quas res ipsæ definitæ non protenduntur. Deus autem, cùm in suo esse nullo concludatur perfectionis termino, definiri haud quaquam potest, aliquâ tamen descriptione potest. via indagandi naturam Dei, vna à posteriori per effectus; altera à priori per rationem à posteriori priùs demonstratam.

2. *Infinitè perfectus cõcluditur.* DICO 1. A posteriori & per effectus euidenter concluditur natura Diuina infinitè perfecta, & totius potentialitatis expers: ita *S. Thom. 1. p. q. 4. art. 2. Scot. in 1. dist. 2. q. 2. §. Ostenso, Durand. dist. 43. quæst. 2. Hernai quæst. 1. Capreoli quæst. 1. art. 1. concl. 4. Rich. art. 1. quæst. 2. Argent. art. 3. Arimin. quæst. 3. art. 2. & 3. ad 3.* & aliorum contra *Rubionem quæst. 1. art. 2.* Prob. 1. Arist. 8. *Phys. c. vlt. &* 12. *Metaphys. tract.* 41. 3. infinitatem primi motoris probat ex perpetuo motu cœlorum: *&* 12. *Metaph. tract.* 51. affirmat, intellectionem Dei esse ipsam substantiam Dei: ergo agnoscit illum, vt actum purum & immunem ab omni potentialitate. Prior pars prob. 1. ex effectibus possibilibus perfectioribus in infinitum, hoc pacto: Omnis perfectio, quæ est in effectu, necesse est, vt præexistat in causa, aut formaliter, si est vniuoca; aut eminenter, si est æquiuoca. causa enim principalis, vt Deus, nequit perfectionem effectûs continere modo imperfectioti: At producibiles sunt effectus perfectiores in infinitum: ergo necesse est, vt infinita perfectiõ præexistat in primâ causâ; nam bene arguitur ex infinitate syncateg. effectuum infinitas categorematica causæ; quia cùm virtus causæ sit tota simul actu, non poterit esse infinita syncateg. de cuius ratione est, vt partim sit actu, partim potẽtiâ: aut igitur talis virtus erit actu finita, aut infinita: finita esse nequit; alioqui assignari posset terminus, quo perfectiorem producere non posset, contra suppositum: ergò necessariò erit infinita. nimirum in effectibus possibilibus nullus assignari potest, quo producto perfectior produci non posset: ergò nullus est terminus assignabilis in effectibus perfectioribus producendis. Prob. 2. Ex cognitione, quâ Deus necessariò cognoscit infinitos effectus perfectiores & perfectiores, quos posset ipse producere, hoc modo. Omne agens intellectuale agit cognoscendo effectus, quos ipsum liberè producit cùm nihil possit esse volitum, quin præcognitum: Sed Deus potest liberè producere effectus syncategorematicè infinitos: ergo cognoscit illos; non successiuè, nam mutaretur Deus: ergo simul: nequit autem cognoscere illos cognitione finitâ; quia, vt infra, nequeunt expressè & distinctè cognosci infiniti effectus, nisi cognitione infinita: cùm enim cognitio substituatur loco obiecti, quod in ipsa actu cognoscitur, tantam perfectionem debet continere in esse intentionali, quantam continet obiectum in esse reali: at infiniti effectus perfectiores continent infinitam perfectionem in esse reali: ergo & eorum distincta atque expressa cognitio, qualis est Diuina, continebit infinitam perfectionem in esse intentionali atque expressiuo. subsumo: cognitio infinita supponit potentiam ac proinde essentiam infinitam; cognitio enim potentia, & essentia, mutuò sibi proportionantur: quia cùm cognitio sit actus potentiæ; potentia proprietas essentiæ; non potest cognitio esse infinita, potentia & essentia finita: alioqui actus excederet potentiam, & essentiam cuius est actus, quod implicat: igitur ex cognitione omnium producibilium arguitur infinitudo Diuina essentiæ.

Ex effectibus perfectioribus in infinitum:

4. *Ex cognitione perfectiorum in infinitum.*

Posterior pars conclus. prob. Actio creatiua de necessitate arguit actum purum in creante: sed Deus exercet actionem creatiuam erga plurimos effectus creatos: producit & conseruat animas rationales, & materiam primam, quæ cùm sit independens à subiecto sustentationis, non est eductio; est igitur creatio, cùm non sit assignabile medium;

5. *Actus purus, & substantialis intellectio.*

Digitized by Google

Ex creatione arguitur.

dium; vt nec inter dependens à subiecto, & independens à subiecto. Maior. prob. nequit agens habere actionem transeuntem perfectiorem immanente: 1. quia per immanentem perficit seipsum, per transeuntem aliud à seipso: & nequit agens perficere aliud à se ipso perfectius quàm seipsum; se ipsum enim perficit primariò; aliud à se ipso, secundariò: 2. quia omnis perfectio, quæ est in effectu, necessariò præsupponi debet in causa; ergo, cùm actio immanens sit proxima causa transeuntis, nequit vlla perfectio, aut independentia esse in actione transeunte, quæ non præsupponatur in immanente tanquam in proxima causa. Atqui haberet Deus actionem transeuntem perfectiorem immanente si immanens non esset identificata cum propriâ substantiâ ipsius, quod est esse actum purum, ideoque potentialitatis expertem: Nam creatio est actio independens à subiecto inhæsionis; quia cùm fiat ex nihilo, nullum prærequirit subiectum, cui inhæreat; sed solum terminum, cum quo realiter identificetur. Si autem Deus non haberet actionem immanentem identificatam cum propria substantia, haberet illam dependentem à subiecto inhæsionis, ac proinde imperfectiorem transeunte: necessariò enim esset accidentalis, atque adeò dependens à substantiâ Dei, vt à subiecto inhæsionis: non enim posset terminari ad substantiam intra Deum, distinctam à naturâ Dei; cùm terminus talis actionis deberet esse aut species expressa, quâ Deus cognosceret se ipsum, & creaturas; aut amor, quo se ipsum & creaturas diligeret; & nulla natura intellectualis intelligere, aut diligere possit per substantiam se distinctam, sed vel per suam substantiam, vel per qualitatem accidentalem. Quocirca substantia, diuina quæ non admittit actiones immanentes distinctas, non habet potentiam passiuam, quæ primariò est ad actiones proprias immanentes, & multò certiùs eam non habet ad actionem ab extrinseco agente recipiendam: cùm euidens sit, nullam perfectionem Deum recipere posse à creaturis. Porrò substantia, quæ nullam habet admixtam potentiam passiuam, est purus actus.

6. *Virtus altioris ordinis non sufficit:*

Obiicies 1. possunt effectus infiniti inferioris ordinis produci à virtute finitâ ordinis altioris: ergo ex effectibus infinitis producibilibus non concluditur virtus infinita, sed solùm altioris ordinis. Resp. *nego anteced.* quando effectus producibiles infiniti continentur in causâ secundùm eandem rationem formalem, cuiusmodi sunt substantiæ intellectuales perfectiores in infinitum. Etenim perfectio vitæ intellectualis formaliter continetur in Deo, atque adeò ex substantijs ijs perfectioribus in infinitum, rectè concluditur infinita perfectio vitæ intelligentis in Deo. Ratio: quando perfectio effectus continetur formaliter in causa, non potest infinita perfectio communicabilis effectui, contineri in causa secundùm virtutem finitam: tunc enim productio effectus fit per communicationem graduum perfectionalium eiusdem rationis: ac proinde, si tales gradus communicabiles sunt infiniti, præsupponi debent etiam infiniti in causa secundùm eandem rationem formalem; cùm nequeant præsupponi in aliquâ virtute finitâ eminentiore; vt si infiniti gradus lucis producibiles essent à luce, necessariò in luce supponerentur infiniti gradus virtutis.

7. *Nec speciei expressa fiunt.*

Obiicies 2. Potest Beatus cognitione finitâ expresse & distinctè cognoscere Deum infinitum: ergo posset Deus cognitione finitâ dictinctè cognoscere effectus producibiles infinitos. Resp. neg. cons. Beatus enim non cognoscit Deum per speciem expressam substitutâ vice obiecti; sed per puram tendentiam vitalem ad obiectum in seipso: at Deus cognoscit effectus producibiles per speciē expressam, quæ distinctè repræsentat obiecta infinita, quando enim obiectum est absens, non potest cognosci per puram tendentiam, quæ supponit obiectū præsens potentiæ, vt possit illud cognoscere in seipso: ergo quando est absens, debet exprimi intra ipsam potentiam in esse intentionali & repræsentatiuo. Vnde si obiectum exprimendum est infinitum, expressio ipsa debet esse infinita: quia esse intentionale debet proportionari esse reali. Cùm igitur effectus producibiles à prima causa sint infiniti, nec actu præsentes omnes vt simul distinctè cognoscantur omnes, debent exprimi intra potentiam cognitiuam, per speciem expressam, quæ in esse intentionali contineat omnes perfectiones reales obiectorum. Quòd pura tendentia vitalis ad obiectum infinitum sit finita, constat, cùm non debeat exprimere obiectum in esse intentionali, sed tantùm ducere potentiam ad obiectum in se ipso cognoscendum.

8. *A priori idem prob.*

Dico 2. Demonstrato Deo per effectus à posteriori, rectè concluditur per rationē à priori, Deum esse infinitè perfectum quoad omnes perfectiones, quæ in tota latitudine entis excogitari possunt, vt compossibiles inter se; atque adeò esse ipsum infinitum & interminatum esse secundùm totam plenitudinem essendi, quem Sancti *pelagus totius esse* appellant. Ratio, est ipsa necessitas essendi, quam demonstrant à posteriori effectus creati: Ex quâ sic deducò singula: Deus necessariò est: ergo essentialiter est: ergo nulla in Deum cadit essendi limitatio; ergo actu est tota essendi plenitudo. ergo nulla est perfectio possibilis, quæ in Deo actu non sit aut formaliter, aut eminenter: ergo est ipsum esse infinitum, & interminatum. Prima conseq. patet: quia quod necessariò est, ab intrinsecis postulat esse: quia cùm sit ipse actus essendi, à nullo productus, sed à se ipso non causaliter, sed formaliter existens, se ipso essentialiter est. Secunda prob. omnis limitatio essendi est ab aliqua causa, limitante suum effectum ad tale, vel tantum esse: Deus nullam habet causam; ergo nullam limitationem in essendo. Maior constat: esse enim vt sic, nullam dicit limitationem: nam esse, vt esse, solùm excludit non esse. Igitur quidquid concipitur vt possibile, & non inuoluens repugnantiam ad esse, id totum actu & formaliter reperitur in ipso esse per essentiam. Tertia elucet: nam ex quo Diuinum esse non limitatur ad hoc vel illud esse, sed est ipsum purissimum esse, continet totam plenitudinem essendi: quam expressit *Dionysius cap.* 3. *de Diuinis nom.* vbi *non quoquo pacto Deus*, inquit, *est ens, sed simpliciter & incircumscriptè, totum in se esse pariter ambiens, & præambiens:* & Damascen. *lib.* 1. *de Fide cap.* 12. vbi cùm probasset ex omnibus nominibus, quæ Deo tribuuntur, nullum aptius, quàm entis nomen, ipsius naturam exprimere, subdit: *Vniuersum enim id, quod est, tanquam immensum quoddam & infinitum essentiæ pelagus complexu suo continet.* Quin & Deus *Exod.* 3. hanc suam essendi plenitudinem expressit, cùm interroganti Moysi, quis esset, respondit: *Ego sum qui sum.* Is autem propriè est, cui nulla ratio essendi deest. Quarta constat: nam si quæ perfectio possibilis esset, quæ in Deo actu non esset aut formaliter, aut eminenter: non esset in eo tota plenitudo essendi: quæ vt Chrysost. 2. *ad Colos. homil.* 3. definit, *est quod aliud non capit*; nam quod totum est, plenitudo dicitur. Confirm. nulla perfectio concipi potest vt possibilis, nisi virtute primæ causæ. Ergo

Per necessitatem essendi.

Essentialiter est.

9. *Nulla essendi limitatio;*

10. *Tota essendi plenitudo:*

11. *Omnis perfectio possibilis.*

omnis

Digitized by Google

omnis perfectio possibilis contineri debet in primâ causâ, à qua omnis possibilitas essendi debet originem ducere. Vlt. conseq. clara est: quia tale esse nullo finitur limite; nullo clauditur termino: proinde infinitum & interminatum est.

12. *Perfectio simpliciter simplex.* Duplex perfectionis genus distinguunt Theologi, alterum simpliciter simplicis; alterum ad certum genus limitatæ. Prioris generis sunt, quæ in suo conceptu obiectiuo nullam inuoluunt imperfectionem; cuiusmodi sunt ratio substantiæ, vitæ, sapientiæ, &c. Quod genus perfectionis Anselm. *in Monol. c.* 13. definit esse illam, *quæ in vnoquoque melior est ipsa, quàm non ipsa*: hoc est, vt Scotus explicat *in* 1. *dist.* 6. *q.* 1. *ad* 1. & Caiet. *de Ente cap.* 2. *q.* 3. quæ in vnaquâque re considerata sub ratione entis melior est ipsa, quàm oppositum & incompossibile ipsius: vt considerato equo, non vt equo, sed vt ente, melius esset illi intelligere, quàm quæuis alia perfectio huic repugnans, & incompossibilis: licet equo, considerato vt equo, non sit melius intelligere, quàm non intelligere, quoniam intelligere destruit naturam equi: nulla autem perfectio quantumuis maxima, potest melior esse supposito, cuius est destructiua. Quòd autem debeat *Anselmi* definitio intelligi contrariè, non contradictoriè, ex eo patet: quia alioqui omnis perfectio esset simpliciter simplex; cùm omnis perfectio sit melior, quàm contradictorium ipsius. Alio modo solet hæc perfectio describi, vt sit ea, quæ cum nullâ aliâ maiore vel æquali repugnat: vt ratio spiritûs dicitur perfectio simpliciter simplex, quia cum sapientiâ, quæ est perfectio maior, vel æqualis non repugnat. Contrà verò ratio corporis non dicitur perfectio simpliciter simplex, quia pugnat cum perfectione vitæ intellectualis, quæ est perfectio maior.

Alia ad certum genus limitata, Posterioris generis sunt, quæ in suo conceptu obiectiuo non præscindunt ab aliqua imperfectione: tales sunt omnes perfectiones creatæ vt sic: quia saltem inuoluunt finitudinem, quæ pugnat cum

13. perfectione illimitata maiore. Adhuc tamen duplex perfectio reperitur in creaturis; altera, quæ ex suo

Ex specie, genere nullam inuoluit imperfectionem, vt ratio vitæ, sapientiæ & similia, quæ ex se considerata nullam inuoluit in suo conceptu imperfectionem, licet contracta ad vitam, & sapientiam creatam, in-

Vel ex genere suo. uoluat finitudinem & accidentalitatem: altera, quæ ex suo genere imperfectionem importat, à quâ nunquam potest præscindere: vt ratio corporis, & accidentis, quibus essentialis est imperfectio, quam important, & ideò non possunt ab illa præscindere. Prioris generis perfectiones sunt in Deo formaliter, quia cùm nullam inuoluant imperfectionem, & cum alijs maioribus, aut æqualibus non pugnent, nequeunt altiori modo in Deo contineri, quàm formaliter; Posterioris verò generis continentur eminenter; quia cùm imperfectionem inuoluant, & cum alijs perfectionibus maioribus pugnent, nequeunt in Deo esse formaliter, sed eminenter. Qui modus continentiæ perfectissimus est, quia est continere illas modo nobiliori per entitatē, & perfectionem altioris ordinis, cum virtute & efficacitate eas producendi: defectu cuius virtutis & efficacitatis, quæ ad eminentialem continentiam essentialiter requiritur, non dicitur angelus eminenter continere res corporeas, licèt sit perfectior illis.

14. Aduerte, in Deo non esse aliud & aliud genus perfectionis, imò neque alias & alias perfectiones propriè loquendo, quia hoc denotat distinctionem vnius perfectionis ab aliâ; sed esse vnam simplicissimam entitatem, quæ sine vllâ distinctione in re, est omnis perfectio possibilis: quæ per ordinem ad nostrum intellectum, concipientem illam relatè ad creaturas, fundat talem diuersitatem perfectionum: cum aliquo tamen fundamento in re, propter omnimodam plenitudinem essendi.

15. DICES; quod continet omnes perfectiones possibiles, nullam à se excludit: ergo non admittit distinctionem aliorum entium à se; alioqui excluderet illam perfectionem, quæ esset in alijs entibus à se distinctis. Resp. Nullam perfectionem à se excludere, vel formaliter, vel eminenter; excludere tamen aliquas formaliter, quas tamen eminenter continet, vt sunt omnes creatæ, vt sic. Vnde neg. conseq. ad prob. concedo, excludere illam perfectionem, per quam distinguitur ab alijs entib. formaliter, eandem tamen includere eminenter. Et sic rectè cohæret, Deum esse omnia, & tamen distingui ab omnibus; quia est omnia eminenter, non est omnia formaliter.

Omnes formaliter vel eminenter in Deo.

16. DICO 3. Deus est, quo melius excellentiusque, excogitari non potest. Est Sanctorum proloquium, *Anselmi in Prosologio c.* 1. 15. *&* 18. *Bernardi lib.* 5. *de Consider. Senecæ in Præfat. libr. qq. natur.* Fundam. non potest excogitari melior modus essendi, quàm esse à se essentialiter, & cum totâ plenitudine essendi: sed Deus est à se essentialiter, & cum totâ plenitudine essendi. Confirm. quia vel id, quod excogitari posset melius & excellentius, est perfectio realis, & eo ipso actu reperitur in Deo, à quo nulla perfectio realis abesse potest, & extra quem nulla realis perfectio excogitari potest: vel non est realis; & iam non est melius excellentiusque Deo; quia quod reale non est, perfectio esse non potest: perfectio enim in aliquâ realitate fundetur, oportet.

Deo nil melius fingi potest:

17. Deducitur 1. Deum non solùm esse primum principium eminentissimum in causando, quo eminentius dari vel excogitari non potest, sed etiam vltimum finem, quo vlterior fingi non potest. Fundam. omne agens intellectuale, qualis est Deus, agit propter aliquem finem seu allectum ad operandum ab aliquo bono, quod cum fine conuertitur: at propter nullum alium finem vltimatum à se distinctum agere potest Deus: nam nullum ens est melius Deo; qui in nullo, quàm in se ipso vt in vltimo fine quiescere potest: finis enim vltimus est, in quo agens, vt in summo bono conquiescit: ergo Deus non solùm est vltimus finis sui, sed etiam creaturarum, quia in productione earum non potest alium finem vltimum intendere, quàm se ipsum: nec creaturæ possunt ad alium finem inclinare, quàm ad quem ordinantur à Creatore: nam sicut Creatoris est dare esse; ita eiusdem erit dare certam inclinationem cum esse; ergo ipsius est ordinare creaturas, quas condit ad vltimum finem. *Lege Scot. in* 1. *dist.* 2. *quæst.* 2. §. *Quantum ad* 2. *argum.*

Primum principium.

Vltimus finis;

18. Deducitur 2. Deum esse actum purum, nulli potentiæ passiuæ admistum: nam omnis potentia passiua includit priuationē alicuius perfectionis, quam possit habere. Deus autem actu continet omnem perfectionem intra totam latitudinem entis possibilis: ergo excludit omnem potentialitatem, cui est essentialiter subiecta creatura: quia est in potentia tam obiectiua ad esse, quàm subiectiua ad recipiendam perfectionem. Solus Deus essentialiter est omnis perfectio. Dixi *Potentiæ passiuæ*: quoniam actiua, cùm non sit ad perficiendum se, sed aliud à se, est enim *teste Arist.* 5. *Met.* 12. *principium transmutandi aliud, in quantum aliud*, actui puro non repugnat.

Nulli potentia admixtus.

SECTIO

Digitized by Google

SECTIO II.

An natura Diuina à parte rei formaliter includat omnes perfectiones attributales?

19. *Attributũ perfectio absoluta quasi adiacens.*

NOmine attributi importatur quælibet perfectio absoluta, prædicabilis de Deo ad instar formæ adiacentis naturæ, quæ melior sit ipsa, quàm non ipsa. Aliqui *Scotistæ* attributum distinguunt à modo intrinseco: eo quòd attributum addit formalitatem ratione saltem distinctam à natura, cui attribuitur; modus nullam ratione diuersam ab eo, cuius est modus, sed solùm modificat fundamentũ intra eandem perfectionem, vt finitas, vel infinitas addita enti non variat illud, sed modificat intra eandem rationem entis. Sapientia verò addita substantiæ perficit illam sub diuersa ratione.

20. Ab attributi ratione excluduntur 1. relationes & origines, quæ non sunt perfectiones absolutæ. 2. Perfectiones importantes aliquid per modum constituentis naturam, vt esse, substantia, vita, Deitas: quia attributa debẽt, saltem ex modo nostro significandi & concipiendi supponere naturam, cui concipiuntur aduenire ad instar proprietatis, denominantis illam accidentaliter, vt potens, sapiens, iustus, &c. 3. Perfectiones liberę, vt esse creantem, prędestinantem, iustificantem: quia hæc formaliter sumpta non põnunt perfectionem in Deo, sed in re creatâ, prædestinatâ, iustificatâ; vnde non sunt meliores ipsæ, quàm non ipsæ: nec melius est Deo prædestinare, quàm non prædestinare. Addit *Durand. in* 1. *dist.* 2. *quæst.* 3. *nu.* 7. attributum presse sumptum importare solam perfectionem Deo & creaturis communem: *hæc autem*, inquit, *sunt, quæ nec in suâ ratione imperfectionem includunt, nec eam excludunt: Nam, si imperfectionem includerent, Deo non conuenirent; si eam excluderent, non conuenirent creaturis*, Vnde infinitas, æternitas, immensitas, immutabilitas, & cætera huiusmodi excluduntur à ratione attributi, vt Deo & creaturis non communia. Sed non est, cur hanc limitationem addamus, quam nec Patres, de Diuinis attributis loquentes, nec Scholastici de ijsdem disputantes addunt. lege *August.* 15. *de Trinit. cap.* 5. *Damascen.* 1. *de Fide cap.* 4. & 12. Controuersia est, an essentia Diuina has perfectiones includat formaliter ex naturâ rei.

21. 1. *Sentent.* PRIMA sentent. *Gualtheri, relati à Nipho.* 12. *Metaph. disput.* 13. *cap.* 3. & *Iacobi de Viterbo apud Argent. in* 1. *distinct.* 8. *qu.* 1. *art.* 4. affirmantium, naturam Diuinam realiter ab attributis, & attributa inter se distingui. Fundam. quæ sunt, vel se habent vt in diuersis prædicamentis, distinguuntur realiter: essentia est vt in prædic. substantiæ; attributa vt in prædic. accidentium; vt saluent Diuinam simplicitatem, ad realem compositionem requirunt plura, quorum vnum se habet vt potentia, alterum vt actus: Deus autem, cùm sit purus actus, potentia esse non potest; ac proinde realiter cum attributis componere nequit. Confirm. modus intelligendi sequitur modum essendi: sed attributa Diuina intelliguntur à nobis vt distincta: ergo sunt in se ipsis distincta.

22. *Errant.* Hæc sent. intellecta de distinctione reali presse sumpta, est hæretica: cùm non possit in Deo saluare simplicitatem, quam certâ Fide tenemur Deo concedere. Etenim, si essentia & attributa distinguuntur, vt res diuersorum prædic. nequeunt distingui, nisi vt substantia & accidens, atque adeò vt componentia vnum quid accidentale, nec licet argumentari ex imperfecto nostro modo concipiendi, qualem de Deo Diuinisque in hâc vitâ habemus, ad rem secundùm se.

23. 2. *Sentent.* SECVNDA sent. *Scoti in* 1. *dist.* 8. *quæst.* 4. §. *ad* 4. & *quodl.* 1. *quæst.* 1. §. *de* 1. *Licheti, Petri Aquil. Mayroni distinct.* 8. *quæst.* 1. §. *nunc quartò & q.* 3. *per totam, & quæst.* 5. §. *his visis, &c. Scotist.* excepto *Rubione*, admittentium distinctionem ex naturâ rei inter essentiam & attributa ipsa inter se. Nec potest *Scotus* explicari de distinctione rationis; vt ex *citatis* constat, & *in* 1. *dist.* 12. *q.* 1. §. *contra istam*, vbi expressè hanc opinionem de distinctione rationis refutat. Distinguunt autẽ quatuor genera distinctionum *Scotistæ*, vt videre est apud *Mayron.* Prima dicitur essentialis, qua vna quidditas existens distinguitur ab alia quidditate existente, vt Deus à creaturis. 2. realis, qua res distinguitur à re, vt pater à filio. 3. formalis, qua quidditas vnius non est quidditas alterius, vt quidditas Sapientiæ non est quidditas Bonitatis. 4. modalis, quæ est inter quidditatem & modum ipsius, vt inter sapientiam & eius finitatem, vel infinitatem. *Genera 4. distinct.* *Distinct. genera 4.*

24. Ex his prima est omnium maxima, quia includit reliquas omnes: post hanc sequitur realis, quæ includit distinctionem entitatis ab entitate. Tertia media inter realem & modalem, est formalis, seu quidditatiua. Minima omnium est modalis, quia per eam non fit exitus ab eâdem ratione formali: modus enim aduenies formalitati non variat illam, sed auget, vel minuit intra eandem rationem formalem. Ex his primam & 2. scilicet essentialem & realem excludunt ab essentiâ & attributis diuinis; quia non distinguuntur entitatiuè; sunt enim vna entitas, & hoc modo ipsi saluant diuinam simplicitatem, & dictum *Damasc.* quod Deus sit *pelagus omnium perfectionum*, nimirum identicè: admittunt autẽ distinctionem formalẽ, quia quidditas vnius nõ est quidditas alterius; & modalem inter quodlibet attributum, & eius infinitatem. Fundamenta, infrà.

25. *Vera sent.* TERTIA *Magistri in* 1. *d.* 8. *S. Th.* 1. *p. q.* 13. *a.* 4. & 12. & *de poten. qu.* 7. *a.* 6. & 1. *con. Gent. c.* 54. & 73. *Capreol. in* 1. *d.* 8. *q.* 4. *a.* 1. *Caiet. de ente tom.* 3. *tra.* 7. *q.* 12. & 1. *p. qu.* 39. *ar.* 1. *Rich. in* 1. *dist.* 2. *a.* 1. *q.* 2. & 3. *Baccon. q.* 1. *a.* 1. *concl.* 2. *Aliacens. q.* 6. *a.* 2. *Aureo. d.* 8. *p.* 3. *a.* 5. *Ochami in* 1. *d.* 2. *q.* 1. *Sylui* 1. *p. qu.* 13. *a.* 4. & *reliquorum Theologorum* affirmantium, nullam distinctionem ex naturâ rei intercedere inter essentiam & attributa, consequenter diuinam essentiam à parte rei formaliter includere omnes perfectiones attributales. Quæ sententia adeò vera est, vt opposita à multis suspecta, & in fide parum tuta censeatur. *Sequenda.*

26. *Prob. ex Rhemens.* Prob. 1. ex Concilio *Rhem. sub Eugenio III.* vbi contra *Gilbert.* definitur, relationes & essentiam non esse *ratione Theologicâ* distinguenda (erat autem *ratio Theologica* in sententia Gilberti distinctio ex naturâ rei, prout opponitur rationi mathematicæ, quæ est sola distinctio rationis) à fortiori neque essentiam & attributa, quæ sunt minùs apta distingui, quàm essentia & relatio; cùm hæc ambo sint absoluta; illa verò absoluta & relatiua, quæ sunt minùs apta ad conueniendum in eandem rationem formalem. 2. ex PP. qui primò docent, attributa esse ipsam essentiam Dei. *Aug. 7. de Trin. c.* 6. *Hoc illi est esse, quod Deum esse, quod magnũ, quod bonum &c.* & 15. de Trin. c. 6. *Deus est*, inquit, *sua ipse sapientia: quæ non est aliud sapientia eius, aliud essentia; cui hoc est esse, quod sapientem esse.* Huc accedit duplex loquendi modus eiusd. *Aug.* alter, quo affirmat, eo Deus, quo viuens, quo intelligens, quo potens: vt in *quæst. de Trin. Deus eo ipso*, inquit, *quo est, viuit; & eo, quo viuit,* 27. *August.*

Digitized by Google

viuit, intelligit; & eo quo intelligit, potest; & eo, quo potest, est: quia simplex Deitatis natura vnum habet esse, viuere, & omnia posse. Porrò terminus *Quo*, rationem formalem, per quam res est, importat. Alter modus loquendi est, quo docet, idem in Deo esse, *quo est, & quod est.* 15. de Trin. c. 5. *Non enim percipit sapientia, quâ fit sapiens, sed ipse, sapientia est.* Si autem Deus esset Sapiens sapientiâ formaliter distinctâ, non posset Deo sapientia esse ratio *Quâ* & *Quæ* simul, seu essentialis rei; vt eadem est ratio quâ lux est lucida, & lux ipsa; item negant in Deo esse plura, vel aliud & aliud; aiunt omnia, quæ de Deo dicuntur, esse vnum, solâ voce diuersa. *Aug. 6. de Trinit. c. 7. & lib. 7. c. 1.* Bernard. 5. *de Consider. voces diuersæ, semitæ multæ, sed vnum per eas significatur.* Denique affirmant, quidquid in Deo est, esse Deum ipsum: at non quidquid in Deo est, Deus esset, si attributa ab essentiâ, & inter se distinguerentur. Deus enim Deitate est Deus: si autem sapientia suâ naturâ distingueretur à Deitate, suâ naturâ non esset Deus, nec quidquid in Deo est, Deus esset.

Augusti. Bernard.

26. Prob. à diuinâ simplicitate.

Prob. 3. rationibus. Prima ducitur ex diuinâ simplicitate: Deus ex *Concilio Lateran. sub Innoc.* vt refertur *in cap. Firmiter*, de summâ Trinitate est *omninò simplex*; non esset, si aliquam admitteret ex natura rei distinctionem inter essentiam & attributa: vbi enim est aliqua distinctio, ibi est aliqua compositio, quæ sũmæ simplicitati repugnat; maior quippè est vnitas formalis, quàm identica, maiorque simplicitas consurgens ex vnitate formali, quàm ex vnitate reali: Deo autem summa vnitas concedenda est, scilicet perfectio simpliciter simplex: sicut enim conceditur Deo summa perfectio, ita & summa vnitas: alioqui, vt rectè *Bernard. cit.* non esset Deus, quò maius excogitari non posset, quia excogitari posset simplicior.

29. Contra Lychetum.

Concedit *Lychetus qu. 3. §. penult.* summam simplicitatem Deo, quia hæc, inquit, excludit compositionem, quæ Deo repugnat: attributa autem non componũt cum essentiâ, vel inter se, etiamsi distinguantur formaliter; quia cum hac distinctione formali, sunt vnum perfectissima identitate cum essentia: sicut nec obstat Diuinæ simplicitati realis distinctio personarum: quia licet hæ distinguantur inter se, quia tamen sunt vnum per identitatem cum essentiâ, nullam in Deo ponũt compositionem. Negat tamen summam vnitatẽ, quoniam hæc, inquit, excludit omnem pluralitatem: in Deo autem, cùm sit pluralitas formalitatum, non est summa vnitas, quia hæc non dicit perfectionem.

30.

Contra primum: impossibile est, plura suâ naturâ distincta conuenire ad constituendum vnum, sine aliquâ reali constitutione: nam vbi est reale constitutum ex ratione priore, & posteriore à parte rei, ibi necessariò est aliqua realis constitutio; nam hæc nil aliud est, quàm plurium distinctorum ad vnum concursus. Nec est eadem ratio de Diuinis relationibus: quia hæ non faciunt vnum inter se, sed cum essentiâ; & quâ ratione cum essentiâ constituunt vnum ab ipsa non distinguuntur: attributa verò & inter se, & cum essentiâ constituunt vnum, alioqui non possent de se inuicem, aut de essentiâ prædicari. Secundum falsum est: nam cæteris paribus, eò ens est perfectius, quò magis vnum; quia quò magis est vnum eò est in sua ratione illimitatius. Vnde *Auerroes 12. Metaph. t. 37.* eodem modo affirmat Deum esse summè vnum ac summè simplicem.

31. Prob. ex illimitatione in modo cõtinendi.

Secvnda ratio deducitur ex infinitate & illimitatione Diuinæ essentiæ, quæ ex eo, quod est à se, non modò est illimitata in omni genere perfectionis possibilis, verùm etiam in modo eas continẽdi: atqui non implicat, eas continere indistinctè formaliter: ex ipso *Scot. in 2. dist. 3. q. 9. §. secundo* scilicet, Ea, quæ sunt disperſa in inferioribus, adunantur in superioribus, vt inductione constat: vegetatiuum enim, & sensitiuũ in plantis & brutis realiter distincta, in homine sunt vnum. Vis calefactiua, & exsiccatiua in elementis distinctæ, in Sole coincidunt in vnam rationem formalem, *Mayro. teste.* Vis perceptiua coloris, odoris, saporis, &c. in sensibus externis multiplicata realiter, in sensu communi, & in intellectu adunatur in vnam eandemque rationem formalem; quia quò magis aliqua eleuantur ad naturam superiorem, eò euadunt perfectiora & illimitatiora: ergo quæ eleuantur ad naturam supremam infinitam euadunt infinitè perfecta & illimitata: ergò non solùm euadunt vnum realiter, sed etiam vnum formaliter, alioqui manerent limitata in vnâ tantùm ratione formali. Confirm. contra *Scotum* qui *in 2. dist. 3. quæst. 1.* docet, Hæcceitatem distingui formaliter à naturâ creatâ, ab increatâ nullo modo. Item per *Scotistas*, vt constat ex *Lych. in 2. dist. 3. quæst. 1. §. dico*, gradus differentialis naturæ creatæ distinguitur formaliter à generico. In Deo autem ex *Scoto quodlib. 1. q. 1. §. de altero* intellectualitas, quæ est quasi gradus differentialis naturæ Diuinæ nullo modo distinguitur à naturâ Diuinâ, cùm sit illi essentialis: ergo licet sapientia, bonitas, & reliqua attributa realiter, aut formaliter distinguantur in creaturis, in Deo non.

Ratio à priori.

32. Ad hominẽ.

Tertia: sequeretur, vnum attributum formaliter distingui etiam à se ipso: Nam scientia Dei de se ipso, est formaliter diuersa à scientia eiusdem de creaturis: at hæc, vt est possibilium, diuersa est à se ipsa, vt est futurorum; & scientia naturalium à scientia supernat. Vnde tot erunt scientiæ distinctæ formaliter in Deo, quot obiecta formaliter diuersa, ad quæ illa terminatur; vt in creaturis, à quibus *Scotistæ* arguunt diuina. Idem argumentum fieri potest de potentia creatiua & eductiua; & creatiua hominum ac Angelorum. Quod si non obstante reali ac formali diuersitate scientiarum, & potentiarum in creaturis, vna ponitur scientia in Deo, ac potentia formalis: ergo non obstante diuersitate formali essentiæ, & attributorum in rebus creatis, vna ponenda est ratio formalis essentiæ, & attributorum in Deo: quia maior est perfectio debita primo Enti.

33. Ex absurdo.

Qvarta à priori: omnis distinctio, præter eam, quæ fundatur in essentiali oppositione relatiuâ, prouenit ex limitatione extremorum, vt inductione constat: nam quantò magis aliqua eleuantur in naturâ superiore, tantò minùs distinguuntur inter se, & à natura, cuius sunt perfectiones: sed attributa & essentia diuina non opponuntur relatiuè, & nullam habent finitatem; ergo nullam inter se, & cum naturâ distinctionem; alioqui si sapiẽtia formaliter distingueretur à bonitate, limitaretur ad solam formalitatem sapientiæ, atque adeo non esset illimitata in tota latitudine entis possibilis. Confirmatur ex ratione actus puri; nam hic excludit omnem potentialitatem: si autem essentia distingueretur ab attributis, esset in potentiâ passiuâ ad illa; licet enim nunquam esset sine illis, tamen esset sub illis, vt potentia sub actu, quod non tollit passiuam potentiam; sicut non tollitur passiua in cælis, etiamsi semper fuerint sub actu substãtiali; nec actiua intra Deum, esto illa nunquam fuerit sine suo termino producto.

34. Distinctio fundatur in limitatione, vel relatione.

Obsjcies 1. Diuersæ emanationes ex naturâ rei arguunt distincta principia: scilicet in Deo principium

35. Scotistæ Obsjc.

Digitized by Google

pium generationis est intellectus, spirationis volũtas. Resp. neg. maior. possunt enim ex eodem principio formali diuersæ oriri emanationes, vt ab eadẽ voluntate; quod admittit *Mayro. q.* 3. §. *Hic dico*, productio Spiritûs S. ad intra, & creaturarum ad extra; ab eâdem omnipotentiâ creatio & eductio: ab eâdem voluntate amor & odium. Ratio: maior vnitas reperitur in principio, quàm in effectu.

36. *Obyciunt* 2. Filiatio & spiratio passiua sunt relationes disquiparantiæ distinctæ realiter in Deo: ergo supponunt fundamenta ex naturâ rei distincta; scilicet intellectum & voluntatem: quia idem, in quantum idem, non potest esse fundamentum diuersarum relationum; non enim alba vt alba fundare possunt relationes dissimilitudinis. Respond. neg. conseq. Non enim relationes diuinæ distinguũtur per aliquid absolutum, vt per proximum fundamentum, sed per seipsas, quia æquiualent relationibus transcend. creatis, quæ se ipsis distinguuntur formaliter & fundamentaliter; vt plures potentiæ eiusdem animæ.

37. *Obyciunt* 3. Sapientia vt sapientia non est bonitas: alioqui etiam sapientia creata esset bonitas, quia quidquid per se competit superiori, per se etiam competit inferiori; sapientiæ autem superiori ad creatam & increatam seu vt sapientiæ si conuenit, esse bonitatem, etiam sapientiæ creatæ id cõueniet: ergo sapientia nec contracta ad increatam est bonitas. nam ratio increati non extrahit sapientiam à ratione sapientiæ, sed solùm reddit illam infinitam intra idẽ genus sapientiæ. Confir. sapientia est magis eadem sibi, quàm bonitati: ergo per maiorem aliquam identitatem, quam non habet cum bonitate. Resp. Sapiẽtiam & bonitatem communissimè sumptas præscindere ab vnitate, & distinctione ex naturâ rei, & solùm importare distinctionẽ rationę præcisam ab actuali, & virtuali: nã sicut ab inferioribus abstrahitur ratio communis præscindens, ita distinctio communis præscindens, quæ contracta ad Deũ erit virtualis, contracta ad creaturas erit realis. Vnde sapientia, quà diuina, formaliter includit bonitatẽ, & reliqua attributa; quia vt sic includit illimitationem, ratione cuius implicitè inuoluit omnes perfectiones compossibiles. *Lege S. Tho. opus. 9. qu.* 1.

Scotus prob. conseq. *Confirm.* *Distinctio virtualis in Deo.*

38. Vrges. Vnitas & distinctio sunt immediatè oppositæ enti: ergo cui determinatè non conuenit vnũ, determinatè conuenit alterum; ergo si sapientiæ, vt sic, non conuenit vnitas cum bonitate, necessariò conueniet distinctio à bonitate. Respond. Antecedens esse verum de entibus in particulari, non de rationibus in communi: nam sicut rationes in communi præscindunt ab hâc, vel illâ ratione; ita ab hâc vel illâ distinctione. Quare sapientia in communi, neque dicit distinctionem neque vnitatem cum bonitate, sed præscindit ab vtraque. Deinde nego conseq. nam ratio increati, cũ dicat rationem illimitati in omni genere perfectionis, non solùm reddit sapientiam infinitam in genere sapientiæ, sed etiam in genere bonitatis, & omnis perfectionis possibilis. Nec propterea illam extrahit à ratione formali sapientiæ, sed tantùm superaddit alias perfectiones, quas exigit quà diuina formaliter. Ad Confir. dico, sapientiam esse magis eamdem sibi, non per maiorem identitatem actualẽ, sed virtualem; sibi est eadem actualiter & virtualiter; bonitati est eadem tantùm actualiter, non virtualiter.

Ad Confir.

39. *Objciunt* 4. Implicat de eadem re omninò indistinctâ contradictoria verificari. At de diuinis perfectionibus contradictoria verificantur, nam 1. Intellectus diuinus intelligit & generat, & non volũtas: voluntas vult & spirat, non intellectus: ergo si intellectus est voluntas, intelligit, & non intelligit; generat, & non generat. 2. Intellectus necessariò operatur, voluntas non necessariò: ergo si intellectus est voluntas, necessariò operatur, & non necessariò. 3. Deus amore diligit, odio odit: ergo si amor est odium, Deus amore diligit & non diligit. 4. Deus intelligit bona & mala: Deus non vult bona & mala: ergo si intellectio est volitio, intelligit & non intelligit; mala vult, & non vult mala. 5. Deus secundum quasdam perfectiones est communicabilis creaturis; secundùm alias non est communicabilis; ergo si per eamd. est communicabilis & incommunicabilis, eadem perfectio erit communicabilis &c.

Inferens: Ergo distinct. ex naturâ rei.

Respondet *S. Tho. q. 7. de potentia a. 1. ad 5. & qu. 8. a. 2. ad 7. Capreol. in 4. dist. 8. q. 4. ar. 1. & alij*, ad hæc omnia sufficere distinctionem rationis. Verùm, si hæc intelligatur de actuali distinctione rationis, vt multi intelligunt, non satisfacit: 1. quia antequã intellectus actu distinguat in Deo essentiã à relatione, res illa, quæ à parte rei simul est essentia & relatio, est communis & non communis, distincta à correlatione & non distincta: eadem enim est ratio de attributis & relationibus comparatis ad essentiam, à quâ nullo modo distinguuntur; 2. esto cõtradictio, quæ subsequitur opus intellectus, fundari possit in obiectiuâ distinctione rationis; vt quòd definito, & nõ definitioni conueniat esse subiectum in propositione; esto definitum & definitio sint idem à parte rei: tamẽ contradictio, quæ præcedit intellectum, fundari non potest in obiectiuâ distinctione rationis, sed in distinctione à parte rei existente. Cæterũ plurimæ contradictiones, quæ de Deo dicuntur, præcedunt opus intellectûs, vt quòd relatio opponatur correlationi, non opponatur naturæ: quòd intellectus generet, voluntas non generet: quod natura communicetur, relatio non communicetur,

40. *Resp. Distinctio rationis nõ satisfacit.* *Contradictiones præcedunt opus intellectus.*

Neque dicas cum *Caiet. loc. cit. ad 7.* conuenire Deo ante opus intellectus extremum affirmatiuũ, non negatiuum; vel quia negatio non conuenit rei fundamentaliter, vel quia, cùm sit malignantis naturæ, præposita copulæ remouet prædicatum à subiecto omni ratione. Nam falsum est, negationẽ formaliter conuenire Deo per intellectũ; quia licet verum sit de negatione enuntiatiuâ, falsum est de subiectiuâ, quæ actu & formaliter suo modo inest rebus. Nec obstat, quòd præposita copulæ remouet prædicatum à subiecto omni ratione: nam hoc verum tantum est de negatione posita in enuntiatione, in qua hanc vim habet ex vi humanæ significationis, non de negatione in re ipsa existente: Nam potest negatio conuenire subiecto à parte rei existenti vnâ ratione, & non aliâ; vt Patrem distingui à Filio ratione Paternitatis, non ratione essentiæ; & in rebus creatis conuenit homini negatio discursus ratione animalitatis, non ratione rationalitatis: Et hîc indagamus subiectum affirmationis & negationis, vt à parte rei existit ante opus intellectus; quomodo eidẽ omninò à parte rei indistincto possit eadem simul affirmatio & negatio conuenire. Resp. distin. duplicem contradictionem; formalis est, quę reperitur in propos. enunciatiuâ: vt Deus est communicabilis, & incommunicabilis: virtualis est, quæ suo modo fundatur in rebus ante enuntiationem nostri intellectus: vt in eâdem simplici entitate naturæ diuinæ fundatur ratio communicabilitatis & incommunicabilitatis. Hæc distinctio à nullo negari potest. Ad argument. concedo, de eadem re omninò indistinctâ contradictoria verificari non posse: nego de Deo, aut diuinis perfectionibus omninò indistinctis contradictoria

41. 42. *Ex virtuali distinctione formatur formalis cõtradictio.* *num. 39.*

Digitized by Google

verificari: nam vel ista cõtradictoria sumuntur formaliter, & in actu in ipsa propositione ab intellectu formatâ, & sic supponũt actualem distinctionem rationis, factam ab intellectu de ipsis perfectionibus diuinis: vel virtualiter, quatenus in re ipsa præcedit fundamentum, ex quo per intellectum formari possit formalis contradictio in propos. enunciatiuâ; & hæc etiam supponunt in re virtualem distinctionem, quæ sufficit, vt de eadem re omnino indistinctâ contradictoria non verificentur. Nam contradictoria *ex Arist.* sunt illa, quæ cadunt supra eamd. rem eâdem omninò ratione.

43. *Dices 1.* DICES 1. Effectus in actu requirit causam in actu: ergo contradictoria in actu requirunt distinctionem in actu. 2. Si hæc distinctio virtualis est in Deo ante opus intellectus, Deus cognoscit illam: ergo Deus distinguit in se ipso vnam perfectionem ab alia. Respond. *Ad 1.* Ad 1. sicut duplex est genus contradictoriorum, formale, virtuale: ita duplex distinctio, formalis, virtualis, concedo contradictoria in actu formali requirere distinctionem formalem, ab ipso actu rationis formatam contradictoria verò in actu virtuali requirere solam distinctionem virtualem, præcedentem actum rationis, & sic effectus in actu requirit causam in actu, sibi proportionatam: proportionata autem distinctio ad saluanda contradictoria in actu virtuali, est distinctio virtualis præcedens actum rationis: sicut proportionata distinctio ad saluanda contradictoria in actu formali, est distinctio formalis, ab actu rationis formata. 44. *Ad 2.* Ad 2. nego consequentiam: aliud quippe est, Deum cognoscere in se vnam eminentissimam perfectionem, æquipollẽtem multis creatis ex naturâ rei distinctis, quod est cognoscere in se virtualem distinctionem, aliud actu distinguere in se vnam perfectionem ab aliâ; quia cùm in se nulla præcedat actualis distinctio, si actu distingueret vnam perfectionem ab alia, aliter videret se ipsum, ac est. Nec eadem ratio est de intellectu creato, qui Deum non cognoscens, vt in se est, distinguit in eo, quæ re distincta non sunt.

45. *Termini eodem modo sumendi.* Ex his Respond. ad exempla: si termini sumantur eodem modo in anteced. ac in conseq. vel virtualiter distincti, vel actualiter indistincti, nulla sequitur contradictio. Nam si sumantur 1. modo, vera est maior, Intellectus tantùm generat; voluntas tantùm spirat: sed falsa minor, Intellectus est voluntas, quia vt sic Intellectus virtualiter distinguitur à voluntate: competit enim intellectui generare, & non spirare, vt virtualiter distincto à voluntate: vnde non sequitur conclusio; ergo intellectus generat & non generat, sed potius generat vt intellectus, non generat vt voluntas. Si sumantur 2. modo, falsa est maior; quia intellectus vt indistinctus à voluntate non solùm generat, sed etiam spirat; quia vt sic non solùm includit vim generandi, sed etiam spirandi, quia vt sic consideratur, vt vna virtus à parte rei existens, cui adæquatè respondet vterque actus gignendi & spirandi. Cæterùm actus Diuini ad extra terminati nequeunt inuicem prædicari, ob diuersam connotationem obiectorum: nam amor essentialiter connotat bonitatem in obiecto, odium malitiam: intellectio autem solùm connotat intelligibilitatem in obiecto, quæ tam reperitur in obiecto bono, quàm in malo. *Lege Dur. in 1. d. 2. q. 2. n. 13. Argent. d. 6. q. 1. ad 4.*

46. *Soluitur 1.* Soluitur 1. Cur intellectio in Deo à parte rei non sit actu prior volitione, cùm hæc suâ naturâ supponat illam; quia nimirum actu præcedere volitionẽ, non est de quidditate intellectionis vt sic, sed limitatæ ad esse intellectionis tantùm: intellectio autem Diuina, quoniam non limitatur ad esse intellectionis tantùm, nulla est ipsius ad actum volitionis actuális præcessio, sed tantùm virtualis, ratione cuius postulat à nobis concipi prior ratione, quàm volitio. *Lege Richard. in 1. dist. 2. art. 1. q. 4. 2.* quo pacto vnum attributum demonstretur per aliud, cùm demonstrans debeat esse notius, & prius demõstrabili: quoniam cùm demonstratio fiat intellectui nostro, qui res non concipit, vt sunt in se, sed vt sibi innotescunt per effectus, potest idem per vnum effectum esse notius sibi ex vnâ perfectione, quàm aliâ, virtualiter tantum distinctâ, & sic vnam inferre ex aliâ; quia non repugnat idem quoad nos esse notius se ipso, penes diuersas perfectiones virtualiter distinctas; repugnat quoad se, vllum attributum Diuinum altero notius. Et contra *Scot.* intellectualitas demonstratur de essentiâ Dei per spiritualitatem, cùm tamen vtraque in sentent. ipsius sit de essentiâ Dei. *Lege Ferrar. 1. contra gentes cap. 25. 3.* quâ ratione omnia attributa possint esse vna formalitas, etiamsi diuersas habeant definitiones: quia nimirum non semper diuersa definitio arguit diuersam formalitatem distinctam actu, sed virtute: vt patet, si vellet *Scotus* definire intellectualitatem, & essentiam. Ratio: sæpè res definiuntur, prout à nobis inadæquatè concipiuntur. Vnde semper nega. attributa Diuina, diuersas reipsa habere definitiones, sed vnam tantùm actu, multiplicem virtute. 4. Cur nomina, quæ de Deo dicuntur, non sint synonyma, esto significent eandem indiuisibilem rem: quia videlicet non significant illam eadem formalitate conceptûs, cui nomina immediatè respondent, vt *signa earum, quæ sunt in animâ, passionũ*; & quia Deum in hâc vitâ per varios conceptus exprimimus, per varia etiam nomina significamus. Confirm. definitio & definitum, essentia & intellectualitas Diuina, etiam *in sent. Scoti* significãt eamd. formalitatem rei, cũ tamen synonyma non sint. *Leg. S. Tho. 1. p. q. 13. a. 4.* Soluitur 5. quâ ratione à PP. Diuina attributa dicantur æqualia, cùm nil sit æquale sibi: dicuntur autem æqualia fundamentaliter, quia quod re ipsa est vnum, est etiam reliqua omnia, quia vnumquodque includit formaliter omnia, quæ in Deo sunt.

47. *Soluitur 2.* 48. *Soluitur 3.* *Definitio diuersa arguit formalitatem distinctam virtute.* 49. *Soluitur 4.* 50. *Quinto.*

SECTIO III.

An attributa constituant essentiam Dei?

51. NOn hoc ipso, quòd aliquid est idem à parte rei cum alio, est illi essentiale. Nam relationes sunt idem à parte rei cum natura Diuina quas tamẽ non omnes putant esse de essentiâ Deitatis: Contrà verò, non eo ipso, quòd attributa distinguuntur inter se, sequitur illa non esse de essentia Dei; nã gradus Metaphysici distinguuntur inter se, & tamẽ essentiam constituunt. Attributa *in sentent. Scoti* non sunt de essentia naturæ Diuinæ, eo quòd non solùm distinguantur inter se, sed etiam ab essentiâ: distinctio autem vnius ab alio supponit iam constitutum vnum & aliud. *Opinio multorum, gradus metaph. distingui plusquã attributa Dei.*

PRIMA sent. *Scoti in 1. dist. 8. q. 4. §. ad 4. & quodl. 1. q. 1. §. de 1. & §. de altero, Rub. in 1. dist. 3. q. 1. a. 2. & dist. 8. q. 3. concl. 3. & 4. & reliq. Scotist. Fasoli in 1. p. q. 4. a. 2. dub. 1.* Negantium, 1. quia id PP. insinuant, qui attributa appellant proprietates essentiæ, ab essentia excludunt, docent illa circumstare tantùm essentiam; vocant illa qualitates, & quasi accidentia naturæ. *Lege Nyssenum libr. de S. Trinit. & Damasc. libr. 1. Fidei cap. 4.* *Negant.*

Probat 2.

Digitized by Google

52. Probat 2. Scotus: id quod constituit essentiam Dei, est ratio prima: nullum attributum est ratio prima: supponit enim rationem priorem se, in quâ fundetur, eamque denominat: nam attributum est forma denominans, quæ essentialiter supponit subiectum denominandum. Maior prob. essentia est ratio, quâ primò res constituitur in se, & distinguitur ab omni alio: sed hæc est sola ratio prima, secunda enim supponit rem constitutam per priorem. *Confirm.* Confirmatur: essentia Diuina concipitur ad instar essentiæ creatæ; sed hæc constituitur per solam rationem primam; ergo & illa. *Duplex perfectio ex Scoto.* Distinguit igitur *Scotus* in Deo perfectiones, alias substantiales præsupposita, alias attributales præsupponentes. Primas ait includere totam perfectionem substantiæ possibilis, vltimò actuatæ per existentiam, per easque docet, constitui Deum in ratione Deitatis formaliter: ita saluat, quomodo Deus ex *Damasc. sit pelagus substantiæ infinitum & interminatũ*; quia per hanc rationem Deus est infinitus intra totam latitudinem substantiæ possibilis. Secundas verò affirmat, excludi formaliter ab essentiâ, eique solùm identificari realiter. 53. *Prob. 3.* 3. volitiuum, ex naturâ suâ, est posterius & ignobilius intellectiuo; volitiuum enim est inclinatio ad bonum præcognitum; nec pertinet ad gradum intellectiuum, vt intrinseca pars ipsius, sed vt proprietas consequens: igitur nõ potest ingredi formalem cõstitutionem naturæ intellectualis, quia non potest constituere vt genus; nam hoc præsupponitur ad gradum differentialẽ; volituum autem consequitur ad intellectiuum; nec vt differentia, 1. quia volitiuum æquè latè patet, ac intellectiuum; 2. differentia cùm actuet & determinet gradum superiorem, est illo perfectior; cò enim ens est perfectius, quò actualius & magis determinatum: volitiuum autem est imperfectius intellectiuo: 3. si suâ naturâ consequitur intellectiuum, vt id quod exigitur ab illo, non potest esse essentialis differentia illius; quia differentia supponit genus, non fluit ex illo, alioqui non esset differentia, sed proprium. *Confirm.* Confirmatur: licet in Deo omnia sint vnum, habemus tamen à parte rei fundamentum concipiendi vnum prius alio: essentia autem constitui debet per prius, non per posterius; vnde si tales rationes essent à parte rei distinctæ, vna esset prior alia, & constitueret essentiam sine aliâ. 2. hæc sent. faciliùs assignat discrimen inter generationem Verbi, & processionem Spiritûs, vt infrà.

54. *Affirmant veriùs Magister &c.* SECVNDA *Magistri in 1. dist. 8. cap. vlt. & dist. 45. lit. C. Altisiod. lib. 1. ca. 3. qu. 8. Alensis 1. p. q. 51. me. 1. art. 1. Durandi in 1. dist. 2. qu. 2. nu. 7. Ægid. distinct. 8. part. 2. q. 1. Aureol. part. 3. art. 2. & 6. & distinct. 45. a. 3. propos. 3. Ariminensis qu. 2. a. 3. Capreol. q. 4. ar. 2. ad 6. 11. & 14. Aureol. Major. q. 1. Argent. distinct. 6. qu. 1. art. 2. ad 2. & 8. Bacco. dist. 2. quæst. 1. art. 1. conclus. 2. Gabriel. distinct. 2. quæst. 1. articul. 2. Ferrar. 1. Congen. c. 22. §. sednota. & cap. 24. §. dicitur, & cap. 25. §. ad huius euid. & cap. 31. §. consider. Caiet. de ente quæst. 11. & 1. part. quæst. 7. art. 2. Soti in 4. dist. 49. quæst. 3. articul. 3. post 2. conclus. Banneζ p. 1. quæst. 28. a. 2. dub. 3. Zumel. qu. 28. art. 2. disp. 8. Molin. disp. 4. Vasq. disp. 119. cap. 3. Suareζ l. 1. de attrib. cap. 11. Gillij l. 2. tract. 1. cap. 6. Gonzaleζ quæst. 12. art. 8. Sylui 1. p. q. 13. art. 4.* affirmant.

55. *Patres. Anselm.* Quam probo 1. Ex PP. Ansel. in Monologio *c. 15. si quæratur*, inquit, *quid sit ipsa summa natura, quid verius respondetur quàm Iustitia?* Docetque quòd cum dicitur, *iustus Deus, non qualis, sed quid sit, ostenditur.* Quod de quolibet alio attributo dici, concludit *fine capitis; & cap. 16.* affirmat, quidquid de Deo dicitur, *essentialiter dici*, ipsamque Deitatem essentialiter esse, quidquid est: *Nihil dicitur, quòd de eius essentiâ verè dicitur, in eo quòd qualis, vel quanta, sed in eo quòd quid sit.* Vt ostendat, se loqui de prædicatione essentiali, & nõ identicâ, docet omnia quæ in Deo sunt, prædicari in *Quid* & essentialiter de Deo, secundùm rem, & considerationem: *Quemadmodum vnum est, quidquid essentialiter de summa substantia dicitur: ita ipsa vno modo, vna consideratione est, quidquid est essentialiter.* quid expressius? *Aug. 13. de Trinit. c. 6. Deus* inquit, *sua ipse Sapientia est, quia non est aliud sapientia eius, aliud essentia: cui hoc est esse, quod sapientem esse.* Et lib. 7. c. 1. *Non alio magnus, alio Deus, sed eo magnus, quo Deus; quia non aliud illi est magnum esse, aliud Deum esse:* & cap. 6. *Hoc illi est esse, quod Deum esse, quod magnum, quod bonum esse.* *Augustin.*

56. *Non loquũtur tantùm in sensu identico.* Respondent, Patres aut loqui in sensu identico, aut sumere *essentiam pro substantiâ*, distinctâ tantùm ab accidente: aut terminum *essentialiter* accipere vt distinctum tantùm à *notionali.* Sed contra primum: 1. in eo sensu dicuntur attributa à PP. Deo conuenire, in quo illi conuenit ipsum esse: esse, etiam per aduersarios, conuenit Deo formaliter, & non tantùm identicè; ergo & attributa. 2. nil potest in *Quid*, & in recto prædicari, nisi quod formaliter inest; nam prædicari in *Quid*, est prædicari in primo modo dicendi per se, in quo prædicatum est de formali ratione subiecti. 3. termini, *Eo* & *Quo*, per omnes, important rationem formalem: vnde *Augustin. 7. de Trinit. ca. 6. Non eo*, inquit, *Deus, quo Pater; eo tamen Deus quo magnus, quo bonus*, &c. quia nimirum Paternitas non est ita formalis ratio essendi Deo, ac bonitas, magnitudo &c. 4. vt rectè *Aureol. cit.* per prædicationes abstractas denotatur quidditas rei, vt cùm dicitur, *verum est sua veritas*: Sed PP. attributa prædicant de Deo in abstracto, vt quod Deus sit sua sapientia, iustitia, &c.

57. *Non sumunt essentiam pro substantiâ, aut vt distinctum à notionali.* Contra 2. & 3. PP. non solùm docent, ea prædicari *essentialiter*, sed etiã in *Quid*; quod non solùm distinguitur contra modum prædicandi *accidentaliter*, & *notionaliter*, sed etiam contra *identicum.* Idem colligitur ex alio modo loquendi Patrum, quo docent quidquid in Deo est, Deum esse. Porrò siqua ratio in Deo esset, quæ Deum formaliter non constitueret, non participaret ipsam formalem rationem Deitatis, nec posset dici Deus formaliter, sed passio aut proprietas Dei.

58. *S. Thomas constat pro Aduers.* Probo 2. auctoritate *S. Doct. 1. contra Gent. capit. 21. & 1. part. q. 3. art. 4.* docet, nihil in Deo esse, quod non sit sua quidditas, & essentia, & in ipsius definitionem nõ caderet, si definibilis esset: si autem attributa non essent de quidditate & essentia Dei, aliquid in Deo esset, quod non esset ipsius quidditas & essentia: *& c. 28.* affirmat, Deum esse totum suum esse: ergo quidquid in Deo est, quidditas ipsius est; nam esse est quidditatiuum Deo: ergo si Deus est totum suum esse, quodlibet esse, quod in Deo est, ipsius quidditatem integrat. Igitur attributa quę sunt in Deo, integrant quidditatem Dei.

59. DICES Integrare in ratione esse, non in ratione talis, vel talis esse. Sed contrà, sumit *esse* hîc S. Thom. vt cõprehendit vniuersaliter omne esse, nempe tale, à quo totaliter excluditur omnis defectus essendi: ergo vt comprehendit quodlibet particulare esse, alioqui non excluderetur defectus talis *esse* attributorum. Quapropter *Ferrar. cap. 25. §. Ad euid.* negat, posse de Deo perfectam demonstrationem fieri, nisi per effectum, eo quòd Deitatis vna sit ratio: *Nam omnia quæ in ipso sunt de ipsius ratione sunt, vnde non relinquitur ratio pertinens ad ipsius quidditatem, & ratio pertinens ad passionem, vt vna de-* *Ferrariens.*

Digitized by Google

60. *monstretur, alia sit demonstrationis medium.* 2. expressè docet de singulis attributis: de Bonitate *ca.* 38. *Deus non tantùm est bonus, sed sua bonitas, & per essentiam seu essentialiter bonus*: de Intellectu & Intellectione *cap.* 45. *Intelligere Dei est essentia Dei*: rationem assignat: *quidquid in Deo est, Diuina essentia est, & diuinum esse, est ipse Deus*; *nam Deus est sua essentia, & suum esse*; quæ ratio vniuersaliter probat. de voluntate, & volitione *cap.* 73. *Voluntas Dei, est ipsa essentia Dei: & velle Dei non minùs, quàm ipsius intelligere, est ipsum esse Dei*; Vnde nullus relinquitur explicandi locus de sensu idético, cùm expressè affirmat, ita velle esse de essentiâ Dei, sicut Intelligere, quod tantùm Aduersarij censent *in sent. S. Doctoris* esse de quidditate Dei. Et ratio, quam affert, est vtrique communis, quia vtrumque est in Deo; quidquid est in Deo, est ipsa essentia Dei: de Virtute *capit.* 92. *Virtus in Deo non est aliquis habitus, sed eius essentia*: de Vita *capit.* 98. *Deus est suum viuere, & sua vita*: de Beatitudine *c.* 101. *Deus est sua beatitudo, & beatitudo est ipsius essentia*: de Potentia *lib.* 2. *cap.* 8. *Deus est sua potentia, ipsaque essentia Dei, est eius actiua virtus.* Confirmatur, 1. *part. quæst.* 13. *art.* 6. docet, omnia nomina, quæ de Deo prædicantur, *essentialiter* prædicari: sed nomina, quę de Deo dicuntur, imposita sunt ad exprimenda varia attributa Dei: vnde Patres de Diuinis attributis disputant sub titulo Diuinorum nominum, vt constat de *S. Dionysio*, qui integrum librum composuit *de Diuinis nominibus*; sub quibus explicat varia attributa Dei. Prob. 2. rationib. 1. sequeretur,

61. *Ratio 1. ab absurdo: attributa essent accid. metaph.*

attributa in Deo esse accidentia metaphysica: scilicet quod est extra constitutionẽ essentiæ, vel personæ, quamuis re ipsa identificetur cum substantiâ rei: vt constat de multis rationibus identificatis cum substantiâ rei creatę, quæ quia rei essentiam nõ constituunt, dicuntur accidentia illius. Nec satisfacit quis dicendo, essentiam Diuinã essentialiter includere identificationem attributorum. Nam et iam substãtiæ creatæ essentialiter includunt identificationem accidentium metaphys. vel etiam propriæ existentiæ, & potentiarum, At non solùm debet re ipsa, sed etiam per intellectum ratio accidentis à Deo remoueri, cùm repugnet actui puro; cuius ratio in eo formaliter consistit, vt nulla perfectio ei adueniat, vel aduenire concipiatur: hoc ipso autem, quòd attributa non constituerent essentiam, conciperentur aduenire essentiæ, ab eâque formaliter excludi.

62. *Illimitatũ in omni genere.*

Includit omnes perfect. formaliter.

SECVNDA à priori: Deus est ens illimitatum in omni genere perfectionis possibilis; alioqui non esset quo maius excellentiusque excogitari non potest: ergo continere debet omnes perfectiones, non modò identicè, sed etiam formaliter: si enim in suâ essentiâ non includeret omnes perfectiones formaliter, limitaretur in ipso conceptu formali essentiæ; quia in eo non includeret omnem perfectionem possibilem; siquidem ab eo excluderet perfectiones attributales. Nec sufficit illas continere identicè: Deus enim quà Deus est, est ens illimitatum, & quò maius excogitari non potest: sed vt Deus reduplicat tantum essentialia Deitatis; sicut homo vt homo essentialia hominis, excludens formaliter quidquid non est essentialiter homo. Igitur si attributa excluderentur à formali conceptu Deitatis, excluderentur à Deo vt Deo; vt Deus non esset totum & vniuersale esse, sed pars tantùm esse, nempe esse essentiæ, excludentis formaliter esse attributorum.

63. Neque mihi obijcias esse relatiuum: Nam hoc etiam, vt *suo loco*, continetur in formali conceptu Deitatis. Confirm. opposita opinio non cohæret cum vnitate formali Diuinarum perfectionum, quam omnes contra *Scotum* defendimus. nam si vna perfectio ex naturâ rei excluditur ab alia, vt aduersarij docent, ex naturâ rei vna non est formaliter alia: ergo tollitur à parte rei vnitas formalis omnium: quam nobiscum contra *Scotum* se defendere profitentur, apud *Scotum* enim idem est, vna perfectionem non includi formaliter in aliâ, ac non includi essentialiter in aliâ, vt docet in primo *distinct.* 8. *quæst.* 4. §. *ad quartum. Includere formaliter, est includere aliquid in ratione sua essentiali: ita vt quod si definitio includentis assignaretur, inclusum esset definitio, vel pars definitionis*: hæc ille, quo nil apertius. *Contra Aduers.*

64. *Obijc.* 1. *Obycies* 1. Essentia Diuina est obiectum intellectionis & volitionis Diuinæ: sed obiectum præcedit actum; ergo essentia Diuina in ratione essentiæ, supponitur constituta ante intellectionem & volitionem: 2. quod denominatiuè prædicatur, non est de essentia: attributa denominatiuè prædicantur de Deo; dicitur enim Deus sapiens, iustus &c. 3. Hæc sententia tollit attributa à Deo cum ponat illa constituere formaliter essentiam Dei, quam attributum supponit constitutam. Ad 1. Diuinam intellectionem considerari 1. vt directè terminatam ad essentiam, vt ad obiectum primarium; 2. vt reflexè terminatam ad se ipsam, cùm enim sit infinitè perfecta & immaterialis, non solùm est directè expressiua obiecti, sed etiam sui ipsius. 1. modo supponit essentiam inadæquatè tantùm constitutã, quia vt sic essentia concipitur ratione distincta ab intellectione: quo sensu conced. maior de essentiâ inadæquatè, non adæquatè constitutâ. 2. modo, quia includit se ipsam, vt obiectum sui ipsius reflexè cognoscentis, supponit essentiam perfectè constitutam: quo sensu neg. minorem quia hoc sensu cognitio ipsa includitur in obiecto eiusd. cognitionis reflexè cognoscentis. Idem dicitur de volitione.

2. 3. 65. *Ad 1. Dupliciter intellectio cõsideratur.*

66. *Ad 2.* Ad 2. dist. maior, de eo, quod denominatiuè prædicantur secundùm rem, non modum significandi: attributa non prædicantur denominatiuè de Deo secundùm rem, sed modum tantùm significandi: sicut prædicantur differẽtiæ essentiales de suis speciebus.

67. *Ad 3.* Ad 3. dist. assump. tollit hæc sentent. attributa, vt passiones fluentes ab essentiâ Dei, conced. quia hæc foret imperfectio in Deo: tollit attributa, vt rationes essentiales, supponentes alias essentiales implicitas; quo sensu loquuntur PP. cùm de attributis loquuntur, nego.

68. *Ad primũ. 1.* Ad 1. primæ, Resp. 1. PP. loqui de essentiâ, non prout est in se, sed prout concipitur à nobis per analogiam ad creata. *Lege Ægid in 1. dist. 22. quæst. 3. fine, S. Thom. quæst. 7. de potentia ar. 5. ad 1. Capreol. in 1. dist. 8. qu. 4. art. 2. ad 2.* Secundò loqui PP. de attributis Diuinis secundùm rationes explicitas, vt faciliùs à nobis concipi possunt, quia secundùm has cõueniunt cum perfectionibus creatis: non loqui secundùm rationes implicitas, quæ nobis occultiores sunt *lege Damasc.*

69. *Ad secundũ. Constituit essentiã ratio prima implicita quoque.* Ad 2. distinguo maior. quod constituit essentiã, est ratio prima secundùm explicitam dumtaxat perfectionem, quam dicit, nego; est ratio prima secundùm perfectionem explicitam & implicitam quam essentialiter importat, concedo. Vnde ad minorem concedo nullum attributum esse rationem primam ex perfectione explicitâ; esse tamen primam, secundùm perfectiones implicitas, quas essẽtialiter importat; quod satis est ad constitutionem essentialem: animal enim implicitè tantùm includit

Digitized by Google

dit gradus superiores substantiæ corporis viuentis, cùm tamen omnes sint de essentia ipsius. Ad probationem maior. disting. minor ratio constituens essentiam est sola ratio prima secundùm perfectionem explicitè tantùm conceptam, nego: est prima secundùm omnes essentialiter importatas, concedo. Ad Confirm. dispar est ratio de creaturâ, cuius quia non omnis ratio propter finitudinem implicitè saltem includit reliquas, constitui potest ratione primâ, non includente reliquas.

Ad confirm.

70. *Volitionem posteriorem intellectione explicitè.*

Ad 3. Concedo, volitiuum in Deo esse posterius intellectiuo ratione explicitâ; nego, ratione implicitâ, quâ includitur in intellectiuo: ita intellectio, ratione explicitâ est posterior naturâ, & tamen per aduersarios constituit essentialiter illam. Nego autem volitiuum non pertinere ad completum gradum intellectiui; intellectiuum enim adæquatè sumptum, dicit vtramque perfectionem; vel radicaliter & in potentiâ, vt in creaturis; vel formaliter & in actu, vt in Deo. Attributa constituunt essentiam, non vt genus vel differentia; quia hæc dicunt determinabilitatem & determinatiuitatem: neque vt partes virtuales integrantes, vt placet *Arimi.* quia de ratione partium est, vt saltem in esse obiectiuo sese mutuò perfectè excludant: in Deo autem ob summam simplicitatem & illimitationem non datur perfecta exclusio obiectiua vnius perfectionis ab alia; sed constituunt illam per modum includentis & inclusi, siue rationis explicitæ & implicitæ: ad eum modum, quo rationes vltimę constituunt summa genera; non per modum differentiæ, aut partis; quia illæ non perfectè præscindunt à ratione superiore, cum quâ constituunt summum genus, sed per modum includentis & inclusi, seu rationis explicitæ & implicitæ: vt perfectas constituit cum ente supremum genus substantiæ, vt ratio includens ens, & inclusa in ente. Eodem modo attributa constituunt essentiam diuinam; vt rationes vltimæ includentes essentiam, & vicissim inclusæ in essentiâ: ea enim constitutio concipienda est in Deo, quæ minorem importat distinctionem, atque adeò maiorem vnitatem & simplicitatem; talis est prædicta constitutio, ergo.

Ratio.

71. *Ad confir. 1. Analogia ad creata.*

Ad 1. confirm. Fundamentum quod habemus concipiendi in Deo vnam rationem priorem aliâ, totum esse per analogiam ad creata, ex quibus non licet argumentari ad diuina secundùm se. Ad probationem dico, si tales rationes in Deo essent distinctæ, rectè sequi, eas non fore de conceptu formali essentiæ; quia tunc Deus non esset actus purus & illimitatus in omni genere perfectionis possibilis in suâ ratione essentiali. Ad 2. Confirmationem, infrà de Trinitate.

SECTIO IV.

Quod sit formale constitutiuum Deitatis?

72. *1. Sentent.*

PRIMA Sentent. *Scoti quodlib. 1. qu. 1. §. de altero, Albertini coroll. 14. ex predic. ad aliquid* difficultate 2. dubit. 2. asserentium formale constitutiuum Deitatis esse intellectiuum, quâ dicit substantialem gradum vitæ. Probat 1. *Scotus* ex Auguſt. 15. *de Trinit. cap. 5.* affirmante essentiam Dei esse vitam, *non qualis ineſt plantis & brutis, ſed qua omnia intelligit; & lib. 6. cap. vlt.* appellat Deum *primam* ac *ſummam vitam; primum* ac *ſummum intellectuum*, cui idem est esse, viuere, & intelligere. 2. Deus est natura intellectualis: ergo formale constitutiuum ipsius est intellectualitas, seu vltimus gradus essentialis ipsius; non ipsum intelligere actuale; nam hoc est perfectiò 2. supponens primam. Addunt alij, formale constitutiuum Dei esse intellectiuum & volitiuum simul: nam vtrumque est de conceptu formali naturæ intellectualis.

Prob. 2.

73. *2. Sentent. Fundam.*

SECVNDA *Faſoli quæſt. 4. art. 2. dubit. 7. &c.* asserentium, formale constitutiuum Deitatis esse intellectionem actualem. Fundamentum: natura Diuina est essentialiter viuens; ergo constitui debet per gradum perfectissimæ vitæ, hic autem est ipsa vita intellectiua actualis: nam formale constitutiuum desumendum est ex supremâ perfectione rei, cùm sit radix omnium proprietatum. At inter perfectiones substantiales Deo conuenientes nulla perfectior est intellectuali; quia hæc reliquos gradus substantiales in Deo præsupponit, & est adæquata ratio, quâ ei attributa omnia conueniant: Denique ex *Auguſt. 14. de Trinit. cap. 8. & S. Thom. plurib. locis*, solæ creaturæ rationales sunt ad imaginem Dei, eo quòd solæ eæ imitantur Deum in gradu intellectiui. Porrò imago assimilationem postulat in differentiâ specificâ. Quòd intellectio actualis, non radicalis, sit vltima differentia constitutiua Deitatis, prob. 1. vita, quæ constituit Deum in ratione Dei, debet esse perfectissima gradu, & actualitate: cùm Deo, concedenda sit vita perfectissima. 2. maior perfectio est, Deum esse beatum essentialiter, quàm identicè: beatitudo autem in actuali intellectione summi boni consistit. 3. sicut creaturæ rationales constituuntur per intellectiuum radicale: ita Deus per intelligere actuale: nam quod est posse in creaturis, actu est in Deo.

74. *Probat 1.*

2.

75. *3. Sentent. Prob. 1.*

TERTIA *Argent. quæſt. 1. Prologi §. Sed illud, Toletan. quæſt. 6. art. 2.* affirmantium, formale constitutiuum Dei esse infinitatem. Probat Argent. 1. Deus est purus actus, essentialiter fundans infinitas perfectiones: est vniuersaliter perfectus, continens perfectiones omnium generum: at si infinitas non esset de formali ratione Dei, Deus non fundaret has perfectiones, vt purus actus, sed vt passiua potentia. 2. Illud est formaliter infinitum, quod omnia sibi annexa reddit formaliter infinita: sed Deitas reddit omnia attributa formaliter infinita, quia nullum est formaliter infinitum, nisi vt coniunctum Deitati: ergo Deitas est formaliter infinita. 3. si infinitas non esset formalis ratio Deitatis, excogitari posset ratio nobilior infinitate: 4. sic se habet creatura ad esse finitum & limitatum, sicut Deus ad esse infinitum & illimitatum: sed finitas est formalis ratio creaturæ, ergo infinitas est formalis ratio Deitatis. 5. Deitas est perfectissima ratio; est autem talis formaliter per infinitatem; nam infinitas continet omnem perfectionem, quâ solâ positâ nihil Deitati deest, quâ solâ sublatâ, Deitas ipsa manet imperfecta. 6. ex *Damasc. lib. 1. Fid. c. 12. asserente*, Deum esse *infinitum pelagus substantiæ.*

2.

3.

4.

5.

6.

76. *4. Sentent. Pro explic.*

QVARTA *Gillij lib. 2. tract. 1. cap. 14.* affirmantis, formale constitutitiuum Deitatis esse ipsum *Esse* infinitum & interminatum.

77. *Nota. Formale constitutiuum tria requirit.*

Nota 1. Ex eod. formale constitutiuum rei requirere tria. 1. vt quoad fieri potest, sumatur ex vltima & perfectissima ratione rei: ex vltima, quia debet rem distinguere ab omni aliâ; ex perfectissima, quia debet esse radix omnium operationum & proprietatum, quæ rei competunt vt tali. 2. vt conueniat rei per se primò & secundùm quod ipsum, alioqui vel esset accidens, vel illi commune cum reliquis. 3. vt formaliter contineat omnia, quæ sibi vendicat essentia vt talis; eo quòd nunquam intelligitur constituta, donec formaliter dicat omnia, quæ ipsam constituunt vt talem.

Digitized by Google

78. *Dei & creaturæ dispar constitutio.*

Nota 2. formale constitutiuum Dei, non potest assignari, vt distinctum à reliquis perfectionibus essentialibus Dei; quia non potest assignari, vt differentia tōtractiua generis, alioqui esset in Deo compositio metaphysica ex genere & differentiâ, quam potior pars Theolog. cum *S. Thom. 1. p. qu. 3. art. 5. & 1. contra Gentes cap. 25. & quæst. 7. de potentia art. 3.* negat; eo quòd talis compositio dicat partes mutuò sese obiectiuè excludentes, quod repugnat actui puro; sed assignari debet tale constitutiuum, quod formaliter imbibat omnes perfectiones essentiales Dei: cùm enim Deus non habeat perfectiones, per quas vniuocè conueniat cum creaturis, & ab ijsdem differat, sed se toto differat, se toto conueniat analogicè, vt solent vltimæ differentiæ, & suprema genera, nequit assignari vltimum constitutiuum, vt formaliter excludens reliquas perfectiones superiores, essentiales Deo, sed potiùs, vt eas implicitè & formaliter includens.

79. *Esse illimitatum.*

Dico. Formale constitutiuum Dei est ipsum esse secundùm totam latitudinem essendi. Est *S. Thom. 1 p. qu. 3. art. 4. & 1. cont. gent. c 21. & 28. de potent. qu. 7. art. 2. & alibi*, affirmantis, essentiam Dei formaliter consistere in suo esse, quod continet totam virtutem essendi. Nec dici potest, *his locis* S. Thom. non assignare vltimum constitutiuum Dei, *cit. enim quæst. 7. de potent. ad 9.* docet ipsum *esse*, esse omnium perfectissimum; probat: actus semper est perfectior potentia: sed *esse*, est actualitas omnium actuum; omnis quippe forma vltimò constituitur per *esse*: Vnde patet, inquit, quòd est perfectio omnium perfectionum: at de ratione vltimi constitutiui est, vt sumatur ex perfectissimâ actualitate rei. Hanc docuit *Athanas. orat. con. gen. colum. 3. fine: Deus qui est ipsa essentia, nullis partibus coalescit, quapropter & eius ratio ipsum est esse.*

80. *Habet omnes conditiones.*

Fundam. hoc tantum prædicatum in Deo habet omnes conditiones requisitas ad formale constitutiuum Deitatis: nam 1. conuenit Deo per se primò, & secundùm quod ipsum; nulli creaturæ per se primò conuenit actu esse seu existere; vnde per hoc nomen, Deus ipse *Exod. 3.* expressit essentiam suam; nomen enim ex *S. Thom. cont. gent. cap. 21.* ad exprimendam rei naturam & essentiam imponitur. 2. hoc tantùm sumptum est ex vltimâ perfectione Dei, cùm sumatur ex *esse*, seu existere Dei, quæ nullam vlteriorem in Deo supponit: sumptum etiam est ex vltimâ actualitate Dei: nam teste *S. Thom. Esse* est actualitas omnium actualitatum, cùm omnes aliæ eatenus perfectiones sunt, quatenus ad hanc ordinem dicunt: omne quippe ens realitatem & perfectionem habet per ordinem ad *esse*, quod habet, vel habere potest. 3. solùm hoc prædicatum continet formaliter, formalitate rei, & rationis, omnes perfectiones essentialiter Deo conuenientes: nam per esse illimitatum formaliter intelligitur esse substantiæ, esse spiritus, esse sapientiæ, esse bonitatis, esse omnipotentiæ, & cætera esse quæ in Deo concipiuntur. Etenim *si bonum*, inquit, *Bernard. lib. 5. de consid. cap. 6. si magnum, si sapientem, vel quidquid tale de Deo dixeris, in hoc verbo (Est) instaurator, nempe hoc est ei esse, quod hæc omnia esse.* Contrà verò sapientia, vt virtualiter distincta à cæteris dicit quidem *esse*, sed determinatum, quo Deus *esse* sapiens nominatur, non quo *esse* simpliciter dicitur; cùm verò *esse* dicitur, totum *esse* prædicatur, nullo excluso. Neque putes in ipso *esse*, virtute tantùm & potestate, non actu & formaliter contineri omnes perfectiones Deo conuenientes; quia cùm nulla perfectio diuina præscindat ab *esse*, omnis perfectio formaliter continetur in ipso *esse*.

81. *Continet omnes perfectiones.*

Ex hâc nostrâ opin. improbantur reliquæ: prima assignat aliquid potentiale, quod repugnat actui puro. Secunda, aliquid inadæquatum, præcisum à perfectionibus prioribus substantiæ, spiritus &c. & excludit perfectiones volitionis, iustitiæ, omnipotentiæ, &c. quæ sunt de conceptu quidditatiuo Dei. Tertia assignat pro formali constitutiuo modum; est enim infinitas modus rei infinitæ, sicut finitas modus rei finitæ: modus autem nunquam assignatur pro formali constitutiuo rei, quia modus non est forma, quâ res est, sed quo est; cùm tamen formali constitutiuo res maximè & primò sit. 82.

Obycies: esse illimitatum est ratio transcendentalis in Deo, competens omnibus perfectionibus & attributis: formale autem constitutiuum debet esse ratio propria, distincta ab alijs perfectionibus communibus eiusdem rei, vt constat de Rationali, quod est specificum constitutiuum hominis. Vnde *Aristot. 3. Met. text. 10. & 11.* docet, ens in nullius definitione ponendum esse; quia per illud definitum à nullo distinguitur. Resp. 1. neg. maior. nam *esse* illimitatum, prout est formale constitutiuum Dei, dicit illimitationem in omni genere entis simpliciter; vt autem conuenit singulis perfectionibus, & attributis diuinis, vt virtualiter inter se distinctis, dicit illimitationem in certo dumtaxat genere, puta sapientiæ, vel iustitiæ. 2. dist. minor; vera est de formali constitutiuo essentiæ compositæ, non autem simplicis: quia quando essentia est composita, potest ratio propria distingui à communi, secus quando est simplex: tunc enim ratio propria & communis est eadem, vt constat in supremis generibus, & vltimis differentijs: in Deo autem cùm essentia sit simplicissima, ratio constitutiua propriè non præscindit à communi, sed eam formaliter includit. Vnde non est par ratio de rationali. *Aristotel.* loquitur de ente creato, per quod nulla res differt ab aliâ; non de increato, per quod Deus differt à creatura; &, vt comprehendit totum *esse* simpliciter, differt à quolibet *esse* particulari diuino vt includens ab incluso. 83. *In omni genere entis simpliciter.* 84.

Obycies 2. Esse est actus essentiæ; ergo est eâ posterius; ergo non potest illam constituere. Antec. prob. ex *Aug. 5. de Trinit. cap. 2. Anselm. in Monol. c. 5.* affirmantibus, ita se habere essentiam ad *esse*, sicut lucem ad lucere, vitam ad viuere, sapientiam ad sapere. 2. esse est effectus formalis essentiæ; forma præcedit suum effectum formalem. Resp. concedo, *esse* concipi vt actum essentiæ, non adiectiuè, vt in creaturâ, sed substantiuè, cùm sit ipsa essentia Dei subsistens. *Augustin. & Anselm.* loquuntur iuxta nostrum imperfectum modum concipiendi. 85. *Substantiuè acceptum, non adiectiuè.*

Obycies 3. Limitatio non est constitutiuum creaturæ: ergo neque illimitatio erit constitutiuum Dei. Resp. nego conseq. quia limitatio de formali dicit defectum perfectionis; defectus autem non potest rem primò constituere, cùm supponat anterius fundamentum, in quo fundetur: illimitatio autem importat perfectionem, quæ potest rem primò constituere. 86.

Patet ad 1. primæ sent. concedo, Deum esse essentialiter vitam & intellectum, sed inadæquatè; formale autem constitutiuum rei simplicis, debet adæquatè rem exprimere. Ad 2. nego consequent. eiusque probationem ob eandem rationem assignatam. 87. *Ad primum* 1. *Ad 2.*

Ad Fundam. secundæ, nego, Deum esse tantùm essentialiter viuentem. Cæterùm dicuntur creaturæ ob gradum intellectiui, esse ad imaginem Dei, quia hæc perfectio est potior in creaturis: vnde ea tantùm 88. *Ad secundæ.*

Digitized by Google

tùm constituit earum essentiam: in Deo autem licet ratio intellectiui comparata ad cætera sit perfectior; comparata tamen ad omnes quæ constituunt per se primò & secundùm quod ipsum Deum, non est perfectior. Ad imperfectam autem imaginem, qualis est creatura respectu Dei, sat est quæcumque similitudo.

89. *Ad primum* 1. Ad 1. tertiæ Resp, Infinitatem sumi dupliciter, 1. pro attributo infinitatis: 2. pro materiali connotato infinitarum perfectionum. Infinitas primo modo est essentia Dei, sed inadæquatè; quia non solùm constituitur per infinitatem, sed per reliquas etiam perfectiones. 2. modo est adæquata, verùm quia reliquas perfectiones non importat directè & per se primò, vti requiritur ad formale constitutiuum rei, sed tantùm indirectè & connotatiuè, nequit esse *Ad 2.* Deitatis constitutiuum. Ad 2. neg. minor. eiusque probat. vnumquodque enim attributum est in suo *Ad 3.* genere infinitum. Ad 3. *esse* totâ latitudine essendi est perfectius infinitate, qua infinitas restringitur ad solum attributum infinitatis, & quà indirectè *Ad 4.* connotat infinitas perfectiones. Ad 4. neg. minor. est enim finitas modus rei creatæ, supponens essentiam vt fundamentum. *Ad 5.* Ad 5. nego, Deitatem esse *Ad 6.* perfectissimam per solum attributum infinitatis. Ad 6. dico, *Damasc.* loqui de infinitate secundùm esse, quod est pro nobis.

SECTIO V.

An attributa ratione inter se, & ab essentia distinguantur?

90. HActenus de essentiâ & attributis secundùm se; nunc de illis per ordinem ad intellectum illa distinguentem.

91. *Negans.* Prima sent. *Aureoli in 1. dist. 8. part. 3. art. 6. propos. 2. & dist. 45. art. 3. propos. 1. Arimin. dist. 8. quæst. 2. art. 2. Aliacens. qu. 6. art. 2. Maioris qu. 1. Gabr. dist. 2. qu. 1. & 2.* negantium, ea inter se vel ab essentiâ ratione distingui posse, nisi solâ connotatione extrinsecâ: eadem quippe Deitas, vt connotat effectum à se producibilem, dicitur omnipotentia, vt connotat res sibi obiectiuè præsentes, sapientia nuncupatur: quia quod naturâ suâ est indistinctum, nequit per extrinsecum distingui; essentia Dei naturâ suâ est indistincta: ergo nequit per extrinsecam rationem distingui. *Fundam.* *Confirm. 1.* Confirmat *Aureol.* 1. hæc distinctio sufficit ad saluanda contradictoria, & omnia quæ de naturâ Diuinâ prædicantur; nam licet in recto per plura attributa importetur idem, in obliquo tamen importantur diuersa. 2. maior est perfectio, nullam in Deo, ne rationis quidem multiplicitatem admittere. *2.*

92. *Affirmant.* Secvnda *S. Thom. q. 7. de potent. art. 6. opusc. 9. q. 1. 2. & 3. & in 1. dist. 2. q. 1. art. 3. Durand. q. 3. Richard. art. 1. qu. 3. & 4. & dist. 3. art. 2. qu. 1. ad 1. Capreol. dist. 6. qu. 4. art. 1. conclus. 2. Sylui 1. p. q. 13. art. 4.* communis, affirmantium ea inter se & ab essentiâ ratione cum fundamento in re distingui posse. Quæ distinctio à modernis, *rationis ratiocinatæ* appellatur: & consistit in pluralitate conceptuum cõuenientium rei, quæ ob sui perfectionem & plenitudinem nequit vno conceptu adæquatè penetrari. Hæc eadem dici potest distinctio ex naturâ rei, non actualis & formalis, sed fundamentalis & virtualis; & distinguitur à distinctione *rationis ratiocinantis*, quæ nullum habet fundamentum in re, sed pendet ex merâ ratione ratiocinante ac distinguente.

93. *Veriùs, ex* Hæc sent. sequenda. Fundamentum sumitur tum ex plenitudine diuini esse, vnitissimè continentis multas perfectiones, quæ in creaturis distinctæ sunt; tum ex imbecillitate & imperfectione nostri intellectus, non valentis vno actu exprimere, quidquid perfectionis est in simplicissimâ Deitate. Quo fit, vt dum varijs conceptibus naturam illam exprimit, varias perfectiones distinguat obiectiuè, quæ re ipsa actu subiectiuè distinctæ non sunt, nisi tantùm virtualiter, & inchoatè. 2. arguo: licet plerumque 94. diuina attributa concipiantur distincta, per habitudinem ad diuersa connotata extrinseca: falsum tamen est, ea concipi distincta per solam connotationem extrinsecam; sed ratione etiam intrinsecâ præsuppositâ ab hoc vel ab illo extrinseco connotato; velut sapientia & omnipotentia non distinguuntur solâ connotatione obiecti intelligibilis & producibilis: sed intrinsecâ etiam ratione præsuppositâ in Deo ab obiecto intelligili, & producibili; ratione cuius dicitur Deus intrinsecè sapiens, intrinsecè potens: aliâ enim ratione Deus concipit obiectum, & producit effectum; nam si per impossibile posset producere omnia, & non posset intelligere omnia, haberet perfectionem omnipotentiæ, non omniscientiæ. Confirm. pura connotatio nullam ponit intrinsecam perfectionem in connotante: attributa ponunt in Deo perfectionem intrinsecam. 3. Si 95. Deus diceretur bonus aut sapiens per solam connotationem bonitatis, aut sapientiæ, quam causat, vel causare potest; dici etiam posset terra aut cœlum per connotationem terræ, aut cœli, quod causat, vel causare potest. *Contra auctores sentens. 1.*

Ad fundam. prime Resp. quod in se indistinctum 96. est, non posse extrinsecâ notitiâ in seipso distingui; *Ad prima.* posse obiectiuè in ordine ad varios conceptus inadæquatè exprimentes eandem rem, secundùm varias perfectiones in eâ virtualiter distinctas. Ad 1. *Ad confir. 1.* Confirm. concedo, ex ea saluari contradictoria, non tamen saluari intrinsecam perfectionem, quam attributa in Deo dicunt. Ad 2. nego assump. maiorem 2. enim perfectionem supponit in Deo virtualis multiplicitas rationum formalium, quàm vnitas: quia illa supponit eminentem perfectionem æquipollentem multis, quam non supponit hæc. *Lege Capreol. in p. d. 2. quæst. 3. ad 2.*

SECTIO VI.

An distingui possint attributa in Deo sine respectu ad creaturas?

DE intellectu viatoris omnes fatemur, non 97. posse illum viâ inuentionis attributa cognoscere, & multò minùs ea distinguere sine ordine ad creaturas, cùm nequeat illa cognoscere, nisi ex perfectionibus creatis distinctis, ex quibus assurgit ad increata: disputamus de obiecto ipso secundùm se, præscindendo à quâlibet peculiari repugnantiâ, quæ esse posset ex parte alicuius intellectus.

Prima sent. *Henrici in summ. art. 51. q. 1. & quodlib. 5. q. 1. S. Thom. in 1. dist. 2. q. 1. art. 3. Baccon. q. 2. art. 2. Aureol. dist. 8. part. 3. art. 3. Capreol. q. 4. ad arg. vlt. loco, Torres in 1. p. q. 28. art. 2. disp. 2. dub. 3. Gilij lib. 2. tract. 6. c. 11.* &c. affirmantium, Deum in se ipso sine vllo respectu ad creaturas, per solum respectum ad se ipsum, varias distinguere perfectiones attributales: quia cognoscendo se vt veracem, cognoscit se vt obiectum intellectus; cognoscendo verò se vt bonum, cognoscit se vt obiectum voluntatis, atque adeò cognoscit in seipso veritatem virtualiter distinctam 98. *Affirmant.*

Digitized by Google

stinctam à bonitate. Idem à fortiori docent de intellectu creato beatorum.

99. *Prob. 1.* Prob. 1. ficut se res habet ad esse, ita ad cognosci: sed Deus independenter à creaturis, actu distinctis, habet virtualem distinctionem suarum perfectionum: multiplicitas enim realis creaturarum possibilium, supponit multiplicitatem virtualem diuinarum perfectionum: quia pluralitas non potest oriri ab vno in quantum vno, sed in quantum virtute multiplici: sed pluralitas creaturarum est à Deo: igitur in Deo præcedere debet virtualis multiplicitas, per quam possit in actum reduci possibilis multiplicitas creaturarum. 2. Potest

100. *Secundò.* diuina essentia cognosci pluribus notitijs inadæquatis nullo cognito ordine ipsius ad creaturas: ergo distingui possunt eius attributa sine vllo ordine ad res actu distinctas. 3. Si nulla possibilis esset creatura, adhuc Deus cognosceret se sub ratione veri, &

101. *Tertiò.* diligeret se sub ratione boni: ergo, circumscripto quouis ordine ad creaturas, Deus in se ipso cognoscit hanc virtualem distinctionem suarum perfe-

102. *Quartò.* ctionum. 4. Quod est ratio maioris distinctionis, potest esse ratio minoris distinctionis: sed fœcunditas diuinæ naturæ est principiũ distinctionis realis personarum, quæ est maior; ergo poterit esse ratio distinctionis virtualis attributorum, quæ est minor.

103. *Quintò.* 5. Nullum posterius potest esse causa prioris, sed perfectiones creatæ sunt posteriores increatis; ergo non possunt esse causa distinctionis perfectionum

104. *Sextò.* increatarum. 6. Saltem intellectus & voluntas diuina cognosci possunt vt virtualiter distincta, absque ordine ad creaturas, per respectum ad processiones diuinas, quarum sunt principia.

105. *Negant.* Secunda *Durandi in 1. dist. 2. q. 3. num. 15. & dist. 12. q. 1. num. 25. Herui q. 2. §. quantum ad 2. & dist. 10. quæst. 1. art. 3. ad 2. difficult. & quodl. 3. q. 3. Argent. dist. 6. q. 1. art. 3. Goffredi apud Aureol, in 1. dist. 8. q. 3. art. 1. Palatij disp. 2. fine, Vasquez 1. p. q. 117. & 118. Suarez lib. 2. de attributis cap. 22. num. 13. &c.* negantium, posse attributa in Deo cognosci virtualiter distincta absque vllo ordine ad creaturas, in quibus huiusmodi perfectiones reperiuntur distinctæ: quia

Fundam. hæc virtualis distinctio attributorum in Deo, est per extrinsecam denominationem à reali distinctione perfectionum creatarum. Implicat autem cognosci denominatum, sine ordine ad formam denominantem: ergo implicat cognosci virtualem distinctionem attributorum in Deo, sine ordine ad realem distinctionem creaturarum.

106. *Implicat, si nullum fundam. in Deo.* Dico 1. Implicat, in Deo cognosci perfectiones virtualiter distinctas, quæ nullum habent fundamentum realis distinctionis in ipso Deo, sine respectu ad creaturas realiter distinctas. Fundam. implicat, in re simplici cognoscere plura virtute distincta, nisi per ordinem ad plura actu distincta. 1. quia cognoscere plura in re simplici virtute distincta, est cognoscere rem simplicem, vt æquipollentem pluribus actu distinctis: 2. quia implicat, cognoscere vnum relatiuum, non cognito altero correlatiuo; seu cognoscere æquipollentiam multorum, non cognitis multis, quorum est æquipollentia. 3. in re simplici, vt sic, nullum potest esse apparens fundamentum multiplicitatis; ergo ex se nullã potest intellectui distinctionem obijcere: ergo distinctio concipienda necessariò est, per ordinem ad res actu

107. distinctas. Confirm. implicat, cognoscere potentiam, non cognito termino talis potentiæ: ergo implicat, cognoscere virtualem distinctionem attributorum in Deo, non cognito termino talis distinctionis: at terminus talis distinctionis non sunt attributa, vt sunt quid vnum in Deo; quia, vt sic, non possunt obijcere intellectui, nisi vnitatem quam habent in se; sed vt æquipollent distinctis perfectionibus creatis.

108. *Possunt, si aliquod sine respectu ille.* Dico 2. Perfectiones, quæ habent fundamentum realis distinctionis, intra Deum, possunt de facto ab increato, & beatorum intellectu cognoscuntur virtualiter distinctæ, absque vllo respectu ad creaturas: *Herui quodlib. 3. quæst. 3. art. 3.* quia non est recurrendum ad realem distinctionem creaturarum, vbi tales perfectiones habent sufficiens fundam. virtualis distinctionis intra Deum: scilicet realis distinctio personarum ac processionum, sine vllo ordine ad creaturas, præbet sufficiens fundam. cuicumque intellectui virtualiter distinguendi ea, quæ sunt vnum & idem in Deo.

109. Pater videns communicari Filio & Spiritu S. solam naturam, non communicatâ paternitate, filiatione, spiratione actiuâ, passiuâ, habet sufficiens fundamentum virtualiter distinguendi naturam à paternitate, filiatione, & spiratione actiuâ, passiuâ; 2. *Exempla plura.* Produci videns personam Filij & Spiritus S. non productâ naturâ, habet sufficiens fundamẽtum virtualiter distinguendi naturam à personalitatibus, 3. Videndo filium produci secundùm filiationem, non secundùm spirationem actiuam, quæ tantùm communicatur cum natura Patris, habet sufficiens fundam. distinguendi filiationem à spiratione actiua. 4. Cognoscendo, quòd se sit productiuus Filij per paternitatem, & non per spirationem actiuam; contrà verò, quòd sit productiuus Spiritus S. proximè per spirationem actiuam, & non per paternitatem; habet sufficiens fundam. distinguendi paternitatem à spiratione actiua. 5. Intuendo communicari filio ex vi originis solam intellectionem, Spiritui S. solùm amorem, habet sufficiens fundam. distinguendi virtualiter intellectionem à volitione. 6. Videndo Pater, se opponi Filio relatione paternitatis, non naturâ, habet fundam. distinguendi virtualiter naturam à paternitate. Nam quod maius fundamentum habere potest Deus, hæc omnia in entitate suâ simplici distinguendi? Cùm enim nequeant hæ proprietates eâdem omninò ratione conuenire Deo: necessariò concipere debet in se ipso saltem virtualem diuersitatem in rationibus formalibus, propter quas eidem indiuiduali entitati potiùs conueniat producere, quàm produci: communicari, quàm non communicari; opponi quàm non opponi: ergo hæc omnia sine vllo respectu ad creaturas, Deus in se ipso videt virtualiter distincta.

110. Dices. Actualis distinctio rationis formaliter consistit in extrinseca denominatione, proueniente à distinctis conceptibus inadæquatis: sed nec Deus, nec beati distinctos formant conceptus inadæquatos de essentia & relationibus diuinis, ergo. Maior *Minor patet.* prob. omnis denominatio prouenire debet ab aliquâ formâ actu denominante: forma actu denominans essentiam à relationibus distinctam, non est distinctio in re existens; ergo alia existens in intellectu, virtualem distinctionem concipiente. At intellectus diuinus & beatorum non distinguit per inadæquatos conceptus essentiam à relationibus; ergo non concipit virtualem distinctionem inter essentiam & relationes.

111. *Aliud distinguere non distincta.* Resp. Aliud esse, Deum, & beatos actu distinguere in Deo ea, quæ actu distincta non sunt; aliud cognoscere virtualem seu fundamentalem distinctionem, per ordinem ad terminos actu distinctos. Primum, nec Deus nec beati faciunt: quia ad hoc, (vt argumentum probat,) necessaria est actualis distinctio conceptuum inadæquatorum, quam nec Deus,

Digitized by Google

Aliud cognoscere virtualem distinct.

Deus, nec beati formant. Secundum & Deus, & beati, scilicet virtualem distinctionem cognoscunt, per ordinem ad terminos actu distinctos, in ordine ad quos dicitur virtualis distinctio. Vnde est in Deo talis distinctio virtualis obiectiuè, quia illam cognoscit; non subiectè, quia illam non format per inadæquatos conceptus, sicut illam format intellectus viatoris.

112. *Ad primum 1.* Ad 1. primæ, conced. minor. de virtuali distinctione, etiam completâ & perfectâ, respectu earum perfectionum, quæ fundamentum realis distinctionis habent intra Deum: nego, de completa & perfecta distinctione virtuali; concedo de incompletâ & inchoatâ, respectu earum perfectionum, quæ nullum habent fundamentum realis distinctionis intra Deum; & est ipsa plenitudo diuini esse, vt conceptibilis per æquiualentiâ ad plura actu distincta; completa verò est plenitudo essendi, concepta vt æquiualens pluribus actu distinctis: nam ipsa virtualis distinctio perfectionum in re existens, actu quasi completur per actualem comparationem ad perfectiones actu distinctas. Ad probat. minor. concedo, multiplicitatem creaturarum possibilium, supponere in Deo multiplicitatem remotam, non proximam diuinarum perfectionum. Quod autem dicitur; ab vno, in quantum vno, oriri non posse multiplicitatem; de vno formali, concedo; de vno eminentiali qualis est Deus, nego: nam à tali vno oriri potest multiplicitas perfectionum. Ita explicat *S. Thom.* vt non concedat proximum & completum fundamentum distinctionis virtualis in Deo, sed remotum & inchoatum. *Lege 1.p.q.13.art.4. & q.7. de potent.art.6.*

Distinctio completa incompleta.

113. *Ad 2. argu.* Argum. 2. vt intentum probet, intelligi debet de notitijs claris diuinæ essentiæ; de obscuris enim & ænigmaticis, cùm illæ non terminétur ad perfectiones increatas immediatè, sed ad creatas, quibus mediis repræsentantur increatæ, 1. nullam habet vim: at implicat, quâcumque notitiâ clarâ Deum videri inadæquatè, quin totus quoad omnia ipsius attributa & perfectiones videatur, vt *suo loco*: atque adeò implicat, per plures notitias plura distingui posse attributa in Deo, eo quòd nullum attributum videri potest per vnam notitiam, quin & per eandem videantur omnia.

114. *Ad 3.* Ad 3. disting. antec. præscripto ordine ad creaturas, Deus intelligeret se sub ratione veri, præcisa ratione boni, & diligeret se sub ratione boni, præcisa ratione veri; nego: sicut enim præscripto ordine ad creaturas, non distingueret Deus suâ intellectionem à dilectione; ita nec obiectum intellectionis ab obiecto dilectionis, sed eodem indiuisibili actu se totum intelligeret, se totum diligeret, nullâ conceptâ virtuali distinctione, neque inter intelligere & diligere, neque inter seipsum intellectum & dilectum.

Ratio. Ratio: virtualis distinctio inter verum & bonum ex parte obiecti, originatur ex virtuali distinctione inter intellectionem & volitionem ex parte potentiæ, sed eas non posset concipere virtualiter distinctas sine ordine ad reales processiones, intra Deum existentes: ergo neque hæc virtualiter distincta concipere posset, sine consimili respectu ad creata actu distincta. Ad 4. falsa est vniuersaliter maior: Nam potest distinctio minor esse diuersæ rationis à distinctione maiore, atque adeò non rectè vna infertur ex alia. Talis est distinctio realis personarum, & virtualis attributorum: nam illa fundatur in reali origine personæ producentis & productæ, quæ necessariò infert realem distinctionem inter ipsas producentes & productas; hæc autem in eminentiâ virtutis, cum æquipollentiâ ad multa actu distincta extra

115. *Ad 4.*

Deum, quæ concipi nequit sine respectu ad multa actu distincta extra Deum, vt enim prior concipi nequit sine respectu ad actu distincta intra Deum; ita nec posterior sine respectu ad actu distincta extra Deum: cùm non minùs vna, quàm alia in sui conceptibilitate pendeat à termino, quem essentialiter importat. Ad 5. dist. minor. Perfectiones creatæ sunt posteriores increatis quoad entitatem, concedo; quia producuntur ab illis: quoad completam distinctionem virtualem inter se, nego: quia quoad hanc denominationem sunt priores, complentes per modum extrinseci respectus: sicut visio est posterior obiecto quoad entitatem, quia producitur ab illo; quoad denominationem verò visi est prior obiecto, quia denominat illud visum, vt forma subiectum. Ad 6. patet ex 2. concluf. 116. *Ad 5.* *Ad 6.*

SECTIO VII.

An attributa diuina, vt à nobis concepta, essentiam, & se ipsa mutuò includant?

PRIMA sentent. *Richardi in 1. disp. 3. art. 2. quæst. 1. ad 1. Rubion. q. 1. art. 2. §. Hoc præmisso, Caproel. distinct. 8. quæst. 4. art. 3. ad argum. 1. loco inducta contr. 2. concluf. & ad argum. Aureoli; Vasquez 1. p. disp. 119. c. 2. Gilly lib. 2. tract. 2. c. 7. & 8. &c.* negantium: videtur *S. Doctoris in 1. dist. 33. quæst. 1. art. 1. ad vlt.* vbi *alia*, inquit, *est ratio scientia & substantia, sicut in creaturis, alia est ratio scientia & qualitatis*: à fortiori sequitur ex doctrina *Scoti*, à parte rei distinguentis essentiam ab attributis, & attributa ipsâ inter se. 117. *Negant.*

Probat. 1. ex Scriptura & Patribus, qui diuinas perfectiones vt plures intelligunt & explicant: *Omnia quæcumque habet Pater, mea sunt*, inquit Christus: intelligit autem perfectiones increatas, quas per æternam generationem accepit à Patre. *Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur.* Bernard. 5. *de Consid. cap. 5. Deus*, inquit, *amat vt charitas; nouit vt veritas; sedet vt æquitas; dominatur vt maiestas; regit vt principium; tuetur vt salus; operatur vt virtus; reuelat vt lux; assistit vt pietas*, quæ omnia pluralitatem atque adeò obiectiuam exclusionem vnius ab altero important. 118. *Prob. 1.* *Ioan. 17.* *Rom. 1.* *Bernard.*

Prob. 2. ea tantùm secundum rationem sese mutuò includunt, quorum ratio vnius obiectiuè relucet in conceptu formali alterius; sicut ea tantùm secundùm rem se mutuò includunt, quorum entitas vnius existit in entitate alterius; at in conceptu formali diuinæ sapientiæ non relucet obiectiuè perfectio diuinæ iustitiæ, & è conuerso. Alioqui dum conciperemus in Deo sapientiam, conciperemus simul & iustitiam, &c. Confirm. id tantùm exprimit conceptus formalis, quod significat nomen; nomina enim ex *S. Thom. 1. part. quæst. 13. art. 1. & 1. cont. gent. cap. 35.* significant rem mediante conceptione; cùm sint *signa earum, quæ sunt in anima, passionum*, at nomen sapientiæ diuinæ importat solam perfectionem sapientiæ; ergo & conceptus. 119. *Ratione.* 120. *Confirm.*

Tertiò, attributa concipiuntur vt proprietates, manantes ab essentia, ad instar creatarum: ergo nequeunt includere essentiam: quia nequit aliquid concipi vt proprietas essentiæ, & simul vt includens essentiam; alioqui conciperetur vt prius seipso, quà deberet concipi vt constituens essentiam; posterius, quà conciperetur vt fluens & posterius essentiâ. 121. *Prob. 3.*

Quartò,

Digitized by Google

122. *Quartò.* Quartò, si quodlibet attributum includeret essentiam, & omnia; de quolibet posset cum reduplicatione prædicari essentia & omnia; quidquid enim est de essentia, potest cum reduplicatione prædicari de eo, cuius est de essentiâ; cùm semper reduplicatio cadat super essentialia. At consequens est falsum: quia nequit intellectus reduplicatiuè prædicari de voluntate, nec vice versa, alioqui valerent istæ propositiones. *Pater voluntate generat; intellectu spirat; intellectu vult; voluntate intelligit*, si hæc de intellectu, & voluntate cum reduplicatione prædicari possent.

123. *Affirmant.* SECVNDA *Aureoli in 1. dist. 1. quæst. 1. art. 2. Torrez 1. p. q. 28. art. 2. disp. 2. dub. vlt. Molina ibid. disput. 4. Zumel quæst. 8. dub. 3. Suarez lib. 1. de essent. Dei cap. 12. & 13. Granadi in 1. part. tract. 2. disp. 2.* Affirmantium, quæ probabilior est, & procul dubio *S. Doctoris, 1. cont. gent. cap. 45. 73. 92. 98. 101. & lib. 2. cap. 8.* vbi de singulis attributis, intellectus, voluntatis, virtutis, beatitudinis, potentiæ, non solùm docet includere essentiam; sed esse ipsam essentiam Dei.

124. *Manifesta auctoritas Anselm.* Prob. 1. ex *Anselm. in Monol. c. 16. Quemadmodum*, inquit, *vnum est quidquid essentialiter de summa substantia dicitur; ita ipsa vno modo, vna consideratione est, quidquid est essentialiter. Cùm enim aliquis homo dicatur & corpus, & rationalis, & homo, non vno modo vel consideratione hæc tria dicũtur: secundùm enim aliud est corpus, & secundùm aliud rationale, & singulum horum non est totum id, quod est homo; illa verò summa essentia nullo modo sic est aliquid, vt illud idem secundum alium modum, aut secundùm aliam considerationem non sit: quia quidquid aliquo modo essentialiter est, hoc est totum quod ipsa est*: quo non modò affirmatur, quidquid de Deo dicitur, esse ipsam essentiam Dei totam secundùm *rem*, verùm etiam secundùm *considerationem*.

125. *Alias esset compositio in Deo metaph.* Prob. 2. ratione & 1. ab absurdo: nisi dicamus, quodlibet attributum diuinum, etiam vt conceptum à nobis, implicitè includere essentiam & reliqua necessariò in Deo esset compositio metaphysica: at hæc repugnat Deo: exigit enim partes, quarum vna excludat à suâ formalitate aliam, cum quâ debet componere; quod repugnat actui puro & illimitato in totâ latitudine entis simpliciter; qui sicut à parte rei ad nullam certam perfectionem limitatur; ita nec obiectiuè & metaphysicè potest à nobis limitari; ne conceptus obiectiuus non respondeat subiectiuo. Sequel. ostend. si sapientia diuina ex. gr. nullo pacto obiectiuè includeret essentiam, & reliqua eo ipso conciperetur vt apta ad metaphysicè componẽdum cum essentiâ, & reliquis; quia conciperetur vt excludens à suâ formalitate formalitatem essentiæ, & reliquas; atque adeò vt apta constituere cum illis compositum metaphysicè consurgens ex pluribus formalitatibus, sese obiectiuè perfectè excludentibus: quod in omnium sent. sufficit ad metaphysicam compositionem.

126. *Respondent.* Respondent, sapientiam diuinam non concipi vt positiuè excludentem essentiam, quo modo esset concipienda, vt posset metaphysicè componere cum illa, sed tantùm præcisiuè, non conceptâ nimirum essentiâ, non positiuè illâ exclusâ à formalitate sapientiæ. Sed contrà; 1. hæc præcisiua exclusio sat est, ad metaphysicam compositionem, ad quam solùm requiritur, vt formalitas vnius nullo modo concipiatur in formalitate alterius: hoc enim ipso duæ conciperentur, saltem exercitè aptè ad componendum vnum tertium: reflexio, quâ vna pars concipitur vt positiuè excludens aliam, non tam facit ad compositionem, quàm ad certitudinem componentis, quod extrinsecum est compositioni: Modò enim formalitas vnius perfectè excludat obiectiuè formalitatem alterius, ex se apta censebitur ad componendum metaphysicè, etiamsi nulla fiat reflexio, quâ signatè cognoscatur positiua exclusio vnius à formalitate alterius. 2. si formalitas sapientiæ perfectè præscinderet à formalitate essentiæ, non tantùm præcisiuè, sed etiam positiuè illam excluderet, quod sic probo.

Ad quam sat est exclusio præcisiua.

127. *Sen obiectiua vt à nobis concepta.* Nam ista positiua exclusio, non debet sic intelligi, vt vna perfectio excludat aliam à parte rei, sed tantùm obiectiuè, vt à nobis concepta. At hoc ipso, quòd vna perfectio obiectiuè perfectè præscinderet ab aliâ, positiuè excluderet in esse cognito & obiectiuo aliam. Igitur si attributa diuina præscindunt obiectiuè perfectè ab essentia diuina, excludunt positiuè illam. Maior constat: hoc enim ad metaphysicam compositionem non requiritur, vt patet de gradibus metaphysicis, qui, vt suppono, non se excludunt à parte rei in eâdem essentiâ, quam metaphysicè componunt: atque adeò neque vt substant conceptibus nostris, debent hoc modo se excludere. Alioqui conceptus obiectiui non responderent rebus existentibus. Minor prob. perfectio, quæ obiectiuè perfectè præscindit ab aliâ, non includit obiectiuè illam; quia præscindere perfectè obiectiuè, est non includere perfectè obiectiuè: ergo excludit obiectiuè illam: ergo non tantùm præciſiuè, sed etiam positiuè excludit illam quoad esse cognitum & obiectiuum: quia quod non includit obiectiuè aliud, potest de eo affirmari, & de facto ab aduersarijs affirmatur ipsa obiectiua exclusio hoc modo: ratio sapientiæ, vt à nobis concepta, non est ratio bonitatis; nec contrà. Sed quod hoc modo excludit obiectiuè aliud, non solùm negatiuè, sed etiam positiuè excludit illud. Nam quæ maior positiua exclusio, quàm positiua affirmatio exclusionis? Confirmatur, ita se habet vnum esse obiectiuum ad aliud esse obiectiuum, sicut vnum esse subiectiuum ad aliud esse subiectiuum: sed hoc ipso, quòd vnum esse subiectiuum non includit in suâ entitate aliud esse subiectiuum, excludit positiuè illud, cùm de eo positiuè affirmari possit exclusio alterius. Ergo hoc ipso, quòd vnum esse obiectiuum non includit aliud esse obiectiuum, positiuè excludit illud; quia etiam de ipso positiuè affirmari potest exclusio alterius esse obiectiui.

Et positiua affirmatio exclusionis. 128.

129. *Attributa quodlibet illimitatè est in omni genere.* Prob. 3. concl. à priori. Quodlibet attributum conceptum, vt diuinum, implicitè inuoluit in esse obiectiuo ens à se, atque adeò illimitatum in omni genere entis simpliciter; ergo implicitè inuoluit essentiam & reliquas perfectiones diuinas. Nam ens illimitatum in omni genere entis simpliciter, non coarctatur ad perfectionem vnius tantùm generis: sed cõplectitur vniuersum genus entis, atque adeò omnem omninò perfectionem. Antec. probat. diuinum, vt diuinum, formaliter importat esse à se, ac proinde esse illimitatum in omni genere entis simpliciter: importat enim primum contra distinctiuum ab esse creato, hoc autem non est aliud, quàm esse à se. Ita *S. Thom. opusc. 9. q. 1. Bonitas diuina est diuina Sapientia, ex hoc quod est diuina, non ex hoc quòd est bonitas.*

130. *Vt diuinum est.* Sed respondeas, vt sapientia concipiatur à nobis, vt diuina, sat esse si concipiatur illimitata tantùm in genere sapientiæ: nam hoc modo rectè concipitur, vt distincta à sapientia creata. Sed contrà 1. esse diuinum, est analogum ad omnes perfectiones increatas: si enim esset vniuocum, posset inter eas concipi vera compositio metaph. scilicet ex duobus conceptibus *Analogum.*

Digitized by Google

ptibus vniuocis: de ratione autem analogi est, vt si concipiatur, totum concipiatur: quia in analogo, ob sui simplicitatem non sunt plures conceptus partiales distinguibiles: ergo si concipitur sapientia vt diuina, concipi debet saltem implicitè cum totâ plenitudine essendi, quam dicit esse diuinum, & non tantùm cum partiali esse sapientiæ.

131. Confirm: ex eo, quòd ens est analogum ad substantiam & accidens, implicat concipere illud, & non concipere, vt implicitè inuoluens vtrumquè. 2. Sapientia non conciperetur vt actus purus (de cuius ratione est, vt in nullo genere perfectionis possit perfici) si vt diuina, illimitata tantùm in genere sapientiæ, conciperetur; scilicet vt vlteriùs perfectibilis in alio genere. 3. Ex consensu Patrum & Scholasticorum, Deus est, quo melius & excellentius excogitari non potest; at si vnum attributum non includeret implicitè essentiam & reliquas perfectiones, posset melius & excellentius Deo excogitari, si nimirum quælibet ipsius perfectio concipiatur cum implicita inclusione omnium, seu cum maiore vnitate, & simplicitate in suis perfectionibus. Est autem Deus, *ex Auerroë 12. Met. tex. 37. in fine nobilitatis, vnitatis, & simplicitatis.* quia sicut in ratione entis nihil potest ei addi; ita nec in ratione vnitatis & simplicitatis potest excogitari simplicius, & magis vnum. 4. Patres docent, nihil in Deo esse, quod Deus essentialiter non sit: at si vna perfectio conciperetur cum exclusione essentiæ & reliquarum perfectionum, ipsa non esset essentialiter Deus: quia quod est essentialiter Deus, nequit concipi absque essentiâ Dei: cùm nequeat res concipi non conceptâ eius essentiâ. 5. Esse obiectiuum non debet differmari ab esse subiectiuo rei: non enim est vera conceptio quæ non est iuxta exigentiam rei conceptæ: sed quælibet perfectio Dei essentialiter est Deus; ergo quælibet perfectio debet obiectiuè esse Deus: non est autem obiectiuè Deus, nisi implicitè includat essentiam & omnia, quæ sunt in Deo: quia non concipitur vt Deus, quod non concipitur cum essentiâ Dei, sed vt proprietas Dei. Neque hinc tollitur distinctio rationis ratiocinatæ, inter essentiam & attributa inter se; quia hæc saluatur inter rationes explicitè conceptas: scilicet ratio explicita sapientiæ, non est ratio explicita bonitatis. Quæ distinctio est maior, quàm definitionis & definiti: & iuxta hanc, explicatur *S. Thom. cit.*

Actus purus.

132.

133. *Essentialiter Deus:*

134. *Obiectiuè conformatur subiectiuo esse.*

135. Ad 1. primæ, Resp. non esse contra nos, qui non negamus attributa, in esse explicito intelligi, & nominari vt plura; licet in esse implicito se mutuò omnia includant, & sint vnum; vnde Christus *Ioan. 16.* diuinas perfectiones expressit numero plurali; *Ioan. 10.* numero singulari: *Pater meus, quod dedit mihi, maius omnibus est.* Ad 2. minor, de relucentiâ explicitâ, concedenda est: neg. de implicitâ. Ad prob. conced. sequela de implicitâ conceptione omnium; neg. de explicitâ. Sicut cùm concipimus ens, quod est analogum ad omnia inferiora, explicitè solùm concipimus rationem essendi; implicitè verò quidquid inferiora ipsa dicunt. Ad Confirm. pari modo dist. minor. quia cùm nomen imponatur ad significandum primariò conceptum mentis, sicut hic & explicitè significat vnam rationem, & implicitè reliquas; ita & nomen. Ad 3. neg. anteced. potiùs enim attributa concipienda sunt, vt constituentia essentiam, quàm vt proprietates manantes ab essentiâ; cum illa, non hæc conceptio, conformetur rei conceptæ. ad prob. nego, illa concipienda esse cum eâ imperfectione, quam inuoluunt perfectiones creatæ: licet enim ex perfectionibus creatis concipiamus increatas; tamen cum imperfectione, quam creatæ includunt: at imperfectio est, concipere attributa vt proprietates ab essentiâ manantes, quia vt sic conciperentur; & vt accidentia metaphys. extra constitutionem essentiæ. 2. nego conseq. patet in attributis entis, vnius, veri, boni; quæ concipiuntur vt proprietates entis, & tamen includunt ens. Impossibile enim est, concipere vnum, verum, bonum, quin concipiatur ens, neque est absurdum, idem secundùm diuersas rationes explicitas & implicitas concipi prius, & posterius seipso, imò hoc est necessarium in quâlibet perfectione analogâ, quæ quia simplicissima est, concepta in vnâ ratione explicitâ, supponit seipsam aliâ ratione implicitâ; vt perfectas explicitè importatur ipsâ perfectione substantiæ, implicitè ipsâ ratione entis, quæ superior est ad substantiam & accidens. Ad 4. Resp. rectè essentiam diuinam prædicari de attributis, & attributa de essentiâ; nec nō de se mutuò etiam abstractè sumpta: ita Augustin. *7. de Trinit. cap. 1. Eadem sapientia est, quæ essentia*; Basilius *lib. de Spiritu cap. 19. Cuius bonitas est ipsa sapientia*; Anselm. *in Monol. cap. 15. Si quæratur, quid sit ipsa summa natura, quid verius respondetur, quàm iustitia?* Bernard. 5. de *Consid. c. 13. Quid est Deus? longitudo, latitudo, sublimitas, & profundum*: Augustin. *6. de Trinit. cap. 1. Eadē virtus quæ sapientia, & eadem sapientia quæ virtus*: & cap. 7. *eadem magnitudo quæ sapientia, & eadem bonitas quæ sapiētia & magnitudo, & eadem veritas quæ illa omnia.* S. Thom. *1. p. q. 32. art. 3. ad 3. & q. 39. art. 6. & in 1. dist. 17. q. 1. ad 3.* quia quæ sese analogicè includūt, possunt etiam in abstracto formaliter prædicari: vt perfectas est entitas; corporeitas est substātia: cùm simplicissimæ rationes & illimitatæ, factâ quâcūque abstractione semper sese obiectiuè includant: quæ obiectiua inclusio requiritur, & sufficit ad formalē prædicationē; seu vt possint de se mutuò prædicari, non tantùm identicè propter realem identitatem, sed etiam formaliter propter obiectiuam inclusionem. Confirm. magis propria est prædicatio, in qua prædicatum obiectiuè in subiecto includitur, quàm in quâ tantùm includitur à parte rei; sed ista est identica prædicatio; ergo illa est plusquam identica, atque adeò formalis.

136. *Ad 2. Relucentia etiam implicita.*

137. *Ad 3.*

Resp. 2.

138. *Ad 4. Recta prædicatio.*

139. An autem prædictæ prædicationes sint concedendæ etiam cum notâ reduplicationis, affirmat *Molina*: distinguit *Torrez*, vt sit tantùm vera prædicatio si nota reduplicatiua cadat supra essentiam, quæ communis est omnibus attributis: secus si cadat supra propriam rationem cuiuslibet attributi: quia essentia quà essentia, includit omnia attributa: & quodlibet attributum, quà tale, includit essentiam, & quodlibet aliud: ratio verò vnius attributi non est ratio alterius: ergo si reduplicatio cadat supra propriam rationem attributi, propositio erit falsa, quia reddit hunc sensum; ratio vnius attributi est ratio alterius. Sed aliter distinguo, vt omnes dictæ prædicationes sint etiam cum notâ reduplicationis concedendæ, modò reduplicatio non cadat supra explicitam rationem, quâ vnumquodque attributum quasi specificâ differentiâ distinguitur ab omni alio. Quia tunc sensus esset, quòd ratio ipsa explicitè concepta, esset ratio alterius explicitè concepta, quod est falsum. Dixi: *Modò non cadat supra explicitam rationem*; quia cadere potest supra implicitam rationem, quæ est ipsa ratio diuini, ratione cuius quodlibet attributum non modò includit essentiam, sed reliqua etiam attributa. Vnde intellectus diuinus quà diuinus, non solùm est essentia, sed etiam voluntas, & è conuerso. Etenim ratio diuini, cùm sit ratio

Ratio Torrez.

140.

Reduplicatio cadit supra rationem explicitam.

Digitized by Google

sit ratio illimitati simpliciter, analogicè & implicitè includit omnes perfectiones, atque adeò de quâlibet perfectione vt diuinâ, cum omni reduplicatione affirmari potest quælibet alia perfectio diuina. Nego autem, eandem esse rationem de his propositionib. quibus prædicantur actus siue notionales, siue essentiales; quia, vt *Dialectici* docent, verba adiectiua addita substantiuis, appellât principium, à quo proximè fluunt, hoc est, applicant explicitum significatum prædicati, supra explicitum significatum subiecti: vnde reddunt sensum formalem explicitum; ex impositione Sapientum. Falsum autem est, principium, ex quo proximè & explicitè est actus intelligendi, & gignendi Verbum, esse voluntatem; & contrà, principium ex quo proximè & explicitè est actus volendi, & spirandi Spiritum sanctum, esse intellectum. Eadem ratio est de his propositionibus: *iniustitia diuina miseretur: misericordia punit*: & de actibus ipsis, quà de se mutuò prædicari possunt, vt *punire est misereri*, & vice versâ: nam ratione terminorum, quos essentialiter connotant, non potest vnus de altero formaliter, & reduplicatiuè prædicari, sed tantùm identicè.

Adiectiua appellant principium à quo proximè fluũt.

141. Deducitur, inter essentiam & attributa, & attributa ipsa inter se, non esse propriè inclusionem: cùm inclusio dicat distinctionem includentis ab incluso: sed potiùs esse vnam simplicissimã formalitatem, quæ essentialiter est tota perfectio essendi, quæque ob summam sui fœcunditatem & perfectionem apta est fundare diuersos conceptus formales; quorum vnicuique respondet eadem simplicissima formalitas, explicitè ex vnâ ratione essendi, implicitè ex totâ plenitudine essendi. Ex quo nascitur, vt in Deo nulla sit concipienda compositio virtualis partium; hæc enim requirit perfectam præcisionem vnius ab alio; sed sola constitutio per modum impliciti & expliciti, ad eum modum, quo concipiuntur constitui summa genera, & vltimæ differentiæ. Substantia enim non constituitur ex ratione entis & perfeitatis, vt ex partibus virtualibus, sed vt ex ratione implicitâ & explicitâ: quia quod explicitè dicit perfeitas, implicitè importat ens: vnde perfeitas non addit rationem aliquam perfectè præcisam ab ente, sed maiorem dumtaxat explicationem ipsius entis. Ita diuina attributa, non important rationem perfectè præcisam ab essentiâ, sed maiorem dumtaxat explicationem ipsius essentiæ, quæ implicitè dicit omnia.

Simplicissima formalitas, non inclusio.

142. *Sed constitutio &c.*

143. Quo fit, vt nullam vim habeat hoc argum. Implicat aliqua duo sese mutuò includere essentialiter: quia quod essentialiter includitur in alio, est minus includente: ergo repugnat vicissim includere in se illud, in quo ipsum essentialiter includitur: alioqui idem esset maius & minus seipso: maius vt includens, minus vt inclusum. Hoc enim tantùm concludit de ijs, quæ perfectè præscindunt, vt quia animal perfectè præscindit à rationali, non potest illud essentialiter includere, aut vice versa; non autem de ijs, quæ non perfectè præscindunt, vt sunt omnes rationes analogæ, quarum quælibet ratione explicitâ distinguitur, implicitâ includitur in alio: vt perfeitas ratione explicitâ distinguitur ab ente, implicitâ includitur in illo. Pari modo sapientia diuina, explicito conceptu sapientiæ, distinguitur à bonitate; implicito continetur in illâ. Ratio: quando vnum perfectè præscindit ab alio, nullo modo in esse obiectiuo continet, aut continetur ab illo: atque adeò repugnat, vt perfectè præscindat, & nihilominùs includat, vel includatur ab illo, à quo ipsum perfectè præscindit: quando verò non perfectè præscindit, excludit illud in esse explicito, & simul includit in esse implicito.

Imperfecta præcisio.

Ratio.

SECTIO VIII.

An attributa diuina secundùm rationes explicitas, quas præcisè important, sint inæqualia inter se?

PRIMA sententia Granadi, 1. *p. tract. 2. disput. 9.* negantis. Prob. 1. auctor. *Scoti in 1. dist. 8. quæst. 4. §. ad 4. Mayroni quæst. 5. §. his visis, difficult. 5. Ockam dist. 2. quæst. 1. littera R. Molina 1. p. quæst. 28. artic. 2. disput. 4. Zumel quæst. 42. art. 1. quæst. 2. dub. 1. Vasquez disp. 122. cap. 7. Suarez lib. 3. de Trinit. cap. 10.* Secundò, August. *lib. 1. de Trinit. cap. 7. & lib. 8. init. Tanta est equalitas in ea Trinitate, vt non solùm Pater non sit maior quàm filius, sed nec Pater & Filius simul maius aliquid sint, quàm Spiritus sanctus, aut singula quæque persona qualibet trium, minus aliquid sit, quàm ipsa Trinitas.* Anselmi *in Monol. cap. 16. Idem est quodlibet vnum illorum*, loquitur de diuinis attributis, *quòd omnia simul.* 3. Quodlibet attributum etiam ratione explicitâ consideratum, intrinsecè & essentialiter includit essentiam & reliqua omnia; igitur nequit, etiam ratione explicitâ, inter ea concipi inæqualitas, vt nec quid diuersum à reliquis, ac proinde inæquale. Sequela prob. diuersitas nequit fundari supra idem, cùm idem & diuersum opponantur: At si quodlibet attributum ratione explicitâ includit formaliter & essentialiter reliqua, etiam ratione explicitâ erit vnum & idem cum reliquis: Confirm. sequeretur aliqua realis inæqualitas inter diuinas personas; vna enim est realiter improducta, reliquæ productæ; duæ producentes, tertia non productiua: at perfectior est improducta, quàm producta; & producens, quàm non productiua.

144. *Negat Prob. auctoritate Schol.*

Patrum.

145. *Rationes potissimâ.*

Confirm.

SECVNDA sententia Durand. in *1. dist. 36. quæst. 4. fine, Gilly lib. 2. tract. 2. cap. 9. num. 7.* affirmantium. Neque hic sibi contradicit *tract. 5. cap. 7. num. 5.* vbi tantùm negat cum *August.* inter diuina attributa intercedere inæqualitatem secundùm se, non autem, vt substant conceptibus nostris explicitis. Hæc sententia à fortiori sequitur ex Patrum doctrinâ, qui explicantes illud *Ioan. 14. Pater maior me est*, docent Patrem maiorem esse filio, etiam secundùm diuinitatem, ratione principij & originis, quos multos refert *Toletus in cit. Ioan. annot. 27. & Maldon.* ibid. 2. sequitur ex opinione eorum, qui dicunt non omnia attributa reipsa constituere essentiam Dei, quia non omnia sunt æqualis nobilitatis & perfectionis: eo quòd aliqua pertinent ad gradum intellectiuum, in quo Dei essentiam formaliter constituunt: alia sunt extra essentiam gradus intellectiui, eumque consequuntur vt proprietates. 3. à fortiori sequitur ex eorum opinione, qui attributa suâ naturâ distinguunt in Deo.

146. *Affirmant.*

Nota, diuina attributa secundùm rationes, quas explicitè important, considerari posse 1. modo prout tales rationes existunt in Deo; 2. modo prout substant conceptibus nostris: & hoc dupliciter: 1. prout tales rationes concipiuntur à nobis per analogiam ad consimiles perfectiones creatas; 2. prout concipiuntur secundùm se, abstrahendo à perfectionibus creatis; & hoc vel considerando illas adæquatè in vtrâque perfectione, explicitâ & implicitâ, quam important; vel inadæquatè in sola perfectione explicitâ.

147. *Nota pro explic.*

DICO 1.

Digitized by Google

148. *Secundum explicitas rationes in Deo nulla inæqualitas.*

Dico 1. Attributa diuina secundùm explicitas rationes, quas important, vt in Deo existentes, nullam dicunt inæqualitatem. Fundam. ea ipsa explicita ratio sapientiæ, exempli gratiâ, in Deo non est tantùm sapientia, sed bonitas, iustitia, omnipotentia, & Deus ipse: ergo, vt in Deo existens, nullam importat inæqualitatem: quia inæqualitas fundari debet in diuersitate; & diuersitas in distinctione. Sed vna ratio explicita in Deo, non est distincta ab alia, sed vna indiuisibilis formalitas; igitur nulla poterit esse inæqualitas. Neque, vt vna perfectio in Deo existens dici possit diuersa & inæqualis alteri, sufficit virtualis distinctio; quia sicut hæc nullam ponit in Deo actualem distinctionem, sed tantùm fundamentum causandi diuersos conceptus in intellectu creato; ita nullam ponit in Deo actualem inæqualitatem, sed fundamentum causandi inæquales conceptus in intellectu creato, de quo *mox*. Confirm. in tantum vna ratio attributalis potest esse inæqualis alteri, in quantum vna aliquo modo non est alia, cùm nihil possit esse inæquale sibi ipsi: nulla autem ratio attributalis, vt in Deo existens, est aliquo modo diuersa ab alia: ergo.

149. *Secus, per analogiam:*

Dico 2. Eadem attributa considerata formaliter per analogiam ad perfectiones creatas, sunt inæqualia inter se: quia vt sic obijciuntur nobis cum modo, quo tales perfectiones sunt in creaturis: sed sunt inæquales: ergo.

150. *Non secundùm implicitas:*

Dico 3. Attributa diuina adæquatè à nobis concepta, secundùm rationes explicitas & implicitas, quas, vt diuina, essentialiter important, non inæqualia. Fundam. vt sic, sese mutuò includunt: igitur non possunt esse inæqualia: quia inæquale dicit aliquid, quod non dicit illud, cui est inæquale: si enim quidquid dicit vnum, dicit & alterum, non poterit inter illa concipi inæqualitas, sed potiùs summa æqualitas. At quæ se mutuò includunt, neutrum dicit, quod non dicit alterutrum, sed tota perfectio vtriusque includitur in alterutro.

151. Dico 4. Attributa diuina considerata secundùm rationes explicitas inadæquatè, seu præcisas, quas tantùm explicitè important, non considera-

152. *Præcisæ rationes explicitæ inæqualia.*

tis, quas vnumquodque in explicitâ implicitè importat, non repugnat, ea esse inæqualia. Absolu- dicenda sunt æqualia. Prob. pars 1. hâc consideratione, explicita perfectio vnius non est explicita alterius: at explicita perfectio vnius attributi potest esse nobilior, quàm explicita alterius: ergo hac consideratione non repugnat, attributa diuina esse inæqualia. Maior patet: considerata sapientia sub præcisa ratione sapientiæ, quam tantùm explicitè importat attributum sapientiæ, non est ipsa explicita ratio bonitatis, quam explicitè importat attributum bonitatis: alioqui nulla foret rationis distinctio inter explicitam rationem vnius, & explicitam alterius: vnde posset explicita ratio vnius prædicari de explicitâ alterius, dicendo: explicita ratio sapientiæ est explicita bonitatis, quod falsum est, & contra Theologos. Minor. ostend. illa perfectio inexplicito conceptu est nobilior, quæ consequitur nobiliorem gradum entis. Vnde illa attributa, quæ in Deo vel consequuntur, vel constituunt gradum intellectiuum, sunt explicitâ ratione nobiliora, quàm quæ consequuntur, vel constituunt gradum solius entis: eorum quæ consequuntur gradum entis, perfectiora sunt productiua non productiuis. Quæ verò consequuntur gradum intellectiuum, ea concipiuntur nobiliora, quæ immediatiùs & proximiùs consequuntur ipsum.

Ex his constat, attributa intellectus, voluntatis, sapientiæ, virtutis, secundùm explicitas rationes concipi perfectiora, quàm attributa Immensitatis, & omnipotentiæ: quia priora consequuntur gradum intellectiuum; posteriora gradum entis: & inter priora, attributum intellectûs & sapientiæ concipi perfectius, quàm voluntatis & virtutis, quia immediatiùs consequitur gradum intellectiuum, scilicet virtus mediante voluntate, voluntas medio intellectu; sapientia autem medio intellectu, intellectus seipso, non alio medio attributo, vel ratione virtualiter distinctâ. Inter posteriora autem omnipotentia ex conceptu explicito concipitur perfectior, quàm Immensitas: quia illa est productiua, non hæc. Confirm. is ordo dignitatis concipiendus est inter explicitas rationes attributorum, qui foret, si illa à parte rei distinguerentur: quia distinctio rationis concipitur per analogiam ad realem; & quidquid in aliquo genere est secundùm quid, concipi debet per ordinem ad id, quod in eodem genere est tale simpliciter: sed si attributa à parte rei distinguerentur, talis foret ordo: concipiuntur enim vt perfectiones, vel consequentes, vel constituentes naturam diuinam: igitur ea concipienda sunt perfectiora, quæ perfectiorem gradum naturæ consequuntur, vel constituunt. 153.

154. *Absolutè dicenda æqualia.*

Prob. pars 2. ea dicenda sunt talia simpliciter, quæ ex se sunt talia: at diuina attributa non sunt ex se inæqualia, neque vt sunt subiectiuè in Deo, neque vt sunt obiectiuè adæquatè in nostris conceptibus, sed tantùm vt substant inadæquatis: ergo non sunt dicenda simpliciter inæqualia, sed æqualia, imò eadem: quia hoc habent de se & intrinsecè; illud ex extrinseca & inadæquata conceptione nostri intellectûs. Confirm. quod alicui competit essentialiter & ex naturâ suâ, competit simpliciter; quod autem competit ex inadæquatâ consideratione intellectûs, competit extrinsecè & secundùm quid: sed diuinis attributis essentialiter, & ex intrinseca natura ipsorum, competit æqualitas & identitas, ex inadæquata verò consideratione intellectûs, inæqualitas; ergo illa competit simpliciter, hæc secundùm quid. vnde ex illâ, non ex hâc debent simpliciter denominari æqualia & eadem. 155.

156. *Obijcies.* Perfectiones attributales explicitæ eædem sunt in Deo, quæ in nostris conceptibus; alioqui conceptus nostri essent falsi, quia non conformes rebus: ergo si, vt substant nostris conceptibus, sunt inæquales, etiam vt sunt in Deo, erunt inæquales; sunt enim inæquales, quà habent rationes explicitas inæquales: ergo si eædem rationes explicitæ sunt in Deo formaliter, etiam in Deo attributa erunt inæqualia. Nec obstat, quòd in Deo rationes explicitæ attributorum identificentur cum essentiâ; nam etiam relationes identificantur cum essentiâ, & tamen non tollitur, quin mutuò opponantur. igitur possunt rationes explicitæ attributorum identificari cum essentiâ, & nihilominus inæquales esse inter se. Resp. dist. anteced. sunt eædem adæquatè, nego; inadæquatè, concedo. Sapientia enim diuina sub nostro explicito conceptu relucet tantùm vt perfectio sapientiæ, quæ est ratio inadæquata Diuinæ; in Deo autem est secundùm omnes rationes, quas essentialiter includit: & quia hæc inæqualitas conuenit diuinis attributis, in quantum aliquo modo

157. *Adæquatè & inadæq. spectanda.*

Digitized by Google

modo inuicem distinguuntur: nequit enim idem esse inæquale sibi ipsi: cùm in Deo nullam habeant actualem distinctionem, sed omnia sint vnum, nullam habent inæqualitatem, nisi virtualem in ordine ad nostros conceptus, inadæquatè concipientes & distinguentes vnum ab alio. Ad prob. anteced. vt conceptus nostri non sint falsi, sat est, vt non exprimant diuersum ab eo, quod in Deo est, etiamsi non exprimant totum id, quod in Deo est. Ad prob. dico, eatenus attributa diuina, vt substant nostris conceptibus, esse inæqualia, quatenus exprimuntur secundùm rationes explicitas, aliquo modo distinctas ab implicitis, quo pacto non existunt in Deo; nec est eadem ratio de diuinis relationibus: quia licet illæ identificentur cum essentiâ, non tamen inter se: atque adeò possunt inter se inuicem opponi, propter realem distinctionem, quam inter se cùm perfectâ identitate essentiæ mutuò seruant. At verò attributa nullam habent in Deo actualem distinctionem, neque cum essentiâ, neque inter se; ac proinde nullam fundare possunt inæqualitatem, sed summam identitatem. Sicut neque relationes cum essentiâ, cum quâ perfectè identificantur, fundare possunt oppositionem, aut inæqualitatem.

Diuersum à Deo nil exprimunt.

158. Ad argum. 1. & 2. primæ dico, Scholasticos & Patres tantùm loqui de diuinis attributis, vel vt sunt in Deo, vel vt concipiuntur à nobis adæquatè, secundùm vtrasque rationes explicitas & implicitas. Tertium solùm probat, non posse diuina attributa à nobis concipi inæqualia, vt adæquatè concepta, non vt inadæquatè considerata, ex solâ perfectione explicitâ, quâ etiamsi essentialiter implicitè includant omnia, adhuc tamen possunt inuicem comparari secundùm solas rationes explicitas. Quo sensu neque ab aduersarijs negari potest, diuina attributa concipi posse vt inæqualia: qui non negant, si hoc modo concipiantur, concipi vt inæqualia, sed tantùm negant, hoc modo concipi posse, quin semper concipiantur cum implicitâ inclusione omnium. Sed esto hoc verum sit, adhuc comparatio fieri potest inter solas rationes explicitas, & non implicitas. Ad Confirm. nego ex hac doctrina vllam sequi inæqualitatẽ diuinarum personarum in re ipsa: cùm in diuinis non sit maior perfectio, habere naturam à se, quàm habere communicatam ab alio; quia cum eâdem prorsus necessitate & perfectione est in omnibus. Neque quòd vna sit productiua, est perfectior aliâ, quæ productiua non est: quia hoc non oritur ex defectu virtutis, sed termini producibilis; *vt infrà.*

Ad Patres & Scholasticos.

159.

SECTIO IX.

Quot, quæ, & quo ordine sint Deo attributa concedenda?

160. EX dictis constat, non quamlibet Dei perfectionem esse attributum, sed eam dumtaxat, quæ per modum formæ adiacentis de Deo absolutè ac necessariò prædicatur; quæque naturali lumine à nobis cognoscibilis est. Vnde ab attributi notione excluduntur primò ea, quæ in Deo concipiuntur per modum gradus substantialis naturam constituentis, cuiusmodi sunt ens, substantia, spiritus, vita, intellectualitas, actus purus, essentia, existentia, subsistentia, quæ à nobis concipiuntur vt rationes quædam constituentes naturam. 2. Excluduntur perfectiones relatiuæ; quia eæ nec naturali lumine cognosci possunt, nec prædicantur per modum formæ adiacentis, sed constituentis personas. 3. Actus liberi, & prædicata, quæ Deo conueniunt in tempore ex aliquâ liberâ actione ad extra. Prioris generis sunt libera decreta Dei, quæ, licet æterna sint, tamen potuerunt in Deo non esse: Posterioris sunt creatio, conseruatio, gubernatio, incarnatio, à quibus in tempore Deus, denominatur Creator, Conseruator, Gubernator, Incarnatus. Hæc enim omnia à propriâ notione attributi excluduntur, quia non necessariò, sed liberè Deo conueniunt.

Attributa quæ?

Quid nominis?

DICO 1. Attributa Dei sunt finita extensiuè, infinita intensiuè. Est omnium Theologorum contra aliquos Nominales. Fundam. prioris: attributa sunt perfectiones diuinæ, specie quasi diuersæ; quia non quælibet perfectio in Deo conceptibilis constituit rationem attributi, sed quæ peculiari modo naturam diuinam explicat & declarat, at eæ perfectiones sunt finitæ: duplex enim perfectio attributalis potest à nobis in Deo concipi; vna positiua, quâ aliquid de Deo affirmetur; altera negatiuâ, quâ aliqua imperfectio ab eodem remoueatur; vtraque finita: tum prior, quia vel illa est communis cum perfectionibus creatis, & sicut hæ finitæ sunt, ita & quæ cum his Deo communes sunt: vel est propria Dei, & quoniam hæc non colligitur, nisi ex creatis, ex quibus non colligimus, nisi finitas extensiuas, specie quasi diuersas, ideò etiam hæ in Deo finitæ sunt. Tum posterior; quia non quælibet remotio imperfectionis constituit attributum negatiuum, sed quæ specialem aliquam Dei perfectionem designat: istæ autem finitæ sunt; ergo. Fundam. posterioris: quælibet perfectio, quæ in Deo est, est iuxta conditionem & exigentiam naturæ diuinæ, quæ cùm sit illimitata in tota latitudine entis, quamlibet perfectionem exigit illimitatam & infinitam intensiuè. Hinc constat, cur non omnia prædicata, quæ in Deo excogitari possunt, habeant rationem attributi: alioqui sub vno attributo scientiæ, vel potentiæ, plura possunt prædicata realia, per ordinem ad varia obiecta & terminos, à nobis distingui; cùm tamen non singula prædicata habeant rationem perfecti ac completi attributi, sed sint quasi partiales formalitates eiusdem attributi. Ratio: ea tantùm habent rationem attributi, quæ conueniunt sub vnâ ratione, & modo quasi generico tendendi ad obiectum vel terminum; vnde licet plures in Deo scientiæ distinguam, per ordinem ad varia obiecta: quia tamen omnes conueniunt sub vnâ genericâ ratione, & modo tendendi ad obiectum, per expressionem illius intra ipsam potentiam cognoscentis, vnum, non plura scientiæ attributa in Deo ponimus.

161. *Finita extensiuè:*

162. *Infinita intensiuè;*

163.

Conueniũt sub modo quasi generico.

DICO 2. Attributa alia sunt positiua, alia negatiua: vtraque aliquam denotant perfectionem in Deo. Diuisio est omnium Scholasticorum, & colligitur ex Patribus, qui sæpe docent, melius à nobis Deum cognosci per negationem, quàm per affirmationem; eo quòd euidentiùs cognoscere possimus quid Deus non sit, quàm quid Deus sit. Fundamentum diuisionis: Deus concipi potest, vel secundùm perfectiones, quas in se includit, vel secundùm imperfectiones, quas à se excludit. 1. modo conceptus fundat attributa positiua; 2. modo negatiua; ergo. Quòd autem vtraque attributa aliquam in Deo perfectionem connotent, prob. non solùm perfectio Dei est, omnem omninò perfectionem in se claudere, sed omnem omninò imperfectionem à se excludere; igitur non solùm attributa positiua, sed etiam negatiua in Deo perfectionem connotant.

164. *Positiua,*

Negatiua:

DICO

Digitized by Google

165. *Ordo attrib. non actualis,*

Dico 3. Inter attributa diuina nullus est ordo actualis: est ordo virtualis. Prior pars constat, quia vbi nulla est distinctio realis, nullus potest esse ordo actualis; inter attributa diuina nulla est distinctio realis; ergo nullus ordo actualis. Maior patet: ordo realis actualis, concipi non potest, nisi inter distincta realia; cùm eiusdem ad seipsum nequeat esse ordo & respectus realis. Posterior pars prob. idem fundamentum quod probat, in Deo dari distinctionem virtualem, probat etiam dari inter distincta virtualiter, ordinem virtualem: scilicet ipsa eminentia diuinæ naturæ æquipollentis multis perfectionibus actu distinctis; eadem enim æquipollet ordini actuali, intercedenti inter actu distincta: nam quâ ratione diuina natura ob eminentiam suæ perfectionis æquipollet potentiæ actiuæ, intellectiuæ, volitiuæ, &c. actu distinctis in creaturis: eâdem ratione æquipollet ordini actuali, inter huiusmodi perfectiones intercedenti; cùm non sit maior ratio, cur potiùs æquipolleat vni, quàm alteri rationi. Confirm. Deus ob eminentiam suæ naturæ æquipollet cuicumque perfectioni creatæ: sed actualis ordo inter perfectiones creatas est aliqua perfectio: ergo illi æquipollet Deus. Vnde is ordo virtualis concipiendus est inter perfectiones increatas, qui realiter intercedit inter perfectiones creatas, & qui foret, si eadem attributa actu in Deo distinguerentur: quia omnis ordo virtualis fundari debet in actuali; sicut omnis distinctio virtualis in actuali; omne enim quod est secundùm quid in aliquo genere, fundari debet in eo, quod est simpliciter in eodem.

166. *Sed virtualis.*

Fundam. eminentia diuinæ naturæ æquipollentis multis:

Ratio.

167. Deducitur 1. vt priora concipienda esse attributa, quæ immediatè essentiam consequuntur ex ratione communi & indeterminatâ, quàm quæ essentiam consequuntur ex ratione particulari & determinatâ; vt priora sunt vnitas, veritas, bonitas, immensitas, omnipotentia, quàm intellectus, sapientia, idea, ars, voluntas, misericordia, iustitia, & reliquæ virtutes morales: quoniam illa essentiam consequuntur ex ratione entis, quæ est communis, & indeterminata: hæc verò ex ratione substantiæ intellectualis, quæ est specifica & determinata. Et inter prima quinque, priora sunt vnitas, veritas, bonitas, quæ consequuntur rationem entis, analogicè communis Deo & creaturis, quàm postrema duo immensitas, & omnipotentia, quæ consequuntur rationem entis infiniti & increati. Inter postrema verò, quæ pertinent ad intellectum, sunt vt priora concipienda, quàm quæ pertinent ad voluntatem. Proportionali modo de reliquis attributis, tam affirmatiuis, quàm negatiuis.

168. *Sufficit ad demonstrationes.*

2. Hanc virtualem distinctionem inter diuina attributa, esse sufficientem ad omnes demonstrationes propter *Quid*, quæ de Deo fiunt: nam ad demonstrationem propter *Quid*, non est necesse, vt medium, quod in præmissis assumitur, sit actualis causa conclusionis, quæ syllogisticâ formâ ex præmissis deducitur; sed sufficit, si sit tantùm causa seu ratio virtualis: quia cùm demonstratio fiat ad manifestandam aliquam veritatem intellectui, quam anteà non cognoscebat, & sola causa seu ratio virtualis satis sit ad nouam veritatem intellectui manifestandam, eadem ipsa satis erit ad demonstrationem.

DISPVTATIO IV.

De Vnitate Dei.

POST disputationem de attributis in cõmuni, disputandum de attributis in particulari; & primò de vnitate, quæ est prima entis proprietas, nullam præsupponens, & ab omnibus præsupposita. Est enim indiuisio entis in se, ad quam consequitur diuisio à quocumque alio: quam supponunt Veritas & Bonitas: quorum illa est conformitas rei ad intellectum, siue ad principia, quibus vnaquæque res intrinsecè petit constare, vt *cum Aureolo in Metaph.* hæc autem vel dicit integritatem rei, si sit absoluta; vel conformitatem ad appetitum, si sit respectiua: vtraque præsupponit indiuisionem entis in se.

QVÆRITVR, an euidens sit, Deum esse vnũ. Ratio dub. 1. multi Ethnici existimarũt, plures esse Deos: ergo euidẽs non est, Deum esse vnum. 2. sicut natura diuina subsistere potest in tribus personis distinctis, ita existere posset in tribus indiuiduis distinctis. 1. *Duplex ratio dub. 1.* 2.

Communis sent. Patrum & Scholast. est, vnitatem Dei nõ minùs, quàm eius existẽtiam, euidenter demõstrari. 1. Euidẽs est, Deum esse ens per essentiam: at euidẽs est, ens per essentiã non posse multiplicari; clàudit. n. in se totũ esse possibile: ergo nullũ esse relinquit extra se: relinqueret autẽ aliquod esse extra se, si prçter ipsum, alius Deus esset: nã si essent plures Dij naturâ distincti, aliquod esse foret in vno, quod non foret in alio: cùm nequeat vna res ab alia distingui, nisi per aliquod esse, quod dicit vna, & non dicit alia; quia nequit idẽ distingui à se ipso. Nẽpe ens per essentiã, est ens illimitatũ ad omne esse, quod nõ inuoluit contradictionẽ; quia cũ sit se ipso formaliter, & nõ ab alio efficiẽter, nõ poterit à se ipso excludere perfectius esse, quod posset in se ipso cõtinere: nam esse, quod non limitatur ab alio efficiẽter vel exemplariter, nõ poterit à seipso limitari formaliter; tùm quia non esset maior ratio, cur se limitaret ad tantum, & non ad maius, aut minus esse: tum quia esse, vt esse, non potest esse causa limitatiua sui. Non esset autẽ illimitatum &c. si, præter ipsum, esset aliud ens per essentiam: quia non esset illimitatũ ad illud esse, quod contineretur in alio ente per essentiam, quod posset in se ipso sine contradictione continere. 2. *Potissima demonstratio.* *Omne esse continet.* *Nullum excludit.*

DICES: esto illud esse, quod contineretur in vno ente per essentiã, non implicaret simpliciter, implicaret tamẽ existere in alio ente per essentiã: ergo ex eo, quòd tale ens nõ implicaret simpliciter, nõ bene colligitur, quòd non implicaret existere in alio ente per essentiã: sicut nõ implicat triplex esse personale in eadẽ natura diuina; cùm tamẽ implicet, esse personale vnius formaliter cõtineri in esse personali alterius. Sed cõtrà: hoc ipso, quod supponeretur, tale esse nõ implicare simpliciter; euidẽter deducitur, illud deberę cõtineri in vno tãtùm ente per essentiam, & nõ diuidi in pluribus; tũ quia nõ esset maior ratio, cur ens per essentiã diuideretur in duo, & nõ in plura, atque adeò in infinita, cùm ex se nõ magis peteret multiplicari in tot, quã in plura. Tùm quia sicut Ens per essẽtiã, est illimitatũ quoad entitatẽ, ita & quoad vnitatẽ; nã hęc proportionaliter sequitur ad entitatẽ. Vnde *Auerr. 12. Met. tex. 37.* dixit, Dcũ esse *infinitæ nobilitatis & Vnitatis.* Infinita autẽ & illimitata vnitas excludit cõsortium pluriũ, in eâdẽ naturâ genericâ, vel specificâ existentiũ. Nec est eadem ratio de triplici esse Diuinarũ personarum; quia cùm illud sit relatiuum, implicat esse vnius, formaliter cõtineri in esse alterius: esse autem vnius Dei esset absolutum, 3. *Illimitatũ quoad vnitatem.*

Digitized by Google

lutum, atque adeò non oppositum cum esse vt sic: ergo non implicaret totum esse formaliter contineri in vno ente per essentiam, quod essentialiter importat illimitationem ad omne esse simpliciter.

4. *Ordo vniuersi vnum gubernatorem clamat.*

SECVNDA: si plures essent Dij, sese impedirent in ordine & gubernatione huius vniuersi, quia quod vellet vnus, respueret alter; vnde vel omnes essent æqualis virtutis, vel vnus excederet reliquos. Si primum; omnes in agendo se impedirent, ac proinde nullus sequeretur effectus. Secundum est contra naturam entis à se, quod sicut nullum agnoscit superiorem in essendo, ita nec in dignitate. Verùm, quia posset quis fingere plures esse mundos, quorum cuique suus præsideret Deus. Contra hoc figmẽtum est; hoc ipso, quòd vnusquisque caret dominio aliorum mundorum, non esset perfectissimus, quale debet esse ens à se. Hanc veritatem fassus *Aristot. 12. Metaph.* concludit: *At entia nolunt malè gubernari. Non est bonum pluralitas principatuum. Vnus ergò princeps.*

5. *Obijcies.* Vnitas limitat ens; quia distinguit vnum ab alio, ne vnum sit aliud: ergo nõ potest competere Deo enti illimitato. Resp. dist. anteced. limitat quoad perfectionem simpliciter, nego: limitat quoad perfectiones includentes imperfectionem, concedo. Deus enim non distinguitur à creaturis secundùm perfectionem simpliciter, quia continet illas eminenter; distinguitur autem secundùm perfectiones includentes imperfectionem, quas excludit formaliter. Distinguitur igitur à creaturis Deus formaliter, non eminenter; nam eminenter est omnia.

6. Ad 1. rationem dubit. resp. illum fuisse errorem vulgi, non perpendentis vim demonstrationis; non Sapientum, qui vno ore omnes testati sunt Vnitatem Dei; quin per antonomasiam Deum appellabãt Vnitatem. Ad 2. plura supposita in eadem natura non multiplicant esse à se: vnum quippe est esse à se in tribus suppositis indiuisum existens: at plura indiuidua multiplicarent esse à se, quia sicut multiplicarent naturas, ita & esse à se. Repugnat enim multiplicari naturas, non multiplicato eo, quod est proprium naturæ. Tota autem ratio, cur repugnet pluralitas Deorum est, quia repugnant plura entia à se.

7. *Persona plures vnũ esse à se,*

8. *Non plura.* Collige, Diuinas personas non esse plura, sed vnum indiuiduum, quia indiuiduationem non accipiũt à personalitatibus, sed à naturâ, quæ est vna indiuidua in tribus suppositis. Nec obstat, quòd Diuinæ personæ distinguantur ab inuicem; quia non distinguuntur ratione absolutâ, sed respectiuâ.

DICES, saltem multiplicantur tria esse à se relatiua. Resp. hoc nullum esse absurdum: quia hæc non faciunt tria esse simpliciter, sed vnum: omnia enim constituunt vnum esse perfectè subsistens.

9. *Vnitas formaliter nulla perfectio:* Deducitur, vnitatem de formali nullam dicere perfectionem in Deo; de materiali importare maximam. Primum constat; quia vnitas de formali importat indiuisionem entis in se, & diuisionem à quocumque alio, quæ sunt negationes: negatio autem, cùm non affirmet aliquid de subiecto, sed potiùs neget, nullam de formali dicit perfectionem. Nec refert, quòd indiuisio dicat negationem diuisionis entis in se, quæ formaliter est negatio; quia non negat diuisionem ipsam entis formalem, sed fundamentalem: quo modo non est negatio negationis, sed affirmationis. Secundum patet; nam de materiali vnitas in Deo importat talem perfectionem, ratione cuius implicat in plures diuidi, quæ est maxima perfectio. *Materialiter maxima.*

DISPVTATIO V.

De Simplicitate Dei.

VNITATEM sequitur simplicitas, quæ teste *Henrico in sum. art. 28. q. 1.* species quædam est perfectæ vnitatis: vnde *Auerroës 12. Metaph. text. 37.* illam Deo tribuit post vnitatem. Duplex enim vnitas est: altera, quæ opponitur multitudini, & comitem excludit eiusdem naturæ: altera, quæ opponitur multiplicitati partiũ componẽtium, & compositionem plurium respuit. Vnde omne simplex est vnum: non tamen omne vnum est simplex; quia vnum admittere potest compositionem plurium, quam excludit simplex. *Vnitas duplex.*

SECTIO PRIMA.

An in Deo sit, vel esse possit aliqua compositio?

DVplex est compositio, realis, & rationis. Prior adhuc est duplex, alia ex potentiâ obiectiuâ & esse; alia ex potentiâ subiectiuâ & actu; quæ quadruplex est, ex materiâ & formâ, ex partibus integrantibus; ex naturâ & subsistentiâ; ex subiecto & accidente. Posterior etiam duplex: alia, quæ consurgit ex solis perfectionibus, quæ sunt intra Deum; alia quæ componitur ex ratione propria Dei, & alia communi Deo & creaturis. 1. *Compositio ex potentiâ obiectiuâ & esse.*

DICO 1. Implicat in Deo compositio ex potentia obiectiuâ & esse, non solùm re, sed etiam ratione. Prior pars clara est; quia talis cõpositio supponit, rem potuisse non esse: nam ea dicuntur in potentia obiectiua, quæ ex se ipsa non sunt, possunt tamen esse vi alterius potẽtiæ, in cuius virtute continentur, & cuius vim, antequam sint, obiectiuè terminant. Implicat autem Deum contineri potuisse in virtute alicuius potẽtiæ, cuius vim productiuam obiectiuè terminasset, antequam esset: ergo. Posterior pars patet; quia implicat concipere rem sub opposito suæ essentiæ: at essentia Dei est ipsum esse seu existere: ergo implicat, etiam ratione, concipere Deum cum potentiâ obiectiuâ ad esse. 2. *Nulla in Deo. Re, nec ratione.*

DICO 2. Implicat in Deo quæcumque realis cõpositio ex partibus actu distinctis. Fundam. omnis talis compositio supponit limitationem partium componentium; quòd vna pars componens excludat à se perfectionem alterius; supponit illâm limitatam ad esse tantùm partis: nam propterea exigit vnionem compartis, quia caret perfectione illius, quam si haberet, exigere non posset. Implicat autem, vllam perfectionem Diuinam limitari ad vnum tantùm genus & re ipsâ excludere omnes alias; quia omnis perfectio Diuina essentialiter est à se: ergo illimitata ad omnes perfectiones possibiles. Confirm. Deus est actus purus, cui repugnat omnis realis compositio; quia supponit potentiam passiuam, quæ opponitur actui puro: qui propterea purus dicitur, quia nullam admittit potentialitem actui repugnantem. 3. *Nec ex partibus actu distinctis.*

DICES: vna perfectio Diuina relatiua non includit alias perfectiones relatiuas: ergo non quælibet perfectio Diuina est illimitata ad omnes possibiles. Resp. dist. anteced. non includit alias relatiuas oppositas, concedo: non includit alias relatiuas non oppositas, & si mul absolutas omnes, nego. Nec est de perfectione relationis Diuinæ, includere 4.

Digitized by Google

dere formaliter oppositam relationem; quia per hanc formalem inclusionem tolleretur Trinitas personarum: atque adeò fœcunditas Diuinæ naturæ, quæ est perfectio maior. Omnis autem perfectio, quæ excludit perfectionem maiorem, implicat in Deo; quia Deus, ex dictis, est quo maius, excellentiusque excogitari non potest. Est igitur de essentiâ cuiuslibet perfectionis Diuinæ, vt re ipsâ non excludat perfectiones non oppositas: relatio autem, cùm opponatur correlationi, non de essentiâ earum, vt sese mutuò includant. Est autem de essentia tam perfectionis absolutæ includere omnes & absolutas, & relatiuas, quàm perfectionis relatiuæ non excludere, nisi correlatiuè oppositas. Si autem esset in Deo physica compositio ex partibus actu distinctis, perfectio absoluta vnius partis re ipsa excluderet perfectionem absolutam alterius compartis: quia pars non distinguitur à comparte solâ perfectione relatiuâ, sed etiam absolutâ; nam ideò exigit vniri comparti, vt perfectionem, quam non habet ex se, accipiat à comparte. Pars autem non exigit accipere à comparte relationem, quia relatio, vt relatio, non ordinatur ad componendum vnũ tertium: cùm enim relatio opponatur correlationi, non potest ordinari ad cõponendum vnum cum illâ, quia quæ ordinantur ad componendum, debent sese mutuò perficere in vno tertio, relationes autem oppositæ nequeunt sese mutuò perficere in vno tertio: quia nulla res potest perfici per inclinationem ad oppositum suæ naturæ: sed relatio essentialiter inclinat ad distinctionem, & oppositionem, non ad vnitatem & compositionem cum suâ correlatione: ergo.

Fœcunditas perfectio maior;

5. Deducitur, tres relationes personales in Deo nullam facere compositionem, nec inter se, quia cùm sint oppositæ, non petunt inter se vniri, sed potiùs realiter distingui; neque cum natura, à qua nullo pacto distinguuntur ex naturâ rei. Et hæc de compositione reali; ratione naturali, & Fide Diuinâ certa sunt, & definita in *Concil. Lateran.* vt refertur *cap. Firmiter, de summ. Trinit.* Non nihil controuersiæ habet compositio rationis, an ea locum habeat in Deo: hæc duplex; altera, quæ coalescit ex rationibus Diuinis; altera ex ratione communi Deo & creaturis; nunc de priore.

Nulla compositio oppositarum.

6.

7. PRIMA sententia concedit in Deo compositionem rationis, consurgentem exdiuersis rationibus obiectiuis: *S. Thom. in 1. dist. 24. quæst. 1. art. 2. ad 4. & dist. 25. art. 1. ad 2. Bonau. dist. 34. art. 1. quæst. 1. Argen. dist. 8. quæst. 1. art. 1. ad 5. & art. 3. Ferrarien. 1. cont. Gent. c. 58. Gilli. lib. 2. tra. 4. c. 14. Vasquez 1. p. disp. 121. c. 3. Suarez de Deo lib. 1. cap. 4.* Prob. 1. ad compositionem rationis nil aliud requiritur, quàm mentalis multiplicitas rationum cum obiectiua vnione earumdem inter se: concipienda enim est ad instar compositionis realis; ad quam sufficit realis multiplicitas extremorum, cum subiectiuâ vnione inter se: at mentalis multiplicitas rationum, cum obiectiua vnione inter se, attribui potest Deo ex modo concipiendi nostro cum fundamento in re: nam in Deo, ob infinitam eminentiam perfectionis est fundamentum multiplicis conceptibilitatis rationum; & ob summam vnitatem, est fundamentum obiectiuæ vnionis earundem inter se: ergo est fundamentum mentalis compositionis. Confirm. magis recedit à Diuina simplicitate multiplex conceptibilitas perfectionum, quàm mentalis vnio earundem inter se; quia magis hæc accedit ad Diuinam vnitatem, quàm illa ad Diuinam simplicitatem. ergo si datur multiplex conceptibilitas perfectionum, dari etiam poterit mentalis coniunctio earundem

1. Sentent.

Prob. 1.

8. *Confirm.*

in vnam rationem ex illis obiectiuè compositam. 2. sicut in Deo, ob illimitationem perfectionis, est virtualis distinctio, quæ æquipollet diuersis perfectionibus creatis: ita ob summam identitatem est virtualis vnio, quæ æquipollet diuersis compositis creatis. 3. Implicat esse vnum & plura absque compositione: sed in Deo est vna perfectio, respondens adæquatè multis à nobis inadæquatè conceptis: cùm ergo omnes istæ sint de intrinseca & adæquata ratione illius, debent omnes concipi vt coalescentes in illam vnam; atque adeò vt obiectiuè, & ratione illam componentes.

9. *Secundò.*

10. *Tertiò.*

SECVNDA negat in Deo omnem compositionem rationis: *Aureo. in p. dist. 1. quæst. 1. art. 2. & dist. 8. p. 4. dist. art. 1. Capreol. dis. 2. quæst. 3. ad 2. & 4. argum. Fasoli 1. p. quæst. 3. art. 7. dub. 4.* quia talis compositio importat aliquam imperfectionem in Deo: ergo non est concedenda. Notandum controuersiam non esse, an in Deo concipi possit compositio rationis: sic enim nemo dubitat, posse nos, & de facto eam interdum in Deo concipere; sed, an concipi possit absque vllâ imperfectione repugnante esse Diuino. Pro quo, nota, duplicem esse compositionem rationis, vnam per modum vnionis, connectentis extrema mutuò perfectè condiuisa, secundùm rationes obiectiuas, siue per modum plurium coalescentium in vnum tertium, conflatum ex ijsdem perfectionibus remanentibus in toto inuicem distinctis, & condiuisis secundùm rationem: sicut in quolibet composito reali extrema vnita, manent inuicem realiter distincta: alteram per modum identitatis, perfectè sibi identificantis extrema vnita: siue per modum plurium rationum coalescentium in vnam perfectam formalitatem, absque vllâ mutuâ distinctione extremorum in toto.

11.

Fundam. potissim.

12. *Nota.*

Compositio rationis per modum vnionis,

DICO 3. Repugnat Deo compositio primo modo, non 2. iuxta hanc concluſ. conciliantur Doctores *citati* pro vtraque sententia, & Patres, qui interdum compositionem rationis in Deo admittunt, interdum verò negant. *Lege Anſel. in Proſolog. cap.* 18. vbi compositionem per intellectum Deo negat: *Nam quæ possunt ab intellectu dissolui, aliena sunt à Deo, quo nihil melius excogitari potest.*

13. *Repugnat Deo.*

Fundam. prioris: est imperfectio, quam talis compositio essentialiter importat in extremis mentaliter componentibus, scilicet ipsa mutua diuisio partium in toto; siquidem alterutra manet obiectiuè perfectè distincta ab altera; vt exigit realis vnio, ad instar cuius concipienda est mentalis. vnde sequitur perfectiùs concipi totum constitutum ex vtrâque perfectione simul, quàm ex vna tantùm. Quæ omnia pugnant cum perfectionibus Diuinis, quæ sicut in se sunt illimitatæ simpliciter, ita contra ipsarum naturam concipiuntur limitatæ ad vnam tantùm perfectionem, excludendo perfectionem tam partis componentis, quàm totius constituti.

14. *Involuit imperfectionem partium,*

DICES, ad compositionem rationis non opus esse, vt extrema componentia se mutuò excludant positiuè, sed tantùm negatiuè, non includant. Sed contrà; 1. vt constat ex *disp. 3. sect. 7.* eo ipso, quo aliqua ratio non includit obiectiuè aliam, potest de illa affirmari obiectiua exclusio alterius, ac proinde non tantùm negatiuè, sed etiam affirmatiuè excludit obiectiuè illam. 2. nequeunt extrema concipi, vt partes componentes, nisi concipiantur se mutuò positiuè excludentia: hoc enim importat totum ex pluribus compositum, vt neutrum componentium includat alterum, cum quo debet componere: alioqui non conciperetur aptum constituere cum illo totum, quod essentialiter fit ex partibus

15. *Se mutuò excludentium positiuè.*

Digitized by Google

tibus mutuò distinctis. Confirm. compositum debet esse tale, de quo possit positiuè affirmari, quòd neutra pars componens sit totum compositum.

16. *Compositio per modum identitatis nullam in toto,* Posterior pars prob. compositio 2. modo accepta nullam inuoluit imperfectionem: Non in toto: quia in hac sententia, totum non concipitur coalescere per vnionem plurium obiectiuè distinctorum, sed per identitatem plurium conceptuum, in vnam simplicissimam formalitatem coalescentium; posterior enim conceptus additus priori, non componit propriè cum illo, quia non manet obiectiuè distinctus ab illo, sed inclusus obiectiuè in illo, & tantùm explicat, quod prior implicitè dicebat: Neque in rationibus componentib. quia neutra ratio componens excludit aliam, sed potiùs sese mutuò includunt. Est enim compositio hæc per modum expliciti & impliciti, seu inclusi & includentis, ad eum ferè modum, quo ratio substantiæ componit cum ente, quarum neutra ratio excludit aliam, sed illam implicitè inuoluit. Neque in toto, ratio entis & perseitatis manent inuicem condiuisæ, ne quidem per rationem: sed illæ statim coalescunt in vnam entitatem indiuisibilem, conceptibilem tantùm per conceptus inadæquatos, quorum vnus explicat, quod alter implicitè tantùm significat.

Nec in cõponentibus.

17. Dices: aliquam compositionem dicere debet compositum ex rationibus Diuinis obiectiuè componentibus, quam non dicit Deus in se ipso: at in hac sententia nullam dicit. Resp. neg. minor. dicit enim compositionem ex rationibus sese mutuò implicitè includentibus, quarum neutra in toto manet perfectè condiuisa ab altera, sed inclusa implicitè in altera: Deus autem in se ipso non dicit nisi vnam indiuisibilem entitatem, continentem omnem perfectionem possibilem.

18. *Obiicies* 1. Saltem personæ Diuinæ componi possunt ex duabus rationibus, quarum vna perfectè excludat aliam: abstrahibilis enim est à Diuinis personis ratio communis perfectè præcisa, ex qua & tali personalitate componibilis est obiectiuè quælibet persona Diuina: nam vna non includit alias, sed ab illis perfectè distinguitur: ergo ratio communis non potest implicitè inuoluere rationes particulares singularum. Resp. neg. assumpt. etenim nulla ratio Diuina perfectè & vniuocè præscindit ab inferioribus, sed tantùm imperfectè & analogicè: quæ præcisio non sat est ad compositionem metaphysicam, vt patet in ente, quod quia non perfectè & vniuocè præscindit ab inferioribus, non componit metaphysicè cum illis. Ratio: quælibet ratio Diuina, vt sic, essentialiter dicit illimitationem, atque adeò implicitè includit rationes, à quibus abstrahitur, & vicissim includitur in illis.

Per imperfectas præcisiones.

19. *Obiicies* 2. Multæ de Deo formantur propositiones denominatiuæ, vt Deus est sapiens, Deus est iustus &c. Sed istæ necessariò supponunt obiectiuam compositionem prædicati cum subiecto: nam affirmare vnum de alio, est vnum mentaliter componere cum alio: ergo. Resp. dist. Minor. supponunt compositionem per modum expliciti & impliciti, seu includentis & inclusi, concedo: supponunt aliam maiorem, nego; quia vt prædicatio sit formalis, debet prædicatum implicitè includi in subiecto, & solùm ab eo distingui per explicitum & implicitum, seu inclusum & includens.

Ratio.

20. Ad 1. primæ, neg. minor. loquendo de vnione obiectiua secundùm perfectam condiuisionem vnitorum. ad prob. nego in Deo esse fundamentum talis vnionis, sicut est obiectiuæ multiplicitatis. Non enim in Deo est virtualis compositio, sicut est virtualis distinctio; quia multiplicitas rationum solùm se tenet ex parte nostri intellectûs, suppositâ tantum ex parte Dei eminentiâ Diuinæ perfectionis; vnio earundem inter sese tenet ex parte vnitorum, non vnientis tantùm; dum concipi debent per modum partium positiuè sese excludentium. Vnde *Capreolus: Dici,* inquit, *potest Deus multiplex, non tamen compositus secundùm rationem:* & causam assignat: *quia illæ rationes non componuntur adinuicem in Deo, nec in intellectu; cum non habeant vnionem in intellectu ad inuicem, nec in Deo sint subiectiuè.* Ad 2. nego anteced. nam multiplicitas conceptionum solùm se tenet ex parte nostri intellectus concipientis multiplici conceptu, quod in se est vnum: unio verò redundat in imperfectionem vnitorum. Nec refert, quòd vnio magis accedat ad vnitatem, quàm multiplicitas ad simplicitatem: nam si loquamur de multiplicitate & vnione subiectiua, vtraque repugnat Deo; si de obiectiua, potest vna attribui Deo sine imperfectione, sine quâ non potest attribui altera. Ad 3. virtualis distinctio nullam dicit imperfectionem, neque in Deo, neque in perfectionibus distinctè à nobis conceptis: virtualis vnio imperfectionem importat in perfectionibus mentaliter vniendis. Ad vlt. implicat esse vnum & plura absque compositione per rationes explicitas & implicitas, seu includentes & inclusas, concedo, per rationes sese obiectiuè excludentes, nego.

21. *Ad 2.*

22. *Ad 3. Neg. paritatis.*

23.

SECTIO II.

An Deus venire possit in compositionem cum creatura?

24. *Duplex compositio ac quæst.* Compositio, vna Physica, ex materia & forma, ex subiecto & accidente, ex supposito & natura, ex essentia & existentia; altera Metaphysica, ex genere & differentia. Deum venire non posse in compositionem physicam naturaliter cum creaturâ, euidentiæ ratio est, quia quod hoc modo venit in compositionem cum aliquo, intrinsecè ordinatur ad illud: at euidens est, Deum non posse intrinsecè ordinari ad creaturas, cùm sit omninò independens à creaturis: ordinatio enim dependentiam importat, & commensurationem ad illud, ad quod ordinatur. Est igitur quæstio 1. an saltem liberè & gratuitò Deus venire possit in aliquam physicam compositionem cum creaturâ.

Compositio physica,

25. *Repugnat Deo;* Dico 1. Implicat Deum venire in compositionem cum forma, vel cum materia. Fundam. vtraque compositio euidentem arguit imperfectionem in extremis componentibus. Etenim munus materiæ est, esse subiectum formæ, ab eâque informari & actuari: munus verò formæ, esse actum materiæ, & formale principium omnium operationum immanentium. Implicat autem, Deum, vel actuari & informari à forma, vel actuare & informare materiam, aut esse formale principium immanentium operationum, nam hæc omnia inuoluunt mutationem & perfectibilitatem, quæ in Deum, purissimum actum, cadere non possunt. Confirm. nulla substantia completa venire potest in compositionem cum materia, aut cum forma; hæc enim est ordinata ad faciendum vnum per se; quod non fit, nisi ex substantijs incompletis: at Deus est substantia completissima.

26. Dico 2. Implicat, Deum venire posse in compositionẽ cum accidente. Fundam. talis compositio non fit, nisi medio accidente actuante, & informante: implicat autem, Deum actuari & informari ab accidente: ergò.

Dico 3.

Digitized by Google

27. *Etiam cum essentiâ creatâ contra Thomistas;*

Dico 3. Implicat, Deum componere vnum existens cum essentia creata: est contra Thomistas asserentes, humanam naturam in suppositio non modò subsistere, sed etiam existere existentiâ increatâ Verbi. Fundam. nostræ concl. nulla essentia creata existere potest existentiâ à se distinctâ: cùm enim formalis effectus existentiæ, sit ponere rem extra suas causas; implicat autem poni rem extra suas causas, per existentiam à se distinctam; nam hoc ipso, quòd intelligitur res in actu intelligitur extra suas causas: intelligitur autem res in actu, hoc ipso, quòd ex potentia obiectiua transiuit in subiectiuam. ergo hoc ipso, quòd essentia creata de esse potentiali transit ad esse actuale, fit extra suas causas, ac proinde existēs: atqui non solùm ad esse actuale transit existentia, sed etiam essentia; alioqui non fieret, nisi sola existentia, quæ per aduent. est tantùm modus essentiæ. Hoc autem falsum est: aliàs essentia in actu, & in potentiâ non distinguerentur, nisi solâ existentiâ. Vnde essentia ipsa in potentiâ esset immediatum subiectum existentiæ, & materia, quæ per aduent. existit existentiâ formæ, in priori naturæ, in quo præsupponitur ad existentiam formæ, vt causa sustentatiua illius, sustentaret illam per essentiam nondum in actu, quia nondum intelligeretur actuata existentia formæ. Implicat autem, essentiam in potentia, vt in potentia, causare aliquid reale: cuiusmodi est realis sustentatio formæ.

28. *Et natura Diuina cū supposito creato.*

Dico 4. Implicat naturam increatam componere cum supposito creato; non tamen suppositum increatum cum natura creata. Posterior pars est de fide, vt constat in mysterio Incarnationis: quia in ea compositione nulla interuenit ex parte suppositi imperfectio, vt *suo loco*. Fundam. prioris triplex: 1. suppositum creatum est modus: modus nequit, nisi propriam naturam terminare: nequit igitur terminare Diuinam; 2. nequit natura suppositata proprio supposito vlteriùs suppositari alieno, vt *de Incarnat. prob.* ergo nequit natura increata suppositata proprio supposito, suppositari alieno; quia nulla natura quamdiu suppositatur supposito proprio, suppositari potest alieno: implicat autem, naturā increatam desinere suppositari supposito proprio, ergo implicat suppositari alieno. 3. sicut suppositare, est communicare aliquam perfectionem suppositato: ita suppositari, est recipere aliquam perfectionem à suppositante: igitur si natura Diuina suppositari posset à supposito creato, aliquam posset ab eo perfectionem recipere, quod implicat.

Cum modus sit &c.

29. *Et vnio in ratione vitæ:*

Deducitur 1. Non posse Deum vniri cum creatura in ratione vitæ; quia hæc importat formale principium operationum vitalium: implicat, Deum esse id; hoc enim est illas in se ipso producere, ijsque mediantibus obiecta percipere: quod manifestam arguit mutationem in principio vitæ; ergo, à fortiori constat neque Deum vniri posse cum creatura in ratione sapientiæ, aut iustitiæ, vel alterius virtutis moralis; cùm huiusmodi perfectiones sint actus vitales in Deo; actus autem vitales vnius suppositi nequeant communicari alteri supposito. 2.

30. *Non in ratione causæ efficientis.*

Non repugnare Deo compositionem in ratione causæ efficientis cum causis creatis: quia hæc, cùm sit extrinseca, nullam arguit mutationem intrinsecam in principijs componentibus, sed solam subordinationem causæ inferioris ad superiorem. Vnde Deus sine vlla sui imperfectione, vt causa prima componit vnum principium cum qualibet causa 2. in ordine ad effectum producendum. Hinc fit, vt neque Deo repugnet compositio in ratione intellectiui & intelligibilis: quo pacto Diuina essentia, vt species intelligibilis sui, & creaturarum, componere potest cum intellectu creato vnum intrinsecum principium intellectiuum; quia hæc compositio est in genere causæ efficientis: intelligibile enim efficienter complet intellectiuum in ordine ad intellectionem producendam. Nec refert, quòd intelligibile denominetur passiuè intelligi ab intellectione; quia hæc passiua intelligibilitas, nullam requirit potentiam passiuam physicam in obiecto intelligibili, sed tātùm extrinsecam terminabilitatem, quæ appellari solet potentia passiua grammaticalis; quia intellectio, à qua denominatur obiectum passiuè intellectum, non recipitur in obiecto intellecto, sed in potentia intellectiua, & solùm extrinsecè terminatur ad obiectum intelligibile.

Hæc de compositione physicâ, certa apud Cathol. Superest de Metaphysicâ controuersia. 31. *Metaphys. composit. ex genere & differentiâ affirmant:*

Prima sententia *Gregorij in 1. dist. 8. quæst. 3. art. 2. Rubio. quæst. 1. art. 1. & 3. Marsil. quæst. 12. art. 2. Maior. quæst. 2. Gabriel. quæst. 1. Bacco. quæst. vn. art. 2. & 3. & dist. 9. quæst. vn. Holch. quæst. 6. concl. 3.* qui ad minimum affirmant, Deum esse in prædicamento substantiæ, & relationis; alij etiam actionis: *Rubio* verò etiam passionis, quando, vbi; quin & Verbum in prædic. *habere*, ratione humanitatis assumptæ. Fundam. aliqua prædicamenta omni proprietate dicuntur de Deo, velut substantiæ, relationis, actionis: Deus est substantia, nec non relatiua, cùm verè Pater sit ad Filium, Filius ad Patrem, & vterque ad Spiritum S. Deus etiā verè agit producendo personas Diuinas: ergo verè, & propriè est in prædicamēto substantiæ, relationis, actionis; nam esse in prædic. nihil aliud dicit, quàm esse id, de quo verè, & propriè dicatur res ipsa prædicamenti; vt homo dicitur esse in prædicamento substantiæ, quia de ipso verè & propriè dicitur prædicamentum substantiæ. Antec. ed. prob. alioqui nullum esset discrimen inter ea, quæ de Deo propriè & metaphoricè dicuntur. Confirm. de quocumque prædicatur aliquid in quid, quod commune est alijs differentibus specie, id collocatur sub tali prædicabili, vt species sub genere: at multa prædicantur de Deo in quid, quæ communia sunt multis differentibus specie. nam substantia & spiritus prædicantur de Deo in quid, eaque communia sunt creaturis, specie inter se, & à Deo differentibus. 2. August. *lib. 5. de Trinit. cap. 8. & 10.* docet, aliqua prædicamenta propriè, alia translatè de Deo dici: Damasc. *in sua introduct. c. 8.* affirmat, Deum contineri sub summo genere substantiæ, non minùs, quàm angelum, animam, dæmonem, & *lib. 3. Fidei c. 4.* Deum appellat *Speciem*.

32. *Fundam.*

33. *Confirm. ex desin. generis:*

Patrib.

Secunda sententia negans, est *Magistri & reliqui Scholast. in 1. dist. 8. S. Thom. 1. p. q. 3. art. 5. & omnium interp.* Quæ procul dubio est rationi conformior: quam passim docent Patres, *Ansel. in Monol. c. 26. Bernard. epist ad Fratres de mon. Aug.* qui *lib. de cognit. veræ vitæ c. 3.* apertè affirmat, nullum prædicamentum de Deo propriè dici. Quin opposita sententia, referente *Rubio. cit. art. 4.* fuit vt error in Fide damnata: vnde nonnulli recent. eam in Fide periculosam esse cēsent. Ego cum *Molinâ 1. p. quæst. 3. art. 5.* sicut falsam puto, ita nulli censuræ subijciendam censeo. Nota præsentem controuers. non esse, an Deus sit sub genere aliquo analogo; hoc enim à nemine negari potest: quod inde patet, quia cum de Deo & creaturis aliqua prædicentur, & non tantùm æquiuocè, aut secundùm vocem, ad minimum prædicari debent aliquâ ratione analogâ, quæ proportionaliter cōueniat Deo & creaturis: sed tantùm controuersiam esse, an Deus sit sub genere aliquo vniuoco: nam hoc tantùm est aptum simul

34. *Negant verius procul dubio.*

Censura.

35. *Status qu.*

cum

cum differentia componere essentiam metaphys. ratio enim analoga cùm non præscindat ab inferioribus analogatis, sed ea omnia implicitè inuoluat; non est apta componere metaphys. essentiam, quæ saltem ex duobus conceptibus perfectè præcisis constare debet.

36. *Deus non continetur sub genere vniuoco,*

Dico 5. Implicat, Deum venire in compositionem Metaphys. cum creaturâ atque adeò contineri sub genere aliquo vniuoco cum illa. Fundam. talis compositio inuoluit imperfectionem Deo repugnantem: scilicet genus importat conceptum à differentijs perfectè præcisum, vtpotè quid potentiale & perfectibile per differentias; & vice versâ, differentia conceptum à genere perfectè abstractum, vt quid actuale & perfectiua: igitur conceptus vnius excluditur à conceptu alterius: alioqui non possent mutuò componere Metaphys. essentiam, quia hæc non componitur, nisi ex extremis, quorum vnum saltem conceptibiliter excludit alterum: At

Quia genus est perfectibile ac limitatum,

implicat huiusmodi conceptus in Deo, in quo nulla ratio potest admitti, quæ vel obiectiuè inuoluat perfectibilitatem & limitationem: quia obiectiuè Deo tribui non potest, quod ipsius naturæ repugnat, cuiusmodi est omnis ratio perfectibilis & perfectiua, contrahibilis & contractiua: omnes enim istæ rationes tollunt saltem obiectiuè actum purum. Confirm. potentialitas obiectiua, quam inuoluit genus, non fundatur tantùm in imperfecto modo concipiendi nostro, sed in ipsa naturâ rei, præbentis intellectui fundamentum huiusmodi potentialitem concipiendi: scilicet in naturâ generis à parte rei coniunctâ cum vnâ differentiâ, & simul cum priuatione aliarum: animal enim à parte rei in bruto est coniunctum cum irrationalitate, & simul cum negatione rationalitatis, quam rationalitatem habet in homine, ex quo habet intellectus fundamentum concipiendi in homine naturam animalis cum potentiâ ad priuationem rationalitatis, cum quâ de facto est coniuncta in bruto. Implicat autem, concipere in Deo rationem vllam cum potentia ad priuationem Deitatis, cum qua est essentialiter coniuncta. Tale fundam. non præbet ratio analoga, etiamsi illa reperiatur à parte rei coniuncta cum differentiâ vnius, & negatione alterius, vt ratio entis in substantiâ est coniuncta cum differentiâ perfectitatis & negatione inaleitatis; quia cùm ratio analoga non sit simpliciter vna ab inferioribus perfectè præcisa, sed immediatè dicat inferiora, non præbet intellectui fundamentum concipiendi ipsam cum priuatione omnium differentiarum: quia semper ratio communis concipitur, vt immediatè inuoluens ipsas inferiores. Explicatur magis imperfectio, quam importat genus vniuocum, ex duplici conditione suâ essentiali: Prima, genus prædicamentale abstrahit ab existentiâ, & solùm dicit essentias rerum, quæ tantùm in prædicamento collocantur; nam obiectum scientiæ ea sunt, quæ abstrahunt ab existentiâ, & solùm dicunt essentias: hæ enim tantùm sunt necessariæ & æternæ veritatis, quam necessitatem requirit obiectum scientiæ. Repugnat autem, concipere in Deo aliquam rationem abstractam ab existentiâ. Nec refert, si dicas, eam Deum sortiri ex propriâ differentiâ Deitatis: quia saltem Deus non adæquatè constitueretur per esse actuale ac necessarium, sed partim per esse actuale, partim per esse potentiale. Secunda conditio; omne genus prædicam. coarctatur ad aliquam perfectionem, exclusis perfectionibus aliorum prædicam. at nulla ratio in Deo concipi potest coarctata ad vnam tantùm prefectionem, cum exclusione aliarum, cùm nulla ratio in Deo concipi possit potentialis & perfectibilis per aliam. Vltim. prob. si Deus esset in prædicam. ex eoque metaphysicè componeretur, posset propriâ definitione definiri: consequens est contra Augustin. qui *de cognit. vera vita cap. 7.* sic scribit: *Porro summus Spiritus, sicut à nullo intellectu valet propriè cogitari, ita nullâ definitione poterit propriè definiri:* & contra Anselm. qui *lib. 1. fidei cap. 4.* apertè demonstrat, Deum esse indefinibilem. Sequela prob. propria definitio constat ex genere & differentia; igitur si Deus componitur ex genere vniuoco, & differentia propria Deitatis, poterit verè & propriè definiri: cùm ad veram & propriam definitionem nil aliud requiratur, quàm genus, quo res definita vniuocè conueniat cum alijs, & differentia, quâ discrepet ab alijs. 39. *Definibile.*

Ad fundam. 1. sententiæ, neg. anteced. Non enim prædicamenta omni proprietate, & ratione, quas includunt, dici possunt de Deo: includunt enim potentialitatẽ & limitationem ad certam perfectionem, cum exclusione aliarum, quæ imperfectiones nequeunt de Deo dici; à quibus tamen si illa præscindant, non erunt amplius prædicamenta, sed rationes propriæ Diuinæ, ita vt non conueniant creaturis. Hoc indicant Patres, cùm dicunt, *Deum non esse substantiam, sed supersubstantiam,* vt loquitur *Diony.* quem imitantur *Damasc. lib. 1. fidei cap. 4. & reliqui.* Ad Confirm. conced. maior. quando ea, quæ prædicantur de pluribus differentibus specie, vniuocè prædicantur; secus quando tantùm analogicè prædicantur, vt omnia, quæ de Deo prædicantur, & tantùm analogicè conueniunt cum rebus prædicam. Ad auctor. Patrum dico, eos intendere discrimen inter ea, quæ tantùm metaphoricè, & quæ propriè de Deo dicuntur. Dicuntur autem propriè, & non metaphoricè, etiamsi tantùm analogicè, & non vniuocè dicantur. Nam etiam analoga conuenientia est propria, quamuis imperfecta: accidens propriè conuenit cum substantiâ in analogâ ratione entis, licet non perfectè; & propter hanc analogã conuenientiam interdum Patres ad differentiam metaphoricæ prædicationis, affirmant nos prædicam. propriè de Deo dici. Ad loca *Damasc.* Resp. *S. Thom. quæst. de potent. art. 3. ad 1.* illum accipere *genus* & *speciem* non propriè, & in dialectico rigore, sed impropriè & similitudinariè. 40. 41. 42. *Explicantur Patres.*

Deducitur 1. summam simplicitatem esse propriam Dei, cùm nulla sit creatura, quæ aliquam compositionem ex assignatis non admittat. 2. Summæ simplicitati Diuinæ non obstare pluralitatem personarum; cùm illæ non conueniant ad componendum vnum neque inter se, neque cum natura. 3. Etsi simplicitas de formali importet solam negationem compositionis, ac proinde, vt sic, nullam addat perfectionem: materialiter tamen, & de connotato supponere modum essendi cæteris paribus perfectiorem; quia, cæteris paribus, perfectius est habere totum suum esse in entitate simplici, quàm compositâ: tum quia quò esse est vnitius, eò est perfectius: tum quia res simplex est totũ quod est; non item res composita; quia non est sua pars, nec vna pars compositi est alia. Iuxta hanc considerationem simplicitas in Deo summam arguit perfectionem, quia supponit modum essendi infinitè perfectum; scilicet naturam, quæ sine vlla compositione, per summam vnitatem includat infinitas formalitates. Sequitur 4. simplicitatem esse perfectionem simpliciter simplicem: scilicet in quolibet ente melior est ipsa, quàm non ipsa nec cum alijs æqualibus, aut maioribus perfectionibus pugnat. 43. *Coroll. 4.* 44. 45. 46.

38. *Abstrahens ab existentiâ,*

37. *Potentiale obiectiuè,*

Ad priuationem Deitatis,

Arctatum ad exclusionem alterius,

DISPV-

Digitized by Google

DISPVTATIO VI.

De Immutabilitate Dei.

QVONIAM, vt rectè *Henricus in sum. art.* 30. immutabilitatis causa est simplicitas: nam quod est summè simplex, nullam in se compositionem admittens, oportet vt ipsum sit immutabile; alioqui si posset aliquam mutationem subire: posset aliquam compositionem, quæ ex tali mutatione in subiecto receptâ necessariò resultaret, in se ipso admittere: ideò post disp. de Simplicitate.

1. *Rationes dubit. 1.* Quæro, an Deus sit immutabilis? Ratio dubitandi est triplex, 1. desumitur ex processionibus Diuinis: nam personæ Diuinæ transeunt à non esse producto ad esse productum; & prima mutatio rei est, transire à non esse ad esse. Anteced. prob. quia, vt Fides docet, Verbum & Spiritus S. realiter producuntur: hoc autem necessariò transit à non esse suî, ad esse suî, quod vi productionis accipit. Confirm. in Patre est realis potentia productiua: ergo in Filio & Spiritu S. est realis potentia passiua; nam omnipotentiæ actiuæ respondet passiua, mediante quâ terminus producendus est aptus terminare actionem producentis. Idem argum. fieri potest de naturâ Diuinâ, quæ à non esse relatiuo Filij & Spiritûs S. transit ad esse relatiuum per realem productionem in se receptam. 2. Ducitur ex actibus liberis Diuinæ voluntatis, qui sunt intrinsecæ perfectiones Dei, sed ij potuerunt non esse cùm pendeant à libertate operantis: ergo aliquid in Deo est, quod potuit non esse: ergo Deus est mutabilis. Maior prob. Actus liberi sunt vitales actiones, quibus liberum agens ab intrinseco se determinat ad operandum, vel non operandum. 3. Deus in tempore ex non creante fit creator, ex non gubernante gubernator, ex non Domino Dominus: ergo mutatur: quia nequit esse noua denominatio sine nouâ mutatione: ergo si Deus in tempore subit nouam denominationem, quam ab æterno non habuit, debet in ipso fieri aliqua mutatio.

2. *Secunda.*

3. *Tertia.*

4. *Mutatio Moralis, Physica* Præsupponenda est natura propriæ mutationis, quæ est transitus ab aliquâ priuatione ad formam, vel à formâ ad priuationem intrinsecam mobili: moralis mutatio tantùm cernitur in actibus liberis; & in nobis sine physicâ mutatione, quâ de vno actu in alium mutamur, esse non potest: physica est duplex, altera substantialis, cuius terminus est substantia, vel totalis, vt in creatione, annihilatione, & transubstantiatione; vel partialis, vt in generatione & corruptione. Altera accidentalis, quæ diuiditur iuxta varietatem accidentium, ad quæ tendit.

5. *Non cadit in Deum.* Dico 1. Deus est immutabilis quâcumque mutatione physicâ: est naturali discursu nota sent. *Arist. 8. Physic.* vbi ostendit, Deum esse primum motorem immobilem, & supernat. Fide certa, quam definit *Lateran.* vt refertur c. *Firmiter, de summa Trinit.* & Scripturæ. Hæc perfectio immutabilitatis deducitur (vt omnes conueniunt) remotè & mediatè ex ratione essendi à se, tanquam ex radice; Quatuor autem sunt rationes in Deo, ex quibus vt ex proximâ radice posset deduci. 1. est necessitas essendi: 2. actus purus: 3. summa simplicitas: 4. infinitas simpliciter, quæ conuertitur cum summâ perfectione; quia quod est infinitum simpliciter, non modò includit omnem perfectionem possibilem, sed omnem modum essendi perfectionis possibilis. Aliqui contendunt attributum immutabilitatis, vt ex causa adæquata & proximâ, probari tantùm ex necessitate essendi: Nam, hac tantùm positâ, & qualibet aliâ ratione sublatâ, ponitur immutabilitas: contrà verò, omni aliâ positâ, & hâc vnâ tantùm sublatâ, tollitur immutabilitas: ergo iuxta regulam *Aristot. in predic. c. de his quæ ad aliquid*, hæc est tantùm proxima, & adæquata ratio immutabilitatis. Anteced. prob. implicat, intelligere id, quod est absolutè necessarium, transire de non esse ad esse, aut de esse ad non esse: eò quòd summa necessitas non permittit, vt non sit id, quod necesse est esse. Sed mutari nihil aliud est, quàm transire de non esse ad esse, vel de esse ad non esse. Contrà verò ratio actus puri, ratio summæ simplicitatis, ratio infinitatis simpliciter, præcisa necessitate essendi, immutabilitatem non inferunt, sed in quantum includunt necessitatem essendi, qua secluſa, illam non inferrent: ergo non ratione sui præcisè, sed ratione summæ necessitatis, quam includunt, illam inferunt. 7.

Alij contendunt, ex sola infinitate simpliciter id posse proximè ostendi; quia quod est infinitum simpliciter, est omni ex parte perfectum, atque adeò incapax accrementi, vel decrementi perfectionis: implicat enim concipere, vel infinito in totâ latitudine entis possibilis addi, vel summè perfecto demi perfectionem vllam. 8.

Ego censeo, ex qualibet ratione ex assignatis optimè inferri, vt ex proxima & immediata radice, perfectionem immutabilitatis. Non enim repugnat, eandem perfectionem deduci ex pluribus, quarum singulæ sint sufficientes, nulla adæquata. Assertio est *S. Bonan. in 1. dist. 8. p. 1. dist. art. 2. quæst. 1. S. Thom. 1. p. quæst. 1. Scotus quæst. 5. §. huius exclusiua, Rich. art. 2. quæst. 1. Capreoli quæst. 3. post 1. conclus. Durandi quæst. 3. Henrici in sum. art. 30. &c.* Prob. 1. ex *August. lib. 6. de Trin. c. 6.* vbi, sicut ex compositione probat, omnem creaturam esse mutabilem; ita ex simplicitate probat, solum Deum esse immutabilem. *Nihil enim*, inquit, *simplex mutabile est.* 9. *Necessitas essendi.*

Prob. 2. ratione, & 1. quòd ex actu puro, vt ex proxima radice, immediatè inferatur immutabilitas: Actus purus ex sua formali & præcisa ratione negat omnem potentialitatem; ex ipso explicito conceptu actus puri, qui consummatur in formali exclusione omnis potentialitatis, quæ sola opponitur perfectioni, quam actus purus dicit, depuratam ab omni imperfectione: ergo illa est immediata causa & proxima radix immutabilitatis, scilicet negatio omnis potentialitatis; sicut proxima radix mutabilitatis est ipsa potentialitas: nam proxima causa, cur repugnet subiectum mutari, est ipsa repugnantia seu incapacitas ad mutationem, quam incapacitatem formaliter importat exclusio ipsa totius potentialitatis. Confirm. ea censenda est proxima causa effectûs, inter quem & causam nulla intercedit proximior: sed inter negationem totius potentialitatis & immutabilitatem, nulla intercedit ratio proximior: sicut inter mutationem & potentialitatem nulla intercedit proximior causa, cùm nulla fingi possit proximior, quàm quæ inter actum & potentiam immediatè receptiuam concipitur: cùm talis illatio procedat ex negatione potentiæ proximè receptiuæ, ad negationem actus proximè receptibilis. 10. *Actus purus radix immutab. Sicut mutabilitatis potentialitas.* 11.

DICES, mediare necessitatem essendi, quæ si ab actu puro præscindatur, non erit radix immutabilitatis; ea verò subintellecta statim infert immutabilitatem: igitur, actus purus immutabilitatem non 12.

Immutabilitatis radices proximæ 4.

infert

Digitized by Google

infert ratione sui, sed necessitatis essendi, quam includit. Sed contrà; Immutabilitas est incapacitas & repugnantia ad quamcumque mutationem: actus purus, etiam præcisa & non considerata necessitate essendi, est incapacitas & repugnantia ad omnem mutationem, quam formaliter importat negatio omnis potentialitatis: ergo intellecta sola ratione actus puri, & non considerata necessitate essendi, infertur immutabilitas. Quia si ex ratione actus puri præcisè non sequeretur ipsa, posset concipi ratio actus puri cum mutabilitate: nam cum ea tantùm ratione nequit alia ratio concipi, cum qua habet immediatam oppositionem, & cuius explicitus conceptus destruit explicitum conceptum alterius; cùm tales rationes ita existant præcisæ in mente, sicut existerent præcisæ à parte rei; Ergo si ex præcisa ratione actus puri non inferretur immutabilitas, posset ratio actus puri mentaliter consistere cum mutabilitate, quia tunc mutabilitas non destrueret immediatè rationem actus puri, sed solam necessitatem essendi, quæ cum actu puro non expresè conciperetur. Implicat autem concipere rationem actûs puri cum mutabilitate: nam actus purus in suâ explicitâ ratione, negat omnem potentialitatem: mutabilitas in suâ explicitâ ratione dicit aliquam potentialitatem: igitur implicat, explicitam rationem vnius mentaliter, & obiectiuè consistere cum explicitâ ratione alterius.

Etsi non intelligatur necessitas essendi.

13. Probo 2. immutabilitatem, vt ex proximâ radice inferri ex summa simplicitate: Summa simplicitas, etiam præcisâ necessitate essendi, explicitè negat omnem compositionem: alioqui non esset summa si non negaret omnem: Sed omnis mutabilitas explicitè importat potentiam ad aliquam compositionem: quia mutabilitas dicit explicitum respectum ad mutationem: mutatio autem nequit concipi sine aliqua compositione: omne enim quod mutatur; necessariò componit cum ipsa mutatione; ergo ex summâ simplicitate proximè infertur immutabilitas: nam ex eâ ratione proximè pullulat cuius explicitum conceptum destruit mutabilitas.

Summa simplicitas.

14. 3. Quod ex infinitate essendi simpliciter immediatè inferatur immutabilitas, sic probo: Infinitas essendi simpliciter negat omnem terminum perfectionis possibilis ex suo conceptu explicito: ergo vi huius Deus non solùm est incapax cuiuscumque accrementi perfectionis, quam posset per mutationem acquirere, sed etiam cuiuscumque decrementi perfectionis, quam habet. Infinitas enim essendi simpliciter explicitè negat omnem terminum perfectionis, ratione cuius Deus est incapax accrementi perfectionis; sed si posset esse capax decrementi eius perfectionis, quam habet, eo ipso fieret capax accrementi eiusdem quam amitteret. Nam amittendo aliquam perfectionem, non amitteret capacitatem ad illam: ergo ex eâdem radice, quâ Deus est incapax accrementi perfectionis, est etiam incapax decrementi eiusdem.

Infinitas essendi.

15. Dico 2. Deus est immutabilis quâcumque mutatione morali: intelligi potest hæc mutatio moralis, vno modo per physicam mutationem actus, quo pacto nos moraliter mutamur ex vno actu in alium: & hoc sensu assertio demonstrata manet ex præcedente. Alio modo sine vllâ physicâ mutatione actûs, per solam mutationem obiecti voliti: nam posito, quòd Deus potest velle & non velle, quodcumque obiectum creatum sine physica mutatione sui actus, *vt infrà*, difficultas insurgit, an Deus possit quod semel voluit liberè, non velle; ratio dubitand. ex hâc mutatione nulla noua perfectio accrescit Deo, nec aliquid demitur de antiquâ, sed solùm mutatio fit in obiecto volito, vt quod ex vi prioris actûs erat futurum, ex vi posterioris desinat esse futurum. Gillius *lib. 2. tract. 8. cap. 10.* putat ex hac præcisa ratione, nisi alia circumstantia admisceatur, nullam fore imperfectionem in Deo, si, quod semel voluit, desinat velle. Quod etiam docuerunt alii qui *Scotistæ, infrà cit. cùm de actib. Diuinæ volun.* Verùm etiam hoc sensu assertio vera, & omninò sequenda. Fundam. præcisâ omni aliâ imperfectione, sufficiens imperfectio foret diuinæ prudentiæ, constantiæque repugnans, ipsa liberi actûs mutatio; cùm nulla posset Deo noua ratio occurrere, quam antea non præuidisset, ob quam prudenter posset priorem actum mutare. Vnde longè dispar est ratio in nobis, qui, quoniam non omnia à principio præuidemus, prudenter possumus priorem actum in melius mutare.

Obiecti voliti.

Mutatio moralis.

Prudentiæ Dei, constantiæ.

16.

17. Dices. Etiam Deus posset priorem actum vel in melius, vel saltem ad exercendam suam libertatem mutare: ergo ex hoc capite non incurreret vitium imprudentiæ vel inconstantiæ. Sed contrà; tunc potest quis absque vitio imprudentiæ suum actum in melius mutare, quando ratio, ob quam mutat, aut non fuit præuisa, aut non attentè considerata: Deus autem omnia & singula ab æterno præuidit, & attentissimè circumspexit. Neque solùm exercitium libertatis sufficiens est ad euitandum vitium imprudentiæ, aut inconstantiæ, quia tale exercitium semper debet esse coniunctum cum regula prudentiæ, cui non debet libertas præiudicare.

Omni scientia repugnat.

18. Ad 1. rationem dubit. dist. anteced. transeunt personæ Diuinæ à non esse producto ad esse productum toto suo esse essentiali, nego; quia non transeunt secundùm esse absolutum, quod essentiale est Diuinis personis: transeunt secundùm esse relatiuum, & subdistinguõ, transeunt cum indifferentiâ ad esse & non esse, nego: transeunt cum omnimodâ necessitate & determinatione ad esse, concedo. Ergo mutantur, nego conseq. tum quia mutatio est transitus à non esse distinctum à mobili: personæ autem diuinæ procedentes, etsi distinguãtur à producentibus; non tamen distinguuntur à naturâ, in quâ subsistunt. Tum quia mutatio importat transitum formæ, cum antecedente indifferentiâ ad esse & non esse. Personæ diuinæ producuntur cum omnimodâ determinatione ad esse, quia producuntur cum summâ necessitate, cum quâ existit natura, quæ essentialiter postulat personas productas ob sui fœcunditatem. Vnde neque etiam dici possunt transire à non esse relatiuo ad esse relatiuum, sed tantùm produci secundùm esse relatiuum; quia transire à non esse, denotat transitum ex nihilo sui: Diuinæ autem processiones, vt *rectè Scotus in 1. dist. 5. quæst. 2.* ad argum. non habent terminum ex quo transeunt, sed solum principium, à quo emanant. Quapropter non dicuntur transire ex non esse sui, sed emanare de substantiâ producentis: quia id tantùm dicitur transire ex non esse ad esse, quod, quantum est de se, potuit non esse.

Personæ diuinæ non mutantur à non esse.

19. Dices. Licet personæ Diuinæ procedentes non potuerint simpliciter non esse, tamen consideratæ ex se, sicut à se non sunt, sed ab alio, ita ex se non necessariò sunt, sed necessariò tantùm ab alio. Resp. cum *Aureo. in 1. dist. 8. p. 2. ar. 2.* personas diuinas procedentes ex se necessariò esse formaliter, quamuis non sint à se productiuè. Non repugnat autem esse ex se necessariò formaliter, & ab alio productiuè, quia

Sunt ab alio productiuè ex se necessariò.

Digitized by Google

quia potest esse aliqua ratio, quæ essentialiter petat esse,& tamen ab alio.

20. Instabis: quod non est à se, sed ab alio, nequit ex se sibi determinare esse formaliter; quia vt determinet ex se sibi esse formaliter, oportet vt sit, quia priùs res est, quàm determinet sibi ex se formaliter esse. Ergo quod accipit ab alio esse, nequit ex se sibi determinare formaliter esse. Resp. neg. assumpt.ad prob.dist. *nō, oportet vt sit*, vel in se vel in potentiâ, productiuâ sui: sufficit autem, vt esse relatiuum personæ procedentis sit in potentiâ actiuâ producentis, vt in eâ sibi determinet formaliter esse necessarium.

21. Ad confirm.nego conseq.ad prob. concedo antec. de potētia actiua factiua, nego de potentia actiua purè productiua: quia factiua habet pro termino aliquid distinctum ab ipsa natura producētis, quod vel educitur ex eâdem naturâ producentis, vel ab illâ realiter distinctum, debet passiuè terminare actionem agentis; Potentia verò purè productiua, qualis est Diuina productiua, ad intra, nō habet terminum distinctum à naturâ producentis, sed est idem omninò cum illâ: Vnde neque ex eâ deducitur, nec debet passiuè terminare originem producentis, quia productio non distinguitur à termino producto.

Ratio discriminis.

22. Vrgebis, saltem illi respondet potentia producibilis in termino ipso, qui producitur, quia quod producitur, possibile est produci: ergo saltem istâ potentiâ dici potest persona procedens transire ab esse producibili, seu potentiali ad esse productum, seu actuale; Resp. cùm *S. Tho. 1. p. q. 41. art. 4.* & *Scoto cit.* in personis procedentibus dari potentiam producibilem, prout hæc dicit solam nō repugnantiam cum esse, quo pacto dicimus *possibile est Deum esse*; non autem prout dicit indifferentiam ad esse & non esse: & consequenter ex hoc capite non repugnaret ista propositio: persona procedens transit ab esse producibili ad esse productum: repugnat tamen ex alio capite, tum quia verbum *transire*, vi suæ primariæ notionis importat antecedentē indifferentiam ad esse, & non esse eius termini, qui transit. Vnde multò minùs dici potest: persona Diuina transit ab esse potentiali ad esse actuale: quia hoc expressiùs significatur per *nō Potentiale*; cùm persona procedens *non contineatur* in producente per indifferētiam ad vtrumlibet, sed per omnimodam determinationem ad esse: tum maximè, quia procedens, actu, non potentiâ continetur secundùm esse formale in producente; quia actu, non potentiâ continetur secundùm esse essentiale sui, quod est esse absolutum naturæ, quæ dat esse formale omnibus personis. cùm igitur esse absolutum naturæ sit esse formale atque essentiale personæ procedentis, & secundùm hoc esse, actu, non potentiâ contineatur in producente; non poterit absolutè dici, quòd procedens transeat ab esse potentiali ad esse actuale. Eodem modo soluitur argum. de natura diuina, quæ nec propriè transit à non esse relatiuo personæ procedentis, ad esse relatiuum eiusdem; nec illud recipit per potentiam passiuam, sed per omnimodam identificationem.

Resp.

Aliter Scotus cit.

23. Ad 2. rationem dubit. disting. maior. nam actus liberi diuinæ voluntatis solùm potuerunt non esse, quoad connotatum extrinsecum, ad actum liberum essentialiter requisitum; non quoad aliquid intrinsecum, vt *infrà*.

24. Ad 3. nego conseq. ad probat. disting. antecēd. nulla potest esse noua denominatio, sine noua mutatione in aliquo saltem extremo. Dicitur Deus in tempore de nouo Creator, Gubernator, Dominus, non per mutationem sui, sed creaturæ, à quâ extrinsecè dicitur, scilicet à creatione, gubernatione, dependentiâ existente in creaturâ. Verùm si Creator, Gubernator, Dominus, non sumatur formaliter & denominatiuè, sed fundamentaliter; tunc dico, dici Creatorem, Gubernatorem, Dominum, ab intrinseca potestate creandi, gubernandi, dominandi, quam potestatem vti non acquirit in tempore, ita nec in tempore incipit denominari fundamentaliter talis, sed ab æterno.

Mutatio in creatura.

Deducitur, Immutabilitatem de formali importare negationem mutationis; de materiali & connotato, perfectissimum modum essendi, soli Deo competentem: quippe cùm nulla creatura possibilis sit, cui præter potentialitatem à non esse ad esse, & ab esse ad non esse; aliqua nō competat mutabilitas, vel in esse substantiali, vt substantijs incompletis; vel in esse accidentali; & hoc siue quoad accidentia connaturalia, à quibus pendet omnis substantia creata; siue quoad accidentia supernaturalia, ad quæ eleuari potest omne ens creatum sustentatiuum: vel in aliquâ componibilitate, vt accidentibus, & modis omnibus, quibus competit componibilitas cum substantia, aut fundamento. Vnde quò creatura magis recedit à Deo, eò est potentialior & mutabilior; quò verò magis ad Deum appropinquat, eò est actualior & immutabilior. Vnde, quia materia prima maximè omnium distat à Deo, est ōmnium mutabilissima, quin & subiectum primum totius sublunaris mutationis: Angeli contrà, quia inter cæteras res creatas proximiùs accedunt ad Deum, sunt inter omnes creaturas, immutabiliores.

25. *Immutatio perfectionem Dei connotat.*

DISPVTATIO VII.

De Æternitate Dei.

IMMVTABILITATEM sequitur Æternitas, per Scholasticos, quod enim est immutabile, nec incipere nec desinere potest, sed semper sibi ipsi vniformiter perseuerans, nullis clausum durationis limitibus, perenniter durat. Quocirca Patres Æternitatem cum Immutabilitate sæpè confundunt, vt apud *Augustinum* 4. *de Trinitate cap.* 18. fine; *Vera*, inquit, *immortalitas, vera incorruptibilitas, vera incommutabilitas ipsa est Æternitas.* Verùm facilè constabit discrimen inter vtrumque.

SECTIO PRIMA.

Quid sit Æternitas?

CErtum Fidei dogma est, Deum esse æternum, definitum in Concil. Later. cap. *Firmiter, de summ. Trinit.* & scripturis: ratio euidenter ostendit: quod necessariò est, & à nullo in suo esse dependens, ortum & interitum sui habere non potest. Hoc posito, inquirimus 1. quid sit æternitas? definitio recepta est *Boëtij 5. de consol. prosâ vlt. Æternitas est interminabilis vitæ tota simul & perfecta possessio.* 1.

Ponitur *possessio* pro duratione, in quâ æternitas analogicè conuenit cum durationibus creatis: est enim æternitas, ætas propria Dei, quâ eius beatissima vita mensuratur; sicut duratio creata est propria mensura, quâ rei creatæ esse mensuratur. Exprimitur nomine possessionis, quia esse, durationē possidetur: possessio enim, teste *S. Thom. 1. part. quæst. 10. art. 1. ad vltim.* quietem & firmitatem rei possessæ importat. Ad denotandam igitur hanc rei stabi- 2. *Æternitas est possessio seu duratio.*

Digitized by Google

ſtabilitatem & quietem, quam duratio importat, vſus eſt auctor nomine poſſeſſionis. Dices; tempus, quod ſub duratione continetur, quietem & ſtabilitatem non importat, ſed ſucceſſionem & fluxum: ergo non quæuis duratio quietem & ſtabilitatem rei durantis importat. Reſp. quòd quies & ſtabilitas à duratione importata explicanda non eſt pro re, quæ tota ſimul indiuiſibiliter exiſtit, ſed pro re, quæ non interruptè exiſtit, quo pacto etiam tempus, dum à ſuo fluxu & ſucceſſione non interrumpitur, vniformitatem quandam & quietem, non quidem permanentiæ, ſed non interruptionis ſui eſſe ſeruat.

3. *Tota ſimul.* Dicitur *tota ſimul:* quâ particula æternitas contrahitur ad durationem indiuiſibilem, diſcriminaturque à diuiſibili & ſucceſſiuâ temporis: quia hæc nunquam manet eadem, ſed ſucceſſiuè variatur, per diuerſas continui partes. Dicitur *tota*, vt *S. Thom. citat. ad* 3. notat, non quòd habeat partes, ſed quia nihil illi deeſt: Totalitas enim, teſte *Ægidio in* 1. *diſtinct.* 8. *part.* 2. *quæſt.* 1. *ad* 4. dicitur per comparationem ad partes, non quas habet, ſed quibus priuat.

4. *Et perfecta.* Dicitur *perfecta:* ad denotandam propriam differentiam, quâ æternitas diſcriminatur à cæteris durationibus creatis. Nulla quippe creata duratio eſt ſimpliciter perfecta, quia licet ſit indiuiſibilis & tota ſimul, vt Æuum, non eſt tamen ſimpliciter perfecta; quia æuum non menſurat vitam actualem Angeli, ſed ſolam ſubſtantiam ipſius: vita enim actualis Angeli, cùm conſiſtat in operationibus vitalibus intellectus & uoluntatis, quæ permanentes non ſunt, ſed ſibi ſuccedentes, nequeunt menſurari æuo, quo menſuratur ſubſtantia Angeli: æternitas verò non menſurat ſolùm ſubſtantiam Dei, ſed omnes vitales operationes ipſius, quia omnes indiuiſibiles ſunt & permanentes: ac proinde eadem æternitas menſurat vitam radicalem, & actualem Dei. Duratio autem eò eſt perfectior, quò perfectius eſſe menſurat: qua de cauſa in definitione æternitatis pro ſubiecto menſurabili non eſt poſitum eſſe, aut Subſtantia, ſed Vita, quæ accipitur etiam pro actuali.

5. *Interminabilis vita.* Dicitur *interminabilis vita:* quod importat actualem & potentialem negationem termini: interminabile enim eſt, quod terminari non poteſt: & vitæ Dei repugnat habere terminum ſui ortus & interitus, non autem creaturæ; quæ etiamſi ab æterno condita neget actualem terminum durationis, principij & finis, non tamen negat potentialem, quo vel potuit non incipere, vel poterit deſinere. igitur æternitas Dei diſcriminatur à duratione creatâ, ex negatione termini, & ex perfectione eſſe quòd menſurat. Prior differentia eſt magis propria æternitatis, quam exprimit nomen ipſum; æternitas enim, teſte *S. Thom. in* 1. *diſt.* 8. *q.* 2. *art.* 1. *eſt quaſi ens extra terminos.*

6. Infertur 1. in æternitate nullas eſſe differentias præteriti & futuri, quod rectè notat *Plato in Timæo, & poſt ipſum Patres*; & ratio demonſtrat: quia præteritum dicit rem non eſſe, ſed fuiſſe: futurum contrà, dicit rem nondum eſſe, ſed futuram eſſe. In Deo autem, cùm nihil poſſit deſinere, aut incipere, nil præteritum, aut futurum eſſe poteſt, ſed quidquid eſt, ſemper ſibi præſens eſt. Vnde Patres æternitatem vocant *NVNC STANS*, quod inuariabiliter exiſtens ſemper eſt ſibi idem, ſolaque mutatio fit in tempore præterlabente. Ob eandem rationem illam explicant per verbum, *EST*: Auguſt. *de vera relig. cap.* 49. fine: *nihil autem*, inquit, *præterit in æterno, & nihil futurum eſt: quia & quod præterit, eſſe deſinit, & quod futurum eſt, nondum cœpit, æternitas autem tantummodo eſt, nec fuit quaſi iam non ſit, nec erit quaſi adhuc non ſit. Quare ſola ipſa veriſſimè dicere potuit humanæ menti, EGO SVM QVI SVM, & de illa veriſſimè dici poterat, QVI EST MISIT ME.*

7. *Eſt virtualiter diuiſibilis.* Infertur 2. æternitatem eſſe virtualiter diuiſibilem: cuius virtualis diuiſibilitas conſiſtit in hoc, vt eadem indiuiſibilis duratio Dei, propter ſui plenitudinem & perfectionem, apta ſit reſpondere infinito tempori, & de facto reſponderit infinitæ moræ imaginariæ à parte ante. Sicut ratione immenſitatis aptus eſt Deus reſpondere infinito ſpatio reali, & de facto reſpondet infinito imaginario, vt *infrà*. Ratione huius virtualis diuiſibilitatis interdum Patres æternitati tribuunt differentias præteriti, præſentis, & futuri. Lege *Auguſt. tract.* 99. *in Ioan.*

Per quid formaliter conſtituatur Æternitas?

8. *1. Sententia.* PRIMA ſent. *Henrici in ſumm. art.* 31. *q.* 2. *Ferrar.* 1. *cont. Gent. cap.* 15. *§. Proport. Bannez* 1. *p. q.* 10. *art.* 1. *dub.* 2. affirmantium, æternitatem proximè conſtitui per rationem menſuræ, non realis, ſed rationis. *Ferrar.* vnitatem ſeu vniformitatem diuini eſſe docet conuenire Deo reipſa, nullo intellectu cogitante, propter immutabilitatem: menſurationem verò eiuſdem eſſe, per operationem intellectus, diſtinguentis vnitatem diuini eſſe ab eſſe, apprehendentis vnitatem vt menſuram eiuſdem. Vnde, non conſiderante intellectu rationem menſuræ, eſt in re entitas quæ eſt æternitas, non eſt ratio completa æternitatis.

9. Prob. 1. ex *S. Thom.* 1. *p. q.* 10. *art.* 2. *ad* 3. docente, Deum dici æternum, quatenus ei conuenit ratio menſuræ apprehenſione noſtrâ; & *in* 1. *diſt.* 19. *q.* 2. *art.* 1. ait, rationem menſuræ complere rationem æternitatis. 2. quia ſcript. & Patres æternitatem cõtraponunt tempori; dicunt enim Deum eſſe in æternitate, ſicut res corruptibiles in tempore: ſed tempus completur per rationem menſuræ; ex definitione temporis; quod eſt, *auct. Philoſ.* 4. *phyſ. text.* 101. *Numerus, motus, ſecundùm prius & poſterius*, quo res corruptibiles menſuramus: ergo & æternitas: ſi enim non importaret rationem menſuræ, non magis ipſa, quàm quodlibet aliud attributum contraponeretur tempori. 10.

11. *2. Sententia.* SECVNDA *Vaſq.* 1. *p. diſt.* 31. *n.* 23. opinantis, æternitatem compleri negatione menſuræ, quæ eſt quædam negatio reſpectus rationis. Probat 1. ex particulâ, *Interminabilis*, quæ ſignificat in duratione reali, etiam negationem menſuræ, quæ eſt rationis: *Interminabile* enim eſt, quod nec determinari, nec definiri aliquâ menſurâ poteſt. 2. quia oppoſitorũ oppoſitæ debent eſſe differentiæ: ſed æternitas & tempus opponuntur: ergo ſicut formalis ratio temporis conſiſtit in menſurâ numeratâ per intellectum, vt ipſa poſſit eſſe aliarum durationum menſura: ita æternitas eſt duratio omni prorſus carens menſurâ.

12. *3. Sententia.* TERTIA *Gilly lib.* 2. *tract.* 10. *cap.* 10. *Faſoli in* 1. *p. q.* 10. *art.* 1. *dubit.* 7. &c. affirmantium, æternitatem adæquatè compleri per negationem termini ſeu principij & finis, tam actualis, quàm poſſibilis. Fundamentum: hac tantùm negatione conceptâ, adæquatè concipitur æternitatis ratio formalis adæquata, ſcilicet quâ poſitâ, cæteris ſublatis, manet integra ratio formalis conſtitutiua rei. Probat. eâ tantùm poſitâ, duratio diuina primò & adæquatè diſtinguitur ab omni duratione creata, quia nulla dicit negationem principij & finis, ſaltem poſſibilis, cùm

Digitized by Google

lis, cùm omnis creatura in sui inceptione, & desitione pendeat à libera voluntate Dei.

13. *Non ratio mensura.* Dico 1. Æternitas Dei non completur formaliter per rationem mensuræ. Fundamentum: ratio mensuræ non est quid reale, sed rationis; importat enim durationem diuinam, vt formam distinctam ab esse diuino, illudque mensurantem, quod est quid ratione confictum. Æternitas autem competit Deo absque vllâ operatione intellectus.

14. *Non negatio mensura.* Dico 2. Æternitas Dei non completur formaliter per negationem mensuræ. Probat. 1. nulla negatio concipi potest absque formâ negata: ergo concipi non posset æternitas sub negatione mensuræ, absque conceptione mensuræ, vt formæ negatæ: at probatum est, concipi posse æternitatem, absque eo quod concipiatur vlla ratio mensuræ: ergo negatio mensuræ non est formale completiuum æternitatis.

15. 2. nulla negatio potest esse formale completiuum rei, cui opposita forma negata non repugnat: hoc est, nequit rei conuenire oppositum eius, quod essentiam ipsius constituit, ne ipsi conueniat destructiuum sui: at opposita ratio mensuræ negatæ non repugnat æternitati: licet enim non constituatur formaliter per rationem mensuræ, tamen sine repugnantia concipitur æternitas propria mensura diuini esse: & inter mensuram & mensuratum sufficit distinctio virtualis: ergo nequit æternitas per negationem mensuræ formaliter seu essentialiter compleri.

16. *Nec termini;* Dico 3. Completa ratio æternitatis non saluatur in solâ ac præcisâ negatione termini, tam actualis, quàm possibilis. Fundamentum. per huiusmodi negationem non exprimitur, nisi quòd esse Diuinum non possit incipere desinere: sed præter hoc æternitas addit positiuam permanentiam in suo esse; qui conceptus non habetur per solam negationem termini: nam æternitas est duratio; duratio formaliter importat permanentiam rei, cuius est duratio: & licet negatio termini inferat causaliter hanc permanentiam, non tamen exprimit formaliter nisi incapacitatem principij, & finis.

17. *Sed permanentia complet æter.* Dico 4. Æternitas præter negationem termini, superaddit permanentiam vitæ ~~Diuinæ cum permanentia~~ facta vniformitate essendi, & aptitudinali correspondentia ad infinitum tempus; *Est Scoti quodlib. 6. §. contra istud, Molinæ 1. part. quæst. 10. articul. 1. disputat. 4.* nec ab ea discrepat *Suarez in Metaph. disput. 50. sect. 4.* scilicet per *interminabilem vitam*, exprimitur negatio termini; per *τὸ tota simul & perfecta possessio*, permanentia eiusdem cum omnimoda vniformitate essendi, & simul innuitur aptitudo coëxistendi omni tempori & durationi possibili.

18. *Duratio permanens,* Fundamentum; ea omnia censenda sunt de essentiâ rei, sine quibus non exprimitur adæquatus conceptus rei: at sine his non exprimitur adæquatus conceptus æternitatis; nam 1. æternitas est duratio permanens; ergo includere debet quidquid essentialiter includit duratio permanens: sed hæc supra existentiam rei addit quasi habitualem permanentiam eiusdem rei, quæ explicatur per actualem existentiam rei, cum connotatione præexistentiæ eiusdem. 2. Æternitas discriminatur à duratione creata, tum per omnimodam vnitatem essendi; tum per negationem omnis termini tam actualis quàm possibilis, & quod ex his consequitur, per aptitudinalem coëxistentiam ad infinitum tempus. Igitur hæc omnia censenda sunt de quidditatiuo conceptu æternitatis. Nisi enim Deus concipiatur in suo esse semper & vniformiter existere, absque vllo termino actuali & possibili, nec non cum aptitudine ad coëxistendum infinito tempori, non concipitur adæquatus, & explicitus conceptus æternitatis. Confirmatur: ita se habet in Deo æternitas, sicut immensitas; sicut enim per immensitatem coëxistit loco, ita per æternitatem tempori: at non habetur adæquatus conceptus immensitatis nisi per negationem omnis termini circumscriptionis localis, & aptitudinalem coëxistentiam ad infinitum spatium reale cum indiuisibili correspondentia totius, substantiæ Diuinæ ad quodlibet punctum spatij, ita nec habetur adæquatus conceptus æternitatis, nisi per negationem omnis termini circumscriptionis, durationis, & aptitudinalem coëxistentiam ad infinitum tempus, cum permanentia vniformis vitæ Diuinæ in ordine ad quodlibet instans temporis.

Vniformitas essendi &c.

17. *Coëxistens infinito tempori.*

Quæri autem vlteriùs potest, à quo hanc perfectionem coëxistendi infinito tempori, æternitas formaliter habeat? *Scotus* docet, haberi formaliter per negationem termini; nam, eâ sublatâ, tolleretur aptitudo coëxistendi ad infinitum tempus: *Molina* censet, haberi per rationem positiuam. Sed dico: proximè & formaliter prouenit ex negatione termini, remotè & radicaliter ex positiua perfectione talis durationis. Nam ex eo, quòd est duratio Diuina, essentialiter postulat negationem termini; & ex negatione termini proximè habet, vt coëxistere possit infinito tempori possibili.

20.

Obiçies 1. multa videmur requirere ad rationem æternitatis, quæ illi non competunt, nisi dependenter à nostro intellectu, vt negationes, & respectus ad extrinsecum tempus; cùm tamen æternitas secundùm omnia, quæ dicit essentialiter, competat Deo independenter à nostro intellectu. Resp. neg. maior. ad prob. nego, tam negationes quàm aptitudinem coëxistendi infinito tempori, competere æternitati dependenter à nostro intellectu: nam ante omnem considerationem nostri intellectus Deus caret principio & fine, & aptus est coëxistere infinito tempori.

21.

Obiçies 2. nullum attributum diuinum pendet ab aliquo extrinseco: sed æternitas à nobis explicata, pendet à tempore possibili. Resp. dist. maior. nullum attributum Diuinum pendet ab aliquo extrinseco in esse, concedo; in cognosci, nego. Constat de attributis omnipotentiæ, & scientiæ, quæ nequeunt cognosci, nisi per ordinem ad creaturas possibiles, & cognoscibiles, etiamsi ab illis non pendeant in esse. Esto igitur æternitas concipi nequeat sine respectu & habitudine ad tempus extrinsecum, haud tamen ab illo in esse pendet. Est autem talis respectus de essentiâ æternitatis, non formaliter, sed fundamentaliter sumptus; quo pacto dicit absolutam & intrinsecam perfectionem æternitatis, connotato tantùm tempore infinito possibili, vt termino extrinseco, sicut accidit in alijs attributis respectiuis secundùm dici.

22. *Ab extrinseco noscitur.*

Infertur 1. immutabilitas de formali importat solam negationem: æternitas præter negationem, importat positiuas connotationes, tum diuinæ existentiæ, sine vllo principio & fine durantis: tum habitudinis coëxistendi ad infinitum tempus; tum quia negatio, quâ formaliter completur immutabilitas, est negatio motus; negatio, quâ completur æternitas, est negatio temporis: negat enim æternitas successionem in durando, quæ formaliter pertinet ad tempus, quod est numerus prioris & posterioris. Vnde quâ ratione motus distinguitur à tempore, distinguitur negatio motus à negatione temporis;

23. *Discrimen æternitatis & immutabilis.*

Digitized by Google

atque adeò attributa immutabilitatis, & æternitatis, quæ per huiusmodi negationes formaliter complentur. 2. Hæc duo attributa, vt in proximâ radice, fundantur in necessitate essendi, in summâ simplicitate, & puritate actus: ex necessitate essendi oritur, vt vita & existentia Dei sit incapax omnis inceptionis, & desitionis, & consequenter omnis prioritatis, & posterioritatis in durando: ex simplicitate, vt sit incapax omnis compositionis, atque adeò omnis successionis duratiuæ: ex puritate actus, vt sit incapax vlterioris perfectionis, ac proinde vlterioris perfectionis duratiuæ, ex ijdem radicibus immediatè oritur immutabilitas, vt suprà. 3. In Deo non plures æternitates, sed vna iuxta *Athanas.* symbolum, *non tres æterni, sed vnus æternus:* quia licet vnaquæque persona & ratio Diuina sit æterna, vt tamen æternitas importat attributum virtualiter distinctum à cæteris, in se vno claudit æternitatem omnium; quia importat durationem perfectissimam totius Deitatis. Sicut licet quælibet persona, & quodlibet attributum sit immutabile, infinitum, bonum &c. prout tamen immutabilitas, infinitas, & bonitas important attributa à cæteris distincta, inuoluunt immutabilitatem, infinitatem, & bonitatem omnium personarum, & attributorum; quia vnumquodque importat attributum in suo genere perfectissimum & adæquatum toti Deitati; non partiale & inadæquatum vnius tantùm personæ, vel attributi.

24. *Conuenientia in radice triplici.*

25. *Vna æter.*

26. *Ad primum 1.* Ad 1. primæ Resp. *S. Thom.* intelligi de eo, quod fundare potest rationem mensuræ, quæ est duratio Diuina vt interminabilis; quo pacto apta est mensurare vitam & existentiam diuinam; non de mensurâ formaliter, vt multi explicant.

27. Ad 2. nego conseq. non enim necesse est, vt Patres æternitatem cum tempore comparent in ratione mensuræ. sed in ratione existentiæ, quæ antecedit rationem mensuræ: nam sicut res corruptibiles coëxistunt in tempore, ita Deus in sua æternitate. Nec inde sequitur, quodlibet aliud attributum contraponi posse tempori, quia nullum aliud habet hanc conuenientiam in ratione durationis cum tempore.

28. *Ad primum 2.* Ad 1. secundæ nego *æ interminabile* æquè primò dicere negationem termini ac mensuræ: dicit negationem termini per se primò; negationem mensuræ consequenter: ideò enim Deus est *immensurabilis*, quia caret termino; non contrà. Et hoc de mensura propriè dicta; nam impropriè dicta non repugnat Deo.

29. Ad 2. Resp. 1. Rationem mensuræ non esse tempori essentialem, sed accidentalem: est enim tempus mensura per opus intellectus, quatenus illud assumit ad mensurandum motum: nam adhuc esset tempus etiamsi intellectus illud non assumeret vt mensuram. Resp. 2. disting. maior. oppositorum immediatorum oppositæ debent esse differentiæ essentiales, concedo; oppositorum mediatorum, nego. Æternitas autem & tempus non opponuntur immediatè, sed mediatè: nam æternitas immediatè opponitur durationi creatæ vt sic, sub qua continetur æuum & tempus. Maior probat. quæ mediatè tantùm opponuntur, supponuntur constituta per alias differentias priores: vt quia substantia mediatè opponitur quantitati, non constituitur, vt differentiâ essentiali, negatione extensionis; nam hæc supponit substantiam constitutam per differentiam priorem, quæ est ratio perfectitatis, quæ immediatè opponitur accidenti vt sic. Quia igitur æternitas opponitur tempori mediatè, non potest primò constitui per differentiam, quâ immediatè opponatur tempori, sed quâ immediatè opponatur durationi creatæ vt sic: & consequenter, ratio, quâ opponitur tempori, non est primò constituens æternitatem, sed proprietas consequens illam. Est autem ratio primò constituens æternitatem, eamque primò distinguens à duratione creatâ vt sic, negatio omnis termini cum indiuisibili & perfectissimâ permanentiâ in essendo.

Ætern. & tempus opponuntur.

Ad Fundam. tertiæ, nego anteced. ad probat. concedo, per eam primò, sed non adæquatè, distingui ab omni duratione creatâ; quia æternitas, non solùm in suo conceptu inuoluit negationem termini, sed etiam perfectissimam permanentiam vitæ & existentiæ Diuinæ: negatio enim termini solùm dicit carentiam principij & finis, sed præter hanc addit æternitas perfectissimam permanetiam vitæ & existentiæ Diuinæ; ergo non solùm per illam, sed etiam per hanc adæquatè discriminatur à duratione creatâ, 30.

SECTIO II.

An æternitas sit propria Dei?

DVplex æternitas; necessaria, quæ est propria Dei, & nulli ab ipso conuenire potest; & libera seu contingens. Quæ adhuc duplex; altera connaturalis, quæ intrinsecus & naturaliter exigitur ab essentia, vt propria passio: Extrinseca altera & merè accidentalis, quæ omninò accidit essentiæ, cum eâque nullam habet naturalem exigentiam & connexionem. De vtraque est controuersia. 31. *Æternitas. Connaturalis, Accidentalis,*

PRIMA sentent. affirmat, neutram æternitatem repugnare creaturæ. Fundam. ad neutram negandam apparet implicantia: potissima enim est de æternitate, quæ connaturaliter exigitur; at sicut connaturalis est Angelo æternitas à parte pòst; ita connaturalis esse potuit à parte antè. Antecedens probat. illa perfectio est connaturalis subiecto, cui opposita priuatio est violenta & præternaturalis: sed annihilatio est violenta & præternaturalis Angelo: ergo eius sempiterna conseruatio est connaturalis eidem. 32. *Neutram repugnare.*

SECVNDA negat, vllam æternitatem conuenire posse creaturæ: *Alberti in 1. part. summ. de 4. Coæuis, quæst. 3. art. 3. Henrici quodlib. 1. quæst. 7. & quodlib. 8. quæst. 9. §. Restat ergo, Alens. 2. part. qu. 14. membr. 1. art. 1. ad 11. & 12. Bonauent. in 2. dist. 1. 1. p. art. 1. qu. 2. Richard. art. 3. quæst. 4. Marsilij q. 1. art. 2. fine, Goffredi apud Ocham infrà, Valent. 1. p. dist. 3. de Deo vt creatore quæst. 3. punct. 2.* qui, quamuis naturali ratione spectatâ, probabile censeat, creaturam ex æternitate condi potuisse, spectatâ tamen Patrum auctoritate, quam in re Theologicâ sequi debemus, id putat implicare, etiamsi id apertâ ratione nobis non constet. Patres autem, qui id expresè negant, sunt *Athanas. orat. 2. contra Arianos, Basilius lib. 2. contra Eunomium, Damascen. lib. 1. fidei cap. 8. Ambros. lib. 1. Hexam. cap. 3. August. 12. de Ciuit. Dei cap. 15. & contra Felicianum Arianum medium:* qui omnes docèt, eò quòd creatura est ex nihilo, ab æterno condi non potuisse. 33. *Vtramque.*

Prob. 2. ratione. Prima: Quod conuenit alicui ex se, priùs illi conuenit, quàm quod illi conuenit ex alio. Creaturæ ex se conuenit non esse, ab alio verò esse: igitur priùs illi conuenit non esse, quàm esse. Impossibile autem est, vt in eâdem duratione creaturæ simul conueniat esse & non esse: igitur impossibile est, vt creaturæ conueniat æternitas. 2. Si creatura condita fuisset ab æterno, sequeretur illam non potuisse non condi: quia vel potuisset non 34. *Ratio 1.* 35. *Secunda.*

Digitized by Google

non condì ante æternitatem,& non; quia ante æternitatem nihil est: vel in æternitate; nec hoc; quia quando res est, non potest non esse: nec post æternitatem, quia præteritum non potest non fuisse præteritum: ergo numquam. Confirmatur, repugnat enti creato, non posse per totam æternitatem à Deo corrumpi,cùm de essentiâ ipsius sit,perfecta
36. dependentia à Deo. 3. sequeretur,creaturam num-
Tertia. quam incepisse,sed semper factam esse:incipit enim per creationem: in æternitate autem non fuisset creatio, sed tantùm conseruatio: quia creatio est tantùm in instanti; in æternitate verò non fuisset assignabile instans, in quo incepisset creatio, & post
37. quod secuta fuisset conseruatio. 4. implicat,Deum producere creaturam cum coëxistentia ad infinitum spatium; ergo & cum coëxistentia ad infinitum tempus.

38. TERTIA sentent. affirmat de æternitate extrinseca & accidentali: *S.Thom.1.part.qu.46.art.1.ad 1. & art.2.ad 1.& 5. 2.contra Gent.cap.38.& de potent. quæst.3.art.14.Caietan.& Ferra.locis citat.Ægydij in 2.dist.1. 1.p.quæst.4. art.2. Durand. quæst.2. Capreol. quæst.1.art.2. conclus.2. Argent.quæst.2. art.2.Ocham. quæst.8.Arimin.quæst.3. Rubio.q.6.art.3.Maior.quæst. 4.Gabr.quæst.3. Palatij disp.2.concl.4. Heruai de ætern. quæst.5. Bannez 1.part. quæst.46.art.2. concl.3. Vasquez disput.177. c.3. Molina quæst.10.art.3. Suar. in Metaph.tom.1. disput.20.sect.6.* Inclinat *Scotus in 2. dist.1. quæst.3. §.tenentes.* Quam sent. problematicè defendit ibid.*Lychet.*Pro cuius controuersiæ explicatione,

36. DICO 1.Implicat,condi potuisse creaturam cum
Creatura non exigit æternit. naturali exigentiâ ad æternitatem. Hanc non inuenio in terminis à Scholasticis agitatam, eam tamen audiui assertam à doctissimis Theologis. Et probo 1. Ratione,ductâ ex *Athanas.oration.seu lib. 2.contra Arianos anto med.* vbi docet reliqua omnia, excepto Verbo diuino, *gratiâ & voluntate condita* esse, *voluntariè*, vt excludat necessitatem; *gratiâ*, vt excludat omnem exigentiam & connaturalitatem ex parte rerum creandarum.Syllogismus:Deus merè gratis & liberaliter omnia extra se producit: at non omnia merè gratis & liberaliter extra se produceret,si esset aliqua creatura, quæ connaturaliter & *ab intrinseco* æternitatem exigeret. Maior *Athanasij & reliquor.Patrum contra Arium*,ratione constat; quia Deo tribuendus est modus produ-
Merè gratis conditur. cendi extra se omnium perfectissimus, scilicet vt merè gratis, & sine vllo debito cuncta producat; quia hic magis commendat liberalitatem creatoris erga creaturas. Minor probat.quod naturaliter exigit creatura, non merè gratis & liberaliter creatur, sed cum aliquo debito & obligatione creantis; nam quantum ponitur de connaturalitate & exigentiâ ex parte effectus; tantum tollitur de gratiâ & liberalitate ex parte agentis: & quantum crescit vis & exigentia creabilitatis in termino, tantum crescit debitum & obligatio creandi in principio creante. Confirm.hanc saltem creaturam negant Patres,cùm contra Arium negant, vllam creaturam condi potuisse ab æterno.

40. Probat. 2. à priori, Implicat creaturam naturaliter exigere proprietatem,quæ necessariò inuoluit perfectionem repugnantem intrinsecis principijs ipsius: Si autem possibilis esset creatura,quæ naturaliter exigeret æternitatem, illa naturaliter exigeret proprietatem,quæ necessariò inuolueret perfectionem repugnantem intrinsecis principijs ipsius,ergo. Maior patet; cùm proprietas sit naturalis passio subiecti, implicat illam esse repugnantem intrinsecis principijs subiecti:alioqui esset naturalis passio; quia postularet, vt esset proportionata subiecto; non esset, quà esset repugnans proprio subiecto.Minor prob.æternitas necessariò inuoluit immutabilitatem rei æternæ per infinitam durationem: sed implicat, creaturam naturaliter exigere immutabilitatem per infinitam durationem:igitur repugnat creaturæ naturalis exigentia æternitatis. *Æternitas trahit immutab. repugnantem creaturæ.* Maior constat; quia implicat, rem æternam vt sic mutari, vel quoad esse, vel quoad operari: sed ratione æternitatis creatura necessariò fieret incapax omnis mutationis. Minor.prob.de conceptu creaturæ est, perfecta subiectio ad creatorem; at hæc tollitur à creatura per infinitam durationem: igitur nequit exigentia æternitatis esse connaturalis creaturæ.

41. DICES, exigentiam talis immutabilitatis non repugnare creaturæ, tum quia oritur ex suppositione æternitatis, quæ non pugnat cum creatura; vt patet, si creatura condita fuisset ab æterno sine tali exigentiâ: nam 1. tali creaturæ, ex suppositione æternitatis,connaturalis fuisset æterna immutabilitas. 2. hæc immutabilitas est consequens ad æternitatem: creatura autem posset naturaliter exigere vnum & non aliud. Resp. negand. assumpt. ad 1. probationem, distinguenda maior. talis immutabilitas oritur ex suppositione æternitatis gratuitò communicatæ,nego; quæ connaturaliter exigatur,concedo. Prior immutabilitas non repugnat creaturæ, repugnat posterior: Multa enim possunt nobis gratis communicari, quæ tamen non possunt à nobis connaturaliter exigi; gratia, gloria, cæteraque dona supernaturalia gratis nobis communicantur, quæ tamen nequeunt connaturaliter à nobis exigi.

42. Quia quod gratis communicatur,non variat in-
Quod datur gratis non destruit essentiam. trinsecam essentiam rei; variat, quod naturaliter exigitur: at nulla res potest naturaliter exigere, quod propriæ essentiæ repugnat; ergo nec potest creatura naturaliter exigere æternitatem, quæ necessariò inuoluit immutabilitatem, repugnantem intrinsecis principijs essentiæ creatæ,quæ essentialiter importat mutabilitatem.Ex his patet ad minorem: nam immutabilitas,quæ conueniret creaturæ gatuitâ æternitate donatæ, esset connaturalis creaturæ ratione æternitatis gratis communicatæ; non ratione alicuius intrinsecæ exigentiæ; sicut visio beata est connaturalis intellectui creato ratione luminis gloriæ, gratis collati,non ratione alicuius intrinsecæ exigentiæ.

43. AD 2. probat. neg. minor. repugnat enim na-
Si exigit vnam perfection. & connexas. turam à parte rei exigere vnam perfectionem, & abstrahere ab aliâ cum ea essentialiter connexâ; exemp. gr. exigere potentias, & cum potentijs non exigere actus, cum ijs potentijs essentialiter connexos; potentias exigere actus,& cum actibus non exigere obiecta,actus essentialiter specificantia; hominem exigere admirabilitatem, cum ad[illegible]bilitate non exigere risibilitatem, cum eâ [illegible]aliter coniunctam; Ratio: intrinseca exigentia naturæ tendit ad suas proprietates, prout à parte rei existunt: atqui implicat, vt à parte rei existat vna perfectio sine alia; si vna essentialiter includitur in alia; ergo implicat naturam tendere ad vnam perfectionem sine alia. Maior probatur, natura exigit suas proprietates, vt perfectibile suum perfectiuum: perfectibile respicit perfectiuum, prout re ipsa existit: quia existentia est prima perfectio rerum, cùm nihil possit habere rationem perfecti, nisi vel per existentiam, vel per ordinem ad illam. Confirmatur, quando exigitur aliqua perfectio,exigitur secundùm totum id, quod à parte rei essen-

Digitized by Google

essentialiter includit: ergo si æternitas à parte rei essentialiter includit immutabilitatem rei creatæ per infinitam durationem, non potest ea exigi, quin simul coëxigatur æterna immutabilitas, cum æternitate essentialiter connexa.

44. *Accidentalis æternitas non repugnat ex parte Dei.* Dico 2. Non repugnat, creaturas etiam naturâ suâ corruptibiles, merè gratis & liberaliter ab æterno condi potuisse. Fundam. nulla est implicantia: non ex parte Dei producentis; quia Deo no deest potentia; nec requiritur, vt causa durationè præcedat suum effectum, sed sufficit, si tantùm naturâ & causalitate, vt patet de sole respectu luminis.

45. *Nec termini,* Neque ex parte termini vt sic; alioqui nec Verbum diuinum potuisset ab æterno produci: neque ex parte termini, vt creabilis; quia solùm dicit non habere ex se, sed illud totum accipere ab alio: at etiam creatura ab æterno condita potuisset habere totum suum esse ab alio, & non ex se. Ergo. Confirmatur, sicut non repugnat æternæ productioni, vt terminus per eam productus habeat esse ab alio, vt constat de productione Verbi: ita non repugnat æternæ productioni, vt per eam terminus totum suum esse habeat ab alio. Vnde non sequitur, quòd non esse creaturæ duratione præcedere debeat ipsum esse, nec enim ipsum non esse relatiuum Verbi præcedere debet duratione ipsum esse relatiuum Verbi, sed tantùm origine. Quare cùm dicitur, creatura fit ex nihilo, τὸ *Ex*, non importat antecessionem temporis, sed vel negationem subiecti, vel prioritatem naturæ; quæ in hoc consistit, vt creatura, quantum est ex se, nullum habeat esse; sed totum, quod habet, habeat à Deo liberè producente: quia verò quod conuenit alicui ex se, priùs naturâ illi conuenit, quàm quod conuenit ab alio, ideò priùs naturâ dicitur creatura non esse, quàm esse.

46. *Nec creationis.* Nec demum repugnat ex parte creationis: cuius conceptus non est, vt putat *Henricus*, vt debeat tantùm in instanti durare, sed vt sit actio, quâ res accipit esse. Neque est necesse illam à parte rei distingui à conseruatione, vt patet, si Angelus crearetur immediatè post instans temporis: tunc enim creatio distingui non posset à conseruatione eiusdem realiter, sed tantùm ratione. Nam eadem actio considerata, vt simplex dependentia termini à suâ causâ, diceretur creatio: considerata, vt quædam continuata dependentia termini à causa, connotans præexistentiam sui diceretur conseruatio, absque reali distinctione in re ipsa.

47. Ad Fundam. primæ neg. maior. ratio implicantiæ constat ex 1. assert. æternitas à parte pòst supponit in Angelo liberalem creationem, quâ positâ, est illi connaturalis æternitas à parte pòst: æternitas à parte antè non supponit in re creata liberalem creationem, sed potiùs essentia creaturæ priùs natura quàm crearetur, naturaliter exigeret æternam creationem. Non repugnat autem, vt posito vno dono gratuito, sit illi connaturale alterum, quod cum primo naturalem habet connexionem: quia tunc connaturalitas & exigentia non fundatur in creatura, sed in dono liberaliter collato: ratione cuius fit creaturæ connaturale, quod simpliciter nec potest illi esse connaturale. Sic posito lumine gloriæ, vt gratuito dono in intellectu creato, connaturalis est illi visio beata, quæ cum tali lumine est connaturaliter connexa, quæ simpliciter nec esse potest ei connaturalis.

Donũ gratuitum potest exigere aliud:

48. Dices. Ergo saltem æternitas est connaturalis creationi: sed creatio est creatura in fieri: ergo æternitas est connaturalis creaturæ. Resp. distinguo minor. creatio est creatura includens donum gratuitum, concedo; non includens, nego: ergo est connaturalis æternitas, creaturæ, vt includenti donum gratuitum, concedo; vt non includenti, nego. Si autem connaturalis esset creaturæ æternitas à parte antè, esset illi connaturalis nullo supposito dono gratuito; quia non potest supponere creationem gratuitam, sicut supponit æternitas à parte pòst. Ratio: æternitas à parte pòst habet initium durationis à parte antè, in quâ supponere potest creationem: æternitas à parte antè, nullum habet initium durationis à parte antè, in quâ possit gratuitam creationem supponere: nec naturâ priorem; quia æternitas necessariò inuoluit esse rei secundùm omnem conceptum essendi; nec potest illud, vt naturâ tantùm præcedens excludere à conceptu æternitatis. Confirmatur, æternitas à parte pòst, non includit necessariam immutabilitatem ex parte creaturæ, quæ manet perfectè subiecta Deo quolibet instanti, quo annihilari potest pro libero decreto Dei: In æternitate à parte ante creatura per totam æternitatem & infinitam durationem à Deo annihilari & mutari nõ posset; nec tam ex decreto Dei, quàm ex impossibilitate rei. Implicat autem, vt creatura naturaliter exigat talem perfectionem, per quam se subtrahat per infinitam durationem à subiectione Dei.

49. *Creatio æterna immutabilitatem.*

Ad argumentum Patrum, Resp. Vel eos contra *Arium* loqui, suppositâ rerum creatione in tempore. Si Verbum est æternum; ergo non est creatura: quia de facto nulla creatura est æterna. Vel certè eos negare, condi potuisse creaturam ab æterno cum naturali exigentiâ æternitatis. Quæ respons. est magis conformis ad confutandum errorem *Arij*, qui dicebat, Verbum esse creaturam excellentissimam inter omnes, vt constat ex *Athanasio Oration. seu lib. 3. contra Arianos columna 13. & lib. 4.* vbi probat non ex quâcumque æternitate colligi Christum esse naturalem filium Dei, sed ex æternitate propriâ Dei Patris. Rectè igitur Patres: Verbum ab æterno productum est, & non sicut reliquæ creaturæ, quæ tantùm voluntate & gratiâ producuntur, sed naturaliter: igitur non potest esse creatura, quia nulla creatura postulat naturaliter ab æterno produci. Quæ responsio colligitur ex *citat. Athanasij & Damasc. lib. 1. Fidei cap. 8.* vbi ex eo, quòd creatio sit voluntaria Deo, colligit illam suâ naturâ & ab intrinseco non postulare æternitatem.

50. *Explicantur Patres.*

Damascen.

51. Ad 1. ration. impossibile est, vt in eâdem durationè conueniat esse, & non esse simpliciter, concedo: vt eidem conueniat esse ab alio, & non esse à se, nego: hoc autem non est ponere esse, & non esse in eâdem duratione simpliciter; sed esse absolutè, & non esse sub conditione, nempe, si ab alio productum non esset.

52. Ad 2. nego sequelam: ad probationem dico, creaturam potuisse non condi in æternitate, non in sensu componente æternitatem cum creatura, sed diuidente: quia quod ab æterno conditum fuisset, potuisset ab æterno non condi, sicut ab æterno Deus voluit mundum, & tamen pro eâdem æternitate potuisset non velle mundum, non in sensu composito, sed diuiso. Ad confirmat. Resp. Assumptum esse verum de incorruptibilitate æterna, quæ connaturaliter exigatur; non de gratis communicatâ.

53. Ad 3. Si τὸ *incipit* denotet initium durationis, concedo, creaturam ab æterno nunquam incepisse; si tantùm principium productionis, nego: nam ab æterno

Digitized by Google

Principium productionis, non durationis.

æterno creatura habuisset principium suæ inceptionis, etsi ea inceptio distincta non fuisset à conseruatione. Vnde ad maior. concedo, ab æterno non fuisse creationem re ipsa distinctam à conseruatione; ad probationem, falsum est, creationem esse tantùm in instanti: hoc enim argumentum fieri suo modo potest de productione Verbi; quod ita ab æterno productum est, vt per totam æternitatem dicatur produci: nec in eius æternâ productione, licet distinguere productionem ab eius quasi conseruatione.

54. *Discriminis ratio.*

Ad 4. nego consequentiam: quia potest res coëxistere æterno tempori per solum fluxum æterni temporis, cùm res, vt coëxistat tempori, nullam perfectionem requirat maiorem, quàm ex se habet instanti quo primò est: non potest res coëxistere infinito spatio per fluxum spatij, quia spatium nõ fluit, sed per aliquam perfectionem intrinsecam. sicut enim ipsa non potest coëxistere maiori spatio, quod primò adæquatè occupat, sine nouâ perfectione intrinsecâ; ità nec infinito spatio sine nouâ perfectione intrinsecâ infinitâ, quod implicat.

SECTIO III.

Quomodo æternitas differat ab æuo?

55. ETsi Æuum ex suâ primæuâ impositione multa significet, ex Scholasticorum tamẽ vsu accommodatum est ad significandam solam durationem rerum incorruptibilium: in quo sensu

56. PRIMA sententia affirmat, Æuum differre ab æternitate: quia hæc caret principio & fine: illud principium habere potest. Sed contrà; *vt præced. sectione*, non repugnat, creaturam incorruptibilem carere potuisse principio & fine durationis.

57. SECVNDA celebris est, *Bonauent. in 2. distinct. 2. part. 1. articul. 1. quæst. 3. & Varro apud Capreo.* ibidem *quæst. 2. articul. 1. contra 5. conclusionem*, asserentium, æuum differre ab æternitate, eò quòd æuum includat successionem, quam non includit æternitas. Hanc sentent. probabilem putant *Scotus in 2. dist. 2. quæst. 1. & Richardus articul. 1. quæst. 3.* Hæc successio in æuo explicatur à *Bonauent.* vt sit tantùm *successio in* actione, quâ substantia æuiterna conseruatur à Deo, absque vllâ successione in substantiâ ipsâ: sicut riuulus semper egreditur à fonte cum nouâ aquâ; radius à sole cum eodem semper esse præhabito. Ita in re præterlabente & corruptibili, vna pars habita amittitur, & nõua subinde acquiritur: in re æuiternâ idem esse, quod semel habuit, per continuum influxum Dei continuatur. Vnde sola successio est in actione, quâ conseruatur, absque vllâ successione in re conseruatâ. Supponit autem hic modus actionem, quâ Deus conseruat res incorruptibiles, non esse vnam continuò perseuerantem, sed plures, quarum vna immediatè succedit alteri.

Modus 1.

58. Alio modo probabiliùs explicatur hæc sentent. vt æuum sit modus successiuus, distinctus ab actione, & à substantiâ rei æuiternæ, per quem substantia incorruptibilis successiuè respondet diuersis partibus temporis realis vel imaginarij. Sicut *vbi* est modus, quo vnaquæque res diuersis respondet partibus loci realis aut imaginarij. Prob. 1. *Hieronym. epist. ad Marcellam, Anselm. in Prosol. cap. 20. August. lib. 11. Confess. cap. 14.* &c. affirmantium, solam æternitatem Dei nullam agnoscere successionem, reliquas durationes creatas necessariò aliquam admittere præteriti ac futuri successionem.

Modus 2.

Prob. 2. rationibus 1. si in æuo nulla esset successio, idem in eo esset præteritũ, præsens, & futurum: sed implicat angelum, qui semel fuit, non fuisse; ergo similiter implicabit, qui nunc est, non fore. Maior prob. vbi nulla est successio, sed idem *nunc* semper indiuisibiliter stans, nulla est distinctio inter præteritum, præsens, & futurum: igitur si præteritum non potest non fuisse, nec futurum poterit non fore. Confirm. ideò Deus non potest non fore, quia nunc habet quidquid ad futuram durationem requiritur: ergo si nunc angelus habet quidquid ad futuram durationem requiritur, nec ipse poterit non fore. 2. Angelus vi suæ durationis respondere potest tempori infinito: ergò, si talis duratio est indiuisibilis & tota simul, est actu infinita: quia mensura, quæ ex se apta est adæquari mensurato infinito, est actu infinita. Confirm. ita se habet duratio ad tempus, sicut locabilitas ad spatium: implicat autem, creaturam per locabilitatẽ finitam respondere spatio infinito; ergò & per durationem finitam tempori infinito. 3. potest vnus angelus plus durare quàm alius; & idem plus durare dicitur per duos, quàm per vnum annum: sed si duratio esset indiuisibilis & tota simul, non plus durationis haberet vnus, quàm alius; nec idem maiorem durationem haberet coëxistens duobus annis, quàm vni tantùm. 4. repugnat, in re finita esse infinitas negationes defectuum: at si æuum esset duratio totum esse suum futurum vnitiuè præhabens, actu haberet infinitas negationes defectuum; scilicet nunc haberet negationem diei crastini, & infinitorum subsequentium. Maior probatur, negatio defectus est positio perfecti[illegible] ergò infinitæ negationes defectuum est positio infinitarum perfectionum. Confirm. ex infinitis negationibus defectuum colligimus infinitam perfectionem in Deo: ergò ex infinitis negationibus defectuum colligemus infinitam perfectionem in re creata. 5. Implicat, angelum successiuè respondere diuersis partibus spatij, absque modo successiuo addito: ergo implicabit, successiuè respondere diuersis partibus temporis, absque modo successiuo addito.

59. *In æuo successio prob. 1.*

60. *Ratio 2.*

61. *Tertia.*

62. *Quarta.*

63. *Quinta.*

TERTIA sentent. *S. Thom. 1. part. quæst. 10. artic. 5. & quodlib. 10. quæst. 1. articul. 4. Alens. 1. part. quæst. 12. memb. 9. articul. 3. & reliquorum Scholasticorum in 2. distinct. 2.* affirmantium, æuum non distingui ab æternitate per successionem, sed vel per defectibilitatem in essendo, & terminum saltem possibilem; vel, *vt S. Thom. explicat*, per coniunctionem ad mutabilitatem, etsi in se immutabile sit: scilicet æuum mensurat esse quod est subiectum & principium variarum mutationum accidentalium: æternitas mensurat esse, quod est omninò immutabile, & quoad esse, & quoad operationes.

64.

DICO 1. Æuum non differt ab æternitate per successionem intrinsecam ita *Augustin. 12. de Ciuit. Dei c. 15. Immaterialitas*, inquit, *Angelorum non transit in tempore, nec præterita est quasi iam non sit, nec futura quasi nondum sit.* Prob. 1. actio, quâ Deus conseruat æuiterna, est permanens, sicut ipsum esse, quod conseruatur: nam conseruatio est eadem continuata actio. Præterea primus modus fingens actionem successiuam, quæ quolibet instanti desinit, vt quolibet instanti res æuiterna possit deficere, si noua actio conseruatiua non succedat, non saluat intentum; quia actio illa, quæ succedit in tempore immediatè post instans, necessariò debet durare tempore aliquo determinato, cùm nequeat actio desinere pro eâ duratione, pro quâ est; ergo saltem pro eo tempore non posset res æuiterna deficere. Deinde hæc eadem actionum successio adstruenda esset in

65. *Nulla intrinseca successio.*

Contra modum Bonauenturæ.

Digitized by Google

ſet in operationibus æuiternorum; nam etiam illæ deficere poſſunt pro quolibet mómento futuro. Tum maximè; duratio non eſt formaliter actio, quâ res durans conſeruatur; cùm actio & duratio ſit res diuerſorum prædicam. vnde debent ſaltem ratione diſtingui: actio eſt attingentia termini; conſeruatio manutenentia eiuſdem, duratio addit permanentiam eſſe præhabiti, cum correſpondentiâ ad tempus reale vel imaginarium. Vnde non ſolùm res conſeruata, ſed etiam conſeruatio durare dicitur: quia ſicut quodvis ens exiſtit exiſtentiâ propriâ, ita durat duratione propriâ: quia duratio ſupra exiſtentiam non addit, niſi permanentiam in eſſe: vnde ſicut nequit exiſtere exiſtentiâ alienâ; ita nec permanere in proprio eſſe permanentiâ alterius eſſe.

66. *Actio ſucceſſiua frustra fingitur.*

Demum ad ſaluandam continuam defectibilitatem, quam res creatæ habent ad durandum in futurum, talis ſucceſſio neceſſaria non eſt; quia talis defectilitas optimè ſaluatur per continuam dependentiam eiuſdem eſſe, quâ res creatæ mediâ actione conſeruatiuâ liberè pendent à Deo: nam, etiam poſitâ totâ actione conſeruatiuâ & exiſtentiâ, atque adeò totâ perfectione duratiuâ intrinſecâ in creaturâ poteſt Deus pro quolibet momento futuro talem actionem ſuſpendere, & creaturam in nihilum redigere, atque adeò illa ampliùs non durare.

67. *Ac duratio ſucceſſiua. Contra modum 2.*

Prob. 2. contra poſter. modum; tota ratio ponendi talem modum ſucceſſiuum diſtinctum à ſubſtantia æuiterni, eſt vt ſubſtantia æuiterni reſpondeat diuerſis partibus temporis: ſed ad hunc effectũ non eſt neceſſarius talis modus: nam illud non eſt ad aliquem effectum neceſſa[illegible]ſine quo talis effectus haberi poteſt: at ſine hoc modo addito haberi poteſt ſucceſſiua reſpondentia rei incorruptibilis ad tempus; poſita enim re incorruptibili, & tempore ſimul, & quocumque alio modo præciſo, implicat talem rem non reſpõdere diuerſis partibus temporis; cùm nihil aliud ſit, rem reſpondere diuerſis partibus temporis, quàm illis coëxiſtere: implicat autem, rem incorruptibilem poſitam in tempore, non coëxiſtere diuerſis partibus temporis, hoc ipſo, quòd diuerſæ partes temporis fluunt circa talem rem: ſicut eo ipſo, quòd circa pontem præterfluunt diuerſæ partes fluminis, pons coëxiſtit illis; cùm nil aliud ſit, alteri coëxiſtere, quàm exiſtere, dũ aliud exiſtit: atqui dum diuerſæ partes temporis exiſtũt,

68. exiſtit res æuiterna; ergo illis coëxiſtit. Confirm. *vt in Phyſicis*, nulla duratio à parte rei diſtinguitur à re durante; cùm enim duratio addat ſupra exiſtentiam ſolam permanentiam in eſſendo, repugnat rem durare duratione à propriâ exiſtentiâ diſtincta. Addo, quòd quælibet duratio proportionari debet rei, cuius eſt duratio, vt ſi illa ſit indiuiſibilis & permanens, illa etiam indiuiſibilis & permanens ſit oportet; aliqui non eſſet proportionata menſura reſpectu ſui menſurati. Sicut enim duratio permanens non eſt congrua menſura rei fluentis; ita nec fluens congrua permanentis.

69. *Æuum intrinſecè capax termini.*

Dico 2. Æuum differt ab æternitate tum per intrinſecam capacitatem termini, cuius non eſt capax æternitas: tum per exigentiam ſucceſſionis in proprijs actibus & accidentibus ſubſtantiæ, quam menſurat. Ratione prioris differentiæ æuum habet, vt in quolibet momento deficere poſſit, & in futurum ampliùs non protendi: ratione poſterioris, vt non ſit perfecta menſura rei, cuius eſt duratio: ſi quidem non menſurat rem quoad proprios actus & intrinſecas operationes ipſius, ſicut æternitas; ſed ſolùm quoad ſubſtantiam, conſtat ex dictis *de Æternitate.*

Ad Patres adductos contra 1. concluſ. Reſpond. vel eos intelligi de duratione æuiternorum, menſurante non eorum ſubſtantiam, ſed operationes, quarum eſſe ſicut conſtat ex præterito & futuro, ita & earum duratio; & quia hæc duratio eſt quoddam complementnm æui; nam ſicut propriæ operationes ſunt complementum ſubſtantiæ, & ipſarnm duratio eſt complemẽtum durationis ſubſtantiæ; non incongruè dici poteſt, æuum ratione huius complementi adiuncti admittere aliquam ſucceſſionem in ſubſtantia; Vel intelligi de ipſa duratione ſubſtantiæ, quæ ſaltem in potentiâ, & negatiuè admittit differentias præteriti & futuri: nam & qui creatus eſt initio mundi, poterit tunc non creari; & qui nunc eſt, poterit non fore. Æternitas autem nec ratione durationis adiunctæ, nec in potentiâ & negatiuè admittere poteſt ſucceſſionem vllam in diuinâ ſubſtantiâ. 70. *Exponuntur Patres.*

Ad 1. rationem conceſſa ſequelâ cum minore, loquendo de differentijs intrinſecis æuo; neg. conſeq. nam *fuiſſe* in æuo, connotat aliquid, in cuius oppoſitum Deus non poteſt; quia connotat rem coëxtitiſſe præterito; fieri autem nequit, vt quod coëxtitit præterito, non coëxtiterit. Fore autem cùm nihil connotet, in cuius oppoſitum Deus non poſſit, non repugnat, vt quod coextitit præterito, non coëxiſtat futuro; eſto præteritum & futurum, quatenus ſunt differentiæ intrinſecæ, non diſtinguãtur in æuo. Ratio: licet æuum habeat totam ſuam perfectionem intrinſecam ſimul, quia tamen illam habet dependenter à Deo, totam illam ſimul amittere poteſt. Vnde ſi Deus annihilaret angelum ab initio mũdi creatum, non ſolùm annihilaret durationem, quæ futura erat, ſed etiam quæ fuit, licet non poſſet annihilare illam ſecundùm extrinſecum counotatum quod fuerit: tametſi annihilando illam non ſolùm annihilaret durationem, quæ futura erat, ſed ipſum etiam extrinſecum connotatum, quod reſultare debuerat ex duratione futura. Diſcriminis ratio: hoc connotatum *fuiſſe*, neceſſariò reſultat ex coëxiſtentia rei æuiternæ, ad tempus præteritum, quod non tollitur ex deſtructione rei præſentis: connotatum verò temporis futuri pendet ex coëxiſtentia rei præſentis ad tempus futurum: deſtructâ autem re præſente, tollitur quin res quæ eſt præſens, coëxiſtat futuro, ac proinde non ſolùm tollitur duratio intrinſeca, ſed ipſa etiam connotatio extrinſeca, quæ eſſentialiter pendet ex permanentiâ rei præſentis ad tempus futurum. Ad confirmationem: nego, Deum non poſſe non fore, ex eo præcisè, quòd nunc habet quidquid ad coëxiſtendum futuro requiritur, ſed quia id habet à nullo extrinſeco dependens. 91. *Connotat coëxiſtentiam præteriti, futuri.* *Ab extrinſeco dependet.*

Ad 2. nego conſequentiam: Nam ſicut correſpondentia ad tempus extrinſecum nullam ponit perfectionem intrinſecam in re reſpondente; ita nec correſpondentia ad tempus extrinſecum infinitum ponit perfectionem intrinſecam infinitam in eadem re reſpondente: non enim res creſcit in perfectione intrinſecâ, per connotationem rei extrinſecæ; alioqui quælibet creatura eſſet infinita, quia connotat creatorem infinitum. Ad prob. conſeq. nego æuum eſſe menſuram temporis infiniti, ſed ſolùm purum coëxiſtens: eſt autem menſura ſolius ſubſtantiæ æuiternæ, quæ ſicut finita eſt, ita & ipſius æuum finitum erit: duratio enim menſuram perfectionis ſumit ab eſſe, quod menſurat. Ad confirm. neg. maior. ratio diſcriminis oritur ex diuerſo modo, quo res ſpatio adæquatur permanenter, tempori ſucceſſiuè; vt adæquetur ſpatio permanenter, debet eò magis creſcere in perfectione creabili, quò maiori 72. *Eſt menſura finiti temporis.* 73. *Cui adæquatur.*

Digitized by Google

maiori spatio adæquatur: vt adæquetur tempori successiuè, non oportet, vt quò longiori tempori adæquatur, eò perfectiorem durationem habeat: patet 1. à posteriori, nam eodem modo Angelus supremus, atque infimus respondebunt tempori infinito à parte pòst; cùm tamen non eodem modo respondeant spatio; quò enim est perfectior, eò maiori spatio respondet. 2. à priori; cùm spatium sit permanens, vt res adæquetur spatio permanenti infinito, debet esse infinita: implicat enim, vt res permanens finita adæquetur spatio permanenti infinito; cùm talis adæquatio fieri debeat per commensurationem rei ad spatium. Contrà verò, cùm tempus sit successiuum, vt res adæquetur tempori infinito, non est opus, vt res sit etiam infinita, sed sufficit, vt tempus sit infinitum; quia res non debet adæquari toti tempore simul, sed successiuè: potest autem eadem res, inuariata quoad entitatem, respondere infinitis partibus temporis successiui; eò quòd semper respondet eadem res sub singulis partibus temporis. Toti autem spatio debet adæquari simul, quia spatium non est fluens, sed permanens.

Successiuè.

74. Ad 3. dist. maior. dicitur vnus Angelus plus durare, quàm alius per durationem intrinsecam, nego; per connotationem & coëxistentiam ad tempus extrinsecum, concedo.

75. Ad 4. Maior est intelligenda de negationibus, quæ tollunt defectus intrinsecos, per positionem perfectionis oppositæ, vt sunt negationes, quas Deo tribuimus; non de negationibus, quæ solùm tollunt connotationes & respectus extrinsecos, vt sunt negationes infinitorum dierum subsequentium, quas tribuimus æuo: sicut enim respectus, & coëxistentia ad infinitos dies, non ponit in æuo perfectionem intrinsecam; ita nec infinitæ negationes infinitorum dierum ponent in æuo perfectionem vllam intrinsecam. Ex his patet ad confirmationem.

76. Ad 5. nego conseq. quia nequit subiectum acquirere nouam formam siue intrinsecam siue extrinsecam, sine aliquâ mutatione, vel sui, vel formæ: at nulla mutatio fit in spatio, quod angelus de nouo acquirit; ergo fieri debet in Angelo: non potest autem fieri nova mutatio, nisi per nouum modum additum. ergo: Contrà verò, vt Angelus coëxistat nouæ parti temporis, non requiritur noua mutatio in Angelo, sed sufficit mutatio temporis, quâ successiuè fluit. Præcisâ enim quâlibet mutatione in Angelo, implicat Angelum non coëxistere nouæ parti temporis, quod continuò fluit.

In quo fit mutatio.

77. Infertur 1. si Angelus annihilaretur, & posteà reproduceretur, non reproduci cum nouo æuo, sed cum eodem: cùm æuum non distinguatur ab existentiâ Angeli; licet illud ob interruptionem ab esse ad non esse, & à non esse ad esse, dici possit prius & posterius se ipso, sicut & existentia Angeli. 2. substantia incorruptibilis ad durandum est in actu ratione esse quod totum simul possidet; est simul in potentia ratione dependentiæ, cum quâ illud à primo agente possidet.

SECTIO IV.

An præter æuum & tempus cõtinuum concedendæ sint aliæ durationes creatæ?

79. *Negat Scotus.* PRIMA sentent. *Scoti in 2. distinct. 2. quæst. 8.* negantis. Fundam. omnia existunt successiuè, aut permanenter, quæ successiuè, mensurantur tempore continuo; quæ permanenter, mensurantur æuo. Confirm. 1. quæ habent conformem modum manendi, habent mensuram eiusdem rationis in manendo, etiamsi vnum diutiùs duret alio: sed omnes res creatæ habent modum manendi successiuum, aut permanentem; si successiuum, mensuratur tempore continuo; si permanentem, æuo. 2. alioqui tot distinguendæ essent durationes specie diuersæ, quot distinguuntur res durantes: diuersum esset æuum vnius Angeli, ab æuo alterius speciei diuersi.

80. *Affirmant S. Thomas.* SECVNDA sententia *S. Thom. 1. part. quæst. 10. art. 5. ad 1. quæst. 53. articul. 3. & quodlibeto 2. articul. 5. & quodlib. 11. art. 4. Caiet. ibid. Henrici quodlib. 12. quæst. 8. Durandi in 2. distinct. 2. quæst. 6. Capreoli quæst. 2. conclus. 3. & 5. & reliquorum Thomistarum* affirmantium, præter æuum & tempus continuum, dari alias durationes creatas.

81. DICO 1. præter tempus continuum, quo mensurantur omnes motus; & æuum, quo mensurantur substantiæ incorruptibiles, earumque accidentia & operationes suâ naturâ perpetuæ, datur alia duratio, quâ mensurantur operationes indiuisibiles Angelorum. Fundamentum: duratio est permanentia in esse; ergo diuersificatur à diuersa permanentia in esse: sed hæc omnia habent diuersam permanentiam in esse; ergo & diuersam durationem: nam specifica diuersitas oritur ex diuersa ratione contractiua generis, ergo ex diuersa ratione permanentiæ in esse oritur diuersa ratio specifica durationis. Minor prob. diuersitas permanentiæ in esse, desumitur ex diuersa exigentia ad permanendum: sed prædicta omnia habent diuersam exigentiam ad permanendum: motus habet exigentiam ad permanendum per diuersas, & continuas sui partes; substantiæ immortales ab intrinseco postulant permanere totæ simul indiuisibiliter: nec vllam habent intrinsecam potentiam corruptibilitatis, sicut nec earum proprietates, & quædam operationes immanentes ipsarum, quæ nec ab extrinseco corrumpi, nec ab intrinseca potentia deficere possunt: cuiusmodi est cognitio, quâ Angelus perpetuò cognoscit se ipsum, & actio, quâ sol intrinsecam lucem continuò in se ipso conseruat. Reliquæ operationes immanentes Angelorum, quia quando existunt, totæ simul indiuisibiliter existunt, & vnà sunt ab intrinseco principio, à quo liberè conseruantur, defectibiles, non possunt mensurari æuo, vt res ab intrinseco indefectibiles; aut tempore cõtinuo, ut res successiuæ; ergo mensurari debebunt duratione diuersæ rationis ab vtroque. Cùm enim duratio sit mensura rei durantis, & mensuta proportionari debeat mensurato, non possunt mensurari æuo, quod est tantùm mensura rei ab intrinseco indefectibilis; nec tempore continuo, quod est mensura rei successiuæ.

Permanentia in esse diuersa.

Alia mensurantur æuo.

Alia tempore continuo.

82. DICO 2. Duratio, quâ mensurantur res indiuisibiles ab intrinseco defectibiles, est instans temporis discreti, formaliter indiuisibile, virtualiter diuisibile. est *S. Thom. & reliquorum* suprà. *Instans* dicitur, quia est duratio tota simul, & non per partes existens; per quod differt à tempore continuo: *Formaliter indiuisibile*, quo conuenit cum instanti temporis continui, quod est etiam indiuisibile: *virtualiter diuisibile*, quo differt ab eodem instanti temporis continui, & conuenit cum æuo: *Temporis*, quâ particulâ discriminatur ab æuo, quod suâ naturâ ineptum est ad tempus componendum; cùm de ratione temporis vt sic, sit prius & posterius immediatè sibi succedentia, æuum autem suâ naturâ sit perpetuum; quia vt posset tempus componere, de-

Alia instanti temporis discreti.

Virtualiter diuisibili.

Digitized by Google

re, deberet poſſe vnum æuum alteri æuo ſuccedere, per inceptionem vnius, & corruptionem alterius. Contrà verò: quia duratio ab intrinſeco defectibilis, apta eſt ſuccedere alteri durationi ab intrinſeco etiam defectibili in eodem ſubiecto, apta erit componere tempus aliquod, per mutuam incompoſſibilitatem naturalem: tam enim duratio vnius cognitionis angelicæ ſuccedit naturaliter incompoſſibiliter durationi alterius cognitionis eiuſdem angeli, quàm duratio vnius formæ materialis ſuccedit naturaliter incompoſſibiliter durationi alterius formæ in eodem ſubiecto: igitur apta ſunt componere tempus aliquod. *Diſcreti* dicitur, ad differentiam cõtinui: continuum enim conſtat ex priori & poſteriori diuiſibilibus, aptis ad continuitatem gignendam; *diſcretum* ex priori & poſteriori indiuiſibilibus, ineptis ad continuitatẽ faciendam: quia partes quaſi diſcretæ vnitates totæ ſimul ſibi immediatè ſuccedunt. Huius temporis diſcreti auctor cenſetur *S. Thom.* quem poſteriores ſunt ſecuti: & colligitur ex *Auguſt. lib. 8. de Gen. ac litt. cap. 20.* vbi docet, creaturam ſpiritualem mouere ſe in tempore, dum internas affectiones exercet.

83. DICO 3. Beatitudo ſupernaturalis menſuratur æuo; quod, quia ſupernaturalis eſt ordinis, & participatio quædam vitæ diuinæ, quæ menſuratur æternitate, rectè à *S. Thom. & Thomiſtis*, ad differentiam æui naturalis, quo menſurantur ſubſtantiæ æuiternorum, & perpetuæ earum operationes, dicitur participata æternitas.

84. *Menſuratur æuo, gloria,* Nec alio, quàm de nomine contendit *Scot. in 4. diſt. 49. q. 6. §. De 2. dubio*; cùm negat beatitud. ſupernatural. menſurari participatâ æternitate, ſed tantùm æuo, quo menſuratur ſubſtãtia beati: quia cùm beatitudo non ſit immutabilior ſubſtantiâ, cuius eſt beatitudo, nec accidens poſſit eſſe immutabilius ſubſtantiâ, cui inhæret, non poterit immutabiliore duratione, qualis eſt æternitas, menſurari. Nam *S. Thom.* non ex eo deducit, beatitudinem menſurari æternitate, quia eſt immutabilior ſubſtãtiâ, ſed quia eſt ordinis altioris diuini: vnde ſicut eſſe diuinum menſuratur æternitate imparticipatâ, & à ſe; ita eſſe diuinum participatum, menſuratur æternitate participatâ. Eadem eſt ratio de gratia, & reliquis habitibus ſupernaturalibus perſeuerantibus in beatis; ſecus de ijſdem exiſtentibus in viatoribus: in quibus, quia habere poſſunt cõtrarium, non menſurantur æuo, aut æternitate, ſed inſtanti temporis diſcreti ordinis ſupernat. quia æuum, & æternitas participata inuoluit indefectibilitatem ab intrinſeco, quam nõ dicunt gratia, & reliqui habitus ſupernat. in viatoribus, in quibus corrumpi poſſunt ab intrinſecâ potentiâ ſubiecti, in quo exiſtunt.

Gratia in Beatis;

85. *Non operationes externa Angelorum,* Infertur 1. operariones externas Angelorum non menſurari æuo, aut inſtanti temporis diſcreti, ſed tẽpore continuo. Fundamentum: Angeli non aliam poſſunt in externa corpora operationem exercere, quàm motum localem, qui menſuratur tempore continuo.

86. *Nec interna hominum;* 2. operationes internas hominis menſurari tempore, non æuo, aut inſtanti temporis diſcreti. Fundam. omnis operatio interna hominis fit medio diſcurſu, ex vno actu in alium continuo procedendo: contrà verò, operationes internæ angelorum eliciũtur totæ ſimul indiuiſibiliter, ſicut etiam totæ ſimul indiuiſibiliter deſinunt. Dices ſaltem poſſet homo in eadem indiuiſibili cognitione manere abſque nouo diſcurſu: ergo ſaltem tunc operatio interna hominis menſuraretur tempore diſcreto: Reſp. eo caſu nullum eſſe abſurdum talem operationem menſurari inſtanti temporis diſcreti: quod concedit *Capreol. ad 4. con. 3. concl.*

Infertur 3. materiam primam *in ſentent. Thomiſtarum* menſurari inſtanti temporis diſcreti, quia exiſtit exiſtentiâ formæ; vnde ſicut exiſtentia vnius formæ, ſuccedit alteri indiuiſibiliter & tota ſimul: ita eadem materia, vt exiſtit exiſtentiâ vnius formæ ſuccedit ſibi ipſi indiuiſibiliter & tota ſimul vt exiſtenti exiſtentiâ alterius formæ; duratio enim non eſt permanentia rei in eſſe eſſentiæ, ſed exiſtentiæ, quam formaliter includit: eſto igitur materia ſibi non ſuccedat quoad eſſe eſſentiæ, quæ ſemper manet eadem, quia tamen ſibi ſuccedit, quoad eſſe exiſtentiæ, quæ ad variationem formæ variatur, in ſententia verò *Scoti, &c.* quam veram puto, materia ſecundùm ſe ſumpta menſuratur æuo; quia habet durationem ab intrinſeco indefectibilem, eſt ingenerabilis, & incorruptibilis, *ſecundùm ſe*; licet vt coniuncta mutationibus menſuretur tempore, ſcilicet in viuentibus continuo motu acquiruntur, & deperduntur nouæ partes materiæ. 87. *Sed rectè materia 1.*

Ad fundamentum *Scoti* negatur minor quoad 2. partem, nam permanenter exiſtunt, aliqua ab intrinſeco indefectibilia, & hæc menſurantur æuo; alia ab intrinſeco defectibilia, & hæc menſurantur inſtanti temporis diſcreti. Eadem reſponſio applicatur ad 1. confirmationem. Ad 2. nego ſequel. nam differentia ſumpta ex ſolâ diuerſitate rerum, eſt tantùm materialis, ac proinde nequit ſpecificare diuerſas durationes, quarum differentia formaliter ſpectatur penes maiorem vel minorem defectibilitatem in eſſendo. 88. *Duplex differentia entis manentis.*

Hæc de menſura intrinſeca rerum: de extrinſecâ cenſeo, nec æuum vnius angeli menſurari per æuum alterius, nec tempus diſcretum vnius per tempus diſcretum alterius, vti *Thomiſtæ* cenſent, putantes omnia æua inferiorum angelorum menſurari æuo ſupremi Angeli, omneſque operationes eorum operatione ſupremi angeli. Probo primum: menſura debet eſſe certior & notior menſurato: æuum ſupremi angeli eſt æquè certum ac notum ac aliorum; cùm in permanentia ab intrinſeco indefectibili omnes angeli ſint pares; æquè omnes ab extrinſeco agente creato incorruptibiles, & in ordine ad Deum vnus non eſt independentior alio. Confirm. menſura deſeruit ad dignoſcẽdum, quantum vna res excedat aliam in quantitate: Sed quando res menſurabilis eſt æquè nota menſuranti, ac ipſa menſura, non eſt opus menſura ad cognoſcendam quantitatem rei menſurabilis. At æquè nota eſt omnibus angelis virtualis quantitas duratiua vniuſcuiuſque: cùm omnes angeli ſimul cœperint durare, & omnes æquè ſint ab intrinſeco indefectibiles, & in perpetuum duraturi, & hoc naturaliter notum ſit omnibus. 89. *Æuum vnius non menſuratur altero.*

Probo ſecundum: nequit deſeruire vt menſura id, quòd ſuâ naturâ eſt ignotum: at quælibet operatio interna angeli eſt ſuâ naturâ ignota alteri angelo; ob perfectũ dominium libertatis, quod creatura intellectualis naturaliter habet in ſuos actus internos; ergo nequit illi deſeruire vt menſura. Confirm. quælibet operatio interna angeli liberè pendet in quantitate duratiua à potentia libera eiuſdem; igitur nequit eſſe certa menſura durationis, quia menſura debet habere ſtabilem ac certam quantitatem; non poteſt eam habere, ſi quoad tantam aut tantam quantitatem pendet à liberâ potentiâ alterius. 90. *Nec tempus diſcretum vnius altero.*

A quo autem vt à menſura extrinſeca menſuretur æuum angelorum, & internæ, atque externæ operationes eorum d. *Durand. in 2. diſt. 2. q. 5. n. 14. Ocham. q. 13. Gabr. q. 1. concl. 7.* cenſent menſurari tempore noſtro: quod mihi probabilius eſt, tum à paritate 91. *Sed tempore noſtro.*

Digitized by Google

ritate substantiarum corruptibilium, quarum extrinseca mensura, notificans earum durationem, est tempus, non obstante, quod intrinseca mẽsura ipsarum sit instans temporis discreti: dicimus enim Adam, vel Abraham tanto vel tanto tempore vixisse. Tum à priori; durare essentialiter importat respectum ad tempus reale vel imaginarium: ergo impossibile est cognoscere, quamdiu quis duraverit, nisi cognoscatur tempus, in ordine ad quod durauerit. Confirm. ita se habet duratio ad tempus, sicut præsentia ad locum: sed impossibile est cognoscere; quantum vnus angelus distet ab alio, nisi per extrinsecam mensuram spatij localis: ergo impossibile est cognoscere, quantò vnus angulus; vel anima rationalis distet in duratione ab alia, ni per extrinsecam mensuram temporis, quo vna distat ab alia.

92. Tempus nostrum est mensura certa extrinseca.

Tum quia, cùm dicitur vnus Angelus cognoscere durationem alterius, aut significat, debere tantùm cognoscere durationem illius intrinsecam, aut etiam extrinsecã coexistentiam ad tantùm, vel tantum tempus. Si primum, non eget angelus extrinsecâ mensurâ ad illam cognoscendam; nam ex natura angeli naturaliter nota est intrinseca duratio illius, nempe quòd sit perpetua, & ab intrinseco indefectibilis. Neque enim hîc loquimur de quantitate perfectionis, quâ non inficior, angelus inferiores cognosci, vt extrinsecâ mensurâ, per naturam & perfectionem supremi angeli; sed de quantitate duratiua, quoad intrinsecam perfectionẽ durandi, est æqualis in omnibus, atque adeò æquè nota omnibus. Si secũdum; impossibile est cognoscere, quamdiu angelus, vel anima durauerit, nisi cognito tempore, vt extrinsecâ mensurâ, quo durauit.

DISPVTATIO VIII.

De Immensitate Dei.

Immensitas sumitur duplicitèr.

IMMENSITAS per se consequitur ad immutabilitatem, posterius tamen, quàm æternitas, quia res priùs concipitur esse, quàm esse in loco: est autem Deus æternus, quatenus est; immensus, *quatenus* esse potest præsens loco. Porrò immensitas sumi potest 1. transcendenter, vt modus intrinsecus cuiuslibet attributi, quo pacto est idem ac infinitas transcendenter sumpta: nam quodlibet attributum est in suo genere infinitum, immensum, & illimitatum: 2. vt peculiare attributum, virtute distinctum à cæteris, quâ ratione inuoluit aptitudinem ad coëxistendum infinitis locis, per omnimodam sui immutabilitatem: quo sensu disputo;

SECTIO PRIMA.

An Deus sit immensus?

1. AFfirmans conclusio est definita *in Lateran. sub Innocentio III. Firmiter credimus, quòd vnus solus est verus Deus, aternus, immensus, &c.* Baruch 3. *Magnus est, & non habet finem, excelsus & immensus.* Contra quam opinatus est *Auctor est Mundo ad Alexand.* quem librum propterea Peripatetici negant esse *Aristotelis.* Fuere alij Philos. & hæretici, quos sequutus est *Augustinus Eugubinus Catholicus in Psalm.* 138. potest hæc veritas demonstrari à priori, 1. Deus est immutabilis: ergo immensus: quia si Deus non esset immensus, posset esse ab aliqua creatura distans: immensitas enim est perfectio

2. *Immensitas prob. ex immutabil.*

per quam Deus à nulla creatura, vel loco distare potest: ergo potest ab eâ creaturâ fieri indistans, seu mutari. nam positâ hâc imperfectione, quòd Deus distaret à creatura, maior esset perfectio, vt ad eam posset, quàm non posset accedere, vt patet de creaturis spiritualibus, limitatione locabilitatis positâ. Dices, quia vna creatura perficitur ab aliâ, maior perfectio est posse, quàm non posse ad distantes accedere: contrà verò quia Deus à nulla creatura perficitur, non esset maior perfectio posse, quàm non posse ad distantes accedere. Sed contrà; licet Deus non perficitur à creaturis. posse tamen accedere maior foret perfectio, quàm non posse: sicut licet non perficiatur productione creaturarum, tamen posse illas producere maior est perfectio, quàm non posse.

Dices.

Resp.

3. At non posset Deus ex distante, fieri indistans & loco præsens, nisi per aliquam mutationem sui. implicat enim subiectum transire de contradictorio in contradictorium, sine aliquâ mutatione alicuius extremi: sed nulla fieret mutatio in loco, si Deus ex non præsente fieret præsens: supponimus enim Deũ moueri ad locum, non locum ad Deum: ergo necessariò deberet fieri in Deo: atque adeò Deus esset mutabilis secundùm locum. Dices: Deus ex non creatore fit creator, nullâ mutatione sui: ergo ex non præsente præsens. Resp. distinguendo consequens: si Deus fiat ex non præsente præsens, per productionem loci, verum est; quia tunc transitus ex non præsente in præsentem fit per mutationem termini; Secus, si fieret ex non præsente præsens, per mutationem ipsius ad locum, quia tunc mutatio non fieret in loco, sed in subiecto mouente se ad locum. 2. Deus est infinitus & illimitatus in sua essentia; ex conceptu essentiali Deitatis, qui est ipsum esse interminatum in totâ latitudine essendi: ergo & in quâuis perfectione sibi intrinsecâ, quia si aliqua perfectio diuina non esset illimitata, Deus non esset infinitus in tota latitudine essendi; cùm quælibet perfectio dicat aliquod esse: ergo est illimitatus in perfectione coëxistendi spatio infinito, quæ est immensitas: cùm non minùs hæc sit intrinseca perfectio Dei, quàm reliquæ; nec minùs fundetur in essentiâ illimitatâ Dei. Confirm. quælibet perfectio, quæ in causa continetur formaliter, & communicabilis est effectui sine certo limite, debet in causa necessariò esse infinita: aliàs enim peruenire ad certum terminum, quo maiorem non posset communicare: at virtualis quantitas, per quam Deus aptus est coëxistere spatio, formaliter continetur in Deo; formaliter enim Deus per suam propriam substantiam spatium replet, iuxta *Ieremiæ* 23. *Nunquid non cœlum & terram ego impleo?* sicut formaliter per suum proprium esse occupat tempus eique interruptè coëxistit: eademque communicabilis creaturæ sine certo limite: quia non implicat dato quolibet Angelo, cũ determinata sphæra virtualis quantitatis, in ordine ad spatium dari alium cum sphæra maioris sine termino. Igitur hæc perfectio in Deo necessariò est infinita: alioqui cùm perueniretur ad eum terminum, in quo illa in Deo contineretur, non posset maior produci, quia non potest causa producere perfectiorem effectum, quàm ipsa contineat in se.

3.

4. *Prob. 2. Ex infinitate.*

5. *Etiam in virtuali quantitate, contentâ in Deo formaliter.*

6. *Et communicabili creatura sine limite.*

Deducitur 1. immensitatem, etsi vi nominis importet negationem mensuræ, re tamen ipsa significare perfectionem positiuam, importat enim perfectionem quâ Deus aptus est coëxistere omni loco: quæ perfectio sicut in creaturis est quid positiuum, ita in Deo.

7.

8. *Deus potest fieri præsens infinitis.*

2. Deum non modò actu esse præsentem rebus omni-

Digitized by Google

omnibus creatis, sed etiam actu fieri posse præsentem alijs, etiam infinitis, si crearentur, sine vllâ mutatione sui, quia est in rebus, ratione immensitatis, quæ non habet limitem. Confirm. si Deus ante mundum conditum creasset angelum tantæ extensionis localis, quantæ est mundus ipsæ, per nouam creationem mundi, angelus actu factus fuisset præsens toti mundo, sine vllâ mutatione sui: à fortiori Deus immensæ extensionis virtualis.

9. 3. Triplex discrimen inter immensitatem & præsentiam Dei; 1. illa competit Deo ex æternitate; hæc ex tempore. 2. illa est perfectio necessaria; hæc libera, quæ potuit in Deo non esse, si nullas produxisset creaturas. 3. illa est fundamentum huius. Probo 1. discrimen; immensitas dicit infinitam quantitatem virtualem substantiæ diuinæ, ratione cuius Deus aptus est coëxistere infinitis locis; sed hanc Deus habuit ex ipsa æternitate: præsentia supra hanc, addit connotationem seu respectum rationis ad res & loca actu existentia, quæ Deus efficienter per suam actionem, formaliter per suam substantiam intimè replet. Secundum deducitur ex primo, scilicet si præsentia addit hanc connotationem potuit in Deo non esse: etsi rebus actu existentibus, talis præsentia non poterit in Deo non esse: quia posito termino, Deus ratione suæ immensitatis necessariò illi coëxistit, per intimam præsentiam suæ substantiæ. 3. ostendo; hæc connotatio immediatè fundatur in immensitate diuina, scilicet in substantia Dei, quatenus continet virtualem quantitatem. An ad complendam præsentiam Dei in rebus, requiratur actio Dei circa res: qua virtuali contactu ipsas contingat, pendet ex quæstione, an substantia spiritualis sit in loco completè per operationem, de quâ *tomo sequenti*.

Immensitas est æterna.

Præsentia addit connotatum creat.

10. Superest, vt immensitatem Dei probem à posteriori, ex operatione, quam Deus exercet in res omnes creatas. Cardo controuersiæ est, an ex operatione Dei, immediatè & euidenter colligatur ipsius præsentia in rebus omnibus.

11. *Præsentiam Dei euidenter colligi ex operatione Dei in rebus affirmant.*

PRIMA sententia affirmat: *Alensis 1.part. quæst. 9.membr.2. S.Thom.1.part.quæst.8.artic.1.& 3.contra Gen.cap.68. Caiet.Ferrar. ijsdem locis, Henrici in summa art.30. quæst.5. Bonau. in 1.dist.37. 1.p. dist. art.1.q.1. Rich.art.1.q.1. Durand.q.1. Aureol. art.2. propositi.3.& 4. Arg.art.1.& 2. Capreol. quæst.1.art.1.& 3. Marsilij quæst.39.artic.2. Palatij disputat.1. Bannes 1.part.quæst.8.art.1. Molina distinct.2. Zumel quæst.1. Suarez in Metaph.d.30.sect.6. Gillij lib.2.tract.9.art. cap.3.* Fundatur in *Arist.7.phys.text.10.11.& 12.quod agens & passum debeant esse simul.* Sed Deus per conseruationem est intimum agens creaturarum: ergo debet esse præsens in omnibus. Rectè igitur ex operatione Dei in creaturas colligitur ipsius præsentia ad easdem.

12. *Fundam.* Quòd si quis obijciat: Ex præcisa operatione agentis ad passum, non colligi præsentiam agentis intra intimas partes passi; qualem concedere debemus Deo in ordine ad creaturas: siquidem experientiâ constat, agens corporeum, dũ agit in passum corporeum, nõ fieri præsens intra intimas partes ipsius, sed tantùm ad extimas, cũ tamẽ eius actio pertingat vsque ad intimas passi. Respondent: agens creatum potest agere mediâ virtute à se distinctâ, quam diffundit vsque ad intimas partes passi: Deus autem, cùm debeat ad omnem effectum immediatè concurrere, non potest virtute à se distinctâ, sed per seipsum immediatè agere.

13. *Confirm.* Confirm. in qualibet re creata est aliquid quod produci & conseruari non potest, nisi à solo Deo; ac proinde exigit intimam præsentiam Dei. nam materialis, habet saltem materiam, spiritualis verò totam substantiam, quæ non potest, nisi per creationem à solo Deo fieri & conseruari; cùm solius sit Dei creare.

Probatur 2. agens est actus passi: actus vt perficiat passum, debet esse indistans ab illo. 3. implicat agens agere in passum tempore distans; ergo & loco distans; nam agens respectu loci, à quo distat, se habet ac si non esset: perinde est respectu passi hîc præsentis, quòd agens alibi existat, ac si nullibi existat. 4. eâdem ratione, ductâ ex operatione, colligunt PP. præsentiam Dei in rebus, *Nyss. orat. Catech. cap.25. Si ergo ab illo*, nempe Deo, *sunt omnia, & ille est in omnibus.* Anastasius *Sina. l.2. de rectis dogmatibus tom.1. Bibliothe Patrum: Rei*, inquit, *quæ effici cœpit tantisper dum peragitur, necessariò adest natura agentis: quidnis enim operis nemo, absens si est, operatur*, igitur, necesse est fateri, Deum omnibus inesse, nec ab vllo vnquam disparari entium. 5. Paulus Actor. 17. *Non longè*, inquit loquens de Deo, *abest ab vnoquoque nostrùm*: & causam reddit, *in ipso enim viuimus, mouemur, & sumus.*

Prob. 2. 3. 4. 5.

SECVNDA negat, ex præcisa operatione, Dei præsentiam euidenter colligi. *Scoti in 1.dist.37. Lich. ibidem, Ockam quæst. vnic. Mayroni quæst.1. Rubionis quæst.2. art.1. Gabrielis quæst.vnica art.3.dub.1. Valent.in 1.part.quæst.8.puncto 1. Vasquez disput.28.cap. 4. & 5.* &c. inter quos aliqui putant præsentiam Dei colligi non ex operatione Dei vt sic, sed vt primi ac perfectissimi agentis; cuius operatio necessariò coniunctam habet præsentiam operis à se producti. explicant exemplo regis creati, cuius potentia & imperium perfectius esset, si non tantùm moraliter, sed etiam physicè se extenderet in totum regnum & in singulas partes ipsius.

15. *Negant.*

DICO 1. ex sola & præcisa operatione Dei in creaturas, non colligitur euidenter intima præsentia ipsius in creaturis. Fundam. non colligitur ex operatione agentis vt sic, nec ex operatione talis agentis, nempe Dei infiniti. Prob. primum 1. experientiâ, quâ constat non semper agens creatum esse intimum effectui, quem producit: tum in casu suprà assignato, agens corporeum præsens tantùm extimis partibus passi, effectum producit vsque ad intimas partes passi. Nec satisfacit respon. ibi data, quòd effectus ille non producatur ab agente immediatè, sed à virtute per medium diffusa vsque ad intimas partes passi. Falsum enim est, aut dubium, an solum accidens, quòd tantùm per medium diffunditur vsque ad intimas partes passi, sine actuali concursu substantiæ, producat in intimis partibus subiecti formam substantialem.

16. *Non colligitur præsentia, ex operatione agentis vt sic.*

Tum in alijs casibus, & primus sit. Ingrediatur solis radius per fenestram & reflectatur ad parietem soli directè oppositum, maius lumen producit in eâ parte parietis, & tractu spatij, quàm in alijs partibus, quæ soli directè non opponuntur; quia sol immediatè concurrit ad lumen è regione sibi oppositum, non concurrit ad non oppositum. 2. Sit ignis vnius palmi, qui calefaciat spatium immediatè sequens trium palmorum, apponaturque ante hunc ignem vnius palmi alter ignis B, eiusdem extensionis & actiuitatis, ita vt inter hunc & primum ignem intercedat spatium vnius palmi. Porrò ignis B, cùm sit eiusdem actiuitatis cum igne A, calefaciet spatium immediatè sequens trium palmorum, & quia inuenit palmum 2. ignitum, perfectè assimilatum, non poterit in illum agere, cùm non sit capax vlterioris gradus caloris, & tamen aget in tertium palmum sequentem, cùm ille sit intra suam sphæram. ergo in tali casu ignis B aget in palmum 1. & 3. non agendo in 2.

17. *V.g. ex radio reflexo.*

18. *Et igne.*

Prob. 2.

Digitized by Google

19. Prob.2. ab absurdo: si non posset agens agere, nisi vbi est immediatè præsens per entitatem, sequeretur agens corporeum non posse agere, nisi in solam extimam superficiem passi: quia in solâ potest agens corporeum esse præsens. Neque dicas, qualitatem productam in extima superficie agere in profundas partes passi: Nam, vt ipsa id possit, debet in hac sententia priùs per suam entitatem fieri præsens in ipsis partibus extensis & profundis passi: aut certè si potest, etiamsi in illis non sit immediatè præsens, iam dabitur aliqua actio in distans.

20. Prob.3. à priori: ex nullo capite colligi potest hæc necessaria præsentia agentis cum passo: Non ex parte agentis; nam agens, producēdo effectum, non communicat suum esse, sed aliquid à se distinctum; vnde non est actus informans, sed efficiens; nec vt influat esse in effectum, debet necessariò esse præsens effectui (nam in sententia aduers. potest instrumentum obedientiale influere in effectū loco distantem) ergo ex vi influxus non requiritur talis præsentia: Neque est necessaria ex parte effectus; qui solùm dicit dependere ab agente, ab eoque suum esse accipere; & potest id absque intima præsentia agentis, vt patet in effectu obedientialiter producto ab instrumento loco distante. Neque ex parte actionis; nam actio est tantùm via ad communicandum esse effectui; identificaturque cum effectu: vnde non maiorem cum agente præsentiam requirit, quàm requirat effectus, vt constat de actione producta ab instrumento distante.

Nec ex parte agentis;

Nec ex parte effectus,

Nec actionis.

21. Prob. pars altera fundam. minor necessitas apparet huius intimæ præsentiæ in agente infinito; quia omnipotētiâ suâ superare potest quodcumque impedimentum, atque adeò omnem distantiam inter ipsum, & effectum intercedentem, quæ regulariter solet esse conditio impediens actionem agentis creati; quod in agendo, vtpotè limitatum pendet à conditione spatij, à quo non pendet virtus illimitata. Vnde rectè *Scotus*: Si Deus esset in vno tantùm loco determinato cum ea potentia & virtute agendi infinita, quâ nunc est, posset in quamcumque distantiam agere, quia virtus illimitata non pendet in agendo à conditionibus spatij, sicut pendet virtus finita. Neque ex eo quòd Deus habet perfectissimum dominium supra creaturas, ex hoc præcisè colligitur intima præsentia ipsius ad creaturas: quia perfectissimum dominium consistit in potestate vtendi illis ad quemcumque vsum possibilem sibi placitum: at posset Deus vti creaturis ad omnem vsum possibilem sibi placitum, etiamsi non esset illis intimè præsens: nam omnis vsus Dei circa creaturas, vel fundatur in actione, vel in suspensione actionis, quia vel vtitur creaturâ, eleuando illam ad effectus, propriam naturam excedentes, vel illam perficiendo, aut destruendo totaliter, vel partialiter: sed hoc ipso, quòd Deus posset agere in effectum distantem, perfectissimè posset hoc dominium exercere: ergo. Vnde dispar est ratio de rege creato: cuius dominium vtpotè limitatum, quoniam non se extendit ad res distantes, eas cognoscendo, disponendo, regulando, & gubernando, perfectius esset, si non tantùm per suos ministros, sed etiam per seipsum se extēderet. At dominium Dei absque præsentiâ locali, perfectissimo modo se extenderet ad res omnes loco distantes, disponendo de illis, non secùs ac si esset ijs intimè præsens.

[illegible]è mi[illegible] ex operatione agentis infiniti:

22. DICO 2. Ex actione Dei creatiua non immediatè, sed mediatè colligitur intima præsentia Dei in rebus omnibus. Fundam. actio creatiua supponit in creante actum purum: sed actus purus necessariò est intimè præsens rebus omnibus: ergo ex actione creatiua mediatè colligitur intima præsentia Dei in rebus omnibus. Maior prob. creatio est actio independens à subiecto, saltem inhæsionis, cùm fiat ex nullo præsuppositio subiecto; ergo supponit in creante actionem immanentem independentem à subiecto; nullum enim agens habere potest actionem transeuntem independentiorem à subiecto, quàm sit sua ipsius immanens. 1. quia hæc est causa & exemplar illius; non potest autem effectus & exemplatum esse perfectius sua causa & exemplari: 2. quia per actionem immanentem agens ordinatur ad seipsum perficiendum; per transeuntem ad perficiendum aliud à se: nequit autem agēs principale ordinari ad perfectiùs perficiendum aliud, quàm seipsum, cùm ad perficiendum seipsum ordinetur primariò, ad perficiendum aliud ordinetur secundariò. Igitur creatio, cùm ipsa sit à subiecto independens, necessariò supponit in creante actionem immanentem independentem à subiecto, atque adeò identificatam cum substantia creantis: si enim distingueretur ab illo, necessariò esset accidens, & inhæsiuè pendens ab illo: solius autem actus puri est, habere actionem immanentem identificatam cum propria substātia. Igitur solius actus puri est, creare. Quòd actus purus necessariò debeat esse intimè præsens rebus omnibus prob. de ratione actus puri est omnem omninò potentialitatem excludere; at aliqua potentialitas est, posse esse præsentem, vbi non est; ergo si Deus non esset præsens rebus omnibus, in quibus tamen esse posset, non omnem omninò potentialitatem excluderet. Vt igitur illam excludat, debet in omnibus esse præsens; ac proinde ex creatione immediatè colligitur puritas actus in creante, & cùm ex perfectione actus puri rectè inferatur exclusio omnis potentialitatis, intima præsentia eiusdem in rebus omnibus tandem concluditur.

Sed ex actione creatiua,

Quæ est actus puri,

23. *Necessariò præsentia rebus omnibus.*

Ad fundam. primæ, Resp. Principium illud *Aristot.* ad summum intelligi de agente & passo creato, quæ ob suam finitudinem requirunt indistantiam localem; non de agente increato, quod ob suam infinitatem & independentiam à spatio, posset effectum loco distantem producere, si in vno tantùm loco existeret. Ad 2. Dico, agentem esse actum passi, non formalem, qui solus requirit indistantiam passi, sed effectiuum, qui per se talem indistantiam non requirit, nisi fortè ex peculiari conditione talis agentis. Ad 3. nego conseq. quia quod distat tempore, nullo modo est; quod distat loco, simpliciter est, nec implicat simpliciter agere: respectu passi hîc præsentis, agentem nullibi esse, negat simpliciter esse; at alibi esse, solùm negat non esse hîc. Implicat ex terminis, quòd aliquid recipiat esse ab eo, quod simpliciter non est: non implicat, quòd recipiat esse ab eo, quod hîc tantùm non est, modò alibi sit: cùm multi hoc concedant causis naturalibus, aut saltem obedientialibus. Ad Patres & scripturam Resp. eos præsentiam Dei in rebus omnibus probare mediatè ex propriâ actione Dei, quæ est creatio; vel si immediatè ex operatione; hanc non afferunt, vt exactam demonstrationem, sed vt efficacem rationem, & inter probabiles probabilissimam, vt reuera est: vt quando existentiam Dei probant per rationes etiam probabiles, & vulgò accommodatas. Nec refert, quòd sæpè dicant, ex operatione Deum necessariò esse præsentem rebus: quippè qui intelligendi sunt, non de necessitate physicè, sed moraliter tantùm euidente, quæ coincidit cum ratione probabilissimè ostendente, quæ ratio moraliter solet demonstratio appellari.

24.

25.

26.

27. *Ad Patres & scripturam.*

F[illegible] SECTIO

Digitized by Google

SECTIO II.

An Deus existat non tantùm in hoc mundo, sed etiam extra illum in infinito spatio imaginario?

28. *Status qu.* HÆc est celebris controuersia agitata acriùs à Theologis: duplex quæst. sensus; alter, an Deus simpliciter existat extra hunc mundum; alter, an existat in aliquo spatio imaginario, quod actu sit extra hunc mundum. Primus adhuc duplex; Negatiuè & in potentiâ, dicitur Deus extra hunc mundum, non quòd actu sit, sed quòd possit esse; ita vt hoc modo loquendi solùm denotetur, essentiam Diuinam non limitari ad hunc tantùm mundum, sed ratione suæ immensitatis esse posse in alijs, qui extra hunc condi possent: Positiuè autem & actu dicitur esse extra hunc mundum, quia non solùm potest esse, si actu extra illum aliquid creetur, sed quia actu sit interminabiliter & infinitè vel in spatio imaginario, infinitè excurrente extra hũc mundum, vel in se ipso tantùm; quod Deus negatiuè tantùm, & in potentia sit extra hunc mundum, de Fide esse puto; scilicet Deum esse omnipotentem, ac proinde posse alium mundum extra hunc creare: esse immensum; atque adeò necessariò huic nouo mundo præsentem fore. Controuersia tantùm est, an positiuè & actu Deus sit extra hunc mundum. Posito autem quòd sit, alia insurgit quæstio, an extra illum sit in spatio aliquo imaginario infinito, an in se ipso tantùm.

An positiuè & actu sit extra hunc mundum?

29. *Negant.* PRIMA sententia negat, Deum esse extra hunc mundum: *Bonauent. in 1. dist. 37. p. 2. art. 1. quæst. 3. Capreol. quæst. vn. ad 4. cont. 1. concl. Vasquez 1. p. disp. 29. Granadi disp. 3. de Immens. Nazarij art. 2. controu. vn. §. resolutio* fine, *Moncei disp. 1. de Immens.*

30. *Affirmant.* SECVNDA affirmat, Deum actu esse extra hunc mundum, non tamen in spatio aliquo imaginario, sed in se ipso tantùm: *Alens. 1. part. quæst. 10. memb. 1. Richard. in 1. dist. 37. art. 1. quæst. 4. Marsilij quæst. 39. §. ad rationes, Bannez 1. quæst. 8. Fasoli dub. 4. Gillij lib. 2. tract. 9. cap. 19. Theod. Smising. tom. 1. de Deo tract. 2. disp. 5. quæst. 2.* Neque contradicit *Scotus in 1. dist. 37.* qui solum docet, Deum non esse in spatio imaginario, non negat esse extra mundum. Hæc sententia duas habet partes; quòd Deus sit extra mundum, vt constabit; & quòd non sit in spatio aliquo imaginario, sed in se ipso, quod nititur eodem fundam. quo præcedens sententia infrà assignando.

31. *Etiam in spatio imagin.* TERTIA affirmat, Deum non modò esse extra hunc mundum in se ipso, verùm etiam in infinito spatio, non reali, sed imaginario; *Carthus. in 1. dist. 37. quæst. 1. Palatij disp. 2. Maioris quæst. vnic. & in 2. dist. 1. quæst. 2. ad 8. Molina 1. p. qu. 8. art. 1. disp. 3. Zumel art. 2. quæst. vn. Valent. punct. 2. Suar. in Metaphys. disp. 30. sec. 7. &c.*

32. DICO 1. Negari non potest, Deum actu esse extra hunc mundum: ex Iob 11. vbi, *Excelsior cœlo, profundior inferno, longior terra, latior mari*, dicitur eius mensura. Et 3. Reg. 8. *si cœlum, & cœli cœlorum te capere non possunt, &c.* quo modo loquendi scriptura significat, Diuinam essentiam non coarctari ad hunc mundum, sed interminabiliter extra illum etiam reperiri. Accedit auctoritas Patrum, qui varijs locutionibus declarant; illum non solùm esse intra, sed extra, supra, vndequaque, circumquaque & vndique infusum, & circumfusum. Lege *Dionys. cap. 9. de Diuinis nom. Gregor. lib. 2. Moral. cap. 8. Hieronym. in Isai. 66. Richard. lib. 2. de Trinit. c. 23.* Quos loquendi modos imitatus *Alensis* dixit, Deum esse in rebus, & extra; intra non inclusum; extra non exclusum. Eandem veritatem nobis explicat *Augustin. 7. Confess. cap. 5.* aptâ similitudine infiniti & immensi maris, paruam aliquam spongiam intra se vndique circumambientis. *Concipiebam*, inquit, *te Domine ex omni parte ambientem eam & penetrantem, sed vsquequaque infinitum: tanquam si mare esset vbique & vndique per immensa spatia infinitum solùm mare, & haberet intra se spõgiam quamlibet magnam, sed finitam; tamen plena esset vndique spongia illa ex omni sua parte ex immenso mari. Sic creaturam tuam finitam te infinito plenam putabam.* Hanc veritatem ante Augustin. exemplo sphæræ docuit *Trismeg.* cùm dixit, Deum esse veluti *sphæram*, cuius centrum esset vbique, circumferentia nusquam. Nec Patres intelligi possunt de existentia Dei extra mundum potentiali; nam eodem modo dicunt, Deum esse, intra ac extra mundum: at est intra mundum actu: ergo & extra.

Ex Script. & Patrib.

Ratio fundam. Deus necessariò est actu vbicumque potest creatura, præsertim spiritualis existere: at extra hunc mundum potest creatura spiritualis existere: quis negabit posse Deum extra hunc mundum Angelum condere? nam posset extra hunc mundum, alium condere cum vno Angelo, quo tantùm cõseruato destruere posset talem mundum: tunc autem solus Angelus existeret extra hunc mundum. Maiorem probant: ad omnem actionem præsupponi debet præsentia agentis; igitur etiam extra mundum: sed hæc prob. non est efficax; quia si ex vi actionis præcisè, non colligitur necessario intima præsentia agentis ad effectum, à fortiori nec necessariò præsupponetur eius præsentia ad actionem, quare sic probo: Deus ratione suæ immensitatis & virtualis extensionis, actu habet, quidquid ratione suæ finitæ locabilitatis & virtualis extensionis habere potest quælibet substantia creata spiritualis: at hæc ratione suæ finitæ locabilitatis & virtualis extensionis, habere potest *vbi* extra hunc mundum: ergo & illud Deus, actu habet: ergo Deus actu est extra hunc mundum: maior est probanda: quidquid perfectionis est, vel esse potest in creatura, actu est in Deo, absque vlla imperfectione: habere *vbi* extra mundum, perfectio est in Angelo, & nullam includit imperfectionem; sicut habere *vbi* intra mundum: si qua verò imperfectio esset in *vbi* Angeli, esset limitatio, quam excludit *vbi* diuinum, quippè cùm sit interminatum. Confirm. 1. non est maior ratio, cur Angelus habere possit *vbi* extra hunc mundum & non Deus: quòd si habere potest, actu habet; cùm sit perfectio, quæ ab extrinseco termino reali non pendet. 2. Ita se habet Deus ad hunc mundum ratione Immensitatis: sicut se habet ratione æternitatis ad tempus: sed ratione æternitatis, Deus non solùm fuit, & est omni tempore reali; sed etiam fuit, & erit, ante, & post omne tempus reale. ergo pariter ratione Immensitatis, non solùm est intra, sed etiam extra, & vltra hunc mundum. Minor constat ex scriptura, in qua Deus dicitur fuisse, & fore, ante & vltra sæcula; & patet ratione: quia ante omne tempus Deus erat, & post omne tempus erit: ergo sicut verè dici potest, Deum ante, & post tempus fuisse ac fore: ita extra, & vltra hunc mundum esse.

33. *Deus est actu.*

Rationi virtualis extens.

Vbi potest esse Angelus scilicet extra mundum.

34.

DICO 2. Deus ratione suæ immensitatis actu occupat infinita spatia imaginaria extra hunc mundum. Assertio sequitur ex præced. nec cohærenter ratiocinantur ij qui admittunt Deum actu existere

35. *Occupat infinita spatia imagin.*

Digitized by Google

stere extra mundum, nullum tamen spatium, vel inanitatem occupare extra mundum. Ratio: implicat, angelum esse extra mundum & spatium vel inanitatem extra mundum non occupare; ita & Deum: quia implicat, angelum esse, & cum aliquo *vbi* non esse, sicut & existere, & cum aliquâ duratione non existere. At implicat concipere *vbi*, & non per respectum ad aliquod spatium, vel reale vel imaginarium. Nec dici potest, hoc spatium esse hunc mundum, ad quem *vbi* angeli, extra hunc mundum existentis, dicit respectum: quia posset destructo hoc mundo, adhuc angelus cum eodem *vbi* perseuerare, cùm tamen per aduers. mutato spatio, necessariò mutandum esset *vbi*; quia hoc essentialiter dicit respectum ad determinatum spatium. Si igitur nequit angelus extra mundum existere sine aliquo *vbi*, spatium aliquod occupante; ergò nec Deus sine suo *vbi* immensitatis, infinitum spatium occupante. Nam ita se habet *vbi* finitum angeli ad spatium finitum; sicut *vbi* infinitum

36. Dei ad spatium infinitum. 2. Prob. auct. *Augusti.* 11. *Prob. ex Augusti.* *de Ciuit. cap.* 5. vbi admittit, Deum incorporeâ suâ præsentiâ occupare infinita spatia imaginaria extra hunc mundum: imò absurdum putat, & Diuinâ substantiâ indignum, illum tantùm concludere intra hoc exiguum mundi spatium: *An fortè*, inquit, *substantiam Dei, quam nec includunt, nec determinant, nec distendunt loco, sed de ea, sicut Deo sentire dignum est fatentur incorporea præsentia vbique totam à tantis locorum extra mundum spatijs absentem, essent dicturi, & vno tantùm, atque in comparatione illius infinitatis tam exiguo loco, in quo mundus est, occupatam? non opinor, eos, in hac vaniloquia progressuros.* igitur absurdum putat, substantiam Diuinam absentem esse ab infinitis locorum spatijs extra mundum. Prob. 3. ratione: Concedenda est necessariò extra hunc mundum distantia negatiua & infinita, in qua posset Deus plures & plures mundos in infinitum condere, ergò totam illam necessariò occupat Deus per suam immensitatem & virtualem extensionem; quia ratione eius necessariò occupat quodcumque spatium occupabile; est enim occupatio effectus formalis immensitatis, qui ad illam necessariò consequitur, posita tantùm capacitate termini, cùm non sit quid distinctum ab infinita

37. *Distantia negatiua infinita datur.* 38. substãtia *Dei. Confirm.* sicut implicat, dari spatium positiuum occupabile, & illud actu à Deo non occupari: ita dari spatium negatiuum occupabile, & *Et occupatum à Deo.* illud actu à Deo non occupari. Anteced. probo; posset angelus extra hunc mundum moueri in infinitum, sicut existere: implicat mobile moueri nisi per distantiam: ergo: Maior constat; nam angelus posset habere existentiam non contiguam mundo, & tunc posset versus hunc mundum moueri, donec fieret contiguus mundo. Confirm. saltem posset Deus motu recto mouere hunc mundum, & tunc eadem foret ratio, cùm non posset mundus

39. localiter moueri nisi per distantiam. Nec rectè id *Oppositum est damnatum.* negant *Bannes & Monceus cap. 7.* quia oppositum est damnatum inter *artic. Parisien. in fine 4. lib. Magist. Sentent.* & communis Schola admittit motum in vacuo; atque adeò etiam extra hunc mundum, cùm eadem ratio sit de inani & vacuo quoad motum localem, vt mox constabit. Maior Prob. motus localis essentialiter est successiua acquisitio spatij, seu termini ad quem, ex suâ *definitione*, & essentialiter derelictio termini à quo; quæ sine aliquâ distantiâ inter terminum à quo, & ad quem, saltem negatiuâ, concipi non potest; patet in motu, qui fieret in vacuo, in quo nisi aliqua intercedat distantia inter latera corporis ambientis, impossibile est,

vt in eo fiat motus. Aliqui concedunt, Deum sua 40. infinita substantia & virtuali quantitate, actu occupare huiusmodi infinitam inanitatem extra hũc mundum, sicut occuparet inanitatem vacui: negant *In eâ est Deus & in seipso.* tamen dici posse, Deum esse in spatio imaginario, sed in se ipso, eò quòd esse in spatio, importat esse in loco reali; spatium hoc nihil est. Verùm si de re conueniunt, non est, cur de modo loquendi con- *Modus loquendi Patrum.* tendant; cùm etiam noster vsurpetur à Patrib. *August. Scholast.*

Prob. 4. à paritate Æternitatis; quo argum. vti- 41. tur *cit. August.* ita se habet æternitas ad tempus, *A pari.* sicut immensitas ad spatium: sed Deus ratione æternitatis fuit in tempore imaginario infinito; ergò & ratione immensitatis, est in spatio imaginario infinito. Aduersarij conced. Deum ratione æternitatis, fuisse ante omne tempus reale; negant fuisse in tempore imaginario, sed in sua dumtaxat æternitate. Sed contentio de nomine; cùm nos per existere in tempore, vel in spatio imaginario, non intelligamus Deum existere in aliquo tempore, aut spatio reali, sed in negatione potiùs temporis, & spatij realis, apti tamen, vt in eo existat tempus, vel spatium reale: quam capacitatem replet Deus sua æternitate, atque immensitate. Prob. 5. ab absurdo: 42. *Ab absurdo.* si Deus actu non esset in infinita illa vastitate inanitatis extra mundum, posset à seipso disiungi, & discontinuari: nam creet alium mundum huic non contiguum, tunc foret in extremis realibus, & non in inani intermedio. Id ipsum sequeretur, si Deus, corruptis intermedijs corporibus, conseruaret cœlum & terram. Item sequeretur, Deum moueri cum lapide, si à cœlo moueretur ad terram; quia Deus necessariò esset cum lapide, qui cùm moueretur à cœlo ad terram per vacuum, si in vacuo non esset Deus, necessariò deberet moueri cum lapide.

Obijcies 1. Patres affirmant, Deum extra hunc 43. mundum, non in alio, quàm in seipso esse. Resp. *Explicantur Patres.* velle tantùm excludere terminum seu locum realem, non imaginarium, vt constat ex *Aug. cit.*

Obijcies 2. Hoc spatium est ens fictum, vt ex ip- 44. so nomine spatij imaginarij constat: ergo non potest in eo Deus esse: quia nequit esse in nihilo: alioqui esset in chymera, in rebus possibilibus, præteritis, & futuris. Resp. concedo, hoc spatium esse fi- *Spatium nõ est fictum quoad distantiam;* ctum quoad realitatem: cùm nihil sit reale; nego, esse fictum quoad distantiam & intercapedinẽ negatiuã, quâ suo modo existit independenter ab intellectu, eo modo quo negationes, & priuationes rerum, non per realem existentiam, sed quia, vt sint non pendent ab intellectu, sed à naturâ talis negationis, aut priuationis: non enim lignum habet priuationem ignis, aut homo negationem leonis, quia intellectus fingit; sed quia à parte rei est talis negatio. Eodem modo, quòd hoc spatium sit talis distantia negatiua, quæ repleri & occupari possit substantiâ aliquâ reali, non pendet ab intellectu, sed à natura talis spatij. Sicut quòd inanitas illa, quæ intercederet inter cœlum & terram, destructis corporibus iutermedijs, sit tantæ capacitatis, non maioris, aut minoris, non pendet ab intellectu, sed à natura talis inanitatis, per respectum ad corpora, quæ distant. *Dist. & conseq.* non est in tali spatio Deus per potentiam & operationem, concedo; per substantiam & immensitatem, nego. Ad hoc enim, non requiritur, vt sit terminus realis, sed sufficit, vt non sit repugnans: nam sicut illud repleri potest substantiâ angeli, & eius reale *vbi* terminare; ita repleri potest Diuinâ, eiusque realem immensita- 45. *Chymera omnino fi-* tem terminare. Nec est eadem ratio de chymera: *cta.* quia hæc est ens omnino fictum; nec capax repleri

Digitized by Google

substantiâ Diuinâ, sicut spatium imaginarium. Nec dicitur Deus esse in rebus possibilibus, præteritis, futuris; dicitur esse in spatio etiam non reali; quia esse in spatio, solùm dicit esse in illo repletiuè seu occupatiuè; esse in rebus, dicit esse operatiuè producendo vel conseruando illas: implicat autem Deum esse per operationem in rebus possibilibus, præteritis, futuris; quia hoc ipso, quòd esset in illis per operationem, non essent possibiles, præteritæ, futuræ, sed præsentes & existentes.

46. *Obijcies* 3. Hoc spatium non est aliud, quàm non repugnantia corporis maioris & maioris, quod Deus extra hunc mundum producere posset: Sed hæc non est distincta ab ipsa possibilitate corporis, quod non repugnare dicitur: ergo ista capacitas ad recipiendum corpus non est aliud, quàm possibile esse corpus cum tali vel tali *vbi* constitutum. ergo præter ipsum corpus, quod constituitur, & positiuum *vbi*, quod habet, nullum aliud spatium imaginarium reperitur, in quo tale corpus recipiatur; ergo præter Diuinum esse, eiusque reale *vbi* nullum alium spatium imaginandum est, in quo existat. Confirm. nulla res, quando producitur, dicitur esse aut recipi in non repugnantia: ergo nulla res, quando vbicatur, dicitur esse aut recipi in non repugnantia: nam ita se habet non repugnantia rei, ad sui existentiam, sicut non repugnantia vbicationis ad existentiam vbicationis: ergò sicut illa, cùm producitur, non dicitur recipi in non repugnantia, sed vel in subiecto reali, si illud habeat, vel in se ipsa, si subiecto careat: ita cùm res vbicatur non ponitur in non repugnantiâ, sed vel in loco reali, vel in seipsa. Resp. neg. maior, nam præter non repugnantiam corporis, est distantia negatiua, occupabilis à corpore, atque adeò distincta à corpore, & à quâuis substantiâ occupatiuâ spatij: tum quia alioqui non posset angelus in tali spatio extra mũpum moueri, quia motus essentialiter supponit distantiam, per quam mobile mouetur, distinctam ab ipso mobili. Tum quia, si illud esset sola non repugnantia corporis, & non distantia negatiua præsuppositа ad corpus, non posset reddi ratio, cur si Deus annihilatis corporibus intermedijs relictis tantùm cœlo & terra, non posset, maius & maius corpus inter cœlum & terram producere; nam si nulla est certa distantia inter cœlum & terram, non esset maior ratio, cur maius aut minus corpus inter eas collocari non posset. 48. Recurrunt aliqui ad naturam *vbi*, quibus cœlum & terra constituuntur, quæ talia sunt, vt sint proximum fundamentum tantæ quantitatis intermediæ, & non maioris aut minoris. Sed contrà; tum quia hæc saluari non possunt in tempore imaginario, intercepto inter duo tempora realia: si enim Deus interrumpat tempus reale hodiernũ, & crastina die iterum incipiat realiter fluere, mora illa vacua, quæ inter tempus hesternum & crastinum intercipitur, est determinata, cùm illa non sit capax, nisi tantæ moræ temporis realis, & non longioris, aut breuioris: & tamen in ipsis extremis realibus temporis, non est assignare aliquid, ratione cuius extrema ipsa exigant tantum tempus iutermedium, & non maius, aut minus. Tum quia ipsum *vbi* supponit spatium, à quo specificatur: non enim reddi potest ratio, cur hoc *vbi* sit addictum ad hoc spatium, nisi quia supponit & specificatur ab hoc spatio, quod naturâ suâ est immobile. Ad confirm. nego conseq. quia non repugnantia rei, quæ producitur, non distinguitur ab ipsius possibilitate: at non repugnantia spatij, in qua res producitur, distinguitur à re ipsa quæ producitur. Vnde nego, eodem modo se habere non repugnantiam rei, ad existentiam sui; ac se habet non repugnantia rei vbicabilis ad vbicationem; hæc enim præter non repugnantiam rei vbicabilis, dicit spatium in quo vbicatur.

Non repugnantia rei non distinguitur ab ipsius possibilitate.

Distantia negatiua distincta est à corpore.

Obijcies 4. Hoc spatium est nihil; ergo non potest esse aptum ad recipiendas entitates reales; quia aptitudo non reperitur, nisi in ente reali. Resp. distinguo de apto positiuè, quo modo reperitur in solo ente reali, & de apto negatiuè per non repugnantiam, quo pacto reperitur etiam in non ente; vt res, quæ non est, dicitur apta, non quidem positiuè, cùm ante existentiam nihil sit, sed negatiuè per non repugnantiam, seu per negationem repugnantiæ. 2. modo, non primo, spatium imaginarium aptum dicitur ad recipiendas entitates reales. 49.

Nihil est aptum negatiuè.

Obijcies 5. Præsentia realis dicit terminum realem: ergo non potest Deus habere præsentiam realem ad spatium imaginarium, quod reale non est. Resp. distinguo anteced. dicit terminum realem intrinsecum, concedo; extrinsecum, nego. Porrò terminus realis intrinsecus, est ipsum *vbi* reale intrinsecum, à quo intrinsecè res denominatur præsens spatio. Licet igitur Deus, aut quæuis substantia creata existens in spatio imaginario, non habeat terminum realem extrinsecum, habet tamen terminum realem intrinsecum, qui in Deo est immẽsitas, seu virtualis quantitas, actu occupans & replens spatium imaginarium infinitum: in substantiâ verò creatâ est locabilitas intrinseca, actu replens spatium imaginarium extrinsecum. Colligitur, Immensitatem esse ita propriam Dei, vt nequeat communicari creaturæ; siue illa accipiatur pro aptitudine coëxistendi maiori loco in infinitum, siue pro actuali existentia ad spatium imaginarium infinitum: quamuis enim Deus replicare possit Angelum in spatio maiore in infinitum, nullum tamen condere potest, qui hoc exigat ab intrinseco; vel qui actu replicetur in spatio infinito: nam in vtroque casu concedenda foret infinita perfectio in creatura. Dices: datur spatium infinitum: ergo non implicat creatura; quæ illud totum occupet: quia occupabile dicit ordinem ad occupatiuum: ergo si occupabile actu infinitum, dari poterit occupatiuum actu infinitum. Resp. nego conseq. ad prob. 1. nego anteced. nam dicere ordinem est proprium entium realium. 2. nego conseq. patet in potentia diuina, quæ est infinita, esto, nullus terminus, aut multitudo actu infinita producibilis sit: ex infinitate enim potentiæ solùm sequitur infinitas syncateg. non categor. termini. ergo ex infinitate spatij tantùm sequitur infinitas syncategorematica termini occupatiui illius: eò quòd nulla datur creatura, quâ perfectior quoad locabilitatem produci non possit. 50. 51.

Immensitas est incommunicabilis.

Quot modis Deus existat in rebus?

DVos assignant *Scholastici cum Magist. in* 1. *dist.* 37. vnum communem, quo existit in rebus omnibus; alterum specialem, quo inexistit in sanctis. Priore modo tripliciter docent Deum esse in rebus, 1. per essentiam; 2. per præsentiam; 3. per potentiam: per essentiam dicitur esse, quâ eius substantia est intimè indistans à rebus omnibus; per præsentiam, quà omnia, quæ in mundo geruntur, sunt ei cognitione præsentia; per potentiam, quà omnia virtute sua producit & conseruat. Qui modi sunt ita inter se connexi, vt primus non necessariò includat reliquos; nam erat Deus ante mundum conditum per essentiam in infinito spatio imaginario, in quo non erat per præsentiam, cùm nihil extra Deum 52.

Est in rebus per essentiam, Præsentiam, Potentiam.

Digitized by Google

Deum esse: quod coram ipso vidente gereretur: Neque per potentiam, cùm nihil ante mundum conditum esset, quod Dei virtute atque operatione egeret. Reliqui duo necessariò includunt primum; eò quòd impossibile sit, vt Deus sit præsens rebus per cognitionem, operationémve, quin simul ijsdem præsens sit per substantiam. Porrò cognitio,
53. quâ Deus dicitur præsens rebus, non est qualiscumque, sed intuitiua rei præsentis vt præsentis, & actu existentis; non enim dicitur Deus esse præsens rebus possibilibus, aut futuris, vel præteritis, sed tantùm præsentibus: sicut nec nos dicimur præsentes, nisi rebus, quæ coram nobis aguntur. Quo fit, vt ante conditum mundum non diceretur Deus præsens rebus, quæ in futuro mundo gerenda videbat; nam præter præsentiam intentionalem & obiectiuam, requiritur realis & subiectiua: contrà verò, existens extra mundum, dicitur Deus præsens rebus, quæ aguntur intra mundum; nam ijs omnibus dicitur Deus præsens, ad quæ vt actu existentia se extendit Dei intuitus.

54. *Obycies*, potiùs res dicuntur præsentes cognoscenti, quàm cognoscens rebus, cùm per cognitionem potiùs res fiant præsentes cognoscenti, quàm cognoscens rebus. Resp. cognoscens fit præsens rebus vitaliter, vt termino suæ vitalis operationis; res fiunt præsentes cognoscenti, obiectiuè & intentionaliter, quatenus exprimuntur intra notitiam cognoscentis. Dices, eâdem ratione dici posse, Deum præsentem sibi ipsi per intuitiuam cognitionem sui. Resp. nego sequel. ad hoc enim requiritur realis distinctio inter cognoscentem & res cognitas.

55. Ad complementum modi, quo Deus dicitur per essentiam esse in rebus, tria superfunt explicanda; 1. an Deus sit in rebus per intimum illapsum: 2. an sicut Deus dicitur esse in rebus, ita res dici possint esse in Deo; 3. an propriè Deus sit in loco.
56. Quantum ad 1. sententia Scholast. est, Deum esse
Per illapsum; in rebus per intimam præsentiam & illapsum: quia non solùm adest rebus vt causa efficiens, sed etiam vt causa exemplaris, formans & figurans singulas rerum essentias. Sicut enim sigillum non solùm efficienter imprimit figuram sui, sed etiam illam efformat & effingit communicando se in genere causæ exemplaris: ita Deus non modò efficit essentias rerum, verùm etiam illas efformat & effingit in genere causæ exemplaris, communicando se illis participatiuè secundùm varias perfectiones, non formaliter, sed exemplariter. Ad 2. cõcedit *S. Thom.*
57. *Omnia sunt in Deo;* 1. *p. quæst.* 8. *art.* 1. *ad* 2. omnia esse in Deo, sicut effectus in causa; & Deum esse in rebus, sicut causam in effectu. Dices: ergo sicut res dicuntur esse in Deo, antequam existant, ita dici potest, Deum esse in rebus, antequam res existant. Confirm. si vera est hæc propositio: *res sunt in Deo*; vera erit & eius conuersa, *Deus est in rebus*: sed illa ab æterno fuit vera; ergo & hæc. Resp. nego conseq. nam res sunt in Deo causaliter, & ideò possunt, etiam quando non existunt, verè dici in Deo esse, ratione virtutis causatiuæ: Deum esse in rebus causaliter, est actu causare res: implicat autem Deum actu causare res, & res actu non esse, quia hoc ipso, quo actu causantur, sunt; nam mediâ causatione tanquam viâ accipiunt esse. Ad confirm. nego conuersam huius, *res sunt in Deo*, esse hanc, *Deus est in rebus*; sed hanc, *Deus est causa* exemplaris & effectiua *rerum*, quæ etiam ab æterno fuit vera. Lege *Bonauent. in* 1. *dist.* 37. 1. *p. art.*
58. 2. *quæst.* 2. Ad tertium, negant *Scholast. cum Magist.* Deum propriè esse in loco; *Anselm. in Monol. cap.* 22. *& August. lib. de essentia diuin. initio*, vbi Deum appellat *illocalem*: colligitur ex conditionibus loci, quas assignat *Philos.* 4. *Physic.* inter quas est, vt locatum concludatur finibus loci: at Deus nequit concludi finibus loci; ergo nequit propriè esse in loco. Eo tamen modo improprio, quo Deus est in loco, excedendo terminos loci, controuersia est, an sit in illo formaliter, an tantùm causaliter. Thomistæ *cum S. Thom. quæst. cit. art.* 2. affirmant, esse causaliter, quà Deus causat corpora, quæ formaliter replent loca: alij verò formaliter; quibus magis assentior; Nam, esse in loco importat continentiam formalem, non effectiuam; alioqui etiam cœli dici possent esse in loco sublunari; quia cœli per suas influentias effectiuè causant & conseruant corpora, quæ formaliter replent loca sublunaria. *Deus in loco impropriè formaliter.*

Alter modus specialis, quo Deus inexistit in San- 59.
ctis, adhuc est triplex; primus quo in iustis habitat *Speciales modi* 3.
per gratiam, vt in proprio templo & sede. Secundus specialior; quo ab aliquibus Deus habitare dicitur in B. Virgine per identitatem, quatenus ex ea carnem assumpsit, quam propriæ copulauit hypostasi. Tertius specialissimus per vnionem hypostaticam, quo singulariſſimo modo inexistit in humanitate Christi, illam immediatè sanctificando, & ad naturalem filiationem assumendo, vnamque personam cum eâ ineffabiliter efficiendo.

DISPVTATIO IX.

De Veritate seu cognoscibilitate Dei.

POST disput. de vnitate Dei, & quæ vnitatem consequuntur, disputandum de Veritate, non vt est peculiaris virtus in dicendo, quæ veracitas dici solet, & ad fidem spectat, sed vt est secunda passio entis, per quam est aptum cognosci, & prima radix veritatis in cognoscendo; quæ per se pendet ab intellectu & obiecto, vt à causis per se. Quia præcedit obiectum potentiam, priùs de cognoscibilitate diuinæ naturæ, tum de intellectu, deque ijs, quæ eum consequuntur, disputo.

SECTIO PRIMA.

An aliquis intellectus creatus Deum in seipso videre possit?

PRIMA sententia seu error *Armen.* referente 1.
Alphons. de Castro v. beatitudo, hær. 1. negantium, 1. *Sentent. error.*
Deum ab vllo intellectu creato in se ipso videri posse, sed in quâdam *Theophania* seu luce, ab ipso deriuatâ, à beatis cognosci. Fundamentum: Deum à nemine hactenus visum, sed nec videri posse, *Ioan.* 1. *primâ ad Timoth.* 6. *Chrysostom. homil.* 14. *in Ioan. & 3. & 4. de Incomprehen. Dei naturâ, Euthym. in* 1. *Ioan. Isidor. in* 41. *Exod. &c.* ratio: quod est extra sphæram alicuius potentiæ, nequit ab illa attingi: Deus est extra sphæram intellectûs creati; ergo nequit ab ipso in propriâ substantiâ attingi. Confirm. maior est improportio inter intellectum creatum & Deum; quàm inter oculum corporeum & obiectum spirituale: sed nequit oculus corporeus, ob improportionem cum obiecto spirituali, illud attingere: ergo nec intellectus creatus obiectum increatum.

SECVNDA affirmat, Deum clarè in seipso à beatis 2. 2. *Sentens. De fide.*

Digitized by Google

videri. Est de fide, cuius oppositam *S. Thom. quæst. 8. de Verit. art. 1.* appellat hæreticam. Illam 1. definiuit *Benedictus XI. vulgò XII. in decretali*, de quâ mentio fit *in eius vitâ tom. 3. Concil. p. 2. pag. 818.*

Verba decret. extat *apud Sander. de visibili Monar.* refertur *à supple. Gabr. in 4. dist. 49. quæst. 2. art. 3. dub. 3. Definimus, quod secundum Dei ordinationem animæ Sanctorum, quæ ex hoc mundo purgatæ discedunti, ante iudicium generale vident Diuinam essentiam, visione intuitiua & faciali, nulla mediante creatura in ratione obiecti se habente, sed Diuina essentia nudè & clarè, & apertè illis se ostendente.* 2. Eugenius IV. *in Concil. Florent. decret. de vnio. Armen. Morientes* (loquitur de adultis baptizandis, antequam culpam committant) *statim ad regnum cœlorum, & Dei visionem perueniunt.*

3. *Ex Script.* Colligitur ex *Matth. 18. Angeli eorum semper vident faciem patris mei:* facies Dei est essentia Dei, vt *Hilar.* interpretatur *Psalm. 118. in vers. Deprecatus sum faciem tuam.* 1. ad Corinth. 13. *Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem:* Quid hoc? sine interuentu creati velaminis, Dei essentiam cernere 1. Ioan. 3. *Scimus, quoniam cùm apparuerit, similes ei erimus, quia videbimus eum, sicuti est*, seu in propriâ naturâ. Prob. 3. auctor. Aug. *epist.*

4. *Ex Patrib.* 112. *de videndo Deo c. 14. Si quæris*, inquit, *vtrùm possit Deus videri? Resp. potest. Si quæris vnde sciam; Resp. quia in veracissima scriptura legitur*; Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbũt. *Si quæris vtrùm etiam sicuti est, possit aliquando videri? Resp. Filijs hoc esse promissum, de quibus dictum est.* Scimus quia cùm apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Hilarius *in loc. cit. quamuis*, inquit, *nemo hominum videat faciem Dei, & viuat, tamen Deum omnes mundo corde visuri sunt.* hanc veritatem *vt seq. sect.* nulla ratio naturalis efficaciter probat: quæ affertur, procedit suppositis principijs fidei, de eleuatione naturæ ad gloriam, vt *Caiet. in 1. p. q. 12. art. 1. §. ad euidentiam.*

5. *Exponuntur Patres.* Ad 1. argum. respondet *cit. Epist.* Augustinus, Deum à nemine visum, intelligi de hominibus; quorum nemo ante Christi resurrectionem, in propriâ vidit substantiâ, non de Angelis beatis; qui *semper vident faciem patris:* cùm Scriptura addit, *à nemine videri posse*; intelligi *Deum esse inuisibilem* naturâ, si ipse propriâ voluntate non se manifestat: *Si quæris*, inquit cap. 14. *quomodo dictus sit inuisibilis, si videri potest? Resp. Inuisibilem esse naturâ, videri autem cùm vult, & sicut vult*; Aliam resp. affert ex sententia *Ambrosij cap. 10. & 11.* Deus dicitur *inuisibilis*, corporis, non mentis oculo. Ad 2. concedit

6. *Explicantur Patres.* *Vasquez 1. p. disp. 37. cap. 2. & 3.* multos ex his Patrib. cum Armenis sensisse. Sed nulla ratio cogit ad hanc notam Patribus, diu in Scriptura versatis, & rectè de fide sentientibus, inurendam: cùm omnes possint ad bonum sensum trahi, vt negent de visione comprehensiua tantùm; ita explicat *S. Thom. 1. p. quæst. 12. art. 1. & de verit. quæst. 8. art. 1.* & ex eorum scriptis colligitur: cõtrouersia enim erat cum Anomæis, qui ita se Deum in hâc vitâ nosse contendebant, sicut Deus seipsum. Testatur hoc *Chrysostom. tom. 5. homil. 2. de incompreh. Dei nat. Quod nemo vnquam dicere ausus est, ipsi se ita Deum nosse, quemadmodum Deus se ipse nouit, asserunt.* Id arguit nomen *comprehensionis*, quo *cit. Patres* ad errorem confutandum vtuntur. Imò titulus *De incomprehensibili Dei natura*, quem per quinque *homil. Chrysost.* apponit, ostendit, in eo tantùm sensu Patres contra

7. *Deus est intra sphærã intell. sub ratione entis.* Anomæos disputasse. Ad rationem, neg. minor. nam saltem Deus est intra sphæram intellectûs creati, sub analogâ ratione entis, ad quem potest lumine aliquo confortatus eleuari; cùm non se habeat vt obiectum disparatum, & actu alterius vitæ quàm intellectiuæ cognoscibilis, sicut se habet substantia spiritualis respectu oculi; sed vt obiectum excedens intra eandem analogam rationem intelligibilitatis: ac proinde non implicat ad illum eleuari. Ad Confirm. conced. maior de improportione in ratione entis; neganda improportio in ratione potentiæ, & obiecti, seu habitudinis & termini: nam inter intellectum creatum & Deum est proportio intellectiui & intelligibilis, in eodem proximo genere vitæ: inter spiritum verò & oculum nulla est proportio, in ratione visibilis & visiui, in eodem genere proximo vitæ, cùm alter sit visibilis actu vitæ intellectiuæ, alter visiuus actu vitæ sensitiuæ. Ex defectu huius proportionis, quæ essentialiter requiritur inter potentiam vitalem, & obiectum ab ipsa attingibile, nequit oculus eleuari ad percipiendum spiritum; potest intellectus eleuari ad intuendum Deum.

SECTIO II.

An possibilitas visionis beatæ ratione naturali demonstrari possit?

8. *Affirmant.* PRIMA sententia *Scoti in 4. dist. 49. quæst. 8. Rubio. quæst. 1. Prologi, §. Sed hic est. Nsph. 2. Metaphys. disp. 3. cap. 4. Vasquez 1. 2. disp. 20. cap. 2. Arrub. 1. p. quæst. 12. disp. 15.* affirmantium. Probat *Scotus* 1. *Prob. 1.* omnis potentia habens obiectum primum adæquatum, potest in quodlibet contentum sub illo: sed id obiectum intellectus creati, est ens vt ens: ergo quodlibet, in quo reperitur ratio entis, est per se obiectum ipsius: Impossibile autem est, vt in alio, quàm in summo ente quiescat; sicut nec visus alibi quàm in pulcherrimo visibili. 2. Quod est perfectionis in aliquo genere, si competit per se inferiori in eo genere, competit etiam superiori; sed cognitio intuitiua, quæ est perfectio simpliciter in genere cognitionis, per se competit sensui; ergo & à fortiori intellectui, respectu perfectissimi intelligibilis, contenti sub adæquato obiecto ipsius. Con- *Confirm.* firmat; de quocumque obiecto intellectus habet notitiam abstractiuam, habere potest & intuitiuam: quia si habet abstractiuam, signum est, quod illud continet intra suam sphæram; alioqui nullo modo posset illud cognoscere: sed cuiuscumque obiecti contenti intra propriam sphæram potest intellectus habere notitiam intuitiuam: ergo. 3. Creatura rationalis habet naturalem potentiam passiuam ad visionem Dei: ergo qui intuitiuè cognoscit illam, cognoscit ordinabilitatem ipsius ad finem: Sed anima separata intuitiuè cognoscit suas potentias naturales: ergo naturaliter cognoscit suam ordinabilitatem ad vltimum finem. Anteced. probat *Scotus quæst. 1. Prologi, §. Antequam*, omne subiectum naturaliter inclinat ad actum sui perfectiuum; vnde Augustinus *de prædest. Sanct. c. 5. Posse*, inquit, *habere fidem & charitatem, naturæ est hominis.* Confirmat *S. Thom. 1. p. q. 12. art. 1. & 3. cont. Gent. cap. 51.* aliàs *inane foret desiderium*, quod omnes naturaliter habent videndi Deum, si ipsius visio possibilis non esset. 4. Probat Arrubal: certâ ratione constat, intellectum creatum eleuari posse ad videndum Deum, quia non extrahitur à sphæra sui obiecti, cùm Deus contineatur sub ratione entis, quod est ipsius obiectum: sed euidens est, potentiam à Deo iuuari posse ad suum obiectum perfectè percipiendum: ergo à Deo iuuari posse ad ipsum perfectè cognoscendum; quia ad videndum obiectum infinitum non

9. *Secundò.*

10. *Tertiò.*

11.

requi-

Digitized by Google

requiritur actus, aut virtus infinita: amamus enim Deum ob infinitam ipsius bonitatem, actu & virtute finitâ.

12. *Negant verius,* SECVNDA *Bassoli in 4.dist.49.quæst.5.§.sed quantum, Lycheti quæst.1.Prologi, §.sed occurrit, Gabr.q.1. art.3.dub.2. Medinæ p.2.quæst.5.art.1. Caiet.1.p.q.1. art.1.& qu.12.art.1. §.Ad euidentiam, Molinæ ibid. disp.2.Zumel q.2.concl.3. Gonzalez disp.24.sect.2.Fasoli dub.2.num.18.Suarez lib.2.de Diuinis attrib.cap.* 7. negantium, id naturali ratione demonstrari posse, quæ sententia probabilior est. Suppono quæst. esse de verâ demonstratione, quæ intellectum euidenter conuincat, & non tantùm probabiliter suadeat: & per medium ostensiuum, & non tantùm negatiuum; quia licet nulla appareat repugnantia, non tamen conuincimur, cùm reipsâ esse possit, esto nobis non appareat. Deum in seipso cognoscibilem, contineri intra obiectum intellectus creati,

13. *Nondum demonstratum potentiam ferri posse in obiectum sub maiori abstractione quàm sit ipsa. S.Thomas. Scotus.* non est demonstratum; aut posse potentiam ferri in obiectum, quod sit sub maiore abstractione potentialitatis, quàm sit ipsa in se: at Deus in seipso visibilis abstrahit ab omni potentialitate; à quâ intellectus creatus non potest abstrahere. Hanc proportionem naturaliter requiri inter potentiam & obiectum, docent *S.Thom.* 1.*p.q.*12.*art.*4. & *Scotus quodlib.*14.§.*De 2.principali:* constat inductione; nequit sensus eleuari ad obiectum abstractum à materia indiuiduali; & intellectus humanus coniunctus corpori ad obiectum abstractum à materiâ intelligibili; quia cognitum debet esse in cognoscente, iuxta modùm cognoscentis. Cùm igitur experiamur, hanc proportionem seruari inter potentiam & obiectum, & aliundè non constet, potentiam vitalem, quâ vitalis est, eleuari posse extra suum connaturalem modum operandi, ratione naturali non constat, posse Deum ab intellectu creato in seipso videri.

14. Ad 1. primæ nego, obiectum naturale & specificum intellectus creati esse ens, vt includit increatum cognoscibile in seipso, sed solùm vt includit

Actus purus cognoscitur tantùm arguitiuè. increatum cognoscibile per aliud: sic enim seruatur naturalis proportio inter potentiam & obiectum. Dices, adhuc abstractiuè cognoscitur Deus, vt actus purus: sed modus cognoscendi abstractiuè, & intuitiuè non variat obiectum formale. Resp. Cognosci Deum, vt actum purum, tantùm arguitiuè, & mediatè, mediante nimirum effectu creato potentiali, non per se primò & immediatè. In quo sensu neg.minor. Nam actus purus cognitus intuitiuè cognoscitur per se primò, vt talis est, & immediatè: proinde vt actus purus specificaret actum cognitionis; quia id specificat, quod per se primò & immediatè terminat: Cognitus verò arguitiuè, non cognoscitur per se primò & immediatè vt actus purus, sed mediante alio obiecto potentiali immediatè terminante, atque adeò specificante cognitionem, proinde non, vt actus purus est, specificat actum cognitionis, sed vt immediatè repræsentatus per medium potentiale. Igitur cognoscibile abstractiuè, seu arguitiuè, & intuitiuè variat obiectum formale. Ad minor. resp. Sat esse, si intellectus quiescat in contemplatione abstractiuâ primæ causæ, qualem hominis fœlicitatem agnouit *Arist.*10.

15. *Ad 2.* *Ethic.*7.& 8. Argum.2.supponit, Deum in seipso visibilem, esse obiectum intellectûs creati, non secùs ac sensibile est obiectum sensus. Maior argum. vera est, quando cognitio intuitiua non extrahit obiectum à proprio modo cognoscendi potentiæ: at cognitio intuitiua Dei extrahit obiectum à naturali modo cognoscendi intellectûs creati, cuius est, obiectum cognoscere per modum entis potentialis. Ad confirm. neg. maior. quando cognitio intuitiua extrahit obiectum ad altiorem ordinem cognoscibilitatis, supra modum naturalem cognoscendi potentiæ: ex eo autem, quòd creatura cognoscat Deum abstractiuè solùm sequitur, Deum vt abstractiuè, non vt intuitiuè cognoscibilẽ contineri intra sphæram ipsius; eò quòd primo & non secundo modo seruat proportionem cum potentia: nam primo modo cognoscitur ad instar obiecti potentialis medio effectu creato.

16. *Ad 3.* Ad 3. Præter auctores *cit. in 1.sententia, Durand. in 4.dist.49. quæst.vlt.num.8. Sotus q.2.art.1.concl.1. & lib.1.de natura & grat.cap.*4. concedunt anteced. Probat *Durand.* vnumquodque naturali appetitu fertur in suam perfectionem; cùm naturalis appetitus nil aliud sit, quàm inclinatio imperfecti ad suã perfectionem: sed visio Dei est maxima perfectio naturæ rationalis; ergo. 2.*Sotus*; homo est naturaliter imago & similitudo Dei: sed hæc non solùm importat capacitatem videndi Deum, sed etiam naturalẽ inclinationem; quia simile naturaliter appetit suum simile: & appetitus humanus in nulla re creata quiescit; ergo possibile est illum expleri; alioqui frustrà nobis à natura esset ille inditus. Implicat, illum alio, quàm adeptione summi boni expleri, vt experientiâ constat. Sed contrà: si esset in nobis naturalis appetitus ad visionẽ Dei, visio Dei esset nobis naturaliter debita; nec posset homini in pura natura constituto sine violentia denegari, si in ea viueret iuxta dictamen rationis. 2. Repugnat, dari potentiã naturalem ad visionem supernat. nam potentia specificatur ab actu: ergo implicat, potẽtiam per se primò ordinatã ad visionem supernat. esse quoad entitatem naturalem. Confirm. ita se habet potẽtia ad actũ, sicut actus ad obiectam: sed implicat actus naturalis per se primò ordinatus ad obiectum supernaturale; ergo & potentia naturalis per se primò ordinata ad actum supernat. Ex *Aristot.*3.*de anima c.*5.& *S.Tho.*2.*cont.Gent.cap.*60. omni potentiæ passiuæ naturali respõdet aliqua actiua naturalis, à qua possit in actum reduci; alioqui frustrà foret talis potentia, quæ nunquam reduci posset in actum: ergo si datur potentia passiua naturalis ad beatit. supernat. danda est etiam potentia actiua naturalis, quæ illam reducere possit in actum. Nec sufficit, vt reduci possit in actum à potentia actiua supernaturali Dei; nam potentiæ passiuæ respondere debet actiua in eodẽ ordine. Vnde creatio animæ rationalis, etiamsi ab alio, quàm à Deo fieri non possit, cõputatur inter opera naturalia, eò quòd exigitur à potentia passiua materiæ; vnde in ea producẽda gerit se Deus vt causa naturalis. 4. Nunquam natura tribuit propensionem ad finem, quin etiam tribuat ad media; sed natura non tribuit propensionem ad bona gratiæ, quibus beatitudinem cõsequimur: ergo neque ad ipsam beatit. Maior constat inductione: omnis quippè potentia ad suum finem inclinat medijs dispositionibus: tum ratione; eiusdem ordinis sunt forma, & dispositio ad formam: ergo eadẽ est propensio ad finem & ad dispositionem. Quare

17. *Naturalis appetitus ad visionem Dei non est.*

18. *Nec naturalis potentia passiua ad visionem Dei.* neg. anteced. ad prob. conced. maior de actu commenso subiecto; neg. de actu excedente subiectum, qualis est uisio glorioſa, ad quam creatura rationalis solùm habet capacitatem obediẽtialem, & hanc tantùm probat testimonium August. Ad confirm. *S.Thomæ* respondet *Caietan.* intelligi de desiderio creaturæ rationalis, ordinatæ iam ad finem supernaturalem: posita enim reuelatione finis supernaturalis naturale est creaturæ desiderare illam actu elicito saltem inefficaci.

19. Ex his patet ad argum. *Durandi.* Ad 1. *Soti*, nego

Digitized by Google

minor. imago enim & similitudo, quæ est inter hominem & Deum, non est vniuoca & perfecta, sed analoga & imperfecta, proinde naturalē appetitum vidēdi imaginatum fundare non potest. Ad 2. concedo, quòd appetitus humanus expleri non possit, nisi adeptione summi boni, vel per cognitionem abstractiuam, vt in pura natura, vel per cognitionem intuitiuam, vt in natura eleuata. Ad 4. *Arrub.* 20. nego assumpt. ad prob. nego euidens esse, Deum in seipso visibilem contineri intra adæquatum obiectum intellectus creati; vel ad illùm diuinâ virtute eleuari posse: quia, cùm sit contra naturalem modum operandi potentiæ vitalis, nequit hoc naturaliter demonstrari, sed solâ fide teneri.

SECTIO III.

An Deus cognoscibilis sit à beatis per speciem expressam clarè ipsum repræsentantem sicuti est?

21. DVplex species intelligibilis, altera impressa virtualiter tantùm repræsentans obiectum, à quo imprimitur, effectiuè concurrens cum potentia cognitiua ad actualem repræsentationem obiecti: altera expressa, seu expressiua obiecti; actu & formaliter illud repræsentans potentiæ cognoscēti. Quia impressa essentialiter ordinatur ad expressam, vt causa ad effectum, & consequenter ex impossibilitate huius pendet impossibilitas illius, priùs inuestiganda est natura expressæ.

22. *Affirmant.* PRIMA sententia affirmat, possibilem esse speciem expressam clarè repræsentantem diuinam essentiam, sicuti est: *Bonauent. in 1. dist. 3. 1. p. artic. 1. quæst. 1. ad vlt. Durand. dist. 27. quæst. 2. num. 26. Aureol. apud Capreol. in 4. dist. 49. q. 5. art. 2. Soti in 4. dist. 49. q. 2. art. 3. Torrez in 1. p. q. 27. art. 1. dub. 4. Molina q. 12. art. 2. dist. 1. Vasquez disp. 38. cap. 2. Suar. lib. 2. de Diuinis attributis cap. 11. Granadi tract. 5. dist. 1. sect. 2. Arrub. dist. 17. cap. 2.* & omnium, qui vel admittunt verbum mentis in beatis, quod in doctrina *S. Thom.* problematicè defendunt *Capreol. in 4. dist. 49. qu. 5. art. 3. ad 1. Aureol. & Ferrar. 1. cont. Gent. c. 53. 5. quanta est*; cùm idem sit verbum mentis & species expressa, vt *infrà*: vel qui concedunt speciem impressam diuinæ essentiæ: non omnes, qui concedunt expressam, concedunt impressam; omnes tamen, qui impressam admittunt, & expressam; eò quòd illa ad 23. *Fundam.* hanc essentialiter ordinetur. Fundam. impossibile est, potentiam cognitiuam obiectum cognoscere, quin aliquam similitudinem de illo in seipsa formet, seu propriâ cognitione faciat sibi obiectiuè præsens; & cognitio ipsa sit expressa similitudo obiecti: cùm nequeat repræsentare obiectum potentiæ, nisi illud contineat, aut realiter, aut intentionaliter; nequit antè cognitio creata continere Deum realiter, ergo saltem continere debet intentionaliter, quod est continere illum per aliquam imaginem & similitudinem. 24. *Confirm.* Confirm. 1. Ioan. 3. visio Dei appellatur similitudo: *Similes ei erimus, quia videbimus eum, sicuti est.* Augustin. 9. *de Trinit. cap.* 10. *&* 11. *& lib.* 15. *cap.* 16. Anselm. *in Monol. cap.* 9. 29. *&* 31. docent, nullam rem posse nos intelligere, nisi intelligendo, aliquam illius imaginem intra nos formemus: quin ex ista similitudine verbi creati colligunt imaginem Verbi increati: sicut creatum nascitur ex memoriâ fœcundâ intelligentis, vt proles ex obiecto intelligibili, & potentia intellectiua: ita Verbum increatum gignitur ex memoriâ fœcundâ patris, vt perfectissima proles, & expressissima imago æterni parentis.

SECVNDA negat, possibilem esse speciem expressam repræsentantem diuinam essentiam, vti est in se; *Henrici in summ. art. 33. q. 2. ad 3. & quodlib. 4. q. 8. & 26. Durand. in 4. dist. 49. q. 2. Richard. in 3. dist. 14. quæst. 1. art. 1. quæst. 3. Bassoli quæst. 1. art. 1. §. Dico igitur, Ioan. de Ripa apud Capreol. in 3. dist. 14. art. 2. Caiet. in 1. p. q. 12. art. 2. §. Aduerte, & qu. 27. art. 1. §. Ad 3. dub. Bannez in 1. p. q. 12. art. 2. Sylui. ibid. Zumel disp. 2. Gonz. al. dist. 25. sect. 4. Naz. ar. controu. 2. & ferè omnium, qui* negant, beatos formare verbum in visione beatifica: *S. Doct. 1. p. quæst. 12. art. 2.* vbi negat, Deum per vllam creatam similitudinem, aut speciem à beatis videri posse: rationes militant contra speciem impressam; at multò magis contra expressam, vt *Caiet. loco cit.* Natura speciei expressæ accuratiùs est examinanda. 25. *Negant.* *Procul dubio est sent. S. Thom.*

Auctores 1. sententiæ putant, naturam speciei expressæ, seu verbi mentalis consistere in eo, vt sit tantùm medium *Quo*, & sola ratio cognoscendi obiectum; non medium *in Quo* cognosci possit obiectum. Vnde dicitur species expressa, quia exprimitur seu producitur ab intellectu, cuius est intrinsecus terminus, ad differentiam speciei impressæ, quæ ab extrinseco producitur, & imprimitur potentiæ cognoscenti, propter quod impressa nuncupatur. Huius opin. est etiam *Durandus in 1. dist. 27. quæst. 2. Scotus qu. 3. §. Ad quæst. & in 2. dist. quæst. 9. &c.* Prob. 1. non experimur, cùm aliquid intelligimus, nos ferri in actum & obiectum simul, sed in obiectum tantùm. 2. non possumus actu directo, sed tantùm reflexo in nostros actus tendere: at actus reflexus supponit directum: Ergo verbum mentale non potest esse id, quod primò cognoscitur ab intellectu; quia est actus nostri intellectus: 3. Per notitiam spiritualem cognoscimus obiectum quantum & materiale; ergo quod immediatè terminat intellectionem, non est verbum mentale, sed obiectum: nam quod non est quantum & materiale, non potest esse medium in quo cognoscendi quantum & materiale: substantia nequit cognosci in verbo, quod est accidens. 4. Si intellectus cognosceret suum actum, cognosceret seipsum: sicut qui cognoscit picturam, cognoscit subiectum, in quo est pictura. Confirm. si intelligeremus verbum, non intelligeremus illud abstractè, sed concretè, vt afficiens intellectum, in quo est, & à quo egreditur: ergo cum ipso simul intelligeremus intellectum. 5. Voluntas non producit in se aliquid, quod sit primum obiectum amoris, sed eo immediatè tendit ad obiectum secundùm se: ergo nec intellectus producit aliquid in se, quod sit primum obiectum intellectionis, sed eâ immediatè tendit ad obiectum ipsum secundùm se. Anteced. prob. alioqui nulla daretur virtus Theologalis, immediatè tendens ad Deum propter se, si primum, & immediatum obiectum amoris esset noster amor Theolog. non Deus propter se, sed aliquid creatum. Idem argument. fieri potest de assensu Fidei Theolog. quia hic non tenderet ad Deum, vt veracem immediatè, sed ad verbum creatum mentale nostri intellectûs. 6. Oculus corporeus non cognoscit obiectum expressum per verbum sensibile intra se, sed in propria natura existens, alioqui eius visio non esset intuitiua; hæc enim terminatur ad obiectum in seipso existens: ergo nec intellectus per visionem intuitiuam cognoscit obiectum intra se per verbum expressum, sed extra se in propria natura existens. 7. Opposita sent. admittit per actum intelligendi produci in nobis formam realē, in quâ vt in imagine cognoscamus obiectum, 26. *Natura speciei expressa an medium quo?* 27. *Prob. 1.* 2. 28. *Tertiò.* 29. *Quartò.* *Confirm.* 30. *Quintò.* *A pari.* 31. *Sextò.* 32. *Septimò.*

contra

Digitized by Google

contra *Philos.9.Metaph.tr.*16.docentem per operationes immanentes nihil in nobis produci. 8. Si verbum esset immediatum obiectum intellectionis, nulla dari posset intellectio sine verbo; quia nulla intellectio esse potest sine re intellecta, sicut nulla imago sine imaginato: at visio beata est vera intellectio, & non terminatur ad verbum, vt *infrà. 9.* Si verbum producitur ab actu intelligendi, prior est actus intelligendi, quàm verbum productum, sicut omnis causa prior est suo effectu: ergo in illo priori debet actus intelligendi habere suum obiectum, cùm nequeat esse actus sine termino: At hoc non potest esse verbum; quia cùm verbum producatur actu intelligendi, est posterius naturâ actu intelligendi. 10. Nullum mediũ potest esse ratio intuitiuè videndi aliud, nisi illud formaliter, aut eminenter contineat: sed verbum substantiæ neque formaliter, vt per se patet; neque eminenter, cùm sit imperfectius substantia, continet substantiam. Confir. verbum est ad instar picturæ; sed in pictura non potest intuitiuè videri imaginatum. 11. Si verbum esset ratio in quâ immediatè videndi obiectum, omnis cognitio esset intuitiua: nam intuitiua cognitio est, quæ fertur ad obiectum præsens: at hoc modo omnis cognitio ferretur ad obiectum in ipso verbo præsens.

31. *Octauò.* 34. *Nonò.* 35. *Decimò.* 36. *Vltimò.*

Auctores verò 2. sententiæ, excepto *Durando*, censent verbum, seu speciem expressam esse formam ab intellectu productã, in quâ vt in propriâ, & naturali imagine proximè cernitur obiectum intentionaliter expressum, & intelligibiliter repræsentatum secundùm omnes eas proprietates, quas obiectum continet in suo esse naturali: aut saltem posse in eo obiectum cerni, vt in propriâ imagine, non secus ac in sententia eorum, qui docent in speculo videri imaginem, & in eâ imaginatum intentionaliter expressum: ita sentit *Henricus*, qui, quamuis putet verbum esse medium *Quo* cognoscendi obiectum, talis tamen naturæ esse censet, vt in eo, tãquam in propriâ imagine cerni possit obiectum, non secus ac in imagine speculari cernitur imaginatum.

37. *An mediũ in quo?*

Omnes autem hi auctores conueniunt, verbum non consistere in specie ab obiecto impressa, sed in specie ab intellectu expressâ, concurrente tantùm impressâ vt ~~compincipio illius: Anselm.~~ *in Monol. cap.*31. *Cùm*, inquit, *cogito notum mihi hominem absentem, formatur acies cogitationis meæ in talem imaginem eius, qualem illam per visum oculorum in memoriam attraxi, qua imago in cogitatione verbum est eiusdem hominis, quem cogitando dico.* Et cap.46. verbum sic definit: *Verbum est cogitatio rei, ad eius similitudinem ex memoria formata.* Et August.15.*de Trinit.c.*12. *Tunc est verbum simillimum rei notæ, de qua gignitur imago, quando de visione scientiæ visio cogitationis exoritur.* Vbi verbum appellat ipsam rei visionem, genitam ex memoriâ fœcunda, quæ præter intellectum includit speciem obiecti, quo vt semine fœcundatur potentia ad verbum, vt sui, & obiecti prolem gignendam: ab vtroque enim, *vt ipse 9.de Trinit. cap.vlt.* cognoscente scilicet & cognito paritur notitia, quæ verbum est, & mẽtis proles. Idque etiam ratione constat: nam si esset species impressa, vel esset, vt recepta tantùm in potentiâ, vel vt terminans per modum obiecti actum intellectionis: non primum; alioqui semper actu cognosceremus omnia obiecta, quorum species in memoria receptas habemus: Non secundum; quia, etsi posset intellectus formare verbum de ipsa specie impressâ, eamque cognoscere, illam tamẽ non cognosceret immediatè in seipsa, sed in verbo, in quo illa exprimeretur & repræsentaretur, sicut reliqua obiecta, quæ in verbo expressa cognoscuntur. Ratio: cùm verbum sit expressiuum obiecti, de quo gignitur, illud adequatè cõtinens secundùm esse intentionale & intelligibile, sufficienter in eo intellectus poterit cognoscere speciem impressam, non secus ac cognoscit reliqua obiecta in verbo, de ipsis formato.

38. *Verbum est in specie expressâ concurrente impressâ.* *Non in specie impressâ vt terminãte actum.*

Confirm. 1. ideò aduersarij hoc asserunt, quia putant, speciem impressam requiri vt medium, in quo obiectum proximè cernatur, vt in suâ imagine; at hoc falsum est: 1. quia ad hoc sufficit species expressa, in quâ melius, quia vitaliter, exprimitur obiectum: 2. sequeretur, nos non posse sine specie impressa, nobis inhærente, obiectum cognoscere; quia non possumus obiectum cognoscere, nisi per imaginem ipsius: sed imago, in quâ in hac sententia obiectum cognoscitur, non est species expressa, sed impressa: ergo sine illa non possemus obiectum cognoscere, quod falsum est; alioqui non posset Deus absque eo, quod in nobis produceret speciem impressam lapidis, facere vt lapidem cognosceremus, cùm nõ possimus obiectum cognoscere, nisi illud habeamus, vt terminum nostræ cognitionis: in hac autem sententia obiectum est terminus nostræ cognitionis immediatè, & formaliter per ipsam speciem impressam: lege *S.Thom.opusc.*14. Confirm. 2. destructâ specie impressâ, & conseruatâ in potentia cognitiua solâ specie expressâ eiusdem speciei impressæ, sufficienter per eam potẽtia cognosceret obiectum: ergo non per impressam, sed per expressam obiectum, cognoscit: tum quia de facto non per vtramque, sed per vnam dumtaxat obiectum cognoscit: ergo si illud cognoscit per expressam, nõ cognoscit per impressam: tum quia intimiùs, connaturaliùs, & magis proportionatè per expressam, quàm per impressam cognoscit illud. Anteced. prob. in specie expressa delineatur integra natura impressæ, cùm sit formalis naturalisque imago ipsius effectiuè producta ab eadem specie impressa: ergo in eâ vt in naturali imagine relucet integra natura tũ speciei impressæ, tum obiecti ipsius: ergo etiam impressâ destructâ, tota natura ipsius eiusque obiecti cerni poterit in specie expressa. Cuius rei optimũ exemplum habemus in Verbo increato, in quo vt in propria imagine exprimitur natura diuina vt species impressa omnium obiectorum, quæ sunt in memoriâ fœcundâ Patris; vt docent Patres, *August.* citandus: non enim in Verbo diuino vt in specie impressâ, sed expressâ & Sapientiâ genitâ æternus Pater cognoscit omnia. Quòd autem possit destructâ impressâ conseruari species expressa eiusdem impressæ in potentiâ cognitiuâ. prob. 1. non apparet essentialis connexio inter speciem expressam & impressam: 2. sicut potest impressa conseruari absque obiecto, cuius est impressa species, ita poterit expressa conseruari absque impressa, cuius est expressio: 3. sunt duæ res mutuò realiter distinctæ.

39. *Intimior, connaturalior expressa.*

Dico 1. Verbum mẽtis, seu species expressa non est tantùm medium *Quo*, sed etiam in *Quo* videndi obiectum, imò est ipsum obiectum intentionaliter expressum, & in sua naturali imagine intelligibiliter apparens cognoscenti. Hæc est expressa sententia *S.Thom.*1.*cont.Gent.cap.*53. vbi verbum appellat *intentionem intellectam* formatam ab intellectu mediâ specie intelligibili, per quam vt per rei similitudinem rem intelligimus. Et 4.*cont.Gent.cap.*11. docet, hanc *intentionem intellectam*, quam intellectus in seipso concipit de re intellecta, non esse rem ipsam, quæ intelligitur, sed quandam similitudinem intellectu conceptam de re intellectâ, quam voces exteriùs significant, & verbum interiùs nominatur; ex

40. *Verbum est medium in quo?* *Intentio intellecta.*

quo

quo infert, verbum hominis interius conceptum, non esse hominem verum, naturale hominis esse habens, sed hominem intellectum, & quandam similitudinem hominis veri ab intellectu apprehensam. Et *in opusc.13. Istud sic formatum & expressum in anima dicitur verbum interius, & ideò comparatur ad intellectum, non sicut quo intellectus intelligit, sed sicut in quo intelligit, quia in isto sic expresso & formato videt naturam rei intellectæ.* Vnde colligit, duo esse de ratione verbi; vnum, quòd sit aliquid ab intellectu procedẽs, in eoque existens; alterum quòd sit ratio & similitudo rei intellectæ. Et opusc.14. *Similitudo perfecta genita & expressa ab intellectu, & hoc totum expressum est verbum, & est totum rei distinctè expressiuum, & totum, in quo res exprimitur, & hoc intellectum principale; quia res non intelligitur, nisi in eo: est enim tanquam in quo res cernitur:* Vbi non solùm docet, rem intelligi in verbo, vt obiectum in speculo, sed non intelligi nisi in verbo. Et infrà docet, verbum esse ipsum obiectum, quod intellectus virtute speciei à sensibus in seipso format, ad quod immediatè terminatur nostrum intelligere, & non ad rem ipsam, vt est in sui naturâ; idipsum confirmat *qu.4. de Verit. art.2. ad 3.* vbi verbum appellat *conceptionem intellectam, & rem ipsam, quæ intelligitur: vt sic,* inquit, *id quod intelligitur possit dici & res ipsa, & conceptio intellectus.* Quia verbum est res ipsa intentionaliter, quam nos intelligimus, dum verbum concipimus. Idem docet *1.p.q.34. art.1. ad 3. & Capreol. in 2. dist.39. q. vnic. art.3. ad 2. cont.1. concl.*

Similitudo expressa.

41. Est etiam expressa sententia *Arist.3. de anima tract. 20. & 37.* vbi ait, scientiam actualem esse ipsam rem scitam: non posset autem esse res scita, nisi ipsa esset obiectum scientiæ; alioqui si esset distincta à re scita, non posset esse eadem cum illa: docet, *animam intelligendo fieri omnia*; quia per intellectionem exprimit in se omnia. Sæpè affirmat, cognitionem fieri per *assimilationem cognoscentis ad cognitum:* si autem cognitio esset pura tendentia intellectus ad res extra existentes, nullâ opus esset assimilatione ad res intelligendas, sed sufficeret quæcumque vitalis tendentia, quâ intellectus posset extra se tendere ad res cognoscendas. Requiritur igitur assimilatio cognoscentis ad cognitum, propter verbi expressionem, in quo res cognoscenda est. Eadem sententia fundamentum habet in Patribus, qui verbum appellant *imaginem obiecti,* in quam acies mentis fertur, dum obiectum cognoscere nititur; vt patet ex *Anselm. cit.* Confirm. Patres ex verbo creato probant increatum, cum eoque cõparant, assignatis interim differentijs, quæ inter creatum & increatum intercedunt; cùm tamen nullam differentiã assignent in eo, quòd increatum sit, in quo Pater cognoscit omnia, imò in hoc potius illi verbum creatum assimilant. Igitur sentiunt, verbum nostrum esse in quo obiectum cernitur; sicut verbum Diuinum est, in quo Pater omnia contemplatur: *Nouit,* inquit, *Augustin.15. de Trinit. cap.14. omnia Deus Pater in seipso; nouit in Filio; sed in seipso tanquam seipsum, in Filio tanquam suum.* Et subdit: *verbum autem nostrum simile est in hoc anigmate illi Verbo Dei, quoniam sic & hoc de nostra nascitur, quemadmodum & illud de scientia Patris natum est.*

41. *Imago obiecti:*

43. Prob.2. Potentia visiua obiectum suum percipit in sua visione, vt in propria imagine expressum ab ipsa potentia virtute speciei visiuæ ab obiecto impressæ: ergo intellectiua obiectum suum percipit expressum in verbo, vt in propria imagine in seipso formata, virtute speciei intelligibilis, in memoria existentis; à fortiori; quia minùs eget visus verbo sensili, vt in eo visibile obiectum intueatur, quàm intellectus verbo intelligibili, vt in eo intelligibile obiectum percipiat: quia visus semper habet obiectum propriâ existentiâ præsens, ad quod ferri possit, quod non habet intellectus, qui plerumque fertur ad obiectum absens. Anteced. non admittitur ab omnibus auctoribus nostræ sententiæ. Experientiâ sic probo: variatis tantùm speciebus visiuis variatur obiectum in ratione obiecti formaliter, non variato in ratione rei: ergo visus non terminatur immediatè ad visibile in seipso existens, sed in propria imagine expressum. Anteced. constat multiplici experientiâ; 1. quando species variantur quoad intensionem, obiectum apparet crassius & intensius. 2. quando species variantur quoad multiplicationem, vt in conspicilijs multangularibus obiectum apparet multiplex, adeò vt nullum discrimen percipiat oculus inter verum, & apparẽs obiectum. 3. Quando species refranguntur, obiectum apparet fractum. Ostendo conseq. Si visibile non cerneretur in sua imagine expressum, sed in propria natura existens, non posset cognosci, nisi cum ea dispositione, quam in seipso haberet; at non cognoscitur cum ea dispositione, quam in seipso habet, sed cum ea, quam habet in propria imagine expressum: ergo non cernitur in propria natura existens, sed in sua imagine expressum. Maior prob. Si visio non esset medium *in quo,* sed tantùm *quo* intuendi obiectum in seipso existens, non esset medium cognitum à potentiâ: Ergo non posset ipsa tantùm visione variata, variari obiectum, sub ratione formali obiecti; quia nullum mediũ potest esse ratio videndi obiectum aliter, atque est in se, nisi ipsum medium obiectiuè aliter se habeat ad talem potentiam: igitur si visio non se habeat obiectiuè ad potantiam visiuam, non potest esse medium videndi obiectũ aliter, atque est in se. Anteced. prob. quod non se habet obiectiuè ad potentiam, non potest mutare obiectiuè potentiam; quia nihil potest esse medium mutandi alterum, quod non est medium afficiendi illud sub ea ratione, sub qua debet illud mutare: Ergo si visio non afficit oculum obiectiuè, sed tantùm subiectiuè, non potest esse mediũ mutandi illum obiectiuè, sed tantùm subiectiuè. Sicut quod tantùm afficit potentiam obiectiuè, non potest mutare potentiã subiectiuè: ergo nec quod tantùm afficit potẽtiam subiectiuè, mutare potest potentiam obiectiuè. Confirm. variata visione per solam variationem specierum visibilium, diuersum quid apparet, quod anteà non apparebat: sed hoc diuersum, quod nunc apparet, non est in obiecto in seipso existente; ergo in obiecto per visionem expresso: quia hoc diuersum, quod nunc apparet, est aliquid reale existens ac præsens potentiæ, cùm sit obiectum potentiæ visiuæ, quæ ferri non potest, nisi ad aliquid reale existens ac præsens: ergo si non est in obiecto, in seipso existente, necessariò esse debet in obiecto, in visione ipsa expresso.

44. *Experientiâ certum,*

Multiplici,

45. *Non in propria natura existens:*

Afficitur obiectiuè à visione.

46.

Probo nunc anteced. certâ ratione: Conseruata tantùm in oculo visione, & corrupto visibili, cuius est visio, eodẽ prorsus modo appareret oculo ipsum visibile, atque apparet, si esset existens & præsens potentiæ: ergo oculus non intuetur visibile immediatè in seipso existens, sed in visione intentionaliter expressum. Anteced. admittunt *Vasquez 1.p. disp. 38.c.2. & d.208.c.3.* | *Suarez lib.2. de Angelis c.11. num. 12. Arrubal, &c.* & constat experientiâ, nam species multiplicatæ in oculo per conspicilia multangularia repræsentant obiectum vbi non est, eodem planè modo, ac repræsentant illud vbi est: ergo sola species, aut visio in oculo conseruata, eodem modo repræsentaret obiectum, ac si illud esset existens & præ-

47. *Potentia obiectum percipit in visione etiam non existẽs.*

Pr. ratione. Sic visus percipit obiectum in imagine expressum:

præsens potentiæ : nam de facto visio repræsentat illud, vbi non est, eodem planè modo, ac si ibi esset; ergo sola visio conseruata, & corrupto obiecto, adhuc illud repræsentaret, vbi non est; vt illud repræsentat nunc, vbi non est. Nam quod per aliam 48. speciem de facto simul repræsentetur vbi est, nihil conducit ad speciem, quo illud repræsentat vbi verè non est. Est alia experientia; cùm quis diu magnam lucem aspexit, & statim ad tenebras se conuertit, adhuc tantisper sibi videtur lucem aliquam aspicere: aut, cùm intuitus est intensum colorem, & deinde vertit se ad aspiciendum alium colorem diuersæ rationis, adhuc ille secundus color per aliquod tempus apparet eiusdem rationis cum priore colore. Hoc autem aliundè prouenire non potest, nisi quia relictæ sunt aliquæ species lucis, vel coloris præcedentis, quæ simul cum potentia producunt visionem obiecti absentis per modum præsentis. Probato antec. deduco conseq. mutatur ob- 49.
Oculus non intuetur visibile immediatè in seipso existēs. iectum in se, & non mutatur obiectiuè: ergo oculus non intuetur illud immediatè in seipso existēs, sed in sua imagine expressum. quia si intueretur illud in seipso, non posset, eo corrupto, illud intueri, cùm non possit intueri, nisi quod est sibi præsens, quia oculus non fertur nisi ad præsens. Confirm. corrupto obiecto, adhuc potentia aliquid reale videt: sed illud non est obiectum naturaliter existens, cùm illud sit iam corruptum; ergo est obiectum intentionaliter expressum. Maior constat: tum quia potentia eodem modo videt nunc, corrupto obiecto, atque videbat anteà, eodem obiecto præsente: ergo si anteà videbat quid reale, etiam nunc videt aliquid reale. Tum quia oculus ferri non potest, nisi ad obiectum reale, vt ex *Animastica* suppono. Conseq. prob. si uidet aliquid reale non obiectum in seipso existens; ergo obiectum in sua imagine expressum; cùm inter hæc duo nequeat aliud obiectum reale assignari.

50. Prob. 3. principalis assertio à priori, de quolibet verbo siue intelligibili, siue sensibili: species expressa est adæquatus effectus speciei impressæ; species verò impressa est adæquata similitudo obiecti: ergo species expressa est adæquata imago obiecti; ergo in ea sufficienter cernitur obiectum. Maior patet; adæquatum munus & finis speciei impressæ est gignere *verbum*: quod propterea appellatur conceptus & partus memoriæ fœcundæ, quæ ingrauidatur obiecto, quod per sui speciem, vt per semen fœcundat illam, in ordine ad verbum gignendum.
Species impressa est adæquata similitudo loco obiecti substituta. Minor constat; quia species impressa, cùm à natura substituatur loco obiecti, quod sæpè vel est absens, vel ineptum ad cōcurrendum immediatè cum potentia ad productionem verbi, debet adæquatè cōtinere in esse intentionali, quidquid obiectum continet in esse naturali. Vnde *Capreol. in 1. dist. 35. q. 2. colum. 4. §. Secundum*, verbum mentis appellat similitudinem essentiæ rei, & ipsam quodammodo quidditatē naturæ rei in esse intelligibili. Prior conseq. elucet; si verbum est adæquatus effectus speciei impressæ, & species impressa est adæquata similitudo obiecti, verbum erit adæquata similitudo & imago obiecti. Posterior prob. in adæquata imagine adæquatè continetur imaginatum. igitur sufficienter 51. in ea poterit imaginatum videri. Confirm. ex *S. Thom. 3. cont. Gent. cap. 49. & in 4. dist. 49. quæst. 2. art. 1. Durand. in 4. dist. 49. q. 2. num. 13. & Palat. disp. 1. Caiet. cit. &c.* species intentionales sunt eiusdem naturæ & quidditatis in repræsentando cum obiectis, quæ repræsentant; à natura institutæ, vt loco obiectorum substituantur, in potentijs cognitiuis: cùm enim nequeant plerumque obiecta per seipsa potentias informare, aut illis præsentia esse, ne maneant potentiæ destitutæ sufficienti virtute ad sua obiecta cognoscenda, rectè à naturâ prouisum est, vt per species intentionales, quæ sunt obiecta ipsa secundùm esse intentionale, hoc munus exerceatur: vnde cùm verbum producimus, rem ipsam in esse intentionali producimus; quia producimus adæquatam, & naturalem imaginem ipsius, in quâ obiectum relucet secundùm totum esse naturale, quod in se habet.

Obijcies 1. Si oculus perciperet obiectum intra se 52.
expressum, & non extra se existens, omnia videret æqualiter distantia: quia in visione expressa omnia forent æquè præsentia oculo. 2. Non potest oculus percipere, nisi coloratum: at visio non est colorata: ergo non potest esse obiectum oculi. 3. Si oculus vi- *Argumenta Recentiorum.*
deret obiectum in ipsa specie expressum, sequeretur, quòd etiam clausus videret illud, quia etiam clausus posset conseruare suam speciem expressam: item posset videre illud supra se positum, quod est contra experiētiam. 4. Obiectum videtur in seipso, 4.
eo tamen in loco, vnde species ad oculum reflectitur: vt quia species facici hominis reflectitur in speculo, in eo cernitur facies hominis, non eius species. 5. Vel per speciem videtur simul & obiectum, vel 5.
non: secundum est cōtra omnes Philos. & rationem naturalem: primum patitur easdem diffic. de obiecto apparente curuo, multiplicato, inuerso, minori, intensiori, remissiori &c. cùm tamen in se nec curuum, nec multiplicatum, nec inuersum, nec minoratum, nec intensius remissiúsve sit. 6. Si ideò spe- 6.
cies terminat & non obiectum, quia quod non existit, non potest visionem terminare: ergo nec species eam terminare poterit, nisi sit vbi est ipsa visio, quā terminat. Etenim tam repugnat, vt terminet vbi non est, quàm quando non est: igitur non terminabit visionem species, quæ est extra oculum, sed quæ est in oculo: hoc autem falsum est: nam oculus cernit altitudinem & latitudinem turris, distantiamq; fenestrarum : in vnicâ autem indiuisibili pupillâ nō est tota altitudo & latitudo turris: ergo si quod est absens loco terminat visionem, poterit & quod absens tempore. 7. Si verbum, siue intelligibile, siue 7.
sensibile, vim habet repræsentandi rem non existentem, cur id non habebit ipsa cognitio, absque eo quod transeat per verbum? 8. Si obiectum co- 8.
gnosceretur tantùm in verbo, *falsæ* essent propositiones, præteritum aut futurum enunciantes, cùm tamen verbum existat de præsenti. Vnde idem erit dicere Antichristus turbabit mundum, ac dicere meum verbum turbabit mundum; quo quid absurdius? 9. Cùm amo sanitatem, quæ in me non est; 9.
cognosco & appeto sanitatem, quæ non existit: ergò potest quod non existit terminare meam cognitionem & appetitum.

Resp. Ad 1. nego sequel. ad prob. nego, omnia 53.
esse æquè præsentia oculo obiectiuè & intentionaliter; esto omnia sint oculo præsentia subiectiuè & realiter. Ratio: quia visio non solùm exprimit obiectum, sed distātiam ipsam, quæ inter vnum obiectum & aliud intercedit: vnde non tantùm obiectiuè apparent res visibiles, sed etiam distantia inter ipsas. Ad 2. etsi visio non sit colorata sub- *Visio exprimit distantiam;* *Est color obiectiuè.*
iectiuè & naturaliter, est tamen colorata, imò color ipse obiectiuè & intentionaliter expressus: & hoc sufficit vt sit obiectum potentiale, quæ per se tendit ad esse intentionale, vt expressiuum esse naturalis obiecti. Ad 3. nego, posse oculum clausum conseruare in seipso speciem expressam, quia hæc actu pendet ab impressa, & rursus impressa ab obiecto: obiectum nequit sui speciem in oculum clausum

Digitized by Google

sum transmittere propter obstaculum. Vt autem producat proportionatam speciem sui in oculum, certam requirit loci distantiam.

Ad 4. Ad 4. neg. anteced. quis enim credat, cùm ad omnem & solam variationem specierum, ad nullam verò solius obiecti, varietur visio, videri obiectum, & non eius speciem? Nam si species expressa, vel impressa (nil refert vtra sit) nullo modo terminat oculi visionem, sed solum obiectum, & species ad hunc præcisum effectũ terminandi visionem, se habeat, ac si non esset, seu medium oculo omninò incognitum, quomodo fieri potest, vt solum obiectum, & non species cernatur? aut quis prudens affirmabit, obiectum non speciem videri, quando inuariato obiecto, variatâ tantùm specie in speculo concauo, videtur aliquid maius & crassius obiecto? Contrà, in conuexo aliquid tenuius ac remissius; in plano verò, in quo species nec intẽditur, nec remittitur, semper aliquid obiecto æquale, ac simile? Etenim si solum obiectum cerneretur, visionemque terminaret, siue species incrassaretur, siue extenuaretur, siue proprio conformaretur obiecto, semper visio esset eadem obiectiuè, sicut idem semper est obiectum, quod eam terminat: cùm nõ possit visionem obiectiuè variare, nisi varietur id, quod ipsam obiectiuè terminat. Vnde non potest in hac sentẽtia assignari causa, ex qua desumatur hæc visionis obiectiua variatio: Non ab ipso obiecto, quod per aduersarios terminat; siquidem illud semper manet etiam vt formaliter terminans inuariatum: ergò nisi desumatur ab ipsa specie, quæ ob diuersas reflexiones in seipsa variatur, admittendus necessariò erit nouus effectus realis, nempe noua ocularis terminatio absque noua reali causa huius, cùm non possit idem obiectum inuariatum in se esse causa nouæ ocularis terminationis. Nec iuuat dicere, quòd species repræsentat obiectum in eâ parte, ex quâ fit speciei ad oculum reflexio: nam in quacumque parte illud cernatur, semper experientia vrget, vnde proueniat hæc obiectiua ocularis visionis variatio, si quod terminat, est idem semper obiectum inuariatum in se? Neque ex eo quòd species effectiuè concurrat ad visionem: nam siue ea concurrat effectiuè, siue dispositiuè, semper erit verum in aduersariorum sententia, quòd non species, siue impressa, siue expressa, ab impressâ producta, sed obiectum tantùm terminat visionem. Vnde ergò noua hæc variatio? nunquam huius rei assignabunt rationem: sicut è conuerso, corrupto obiecto, si sola eius species inuariata maneat, manebit visio eodẽ prorsus modo obiectiuè terminata, quo anteà obiecto præsente & existente. Nec si posteà accedat obiectum, variatur visio, dummodo non varietur eius species, quæ anteà erat. Confirm. Implicat eandem formã inuariatam in se nouam conferre denominationem, vel effectum formalem subiecto semper capaci: ergò implicat idem obiectum inuariatum in se nouam conferre obiectiuam terminationẽ visioni de se semper capaci: nam obiectum nõ minus est forma denominans visionẽ ad se extrinsecè terminatam, quàm visio sit forma denominãs obiectũ à se extrinsecè visum: sed implicat eandem visionem inuariatam in se, iam denominare obiectum vno modo, iam alio modo visum: ergo & idem obiectũ inuariatũ in se iam denominare visionem vno modo, iam alio modo ad se terminatam. Ita *Ioan.* de Ripa *apud Capreol. in 3. d. 14. q. 1. art. 2.* *In omni visione, in qua visibile distinguitur realiter à visione, obiectum videtur in tali visione, in quâ relucet solùm intentionaliter, & per consequens tale visibile non videtur propriissimè in se intuitiue, sed secundùm esse, quod habet in alio anigmate. Ad variationem specificam formalis apparentiæ de obiecto sequitur varietas specifica apparentiæ obiectiuæ: ergò quod immediatè obijcitur potentiæ, non est res extrinseca, sed ipsa species vel visio. Nam 1. quantumcumque obiectum sit vnicum realiter in se, & omninò inuariatum, ex variatione & multiplicatione specierũ, potest multiplicari apparentia obiectiua, vt patet, quando fit suppositio digiti ad oculum, eadem res omninò vnica in se apparet esse dua: ergo illud, quod immediatè apparet & obijcitur potentiæ, non est ipsa res: nam aquè vna formaliter appareret vt prius, si aquè manet inuariata; & per consequens ipsa species rei immediatè obijcitur, & obiectiuè appareret. 2. Stante vniformitate obiecti per remissionem speciei remittitur apparentia obiectiua: ergò talis apparentia non est ipsum obiectum, sed species, in quâ relucet. Antec. prob. nam per remissionem speciei tale obiectum remissius obijcitur potentiæ, & per consequens apparẽtia obiectiua remittitur. 3. Cuiuslibet talis obiecti apparere obiectiuum, est aliquid ab obiecto realiter; nam vbi tale obiectum corrumperetur, per Dei potentiam specie aquè præsente potentiæ, & immutante ipsam vitaliter; tale obiectum apparet vt prius; aquè enim vniformiter esset præsens potentiæ, & ideò aquè sibi obijceretur: ergo apparere obiectiuum aquè esset vniforme vt prius. Igitur tale apparere non est idem cum obiecto. 4. Cuiuslibet obiecti cogniti idem est omninò esse cognitum & cognitio: sed cuiuslibet talis idem est esse cognitũ, & esse apparens obiectiuum: tum quia per solam positionem cognitionis, quocumque alio circumscripto, ponitur esse cognitum: tum quia idem est omninò esse cognitum, & esse quod habet obiectum in potentia: sed huiusmodi esse non est aliud ab esse cognitionis. Tum quia esse cognitum, est esse intentionale in anima: igitur est esse relucentiæ, & per consequens, sicut species obiecti, & relucentia obiecti idem est, ita esse intentionale, & esse cognitum, est idem realiter speciei, in quâ relucet. Sic igitur patet generaliter, quod apparentia obiectiua & species siue apparentia formalis idem sunt: nec apparentia obiectiua est idem quod obiectum apparens, sed est idem quod apparere obiecti, & esse cognitum, & ideò obiectum apparens, nunquam est sua apparentia obiectiua, nisi idem sit cognitio sui.* Intelligit autem obiectum apparens, obiectum secundùm se, dum illud distinguit ab apparentia sui, quæ nil aliud est, quàm species expressa siue cognitio obiecti, in quâ ipsum relucet, vt in suâ naturali imagine, in quâ tantùm cernitur.

Causa obiectiuæ variationis non datur ab Aduers.

Anteced. conced. Aduers. si forma eadem & subiectum idem capax.

Hoc prob. Ioan. de Ripa.

Exper. nostrâ.

Cõseq. quadrupliciter 1.

2.

3.

4.

Concludit: Intelligit speciem expressam.

Ad 5. aliqui putant simul cum specie videri obiectum; ita *Capreol. in 2. dist. 39. q. vnic. art. 3. ad 2. 1. concluſ. & Ferrar. 1. cont. Gent. c. 53. §. aduertendum.* At siue obiectum videatur solum, siue cum specie, semper vrget experientia, quo pacto ad solam variationem specierum & non obiecti, varietur visio obiectiuè. Quare longè veriùs docent, videri solam speciem, vel impressam, vel expressam, multi citati à *Conimb. lib. 2. de anima q. 7. art. 2. Arist. 3. lib. Meteor. c. 4. initio*, vbi de quodam ait (Antipheron Oretanus fuisse creditur) dum ambularet, sui ipsius imaginẽ aduersâ fronte in aëre semper vidisse, aëre speculi vicem, in quâ imago cernitur, illi supplente: *Caiet. 1. p. q. 56. art. 2. §. circa hanc concluſ.* vbi duplicem distinguit imaginem, alteram repræsentantem vt rationem cognoscendi; alteram repræsentantem vt rationem cognitam. *Qualis*, inquit, *est species in speculo: S. Thom. in opusc. 14. cit.* vbi de verbo mentali; *In quo*, inquit, *res exprimitur, & hoc intellectum principale, quia res non intelligitur, nisi in eo: est enim tanquam speculum, in quo res cernitur.* Quid enim importat, τὸ, *nisi in eo*, nisi tantùm in eo, & non in seipso obiectum cerni? quod idem sentire videtur de re visa in speculo, dum ait, eodem modo videri obiectum in verbo, ac rem in speculo: ergo si obiectum

Ad quintã arg. Recent.

Digitized by Google

S. Thom. obiectum denominatiuè vltimatè videri vult.

ctum non nisi in verbo, res non nisi in specie ad speculum reflexâ cernitur. Quòd si aliquando de specie in speculo visâ docuit, quòd non ipsa dumtaxat, sed simul cum eâ videatur & res, vt *q. 8. de verit. art. 15. in ⊖ & 1. p. q. 86. art. 3. ad 1.* saltem nostræ sent. adhæsit *cit. opusc. 14.* Neque ab hac alienus est *Henricus*, qui quamuis putet, potentiam per verbum ferri in obiectum, docet tamen eo solo obiectum videri posse. Neque contrà vrget *Aristot. de memoria* asserens, *eundem esse motum in imaginem & imaginatum:* quippè qui optimè explicari potest de imaginato, non secundùm se, sed in suâ imagine expresso. Ratio apprimè suffragatur: cùm enim species sit propria ac naturalis imago obiecti, sitque à natura substituta loco obiecti, in ea sufficienter & adæquatè videbitur obiectum, & sanè longè perfectiùs, quàm in imagine artificiali imaginatum.

Ratio.

Ad 6.

Sextum argum. non est contra me, qui doceo, obiectum non videri in specie impressâ, quæ est in speculo, vel in aquâ, sed in specie expressâ, quæ est in oculo; vt de expressâ mentali *S. Thom. cont. Gent. c. 53.* Nec vrget facta instantia, quòd altitudo & longitudo turris non sit in oculo: nam esto non sit in oculo secundùm esse subiectiuum & naturale, est tamen secundùm esse obiectiuum & intentionale; quod est ipsum esse imaginis, quæ considerata vt res quædam, accidens est potentiæ inhærens: considerata vt imago formaliter, hoc est vt similitudo & expressio sui obiecti, obijcit & repræsentat illud potentiæ cognoscenti, hoc ipso, quòd illam informat. Nam sicut duplex habet esse ratione saltem distinctum, alterum vt res quædam; alterum vt imago & intentionalis similitudo sui obiecti; ita duplicem tribuit potentiæ, quam informat, effectum formalem, subiectiuum, & obiectiuum. Hoc patet 1. in picturâ artificiali, quæ vt res quædam est, inhæret vt accidens chartæ aut tabulæ, in quâ depicta est: vt imago & similitudo est sui prototypi, obijcit & repræsentat illud potentiæ visiuæ, non ducendo oculum in prototypon secundùm se, in quod vtpotè absens aut corruptum ferri non potest, sed in se ipsâ delineatum & expressum. 2. in verbo mentis, quod vt qualitas, subiectiuè tantùm est in intellectu; vt imago & similitudo intentionalis obiecti, obiectiuè est in *intellectu: obijciendo* enim se intellectui vt similitudinem obiecti, repræsentat illi obiectum, non ducendo illum in obiectum secundùm se, sed in seipsa expressum, non secùs ac artificialis figura ducit oculum ad figuratum in seipsa delineatum.

Quid esse obiectiuum distinctum à naturali visione & obiecti.

Euidens est in entè rationis fictitio.

Quod patet, quando obiectum, quod intellectui obijcitur non modò non existit, sed neque est possibile, vt cum obijcitur intellectui chymæra. Certum enim est, esse chymæricum, intellectui obiectum, non ducere intellectum ad cognoscendam chymæram in se, cùm illa nec sit, nec esse possit, solumque esse obiectiuum habeat in intellectu, quæ est chymæræ definitio. Eademque ratio erit, quandò intellectui obijcitur species entis possibilis: nam si semel cogamur admittere, posse intellectum cognoscere obiectum non in se, sed in suâ imagine expressum, eadem ratio erit de quâcumque imagine, siue illa sit propria, siue impropria: quin longè facilius ac perfectius obiectum cognoscetur expressum in imagine propriâ, quàm in impropriâ.

Finito & infinito.

Concludo: sicut non est necesse, vt quando ab intellectu cognoscitur esse chymæricum conflatum ex ente quanto & non quanto, finito & infinito, circumscripto & immenso, vt hæc intellectus cognoscat in seipsis, cùm in seipsis non sint, nec esse possint, sed sufficit vt tantùm obiectiuè & intentionaliter sint in intellectu: ita cùm ab oculo videtur altitudo & longitudo turris, necesse non est, vt hæc videantur in seipsis, sed in suâ dumtaxat specie intentionaliter expressâ, oculo obiectâ. Nec repugnat, verbum non esse quantum & diuisibile subiectiuè, esse verò quantum & diuisiuè obiectiuè, sicut non repugnat esse creatum & finitum subiectiuè, increatum & infinitum obiectiuè. Ad 7. Resp. 1. licet dari possit cognitio, quæ non sit verbum, vti est visio beata: haud tamen dari potest verbum, quin sit cognitio. 2. esto cognitio distinguatur à verbo, potior tamen ratio est, vt verbum, quam cognitio vim habeat repræsentandi, & exprimendi obiectum, eò quòd verbum, nō cognitio substituatur loco obiecti, à quo vel eius vicariâ specie producitur: cognitio autem est pura tendentia in obiectum verbo expressum, tenetq; se ex parte potentiæ cognoscentis. Ad 8. neg. sequela: etsi verbum enuncians rem præteritam & futuram, sit præsens subiectiuè, est tamen præteritam aut futurum obiectiuè, quia enunciat rem pro præteritâ vel futurâ duratione, in quâ fuit vel erit: sicut verbum sensile præsens oculo subiectiuè repræsentat obiectum, vt distans ab oculo obiectiuè, quia repræsentat illud per speciem distantiæ inter oculū & obiectum. Obserua; quæ de verbo prædicantur, triplicis esse generis: Aliqua de illo prædicantur, vt res quædam est in se; Aliqua vt obiecti substitutum est; Alia quæ soli obiecto, pro quo substituitur, conueniunt. Sicut imagini artificiali Cæsaris, vt res quædam est, conuenit quòd sit qualitas chartæ aut tabulæ inhærens; vt imagini, quòd sit ipse Cæsar repræsētatiuè; ratione imaginati, quòd sit bellicosus. Ita verbum Antichristi, quâ res est nostro intellectui inhærens, accidens quoddam est: quâ species expressa & imago, est ipse Antichristus obiectiuè, hoc est in ipsa expressus secundùm ea lineamenta, quæ habiturus est in seipso secundùm esse naturale: ratione verò eius, pro quo substituitur, conuenit, quòd sit mundum turbaturus. Sicut verbum, quod de chymæra formamus, quà nobis inhæret, est aliquid reale actu existens, quà repræsentatiuum, nullum habet esse; nisi tantùm obiectiuum; ratione eius, pro quo substituitur, nullum habet, nec habere potest esse.

Ad 7.

Ad 8.

Pro clariori notitiâ.

Dicet.

DICES: non potest intellectus aliquid de aliquo enunciare, nisi illud cognoscat; ergo si de Antichristo intellectus aliquid enunciat, illum cognoscit. *Resp.* cognoscere illum expressum in suâ specie, vti oculus cognoscit imaginatum delineatum in suâ imagine. Vrges: enunciatum nō conuenit Antichristo; vt expresso in suâ imagine, sed in seipso extituro: ergo non sat est, illum tantùm cognoscere in specie expressum. Resp. neg. conseq. quia non est necesse, vt enunciatum conueniat obiecto secundū se, vt illud cognoscat in se; sed sufficit, si cognoscatur in alio. Sicut certum est, Deum in hac vita à nobis non cognosci in se, sed in suis creatis effectis, cùm tamen, quæ de eo enūciamus, non conueniant eius effectis, sed ipsi: & quod de chymera prædicamus, nempè quod implicet, non conuenit chymæræ, vebo mentis expressæ, vt sic enim non implicat, sed potiùs existit secundùm suum esse obiectiuum in ipsa cognitione expressum, quoniam ex *S. Thom. 1. cont. Gent. c. 53.* nequit potentia cognitiua suum obiectum cognoscere, nisi illud habeat præsens, præsentiâ intentionali sibi proportionatâ: cùm enim non sit operatiua, nisi immanenter intra seipsam, nisi habeat obiectū intra se per propriam speciem præsens, non poterit circa illud immanenter operari. Instas: ergo neque poterit intellectus beati cognoscere Deum, nisi illum habeat intra se per propriam speciē intentionaliter præsentem. Resp.

Resp.

Ratio.

Digitized by Google

nisi illam habeat intentionaliter præsentem per speciem *in qua*, nego, quia talis species de Deo implicat, vt mox; per speciem quà, infrà concedo.

Ad nonum Recent. Ad 9. Resp. me cognoscere sanitatem, quæ in me non existit secundùm suum esse subiectiuum & naturale, sed quæ in me existit secundùm suum esse obiectiuum & intentionale, secùdùm quod immediatè terminat meum intellectum. Cæterùm dispar est ratio de intellectu & appetitu: nam intellectus fertur in obiectum intra se intentionaliter expressum, cùm hic sit finis potentiæ cognoscentis; appetitus verò in obiectum secundum se existens, cuius finis est, coniungere se cum obiecto à parte rei existente, vt *num.* 59. magis explicabitur.

Solutio argument. oppositæ sint.

54. *Vno actus percipitur obiectum in verbo.* AD 1. Respondet *Capreol. in 1. dist. 27. quæst. 2. art. 3. ad 4.* non oportere hoc nos experiri, sed sat esse efficaci ratione id nobis constare: præsertim cùm non sint duo actus; quibus verbum & obiectum intelligimus, sed vnus & idem, quo verbum & obiectum in verbo expressum simul cognoscimus. Addo ego, quòd cùm verbum non intelligamus actu reflexo, sed directo, & verbum sit obiectum intentionaliter expressum, cognoscendo verbum actu directo, cognoscimus obiectum in verbo intentionaliter expressum, absque alio actu reflexo.

55. *Verbum vt imago formalis.* Ad 2. Respond. verbum subiectiuè, & vt res quædam est in seipsa existens, cognoscitur distincto actu reflexo: obiectiuè, & vt imago formalis est, & expressio naturalis obiecti, cognoscitur eodem actu; qui quà informat potentiam, est illi ratio cognoscendi; quà est imago obiecti, illud in seipso exprimens, & in prospectu potentiæ ponens, est ratio cognita, & obiectum in esse intentionali & intelligibili expressum. Idem igitur actus vt vitalis forma, est potentiæ ratio cognoscendi; vt obiectiua imago rei, est ratio cognita: est autem verbum formaliter, non vt est ratio cognoscendi, sic enim se tenet ex parte potentiæ, & dicitur esse ipsum formale cognoscere; sed vt est ratio cognita: sic enim se tenet ex parte obiecti, & est ipsum repræsentari obiecti. Vnde *S. Thom. 4. cont. Gent. cap. 11.* verbum vocat ipsum intelligi, quia tenet se formaliter ex parte obiecti.

56. *Ad 3.* Ad 3. neg. conseq. ad prob. concedo id, quod non est quantum nec subiectiuè, nec obiectiuè, siue nec naturaliter nec intentionaliter, non posse esse medium *in quo* cognoscendi quantum: nego tamen id, quod est quantum obiectiuè & intentionaliter, quale est verbum mentis de re quantâ, non posse esse medium *in quo* cognoscendi quantum, sub qua tantùm ratione terminat vim intellectiuam.

57. *Ad 4.* Ad 4. nego sequel. quia verbum non cognoscitur formaliter secundùm esse subiectiuum, seu respectù ad subiectum, sed secundùm esse obiectiuum, intentionale, (quia cognoscitur, vt imago tantùm est obiecti) respectum ad obiectum, cuius est imago. Ad confirm. dico, nos cognoscere verbum concretè concretione obiectiuâ, non subiectiuâ: cognoscimus enim illud vt imaginem expressiuam obiecti, non vt formam inhæsiuam subiecti; atque adeò vt concretum in ratione repræsentantis, non inhærentis atque accidentis.

58. *Voluntas nõ producit verbum.* Ad 5. nego conseq. quia voluntas non producit sibi obiectum, sicut illud sibi producit intellectus: potentia enim appetitiua non potest impelli ad operandum, nisi à bono prægnito, & obiectiuè præsente; conceptiua verò non supponit, sed facit sibi obiectum præsens mediâ specie, vi cuius illud producit in esse intentionali. Ex quo oritur, vt intellectus producat sibi verbum, in quo obiectum cognoscat; non voluntas aliquid, quod diligat: quia quod voluntas est dilectura, supponitur iam præsens per cognitionem; quod intellectus est cogniturus, non supponitur præsens per aliam potentiam, nisi tantùm remotè, & in habitu per speciem ipsam obiecti.

59. *Amor non est imago.* DICES, cur voluntas non fertur immediatè in suum amorem, sicut intellectus in suum verbum? Resp. quia cùm voluntas feratur ad diligendam bonitatem obiecti, & ipsius amor non sit imago, in qua obiecti bonitas diligenda reluceat, non potest ad illum ferri, vt ad obiectum diligendum, sed vt ad rationem diligendi. Contrà verò, cùm verbum sit expressa imago, in qua obiecti perfectio, quam intellectus conatur attingere, reluceat, potest *A priori.* ad illud ferri, vt ad rationem cognoscendi, & ad obiectum cognoscendum: nam finis voluntatis est, coniungi cum bono amato, secundùm esse reale & existens, cuius realem consecutionem intendit voluntas per suum actum: finis intellectus est, veram notitiam de obiecto acquirere. Lege *August. 9. de Trinit. cap. vlt.* & *l. 10. per multa 1. ca.* Ad illud autem quod affertur de assensu fidei, nego, illum non ferri in Deum vt veracem, quamuis ad illum feratur medio verbo, quia hoc non tollit, quin feratur in ipsam veritatem Dei expressam & repræsentatam in verbo.

60. *Ad 6.* Ad 6. nego anteced. ad prob. dico, ad intuitiuam visionem sat esse, si illa sit per propriam speciem genita: quod admittere tenentur omnes, qui nobiscum concedunt, posse oculum intueri obiectum etiam corruptum, si in ipso conseruetur visio: nam talis visio non posset esse abstractiua, quia oculus non est capax talis cognitionis: ergo necessariò erit intuitiua, ex eo tantùm, quòd erit visio per propriam speciem genita. Lege *S. Thom. qu. 4. de verit. art. 2. ad 7.*

61. *Ad 7.* Ad 7. cùm Arist. negat, per operationes immanentes aliquid produci in nobis, vel solùm negat, per eas produci aliquid extra nos, sicut producitur per transeuntes; alioqui per immanẽtes producuntur habitus: vel tãtùm negat. produci aliquid, quòd sit finis operationis immanentis, vt apertè docuit 1. *Ethic.* 1. Cæterùm verbum, quod per intellectionem producitur, non est finis intellectionis, sicut quod producitur per actionem transeuntem est finis ipsius transeuntis; sed potiùs ipsa intellectio est finis; nam ideò producitur verbum, vt in eo intellectus obiectum intelligat.

62. *Ad 8.* Ad 8. nego sequelam: etenim immediatum obiectũ intellectionis non solùm potest esse verbum sed etiam obiectum secundùm se, quando obiecti adæquata similitudo implicat, vt de visione beata *mox.* Ad prob. concedo, nullam intellectionem esse posse sine re intellecta, vel in se, vel in suo repræsentatiuo.

63. *Ad 9.* Ad 9. Respondent aliqui, verbum immediatè produci ab actu intelligendi, vt à causa efficiente proxima. Sed hoc est contra *Aug. 15. de Trinit. c. 10.* asserentem, verbum gigni ex memoria: *Necesse est cùm verbum loquimur, ex ipsa scientia, quam memoriâ tenemus, nascatur verbum.*

64. *Per pauciora saluantur omnia de verbo.* Quare *cum Scoto in 1. dist. 27. q. 2. §. Ad q. & aliis apud Canari. 1. part. quæst. 27. articul. 1. disput. 4.* dicendum verbum immediatè produci ab intellectu fœcundo per speciem intelligibilem obiecti, mediâ actione dicendi, non mediâ actione intelligendi. Fundamentum: Cùm verbum, ex *S. Thom.* sit in-

Digitized by Google

sit intellectio intellecta, ex memoria fœcunda genita, necessariò includit, habitudinem producti ad producentem, quà notitia genita est; intellecti ad intelligentem, quà obiectum intellectum est; intelligentis ad eem intellectam, quà intellectio formaliter est. At habitudines hæ tres saluantur vnicâ formâ ab intellectu productâ, mediâ actione dicendi: ergo non sunt multiplicandæ plures, alterâ quâ intelligat, & verbum immediatè producat; altera quæ sit verbum productum. Minor probatur: non repugnat, vt eadem forma sit & ratio cognoscendi, & simul ratio cognita; scilicet vt eadem forma sit & actus vitalis ex parte potentiæ, & naturalis expressaque imago ex parte obiecti; at talis forma, vt ab intellectu producta includeret primam habitudinem; vt imago obiecti includeret secundam; vt informans & actuans potentiam includeret tertiam; ergo saluaret omnia, quæ sunt propria verbi. Confirm. altera sent. ad minimum duas admittit formas realiter distinctas; 1. quâ intellectus intelligit; 2. quâ obiectum repræsentatur. Hanc nostram sententiam indicat *citat.* Augustin. *Formata cogitatio verbum est, quod in corde dicimus.* Si verbum est cogitatio, non igitur ab eâ realiter distinguitur, cùm nulla res possit esse id, à quo realiter distinguitur. Eadem colligitur ex *S. Thom.* 1. *parte quæst.* 34. *artic.* 2. *ad* 3. *& quæst.* 4. *de Veritate artic.* 2.

Eadem forma est ratio cognoscendi & cognita.

65. Ad 10. Sat est si illud contineat intentionaliter, scilicet per suam propriam & naturalem imaginem. Quæ conuenientia maior est ad repræsentandum obiectum, quàm quæcumque in essendo: magis enim in essendo conuenit vnum album cum alio, quàm species albi cum albo, & tamen magis species albi repræsentat album, quàm vnum album aliud album. Lege *Scot. in* 2. *dist.* 3. *quæst.* 9. Ad confirmationem concedo, verbum esse ad instar picturæ, sed naturalis, non artificialis; quæ non est ab ipsa re, quam repræsentat, naturaliter producta: ideò nequit rem ad viuum exprimere, sicut naturalis, quia quæ producitur ab ipsa re, illam exprimit per propria rei; quæ producitur ab artifice, rem exprimit per aliena, nec potest, nisi abstractiuè illam repræsentare.

Continet obiectum intentionaliter.

66. Ad 11. nego sequel. nam ad intuitiuam cognitionem requiritur, vt res videatur in verbo per propriam speciem rei producto: at non omne verbum producitur per propriam speciem rei: igitur non omnis cognitio est intuitiua, esto omnis cognitio rem cognoscat in verbo præsente.

Ad vlt.

67. Infertur 1. verbum formaliter distingui ab intelligere: est enim verbum, quà expressiuum est obiecti; est intelligere, quà est actus intellectus, & ratio percipiendi obiectum in verbo expressum: est verbum, quà manifestatiuum est obiecti in memoria latentis, eiusque naturale signum: est intelligere, quà est forma, quà fit talis manifestatio obiecti, ipsi intelligenti, vt verbum est, magis se tenet ex parte obiecti, cuius est expressa imago, & virtute cuius producitur, quàm ex parte intellectus: vt intellectio, magis se tenet ex parte intellectûs, cuius est vitalis actus, & ratio ipsa percipiendi obiectum, vt verbum, comparatur ad intellectum, vt terminus obiectiuè terminans ipsum intelligere, vt intellectio, comparatur vt forma actu informans, & actiuè tendens ab obiectum cognoscendum, vt verbum obiectum exprimens, illudque in prospectu mentis proponens, est prius ratione ipso intelligere, quia obiectum vt cognoscendum præsupponitur ad cognitionem; vt actu intellectum, est posterius ratione ipso intelligere, comparatum ad intellectum, vt producentem vtrumque habet rationem effectus; sed vt verbum habet rationem prolis, quia procedit, vt imago ad exprimendum obiectum, quod vt parens mediâ specie veluti semine vnà cum memoriâ, vt matre gignit verbum sibi simile: deficit autem à perfecta ratione prolis, quia non procedit in consubstantialitate eiusdem naturæ cum adæquato principio producente, quæ est tota natura intellectualis, comparatum ad dicere, vtrumque est posterius, vt terminus actione; eodem quippè dicere, vt actione procedit & verbum, & intelligere, cùm à parte rei sit vna & eadem indiuisibilis forma.

Verbum & intelligere distinguuntur.

An autem dicere sit distinctum ab ipso intelligere, & verbo, sicut reliquæ actiones à termino producto, negatiua pars probabilior aliquando est visa: quia actus vitalis dicit essentialem dependentiam à potentia vitali, cùm sit actualis tendentia ipsius; non diceret eam si ab illa procederet mediâ actione distinctâ: quia tunc posset idem terminus per aliam actionem à solo Deo fieri, sicut reliqui effectus, qui ab actione distinguuntur: ex *S. Thom. quæst.* 4. *de verit. art.* 2. *ad* 5. vbi docet, in nobis dicere significare intelligere cum expressione cõceptionis, & ipsum dicere. Verùm re maturiùs consideratâ, opposita probabilissima est, & meis principijs conformior, scilicet dicere distingui à verbo v[illegible] actionem vitalem à termino vitali: quàm fusè probo *tom.* 3. *edit.* 2. *disp.* 2. *sect.* 5.

68. *Dicere ab vtreque distinguitur.*

Infertur 2. verbum esse proprium partum intellectûs, non aliarum potent. nam licet aliæ obiecta percipiant in imagine, virtute speciei in seipsis productâ, illud tamen non vocatur propriè verbum, sed idolum: quia verbum propriè est terminus locutionis, atque adeò solius potentiæ intellectiuæ, cuius tantùm est loqui, tam sibi per expressionem verbi manifestatiui rei in memoriâ latentis, quàm alteri per prolationem verbi vocalis manifestatiui mentalis: quod notat *Ferrar.* 1. *cont. Gent. c.* 53. & ex *S. Thom.* 1. *p. q.* 85. *art.* 2. *ad* 3.

70. *Verbum est partus proprius.*

Infertur 3. non solùm dici verbum respectu intellectûs à quo producitur, sed etiam respectu obiecti, quod repræsentat: lapis enim intellectus, dicitur verbum lapidis in intellectu, & homo intellectus, verbum hominis, vt *S. Thom.* 4. *cont. Gent. c.* 11. & *Anselm. cit.*

71.

Infertur 4. non solùm formari verbum quando concipimus res perfectè, etiam quando eas concipimus imperfectè; quia verbum est necessarium, vt in eo obiectum cognoscamus siue perfectè, siue imperfectè.

72.

DICO 2. Repugnat species expressa, seu verbum intelligibile diuinæ essentiæ: Est *S. Thom.* 1. *part. q.* 12. *art.* 2. *& alibi*, negãtis omnem similitudinem diuinæ essentiæ, tenentem se ex parte rei visæ; & communior *Thom. & antiquior. Schol.* Fundam. species expressa vt exprimat obiectum prout est in se, ipsum debet exprimere in esse intẽtionali, secundùm omnem perfectionem, quam habet in esse reali: nulla autem species creata exprimere valet essentiam Diuinam, secundùm omnem perfectionem, quam illa continet in esse reali: igitur nulla dabilis est species expressa Diuinæ essentiæ; Maior prob. species expressa gerit vicem obiecti, in cuius locum substituitur: igitur debet illud quoad omnia exprimere; alioqui per eam non posset totum obiectum secundùm omnem perfectionem cognosci, sed solùm secundum eam, secundum quam exprimeretur; cùm obiectum non videatur in se ipso, sed in eius specie expressum. Confirm. species expressa debet esse talis, vt obiectum etiam non existens in eâ possit totum

73. *Verbum de Deo exprimi implicat:*

Gereret enim vicem obiecti infiniti.

74. *Etiam non existentis,*

Digitized by Google

conspici, ac si in se ipso existens conspiceretur, cùm in obiecto repræsentando non pendeat ab eius existentiâ, aut locali præsentiâ. Vnde concedit *Vasquez* 1.2. *disp.7. num.*8. quòd si per impossibile Deus non existeret, & adhuc in beato conseruaretur visio Diuinæ essentiæ, illum fore beatum; quia per eam videret Deum, sicuti est, eodem prorsus modo, quo illum videt nunc in se ipso existentem & præsentem. Maior syllog. 1. ostend. sequeretur, talem speciem fore infinitæ perfectionis, esset enim tantæ perfectionis in esse intentionali, quantæ obiectum in esse naturali: quia species expressa per suum esse intentionale supplet esse naturale obiecti, cùm in eâ conspiciendũ sit naturale esse obiecti: in ea enim mensura crescit species in esse intentionali & repræsentatiuo, quâ obiectum in esse naturali. Confir. implicat, formam finitam præstare posse effectum formalem infinitum: cùm hic sit ipsâ in subiecto posita: videre autem Deum obiectum infinitũ, esset effectus formalis speciei expressæ solius: nam eâ tãtùm in intellectu positâ, & omni alio, etiam obiecto, è rerum natura per impossibile sublato redderet intellectum beatum, & videtem Deum, vt concedit *Vasquez*, & concedere debent omnes, qui nobiscum sentiunt, destructo visibili, & manente tantùm visione in oculo, adhuc nos videre obiectum visibile; quia sublatâ causâ, vel concausâ non potest integer effectus manere. Vnde non cohærẽter *Torrez* 1.*p.q.*27.*art.*1.*in p.p. suæ disp.* docet, verbum esse id, in quo vt in imagine obiectum cernitur, & tamen *in* 2.*p. eiusd. disp. dub.*4. probabiliter affirmat, à beatis formari verbum de Diuinâ essentiâ.

esset infinitæ perfectionis;

Supplens esse naturale Dei.

75.

76. *Obiicies* 1. Potest species accidentalis repręsentare obiectum substantiale: ergo & species finita obiectum infinitum. 2. de facto videtur Deus à beatis, vt est in seipso obiectum infinitum: ergo non implicat, videri obiectum infinitum actu finito. 3. potest intellectus finitus videre Deum infinitum: ergo poterit species finita repræsentare Deum infinitum.

Obiic. 1.

2.

3.

77. Resp. Ad 1. nego conseq. quia potest dari accidens, quod sit adæquata proprietas substantiæ finitæ: non, quod sit adæquata proprietas substantiæ infinitæ; & adæquatè repræsentet substantiam infinitâ; licet enim vt species repræsentet substantiam, non sit necesse, vt sit substantia, vt patet in specie angelicâ repræsentante substantiam, est tamen necesse, vt sit tantæ perfectionis in esse accidentali, quantæ est substantia repræsentata in esse substantiali; quia species per suum esse accidentale debet exprimere totum esse substãtiale obiecti: vnde quãtò crescit esse substantiale obiecti, tantò crescere debet esse accidentale speciei; species creata nequit crescere infinitè in esse accidentali, vt exprimere possit infinitum esse substantiale Dei.

Ad 1.

Species par obiecto in esse accidentali repræsentatiuo.

78. Ad 2. Concedo, de facto Deum videri à beatis, vt est in se obiectum infinitum; nego tamen videri in aliquâ specie aut verbo creato, sed in se ipso immediatè: non implicat autem, videri obiectum infinitum actu finito, qui tantùm sit ratio videndi: implicat videri obiectum infinitum actu finito, qui sit ratio *in quâ* videatur obiectum. Nam in 1. casu infinitas se tenet tantùm ex parte obiecti; in 2. etiam ex parte actus: & solùm actus creatus infinitus implicat, non Deus obiectum infinitum.

Ad 2.

79. Ad 3. nego conseq. nam obiectũ est intrinsecum intellectui; est enim extrinsecus tantùm terminus illius; speciei verò est intrinsecum, saltem secundùm esse intentionale; quia debet in illa repræsentatiuè contineri: ex infinitate autẽ termini extrinseci nulla colligitur infinitas in potẽtiâ: sicut colligitur ex infinitate obiecti intrinseci infinitas intẽtionalis in actu.

Ad 3.

Infertur, nec dari posse speciem expressam exprimentem aliquod attributum Diuinum, vt in se est: *Herna. tract. de verbo quæst.*3.*art.*4.*& Capreol. in* 1. *dist.*27. *qu.*2. *art.*3.*ad* 8. solùm affirmant de specie, quam beati de attributis formare possunt cognitione abstractiua extra verbum, quia quodlibet est in suo genere infinitum; & caret termino: sapientia enim in ratione sapientiæ est illimitata, bonitas in ratione bonitatis, potentia in ratione potentiæ, & reliqua: at infinitum nequit per speciem finitam adæquatè repræsentari.

80. *Nulla species attributi diuini.*

Dico 3. Beati vident Deum visione creata, quæ est sola vitalis tendentia, & intentionalis vnio intellectûs creati cum Deo proximè & immediatè intelligibili. Quæ dici potest dissimilitudo *qua*, & verbum largo modo, quatenus vnit potentiam intelligibiliter cum Deo, & producitur ab intellectu beati medio lumine gloriæ, quæ est aliqua similitudo Dei, vt *infrà*. Est *Palud. in* 4.*dist.*49. *quæst.*1. *art.*2.*fine*, & omnium, qui nobiscum negant in patriâ produci verbum à beatis. Fundam. hic modus possibilis est, imò ab aduers. qui hoc speciem expressam explicant, admissus: in nostra sententia deficit à naturâ speciei expressæ, & verbi mẽtalis proprie dicti, quia non exprimit intentionaliter obiectum, vt in eo proximè, & immediatè cerni possit. Vnde, si per impossibile Deus, vel non esset præsens intellectui beatorum, vel non existens, beati Deum non viderent per hniusmodi vitalem tendentiam: hoc autem est contra naturam speciei expressæ, quæ obiectum absens, & non existens potentiæ repræsentat, vt præsens atque existens, vt aduersarij etiam admitunt, non cohærẽter: quia, si species expressa non debet per ipsos obiectum in se ipsa exprimere, sed solùm potentiam ducere ad illud, in se ipso videndum, non existente obiecto, non poterit intellectus, vi solius speciei illud intueri, quia species, vt ab ipsis explicatur, nõ aliter facit obiectum videre, nisi, quia intellectum vitaliter ducit ad illud in se ipso vidẽdum: igitur si in se ipso non existit, impossibile est, vt possit videri; quia non videtur, nisi quod est aut in se aut in alio: quando igitur obiectum neque existit in se, neque in sua specie, nequit simpliciter videri. Eò quòd non esset terminus, qui terminare posset actum visionis, sine quo implicat visio, quæ essentialiter est alicuius obiecti visio.

81. *Datur Dei similitudo quâ:*

82.

Alioqui daretur realis effectus formalis sine formâ reali: daretur enim terminatio obiecti, qui est realis effectus formalis obiecti terminantis actum potentiæ cognoscentis ad se, sine obiecto reali: cùm illud nec esset in se secundùm esse naturale, nec in suâ specie expressum secundùm esse intentionale: ergò non posset dare hunc effectum formalem terminationis realis.

Ad fundam. primæ sententiæ, dist. anteced. de similitudine *qua*, vel *in qua*; neg. de *in qua*, conced. de *qua*, de hac Scripturæ, & Patres, docent, beatos videndo Deum formare verbum, & similitudinem Dei. rectè ex verbo creato probant increatum, non in ratione causæ finalis, sed formalis: etenim finalis causa producendi verbum increatum, non est, vt suppleat absentiam obiecti, sed vt natura Diuina subsistat in tribus suppositis; quia *vt Aug.* verbum Diuinum non producitur ex necessitate, aut indigentia; cùm eodem modo æternus Parens suam naturam, & reliqua omnia intelligeret per actum intelligendi absolutum, communem reliquis Diuinis personis, atque illam intelligit per verbũ, & in verbo; sed ex fœcunditate naturæ, quæ essentialiter postulat esse in tribus personis: quarum, quia secunda vi suæ processionis debet esse filius intellectualis;

83. *Nulla in quâ,*

Explicatur Scriptura, Patres.

Digitized by Google

ctualis, qui esse non possit, nisi in seipso intelligibiliter exprimat adæquatè naturam Parentis, & omnia quæ sunt in memoria fœcunda ipsius, ideò necessariò procedit vt Verbum, in quo hæc omnia perfectissimè [illegible]cent. Quare non est in Deo necessarium Verbum, vt in eo Pater intelligat seipsum & omnia, cùm independenter ab illo intelligat omnia in sua specie expressa, imò neque respectu sui necessaria esset Deo species expressa, quia cùm sit sibi intimè præsens, posset seipsum cognoscere, absque specie expressa, quæ tantùm subsitui solet loco obiecti absentis, sed solùm ponitur ad maiorem perfectionem Diuinæ cognitionis, quæ non tantùm est ratio *qua*, sed etiam *in qua* cognoscitur Diuina essentia: vtramque enim perfectionem includit increata cognitio respectu obiecti primarij. At verò causa finalis producendi verbum creatum est, vt suppleat obiecti absentiam, quæ nec supplenda est in obiecto beatifico, nec suppleri potest, in ordine ad intellectum creatũ, ob rationem *suprà*. Cæterùm in ratione causæ formalis rectè probatur Verbum increatum ex creato. Nam sicut creatũ producitur ab intelligente, in coque vt in propria imagine cernitur obiectum: ita increatum producitur à Patre intelligente, in eoque vt in propria & naturali imagine cernitur natura Patris, quam verbum Diuinum perfectissimè in se ipso exprimit.

Nisi increata.

SECTIO IV.

An sit possibilis species impressa Diuinæ essentiæ.

84. *1. Sent.* PRIMA sent. *Vasquez 1.p. disput. 43. cap. 7.* de facto eam in beatis concedentis, quam sequitur Theod. *Smising. de Deo tract. 2. distinct. 6. num. 69*, probabilem putat *Richard. in 3. dist. 14. a. 1. qu. 3.* concedere videtur *Aureol. quodlib. 8. art. 2.* vbi docet Deum à beatis videri per similitudinem creatam, quæ est actus ipse intelligẽdi. Explicans autem, quid sit ipsum intelligere formaliter, ait esse ipsam receptionem speciei, eo quòd ex *Philosopho 3. de Anima*, intelligere est *quoddam pati*; non esset, si in alio, quàm in receptione speciei formaliter consisteret. Fundam. in omnium sent. infunditur beatis lumen gloriæ, vt com principium visionis beatæ: sed tale lumen est species impressa Diuinæ essentiæ; nullus ex antiquis Schol. lumen gloriæ distinguit à specie impressa; *S. Tho. 1. p. q. 12. a. 2. & 3. con. Gent. c. 54.* lumen gloriæ appellat similitudinem Dei, quod est proprium speciei: lumen gloriæ determinat intellectum beati ad videndum Deum, nullo alio addito; ergo tale lumen erit species impressa Dei.

85. *Fundam. Vasquez.*

86. *2. Sentent.* SECVNDA *Scoti in 4. dist. 3. q. 9. §. ad 4.* admittentis in angelis speciem abstractiuam, distinctè repræsentantem essentiam Dei, non in se, sed in suo repræsentatiuo: notitia intuitiua immediatè producitur, & terminatur ad obiectum in se: abstractiua nec ab obiecto producitur, nec ad ipsum immediatè terminatur. *ibid.* docet, speciem hanc non esse Angelo rationẽ cognoscendi in *qua*, sed iantũ *qua*: an cohærenter. *præced. disp.* mouetur quia naturalis beatitudo angeli excedit naturalem beatitud. hominis, etiam existentis in statu innocentiæ: sed homo habebat distinctam notitiam Dei vltimi finis; ergo distinctiorem habere debebat angelus, per speciem abstractiuam &c.

Distinguit.

Docet.

87. *3. Sentent. Negat de facto.* TERTIA negat de facto speciem impressam Diuinæ essentiæ, concedit de possibili; *Argent. in 3. d. 14. quæst. 1. art. 1. ad 3. Mayro. quodlib. 4. in fine, Molina 1. part. quæst. 12. art. 1. disput. 1. conclusione 4. Valent. punct. 2. fine, Suarez lib. 2. de Diuinis attributis. cap. 13.* Inclinat *Scotus in 2. distinct. 3. quæst. 9. §. ad rationes, & in 4. distinct. 49. quæst. 11. §. Resp. fine* vbi soluit rationes in oppositum. Prima pars sent. constat; nam species impressa eatenus requiritur, quatenus nequit obiectum, vel propter absentiam, vel propter sui materialitatem ad cognitionem concurrere: at Diuina essentia per se ipsam summè immaterialis & præsens est. 2. pars prob. 1. datur species expressa, quia perfectiùs Deum repræsentat: ergo possibilis est impressa eiusdem. 2. Quoties in ordine ad vnum effectum non repugnat vnũ principium, non debet repugnare & alterum, ad eundem effectum requisitum. sed in ordine ad visionem Dei non repugnat principiũ, tenens se ex parte potẽtiæ, quod est lumen gloriæ; ergo nec principium tenens se ex parte obiecti, quod est species impressa.

88. *Concedit de possib.*

QVARTA huiusmodi speciem negat etiam de possibili; *Henrici in summa articul. 33. quæst. 2. ad 3. & quodlib. 4. quæst. 7. S. Thom. 1. part. qu. 12. art. 2. & 3. cont. Gent. cap. 49. & 51. quæst. 8. de verit. artic. 1. & quæst. 10. artic. 11. quodlib. 7. art. 1. & in 4. dist. 4. qu. 2. art. 1. Durand. quæst. 2. à n. 12. Capre. q. 5. a. 1. Sot. q. 2. art. 3. concl. 2. Palat. dist. 1. fine, Basso. 3. dist. 14. quæst. 1. art. 1. §. dico, Marsil. quæst. 10. art. 2. dub. incid. conclusione 2. Ferrari. 3. con. Gent. c. 49. Caiet. Bannes, Sylui. 1. part. loco citato, Zumel ibid. disputat. 2. Gonza. disp. 25. sect. 3. Arrub. disp. 16. cap. 4. Barth. Torrez q. 27. art. 1. disp. 5. p. 2. dub. 4.* Quæ sent. vera est. Difficultas est in assignanda implicantia.

89. *Negandæ etiam de possibili.*

PRIMA sit *Ferrar. 1. cont. Gent. c. 43. §. quinta est*, vbi probabiliter sustinet opini. de specie expressa Diuinæ essentiæ, nimirum expressa immediatè producta à Deo, vt à forma actuante intellectũ beati, simul cum ipso Deo supplente vicem speciei, habet rationem vnius perfecti & totalis repræsentatiui rei intellectæ; non autem species impressa creata, vel expressa producta ab impressâ.

91. *Implicãtia Ferrarien.*

Sed contrà; eodem modo dici posset, quòd species impressa creata simul cum Deo, supplẽte vicem speciei impressæ, haberet rationem vnius perfecti, & totalis repræsentatiui obiecti intelligibilis in actu primo. 2. sicut species impressa se sola debet repræsentare obiectum in actu primo, ita expressa se sola debet repræsentare obiectum in actu secundo, debet enim se sola supplere vicem & absentiam obiecti.

92. *Contrà.*

SECVNDA *Soti*, 1. impressa species repræsentat obiectum efficienter, expressa formaliter: implicat principium creatum effectiuum visionis Dei, non formale. eo quòd implicat, creaturam insufficienter beare hominem. Hanc sequitur *Torrez.* 2. species impressa, cùm substituatur loco obiecti, debet esse in eodem ordine immaterialitatis cum ipso; non expressa, quæ solum se tenet ex parte potentiæ.

93. *Implicãtia Soti duplex.* 1. 2.

Sed contrà 1. implicantiã: non repugnat, hominẽ efficienter beari à principio creato, vt constat de lumine gloriæ. Contra 2. non minùs species expressa, quàm impressa tenet se ex parte obiecti, substituturque loco illius. illa in ratione principij effectiui; hæc in ratione vitalis imaginis, formaliter exprimentis obiectum: ergo vtraque seruare debet proportionem immaterialitatis cum obiecto.

94. *Contrà 1. 2.*

TERTIA est quorund. apud *Zumel*: Species impressa Dei, si daretur, necessariò esset infinita: nec limitari posset ex causa, quæ infinita est; nec ex obiecto, quod infinitum, nec ex coagente finito, cùm nullum concurreret; nec ex peculiari idea, cùm nullam haberet ideam, neque ex libero concur-

95. *Apud Zumel.*

Digitized by Google

su Dei, quia naturaliter à Deo emanaret, vt emanant cæteræ species à suis subiectis; cùm species sit naturalis imago obiecti. Confir. illa talis esset naturæ, vt eadem numero inuariata apta esset determinare intellectum, etiam infinito lumine præditum, ad visionem Dei, etiam infinitam, si possibilis esset, quod est euidens signum infinitæ perfectionis.

96. *Contrà.* Sed contrà: sicut per aduers. limitatur expressa ex potentia finita, à qua producitur; ita impressa à libero concursu Dei, vt constat de speciebus angelicis, quæ liberè à Deo producuntur: & ab actu finito, ad quem per aduers. talis species ordinaretur, & sicut per aduers. Deus peculiarem ideam habet de specie expressa, ita de impressa; nullam de obiecto, quod est Deus per talem speciem repræsentatus. Ad confirmationem 1. id proueniret vel ex infinitate luminis, vel Dei principalis agentis. 2. sicut species creata est determinatæ perfectionis, ita determinato modo repræsentat obiectum.

97. *Implicantia Arrub.* QVARTA Arrub. Puri actus species impressa dari non potest: est enim de se essentialiter intelligibilis perfectiori modo, quàm per speciē creatam; cùm hoc sit perfectio, nullam includens imperfectionem, sed obiectum, per essentiam proximè intelligibile, & intimè vnitum potentiæ, non potest per impressam similitudinem repræsentari. Implicat forma, quæ essentialiter ordinetur ad perficiendum agens eâ ratione, quâ agens est tale per essentiam; vt implicant accidentia, quæ essentialiter ordinentur ad efficiendam substantiam operatiuam, si substantia ipsa ex se sit proximè & completè operatiua: Implicat qualitas, quæ ordinetur ad facilitandam potentiam ad operandum, si potentia per se ipsam summam habet in operando facilitatem; at species impressa essentialiter ordinatur ad reddendum obiectum proximè intelligibile, vt sic possit determinare potentiam ad cognitionem sui; hæc enim est essentia speciei, scilicet esse vicariam obiecti. Ergo implicat species impressa Dei, qui per suam essentiam est proximè intelligibilis, & se ipso vnitus cuicumque potentiæ intellectiuæ, vt illam determinare possit ad cognitionem sui. Prob. maior quod est essentialiter tale, nequit fieri tale per formam accidē. additam; quia cùm talis forma nullum alium haberet effectū, esset essentialiter superflua; atque adeò repugnans: ex vna parte ordinaretur ad perficiendam aliud, quia hæc esset natura ipsius: ex alia non ordinaretur, quia res, ad quam ordinaretur, non esset capax talis effectus, quia supponeretur per se essentialiter talis. Non est eadem ratio de specie expressa, quia hæc se tenet ex parte potentiæ; nec effectus ipsius, est facere obiectum intelligibile, sed intellectum: Deus autem, licet per suam essentiam sit actu intelligibilis, non est actu à creatura intellectus.

Maior prob.

98. *Contrà. Angelus proximè intelligibilis potest cognoscere seipsum per speciem impressam.* Sed contrà; *quod est per se operatiuum, potest fieri per aliam formam operatiuum:* constat 1. in substantia angelica, quæ respectu proprij intellectus est proximè intelligibilis, & determinatiua eiusdem ad cognitionem sui, cùm tamen non repugnet, intellectum angelicum determinari ad cognitionem sui per speciem distinctam. nam certum est, eand. substantiam respectu alterius intellectûs esse intelligibilem, & proximè determinatiuam ad cognitionem sui per speciem distinctam: at posset Deus, talem speciem producere in intellectu eiusdem angeli, cuius esset species, & cum ea concurrere ad notitiam eiusdem angeli, non concurrendo cum substantia eiusdem ad notiriam sui ipsius: quæ cognitio, cùm fiat ex propriâ specie angeli, erit expressiua sui, non minùs quàm cognitio producta à propriâ substantiâ.

99. *Causa æquinoca fieri potest productiua per virtutē vniuocam.* Constat 2. in omni causa æquiuoca, quæ productiua effectus per suam substantiam fieri potest productiua eiusdē per virtutem vniuocam additam: sic piper calefactiuum virtualiter per se ipsum, fieri potest calefactiuum formaliter per calorem superadditum: ergo & Deus intelligibilis per se ipsum fieri potest intelligibilis per speciem superadditam: nam dicitur Deus intelligibilis per efficientem vim determinatiuam, quam habet respectu intrllectûs creati ad visionem sui: sed hæc virtus æquinoca est cùm sit virtus productiua ad extra: species verò impressa Dei esset vninoca repræsentatiuè respectu visionis eiusdē, nam vtraque esset creata similitudo Dei accidentalis. Confir. Deus est per se ipsum potens in omnem effectum, & tamen non repugnat, hanc virtutem communicari creaturæ: ergo licet Deus sit per se ipsum potēs determinare intellectū creatum ad visionem sui, non repugnabit, communicari hanc vim speciei impressæ. 3. ex hoc, quòd fieret Deus intelligibilis per speciem creatam, non tolleretur, quin maneret intelligibilis per se ipsum. Nec sequeretur contradictio in specie ipsa: siquidē ordinaretur ad efficiendum obiectum intelligibile extrinsecè; non ordinaretur ad efficiendum id intelligibile intrinsecè.

100. *A priori impugnatur 3.*

Igitur posset actus purus intelligibilis per se, fieri intelligibilis per aliud à se distinctum; esset enim hæc maior perfectio Dei, si aliunde non implicaret; implicat, tem essentialiter ordinari ad perficiendum subiectum eâ ratione, quâ subiectum est tale essentialiter, ex intrinseca natura & exigentia subiecti, non ex libera voluntate Dei; cùm non implicet, agens eundem effectum operari per varias formas, quarum vna sit intrinseca, altera extrinseca. Iuxta hanc distinct. soluendæ instantiæ de accidentibus, & qualitate facilitante: nam possent hæc ordinari ad perficiendum subiectum, non ex intrinsecâ naturâ & exigentiâ subiecti, sed ex liberâ voluntate, Dei: nam potest accidens ordinari ad subiectum, esto subiectum ab intrinseco non exigat tale accidens, vt constat de accidēte supernat. quod essentialiter ordinatur ad subiectum naturale, esto hoc non exigat illud. Nec talis species foret superflua; nam esset vniuocè determinatiua intellectûs creati ad visionem Dei, & denominaret Deum extrinsecè & vniuocè intelligibilem, in ordine ad intellectum creatum, quam denominationem non habet Deus à propria essentia.

101. *Resp. In formâ.*

202. *Implicātia Amb. Machin.* QVINTA *Ambrosij Machin 1. part. disp. 15. sect. 1.* Implicat instrumentum connaturale illius effectus, qui naturâ suâ petit esse à Deo, vt à causa proxima: id enim essentialiter ordinatur ad supplendum allquem defectum principalis agentis, velut impotentiam, distantiam, vel improportionem; quæ Dei principalis agentis visionis beatæ nulla supplebilia: At visio beata, vt intuitiua cognitio, naturâ suâ petit esse à Deo, vt à causâ proximâ, seu obiecto, non tolùm vt à terminante, sed etiam vt à mouente; nam ex obiecto, & potentiâ partitur notitia.

105. *Contrà.* Sed contrà, essentialiter ordinari ad supplendum defectum principalis agentis, esto reperiatur in instrumentis causarum 2. non est tamen essentiale instrumento vt sic. Neque instrumentum dicitur naturale ex eo, quia supplet agentis imperfectionem, sed quia proportionatur effectui producendo. 2. falsum est, speciem esse instrumentum, verùm causam principalem, partialis cognitionis, cùm in ratione obiectiuæ repræsentationis ab illa non excedatur.

SEXTA:

Digitized by Google

104. *Implicãtia 6.* SEXTA: Deum esse intelligibilem est ratio prima incommunicabilis creaturæ; sicut esse causam primam, competit Deo incommunicabiliter: intelligibilitas sequitur ad ens, sicut Deus est primum ens, & in ratione talis incommunicabilis est creaturæ, ita est primum intelligibile, & in ratione talis, incommunicabilis est eidem creaturæ. Si autem posset producere speciem impressam sui, posset communicare creaturæ rationem primi intelligibilis, nam per omnia gerit vicem obiecti, vt substituta illius: species expressa non se tenet ex parte obiecti, sed potentiæ, quam informat, & reddit formaliter intelligentem.

Fundam.

105. *Contrà.* Sed contrà: sicut Deus cõmunicat creaturæ esse causæ, non communicando illi esse primæ causæ, ita communicare posset esse intelligibile, non communicando illi esse primi intelligibilis. Confirm. non minùs Deus est primum intellectiuum sui, quàm primum intelligibile: Sed potest communicare esse intellectiuum sui, medio lumine gloriæ, non communicando primum intellectiuum sui; ergo communicare posset esse intelligibile sui, mediâ specie creatâ, non communicando primũ intelligibile sui.

Ratio. Ratio: primitas perfectionis Diuinæ in eo consistit, vt sicut ipsa est prima in essendo à nullo dependẽs, ita sit prima in operando, à qua cætera in operando pendeant: sed communicando Deus aliquam intelligibilitatem sui, non necessariò communicaret hanc primitatem in operando; nam adhuc talis species in actiua determinatione potentiæ creatæ, penderet à primâ intelligibilitate & determinatione Dei, vt ceteræ causæ 2. in productione suorum effectuum: vnde neg. minor fundam. ad prob. nego, speciem impressam per omnia gerere vicem obiecti, sicut nec causa 2. per omnia gerit vicem causæ 1. in producendo effectum, sed solùm dicitur vicaria obiecti, in determinatione potentiæ ad cognitionem obiecti, non in modo illam determinandi dependenter, vel independenter à superiore determinatiuo.

106. *Instas. Resp.* Instabis: Implicat Deum communicare creaturæ passiuam intelligibilitatem sui: ergo & actiuam. Resp. neg. conseq. nam passiua intelligibilitas consistit in ratione causæ formalis obiectiuæ; actiua in ratione causæ effícientis: est enim obiectum actiuè *intelligibile, quà* potens est actiuè mouere, seu determinare intellectum ad cognitionem sui; est passiuè intelligibile; quà aptum est per se ipsum, in genere causæ formalis obiectiuæ terminare cognitionem sui. Potest creatura participare virtutem actiuam Dei, non formam Dei, quia illam participare potest media entitate distinctâ ab ipso, hanc non potest, nisi participando essentiam Dei, quod implicat.

107. *Implicãtia 7.* SEPTIMA: Species intelligibilis supplet vicem obiecti; ergo naturaliter requirit absentiam objecti; propterea enim intellectus angelicus ad notitiam sui speciem intelligibilem, à propria substantia distinctam non requirit, quia semper illam præsentem habet: sed quotiescumque implicat terminus qui naturaliter exigitur, vt absentia Dei à quouis intellectu, implicat res exigens: naturalis enim exigẽtia rei non distinguitur ab ipsa re: implicãte termino, implicat naturalis exigentia rei, vt implicante risibilitate, quæ est proprietas, quam naturaliter exigit homo, implicaret homo: implicante extensione locali; quæ est proprietas quantitatis, implicaret quãtitas. Species expressa non supplet vicem obiecti, cùm sit actus potentiæ, qui æquè naturaliter stare potest cum præsentia, ac cum absentia obiecti, vt patet de notitia angeli respectu sui, & aliorum.

Sed contra; licet implicante termino primario, & positiuo, penes quem res specificatur, implicet res ipsa talem terminum exigens. non implicabit, implicante solum termino negatiuo & secundario, qualis est absentia obiecti respectu speciei intelligibilis; cùm enim hæc sit pura negatio præsentiæ obiecti, nequit esse terminus formaliter specificans speciem impressam, sed sola conditio, sine quâ species esset naturaliter superflua. Cæterùm terminus formaliter specificans speciem impressam, est obiectum ipsum, vt exprimendum per actum. 108. *Contrà.*

OCTAVA: posito lumine gloriæ in intellectu beati, Deus necessariò & adequatè determinat illum in ratione speciei ad visionem sui; nam munus speci est se ipsâ formaliter potentiam determinare ad notitiam obiecti; Deus sua immensitate, est intellectui beati intimè præsens; ad visionem sufficit dispositio ex parte potentiæ, & obiectum proximè intelligibile vnitum potentiæ. At repugnant eiusdem visionis duæ causæ totales: ergo implicat species impressa. Sed contra: hæc ratio supponit speciem impressam formaliter, non effectiuè determinare potentiam, cuius oppositum suppono ex Philosophia. 109. *Implicãtia 8.* *Contrà.*

NONA Marsilij: si species Dei foret possibilis, cùm ea finita esset, creari posset alia essentialiter perfectior; id nequit, tam enim visio Dei, quam obiectum, ad quod ordinatur, est essentialiter vnum. Sed falsa sequela maioris, vt constat de lumine gloriæ, quod etsi finitum sit, nequit tamen perfectius & perfectius essentialiter creari. Sufficit igitur, vt illa creari possit perfectior intensiuè. 110. *Implicat. Marsil. Contrà.*

DECIMA Palatij: Species rerum ẽminẽtius esse habent, quàm res ipsæ: nulla autem creatura habere potest eminentius esse Deo: igitur nulla species creata Diuinæ essentiæ dabilis est. Maior prob. species rei materialis habet esse spirituale, & intentionale, *auth. Philos. 2. de anim. text. 121.* vbi docet sensum suscipere formas sine materia, vt cera sigilli figuram absque auro. Ergo si species rei materialis est eminentior, quàm sit res ipsa, à qua producitur, etiam aliæ erunt eminentiores rebus, quarum sunt species. Nec obstat, inquit, quòd species producantur à rebus ipsis: & nulla res producere possit effectum nobiliorem se: quia non tantùm producuntur à rebus, sed etiam à lumine, & reliquis influẽtijs cœlestibus. 111. *Implicans. Palat.*

Sed contrà, 1. hæc ratio militat etiam contra speciem expressam, quam ipsum nõ videtur negare. 2. falsum est, speciem habere esse eminentius obiecto; Deus enim est tum impressa, tum expressa species sui, cùm tamen, vt species, non sit eminentior se ipso, vt obiecto: species substantiæ spiritualibus est eminentior substantiâ spirituali, cùm illa sit accidens, hæc substantia: species est naturalis proprietas rei cognoscibilis: est enim naturale complementum cognoscibilitatis rei; dicuntur res cognoscibiles per actiuam virtutem mouẽdi cognitiuam potentiam ad notitiam sui, quod præstant medijs speciebus à se naturaliter productis: sed cognoscibilitas est naturalis proprietas rei; ergo & species, quâ talis cognoscibilitas formaliter completur. Subsumo: nulla naturalis proprietas est eminentior re ipsâ, cuius est proprietas, quia proprietas est proprius & adæquatus effectus rei, qui nullus potest esse eminentior re ipsâ, alioqui effectus excederet suam causam. 112. *Contrà.* 1. 2. *Priori.*

Nec satisfacit Palatius, dicendo, species sensibiles produci mediante luce, aut influentiâ cælesti: 1. quia species ipsius lucis non producuntur mediante 113. *Palatius.*

Digitized by Google

A priori. diante aliâ virtute, distinctâ à veritate cognoscibilitatis ipsius lucis. 2. substantia spiritualis angelica non producit in se ipsa speciem expressam, quæ perfectior est impressa, eminentiorē, quàm sit sua ipsius substantia. 3. species est naturalis proprietas rei cognoscibilis: nulla autem naturalis proprietas rei producitur à re, cuius est naturalis proprietas, vt ab instrumento alterius, sed à re ipsa vt à causa principali. Vnde nego, species esse spirituales. Ad Aristot. dico, mentem eius eo loco tantùm fuisse docere, sensum non suscipere in se ipso res, quas debet cognoscere, sed typos tantùm, & imagines ipsarum.

114. Hæ sunt implicantiæ, quæ impugnant speciem impressam: Inter eas, quæ etiam expressam impugnant, vnam tantùm reperio impugnatione dignā apud *Henriq. cit.* & sit,

115. *Implicātia 11.* VNDECIMA: Si species impressa, vel expressa Dei possibilis esset, naturali vi cognosci posset ab Angelo; cùm autem hæc esset naturalis imago Dei, naturaliter per eam posset Deus ab Angelo cognosci.

Contrà. Sed contrà; cùm talis species esset supernaturalis, vtpotè Deum in se ipso repræsentans, nulli intellectui creato foret naturaliter debita; proinde â nullo intellectu creato esset naturaliter cognoscibilis.

116. *Vera sm-plic. 11.* Vera & vlt. implic. hæc est; Species impressa essentialiter ordinatur ad expressam, vt principalis causa ipsius. Implicat expressa; *ex sect. præced.* igitur & impressa: quia implicante primario termino specificante, seu specie expressa, implicat res ipsa specificabilis, seu species impressa. Maior probat. species impressa cùm sit virtualis & effectiua similitudo obiecti, essentialiter ordinatur ad exprimendam formalem similitudinem obiecti. Quòd sit Princeps causa, sic ostendo: species impressa est suppletiua totalis concursus obiecti: sed obiectum non est instrumentum, sed princeps causa speciei expressæ; quia in ratione repræsentationis non excedit perfectionem obiecti. Maior. prob. species impressa supplet absentiam obiecti; ergo & totalem concursum ipsius, quia nec species expressa produci potest sine totali concursu obiecti, nec obiectum absens, & non existens concurrere potest ad effectum præsentem. Neque dicas, in absentia obiecti principalem concursum ipsius suppleri à Deo, vt supplet in reliquis instrumentis naturalibus, absente causâ principali: nam reliqua instrumenta naturalia non requirunt per se, & ex natura sua absentiam causæ principalis; vnde non est mirum, si interdum per accidens, separatis à causa principali, Deus suppleat concursum causæ principalis: at species impressa per se, & ex intrinseca natura sua requirit absentiam obiecti; nam præsente obiecto proximè intelligibili, nulla producitur species. Deinde inter speciem impressam est perfecta conuenientia in ratione imaginis, & obiectiuæ repræsentationis. Dicitur autem à Philosophis species instrumentum obiecti, non in ratione concursus, sed supplementi: quo pacto interdum vna causa principalis, substituta vice alterius, dicitur instrumentum illius. Si igitur species impressa est principalis causa speciei expressæ in esse repræsentatiuo, in eodem esse repræsentatiuo continere debet in actu 1. quidquid species expressa continet in actu 2. sed species expressa continere debet totam perfectionem obiecti in esse actuali repræsentatiuo; ergo eandem continere debet species impressa in esse repræsentatiuo virtuali.

Species impressa ordinatur ad expressam.

Supplet absentiam obiecti.

Ex intrinsecâ naturâ.

Est princ. causa.

117. Hanc rationem supponit *S. Thom. 1. p. quæst. 12. art. 2.* vbi ideò negat speciem creatam Dei, quia deberet habere perfectionem Dei, & esse in eodem ordine immaterialitatis cum Deo: Quæ ratio necessariò supponit tam speciem impressam, quàm expressam, debere esse adæquatam similitudinem obiecti: & in expressa, vt in propria imagine, videri obiectum, alioqui si supponeret expressam esse solam rationem *Quæ*, & impressam principium huius, facilè negari posset, vel impressam, vel expressam Dei, debere continere perfectionem ipsius Dei.

118. *Dices.* DICES: de facto datur cognitio, quâ Deus videtur in se ipso; ergo dabile est principium creatum productiuum talis cognitionis ex parte obiecti: sed esse determinatiuum potentiæ ex parte obiecti est proprium munus speciei impressæ; igitur possibilis est species impressa Dei. *Resp.* esse determinatiuum potentiæ ad obiectum, per expressionem obiecti intra potentiam cognoscentis, intra quam debet virtute speciei impressæ intentionaliter produci obiectum, esse proprium munus speciei: impressa enim essentialiter ordinata est ad supplendam absentiam obiecti, atque adeò debet illud virtualiter effectiuè continere, non quidem in esse reali, sed in esse intentionali.

119. *Lumen principium visionis Dei* Ad argum. primæ sent. Resp. Ea tantùm concludere, lumen esse aliquo modo principium visionis Dei, quod vltrò concedo; non quòd sit principium per modum speciei; nam ad hoc requiritur vt sit principium per modum exprimentis & producentis obiectum intra potentiam cognoscentis. Cæterùm falsum est, quod *Aureolus* docet, intelligere esse solam speciei receptionem; potiùs est vitalis actus à propria potentia elicitus, concurrente aliquo determinatiuo ex parte obiecti. Nuncupatur autem à Philos. *quoddam pati*, quia fit per actionem immanentem, quâ manet & recipitur in ipso agente.

120. *Ad sentem. Scoti.* Ad 2. sent. *Scoti*, nego huiusmodi speciem abstractiuam diuitiæ essentiæ esse possibilem; contra quam militant omnes rationes, quibus negatum est, possibilem esse speciem impressam, vel expressam Diuinæ essentiæ. Ad fundam. poterat naturalis beatitudo Angeli esse perfectior naturali beatitudine hominis perclariorem, & expressiorem notitiam obiectiuam Dei, ortam ex perfectiore cognitione intuitiua creaturarum.

121. *Ad primū* Ad 1. Tertiæ, quâ probat possibilitatem speciei impressæ Diuinæ essentiæ, neg. antec, Ad 2. neg. maior. quia potest vnum principium implicare, non implicante altero, ad eundem effectum requisito, ob specialem rationem.

SECTIO V.

An Deus sit cognoscibilis potentiâ aliquâ corporeâ?

121. *Anthropomorpg. Error. Ratio dubito.* FVit error Antropomorphitarum, qui Deum corporeum fingebant, & corporis oculis visibilem. Catholica sententia sicut Deum incorporeum prædicat, ita corporis sensu incorruptibilem. Dubitandi ratio: Deus eleuare potest creaturam ad quemcumque effectum, sicut ignem ad torquendos spiritus, & intellectum creatum ad videndum ipsum: ergò licet potentia corporea naturaliter sit incapax cognoscendi Deum, non vt ad id Diuinâ virtute eleuari possit. Confirm. auct. *Aug. 22. de Ciuit. Dei cap. 29. Valdè*, inquit, *credibile est, sic nos esse visuros mundana tunc corpora, vt Deum vbique præsentem, & vniuersa gubernantem per corpora, quæ gestamus, clarissima perspicacitate videamus.*

Impli-

Digitized by Google

123. *Deus est extra obiectū corporea potest.*

Implicantia sufficit hæc: nulla potentia cognitiua ferri potest extra suum obiectum: sed Deus est extra obiectum cuiuscumque potentiæ cognitiuæ corporeæ; quia cùm Deus sit purus spiritus, nequit potentiam corpoream, quæ essentialiter ordinatur ad aliquod materiale, specificare. Maior prob. potentia cognitiua debet habere formalem proportionem cum actu cognitionis, eoque mediante cum obiecto cognoscibili, in eodem genere proximo vitæ. Implicat autem formalem proportionem à Deo extrinsecè suppleri re ipsâ immutatâ: nam proportio formalis non distinguitur à re ipsa. Maior prob. potentia cognitiua non est tantùm productiua & receptiua cognitionis: (nam hoc præstare posset lapis) sed etiam perceptiua obiecti mediâ notitiâ rei hoc, vt imagine illius: repugnat autem, absque formali proportione in eodem genere proximo vitæ cum ipsa cognitione.

124. *Oculus subiectum inadoneum.*

Ratio: imago non confert suum effectum formalem repræsentandi imaginatum, nisi subiecto idoneo & proportionato, vt patet de visione, quæ posita in lapide non faceret lapidem videntem, nulla aliâ ratione, nisi, quia lapis non est subiectum proportionatum in genere vitæ cum ipsa visione. Sicut nec auditio posita in oculo redderet oculum audientem, quia oculus non est proportionatum subiectum in eodem genere proximo vitæ auditiuæ cum ipsa auditione: sed Deus non potest repræsentari, nisi per intellectionem, quæ est actus vitæ intellectricis: ergo non potest effectum suum formalem repræsentādi Deum, vt obiectum intelligibile conferre potentiæ corporeæ, quia hæc non est in eodem genere vitæ intellectiuæ cum ipsa intellectione. Minor prob. repugnat, obiectum spirituale repræsentari cognitione sensitiuâ; nam hæc essentialiter postulat specificali ab aliquâ ratione formali sensibili: igitur, cùm Deus non possit repræsentari cognitione sensitiuâ, non poterit vllâ potentiâ corporeâ cognosci, quia hæc eleuari non potest ad obiectum percipiendum, nisi medio actu vitali eiusdem vitæ,

125. in quâ est potentia. Confirm. 1. cognitio est actuale exercitium vitæ, quo mediante potentiâ vitalis percipit suum obiectum: Implicat, vt potentia sensitiua per actuale exercitium vitæ intellectiuæ per-

126. cipiat obiectum intelligibile. 2. Non potest substantia materialis per potentiam spiritualem percipere obiectum spirituale: ergo nec potentia materialis per actum spiritualem percipere obiectum spirituale: cùm sit eadem proportio potentiæ ad actum & obiectum, quæ est substantiæ ad poten-

127. tiam. 3. Nequit potentia vegetatiua per actum vitæ sensitiuæ percipere obiectum sensibile: ergo nec potentia sensitiua per actum vitæ intellectiuæ percipere obiectum intelligibile: cùm sit eadem proportio inter vitam sensitiuam, & actum vitæ intellectiuæ, quæ est inter vitam vegetatiuam, & actum vitæ sensitiuæ, imò & maior, quia hæc conueniunt in eodem gradu materialitatis.

128. *Obycies*, vt aqua eleuari possit ad producendam gratiam, sufficit, vt habeat virtutem remotam producendi illam in ratione entis: ergo vt oculus eleuari possit ad videndum Deum, sufficit, vt habeat potentiam videndi remotam in ratione cognoscentis. Resp. nego conseq. nam virtus incompleta aquæ producendi gratiam compleri potest per extrinsecum concursum Dei, vel per additam qualitatem: vis autem incompleta oculi ad cognoscendum suppleri non potest, nec per extrinsecum concursum Dei, cum non debeat suppleri in genere causæ efficientis, sed formalis; nec per additam qualitatem; quia nulla, quæ non est vitalis, & ab intrinseco innata, est idonea forma, quâ natura intellectualis percipiat obiectum. Vnde lumen gloriæ, quæ est qualitas addita intellectui beatorum ad complendam virtutem ipsorum, non complet vim perceptiuam intellectus; nam hæc supponitur intrinsecus innata in beato, sed tantùm complet vim productiuam visionis.

Vis incompleta in genere causæ formalis suppleri non potest.

129. *Dices.*

Dices: Hinc sequeretur, intellectum creatum esse completam potentiam perceptiuam videndi Deum, siquidem hæc per lumen gloriæ non completur: at hoc falsum est, nam hinc sequeretur, intellectum creatum esse causam principalem visionis Dei, eamque naturaliter exigere. Resp. neg. 1. sequel. *Resp.* potentia enim perceptiua essentialiter includit vim productiuam sui actus, sita in principio vitali, quod vt sic essentialiter importat vim productiuam sui actus, qui vt vitalis essentialiter dependet actiuè à principio intrinseco vitæ. Ad 2. sequelam, nego absolutè, intellectum creatum esse causam principalem perceptiuam Dei; quia licet ex se habeat proportionem formalem in eadem genere vitæ intellectiuæ, non tamen ex se habet proportionem effectiuam visionis Dei, quæ proportio essentialiter includitur in principio perceptiuo.

130. *Oculus spiritum nequit attingere.*

Hinc collige, potentiam corpoream implicare ferri in quodcumque obiectum spirituale: quia hoc est extra sphæram potentiæ corporeæ. Dices: hinc sequeretur, neque intellectum creatum eleuari posse ad videndum Deum; cùm plus distet à Deo actu puro visibili in se ipso, quàm potentia corporea à quocumque obiecto spirituali creato. Resp. nego sequel. ad prob. dico, intellectum creatum plus distare à Deo actu puro, in rationis entis, & perfectionis essentialis, non in ratione potentiæ & obiecti, seu cognoscentis & cognoscibilis. Nam Deus sub ratione cognoscibilis aliquo modo continetur intra sphæram intellectus creati, cùm possit ipsum saltem abstractiuè cognoscere: substantia spiritualis nullo pacto continetur intra sphæram potentiæ corporeæ; vnde nullo modo, neque intuitiuè, neque abstractiuè potest illam cognoscere. Porrò inter potentiam, & obiectum non tam est attendenda proportio commensurationis entitatis ad entitatem, quàm proportio commensurationis habitudinis ad terminum, quæ potest esse maior etiam inter entitates, quæ magis inter se distant in ratione entis, vt sic. Ratio: hæc proportio non fundatur immediatè in ipsa entitate, vt sic, sed in certo quodam genere & gradu entis vitalis: non repugnat autem, vt inter duas entitates plus distantes in ratione entis, sit maior proportio in certo gradu vitæ, quàm sit inter duas alias entitates magis conuenientes in ratione entis, vt sic.

131. *Ad rationem dubit.*

Ex his patet ad rationem dubit. repugnat, Deum eleuare creaturam ad effectum contradictionem inuoluentem, qualis esset potentiam corpoream ferri in obiectum spirituale. *Ad 1. inst.* Ad 1. instantiam, ignis eleuatur ad torquendos spiritus in genere causæ efficientis; in quo genere suppleri potest extrinsecè, quod agenti deest intrinsecè, in ordine ad effectum producendum.

Ad 2.

Ad 2. quia intellectus creatus est in eodem genere proximo vitæ intellectiuæ cum Deo obiecto intelligibili, cùm eleuatur ad videndum Deum, non eleuatur per actum alterius vitæ, quàm sit obiectum repræsentabile: nam sicut Deus est intelligibilis à se actu vitæ intellectiuæ, ita est intelligibilis à beatis actu eiusdem vitæ; Vnde non extrahitur extra suam sphæram, cùm eleuatur ad videndum Deum. Nec refert, quòd Deus sit intelligibile supernat. proinde supernat. actu vitæ repræsentabile, qui natura-

Intellectus non extrahitur à sua sphærâ,

lem

lem proportionem non habent cum intellectu creato, non videtur ei posse formalem effectum repręsentandi Deum conferre. Nam supernaturalitas non extrahit actum aut potentiam ab eodem genere vitæ intellectiuæ, cùm tã vita naturalis, quàm supernaturalis sit in eodem genere proximo vitæ, eò quòd supra intellectiuam, non datur alia superior vita. Neque actus vitalis aliud essentialiter requirit, quàm procedere ab eodem genere proximo vitæ. Nec potẽtia aliud essentialiter postulat, quàm ferri in obiectum repræsentabile per actum vitæ eiusdem generis: vnde tam potentia visiua ferri potest ad visibile supernaturale, quàm visibile supernaturale repræsentari actu visionis supernaturalis, *vt ostend. de Euchar.* Cùm igitur intellectus eleuatur ad intelligendum Deum, obiectum supernaturale non extrahitur ad obiectum disparatum, sed ad perfectissimum obiectum intra eandem rationem intelligibilis.

Nec supernaturalitas actum à genere vitæ.

132. Etenim potest obiectum ad potentiam comparari, ex *S. Thom. 3. cont. Gent. c. 54.* Primò, vt illi adæquatè commensum, sic comparatur ens naturale ad intellectum creatum, quia tantum intelligibilitatis habet illud, qnantum intellectiuitatis habet ille. 2. vt disparatum & omninò extra rationem formalem obiecti; sic comparatur audibile ad visum, & visibile ad auditum, quia nec audibile participat formalem rationem obiecti visus, nec visibile formalem rationem obiecti auditus. 3. vt excedens intra eandem rationem formalem obiecti; sic comparatur Deus, in se ipso visibilis ad intellectum creatum; est enim Deus supremum intelligibile, intellectus creatus infimus intellectiuus; vnde, cùm eleuatur ad intelligendum Deum, eleuatur quidem ad obiectum excedens propriam virtutem, non ad genus vitæ disparatæ. Quare dici potest, Deum in seipso visibilem esse quidem supra obiectum naturale intellectus creati, non extra: obiectum spirituale esse omninò extra quamcumque potẽtiam corpoream.

Tripliciter comparatur obiectum ad potent.

Ad August. Ad confirm. Resp. ibi *August.* loqui tantùm disputatiuè, ex quo ad summum colligitur, in eâ re fuisse dubium. Cæterùm idem *August. 1. de Trinit. cap. vlt.* expressè docet, essentiam Dei esse ipsis oculis corporeis inuisibilem: sic enim scribit: *Illa visio Dei, quâ contemplabimur incommutabilem atque humanis oculis inuisibilem Dei substantiam.*

133. Ex dictis apparet, quàm periculosè philosophentur ij, qui possibilem admittunt potentiam materialem, quæ petat ferri in obiectum spirituale: tales enim sensim viam sternunt ad asserendum, posse oculum aut phantasiam de facto diuinitus eleuari ad Deum cognoscendum, hoc pacto. Si potest potẽtia materialis naturâ suâ cognoscere obiectum spirituale; cur eadem eleuari non poterit ad cognoscendum Deum contentum intra eandem sphæram obiecti spiritualis, esto intra eundem ordinem supernaturalitatis infinitè excedat quodlibet aliud obiectum spirituale? quemadmodum quia Deus continetur intra sphæram obiecti intelligibilis, esto intra eundem gradum intelligibilitatis infinitè excedat omne aliud intelligibile, poterit ad illum intelligendum intellectus creatus eleuari. Quod si ad id talis potentia eleuari posset, cur non etiam potentia materialis cognitiua oculi, vel phantasiæ, quæ de facto in nobis est? cùm in ratione potentiæ materialis cognitiuæ conueniat cum eâ potentiâ, quæ ab aduers. asseritur possibilis, esto intra eundem gradum potentiæ materialis cognitiuæ illa foret perfectior: eò quòd excessus eiusdem gradualis perfectionis, non impedit eleuabilitatem ad obiectum contẽtum intra eundem cognoscibilitatis gradum.

Potentiam materialem attingere obiectum spirituale, non est dicendum.

Quòd si de facto potest oculus, vel phantasia hominis, propter conueniẽtiam cum eâ potentiâ, quæ possibilis asseritur, eleuari ad videndum Deum, cur non pari quoque modo poterit oculus vel phantasia bruti, cùm inter oculum phantasiámve hominis & bruti vniuoca sit conuenientia in ratione cognoscentis? ac proindè non modò homines per oculum & phantasiam, verùm & bruta ipsa per easdem potentias attingere poterunt summam illam beatitatem, quam fide diuinâ instructi non nisi intellectui humano communicabilem credimus. Quin vlteriùs sequitur eadem bruta esse capacia amicitiæ & filiationis adoptiuæ Dei: siquidem, *ex 3. tom.* eadem visio Dei est summa amicitia, & intima familiaritas creaturæ cum Deo, nec non filiatio adoptiua eiusdem. Viden' cui tandem opinatio hæc ludibrio exponat summa fidei nostræ arcana, dum ea cum brutis communia efficit? Huc absurdi ducit falsa persuasio, quòd possibilis sit potentia materialis, quæ suâ naturâ ferri petat in obiectum spirituale. At quia horum omnium principia apud quosdam recentiores legi, ne ex huiusmodi falsis principijs posteri, naturali quâdam curiositate noua semper docendi ducti, hæc in lucem reuocare tentarent, à maiori potestate tradita sunt iuridicè ac maturè examinanda, Theologis Romanis, quorum hæc fuit concors censura: *Ha propositiones deprimentes eleuationem gratiæ diuinæ & gloriæ beatificæ ad bruta animantia, exponunt Christianam spem summi boni æternæq; beatitudinis ludibrio; atheis præsertim hominibus: & cùm per se absonum sit amicitiam & adoptionem, quâ filij Dei nominamur & sumus, Paradisumque, quo beati perfruuntur, posse esse bonum & asinorum, si Deus illos eleuet, sicut eleuat beatos, censemus propositiones illas cum stomacho reijciendas à nostris scholis, cuiuscumq; demum auctoris sint.* Hæc ex mandato R. P. Mutij Vitelleschi.

Theologorũ Rom. è Societ. N. censura grauis & recens.

134. Aliqui dicentes, talem potentiam ex intrinsecâ naturâ suâ fore addictam vni tantùm obiecto spirituali, vt nullâ ratione eleuari possit ad aliud, multò verò minus, ad infinitum & increatum; sicut nec implicat, inquiunt, intellectus vnius tantùm Angeli cognitiuus; Non satisfaciunt: nam hoc ipso, quòd talis potentia haberet intra suam sphæram cognoscibilitatis obiectum spirituale, non implicaret eleuari ad cognoscendum aliud obiectum participans eandem rationẽ genericam spiritualitatis; esto hoc esset perfectius obiectum, neque quoad vltimam differentiam contineretur intra sphæram obiecti materialis talis potentiæ. Sicut ex eo quòd intellectus creatus habet intra suam sphæram cognoscibilitatis obiectum intelligibile, non implicat eleuari ad cognoscendum intelligibile increatum; esto hoc sit infinitè perfectius, neque quoad vltimam differentiam cognoscibilitatis per modum actus puri contineatur intra sphæram obiecti naturalis intellectus creati: nam quidquid sit de possibili, de facto fides docet, Deum visibilem in se per modum actus puri esse extra sphæram obiecti naturali intellectus creati, & tamen ad illum cognoscendum eleuari potest. Eadem ratio foret de intellectu, qui fingitur vnius tantùm Angeli cognitiuus: nam esto non posset naturaliter alterum cognoscere, saltem non repugnaret supernaturaliter ad illum cognoscendum eleuari: Talis enim intellectus cognosceret Angelum, quem intra naturalem sphæram haberet, secundùm omnem rationem entis, quam in se contineret: in quâ ratione, quia cum quouis alio conueniret, posset ad quemuis alium cognoscendum eleuari; quia non eleuaretur omninò extra sphæram sui obiecti formalis, quæ esset ratio entis

Nec talis potentia potest fingi addicta vni tantùm obiecto spirituali.

Aut vnius tantùm Angeli cognitiua.

eadem

Digitized by Google

eadem existens in omnibus. Confirm. Non obstante, quòd dari possit, & de facto per me detur lumen gloriæ suâ naturâ determinatum ad hanc numeto visionem beatam producendam, non implicat quin diuinitus eleuari possit ad aliam numero visionem producendam: ergo neque ex eo quòd possibilis sit potentia materialis ad vnum tantùm obiectum spirituale naturaliter cognoscendum, implicabit eleuari ad aliud obiectum spirituale, eandem rationem spiritualitatis vniuocè participans, diuinitùs cognoscendum. Nec est eadem ratio de potentijs & obiectis disparatis, quæ neque in modo cognoscendi, neque in obiecto cognoscibili vniuocè conueniunt, vt sunt potentia visiua & auditiua.

SECTIO VI.

An possibilis sit creatura, cui connaturalis sit visio intuitiua Dei, aut quæuis alia forma supernaturalis?

135. *Dogma fidei.* DE Fide est, nullam de facto talem creaturam productam esse; cùm de fide sit, de facto beatos egere lumine gloriæ, ipsos eleuante ad videndum Deum. Vt autem videamus, an ea saltem possibilis sit, notandum triplex genus operationum in Deo. 1. est omninò incommunicabile creaturæ, vt posse in se ipso producere distinctam personam cum omnimodâ identitate naturæ producentis & producti; esse causam 1. & cætera, quæ in suo conceptu requirunt illimitationem in omni genere perfectionis, & independentiam in essendo: nam vtraque perfectio pugnat cum ente creato. 2. genus communicabile est creaturæ, etiam naturaliter, & vt causæ principali, vt intelligere & amare res creatas, & Deum ipsum medijs effectis creatis; producere dependenter à subiecto. 3. genus de facto communicatum est creaturæ, sed per gratiam, & supra exigentiam ipsius, vt videre Deum actum purum in se ipso; diligere eundem propter se ipsum immediatè; operari indefectibiliter.

Triplex genus operationum Dei.

136. *Status controuersiæ.* Controuersia est, an hæc eadem communicari possint alicui substantiæ per naturam? vt de facto beati Deum vident, & amant in se ipso medio lumine gloriæ, & charitate eis supernaturaliter infusa, ita videri & amari in se ipso ab aliqua creatura possit per naturalem facultatem, aut per hæc ipsa dona ipsis naturaliter debita? Et quoniam hoc genus operationum est proprium Dei, quo Deus dicitur ens supernaturale, quia per illud operatur supra omnem naturam creatam, ideò substantia, quæ talem modum operandi participaret, diceretur supernaturalis; quia per talem modum in operando, & in essendo excederet reliquas omnes substantias creatas. Etsi controuersia solùm agitetur de visione Dei, eam ad reliquas supernat. operationes extendam, vt doctrina sit vniuersalior in ordine ad quamcumque formam supernaturalem.

137. *Affirmant.* PRIMA sententia affirmat, possibilem esse creaturam, cui connaturalis sit intuitiua visio Dei. In eam inclinat *Maior in 4. dist. 49. q. 4. fine, Molina 1. p. q. 12. art. 5. disp. 2. Becanus 1. p. c. 9. q. 5.* Argumenta sunt hæc. 1. nulla est implicantia. 2. participabilis est hic modus operandi Dei medio accidente supernaturali, vt constat de lumine, & reliquis habitibus infusis, qui suâ naturâ ordinantur ad talem modum operandi proprium Dei; ergo & media substantiâ supernat. alioqui Deus perfectiori modo participari posset ab accidente, quod est ens imperfectius, quàm à substantiâ ente perfectiore. Confirm. sicut inter entia naturalia creata nobilior est substantia, quouis accidente naturali, ita inter creabilia producibilis est substantia nobilior quouis accidente supernat. vt tota latitudo substantialis perfectionis creabilis superet totam latitudinem accidentalis perfectionis producibilis. 3. Coniunctum ex intellectu beati & lumine gloriæ, cui connaturalis est visio Dei, est quid finitum: ergo potest Deus creare intellectum tantæ virtutis, vt illud adæquet; nam dato quocumque intellectu, semper dabilis est perfectior & perfectior. Igitur possibilis est intellectus, qui per sua naturalia Deum videat. Neque dicas, intellectum creatum esse diuersæ rationis à lumine gloriæ, proinde etsi crescat in virtute intelligendi, nunquam attingere visionem Dei; sicut visus nunquam attingere poterit sonum. Quia est potentia alterius rationis ab auditu, cuius tantùm est sonum percipere. Nam Deus comprehenditur sub obiecto intellectus creati, alioqui non posset ad illum intuendum eleuari: sonus verò non comprehenditur sub obiecto visus. Confirm. non modò Deus creare potest vnum intellectum alio intensiuè, sed etiam essentialiter perfectiorem. Esto igitur coniunctum ex intellectu creato, & lumine gloriæ sit alterius perfectionis essentialis, adhuc creari poterit intellectus, qui illud in essentiali perfectione adæquet. 4. Quidquid Deus potest intellectui conferre, per qualitatem additam, potest per essentiam: vnde illum gradum vigoris, quem Deus conferre posset oculo noctuæ ad intuendam rotam solis, de facto contulit oculo aquilæ per naturam: igitur dari potest intellectus creatus, cui per naturam competat videre Deum. 5. Non repugnat, eandem rem esse proprietatem plurium, vnius in gradu intenso, alterius in gradu remisso, vt splendor in gradu intenso est proprietas solis, in gradu remisso aliorum à sole. Esto igitur lumen gloriæ in summo gradu vt est comprehensiuum Dei, sit proprietas solius Dei; in gradu tamen remisso, vt est tantùm repræsentariuum Dei in se ipso, poterit esse proprietas creaturæ. Confirm. non minus intellectus creatus est participatio intellectus increati, quàm lumen gloriæ creatum sit participatio luminis increati: ergo sicut lumen gloriæ increatum est proprietas intellectus increati; ita lumen gloriæ creatum erit proprietas intellectus creati: nam sicut participatur subiectum, ita participari poterit proprietas ipsa subiecti. 6. participabilis est Deus quoad reliquas perfectiones supernaturales potentiæ, charitatis, sanctitatis, iustitiæ, cæterarumque supernaturalium vnitatum; ergo & quoad perfectionem supernaturalis substantiæ. Confirm. non repugnat substantiæ creatæ supernaturalitas, quà substantia est, quia conuenit Deo; nec quà creata est, quia conuenit lumini gloriæ, cæterisque habitibus infusis; nec quà substantia creata est, quia si non implicant extrema, nec implicabit coniunctum ex extremis. 7. Vnio hypost. est alterius ordinis, quàm lumen gloriæ, quia per illam fit homo Deus; per hoc tantùm videns Deum: at vnio hypostatica est aliquid substantiale; ergo si hæc non repugnat, multò minùs repugnabit substantia supernaturalis eiusdem ordinis cum lumine gloriæ. 8. Datur accidens supernaturale; ergo possibilis est substantia supernatur. nam accidens supernaturale essentialem ordinem dicit ab subiectum; non ad naturale, hoc enim non est illi proportionatum; ergo ad supernaturale: hoc autem nequit esse Deus ipse, quia Deus est incapax accidentis: igitur erit substantia supernat. creata. Confirm. visio Dei est actus vitalis; ergo alicui potentiæ

Prob. 1. 2.

Confirm. *Confirm.* 138. *Prob. 3.* *Confirm.* 139. *Prob. 4.* 140. *Probi 5.* *Confirm.* 141. *Prob. 6.* *Confirm.* 142. *Prob. 7.* 143. *Prob. 8.* *Confirm.*

Digitized by Google

tentiæ vitali connaturalis est: hæc autem potentia alicui substātiæ debet esse connaturalis: non igitur repugnat substantia creata cui visio Dei connaturalis sit. Maior probat. actus vitalis essentialiter pendet à principio vitali intrinseco & connaturali. Minor constat; omnis potentia vitalis sibi vendicat aliquam substantiam proportionatam, cuius sit propria passio & instrumentum. 9. Etiamsi daretur intellectus creatus, cui connaturale esse lumen gloriæ, visioque ipsa beatifica, adhuc proprius modus essendi Dei excederet proprium modum essendi talis intellectus: ergo excessus quoad modum essendi obiecti cogniti supra modum essendi potentiæ cognoscentis non impedit, quin talis potentia possit tale obiectum naturaliter cognoscere. Confirm. de facto intellectus creatus cum lumine gloriæ non eleuatur ad eundem ordinem actus puri cum Deo in se ipso visibili: & tamen intellectus creatus cum lumine gloriæ naturaliter videt Deum: ergo vt aliquis intellectus creatus naturaliter videat Deum actum purum, non est necesse, vt sit in eodem ordine actus puri cum ipso Deo.

144. *Prob. 9.*

Confirm.

145. *Negant.* SECVNDA sentent. negat possibilem esse substātiam, cui connaturalis sit visio intuitiua a Dei: *S. Tho 1.p.q.12.art.4.& 5.ad 3. 3.cont.Gent. cap.53. Caiet. & Ferrar. ibid. Scot. in 4.dist.49.q.11.§.resp.ergo,& quodlib.14.art.2. Richard. in 2.dist.23.art.1.q.1.ad 1.& in 3.dist.14.art.1.quæst.2. Capreol. in 4.dist.49.q.4.art.1. concl.1. Aureol. quodlib.9.art.3.fine, Sot. in 4.dist.49.q.2.art.4.ad 3. Zumel 1.p.q.12. art.4. disp.vnic. Vasq. disp.44.c.1. Suar. l.2.de attrib.c.9. Valent. punct.3.fine, Gonsal. disp.26. Albert. tom.1. coroll.2. ex princ.1. Phil. punct.1. Arrub. disp.21.c.2.& reliq.* Difficultas est in assignanda implicantia.

146. *Scoti. Implicantia expenditur.* PRIMA Scoti. Visio clara Dei prærequirit Deum naturaliter præsentem in ratione obiecti, vel in propria existentia, si sit intuitiua, vel in aliquo perfectè repræsentatiuo, si sit abstractiua: neutro modo potest Deus esse naturaliter præsens; non primo, quia nec sub propriâ ratione Deitatis est naturaliter, sed tantùm voluntariè, motiuus intellectûs creati, nec vlla creatura potest esse naturaliter actiua talis visionis, & perfectæ præsentiæ Dei, cùm nulla creatura continere possit essentiam Dei, & consequenter intelligibilitatem ipsius. Non 2. quia nullum creatum potest esse causatiuum perfecti repræsentatiui Dei sub propriâ ratione Deitatis, nec continere Deum, propriâ intelligibilitate ipsius.

147. *Contrà.* Sed contrà; cùm Scotus dicit, Deum nunquam posse *naturaliter*, sed tantùm *voluntariè* mouere intellectum creatum ad claram visionem sui; aut per *voluntariè*, intelligit liberè, & hoc non tollit naturalem exigētiam ex parte creaturæ; nam positâ quâcumque exigentiâ & connaturalitate ex parte creaturæ, semper Deus liberè mouet illam ad suos actus. Aut per *voluntariè*, intelligit quòd non sit illi talis visio connaturalis actiuè, & hoc non tollit connaturalitatem simpliciter; Nam neque anima rationalis actiuè producitur ab homine, & tamen connaturalis est corpori humano: & species abstractiua Dei, sub propriâ ratione Deitatis est connaturalis intellectui angelico, & tamen illa à nullo agente creato produci potest. Aut demum per *voluntariè*, intelligit, quòd talis motio ad claram visionem Dei nullam possit in creatura supponere naturalem exigentiam; & hoc vertitur in controuersiam, cùm quæritur, an sit possibilis intellectus, cui sit connaturalis intuitiua visio Dei.

Ad homi-nem.

148. *Expenditur ratio. Vasquez.* Implicantia Vasquez: *Aut substantia hæc diceretur supernaturalis, quia superior esset aliis substantijs creatis, & sic innumeræ substantiæ essent supernaturales; aut quia à solo Deo produceretur per creationem, & ita omnes substantiæ spirituales essent ordinis supernaturalis, superest igitur vt soli formæ accidentariæ ratio supernaturalis conueniat*; nam ei soli conuenit perficere subiectum supra id, quod ipsius essentia & naturalis constitutio postulat, penes quod tantùm attenditur ratio supernaturalitatis.

149. *Contrà.* Sed contrà: talis substantia diceretur supernaturalis, quia participaret proprium modum operandi Dei; per quem consequenter haberet, vt comparata ad reliquas substantias creatas esset superioris ordinis: sicut à priori dicitur accidens supernaturale, non quia perficit subiectum supra naturalem exigentiam ipsius; nam etiamsi perficeret subiectum iuxta naturalem exigentiam ipsius, vt esset respectu substantiæ supernaturalis, si daretur, adhuc esset supernaturale; sed dicitur supernaturale, quia participat proprium modum operandi Dei, per quem consequenter habet, vt omnem substantiam, cui talis modus operandi non competit, perficiat supra naturalem exigentiam; similiter diceretur à priori talis substantia supernaturalis, non quia produceretur, à solo Deo per creationem, vel quia foret superior alijs substantijs, sed quia participaret proprium modum operandi Dei; per quem consequenter haberet, vt esset cæteris superior. Vnde falsum est, supernaturalitatem formaliter desumi penes excessum formæ ad quodlibet subiectum creatum; nam hæc tantùm ratio est à posteriori, & ex suppositione, quòd substantia supernaturalis implicet; quod non debet, contra aduers. in argum. assumi.

150. *Prima implic. à posteriori.* Implicare substantiam, cui connaturale sit lumen gloriæ, aut visio beatifica, probo 1. Si talis substantia possibilis esset, de facto ea producta esset: nam Deus, quæ sua est perfecta prouidentia, quoad fieri potest, semper operatur iuxta naturalem inclinationem rerum: ageret autem Deus contra, si producta non esset: quia contra naturalem inclinationem accidentis ac propriæ passionis est, eam nunquam produci in proprio subiecto, cùm quodlibet accidens ac passio naturaliter petat esse in proprio subiecto: si autem possibilis esset hæc substantia, lumen gloriæ, & visio Dei essent naturales proprietates talis substantiæ, alterum vt principium, alterum vt actio vitalis propria. Igitur contra naturam ipsorum ageretur, si nunquam illa in proprio, sed semper in alieno atque extraneo subiecto producerentur: sicut contra naturam potentiæ risiuæ esset, si ea nunquam in homine, cuius est propria passio, sed semper in aliâ ab homine diuersâ naturâ produceretur. Cùm igitur certum sit nullum beatum de facto Deum naturaliter videre, sed medio lumine gloriæ ipsis indebito, contra naturalem inclinationem, & perfectam prouidentiam Dei hæc accidentia à proprio & connaturali subiecto perpetuò exularent.

Reipsa esset producta.

Implicantia 2. sequeretur Deum non fore inuisibilem omni creaturæ, nec lucem habitare inaccessibilem, cùm Paulus 1. *ad Timoth. 6.* absolutè pronunciet, Deum à nemine videri posse, quod Patres explicant viribus naturæ. 2. creaturam fore suâ naturâ beatam, hæredem cœlestis gloriæ, amicam Dei, & filiam adoptiuam; proinde naturaliter impeccabilem, idque non ex dono addito, sed ex beneficio creationis; cui non posset Deus absque violentiâ claram sui visionem denegare, cùm ad illam naturalem haberet inclinationem, & exigentiam, nec vllum esset impedimentum, quò minùs ad illam toto naturæ conatu ferretur.

Secunda absurdum. 1.

Contra

Digitized by Google

151. *Impeccabilitas naturalis adstruitur in substant. supernat.*

Contra impeccabilitatem arguunt recentiores. 1. Non implicat creatura suâ naturâ impeccabilis (ergo ex hoc capite non prob. implicare creaturam, naturaliter exigentem videre Deum) vt intellectiua, & non volitiua naturaliter auersa à malitia morali, & solùm inclinata ad bonum morale, cui proinde non posset Deus dare concursum indifferentem ad bonum & malum, sed tantum ad bonum, vti dat humanæ voluntati Christi: aggregatum ex homine & visione beata est aliquid creatum liberum intellectuale, & tamen incapax peccati: ergò non repugnat creatura capax operationis liberæ circa actus bonos, & non circa malos: potest produci intellectus limitatus ad vnum tantùm obiectum intelligendum; ergò & voluntas ad vnum tantùm obiectum amandum. 2. Non repugnat creatura naturaliter exigens visionem Dei, quæ tamen peccare posset; quia visionem Dei, per quam tantùm fieret formaliter impeccabilis, non necessariò haberet ab instanti creationis; & posset ad videndum Deum indigere vel habitu ex parte potentiæ, vel specie ex parte obiecti, quæ licet forent naturaliter debita, non tamen necessariò, vt constat in angelis, qui non necessariò habent omnes species rerum, quarum sunt capaces. Resp. ad 1. nego anteced. vt *tom. 2. disp. 20.* Ad prob. neg. anteced. cùm enim quodlibet ens essentialiter inclinet ad sui conseruationem, datus est vnicuique appetitus, qui inclinet ad prosequenda, quæ proprio esse conducunt, & fugienda, quæ à proprio esse abducunt. Quis capiat, intellectum videre Deum, & ad illum vt summum suum bonum nō inclinare? vel è conuerso, ab eo separari summoperè non abhorrere? Cumque nullum bonum creatum necessitet voluntatem ad prosecutionem sui, quodlibet bonū creatum morale omitti poterit per liberā omissionem. Inde neg. conseq. nam visio beata vniendo intellectum creatum cum Deo summo bono in seipso viso, reddit voluntatem auersam ab omni malo morali; cùm nequeat voluntas creata Deum in seipso visum vel in minimo offendere. Denique neg. anteced. de quo *cit. loco.*

Obiect.

Resp. ad 1. & ad quatuor prob.

Resp. ad 2. obiect.

Ad 2. argum. neg. anteced. Ad vtramque prob. Resp. esto talis creatura non necessariò visionem beatam eliceret in instanti suæ creationis, quippe quæ ad eam eliciendam egeret saltē specie ex parte obiecti: adhuc nego, eam ante elicitā visionem Dei peccare posse: talis enim creatura esset perfectior participatio naturæ diuinæ, quàm de facto sit gratia habitualis sanctificās: at implicat cum hâc coniungi peccatum lethale; vt *tom. 3. disp. 32.* ergo & à fortiori cū tali creatura. Maior demonst. ideò cum eâ gratiâ implicat coniungi lethale, quia, vt *S. Th.* ait, est singularis & augusta participatio naturæ diuinæ, cuius consortes efficimur; proinde non potest Deus, qui res necessariò amat iuxta suam amabilitatem, eam habentē non necessariò amare amore supernaturalis amicitiæ: implicat autem creaturam à Deo amari amore supernaturalis amicitiæ, & simul odio haberi, odio supernaturalis inimicitiæ; amando enim gratiā, illam conseruaret; & odio habendo peccatum, illam destrueret; cùm nequeat Deus amorem supernaturalis amicitiæ conseruare absque termino talis amicitiæ ad extra conseruato, nec peccatum odisse absque subtractione termini supernaturalis amicitiæ; incompossibilis cum oppositā inimicitiā. Sed talis creatura esset longè perfectior participatio naturæ diuinæ, quàm de facto sit gratia habitualis, cùm hæc sit tantùm participatio accidentalis, illa substantialis; proinde perfectiori amore amicitiæ diligeretur illa, quàm hæc; ergo si cum hâc coniungi non potest peccatum, nec cum illâ poterit. Imò licet cum gratia non possit componi peccatum, potest tamen habens gratiam peccare, quia peccando amitteret gratiam: & consequenter peccatum non componeret cum gratia: At non posset ea substantia peccare, tum quia peccando deberet destrui, ne peccatum cum ipsa componeret: tum quia repugnat talem substantiam esse principium peccandi, & sanè magis, quàm accidens supernat. quippe quæ altiori modo participet perfectiones naturæ diuinæ. Imò antequam Dei visionem eliceret, iactis principijs conformius est, eam neque venialis peccati capacem fore: nam si huius nō est capax gratia qualitas supernaturalis, eò quòd licet cum gratiâ stare possit veniale, haud tamen poterit ipsa esse principium peccandi venialiter: à fortiori nec erit capax substantia supernaturalis.

Vt ostendi tom. 3. d. 32.

Notandum discrimen.

Talis amicitia redderet creaturam naturaliter impeccabilem

Cæterùm consentio cum ijsdem recent. immediatè & per locum intrinsecum non sequi, talem naturam fore filiam Dei naturalem, ex eo quòd per suam substantiam esset hæres gloriæ cælestis, quod non competit, nisi soli filio Dei naturali; vel non fore seruam Dei, eo quòd teste *Arist. 8. Ethic. cap. 11.* nequit inter seruum & dominum esse amicitia. Nam prima ratio summum probat, talē creaturam fore filiam Dei adoptiuam, nō naturalem: tum quia non produceretur à principio coniuncto, quod ad generationem filij naturalis requiritur: vnde etiamsi esset in naturâ similis Deo, vti fuit Eua similis Adamo producta ex Adami costâ, adhuc defectu huius conditionis non esset filia naturalis. Tum quia esse naturalem hæredem gloriæ, solùm dicit habere participationem cum naturâ diuinâ, in modo eam cognoscendi & diligendi, quod non infert immediatè identitatem vel specificam, vel indiuidualem cum eâdem naturâ, quæ ad naturalem filiationem requiritur. Nec 2. ratio ab *Arist.* ducta aliud probat, quàm quòd inter seruum vt seruum, & dominum vt dominum, non quod inter eos vt homines, amicitia esse non possit, vt ipse *ibid.* explicat; quia, quà seruus nihil habet cum domino commune, in quo amicitiā fundare possit: sed quidquid habet, vel est, domini est; est enim, *vt ibid.* animatū instrumentum sui domini: At quà homo ius habet erga quemcumque cum quo & legis, & fœderis, & amicitiæ particeps esse potest. Esto igitur talis natura, quà serua, amica Dei esse nō posset, vt sic enim quidquid esset, vel haberet, Dei esset; proinde iuxta *Arist.* nihil cōmune cum Deo haberet, in quo suam cum Deo amicitiam fundare posset: posset tamen esse amica, quà in libera sua potestate haberet aliquid, quod efficere posset cōmune cum Deo, nēpe actus liberos virtutū, præsertim charitatis & amoris, qui in ea naturâ, vtpote participante singularē modum operandi Dei, condigni essent mutuâ redamatione Dei, non minùs quàm nunc: cùm in eo ordine poneretur talis natura, in quo de facto sunt habitus supernat. gratiæ & charitatis: Etenim sicut hi accidētaliter, ita illa substantialiter participaret singularē modum essendi & operandi Dei. Vnde sicut non obstante seruitute, quam cum gratia & charitate retinet nunc homo, amicitiam cum Deo fundare potest; poterit & illa natura, quæ æquiualeret homini gratia & charitate prædito, non obstante naturali seruitute, ex suâ naturâ esse capax naturalis amicitiæ cum Deo: nemo quippè negabit, tam angelum, quàm hominem in purâ vel integrâ naturâ naturalis amicitiæ cum Deo capaces fore.

Licet non filiam Dei naturalem.

Posset per Arist. esse amica Dei & serua.

Posset exigere amicitiam supernat. vt naturalem.

DICES: implicantiam non esse, quòd creatura suâ naturâ exigat amicitiam naturalem cum Deo, sed quod exigat supernaturalem. Sed contrà: 1. ra-

Digitized by Google

tio ex *Arist.* quâ auctores se fundant, probat de quâuis amicitiâ. Nam ideò creatura non potest naturaliter exigere amicitiam cum Deo, quia essentialiter est serua, inter quam & dominum nequit esse amicitia: ergo nec poterit exigere amicitiam naturalem, cum de eâ militet eadem Philosophi ratio. 2. Falsum supponitur, talem amicitiam fore tali creaturæ supernaturalem: quia qui eam creaturam possibilem adstruunt, dicunt futuram ordinis supernaturalis, eo quòd participaret singulare modum essendi & operandi Dei perfectiùs, quàm gratia & charitas: ac proinde exigendo amicitiam ordinis supernaturalis, non exigeret aliquid sibi indebitum & supra suam naturam: non secùs ac aggregatum ex homine & gratia exigendo amicitiam supernaturalem Dei: non exigit aliquid sibi indebitum & supra totum aggregatum. 3. Ad amicitiam naturalem requiritur & sufficit mutuus amor non latens, & similitudo aliqua in moribus & natura, vt docet *Arist.* 8. *Ethic. cap.* 2. 3. & 8. sed inter eam creaturam & Deum posset esse mutuus amor non latens, cum aliquâ similitudine in modo essendi & operandi: non secus ac inter eandem & Deum potest esse mutuus amor naturalis fundatus in similitudine naturæ intellectualis, & modi operandi eiusdem. Dicere autem quòd hæc sit possibilis, quia est ordinis naturalis; illa impossibilis, quia ordinis supernaturalis est, illam non ampliùs negare ex incompossibilitate seruitutis cum amicitiâ Dei simpliciter, sed ex seruitute & amicitia Dei superioris ordinis: & huius quæritur ratio, quare possit seruitus stare cum amicitia inferioris ordinis, & non cum ordinis superioris? 4. Sicut creatura prædita gratiâ amore supernaturali diligens Deum, exigit mutuo amore supernaturali redamari à Deo: ita amore naturali diligens Deum, exigit mutuo amore naturali diligi à Deo: cùm non minùs amor intra ordinē naturæ à creaturâ elicitus exigat redamationem intra eundem ordinem naturæ à Deo, quàm amor intra ordinem gratiæ elicitus à creaturâ exigat redamationem intra eundem ordinem gratiæ à Deo. Deus enim necessariò amat res omnes iuxta earum amabilitatem, sicut necessario odit mala iuxta eorum odibilitatem: & amor naturalis amicitiæ eo amore exigit à Deo redamari, quo ipse est: hoc est, etsi Deus absolutè non teneatur amore amicitiæ naturalis, amare creaturam intellectualem, tenetur tamen ex suppositione quòd ab illa ametur amore amicitiæ naturalis: sicuti nec absolutè tenetur Deus amore amicitiæ supernaturalis amare creaturā eleuatam ad finem supernaturalem, tenetur tamen ex suppositione quod in illâ suam gratiam & amorem supernaturalem infundat. Igitur si ex hoc cap. repugnaret substantia supernat. quia coniungi non possit naturalis seruitus & amicitia cum Deo, neque homo posset cum gratiâ & charitate esse cōdignus amicitiâ Dei. Quia quamdiu non tollitur id, quod impedit amicitiam serui cum domino, non potest esse amicitia inter seruum & dominum: sicuti si rusticitas impedit amicitiam rustici cum rege, quamdiu rusticitas à rustico non tollitur, non poterit inter rusticum & regem esse amicitia: sed per gratiam & charitatem nō tollitur ab homine naturalis seruitus in Deum, cùm nequeat seruitus tolli per id, quod auget seruitutem; sicut non potest tolli albedo per id, quod auget albedinem. Nam gratia & charitas sunt ens creatum à Deo essentialiter dependens proinde subeunt eandem conditionē seruitutis: igitur non possunt illam tollere, sed augere magis, augendo dependentiam hominis ad Deum.

Nullâ incompossibilitate seruitutis.

Qui diligit Deum ex parte suâ necessariò diligitur ex parte Dei.

Per gratiā augetur seruitus erga Deum, & dependentia.

DICES: esto gratia & charitas non tollant ab homine naturalem seruitutem, addunt tamen in illo singularem fauorem Dei, merito cuius, & non ex naturâ suâ petit homo amicitiam supernaturalem Dei. Sed contrà; esto amicitia supernaturalis Dei sit indebita homini, non tamen habenti gratiam, seu toti coniuncto ex homine & gratia: sicut esto intellectui creato sit indebita visio Dei, non tamen habenti lumen gloriæ, seu toti coniuncto ex intellectu & lumine. Deinde, si creatura haberet tantam perfectionem, quātam habet coniunctum ex homine & gratiâ, esset condigna eâdem amicitiâ, quâ condignum est hoc coniunctum: sed qui talem creaturam concedit, minimùm illam adstruit tantæ perfectionis, quantæ est coniunctum ex homine & gratiâ: ergo si coniunctum ex homine & gratia condignè exigit amicitiam supernaturalem Dei, etiam talis creatura possibilis illam exigeret. *Dices.* *Resp.*

TERTIA à priori, *S. Thom. 1. p. quæst. 12. art. 4. & 3. cont. Gent. cap. 52.* Modus naturalis cognoscendi obiectum adæquatè sequitur modum essendi virtutis cognoscentis, vt videlicet sub quo abstractionis ordine fuerit principium cognoscens, sub eodem naturalis cognitio ab ipso producta, ei obiectum repræsentet, & non sub altiori: vt si principium cognoscens fuerit materiale, cognitio naturalis ab ipso elicita, non potest illi nisi materiale obiectum repræsentare; si principium cognoscēs fuerit potentiale, pariter cognitio ab eo naturaliter producta, non poterit nisi potentiale obiectum vel per modum potentialis ipsi repræsentare. Atqui nulla creatura participare potest eundem modum essendi Dei: necessariò enim est immersa potentialitati, vtpotè ex non esse ad esse traducta, ex naturâ & supposito, ex subiecto & accidente composita: Deus emersus est ab omni potentialitate in supremo ordine puri actûs constitutus: ergo nulli creaturæ poterit esse connaturale videre Deum in seipso. Maior prob. 1. quia sensus affixus est certo ac determinato organo, non potest nisi singulare ac determinatū obiectum percipere: quia intellectus humanus habet esse vnitum corpori, non potest, nisi ad modū corporis naturaliter cognoscere: quia intellectus angelicus habet esse immersum potentialitati, non potest viribus proprijs Deum intelligere ad modum actûs puri, sed per modum potentialis, & per effectus creatos. Nec alia afferri potest ratio, cur de facto nequeat Deum naturaliter videre; nisi talis improportio, quæ necessariò reperitur in omni creaturâ possibili. Demum quia intellectus Diuinus est actus purus, ab omni potentialitate emersus, naturaliter intelligit seipsum ad modum actûs puri. 2. Idem principium prob. à priori; non potest intellectus elicere visionem actûs puri, nisi in seipso præhabeat obiectum, vel speciem actûs puri: nullus autem intellectus creatus naturaliter in seipso præhabere, aut præexigere potest obiectum, vel speciem actûs puri: igitur nullus intellectus creatus naturaliter elicere potest visionem actûs puri. Maior constat; omnis notitia, cùm sit expressio obiecti, essentialiter postulat fieri ab obiecto cuius est notitia: repugnat quippe obiectum exprimi vt in se est, ipso aut ipsius propriâ specie non concurrente, cùm formalem exprimendi rationem habeat actus ex obiecto. Minor prob. nulla potentia præhabere, vel præexigere potest obiectum, aut speciem in modo operandi perfectiorem se: sed actus purus in ratione obiecti habet modum operandi perfectiorem quâuis potentiâ creatâ; quippe 152. *Modus cognoscendi sequitur modum essendi.* 153. *Intellectus nequit exigere speciē actus puri.* *Inductionis prob. certâ.*

Digitized by Google

quippe qui modum habet operandi emersum ab omni potentialitate; potentia creata immersum in potentialitate. Maior ostend. potētia præexigit obiectum vel speciem obiecti, vt complementum sui ad producendum actum sibi proportionatum: nulla autem potentia naturaliter præexigere potest complementum altioris ordinis ad eliciendum actum sibi proportionatum: ergo nulla potentia creata potest naturaliter præexigere obiectum, vel speciem actûs puri. Minor constat inductione; neque potentia corporea, neque intellectus humanus, aut angelicus, naturaliter præexigit, aut præexigere potest obiectum, aut speciem altioris ordinis: tum ratione; non minùs species, quàm potentia est connaturale instrumentum substantiæ ad eliciendam vitalem operationem naturaliter perfectiuam eiusdem substātiæ: at nulla substantia creata naturaliter præexigere potest potentiam altioris ordinis, cùm omnis substantia naturaliter sibi vendicet potentiam eiusdem ordinis & perfectionis; alioqui posset causa principalis, cuiusmodi est substantia respectu suæ potentiæ, naturaliter exigere instrumentum altioris ordinis, quod implicat: ergo nec exigere poterit obiectum vel speciem altioris ordinis, quàm sit ipsa. Non igitur dari poterit substantia, quæ naturaliter exigat videre Deum per modum actûs puri. Confirm. non minùs cognitio est effectus obiecti in esse repræsentatiuo, quàm potentiæ in esse subiectiuo: sed repugnat, cognitionem naturalem excedere suam potentiam in esse subiectiuo; ergo & obiectum in esse obiectiuo.

Nec substantia potentiam, altioris ordinis.

154. *Obiicies* 1. Non implicat forma creata, quæ naturaliter per modum causæ principalis exprimat Deum actum purum: vt visio beata, quæ formaliter, atque adeò principaliter, cùm nequeat forma esse instrumētum, connaturaliter exprimit Deum actum purum: ergo nec potentia quæ per modum causæ vitalis principalis naturaliter attingat actum purum: 1. quia semper actus est similior obiecto, quàm potentia; semper actus obiecti supernaturalis est supernaturalis, non semper potentia percipiens obiectum supernaturale, est supernaturalis: 2. semper actus specificatur ab obiecto quod exprimit, non semper potentia specificatur ab obiecto, quod percipit. Resp. nego antecedens: falsum enim est, visionem beatam, vt causam formalem principalem exprimere Deum actum purum, sed tantùm esse viam, & tendētiam ad illum; non enim est forma *in quâ*, sed *quâ* Deus videtur: vnde non exprimit illum, vt *Quod*, sed vt *Quo*; proinde non debet in modo essendi conuenire cum obiecto; est enim pura vnio intentionalis potentiæ cum obiecto: de ratione vnionis non est participare eundem modum essendi extremorum, vt constat de vnione hypostatica, quæ vnit increatum, cùm increata non sit. Potentia verò vel est principalis causa sui actus, vel connaturale instrumentum suæ substantiæ, atque adeò debet illi in modo essendi & operandi proportionari. Ad 1. prob. conseq. Resp. actum esse similiorem obiecto in ratione repræsentandi, potentia naturalis est similior in modo essendi. Quòd semper actus obiecti supernaturalis sit supernaturalis, ea est, quia cùm actus sit ipsa actualis tendentia ad obiectum, non potest aliunde specificari, quàm ab obiecto, ad quod actu tendit: potentia verò, cùm non sit actualis perceptio, sed principium percipiendi obiectum, aliunde specificari potest, quàm ab obiecto, quod actu percipit. Ad 2. concedo, actum specificari ab obiecto, sed in ratione tendentiæ; vnde non oportet participare modum essendi ipsius, sicut nec vnio participat modum essendi extremorum.

Resp. visio non exprimit actum purum sed ad illum tendit.

Obiicies 2. Visio beata est immersa potentialiti; est enim accidens à subiecto dependens; ergo potest esse connaturalis intellectui creato. Resp. esse immersam potentialitati subiectiuè, non obiectiuè, in quo debet actus proportionari potentiæ, vt non sit ipse eleuatior in repræsentando, quàm sit potentia in essendo; vt inductio ostendit. 155.

Obiicit 3. *Scotus*; sequeretur, Angelum inferiorem non posse naturaliter cognoscere superiorem, eo quòd modus essendi superioris excedit modum essendi, atque adeò modum cognoscendi inferioris. Resp. neg. sequel. nam vt rectè *Ferrar.* *cit.* omnes Angeli conueniunt in eodem gradu potentialitatis; omnes quippe componuntur ex essentiâ, & existentiâ, ex naturâ & supposito, ex subiecto & accidente: quòd autem vnus perfectiùs, & plura cognoscat, quàm alius, non arguit maiorem simplicitatem in substantiâ Angeli, sed in actibus dumtaxat: nam eò vnus actus est simplicior alio, quò ad plura se extendit. 156. *Obiicit Scotus.* *Resp.*

Obiicies 4. Sequeretur, quòd nec intellectus cum lumine gloriæ posset Deum videre, quia exceditur à Deo actu puro. Resp. cum *eodem* neg. sequel. nam esto, adhuc potest illum videre vt est in se, quia nō videt illum naturaliter, & viribus proprijs, sed per gratiam & virtutem Dei; ratio autem solùm probat, non posse Deum à creatura videri naturaliter, & viribus proprijs. 157. *Obiic. 4.* *Resp.* *Ferrarienſ.*

Obiicies 5. inter potentiam & obiectum non requiritur proportio æqualitatis in perfectione entitatiuâ, sed solius habitudinis mobilis ad motiuum: sed talis proportio est inter intellectum creatum & Deum actum purum; alioqui non posset intellectus eleuari ad intuendum Deum, cùm nequeat potentia eleuari ad obiectum, ad quod nullam habet proportionē mobilis ad motiuum. Resp. neg. minor. non enim inter intellectum creatum & Deum in seipso visibilem, est naturalis proportio mobilis ad motiuum; idque defectu proportionis in modo essendi potentiæ intellectiuæ, & obiecti intelligibilis, quæ per se attenditur inter potentiam & obiectum. Ad prob. nego sequel. quia licet intellectus creatus non habeat proportionem naturalem cum Deo, in seipso visibili, habet tamen obedientialem; quia cum illo conuenit in eodem genere proximo vitæ intellectricis, quo repræsentari potest intellectui creato confortato lumine gloriæ. Vnde *Caiet. 1. p. quæst. 12. art. 4. fine* docet, Deum non esse omninò extra obiectum adæquatum intellectûs naturalis, sed solùm extra adæquatum, intensiuè, eo quòd non est ab ipso cognoscibilis modo obiecti; est tamen intra adæquatum extensiuè, quia est ab ipso cognoscilis modo cognoscentis. 158. *Obiic. 5.* *Resp.*

Deducitur, non posse dari substantiam creatam cui connaturalis sit intellectus supernaturalis, aut lumen gloriæ, vel vnio cum Diuinâ essentiâ vt specie intelligibili: nam hæc omnia sunt complementum & comprincipia altioris ordinis ad actum excedentem perfectionem substantiæ creatæ. Vnde in substantia intellectuali, hæc omnia vt instrumenta proportionantur substantiæ, ad quam perficiendam ordinantur. Præterea natura intellectualis vendicat sibi obiectum proportionatum, quod primò & adæquatè respiciat; hoc autem est propria natura: ad instar cuius superiora cognoscit. Sicut intellectus humanus pro adæquato obiecto respicit quidditatem corpoream, ad instar cuius spiritualia cognoscit: Angelicus propriam substantiam 159.

Digitized by Google

tiam immersam potentialitati, per modum cuius Deum contemplatur.

160. *Ratio vniuersalis à priori.* Ratio vniuersaliter probans. implicare substantiam supernaturalem, cui debita sit quæcumque forma supernaturalis. Implicat quod est proprium vnius naturæ, fieri proprium alterius, nisi natura vnius commutetur in naturam alterius, cuius fit proprium: sed omnis operandi modus supernaturalis est proprius Dei: ergo implicat fieri propriũ creaturæ. Minor constat inductione per omnes operandi modos supernaturales; quorum vnusquisque supponit peculiarem aliquam perfectionem propriam Dei: vt modus videndi Deum, vt actum purum; modus producendi rem independenter ab omni subiecto, supponit in vidente & creante puritatem; modus diligendi Deum immediatè propter seipsum, supponit immediatam coniunctionem cum bono increato, atque adeò primariam specificationem appetitûs ab ipso bono increato; modus cognoscendi res supernaturales intuitiuè per cognitionem infusam, vel assentiendi mysterijs reuelatis per infallibilem certitudinem, excedentem omnem infallibilitatem & certitudinem scientiæ naturalis, supponit in cognoscente perfectionem primæ veritatis, atque adeò omnimodam in cognoscendo infallibilitatem; modus operandi indefectibiliter supponit immediatam coniunctionem cum Deo vltimo fine. Et sic de cæteris, vt *infrà*. Maior ostend. inductione: Implicat risibile, quod est proprium hominis, fieri proprium equi, vel alterius naturæ diuersæ ab homine: implicat calorem propriũ ignis, fieri proprium aquæ, & sic de cæteris: quia proprium, vt nomen indicat, est proprietas certæ naturæ addicta, à quâ tantùm petit fluere, vt adæquata passio: nam quælibet natura, sicut propriam sibi vendicat constitutionem, quâ distinguatur à quâlibet aliâ, ita & propriam passionem, quâ distinguatur à propriâ alterius passione. Hanc rationem tangit *S. Thom. 1. quæst. 12. art. 5. ad 3. & 3. cont. Gent. c. 52. vbi Caiet. & Ferrar.*

Proprium vnius nequit fieri proprium alterius.

A priori.

161. *Operatio Dei propria eiusq; principium proximum cõmunicabile, non remotum.* Deducitur 1. posse communicari creaturæ aliquam operationem propriam Dei, imò & principium proximum accidentale talis operationis, non remotum substantiale, vt potest calefactio, & proximum principiũ calefactionis communicari aquæ, non substantiale radicale calefactionis, absque eo quòd natura aquæ mutetur in naturam ignis; quia principium accidẽtale, adhuc communicatum extraneo subiecto manet cum relatione ad proprium, cuius est propria passio, non principium substantiale: quia cùm substantia essentialiter sit ad se & propter se, nequit naturaliter manere ordinata ad aliud, vt propria passio alterius: contrà verò accidens, cùm non sit ens ad se & propter se, sed propter aliud, est enim teste *Philosopho*, entis ens, adhuc communicatum extraneo subiecto retinebit intrinsecum respectum ad proprium: ac proinde poterit in accidente saluari ratio proprij modi operandi Dei, non in substantiâ; nam hæc statim fit propria eius, cui communicatur, eiusque naturam essentialiter constituit, distinctam ab omni alio, desinit esse proprietas alterius; cùm implicet, aliquid esse propter se, & simul etiam proprietatem alterius, & vnum excludat aliud. Confirm. quæ sunt propria naturæ superiori, nequeunt communicari naturæ inferiori substantialiter, queunt accidentaliter, vt inductione constat: igitur quæ sunt propria naturæ increatæ, nequeunt communicari naturæ creatæ substantialiter, queunt accidentaliter.

Ratio à priori.

Deducitur 2. non posse produci substantiam, cui connaturalis sit gratia, charitas, aut quiuis alius habitus infusus: nam hæc omnia dona, aut formaliter aut dispositiuè coniungunt immediatè creaturam, cum Deo bono increato; ita coniungi est proprium Dei: nam propterea hi habitus dicuntur Theologici, quia habent pro immediato obiecto Deum: est enim gratia immediata participatio naturæ diuinæ, cuius, *teste Petro, epist. 2. cap. 1. consortes* & comparticipes efficimur: Charitas est peculiaris participatio illius inclinationis, & appetitus, quo Deus naturaliter seipsum diligit; vtque Deus, nullo alio mediãte bono creato priùs dilecto, cum seipso immediatè coniũgitur per charitatem, vt cum proprio bono; ita creatura per hæc dona, nullo mediante bono creato priùs amato, immediatè coniungitur cum Deo, vt cum bono increato: ergo si creaturæ connaturales essent huiusmodi habitus, connaturalis illi foret immediata coniunctio cum Deo vt cum bono increato; quòd autem hoc sit proprium Dei, incommunicabile cõnaturaliter creaturæ patet; nam immediata coniunctio seu propensio naturalis appetitus cum aliquo supponit adæquatam commensuratione cum illo; quia appetitus naturalis consequitur adæquatè naturam, cuius est appetitus; ergo non potest immediatè & naturaliter inclinare, nisi ad bonum commensum propriæ naturæ; alioqui si posset naturaliter inclinare ad bonum excedens perfectionem propriæ naturæ, posset naturaliter inclinare ad aliquid excedens seipsum; quia cùm ipse sit maximè adæquatus & commensus propriæ naturæ, si posset naturaliter inclinare ad bonum perfectius, inclinare posset ad aliquid excedens seipsum. Hæc ratio militat de reliquis habitibus infusis: fides tendit ad obiectum, sub motiuo diuinæ veracitatis, per certitudinem excedentem omnem naturalem certitudinem: spes sub motiuo diuinæ promissionis, per firmitatem superantem omnem naturalem firmitatem.

163. *Gratia nulli substantiæ connaturalis.*

Hoc inductione constat.

Dices 1. De facto creaturæ naturaliter inclinant ad Deum, vt ad proprium finem, & bonum, nam finis & bonum coincidunt. 2. esto creatura non possit immediatè inclinare ad bonum increatum, posset mediante bono creato, amando Deum propter seipsum amore amicitiæ: ergo potest creaturæ esse connaturalis habitus charitatis. Resp. ad primum, negando, creaturas inclinare ad Deum, vt ad proprium finem immediatè, sed tantùm mediatè, quem singulæ respiciunt vt finem vltimum mediante proprio, à quo immediatè specificantur; quia appetitus per se primò specificatur ab appetibili immediato, quod respicit, vt adæquatum obiectum suæ naturalis inclinationis, eoque mediante appetibile commune: ob hanc enim rationem repugnat intellectus creatus, qui per se primò respiciat Deum intelligibile increatum, quem tamen non repugnat respicere mediante intelligibili creato; repugnat, naturalem appetitum creaturæ per se primò specificari à bono increato; sicut & intellectum ab intelligibili increato. Ad secundum nego, creaturam per habitum gratiæ & charitatis inclinare posse ad Deum mediante bono creato. Ratio; hi habitus essentialiter respiciunt per se primò bonum increatum, à quo immediatè specificantur. Cæterum de facto creaturæ rationales possunt naturaliter diligere Deum dilectione amicitiæ naturalis, non immediatè, vti illum diligũt per charitatem, sed mediante bono creato priùs dilecto: sicut & cognoscere possunt medio ente creato priùs cognito; sic enim natu-

164. *Dices 1.*

2.

Ad 1.

165. *Ad 2.*

Natura diligit Deum medio bono creato.

Digitized by Google

naturalis dilectio, & cognitio ad Deum tendit limitata & specificata à proprio appetibili & intelligibili.

166. Deducitur 3. repugnare creaturam naturaliter impeccabilem; quia repugnat substantia, cui connaturalis sit immediata coniunctio cum Deo vltimo fine: quæ necessaria est ad naturalem impeccabilitatem; cùm enim peccatum sit auersio ab vltimo fine, ea coniunctio necessaria est ad impeccabilitatem, quæ opponitur peccato; hæc est sola coniunctio cum Deo vltimo fine; ratione cuius debita essent creaturæ omnia media, quæ ad talem cõiunctionem conseruandam necessaria forent; inter cætera essent peculiaria auxilia, quibus omnia & singula peccata vitanda forent. 4. Implicare substantiam, cui sit connaturalis vnio hypostatica cum persona increata; quia nihil est ita proprium Dei, quàm suæ ipsius personalitates; igitur implicat illas fieri connaturales naturæ creatæ; & quod est proprium vnius, non potest fieri proprium alterius: & nulla natura potest habere repugnantiam ad propriam personalitatem; haberet autem, si naturaliter inclinaret ad alienam; eo quòd, *vt tom. 6.* implicat naturam creatam subsistere in propria & aliena subsistentia simul: eo ipso autem, quòd inclinaret ad alienam, repugnaret ad propriam: imò aliena non esset amplius aliena, sed propria; nam propria est, ad quam substantia naturaliter inclinat. Deducitur 5. implicare creaturam, cui sit connaturalis Æternitas, eo quòd essentialiter affert immutabilitatem per infinitam durationem, quæ est propria Dei, vt *disput. 7.* Deducitur 6. implicare substantiam, quæ naturaliter exigat intuitiuè, cognoscere mysteria gratiæ, donorumque supernaturalium: quia nequeunt hæc intuitiuè cognosci, nisi per notitiam infusam, quæ in certitudine superat omnem certitudinem scientiæ naturalis, estque propria Dei, quâ res creatas cognoscit cum omnimodâ certitudine & infallibilitate: quæ in cognoscendo non est debita creaturæ, vtpotè mutationi naturaliter subiectæ. 7. Non posse produci substantiam, cui sit connaturalis vis creatiua: nam hæc supponit in creante perfectionem actûs puri; supponit enim actionem immanẽtem, per quam se determinat ad creandum, independentem à subiecto, vtpotè causam transeuntis perfectiorem, aut saltem non imperfectiorem transeunte: at actio creatiua est independens à subiecto, saltem mediato & inhæsionis; ergo & actio immanens, à quâ transiens, vt à causa exemplari proficiscitur.

Nulla natura impeccabilis

167. *Nulli connaturalis vnio hypost.*

168. *Nulli æternitas,*

169. *Nulli cognitio mysteriorum gratiæ.*

170. *Nulli vis creatiua.*

171. Ad 1. oppositæ sententiæ patet ex dictis; etiam ad 2. quia potest ens supernaturale accidentaliter participatum retinere proprium modum operandi Dei, non participatum substantialiter: eo quòd accidens, adhuc extraneo subiecto communicatum, retinet respectum ad proprium: nec propterea, quod illi communicatur, fit proprium illius: sicut substantia fit statim propria illius, cui communicatur: eo quòd substantia essentialiter sit ad se, accidens verò ad aliud. Ad confirm. inter entia naturalia non repugnat substantia, quæ sit princeps causa accidentium naturalium: at inter entia supernaturalia repugnat substantia, quæ sit princeps causa accidentium supernaturalium. Ad 3. nego conseq. ad quod bene responsum est, intellectum creatum esse diuersæ rationis à lumine gloriæ; proinde solùm crescere posse intra suum ordinem: nam, vt *Scotus in 2. dist. 23. fine*, perfectibile numquam attingit ad perfectionem sui perfectiui, nisi crescat infinitè; nam tunc eminenter contineret per identitatem perfectionem sui perfectiui. Nec instantia de visu aliud probat, quàm diuerso modo comparari visum ad audibile, quàm intellectum creatum ad Deum in seipso intelligibilem; ille enim ad audibile comparatur, vt potentia ad obiectum omninò disparatum; hic ad Deum in seipso intelligibilem, vt potentia ad obiectum excedens, excessu eiusdem ordinis in ratione vitæ, proinde eleuabilis ad illud; diuersi in ratione entis; quia Deus in seipso intelligibilis, est in supremo ordine actûs puri, ac proinde proportionabilis per lumen altioris ordinis. Ad confirm. concedo, Deum creare posse intellectum non modò intensiuè, sed etiam essentialiter perfectiorem, semper tamen intra ordinem perfectionis naturalis. Ad 4. nego antec. nam potest Deus conferre aquæ esse calefactiuum per qualitatem additam, non per essentiam. Ad prob. vis intuitiua Solis non repugnat cum aliquâ potentiâ visiuâ naturali: repugnat cum quocumque intellectu naturali vis intuitiua Dei. Ad 5. nego anteced. quando talis res est propria vnius in quarto modo: nam tunc neque in gradu remisso participari potest connaturaliter ab alio, nisi simul participetur natura, ex qua illa fluit: risibilitas enim, quæ est propria hominis, ne remissè quidem potest ab alia natura, quàm ab homine, naturaliter participari; quia tunc quocumque gradu essentialiter respicit naturam, cuius est proprietas. lumen autem gloriæ est proprium naturæ diuinæ, vt à cæteris distinctæ; ergo ne remissè quidem participari poterit connaturaliter à creaturâ; quia in quouis gradu includit proprium modum operandi Dei, excedentem proprium modum operandi creaturæ.

Ad confirm. neg. paritas.

172. *Ad 3.*

Ad confirm.

173. *Ad 4.*

174. *Ad 5.*

Cæterùm dicuntur accidentia supernaturalia proprietates naturæ diuinæ, non quà accidentia sunt formaliter, sic enim respiciunt substantiam creatam, vt subiectum, à quo sustententur; sed quia formaliter includunt proprium modum operandi Dei. Nam sicut Deus immediatè intelligit, & diligit seipsum, nullo medio creato priùs intellecto, aut dilecto: ita hæc accidentia immediatè tendunt ad Deum cognoscendum, & diligendum, nullo alio medio creato priùs cognito, & dilecto. Dicuntur etiam formales participationes Dei, non quoad ipsum esse formale participatum, sic enim sunt entia & participationes creatæ, sed quoad modum operandi, & attingendi obiectum. Nam sicut Deus attingit seipsum per modum actûs puri; ita lumen gloriæ attingit Deum per modum actûs puri; & quoniam ratio, cur id competat Deo est, quia purus actus est, quæ est ipsius propria natura & essentia; ideo lumen gloriæ attingens Deum per modum actûs puri, dicitur proprietas & formalis participatio naturæ & essentiæ diuinæ; quia in modo operandi imitatur illam in operatione sibi maximè propria. Ad confirm. si *tò non minus*, dicat participationem in suo genere, scilicet vt intellectus creatus est participatio in genere naturali, ita lumen gloriæ in genere supernaturali, concedo antecedens; nego conseq. quòd sicut lumen gloriæ increatum, est proprietas intellectûs increati; ita lumen gloriæ creatum sit proprietas intellectûs creati: nam hoc, siue consideretur vt est in Deo, siue vt communicatum creaturæ, semper est in ordine diuino, quia semper includit propriũ modum operandi, atque adeò indebitum creaturæ. Si *tò non minus*, dicat æqualem participationem eiusdem generis, falsum est antecedẽs, nam prior est participatio intellectûs diuini, non quà diuinus est formaliter, hoc est quà formaliter distinguitur à creaturis;

175. *Accidens supernaturale proprietas Dei, includens proprium modum operandi Dei.*

176. *Ad confirm.*

Digitized by Google

sed quà conuenit cum illis in analogâ perfectione intelligendi.

177. *Ad 6. Perfectio actus puri, independ. &c. Imparticipabiles.* Ad 6. primò nego, Deum participari posse accidentaliter quoad omnes suas perfectiones; nequit enim participari quoad perfectionem actûs puri, independentis, &c. 2. assigno discrimen; quoad reliquas perfectiones supernaturales potest participari, absque eo quòd talis perfectio supernaturalis participata fiat propria & connaturalis creaturæ: quoad perfectionem verò substantiæ supernaturalis nequit participari, quin talis perfectio participata fiat connaturalis creaturæ, ob rationem *supra*. Ad confirm. dico, repugnare illi supernaturalitatem, quà substantia creata est, nec valet: Non repugnant extrema seorsim sumpta; ergo nec coniuncta: quia possunt vt coniuncta inuoluere repugnantiam, quam non inuoluunt vt seorsim sumpta. Ad 7. nego, vnionem hypostaticam esse substantiam, sed modum dumtaxat substantialem, longè imperfectiorem substantiâ supernaturali, si daretur: ex quo non licet inferre, possibilem esse substantiam naturaliter visiuam Dei; nam hæc esset substantia perfecta diuini ordinis, longè perfectior modo substantiali. Ad 8. nego conseq. & retorqueo argum. si de facto datur accidens supernaturale, & non datur substantia supernaturalis, signum est, quod hæc non sit possibilis: alioqui, vt *suprà*, daretur accidens sine suo proprio & connaturali subiecto. Ad prob. dico, accidens supernaturale, quà accidens est, naturaliter ordinari ad substantiam creatam, vt subiectum sustẽtationis; quà verò operatiuum est operationis diuinæ, essentialiter respicere Deum vt obiectum specificatiuum: neque ex hoc, quòd accidens supernaturale naturale respiciat substantiam creatam, sequitur, quod vicissim hæc naturaliter respiciat accidens supernaturale, quia potest superius, cuiusmodi est accidens supernaturale respectu substantiæ creatæ, naturaliter respicere inferius, absque eo quòd inferius naturaliter respiciat superius: eo quòd superius ad plus se extendit, quàm inferius. Adde, quòd accidens supernaturale non respicit substantiam naturalem, vt potentiam naturalem, sed vt obedientialem. Ad confirm. dico, visionem Dei considerari tripliciter, 1. quà visio Dei est; 2. quà creata & vitalis est; 3. quà supernaturalis: 1. modo soli Deo cõnaturalis est: 2. soli intellectui creato: 3. Soli lumini gloriæ; quare neg. simpliciter, eam connaturalem esse intellectui creato, sed solùm quoad vitalitatem. Ex quo patet ad prob. maior. quia ad actum vitalem sufficit, vt quoad vitalitatem pendeat ab intrinseco & innato principio, etiamsi quoad reliqua pendeat à principijs extrinsecis. Ad 9. ex eo impossibili vtrumque cõtradictorium sequi, & proprium modum operandi Dei non excedere proprium modum operandi talis intellectûs, siquidem poneretur in eodem ordine abstractionis cum Deo; nam eo ipso, quòd illi esset debita visio intuitiua Dei, poneretur in ordine abstractionis actûs puri, qui est proprius Dei: & rursus proprium modum operandi Dei excedere proprium modum operandi talis intellectûs; nam eo ipso, quòd poneretur creatus, poneretur potentialis, ac proinde infra ordinem abstractionis actûs puri. Ad confirm. neg. intellectum creatum, adhuc cum lumine gloriæ naturaliter, sed tantùm obedientialiter videre Deũ. Ratio; lumen gloriæ non proportionat intellectum creatum, in ratione perceptiui, cum Deo actu puro in seipso perceptibili, sed tantùm in ratione purè productiui visionis beatæ: vnde non redditur naturaliter visiuus Dei; quia ad videndum naturaliter Deum, non sufficit naturalis proportio producendi visionem, sed præterea requiritur naturalis proportio percipiendi Deum; quæ, cùm sit intrinseca & formalis, nequit ab extrinseco supplẽri per lumen. Vnde eo posito, adhuc manet intellectus beati respectu Dei, in seipso visibilis, improportionatus naturaliter: quippe qui à lumine non mutuat, nisi solam proportionem effectiuam producendi actum visionis.

178. *Ad 7.* 179. *Ad 8.* 180. *Ad 9.* *Ad confirm.* *Accidens supernatur. respicit potentiam obedient.*

181. *Modũ scientiam Theol. assequendi dedocent Recentiores nonnulli.* Contra venerandam antiquorum Schol. auctoritatem leuibus rationum momentis insurgunt Recentiores nonnulli: vtinam scopus istorum sit, nobilissimam scientiarum supellectilem, tanto studio à maioribus partam, nouis ingenij lucubrationibus locupletare, potius quàm cuniculis euertere; ne videri velint apud posteros de scientiarum patrimonio gloriari; quasi modũ inuenerint eas dediscendi, non confirmandi: saltem aliquid firmi ac solidi Theologo seruetur ad hæreses erroresque Ethnicorum confutandos. Arguunt 1. axioma, *modus cognoscendi sequitur modum essendi*, non est ex terminis notum: quia deficit in angelo, cuius modus essendi est substantialis, cùm tamen modus cognoscendi ipsius sit accidentalis; & in animâ rationali, quæ est spiritualis, cùm tamen probabiliore sentent. percipiat per actus materiales: deinde si illud esset verum, probaret, neque abstractiuè posse Deum à nobis cognosci, neque per visionem supernaturalem, cùm hæc etiam sit immersa potentialitati: nec refert, quòd sit immersa potentialitati subiectiuè, non obiectiuè; nam pariter dicetur substantia fore immersa potentialitati subiectiuè, non obiectiuè: cùm hoc aliud non significet, quàm obiectum esse emersum è potentialitate, non substantiam cognoscentem: sicut quòd visio sit emersa è potentialitate obiectiuè, nõ infertur, quòd ipsa sit emersa subiectiuè, sed quòd solum obiectum, quod repræsentat, sit emersum. 2. Adhuc saluaretur dictum axioma, etiamsi visio Dei esset naturalis creaturæ: nam axioma non dicit, obiectum cognitum, sed modum cognoscendi, debere sequi modum essendi cognoscentis. At etiamsi visio Dei esset naturalis creaturæ, modus cognoscendi ipsius sequeretur modum essendi eiusdem: nam adhuc talis visio esset immersa potentialitati, & capax compositionis, non minùs quàm ipse cognoscẽs: quia sicut ea visio componeret cum cognoscẽte, ita & cognoscẽs cum visione. Resp. ad 1. esto hoc axioma non sit ex terminis ita notũ, quin à proteruo negari possit; tamen cum modus cognoscendi sit proprietas cognoscentis, nullaque proprietas excedere possit perfectionem naturæ, cuius est proprietas, euidenti discursu sequitur, modum cognoscendi non debere excedere modum essendi, naturæ cognoscentis. Excederet autem, si modus cognoscendi sub altiori abstractione repræsentaret obiectum, in quâ sit ipsum cognoscens, vt per se patet. Nec prima instantia de modo cognoscendi angeli est ad rem: nam axioma non intelligitur, quòd modus cognoscendi debeat conformari modo essendi in entitate; certum enim est, proprietatem non debere esse substantiam, sed accidens; sed in modo repræsentandi obiectum, abstractius, vel minùs abstractè à materiâ, vel potentialite, quàm sit ipsum cognoscens. Vnde impertinenter se habet, quòd modus cognoscendi sit accidentalis, modò in repræsentando non excedat perfectionem essendi naturæ cognoscentis. Nec valet secunda: nam licet anima rationalis quoad se sit spiritualis, exigit tamen, dum est in corpore, potentias organicas materiales, ratione quarum petit modum cognoscendi,

1. *Instãs.* 2. *Arguunt ad* *Resp. ad 1.* *Ad 1. instãs.* *Ad 2.*

non

Digitized by Google

non excedentem modum essendi principium proximum cognoscentis. Ad 3. neg. sequel. nam modus, quo Deus in hac vita abstractiuè cognoscitur, non excedit modum essendi nostri intellectûs, quia non repræsentat illum per modum actûs puri emersum ab omni potentialitate, sed instar entis potentialis per effectus creatos. Vnde non nisi confusè & arguitiuè, ac per modum negationis cognoscimus Deum actum purum, negando illi omnem potentiam passiuam; non positiuè, cognoscendo perfectionem ipsam actus puri. Ad 4. neg. sequel. Etenim conformitas inter cognoscentem & modum cognoscendi non debet attendi penes cognoscentem & cognitionem subiectiuè sumptam, sed obiectiuè consideratâ, quâ repræsentatiua est formaliter, & obiectum cognoscenti obijcit: hoc enim inductio, in quâ *cit.* axioma fundatur, demonstrat, vt nunquam cognitio obijciat cognoscendi obiectum in abstractiori ordine, quàm sit ipsum cognoscens. Sic visio corporea non nisi obiectum materiale & indiuiduum obijcit oculo: sic intellectio humana non nisi rei quidditatem ad instar corporis obijcit intellectui hominis corpori vnito: sic cognitio angelica non nisi obiectum per modum potentialis exprimit intellectui angelico. Cùm igitur nulla creatura sit possibilis, quæ in modo essendi abstrahat ab omni potentialitate, nulla erit possibilis, cui connaturalis sit visio repræsentans illi Deum per modum actûs puri. Cur possit cognitio subiectiuè immersa potentialitati, esse obiectiuè emersa, non autem ipse cognoscens, ea est ratio: visio intuitiua Dei, cùm neque sit perceptiua, neque expressiua obiecti in se ipsâ, sed pura duntaxat tendentia, & ratio, quæ incognita intellectum ducit ad obiectum in se ipso existens cognoscendum, non debet quoad abstractionem sequi modum essendi obiecti: vnde etiamsi subiectiuè sit potentialis, poterit intellectum ducere in obiectum actum purum in seipso cognoscendum. At verò cognoscens, cùm sit obiecti perceptiuus, non potest naturaliter exigere cognoscere obiectum abstractius, quàm sit ipse in essendo: Quis dicat, posse oculum naturaliter ferri in obiectum materiale abstractum à conditionibus indiuiduantibus, aut phantasiam in obiectum spirituale, aut animam rationalem vnitam corpori in obiectum abstractũ ab omni materiâ, aut intellectum angelicum in obiectum emersum ab omni potentialitate? Cùm igitur nulla sit possibilis creatura, quæ non sit potentialis, & compositionis capax, nulla erit naturaliter perceptiua obiecti emersi ab omni potentialitate, & consequenter cui visio Dei actus puri sit naturaliter debita. Eadem est ratio de cognitione, quæ in seipsa debet obiectum intentionaliter exprimere: quia cùm debeat illud secundùm modum, quem habet in se obijcere potentiæ, debet illud exprimere secundùm modum abstractionis, quem habet obiectum in se: ergo si obiectum in se est actus purus, debet illud in seipsa intentionaliter exprimere vt actum purum. Quia cùm talis cognitio non ducat intellectum ad cognoscendum obiectum in seipso existens, sed illud in seipsâ intentionaliter expressum obijciat potentiæ nisi illud intentionaliter exprimat per modum actûs puri, non obijciat vt est in seipso: atqui implicat, vt cognitio potentialitati immersa in seipsa exprimat obiectum per modum actus puri; non implicat potentialitati immersa, quæ tantùm est ratio quâ intellectum ducat in obiectum actum purum. Ad 2. nego, in eo euentu seruatum iri axioma: non enim dicit, cognitionem in ratione abstractionis conformandam esse cognoscenti quoad entitatem, sed quoad repræsentationem & obiectum repræsentatum, inter quod & cognoscentem seruanda est proportio perceptiui & perceptibilis, vt vnum non excedat alterum, quoad abstractionem à materiâ, vel potentialitate.

Ad 3. *Ad 4.* *Inductio demonstrat.* *Visio quâ obiectiuè emersa potentialitate.* *Fundam.* *Ad 2. argum.*

Instant; omnes nostras rationes reduci ad hanc vnam, quòd res inferioris ordinis nequeat naturaliter cognoscere res superioris ordinis: at hoc vel nimium probat, vel nil probat. Nimirum, quia sicut per nos ne diuinitus quidem potest potentia materialis eleuari ad cognoscendum spirituale: ita nec intellectus creatus, etiam lumine instructus, ad intuendum Deum; cùm etiam lumine instructus magis distet à Deo visibili in se, quàm potentia materialis ab obiecto spirituali creato. Nil probat 1. quia visio beata, cùm sit accidens valdè distat à Deo cùm tamen sit ipsa formalissima repræsentatio rei. Nec refert, quòd visio sit tantum vnio potentiæ cognoscentis cum Deo cognoscibili, potentia verò extremum immediatè vnitum Deo: quia non minus cum Deo vnitur visio, quàm potentia cognoscentis: deinde falso inter vnibilia requirimus eundem ordinem: nam anima rationalis ordinis spiritualis physicè vnitur corpori ordinis materialis, & persona diuina humanitati, & intellectus beati Deo: anima inferioris ordinis naturaliter cognoscit angelum ordinis superioris; angelus cognoscit chimæram & asinum ordinis inferioris; & nos naturaliter amamus Deum immediatè propter seipsum ordinis superioris. 2. Lumen gloriæ est ordinis inferioris, & tamen naturaliter tendit in Deum ordinis superioris. Nec iuuat, quòd lumen gloriæ sit proprium Dei, adeoque possit illi hæc perfectio communicari, eo quòd illam sibi communicatam non retinet vt suam, sed vt propriam Dei; non possit autem communicari substantiæ, quia cùm hæc sit ens ad se & per se, illam sibi appropriaret: tum quia est abusus vocis, vocare lumen gloriæ proprietatem Dei; alioqui & creaturæ productiuæ appellari possint proprietates Dei; eo quòd eius productiuam virtutẽ imitentur; & vnus angelus proprietas alterius, quia tendit ad cognoscendum immediatè se, sicut ipse seipsum cognoscit: Tum quia pari modo dici posset substantia creata esse proprietas Dei, non minùs quàm lumen; quia posset sicut lumen immediatè tendere in Deũ actum purum. Anteced. prob. tam substantia, quàm lumen respicit Deum vt causam efficientem: ergo si lumen ex eo est proprietas Dei, quia respicit illum vt causam efficientem, non vt subiectum, non minùs substantia, quàm lumen, dici posset proprietas Dei; cùm non minùs vnum quàm alterum æqualiter respiciat Deum vt causam efficientem. Tum quia in solutione petitur principium. Nam ideo dicitur lumen esse proprietas Dei, quia potest Deũ videre; & rursus ideò potest Deum videre, quia est proprietas Dei. Tum quia vel ideò dicitur esse proprium Dei, quia supponitur à nulla substantia creata posse immediatè videri, & iam supponitur quod est probandum: vel hoc non supponitur; & tunc dici non potest, videre immediatè Deum, esse proprium luminis, cùm iam supponatur esse commune cum alijs. 3. Falsum est, esse principium cognitionis infallibilis non posse naturaliter competere creaturæ: nam de facto naturaliter competit creaturæ esse principium huius cognitionis infallibilis: *Deus existit: Totum est maius sua parte.* Vltimò displicet aduersus quòd obiectũ appellemus formam intelligibilem respectu potentiæ, cùm obiectum non sit nisi terminus cognitionis: alioqui

Instant vltertiùs Recent. *Axioma nil probare probans, 1. Instant.* *Exemplo 1.* *Probans 2.* *2. Instant.* *3. Instant.* *Probant 3.* *Prob. vltimò.*

Digitized by Google

& creaturæ à Deo cognitæ essent formæ intelligibiles, & in eodem ordine cum ipso; & chimæra atque asinus à nobis cognita, forma intelligibilis, & in eodem ordine cum nostro intellectu. *En caput rationis omnis.* Ad nouam obiectionem concedo, nostras rationes reduci ab vnam; scilicet quòd res inferioris ordinis, quoad abstractionem à materia, & potentialitate subiectiuâ non possint naturaliter cognoscere res superioris ordinis quoad abstractionem à materiâ & potentialitate subiectiuâ. Cæterùm nego, hoc nimium probare; nam inter potentiam materialem & obiectum spirituale nulla est proportio in ratione perceptiui & perceptibilis, quam inter cognitiuum & cognoscibile requiri, inductione ostendi. *Quòd nimium non probat;* Quæ proportio, non naturalis, sed obedientialis est inter intellectum creatum & Deum in seipso cognoscibilem, cùm vterque sit in eodem genere proximo vitæ intellectricis; cum infinitâ tamen distantiâ in eodem genere intellectualis vitæ. Inter potentiam autem materialem & obiectum spirituale nulla supponitur proportio in eodem genere proximo vitæ, cùm illa supponatur in genere vitæ sensitiuæ, hoc intellectiuæ; vbi autem deficit porportio in genere proximo vitæ inter potentiam cognitiuam & cognoscibile, neque Diuinitus eleuari poterit ad cognoscendum, quod est extra genus suæ vitæ: cùm nequeat hæc proportio, quæ formalis est, efficienter suppleri. Vnde lumen gloriæ non supplet in intellectu creato proportionem vitæ intellectiuæ, quam ex se habet, sed principij supernaturaliter effectiui. Vnde in ratione perceptiui & perceptibilis magis distat potentia materialis ab obiecto spirituali, quàm intellectus creatus à Deo in seipso cognoscibili; quia illa distat per negationem vitæ intellectualis ab extrinseco insupplebilis; hæc per infinitum excessum eiusdem vitæ intellectiuæ, qui effectiuè suppleri potest, cùm non debeat suppleri aliquis gradus vitæ, sed solùm effectiuitas supernat. vitæ. *Nihil probare, magis falsum.* Quòd axioma nil probet, nego: cùm nec visio Dei sit repræsentatiua *in qua*, nec perceptiua obiecti, sed pura tendentia, *quâ* intellectus ducitur ad cognoscendum Deum in seipso existentem. *Ad primâ instans.* Ad 1. instantiam nego, eodem modo vniri visionem, atque intellectum beati cum Deo, nam visio vnitur vt pura tendentia, & ratio *qua*, intellectus verò, vt principium perceptiuum *quod*. *Ad 2.* Ad 2. nego inter extrema naturaliter vnibilia, non requiri proportionem eiusdem ordinis. *Ad exemplum de animâ.* Ad 1. exemplum; nego, animam rationalem vt continentem virtualiter perfectionem vitæ vegetantis & sentientis, non esse eiusdē ordinis cum corpore: vt sic enim exigit potentias & dispositiones organicas materiales. Secundum non est ad rem: tum quia humanitas non *De personâ Christi,* vnitur personæ diuinæ naturaliter, sed obedientialiter: tum quia, vt possit vniri obedientialiter cum extremo diuersi ordinis ad faciendum vnum substantiale, sufficit si vniatur vt perfectibile substantiale cum perfectiuo substantialiter: vt autem cognoscens etiam obedientialiter vniri possit cum cognoscibili in ratione perceptiui & perceptibilis, *De animâ,* requiritur idem genus vitæ. Ad 3. exemplum: si anima rationalis sumatur vt vnita corpori, nego eam naturaliter cognoscere angelum, vt est in se per modum spiritûs, sed per modum corporis: Si vt separata, nego eam esse diuersi ordinis in ratione abstractionis à potentialitate: nam esto vt separata retineat ordinem ad corpus, non tamen intelligit per modum corporis, quia non intelligit dependenter à potentijs corporeis, subministrantibus species dependentes à materia. 4. exemplum *De Angelo,*

ad summum probat, posse cognitiuum superioris ordinis cognoscere obiectum in ratione abstractionis inferioris ordinis: quod non est contra nos, qui solùm contendimus, non posse cognitiuum inferioris ordinis in ratione abstractionis cognoscece obiectum, in ratione abstractionis ordinis superioris. 5. exemplum supponit, posse appetitum naturalem hominis, vel angeli ferri in Deum amore naturali immediatè specificato ab ipso bono increato, nullo mediante bono creato per se ac primario specificante, quod *suprà* ostendi, esse falsum. *De amore natur.* Ad 2. Resp. lumen non tendere in Deum percipiuè, sed intellectum vnà cum lumine; & quidem intellectum vt instrumentum obedientiale, lumen vt instrumentum naturale, non perceptionis, sed productionis. Cæterùm instrumentum naturale semper producit in virtute suæ causæ principalis, sic & lumen visionem beatificam producit in virtute Dei, cuius est instrumentum: substantia autem eam produceret virtute propria, vt causa principalis, vt *seq. sect.* Ad 1. instantiam, nego esse abusum *Ad 2. prob.* vocis, lumen gloriæ vocare proprietatem Dei. *Ad primâ instant.* Etenim cùm lumen gloriæ participet proprium modum operandi Dei, rectè dici potest proprietas Dei. Nec est par ratio de creaturis productiuis; quia hæ non participant proprium modum operandi Dei, siquidem producere dependenter à subiecto & spatio, vti producunt creaturæ, non excedit modum essendi creaturarum. Falsum etiam est, vnum angelum dici posse proprietatē alterius, cùm ad rationem proprietatis requiratur, vt naturaliter emanet à natura, cuius est proprietas. Ad 2. *Ad 2.* neg. anteced. ob rationem *suprà*: nec dicimus, ideo lumen esse proprietatem Dei, quia respicit eum vt causam efficientem simpliciter, sed quia respicit Deum secundùm proprium modum operandi, qui creaturæ competere non potest; substantia autem, etsi respiceret Deum vt causam efficientem, non tamen respiceret illam secundùm proprium modum operandi ipsius, cùm nequeat substantiæ communicari proprius modus operandi Dei, vti communicari potest accidenti. Ad 3. neg. anteced. de- *Ad 3.* buisset aduersarius aduertere, nos non gratis assumere illam propos. *lumen est proprietas Dei, quia est principium productiuum visionis Dei*, sed id nos ostendisse ex citato axiomate in vniuersali inductione fundato, *quòd modus cognoscendi sequitur modum essendi*; & cùm dicimus, lumen esse proprietatem Dei, nos supponere, nulli substantiæ creatæ posse naturaliter competere tendere immediatè in Deum actum purum; sed aliunde probatum. Ad 3. *Ad 3. prob.* negandum, principium infallibilis cognitionis excedentis omnem naturalem infallibilitatem, cuiusmodi est principium supernaturalis cognitionis, de facto esse naturaliter communicatum, aut communicari posse vlli creatæ substantiæ. Exempla quæ afferuntur solùm probant de infallibilitate naturali, non attingente infallibilitatem cognitionis supernaturalis. Certum namque est, vt 4. *tom.* cognitionem fidei, quam de existentia Dei habemus, certiorem esse quâcumque cognitione naturali, quam de eodem per effectus naturales habere possumus. Habet igitur Deus in thesauro suæ sapientiæ maiorem in cognoscendo infallibilitatem, quod nemo negabit, quàm non habet, nec habere potest secundùm principia naturalia vlla creatura: atque hanc dicimus non posse communicari substantialiter creaturæ, cùm sit propria Dei, esto possit accidentaliter. Pro vlt. argum. aduersarios remitto ad *Ad vlt.* Scholasticos, apud quos nihil vsitatius, quàm obiectum esse formam intelligibilem nostri intellectûs:

quas

Digitized by Google

quia cum obiectum, præsertim adæquatum & primarium, sit specificatiuum potentiæ, tribuens illi certam speciem (potentiæ enim per habitudinem ad sua obiecta specificantur) rectè dici potest forma intelligibilis potentiæ: quia sicut forma physica specificat materiam, illam in certâ specie potentiæ receptiuæ constituendo: ita forma intelligibilis potentiam, illam in certa specie potentiæ actiuæ ponendo. Vnde, quia specificans trahit specificatum ad suum ordinem, si forma specificans intellectum creatum, esset actus purus, traheret illum in eundem ordinem. Nec instantia facta de Deo contra hanc doctrinam vim habet: quia intellectus diuinus non specificatur à creaturis, cùm illæ non sint primarium obiectum ipsius, sed ipsum sit ipsius propria essentia.

SECTIO VII.

An possibilis sit substantia, cui saltem vt Instrumento naturali debita sit Visio Dei, aut alia forma supernaturalis?

183. RAtio dubit. de facto datur connaturale instrumentum visionis Dei in genere accidentis, quod est lumen gloriæ: ergo non repugnabit in genere substantiæ; quia si quid obstaret, esset potentialitas talis substantiæ: at hæc non obstat de facto in lumine: ergò. Confirm. instrumentum non debet esse eiusdem ordinis, vel cum causa principali, vel cum effectu, ad quem instrumentaliter producendum ordinatur, vt de quouis instrumento naturali constat: Hanc controuers. non reperio apud Schol. negatiua tamen pars ex eorum principijs colligitur, dum negant substantiam supernat. cum quibus sentio. ad sententiæ confirm. tres affero rationes.

184. *Negatiua sent. colligitur.*

185. *Instrumentum naturale est in eodem ordine cũ causâ princip.* PRIMA: Instrumentum naturale debet esse in eodem ordine cum sua causa principali: sed causa principalis cognitiua actûs puri debet esse in ordine actus puri; ergo & ipsius naturale instrumentum. Maior prob. 1. inductione in omni instrumento naturali, tum vitali, omnis quippe potentia vitalis, quæ est instrumentum naturæ cognoscentis, est in eodem ordine cum sua principali causa cognoscitiua, & obiecto cognoscibili: tum non vitali; siquidem omnes qualitates, quæ sunt instrumenta rerum sensibilium, sunt in eodem ordine cum rebus ipsis. 2. à priori; instrumentum naturale est connaturalis proprietas causæ principalis; calor, qui est instrumentum ignis, est simul proprietas ipsius: proprietas autem debet esse in eodem ordine cum subiecto, à quo debet vt propria passio emanare, & ad quod finaliter perficiendum ordinatur.

186. Confirm. potentia cognitiua est principium productiuum actûs, & perceptiuum obiecti: ergo maiorem proportionem habere debet cum obiecto perceptibili, quàm instrumentum cum effectu producibili; scilicet in genere causæ efficiẽtis, & formalis, quia debet cum cognoscente principali percipere obiectum. Hæc ratio efficaciter probat, nullum dari instrumentum substantiale respectu illius modi operandi, qui formaliter in Deo supponit actum purum, qualis est modus cognoscendi Deum in seipso, vt actum purum, & modus producendi aliquid independenter ab omni subiecto; neque instrumentum accidentale: cùm nullum dari possit accidens supernaturale ordinis actûs puri, cùm omne accidens essentialiter sit immersum subiecto, cui est aptum inhærere; vnde implicat intellectus creatus, vt naturale instrumentum perceptiuum Dei actus puri; nec non vis connaturalis instrumentaria creatiua.

DICES. Lumen gloriæ est connaturale instrumentum visionis Dei & tamen non est in ordine actûs puri: Phantasma est naturale instrumentum intellectûs agentis ad producendas species intelligibiles, & tamen non est in eodem ordine spiritûs cum intellectu: igitur non est necessarium, instrumentum naturale sit eiusdem ordinis cum sua causa principali. 187. Resp. Lumen gloriæ non esse instrumentum perceptiuum Dei, sed productiuum dumtaxat visionis Dei; vnde non debet proportionari visioni obiectiuè (quia hâc formalitate non respondet visio, nisi tantùm principio perceptiuo) sed solùm subiectiuè: quo pacto visio est eiusdem ordinis cum lumine, quia sicut lumen est supernaturale, & immersum potentialitati subiecti: ita & visio est supernaturalis, & immersa subiecto. cui inhæret; quia obiectum non comparatur vt forma intelligibilis ad principium purè productiuum, sed ad principium cognitiuum, quod tantùm est capax effectus formalis illius: igitur non debet seruare proportionem ordinis cum principio naturali purè productiuo, sed cognitiuo. Confirm. maior proportio requiritur inter perceptiuum obediential & perceptibile, quàm inter productiuum obediential & producibile; nam quodlibet productiuum obedientialiter eleuari potest ad quodlibet producibile: at non quodlibet perceptiuum obedientialiter eleuari potest ad quodlibet perceptibile: ergo maior requiritur porportio inter perceptiuum naturale & perceptibile, quàm inter productiuum naturale & producibile: nam eadem proportio est obedientialis ad obedientiale, ac naturalis ad naturale. Vrgebis: ergo saltem possibilis est substantia, vt naturale instrumentum productiuum visionis, sicuti est lumen. Sed contrà; implicat, naturam intellectualem esse naturaliter productiuam visionis, & non esse naturaliter perceptiuam obiecti; nam productio cognitionis in natura intellectuali est obiecti perceptio, cùm in ea supponatur principium vitale proportionatum: quare si est naturaliter productiua cognitionis in alieno subiecto, à fortiori erit naturaliter productiua eiusdem in seipsa, vt in proprio subiecto, nec est eadem ratio de lumine, quia hoc non est principium vitale.

Resp. lumen gloriæ est instrument productiuũ non perceptiuum.

A priori.

Vrget.

Contrà.

Ad 2. nego minor. nam phantasma est naturale instrumentum animæ, quâ est forma corporis, à quo pendet in operari; quâ ratione phantasma est eiusdem ordinis cum intellectu agente, & speciebus intelligibilibus, saltem obiectiuè: quo tantùm pacto debent seruare proportionem: nam sicut phantasma est materiale obiectiuè; ita & species intelligibiles sunt etiam materiales obiectiuè; quia debent repræsentare quidditates & essentias rerum, ad instar corporis, iuxta modum intelligendi animæ vt formæ corporis: ac proinde etiam intellectus agens in producendis talibus speciebus se habet vt causa principalis, corporea, quia producit illas vt causa corporea obiectiuè.

190. *Phantasma est naturale instrument. animæ, quâ forma est.*

SECVNDA ratio. Implicat substantia, vt connaturale instrumentum visionis Dei: nam vel ea esset instrumentum sui, vel aliorum; non sui; quia cùm ipsa esset principalis finis suarum operationum, non posset esse instrumentalis, sed principalis causa efficiens visionis Dei: nam finis & efficiens, quando in eandem rem coincidunt, sibi mutuò commensurantur: vndè si esset principalis finis, esset etiam principalis efficiens: Quòd esset principalis finis, patet; quia in ratione finis proximi non ordinare-

191. *Substantia illa non esset instrumentum sui,*

tur ad

Nec aliorum,

tur ad aliud: at de ratione instrumenti est, ad aliud ordinari, eo quòd instrumentum non est ad perficiendum se, sed aliud à se; non aliorum; implicat enim substantiam in hoc genere actionis per se primò ordinari ad perficiendam aliam substantiam, absque eo, quòd sit primariò perfectiua sui: nam vel esset perfectiua alterius substantiæ in ordine ad visionem Dei, vt species intelligibilis saltem quà diuinæ essentiæ; vel vt principium cõpletiuum potentiæ intellectiuæ: vt ouis modo esset perfectiua alterius, à fortiori esset etiam perfectiua sui; quia non posset aliam naturaliter perficere: nisi in seipsâ contineret & speciem diuinæ essentiæ, & virtutem supernaturalis potentiæ intellectiuæ: igitur posset naturaliter seipsam determinare ad visionem Dei: quia magis ipsa, quàm alia substantia ab ea distincta, esset à seipsa determinabilis ad cognitionem obiecti, cuius principia in seipsa contineret, scilicet magis ipsa esset ad talem visionem proportionata.

192. *Continet principium radicale suæ operat.*

TERTIA ratio deducitur ex *præced. sect.* omnis substantia necessariò continet radicale principium suæ operationis: ergo implicat substantia, quæ sit tantùm instrumentalis causa operationis supernaturalis, quia principium radicale necessariò est causa principalis, prima radix operationis, vltra quam non est assignanda prior in eo genere, quod est proprium causæ principalis. Ratio à priori: radix operationis est ipsa essentia rei: essentia, si substantialis est, semper est causa principalis suæ operationis, quia cùm per eam non ordinetur res ad perficiendum aliud, sed seipsum, non potest habere rationem instrumenti respectu talis operationis.

Hoc est causa princip.

193. *Vniuers. ratio.*

Deducitur, cur implicet substantia supernaturalis per modum instrumenti connaturalis, scilicet omnis supernaturalitas includit aliquem modum operandi proprium Dei: omnis autem modus operandi proprius Dei, aut supponit immediatè & formaliter actum purum, & nullo modo communicabilis est creaturæ; aut non supponit immediatè & formaliter actum purum, & saltem incommunicabilis est substantialiter creaturæ; eo quòd nulla substantia potest esse instrumentum suæ propriæ operationis, cùm ipsa sit principalis finis, atque adeò principalis efficiens suarum operationum, nec poterit esse instrumentum alterius; quia nulla substantia, cùm essentialiter sit ad se, potest primariò ordinari ad perficiendum aliud à se; quia destrueretur essentialis conceptus substantiæ, quæ primario est ad se. Igitur possibilis non est substantia, quæ sit connaturale instrumentum operationis supernaturalis.

124. Ad rationem dubit. nego conseq. Ad prob. nego conseq. nam ideo potentialitas non obstat in lumine, obstaret autem in substantia, quia lumen, cùm sit purè productiuum, non debet porportionari visioni obiectiuè, quo pacto visio beata emergit à potentialitate, & requirit in cognoscente puritatem actus, sed subiectiuè, quâ ratione immergitur potentialitati subiecti, & non requirit in proximo producente puritatem actus. Substantia verò, quia non solùm esset productiua, sed etiam perceptiua obiecti, deberet proportionari visioni etiam obiectiuè. Adde, quòd cùm lumen sit accidens, potest vt connaturale instrumentum ordinari ad aliud perficiendum; non substantia, quæ essentialiter est ad se. Ad confirm. nego anteced. iuxta 1. rationem; quia licet instrumentum semper sit imperfectius causa principali, non tamen est inferioris ordinis illâ; iuxta 2. & 3. rationem, nego substantiam posse esse naturale instrumentum visionis Dei.

SECTIO VIII.

An necessarium sit aliquod lumen, vt intellectus creatus Deum videre possit?

PRIMA sententia negat: *Durand. in 4. dist. 49. q. 2. nu. 24.* probat 1. quotiescumque virtus potentiæ extendit se ad aliquod obiectum, eo præsente, & excluso omni impedimento causante obscuritatem, necessariò sequitur cognitio clara, & intuitiua, qualis inter talem potentiam & obiectum est possibilis: at intellectus creatus de se potens est in essentiam diuinam, vt in obiectum intelligibile, totumque impedimentum, quòd eum clarè non cognoscat est, quia naturali cursu cognoscit per medium creatum inferioris ordinis: ergo, eo sublato, & diuina essentia illi immediatè præsentata, &c. possibilis est. 2. Vel hoc lumen additur, vt intendat vim intellectiuam: & contrà est, tum quia intellectus non suscipit magis & minus; tum quia, vt habitus intendat id, cui additur, debet esse eiusdem rationis cum illo: at lumen gloriæ non est eiusdem rationis cum intellectu creato; alioqui non eleuaret illum ad aliquid superioris ordinis: vel additur vt concausa visionis simul cum intellectu: & contrà est, quia quando duo agentia partialia integrant vnum totale, quodlibet per se sumptum habet similem virtutem in effectum, quem producunt: at lumen gloriæ non habet similem virtutẽ in actum visionis, quam habet intellectus, alioqui illud esset quædam vis intellectiua. 3. hoc lumen ponitur ad proportionandum intellectum creatum cum obiecto: sed adhuc eo posito, intellectus creatus in infinitum distat à Deo obiecto increato: ergo superuacaneum est.

195. *Negat. Prob. 1.*

196. *Prob. 2.*

Prob. 3.

SECVNDA sententia affirmat, *S. Thom. 1. p. q. 12. art. 5. & communis Scholast. in 3. dist. 14. in 4. dist. 49. & definitur in Concil. Vien.* vt refertur in *Clemen. de hæreticis, Ad nostrum:* neque aduersatur *Scotus in 3. dist. 14. q. 2. In prima q. & dist. 31. §. Resp. & in 4. dist. 49. quæst. 1. §. Resp.* in quibus locis vel solùm negat lumen gloriæ, vt necessarium de potentiâ absolutâ; vel tantùm ad recipiendam visionem; vel quòd illud sit per modum habitûs, quo pacto non est contra *Concil.* nam *in 4. cit. & quodl. 14. art. 2.* docet, impossibile esse, Deum videri solius naturæ viribus: imò ait oppositum dicere, peiorem esse hæresim, quam Pelagij. Fundam. omnis creatura est essentialiter immersa potentialitati: ergo quocũque extrinseco impedimẽto sublato, semper manet naturaliter impotens ad vidẽdum Deum actũ purum: nã radix, vnde in creatura oriatur connaturalis exigẽtia cognoscendi Deum per medium creatum, in modo essendi propriæ naturæ commensum, & non in seipso, est ipsa potentialitas, quæ cùm sit essentialis, per nullius impedimenti sublationem tolli potest. Confirm. ex opin. *Durand.* sequitur, omnes beatos æqualiter videre Deum, si æquali vi intellectiua polleant: quin etiam perfectiùs videre Deum, qui pauciora habet merita, modò perspicaciorem habeat vim intelligendi: &, quod absurdius est, quemlibet Angelum clariùs Deum cognoscere, quàm animam Christi; cùm quilibet Angelus nobiliorem habeat intellectum; Respondet 1. inæqualitatem gloriæ non mensurari penes obiectum essentiale, quod æqualiter cernitur ab omnibus, sed penes obiecta secundaria, quæ Deus extra beatitudinem essentialem successiuè reuelat beatis; penesque dotes corporis, & gradus quosdam dignitatis, in

197. *Affirmans.*

198. *Fundam. Huius Cathol. veritatis creatura immersa potentialitati.*

199. *Resp. 1. Durandi.*

Digitized by Google

tis, in quibus anima Christi, & Virginis excedunt reliquos beatos. At hæc resp. vt ipse fatetur, secura non est, cùm ex Patribus & Scripturis constet, inæqualitatem gloriæ positam esse in præmio essentiali. *Contrà.*

200. Respondet 2. inæqualitatem gloriæ in præmio essentiali prouenire ex eo, quòd Deus perfectiorem actum intelligendi influit vni, quàm alteri. *Resp. 2.* Sed contrà: sic Deus non concurreret cum beatis iuxta naturalem exigentiam ipsorum, nempe cum perspicacioribus ad clariorem, cùm minùs perspicacibus ad minùs claram notitiam sui. *Contrà;*

201. Ad 1. argum. Resp. maiorem esse veram, quando potentia naturaliter ordinatur ad cognoscendum obiectum, non quando tantùm ordinatur obedientialiter: vnde falsum est, totum impedimentum, cur Deum clarè non cognoscat, esse, quia illum cognoscit per medium creatum, sed quia potentialis est; ex quo vt radice oritur, vt illi talis modus cognoscendi sit debitus & connaturalis. *Ad 1.*

202. Ad 2. dico, lumen addi intellectui, non vt illum intendat, sed vt comprincipium diuersæ rationis, ex quo & intellectu fit vnum principium completè, & proximè productiuum visionis beatificæ. Nego autem semper agentia partialia debere habere similem virtutem in effectum, quem producunt, nisi sola homogenea, qualia non sunt lumen, & intellectus, quorum alter est vitalis, & non supernaturalis, alterum supernaturale, & non vitale. *Ad 2.*

203. Ad 3. Resp. Lumen gloriæ non requiri ad proprotionandum intellectum mathematicè, & in ratione entis, sed geometricè seu habitudine, & in ratione potentiæ, non perceptiuæ, sed productiuæ visionis erga Deum, ad quod sufficit qualitas finita altioris ordinis. Præterea requiritur lumen ad proportionandum intellectum ex parte obiecti proximè determinantis potentiam ad obiectum percipiendum, vt *sect. seq.* *Ad 3.*

204. Controuertunt, an hoc lumen sit per modum habitus? Affirmant aliqui esse per modum actus, seu specialis concursus, vel antecedentis motionis. Fundam. hoc sufficit ad saluandum Concil. etiam actus eleuat intellectum formaliter ad videndum Deum. Communis sententia esse per modum habitûs; eo quòd connaturalius est, vt potentia vitalis fiat intrinsecè potens ad eliciêdos suos actus, per aliquid sibi intrinsecè inhærens; propterea dantur habitus infusi, vt intrinsecè porportionent potentias ad actus supernaturales licet hæc sit verior, non tamen à Concilio definita: finis enim Concilij non fuit, dirimere controuers. quæ de lumine gloriæ tunc agitabatur; sed damnare errorem Beguard. & Beguin. asserentium, quamlibet creaturam intellectualem in seipsa naturaliter beatam esse, eamque ad Deum videndum gloriæ lumine non egere: ad quem damnandum sufficit quodlibet lumen, etiam actuale, formaliter eleuans creaturam in Deum. *Lumen est per modum habitus.*

SECTIO IX.

Ad quid lumen gloriæ deseruiat Beatis?

205. PRIMA sententia affirmat deseruire ad solum ornatum potentiæ; *Mayro. in* 30. *dist.* 12. *quæst.* 2. *Basso. dist.* 14. *q.* 1. *art.* 1. *Rubi. q.* 2. Fundam. sicut in patriâ manet character ad solum ornatum animæ; ita infunditur lumen gloriæ ad solum decorem potentiæ. Sed contrà; hæc sententia est contra *Scotum in* 4. *dist.* 49. *q.* 11. *§. Respon.* contra Concil. *Vien. cit.* ponens lumen ob indigentiam & necessitatem: tum quia intellectus incompletus ad actus supernaturales, eget lumine etiam ad complementum suæ virtutis, vti eget reliquis habitibus infusis. Nec est par ratio de charactere; nam hic fuit in hâc vitâ impressus, vt morale principium sacrarum operationum; & quia ex se indelebilis est, manet etiam in beatis ad gloriam accidentalem, in signum perfunctarum operationum, sicut in damnatis ad pœnam accidentalem, & ignominiam malè functi ministerij. *An ad ornatum?*

206. SECVNDA sententia docet, deseruire ad recipiendam visionem: *Richard. in* 4. *dist. art.* 3. *quæst.* 1. *Maior. quæst.* 4. *Marsil. in* 3. *qu.* 10. *art.* 2. *dub. incid. concluf.* 1. *Caiet.* 1. *p. qu.* 12. *art.* 5. *§. circa primæ conseq. Valent. ibid. pu.* 3. *Gonsalez disp.* 27. *sec.* 2. Fundam. aut lumen non est productiuum visionis, cùm non sit vitale; atque adeò si requiritur non requiritur nisi ad recipiendam visionem: aut certè intellectus non tantùm est incompletus ad producendam, sed etiam ad recipiendam visionem, & consequenter quoad vtrumque eget compleri lumine. Vnde Concilium docet, animam egere lumine ad *videndum: videre* autem vtrumque essentialiter includit, & producere & recipere visionem. Sed contrà; anima de se capax est ad recipiendam formam supernaturalem vt causa obedientialis principalis; siquidem de se est subiectum aptum ad sustentandum: quælibet autem substantia de se apta est sustentare quodcumque accidens. Confirm. de facto per aduers. intellectus recipit lumen sine aliâ supernaturali disponente. Nec valet, quòd visio Dei est vltimus terminus & perfectio in patria; ita enim gratia habitualis est vltimus terminus & perfectio in via: sed hæc nullam per se requirit dispositionem, vt constat in paruulis, in quibus absque vllâ præuiâ dispositione infunditur; ergo nec illa in patriâ. Confirm. perfectior forma est vnio hypost. quàm visio beata; sed hæc nullam postulat in subiecto dispositionem; recipitur enim in nudâ substantiâ humanitatis, vt cum *S. Thom.* fatetur *Caiet.* 3. *p. quæst.* 2. *art.* 10. ergo nec illa. *An ad recipiendam visionem?* *Fundam.*

207. Fundam. in recipiendo non debet subiectum communicare formæ, nisi seipsum vt receptaculum: ad producendum effectum supernaturalem debet potentia obedientialis communicare aliquid perfectius se; quod, cùm ipsa non habeat in se, eget intrinseco, vel extrinseco principio, vt compleatur & adiuuetur ad talem effectum. Ad Concilium dico, non eod. modo illud intelligi de eleuatione actiua, & passiua; sed de actiua, per qualitatem additam; de passiuâ verò, per formam indebitam: dicitur enim subiectum eleuari, quando recipit formam indebitam. *Contrà.*

208. TERTIA asserit, lumen gloriæ in beatis exercere munus solius speciei intelligibilis, supplendo concursum obiecti. Est aliquor. apud Bassol. *in* 3. *dist.* 14. *quæst.* 1. *art.* 1. & *Vasquez* 1. *p. disp.* 39. & 43. quam sic probat cap. 5. quotics ad effectum influunt plures causæ proximæ, assignari debet in effectu peculiaris ratio vnicuique causæ respondens, alioqui frustra tales causæ ad talem effectum requirerentur: sed nulla ratio assignari potest in actu visionis, quæ reduci non possit ad intellectum & lumen, quatenus habet rationem speciei. nam vitalitas reducitur ad intellectum; claritas & expressio quidditatiua Dei ad lumen, vt habet rationem speciei; supernaturalitas ad idem, quà forma supernaturalis est: frustra igitur præter lumen, quà habet *Ad fund.*

209. *An exerceat munus solius speciei?*

Digitized by Google

bet rationem speciei, requiritur aliud tenens se ex parte potentiæ. Quòd autem illud potiùs teneat se ex parte obiecti, quàm potentiæ, probat *sine cap.* 4. quia virtus, quam intellectus habet ad videndum Deum, non est instrumentalis, sed principalis; proinde, non eget virtute additâ quæ illum perficiat & compleat in ratione potentiæ, cùm nullâ additâ queat magis proportionari, quàm sit ipsa suo natiuo lumine proportionata. Solùm igitur eget specie impressa Diuinæ essentiæ, cum quâ compleat integrum principium claræ visionis Dei.

210. *Displicet 1.* Hæc sententia displicet 1. quia contra communem Thomist. *excepto Victoriâ*, admittit in sententia *S. Thom.* speciem impressam diuinæ essentiæ. 2. *Displicet 2.* quòd præter speciem, nullam aliam admittit virtutem ex parte potentiæ, contra *S. Thom.* sæpe docentem, lumen gloriæ requiri ex parte potentiæ, & habere rationem habitûs roborantis potentiam. *Argum. 1. ratione.* Vnde arguo 1. quòd lumen non sit species diuinæ essentiæ. Confirm. si Deus in rerum natura non existeret, adhuc vi talis speciei per ipsum repræsentaretur eodem prorsus modo, quo repræsentatur nunc; & beatus eodem modo foret beatus per notitiam, virtute ipsius speciei productâ, ac est beatus nunc: hoc autem esse non potest, nisi species contineat in esse intentionali, quidquid Deus ipse continet in esse reali, quod manifestam arguit infinitatem in specie, quam infinitatem ipse non admittit. 211. *Argum. 2.* 2. Adhuc eâ positâ, intellectus creatus non esset completum principium ad intuendum Deum: siquidem ad intuendum obiectum non solùm requiritur species intuitiua obiecti, sed etiam potentia completa: at intellectus non est completa potentia ad intuendam Dei essentiam: ergo adhuc, positâ specie diuinæ essentiæ, compleri debet in ratione potentiæ. Maior constat: quoties ad effectum per se requiruntur plures causæ, singulæ debent compleri in proprio genere; nec potest vna compleri per complementum alterius, quando sunt heterogeneæ, quales sunt potentia & species in ordine ad cognitionem, quia vnaquæque completur complemento sibi proportionato: sed ad visionem Dei per se requiritur & species diuinæ essentiæ, & potentia intellectiua: ergo vtraque debet esse completa in suo genere. Minor prob. paritate habituum supernat. qui formaliter dantur ad complendas potentias in ratione potentiæ, vt habitus fidei, spei, & charitatis: at non minùs est incompletus intellectus ad eliciendam visionem Dei, quàm ad eliciendum actum fidei, & voluntas ad eliciendum actum charitatis: ergo à fortiori indigebit compleri ad eliciendam visionem Dei.

Intellectus non est potentia completa ad videndum Deum:

212. *Dices.* Dices. Compleri intellectum in ratione potentiæ supernaturalis ad visionem Dei per speciem supernaturalem diuinæ essentiæ, quo modo non completur ad actum fidei intellectus, quia ad talem actum, non infunditur species supernaturalis, nec etiam per eam completur voluntas ad actum charitatis; quia ad nullum actum voluntatis effectiuè concurrit obiectum. Sed contrà: cùm species sit causa diuersi generis, non potest potentiam in ratione potentiæ formaliter complere: vnde, etiam positâ specie supernaturali ad actum fidei (vt nonnulli putant) necessarius esset habitus ex parte potentiæ. 2. repugnat, causam esse proximè completam in suo genere, & esse inferioris ordinis cum effectu: totum enim complementum causæ est in ordine ad effectum: sed visio Dei est ordinis supernaturalis, intellectus ordinis naturalis: nam licet per speciem diuinæ essentiæ fiat supernat. in ratione speciei, non in ratione potentiæ. Ratio: causa proximè

Contrà. Nec completur per speciem.

cõpleta debet effectũ in suo saltem genere naturaliter continere; non potest, nisi sit eiusdem generis cum illo. 3. Nunquam instrumentum est cõpletum, 213. nisi euehatur ad ordinem causæ principalis; quia cõnaturale debet esse in eodem ordine: sed intellectus ad visionem Dei se habet vt instrumentum connaturale Dei; ergo euehi debet ad ordinem diuinum: non euehitur in ratione potentiæ per solam speciem: nam tunc euehitur, quando in ratione potentiæ formaliter participat ordinem intellectûs diuini: non participat in ratione potentiæ formaliter, nisi per lumen intellectuale, tenens se ex parte potentiæ; quia per illud formaliter assimilatur intellectui diuino, qui non solùm diuinus ratione essentiæ, gerentis vicem obiecti, sed etiam ratione intellectûs, habentis rationem potentiæ: igitur quoad vtramque rationem debet intellectus assimilari Deo causæ principali. Confirm. magis improportionatus est intellectus ad visionem Dei, quàm oculus noctuæ ad visionem solis; sed hic non potest ad solem videndum eleuari per solam speciem solis, nisi etiam vigoretur in ratione potentiæ; ergo nec ille ad Deum intuendum per solam speciem diuinæ essentiæ, nisi etiam roboretur in ratione potentiæ.

Euehi debet ad ordinem diuinum.

Et roborari in ratione potentiæ.

Ad fundam. Vasquez, neg. maior; si intelligatur 214. de ratione peculiari formaliter diuersa: nam sæpe ad eandem rationem formalem integram plura requiruntur principia, vt ad eandem naturalitatis concurrit agens principale, & instrumentum; potentia, & habitus naturalis; species impressa & potentia vitalis: ergo ad eandem supernaturalitatis concurrere possunt lumen & species, illud ex parte potentiæ, hæc ex parte obiecti: nam tam vitalitas respondens intellectui, quàm expressio & intuitio obiecti, respõdens speciei, debet esse supernaturalis: sicut tam vitalitas visionis corporeæ, respondens potentiæ, quàm expressio & intuitio obiecti, respondens speciei, debet esse naturalis. Concedenda maior de ratione formali, si intelligatur partialiter tantùm distincta. quia vtraque causa *Ratio.* partialis, vt sit completa, debet esse in eodem ordine cum effectu, vnde nego intellectum esse completum principium visionis Dei, sine lumine, tenente se ex parte potentiæ: nam per illud completur in ratione productiui, quod essentialiter includitur in ratione perceptiui.

Ad fund. Vasquez.

Qvarta communis *Thomist.* docet lumen gloriæ, duo in mentibus beatorum præstare; alterum 215. complere simul cum intellectu principium productiuum visionis; vt constat: alterum disponere intellectum ad recipiendam essentiam diuinam, per modum speciei intelligibilis, vltimò determinantis ad actum visionis Dei: nam ad actum visionis glorioſæ duo concurrunt, sufficiens virtus ex parte potentiæ, & species ex parte obiecti: sed virtus præsupponitur ad speciem, vt determinabile ad determinatiuum: igitur lumen complendo intellectum in ratione potentiæ, simul disponit illum ad recipiendam diuinam essentiam in ratione speciei intelligibilis, quæ vltimò determinet potentiam ad visionem Dei iuxta perfectionem luminis. Sed contra hanc 2. partem: vel lumen disponit ad 216. recipiendam essentiam Dei, vt supplentem vicem *Contrà.* speciei impressæ, quæ sit principium speciei expressæ; at hoc impossibile est, ex *sect. 3. & 4.* & *S. Thom.* 1. *S. Thomas.* *p. q. 12. art. 5.* ad 2. vbi docet, lumen istud non requiri ad videndam Dei essentiam, vt similitudinem, in qua Deus videatur, sed vt perfectionem intellectûs, ipsum confortantem ad Deum videndum: vel quæ sit proxima causa notitiæ, quâ Deus immediatè

4. Sentent. Thomist.

videatur

Digitized by Google

videatur in seipso; & hoc melius, & connaturalius refundi potest in lumen, *vt mox*.

217. *Vera sent. Lumen est perfecta participatio increati luminis.*

QVINTA & vera sent. lumen gloriæ tria præstare, 1. complet intellectum in ratione potentiæ productiuæ visionis Dei. 2. determinat ex parte obiecti ad immediatam notitiam Dei, vt obiecti primarij. 3. supplet speciem impressam harum, vel illarum creaturarum, vt obiecti secundarij connexi cum primario, vt effectus cum causa. Fundam. lumen gloriæ est perfecta participatio luminis increati: sed lumen increatum hæc omnia præstat in intellectu diuino: non modò tenet se ex parte diuini intelligentis, sed etiam ex parte obiecti intelligibilis, tum primarij suæ essentiæ, tum secundarij creaturarum. Est enim hæc triplex perfectio debita lumini increato, quà est adæquata proprietas essentiæ diuinæ, quæ non minùs est sui & aliorũ intelligibilis, quàm intellectiua. Maior prob. lumen debet ab intellectu participari omni perfectione, quâ is eget, & ipsum est connaturaliter participatiuum: at intellectus non solùm eget lumine, vt comprincipio ex parte potentiæ, sed etiam vt proximè determinatiuo ex parte obiecti, tam primarij, quàm secundarij, vt constat ex dictis; & lumen est vtriusque perfectionis connaturaliter participatiuum: 1. quia nulla est implicantia, vt lumen creatum participet increatum, quoad rationem intellectiui, & intelligibilis: Sicut enim visio beata ab increatâ participat vtramque perfectionem claræ intellectionis, & obiecti intelligibilis, quatenus est vitalis tendentia ad primarium, & species expressa secundarij: ita non implicat principium participans vtramque perfectionem in ordine ad eandem visionem.

Quod se tenet ex parte intellectus, & obiecti.

218. *Prob. paritate intellectus Angel.*

Probat. 2. à pari: intellectus Angelicus, quia est adæquata proprietas, & accidentalis participatio suæ substantiæ quæ non minùs est intelligibilis, quàm radicaliter intellectiua, est formaliter intellectiuus, & intelligibilis respectu suæ substantiæ, adeò vt ad intelligendam propriam substantiam non egeat specie, aut peculiari concursu obiectiuo propriæ substantiæ, sed seipso sit vltimò determinatus per modum intellectiui, & intelligibilis ad propriam substantiam intelligendam, vt *sequenti tom.* ergo dabilis est accidentalis participatio diuinæ substantiæ, quæ respectu eiusdem sit intellectiua, & intelligibilis; ita vt sine peculiari concursu obiectiuo diuinæ substantiæ intellectum beati vltimò determinet ad claram visionem eiusdem. Cæterùm, quia lumen gloriæ non participat perfectam similitudinem intelligibilem diuinæ essentiæ, participat perfectam creaturarum, non est respectu diuinæ essentiæ species intelligibilis, sed tantùm habitus immediatè determinans intellectum beati ad Deum intuendum; est species respectu creaturarum, quarum intelligibilitatem perfectè continet in actu primo.

219. *S. Thomas explicatur.*

Hanc sententiam colligo ex *Richard. in* 4. *distinct.* 49. *artic.* 3. *quæst.* 1. *ad* 2. vbi lumen vocat *speciem*, & *Dei similitudinem*: ex *S. Thom.* 1. *part. quæst.* 12. *art.* 5. & 3. *cont.* [illegible] *cap.* 53. vbi lumen appellat *Dei similitudinem*, quia intellectum determinat ad visionem Dei; *augmentum virtutis intellectiuæ*, quia

220. potentiam complet in ratione potentiæ. Cùm doceat, lumen intellectum disponere ad recipiendam diuinam essentiam per modum speciei intelligibilis, intelligit de specie expressa, scilicet diuinam essentiam in visione beata supplere vicem verbi & speciei expressæ, immediatè terminantis notitiam beati. Nec obstat, quòd 3. *contra gentes cap.* 51. & *quæst.* 8. *de verit. articul.* 1. affirmet, diuinam essentiam esse *quod* & *quo* videtur: nam id dixit ad excludendum ab intellectu beatorum verbum creatum, cuius vicem gerit Dei essentia, quà videtur in seipsa, nullaque media obiectiuâ similitudine est ratio, quâ in seipsa immediatè videtur.

221. *Obiicies* 1. Ad notitiam, præsertim intuitiuam obiecti, necessariò requiritur concursus obiecti: *ex cognoscente enim & cognito*, teste *Augustin.* 9. *de Trinit. cap. vlt.* 'paritur notitia. Secundò, superfluum est determinatiuum ex parte obiecti, vbi adest obiectum per seipsum intelligibile, & intimè vnitum potentiæ: nam determinatiuum substituitur loco obiecti. Confirmatur, connaturalius est, vt obiectum per seipsum determinet potentiam, quàm per aliud à se distinctum: quia concursus obiectiuus est propter terminatiuum: terminatiuus est proprius obiecti: ergo & obiectiuus. 2. quia concursus obiectiuus est à virtute determinatiuâ, quam habet obiectum ad determinandam potentiam cognitiuam ad notitiam sui: at hæc virtus est propria obiecti, à quâ dicitur intelligibile: ergo & concursus à tali virtute promanans. Resp. ad 1. concedo requiri concursum obiecti, vel alicuius participantis naturam obiecti: lumen autem gloriæ, etsi non sit obiectum, participat naturam obiecti, tam primarij diuinæ essentiæ, quàm secundarij creaturarum, iuxta quam responsionem intelligendus Augustinus. Ad 2. nego assumptum. Ad probationem, esto substituatur loco obiecti, non tamen eo præsente est superfluum; quia requiritur, vt connaturaliùs compleat potentiam ad obiectum cognoscendum. Quare nego, obiectum connaturaliùs per seipsum, quàm per aliquid à se distinctum potentiam ad sui notitiam determinare: quia ille modus est connaturalior, qui magis perficit ab intrinseco potentiam, pensis quam attendenda est connaturalitas operandi.

Obiicies 1. 2. *Confirm.* *Prob.* 1. 2. *Resp. Ad* 1. *Ad* 2.

222. *Ad* 1. *prob. Confirm.* *Ratio discriminis.*

Ad 1. probationem concedo, concursum obiectiuum esse propter terminatiuum; & terminatiuum esse proprium obiecti; nego, obiectiuum esse obiecti tantùm proprium, nisi originaliter seu radicaliter: quia concursus terminatiuus est in genere causæ formalis, quod non potest alteri communicari: obiectiuus est in genere causæ efficientis, quod communicabile est alteri, etiam connaturaliter.

223. *Ad* 2.

Ad 2. distinguo minor; est propria obiecti originaliter & radicaliter, concedo; formaliter & participatiuè, nego: formaliter enim & participatiuè potest esse propria alterius ab obiecto, vt constat de specie impressâ, cuius proprium est determinare potentiam ad cognitionem obiecti, cuius est vicaria.

SECTIO X.

Quopacto intellectus beati ad visionem Dei concurrat?

224. HIc duæ controuersiæ; an intellectus creatus ad visionem concurrat actiuè? 2. an vt causa principalis; Quoad priorem.

225. PRIMA sentent. negans: *Nominal. Rubio. in* 3. *dist.* 14. *quæst.* 2. §. *Ad cuius euident.* Fundament. præmium debet totaliter à præmiante, alioqui qua parte esset à recipiente, non esset præmium; quia præmium est donum præmiantis: sed visio Dei est præmium beatorum, quod illis datur pro mensura meritorum; ergo totaliter est à Deo, non coagentibus beatis. Cõfir. Visio Dei est perfectior quolibet dono super-

Digitized by Google

supernaturali, cùm in ea consistat summa felicitas creaturæ rationalis: sed ad multa alia dona minùs perfecta creatura se habet merè passiuè, vt ad gratiam & habitus infusos: ergo & ad visionem Dei; quia quod non potest in minus, non potest in maius.

227. *Affirmant Thomistæ verius, intellectum concurrere actiuè:* SECVNDA sententia affirmans Thomist. verior est. Fundamentum: implicat, actionem vitalem non actiuè procedere à principio vitali: nam actio vitalis est, quâ viuens ab intrinseco principio seipsum mouet ad operationem sibi intrinsecam, & immanentem: ergo implicat, eam ab extrinseco tantùm principio procedere: quia repugnat, actionem esse ab extrinseco, & simul per eam viuens ab intrinseco seipsum mouere; nam seipsum mouere, est seipsum agere. Antec. est *S. Thom. 1. p. q. 18. art. 1. & 3.* quòd viuentia seipsa ab intrinseco mouent; non viuentia ab extrinseco tantùm. Confirmatur, *intelligere, appetere, &c.* formaliter non important recipere, sed elicere intellectionem & appetitionem; important enim attentionem & conatum potentiæ in suum obiectum: idem quippe est attendere, & intendere in obiectum. Implicat igitur, intellectum *intelligere*, aut voluntatem *appetere* per intellectionem, & appetitionem ab alio productam; nam per eam non saluaretur formalis ratio intelligentis & appetentis, hoc est ab intrinseco se mouentis.

228. *Obijcies* 1. Intellectus creatus nullum dicit ordinem ad obiectum supernaturale; ergo nullam habet erga tale obiectum actiuitatem; igitur totam sumit ab habitu supernaturali. Resp. Nullum dicere ordinem completum, perfectum, naturalem, concedo; incompletum, imperfectum, obedientialem, nego. Consistit hic ordo incompletus & inchoatus in eo, quòd quâ ratione concurrit intellectus cum intelligibili supernaturali in ratione genericâ & remotâ, eâdem in intellectu est ordo quasi generic us incompletus & remotus, qui completur per complementum specificum habitus supernaturalis. Dicitur ordo obedientialis, & non naturalis; quia suam specificationem non habet ab obiecto supernaturali, ad quod diuinâ virtute euehitur, sed ab obiecto naturali, per ordinem ad quod commensuratur.

vt dicit ordinem incompletum & obedient.

229. *Obijcies.* *Obijcies* 2. Non minùs propria & intrinseca est naturæ intellectuali potentia, quàm actio vitalis; sed potest illa ab extrinseco produci; potest enim Deus se solo in animâ vitalem potentiam producere; ergo & hanc. *Resp.* potêtia vitalis est intrinseca & propria per modum actus primi, quo natura fit tantùm potens ad operãdum; actio est intrinseca & propria per modum actus 2. quo natura per seipsam agit: implicat autem, naturam actu per seipsam agere actione extrinsecâ, non implicat fieri intrinsecè potentem ad agendum potentia extrinsecus recepta.

Resp. Disparitas.

230. *Ad fund. 3.* Ad fundam. primæ sent. neg. maior. quando præmium essentialiter requirit actionem præmiandi. Sufficit igitur ad præmium, vt principaliter procedat à præmiante, à quo præmiandus accipit virtutem illud producendi. Ad confirm. nego conseq. nam alia dona non postulant essentialiter actionem creaturæ. Falsum est, creaturam non posse actiuè obedientialiter concurrere ad productionem gratiæ, & habituum supernat. cæterùm ad visionem actu influit, non ad alia dona; eò quòd hæc essentialiter postulat, vt actio vitalis, productionem creaturæ; non cætera dona, quæ vitales actiones non sunt.

Ad confir.

231. *Intellectum concurrere vt causam,* Quoad poster. controu. Prima sent. affirmat, concurrere vt causam principalem. 1. quia repugnat, aliquid concurrere vitaliter, & nõ principaliter; quia concurrere vitaliter, est concurrere per formam proportionatam potentiæ. Confirm. operari instrumentaliter, est operari vltra sphæram sui obiecti. 2. Visio denominat videntem causam principalem, non instrumentalem: at intellectus denominatur videns; ergo est causa principalis.

232. *Instrumentalem,* SECVNDA sent. docet, intellectum ad visionem beatificam concurrere vt instrumentum, vel *obedientiale*, vt *Suar. lib. 2. c. 16.* vel *naturale*, vt *Ambros. Machin. disp. 16. sect. 3.* Fundam. illius; visio Dei est effectus supra naturalem capacitatem intellectus creati; ergo nequit ad illam concurrere *naturaliter*. Fundamentum huius; intellectus ad visionem Dei concurrit, vt potentia vitalis; ergo vt instrumentum connaturale viuentis; quo seipsum ab intrinseco mouet; obedientiale enim non est instrumentum proprium creaturæ, sed creatoris vtentis illo ad omnem effectum, commune viuentibus & non viuentibus. 2. per eam potentiam beatus 233. concurrit ad visionem Dei, quâ respicit illam vt contentam intra suum adæquatum obiectum: alioqui non posset eleuari ad illam; hæc autem est potentia obedient. quia non respicit certum effectum, sed omne non implicans: Nam vt obedientialis non est operatiua, vt instrumentum creaturæ, sed Dei: Dico, intellectum Beati ad visionem Dei, quà supernaturalis est, concurrere vt instrumentum obedientiale, vt *tom. 7. disput. 5.* quà vitalis, vt causam principalem; visio enim Dei, quà vitalis est formaliter, dicit esse à virtute innatâ, à quâ intrinsecè viuens seipsum mouet ad actum immanentem, in eodem genere proximo vitæ cum ipsa virtute sibi intrinsecâ & innatâ: vnde potiùs importat modum operandi, quàm substantiam operationis: sed intellectus beati eodem modo operatur, quantum ad hoc, vt seipsum moueat per virtutem innatam in eodem genere proximo vitæ per actum, ad quem se mouet, quando elicit visionem Dei, ac quando elicit actum naturalem: ergo. ratio: potentia vitalis, vt sic essentialiter limitatur ad certum modum operandi, à quo ne per diuinam quidem potentiam extrahi potest. Confirmatur, operari *obedientialiter*, est operari modo propriæ naturæ indebito: sed intellectus beati, vt vitalis potentia, non operatur modo propriæ naturæ indebito, dum elicit visionem Dei, quia vt vitalis non elicit illam, nisi à principio intrinseco, qui est modus sibi maximè connaturalis. Nec refert, quòd egeat compleri lumine extrinseco, quia non eget illo, vt vitalis est formaliter, hoc est vt ab intrinseco & innato principio operatiuus, sed tantùm vt productiuus est. Iuxta hanc doctrinam conciliantur citatæ sentent.

Obedientialem: Quà vitalis est, Principalem.

234.

SECTIO XI.

An lumen gloriæ sit causa principalis visionis beatæ?

PRIMA sentent. affirmat: *Vasquez 1. p. disput. 47. num. 38. Arrub. disput. 19. cap. 7. Machin. disput. 16. sect. 6. Zumel disput. 2. post 3. conclus. Bannez, & Gonzalez cit.* Fundamentum: lumen gloriæ proportionatur visioni; eamque producit per concursum sibi debitum. Confirm. reliqui etiam habitus infusi sunt causæ principales actuum supernaturalium, quorum sunt productiui. 235.

SECVNDA *Suarez tom. 2. Metaph. disp. 30. nu. 45.* 236. asserentis, lumen gloriæ comparatum ad Deum, cui subordinatur, esse instrumentum; comparatum ad effectum, quem producit, esse causam proximam in suo genere principalem; sicut calor respectu

Digitized by Google

ctu ignis, cui in agendo subordinatur; est instrumentum, respectu caloris, ad quem producendum ordinatur, est causa principalis.

237. *Lumen est causa principalis.* Dicendum, lumen gloriæ esse causam principalem visionis beatæ, entitatiuè, non repræsentatiuè consideratæ. Etenim visio beata considerari potest; secundùm entitatem, vel modum, quo obiectum repræsentat: consideratæ 1. modo, lumen gloriæ est causa principalis, non secus ac reliqui habitus infusi respectu suorum actuum supernaturalium: quia vt sic visio non excedit lumen: consideratæ 2. modo lumen est instrumentum, quia vt sic non proportionatur visioni, quæ in modo repræsentandi obiectum, est in ordine actus puri, cùm lumen sit quid potentiale: est instrumentum remotum, non proximum, quia non attingit vnà cum intellectu obiectum, visione repræsentatum, sicut quæuis potentia cognitiua vitalis vnà cum substantiâ viuentis attingit obiectum cognitione expressum; sed solùm producit actum visionis quoad supernaturalitatem: vnde remotè tantùm dicitur ad obiecti repræsentationem concurrere, sicut habitus naturalis. *Est instrum.*

BIBLIOTHEQUE ROYALE

238. *Eiusdem ordinis entitatiue.* Ex quo elicio, lumen gloriæ non debere esse eiusdem ordinis cum visione terminatiuè consideratâ, vti sunt reliquæ potentiæ cognitiuæ naturales cum suis actibus naturalibus, eo quòd non est proximum instrumentum respectu illius ratione repræsentationis, quo pacto deberet esse eiusdem ordinis cum termino repræsentato, vt inductio ipsa ostendit in omnibus potentijs cognitiuis; sed solùm ratione entitatis, sub qua ratione est eiusdem ordinis cum illa: iuxta hanc sentent. conciliari possunt reliquæ.

239. DICES: Si lumen gloriæ, sicut & reliqui habitus infusi, est causa principalis respectu actuum supernaturalium, igitur proprius modus operandi Dei fieri potest connaturalis creaturæ; cùm habitus sit quædam creatura, si illi, vt principi causæ est connaturalis operatio Dei, cuius ipse est naturaliter productiuus. Resp. dist. conseq. proprius modus operandi Dei fieri potest connaturalis creaturæ accidentali, concedo; substantiali, nego: accidens enim siue vt instrumentum, siue vt princeps causa semper operatur vt proprium Dei, non vt proprium creaturæ: vt patet de calore, qui communicatus aquæ, siue agat vt instrumentum, siue vt principalis causa, semper agit vt proprietas ignis, ad quem semper dicit respectum: substantia verò, cùm sit ens ad se, & propter se, statim communicata alteri, fit propria illius: vnde non retinet neque in essendo, neque in operando relationem proprij respectu alterius naturæ, cuius est participatio: quo fit, vt propria operatio Dei communicata principio accidentali, adhuc maneat propria Dei: quia sicut principium accidentale, siue sit operatiuum vt instrum. siue vt causa principalis, semper operatur vt proprietas Dei; ita & operatio à tali principio manans semper dicitur propria operatio Dei: contrà verò eadem operatio propria Dei communicata principio substantiali non maneret amplius propria Dei, sed creaturæ. Quia sicut principium substantiale fit proprium creaturæ; ita & operatio à tali principio promanans. *Modus operandi Dei fit connaturalis accidenti.*

240. Ex dictis definitur alia quæstio, an visio beata dicenda sit connaturalis intellectui creato, informato lumine gloriæ? Negat *Soto in 4. dist. 49. q. 2. art. 4. §. Dubitatur:* quia cùm non sit intellectui cõnaturale lumen, neque ei erit cõnaturalis visio, quia nulli subiecto est connaturalis actus, cui non est connaturalis potentia. Affirmat *Caiet. 1. p. q. 12. art. 5.* cuius sentent. magis arridet: quia licet visio non sit connaturalis intellectui, per se est illi connaturalis ratione luminis: quod ad eam concurrit productiuè; nam vt actus dicatur connaturalis subiecto sufficit, vt proximè producatur à forma, quæ inest tali subiecto, etiamsi talis forma non sit connaturalis subiecto: quia iuxta logicos, vt aliquid possit affirmari de subiecto; sufficit, vt sub aliquâ ratione illi conueniat: contrà verò, vt possit aliquid negari de subiecto, debet sub nullâ ratione illi conuenire: quia negatio, cùm sit malignantis naturæ, distribuit per omnia. Vt igitur visio Dei possit affirmari, vt connaturalis de intellectu creato, sufficit vt illi sit connaturalis ratione luminis; contrà verò, vt possit simpliciter negari, quòd sit illi connaturalis, debet sub nulla ratione illi esse connaturalis. *Visio connaturalis ratione luminis.*

SECTIO XII.

An potentiâ absolutâ possit intellectus creatus videre Deum sine lumine inhærente?

241. *Negant Thomistæ.* PRIMA sentent. communis Thomist. negat, *Capreol. in 4. disp. 49. q. 4. art. 1. conclus. 2. & art. 3. ad 1. Scoti Palud. q. 1. art. 3. concl. 3.* vbi quamuis affirmet posse beatos de potentiâ absolutâ Deum videre sine lumine, id tamen docet, supponendo visionem creatam effici posse à solo Deo. Cæterùm si debeat intellectus actiuè concurrere ad illam: *Oportet*, inquit, *præintelligere, quod præmoueatur à Deo ad illam eliciendam: Soto in 4. d. 49. q. 2. art. 4. §. Quod si arguas:* quamuis, vt *ibid.* fatetur, iunior aliter senserit: *Ferr. 3. cont. gent. c. 54. ad 1. Caiet. 1. p. q. 12. art. 5. ad 1. Bannez ibid. dub. 3. Gonzal. d. 27. sect. 3. Zumel. disp. 2.* Qui tamen diuisi sunt: nam alij putant, necessarium esse lumen habituale permanens; alij sufficere fluens per modum dispositionis facilè transeuntis, coadiuuantis intellectum ad productionem actus beatifici.

242. *Prob. 1. S. Thomæ.* Probant 1. auctor. *S. Doct. 2. 2. qu. 175. art. 3. ad 2.* *Dicendum*, inquit, *quod Diuina essentia videri ab intellectu creato non potest, nisi per lumen gloriæ, quod dupliciter participari ppotest, vno modo per modum formæ immanentis, & sic beatos facit sanctos in Patria, alio modo per modum cuiusdam passionis transeuntis, vt fuit in Paulo:* & 3. contra gent. c. 53. *Impossibile est, quod essentia Dei fiat intelligibilis forma alicuius intellectus creati, nisi per hoc, quod aliquam diuinam similitudinem intellectus creatus participet. Hæc igitur diuinæ similitudinis participatio necessaria est, ad hoc quod Dei substantia videatur:* hæc ille. Est autem hæc diuinæ similitudinis participatio, *vt ibid.* lumen gloriæ roborans intellectum in actu 1. ad Dei visionem. 2. ratione. Implicat intellectum intelligere, absque intrinseca virtute intelligendi; est enim principium vitale: sed intellectus ex se caret virtute intelligendi Deum in seipso: ergo implicat illum in seipso intelligere, absque addita virtute inhærente: quia si ex se non habet hanc vim intuendi Deum, eam recipere debet ab extrinseco, vt per illam fiat potens ad videndum Deum. Confirmatur, esto Deus possit se solo facere, quidquid potest cum causa secunda, non potest facere, vt causa secunda agat, sine intrinseca virtute agendi: ergo licet possit Deus se solo producere visionem sui in mentibus beatorum, non tamen facere potest, vt beati ipsum videant sine intrinsecâ virtute videndi; hæc enim est causa formalis, quæ sine intrinsecâ formâ suppleri non potest. 3. Visio Dei est quoad substantiam supernaturalis: sed vt sic debet effectiuè ab intel- 243. *Prob. 2.* 244. *Prob. 3.*

Digitized by Google

lectu procedere: igitur cùm in eo non supponatur vis innata supernaturalis, debet ab extrinseco infundi, & præsupponi tanquam actus 1. ad actum 2. essentialiter requisitus.

245. Quartò: In visione beata dari debet ratio *sub Qua* intellectus tendat ad Deum; sed hæc non potest esse
Prob. 4. naturalis, sed supernaturalis: igitur necessariò in intellectu beati supponi debet forma supernat. actiua inhærens. Confirm. per rationem *sub Qua*, tenentem se ex parte potentiæ distinguitur vnus actus ab alio, quando vterque procedit ab eadem potentia, & vterque distinguitur specie: sed visio beata, vt procedit ab eâdem potentiâ intellectiuâ habet distinctum modum genericum ab eo, quem habent reliqui actus naturales: ergo ex parte potentiæ dari debet ratio *sub Qua*, genericè distincta ab ijs, quæ sunt principia actuum naturalium.

246. SECVNDA affirmat: *Scoti in 3. distinct. 14. quæst. 2.*
Affirmant verius. *§. quantum ad 2. Lycheti ibid. Bassoli quæst. 1. artic. 1. Mayroni dist. 12. quæst. 2. Bacconi quæst. 1. art. 2. & in 1. distinct. 17. art. 6.* vbi licet requirat aliquid præuium ad actum visionis, illud tamen non requirit per modum actus primi influentis in visionem, sed per modum excitantis & applicantis potentiam ad operandum: *Aureoli quodlib. 9. art. 3. Argent. in 4. dist. 49. q. 2. art. 1. concl. 1. Maioris q. 4. cont. 3. concl. Durandi q. 2. nu. 24. Molinæ 1. p. q. 12. art. 5. dict. 1. Suar. lib. 2. de Diuinis attrib. cap. 16. Valent. 1. p. quæst. 12. punct. 3. Vasquez ibid. disput. 46. cap. 2. Arrubalis disp. 20. c. 3. Machin. disp. 16. sect. 7.* quæ verior est sequenda.

247. Fundament. pendet ex tribus principijs. 1. quod lumen gloriæ non complet intellectum beati in ratione potentiæ vitalis, quod ferè ab omnibus conceditur, & patet, quia lumen non percipit obiectum: nec est intrinsecum principium fluens à substantia viuentis, nec aptum fluere ab ipsâ, quod essentialiter requiritur ad potentiam vitalem; sed ab extrinseco tantùm infusum. 2. quòd lumen solum absque concursu intellectus, non est integrum principium productiuum visionis, alioqui non saluaretur vitalitas in actu, quæ essentialiter includit actiuam dependentiam ab intrinseco principio vitæ. 3. quòd potest Deus in causis 2. efficienter supplere omnem defectum virtutis actiuæ.

247. *Solum vitale principium suppleri non potest.* Ex his, ab aduersarijs admissis, deducitur sententia. Solum principium vitale à Deo suppleri non potest: ergo cùm intellectus creatus ex se sit potentia vitalis intellectiua, cum solo concursu Dei speciali supplente vim luminis, poterit visionem beatam in seipso elicere, atque adeò sine lumine inhærente Deum videre: nam vt causa producat, vel producere possit effectum, non requirit in seipsa totam vim producendi, sed aliquam tantùm per quam possit cum adiutorio alterius causæ in actum exire: sicut per aduersarios potest intellectus sine specie inhærente, diuino tantùm concursu supplente defectum inhærentis speciei, notitiam obiecti in seipso producere: cùm non minùs per aduersarios intellectus fiat potens ad producendam visionem beatam per speciem, quàm per lumen. Neque ex eo quòd non solus ipse per integram virtutem inhærentem, sed simul cum extrinseca causa assistente & coagente producat visionem, dicendus est, aut illam non producere, aut non producere vt supernaturalem: nam vt verè producat, sufficit vis innata, inchoata & imperfecta; vt supernaturalem illam producat, aut producere possit, sufficit specialis concursus, & virtus diuina, supernaturalis proximè per decretum Dei intellectui creato assistens, eique extrinsecè coniuncta, ad instar causæ adiuuantis & coagentis: nam per hanc fit potens in actu 1. producere; per illum verò actu producens visionem supernaturalem, quia quando duę causę ad causandum concurrunt, semper superior trahit inferiorem ad assimilandum sibi effectum, vt constat de instrumento & causa principali.

AD argum. 1. oppositæ, fateor Doctorem S. in ea 249.
fuisse sent. vt 7. *tom. disp.* 5. manifestè ostendo, licet *Ad* 1.
aliquando in nostrâ fuerit, vt *qu.* 10. *de verb. art.* 11. *S. Thom. corp.* & fatentur *Capreol. cit. art.* 3. *fine, & Durand. in 4. dist.* 49. *q.* 2. *num.* 23.

AD 2. disting. minor. caret intellectus virtute 250.
proximâ & completâ, concedo; remota & incom- *Ad* 2.
pleta, nego, quæ virtus non solùm compleri potest qualitate intrinsecè inhærente, sed etiam virtute extrinsecè assistente, vt constat in sententia eorumdem de specie impressa, sine qua non minùs est impotens intellectus creatus videndi Deum quàm sine lumine: cùm tamen hæc suppleri possit, & de facto in eorum sententia suppleatur per extrinsecum concursum. Ad confirm. nego, Deum supplendo concursum luminis, facere vt intellectus videat sine virtute videndi: nam supponitur in eo vis innata, quæ per concursum non suppletur, sed completur; sicut completur omnis vis innata instrumenti per concursum principalis agentis.

AD 3. dist. minor. debet visio supernatur. procedere ab intellectu creato seorsim, nego; vt coniuncto cum Deo agente supernatur. concedo: sicut nec de facto procedit ab intellectu, vt seiuncto à lumine, sed vt coniuncto cum lumine. Nam hoc est proprium causarum partialium, vt effectus non procedat à singulis seorsim, sed ab omnibus coniunctim; quia non in singulis, sed in omnibus simul continetur adæquatè effectus producendus. Vnde concedo, ad quemlibet actum 2. præsupponi primum, non tamen adæquatè in vnaquaque causa, sed adæquatè in omnibus simul, inadæquatè in singulis. 251. *Ad* 3.

DICES, vis innata intellectus per solam extrinsecam assistentiam virtutis supernaturalis manet intrinsecè immutata: ergo non potest ab ea proficisci actio supernaturalis, cùm nulla causa communicare possit alteri, quod non habet in seipsa. Resp. manere immutatam intrinsecè, mutari extrinsecè per ordinem ad actum; quod sufficit, vt ab ea, vt coniuncta cum virtute superiore agendi egredi possit actio supernaturalis. Nec putandum, hunc concursum diuidi vt partim sit ab intellectu, partim à Deo agente supernaturali, dico indiuisibiliter proficisci ab vtroque coniunctim, vt tam vitalitas actus sit à Deo concurrente cum intellectu, quàm supernaturalitas ab intellectu coagente cum Deo supernaturaliter. Ad probat. consequent. intellectus creatus, licet proximè non contineat in se concursum supernaturalem, continet tamen remotè, quà coniunctus cum causa supernaturali potest illum attingere. 252. *Dices.* *Resp.*

NOTA, in quolibet ente naturali productiuo dari vim intrinsecam innatam actiuam, quæ si coniungatur cum concursu naturali sibi debito determinatur ad concursum & effectum naturalem; si coniungatur cum concursu supernaturali sibi indebito, determinatur ad concursum & effectum supernaturalem. Nam sicut inter ens naturale & supernaturale est aliqua conuenientia in ratione entis, quà vtrumque participat veram rationem entis: ita in virtute actiuâ naturali & supernaturali est aliqua conuenientia in ratione actiuitatis: vnde potest effectus supernaturalis aliquid accipere à virtute naturali, nempe ipsam communem 255. *Vis actiua innata enti productiuo.* *Elenari potest.*

& ge-

& genericam rationem entis. Nam sicut in hac conueniunt ens naturale & supernaturale, ita effectus supernaturalis illam accipere potest ab ente, & virtute actiuâ naturali, hoc sensu dicitur virtus naturalis remotè, & inchoatè continere effectum, seu concursum supernaturalem, non quòd aliquid supernaturalitatis contineat, sed quia continendo rationem entis, quæ communis est naturali & supernaturali, illam communicando effectui supernaturali, dicitur aliquo modo genericè & remotè illum continere.

254. *Dices.* Neque dicas rationem entis in virtute naturali esse contractam tantùm ad ens naturale, sicut rationem entis in virtute supernaturali esse contractam tantùm ad ens supernaturale, ac proinde non posse virtutem naturalem communicare effectui supernaturali communem rationem entis, præcisam à naturali, & supernaturali, quia hæc ratio communis sic præcisa nec datur in virtute actiua, *Resp.* nec in effectu qui producitur. Nam licet hæc ratio, vt sic præcisa non detur, sed semper à parte rei coniuncta sit, cum differentia naturalitatis, vel supernaturalitatis, coniungi tamen potest cum virtute supernaturali in ordine ad eundem effectum, & vtraque inadæquatè agere; virtus naturalis solâ ratione entis, supernaturalis ratione supernaturalitatis; & sic poterit effectus supernaturalis ab vtraque virtute aliquid accipere, & effectiuè pendere. Vt *fusè tom. 7. disp. 5.*

255. *Confirm. in instrum. natur.* Quæ doctrina confirm. 1. in instrumento naturali, cuius concursus seorsim spectatus, est accidentalis; coniunctus cum concursu substantiæ causæ principalis, est substantialis, quia accidens habet aliquid, quod potest influere & communicare effectui substantiali scilicet genericam rationem entis: & quia vnus est influxus vtriusque, sicut vnus est effectus vtriusque, totus influxus substantialis reipsa tribuitur accidenti; quamuis reduplicatiuè vt substantialis, sit à substantia, vt entitatiuus ab accidente. 2. in lumine gloriæ inhærente: negari enim non potest, ad eandem visionem concurrere intellectum & lumen totamque visionem non solùm esse à lumine, sed etiam ab intellectu. Quæro ergo quo pacto ab intellectu naturali procedat visio supernaturalis? nec sat est respondere, illam procedere ab intellectu informato lumine: nam sicut in eodem principio adæquatè sumpto est distinguere & innatam vim intellectus per quam vitaliter se mouet ad actum vitæ intellectiuæ, & supernaturalem virtutem luminis, quæ complet inchoatam vim productiuam intellectus: ita & in actu visionis aliquid respondet intellectui, aliquid lumini; scilicet ratio generica intellectionis respectu intellectus, specifica supernaturalitatis respectu luminis: quæ, quia ambæ rationes possunt in eodem effectu simul conuenire, ambæ causæ possunt in eundem actum influere, non distincto influxu, sed eodem indiuisibili, sicut est effectus: atque adeò totus influxus, sicut totus effectus tribuitur intellectui coniuncto lumini, totus lumini coniuncto intellectui; etsi reduplicatiuè ratione intellectionis, (non quidem naturalis, cùm ea non attingatur influxu commenso virtuti naturali, sed genericè, vt intellectio est, præscindens à naturalitate, & supernaturalitate,) sit ab intellectu; ratione supernaturalitatis, à lumine. Vnde concedendum, quòd totus actus sit supernaturalis, quia ratio intellectionis & supernaturalitatis non distinguuntur in actu, & vt supernaturalis specificatiuè procedit ab vtroque efficienter. Nego per hæc debere vtrumque supponi in actu 1. supernatura-

256. *In lumine gloriæ;*

à quo totus actus est supernat.

le, sed sat erit si alterutrum tantùm, vt constat de accidente, & substantiâ in productione substantiæ.

Ad 4. ratio *sub Qua*, altera in actu, & hæc in visione beata supernaturalis est, siue illa sit à lumine inhærente, siue à virtute assistente: altera in potentiâ, & hæc in intellectu nequit esse intrinsecè supernaturalis, sed obedientialis, quia non est per intrinsecam specificationem & ordinem ad obiectum supernaturale, sed per extrinsecam dumtaxat connotationem, *iuxta ea quæ de potentia obedientiali.* 257. *Ad 4.*

Cæterùm distinctio illa de lumine permanente; & fluente cum eorum doctrina non cohæret: quia, cùm visio beata sit permanens, conseruari non potest, nisi à lumine permanente: nam fluens cùm transeat non potest effectum permanentem conseruare, sed solùm primò producere. Vel certè si potest visio beata absque lumine conseruari, poterit & absque lumine produci, cùm non minùs sit necessarius influxus causæ ad conseruandum, quàm ad producendum: nisi dicant (quod in hac sententia debet cohærenter dici) visionem patriæ, quia permanens est, produci, aut saltem conseruari non posse nisi à lumine permanente: visionem viæ (qualem in sententia multorum habuerunt Paulus, & Moyses,) quia fluens est, posse à fluente lumine produci & conseruari. 258.

SECTIO XIII.

An lumen gloriæ in ratione doni accidentalis sit omnium maximum?

Dixi *in ratione doni accidentalis*, vt excluderem vnionem hypostaticam; quæ est donum substantiale, omnium maximum, quod Deus ad extra communicare potest; quia per hoc Deus substantialiter se communicat creaturæ, faciendo illam substantialiter Deum. 259.

Prima sententia. *Gonzalez disp. 27. sect. 1. & 2.* affirmantis. Fundamentum, lumen gloriæ de facto excedit omne donum supernaturale accidentale, à Deo creaturæ communicatum, longè perfectius est charitate: nam visio beata, ad quam ordinatur lumen, est essentialis & suprema felicitas creaturæ intellectualis, *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum*: perfectius gratiâ, quia lumen est principium proximè effectiuum gloriæ, quæ est *gratia consummata*; gratia & reliqua dona remotè tantùm ordinantur ad gloriam, vt media ad finem, & vt dispositio ad vltimam formam; Vnde *S. Thom. 2. 2. quæst. 24. artic. 3. ad 2.* gratiam appellat *inchoationem gloriæ*, & *quæst. 27. de verit. art. 5. ad 6.* ait, gratiam patriæ discriminari à gratia viæ, ob diuersam perfectionis mensuram. Nec altius donum est communicabile: de facto enim illud communicatum fuisset humanitati Christi, cui merito vnionis personalis cum Deo debitum est omne donum creatum: & omnis habitus specificatur ab actu; sed non est possibilis perfectior actus visione clara Dei.: actus enim specificatur ex obiecto & modo tendendi ad illud: sed nec dari potest obiectum perfectius Deo in seipso visibili; nec modus tendendi altior, quàm clarè & intuitiuè ad Deum tendere. 260. *Affirmat.* *De facto.* *Ioan. 17.* 261. *Et de possibili maximum esse.*

Secunda *Nauarreti contron. 39. §. 2. Granadi to. 2. tract. de Diuina potent. disp. 9. sect. 4.* affirmantium de facto, ex fundam. præced. & negantium de possibili; nam Deus in seipso visibilis, est obiectum infinitæ intelligibilitatis; ergo terminare potest visiones 262. *Negant de possibili.*

Digitized by Google

distinctæ speciei: Igitur possibilis est visio perfectioris speciei; & lumen, quod ab actu visionis specificatur. Confirm. visio Dei est diuersæ rationis à quâcumque visione creatâ, etiamsi sit eiusdem obiecti: ergo sub eodem altissimo modo, quo Deus videt seipsum, multiplicabiles sunt infiniti modi videndi Deum, vnus alio specie perfectior. Quod etiam Granadus docet de gratia & vnione hypostatica.

263. *An maior charitas?*

TERTIA docet, de facto dari habitum perfectiorem lumine. Nam 1. habitus gratiæ est perfectior lumine, vt mox constabit. 2. Etiam charitas est perfectior lumine; quia *August. vlt. de Trin. c.* 18. nullum Dei donum, ait, esse excellentius charitate; 1. *Cor.* 13. Paulus, *Maior horum est charitas*, scilicet ille habitus est perfectior, qui perfectiùs & formaliùs attingit summum bonum: at charitas attingit eo modo, quo obiectum est in se; lumen eo modo, quo est in cognoscente: Deus perfectiori modo est in seipso, quàm in intellectu beati: 2. charitas attingit summum bonum, quà summum bonum est formaliter; lumen quà summum verum est formaliter. Confirmatur, visio ordinatur ad Deum per actum charitatis; Deus enim à beato diligitur amore amicitiæ: visio verò, quà beatitudo nostra est, amore concupiscentiæ: is actus est perfectior, qui habet rationem finis, & vltimò intenti: talis est actus charitatis, non visionis, quia hæc ordinatur ad charitatem, non charitas ad visionem.

264. *Lumen præstat in ratione entis.*

DICO 1. Lumen gloriæ est perfectius charitate in ratione entis: charitas est perfectior lumine in ratione moris. Prima pars probatur, in ratione entis perfectior est cognitio, quàm amor; quia per cognitionem primò acquirimus obiectum, illudque intentionaliter possidemus: per amorem solùm tendimus ad obiectum, iam acquisitum & possessum per actum cognitionis. Vnde beatitudo nostra formalis principalius consistit in visione. Dices: Etiam per amorem tendimus ad possidendum obiectum sub ratione boni, sub quâ per cognitionem illud non possidemus. Sed contrà; hæc non est possessio obiecti simpliciter, sed secundùm quid: tum enim simpliciter acquirimus aliquid, cùm primò illud capimus & possidemus, non cùm iam possesso fruimur: intellectu autem quasi manu primò obiectum capimus; voluntate tantùm acquisito fruimur. Secunda pars assertionis constat; nam charitas, non lumen est in patria principium obsequendi & gratificandi Deo: igitur in ratione moris charitas est perfectior lumine.

Charitas in ratione moris.

265. *Gratia simpliciter perfectior.*

DICO 2. Gratia est simpliciter perfectior lumine, licet lumen sit perfectius secundùm quid gratiâ. Primum probo; gratia est participatio Diuinæ naturæ, quâ illa est fundamentum omnium diuinarum perfectionum: lumen est participatio solius cognitionis Diuinæ: perfectior est effectus, qui perfectiùs suam causam participat. 1. per gratiam efficimur consortes Diuinæ naturæ; regeneramur in nouam creaturam: filij Dei nominamur & sumus: filius autem dicitur, qui eandem, vel penè eandem naturam parentis imitatur: Et quamuis etiam per visionem beatam efficiamur filij Dei, non tamen participantes naturam Diuinam in esse reali, vt fundamentum est omnium operationum Diuinarum, sed tantùm in esse intentionali, vt principium est cognoscendi Deum. 2. gratia quasi altera natura, à Diuinâ exemplata, exigit, vt proprietates sibi debitas, omnes habitus supernaturales, inter quos est ipsum lumen gloriæ, vt per eos, tanquam per potentias proportionatas operetur omnes operationes Dei proprias, & à creaturâ participabiles. Dices: etiam lumen est adæquata participatio naturæ diuinæ, cùm sit principium elicitiuum cognitionis totius esse Dei, secundùm omnia, quæ formaliter continentur in ipso. Sed contrà; hoc est solùm participare adæquatè naturam diuinam in esse intelligibili & obiectiuo; non reali, & in ordine ad alias operationes diuinas.

266. *Lumen secundum quid perfectius.*

Explico secundum: lumen supponit gratiam & reliquos habitus infusos, cum ipsa visione Dei naturaliter compossibiles, & est proximum principium effectiuum supremæ ac perfectissimæ operationis, quam creatura rationalis participare potest: ergo saltem secundùm quid lumen est perfectius gratiâ, quæ non supponit, sed potiùs exigit omnes habitus supernaturales, pro varietate status diuersos, alios in Patria, alios in via. Præterea gratia non est immediatè operatiua, sed mediantibus habitibus infusis, vt proprietatibus sibi debitis.

267. *Dices.*

Obijcies, Cum gratiâ non pugnat peccatum veniale; pugnat cum visione beata: ergo simpliciter perfectior est visio beata, & consequenter lumen, quàm gratia: nam perfectior est forma, quæ subiectum reddit sanctius, & in operando rectius. Confirmatur, visio beata in modo repræsentandi obiectum est in ordine actus puri, in quo non est gratia. Respond. nego consequentiam: nam ad hoc sufficit, vt visio sit tantùm perfectior secundùm quid: ex eo enim quòd visio est per modum actus, gratia verò per modum habitus, pugnat cum visione veniale, non pugnat cum gratia. Cum hoc tamen stare potest, quòd gratia sit perfectior in esse, quàm visio; nam hæc maior repugnantia oriri potest, non ex perfectiore esse, quod habet visio, sed ex maiore contrarietate & oppositione, quam habet vnus actus respectu alterius; vt actus intemperantiæ magis pugnat cum actu opposito temperantiæ, quàm cum ipsius habitu & potentia operantis; cùm tamen perfectior sit habitus & potentia operantis, quàm actus temperantiæ. Ad confirmat. est visio beata in ordine actus puri terminatiuè & intentionaliter, non subiectiuè, & realiter; in quo tantùm procedit comparatio cum gratia.

Resp.

268. *Habitus operatiuus perfectiss. Fundam.*

DICO 3. Non est possibilis habitus specificè perfectior lumine gloriæ. (Assertio est de habitu operatiuo, cuiusmodi non est habitus gratiæ,) quia vbi non est possibile principium specificæ diuersitatis, non est possibilis specifica diuersitas: at respectu luminis gloriæ id non est possibile principium specificum ex obiecto, perfectius Deo, clarè in seipso visibili; neque altior atque eleuatior modus tendendi ad ipsum, quàm per modum actus puri nullo interueniente medio creato vt ratione in qua: ergo. Confirm. si hic modus esset possibilis 269. de facto, communicatus fuisset humanitati Christi. Nec obstat quòd illi non sit communicatus habitus luminis aut charitatis intensiuè perfectior: quia cùm tales habitus nequeant communicari quoad intensionem infiniti, debuerunt quoad intensionem à Deo determinari: modus verò ille altior tendendi ad Deum, cùm esset finitus, communicari potuisset Christo. Hæc sentent, est *Caiet. 3. p. quæst.* 10. *art.* 4. §. *Ad hoc dicitur, fine, Suarez lib.* 2. *de attributis cap.* 19. *& lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 26. & iuxta illam conciliantur *præced.* sententię. Nam prima quà affirmat lumen esse perfectius gratia, intelligēda est de perfectione secundùm quid, iuxta assert. nec plus probant illius arg. Dicitur autem gloria, *gloria consummata*; quia præter gratiam, quam connaturaliter suppo-

Conciliantur sent.

Digitized by Google

supponit, addit præstantissimum ipsius fructum; vnde non est perfectior vt condiuisa ab illâ, sed vt includens illam: sicut dicitur natura consummata, quando est in sua vltimâ & præstantissimâ perfectione: dicitur autem gratia ordinari ad gloriam, non vt dispositio ad formam, velut medium ad finem, sed vt semen ad fructum, & vt natura ad præstantissimam operationem. Nec *S. Tho.* est contra nos; appellat enim gratiam *inchoationem gloriæ*, quia continet illam, vt fructum in semine, & comparata ad illam dicitur imperfecta; quia caret potissimo effectu, quem hîc ratione statûs habere non potest.

270. *Obijcies, S. Thom. 3. parte quæst. 10. articul. 4. ad 2.* affirmat, sublimiorem gradum diuinæ visionis per Dei potentiam dari posse. *Obij. Resp.* Resp. cum *Caiet.* explicandum esse de altiori gradu, non specifico, sed intensiuo, proueniente, non ex diuersitate intellectuum, vt *Caiet.* putat, sed intensioris & intensioris luminis.

At instant recen. dari potest lumen, quod compleat potentiam ad videndum, & simul suppleat vicem speciei impressæ ex parte obiecti: ergò dari potest lumen perfectius; 2. per nos gratia est perfectior lumine: ergo incongruè negamus lumen possibile perfectius. At nónne *num.* 216. apertè doceo, lumen, quod de facto est, non modò complere potentiam ad visionem producendam, sed etiam per modum speciei impressæ eandem determinare ex parte Dei obiecti primarij, & creaturarum obiecti secundarij? Hanc sent. esse nostram non ignorant, qui ipsi alibi eam impugnant. Quod 2. nil inconsequentius hoc argum. *Expresiè concedimus, gratiam habitualem esse perfectiorem lumine: ergo inconsequenter negamus lumen possibile perfectius.* Quasi verò non possit vnumquodque ex his esse in suo genere perfectissimum, quo perfectius in eodem dumtaxat genere esse non possit. *Mira impugnandi cupidos*

271. *Ad fund. 2.* Ad fundamentum secundæ pro 2. parte, nego consequentiam: nam cùm omnis specifica diuersitas actus oriri debeat vel ex obiecto, vel ex modo tendendi diuerso: si erga Deum, in seipso visibilem, nequit assignari modus tendendi altior, non videtur talis specifica diuersitas visionum possibilis. Ad confirm. nego conseq. nam visio, quam Deus de seipso habet, est longè diuersæ rationis, cùm tendat ad obiectum modo comprehensiuo & increato: Cæterùm, quia omnis visio infrà visionem Dei ad Deum tendit modo limitato & creato, differt essentialiter à visione Dei, & conuenit cum quâcunque visione creatâ.

272. *Ad 3.* Ad fundamentum tertiæ, quâ probat, charitatem esse perfectiorem lumine, concedo de perfectione in genere moris, de quâ locuti Patres. nego, charitatem perfectiùs attingere summum bonum, quàm attingat lumen; ad 1. probationem dico, tam charitatem, quàm lumen attingere Deũ, vt est in se: lumen primò apprehendendo ac possidendo, charitatem fruendo. Ad 2. esto charitas Deum attingat sub ratione summi boni, lumen sub ratione summi veri, quia tamen hoc attingit primò possidendo, perfectius est charitate. Ad confirmationem: Respond. id tantùm probare de maiore perfectione in genere moris & amicitiæ, non in genere entis.

SECTIO XIV.

An beati inæqualiter videant Deum?

PRIMA sent. error *Iouiniani*, quem sequuntur *Lutherani*, affirmantis omnes beatos æqualiter Deum visuros; quia putabat, opera iustorum in hac vita non valere ad promerendũ maius præmium gloriæ, sed solùm ad continuandum idem præmium, quod acceperunt; ex parabolâ de denario diurno, *Matth.* 20. in qua idem denarius, qui præmium essentiale significat, æquè primis ac nouissimis in vineâ laborantibus soluitur. Lutherani id asserunt, quia opinantur omnem iustitiam ab extrinseca imputatione meritorum Christi in nos deriuari; Christus autem æquè pro omnibus meruit: igitur æquè omnes futuri sunt beati. Hanc sent. probabilem censet *Durand. in 4. dist. 49. qu. 2. num. 27.* 273. *Erroris Fundam. diuersum.*

SECVNDA *Palud. in 4. dist. 4. quæst. 1.* asserentis, omnes beatos esse inæquales in beatitudine essentiali. Fundamentum: omnes Angeli eò sunt in gloria sublimiores, quò sunt naturâ perfectiores: omnes sunt diuersæ naturæ: & homines electi sunt ad restaurandas sedes Angelorum: igitur etiam homines futuri sunt tam inter se, quàm cum Angelis in gloria inæquales. 274. *Sententia.*

TERTIA communis Scholasticorum affirmantium, nec omnes beatos esse æquales, nec omnes in gloria inæquales. Quæ vera est: quoad 1. partem definita *in Concil. Floren. decreto de Purgat.* vbi statuitur, beatos *intueri clarè ipsum Deum Trinum & vnum, sicuti est, pro meritorum tamen diuersitate alium alio perfectius*: ex Ioan. 14. *In domo Patris mei mansiones multæ sunt*: nec rectè Iouinianus explicat de Ecclesia militante: nam apertè Christus loquitur de loco, quem erat suis discipulis propriâ morte in cœlis præparaturus; Matth. 16. *Filius hominis venturus est in gloria Patris sui, & tunc reddet vnicuique secundùm opera eius*: 1. Corinth. 3. *Vnusquisque autem propriam mercedem accipiet secundùm suum laborem.* 275. *Vera sent. non omnes æquales.*

Prob. Deus non minùs est iustus in retribuendo, quàm in puniendo: sed in puniendo seruat æqualitatem pœnæ ad culpam, iuxta *Apocal. 18. quantum glorificauit se, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum*: ergo in retribuendo seruat æqualitatem præmij ad meritum; hoc enim poscit ratio distributiuæ iustitiæ, & lex bene institutæ Reip. vt quantitas præmij respondeat quantitati meritorum. Posterior sent. pars constat in paruulis baptizatis, qui ex hac vita decedunt ante vsum rationis. Certum enim est, eos æqualem in baptismo gratiam suscipere, quidquid *Palud.* contendat, cùm omnes æqualiter dispositi ad illum accedant: sed gratiæ baptismali respondet gloria, non vt præmium, vt in adultis, sed vt hæreditas, solo Christi labore parta: non igitur omnes beati impares sunt in gloria. 276. *Ratio.* *Nec omnes inæquales.*

Ad fundamentum *Iouin.* ductum ex parabola de denario diurno, æqualiter omnibus operarijs, quamuis diuersâ horâ in vineâ conductis, soluto. Resp. vel nomine eiusdem denarij intelligi beatitudinem obiectiuam, quæ eadem manifestatur omnibus; vel certè eandem beatitudinem formalem, non quoad perfectionẽ intensiuam, quæ varia est in varijs, iuxta meritorum varietatem, sed, *vt Augustin. explicat*, quoad extensiuam durationis, quâ eadem respondet omnibus. Quæ responsio si non satisfa- 277. *Ad Iouin.*

Digitized by Google

cit obmurmurationi operariorum de pari præmio imparibus laboribus soluto, eo quòd hæc æqualitatem beatitudinis formalis potiùs, quàm obiectiuæ; & intensiuæ magis, quàm extensiuæ significare videatur: dicito, in ea parabola solui præmium, impar laboribus, non meritis; quia potuerunt, qui nouissimâ horâ ætatis in vineam Dei vocati sunt, vberiore gratiâ & auxilio efficaciore compensare diuturnos labores eorum, qui primâ horâ ætatis vocati sunt. Quia verò totum hoc fundatur in gratiâ, & liberalitate Dei, vberiora auxilia conferentis nouissimis, quàm primis, ideò Christus in eâ parabolâ operarijs obmurmurantibus noluit pro ratione afferre æqualitatem meritorum, sed beneplacitum suæ voluntatis, à quâ originaliter pendet, vt qui nouissimâ horâ vocati sunt, imparibus laboribus, paribus meritis, sed par præmium contendant.

278. *Ad Luther.* Ad fundamentum *Lutheri*, nego maior. quippe quæ damnata est à *Trident. sess. 6. can.* 11.

279. *Ad Palud.* Ad fundamentum *Palud.* nego vltimam conseq. quia potuerunt homines eligi ad restaurandas sedes Angelorum, absque eo, quòd futuri essent illis in gloriâ æquales: quippe qui eorum sedes restaurare debebant; iuxta mensuram propriorum meritorum, quæ, quia in multis futura essent æqualia, per æqualem etiam gloriam eas restaurarent.

SECTIO XV.

An hæc gloriæ diuersitas in beatis sit tantùm indiuidualis, an & specifica?

280. PRIMA sent. *Maior. in 4. distinct. 49. quæst.* 11. opinantis, vlsiones elicitas à diuersis specie intellectibus, esse specie diuersas, quod probabile censet *Medina in* 1. 2. *quæst.* 5. *articul.* 4. *ad* 1. de visione causata à lumine permanente, qualis est visio patriæ, & à lumine fluente, qualis fuit visio Pauli in raptu. Fundamentum: visio non solùm specificatur ab obiecto, sed etiam à principio: nam diuersa est notitia hominis & Angeli respectu eiusd. obiecti: sed intellectus hominis & Angeli sunt diuersæ speciei; sunt enim proprietates fluentes à diuersis essentijs, habentes modum cognoscendi longè diuersum: ergo & visio ab illis elicita. Nec obstat, quòd visio Dei sit supernat. nam etiam assensus fidei est supernat. & tamen diuersus specie est in Angelo & homine. Confirm. diuersa obiecta creata repræsentat in verbo visio vnius, atque alterius beati: ergo etiam ex parte obiecti visio vnius differt specie à visione alterius.

281. SECVNDA *Durandi in 3. dist.* 14. *quæst.* 1. *num.* 8. *Marsilij quæst.* 10. *articul.* 2. *dub. incid. post* 2. *concl. Mayron. in* 2. *distinct.* 3. *quæst.* 1. *Soti in* 4. *dist.* 49. *quæst.* 3. *art.* 2. §. *His non obstantib. & omnium recen.* affirmantium, visiones beatas esse eiusdem speciei in omnibus beatis, dubius *Scotus in* 2. *dist.* 1. *quæst. vlt. Ad* 1. licet eam supponere videatur *in* 4. *dist.* 50. *quæst.* 6. Quæ sentent. vera est. Fundamentum: nullum potest assignari principium, quod specificet vnam visionem ab alia: Non diuersitas luminum, quia, vt *sect.* 13. implicat; cùm nec fingi possit obiectum perfectius, quàm Deus in seipso immediatè visibilis; nec modus ad ipsum tendendi altior, quàm per modum actûs puri in seipso attingibilis: Non diuersitas potentiarum; quia potentiæ ad visionem beatam non concurrunt specificâ differentiâ, sed generică conuenientiâ, quâ intellectiuæ sunt formaliter, *vt infrà*: potest autem idem effectus produci à principijs diuersis, non quâ diuersa sunt formaliter, sed quâ conueniunt in vnâ ratione communi: Non diuersitas creaturarum, quæ per diuersas visiones simul cùm Deo obiecto primario repræsentantur; quia illæ solùm repræsentantur vt obiecta secundaria, & termini materiales; Confirm. vt rectè *Duran.* visio beata animæ Christi excedit in perfectione visiones omnium Angelorum, non posset, si foret inferioris speciei; quia nulla species inferior, quantumuis in suo gradu intensa attingere potest perfectionem superioris speciei; quia quilibet gradus speciei superioris est physicè incompensabilis quocunque gradu speciei inferioris. Nec satisfacit *Maior* dicens, posse specificam perfectionem visionis Angelicæ communicari intellectui humano: quia cùm visio, vtpotè vitalis, debeat actiuè procedere ab intrinseco principio videntis, non poterit specifica perfectio, prouenies ex specificâ naturâ intellectus superioris communicari intellectui inferiori.

Visio beata eiusdem speciei in omnibus.

282.

Ad fundamentum primæ sententiæ, concedit 1. *Scotus* visionem Angeli differre specie à visione hominis subiectiuè, non obiectiuè. 2. Negat, potentias actiuè se habere ad visionem beatam, sed tantùm receptiuè: receptiua autem non distinguunt formas, quas recipiunt. *Mayron.* negat, potentias Angeli & hominis differre specie. At nego maior. quando principium, non vt diuersum formaliter, sed vt idem est cum alio, ad actum concurrit: porrò intellectus Angelicus & humanus, non vt diuersi sunt formaliter, sed vt ijdem in ratione communi & vniuocâ intelligendi ad actum visionis concurrunt: proinde visiones non sortiuntur ab ipsis specificam differentiam, sed tantùm genericam conuenientiam intellectionis vt sic. Vnde concedo, intellectum Angelicum, & humanum habere diuersum modum intelligendi, quando intelligũt, vt diuersi formaliter; nego, quando intelligunt, vt conuenientes in vnâ ratione formali intelligendi: quomodo se habent respectu visionis Dei. Cuius signum est, quia neuter intellectus visione beatâ intelligit suo proprio modo intelligendi, sed modo proprio Dei, qui est intelligere per modum actûs puri, absque vllo discursu, & compositione vel potentialitate. Nec est eadem ratio de assensu fidei, quia hic seruat proprium modum cognoscendi in vtroque intellectu Angelico & humano. Ad Confirm. constat ex dictis.

283. *Visio non diuersificatur à principio.*

SECTIO XVI.

An ex perfectiore intellectu oriatur perfectior visio Dei?

284. PRIMA sent. *Alex. Alen.* 1. *part. q.* 7. *me.* 2. *Scoti in* 3. *dist.* 13. *qu.* 3. *& in* 4. *ad* 3. *q. & in* 4. *dist.* 50. *q.* 6. §. *Resp. concl* 5. *Richar. in* 4. *dist.* 49. *a.* 2. *qu.* 8. *& a.* 3. *q.* 2. *Durand. in* 3. *dist.* 14. *quæst.* 1. *num.* 12. *Caiet.* 3. *part. quæst.* 10. *art.* 4. *ad* 2. *supplem. in* 4. *dist.* 49. *quæst.* 5. *art.* 2. *propos.* 4. *Olchot relati à supple. quæst.* 1. *art.* 3. *dub.* 2. *Maioris quæst.* 10. *ad* 7. *Molina* 1. *part. quæst.* 12. *a.* 6. *disputat.* 2. affirmantium: quod probabile putat secundùm principia Philosophiæ, licet non Theologiæ *Becanus tract.* 1. *cap.* 9. *qu.* 10. Fundamentum: perfectior causa perfectiorem producit effectum: sed nobilor intellectus cum æquali lumine gloriæ est perfectior visionis causa; quia perfectior causa consurgit ex perfectiore concausa: nam sicut ex perfectiore lumine perfectior consurgit causa, ita ex perfectiore intellectu. Confir. intellectus perfectior

Affirmant. *Fundam.*

285. *Confirm.* 1.

Digitized by Google

fectior magis influit in actum: sed maior influxus intensiorem efficit actum, quia maiori influxui, maior, seu intensior respondet in actu perfectio. 2. quia cum æquali habitu fidei, & charitatis, & maiore conatu potentiæ intensiorem elicimus actum fidei, & charitatis in via: ergo & in Patria.

186. *Negant veriùs.* SECUNDA. *Soti in 4. dist. 49. quæst. 3. art. 2. Palat. disput. 1. Ferrar. 3. con. Gent. cap. 58. §. sed circa, Medina in part. 2. qu. 3. art. 2. ad 4. Bannez in 1. part. qu. 12. art. 6. Zumel disputat. 1. Valent. punct. 4. Vasquez disputat. 47. cap. 7. Suarez lib. 2. de attrib. cap. 21. Arrub. disputat. 22. Gonzalez disputat. 29. sect. 2 Fasoli dub. 3.* negantium, sed totam inæqualitatem visionis oriri ex lumine magis, aut minùs intenso. Quæ probabilior est, & *S. Thom. 1. part. quæst. 12. articul. 6. & 3. con. Gent. cap. 58. Intellectus*, inquit, *plus participans de lumine gloriæ, perfectiùs Deum videbit.* Nec contrarium docet, 3. *part. quæst. 10. articul. 4. ad 2.* scilicet gradus in visione Diuinæ essentiæ magis attendi ordine gratiæ, quàm naturæ, (quod fuit *Caiet.* occasio declinandi in oppositam sentent.) particula enim *magis*, explicanda est, non comparatiuè, sed aduersatiuè, vt idem sit ac *potiùs*.

187. *Ratio, Intellectus concurrunt vt genericè conuenientes.* Ratio à priori. Intellectus beatorum ad visionem non concurrunt vt specificè, & indiuidualiter diuersi, sed vt genericè conuenientes: igitur inæqualitas visionum, desumi non potest ex inæqualitate intellectuum ad visionem concurrentium. quia inæqualitas effectuum desumenda est ex inæqualitate causæ formaliter, non materialiter sumptæ: ergo si causa non influit vt diuersa formaliter, non potest ex ipsius diuersitate sumi diuersitas in effectu; quia non potest diuersus effectus oriri à causa, nisi per influxum diuersum: non est diuersus, vbi causa non influit vt diuersa formaliter. Antecedens probo. Causa eâ ratione influit in effectũ, quâ illum sibi assimilat: intellectus beatorum non assimilant sibi visionem Dei, nisi generica ratione intellectionis: igitur eâ tantùm ratione influunt. Maior patet; causa præsertim efficiens influit in effectum, communicando aliquid sui: ergo nec potest in illum influere, quin aliquo modo sibi assimilet; nec potest illum sibi assimilare, nisi eâ ratione, quam influendo communicat. Minor prob. visio Dei tria dicit, rationem intellectionis, supernaturalitatis, repræsentationis diuinæ essentiæ: postrema duo habet formaliter à lumine; primum ab intellectu scilicet solam genericam rationem intellectionis. Igitur diuersi intellectus ad visionem cõcurrunt vt conuenientes in generica ratione intellectiui.

Secundùm genericam rationem assimilant sibi visionẽ.

188. *Non secundum proprium modum intelligendi.* Explico: Intellectus humanus & Angelicus non concurrunt ad visionem beatam proprio modo intelligendi ipsorum, magis vel minùs abstractè, magis vel minùs vniuersaliter, sed modo intelligendi Dei proprio, ad instar actûs puri emersi ab omni potentialitate, & sine vllâ compositione & discursu: ergo non concurrunt, vt diuersi formaliter; quia diuersi intellectus non differunt inter se, nisi in modo intelligendi magis aut minùs abstractè, magis aut minùs vniuersaliter; magis aut minùs compositè; per discursum aut sine discursu. Confirm. ab illa causa desumẽda est inæqualitas claritatis actus, à qua desumitur claritas actus; nam eadem est causa rei & intensionis rei: sed tota claritas visionis Dei desumitur à lumine; cùm nequeat intellectus creatus naturali sua virtute clarè videre Deum: ergo & intensio eiusdem claritatis desumenda est ex lumine dumtaxat clariore & intensiore.

189. DICES. Perfectior ratio intellectionis est in visione elicita ab intellectu nobiliore, quàm ignobiliore. Respond. neg. assumptum cùm ratio intellectionis non attingatur ab intellectu nobiliore secundùm specificum modum intelligendi ipsius, ratione communi intellectionis, quâ vterque æquè, ac vniuocè conuenit, maior enim aut minor perfectio intellectionis non attenditur penes genericum, sed penes specificum modum intelligendi. *Nec secundùm specificum.*

Instas: Si intellectus humanus ad visionem beatam non concurrit ratione specifica; igitur non concurrit vt humanus, ac proinde non beatificatur vt humanus, quia non beatificatur, nisi vt actiuè concurrens ad visionem. Respond. non concurrit vt humanus specificatiuè, nego; reduplicatiuè, concedo: ergo non beatur vt humanus. nego conseq. nam ad hoc sufficit, vt ad visionem concurrat, vt humanus specificatiuè: sicut qui putat, animam non concurrere immediatè ad visionem, sed solùm intellectum, adhuc debet dicere totam animam beari. Ratio; vt totum suppositum dicatur operari, sufficit, vt per aliquam sui potentiam operetur: ergo, vt tota potentia dicatur operari, pariter sufficiet, vt per aliquam sui rationem operetur præsertim, cùm in mea sententia, gradus genericus non distinguatur à specifico: atque adeò etiam genericus in reipsa est proprius hominis, vel Angeli, & solùm dicitur communis communitate non rei, sed rationis, quatenus ratione conuenit in gradu & perfectione intellectiui cum alio. 190. *Instas.* *Resp.*

Impugnant hanc rat. *cit. recent.* 1. Lumen gloriæ est immersum potentialitati, non minùs quàm intellectus: ergo nulla in eo est imitatio proprij modi cognoscendi Dei per modum actus puri, emersi ab omni potentialitate; ergo si perfectius lumen potentialitati immersum perfectiorem potest visionem elicere, poterit & intellectus. 2. Deus emersus è potentialitate non semper æqualiter operatur: nam vt creans operatur vt emersus, & tamen creatio angeli est perfectior creatione materiæ: ergo posset intellectus perfectior imitari perfectiorem modum operandi Dei, adeoque perfectiorem elicere visionem. 3. Cur non poterit vnus intellectus eundem modum operandi Dei meliùs imitari; ac proinde perfectior intellectus perfectiorem elicere visionem? 4. De fide est, esto non à perfectiori intellectu, saltẽ absolutè, visiones posse esse inæquales: ergo sicut non obstante, quòd omnes operentur iuxta proprium modum Dei, emersi ab omni potentialitate, potest vna visio esse alterâ perfectior saltem indiuidualiter: cur eâdem imitatione non obstante, non poterit à perfectiori intellectu perfectior visio indiuidualiter elici? 5. Falsum est, intellectum beati ad visionem concurrere solùm in ratione intellectiui vt sic: tum quia concurrit vt causa necessaria totâ suâ virtute specificâ & indiuiduali: tum quia à parte rei non dantur eiusmodi præcisiones, intellectiui vt sic, & vt talis: ergo si physicè influit, totâ suâ virtute influit, cùm hæc sit physicè indiuisibilis. *Impugnat.* 1. 2. 3. 4. 5.

Resp. ad 1. neg. conseq. nam esto lumen, non minùs quàm intellectus sit immersum potentialitati, ac proinde nequeat vt sic imitari proprium modum operandi Dei, vt tamen est causa naturaliter productiua visionis, quæ repræsentat Deum actum purum emersum ab omni potentialitate, imitatur proprium modum operandi Dei, non quidem proximè, cùm ipsum non sit perceptiuum, sed remotè, quà naturaliter productiuum visionis obiectiuè emersæ ab omni potentialitate, atque vt sic participantis proprium modum visionis diuinæ: lumen enim ad visionem concurrit vt causa naturalis, in ratione productiui illi commen- 191. *Resp. ad 1. Retor.* *Intell. est instrum. obed. etiam in ratione percipiendi.*

sû, ac

sâ, ac proinde totâ suâ virtute ; quia totâ ei proportionatur : intellectus concurrit vt instrumentum obedientiale eleuatum per lumen tam in ratione producendi, quàm percipiendi; in neutrâ commensus visioni: proindè concurrit per lumen determinatus solùm in ratione intellectiui vt sic, non vt talis: quia cùm vt intellectiuum tale habeat proprium modum intelligendi distinctum à proprio modo intelligendi alterius intellectus perfectioris, cumque nullus creatus in videndo Deo imitetur modum cognoscendi proprium, sed Dei; talis eleuatio non erit necessaria; nam eatenus esset necessaria, quatenus deberet in visione producere proprium modum cognoscendi obiectiuè immersum potentialitati: cùm autem intellectus angelicus, humanusq; per visionẽ beatam imitetur proprium modum cognoscendi Dei obiectiuè emersum ab omni potentialitate, nullus intellectus eleuatur secundùm proprium modum cognoscendi specificum, sed solùm genericum, in quo omnes creati conueniunt. *Confirm.* Confir. Intellectus beati quoad eleuationem potest vnâ ratione, & non aliâ actu subijci Deo: non secus ac species angelica plurium obiectorum repræsentatiua potest quoad repræsentationem vnius obiecti, & non alterius actu subijci angelo: potest enim angelus determinare suam speciem ad concurrendum vnâ, & non aliâ obiecti repræsentatione: ergo & Deus intellectum beati ad concurrendum vnâ ratione, & non aliâ determinat autem illum mediante lumine, quo vtitur vt causâ principali quoad productionem visionis, & vt instrumento remoto quoad repræsentationem obiectiuè emersam ab omni potentialitate, quam solus Deus producit vt causa principalis. *Ad 2.* Ad 2. neg. conseq. quia cùm intellectus ad visionem non concurrat vt causa naturalis, sed vt instrum. obed. determinatum per lumen non totâ suâ virtute, sed solâ ratione genericâ intellectiui vt sic, non poterit perfectior intellectus meliùs imitari eundem modum *Ad 3. 4.* cognoscendi Dei. Ex quo patet ad 3. Ad 4. concedo, de fide esse, visiones in patria posse esse inæquales, non quoad eleuationem obiectiuam, (omnes enim repræsentant Deum vt actum purum) sed quoad maiorem vel minorem intensionem & claritatem: & dico, hanc inæqualitatem non prouenire ab intellectu, sed à lumine, quia cõcurrit vt causa naturalis totâ suâ virtute, intellectus vt instrum. eleuatum, genericâ dumtaxat ratione intellectiui *Ad 5.* vt sic. Ad 5. negatur antec. ad 1. prob. Resp. concurrere vt causam necessariam, non totâ suâ virtute, sed eâ tantùm, quâ à Deo per lumen eleuatur. Ad 2. vt possit intellectus vnâ ratione, & non aliâ ad visionem concurrere, necesse non est, vt eæ sint inter se distinctæ: v. g. vt species angelica ad actũ cognitionis concurrat vnâ repræsentatione, & non aliâ, necesse non est, vt hæ ex naturâ rei distinguantur in specie, sed sufficit, vt non adæquatâ suâ virtute, quam habet, in actum concurrat.

292. *Modus Aduers.* Ex his refellitur modus, quo ipsi explicant, cur nobilior intellectus nobiliorem non producat visionem: quia, inquiunt, non semper in naturalibus, ac multò minus in supernaturalibus, perfectior causa perfectiorem producit effectum, licet perfectiorem eliciat actionem. effectus enim non respicit determinatè hanc causam; visio angelica produci potuit ab homine; & vice versâ visio hominis ab angelo: gratia, quæ est in homine, esse potuit in angelo, & è conuerso: actio autem essentialiter respicit hanc determinatè causam; & quò perfectior est causa, eò perfectior est respectus transcendentalis ad illam. *Refellitur.* Refellitur 1. quod de effectu dicitur, dici etiam potest de actione, quòd non semper perfectior causa perfectiorem producat actionem. Nec refert, quòd actio respiciat hanc determinatè causam, ad quam dicit transcendentalem respectum: nam etiam virtus causæ respicit hunc specie effectum, & effectus dicit transcendentalem ordinem ad suam causam; causa tam est extrinseca actioni, quàm effectui, & tam effectus quàm actio constituitur non per ipsum esse causæ, sed per suum esse condistinctum à causa. 2. quis dicat, non posse ab angelo perfectiorem cognitionem naturalem de Deo elici, quàm ab homine, vel ab animâ separatâ? certè quò perfectiores sunt angeli, eò perfectiores species eis debentur, cognitioni commensæ. Difficultas modò est, cur perfectior intellectus cum æquali lumine perfectiorem visionem non producat, cùm illam producat vt causa necessaria totâ suâ virtute, & eâ quam habet independenter à lumine, & eâ quam accipit à lumine; Nec enim lumen impedit, vel coarctat propriam virtutem, quo minùs illa secundùm totum suum posse cum lumine concurrat; sed potiùs physicè prædeterminando, trahit illam ad producendam visionem totâ suâ virtute: si intellectus angelicus habet perfectiorem virtutem ad perfectiorem cognitionem naturaliter producendam, quàm humanus, quod à nemine negari potest, cur, si ad visionem concurrit vt causa necessaria totâ suâ virtute, cum æquali lumine perfectiorem visionem non producit? huius rei rationem non assignant; nos assignamus, quia angelicus perfectior ad visionem concurrit determinatus à lumine in ratione intellectiui vt sic, in quo non est perfectior humano, non in ratione talis intellectiui, in quo tantùm est humano perfectior; idque ex eo, quòd angelicus, vti & humanus in visione Dei eliciendâ non imitatur modum cognoscendi proprium, obiectiuè mersum potentialitate, sed Dei à potentialitate emersum. Nec iuuat aduers. quòd hæc visio non respiciat hunc determinatè intellectum; Nam 1. falsum supponunt, posse visionem ab alio intellectu produci, quàm ab eo, cuius est propria. 2. Etiam hoc concesso, recurrit difficultas. Interrogo enim, an visio humana, producta ab angelo, producatur secundũ totum posse intellectûs angelici; & è conuersio visio angelica producta ab homine, producatur secundùm totum posse intellectus humani? Si non; vrget difficultas, si tam angelicus visionem humanam quàm humanus angelicam producit vt causa necessaria, cur illam non producit totâ suâ virtute? si verò ab vtroque intellectu producatur totâ virtute, & visio humana producta ab angelico erit perfectior, quàm producta ab humano, & angelica producta ab humano erit imperfectior, quàm producta ab angelico. Vnde ex hoc potiùs contrarium concluditur, perfectiorem nimirum intellectum cum æquali lumine perfectiorem producere visionem: nam etiã visio imperfectioris intellectus, si producta fuisset à perfectiori vt à causâ necessariâ secundũ totâ virtutem, fuisset per aduers. perfectior; & vice versâ: ergo de facto cùm vnaquæque visio à suo intellectu producatur necessariò totâ virtute, sequitur, à perfectiori perfectiorem, ab imperfectiori imperfectiorem produci visionem. Nec exemplum de gratiâ est ad rem: nam hæc liberè producitur à solo Deo, qui potuit eandem producere in angelo, quàm produxit in homine; & è conuerso: visio autem non à solo Deo, sed actiuè influente intellectu beati, qui cùm influat vt causa necessaria perfectior, perfectiùs influet, nisi ratio nostra assignetur, quam tacitè videntur supponere; & alijs verbis

Aduers. dif. ficul. non soluunt.

Quòd potuerit ab intell. perfectiori aut minùs perfecto eadem visio produci.

Contrarium potiùs concludere fa- cit.

propo-

Digitized by Google

proponunt, dum dicunt, non semper perfectiorem causam perfectiorem producere effectum; nisi quòd huius rei rationem non reddunt.

293. *Aliter non proportio meritorum.* Prob. 2. hæc sent. ab absurdo: sequeretur ex opposita sent. beatitudinem non dari iuxta proportionem meritorum; siquidem habentibus æqualia merita, & inæquales vires naturales, inæqualis responderet visio beata. Confirm. sequeretur, minuendum esse habitum charitatis in eo, qui per æqualia merita æqualem habitum charitatis acquisiuit in via, si nobiliorem haberet voluntatem, vt excessus perfectioris voluntatis compensetur diminutione habitus charitatis. *Resp. 1.* Respondent 1. nullum esse absurdum in visione Dei admittere gradum beatitudinis prouenientem ex naturali actiuitate potentiæ vltra illum, qui ex meritis debetur. *Contrà.* Sed contrà; tota beatitudo datur filijs Dei ex meritis Christi, vt corona; ergo tota respondet meritis: & cùm iste gradus sit quoad substantiam supernaturalis, nequit prouenire à potentia naturali, nisi vt eleuata à lumine supernaturali. 294. *Resp. 2.* Respondent 2. Solam visionem conferri iuxta proportionem meritorum; nam in ea consistit formalis beatitudo: lumen quod tantùm est medium ad beatitud. formalem, conferri iuxta conditionem potentiæ in ordine ad visionem causandam, vt plus luminis accipiat, qui cum æqualibus meritis hebetiorem; minùs, qui nobiliorem habet intellectum. Sed contrà; hæc eadem compensatio facienda esset in habitu charitatis, vt intensiorem habitum recipiat, qui imperfectiorem; remissiorem, qui cum æqualibus meritis perfectiorem habet voluntatem. Ex quo vlteriùs sequitur, remissiorem habere gratiam, qui remissiorem habet charitatem, nam hæc proportionem seruat cum gratia. 2. non solùm visio, sed lumen datur beatis in præmium; vt in viâ, non tantũ auxilia per modum actualis illustrationis, sed etiam habitus per modum principij, in præmium meritorum. *Resp. 3. Scotus Molina.* Respondent 3. Deum per immediatũ concursum compensare inæqualitatem virium naturalium, quantum sufficit, vt effectus in habentibus æqualia merita sit æqualis; ita visio, amor & eorum principia tribuuntur iuxta proportionem meritorum. *Contrà.* Sed contrà; si maior concursus est commensus potentiæ ignobiliori, habenti æquale lumen; minor qui exhibetur nobiliori, habenti æquale lumen, non est commensus ipsius virtuti, sed infra ipsius exigentiam; & Deus non concurreret cum potentijs glorioſis iuxta connaturalem exigentiam ipsarum, vt cum reliquis causis 2. & cùm huiusmodi potentiæ agant in patria necessariò requirunt cõcursum adæquatum toti actiuitati ipsarum. Si non est commensus maior iste concursus; cùm tribuatur in præmium meritorum ad compensandum perfectiorem influxum potentiæ nobilioris, maius erit præmium exhibitum ignobiliori, quàm nobiliori; quia illud excedit hoc per concursum supernatur. nobiliorem.

295. *Intell. nobilior est causa visionis perfectior materialiter.* Ad fundam. primæ sent. dist. maior, de causa formaliter, & materialiter sumpta: cæterùm intellectus nobilior cum æquali lumine gloriæ non est perfectior causa visionis formaliter, sed tantùm materialiter, quia non producit illam, vt formaliter perfectior, sicut lux non producit nobiliorem ignem, quàm calor; quia non producit illum vt perfectior formaliter, sed vt conuenit in eâdem vi productiuâ ignis cum calore. Nec est eadem ratio de lumine; hoc enim est causa proxima tum claritatis, tum supernaturalitatis visionis: sicut nec de instrumento naturali, vel artificiali: nam hæc saltem materiam præparando conducunt ad meliorem, intensioremque effectum. Ad confirm. nego maior. cùm perfectior intellectus non concurrat, vt formaliter perfectior. Ratio: visio beata non requirit ab intellectu creato, nisi solam rationem intellectionis, quia hæc sola ratio sufficit, & compossibilis est cum visione beata, quæ per lumen gloriæ contrahitur ad visionem supernat.

296. *Ad 2.* Ad 2. nego antec. nunquam enim potentia siue in via producere potest saltem connaturaliter actum supernat. intensiorem, quàm sit habitus supernaturalis. Cæterùm, quia non semper potentia in hac vita operatur quantum potest cum habitu, cùm non operetur necessariò, sed liberè; sæpe ex maiore conatu potentiæ melior sequitur operatio, non tam potentiæ, quàm habitus, intensiùs concurrentis cum potentiâ, habitu meliùs vtente; quod non contingit in patriâ, in quâ potentiæ operantur necessariò & secundùm vltimum posse habitus.

SECTIO XVII.

An Beati videant omnia quæ formaliter sunt in Deo?

297. DVplex perfectio est in Deo, altera necessaria, qua in suo esse diuino, siue absoluto naturæ, siue relatiuo personarum constituitur; altera libera, quâ liberè vult has, vel illas creaturas, dicunturque libera decreta & consilia interna Dei, quibus Deus liberè se determinat ad hæc vel illa obiecta. In hâc & *seq. sect.* de priore.

298. *1. Sentent. Negat. Fundam.* PRIMA sent. *Ocham. in 4. quæst. 13. articul. 1.* negantis, beatos videre omnia attributa, quæ in Deo sunt formaliter; quia hæc sunt infinita, ad quæ videnda requiritur visio infinita: nam quò plura in Deo videntur, vò perfectior requiritur visio: ergo ad videnda infinita, requiritur visio infinita. *Confirm.* Confirm. ideò non videntur omnes Diuinæ Ideæ à beatis, quia sunt infinitæ.

299. *2. Sentent.* SECVNDA *Ferrarien. 3. con. Gent. cap. 56. ad 2. Alber. tom. 1. princip. Coroll. 4. punct. 7. & 8.* negantium, Deum à beatis videri, aut videri posse secundùm omnes gradus virtuales perfectionis, secundùm quos potest magis, & magis ab intellectu creato penetrari. Fauent *Alens. 1. part. quæst. 7. memb. 1. & 2. Richard. in 3. distinct. 14. articul. 1. quæst. 4.* Ad vlt. vbi *aliquid*, inquit, *de eius profunditate latet omnem intellectum*, feruntque fuisse sent. *Victoria.* Prob. 1. si totus Deus, & quoad perfectiones extensiuas, & quoad gradus perfectionales intensiuos videretur à beatis, comprehenderetur, quia nihil ex parte obiecti lateret videntem, qui distinctè videret omnipotentiam, & scientiam omni modo, & gradu perfectionis, quo in Deo existunt; distinctè videret omnes creaturas, ad quas illæ terminantur: penetratâ potentiâ, vel scientiâ omni gradu perfectionis in Deo existentis; penetratur omnis respectus, quê dicunt ad ſpa obiecta; atque adeò distinctè viderentur obiecta ipsa; qui distinctè penetraret immensitatem, & æternitatem, distinctè videret respectus ad infinita spatia, & tempora possibilia, ad quæ huiusmodi respectus terminantur: Qui penetraret eminentiam, quâ Deus continet infinitas creaturas, distinctè cognosceret omnes. Prob. 2. Deus est infinitus in essendo: igitur implicat secundùm totum esse penetrari. *Per singula attrib. discursus.*

300. *Affirmant veriùs prout dubio.* TERTIA *S. Thom. 1. part. quæst. 12. articul. 7. ad 2. & 3. con. Gent. c. 55. & quæst. 8. de ver. art. 2. Soto in 4. dist. 49. quæst. 3. art. 3. concluſ. 1. Zumel 1. part. quæst. 12. art. 7.*

Digitized by Google

12. *art.* 7. *disputat.* 1. *Molina art.* 8. *disputat.* 3. *Vasquez disputat.* 48. *Suarez lib.* 2. *de attributis cap.* 22. *Arrub. disputat.* 24. *Gonzalez disputat.* 32. *Fasoli dub.* 1. affirmantium, totum Deum, quoad omnem modum & gradum perfectionis in ipso existentem, à quouis beato videri; nec quicquam quod se tenet ex parte Dei, latere beatos: quod vt certum supponunt *Schol. in* 4. *dist.* 49. *&* 50. ex illo 1. Ioan. 3. *Videbimus eum, sicuti est.* Ad quod alludens *Floren. in decre. de Purgat.* docet, animas beatas *intueri clarè ipsum Deum Trinum & vnum, sicuti est*: visio autem clara Dei, *sicuti est*, exprimit omnem perfectionem in Deo existentem, alioqui non repræsentaret ipsum, *sicuti est*. Quæ sent. verior. Fundamentum:

301. *Totum Deũ quoad modum & gradũ perfect. videri; Quia simplex.*

quod in se simplex est, & vnum, atque adeò indiuisibile formaliter vt Deus, implicat videri, quin totum, ac totaliter ex parte obiecti videatur: nullam enim distinctionem perfectionum in se habet, sed est vna formalis, & simplex perfectio: ergo implicat videri, vt est in se, quin totũ, ac totaliter videatur. nam si aliqua perfectio, vel modus in Deo existens non videretur, non tota Dei essentia videretur, cùm quicquid in Deo est, de essentiâ Dei

302. sit. Confirmat *Vasquez*; si posset videri vnum attributum vno gradu, & non alio, à fortiori posset vnum attributum videri sine alio; quia magis identificantur gradus cum attributo, quàm vnum attributum cum alio: quia magis intrinseci sunt gradus attributo, cùm omnes pertineant ad eandem rationem formalem homogeneam, & explicitam

Albertinus. attributi, quàm vnum attributum alteri. Dicit Albertinus; ideò totum attributum, totamque eius virtualem intensionem, etiamsi huiusmodi perfectionales gradus minùs distinguantur inter se, & ab attributo, non posse à beatis videri, quia intensius requiritur lumen ad penetrandam virtualem ipsius diuisibilitatem, quàm ad videnda omnia attributa extensiuè: nam hæc videntur eodem lumine, quo

Contrà. videtur essentia ipsa. Non satisfacit: nam ratio, cur omnia attributa videantur, visa essentia, est formalis identitas attributorum cum essentia: sed eadem, vel maior est idẽtitas graduũ cũ quolibet attributo: ergo. Nec obstat, quòd quodlibet attributum ob sui plenitudinem dicatur diuisibile virtualiter: nam hæc virtualis diuisibilitas nullam ponit diuisibilitatem formalem in Deo, ad quem formaliter terminatur visio, sed tantùm connotatiuè in effectibus, quos potest producere, & in visione, quâ potest clariùs cognosci ex parte videntis.

303. *Dices.* DICES. Potest Deus perfectiùs cum vno intellectu, quàm cum alio per suam vim determinatiuam ad sui visionem concurrere: igitur potest vnus intellectus perfectiùs alio ex parte rei visæ Deum cognoscere: eò quòd non potest cognitio obiectũ exprimere, nisi eo gradu perfectionis, quo ab obiecto effectiuè determinatur. Resp. neg. consequentiam ad prob. concedo antec. quod obiectum est diuisibile in se; secus quando est in se indiuisibile.

Resp.

304. *Attributa finita extensiuè.* Ad fundamentum primæ sent. nego attributa in Deo esse infinita extensiuè. Ratio. licet in Deo ratione cum fundamento in re distingui possint infinitæ perfectiones, vel per ordinem ad infinitas creaturas vt producibiles, vel per ordinem ad infinita obiecta vt expressibilia: quia tamen nomine attributi non venit quælibet perfectio diuina, ratione, & cum fundamento in re à cæteris distincta, sed sola perfectio in modo essendi ratione ab alijs distincta, ideò attributa in Deo non sunt infinita, sed finita extensiuè; quia perfectiones in modo essendi diuersæ, non possunt nisi finitæ in Deo per rationem distingui. Vnde omnes illæ infinitæ perfectiones, conceptæ per ordinem ad infinitas creaturas producibiles, non constituunt, nisi vnum attributum omnipotentiæ in Deo, quia omnes conueniunt in eodem modo essendi per virtutem productiuam: Item infinitæ illæ perfectiones, conceptæ per ordinem ad infinita obiecta expressibilia, non constituunt nisi vnum attributum scientiæ, quia omnes conueniunt in eodem modo essendi per vitalem expressionem obiecti, & sic de cæteris.

305. *Dices.* DICES: argumentum saltem vrget, de perfectionibus illis infinitis, in ordine ad creaturas producibiles infinitas, & obiecta expressibilia infinita: quò plures cognoscuntur in Deo, eò visio Dei est perfectior: igitur visio, quæ infinitas cognoscit perfectiones, erit infinitè perfecta. Resp. neg. as- *Resp.* sump. ad prob. conced. antec. quando perfectiones cognoscendæ sunt distinctæ; nego, quando non sunt distinctæ, sed vna potiùs simplex perfectio, fundamentum præbens intellectui imperfecto in eâ distinguendi plures formalitates, per ordinem ad varios terminos possibiles. Dixi *intellectui imperfecto*, vt est intellectus viatoris; nam intellectus comprehensoris, quia videt illam, vt est in se, nullas in ea distinguit perfectiones per ordinem ad creaturas possibiles; sed vno intuitu videt totam perfectionem, vt est in se, simplicissimam: & solùm inæqualitas videndi illam se tenet ex parte modi cognoscendi clariùs, vel minùs clarè eandem perfectionem, vt *fusiùs infrà*.

306. *Quæ in Deo formaliter nõ sunt plura.* Patet ad prob. calculationẽ non procedere in ijs quę Deo sunt formaliter; nã ea nõ sunt plura, sed vnum; sed tantùm in ijs, quæ in Deo sunt eminenter, scilicet infinitæ perfectiones possibiles exemplabiles à diuina essentia, in ordine ad quas concedo requiri visionem infinitam; Ad confirm. resp. non ideò ideas non videri omnes, quia sunt infinitæ fundamentaliter, sic enim tota ratio idealis in Deo videtur, sed quia sunt infinitæ terminatiuè: Vnde ad videndas omnes ideas, requiritur vt videatur scientia Dei cum ordine ad infinitos terminos.

307. *Ad comprehensionem claritas facit.* Ad 1. secundæ sent. nego sequel. nam ad comprehensionem non sat est videre quidquid est in obiecto formaliter, sed eâ claritate, quâ postulat obiectum cognosci. Ad prob. nego, ex cognitione attributi secundùm omnem gradum perfectionis in eo existentis, sequi distinctam notitiam eorum, ad quæ attributum ipsum virtualiter se extendit: Sed ad summum ex cognitione in claritate adæquata cognoscibilitati ipsius. Ratio: ea, ad quæ attributum virtualiter se extendit non sunt formaliter in Deo: Vnde posset videri totum attributum, verbi gratiâ omnipotentiæ, nullo viso effectu distinctè, ad quem illa potest se extendere. Dixi *distinctè*, nam sub ratione entis possibilis totum obiectum omnipotentiæ abstractiuè, & in confuso cognoscitur; sicut & totum obiectum scientiæ sub ratione scibilis.

308. Ad 2. dist. conseq. implicat penetrari totum esse Dei perfectione formali, nego; eminentiali, concedo. Vrges, perfectio eminentialis est formaliter *Vrges.* in Deo: ergo si non potest penetrari perfectio eminentialis, nec poterit formalis. Sed disting. antec. *Resp.* est formaliter in Deo perfectio eminentialis entitatiuè & fundamentaliter, concedo; terminatiuè, nego: Et quia eminentialis vtrumque esse includit, ideò simpliciter dicitur, quòd vt talis nequit penetrari.

309. *Dices.* DICES: In Deo non videntur distinctè omnes respe-

Digitized by Google

respectus ad creaturas possibiles, alioqui distinctè viderentur omnes creaturæ: ergo non videtur distinctè quidquid est in Deo formaliter, siquidem ij respectus sunt in Deo formaliter. Resp. negando, in Deo esse vllum intrinsecum respectum ad creaturas, cùm sit omninò absolutus & independens à creaturis. Est igitur sola extrinseca connotatio creaturarum, quas non est necesse videri, visâ essentiâ.

SECTIO XVIII.

An de potentiâ absolutâ videri possit essentia Diuina sine attributis vel vna persona sine alijs?

310. *Affirmant.* PRIMA sententia affirmat: *Scoti in 1. dist. 1. quæst. 2. §. Quantum, Lychet. ibid. Mayro. quæst. 4. Scotistæ.* *Fundam. falsum.* Fundam. est formalis distinctio attributorum, & personalitatum ab essentia; scilicet quæ sunt à parte rei distincta, possunt distinctis actibus intuitiuè cognosci: nam quæ habent distinctas quidditates, distinctas quoque habent intelligibilitates: igitur potest vnum independenter ab alio cognosci.

311. *Arguit 1.* Sed speciatim arguit *Scotus* primò: Pater priùs origine, quàm generet filium, perfectè intelligit suam essentiam: sed in eo priori essentia nondum est communicata Filio & Spiritui sancto; igitur potest intelligi essentia, non cointellectis personis: quia in illo priori intelligitur essentia, non cointellectis personis, nondum productis. Maior prob. quælibet persona intelligit intellectu, vt in seipsa existente, & non vt alteri communicato: ergo intelligit essentiam, in se existentem, & non vt alteri communicatam: quia ad intellectionem non minùs requiritur intelligibile, quàm intellectus: sed perfectum intelligens non minùs requirit, vt habeat intelligibile in se, quod intelligat, quàm intellectum, quo intelligat. 2. Si Pater bearetur cognitione essentiæ, vt communicatæ Filio & Spiritui sancto suam beatitudinem reciperet à Filio & & Spiritu sancto: ergo non omnem perfectionem haberet Pater à se, vt est prior origine personis productis: non omnis perfectio absoluta esset prior relatiuis, sed cognitio essentiæ, vt communicatæ Filio & Spiritui sancto esset posterior. 3. Per intellectionem Patris Filius producitur: igitur non potest per eam Filius intelligi. 4. omnis actus terminari potest ad obiectum primarium, à quo essentialiter pendet, & abstrahere à secundario, à quo non essentialiter pendet: relationes sunt tantùm obiectum secundarium. 5. Cognito intuitiuè vno relatiuo, non oportet intuitiuè cognoscere & alterum: siquidem dæmon intuitiuè cognoscit dependentiam creaturæ à Deo, non cognito intuitiuè Deo: ergo intuitiuè cognito Patre, non oportet intuitiuè cognoscere Filium. Confirmat. Pater non est correlatiuum Spiritus sancti, ergo cognosci potest, non cognito Spiritu sancto.

312. *Arguit 2.*

313. *Arg. 3.*

4.

314. *Arg. 5.*

315. *Affirmant etsi distin. formalem negent.* SECVNDA affirmat, posse vnum attributum videri sine alio, & essentiam sine personis, & vnam personam absquè reliquis, etiamsi nulla sit attributorum & personalitatum distinctio: *Salas tom. 1. in 1. 2. quæst. 3. tract. 2. disputat. 4. sect. 2. Granad. in 1. parte tomo 1. controuers. 1. generali tractat. 5. disputat. 7. Hurtadus in Metaph. disputat. 6. sect. 6. & alij recent.* Pro qua olim putaui fuisse *Gulielm. Rubionem in 1. dist. 1. quæstion. 6. articul. 1.* verùm ibi tantùm loquitur de cognitione abstractiua, quam beati distincto actu formare possunt de Deo clarè viso, vt colligitur *ex art. 2. fine*, vbi negat, posse beato communicari cognitionem intuitiuam essentiæ, & non personarum.

316. *Prob. 1.* Prob. sententia 1. Potest aliqua cognitio intelligentem certificare, quòd Deus sit vnus, & non certificare, quòd sit trinus; vel quòd sit sapiens, & non certificare, quòd sit omnipotens, esto hæc à parte rei non distinguantur: 1. quia sunt aliquæ propositiones, quæ verificantur de essentia, & non de personis, vt quòd essentia communicetur, persona non communicetur: aliæ contrà de personis, & non de essentiâ; vt quòd persona producat, & producatur; essentia nec producat, nec producatur. Sed nulla harum posset esse vera, nisi posset significari & intelligi essentia, non significatis & intellectis personis; aut contrà: quia cùm dicitur, essentia communicatur; si subiectum in hac propositione æquè primò significaretur, & conciperetur persona, & essentia, falsa esset propositio, quia persona non communicatur; vt igitur sit vera, debet concipi & significari essentia, & non persona: Et non obstante omnimodâ identitate inter colorem & albedinem, potest oculus certificari, quòd obiectum à longè visum sit coloratum, & non certificari, quòd sit album: ergo non obstante formali identitate attributorum, & personarum cum essentia, potest intellectus certificari, quòd Deus sit vnus vel sapiens, & non certificari, quòd sit trinus, vel bonus. 2. Deus communicatur ad intra, vt natura; non communicatur, vt persona; producitur vt persona, non producitur vt natura: ergo poterit videri vt natura, non videri vt persona; & contrà. 3. Filius terminat humanitatem assumptam, absque eo, quòd illam terminent reliquæ personæ: ergo poterit terminent visionem, absque eo, quòd illam terminare cæteræ personæ. 4. Sequeretur, non posse videri substantiam creatam, quin in ea videretur potentia obedientialis, cum ipsa identificata, ac proinde omnes effectus supernaturales, quorum talis potentia est capax. 5. Sub ea ratione obiectum terminat visionem, sub qua illam originat: atqui potest Deus sub sola ratione Deitatis, & non personarum, vel attributorum visionem originare: ergo potest sub ratione solius Deitatis, & non personarum, vel attributorum visionem terminare. Maior constat; visio non minùs producitur ab obiecto, quàm ab intellectu, cùm non minùs sit obiecti expressio, quàm intellectûs actio; exprimit autem obiectum quatenus ab illo originatur: ergo si potest vnâ ratione ab obiecto produci, & non aliâ, poterit terminari ad vnam, & non ad aliam. Minor prob. potest Deus temperare concursum, & solùm cum intellectu influere, vt vnus, non vt trinus, sicut temperat concursum influendo in effectum vnâ perfectione, & non aliâ: quia est diuisibilis effectiuè. Visio non fertur in obiectum, nisi eâ ratione, quâ formaliter ab obiecto producitur, nam eâ tantùm obiectum exprimit.

317. *Prob. 2. & deinceps.*

318.

319.

320. *Prob. 3. fortius.*

321. *Negant ut. rius.* TERTIA sententia *Aureoli in 1. distinct. 1. artic. 2. Bacconi quæstion. 2. artic. 1. in artic. 3. Argent. quæstion. 3. articul. 2. 3. & 4. Gabrielis quæstion. 5. Caietan. 2. 2. quæst. 2. articul. 8. & 3. parte quæst. 3. artic. 3. Durand. in 4. distinct. 49. quæstione 3. numero 5. Soti quæstion. 3. art. 3. conclus. 2. Ochami in 1. dist.*

Digitized by Google

in 1. *dist.* 1. *quæst.* 5. *Sylui. omnium Thomist. in* 1. *p. quæst.* 12. *art.* 8. negantium; *ex S. Thom.* 2. 2. *quæst.* 2. *art.* 8. *ad* 3. *&* 3. *p. quæst.* 3. *art.* 3. in quorum primo docet, Deum, prout intelligitur à beatis, non posse absque Trinitate personarum cognosci: in 2. impossibile esse, vt qui cognoscit Deum sicuti est, aliquid à Deo per intellectum circumscribat.

322. Hæc sententia, communis est, & magis fauet principijs fidei. Difficultas est in assignanda ratione efficaci, quæ oppositas euertat; non enim videtur sola identificatio attributorum, & personarum cum essentiâ satis esse ad hanc veritatem concludendam.

323. *Ratio communis.* PRIMA ratio. Visio intuitiua est visio rei, vt est in se; existentis vt existentis: Sed Deus nullam in se dicit distinctionem attributorum, & personarum ab essentiâ: ergo non potest videri visione intuitiuâ, vt est in se, non visis omnibus, quæ formaliter sunt in ipso: alioqui videretur aliter

324. *Impugnatur.* ac est in se. Sed contrà; si videretur Dei esse absolutum, & non relatiuum, videretur, vt est in se, licet non adæquatè: nam eâ perfectione, quâ videretur, non videretur aliter ac est in se. Quòd si videri, vt est in se, intelligatur, videri omni perfectione absolutâ, & relatiuâ, aduersarius ait ad visionem intuitiuam sufficere, si videatur, vt est in se inadæquatè: & rogat implicantiam, quare nequeat dari visio repræsentans perfectionem absolutam in Deo, absque relatiuâ, quidquid sit, an talis visio sit dicenda intuitiua, necne.

325. *Ratio. Suarez.* SECVNDA *P. Suarez lib.* 2. *de attrib. cap.* 23. aut visio, quâ videretur essentia absque personis, vel contrà, non esset eadem numero cum visione, quâ nunc de facto beati Deum vident; visio enim exprimit obiectum formaliter, necessariò: nec foret diuersæ speciei; hæc enim possibilis non est, quia possibile non est lumen gloriæ diuersæ speciei; nec

Contrà. diuersa numero sufficit ad tantam diuersitatem. Sed contrà; dici posset, quòd talis visio esset diuersa numero heterogeneè, intra eundem gradum specificum visionis beatæ, vel quòd esset diuersæ speciei, imperfectæ, reducibilis ad speciem perfectam visionis beatæ, eo quòd non repræsentaret omnia, quæ pertinent ad beatitudinem obiectiuam.

326. *Alia eiusdem. Contrà.* TERTIA eiusd. de essentia intuitiuæ cognitionis est, exprimere omnia, quæ formaliter sunt in obiecto. Sed contrà; huius rei quæritur ratio. Neque concludit, quod addit, Deum manifestari beatis in genere causæ formalis obiectiuæ, qui concursus diuidi, aut impediri nequit: Nam hæc obiectiua manifestatio proportionatur visioni; visio id tantùm obiectiuè manifestat, à quo formaliter producitur.

327. *Ratio. Gonzalez.* QVARTA Gonzalez *disp.* 32. *sect.* 1. *&* 2. implicat rem videre clarè & quidditatiuè, vt est in se, & non videre clarè & quidditatiuè omnia prædicata essentialia, quæ ei actu & formaliter competunt: Hoc enim est essentiam clarè cognoscere: ergo implicat Dei essentiam clarè & quidditatiuè, sicuti est, cognoscere, non cognitis eius attributis; nam ea sunt de essentiali conceptu naturæ diuinæ; & personis, quia de essentiâ naturæ est communicabilitas ad personas: Sed hoc prædicatum nequit

328. *Contrà* 1. cognosci, non cognitis personis: ergo. Sed contrà 1. hæc ratio supponit, quòd visio intuitiua debeat adæquatè rei essentiam attingere; esse clara & quidditatiua rei, vt est in se adæquatè: quod est probandum. 2. non concludit de relationibus, quæ in eius

2. sententia non sunt de essentiâ naturæ: & ex intuitiuâ cognitione naturæ, vt communicabilis personis, sequitur tantùm abstractiua cognitio personarum: sicut ex intuitiuâ cognitione fundamenti, abstractiua termini; ex intuitiuâ creaturæ, abstractiua creatoris.

329. *Ratio Bacconi.* QVINTA *Bacconi articul.* 2. obiectum naturaliter mouet potentiam vltimò dispositam; ergo mouet quantum apta est moueri: intellectus creatus per lumen gloriæ dispositus aptus est à primo intelligibili moueri omni perfectione in ipso existente: ergo. Confirm. si posset beatus videre essentiam non visis personis, posset per talem visionem iudicare, quod Deus subsisteret in supposito absoluto, ac proinde posset beatus falsum iudicium ferre. Sed contrà; cùm talis motio fiat *Contrà.* influxu effectiuo; hic ad extra liberè à Deo procedat, non poterit esse naturalis; naturalis est terminatiuus, at supponit effectiuum, cui proportionatur. Ad confirm. esto per talem visionem beatus, non videret personas relatiuas, quia tamen nec videret absolutam, non posset iudicare, in Deo esse personam absolutam.

330. *Duplex ratio auctor. Prima ab absurdo & à posteri.* Ratio vera sit 1. Si posset vna perfectio in Deo videri absque alijs, sequeretur visionem, quâ de facto videtur, esse infinitâ: si enim posset Deus videri vnâ perfectione, & non secundùm omnes, intensior foret illa visio, quæ in Deo plures cognosceret perfectiones, quàm quæ pauciores; ergo quæ cognosceret infinitas, seu repræsentaret infinitas, vt beata visio, deberet esse infinitè intensa. Neque dicas perfectiones extensiuas in Deo esse finitas; quia saltè hoc argum. fieri potest de perfectionibus infinitis intensiuè, quæ à singulis beatis videntur, vt infinitè perfectæ ex parte obiecti: Ad videndum, exempli gratiâ, *Visio esset infinita.* sapientiam Diuinam, vt duo ex parte obiecti, requiritur certa intensio visionis: ergo ad videndam illam infinitè perfectam ex parte obiecti requiretur infinita intensio visionis. Tum quia in hac sententia non necessariò, visâ diuinâ essentiâ, viderentur omnes perfectiones, quæ in eâ possunt ratione distingui, per respectum ad infinitas possibiles, ab eâdem exemplabiles & producibiles: at hæ sunt infinitæ extensiuè: ergo. Anteced. ostend. Si videri posset vna perfectio sine alijs, non quælibet visio naturâ suâ repræsentaret totum Deum: ergo, quæ repræsentaret totum, esset infinitè perfectior visione, quæ repræsentaret Deum finitâ tantùm perfectione, nam ita se haberet visio repræsentans Deum finitâ perfectione, respectu visionis repræsentantis Deum secundùm infinitas, sicut se habet perfectio finita respectu infinitarum: igitur posito, quòd visio non necessariò repræsentaret infinitas in Deo, ad eas repræsentandas opus foret infinitâ visione: ità necessitas videndi totum Deum, vt infinitum non nascitur ex infinitâ intensione visionis, sed ex naturâ obiecti, quod quia indiuisibile est, implicat quâcumque visione videri, & non totum videri. 2. Intelligibilitas, quam vnaquæque res habet ad mouendam potentiam intellectiuam ad intellectionem sui, immediatè fundatur in tota entitate rei: ergo implicat, si res est indiuisibilis, quòd possit mouere intellectum ad intellectionem, quæ non repræsentet ipsam secundùm totam entitatem, & intrinsecam perfectionem, quam habet: quia nulla potentia mouere potest, nisi modo sibi proprio: ergo si potentia motiua obiecti immediatè fundatur in tota entitate & intrinseca perfectione rei, modus proprius ipsius erit, mouere seu determinare intellectum ad totam entitatem, & intrinsecam perfectionem sui

331. *Ratio à priori, ex natura intelligibilitatis.*

cogno-

Digitized by Google

A poster. cognoscendam. Anteced. constat 1. obiecta sensibilia, cùm nequeant ipsa ob diuisibilitatem sui, per quamlibet sui partem determinare potentiam ad visionem totius suæ entitatis, id præstant per species sui vicarias, quarum quælibet minima pars, quia producta est ab omnibus partibus obiecti sensibilis, vim habet repræsentandi totum obiectum. ergo à fortiori id præstabit obiectum ipsum, quan-

A priori. do est indiuisibile. 2. ex intrinseco & primario fine talis potentiæ, qui est determinare intellectum ad sui repræsentationem, ne potentia cognitiua possit circa proprium obiectum falli: ad hoc autem necessaria fuit potentia productiua repræsentationis totius entitatis obiecti; quæ alia non est, quàm cognoscibilitas eiusdem obiecti, fundata in totâ

332. entitate obiecti. Confirm. 1. ideò potentia generatiua viuentis fundatur in totâ entitate viuentis, nec potest, nisi ad totum viuens communicandum concurrere, quia ex intrinseco & primario fine ordinatur ad totam naturam specificam viuentis rea-

A fortiori. liter producendam; ergo, quia cognoscibilitas rei ordinatur ad totam naturam, etiam indiuidualem rei, intentionaliter producendam, fundari debet in totâ entitate rei; nec debet posse, nisi ad totius rei

333. repræsentationem concurrere. 2. cognoscibilitas

Confirm. 2. rei habet pro termino suæ specificationis seipsam; est enim virtus determinatiua potentiæ cognoscentis ad cognitionem suæ entitatis; ergo ipsius concursus essentialiter tendit ad repræsentandam propriam entitatem: sed finis talis repræsentationis est repræsentare totam entitatem rei cognoscibilis: ergo ad totam illam repræsentandam tendit,

334. quando est indiuisibilis. 3. Implicat non videri to-

Confirm. 3. tum obiectum indiuisibile, quando illud immediatè in seipso videtur: quia quando videtur immediatè in seipso, & non in aliquo medio cognito, cognitionem immediatè terminat per suam entitatem: nec habet à quo possit limitari, quin totum seipsum manifestet cognoscenti: at nisi forma habeat à quo limitetur, nequit ipsa suum effectum formalem limitare; quia cùm ille non distinguatur à forma ipsa, implicat esse totam formam in subiecto vel potentiâ capaci, & non esse totum effectum formalem ipsius. Cùm igitur obiectum in seipso visum sit forma obiectiua potentiæ cognoscentis, immediatè per propriam entitatem, implicat ipsum limitare suam obiectiuam præsentiam, qui est effectus formalis ipsius, nisi ab aliquo limitetur; si enim quid illud limitaret, quo minùs se totum manifestaret cognoscenti, esset concursus obiectiuus, limitatè procedens ab obiecto: at hic necessariò procedere debet à potentiâ motiuâ

335. obiecti, quæ fundatur in totâ entitate rei. 4. Intel-

Confirm. 4. ligibilitas est adæquata passio rei intelligibilis sequens immediatè naturam entis, intimè imbibita in omni ratione: implicat autem, adæquatam passionem non fluere à tota natura, cuius est passio: alioqui non esset adæquata passio, si ab vnâ tantùm ratione procederet: ergo implicat intelligibilitatem non procedere à totâ naturâ rei intelligibilis.

336. *Obijcies* 1. Si potentia motiua obiecti fundatur in tota entitate intrinseca rei, sequitur visionem beatam non solùm obiectiuè originari ab essentiâ Dei, sed etiam à Diuinis relationibus: quia etiam sunt intrinsecæ Deo, & necessariò cum essentiâ videntur; quidquid autem videtur, debet obiectiuè

Relationes non sunt causa effectiua. originare visionem. At consequens est falsum; nullus enim effectus ad extra originatur à Diuinis relationibus, sed à solâ essentiâ: quia non sunt actiuæ; & nullus effectus ad extra habet similitudinem cum diuinis relationibus, alioqui posset per illum Trinitas personarum cognosci: sed visio beata est quidam effectus ad extra: ergo. Resp. neg. minor. probatio concedenda est de effectu causæ purè effectiuæ, neganda de effectu obiectiuæ; quia *Sed obiectiuus:* hic cùm debeat repræsentare totam entitatem obiecti, ad quam exprimendam essentialiter ordinatur, debet à totâ entitate obiecti originari; reliqui effectus, cùm non ordinentur ad entitatem causæ repræsentandam, non debent à totâ entitate causæ indiuisibiliter originari. Vnde nego, in ordine ad claram visionem sui, Diuinas relationes non esse actiuas. Nam quâ ratione sunt intelligibiles, sunt etiam motiuæ intellectus ad claram notitiam sui. 2. esto non sint motiuæ im- *Motiua saltem mediatè.*

mediatè, possunt esse motiuæ ad intellectionem sui mediatè per essentiam diuinam, quâ est species intelligibilis, sui ipsius, & diuinarum relationum.

Obijcies 2. Esto potentia motiua obiecti fundetur in totâ entitate rei adhuc non implicat, illam 337. limitari ad concurrendum inadæquatè cum potentia cognitiua ad visionem sui, sicut de facto limitatur ad concurrendum intensiuè. Confirm. omnis concursus ad extra est Deo liber, & attemperabilis iuxta ipsius beneplacitum. Resp. neg. as- *Resp.* sump. quia cùm talis potentia indiuisibiliter fundetur in totâ entitate obiecti, implicat ipsius concursum limitari ad entitatem obiecti repræsentandam. Quare implicat, Deum concurrere per potentiam obiectiuam, & non concurrere ad totam sui entitatem repræsentandam. Nec est eadem ratio de concursu intensiuo; nam hic potiùs se tenet ex parte cognoscentis, quàm ex parte obiecti cogniti: finis autem cognoscibilitatis obiecti non est vt quouis modo à cognoscente cognoscatur, sed vt cognoscatur totum; & patet in speciebus visiuis, quarum quælibet vel minima pars repræsentat totum obiectum extensiuè, non autem totum intensiuè. Ad confirm. concedo, omnem concursum ad extra esse Deo absolutè liberum, posse tamen aliquem ex suppositione esse necessarium. Talis est concursus obiectiuus essentiæ diuinæ, qui indiuisibiliter fundatus in tota Deitte, implicat limitari ad solam essentiam, vel relationes repræsentandas.

Ad fundam. primæ sententiæ neg. assumpt. Ad 338. 1. Scoti, neg. minor: etenim sicut prioritas originis *Ad 1. Scoti.* non infert prioritatem durationis, penes quam tantùm cognitio prior aut posterior dicitur: itaex eo, quòd Pater vt prior origine intelligit suam essentiam, non sequitur, quòd in aliquo priore *in quo*, illam intelligat non communicatam Filio: sed tantùm sequitur, quod illam intelligat, vt prior origine, hoc est, vt non habens illam ab alio; contrà verò Filius, & Spiritus sanctus intelligunt illam vt posteriores origine, hoc est, vt habentes illam ab alio: simul tamen æternitate illam intelligunt omnes, quia prioritas originis est tantùm à quo, siue independentiæ, quæ simul stare potest cum simultate durationis, *in quo*: igitur potest æternus Parens vt prior origine, & independenter à Filio & Spiritu sancto intelligere suam essentiam, & nihilominùs simul duratione & æternitate illam intelligere cum ijs; nam sicut in nullo signo, in quo Pater habet esse, *in quo* eodem signo idem esse ij non habeant; licet Pater habeat à se, Filius & Spiritus sanctus ab alio: ita in nullo signo, in quo Pater intelligit suam essentiam, in quo eandem ij non intelligant. Ad prob. quòd *Ad prob.* sicut quælibet persona Diuina intelligit intelle-

Digitized by Google

ctu, vt in se existente, ita intelligit essentiam, vt in se existentem, negatur paritas. quia cùm intellectus sit principium vitale, non intelligibile, maiorem coniunctionem postulat cum intelligente intellectus, quàm intelligibile: nam hoc intelligi potest etiam separatum ab intelligente, cùm tamen nequeat intelligens intelligere per intellectum separatum à se. Concedo igitur, ad intellectionem vtrumque requiri, sed non eâdem coniunctione. Quamuis si intelligibile consideretur in ratione principij mouẽtis, omnes personæ Diuinæ in ratione obiecti mouentis sunt sufficienter coniunctæ cum intellectu Patris, pro quouis signo in quo.

339. Ad 2. dist. 1. & 2. conseq. aliquam beatit. habet Pater à Filio originatiuè, nego; obiectiuè; concedo. Nam personæ productæ, earumque processiones complent obiectum beatificum Patris. Dist. etiam 3. conseq. cognitio essentialis est prior ratione relatiuis in ratione constituentis essentiam, eo quòd essentia priùs ratione constituitur per absoluta, quàm per relatiua. Cæterùm possunt relatiua esse ratione priora cognitione in ratione obiecti: in diuinis enim eadem perfectio est prior, & posterior considerata diuersâ ratione. Ad 3. nego conseq. nam potest Filius eâdem intellectione produci, & simul intelligi, vt *infrà*. Ad 4. nego *cum Cajet.* personas non pertinere ad obiectum primarium beatitudinis. 2. esto non pertineant, adhac nego, cognitionem intuitiuam abstrahere posse ab omni obiecto secundario, sed tantùm ab illo, quod ex naturâ rei distinguitur à primario. Ad 5. nego conseq. etenim cur intuitiuè cognosci nequeat Pater, non cognito intuitiuè Filio, & Spiritu sancto non est, quia cognito intuitiuè vno relatiuo, intuitiuè cognosci debet & alterum, sed quia cùm tota Trinitas sit eaden formalis perfectio cum natura diuina, nequit natura cognosci, quin tota Trinitas personarum cognoscatur: & quia cognitâ intuitiuè personâ Patris, necessariò cognoscitur intuitiuè natura ipsa; cum quâ, quia identificantur formaliter reliquæ personæ, necessariò cognitâ intuitiuè personâ Patris, cum eâ intuitiuè cognoscuntur & reliquæ personæ. Ex quo patet ad Confirm.

340. Ad 3.

341. Ad 4. Cajetanus.

342. Ad 5.

343. Ad secundæ sententiæ, nego anteced. Si sermo sit de cognitione intuitiuâ; & ad prob. nego minor. nam vt illæ propos. possint à beatis formari, sufficit, si cognoscatur Deus perfectione absolutâ, & respectiuâ; & vnâ videatur & affirmetur vt communicabilis, alià vt incommunicabilis. De obiecto visibili Resp. aliud esse, non videri totum seu omnes rationes indiuisibiliter identificatas; aliud propter remissum lumen, vel cognitionem non posse potentiam le singulis obiecti rationibus certò, ac distinctè iudicare. Primum est falsum; quia oculus non percipit tantùm colorem in communi, cùm ille non sit obiectum visus, sed in specie, & in individuo. Secundum concedo contingere in visione corporeâ, ob defectum claritatis luminis, vel visionis: nego id in visione beatâ, ob excellentiam luminis glorioſi, cuius vel remississimus gradus, ex eo quòd sit perfecta participatio luminis increati beatum distinctè certificat de omnibus perfectionibus diuinis. Ad 2. & 3. nego conseq. nam omnis communicatio fit ad exigentiam subiecti, cui communicatur: sed nec Filius est capax paternitatis, ergo licet natura diuina sit eadem cum paternitate, & vna persona cum alijs in natura, non propterea communicatâ naturâ Filio, communicatur ei simul & paternitas: aut vnitâ personâ Verbi humanitati, vniuntur reliquæ; si nec natura humana sit capax plurium suppositantium adæquatè. At verò intellectus est capax tam visionis essentiæ, quàm personarum: ergo non est, vnde possit limitari ad solam visionem essentiæ, vel personarum: quia ratio formalis, sub quâ intellectus tendit ad Deum cognoscẽdum est intelligibilitas, quæ quia immediatè & proximè fundatur in ipsa ratione entis vt sic, totum Deum secundùm totam entitatem, & intrinsecas perfectiones manifestat beato. Contrà verò, quia ratio formalis, sub quâ persona tendit ad communicandam naturam, est communicabilitas, quæ est proprietas solius naturæ; & ratio formalis, sub qua tendit ad producendam personã, est producibilitas, quæ est, solius personalitatis propria, ideò Pater communicando Filio naturam, non communicat illi personalitatem propriam: nec producendo illius personam, producit simul & naturam. Consimiliter, quia ratio formalis, sub quâ Verbum tendit ad suppositandam naturam, est adæquata sustentatio creatæ naturæ, quâ præstitâ, natura vel non potest vel non exigit vlterius sustentari. Ad 4. concessâ sequelâ anteced. nego conseq. nam ad intuitiuè cognoscendam potentiam obedient. cum quolibet ente creato suâ naturâ operatiuo identificatam, non est necesse distinctè, & in particulari cognoscere aliquem effectum supernat. cuius illa est capax: sed sufficit in confuso, & in communi cognoscere, posse in eâ, & per eam à Deo effici, quidquid contradictionem non inuoluit. Nam ex vi cognitionis intuitiuæ non cogimur distinctè cognoscere, nisi quæ formaliter, & intrinsecè sunt in re cognita. Resp. 2. negando, eum, qui intuitiuè cognoscit creaturam, debere etiam cognoscere potentiam obedientialem, cùm hæc non consistat in intrinseco ordine, aut respectu, sed in sola extrinseca connotatione ad effectus supernat. excedentes propriam naturam, qua connotatione completur formaliter potentia obedien. Ad 5. constat ex dictis.

Ad exempl. de obiecto visib.

344. Ad 2. Et 3.

345. Ad 4. *Potentia obedien. cognoscitur in confuso.*

SECTIO XIX.

An, & quo pacto Beati videant libera consilia & decreta in Deo?

346. NIhil ferè de hac controuers. antiqui: pauca recentiores, *Molina* 1. *p. q.* 12. *artic.* 8. *disp.* 5. *memb.* 5. *Bannez, ibid.* §. *His positis: Zumel ibid. art.* 7. *quæst.* 1. *ad argum. ad* 1. *Granad. tract.* 6. *disp.* 1. *sect.* 7. *Fasol.* 1. *p. q.* 12. *art.* 8. *dub.* 3. *obiect.* 5. *Suar. lib.* 2. *de Attribu. cap.* 24. Ratio dubit. actus liber nullam perfectionem intrinsecam addit supra necessariam in Deo, siquidem Deus non vult per intrinsecam terminationem actus, sed per extrinsecam dumtaxat mutationem obiecti. Ergo aut omnes actus liberi necessariò in Deo cognoscuntur, cognitâ eius substantiâ & actu necessario, quo seipsum & creaturas possibiles diligit, aut nullo modo illi cognosci possunt in seipsis. quia vt possint in seipsis cognosci diuersâ cognitione, quâ cognoscitur actus necessarius, deberent aliquid addere actui necessario, si nihil addunt eo ipso, quo videtur actus necessarius, videbuntur etiam liberi; cùm ad videndos actus liberos in Deo, non sit opus videre perfectionem diuersam ab ipsa actûs necessarij. In contrarium est, multi ex his actibus videntur à beatis in Verbo, cùm non omnes à quolibet beato: scilicet multa futura libera videntur à beatis in verbo; nec nisi visis actibus liberis diuinæ voluntatis, à quibus vt à proxima causa liberè determinante pendent: sicut nequeunt videri possibilia in Verbo, nisi visâ omnipotentiâ Dei, à

347. *Ratio dubitandi.*

348. *Decreta libera videntur à pluribus plura.*

Digitized by Google

Dei, à qua vt à causa eminentiali productiuâ pendent. At cum actus liberi in Deo sint connexi cum effectibus futuris, si visâ substantiâ, aut actu necessario diuinæ voluntatis, necessariò etiam viderentur omnes actus liberi, cum ijsdem etiam viderentur omnia futura libera; cùm nequeat distinctè & in particulari videri actus liber diuinæ volũtatis, quin simul etiam videatur effectus futurus, cuius connotatione actus liber in Deo essentialiter constituitur. Vnde non est eadem ratio de potentia, quæ videri potest clarè & distinctè, nullo viso effectu in seipso: nam potentia diuina non constituitur formaliter per connotationem effectûs in particulari, sed per omnium in communi: actus verò liber diuinæ voluntatis formaliter constituitur per connotationem huius, vel illius effectus in particulari. Ratio: potentia est principium vniuersale non magis huius, quàm illius effectûs productiuum: actus liber est particulare liberè determinatiuum huius vel illius effectus in particulari: comparatur enim actus liber ad effectum futurum, sicut actio ad terminum: vnde sicut nequit cognosci distinctè actio, quin simul distinctè cognoscatur terminus; ita neque actus liber diuinæ voluntatis, quin simul cognoscatur effectus futurus, cuius est libera volitio. His certis, controuersia est, de modo, quo actus liberi in Deo cognoscuntur.

Actus liber Dei est determinatiuus huius effectus.

349. *An cognosc. per intrinsec. terminat.*

PRIMA sententia docet, eos à beatis cognosci in seipsis per intrinsecam terminationem liberam, quam in seipsis habent ad obiecta contingentia, ratione diuersam à terminatione necessariâ, quam habent ad obiecta necessariâ, quæ libera terminatiõ actus, etsi cognosci nequeat sine cognitione obiecti, ad quod terminatur, re tamen ipsâ perfectio cognoscitur per terminationem in actu libero, quæ non cognoscitur in actu necessario. Fundam. hæc libera terminatio in actu libero, est aliquid reale & intrinsecum, vtpotè vitale actui: at hæc potuit non esse in actu libero diuinæ voluntatis: igitur aliquid reale, ratione saltem distinctum cognoscitur in actu libero, quod non cognoscitur in necessario: atque adeò poterit in seipso cognosci, diuersâ cognitione, quâ cognoscitur actus necessarius, cùm in se habeat aliquid, per quod possit diuersam cognitionem terminare. Hæc sententia sequitur ex opinione illorum, qui affirmant, actus liberos diuinæ voluntatis supra actum necessarium addere perfectionem realem intrinsecam, ratione saltem diuersam à perfectione actûs necessarij, quæ potuit in Deo non esse: quam *infrà cum suo fundamento impugno.*

350. *An cognitis effectibus?*

SECVNDA affirmat, libera decreta Dei cognosci non posse à beatis, nisi à posteriori, cognitis nimirùm effectibus, quorum sunt libera decreta. Fundam. cùm liberum decretum Dei nullam intrinsecam perfectionem addat actui necessario, impossibile est, illud videri in seipso, vt quid diuersum ab actu necessario: si enim non videtur, vt quid diuersum ab actu necessario, non poterit in seipso videri, vt formaliter liberum; quia vt formaliter liberum dicit aliquam formalitatem, quam non dicit vt formaliter necessarium: atque adeò si debet in seipso videri, vt formaliter liberum, debet in seipso videri cum aliquâ perfectione, cum quâ

351. *Contrà.*

non videtur, vt formaliter necessarium. Sed neque hæc sent. placet: nam eo modo, quo decretum diuinum constituitur in seipso liberum, poterit à beato cognosci: ergo non tantùm à posteriori, & per effectus futuros, sed etiam in seipso poterit à beato cognosci, nempe per illud, quo in seipso constituitur, quidquid illud sit.

352. *Verior sent.*

TERTIA verior asserit, liberum decretum Dei posse in seipso à beatis cognosci, non tamen sine cognitione effectûs, per cuius connotationem constituitur in ratione liberi formaliter. Nota,

353. *Nota.*

actum liberum in Deo formaliter distingui ab actu necessario, per connotationem productionis, vel non productionis liberè à se dependentis: idem quippe actus, quà connotat productionem effectus, vel non productionem effectûs, liberè à se dependentis, ex necessario fit liber: & sicut talem productionẽ, vel non productionem connotare potest absque vllâ mutatione sui, per solam mutationem effectûs; ita absque vllâ mutatione sui poterit ex necessario fieri liber; & cognosci vt liber, distinctus à necessario, absque eo, quòd aliqua perfectio intrinseca realis in eo cognoscatur, quæ non cognoscitur in actu necessario. Confirm. cùm hæc libera connotatio non sit per respectum intrinsecum, sed per puram connotationem extrinsecam, fundatam in essentiali dependentiâ effectus creati à libera voluntate Dei, non potest mutare intrinsecè actum diuinæ voluntatis. Prob. hæc sententia

Actus liber connotat productionẽ effectus.

354. *Prob. modus, quo possit actus liber in Deo cognosci.*

& modus. Potest Deus peculiari lumine determinare intellectum beati ad notitiam sui actûs, quà est actuale principium liberum huius, vel illius effectûs, & simul ad claram notitiam talis effectûs, vt liberè dependentis à tali actu: igitur potest peculiari notitiâ manifestare beatis sua libera consilia & decreta. Anteced. prob. licet ad cognoscendum actum liberum Dei in seipso subiectiuè, non sit necessarium diuersum lumen ab eo, quo idem actus cognoscitur, vt necessarius, quia vt sic non differt à necessario, est tamen necessarium ad cognoscendum illum terminatiuè, secundùm essentialem connotationem effectûs liberè à se dependentis; vt sic enim inuoluit aliquid, quod non inuoluit vt necessarius nêpe liberam productionem effectûs, quam essentialiter connotat, vt liber formaliter est; atque adeò poterit vt liber cognosci cognitione diuersâ, quâ cognoscitur, vt necessarius.

355. *Obiic. 1.*

Obiicies 1. Actus liber diuinæ voluntatis supra necessarium non addit, nisi solam connotationem effectûs futuri, liberè à se dependentis: ergo ad illum videndum, vt distinctum formaliter ab actu necessario, sufficit videre effectum futurum. Resp.

Resp.

posse hunc videri, vel in seipso, & per ipsum velut à posteriori simul cognosci actum diuinæ voluntatis, vt proximam causam ipsius; vel vt terminum diuinæ voluntatis, per cuius connotationem formaliter constituitur liber eius actus. 1. modo *suprà* negaui, effectus futuros videri à beatis, nõ 2. modo.

356. *Obiic. 2.*

Obiicies 2. Multa sunt libera decreta in Deo, quibus nulla respondet productio ad extra, vt conditionata, quibus Deus promittit aliquid futurum, sub conditione, quâ non secutâ nihil producit ad extra: hæc enim decreta realiter sunt in Deo; nulla

Prob.

tamen illis respondet productio ad extra, ob defectum conditionis non adimpletæ. Confirm. de-

Confirm.

cretum Dei non solùm est liberum in producendo hoc vel illo effectu, sed etiam in producendo effectu propter hunc vel illum finem; atqui hæc libertas, nequit à beatis cognosci per connotationem alicuius productionis ad extra: cùm idem omninò effectus inuariatus quoad suam productionem, fieri potuisset propter alium finem: & sæpe Deus finem, propter quem vnam rem producit, nõ manifestat per actionem extrinsecam. Resp. negando, esse vllum liberum decretum actu existens in

Resp.

Deo, cui aliqua non respondeat realis productio, aut negatio realis productionis ad extra, *vt infrà.*

Digitized by Google

357. *Ad prob.* Ad prob. dicendum, decreta conditionata, actu existentia in Deo, fundari in decreto absoluto de ipsâ promissione rei sub conditione futuræ. Idem enim decretum, vt connotans promissionem liberè à se dependentem, est decretum absolutum & formale in Deo; vt verò connotans rem ipsam promissam sub conditione futuram, si conditio ponatur, est conditionatum & virtuale, vt *fusiùs infrà*. *Ad confirm.* Ad confirm. specialem finem, propter quem Deus solet rem producere, cognosci per ordinem ad mutationem alicuius rei, dependenter à quâ, vt à fine & motiuo rem producit: vt specialis finis, propter quem Deus voluit Verbum incarnari, fuit remedium peccati, quo non existente, Verbum incarnatum non fuisset, atque adeò liberum decretum de incarnando Verbo propter talem finem connotat permissionem peccati, dependenter à quo Verbum fuit incarnatum: atque adeò nullum assignatur liberum decretum in Deo, cui aliqua realis mutatio ad extra non respondeat.

SECTIO XX.

An Beati ex vi visionis Dei videant aliquas creaturas in Verbo?

358. HActenus de obiecto primario visionis beatæ, qui est Deus, nunc de secundario, quæ sunt creaturæ secundùm proprium esse ipsarum, vt distinctum ab esse increato Dei: possunt creaturæ videri in Deo secundùm esse eminentiale, quod habent in Deo, vt in causa eminentiali, & primo exemplari rerum omnium; quo modo videre creaturas in Deo, est videre creatricem essentiam; quia hoc modo non differt esse creaturarum ab increato Dei: possunt secundùm esse proprium creaturarum, vt distinctum ab increato Dei: quo modo creaturæ non sunt formaliter in Deo, sed tantùm virtute, quatenus possunt ab ipso secundùm tale esse causari: hoc sensu proponitur quæstio propter Patres, sæpe docentes à beatis videri creaturas *in Verbo*. Non quòd in eo tantùm, vt distincto à reliquis personis, videantur, sed per appropriationem: sicut Verbum procedit per intellectionem Patris, ita opera supernaturalia ad extra, pertinentia ad intellectum, attribuuntur Verbo; vt quia Spiritus sanctus procedit per voluntatem, opera supernaturalia spectantia ad voluntatem creatam, attribuuntur Spiritui sancto: sicut & opera diuinæ potentiæ ad extra tribuuntur soli Patri, eò quòd ipse per potentiam fœcundam ad intra est primum principium omnium diuinarum processionum. Quæstio igitur est, an câdem visione, quâ videtur Dei essentia, simul videantur aliqua obiecta creata.

Creaturæ videntur vel secundùm esse eminentiale, *Vel propriè:* *Per appropriationem in Verbo.* 359.

360. *Negant.* PRIMA sententia negat: *Aureol. quodl.* 10. *q.* 4. *Maior. in* 3. *dist.* 14. *q.* 3. *concl.* 2. *& in* 4. *dist.* 49. *q.* 16. §. *Teneo igitur, Ocha. in* 4. *q.* 13. *art.* 3. *Gabriel. in* 3. *dist.* 14. *Notab. vlt. Aliacens. in* 1. *q.* 12. *art.* 3. §. *His præmiss. Vasqu.* 1. *p. disp.* 50. *c.* 7. Fundam. licet non repugnet, eâdem visione videri Deum, & creaturas, saltem concomitanter cum Deo, tamen faciliùs saluantur reuelationes, quæ successu temporis fiunt beatis, si dicamus, has reuelationes fieri distinctâ notitiâ ab ipsa visione beatâ: est enim inuariabilis, & quidquid repræsentat, totum à principio repræsentat: alioqui aut oporteret per nouas reuelationes variari visionem Dei, aut non omnia, quæ visio Dei repræsentat, statim à principio repræsentare, sed successiuè ad beneplacitum Dei: vtrumque autem est absurdum: igitur dicendum est, distinctis actibus videri Deum & creaturas.

361. *Affirmant.* SECVNDA affirmat: *S. Thom. 1. p. q. 12. art. 8. & 9. & 3. cont. Gent. cap. 60. Caiet. & Ferrar. ijsd. locis, Bonau. in* 3. *dist.* 14. *art.* 2. *quæst.* 1. *Richar. art.* 2. *quæst.* 2. *Bacco. dist.* 13. *q.* 2. *art.* 3. §. 2. *Durand. dist.* 14. *q.* 2. *& in* 4. *dist.* 49. *Capreo. quæst.* 6. *Argent. quæst.* 2. *art.* 4. *Soti quæst.* 3. *art.* 3. *concl.* 4. *Molina in* 1. *p. q.* 12. *disp.* 1. *memb.* 1. *Suarez lib.* 2. *de attrib. cap.* 25. *Arrub. disp.* 25. *Sylui. & omnium interp. S. Thom. cit loco* 1. *p.* Quæ sententia verior. Nec contrarius est *Scotus in* 3. *dist.* 14. *quæst.* 2. §. *Sed ista via:* vbi docet, animam Christi per vnum actum videre Verbum, & omnia relucentia in Verbo habitualiter & in actu 1. in actu 2. modò videre vnum, modò aliud obiectum creatum: etenim per actum 1. intelligit visionem beatam, quæ sine vllâ mutatione sui potest intellectui successiuè manifestare diuersa obiecta, per solam aduertentiam intellectûs; putat enim, vt constat *ex* 1. *dist.* 1. *qu.* 3. quamlibet cognitionem abstrahere posse ab obiecto secundario, non à primario; *de quo infrà.* *Veriùs.*

362. *Fundam. 1.* Primum fundam. ex *August. lib.* 11. *de Ciuit. Dei c.* 7. *& 29. & lib.* 4. *de Gene. ad litt. cap.* 22. *& 23. vbi* distinguit in Angelis beatis notitiam, creaturarum in Verbo, quam *matutinam* alteram in propria natura, quam *vespertinam* vocat. Nec per primam, intelligere potuit notitiam creaturarum, secundùm esse, quod habent in Deo, & sunt Deus & vita Dei, vt *Aureol. & Vasqu.* interpretantur: tum quia est contra expositionem Scholast. in 2 & 4. contra *S. Thom. 1. p. quæst.* 58. *art.* 6. *& 7. & quæst.* 8. *de Verit. art.* 16. *&* 17. Tum quia aduersatur verbis August. qui *cit. cap.* 7. sic scribit: *Cognitio creaturæ in seipsa decoloratior est, quàm cùm in Dei sapientia cognoscitur, velut in arte, quâ facta est.* Idem repetit *cap.* 29. creaturam meliùs videri in Sapientia Dei, vt in arte, quâ facta est, quàm in seipsâ; quia illic clariore, hîc obscuriore cognitione. Vnde illam appellat cognitionem *matutinam*, hâc *vespertinam*. At si de cognitione creaturarum solùm secundùm esse eminentiale, quod habent in Deo, loqueretur, impropriè dixisset, eam videri in arte Dei, quâ facta est: Nam secundùm hoc esse non distinguitur ab arte, & Sapientia Dei. Vnde idem est ac artem Dei videri in arte Dei; igitur August. de creatura loquitur, non secundùm esse eminentiale, sed formale, per quod distinguitur ab arte Dei. Tum quia discrimen creaturæ in seipsa & in Deo visæ, non assignat ex parte obiecti visi, sed ex parte modi videndi; quia *in Deo*, inquit, *clariore, in se obscuriore cognitione videtur:* cùm tamen, si de esse eminentiali loqueretur, aptius discrimen assignaret ex parte obiecti, quia nimirum in Deo nobilius; in se ignobilius habet esse. Apertiùs *de triplici habitaculo c. vlt.* docet, ex visione Dei trinam nasci scientiam, hominis videntis, Dei visi, & creaturarum, quæ videntur. *Sicut per speculum trina nobis,* inquit, *visio administratur, quia & nos ipsos, & speculum, & quidquid præsens adest, videmus: Sic per speculum diuinæ claritatis & ipsum Deum, vt est videbimus, & nos ipsos, & cæteros, verâ & certâ scientiâ cognoscemus:* cùm hæc trina scientia non distinguatur ratione actus; nam hic vnus est hominis videntis, & Dei visi, distinguenda est ratione triplicis obiecti; non secundùm esse eminentiale, quod in Deo vnum est, & idem esse Dei & creaturarum. Cæterùm, si quando *Aug.* hanc notitiam *matutinam* appellat cognitionem creatoris, per eamque aliter creaturas videri, quàm in seipsis, id non dicit ex eo, quòd putet, eam ad solum esse increatum Dei terminari, sed quia ad il-

Notitia matutina, vespertina.

363. *Ex visione Dei trina scientia.*

Digitized by Google

ad illnd terminatur primariò, & in eo incommutabiliter videntur reliqua, quia videntur vt termini diuinæ omnipotentiæ, cum quâ necessariam connexionem habent.

364. *Videntur, vt in obiecto primariè cognito: seu eâdem cognitione, quâ Verbum.* Secundum fundam. ex modo loquendi Patrum, quo docent, creaturas videri *in Verbo:* scilicet vt in obiecto primariè cognito, proinde eâdem cognitione, quâ videtur Verbum Aduersarij explicant *causaliter*, & impropriè Patres, propter particulam *in*, quæ formalem, non efficientem causam significat: nec saluant discrimen cognitionis *matutinæ* & *vespertinæ* ab Aug. assignatum; nam semper cognitio creaturæ visæ in propriâ naturâ est eiusdem rationis, siue causetur ab obiecto per propriam speciem, siue à Deo supplente speciem obiecti. 365. Sed distinguit *Aureol. art. 4.* cognitionem creaturarum, alteram per proprias causas & principia, alteram originatam à Diuina essentia visa in se ipsa, vt causâ exemplari creaturarum; primam appellat vespertinam, 2. matutinam; quia per hanc non solùm cognoscitur quod quid est creaturæ, sed etiam propter quid ipsius creaturæ, quia cognoscitur illa, vt exemplata à prima causa; sicut notitia effectus per causam, est nobilior notitiâ eiusdem secundùm se. Sed contrà; tunc notitia effectus per causam est clarior, quando eâdem notitiâ cognoscitur effectus, & causa simul: at quando distincta, non potest notitia effectus ex hoc capite præcisè, quòd supponat cognitionem causæ in eodem intellectu, esse clarior notitiâ effectus, quæ nullam causæ cognitionem supponit, nam cognitio effectus non variatur intrinsecè per cognitionem causæ, quam solùm connotat in eodem subiecto.

366. *Deus & creatura possunt vnà videri.* Tertium fundam. nulla est repugnantia, quin eâdē cognitione videatur Deus & creatura in Deo: igitur de facto talis cognitio concedenda est beatis: quia visio beata est perfecta participatio visionis increatæ: ergo si talis cognitio non repugnat, non est deneganda beatis. Anteced. prob. Deus eâdem cognitione intuetur se ipsum & creaturas: igitur talis cognitio ex naturâ suâ non repugnat. Nec afferri potest peculiaris ratio, propter quam potiùs repugnet in creaturâ, quàm in Deo.

367. *Dices.* DICES: repugnat cognitionem simul esse rationem, in quâ videatur creatura, & rationem quâ videatur Deus: ergo repugnat eâdem cognitione videri Deum & creaturam simul; quia repugnat, aut Deū videri in cognitione, vt in ratione *in quâ*, aut creaturas non existētes, vel absentes, vt ratione *quâ*: nam quidquid est absens, & non existēs, non potest per se ipsum terminare notitiā cognoscētis. Antec. prob. eadem cognitio simul esset directa respectu Dei, & reflexa respectu creaturæ: 2. priùs terminaretur ad creaturas, quàm ad Deum, quia priùs ad se ipsam, vt est expressa imago creaturarum, tum ad Deum, quem beatus cognosceret mediante eâdem cognitione, vt expresā imagine creaturarum. *Resp. Caietanus.* Resp. neg. anteced. *cum Caiet. 1. p. quæst. 12. art. 2. §. aduerte*, vbi negat in beatis verbum expressum de Deo, concedit autem de his, quæ videntur in Deo. Et ad 1. prob. nego assumpt. nam eadem cognitio, vt exprimit creaturas, est intellectui directa imago creaturarum; vt est tendentia ad Deum, est directa notitia ducens intellectum ad Deum, in se ipso existentem cognoscēdum. Nec repugnat eandem cognitionem esse naturalem imaginem, *in quâ* videatur vnum, & simul viam, *quâ* tendatur ad aliud: sicut eadem cognitio naturalis angeli est via, *quâ* cognoscit propriam substantiam, & simul abstractiua imago, *in quâ* cognoscit Deum.

368. Ad poster. nego anteced. nam priùs ratione beatus cognoscit Deum, quàm suam visionem, & consequenter priùs ratione cognoscit Deum, quàm creaturas in suâ visione expressas: quia Deum cognoscit directè, suam visionem quasi reflexè. Maior controuersia de modo; sit

SECTIO XXI.

Quo modo creaturæ videantur in Verbo?

CReaturas videri in Verbo, est Verbum aliquo modo esse medium videndi creaturas: medium videndi aliud; vnum formale, est ipsa cognitio, quâ vel in quâ videtur obiectum per illam expressum & repræsentatum; alterum obiectiuum, quod cognitum in se, est simul medium & ratio cognoscendi aliud, ob aliquam connexionem, quam habet cum illo; aloqui si nullam haberet, non potiùs diceretur videri in illo, quàm cum illo: sicuti videntur plura obiecta disparata per eandem speciem expressam ab angelo, aut plura obiecta visibilia per eandem visionem ab oculo corporeo, quæ solùm important simultaneitatem concomitantiæ; non connexionem causalem inter se: igitur, non quærimus, an Verbum sit medium formale, quo, vel in quo videantur creaturæ; hoc enim est actus creatus visionis glorioſæ, quo informatus intellectus beati, tendit ad creaturas cognoscendas; sed, an sit medium obiectiuum, quod cognitum in se, sit simul ratio cognoscendi creaturas, non in Verbo existentes, sed in se ipsis, secundùm proprium esse, quod haberent, si extra Verbum existerent: idque propter connexionem, quam habet cum creaturis, vel vt causa cum effectis, vel vt idea cum ideatis. Cæterùm potest Verbum increatum esse medium cognoscendi creaturas, proximè & immediatè, vt hoc ipso quòd cognoscitur in se, sit medium cognoscendi creaturas; vel remotè & radicaliter, vt non hoc ipso quòd cognoscitur in se, sit medium cognoscendi creaturas, sed hoc tantùm exigat connaturaliter, vt causa est, vel idea creaturarum. Præterea cùm quærimus, an verbum visum in se sit medium videndi creaturas; non quærimus, an verbum sit medium cognoscendi creaturas abstractiuè, & sub ratione tantùm communi & genericâ entis, sed intuitiuè & distinctè secundum proprias rationes & notas uniuscuiusque. Præsens igitur controuersia in eo potissimum versatur, an verbum siue Diuina essentia, vt proximè visa in se vt causa, vel vt idea creaturarum, sit simul medium necessariò ducens intellectum ad intuendas creaturas secundùm proprium esse, quod participare possunt in se ipsis extra Deum.

369. *Verbum medium videndi creaturas.* *Non formale.* *Sed obiectiuum* *Proximè* *Vel remotè;* 370. *Intuitiuè distinctè.* *Vt causa vel idea.*

PRIMA Sententia affirmat: *Bonauen. in 3. dist. 14. art. 2. quæst. 1. Richar. art. 2. quæst. 2. Durand. in 4. dist. 49. q. 6. Capreol. quæst. 6. Soti quæst. 3. art. 3. Ferrar. 3. cont. Gent. cap. 56. Molina in 1. p. q. 12. art. 8. disp. 5. memb. 1. Bannez, Zumel, Gonsalez, Fasoli, ibid. Suarez lib. 2. de attrib. c. 25. Grana. tom. 1. controuers. 1. tract. 6. disp. 1. sec. 5.* Prob. 1. Auct. *S. Doct. 1. p. q. 12. art. 8. & 3. cont. Gent. c. 56. & quæst. 8. de verit. art. 4. & 5. & alibi* affirmantis, creaturas videri in Deo, *vt effectus in causa*, sicut *conclusiones in principio*: sicut qui perfectiùs cognoscit principium, plures cognoscit conclusiones ex eo deducibiles: qui altiùs penetrat causam, perfectiores videt effectus ab eâ producibiles; & *1. p. quæst. 12. art. 9.* docet, creaturas videri à beatis, non per species ipsarum, sed per essentiam Dei, eorum intellectui vnitam, & *q. 8. cit. de verit. art. 5.* affirmat, creaturas videri per eandem speciem, quâ 371. *Affirmant.*

Digitized by Google

Deus videtur, sicut per eandem imaginem videtur imago & imaginatum. 2. Deus cognoscit creaturas in se ipso vt in causa: ergo etiam beati. quia cognitio beatorum est exemplata à cognitione Diuina, Anteced. prob. Dionys. *cap. 7. de Diuinis nom. Per causam*, inquit, *rerum omnium habet Deus in se omnium rerum anticipatam scientiam.* & hic modus cognoscendi effectus per causam est perfectior, quia non solùm cognoscitur effectus, sed etiam connexio cum causa. 3. Implicat, intuitiuè cognoscere virtutem productiuam, non cognitis effectibus ab ea producibilibus: videri rem in se ipsa, & non videri essentialem connexionem, quam habet cum suo termino: sed omnipotentia cum possibilibus &c. 4. Angelus intuendo essentiam alterius Angeli, in ea videt omnes proprietates, nec per aliam speciem videt essentiam, per aliam proprietates ab essentia fluentes: ergo & beati videntes essentiam Dei, in ea vident creaturas ab ea producibiles; nec per aliam speciem vident essentiam, per aliam creaturas ab ea producibiles. nam maiorem connexionem habent creaturæ cum Deo, quàm creata proprietas cum natura. 5. Beati cognoscunt creaturas vt effectus Dei; alioqui non cognoscerent dependentiam creaturarum à Deo: nequit autem effectus perfectè cognosci, nisi per suam causam, vt per rationem formalem cognoscendi: nam sicut effectus non habet esse nisi per causam, ita nec perfectam cognoscibilitatem nisi per causam. Confirm. nequit conclusio, vt conclusio perfectè cognosci, nisi per suum principium, vt per rationem formalem cognoscendi; ergo nec effectus, nisi per suam causam. 6. quòd creaturæ videantur in Diuina essentia, vt ideata in ideâ probant, tum *auct. August.* creaturas videri *in arte Dei*; ars Dei sunt creaturarum ideæ: Tum *ratione*; Deus per suas ideas distinctè in se ipso exprimit omnes creaturas, secundùm proprias notas vniuscuiusque: ergo qui videt intuitiuè Deum, videt distinctè ipsius ideas, atque adeò creaturas in eis distinctè expressas. Anteced. patet; nam Deus per ideas cognoscit distinctè creaturas, *vt infrà*, eas in se ipso exprimendo obiectiuè. Conseq. prob. idea essentialem connexionem habet cum ideato: igitur qui videt ideam, necessariò videt ideatum.

372. *Prob. 2.*

373. *Prob. 3.*

374. *Prob. 4.*

375. *Prob. 5.*

376. *Prob. 6.*

377. *Sent. probabilior.*

SECVNDA negat, creaturas videri in Deo, vt in causa, vel idea proximè visa, sed tantùm remotè & radicaliter, eâdem tamen visione, quâ videtur Deus, non eâdem indiuisibili motione & intelligibilitate, sed diuersa virtualite: scilicet quamuis respectu visionis eadem sit entitatiua motio ad Deum, & creaturas, cùm vnica sit realis visio Dei, & creaturarum in Deo, potest tamen Deus respectu alterius visionis separare cognitionem sui à cognitione creaturarum, & tantùm mouere intellectum beati ad visionem sui, non mouendo illum ad visionem creaturarum: *Valentia 1. p. q. 12. pu. 6. §. Patet 2. Arrubal. disp. 25. cap. 3. & disp. 26. cap. 4. 5. & 6. ex Aliac. in 1. quæst. 2. art. 3. §. His præmissis*, asserente creaturas videri in Verbo, quia Verbum supplet vicem obiecti quoad efficaciam; quæ mihi probabilior est.

378. *Creaturæ non videntur in verbo vt in causâ vel idea proximè visâ:*

Prior pars negatiua sententiæ prob. 1. ex PP. & Scholast. affirmantibus, creaturas videri in Deo, in *speculo voluntario*; ita August. *lib. de viden. Deo, Concil. Senonense, Scholastici passim:* non vt, *Scotistæ* explicant, quia beati per eandem visionem gloriosam inuariatam in se, modò possunt ad has, modò ad illas creaturas in Verbo relucentes aduertere, cùm impossibile sit eâdem visione inuariata ad noua, & noua obiecta aduertere, cùm idem omninò sit ad obiecta aduertere, & obiecta videre; sed dicitur *speculum voluntarium* respectu ipsius Dei, qui ita manifestare se potest mentibus beatorum, vt nullam certam ac determinatam creaturam illis simul cum suâ essentiâ manifestet. Quod fieri non posset, si eâdem indiuisibili motione, quâ mouet mentes beatas ad videndum se ipsum, simul necessariò moueret ad videndas creaturas in se ipso. Cæterùm dicitur Deus *speculum creaturarum*; quia sicut speculum, præter sui, aliarum etiam rerum imagines imprimit in oculum videntis: ita Diuina essentia, præter speciem sui, supplet etiam species creaturarum in intellectu beatorum, cum quadruplici discrimine; 1. speculum creatum imprimit species à rebus acceptas; Deus supplet species creaturarum, non quas à creaturis accipit, sed quas ipse eminenter continet. 2. diuina essentia non necessariò, vt speculum creatum, sed liberè huius, vel illius creaturæ speciem supplet. 3. Ex eo quod speculum creatum non habet intrinsecam connexionem cum obiectis, quorum species in se ipso recipit, non possunt propriè dici ea videri ex vi visionis speculi: creaturæ, quia connexionem habent cum Deo, vt effectus cum causa, propriè dicuntur videri ex vi visionis Dei, vt causæ eminentialis earum. 4. Species creaturarum non continentur in Deo formaliter, & distinctè secundùm propriam vniuscuiusque naturam, vti continentur species rerum sensibilium in speculo materali; sed eminenter, & vnitè in vnâ simplicissimâ formalitate, æquiualente infinitis speciebus creaturarum.

379. *Deus supplet species creaturarum.*

Prob. 2. vt obiectum visum in se, sit simul medium proximè videndi aliud, debet illud formaliter in seipso continere; quia debet eâdem omninò motione & intelligibilitate, quâ mouet potentiam cognitiuam ad cognoscendum se ipsum, mouere etiam ad cognoscendum aliud; nec posse mouere ad visionem sui; quin simul necessariò moueat ad visionem alterius; alioqui non foret medium proximè, sed tantùm remotè videndi aliud. At nequit obiectum per eandem omninò motionem formalem mouere potentiam ad visionem sui & alterius à se, nisi illud alterum formaliter contineat in se; sicut Deus non continet creaturas: quia obiectum non mouet ad intuitiuam cognitionem sui, nisi per concursum proprium, assimilatiuum obiecti vt est in se: sed concursus obiectiuus proprius, assimilatiuus Diuinæ essentiæ, vt sic formaliter non est assimilatiuus creaturarum, secundùm proprium & formale esse earum: ergo non est idem indiuisibilis concursus obiectiuus, quo intellectus beati intelligibiliter mouetur in Deum, & creaturas, sed diuersus ratione est, quo mouetur in Deum, & in creaturas. Minor. subsumpt. ostend. eius rei, & perfectionis tantùm est cõcursus obiectiuus proximè assimilatiuus, à quâ originatur, & accipit esse; cũ per suũ esse obiectum repræsentet: sed cõcursus obiectiuus assimilatiuus Diuinæ essentiæ, non originatur ab esse formali creaturarum, sed tantùm ab esse eminentiali earum; vt patet: igitur non poterit esse assimilatiuus creaturarum secundùm esse formale, sed tantùm eminentiale earum. Confirm. si per impossibile visio beata originaretur ab vna perfectione Diuina, & non ab alijs, vnam tantùm repræsentaret, & non alias.

380. *Eminenter continet creaturas.*

Hic nodus contra.

3. Ex oppositâ sententia sequeretur, non posse videri Deum, non visâ aliquâ creaturâ in Deo: impossibile enim est, videri Deum, non visâ eius omnipotentiâ: at implicat per aduers. videri causam vt causam, non viso aliquo effectu in causa: igitur implicat, videri omnipotentiam, non viso aliquo effectu om-

381. *Prob. 3. Consequens est contra Aduers.*

ctu omnipotentiæ: Deus enim est causa creaturarum per suam omnipotentiam. Maior prob. implicat videri Deum, non visa omni intrinseca perfectione Dei: sed omnipotentia est perfectio intrinseca Dei. Respondent, implicare videri omnipotentiam Dei, non visis creaturis abstractiuè sub ratione entis possibilis, non intuitiuè & distinctè sub ratione talis, vel talis entis; quia ad hoc non sufficit quæuis cognitio causæ, sed requiritur notitia sub certa intensione, quâ penetretur causa cum connexione ad talem effectum: sicut quæuis cognitio principij sufficit ad cognoscendum confusè conclusiones ex eo deducibiles: ad distinctè verò cognoscendam hanc, vel illam conclusionem requiritur cognitio sub certâ intensione. Sed contrâ; quia vna est indiuisibilis motio, quâ Deus intellectum beati mouet ad intuitiuam cognitionem suæ essentiæ, & personarum simul, implicat mouere illum ad visionem suæ essentiæ, quin simul etiam moueat ad visionem personarum: At non minùs per aduers. intelligibilis motio essentiæ, vt causæ creaturarum habet necessariam connexionem cum creaturis, vt cum effectibus, quàm intelligibilis motio ciusd. essentiæ habet cum personis, vt cum proprijs terminis, & suppositis. Ratio: quando intelligibilis motio tendit indiuisibiliter ad vtrumque obiectum, ita vt vna non sit separabilis ab alia, tunc eâdem omninò cognitione, quâ cognoscitur vnum, cognoscitur & alterum; alioqui si vnum cognosci possit intuitiuè, aliud abstractiuè, motio, quæ esset ad vnum, non esset formaliter ad aliud: cùm implicet, vt eadem sit indiuisibilis motio ad vtrumque, & tamen ad vnum tendat intuitiuè, ad alterum abstractiuè: cùm notitia intuitiua, & abstractiua differant penes proprium, & improprium concursum obiectiuum: implicat autem, vt vnus & idem sit concursus obiectiuus causæ, & effectus, & tamen respectu causæ sit intuitiuus, respectu effectus abstractiuus: nam hoc ipso ille idem concursus obiectiuus, qui esset ad causam, non esset ad effectum. Neque maior intensio, quam requirunt ad penetrandam perfectiùs causam, vt in illa videatur intuitiuè effectus; intentum probat; tum quia per illam non cognoscitur maior connexio causæ cum effectu, quæ non cognoscebatur antea per remissiorem cognitionem; cùm quidquid se teneat ex parte obiecti, totum cognoscatur per quamcumque remississimam cognitionem: sed tantùm addat intensiorem modum cognoscendi ex parte potentiæ. Tum quia ipsa cognitio, quæ sufficit ad cognoscendam essentiam Diuinam vt causam sufficiet ad cognoscendas creaturas, vt effectus in ea eminenter contentos, si eadem est indiuisibilis motio ad causam & effectum in causa contentum. Neque exemplum de principio ad conclusiones, quidquam probat: nam ideò non quæuis cognitio principij sufficit ad cognoscendam quamlibet conclusionem ex eo deducibilem, quia non per quamcumque cognitionem cognoscitur omnis connexio, quam principium habet ad suas conclusiones; quia illud non cognoscitur intuitiuè, & per propriam speciem, sicut cognoscitur Diuina essentia, vt causa creaturarum à beatis.

§82. *Respondent.*

§83. *Contrà.*

Indiuisibilis motio ad causam & effectum intuitiua vtrinque.

§84. *Maior intensio nil probat.*

§85. *Videntur vt in causâ radicaliter, diuersâ virtualiter motione.*

Posterior pars affirmatiua sententiæ, nempè creaturas videri in Verbo, vt in causâ radicaliter & remotè visâ, eâdem tamen visione, quâ Verbum licet non eâdem indiuisibili motione, sed diuersâ virtualiter, prob. res postulat videri sicuti est, cùm omnis visio eò tendat, vt rem repræsentet sicuti est in se: sed Deus vt causa eminentialis creaturarum essentialem connexionem habet cum creaturis, vt cum terminis suæ omnipotentiæ: ergo non solùm postulat videri secundùm suum esse eminentiale intrinsecum causæ, sed etiam secundum esse formale extrinsecum effectuum: nam etiam hoc esse aliquo modo pertinet ad esse Diuinum, saltem vt terminus extrinsecus ipsius omnipotentiæ. Ergo vt perfectiùs videatur esse eminentiale omnipotentiæ, etsi non essentialiter saltem connaturaliter postulat videri cum effectibus, vt cum suis extrinsecis terminis. Videntur autem eâdem visione, quâ Verbum, quia potest Deus tali concursu obiectiuo determinare intellectum beati ad visionem gloriosam, vt simul illum moueat ad visionem sui, & creaturarum; atque adeo verè & propriè illæ dicantur videri in Verbo, vt in obiecto, non proximè, sed radicaliter viso; siquidem Verbum visibile vt causa, connaturaliter postulat simul videri cum suis effectibus, propter connexionem, quam habet ad illos. Quare dici possunt creaturæ videri in Verbo, vt in obiecto intelligibili mouente, & supplente concursum obiectiuum earum; siue in obiecto primariè cognito: cùm enim Deus, sicut in sua entitate, ita & in sua intelligibilitate eminenter contineat esse creaturarum, mouendo intellectum beati per suam intelligibilitatem ad visionem suæ essentiæ, per eandem simul, non necessariò, sed liberè ad exigentiam tamen obiecti primarij, mouet ad visionem creaturarum; atque adeò verè ipsæ creaturæ dicentur videri in Verbo, vt in obiecto intelligibili mouente & supplente obiectiuum concursum ipsarum. Iuxta hanc sententiam conciliari potest vtraque præcedens & multi ex cit. auct. vt prior tantùm affirmet de visione creaturarum in Verbo radicaliter: posterior solùm neget de visione earundem in Verbo proximè.

§86. *Vt in obiecto intelligibili mouente.*

Deducitur 1. quo pacto in hac sententia Deus sit *Speculum voluntarium* creaturarum respectu intellectûs beatorum: scilicet manifestando illis suam essentiam, non necessariò, sed liberè manifestat simul cum suâ essentiâ creaturas. 2. Qua ratione creaturæ videantur in Deo, effectus in causa; nec tantùm in medio causali, sed etiam intelligendi formali, iuxta PP. axioma; primum, quia verè creaturæ per visionem beatam videntur connexæ cum Deo, vt effectus cum sua causa; licet non proximè ex vi visionis ipsius Dei, sed radicaliter, secundum, quia vt vnum sit medium formale, & non tantùm causale videndi aliud, non est necesse, vt visum sit medium videndi in se ipso aliud; nam neque hoc modo videntur per aduersarios creaturæ in Deo; alioqui deberent creaturæ formaliter existere in Deo, vt Deus visus esset medium in se ipso videndi creaturas: quia hoc non solùm importat medium mouendi, sed etiam terminandi visionem creaturarum; vt autem Deus sit medium obiectiuè terminandi visionem creaturarum in se ipso, oporteret continere formaliter creaturas in se ipso: sed sufficit, si propter connexionem in ratione intelligibilitatis, fundatam in entitate cum illo, sit medium mouendi potentiam eâdem visione, licet non eâdem indiuisibili motione, ad visionem sui, & alterius simul; quia cùm non possit esse medium terminandi, relinquitur, vt sit medium mouendi: sed neque proximum est absolutè necessarium ad talem modum loquendi saluandum, quia hic rectè saluari potest, si moueat eâdem visione ad notitiam sui & alterius à se, propter connexionem in eâdem intelligibilitate: hanc enim formaliter importat medium intelligendi: sicut medium terminâdi importat connexionem in ratione formalis entitatis. Vnde obiectum, quod non habet connexionẽ cum formali

§87. *Speculo voluntario.*

§88. *Vt effectus in causâ.*

Et medio formali intelligendi.

Digitized by Google

formali entitate alterius, non potest esse medium formale terminandi notitiam alterius. Cæterùm vt sit medium formale mouendi ad aliud cognoscendum, non est necesse, vt in ratione intelligibilitatis conueniat formaliter cum intelligibilitate alterius sed sat est, si conueniat eminenter. quia intelligibilitas non concurrit formaliter, sed effectiuè ad mouendam potentiam: contrà verò terminabilitas obiectiua, non effectiuè, sed formaliter concurrit ad notitiam terminandam. Quo fit, vt medium formale obiectiuum terminandi aliud, debeat formaliter continere illud; medium formale obiectiuum mouendi intelligibiter ad cognoscendum aliud, non debeat continere formaliter, sed sufficit, si contineat illud tantùm eminenter. Cæterùm dicitur vnum medium formale obiectiuum videndi aliud, quatenus intelligibiliter mouet ad cognitionem illius, propter formalem connexionem in eâdem ratione formali intelligilitatis cum illo.

389. *In ratione intelligib. conueniens eminenter.*

Concludo igitur, Deum non esse medium formale videndi creaturas subiectiuum respectu intellectus beati, hoc enim præstat visio beata, qua vt medio formali *quo* tendit ad videndum Deum in se ipso existentem; sed obiectiuum, non terminatiuum; nam hoc requirit formalè continentiam creaturarum; sed motiuum: non proximum; quia Deus mouèdo intelligibiliter intellectus beatorum ad visionem sui, non necessariò mouet ad visionem creaturarum; sed radicale & remotum; quia licet non necessariò, & essentialiter, tamen liberè & connaturaliter, ad exigentiam obiecti primarij, simul mouet ad visionem creaturarum. Ex quo etiam patet, Deum esse obiectum primarium visionis beatæ, creaturas secundarium; nam ad visionem sui mouet principaliter, priùs ratione, & independenter à creaturis; ad visionem creaturarum minùs principaliter, posteriùs ratione, & dependenter à primario.

390. *Deus est medium.* *Obiectiuè, Motiuum,* *Radicale.*

DICES, ideo beatus videt creaturas in suo verbo creato, quia in eo intentionaliter exprimuntur; at non minùs illæ intentionaliter exprimuntur in Verbo increato. Resp. dist. maior. ideò beatus videt creaturas in suo verbo præcisè, quia in eo intentionaliter exprimuntur, nego; quia in eo exprimuntur, vt in imagine propriâ, & à se vitaliter productâ, concedo. Vnde ad minor. concedo in Deo exprimi intentionaliter omnes creaturas, sed non vt in imagine propria, & vitali ipsius beati, sed tantùm Dei. Imago autem vitalis non exprimit imaginatum, nisi potentiæ, cuius est propria & vitalis imago.

391. *Dices.* *Resp.*

Ad 1. argum. oppositæ: S. Thom. explicandus de causa remota & radicali; exemplum de principio affert solùm ad probandum, quòd sicut ex perfectiore cognitione principij, noua cognoscitur conclusio: ita ex perfectiore cognitione Dei noua videtur creatura; an proximè, an remotè, non definit. Cùm excludit species creaturarum à visione beatifica, excludit proprias & formales, non eminentiales & causales, quæ est Diuina essentia, quæ non solùm est causa eminentialis creaturarum, sed etiam virtualis species & intelligibilis similitudo earum, quâ supplere potest in mentibus beatorum obiectiuum concursum earum: quo sensu verum est, quod docet *quæst.* 8. *de ver.* per eandem speciem videri Diuinam essentiam, & creaturas, nam diuina essentia est species sui, & creaturarum, virtualiter tantùm diuersa: hoc etiam sensu assimilatur imagini, quæ cognita mouet in cognitionem imaginati, essentialiter abstractiuè, connaturaliter intuitiuè. Ad 2. neg. Deum proximè creaturas cognoscere in se ipso, vt in causa, sed vt in specie expressa earum; quo pacto illas distinctè repræsentat quoad proprietates & singulares naturas ad vtrâque prob. concedo, Deum cognoscere creaturas, vt essentialiter connexas cum sua omnipotentia, vt effectus cum causa, atquè adeò de illis habere scientiam per causam: nego hanc scientiam proximè habere per suam essentiam, vt causam, sed vt speciem expressam & intelligibilem similitudinem earum. Ad 3. concedo anteced. de cognitione abstractiuâ, nego de intuitiuâ: non enim intuitiua cognitio causæ æquiuocè necessariò infert intuitiuam effectus, cùm nec effectus æquiuocus formaliter contineatur in causa, nec intuitiua cognitio causæ sit intuitiua effectus, etiam per aduers. concedentes, posse beatos videre omnipotentiam Dei, nullâ creaturâ in particulari, & intuitiuè visâ, sed tantùm in communi, & abstractiuè. Ad prob. neg. ex eo, quòd visa re in se ipsa, debeat videri eius connexio, vel ordo intrinsecus ad terminum, non sequitur, quòd intuitiuè etiam debeat videri eius extrinsecus terminus, cùm sit distincta cognitio intuitiua vnius, & alterius: proinde poterit esse intuitiua cognitio vnius & non alterius. Ad 4. nego, angelum per eandem speciem essentiæ formaliter videre naturam & proprietates, sed per eandem vt virtute continentem species proprietatum. Pari modo beati per eandem speciem essentiæ Diuinæ vident creaturas, sed vt virtute continentem species creaturarum. Ad 5. neg. minor, intellecta de ratione formali cognoscendi proxima; conced. de ratione formali cognoscendi remota & radicali; nam abstractiuè tam effectus in causa, quàm conclusio in principio proximè cognoscitur; cùm ipsa cognitio causæ, vt causæ, sit etiam abstractiua cognitio effectus. Ad 6. neg. creaturas videri in Diuinis ideis proximè & immediatè: sed tantùm remotè & mediatè. ideæ enim non repræsentant proximè & immediatè ideata, nisi intellectui, cuius sunt propriæ, cùm non sint repræsentatiuæ ideatorum, nisi per modum vitalium imaginum, quæ non repræsentant proximè imaginata, nisi intellectui, cuius sunt vitales imagines; ergo nec possunt beatis esse proxima media videndi creaturas, cùm nequeant esse vitales imagines ipsorum: sunt ijs media remota, non motiua, quia ideæ non mouent intelligibiliter alienum intellectum ad cognitionem sui, cùm sint ipsæ actuales cognitiones rerum, quarum adæquatum munus est, determinare formaliter proprium intellectum ad vitalem perceptionem obiectorum; sed terminatiua; non proxima & immediata; quia in illis non continentur formaliter creaturæ, secundùm esse naturale, sed solùm intentionale, quod est contineri secundùm aliud esse, quàm ipsæ habeant in se; sed sunt tantùm media terminatiua remota, quatenus intellectus beati proximè determinatus per visionem beatam ad ideas Diuinas & creaturas cognoscendas, simul cognoscit intuitiuè ideas & ideata; quod est illa tantum cognoscere concomitanter in ratione mouèdi, licet cum aliquâ connexione in ratione terminandi. Iuxta hanc resp. intellig. *August.* & ratio adducta, licet ideæ distinctæ exprimant ideata; non nisi intellectui, cuius sunt propriæ; exprimunt enim illa per esse intentionale, diuersum ab esse naturali ipsorum. vnde alienum intellectum terminant secundùm esse intentionale subiectiuum, non naturale ideatorum, quod tantùm obiectiuè exprimunt proprio intellectui, cui tantùm comparantur vt vitales imagines, quæ præter sui, imaginatorum etiam esse repræsentant.

392. *S. Thomas explicandus de causâ radicali.*

395. *Ad 2.* 394. *Ad 3.* 395. *Ad 4.* 396. *Ad 5.* 397. *Ad 6.* *Ideæ non repræsentant proximè ideata:* *Sed sunt media terminatiua remota.*

Contrà,

Digitized by Google

396. *Vrgent recentiores* 1.

Contrà, vrgent *citati* recent. 1. Falsum est, ex eo quòd creaturæ non sint formaliter in Deo, non videri in Deo: sufficit enim videri continentiam creaturarum, quæ per se ducit in earum notitiam: hoc sensu scholastici dicunt creaturas videri in Deo. 2. per nos creaturæ cognosci possunt in specie expressa distinctè; ergo & in omnipotentia, cùm non minùs eas vt causa contineat omnipotentia, quàm species, imò perfectiùs; quia adæquatè. 3. alibi doceo; quod actu non est, non posse actu cognitionem terminare: at de facto Deus cognoscit futura, quæ actu non sunt: deinde terminare cognitionem, non est aliquid physicè in eâ causare, sed esse purum terminum ipsius, ad quod obiecti existentia necessaria non est: denique cùm æger sanitatem appetit, apprehendit sanitatem, quæ in ipso non est: tandem vel Deus in sua specie cognoscit ipsum esse creaturæ, vt possit dicere; hæc creatura, quam species expressa repræsentat, est talis naturæ, vel non. Secundum dici non potest, alioqui Deus non cognosceret creaturas secundùm proprium esse earum. Si primum; ergo creatura, quæ actu non est, terminat cognitionem Dei. 4. falsum est, Verbum diuinum, seu speciem expressam esse intelligibiliter creaturam, alioqui dici posset, Deus est intelligibiliter creatura: quod absurdum est. Resp. in duplici sensu à patribus & Scholast. dici creaturas videri in Deo; vno vt in obiecto terminante; alio, vt in obiecto mouente, iuxta duplicem modum, quo obiectum comparatur ad intellectum, vt terminus, & vt comprincipium. In 1. sensu loquuntur, cùm dicunt creaturas videri in Deo vt in speculo: quia sicut quæ in speculo videntur, terminant visionem, ita quæ in Deo videntur, terminant intellectum beati. In 2. sensu intelliguntur, dum asserunt, creaturas videri in Deo ex vi visionis Diuinæ essentiæ, vt causæ creaturarum: nam ex eo quòd Deus est causa creaturarum, vim habet mouendi intellectum beati, non solùm ad cognitionem sui, sed etiam creaturarum. Iuxta 2. sensum dici non possunt creaturæ videri in Deo, sed ad summum ex Deo; quia quod terminat visionem, formaliter terminat illam per propriam entitatem, & non per entitatem alterius, etiamsi in eo perfectiùs contineatur. Quia cùm hæc terminatio sit in genere causæ formalis obiectiuæ, non potest per aliam entitatem etiam perfectiorem suppleri. Non enim potest effectus formalis albedinis per nobiliorem formam lucis suppleri: proinde cùm in Deo non existant creaturæ secundùm proprium esse earum, non poterunt hoc sensu in Deo videri. Nec sufficit videre eminentialem continentiam creaturarum, vt in eâ secundùm formale esse earum videantur: quia sicut hæc continentia non est formale esse creaturarum, sed eminens tantùm virtus earum, ita non poterit loco creaturarum visionem formaliter terminare, sed ad summum erit medium ex quo possint creaturæ videri, non intuitiuè, sed abstractiuè, cùm non necessariò visâ causâ, cum eâ intuitiuè simul videantur effectus: alioqui angelus videns intuitiuè naturam alterius angeli, intuitiuè in eâ simul videret cognitiones & volitiones, vt effectus in causa contentos. Ratio: cùm hæc intuitiua terminatio fieri debeat in genere causæ formalis obiectiuæ, fieri non potest per entitatem alterius, sed propriam; cumque vnum extremum non sit formalis entitas alterius, esto ordinem dicat ad alterum, ex eo quod vnum intuitiuè cognoscatur, non sequitur, intuitiuè cognosci & alterum, sed ad summum arguitiuè & abstractiuè. Maior diffic. in 2. sensu, qui magis est ad mentem scholast. dum inquirunt, an creaturæ videantur in Deo vi visionis Dei, hoc est, an eo ipso quòd Deus mouet intellectum beati ad visionem sui, talis motio necessariò sit etiam motio ad visionem creaturarum, vt nequeat motio ad visionem sui, vt causæ creaturarum separari à motione ad visionem earumdem. Quem sensum non benè penetrarunt aduersarij: quis enim negat, diuinam essentiam visam vt causam creaturarum, esse medium obiectiuum per se ducens ad notitiam creaturarum? sed an ad eas ducat intuitiuè, an abstractiuè, *hoc opus, hic labor est.*

Resp. ad 1. obiectum est principium & terminus.

Creaturæ non videntur in Deo, vt obiecto terminante.

Sed vt in obiecto mouente.

Dico, ex eo præcisè, quòd diuina essentia videatur vt causa creaturarum: non hoc ipso in eâ, vel ex eâ, aut cum eâ videri creaturas intuitiuè, sed solùm abstractiuè: quia cùm hæc motio fieri debeat per intentionalem intelligibilemque assimilationem obiecti; cumque intentionalis intelligibilisque motiv vnius obiecti non sit intentionalis, intelligibilisque assimilatio alterius, non hoc ipso, quòd Deus mouet intellectum beati ad intuitiuam visionem sui, mouet ad intuitiuam visionem creaturarum, quia potest illum mouere per intentionalem assimilationem sui etiam vt causæ creaturarum, & non per intentionalem assimilationem creaturarum; vt patet cùm Deus mouet intellectum vnius angeli per intentionalem assimilationem naturæ alterius angeli, & nõ per intentionalem assimilationẽ intellectionis & volitionis eiusdem; siquidem angelus motus per intentionalẽ assimilationem naturæ alterius angeli, nõ hoc ipso cognoscit intellectiones & volitiones eiusdem. Dixi, *necessariò*: nam naturaliter Deus intellectum beati ad vtrumque mouet, & ad visionem sui, & creaturarum simul, supplendo per lumen gloriæ assimilationem vtriusque obiecti primarij & secundarij. Ad 2. neg. conseq. nam species expressa in esse intelligibili & intentionali creaturas continet formaliter, cùm sit formalis repræsentatio creaturarum secundum earum proprium esse expressarum; omnipotentia verò in esse causali & solùm eminenter. Quo fit, vt secundùm proprium esse creaturæ immediatiùs & dearticulatiùs contineantur in specie expressâ, quàm in omnipotentiâ: quia in hâc solùm virtute secundùm esse eminentiale causæ; in illâ formaliter, & secundùm proprium esse, non naturale subiectiuum, sed intentionale & obiectiuum. Quare licet omnipotentia eas perfectiùs contineat physicè & quoad entitatem, quia illas continet per virtutem, quâ eas producere potest: species tamen distinctiùs & dearticulatiùs; quia illas continet per formalem expressionem earum: Ad 3. patet ex disp. 12. de scientiâ Dei *sect.* 2. Ad 1. prob. concedo, Deum cognoscere futura in seipsis, & non tantùm in suâ specie expressa: nego, illa actu non esse, esto actu non sint pro quauis temporis duratione; sufficit enim vt actu sint pro aliquâ temporis duratione, ad quam diuinus intuitus se extendit, qui ad singula terminatur, prout existunt in suâ duratione: singulæ enim durationes continentur intra æternitatem, quæ est adæquata sphæra cognitionis Diuinæ; quin etiam se extendit ad ea, quæ nunquam futura sunt actu, sed solùm futura essent actu, si tales vel tales conditiones ponerentur: nam etiam hæc habent esse actuale determinatum distinctum à suis causis sub conditione positum, quod diuinum intuitum non latet. Ad 2. esto obiectum vt terminans, nil physicè causet in cognitionem, supponitur tamen in se physicè, cùm debeat per suam physicam entitatem cognitionem terminare. Sicut obiectum cognitum nil physicè causat in actum voluntatis, vt autem illum actu terminet, debet actu existere

Ratio fundam.

Ad 2. Ratio discriminis.

Ad 3. Ad primam prob.

Ad secundam.

Digitized by Google

existere secundùm esse cognitum: nec potest quod actu non cognoscitur, voluntatis actum terminare: ergo neque quod actu non est, actu cognitionem terminare, cùm eodem modo obiectum se habeat in terminando actum cognitionis ac volitionis. Confirm. Nequit visio corporea immediatè terminari ad id, quod nihil est in se; ergo nec visio intellectualis, cùm non minùs quàm corporea ad obiectum terminetur. Anteced. prob. quod actu nihil est, non potest vt quid reale actu visionem terminare; nam per aduers. visio eodem modo terminaretur ad obiectum actu non existens, si destructo obiecto, visio conseruaretur, ac terminatur ad obiectum actu existens. Quod si respondeas, sufficere, vt obiectum sit possibile, vt actu terminet cognitionem. Contrà; Chymæra non est possibilis, & tamen per te actu terminat cognitionem. Quid igitur est illud esse Chymæricum, quod per te actum cognitionis terminat, si non est ipsum esse Chymæræ in verbo mentis expressum? quod si semel conceditur, id quod actu terminat cognitionem, non esse quid distinctum à verbo mentis, sed esse ipsum vt est intelligibilis similitudo obiecti, non erit maior ratio, cur hoc ipsum negetur de alijs obiectis actu non existentibus. Confirm. Apparentia illa obiectiua, quâ obiectum apparet potentiæ, dum in se actu non est, non est purum nihil; quia purum nihil nullam habet obiectiuam apparentiam: ergo cùm in se sit actu nihil, debet saltem in verbo esse aliquid, quod huiusmodi realem apparentiam formaliter causet. Ad 3. aliud est quid intellectus immediatè apprehendat, cùm apprehendit sanitatem; aliud quid appetitus appetat: appetitus enim cùm sit potentia executiua, non sistit in ipsa reintra se conceptâ & expressâ, sed vlteriùs tendit ad acquirendam rem secundùm se, cum quâ appetit se coniungere. Ad 4. concedo, Deum creaturam cognoscere, cuius naturæ & conditionis illa sit; id autem totum expressum & delineatum cognoscere in suâ specie. Nec est necesse, intuitum diuinum extra seipsum extendi, vt creaturas distinctè & dearticulatè cognoscat secundùm proprium esse earum. Quod docuit *S. Thom. 1. p. quæst. 14. art. 5. fine corp. Deus seipsum videt in seipso, quia seipsum videt per suam essentiam: alia autem à se videt non in ipsis, sed in seipso, in quantum essentia sua continet similitudinem aliorum ab ipso.* Vbi Caietanus §. 1. *Essentia*, inquit, *diuina siue vt ratio cognoscendi, siue vt obiectum cognitum, vtrumque enim sibi conuenit, eminenter continet omnia intelligibilia. In hoc tamen est differentia, quoniam Thomistæ putant, quòd in essentia diuina contineantur alia cum quadam distinctione, vt relucent res in speculo. Sapientes verò docent, quòd in essentia diuina continentur omnia indistinctè & eleuatè, sic tamen perfectè, ac si distinctè continerentur. Ex quo patere potest, quòd essentia diuina, vt species intelligibilis non representet alia immediatè, sed mediante seipso vt obiecto.* Hæc Caiet. quòd in eius, ac S. Doct. sent. Deus cognoscat creaturas in suâ specie, suum intuitum sistendo in illâ, apertè ex §. 2. *nota*, quem ita concludit: *Contrariatur demum hoc philosophiæ explicitè ac optimè consitenti, quòd Deus nihil intelligit extra se, non solùm formaliter, sed obiectiuè, quia quidquid intelligit, intelligit per essentiam propriam, vt formam intelligibilem & in essentiâ propriâ vt obiecto: nec aliò potest diuertere intuitum suum, vt isti fingunt.* Neque id intelligi potest de obiecto tantùm formali & primario, sed etiam de materiali & secundario, vt constat tum ex particulâ *quidquid*, quæ omne obiectum comprehendit: tum ex negatiua: *Nec potest aliò diuertere intuitum suum.* Idem S. Tho. habet 4. cont. gent. c. 11. *Cùm ergo in Deo sit idem esse & intelligere: intentio intellecta in ipso est eius intellectus: & quia intellectus in eo est res intellecta, intelligendo enim se, intelligit omnia alia, relinquitur, quòd in Deo intelligente seipsum sit idem intellectus, & res quæ intelligitur, & intentio intellecta.* Ratio: cùm species expressa Dei sit perfectissima eminentissimaque imago omnium creaturarum, in eâ Deus cernit expressas & delineatas omnes creaturas secundùm proprietates & conditiones vniuscuiusque & quidem perfectiùs, quàm si eas cerneret in suis proprijs naturis existentes, sicut intellectus angelicus in suo verbo vt in propriâ imagine videt res secundùm proprias naturas earum expressas: habet enim hoc intentionalis imago, vt in seipsâ obiectum exprimat secundùm omnes eas proprietates, quas obiectum ipsum habet in se. Nec requiritur, quòd in ipsa obiectum contineatur secundùm esse naturale, vt illud secundùm esse naturale exprimat, sed sufficit, vt contineatur secundùm intentionalem similitudinem ipsius. Vt enim species angelica exprimat lapidem, non est necesse, vt illum contineat secundùm esse naturale, sed sufficit, si contineat secundum esse intentionale & intelligibile. Cùm igitur Deus non solùm sit causa rerum, sed etiam species intelligibilis earundem, cognoscit eas in seipso. 1. vt in specie distinctè & dearticulatè exprimente omnia, atque hoc est, quod Patres dicunt, Deum creaturas in seipso videre vt in speculo: quia sicut in speculo videntur obiecta, esto in illo non contineantur secundùm proprium esse, sed similidinem eorum, ita Deus creaturas videt in seipso vt in speculo, esto in eo creaturæ non contineantur secundùm proprium esse naturale, sed similitudinem intentionalem. Vnde *S. Thom. q. 4. de verit. art. 6.* docet, creaturas perfectius esse in Verbo diuino per earum similitudines, quàm sint in seipsis per proprias naturas. lege quæ *infrà de scientia Dei sect. 2. & supra disp. 9. sect. 3.* de specie expressâ. Ad vlt. neg. anteced. lege *S. Thom. q. 4. de verit. cit. art. 6. & 8. & scholast.* qui passim hunc modum loquendi vsurpant, *Deus intelligibiliter, causaliter, eminenter, virtualiter est creatura.* An fortè hoc non est, creaturam cum addito de Deo prædicare? quòd si nihil periculi in tali modo loquendi Doctores agnoscunt, quis illum nobis vt insolentem, absonum, ac Deo indignum, indignabundè obijciat? cùm ipse in explicandâ intrinsecâ distinctione virtuali in Deo illum vsurpauerit: *Deus formaliter non est creatura, eminenter tamen continet omnes creaturarum perfectiones, ideoque potest eminenter seu virtualiter dici creatura*: hoc ipsum repeto: Deus non est formaliter creatura, est tamen perfectissima similitudo intelligibilis omnium creaturarum, ac *propterea creatura intelligibiliter dici potest*, & quidē tantò fundatiùs, quantò creatura secundùm esse creaturæ dearticulatiùs relucet in specie quàm in causa? par huic auctoritatis pondus apud lectorem inueniant qui non tam veritatis indagandæ, quàm auctores impugnandi causâ ad eos legendos accedunt.

Apparentia obiectiua non est purum nihil.

Ad tertiam prob.

Ad quartam.

Intuitus Dei sistit in suâ essentiâ vt specie creatur.

Quid quid clarius?

In seipso tanquam in speculo Deus videt creaturas.

Ad vlt. Quis sucenseat S. Thomæ & Schol.

SECTIO XXII.

An omnes creaturæ in Deo videri possint?

399. PRIMA sententia affirmat, omnes creaturas tam possibiles, quàm existentes actu videri in Deo ab anima Christi, non tamen eâdem claritate, quâ Deus videt: *Magist. in 3. dist. 14. Hugo. de S. Vict. tom. 3. de Sapient. Christi, Altisiod. lib. 3. tract. 1. c. 5 Alens.*

Affirmans de actu.

Digitized by Google

Alens. 3. p. q. 13. me. vlt. Alber. in 3. dist. 14. art. 1. Bacco. q. 2. a. 4. §. 2. Grana. 10. 1. tract. 6. disp. 1. sec. 6. vbi affirmat de facto infinita possibilia videri ab anima Christi.

400. SECVNDA assirmat, videri omnia non actu, sed habitu; idq; de facto concedit animæ Christi, quæ videns Verbũ, in eo vt in speculo successiuè videre potest quidquid videt Verbum, semper tamen actu finita: Bonau. in 3. dist. 14. q. 3. a. 2. Scor. q. 2. §. *sed si ista.* Aureo. q. 1. fine, Gab. q. vn. art. 1. concl. 3. Marsil q. 10. art. 2. p. 2. concl. 3. Palat. disp. 1. Rubio q. 2. qui etiam concedit animam Christi actu cognoscere posse infinita. Fund. vtriusque Sent. *in Christo sunt omnes thesauri Sapientiæ & Scientiæ absconditi: Non est Christo datus spiritus ad mensuram;* ergo nec scientia. Quòd semper videat actu finita patet, quia virtus finita, qualis est potentia intellectiua animæ Christi, non potest se extendere ad infinita actu.

De habitu. *ad Coloss. 2. Ioan. 3.*

401. TERTIA *Durandi in 3. dist. 14. q. 2. & in 4. dist. 49. q. 3. nu. 15.* asserentis, à quo is beato necessariò videri omnes creaturas possibiles, non autem existentes. Fundam. diuina essentia est naturalis causa omnium creaturarum quoad earum quidditates & essentias, sc. per suam omnipotentiam; non autem quoad existentias, sc. per voluntatem: sicut. n. potentia respicit producibile, ita actio productum: sed non est in Dei libertate habere, vel non habere potentiam: est in Dei libertate habere, vel non habere actionem: igitur videns Deum, necessariò videt quidquid est ab ipso naturaliter producibile, non quidquid est liberè productum. Quia qui videt causam necessariò videt vim productiuam causæ; hæc autem distinctè videri non potest, non viso distinctè eius termino, sc. omni producibili.

De possibilibus.

402. QVARTA docet, à nullo intellectu creato videri posse omnes creaturas possibiles, posse omnes futuras. *S. Tho. 3. p. qu. 10. art. 2. & 3. con. Gent. c. 56. qu. 8. de verit. art. 4. Caiet. ibid. Ferr. 3. con. Gent. ca. 60. Palud. in 3. dist. 14 q. 1. fine, Capr. q. 2. art. 1. & in 4. disp. 49 q. 6. art. 1. Soti q. 3. a. 3. concl. 1. Argen. in 3. dist. 14. q. 1. art. 3 & in 4. dist. 49. qu. 1. artic. 4. Gonsalez in 1. p. q. 12. disp. 21. nu. 21. Sylui. & omnium Thomist. tum 1. p. tum 3. p. qu. 10: art. 2.* Fundam. prioris asser. cognitio omnium possibilium in Verbo necessariò infert comprehensionem Verbi: implicat autem, Verbum comprehendi: igitur & omnes creaturas videri in Verbo. Fundam. posterioris asser. cognitio futurorum nullam secum affert repugnantiam; nam licet sint infinita, omnia tamen continentur intra principium finitum, nempe intra potentiam intellectiuam & volitiuam creaturæ, à quâ successiuè eliciendæ sunt infinitæ cogitationes & volitiones per totam æternitatem: vnde qui tales potentias comprehendit, comprehendit omnes actus, quos illæ sunt elicituræ: ad comprehendendas autem huiusmodi potentias sufficit lumen, & cognitio finita; ergo & ad comprehendendos earum actus.

De futuris.

403. QVINTA Richardi in 3. dist. 14. art. 2. qu. 3. negantis, ab vllo intellectu creato actu videri posse omnes creaturas siue possibiles, siue futuras: quæ quoad actualem cognitionem asseritur etiam ab auctoribus 2. sent. præter *Rubio.* Fundam. idem, quod 2. sent. nempe nullam potentiam finitam posse se extendere ad actu infinita, siue illa sint infinita possibilia, siue futura.

Negat.

404. DICO 1. Implicat actu videri omnes Creaturas possibiles in Verbo. Prob. nequeunt videri actu omnes, nisi cognitione actu infinita: implicat cognitio creata actu infinita; ex Philos. vt omne infinitum creatum categorem. Maior prob. intuitiua cognitio omnium possibilium distinctè exprimeret in se ipsa naturas infinitas perfectiones absque vllo termino: quia creaturæ possibiles sunt infinitæ, etiam quoad specificam perfectionem. Nec refert, quòd sint tantùm infinitæ syncategorematicè: nam sicut rectè arguitur ex effectibus syncategor. infinitis potentia categorematicè infinita: ita ex obiectis syncategor. infinitis cognitio categor. infinita: quia sicut nequit potentia finita producere effectus syncategor. infinitos; ita nec cognitio nita exprimere obiecta syncategor. infinita. At talis cognitio haberet in esse intentionali, quidquid haberet obiectum ipsum in esse possibili sc. perfectionem infinitam: quia cùm ea cognitio substituatur loco obiecti non existentis; (possibilia enim secundùm esse creatum, quod possunt participare, non existunt neque in se, vt per se patet, neque in Deo, in quo tantùm continentur eminentialiter secundùm esse increatum Dei) deberet intentionaliter exprimere totam perfectionem obiecti; quia nequit intellectus obiectum distinctè & intuitiuè cognoscere, nisi illud habeat intimè præsens, vel in esse reali, vel in esse intentionali: cùm autem possibilia non sint intellectui præsentia in esse reali, fieri debent præsentia in esse intentionali. Neque ex eo, quòd hoc esse infinitum cognitionis sit intentionale non arguit infinitam perfectionem in cognitione: nam hoc esse intentionale est reale cognitioni, non minùs quàm quodlibet esse est reale rei, cuius est esse: solùm enim dicitur intentionale, quia substituitur loco rei, secundùm aliud esse, quo aptum est terminare intentionem potentiæ. Quo fit, vt quâ proportione crescit obiectum repræsentabile in esse reali, crescere debeat cognitio repræsentatiua in esse intentionali; velut si obiectum crescit infinitè in esse reali, infinitè crescat oportet cognitio in esse intentionali; eo quòd esse reale obiecti exprimi debeat per esse intentionale cognitionis. Non est autem necesse, vt crescat in eâdem perfectione cum obiecto; nam sæpè obiectum repræsentatum est substantia, cognitio repræsentans est accidens; sed sat est, vt crescat proportionaliter in suo genere: Sicut crescente producibili crescit productiuum, vtrumque in suo ordine. Nec dici potest, ea omnia exprimi sub vnica ratione entis, sub qua omnia possibilia sunt finita: nam debent exprimi distinctè & dearticulatè singula iuxta proprias naturas ac notas, quo pacto sunt infinita. Nec eadem est ratio de cognitione, quâ videmus Deum; quia hæc non est ratio in quâ exprimitur essentia Dei, sed tantùm, quâ vitaliter tendimus ad Deum in se ipso extra nostrum intellectum existentem: vnde non debet esse infinita; quia non debet exprimere obiectum infinitum in se, sed tantùm ducere intellectum ad obiectum infinitum in se ipso existens. Atque hæc ratio non solùm probat, implicare cognitionem omnium possibilium in Verbo, sed etiam extra Verbum: implicantiam. n. concludit ex infinitate cognitionis simpliciter, quæ sequitur ex intuitiuâ notitiâ omnium possibilium siue in, siue extra Verbum.

Creaturæ possibiles exigunt cognitionem infinitam.

405. *Et si infinita syncategor.*

406. *Esse intentionale est reale cognitioni.*

407. *Visio Dei non exprimit Deum.*

Prob. 2. ex cognitione omnium possibilium cum proportionali penetratione causæ sequitur comprehensio diuinæ essentiæ: implicat autem comprehensio diuinæ essentiæ, vt inf à: igitur implicat cognitio omnium possibilium in Verbo cum proportionali penetratione causæ. Maior ostend. ex cognitione infinita extensiue omnium possibilium cum proportionali penetratione causæ sequitur cognitio infinita intensiuè ipsius cau-

408. *Pr. 2. auertio.*

à poster.

Digitized by Google

Cognitio omnium possibilium est comprehensio Dei.

sæ : Sed cognitio infinita intensiuè causæ creaturarum possibilium , est ipsa comprehensio Dei. (suppono dari non posse perfectiorem cognitionem infinitâ quoad intensionem , cùm infinita intensio claudat in se omnem cognitionis claritatem.) ergo. Maior prob. quodlibet possibile visum in Verbo intendit determinatè visionem Verbi: ergo omnia possibilia visa in Verbo intendunt infinitè visionem Verbi : possibilia. n. sunt absque termino infinita, & calculatio fit in gradibus eiusdem rationis , cùm respectu obiecti primarij dari non possint visiones diuersæ rationis , eò quòd omnes specificentur ab eodem obiecto,& modo tendendi perfectissimo, per modum actus puri in se ipso immediatè visibilis. Antec. prob. sicut quodlibet possibile est determinatæ naturæ , & perfectionis essentialis, ita postulat determinatum gradum visionis, vt exprimatur : sed quilibet gradus visionis obiecti secundarij repræsentat intensiùs & clariùs obiectum primarium , quia videtur cum connexione ad primarium, vt effectus ad causam. Ergo.

409. A priori : cognito toto producibile comprehenditur productiuum.

Tum sic à priori : Cognito toto producibili cum adæquatâ connexione ad suum productiuum, comprehenditur productiuum : ergo cognitis omnibus possibilibus cum adæquatâ connexione ad omnipotentiam Dei , comprehenditur omnipotentia Dei : sed implicat, comprehendi omnipotentiem Dei, non comprehensa totâ substantiâ: ergo ex cognitione omnium possibilium in Verbo sequitur adæquata comprehensio Verbi. Prior conseq. patet; adæquatum productiuum creaturarum possibilium est omnipotentia Dei. Antec. prob. qui cognoscit totum producibile, omnemque modum producibilitatis cum adæquatâ connexione ad suum productiuum , cognoscit illud cum adæquatâ virtute , quam re ipsa supponit in causa ; sed totum producibile creaturarum , cum omni modo producibilitatis earum supponit in Deo actum purum infinitum in omni genere perfectionis : ergo qui distinctè cognoscit omnes creaturas possibiles in Deo , cum omni modo , quo illæ sunt producibiles, adæquatè cognoscit virtutem productiuam Dei. Maior prob. sicut totum producibile adæquat totum productiuum , cùm totum esse productiuum sit ad suum producibile , ita qui cognoscit totum producibile cum adæquata connexione ad suum productiuum , cognoscit adæquatè productiuum. Minor ostend. totum esse possibile creaturarum includit omnem gradum perfectionis absque termino; includit enim infinitum gradum entis , substantiæ , spiritus , vitæ , sapientiæ , potentiæ , bonitatis, iustitiæ , reliquarumque perfectionum ; & præterea ex modo , quo hæc omnia sunt à Deo producibilia per creationem , supponunt in Deo perfectionem actûs puri: vti omnes gradus producibiles supponi debent in productiuo : ergo si sunt producibiles absque termino , omnes supponi debent actu infiniti,& per modum actûs puri in Deo producente. Nec recurri potest ad virtutem altioris ordinis, quæ finita producere posset infinita inferioris ordinis : nam tunc recurri potest, quando tota perfectio effectûs producibilis contineri potest eminenter in causa : at perfectio substantiæ , spiritus, vitæ intellectiuæ, &c. nequeunt in Deo contineri nisi formaliter ; eo quòd non datur perfectior modus continendi has perfectiones.

410. Recurri ne quit ad virtutem altioris ordinis.

411. Si vnum attributum comprehenditur, & totus Deus ;

Quòd comprehensâ omnipotentiâ Dei, comprehendatur tota substantia Dei, sic demonstro, 1. impossibile est, comprehendi vnum attributum in Deo, vt omnipotentiam, quin totus Deus comprehendatur. Sicut implicat, cognoscere vnum attributum, quin totus Deus cognoscatur. Ratio: implicat, cognosci vnam perfectionem in Deo , quin æquali intensione & claritate cætera cognoscantur; eò quòd nequeat intelligibilitas Dei mouere intellectum creatum ad vnam perfectionem cognoscendam, quin æqualiter moueat ad omnes: quia intelligibilitas obiecti essentialiter fundatur in tota entitate rei. 2. Tota substantia Dei non dicit maiorem perfectionem in Deo , quàm omnipotentia: nam omnipotentia Dei, vt sit productiua totius entis possibilis, debet esse actus purus infinitus in omni genere perfectionis. At nequit excogitari perfectio maior actu puro infinito in omni genere perfectionis: igitur qui comprehendit omnipotentiam Dei, de necessitate comprehendit totam substantiam Dei , cùm nulla maior perfectio cognoscenda sit in substantiâ Dei, quæ non sit cognita in omnipotentiâ Dei , visâ cum adæquatâ connexione ad totum producibile, & ad omnem modum producibilitatis. Confirm. qui cognoscit vnum creabile cum connexione ad potentiam creatiuam Dei, debet adæquatè cognoscere actum purum , vt causam talis creabilis : ergo qui cognoscit infinita creabilia perfectiora cum eâdem connexione ad omnipotentiam Dei, debet cum omnibus possibilibus adæquatè cognoscere virtutem causatiuam omnium possibilium: Sed talis cognitio est comprehensio: ergo. Antec. patet, sicut qui intuetur effectum in causa, debet necessariò intueri causam vt principium talis effectus : ita qui comprehendit effectum in causa , debet comprehendere causam, vt principium talis effectus ; hoc est debet cognoscere illam intensione & claritate, quam exigit ipsa causa, vt principium talis effectus. Conseq. prob. sicut qui comprehendit vnum effectum in causa , debet simul cum effectu comprehendere causam , vt principum talis effectûs : ita qui comprehendit infinitos effectus in causa , debet simul cum infinitis effectibus comprehendere causam vt principium infinitorum effectuum: Sed Deus non potest esse principium infinitorum effectuum creabilium perfectiorum , nisi vt actus purus infinitè perfectus; quia sicut se habet creatio ad actum purum, ita infinita creabilia ad infinitatem actûs puri. ergo ex tali cognitione necessariò sequitur penetratio totius actûs puri, adequatâ intelligibilitatè ipsius; atque adeò comprehensio Dei. Nam comprehensio obiecti est, quæ in claritate adæquat intelligibilitatem obiecti : illa autem cognitio adæquat in claritate intelligibilitatem obiecti, quæ per connexionem ad omnes effectus, quos potest causa producere, adæquatè cognoscit illam.

tota substantia, si omnipotentia.

412. Si omne creabile, & actus purus.

413. Alia ratio.

Aliam rationem affignant alij, cur nequeant cognosci omnia possibilia: quia nimirum implicat eâdem cognitione , quâ cognoscuntur res possibiles, cognosci cognitionem , quâ possibilia cognoscuntur; sc. nequit id, quod est posterius ratione possibile, cognosci per id, quod est ratione prius possibile : sed posterior ratio est possibilis cognitio, quâ cognoscenda est cognitio ipsa possibilium , quàm ipsa cognitio possibilium , cùm illa sit reflexa, hæc directa: prior autem possibilis est cognitio directa, quàm reflexa : quia directa præsupponitur ad reflexam. Maior prob. obiectum essentialiter supponitur ad cognitionem; prius enim possibile est obiectum, quàm possibilis sit actio , quæ circa illud versari possit. Sed contrà , falsum est ante ad prob. neg. maior : etenim licet ordine possibilitatis prior sit cognitio directa , quàm reflexa, sicut ordine existentiæ priùs existit directa,

414. impugnatur.

quàm

quàm reflexa; ac proinde nequeat directa cognoscere reflexam existentem, nec priùs naturâ existere reflexa, quàm directa, cùm reflexa ordine naturæ essentialiter supponat directam, vt obiectum, circa quod versari debeat: tamen non repugnat, directam existentem cognoscere reflexam vt possibilem: quia vt sic reflexa præsupponitur ad directam existentem. Vnde posset intellectus creatus comprehendendo ac penetrando perfectè se ipsum, cognoscere non solùm propriam substantiam, & intellectum iam existentes, sed etiam infinitas cognitiones reflexas possibiles, quas posset successiuè elicere, si aliunde non implicaret.

Cognitio directa cognoscere potest reflexam possibilem.

415. *Objicies* 1. Deus est productiuus creaturarum per potentiam, vt virtualiter distinctam à reliquis attributis: ergo vt productiuus non includit formaliter reliquas perfectiones: igitur comprehensâ omnipotentiâ, non debet necessariò comprehendi tota essentia, quæ constituitur ex reliquis etiam attributis. Resp. 1. neg. antec. est enim Deus productiuus infinitarum creaturarum, vt actus purus infinitus in omni genere perfectionis; ac proinde vt virtute includens omnes perfectiones: nam id totum formaliter & virtualiter dicit productiuum, quod essentialiter supponit producibile; sed totum ens creatum producibile essentialiter supponit actum purum infinitum in omni genere perfectionis; dicitur autem potentia Dei attributum virtute distinctum à reliquis, non quatenus est conceptibilis, vt contentiua omnium possibilium, sed quatenus est ratio proximè exequens suos effectus; sic enim omnes perfectiones diuinæ, necessariæ ad productionem totius entis possibilis, concipiuntur sub vnicâ ratione formali potentiæ executricis. Ex cognitione autem intuitiuâ creaturarum in Verbo non solùm cognoscitur potentia Dei, vt formaliter executiua, sed etiam vt virtualiter contentiua earund. sc. vt actus purus infinitus in omni genere perfectionis. 2. Dist. 2. conseq. non includit omnipotentia reliquas perfectiones formaliter, nego; non includit virtualiter, concedo. Ad comprehendendas autem reliqua attributa simul cum ipsa omnipotentiâ Dei in se ipsa comprehensâ, sufficit si illa includantur in omnipotentiâ Dei formaliter, etiamsi non includantur virtualiter. Ratio: sicut virtualis distinctio vnius attributi ab alio non impedit, quò minùs, si intuitiuè cognoscatur vnum, intuitiuè etiam cognoscatur alterum; ita nec impediet, quò minùs si comprehendatur vnum, comprehendatur & alterum. Quia virtualis distinctio solùm impedit explicitam cognitionem alterius in ordine ad cognitionem abstractiuam, non in ordine ad intuitiuam, quæ ad rem fertur, prout est in se.

Resp. 1.

416. *Resp. 2.*

417. *Objicies* 2. Per cognitionem omnium possibilium in Verbo non videretur perfectiùs Deus, quàm de facto videatur, à quolibet beato, cùm nulla maior perfectio videretur in Deo per cognitionem omnium possibilium, quæ de facto à quolibet beato non videatur; sed de facto à nullo beato comprehenditur: ergo nec per cognitionem omnium possibilium comprehenderetur. Resp. dist. Maior. non videretur Deus perfectiùs ex parte obiecti, concedo: non perfectiùs ex parte modi cognoscendi, nego. Nam hoc ipso, quòd penetraretur vt causa omnium possibilium, videretur ea claritate & intensione, quam exigit obiectum: quia verò comprehensio non consistit tantùm in cognitione extensiuâ omnium perfectionum, quæ sunt in obiecto, sed etiam in intensiua, & in claritate adæquata intelligibilitati obiecti, ideò talis cognitio esset comprehensio, esto nullam nouam perfectionem manifestaret ex parte obiecti.

Resp.

418. *Objicies* 3. Adhuc Deus visus in ordine ad omnes creaturas possibiles, est perfectiùs visibilis in se ipso: ergo visio omnium possibilium in Verbo non infert formaliter comprehensionem Dei: quia comprehensio est adæquata cognitio obiecti, quâ maior ab obiecto exigi non possit. Antec. prob. sicut Deus productione omnium possibilium non adæquatur in esse; ita neque visione eorumdem adæquatur in cognosci. Resp. nego anteced. ad prob. concedo, possibilia secundùm esse, quod dicunt in se, non adæquare esse Dei; quia illud est creatum, hoc increatum; nego non adæquare Deum secundùm illud esse, quod necessariò supponunt in causa, quia vt sic inuoluunt totum esse Dei: cum enim possibilia nullam dicant limitationem, neque in obiectis producibilibus; neque in modo producendi, non possunt contineri, nisi in causa, quæ sit actus purus infinitè perfectus: & quia illa cognita in Deo, necessariò cognoscuntur cum connexione ad tale esse causatiuum, repugnat cognosci adæquatè Deum, ut causatiuum earum.

Resp.

419. *Objicies* 4. cognitio, quæ non sufficit ad penetrandas omnes perfectiones obiecti, non sufficiet ad comprehensionem obiecti: sed cognitio omnium possibilium in Verbo non sufficit ad penetrandam potentiam generatiuam ad intra, triplicem hypostasim relatiuam, & reliquas perfectiones incommunicabiles ad extra: nam ex vi cognitionis effectus in causa, id tantùm per se cognoscitur de causa, quod effectus supponit formaliter in causa; seu cognitus formaliter indicat de causa; sed possibilia nullam perfectionem ex supradictis per se supponunt formaliter in Deo. Confirmat. etiamsi Deus non esset productiuus ad intra, subsistens in tribus personis & incommunicabilis ad extra, adhuc esset productiuus creaturarum, quia nulla ex his perfectionibus per se requiritur ad potentiam productiuam creaturarum. Resp. neg. minor. nam per eandem perfectionem Deus est productiuus infinitarum creaturarum ad extra, & diuinarum personarum ad intra. Scil. per eandem perfectionem actus puri infiniti in omni genere perfectionis, est productiuus diuinarum personarum ad intra, & incommunicabilis ad extra: si perfectio est eadem formaliter, nec est maior in ordine ad vnum terminum, quàm in ordine ad alium, eadem claritas & intensio cognitionis, quæ sufficit ad comprehendendam illam in ordine ad vnum, sufficiet ad comprehendendam eandem in ordine ad alium. Antec. prob. Deus est productiuus infinitarum creaturarum ad extra, ut actus purus illimitatus in gradu substantiæ, vitæ intellectiuæ, sapientiæ &c. Sed vt illimitatus in eodem gradu substantiæ, vitæ intellectiuæ, sapientiæ &c. est productiuus ad intra, & incommunicabilis ad extra, cùm nequeat alia maior perfectio, quàm hæc excogitari: ergò.

Conf.

420. *Resp.*

Ad prob. min. neg. Minor: ut enim omnia possibilia per se & formaliter supponunt actum purum infinitum in omni genere perfectionis absolutæ: ità incommunicabilitatem ad extra, & potentiam productiuam ad intra, quæ radicatur in natura absoluta. Perfectiones verò relatiuæ, etsi per se non supponantur à potentia productiua creaturarum, tamen cognitio, quæ sufficit ad comprehendendam naturam cum omnibus suis perfectionibus absolutis, erit sufficiens ad comprehendendas perfectiones relatiuas; tum quia hæ formaliter includuntur in illa; non potest autem in

421. *Ad pr. Mi.*

Digitized by Google

Deo comprehendi vna perfectio, quin simul comprehendantur reliquæ in ea formaliter inclusæ. Tum quia cognitio, quæ sufficit ad comprehendendam perfectionem maiorem, sufficiet ad comprehendendam minorem, in maiore formaliter inclusam: atqui natura cum suis perfectionibus absolutis in Deo est perfectio maior, quàm sint ipsæ
422. relatiuæ. Ad Confirm. vel hypothesis supponit,
Ad Conf. in eo casu Deum non esse productiuum ad intra, & incommunicabilem ad extra defectu alicuius perfectionis absolutæ, & defectu eiusdem, neque erit productiuus infinitarum creaturarum ad extra, quia per eandem perfectionem actus puri, infiniti in omni genere perfectionis, est productiuus infinitarum creaturarum ad extra, & diuinarum personarum ad intra, & incommunicabilis ad extra: si defectu perfectionis relatiuæ, adhuc tunc maneret comprehensio naturæ absolutæ, quæ sat esset ad comprehendendas relationes si essent. *Lege S. Tho. qu. 2. de poten. art. 6.* vbi docet, potentiam generatiuam ad intra, & creatiuam ad extra non differre in se, sed tantùm penes diuersos respectus ad diuersos terminos.

425. *Objicies 5.* Comprehensio non solùm debet exprimere omnes perfectiones obiecti, sed eâ claritate & intensione, quâ exigit: sed beatus videns in Verbo omnia possibilia, etti exprimeret omnes perfectiones Dei, non tamen exprimeret eâ claritate, quâ exigit obiectum; nam adhuc Deus exigeret videri claritate increatâ, quâ se ipsum intuetur.
Resp. Resp. neg. minor: quia cùm eas exprimeret claritate infinitâ, non posset eas clariùs exprimere, quia in claritate infinitâ clauditur omnis claritas possibilis. Ad prob: nego, Deum à se ipso videri clariore cognitione, quàm infinitâ. Nec ratio increati facit ad comprehensionem, nisi faciat ad maiorem claritatem: ad maiorem infinitâ facere non potest; nam ad infinitam maior addi non potest; alioqui illa non esset infinita; ex Philos.

424. *Objicies 6.* Cognitio comprehensiua exprimit obiectum sub omni habitudine ad terminum: sed cognitio possibilium in Verbo non exprimeret Deum, nisi sub habitudine ad creaturas, non ad diuinas personas.
Resp. Resp. neg. minor. repugnat quippe Deum exprimi, vt adæquatam causam omnium creaturarum, & simul non exprimi, vt adæquatum principium diuinarum personarum, & consequenter sub omni habitudine. Nam habitudo, quam Deus dicit ad increatas personas, fundatur in eâdem perfectione actus puri, quæ adæquatè comprehenditur per cognitionem omnium possibilium in Verbo, vt si quis comprehenderet virtutem æquiuocam causæ in ordine ad omnes effectus, comprehenderet etiam vniuocam virtutem in ordine ad vniuocam communicationem sui; quia per eandem omninò virtutem causa est æquiuocè productiua omnium effectuum, & vniuocè communicatiua sui. Licet igitur ex cognitione omnium possibilium in Verbo, formaliter tantùm sequeretur adæquata cognitio Dei, vt causæ creaturarum; per se tamen sequeretur etiam cognitio Dei, vt principij diuinarum personarum.

425. *Objicies 7.* Id tantùm penetratur de principio, quod formaliter cognoscitur ex vi termini; sc. quod per se supponit terminus: sed possibilia per se tantùm supponunt potentiam creatiuam in Deo.
Conf. Confir. id tantùm per se cognoscitur ex vi termini quo ipse terminus cognosci non potest: at potentia creatiua cognosci nequeunt igitur absque illâ tantùm hæc cognosci
Resp nt. Resp. maiòr tantùm vera de cognitione extra Verbum, in quâ id tantùm relucet de causa, quod per se manifestat effectus; quia cùm tota ratio cognoscendi principium; sit effectus non potest plus de principio cognosci, quàm affectus ostendit; non de cognitione in Verbo; in quâ, quia proxima ratio cognoscendi principium non est effectus, sed cognitio principij essentialiter originata à totâ entitate rei, implicat de principio intuitiuè cognoscere vnam rationem; non cognitis reliquis in eodem principio essentialiter inclusis. *Ad conf.* Eodem modo resp. ad confir. creabilia solùm cognosci possunt absque alijs perfectionibus diuinis extra Verbum, non in Verbo, in quo radicalis saltem causa videndi est Verbum.

426. *Possibilia omnia habitu videri nequeunt:* Dico 2. Implicat etiam habitu videri omnia possibilia in Verbo. Fundam. vel hic habitus esset visio Dei, quæ modò has, modò illas creaturas successiuè repræsentaret beato, posità tantùm nouâ aduertentiâ ex parte beati, vt sentiunt *Scotus*, & *Rubio*; vel principium aliquod, quod per modum actûs primi esset proximè, & completè determinatiuum potentiæ ad intelligenda singula possibilia:
Nec sufficit fiue: Implicat 1. modo: sc. visionem actu informare potentiam, & non reddere illam actu videntem omnia, quæ per eam repræsentantur. Nam visio essentialiter postulat influxum potentiæ vitalis, cùm sit actualis motio ipsius ad obiectum percipiendum: ergo implicat vt sit actualis visio omnium possibilium, & non omnia actu videri à potentiâ; seu non videri omnia, & vitaliter moueri ad omnia. Cùm nec aduertentia mutari possit, non mutatâ visione; nec visio conseruari sine adæquatâ aduertentiâ potentiæ; est enim aduertentia actualis vitalisque motio potentiæ ad obiectum, quam essentialiter postulat visio. Implicat 2. modo;
427. *Nec per medium actus primi &c.* quia tale principium necessariò foret infinitum; nam virtute contineret infinita obiecta, quorum species, & obiectiuum influxum suppleret. Nec recurri potest ad virtutem finitam altioris ordinis; hæc enim respectu omnium possibilium implicat; quia non datur ordo creatus, qui sit supra omnia possibilia, cùm omne creatum claudatur intra obiectum possibilium, extra quod non datur altior ordo, præter diuinum. Explico: talis ordo non excederet supernaturalem creatum: at hic continetur sub obiecto possibilium, intra quæ continentur etiam effectus supernat. DICES. Potest in- 428.
tellectus finitus successiuè intelligere infinita possibilia; ergo & habitus, qui sit determinatiuus ad
Resp. eadem infinita successiuè intelligenda. Resp. neg. conseq. intellectus. n. est potens intelligere infinita per modum causæ remotæ, & vniuersalis; habitus per modum causæ proximæ & particularis: illa
Discrimen causæ vniuers. & particul. non debet continere effectum, nisi tantùm sub ratione generica intelligendi, quæ eadem est respectu omnium intelligibilium; hæc sub ratione specificâ obiecti intelligibilis, quæ propterea debet specificos concursus omnium obiectorum: quæ si sint infinita, infinitam supponunt perfectionem in principio proximè determinante, ad singulas rationes specificas.

419. *Nec infinita individua.* Dico 3. Implicat cognitio actu exprimens infinita indiuidua dearticulatè & distinctè siue in, siue extra Verbum. Est *Bonauent. Rich. Scoti, Gabrielis locis cit.* Fundam. nequit species exprimere infinita, quin ipsa sit etiam infinita: quia species expressa debet actu continere in suo esse intentionali, quidquid obiectum continet in suo esse naturali: nam substituitur loco obiecti, vnde debet illud continere quoad totum esse; alioqui in eo, in quo illud non contineret, non exprimeret cognoscenti.

Digitized by Google

scenti. At totum esse naturale obiecti supponitur adæquatè expressum in ipso esse intentionali speciei: igitur si illud est infinitum, etiam hoc erit infinitum. Confir. Si infinita indiuidua actu simul existerent omnia in esse naturali, essent actu infinita in esse naturali: ergo si actu simul existerent omnia in esse intentionali, essent actu infinita in esse intentionali: sed actu simul existerent omnia in esse intentionali in specie expressâ distinctè exprimente singulâ secundùm proprias notas indiuiduales vniuscujusque. Conseq. prob. esse intentionale speciei adæquatè responderet esse naturali obiecti. *Obijcies.* Hæc sentent. derogat prærogatiuæ Christi: ad quem vt Iudicem omnium, & saluatorem animarum spectat, cognoscere omnes cogitationes tàm beatorum, quàm damnatorum in æternum futuras, in Verbo: at hæ sunt infinitæ, cùm careant termino: ergo. Resp. neg. antec. ad prob. distinguo de cogitationibus, & idem dico de volitionibus, quoad speciem omnes in Verbo cognosci à Christo, eâdem cognitione, quâ cognoscitur Deus; quia omnes finitæ sunt: quoad numerum verò vsque ad diem Iudicij extituras omnes in Verbo cognosci à Christo, quia omnes istæ finitæ sunt, & actu iudicari debent à Christo; proinde actu cognosci, antequam iudicentur, vt sua cuique pœna vel præmium assignetur: reliquas autem in æternum futuras habitu tantùm simul omnes cognosci per scientiam infusam; actu verò quas & quot Christus voluerit, semper finitas.

430. *Confir.* 431. *Dices* *Resp.*

DICO 4. Non implicat, infinita indiuidua cognosci posse habitu. Est communis contra Richar. Fundam: habitus non infinitatur ex continentia infinitorum indiuiduorum, sicut infinitatur actus: habitus. n. non debet continere actus, ad quos inclinat, perfectione numericâ, sed solùm specificâ; quæ respectu omnium indiuiduorum sub eâdem specie contentorum est vna & eadem: quia habitus non debet continere actus, nisi per modum potentiæ proximè completæ tantùm quoad rationem specificam, vt continent causæ 2. suos effectus ad quorum indiuiduationem, *ex Philos.* proximè complentur per generalem concursum causæ. Actus verò indiuiduam perfectionem obiecti continere debet per modum formæ, ipsum formaliter constituentis, non per modum principij naturaliter tantùm exigentis. Hinc infertur discrimen inter habitum continentem actus specificè & indiuidualiter: nam ille continere debet specificam perfectionem actus proximè & formaliter; hic indiuiduam eiusdem remotè tantùm & in potentia. Quo fit, vt si actus infiniti proximè sub habitu contenti, sint specie diuersi, habitus ipse infinitus sit oportet: secus si actus sub habitu contenti, sint tantùm indiuidualiter distincti.

432. *Infinita indiuidua habitu cognosci possunt.*

AD fundam. 1. & 2. sent. Resp. Primum locum intelligi de sapientiâ & scientiâ increatâ, quæ competit Christo per communicationem idiomatum; rationem Paulus subdit, *quia, in ipso inhabitat omnis plenitudo Diuinitatis corporaliter*: 2. de Spiritu S. dato Christo substantialiter, non ad mensuram, sed secundùm plenitudinem Diuinitatis, inhabitantis in Christo substantialiter. AD fundam. 3. nego conseq. Deus. n. non est causa vniuoca, sed æquiuoca creaturarum; vnde ea visa non est ratio videndi creaturas. Ad confirm. nego minor. potest enim distinctè videri causa, abstractiuè tantùm viso termino. Ad fundam. quartæ quoad posteriorem partem assert. quæ tantùm est contra nos, pater. Sc. intentionalis infinitas, quam necessariò adiuncta cognitio ipsa distinctè exprimens infinita indiuidua, est sufficiens repugnantia ad illam negandam. Ad prob. esto omnes actus in æternum futuri in causa tantùm spectati sint finiti, quia tamen, vt intuitiuè videantur, debent singuli in se ipsis distinctè exprimi secundùm propriis indiuiduationes vniuscuiusque, nequeunt omnes repræsentari cognitione finitâ.

433. *Ad fund. 1. & 2.* 434. *Ad fund. tertia.* *Quarta.*

SECTIO XXIII.

Quæ creaturas ex vi visionis Dei de facto videant Beati in Verbo?

PRæcipua difficultas, est de futuris, quæ connexionem habent cum statu beati, vel quia immediatè pertinent ad ipsum, vtpotè quorum fidem habuit in via; vel quia pertinent ad eos, quorum beatus ipse curam gessit in vitâ, aut qui eius implorant auxilium.

435. *Hactenus de possibil.*

PRIMA sent. *Capreoli in 4. Dist. 49. qu. 6. art. 1. fine, Soti qu. 3. art. 3. concl. 10. Ferrar. 3. con. Gen. c. 59. §. sed remanet. Cai. 2. 2. qu. 83. art. 4. Ad 2. Molina 1. p. qu. 12. ar. 8. disp. 5. me. 6. & D. 6. Gonsalez disp. 33. sect. 1. Suar. lib. 2. de attrib. c. 28.* affirmantium, à quouis beato in Verbo videri omnia futura, quæ ad ipsius statum quoquo modo pertinent: & hoc vel ipso beatitudinis exordio, vel successu temporis, vti res, quæ ad beatos spectant, successiuè existunt, *vt Ferrar. Molina, & Gonsalez d. 31. nu. 20.* opinatur, sine vllâ tamen mutatione obiecti primarij, per solam variationem obiecti secundarij. Prob. 1. Aut. *S. Th. 2. 2 q. 83. ar 4. ad 2. & 1. 2. q. 10. a. 2. & q. 8. de verit. 8. a. 4. ad 12.* in quorum 1. docet, beatos cognoscere in Verbo petitiones nostras ad eos corde, aut voce directas; in 2. omnia quæ ad ipsos pertinent: in 3. angelos in Verbo cognoscere omnia, quæ ipsorum officio committuntur. 2. Auct. Concilij Senonensis asserentis, quidquid beatorum interest in speculo Diuinitatis illucescere; 3 Quia ad consummatam beatit. spectat, non solùm videre Deum, sed in ipso ea omnia, quæ ad statum vniuscuiusque spectant.

Di facto 1. Sent. 436. 437. *Probant auctoritate.* *Ratione* 438.

SECUNDA, *Duran. in 3. dist. 14. q. 2. & in 4. dist. 49. q. 3. nu. 18. Cajet 3. p. q. 10. a. 2. Aurea. quodl. 10. a. 3. Vasq. 1. p. d. 50. c. 9. & omnium*, qui putant, nullam creaturam videri eâdem visione, quâ videtur Verbum, negantium, vllum futurum videri in Verbo formaliter, sed tantùm causaliter per distinctam cognitionem. Fundam. *Cajet.* sequeretur, plura futura videri ab eo, qui pauciora haberet merita, si plura ad ipsius statum pertinerent, quàm alterius, majora habentis merita: sed quò plures videntur creaturæ in Deo, eò perfectiùs videtur Deus; quò plures effectus in causa, eò perfectiùs causa: ergo visio beata non responderet meritis.

439. *2. Sent.*

DICO 1. Eò plura possibilia vident beati in Verbo, quò perfectiùs vident Verbum. Fundam. possibilia sunt termini necessariò connexi cum Diuina omnipotentia: sed quò perfectiùs videtur potentia, eò saltem connaturaliter plures videntur effectus eiusdem potentiæ. Confir. possibilia non sunt de ijs, quæ possunt per orationes sanctorum aliter se habere; ergo non spectant ad peculiarem statum beatorum, sed ad essentialem & communem rationem beatitudinis.

440. *Quo perfectior visio, eò plura possib. videntur.*

DICO 2. Non omnes beati vident in Verbo formaliter omnia futura, quæ ad eorum statum pertinent, sed aliqua solùm vident causaliter per peculiares reuelationes extra Verbum. Fundam. multa futura pertinent ad statum beatorum, quæ ab

441. *Futura cau. saliter in Verbo.*

Digitized by Google

ipsis nō cognoscuntur in Verbo; deberent.n. omnia simul in principio beatit. videri; cùm obiectū secundarium non videatur, nisi cum connexione ad primarium, ut effectùs cum causa, nec possint successiuè videri secundaria, nisi successiuè videndo perfectiùs & intensiùs primarium. Absurdum autem est, variari visionem beatam circa obiectum primarium; cùm illa sit quædam participatio beatitudinis increatæ, quæ mensuratur æternitate. Antec. prob. 1. ex *Daniel.* 10. vbi ignorabat angelus Persarum, quæ Persis suæ curæ commissis, ex Diuinâ dispositione ventura essent, cùm tamen hæc ad officium angeli custodis maximè pertineant.

442. 2. De die iudicij, *nemo scit, neque angeli Dei*, cùm *Matth. 24.* tamen hunc scire pertineat ad statum cuiusque beati Pontificis, cui demandata est cura totius Ecclesiæ militantis. 3. Si preces fusæ vel fundendæ viderentur à beatis initio beatitudinis, iam nunc viderentur preces, quas fusuri sunt iusti in die iudicij ad superandas persecutiones Antichristi. 4. Ex *Dion. de Cæl. Hier. c. 7.* Angeli inferiores illuminantur à superioribus, & sanè etiam in ijs, quæ ad eorum officium pertinent, vt communiter *Theologi.*

Excepto iudicij die.

443. *Omnia fide credita videntur.* Dico 3. Omnia, quæ hic habitu fidei credimus, videbimus formaliter in Verbo, vno excepto die iudicij. Indicat *Paulus* 1 *Cor.* 13. *Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem*; nec non *August. 20. de Ciuit. Dei c. 21. Sed quid nisi Deum, & omnia illa, quæ nunc non videmus, credentes autem pro modulo capacitatis humanæ*, supple, *videbimus?* De his explicatur *Greg.* 4. *Dial. c. 33. Quid est quod non videant, qui videntem omnia vident?* non loquitur de omnibus scibilibus, sed de his tantùm, quæ scienda sunt; vt explicat *S. Thom. 1. p. q. 12. a. 8. ad 1.*

444. quantùm ad sufficientiam obiecti. Fundam. præmium, quoad fieri potest, respondere debet merito, & hæreditas adoptioni: sed habitus fidei datur hic vt meritum adultis, aut per se annexus adoptioni, vt paruulis: ergo visio beata proportionari debet fidei, vt ad ea omnia exprimenda se extendat visio in patriâ, ad quæ credenda se extendebat

445. fides in via. Confirm. hæc præcipuè cupiunt vi- *Hoc vniuersum.* dere beati in Verbo, quorum obscuram notitiam habuerunt in viâ. Hinc sequitur, quemlibet beatum contemplari in Verbo totum hunc mundum, quoad præcipuas partes ipsius, & peculiarem ordinem vniuersi; quod docet *S. Tho. 1. p. q. 12. art. 8. ad 4. & 3. con. Gent. c. 59.* nam vnum ex creditis est hoc vniuersum quoad corporeas, & incorporeas substantias à summo opifice Deo certo tempore conditum.

446. *Quæ spectant ad seriem prædestin. propria.* Dico 4. Beatus in diuina essentia videt quidquid spectat ad ordinem & seriem suæ prædestinationis; vt cuius videt & charitatem, quâ Deus ab æterno ductus ipsum prædestinauit, & modum, quem in tempore tenuit ad illum vocandum iustificandumque; & media omnia tam naturalia, quàm supernat. quæ in occasionibus à principio ad finem, vsque ad hunc effectum, adhibuit, illum excitando, ad fidem vocando, iustificando, ad bonum promouendo, à malo præseruando, impedimenta tollendo, occasiones præparando; suam ipsius felicitatem & gloriam, qui est terminus prædestinationis, in Deo videbit, iuxta gradum, quem Deus ab æterno prædefiniuit. Fundam. totum hoc per se exigitur à pio desiderio sanctorum, & veluti integrans vnum obiectum beatitudinis, quatenus perfectiùs cognoscitur increata illa bonitas, quæ tam magnificè se gessit cum suis creaturis: quamuis non sit necesse, vt *S. Tho. 3. con. Gen. c. 59 fine* notat, vt in Verbo prædestinationē aliorum cognoscamus.

Ad 1. arg. primæ respondet *Caiet. cit. in 3. par.* 447. *S. Thom.* intelligi de visione Verbi causaliter, quâ causatur notitia eorum, quæ ad statum beati spectant (est enim iure connaturalitatis debitum, vt videns Deum, simul videat ea, quæ cum statu ipsius sunt aliquo modo connexa) non formaliter; ita 1. & 3. locus intelligitur causaliter; alioqui non posset *S. Tho.* negare, preces, quas fusuri sunt Iusti in die Iudicij, nunc videri à beatis in Verbo, & consequenter ipsum diem Iudicij, contra Christi auctoritatem. Secundus intelligitur formaliter solùm quantum ad ea, quæ spectant ad seriem propriæ prædestinationis, & notitiam mysteriorum fidei. Ad 2. Senon. Concil. Prouinciale tantùm 448. est, & nondum confirmatum auctо. Pontificis, vt testatur *Vasquez disput. 50. cap. 5. fine.* 2. Explicari potest causaliter, quia sicut speculum per species, quas ab obiectis impressas recipit, ostendere potest alia distincta à se: ita Deus per virtutem producendi creaturas, quam habet à se, manifestare potest omnia beatis, non tamen necessariò, vt speculum, sed liberè; quod propterea speculum voluntarium nuncupatur. Ex his patet ad rationem.

Caiet. explicat S. Th.

Ad 2.

SECTIO XXIV.

Vnde oriatur vt hæ potiùs creaturæ, quàm aliæ in Deo videantur?

NOTA non quæri de causa formali; nam hæc 449. est talis visio numero, quæ ita repræsentat has creaturas, vt ex suâ indiuiduâ ratione nequeat repræsentare alias; nec de causâ morali, quæ sunt merita & status beati; nec de physica efficiente remota, quæ est voluntas Dei, decernentis hæc potiùs, quàm illa obiecta beato manifestare; sed de physicâ efficiente proximâ, quæ duplex esse potest, aut lumen gloriæ, aut Diuina essentia, vt suppletiua est per seipsum immediatè speciei impressæ creaturarum.

PRIMA sent. id proximè refert in voluntatem 450. Dei, modò has, modò illas creaturas beato manifestantis: *Bonau. in 3. dist. 14. art. 2. qu. 3. Scoti qu. 2. §. Sed ista.* Fundam. Diuina essentia vnitur intellectui beati, vt speculum voluntarium: ergo quòd hæc vel illa obiecta per visionem beatis manifestentur, proximè prouenit ex Dei essentia, hæc potiùs, quàm illa beatis manifestare volentis. 1. *Sent.*

SECVNDA, id reducit ad lumen gloriæ magis 451. aut minùs intensum: *Richar. in 3. dist. 14. art. 2. q. 3. Capre. in 4. dist. 49. qu. 6. art. 3. ad obiecta Aureo §. dicitur 7. Caiet. 3. p. q. 10. art. 2. Bannez & Zumel 1. p. q. 12. ar. 8. Molin. t. d. sp. 5. me. 1. Valen. pu. 6. Vasquez disp. 50. c. 9.* Prob. auctor. *S. Doct. 1. p. q. 12. ar. 8.* docentis, eò plures effectus in Deo videri, quò perfectiùs ipsius essentia videatur: & ad 3. *multitudo cognitorum in Deo consequitur modum videndi ipsum magis vel minùs perfectum.* 2. Quò lumen gloriæ est intensius, vel remissius, eò magis vel minùs perfectè repræsentat obiectum primarium: eò plura vel pauciora secundaria. 2. *Sent.* *Ratio.*

TERTIA, id tribuit lumini indiuidualiter di- 452. uerso: putat intra eamdem speciem luminis dari plura indiuidualiter diuersa, quorum vnum sit exigens vnius, & non alterius creaturæ: *Suarez l. b. 2. de diui. attrib. c. 26. & 3. p. to. 1. disp. 26. sect. 3 §. Ex his ergo, Granad. 1. p. to. 1. tract. 5. disp. 12. Gonsal. 1. p. disp. 31. nu. 17.* qui id solùm affirmat de creaturis existentibus; nam de possibilibus sentit cum auctoribus 1. sent. Prob. 1. hæc diuersa indiuiduatio luminum 3. *Sent.*

non

Digitized by Google

non implicat, & melius saluat præsentem difficultatem. 2. Hanc diuersitatem individualem cogimur admittere in alijs qualitatibus, vt duæ species repræsentantes duo individua plus differunt, quàm duæ species ejusdem individui: item charitas, quæ est in me, magis inclinat ad amorem mei & meorum, quàm illa charitas, quæ est in te: & è contra: igitur & lumen, quod est in Petro, magis inclinat ad notitiam eorum, quæ spectant ad Petrum, quàm quæ spectant ad alios.

453. 4. *Sent.* QVARTA; id proximè refert ad concursum diuinæ essentiæ supplentis vicem speciei creatæ, & nullo modo ad lumen: *Arrub. 1. p. disp. 26. Machin. disput. 19. sect.* 5. Fundam. lumen est habitus; habitus extenditur ad omnia obiecta materialia, in quibus reperitur ratio obiecti formalis sui; hæc. n. adæquatur habituì sed in quâlibet creaturâ in Deo visâ est ratio obiecti formalis specificantis lumen gloriæ, sc. diuina essentia, vt exemplar creaturarum: cuius creatura visibilis in Deo est quædam participatio: ergo lumen extendi potest ad quamlibet creaturam in Deo visibilem.

454. 5. *Sent. auctoris.* QVINTA, & vera sentent. Proxima causa, ex qua oritur expressio huius, aut illius creaturæ, non est diuina essentia vnita intellectui beatorum vt speculum voluntarium; neque vt species expressa, aut impressa creaturarum, neque vt est liberum decretum harum, vel illarum creaturarum; sed est ipsum lumen gloriæ, quatenus est quædam participatio intelligibilis similitudinis, quam Deus habet de creaturis. Fundam. prioris: nequit variari visio circa obiectum secundarium, quin varietur circa primarium; absurdum autem est, variari circa obiectum primarium, alioqui visio diuinæ essentiæ non esset stabilis & firma, eadem inuariata perseuerans per totam æternitatem. Maior prob. obiectũ secundarium nequit exprimi visione beatâ, nisi connexum cum primario, tanquam effectus cum causa: hoc. n. est videre creaturas formaliter in verbo seu vi visionis eiusd. ergo nequit cognosci, nisi dependenter à cognitione primarij, ut causæ vi eiusdem visionis cognitæ: igitur nequit variari visio circa obiectum secundarium, quin varietur circa primarium, si vi eiusdem visionis, quâ videtur secundarium, videtur primarium. Confirm. visio creaturarum in Verbo, & quilibet gradus ipsius originatur à lumine gloriæ: sed lumen gloriæ non tendit in secundarium: nisi dependenter à primario, vt à medio formali, & ratione saltem remotè cognoscẽdi secundarium, ergo nec visio id potest exprimere; quia nequit actus aliter ad

455. obiectum tendere, quàm tendat eius habitus. Nec satisfacit *Molina* dicens, hanc variationem in obiecto secundario fieri posse peculiari influxu Dei. Quia aut vi talis influxus creatura, quæ de nouo cognoscitur, videtur in Verbo; & sic vi talis influxus magis cognoscitur Verbum; & consequenter augetur cognitio ipsa Verbi: aut non videtur in Verbo, & sic non cognoscitur visione beatifica.

456. Nec dici potest, quòd licet creatura, quæ vi talis influxus de nouo cognoscitur, non cognoscatur in Verbo, adhuc tamen illam videri in Verbo, quatenus videtur eâdem visione concomitanter, quâ videtur Verbum. Quia aut hoc significat, videri distinctâ cognitione, coniunctâ tamen in eodem intellectu cum cognitione Verbi; ita omnia, quæ beati vident extra Verbum, dicerentur videri in Verbo: aut eâdem cognitione, quâ videtur Verbum per peculiarem tamen gradum visionis à Deo productum, identificatum cum eâdem visione Verbi, quo tantùm repræsentetur noua creatura, absque vllâ variatione visionis Verbi. Et neque hoc dici potest, tum quia cùm hic gradus sit longè diuersæ naturæ ac speciei à cæteris gradibus visionis beatæ, non erit aptus integrare simul cum illis vnam numero qualitatem; vnde potiùs manebit in intellectu beati, vt distincta cognitio à cognitione beatâ: tum quia esto posset, cum visione beatâ identificari, adhuc dici non posset quòd creatura, quæ vi talis gradus identificati cum visione beata videretur, videri in Verbo, plusquam dici possint in Verbo videri reliquæ, quæ ab eodem intellectu beato videntur extra Verbum. nam perinde est, illam videri per cognitionem distinctam, ac per cognitionem identificatam, dum non videatur connexa cum Verbo, vt effectus cum causa intuitiuè cognita: nam ex hoc accipit creatura nouam perfectionem obiectiuam, quam non habet visa sine tali connexione; ac proinde non habet vt sic visa id, per quod formaliter distinguitur à cognitione extra Verbum. Nec sufficit quòd videatur connexa cum Verbo vi alterius gradus eiusdem visionis: sicut nec sufficit, quòd videatur connexa cum Verbo vi alterius cognitionis omninò distinctæ: quoniam perinde est. Quod sic probo; sicut talis cognitio sit partialiter siue totaliter distincta, non communicat creaturæ hoc modo cognitæ obiectiuam claritatem, quæ est connexio ipsius cum diuina essentia, vt cum causa vi eiusdem gradus cognita; merito cuius ab *August.* dicitur cognosci *cognitione matutinâ.*

Causa non est Deus vt speculum volunt.

Visio non variatur circa obiectum 1. ergo nec 2.

457. *Obiic.* DICES, Potest visio beata variari circa obiectum primarium, & non secundarium: ergo circa secund. & non primarium: quia non minùs vno eodemque indiuisibili actu repræsentatur vnum, quàm aliud. Antec. ostend. potest visio gloriosa intendi & remitti circa obiectum primarium, ita vt non intendatur, remittatur, aut extendatur circa secundarium; potest visio exprimens duas creaturas in Verbo augeri, vel remitti circa Verbum, absque eo, quod circa creaturas: nam potest videri primarium, nullo viso secundario: igitur poterit clariùs videri primarium absque eo, quòd clariùs aut extensiùs videatur secundarium: si cognitio primarij est independens à secundarij, etiam clarior primarij

458. *Resp.* erit independens à clariore secundarij. Respond. negando consequent. etenim cùm diuina essentia in se ipsa visa, non sit proxima & formalis, sed tantùm remota & radicalis causa videndi creaturas, poterit ipsa videri, quin vlla in eâ videatur creatura; etiam clariùs & intensiùs, quin clariùs & intensiùs, extensiùsve videantur creaturæ, vt probat argum. & ampliùs explico: intensior cognitio circa idem obiectum, est productio nouæ cognitionis circa illud, nisi quòd non appellatur noua cognitio, quia supponit aliam circa idem obiectum, cum quâ integrat vnam; sicut intensio lucis, est productio nouæ lucis; non appellatur noua lux, quia supponit aliam cum qua integrat vnam lucem maiorem. Igitur si prima cognitio potuit tendere ad Verbum, absque eo, quòd tenderet ad creaturas, poterit & secunda, cùm non differat à primâ, nisi solâ posterioritate durationis. Idem argum.

459. ab oppositio, probat, non posse intendi, aut remitti cognitionem obiecti secundarij; quin intendatur aut remittatur cognitio primarij: quia si nullum secundarium videri potest in Verbo, nisi dependenter à cognitione Verbi; ita nec intensiùs, aut remissiùs videri, nisi dependenter ab intensione, aut remissione cognitionis Verbi. Nam visio creaturæ cognitæ in Verbo pendet essentialiter à visione Verbi: visio Verbi non nisi connaturaliter

Potest videri Deus sine creatura.

Non videtur in Verbo, quod videtur extra Verbum seu cognitionem Verbi.

Nequit intendi visio obiecti 2. sine 1.

Digitized by Google

pendet à visione creaturarum: quia in visione gloriosa creaturæ non videntur in se, sed in Verbo, vt in causa & medio priùs viso. Causa autem intuitiuè visa abstrahere potest ab intuitiuâ notitiâ effectûs: effectus, vt visibilis in causa, abstrahere non potest à visione causæ; cùm hoc ipsum formaliter importet effectus visibilis in causa. Confirm. Diuina essentia est medium, à quo formaliter specificatur cognitio creaturarum in Verbo; creaturæ sunt tantùm obiectum materiale connexum cum formali: sed implicat, esse cognitionem sine suo medio formali actu cognito; non implicat cognitio sine obiecto materiali connexo cum formali. Ad prob. conseq. licet eodem indiuisibili actu repræsentetur obiectum utrumque, tamen secundarium repræsentatur cum essentiali connexione ad 1. primarium non nisi cum naturali connexione. ad 2 Nota, cùm dicitur remitti posse visionem circa obiectum 1. non remissà circa secundarium, ne intelligas de remissione illius gradûs, qui ex indiuiduâ ratione tendit ad vtrumque; quia sicut ille per indiuisibilem respectum respicit vtrumque, ita remitti nequit circa vnum, quin necessariò remittatur circa aliud: sed intellige de remissione gradûs intensionis, qui in eâdem visione elici potest circa primarium independenter à 2. quia sicut ille non respicit secundarium, & distinguitur à reliquis gradibus; ita remitti potest, absque eo, quòd remittantur reliqui gradus, qui se extendunt ad obiectum 2. Instabis; Verbum est ratio videndi creaturas: ergo implicat intensiùs videri Verbum, quin simul intensius videantur creaturæ, cùm tota ratio videndi creaturas sit Verbum in seipso visum. Resp. Verbum est ratio videndi creaturas, non tota, sed remota & radicalis; proxima. n. & formalis, est ipsa visio creaturarum, quæ non implicat, vt sit remissior circa creaturas, intensior circa Verbum.

461. *Remitti potest circa 1. non 2.*

462. *Instas.*

Quòd proxima causa videndi has vel illas creaturas, non sit Diuina essentia vnita intellectui beatorum vt species expressa creaturarum, prob. species expressa non repræsentat obiecta, quæ exprimit, nisi intellectui, cuius est expressa species & vitalis imago: at species expressa increata non potest vniri intellectui beatorum, vt expressa & vitalis imago ipsius; sed tantùm vt obiectum extrinsecum, hoc verò vt extrinsecè vnitum potentiæ, non manifestat illi nisi seipsum, & ea quæ in seipso formaliter continet. Cùm igitur creaturæ non contineantur formaliter, sed tantùm eminentialiter & intentionaliter in specie expressa increatâ, non poterit hæc esse proxima ratio videndi creaturas. At adde quod etiamsi in eâ beatus cernere posset creaturas, adhuc illa non posset esse proxima causa, hæc potiùs quàm illa obiecta videndi; cùm in eâ exprimantur omnia. Vnde oportet assignare aliam causam, quæ proximiùs determinaret intellectum beati ad hæc potiùs, quàm ad illa obiecta videndi.

461. *Causa non est Deus vt species expressa creaturarum.*

Quòd neque sit diuina essentia, vt species impressa creaturarum, sic ostend. Diuina essentia non est immediata & proxima causa determinandi intellectum beatum ad notitiam sui; ergo multò minùs, ad notitiam creaturarum; ad quam non determinat, nisi prædeterminando ad notitiam sui, tanqua. obiecti primarij, & medij formalis specificantis notitiam creaturarum. Antec. prob. lumen gloriæ est participatio luminis increati tenentis se ex parte intellectûs, & diuinæ essentiæ tenentis se ex parte obiecti: ergo complet intellectum per modum potentiæ, & proximè determinat per modum obiecti, ad visionem Dei, & creaturarum.

464. *Neque vt impressa.*

Quòd neque sit liberum decretum Dei, constat 1. liberum decretum Dei non est causa possibilium; hæc enim præsupponuntur ad liberum decretum Dei, virtute omnipotentiæ diuinæ, vi cuius necessariò, & antecedenter ad liberam voluntatem Dei res dicuntur possibiles; ergo saltem proxima causa videndi possibilia non potest esse liberum decretum Dei. 2. Nec potest esse proxima causa videndi futura; tum quia illa non continet in se formaliter: tum quia non foret maior ratio, cur hæc potiùs manifestaret, quàm illa. Quòd proxima & immediata causa videndi has potiùs creaturas, quàm illas sit lumen gloriæ, prob. lumen gloriæ, vt ex dictis constat, non solùm est participatio intellectus diuini, vt cognitiui, sed etiam essentiæ diuinæ, vt intelligibilis sui, vt obiecti primarij, & creaturarum, vt secundarij. Vnde quà participatio est intellectûs diuini, complet intellectum beati per modum potentiæ, eumque proximè habilem reddit, vt possit vlteriùs obiectiuè determinari ad visionem Dei & creaturarum in Deo: quà participatio est Diuinæ essentiæ vt est obiectum intelligibile, & primariò determinatiuum ad sui cognitionem, proximè potentiam beati determinat ad visionem Dei, & simul reddit illam connaturaliter exigentem determinationem creaturarum in Verbo: quà tandem participatio est intelligibilis atque eminentialis speciei creaturarum, vltimò intellectum beati determinat ad has, vel illas creaturas in Verbo intuendas: nimirum possibile est lumen, quod omnes istas perfectiones participet: ergo connaturaliùs ponitur: nam illud lumen est connaturalius, quod potentiam beati proximè determinat ad omnia ea, ad quæ beatus eget determinatione. Deus autem, quæ eius est perfectissima prouidentia, semper id facit, quod magis conducit ad connaturaliorem modum operandi creaturæ.

465. *Neque liberum decretum.*

466. *Sed est lumen gloriæ.*

Vt intelligibilis & eminentialis species luminum vel illarum creatur.

Quærvtvr, ad solutionem argumento. An quodlibet lumen gloriæ inclinet intellectum beati ad quascumque creaturas in Deo cognoscendas? Affirmant. *Arrub. Matbin. cit.* Fundam. quilibet habitus inclinat ad omnia obiecta materialia contenta sub diuinâ essentiâ; vt sub obiecto formali. Maior constat 1. in reliquis habitibus supernat. habitus fidei inclinat ad credenda omnia reuelata propter auctoritatem Dei, vt rationem formalem; spes ad sperandà omnia sperabilia propter promissionem Diuinam; charitas ad diligenda omnia bona creata propter bonitatem Increatam, &c. 2. In quolibet obiecto materiali reperitur ratio obiecti formalis: sed ad illud per se inclinat habitus, sc. ad totum illud per se, à quo specificatur; seu à totâ ratione formali adæquatâ; igitur per se inclinat ad omne, quod participat rationem formalem.

467. *Affirm.*

Pr. 1.

Sec vnda negat, quæ communior magis eget explicatione; multum enim interest de quo lumine disputetur, an de eo, quod de facto est, an de eo quod possibile est; & an spectata tantùm intrinseca natura luminis, an etiam vt subest potentiæ Dei?

468. *2. Sent. negat.*

Dico 1. Nullum de facto lumen inclinat vel ad alias creaturas, quàm quarum de facto est repræsentatiuum, vel ad intensiùs remissiùsve Deum cognoscendum, quàm de facto sit ipsum intensum. Fundam. lumen glorioſum non minùs est necessaria causa respectu repræsentationis creaturarum, quarum est intelligibilis species, quàm respectu cognitionis Dei, cuius est intellectualis participatio: igitur nec inclinat ad alias creaturas quàm quas de facto repræsentat, nec ad intensiùs remissiùsve

469. *Lumen est intelligibilis species creaturarum creat.*

Digitized by Google

siùsve Deum cognoscendum, quàm de facto cognoscit. Antec. patet; quia lumen nec est principium liberum in se, nec ad operandum pendet à principio libero, sed est causa merè necessaria in operando, anteuertens omnem liberum consensum beati: cùm. n. sit proximum principium nostræ beatit. qui est actus necessarius, & quam necessariò appetimus, ipsum etiam principium debuit esse necessarium & independens à libertate creaturæ. Conseq. prob. quando causa necessaria non pendet in sui applicatione ab aliquo principio libero, agit secundum vltimum posse suæ virtutis; ergo nullam relinquit in subiecto indifferentiam, vel ad alias repræsentationes creaturarum, vel ad maiorem charitatem circa Deum: omnis quippe indifferentia, cùm sit potentia ad vlteriorem actum, supponit virtutem operatiuam nondum vltimò applicatam. Confirm. implicat; formam relinquere subiectum indifferens ad vlteriorem effectum formalem: ergo & lumen gloriæ ad vlteriorem actum perfectiorem. Quia non minùs lumen gloriæ est determinatum ad suum actum producendum, quàm forma ad suum effectum formalem præstandum.

Nec potest repræsentare alias.

470. Maior difficultas est, an quodlibet lumen gloriæ non solùm de facto sit determinatum ad talem creaturarum repræsentationem, & claritatis intensionem, sed etiam ad hanc numerò creaturarum & Dei visionem, ita vt neque sit indifferens ad aliam numero visionem eiusdem speciei & perfectionis eliciendam: si quæstio intelligatur de determinatione extrinseca, quia nimirum Deus præter hunc numero concursum, quo cum lumine influit ad hanc numero visionem, nullum alium obtulit ad alias numero visiones eliciendas; res est facilis; quia cùm causa 2. determinetur ad hunc numero Dei concursum, *ex Philos.* hoc ipso, quo Deus determinat hunc numero concursum, & omnem alium negat, censetur causa ab extrinseco determinata ad hunc numero effectum. De determinatione intrinsecâ, dubitandi ratio est; quâ ratione possit lumen gloriæ ab intrinseco principio, seu differentiâ determinari ad hanc potiùs numero visionem, quàm ad aliam eiusdem omninò perfectionis. Nam potest principium, ad hunc numero effectum ab intrinseco determinari, vel per infinitatem termini producendi, quo pacto principium generatiuum in Patre, non potest nisi vnum numero Verbum gignere; nec spiratiuum, nisi vnum numero amorem (infinitas enim termini producti postulat, vt tota perfectio, quæ produci posset dispersa in pluribus, producatur in vno) & hic modus repugnat creaturæ, quæ suâ natura limitata est: vel per differentiam intrinsecam, quâ principium exigeret hunc potiùs numero concursum, quàm alium: & in hoc est cardo difficultatis; quia cùm omnes numerici concursus sint tantùm diuersi homogeneè, non videtur assignabilis differentia, quæ potiùs hunc exigat numero concursum, quam alium: siquidem exigentia huius præ alio supponit aliquam diuersitatem inter hunc & alium.

An non alias numero?

Principium ad hunc numero effectum determinatur ab intrinseco,

Exigens hunc numero concursum.

Dico 2. Non repugnat lumen ab intrinseco determinatum ad hanc numero visionem; & consequenter tale de facto ponendum est. Primum prob. non repugnat talem differentiam indiuidualem dari, quæ hunc potiùs numero concursum exigat, quàm alium: quia sicut datur differentia specifica exigens hunc specie concursum, & differentia heterogenea indiuidualis exigens hunc numero heterogeneum concursum: ita non repugnat differentia homogenea exigens hunc numero homogeneum concursum. Quia tales concursus non sunt ita homogenei, vt non habeant aliquam differentiam inter se, alioquin non essent duo, sed vnus numero concursus replicatus: vbi enim est distinctio, differentia intercedat oportet, cùm distinctio fundetur in diuersitate. Secundum prob. tale lumen est connaturalius principium visionis beatæ; igitur vt tale de facto est ponendum. Nam respectu talis visionis debent connaturaliora principia poni; quia est perfecta participatio visionis increatæ; & suprema felicitas creaturæ rationalis. Antec. prob. illud est connaturalius principium, quod est magis determinatiuum potentiæ ad actum eliciendum; id est magis perfectiuum & completiuum potentiæ in ordine ad actum: quia quantò minùs relinquit de indeterminatione, tantò magis ponit de complemento: sed lumen ab intrinseco determinatum ad vnam numero visionem eliciendam est magis determinatiuum potentiæ; sc. etiam ad talem actum in indiuiduo. Patet ad rationem dubitandi.

Ita lumen determinans ad hanc visionem possibile est.

471.

472. *Et reipsa tale est, Quia est connaturalius.*

Dico 3. Possibile est lumen, quod sit plurimum creaturarum repræsentatiuum in Verbo, & minùs cognitiuum Verbi; necnon, quod pauciorum repræsentatiuum, & magis cognitiuum: non est tamen possibile lumen, quod sit intensiùs cognitiuum creaturarum, quàm Verbi. Fundam. primæ assert. potest lumen quà est species intelligibilis creaturarum, plures creaturas in Verbo repræsentare remissiùs, quàm lumen pauciores in Verbo creaturas repræsentans; scil. intensio cognitionis circa Verbum non crescit formaliter ex cognitione extensiua creaturarum, sed solùm ex intensiua earumd. crescit. n. ex multiplicatione graduum cognitionis creaturarum; eo quòd nequeunt tales gradus multiplicari circa obiectum 2. quin multiplicentur circa primarium, cùm quilibet gradus obiecti 2. sit etiam primarij, vt obiecti formalis, à quo specificatur: implicat autem, dari gradum cognitionis, qui non sit specificatus à suo obiecto formali, non minùs quàm implicet, dari rem absque propriâ essentiâ, cùm specificatio ab obiecto formali sit essentialis actui, & singulis gradibus ipsius. Confirm. creaturæ non videntur in Verbo, vt in obiecto viso, seu ratione proximâ videndi, nec quò intensiùs videtur Verbum, eò plures necessariò videntur; sed vt in ratione remotâ; proximè autem vt in specie impressa intelligibili repræsentantur per lumen, vt est quædam participatio speciei creaturarum: at potest Deus producere lumen, quod sit participatio speciei creaturarum, maior quoad extensionem, minor quoad intensionem; igitur. Secunda pars asser. secunda pars constat; quia cùm quilibet gradus cognitionis obiecti secundarij essentialiter sit repræsentatiuus primarij, implicat intensiùs cognosci secundarium, quàm primarium.

473. *Lumen plurium repræsentatiuum & minùs cognitiuum Verbi non repugnat. nec contrà.*

474. *Repugnat intensiùs cognosci creat. quàm verbi;*

Dico 4. Implicat lumen, quod inclinet ad videndas plures & plures creaturas in Verbo, absque vllâ limitatione, tam ex parte obiecti, quàm ex parte modi cognoscendi; non tamen cum limitatione ex parte modi cognoscendi obiectum. Explico. Cognosci possunt plura & plura obiecta in Deo, 1. sine vllo termino; tam extensiuo ex parte cognoscendorum, quàm intensiuo ex parte cognitionis, vt in infinitum crescant obiecta cognoscenda, & modus ipse claritatis: 2. absque limitatione ex parte cognoscendorum, cùm limitatione in modo cognoscendi, vt quantò plura lumen obiecta repræsentat, tantò ad eadem cognoscenda tardat remissiùs. Primum aio implicare, non secundum. Fundam. prioris assert. tale lumen necessario

475.

476. *Et inclinans ad plures in infin.*

Digitized by Google

Et inclinans ad plures in infin.

sariò esset infinitum : quia illud ponitur vt cognitiuum Dei, & simul repræsentatium creaturarum; & tunc esset infinitum, quà cognitiuum Dei; & quà repræsentatiuum creaturarum : vel solùm ponitur vt cognitiuum Dei; & tunc saltem sequitur, fore infinitum vt cognitiuum Dei. Quod sic ostendo : quò plures hoc modo cognoscuntur creaturæ in Deo, eò clariùs & intensiùs cognoscitur Deus : ergo si daretur lumen inclinans ad cognoscendas plures & plures creaturas in Deo, illud necessariò foret infinitum. Quia tale lumen producere posset intensiorem sine termino actum circa Deum; igitur esset actu infinitum; quia cùm non posset esse infinitum syncategorematicè, quippe quod actu contineret omnem intensionem possibilem; nec finitum, alioqui deueniri posset ad actum finitum, quo intensior à tali lumine produci non posset; necessariò esset infinitum categorematicè. Fundam. posterioris assert. non implicat lumen participatiuum tantùm intellectiuitatis Diuinæ, & nullius repræsentationis creaturarum, quod quantò ab extrinseco determinaretur ad plures creaturas in Verbo cognoscendas, tantò proportionaliter limitaretur ad easdem remissiùs in Verbo cognoscendas: sed tale lumen non excederet intensionem finitam; quia quantò cresceret cognitio creaturarum extensiuè, tantò proportionaliter decresceret intensiuè : nec circa obiectum 1. intenditur formaliter ex præcisa extensione secundarij, sed ex intensione : ergo si ex maiore & maiore extensione obiecti 2. non cresceret intensio circa obiectum 2. neque cresceret circa primarium.

477. *Nisi limitatio sit ex parte modi.*

478. *Respectu futurorum datur lumè perfectius extensiuè, imperfectius intensiuè.*

Colligo, respectu futurorum de facto dari lumen perfectius extensiuè, imperfectius intensiuè, non respectu possibilium : Primum constat; sæpe minùs beatus plura debet in Verbo cognoscere quoad seriem suæ prædestinationis, quàm alter magis beatus : ergo tunc minùs beatus debet habere lumen perfectius extensiuè, imperfectius intensiuè. Præterea omnes ratione statûs videre debent in Verbo mysterium Incarnationis, & Eucharistiæ, & reliqua obiecta fidei, nec non species omnes Vniuersi : at non omnes hæc ipsa videbunt eâdem intensione & claritate, sed beatiores clariùs, minùs beati remissiùs; cùm enim hæc omnia videantur eâdem cognitione, quâ Verbum, beatiores clariùs videntes Verbum, clariùs videbunt hæc omnia in Verbo. Secundum prob. cognitio possibilium non est debita beato ratione peculiaris statûs, sed ratione beatitudinis essentialis : sed quæ ita debentur, quò plura videntur in Verbo, eò clariùs videtur Verbum; & contrà : ergo respectu possibilium non datur de facto lumen perfectius extensiuè, imperfectius intensiuè. Maior patet; ea tantùm sunt debita ratione statûs, quæ pendent, à liberâ voluntate Dei, vel vt operata in bonum ipsius beati, vel vt operanda in bonum aliorum : hæc sunt tantùm futura. Minor prob. quæ debentur ratione beatitudinis essentialis, debentur ratione visionis beatificæ; quæ connaturaliter postulat, vt quò clariùs videtur Verbum, eò plura videantur possibilia in Verbo. Conseq. constat; possibilia semper videntur iuxta proportionem luminis circa Verbum : & solùm ex vi visionis causæ saltem radicaliter : ita mensura videndorum est cognitio causæ.

479. *Non respecta possibilium.*

480. *Dices 1.*

Obijcies 1. Quodcumque lumen aptum ad videndum Deum, est aptum ad videnda quæcunque possibilia in Deo : quia maius est videre Deum, quàm quæcumque possibilia. 2. Sequeretur, quemlibet beatum videre in qualibet serie possibilium infinitas species inferiores sub illa contentas. Quia, si quò clariùs videtur Verbum, eò gradatim plura videntur possibilia; vi visionis videntur omnes species possibiles, quæ inter vltimam & supremam visam intercedunt; at hæ sunt infinitæ : ergo.

481. *Resp. ad 1.*

Resp. ad 1. neg. antec. nàm licet plus sit videre Deum, quàm quascumque creaturas in se, non in ipso Deo; quia in Deo videntur cum connexione ad ipsius omnipotentiam.

Ad 2.

Ad 2. neg. sequel. ad prob. nego minor. omnes enim creaturæ contentæ sub determinatâ specie sunt finitæ; quia tanta est perfectio earum collectiuè sumptarum, quanta est distantia inter supremam, quæ videtur, & nihilum, quæ finita est; quia mensuratur ex positiua perfectione rei producibilis.

482. *Habitus inclinat ad obiecta materialia;*

Ad fundam. oppositæ sent. dist. maior. quilibet habitus inclinat ad omnia obiecta materialia contenta sub formali, vt attingibilia sub certo gradu intensionis non excedente habitum, concedo; vt attingibilia sub quolibet gradu intensionis, habitum excedente, nego : quia non minùs habitus finitus limitatur sub certo gradu intensionis, quàm sub certâ ratione formali ad suum obiectum attingendum, cùm non minùs sit principium actûs certo gradu intensionis, à quo indiuiduatur, quàm speciei, à quo specificatur : ergo sicut excedere non valet rationem formalem, à qua specificatur, ita nec gradum intensionis, à quo indiuiduatur.

Omnia distributiuè.

Vnde dist. minor. omnes distributiuè aut sub certo gradu intensionis non excedente gradum luminis, sunt obiectum materiale attingibile, concedo; omnes collectiuè, aut quocunque gradu intensionis, sunt attingibile à lumine finito, nego.

483. *Pro explicatione.*

Nota, creaturas dupliciter videri posse in Deo, vno modo comprehensiuè adæquatâ intellibilitate. 2. intuitiuè tantùm. Vt videantur 1. modo, non quælibet creatura, aut series creaturarum videri potest per quemcunque gradum luminis, sed requiritur certus gradus commensus intelligibilitati, & connexioni ipsarum cum Deo, vt cum causa : quia quò creatura, aut series creaturarum est perfectior, eò altiorem gradum perfectionis, cum cuius connexione videtur, supponit in Deo; atque adeò perfectius intentiusve lumen requirit. Vt autem videantur 2. modo, non requiritur certus gradus luminis, cùm possit eadem creatura, aut series creaturarum remissiùs & remissiùs in Deo videri. Poterunt igitur omnes creaturæ intuitiuè distributiuè sub quolibet lumine in Deo videri : quia vt sic non determinant sibi certum gradum luminis : non comprehensiuè, ob rationem assignatam : neque collectiuè, quia ad id requiritur lumen infinitum, cùm nequeant infinita videri, nisi lumine & cognitione infinitâ. Cæterùm de facto quælibet creatura, aut series creaturarum possibilium videtur in Deo comprehensiuè per cognitionem adæquatam intelligibilitati, & connexioni ipsarum cum virtute, quam supponunt in causa : quia hic modus cognoscendi est perfectior, & similior modo, quo Deus easdem videt in seipso.

Intuitiuè non secundum adæquam intelligibil. sub quolibet lumine videntur creat.

484. *Habitus non inclinat ad gradum intensiorem quàm contineat in se.*

Prior prob. intelligenda iuxta tradita, quòd omnes habitus inclinant ad omnia obiecta materialia contenta sub formali, sub certo intensionis gradu, non excedente gradum habitûs, cùm nullus habitus inclinare possit ad intensiorem gradum, quàm ipse contineat in se : alioqui posset effectus excedere perfectionem causæ. Posterioris neg. minor. nam in omnibus possibilibus collectiuè sumptis reperitur ratio formalis luminis, & tamen ad ea collectiuè sumpta inclinare non potest lumen finitum. Vt igitur habitus inclinare possit ad obiectum

Digitized by Google

ctum materiale coniunctum cum formali, supponi debet attingibile sub certo gradu intensionis, habitum non excedente. Vnde falsum est, habitum per se inclinare ad rationem formalem, nullo habito respectu intensionis. Cùm igitur obiectum formale luminis glorioſi non sit diuina essentia vt exemplar creaturarum, sub quolibet claritatis gradu attingibilis, sed sub certo & finito, non quælibet creatura, aut creaturarum series quocunque modo in Deo visibilis, erit materiale obiectum attingibile à lumine.

485. *Vide n.* 449. *Deus speculum voluntar.* Ad Fundam. primæ, dici Deum *speculum voluntarium* intellectui beato, non quia per hanc numero visionem modò hæc, modò illa obiecta manifestet; quia nec Deus facere potest, vt forma non statim tribuat suum effectum formalem subiecto capaci; nec sola extrinseca voluntas Dei efficere potest, vt quæ antèa non tribuebat suum effectum formalem, modò tribuat: sed dicitur *speculum voluntarium*, quia liberè antecedenter se manifestat per visionem huius vel illius creaturæ. Ratio secundæ sent. simul cum auctor. *S. Thò.* solùm probat de lumine in ordine ad creaturas possibiles, vt de facto est, non in ordine ad futuras, & vt à Deo fieri posset. Tertiam sent. cum suis prob. admitto, non eo fund. quo aduersarij, quasi lumen, quà se tenet ex parte potentiæ sit heterogeneum; lumen n. vt est complementum potentiæ specificatur tantùm ab obiecto formali, quod est homogeneum: sed alio fundam. sc. quia lumen est simul species intelligibilis creaturarum, quas repræsentat: ratione cuius repræsentationis vnum est heterogeneè diuersum ab alio, sicut species vnius obiecti à specie alterius, indiuidualiter tantùm diuersi. Exemplum de charitate non est ad rem: nam id prouenit, non ex diuersa indiuiduatione habitus, sed ex charitate secundùm se, quæ quia practicè inclinat ad obiecta, vt consequibilia, ad ea priùs ac potiùs inclinat, quæ sunt magis debita: lumen verò, quia ad obiecta inclinat speculatiuè, cognoscendo tantùm naturas ipsorum, ad ea priùs ac potiùs inclinat, quæ sunt in se perfectiora, & causa aliorum, non quæ sunt conuenientiora: nam hic finis, cùm sit practicus, non intenditur ab habitu speculatiuo.

486. *Ad 2 sent.*

487. *Ad 3.*

488. *Ad 4.* Ad Fundam. quartæ constat, quo sensu sit concedendum, quo negandum.

SECTIO XXV.

Ad Deus ab homine in hac vita videri possit sicuti est?

489. RATIO dubit. est auctoritas Dei, *Exodi 33. Non videbit me homo & viuet.* Vbi Glossa, *quamdiu*, inquit, *hîc mortaliter viuitur, per quasdam imagines Deus videri potest, sed per ipsam naturæ suæ speciem non potest.* Confirm. visio Dei est cognitio omnium abstractissima, cùm sit de obiecto immaterialissimo: sed quò abstractior est cognitio, eò abstractiorem postulat intellectum. Igitur visio Dei non compatitur secum in eodem subiecto notitiam sensus vel alterius operationis materialis.

490. *De potentiâ absolutâ nulli repugnat, Vt nec Christo viatori.* Certa sent. de potentiâ absolutâ nullam esse repugnantiam, quin Deus in seipso ab homine in hac vita existente videri possit; etsi id repugnet de lege ordinaria. Prior pars assert. eum habet certitudinis gradum, quem communis sententia, quòd potuit Christus, vt homo viuens vitam passibilem, videre Deum; poterit. n. quiuis purus homo: cùm natura humana in Christo non sit alterius rationis; neque enim vnio hypost. illam ab intrinseco mutauit, aut majorem illi contulit capacitatem, quàm ex seipsa haberet, sed solùm illi addidit congruitatem, cur talis visio, & omne aliud creatum donum cum officio Redemptoris non pugnans, ei debitum fuerit, etiam in hac mortali vita. Porrò sententia de Christo viatore & comprehensore simul, est adeò certa, vt oppositam P. *Suarez 3. p. qu. 9. ar. 4. disp. 25. sect. 1.* putet erroneam, hæresique proximam. Ratio assert. clara visio Dei nullam habet cùm hâc mortali vita essentialem repugnantiam, quò minùs de potentia absoluta possit cum illa coniungi. Nam duplex vita considerari potest in homine viatore, vna substantialis & in actu 1. quæ consistit in ipsa vnione & substantiali informatione animæ ad corpus corruptibile; altera accidentalis, & in actu 2. quæ formaliter consistit in operationibus vitæ vegetatiuæ, sensitiuæ, intellectiuæ. cum neutra vita essentialiter pugnat clara visio Dei: non cum 1. nam actus videndi Deum, & informandi corpus non sunt essentialiter oppositi, quia reperiuntur in beatis; & sunt actus perfectiui in ordine ad diuersas perfectiones; vnus substantialiter, in ordine ad esse naturale: alter accidentaliter, in ordine ad esse supernat. vtq; illud potiùs supponitur, & perficitur à perfectione supernat. ita vita naturalis hominis, quæ formaliter consistit in vnione substantiali animæ ad corpus, supponitur, & perficitur à visione Dei. Neque essentialiter pugnat cum actuali operatione vitæ intelligentis, quia talem operationem compatitur in Angelis, qui intuendo Deum non impediuntur ab actibus intellectualibus circa alia obiecta; nec tales actus sunt oppositi, sed maximè subordinati: Neque pugnant cùm actibus vitæ vegetantis, cùm sint actus diuersarum potentiarum, & ad diuersas perfectiones tendentes: Neque cum actibus vitæ sentientis; quia licet visio Dei sit de obiecto omninò independente à sensibus, non tamen repugnat, vt simul intellectus videat Deum, & sensus feratur in sensibilia: hoc. n. necessariò concedendum est Christo, qui à visione Dei numquam cessauit, & tamen cum illâ continuò exercuit operationes sensuum. Cumque sint actus diuersarum potentiarum, respectu diuersorum obiectorum, non pugnant simul in eodem subiecto, saltem de potentia absoluta, quidquid sit de ordinariâ, propter limitationem subiecti. Posterior pars assert. prob. visio diuinæ essentiæ est suprema fœlicitas, & essentiale præmium creaturæ rationalis: de cuius ratione est, vt non conferatur, nisi post huius vitæ ærumnas, & exhaustos certaminis labores: sed homo quamdiu in hac vita viuit, semper est in viâ ærumnarum, & inter certaminis ac pugnæ labores: ergo naturaliter, & de lege ordinariâ non debetur illi visio diuinæ essentiæ: 2. quamdiu homo hac vitâ viuit, naturale est ei omnia intelligere per conuersionem ad phantasmata: at diuina essentia intelligi nequit per conversionem ad phantasmata. Nam ea tantùm sic intelligi possunt, quorum notitia aliquo modo pendet à phantasmatibus. Maior prob. naturale est homini in hac vita degenti ad intelligibilia assurgere per sensibilia, ab illis species intelligibilium abstrahendo: ergo.

491. *Visio Dei non pugnat cum vitâ 1.*

491. *Nec cum vita 2.*

Vegetante, Sentiente.

491. *Repugnat de lege ordinariâ.*

A D rationem dubit. respondet *August. lib. 12. de Genesi ad litt. cap. 27.* illud à Deo dictum esse, non quòd sit necessarium, vt qui Deum vidit, omninò moriatur vitæ isti, sed vt *quodammodo moriatur; quia* debet ita *à carnalibus sensibus alienari, vt meritò*, inquit, *nesciat, sicut Apostolus ait, vtrum in corpore, an extra corpus sit, cùm in illam rapitur & subuehitur visionem.* 2. Resp. Deum locutum fuisse iuxta legem ordi-

494. *Ad ras dub.*

ordinariam: quo pacto loquitur etiam Paulus 1. ad Tim. vlt. *Deum nullus hominum vidit, sed nec videre potest.* Eadem resp. applicanda est glossæ. A D confir. Resp. ex eâ tantùm sequi, visionem Dei, nullam secum compati cognitionem sensitiuam causaliter, non concomitanter: nam ex eo, quòd visio Dei sit cognitio omnium abstractissima, abstractissimum postulabit intellectum, à nullis phantasmatibus in cognoscendo Deo dependentem.

495. *Ad confir.*

496. *An Moyses?* Maior controuersia est, an de facto cum aliquo in hac ordinariâ lege dispensatum aliquando sit, ut adhuc in hac mortali vita viuens speciali priuilegio fuerit à Deo eleuatus ad claram sui visionem, saltem ad tempus, & transeunter. Affirmant *S. Doctor* de Paulo & Moyse 2. 2. *q.* 175. *a.* 3. *corp. & ad* 1. *& de verit. q.* 10. *art. ult. & q.* 13. *art.* 2. *& alibi. Dur. in* 4. *dist.* 49. *q.* 6. *nu.* 5. *Soto qu.* 2. *ar.* 4 *fine, Ferrar.* 3. *con. gen. cap.* 47. §. *quantum ad* 2 *fine*: Idem supponere videtur de Paulo *Scotus in* 2. *dist.* 3. *qu.* 9. §. 2. *modo, & alii, motis auctor Augustin. lib.* 12. *in Genes. ad lit. cap.* 27. *& epist.* 112. *ad Paulinam de videndo Deo c.* 12. vbi id asserit propter Verba Domini Nu. 12. *An non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est? ore enim ad os loquor ei & palam: & non per enigmata & figuras Dominum videt.* Putat Augustin. gloriam Domini, quam Moyses à Domino videre petierat; Exodi 33 hi illi fuisse manifestatam. Alii hoc priuilegium extendunt ad Adam propter illa *Genes.* 2. *Immisit ergo Dominus Deus soporem in Adam*; existimant enim, hunc soporem fuisse ex cla à visione Dei. Alij id docent de Iob, propter illa *Iob* 42. *Auditu auris audiuit te, nunc autem oculus meus videt te.* Et fundam. habet *in Aug. lib.* 22. *de ciu. Dei c.* 29. *fortasse*, inquit, *ista virtus magna cernendi data fuerit ad horum etiam in isto mortali corpore oculis Sancti viri Iob, quando ait ad Deum in obauditu auris obaudiebam prius, nunc autem oculus meus videt te.* Alij idem testantur de Petro, quando à Christo audiuit, *Matt.* 16. *Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in Cœlis est*; quem locum expendens *Aug. cit. ep. ad Paul. t.* 11. *Quamuis*, inquit, *illa reuelatio, vtrum per fidem tantæ rei creditu, an per visionem conspectæ, facta in eius mente fuerit, non mihi videtur elucere*: De Ioanne Euang. quando in cœna recubuit supra pectus Domini. Quod fundam habet *in Amb. li.* 7. *in Luc. & Origene hom.* 2 *in diuersos.* Alii idem censent de Isaia & Ezechiele; quòd ille *c.* 6. dixerit; *Vidi Dominum*; hic *c.* 3. testetur, se vidisse *gloriam Domini*, & c. 8 *visionem Dei.* Alij idipsum sentiunt de S. Benedicto; quando dicitur totum mundum vidisse sub vno solis radio collectum. *Lege Greg. l.* 2. *dialog. c.* 35. Alij id affirmant de S. Hieronymo: à fortiori id affirmarent de B. Virg. eo quòd nullum priuilegium sit alicui puro homini factum, quod B. V. concessum non sit.

497. *An Adam?*

498. *An Iob* 42.

499. *An Petrus & Ioan.*

500. *An Isai. Ezechi.*

501. *An Hieron. B. Virgo?*

Negant vniuersaliter de omnibus. *Molina* 1. *p. q.* 12. *a* 11. *D.* 2. *Vasq. d* 55. *cap.* 2. *Gammac.* 1. *p. qu.* 12. *c.* 10. *Granad. tr.* 7. *d.* 1. *Suar. l.* 2. *de attrib. diu. c.* 30. *& alij* Excipiunt tamen B. V. *Suar. & Vasq. d.* 56. *c* 2. *de* qua etiam *Henriq. in sum. l.* 3. *c.* 11. affirmat, non semel in hac vita eleuatam fuisse ad intuendam in raptu diuinam essentiam. Hæc sent. probabilior est, quam ex Patr. confir. *Vasq.* sufficit auct. Ioan. 1. *Deum neme vidit vnquam, Vnigenitus, qui est in sinu patris, ipse enarrauit*: vbi priuilegium hoc videndi in hac vita diuinam essentiam tribuit soli Christo: & 1. ad Tim. 6. *Deum nemo hominum vidit, sed nec videre potest*: intellige de potentiâ ordinatâ in hac vita: & Euarist. Papæ *in* 1. *ep. decret. fine*: *Quam nempe lucem inaccessibilem, nullus modò nostrum in hoc mortali corpore constitutus potest aliquatenus contueri, sed dum apparuerit, tunc verè illum videbit, sicuti est, qui eius conspectibus fuerit dignus coaptari; & non sicut Moyses, cæteriquæ prophetæ per ænigmata & figuram.* Cùm igitur ne Moysen nec alium Propheram ab hac ordinariâ lege excipiat, neque illos excipere debeo.

502. *Negant.*

Fundam. huius sent. de Moyse & reliquis Prophetis Christi aduentum præcedentibus, est; quia non decuit, vt tale priuilegium videndi diuinam essentiam vlli mortali ante Christum concederetur: quod insinuauit *Ioan. cit.* dum hoc priuilegium videtur concedere soli Christo, qui inter homines primus Dei essentiam videret; propterea enim SS. Patres detinebantur in limbo, quia non decebat quemquam illorum priùs Deum videre, quàm Christus uidisset: qui vt caput & redemptor omnium debuit primus hanc paradisi ianuam, peccato protoparentis occlusam nobis reserare; priùs illam sibi aperiendo, vt proprius dominus, ac naturalis hæres. Non enim decebat, vt priùs hæreditas adiretur à filiis ad optiuis, quàm à Filio naturali, per quem debebant ad-optiui æterno patri reconciliari. 503.

Ex hoc fundam. sequitur, nunquam B. V. vidisse diuinam essentiam ante Verbi Incarnationem; piuni tamen est credere, illam vidisse post Verbi ficar. quod mihi sa is probabile est post Christi resurrectionem, quando ad eam videndam eleuati fuerunt omnes SS. Patres, qui in limbo detinebantur. Decuit enim, vt ipsa prima post filium, hanc gloriæ hæreditatem adiret. 504. *B. Virgo post Incarnat. tantùm.*

Fundam. oppositæ sent. quia totum nititur auctoritate *Aug. S. Th. & Scholast.* Augustino opponimus Euaristum Papam, aliosque Patres, quos legere est apud Recen. S. Thomæ aliisque Scholæ alios Doctores, qui ex professo hanc controu. tractarunt. A D locum scripturæ Resp. Ex eo non conuinci Moysem diuinam essentiam vidisse, sed tantùm ad quoddam familiaritatis genus supra cæteros prophetas à Deo eleuatum fuisse, ad quod exprimendum Deus usus est illo modo loquendi: præsertim cùm desideranti Moysi Dei gloriam videre responsum sit, *nemo videbit me & viuet.* testimonia Scripturæ, vel Patrum de cæteris Sanctis solùm probant peculiarem quemdam modum cognoscendi Deum, semper tamen intra modum abstractiuum & ænigmaticum, proprium hominum in hac vita degentium, vt Euaristus docuit. 505. 506. *Explicatur Scriptura.*

DISPVTATIO X.

De Incomprehensibilitate Dei.

POST attributum cognoscibilitatis sequitur attributum incomprehensibilitatis, quod multi involuunt in primo, quatenus idem Deus, qui intuitiuè à creatura videri potest, comprehensiuè cognosci non potest. Hæc duo, saltem inadæquatè in Deo distinguo: cùm aliud formaliter sit, ipsum intuitiuè tantum cognoscere, & comprehendere. Disputo hic de Comprehensione, non vt importat optatæ rei consecutionem, quo pacto omnes Beati dicuntur, comprehensores, sed vt dicit adæquatam obiecti cognitionem. Controuersia pendet ex natura comprehensionis. *Comprehensio hic adæquata obiecti cognitio.*

SECTIO I.

In quo fita sit formalis ratio comprehensionis.

PRIMA sent. *Ocham in* 4. *q.* 13. *art.* 1. *& Gabrielin* 3. *dist.* 14. *art.* 3. *dub.* 2. opinantium, com-

Digitized by Google

comprehensionem esse cognitionem omnium perfectissimam, quæ de obiecto haberi potest: quo modo nulla creatura ab alio comprehendi potest, quàm à solo Deo; quia sola cognitio Dei est omnium perfectissima. Verùm hæc exploditur, eo quòd mensura perfectæ cognitionis non est desumenda ex perfectione cognoscentis, sed cognoscibilis, ut nimirum tam perfecta sit cognitio in repræsentando, quàm perfectum est obiectum repræsentabile, quia cognitio non debet in repræsentando adæquari cognoscenti, sed cognoscibili; est enim cognoscibilis, non cognoscentis expressio. Tanta igitur debet esse cognitionis perfectio, quanta est obiecti cognoscibilitas, vt illius comprehensio esse ac dici possit.

Adæquata cognoscibili.

2. SECUNDA sent. est *Bannez 1. p. qu. 12. art. 8 §. contra. Zumel disp. 1. Vasq. disp. 53. c. 4. Grana, to. 1. tract. 5. disp. 13. Faso. Suar. lib. 2. de Attrib. cap. 29. & 3 p. disp. 26. sec. 1.* affirmantium, ad comprehensionem sufficere cognitionem extensiuam omnium, quæ vel formaliter, vel eminenter sunt in obiecto; vt hinc facilè deducant, non posse Deum ab intellectu creato comprehendi, quia licet videantur omnia; quæ formaliter sunt in ipso, non tamen, quæ fieri possunt ab ipso; licèt videatur totus formaliter, non totus eminenter; quod est videri totum, non totaliter. Prob. 1. Ex *August. epist. 112. cap. 8.* vbi docet, ad comprehensionem tantùm requiri, vt nihil rei visæ lateat videntem. Confir. tunc locatum comprehenditur à superficie corporis locantis, quando totum locatum continetur intra superficiem locantis: ergo tunc res comprehenditur cognitione, quando tota rei perfectio continetur intra notitiam cognoscentis. Prob. 2. *ex S. Tho. 1. p. qu. 12. art. 8. & 3. p. q. 19. art. 2. & qu. 8. de verit. art. 4.* In quibus probat, ideò beatos non videre omnia, quæ sunt in Deo eminenter, quia alioqui comprehenderent Deum. Quæ illatio, vt concludat, supponere debet, comprehensionem esse solam cognitionem extensiuam eorum, quæ formaliter & eminenter continentur in Deo; alioqui si requireretur præterea certa perfectio & intensio cognitionis, possent omnia in Deo videri & adhuc non comprehendi, quia posset non videri cum eâ claritate & intensione, quâ obiectum postulat videri. Prob. 3. comprehendere obiectum est ipsum cognoscere quantum cognoscibile est ex parte obiecti, non quantum ex parte cognoscentis: nam comprehensio adæquari debet cognoscibili, non cognoscenti: Sed tunc ita cognoscitur, quando omnia, quæ sunt in obiecto formaliter & eminenter, cognoscuntur: sc. quando tota ipsius intelligibilitas adæquatur actu ipso intelligentis; seu quando tota ipsius entitas tam formalis, quàm eminentialis cognoscitur; nam intelligibilitas adæquatè consequitur entitatem, nec potest obiectum plus habere de intelligibilitate quàm de entitate; ergo si totum cognoscitur quoad entitatem, etiam quoad intelligibilitatem.

Extensiuè omnium sufficere,

Pr. 1.

Conf.

3. *Pr. 2. S. Thomas.*

4. *Pr 3. à priori.*

5. TERTIA *Richar. in 3. dist. 14. art. 1. qu. 4. Scoti qu. 2. §. in 1. quæst. ad 2. prob. Duran. qu. 1. nu. 10. Bassо. qu. 2. fine, Aureo. quod l. 10. art. 1. Soti in 4. dist. 49. qu. 3. art. 1. ad 2. Capreo. qu. 6. art. 3. ad obie. Aurco. Ferrar. 3. con. Gent. cap. 55. §. vlt. Molin. 1. p. qu. 12. art. 7. & 8. disp. 2. ad 1. Arrub. disp. 23.* asserentium, cognitionem comprehensiuam debere adæquari obiecto extensiuè, quoad omnia quæ in ipso sunt formaliter & virtute, & intensiuè, quoad claritatem, quam obiecti intelligibilitas exigit. Quæ sent. verior est, & procul dubio *S. Tho.* qui ad comprehensionem non solùm requirit adæquationem extensiuam, sed etiam intensiuam in claritate obiecto commensam, vt 1. p. qu. 12. art. 7. ad 3. explicat, ideò beatos non comprehendere Deum, quia licet totum Deum videant, non tamen vident totaliter; *non quod totus*, inquit, *modus obiecti non cadat sub cognitione, sed quia modus obiecti non est modus cognoscentis*; quia licet videant Deum infinitum, non tamen ipsum vident infinitè. & 3. p. qu. 10. art. 2. ad 3. *Quantitas scientiæ non solum attenditur secundùm numerum scibilium, sed etiam secundùm claritatem cognitionis*; & qu. 8. de ver. art. 2. ad 1. *Tunc dicitur aliquis alterum videre totaliter, quando ipsius visio habet modum totalem: & hoc est, quando ita perfectus est modus visionis ipsius videntis, sicut est modus visibilitatis ipsius rei*, qualis non est si quis opinione cognoscat, quod cognoscibile est demonstratione: & ad vlt. *Ipsa immensitas Dei videbitur, sed non videbitur immensè, videbitur enim totus modus, & non totaliter.* Vnde semper totalitatem visionis, ad comprehensionem requisitam, explicat ex parte actûs, vt nihil aliud sit, obiectum totaliter videri, quàm videri eo claritatis gradu, quo visibile est ipsum.

Comprehensio adæquari debet obiecto etiam intensiuè.

6. Porrò comprehensio est cognitio adæquans totam cognoscibilitatem obiecti seu omnium perfectissima, quam obiectum exigit: seb obiectum non solùm est adæquabile extensivè, sed etiam intensiuè: imò etiàm indiuisibile, est natura sua determinatiuum potentiæ ad certum gradum claritatis, propriæ cognoscibilitati commensum, ut inductione constat tam in sensibilibus, quàm intelligibilibus; omnia enim obiecta non solùm habent vel per speciem sui determinare potentiam ad simplicem notitiam, quâ ipsorum naturæ simpliciter cognoscantur, sed etiam ad notitiam, cum certâ claritate & intensione, propriæ cognoscibilitati commensâ. Ratio: obiectum non terminat cognitionem, nisi ad illam concurrat ipsum per propriam virtutem determinatiuam, commensam propriæ cognoscibilitati. Vnde cognitio, quæ adæquatur virtuti determinatiuæ obiecti, adæquatur etiam cognoscibilitati eiusdem: nam mensura virtutis determinatiuæ obiecti, est cognoscibilitas obiecti, quia finis & terminus virtutis determinatiuæ obiecti, est adæquata cognitio sui: cuius signum est, quia species, quæ est proximum determinatiuum potentiæ ad cognitionem obiecti à quouis obiecto creato, etiam intellectuali & libero, producitur necessariò; & quod necessariò producitur, secundùm adæquatum posse virtutis producitur. Confirm. ita se habet claritas in actu cognitionis, sicut feruor in actu amoris: vterque n. actus determinatur ad certam intensionem à virtute obiecti: at non dicitur amor adæquatus obiecto amabili, qui solùm adæquatur illi extensiuè, & non intensiuè: nam posset Angelus superior diligere inferiorem quoad omnia, quæ in ipso videt extensiuè, non intensiuè: cùm enim hic actus sit liber, poterit attemperari, quoad intensionem feruoris, nec ferri in illum iuxta amabilitatem ipsius. Quòd autem talis amor non esset adæquatus amabilitati obiecti, constat; si talis amor non attingeret intensionem feruoris, quo Angelus inferior diligit seipsũ; qui est adæquatus amabilitati ipsius.

7. Adæquat totam cognoscibilitatem obiecti, Et gradum claritatis commensum,

Ad quem virtute suâ determinat.

8. Confir. sit feruor in amore.

9. Sed contrà; aduersarius contendit, non posse dari cognitionem adæquatam extensiuè, quin eadem cognitio etiam sit adæquata intensiuè, eò quòd tota intensio & claritas cognitionis ordinatur ad obiectum perfectiùs penetrandum: ergo vel hoc fuerit penetratum extensiuè, quoad omnem perfectionem absolutam, & respectiuam, non erit intensior cognitio necessaria: igitur frustra præ-

9. Obijcitur

Digitized by Google

ter cognitionem extensiuam requiritur intensiua, quia hæc non datur vt distincta ab extensiuâ, sicut nec adæquata intensiuè distincta ab adæquata extensiuè. Resp. 1. Esto non detur cognitio adæquata ex ensiuè, quin eadem sit etiam adæquata intensiuè, adhuc tamen ad explicandam naturam comprehensionis rectè dicimus, illam formaliter & præcisè non consistere in solâ extensione obiectiua, sed etiam in intensione & claritate subiectiua, quæ exigitur ab obiecto. 2. nego, dari non posse cognitionem adæquatam extensiuè, inadæquatam intensiuè: Nam potest obiectum per virtutem determinatiuam suam inadæquatè intensiuè concurrere cum potentia ad cognitionem totius suæ perfectionis extensiuæ; igitur dabilis est cognitio adæquata extensiuè, inadæquata intensiuè, quia talis cognitio exprimeret omnem perfectionem extensiuam obiecti, cùm esset producta ab omni perfectione extensiua illius; & tamen non cum eâdem claritate & intensione, quæ exigitur ab obiecto; quia non esset producta per adæquatum concursum intensiuum totius virtutis determinatiuæ obiecti. Antec. prob. potest obiectum, saltem diuinâ virtute, non concurrere, quantum potest intensiuè, cum potentiâ ad cognitionem totius suæ perfectionis extensiuæ: nam licet obiectum sit indiuisibile intensiuè formaliter, vt est substantia spiritualis, est tamen diuisibile virtualiter, quà potest intensiùs cum potentia concurrere, ad clariorem notitiam, circa eamdem indiuisibilem entitatem sui; quæ, quia in se formaliter indiuisibilis est, per quamlibet cognitionem intuitiuam tota videtur: quia verò eadem est virtualiter diuisibilis, per virtutem determinatiuam in ordine ad actum intensiorem, commensum propriæ cognoscibilitati, non videtur totaliter, nisi per cognitionem intensiuè adæquatam virtuti determinatiuæ obiecti. Quo fit, vt quamuis obiectum sit indiuisibile quoad entitatem, diuisibile tamen sit quoad cognoscibilitatem; nam hæc non attenditur absolutè in se, sed respectiuè ad cognitionem, per quam exprimi potest clariùs, iuxta concursum virtutis determinatiuæ obiecti, & virtutis cognitiuæ subiecti. Confirm. posset obiectum concurrere adæquatè extensiuè, & intensiuè in ratione obiecti cum potentia, inadæquatè concurrente in ratione potentiæ? sed tunc sequeretur cognitio adæquata extensiuè, quia omnia viderentur in obiecto, adæquatè concurrente in ratione obiecti; inadæquata verò intensiuè ex parte potentiæ. Ad argum. nego antec. ad prob. dico, totam intensionem, & claritatem cognitionis ordinari ad perfectiùs penetrandum obiectum; vel quòd extensionem, vel quoad virtualem intensionem, & diuisibilitatem obiecti. Vnde nego paritatem; quoad sicut non datur cognitio adæquata intensiuè, distincta ab adæquata extensiuè; ita nec adæquata extensiuè, distincta ab adæquata intensiuè; quia adæquata intensiuè includit essentialiter adæquationem extensiuam: est. n. cognitio producta à potentiâ adæquatè determinata à totâ virtute motiuâ obiecti, & lumine eiusdem ordinis, & rationis: cognitio verò adæquata extensiuè non includit formaliter adæquationem intensiuam, quia vel illa produci potest à totâ virtute obiecti adæquatâ extensiuè, inadæquatâ intensiuè; vel à potentia inadæquatè concurrente in ratione potentiæ. Vel certè distinguenda est duplex extensio in obiecto, altera intrinseca, & constitutiua ipsius, altera extrinseca, & terminatiua tantùm: adæquatio prioris extensionis, est essentialiter connexa cum adæquatâ cognitione intensiuâ eiusdem, non autem adæquatio posterioris; possum enim comprehendere totam perfectionem intrinsecam obiecti, non comprehensis terminis, ad quos virtus intrinseca obiecti se extendit: at non possum comprehendere totam perfectionem obiecti, non comprehensâ totâ perfectione constitutiuâ ipsius. Ratio: ad perfectam comprehensionem rei sufficit, si adæquatè cognoscatur tota perfectio intrinseca ipsius, alioqui si necessaria etiam foret comprehensio extrinseca cuiuscunque termini, cum quo res connexionem habet, nulla creatura posset aliam comprehendere: at omnes concedunt, Angelum superiorem comprehendere inferiorem, & quamlibet rem sublunarem naturalem. Sequel. prob. omnis creatura essentialem connexionem habet cum omnipotentia Dei, vt effectus cum sua causa: implicat autem, omnipotentiam Dei naturali cognitione intuitiuâ cognosci, nedum comprehendi. 2. cùm intellectus Angelicus posset infinitos actus specie diuersos, per ordinem ad infinita obiecta specie diuersa, quæ successiuè intelligere posset, elicere, nullus Angelus posset talem intellectum comprehendere, nisi comprehensis infinitis actibus, & obiectis specie diuersis, ad quæ intellectus Angelicus potest se extendere: similiter nec posset materia prima comprehendi, nisi comprehensis infinitis formis, ad quas dicit ordinem. Ad perfectam igitur comprehensionem sufficit comprehensio perfectionis intrinsecæ, cum notitiâ abstractiuâ termini sub aliquâ ratione communi, sub quâ res terminatur.

Obijcies 1. Implicat obiectum determinare potentiam ad clariorem notitiam sui, quin illam determinet ad perfectionem aliquam, vel modum in obiecto de nouo cognoscendum: sicut. n. implicat, cognoscere de nouo obiectum, & non cognoscere perfectionem nouam in obiecto: ita cognoscere perfectiùs idem obiectum, & non cognoscere nouam perfectionem, vel modum in obiecto: 2. nouo gradui cognitionis respondere debet nouus gradus, vel perfectio ex parte obiecti, cùm totum esse cognitionis sit ad manifestandum obiectum. Resp. dist. antec. implicat obiectum determinare potentiam ad clariorem notitiam sui, quin illam determinet ad nouam perfectionem, vel modum anteà non cognitum, nego; ad eandem perfectionem vel modum clariùs cognoscendum, concedo. Vnde ad 1. prob. nego conseq. quia quando primò cognoscitur obiectum, nullo modo supponitur anteà cognitum, atque adeò implicat, illud de nouo cognoscere, & nullam perfectionem de nouo in illo videre; at quando supponitur iam cognitum, non implicat, idem secundùm eandem perfectionem clariùs cognoscere. Ad 2. dico, sat esse, si nouo gradui cognitionis respondeat eadem perfectio, idemque gradus perfectionis clariùs cognitus: nam sicut datur maior, & minor claritas subiectiua ex parte actus, ita maior, & minor claritas obiectiua ex parte obiecti. Eadem igitur perfectio maiore claritate obiectiuâ respondet clariori cognitioni subiectiuæ. Quod explicari potest exemplo amoris, quo aliquod obiectum diligimus, & ipsum tamen non diligimus, adæquatâ diligibilitate ipsius: nihil tunc est in obiecto, quod non diligamus, non tamen dicimur illud adæquatè diligere, quia non diligimus, illud actu, quoad intensionem proportionato diligibilitati obiecti. Vnde quando intensiore actu ad illud idem ferimur, nihil tali actui respondet ex parte obiecti, quod anteà non fuerat dilectum, respondet tamen idem obiectũ, maiore diligibilitate obiectiuâ ipsius.

10. *Resp. 1.*

11. *Resp. 2.*

Potest obiectum inadæq intens. concurrere ad cognitionem totius perfectionis extens.

12. *Ad arg. in formâ.*

13. *Extensio intrinseca adæquatur cognitione intensiuâ;*

extrinseca & termin. non sic.

Ad comprh. non requiritur comprehensio termini extrinseci.

14.

15. *Resp.*

Exempl. amoris.

Obijcies. 2.

Digitized by Google

16. *Obiicies.* 2. Si ad comprehensionem præter extensiuam repræsentationem omnium, quæ sunt in obiecto, necessaria esset intensiua perfectio in claritate, non posset statui certa claritas, & intensio, quæ necessaria esset in actu comprehendente obiectum, cùm illa non solùm proueniat ab obiecto, sed etiam à potentiâ cognitiuâ: idem enim obiectum eádem specie adæquatâ sui comparatum ad diuersas potentias magis, aut minùs perfectè, clariore aut minùs clarâ cognitione postulat repræsentari. *Obij. 2.* *Resp.* Resp. Non quamcunque claritatem actûs naturaliter exigi ab obiecto, sed eam dumtaxat, quæ per adæquatam speciem sui, & lumen eiusdem perfectionis, & ordinis deriuatur in actum: vnde omnis alia claritas, & perfectio, quæ prouenit à lumine altioris ordinis, non exigitur connaturaliter ab obiecto: quia obiectum sicut non exigit repræsentari per speciem perfectioris entitatis; ita nec per lumen altioris ordinis: nam species & lumen sese mutuò respiciunt in ordine ad idem obiectum, vt principia eiusdem actus, expressiui eiusdem obiecti.

17. *Ad arg. 2. sent.* Ad argu. secundæ sent. ad auct. August. resp. S. Tho. 1. *p. qu.* 12. *art.* 7. *ad* 2. comprehensionem esse, cùm res ita videtur, vt nihil ipsius lateat videntem, neque quoad entitatem, neque quoad modum cognoscibilitatis; qui modus licet se teneat ex parte actûs, exigitur tamen ab obiecto ob sui virtualem diuisibilitatem. Vnde *August.* 12. *Ciuit. Dei cap.* 18. comprehensionem definit, quâ *scientis comprehensione finitur*, quod est, vt *S. Tho. cit. loco* explicat, *quando ad finem in modo rem cognoscendi peruenitur.* Ad confirm. dist. conseq. si tota entitas & perfectio rei cognoscibilis dicat etiam modum cognoscibilitatis, concedo totum; si solam entitatem, & perfectionem extensiuam, nego conseq. quia ad comprehensionem intellectualem, non solùm spectat intellectualis continentia obiecti, sed etiam modus continentiæ magis, aut minùs clarus; nam hæ sunt per se differentiæ cognitionis; ad materialem verò comprehensionem solùm pertinet adæquata continentia corporis locati à corpore locante. *18. Ad confirm.* *Disparitas*

19. *Ad S. Thom.* Ad auct. *S. Thom.* resp. eius discursum tantùm procedere à posteriori, non à priori; quia, *vt supra*, ex cognitione omnium possibilium in Verbo rectè infertur intensiua, & adæquatâ cognitio Dei.

20. *Ad rationem.* Ad rationem, dist. maior. si *Tò ex parte cognoscentis*, dicat modum qui ab obiecto exigitur, neg. maior; nam comprehensio includit hunc modum; quia *tunc*, ut S. Tho. docet, *res videtur totaliter, quando modus obiecti fit modus ipsius cognoscentis*, hoc est, vt *qu.* 8. *de verit. art.* 2. *ad* 2. explicat, *quando visio* per comparationem ad rem visam *habet modum* videndi *totalem.* Si Tò *ex parte cognoscentis*, dicat modum, qui ab obiecto non exigitur, conced. maior, sed neg. minor, eiusque prob. nec propterea, quòd res videtur tota quoad entitatem, & tamen intelligibiliter, non comprehendatur, sequitur, quòd res plus habeat de intelligibilitate, quàm de entitate; nam intelligibilitas rei non sequitur ad eius entitatem quomodocunque, sed vt determinatiua est potentiæ ad modum cognitionis, propriæ virtuti commensum: Ergo licet videatur tota entitas; quia tamen non videtur cognitione adæquante totam vim determinatiuam ipsius, non videtur totaliter; proinde nec intelligibiliter comprehenditur.

SECTIO II.

An possit Deus comprehendi ab intellectu creato?

21. RATIO dubit. est; sicut naturæ humanæ vnitum est Verbum quoad totum esse personale, ita vniri poterit quoad totum esse intelligibile; maius quippe est, vniri Deum creaturæ quoad esse personale, quia hoc fit per vnionem substantialem, & facit in recto Deum; illud per vnionem accidentalem. 22. *Negant pp. ac schol.* Constans tamen est Patrum, & Scholast. sententia, Deum à nullo intellectu creato comprehendi. Controuersia tantùm est in assignandâ ratione. Nominales rationem assignant: nulla creata cognitio possibilis est, quæ adæquet cognitionem, quam Deus habet de seipso: & comprehensio est cognitio omnium perfectissima, quæ de obiecto haberi potest. Verùm si hæc ratio supponit, comprehensionem esse perfectissimam cognitionem, quæ simpliciter de obiecto haberi potest, refutata manet; si perfectissimam, quæ ab obiecto exigitur, non explicat, cur ea tantùm, quam Deus habet de seipso, sit omnium perfectissima quæ ab obiecto exigitur. 23. *Nominalium ratio.* *Nulla.*

24. *Alia* Auctores secundæ sent. *præced. sect. cit.* hanc reddunt. Comprehensio est adæquata cognitio omnium, quæ formaliter, & eminenter sunt in obiecto: impossibilis est autem cognitio creata omnium, quæ formaliter, & eminenter sunt in Deo: igitur impossibilis est Dei creata comprehen. Verum hæc ratio falso nititur fundam. ampliùs explico: Ex distinctâ cognitione possibilium, quæ eminenter sunt in Deo, nulla noua perfectio intrinseca videtur in Deo, quæ sine tali cognitione non videretur: ergo si aliunde ad cognitionem comprehensiuam non requiritur cognitionis intensio obiecto proportionata, impertinens est possibilium cognitio ad Dei comprehensionem. Antec. aduersarij non negant; alioqui sine cognitione possibilium tota Dei substantia non videretur. Ratio: possibilia sunt tantùm extrinseci termini diuinæ potentiæ, ad quos nullum dicit respectum realem. Conseq. prob. cùm per quamlibet intuitiuam notitiam videatur omnis perfectio, & formalis, & eminentialis in Deo, si aliunde ad comprehensionem non requiritur certa claritas, & intensio obiecto proportionata, non est, cur in eorum doctrina talis cognitio non sit comprehensio. At dicunt; talis cognitio non est comprehensio, licet videatur tota perfectio Dei, quia ex vi eiusdem cognitionis non videntur distinctè omnia, quæ ab ipso emanant vel emanare possunt. Sed contrà; distincta cognitio eorum, quæ à Deo emanare possunt, non pertinet ad comprehensionem Dei; nam neque hæc obiecta sunt intrinseca Deo, neque ex eorum distincta notitia cognoscitur noua perfectio in Deo, quæ sine illa non cognosceretur; comprehensio. n. est tantùm eorum, quæ intrinseca sunt, & substantialia obiecto: alioqui, ut *præced. sect.* nulla res creata, quantumuis minima comprehendi posset ab Angelo; quod est contra communem sent. Theol. Confirmo contra *Vasquez*, qui *disp.* 143. *cap.* 4. & 5. contendit, Verbum procedere ex solâ cognitione essentiæ, non possibilium, cùm tamen doceat, Verbum procedere ex cognitione comprehensiuâ Dei: igitur in eius sent. cognitio possibilium non facit ad comprehensionem Dei. Confirm. si cognitio possibilium requireretur ad meliùs cognoscendum Deum extensiuè tantùm, non 25. *Dicunt.* *Contrà.* 26. *Conf. ad hominem Vasquez.*

Digitized by Google

intensiuè, sequeretur, quòd si omnia possibilia cognoscerentur distinctâ cognitione ab ea, quâ cognoscitur Deus, vt concedit Vasquez *disp. 50. cap. 7.* vel si per impossibile ex distinctâ cognitione omnium possibilium in Verbo non sequeretur intensior cognitio Dei, adhuc ab intellectu creato comprehenderetur Deus, vel per duplicem cognitionem Dei, & possibilium, vt primo casu, vel per eandem auctam tantùm extensiuè circa possibilia, vt in 2.

27. *Vera ratio: Compreh. est cognitio perfectiss. quam postulat obiectum.* Ex iactis principijs ratio, cur Deus sit incomprehensibilis à creatura: Comprehensio est cognitio omnium perfectissima, quam postulat obiectum: sed Deus postulat cognitionem in claritate infinitam: implicat cognitio creata in claritate infinita; ex ratione infiniti vt sic & talis: igitur implicat creata comprehensio Dei. Minor prob. 1. Deus vt obiectum intelligibile non minorem postulat cognitionem, quàm ipse de seipso habet, infinitæ claritatis, & incommunicabilis creaturæ: non .n. est magis intellectiuus, quàm intelligibilis, cùm eius intellectiuitas sit commensa ipsius intelligibilitati, vtraque adæquatè consequatur ipsius naturam, imò sit ipsa Dei natura: ergo cognitio, quam Deus vt intelligibilis postulat, non est in claritate minor, quàm ipse de seipso habet. 2 cognitio, quam vnaquæque natura intellectualis de seipsa postulat, est commensa propriæ intelligibilitati, adæquatè procedens ex virtute determinatiua, & intellectiua sui: igitur cognitio, quam Deus de seipso postulat, est commensa propriæ intelligibilitati, adæquata virtuti determinatiuæ, & intellectiuæ sui ipsius: hæc autem, vt patet, est infinita, & incommunicabilis creaturæ, adæquatur enim infinitæ intelligibilitati, & intellectiuitati Dei: vt autem queat vna natura adæquatè intelligere aliam, debet esse tantæ intellectiuitatis, quantæ intelligibilitatis est alia. *Lege Scot. in 3. dist. 14. qu. 2. ad 1.*

A priori.

28. *Dices:* DICES: Ex hac ratione tantùm sequitur, non posse creaturæ Dei comprehensionem communicari vt causæ principali, non vt instrumentali, sicut potest Angelo inferiori instrumentaliter communicari comprehensio superioris, licet non principaliter. Sed contrà; cognitio est caussa formalis principalis in repræsentando: implicat cognitioni creatæ communicari claritatem, quæ formaliter requiritur ad comprehendendum Deum; non, quæ formaliter requiritur ad comprehendendum Angelum superiorem; quia hæc finita est, illa infinita creata.

Contrà.

29. *Esse personale communicatur formaliter; esse intelligibile, effectiuè.* Ad rationem dubit. esse personale communicatur formaliter, proinde totum: esse intelligibile communicatur effectiuè: implicat autem effectus infinitus; non vt se totum communicet creaturæ formaliter, quia hoc esse non est distinctum ab ipso Deo. Ad probat. esto communicatio secundùm totum esse personale sit maior, non repugnat, sicut communicatio secundùm totum esse intelligibile, mediâ intellectione creatâ infinitâ; illa .n. sit mediâ vnione finitâ, quæ non postulat, vt in essendo adæquetur termino vnibili, sicut comprehensio in repræsentando obiecto intelligibili.

30. *Ad id de fide? Negat Vasquez.* Sed adhuc controuersum est inter Doctores, an sit de fide, Deum à nullo intellectu creato comprehendi posse. Negat Vasquez disp. 52. cap. 2. solumque ait, esse certum auctoritate Scholast. cuius oppositum tantùm putat esse temerarium. 1. quia in assignanda natura comprehensionis variant Theologi: nequit autem ad fidem spectare, quod à Catholicis ad litem vocatur. 2 quia etiam Deus dicitur in Scripturis, & Concilijs ineffabilis, cùm tamen certum sit, à beatis mentis linguâ effari, vt in se est; nam quâ ratione illum cognoscunt, mentis verbo exprimunt. Affirmant *Scotus in 4. dist. 49. qu. 3. art. 1. concl. 1. Molina, Bannez, Zumel, Gonzalez, Arrubal, Fasolus, in 1. p. qu. 12. art. 7. Suarez l. 2. de Attrib. cap. 5. & 3. p. disp. 26. sect. 1. Megina ibid. qu. 10. art. 1. Cabrera disp. 2.* Quæ sent. verior est, vt constat ex *Concil. Later. sub Innocen. III.* relato *cap. Firmiter*, de Summa Trinit. vbi eodem modo definitur, Deum esse Incomprehensibilem, atque Vnum, Æternum, Immensum, Immutabilem, Omnipotentem: at de Fide est, Deum esse vnum, æternum, &c. ergo & Incomprehensibilem.

31. *Verius affirmant.*

Ad 1. argu. *Vasquez* nego, non posse aliquid certò ab Ecclesia definiri, de cuius natura controuertitur inter *Scholast.* definitur enim à *Triden.* Sacramentalem conuersionem panis & vini, in corpus, & sanguinem Christi, esse transsubstantiationem; de cuius tamen naturâ disputatur, definitur, Deum esse immensum, æternum, omnipotentem; cùm tamen controuersum sit, quid de ratione immensitatis, æternitatis, & omnipotentiæ sit. Quia potest aliquid ab Ecclesiâ definiri solùm, an sit; non autem, quid sit. Ad argu. nego variare Theologos, an Deus sit incomprehensibilis, quod tantùm pertinet ad dogma fidei; sed tantùm, quid Dei comprehensio sit, quod ad fidem non spectat. Ad 2. resp. eodem modo Concilia definire, Deum esse ineffabilem, quo dicimus, esse incomprehensibilem: at non prout incomprehensibilitas negat omnem claram visionem de Deo, sed prout tantùm negat adæquatam: ita definiunt, esse ineffabilem; non prout ineffabilitas negat omne verbum mentale, aut vocale de Deo, sed prout tantùm negat verbum adæquatè exprimens. Effabilitas enim, vel ineffabilitas rei immediatè oritur ex cognitione eiusdem rei. cùm igitur Deus clarè cognoscatur à beatis, clarè etiam effatur ab illis; quia non cognoscitur adæquatè, nequit adæquatè effari; quo sensu à *Later.* definitur, Deum esse ineffabilem.

Ad 1. Vasquez.

Infirmâ.

Ad 2.

Deus ineffabilis.

DISPVTATIO XI.

An Deus sit nominabilis nomine significante ipsum sicuti est?

QVo modo Deum concipimus, ita nominare possumus; quia nomen sequitur conceptionem rei, vt signum rei conceptæ. Querimus, an nominari possit, nomine significante, *sicuti est*, distinctè & quidditatiuè, à viatoribus, aut comprehensoribus.

1. 1.

2. *1. Sent. Negans.* PRIMA sent. negat, Deum ab vllo viatore, aut comprehensore, quin neque ab ipso Deo nominari posse, nomine significante ipsum, *sicuti est*: *Bannez 1. qu. 13. art. 1. concl. 2. Zumel ibid. qu. vn. concl. 4. Suarez lib. 2. de attrib. cap. 31. n. 18.* Prob. Deus *cap. Firmiter, de summa Trinit.* definitur *ineffabilis*; Scriptura *Prouerb. 30.* & passim asserunt, nullo nomine exprimi posse. Prob. 2. nomen imponitur vt symbolum ex intrinseco fine, vt audiens vi illius deueniat in notitiam rei significatæ, vt à nobis conceptæ: ergo nullum est nomen, vi cuius audiens deuenire possit in notitiam Dei; vt est in se: sc. medius conceptus loquentis per nomen importatus, vel est abstractiuus, & nequit esse ratio cognoscendi rem intuitiuè; vel est intuitiuus; nec potest esse audienti ratio intuitiuè cognoscendi rem, à loquente conceptam; nomen. n. non manifestat audienti

pp.

3. *Ratio: Nullum nomen ducit in notitiam Dei ut est in se.*

Digitized by Google

audienti conceptum loquentis physicè & intuitivè, vt signum naturale, intrinsecam connexionem habens cum re significatâ, sed moraliter & abstractivè, vt signum ad placitum, extrinsecam connexionem habens, ex merâ voluntate instituentis, cum re significata: nec posset vi talis conceptûs, intuitivè cogniti, audiens intuitivè cognoscere rem, à loquente conceptam, nisi talis conceptus esset idem cum re conceptâ, qualis est conceptus, quem Deus habet de seipso. Ratio: conceptus intuitivus non continet obiectum realiter, sed intentionaliter; vnde non potest esse ratio videndi illud intuitivè, nisi intellectui, ad quem comparatur vt species expressa, & vitalis imago. At conceptus loquentis non est species expressa, & vitalis imago intellectûs audientis, sed loquentis: nequit igitur, etiam vt intuitivè cognitus esse audienti ratio intuitivè cognoscendi rem à loquente conceptam; nec clara visio, quam de Deo beatus habet, etiam vt apertè manifestata, esse alteri ratio intuitivè cognoscendi Deum.

Ratio.

4. 2. *Sent.* SECVNDA docet, posse quidem Deum nominari nomine significante ipsum, *sicuti est*, à Beatis, vel à Deo, non tamen â viatoribus: *Henrici in sum. art. 13. qu. 9. S. Tho. 1. p. qu. 13. art 1. & 1. con. Gent. c. 31. Cajet. & Ferrar. loc. cit. Capreol. in 1. dist. 22. qu. 1. art. 1. Richard. art. 1. qu. 1. Palatii ibid. & c.* Fund. Fundam. potest vnusquisque rem nominare, sicut intelligit; cùm vox sit instrumentum intellectûs & signum verbi interioris: non potest nominare alteri distinctiùs, quàm ipse intelligat: possunt igitur Deus, & Beati, distinctè Deum intelligentes, distinctè ipsum nominare, sicuti est; non viatores, Deum distinctè non intelligentes.

Fund.

5. 3. *Sent.* TERTIA asserit, non tantùm beatos, sed etiam viatores posse imponere nomen, quod Deum significet *sicuti est*, esto viatores Deum non intelligant, vt est in se: *Scotus in 1. dist. 22. qu. vn. ca. §. His præmissis: Rubi. qu. 1. art. 2. Ocham, Gabriel. ibid. Molina 1. p. qu. 13. art. 1. dis. 2. Vasquez. ibid. disp. 57. cap. 2.* Fundam. mensura significationis nominum non est desumenda ex eo, qui nomen imponit, sed ex eo, qui nomen audit: nomen. n. ordinatur ad exprimendum conceptum non loquenti, sed audienti: ergo non solùm possunt beati sibi mutuò, sed etiam viatores beatis nomina imponere, quæ Deum significent, *sicuti est*. Quia licet nequeant viatores intelligere Deum quidditativè, ac proinde nequeat ipsis imponi nomen, Deum quidditativè significans, possunt tamen illud quidditativè intelligere beati. Confir. de facto multa sunt nomina imposita ad significandas distinctas rerum quidditates, quas distinctè non cognoscimus.

6. *Nomen Deum quidditativè significans imponi potest, à Beatis, qui ipsum cognoscunt.* DICO 1. Non repugnat nomen, Deum quidditativè significans. Fundam. vt nomen quidditativè rem significet, nil aliud requirit, quàm vt imponatur ab eo, qui rem quidditativè cognoscit, cum tacito, vel expresso consensu eorum, qui eandem rem quidditativè etiam cognoscere possunt: sed beati cognoscunt Deum quidditativè; ergo saltem illi ex mutuo consensu possunt sibi nomen imponere, quod Deum quidditativè significet. Maior prob. vis nominis non consistit, vt virtute aliquâ intrinsecâ audientem ducat in notitiam rei significatæ, sed tantùm vt significatione extrinsecâ seu denominatione, ortâ ex institutione imponentis, audientes moraliter excitet ad rem significatam quidditativè cognoscendam: sed quodlibet nomen à beatis impositum ad Deum quidditativè significandum excitare eos moraliter potest ad Deum quidditativè cognoscendum, seu potiùs ad reflectendum supra idem significatum, à se quidditativè cognitum. Confirm. nomen non debet suâ significatione complere, sed supponere completam potentiam eliciendi notitiam rei significatæ; vtque ante significationem impositam non habe: vim intrinsecam mouendi, ita nec post: ergo non debet potentiam ducere in notitiam rei significatæ per intrinsecam virtutem, sed tantùm per extrinsecam denominationem imponentis, vt signum ad placitum, sicut ramus viridis ducit in notitiam rei venalis: quia si nomen non debet esse, nisi tantùm extrinsecum signum excitatiuum, supponens totam potentiam concipiendi rem significatam in audiente, non est, vnde illi repugnet significatio Diuinæ quidditatis.

7. *Confir.*

8. *Ducit.* DICES: post impositam significationem includit conceptum imponentis, quo mediante ducit intellectum audientis in notitiam rei significatæ: & quia nullus conceptus imponentis ducere potest in notitiam quidditatiuam Dei, nullum nomen imponi potest ad significandam quidditatem Dei. Sed contrà; conceptus imponentis importatus per nomen, non est, quo mediante audiens duci debeat in notitiam rei significatæ: nam aliàs nunquam posset deuenire in notitiam inuitiuam rei, cùm nullus conceptus imponentis, per nomen significatus, ducere possit intellectum audientis in intuitiuam notitiam rei, per conceptum significatæ; nec conceptus imponentis, per nomen significatus concurrit physicè cum intellectu audientis ad notitiam rei significatæ, sed tantùm moraliter; non. n. vt principium effectiuum; quia conceptus vnius, seu actus immanentes non habent vim agendi extra proprium subiectum: neque vt medium cognitum, quia nihil potest esse cognitum, nisi physicè influat cum potentiâ ad cognitionem sui; nam cognitum est effectus formalis cognitionis, cognitio autem originatur à cognoscente, & cognito ex *August. 9. de Trin. fine.*

Contrà tota via non-nis est tantùm moralis signum.

9. *Viator viatori nequit nomen expressiuum Dei imponere.* DICO 2. Repugnat, viatorem imponere nomen, quod sit expressiuum quidditatis Dei aliis viatoribus, non comprehensoribus. Prior pars constat; quia cùm nomina sint symbola, quibus vtimur ad exprimendas res, medijs animi conceptibus, nequeunt imponi ad exprimendas eas res, quas percipere non valent ij, qui debent nominibus vti, alioqui frustraneum esset, ijs talia nomina imponere. Cùm igitur nequeant viatores Deum quidditatiuè cognoscere, nequit iis tale nomen imponi. Ex quo sequitur; neque Deum, aut beatos posse tale nomen viatoribus imponere, contra *Scotum*, aientem, esse aliqua nomina in *Scriptura*, quæ Deum quidditatiuè significant, vt est nomen illud vulgatum, *Iehoua*, seu *qui est*, quod Græcè, ex eo quòd quatuor litteris Hebraicis constat, *Tetragrammaton* dicitur. Posterior pars prob. esto nequeat qui nomen imponit rem significatam perfectè percipere, potest tamen illud alijs imponere, qui rem significatam perfectè concipere valent: ergo etiamsi nequeant viatores Deum quidditatiuè cognoscere, possunt tamen nomen Deum quidditatiuè significans imponere beatis, qui Deum intuitivè cognoscunt. Antec. prob. 1. potest quis imponere nomina rebus; quas tantùm abstractivè cognouit iis, qui illas intuitivè norunt: potest. n. quis imponere nomina ijs, qui res viderunt, etiamsi ipse non viderit, sed tantùm audierit. 2. nomina non allo modo significant res, ad quas exprimendas imponuntur, quàm excitando audientem ad notitiam tum rei significatæ, tum conceptûs imponentis consignificati in seipso significandam: at nomina audientem non excitant medio conceptu, sed mediâ

10. *Potest comprehensori.*

Ratio à priori.

voluntate imponentis : ergo etiamsi imponens non habeat quidditatiuum conceptum rei significatæ, modò habeat voluntatem nomen imponendi, poterit tale nomen excitare audientem ad quidditatiuum conceptum rei significatæ formandum, si ille habeat completam potentiam ad talem conceptum in seipso formandum. Minor prob. nomen non alio modo excitat audientem, quàm vt signum rememoratiuum voluntatis institutoris, reuocando illam in memoriam audientis. Quâ excitatione posita solus intellectus audientis gignit in seipso notitiam tam rei significatæ, quàm conceptus significati, abstractiuè, vel intuitiuè iuxta speciem, quâ de re significatâ audiens habet. Confir. eatenus non posset viator imponere nomen expressiuũ quidditatis Dei beatis quatenus deberet nomen à viatore impositum, per conceptum viatoris nomen imponentis, esse beatis medium seu mensura cognoscendi Deum in seipso: at medium cognoscendi rem significatam, non est conceptus imponentis, sed mensura physica est sola potentia cognoscentis, quæ in audiente præsupponitur ad rem significatam cognoscendam; mensura moralis est sola voluntas imponentis nomen ad talem rem significandam: sc. nunquam conceptus imponentis potest esse ratio cognoscendi rem intuitiue, ad quam significandam imponitur: cùm tamen multa sint nomina imposita ad significandas res intuitiuè, vt illa, quatum viatores intuitiuam notitiam habent; cùm tamen eas intuitiuè non cognoscant vi nominis, aut conceptûs importati per nomen (ille n. nequit nisi in abstractiuam notitiam ducere) sed virtute cognoscentis.

11. *Confir.*

Medium cognoscendi rem est potentia cognoscentis.

12. Deducitur 1. posse aliquem imponere nomen ad distinctiùs significandum, quàm ipse nomen imponens intelligat; non quidem sibi, sed alijs, qui ex propriâ virtute nominis significatum distinctiùs percipere valent; nam ad hoc sufficit voluntas imponentis, acceptata ab audientibus potentibus rem significatam distinctiùs percipere: nam tota vis percipiendi significatum nominis supponitur in audiente, & nomen ad nihil defecit, quàm ad excitandam mentem audientis, vt rem significatam percipiat iuxta voluntatem imponentis.

13. *Dices.* Dices: ergo etiam poterit nomen imponere, qui nullo modo rem cognoscit. Sed neg. conseq. nam cuius nulla præcessit cognitio, nulla subsequi potest voluntas: at cuius aliqua saltem confusa præcessit cognitio, poterit subsequi voluntas distinctè rem cognoscendi, aut alteri significandi, vt patet, cùm ex cognitione confusa voluntas mouetur ad distinctam. *Contrà.*

14. Deducitur 2. nullum nomen imponi posse Deo. Fundam. nomen debet esse signum excitatiuum respectu illius, cui imponitur ad rem significandam percipiendam, aut saltem per nouam reflexionem eandem cognoscendi: quod addo propter beatos, qui Deum semper actu vident, vnde audito nomine, Deus, quidditatem exprimente, non eliciunt nouam visionem Dei, sed nouam reflexionem, quâ cognoscant, nomen Deus significare illum eundem, quem ipsi semper actũ vident. At respectu Dei nullum potest esse signum excitatiuum neque ad nouum actum, neque ad nouam reflexionem. *Signum excitatiuum Dei dari nequit.*

15. Deducitur 3. non posse imponi nomen, quod Deum comprehensiuè exprimat. Fundam. quando implicat qui possit nominis significatum percipere, implicat ipsum nomen; quia essentialiter est alicui significatiuum: at implicat qui possit vi nominis Deum comprehensiuè cognoscere: quia qui cognosceret, esset creatura, cùm Deus nequeat vi nominis seipsum cognoscere. *Nec nomen Deum exprimens comprehen.*

Deducitur 4. Omnia nomina, quæ tribuuntur Deo, imperfectè tantùm, & confusè significare naturam diuinam. Ratio; omnia sunt imposita ad significandum viatoribus; sed viatores nequeunt intelligere Deum, nisi imperfectè, & confusè: sc. cùm nomina sint symbola rerum, proportionari debent ijs, qui illis vtuntur: solent viatores Deum nominare, ex perfectione causalitatis, ex remotione alicuius imperfectionis, ex perfectione eminentiæ. Priora sunt connotatiua, vt *Creator*, *Gubernator*, *Dominus*, &c. Posteriora sunt composita ex duplici conceptu, positiuo imperfectionem includente, & negatiuo imperfectionem excludente, vt *Infinitas*, *Immensitas*, *Illimitatio*, &c. Postrema sumpta sunt ex creaturis, & applicata Deo per conuenientiam in reipsa significata, vt *Sapiens*, *Bonus*, *Iustus*, & his similia. Nullum autem ex his nominibus attingit Deum secundùm proprium conceptum ipsius. Fundam. proprius conceptus rei attingi non potest, nisi vel immediatè per propriam speciem, aut concursum obiectiuum, vel mediatè per adæquatum effectum, & proprietatem ipsius: at nullo ex his modis possumus Deum in hac vita cognoscere: ergo semper per alienum conceptum. 16. *Sed imperfectè & confusè.* *Ex perfectione negationis.*

Ad 1. primæ Resp. Deum dici ineffabilem eodem modo, quo dicitur inuisibilis; quia effabilitas vel ineffabilitas sequitur cognoscibilitatem, vel incognoscibilitatem rei; vnde, quâ ratione res est cognoscibilis, est effabilis: quâ verò ratione est incognoscibilis, ineffabilis est. Atqui Deus non est inuisibilis simpliciter, sed aut naturæ viribus, aut adæquatè & comprehensiuè: ergo nec dicetur ineffabilis simpliciter, sed aut naturæ viribus, aut comprehensiuè. Nam ex Aug. *l.* 1. *de doct. Christ. cap.* 6. *Pugna verborum est*, dum ineffabilis dicitur ille, qui dicitur: *Quoniam si, illud*, inquit, *est ineffabile, quod dici non potest; non est ineffabile, quod vel ineffabile dici potest.* Ad 2. disting. maior: imponitur nomen, vt vi suâ physicè audientem ducat in notitiam rei significatæ, nego; vt tantùm moraliter & excitatiuè, concedo: hoc autem non repugnat nomini, vt ducere possit in notitiam quidditatiuam Dei, vt ex dictis constat. Ad fundam. secundæ dist. id antec. non potest quis nominare rem distinctiùs, quàm intelligat, conceptu, concedo; intentione, nego. Etenim conceptu nequit rem nominare, nisi quantum illam intelligit; quia nominatio per conceptum, est ipsa impositio nominis ad rem significandam mediante conceptu: potest tamen illam distinctiùs nominare, quàm intelligat, non sibi, sed alteri per intentionem; quia hæc non solùm se extendit ad significandam rem, vt cognitam ab imponente, sed vt cognoscibilem ab audiente. Neque hoc est dare quod non habet; siquidem imponens per voluntatem habet, vt possit imponere nomen ad distinctiùs significandum, quàm ipse intelligat: nam hoc est imponere pro immediato signo, distinctè alteri significante, voluntatem ipsam imponentis. 17. *Ineffabilis qui?* 18. 19. *Ad fund. 2.*

DISPVTATIO XII.

De Scientia Dei.

HACTENVS de veritate Dei, quæ est proprietas 2. entis, in ordine ad Deum, vt est obiectum, & terminus cognitionis creatæ: nunc de eâdem 1. *Deus subsistentia intellectiua,*

Digitized by Google

quia Spiritualis. eâdem in ordine ad Deum, vt obiectum, & terminus est suæ cognitionis. Supponimus in hac disp. Deum esse intellectivum, 1. quia hæc perfectio est simpliciter simplex cum nulla alia maiore vel æquali pugnans: 2. talis perfectio reperitur in creaturis, in quibus illam Deus producere non posset, nisi haberet in seipso; non potest autem illam altiori modo habere, quàm formaliter: 3. vt optimè *S. Tho. 1. p. q. 14. art.* 1. quælibet substantia spiritualis, ex eo quòd immaterialis est, intellectiua est.

2. *In Deo est scientia simplicis intell.* Indagamus, quæ & qualis scientia in Deo sit? duplex; sui, & aliorum à se. Hæc diuiditur in scientiam simplicis intelligentiæ, visionis, & conditionatæ seu mediæ. Prima versatur circa possibilia; quorum totum fundam. cognoscendi, est increata intelligentia Dei, nullum supponens reale fundam. in rebus. Secunda versatur circa res futuras, quæ aliquando exituræ sunt extra suas causas; & dicitur visionis, metaphorâ sumptâ à visione corporeâ, quòd sicut hæc obiectum supponit extra se, illudque repræsentat, vt est in se: ita hæc scientia in Deo obiectum supponit extra Deum, illudque repræsentat, vt est in se. Tertia versatur circa futura conditionalia, à quibus denominatur conditionalis: sc. quæ nunquam habitura sunt existentiam; haberent autem, si certa conditio, in ordine ad quam dicuntur conditionalia, poneretur.

Visionis,

Conditionata.

3. *Quadis.* PRIMA est necessaria; habet. n. obiectum necessarium independens à liberâ voluntate Dei: 2. est libera, quia habet obiectum liberum dependens à libera voluntate Dei: 3. dicitur media, quia participat necessitatem vnius, quatenus non potuit hæc scientia in Deo non esse, & libertatem alterius, quatenus ita de facto repræsentat vnum obiectum, vt potuerit aliud obiectum repræsentare, si ad aliud voluntas creata sub conditione fuisset se determinatura, sicut potuisset ex suâ libertate se ad aliud determinare. De quibus singillatim disputandum.

SECTIO I.

An, & quo modo Deus seipsum cognoscat?

1. DICO, 1. Deus seipsum cognoscit: est de Fide: Esther 14. *Domine, qui habes omnium scientiam:* Ecclesiast. 39. *Non est quidquam absconditum ab oculis eius.* Ratio naturalis: Deus est intellectivus; ergo maximè sui ipsius. Nam omnis intellectus habere debet aliquod intelligibile, quod primò respiciat vt adæquatum specificatiuum sui; quia intellectus essentialiter est per ordinem ad intelligibile, sicut quæuis potentia est per ordinem ad suum terminum: at id aliud esse non potest quàm propria essentia: nam sola essentia, ex quâ talis intellectus fluit, est adæquatum intelligibile talis intellectûs; quod sic ostend. Adæquatum intelligibile non debet excedere, vel excedi in ratione intelligibilitatis à proprio intellectiuo; alioqui, quà excederet, non specificaret illud sub eo gradu intelligibilitatis, quo illud excederet, quia non compararetur, vt terminus attingibilis ab ipso: quà excederetur, supponeret in illo aliquem gradum intellectiuitatis aliunde, quàm ab ipso specificatum; vnde non ipsum, sed illud, in ordine ad quod supponeretur tale intellectiuum adæquatè specificatum, foret proprium specificatiuum ipsius. At sola propria essentia neq; excedit, neque excedi-

Deus est intellectivus, Sua essentia 1.

Quia nec excedit nec exceditur;

ditur in ratione intelligibilitatis à proprio intellectiuo: Quod sic probatur: quando intellectiuitas, & intelligibilitas radicantur in eâdem essentiâ, neutra excedit alteram, cùm vtraque fluat vt naturalis, & adæquata proprietas ab eodem principio. Igitur sola propria essentia est adæquatum specificatiuum intellectûs: sola diuina est adæquatum diuinii.

Dico 2. Deus necessariò seipsum intelligit. Fundam, alioqui Deus esset mutabilis; siquidem posset à cognitione sui cessare, quæ est intrinseca, & realis perfectio ipsius. Nec est eadem ratio de scientiâ futurorum, quæ potuit in Deo non esse, absque vllâ mutatione ipsius: nam hæc requirit existentiam obiecti futuri, quæ potuit non esse absque intrinsecâ mutatione Dei. At scientia de Deo non requirit, nisi existentiam ipsius Dei; quæ, quia necessaria est, semper obiectum est de se actu intelligibile; vnde si actu non intellig retur, non esset defectus obiecti intelligibilis, sed intellectûs intelligentis. Prob. 2. per notitiam sui Deus gignit in seipso Verbum, quod est ens necessarium, & æquè Deus, ac Deus ipse: ergo & notitia, quâ Verbum gignitur. Nam via non minorem habet necessitatem, quàm habeat terminus, qui mediâ tali viâ accipit esse. 3. Cognitio, quam Deus de se habet, non distinguitur ab ipso; alioqui esset accidens distinctum à Deo, & componens vnum per accidens cùm Deo. At implicat, Deum cessare posse à suo proprio esse; ergo & à cognitione sui.

Necessariò: ne mutabilis sit;

Vt gignat Verbum:

Dico 3. Deus cognoscit seipsum, vt obiectum primarium, reliqua vt obiecta secundaria. Fundam. omnis natura intellectualis debet habere aliquod obiectum, quod primariò respiciat: at hoc aliud esse non potest, quàm propria substantia: igitur propria substantia est primarium obiectum diuinæ cognitionis, mediante quo cætera respicit secundariò. Confirm. obiectum primarium est illud, quod est prima origo cognitionis naturæ intellectualis & radix cognitionis cæterorum; seu quod primò terminat actum cognoscentis, & quo medio actum reliqua terminant: At prima origo cognitionis naturæ intellectualis, & radix cognitionis cæterorum, est propria substantia: nam quod primò terminat actum cognoscentis est, quod primò mouet cognoscentem ad talem actum; seu propria substantia, quæ est primum, & adæquatum mouens ipsius: reliqua mouent, vt aliquo modo contenta in substantiâ cognoscentis; at primum mouens Deum ad cognoscendum, est sua essentia; reliqua verò, vt aliquo modo contenta in suâ essentiâ: ergo.

Obiectum primarium ipse est:

Radix cognitionis cæterorum:

Dico 4. Cognitio, qua Deus seipsum cognoscit, est perfectè comprehensiua, non solùm propriæ naturæ, sed etiam sui ipsius. Fundam. prioris: illa cognitio est perfectè comprehensiua obiecti, quæ adæquat cognoscibilitatem obiecti: talis est cognitio Dei respectu sui ipsius: quia cognitio Dei procedit, nostro modo intelligendi, ex adæquatâ intelligibilitate naturæ diuinæ; cùm nulla sit ratio limitans naturam diuinam, quò minùs determinet intellectum suum ad adæquatam cognitionem sui. Cùm enim natura diuina sit obiectum intelligibile necessarium; intellectus verò diuinus sit virtus intellectiua necessaria, capax totius intelligibilitatis diuinæ, non est ratio, cur cognitio diuina, modo nostro intelligendi, non procedat vt adæquata intelligibilitati naturæ diuinæ: atque adeò vt perfectè comprehensiua illius. Fundam. posterioris: diuina cognitio est perfectè immaterialis: ergo non solùm est comprehensiua naturæ diuinæ, sed etiam sui ipsius. Quia sola materialitas,

2.

Cognitio Dei comprehendit propriam Dei naturam:

3.

Et seipsam, quia reflexa:

Digitized by Google

obstat, quò minùs cognitio sit sui reflexiua: igitur diuina, quia est infinitè immaterialis, erit vna & eadem absque vllâ distinctione cognitionis directæ, & reflexæ, sui-ipsius reflexiua: imò absque virtuali distinctione adæquatâ, erit infinitè reflexiua sui ipsius æquiualens infinitis cognitionibus reflexiuis, per primum conceptum, quo talis cognitio adæquatè concipitur in seipsa. Explico. Dupliciter potest diuina cognitio à nobis concipi, vno modo adæquatè ex totâ perfectione, quam cognitio diuina, in totâ latitudine cognitionis includit; alio modo inadæquatè, etiam intra latitudinem cognitionis. Primo modo concepta petit concipi infinitè reflexa, atque adeò vt virtualiter æquiualens infinitis cognitionibus reflexiuis. Nam sicut vnumquodque attributum petit concipi cum totâ perfectione, quam in linea suæ propriæ perfectionis includit: ita cognitio diuina cum totâ perfectione, quam intra lineam cognitionis includit: atqui virtualis reflexio æquiualens infinitis cognitionibus reflexiuis spectat ad eandem lineam cognitionis: igitur debet in illa concipi, si adæquatè concipiatur. Concepta autem modo 2. non est nec esse concipere illam, vt æquiualentem infinitis cognitionibus reflexiuis, quia vt sic non concipitur adæquatè, ex totâ latitudine lineal. cognitionis, sed inadæquatè, ex partial. tantùm. Hinc patet, quo pacto in his formalitatibus sumptis per ordinem ad infinitas cognitionis reflexiuas, non sit necesse abire in infinitum: quia omnes concipiendæ sunt, vt virtualiter inclusæ essentialiter in primo conceptu cognitionis diuinæ.

Non in infinitum.

SECTIO II.

Quo modo Deus cognoscat creaturas possibiles?

10. *Cognoscit secundùm esse participatum.*

SVPPONO, Deum cognoscere creaturas secundùm esse participatum earum; quia cùm sit agens liberum, debet distinctè præcognoscere effectum, quem producit; vt enim possit effectum producere debet illum per voluntatem determinare: vt autem possit voluntas effectum producendum determinare, debet illum distinctè præcognoscere, cùm nequeat in incognitum ferri. Cognoscit igitur Deus distinctè omnes creaturas secundùm esse participatum earum, cùm nulla sit, quam producere non possit. Est autem difficultas, quo modo Deus cognoscat creaturas possibiles. Ratio difficultatis *Quomodo possibiles?* nec illæ sunt in Deo secundùm esse proprium; nec in seipsis, cùm antequam producantur nihil in seipsis sint; repugnat autem Deum cognoscere cognitione propriâ, & intuitiuâ, quod nullo modo est, neque in se, neque in alio. Cognitio enim propria, & intuitiua est, quam obiectum per seipsum immediatè terminat: non potest per seipsum immediatè terminare, quando nullo modo est. Nec sufficit, quòd obiectum sit possibile, quia cognitio in actu, postulat obiectum in actu: quod solùm potest esse, actu non est: ergo non sufficit ad cognitionem in actu, qualis est diuina. Hinc varij dicendi modi.

11. *An essentia ab æterno?*

Primus *Henrici quodl. 8. q. 1. & 9. fine, & quodl. 9 q. 1. §. Ex consider. & quodl. 11. q. 13. fine*, ponentis essentias creatas ab æterno, ratione præcedentes actum diuinæ cognitionis, ad quas vt ad obiecta secundaria intuitus Dei ab æterno terminabatur. Fundam. sicut per voluntatem Dei imperantem res fiunt extra Deum in esse existentiæ; ita per intellectum cognoscentem seipsum vt exemplar rerum omnium, res fiunt extra Deum in esse essentiæ: at Deus ab æterno seipsum intellexit, vt exemplar rerum omnium: ergo res ab æterno habuerunt esse essentiæ ex vi æternæ cognitionis Dei. Sed contrà; 1. Deus ab æterno non solùm intellexit creaturas in esse essentiæ, sed etiam existentiæ, & cuiuscunque proprietatis; nam eas cognouit secundùm omne esse, quod aptæ essent habere in seipsis: ergo non solùm debuerunt præcedere actum æternum diuinæ cognitionis secundùm esse essentiæ, sed etiam existentiæ, & omnium proprietatum. 2. hæ essentiæ ab aduers. ponuntur, vt exemplaria rerum producendarum, ad instar quarum debent res, quæ fiunt, efformari: at non minùs rerum essentiæ debent supponere suum exemplar, ad instar cuius debent exemplari, quàm res ad extra producendæ. Aut igitur dabitur processus in infinitum; aut certè, si rerum essentiæ non egent exemplari distincto ab essentiâ Dei, nec illo egebunt res ad extra producendæ. 3 vt imaginatio cognoscat obiectum imaginatum, non necessariò supponit illud extra imaginationem: nam potest Deus annihilare obiectum imaginatum, existente obiecto imaginato intra imaginationem: ergo, vt intellectus cognoscat obiectum intelligibile, non debet necessariò supponere illud extra se. *Lege Richar. in 1. d. 35. ar. 1. q. 4. Scot. d. 36. §. Contra istam.* Ad fundam. *Henrici*, Resp. neg. paritatem; nam Deus in ordine ad communicandum se ad extra est agens liberum: possunt igitur res per ipsius voluntatem, quæ libera est, produci; non per intellectum, qui necessarius est.

12. *Contrà*

13. *Ad fund. Henr.*

Secundus Thomist. asserentium, Deum videre creaturas in sua essentia, vt in earum causa. Fundam. qui videt perfectè causam, videt omnes effectus ab ipsa producibiles: quia virtus causæ ut sic essentialem habitudinem, & connexionem habet ad suos effectus. Sed contrà, vel Deus videt creaturas, sistendo tantùm in cognitione suæ essentiæ, vel vlteriùs tendendo ad ipsum esse creaturarum. Non 1. modo; quia cùm in suâ essentiâ non sint creaturæ formaliter, sed tantùm eminenter, non possunt in eâ tantùm visâ, ipsæ formaliter videri secundùm esse proprium, nec terminare actum videntis: non potest autem secundùm proprium esse terminare actum videntis, quod solùm videtur secundùm eminens esse alterius. Si 2. modo, iam redit difficultas, quid sit illud esse creatum, ad quod protenditur cognitio Dei, cùm creatura possibilis nihil sit in se; cognitio autem Dei, cùm terminatur ad creaturas possibiles, terminatur ad aliquod esse reale. Ad fundamentum Thomist. nego antec. loquendo de cognitione distinctâ, & intuitiuâ; quia cùm esse causæ sit distinctum ab esse effectus, non sequitur ex cognitione causæ, cognitio intuitiua effectus; quia obiectum non terminat distinctè, & intuitiuè cognitionem, nisi secundùm illud esse, quod continet in se formaliter. Ad prob. nego conseq. de cognitione, intuitiuâ, concedo de abstractiuâ.

14. *Modus Thomist. Fund.*

15. *Contrà.*

16. *Ad fund.*

Tertius affirmat, Deum cognoscere creaturas possibiles, nihil aliud esse, quàm eas sibi fingere, seu proponere in esse obiectiuo, quod ex parte Dei dicit cognitionem exprimentem; ex parte obiecti creaturas, non in esse reali ipsarum, sed in esse rationis à Deo fictum, secundùm quod esse obiectiuè terminant cognitionem Dei; *Mayro. in 1. dist. 38. q. 1. §. Quartum*; indicat *Bannez 1. p. q. 15. art. 1.*

17. *Modus 3.*

Sed contrà: hic modus est imperfectus & indignus Deo: 2. cùm Deus cognoscit creaturas possibiles,

Digitized by Google

sibiles, cognitio diuina non terminatur formaliter ad ens rationis, sed ad aliquod ens reale, sicut reale est obiectum ipsum, quod cognoscit: 3. hoc esse obiectiuum rationis non esset distinctum à cognitione diuinâ; at absurdum est, admittere in cognitione diuinâ ens rationis.

Dico 1. Cognitio terminatur ad intrinsecum verbum, non ad esse extra.

19. *Deus cognoscit possibilia in suâ cognitione.*

Quartus & verior modus est, Deum cognoscere creaturas possibiles in suâ cognitione, vt in specie distinctè exprimente omnia, secundùm proprium esse singulorum, quod habet diuina cognitio, quà proximè determinatur à propriâ essentiâ, non vt causâ, sed vt specie intelligibili creaturarum. Explico: diuina cognitio exprimit creaturas, vt ratio *quâ*; vel ratio *in quâ*. primo sensu asseritur à *Vasquez d. 60. c. 3.* sed non soluitur difficultas. Nam quæro, quid sit illud quod ex parte possibilium terminat intuitum Dei? non creaturæ in esse naturali, quia non sunt; non in aliquo esse reali obiectiuo distincto à Deo, vt impugnatum est: Igitur intelligenda est in 2. sensu, vt diuina cognitio sit ratio etiam *in quâ* Deus distinctè videat creaturas: & hoc ideò immediatè & proximè, quia cognitio diuina determinatur à propriâ essentiâ, vt à specie intelligibili sui & creaturarum; à propriâ essentiâ per seipsam, immediatiùs, primariò: à creaturis mediâ specie earum, quæ Deo competit, vt causâ est ipsarum; atque adeò mediatè secundariò, cum essentiali connexione ad obiectum primarium, priùs ratione cognoscendum. Quòd Deus creaturas immediatè cognoscat in suâ notitiâ, vt in specie, & Verbo distinctè exprimente omnia (Summo *Verbum*, non vt dicit respectum ad dicentem, quo pacto notionaliter dicitur de Deo, & competit soli filio; sed vt dicit solam expressionem vitalem obiecti, quo modo essentialiter prædicatur de Deo, & commune est omnibus diuinis personis.)

20. *Dico. 1.*

21. *In Verbo exprimente omnia distinctè, Ex perfectâ similit.*

Prob. Vt res perfectè cognoscatur in verbo sufficit, vt notitia cognoscentis procedat ex perfectâ similitudine rei cognoscendæ: sed notitia Dei procedit, nostro modo intelligendi, ex perfectissimâ similitudine omnium possibilium; igitur in ea, vt in verbo perfectè cognoscuntur omnes creaturæ possibiles. Maior patet 1. tum in nobis respectu obiectorum, quorum perfectas habemus similitudines; nam in eorum notitia vt in verbo perfectè cognoscimus res ipsas: tum in Angelis, in quibus, quia existunt perfectæ similitudines rerum, in earum notitia, tanquam in specie expressa, & verbo intelligibili perfectè res ipsas cognoscunt. 2. Perfecta similitudo obiecti per omnia succedit loco obiecti; ergo præcipuè in terminando actum cognoscentis, nam hoc est præcipuum munus obiecti: sicut enim species impressa succedit loco obiecti in mouendo potentiam ad cognitionem exprimendam; ita species expressa in terminando actum cognoscentis. Minor est *S. Tho. 1. p. q. 14. art. 5. & con. Gent. cap. 53.* vbi docet, in Deo esse similitudines omnium rerum, etsi in eo non sint res secundùm esse naturale; quia similitudo intelligibilis v. g. substantiæ, non oportet, vt præhabeat esse naturale obiecti, & sit substantia. Quia non debet præhabere obiectum, nisi secundùm illud esse, quod proportionatur potentiæ; hoc non est esse naturale, sed intentionale obiecti: ergo licet in Deo non sint creaturæ in esse naturali, sunt in esse intelligibili. Confir. quod est perfectio in creaturis imperfectionem excludens, concedendum est Deo: at videre creaturas in verbo, à se producto perfectio est in creaturis, imperfectionem excludens; igitur tribuendum est Deo.

Pr. inductione.

22. *A priori.*

23. Quòd cognoscere obiectum hoc modo, non sit cognitionem terminari ad aliquod esse, quod obiectum habeat extra cognoscentem; sed formaliter sit terminari ad verbum mentis, vt est expressiuum creaturarum intelligibiliter; prob. 1. ex Patribus, qui non solùm docent, Deum in suo Verbo intelligere seipsum, & creaturas, sed creaturas in suo Verbo non esse aliud ab ipso Deo. *Anselm. in Monol. c. 33.* proponens quæst. quâ ratione possit Deus suam essentiam, & creaturas eodem Verbo intelligere: *Quia*, inquit, *ipsa est summa sapientia, & ratio, in qua sunt omnia, quæ facta sunt, quemadmodum opus, quod fit secundùm aliquam artem, non solùm quando fit, verum & antequam fiat, & postquam dissolvitur, semper est in ipsâ arte, non aliud, quàm quod est ars: & c. 34. & 35.* affirmat, omnem creatam substantiam in Verbo, & scientiam Creatoris esse ipsam *creatricem essentiam*: quod explicat exemplo scientiæ nostræ, in quâ res aliter sunt, quàm in seipsis; in se quidem per suas essentias; in scientiâ per similitudines. Vbi non solùm docet, creaturas in esse causatiuo, & virtuali, sed etiam in esse intelligibili esse ipsam creatricem essentiam. *Augustin. 6. de Trinit. cap. vlt.* docet, Deum in suo Verbo, vt in arte *plenâ omnium rationum viuentium incommutabilium* noscere omnia, quæ per ipsam fecit: & *lib. 83. quæst. qu. 46.* ideas creaturarum in Deo ex parte ipsorum obiectorum definiens, ait, esse *rationes stabiles, atque incommutabiles, non formatas, ac per hoc æternas, quæ in diuinâ intelligentiâ continentur; quarum prticipatione fit, quidquid fit*; ad quas Deus respicit, cùm aliquid extra se producit; *& quarum visione anima beatissima fit.* Quæ prædicata nequeunt, nisi Deo competere: 1. quia per *Augustin. 5. Confess. cap. 4.* anima non beatur visione creaturarum, sed Dei: at hic docet, animam beatissimam fieri visione harum rationum: ergo non sunt quid creatum, sed increatum: 2. docet, *Sacrilegum esse opinari*, Deum extra se aliquid intuitum fuisse, cùm hunc mundum condidit: intuitus autem fuisset, si hæ rationes, ad instar quarum creaturas condidit, distinctæ forent ab ipso Deo, cùm nihil creatum in Deo esse possit: 3. nihil fit participatione sui; quidquid enim participatur, ab alio necesse est participari: at si hæ rationes, ad quas Deus, ad extra operando, respicit, essent ab ipso distinctæ, aliæ profectò non essent, quàm creaturæ producendæ, proinde idem fieret participatione sui. Idem docet *tract. 5. in Ioan.* vbi affirmat, omnia, quæ facta sunt, in Deo vitam esse: *Quid est*, inquit, *hoc? facta est terra; sed ipsa terra, quæ facta est, non est vita; est autem in ipsâ Sapientiâ spiritualiter ratio quædam, quâ facta est, hæc vita est. Arca in opere non est vita; arca in arte vita est, quia vivit vita artificis, vbi sunt illa omnia, antequam proferantur. Terram vides, est in arte terra: Cœlum vides, est in arte cœlum; sed foris opera sunt, in arte vita sunt.* Quid pro nostra sent. expressius, cùm nihil à Deo distinctum viuere possit vitâ Dei? *Dionys. de Diuin. Nomin. cap. 5.* ideas Diuinas appellat *exemplaria, & rationes effectrices rerum.*

Prob. 2. hic modus ratione; 1. sit à paritate verbi creati, in quo immediatè cognoscitur obiectum, etiamsi extra cognoscentem nullum habet esse: at hoc perfectionem importat; igitur concedendum est Deo.

Ratio 1. à pari.

SECVNDA. verbum procedens ex perfectâ similitudine obiecti continet in seipso intelligibiliter obiectum: Verbum increarum procedit ex perfectâ similitudine omnium creaturarum; quia Verbum increatum procedit ex diuinâ essentiâ, vt ex perfectissimâ similitudine omnium creaturarum, *vt suprà*. Maior prob. verbum est intrinsecus, & adæquatus

à priori.

Verbum procedens ex perfectâ simlit. obiecti continet in seipso intelligibiliter obiectum.

adæquatus terminus intellectionis, procedentis ex virtuali similitudine obiecti; ergo est ipsum obiectum in esse intelligibili expressum. Quia sicut virtualis similitudo obiecti est obiectum in actu 1. intelligibile; ita verbum, cùm sit actualis, & expressa similitudo obiecti, est obiectum intelligibiliter expressum. Ergo creaturæ possibiles, vt à Deo intellectæ, non sunt aliquid ab increato Verbo distinctum, sed sunt ipsum, vt est actualis, atque intelligibilis imago earum, in quâ omnia obiectiuè relucent secundùm proprium esse naturale vniuscuiusque, etsi in Deo secundùm esse naturale subiectiuè non contineantur. Sicut cælum ab angelo intellectum, non est quid distinctum à verbo angelico, sed est ipsum, vt est intelligibilis imago cæli, in quâ vt in propriâ imagine intelligibiliter relucet cælum, secundùm proprium esse cæli, etsi in eo, cælum secundùm esse naturale realiter non contineatur. Nec dici potest, tam verbum creatum, quàm increatum terminari ad obiectum, non quod actu est, sed quod esse potest: 1. quia obiectum fit actu præsens intelligibiliter secundùm esse reale; nam actu terminat notitiam intelligentis, secundùm aliquod esse reale, actu relucens & apparens in prospectu intelligentis: hoc autem nequit esse illud esse, quod obiectum habere potest virtute potentiæ creatiuæ; quia illud, cùm nondum actu sit, actu apparere non potest intelligenti. 2. cùm verbum sit perfecta similitudo obiecti, eo posito, statim ponitur obiectum intelligibiliter, vt effectus formalis ipsius: sicut, quia imago Cæsaris est perfecta similitudo Cæsaris, eâ positâ, statim ponitur Cæsar in esse imaginato.

17.

18. *Ratio 3. Sat est obiecti præsentia intentionalis.*

TERTIA: vt obiectum cognoscatur à potentiâ, sufficit, vt fiat præsens potentiæ modo, quem ipsa exigit, commenso potentiæ: vt autem obiectum cognoscatur ab intellectu, sufficit, vt illi fiat præsens in esse intelligibili; nam si obiectum fiat præsens intellectui in esse naturali tantùm, non cognoscetur ab intellectu: ergo vt creaturæ cognoscantur ab intellectu diuino, sufficit, vt fiant illi præsentes in esse intentionali. Fit autem secundùm hoc esse obiectum præsens intellectui formaliter per ipsius verbum, vt est obiecti expressiuum. Ratio: intellectus est potentia vitalis immanens, quæ vt operetur, requirit terminum intra se vitaliter expressum: igitur, vt obiectum cognoscat, requirit illud intra se vitaliter expressum, per verbum intelligentis, procedens ex adæquata similitudine obiecti.

29. *Ratio 4.*

QVARTA: vt ex *Philos.* 3. *de anim. text.* 37. docet *S. Tho.* 1. *p. qu.* 14. *art.* 1. in hoc distinguitur cognoscens à non cognoscente, quòd cognoscens non solùm est suum esse, sed etiam esse aliorum: vnde dicitur anima esse quodammodo omnia. Igitur perfectissimum cognoscens, qualis est Deus, non solùm est suum esse, sed etiam aliarum rerum: & sicut Deus est omnia eminenter, & causaliter, ita est omnia intelligibiliter, & intentionaliter.

30. *Vt auctor. Scot.*

Hanc sent. procul dubio docuit *Scotis in* 1. *dist.* 35. §. *Post d ct., & d.* 36. cùm docuit, creaturas ab æterno fuisse quasi causatas ab intellectu diuino in esse intelligibili; ad quas vt ad obiectum secundarium intuitus Dei terminatur. Docet enim intuitum Dei primò terminatum fuisse ad suam essentiam, vt ad obiectum primarium; 2. ad creaturas in seipso expressas, & in esse intelligibili productas, vt ad obiectum secundarium: quod esse creaturarũ in esse intelligibili comparatum ad Deum, est ipse Deus vt species expressa, & intentionalis similitudo creaturarum; comparatum verò ad creaturas dicitur *à Scoto* esse diminutum creaturarum, quia non est esse naturale earum, sed tantùm similitudo intentionalis ipsarum. Quod explicat exemplo imaginis artificialis, quæ comparata ad imaginem, est imago vt similitudo est imaginati; comparata ad imaginatum, non est naturale esse ipsius, sed similitudo dumtaxat artificialis: ita illum explicat *Fauen. in* 1. *dist.* 35. *à nu.* 15. Eandem colligo ex *S. Tho.* 1. *p.* 31. *qu.* 14. *art.* 5. asserente, Deum cognoscere alia à *S. Tho.* se, non in ipsis, sed in se ipso, *in quantum sua essentia continet similitudinem aliorum ab ipso.* Quòd verò intelligat similitudinem etiam *in quâ*, constat *ex* 1. *con. Gent. cap.* 53. vbi docet, Deum per vnam intentionem intellectam, quæ est ipsius Verbum, intelligere seipsum, & creaturas: porrò de ratione verbi, vt *ibid.* & *Ferrar.* explicat, est, vt sit immedia- *Ferrar.* tus terminus intellectionis, in eoque, vt in ratione *in qua*, proximè cognoscatur obiectum, quod propterea vocat intellectionem intellectam: & 1. *p. q.* 18. *art.* 4. docet, idem esse in Deo *intelligere*, & *quod intelligitur.* vnde colligit, omnia in Deo intellecta esse vitam Dei; *vnde, cùm omnia, quæ facta sunt à Deo, sint in ipso vt intellecta, sequitur, quòd omnia sunt in ipso vita Diuina:* & *ad* 1. docet, res esse in Deo secundùm proprias rationes, sicut in cognoscente, & vt sic non sunt aliud ab essentia diuina. Et *q.* 4. *de verit. art.* 8. ait, similitudinem intellectam in Deo, esse vitam; sc. Verbum, vt exprimens obiectum. Item *similitudo creaturæ in Deo, est quodammodo ipsa creatura per modum illum, quo dicitur, quòd anima est quodammodo omnia.* Vnde concludit, quòd *similitudo creaturæ in Verbo, est creaturæ vita, & productiua, & motiua creaturæ in propriâ naturâ existentis.* Et *q.* 2. *de verit. art.* 3. *ad* 3. docet, domum in arte non distingui ab arte, & idem esse *ferri in similitudinem rei, & in rem.* Ex quo colligit idem esse Deum ferri in creaturas, & in seipsum continentem species creaturarum. Quòd si quando docet, creaturas esse quid distinctum à Deo cognoscente, intellige, in esse naturali. Eandem sent. docet *Ferrar. cit.* vbi cum 32. *S. Tho.* affirmat Deum creaturas videre in suo Ver- *Ferrariens.* bo: explicans autem naturam Verbi in vniuersum docet, esse id, in quo immediatè & proximè videtur obiectum, quod idolum appellat, in quo res ad extra inspicitur, & per quod res ad extra fit actu præsens intellectui in esse obiectiuo; quod esse obiectiuum ait, non competere rei ad extra, sed intra potentiam existenti. Eadem colligitur ex 33. *Caiet. q.* 15. *art.* 1. §. *quoad* 1. vbi impugnans opi- *Caiet.* nionem *Scoti*, ait, esse obiectiuum creaturarum in diuinâ mente non esse aliud, quàm ipsum esse Dei: *esse obiectiuum rerum respectu intellectûs diuini, non est esse relatiuum, sed absolutum realissimum, scilicet esse Dei:* & *q.* 34. *ar.* 3. §. *Ad imag.* docet, Verbum diuinum non distingui ab iis, à quibus procedit vt cognitis: docet autem *ibid.* Verbum procedere ex cognitione etiam possibilium. *Lege S. Tho.* 4. *con.* *Gent. cap.* 13. Eandem sent. tradit *Capreol. in p. dist.* 34. 35. *q.* 2. *Ad argu. con.* 2. *concl. ad* 1. *ex quo patet, quòd* *Capreol.* *esse, quod habet creatura intellecta à Deo in Deo, est diuinum esse: illud enim esse non est, nisi esse Verbi, vel similitudinis creaturæ:* similitudo creaturæ in Creatore ex *S. Tho. q.* 4. *de verit. art.* 8. est esse Creatoris, vt *ibid. Capreol.* & *Ad* 2. *Cùm enim dico, Creatura habet esse intellectum, vel prospectum vel intuitum à Deo, non ex hoc pono, creaturam habere aliud esse obiectiuum distinctum ab esse diuino, sed dico esse diuinæ essentiæ cum respectu ad rem, cuius est similitudo:* qui respectus ex *Caiet.* *Caietan.* 1. *p. q.* 34. *art.* 3. §. *circa*, non est realis, sed rationis. *Ad argu.* 2. *loco*, docet, diuinam essentiam esse Deo speculum naturale, quatenus est species, similitudo,

Digitized by Google

lendo, & imago rerum, in qua res ipsæ cernuntur. *Ad arg. 3. loco*, docet, rationes illas, ad quas Deus operando respicit, non esse creaturas, sed diuinam essentiam, licet in illis iutueatur creaturas. Vnde *ad 3.* negat, illas esse obiecta secundaria diuinæ intuitionis, sed primaria, in quibus tamen relucent
35. *Aureol.* creaturæ, quæ sunt obiecta secundaria. Eadem sent. deducitur ex *Aureolo in I. d. 35. p. 2. ar. 1. & 2.* vbi docet, id quod immediatè terminat intuitum Dei, cùm creaturas cognoscit, non esse creaturas secundùm se, sed Deitatem eminenter, & æquipollenter, distinctè tamen & dearticulatè continentem omnes creaturas, nempe in esse intelligibili. Quod expressiùs declarat. *ar. 2. ad 4. instan.* exemplo imaginis specularis: sicut qui videt propriam imaginem rei, dicitur videre rem, in propriâ imagine expressam, quia res relucet in suâ imagine secundùm proprium esse, quod habet in se: ita Deus videndo creaturas in suâ cognitione, quæ respectu diuini intellectûs est vitalis, & eminentialis imago creaturarum, videt eas secundùm esse proprium, secundùm quod in diuinâ cognitione relucent, vt imaginata in imagine.

36. *Cognoscit creaturam secundum esse creatum obiectiuè.* *Obiicies* 1. Deus cognoscit creaturam secundùm esse creatum; Verbum non est creatura: Igitur Verbum non est, in quo Deus proximè cognoscit creaturam. Resp. disting. minor. Verbum diuinum non est creatura naturaliter & subiectiuè, concedo; non est creatura intelligibiliter, & obiectiuè, nego. Sicut verbum angelicum non est res materialis subiectiuè, & naturaliter; est tamen res materialis intelligibiliter, & obiectiuè. Ratio: imago est ipsum imaginatum repræsentatiuè, non naturaliter, & subiectiuè; vnde potest aliquo modo imaginatum de imagine prædicari; & dici statua Cæsaris Cæsar: cùm enim verbum sit intelligibilis imago obiecti, est aliquo modo ipsum obiectum, non secundùm esse naturale, sed intelligibile. Quocirca Augustin. *tract. 1. in Ioan.* de arte diuinâ prædicat terram, cœlum, & omnes creaturas, semper tamen cum addito secundùm esse intelligibile & obiectiuum, ne detur occasio errandi. Quam doctrinam admittit etiam *S. Tho. q. 4. de verit. art. 8.*

37. *Obiic. 2.* *Obiicies* 2. Si Verbum esset intelligibiliter creatura, posset absolutè dici, creatura est Deus, & Deus est creatura; omnesque creaturas ab æterno
Resp. extitisse in Deo, quæ fuit hæresis Wicleffi. Resp. neg. sequel. sicut verbum angelicum potest cum addito dici materia, seu corpus intelligibiliter, non absolutè; quia absolutè importat modum essendi subiectiuum. Vnde *S. Tho. qu. 4. de verit. art. 6.* docet, creaturas veritate rei verius esse in Verbo, quàm in seipsis; veritate prædicationis, verius esse in seipsis, quàm in Verbo; verius enim natura leonis dicitur de leone, quàm de Verbo: quia veritas prædicationis attendit ad modum essendi formalem, & subiectiuum. Ob eandem rationem non potest creatura dici Deus, etiamsi creatura secundùm esse intentionale sit Deus. Hæresis *Wicleffi* fuit, quòd omnes creaturæ essent in Deo, & ipse Deus secundùm esse naturale earum.

38. *Obiic. 3.* *Obiicies* 3. In Verbo non est creatura secundùm esse naturale: ergo cognoscendo Deus creaturam in Verbo, non cognoscit illam secundùm esse naturale. *Resp.* Resp. Neg. consequ. etenim vt obiectum cognoscatur secundùm proprium esse naturale ipsius, non est necesse, vt in Verbo contineatur secundùm esse naturale, sed sufficit, vt contineatur secundùm esse intentionale; constat in verbo angelico, in quo obiectum materiale non continetur naturaliter, sed intentionaliter, in quo tamen cognoscitur ab angelo secundùm esse materiale ipsius. Ratio: cognitum non debet esse in cognoscente secundùm naturam cogniti, sed cognoscentis.

39. *Obiic. 4.* *Obiicies* 4. Deus intelligit plura: sed in Deo non sunt plura: ergo quod terminat intellectionem diuinam, non est aliquid intra Deum, sed extra. nam intra Deum non est pluralitas, nisi personarum. *Resp.* Resp. Disting. minor. non est in Deo pluralitas subiectiuè, siue secundùm esse naturale, concedo: non est pluralitas obiectiuè, siue secundùm esse intentionale, nego: sicut in verbo angelico est pluralitas obiectiua absque pluralitate subiectiuâ. *Instabis*: ergo saltem in Deo sunt multa 40. obiectiuè: at hæc non possunt esse entia increata; *Instas.* ergo creata. *Resp.* Resp. esse entia creata quoad esse intelligibile & obiectiuum; increata quoad ad esse naturale & constitutiuum. ita *S. Tho.* dixit *de verit. qu. 4. ar. 8.* quòd similitudo creaturæ in Deo, est quodammodo creatura per modum, quo anima dicitur quodammodo omnia. *Lege S. Tho. 1. con. Gent, cap. 53.*

41. *Obiic. 5.* *Obiicies* 5. Cognitio diuina repræsentat creaturas secundùm illud esse, quod haberent in se distinctum à Deo, si existerent: at tale esse non est increatum: ergo. *Resp.* Resp. tale esse est increatum naturaliter & subiectiuè; intelligibiliter & obiectiuè est creatum. Nam tale esse, quâ est species expressa omnium, non solùm habet, vt sit Deus naturaliter & subiectiuè, sed reliqua omnia intelligibiliter & obiectiuè: & licet reliqua omnia cognoscat Deus, vt distincta à se intelligibiliter, non tamen cognoscit illa vt distincta à se naturaliter & subiectiuè.

42. *Obiic. 6.* *Obiicies* 6. Cognitio in actu præsupponit obiectum in actu: ergo, vt possibilia cognoscantur actu, debent præsupponi in actu: ergo secundùm aliquod esse extra Deum. *Resp.* Resp. possibilia præsupponuntur in actu ad cognitionem diuinam secundùm esse intentionale per speciem intelligibilem in Deo, non secundùm esse naturale extra Deum.

43. *Obiic. 7.* *Obiicies* 7. Si cognitio diuina formaliter intelligibiliter exprimeret creaturas, beatus videndo illam, videret etiam creaturas. *Resp.* Resp. neg. sequel. quia cognitio non repræsentat intuitiuè obiectum, quod exprimit, nisi intellectui, cuius est vitalis imago. Ratio: sicut cognitio in ratione vitalis imaginis essentialiter pendet ab intellectu, in quo est; ita in præbendo effectu vitalis repræsentationis essentialiter pendet ab intellectu, in quo est; quia nec est apta obiectum uitaliter repræsentare, nisi vt vitaliter expressa ab intellectu; nec potest ab alio intellectu vitaliter exprimi, quàm à proprio: atque adeò non nisi proprio potest obiectum vitaliter repræsentare.

44. *Obiic. 8.* *Obiicies* 8. non potest Diuina essentia, vt causa creaturarum esse Deo ratio videndi creaturas: ergo neque vt species expressa earundem: nam vtraque *Resp.* est ratio eminentialis, & non formalis earum. Resp. nego consequ. quia obiectum non repræsentat formaliter, nisi quod continet naturaliter: verbum repræsentat etiam id, quod continet intentionaliter; procedit. n. vt imago exp. essa obiecti per similitudinem intelligibilem ipsius; non sic obiectum, quod solùm se manifestat intellectui secundùm esse, quod in seipso continet naturaliter,

45. *Dices* DICES; si diuina essentia visa vt species expressa creaturarum, est Deo ratio videndi creaturas; ergo etiam visa, vt species impressa earundem, erit Deo ratio videndi creaturas. *Resp.* Resp. neg. consequ. etenim vt diuina essentia sit ratio videndi creaturas, non habet, nisi vt vitalis imago, non vt obiectum, & terminus intellectus diuini: at siue videatur vt

causa,

Digitized by Google

causa, siue vt species impressa creaturarum, solùm videtur, vt obiectum & terminus intellectionis diuinæ. quia tunc imago præbet potentiæ suum effectum formalem repræsentationis, quando in eâ recipitur per modum imaginis; seu vitalis tendentiæ ad obiectum, cuius est imago: ergo diuina essentia solùm visa, vt species expressa creaturarum, est Deo ratio videndi formaliter creaturas: visa à beato, vt species expressa creaturarum, non est illi ratio videndi formaliter & intuitiuè creaturas, quia non recipitur in illo, vt vitalis imago, sed solùm vt obiectum, & extrinsecus terminus visionis beatæ. *Obijcies* 9. non solùm Deus cognoscit bona, sed etiam mala, & peccata: implicat autem malum, & peccatum esse Deum & vitam Dei: ergo. Resp. cum. *S. Tho.* 1. *p. q.* 18. *art.* 4. *ad* 4. mala non esse in Deo immediatè, & per se, sed per oppositas rationes bonorum: cùm enim malum sit priuatio boni, & nulla priuatio intelligi possit immediatè per seipsam, cùm ex se nullam habeat intelligibilitatem, necessariò intelligi debet per oppositam rationem boni: ac proinde mala non habent propriam rationem, & ideam, in Deo: nam ea tantùm habent propriam rationem, & ideam, & viuunt vita Dei, quæ immediatè cognoscuntur à Deo.

46. *Obiic.* 9. *Resp. S. Tho.*

47. *Dico* 3. *Dei cognitio determinatur à diuinâ essentiâ vt à specie creaturarum.*

Quòd Verbum exprimat creaturas, non vt nostro modo concipiendi, procedit ab essentiâ diuinâ proximè vt à causâ creaturarum, sed vt à specie, & similitudine intelligibili earum, licet non possit esse species earum, nisi sit etiam causa, prob. Verbum non procedit ab obiecto formaliter, vt causa est cogniti secundùm esse naturale, sed vt causa est cogniti secundùm esse intentionale: non.n. recipit ab obiecto esse naturale, sed solùm esse intentionale cogniti: ergo non exprimit creaturas, vt procedit determinatum ab essentiâ, quatenus est causa creaturarum secundùm esse naturale, sed quatenus est causa earum secundùm esse intentionale: se. proximè & formaliter, quatenus est species & similitudo earum. Nam, si Deus non esset causa creaturarum secundùm esse naturale, esset autem species, & similitudo earum, adhuc posset eas intelligere: contrà verò, etiamsi esset causa creaturarum secundùm esse naturale, & non esset species earum, non posset eas intelligere: vt constat in angelo, qui non est causa suipsius secundùm esse naturale; est causa suiipsius secundùm esse intentionale: contrà verò est causa suorum effectuum secundùm esse naturale; non est per seipsum, sine specie additâ, causa eorumdem secundùm esse intentionale. Ratio: sicut esse naturale differt ab esse intentionale eiusdem rei, ita principium vnius formaliter differt à principio alterius. Igitur essentia diuina non concurrit ad esse intelligibile creaturarum, vt causa earum secundùm esse intentionale; ac proinde vt species intelligibilis earum; licet non vt species adæquata, sed vt excedens, quia Deus non solùm est species creaturarum, sed etiam sui; & quia eatenus est species creaturarum, quatenus primario est species sui non determinat intellectum diuinum ad expressionem creaturarum, quin primariò determinet ad expressionem sui. Quo fit, vt non possit cognoscere creaturas, quin cognoscat seipsum; neque creaturas cognoscit, nisi in seipso, vt in obiecto primariè cognito: ex *S. Tho.* 1. *p. q.* 14. *art.* 5. *&* 1. *con. Gen. c.* 53. vbi docet, Deum cognoscere creaturas in suâ essentiâ, quatenus est similitudo, & species earum: *&* *q.* 2. *de veritate art.* 2. *ad* 6. ait, Deum creaturas cognoscere per assimilationem earum. Vnde, cùm docet, Deum in seipso creaturas cognoscere, vt in causâ, intelligitur remotè, & radicaliter; quia esse speciem creaturarum conuenit Deo, quatenus est causa earum.

48. *Deducta ex S. Tho.*

Deducitur 1. Quo modo diuina cognitio non mutetur, dum cognoscit creaturas existentes, quas poterat non cognoscere; quia nil cognoscit in existentibus, quod non cognouerat in ijsdem, vt possibilibus: nam quidquid reale est in re existente, totum fuit possibile, ac proinde cognitum sub esse possibili. Vnde cognitio possibilis, & futuri in Deo, solùm differunt penes connotata; quia cognitio possibilis, præter obiectum, verbo expressum, nil connotat ad extra; cognitio futuri connotat obiectum, Verbo expressum, in seipso existens extra Verbum. 2. Quâ ratione Deus habeat in seipso exemplaria, ac ideas rerum effectrices, per quas independenter à rebus constituatur opifex rerum? Etenim habet Deus ideas rerum, non per cognitionem rerum, quæ producendæ sunt; alioqui, cùm Deus sit idealis causa rerum per rerum idealem conceptum, esset causa idealis rerum per res producendas conceptas: ac proinde effectus non distingueretur à suâ causâ; sed est causa idealis per rationes intelligibiles, quas *Aug.* appellat æternas, & incommutabiles, ex quarum participatione fit, quidquid fit: & quia istæ sunt Verbum in seipso intelligibiliter exprimens res singulas secundùm proprium esse earum, ideò est Deus causa idealis omnium per aliquid distinctum à rebus producendis. Et quia has rationes habet in seipso, non constituitur causa idealis rerum dependenter à rebus. Ex quibus soluitur quæstio, an Deus sit causa rerum per scientiam visionis, an simplicis intelligentiæ. Cùm. n. sit causa rerum, non per res ipsas, mente conceptas, sed per rationes increatas in Verbo expressas, non poterit esse causa rerum per scientiam visionis, sed simplicis intelligentiæ. 3. Quo modo Deus cognoscat creaturas in suâ essentiâ, vt in obiecto primariè cognito, se. quia creaturæ non exprimuntur in Verbo, nisi vt participationes diuinæ essentiæ, & vt exemplabiles, & producibiles ab illâ; atque adeò vt supponentes essentiam Dei, vt obiectum formale, primarium, priùs ratione cognitum. Omne quippe obiectum materiale secundarium supponit formale, & primarium, à quo potentia immediatè mouetur, & sub quo tendit ad materiale.

49. *Non mutantur dum cognoscit existentes creat.*

50. *Est Deus idea per rationes intelligib.*

Causa rerum per scient. simplices intelligib.

51.

4. Quâ ratione Verbum præstet vtrumque munus, & cognitionis, & cogniti; non reflexè, sed directè. Nam quatenus se tenet ex parte intellectûs, vt forma & actus vitalis ipsius, præstat munus cognitionis, reddens illum formaliter intelligentem: quatenus se tenet ex parte obiecti, vt expressa & formalis similitudo illius, præstat munus obiecti cogniti, quia vt sic continet in seipso obiectum secundùm esse intelligibile. Et quia Verbum, quà actus vitalis, & notitia est intellectus, non terminatur ad aliud obiectum, quàm ad illud, quod intra seipsum expressum habet, ideò non reflexè, sed directè illud cognoscit; quia reflexè cognoscere supponit directè cognoscere, atque adeò supponit notitiam terminatam ad aliquod obiectum.

52.

SECTIO III.

An Deus prænoscat futura contingentia?

53. *Contingens à casu.*

DVPLEX est futurum contingens; alterum à casu, quod ex occursu plurium causarum naturalium

Digitized by Google

ralium sese mutuò impedientium prouenire solet; alterum à proposito, quod ab agente, quatenus libero proficiscitur. Primum est simpliciter necessarium, & certò cognoscibile in suis causis, in quibus habet determinatum esse: nam licet illud sit contingens respectu vnius causæ, quæ impeditur ex occursu aliarum causarum, ne suum effectum, ad quem est ab intrinseco determinata, producat; respectu tamen omnium causarum concurrentium, & occurrentium est simpliciter necessarium, & certò cognoscibile à quocunque intellectu habente vim cognoscendi totam seriem causarum, ad talem effectum concurrentium. Secundum est propriè contingens, quod ita producitur, vt possit ex vi causæ quoad omnia in actu primo inuariatæ non produci. De quo tantùm futuro est præsens instituta controuersia; in qua, Errat *Cicero. libr. de Diuin.* vt notat *August.* 5. *de Ciuit. cap.* 9. negans Deo præscientiam futurorum, eo quòd cum libertate humani arbitrij eam minimè cohærere posse existimauit, *atque ita dum vult*, inquit Augustin. *facere liberos, facit sacrilegos.* Eum errorem tribuit *Aureolus* Senecæ *in* 1. *dist.* 38. *art.* 1. Fundam. erroris: quod Deus præsciuit, non potest non euenire; alioquin posset Deus falli: quod autem non potest non euenire, necessariò euenit, quia non possumus impedire, quin, quod Deus ab æterno venturum præsciuit, eueniat; alioquin possemus efficere, vt diuina scientia fallatur. Igitur ex præscientiâ futurorum tollitur arbitrij libertas.

Est necessar.

à libero, est propriè contingens.

54. Catholica sent. est, Deum omnia futura contingentia certò prænoscere: quod ita proprium Dei iudicauit cit. *August.* vt insaniam dixerit, *confiteri Deum esse, & præscium futurorum negare.* Quod vt certum signum diuinitatis adducit *Isaias cap.* 41. *Dicite, quæ ventura sunt nobis, & dicemus, Dij estis vos.* vnde *Hieron. lib.* 3. *aduers.* Pelagia. docet, eum, qui à Deo præscientiam tollit, diuinitatem tollere.

55. *Veritas cathol.*

Constat hæc veritas 1. ex prædictione futurorum quæ multo tempore, antequam euenerint, prædicta sunt eo modo & ordine, quo euenerunt; quod fieri non potuisset, nisi ea certò à Deo præcognita fuissent. Vnde eleganter *Tertullii. lib.* 2. *aduers. Marcio. De præscientia verò quid dicam, quæ tantos habet testes, quantos fecit Prophetas?* tollit igitur Prophetiam, & omnem infallibilem futuræ rei prædictionem, qui certam de rebus futuris scientiam Deo negat. 2. Quidquid est cognoscibile, nequit infinitam Dei cognitionem subterfugere: futura contingentia sunt cognoscibilia, vt constabit *infrà*: igitur nequeunt infinitam Dei cognitionem subterfugere. alioquin diuina cognitio non esset, quâ perfectior excogitari non posset.

56.

57. *à priori.*

58. *Quo medio Deus futura noscat?*

Maior controuersia est inter Catholicos de modo seu medio, in quo ea Deus certò prænoscat. Ratio dubit. futura libera, antequam sint, nullum habent esse, neque in se, cùm nondum existant; neque in causis, quippe cùm in ijs non magis habeant esse, quàm non esse: quod autem nullo modo est, certò sciri non potest, cùm fundamentum omnis scibilitatis sit esse. Propter quod *Ocham in* 1. *dist.* 38. *litera L, Armin. ibid. qu.* 2. *art.* 2. §. *Dico. Bellarm. lib.* 4. *de Gra. & lib. arb. c.* 15. putant modum, quo Deus hæc futura prænoscit, esse in hac vita incomprehensibilem, & inexplicabilem. Sex possunt esse modi, quibus ea prænoscat: 1. in coëxistentia futurorum in æternitate Dei. 2. in futuritione effectus, & veritate determinata, quam futura contingentia habent in sua futuritione, antequam sint, ex suppositione quod erunt. 3. in causis liberis proximè ad operandum completis, cum omnibus ad agendum prærequisitis. 4. in suâ essentiâ, vel idæis. 5. in decreto suæ liberæ voluntatis. 6. in præsentialitate, quam futura habent in seipsis, dum actu existunt in propria duratio è extra suas causas. Singulos examinabimus.

59. *Sex modi.*

SECTIO IV.

An Deus futura contingentia prænoscat ex reali eorum præsentia in æternitate?

60. *Dupliciter res præsunt æternitati.*

DIci possunt res creatæ æternitati præsentes, obiectiuè, quia præsentes sunt diuinæ cognitioni; vel realiter per realem ipsarum coëxistentiam ad æternitatem Dei: controuersia est de 2. præsentiâ; ex quâ primam indagamus. sc. an ex reali præsentiâ futurorum in æternitate ea Deus certò cognoscat: non an ex obiectiuâ præsentiâ ipsorum in mente diuinâ: idem quippe est ea certò cognoscere, & obiectiuè in suâ mente habere. Dicuntur autem res creatæ præsentes æternitati, quatenus illi coëxistunt, & vt ab extrinsecâ & excedente mensurâ mensurantur: est enim æternitas solius esse diuini intrinseca, & adæquata mensura, nam sicut solus Deus habet esse omnino necessarium, ita solum esse ipsius mensuratur, vt adæquata mensurâ, æternitate; quæ est indiuisibilis tota simul, & ab intrinseco indefectibilis duratio: reliqua verò entia creata solùm extrinsecè, & excedenter mensurantur æternitate, quatenus illi inadæquatè coëxistunt in aliquâ mensurâ temporis.

61. *Affirmant;*

PRIMA sent affirmat: *Richar. in p. d.* 39. *art* 1. *q.* 1. *Capreo. d.* 36. *ar.* 2. *& d.* 38. *q.* 1. *art.* 2. *Ferrar.* 1. *con. Gent. cap.* 66. §. *Secundum dub. Cajet. Banez.* 1. *p. q.* 14. *art.* 13. *Zumel ibid. disp.* 1. *Gonzalez disp.* 43. *sect.* 3. Probat *Gonzalez* 1. Patres docent, omnia esse Deo præsentia; vnde negant in Deo præscientiam, & solùm concedunt scientiam; quia præscientia dicit respectum ad futurum, scientia ad præsens. 2 Æternitas est mensura infinita, & indiuisibilis, sine successione continens omne tempus, vt præsens, ita præteritum, & futurum; igitur omnia, quæ sunt nobis futura, sunt illi actu realiter presentia; alioqui non contineret indiuisibiliter, & sine successione omnes temporis differentias; nam aliquando èsset realiter presens alicui rei temporali, cui non fuisset realiter præsens ab æterno. Confir. Æternitas est tota simul & simpliciter infinita in genere durationis; ergo semper, & ab æterno actu continet omnes differentias durationum; & implicat, vt in tempore incipiat actu continere, quod ab æterno non continebat. 3. Non potest dari præteritum, & futurum in ordine ad aliquam durationem, nisi talis duratio in se habeat partes præteritas, & futuras: at æternitas est vnum nunc omninò indiuisibile. 4. Deus ratione suæ immensitatis non potest non continere actu præsentialiter omnes differentias loci: alàs. n. non esset Immensus: ergo nec ratione suæ æternitatis omnes differentias temporis 5. Ita se habet indiuisibile continens ad partes quantitatis permanentis; sicut indiuisibilis duratio ad partes successiuas: sed extensio partium permanentium v.g. corporis & loci, non impedit, quò minùs omnes partes simultaneam habeant præsentiam ad indiuisibile eas continens v.g. animam & angelum; ergo nec diuisibilitas successiua durationis impediet, quò minùs omnes partes præteriti, & futuri simultaneam

Confirm.

Pr. 1.

Pr. 2.

64.

Pr. 3.

Pr. 4.

65.

Pr. 5.

Digitized by Google

habeant præsentiam ad indiuisibilem durationem
68. continentem; sed hæc est æternitas, ergo. 6. Quid-
Pr. 6. quid existit in æternitate, existit in totâ æternitate:
ergo ab opposito consequentis, quod non existit in
totâ æternitate, non existit in æternitate: sicut si
hæc hora esset tota dies, quod non esset in hâc
horâ, non esset in hâc die. Confirm. aliàs aliqua
essent præterita, aliqua futura æternitati, quod
ei repugnat, quia est tota simul: ergo quod est
futurum, & præteritum æternitati, est futurum
& preteritum toti seu extra totam: sicut quod est
præteritum, vel futurum ad totum hunc diem, est
67. extra totum diem hunc. 7. exemplo *S. Tho. 1. con.*
Pr. 7. *Gen. cap. 66.* sicut centrum quod est extra circum-
ferentiam, directam oppositionem habet ad quod-
libet punctum circumferentiæ, licet nullum pun-
ctum circumferentiæ simul coëxistat alteri puncto
eiusdem circumferentiæ: ita quidquid geritur in
tempore, coëxistit æterno, quasi presens eidem;
Confir. etsi respectu alterius partis temporis sit preteritum,
& futurum. Confir. si concipiatur aliquod pun-
ctum circumferentiæ moueri circa ipsam, mouebi-
tur semper vt presens centro; licet in ordine ad
puncta circumferentiæ, vni comparetur vt præ-
sens, alteri vt præteritum, alij vt futurum.
Ergo pari modo creaturæ existentes in æterni-
tate, semper erunt præsentes æternitati, licet
in ordine ad se aliæ comparentur vt futuræ, a-
liæ vt præteritæ. *Capreolus, Caiet. Ferrar. cit.* di-
68. *Explicant aliter.* stinguunt *nunc* æternitatis, & temporis: creaturæ
sunt presentes omnes eidem *nunc* temporis, sed a-
liæ vni, aliæ alij *nunc* temporis; eidem verò *nunc*
æternitatis, quod vnum est inuariabiliter existens
in omnibus *nunc* temporis, mensurans res omnes
successiuè existentes in varijs *nunc* temporis. Quare
idem est in hâc sent. res creatæ coëxistunt simul
æternitati, ac dicere mensurantur æternitate, quæ
non habet preteritum & futurum, sed est *nunc* in-
diuisibile presens: & simultanea coëxistentia re-
rum non erit ex parte ipsarum in ordine ad tempus
sed ex parte rerum in ordine ad indiuisibilem æ-
ternitatem, cui ita res omnes successiuè coëxistunt,
vt nullam supponant successionem in ipsâ. Quæ ex-
plicatio coincidit cum sent. communi, vt mox.

69. *Negant Schol.* Secunda communior *Scholast. in 1. dist.* 38. *&* 39. negat res creatas coëxistere Deo in mensurâ æ-
ternitatis sensu à 1. sent. expositio: & consequen-
ter negat, ex eorum presentia in æternitate potuisse
Deum ab æterno futura libera certò prænoscere.

70. *Implicat creatur. actu semper coëxistere Deo.* Dico 1. Implicat realis præsentia futurorum ab
æternitate. Fundam. repugnat, creaturam actu
semper coëxistere Deo realiter ab æternitate abs-
que reali coëxistentia ipsius: sed futura non habue-
runt realem existentiam ab æterno vt, fide constat:
igitur non potuerunt ab æterno actu realiter Deo
coëxistere. Maior prob. creaturam actu realiter
coëxistere Deo, siue presentem esse Deo presentiâ
physicâ reali, supponit realem existentiam crea-
turæ, etiam ab æterno: non .n. coëxistit realiter
Deo per existentiam & durationem Dei, vt nec
existit per eam, nec ei præsens est per eam, sed per
propriam existentiam & durationem; sc. creatu-
ram coëxistere Deo ab æterno, dicit simultanea-
am existentiam Dei, & creaturæ ab æterno, Con-
firm. nequit creatura esse præsens immensitati Dei,
nisi præsupponatur existens in propriâ duratione;
ergo neq uit esse præsens Deo ab æterno, nisi præ-
supponatur in seipsa existens ab æterno.

71. *Destruitur contrarium fundam.* Prob. 2. falsum est, æternitatem actu simul con-
tinere omnes inferiores durationes. Nam concepta
cum tota sua virtuali diuisibilitate ad tempus, cu
coëxistit, continet quidem omnes creaturas suc-
cessiuè existentes, singulas tamen pro sua dumta-
xat duratione, non antequam existant in seipsis;
ita nec semper actu coëxistunt Deo ab æterno:
considerata verò æternitas secundùm se actu simul
in seipsa continens omnes inferiores durationes,
ita vt quando illi in tempore coëxistit aliqua crea-
tura, non censeatur ex tali coëxistentia de nouo
continere aliquid, quod anteà non continebat;
sensus est Thomist. quem sic impugno: vel ista *Continentia inferiorum durationum eminentialis non sufficit.*
continentia inferiorum durationum est formalis
in ipsa æternitate, vel eminentialis; eminentialis
non sat est, vt in ea cognoscantur futura, quæ ex-
titura sunt in propria duratione; nam hanc vir-
tualem, continentiam habet æternitas etiam ad ea,
quæ nunquam sunt futura: quia sicut Deus emi-
nenter continet in esse omnes creaturas possibiles,
ita in duratione omnes durationes possibiles, nec
magis futura, quàm possibilia dici possent Deo
ab æterno coëxistere; igitur necessaria est coëxi-
stentia formalis; at hæc necessariò inuoluit for-
malem existentiam vtriusque extremi ab æterno.

Prob. 3, sequeretur 1. quòd Angelus certò co-
gnosceret futuras actiones liberas, saltem externas, 72.
quæ intra ipsius æuum continentur, antequam in *Pr. 3. ex 2. absurd.*
seipsis existerent: nam ideò futura sunt præsentia
Deo in æternitate, quia æternitas est duratio indi-
uisibilis, tota simul coëxistens rebus futuris. At par
ratio de æuo. Respondent. 1. nullũ esse absurdũ, an- 73.
gelũ cognoscere futura præsentia in suo æuo, quia
tunce ognosceret illa vt præsentia, nõ vt futura. Sed
contrà: Patres negant quamcunque cognitionem
futurorum angelo, cùm sit propria Dei. Respon-
dent 2. non satis esse præsentiam futurorum in æ- 74.
tio substantiæ, sed necessariam esse in æuo intel-
lectionis angeli: at hæc non mensuratur æuo, sed
instanti discreto. Sed contrà; datur intellectio in
angelo, quæ mensuratur æuo, qualis est quâ seip-
sum intelligit: at posset præcognoscere saltem ea
futura, quæ coëxistunt intra instans discretum in-
tellectionis: Nec requiritur vt intellectio necessa-
riò duret, vt possit obiectum determinatum quo-
ad esse repræsentare. Respondent 3. Æuum An- 75.
geli esse indiuisibilem durationem, non tamen
continere sub se tempus, eiusque differentias, si-
cut continet æternitas, propter suam infinitatem
in ratione durationis. Sed contrà; ideò æternitas
continet sub se tempus, eiusque differentias, quia
est duratio indiuisibilis tota simul existens; at etiam
æuum Angeli est duratio indiuisibilis tota simul
existens: ergo. 2. sequeretur, quòd quilibet bea- 76. *alterum absurdum.*
tus cognosceret omnia futura libera, quod est
propium Christi, & diem iudicij: nam visio beata
mensuratur æternitate participatâ, duratione in-
diuisibili necessariâ, & inuariabili, sicut visio in-
creata Dei, cuius est perfectissima participatio.

Dico 2. Etiamsi talis præsentia rerum in æter- 77. *Res debet cognosci præsens in propriâ duratione.*
nitate ab auctoribus explicata esset possibilis, ad-
huc non posset Deo esse prima ratio cognoscendi
futura. Fundam. priùs ratione intelligitur res ex-
titura in propriâ mensura durationis, quàm in a-
liena æternitatis: ideò. n. res fit Deo præsens ab
æterno, quia extitura est in tempore: sed res vt ex-
titura in mensura propriæ durationis, statim fit in-
telligibilis à Deo, seu intra sphæram Diuinæ cog-
nitionis: ergo adhuc posita reali præsentia futu-
rorum in æternitate, non esset Deo prima ratio
cognoscendi futura.

Ad 1. argu. primæ, resp. vel Patres loqui tantùm 78.
de præsentia obiectiua; vel de subiectiua, sumpta *Ad primum.*
tamen æternitate in totavirtuali diuisibilitate

vt

vt sic enim includit omne tempus cui coëxistit; & omnia in tempore existentia, vnumquodque pro sua duratione. Sumpta verò æternitate inadæquatè pro virtuali extensione ad certum tempus, non sunt illi omnia præsentia, sed partim præsentia, partim futura. Ad 2. vt æternitas sit infinita, sufficit, vt possit omnes durationes sine vlla sui mutatione actu continere: sicut vt immensitas sit infinita, sufficit, vt possit sine vlla sui mutatione omnia loca possibilia continere. Ad confirm. nego conseq. nam ex coëxistentia ad res temporales nil æternitati accrescit spectans ad intrinsecam rationem durationis, sed ad extrinsecam dumtaxat connotationem termini: sicut nihil accrescit diuinæ immentati ex noua coëxistentia ad locum realem, de nouo productum, nisi extrinseca connotatio termini.

79. *Ad 2.*

80. *Ad 3.* Ad 3. dist. antec. non potest dari præteritum, & futurum in ordine ad durationem indiuisibilem, vt pars intrinsecè componens: concedo; vt terminus extrinsecè connotatus, nego: vt constat in æuo angeli, quod indiuisibile est, & tamen possunt illi aliqua comparari vt præterita, aliqua vt futura, vt termini extrinsecè connotati. Ratio: vt aliquid dicatur præteritum; vel futurum respectu alterius, sufficit, vt non semper illud existat, existente altero: sicut è contra, vt aliquid dicatur præsens, vel coëxistens alteri, non sufficit, vt alterum tantùm existat, sed oportet, vt vtrumque simul existat.

81. *Ad 4.* Ad 4. Ex eo tantùm sequi, Deum ratione suæ æternitatis actu continere omnes durationes temporales actu existentes, non futuras, & non existentes: sicut ratione immensitatis actu continet omnes differentias loci actu existentes, non autem non existentes, & possibiles tantùm. Vnde retorq. argu. sicut ratione immensitatis non continet differentias futuras loci, ita nec ratione æternitatis differentias futuras temporis.

82. *Ad 5.* Ad 5. neg. maior. quia partes quantitatis permanentis possunt simul existere, atque adeò simul coëxiste e indiuisibili continenti; partes verò quantitatis successiuæ sicut non possunt simul existere, ita nec simul coëxistere indiuisibili durationi, quia dum illi coëxistit vna, non coëxistit altera: ad simultaneam autem coëxistentiam contentorum cum continente necessaria est

83. simultanea coëxistentia contentorum. 2. neg. minor. loquendo de coëxistentia locali partium permanentium; sic.n. partes quantitatis permanentis non habent simultaneam coëxistentiam ad indiuisibile continens, quia vna non coëxistit continenti in eadem parte loci, in qua coëxistit altera; & in hoc est paritas, quòd sicut extensio partium permanentium impedit simultaneam coëxistentiam localem ad indiuisibile continens, ita extensio partium successiuarum impedit simultaneam coëxistentiam duratiuam ad indiuisibilem

84. *Ad 6.* mensuram. Ad 6. dist. antec. quidquid existit in æternitate, existit. in tota æternitate formaliter tantùm indiuisibili, concedo; virtualiter diuisibili, nego: vt autem omnes res creatæ actu simul coëxisterent Deo in æternitate, oporteret, vt quidquid existeret in æternitate, existeret in tota æternitate, vt virtualiter diuisibili. Ad confir. pugnat æternitati præteritum, & futurum intrinsecè, concedo; extrinsecè & connotatiuè, nego. Ad prob. quod est præteritum, aut futurum æternitati adæquatè sumptæ, in sua virtuali diuisibilitate, est præteritum aut futurum toti æternitati, concedo; quod inadæquatè sumptæ, nego: sicut quod est præteritū, aut futurum ad totum diem adæquatè sumptum, est extra totum diem; non quod est præteritum, aut futurum ad diem inadæquatè sumptum. Ad 7. exemplum cum sua confir. tantùm probat, quòd, quando creaturæ existunt, semper existant præsentes æternitati, non quando non existunt. eo quòd præsentia vel coëxistentia duorum requirit existentiam vtriusque. Vnde retorq. argu. ideò punctus, qui mouetur in circumferentia, semper coëxistit centro, quia semper existit in seipso; si autem concipiatur, peracto certo motu in circumferentia, punctum corrumpi, non amplius coëxisteret centro. Quia igitur temporalia, peracto certo motu temporis, desinunt in seipsis existere, desinunt etiam coëxistere æternitati.

83. *Ad 7.*

SECTIO V.

An Deus futura certò cognoscat in futuritione eorum?

86. *An res antè quam sit, habeat aliq. quid per quod cognosc.*

POtest res considerari, in statu præsentialitatis, quando est; præteritionis, quando non est, sed fuit; futuritionis, quando non est, sed erit. An res in statu futuritionis, quando non est, sed erit, sit certò cognoscibilis? si res consideretur in ordine ad esse, quod habet in causis, coincidit hæc quæstio cum subseq. si in ordine ad esse, quod habebit extra causas, est præsens controuersia; sc. an res, quæ futura est, in statu futuritionis, antequam sit, habeat aliquid, per quod sit certò cognoscibilis ab intellectu diuino; ita vt priùs ratione Deus rem futuram cognoscat in sua futuritione, quàm in sua præsentialitate; imò per ipsam futuritionem certò cognoscat rei præsentialitatem.

87. *Affirmant.*

PRIMA sent. affirmat: *Scoti* in. 1. dist. 39. §. *Viso*, & dist. 45. *Ad argu. Richar. dist.* 38. *art.* 1. *q.* 5. *ad* 1. *Bonauent. art.* 2. *q.* 1. *Mayro. qu.* 4. *Rubi. qu.* 1. *concl.* 4. §. *Ex prædictis*, *Gabri. art.* 1. *Not.* 7. *& art.* 2. *concl.* 1. *Arimi. qu.* 1. *art.* 2. *&* recent. Fundam. futura contingentia, antequam existant, habent in seipsis determinatum veritatem, certò cognoscibilem. probant. 1. Scotistæ; voluntas diuina decernendo futura, illa producit in esse volito, sicut intellectus cognoscendo res, eas producit in esse cognito: ergo ea determinat ad esse futurum, certò cognoscibile. Quia determinare rem ad esse futurum, est eam producere in esse volito. 2. Posito decreto

88. *Pr. 2. Thomistæ recen.* Dei, res futura fit determinatè futura; ergo certè cognoscibilis. 3. Ex suppositione, quòd res erit,

89. *Alij. 3.* nunc est determinatè futura; ergo determinatè vera, & certò cognoscibilis. ex *Arist.* 1. *de Interpr. cap. vlt.* Antec. prob. ex suppositione, quòd res est. vel fuit, determinatè nunc est, vel fuit: ergo ex suppositione, quòd erit, determinatè nunc futura est nam tam facta suppositione de præsenti, res necessariò est, quàm facta suppositione de futuro, res necessariò erit; quia omnis suppositio determinat rem ad esse, in quo à suppositione ponitur.

90. *Confir. 1.* Confirm. 1. hæc propositio: *Petrus peccabit*, si verificabitur, nunc est vera determinarè, quia pro nunc est conformis suo significato futuro: si non verificabitur; nunc est determinatè falsa, quia pro nunc est difformis suo significato. veritas .n. vel falsitas propositionis, est conformitas, vel difformitas significationis cum re significata, vt significata: ergo ea propositio de futuro contingente est vera, cui respondebit significatum, vt ab ipsa significatur; ea falsa, cui non respondit significatum, vt ab ipsa significatur. 2. Ex duabus contradictorijs, necessariò altera est vera, altera falsa; sed hæ

91. *Confir. 2.* sunt contradictoriæ; Petrus peccabit, Petrus non

Digitized by Google

non peccabit: ergo necessariò est vera, quæ nunc conformatur significato futuro; falsa, quæ nunc difformatur: sc. cùm inter contradictoria non detur medium, omnis disiunctiua erit vera, & necessaria; omnis coniuncta falsa, & impossibilis, vt hæc; Petrus peccabit, vel non peccabit, est vera & necessaria: hæc alia; Petrus peccabit, & non peccabit, falsa & impossibilis; igitur altera ex his est determinatè vera, altera determinatè falsa. 3. omnes propositiones Propheticæ enunciantes futura, erant determinatè veræ, antequam futura euenirent: igitur antequam res futura in seipsa existat, est determinatè vera in suâ futuritione.

92. *Confir. 3.*

93. *Negant.* SECVNDA negat: *S. Tho.* 1. *p. qu.* 14. *artic.* 13. *& 1. con. Gen. cap.* 71. *& de verit. q.* 2. *artic.* 12. *& in* 1. *dist.* 38. *qu.* 1. *art.* 5. *Caiet. cit.* 1. *p.* § *Quoad* 2. *Ferrar.* 1. *con. gent. cit.* §. *Sed tamen. Aureo. in dist.* 38. *art.* 3. *Bacco. d.* 40. *art.* 2. §. 3. *Argen. art.* 3. *ad* 4. *con.* 1. *concl. Cathar. opusc. de veritate enunc. Molina* 1. *p. qu.* 14. *art.* 13. *disp.* 17. §. *Veruntamen*: *Gonzalez d. sp.* 43. *sect.* 2. Fundam. est oppositum præced. sent. sc. de futuris contingentibus non est determinata veritas. Probant 1. *ex Philos.* 1. *Periherm. ca. vlt.* vbi negat in propositionibus contradictoriis de futuris contingentibus alteram partem esse determinatè veram, alteram determinatè falsam; sed alterutram indeterminatè, nempe hanc, vel illam, alioqui tolleretur contingentia in rebus.

94. *Pr.* 1.

95. *Pr.* 2. 2. Omnis determinatio veritatis fundari debet in aliquâ determinatione entitatis; nam veritas est passio entitatis; ex eo. n. quòd res est vel non est vera vel falsa dicitur: sed futurum contingens, antequam existat, nullàm habet entitatem, neque in se, cùm nondum sit, neque in causâ, quia in illâ non magis habet esse, quàm non esse: igitur non potest fundare veritatem. 3. Si res, antequam existeret in se, esset determinatè futura, cùm non sit maior ratio, cur sit determinatè futura in vno tempore, quàm in alio, in vno signo rationis, quàm in alio, esset determinatè futura ab æterno in signo rationis, in quo Deus cognoscit seipsum, & possibilia ante vllum liberum decretum suæ voluntatis: vnde res esset determinatè futura, antequam esset futura, quia res sunt futuræ ex libero decreto Dei.

96. *Pr.* 3.

97. *Nota duplici ter considerari futurum in statu futuritionis.* Controversia est, quo modo futurum contingens in statu futuritionis, antequam in seipso existat, dicatur veritatem continere: consideratur futurum in statu futuritionis; 1. nullâ factâ suppositione rei futuræ, solùm considerando futurum secundùm id, quod duratione præcedit existentiam rei futuræ: 2. factâ suppositione existentiæ ipsius rei futuræ; nam priùs ratione intelligitur futurum secundùm id, quod duratione præcedit ipsum esse rei futuræ, quàm includere suppositionem ipsius esse rei futuræ.

68. *Non factâ suppos. nulla veritas.* DICO 1. Futurum contingens, nullâ factâ suppositione rei futuræ, nullam habet veritatem, neque falsitatem, sed abstrahit ab vtrâque, vt sic nec est certò cognoscibile: ita *S. Tho.* vbique docens, futurum, vt futurum nulli certæ cognitioni subdi posse; nec vllam certam veritatem in se continere: Capreol. *in* 1. *dist.* 38. *qu.* 1. *art.* 2. *Ad arg. con. concl.* Fundam. futurum nulla factâ suppositione, nullum connotat determinatum esse in se, sed solùm esse indeterminatum in causa; ergo nullam potest certam fundare veritatem. Quia sicut veritas fundatur in entitate; ita certa, ac determinata veritas, in certâ ac determinatâ entitate: futurum contingens ante suppositionem nullam connotat certam entitatem; ergo nullam continet certam veritatem. Antec. prob. futurum, nullâ factâ suppositione, abstrahit ab esse determinatorei futuræ. Dices, esse, & non esse sunt contradictoria: ergo nequit futurum abstrahere ab vtroque. Resp. non posse abstrahere positiuè, concedo; non posse abstrahere præcisiuè, nego: Quia neutrum possũ positiuè & determinatè considerare.

DICO 2. Facta suppositione, quòd res per propositionem enunciata sit habitura existentiam in aliquâ differentiâ temporis, propositio fit determinatè vera; non tamen potest ipsa esse prima ratio cognoscendi rem futuram, sed supponitur res futura certò cognoscibilis in se ipsa: *Capreol. cit. ad 6. & ad ea 3. loco à Greg.* Prima pars prob. factâ tali suppositione, propositio non manet ampliùs indifferens, sed determinatur ex suppositione ad significandam rem futuram determinatè: sicut, factâ suppositione de præsenti, quòd res existat; propositio enuntians illam existere, fit determinatè vera: ergo, factâ suppositione de futuro, quòd res enuntiata sit extitura, propositio enuncians illam futuram, fit determinatè vera. Confirm. tunc propositio est determinatè vera, quando illi determinatè respondet obiectum: sed factâ suppositione, propositioni enuncianti futurum, determinatè respondet obiectum futurum; quia suppositio determinat illud ad vnum, & tollit indifferentiam ad oppositum. Prob. pars. 2. suppositio priùs ratione supponit, rem futuram in se ipsa existere in certâ differentiâ temporis, quàm determinet propositionem de futuro ad veritatem enunciationis: igitur priùs ratione res futura est cognoscibilis in se, quàm in propositione illam enuntiante. Quia res in eo signo rationis est certò cognoscibilis, quo est in se ipsa determinata: sed res futura priùs ratione est in se ipsa determinata, quàm vt extrinsecè denominet, & determinet propositionem enuntiantem illam futuram. Antec. prob. suppositio determinat propositionem de futuro ad veritatem enuntiationis per ipsum esse rei ex suppositione determinatum in se ipso: nam eatenus propositio enuntians futurum est vera determinatè, quatenus supponit illud in aliquâ differentiâ temporis in suo esse, & præsentialitate determinatum: vnde ante hanc determinationem propositio enuncians futurum est indeterminata ad vtrum libet. Nec obstat, quòd duratione præcedat existentiam rei futuræ; quia subsequitur naturâ, & causalitate, ac proinde cognoscibilitate; nam veritas propositionis durationè præcedentis existentiam rei futuræ, causatur in genere causæ formalis obiectiuæ ab existentiâ rei futuræ: sicut cognitio diuina, quamuis æternitate præcedat obiectum futurum, ratione subsequitur rem futuram. Confir. valet hæc causalis: ideò propositio de futuro est determinatè vera, quia res ex suppositione est determinatè extitura; non contrà, ideò res est determinatè extitura, quia propositio illam enuncians, est determinatè vera: igitur priùs ratione res futura supponitur in se ipsâ extitura, quàm propositio per ordinem ad illam sit determinatè vera. Item valet hæc alia causalis: ideò Deus cognoscit propositionem de futuro esse veram, quia cognoscit rem futuram existentem in suâ præsentialitate; non contrà; ideò res est determinatè extitura in suâ præsentialitate, quia Deus cognoscit illam determinatè extituram.

99. *Factâ suppos. propositio fit determinatè vera.*

100. *Suppositio est 1. ratio rem cognoscendi.*

Determinat propositionem ad veritatem enuntiationis.

101. *Confir.*

1. Sent. intelligitur iuxta 1. partem huius 2. assert. quam probat 3. argu. cum suis confir. Nam factâ suppositione, & non antè, altera pars fit determinatè vera, altera determinatè falsa. Primum & 2. argu. supponunt falsa principia, alibi impugnanda. 2. sent. explicatur iuxta 1. assert. vt sup-

102. *Ad 1. sent.*

103. *Ad 2. sent.*

Digitized by Google

vt supponit fundam. *Arist.* nam tunc tolleretur contingentia futurorum, quando ante vllam suppositionem propositio illam enuncians esset determinatè vera; quia tunc determinatio antecederet, non subsequeretur detetminationem causæ. Ad 3. neg. sequela: cuius maior ratio est; quia non in quolibet signo æternitatis concepto res supponitur determinatè futura: nam priùs supponitur possibilis, quàm futura sub conditione; & hæc priùs, quàm futura absolutè.

SECTIO VI.

An Deus futura libera certò cognoscat in suis causis proximis?

104. CAusa proximè horum effectuum est voluntas creata cum omnibus ad operandum prærequisitis; nam de ijs tantùm futuris hîc agimus, quæ pendet à creatâ voluntate.

105. *Affirmant.* PRIMA sent. affirmat: *Duran. in. 1. dist. 38. q. 3. n. 9. Argent. dist. 39. a. 2. & dist 40. a. 3. ad 6. Molina 1. p. q. 14. a. 3. d. 14 concl. 1. Bannez cit. con. 3. Beller. l. 4 degr. & lib. arbit. c. 15. fine: Aluarez l. 2. de auxilijs disp. 12.* à fortiori sequitur ex sent. eorum: qui docent prædeterminatic nem physicam. Prob. *ex August. l. 11. Confess. c. 18. Cùm ergo videri dicuntur futura, non ipsa quæ nondum sunt, sed eorum causæ, vel signa forsitan videntur, quæ iam sunt.* 2 Deus perfectè

106. P. 1. comprehendit voluntatem creatam, eiusque innatam propensionem, & quidquid eam potest, hîc & nunc semotis impedimentis allicere & inclinare: ergo potest in ea hîc, & nunc cum omnibus ijs, quæ illam possunt ad actum determinare, certò scire, ad quam partem sit se inclinatura. Confirm. potest angelus probabilissimâ coniecturâ id deducere: ergo & Deus infallibiliter cognoscere, cùm in obiecto penetrando infinitè excedat angelum. 3. Posito iudicio practico de prosequutione

107. P. 3. obiecti, & omnibus ijs, quæ possunt hîc & nunc voluntatem creatam inclinare ad actum, infallibile est, illam inclinandam: igitur potest in ea infallibiliter cognosci actus futurus. 4. Potest Deus adeò congruam cogitationem infundere intellectui humano, vt omninò infallibile sit, illum consensurum: ergo saltem in ea potest Deus infallibiliter cognoscere consensum futurum. Antec. prob. potest Deus infundere cognitionem de obiecto honesto, adeò efficacem in suadendo, & contemperatam ingenio humano, vt moraliter sit impossibile illam respuere.

4.

108. *Negant verè.* SECVNDA negat: *S. Tho. 1. p. qu. 14. art. 13. & qu. 57 a. 3. & 86. art. 4. & 2. 2. q. 171. art. 6. & 2. con. Gen. cap. 67. & de Verit. q. 2. art. 12. & in 1. dist. 38. q. 1. a. 1. Aureo. in 1. dist. 37. a. 1. propos. 1. Capreo. a. 1. concl. 1. & a. 2. ad 1. contra concl. Ferr. cit. ad 1. & §. Aduerte: Caiet. 1. p. cit. initio & in ref. ad 1. Zum. d. 7. §. sed supposito, Valent. Pun. 5. §. Vnde habeat, assert. 2. Sua. l. 1. opusc. c. 3. Less. de gratia eff. c. 22. nu. 7. Becan. 1. p. c. 10. q. 7. Albert. Coroll. 1. ex princip. 4. Philos. pun. 2. Arrub. d. 42. c. 2.* quæ vera est. Fundam. causa libera, quantumcunque in actu 1. completa, & ad operandum proximè disposita, semper est essentialiter indifferens & cum potentiâ ad oppositam partem: ergo implicat, in eâ quantumcunque dispositâ infallibiliter infallibilitate, cui non possit subesse falsum, cognosci effectum futurum. Antec. prob. quousque voluntas liberè non se determinat per actum, semper manet indifferens ad actum, & non actum; alioqui destrueretur eius libertas; si aliquid præuium ad actum ita illam determinaret ad unum, vt non posset ad oppositum. Etenim formalis libertas voluntatis in eo consistit, vt dum elicit actum, possit non elicere. Resp. *Bannez*; manere liberam in sensu diuiso, non in sensu composito; quia posità antecedente motione Dei, non est amplius in eius potestate facere oppositum: saluatur eius libertas, quia, diuidendo à motione, potest facere oppositum. Sed contrà; vel in sensu composito intelligit componendo cum ipsâ motione in actu 1. & sic perit libertas creata: quia habere, vel non habere talem motionem, non est in potestate creaturæ, cùm illa necessariò prærequiratur ad omnem actum voluntatis: ergo, si neque eâ posita, est in potestate eiusdem cohibere actum, perit libertas. Vnde Caiet. *cit. ad 1. con. Scot.* docet, quòd contingentia causæ 2. saluanda est, etiamsi prima moueat secundam necessariò; quia motio causæ primæ modificatur in 2. secundùm modum causæ *2. & quoniam priùs naturâ modificatur, quàm impellat ad mouendum, motio illa iam modificata ad causam contingentem, mouebit secundam non necessario; sed contingenter*: supponit igitur, quòd adhuc componendo cum motione causæ 1. saluatur contingentia, & libertas causæ 2. Vel in sensu composito intelligit, componendo cum motione actuali, & comperatione creaturæ, quo pacto includit formalem determinationem creaturæ: at in ea effectum cognoscere, non est in causâ cognoscere, sed in se ipso: nam cooperatio creaturæ est effectus creaturæ. Nec rectè *Mach. disp. 32. sect. 1. dict. 2.* hoc limitat ad solos effectus supernat. ad quos præuenimur efficaci auxilio Dei: nam eadem est ratio de omnibus, cùm etiam effectus supernat. vt sint meritorij, debeant fieri liberè à voluntate. Prob. conseq. primi enthym. Non potest esse maior infallibilitas in cognitione, quàm sit in obiecto. ergo si obiectum contingens non habet in causâ proximè dispositâ tantam infallibilitatem, cui non possit subesse falsum, nec eam habebit cognitio; quia licet diuina cognitio non sumat formalem certitudinem ab obiecto, supponit tamen in eo obiectiuam certitudinem, vt conditionem sine quâ non.

109. *Respondet Bannez.*

Contrà.

110.

111. *Respondet Molina.* Resp. *Molina disp. 16. §. In quo* Infallibilitatem scientiæ diuinæ circa futurum contingens in causa præuisum, non prouenire formaliter ex obiecto, quod secundùm se incertum est, & fallax, sed ex altitudine, & infinitate cognoscentis, qui ex se certò, infallibiliter cognoscit, quod de se certum, & infallibile non est, Sed contrà; sicut implicat cognosci, quod ex se cognoscibile non est; quia cognoscibilitas non fit, sed supponitur à scientia (est n. scientia obiecti intuitio, quæ supponit in obiecto cognoscibilitatem) ac si implicat, produci quod de se producibile non est; & cognosci quod de se cognoscibile non est: ita implicat cognosci ut certum, quod ex se certum, non est: quia non minùs scientia supponit certitudinem, quàm cognoscibilitatem in obiecto; nam licet formalem certitudinem habet scientia diuina ex se, obiectiuam tamen supponit in obiecto. Confir. infinitus excessus diuinæ cognitionis supra cognoscibilitatem causæ liberæ non mutat obiectum secundùm se, sed relinquit illum intrinsecè liberum & indifferens ad utrum libet; cùm talis excessus se teneat ex parte diuini intellectûs, qui obiectum secundùm se non mutat: ergo neq; ab infinito intellectu potest in eâ infallibiliter cognosci effectus liberè futurus; cùm etiam respectu illius maneat in causâ contingenter et fallibiliter futurus.

Contrà.

112. *Dices. Resp.* DICES, scientia Dei est causa rerum; ergo & cognoscibilitatis earum. Resp. dist. antec. est causa rerum scientia visionis, de quâ disputo, nego. nam hæc consequitur ad res in mente diuinâ iam causatas,

Digitized by Google

causatas, est quæ pura intuitio earum: est causa rerum scientia simplicis intelligentiæ; & rursus distinguo; proximè, nego; remotè, concedo: nam proxima causa est potentia, & voluntas, illa exequendo, hæc determinando, scientia exemplariter & idealiter dirigendo, quæ comparata cum potentiâ, & voluntate remotè concurrit ad

113. productionem effectus.

Ad 1. Ad 1. argu. oppositæ sent. Resp. *Augustinum* loqui de scientiâ futurorum, non Dei, sed nostrâ: qui futura præsentia non habemus; & ea in causis, quæ nobis præsentes sunt, prædicimus, vt futurum ortum solis ex præsente aurorâ, quod est exemplum

114. ipsius. *Ad 2.* Ad 2. nego conseq. nam, *vt Capreol. ad 1. Durandi*, vt nequeat effectus futurus in causâ liberâ certò cognosci, satis est intrinseca libertas, quæ ad hoc posita omnibus, quæ possunt hic & nunc illam ad actum inclinare, se ipsam potest ex innatâ suâ indifferentiâ, & libertate ab intrinseco impedire, vnde nunquam poterit esse certus effectus certitudine excludente omne dubium, quousque *Ad conf.* per liberam determinationem causæ fiat extra dominium causæ. Ad Confirm. nego conseq. cùm n. infallibilitas obiectiua sit conditio essentialiter requisita ad infallibilitatem formalem, in eâ presupponenda conueniunt scientia diuina, &

115. angelica, quamuis in alijs differant. *Ad 3. & 4.* *Ad 3. 4.* de infallibilitate morali, concedo; sed hæc non est satis ad infallibilitatem diuinæ scientiæ, cuius oppositum debet implicare contradictionem: de logicâ, nego; nam quibuscumque positis semper potest voluntas ex innatâ suâ libertate repugnare. Ad illud de iudicio practico, dico, quòd interdum supponit efficacem voluntatem finis, ad quem consequendum vnicum tantùm est medium; & tunc in ipsa efficaci voluntate finis, quam præsupponit iudicium practicum, certò cognosci electionem futuram, non tam vi iudicij practici, quod ad omnem actum voluntatis præequiritur, quàm vi efficacis intentionis necessariam connexionem habentis cum tali medio ad finem consequendum. nam stante vno actu voluntatis, potest in eo certò cognosci alius futurus, qui necessariam connexionem habeat cum ipso: tunc enim actus futurus non cognoscitur in causâ, vt liberâ, sed vt necessariâ, & determinatâ ad vnum ex vi præsentis actus:

SECTIO VII.

An Deus futura contingentia certò cognoscat in suâ essentia, vel Ideis?

116. *Affirmat.* PRIMA Sent affirmat: *Bonauent. in p. dist. 35. qu. 3. & 5. ad obiecta; Durandi qu. 3. nu. 14. & dist. 38. qu. 3. nu. 18. Capreo. ar. 2. Ad 1 Scoti: Caiet. 1. p qu. 14. ar. 13. §. contra. 2. Zumel disp. 8. Concl. 5.*

fund. Caiet. *& 6.* Fundam. *Caiet.* Diuina essentia, cùm sit perfectissima similitudo, & intelligibilis species omnium rerum; non solùm est Deo ratio cognoscendi distinctè res omnes vt ratio *qua*, sed etiam vt obiectum, & ratio *in qua*: aliàs diuina essentia, vt obiectum non adæquaret se ipsam, vt speciem intelligibilem, quod est impossibile; quia vt obiectum est adæquatus terminus cognitionis & speciei intelligibilis: cùm igitur Ideæ sint ipsa diuina essentia, vt est obiectiua ratio rerum; consequens

117. est, quòd etiam se extendant ad repræsentandas *Fund. Capreol.* veritates contingentes. Fundam. *Capreoli.* Diuina essentia est Deo perfectissima ratio distinctè repræsentandi omnia, non solùm quantùm ad prædicata essentialia, & connexionem necessariam terminorum, sed etiam quantùm ad omnia prædicata accidentalia, siue intrinseca, siue extrinseca, quæ secundùm quamcumque dispositionem loci, & temporis possunt rebus ipsis conuenire: *S. Tho. qu. 2. de verit. art. 7.* ergo non solùm representat possibilia, sed etiam futura; alioqui non repræsentaret res secundùm omne n dispositionem possibilem; nam inter alias dispositiones, quæ potest vnicuique rei conueni e, est futuritio, siue exercita existentia in aliquâ certâ duratione. Confirm. Deus est causa futurorum: ergo ea cognoscit, antequam decernat producere: quia cognitio operis faciendi præcedit voluntatem, vt ratio directiua ipsius. ergo præcipit illa in sua essentia, cùm ante decretum non possit aliud assignari medium, in quo illa certò cognoscat. Ijsdem mouetur *Zumel*: quia 118. *Zumel.* diuina essentia est repræsentatiua omnis veritatis: igitur rerum etiam contingentium, tam absolutarum, quàm conditionatarum.

SECVNDA negat: *Scoti in p. dist. 19. §. Iuxta* 119. *estas, Aureoli dist. 38. art. 1. propos. 3. Mayro. qu. 1. §.* *Negant.* *4 Arimin. qu. 2. art. 2. Gabrie. art. 2. concl. 2. Suarez in opusc. lib. 1. de scientia Dei cap. 4. Prob. 1.* cùm Idea repræsentet ante decretum diuinæ voluntatis non libere, sed naturaliter representat Ideata: sed scientia futurorum non est naturalis, sed libera, quippe quæ potuit simpliciter non esse. 2. Ideæ solùm repræsentant connexiones necessarias rerum, non contingentes: sed per connexiones necessarias non possunt cognosci contingentes: quia complexio contingens non est nata cognosci ex necessariâ, alioqui non esset contingens, sed necessaria. Maior prob. ideæ repræsentant independenter ab actu diuinæ voluntatis; ergo non possunt representare complexionem contingentem; quæ potest esse, & non esse; dependenter à voluntate Dei.

DICO 1. Deus non cognoscit futura libera in 120. suâ essentiâ proximè visâ vt causâ. Fundam. 1. futura libera non continentur in essentiâ formaliter, sed eminenter: quæ autem solùm continentur eminenter in causâ, non possunt, visâ causâ, formaliter videri, secundùm proprium esse distinctum ab esse causæ, vt *suprà. 2.* proxima causa futurorum non est essentia, sed voluntas Dei: sunt. n. liberè futura; & sola voluntas est proxima causa effectûs liberè futuri: at futura nequeunt cognosci ante determinationem Diuinæ voluntatis; non. n. sunt cognoscibilia, nisi vt determinata ad esse futuri; nam antequam determinentur ad esse futuri, non differunt à possibilibus: determinantur autem ad esse futuri à liberâ voluntate Dei; à quâ determinantur ad esse existentiæ; cùm proximum principium producendi ad extra sit Dei voluntas, vt *suo loco*

Futura libera in Deo eminenter, non formaliter:

Quorum proxima causa est voluntas Dei.

121.

DICO 2. Deus non cognoscit futura libera in suis ideis independenter à quocunque alio, saltem vt à conditione necessariò prerequisitâ. Fundam. idea per se spectata indifferens est ad repræsentandum potiùs rem futuram quàm possibilem: quia licet idea exprimat totam entitatem rei futuræ, cùm nihil entitatis sit in re futurâ, quod non exprimatur in eâdem re vt, possibili & signatâ; non tamen ex se apta est repræsentare rem vt futuram, seu secundùm eam perfectionem exercitam, quam re ipsa habitura est in aliquâ differentia temporis; ratione cuius exercitæ connotatæ discriminatur res futura à possibili, & consequenter cognitio rei futuræ à cognitione rei possibilis.

Idea est indifferens ad posse.

DICO 3. Idea est Deo ratio cognoscendi futura, posita determinatione ipsorum ad esse futuri.

Fun-

Digitized by Google

Est! actualis similitudo. Fundamentum clarum est: Idea Diuina est actualis, & intelligibilis similitudo rei, secundùm omnes complexiones tam essentiales, & necessarias, quàm accidentales, & contingentes, quas res ipsa sub quocumque statu posita habere posset; repræsentat enim res singulares, & indiuiduas sub omni dispositione possibili, sub quâ res illæ esse possunt; quia repræsentat eas perfectissimo modo, & sub omni perfectione, quam in se ipsis participare possunt. Igitur posita tantùm determinatione ipsorum ad esse futuri, Deus in se ipso vt in specie exp essâ, & ideâ perfectissimè exprimente omnia, cognoscit futura. nam hæc ipsa futura cum eâdem existentiâ, & accidentibus omnibus, atque dispositionibus, quas in se ipsis habitura sunt vt futura, distinctè, & deu ticulatè exprimebantur in eâdem essentiâ Diuinâ, vt specie expressâ rerum om nium, sub esse possibili. non secus ac si oculus meus haberet speciem expressam Antichristi, nunc non existentis. secundùm ea omnia lineamenta, & accidentia, quæ habiturus esset in propriâ existentiâ, & duratione; si perseuerante eadem visione in oculo meo poneretur Antichristus in rerum natura existens ante oculos meos, cum eâdem figurâ, & lineamentis, cum quibus fuit expressus in mea visione, eâdem visione inuariatâ viderem Antichristum presentem, eodem modo quo videbam anteà, quando erat absens & futurus. *Leg. Scot. in 1. dist. 39. Dices:* qui fieri potest vt cognitio diuina, positâ tantùm determinatione effectûs ad esse futurum, repræsentet illum, vt futurum; quem anteà repræsentabat vt possibilem? Resp. ex infinitâ perfectione diuinæ cognitionis, quæ posita tantùm cognoscibilitate obiecti statim illud repræsentat vt est in se. 2. Positâ determinatione effectûs ad esse futuri, Deus directè cognoscit futurum in se propriâ suâ duratione existentem, reflexè verò in suâ ideâ, in quâ ante determinationem effectûs ad esse futuri ille ipse exprimebatur secundùm omnes conditiones & proprietates, quas accipit per esse futurum; cùm futurum à possibili non differat nisi secundùm statum, qui obiectum non variat quoad intrinsecam suam cognoscibilitatem.

Posità determinatione ad esse futuri.

113. *Conciliatur Sent.* 2. Sententiæ ambæ conciliantur; 1. solùm probat concl. 3. Secunda primam & 2. Cæterùm falsum est, quod secunda docet, ideas repræsentare tantùm connexiones essentiales terminorum; quia, repræsentant etiam accidentales, & contingentes, non contingenter, & variabiliter; sed inuariabiliter, & necessariò; quia non repræsentant illas vt exercitas, sed vt exercibiles, & sub statu possibilitatis; quæ statim transeunt in statum futuritionis, posito libero decreto Dei, de quo seq. sect.

SECTIO. VIII.

An Deus futura libera prænoscat in decreto suæ Voluntatis?

114. Sicut duplex est effectus contingens, alter dependens à solâ voluntate Dei, alter etiam à voluntate creatâ: ita duplex est decretum in Deo, alterum quo decreuit ex se aliquid ad extra producere; alterum, quo decreuit producere dependenter etiam à voluntate creatâ. Quod adhuc est duplex, alterum prædefiniens, & antecedens causalitate; alterum concomitans tantùm liberum actum futurum voluntatis creatæ. De singulis est controuersia. Prima Sent. negat, Deum in suo decreto certò præcognoscere futura, nisi tantùm remotè, quatenus eo posito res futura fit determinatè vera, & certò cognoscibilis in se ipsa: *Vasquez 1. p. d. 66. c. 2. & Arrub. d. 43. c. 2.* Fundam. decretum liberum Dei non addit supra essentiam Dei, nisi respectum rationis ad effectum futurum: Deus autem nequit cognoscere huiusmodi respectum rationis, qui obiectiuè tantùm est in intellectu creato: & esto illum cognoscat, nequit illi esse ratio & medium cognoscendi rem futuram: quia talis respectus consurgit in Deo ex re ipsa futura, vt ex proximo fundamento: nequit autem respectus posterior esse medium cognoscendi fundamentum, quod est prius, & causa ipsius respectûs. Secunda affirmat, omnes effectus futuros Deum præcognoscere in determinatione suæ voluntatis: *Scoti in p. dist. 39. §. Viso. Rich. dist. 38. a. 1. q. 5. Mayro. q 1. §. quartum. Rubio. q. 2. art. 3. Durand. q. 3. nu. 9. Caiet. 1. p. q. 14. art. 13 §. Contra 2 fine. Asturic. relect. de Christi gra. q. 6. Conc. 4. pag. 671. Bannez 1. p. cit. Zumel ibid. disp 7. Gonsaltez, disp. 44. sect. 2. Aluarez lib. 2. de auxilys disp. 10. & 11.* Fundam. quidquid est futurum, dependenter à voluntate Dei vel predefiniente, vel permittente est futurum: sed voluntas Dei est infallibilis & frustrari non potest; ergo in eâ certò precognoscit omnes effectus futuros, siue bonos, siue malos, siue à se tantùm, siue à creatâ etiam voluntate dependentes. Probant 2. Thomistæ: Omne decretum efficax Dei de effectu futuro dependente à voluntate creatâ necessariam connexionem habet cum medio, quo talis effectus infallibiliter sit exequendus: nam voluntas creata, præter principium extrinsecum prædeterminans, requirit principium, seu medium intrinsecum, quo se ipsa ad actum prædefinitum liberè ab intrinseco determinet: ergo in eo decreto Deus certò præscit effectum futurum: quia cùm hoc medium sit ad exequendum actum à Deo predefinitum, debet esse ex naturâ suâ tale, vt eo posito, infallibiliter ponendus sit effectus; alioqui frustrari posset decretum Dei, quod implicat. Confir. ex *S. Doct. 1. p. qu. 14. art. 13. 1. con.* Gent. cap. 66. & 68. & 2. 2. qu. 171. art. 6. ad 2. docente, Deum non solùm futura cognoscere in se ipsis, sed etiam in suis causis.

115. *1. Sent. Negant.*

116. *2. Sent. Affirmant.*

Pr. Thomist. sic recun.

Dico 1. futura, quæ solùm pendent ex voluntate Dei, Deus certò ab æterno cognoscit in suo decreto. Fundam. quæ pendent ex solâ voluntate Dei impediri non possunt, & alioqui Dei voluntas de se efficax est, & immutabilis: contra *Mayro. cit.* affirmantem, Decretum Dei esse mutabile, atque adeò scientiam, quam Deus habet in suo decreto de effectibus futuris, esse conditionatè, non absolutè infallibilem, stante nimirum decreto suæ voluntatis, quod tamen mutare posset ex innatâ suâ libertate. Quod etiam innuit *Rubio q. 1.* cùm docet, posse Deum aliter in tempore agere, quàm ab æterno decreuit. Verùm hæc decretorum variabilitas apertè repugnat Dei immutabilitati, & constantiæ, quæ nequit à proposito semel concepto desistere, cùm oppositum moralem saltem arguat mutabilitatem. Ad fundam. primæ. nego; liberum decretum Dei formaliter constitui per respectum rationis consequentem rem futuram; nam cùm illud sit causa rei futuræ, nequit formaliter constitui per respectum consequentem rem futuram; cùm nulla causa in ratione causæ constituatur per rationem consequentem suum effectum.

118. *Vere, si futura à solâ Dei pendeant.*

119. *Ad fund. 1.*

Digitized by Google

Constituitur autem decretum Diuinum per actum ipsum necessarium, vt connotantem effectum à se liberè pendentem: Vnde licet cognosci non possit sine effectu, quem essentialiter connotat, non tamen cognoscitur vt consequens effectum; sed ad summum vt concomitans effectum, vt infrà.

130. *Secus, si à libertate creaturæ.* Dico 2. Reliquos effectus futuros dependentes à voluntate creata, non potest Deus infallibiliter cognoscere in decreto suo vt in ratione proximâ cognoscendi: sa ratione scientiæ mediæ, quæ ad decretum præsupponitur, decretum est remota ratio cognoscendi tales effectus. Hæc sent. est præcipuorum Theolog. N. Societatis; ex antiquioribus eam docet *Aureol, in 1. dist. 38. a. 1. propos. 1. Arimin. q. 2. art. 1. Bacco. dist. 40. art. 2. §. 5.* Inclinat *Ferrari. 1. con. Gent. c. 67. §. Ad verbum: ex S. Tho. 1. p. cit. & 1. con. gen. c. 66. & de verit. q. 2. art. 12. & in 1. dist. 28. q. 1. art. 5.* Vbi nunquam causam certitudinis Diuinæ cognitionis ex parte obiecti assignat æternum decretum, sed coëxistentiam futurorum in æternitate; in quâ videntur in seipsis secundùm illud esse, quod habitura sunt extra causas; imò docet, futurum antiquam fiat, non esse determinatè verum; quia nullam habet causam determinatã; & ideo vt futurũ certò cognosci non posse, sed vt præsens. Si autem agnouisset *S. Doctor* tale decretum in Deo, illud profectò assignasset.

131. Fundam. si decretum Dei est antecedens & prædefinitiuum actus, debet esse causa infallibilis actûs prædefiniti, ne possit oppositum contingere & scientia Dei falli, & continere medium, quo voluntas creata sit illum infallibiliter elicitura; quia veluntas Diuina est immediata causa actuum nostrorum medio concursu vel principio nobis inhærente: repugnat autem, voluntatem creatam infallibiliter elicituram actum infallibilitate requisita ad scientiam Dei, absque præiudicio propriæ libertatis: infallibilitas. nunquam ex parte obiecti postulat scientia, & decretum absolutum Dei, debet esse talis, vt oppositum implicet, sicut implicat, vt scientia Dei fallatur, vel absolutum decretum ipsius frustretur. hoc inquam, tollit libertatem, quæ essentialiter est potentia ab intrinseco indifferens ad vtrumlibet. Dices, posse voluntatem oppositum facere eius, quod prædefinitum est, infallibiliter tamen nunquam esse facturam: at hoc sufficit, vt in tali medio Deus infallibiliter præcognoscat liberum consensum futurum; quia ad infallibilitatem scientiæ, satis est, quod infallibiliter nunquam sit futurum oppositum. Sed contrà; cùm tale medium non tollat à voluntate liberam potentiam ad resistendum, ponatur, quòd voluntas ad experiendam suam libertatem actu resistat; hoc. n. metaphysicè non implicat, neque ex parte medij, siquidem non determinat voluntatem ad vnum; neque ex parte voluntatis; nam adhuc eo posito, manet cum plena potestate ad resistendum: hoc autem casu fallereturDeus, eiusque decretum: siquidem Deus certò cognosceret ex vi medij prædefiniti consensum futurum, cùm tamen ex vi libertatis creatæ futurum esset oppositum. Et fingatur Deus more nostro non prævidisse ab æterno determinationem voluntatis in ipsa, sed tantùm in suo decreto, & medio prædefinito; (nam perinde est, cùm ponas Deum priùs ratione illam infallibiliter præuidisse in suo decreto, posteriùs in se ipsa, sua existentia & duratione) Quæro, an eo casu Deus certò cognosceret consensum futurum in suo decreto & medio prædefinito, an non? si non; tale medium non esset de se sufficiens ad certò cognoscendum consensum futurum: si ita; contrà est, quia iam supponitur ex vi libertatis creatæ futurum oppositum. Dicere autem, quòd hoc medium ex natura sua sit tale, quod infallibiliter, & nullo casu componat cum opposito dissensu, etiamsi possit antecedenter componere, non cohæret cum natura talis medij, quod debet antecedenter relinquere potentiam indifferentemad vtrumlibet, alioqui si determinaret ad vnum, non relinqueret liberam. Nec recurri potest ad infallibilitatem consequentem ex suppositione consensûs futuri; quia talis infallibilitas locum non habet, si certitudinem diuinæ scientiæ futurorum contingentium assignas ex parte medij, vt causæ antecedentis effectum futurum; alioquì contra suppositum non assignaret certitudinem scientiæ futurorum in causa, sed in se ipsis. Vnde quamuis nequeat Deus certò cognoscere tale medium, quin simul cognoscat effectum ab eo futurum, ratio tamen certò cognoscendi effectum, est medium cognitum in se; adeò vt, si per impossibile, Deus non videret effectum futurum in se ipso, illum certò præscret in tali medio, vt in causa sufficiente; hoc. n. est contineri infallibiliter in causa. Confir. vt medium sit infallibile; non potest aliunde oriri, nisi vel ex natura medij, habentis ex se infallibilem connexionem cum effectu, vel ex præuisione scientiæ diuinæ. Secundum non admittit hæc sent. primum tollit libertatem, quia nequit medium ex se ipso habere infallibilem connexionem cum effectu, adeò vt oppositum implicet; nisi determinando voluntatem ad vnum, & tollendo potentiam ad oppositum; alioqui si admitteret potentiam ad oppositum, non posset esse infallibile. *Confir.*

Vel decretum est anteced. & infallib. continet medium infallib.

132. *Dices;*

133. *Contra.*

Fac Deum non præuidisse consensum creaturæ.

Si verò decretum Dei sit permissiuum, non est causalitate antecedens liberum consensum creaturæ, sed solum concomitans: igitur non potest in eo, vt in causa certò cognoscere liberum consensum creaturæ; quia in eo antecedenter considerato non magis continetur futurus consensus, quàm futurus dissensus; quia antecedenter consideratus non magis determinat voluntatem ad vnum, quàm ad oppositum: vt autem est concomitans, formaliter dicit liberam determinationem creaturæ; nam vt sic formaliter dicit concursum concomitantem liberum consensum creaturæ: vnde potiùs cognoscit liberum consensum in se ipso, & in propria determinatione voluntatis creatæ, quàm increatæ. 135. *Vel decretum est permissiuum*

Ad Fundam. oppositæ, dist. minor. voluntas Dei est infallibilis ratione medij, de se infallibilem connexionem habentis cum consensu futuro, nego; est infallibilis ratione scientiæ mediæ, antecedentis decretum Dei; concedo. Ad 2. dist. antec. debet decretum Dei habere connexionem cum medio, infallibilem connexionem habente ex naturâ suâ cum actu prædefinito, nego; ex suppositione actus, præuisi sub conditione futuri, concedo: ergo in eo Deus certè cognoscit futura ex vi medij præcisè, nego; ex vi consensus præuisi sub conditione futuri, concedo. Ad confir. nego *S. Tho.* vlquam docere, futurum contingens à Deo certò cognosci in causis; quin oppositum ubique inculcat, non posse in causis certo, sed tantùm coniecturaliter cognosci: ita eum intelligunt *Capreolus & Ferrar.* locus *1. con. Gen. c. 67.* videtur oppositum docere: *Sicut ex causa necessaria sequitur effectus certitudinaliter, ita ex causa contingenti completa, si non impediatur.* Verùm explicat *Ferrari.* de causa contingente, non liberâ, sed naturali, quæ nata est ex occursu causarum impediri. 136. *Ad fund.* 137. *Ad 2.*

SECTIO.

Digitized by Google

SECTIO IX.

An Deus futura libera cognoscat in se ipsis.

138. *Cognitio Dei est medium in quo. & quo tendit ad remotum.*

Hic est postremus modus cognoscendi futura in se ipsis, in suâ propriâ præsentialitate, & duratione existentiæ. nam cognitio diuina, vtpotè perfectissima, circa obiectum præsens & existens, non solùm est medium *in quo* tale obiectum perfectè cernatur; sed etiam *quo* immediatè tendit ad obiectum in se ipso existens intuendum: atque adeò positâ existentiâ rei extra causas, non solùm Deus cognoscit illam intentionaliter expressam in verbo, in quo anteà expressa erat sub esse possibili, sed etiam in suâ propriâ existentiâ & entitate, quam anteà res ipsa non habebat. Ratio dub. futura non fiunt determinatè cognoscibilia in seipsis, nisi in tempore pro eâ duratione, quâ fiunt extra causas; igitur non potuerunt ab æterno cognosci, quia non possunt certò cognosci, nisi quando determinantur ad vnum, sc. in tempore; at totâ æternitate antecedente hoc tempus, sicut non habent determinatum esse, ita nec determinatam cognoscibilitatem.

Resp. dub.

139. *Conclusio.*

Dico, Deum ab æternæ certò cognouisse futura in seipsis pro eâ duratione, quâ extitura erant extra causas, ea repræsentando vt existentia pro vno tempore, futura vel præterita pro alio. Tria prob. 1. futura contingentia à Deo cognosci in se ipsis. 2. ea repræsentari vt existentia pro vno tempore; futura vel præterita pro alio. 3. hoc totum fuisse à Deo cognitum ab æterno. Primum: Tunc futurum fit certò cognoscibile, quando fit determinatum ad vnum: fit autem futurum contingens determinatum ad vnum, quando fit extra suas causas; nam quamdiu non est extra causas, manet in causis indifferens ad vtrumlibet. Maior prob. quamdiu futurum non transit à statu contingentiæ ad statum necessitatis, non est certò cognoscibile; quia certitudo formalis supponit certitudinem obiectiuam: at tunc transit, quando sublatâ indifferentiâ causæ determinatur ad vnum; recipit esse à causa; subtrahitur à potestate causæ, per quam erat indifferens ad vtrumlibet. Secundum explico: Diuina cognitio, vtpotè infinita similitudo rerum, vnum quodque repræsentat pro omni dispositione intrinseca, extrinsecâ; essentiali, accidentali: futura non solùm habent rationem præsentis, dum existunt, sed etiam futuri & præteriti, dum non existunt, ergo non solùm repræsentat illa, vt existentia in suâ præsentialitate, quando sunt; sed etiam vt futura & præterita pro reliquis temporibus, quibus non sunt. Quo fit, vt in ordine ad cognitionem diuinam nulla sit variatio, nam rerum variationem repræsentat inuariabiliter, dum repræsentat eandem rem pro vno tempore existentem, pro alio futuram, pro reliquo præteritam, fundantem pro diuersis temporibus, diuersa enunciabilia: nam pro vno tempore verum fuit dicere, *Christus nascitur*, pro alio falsum; quæ tota variatio sumpta ex diuersâ dispositione, & respectu, quem res habent ad inuicem; obiectiuè, inuariabiliter fuit in mente diuina ab ipsa æternitate. *Leg. Ferrar. 1. con. Gent. c. 67. §. Sed occurrit.*

140. *Futura conting. Deus certò cognoscit in seipsis.*

141. *Existentia, praterita, pro diuerso tempore:*

141. *Totum cognitum ab æterno:*

Tertium ostendo: Quotiescunque potentia habet obiectum intra sphæram suæ cognitionis, potest illud cognoscere: intellectus diuinus ab æterno habuit intra sphæram suæ cognitionis futura contingentia: igitur ab æterno potuit illa cognoscere; igitur actu illa ab æterno cognouit: nam potentia intellectiua in Deo est necessaria, quæ suppositâ cognoscibilitate obiecti, statim illud repræsentat. Minor prob. Cognitio diuina mensuratur æternitate; quia non distinguitur ab esse Dei, cùm in actu puro idem sit esse & operari: ergo ab æterno habuit intra sphæram suæ virtutis quicquid erat extiturum intra ambitum æternitatis: nam æternum est, *quod inuariatum in se quoad omnia, totum simul, semper, & indiuisibiliter existit:* igitur si cognitio Dei est æterna, debet inuariata in se quoad omnia semper, tota, simul, indiuisibiliter existere; at non semper inuariata in se existeret, si quicquid extiturum est in toto ambitu æternitatis, ab æterno simul non repræsentasset v. g. si ab æterno cognitio diuina non repræsentasset Petrum nunc existentem, variata esset in tempore in ratione repræsentationis; quia in tempore repræsentaret, vt existentem, quem ab æterno non repræsentasset vt existentem, proinde æterna non esset. Vnde contra Patres, Deus aliter cognosceret futura, quàm præsentia, illa abstractiuè, hæc intuitiuè, & in se ipsis: in quo sensu negant Patres, in in Deo esse præscientiam; quia hæc importat anteceſſionem ad scientiam intuitiuam futurorum, quæ in Deo non est. Quia semper futura cognouit vt existentia in suâ propriâ præsentialitate; Confir. infinitus intellectus cum infinito lumine, qualis est diuinus, non requirit, ut obiectum existat tunc, quando actu cognoscitur; quia non requirit illud, ut causam suæ cognitionis, sed vt purum terminum, & conditionem: vnde sufficit, vt illud sit aliquando extiturum.

Inuariatum in Deo.

Hic est discursus *S. Tho.* qui nunquam ex præsentiâ rerum ab æterno, sed ex præsentiâ rerum in æternitate diuinæ cognitionis deducit certam in Deo scientiam futurorum ab æterno. Constat ex *ar. 13. qu. 14. 1. p. Eius intuitus fertur ab æterno supra omnia, prout sunt in suâ præsentialitate:* sunt autem res in suâ præsentialitate, quando actu existunt extra proprias causas: idem docuerat & *art. 1. & 1. con. Gen. c. 67. & 2. 2. q. 171. art. 6. ad 2.* exemplis confirmat: 1. *est q. 2. de verit. art. 12.* eius, qui ex aliquâ speculâ vno intuitu videt omnes transeuntes: sicut visio corporea duo postulat, ut transeuntes repræsentet, & vt transeuntes existant, & vt existant intra sphæram videntis; ita vt aliqua scientia repræsentet futura, duo requirit, & vt futura aliquando existant, & vt existant intra sphæram cognoscentis: at hoc ipso, quòd futura habitura sunt existentiam intra æternitatem, existunt intra sphæram diuinæ cognitionis, quæ cùm sit æterna, fertur in omne tempus, & res sub quâcunque differentiâ temporis existentes; & per consequens quicquid habiturum est existentiam intra æternitatem, cadit sub sphæram diuinæ cognitionis. 2. est centri respectu punctorum circumferentiæ, 1. *con. Gen cap. 66.* vt centrum directam oppositionem habeat ad omnia puncta circumferentiæ, non est necesse, vt quodlibet punctum circumferentiæ existat in totâ, sed in aliquâ parte circumferentiæ: ergo vt cognitio Dei actu simul respiciat omnes creaturas existentes in circumferentiâ æternitatis, non est necesse, vt vnaquæque actu semper in ea existat, sed sufficit, vt aliquando existat. Constat 3. quia hoc sensu S. Thomam explicarunt *Ægidius* eius auditor, *in castigatorio aduersus corruptorem S. Tho. in obseruat. in hunc art. Herueus in 1. distin. 38. Hispal. Syluester in defensorio doctrinæ S. Tho.* Nec propterea inutilis repetitio admittitur in eius

143. *S. Thomas explic.*

Exemplum 1. visionis corp.

144. *Exemplum 2. centri.*

145.

Digitized by Google

eius discursu: non enim dicitur, probare scientiam futurorum ex obiectiuâ præsentia eorundem in mente diuinâ; sed ex præsentia futurorum aliquando in æternitate, & ex æternitate diuinæ cognitionis, probare futurorum scientiam ab æterno in Deo; quomodo probatio est diversa à conclusione; sc. obiectiua præsentia futurorum in mente diuinâ, infertur ex reali præsentia eorundem, non in tota æternitate, sed in aliqua parte virtuali æternitatis.

146. *Dices* DICES: ergo omnia, quæ existunt intra æuum intellectionis angelicæ, certò cognoscuntur ab angelo: nam ita se habet cognitio æterna ad ea quæ existunt intra æternitatem, qua mensuratur cognitio diuina; sicut cognitio æuiterna ad ea, quæ existunt intra æuum, quo mensuratur cognitio æuiterna angeli. *Resp.* neg. conseq. eiusque prob. nam ratio, cur ea, quæ existunt intra æternitatem, necessariò cognoscantur à Deo ab æterno, ea est; quia cognitio diuina in repræsentando non pendet ab obiecto causaliter, sed tantùm terminatiuè; at cognitio angeli pendet etiam causaliter: & quia obiectum non est aptum causare cognitionem, nisi vt existens, nequit ab angelo cognosci, priusquam actu existat: licet .n. angelus habeat speciem obiecti non existentis; tamen habet illam dependenter ab obiecto existente; quia suppletur à Deo cum ea dependentia, quam talis species haberet ab obiecto, si ab illo esset producenda, vt 2. *to.*

Resp.

SECTIO X.

An cum infallibili scientia futurorum stet creati arbitrij libertas.

147. *Ratio dub.* RAtio dub. quod est à Deo præscitum, non potest non fore, cùm scientia Dei sit infallibilis, & frustrari non possit: sed quod non potest non fore, necessariò erit: igitur si Deus ab æterno præsciuit omnes nostras operationes, illæ necessariò erunt; alioqui si aliter, quàm præuisæ sunt, euenire possent, Dei scientia falli posset. *Confir.* in nostrâ potestate non est efficere, vt Deus aliter sciat, quàm scit, quia cùm scientia Dei sit æterna, omnem præuenit arbitrij libertatem; & eâ posita, non est in nostra libertate illam mutare.

148. *Catholica sent. affirm.* Catholica Sent. est, futurorum præscientiam nullo modo arbitrij libertatem lædere: ita definit. *conc. Constant. con. Wicleff. sess.* 8. vbi inter 45. errores ipsius damnat hunc, ordine 27. *omnia de necessitate absolutâ euenire.* Hanc probo: ea tantùm necessitas tollit libertatem, quæ per modum causæ determinantis ad vnum antecedit effectum futurum, non quæ per modum signi infallibilis subsequitur liberam determinationem causæ seu effectum futurum: scientia autem futurorum in Deo non antecedit per modum causæ determinantis voluntatem creatam ad vnum, sed tantùm per modum signi infallibilis subsequitur effectus futuros: ergo scientia futurorum in Deo non lædit arbitrij libertatem. Maior est *Ansel. lib. de concor. præscien. & prædest.* Ea .n. tantùm necessitas tollit libertatem, quæ tollit indifferentiam causæ ad vtrumlibet, in qua libertas formaliter consistit: at necessitas, quæ tantùm consequitur per modum signi infallibilis, supponit rem esse virtute suarum causarum, nihil influens in illam: signum .n. *teste Boëtio lib.* 5. *de cons. prosa* 4. non efficit, quod signat, sed tantùm quid sit, ostendit: sc. scientia Dei, quâ certo noui

Scientia non antecedit effectum per modum causæ.

Sed sequitur per modum signi.

uit futura, non est causa, sed pura intuitio futurorum: priùs .n. ratione, quàm repræsentet rem futuram, supponit futuram ex vi causarum: quo sensu dicunt Patres, non ideò res sunt futuræ, quia Deus nouit illas; sed contrà, ideò Deus nouit illas, quia erant futuræ. 149. *Confirm. exemplo visionis.* Confir. Ita se habet cognitio Dei respectu futuri consensûs liberi mei, sicut visio mea respectu sessionis Pauli: sed visio mea respectu sessionis præsentis Pauli non lædit libertatem meam. Quòd autem cognitio Dei præcedat æternitate consensum meum, non imponit mihi maiorem necessitatem, quàm imponeret, si illum tantùm videret in tempore: Ideo .n. si illum in tempore tantùm videret, necessitatem mihi non imponeret, quia nihil in illum antecedenter influeret per modum causæ determinantis ad vnum. At si illum videret etiam ab æterno, nullam mihi inferret necessitatem: quia etsi cognitio diuina sit æterna, non est tamen causa, sed tantùm signum consensûs futuri; quem priùs ratione quàm ab æterno præuiderit, supponebat futurum in se: ergo nec modò vllam infert. 150. *Notitia vtis sionis:* Nimirum duplex notitia in Deo est circa futura libera; altera visionis, quæ consequitur effectum futurum; priusquam illum repræsentet supponendo futurum in se virtute causæ proximæ; ita nullam infert vim causæ proximæ: altera approbationis, quæ etsi causa sit consensûs futuri, & per eam Deus cognoscat consensum futurum, neque ex eâ notitiâ sequitur vlla vis, aut læsio nostræ libertatis Ratio: hæc notitia approbationis, quâ Deus cognoscit consensum futurum, & quâ est causa ipsius, vt absolutè futuri, supponit aliam notitiam priorem, quâ Deus nouit eundem liberum consensum sub conditione futurum, dependenter à liberâ voluntate creaturæ, quæ notitia non differt à conditionatâ, nisi per decretum absolutum, quod addit de præbendo eo concursu ad consensum futurum creaturæ, quo per eandem notitiam præuidit voluntatem creatam liberè se sub conditione determinaturam ad consensum. Vnde prima radix cognoscendi liberum consensum futurum, est ipse consensus sub conditione futurus virtute causæ proximæ, liberè se ad illum determinantis suppositis omnibus ad agendum sub conditione prærequisitis.

Approbationis. Causa effectus absolutè futuri. Supponit conditionatum consensum liberi.

Qui radix est cognitionis.

Ad rationem dub. dist. maior, quod est præscitum à Deo, non potest non fore, potestate consequente, concedo; potestate antecedente, nego. Explico: sicut duplex est necessitas ex *Ansel. cit.* Antecedens, quæ per modum causæ determinat ad vnum; & consequens, quæ supponit rem esse: ita duplex est potestas; antecedens, quâ simpliciter possumus producere, vel non producere effectum, quousque illum actu non produxerimus; consequens, quâ nullâ suppositione liberæ determinationis nostræ voluntatis, non solùm antecedenter, sed etiam consequenter sumus indifferentes ad vtrumlibet faciendum. Quæ suppositio duplex est, altera de præterito, ex suppositione quòd actu iam nos determinauerimus ad vnum; altera de futuro, ex suppositione, quòd liberè nos simus determinaturi ad vnum. Prior suppositio tollit potestatem etiam antecedentem: nam posito quòd actum produximus, non est amplius in nostrâ potestate, illum non producere; tamdiu .n. manet in nostra potestate, quamdiu in liberâ virtute productiuâ. Posterior verò, sicut non tollit liberam virtutem productiuam causæ, ita nec antecedentem potestatem, quæ in tali virtute fundatur, tollit consequentem; quia supposito, quòd futurus est actus ex liberâ determinatione nostræ voluntatis, implicat

151. *Necessitas Antecedens.* *Consequens explic.*

Digitized by Google

plicat illum non fore. Vnde licet in nobis maneat potestas antecedens ad producendum, vel non producendum; quia hæc ex tali suppositione non mutatur intrinsecè & antecedenter, non tamen manet potestas consequens ad non ponendum actu, quod semel ex suppositione ponitur futurum; alioqui maneret in nobis potestas ad contradictoria actu simul ponenda: hæc tamen necessitas, quia est ex suppositione liberæ nostræ determinationis futuræ, non magis officit libertati, quàm suppositio de præterito: etenim ea tantum suppositio officit libertati, quæ independens à nostra voluntate, est causa actus. Igitur maior conced. de potestate consequente, quæ fundatur in suppositione liberæ nostræ determinationis. Ad prob. concedo, Dei scientiam frustrari non posse, non ex aliqua necessitate antecedente, quæ sola tollit libertatem; sed ex necessitate consequente, quæ non lædit libertatem, sed supponit. Vnde scientia Dei de futuris contingentibus dici consuevit necessaria necessitate consequentiæ; quia ex ea necessariò infertur futuritio effectus, vt à posteriori, & signo infallibili; non necessaria necessitate consequentis; quia non est antecedens & causa consentûs futuri.

152. *Ad argu.* *Ad prob.* *Necessitas consequentiæ*

153. *Ad confir.* *Sensus compositus.* Ad confir. dist. antec. non est in nostra potestate, vt quod Deus scit in sensu composito, non sciat, concedo; sic enim inuoluit suppositionem futuram nostræ voluntatis, qua posita non minùs non est in nostra potestate consequente, eam tollere, quàm in nostra potestate sit, tollere scientiam, quam Deus habet de illa, quia hæc necessariò consequitur ad illam. Est autem in nostra potestate, vt quod Deus scit, potuerit in sensu diuiso non scire. Etenim non minùs in nostra potestate est, vt quod Deus ab æterno sciuit, aliter ex eadem æternitate sciuerit, quàm in nostra potestate sit, vt quod ponitur ex suppositione futurum, aliud poni potuerit ex suppositione futurum. Iam quod hoc potiùs ponatur, quàm aliud ex suppositione futurum, pendet ex liberâ nostrâ voluntate, quæ ad hoc potiùs, quàm ad aliud liberè se sit applicatura. Vnde absolutè dici non potest, in nobis esse potestatem frustrandi scientiam Dei, quia potestas frustrandi scientiam Dei, est posse facere, vt quod Deus de facto sciuit, aliter eueniat, quàm ab æterno sciuit, quod implicat. Nam quamuis in nobis sit potestas, vt quod de facto Deus sciuit, potuerit non scire; non est tamen potestas, vt ex suppositione quod sciuit, possit aliter scire.

Diuisus. *Potestas frustrandi scientiam Dei nulla.*

154. *Objicies*: positâ necessitate consequente ex suppositione effectûs futuri, adhuc in nostrâ voluntate manet potestas antecedens non ponendi effectum: igitur in voluntate nostra est potestas frustrandi scientiam Dei. Resp. neg. conseq. potestas frustrandi scientiam Dei, non est potestas antecedens, sed consequens, quæ, factâ suppositione futuritionis, non manet in nostrâ voluntate: siue est potestas actu tollendi eius obiectum: nam scientia Dei fundatur in effectu prout est in seipso extra causam, non in causa: hæc autem non est potestas antecedens, quæ solùm potest, non est actu sublatura effectum futurum. *Resp?*

155. Dices: si in nobis esset potestas antecedens faciendi, vt quod Deus ab æterno sciuit, aliter sciuerit, esset potentia ad præteritum, quod implicat. Resp. esse potentiam ad præteritum, quando præteritum pendet ex futuro: secus quando non pendet: quia verò scientia æterna Dei, quoad extrinsecam terminationem pendet à liberâ futuritione effectus, potest ad illam esse potentia, non sensu composito, sed diuiso. *Resp.*

SECTIO. XI.

An Deus certò cognoscat futura conditionata libera.

156. *Celeberr. controuersia inter Theol. recent.*

IN hâc controuersia fundatur diuinæ gratiæ efficacis cum arbitrij libertate concordia; ex qua pendet nostræ iustificationis, ac diuinæ prædestinationis negotium. difficultas non est de futuris conditionatis, quæ naturaliter sequuntur ex eorum antecedente conditione, nam hæc sunt certò cognoscibilia ex vi illationis, & necessariæ connexionis consequentis cum antecedente, vt *si homo currit, mouetur*, sed de futuris conditionatis, quæ ex vi antecedentis conditionis possunt sequi, & non sequi, vt sunt futura libera, quæ positis quibuscunque conditionibus ex vi solius libertatis causæ, possunt sequi, & non sequi.

157. *Scientiam virtualem dant.* PRIMA Sent. docet, Deum de his futuris non habere scientiam formalem, sed tantum virtualem: *Nauarreti apud Gonsalez disp. 44. n. 11* Fundam. hæc scientia inuoluit imperfectionem, quia aliàs Deus penderet à conditione ponendâ, vt suum conferret auxilium: & illud iudicium, quod ex se est practicum, & non sortitur effectum, est imperfectum: talis est cognitio conditionata: ergo. Vnde quando Deus hæc futura prædicit, prædictio non refertur ad futura in se ipsis, aliàs non esset infallibilis, quia hæc nunquam erunt; sed ad res alias ex proportione consimiles, quæ infallibiliter eueniunt positis ijsdem conditionibus.

158. *Negant omnem.* SECUNDA negat, omnem scientiam conditionalem esse certam & infallibilem in Deo; dat tantùm probabilem, & coniecturalem: *Gabrera 3. p. qu. 1. art. 3. disp. 1. §. 22. dicto 2. & 3. Nazarij 1. p. q. 14. art 13. controu. 1.* docentis, Futura conditionalia ante decretum Dei habere moralem tantùm ac probabilem certitudinem, fundatam in præsenti dispositione causæ liberæ; & vt sic ea sæpe cognosci à Deo, & prædici à Prophetis, quæ non sortiuntur effectum; vt à Ionâ 3. *Adhuc quadraginta dies, & Ninive subuertetur.* Post decretum verò Dei eam scientiam docet, habere certitudinem infallibilem ex vi decreti antecedentis determinationem creaturæ. Scientiam conditionalium primo modo acceptam, ait pertinere ad scientiam simplicis intelligentiæ; 2. modo, ad scientiam liberam, quæ subdiuiditur in scientiam visionis futurorum absolutorum & conditionalium. Prob. 1. hæc futura non cognoscuntur in se ipsis, cùm in se ipsis nunquam futura sint; igitur nequeunt cognosci, nisi ex vi illationis: at non omnia: quia non omnia infallibiliter consequuntur ex vi antecedentis conditionis: igitur non omnis scientia conditionalium in Deo certa est & infallibilis. Confir. veritas propositionis conditionalis tota consistit in bonitate consequentiæ: ergo ea tantùm, est vera, cuius consequens infallibilem connexionem habet cum antecedente: at non omnia futura libera infallibilem connexionem habent cum antecedentibus causis & conditionibus. Antec. probo. propositio conditionalis nihil ponit in esse, sed solum enunciat consecutionem vnius ab alio (vnde teste S. Tho. Opus. 38. omnis conditionalis vera est necessaria, & omnis falsa impossibilis) quia futura libera, adhuc positis omnibus ad agendum prærequisitis, ex intrinsecâ libertate causæ possunt non euenire. Prob. 2. semper hæc futura in scripturis prædicuntur cum particulâ dubitatiuâ *Fortè*, *Pr. 1.* *Confir.* *Pr. 2.*

3. hanc

3. hanc scientiam negant *Prosper Epist. ad August. ante libr. de prædest. & ipse cit. lib. cap.* 14. vterque enim contra *Massili.* negat Deum vel damnare paruulos sine Baptismo decedentes, propter peccata, quæ patraturi fuissent si superuixissent; vel saluos facere eos, qui cum Baptismo decedunt, propter bona opera sub conditione præuisa: quia hæc futura non sunt futura: *Deus autem* inquit August. *hoc sciuit quod futurum erat, non quod futurum non erat.*

161. *Affirmant formalem.* TERTIA sent. affirmat, hanc scientiam esse in Deo certam & infallibilem, formalem & non tantùm virtualem. Hanc adeò certam iudicat *Zumel* 1. *p. q.* 14. *art.* 13. *dub.* 8. *concl* 1. vt oppositum non sentiat tutum: vnanimi consensu tradunt *Patres Societ. Iesu*, qua primus vsus fuit *Fonseca lib.* 6. *Metaph. cap.* 2. *q.* 4 *sect.* 8. 9. *&* 10. *ipso ibid. test.* posteà secuti sunt *Molina* 1. *p. q. cit. disp.* 17. *init. & lib.* 4. *de gratia & lib. arb. cap.* 15. *fine*: Valentia pun. 5. §. *Sequitur nunc* 2. *qu. ad* 2. *Vasquez disp* 67. *Suarez lib.* 2. *de scientia Dei, &* 10. 1. *de gratia, prolog.* 2. *Henriq. de fine hom. cap.* 4. *Lessius Opusc. de gra. cap.* 19. *Arrub. disp.* 44 *cap* 3. *Albertin. Princip.* 4. *Philos. Corol.* 3. *Becan.* 1 *p. cap.* 10. *q.* 5. *& insigniores Thomistæ*, qui quamuis discrepent in modo, conueniunt tamen in certitudine & infallibilitate huius scientiæ: *Sotus lib.* 3. *Summ. cap* 8. *lect.* 3. *Zumel cit. Aluarez lib.* 2. *de Auxil. disp.* 7. *Gonsalez disp.* 44. *sect.* 2. *Machin. disp.* 33. *sect.* 2. ex *S. Tho.* 3 *p. q.* 1. *art.* 5. *ad* 2. vbi cum *August.* docet, non omnibus iis, quos Deus præuidit credituros, si apud eos facta fuissent miracula, subuenire voluisse: & *art.* 6. vbi asserit, eo tempore Deum carnem sumere voluisse, quo suum beneficium gratum futurum sciuit, scientia conditionata. ex *Scoto in* 1. *dist.* 41. §. *Sed contra* vbi cùm sibi obiecisset, merita, aut demerita sub conditione præuisa, esse causam, cur vnus puer moriatur cum Baptismo, alius sine Baptismo: non negat Deum hæc merita, aut demerita sub conditione futura præuidere, sed solùm negat Deum propter talia merita moueri ad prædestinandos homines: ergo scientiam conditionatam admittit in Deo.

Colligitur ex S. Th.

ex Scoto.

162. *Concl. de fide:* DICO 1. Deus cognoscit futura conditionalia: Conclusio simpliciter asserta est de fide, cùm sit apertè reuelata 1. *Reg.* 23. consulenti Dauidi Dominum, an eo manente Ceilæ, descensurus esset Saul ad ipsum capiendum: & an Ceilitæ ipsum traditurі essent in manus Saulis: Respondit Dominus: *descendet, tradent*, quæ futura non habuerunt esse; habitura fuissent, si Dauid Ceilæ mansisset. Cognouit igitur Deus descensum Saulis in Ceilam, & traditionem Ceilitarum sub conditione. *Matth.* 11. *& Luc.* 10. *Si in Tyro & Sidone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent*; ubi Christus prædicit futuram pœnitentiam Tyriorum sub conditione, si apud eos facta fuissent miracula, quæ facta sunt apud Bethsaitas: ergo cognouit pœnitentiam Tyriorum sub conditione futuram. quia nequit effectus præterlici, nisi præcognoscatur. Eandem sent. probo ex *August.* 1. *Epist.* 49. *q.* 2. *fine*, vbi docet, tunc atque ijs apparere voluisse Christum, quando & quos sciebat credituros esse in eum, & non alijs hominibus ac temporibus, quando, & quos si non omnes, saltem multos futuros esse præsciebat, qui in ipsum non crederent. Hoc autem necessariò supponit in Deo scientiam, qua præuidi eos, qui crediturі non essent, si Christus eis apparuisset, Neque hunc locum retractat *in lib. de prædest. & bono perseuer. cap.* 9 sed solum docet non fuisse ab ipso eo loco definitum, an qui præsisi sunt in Christum crediturі, si eis Christus apparuisset, crediturі fuissent ex se ipsis, an ex dono Dei: *quid enim est verius*, inquit, *quàm præscisse Christum, qui & quando, & quibus locis in eum fuerant crediturі? sed vtrum prædicato sibi Christo à se ipsis habituri essent fidem an Deo donante sumpturi, tunc necessarium non putauі.* Vbi de nouo confirmat quod de hac scientia docuerat; quod vlteriùs approbat exemplo Tyrior. *li. de bono perseuer.* 2. *eod. cap* & docet, Deum non iudicare mortuos de peccatis, quæ præsciuit eos perpetraturos, si superuixissent. Supponit ergo Deum habere scientiam de peccatis, quæ mortui perpetraturi essent, si superuixissent. Tertiò *lib. de corrept. & gratia cap.* 8 *Respondeant*, inquit, *si possunt, cur illos Deus, cum fideliter & piè viuerent, non tunc de vita huius periculis rapuit, ne malitia mutaret intellectum eorum; vtrum hoc in potestate non habuit, an eorum mala futura nesciuit? nempe nihil horum nisi peruersissimè atque insanissimè dicitur.* Quo quid clarius pro scientia conditionata? Quarto *lib.* 1. *ad Simplic. qu.* 2. *medi.* vbi vocationem congruam explicat per ordinem ad scientiam conditionatam, qua Deus nouit quando, & quomodo scit congruere, vt vocantem non respuat: *Sed interest, quibus articulis temporum gratia infundatur*: hoc autem supponit in Deo scientiam, quæ nouit vno tempore congruere, quod eidem alio tempore non congruit, vt possit eo tempore vocare, quo nouit congruere, vt vocantem non respuat. Nec intelligi potest de scientia absoluta; nam hæc sequitur, non antecedit propositum congruè vocandi; Augustinus autem apertè supponit hanc scientiam antecedere propositum congruè vocandi, quia ad hunc finem illam admittit, vt deseruiat proposito congruè vocandi.

Augustini 1. locus.

2. Locus.

3. Locus clarissimus.

163. *4. Locus.*

164. *Ratio.* Euidenter hæc scientia colligitur ex communi illa admiratione Patrum, qua altissima Dei consilia suspiciunt, qui cùm præuiderit tot homines, atque Angelos peccaturos, nihilhominus voluerit illos condere: nec possent id admirari, nisi ante decretum de eorum creatione præcesserit scientia de eorum peccatis: quæ, cùm absoluta esse non possit, siquidem hæc consequitur, non antecedit decretum de creatione, necessariò erit conditionata. Ratione prob. scire quid vnaquæque creatura liberè operatura sit in quauis occasione posita, maxima perfectio est, & confert ad exactam prouidentiam, quam Deus habet de suis creaturis; igitur non est talis perfectio Deo neganda.

165. *Ratio.*

166. *Scientia, hac male limitatur ab Henriquez.* DICO 2. Deus cognoscit omnia futura conditionata, quæ ab omnibus & singulis creaturis rationalibus, tam existentibus, quàm possibilibus sub quauis occasione constitutis, futura essent: contra *Henriq.* qui docet, hanc scientiam non oportere extendi, ad omnia futura conditionata, non modò quæ futura essent à creaturis possibilibus, sed quæ futura essent à creaturis existentibus: quia Deus non cognoscit hæc futura, nisi in ipso præsupponatur liberum decretum earum conditionum, ex quibus tale futurum infallibiliter sequeretur: at Deus actu libero non prædeterminat omnes causas ad omnes effectus sub conditione futuros, quia cùm hic actus non conferat ad prouidentiam creaturarum, esset otiosus in Deo. Prob. 1. asser. maior perfectio in Deo est, scire omnia, quàm aliqua ex futuris conditionatis: nam quâ ratione ponitur scientia aliquorum, quia dicit perfectionem; eàdem ponenda erit scientia omnium, quia maiorem dicit perfectionem. 2. potest in Deo esse scientia omnium conditionalium; nam potest per aduers. Deus habere actum prædefinitiuum circa omnia; quo posito omnia fiunt actu scibilia: ergo reipsa est illa: nam ex eo, quòd Deus potuit habere

Fund. Henr.

167. *Prob. 1. Concl. nostra ex maiori Dei perfectione.*

Possibili.

Digitized by Google

bere decretum conditionatum de pœnitentiâ Tyriorũ, ex suppositione, quòd apud eos factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt apud Iudæos, de facto illud habuit, quia facit ad maiorem amplitudinem scientiæ diuinæ: ergo, quia potuit habere decretum conditionatum circa omnia futura conditionalia, de facto illud habuit, quia facit ad maiorem amplitudinem eiusdem scientiæ diuinæ, qua non solùm cognoscit, quid possibile sit; sed etiam; quid de facto futurum esset, quâuis conditione positâ.

168. *Quâ Deus careret.* Confir. Si Deus non cognosceret futuram pœnitentiam conditionatam Tyrior. de facto careret aliquâ scientiâ, quam posset habere: igitur vt ne careat scientiâ pœnitentiæ Tyriorum, quam posset habere, de facto ponitur in Deo decretum conditionatum, ex quo talis scientia pendet; ita ne careat scientiâ omnium, simile ponendum est decretum conditionatum; nec erit otiosum, quia confert ad maiorem amplitudinẽ scientiæ diuinæ.

169. *Dices.* DICES. Hinc sequeretur, Deum non liberè, sed necessariò habere decretum conditionatum circa omnia conditionalia: quia sicut non potest Deus non habere talem scientiam, ita nec decretum, ex quo scibilitas ipsius obiecti pendet. *Resp.* Resp. eâ sent. positâ, sequelam cohærenter concedit *Gonsalez*, In nostrâ, absolutè neganda: vt. n. hæc futura à Deo cognoscantur non est necessarium aliquod decretum absolutum in Deo actu existens, sed sufficit, *vt infrà*, conditionatum, obiectiuè tantùm apprehensum. Confir. Maior perfectio est, cognoscere non solùm quod actu scibile est, sed etiam quod potest esse scibile: Ergo maior erit Dei perfectio, si non solùm cognoscat possibilia, quæ independenter à quocunque libero decreto Dei sunt actu scibilia, sed etiam conditionata, quæ fiunt actu scibilia, vel per decretum absolutum in sent. Thomist. vel per conditionatum obiectiuè apprehensum id sent. N. Societatis. Vrgebis. Deus

170. *Vrget.* non necessariò habet decretum absolutum circa omnes creaturas; ergo nec conditionatum circa easdem. Quia non minùs ex decreto absoluto futura absoluta fiunt determinatè cognoscibilia, quàm in dictâ sent. ex decreto conditionato futura conditionata fiunt determinatè cognoscibilia.

Resp. Resp. neg. conseq. quia futurum absolutum non addit in obiectiuo diuino nouam rationem cognoscendi supra futurum conditionatum; nam, id quod cognoscit sub conditione futurum, purificatâ conditione, cognoscit absolutè futurum: futurum verò conditionatum, addit nouam rationem cognoscendi supra possibile; quia addit determinationem ad vnum, quam non dicit possibile; quia possibile est indifferens ad vtrumque. Vnde ad prob. conseq. dist. conseq. ex decreto absoluto fiunt futura absoluta, determinatè cognoscibilia ex nouâ ratione cognoscendi, nego; fiunt determinatè cognoscibilia, ex eâdem ratione, extrinsecè tantùm diuersâ, per solam connotationem rei in se ipsa existentis, concedo. Infertur, Deum non modò cog-

171. *Corollar.* noscere futura conditionata, quæ ex quâuis conditione possibili, sed etiam quæ secutura essent ex quâuis conditione impossibili: velut si Iudas fuisset Lucifer, vel Lucifer Iudas, quid cum ijsdem auxilijs, vel alijs vocati fecissent? cùm eadem sit de impossibilibus ac de possibilibus futuris conditionatis ratio, vt videlicet Deus sit omnium scibilium sciens, nihilque omninò fingi possit, de quo interrogatus, respondere possit, *nescio*: cùm ad infinitam perfectionem ipsius spectet, rationem reddere posse, de omni eo, quod ex quâcunque conditione, etiam impossibili secuturum esset. Sunt autem conditiones impossibiles, aliæ necessariæ, ex quibus una tantùm pars contradictionis nata esset sequi, vt si spiritus S. non procederet à filio, non distinctum iri à filio: aliæ contingentes, ex quibus vi antecedentis conditionis vtraque pars contradictionis sequi posset; vi tamen libertatis, quæ sub tali conditione impossibili concipitur, vna tantùm pars sequeretur; vt ex suppositione quod Petrus fuisset Michaël, vel restitisset, vel non restitisset Lucifero. Vtrosque effectus cognoscit Deus, priores independenter à quocunque libero suo decreto, etiam conditionato obiectiuè tantùm apprehenso, cùm tales effectus necessariò sequantur ex vi conditionis antecedentis: Posteriores autem dependenter tum à libero suo decreto conditionato obiectiuè connectente suum auxilium & concursum cum liberâ voluntate Petri, sub conditione quòd esset Michaël; tùm à liberâ voluntate eiusdem, ex eâdem suppositione, quòd esset Michaël. Hæc enim conditionata, cùm nequeant sciri vi solius scientiæ simplicis intellig. vi cuius non cognoscitur hoc vel illud determinatè futurum, sed vtrumlibet, hoc aut illud; sciri debent vi alterius scientiæ, quæ alia non est, quàm quâ Deus cognoscit ea omnia, quæ ex quacunque conditione apprehensa, vi libertatis creatæ, sequerentur. Ex eodem principio infertur, Deum cognoscere quid ipse sub tali conditione impossibili positâ, voliturus, aut facturus esset. Vnde ad fundam. Henriq. Resp. neg. maior. & eâ concessâ, neg. minor, eiusque prob. nam tale decretum, conferret ad maiorem perfectionem scientiæ diuinæ.

Conditiones impossibiles duplicis generis.

Ad fund. Henriq.

172. *Scientia conditionalium est formaliter in Deo.* DICO 3. scientia conditionalium non est virtualiter, sed formaliter in Deo. Fundam. non est virtualis, sed formalis expressio obiecti; quia repræsentat futura conditionalia immediatè in se ipsis; cùm in se ipsis immediatè sint cognoscibilia.

Confirm. cognitio virtualis non est cognitio obiecti id se ipso, sed in alio; sicut amor virtualis, non est amor rei in se ipsa, sed in alio: ergo si scientia conditionata esset tantùm virtualis in Deo, conditionalia in se ipsis manerent ignota Deo: ergo cum Deus ea reuelat, non reuelaret in se; quia non reuelat, nisi prout cognoscit, cùm reuelatio sit manifestatio conceptus interni.

173. *Dices.* DICES potest Deus amare res virtualiter: ergo poterit eas cognoscere virtualiter. Resp. neg. conseq. quia Deus liberè *Resp.* amat res; at non liberè eas cognoscit: vnde potest eas virtualiter amare, quia potest eas amare tantùm in alio formaliter dilecto, vt media in fine, vel finem in mediis; non potest rem in se ipsa cognoscibilem, in alio tantùm cognoscere: quia Deus necessariò cognoscit rem omni cognoscibilitate.

174. *Est certa & infallib.* DICO 4. Hæc scientia est in Deo certa & infallibilis, non modò ex parte cognoscentis, sed etiam ex parte rei cognitæ. Fundam. futura conditionata habent in se certam & determinatam veritatem, *vt infrà*. Prob. 2. maxima esset imperfectio admittere in scientiâ diuinâ incertitudinem & fallibilitatem etiam ex parte obiecti; nam fieri posset, ut obiectum aliter esset in se, aç à Deo cognoscitur & enunciatur. Et sequeretur, Deum non habere medium infallibile ad omne decretum quod circa creaturas condere posset: nam vt possit Deus condere decretum absolutum de e aliquâ dependente à libertate creatâ, oportet vt habeat medium infallibile, quo suum decretum salua libertate creaturæ infallibiliter fit exequendum; quod in hac sent. dici non potest, in quâ supponitur Deum non habere ante suum decretum infallibilem scientiam de quâcunque re, dependente à libertate creatâ.

Ab absurdo: 1.

2.

Digitized by Google

Nec dici potest effectũ prædici ex præsēte inclinatione causæ: tum quia sæpe Deus prædicit effectus futuros contra præsentem inclinationem causæ, vt fuit pœnitentia Tyriorũ, qui, *vt notat Hieron.* erant vitio Idololatriæ dediti, ac proinde spectata præsẽti dispositione causæ, potiùs prædici debebat futurus dissensus, quã consensus in actum pœnitentiæ. Tum quia aliquando huiusmodi futura prædicuntur cũ particula, *Certissimè.* 3. *Reg.* 11. verisimile autẽ non est, Deum vti nota certissima in re incerta & dubia. Tum quia interdum effectus, qui prædicitur, nullã connexionẽ habet cum causis secundis, 4. *Reg.* 13. *Si percussisses*, inquit Elisæus Ioas Regi Israel, *quinquies, aut sexies, siue septies, percussisses Syriam usque ad consumptionem*, vbi quinta percussio terræ, nullam connexionem habeat cum deuastatione Syriæ.

4. *Reg.* 13.

175. A. fundã. primæ sent. nego ante. ad. 1. prob. dist. antec. dependeret Deus à conditione liberè ponenda, vt à causa motiua conferendi auxiliũ, nego; vt à puã conditione obiectiuã, vt tale auxiliũ posset à Deo prædefiniri, vt mediũ infallibile prædestinationis, concedo. Ad 2 prob. 1, neg. minor. est enim scię ia onditionata purè speculatiua, ratione præcedens omnem actũ practicũ in Deo. 2. neg. maior. nã Deus habet practicũ iudicũ de omnibus agibilibus, & tamen nulla est imperfectio, quod illa non producat; quia vel practicũ iudiciũ præcedit actum voluntatis, & sic natura sua non petit sortiri effectũ, nisi dependenter à voluntate: vel supponit voluntatẽ, & hæc aut est absoluta, & tale iudicium sẽper sortitur effectũ: aut conditionata, & hæc nõ semper sortitur effectum; non defectu efficacitatis diuinæ voluntatis, sed libertatis, quæ effectũ decernit cũ tali conditione.

Deus dependet à pura conditione.

176. *Ad primum.* 2. Ad 1. argu. secundæ nego antec. vt enim aliquid possit à Deo cognosci, nõ est necesse vt sit absolutè futurũ, *vt infrà.* Ad cõfirm. dico, dupliciter enunciari posse veritatem horũ futurorũ: 1 per modũ propositionis hypotheticæ, & sic eorum veritas consistit in bonitate illationis formalis; vnde ea dicitur vera, cuius consequens necessariò infertur ex antecedente; ea falsa, cuius consequens nõ necessariò infertur ex antecedente. 2. per modum propositionis categoricæ, cuius veritas attenditur penes connexionẽ, quã consequens de facto habet cũ antecedente: quo pacto ea propositio dicitur vera, quæ conformatur suo significato; ea falsa, quæ non conformatur. Porrò futura conditionata non cognoscuntur à Deo ex vi illationis consequentis ab antecedẽte, sed in se ipsis; atq; adeo cognoscũtur cũ cõnexione cõsequẽtis cũ antecedente, nõ ex vi talis cõnexionis, sed ex vi proprij esse, quod de facto habitura essẽt extra causas, si cõditiones, à quibus pendent, ponerentur. Ad 2. nego, particulã *Fortè* semper esse notã dubitantis, sed vel libertatis & contingentiæ, quâ res liberè fieret, si conditio poneretur, vt notat *Hyeron. in Ier.* 26. vel increpantis, vt testatur *August. Tract.* 27. *in Ioan.* vel consuetæ cuiusdã locutionis, vt aduertit *Ambros. lib.* 2. *de pœnit. cap.* 5. quod inde probat, quia interdũ talis nota ponitur in rebus certissimis, *vt Ioan.* 8. *Si me sciretis, & Patrem meum forsitan scireris.* Ad 3. cùm iam certum sit de mente *August.* vt *suprà*, atq; adeò & *Prosperi*, dic, hos authores nõ negasse scientiã cõditionatorum simpliciter: sed in sensu duntaxat, quo illâ abvtebantur Massilienses; nempe quatenus illa deseruiret Deo ad præmiandum, vel puniendum eos, qui ex hâc vitâ decedebant, ob merita, vel demerita sub conditione præuisa; atq; hoc sensu docet *August.* Deum non præscire, nisi quod futurum est, nempe scientiâ visionis: quia hæc sola deseruit ad meritum, vel demeritum ad præmiandũ bonos, vel puniendum malos: 2. hæc tantùm dici potest præscientia, quæ, vt nomen indicat, anteceſſionem importat ad rem scitam: cùm autem futura conditionata, nunquam sit habitura esse, nequit scientia de illis in Scholastico rigore nuncupari præscientia, quæ importat respectum anteceſſionis ad rem aliquando futuram.

Ad 2.

Ad 3.

SECTIO XII.

An futura conditionata Deus cognoscat ante vllum decretum suæ voluntatis?

179. *Nodus difficultatis.* Hic est cardo controuersiæ inter nos, & recentiores Thomistas, quòd ipsi contendunt, futura conditionata cognosci non posse ante liberum decretum Dei, in ipso existens. Distinguunt autem decretum in Deo, alterum absolutum tam ex parte actus, quàm ex parte obiecti, quale est omne decretum, quo Deus decernit res absolutè futuras; alterum absolutum quidem ex parte actus, conditionatum verò ex parte obiecti, propter aliquam conditionem inclusam ex parte obiecti: vt decretum de concurrendo ad actum pœnitentiæ cum Tyrijs, est absolutum ex parte actus, quia Deus actu habet in se tale decretum; conditionatum verò ex parte obiecti, quia ex parte obiecti includit conditionem, re ipsa nunquam ponendam, nempe si apud eos facta essent miracula, quæ facta sunt apud Iudæos. Docent igitur, nullum futurum conditionatum cognosci posse, nisi præsuppositio in Deo decreto prædefiniente tale futurum, sub aliqua conditione inclusa ex parte obiecti. Nos contrà contendimus, hæc futura cognosci ante vllum decretum prædefinitiuum actu positum in Deo, quamuis non sine respectu ad decretum, quod in Deo esset, si talis conditio, respectu cuius res dicitur conditionatè futura, poneretur.

Sententia Thomistarum.

180. *Probant 1.* Probant illi suam sent. 1. ex August. *cit. Epist. Prosperi sine*, qui interrogatus, an scientia cõditionata subniteretur electioni Dei; an contrà, electio Dei subniteretur scientiæ conditionatæ, vt *Massilienses* volebant, Respondet *de prædest. Sanct. cap.* 10. decretum prædestinationis præcedere scientiam futurorum: *Prædestinatione quippe Deus ea præscivit, quæ fuerat ipse facturus.* Et lib. de bono perseu. cap. 17. *hæc Dei dona, si nulla est prædestinatio, non præsciuntur à Deo.* 2. lib. 1. *de anima & eius orig.* negat, Deum futura conditionata cognoscere: *quid quod ipsa exinanitur præscientia, si quod præscitur, non erit? quomodo enim recte dicitur præsciri futurum, quod non est futurum?* at non negat ea præsciri post decretum, vt docet *de prædestin. & de bono perseu. cap.* 9. igitur ea tantùm negat præsciri ante decretum. 3. *ibid* monet, id quod alibi à se dictum fuit, Christum præuidisse, qui essent in ipsum crediturì, dictum esse sine præiudicio latentis consilij Dei: at nullum esset latens consilium Dei, si id præsciret ante decretum suæ voluntatis; quia tunc, cur vnus crederet, alter non crederet, non reduceretur in aliquod latens consilium Dei, sed in nostrum velle, & nolle: vnde non esset hæc quæstio ex Apostoli admiratione imperscrutabilis. 4. *lib. de corrip. cap.* 12. docet, media, quæ Deus præparat, vt suam adimpleat promissionem, non habere efficaciam ex nostro consensu, vt à Deo præuiso; sed ex proposito suæ voluntatis, quod ex se potens est facere, quod promittit.

181. *Pr. 2. Suadent ex absurd. 1.* Probant. 2. ex absurdis; 1. posità conditionata scientiã ante decretũ, tolleretur specialis prouidẽtia Dei circa hominũ gubernationem ad finẽ supernat. nam si Deus præsciuit, quòd si Petrus vocatus cum solis auxilijs communibus gratiæ saluaretur, posset hic de facto, saluari cum solis auxilijs communibus

gratiæ,

Digitized by Google

gratiæ: atq; adeò ad salutem cũ effectu consequendam necessaria non esset specialis prouidentia intra ordinem gratiæ. quia quod sufficit, vt aliquid sit futurum sub conditione, sufficit etiam, vt sit futurum absolutè, si conditio ponatur: igitur si sola auxilia cõmunia sufficiunt, vt aliquis præuideatur salutem consecuturus sub conditione, eadem etiã sufficient, vt idem præuideatur salutem cum effectu consecuturus, si conditio ponatur; ùm nõ alia sit causa effectus absolutè, & sub conditione futuri. *Confir.* salus æterna pendet à diuinâ prædestinatione, vt à causâ per se requisita: implicat igitur, præuideri salutem æternam, etiam sub conditione futuram sine prædestinatione præsupposita: quia implicat videri effectum, sub conditione futurum, sine causa per se requisita ad illum causandum. 2. admissa tali scientia, sequitur, bonum vsũ nostræ voluntatis, sub cõditione præuisum, esse Deo rationem motiuam, vt vnum eligat præ alio. tum quia posito, quòd Petrus sub conditione sit præuisus cum solis auxilijs cõmunibus crediturus, vis illi inferretur, si non eligeretur: igitur consensus Petri sub conditione præuisus est Deo motiuum, vt illũ eligat ad fidem, ita vt illi vim inferret, si non eligeret. Tum quia, vt deducit *Augustin. lib. de prædest. cap.* 18. Si Deus ante decretũ suũ cognouit, qui essent in ipsũ crediturí, qui verò non; non potest aut credituros nõ eligere, aut non credituros eligere. 3. vocatio congrua vt sic nõ antecederet vt causa liberũ consensũ nostrum; quo Deo vocanti respondemus (alioqui ad eam cognoscendã non esset necessaria scientia media) id autem dici non potest; quia vocatio congrua est necessaria vt Deo vocanti respõdeamus: sed gratia præueniẽs, quæ ad idipsum necessaria est, antecedit consensum nostrũ sub conditione futurũ: nam eadem est causa futuri conditionati quæ absoluti: sed causa consensus absolutè futuri est gratia congrua, quatenus cõgrua; ita Augustin. *lib. 1. ad Simplic. q. 2. Hæc vocatio ita est effectrix bonæ voluntatis, vt omnis eam vocatus sequatur.* 4. prius aliquid esset futurũ, quàm possibile: nã vocatio cõgrua prius est futura per ordinem ad consensũ sub conditione præuisũ, quàm fuerit possibilis: alioqui, si prius esset possibilis, quam futura, Deus in illâ vt possibili per scientiã simplicis intelligentiæ infallibiliter cognosceret consensũ liberũ: nec necessaria esset scientia media, quæ eatenus necessaria est, quatenus non potest Deus cognoscere infallibiliter consensũ liberũ in medio possibili. At futurũ, ideò est futurũ, quia est possibile: ergo prius aliquid est possibile, quàm futurũ. 5. Deus cœco modo concurreret ad actus liberos, absq; intentione illorũ in particulari; concurrit. n. per voluntatẽ, quâ paratus est concurrere, si creatura voluerit cõcurrere; ergo concurrit ignorando id, ad quod determinatè cõcurrit. Quia ante hanc voluntatem nõ præsupponitur effectus in particulari cognitus; nam hic cognoscitur per scientiã mediam, quæ supponit voluntatem concurrendi: igitur per hanc voluntatẽ concurrit ignorando effectum, ad quem daturus est suũ concursũ. 6. hæc sent. noua est, & ad conciliandã cõgruitatem diuinæ gratiæ, cũ vsu nostræ libertatis, minimè necessaria: tũ quia nulla Concilia, vel Patres ea vsi sunt ad explicandam concordiã liberi arbitrij, cum efficacitate diuinæ gratiæ, cùm tamen rectè illam sine tali scientiâ contra hæreticos explicant. Tum quia non est vera concordia duorũ quæ destruit alterũ illorũ. sed per hanc scientiã destruitur congruitas gratiæ præuenientis, & causalitas diuinæ prædestinationis: quia antecedenter ad ea nostri consensus supernaturales sunt determinatè futuri; nam ideò per scientiã cognoscuntur, quia sunt determinatè futuri: sed antecedenter ad hanc scientiã nulla gratia est congrua, nulla prædestinatio in Deo existens: ergo.

Confir. 181. *Absurdum 2.* 182. 183. *Absurd. 3.* 184. *Absurd 4.* 185. *Absurd 5.* 186. *Absurd 6.*

Probant. 3. suam sent. ex falsis principijs, quæ nostra sent. videtur supponere: scilicet conuersionẽ supernat. fieri posse sine speciali gratia, etiã in genere moris: nulla. n. admittitur gratia specialis, nisi præsuppositâ scientiâ mediâ, & tamen per hanc ipsã præuidetur, ex gr. Petrus conuertendus sub conditione: igitur fieri posset conuersio supernat. sine speciali gratiâ, si crearetur Petrus cum eo auxilio, cum quo per scientiã mediã præuisus est sub conditione conuertendus. 2. quòd nos electuri essemus Christũ per fidem, etiamsi Christus nõ elegisset nos, contra illud *Ioan. 15. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos.* sc. scientia media est necessaria, vt Deus eligat nos ad fidẽ; sed supponit nos credituros, si tali vel tali tempore vocemur: ergo antequã Christus eligat nos, nos supponimus elegisse Christũ. 3. Deus non concurreret ad actus supernat liberos, voluntate absoluta, sed conditionata, qua paratus est concurrere, si creatura concurrit: hoc autem dici non potest, alioqui talis voluntas esset in Deo ab intrinseco necessaria; nec posset oppositã habere, quia implicat Deũ non concurrere, si creatura concurrat. Nec dici potest, talis voluntas necessaria ex suppositione, quòd creaturã producat: tũ quia adhuc, nulla producta creatura, talis voluntas, quâ Deus paratus est concurrere cũ creaturâ sub quauis conditione, esset necessaria ex obiecto; siquidem implicat, Deum non concurrere cũ creaturâ, si ipsa concurreret. Tũ quia, etiã productâ creatura, Deus habet libertatẽ voluntatẽ non concurrendi cum illa. Confir. non aliter Deus concurreret cũ Petro consentiente, quàm cũ Iuda dissentiente; & sicut in Iuda non operatur, nisi sufficientiã, qua posset, si vellet, liberè consentire, nõ cõsensũ; ita & in Petro: Deus sc. æqualiter vtriq; quantũ est ex se, per volũtatẽ conditionatã præparauit, concursũ, quo concurreret, si illi vellent cõsentire: igitur non aliter concurrit, cũ vno consentiẽte, quàm cũ altero dissentiente. nã vel Deus aliter concurreret cũ vno, quàm cũ alio antecedenter ad liberũ consensũ, vel concomitanter vel subsequenter. Si 1. Deus nõ voluntate conditionata, seu absoluta cõcurrit cũ vno, qua nõ concurrit cũ alio. Si 2. tale discrimẽ nõ esset in ratione causæ: nam quæ se habent concomitanter, non se habent vt causa & causatũ. idem à fortiori sequitur, si dicatur tertium. 4. voluntas diuina nõ determinaretur à seipsa, sed à creatura ad concurrendũ cum creatura; expectaret creatã, vt cũ illa concurrat. At hoc dici non potest: tũ quia, si hoc esset, neq; de potentia absolutâ, posset Deus suspẽdere actualẽ concursũ, nã ab actuali determinatione creaturæ, sumitur actualis determinatio Dei ad cõcurrendũ: igitur nõ pendet ex volũtate Dei, quod subtrahat suũ concursũ; sed ex voluntate creaturæ, quâ inchoante consensũ, impossibile est, Deum non concurrere. vnde prima radix determinationis diuinæ voluntatis esset ab ipsa determinatione volũtatis creatæ. Tũ quia implicat, vt effectus causæ sit eidẽ causæ conditio ad causandũ requisita: sed determinatio voluntatis creatæ, est effectus diuinæ, igitur nõ potest illi esse cõditio requisita ad concurrendũ cũ voluntate creata, cùm omnis conditio præsupponi debeat ad suum effectum. 5. Deus salua arbitrij libertate saluare nõ posset, nisi quem præuideret consensurum; hoc autem dici non potest; alioqui multi essent, quos Deus saluare non posset, etiamsi vellet, contra *Augustin. in Enchi. cap. 98. Quis*, inquit, *ita desipiat, vt dicat Deum quem voluerit, quando, & vbi voluerit, non possit saluare.* 6. prima radix

Probant. 3. ex falsis sup. 187. *pos. 1.* 188. *Suppo. 2.* 189. *Suppo. 3.* 190. *Suppo. 4.* 191. *Suppo. 5.* 192. *Suppo. 6.*

radix, quòd vnus discernatur ab alio, esset ex nobis, contra Apost. 1. ad Corin. 1. *Qui gloriatur in Domino glorietur.* Nam scientia media supponit, quòd quo auxilio vnus non consentit, consentiat alter. Nec dicas, hanc primam radicem esse à Deo, qui suâ liberâ voluntate mihi præparat auxilium, quo præuidit me consensurum, non autem auxilium, quo preuidit me non consensurum: tum quia saltem loquendo de modo concurrendi Dei, quem scientia media præsupponit, si ille poneretur in esse, dicendum esset, quòd eo auxilio creatura esset consensura, cum quo præuisa est per scientiam conditionatam consensura; atq; adeò non in Deo, sed in se ipsa deberet gloriari; quod etiam repugnat, sc. vt in actibus supernat. ita creatura operetur, vt in se ipsa & non in Domino possit gloriari. Tum quia si Deus mihi præparat auxilium congruum, ideò mihi præparat, vt consentiam: igitur talis voluntas est absoluta, & efficax, cùm sit ex intentione finis: sed talis voluntas est antecedens, & causa consensus; ergo non stat cum voluntate conditionata, quæ expectat liberam determinationem nostram, quam

193. *Suppo. 7.* scientia media necessariò supponit. 7. ex parte Dei nil amplius requireretur, vt homo actu operetur, ac vt possit bonum operari: alioqui antecedenter ad nostrũ consensũ sub cõditione præuisum certò cognosceretur effectus futurus. At id est contra Patres Concilij Mileuit. asserẽtes, necessariã esse orationẽ; quæ tamen necessaria non esset, si nihil tribueretur vni, quod non tribuatur alteri. Neq; dicas, necessariã esse orationẽ, vt Deus vocet ea vocatione, qua præuidit nos responsuros: tum quia hic loquimur de oratione, vt medio ex diuina prouidentia ordinato vt ex ea possit pendere aliquando conuersio huius, vel illius creaturæ: qua Dei prouidentia posita non esset, neq; sub cõditione futura cõuersio vnius, sine oratione alterius: Tùm quia, si in præscientia nõ esset dependentia nostri futuri consensus ab oratione neq; ea esset re ipsa in consecutione; nam eadem est

194. *Suppo. 8.* dependentia à medio requisito in præscientia, & in executione; aliàs præscientia esset falsa. 8. quæ Deus promittit circa conuersionem gentium, adimplere non posset ex facultate suæ omnipotentiæ, sed ex præscientia nostri futuri consensus: & consequẽter, vt Deus sua promissa adimpleat, non in Dei, sed in nostra esse potestate: nam nisi Deus præuidisset, quibus auxilijs homines essent conuertendi, non potuisset ex tota omnipotentia, & virtute auxiliorum gratiæ, talem promissionem adimplere. Hoc admitti non potest per. *August. de prædest. cap.* 10.

195. *Probant. 4. ratione.* Probant. 4. Nullus effectus transire potest à statu purè possibilis, ad statũ futuri, etiã sub conditione, nisi per determinationẽ actu existentẽ in Deo: ergo nullus effectus cognosci potest, vt futurus, ante actuale decretũ Dei. nã ante decretũ nullus effectus habet esse futurũ; ergo nec cognoscibilitatẽ futuri. Antec. prob. diuina voluntas ex se indifferens est ad fore, vel non fore; ergo manente hac indifferentia, effectus non magis habet rationẽ futuri, quã non

196. *Confir. 1.* futuri. Confirm. nullus effectus potest esse futurus, nisi virtute alicuius causæ; ergo maximè virtute causæ 1. vi cuius omnis causa 2. est operatiua, & sine qua nulla 2. operari potest: secluſa autẽ determinatione diuinæ voluntatis, nullus effectus potest esse futurus vi causæ 1. quæ non operatur ad extra, nisi per determinationem suæ voluntatis. 2. Aliter causa prima cõparatur ad futurũ conditionatũ, quàm ad purũ possibile; igitur per maiorẽ determinationem: hæc autem alia esse non potest, quàm decretũ Dei, quo futurũ formaliter differt à possibili, & quo voluntas ipsa diuina, ex indifferente ad fore & nõ fore fit formaliter determinata ad fore. 3. non potest ex plicari, quid sit hoc esse, quod futurũ conditionatũ habet ante decretũ Dei, ratione cuius possit fundare distinctã veritatẽ à possibili, & actu terminare distinctã scientiã in Deo. cùm, n. hoc non sit extiturũ extra causas, non videtur explicabile, in quo illud cognosci possit, si non cognoscatur in decreto Dei.

198. *Confir. 3.*

Inferunt 1, Deum habere actualia decreta circa omnia futura conditionata: 2. nõ dari in Deo scientiã quæ sit media inter scientiam simplicis intelligentiæ, & visionis. Primũ probant: diuinus intellectus debet esse determinatus circa omnia futura conditionata (magna. n. esset imperfectio in Deo, si suspensus maneret circa aliqua) nequit esse, nisi etiã voluntas sit determinata circa omnia, quia Deus nõ cognoscit illa, nisi in determinatione suæ voluntatis. Secundũ: cum hæc futura Deus cognoscat, post decretũ absolutũ ex parte actus, conditionatũ tantum ex parte obiecti; nõ poterit ea videre, n si scientia visionis, quæ est eorũ, quæ supponũt decretũ in Deo.

199. *Inferunt. 1. 2. Probant 1.*

200. *Vera sent. Pr. 1. ex scriptura testimoniis.*

SECVNDA sent. docet, futura conditionata à Deo cognosci ante vllũ decretũ suæ voluntatis actu positũ. Prob. 1. tum ijs scripturis, quibus prædicuntur futura conditionata peccaminosa; nã hæc nequeunt præuideri in decreto prædefinitiuo, aut permissiuo, *vt infrà*: tum ijs quibus dicitur, Deus rapere iustos ex hac vita, *ne malitia mutet intellectum eorum, Sapient. 4. breuiare dies propter electos, Mat. 24. Marci* 13 Ideò Deus rapit iustos, quia præuidet, quòd si superuiuerent, peccarent; quia igitur vult, ne peccent, ante tempus eos rapit ex hac vita. Igitur peccata, in quæ eos præuidet sub conditione casuros, nõ præuidet ex vi decreti, sed scientiæ antecedentis ad decretum: quia si ea præuideret ex vi decreti, cùm hoc Deus liberè cõdat, potuisset illud non condere, & cõsequenter nõ oportuisset iustos ante tempus rapere; nam rapere iustum ante tempus, ne peccet, indicat, quòd peccatũ sit præuisũ futurũ ex sola volũtate creaturæ, atq; adeò antecedenter ad decretũ actu existens in Deo; non autem vi decreti dependentis ex libera voluntate Dei: nam talis modus loquendi sacræ Scripturæ indic. t, Deũ hoc facere, quasi aliena, nõ propria voluntate compulsũ, alioqui cur potiùs vellet, ante tempus iustũ rapere cũ iactura meritorũ, quæ iustus diu viuens acquirere posset, & nõ potius, quòd congruentius est, liberũ decretũ de permissione peccati nõ condere? *lege Augustin. lib. de persever. cap.* 9, Tum ex *cit. Matth.* 11. *Si in Tyro* &c. in quo loco Christus exprobrat incredulitatẽ Iudæorũ, exemplo Tyriorũ, qui cũ ijsdẽ signis & miraculis conuersi fuissent: sed hoc nõ potuit præuidere in aliquo decreto; nam si quod fuisset, certè fuisset de dando eodem auxilio interno ad credendum, quod de facto dedit Iudæis: atqui ex vi talis decreti nõ potuisset Deus præuidere conuersionem, sed potius incredulitatem Tyriorũ, sicut in eo de facto præuidit incredulitatem Iudæorũ. Nec satisfaciunt dicentes, Deũ habuisse decretũ de dando vberiore auxilio Tyrijs, quàm Iudæis, ex suppositione, quòd apud eos facta essent signa: nã tunc facilè potuisset Iudæi Christo exprobranti obijcere, defectum vberioris auxilij, quod accepturi fuissent iidem Tyrij, præ quibus ipsũ de incredulitate reprehenderentur.

201. *Pr. 2. ex Augustin. ex gratiâ congruâ,*

Prob. 2. ex *August* tum 1. *ad Simplicì. q. 2, init.* vbi cõgruitatẽ vocationis explicat per ordinẽ ad tẽporis circũstantias: *Sed interest, quibus articulis temporum gratia infundatur.* Quod dixit in ordine ad cõsensũ, quẽ, gratia in animâ causat; hoc autẽ supponit scientiã, qua indepẽdenter à decreto actu existẽte gratia præuisa est, potiùs vno quàm alio tempore operatura. Nam gratia congrua per aduers. non videtur

potius

Digitized by Google

potiùs operatura vno tempore, quàm alio; quia hoc habet ex naturâ suâ independenter à quocunque extrinseco. Vnde vt videatur congrua voluntati creatæ, non est obseruanda vna potiùs circumstantia temporis, quàm alia; cùm illa omni tempore data per aduers. faciat infallibiliter facere: cùm tamen *August.* clamet, multùm interesse ad gratiæ congruitatem, quibus temporis articulis illa infundatur, *Tum de bono Perseu. cap.* 14. vbi inuestigans rationem, cur Tyrij credidissent, si eadem signa, quæ Iudæi viderunt, ipsi quoque vidissent, nullum assignat decretum ex parte Dei, sed solùm conditionē ex parte eorum, qui crediturí fuissent; etsi ad decretum Prædestinationis referat, quòd non sint eis talia signa concessa; *Ex quo*, inquit, *apparet habere quosdam in ipso ingenio diuinum naturaliter munus intelligentiæ, quo moueantur ad fidem si congrua suis mentibus, vel audiant verba, vel signa conspiciant.* 3. Ex reliquis Patrib. dum admirantes iudicia Dei, quærunt, cur Deus angelos, vel homines, quos præuidit peccaturos, condiderit? in quâ quæst. scientia peccatorum præsupponitur, non subsequitur decretum Dei; alioqui non facerent vim in præscientiâ peccati, quam supponunt præcessisse decretum de creatione, sed potiùs in decreto de permissione peccati consequente decretum creationis. Audi *Bernard Serm* 54. *in Cant. fine* *Subtrahitur interdum gratia, non pro superbia, quæ iam est, sed quæ futura est, nisi subtrahatur.* Cognoscit igitur Deus superbiam, quæ futura esset, si gratia daretur: at non cognoscit illam ex aliquo decreto in Deo existente; nam si quod esset, esset decretum de superbiâ, quam Deus permitteret, si daret gratiam: at hoc esse non potest, quia dum subtrahit gratiam, ne subrepat superbia, non potest ex se, antecedēter ad voluntatem creatam, habere decretum permittendi superbiam, dum subtrahit gratiam, ne subrepat superbia. Argumentor 4. contra aduers. ipsi admittunt gratiam efficacem ex se talem, quæ infallibiliter infert effectum: igitur potest Deus independenter à decreto in se existente, certò cognoscere consensum infallibiliter futurum, ex vi talis gratiæ, si daretur. nam ad hoc sat est, cognoscere medium ex se infallibile, obiectiuè tantùm coniunctū cum voluntate creatâ, neque hoc est tantùm cognoscere consensum possibiliter futurum, sed etiam sub conditione futurum: nam sub alio statu cognoscitur consensus ex vi medij in se tantùm cogniti, ac cogniti vt connexi cum aliquâ voluntate sub conditione obiectiuè tantùm præuisâ, ex vi talis medij operatura. Neque ad hoc necessarium est decretum Dei actu existens, sicut nec est necessarium decretum Dei actu existens ad cognoscendam veritatem huius conditionalis: *si Petrus curreret, moueretur*: sufficit enim infallibilis illatio consequentis ex antecedente, sub obiectiuâ tantùm connexione cursus cum Petro; nam eodem modo infallibiliter infertur consensus ex gratiâ efficaci per aduers. sicut motus ex cursu Petri. Prob. 5. ex absurdis: 1. sequitur, lædi libertatem creatam: quæ in hoc essentialiter consistit, vt positis omnibus ad agendum requisitis, possit agere, & non agere: Sed posito decreto Dei sine præuiâ scientiâ effectûs sub conditione futuri, non est in potestate creaturæ, talem effectum agere, vel non agere; quia decretū Dei cùm sit infallibile, debet infallibiliter habere effectum, vnde habere debet medium, cum quo creatura sit infallibiliter consensura: hoc per aduers. nō est medium infallibile ex præscientiâ consensus præcogniti, sub conditione futuri; igitur erit infallibile ex se: implicat autem esse infallibile ex se, infallibilitate, quam exigit decretum Dei, & non ade. e libertatem creatam: Infallibilitas. n. quam exigit decretum Dei, est talis, vt implicet oppositum: ergo etiā medium, quod assumitur ad tale decretum exequendū, debet esse tale, vt implicet oppositum: (tantam. n. infallibilitatem habere debet medium, quo exequendum est decretum, quantam habet decretū, quod in tali medio fundatur) hoc autem medium non cohæret cum libertate creata; quia vel est tale, quo posito voluntas creata, non posset oppositum; sic destruitur libertas; vel posset oppositū Deus; sic non posset ex vi talis medij esse certus de consensu sub conditione futuro, certitudine, quâ implicet oppositum, quia adhuc eo posito, posset creata voluntas oppositum facere. Sequitur 2. Deum ex se prædefinire peccata contra *Concil. Arausic. Can.* 25. Deus. n. non solùm in suo decreto certò cognoscit nostros actus bonos, sed etiā malos; non potest autē certò cognoscere actus malos. n. si illos efficaciter prædefiniat Respondent 1. Deum non prædefinire formale, sed tantùm materiale peccati. Sed contrà; qui vult materiale peccati, indirectè & interpretatiuè vult etiā malitiā inseparabiliter connexam cum materiali peccati. Nec alio modo dicitur peccare creatura, nisi quia vult talem actionem in individuo, cum qua inseparabiliter connexa est malitia peccati; esto directè nolit malitiā peccati. Respondent 2 Deum non prædefinire, sed tantùm permittere p. cc. tum, negando auxilium efficax ad bonū, in cuius negatione infallibiliter cognoscit oppositum malum; quia infallibile est creaturam deficere, nisi efficaciter ad bonū prædeterminetur. Sed contrà; 1. negato auxilio efficaci, nō negatur sufficiens, vi cuius posset creatura vitare quodlibet peccatū; alioqui non saluaretur libertas in peccando: igitur in solā negatione auxilij efficacis non potest infallibiliter preuideri peccatū. 2. talis responsio non cohæret cum suis principijs: supponit. n. nullum actū posse facere creaturam, nisi ad illum efficaciter à Deo prædeterminetur, nec futura conditionata præuideri ante decretum, quia ante decretū nulla præcedit efficax prædeterminatio Dei ad hunc, vel illum effectum: quo posito implicat videri peccatum in solā negatione auxiliī efficacis: nam vel est peccatum commissionis; at cùm hoc consistat in actu positiuo, ad quem per aduers. est necessaria positiua prædeterminatio Dei, cognosci non potest in solā negatione auxilij efficacis: vel omissionis; & cùm hoc consistat in priuatione actus debiti, cognosci non potest in solā negatione auxilij efficacis; quia hæc est à solo Deo, independenter à voluntate creata; atque adeò vt sic non potest haberi rationem peccati, & consequenter neque in illa vt sic cognosci potest peccatum. Sequitur 3. non saluari auxilium sufficiens: nam vt hoc sit sufficiens, debet quantum est de se reddere subiectum proximè, & moraliter potens ad operandum, præhabendo in se, quidquid per se requiritur ad actum 2. ita vt negatio actus 2. non proueniat ex defectu alicuius perfectionis, per se requisitæ ad illum; sed ex solā libertate creaturæ nolentis actu consentire, cùm tamen posset, si vellet, ex vi talis gratiæ. quia libertas formaliter consistit in potentia proxima, & non tantùm in remota agendi. Sequela prob. gratia efficax in hac sent. physicè differt à sufficiente, defectu cuius physicæ perfectionis, repugnat, gratiam sufficientem habere suum effectum. Prob. 6. ex falsis principijs, quibus opposita sent. nititur. 1. supponit dari actuale decretum in Deo absque vllā mutatione ad extra: hoc autem implicat, *vt infrà*. 2. dari in Deo efficax decretum de effectu, & simul efficax decretum de negatione causæ, siue conditionis, ex

203. *Pr. 3. Patres.*

204. *Pr. 4. Ad hominem.*

205. *Pr. 5. ex absurdis. 1. laditur libertas.*

Bernardus.

205. *Absur. 2. Deus prædefiniret peccata.*

Respondent 1.

Contrà.

207. *Respondent 2.*

Contrà.

208. *Absurdum; Non erit auxilium sufficiens.*

209. *Pr. 6. ex falsis Aduersariorum principijs. 1. Suppo. 2. efficax decretum de effectu & de negatione eius.*

Digitized by Google

quâ talis effectus pendet: efficax decretum de pœnitentiâ Tyrior. & simul efficax decretum de negatione signorum, ex quibus vt ex præuiâ causâ, vel conditione pendebat pœnitentia Tyrior. At hoc inane est: nam quando effectus & causa pendent ab eodem agente, vt pœnitentia Tyrior. & manifestatio signorum à Deo prædefiniente, frustra tunc agens habet efficacem volitionem de vno, si habet efficacem nolitionem de alio: ad quid n. efficax decretum de pœnitentiâ, si efficaciter nolebat dare signa, ex quibus vt ex causâ vel conditione pendebat pœnitentia Tyriorum? ad minimum enim tale decretum esset otiosum. Quin vlteriùs sequitur, per huiusmodi decreta apertè sibi Deum contradicere. Nam per vnum vellet efficaciter effectum, cùm ad illũ offerat efficax auxilium: per aliud nollet efficaciter effectum, cùm efficaciter neget conditiones ad effectum necessariò requisitas. Dices. Deseruire ad cognoscenda futura conditionata. Sed contrà; non est cum eiusmodi imperfectionibus hæc scientia in Deo ponenda; sicut nec ea ponitur cum imperfectione incertitudinis, & fallibilitatis.

211. *Pr. 7. ratione* Prob. 7. Deus certò cognoscit sub conditione, quid re ipsa futurum esset purificatâ conditione: sed purificatâ conditione necessariò futurum esset aliquid determinatè; vt patet; v. g. vel consensus vel dissensus determinatè. Maior prob. Deus infinito suo lumine penetrat totum id, quod esset, licet nunquam futurum sit; quia vt rem cognoscat, non prærequirit, vt illa existat, sed tantùm vt habeat aliquam determinationem: sed posito; quòd creatura re ipsa se determinaret ad consensum, si conditio poneretur, talis consensus habet determinationem, ex suppositione, quam non habebat anteà; atque adeò habet aliquam cognoscibilitatem, quæ ad talem determinationem consequitur, quam anteà non habeat. Confirm. 1. sicut Deus cognoscit futurum, antequam in se ipso existat: ita cognoscere potest futurum sub conditione, antequam purificetur conditio, quia purificatio conditionis, supponit id, quod erat futurum sub conditione: ergo illud poterat cognosci ante purificatam conditionem. Neque hoc est cognoscere futurum in causâ, sed in se ipso; non absolutè, sed sub conditione; quia cognoscitur effectus, ad quem causa re ipsa sese determinaret, si poneretur conditio. Neque ad hoc requiritur decretum Dei actu existens, sed sufficit decretum conditionatum tam ex parte actûs, quàm ex parte obiecti: nam vt cognoscatur effectus sub conditione futurus, sufficit cognoscere id, quod causa faceret, si hic & nunc, cum his vel illis auxilijs & circumstantijs applicetur ad operandum: ad hoc autem non est necessarium decretum actu existens, sed tantùm sub conditione præuisum. 2. non minùs liber consensus creaturæ pendet ex voluntate creaturæ, quàm ex auxillo Dei: sed ad cognoscendum liberum consensum ex vi voluntatis creatæ sub conditione futurum, sufficit tantùm mente concipere voluntatem creatam, cum tali auxilio, hic & nunc sub conditione ad operandum applicatam: ergo ad cognoscendum eundem ex vi auxilij diuini, sufficit mente concipere tale auxilium sub conditione oblatum creaturæ. Minor euidens est per aduersum: nam potest Deus habere decretum de concurrendo ad actum pœnitentiæ cum Petro ex suppositione, quòd illum crearet, & tamen non habere decretum illum creandi: tunc cognosceret Deus pœnitentiam Petri sub conditione futuram, ex vi voluntatis Petri, obiectiuè tantùm sub conditione cognitæ vt operaturæ ex vi talis auxilij prædefiniti, absque vllo decreto actu existente, sed tantùm sub conditione præuiso de voluntate Petri, cùm Deus nullum supponatur habere actuale decretum de creatione voluntatis Petri. Item Deus habet decretum de concurrendo concursu concomitante, cum voluntate meâ ad contritionem, ex suppositione, quòd mihi daret gratiam præuenientem congruam: at non minùs contritio pendet ex gratiâ præueniente, quàm ex concomitante: sed potest illam sub conditione futuram cognoscere, sine actuali decreto, quoad gratiam præuenientem: igitur eandem cognoscere poterit sine actuali decreto quoad gratiam concomitantem. Ratio: cùm effectus non debeat præuideri, vt absolutè futurus, sed tantùm sub conditione futurus, non requirit causas, vel conditiones, à quibus pendet, actu positas, sed tantùm sub conditione ponendas: nam eâ ratione effectus requirit causas, vel conditiones, quâ ratione est futurus: non est futurus absolutè, sed sub conditione; igitur non requirit causas, vel conditiones actu positas, sed tantùm sub conditione ponendas; atque adeò poterit ante vllum decretum actu in Deo positum præuideri; non absolutè, sed sub conditione futurus: sub quâ conditione, sicut habet determinatam entitatem, ita & determinatam veritatem, ac cognoscibilitatem.

214. *Ratio a priori.*

Infinitum Dei lumen penetrat. &c.

212. *Confir. 1.*

213. *Confir. 2. de paritate rationis.*

215. *Media est hæc scientia.*

Deducitur 1. quo pacto hæc scientia iure appellanda sit media inter scientiam simplicis intelligentiæ & scientiam visionis, naturalem, & liberam; nam scientia simplicis intelligentiæ est circa possibilia, & est necessaria tam ex parte subiecti, quàm ex parte obiecti: vnde naturalis dicitur. Scientia visionis est circa existentia, estque libera tam ex parte subiecti, quàm ex parte obiecti, quia sicut potuerunt creaturæ simpliciter non existere, ita potuit Deus talem scientiam non habere. Scientia conditionalium nec est circa purè possibilia, nec circa absolutè futura, sed circa futura sub conditione: nec est purè naturalis, nec purè libera, sed mixta, seu media inter vtramque; nempe naturalis ex parte subiecti, quia non potuit Deus eâ carere, cùm non pendeat ex aliquo decreto libero, sed antecedat omne decretum liberum: libera obiectiuè, quia sicut Deus habet scientiam conditionatam de pœnitentia Tyriorum; ita habere potuit de impœnitentiâ eorum. si Tyrij, vti præuisi sunt sub conditione pœnitentiam acturi, præuisi fuissent sub conditione pœnitentiam non acturi; quippe qui potuerunt cum eodem auxilio interno, & externo, cum quo de facto præuisi sunt ex vi propriæ libertatis pœnitentiam acturi, præuideri pœnitentiam non acturi. Quare dici potest scientia conditionata necessaria ex parte obiecti disiunctim; nam ex duobus obiectis, alterutrum indeterminatè necessariò repræsentare debet, ex. gr. assensum vel dissensum sub conditione futurum: libera verò disiunctiuè, quia liberè repræsentat hoc vel illud obiectum determinatè, sc. consensum vel dissensum sub conditione determinatè futurum. Deducitur 2. quâ ratione hæc scientia deseruiat Deo ad saluandam cum infallibilitate sui decreti libertatem nostræ voluntatis; quia cùm per hanc scientiam Deus ante omne suum liberum decretum certò cognoscat, quid vnaquæque creatura cum hoc vel illo auxilio sub quauis occasione constituta liberè operatura sit, decernendo deinde medium, cum quo certo præuidit, creaturam liberè consensuram, optimè saluat & infallibilitatem sui decreti; quia ex suppositione, quòd creatura sit

Mixta.

Necessaria.

Libera.

216. *Saluat infallibilitatem decreti Dei:*

Digitized by Google

sit cum tali auxilio liberè sub conditione consensura, repugnat fore oppositum, nam hoc involuit necessitatem ex suppositione: Et nostram libertatem; nam hæc intrinsecè includitur in suppositione sub conditione præuisâ; quia cùm sit suppositio consequens liberum vsum nostræ voluntatis, non destruit, sed conseruat, & supponit libertatem.

Et libertatem creaturæ,

217. Deducitur 3. nullum effectum creatum præuideri posse sub conditione futurum, nisi dependenter ab aliquo decreto Dei, obiectiuè saltem existente in mente diuinâ, atque adeò nullum effectum creatum præuideri posse ante omne decretum Dei. Fundam. omnis effectus creatus; essentialiter pendet à voluntate increatâ; igitur præuideri nequit ante omne decretum Dei, saltem obiectiuè existens in mente diuina. Dices. Scientia conditionata præcedit omnem actum diuinæ voluntatis: igitur obiectum ipsius præcedit omne decretum Dei. Resp. dist. antec. scientia conditionata præcedit omnem actum diuinæ voluntatis absolutum, & quoad existentiam positum, concedo; conditionatum, & sub hypothesi obiectiuè existentem, nego: priùs enim supponitur actus diuinæ voluntatis obiectiuè, & sub hypothesi offerens creaturæ, quæ necessaria sunt ad consensum, quàm præuideatur consensus sub conditione futurus.

Non ante decretum Dei obiectiuum.

Dices

Resp.

218. Ad solutionem argum. nota, Augustinum disputare aduersus Massilienses, Pelagianorum reliquias, quorum præcipuus auctor fuit *Cassianus*, contra quem Prosper integrum edidit librum, quem contra *Collatorem* inscripsit, qui non solùm contendebant, Deum homines vel ad gloriam eligere, vel ad pœnas destinare ex eorum meritis, aut demeritis sub conditione præuisis; vnde aiebant, infantes sine baptismo morientes damnari, propter eorum peccata, quæ victuri commisissent: contrà verò cum baptismo decedentes saluari, propter eorum bona opera, quæ superuicturi egissent; sed & merita fundari in solâ voluntate humanâ, quibus homo dignum se præbet gratiâ & prædestinatione diuinâ. Quorum illæ erant familiares voces, *apud Cassian. lib. 12. Collat. c. 14. Credentibus, volentibus, desiderantibus, conantibus, laborantibus, vigilantibus, studentibus, petentibus, quærentibus, pulsantibus Deus suam subnectit gratiam.* Quæ omnia damnata sunt in *concil. Arausic. 1. Can. 6.* Contra hos igitur Augustinus docet, electionem ad gratiam, vel gloriam non subniti scientiæ meritorum, siue sub conditione, siue absolutè præuisorum, ex solâ humanâ voluntate, proficiscentium, sed potiùs scientiam meritorum siue absolutè, siue sub conditione præuisorum subniti electioni absolutæ respectu eorum, qui de facto saluantur, aut conditionali respectu eorum, qui præuisi fuerunt sub conditione pœnitentiam acturi, ut fuerunt Tyrij & Sidonij, eo quòd in sent. Catholicâ Augustini, nulla præuideri possint merita, neque sub conditione futura, nisi dependenter ab electione gratuitâ, vel absolutè, vel sub conditione gratiam offerente, cùm nullum opus possit esse apud Deum meritorium, nisi ex ipsius gratiâ procedens. Quocirca ex *cit. locis Augustini* nil possunt contra nos aduersarij euincere, cùm Augustini intentum sit, scientiam meritorum non præcedere electionem ad gratiam, cùm ante electionem ad gratiam nulla possint præuideri merita nec absoluta, nec sub conditione futura. Quin ex his nostra magis confirmatur sent. nam *lib. de prædest. SS. c. 10.* ait, Deum non solùm præscire, quæ est ipse facturus, sed potens est etiam præscire, quæ ipse non facit: sicut quæcunque peccata, quæ Deus etiam sub conditione futura scit, & tamen ea, in sent. Augustini Deus non scit in aliquo suo decreto: nam quæ Deus decernit, iuxta doctrinam Augustini, Deus ipse dicitur facturus: ergò è conuerso, quæ non est ipse facturus, non decernit Deus: sed ea in seipsis videt futura, vel absolutè vel sub conditione, ut non obscurè colligitur ex præcitato capite 19. *Prædestinatione quippe*, inquit, *Deus ea præsciuit, quæ fuerat ipse facturus: vnde dictum est, fecit, quæ futura sunt.* De peccatis contrà scribit: *Præscire autem potens est, etiam quæ ipse non facit, sicut quæcunque peccata.* Si autem non facit; ergo nec decernit, sed tantùm permittit, absque vllo positiuo decreto de peccatis. Si quis vltra recurrat ad decretum de physicâ prædeterminatione ad physicam entitatem peccati: videat ipse, quàm congruat diuinæ bonitati, creatam voluntatem ad actum peccati physicè prædeterminare; quanquè hoc sit ad mentem *Augustini*, qui vbique congruitatem vocationis explicat per ordinem ad circumstantias temporis, vt tunc à Deo infundatur, quando præuidetur à vocato non respuenda. Est igitur in doctrinâ August. duplex electio; vna conditionalis, quâ Deus suam gratiam obiectiuè & sub conditione obtulit omnibus hominibus, antequam decreuisset eos creare: altera absoluta, quâ ad efficacem gratiam elegit hos præ illis. Inter quas hoc interest, quòd per priorem non offertur gratia, vt per eam prædestinati discernantur à non prædestinatis, cùm nondum concipiatur Deus decretum fecisse de prædestinatis, sed vt per eam habeat certa media, quibus possit prædestinandos ad suum finem infallibiliter producere: per posteriorem verò, vt actu illos ad prædestinatum finem perducat. Quo fit, vt per primâ electionem non offeratur gratia, vt actu & absolutè operetur, sed vt præuideatur operatura: per secundum verò, vt actu & absolutè operetur. Nec prima est propriè electio aliquorum præ alijs, cùm indiscriminatim offertur omnibus: sed dicitur electio quatenus per eam assumitur natura ad quædam opera, ad quæ de se est impotens. Constat hæc distinctio; nam in eius Catholicâ sent. nulla opera meritoria præuideri possunt independenter à gratiâ: at Deus non solùm præuidet merita absoluta, quæ est ipse facturus, sed etiam conditionata, quæ facturus fuisset, si hic, vel ille homo superuicturus fuisset; ergo duplex electio ad gratiam, duplici meritorum generi correspondet, sc. absolutè, & sub conditione futurorum. Hæc gratuita electio ad gratiam ab August. appellatur *latens consilium*, sine cuius præiudicio à se dictum fuit, Christum præuidisse, qui essent in ipsum crediturі, non excludendo ab hâc præuisione gratuitam electionem necessariò inclusam in obiecto fidei præuisæ, vt *fine cap. 9. de prædest.* testatur: *Quid enim verius est, quàm præscisse Christum, qui, & quando, & quibus locis in eum fuerant crediturі? Sed vtrum prædicato sibi Christo à seipsis habituri essent fidem, an à Deo donante sumpturi, id est, vtrum tantummodò eos præscierit, an etiam prædestinauerit Deus, quærere ac differere, tunc necessarium non putaui.* Quæ doctrina tametsi principaliter intelligenda sit de fide absolutè futurâ, tamen suo etiam modo intelligi debet de fide sub conditione futurâ, cùm etiam hæc sub conditione præuisa pendeat ab electione gratiæ, crediturіs oblatæ, per decretum purè conditionatum. Vnde cur vnus credat præ alio, non reducitur ad humanum velle, vt aduersarius inferebat, sed ad electionem Dei absolutam, vel conditionatam, tanquam ad primam radicem. Nam etsi nolle credere reducatur ad humanam voluntatem, quæ oblatâ sibi gratiâ, propriâ virtute noluit credere; ipsum tamen

Contra Massilien.

Intentum Augustini.

militat contra aduersarios.

Duplex est.

Electio.

Prima offert gratiam vt præuideatur.

2. vt absolutè operetur.

Electio Dei absoluta vel conditionata est prima radix boni.

Digitized by Google

velle credere non nisi ad gratiam, sine qua humana voluntas impotens est ad credendum, uti oportet, reduci debet. Ex his patet ad 1. & 3. testimonium. Ad 2. quodicitur omnino exinaniri scientiam, si quod præscitur, non erit: hoc non minùs urget aduersarios, in quorum doctrinâ nullum futurum conditionatum, etiam actuali decreto Dei prædefinitum, erit unquam futurum: Deinde præscientia ab August. cum Apost. *ad Romanos* 11. accipitur pro prædestinatione, vt *de dono perseuer. c. 17 fine: Nullus*, inquit, *qui hæc intelligit, negare, vel dubitare permittitur, vbi ait Apost.* Non repulit plebem suam, quam præsciuit, *prædestinationem significare voluisse.* Quia igitur quæ futura non sunt, à Deo non prædestinantur (licet. n. ex *August.* possit esse futurum, quod à Deo prædestinatum non est, vt est peccatum; quod tamen futurum non est, à Deo prædestinatum esse non potest) rectè hoc sensu dicitur, exinaniri omninò præscientia, hoc est prædestinatio rei, quæ futura non est. Iuxta quam interpretationem videant Moderni, quàm sit Augustino conforme, docere, etiam quæ futura non sunt, absoluto decreto ex parte Dei præfiniri, quod est ex parte Dei prædestinari, uti fuit pœnitentia Tyriorum, cùm is testetur, hoc ipso, quo aliquid futurum non est, à Deo prædestinatum esse non posse. Denique dici potest, *August.* non negasse scientiam eorum, quæ futura non sunt, futura autem fuissent, si hæc vel illa conditio posita fuisset; sed nomen ipsum *præscientiæ; Quomodo enim*, inquit; *rectè dicitur præsciri futurum, quod non est futurum?* qui non simpliciter negat, quod non est futurum sciri, sed non rectè dici præsciri; quia præsciriex vi suæ notionis importat anteceſſionem scientiæ ad rem scitam. Cùm igitur scientia, quam Deus habet de futuris conditionatis, nullam importet ad ea anteceſſionem, neque causæ, cùm ipsa potiùs vt obiecta præsupponantur ad scientiam, quæ obiectum, in quod fertur, supponit; neque durationis, cùm ne queat duratione antecedere respectu illius rei, quæ nunquam est futura: nam duratione antecedere dicitur id, quod secundùm existentiam aliud præcedit. Ita explica. *August. de prædesti. c. 14.* vbi in illud sapien. *Raptus est, nè malitia mutaret in tellectum eius*, scribit. *Dictum est enim secundùm pericula vitæ huius, non secundùm præscientiam Dei, qui hoc præsciuit, quod futurum erat, non quod futurum non erat.* Ex quo patet discrimen inter scientiam absolutè, & sub conditione futurorum: nam etsi illa sit ratione posterior obiecto, quod prius natura supponit extiturum, nam ideò cognoscit illud, quia futurum est, non contra: est tamen duratione prior, quia præcedit illud æternitate. Ad 4. suppono, efficaciam gratiæ pendere à consensu sub conditione futuro, ut à termino essentialiter connotato, & à voluntate humanâ vt à causa liberè se cum gratiâ ad consensum determinante, inchoatiuè solùm & remotè; completè verò & proximè seu formaliter ab ipso libero decreto Dei, eam gratiam inter omnes seligentis ac præparantis, quæ vita est cum voluntate creatâ liberè effectum habitura, idque ex efficaci & liberali proposito, ut sequatur effectus.

Ad 1. testim. resp. 1.

2.

3.

Ad 4. testim.

Ad 2 caput. ex absurdis: ad 1. nego sequel. imò maximè confert hæc scientia ad perfectam prouidentiam, quam Deus habet de creaturis rationalibus, vt eas possit ad salutem dirigere modo libero, & consentaneo ipsarum naturæ. Ad prob. concedo, quòd auxilium antequam prævisum sit per scientiam conditionatam effectum habiturum, non habeat rationem doni specialis, nam hoc habet, quatenus prævisum est efficax: cùm igitur hoc non habeat ex solâ intrinsecâ suâ natura, sed ex connotatione liberi consensûs creaturæ, tunc, & non antè habebit rationem doni specialis: sicut centum data Petro, antequam sint præuisa illum à morte liberatura, non habent rationem doni specialis; habent autem, postquam præuisa sunt illum à morte liberatura. Quare non est eadem ratio de effectu sub conditione, & absolutè futuro; nam ad illum non est opus auxilio, & prouidentiâ speciali, cùm hæc sit practica ratio agendorum, nec nisi circa absolutè futura, quæ supponunt prævisionem certorum mediorum ad finem conducentium. Vnde concedo, quod id, quod sufficit, vt sit futurum sub conditione, sufficit, ut sit futurum absolutè, si conditio ponatur, quoad rationem physicam; non quoad moralem: nam ad effectum absolutè futurum, præcedit voluntas Dei de dando medio cum certâ prævisione consensûs futuri, quæ tamen non præcedit effectum sub conditione futurum, & ideò ad illum præcedit specialis prouidentia, non ad hunc. Esto igitur sit eadem physica causa consensûs sub conditione, & absolutè futuri, non est tamen eadem moralis, nam moralis causa effectus absolutè futuri, est specialis voluntas Dei dandi auxilium cum certa intentione, & prævisione effectûs, quæ non est respectu effectûs conditionatè futuri. Ad confirm. dist. antec. de salute absolutè, & conditionatè futurâ; & de prædestinatione, vt dicit certam ordinationem mediorum ad finem, & vt dicit solam voluntatem conditionatam: hoc posito, salus absolutè futura per se pendet à prædestinatione primo modo acceptâ; eadem sub conditione tantùm futura non pendet à prædestinatione primo modo, sed tantum secundo sumptâ. Ad prob. nego, eandem causam requiri ad salutem absolutè, & sub conditione futurâ: nam ad primam, cùm sit effectus per se intentus, requiritur certa præuisio mediorum, cum efficaci proposito ea dandi, quæ non requiritur ad secundam; cùm sit effectus tantùm prævisus, non per se intentus, nec efficaciter volitus. Ad 2. nego sequel. ad 1. prob. prævisus fuit Petrus sub conditione crediturus cum solis auxiliis communibus naturæ debitis, nego; quia cùm hæc sint ordinis supernat. non potuerunt esse naturæ debita; cum solis auxilijs communibus naturæ indebitis, concedo. Quâ dist. positâ, corruit utrumque aduers. illatum, & fidem sub conditione prævisam fuisse Deo rationem motiuam eligendi Petrum ad fidem, & vim ei illaturum fuisse, si præuisa auxilia ad fidem illi negasset. Cæterùm etsi non potuerit Deus Petrum ad fidem eligere ui illius auxilij, quo sub conditione præuiderat, eum non crediturum, potuit tamen aut ui aliorum auxiliorum, quibus præuiderat illum crediturum, aut ui eiusdem sub alijs circūst. & occasionibus oblati, vti dicere ipsi tenentur, Deum non posse hominem ad fidem eligere solo auxilio sufficienti. Nego posteriorem prob. partem: nec aliquid contra nos docet *cit. August.* qui tantùm *c. 19. contra Pelag.* deducit, nos elegisse Christum, non nos electos fuisse à Christo, si Deus fide viribus naturæ elicitâ nos elegisset. Neque ex eo, quòd auxilia, quibus scientiâ conditionatâ præuisi sunt aliqui in Christo crediturі, fuerint ante omnem prævisionem communia, omnibusque indifferenter oblata, tollitur ab eis vel intrinseca sufficiensque vis, ut accedente libertate creatâ, cum eâ producere ualeant liberum consensum, vel eorum supernaturalitas; solùm enim dicuntur ante prævisionem communia, tum quia non offeruntur unis præ alijs, sed indiscriminatim omnibus; tum quia neque

219. Ad 1. absur.

Donum speciale quod prævisum efficax.

220. Ad confir.

221. Ad 2. Dist. pars prima probationis.

Neg. posterior. auxilia communia sunt sufficientia.

Digitized by Google

que omnibus offeruntur ex efficaci proposito, vt per ea electi saluentur cùm nondum supponatur electio facta; sed solùm vt præuideantur certa media, quibus saluâ libertate creatâ, possit Deus, quos in posteriori signo rationis electurus est, ad prædestinatum finem infallibiliter perducere. Quòd autem hæc præuisio infallibilium mediorum in diuinâ mente præcesserit ratione efficacem electionem horum præ aliis, constat 1. alioqui exposuisset se Deus periculo frustrandi suum decretum de fine, si priùs non habuisset præcognita media, quibus infallibiliter potuisset eligendos ad finem perducere: quia cùm talia media non sint naturâ sua infallibilia, præuideri debuerunt infallibilia ex suppositione liberi consensûs voluntatis creatæ sub conditione futuri: Nam licet moraliter sit impossibile, vt vel cum nullo ex infinitis medijs, quæ Deus habet in thesauro suæ omnipotentiæ, sit aliquis ex electis consensurus; vel contrà, sit aliquis ex non electis cum omnibus & singulis consensurus: quia tamen metaphysicè saltem non repugnat, vt vel cum nullo medio aliquis ex propriâ libertate sit responsurus, vel contrà cum omnibus & singulis consensurus, debuit Deus, vt certus esset etiam metaphysicè, priùs ratione prænoscere media, quibus infallibiliter posset electos ad prædestinatum finem perducere. 2. quia non modò Deus post electionem debuit esse certus de medijs in communi, sed etiam in particulari, cùm hic modus sit perfectior ac Deo dignus: per primum enim solùm Deus fuisset certus de medijs in confuso, vnde confuso ac cæco quodam modo post factam electionem, applicuisset electis hæc, vel illa media, nondum sciens quæ nam futura essent congrua, donec ea præuideret congrua ex libero consensu electorum: idem proportionaliter esset de non electis. 3. quia cùm scientia conditionata sit Deo subiectiuè necessaria, & uniuersalior; cùm per eam non solùm cognouerit liberos consensus sub conditione futuros, quos de facto in nobis præfiniuit, sed etiam infinitos alios, quos partim creati cum aliis auxilis & sub alijs circumstantijs, partim nunquam creandi eliciturí fuissent, est ratione prior in Deo concipienda. Nam etiamsi nulli creati fuissent, adhuc Deus talem scientiam habuisset.

Præuisio mediorum in fallib. præcedit electionem efficacē.

Constat 1.

2.

3.

222. Ad 3. concessâ maiore, neg. minor. ad prob. dist. maior. est necessaria gratia congrua, vt congrua ad consensum absolutè futurum, concedo; ad consensum sub conditione futurum, nego: quia cùm gratia non sit congrua ex intrinsecâ naturâ suâ; hoc enim repugnat libertati creatæ; sed ex connotatione liberi consensûs, non potest supponi infallibiliter congrua ante consensum sub conditione futurum. Repugnat igitur, vt præcedat gratia infallibiliter congrua effectum sub conditione futurum, quia ad illum nondum supponitur liber consensus creaturæ; non autem ad effectum absolutè futurum, nam ad hunc præsupponitur consensus sub conditione futurus, connotatione cuius gratia fit infallibilitet congrua, saltem inchoatiuè: & dico, eandem esse causam effectûs absolutè, & sub conditione, futuri quoad vires intrinsecas, sc. gratia; non quoad infallibilitatem, & connotationem extrinsecam: vt. n. præcedit consensum sub conditione futurum, non est formaliter, & infallibiliter efficax, non defectu virtutis intrinsecæ, sed connotationis extrinsecæ; vt verò præcedit consensum absolutè futurum, est formaliter, & infallibiliter efficax, non ratione nouæ virtutis intrinsecæ, sed nouæ connotationis extrinsecæ, & efficacis voluntatis Dei, quam ante suppositionem consensûs conditionati non includebat. *Augustin.* ibi *cit.* loquitur de gratiâ efficaci in ordine ad effectum absolutè futurum. Quam efficaciam ipse *ibid.* explicat, non per diuersam naturâ uocationem ab eâ, quâ vocatus vocanti non respondet, vt aduersarij contendunt, sed per eandem alio, atque alio duntaxat modo applicatam: *Cùm ergo alius sic, alius autem sic moueatur ad fidem, eademque res sæpè alio modo dicta moueat, alio modo dicta non moueat, aliumque moueat, alium non moueat, quis audeat dicere, defuisse Deo modum vocandi, quo etiam Esau ad eam fidem mentem applicaret, voluntatemque coniungeret, in quâ Iacob iustificatus est?* Quo quid clariùs potuit contra aduersarios Augustinus hic pronunciare, vnde suam ipsi sententiam deduci putant? Video physicâ prædeterminatione determinatos recursuros ad diuersam applicationem internam, per physicam prætermissionem diuersam. At certè ad illam non recurrit *Augustin.* sed vel ad extrinsecas temporis circumstantias, per ordinem ad quas Deus eandem internam motionem videt congruam, aut non congruam; vt *lib.* 1. *ad Simplicia. q.* 2. vel ad internas conditiones credentium, vt *de bono perseuer. c.* 14.

Ad 3. Gratia congrua est necess. ad consensum absol. conditionat.

Ad 4. nego sequel. ad prob. nego assump. Etenim priùs quàm vocatio sortiatur habitudinem ad consensum sub conditione futurum, per quam habitudinem inchoat suam congruitatem, est possibilis: nam priùs quàm cum illo sub conditione coniungatur, potuit coniungi: ergo fuit congrua priùs vt possibilis, quàm vt futura sub conditione. Nego tamen in illâ congruâ tantùm vt possibili cognosci posse infallibiliter consensum liberum. Quia hæc possibilitas congruitatis non ponit in vocatione infallibilem habitudinem ad consensum, sed tantùm possibilitatem ad illam: consensus autem non potest infallibiliter cognosci in solâ possibilitate ad habitudinem, sed in habitudine ad effectum formaliter, consensus autem liber non potest infallibiliter cognosci in solâ possibilitate habitudinis ad consensum, sed in actuali habitudine ad consensum determinatè futurum. Ad 5. nego sequel. ad prob. dist. antec. concurrit Deus ad voluntatem indeterminatam ad vtrumque confusè, & indistinctè, nego; clarè, & distinctè, concedo: licet. n. Deus antecedenter non determinet concursum ad vnum, quia hoc esset tollere libertatem quoad specificationem; ad vtrumque tamen suum concursum offert distinctè. Neque ad hoc est necesse, vt præsupponatur alte. a tantùm pars determinatè futura, nam hæc cognoscitur post liberam determinationem creaturæ; sed sufficit, vt præsupponatur utraque pars possibilis, ad quam Deus offert suum concursum, distinctè cognoscendo vtrumque scientiâ simplicis intelligentiæ. Neque idem modus est concurrendi ex parte Dei ad effectum conditionatum, & absolutum; nam ad absolutum concurrit cum præuisione, & intentione effectûs determinatè, quia concurrit, vt actu sequatur effectus; ad conditionatum non concurrit, vt effectus actu sequatur, sed tantùm vt præuideatur: vnde ad hunc nulla præcedit voluntas in Deo per modum intentionis, cùm talis effectus non ordinetur ad executionem, sed tantùm ad cognitionem. Ad 6. nego, hanc esse doctrinam re nouam; est vocabulo tantùm noua, quam ex *Augustin.* & S. Scrip. euidenter deduxi, patet. ad 1. prob. nam ea re ipsa vsi sunt Patres & Concilia. Ad 2. nego, in nostra sent. destrui gratiæ præuenientis congruitatem, quæ præuenire non debet consensum conditionatum, sed tantùm obsolutum; eum sc. in ordine ad quem absolutè eliciendum, velut

223. *Ad 4.*

224. *Ad 5.*

225. *Ad 6. Doctrina minimè noua.*

medium

medium ex proposito datur, vt ipse determinatè sequatur, nam Deus ante electionem, quæ fit post scientiam conditionatam, non offert suam gratiam ex proposito, vt ex ea determinatè sequatur consensus, (hoc .n. habet post, vel in ipsâ electione) sed tantùm vt præuideatur, quid cum eâ voluntas creata sit operatura, si detur, vt possit Deus prænosse quænam media sint ad quemcunque finem consequendum infallibilia. Vnde illam non tantùm offert hominibus creandis, sed etiam non creandis, vt etiam in ordine ad eos sciat, quæ media forent illis congrua, quæ incongrua, cùm hoc pertineat ad amplitudinem scientiæ diuinæ. Ad argu. igitur, nego, antecedenter ad gratiam congruam nostros supernat. consensus esse sub conditione determinatè futuros, cùm gratia fiat congrua per ordinem ad consensum sub conditione futurum; proinde nequit vt congrua præsupponi ad consensu sub conditione futurum; cùm nulla causa supponi queat, cùm eâ determinatione, quam accipit à suo effectu actu posito. Ergo si gratia suam congruitatem accipit ab ipso consensu sub conditione futuro, vt à termino essentialiter connotato, non poterit ante illum supponi congrua. Distinguo hæc signa. 1. quo Deus obiectiuè & sub conditione offert suam gratiam indiscriminatim omnibus tam creandis, quàm non creandis, in eoque prænoscit uoluntates humanas in actu 1. sufficienter constitutos cùm omnibus ad consensus supernat. eliciendos prærequisitis. 2. in quo voluntas humana sub eâ conditione liberè cum ipsa gratiâ obiectiuè oblata adconsensum se determinat, potiùs quàm ad dissensum; in quo signo gratia fit inchoatiuè congrua per ordinem ad consensum sub conditione futurum, cùm anteà fuerit indifferens ad congruitatem. 3. in quo Deus cognoscit, tam consensum sub conditione determinatè futurum, quàm gratiam iam congruam factam per ordinem ad consensum sub conditione futurum, cùm omnis scientia præsupponat obiectum, ad quod fertur. 4. in quo Deus ex infinitis hominibus certum secernit numerum: & ex his inserutabili suo consilio aliquos eligit ad eam gratiam, cum quâ præuisi sunt cooperaturi, & non ad eam, cum quâ præuisi sunt non cooperaturi: cæteris relictis cum eâ duntaxat gratiâ, cum quâ præuisi sunt finaliter non cooperaturi. Hoc ordine eum libertate conciliatur congruitas præuenientis gratiæ; libertas per medium, quod antecedenter nullam habet ex naturâ suâ cum consensu infallibilem connexionem; congruitas præuenientis vocationis, per ordinem ad eum consensum, ad quem Deus hominem efficaciter & absolutè prædestinat, vt sit illum re ipsa & determinatè eliciturus: nam ante absolutum decretum prædestinationis, scientiâ conditionatâ certissimè nouit Deus, quæ gratia esset huic, vel illi homini congrua.

Explicatur signis quatuor.

Conciliatur optimè libertas cum gratiâ congruâ.

216. Dices: ex suppositione, quòd voluntas creata cum auxilio sibi oblato sit sub conditione consensura, antequam præuideatur actu sub conditione consentiens, præscit Deus consensum sub conditione futurum, & consequenter videt gratiam congruam, antequam illam offerat voluntati creatæ: sicut ex suppositione, quòd voluntas creata cum auxilio sibi oblato, sit absolutè in tempore consensura, præscit Deus absolutum consensum futurum, & gratiam congruam, antequam præuideatur ipsa voluntas absolutè actu consentiens. Resp. neg. antec. nam quando suppositio non fundatur in aliquo esse determinato effectûs in se, causalitate priori ad ipsam suppositionem, non potest in eâ certò & infallibiliter præuideri effectus futurus. At suppositio liberi consensûs sub conditione futuri, quæ in æternitate fingitur ante consensum actu sub conditione futurum, non potest fundari in aliquo esse determinato ipsius consensûs in se causalitate priori: igitur non poterit in eâ certò & infallibiliter præuideri consensus sub conditione futurus, antequam videatur actu sub conditione futurus. Maior constat; ut obiectum fiat in se determinatè cognoscibile, debet causalitate, seu quasi causalitate præcedere cognitionem, quæ suum obiectum essentialiter supponit. Ratio: Deus eatenus dicitur certò cognoscere liberum consensum ex suppositione futurum, quatenus illum immediatè cognoscit in seipso secundùm illud esse, quod habet in se, quando liberè egreditur à suâ causâ: ergo nisi in se habeat determinatum esse, quantumcunque fiat suppositio, non erit in se certò cognoscibilis. Minor prob. ante factam suppositionem, consensus sub conditione futurus nullum habet determinatum esse in se causalitate prius, in quo talis suppositio fundari possit: sed primum esse, quod in se habet, habet in ipso signo, quo causa libera cum omnibus antecedenter requisitis, liberè se ad illum producendum determinat. Ergo ante hoc signum nequit certò cognosci, quantumcunque fiat suppositio, quia suppositio supponit determinatum esse, in quo Deus consensum immediatè cognoscat. Paritas de consensu absolutè futuro nostram doctrinam confirmat: nam nisi suppositio ab æterno facta supponat liberum consensum in se ipso in tempore existentem, non potuisset illum ab æterno prænoscere: nam eatenus illum ex suppositione futuritionis ab æterno prænouit, quatenus illum nouit in seipso, in suâque duratione existentem. Quòd si Deus sua decreta priùs ratione prænoscat vt ponenda, quàm ut actu posita, *vt sect. seq.* ideò est, quia si per impossibile decreta Dei non existerent in æternitate, sed in tempore, adhuc ea præsciret per ordinem ad illud tempus, in quo existerent. Futurum autem sub conditione nec supponitur exiturum in tempore, nec in æternitate, ante conditionatam determinationem causæ liberæ. Nec dici potest, eos saltem effectus futuros præuideri, ante præuisionem causæ sub conditione liberè se determinâtis, qui de facto erant in tempore futuri, eo quòd horum suppositio fundetur in ipso esse determinato futuri absoluti: contrà .n. est, cùm futurum absolutum pendeat à futuro conditionato, hoc nondum vi suæ causæ in suo esse sub conditione determinato, non potest illud ante hoc præsciri. Nec est eadem ratio de futuris, quæ saltem ut fore futura prænoscuntur priùs ratione, quàm præsciantur diuina decreta vt actu in æternitate posita, à quibus ut à causâ pendent, *vt infrà.* nam hæc supponunt causas, à quibus pendent, in se determinatas; sc. decreta diuina, à quibus ut à causâ pendent, ut determinatè ponenda; & hæc eadem supponunt seipsa in posterio signo actu posita.

Conf. 2 pari.

Dicas;

Contrà.

Sut positio effectus futuri in quo fundetur.

227. Ad 3. caput ex falsis suppositis: ad 1. neg. maior. ad prob. neg. conseq. nam hoc ipso, quòd Petrus crearetur cum auxilio, cum quo præuisus est sub conditione conuertendus, creatur cum gratiâ speciali, quæ facta est specialis per connotationem consensûs futuri: sicut si darentur Petro centum, quibus præuisus est à morte liberandus, hoc ipso esset illi gratia specialis; esto illa centum ante talem præuisionem non haberent rationem doni specialis, sed communis. Nam sicut donum habet rationem doni potissimùm ex affectu, quo datur, & ex fine & effectu, ad quem datur; ita induit ra-

Ad primum supp.

tionem

tionem specialis doni ex peculiari affectu, quo datur, & ex speciali fine & effectu, ad quem datur.

228. Ad 2. neg. antec. ad prob. disting. minor. supponit nos crediturос viribus naturæ, nego; viribus gratiæ, concedo: hoc autem non est, nos electuros Christum; nam eligere nos Christum, est in ipsum credere absque ipsius gratiâ, vt docuit *Augustin. de Prædest. Sanct. cap.* 19. at nos, etiam sub conditione, supponimur crediturі, cum gratiâ & ex gratiâ Christi sub conditione nobis oblatâ.

229. Ad 3. neg. minor. ad prob. dico, talem voluntatem esse in Deo necessariam; non subiectiuè, quia cùm sit libera potest subiectiuè in Deo non esse; sed obiectiuè, quia non potest Deus non habere scientiam conditionatam, ad cuius obiecti veritatem prærequiritur voluntas Dei, sub conditione concurrens ad obiectum scibile. Vnde retorqueo argum. aduersarij non solùm ponunt talem voluntatem in Deo necessariam obiectiuè, sed etiam subiectiuè; eo quòd putent illam necessariam, vt Deus cognoscere possit futura conditionalia. Ad confir. dist. antec. non aliter Deus concurrit cùm Petro, quàm cum Iuda decreto conditionato antecedente scientiam mediam, concedo; decreto absoluto subsequente scientiam mediam, nego: nam decreto absoluto cum Petro concurrit auxilio congruo, quo non concurrit cum Iuda. Vnde neg. sequel. nam in Petro operatur consensum per gratiam congruam, quem non operatur in Iuda per gratiam sufficientem. Ad prob. conseq. dico, Deum ad effectus supernat. absolutè futuros concurrere decreto efficaci antecedente, quia cùm tale decretum supponat scientiam consensus sub conditione futuri, nullam infert voluntati creatæ

230. necessitatem. Ad 4. disting. maior, de determinatione diuinæ voluntatis, vel ad offerendum suum concursum, quo pacto determinatur à se ipsa; nam à se ipsa liberè applicatur antecedenter ad offerendum suum concursum creaturæ; vel ad concurrendum actu concursu concomitante; quo modo non repugnat, voluntatem diuinam determinari à creatâ; nam hoc ipsum est à Deo volitum, & aliunde est necessarium ad saluandum liberum vsum creaturæ, & permissionem peccati in Deo. Vnde ad 1. prob. minor. resp. posito priori decreto de concurrendo cum creaturâ ad omnem eius actum, non esse ampliùs in potestate Dei cohibere concursum; quia hic includitur in priore decreto; quo posito Deus non potest ratione suæ immutabilitatis non exequi, quod ipse decreuit. Quare prima radix determinationis diuinæ voluntatis ad operandum cum creaturâ simpliciter, est ab ipsâ voluntate diuinâ; ad operandum verò hunc potiùs actum in specie, quàm alium, est ab ipsâ voluntate creatâ, quæ diuinam indifferenter suum concursum offerentem determinat ad vnam potiùs actionem, quàm ad aliam. Ad 2. nego, determinationem voluntatis creatæ esse Deo conditionem requisitam ad concurrendum antecedenter, quo pacto repugnat; sed solùm concomitanter, ex eo quòd Deus non decreuit concurrere, nisi ipsa voluerit concurrere. Ad 5. concedo, Deum, saluâ

231. arbitrij libertate, saluare non posse, nisi quem viderit liberè consensurum: nego tamen, Deum præuidisse aliquem cum nullo medio ex infinitis, quæ Deus potest producere, liberè consensurum; atque adeò simpliciter nego, esse aliquem, quem Deus saluare non possit. Vrges: saltem metaphysicè non implicat præuideri aliquem cum nullo medio consensurum: ergo saltem metaphysicè non implicat esse aliquem, quem Deus saluare non possit. Resp. neg. conseq. quia posset hunc saluare, si non ad gloriam vt coronam, dependenter ab eius meritis, saltem ad gloriam vt hæreditatem, per gratiam sanctificantem initio natiuitatis collatam, eumque è viuis eripere, antequam *malitia mutaret intellectum eius.* Ad 6. nego maior. tum quia 232.
quoad discretionem vnius ab alio absolutè futuram, prima radix est voluntas Dei præparantis auxilium congruum; quoad discretionem verò conditionatam, non est liberum arbitrium solum, sed ipsum simul cum auxilio gratiæ, tum præuenientis, & allicientis, tum comitantis & adiuuantis. Ad 1. replicam, hoc ipso quòd Deus crearet hominem cum auxilio, cum quo præuisus est consensurus, prima radix futuræ discretionis esset Deus; nam illa gratia, cum quâ præuisus est consensurus, non est illi debita, cùm sit extra ordinem naturæ. Ad 2. magnum est discrimen inter voluntatem absolutam præparantem auxilium congruum post scientiam mediam in ordine ad consensum futurum, & conditionatam antecedentem scientiam mediam; nam prior potest esse efficax, & absoluta antecedenter ad consensum absolutè futurum, propter consensum præuisum sub conditione futurum; Posterior cùm nondum supponat medium congruum per infallibilem habitudinem ad consensum liberum, non potest esse absoluta, ne se exponat periculo frustrandi; sed conditionata, si creata consenserit. Præterea prior voluntas non offert gratiam, vt ex eâ determinatè sequatur consensus, sed vt tantùm prævideatur. Vnde non datur ex proposito absoluto & efficaci, sed tantùm conditionato. Ad 7. disting. maior, de eo, quod 233.
requiritur ad actum per modum principij, & de eo quod requiritur per modum concursus, qui non requiritur ad posse operari: vera autem est de eo, quod requiritur per modum principij, quia hoc non debet esse physicè diuersum in eo, qui consentit, & in eo, qui dissentit: alioqui non saluaretur in dissentiente potentia sufficiens ad consentiendum. Quare neg. minor: nam semper oratio est necessaria ad impetrandam gratiam, quia hæc est indebita naturæ, & Deus plerumque statuit, illam dare dependenter ab oratione: & est necessaria oratio ad impetrandam gratiam congruam. Ad 1. replicam, nego orationem esse medium, ex diuinâ prouidentiâ ordinatum ad impetrandam conuersionem sub conditione futuram; tum quia Diuina prouidentia non se extendit ad ea, quæ non præsupponuntur cognita: ante scientiam autem conditionatam nondum præsupponuntur cognita media congrua ad effectus futuros sub conditione: tum quia prouidentia versatur tantùm circa res absolutè futuras: *est enim ipsa ratio ordinandorum ad finem*, efficacem voluntatem finis præsupponens, vt eam *S. Tho.* definit 1. *p. q.* 22. *a.* 1. *c.* & *ad* 3. nulla autem ante scientiam conditionatam supponitur efficax voluntas in Deo: ergo. Ad 2. nego assump. ad prob. dico, id esse verum de requisito per se vt causâ ad effectum: oratio verò vnius non est medium per se requisitum, vt causa ad consensum alterius sed solùm ex ordinatione diuinâ, quam Deus habere potest post, & non ante scientiam mediam.

Ad 8. disting. maior. non potest, quæ Deus promisit, ad implete ex sola facultate suæ omnipotentiæ absque præscientia liberi consensus, concedo: nam posito, quòd velit adimplere illa, salua libertate creati arbitrij, necessaria est præscientia liberi consensus; non potest adimplere nisi ex sola præscientia nostri consensus, nego: cùm non sola præscientia sit causa, sed etiam voluntas, & potentia

Ad 2. prob. — *Prima radix determinationis Dei simpliciter est à Deo.* — *Ad 1. prob.* — *Ad 4.* — *Ad confir.* — *Ad 3.* — *Ad 2.* — *Prima radix discretionis absol. à Deo.* — *Ad 2. repli. ca.* — *Plus requiritur ad actu operari quàm ad posse.* — *Oratio ne. cess.* — *Ad 2. repli. cam.* — *Ad 8.* — *Ad 7.* — *Ad 4.* — *Ad 5.*

Digitized by Google

tentia ipsa exequens. Neque hinc sequitur in nostra tantùm potestate esse, vt ea Deus adimpleat, licet non sine nostra libertate, quæ solùm requiritur vt obiectiua conditio, sine qua Deus, quæ promisit, liberè ex parte nostra adimplere non posset, in quo sensu loquitur cit. *August.* non .n. negare potuit liberam cooperationem nostræ voluntatis, in adimplendis ijs, quæ Deus nobis promisit: nam licet vt promiserit à nostra non pendeat potestate, verum tamen vt promissa adimpleantur, à nostra pendet voluntate, vt *S. Doctor* dixit *lib.* 1. *ad Simpli qu.* 2. *Quod voluerimus solus Deus præstat; vt velimus, & suum esse voluit & nostrum; suum vocando, nostrum sequendo.* & lib. de prædest. SS. c. 3. *credere & velle vtrumque ipsius est*, quia ipse præparat voluntatem, & vtrumque nostrum, quid non *fit nisi volentibus nobis.*

234. *Ad rationes* Ad rationem, concedo antec. de transitu puri possibilis ad futurum absolutum, non ad futurum conditionatum: nam prior transitus est subiectiuus, ponens subiectiuam mutationem in re ipsa, quæ ex possibili transit in futuram per exercitam existentiam, qui transitus fieri nequit sine decreto actu existente in Deo: posterior est tantùm obiectiuus, ponens solam obiectiuam mutationem in re, quæ ex possibili transit in futuram sub conditione: quæ mutatio fieri potest per solum obiectiuum transitum sub conditione tantùm ponendum: nam talem transitum supponit effectus in causis, qualem habet ipse in se; transeunt autem causæ à statu possibilis ad statum futuri sub conditione, quando non solùm concipiuntur potentes efficere, sed etiam vt de facto effecturæ sub conditione. Ad prob. prioris conseq. resp. futura conditionata esse extra statum possibilem obiectiuè, non subiectiuè, & ideo non requirunt, nisi variationem causarum obiectiuè, vt cognosci possint. Ad prob. antec. disting. conseq. manente diuina voluntate indifferente subiectiuè, & obiectiuè, concedo: manente indifferente subiectiuè, determinatâ obiectiuè, nego. Ad 1. confir. disting. minor de terminatione diuinæ voluntatis, obiectiuâ, vel subiectiuâ. Nullus effectus potest esse vel concipi futurus sine aliquâ determinatione primæ causæ obiectiua vel subiectiua, concedo. cæterùm ad futurum conditionatum sufficit determinatio. obiectiua, vt probatum est. Ad 2. dico comparari diuinam voluntatem ad futurum conditionatum, per determinationem obiectiuam, per quam non comparatur ad futurum possibile. Ad 3. resp. esse conditionatum, positum esse in cohærentiâ consequentis cum antecedente, aut ex vi formalis illationis, vt in necessarijs; aut ex suppositione causæ liberæ ponentis consequens ad positionem antecedentis, vt in contingentibus; hoc autem diuersum quid est in conditionatis contingentibus ab esse possibili; quia possibile non dicit vnam partem determinatè, sed vtramque indifferenter. Vnde futurum conditionatum eo modo, quo supponit determinatum esse sub conditione, habet determinatam veritatem atque cognoscibilitatem.

Transitus obiectiuus sine mutatione subiectiuâ in re.

Ad 1. confir.

Ad 2.

Ad 3.

235. *Contra scientiam mediam excogitatum.* *Obijcies*: Ideò hanc scientiam adstruo, vt vitem physicam prædeterminationem; nisi .n. saluetur infallibilis cooperatio creaturæ cum absoluto decreto Dei, efficaciter creaturam promouentis ad finem æternæ prædestinationis consequendum, per liberam operationem creaturæ sub conditione præuisam, cogimur, ne efficax decretum Dei frustrari possit, recurrere ad physicam prædeterminationem, qua creata voluntas efficaci auxilio Dei præuenta, non possit non operari id, ad quod est à Deo præuenta. Postquam autem præuidit Deus per hanc scientiam voluntatem creatam sub conditione operaturam cum auxilio, cum quo potuisset præuideri non operatura, cur non potuit hoc ipsum numero auxilium decernere absolutè dandum, per aliam actionem, physicè prædeterminantem voluntatem creatam ad consensum? Nam cùm hæc ipsa operatio ab auxilio physicè prædeterminante procedens, sit eadem, quæ præuisa fuit cum hoc eodem numero auxilio, licet per aliam actionem, sub conditione à creatura elicita, si sub statu conditionato fuit libera, etiam sub statu absoluto erit libera, non obstante physica prædeterminatione: quia cùm libertatem accipiat à voluntate, & voluntas cum eodem numero auxilio eam liberè produceret, nunc vti prævisa est illam sub conditione productura, si hoc idem auxilium cum ea actione haberet nunc, cùm qua illud habuit sub conditione, perinde est, ac si nunc illam liberè produceret: quia quantum est ex se, etiam nunc illam liberè produceret cum alia actione physicè non prædeterminante. Resp. 1. cùm in sententiâ Aduers. physica prædeterminatio sit in omni statu necessaria creaturæ, vt præuideri possit actu operans; illam .n. prærequirunt, vt physicum complementum principij producentis, vt efficaciter possit in actum 2. exire; in nullo statu poterit creatura præuideri actu operans sine physica prædeterminatione; vti nec sine physico complemento principij operantis. 2. Libertas ad meritum sufficiens debet esse actualis & absoluta; at hæc esset solùm potentialis & conditionata: nam hoc auxilio posito, non esset in hoc statu in potestate voluntatis, actum ad quem prædeterminatur, suspendere: siquidem ad illum antecedenter præuenitur per actionem, cui nequit resistere: ergo respectu huius actûs non esset voluntas creata hîc & nunc absolutè libera. Maior prob. libertas sufficiens ad meritum, est, à qua ita opus meritorium producitur, vt in eiusdem producentis potestate sit, illud non producere: at hoc auxilio posito in potestate producentis non est, illud non producere. Quod autem in potestate ipsius fuerit, illud non producere per aliam actionem in statu conditionato, nil confert ad præsens opus, quod sicut non ex principijs conditionatis, sed ex præsentibus & absolutis, habet suum modum procedendi, ita & suam libertatem, vel necessitatem: igitur si ex præsentibus & absolutis principijs non procedit cum indifferentia, nec procedet cum sufficienti ad meritum. Confir. 1. Ex eo quòd cum eodem auxilio per aliam actionem producto, voluntas non esset consensura, nihil minuit de præsenti merito: ergo ex eo quòd cum eodem auxilio per aliam actionem voluntas esset liberè operatura, nihil libertatis confert præsenti operi. 2. Quòd idem auxilium per aliam actionem voluntatem necessitaret ad opus, non tollit præsentem libertatem, quam de facto hoc opus habet vi eiusdem auxilij alia actione producti: ergo, quòd vi eiusdem auxilij alia actione collati, voluntas liberè operaretur, nil libertatis confert præsenti actui, si vi eiusdem auxilij per aliam actionem producti, necessariò elicitur. 3. Quod idem auxilium sub alijs circumstantijs datum, habiturum fuisset effectum, nil confert ad præsens meritum, si in his, in quibus de facto datur nullum habet effectum. Ratio: libertas ad meritum requisita non desumitur ex eo quòd sub hac vel illa conditione voluntas esset operatura, sed ex eo quòd de facto operatur. 4. Si quis in potestate sua haberet, posse quando vellet, physicam prædeterm. habere, non diceretur mereri per actum,

Videtur saluari posse liberam cooperationem creaturæ cum physicâ prædeterm.

Hic modus non saluat libertatem sufficientem

A contrario.

236. *Ratio omnium.*

Digitized by Google

actum, quem physicè determinatus produceret, sed ad summum per actum quo physicam prædeterminationem vellet, quia hunc, non illum, liberè eliceret: ergo nec à fortiori mereri quis poteris per actum, quem physicè prædeterminatus elicit, esto, eundem posset per aliam actionem liberè elicere. Hinc impugnatur sententia, docens, in Christo fuisse libertatem in exequendo præcepto mortis, sibi à Patre iniuncto, quia potuisset præcepti dispensationem à Patre petere. Nam in hoc modo ponsaluatur libertas in ipsâ executione mortis. Quam stante præcepto non potuisset Christus exequi, non minus quàm stante physicâ prædeterminatione, nequit homo non exequi actum physicæ prædeterminationis: sed ad summum fuisset Christus liber in petendâ, vel non petendâ præcepti dispensatione. Cùm non minùs per hos Authores præceptum Patris necessitabat voluntatem Christi ad mortem exequendam, quàm physica prædeterminatio ad consensum eliciendum. Nam ideo ad hoc medium recurrunt, quia putant, stante præcepto non posse Christi libertatem saluari: quia præceptum determinabat voluntatem Christi ad moriendum, sublatâ ab eâ omni indifferentia ad oppositum. Quomodocunque autem tollatur libertas, siue physicè intrinsecè, siue moraliter extrinsecè, tollitur principium meriti.

Nec merita Christi stant cum solâ potestate petendi dispensationem à præcepto.

237. *Obiectio littera.* *Obijci* potest 2. possibilem esse creaturam quæ cum nullo auxilio gratiæ in quibuscunque circumstantiis oblato dissensura sit; & contrà, quæ cum nullo consensura sit. Secundum repugnat efficaciæ diuinæ gratiæ: nam potentior esset creatura ad resistendum diuinæ vocationi, quàm diuina vocatio ad trahendum creaturam ad Deum: cùm tamen infinito interuallo gratia diuina excedat vires creaturæ; sc. illa agat in virtute potentiæ Diuinæ, vt ipsius instrumentum; hæc resistat in virtute libertatis creatæ: vncè quanto distat omnipotentia Dei in cuius virtute operatur gratia, à virtute libertatis creatæ, tanto distat gratia in trahendo consensu voluntatis ad se, à libertate creata ad illi resistendum. Primum nimium tribuit libertati creatæ, quæ secundùm hanc sent. tantæ virtutis esset, ut etiam si Deus vellet, propter aliquod inscrutabile suum consilium, illam permittere, in aliquâ occasione cadere, non posset. Etenim si talis esset naturæ, ut quoad naturalem, & supernat. cogitationem, in quauis occasione & circumstantijs à Deo præuenta, infallibiliter semper esset operatura, non posset Deus per omnem suam potentiam permittere, ut salua eius libertate, non esset aliquando non operatura: ac proinde fortior esset ad operandum, quàm Deus, salua eius libertate ad resistendum.

Responsio absurda. Primum non tantùm de possibili, sed etiam de facto assertum legi apud Doctos Viros, qui hoc concedunt B. Virgini: quam Deus, inquiunt, infinito lumine scientiæ conditionatæ semper vidit in quibuscunque circumstantijs positam sanctè operaturam. Qui fortè de possibili non negarent secundum. Verùm vtrumque omninò puto impossibile, ac neutrum ex nostra sent. deduci. *Ratio.* Ratio: cùm tam in remissione, quàm in intensione gratiæ procedi possit in infinitum sine termino, dari potest vel adeò tenuis, remissa & obscura vocatio, vt cum ea non sit voluntas creata operatura; vel adeò clara, intensa & allectiua voluntatis, vt cum ea sit etiam infallibiliter operatura. Implicat igitur creatura, quæ in quibuscunque circumstantiis posita, aut semper, aut nunquam sit operatura. Nam gratia in operando obtinet primas: est enim, Augustino teste, voluntas creata pedissequa gratiæ. Cum autem gratia sit principalis causa & moralis in suadendo, & physica in efficiendo, eâ auctâ, vel diminutâ, tam in suadendo, quàm in efficiendo, augebuntur, vel diminuentur principales vires ad operandum. Confir. Eò vsque augeri vel minui possunt vires libertatis creatæ, ut infallibiliter sit vel cum aliqua gratia operatura, vel non operatura: ergo à fortiori eò vsque augeri vel minui possunt vires gratiæ, ut cum aliquâ voluntas creata sit infallibiliter operatura, cum aliquâ infallibiliter non operatura, cùm principalior in operando sit gratia, quàm libertas creata. Impugnatur eadem sent. *Confir.*

Primò sequeretur, nullam gratiam sufficientem locum habuisse in Virginem; si omnis gratia in quibuscunque circumstantijs ei collata, præuisa fuerit effectum habitura. 2. B. Virginem non agnoscere à Deo illum specialem dilectionis affectum erga se, quem reliqui prædestinati agnoscunt, vt ex tot auxiliis, quibus per scientiam conditionatam præuenti sunt, ea potissimùm electa sint, eis in executione conferenda, cum quibus præuisi fuere cooperaturi? cùm eius voluntas præuisa sit cum quauis gratia, sub quacunque circumstantia & occasione oblata semper operatura, proinde non potuit de hoc singulari beneficio sibi præ aliis specialiter præstito, Deo gratias agere, sed solùm quòd fuerit ad statum gratiæ electa: quod beneficium commune est cum reliquis omnibus, etiam non prædestinatis: esto potuerit & debuerit gratias agere de diuina maternitate, ad quam præ alijs electa fuit, & ad quam per opera ex gratiâ proficiscentia, se disposuit. 233. *Impugnatur aduersarii ex absurdis.*

3. Sequeretur contra *Apost. 1. Corinth. 1. fine*, B. Virginem non in Domino & virtute gratiæ, sed in se, & viribus suæ libertatis gloriari posse, quòd fuerit electa inter prædestinatos. Nam licet gratis fuerit supra naturæ debitum cum reliquis ad statum gratiæ & gloriæ electa; hâc tamen euectione positâ, non fuit ampliùs iuxta hanc sent. in potestate Dei, illam à gratiâ & gloriâ excludere, si cum nullo auxilio gratiæ ex infinitis in thesauro potentiæ Diuinæ reconditis, præuisa fuit non cooperatura: consequenter non potuisset Deus, nisi illam à statu gratiæ extrahendo, à gloria excludere: nam in statu gratiæ stando, omnis gratia fuit in illâ efficax, ac gloriæ promeritoria; proindè ad statum gratiæ semel cum reliquis evecta, ipsâ met virtute suæ libertatis omnem gratiam, in quibuscunque circumstantijs & occasione sibi collatam fecisset efficacem; nec quam semel accepit, perditura fuisset vnquam. Vnde secundùm hanc sent. speciale beneficium non ponitur in gratiâ, & speciali affectu Dei, quo eam B. Virginem præparauit; nam quæcunque hæc fuisset, & quocunque affectu à Deo collata, semper habitura fuisset effectum; sed in libertatem creatã, quæ cum quacunque gratia, quantumcunque remissima, & naturæ propriæ incontemperata, semper fuisset operatura. Vnde nulla exspectata circumstantia exparte gratiæ, siue temporis, in quo esset conferenda, siue intensionis, claritatis, & contemperationis, sub quâ esset danda, semper ea futura fuisset efficax, si libertatis creatæ, contra Patres, qui efficaciam gratiæ explicant per ordinem ad eiusmodi circumstantias *interest*. inquit Augustinus ad Simplicia. q. 2 *quibus articulis temporum gratia infundatur.* *Absurdum 3.* *Beneficium speciale gratiæ etiam in B. Virgine.*

Digitized by Google

Absurdum. 4. Hæc sent. ponit in B. Virgine specialem confirmationem in bonum, non per specialia auxilia à Deo singulariter electa, sed per communia & vulgaria, quæ vi solius libertatis creatæ, non ex peculiari Dei affectu & beneficio, redduntur infallibiliter operatiua. Vnde sicut confirmati in gratiâ per specialia auxilia, dicuntur potentiâ consequenti peccare non posse: ita B. Virgo per auxilia etiam communia, non poterat potentiâ consequenti peccare: quia, ut bene semper operaretur, non egebat auxiliis à Deo peculiariter electis; ex speciali intentione ad effectum operandum datis, siquidem hunc effectum habitura fuissent omnia auxilia, vi piæ voluntatis B. V. quæ cum nullo auxilio prævisa fuisset non operatura: in quo enim auxilia omnia futura sunt efficaia, non dantur aliqua præ alijs ad operandum specialia nisi ad perfectius & intensius operandum. Hoc autem repugnat Tridentino *sess. 6. cano. 23.* ubi hanc singularem B. Virginis in bonum confirmationem, quòd semper fuerit ab omni peccato, etiam veniali præseruata, ad speciale refert Dei priuilegium & beneficium singulare. *Quintum.* 5. Nequit explicari, quid sit illud, per quod voluntas Virginis reddebat omnia auxilia gratiæ, quantumvis remissima & incontemperata naturæ, efficacia. Nam non erat aliquod donum indebitum naturæ quo præuenta infallibiliter cum quouis auxilio fuisset operatura. Quia si illud reliquisset voluntatem in suâ libertate, ut supponitur, non apparet, quo pacto, adhuc eo posito, voluntas vi suæ libertatis non fuisset aliquando cum aliquo auxilio non operatura, siquidem tale donum non mutasset intrinsecam naturam libertatis: igitur si absque eo fuisset aliquando non operatura, etiam cum eo aliquando fuisset non operatura. Et quia tale donum est indebitum naturæ, non posset esse naturale simpliciter, nec distinctum à libertate, multò minus indistinctum: nam essentia libertatis creatæ petit, ut quemadmodum est in essendo, ita & in operando, sit mutabilis: modus quippe operandi, vt cum *S. Tho. 1. p. q. 12. ar. 4. & 3. cont. Gen. cap. 52.* docent Theologi, sequitur modum essendi, vt proprietas suam naturam: ergo sicut impossibilis est creatura, quæ non sit quoad esse mutabilis, ita nec quoad operari. Repugnat igitur creatura, quæ exigat semper bene operari, & nunquam à rectè operando deficere. Quòd si dicas, hoc non esse per aliquam naturalem exigentiam, sed per suam libertatem: hoc ipso relinquis libertatem creatam in suo statu naturali, in quo ob suam essentialem mutabilitatem in essendo, habet, ut non semper infallibiliter ex se bene operetur. *Axioma veritatis.* *Confir.* Confirm. Repugnat creatura, quæ cum ordinarijs & communibus auxilijs gratiæ, infinito tempore conseruata extra visionem beatam, sit semper cum illis bene operatura: ergo repugnat creatura, quæ cum cõmunibus & ordinarijs auxilijs prævisa [illegible] quibusvis circumstantijs & occasionibus [illegible] bene operatura. Nam etiam prævisa esset semper bene operatura in omnibus per totam æternitatem extra visionem beatam futuris. Nisi fortè dicas, prævisam fuisse semper bene operaturam in circumstantijs dumtaxat determinati temporis, non totius æternitatis. At aduersarii asserunt, Deum infinito suo lumine scientiæ conditionatæ prævidisse B. Virginem semper bene operaturam: atqui scientia conditionata Dei, non solùm se extendit ad ea, quæ quævis creatura operatura esse in quouis tempore determinato, sed etiam in totâ æternitate. Dum igitur docent, Deum scientiâ conditionatâ prævidisse B. Virginem semper bene operaturam, consequentur docent, illam prævisam fuisse etiam per totam æternitatem bene operaturam, si per totam æternitatem conseruata fuisset extra visionem beatam.

Hoc pugnare cum libertate creatura meridie clarius.

Vnum hîc effugium; habuisse B. Virginem hoc priuilegium, vt semper prævisa fuerit cum quâuis gratiâ, in quibuscunque circumstantijs datâ, operatura ex meritis Christi. Sed contrà: vel merita Christi B. Virgini impetrarunt, ut in quâuis circumstantiâ & occasione ea gratia illi decerneretur, quæ prævisa fuit congrua: atqui hoc non tollit, quin saltem aliqua, vel eadem in alijs circumstantijs oblata, prævisa fuerit non congrua: vel ut omnis gratia in quibuscunq; circumstantijs, etiam per totam æternitatem oblata, futura esset B. Virgini congrua: at hoc neque Aduersarij dicent; nam positis Christi meritis non fuisset opus, ut Deus congruitatem gratiæ in B. Virgine certo prænouisset, per scientiam conditionatam in ipsius consensu sub conditione futuro, sed in Christi meritis pro Virgine oblatis. Nam si Christi merita hanc vim haberent, ut ipsis pro Virgine oblatis; omnis gratia in quâuis circumstantia ei collata, futura esset congrua, necesse non fuisset, ad gratiæ congruitatem cognoscendam, per scientiam conditionatam recurrere ad consensum Virginis sub conditione futurum, cum illam cognouerit in ipsis meritis Christi pro Virgine oblatis. Quod idem etiam dici posset de gratia congrua ex meritis Christi data reliquis prædestinatis. Vel demum merita Christi impetrassent, ut gratia quæ ex suppositione prævisa fuit in B. Virgine non congrua, futura esset congrua. At neque hoc dici potest: nam quæ ex suppositione prævisa est non congrua, implicat ut omnibus inuariatis, eadem sub ijsdem circumstantijs, sub quibus prævisa est non congrua, futura sit congrua: sicut è contra, ut quæ prævisa est congruæ, omnibus inuariatis, futura sit non congrua. Confir. Implicat, gratia, quæ ex se est indifferens, ut sit congrua, vel non congrua, vt propter merita Christi, futura sit congrua: alioqui, ut dixi, opus non esset, ad talis gratiæ congruitatem cognoscendam, recurrere ad consensum Virginis sub conditione futurum: ergo pariter implicat, vt gratia, quæ ex suppositione prævisa est non congrua, propter merita Christi futura sit congrua, nulla variatione facta in gratia, vel in circumstantijs. Ratio: in hoc inuoluitur quædam necessitas, quæ ex suppositione, quod est, non potest non esse. Eaque tolli nequit per extrinsecam duntaxat voluntatem Dei, aut Christi, nisi res ipsæ mutentur in se, & aliter se habeant quàm antea: alioqui ijsdem in se invariatis manentibus, semper manebit idem, ex illo principio, *idem manens idem semper facit idem.* Semel quippe in rebus, essendi necessitate posita, undecunque illa proueniat, semper ea manebit, nisi res ipsæ mutentur. Cùm igitur sola voluntas Dei, vel Christi non mutet res in se, non poterit necessitas in rebus semel posita tolli per solam extrinsecam Dei aut Christi voluntatem. Dum igitur hi quâdam deuotione volunt B. Virginem exaltare, dignitatem diuinæ gratiæ deprimunt, & naturæ creatæ conditionem destruunt. Accedit testimonium censorum è Societate Iesu Romæ, qui hanc *propos. B. Virgo per scientiam conditionatam prævisa fuit semper & in omnibus circumstantiis benè operatura, iussu adm. R. P. N. Gener. Vincentij Carrafa examinatam censuerunt, non esse in scholis admittendam: Omnis n. creatura libera ex se peccabilis est, & de facto peccabit.*

Propositio non admittenda in scholis nostris.

Effugium præcludit.

Ratio.

Principium receptissimum.

Digitized by Google

tabit nisi adsit auxilium Dei efficax: videt autem Deus per scientiam conditionatam non solum circumstantias, in quibus cuique creaturæ liberæ, quæcunque tandem illa sit, daret hoc auxilium efficax, sed etiam alias, in quibus non daret: eligendo autem B. Virginem in Matrem decreuit, eas omnes remouere circumstantias loci & temporis, in quibus esset malè operatura per defectum auxilij efficacis, easque solas prædestinauit, in quibus cognouit per scientiam conditionatam, eam bene operaturam esse: & in hoc consistit illud speciale priuilegium, quo secundùm Concil. Triden. sess. 6. can. 23. vitauit omnia peccata venialia: simpliciter autem & absolutè per solam conditionatam cognouit Deus, B. Virginem vtpotè creaturam liberam, peccaturam, si in tali & tali & circumstantiâ poneretur.

Sapientissimè censura RR. PP. Romanorum è societ. Iesu.

Dei para priuilegium.

Hoc est, speciale priuilegium B. Virginis in eo positum fuit, quòd inter omnia auxilia gratiæ, quibus præuisa fuit sub conditione in quauis circumstantiâ præuenta, ea potissimùm ex singularissimo Dei affectu, illi in executione danda decernerentur, cum quibus præuisa fuit non modò infallibiliter operatura, sed adæquatè & secundùm totam oblatæ gratiæ virtutem operatura: ut per excellentissima opera perfectissimè se disponeret ad Vnigeniti filij sui Maternitatem. An hæc dispositio fuerit de congruo, *to 6. disp. 26. sect. 11.*

239. *Secundum illatum resultatur.*

Nec minus impossibile est secundum sc. creatura, quæ cum nullo auxilio in quibusuis circumstantijs oblato consensura sit: Quia cùm in infinitâ serie auxiliorum, quibus Deus voluntatem creatam, saluâ eius libertate, allicere ad se potest, sint alia & alia tam in persuadendo, quàm in efficiendo valentiora, impossibile est, quin tandem voluntas creata, quantumuis Diuinæ gratiæ rebellis, & in malo obstinata, cum aliquo ex his consensura sit. *Dices:* hinc sequitur, Deum independenter à consensu creaturæ sub conditione futuro, certo præcognoscere in ipso auxilio efficaci effectum futurum: cùm inter infinita auxilia dabile sit aliquod in persuadendo & efficiendo superans naturalem potentiam, quam creatura habet ad resistendum diuinæ gratiæ, in quo Deus certo cognoscat effectum futurum: quia cùm hæc resistentia creaturæ sit finita, dari poterit gratia in operando hanc vim resistitiuam excedens. *Resp.* neg. sequel. ad prob. dicendum, libertatem creatam in resistendo diuinæ vocationi, habere vim quandam infinitam, quæ nisi physicè determinetur, vel obiectiuè per claram Dei visionem, vel subiectiuè per physicam, aut moralem actionem, resistere poterit cuicunque vocationi diuinæ. *Ratio.* Quia hæc resistentia non consistit in aliquâ actione positiuâ, quæ à virtute gratiæ superari possit, sed in purâ negatione consensûs, quem semper negare poterit, quâcunque gratiâ allectiuâ positâ, modò physicè, aut moraliter non prædeterminet.

Dices:

Resp.

Ratio.

SECTIO XIII.

An Deus ante suum decretum certò cognoscat futura conditionalia disparata?

240. *Disparata quæ*

SVNT futura conditionalia disparata, quorum conditiones nullo pacto sunt causa veritatis, & existentiæ consequentis in propositione conditionali importati, sed habent se ad illud merè concomitanter, vt in hac propos. *Si Petrus est niger, Paulus currit;* nigredo Petri nullo pacto conducit ad cursum Pauli. De his controuertitur, an Deus ea certò cognoscat ante decretum actuale, quo tales actiones actu ordinet ad veritatem & existentiam consequentis. 1. sent. affirmat. quia quidquid potest dependere à decreto Dei actu existente, prius ratione dependere potest à decreto Dei sub conditione futuro: sed huiusmodi conditionalia possunt dependere à decreto Dei actu existente: ergo & à decreto Dei sub conditione futuro: igitur cognosci possunt ante decretum Dei actu existens: quia omne futurum conditionatum sumit determinatam veritatem per ordinem ad decretum Dei conditionatum. 2. sent. negat: *Vasquez. 1. p. disp. 67. n. 16. Arrub. disp. 45. cap. 4.* quia conditionalia, quæ constant ex rebus disparatis, nullam important connexionem antecedentis cum existentiâ & veritate consequentis; sed veritas horum conditionalium consistit in huiusmodi connexione: nam veritas propositionis conditionalis consistit in formali illatione consequentis ab antecedente, quæ exprimitur per particulam, *Si*; quæ propterea non solùm dicitur propositio, sed etiam consequentia & illatio, quia in illatione formaliter consistit ipsius veritas; vt, *si homo currit, mouetur.* Quia igitur conditiones disparatæ nullam ex naturâ suâ important connexionem cum veritate consequentis, non possunt ante decretum Dei, actu illas ordinantis ad veritatem & existentiam consequentis, esse determinatè veræ. Pro explic. nota, in propositione conditionali duo posse considerari, & veritatem extremorum, quæ ad formalem veritatem conditionalis se habent materialiter, cùm possit veritas propositionis conditionalis saluari in materiâ impossibili; & formalem illationem consequentis ab antecedente, quæ importatur per particulam, *si*, quæ æquiualet particulæ, *Ergo.* Vnde conditionalia disparata, in quibus non est necessaria connexio, in ijs non affirmatur illatio consequentis ab antecedente, sed tantùm cognoscuntur per modum categoricæ propos. quæ significatur per verbum principale, vt, *si Petrus crearetur, conuerteretur*: id, quod in hâc propos. significatur, est conuersio Petri sub tali hypothesi futura. Vnde particula, *Si*, non significat in hac propos. illationem, sed effectum sub tali hypothesi futurum.

1. *Sent affirm. fund.*

2. *Negant*

Nota veritatem ad tremorum, Et formalem illationis

241. *Materialis veritas cognosc.*

DICO 1. Conditionalia disparata, quoad materialem veritatem extremorum certò cognoscuntur à Deo, ante decretum actu existens, per ordinem tantùm ad decretum conditionarum obiectiuum: *Suarez in opusc. lib. 2. de scien. condit. cap. 6. n. 4. Albertini Coroll. 3. Theol. ex princip. 4. Philos.* Fundam. hæc considerata quoad veritatem materialem extremorum, non differunt à reliquis futuris conditionatis: nam hæc, *Si Petrus curreret, Paulus legeret*, considerata quoad solam concomitantiam vnius veritatis cum aliâ in ratione durationis, æquiualet huic categoricæ, *dum Petrus curreret, Paulus legeret*: sed hæc certò cognoscitur ante decretum: nam ad cognoscendam hanc sufficit cognoscere cursum Petri, & lectionem Pauli sub conditione futuram, per ordinem ad eandem durationem temporis.

Ante decretum actu existens.

242. *Etiam formalis veritas.*

DICO 2. Possunt eadem conditionalia disparata certò cognosci, etiam quoad veritatem formalem ante decretum, licet talis veritas non sit expressibilis in propositione conditionali, per particulam, *si*, nisi supposito actuali decreto Dei. Prior pars prob. non minùs Deus cognoscit per ordinè ad suũ decretum conditionatum, quòd si ordinaret talem

Digitized by Google

conditionem, quæ ex naturâ suâ ordinata non est ad existentiam alterius rei disparatæ, resultaret veritas formalis, & illatiua in conditionali, quam per ordinem ad idem decretum cognoscat, quòd si concurreret cum hâc, vel illâ creaturâ, resultaret talis veritas materialis in eâdem propos. nam sicut in esse futuro absoluto vtraque pendet à decreto absoluto Dei, ita in esse futuro conditionato, à decreto conditionaro Dei. Posterior

243. *Licet experiri non possit ante decretum.* prob. veritas formalis & illatiua, vt possit actu exprimi in conditionali, necessariò supponit infallibilem connexionem conditionis antecedentis cum consequente, vel ex naturâ suâ, vel ex actuali ordinatione Dei: sed conditio disparata nullam habet connexionem ex naturâ suâ cum existentiâ consequentis: ergo supponitur illam habere ex actuali decreto Dei: atque adeò veritas formalis, vt actu expressibilis in conditionali supponit actuale decretum Dei; cùm implicet aliquid esse actu, & non dependere ab actuali voluntate Dei. Maior explic. in illâ conditionali, *Si percussisses quinquies &c.* supponitur, quintam percussionem terræ esse actu ordinatam, vt conditionem prærequisitam ex decreto Dei ad deuastationem Syriæ per promissionem Dei, actu factam; alioqui non posset dici, *si percussisses quinquies &c.* sed potiùs, *si Deus promisisset, vt ad quintam, vel sextam percussionem terræ Syria deuastaretur.* Confir. statim ac Deus reuelat, quòd si poneretur vnum, sequeretur aliud, habet actuale decretum, absolutum respectu promissionis, conditionatum respectu effectûs dependentis à tali conditione. Ex his conciliantur ambæ sent.

Amba sent. conciliat. ambæ sent. 1. solùm probat priorem partem; 2. posteriorem nostræ sent.

SECTIO XIV.

An Deus scientiâ conditionatâ cognoscat sua decreta conditionalia.

244. DVPLEX decretum conditionatum distinguitur in Deo; alterum, quod solâ ratione præcedit absolutum actu existens in Deo: nam cùm

Sc. quæ nunquam reipsâ existent in Deo: priùs ratione Deus cognoscat rem creatam sub conditione futuram, quàm absolutè futuram; priùs etiam ratione præcedit voluntas ipsius, vt causa rei creatæ sub conditione futuræ, quàm vt causa eiusdem rei vt absolutè futuræ: alterum, quod nunquam de facto existit in Deo: existeret autem, si certa conditio poneretur.

245. *Negat.* DE POSTERIORE; 1. sent. *Molina 1. p. qu. 19. art. 13. disp. 17.* negantis. Fundam. ad cognoscendum, quid vnaquæque voluntas, sub quâuis hypothesi est determinatè operatura, non sufficit talem voluntatem comprehendere, sed oportet illam supercomprehendere, per infinitum excessum cognitionis supercomprehendentis ad voluntatem supercomprehensam; sed hunc non habet diuina cognitio respectu suæ voluntatis, sed tantùm respectu voluntatis creatæ: quia intellectus increatus non excedit in cognoscendo voluntatem increatam. Maior prob. alioqui posset angelus comprehendendo suam voluntatem cognoscere liberum suum decretum futurum. Ex quâ doctrina deducit, nullius conditionalis scientiam cõmunicabilem esse creaturæ, quia nulla creatura potest per infinitum excessum supercomprehendere voluntatem creatam.

SECVNDA *Fonseca lib. 6. Metaph. cap. 2. q. 4. sect. 10 §. sed quæret, Suarez lib. 2. de scientiâ Dei. cap. 8. Arrub. 1. p. disp. 47. cap. 7.* affimantium. 246. *Affirmant. Vera sent.* Quæ sent. vera est. prob. triplex decretum conditionatum in Deo distingui potest; 1. fundatum in decreto absoluto, de promissione factâ sub conditione: vt, promitto tibi gloriam, si te ad illam dispoſueris. 2. necessariò concomitans effectum liberum creatum sub conditione futurum. 3. pendens ex solâ & merâ suâ voluntate sub hâc vel illâ hypothesi rerum constituendâ: at omnia hæc decreta cognoscit Deus: vti quoad priora duo nemo neget: nam primum cognoscit Deus in decreto absoluto de promissione factâ, in quâ necessariò inuoluitur aliud decretum conditionatum de præstandâ re promissâ, si conditio adimpleatur. Secundum cognoscit in effectu creato præuiso sub conditione futuro; nam qui cognoscit effectum, cognoscit necessariò causas, à quibus talis effectus essentialiter dependet; inter quas est decretum conditionatum Dei, cõplens causam 2. in actu 1. ad operandum. Difficultas est de tertio; hoc autem certò à Deo cognosci ostendo, 1. Eadem est ratio cognoscendi secundum ac tertium; quia secundum non cognoscit in alio decreto actu existente in Deo, vt cognoscit primum: nec illud cognoscit in effectu sub conditione futuro, vt consequens ipsum effectum, sed vt antecedens; quia cognoscit illud vt causam talis effectûs; igitur priùs ratione, quàm cognoscat effectum creatum futurum ex vi causæ creatæ, cognoscit suum decretum conditionatum, vi cuius causa creata fit potens producere suum effectum: ergo similiter cognoscere poterit decretum conditionatum ex solâ suâ voluntate dependens. Quia non minùs decretum sub conditione offerens auxilium, quod sit causa consensûs creati sub conditione futuri, est dependens à solâ voluntate Dei, quàm quodlibet aliud decretum conditionatum & absolutum. Confir. decretum conditionatum & absolutum, in hoc non differunt: atqui absolutum; quo de facto Deus offert auxilia gratiæ ad supernaturalem consensum, pendet ex solâ voluntate Dei; ergo & conditionatum: nam quod est absolutum, priùs, ratione fuit conditionatum. 2. Quia non minùs Deus, quàm creatura, si liberè se determinasset, ad vnam tantùm partem re ipsâ se determinasset: igitur factâ tali suppositione, non minùs est determinatè verum, ac proinde certò cognoscibile, quòd tale decretum Dei esset sub conditione futurum, quàm ipse liber consensus creaturæ. Confirm. hoc non est naturâ suâ incognoscibile, cùm sit extra sphæram puri nihili; non minùs quàm consensus creatus sub conditione futurus; ergo non fugit intellectum increatum, intra cuius sphæram est omne verum, & quidquid ab intrinseco non repugnat cognosci. Neque ad hoc requiritur infinitus excessus cognoscentis supra cognitum, sed sat erit vis infinita intellectûs cognoscentis, etiam si non excedat, sed tantùm adæquet rem cognitam. Nam hoc ipso, quòd vis cognitiua est infinita, est quâ maior excogitari non potest, proinde necessariò se extendit ad omne id, quod ab intrinseco non repugnat cognosci: alioqui excogitari posset maior vis cognitiua, quæ ferri posset ad tale cognoscibile, & in Deo non esset; quod ex termini repugnat. Prætereà cùm omne verum essentialiter constituatur per ordinem ad aliquem intellectum potentem cognoscere, repugnat dicere, decretum conditionatum Dei esse verum, &

Cognoscit pendens ex solâ suâ voluntate. Pr. 1. à pari.

Confir. 247. *Pr. 2.*

non

non per respectum ad intellectum diuinum potentem illud cognoscere; alioqui esset verum sine suo essentiali respectu. Quòd autem illud sit verum, constat à paritate consensus treati sub conditione futuri.

248. *Ad Molin.* Ad fundam. primæ sent. neg. maior. ad prob. nego paritatem: nam licet vis cognitiua angeli sit comprehensiua sui; non est tamen infinita, proinde non omne verum habet intra suam sphæram. vnde falsum est, nullius futuri conditionalis scientiam communicari posse creaturæ; nam probabile est, vt *to.* 6. multorum conditionalium scientiam communicatam esse animæ Christi, cùm talis scientia spectet ad perfectum munus Iudicis ac Mediatoris. Ratio: licet scientia omnium conditionalium nequeat communicari creaturæ (hæc enim includit cognitionem omnium possibilium, quæ nulli creaturæ communicabilis est) communicari poterit aliquorum, non connaturaliter, cùm hic modus cognoscendi sit proprius Dei; & requirat in intellectu connaturaliter cognoscente vim cognoscendi infinitam, sed supernaturaliter.

Scientia condition. communicabilis.

249. *Negant.* DE PRIORE, sc. an Deus sua decreta absoluta priùs ratione cognoscat, vt ponenda, quàm quàm vt actu posita? 1. sent. *Molina* 1 *p. quæst.* 14. *art.* 13. *disp.* 17. *Vasquez disput.* 65. *n.* 25. *Arr. ub. disp.* 47. *cap.* 4. *Moncæi disp.* 3. *cap.* 17. negantium.

Fund. Molinæ. Fundam. *Molinæ*: sequeretur, tolli libertatem in Deo: nam si priùs ratione, quàm se ipsum determinaret, cognosceret suam futuram determinationem, illam naturaliter cognosceret; nec posset oppositum cognoscere: stante autem tali scientiâ, non posset Deus oppositum velle, alioqui falleretur eius scientia.

250. *Fund. Vasquez.* Fundam. *Vasquez*, Liberum decretum Dei supra nudam essentiam eiusdem non addit, nisi purum respectum rationis ad res futuras; igitur non potest in priori signo rationis certò cognosci decretum futurum. Quia nihil habet diuina essentia in eo signo; per quod tale decretum cognosci possit: nam respectus rationis, quem liberum decretum addit essentiæ, eo signo intelligi non potest, cùm in eo signo nondum intelligantur creaturæ vt futuræ, sed tantùm vt possibiles: respectus autem nequit fine termino cognosci.

Confir. Confir. Deus non distinguit instantia rationis, quibus unum priùs ratione concipiat, quàm aliud; hoc enim prouenit ex imperfecto modo nostro concipiendi; ergo in eius intellectu ipsius decretum non habet rationem futuri in posteriori signo rationis; nam, vt habeat rationem futuri, debet ipse instantia rationis distinguere.

251. *Fund. Arrubal.* Fundam. *Arrub.* Nulla est veritas voluntatis diuinæ vt absolutè futuræ, quæ prior sit veritate eiusdem, vt actu præsentis in æternitate: ergo nulla in Deo est cognitio prior voluntatis, vt absolutè futuræ, quàm eiusdem in æternitate præsentis. Antec. probat: duobus tantùm modis dicitur aliquid prius, causalitate & vniuersalitate; at neque ratio futuri est causa, vt aliquid sit præsens, nec voluntas futura est vniuersalior, & latiùs patens, quàm eadem vt in æternitate præsens: igitur nullo modo voluntas diuina est prior vt futura se ipsâ, vt præsente in æternitate.

252. *Affirm. Verior sent.* SECVNDA *Fonseca, & Suarez, suprà*, affirmantium. Quæ sententia vera est: Fundam. cognoscere Deum vnum priùs ratione, quàm aliud, est vnum cognoscere independenter ab alio, aliud verò dependenter ab hoc: sed Deus ab æterno cognouit suum liberum decretum, vt ponendum, independenter ab eodem, vt actu posito: ergo priùs ratione cognouit illud vt ponendum, quàm vt actu positum. Maior est certa: nam ideò dicitur Deus priùs ratione velle finem, quàm media; quia finem vult independenter à mediis, media dependenter à fine: vnde adhuc non volito hoc, vel illo medio in particulari, volitus esset finis: ergo pariter ideò dicitur Deus vnum priùs ratione cognoscere, quàm aliud, quia vnum cognoscit independenter ab alio, aliud verò dependenter ab hoc. Minor prob. etsi liberum decretum Dei nunquam in æternitate, vt ponendum præcesserit se ipsum, vt actu positum, sed semper fuit actu positum, ac proinde nunquam fuit cognitum, vt ponendum, quin simul etiam fuerit cognitum, vt actu positum; quia tamen vt ponendum est independens à seipso, vt actu posito: contrà verò vt actu positum est dependens à seipso, vt ponendo; nam etiamsi non fuisset positum in æternitate, sed in tempore, vt multi *Scotista* opinantur, adhuc fuisset in æternitate cognitum, ut ponendum, & nondum vt actu positum; rectè dicitur, vt ponendum esse prius se ipso, ut actu posito; ac proinde priùs ratione à Deo cognitum, vt ponendum; quàm vt actu positum; non quidem positiuè, quia vt positiuè potuerit in æternitate cognosci, vt ponendum, debuisset in æternitate præcedere, vt ponendum: sicut in eâ præcedunt futura creata, quæ propterea in æternitate à Deo cognoscuntur, vt positiuè futura; sed tantùm negatiuè; quia vt potuerit Deus cognoscere suum decretum liberum ab æternitate, non fuit necessum, vt illud in æternitate extiterit; nam etiamsi extitisset in tempore, vt reliqua decreta & effectus creati, adhuc illud ab æterno cognouisset, vt suo tempore ponendum. Quia, vt Deus obiectum cognoscat, sufficit requirit ex parte obiecti rationem veri & intelligibilis, quæ ex parte obiecti statim ponitur; quàm primùm illud transit ex indifferentiâ ad determinationem aliquam.

Decretum actu positum est dependens à seipso vt ponendo, non contrà.

Confirm. priùs ratione, quàm voluntas diuina 253. intelligatur absoluta, intelligitur conditionata; *Confir.* ergo priùs ratione intelligitur ponenda, quàm actu posita: nam cognoscitur ponenda, vt est sub conditione; cognoscitur actu posita, purificatâ conditione. Antec. ostendo; priùs ratione cognoscitur effectus creatus sub conditione futurus, quàm absolutè futurus: ergo priùs etiam ratione cognoscitur voluntas diuina sub conditione ponenda, quàm actu posita: quia sub nullo signo intelligi potest effectus creatus sub conditione futurus, quin sub eodem intelligatur voluntas Dei sub conditione etiam futura; quia sub nullo signo intelligi potest effectus creatus sine dependentiâ à voluntate increatâ.

Obiicies 1. Quod ab æterno non fuit, ab æterno cognosci non potuit: sed ab æterno non fuit decretum diuinum vt ponendum, sed semper actu positum; ergo ab æterno cognosci non potuit vt ponendum. Resp. dist. minor. non fuit ab æterno ponendum positiuè, concedo; negatiuè, nego: hoc autem sufficit, vt potuerit ab æterno priùs ratione cognosci vt ponendum, quàm vt actu positum. Dicitur autem positiuè ponendum id, quod pro eâ duratione, pro quâ cognoscitur ponendum, nondum est actu positum, sed positiuè excludit actualem positionem; ut futura creata, fuerunt ab æterno positiuè ponenda, quia pro æternitate, pro quâ fuerunt cognita vt ponenda, nondum erant actu posita, sed positiuè in æternitate excludebant actualem positionem. Dicitur verò

254. *Obij. 1.* *Resp.* *Positiuè ponendo quid*

Digitized by Google

negatiuè ponendum id, quod licet in eâ duratione, in quâ cognoscitur sit actu positum, vt tamen pro eâ duratione potuerit simpliciter cognosci, non erat necessarium, vt esset actu positum; nam etiamsi non fuisset pro eâ duratione actu positum, potuisset cognosci: eo quòd eius cognitio ab æterno non pendebat ab actuali positione æternâ ipsius. Quòd autem hoc sufficiat, vt dicatur priùs ratione cognosci vt ponendum, quàm vt actu positum, constat de eodem decreto diuino cognito in eâdem æternitate priùs ratione vt possibili, & conditionatè futuro, quàm vt actu posito; esto vt possibile, & conditionatè futurum non præcesserit in eâdem æternitate se ipsum, vt actu positum: sed sat est, vt ad illud cognoscendum, vt possibile, vel sub conditione futurum non fuerit necesse, vt actu existeret.

Negatiuè quid?

Obijcies 2. Sequeretur, Deum in quolibet signo rationis cognoscere suum decretum, vt ponendum, cùm non sit maior ratio de vno signo, quàm de alio. Resp. neg. sequel. cuius maior ratio est; quia hæc signa concipienda sunt in Deo ordinatè, vt quod præsupponitur ad aliud, non debeat concipi posterius illo, & è conuerso; sed decretum Dei, vt ponendum, præsupponit seipsum, vt possibile, & cum eo omnia necessaria in Deo. Igitur non in quouis signo rationis potest liberum decretum Dei concipi, vt ponendum, sed tantùm in eo, in quo cætera necessaria in Deo præsupponuntur cognita.

255. *Obiic.* 2.

Resp.

Obijcies 3. Futurum vt futurum negat existentiam rei pro eâ duratione, in quâ dicitur futura: at in nullo signo æternitatis potest decretum absolutum Dei concipi cum negatione existentiæ; ergo in nullo signo æternitatis concipi potest vt futurum. Resp. transeat totum. Neque enim cùm docemus, priùs ratione cognosci à Deo suum decretum, vt futurum, docere volumus, illud à Deo cognosci sine actuali existentiâ in æternitate: sed solum docere volumus, illud cognosci cum independentiâ ab actuali existentiâ in eternitate, modo suprà exposito, quia nimirum non est necesse vt illud actu existat ab æterno, vt possit ab æterno cognosci, nam etiamsi existeret in tempore, cognosceretur ab æterno, vti cognoscuntur decreta creata. Vnde quamuis futurum propriè consistat in posterioritate durationis, tamen hîc sumimus futurum, vt dicit solam posterioritatem rationis, & ideò in titulo quæst. consultò abstinui à nomine *futuri*.

256. *Obiic.* 3.

Resp.

Obijcies 4. Sequeretur, creaturas esse futuras ante decretum Dei actu existens, nam essent futuræ per decretum Dei ponendum. Resp. neg. sequel. solùm enim sequitur, per decretum Dei ponendum creaturas fieri fore futuras, non formaliter futuras, quòd nullum est absurdum. Fiunt autem formaliter futuræ per ipsum decretum actu positum.

257. *Obiic.* 4.

Resp.

Ad fundam. Molinæ nego sequel. ad prob. dist. maior. repræsentat cognitio diuina liberum decretum ponendum naturaliter, factâ supppositione liberæ determinationis voluntatis diuinæ, concedo; non factâ, nego. Similiter non potuit oppositum repræsentari, factâ tali suppositione, concedo; simpliciter & absolutè, nego; quia sicut in potestate Dei fuit, decretum non ponere, ita in potestate eiusdem fuit, decretum non cognoscere. Vnde stante tali scientiâ, concedo, quòd non sit in libertate Dei illud non ponere, nam hoc involuit necessitatem suppositionis liberæ determinationis ipsius. Sicut, stante in Christo intuitiuâ cognitione suorum operum, non poterat, in sensu composito ea non exercere; simpliciter tamen fuit liber ad ea exercenda, quia talis intuitio non erat causa, vt ita operaretur, sed signum tantùm præsupponens liberam determinationem futuram Christi.

258. *Ad Molinam*

Ad Fundam. *Vasquez* nego conseq. nam quidquid sit illud, quo liberum decretum Dei formaliter constituitur, potest certò cognosci vt ponendum priùs ratione, quàm actu positum, modo declarato. Concedo autem, in eo signo, in quo intelligitur decretum ponendum, non intelligi creaturas vt futuras, intelligi tamen, vt fore futuras, per ordinem ad quas intelligitur decretum Dei vt ponendum. Ad confirm. vt dicatur Deus concipere vnum priùs alio, non oportet, vt ipse distinguat instantia rationis, in quibus concipiat vnum, non concepto alio; sed sufficit, vt concipiat vnum cum independentiâ ab alio, esto utrumque simul concipiat. Quia igitur decretum Dei vt ponibile, est independens à se ipso, vt ponendo; & hoc, vt à Deo cognoscatur est independens à se ipso, vt in æternitate posito; nam etiamsi non poneretur in æternitate, sed in tempore, adhuc cognosceretur, ab æterno; dicitur illud prius ratione cognosci, vt ponibile, quàm vt ponendum; & hoc priùs ratione, quàm vt actu positum. Ad Fundam. *Arrub.* nego antec. ad prob. nego, illis duobus tantùm modis dici posse vnum prius alio, sed quocunque alio modo potest vnum esse independens ab alio, dici potest prius alio. Reducitur autem hæc prioritas ad eam, quæ iuxta *Arist. cap. de priori*, dicitur Prioritas secundùm subsistendi consequentiam, qua ab vno ad alterum non conuertitur consequentia: nam licet valeat conseq. decretum diuinum est actu positum: ergo fuit ponibile: haud tamen convertitur subsistendi consequentia: fuit ponibile; ergo est actu positum. Id enim à quo non conuertitur consequentia est prius eo, à quo conuertitur consequentia; vt *ibid.* Arist.

259. *Ad fund. Vasquez.*

Ad conf.

Notandum maximè.

260. *Ad fund. Arrubal.*

Arist.

SECTIO XV.

An, & quomodo Deus cognoscat negationes & priuationes?

261.

CERTVM est, Deum cognoscere negationes & priuationes omnes, tam physicas, quàm morales; imò & quæcunque entia, quæ à quolibet intellectu fingi excogitariquo possunt. Fundam. hæc omnia sunt aliquo modo cognoscibilia, siquidem cognoscuntur à nobis; igitur actu etiam à Deo. Nam quidquid est cognoscibile, actu cognoscitur à Deo; cùm Deus non supponat, nisi cognoscibilitatem obiecti, vt illud actu statim cognoscat; nam totam rationem cognoscendi habet à se. Controuersia est de modo, quo illas cognoscat, an immediatè in se ipsis; an per formam positiuam, quâ cognitâ, cognoscantur omnes negationes & priuationes in eâ fundatæ. 1. Sent. affirmat, Deum negationes priuationesque immediatè cognoscere in se ipsis. Fundam. hic modus cognoscendi est nobilior, sc. cognoscere obiectum immediate per se ipsum, quàm mediante alio. Confir. nequit forma positiua esse ratio cognoscendi negationem; cùm forma positiua & negatiua habeant oppositas cognoscibilitates: igitur nequit vna esse ratio cognoscendi aliam. Secunda affirmat, eas cognoscere per formam positiuam. Sed, an per formam positiuam creatam, an increatam? Multi censent, eas cognoscere

Runt cognoscibilis physica & morales.

1. Sent. 263.

262. 2. Sent.

Digitized by Google

scere per increatam bonitatem, quâ cognita cognoscitur omnis negatio; quia ob sui eminentiam continet omnem bonitatem creatam: ergo in ea cognoscitur omnis bonitas creata; & recessus à bonitate, siue creata siue increata; ac proinde omnis priuatio & negatio, quæ & recessus ab aliqua bonitate.

264. *Nota.* Pro explicatione, potest vnum esse ratio cognoscendi aliud; 1. vt ratio mediatè cognoscendi: 2. vt fundamentum prius cognitum.

265. *Forma positiua immediate non est ratio cognos.* DICO 1. Ratio immediatè cognoscendi negationes & priuationes, non est forma positiua. Fundam. ratio illa non potest esse contradictoriè opposita negationi & priuationi; vti forma positiua est contradictoriè ei opposita; homo negationi hominis, forma ignis priuationi ignis. quia ratio immediatè cognoscendi est, quæ immediatè exprimit obiectum: nulla autem formâ immediatè exprimere potest suum oppositum, seu immediatè obijcere intellectui contradictorium sui: nam id obijcit immediatè intellectui, quod immediatè continet: non continet contradictorium sui, nec potest illud immediatè intellectui obijcere.

264. *Scit mediate* DICO 2. Implicat Deum cognoscere negationem & priuationem, non cognita prius forma positiua, cuius est negatio & priuatio. Fundam. forma est specificatiuum negationis & priuationis; non constitutiuum, sed remouibile; quia est terminus qui essentialiter importatur, vt remouibilis à negatione. Nequit autem intelligi specificatum, nisi præintelligatur forma specificans: nec negatio, nisi præintelligatur forma, cuius est negatio. Vnde *Philosophorum axioma* Philos. proloquium est, *priuationem non cognosci, nisi per habitum.* Confirm. negatio vel priuatio determinatur ad hanc speciem, vel numero negationem aut priuationem per hanc speciem, aut numero formam: ergo nequit cognosci hæc speciem, aut numero negatio, vel priuatio, nisi præcognita hac specie, vel numero formâ, cuius est negatio, aut priuatio. Vnde ad cognoscendam negationem, vna tantùm forma est præcognoscenda, ea nimirum, cuius est negatio: ad cognoscendam vero priuationem, præter formam, cuius est priuatio, præcognoscendum est etiam subiectum, in quo talis priuatio est, cum aptitudine ad oppositam formam recipiendam.

266. *Conf.*

267. *Sc. bonitas creata,* DICO 3. Hæc forma, quæ immediatè præcognoscenda est ad negationes, & priuationes rerum intelligendas, non est bonitas increata, sed creata, ea nimirum, quæ immediatè per negationem, priuationemque remouetur. Fundam. ea bonitas vel forma ad negationem, priuationemque intelligitur immediatè præcognoscenda, quæ immediatè per negationem, priuationemque remouetur; sed bonitas, quæ immediatè per negationem visus, ex. gr. remouetur, non est bonitas increata, sed creata visus: igitur hæc tantùm est immediate præcognoscenda: non inficior, bonitatem increatam mediatè esse præcognoscendam ad negationes, priuationesque intelligendas: sicut priùs cognoscenda est bonitas increata, quàm creata, sicut obiectum primarium quàm secundarium; ita mediatè priùs cognoscenda est bonitas increata, quàm quæuis negatio, aut priuatio bonitatis creatæ. Dices. Saltem priuatio moralis, quam inuoluit peccatum, non potest cognosci, nisi immediatè præcognoscatur bonitas ipsa increata, cuius est priuatiua. Resp. neg. assump. nam peccatum non est priuatiuum bonitatis increatæ, vt formæ oppositæ, sed solùm vt obiecti; immediatè solùm est priuatiuum, vt formæ oppositæ, bonitatis creatæ; mediatè & per modum obiecti etiam bonitatis increatæ. Quia quod priuat visione, priuat obiecto viso: quare Deus vt obiectum visum

Quæ immediatè remouetur.

268. *Dices.*

Resp.

consequenter tantùm cognoscitur ad cognitionem visionis beatæ, quâ peccatum priuat.

269. *Scientia simpl. intelli. attingit possib. negationes:* DICO 4. Non omnes negationes, aut priuationes cognoscit Deus scientia visionis, sed aliquas scientia visionis, aliquas scientia simplicis intelligentiæ. prob. sicut entia alia sunt possibilia, alia existentia: ita negationes & priuationes, aliæ sunt possibiles, aliæ existentes: quæ tantùm sunt possibiles, cognoscuntur à Deo scientia simplicis intellig. quæ existentes, scientiâ visionis. Genus negationum, aliud earum, quæ fundantur in rebus possibilibus nunquam extituris; aliud earum, quæ comitantur res existentes. Priores cognoscit Deus scientia visionis. quia sicut res possibiles nunquam extituræ sunt ita negatio talis existentiæ semper suo modo existet; ac proinde talis negatio cognoscitur, scientia visionis. Posteriores, si considerentur in ordine ad subiectum, in quo sunt, cognoscuntur scientia visionis; si in ordine ad terminum existentem, quem à subiecto remouent, cognoscuntur scientia simplicis intellig. Velut negatio lapidis in homine, si consideretur in ordine ad hominem, in quo concipitur, vt in subiecto, cognoscitur scientia visionis; nam in homine talis negatio actu, suo modo existit; si in ordine ad lapidem, qui de homine negatur, scientiâ simplicis intellig. quia in ordine ad lapidem talis negatio non existit, sed potuit existere.

270. *Negationum duplex genus.*

271. *Dices.* Dices. Hinc sequeretur, æquè latè patere obiectum visionis, & simplicis intellig. nam obiectum visionis sunt omnes negationes rerum possibilium; obiectum verò simplicis intelligentiæ, sunt res ipsæ possibiles. *Conf.* Confirm. nequeunt cognosci negationes possibilium, quin cognoscantur possibilia: ergo eadem possibilia erunt obiectum vtriusque scientiæ, simplicis intellig. & visionis. *Resp.* Resp. Concedo sequel. si comparatio fiat inter obiectum negatiuum scientiæ visionis, & positiuum scientiæ simplicis intellig. nego, si comparatio fiat inter obiectum positiuum vtriusque scientiæ: quia sicut plura sunt, quæ Deus facere potest, & nunquam est facturus, quàm quæ fecit, vel facturus est: ita latiùs patet obiectum positiuum simplicis intellig. quàm obiectum positiuum visionis. Et quia huius tantùm obiecti habetur ratio, ideò simpliciter dicendum est, latiùs patere obiectum simplicis intelligentiæ, quàm visionis. *Ad conf.* Ad confirm. concedo possibilia esse obiectum vtriusque scientiæ; diuerso tamen modo; simplicis intellig. per se & directè; visionis indirectè.

272. *Quid de entibus rationis.* Sequitur 1. per quam scientiam Deus cognoscat entia rationis ab homine ficta, vel fictibilia. nam quæ fingi possunt, nunquam tamen ab homine fingentur, cognoscit Deus scientia simplicis intellig. quæ verò actu fingentur, scientiâ visionis. An autem Deus ipse formet ens rationis, Distinguo; de enterationis per simplicem & absolutam apprehensionem; hoc Deo negatur, quia importat appehensionem rei aliter ac est in se; & de ente rationis, quod necessariò supponitur ad verissimum iudicium, quod Deus habet de conuenientia prædicati, quod subiecto sub conditione impossibili apprehenso competeret, vt si homo esset lapis, non sentiret: In quo iudicio, quod Deo negari non potest, supponitur homo apprehensus vt lapis tanquam subiectum, de quo verissimè negaretur asinus: talis. n. hypothesis, nempe hominem esse lapidem, cùm sit impossibilis, est ens rationis: cumque necessariò à Deo cognoscatur, vt possit habere certum iudicium de prædicato, quod tali subiecto sub hypothesi apprehenso conueniret, sequitur Deum facere ens rationis.

273. *An Deus faciat ens rationis.*

Digitized by Google

224. *Sequitur* 2. Sequitur 2. vt obiectum sit cognoscibile scientiâ visionis, non esse necessarium, vt ita existat, vt possit non existere; sed sufficit, vt existat, etiamsi nequeat non existere; vt Deus cognoscit seipsum scientiâ visionis, cùm tamen nequeat ipse non existere. Contrà verò, vt obiectum sit cognoscibile scientia simplicis intellig. non est necessarium, vt ita non existat, vt possit existere; sed sufficit, vt non existat, etiamsi non possit existere, Vt negatio Dei, ita non existit, vt implicet existere, quæ tamen cognoscitur scientia simplicis intellig. 3. Deum non cognoscere negationes & priuationes per assensum, dicendo, *tenebræ sunt, Petrus est cæcus, homo est non equus*: sed per dissensum, *lux non est, Petrus non habet uisum, homo non est equus*. Ratio: affirmatio existentiæ de negatione supponit identitatem existentiæ cum negatione vel priuatione, ac proinde supponit apprehensionem rei aliter ac in se est: quæ cognitio cùm sit disformis obiecto, in Deum cadere non potest. 4. Ad cognoscendas negationes & priuationes Deum non determinari à suâ essentiâ, vt immediatâ specie negationum & priuationum, cùm hæ, vtpotè nihil, species sui repræsentatiuas non habeant; sed à suâ essentiâ, vt specie terminorum negatorum; cognitis n. positiuis terminis negatis, homine & equo, absque alijs speciebus, ait diuina essentia supplente negationum species, perfectissimè à Deo cognoscitur, hominem non esse equum. Ita *S. Tho.* 1. *con. gen. c.* 71. dicit, negationes à Deo cognosci in ipsa rerum distinctione: quia cognitis proprijs quidditatibus rerum, in quidditatibus cognoscuntur negationes, Idem *ibid.* docet, malum non cognosci nisi per bonum: *Nam bonum*, inquit, *est quasi ratio cognitionis mali, cùm malum nihil alius sit, quàm priuatio boni.* Qua de causa negat ubique *S. Tho.* Deum habere idæam de malo: *Quoniam*, vt cit. cap. ad 2 Ferrari. *de malo nullus fur matur conceptus quidditatiuus, cùm nullam quidditatem dicat, sed magis negationem quidditatis: sed intellectus sicut per eandem speciem intelligibilem, qua cognoscit bonum, cognoscit malum, ita per eundem conceptum, quo cognoscit quidditatem boni, cognoscit etiam malum illi oppositum: non enim oportet, vt omne cognitum cognoscatur per propriam speciem, ac per proprium conceptum illius repræsentatiuum, sed sufficit, quod aliquid per similitudinem sui oppositi cognoscatur.* Hæc ex mente S. Doct. Vnde miror aliquos ex hoc loco probare suam sent. de immediatâ cognitione negationum.

Sequitur 3.

Sequitur 4.

Deus non est species negationum.

De malo nullus conceptus quidditatiuus.

275. *Ad fund.* 1. Ad Fundam. primæ, nego assump. cùm enim talis modus in negationibus implicet, nequit esse modus cognoscendi nobilior; quia hic supponit possibilitatem talis modi cognoscendi. Ad confir. concedo, formam positiuam non esse rationem immediatè cognoscendi sui negationem; nego autem non esse fundamentum, seu terminum priùs cognitum. Ad Fundam. secundæ. dist. conseq. cognoscitur in bonitate increata omnis bonitas creata mediatè, concedo; immediatè, nego: immediatè enim sola cognoscitur bonitas increata, quâ cognitâ cognoscitur & bonitas creata, vt effectus, & obiectum secundarium; atque adeó & negatio, priuatioque ipsa bonitatis creatæ mediatè tantùm cognoscitur in bonitate increata.

ad conf.

276. *ad fund.* 2.

277. *Scientia Dei est causa rerum vt ars,* *Rogas* 1. An scientia Dei sit causa rerum? Resp. affirm. vt certum est: non tamen effectiua, sed directiua. Prob. se habet respectu rerum, sicut ars artificis respectu artificiatorum: sicut. n. artifex producit artificiata directus ab arte præmonstrante modum effingendi opus; ita Deus producit res directus à scientiâ, præmonstrante modum effingendi res. Sed ars complet potentiam artificis in ordine ad opus artificiatum producendum. *Capreol in* 1. *dist.* 35. *q.* 2. *fine, ad argu. contra* 8. *concl. & Zumel.* 1. *p. q.* 14. *art.* 8. *disp. vn. concl.* 3. asserunt, scientiam Dei esse causam effectricem rerum. Sed contrà: scientia causat tantùm dirigendo, non efficiendo, vt rectè *Durand. in* 1. *dist.* 38. *q.* 1. causat præmonstrando tantùm modum efformandi res, & in hoc completur tota eius causalitas: quia in artifice creato ars non concurrit ad artificiatum, nisi tantum dirigendo, non efficiendo immediatè ipsum opus, cuius effectionem immediatè attingit sola potentia executiua; ergò neque in Deo: nam de diuinis philosophari debemus per analogiam ad creata. Est igitur scientia causa operis, dirigendo tantùm potentiam executricem ad opus exequendum, iuxta normam ab ipsa præscriptam. Vnde ditur complementum potentiæ actiuæ, non in ratione coagentis, sed dirigentis; pertinetque ad illam, vt complementum, non eiusdem, sed diuersæ rationis. Nec refert, quòd *Arist. 6. Ethic.* 4. artem definit *habitum cum vera ratione effectiuum.* Nam explicari potest; 1. quòd sit effectiuus mediante potentia executiua, quam dirigit: 2. quòd ibi definiat artem, vt est principium completum operis; quo pacto, præter scientiam dirigentem, includit potentiam exequentem.

non effectiua

Sed directiua.

278. *Non per actum volunt.* *Rogas* 2, quomodo scientia Dei sit causa rerum? Resp. non formaliter per adiunctum actum voluntatis, licet non valeat actu causare, nisi determinata per voluntatem; ita *Capreo. cit.* qui in hoc sensu explicat *S. Tho.* dum 1. p. q. 14. at. 8. docet; scientiam Dei esse causam rerum per voluntatem adiunctam. Fundam. scientia est causa operis, dictando modum efformandi opus, eóque voluntatem dirigendo ad opus exequendum; igitur vim causandi mutuare non potest à voluntate: nam practicum dictamen de modo effingendi opus, ratione præcedit voluntatem; ergo non potest ab illa formaliter, vim mutuare, cùm nullum prius, vt sic, vim suam accipere possit à posteriori. Quòd autem nequeat actu causare, nisi determinata per voluntatem constat: nam ad actu causandum requiritur executio operis; scientia enim suam causalitatem exercet in opus, dirigendo potentiam executricem ad illud exequendum, sicut ab ipsa præscribitur; at potentia executrix non exequitur opus, nisi determinata per voluntatem, cuius est omnes potentias executrices imperio suo mouere ad opus exequendum. Cæterùm quo ordine se habeant omnes istæ causalitates ad opus producendum, nempe scientiæ vt dirigentis, voluntatis vt determinantis, potentiæ vt exequentis, *infrà*, cùm *de potentia Dei.*

Sed determinata per voluntatem.

279. *Scientia Visionis.* *Rogas* 3. quæ scientia Dei sit causa rerum? Resp. non omnis, sed quæ liberum decretum præcedit de opere faciendo, per modum practici dictaminis. Triplex in Deo de creaturis distinguitur scientia, simplicis intelligentiæ, visionis, & conditionata: prima præcedit liberum decretum Dei, estque omnino necessaria: 2. subsequitur illud, estque omnino libera: 3. antecedit omne decretum absolutum, non tamen conditionatum, estque partim libera, partim necessaria. Primò scientia visionis non est causa rerum, quia hæc supponit res obiectiuè futuras, easque subsequitur, vt pura contemplatio earum. 2. non omnis scientia simplicis intellig. est causa rerum, cùm multa per hanc scientiam cognoscantur, quæ non sunt factibilia, vt impossibilia: ars autem, teste *Philos. 6. Ethi.* 4. esse debet de ijs, quæ ab artifice liberè fieri possunt. Vnde etiam excluditur notitia, quam Deus habet de suis increatis processionibus, cùm illæ non liberè, sed necessariò,

non est causa.

Nec simplicis intelli. qualibet.

Digitized by Google

cessariò, producantur; ac proinde cadere non possunt, sub obiectum practicæ scientiæ, sed tantùm speculàtiuè, *contra Scot. q. 4. prologi. §. si objiciatur.*

Tria certa:

3. non omnis scientia simplicis intellig. etiam rerum possibilium, est causa earum; nam quæ circa illas speculatiuè versatur, contemplando tantùm earum naturas, & proprietates, practica non est: atque adeò nec causa rerum esse potest. Fit enim scientia formaliter præctica per ordinem ad praxim, quo ordine caret speculatiua, quæ in sola veritate rei sistit. Porrò scientia, quæ practica non est, causa esse non potest; nam causa dicitur per ordinem ad effectum causandum; scientia autem speculatiua nullum habet ordinem ad effectum causandum, quia hic non habetur, nisi per ordinem ad praxim; sed tantùm habet ordinem ad obiectum contemplandum. Super-est igitur, vt sola scientia simplicis intellig. quæ versatur circa res contingenter producibiles, sit causa rerum practico modo de illis dictando. Non est autem necesse, vt talis scientia, practica practicè dictet de opere faciendo, hoc est vt actu dirigat voluntatem ad opus fabricandum, sed sufficit, si tantùm practicè, hoc est, si tantùm proponat voluntati practicum modum fabricandi opus; esto ad illud actu voluntatem non dirigat. Nam scientia non dicitur causa, quia actu causat, sed quia potest causare; potest autem causare non per actualem, sed per virtualem directionem, quam habet hoc ipso, quod practicè proponit modum fabricandi opus. Difficultas supereſt de scientiâ conditionatâ; Resp. si comparetur ad effectum sub conditione futurum, non est causa illius, quia vt sic non præcedit, sed subsequitur illum, nec circa illum causalitatem exercet: priùs enim supponitur effectus sub conditione futurus, quàm cognoscatur, cùm nihil cognosci possit, nisi quod supponitur esse. Si verò comparetur ad effectum absolutè futurum, vt sic, est causa illius, quia vt sic præcedit illum; priùs enim cognoscitur effectus sub conditione futurus, quàm absolutè futurus. Et præterea dirigit voluntatem diuinam ad executionem operis, præmonstrando modum, quo talis effectus sub conditione futurus, fieri possit absolutè futurus.

280. *Sola qua circa contingentia practico modo,*

281. *Et conditionata,*

Si comparetur ad effectum absol. futurum.

282. Extraditâ doctrinâ intelligitur 1. celebris illa diuisio scientiæ diuinæ, in simplicem, & approbationis seu beneplaciti. Simplex scientia dicitur, quæ circa res versatur, earum tantùm naturas contemplando; Approbationis, quæ circa res versatur, illas approbando per productionem, & in illis sibi complacendo per conseruationem. De hâc scientiâ intelligitur illud Genes. 1. *Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona*, sc. approbando illa per productionem, & complacendo sibi in illis per conseruationem. 2. distinctio Patrum, quòd *ideo aliqua futura sunt, quia Deus nouit illa*: alia contrà; *ideo Deus nouit illa, quia futura sunt.* Prior intelligitur de scientiâ Approbationis, quæ est causa rerum: ideo n. res sunt futuræ, quia Deus nouit illas, approbando per decretum suæ voluntatis. Vnde *August. 15. de Trinit. cap. 13. Vniuersas creaturas & spirituales & corporales, non quia sunt, ideo nouit: sed ideo sunt, quia nouit.* Posterior de scientiâ visionis, quæ est purè contemplatiua: ideò Deus nouit illas, quia futuræ sunt, non contrà; quia videlicet obiectum supponitur ad notitiam: contrà verò effectus subsequitur ad causam. De hac scientia dixit *Orig. in Epist. ad Rom. Non propterea aliquid erit, quia id scit Deus futurum; sed quia futurum est, ideo scitur a Deo, antequam fiat.*

Scientia simplex. Approbationis.

283.

284. Postremò colligitur, quo pacto scientia diuina sit causa negationum, & priuationum: indirectè scilicet, & consequenter. Quia eadem scientia, quæ practicè dictat de re creandâ, aut formâ inducendâ, consequenter etiam dictat de oppositâ negatione, aut priuatione destruendâ. Non est autem scientia Dei, causa priuationis moralis, seu malî culpæ; quia licet Deus perfectè sciat malum culpæ, & modum quo à creatura illud committi possit, talis tamen scientia in Deo practica non est, sed speculatiua. Sicut & scientia, quam Deus habet de entibus chymæricis ab homine fictilibus. Ratio: vt in aliquo supposito scientia sit practica, & causa rerum, requirit, vt in eo habere possit effectum; alioqui, si in eo suum effectum habere non possit, neque causæ rationem habere poterit; quia hæc formaliter constituitur per ordinem ad effectum saltem possibilem. Nec satis est, quòd Deus simul cum creaturâ causet peccatum; quia non causat illud sub ratione peccati, sed tantùm sub ratione entis.

Scientia est causa negationum indirectè.

SECTIO XVI.

An scientia Dei sit variabilis?

285. POTISSIMA ratio dubit. scientia Dei posset non repræsentare aliqua obiecta quæ de facto repræsentat; & vice versa, posset aliqua obiecta repræsentare, quæ de facto non repræsentat: vt constat tam de scientiâ conditionatâ, quàm de absolutâ: ergo vtraque est variabilis: nam tam scientia de pœnitentia Tyriorum sub conditione, quàm de mundo absolutè futuro, est perfectio intrinseca & increata in Deo: Sed hæc potuit in Deo non esse: ergo aliqua perfectio intrinseca & increata in Deo est, quæ potuit non esse: & contra, aliqua perfectio intrinseca, & increata expressiua alicuius effectûs futuri potuit in Deo esse, quæ de facto non est: sc. omnis scientia est vitalis expressio obiecti, & vitaliter certificat intelligentem de veritate obiecti: ergo est intrinseca perfectio intelligentis, quæ potuit non esse in Deo; & aliqua vitalis perfectio in Deo non est, quæ potuit esse.

Ratio dub. an scientia cendit & absoluta.

Certa omnium sententia est, scientiam Dei quo ad intrinsecam perfectionem, quam in recto dicit, esse inuariabilem; nec potuisse quoad intrinsecam vllam aut defeciſſe, aut profeciſſe: ne contra *Iacob.* aliqua *transmutatio aut vicissitudinis obumbratio* admittatur in Deo. fundam. quicquid in Deo est, necessarium est; cùm sit ipsum esse per essentiam, à nullo dependens, neque ab ipso Deo, qui suas intrinsecas perfectiones non liberè, sed necessariò continet, eâ prorsus necessitate, qua ipse est: alioqui posset Deus in se ipso admittere accidentia physica, cum quibus componeret vnum accidentale: non esset actus purus; nam hic omnem omnìò potentialitatem excludit ad vlteriorem perfectionem in se ipso recipiendam: vnde contra Patres, non quicquid esset in Deo, esset *Deus*, siquidem aliquid esset in Deo, quod potuisset non esse, cùm tamen de ratione Dei, & cuiuscumque perfectionis diuinæ sit, non posse non esse. Confirm. vt *B. Gregor. lib. 15. Moral. cap. 4.* docet, omnis mutatio est quædam mortis imitatio: *Id enim quod mutat, quasi ab eo quod erat interficit, vt desinat esse, quod fuit, & incipiat esse, quod non fuit.* A Deo longè ab est omnis mortis imitatio, cùm sit purissima vita totius mortis expers. Dices. potest aliquid intra Deum produci, & tamen cum Deo ipso identificari: Esto igitur *Deus*, intra se producat aliquem actum scientiæ, potest tamen statim ille productus identifica-

286. *Scientia Dei est inuariabilis quo ad perfectionem intrinsecam.*

287. *mutatio imitatio mortis.*

288. *Dices.*

Digitized by Google

ri cum Deo, Non igitur recte sequitur, talem actum fore accidens, & distinctum à Deo, & compositurum vnum accidentale cum Deo. Antec. Prob. tam generatio passiua *Verbi*, quàm spiratio passiua Spiritus S. producitur à Deo, & tamen vtraque producta statim identificatur cum Deo. Ergo pari modo posset aliquis actus scientiæ produci à Deo, & productus statim identificari cum essentia Dei. Resp. antec. implicat ex terminis, vt *disp. 23. sect. 2.* nam quod realiter producitur, debet realiter egredi à principio producente; nequit idem realiter egredi à se ipso; nec quod semel vt distinctum realiter egreditur ab alio, potest re ipsa identificari cum eo: sicut contrà, quod semel re ipsa identificatur cum alio, nequit realiter ab eo distingui.

Probat.

289. *Resp. productum cum producente identificari implicat.*

290. *Val. prodiuersa duratione distingui ac identif.*

At, inquies, potest aliquid distingui ab alio in fieri, & simul cum eo identificari in facto esse. Sed contrà; 1. inintelligibile est, vt aliquid pro vna duratione realiter distinguatur ab aliquo, & pro alia re ipsa identificetur cum eodem: sicut è contrà inintelligibile est, vt aliquid pro vna duratione identificetur cum aliquo, & in alia realiter distinguatur ab eodem: hoc. n. ipso vnum mutaretur in essentiam alterius. 2. semper productum retinet relationem producti erga suum producens: vt Verbum & Spiritus S. semper manent realiter distincti à suis principijs producentibus. 3. implicat, vt idem absque vlla mutatione transeat in contradictorium sui: at realiter seu in fieri distingui, & non realiter seu in facto esse distingui ab aliquo sunt contradictoria: Neque dicas mutationem esse cessationem actionis, qua res ab alio producitur, quia cùm vi actionis res accipiat esse, implicat, cessante actione, rem permanere, nedum permanere identificatam cum alio. Ad prob. antec. nego, tam passiuam generationem Verbi, quam passiuam processionem Spiritus S. re ipsa identificari cum principio producente; aio semper manere realiter distinctas ab eo, sc. à Paternitate, & virtute spirandi formaliter productiuis. Instas: potest eadem indiuisibilis entitas, communicari & non communicari, produci & non produci; vt essentia diuina; ergo eadem res in fieri distingui à principio producente, & in facto esse identificati cum eodem.

291. *Ad prob.*

292. *Instas.*

293. *Resp.* Resp. neg. conseq. Ratio: non repugnat, cum simplicissima entitate identificari plures perfectiones, quæ relatiuè opponantur inter se, & non cum entitate; ita vt maneant incommunicabiles inter se, communicabiles communi entitati: producibiles ipsæ, non producibili communi entitate: cuius à priori, & in entitate infinitâ nulla apparet contradictio: at manifesta apparet, quòd idem simul ab eodem distinguatur, quatenus ab eo producitur; identificetur, quatenus à parte rei fit vnum cum eo; nam quid magis implicans, quàm idem secundùm idem distingui, & non distingui, identificari & non identificari cum eodem? Vel quod semel distinguitur ab aliquo, cum eodem identificetur? aut quod semel identificatum est cum aliquo, distinguatur ab illo?

contradictio manifesta.

294. Difficultas est in ratione dubit. Aliqui ita illam soluunt, vt si non verbis, re tamen intrinsecam variationem ponere videantur in scientia Dei: Dicunt, n. ipsam scientiam Dei, posito effectu sub conditione vel absolutè futuro, vitaliter exprimere illum absque vlla mutatione sui: Adeò vt vitalis repræsentatio effectus sub conditione vel absolutè futuri, quæ in Deo potuit non esse, sit increata perfectio distincta ab effectu vel connotatione effectus sub conditione vel absolutè futuri, & vitali expressione eiusdem effectus vt possibilis, sc. scientia Dei ob infinitam eminentiam potest vitaliter exprimere obiectum, quod potuit vitaliter non exprimere absque vlla intrinseca variatione sui: vt etiam de volitione liberâ Dei theologantur, *infra.*

Infinita eminentia scientiæ.

Sed contrà; iuxta hanc sent. hæc vitalis repræsentatio effectus futuri in Deo est perfectio seu formalitas intrinseca, ratione saltem distincta à scientia eiusdem effectus vt possibilis; sed hæc potuit in Deo non esse: ergo perfectio increata seu formalitas in Deo est, quæ potuit non esse, contra ea, quæ suprà ostendi, nihil posse in Deo esse, quod potuerit non esse; quod non solùm probat de perfectionibus distinctis, sed de quacumque formalitate reali intrinseca Deo. Cæterùm dicere, quòd hoc fieri possit absque vlla intrinseca mutatione & variatione scientiæ diuinæ, ob infinitam suam eminentiam, est pugnantia loqui: sc. ex vna parte ponitur intrinseca & vitalis perfectio ratione diuersa ab ipsa scientia obiecti possibilis, quæ potuit in Deo non esse: Ex alia ponitur, id totum fieri absque intrinseca variatione eiusdem scientiæ diuinæ: cùm aperrè pugnet, posse id, quod est intrinseca perfectio intelligentis, desinere esse, & id fieri absque intrinseca mutatione eiusdem. Nam quæ maior mutatio, quàm quæ de facto est realis in Deo, potuerit realis perfectio in Deo non esse? & contrà, quæ de facto realis perfectio in Deo non est, realis perfectio in Deo esse potuerit? Quòd autem hæc intrinseca perfectio vitaliter exprimens effectum futurum potuerit in Deo non esse, patet: quia potuit effectus ipse fututus non esse; ergo & ipsa vitalis expressio futuri effectus, quæ per aduers. est perfectio intrinseca, ratione saltem inadæquatè diuersa ab expressione effectus possibilis.

295. *Contrà.*

Pugna terminorum.

Ex principiis, infra tradendis de libera volitione Dei, ad rationem dub. respondeo, neg. conseq. Ad prob. dist. maior: expressio & vitalis repræsentatio effectus futuri, est perfectio Dei ratione distincta ab expressione eiusdem vt possibilis, per aliquam vitalem formalitatem, nego; per extrinsecam tantùm connotationem effectus in se ipso existentis, concedo. Eadem igitur scientia simplicis notitiæ, quæ intrinsecè & vitaliter exprimit omnia obiecta possibilia, omnesque combinationes obiectorum possibiles, accedente sola connotatione obiecti existentis in se, inuariata quoad omnia intrinseca, fit & dicitur scientia visionis: ita & media, addit super scientiam simplicis notitiæ, solam connotationem extrinsecam effectus sub conditione futuri: & libera volitio in Deo supra volitionem simplicis complacentiæ necessariò terminatæ ad creaturas possibiles, addit solam extrinsecam connotationem effectus liberè à se dependentis: nam quicquid requiritur in ratione vitalis tendentiæ ad effectum existentem, præsupponitur in diuina voluntate necessariò terminata per modum simplicis complacentiæ & affectus ad eundem effectum possibilem, solùmque illi deerat extrinseca connotatio effectus liberè à se producti, vel producendi, defectu cuius non poterat denominari amor & complacentia efficax; quæ supra simplicem addit solam liberam productionem effectus, à se dependentis. Ita quicquid ad vitalem expressionem effectus futuri requiritur, præsupponitur in scientia simplicis notitiæ, quæ dearticulatè exprimit quicquid perfectionis est, vel esse posset, quacumque combinatione possibili in effectu futuro, tantumque illi deerat connotatio eiusdem effectus in se ipso existentis. Duo quippe in scientia visionis Dei distinguenda sunt, vitalis expressio effectus

295. *Per extrinsecam connotationem effectus futuri*

Fit scientia visionis

Et media.

Digitized by Google

effectus futuri, & extrinseca terminatio eiusdem scientiæ ad effectum in se ipso existentem. Prima est perfectio intrinseca & inuariabilis, quam Deus necessariò habet, quatenus est perfectissima species omnium & singularum rerum possibilium, omniumque combinationum, quas obiecta creata in quacunque dispositione posita habere possunt. Secunda, est extrinseca connotatio, seu terminatio eiusdem scientiæ ad effectum futurum, ad quem, posità futuritione, statim diuinus intellectus terminatur per modum vitalis intuitus, absque nouo respectu reali intrinseco, ne ratione quidem distincto ab intuitu, quo terminabatur ad eundem vt possibilem. Nam omnis nouus respectus realis scientiæ in obiectum est ad exprimendum aliquid in obiecto, quod anteà non exprimebatur: Scientia. n. est propter exprimendum obiectum: At nihil exprimendum est in effectu futuro, quod non fuerat expressum in eodem vt possibili: quicquid 298. n. siue intrinsecum, siue extrinsecum est, vel esse potest in effectu futuro, priùs fuit in eodem vt possibili, cùm nil possit esse futurum, quin fuerit possibile: vnde ipsa futuritio effectus priùs fuit possibilis, quàm exercitè futura; sc. solùm futuritio effectus potuit effectum extra causas in se ipso existentem; & cùm nil potuerit in effectu quod non fuerit possibile, non poterit diuinam scientiam intrinsecè mutare, sed illam tantùm terminabit per modum extrinseci termini: quo pacto si Deus produceret in meo oculo speciem expressam Antichristi futuri cum omnibus coloribus & lineamentis, quæ habiturus est in se ipso existens, eaque perseueraret vsque ad exercitam existentiam præsentis; talis exercita Antichristi existentia nil variaret de meâ intrinsecâ visione, quam de eodem anteà habebam: Quia nil poneret visibile in obiecto, quod non fuisset antea expressum per speciem, a Deo infusam. Solùm autem exercita existentia Antichristi præsentis extrinsecè terminaret vitalem intuitum mei oculi, qui antea terminabatur ad eandem vt intentionaliter expressam per visionem à Deo productam. Pari modo nec intrinsecè variaretur eadem corporea visio, si adhuc eâ perseuerante corrumperetur obiectum. Nam eodem modo oculus haberet illud intra se per visionem intentionaliter expressam, atque habebat antea, dum illud erat realiter præsens; solùm variaretur extrinseca terminatio visionis ad obiectũ in se ipso existens.

299. Vnum discrimen; quòd forte oculus habens speciem expressam obiecti possibilis non aduerteret præsentiam illius, si illud postea fieret præsens: sicut nec absentiam euisdem si ex præsenti fieret absens, perseuerante eâdem visione vt antè: cùm tamen intellectus diuinus perfectissimè aduertat obiectum ex possibili factum esse præsens & actu in se ipso existens. Verùm hæc aduertentia in Deo cùm sit per modum vitalis intuitus terminati in obiectum in se ipso existens, non addit nouum respectum realem intrinsecum in scientiâ Dei ratione diuersum ab intuitu vitali terminato ad idem obiectum vt possibile, sed extrinsecam duntaxat connotationem eiusdem obiecti in se ipso existentis.

300. Ex his soluitur, & quo pacto possit diuinus intellectus reddi certus de effectu futuro absque nouo respectu, vel formalitate reali intrinsecâ distinctâ ab ipsa scientiâ de eodem effectu possibili: quia videlicet hæc certitudo non est, nisi per modum vitalis intuitus terminati ad obiectum in se ipso existens, de quo cùm nil noui debeat intellectus diuinus in se ipso exprimere, quod in se expressum non præhabeat, nulla accessio sit scientiæ diuinæ ex huiusmodi certitudine, sed noua tantùm connotatio obiecti in se ipso existentis. At inquis, certitudo est perfectio intrinseca scientis, quâ redditur vitaliter certus de veritate obiecti: sed aliqua certitudo potuit in Deo non esse: sc. certitudo obiecti futuri potuit in Deo non esse, & potuit esse opposita certitudo de effectu non futuro. Resp. 301. concessâ maiore, dist. minor. potuit aliqua obiecti certitudo à Deo abesse ratione alicuius intrinsecæ perfectionis, nego; ratione extrinsecæ terminationis, obiectique connotati, concedo. nam cùm scientia diuina necessaria non extendatur ad obiecta futura per modum nouæ expressionis vitalis, sed puræ intuitionis, intuendo tantùm illa in se ipsis existentia, poterit absque nouâ accessione perfectionis intrinsecæ, solâ extrinsecâ terminatione connotatione eque obiecti in se ipso existentis, vitaliter certificare intellectum diuinum de futuritione obiecti. Ratio: scientia non variatur intrinsecè, nisi ad variationem intentionalis ac vitalis expressionis obiecti: at hæc in scientiâ diuinâ non variatur, *vt suprà*, cùm nil in futuro effectu expressibile sit, quod de eodem vt possibile expressum non fuerit. Hanc rationem colligo ex *August. lib. 15. de Trinit. cap. 13.* vbi nil scientiæ diuinæ accedere ex futuris rebus, cùm eas perfectè nouerit antequam futuritionem, sic docet: *Vniuersas autem creaturas suas & spirituales & corporales non quia sunt, nouit, sed ideo sunt, quia nouit: non enim nesciuit quæ fuerat creaturus. Quia ergo sciuit, creauit, non quia creauit, sciuit; nec aliter ea sciuit creata, quàm creanda. Non enim eius sapientiæ aliquid accessit ex eis, sed illis existentibus, sicut oportebat, & quando oportebat, illa mansit vt erat.*

302. Vrgebis: est de facto in Deo vt in nobis hoc iudicium, *mundus existit*: perfectio nulli admixta imperfectioni; vt de rebus possibilibus, ita etiam de existentibus Deo inexistens: sed hæc est intrinseca perfectio ratione diuersa ab ipsa simplici mundi representatione; tum quia in nobis est perfectio diuersa ab obiecti expressione; nam hæc habetur per primam operationem, quæ obiectum simpliciter repræsentat: illud est mentalis quædam sententia, quâ affirmatur, vel negatur obiectum ita se habere, vel non habere in se, sicut per primâ operationẽ repræsentatur: propterea iudicium dicitur, quod intellectus fert de conformitate, vel difformitate obiecti secundùm se, cum eodem ut mentaliter expresso: Tum quia simplex repræsentatio solùm exprimit, quod est in obiecto; iudicium addit mentalem affirmationem, vel negationem de conformitate, vel difformitate repræsentationis cum obiecto secundùm se: Ex quo nascitur reflexa certitudo, quòd obiectum ita se habeat in se, sicut per intellectum repræsentatur: vnde Deus perfectissimè exprimens erroneum iudicium Gentilis, quo iudicat Deum esse vnum personaliter, duplex format iudicium, vnum affirmatiuum, quo iudicat suam cognitionem perfectissimè conformari erroneo iudicio Ethnici; alterum negatiuum, quo cognoscit iudicium ab Ethnico formatum non esse suo obiecto conforme: subsumo: hoc iudicium, *mundus exist.t*, potuit in Deo non esse; & contrarium de non existentiâ mundi potuit in Deo esse: illud. n. petit essentialiter ad sui veritatem exercitam mundi existentiam: ergo mundo non existente, non potuit in Deo esse. Resp. dist. subsump. potuit hoc iudicium, *mundus existit*, quoad perfectionem intrinsecam à Deo abesse nego; potuit quoad connotationem extrinsecam, concedo. Etenim iudicium duo importat, mentalem certitudinem de conformitate cognitionis cum obiecto secundùm se,

Vrge:

Resp.

Confirm. ex actus ratio dubit. initio allata.

absque nouo reali respectu intrins.

nouaque expressione.

Vitalis ad. uertentia in Deo nil ipsum mutat.

Vitalis intuitus nil noui exprimit: certum reddit.

Digitized by Google

se, causatam ex formali aut virtuali comparatione cognitionis cum obiecto secundùm se; & præterea connotationem obiecti sic se habentis in se, sicut cognitione repræsentatur. Quæ duo explicantur per intelligibilem quandam affirmationem, vel negationem, quâ intellectus mentaliter affirmat, vel negat, obiectum ita se habere in se, sicut repræsentatur. Iam quidquid in hoc iudicio, *mundus existit*, intrinsecum est, siue sit certitudo conformitatis diuinæ cognitionis cum obiecto ipso secundùm se, orta ex formali, aut virtuali comparatione cognitionis cum obiecto, siue de his omnibus mentalis affirmatio, id totum præcessit in actu scientiæ simplicis intelligentiæ necessariò, & solùm supra illud additur extrinseca connotatio mundi existentis, quâ iudicium illud uniuersale inclusum in scientia simplicis intellig. de certitudine conformabilitatis diuinæ cognitionis cum omni omninò obiecto, ad quod diuina scientia est comparabilis, determinatur ad conformitatem cum hoc determinato ac particulari obiecto: eo prorsus modo, quo *infrà* dicam; universalis amor & complacentia Dei de omnibus creaturis possibilibus, quæ præcedit actum liberum Dei, quo efficaciter amat hanc, vel illam creaturam, in ratione amoris efficacis, determinatur ad hanc creaturam, & fit ac denominatur amor efficax huius creaturæ per solam extrinsecam connotationem productionis huius creaturæ: ita iudicium illud vniuersale, quod Deus habet de conformitate seu conformabilitate infinitæ suæ cognitionis cum quouis obiecto, ad quod est comparabilis, accedente solâ extrinsecâ connotatione huius, vel illius obiecti sic vel sic se habentis, absque nouâ perfectione intrinsecâ additâ, fit & denominatur actuale ac formale iudicium de hoc obiecto, quod sic ostendo. Deus actu scientiæ simplicis intelligentiæ non modò perfectissimè cognoscit omnia, & singula obiecta, secundùm omnem dispositionem & statum, quem possunt habere, siue possibilitatis, siue existentiæ; verùm etiam virtuali reflexione cognoscit suam cognitionem, ob infinitam in exprimendo perfectionem, habere cum quouis obiecto, ad quod est comparabilis, infallibilem conformitatem, ac proinde de sua cognitione habet hoc certum iudicium, quod in se contineat infinitam perfectionem infallibiliter conformandi se cum quouis obiecto. Vnde accedente posteà existentiâ, vel non existentiâ obiecti, nihil intrinsecum huic iudicio diuino additur nisi sola connotatio obiecti sic vel sic se habentis vi & efficaciâ diuinæ voluntatis obiectū producentis, vel non producentis. Per quam liberam connotationem quasi ex indifferenti determinatur ut sit liberum iudicium de hoc obiecto: non quòd de hoc obiecto acquirat nouam certitudinem, & conformitatem intrinsecam, quam anteà non habebat, siquidem iudicium, quod in Deo necessariò præcedit, non solùm est de rebus vniuersalibus, sed etiam particularibus secundùm omnem particularem dispositionem & statum, quem tam specificè quàm individualiter habere possunt; sed extrinsecam duntaxat connotationem rei existentis, vel non existentis. Sicut amor Dei vniuersalis creaturarum fit specificus & individualis huius creaturæ; non per nouam complacentiam aut vitalem tendentiam in hanc creaturam, sed solâ connotatione liberæ productionis huius creaturæ.

Iudicium vniuersale Dei fit specificum & individ.

Vt amor vniuersalis fit specificus & individ.

103. *Vt propositio immutata in se fit de vera falsa & contrà.*

DICES: ante existentiam mundi non erat conformitas cognitionis diuinæ cum existentiâ mundi: ergo per existentiam mundi noua conformitas illi accedit. Resp. dist. antec. non erat conformitas cum existentiâ mundi defectu connotationis existentiæ mundi, concedo; defectu perfectionis intrinsecæ, nego: nam ante existentiam mundi habebat omnem perfectionem intrinsecam, & solùm illi deerat connotatio existentiæ mundi, quam essentialiter importat comformitas cognitionis cum existentia mundi. Quod rectè declaratur in sent. probabili asserente, nostram cognitionem mutari de non verâ in veram, solâ connotatione obiecti: iudicium. n. de Petro currente, posito tantum cursu in Petro, ex non verâ transit in veram. Ratio: in ipsa conformitate cognitionis cum obiecto essentialiter importatur obiectum vt connotatum: quo variato, variatur cōformitas ipsa non secundùm se & subiectiuè, sed extrinsecè & terminatiuè. Sicut in sent. omnium, actus indeliberatus voluntatis circa obiectū turpe sit malus & peccaminosus, sola aduertentia rationis accedente, quæ actum voluntatis quoad intrinseca non mutat, sed solùm quoad extrinsecam connotationem nouæ aduertentiæ rationis accedentis.

A fortiori sequitur, non variari intrinsecè scientiam diuinam circa futura, quæ modò dicitur repræsentare vt futura, modò vt præsentia, modo vt præterita: exempli gratiâ, eundem Adam, quem ab æterno dicebatur repræsentare vt futurum, in tempore dicitur repræsentasse ut præsentem, nunc verò vt præteritum: omnes .n. istæ denominationes desumuntur per connotationem ad diuersa tempora, respectu quorum eadem res dicitur vel futura, vel præsens, vel præterita: ita tota præcedente æternitate dicebatur Adam futurus; tempore quo est creatus, præsens; toto tempore subsequente ipsius mortem, dicitur præteritus. at scientia diuina ex ipsa æternitate repræsentauit illum vt existentem in sua propria duratione cum respectu ad omne tempus, præteritum, præsens, & futurum: quo sit vt scientio Diuina nunquam desinat eandem rem repræsentare vt futuram, vt præsentem, & ut præteritam per ordinem ad diuersa tempora, quibus dicitur futura, præsens, & præterita: & nunc repræsentet Adam vt futurum, non respectu temporis præsentis, quo illum repræsentat vt præteritum, sed respectu præcedentis æternitatis, per ordinem ad quam dicitur futurus. Quare sicut Deus æterno suo intuitu comprehendit totam æternitatem, eamque semper actu repræsentat, nec vnquam illam desinit repræsentare: ita semper actu repræsentat res omnes, quæ in eadem æternitate coëxistunt cum respectu ad tempus præcedens, præsens, & subsequens earum existentiam. licet .n. res ipsa desinat pro vno tempore esse futura, vel præsens; haud tamen desinit, quin pro alio tempore fuerit futura, aut præsens, & Deus semper repræsentat rem cum triplici respectu, sc. temporis præcedentis, coëxistentis, subsequentis; ideò etiamsi res ipsa respectu unius temporis desinat esse futura vel præsens, haud tamen desinit Deus illam repræsentare vt futuram vel præsentem respectu illius temporis, in quo fuit futura vel præsens. ex eo .n. quòd Adam pro hoc tempore desijt esse futurus, non desijt, quin aliquando futurus fuerit: neque ex eo quòd res desinit esse futura, Deus desinit illam cognoscere vt futuram per connotationem illius temporis, quo fuit futura. Vnde *Augustin. lib. 11. de Ciuit. cap. 21.* *Non enim* inquit, *more nostro ille, vel quod futurum est prospicit, vel quod præsens est, aspicit, vel quod præteritum est, respicit: sed alio modo quodam à nostrarum cogitationum consuetudine longe lateque diuerso. Ille quippe non ex hoc in illud cogitatione mutatâ, sed omninò incommutabiliter*

304. *Scientia Dei connotat tempora varia inuariabilis.*

Luculentum Augustini testim.

tabiliter videt: ita vt illa quidem, quæ temporaliter fiunt, & futura nondum sint, & præsentia iam sint, & præterita iam non sint, ipse vero hec omnia stabili ac sempiterna præsentia comprehendat. Eadem ratione cùm dicitur diuina præscientia mutari in simplicem scientiam seu visionem rei præsentis, non est mutatio, nisi quo-ad extrinsecam denominationem per ordinem ad diuersa tempora, per ordinem ad quæ eadem res repræsentatur. Eadem quippe scientia diuina vt repræsentat rem futuram, seu per respectum ad tempus antecedens existentiam ipsius, dicitur præscientia: Eadem vt repræsentat rem præsentem, seu per respectum ad tempus præsens, cui res coëxistit, dicitur scientia seu visio.

Præscientia, scientia idem est actu

305. Ex his soluitur quæstio S. *Tho. p. p. qu.* 14. *ar.* 15. ad 3. An Deus desinat scire aliquam enunciationem, quam priùs sciuit? Cui respondet affirmatiuè: quia sicut eadem enunciatio transire potest de vera in falsam: vt ante Christi natiuitatem, hæc enunciatio, *Christus nascetur*, erat vera; post eius natiuitatem, cœpit esse falsa; ita eadem enunciatio transire potest de scibili in nescibilem: nam quod est verum, est scibile: quod est falsum, est nescibile. Igitur potuit Deus scire desinere aliquam enunciationem vt veram, quam prius vt veram sciebat, non variatione ipsius scientiæ, sed obiecti sciti. Nec est eadem ratio, vt in *cit. loc.* aduertit Caiet de re, & enunciatione; nam res non potest eadem perseuerans mutari de vera in falsam: nam si res mutatur de esse in non esse; vel contrà, non manet eadem; ideoque nequit, vna eademque res inuariata in se modò esse scibilis, modò nescibilis. At enunciatio eadem inuariata manens mutari potest de vera in falsam, & de falsa in veram, variato tantùm ipsius significato.

Enuntiatio transire potest de vera in falsam.

306. Verum consequenter dico, nunquam Deum desinere scire aliquam enunciationem vt veram, quam priùs sciuit vt veram, sed semper illam scire vt veram per ordinem ad vnum tempus, eandemque scire vt falsam, seu non scire vt veram per ordinem ad aliud tempus, vti de rebus ipsis supra dictum est: nam eodem modo enunciatio, quæ semel respectu vnius temporis fuit vera, manet respectu eiusdem temporis semper vera, & consequenter à scientia diuina repræsentatur vt vera; esto respectu alterius temporis sit falsa, & à diuina scientia respectu talis temporis semper repræsentetur vt falsa.

Deus non desinit scire enunciat vt veram;

307. *Obijcies* 1. Si scientia visionis rei futuræ nullam addit perfectionem intrinsecam scientiæ simplicis intellig. sequitur, quòd etiamsi Deus nesciat rem futuram, nulla careat perfectione. Potuit igitur Deus absque detrimento suæ scientiæ non scire res, quæ aliquando sunt futuræ.

308. Resp. neg. sequel. nam esto scientia visionis nullam addat perfectionem scientiæ simplicis intellig. supponit tamen illam ita perfectam, vt statim ac ponitur noua veritas, necessariò eam repræsentet, absque nouo accremento sui, cùm præhabeat in se quicquid requiritur ad quamcunque nouam veritatem repræsentandam. Argueretur igitur imperfectio seu finitas & limitatio in scientia diuina, si posita noua veritate, non statim ad illam se extenderet; esto nullam de nouo perfectionem acciperet, ex tali repræsentatione, Ratio: scientia diuina non sumit a rebus, sed ex se ipsa habet, quatenus est infinita species omnium creaturarum, & combinationum possibilium, vt positis omnibus ad sciendum requisitis, statim repræsentet quamcunque veritatem de nouo positam, cùm de ratione scientiæ sit necessariò in verum ferri. Vnde si aliquod verum esset, ad quod scientia diuina non ferretur, id necessariò accideret ex defectu alicuius perfectionis intrinsecæ ipsius scientiæ, nempe luminis, speciei, vel actûs, cum ex parte obiecti non requiratur nisi sola veritatis positio.

Resp.

à sua infinitate habet, quod non à rebus.

309. *Obijcies* 2. Deus scit aliqua, quæ possunt de facto non esse: ergo item non omnia, quæ ipsius scientia repræsentat, repræsentat infallibiliter. Antec. prob. scit futurum peccatum Antichristi, quod potest de facto non esse futurum, cùm semper maneat in Antich. isto libertas ad peccandum, donec actu ponat actum peccaminosum extra suas causas. Resp. dist. antec. possunt de facto non esse futura, quæ pendent à libera voluntate creaturæ, potestate antecedente, & in sensu disiuncto, concedo: possunt non esse futura potestate consequenti, & in sensu composito, nego. Nam facta semel suppositione, quòd res sit futura, non potest non esse futura: non minùs quàm facta semel suppositione, quòd res sit præsens, non potest non esse præsens; & consequenter nec potest à Deo non sciri. Cæterùm quia scientia Dei non tollit, nec mutat intrinsecam potentiam, quam intellectualis creatura habet ad omnes suas liberas actiones, cum infallibilitate scientiæ diuinæ fundatæ in huiusmodi suppositione rei futuræ; semper manet libera, & antecedens potestas ad oppositum faciendum, donec creatura liberè se determinet ad id, ad quod ex suppositione ponitur se determinatura.

Obiit.

Resp.

310. Hinc etiam constat, cur Deus necessariò sciat omnia futura conditionata: antecedenter n. ad liberum decretum diuinum actu positum in Deo datur veritas futurorum conditionalium fundata in suppositione huiusmodi futurorum, qua suppositione facta diuina scientiam necessariò illa repræsentat, *in nostra sent.* cùm maxima perfectio in Deo sit, scire, quid vnaquæque creatura in quacunque dispositione posita liberè operatura sit; quamuis ipsa repræsentatio futuri conditionati non addat nouam perfectionem scientiæ simplicis notitiæ; supponit. n. illam ita perfectam, vt absque vlla sui mutatione necessario se extendat ad huiusmodi futura conditionalia. Nec est eadem ratio de scientiâ absolutè futurorum, quæ sine vlla imperfectione potuit in Deo non esse: nam si hæc scientia poneretur in Deo necessaria, præiudicaret maiori perfectioni diuinæ, quæ est libertas in producendis, vel non producendis creaturis; cui perfectioni non obstat, si ponatur scientia futurorum conditionalium necessaria in Deo: nam vt hæc a Deo cognoscantur, necesse non est, vt illa Deus ad extra producat, sed sufficit, vt de illis tantùm habeat conditionatum decretum, siue obiectiuè, siue subiectiuè iuxta varias sent. quo posito statim de illis resultat determinata veritas, a Deo cognoscibilis: imo etiamsi hæc futura conditionalia cognoscenda essent per decretum intra Deum actu positum, eorum scientia necessariò ponenda est in Deo, cùm maior perfectio Dei sit notitia omnium conditionalium, quam libertas talia decreta intra se condendi: quia cùm

Ida necessaria.

311. *Cur sit futura conditionata ante decretum?*

Summa Dei perfectio,

Digitized by Google

per hæc decreta nil debeat Deus ad extra producere, sed tantum maneant intra Deum, nulli videntur perfectioni diuinæ præiudicare, si necessario in Deo ponantur ad ampliorem de creaturis notitiam habendam.

312. *Objicies* 3. Nulla concipi potest inter duo extrema realis variatio, nisi aliquo saltem extremo realiter variato. Sed inter scientiam Dei conditionatam, & ipsius obiectum concipitur realis variatio, nulla reali mutatione facta in obiecto; ergo debet realis variatio fieri in ipsa scientia: & consequenter scientia conditionata Dei erit intrinsecè variabilis. Maior patet: nequeunt eadem extrema eodem modo permanentia nouam denominationem realem causare, cùm omnis realis denominatio fundari debeat in aliqua forma reali intrinseca, vel extrinseca. Minor prob. eadem scientia conditionalis de pœnitentia Tyriorum sub conditione futura potuit esse scientia de opposita impœnitentia sub conditione futura, nulla reali mutatione facta in obiecto, cùm obiectum conditionatum in se ipso non mutetur, sed semper maneat sub suo non esse. Resp. dist. minor. nulla fit in obiecto conditionali realis mutatio subiectiua, concedo: nulla realis obiectiua, nego: Quæ sufficit ad nouam denominationem realem, per quam eadem scientia inuariata intrinsecè fieri possit scientia contradictoriorum. Vnde concedo, obiectum conditionatum, vt tale semper manere sub non esse absoluto, variari sub esse conditionato & obiectiuo: quia quod habuit esse sub conditione ex suppositione liberæ determinationis creaturæ, habere potuit non esse sub conditione, ex suppositione liberæ determinationis eiusdem.

313. *in obiecto condit. mutatio obiectiua.*

314. *An scientia possibil. addat Deo perfect. intrins.*

Objicies: 4. videmur supra supponere, scientiam Dei de creaturis possibilibus addere perfectionem intrinsecam & necessariam scientiæ Dei de sua essentia. Hoc autem falsum est, 1. quia creaturæ possibiles sunt tantùm obiectum secundarium, & materiale scientiæ diuinæ, cùm scientia totam suam intrinsecam perfectionem sumat ex motiuo formali & obiecto primario, quod in scientia diuina est sola increata essentia: 2. eadem ratio est de creaturis possibilibus ac futuris: ergo sicut ad futuras extenditur absque intrinseca præfectione, sola connotatione obiecti futuri; ita ad possibiles absque vitali perfectione, sola connotatione obiecti possibilis: 3. alioqui Deus penderet à creaturis, nam cum scientia Dei sit ipsum esse Dei, si scientia Dei de creaturis possibilibus adderet perfectionem intrinsecam scientiæ, quam Deus de se ipso habet, esse Dei dependeret à creaturis

315. *Negant.* possibilibus. *Vasq. p. p. q. 14. in expos. art. 15. & disp. 143. cap. 6. Didacus Alarcon tract. 2. de scien. Dei disp. 1. cap. 3. cum alijs recen.* existimant, scientiam Dei de possibilibus nullam addere perfectionem intrinsecam scientiæ, quam Deus habet de se ipso, sed extrinsecam duntaxat terminationem, non secùs ac scientia visionis de futuris nullam addit intrinsecam perfectionem scientiæ, quam Deus de se ipso habet infert; vt sublata futuritione creaturarum, nihil perfectionis intrinsecæ decidit ex scientia diuina; ita sublata possibilitate creaturarum, nil perfectionis intrinsecæ demitur ex eadem.

316. *Affirmandum. ex August.* Opposita sent. quæ asserit, scientiam possibilium intrinsecam perfectionem addere scientiæ, quam Deus de se ipso habet, nostris principijs conformior; ex *August. lib. 83. quæst. q. 46.* vbi definiens, quid sint ideæ in mente diuina, ita scribit: *Sunt ideæ principales formæ quædam, vel rationes veræ, stabiles atque immutabiles, quæ ipsæ formatæ non sunt, & per hoc æternæ, ac semper eodem modo sese habentes, quæ in diuina intelligentia continentur. Et cùm ipsæ neque oriantur, neque intereant, secundùm eas tamen formari dicitur omne quod oriri & interire potest, & omne quod oritur & interit.* Et paulò pòst: *Has autem rationes vti arbitrandum est esse, nisi in ipsa mente creatoris? non enim extra se quidquam positum intuebatur vt secundum id constitueret, quod constituebat: nam hoc opinari sacrilegum est. Quod si hæ* (concludit) *rerum omnium creandarum, creatarumve rationes in diuina mente continentur, neque in diuina mente quidquam nisi æternum atque incommutabile potest esse: Atque has rerum rationes principales appellat ideas Plato; non solum sunt ideæ, sed ipsæ veræ sunt, quia æternæ sunt, & eiusmodi atque incommutabiles manent, quarum participatione fit, vt sit quidquid est, quoquo modo est; & quarum visione anima rationalis fit beatissima.* Sunt igitur in sent. August. ideæ rationes æternæ ac increatæ in diuina mente existentes, ad quas Deus respiciebat, dum creaturas extra se ab æternitate condere decernebat. At hæ rationes æternæ atque incommutabiles perfectionem in Deo dicunt ratione diuersam ab ipsa cognitione, quam Deus habet de sua increata essentia: ergo cognitio possibilium perfectionem intrinsecam addit Deo ratione diuersam a perfectione, quam solius increatæ essentiæ cognitio importat. Igitur sublata possibilitate creaturarum, ac proinde earum cognitione à Deo, perfectio intrinseca decederet è Deo. Minor prob. istæ rationes æternæ & incommutabiles in Deo, quarum visione anima rationalis beatur, sunt ipsæ creaturæ intentionaliter in diuina mente expressæ: sed has non exprimit sola præcisa cognitio diuinæ essentiæ, quod vel inde patet; nam si creaturæ non essent possibiles, adhuc maneret cognitio diuinæ essentiæ exprimens essentiam, absque expressione creaturarum: ergo expressio creaturarum ratione diuersa est ab expressione essentiæ diuinæ: siquidem in ea hypothesi esset tota expressio diuinæ essentiæ absque expressione creaturarum. Videò huic argu. respondeo, sublata possibilitate creaturarum; nihil perfectionis intrinsecæ sublatum iri ex scientia Dei, sed tantùm connotatum extrinsecum. Contendunt .n. scientiam possibilium in Deo non esse aliud, quàm cognitionem diuinæ essentiæ, connotata tantum possibilitate creaturarum, qua sublata maneret tota intrinseca perfectio scientiæ diuinæ. Sed videant isti, an hac solutione satisfaciant Augustino: Contendit .n. rationes istas, quas Plato ideas appellabat, esse aliquid increatum in Deo, siquidem, vt ait, earum visione anima rationalis fit beatissima: non visione secundùm esse earum proprium, sed intentionale in diuina mente expressum, quo modo sunt ipsa increata essentia, vt est species intelligibilis creaturarum. Nec dici potest, has rationes esse ipsam cognitionem diuinæ essentiæ, connotata tantùm possibilitate creaturarum: nam *August.* contendit, animam rationalem non tantùm beari visione cognitionis Dei, qua perfectio subiectiua est in Deo, sed ipsarum etiam rationum, & obiectorum, quæ diuina cognitione exprimuntur, quæ sunt ipsæ creaturæ secundum esse intelligibile in Deo expressum. Porrò si hæ rationes diuina cognitione expressæ nil aliud essent, quàm ipsæ creaturæ connotatæ secundùm illud esse naturale & creatum, quod extra Deum habent,

idea quid?

Rationes æterna perfectionem in Deo dicunt.

317.

increatæ beantes, Species intelligib. creaturarum.

Digitized by Google

habent, non posset anima rationalis earum visione beari.

318. Eadē sent. sequitur ex S. Tho. Docet. n. Deū intelligere creaturas secundùm proprias rationes ipsarum, easque expressas intelligere in suo Verbo, vt in ratione in quâ, vt ex varijs testimonijs ipsius fusè *probo disp. 9. sect. 3*, Cuius opin. fuisse Doctorem S, fatetur *Vasq. 1. p. disp. 72. cap. 2. nu. 11.* Ex his igitur *S. Tho.* principijs, quibus *cit. loco cum eodem* negaui speciem impressam & expressam diuinæ essentiæ, sic deducitur nostra sent. Deus intelligit creaturas possibiles expressas in suo Verbo vt ratione in quâ ex *S. Tho.* ergo creaturæ vt in diuinâ cognitione expressæ sunt aliquid intrinsecum in Deo ratione diuersum ab essentiâ & cognitione Dei. quia si Verbum non est tantùm ratio, qua Deus intuetur creaturas, sed etiam ratio, in quâ eas intentionaliter expressas intuetur, debet eas in se ipso secundùm esse intentionale continere; quia cùm nec illæ contineantur in Deo formaliter secundùm esse naturale, quod à Deo distinctum habent, neque sola continentia eminentialis seu causalis sufficiat ad eas in se ipso secundùm proprium esse intuendas, alius modus non superest, quàm continentiæ intentionalis: sc. vt creaturas exprimat in suo Verbo secundùm illud idem esse, quod à Deo distinctum habent. Est n. Verbum mentis naturalis imago obiecti, in quâ delineatur natura & proprietates obiecti; quæ teste *Aureolo*, ponit in prospectu intellectus obiectum, quod in se ipso intelligibiliter expressum habet: At hac intentionali expressione careret Deus, sublatâ possibilitate creaturarum: ergo cognitio possibilium, intrinsecam perfectionem addit scientiæ, quam Deus de se ipso habet.

Verbum ratio qua & in qua Deus intuetur creaturas.

319. Prob. hæc sent. à priori: exprimere in se intelligibiliter creaturas, non est tantùm eas extrinsecè connotare, sed eas intra se ipsum intentionaliter expressas habere: tum quia habere in se creaturas per speciem intelligibilem impressam, est illas intra se ipsum realiter continere per similitudinem intelligibilem virtualem, quæ intrinseca est Deo; ergo habere in se easdem per speciem intelligibilem expressam, est eas intra se ipsum realiter continere per similitudinem intelligibilem formalem, quæ pari modo intrinseca est Deo: Tum ex proprio modo operandi intellectus, qui est, trahere ad se obiectum per vitalem similitudinem illius: ergo expressio creaturarum est perfectio intrinseca in Deo.

exprimere non est connotare

320. Confirm. 1. Aliqua perfectio intrinseca decederet è Deo, si sublatâ possibilitate creaturarum, tolleretur species intelligibilis impressa illarum: ergo etiam, si tolleretur species expressa earum: tum quia non minùs intrinseca perfectio Dei est species expressa, quàm impressa creaturarum: tum quia sublata expressa, tolleretur impressa earum, quæ tota ordinatur ad expressam. Antec. prob. species intelligibilis impressa creaturarum non est pura connotatio extrinseca obiecti, sed virtus & perfectio intrinseca, vim habens assimilandi creaturas in esse intelligibili intra Deum intelligentem. 2. Cognitio, quâ Deus se ipsum cognoscit, & in Verbo intentionaliter exprimit, est perfectio intrinseca ratione diuersa ab essentiâ & intellectu diuino, qua si careret, perfectione intrinseca careret; ergo etiam cognitio, quâ Deus creaturas possibiles cognoscit, & intentionaliter in Verbo exprimit, est perfectio ratione diuersa ab intellectu & cognitione, qua Deus suam essentiam cognoscit; qua si careret, perfectione intrinseca careret. Nam si vera est aduers. ratio, qua probant,

Conf. 1.

321. *Conf. 2.*

cognitionem possibilium nil perfectionis intrinsecæ addere cognitioni diuinæ, qua se ipsum cognoscit, eo quod scientia Dei nihil aliud est, inquiunt, quàm perfectio & actus diuinæ essentiæ, connotata cognoscibilitate obiecti, eadem ratio probat, scientiam, qua Deus suam essentiam cognoscit, nil aliud esse, quàm suum ipsius intellectum, connotata cognoscibilitate suæ essentiæ: & nulla intrinseca perfectione carituram Deum, si suæ essentiæ cognitione careret.

322. At obijciunt 1. Deus per indiuisibilem rationem immensitatis, qua coëxistit vni loco, coëxistit omnibus & infinitis: & per indiuisibilem æternitatem, qua coëxistit vni tempori, coëxistit omni atque infinito tempori: ergo per indiuisibilem cognitionem, qua suam essentiam cognoscit, cognoscit creaturas omnes, earum tantùm possibilitate connotata. Resp. neg. conseq. nam ratio immensitatis, & æternitatis, præter perfectionem intrinsecam in Deo existentem, importat solam connotationem extrinsecam loci ac temporis sibi coëxistentis. vnde poterit eadem perfectio diuina intrinseca inuariata in se coëxistere pluribus spatijs ac temporibus; quia non debet illa intra se exprimere, sed tantùm extrinsecè connotare. Cognitio vero non dicit solam extrinsecam connotationem obiecti, sed vitalem intentionalemque expressionem ipsius intrà intellectum cognoscentis. Et confirm. etiam in creaturis concipi potest res diutius & diutiùs durare absque intrinseca mutatione rei durantis, sola extrinseca connotatione temporis sibi coëxistentis; & per aliquos potest idem angelus intra suam sphæram modò minus spatium occupare absque intrinseca mutatione sui, sola extrinseca connotatione loci. Nequit autem idem intellectus de vno in aliud obiectum discurrere absque intrinseca mutatione suæ cognitionis.

Obiic. 1.

323. *Resp. immensitatis ac cognitionis differentia.*

324. Obijciunt 2. non minor perfectio intrinseca Deo est potentia producendi creaturas, quam cognitio easdem repræsentans. At sublata possibilitate creaturarum, nihil de intrinseca perfectione decederet Deo: ergo earum possibilitate sublata nihil de intrinseca perfectione demeretur Deo.

Obiic. 2.

325. Resp. 1. neg. minor. nam sublata possibilitate creaturarum, tolleretur virtus producendi creaturas à Deo, non propter dependentiam Dei à creaturis, sed propter dependentiam creaturarum à Deo. 2. neg. conseq. nam potentia ad extra productiua in Deo per se tendit ad communicandum esse alteri, fundaturque in essentia Dei. vnde posita impossibilitate creaturæ, maneret virtus quoad intrinsecam perfectionem, & effectum principalem formalem constituendi essentiam Dei, mutata sola denominatione potentiæ quoad extrinsecum connotatum creaturæ producibilis; Cognitio verò tendit ad exprimendum vitaliter obiectum intra cognoscentem: vnde sublata possibilitate obiecti, tollitur vitalis expressio ipsius intra cognoscentem; nec manere potest propter alium effectum, cùm alium non habeat. Secus est de potentia, quæ si fundatur immediatè in substantiâ agentis, vt fundatur potentia diuina, sublatâ possibilitate effectus, manere poterit quoad totam intrinsecam perfectionem propter constitutionem naturæ agentis.

Resp.

potentia & cognitionis differentia.

326. Dices. Sublata possibilitate creaturarum; Deus non posset illas vitaliter intra se exprimere: ergo nulla careret perfectione sibi debita. Resp. Transeat totum: nego tamen ea hypothesi futurum Deum cum ijs omnibus perfectionibus, cum quibus nunc est. vt si ponatur Deus ex hypothesi

Dices.

potheî ad intra non productiuus, non poscere et personarum Trinitatem: quâ tamen carere, esset intrinsecâ perfectione carere: ac proinde alterius perfectionis futurus esset Deus tunc, ac est nunc.

327. Ex his resp. ad instantias 4. obiect. Ad 1. tota perfectio scientiæ non sumitur ex motiuo formali & obiecto primario, sed etiam ex materiali & secundario. Nam licet specificatio scientiæ sumatur ex formali & primario, indiuiduatio tamen sumitur etiam ex obiecto materiali & termino secundario. Ratio: scientia exprimit intentionaliter intra intellectum cognoscentis obiectum etiam quodcunque materiale & secundarium: ac proinde non tantùm intrinsecam perfectionem sumit ex obiecto formali & primario, sed etiam ex materiali & secundario; quamuis ex illo sumat speciem, ex hoc indiuiduationem tantùm. Ad 2. neg. antec. nam in obiecto futuro nihil remanet intentionaliter exprimendum, quod non supponatur expressum per cognitionem de eodem obiecto ut possibili, *vti suprà*. At in possibilibus est aliquid intentionaliter exprimendum, quod non supponitur expressum per solam cognitionem diuinæ essentiæ, nempe proprium esse naturale creaturarum, quod in diuina essentia formaliter non continetur. Ad 3. neg. sequel. nam licet cognitio creaturarum sit perfectio intrinseca Dei, illam tamen Deus à creaturis non emendicat, sed habet à se, ex eo quòd est species intelligibilis earum. Vnde sicut ex eo quòd est species intelligibilis impressa creaturarum, qua careret, implicantibus creaturis, non dicitur dependere à creaturis: ita ex eo quòd sit species expressa earundem, qua careret, implicantibus creaturis, non dicitur dependere à creaturis: eo quòd huiusmodi perfectionem non sumit à creaturis, sed habet ex se.

Perfectio scientiæ etiam ex obiecto materiali sumitur.

328. *Ad secundam instan. de obiecto fut.*

329. *Ad 3.*

SECTIO XVII.

An scientia diuina repræsentet infinita categorematice?

330. QVæstio est de obiectis secundarijs, tam possibilibus, quàm futuris, an ea in mente diuina sint infinita categorematicè, an syncatego. Absque controuersia est, quæ Deus à se distincta cognoscit, esse infinita, ac sine certo termino, contra quosdam antiquos qui asserebant, quæ Deus cognoscit, esse finita, eo quòd infinitum vt infinitum cognoscibile non est. Cuius erroris fuisse videtur *Aristot.* qui 1. *Physi.* tex. 35. & 2. *Metaph. fine*, ait, infinitum vt infinitum esse ignotum. Verùm hos Philos. hac ratione confutat *August.* 12. *de Ciuit. cap.* 18. Omnes numeri sunt infiniti: nam quocunque dato dabilis est alius sine fine: at omnes numeros cognoscit Deus; quod non nisi dementissimus neget: ergo Deus cognoscit infinita. Confirmat: cùm non sit assignabilis certus numerus, vltra quem increatus intellectus non se extendat, dicendus est, ad omnes possibiles numeros se extendere: vt in Psal. 146. *Sapientia eius non est numerus. infinitas itaque numeri*, inferc, *quamuis infinitorum numerorum nullus sit numerus, non est tamen incomprehensibilis sit, cuius intelligentiæ non est numerus.* sc. sicut scientia diuina in cognoscendo est simpliciter infinita: ita nullus est numerus possibilis, quem actu non cognoscat: alioqui si esset aliquis possibilis, quem actu non cognosceret, non haberet eam perfectionem, quæ ad cognoscendũ talem vlteriorẽ numerum necessaria foret.

Quæ Deus cognoscit sunt sine termino:

numeros infinitos cognoscit Deus

Vis ratiocinationis.

Quoniam verò ij Philos. vt de *Arist.* certum est, putabant, mundum productum esse ab æterno, ne cogerentur concedere, Deum per æternitatem à parte antè produxisse infinita, quæ ipse non cognosceret, fixerunt, *vt ibid.* 17. *cap.* notat *August.* Deum semper eadem repetendo, quæ anteà produxerat, reproduxisse. *Quoniam si non eadem, inquiebant, repetantur, non possunt infinita diuersitate variata vlla eius scientia, vel præscientia comprehendi.* Non procul ab hoc errore fuerunt wicleff, & Ioannes Hus, quorum, *vt in Concil. Constant. sessi.* 15. inter falsa dogmata, vnum erat hoc: *Non potest Deus mundum maiorare vel minorare: [illegible] vsque ad certum numerum creare & non vltra.*

Vterque error hoc argu. euincitur: Potentia Dei ad extra productiua pro termino habet, quicquid non implicat: immediatè. n. fundatur in essentiâ Dei increatâ, quæ vt in essendo non habet limitem, ita nullum in producende termino: Non implicant plures & plures creaturæ tàm numero, quàm specie diuersæ in infinitum producibiles: cùm nulla hactenus allata sit, nec affetri possit implicantia huius rei: ergo ad omnes illas se extendit potentia Dei; non tantùm ad finitas. Confirm. Tot sunt creaturæ producibiles quot sunt exemplabiles ab essentiâ diuinâ: cùm omnes sint participationes & imitationes diuini esse, sicut omnis effectus est participatio & imitatio suæ causæ: at hæ creaturæ exemplabiles ab essentiâ diuinâ ac participabiles sunt sinè termino infinitæ: nam participabilitas & exemplabilitas creaturæ fundatur in ipso esse diuino; ergo si ipsum est illimitatum, etiam creaturæ ab ipso participabiles & exemplabiles erunt sine termino infinitæ: nam eò vsque diuina essentia participari, atque exemplari potest à creaturis, quousque ipsius perfectio non exhauritur: at à nullâ creaturâ, aut multitudine creaturarum exhauribilis est increata perfectio diuinæ essentiæ; cùm omnis ea infinitè distet ab essentia Dei: ergo.

333. *Potentia Dei pro termino habet quicquid non implicat.*

334. *quot sint exemplabiles creaturæ*

Sola igitur controuersia est: An quæ Deus cognoscit, sint infinita categorematicè, an syncateg. Durand. *in* 1. *dist.* 39. *q.* 2. *tota & Marsil. dist.* 38. *art.* 3. contendunt, creaturas tam possibiles, quàm tota æternitate futuras, esse infinitas tantùm syncategor. assentiunt *Suarez* 3. *p. disp.* 26. *sect. vlt. Valent. p. p. disp.* 1. *q.* 14. *pu.* 6. *Tanner. disp.* 2. *q.* 2. *dub.* 4. *asser.* 6. *aliique recen.* fundam. Deus non cognoscit creaturas, nisi quatenus sunt ad existendum possibiles: non sunt ad existendum possibiles, nisi infinitæ syncategor. semper finitæ in infinitum, ne ex futuris per totam æternitatem extituris aliquando existant, vel existere possint infinitæ actu. Maior prob. vt cognitio sit vera debet conformari & adæquari suo obiecto: ergo si obiectum est [illegible]nitum syncateg. nequit à Deo cognosci vt infinitum categorematicum: alioqui diuina cognitio non conformaretur suo obiecto.

335. *Catholicè controu.*

Fund. potiss.

Contrà verò *Richard. in* 1. *dist.* 36. *art.* 2. *q.* 5. *Molina, Bannez p. p. q.* 14. *art.* 12. *Vasq. disp.* 63. *Arrub. disp.* 37. *cap.* 2. *Ruiz. de scien. Dei disp.* 20. *sect.* 3. *Alarcon tract.* 2. *de scien. Dei. disp.* 3. *cap.* 3. *aliique recen.* putant, quæ Deus cognoscit scientia simplicis intelligentiæ & visionis, esse infinita categor. fauent *Bonauen. in* 1. *dist.* 35. *q.* 5. & *dist.* 39. *arti.* 1. *q.* 3. *S. Tho. p. p. q.* 14. *art.* 12. 1. *cont. gen. cap.* 69. & *q.* 2. *de veri. art.* 9. *Caiet. Ferrar. cit.* qui absolutè docent, Deum cognoscere actu infinita, esto non sint possibilia, aut futura, nisi

336.

finita

finita in infinitum. Pro explic. nota, hanc difficultatem non solùm premere eos, qui vt impossibile negant omne infinitum categor. producibile extra Deum, sed etiam qui illud concedunt. Nam esto illud concedant in possibilibus, proinde circa illa nullam habeant difficultatem concedendi infinita categor. in mente diuinâ, vti illa concedunt existere posse extra Deum; manet difficultas ab omnibus soluenda tum de effectibus æternùm futuris, tum de partibus continui in infinitum diuisibilibus. Nam nec beatorum, ac damnatorum cogitationes tota æternitate futuræ, nec diuisiones continui possunt esse actu & categor. infinitæ, sed semper finitæ in infinitum. igitur restat difficultas ab vtrisque soluenda, An cogitationes æternùm futuræ, diuisionesque continui sint categor. an syncategor. infinitæ in mente diuina.

Nodus communis, ac modo fius.

338. Dicendum, omnia, quæ in se ipsis, & secundùm realem existentiam sunt infinita tantùm syncategor. in mente diuinâ esse infinita categor. Ratio est natura infiniti categor. & syncategor. quam cum *Arist. 3. Phys.* admittunt omnes Philos. ac Theol. Est autem infinitum syncateg. quod numquam est totum simul actu, sed partim actu, partim potentia; ita vt quod actu simul est, semper finitum est; quod in potentiâ est, infinitum est ac sine termino. Vt quotcunque cogitationes ipsâ æternitate existentes, semper sunt finitæ: contrà verò, quæ remanent totâ æternitate futuræ, infinitæ sunt & absque termino: quotcunque diuisiones continui assignantur, semper actu sunt finitæ; quæ remanent assignabiles, semper sunt potentiâ infinitæ. Infinitùm autem categor. est illud, quod totum simul actu est, & in eo quod infinitum est, termino ac fine caret. Hac definitione posita, prob. assertio: quæ in se ipsis secundum realem existentiam siue possibilem, siue futuram, sunt tantùm potentiâ infinita, in mente diuinâ sunt omnia actu simul cognita & expressa: ergo in seipsis infinita syncategor. in mente diuina sunt infinita categor.

Syncateg. definitur.

Categor.

339. Antec. prob. licet quoad realem existentiam nunquam tota multitudo cogitationum æternùm futurarum, ac diuisionum continui possit esse actu re ipsa posita extra omnem potentialitatem, cùm nequeant existere tot, quin plures & plures sine fine cogitationes, & continui diuisiones: eadem tamen & tam cogitationum, & diuisionum multitudo tota simul comprehenditur & concluditur intra cognitionem diuinam, vt nulla maneat non actu à Deo cognita, sed potentiâ cognoscibilis. Conseq. deducitur ex definitione infiniti categor. cuius quidditas est, vt actu simul totum positum sit absque fine & termino. At in mente diuina omnes cogitationes æternùm futuræ, omnesque continui diuisiones actu simul omnes positæ sunt secundùm esse intentionale absque vllo termino & fine, cùm singulæ & omnes æquè actu cognitæ à Deo sint. Igitur in mente diuinâ sunt actu infinitæ.

In mente Dei infinitas categ.

cogitationum

Diuisionum

340. Confirm. 1. quæ in mente diuina obiectiuè existunt, non sunt finita, alioqui non cognosceret Deus infinita; & nullam habent admistam potentialitatem, sed omnia in esse intelligibili sunt actu posita & vitaliter expressa: ergo non possunt esse infinita syncateg. cuius essentia est, vt nunquam sint actu simul omnia posita; sed semper supersint alia sine termino ponenda; & obiectiuè in mente diuinâ omnia simul sunt actu cognita, nec supersunt alia vitaliter exprimenda: ergo sunt infinita categor. 2. Si omnia ea, quæ actu simul obiectiuè existunt in mente diuina in esse intentionali, existerent actu simul subiectiuè in esse naturali, essent infinita categor. ergo etiam vt obiectiuè existunt in mente diuinâ in esse intentionali, sunt infinita categor. nam ideò si omnia actu simul existerent in se in esse naturali, essent infinita categor. quia in esse naturali essent actu omnia simul absque termino: at in mente diuina in esse intentionali sunt omnia actu simul absque termino: ergo.

Conf. 1.

341. *Conf. 2.*

Dices: ideò quæ Deus cognoscit, sunt infinita syncategor. quia non potest Deus aliter res cognoscere, quam possibiles sunt: non sunt possibiles, nisi infinitæ syncateg. nequeunt igitur à Deo cognosci infinitæ categor. alioqui diuina cognitio destrueret suum obiectum, aliter illud repræsentando, atque est in se. Resp. dist. minor. non sunt res possibiles nisi infinitæ syncategor. quoad realem existentiam & in se ipsis, verum est: non sunt possibiles nisi infinitæ syncategor. quoad existentiam intentionalem & obiectiuam in mente diuina, falsum est. Ratio: res sunt in mente diuina, sc. omnes simul actu expressæ, nulla exprimenda, aliter ac esse possunt in se ipsis: nec propterea diuina cognitio aliter eas repræsentat, ac ipsæ repræsentabiles sunt: possunt igitur in mente diuina esse infinitæ categor. esto in se ipsis categor. infinitæ esse non possint. intentionalis. n. obiectiua existentia nullam retinent potentialitatem ad vlteriorem intentionalem, cùm secundùm hanc sint omnes actu simul præsentes diuinæ menti: igitur secundùm hanc non possunt esse infinitæ syncateg. cùm hæc infinitas essentialiter includat potentialitatem ad vlteriorem terminum nondum actu positum, sed ponendum. Confirm. non solùm in hoc statu obiectiuo & intentionali, sed in quocunque alio res deponentur à potentialitate ad vlteriorem terminum, erunt infinitæ categor. Sic omnes cogitationes æternùm futuræ in ratione futuri sunt infinitæ categor. nam in ratione futuri nullam dicunt potentialitatem ad vlteriorem terminum futurum, cùm in ratione futuri accipiantur omnes simul colectiuè, nulla exclusa, esto in ratione actualis existentiæ nequeant esse nisi infinitæ syncategor. quoniam vt in esse futuri sint omnes simul, exclusa omni potentialitate ad vlteriorem terminum futurum necesse non est, vt omnes simul aliquando extiterint vel extituræ sint, sed sufficit vt nulla sit, quæ non sit extitura. Sic omnes partes continui consideratæ in esse diuisibili, non in esse actualis diuisionis, sunt categor. infinitæ; quia in esse diuisibili sumuntur collectiuè omnes absque termino ad vlteriorem diuisibilitatem. Sic creaturæ in ratione possibilis sũt infinitæ categor. quia in esse possibili accipiuntur omnes collectiuè, exclusa omni potentialitate ad vlteriorem possibilem. Nec sequitur, Deum aliter res cognoscere, ac in se cognoscibiles sunt; cùm illas sua cognitione exprimat ac comprehendat cum essentiali potentialitate, quam dicunt ad vlteriorem existentiam realem: tamen totum obiectum cum sua potentialitate actu simul repræsentatum diuinæ menti, in ratione repræsentati non est infinitum syncategor. cùm in ratione repræsentati actu exprimatur totum, eiusque potentialitas, quam per ordinem ad suam realem existentiam in portat. Et distinguo duplex esse creaturarum futurarum, vel possibilium: alterum, quod ipsæ habituræ sunt in se, vel habere possunt extra Deum: alterum, quod habent in Deo, in quo obiectiuè existunt intentionaliter expressæ. Quoad hoc 2. esse sunt categorem. infinitæ: quia quoad hoc esse, sunt omnes simul actu in diuina mente expressæ absque termino & potentialitate ad vlteriorem existen-

342. *Connexitas fundam. Aduers.*

Resp. sunt in Deo infinita categ. existentiâ obiect.

343. *Conf.*

344. *Deus non cognoscit possib. aliter ac sunt in seipsis.*

345. *Duplex esse creat.*

Digitized by Google

extra Deum stentiam obiectiuam, Quoad esse, adhuc bifariam considerari possunt, vel vt actu simul omnes terminant diuinam cognitionem, vel ut in se ipsis extituræ sunt, aut existere possunt.

Vt actu terminant cognit sunt categ. Primo modo consideratæ adhuc sunt infinitæ categ. quia actu simul omnes terminant diuinam cognitionem, nec in ratione eam terminandi vllam retinent potentialitatem. Consideratæ 2. modo sunt

vt existunt syncat. infinitæ syncategor. quia vt sic includunt potentialitatem ad vlteriorem existentiam realem nunquã totam in actum redigendam. Quo fit vt Deus creaturas sibi repræsentet cum eâ potentialitate, quam ipsæ essentialiter important, & nihilominus illæ actu omnes simul à Deo cognitæ sint infinitæ categor. quia ipsa potentialitas, quam creaturæ per ordinem ad realem existentiam dicunt, actu tota simul exprimitur, & quasi exhauritur atque comprehenditur à diuina cognitione. Ita omnes partes

346. *Exemplum de partib. motus.* motus dicunt essentialem successionem inter se, quarum vnâ existente, non existunt reliquæ, cùm tamen in potentiâ cognoscentis sint omnes simul obiectiuè existentes, quia omnes simul actu terminant notitiam cognoscentis. nec propterea aliter cognoscuntur, ac ipsæ cognoscibiles sunt: quia licet omnes actu simul terminent notitiam cognoscentis, eo quòd dum vna pars actu terminat notitiam cognoscentis, omnes actu simul terminant; non tamen illæ repræsentantur cum simultaneâ coëxistentiâ in ordine ad esse, quod extra cognoscentem habent, sed cum essentiali successione vnius partis post aliam: quamuis ipsa successio, quã partes dicunt in esse reali, tota simul actu repræsentetur notitiâ cognoscentis: Ad eum modum, quo in imagine actu simul & permanenter repræsentatur auis volatus. Nec propterea dicetur falsa imago vel aliter repræsentare auis volatum, quam repræsentabilis est: cùm proprium imaginis siue naturalis, vti est omnis cognitio respectu sui obiecti, siue artificialis, sit simul actu repræsentare suum imaginatum, etiamsi imaginatum sit successiuum & potentiale, cùm ipsa successio & potentialitas actu simul & permanenter debeat per imaginem, & in imagine repræsentari.

347. *Scientia Dei* Ex dictis infertur, scientiam diuinam de creaturis possib. futuris cogitationib. cõtinui diuisionib. non modò esse categor. infinitam subiectiuè, secundùm esse, quod habet in Deo, quà cognitio diuina est; sed etiam obiectiuè, secundùm terminos & obiecta, quæ intentionaliter exprimit, quà species expressa & verbum creaturarum est. Ratio: non solùm est actu tota simul absque termino

Infinita ex tensiue. perfectionis intensiuæ, sed etiam est actu tota simul absque termino perfectionis extensiuæ, cùm actu simul repræsentet infinita obiecta absque termino: contra nonnullos, qui recurrunt ad infinitatem subiectiuam scientiæ diuinæ categor. negantes eam esse infinitam categor. obiectiuè: eo quòd, inquiunt, obiectum non est nisi syncategor. infinitum. Verùm hi non distinguunt obiectum secundùm se, & in ordine ad realem existentiam, infinitum syncateg. nunquam totum actu extra causas; & prout exprimitur in scientia diuinâ, vti totum actu simul est infinitum categor. si. n. multitudo possibilium, vel diuisionum continui, quas Deus sua scientia exprimit, poneretur actu simul tota extra causas, illam concedunt aduersarii fore infinitam categor. quia esset actu tota simul absque termino & potentialitate ad vlteriorem terminum; cur pari modo illam non concedunt infinitam categor. prout actu tota simul absque termino & potentialitate ad vlteriorem existentiam obiectiuam repræsentatur in scientia diuina? Ex his

Patet ad fundam. Durandi, & ad illud, ad quod recurrit, sc. Deum non cognoscere infinitam multitudinem creaturarum, vt quoddam totum illud comprehendens, cùm hoc possibile non sit, sed per partes, *in quantum*, inquit, *intelligitur, quod quacunque parte accepta, remanet potentia ad vlteriorem accipiendam*: Concludens, Deum intelligere infinitum sine termino, seu quod potest vlteriùs procedere. Contra est; quia nihil possibile, aut futurum remanet, quod diuina cognitione comprehensum non sit; ac proinde non tantùm Deus infinitum cognoscit per partes, secundùm quas vlteriùs existere potest, sed secundùm se totum, cùm nihil, quod possibile est, maneat à Deo incomprehensum: Ac proinde licet possibile non sit, vt infinitum existat totum in se in esse reali, possibile tamen est, vt existat totum in esse intentionali in diuina cognitione expressum. ita August. 12. *de Ciuit. cap.* 18, *Si quicquid scientia comprehenditur, scientis comprehensione finitur: profecto & omnis infinitas quodam ineffabili modo Deo finita est, quia scientia eius ipsa incomprehensibilis non est*; maluit concedere, omne infinitum comprehensione Dei quodammodo finiri, quàm negare (quod negat *Durandus*) totum infinitum seu possibile rei concludi intra cognitionem Dei,

348. *Ad fund. Durand.*

Obijcies 1, Si Deus videret diuisiones continui infinitas categor. videret continuum in omnem sui partem diuisum (quod est impossibile, per Philos. & Theolog.) videret. n. omnes continui partes diuisas; alioqui si non videret, nec videret omnes diuisiones possibiles, quod de scientia diuina, quæ distinctissimè exprimit quicquid est possibile, nefas est suspicari. Resp. neg. sequel. eiusque prob. & Deum non videre omnes possibiles continui diuisionis, & inde sequi, videre omnes continui partes diuisas; quia cùm hoc possibile non sit, à Deo visibile non est. Sunt igitur in diuina mente omnes diuisiones continui categor. infinitæ absque termino, in qua tamen infinita multitudine nullam uidet assignabilem partem in alias non diuisibilem: proinde nullam videt continui partem in omnem sui partem diuisam, sed semper in alias diuisibilem. Nec propterea non videt omnes possibiles continui diuisiones, sed tantùm sequitur, videre omnes absque ultima. Quod etiam de cogitationibus æternùm futuris debent omnes concedere. Nam eas omnes actu simul cognoscit Deus scientia visionis, cùm tamen impossibile sit, aliquando dici, quòd omnes habuerint existentiam; sicut dici potest de eisdem in mente diuina expressis, quòd omnes habeant existentiam intentionalem. Dices. Si non omnes habituræ sunt existentiam, ergo non omnes sunt futuræ; nam eatenus sunt futuræ, quatenus aliquando habituræ sunt existentiam. Resp. neg. conseq. nam eo modo habituræ sunt existentiam omnes, quo futuræ sunt omnes: Sunt autem futuræ omnes sine termino: ergo habituræ sunt existentiam omnes sine termino: proinde nunquam de eis verificari potest, quòd habuerint existentiam omnes: nam hoc ipso esset dicere, quòd non remanerent aliæ extituræ. Ad prob. Resp. ut dicantur omnes futuræ, sat esse, vt nulla sit assignabilis, quæ non sit existentiam habitura. Vel melius; eatenus sunt futuræ omnes, quatenus habituræ sunt existentiam sine termino; quod est in existendo nunquam perueniri posse ad vltimam, proinde nunquam dici posse extituras omnes.

349. *Resp. Deus videt omnes diuisiones possibiles.* *absque vltima.* *Dices.* *Resp.*

Cur non implicet infinitum in mente Dei.

Obijcies 2. Si Deus scientia simplicis intellig. cognoscit creaturas possibiles categor. infinitas, posset

posset eas omnes producere; ergo posset producere omne producibile: quia si potest producere omnes quas cognoscit, ergo omne producibile, cùm non sit producibile, nisi quod Deus cognoscit, nec Deus sit productiuus nisi per intellectum. Sequela prob. nulla assignari potest implicantia, de infinito producto, quæ assignari non possit de infinito cognito. Porrò duplex potissima assignatur; 1. sequeretur, infinitum productum habere terminum, quod est contra naturam infiniti categor. quod termino caret: 2. exhauriretur tam diuina essentia in exemplandis creaturis perfectioribus in infinitum, quàm potentia in producendis nouis sine termino. Vtraque reperitur in infinito à Deo cognito: de illo .n. dici potest, quòd terminum habeat, vltra quem non sint aliæ creaturæ possibiles, & quòd per illud cognoscatur diuina virtus tam in exemplando, quàm in producendo adæquata à totâ multitudine possibilium. Hoc argu. triumphant, qui putant, possibile esse infinitum categor. extra Deum, imò & totum producibile: cùm non sit maior ratio de toto producibili in diuinâ mente expresso, ac à parte rei producto. Verùm, hæc opinio de possibilitate infiniti extra Deum mihi semper displicuit. Resp. igitur, à posteriori constat, multa esse categor. infinita in mente diuinâ, quæ re ipsâ nequeunt nisi syncategor. esse infinita; vt diuisiones continui, cogitationes æternùm futuræ. hoc est: Implicat, re ipsa poni omnes diuisiones continui, omnesque cogitationes æternùm futuras à parte rei existentes; cùm tamen non implicet easdem in mente diuinâ esse categor. infinitas: si .n. reipsâ ponerentur omnes partes continui, essent omnes reipsa diuisæ, quod implicat, ex cõmuni sensu: Item si ponerentur omnes cogitationes æternùm futuræ à parte rei existentes, valeret aliquando dicere, vltrà illas non esse alias futuras; cùm iam supponerentur extitisse omnes. Sicut quia in esse obiectiuo & intentionali cogitationes æternùm futuræ existunt omnes in mente diuinâ, valet de illis dicere, vltra eas non esse alias assignabiles vt cognoscibiles ab intellectu diuino: hinc sequeretur, infinitum syncateg. vt cogitationes æternùm futuras, aliquando totum in actu poni totumque pertransiri: Quod cùm fieri non possit, sequitur, tam diuisiones, quæ remanent ponendæ, quàm cogitationes, quæ remanent futuræ, esse infinitas; quæ sunt positæ, finitas; cùm hoc sit de quidditate infiniti syncateg. vt semper actu habeat finita, potentiâ infinita. Nec dici potest, tam quæ actu ponuntur, quàm quæ potentiâ restant ponenda, esse infinita: nam hinc manifestè sequeretur, infinitum in actu positum claudi terminis, primâ nempe cogitatione, quæ incœpit; & vltimâ, quâ terminatur infinitum cogitationum re ipsâ existentium, cùm Deus distinguat cogitationes re ipsa existentes à non existentibus, sed extituris. Neque hic recurri potest ad cogitationem indeterminatam, quia omnes & singulæ sunt determinatæ naturæ & entitatis, omnesque sunt clausæ primâ & vltimâ existente. Pari igitur ratione poterunt creaturæ possibiles in esse obiectiuo in mente diuinâ esse infinitæ categor. etsi nequeant esse infinitæ categor. extra Deum in esse reali subiectiuo.

Prob. 2. hoc discrimen: in esse possibili creaturæ sumi possunt omnes; nequeunt sumi omnes in esse existentiæ actualis: ergo in esse possibili possunt esse infinitæ, non in esse existentiæ actualis. Maior patet: nam in esse possibili omnes creaturæ nullâ omnino exclusâ, comprehenduntur intra potentiam & cognitionem diuinam. Minor prob. in esse actualis existentiæ non tot poni possunt, quin plures possint absque termino: nam quâ unque multitudine creaturarum, vel quâuis perfectissimâ productâ, semper producibiles sunt aut plures aut perfectiores absque termino: nam semper remanent in Deo infiniti alij modi ac perfectiones, quibus participabilis est à creaturis, cùm impossibile sit, infinitam virtutem Dei exhauriri à quâuis creatura, vel multitudine earum, cùm semper inter creaturas participantes & Deum participabilem medier infinita distantia. Conseq. prob. vel infinitum includit quidquid intra illud genus supponitur possibile, quod cùm totum in actu poni non possit, neque infinitum in actu poni potest: vel saltem sequitur, non posse in actu poni totum id, quod possibile simpliciter est. Confirm. possunt cogitationes æternùm futuræ in esse futuritionis sumi omnes, non in esse actualis existentiæ: sicut & partes continui in ratione diuisibilitatis sumi possunt omnes, non in ratione actualis diuisionis: ergo & creaturæ in esse possibili sumi possunt omnes, etiamsi in esse actualis existentiæ nequeant sumi omnes.

Sed contrà est aduersariorũ Achilles: ideò nequeunt omnes creaturæ poni in actu existentiæ, quia quacunque multitudine actu posita, semper restant aliæ à diuinâ essentia exemplabiles ac participabiles. At hæc eadem implicantia reperitur in creaturis in statu possibilitatis; sc. infinitè distant à Deo, inter Deum & omnes possibiles mediat infinita perfectio, qua Deus semper est magis participabilis. Ergo neutrobique sumi possunt omnes, vel certè si sumi possunt omnes in statu possibilitatis, sumi etiam poterunt omnes in statu actualis existentiæ. Huius argum. neg. minor. ad prob. dist. antec. Omnes creaturæ in statu possibilitatis infinitè distant à Deo, vel per aliquam determinatam creaturam omnium perfectissimam, vel per aliquam determinatam multitudinem, nego: infinitè distant à Deo per species perfectiores in infinitum absque aliqua vltima ac suprema, perque numerosiorem multitudinem absque termino, concedo. Quo fit, vt Deus nec in tota multitudine possibilium videat vnam omnium perfectissimam, nec vnam tantùm multitudinem, absque alia sine termino: cùm nec illa, nec ista sit in multitudine possibilium. Quemadmodum nec in tota multitudine partium continui videt vnam omnium minimam, nec aliquam multitudinem ita numerosam, vt non videat aliam numerosiorem; cùm nec illa, nec ista possibilis sit. At eo ipso, quòd omnes creaturæ ponerentur in actu existentiæ, determinarentur vel ad vnam omnium perfectissimam, vel ad tantam multitudinem, qua numerosior dari non posset; proinde adæquaretur infinita virtus ac perfectio exemplabilis ac participabilis Dei; vt hoc ipso, quòd omnes partes continui ponerentur in actu diuisionis, determinarentur ad vnam omnium minimam, & ad certam multitudinem, qua numerosior dari non posset; proinde adequaretur infinita diuisibilitas continui; quod implicat cùm sit inexhauribilis. At non minùs est inexhauribilis infinita perfectio Dei.

Vrgebis: Etiam inter Deum & totam multitudinem possibilium mediat infinita perfectio, quæ adhuc participabilis est à creaturis: ergo neque creaturæ in statu possibilitatis sunt tot, quin plures esse possint. Resp. creaturas in statu possibilitatis non videri à Deo cum tota potentialitate expleta, quam dicunt ad realem existentiam, sed semper cum potentialitate ad illam, cùm sit illis essentialis:

Cum implicet extra Deum?

353.

354. *Disparitas à poster. sufficere posset.*

Aliàs infinitum totum actu poni posset.

355.

Et claudi terminis.

356. *Discrimen à prœcl.*

In esse possibili omnes possibili comprehenduntur omnes.

Confir.

357. *Achilles ad uers.*

358. *Resp.*

Nullam videt Deus perfectiss.

Nec minimam.

Adæquare nequit perfectio exemplabilis.

Nec diuisibilitas continui.

359. *Vrgebis.*

Resp.

Digitized by Google

lis: ac proinde creaturas nunquam videri cum determinata distantia ex parte ipsarum à Deo, cùm hæc possibilis non sit, eo ipso quòd possibilis non est vltima omnium perfectissima, vel multitudo omnium numerosissima. In statu verò actualis existentiæ, cùm tota potentialitas ad existendum tollatur per actualem existentiam, non possunt ampliùs videri cum potentialitate ad vlteriorem perfectionem diuinam participandam, ac proinde cum indeterminata distantia ex parte ipsarum à Deo; sed cum expleta actualitate, ac proinde cum determinata distantia ex parte ipsarum à Deo.

360. *Exemplum continui illustre.* Ita quæcunque partes continui videntur in statu possibilis diuisionis, videntur cum essentiali potentialitate ad vlteriores diuisiones, & nunquam cùm tota potentialitate expleta ad omnes partes diuisibiles: in statu verò actualis diuisionis quæcunque partes videntur, videntur cum potentialitate expleta ad diuisionem. Neque hinc sequitur, 361. quòd creaturæ in esse intentionali & obiectiuo in mente diuina non sint actu omnes infinitæ categor. quia licet per ordinem ad existentiam realem nunquam videantur actu omnes, eò quòd impossibile sit, vt per ordinem ad existentiam realem sint actu existentes omnes: sicut impossibile est, vt vel partes continui sint diuisæ omnes, vel cogitationes æternùm futuræ sint actu existentes omnes; sunt tamen in mente diuina omnes; quia nulla est, quæ actu non terminet cognitionem diuinam, totaque illa potentialitas, quam creaturæ dicunt ad propriam existentiam realem, actu exprimitur in scientia diuina.

361. *An possibilis creatura omnium perfectiss. Probant.* At obijciunt alij (contendentes possibilem esse creaturam omnium perfectissimam, & imperfectissimam, quâ nec illâ perfectior, nec istâ imperfectior dari possit) Non omnes creaturæ, quæ sunt in totâ collectione possibilium exceduntur à creaturis: ergo necesse est, vt sit aliqua, quæ non excedatur: hæc ergo erit omnium perfectissima. Antec. probant: implicat, vt omnes creaturæ excedantur à creaturis; daretur .n. in eâ collectione mutuus excessus secundùm perfectionem, qui repugnat. 363. *Confirmant 1.* Confirmant 1. Implicat omnes creaturas produci à creaturis, nisi detur mutua productio: ergo implicat, vt omnes creaturæ excedantur à creaturis, nisi detur mutuus excessus inter eas. ergo sicut ne detur mutua productio inter creaturas, necessariò deueniendum est ad vnum primum ens omnium entium perfectissimum, à quo imducto producantur omnes: ita ne detur mutuus excessus inter creaturas, necessariò deueniendum est ad vnam, quæ ita reliquas excedat, vt ipsa *Pr. conseq.* à nulla excedatur. Vtraque conseq. prob. euidentiùs repugnat mutuus excessus in perfectione, quàm mutua causalitas; nam excedens dicit habere maiorem perfectionem excesso; & excessum minorem excedente: ergo si idem excederet & excederetur, idem haberet maiorem perfectionem, quâ excederet, & non haberet maiorem, quâ excederetur. 2. In totâ collectione specierum possibilium ab homine inclusiuè non omnes species exceduntur: ergo aliqua est quæ non exceditur: ergo illa erit omnium maxima & suprema. Antec. prob. si omnes excederentur, sequeretur plures fore excessas excedentibus, & simul non plures fore excessas excedentibus, quæ sunt manifestè contradictoria. Sequel. probant: per te omnes species perfectiores homine exceduntur & excedunt: homo tantùm exceditur & non excedit, cùm homo tantùm in eâ collectione sit omnium infimus: ergo excesse sunt vnâ ampliùs excedentibus. Rursus sequitur, non esse plures: quia quælibet species excessa debet habere excedentem, à quâ immediatè excedatur: ergo vt omnes excedantur, tot debent esse excedentes, quot excessæ, & non plures: ergo sunt tot & non sunt tot. 3. In totâ collectione possibilium est summa propinquitas in perfectione cum Deo, quæ in creaturis esse potest; cùm supra totam collectionem non est possibilis creatura Deo propinquior: sed hæc summa propinquitas non reperitur in omnibus, nec in duabus aut tribus speciebus, cùm omnes species sint inæqualis perfectionis; ergo in vna. Datur ergo vna secundũ perfectionem Deo summè propinqua. 4. Deus cognoscit omnes creaturas perfectiores homine, quæ illum excedunt: ergo vel in totâ hâc serie excedentium & excessarum cognitio diuina sistit in aliquâ, supra quam non progreditur ad aliam perfectiorem cognoscendam, cùm tamen verè sit; quod de diuinâ cognitione dici non potest: vel certè cognoscit vnam, vltra quam non progreditur, & hæc est omnium perfectissima. 5. Deus producere potest creaturam summè perfectam, quam potest: est. n. propositio idêtica per se nota: Producat, vel illa erit omnium perfectissima, & habetur intentum; vel non; & iam Deus poterit aliam perfectiorem producere, adeoque quam produxit, non fuit summè perfecta, quam producere poterat.

Conf. 3. 365.

Conf. 4. 366.

Confir. 5. 367.

Verùm hi non aduerterunt, hæc argu. quæ contorquent contra negantes creaturam omnium perfectissimam, & imperfectissimam, repellenda esse etiam ab ipsis tum in infinitate partium continui, tum cogitationum æternùm futurarum. Nam eandem formam argu. applico ad probandum possibilem esse vnam cogitationem in tota collectione æternùm futurarum intensione omnium maximam, vnamque partem continui in tota collectione diuisionum possibilium omnium minimam. Suppono autem, quod non negabunt, posse Deum cum Beatorum, vel damnatorum intellectu producere cogitationes intensiores tota æternitate futuras. Sic retorq. argum. Non omnes cogitatione, quæ sunt in tota collectione æternùm futuræ exceduntur perfectione intensiua à cogitationibus æternùm futuris; implicat .n. mutuus excessus in perfectione intensiua, vt in specifica; ergo necesse est vt sit aliqua cogitatio, quæ perfectione intensiuâ non excedatur: ergo datur in tota collectione cogitationum æternùm futurarum vna omnium intensissima. Pari modo; non omnes partes, quæ sunt in tota collectione diuisionum possibilium in minoritate exceduntur à partibus: implicat .n. mutuus excessus in minoritate vt in specifica perfectione: ergo necesse est esse aliquam, quæ in minoritate non excedatur: ergo datur in tota collectione diuisionum continui vna omnium minima, qua minor dari non potest.

368. *Retorquuo argum.*

369. *Eâdem formâ.*

370. *De cogitat. intensior.*

371. *De minimâ parte continui.*

Dices, hinc nullum sequi absurdum; infinitum claudi terminis, prima & vltima cogitatione, prima parte continui, supponi in sent. quæ inter infimam & supremam creaturam admittit infinitam multitudinem terminis clausam: nec huiusmodi clausuram repugnare infinito, cuius essentia in eo sit, vt ex vno termino ad alium successiuè peruenire non possit: quod rectè saluari potest, etiamsi terminis claudatur. Sed contrà 1. videtur ex terminis notum, quòd infinitum, quà infinitum, debeat carere fine: est enim infinitum, consensu omnium, quod fine caret: & per hoc discriminatur à finito. Nec minùs repugnat infinito habere terminum, quàm repugnet finito, carere termino. 2. magis videtur repugnare infinito, claudi terminis,

Admittunt intensissimam Minimam.

372. *Contrà 1. Infinitum fine caret.*

Digitized by Google

nequit pertransiri, minis, quàm successiuè pertransiri. Nam qui admittunt possibiles generationes & circulationes ab æterno, debent necessariò admittere, potuisse infinitum vt infinitum successiuè pertransiri, cùm tamen ijdem admittere non audeant, huiusmodi generationes & circulationes ab æterno incœpisse per aliquam primam. 3. saltem tale infinitum esset numerando pertransibile à cognitione diuinâ. Etenim distinctè cognoscit Deus per aduers. vltimam cogitationem omnium intensissimam excedere immediatè sequentem, & hanc excedere aliam immediatè sibi subsequentem, & sic non quidem successiuè, sed vno ictu in instanti ab vltimâ omnium intensissima numerando peruenire ad primam omnium remississimam. 4. sequeretur, finiri cogitationes æternùm futuras, cùm tamen non finiatur nec terminetur æternitas ipsa à parte post, in qua futuræ sunt semper plures cogitationes sine fine. Nam post vltimam cogitationem omnium intensissimam non esset futura alia, est ergo vltima, cùm tamen nondum terminata esset æternitas; cui hoc ipso, quòd assignaretur terminus, non esset æternitas, sed tempus. Confirm. Deus per aduers. distinctè discernit, vltimam cogitationem determinato excessu superare immediatè sibi subsequentem; non infinito, alioquin cæteræ subsequentes vsque ad primam essent finitæ numero contra aduers. quia cùm omnes subsequentes versùs primam progrediantur secundùm partes proportionales minores in intensione, si immediatè sequens vltimam, habet finitos gradus intensionis, cùm etiam prima supponatur habere finitos gradus determinatos, intensionis; non poterunt omnes post vltimam esse numero infinitæ, alioqui deberet prima habere minimam intensionem, quâ minor dari non posset, quod implicat: Nec excessu finito: interrogatio .n. fiet de subsequente penultimam, deque aliis sequentibus vsque ad primam: an singulæ superiores excedant singulas inferiores excessu finito, vel infinito, si finito, omnes & singulæ, includendo etiam primam, erunt infinitæ intensionis, contra suppositum: Si infinito, assignetur talis cogitatio, & contra illam redibit idem argu. quod suprà contra vltimam cogitationem. At dices, omnes cogitationes, quæ inter talem assignabilem & vltimam intercedunt, esse numero infinitas. Sed contrà; hæc responsio admittit non solùm clausuram in infinito quà infinito, sed etiam additionem & deminutionem, quod non minus repugnat, quàm infinitum habere terminum: hoc .n. ipso, quòd infinito fit additio, assignatur terminus, cui fit additio: sicut hoc ipso quòd additur lineæ palmus, supponitur terminus, cui palmaris quantitas additur; & hoc ipso quod à quantitate demitur palmus, assignatur terminus, qui solutâ vnione cum priori palmo, remanet: nec omnes cogitationes æternùm futuræ proportionaliter sese excederent intensione, contra suppositum. Siquidem daretur vna, quæ infinito excessu superaret immediatè sibi subsequentem, cùm tamen ipsa non excederetur à præcedente excessu infinito, sed finito. Sequeretur & continuum diuidi in omnem sui partem; si posset minima pars continui assignari, quâ minor assignabilis non esset; & alia absurda deduci possent; sed hunc laborem relinquo solidioris Philos. studiosis.

nec numerando: 373. nec finiri, intensiuè 374. excessu infinito 375. Dices Contra Continuum diuideretur in omnem sui partem 376. Resp.

Ad argum. si propositio illa, *Non omnes creaturæ in tota collectione possibilium exceduntur à creaturis*, sumatur in sensu distributiuo, dico, non omnes exceduntur, sed inferiores à superioribus: Si sumatur in sensu collectiuo; nego, non omnes exceduntur, cùm in totâ collectione non detur vna suprema, quæ reliquas omnes excedat; alioqui assignabilis esset vna, à quâ reliquæ collectiuè sumptæ excederentur. Nec mirum, cùm hoc sit de ratione infiniti carentis vltimo termino. Vnde id argumenti fieri potest de totâ collectione partium continui: nam omnes in totâ collectione exceduntur in minoritate à partibus. Respondendũ, quòd omnes distributiuè sumptæ habent maiorem, à qua exceduntur, & minorem, quam excedunt; omnes collectiuè acceptæ non exceduntur, quia non habent vnam, à qua reliquæ omnes excedantur. Ad prob. antec. neg. sequela, eo quòd mutuus ille excessus non est respectu eorundem, sed diuersorum: est .n. excessus in creatura superiore respectu inferioris, & defectus in creatura inferiore respectu superioris. Ad 1. confir. neg. conseq. nam produci & dependere à primo ente improducto consequitur essentiam creaturæ vt sic, quod tolli nequit per rationem infiniti. Creaturam verò excedere aliam, vel excedi ab aliâ creaturâ, est accidens illi aduenies per compararationem ad alias, quod separari potest, integra manente essentiâ creaturæ. Cùm igitur in infinita collectione perfectiorũ nequeant omnes comparari ad vnam omnium perfectissimam, quia talis in eâ collectione non datur, non poterit in eâ collectione dari excessus vnius creaturæ supra reliquas omnes sub se contentas, adhuc perseuerante in singulis & omnibus essentiâ creaturæ. Ad prob. conseq. concedo, mutuum excessum secundùm perfectionem respectu eiusdem inferre contradictoria; nego illa inferre respectu diuersorum, vt constat tam de partibus continui, quàm de cogitationibus intensiotibus æternùm futuris. Ad 2. neg. antec. Ad prob. neg. sequela, nempe in collectione infinita creaturarum & plures esse excessus excedentibus, & non plures esse excessas excedentibus; nam sumptæ distributiuè tot semper assignari possunt excessæ, quot excedentes: sumptæ collectiuè plures assignantur excessæ, quàm excedentes; eò quòd in totâ collectione datur prima, quæ ab omnibus exceditur, non datur vltima, quæ reliquas omnes excedat. Sicut in cogitationibus intensioribus æternùm futuris datur prima, quæ ab omnibus exceditur, & non datur vltima, quæ reliquas omnes excedat: & in partibus proportionalibus continui palmaris datur prima pars semi-palmaris, quæ excedit reliquas omnes; nulla vltima, quæ excedatur ab omnibus.

sensum distrib. & coll. ct. *mutuus excessus reputatus diuersorum.* 377. *Ad primam conf. Inter producere & excedere differentia.* 378. *Ad 2.*

Ad 3. neg. minor. Etenim summa illa propinquitas cùm Deo non est in vnâ creatura, sed in totâ collectione earum, supra quam licet non sit possibilis alia perfectior, cùm in eâ collectione comprehendantur omnes, quâcunque tamen distributiuè sumptâ semper dabilis est alia perfectior. Sicut licet supra totam collectionem diuisionum possibilium non detur alia diuisio, cùm in eâ includantur omnes, quâlibet tamen distributiuè assignatâ, assignabilis est alia absque termino; & licet supra totam collectionem cogitationum æternùm futurarum non sit alia futura, quâuis tamen data, dabilis est alia absque termino. Nec refert, quòd omnes creaturæ sint inæqualis perfectionis specificæ: nam etiam partes proportionales continui, & cogitationes intensiores æternùm futuræ sunt inæqualis quantitatis & intensionis: cùm tamen neque in illis, neque in his assignabilis sit aliqua in totâ collectione vltima. Ad 4. Resp. cognitionem diuinam nec fistere in aliquâ creaturâ, non progrediendo in alias, quæ supra illam sunt, si verè sunt, nec in tota collectione possibilium cognoscere

379. *Ad 3. Summa propinquitas cum Deo non est in vna* 380. *Ad 4.*

vnam

Digitized by Google

Cognitio Dei in nulla fistit.

vnam omnium perfectissimam; sed sistere in totâ collectione infinitâ, quam perfectimè comprehendit absque vllo termino vltimo. Sicut in tota collectione diuisionum possibilium continui non sistit in vna parte, infra quam non cognoscat alias minores, quæ sunt diuisibiles infra illam; seu non sistit in aliqua omnium minima, sed in tota collectione, illam perfectissimè comprehendendo absque vltima. Idem dicito de totâ collectione cogitationum intensiorum æternùm futurarum.

381. *Ad 5.* Ad 5. neg. antec. Implicat .n. vt Deus producat creaturam, quam potest, omnium perfectissimam; aut partem continui, quam potest, omnium minimam: eo quòd inexhauribilis est infinita diuisibilitas continui; nec minùs infinita perfectio Dei. Quæres, quantum ergo poterit Deus producere, si non potest totum, quod potest? Resp. quantum libera ipsius voluntas determinauerit, cui in producendo, ad extra subordinatur diuina potentia.

DISPVTATIO XIII.

An, & quid sint ideæ in mente Diuina?

1. *Dantur ideæ.*

CONSTANS est Patrum, & Scholast. sententia, in Deo ideas esse, quas & gentiles Philosophi cognouerunt: Plato, primus earum inuentor ex *August. l. 83. quæst. qu. 46.* Ratio ex parte effectus producibilis est; quidquid perfectionis est in effectu, id totum in causa, à qua effectus totum suum esse participat, præexistere debet. at omnis effectus creatus non solùm participat esse naturæ, qua constat; sed etiam artis, quam imitando exprimit: igitur in Deo non solùm præsupponendum est principium effectiuum, quo esse naturæ rebus communicet; sed etiam esse artefactiuum, quo esse artis ijsdem impertiat. Minor apparet in hac ordinatissima mundi machina, in qua non modò elucet esse naturæ, quo vnaquæque res in suo esse constituitur; sed etiam esse artis, qua cuncta creata diuersissimæ quamuis naturæ, mira tamen connexione & ordine inter se cohærentia, mirabilem illam diuinæ mentis architecturam imitando exprimunt. Vnde familiare est Patribus, ex huius vniuersi ordine supremam illam arguere mentem, quæ infallibili sua sapientia & arte omnia disponit ac dirigit; cùm non nisi à sapiente ordo esse possit: *& sapiens ex* August. loco cit. *nemo esse possit*, nisi ideis intellectis. Ratio ex parte Dei producentis est; cum Deus in producendo sit infinitus, nec certa limitetur virtute ad determinatos effectus producendos, sed producere possit plures & perfectiores in infinitum; vt certos determinatè producat, oportet, libera voluntate illos determinet, applicando infinitam potentiam ad hos potiùs, quàm ad alios producendos: nequit autem voluntas potentiam ad determinatos effectus liberè applicare, nisi illos præcognoscat, cùm non possit in incognitum ferri: igitur præsupponenda est in Deo notitia effectuum producendorum: at hæc notitia in Deo habet rationem ideæ. Dantur igitur ideæ in Deo. Hoc vt certo posito, grauis controuersia est, quid formaliter importet idea in Deo.

Ratio ex parte effectus.

Ratio ex parte Dei

2. *Esse creaturas secundum esse creatum*

PRIMA sent. docet, ideas in Deo esse ipsas creaturas, secùndum esse creatum in Diuina mente obiectiuè existentes, secundùm illud idem esse, quod habituræ sunt in se ipsis in propria natura existentes: *Ocham in 1. dist. 35. qu. 5. Gabriel qu. 5. art. 2. concl. 4. Durand. dist. 36. qu. 3.* Fundam. idea est id, ad instar cuius artifex suum opus ad extra producit, vt definitur. sed Deus suum opus ad extra non producit ad instar suæ essentiæ, vel alicuius perfectionis increatæ; sed ad instar ipsius creaturæ, quæ producenda est; & in esse producto, imitatur se ipsam in esse præconcepto. Minor *à pari* prob. 1. idem opus mente præconceptum, dirigit artificem creatum ad formandum opus in externa materia: sanitas *in materia*, inquit Arist. 7. metaph. *fit à sanitate, quæ est in anima.* vnde per accidens est, quòd artifex creatus vtatur distincto exemplari ad opus externum formandum; si. n. haberet practicam notitiam eiusdem operis faciendi à Deo infusam, hæc esset vera & propria ratio ideæ; nec requirit, vt forma præconcepta imitabilis distinguatur à formâ producibili imitatiuâ. Igitur potest in artifice increato sola creatura præconcepta, & in mente diuinâ obiectiuè existens habere rationem ideæ, respectu creaturæ producendæ.

3. *Probatur 1. à priori*

Prob. 2. Ratio ideæ formaliter consistit in passiuâ imitabilitate; est .n. forma præconcepta, quam imitatur opus ad extra productum: at nec diuina essentia, nec vlla ratio increata habere potest passiuam imitabilitatem respectu creaturæ; quia quæ sunt dissimilia, non possunt habere rationem imitabilis & imitatiui: imitatio enim fit ad expressionem alterius rei consimilis: diuina autem essentia, aut quæuis alia perfectio increata magis dissimilis est, quàm similis creaturæ seu longè diuersæ rationis in Deo, quàm in creatura. Nec sat est similitudo analoga, vt habeatur in Deo perfecta ratio ideæ; nam sicut ratio ideæ consistit in imitabilitate; ita perfecta idea, qualis est increata, in perfectâ imitabilitate. Nequit autem esse perfectè imitabilis ratio, quam nequeunt effectus imitari in propriâ & specificâ ratione, sed tantùm communi & genericâ.

5. *Confirm.*

Confirm. illud est idea in Deo, quo solo præconcepto, & omni alio præscripto, Deus est imitabilis à creaturis; sed præconceptis solis creaturis, & omni alio obiecto præscripto, Deus est imitabilis à creaturis: contrà verò quolibet alio obiecto præconcepto, & solis creaturis præscriptis obiectiuè existentibus in mente Diuinâ, Deus non est imitabilis à creaturis: igitur solæ creaturæ præconceptæ, & in diuina mente obiectiuè existentes habent rationem ideæ in Deo.

6. *Esse solam essentiam Dei affirmant recti.*

SECVNDA affirmat, solam essentiam diuinam habere rationem ideæ: *Henri. quodlib. 9. q. 2. Alen. 1. p. qu. 23. me. 4. art. 1. S. Tho. 1. p. q. 15. art. 2. & de verit. q. 3. art. 2. Bonau. in 1. dist. 35. q. 1. & 2. Rubi. q. 2. art. 1. Richar. dist 36. art. 2. qu. 1. & 2. Aureo. dist. 36. p. 2. art. 1. Herue. art. 2. & 3. Capreo. art. 1. concl. 3. & ad argu. contrà 2. & 3. concl. Argen. art. 1. Gerar. art. 1. Ægid. apud ipsum, Palat. disp. 1. concl. 4. Marsil. in prologo qu. 1. art. 1. Ferrari. 1. con. gen. c. 54. Caiet. 1. p. loco cit. Bannez. ibid. art. 1. concl. 3. Molin. disp. 2. concl. 1. Vasquez disp. 71 & 72. Suarez lib. 3. de attrib. c. 5. & c. 1. communis* Fundam. est auctoritas Patrum, *August. libr. 83. quæst. q. 46.* Vbi docet, visione idearum animam beari: quòd non nisi de essentiâ Diuinâ, quæ sola beare potest, dici poterit. *ibid.* ait, quicquid fit, participatione harum idearum fieri: nihil autem fit participatione sui: igitur nequeunt ideæ Diuinæ esse ipsæ creaturæ, Diuinâ mente præconceptæ; alioqui idem fieret participatione sui ipsius. Et *tract. 1. in Ioan.* affirmat, ideas viuere vitâ ipsius Dei, quod de creaturis secundùm esse creatum intelligi nequit.

7. *Ratio*

Ratio fundam. idea, *ex cit. loco August.* consistit in passiua imitabilitate & participatione sui: partici-

Digitized by Google

patio

cipatio & imitatio essentialem respectum dicit ad alterum: Igitur ideæ Diuinæ non possunt esse ipsæ creaturæ producibiles, vt in diuinâ mente obiectiuè existentes.

7. Essentia Dei consid. modis 5.

Est autem controuersia, sub quâ ratione essentia diuina sit idea creaturarum: potest .n. considerari; 1. vt constitutiua Deitatis: 2. vt causa effectrix creaturarum; 3. vt species intelligibilis earundem. 4. vt primarium obiectum Diuinæ cognitionis. 5. vt cognitio est & species expressa creaturarum. Omnes conueniunt, essentiam Diuinam non esse ideam vt est causa effectiua creaturarum, quia causalitas idealis non est effectiua, sed directiua & imitabilis exemplariter; atque adeò idea non est ratio, quâ opus efficitur, sed quâ dirigitur & exemplariter effigiatur. difficultas superest de reliquis 4.

9. Aureol.

Aureolus putat, essentiam diuinam absolutè sumptam, sub ratione Deitatis, esse ideam. Quia idea est perfectio illa, quam creatura imitatur in Deo; hæc autem præcedit in essentiâ Dei; antequam cognoscatur à Deo; ideò .n. à Deo cognoscitur vt imitabilis, quia talem imitabilitatem in se ipsâ continet.

10. Alij

Alij fortasse ideæ rationem collocabunt in essentiâ Dei, vt est species intelligibilis creaturarum; quia idea importat similitudinem cum re ideandâ; Deus non habet similitudinem cum creaturis ideandis, quâ essentia est, sed quâ species intelligibilis est, quia vt sic est intentionalis similitudo earum.

11. Thomistæ.

Thomistæ censent, ideam consistere in essentiâ Dei, vt obiectiuè existens est in Deo, ita vt, si per impossibile diuina essentia existeret tantùm obiectiuè in Deo, haberet veram rationem ideæ. Ratio: idea est formâ imitabilis exemplariter; de ratione exemplaris est esse obiectiuum: vnde licet essentia Diuina, antequam cognoscatur, sit fundamentaliter imitabilis, non tamen exemplariter, donec fiat obiectiuè in intellectu Diuino.

12. Bonauent. Rubio, &c.

Bonau. Rubio. Marsil. Argent. Suarez. Vasq. opinantur, Diuinam essentiam habere rationem ideæ quatenus est species expressa creaturarum.

13. Nota exemplar, idea differt. 1.

Nota (quod nemo, quem legi, aduertit) exemplar est primum directiuum, in aliud non reducibile: idea est immediatum & proximum directiuum, in aliud reducibile; vt figura Cæsaris, quam pictor intra se format de ipsius imagine in tabellâ delineanda, est idea; Cæsar, de quo imaginem intra se artifex format, est exemplar; hoc .n. respectu pictoris est primum directiuum ad opus externum effigiandum: figura verò intra se formata est directiuum proximum, à quo immediatè dirigitur ad externum opus effigiandum. Ex quo sequitur 2. discrimen, quòd opus productum immediatè & proximè non assimiletur exemplari, sed ideæ: nam hæc est, à quâ proximè & immediatè dirigitur artifex; sc. non proximè ab externo exemplari, sed à forma intra se præconcepta. 3. Exemplar potest esse vnum, ideæ multæ; ex vno enim eodemque exemplari formari possunt multæ ideæ. 4. De ratione exemplaris non est, vt vniuocè conueniat cum ideato; est de ratione ideæ, quæ debet proximè determinare artificem ad consimile opus producendum, & opus vniuocè continere; nec potest determinare, nisi per id, quod intentionaliter continet, cùm non sit intellectus aptus determinari, ad externum opus dirigendum, nisi per obiectum actu cognitum, & repræsentatum. Exemplar verò, quia non debet proximè ad opus producendum intellectum determinare, sed tantùm remotè, non est necesse, vt cum opere producendo vniuocè conueniat. His positis, vt certis, ad facilem dicisionem.

14. Concl. de remoto exempl.

Dico 1. Essentia diuina, antequam actu cognoscatur à Deo, est tantùm remotùm exemplar creaturarum: sicut Cæsar, antequam actu cognoscatur ab artifice, est remotum exemplar externæ imaginis, ab artifice formandæ. Fundam. vt aliquid sit remotum exemplar, sufficit, vt aliquam in se præhabeat cum exemplando similitudinem, in quâ exemplari ab illo possit: sed diuina essentia, antequam actu cognoscatur à Deo, præhabet in se aliquam saltem analogam similitudinem cum creaturis, quia illas continet eminenter, secundùm aliquas perfectiones ab ipsis participabiles: non .n. ideò essentia Dei continet creaturas, quia cognoscitur à Deo; sed ideò à Deo cognoscitur, vt continens creaturas, quia illas eminenter præhabet in se. Fund.

Dico 2. Essentia diuina vt actu cognita à Deo, est proximum exemplar, non idea creaturarum. 15. Essentia Dei vt actu cognita est proximum exemplar,

Constat pars 1. quia per cognitionem proximè completur in ratione exemplaris; nam per eam fit formaliter directiua operis faciendi. Nec censenda est sola conditio, sed ratio formalis integrans causam exemplarem; eò quod non tantùm obiectum, sed cognitio est directiua operis, quatenus dictat de opere sic & sic effigiando, vt producatur ad instar exemplaris præconcepti. Secunda pars prob. idea requirit vniuocam conuenientiam in repræsentando cum ideato: diuina autem essentia, 16. non est idea creat.

neque vt cognita, habet vniuocam conuenientiam in repræsentando cum creaturis; quia cognitio non variat esse obiecti, quod repræsentat, sed illud tale repræsentat intellectui, quale supponitur in se; ergo si essentia diuina non continet creaturas in se, secundùm proprium esse creatum, neque vt cognita poterit eas repræsentare. Nec refert, quòd eas contineat eminenter; nam eminens esse creaturarum, non est esse creaturæ, sed Dei: obiectum autem cognitum, non manifestat intellectui, nisi quod in se continet formaliter. Igitur diuina essentia, neque vt cognita, repræsentat formaliter creaturas; atque adeò non poterit habere vniuocam conuenientiam cum illis in repræsentando.

Dico 3. Essentia diuina non est idea creaturarum, quatenus est intelligibilis species earum, 17. Nec quà species intelligib. earum,

sed quatenus est species expressa, & actualis similitudo earundem. Prior pars prob. vt ex philos. suppono, species intelligibilis non est medium cognitum, in quo formaliter videatur obiectum, sed tantùm medium incognitum, & principium, quo effectiuè duntaxat determinatur potentia ad speciem expressam producendam, in quâ solùm vt in propriâ & naturali imagine cernitur obiectum.

Posteri. partem sic ostendo: diuina essentia vt 18. Sed quà species expressa.

species expressa creaturarum, est vitalis imago, expressa & intentionalis similitudo earum; ergò habet cum illis in repræsentando vniuocam conuenientiam, & formalem rationem ideæ. Antec. prob. Diuina essentia, vt species expressa creaturarum, est perfectum verbum earum; procedit .n. nostro modo intelligendi ab eâdem diuina essentia, vt ab adæquata specie intelligibili creaturarum, & à Diuino intellectu, vt à perfecta potentia intellectiua, atque adeò vt perfectum, & adæquatum verbum earum: in verbo autem perfectè relucet obiectum, secundùm proprium & formale esse ipsius, cùm totum esse obiecti intentionaliter contineatur in verbo. Hanc sent. expressit August. 19. *serm. 38. de verbis Do.* vbi Verbum Dei, appellat formam omnium rerum; *formam*, inquit, *non formatam, sed omnium formatorum.* Et *tract. 1. in Ioan.* docet, in sapientia & arte Diuinâ esse ideas, & rationem omnium creandorum, in qua sunt, antequam fiant, in eaque viuere vita ipsius Dei. Dixit autem

autem in sapientiâ, & arte esse ideas, non artem & sapientiam ideas esse: quia ars & sapientia est, quâ artifex intelligit, non quod intelligit: idea autem est, quod artifex intelligit: est enim id, ad quod aspiciens opus ad extra producit. Licet in Deo idea ab arte & sapientiâ non distinguatur: est enim ars & sapientia, vt se tenet ex parte Dei intelligentis; idea verò, vt se tenet ex parte obiecti expressi & intellecti. Vnde in Deo plures dicuntur esse ideæ, vna tantùm ars & sapientia; quæ non intelligitur multiplicari, nisi ad multiplicationem intrinsecam sapientiæ; idea multiplicatur ad rationem extrinsecam obiectorum.

ars vna,

idea multiplices.

20. Distinguenda hæc signa in Deo: 1. in quo eius essentia præcedit actum Diuinæ cognitionis: in quo signo Diuina essentia est tantùm remorum exemplar creaturarum, quatenus in eâ eminenter continentur perfectiones omnium rerum; continentur autem non solùm in esse causæ eminentialis naturalis, sed etiam in esse specici intelligibilis intentionalis; vterque .n. modus continentiæ spectat ad perfectionem primi entis. 2. in quo essentia actu cognoscitur à Deo, & completur in ratione exemplaris; nam in hoc signo cognoscitur sub variis modis exemplabilis à creaturis; à rebus inanimis secundùm esse; à plantis secundùm viuere; ab animantibus secundùm cognoscere; ab intelligentiâ præditis secundùm intelligere & velle: & secundùm has easdem perfectiones cognoscitur infinitè participabilis; nam non ita de facto participatur à supremo angelo, quin participari possit ab alio, & alio perfectiore in infinitum. In hoc autem signo nondum cognoscuntur creaturæ in esse proprio & participato, sed eminentiali, & imparticipatio, quod creaturæ supponunt in Deo; eò quòd nondum intelligitur diuina cognitio, vt determinata ab essentiâ Dei vt specie creaturarum; priùs enim concipitur, vt determinata ab essentia, vt est species sui, vt obiecti primarii, quàm vt est species creaturarum, vt obiecti secundarij. Ex alia parte ratio, quæ sufficit ad determinandum diuinam cognitionem ad repræsentandam seipsam, vt obiectum primarium, non sufficit, ad repræsentandas creaturas, vt obiectum secundarium; quia cùm hæ non contineantur formaliter in obiecto primario, supponere debent propriam determinationem, ratione distinctam à determinatione obiecti primarij; atque adeò non potest in hoc signo talis cognitio habere rationem ideæ. 3. In quo eadem cognitio diuina determinata ab essentiâ, vt specie intelligibili creaturarum, concipitur, easdem creaturas in se ipsa exprimere intentionaliter, & obiectiuè, secundùm proprium esse vniuscuiusque: atque adeò in hoc signo diuina cognitio, non quâ cognitio est formaliter, sed quâ uerbum & species expressa creaturarum, est idea rerum omnium: quia in hoc signo creaturæ concipiuntur expressæ, & distinctè repræsentatæ, secundùm proprium & formale esse earum in cognitione Diuinâ, vt in specie expressa & verbo ipsarum. Et consequenter in hoc 3. signo Diuina cognitio habet rationem ideæ, quæ vniuocam requirit similitudinem in repræsentando cum ideato; cùm in 2. signo creaturæ non cognoscantur, nisi in esse eminentiali & imparticipato causæ.

Signum 1. in Deo.

21. *Signum 2.*

in quo cogn. esse eminentiale imparticipatio.

22. *Signum 3. in quo cogn. proprium esse.*

23. *Signum 4. in quo ad extra producuntur*

4. In quo Deus proximè determinatus à proprio esse creaturarum, obiectiuè & intentionaliter expresso in suâ cognitione, remotè ab essentiâ, vt à primo exemplari, illas ad extra producit. Totus hic discursus pendet ex discrimine inter ideam & exemplar: 1. idea requirit vniuocam convenientiam in repræsentando cum ideato, exemplar solam analogicam: 2. idea reducibilis est ad exemplar, vt causa proxima ad remotam & supremam in suo genere: exemplar non est reducibile ad aliud in genere exemplaris, cùm sit primum & supremum in eo genere. At Diuina cognitio, vt distinctè exprimens creaturas, habet vniuocam conuenientiam in repræsentando cum creaturis, quam non habet essentia, cognita vt imitabilis à creaturis; vtque distinctè exprimens creaturas, reducibilis est ad diuinam essentiam, vt ad primam causam in genere exemplaris: siquidem, vt exprimat distinctè creaturas, pendet à diuinâ essentiâ, vt continente illas exemplariter; nec essentia, vt exemplar creaturarum, est in aliud exemplar reducibilis; sed in genere exemplaris prima, à qua omnes creaturæ sunt exemplabiles, & primò participiant rationem entis possibilis; sublato .n. primo exemplari, nulla creatura haberet positiuam rationem entis possibiles. Participant autem illam per solam denominationem extrinsecam increati exemplaris, à quo & exemplari & participari possunt; cùm in se ipsis nihil sint, nisi non repugnantia ad existendum, quæ est pura negatio entis positiui, cum negatione repugnantiæ ad essendum: quæ solùm importat terminorum combinabilitatem, per quam differunt entia possibilia ab entibus impossibilibus seu prohibitis, quæ non solùm dicunt negationem entis positiui in se, sed etiam negationem terminorum combinabilium. DICES: In eo signo in quo cognoscitur essentia diuina, vt imitabilis à creaturis, necessariò cognoscuntur creaturæ in proprio esse creato, vt imitatiuè sunt Dei: ergo in essentia, cognitâ vt imitabili, cognoscuntur creaturæ in proprio, esse ipsarum Resp. in eo signo esse tantùm cognoscibiles creaturas in proprio esse ipsarum abstractiuè, non intuitiuè & in se ipsis in signo, in quo intelligitur diuina cognitio, vt determinata ab essentiâ, vt specie creaturarum.

Vniuocè conuenit cognitio creaturæ

essentia possibilis quid:

Dices

Resp.

Deducitur 1. non solum ratio exemplaris, sed etiam idealis in Deo est increata; quia non solùm essentia diuina, vt imitabilis à creaturis, sed ipsa etiam cognitio Dei, vt exprimens distinctè creaturas, seu ipsæ creaturæ, vt in diuina cognitione expressæ, vt in proprio verbo, & perfectissima imagine earum, est ratio increata: atque adeò rectè quadrant diuinis ideis, quæ de ijs *August.* prædicat *l. 83. quæst. q. 46.* quòd *sint formæ quædam principales, seu rationes rerum stabiles atque incommutabiles, quæ ipsæ formatæ non sunt, ac per hoc æternæ, & semper eodem modo sese habentes, quæ in diuina intelligentia continentur: & cùm ipsæ neque oriantur neque intereant, secundùm eas tamen formari dicitur omne, quod oriri, & interire potest; & quarum participatione fit, vt sit quidquid est quo quomodo est: quarum visione anima beatissima fit;* eæque viuunt vitâ ipsius Dei. Vnde cùm fit creatura in se ipsâ, rectè dicitur fieri ad instar ideæ, quam Deus habet de illâ, vt de re distinctâ; quia creatura in se ipsâ, & in suâ ideâ differt, vt ens creatum & increatum. 2. Deus non modò habet ideas futurorũ, sed etiam possibiliũ; quia de ratione ideæ non est actu, sed apitudine tantùm dirigere intellectum artificis ad opus formandũ: vnde etiamsi domificator nunquam externam domum construat, semper tamen dicitur de illâ propriam habere ideam, quâ aptus est externam domum construere. Contrà verò, non habet Deus ideas malorum, aut impossibilium; vnde non dicuntur hæc in Deo vivere vitâ Dei. Ratio: idea non est, nisi de factibilibus; mala, etsi suo modo sint, quia non sunt ratione propriâ, sed alterius, nempe boni, cuius priuationes sunt, propriam ideam

1. ratio ideæ increata

26. Corell. 2. est possibiliũ;

non malorũ

Digitized by Google

ideam non habent, distincta ab ideâ boni, per quam mala cognoscuntur. 3. idea essentialiter requirit
27. Coroll. 3. vim productiuam ideati in artifice, defectu cuius res naturales, intentionaliter expressæ in verbo angelico, non dicuntur ideæ: non est tamen necesse, vt idea supponat in artifice vim productiuâ quoad esse materiale, & substratum ipsius operis faciendi; sed sat est, si supponat vim productiuam solùm quoad esse artificiatum operis. Sic idea statuæ efformandæ, non supponit in statuario vim productiuam marmoris, quoad est substratum statuæ, sed
28. Coroll. 4. solius formæ & figuræ artificialis. 4. æternus Pater non habet ideam de æterno Filio, etsi illum producat ex propria notitia ipsius; quia illum non producit naturâ diuersum ac discretum à se; quod ad rationē ideæ essentialiter requiritur; est .n. idea id, ad instar cuius aliud fit: ideò talis notitia nequit
29. Coroll. 5. habere rationem ideæ. 5. idea formaliter non consistit in conceptu formali, sed obiectiuo. Quia idea est id ad quod artifex aspiciens opus ad extra producit; non conceptum formalem, sed obiectiuum, qui est expressiuus, & similis operis faciundi: artifex autem, cùm ad opus faciendum determinatur, determinari debet ab eo, quod est simile, non quod
30. Coroll. 6. dissimile est operi faciundo. 6. idea habet veram rationē causæ, non quâ opus fit: talem .n. rationem habet vis effectiua, sed ad instar cuius fit; quod est genus causæ regulantis ac dirigentis: sicut mensura est causa mensurati, mediâ directione ac regulatione, vt propriâ causalitate. Ex quo sequitur, causam idealem suam causalitatem exercere non posse, nisi in agēte intellectuali, in quo supponit virtutem effectricem operis, quam idea cōplet, obiectiuè tantū dirigendo. 7. discrimen inter causam idealem & finalem; quòd finalis mouet agens ad agendum, propter sui bonitatem; vnde præcipuam causalitatem
31. Coroll. 7. exercet in voluntate, cuius obiectum est bonitas, inclinando & alliciendo illam ad opus: Idealis dirigit agens ad opus, propter solam existentiam operis: vnde suam causalitatem immediatè exercet in intellectu, cuius est reliquas potentias ad opus dirigere. Eius verò causalitas est externi operis directio, ad instar operis præconcepti. Sicut causalitas finis est operis effectio, propter bonitatem intentam. 8. in Deo est vnum exemplar, plures ideæ.
32. Coroll. 8. Quia exemplar, cùm sit causa æquiuoca & eminentialis, potest indistinctè cōtinere multa exemplabilia: ita virtus æquiuoca indistinctè continet plures specie effectus producibiles. Idea, cùm sit in repræsentando vniuoca, non potest indistinctè plura specie ideabilia continere, sed singulis ideabilibus singulæ correspondent ideæ. 9. Deus non habet ideas,
33. Coroll. 9. nec est exemplar earum perfectionum, quæ incommunicabiles sunt creaturis: nam idea, vel exemplar importat passiuam exemplabilitatem; nulla autem esse potest passiua imitabilitas in ijs perfectionibus, quæ sunt propriæ Dei, & incommunicabiles creaturis; quæ .n. incommunicabiles, sunt imparticipabiles, inexemplabiles, inimitabiles: quales perfectiones in Deo sunt independentia ab alio, existentia essentialis, actus purus, infinitas essendi, im-
34. Coroll. 10. mensitas, &c. 10. idea non modò est principium dirigendi, sed etiam cognoscendi ideatum: non .n. dirigit, nisi cognoscendo ideatum & modum, quo ipsum sit formandum: nec est aliud, quàm expressa & intentionalis similitudo ideati in mente artificis; hæc autem est ipsissima ratio cognoscendi ideatum.
35. Coroll. 11. 11. in diuinis ideis, constituendus est aliquis ordo, non realis, sed rationis. Quòd sit aliquis ordo constituendus, constat à paritate diuinorum attributorum, ad quorum imitationem Diuinæ ideæ ponuntur: sic .n. inter attributa concedendus est aliquis ordo, vt vnum concipi debeat prius alio, à fortiori talis ordo concipi debet inter ideas, quæ sunt attributorum imitationes & participationes. 12. ideæ sunt
36. Coroll. 12. communes omnibus diuinis personis, quia idealis perfectio est absoluta, cùm pertineat ad cognitionem absolutam; etsi per appropriationem tribuantur soli Filio ex modo loquendi script. *Ioan.* 1. vbi de Filio Dei, *Omnia*, inquit, *per ipsum facta sunt*: quæ est causalitas idealis: & ad Hebræ. 1. *Per quem*, sc. per Filium, *fecit & secula, portansque omnia verbo virtutis suæ*. Ratio appropriationis est; quia sicut solus Filius procedit, vt verbum notionale Patris; ita omnia, quæ pertinent ad Verbum, & cognitionem absolutam, attribuuntur Filio. Sicut quia solus Spiritus S. procedit, vt amor notionalis vtriusque, omnia quæ pertinent ad amorem essentialem, attribuuntur Spiritui S. ita quæ pertinent ad omnipotentiam, attribuuntur soli Patri; eo quòd solius Patris est, esse primum & originale principium productiuum ad intra.

Ex his patet ad alias sent. & argum. primæ. Falsum est; idem imitari ac participare seipsum. cùm .n. Deus producit creaturas, proximè non respicit ad suam essentiam, sed ad creaturas expressas in suâ cognitione; seu ad aliquid intentionaliter simile, & distinctum à creaturâ producenda. Idem dico de artifice creato; non .n. hic dirigitur ab opere ad extra producendo; sed intra se expresso, quod distinguitur ab ipso ad extra producto. vnde cognitio, quam Deus infunderet artifici de opere producendo, distincta esset ab opere ad extra producendo, vt verbum à re ipsâ extra existente; est .n. cognitio expressa, similitudo rei non res extra producta. Et licet creatura intentionaliter expressa in Diuinâ cognitione, sit ratio increata; atque adeò dissimilis creaturæ extra productæ, in esse naturali & subiectiuo; est tamen illi similis in esse intentionali & obiectiuo, quod ad rationem ideæ sufficit. Ex his patet ad confirm. quæ tantùm probat, præter Diuinam essentiam cognitam, vt imitabilem, necessarias esse creaturas distinctè expressas per Diuinam cognitionem; quæ tamen creaturæ in Diuina cognitione expressæ, non sunt realiter ipsæ creaturæ extra producibiles, sed earum intentionales imagines & similitudines.

37. *Ad arg. 1. sent.* — *Ad conf.*

Obiciunt 1. distinctio hæc obscura est, & in quæstione de puro nomine à communi vsu sapientùm recedit, qui ideam & exemplar pro eodē usurpant.
38. *Argumenta Recentiorū.* 1.
2. Malè dicitur exemplar non esse id quod proximè imitamur: nam dum pictor habet ante se Cæsarem, quem vult exprimere, qui in nostrâ sent. est exemplar, immediatè illum imitatur: non .n. dum illum in tabellâ delineat, ad aliud respicit, quàm ad ipsum exemplar ante se positū: quin etiam dum illū in ablentia exprimit, non ad aliud respicit, quā ad ipsum Cæsarem, quem sibi memoria præsentem facit. 3. Data distinctio non est adæquata; non .n. complectitur omnia membra, quæ sub se habere potest: nam si ab aliquo excellenti pictore pingatur nobilis aliqua Cæsaris imago, quam alius pictor conetur imitari, reliqui verò imitentur hanc secundam; prima nec erit exemplar, cùm sit reducibilis in Cæsarē; nec idea, cùm non sit proximè directiua.
2. 3. 4. Nequit diuina essentia ob infinitam diuersitatem inter se & creaturas, esse earum exemplar: igitur non bene diuina essētia assignatur creaturarū exemplar.
5. Non rectè dicitur diuina essentia cognitione fieri proximū exemplar creaturarū, sine cognitione verò esse remotum tantùm exemplar: quia cùm cognitio sit conditio, non causa proxima operis exemplandi;

Digitized by Google

non potest dici per illam fieri proxima causa, sed ex se erit causa proxima, licet defectu applicationis, quæ per cognitionē fit, non sit actu imitabilis: sicut ignis est causa proxima, non remota combustionis, etiam quando non est debitè applicatus: eo quòd conditio non complet, sed supponit virtutem causæ completam. 6. Malè dicimus, exemplar in Deo esse vnū, quia est causa æquiuoca, quæ vnitate virtutis eminentialis cōtinere potest multa; ideas verò multas, quia sunt causa univoca creaturarū: 1. quia licet repræsentatio creaturarū in Deo distinctè exprimat creaturas, non est tamen vniuoca simpliciter eū obiecto repræsentato: 2. quia tam benè potest una cognitio repræsentare distinctè multa obiecta, quàm una causa cōtinere æquiuocè multos effectus: 3. quia si loquamur realiter, tam continentia, quàm ideæ sunt una; si ratione, etiam continentiæ dici possunt multæ; continentia quippe hominis non est continentia leonis, &c. Resp. ad 1. videri non debet novū, sed propriū Theologi, ad conciliandas DD. sententias, idoneam adinuenire distinctionem: cùm igitur non leuis sit cōtrouersia, an ideæ diuinæ consistant in essent â Dei, an in ipsis creaturis, diuinâ cognitione expressis, auctores optimè conciliari putaui assignatâ distinctione inter exemplar & ideā. Etenim negari non potest, essentiam diuinā à Deo cognitam, remotè saltem concurrere ad opera creata efformanda: nam licet ea proximè & immediatè efformentur, & quasi delinceter ab ipsis creaturis diuinâ cognitione expressis, ipsæ tamen creaturæ diuinâ mente expressæ, priùs ratione exemplantur à diuinâ ideâ, vt à primo exemplari, in quo *teste S. Tho. 1. con. gen. c. 54* omnes modi exemplabilitatis & imitabilitatis continentur: *Nam quòd planta*, inquit, *participet rationem vitæ, habet à diuinâ essentiâ, vt imitabili secundùm perfectionē vitæ: quòd animal participet rationem cognitionis, habet ab eâdē, vt imitabili secundùm perfectionem cognitionis*, & sic de cæteris: ergò licet essentia diuina non concurrat immediatè & proximè ad opera creata efformanda, saltem concurrit mediatè & remotè, cōcurrendo ad ipsas creaturas diuinâ mente expressas, quæ exprimi non possent, nisi haberent suum esse participatū à diuinâ essentia, vt à primo exemplari rerū omniū, iuxta illud *Boëtij 3. de consola.*

Tu cuncta superno
Ducis ab exemplo: pulchrum pulcherrimus ipse
Mundum mente geris, similique ab imagine formans.

Vbi vt primum exemplar, à quo cuncta exemplata originem ducunt, ponitur diuina essentia. Rectè igitur nostrâ distinctione inter exemplar & ideam, conciliantur Scholastici, qui inter se pugnare videntur, dū alij in diuinâ essentiâ, alii in creaturis diuinâ mente expressis rationem ideæ collocant: nam priores intelligi possunt de causâ exemplari, quæ remotum & mediatū; posteriores de ideali, quæ proximū & immediatū concursum habet in opus idæandum.

39. *Resp. ad 1. Auctores discrepantes conciliare opera pretium, non ex affectu impugnare.*

40. *Causa exemplaris & idealis discrimen.*

Ex his apparet, quàm egregie erraret, fingeretque quod impugnaret, qui diceret, hanc inter exemplar & ideam distinctionē esse tantùm de nomine quæstionem: cùm ea deseruiat ad explicandū discrimen inter concursum causæ exemplaris & idealis: quod reale esse, cùm una mediatè, altera immediatè in opus influat, prudens Theologus non neget.

Facilè etiam intelligitur, quo modo idea sit proximè operis directiua, & in aliud non reducibilis: contrà verò, exemplar sit remotè tantùm directiuū, & quà tale in aliud non reducibile: quia cùm inter ideam & opus ideandum nullum intercedat medium, erit operis immediatè directiua. Rursus cùm idea mente artificis formata supponat aliquod exemplar, ex quo desumpta est, erit in illud vt in causam exemplarem reducibilis. Contrà verò, cùm inter exemplar, ex quo desumpta est idæa, & opus ideandum intermediet idea ab artifice formata, non erit operis immediatè directiuum: item, cùm exemplar, quà tale, non necessariò debeat ex alio desumi, non erit in ulteriorem causam exemplarem reducibile. Dixi, quà *tale, & non necessariò*. Nam Cæsar, qui est exemplar respectu suæ imaginis, quæ immediatè effigiatur ab ideâ pictoris à se formatâ, reducibilis est, vt effectus ad suam causam efficientem; & licet etiam in genere causæ exemplaris sit ulteriùs reducibilis ad diuinam essentiam, ex quâ vt è primo exemplari, exemplatus est, hoc tamen non habet necessariò vt exemplar, sicut idea ut idea necessariò habet, ut sit in aliud vt in exemplar reducibilis; vnde etiam idea increata reducibilis est in diuinam essentiam vt in primum exemplar. Est igitur solùm de ratione exemplatis creati, vt sit in aliud primum exemplar reducibile, quod per accidens est ad rationem exemplaris vt sic. Ad 2. nego, dum pictor exprimit Cæsarem ante se positum, proximum directiuum, quo Cæsaris imaginem in tabellâ depingit, esse Cæsarem secundùm esse naturale, quod in se habet, sed secundū esse intentionale & ideale, quod intra se pictor formet: idea .n. non habet vim idealiter causandi, nisi obiectiuè in mēte artificis existēs. Quando igitur pictor Cæsaris ante se positi imaginē delineat, immediatè non respicit ad Cæsarem in se existentem, sed in suâ mente expressū. Solùm igitur mediatè, ut in se existens ad sui imaginem formandā concurrit, mediante scilicet ideâ artificis mente conceptâ. Ratio: cognitio, non se habet vt pura conditio ad causam idealē, sed vt ratio intrinsecè complens: idea .n. non solùm dicit rem imitabilem, sed etiam practicum modum imitabilitatis, qui formaliter non est ab obiecto imitabili, sed à cognitione dictante modū imitabilitatis, non quidem ut se tenet ex parte cognoscentis, sed ut se tenet ex parte obiecti cogniti vt imitabilis: ita vt idea completè constituatur ex obiecto imitabili, & modo practicæ imitabilitatis. Nam si tantū speculatiuè cognoscam rem imitabilem absq; modo practicæ imitabilitatis, nondum ideam formaui, quia nondū habeo completum directiuum ad opus formandum. Est igitur practica cognitio ratio completiua causæ idealis, quatenus supra rem imitabilem, addit practicū modum imitabilitatis, quem non dicet res imitabilis secundùm se. *Leg. Caiet. in 1. p. q. 15. a. 1. §. quoad 1.* vbi docet, de ratione ideæ esse, vt sit in mente artificis, nec esse proximè operis formatiuā, nisi mente conceptam. Confir. In nostrā sent. non tantùm cognitio, sed obiectū cognitione expressum, est in artifice distinctum ab obiecto præsente, vel absente; est .n. uerbum mentis, dictione productū, quod substituitur loco rei, & in quo res ipsa vt in propriâ imagine cernitur: quod inde constat, non etiam re ipsa secundùm suum esse naturale corrupta, eodem modo cernitur in verbo formata, ac cernebatur, quando res erat secundùm suum esse naturale præsens cognoscenti: imò, *vt dixi 9 sect. 3.* eodem modo visione corporeâ videretur res, siue existeret, siue non existeret secundùm suum esse naturale: quod est euidens signum, illam non videri immediatè in se, sed in suâ imagine expressam.

41. *Proximum directiuum est idea in mente, non in esse.*

42. *Confir.*

Ad 3. nego assump. Ad prob. dico, in casu proposito, primam Cæsaris imaginē esse exemplar respectu secundæ, respectu cuius est tantùm mediatè directiua, sc. mediante imagine intra pictorem formatâ. Quod eadē imago sit reducibilis ad Cæsarem vt ad ulterius exemplar, non habet quà exemplar vt sic: sed quà creatum, vt *in resp. ad 1.* dictum est.

43. *Ad 3.*

Ad 4.

Digitized by Google

Ad 4. Ad 4. nego antec. nã de ratione exemplaris non est vniuoca cõuenientia cũ re exemplandâ, sed sufficit analoga & eminentialis: cũ nõ debeat exemplar proximè dirigere agens intellectuale ad opus formandum, sed tantùm remotè, mediâ idea ab exemplari sumptâ, & ab artifice formatâ, quam opus proximè imitatur. *Ad 5.* Ad 5. neg. antec. vt resp. ad 2. non .n. cognitio est pura conditio ideæ, sed ratio intrinsecè complens virtutem causatiuam ipsius. Nec est eadẽ ratio de approximatione respectu ignis, quæ nullo modo complet intrinsecam virtutem calefaciendi. Quanquã non incongruè ignis approximatione carens dici posset remota causa calefactionis: siquidem proxima causa non solũ dicit intrinsecam virtutem, sed omnia ad causandum prærequisita, siue sit conditio, siue virtus, siuè complementũ virtutis.

Ad 6. 44. Ad 6. nego assump. nam potest causa æquiuoca in unâ indiuisibili uirtute eminentiali continere effectus diuersos; ideoq; in Deo dici vnum exemplar: idea verò, cùm debeat singillatim exprimere singula, vt diuersa & dissimilia inter se sunt, non potest vt sic, quatenus expressiua est diuersarũ ac dissimilium *Ad 1. prob.* creaturarum, esse una, sed multiplex, uti sunt creaturæ ipsæ per ideam expressæ. Vnde ad 1. prob. nego ideas diuinas quoad esse intentionale non esse vniuocas cum obiectis repræsentatis; esto non sint vniuocæ quoad esse naturale: cùm in esse repræsentatiuo exprimat creaturas secundùm proprium esse, quod singulæ in se, non quod in Deo habent.

Ad 2. Ad 2. concedo, quòd tam benè potest una cognitio multa obiecta distinctè repræsentare, quã una causa æquiuoca multos effectus continere: haud tamen hinc sequitur, quòd eodem fundam. quo possumus multas ideas, possimus & multa exemplaria in Deo distinguere. Nam idea essentialiter constituitur per formalem repræsentationem creaturarum, quæ cùm in esse repræsentato sint multæ ac diuersæ, maximũ fundam. habemus eas distinguendi. Contrà verò, cùm exemplar in Deo formaliter non constituatur per repræsentationem creaturarum, sed per virtutem intrinsecam, quâ eas causare & exemplare potest, quæ una cùm sit, non habemus fundamentum distinguendi pluta exemplaria in Deo.

45. *Ad 3. prob.* Ex his patet ad 3. prob. nam licet tam cognitio repræsentans, quã diuina essentia exemplariter continens creaturas, sit una realiter, quia tamen cognitio in ratione ideæ non constituitur per esse subiectiuum, quod unum est, sed per esse terminatiuum, quod multiplex est; Contrà verò, cũ exemplar non constituatur per esse terminatiuũ, sed per esse subiectiuum, nempe per esse exemplatiuũ creaturarum, maius fundam. habemus ratione distinguendi in Deo ideas, quàm exemplaria. Vnde falsum est, continentiam hominis subiectiuè consideratam esse diuersam à continentiâ leonis, cùm eadem eminentialis perfectio, quæ in Deo est causatiua hominis, sit etiam causatiua leonis: solùm autem continẽtia hominis ratione distinguitur à cõtinentiâ leonis considerata terminatiuè, ratione effectùs connotati, quo pacto non constituit causam exemplarem in Deo. *Ratio differmini.* Hanc constituit continentia creaturarũ subiectiuè tantũ spectata; causam verò idealẽ constituit cognitio subiecti terminatiuè considerata; quia Deus est exemplar creaturarũ, quatenus eas continet & causare potest, secundùm varios modos participabilitatis: Deus autẽ non continet nec causare potest creaturas per ipsas creaturas causabiles & exemplabiles, sed per suam virtutem causatiuã & exemplatiuam. Contrà verò, Deus est idea creaturarũ per formalem repræsentationem earum: non est autem formalis repræsentatio earum per cognitionẽ subiectiuè, sed terminatiuè. Ex quo infertur, causam exemplarem in Deo esse ratione priorem causã ideali: nam causa idealis constituitur per repræsentationẽ creaturarũ, quæ ut diuinâ cognitione repræsentari possint, supponuntur possibiles, cùm semper obiectum præcedat actum, cuius est obiectum: sunt autẽ creaturæ possibiles per ipsam virtutem causatiuam & exemplatiuã Dei, quâ constituitur diuinum exemplar. Dicet nouus aliquis censor, in meâ sent. esse valde dubiũ, in quo formaliter idea consistat: siquidẽ modò alo, illã consistere in conceptu obiectiuo, modò in specie expressâ creaturarum; nec constare, quid per speciem expressam creaturarum intelligere velim. At quid explicatiùs dici potest, quã ideam consistere in cognitione creaturarum, non quà cognitio formaliter est tendens se exprimente cognoscentis, sed quà species expressa creaturarum est, tendens se ex parte obiecti; quo pacto non concepimus formalem, sed obiectiuum reduplicat. Quòd autem non dicam, ideas diuinas consistere in ipsis creaturis obiectiuè existentibus in mente diuinâ, sed potiùs in specie expressâ repræsentante creaturas, est ratio: quia in meâ sent. creaturæ possibiles à Deo cognoscuntur in sua cognitione, vt in specie & imagine, eas dearticulatè secundùm proprias naturas ac notas exprimente, ut *disp. 12. sect. 2.*

46. *Fingitur hostis, qui impugnetur.*

De bonitate Dei.

EXplicatis primis duobus attributis, vnitatis scilicet & veritatis, sequitur tertium attributum Bonitatis; quod partim est absolutum, partim respectiuum, vt constat ex analogiâ ad attributum bonitatis creatæ. Respectiuum est per ordinem ad appetitum extrinsecum, quem suâ perfectione allicit & mouet: nam *bonum*, ex Philis. est, *quod omnia appetunt*. Absolutum est per ordinem ad proprium subiectũ & naturam, quam bonitas ipsa integrat & complet. Quod adhuc est duplex, alterum transcendentale, fundatum in ipsâ entitate rei, omnibus numeris & perfectionibus absolutâ: alterum morale, quod naturam perficit in ordine ad mores & virtutes. De attributo Diuinæ bonitatis disputo, quà absolutum est, & naturam Diuinam vndequàque integram & perfectam reddit, tum moraliter, tum transcendentaliter. Nam, prout respectiuũ est, potiùs ad Philos. spectat, nec magnam habet difficultatem. Quia verò principium totius moralis bonitatis est Diuina voluntas, priùs de illâ agendum; tum de actibus ipsius, præsertim qui circa hominum salutem, & reprobationem versantur. Tandem bonitatem Diuinam cõsiderabo, quâ est transcendentalis perfectio naturæ Diuinæ, quam vndequàque integram & perfectam reddit, & quoad perfectiones absolutas, & quoad respectiuas.

Bonum respectiuum.

absolutum transcend.

morale

DISPVTATIO XIV.

De voluntate Dei.

SECTIO PRIMA.

An, & qualis in Deo sit voluntas.

1. *Concil. de Fide.* DICO 1. Est in Deo voluntas, non per modum potentiæ distinctæ ab actu, sed per modũ actûs non eliciti, sed subsistentis. Assertio quoad omnes partes est de fide, tũ in script. expressa, tum in variis Concilijs definita. Prob. pars 1. Deus est intelligens & suprà; ergo & volens; ex *S. Tho. p. p. qu. 19. art. 1.* ad omnẽ formam, seu bonũ naturale propriæ naturæ conueniens, consequi debet aliquis appetitus, vel ad illud consequendum, si absit; vel quiescendum in illo,

In Deo est voluntas pr. b.

Digitized by Google

in illo, si adsit: sed agens intellectuale proponit, sibi formam, seu bonum propriæ naturæ conueniens per suam intellectionem; quæ est naturalis imago rei intellectæ, quâ intelligens fit res intellecta intelligibiliter: igitur ad intellectionem consequi debet appetitus erga tale bonum apprehensum, vt propriæ naturæ conueniens. At talis appetitus est voluntas; nam sicut se habet appetitus naturalis in rebus cognitione carentibus; ita voluntas in rebus intelligentia præditis: sicut per illum res naturales inclinant ad bonum propriæ naturæ conueniens: ita per hanc naturæ intellectuales appetunt bonum sibi conueniens. Maior constat tum inductione, qua vnaquæque natura per intrinsecam formam naturalem inclinat ad bonum sibi conueniens; vt lapis per intrinsecam grauitatem ad centrum: & aqua per substantialem formam, inclinat ad propria accidentia, in quibus vel quiescit, dum adsunt, vel ad ea tendit, in se ipsa producendo, dum absunt. Tum ratione: nam quælibet natura sicut inclinat ad proprium esse, ita ad omnia ea, quæ proprium esse conseruant; idem n. appetitus est ad esse, & ad ea, quæ proprium esse conseruant. Porrò multas differentias assignat *Caiet. p. p. loco cit.* inter appetitum naturalem, & animalem, prout diuiditur in sensitiuum, & rationalem; potissimæ sunt hæ. 1. naturalis consequitur quamlibet naturam; animalis, non nisi cognitiuam; vnde nequit in actum exire, nisi ex apprehensione, cùm naturalis ex sola propensione naturæ in actum prodeat. 2. naturalis est tantùm ad vnum; animalis verò ad multa, iuxta multa bona, quæ per apprehensionem fiunt cognoscenti præsentia. 3. naturalis inclinat tantum ad bonum illius potentiæ, cuius est appetitus; animalis verò ad bonum totius suppositi. 4. appetere naturaliter, non est actus 2. sed primus, ipsa scilicet propensio naturæ ad bonum sibi conueniens: appetere verò animaliter, est actus 2. ipsa scilicet vitalis operatio, qua cognoscens appetit bonum apprehensum, proprio supposito conueniens.

inductio

à priori.

2. Appetitus naturalis & animalis differunt.

Dices; non implicat intellectuum sine volitiuo ergo non implicat natura intellectualis sine appetitu elicito ad bonum apprehensum, ergo intellectiuum non infert necessariò volitiuum. Nego antec. nam sicut implicat ens non inclinatum ad bonum sibi conueniens, ita intellectiuum sine volitiuo, cùm per volitiuum ens intellectuale inclinet ad bonum apprehensum sibi conueniens. Vrges: sufficit appetitus innatus fundatus in natura. Sed contra: natura intellectualis non est ex se determinata ad vnum bonum, sed indifferens ad plura: quiæ sæpè vnum idemque bonum vno tempore eidem supposito est conueniens, alio disconueniens; vni supposito bonum & conueniens, alteri malum & disconueniens. Appetitus verò innatus fundatus in natura, vtpotè ad vnum physicè determinatus, semper inclinat ad idem bonum; nec potest ad vnum idemque bonum modò inclinare vt sibi conueniens, modò id fugere vt sibi disconueniens: debet igitur per alium appetitum natura intellectualis ad bonum sibi conuniens inclinare: atqui præter innatum ad vnum physicè determinatum, non datur nisi elicitus, qui modò inclinet ad vnum, modò ad aliud, modò ad vnum idemque bonum per modum amoris & prosecutionis, modò per modum fugæ & abominationis.

3. Implicat intellectium sine volitiuo.

Disputant Theologi, an Deo circa proprium bonum insit appetitus naturalis, Resp. in Deo esse appetitum, ad proprium bonum secundùm positiuam perfectionem, quam apprehus dicit ad proprium bonum; non secundùm imperfectionem distinctionis, quam appetitus in ordine ad proprium bonum connotat. Prob. pars 2. potentia, vt distincta ab actu inuoluit imperfectionem potentialitatis, quæ repugnat actui puro: implicat igitur in Deo esse voluntatem per modum potentiæ distinctæ ab actu. Dixi, *distincta ab actu*; nam considerari potest potentia vitalis 2. vt dicit distinctionem ab actu; 2. vt importat positiuam perfectionem percipiendi, aut tendendi ad obiectum. 1. modo inuoluit imperfectionem Deo repugnantem; 2. perfectionem Deo conuenientem Quare concedo in Deo esse voluntatem, positiuo conceptu potentiæ; nego esse potentiam imperfectione distinctionis ab actu 2. quam potentia vt sic per se importat. Prob. pars 3. nempe quòd actus volitionis in Deo sit subsistens; nam si esset elicitus, esset à parte rei distinctus à voluntate Diuina: ergo esset accidens illius, & physicè componeret cum illa. Quæ omnia pugnant cum Deo actu puro, illimitato, & simplicissimo.

non voluntas per modum potentiæ.

4. *In Deo est natur. perfectus.*

5. *Sed actus subsistentis.*

DICO 2. Formale ac primarium obiectum voluntatis Diuinæ, est bonitas increata; reliqua creata bona sunt tantùm obiectum secundarium & materiale illius. Fundam. illud est formale, & primarium obiectum alicuius potentiæ, vel actus, à quo primò & per se specificatur potentia, vel actus: at Diuina voluntas per se primò specificatur ab ipsa bonitate increata; nam ab illo obiecto per se primò specificatur potentia: vel actus, à quo vtpotè essentialiter inquam abstrahere potest actus Diuinæ voluntatis: nam semper Deus in omni actu se ipsum intendit, Prouerb. 16. *Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus.* Confir. 1. illud est formale, & primarium obiectum alicuius potentiæ vel actus, quod illum in ratione specificantis adæquat: at sola bonitas increata in ratione specificantis adæquat voluntatem & amorem Diuinum, seu habet amabilitatem infinitam, & à se, qualem exigit amor increatus. Maior prob. alioquin si excederet potentiam vel actum, non esset obiectum formale illius; hoc. n. est ita proprium vnius, vt nequeat esse proprium alterius, cùm sit propria perfectio differentialis, quæ non potest nisi vni tantùm competere. Si verò excederetur, aliqua perfectio esset in potentia, vel actu, quæ non esset specificata à tali obiecto: quod implicat; quia quidquid perfectionis est in potentia, vel actu, id totum est per ordinem ad suum obiectû specificans.

6. *Obiectum formale bonitas increata.*

7. *adæquans amorem Dei*

2. Formale obiectum charitatis participatæ, est bonitas increata: ergo & formale obiectum charitatis imparticipatæ. quia charitas participata imitatur charitatem imparticipatam, à qua exemplatur. Quòd autem omnia bona creata sint tantùm secundaria, & materialia obiecta Diuinæ voluntatis, constat: nam ad ea omnia fertur Diuina voluntas propter aliquam connexionem, quam habent cum sua bonitate increata. Vnde non diligit illa, nisi vt participationes suæ increatæ bonitatis; atque adeò formalis ratio diligendi illa est increata bonitas.

8. *creata materialia.*

Deducitur 1. Deum necessariò diligere seipsum, & quoad specificationem, & quoad exercitium. Est de fide, nam ex amore sui procedit Spiritus S. qui est verus Deus, atque adeò ens simpliciter necessarium, non minùs quam Pater ipse, Ratio: in se ipso Deus claudit omnem rationem boni, & excludit omnem rationem mali; igitur nulla ratio potest ab amore sui illum retrahere.

9. *Deus necessario se diligit.*

Dices. Potest Deus se ipsum quoad exercitium non diligere, vt finem creaturatum: quia

10. *Dices.*

potest

Resp. verum de creaturis existentib.

potest Deus quoad exercitium non diligere creaturas, vt bonum sibi concupitum: at idem amor, qui tendit ad bonum concupitum, & dicitur concupiscentia, tendit ad subiectum, cui tale bonum concupiscitur, vt fini *Cui*, & dicitur charitatis: ergo si potest Deus quoad exercitium sibi nō amare bonum creatum, potest se ipsum non diligere vt finem creaturarum. Concedo totum, quoad creaturas existentes; nam quâ ratione Deus liberè amat illas, liberè etiam quoad exercitium amat se ipsum, vt finem earum. Quia sicut tale bonum non est necessarium ad vllam sui perfectionem, ita non necessariò illud amat, & consequenter non necessariò quoad exercitium se ipsum diligit, vt finem in ordine ad tale bonum. Dixi, *quoad exercitium*, quia quoad specificationem non potest Deus seipsum non diligere, finem creaturarum existentium, quia non potest Deus in productione creaturarum alium finem vltimatum intendere, quàm se ipsum.

11. Amor Dei quasi reflexus.

2. Amor increatus non solùm directè tendit ad Deum, vt bonum, sed etiam quasi reflexè ad se ipsum, per infinitas reflexiones virtuales ratione inadæquatâ distinctas, vt suprà de actu cognitionis, quo Deus directè cognoscit se ipsum, & simul quasi reflexè cognoscit ipsummet cognitionis actum. Quia amor Diuinus est infinitè perfectus, & adæquatè comprehensiuus totius bonitatis & amabilitatis increatæ; ergo nō solū directè tēdit ad Deum, sed etiam quasi reflexè tendit ad se ipsū, diligendo omnem rationem bonitatis, quæ per infinitas quasi reflexiones in eodem actu, per inadæquatas rationes distingui posset. 3. Deus non habet verum

12. Amor concupisc.

actum amicitiæ erga se; habet verum concupiscentiæ. Quia amor amicitiæ, non est nisi inter distinctas naturas intellectuales; est enim mutua cōmunicatio amoris, qui distinctas voluntates essentialiter supponit: idem autem amor, quo Deus amat omnia bona creata propter seipsum, quatenus terminatur ad bona creata, concupita propter se ipsum, vt propter finem *Cui*, dicitur amor concupiscentiæ.

13. Coroll. 4.

4. Deus habet verum & proprium gaudium, & fruitionem respectu sui proprij boni, non desiderium, aut spem; respectu verò creaturæ non solùm habet gaudium, sed etiam desiderium. Quia gaudium & fruitio respectu sui proprij boni, nullam in suo conceptu formali imperfectionem inuoluunt; & ex aliâ parte sunt ad complementum beatitudinis; actus desiderij, aut spei, supponunt priuationem alicuius boni, ad quod consequendum agens tendit desiderio & spe: Deus autem nullam habere potest priuationem boni sibi conuenientis.

14. Dices.

Dices. potest Deus habere priuationem honoris & gloriæ extrinsecæ, ergo ad hanc saltem tendere potest proprio actu desiderij, vel spei.

Contrà

Sed contrà: sicut honor & gloria extrinseca non est proprium bonum Dei, nisi per denominationem extrinsecam ab actu creaturæ honorantis & glorificantis Deum; ita nec ad illud consequendum ferri potest proprio actu desiderij, qui solùm est ad bonum intrinsecum. 2. Spes est de bono arduo, & alterius auxilio consequendo: Deo autem nihil potest esse arduum, aut alterius auxilio consequendum. Demum quòd Deus habere possit proprium actum desiderij respectu creaturæ, prob. de ratione desiderij est, actu complacentiæ ferri ad bonum absens: Deus respectu creaturæ ferri potest, & de facto fertur, actu complacentiæ ad bonum illi absens, dum actu complacentiæ omnibus æternam beatitudinem optat, quod est bonum à pleriſque creaturis absēns. An in Deo sit amor erga seipsum rigoroſè sumptus, prout distinguitur à gaudio, *sect. vlt.*

SECTIO II.

An Deus necessariò diligat creaturas possibiles dilectione simplicis complacentiæ?

15.

COntrouersia non est, an Deus creaturas possibiles diligat necessariò quoad specificationē, quia cùm ipsæ nullam includant rationem mali, propter quam possint esse obiectum Diuinæ displicentiæ, nō possunt à Deo odio haberi: sed an Deus necessariò diligat illas, quoad exercitiū actus. Prima sēt. negat. *Bonau. in 1. dist. 45. art. 1. q. 2. Capreo. art. 2. ad arg. Aureo. cō. 1. concl. Ferrari 4. con. Gen. c. 13. §. dicitur 2. Bannez 1. p. q. 34. art. 3 Zumel ibid. disp. 1. ad 3. Gonsalez 1. p. disp. 42. sect. 2. Machin. disp. 40. sect. 2.* Prob. 1. ex *S. Tho. 1. p. q. 19. art. 2.* Affirmante, Deum solùm diligere seipsum necessariò, cætera liberè. 2. Ea tantùm Deus necessariò diligit, sine quibus non posset suum esse perfectè existere: at sine creaturis possibilibus posset Diuinum esse perfectè existere. ergo.

16. 1. Sent. Negant

Probant. argumentis 10.

3. Habitudo Diuinæ voluntatis ad creaturas possibiles, non est tam necessaria, quàm ad propriam bonitatē; alioqui tam necessaria esset bonitas creata, quàm increata; & consequenter eodem modo Diuina voluntas penderet à bonitate creatâ, ac ab increata igitur potuit in Deo non esse, quia quidquid non est necessarium, vt Deus, potest in Deo non esse. 4. Creaturæ possibiles non adæquant totam virtutem voluntatis Diuinæ; ergo illam non necessitant. Quia potentia solùm necessitatur à suo obiecto adæquato, & principali.

5. Sequeretur, quòd Deus æqualiter amaret se, & creaturas, quia amaret illas per modum naturæ secundùm totam vim amandi. 6. Quòd omnes creaturas Deus æqualiter diligeret; quod dici non potest; cùm illæ sint inæquales, & Deus diligat res iuxta diligibilitatem earum. 7. Creaturæ possibiles nullam habent bonitatem in se; fundamentum n. omnis bonitatis est existentia, quâ carent: ergo non sunt aptæ terminare amorem Dei.

8. Deum amare creaturas est velle illis bonum; at Deus nullum bonum vult creaturis possibilibus; nam primum bonum est esse existentiæ; sed non vult eis bonum existentiæ, vt patet: ergo.

9. Beati non necessariò amant creaturas possibiles, ergo nec Deus. 10. Sequeretur, Spiritum S: procedere ex amore creaturarum; quod falsum est; nam Deus non procedit, nisi ex Deo.

11. Voluntas, Diuina non necessariò odit malū possibile, ergo nec necessariò amat bonum possibile. Antec: prob. malum possibile non potest odio haberi nisi vt cognitum; sed vt cognitum non est quid distinctum à Deo; ergo.

17. Secvnda affirmat; *Scoti in 3. dist. 32. Aureo. in 1. dist. 47. art. 1. §. ex præmissis, & art. 2. §. restat, Caiet. 1. p. q. 34. art. 3. §. ad imagin. Vasquez disp. 79. c. 2. Arrub. d. sp. 43. cap. 3. Suar. in metaph. disp. 30. sect. 16. & de Trinit. l. 11, c. 2. fine: Ruiz. de volun. Dei disp. 6. sect. 2.* Quæ sent. probabilior. Fundam. creaturæ possibiles, vel considerantur secundùm esse eminentiale, quod habent in Deo, vt in causa; vel secundùm esse intelligibile, quod habent in Deo, vt in specie expressa; vel secundùm esse, quod possunt secundùm propriam naturam in se ipsis participare: atqui secundùm omne esse creaturæ necessario diligūntur à Deo: ergo. Quoad 1. & 2. esse, creatura est ipsa creatrix essentia, & vita Dei. Quoad tertium esse, probatur primò. Creatura secun-

17. Affirmans verius

Fundam.

De tertio esse est controuersia

18. Prob. 1.

dùm

Digitized by Google

dum hoc esse est necessarius terminus Diuinæ essentiæ, vt exemplabilis & imitabilis; igitur secundum hoc esse à Deo necessariò diligitur nam Deus necessariò diligit, quidquid cum suo esse necessariò connectitur; eâdem .n. necessitate diligitur finis, & quidquid cum fine necessariò connectitur: sed Deus necessariò diligit suum esse, ergo. Antec. ostend. Diuina essentia est essentialiter participabilis, & omnipotens; ergo necessariò infert creaturas, vt participatiuas suæ essentiæ, & terminos suæ omnipotentiæ: ergo vt sic eas necessariò diligit. Nam Deus necessariò diligit id, sine quo sua perfectio non consisteret; sed sublatis creaturis possibilibus, & exemplabilibus, vt à posteriori tolleretur à Deo perfectio omnipotentiæ, & exemplaris, non propter dependentiam Dei à creaturis, sed propter necessariam dependentiam creaturarum à Deo; eo quòd talis naturæ & perfectionis est Deus, vt necessariò inferat creaturas possibiles, & exemplabiles: sicut sublato risibili tollitur essentia hominis, non quia essentia hominis pendet à risibili, sed quia positâ essentiâ hominis, ex ea necessariò sequitur risibile. Igitur Deus necessariò diligit possibilia, vt terminos, sine quibus sua perfectio non consisteret. Neque hoc est tantùm diligere suam omnipotentiam, aut essentiam, sed terminos etiam suæ omnipotentiæ, & essentiæ, secundùm illud esse, quod possunt in se ipsis participare; nam vt sic formaliter sunt termini participabiles Diuinæ essentiæ: licet Deus primariò diligat suam essentiam, & omnipotentiam, secundariò verò terminos eiusdem essentiæ & omnipotentiæ.

Finis & connexa eâdem necess. amantur.

19. *Dices* At inquies, ex eo quòd Deus necessariò diligit seipsum, non sequitur, necessario diligere creaturas, sine quibus sua perfectio non consisteret: quia potest unum ab alio præscindi, atque unum diligi, non dilecto alio: potest enim Deus diligere cognitionem peccati, non dilecto peccato, à quo peccati cognitio pendet; & inflictionem pœnæ, quæ peccatum supponit. *Confir.* Alioqui necessitaretur Deus ad diligendum peccatum possibile, cum non minus sine possibilitate peccati sua non posset perfectio consistere. 20. *Resp.* Nego antec. cùm enim amor, quo Deus seipsum diligit, sit sui comprehensiuus, & quo perfectior excogitari nonpossit, debet necessariò tendere non modò ad perfectionem intrinsecam, sed etiam ad omnia ea, sine quibus sua intrinseca perfectio non consisteret; alioqui excogitari posset amor perfectior, quo seipsum diligere posset. Ex terminis .n. patet, perfectiùs se Deum diligere, si non solùm diligat intrinsecam suam perfectionem, sed etiam ea, sine quibus intrinseca sua perfectio non consisteret: perfectior quippe est amor, quo non solum diligitur amicus, sed etiam quæ spectant ad amicum, & à quibus esse amici pendet. Cùm igitur Deus non possit seipsum non diligere perfectissimo modo, quo diligibilis est, implicat ab amore sui præscindere amorem creaturarum, *Confir.* sine quibus Deus ipse non consisteret. Confirm. tam perfectus & efficax est amor Dei, quo seipsum diligit, vt si per impossibile non existeret, & posset per eum sibi esse dare, necessariò illud sibi daret: ergo de facto non potest præscindere ab amore eorum, sinè quibus sua ipsius existentia non consisteret. Antec. concedunt multi *apud Herice disp. 13.* Et prob. Deus vi amoris, quo se diligit, suũ esse necessariò vult: ergò si illud per impossibile nõesset & posset, illud sibi dare, necessariò produceret. Consequentia probatur: nam si posset præscindere ab amore eorum, sine quibus sua ipsius existentia non consisteret, sequerentur hæc duo contradictoria, quòd per hunc amorem, quo de facto se diligit, daret sibi esse, vt supponitur in antece. & non daret; nam eo ipso, quo non amaret ea, sine quibus sua ipsius existentia non consisteret, non posset ea producere, cùm nequeat Deus producere, quæ non amat, cùm non producat, nisi amando quod producit. Igitur vi amoris, quo se amat, tam necessariò vult ea, sine quibus suum esse non consisteret, ac suummet esse.

21. *Ad primam & 2. prob.* Ad 1. & 2. prob. nego conseq. nam cognitionem peccati, & inflictionem pœnæ Deus non amat absolute, sed ex suppositione peccati: vnde non debet vi amoris, quo eas diligit diligere etiam peccatũ, à quo ipsæ pendent, cùm illud iam supponat, in suâ saltem præscientiâ, à creaturâ commissum, antequam illud cognoscat, aut puniat. Vellet autem peccatum, si antecedenter ad omnem suppositionem peccati, vellet cognitionem, aut punitionem peccati: quia tunc, cùm ex unâ parte cognitio punitioque peccati essentialiter pendeant à peccato, si ex aliâ parte illud non supponeretur, deberet fieri vi amoris, quo Deus deligeret cognitionem punitionemque peccati. At supposito peccato, Deus non debet diligendo cognitionem punitionemque peccati, diligere peccatum, cùm vi talis amoris non fiat, sed supponatur factum peccatum. Se ipsum autem absolutè diligit, independenter à quacunque suppositione: quia absolutè vult suum esse, illudque per hunc amorem sibi daret, si non haberet.

22. *An creaturæ supponantur possibiles prius ratione quàm Deus se amet?* Nec refert, quod creaturæ supponantur possibiles priùs ratione, quàm seipsum amet: nam etiamsi non supponerentur possibiles, vi tamen amoris, quo se amat, faceret eas possibiles, sine quarum possibilitate suum esse non posset consistere: ergo eas necessariò amat, cùm non posset eas velle facere possibiles, si non essent possibiles, nisi illas amaret. Quod autem eas necessariò amet constat, nam simul vellet, & non vellet suum esse, si posset non velle, quæ ad suum esse essentialiter requiruntur. At vi amoris, quo diligit cognitionem punitionemque peccati, non daret esse peccato, si illud non supponeretur: igitur amor, quo cognitionem, punitionemque peccati diligit, ad peccatum non se extendit. Ex his constat, Deum non diligere peccatum, ut peccatum & malum morale, seu quà liberè patrabile est à creatura; vt sic. n. præsupponitur à creaturâ liberè patratum; sed quà cognoscibile & punibile est; vt sic. n. non reduplicat malitiam, sed proprietatem entis, quâ aptum est terminare cognitionem, & iustitiam diuinam.

23. *Peccatum quà tale, nequit esse terminus omnipotentiæ & exemplaris.* Ad confir. nego, esse diuinum consistere non posse sine possibilitate peccati, qua peccatum est formaliter, ac proinde necessitari ad amandum peccatum, quà peccatum est. quia ea tantum Deus amat necessariò, quæ possunt esse termini divini exemplaris & omnipotentiæ; seu sine quibus non consisteret sua ipsius intrinseca perfectio: nam ijs tantùm sublatis, tolleretur à Deo perfectio omnipotentiæ & exemplaris; eo quod cum ijs tantùm habet intrinsecam connexionem, vt cum termino essentialiter connotato, quo sublato necessariò tollitur perfectio connotans, saltem secundùm eam virtutem, quâ est causatiua termini. Sicut enim effectus causabilis supponit in causâ vim intrinsecam causatiuam sui: ita si hic tollitur vt possibilis, tollitur consequenter vis intrinseca causæ talis effectus causatiua. At peccatum quà peccatum formaliter nequit esse terminus Diuini exemplaris & omnipotentiæ: vel.n. consistit in solâ priuatione

24. *sine in priuatione sine in positiua situm sit.*

rectitu-

Digitized by Google

rectitudinis debitæ, vt *Scotus* cum suis opinatur, (de quo tom. 3.) at priuatio cùm sit non ens, nec est producibilis, nec exemplabilis per se & ratione sui, sed solum ratione termini positiui, quem negat, & subiecti, cui abusiuè inhæret, vel in positiuo morali, vt *Thomistæ* plerique: at hoc esse morale, quod supra physicam entitatem actus, peccatum formaliter addit, non est nisi pura denominatio extrinseca à potentiâ, Physicam entitatem actus liberè producente: quæ entitas de se mala non est, cùm possit eadem esse non mala, si necessariò, vel sine aduertentiâ producatur; Nec ipsa extrinseca denominatio, qua entitas peccati procedit a voluntate creaturæ, est quid Physicè distinctum ab entitate actus & libera potentia creaturæ, sua libertate abutentis. Ex eo enim præcisè, quod hæc entitas actus liberè procedit à creaturâ à quâ potuit, & debuit non procedere, habetur formalis ratio peccati: igitur hæc denominatio seu peccatum non est quid Physicè distinctum à Physicâ entitate actus, ac potentiâ actum producente, cum intrinsecâ indifferentia & obligatione non producendi. Sicut obiectum visum non est aliquid distinctum à visione & obiecto viso, sed est concretum ex utroque: vndè sicut concretum *visum* non ponitur vt effectus producibilis distinctus à visione & obiecto: ita nec peccatum ponitur vt effectus producibilis & exemplabilis distinctus ab ipsa physicâ entitate actus, & potentiâ liberè illum producente, cum debito illum non producendi. Quare tota ratio formalis peccati reducitur ad modum, quo illud ex creatura procedit, qui quamuis sit aliquid positiuum morale, reducibile ad solam voluntatem creatam, non est tamen aliquid positiuum physicum, ad quod debeat Deus concurrere distincto concursu ab illo, quo concurrit ad physicam entitatem peccati, & potentiam liberè suum actum producentem. Ex his concluditur, possibilitatem peccati solùm quoad physicam rationem entis prærequiri ab intrinseca perfectione diuina, proinde secundùm eam duntaxat rationem à Deo diligi, quoniam vt sic tantum est terminus diuinæ potentiæ & exemplaris, non autem quoad rationem moralem, secundùm quam est effectus solius creaturæ, & a Deo odibilis.

23. *In quo sit sum formaliter peccatum.*

26. *Conclusio.*

Dices: illud esse morale peccati non est nihil, ergo aliquid; ergo à Deo producibile & exemplabile. Resp. esse aliquid, non tamen physicè distinctum ab ipsa physica entitate actus peccati, & potentiâ liberè producente cum debito non producendi: esse etiam à Deo producibile, non tamen distincto concursu ab eo, quo producibilis est physica entitas, & potentia libera producens. Sicut esse visum non est nihil, sed aliquid à Deo producibile, non tamen distincto concursu ab illo, quo producibilis est visio & obiectum, ex quibus resultat hoc concretum *visum*. Leg. *S. Tho.* 1. *p. q.* 20. *a.* 2. *ad* 3. vbi docet, peccatores amari à Deo, qua natura quædam sunt; odio haberi, quà peccatores: *sic enim*, inquit, *non sunt sed ab esse deficiunt & hoc in eis à Deo non est.*

27. *Obiectio soluitur.*

Vrges: Habitus erronei & vitiosi sunt physicæ entitates, positiuo concursu à Deo producibiles, cùm tamen à Deo non amentur, cùm nequeant ab ipso ut causa particulari produci ut 4. & 6. *To.* ergò aliqua physica entitas est, quæ à Deo non amatur, & tamen possibilitate cuiuscunque physicæ entitatis pendet intrinseca perfectio Dei. Resp hos habitus non amari à Deo, vt à se solo producibiles, quia vt sic eorum error & malitia tribuebatur Deo, vt auctori & causæ principali. Vnde sub hac ratione possibiles non sunt; ac proinde vt sic ab eis non pendet intrinseca perfectio Dei. Amari autem vt producibiles à se vt à causa 1. determinata à secunda, quia vt sic eorum error & malitia non tribuitur Deo, sed causæ 2. determinanti primam ad productionem eorum, & consequenter sub hac tantùm ratione sunt possibiles, & à Deo amabiles, vt physica quædam entia bona bonitate transcendentali. Nec est nouum non posse aliquid a Deo produci ut à causa particulari, atque adeò vt sic possibile non esse, produci tamen posse vt à causa vniuersali, ut constat de quouis peccato. Nequc etiam est nouum, eandem rem vna formalitate esse bonam & amabilem, alia malam & odio dignam: sicut accipere sacramenta ab excommunicato ob propriam necessitatem licitum est & honestum; vt 7. *To. disp.* 31. *sect* 2. ostendo, sine necessitate illicitum. Ita Deum causare habitus erroneos & vitiosos, nulla exigente causa? est contra diuinam veracitatem & bonitatem; exigentibus causis 2. est iuxta diuinam providentiam, & munus causæ 1.

28. *Doctrina de habitu erroneo & vitioso.*

Confir. Non est Deus liber circa creaturas possibiles: ergo vel eas necessariò diligit, & habetur intentum: vel necessariò odit; & id dici non potest: quia non potest Deus necessario odisse id, sine quo suum esse non consisteret: nec quoad suas essentias, secundùm quas in esse possibili terminant diuinam voluntatem, sunt malæ, sed bonæ; sunt .n. participationes quædam diuinæ essentiæ, proinde nequeunt esse obiectum odij diuini. Vel necessariò circa illas suspendit omnem actum: & neque hoc dici potest: quia hæc actus suspensio imperfectionem importat in Deo; & nequit eas non diligere, vt participationes suæ naturæ, & omnipotentiæ. Antec. prob. circa creaturas possibiles nullam physicam mutationem potest Deus exercere, siquidem quoad esse possibile non pendent à voluntate, sed ab essentia & omnipotentia Dei: sine physica autem mutatione obiecti, nequit Deus, *ut infra*, liberè obiectum amare.

Confir. efficacius.

Prob. 2. vera sent. Voluntas Dei non potest esse suspensa circa creaturas possibiles; ergo vel illas necessariò diligit affectu simplicis complacentiæ, vel odit affectu simplicis displicentiæ: non potest eas odisse affectu displicentiæ, cùm in illis nulla appareat ratio mali; ergo necessariò diligit affectu complacentiæ. Antec. prob. talis suspensio dicit imperfectionem in Deo; importat. n. negationem vltimæ determinationis suæ voluntatis, quam Deus habet, aduersarijs etiam fatentibus, circa omnes creaturas tam existentes, quam non existentes: illas positiuè volendo, has positiue nolendo. Etenim licet Deus sit liber quoad specificationem actus circa creaturas, quia potest eas velle, aut nolle; non est tamen liber quoad suspensionem omnis actus, quia non potest eas nec velle, nec nolle; ergo nec est liber quoad suspensionem omnis actus, circa creaturas possibiles.

29. *Suspensio amoris est imperfectio.*

Dices. Potest Deus ferri actu positiuo efficacis nolitionis ad creaturas non existentes, ergo potest actu positiuo inefficacis nolitionis ferri ad creaturas possibiles: ergo si ad eas non fertur actu complacentiæ, non necessariò fertur actu displicentiæ, cùm ferri possit actu inefficacis nolitionis, nolendo actu ineficaci possibilitatem ipsarum. Resp. neg. primam conseq. quia non minus repugnat, Deum ferri actu simplicis nolitionis, quam displicentiæ ad creaturas possibiles; quia nolle sim-

30. *Dices.*

Resp.

plici affectu creaturas possibiles, est eas nolle habere essentialem bonitatem, quam habent: hoc autem Deus velle non potest, alioqui velle posset, suam essentiam non esse imitabilem, ac exemplabilem à creaturis. Confir. non est Deus &c. *vt suprà.*

31. *Possibiles creat. habent bonitatem sufficientem, ergo de facto terminant affectum Dei.*

Prob. 3. destruendo potissimum fundam. aduers. Creaturæ possibiles, vt sic, habent necessariam, & sufficientem bonitatem, qua terminare possunt simplicem affectum Diuinæ complacentiæ: nam creaturæ possibiles, etsi in statu possibilitatis nullam in se ipsis habeant actualem entitatem, ac bonitatem, tamen possunt illam habere; & hac reali entitate, & bonitate, quam possunt habere, & participare ab essentiâ Diuinâ, terminant actum Diuinæ complacentiæ: qui non solùm se extendit ad creaturas in esse eminentiali, & ideali, quod habent in Deo, vt in causa, & specie expressâ, sed etiam secundùm illud esse reale, quod virtute potentiæ Diuinæ habere possent in se ipsis. Dices.

32. *Dices.*

Creaturæ possibiles non possunt secundùm aliud esse diligi à Deo, nisi secundùm quod cognoscuntur, & repræsentantur ab intellectu Diuino: sed id esse est increatum; quia cùm creaturæ possibiles nullum habeant esse in se ipsis non possunt ab intellectu Diuino proponi in aliquo esse proprio, distincto ab esse Diuino causali, vel ideali. Resp. creaturas possibiles repræsentari ab intellectu Diuino, secundùm esse proprium creatum, non quod actu habent, sed quod habere possunt, virtute potentiæ Diuinæ. Quod esse, etsi subiectiuè, & realiter sit ipsum esse increatum cognitionis Diuinæ, exprimentis in se ipsâ creaturas; tamen obiectiuè, & intentionaliter seu intelligibiliter est ipsum esse creatum, quod participare possunt creaturæ in se ipsis extra Deum. Et ad hoc esse, non vt intentionaliter est in Deo, sed vt realiter esse potest in se ipso, tendit actus complacentiæ Diuinæ voluntatis. Nam voluntas non tendit ad obiectum, prout est in cognoscente secundùm esse intentionale, & obiectiuum; sed prout est, vel esse potest, in se ipso secundùm esse reale & subiectiuum, vt docet *S. Tho. 1. p. q. 19. art. 6. ad 2.* ergo licet creaturæ possibiles nullum habeant esse in se ipsis actu, quia tamen possunt habere, secundùm tale esse, quod possent in se ipsis habere, cognoscuntur, & exprimuntur ab intellectu Diuino: licet tam ratio exprimendi, quàm res ipsa intentionaliter expressa sit ipsa cognitio Dei.

Resp.

33. *Coroll. 1.*

Sequitur 1. in Deo non esse libertatem contradictionis: nam hæc in suspensione actus consistit; & Deus necessariò debet esse ad alterutram partem positiuè determinatus circa omnia: esse tamen libertatem contrarietatis; quia hæc formaliter consistit, in indifferentiâ & potestate ad contrarios actus: at in Deo est libertas ad contrarios actus volendi, aut nolendi; siquidem eandem rem producendo, vult: destruendo, non vult: ergo.

34. *Coroll. 2.*

2. Deum liberè amare creaturas existentes, necessariò tamen ex suppositione. quia existentes non sunt necessariò connexæ cum Dei essentia, vel omnipotentia. at posito, quòd Deus creaturas producat, & in esse conseruet, non potest eas non diligere; nam diligere, est velle alteri bonum; ergo hoc ipso, quòd illas producit, & in esse conseruat, vult illis bonum productionis, & conservationis. Dices: creaturæ existentes sunt necessariò connexæ cum libera voluntate diuina: sed Deus nõ ex suppositione, sed absolute diligit suam voluntatem: ergo & creaturas existentes. Resp. Deum absolutè diligere suam liberam voluntatem secundùm esse intrinsecum & subiectiuum, quod in recto dicit; non extrinsecum & terminatiuum, quod in obliquo importat: vt sic enim solùm ex suppositione termini extrinseci connotati, quem vt libera essentialiter connotat, à Deo diligitur.

Ad 1. primæ sent. resp. S. Thomam loqui de amore efficaci, nam loquitur de amore, quo Deus se communicat creaturis per aliquam similitudinem suæ bonitatis, qui procul dubio est amor efficax, quia respicit actualem communicationem extra se. Ad 2. dist. minor. poset Diuinum esse perfectè existere sine creaturis existentibus, concedo; sine possibilibus, nego. Nam hoc ipso, quòd tollerentur possibilia, à posteriori tolleretur perfectio exemplaris, & omnipotentiæ in Deo; non quia talis perfectio dependet à creaturis, sed quia creaturæ necessariò dependent à tali perfectione, sicut effectus secundarius necessariò pendet à forma, mediante effectu primario: primarius effectus quasi formalis essentiæ Diuinæ, est reddere Deum omnipotentem, & primum exemplar omnium creaturarum; secundarius sunt creaturæ, vt possibiles & exemplabiles à Diuina essentia. 35. *Ad 1.* 36.

Ad 3. dico, voluntatem Diuinam ad vtramq; bonitatem ferri necessariò, sed ad increatam primariò, ad creatam secundariò; quia ad hanc fertur, vt connexam cùm increata, & vt consequentem ad illam, vt effectum ad causam, & vt exemplatum ad exemplar. Vnde concedo, in ratione necessitatis simpliciter, eodem modo esse necessariam bonitatem essentialem creatam, ac increatam; quamuis hæc sit necessaria necessitate primaria & independente; illa secundaria & dependente à primaria; nam qua necessitate Deus est participabilis, & omnipotens, eadem creaturæ sunt participatiuæ, & possibiles; nam hæ necessariò consequuntur ex Deo participabili, & omnipotente. Nego autem, Diuinam voluntatem pendere à bonitate creata, sicut nec pendet ab increata; nam ad eas non tendit cum dependentia causalitatis; etsi utramque in suo genere necessariò requirat, vnam primariò, aliam secundariò. Nec repugnat aliquid esse in Deo necessarium necessitate primaria, aliquid verò necessarium, necessitate secundaria fundata in primaria, vt constat de cognitione, quam Deus habet de se ipso, & de creaturis possibilibus, ut necessariò connexis cum sua essentia. 37. *Bonitas increata necessitate primaria, creata secundaria.*

Ad 4. nego conseq. & prob. nam nec relationes Diuinæ vt sic, adæquant voluntatem Diuinam, & tamen necessariò diliguntur à Deo: quia, vt aliquid sit necessariò diligibile, sufficit, vt sit necessariò connexum cum obiecto primario, necessariò dilecto. 38.

Ad 5. concedo, quòd Deus æqualiter diligat se, & creaturas ex parte actus, inæqualiter ex parte obiecti: quia se ipsum diligit, vt obiectum primarium, creaturas vt obiectum secundarium: & se ipsum iuxta propriam, creaturas iuxta amabilitatem ipsarum; ad vnumquodque enim Deus fertur, iuxta mensuram perfectionis ipsius rei. Sicut se ipsum, & creaturas æqualiter cognoscit Deus ex parte actus, quia eodem indiuisibili actu se ipsum, & creaturas cognoscit, inæqualiter ex parte obiecti, quia se ipsum primariò, & secundùm cognoscibilitatem infinitam, creaturas secundariò, & secundùm cognoscibilitatem finitam. Ex his patet ad 6. Ad 7. nego antec. ad prob. fundamentum bonitatis existentialis est existentia actualis; fundamentum bonitatis essentialis est existentia possibilis. Ad 8. maior est vera de amore efficaci, falsa de inefficaci, & simplici tantùm complacentia, quæ ad rem tendit simplici affectu, 39. *æqualiter ex parte actus.* 40. 41.

com-

Digitized by Google

complacendò sibi tantùm in bonitate, quam in eâ supponit: voluntas igitur Diuina amat in creaturâ possibili eam bonitatem, quam supponit exemplariter causabilem ab exemplari Diuino, secundùm hanc, vel illam participationem bonitatis Diuinæ.

42. Ad 9. nego antec. nam etiam beati necessariò amant creaturas possibiles, vt necessariò connexas cum omnipotentia Dei, præsertim quas cognoscunt cognitione beata. 2. nego conseq. nam beatus, quia diligit creaturas per actum elicitum distinctum, potest ab illis omnem actum suspendere: Deus verò, quia diligit creaturas per actum subsistentem, & indistinctum, nequit omnem actum ab illis suspendere. Ad 10. nego minor. ad prob. nego, ex eo quòd Spiritus S. procedit ex amore creaturarum, procedere ex non Deo, quia procedendo ex amore creaturarum, non procedit formaliter ex creaturis, sed ex amore creaturarum, qui formaliter est Deus. Creaturæ autem solùm concurrunt ad processionem Spiritus S. vt obiectum extrinsecè terminans, non vt principium intrinsecè spirans. Etenim Spiritus S. dicitur solùm procedere ex principio spirante, non obiecto terminante, saltem secundariò.

43.

44. Ad 11. nego antec. ad prob. dico, malum possibile odio haberi à Deo, non vt formaliter expressum in Verbo, sed vt potens existere extra Verbum; quo pacto non odio habetur, vt est in Deo, sed vt potens existere in se ipso, eo modo quo malum potest in se ipso existere. Quanquam malum non exprimitur in Verbo Diuino immediatè, & per se, sed mediante opposito bono, quo priuat, vt constat de ijs, quæ *supra, de cognitione Dei circa non entia*.

SECTIO III.

Quid sit libera volitio in Deo, & quid superaddat actui necessario;

45. *Qui desperant hoc mysterium vel apparenter explicare nec consequens apparenter verum deducunt.*

HÆc est vna ex difficultatibus humano ingenio inextricabilis, quæ Aristotelem 8. *Phys.* coëgit asserere, Deum agere ex necessitate naturæ, ne, si illum faceret liberum, mutabilem faceret per liberam volitionem, quæ potuisset in Deo non esse. Hanc *Vasquez.* nodum insolubilem appellat, solis beatis mentibus manifestum; *Suarez.* vnum nostræ religionis mysterium, quod in hac vita cognosci non potest; *Molina* de numero eorum quæ ab humana mente comprehendi non possunt. Alij docti Recen. desperant se posse hoc diuinæ libertatis mysterium vel apparenter explicare. Ratio diffic. volitio est perfectio intrinseca, existens in volente, cùm sit actus immanens, & vitalis, de cuius essentia est, vt sit coniunctus cum principio vitæ: igitur libera volitio Dei est intrinseca perfectio in Deo; sed hanc potuit Deus non habere: ergo aliqua intrinseca perfectio in Deo est, quæ potuit in Deo non esse; & contrà, aliqua perfectio in Deo non est, quæ potuit in Deo esse. Ad hanc diffic. soluendam varij modi excogitati sunt.

Ratio ardua

46. *Modus Caietan.*

Primus *Caiet. 1. p. q. 19. art. 2. §. ad hoc & art. 3. §. ad hoc:* quem sequitur *Fonseca l. 7. Metaphy. c. 8. q. 5. sect. 4. & 5. & Salas 1. 2. q. 6. a. 3. tra. 3. disp. 1. sect. 8.* asserentis, liberam volitionem esse intrinsecam perfectionem in Deo, quæ potuit in Deo non esse. Quia perfectio libera est conditio diminuens, denotans, quòd suum oppositum non sit imperfectio: est enim hæc perfectio tantùm extensiua, qua Deus extenditur ad volita extra se. Confirmat *Fonseca.* non repugnat, hanc liberam perfectionem potuisse in Deo non esse, & tamen de facto identificari Deo. nam hoc ipso, quòd aliqua perfectio adiungitur Deo, fit de substantia Dei, sicut Filiatio, & Spiratio passiua, statim ac per productionem adiunguntur Deo, identificantur cum natura Dei. Verùm hæc sent. facit Deum mutabilem, potentialem, & intrinsecè compositum; implicat enim, posse Deum identificari cum volitione mundi, quæ potuit non esse, sicut & cum nolitione mundi, quæ potuit esse: aliqui eadem perfectio posset simul existere, vt necessaria, non existere vt libera. Relationes Diuinæ sunt omninò necessariæ; nec potuerunt in Deo non esse; implicat autem, vt quod potuit non esse, identificetur Deo; nam simul esset perfectio libera, qua potuit non esse; necessaria, quâ identificaretur Deo, cuius esse, est *necesse esse*, ut Patres, & Theologi loquuntur, Præterea relationes Diuinæ nullo signo æternitatis sunt, aut esse possunt distinctæ ab essentia Dei, sed semper sunt actu, & necessariò identificatæ cum illa; non .n. *Relationes Diuinæ, non sic.* putandum est, quòd aliquo æternitatis signo, vel instanti siue naturæ, siue originis relationes fuerint distinctæ ab essentia, & postea unitæ & identificatæ cum eadem essentia; quia quod est distinctum ab alio, implicat, vt fiat idem cum illo. Actus vero liberi potuerunt in Deo non esse, & Deo non identificari: ergo de facto non identificantur, quia isti actus debuerunt aliquo instanti æternitatis distingui à Deo, quia non possunt alio modo concipi, vt liberæ perfectiones Dei, nisi vt actus liberè eliciti à voluntate Dei: implicat autem actum elici à potentia, & ab ipsa non distingui, saltem pro instanti, quo elicitur. Sed implicat, quod semel ab aliquo distinguitur, non semper ab illo distingui, præsertim si perseueret eadem causa distinctionis; sicut esset, si actus liber eliceretur à voluntate Diuinâ. Dices: potest in Deo eadem perfectio esse producibilis vt relatiua, non producibilis vt absoluta: ergo poterit eadem perfectio existere vt necessaria, non existere vt libera. Resp. neg. conseq. quia non repugnat vt eadem perfectio secundùm diuersas formalitates virtualiter distinctas, sit producibilis, & improducibilis in Deo; neutra .n. proprietas pugnat cum perfectione ab intrinseco necessaria: pugnat autem cum perfectione ab intrinseco necessaria, quòd eadem necessariò existat, & possit non existere; vel quòd non non existat omni perfectione, qua potest existere; hoc enim destruit conceptum Diuinum, quod est ens ab intrinseco necessarium [& nullo pacto indifferens ad existendum, & non existendum. Confirm. quicquid in Deo est, Deus est: vt fert exioma sed non quicquid in Deo est, Deus esset, si aliqua perfectio, quæ in Deo est, potuisset non esse. nam formalis conceptus Deitatis est, quod sit à se per omnimodam necessitatem, & illimitationem. Implicat igitur, vt aliquia perfectio sit Deus, & potuerit non esse; vel contrà, quòd aliqua perfectio de facto non sit Deus, & tamen Deus esse potuerit: hoc enim pacto Deus non illimitatè & necessariò existeret omni perfectione, quam posset habere, sed limitatè, & contingenter. Nec ratio Caietani satisfacit: nam sicut ratio liberi non tollit, quin sit intrinseca perfectio simpliciter, ita non saluaret illarum absurdum, quod in eo fundatur, quòd aliquid sit intrinseca perfectio in Deo, & tamen possit in Deo non esse; cùm quic-

47. *Confir.*

48. *Facit Deum mutabilem ideoque reiicitur a reliquis Theol.*

49. *Dicet.*

Resp.

50. *Quidquid in Deo est Deus est.*

51. *nec potest non fuisse.*

Digitized by Google

quicquid in Deo est, Deus sit. vnde falsum est, oppositum non dicere imperfectionem: nam si libera volitio supra actum necessarium importat intrinsecam perfectionem in Deo; igitur carentia ipsius importabit intrinsecam imperfectionem in Deo; omnis quippe perfectionis negatio in subiecto apto habet rationem priuationis: omnis autem priuatio imperfectionem dicit, quia importat negationem perfectionis debitæ. Nec refert, quòd talis perfectio sit extensiua; nam hoc non tollit, quin sit intrinseca Deo, in quo tantùm fundatur nostrum absurdum. Ad confirm. constat ex dictis.

52. *Modus Ferrariens. fund.* Secundus modus est *Ferrar. 1. con. gent. cap.* 75. §. *aduerte*, negantis, volitionem liberam creaturarum in Deo dicere intrinsecam perfectionem in ipso Deo. Fundam. actus liber supra necessarium in Deo importat solum respectum ad volita: sed respectus, vt respectus, neque perfectionem, neque imperfectionem dicit: igitur actus liber in Deo

53. *Contra. 1.* nullam dicit perfectionem. Sed contrà 1. falsum est, actum liberum in Deo nullam dicere perfectionem intrinsecam in Deo, quamuis nullam dicat perfectionem distinctam à Deo; 2. iste respectus, quem actus liberæ volitionis importat ad volita, si realis est, aliquam perfectionem importat

2. supra actum necessarium quæ, quia potuit non esse, aliqua perfectio in Deo est, quæ potuit non esse: si rationis; nouus respectus rationis non consurgit, nisi ad nouum fundamentum: at quod nam hoc? deinde indépendenter ab omni ente rationis Deus liberè vult creaturas; non igitur formaliter constituitur liberè volens creaturas per re-

Ad fund. spectum rationis. Ad fundam. *Ferrar.* nego, respectum, si sit realis, præscindere à perfectione, & imperfectione; vel si sit rationis, sufficere ad constituendum actum liberum in Deo. Confir. saltem

54. *Confir.* negare non poterit *Ferrari*, cognoscere futura, perfectionem dicere in Deo: ergo etiam velle futura; cùm non minùs Deus actu suæ voluntatis, quàm actu suæ cognitionis tendat ad futura. Neque ex eo, quòd cognitio futurorum in Deo potuit non esse, perfectionem non arguit: ita neque ex eo, quod actus voluntatis potuit in Deo non esse, perfectionem in Deo non arguit.

55 *Modus Scot.* Tertius *Scoti in 1. dist. 39. §. quantum ad 1. Lycheti, §. iuxta predicta. & dist. 45. Capreoli q. 1. art. 2. ad argu. contra. 3. concl. ad 1. Aureo. ibid.* post. 7. *concl. Zumel 1. p. q. 19. disp. 2. Suarez in Metaph. disp. 30. sect. 9. & 3. p. disp. 5. sect. 1. §. resp. Gonsalez. 1. p. disp. 43. sect. 2. Machin. disp. 41. sect. 3. Becani to. 1. cap. 11. q. 4.* affirmantium, liberum velle in Deo esse actum necessarium, se ipso liberè terminatum, vel per modum volitionis, vel per modum nolitionis ad creaturas, absque vlla sui mutatione, vel augmento intensiuo, aut extensiuo.

56. *Dicunt 1. 2.* Docent 1. quod actus liber in Deo non sit distinctus à necessario. 2. quòd actus necessarius ex plenitudine suæ perfectionis, & libertate, quam habet ad obiecta creata, possit sine intrinseca sui mutatione ad ea terminari modò vt volitio, modò vt nolitio. 3. quòd hæc libera terminatio per modum volitionis, aut nolitionis sit intrinseca, & vitalis in Deo, ratione distincta ab actu necessario, per quam Deus antecedenter ad effectum producendum fit intrinsecè volens, aut nolens obiectum; nam ideò se determinat ad producendum effectum quia antecedenter vult illum per modum obiecti. 4. quòd intrinseca terminatio ex parte Dei realis sit; nec possit simpliciter non esse, aut per modum volitionis, aut per modum nolitionis, disiunctim, licet possit non esse per modum volitionis, aut nolitionis disiunctiuè. Eadem quippè vitalis terminatio, quæ nunc dicitur volitio mundi, fuisset nolitio mundi, si ad illum terminata fuisset per modum nolitionis; eademque vitalis terminatio ad alium mundum possibilem, quæ nunc dicitur nolitio, fuisset volitio, si ad illum terminata fuisset per modum volitionis. Vnde sola applicatio huius vitalis terminationis, per modum volitionis determinatæ, aut nolitionis determinatæ, dicitur libera; non autem terminatio ipsa simpliciter, quæ in Deo necessaria est; quia cùm in Deo non sit libertas per modum potentiæ, sed per modum actus purissimi; non est libertas ad suspensionem vtriusque actus, sed alterutrius tantùm. Sequitur

1. actum liberum esse intrinsecum, & realem in 58. *Inferunt.* Deo, & nihilominùs potuisse non esse, non quoad esse, vel terminationem ad creaturas simpliciter, sed quoad hanc, vel illam terminationem. 2. sequitur, Deum constitui formaliter volentem antecedenter ad effectum producendum, quia, vt volens, est causa effectus producendi, licet semper inferat aliquam mutationem in volito ipso, saltem moralem & obiectiuam. Fundam. velle Diuinum

58. *Fund. eorum.* non est per modum potentiæ, sed actus purissimi, & infiniti in genere vitalis appetitus: igitur in se ipso prahabet per modum actus 2. quidquid formaliter requiritur ad volendum quod cunque obiectum volibile: igitur cùm Deus liberè vult hoc, aut illud obiectum volibile creatum, non vult per distinctum actum, quo vult se ipsum; alioqui non esset talis actus infinitus in ratione volitionis, sed per eundum liberè terminatum ad volibile creatum. Confirmat *Scotus*; in nobis est triplex libertas, prima ad actus oppositos; 2. ad oppòsita obiecta; 3. ad oppositos effectus. prima est imperfecta, quia dicit limitationem actus, qui de se non est potens ad oppositia obiecta. 3. non est prima libertas, cùm supponat aliam priorem, nempè ad oppositia obiecta, nam prius est, velle obiectum, quàm producere effectum. 2. tantùm est libertas per se; nam 1. ordinatur ad 2. & præterea nullam in se includit imperfectionem: positâ autem illimitatione actus, ponitur hæc 2. libertas sine primâ, quæ imperfectionem importat,

59. *Conf. Scoti.*

Sed cõtrà 1. ut possit actus Diuinæ volitionis inuariatus in se, reddere Deũ modò volentem, modò nolentẽ, modò amantẽ, modò odio habentẽ, oportet, vt ipse in se sit formalis volitio, & nolitio; amor, & odium: Quia, vt forma tribuat subiecto effectum formalem, oportet, vt illum formaliter præhabeat in se; nam forma non tribuit, nisi quod habet in se ipsa formaliter, quia tribuit effectum formalem per exhibitionem sui. Vt igitur actus Diuinæ volitionis inuariatus in se ipso tribuere possit effectus formales volitionis, aut nolitionis, amoris, vel odij, oportet, vt illos formaliter præhabeat in se; cùm ipse per terminationem ad hoc, vel illud obiectum non varietur in se formaliter, vt possit modò hunc, modò illum effectum formalem Deo tribuere. scilicet non potest tribuere, nisi quod formaliter habet in se; vel necesse esset variari in se ipso formaliter. Implicat autem, vt idem actus sit volitio & nolitio, amor & odium; imò vt idem subiectum sit simul volens & nolens, amans, & odio habens respectu eiusdem: nam hæc inferunt contradictoria in obiecto, volitio infert esse, nolitio non esse: vnde Deus volendo produceret, nolendo destrueret obiectum. Dices: dum

60. *Impugnatur 1.*

Idem actus nequit esse volitio & nolitio, amor & odium.

61. *Dices.* actus Diuinæ volitionis tribuit effectum formalem volitionis, non tribuit effectum formalem nolitionis,

litionis; esto igitur in se vtrumque contineat, non tamen vtrumque simul tribuit. Sed contrà; implicat, formam inuariatam in se, aut non tribuere subiecto capaci omnem effectum formalem quem continet, aut absque vllâ dispositione subiecti, aut mutatione termini, modò tribuere vnum, modò alium effectum formalem. nam forma tribuit sum effectum formalem per exhibitionem sui in subiecto capaci; implicat autem, vt se ipsa totam exhibeat subiecto capaci, & illi non tribuat omnem effectum, quem in se ipsa formaliter continet; quia illum non tribuit liberè, sed necessario; non effectiuè, in quo genere causæ tantùm est libertas, sed formaliter, in quo nulla est libertas. at actus Diuinæ voluntatis semper manet inuariatus in se, & eodem modo coniunctus cum Deo, vt cum subiecto proprio, & capaci. Nec potest Deus habere maiorem dispositionem ad recipiendum potiùs vnum effectum formalem suæ voluntatis, quàm alium. Neque mutatio ipsa obiecti facere potest, vt actus Diuinæ voluntatis potiùs conferat vnum effectum formale n, quàm alium: nam nec actus Diuinæ voluntatis mutatur in se, nec supponit aliquam mutationem in Deo, ratione cuius potiùs conferat vnum, quàm alium effectum: nec à mutatione obiecti pender, ut potiùs fit volitio, quàm nolitio; nam in hâc sent. volitio Dei antecedit omnem mutationem obiecti: ideò obiectum mutatur in se, quia Deus antecedenter vult illud: igitur prior est volitio Dei, quàm mutatio obiecti: non igitur potest Diuina volitio in ratione liberæ volitionis, pendere ab ipsâ mutatione obiecti consequente; quia antecedenter ad illam supponitur volitio, vel nolitio Dei. Dices, mutari actum Dei, non subiectiuè, sed terminatiuè, & in hoc consistere ipsius libertatem, quia qui modò terminatur ad obiectum, vt volitio, potuit ob suam libertatem terminari, vt nolitio. Sed contrà; impossibile est effectum formalem variari, inuariatâ formâ quoad omnia requisita ad nouum effectum formalem tribuendum. Cùm igitur terminatio actus Diuini ad obiectum sit effectus formalis ipsius actus Diuini, vt possit variè terminari ad obiectum, debet necessariò ipsius effectus formalis variari, cùm tamen forma inuariata maneat quoad omnia requisita ad nouum effectum formalem tribuendum; quippe quæ nec variatur in se, cùm sit ipse actus increatus, de se inuariabilis; nec variatur in subiecto, in quo est, quia subiectum est Deus; nec in aliquo extrinseco termino, per se pertinente ad talem formam, vt libera est formaliter: quia in hac sent. effectus extrinsecus est omninò consequens, & posterior actu libero Dei, cùm supponat illum antecedenter completum in ratione actus liberi, & priùs ratione ad obiectū terminatum. Igitur datur nouus effectus formalis, sine noua forma, vel conditione per se requisita ex parte formæ ad nouum effectum formalem tribuendum, quod implicat.

Contrà. *Prior est volitio quàm mutatio obiecti.* *62. Dices.* *Contrà.* *63. Instas.* *contrà.*

Instabis, solam libertatem actus Diuini esse sufficientem causam, vt possit terminari, modo vt volitio, modò vt nolitio. Sed contrà; hæc terminatio est in genere causæ formalis, in quo non potest esse libertas; non. n. sumus liberi ad ea, quæ continemus formaliter, sed tantùm ad ea, quæ continemus efficienter. Cùm igitur actus Diuinæ voluntatis non efficientar, alioquî mutaretur, sed formaliter contineat huiusmodi terminationes ad obiecta creata, non potest in ordine ad huiusmodi terminationes esse liber, vt modò tribuat vnam, modò aliam terminationem: nam hoc supponit, huiusmodi terminationes non contineri formaliter in actu, siquidem implicat, id quod continetur formaliter in actu, non esse formaliter in Deo.

2. Ex hac opin. sequitur, Deum in tempore successiuè mutari, de uno actu in aliū: nam pro vno tempore Deus diligit creaturam per gratiam, [illegible] ordine ad finem supernat. pro alio eandem per peccatum odit, in ordine ad eundem finem: ergo si Deus amat, & odit per intrinsecam tendentiam actus, necesse est, eum in tempore successiuè mutari. dum in tempore fit de odiente amans, de amante odiens: alioqui, vel semper peccatorem, etiam ad infernum detrusum amaret, in ordine ad finem supernat. posito, quòd semel per gratiam dilexerit; vel iustum odisset, etiam in cœlis beatum, posito, quòd semel per peccatum odio habuerit, cùm implicet, manente in Deo huiusmodi tendentiâ amoris, vel odij erga creaturam, creaturam non amari, vel odio non haberi. Vt igitur cesset amare, quem amabat, vel odio habere, quem oderat, oportet, vt mutet tendentiam amoris in odium, & vice versa. At respondebis, ex ipsa æternitate Deum eandem creaturam pro vno tempore dilexisse, pro alio vero odio habuisse, absque vllâ sui mutatione in tempore. Sed contrà; Deus non potest diligere creaturam in ordine ad finem supernat. nisi peculiari tendentiâ intrinsecâ actus, nec odio habere, nisi oppositâ tendentiâ eiusdem actus, sed Deus in tempore ex diligente fit odio habens, & ex odio habente diligens: ergo in tempore variat huiusmodi tendentias: aut certè, si illas non variat, semper peccatores diliget, & iustos odio habebit: quia semper tendentia amoris facit Deum amantem, sicut tendentia odij odio habentem. Neque dicas, sufficere solam mutationem extrinsecam obiecti, sine nouâ tendentiâ intrinsecâ actus; nam sat etiam fuisset in ipsa æternitate, vt Deus absque intrinsecâ tendentiâ actus, per solam mutationem obiecti producendi, ex non diligente fieret diligens; aut si hoc non sat fuit in æternitate, neque sat erit in tempore, cùm non minùs in tempore, quàm in æternitate Deus ex amante fiat odiens, & contrà. Confirm. terminatio actus diuini per modum amoris ad hominem iustum est perfectio positiua intrinseca Deo, ratione distincta & ab amore, quo se ipsum diligit, & ab odio, quo eundem hominem, ratione peccati odisse potest. Sed hæc terminatio potuit in Deo non esse: ergo aliqua perfectio positiua intrinseca Deo potuit abesse à Deo. Rursus terminatio diuini actus per modum odij ad hominem peccatorem, est perfectio positiua intrinseca Deo, ratione distincta & ab amore, quo se ipsum diligit, & ab amore, quo eundem hominem vt iustum diligere potest. At hæc potuit abesse à Deo: ergo aliqua perfectio positiua intrinseca Deo potuit abesse à Deo. Aut certè sequitur, quòd perfectio intrinseca amoris in Deo mutari potuerit in perfectionem intrinsecam odij.

Impugnatur 2. *Deus in tempore mutaretur.* *65. Respondes contrà* *noua tendentia intrinseca actus opus esset.* *66. Confir.*

Impugnatur 3, Authores huius sent. ex vnâ parte contendunt, liberam volitionem Dei totam ac totaliter esse increatam & intrinsecam Deo, independentem ab omni extrinseco termino, aut obiecto creato, vel connotatione ipsius: ex aliâ docent, hanc eandem liberam volitionem Dei intelligi non posse, absque terminatione ad aliquod extrinsecum: ita *Suarez cit. disp 30. sect. 9. nu. 45. Vnde licet* (inquit) *illa denominatio realis sit ex parte Dei, inuoluit tamen causalitatem, seu terminationem ad creaturam, & ideo* (concludit) *simpliciter non est necessaria, quia est cum ordine ad extrinsecum.* Ruiz *de volun. Dei disp. 13. sect. 2.* qui eandem sententiam quoad punctum

67. Impug. 3. ad hominem.

Digitized by Google

punctum principale sequitur, explicaris nu. 23. quid sit hæc terminatio, quæ volitioni diuinæ adesse & abesse potuit; Resp. esse denominationem extrinsecam ab obiectis volitis, cùm intelligi à nobis nequeat volitio diuina libera absque huiusmodi extrinseca terminatione: tametsi hæc extrinseca terminatio fit prorsus extra essentiam liberæ volitionis diuinæ vt ibidem docet. Hæc non cohærere sit de nostro: Illud, sine quo nequit res esse, vel intelligi sufficienter ab alia distincta, ingreditur essentiam rei: nam totum illud ingreditur quidditatem rei, quod necessarium est, vt res distinguatur ab omni alio, quod non est ipsa: quamdiu non habetur sufficiens distinctiuum rei, non habetur sufficiens constitutiuum eiusdem, ac proinde sufficiens essentia & quidditas ipsius, quæ per differentiam discretiuam ab omni alio vltimo constituitur. Nequit autem libera volitio Dei intelligi sine extrinsecâ terminatione seu connotatione obiecti per Aduers, nec esse: quia signum constitutiui rei est, non posse rem sine eo intelligi distinctam ab omni alio. Tum maximè, quia sola extrinsecâ terminatione, connotatioueve obiecti præcisâ, quicquid in volitione diuinâ remanet, totum est intrinsecum & increatum, ac proinde necessarium, vt admittunt Aduersarii contra *Caiet.* ergo sola & præcisa terminatio seu connotatio extrinseci obiecti complet illa in ratione liberæ volitionis: nec poterit per aliquid, quod in ipsa intrinseco est, constitui seu compleri in ratione liberæ volitionis, quia si posset constitui per aliquid intrinseci in ratione liberæ volitionis, per illud idē posset sufficienter distingui ab actu necessario, cū; er idē res & constituatur in se, & distinguatur ab omni alio.

68. *Non cohærent.*

volitio lib. nequit intelligi sine terminatione.

69. *Confir.* Confir. terminatio ab aduersis assistitur in volitione diuinâ, altera ad essentiam diuinā, altera ac obiecta creata, quā vocant quasi extensionem eiusdem actus diuini ad obiecta creata: Vtraq; est perfectio intrinseca & increata; nam utraq; est vitalis tendentia actus diuini ad suum obiectū: igitur neutra terminatio poterit esse libera: alioqui aliqua perfectio intrinseca & increata potuisset non esse, cùm hoc sit de quidditate perfectionis liberæ. Fit igitur formaliter libera per connotationem effectus libe è à se dependentis, vt *infra*. Adde, quod ponere in actu diuino intrinsecam terminationem seu extensionem ad obiecta creata; quæ potuisset non esse, & simul illam ponere totam & totaliter intrinsecam & independentem ab omni extrinseco creato, est simul illam ponere liberam & necessariam, quod implicat ex terminis: quia necessarium est, quod non potuit non esse: liberum est, quod potuit non esse. Ad fundam. oppositæ, admisso toto discursu, cum Scoti confirm. adhuc nego, Deum velle creaturas existentes per actum liberum intrinsece & antecedenter terminatū ad illas.

terminatio est perfectio intrin. increa.

non connotatio.

Ad fund. n. 55.

Ex his impugnatur nouus modus, quem refert *Ruiz. disp. 11. sect. 7.* qui verbis tantùm à præcedente differt, sc. Dei libertatem cum immutabilitate concilians, per contingentiam actus diuini virtualem, & necessitatem formalem, hoc pacto: Est actus diuinæ volitionis quoad totam suam intrinsecam entitatem & perfectionem ne essatius formaliter, quia quoad intrinsecam suam entitatem & perfectionem deficere nequit: Idem tamen actus est contingens virtualiter, quia ita se gerit quoad denominationem volentis ac nolentis, amantis ac odio habentis, ac si esset contingens & defectibilis. Verùm hæc virtualis contingentia nil adfert noui à præcedente diuersum; nam quod ille explicabat per infinitam eminentiam diuini actus, hic explicat per virtualem contingentiam. Cæterùm manet eadem difficultas, quo pacto possit, idem actus quoad intrinsecam entitatem & perfectionem inuariatus varias oppositas denominationes intrinsecas conferre. Quòd autē in huiusmodi denominationibus dandis se gerat, ac si esset cōtingens & defectibilis, hic nodus est, cùm implicet idem simul esse summè necessarium, & contingens. Neque dicas, actum volitionis non posse determinare voluntatem, eo quod actus prius quam determinet voluntatem, supponitur determinatus in se. Hoc. n. verum est de determinatione formali, quam potentia desumit ab ipso actu, qui priùs ratione supponitur determinatus in se, vi actionis à potentiâ procedentis; quàm formaliter determinet potentiam, cùm omnis forma ratione præsupponatur ad suum effectum formalem: falsum verò de determinatione effectiuâ: nam actus actiuè determinatur à potentiâ, à quâ proficiscitur, non ipse determinat potentiam, vt ab ea actiuè proficiscatur. Cæterùm ut possit voluntas suum actum liberè producere necesse non est, vt ab ipso vel ab alio supponatur determinata formaliter, sed tale sit, si supponatur indifferens actiuè ad vtrumlibet: vt enim actus liberè proficiscatur à potentia, non requiritur in illa, nisi virtutem actiuè indifferentem ad utrumque producendum: quin primum & immediatum exercitium libertatis consistit in ipsa actione vitali, qua actus ipse volitionis, vel nolitionis immediatè proficiscitur à potentia actiuè indifferenti, à qua potuit non proficisci; reliqua verò quæ actionem sequuntur, sunt tantùm libera denominatiuè ab ipsa prima actione, qua sola est libera seipsa formaliter, quia sola ipsa potuit esse & non esse, reliqua verò non possunt non esse, sed necessariò sunt, ex suppositione primæ actionis.

70. *Modus nouus.*

contra.

Virtualis contingentia est ipsa eminentia.

71. *Volitio virtualis præcedens liberum exercitium actus fictitia.*

Quartus *Molina 1. p. qu. 14. art. 15. & qu. 19. art. 2. disp. 2. Vasquez disp. 80. cap. 2.* opinantium, liberum decretum Dei addere supra essentiam solum respectum rationis, qui vel consequitur rem futuram, vt proximum fundamentum, vt *Vasquez*, vel actionem volendi internam Dei, vt *Molina* putat.

72. *Modus 4. Molinæ.*

Sed contra priorem *Vasquez*, ideò per ipsum res est futura, quia Deus vult illam esse futuram; ergo non potest velle formaliter rem futuram per respectum consequentem rem futuram, alioqui committeretur circulus; quem concedit, & ait, hanc difficultatem non posse. Contra poster. modum *Molinæ*; non potest nouus respectus rationis consurgere, nisi ad nouam actionem fundandi; igitur si in Deo consurgit nouus respectus rationis, qui potuit non consurgere, necesse est, esse nouam actionem fundandi, quæ similiter potuit non esse; quæ noua actio fundandi, ne in infinitum procedatur, non potest esse rationis, sed realis. Contra vtrumque arguo sic: Deus à parte rei est liberè volens: at respectus rationis non est à parte rei, sed in solo intellectu apprehendente: igitur respectus rationis non potest esse formalis ratio, qua Deus fiat liberè volens; quia nihil potest esse à parte rei formaliter tale per id, quod à parte rei non est.

73. *contra Vasq.*

74. *contra Molin.*

75. *Vtrumque.*

Quintus *Bannez 1. p. q. 19. ar. 10. §. 3. documentum*, opinantis, actum liberum voluntatis sufficienter salvari, si illum præcedat practicum iudicium rationis de indifferentiâ medij in ordine ad finem consequendum; etiamsi voluntas ad talem electionem medij sit ab intrinseco determinata; & colligit, quòd, etiamsi voluntas creata per interna auxilia prædeterminetur ad vnum, modò non tollatur iudicium de indifferentia medij, actu sequens tale iudicium, erit libera. Sed contra; in ea potentia

76. *Modus 5. Bannez.*

77. *Contra.*

Digitized by Google

tiâ debet formaliter esse libertas, quæ est proximum principium actus liberi, & domina sui actus: hæc autem non est intellectus, sed voluntas: ergo, adhuc posito iudicio de indifferentiâ medij ad finem consequendum, debet esse in potestate voluntatis, illud eligere, vel non eligere. 2. iudicium de indifferentia medij non est liberum, sed necessarium; necessariò enim intellectus iudicat, tale medium non habere necessariam connexionem cum fine; ergo si in voluntate non est libera potestas illud eligendi, vel non eligendi, nulla erit omninò libertas. 3. adhuc stante tali iudicio, posset Deus necessitare voluntatem ad electionem medij: ergo ad rationem formalis libertatis non sufficit tale iudicium, si quidem illo stante, adhuc posset non sequi actus liber voluntatis.

78. *Modus 6. fund.* Sextus est aliorum; liberam volitionem Dei formaliter compleri per extrinsecam productionem obiecti voliti. Quia volitio est vitalis tendentia ad obiectum volitum, per quam ei agens communicat suam bonitatem: at Deus per productionem formaliter tendit ad communicandam suam bonitatem obiecto volito; nam per eam formaliter attingit perfectionem, quam volito communicat: ergo. Potrò potest extrinseca productio formaliter complere liberam volitionem Dei, 1. in recto, & constitutivè, vt ex æquo illa constituatur, ex actu intrinseco, & productione extrinsecâ; 2. in obliquo & connotativè, vt formaliter & constitutivè dicat solum actum intrinsecum, connotativè productionem extrinsecam. In hoc 2. sensu vera est opinio, vt *infrà* 1. falsa, quia nequit non vitale formaliter & constitutivè complere perfectionem vitalem: at libera volitio Dei est perfectio vitalis; igitur. 79.

Verus sensus.

80. *Ad fund.* Ad fundam. disting. maior; libera volitio est vitalis tendentia; qua volens communicat volito suam bonitatem formaliter, nego; effectiue concedo. Etenim volitio est formalis tendentia, quâ volens attingit volitum in ratione obiecti, non quâ illud attingit in ratione effectus; atque adeò non est necesse, vt libera volitio Dei formaliter, & in recto includat extrinsecam productionem, quâ formaliter attingat obiectum in ratione effectus, sed sufficit, si illum tantùm connotet, *vt infrà*.

81. *Modus 7. Ockam.* Septimum indicat *Ockam in 1. dist. 38. L. C.* voluntatem Diuinam non esse liberam, qua volitio est, sed quâ operatio est; siue non esse liberam vt principium vitale, sed vt principium effectiuum. Quia libertas, quoad velle, & nolle, seu quoad intrinsecam vitalitatem importat potentiam passiuam, quæ Deo actui pure repugnat: libertas verò quoad operari solùm importat potentiam actiuam, quæ Deo non repugnat. Sed neque hic modus sufficienter explicat libertatem Dei, quæ non solùm quoad operari, sed etiam quoad ipsum velle, & nolle vitale, debet aliquo modo esse libera; alioqui non esset libera, vt voluntas formaliter, sed tantùm, vt causa operatiua.

Contra.

82. *Verior modus proponitur.* Octauus & verior modus est *Altisidio li. 1. c. 12. q. 1. Alen. 1. p. q. 34. me. 2. Aureo. in 1. dist. 47. ar. 1. & 2. Arrubal. 1. p. disp. 44. cap. 3. Granad. 1. p. tract. 3. disp. 5. sect. 3. Alarc. de volunt. Dei disp. 4. c. 8. Heric. trac. 2. disp. 16. de liber. sc. liberam volitionem Dei* esse ipsum actum necessarium, vt liberè connotantem extrinsecam productionem effectus liberè à se dependentis. Nota, liberta, vna per modum principij; altera per modum actus. Prior est per ordinem ad effectus, quos ita producit, vt possit non producere, vt voluntas creata est libera per modum principij, tum in ordine ad externas operationes, tum in ordine ad internos actus, quos liberè in se ipsa producit; velut cùm in se ipsa producit volitionem, aut nolitionem obiecti; nam etiam respectu talium actuum dicitur libera per modum principij, quia talis actus comparatur ad voluntatem, vt effectus ad potentiam liberam. Posterior libertas est per ordinem ad obiecta, ad quæ liberè tendimus; ad ea enim nequimus tendere nisi per actus nobis intrinsecos, & vitales; obiecta enim nequeunt attingi à nobis, nisi per vitales, actualesque tendentias, seu inclinationes essentialiter ordinatas ad illa. Præsens controversia non est, quomodo Deus sit liber per modum principij in ordine ad effectus, quos ad extra producit, quia in hoc genere libertatis nulla per se requiritur intrinseca mutatio in principio, vt liberè suos effectus producat, vt patet in voluntate creata, quæ, vt liberè in se ipsa producat actus vitales, nulla in eâ prærequiritur mutatio. Ratio, vt suprà; quia esse liberum per modum principij, solùm importat principium actiuè indifferens ad vtrumlibet, atque adeò de se potens ad determinandum se ipsum ad alterutram partem. Sola igitur difficultas est, quo pacto Deus sit liber per modum actualis tendentiæ, ac vitalis inclinationis ad obiecta; quæ liberè velle, aut nolle potest. Etenim, cùm hæc tendentia & inclinatio debeat necessariò esse intrinseca Deo, alioqui vitalis non esset, non videtur, qua ratione possit esse libera sine intrinseca mutatione Dei.

in ordine ad effectus.

Libertas per modum principij.

Dicendum est, Deum non modò esse liberum per modum principij, in ordine ad effectus producendos, sed etiam per modum actus, in ordine ad obiecta volenda, aut nolenda, sine vllâ intrinsecâ mutatione sui, quod sic probo; Ille actus potest absque intrinseca mutatione sui liberè velle, aut nolle efficaciter obiectum, qui in se ipso præhabet omnem vitalem complacentiam boni, omnemque vitalem displicentiam mali, solumque illi deest, vt sit libera volitio, aut nolitio efficax obiecti, extrinseca productio effectus, vel negatio productionis, liberè ab ipso actu dependentis. Sed actus Diuinæ voluntatis præhabet in se omnem vitalem &c. Seu necessariò est terminatus ad omne bonum possibile, vt *sect. præced.* igitur poterit sine intrinsecâ mutatione sui, per extrinsecam duntaxat mutationem effectus, libere velle, aut nolle hoc, vel illud obiectum: sc. non eget nouâ tendentiâ vitali intrinseca ad tale obiectum, cùm illam iam præsupponatur habere ex necessariâ terminatione sui ad omnes creaturas possibiles, sed eget solâ connotatione productionis, aut negationis productionis extrinseci effectus, liberè à se dependentis. 83.

& per modum actus competit Deo.

Maior prob. Libera volitio, aut nolitio efficax obiecti duo essentialiter importat, & vitalem inclinationem ad obiectum volitum, ex præconcepta bonitate ipsius, & simul liberam connotationem extrinsecæ actionis, per quam aliquod esse communicatur obiecto volito, si sit volitio; vel si sit nolitio, vitalem auersionem ab obiecto nolito, ex præconcepta malitiâ eiusdem obiecti, & simul liberam connotationem negationis, aut subtractionis extrinsecæ actionis, per quam aliquod bonum subtrahatur ab obiecto nolito. Non enim proprie dicimur velle, aut nolle, siue amare, aut odisse, si cùm possumus, nullum bonum communicamus obiecto volito, & amato: 84.

Hic actus absque sui mutatione vult, non vult.

Digitized by Google

to: aut nullum malum inferimus obiecto nolito & odio habito: sed tantùm dicimur aut nobis complacere in bono, aut displicere in malo præcognito. Ratio: volitio essentialiter ordinatur ad aliquam boni communicationem, sicut nolitio, vel odium ad aliquam boni subtractionem. Est enim volitio, quædam vitalis tendentia, ac via, qua volens tendit ad communicandum aliquod bonum volito: contrà verò nolitio, siue odium, est quædam vitalis auersio, qua nolens, siue odiens auertit se ab obiecto nolito, & odio habito per negationem, vel subtractionem alicuius boni. Igitur ille actus, qui ex infinita sua perfectione, & actualitate præhabet vitalem inclinationem ad omne bonum, & vitalem auersionem ab omni malo, tantumque illi deest connotatio extrinsecæ productionis, aut negationis eiusdem productionis, liberè à se dependentis, vt sit libera volitio, aut nolitio, efficax, siue odium huius vel illius obiecti, poterit absque intrinsecà mutatione sui liberè velle, aut nolle quodcunque obiectum creatum. nam actus non mutatur per connotationem extrinsecæ productionis, aut negationis eiusdem productionis, à se liberè dependentis, sed solùm per intrinsecam inclinationem ad bonum volitum, & auersionem à malo nolito: atqui quoad intrinsecam inclinationem, & auersionem actus Diuinus non debet variari, vt fiat libera volitio, aut nolitio efficax huius, vel illius obiecti; sed tantùm variari debet quoad connotationem extrinsecæ actionis, vel negationis, liberè à se dependentis: igitur poterit liberè velle, aut nolle quodcunque obiectum creatum, absque intrinsecà mutatione sui. Confirm. voluntas creata non mutatur per suam volitionem, aut nolitionem, quatenus formaliter connotat externam communicationem boni, aut negationem eiusdem, sed quatenus dicit vitalem, & intrinsecam tendentiam ad obiectum, ex præconcepta bonitate aut malitia ipsius, quam debet de nouo acquirere, per nouum actum à se productum, cùm non supponatur illam habere, sicut illam habet Diuina voluntas actu terminata, per modum simplicis complacentiæ, vel displicentiæ ad omnia bona, vel mala possibilia.

Volitio est communicatiua boni nolitio subtractiua.

85. *Confir.*

86. *Nota.* Cæterùm notandum; in re extrinsecè productâ distingui actionem ab effectu, vt viam à termino: porrò id, quod primò determinat actum Diuinæ voluntatis, vt ex necessario fiat libera volitio, aut nolitio efficax huius, vel illius obiecti, non est terminus productus, aut destructus, vel negatus, sed actio producendi, vel negatio seu destructio talis actionis. Quoniam id primò determinat actum Diuinum, vt ex necessario fiat liber, quod immediatius & proximiùs ab ipso actu libere connotatur, seu producitur. Immediatiùs autem, & proximiùs liberè ab ipso producitur actio, quàm terminus, cùm illa sit ratio & via ad hunc: igitur hæc, non ille est primum, & essentiale connotatum actus liberi Diuinæ voluntatis.

87. *Exemplum illustre doctrinæ huius.* Illustratur exemplo voluntatis creatæ. Hæc enim non solùm dicitur liberè velle, vel nolle extrinsecum obiectum, sed etiam intrinsecum suum actum volitionis & nolitionis, & non per distinctum actum, ne procedatur in infinitum, sed per eundem, quo vult extrinsecum obiectum. Etenim liberè illum producendo ex præconceptâ bonitate ipsius, non modò illum liberè producit, sed etiam liberè vult, quia non solùm illum producit vt principium effectiuum physicum, sed etiam vt principium volitiuum morale, illum ex præconceptâ bonitate causando, quem poterat non causare. Pari ratione Deus non solùm dicitur liberè producere creaturas, sed etiam eas liberè velle: quia non solùm producit illas vt principium physicum, sed etiam vt principium volitiuum morale, eas ex præconcepta bonitate producendo, quas poterat non producere. Ergo sicut voluntas creata non dicitur liberè velle suum actum per alium distinctum, sed per eundem, qui simul est volitus vt *quo*, & ratio volendi: ita voluntas increata dicitur liberè velle suam liberam volitionem, per eandem vt liberè terminatam ad effectum ex præconcepta bonitate producendum. Dices: Ideò potest voluntas creata eodem actu, quem in se producit, liberè illum velle, quia idem simul est libera productio, & vitalis tendentia, per quam eadem voluntas suum actum exercitè amat ac diligit. At productio creaturæ, licet sit libera ab actu libero Dei non est tamen vitalis tendentia, per quam Deus eandem creaturam amat ac diligit. Sed contrà: licet productio creaturæ non sit intrinseca & vitalis Deo, proinde nequeat per eam creaturam diligere: Est tamen intrinsecus & vitalis ipse actus, quo illam Deus producit, qui formaliter fit liber ipsâ productione creaturæ, vt termino essentialiter connotato. Velut si voluntas creata, vti est potentialis inclinatio ad sua obiecta, esset actualis inclinatio per modum simplicis complacentiæ ad illa, hoc ipso quod aliquod bonum in illis liberè produceret, diceretur libere efficaciter ea velle ac amare, quia sola externa productio boni illi deerat ad efficacem volitionem & amorem. Cùm igitur voluntas increata sit actualis complacentia omnis boni possibilis, hoc ipso quòd liberè producit aliquod bonum creatum, dicitur illud liberè efficaciter velle ac amare, per actum vt formaliter terminatum ad existentiam obiecti: nam hæc sola extrinseca productio deerat actui diuino, quo minùs dici posset libera volitio ac amor efficax creaturæ. Vnde quemadmodum vt illam liberè producat, non eget actu distincto ab ipso principio liberè productiuo; sicut neque vt voluntas creata liberè producat suum actum, eget distincto actu ab ipso principio liberè productiuo: ita sola extrinseca productione posita, vt essentiali connotato, ipse intrinsecus actus Dei fit formaliter efficax & practicus amor creaturæ, qui antèà tantùm erat simplex & speculatiua complacentia boni possibilis. Est tamen notandum discrimen inter voluntatem creatam & increatam: nam creata fit primo volens obiectum per actionem vitalem, quâ suum actum producit: increata verò non fit primò volens simpliciter obiectum à se productum, per ipsam liberam productionem, etsi per eam fit primò volens efficaciter, sed supponitur ante ullam liberam productionem simpliciter volens per simplicem amorem seu complacentiam, quâ habet erga omnes & singulas creaturas possibiles, ac proinde ad liberam productionem creaturæ, non modò supponitur vt principium volitiuum, sed etiam vt actus volens liberè productiuus. Quam vitalem complacentiam, quia neque erga obiecta, quæ vult, neque erga suos actus, quos libere sibi producit præsupponitur habere voluntas creata ante vitalem sui actus productionem, non dicitur suos actus producere vt volens, cùm nulla volitio neque necessaria, neque libera præcedat vitalem præductionem sui actus, sed solùm vt volitiua, quæ

88. *Dices.*

Contrà.

Nota discrimen voluntatis creatæ & increatæ.

tantum

tantùm importat potentiam productiuam actus ex præconcepta bonitate obiecti cæterùm etsi productio creaturæ dicatur liberè proficisci ex voluntate Dei, non solùm vt volitiua, sed etiam ut volente, vt ex principio productiuo liberò, haud tamen dici potest proficisci ex voluntate Dei volente, vt ex libera volitione: Ratio volitio necessaria quam Deus habet erga creaturas possibiles, sit libera formaliter in ratione actus per connotationem extrinsecæ productionis: ergo in ratione actus liberi non potest vt causa præcedere productionem, etsi præcedat in ratione principii liberè productui; quia nimirum ipsum velle creaturarum necessarium in essendo, est liberum & indifferens in producendo. Vnde ipsa productio creaturæ dicitur libera à libertate voluntatis increatæ, à quâ potuit non esse, & simul primum exercitium, connotatione cuius ipsum velle diuinum ex necessario in ratione actus & simplicis complacentiæ creaturarum, fit liber in ratione actus & efficacis complacentiæ earundem. Ex quo infertur, velle diuinum ut principium liberum, præcedere seipsum, vt actum liberum ad creaturas terminatum: nam ut principium, est causa sui actus, ut efficaciter ad creaturas terminat.

Hæc maximè obserua ad soluendas obiectiones

89. *Modus hic a priori prob.* Prob. vlt. Totum id ingreditur essentiam rei, sine quo nequit res distingui ab aliâ: sed absque connotatione termini liberè producendi, nequit volitio diuina necessaria distingui à volitione diuinâ liberâ: nam quamdiu volitio diuina non contrahitur per extrinsecam connotationem termini liberè producendi, manet formaliter necessaria: ergo manet sine constitutiuo volitionis liberæ. quia necessarium vt necessarium nequit esse constitutiuum liberi ut liberi. sc. ante contractionem ad extrinsecam terminationem effectus producendi nihil est in actu diuinæ volitionis, nisi intrinsecum: omne autem intrinsecum, necessarium est in Deo: igitur quidquid præcedit extrinsecam terminationem seu connotationem effectus liberè producendi, est necessarium, ac proinde inidoneum ad constituendam volitionem diuinam in ratione liberi.

90. *Corollaria doctrina 1.* Ex dictis constat 1. liberam volitionem, & nolitionem esse perfectiones intrinsecas & vitales in Deo, etiamsi ad essentiale complementum requirant extrinsecum connotatum, defectu cuius actus vitalis, & intrinsecus non denominat Deum, liberè volentem, aut nolentem. quia libera volitio, & nolitio essentialiter important in recto vitalem, & intrinsecam tendentiam ad obiectum volitum, aut nolitum; in obliquo verò, & connotatiuè tantùm liberam productionem, aut negationem extrinsecæ productionis.

91. *Coroll. 2.* 2. Deum non esse liberum quoad vitalem tendentiam, quam in recto dicit actus liber in Deo, sed solùm quoad connotationem extrinseci termini. Quæ connotatio, quia essentialiter requiritur ad actum liberum, ideò simpliciter dicitur Deus liberè velle, aut nolle obiecta creata: nam sicut defectu huius connotationis, actus Dei non dicitur simpliciter volitio, aut nolitio obiecti; ita quia Deus habet libertatem in huiusmodi connotationem, habebit etiam libertatem in actum liberum, quâ liber est formaliter, per huiusmodi connotationem.

92. *Coroll 3.* Constat. 3. eundem actum Diuinæ volitionis, connotatâ negatione extrinsecæ productionis, interdum dici puram nolitionem, interdum verò odium, & displicentiam. Dicitur odium, & displicentia, quando negatio externæ productionis procedit ex præconcepta malitia alicuius culpæ moralis, ob quam talis productio negatur, vel subtrahitur; ut cùm ex præconcepta malitia peccati nobis Deus subtrahit suam gratiam. Dicitur autem pura nolitio, quando talis negatio, vel subtractio non procedit ex præconcepta malitia culpæ moralis, quam solam Deus dicitur odisse, sed vel ex sua libertate, vel ex aliquo alio motiuo, ut negatio productionis alterius mundi, vel annihilatio angeli. 4. voluntas creata liberè sibi 93. *Coroll 4. Deserimen voluntatis creatæ ab increatâ.* producit suos intrinsecos actus, vt potentia libera ex præconcepta bonitate ipsorum, absque præuia inclinatione actuali ad ipsos actus, vel obiecta; hanc enim inclinationem habet formaliter per actum, quem in se ipsa liberè producit: at voluntas increata producit extrinsecos effectus, non solum vt potentia libera, sed etiam vt actus: quia non solùm producit illos ex præuia cognitione bonitatis ipsorum, sed etiam ex præuia, & vitali complacentia eorundem, quam in se ipso habet ex necessaria terminatione ad creaturas possibiles. Vnde per istam complacentiam comparatur voluntas increata ad effectus extrinsecos, sicut voluntas creata per suum actum intrinsecum comparatur ad operationem extrinsecam, quam extra se liberè producit: quia quod habet voluntas creata per suum actum liberum intrinsecum, habet Deus per suum actum necessarium intrinsecum.

5. Deum positiuè nolle ea, quæ nunquam est 94. *Coroll. 5.* producturus, esto connotatum sit negatiuum, ipsa scilicet negatio productionis ad extra. Quia Deus non dicitur nolle formaliter per negationem productionis, sed per ipsum actum positiuum suæ voluntatis; vt connotantem negationem productionis liberè à se dependentem; quia cùm posset talem negationem tollere per oppositam productionem dum ex præconcepta apprehensione alicuius finis non tollit, dicitur talem negationem liberè, ac vitaliter velle, & consequenter eius oppositam productionem liberè, ac vitaliter nolle.

6. Aliter Dei voluntatem terminari ad nolitum, aliter scientiam ad scitum: nam scientia sup- 95. *Coroll. 6.* ponit, non est causa veritatis sui obiecti; voluntas verò est causa bonitatis obiectiuæ, quoad existentiam, licet supponat illam quoad essentiam. Quo fit, vt libera terminatio, per quam voluntas Diuina tendit ad suum obiectum, sit posterior voluntate, vt est causa talis obiecti, & prior bonitate ipsâ creaturæ producendæ, quatenus est effectus; posterior quidem voluntate, quia est immediatus effectus ipsius: est enim ipsa actio extrinseca liberè à Deo producta, vt via ad communicandam existentiam obiecto volito; prior verò bonitate ipsa obiecti; nam ad eam comparatur, vt actio ad terminum. Terminatio verò scientiæ, semper est posterior; veritate obiecti; quia semper supponit illam, estque pura intuitio illius.

7. Deum per se ipsum immediatè esse causam 96. *Coroll. 7.* liberæ terminationis ad creaturas; eâ verò terminatione mediâ esse causam creaturarum; nam per se ipsum immediatè est libera causa actionis creatæ, eâque mediâ tendit ad communicandam bonitatem creaturis: quæ tendentia, quia immediatè proficiscitur à Deo ex apprehensione boni vt finis, propter quem illam ad extra producit, est immediatum, & essentiale connotatum actus Diuini, vt est libera volitio obiecti creati; quia per illam liberè communicat bonitatem creaturis ad extra, non secus ac voluntas creata per suum actum liberum intrinsecum, proficiscentem ex apprehensione boni & finis,

Digitized by Google

communicat aliquam bonitatem obiecto volito.

97. Coroll 8. 8. Per eandem actionem Deum tendere ad creaturas, vt obiectum, & eas producere vt effectus: nam eadem actio est conditio, qua posita, actus Diuinæ voluntatis libere tendit ad terminum talis actionis, vt ad obiectum volitum, & simul est via, qua eundem terminum ad extra producit. Vnde eadem actio & est causalitas Diuinæ potentiæ ad terminum producendum, & essentiale complementum seu connotatum Diuinæ voluntatis ad

98. Coroll. 9. obiectum liberè volendum. 9. qua ratione Diuina voluntas ex indifferenti ad volendum hoc, vel illud obiectum, se determinet ad hoc potiùs, quam ad aliud; quia cùm sit indifferens per vim actiuam ad oppositos effectus producendos, sicut voluntas creata ad oppositos actus eliciendos, poterit se ipsa actiuè determinare per extrinsecam productionem effectùs, absque præuia determinatione intrinseca: quia vis actiua indifferens non eget addito determinante, vt se ipsam formaliter determiner: vt patet in voluntate creata, actiuè se ipsam determinante, ad volitionem potius, quàm ad nolitionem, absque præuia determinatione. 10. quomodo Deus, sine vlla mutatione sui, & intrinseca

99. Coroll. 10. variatione actus, dicatur eandem personam pro vno tempore diligere, pro alio odio habere in ordine ad eundem finem supernat. nam diligit illam, in ea suam gratiam producendo, per quam formaliter illam acceptat ad gloriam, & amicitiam suam; odit verò, quatenus illam sua gratia priuat. Quia ab ipsa æternitate eandem personam, per ordinem ad productionem gratiæ pro vno tempore dilexit; per priuationem verò gratiæ, pro alio tempore, eandem personam odio habuit. Vnde eundem prædestinatum, dum est in peccato, &

100. Coroll. 11. secundùm præsentem statum odit, pro futura verò æternitate diligit. 11. Quâ ratione in Deo sint virtutes morales, quæ in actione consistunt: sc. misericordia. quâ ex motiuo sublenationis miseriæ suæ dona largitur: iustitia, quâ ex motiuo iustæ vindictæ mala punit: amor, quâ ex motiuo beneuolentiæ sua bona communicat. Est igitur in Deo actus liber huius, vel illius virtutis, actus ipse necessarius; vt connotans extrinsecam productionem liberè à se dependentem ex hoc, aut illo motiuo. Contrà verò non est in Deo, ira, aut displicentia propriè dicta; quia huiusmodi affectus imperfectionem important; nam ita inuoluit tristitiam non modò vt causam ex quâ originatur, sed etiam vt obiectum: est enim ex *Arist. Appetitus vicissim dolorem inferendi.* Repugnat autem Deo tristitia: ergo similiter & ira, quæ tristitiam includit vt obiectum. Displicentia verò propriè dicta importat affectum tristitiæ, quæ in Deo esse non potest. Quare, cùm dicitur, Deo malum displicere, sensus est, Deum nolle illud, vt contrarium suæ bonitati, absque vllo intrinseco affectu tristitiæ. Idem de odio propriè dicto *S. Tho. 1. con. Gen. cap. 96.* nam odium est, quo quis vult malum personæ, quà malum personæ est; Deus autem non vult malum, quà malum personæ est formaliter, sed quà bonum est, & correctiuum mali; vult enim pœnam damnatis, non vt malum damnatis, sed vt correctiuum culpæ, & manifestatiuum suæ iustitiæ. Cæterùm, dicitur Deus odisse peccata, quatenus ea vellet non esse, vt contraria suæ bonitati, & perfectioni, quam desiderat creaturis: & propterea ea prohibet; permittit autem illa ob maius bonum, quod est conseruatio libertatis creatæ, & bonum iustitiæ Diuinæ, quod ex eorum punitione manifestatur. Verùm hæc ratio non ob-

Displicentia in Deo propriè nulla.

101. *Verum odium in Deo.*

stat, quin verum & proprium odium in Deo esse dicamus, tum abominationis, quo peccatum vt suæ bonitati contrarium, & nobis noxium prosequitur; tum inimicitiæ, quo malum pœnæ nobis infligit ex displicentia personæ, non quà persona est simpliciter, sed quà peccator est: sic enim Deo displicemus, sumusque obiectum Diuinæ inimicitiæ. Neque est contra rationem odij, in ipso malo, quod odimus, aliquam rationem boni spectare: sicut index, cùm malefactorem punit, rationem publici boni spectat, & tamen per talem punitionem verè & propriè dicitur malefactorem odisse, odio inimicitiæ; quia pœnam illi infligit ex displicentia personæ, non quà persona simpliciter est, sed qua reus, & malefactor est. Quod tandem concedit idem *S. Doctor. 1. p. qu. 20. art. 2. ad vlt.* in Deo esse odium respectu peccatoris, non quà natura quædam est, sed quà peccator est. Iuxta hæc explicandus est locus *con. gen. cit.*

101. *Obiectiones contra doctrinam.* *Obijcies* 1. Ideò Deus fecit creaturas, *quia eas voluit*, *Psal.* 113. ergo volitio creaturarum antecedit productionem earum, vt causa antecedit suum effectum: non igitur potest Deus velle per actum, vt formaliter connotantem productionem creaturarum. quia causa in ratione causæ non potest constitui per suum effectum: sed volitio creaturarum est causa productionis earum; igitur non potest formaliter constitui per connotationem productionis creaturarem. Resp. dist. ptimum conseq. libera volitio adæquatè sumpta antecedit productionem creaturarum, nego; inadæquatè accepta, vt dicit intrinsecam perfectionem, quâ tantum est libera causa effectus ad extra, concedo. Volitio enim Dei non est causa creaturarum, vt formaliter connotat creaturas, sic enim inuoluit illas vt effectus à se liberè dependentes; sed est causa creaturarum, quatenus est liberum principium productiuum ad extra, & vt sic, præcedit illas. Cæterùm vera est causalis, vel in sensu formali, vel etiam in sensu causali, accipiendo creaturas pro terminis productis, non pro actione, qua ad extra liberè producuntur, per cuius solam connotationem immediatè constituitur libera volitio Dei: sc. Ideò Deus fecit creaturas, quia voluit: nam sicut actio, quâ producitur creatura, antecedit creaturam vt terminum productum: ita volitio Dei, quæ formaliter constituitur libera per connotationem solius actionis, antecedit creaturam, vt terminum productum.

Resp. *vera causalis.*

Instabis. Voluntas Diuina, vt causa est creaturarum, est libera volitio earum; sed vt est causa, antecedit productionem creaturarum; ergo vt est libera volitio creaturarum, non includit formaliter productionem earum. Resp. dist. maior. voluntas Diuina, vt causa est creaturarú formaliter & in actu 2. est libera volitio earũ, concedo; vt causa est fundamentaliter, & in actu 1. nego. Vnde ad minor. voluntas Diuina, vt causa fundamentaliter, & in actu 1. antecedit productionem creaturarum, concedo; vt causa est formaliter, & in actu 2. nego: igitur vt libera volitio includit formaliter productionem creaturarum quia est libera volitio creaturarum, vt est ipsarum causa formaliter, & in actu 2. non vt est causa fundamentaliter, & in actu 1, Vel sic: Voluntas Dei ut causa creaturæ, est libera volitio eius per modum principii liberi producentis, præceditque productionem creaturæ; non per modum actus liberi tendentis in obiectum volitum; sic enim est posterior productione, connotatione cuius sit libera & efficax

103. *Instas.* *Resp.*

volitio

volitio creaturarum. Cæterum non semper in propositione causali assignatur causa, realiter, sed interdum ratione tantùm distincta: vt constat in his: *Ideò Deus concurrit cum voluntate creatâ, quia voluntas vult concurrere: & Ideò voluntas creata vult, quia Deus concurrit cum illâ.* in priori, causa concursus generalis Dei assignatur concursus voluntatis creatæ: in posteriori, causa concursus voluntatis creatæ assignatur concursus generalis Dei, cùm tamen neuter concursus sit realis & adæquata causa alterius, sed vna indiuisibilis actio se ipsa procedens à virtute Dei, & creaturæ simul. *Ideò Deus produxit mundum, quia illum voluit:* nec necesse est, vt assignata causa productionis mundi sit adæquatè distincta ab ipsa productione mundi, sed sufficit, si inadæquatè; cùm in volitione Dei quæ assignatur proxima causa productionis mundi, includatur productio mundi, vt essentiale connotatum.

104. *Causæ rationis distinctæ.*

Ex inadæquati.

105. *Obijcies.* 2. Productio creaturarum ex se indifferens est vt sit, vel non sit; ergo non potest esse ratio determinatiua Diuinæ voluntatis, sed potiùs ipsa Diuina voluntas erit ratio determinatiua huius, vel illius productionis. *Resp.* dist. antec. de indifferentia effectiuâ, & formali. Concedo productionem esse indifferentem effectiuè, non formaliter. Productio igitur effectiuè determinatur à liberâ voluntate Dei; formaliter ipsa determinat voluntatem Dei, ad formalem volitionem creaturarum. Sicut volitio creata effectiuè determinatur à voluntate creata, formaliter determinat voluntatem creatam, in ratione volentis potiùs, quàm nolentis. Quare disting. primum conseq. non potest productio creaturarum esse ratio determinatiua Diuinæ voluntatis effectiuè, concedo; formaliter nego. Distinguo & secundum; debet ante productionem assignari ratio determinatiua Diuinæ voluntatis formalis, nego; effectiua, concedo: hæc autem est ipsa virtus libera Diuinæ voluntatis; actiuè indifferens ad hanc, vel illam productionem: vt constat de voluntate creata, quæ se ipsa effectiuè determinat ad hanc, vel illam nolitionem, absque aliâ præuiâ determinatione; nam hoc est de ratione virtutis actiuè indifferentis, posse se ad oppositos actus determinare, absque præuiâ determinatione.

Resp.

106. *Ratio discriminis.* *Obijcies*, 3. Non dicitur creatura velle, quando habet propositum volendi, sed quando actu vult: igitur nec Deus ab æterno voluit, quando habuit propositum creandi, sed quando in tempore creauit. *Resp. neg. conseq.* quia creatura vult per actum superadditum, Deus per actum necessarium connotantem futuritionem effectus, liberè à se dependentis: at Deus ab æterno habuit actum connotantem futuritionem effectus, liberè à se in tempore dependentis; igitur ab æterno habuit actum liberum volendi mundum, esto ab æterno mundum non creauerit.

107. Instabis. Si Deus ab æterno dicebatur velle creaturas, quia ab æterno connotabat illas liberè à se producendas in tempore; pari modo dicetur Petrus nunc velle peccatum, quia nunc connotat peccatum, cras à se liberè committendum, *Resp.* Si Petrus nunc se determinet ad peccandum cras, nunc dicitur velle peccatum, non quia nunc connotat peccatum cras à se liberè committendum, sed quia nunc committit peccatum, per internum propositum cras peccandi, quia quamdiu creatura actu non peccat, semper potest voluntatem peccandi retractare; Deus quia immutabilis est, si semel aliquid connotat, liberè à se faciendum, semper & infallibiliter connotat; quia nequit suum actum, semel positum retractare.

Ratio discriminis.

Vrges. Non minùs voluntas creata ex suppositione quòd elicitura est actum contritionis; toto tempore, antequam illum eliciat, infallibiliter connotat illum à se eliciendum, quàm ex suppositione quòd Deus erat mundum creaturus, ab æterno infallibiliter connotauit illum à se producendum; ergo tam infallibilis est voluntas creata in suis decretis, quam voluntas increata in suis. quia si decretum diuinum non est aliud, quàm voluntas increata connotato tantùm effectu liberè producendo; etiam decretum creatum nil aliud erit, quàm voluntas creata, connotato tantùm actu liberè à se producendo *Resp. neg. conseq.* eiusque prob. quia creaturæ decretum consistit in libero proposito, quod in præsenti habet de suo futuro actu, quod propositum natura sua mutabile est: decretum Dei, nequit consistere in libero proposito distincto ab actu necessario vt connotante effectum liberè à se producendum; nec decretum creaturæ sumitur ex huiusmodi connotatione effectus ex suppositione futuri, sed ex præsenti proposito mutabili; & infallibilitas, quam dicit decretum creatum, quà connotat actum ex suppositione futurum, non tam oritur ex immutabilitate voluntatis creatæ, quàm ex suppositione futuritionis; non secus ac infallibilitas, quam importat decretum eiusdem creaturæ, qua connotat actum ex suppositione præsentem, non tam oritur ex immutabilitate voluntatis creatæ, quam ex suppositione ipsius actus præsentis; quidquid est præsens, aut futurus, non potest non esse præsens, aut futurus, ac proinde non connotari a voluntate creata. Infallibilitas verò, quam dicit decretum diuinum, qua connotat effectum futurum, oritur ex immutabilitate voluntatis increatæ, quæ semel pro suâ libertate determinata ad vnum, implicat ob infinitam suam constantiam mutari in oppositum. Instabis Agens intellectuale, qualis est Deus, nihil extra se producit, nisi moraliter ad intra determinatus: ergo ante omnem extrinsecam productionem supponitur Deus moraliter determinatus intra se, per liberum actum volendi. *Resp.* falsum est, etiam agens intellectuale creatum, ante omnem liberam productionem, supponi moraliter determinatum per actum liberum antecedentem liberam productionem: patet in volitione, quam voluntas creata liberè in se producit, cùm tamen ante illam non supponatur moraliter determinata per actum distinctum ab ipsa libera productione suæ volitionis; nam in hoc ita se habet Deus ad extrinsecam productionem effectus, sicut voluntas creata ad intrinsecam productionem suæ volitionis; sc. vt agens intellectuale possit liberè aliquid producere, sufficit, vt supponatur in actu 1. proximè potens ad vtrumque tum per iudicium vtriusque partis, tum per voluntatem indifferentem actiuè potentem ad vtrumque; quibus positis absque alio actu poterit agens intellectuale liberè se determinare ad productionem, vel non productionem effectus; per ipsam productionem, vel non productionem.

108. *Vrges.*

Resp. admisso antec. Decretum Dei & creaturæ illo sumi longe.

Futuritio infallibilitatem sortitur ex immutabilitate Dei.

109. *Instas vlterius.*

Resp.

Operatur Deus omnia secundum consilium voluntatis suæ ad Ephes. 1. dum consilium sibi ab intellectu prudenter propositum acceptando, executioni mandat: acceptat autem, non per actum liberum antecedentem ipsam executionem, sed per actum executionem involuentem, seu connotantem creaturæ productionem liberè à se dependentem;

Cum omnia proprietate salmantur locutiones scripturæ.

Digitized by Google

dentem. Permanent omnia, Deo liberè volente. *Sapi.* 11. per continuam perennemque actionem, quâ omnia in accepto esse liberè conseruat, non actu libero præcedente, sed connotante & principio libero continuo manutenente conservationem. Demum misit *Deus Vnigenitum suum* mundi Redemptorem *Ioan.* 3. motus ex nimiâ ac liberali dilectione hominum, præsertim prædestinatorum. Etenim ex unò actu liberè terminato ad unum obiectum, moveri potest Deus ad alium actum erga aliud obiectum liberè terminandum: vt in multorum sent. ex amore liberè terminato ad gloriam, per connotationem gloriæ liberè à se producendæ, mouetur ad præparanda media, gloriæ efficaciter consecutiua, per ipsam efficacium mediorum liberam productionem. In his enim voluntas diuina ad secundum obiectum, quod vult dependenter à primo, non solùm præcedit vt principium liberè producens sed etiam vt actus liberè volens & finem formaliter, & media ipsa in præintento fine virtualiter volita.

109. *Obiicies* 4. Si liberum velle Dei nullam addit intrinsecam perfectionem actui necessario, posset Deus sine vllâ sui mutatione, res velle in tempore, & non ab æterno; imò mutare liberum suum decretum, absque vllâ sui imperfectione. *Resp.* neg. sequel. quia non potuit Diuina voluntas futuros effectus ab æterno liberè non connotasse; in qua liberâ connotatione futuri effectus consistit liberum decretum Dei: posterius verò licet non arguat imperfectionem physicam, arguit tamen moralem inconstantiam, quæ procul à Deo esse debet. *Dices:* nihil plus habuit Deus ab æterno per connotationem mundi futuri, quàm si mundus futurus non fuisset: ergo dici non potuit ab æterno mundum liberè volens. *Confir.* Ab æterno non fuit productio mundi: ergo ab æterno non fuit decretum de productione mundi, nam hoc est concretum ex voluntate Dei & productione mundi: at unâ parte concreti deficiente, deficit totum concretum. *Resp.* nihil plus habuit intrinsecè, concedo; extrinsecè, nego; nam mundo non futuro ab æterno non fuisset in Deo connotatio mundi futuri, quâ formaliter completur liberum decretum Dei de productione mundi. *Ad confir.* nego conseq. ad prob. nego, liberum decretum Dei compleri productione ipsâ rei, vt parte intrinsecè constituente, sed solâ connotatione productionis: quo pacto productio extrinsecè tantùm & in obliquo ingreditur liberum decretum Dei, vt terminus essentialiter connotatus. Vnde ab ipsâ æternitate prius intelligebatur voluntas Diuina, vt liberum principium mundum in tempore productura, quam futuram mundi productionem connotatet, cùm semper connotans supponat connotatum.

Dices. Resp. Dices. Confir. Resp. Ad confir.

Obiicies. 5. Datur in Deo noua terminatio scientiæ visionis sed hæc saluari non potest per extrinsecam duntaxat connotationem obiecti; cùm sit vitalis expressio obiecti: ergo nec per talem extrinsecam connotationem saluari poterit noua, ac libera terminatio Diuinæ voluntatis. *Resp.* neg. minor. Etenim scientia visionis nihil noui intentionaliter exprimit intellectui Diuino, quod non exprimit scientia simplicis intelligentiæ: nam hæc intentionaliter exprimit res omnes, secundùm omnem dispositionem, quam possunt habere, Solùm scientia visionis connotat obiectum in propriâ natu â existens, quod non connotat scientia simplicis intellig: hæc autem connotatio non variat intrinsecè scientiam, quia scientia non pendet ex obiecto, in propria natura existente, sed intentionaliter tantum

116. *Obiicies.* 5. Resp.

præsente: vt constat de visione corporea, quæ, si rem exprimat per propriam speciem, siue eadem res illa fiat præsens in propria natura, siue non, semper illa eodem modo exprimitur, & repræsentatur potentiæ visiuæ: nec aliqua perfectio additur, vel demitur visioni ex præsentiâ, vel absentiâ obiecti in propria naturâ existentis. quia tota perfectio cognitionis attenditur penes esse intentionale obiecti, non penes esse naturale. Vnde sicut in actu scientiæ simplicis intellig. qui terminatur ad creaturas possibiles, præsupponitur omnis perfectio intrinseca, quæ haberi posset per actum contingentem, terminatum ad creaturas futuras: ita in actu voluntatis simplicis complacentiæ, terminato ad creaturas possibiles, præsupponitur omnis intrinseca perfectio, quæ haberi posset per actum contingentem, terminatum ad creaturas futuras; quia sicut, vt actus necessarius Diuinæ voluntatis fiat liber, non postulat, nisi solam connotationem extrinseci effectus liberè à se dependentis: ita vt actus necessarius Diuinæ scientiæ fiat contingens, non postulat, nisi solam connotationem obiecti contingentis in se ipso existentis; nam totam perfectionem intrinsecam, quam in actu scientiæ exprimere posset obiectum contingens, exprimit obiectum necessarium: vt totam perfectionem intrinsecam, quam dare posset terminatio actus liberi, dat terminatio actus necessarij, qui ex se supponitur per modum simplicis complacentiæ necessariò terminatus ad omnem bonitatem possibilem. Vide *disp.* 22. à *n.* 285.

Ratio. 111. *Hinc confir. doctrina.*

112. *Obiicies* 6. Datur aliqua libera volitio in Deo, cui nulla respondet productio ad extra: ergo libera volitio Dei non sufficienter saluatur per connotationem productionis ad extra. Antec. constat. 1. de libera nolitione alterius mundi: 2. de voluntate simplicis complacentiæ saluandi omnes, cui non correspondet effectus, qui est salus omnium, quia non omnes saluantur: 3. de voluntate concurrendi cum omni creatura libera ad eos actus, quos nunquam illa est elicitura; huic enim voluntati nulla respondet productio: 4. de voluntate conditionata, quam Deus habet de rebus futuris, quæ tamen nunquam erunt; vt voluntas iustificandi, si peccator se disposuerit per gratiam antecedentem. 5 multa Deus vult, quæ tamen sine vlla variatione obiecti aliter velle potuisset, per solam variationem intrinsecæ terminationis sui actus, vt eandem gloriam nobis velle potuit dependenter, vel independenter à nostris meritis; eandem Pauli conuersionem dependenter vel independenter à Stephani oratione. 6. posset Deus mihi votum relaxare, absque vlla mutatione in me facta; aut peccata remittere per extrinsecam duntaxat condonationem. 7. sæpè Deus gratis remittit pœnam purgatorij, absque mutatione ipsius animæ purgantis. 8. aliquando Deus unam rem in aliam dirigit, vt venditionem Iosephi in exaltationem propriæ personæ: non potest autem vna res in aliam dirigi, quando illa suapte natura non est ad aliam ordinata, absque nouo & intrinseco actu dirigentis.

Pr. 1.

113. Resp. neg. antec. & ad 1. prob. dico, negationem productionis ad extra liberè à Deo dependentem, esse sufficientem terminum liberæ nolitionis Diuinæ.

Resp. ad 1.

Dices. Negatio alterius mundi non est terminus contingens: ergo nō potest constituere actū liberū Diuinæ nolitionis nam de essentia actus liberi est, ut possit esse & nō esse: Sed actus liber ex non potest quoad intrinsecam entitatem non esse: ergo saltem debet posse non esse quoad extrinsecū connotatū,

quo

quo proximè constituitur in ratione actus liberi Antec. prob. negatio alterius mundi, vt sit, non pendet à voluntate Dei, vti pendet productio mundi, cùm negatio non egeat concursu Dei, vt fit, sed seipsâ sit independenter à voluntate Dei; vnde etiam si per impossibile Deus non esset, adhuc talis negatio fuisset, quoniam in ratione negationis à nulla causa efficienter pendet. *Confir.* vt actus Dei ex necessario transeat in liberum, aliqua realis mutatio fieri debet in eo termino, connotatione cuius constituitur liber: atqui in negatione alterius mundi, connotatione cuius constituitur libera nolitio Dei, nulla fit mutatio realis; cùm eodem modo illa & negatio mundi maneat post decretum, ac fuerat ante decretum; *Resp.* Nego antec. ad prob. negatio mundi in ratione negationis simpliciter, non pendet à voluntate Dei; concedo, quoniam vt talis negatio simpliciter fuerit, non eguit concursu aliquo Dei, sed ex se independenter ab omni voluntate Dei habuit suum esse negatiuum: non pendet à voluntate Dei in conseruari negationis seu in perseuerantiâ negationis, nego: Quia potuit Deus illam destruere, per productionem mundi sicut destruxit negationem huius mundi, quæ in ratione negationis simpliciter præcessit liberam voluntatem Dei. Nec est necesse vt negatio mundi dicatur pendere in conseruari à Deo, vt ipsa debeat positiuo concursu à Deo conseruari; sed sufficit, vt positiuo concursu produci possit mundus, productione cuius ipsa desinat esse. Sicut vt negatio contritionis in conseruari pendeat à voluntate creata, necesse non est, vt ipsa debeat positiuo concursu conservari à voluntate, vti conseruatur opposita contritio, sed sufficit, si actus ipse contritionis à voluntate, non eliciatur, dum potest elici: cùm non minus, voluntas suam exerceat libertatem non agendo, dum potest agere, quàm agendo, dum potest non agere, vt 3. *to.* Ad confirm. neg. minor.

Ad conf. conced. minor. Porrò mutatio, quæ in negatione mundi vi voluntatis diuinæ fit, est, vt post decretum Dei de non producendo mundo, non amplius maneat indifferens ad posse esse, & non esse, uti erat ante decretum; sed determinata manet tantùm ad esse negationis, ita ut non possit ampliùs non esse negatio mundi, quàm determinationem ante decretum Dei non habebat: non secus ac ipsa productio mundi ex antecedenti indifferentia ad esse, vel non esse productionis mundi, transit, vi efficatiæ voluntatis diuinę ad esse determinatum productionis mundi, vt non possit ampliùs non esse futura mundi produitio: atque vt sic est terminus liberæ volitionis Dei. Neque ut hæc mutatio siue in productione, siue in negatione fiat, necessarium est, vt fiat per aliquid prævium distinctum, à productione, vel negatione, & ipsa voluntate Dei libera tantùm per modum princpij. Etenim hoc ipso, quòd Deus producit mundum, cùm potuerit non producere; vel contrà non producit mundum, cùm potuerit producere, tam productio mundi, quàm negatio mundi ex indifferenti ad esse, vel non esse, transeunt ad determinatum esse, ac proinde fiunt termini liberæ volitionis, vel nolitionis diuinæ, connotatione quorum actus Dei ex necessario absque *Mutatio libera quæ* intrinseca sui mutatione transit in liberum, vel per modum efficacis volitionis, vel per modum efficacis nolitionis, cùm tam productio mundi, quàm negatio mundi vi solius liberi principij increati ab esse indifferenti transeat ad esse determinatum: non secus ac produitio, vel negatio contritionis, vi solius principij liberi creati ex indifferenti transit ad esse determinatum vel productionis, vel negationis contritionis. Non enim principium liberum mutari debet in se, vt ex indifferenti transeat ad determinationem, sed sufficit, vt terminus ipsius vi efficacitatis sui principij liberi ex indifferentia transeat ad determinationem, sed sufficit, vt terminus ipsius vi efficacitatis sui principij liberi ex indifferentia transeat ad determinationem, sicut vt causa ex non causante transeat ad causandum, necesse non est, vt transeat per aliquid prævium in se receptum, distinctum ab ipsa virtute causandi, & causalitate in effectu recepta. Distinguo itaque rationis signa duo: 1. indifferentiæ, in quo Deus fuit indifferens ad producendum, vel non producendum mundum; alterum determinationis, in quo per ipsam futuram, vel non futuram productionem mundi, fuit determinatus ad volendum, vel nolendum mundum. *Duo signa rationis dant lucem.* In 1. signo respondebat Deo vt principio libero tàm productio, quàm negatio mundi cum indifferentia ad essendum, vel non essendum; In 2. vel cum determinatione ad essendum, vel cum determinatione ad non essendum. In 1. signo Deus nec erat liberè volens mundum, nec negationem mundi; sed indifferens ad utrumque, & liber tantùm per modum principij: proinde tàm productio mundi, quàm negatio mundi erat ex se indifferens; vt in 2. signo potuerit esse futura, vel non futura: in 2. signo fit Deus determinatè volens mundum, vel negationem mundi, per ipsam determinatam futuritionem mundi, vel per determinatam futuritionem negationis mundi. Ad quam futuram determinationem transit productio mundi, vel negatio mundi ex antecedenti indifferentia, virtute, & efficacia diuinæ voluntatis, potentis per modum principii liberi absque antecedente determinatione sui ponere, vel futuram determinatam productionem mundi, vel futuram determinatam negationem mundi. Ac proinde saluatur, quò pacto actus Dei ex necessario in essendo, & libero tantùm in producendo pro primo signo, transeat absque sui mutatione in liberam volitionem, vel nolitionem formalem in 2. signo, per solam connotationem, vel determinatæ productionis mundi futuri, vel determinatæ negationis mundi non futuri.

Ad 2. effectum respondentem voluntati, quam 114.
Deus habet de salute omnium, esse ipsa media sufficientia, quæ Deus tribuit omnibus, vt salutem consequi possint. nam idem medium de se ordinatum *Ad 2.*
ad consequendum finem, est terminus voluntatis absolutæ de mediis ad finem, & simul conditionatæ de fine ipso, quem Deus non intendit absolutè, sed conditionatè, & dependenter à libertate creaturæ; cui hoc ipso, quòd præbet media sufficientia ad finem, vult illi virtualiter finem in collatione mediorum, ad finem ordinatorum: nam quâ ratione media continent finem, ad quem ordinantur; eâdem ratione, voluntas dandi media continet voluntatem dandi finem; igitur sicut media ordinata ad finem virtualiter continent finem; ita & voluntas dandi media continebit virtualiter voluntatem dandi finem. Ad 3. effectum cui respondet huiusmodi voluntati, esse ipsam potentiam liberam creaturæ cum omnibus ad tales actus eliciendos antecedenter prærequisitis. Nam ea ipsa, quæ sunt terminus voluntatis absolutæ, sunt etiam terminus voluntatis conditionatæ, quatenus virtute continent effectus, propter quos illa dantur. *Dices:* ergo pariter Deus vellet peccata, quæ in libertate creaturæ, vt in causâ sufficienter continentur. *Resp.* Nego conseq. nam ad peccata supponitur in Deo di-

ſplicentia, quâ illa prohibet, ne fiant. Contrà verò ad actus bonos ſupponitur in Deo complacentia, qua illos præcipit, vel conſulit, vt fiant. Dices: ſi diſplicentia vel nolitio Dei conſtituitur per negationem rei, non poterit explicari, quâ ratione Deus habeat nolitionem & diſplicentiam peccati per ipſam poſitionem & exiſtentiam peccati, cùm per hanc potiùs habeat volitionem & complacentiam peccati, non ſecus ac de operibus bonis. Nec iuuat, quòd in Deo præcedat neceſſaria diſplicentia in peccato poſſibili: nam etiamſi Deus habeat neceſſariam complacentiam in creaturâ poſſibili; vt tamen conſtituatur eam liberè nolens; ſufficit, quòd ponatur carentia ipſius exiſtentiæ: ergo ſicut neceſſaria complacentia in creatura poſſibili non impedit liberam nolitionem exiſtentiæ eiuſdem: ita è contrario, neceſſaria diſplicentia in peccato poſſibili non impediet, quò minùs eo poſito in Deo ſit libera complacentia & volitio exiſtentiæ peccati. Reſp. Deus non tantùm habet neceſſariam diſplicentiam in peccato poſſibili, ſed etiam liberam diſplicentiam in peccato exiſtente, ſeu poſitiuam nolitionem, explicatam per prohibitionem, ne fiat. Contra verò de opere, bono etiamſi non fiat, habet liberam volitionem & complacentiam, vt fiat, explicatam per legem præcipientem, vel conſulentem. Inferes: ergo ſaltem actus ipſe, quo Deus concurrit ad exiſtentiam peccati, non eſt nolitio & diſplicentia, ſed volitio & complacentia libera peccati, eſto per alium actum antecedentem nolit, ſibique peccatum diſpliceat. Nego conſeq. loquendo de peccato formaliter: tum quia ad exiſtentiam peccati Deus non concurrit ex ſe, ſed vt determinatus à creaturâ; non enim ipſe ex ſe determinat concurſum ad peccatum, ſed illum offert antecedenter indifferentem, quem poſteà in executione creatura ex ſuâ libertate determinat ad malum: tum quia poſitâ liberâ prohibitione ex parte Dei, nè peccatum fiat, non poteſt actus ipſe, quo Deus ad exiſtentiam peccati concurrit, dici ex parte Dei volitio peccati, ſed ſolùm permiſſio: quia permittit, vt concurſu à ſe indifferenter oblato creatura pro ſuâ libertate utatur ad malum, cùm tamen ipſe vi modi, quo ad talem actum concurrit, à creaturâ determinatus, nollet eſſe. Vnde in tali actione ſe habeat, ac ſi ipſe non concurreret, ſed ſola creatura; quia quantum eſt de ſe, nollet ad illum concurrere. Dixi, *loquendo de peccato formaliter*: nam conſideratum ſecundùm entitatem phyſicam, quâ ratione malum non eſt, ſed bonum quoddam phyſicum tranſcendentale, complacet ſibi in eo Deus.

Dices

Argu. hoc. quod aliqui recen. æſtimant inſolubile, facilè ſolmtur. Reſp.

Permiſſio peccati non eſt volitio.

1164 Ad 4. dico, effectum reſpondentem decretis conditionatis, quæ in Deo actu ſupponuntur, eſſe omnia in actu 1. ſufficienter requiſita ad effectum conſequendum creaturæ collata; nam in ijs dicitur Deus velle conditionatè finem. Pro quo nota, decretum conditionatum in Deo duos actus liberos virtualiter inuoluere; vnum formaliter, quo media ad finem conſequendum decernuntur; alterum virtualiter, quo finis ipſe intenditur in collatione mediorum. Primus actus formaliter eſt in Deo; ſecundus tantùm virtute; quia nimirum ſi conditio poneretur ex parte creaturæ, poneretur & decretum ex parte Dei: nam illud idem decretum, quod erat virtuale in Deo, euaderet formale per connotationem conditionis extra poſitæ.

decretum condit. duos actus liberos inualuit.

Ad 4.

Ad 5. Ad 5. dico, huiuſmodi variationem ſaluari per diuerſam connotationem motiui, quo Deus proximè mouetur ad effectum producendum: ſi enim mouetur ad dandam gloriam ex ſolo motiuo ſuæ bonitatis, gloria ex tali motiuo collata, dicitur dari independenter à meritis, & vt purum donum; ſi verò mouetur ex motiuo meritorum, eadem dicitur dari dependenter à meritis, & vt merces ſeu corona. Eodem modo ſi Deus ſalutem vnius decernat ex precibus alterius. Quòd autem poſſit Deus abſque intrinſecâ variatione ſui actûs eandem rem decernere ex vno, vel alio motiuo, ex quo in effectu producendo reſultet diuerſa dependentia ab hoc, vel illo motiuo, mox explicabo in Reſp. ad 8. Obiec. Ad 6. nego antec. nam mutatio in eo caſu, eſſet aut reuelatio, à Deo facta de voto relaxando, aut alicuius impedimenti appoſitio, quò minùs votum ſeruari poſſet, ex motiuo votum remittendi cauſata. Nego etiam peccata remitti poſſe, abſque propriâ retractatione peccatoris, & infuſione gratiæ habitualis in hoc ſtatu naturæ eleuatæ, ex 3.to. Neque ad hoc ſufficit moralis duntaxat mutatio peccatoris: nam hæc conſurgere debet ex phyſicâ formâ, quæ anteà non erat, & nunc eſt; impoſſibile n. eſt, intelligere nouam mutationem moralem, abſque nouâ formâ phyſicâ, ad cuius poſitionem illa conſurgat, cùm omnis mutatio moralis neceſſariò fundetur in phyſica; vel igitur iſta phyſica mutatio erit in creaturâ, & habetur intentum; vel erit in Deo, peccata remittente, aut vota relaxante: at in Deo eſſe non poteſt; ergo in creaturâ. Confir. iſta moralis mutatio in creatura alia eſſe non poſſet, quàm noua denominatio in creaturâ, conſurgens ex actu Diuinæ voluntatis aliter, quàm anteà ad creaturas terminato; implicat quippe eodem modo, quo anteà, Diuinum actum ad creaturas terminari, & nihilominus nouam denominationem conferre, cùm non poſſit forma quoad omnia inuariata nouum effectum formalem, vel denominationem conferre. Vnde manet eadem difficultas, quo pacto poſſit idem actus immutatus in ſe aliter nunc, quàm anteà ad creaturas terminari. Neque dicas, actum Diuinum aliter ſe habere, non in ſe, ſed in ordine ad ſuum effectum, quem in creaturâ cauſat, non phyſicè, ſed moraliter: quia iſte effectus non eſt aliud, quàm extrinſeca denominatio ab actu Diuino, vt aliter nunc, quàm anteà, ad creaturas terminato: igitur ſupponit actum antecedenter ad talem denominationem, aliter ad creaturas terminatum, cùm omnis denominatio ſupponat formam, à qua deſumitur. Ad 7. nego, Deum pœnas purgatorij remittere ſine phyſica mutatione: eſt autem phyſica mutatio, vel reuelatio facta animæ purganti, aut eius angelo cuſtodi, ex motiuo commeritam pœnam remittendi; vel ſubtractio concurſûs ab igne animas in purgatorio torquente, ex eodem fine pœnas relaxandi, idque vel omninò gratis, vel propter ſatisfactiones Chriſti & Sanctorum, per indulgentiam à ſummo Pontifice tali animæ applicatas, vel etiam ad preces & merita aliorum iuſtorum.

Moralis mutatio peccatoris ad iuſtific. non ſufficit

Confir.

Ad 7. De remiſſione pœnæ purgatorij.

Ad 8. dici poteſt 1. Deum dirigere vnam rem in aliam, ad quam non eſt natura ſua directa, vt Ioſephi conditionem ad exaltationem eiuſdem, per actum extrinſecè tantum ordinantem ſufficienter manifeſtatum: non ſecus ac voluntas creata per actum imperantem ordinat actum imperatum ad aliquem finem, ad quem non eſt ſuapte natura ordinatus, ut reſtitutionem pecuniæ ad ſatisfactionem peccatorum. Sed contrà vel hic modus ſufficiens non eſt, vt mox conſtabit, vel vniuerſalis non eſt cùm Deus vnam rem ſæpe ordinet in aliam ſine nouo actu extrinſecè ordinante, vt cùm orationem Stephani ordinauit ad Pauli conuerſionem: non enim illam actu diſtincto ab ipſâ orationis inſpiratione ordinauit. Item cùm Deus ex duplici motiuo

117. *Ad octauam dici poteſt 1.*

eandem

eandem rem intendit, vt gloriam corporis Christi ex motiuo vnionis hypostaticæ, & meritorum, quam tamen intendere potuit ex solo motiuo vnionis hypost. 2. Dici potest, vnam rem dirigi in aliam peculiari actione specificatâ ab ipso fine, ad quem res dirigitur: ita *Arrubal.* Potuit igitur Deus ad Iosephi venditionem peculiari actione concurrere, quæ respiceret exaltationem eiusdem apud Ægyptios vt finem. Sed contrà; vix mens capit, quo pacto possit actio intrinsecè ordinari ad finem extrinsecum ac disparatum, ab eoque specificari: nam actio per se tantùm respicit terminum cuius est via, & agens, à quo proficiscitur; non aliud extrinsecum, nisi medio termino: nec apparet, quo pacto actio illa venditionis Iosephi potuerit intrinsecè respicere exaltationem eiusdem, nisi erga illum aliquid præstando, quod præstare non potuisset, alia actio, quod explicabile non est.

Dici potest 2. *Contra.*

118. 3. Dici potest, eo ipso rem unam in aliam vt in finem ordinari, quo illam Deus ex tali motiuo produxit, (esto peculiari actione illam ad talem finem non ordinet) Vno modo, vt motiuum, ex quo res ipsa producitur, extrinsecè, tantùm se habeat ad productionem rei, non secùs ac ad extrinsecam actionem eleemosynæ se habet internum motiuum, ex quo mouetur homo ad eleemosynam largiendam, quæ in se physicè non variatur, siue ex hoc, siue ex illo motiuo fiat. Alio modo, vt motiuum non tantùm se habeat vt terminus, extrinsecè respectus ab actione externâ; sed vt principium etiam efficiens ipsius, physicè in illam influens. At modum 1. insufficientem puto ad saluanda, quæ de actibus liberis Dei oracula diuina docent: ic. in Deo esse actus liberos moralium virtutum, amicitiæ, liberalitatis, misericordiæ, iustitiæ, & similium: qui saltem uari nequeunt, si motiuum, ex quo res à Deo producuntur, extrinsecè tantùm se habeat ad earum productionem. Nam si motiuum extrinsecè tantùm se habeat ad externam productionem rei, non influendo in productionem ipsam, non poterit physicè variare illam: sola quippè causa influens physicè potest variare actionem, cùm ab eâ tantùm physicè pendeat. Dices: actio physicè variatur à causa etiam finali specificante: at motiuum est causa finalis specificans. Distinguo minorem; motiuum specificat actionem internam concedo; externam, nego. Etenim eam tantùm actionem specificat, ad quam comparatur vt immediatus terminus intrinsecæ & vitalis eius tendentiæ; ad actionem externam non nisi extrinsecè comparatur: ideò ad variationem motiui, non variatur actio externa; siue externa pecuniæ exhibitio fiat ex motiuo liberalitatis, siue iustitiæ, semper actio est eadem physicè: at variato motiuo, repugnat manere eandem actionem internam physicè; non enim potest quis eodem actu modò rem intendere ex uno motiuo, modò ex alio. Quia actio interna est immediata tendentia in motiuum, & propter motiuum, à quo speciem sumit: actio verò externa solùm est immediata tendentia in terminum, quem attingit. Non igitur poterit motiuum, ex quo Deus ad rem producendam mouetur, physicè variare actionem, si ad eam physicè non influat. Nequit autem eadem actio physicè inuariata constituere diuersos actus liberos virtutum moralium in Deo: nam actus necessarius Dei fit liber huius, vel illius virtutis; formaliter per connotationem huius, vel illius actionis: & cùm in ratione liberi ultimam specificationem accipiat ab ipsâ physica actione externa, non poterit ab vnâ eademque actione physicâ accipere diuersas specificationes, cùm nequeat vna eademque forma inuariata in se diuersas conferre denominationes & effectus formales ergo.

Responsio 3. dupliciter intelligi potest. *Primus modus* *insufficiens.* *Prob. Maior propos. hæc est.* *Idem est motiuum ex quo agens ad agendum mouetur & finis propter quem agit.* *Minor propos.*

Confir. Non potest voluntas creata ab vno eodemque actu physico modo accipere denominationem liberalis donationis, modò iustæ solutionis: ergo nec voluntas increata ab eadem physica actione modò denominationem liberalis donationis, modò iustæ retributionis: nam ita se habet voluntas diuina in ratione actûs liberi ad actionem externam, sicut voluntas creata ad actionem internam. Illustratur exemplis. Non plus nec diuersum quid habet in hâc sent. productio pluuiæ à Deo causata ex motiuo subueniendi necessitatibus populi, quàm causata ex motiuo vlciscendi peccata: ergo non minùs causata ex motiuo misericordiæ poterit constituere actum liberum iustitiæ, quàm contrà causata ex motiuo vindictæ, actum liberum misericordiæ. Non plus habet collatio gloriæ producta ex puro motiuo liberalitatis, quàm ex motiuo iustitiæ: ergo non magis producta ex motiuo liberalitatis, constituet liberum actum liberalitatis, quàm producta ex motiuo iustitiæ, constituet eundem actum liberalitatis, & contra. Non potest eadem actio externa constituere actum liberum amoris & odij Dei erga creaturam: ergo nec eadem actio externa actum liberalitatis & iustitiæ, misericordiæ & vindictæ. Debet igitur in ipsa actione externâ esse aliquid diuersum, connotatione cuius actus ipse necessarius potiùs constituatur actus liber misericordiæ, quàm iustitiæ: cùm formalem denominationem liberæ virtutis actus necessarius accipiat ab actione externâ, quæ vt vltima forma speciem tribuit actui necessario de se indifferenti ad varios actus liberos virtutum.

119. *Confir. à pari.* *Exemplis*

Dices: Externa actio prout connotat vnum motiuum, propter quod producta est, constituit certum actum virtutis, prout connotat aliud motiuum, constituit alium actum virtutis. Sed contrà: 1. in hoc committitur circulus: siquidem actio externa supponitur specificata ab actu interno necessario Dei motiuum intendente, & actus liber ab actione externâ, ab interno motiuo præintento specificata: 2. implicat noua connotatio, nullâ factâ variatione in extremis: ergo. Itaque actione externâ, & actu interno necessario Dei inuariatis in se, repugnat in actione externâ nouam resultare connotationem. Nempe actio externa ex eo quòd fiat ex hoc, vel illo motiuo, non variatur in se, *vt supra*: nec actus Dei ex hoc quòd operetur ex hoc, vel illo motiuo, variatur intrinsecè in se: igitur nullum nouum ponitur fundamentum, ad quod possit noua hæc connotatio resultare. Confir. actus necessarius Dei per simplicem vitalemque complacentiam intendit omnia virtutum motiua: ergo quòd operetur ex hoc, vel illo motiuo, nullam nouam addit mutationem in se, sed solùm in opere externo: ergo si hoc semper est idem, siue fiat ex motiuo misericordiæ, siue iustitiæ, non poterit connotare vnum potiùs motiuum, quàm aliud, cum nihil diuersum in se habeat, ex eo quòd fiat ex vno, quàm ex alio motiuo.

120. *Probabilior modus.* *Pro explicatione 1.*

Posterior modus est, vt motiuum ipsum, ex quo Deus proxime mouetur ad rem producendam, actiuè influat in ipsam rei productionem. Qui modus est probabilissimus, eumque docet *P. Herice tract. 2. disp. 17. c. 2.* Nota 1. actio duplicem importat respectum transcendentalem, alterum ad terminum, alterum ad agens, cùm non minùs actio sit essentialis dependentia ab agente, à quo egreditur, quàm essentialis via ad terminum, quem attingit: nec minùs mutato agente, quàm mutato termino,

termino, necesse est mutari actionem: vt enim implicat, actionem, quæ est huius termini, fieri actionem alterius termini; ita dependentiam, quæ est ab hoc agente, fieri dependentiam ab alio agente.

Nota 2. 2. principium productiuum ad extra in Deo non distinguitur ab ipsius voluntate, *vt infrà disp. 17. sect. 1.* eo quòd principium producendi ad extra in Deo debeat esse proximè liberum & indifferens ad producendum, vel non producendum, cùm debeat vi suæ intrinsecæ virtutis, absque prævio actu determinante, seipsum ad producendum, vel non producendum determinare. 3. actus necessarius Dei est simplex amor, & vitalis complacentia omnium & singulorum motiuorum honestorum, propter quæ potest vnaquæque res intendi.

Nota 3.

Ex his principijs facilis deductio modi assignati.

Ex his deducitur assignatus modus: sc. quandò Deus liberâ suâ voluntate res ad extra producit, motus ex aliquo honesto motiuo, tale motiuum, est proximum & immediatum principium productionis rei: quia cùm principium liberè producendi in Deo sit ipsemet simplex amor & vitalis complacentia, quam habet de omnibus & singulis motiuis, dum rem producit per vnum motiuum, & non per aliud, producit illam actione respiciente vnum motiuum, & non aliud; actio n. illud tantùm respicit vt principium sui, è cuius virtute proximè & immediatè proficiscitur: si igitur infusi, gratiæ, aut collatio gloriæ proficiscitur ex motiuo misericordiæ, vt ex proximâ & immediatâ virtute influente, ad solum motiuum misericordiæ, & non iustitiæ habebit essentialem respectum: & consequenter talis actio specificabit solum actum liberum misericordiæ, & non iustitiæ: vnde per eandem actionem, seu actionis connotationem dicitur Deus & libere moueri ex tali motiuo, & constitui in ratione liberi actûs talis virtutis: non enim in Deo libera intentio ex hoc potius, quàm ex alio motiuo præcedit externam rei productionem, cùm ante hanc in Deo non præcedat, nisi actus necessarius per modum simplicis complacentiæ, terminatus ad omnia & singula motiua honesta; qui per connotationem externæ actionis proficiscentis à se, vt à principio indifferenti, fit primò liber, primoque denominatur liberè intendens rem ex tali motiuo; & simul constituitur in ratione actûs liberi eius virtutis, ex cuius motiuo externa actio producta est. 6. Differt autem hic modus à secundo *Arrubalis*; quòd ille ponat diuersam actionem in termino intrinsecè ordinatam ad motiuum vt ad finem; hic verò diuersam actionem in termino productam ab ipso motiuo efficienter. Vnde prioris actionis principium productiuum, est diuersum à specificatiuo, siquidem productiuum est Deus, specificatiuum finis ille extrinsecus, ad quem Deus actionem dirigit: posterioris principium productiuum & specificatiuum est idem, nempe peculiare illud motiuum, ex quo Deus rem producit, quod simul est actionis effectiuum & specificatiuum. 2. Quòd prior actio triplicem habet respectum, primum ad terminum intrinsecum, secundum ad finem extrinsecum, tertium ad Deum, vt ad principium efficiens; posterior tantùm duos, alterum ad terminum intrinsecum, alterum ad motiuum extrinsecum, tamquam ad principium productiuum sui. 3. Quòd prior actio intrinsecè & immediatè ordinatur ad finem extrinsecum; posterior tantùm extrinsecè & mediate, mediante scilicet motiuo actûs Dei, à quo producitur.

Triplex discrimen à secundo.

Ex primo oritur 2. à 2. tertium

112. *Actionis extrinsecæ creaturæ & creatoris discrimen.*

Dices: ergo in hoc 3. modo, si res producta, non est suâ naturâ ad finem ordinata, non poterit per talem actionem dici potiùs ad vnum, quàm ad alium finem ordinari. Resp. neg. sequel. etenim licet res producta in hoc 3. modo non ordinetur intrinsecè & immediatè ad finem extrinsecum, ordinatur tamen extrinsecè mediante peculiari illâ actione, quam Deus ex peculiari motiuo producit. Nam sicut actus necessarius Dei, vt producens rem ex tali motiuo seu fine, necessariò includit talem motiuum seu finem, vt terminum intrinsecæ ac vitalis suæ tendentiæ; ita per talem actionem ex tali motiuo productam, dicitur saltem extrinsecè & mediatè ad finem extrinsecum ordinari. Et sicut homo peculiari actu libero misericordiæ ordinat externam pecuniæ exhibitionem ad extrinsecum finem misericordiæ, esto ipsa externa pecuniæ exhibitio intrinsecè non ordinetur ad finem misericordiæ: ita Deus peculiari actu libero misericordiæ ordinat externam pluuiæ productionem ad extrinsecum finem misericordiæ, esto ipsa externa pluuiæ productio intrinsecè non ordinetur ad extrinsecum finem misericordiæ: hoc duplici discrimine, primo quòd homo externam actionem ordinat ad finem extrinsecum per actum liberum intrinsecum, Deus autem per actum factum liberum connotatione actionis extrinsecæ; per eandem quippe pluuiæ productionem, & libere vult illam ex motiuo misericordiæ, & simul eam extrinsecè dirigit ad finem misericordiæ. 2. Quòd actio extrinseca, quâ Deus rem vnam in aliam dirigit, essentialiter respicit motiuum illud, ex quo voluntas increata ad rem producendum mouetur; non autem actio externa motiuum, quo voluntas creata mouetur ad eam producendam. Idque ex eo, quòd actio externa voluntatis creatæ non producitur efficienter à motiuo interno eiusdem, vti producitur actio externa à motiuo interno voluntatis increatæ. Quo fit, vt actio externa, quâ Deus vnam rem dirigit in aliam, peculiari respectu ordinetur ad illam vt ad finem, quia respiciendo essentialiter internum motiuum actûs diuini, eo mediante simul respicit finem illum extrinsecum, quem connotat actus ipse Dei talem finem intendentis. Quod non habet operatio externa, quam voluntas creata in aliam dirigit: nam hæc non est essentialis dependentia à motiuo interno, quo voluntas creata mouetur ad eam producendam, vti est actio externa à motiuo interno, quo voluntas increata ad eam producendam mouetur. Vnde variato motiuo interno voluntatis creatæ, perseuerare potest eadem numero actio Physica externa, quæ tantùm physicè respicit potentiam externam, à quâ producitur: at variato motiuo interno voluntatis increatæ, necessariò variatur actio physica externa, quæ est essentialis dependentia ab hoc determinato motiuo interno Dei.

Enodatio totius difficultatis.

Duplex in hoc modo difficultas. 1. non videtur actio externa ex peculiari motiuo producta potiùs respicere vt principium efficiens actum necessarium, vt est simplex complacentia vnius, quàm alterius motiui, sicut nullus effectus ad extra productus respicit Deum vt principium efficiens secundùm vnam perfectionem potiùs, quàm aliam, cùm in Deo in ordine ad creaturas producendas nulla sit perfectionum diuersitas, sed vnâ indiuisibili omnia producat: cùm igitur actus simplicis complacentiæ omnium honestorum motiuorum possibilium in Deo sit vna simplicissima indiuisibilisque perfectio, actio ab eo producta non minùs respiciet illam vt simplicem complacentiam huius, quàm illius motiui. Resp. 1. non repugnare, actionem procedentem à principio vno tomaliter multiplici virtualiter, respicere illud secundùm vnam perfe-

112. *Prima diffic.*

Resp. 1.

perfectionem; & non aliam, vt constat de processionibus diuinis. Nam siue hæ, vt productiones formaliter, sint à principio absoluto, siue relatiuo, de quo *infra*, nulla processio diuina respicit principium, à quo egreditur, secundùm omnem perfectionem, quam indiuisibiliter continet. Productio enim Verbi, siue sit ab intellectu patris, siue ab ipsâ paternitate, vt à proximo & immediato principio influente, non respicit suum principium productiuum secundùm omnem perfectionem, quam in se indiuisibiliter continet: siquidem in nullius sententiâ respicit illud secundùm perfectionem volitionis, vti nec productio spiritûs S. suum principium spiratiuum secundùm perfectionem intellectionis. 2. esto actus necessarius simplicis complacentiæ in Deo sit vnus subiectiuè, est tamen multiplex obiectiuè & connotatiuè, quatenus terminatur ad multa motiua honesta, qui licet in creaturæ productionem influat, vt subiectiuè existit in Deo, tamen ad eam influit, vt antecedenter terminatus ad vnum motiuum, & non vt terminatus ad aliud.

Resp. 2.

Diffic. 2. Secunda. Esto hic modus saluet liberas volitiones, haud tamen saluat liberas nolitiones in Deo, cùm libera nolitio Dei non constituatur connotatione actionis ex peculiari motiuo influente productæ, sed potiùs ex actionis negatione: Resp. saluari liberas nolitiones in Deo per carentiam illius actionis, quâ res producta fuisset ex aliquo motiuo: ex gr. libera nolitio alterius mundi saluatur per connotationem carentiæ illius actionis, quâ Deus scientiâ conditionatâ præuidit, ex tali, aut tali motiuo se producturum fuisse mundum, si illum producere statuisset. Vti & libera nolitio huius mundi, si illum decreuisset non condere, saluaretur per connotationem carentiæ huius actionis, quâ de facto illum condidit vel alterius quâ illum cõdere decreuisset. Nam licet Deus actu necessario simplicis complacentiæ feratur ad omnia motiua, propter quæ potest vnaquæque res produci, vel non produci, actu, tamen libero solùm fertur in illud motiuum, quo, vel de facto in actionem influit, vel quo influeret, si rem produceret.

Soluitur.

123. Infertur 1. quid iuxta hunc 3. modum dicendum sit de remissione peccatorum: nam qui nobiscum sentiunt, nullum actum liberum Dei erga creaturas explicari posse, nisi Physicâ mutatione, cohærenter doceant, non posse Deum remittere peccata, sine physicâ mutatione factâ in peccatore. An sufficiat quæuis mutatio facta ex motiuo remittendi peccata? Qui putant, ad peccata remittenda sat esse liberum decretum Dei peccatum remittentis, cohærenter docebunt, sat esse actionem à Deo productam ex peculiari motiuo peccata remittendi. Contrà verò, qui censent, nullum peccatum remitti posse, nisi per formam suâ naturâ peccati absterſiuam, consequenter dicent, non posse peccatum remitti, nisi simul cum eâ actione infundatur forma naturâ suâ peccati deletiua. Quam sent. secutus, sum 3. & 8. *to.*

Corolla 1.

Coroll. 2. Infertur 2. quando Deus ad conuertendum peccatorem mouetur ex meritis & precibus alicuius iusti, actionẽ conuersiuam peccatoris non solùm producere per suum actum, vt terminatum ad motiuum misericordiæ erga peccatorẽ, sed etiam vt terminatum ad merita & preces iusti, vt ad causam impetratoriam. Quia tali casu Deus non solùm habet liberum actum misericordiæ erga peccatorem, sed etiam remunerationis erga iustum, remunerando merita & preces ipsius, conuersione peccatoris facta intuitu meritorum eius: at sola actio conuersiua peccatoris non sufficit ad constituendum actum liberum Dei remuneratorium meritorum iusti, siquidem eandem habere potuisset absque actu libero remunerãtiuo meritorum iusti. 3. omne donum siue naturale siue supernat. ad vitam æternam conducens hominibus dari, non solùm ex motiuo consequendæ vitæ æternæ, sed etiam meritorum Christi. Quia omne donum ad vitam æternam conducens Deus hominibus confert intuitu meritorum Christi, & consequenter ad omne tale donum influit actus Dei, vt terminatus ad merita Christi.

Ratio

Coroll. 4. Actus liber Dei includit alios necessariò,

4. Interdum vnum actum liberum Dei includere virtualiter alios necessariò, interdum connaturaliter, interdum conditionatè tantùm: Includit necessariò, quando vnam rem intendit dependenter ab aliâ, vt in sent. affirmante, gloriam prædestinatis intendi per merita consequendam, actus ipse liber Dei gratis gloriam decernentis, necessariò virtualiter includit actum de præparandis medijs ad merita necessarijs, qui actus non continetur formaliter, sed solùm virtualiter in primo actu dandi gloriam. Ratio: actus Dei sit liber formaliter connotatione illius actionis, cuius est effectiuum principium: sed actus, qui gloriam intendit, non est effectiuum principium actionis, qua media ad gloriam consequendam producuntur, sed solius actionis, qua gloria confertur: sicut actus quo finem intendimus, non est formalis electio mediorum, sed tantum virtualis, cùm per alium actum intendamus finem, per alium eligamus media. Includit vnus actus liber alios connaturaliter, quando res producta ad connaturalem suum statum aliàs exigit perfectiones, vt natura angelica ad connaturalem suum statum, præter intellectum & voluntatem, exigit species intelligibiles, vt comprincipia suarum operationum. Includit conditionatè, cum à Deo gratia homini confertur, operatura dependenter ab ipsius libertate: nam talis actus dandi gratiam virtualiter includit alios dandi merita, & gloriam sub conditione, si homo pro sua libertate voluerit cum collatâ sibi gratiâ cooperari. Quo fit, vt actus subsequentes virtualiter inclusi in præcedente non sint liberi formaliter vi actionis subsequetis, sed præcedentis: productâ enim actione præcedente cũ virtuali intentione subsequentis, sequentes actiones necessariò sequuntur sicut posita libera productione actus voluntatis in nobis, necessariò sequitur eius in subiecto inhæsio & informatio; ita posità in Deo libera electione gloriæ cum virtuali intentione dandi media, necessariò sequitur collatio mediorum, quæ solùm dicitur libera vi prioris actûs gloriam intendentis. Ratio; ab illa actione reliqui actus dicuntur liberi, quæ potuit esse & non esse, & quæ ab indifferenti principio profluxit: sed tantùm prima actio potuit esse & non esse, eaque tantùm ab indifferenti principio profluxit: nam reliquæ, posità primâ, non potuerunt non esse; nec ab indifferenti, sed determinato per priorem actionem principio profluunt.

Coroll. 4. Actus liber Dei includit alios connaturaliter conditionatè, nisi.

Ratio

124. Hinc deduces discrimen, inter sententias affirmantes, Deum gloriam prædestinatis elegisse independenter, vel dependenter ab eorum futuris meritis. Etenim iuxta priorẽ collatio primæ gratiæ non est libera in se formaliter, quippe quæ necessariò sequitur ex vi gloriæ antecedenter intentæ per merita à prædestinatis consequendæ. Iuxta posteriorem prima gratia est primum donum, quo Deus prædestinatos destinat ad gloriam, & consequenter infusio ipsius constituit primum actum liberum

Discrimen sententiarum de prædestinatione.

Digitized by Google

rum Dei erga prædestinatos: gloria verò, cùm detur intuitu meritorum ex gratiâ proficiscentium non est libera in se formaliter, sed in suâ duntaxat radice, nempe in collatione primæ gratiæ, cuius sola productio in hac sent. constituit primum actum liberum Dei erga prædestinatos. Vnde primam gratiam Deus producit ex puro motiuo misericordiæ & liberalitatis, cùm illam non modò conferat ex nullis nostris meritis, verùm ex nullo præuio suo actu libero; gloriam verò ex motiuo iustitiæ, cùm illam conferat propter nostra opera eum gratiâ & ex gratia facta, vt propter causam meritoriam.

SECTIO IV.

Quotuplex sit voluntas Dei, & an omnis Voluntas Dei adimpleatur.

125. *Voluntas signi* — VOluntas Diuina diuidi solet in voluntatem signi, & beneplaciti; antecedentem & consequentem. Signi est, quæ exteriori aliquo signo nobis patescit. Quinque ea signa numerantur, præceptum, prohibitio, consilium, promissio, operatio: *Signa 5.* nam aut Dei voluntas est rei præsentis; & hæc, si bona est, dicitur operatio, seu impletio; sin mala, permissio; aut rei futuræ, & circa illam si bona est, & ad salutem necessaria, versatur præceptum; sin mala, prohibitio: si est tantùm bonum supererogationis, circa illud est consilium; quod, quia non habet malum oppositum, sicut bonum necessarium, circa illud non versatur prohibitio. Est etiam voluntas rei præteritæ, sed quatenus fuit præsens, & ideò illius peculiare signum non ponitur.

à diuerso modo indicandi — Porrò hæc signa diuerso modo indicant voluntatem in Deo; nam præceptum indicat voluntatem obligandi ad rem præceptam, cum simplici affectu, vt fiat. Prohibitio indicat voluntatem obligandi ad vitandam actionem prohibitam, cum simplici affectu, ne fiat. Consilium est signum intellectûs Diuini, practicè iudicantis illud esse melius, cum simplici affectu, vt res consulta fiat. Permissio indicat voluntatem concurrendi ad effectum permissum, & eundem non impediendi, cum simplici affectu, ne fiat. Operatio est indicium voluntatis absolutæ ipsius rei operatæ. Voluntas beneplaciti dicitur omnis illa, qua Deus sibi complacet in quauis re creata, quo fit vt in voluntate beneplaciti comprehendatur omne velle Diuinum, ad creaturas existentes quocunque modo terminatum, etiam ipsum velle permissiuum; nam etiam Deus sibi complacet in effectu permisso, nam vt sic bonus est, & à Deo volitus, licet malitiam includat, quà est à creatura. Voluntas antecedens ex *Damasc. l. 2. de fide cap. 9.* est, quam Deus habet de creaturis, nulla occasione capta ex ipsis, siue ea absoluta sit & efficax, siue simplex tantùm complacentia & inefficax. Consequens verò est, quæ occasionem capit ex nobis, vt voluntas præmiandi, vel puniendi; quæ occasionem capit ex nostris meritis, aut demeritis. Vnde voluntate antecedenti non potest Deus velle, nisi quæ bona sunt, secus voluntate consequente; quæ, quia occasionem capit ex nobis, permittere potest etiam mala. Ex his infertur, omnem voluntatem antecedentem esse beneplacit; non contrà, omnem voluntatem beneplaciti esse antecedentem. Quia Deus sibi maximè complacet in ijs, quæ antecedente sua voluntate decernit: imò ideò illa decernit, quia in ijs sibi complaceat, alioqui illa non eligeret, cùm ad eligenda à nullo alio moueatur, quàm à propria sua voluntate & beneplacito. Nec solùm sibi complacet in ijs bonis, quæ ipse sola sua voluntate decernit, sed etiam in ijs, quæ dependenter à nostra etiam voluntate definit. Est & alia Diuinæ voluntatis diuisio, in absolutam, & conditionatam. Absoluta est, cui actu respondet libera productio ad extra, per cuius connotationem constituitur libera volitio Dei; quæ & formalis, seu actualis volitio dicitur. Conditionata adhuc est duplex, altera, quæ tantùm obiectiuè est in Deo, quà Deus videt suum decretum, quod haberet, si hoc vel illud faceret. Altera fundatur in aliqua voluntate absoluta, quæ qua actu connotat productionem causæ, liberè à se dependentis, dicitur absoluta & formalis: quà virtualiter tantùm connotat productionem effectus, connexi cum causa liberè à Deo producta, dicitur conditionata & virtualis. Vt voluntas dandi media propter finem, est absoluta, & formalis respectu mediorum, per quorum actualem connotationem constituitur libera volitio Dei absoluta & formalis: respectu verò finis, qui actu ad extra non ponitur defectu cooperationis creaturæ, est conditionata & virtualis. Constituitur autem hæc libera voluntas conditionata & virtualis in Deo per liberam connotationem virtualem effectûs, inclusam in libera connotatione actuali mediorum. Nam vti in medijs ineluditur ordo ad finem, & in causâ ordo ad effectum: ita in actuali connotatione mediorum, aut causæ includitur virtualis connotatio finis, & effectûs; nam Deus in ipsis mediis, & causis, quas actu confert creaturis, præbet quidquid ex parte suâ prærequiritur ad finem, vel effectum ponendum; ac proinde in ipsis mediis, seu causis dicitur Deus velle virtualiter, finem & effectum, per cuius virtualem connotationem, inclusam in actuali connotatione mediorum, & causarum constituitur voluntas conditionata & virtualis in Deo.

126. *Voluntas beneplacti.*

127. *Antecedens Damascen.*

consequens

128. *Antecedens est beneplac.*

non contrà

129. *Voluntas absoluta,*

conditionata duplex

130. *Omnem Dei volun. impleri* — Quoad alteram partem quæst. an omnis voluntas Dei adimpleatur, difficultas non est de voluntate consequente, quia hæc, cùm absolutè feratur ad rem, secundùm omnes suas circumstantias, semper adimpletur; sed tantùm de antecedente, & beneplacit. In qua re. Affirmat *Scotus in 1. dist. 46. q. vn.* quia voluntas beneplaciti, est vltima determinatio Diuinæ voluntatis, vt aliquid fiat: implicat autem, poni vltimam determinationem Diuinæ voluntatis circa aliquid faciendum, & illud non fieri: alioqui Diuina voluntas vel esset impotens, vel mutabilis. Negant alij cum *S. Tho. 1. p. qu. 19. art. 6. ad 1.* Quod mihi probabilius. Fundam. est illud 1. *ad Timoth. 2. Deus vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.* Porrò hæc voluntas est antecedens, & beneplaciti, cùm ex solo beneplacito Diuino ortum habeat, & versetur circa salutem hominum, in quâ Deus sibi maximè complacet: at hæc non adimpletur in omnibus.

131. *Affirmant*

132. *Negant veriùs.*

Qui cum *Augustin. lib. de corrept. cap. 14.* respondent, *Paulum* intelligendum esse, vel in sensu accommodo, vt nulli salui fiant, nisi quos Deus saluare vult: vel per incompletam distributionem, vt de quolibet statu & conditione velit aliquos, non omnes saluos fieri; Non satisfaciunt; quia propositio Pauli est vniuersalis; nec talem exceptionem patitur: alioqui dicere etiam potuisset, Deus vult omnes homines damnari, cùm etiam voluntate consequente, de quolibet statu & conditione velit aliquos damnari. Ratio nostræ sent. potest Deus velle finem tantùm conditionatè, & dependenter à liberâ cooperatione creaturæ; vti vult omnibus

133. *Non satisfac.*

134. *Ratio, &c.*

bus gloriam: sed talis voluntas est beneplaciti, nec semper adimpletur: quia verè Deus complacet sibi de salute hominum, cùm omnibus media conferat necessaria, & ad eam consequendam sufficientia: qui autem vult media, quantum est de se, vult etiam finem, ad quem media diriguntur. Vnde talis voluntas dici potest efficax sub conditione, quia quantum est de se Deus tribuit omnia ad effectum cónsequendum necessaria. Ad fundam. *Scoti* dist. maior: voluntas beneplaciti est vltima determinatio Diuinæ voluntatis simpliciter, nego: est vltima determinatio ex parte Dei tantùm, concedo. Etenim Deus per huiusmodi voluntatem offert omnia, quæ ex parte ipsius ad effectus consecutionem prærequiruntur. Cæterùm quòd effectus non sequatur, non est ex defectu alicuius prærequisiti ex parte Dei, sed ex defectu libertatis creatæ, cooperari nolentis. Quæ autem hoc modo à Deo determinantur, non implicat, aliter fieri, quam sint determinata; quia hoc non prouenit ex impotentia, vel mutabilitate Diuinæ voluntatis, sed ex ipsius libertate nolentis vltimatum effectum determinare, nisi dependenter à liberâ cooperatione creaturæ. Vnde in ipsa determinatione Dei includitur hæc defectibilitas effectûs, dependentis à liberâ cooperatione creaturæ, cùm illum non decernat efficaciter & absolutè, sed conditionatè, & dependenter à nobis. Notat *cit. loco S. Tho. in corp.* quòd licet voluntas Diuina non adimpleatur in ordine ad vnum effectum, adimpletur tamen in ordine ad alium: & in hoc sensu, nulla est voluntas in Deo, quæ non adimpleatur: nam, vt *ibid.* quod à Diuinâ voluntate recedit secundùm vnum ordinem, in eandem relabitur secundùm alium, ab ipsa constitutum: vt dum peccator recedit à voluntate Dei antecedente, salutem omnibus gratis intendentis, relabitur in eandem voluntatem consequentem, peccata iustè punientem.

235. *Ad Scotum.*

236. *Notat S. Thomas.*

SECTIO V.

An Deus antecedenter ad nostram libertatem prædefinire possit aliquos nostros actus in indiuiduo absque læsione nostræ libertatis.

238. PRædefinire, est aliquid velle, vt absolute fiat. Vnde prædefinitio in Deo importat liberum decretum, quo ab æterno efficaciter statuit, vt aliquid extra ipsum fieret. Dicitur *antecedenter ad humanam libertatem*; hoc est, antequam tales actus essent præuisi, vt futuri dependenter à libera voluntate creata, an potuerint à Deo in signo rationis priore absolutè prædefiniri, vt essent futuri. Dicitur *in indiuiduo*; nam in specie & in causa, ordinando causas, cum omnibus ad eos actus producendos in actu 1. prærequisitis, nulla est difficultas: quia tunc Diuina prædefinitio non caderet immediatè in actus antecedenter ad libertatem creatam, sed in causas, prædefiniendo illas cum intrinsecâ indifferentiâ & libertate ad vtrumlibet. Ratio dub. decretum Dei est infallibile, nec potest, quod semel absolutè decreuit, frustrari; igitur si antecedit vt efficax causa nostrorum actuum, nulla relinquitur in nobis potentia libera ad eos eliciendos. Nam libertas consistit, vt positis omnibus ad agendum requisitis, adhuc possit oppositum facere. Sed, posito efficaci decreto Dei, nequit voluntas creata oppositum eius, quod prædefinitum est, facere: quia quod semel prædefinitum est per absolutum decretum Dei, non potest non euenire; alioquì frustrari posset efficax decretum Dei: posset autem oppositum eius, quod prædefinitum est, non euenire, si adhuc posito decreto Dei, maneret in nobis potestas ad oppositum.

239. *Ratio dub.*

Sensus quæst.

Prima sent. negat, posse Deum absque præiudicio humanæ libertatis nostros actus absoluto, & efficaci decreto prædefinire, ob assignatam causam: sc. posito decreto Dei prædefinitiuo de actu contrionis, ex. gr. vel possum illum non elicere; & ponatur in re, siquidem ex *Arist. 1. prio. c. 13.* possibili posito in esse, nullum sequitur impossibile: nam si aliquod impossibile sequeretur, signum esset, quòd illud non esset possibile. Ponamus igitur, me talem actum contritionis à Deo prædefinitum, non elicere; sequitur frustrari decretum Dei: hoc autem cùm sit impossibile; & illud ex quo sequitur. Vel non possum: sic perit circa talem actû mea libertas; cùm hæc alia non sit, quàm proxima potestas ad vtrumlibet, quæ cum impossibilitate ad oppositam partem stare non potest. 140. *Negant hoc pauci.*

Confir. quando necessitas eliciendi actum oritur ex suppositione præcedente meam libertatem, ab eaque nullo modo pendente, tollit libertatem: quia tunc nec mihi liberum est, tali suppositione posita, actum non elicere; nec quicquam facere, vt talis suppositio non ponatur, cùm illa supponatur poni antecedenter & independenter à meâ libertate. Talis esset necessitas eliciendi actum contritionis, posito decreto prædefinitiuo Dei. Nam nec eo posito, possem actum contritionis non elicere: nec mihi liberum esset, vt tale decretum non poneretur, cùm illud pendeat ex sola voluntate Dei, independenter à quocunque actû libero meo. Hanc sent. sequuntur *Vasquez 1. p. disp. 89 cap. 10. & Lessius opusc. de prædest. sect. 2. ratione 8.* 141. *Confirm.*

Secunda docet, Deum antecedenter ad nostrâ libertatem, efficaciter prædefinire in indiuiduo, & secundùm omnes circumstantias, liberos actus nostræ voluntatis, esse necessarium, ex duplici fund. 1. desumpto ex perfectissimâ prouidentia, quam Deus habet de singulis rebus etiam in particulari, quæ non solùm includit actû intellectûs, quo Deus fertur ad singulas creaturas in particulari, sed etiã actum voluntatis, quo eas distinctè intendat. Cùm non minùs ad Dei prouidentiam spectet, vt nihil fiat, quod ab ipso non sit intentũ, quàm vt nihil sit futurum, quod ab ipso scitum non sit. Sed si Deus humanos actus in indiuiduo non prædefiniret, illi fierent præter ipsius intentionem; vti quidquid ex agentis voluntate, non fit. 2. Fundam. sumitur ex essentiali subordinatione agentis creati ad increatum: Nullum agens creatum potest se ipsum determinare ad agendum, nisi priùs naturâ, & causalitate determinetur ab agente increato: ergo nullũ agens creatum potest se ipsum ad actum determinare, nisi talis actus prius fuerit à Deo prædefinitus, quia non potest agens increatum determinare creatum hic & nunc ad hunc actum in indiuiduo, nisi præuideat, & prædefiniat hunc actum in indiuiduo, alioqui Deus cæco modo procederet, non præuidendo, & intendendo actus, ad quos agens creatum applicaret. Confirm. si posset agens creatum se ipsum ad agendum applicare, sine præuia applicatione agentis increati, iam non esset agens creatum & secundum, sed primum & increatum: quia de ratione agentis 2. creati, est actu dependere in agendo ab agente 1. increato: igitur priùs natura, quàm agens creatum 2. ad agendum se applicet, debet necessariò suppone- 142. *Opinantur nec necessariam prædefinit. ex Dei prouid.* 143. *ex subordinat. creat.* 144. *Confirmant.*

Digitized by Google

nere applicationem agentis 1. increati. Alioqui actio à 2. agente procedens non esset dependens à 1. saltem in eo priori naturæ, in quo agens 2. ad agendum se applicaret; nam illa actio prius naturâ procederet ab agente 2. quam à 1. Hæc est

145. *Thomist. sacent. & Scotist. lis.*

sent. quam putant esse *S. Tho.* etiam videtur *Scotus in 1. dist. 39. q. un. §. viso, & dist. 41. q. un. §. sed contra, & §. primum, & in 4. dist. 1. q. 1. ad vlt. & d. 49. q. 6. §. duo ergo.* Thomistæ hanc Dei prædefinitionem explicant per ordinem ad qualitatem, physicè, & in actu 1. voluntatem creatam ad prædefinitum actum eliciendum prædeterminantem; *Scotus* per ordinem ad concursum actualem, quo voluntas increata præuenit creatam ad prædefinitum actum eliciendum, nihil in voluntate creatâ producendo, sed tantùm determinando illam, per actualem concursum ad actum prædefinitum eliciendum. Vnde multi Scotum explicant de concursu actuali Dei, non præueniente, sed concomitante liberum concursum voluntatis creatæ.

146. *Non est necessaria prædefin.*

Tertia sent. negat, huiusmodi prædefinitionem actuum in individuo esse necessariam, vel ad perfectam Dei prouidentiam, vel ad essentialem subordinationem causæ 2. ad primam; illam tamen ait non repugnare cum libertate creata videtur communior inter Theologos Societ. N. Dico 1. Nulla cogit necessitas ponendi in Deo huiusmodi prædefinitiones. Fundam. Diuina prouidentia, quæ teste *S. Tho. 1. p. q. 22. a. 1.* est ratio ordinandorum in finem, in mente Diuinâ præexistens, &

147. *Ex neutro capite;*

differt à gubernatione; quæ est ipsa temporalis executio æternæ dispositionis, in rebus creatis existens; duo requirit, vt ex eodem colligitur, vnum ex parte intellectûs, vt nihil fiat, quod à Deo præuisum non fit, & ad finem aliquem ordinatum: alterum ex parte voluntatis, vt nihil fiat, quod non sit ab ipso aliquo modo volitum, aut permissum; at

non prouidentia:

nihil fiet non præuisum.

præuisio & ordinatio alicuius in finem, saluari potest absque prædefinitione talis rei, vt constat in peccato, quod Deus perfectè præuidet, & ordinat ad manifestationem suæ iustitiæ, & specialis dilectionis erga electos, cùm illud non prædefiniat, sed tantum permittat. Nam prædefinitio est actus voluntatis absolutus, & independens à voluntate creata: permissio verò est actus voluntatis conditionatus, & dependens ab ipsa, Deus autem non absolutè, sed dependenter à voluntate peccatoris, si ipse cooperari voluerit, ad actum peccati concurrit. Vnde illud non prædefinit, sed tantùm permittit, cùm tamen illud perfectè præuideat, & ordinet

148. *aut non volitum.*

ad finem ab ipso intentum. Deinde vt aliquid sit à Deo volitum, non est necesse, vt sit volitum immediatè, & in se per actum absolutum, quo pacto dicuntur volita, quæ sunt ab ipso prædefinita, sed sufficit, si sit volitum in alio, nempe in causa, & per actum conditionatum, si voluntas creata cooperari voluerit. Nam, ex *S. Tho. ibidem a. 4. ad 1. & 2.* perfectio Diuinæ prouidentiæ, in eo consistit, vt nihil eueniat præter ordinem à Deo intentum, & præfixum, vt nimirum necessaria necessariò, contingentia contingenter, euitabilia euitabiliter eueniant. Sed etiamsi Deus non prædefiniat absolutè, & immediatè actus humanos, sed tantùm conditionatè & in causa, perfectam de illis habere poterit prouidentiam, tum omnes & singulos distinctè præuidendo: tum in causa & dependenter à voluntate creata eos volendo, aut permittendo, ad suosque fines ordinando. Essentialis verò subordinatio agentis 2. ad primum non consistit, vt omnes eius actus

149. *Nec est necessaria subordinationi.*

independenter à 2 agente, prædefiniantur; neque vt ad operandum applicetur per aliquid in ipso receptum, quod ipsius productiuam virtutem compleat, & determinet, cùm ex se sit in suo genere completa, & ab intrinseco potens ad vtrumlibet, si libera sit; aut certè ad vnũ determinata si fit necessaria; sed in eo formaliter consistit ipsius essentialis subordinatio ad primum agens, vt ad nullum actum possit se ipsa determinare, absq; concursu actuali primi agentis; hoc autem saluari potest, absque prædefinitione actus, & præuia determinatione virtutis actiuæ ad talem actum, per solũ concursum actualem comitantem absque vllo concursu naturâ aut causalitate prævio ad talem actum. Ex his patet ad vtrumque fundam. secundæ sent. etenim ad perfectionem Diuinæ prouidentiæ fat ait, si omnia mediatè in suis causis, & sub conditione, si causæ liberæ cooperari voluerint, sint volita.

150. *Prædefin non destruit libertatem.*

Dico 2. licet prædefinitio actuum necessaria non sit, cum libertate tamen creata non pugnat; Quoniam dupliciter possunt nostri liberi actus à Deo prædefiniri, 1. modo ante vllam prævisionem ipsorum, tam absolutè, quàm sub conditione futurorum, quo pacto illi prædefiniri dicuntur in sent. *Thomist.* & omnium, qui negant in Deo scientiam conditionalium ante vllum decretum Diuinum. Atqui hoc modo fateor, absolutâ & efficacem prædefinitionẽ Dei stare non posse cum libertate creatâ: quia cum prædefinitio Diuina sit infallibilis, & causa nostri actus, si antecedit omnem præuisionem actus, non potest id causa proxima relinquere potentiam ad vtrumlibet, alioqui posset per eam potentiam decretum Diuinum frustrari ac falli. 2 modo

admissa scientia media.

prædefiniri possunt actus ante scientiam ipsorum absolutè futurorum, non tamen ante scientiam eorundem sub conditione futurorum, quo pacto Diuina prædefinitio non pugnat cum libertate creatâ; sc. per scientiam conditionatam præuidetur actus sub cõditione liberè futurus à voluntate creata, cum hoc vel illo auxilio sub conditione illi oblato, ante vllam prædefinitionem actus, *vt suprà*: igitur absq; vlla læsione libertatis creatæ potuit Deus eundem actum, præuisum sub conditione libere futurum, absoluta & efficaci voluntate prædefinire. Nam, posità tali scientia, Deus non necessitatur ad offerenda voluntati creatæ alia media & auxilia ad executionem talis actus, quam quibus præuidit illum liberè futurum sub conditione. Igitur si non alia in executione adhibeantur, non lædetur intrinseca libertas creaturæ. Nec obstat. 1. quòd posita

151. *Infallibilitas à creat. pendet.*

prædefinitione Dei, infallibile sit, actum prædefinitum esse futurum. Quia talis infallibilitas non est omninò independens à voluntate creata, qualis est infallibilitas, quam *Thomistæ* ponunt: quia non fundatur in sola voluntate Diuina, & medio omninò antecedente voluntatem creatam; sed fundatur aliquo modo in voluntate creata, & medio, quoad executionem, & applicationem dependente ab ipsa libertate creata. Nec obstat, 2. quòd non seruetur idem ordo in prædefinitione Dei, qui in scientia conditionata: eo quòd in scientia conditionata præuidetur actus liberè futurus ante vllam prædefinitionem Diuinæ voluntatis; quæ prædefinitio si supponeretur ante actum sub conditione præuisum absolutè futurum, non posset talis actus præuideri, vt liberè futurus. Ratio: prædefinitio,

Ratio

quæ supponitur ad actum absolutè futurum, non est infallibilis ex sola voluntate Dei, & medio omninò antecedente voluntatem creatam, sed aliquo modo dependenter ab ipsa voluntate creata, & medio, quoad applicationis executionem dependente ab eâdem. Contrà verò, si ante actum præuisum sub conditione futurum, supponeretur efficax

prædefi-

Digitized by Google

prædefinitio Dei, non posset talis prædefinitio esse infallibilis dependenter à voluntate creatâ, vel à medio quoad applicationem dependente ab ipsâ, sed à sola voluntate increatâ, & à medio omnino antecedente liberum consensum creaturæ, cùm ante talem scientiam nulla habeatur infallibilis certitudo, de liberâ applicatione voluntatis creatæ ad talem actum, per medium relinquens in creaturâ potentiam ad oppositum. Vnde, vt talis prædefinitio sit infallibilis, recurrendum est ad medium prædeterminans voluntatem ad vnum, & tollens potentiam ad oppositum.

153. *Prædefin. non mutat operandi modum intrinsecum.* Confir. quamdiù à causa proximâ non tollitur intrinseca indifferentia ad vtrumlibet, non tollitur ab eâ libertas: sed positâ prædefinitione in Deo, & in creaturâ ijs mediis, & auxilijs, quibus præuisa est liberè sub conditione consensura, non tollitur ab eâ intrinseca indifferentia ad vtrumlibet; nam quamdiu non immutatur intrinsecus modus agendi voluntatis creatæ, ab eâ non tollitur intrinseca indifferentia ad vtrumlibet: sed nec prædefinitio diuina immutat intrinsecum modum agendi creaturæ, cùm sit illi extrinseca; nec media, ipsa, quibus eadem voluntas præuisa est sub conditione liberè consensura, quia, vt suppono, ex vi talium mediorum eadem voluntas præuideri potuit oppositum operatura; ac proinde ex vi talium mediorum non tollitur intrinseca potentia ad vtrumlibet. Vnde si hæc media Deus daret, absque prædefinitione actûs, ad quem media inclinant, optimè cum talibus mediis maneret libertas in creaturâ; ergo nec si eadem media conferat, præuiâ prædefinitione actûs, tolletur libertas à creatura; cùm illa non fiant physicè efficaciora ad operandum ex prædefinitione, quàm erant sine prædefinitione: eò quòd, vt sint intrinsecè operatura, non habent proximè & formaliter, ex prædefinitione diuina, alioqui etiam media actu non operatura à Deo prædefinitâ, haberent efficaciam operandi, quod implicat, sed partim habent ex se, partim ex libertate creata, vt à cancellâ.

154. *Ad rationem dub. Resp.* Ad rationem dub. resp. tunc decretum Dei tollere libertatem à creatura, quando antecedit omnem liberum consensum ipsius, tam absolutum, quàm conditionatum; secus quando non antecedit saltem conditionatum consensum. Vnde ad prob. posito decreto Dei, non possumus oppositum eius, quòd prædefinitum est, potestate consequente, concedo; potestate antecedente, nego. *ad 1. sent.* Ex his patet ad fundam. primæ sent. nam posito decreto Dei, adhuc possumus oppositum potestate antecedente, etsi non consequente; quæ, quia involuit liberam cooperationem nostram, libertatem non adimit; quia hæc non adimitur, per ipsam liberam determinationem nostram, sed per extrinsecam duntaxat, independentem à liberâ cooperatione nostrâ. 155. *Ad Arist.* Cæterùm positâ prædefinitione Dei, implicat oppositum fieri, non ex eâ parte, quâ cum ipsa prædefinitione Dei manet in nobis antecedens potestas ad oppositum, sed quâ parte à nobis tollitur potestas consequens. Quia verò hæc non tollitur independenter à nobis, intrinsecam libertatem non lædit, sed supponit. Vt autem possit possibile in actu poni absque vllo impossibili, debet illud ex omni parte esse possibile: nam si ex vnâ parte sit possibile, ex aliâ impossibile: implicat illud simpliciter in actu poni, absque eo quod consequatur aliquod impossibile; nam ex eo capite, quo involuit impossibile, nequit in actu poni absque impossibili. *Ad conf.* Ad confirm. neg. simpliciter minor nam posita prædefinitione Dei, adhuc est in nostrâ potestate antecedente oppositum facere.

Dices. stante voluntate præfinitiuâ actus contritionis, non potest Deus exhibere concursum indifferentem ad vtrumlibet: ergo voluntas prædefinitiua tollit libertatem etiam antecedentem, quia sine concursu indifferenti voluntas creata non est antecedenter libera seu potens ad vtrumlibet: Ante prob. non potest Deus exhibere concursum ad oppositum eius, quod ex se efficaciter prædefinit: quia cum tali voluntate efficaciter prædefinitiuâ pugnat voluntas exhibendi concursum ad oppositum, cùm una destruat alteram. Resp. neg. antec. eiusque prob. Deus prædefinit actum contritionis vt liberè eliciendum à voluntate creatâ, & consequenter debet exhibere illi omnia, quæ eam reddunt potentem ad vtrumlibet: alioquin talis voluntas destrueret seipsam, suumque obiectum: Quia vellet actum contritionis vt liberè eliciendum à creaturâ, & tamen non exhibere illi ad libertatem necessaria. Nec repugnat, Deum efficaciter velle actum, & nihilominus exhibere concursum ad oppositum; quia vult illum efficaciter vt liberum: ergò sicut ex eo, quòd vult illum efficaciter quoad substantiam, non potest quoad substantiam non fieri: Ita ex eo quòd vult illum quoad modum libertatis, non potest non liberè fieri: cùm non minus diuina voluntas sit efficax quoad modum, quàm quoad substantiam actus. 156. *Voluntas exhibendi concursum ad actum oppositum prædefinito non pugnat cum voluntate prædefinitiua.*

SECTIO VI.

An in Deo sit amor specialis erga seipsum.

DVplex amor; proprius, prout opponitur metaphorico, & specialis, prout constituit certam speciem à reliquis diuersam: Controuersia non est de proprio; quia cùm amare ex *Arist. 2. Rhet. c. 4.* sit bonum velle alicui, cumque Deus suum sibi bonum velit, proprie seipsum amat: igitur est de amore speciali, prout distinguitur à simplici benevolentiâ, desiderio, & gaudio. 157. *Amor proprius specialis.*

Ratio dub. pro negante parte est: amor specialis, vt à gaudio distinctus fertur in bonum abstrahens à possessione; gaudium verò in bonum actu ab amante possessum: at nullum bonum diuinum abstrahit, vel abstrahere potest à possessione, cùm omne bonum diuinum sit essentialiter existens & præsens Deo amanti proinde actu à Deo possessum, & vbi nequit esse proprium obiectum, nec actus esse potest, à suo obiecto specificatus: igitur in Deo, vbi est solum obiectum gaudij, non amoris specialiter sumpti, erit tantùm gaudium, non specialis amor. 158. *Ratio dub.*

159. *Confir.* Confir. 1. Non est in Deo erga sua increata bona desiderium; quia non est desiderij obiectum, quod est bonum abiens ac positiuè abstrahens à possessione: ergo nec specialis amor, qui essentialiter requirit obiectum indifferens ad esse possessum, & non esse possessum.

160. *Confir.* 2. In Deo respectu sui non est scientia simplicis intelligentiæ; ergo nec amor specialis: sc. vt in cognoscendo seipsum non potest abstrahere ab existentia exercitâ, cùm hæc sit Deo essentialis: ergò nec in amando seipsum poterit ab eadem existentia abstrahere: Et vbi non est proprium regulatiuum amoris specilis in Deo sc. scientia simplicis intelligentiæ respectu sui; nec amor specialis ab eâ regulabilis esse poterit: ergo tantùm respectu sui erit gaudium, cuius proprium regulatiuum est scientia visionis.

Digitized by Google

161. *Allatæ rationes non sunt roboris.*

Propter hæc *Hervæus tract. 2. de obiecto increato volun. Dei tota disp. 13.* primus inter omnes, quos legerim, (vno excepto *Aureo. apud Careo. in 1. dist. 45. con. Concl. 9.* qui neque in creaturis distinguit amorem specialem à desiderio & gaudio, sed ait esse quid utrique commune,) in Deo negat specialem amorem erga seipsum, tantumque illi concedit proprium. At non expedit, in re, in qua prætalere debet modus loquendi sapientum, à communi deflectere. Pro quâ ostendo antiquos schol. præsertim *S. Tho.* stare. Hic enim *tum 1. p. q. 20. a. 1. in c. & ad 2.* tum *1. con. gen. c. 90. & 91.* distinctè ac singillatim concedit Deo erga se amorem & gaudium: si autem in Deo non agnouisset amorem ratione distinctum à gaudio, non numerasset illum vt ratione distinctum à gaudio. Cum n. per aduers. amor Dei erga se sit gaudium ipsum, essentialiter excludens specialis amoris formalitatem, idem fuisset, in Deo ponere amorem & gaudium, ac bis ponere gaudium, quod est vitiosum, cùm nunquam debeat vnum membrum in alio formaliter includi: nec est bona hæc membrorum assignatio; *in Petro est animal & homo*: eo quòd animal, non est membrum distinctum ab homine, sed essentialiter inclusum in homine: at non minùs per aduers. amor in Deo includitur in gaudio. 2. idem *S. Doctor. cit cap. 91. cont. gent.* docet, ex affectionibus nostris nullam esse, quæ in Deo propriè esse possit, quàm amorem & gaudium: sed gaudium non solùm propriè, sed specialiter in Deo est; ergo & amor, cùm eandem proprietatem agnoscat in amore ac in gaudio Dei erga se: igitur si in gaudio non solùm agnoscit generícam proprietatem, sed etiam specificam, eandem in amore agnoscat necesse est. Confir. Ex amore & gaudio, qui in nobis sunt, colligit eos cum omni proprietate esse in Deo: at huiusmodi affectus cum vtraque proprietate generica & specifica sunt in nobis; ergo & in Deo. 3. Nunquam *S. Doctor*, aut vllus antiquus schol. in Deo respectu sui posuit scientiam simplicis intelligentiæ, sed tantùm visionis: cùm non minùs scientia simplicis intelligen. ex proprio conceptu communi scientiæ, includadatur in scientiâ visionis, quàm amor ex proprio conceptu communi amoris includatur in gaudio: ergo si *S. Tho. & reliqui Schol.* non agnouissent in amore Dei erga seipsum aliquam formalitatem ratione diuersam à gaudio, non posuissent illum vt ratione distinctum à gaudio: sicut quia in scientiâ sui non agnouerunt aliquam formalitatem scientiæ simplicis intelligentiæ ratione diuersam à scientiâ visionis, non posuerunt illam, vt membrum distinctum à scientiâ visionis. 4. Nullus ex Schol. aut Patribus, quos legerim, dixit Spiritum S. esse gaudium, vel procedere vt gaudium, vel ex gaudio, sed esse amorem, & procedere vt amorem, & ex amore reciproco Patris & Filij. Leg. *Aug. lib. de cognit vera vitæ c. 7. & 8. Gregor. homil. 30. in Euang. init. Anselm. in Monolog. c. 50. Richar. de Trini l. 6. c. 14. Capreo. in 1. dist. 10. q. vna. 2.* vbi ait, ex dictis omnium constare, Spiritu S. esse propriè amorem. Porrò si Patres & Scholastici specialem amorem sui erga se à gaudio distinctum in Deo non agnouissent, potiùs dixissent, Spiritum S. esse gaudium, procedere vt gaudium, & ex gaudio, quàm amorem, & ex amore: quia cùm Spiritus S. non procedat vt amor, vel ex amore Patris & Filij secundùm genericam, sed specificam & indiuidualem rationem, quam vt amor diuinus includit in se, si hic secundùm hanc rationem non est amor, sed gaudium, potiùs deberet Spiritus S. dici gaudium, & ex gaudio, quàm amor, & ex amore procedere: quia ex amore non nisi secundùm rationem genericam, in gaudio inclusam, per aduers. procedit. Vnde iuxta hanc sent. Spiritus S. vi suæ processionis non accipit quidquid amor diuinus specificè includit, cùm vi suæ processionis non accipiat specificam differentiam amoris diuini, quæ est gaudium. Sicut non dicitur Verbum ex scientiâ genericâ Patris progigni, sed specificâ & indiuiduâ, secundùm omnem perfectionem, quam scientia Patris includit: omnis quippe perfectio vi processionis in diuinis communicatur termino, quæ in principio est ratio actiuæ communicationis: at non minùs in principio spirante ratio actiuæ communicationis est amor secundùm omnem perfectionem, quàm in Deo dicit origine priorem, quàm in principio gignente est scientia secundùm omnem perfectionem, quam scientiam Deo origine priorem includit. Dixi, *origine priorem*, vt excluderem liberum amorem creaturarum, & scientiam futurorum, quæ non sunt origine priores personis productis, proinde nec rationes formalis communicationis, ex quibus personæ ipsæ procedunt, *vt infra.*

162. *S. Tho. pro nobis, quidquid eactet aduers.*

163. *Quid ex. tressius?*

Confir.

164.

165. *Ex Patrib. & Schol.*

Alioqui Spiritus S. verius dici deberet gaudium & ex gaudio procedere.

Dices, non esse eandem rationem de amore notionali, ex quo Spiritu S. à Patre & Filio procedit, & de amore essentiali, quo Deus totaque Trinitas se amat: nam ille, cùm sit productiuus Spiritûs S. distinguitur realiter à Spiritu S. proinde in eo saluari potest differentia amoris specialis, quæ est vitalis tendentia in bonum secundùm se abstrahens à possessione & non possessione: quia cùm amor spirans, qui est in Patre & Filio, realiter distinguatur ab amore spirato, in eum tendit, vt in terminum abstrahentem ab actuali possessione, cùm in priori originis, in quo est amor spirans, nondum sit amor spiratus, adeoque in eo priori amor spirans tendit in spiritum S. vt in bonum nondum possessum, sed possidendum in posteriori originis. Amor verò essentialis sicut non est productiuus, ita nec distinctus ab obiecto, quod amat; & consequenter non potest in illud tendere, vt in bonum abstrahens à possessione & non possessione.

166. *Dices meritò Patres Spiritum S. non appellare gaudium &c.*

Resp. 1. hoc argu. ad summum probat de amore notionali priùs origine existente in Patre & Filio respectu Spiritûs S. non de amore ipso, qui communicatur Spiritu S. quia cùm amor Spiritui S. communicatus nullius sit personæ productiuus, nequit in obiectum tendere vt abstrahens à possessione & non possessione, sed semper in illud tendit, vt in bonum essentialiter possessum; quia cùm ipsa sit vltima persona, in quâ sistit diuina fæcunditas, supponet seipsam & reliquas personas iam actu possessas, proinde nequit in eas tendere, vt abstrahentes ab actuali possessione vel non possessione: ergò saltem Spiritus S. verius dici deberet gaudium, quàm amor, cùm ipse nullum respiciat obiectum origine abstrahens à possessione, vel non possessione, quia licet respiciat Patrem & Filium, vt originantes se, haud tamen respicit illos, vt originatos, vel originandos à se, & consequenter non potest respicere illos, vt abstrahentes à possessione & non possessione, sed vt actu & essentialiter possessos, quia supponit illos actu præexistentes, sicut terminus suum principium productiuum.

167. *Resp. 1.*

168. *Resp. 2. fatentib. aduers.*

2. Prioritas originis non sufficit ad distinguendum obiectum amoris specialis à gaudio in diuinis, quia

quia in eâ non datur indifferentia ad possessionem & non possessionem respectu personæ originandæ; ergò nec obiectum amoris specialis à gaudio distincti. Antec. probo; prioritas originis non tollit, quin persona procedens actu essentialiter existat pro omni duratione cum personâ producente: nam esse origine prius nihil est aliud, quàm suum esse productiuum termini non habere ab ipso termino: sicut origine posterius, est, suum esse habere à principio producente. Hoc autem non tollit, quin eandem necessitatem essendi, & actu existendi pro eâdem duratione habeant terminus procedens, & principium producens. Tum quia amor notionalis in ratione amoris, non est diuersus ab essentiali, sicut nec intelligere notionale ab essentiali, nisi solâ relatione producentis & producti, quæ non sunt differentiæ amoris contractiuæ, sed diuersæ rationis, *vt disp. 18. nu. 62.* aliòqui aliquis amor esset in Patre & Filio, qui non esset in Spiritu S. quod falsum est quia cùm omnis amor essentialiter respiciat aliquod obiectum, aliquod obiectum diligeretur à Patre & Filio, quod non diligeretur à Spiritu S. Solum igitur amor notionalis ab essentiali discriminatur quòd supra essentialem, obiectum respicientem, addat in principio spirante relationem producentis, &, in termino spirato relationem producti, quæ non sunt formales differentiæ amoris, sed principij producentis & termini producti.

Hæc clariùs fusiùs PP. & Schol.

169. Prob. 2. sequeretur, 1. beatos non amare Deum speciali amore à gaudio distincto; cùm non minùs amor beatorum nequeat abstrahere à possessione & non possessione Dei clarè visi. 2. non posse vnum beatum speciali amore amicitiæ amare alium beatum; imò nec unum viatorem alium viatorem, cùm amor amicitiæ redamatione compleatur, si hæc sit certò nota amanti; quia non poterit in illum ferri vt abstrahentem à possessione & non possessione, cùm illum iam actu redamationis possideat. 3. non posse quenquam amare seipsum quoad ea bona, quæ actu possidet, speciali amore à gaudio distincto.

Prob. 2. ab absurdis quæ admittunt aduersi.

170. Discrimen inter gaudium, & amorem specialem Dei erga seipsum, alij assignant ex eo, quòd etsi amor, quo Deus seipsum amat, tendat in bonum actu præsens, actuque possessum, id tamen non petit ex natura sua, vti gaudium. Sed contrà: licet amor, vt abstrahit à creato, & increato, id ex natura sua non petat, tamen contractus ad diuinum id ex natura sua poscit, scilicet ferri in obiectum iuxta exigentiam obiecti: sed bonum diuinum est essentialiter existens actuque præsens; ergo vt diuinus essentialiter postulat terminari ad illud vt existens & actu præsens. Confirm. Amor diuinus in obiectum fertur iuxta amabilitatem ipsius: ergo si bonum diuinum est amabile non vt præscindens, sed vt actu præsens & possessum, ita petit in illud ferri.

Discrimen gaudij & amoris Dei assignatur perperam.

171. Alij ex eo, quòd amor per se fertur ad prædicata quidditatiua, gaudium verò ad existentiam rei: quòd si in aliquo obiecto existentia ingrediatur quidditatem rei, vti est in diuinis, tunc idem actus simul erit amor specialis, quà terminatur ad prædicata quidditatiua; & gaudium, quà terminatur ad existentiam, discrimen assignant inter scientiam simplicis intelligentiæ, & amorem specialem; quod illa tendat in obiectum vt possibile excludens existentiam exercitam; hic tantùm præcisiuè, non possibile excludens illam. Sed contrà: amor diuinus ex natura sua petit terminari ad obiectum iuxta exigentiam obiecti, perfectissimo modo, vti ad suum obiectum terminari petit eius scientia: nec enim est potior ratio de scientiâ, quàm de amore Dei erga se præsertim necessario; nam hic non regulatur ex libertate, sed ex naturâ & exigentia obiecti, non minùs quam scientia: Quare ex obiecto nullum puto, inter amorem specialem & gaudium diuinum assignari posse sufficiens discrimen.

Contrà militat prior.

172. Recurrendum igitur est ad modum diuersum, quo amor & gaudium in obiectum tendunt; quod non est contra Philosophiam, vt *Herice* autumat: ita amor simplicis beneuolentiæ, & efficax, non nisi ex modo tendendi à diuerso discriminantur ab illa non tendit in bonum amatum cum formali, vel virtuali affectu illud, re ipsa ponendi, vti amor efficax, sed solùm per modum simplicis complacentiæ. Est igitur discrimen inter amorem specialem & gaudium, quod amor ex naturâ suâ tendit in bonum, cum affectu saltem virtuali illud ponendi; gaudium verò in obiectum tendit cum affectu adhærendi bono adepto, eoque fruendi: constat; tum de amore creato, qui si bonum, quod in amico diligit, non inuenit, statim ponit, si potest; aut si non potest, ita manet affectus, vt si posset, illico prorumperet ad illud ponendum: tùm de increato, tam erga creaturas in quibus statim boni, quæ amat, producit, quàm erga se ipsum, qui se amando, infinitum bonum communicat Spiritui S. Gaudium verò non est formaliter sui communicatiuum, sed tantùm adhæsiuum bono iam possesso. Vnde ex suo conceptu non dicit affectum ponendi bonum, sed adhærendi fruendique bono iam posito: habent enim se amor & gaudium, sicut actio & passio, quæ licet coincidant in eandem entitatem; quà tamen actio, tendit ad communicandum esse termino, quà passio, ad vniendum se termino, vel subiecto. Esto igitur amor & gaudium coincidant in eundem actum, quà tamen amor, in Deum tendit cum affectu formali communicandi seipsum tertiæ personæ, & cum virtuali ponendi bonum increatum, si per impossibile non esset; quà gaudium adhæret infinitè bono, eoque infinitè fruitur. Dices? etiam amor est vis adhæsiua, & vnitiua amantis cum amato. Resp. utrumque esse vim vnitiuam, diuerso tamen modo; nam amor est vis vnitiua activa affectiuè, gaudium contrà vnitiua passiua affectiuè.

Prob 3. confirmando verum discrimen, &c.

Ex modo tendendi discriminatur amor specialis à gaudio in Deum.

Dices

Resp.

173. *Objicies* 1. Modus tendendi in his actibus non distinguitur ab ipsa tendentiâ actus: ergo dicere, amorem distingui à gaudio per diuersam tendentiam in obiectum, est dicere, eos distingui seipsis, quæ est manifesta petitio princip. Resp. neg. minor. non enim ex præcisâ tendentia actus absolutè consideratis, asseritur hæc diversitas in actibus, sed prout à suis principijs egrediuntur: nam amor egeditur cum affectu saltem virtuali ponendi bonum amatum; gaudium cum affectu fruendi, adhærendique bono possesso. Quod est à priori explicare, vnde hæ tendentiæ suam diuersitatem habere possint.

Resp. principium non petit.

174. *Objicies* 2. Repugnat hic affectus in Deo: *si per impossibile non essem, vellem dare mihi esse.* tum quia otiosus, cùm Deo certò constet, hanc conditionem esse impossibilem; eaque per impossibile posita, non posse sibi esse dare: tùm quia impossibilis; per illum .n. Deus vellet quantum in se est, bonum à se necessariò possessum, & simul vellet idem bonum aliquo casu à se non possidendum.

Objicis Probat 1.

2.

Digitized by Google

Confir. Confir. Non minus ex terminis repugnat hic affectus: *Vol oponere bonum diuinum sub conditione, quòd non sit diuinum*; quam hic: *Vol oponere in me perfectiones necessarias sub conditione, quòd non essent in me*: cùm non minor repugnantia sit, quòd bonum diuinum non sit diuinum, quàm quòd perfectio necessaria Dei non sit Dei, & ab ipso non possideatur. Tum quia per conditionem impossibilem destruitur bonum diuinum, cuius essentia est actu existere, locoque ipsius ponitur bonum creatum: ergo hoc ipso tollitur amor diuinus, locoque ipsius ponitur amor creatus, tendens in bonum abstrahens ab existentia. Tum quia si hic affectus concedatur amori diuino, non est cur non concedatur etiam gaudio diuino, & consequenter per hunc affectum non existebitur differentia inter amorem

175. Resp. speciale & gaudium Dei. Nego antec. vt constabit ex solutione argu. Et per talem affectum optimè explicatur vis amoris, quo Deus seipsum amat: igitur non est Deo negandus, vt de facto apud

ad 1. prob. Heic illum multi concedunt quos sequitur Arriaga hîc. Vnde ad 1. prob. nego antec. non enim censendus est otiosus affectus hic, qui vim diuini amoris erga increata bona maximè declarat & commendat, etiam vtraque conditione impossibili apprehensa, *si ea casu possent dare mihi esse, illud mihi darent*; nam neque id repugnat ratione apprehensionis, siquidem, vt *suprà de scientiâ conditionatâ*, Deus apprehendit impossibile, vt iudicium ferat, quid ex tali impossibili sequeretur, vt si homo esset lapis non sentiret: nec ratione affectus, siquidem vt probo. 3 *to. disp. 9. sect. 3.* potest voluntas circa impossibile apprehensum vt possibile, actu

176. Ad secundam. exercere aliquem affectum. Ad 2. dico, tali affectu Deus potiùs vult suum bonum a se possessum, atque ita efficaciter, vt si per impossibile non existeret, & posset sibi dare, illud sibi daret. Neque enim dicimus, Deum velle, vel appetere illam conditionem impossibilem, sic enim vellet Duo contradictoria, sed illa aliunde per impossibile positâ, & à se apprehensa, daret sibi esse, si posset ex vi & efficaciâ amoris, quo seipsum diligit. Ad Confir.

177. Ad confir. concedo, primum affectum non esse in Deo, cùm ponatur fieri in bonum diuinum, sub conditione quòd non sit diuinum, non secùs ac si quis affectu complacentiæ tenderet in bonum, sub conditione quod non esset bonum. Vt n. voluntas possit affectu complacentiæ in obiectum impossibile ferri, debet id apprehendi, voluntatique proponi sub ratione aliquâ possibili; quia sub ratione impossibilis propositum, nullam habet rationem boni. Esto igitur sub eâ hypothesi destrueretur bonum diuinum, factâ tamen aliâ hypothesi, quòd aliqua saltem ratio boni diuini maneret, ex. gr. omnipotentia esto: ō maneret cū reliquis perfectionibus, quas de facto includit, potest in illud ferri affectu amoris; nam licet vna perfectio diuina ab aliâ re ipsa præscindi non possit, consideratione tamen sub hypothesi impossibili præscindi nil vetat. Argueretur in

Valde notandum. Talis præcisio non arguit imperfectionem in Deo. Deo imperfectio, si talis præcisio apprehenderetur vt possibilis. Vnde licet æqua repugnantia sit, quòd bonum diuinum non sit diuinum, & quòd perfectio necessaria Dei non sit Dei, & à Deo non possideatur; potest tamen sub hypothesi impossibili aliquod bonum diuinum apprehendi præcisum à reliquis perfectionibus diuinis, & sub ea hypothesi apprehensum amari: ergo de facto talis affectus Deo negandus non est, nam actualis affectus in bonum impossibile, non pendet à possibilitate reali, sed apprehensa. Vt igitur Deus habeat hunc affectum: *si per impossibile aliqua mea perfectio non existeret & ppßem illam mihi dare, daretur*, satis est, si illam apprehendat sub duplici conditione impossibili, & sub conditione non existendi, & sub conditione virtutis productiuæ illius.

Ex his patet ad 3. prob. nam licet sub vna hypothesi destruatur bonum diuinum, sub alia tamen reponitur, saltem secundùm aliquam perfectionem à reliquis consideratione præcisam; atque sub ea ferri potest amor diuinus. Ad 4. nego, hunc affectum concedi posse gaudio diuino: quia gaudium, non est natura sua communicatiuum, sed solùm adhæsiuum seu fruitiuum boni; Et repugnat, ferri in bonum diuinum apprehensum sub hypothesi impossibili separationis à reliquis perfectionibus diuinis, nam essentialiter supponit bonum coniunctum, actuque ab amante possessum: ergo hoc ipso, quòd apprehenderetur aliquod bonum diuinum separatum à Deo, non posset Deus in illud ferri affectu gaudij, donec apprehenderetur factum præsens, actuque coniunctum Deo vi amoris, cui non repugnat ferri in bonum etiam separatum & possidendum.

178. Ad tertiam prob. Ab quartam

179. Obiectio ex mala intellig. doctrinæ *Obiicies 5.* Supra dixi, Deum necessariò amare obiecta iuxta eorum bonitatem & amabilitatem: at hoc falsum est de obiectis creatis, esto sit verum de obiecto increato, quod Deus necessariò amat secundùm omnes perfectiones, quas continet. Tum quia obiecta creata Deus amat liberè; ergo potest ea non amare iuxta omnem modum, quo sunt amabilia: tum quia potuit Deus alias creaturas possibiles, propter suam gloriam efficaciter amare; eas creando, quod cùm non fecerit, signum est, eas non amare secundùm omnem modum, quo sunt amabiles. Resp. Sensus doctrinæ 180. est, Deum omnia, quæ amat, necessariò amare iuxta eorum bonitatem & amabilitatem; possibilia quidem necessariò absolutè, iuxta eorum possibilem bonitatem, quam necessariò participant à diuina essentia, vt à primo exemplari omnis creatæ bonitatis, existentia verò liberè quidem antecedenter & absolutè, quia potuit ea non creare; necessariò tamen consequenter, & ex suppositione quod ea conseruat. Quia Deus non potest non necessariò amore suam essentiam, quatenus est varijs modis à creaturis participabilis; ergo nec creaturas secundùm varias perfectiones à diuina essentia participatiuas: cùm eadem necessitate, *vt supra*, Deus amet ea, sine quibus sua essentia non consisteret, ac suam essentiam. Ratio primi.

Ité Deus amat efficaciter creaturas existētes, producendo in eis bonum: ergò ex suppositione quòd 181. in eis bonum producit, productumque conseruat, eas necessariò amat iuxta mensuram boni, quod in eis producit & conseruat. Nam si Deus amat producendo bonum in eo, quem amat; repugnat bonum producere, productumque seruare, & eum, in quo bonum producit & conseruat, non amare iuxta mensuram boni in eo producti & conseruati. Si enim posset Deus suspendere amorem à bono, quod conseruat, manente bono conseruato, non maneret in Deo amor circa tale bonum, vt supponitur; & maneret, quia amor liber Dei erga creaturas, est ipse amor necessarius, connotato bono creato liberè à se dependente. Antec. prob. amare efficaciter aliquem, est velle illi efficaciter bonum, quod vel in eo supponit, vel si non est, producit, si potest: ergo cùm Deus producit bonum in creaturis, ex suppositione productionis necessariò illud amat, iuxta mensuram amabilitatis ipsius; nam ex mensura illud amat, qua producit & conseruat, cùm productio & conseruatio

Ratio secundi.

boni

Digitized by Google

boni in Deo recurrat cum ipsius libero amore.

182. *Doctrina & ratio est S. Th. quem legere debuissent Adu.* Ita *S. Tho. 1. p. q. 20. a. 2. Dicendum quod Deus omnia existentia amat: nam omnia existentia, inquantum sunt, bona sunt: ipsum enim esse cuiuslibet rei, quoddam bonum est, & similiter quædam perfectio ipsius: ostensum est autem supra, quod voluntas Dei est causa omnium rerum; & sic oportet, quod in tantum habeat aliquod esse, aut quodcunque bonum, in quantum est volitum à Deo: Cuilibet igitur existenti* (concludit) *Deus vult aliquod bonum.* (subsumit) *unde cùm amare nil aliud sit, quam velle bonum alicui, manifestum est, quod Deus omnia, quæ sunt, amat.* Ex quibus *a. 3. & 4.* Colligit, Deum non omnia ex parte obiecti amare æqualiter, sed inæqualiter iuxta inæqualitatem boni quod in vnoquoque producit: quia cùm, inquit, amare nil aliud sit, quàm velle bonum alicui: & amor Dei sit causa bonitatis rerum, hoc ipso quod in unâ producit maius bonum, quàm in alia unam rem magis amat, quàm aliam, quod est eas amare iuxta mensuram bonitatis, quam in eis producit & conseruat. Vnde vtraque probatio procedit tantùm de amore Dei efficaci erga creaturas antecedenter & absolutè considerato at sicut ex suppositione, quod in eis bonum produxit non potest bonum productum non amare iuxta mensuram bonitatis ipsius; ita eius necessariò amat iuxta mensuram bonitatis in eis productæ, iuxta illud *Sapien. 11. Diligis omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti*: repugnat quippe Deum odisse, quæ ipse facit & conseruat, vt *ibid. nec enim odiens aliquid constituisti, aut fecisti*; eò quòd amans producit & producendo conseruandoque amat.

183. *Ad rationem dub. n. 158.* Ratio dub. tantùm probat, amorem specialem in Deo non discriminari à gaudio ratione obiecti, quod concedo; sed ratione modi tendendi *suprà* explicati. Ad 1. confir. ideò non est in Deo desiderium, quia hoc & ex obiecto, & ex modo tendendi requirit absentiam boni desiderati; est enim vitalis tendentia ad acquirendum bonum concupitum, cuius actualem carentiam supponit in desiderante: amor autem etiam specialis actualem carentiam boni amati essentialiter non postulat, sed affectum formalem aut virtualem ponendi

184. *In Deo affectus desiderii non desiderium formale.* bonum, in quod fertur. Dices: si ad amorem specialem sufficit affectus virtualis ponendi bonum amatum: ergo etiam ad desiderium sufficiet affectus virtualis acquirendi bonum concupitum: ergo poterit in Deo esse desiderium. nam in Deo est virtualis affectus ponendi bonum diuinum, sub conditione, quod hoc esset à Deo separatum: ergo etiam poterit esse affectus acquirendi bonum diuinum, sub conditione, quòd hoc non esset à Deo possessum; quin ipsa virtualis affectus ponendi bonum diuinum ex hypothesi, quòd esset à Deo separatum, est ipsissimum desiderium. Resp. esto in Deo possit esse virtualis affectus desiderij, nego hoc sat esse ad desiderium formale; nam hoc requirit actualem carentiam boni desiderati, quam essentialiter connotat: amor autem specialis non ideò formaliter est in Deo, quòd sub conditione poneret bonum diuinum, si non esset, cùm hic potiùs sit effectus & proprietas amoris, per quem tantùm à posteriori explicatur vis ipsa diuini amoris; sed quia ipsamet formalis, actualisque tendentia amoris, est per se communicatiua, quæ non repugnat cum bono actu possesso, nam etiamsi actu non communicet bonum, quod efficaciter amat, adhuc dicitur communicatiuus: sicut iuxta probabilem sent. actio dicitur per se productiua termini, etiamsi actu esse termino non communicet, vt si ponatur in termino, quod suum esse adæquatè habeat vi alterius actionis. At nulla datur in Deo actualis formalisque tendentia desiderij: nam hæc, cùm sit per se inquisitiua boni desiderati, repugnat cum bono actu possesso. Ad 2. neg. conseq. quia potest inter amorem specialem & gaudium sufficiens assignari discrimen ex modo tendendi: non potest autem inter scientiam simplicis intelligentiæ & visionis sufficiens assignari discrimen, nisi per abstractionem ab existentia exercita obiecti, & præsentiam eiusdem. cùm vtraque scientia in suum obiectum tendat purè contemplatiuè, illud præsupponendo, non efficiendo, nè quidem affectiuè; amor verò efficax & absolutus in bonum tendat, affectiuè saltem se communicando.

185. *Ad posteriora confir.* Cæterùm specialis amoris regulatiuum in Deo est scientia visionis sui ipsius, quæ diuinæ voluntati increatum bonum proponit, vt dignum, quod ametur eo affectu, qui *suprà*.

DISPVTATIO XV.

De Diuina Prædestinatione.

ARCANAM rem aggredimur, è qua summa noſtræ felicitatis pendet. vtinam quò res est grauior, eò futura sit hæc disp. vtilior ad vitæ mores componendos, ex quorum probitate pendet optatissimus exitus nostræ prædestinationis, cuius iam felicissima initia nos participare credimus.

SECTIO I.

Quid sit Prædestinatio?

PRædestinatio, ex *S. Tho. 1 p. qu. 2. ar. 1.* est, transmissio creaturæ rationalis in finem vitæ æternæ: quæ duplex est, Realis siue exercita, & Intentionalis seu mente concepta: posteriorem propriè importat particula. *Præ*, seu antecessionem æternitatis ad terminum prædestinatum, qui in tempore executioni mandatur. Tria igitur ad obiectum prædestinationis concurrunt, finis, qui est vita æterna; subiectum, quod est creatura rationalis; & media, quibus rationalis creatura adiuta ad destinatum peruenit finem: ita *ad Rom. 8. Quos prædestinauit, hos & vocauit; & quos vocauit, hos & iustificauit; quos autem iustificauit illos & glorificauit.* Controuersia est, an prædestinatio formaliter importet actum intellectus, an voluntatis, an utrumque simul?

1. *Duplex prædest.*

2. *1. Sent. Fund.* Prima sent. *est Thomist.* affirmantium, Prædestinationem formaliter importare actum intellectus: quia est pars prouidentiæ; quæ non in voluntate, sed in intellectu formaliter consistit. Confirm. Prædestinatio importat rationem ordinis aliquorum in salutem æternam, in diuina mente existentem: at ratio ordinis ad intellectum, non ad voluntatem spectat: ergo. Durandus *in 1. dist. 41. qu. 1.* consistere putat in actu intellectus practici, qui antecedit propositum diuinum conferendi media ad beatitudinem consequendam, & subsequitur voluntatem dandi gloriam: Plerique in Imperio subsequente decretum diuinæ voluntatis, & immediatè determinante potentiam executiuam ad opus externum exequendum: Alij in actu scientiæ, subsequentis totam seriem decretorum circa prædestinatos, peculiari decreto approbatam. Nonnulli in sententia definitua, quam Deus per practicum iudicium protulit de æterna felicitate electorum. Secunda est aliorum affirmantium,

Thomista dimiss.

4. *2. Sent.*

Digitized by Google

Prædestinationem formaliter importare, actum efficacem voluntatis conferendi gloriam electis. Quia per hunc actum prædestinati formaliter gloriam consequuntur. Tertia docet, Prædestinationem formaliter, & completè acceptam consistere in vtroque actu, intellectus & voluntatis simul. *Bonauent. in 1. dist 40. art. 1. qu. 2.* Quia uterque actus per se formaliter ad Prædestinationem spectat. Dico. Prædestinatio principaliter importat actum efficacem voluntatis, tum gloriam decernentis, tum media eligentis; minùs verò principaliter actum intellectus, peculiari ratione disponentis, & ordinantis media ad finem consequendum. Prior pars prob. 1. *ad Ephes. 1.* prædestinatio explicatur per actum electionis, & propositum voluntatis: *ad Rom. 8.* distinguitur à Præscientiâ: *Quos præscivit, & prædestinavit.* 2. Prædestinatio includit ex parte prædestinantis efficacem determinationem, quâ positâ, implicat non sequi effectum prædestinatum: hæc autem determinatio conuenire non potest intellectui, sed voluntati, cuius est potentiam ad effectum vltimò determinare. Nam etiamsi intellectus potentiam determinet quoad specificationem, vltima tamen & efficax determinatio, quæ est determinatio quoad exercitium, non est nisi à voluntate, cum qua determinatione, non stat sequi oppositum eius, quod determinatum est.

3. Sent. — 5. — 6. Prædest. importat actum voluntatis. — 7. Est actus liber.

3. Prædestinatio est actus liber: liberum autem formaliter conuenit actui voluntatis, non intellectus: nam solus actus voluntatis est in Deo, & in quàcunque alià naturâ intellectuali, formaliter liber: nã scientia, quæ præcedit decretum diuinum, est necessaria; quæ subsequitur idem decretum, non est in se formaliter libera, sed ex præsupposito decreto, quod iam supponit prædestinationem factam, eamque solùm approbat. sc. imperium in Deo non datur. 4. Prædestinatio illum actum principaliter significat, vi cuius prædestinati saluantur: vnde Augustin. *de bono perseu. cap. 14.* Prædestinationem definit, *præparationem beneficiorum Dei, quibus certissimè liberantur, quicunque liberantur*; hæc est transmissio creaturæ rationalis in beatitudinem æternam, non intellectus, sed voluntatis; quia voluntatis est efficere, vt creatura per proportionata media ad finem, proprias vires excedentem efficaciter perducatur.

8. Vi cuius saluantur. — 9.

5. Reprobatio principaliter importat actum voluntatis, connotato tantum actu intellectus culpam præuidentis: quia est exclusio à regno, & destinatio ad pœnam ob præuisa demerita; qui sunt actus voluntatis, non intellectus. at ita se habet prædestinatio ad gloriam, sicut reprobatio seu destinatio ad pœnam: ita prædestinatione electi destinantur ad gloriam, sicut reprobatione damnati deputantur ad supplicia.

10. importat actum intell.

Poster. pars assert. constat auct. Script. & Patrum, passim prædestinationem explicantium nomine *Præscientiæ*; ad Roma. 11. *Non repulit Deus plebem suam, quam præscivit*, hoc est, *quam prædestinauit*, vt explicat *Augustin. de bono perseu. cap. 18.* Ratio: sicut electio, præter actum voluntatis, peculiari ratione connotat actum intellectus, media cum fine conferentis; ita prædestinatio, quæ est pars prouidentiæ supernat. præter actum voluntatis, connotat actum intellectus futura præuidentis, ac præordinantis.

11. Obiicies.

Obiicies; prædestinatio principaliter importat ordinem mediorum ad finem: at ordinare est proprium intellectus; voluntatis autem tantùm est exequi ordinem ab intellectu præscriptum: ergo prædestinatio principaliùs importat actum intellectus. Confir prædestinatio intentionalis, quæ vi nominis formaliter importatur, principaliùs significat huiusmodi ordinem, in diuina mente ab æterno existentem. Resp. prædestinatio importat ordinem mediorum ad finem practicum & exercitum, concedo; signatum & speculatiuum, nego. Vnde ad minor. est proprium intellectus ordinare signatè & speculatiuè, concedo; practicè & exercitè, nego. Ad confir, Prædestinatio, vi nominis importat ordinem intentionalem signatum & speculatiuum, nego; practicum & exercitum, qui ab æterno in diuina mente extitit per respectum ad futuram executionem, concedo.

Conf. — Distinq. maior. — ad conf.

12. Ad fundam, primæ, nego minor. nam etiam prouidentia, vt coniuncta est cum studio rerum gerendarum, qualis est prædestinatio, principaliter importat actum voluntatis. Ad confir. neg. minor; nam etiam voluntas, dum ordinem sibi ab intellectu præscriptum exequitur, dicitur executiuè & exercitè vnum ordinare in aliud.

Ad fund. 2. sent.

SECTIO II.

An æternæ Prædestinationis aliqua causa præcesserit ex parte prædestinatorum;

SEnsus est, an Deus motus sit ad prædestinandos hos potiùs, quàm alios, propter aliquam causam, quam in his præuiderit, & non in alijs? non intelligitur quæstio de actu diuinæ voluntatis; quia cùm hic sit increatus, causam habere non potest; sed de obiectis, ad quæ actus diuinæ voluntatis liberè terminatur. Nec etiam intelligitur, quoad singula obiecta mutuò inter se comparata, quo pacto Deus vnum opus prædestinat propter aliud, ut gratiam iustificantem propter contritionem; sed quoad omnia collectiuè sumpta; & sensus est, num prædestinatio quoad omnes effectus, quos includit, siue vt media, siue vt finem, causam habuerit ex parte prædestinatorum, vt potius hos, quàm illos Deus ab æterno prædestinarit? vnde tandem controversia tota resoluitur in primam gratiam, quâ Deus in negotio salutis hominem præuenit, quæ deinde successiuè continuata, cum reliquis auxilijs ad vltimum beatitudinis effectum perducit. Nam si in eâ prædestinandâ, Deus causam habuit ex parte prædestinandi, tota prædestinatio causam habere dicitur. Supponimus autem hic contrà Pelag. opera solius arbitrij creati non esse sufficientia ad præmium beatitudinis consequendum: vnde solùm quærimus, an saltem ad gratiam, & gloriam prædestinandam Deus respectum habuerit ad aliquod opus liberi arbitrij, vt ad meritum de congruo?

13. Sensus quæst. — Nodus: in 1. gratiam resid.

PRIMA sent. Massili. qui, *apud Augustin. de Prædest. cap. 2.* affirmabant, Deum in æterna prædestinatione, vt & in tempotali iustificatione, respectum habuisse ad opera bona moralia, viribus naturæ elicita, quæ ex parte nostra sunt quædam initia & exordia impetrandi à Deo primam gratiam, quæ necessaria est ad gloriam consequendam. Putabant enim in negotio salutis, nos priùs incipere credendo, sperando, diligendo: tum Deum suam gratiam subiungere, qua opus à nobis inceptum adiuuaret, ac perficeret, redderetque dignum æterna gloria. Ita *Cassia. lib. 12. cap. 14.* Mouebantur 1. quia si Deus primus salutem inciperet, suâ

14. Error Massilien. — probant 1.

Digitized by Google

suâ gratiâ nostras voluntates præueniendo, destrueretur humani arbitrij libertas: sic enim gratia, quæ ad salutem necessaria est, in nostra non esset potestate; ac proinde nec salus ipsa. 2. si Deus omninò gratis nullo habito respectu ad personas, suam gratiam conferret, sequeretur 1. esse acceptatorem personarum, contrà *Petr.* 10. *Actor* 2. cùm non sit in nostrâ potestate habere, vel non habere gratiam, si Deus in eâ dandâ nullum haberet respectum ad operantis industriam & laborem, redderentur homines oscitantes in salute procuranda. 3. inanis esset oratio quâ salutem petimus, siquidem illam Deus non tribuit propter orantis meritum, sed propter suum merum beneplacitum. 4. frustratoriæ omnes adhortationes & monitiones ad bonum, siquidem his non mouetur Deus ad suam gratiam conferendam.

Sequela 1.

15. *Dari causa dispositiuam*

Secunda affirmat, dari causam dispositiuam de congruo, remotam tamen, & indirectam ad prædestinationem; vt sunt opera moralia bona, viribus naturæ elicita, & obicis seu peccati remotio: quæ causa negatiua, seu impedimenti remotiua dicitur. *Alen.* 1. *p. q.* 28. *m.* 3. *art.* 1. *Aureo. in* 1. *dist.* 41. *a.* 1. *propos.* 1. *Bacco. a.* 2. *q.* 3. *Argen. art.* 2. *Mayro in* 3. *dist.* 17 *q.* 1. *fine Gabrie. in* 1. *dist.* 41. *art.* 3. *dub.* 1. *& in* 2. *dist.* 27 *qu.* 1. *art.* 2. *concl.* 4. *Soto. l.* 2. *de natura c.* 3. Prob. 1. ex 1. *ad Timoth.* 1. *Misericordiam consecutus sum*, inquit Paulus, *quia ignorans feci*: ergo ignoranter peccasse fuit causa ex parte Pauli, vt à Deo misericordiam consequeretur. 2. *facienti quod in se est, Deus non denegat gratiam*: qui autem ex facultate naturæ rectè operatur, facit quod in se est: Deus id seruat in prædestinatione, quod exequitur in tempore: igitur si in tempore operanti ex viribus naturæ tribuit gratiam, illam ab æterno etiam prædestinauit. Confir. *teste S. Tho. in* 2. *dist.* 20. *qu.* 1. *art.* 4. *ad* 4. potest quis ad fidem habendam se præparare per id quod in naturali ratione est. Vnde si quis inter barbaros enutritus quod in se est fecerit, meretur, vt constat de *Cornelio*, *Actor.* 10.

16. *Pr. ratione*

17. *Prob 3. causa præstitutiua esse solam carentiam obicis.*

Probat 3. Aureo. Illa est causa prædestinationis, quæ non est effectus prædestinationis, alioqui idem esset causa & effectus respectu eiusdem: sola autem carentia obicis est huiusmodi; nam hanc tantùm potest homo ex puris naturalibus præstare; nam quodlibet opus bonum, cùm sit effectus alicuius gratiæ, est etiam effectus diuinæ prædestinationis: igitur sola carentia obicis est causa prædestinationis. Confirm. Deus est de se paratus omnibus obicem non ponentibus, gratiam conferre; quippe *qui solem suum oriri facit super bonos & malos*: igitur quibuscunque obicem non ponentibus salutem impartit.

18. *3. Sent.*

Tertia docet, ipsum liberum vsum gratiæ, à Deo præuisum esse ex parte prædestinandi causam vt prædestinetur. Quæ sent. dupliciter intelligi potest; 1. modo, vt ipse bonus vsus gratiæ, non vt se tenet ex parte liberi arbitrij, sed ex parte ipsius gratiæ, sit causa prædestinationis: 2. modo, vt tantùm se tenet ex parte liberi arbitrij. In 1. sensu eam refert, & confutat *S. Tho.* 1. *p. q.* 23. *art.* 5. in secundo sensu illam tribuit Henrico Gaet. *cit. loco* §. *circa* Fundam. sicut potest Rex dare militi equum, quem scit eo bene vsurum: ita potuit Deus ab æterno prædestinare gratiam ei, quem nouit illa bene vsurum.

fundam.

19. *Nulla nec negatiua causa.*

Dico 1. Nulla ex parte nostra præcessit causa, aut positiua, aut negatiua, quæ fuerit Deo motiua hunc potiùs, quam alium prædestinandi: sed tota ratio prædestinandi hos potius, quam alios, fuit merum beneplacitum Dei: *S. Tho. loco cit. Ægyd. in* 1. *dist.* 41. *q.* 2 *art.* 1. *Richar. ar.* 2. *q.* 2. *Capreo art.* 1. *concl.* 5. *& 6 Arimin. q.* 1. *art.* 2, *Ferrari.* 3. *con. gen. c.* 161. §. *prosolutione*, Hæc sent. vt veritas Catholica defenditur ab *August. contra. Pelagi. lib. de prædest.* Sanct. & *lib. de bono pers.* quæ postea definita est in *Concil. Arausi.* vbi statuitur, gratiam Dei omnem nostram præuenire voluntatem; eique tribuendam esse omnem sanctam cogitationem, ac pium salutis affectum; sed eadem est ratio de temporali iustificatione, ac de æternâ prædestinatione; nam quæ Deus in tempore tribuit, in æternitate prædestinauit. Eandem docet Script. 2. *ad Timoth.* 1. *Vocauit nos vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum & gratiam, quæ data est nobis in Christo Iesu ante tempora secularia.* In quo loco Apost. non solùm loquitur de vocatione temporali, quod tamen satis foret ad intentum nostrum probandum; sed etiam de æternâ, in decreto suæ prædestinationis definitâ, vt ostendunt illa; *Ante tempora secularia*; nec non & subsequentia; *Manifestata autem nunc per illuminationem Saluatoris nostri*, Prob. 2. Initium salutis non est à nobis, sed à Deo: sed si Deus, vel in tempore nos vocaret, vel in æternitate prædestinaret, motus ex aliquo opere nostro, initium salutis esset à nobis. Maior est Oseæ 13. *Perditio tua Israel: tantummodo in me auxilium tuum.* Psal. 36. *Salus autem iustorum à Domino.* 1. ad Corinth. 4. *Quis te discernit?* igitur prima discretio & auxilium ad salutem necessarium est à Domino. Minor prob. Deus est velut agens vniuersale, paratus vnicuique impedimentum non apponenti salutem conferre: ergo quicunque viribus proprijs ad salutem se disponeret, infallibiliter illam consequeretur. Vnde non Deus, sed ipse salutem inchoaret; nam salutem inchoare, est efficere aliquid, ad quod salus ipsa infallibiliter consequatur.

20. *Veritas hæc decretur in Script.*

21. *Pr. ratione.*

Prob. 3. sequeretur 1. prædestinationem non esse opus misericordiæ, sed remunerationis, contra *Paulum ad Rom.* 9. *Non est volentis, neque currentis, sed miserentis Dei.* Ex quo idem *c.* 11. deducit, quòd si salus nobis ex operibus conferretur, gratia non esset gratia, sed merces. Nec refert, quòd illa excederet operis nostri valorem. Nam *Paulus* excludit omne debitum, ne quis in se ipso glorietur, sed in Domino; *Quis prior dedit illi, & retribuetur ei? quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia.* Quibus verbis omne planè meritum, meritive initium à nobis excludit, totumque salutis nostræ negotium in Deo reponit. 2. sequeretur, redemptionem Christi, quâ nos à peccatis redemit, non esse opus misericordiæ, sed retributionis ex priore aliquo nostro beneficio accepto, contra *Apost. ad Rom.* 3 *Iustificati gratis per gratiam ipsius per redemptionem, quæ est in Christo Iesu.*

22. *Pr. ex absurd.* 1.

23. *Pr 4 de operibus moralibus & obicis remotione.*

Prob. 4. Si opera moralia, aut obicis remotio esset Deo motiuum ad prædestinandum, in quibuscunque illa reperirentur, essent Deo motiuum ad eos prædestinandos: at non in quibuscunque illa reperiuntur, sunt Deo motiuum ad eos prædestinandos. nam multi fuerunt gentiles, quorum & plura præcesserunt opera bona moralia, & pauciora impedimenta, & tamen prædestinati non sunt; contrà verò alij, quorum & paucióra præcesserunt opera, & maiora fuerunt impedimenta, & tamen prædestinati sunt, vt de bono Latrone, Magdalena, & Paulo constat. Confirm. vel contraria sent. contendit, quòd eos tantùm Deus prædestinat, quos præuidit proprijs viribus usque in finem sine obice perseueraturos, vel pro aliquo duntaxat tem-

24. *Confirm.*

Digitized by Google

tempore, ante vocationem ad primam gratiam. Primum dici non potest; quia perseuerantia finalis non est opus naturæ, sed gratiæ, & consequenter, non potest esse causa, sed effectus prædestinationis. 2. est falsum, nam multi cum maiore obice sunt prædestinati; alij verò contrà, cum minore sunt reprobati. Nec satisfaciunt, qui negantes causam; admittunt dispositionem saltem remotam, & indirectam ex parte prædestinati; nam de ratione dispositionis est, vt aliquam connexionem habeat cum formâ, ad quam dicitur disponere: alioqui nullam mereretur rationem dispositionis: aut igitur merita naturalia connexionem habent cum diuina prædestinatione ex natura sua, aut ex decreto Dei: primum dici non potest; nam natura nullam connexionem habet cum gratiâ. Nec dici potest secundum; nam quæ esset dispositio respectu subiecti ad formam recipiendam, esset causa moralis respectu Dei retribuentis: at hoc impugnatum est: ergo. Nec satisfaciunt alij; admittentes opera bona moralia solùm vt conditionem, sine qua Deus ad supernaturalia non prædestinaret. Nam hi auctores, rem ipsam retinentes, voce tantùm ab alijs hactenus impugnatis discrepant.

25. *Nulla dispositio remota.*

26. *nec conditio;*

Dico 2. Deus non prædestinat ex bono usu gratiæ, aut liberi arbitrij futuro. Prior pars prob. in quocunque Deus præuideret talem bonum vsum futurum, illum prædestinaret: alioqui talis bonus usus non esset Deo certum motiuum, ad prædestinandum; vnde termerè diceretur, quòd aliquando eo moueretur ad prædestinandum, aliquando verò non. At non in quocumque Deus præuidet talem bonum vsum, illum prædestinat: quia nullus est, qui si alijs, vel alijs auxilijs, aut ijsdem alio tempore, & circumstantijs præueniretur, non præuideretur cõsensucus: & tamẽ non omnes Deus prædestinat. Prob. 2. implicat principium meriti cadere sub meritum: sed gratia est principium omnis meriti apud Deum: igitur implicat, Deum moueri ad gratiam prædestinandam propter bonum vsum ipsius gratiæ futurum. Minor constat; nam valor, quo informatur bonus vsus gratiæ & fit meritorius apud Deum, est à solâ gratiâ. Maior est axioma *Scholast. in* 3. *d.* 4. illudque tradit *S. Tho.* 3. *p. q* 2. *art.* 11. quia meritum non causat, nisi vt obiectiuè existens in scientiâ absolutâ præmiantis, in quâ præsupponitur cum omnibus suis causis, à quibus in suâ existentiâ pendet vt absolutè futurum; igitur implicat, à præmiante causari secundùm aliquam causam, à quâ in suâ existentiâ pendet; alioqui secundùm eandem causam in scientiâ præmiantis præsupponeretur, quâ secundùm eam præcederet in scientia absoluta præmiantis; & non præsupponeretur, qua secundùm eandem esset à præmiante causandum; quia vt causandum non deberet eâ ratione, quâ esset causandum, præcedere in scientiâ absolutâ præmiantis. Nec est eadem ratio de fine, qui solâ bonitate possibili mouet agens ad existentiam sibi effectiuè communicandam: nam meritum non mouet agens, nisi bonitate obiectiuè existente, & absolutè futura, ac proinde vt causata ab agente in suo decreto. quia meritum mouet vt actu exhibitum vel exhibendum in honorem ipsius præmiantis. Nec sufficit, vt illud præcedat in existentia conditionatâ tantùm quia non differret à fine; & existentia conditionata non magis prævidetur meritum, quàm demeritum. Confir. 1. per meritum aliquid debet accrescere subiecto, quod ante meritum non habebat; alioqui nihil per meritum acquireret, quod est contra naturam meriti: at si propter bonum usum gratiæ, Deus daret gratiam, nihil ex infusione gratiæ acquireret homo, quod non haberet ante infusionem gratiæ; quia cùm gratia, utpote causa meriti, debeat necessariò quoad existentiam præcedere in subiecto, nihil noui ex ipsius infusione posset merens acquirere, quod non haberet ante ipsum meritum.

27. *Nec bonus vsus gratia præuisus est causa prædest.*

28. *Principium meriti non cadit sub meritum cur?*

Confir. 1.

2. Hinc sequeretur mutua causalitas quoad existentiam inter præmium & meritum: etenim gratia, quæ est præmium, causaret efficienter quoad existentiam bonum usum, qui est meritum: Rursus bonus usus, qui est meritum, causaret impetratoriè existentiam gratiæ; quia hæc non decernitur, nisi propter bonum usum præuisum existentem extra causas. *Confir.* 2.

Posterior pars assert. ostenditur; vsus liberi arbitrij, vt distinctus à gratiâ, non est meritorius apud Deum; igitur non potest esse causa meritoria prædestinationis gratiæ. Antec. prob. talis vsus, vt distinctus à gratia, non reduplicat nisi solam arbitrij libertatem: hæc autem non est per se sumpta apud Deum meritoria, alioqui esset etiam meritoria, quoad opera moralia naturalia, quod *suprà* impugnatum est. Dices: Deus prædestinauit, quos præuidit suæ gratiæ non repugnaturos: ergo non repugnantia fuit causa, sine quâ Deus illos non prædestinasset. Antec. patet; quia Deus non potuisset prædestinare, quos præuidisset repugnaturos; quia prædestinare, est eligere ad gratiam liberè consensuros. Resp. dist. antec. prædestinauit non repugnaturos, per modum meriti, quasi non repugnaturi per non repugnantiam meruerint à Deo prædestinari, nego: prædestinauit non repugnaturos, per modum conditionis quæ necessariò exigitur ex parte termini prædestinandi, concedo. Cùm enim Deus prædestinet creaturam ad sua dona liberè consequenda, exigit ex parte ipsius liberam cooperationem, sine quâ non posset illam prædestinare, vt liberè sua dona consecuturam. 29. *nec bonus vsus liberi arb. futuri.* 30. *Dices.* *Resp. Non repugnantia gratiæ est pura conditio, non ratio mouens.*

Ad 1. argum. primæ, nego sequel. libertas ènim in ordine ad salutem, non consistit, vt in manu nostra sit salus, antequam à Deo per gratiam præueniamur; alioqui contra *Paulum* in negotio salutis nos ipsi discerneremus; & contra *Trident. sess. 6. c. 5.* exordium salutis non inchoaretur à Deo, sed à nobis; sed consistit, vt misericorditer à Deo per gratiam præuenti, liberè possimus salutem operari, & non operari. Quare concedo, habere vel non habere primam gratiâm non esse in nostra libera potestate, *quia nemo*, inquit *August. l. 1. ad Simplici. q. 2, sibi potest præstare, vt vocetur*; in nostra tamen libera potestate est, vt præuenti prima gratia, ad subsequentem nos disponamus. *Ad 1. primæ.*

Ad 2. nego 1. sequel. nam teste *S. Tho. 2. 2. q. 63. art. 1.* acceptio personarum non incurritur in donis gratuitis, sed tantùm in debitis: Deus autem nulli suam gratiam debet; vnde nulla est in eo personarum acceptatio, quòd vni potius, quam alteri sua dona impartiat. Petrus autem solùm docet, Deum non esse acceptatorem in donis gratuitis, supposita prima gratia, vt fuit in *Cornelio*, cuius opera ante perfectam fidem, ex gratia facta, Deus acceptauit: nam gratis collata prima gratia, opera ex illâ profecta Deus de congruo saltem remunerat per subsequentia auxilia. Nego & sequel. 2. nam vt in nostra salute operanda non dormimus oscitantes, sufficit, vt certi simus nos semper à Deo ipsius gratia præueniri; qua præuenti in nostra libertate est magis, aut minus cum eâdem ad illam cooperari, cùm ferè nunquam operemur iuxta ultimum 32. *Ad 2.* *De Cornelio.*

Digitized by Google

timum posse gratiæ acceptæ. Nego & sequel. 3. nam ex *August. de bona perseu. c. 16.* licet primam gratiam Deus tribuat non orantibus, quia teste *Arausic. can. 3. & 6.* orare non possumus, nisi gratia præueniente; alia tamen Charismata, non nisi orantibus Deus præparat. Vnde oratio est effectus primæ gratiæ, & simul causa subsequentis. Nego & sequel. 4. est enim vtilis exhortatio, tum vt homo in accepta gratia proficiat, & perseueret, tum vt per eam interdum primam accipiat; Deus enim excitando, & promouendo hominem ad salutem, humano se accommodat genio; vt dum exterius sonant verba concionantis, Deus interius moueat corda audientium: vt constat *Actor. 16.* de muliere purpuraria, *cuius Dominus aperuit cor intendere his, quæ dicebantur à Paulo.*

Oratio effectus gratiæ causa subsequentis.

33. *Ad 1. secundæ.* Ad 1. argu. secundæ, resp. Paulum explicandum esse, non positiuè, quasi verò minus peccatum mouerit Deum ad illum vocandum; sed negatiuè; quia nimirum existente in eo grauiore peccato malitiæ, Deus non vocasset.

34. *Ad 2.* Ad 2. axioma, *Facienti quod in se est, Deus non denegat gratiam*, intellige, de auxilijs prioris gratiæ, vt *S. Tho.* explicat 1. 2. *q.* 109. *a.* 6. & cum eo *Scholastici*. *Ad confir.* eo loco *S. Tho.* à lumine naturali, non excludere auxilium generale gratiæ, quo Deus *illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* 35. *Ad 3.* Ad 3. Aureo. 1. nego, omnem carentiam obicis posse esse ab homine per vires naturæ; nam multa sunt peccata, quæ vitari non possunt sine gratia, cuiusmodi sunt, vel quæ grauem sinpponunt tentationem, vel quæ opponuntur actibus supernat. 2. nego, carentiam obicis, quæ per solas vires naturæ haberi potest, esse causam prædestinationis, sicut nec opera bona moralia, solius arbitrij viribus elicita. Ad confir. est Deus de se paratus solis obicem non ponentibus per vires naturæ gratiam conferre, nego; est de se paratus omnibus, & ponentibus & nõ ponentibus obicem, cõcedo.

Ad confir.

36. *Ad fund. 3.* Ad fund. tertiæ resp. ex *S. Tho. 1. 2. qu. 114. art. 3. ad 3.* in milite supponitur aliquid distinctum ab equo, quod mouere potest Regem ad dandum illi equum in præmium, ipsa scilicet naturalis dexteritas & applicatio, seu directiò equi ad strenuum vsum equi: in bono verò vsu gratiæ nihil est à gratia distinctum, quod mouere possit Deum, ad retribuendam gratiam, cùm tota ratio meriti sit à gratia,

SECTIO I.

An Christi merita sint causa nostræ Prædestinationis.

37. *Negant.* PRIMA sent. negat. *Scoti in 3. dist. 19. §. in ista qu. & §. seq. ad 2. Lyche. Basso. art 2. Capreo, 4. 3. ad argu. contra 4. concl. Ferrari. 4. con. Gen. c. 55. §. sed tunc. Driedo, de captiuit. tract. 2. ca. 2. p. 3. a. 4. ad 1. Palat. in 3. dist. 18. disp. 2.* Scotistæ ideò putant, Christi meritum non esse causam nostræ prædestinationis, quia non est causa gratiæ & gloriæ quoad intentionem, licet sit quoad executionem; quia quicquid in executione nobis datur, siue gratia, siue gloria, ex Christi meritis datur; non tamen quicquid est quoad intentionem nobis præparatum, ex merito Christi præparatum est. *Fund. Scotist.* Fundam. prius ratione Deus ad gratiam & gloriam nos prædestinauit, quam præuiderit merita Christi: igitur prædestinatio gratiæ & gloriæ quoad intentionem fuit independens à meritis Christi quia nequit prius dependere à suo posteriori. Antec. prob. merita Christi sunt præuisa post peccatum Ada, quia sunt præuisa ex passione, quæ supponit hominis lapsum: sed ante præuisum Ada peccatum, nos eramus ad gratiam & gloriam prædestinati: nam, adhuc peccato non existente, futuri fuissent ijdem numero electi, qui futuri sunt nunc, vt *Scotus in repor. in 1. dist. 41. §. dico.*

Reliqui ideò censent, Christi meritum non esse causa omnium effectuum prædestin. cùm non sit causa Incarnationis, quæ est effectus nostræ prædestin. quippe quam Deus ordinauit vt medium ad nostram salutem; nam *propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis*: igitur Incarnatio non potest eadem esse causa eiusdem nostræ prædestin. cùm nequeat idem esse causa, & effectus respectu eiusdem. Præterea non est Christi meritum causa primæ gratiæ, alioqui illa non esset gratuita, sed debita ex Christi merito.

38. *Fund. alterum.*

Secunda affirmat, Christi merita esse causam nostræ prædest. *S. Tho. 3. p. qu. 34. artic. 4. Bonauent. in 3. dist. 11. art. 1. q. 3. Duran. dist. 10. q. 3. Rubio. dist. 18. q. 2. art. 2. & 3. Gabrie. dist. 19. art. post 4. concl. Vega lib. 4. in Trident. cap. 5. & 6. Zumel 1. p. q. 23. art. 5. disp. 2. Molinæ ibid. disp. 2. concl. 4. & 5. Bannez ibid §. ad complem. concl. 1. 3. & 5. Henriquez lib. vlt. de fine hom. cap. 15. Vasquez 1. p. disp. 45. c. 2. Suarez libr. 2. de prædest. c. 21. & 3. p. disp. 41. sec. 1. & 4. Arrub. disp. 78. Syluj in 3. p. q. 24. ar. 4. &* communis: quæ verior est, & vt *Vasquez* putat. Catholica; cuius oppositam Zumel, & Bannez appellant erroneam.

39. *Verius affirmant.* *Censura contrariæ opinionis.*

Prob. 1. ex illo *ad Ephes. 1. Prædestinauit nos in adoptionem Filiorum per Iesum Christum.* Quem locum extortè Palatius explicat de Christo vt Deo, vt sensus sit, eodem Christo vt Deo, simul cùm Patre, effectiuè prædestinante; nam Paulus apertè loquitur de Christo vt Redemptore; Subdit enim; *In quo habemus redemptionem, per sanguinem eius.* Quòd autem loquatur de prædest. quoad omnes effectus, patet ex præced. *Benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem.* Porrò illa, *in omni benedictione spirituali in cœlestibus*, includunt omne donum supernat. incipiendo à prima vocatione, vsque ad gloriæ consumationem. Confirm. Concilia, præsertim *Mileu. & Trident, sess. 6. c. 5. & 16.* docent, omnem gratiam nobis conferri per Christum.

40.

Prob. 2. Christus est caput Ecclesiæ, tam militantis, quàm triumphantis *ad Ephes. 1. 4. & 5. & ad Coloss. 1. & 2.* ad caput autem spectat esse principium omnis motus membrorum: unde *Trident. sess 6. cap. 16.* docet, Christum vt caput iugiter virtutem influere in membra, vt ad iustitiam disponantur; disposita iustificentur, iustificata per condigna merita gloriam consequantur: igitur ad Christi capitis dignitatem spectat, omnem supernat. morum in sua mystica membra influxum ex suis propriis meritis. Prob. 3. Sequeretur ex vi præsentis decreti saluandos fuisse eosdem homines, quos nunc de facto saluantur, etiamsi Christus in carne passibili non venisset: consequens est contra Patres, unanimi consensu affirmantes, homines non fuisse saluatos, nisi Deus factus esset homo. Quod saltem intelligi debet ex vi præsentis decreti. Sequela prob. si prædestinatio hominum facta est independenter à Christi meritis; igitur adhuc Christo in carne passibili non futuro, hominum prædestinatio fuisset executioni mandata, cùm illa efficaci decreto, ante decretum de aduentu Christi in carne passibili, sit insent. *Scoti* prædefinita. Præterea multi nunc prædestinantur ex illicito concubitu

41. *Pr. ratione.*

42. *Pr. ex actio do.*

natis

nati, qui Adamo non peccante prædestinati non fuissent; quippe cùm nullus tunc fuisset illicitus concubitus: contrà verò, multi tunc prædestinati essent, qui partim nati fuissent ex ijs, qui in diluuio perierunt, partim ex ijs, qui ante tempus violenta & immatura morte obeunt.

43. *Modus prædest explicatur, ex 106* Prob. 4. Deus præuiso peccato Adæ & posterorum eius, scientia tantum conditionata, saltem motus fuit ex sola sua libera voluntate, ad volendum hunc ordinem rerum, quem de facto condidit, cum mutua rerum inter se dependentia; vt, si non præuidisset peccatum Adæ scientia conditionata, Christum nullo modo prædestinasset: rursus Christum Deus prædestinare decreuit excellentiori modo, quo fuit possibile; scilicet vt omnes homines, & angeli prædestinarentur dependenter à meritis Christi præuisis scientia visionis; quia hoc magis redundabit in gloriam, & dignitatem Christi; ideò prædestinauit illum, vt causam meritoriam & finalem omnium prædestinandorum. Tum propter merita Christi præuisa scientia visionis prædestinauit angelos, & homines; motusque est Deus ad omnem gratiam, & gloriam tam angelis, quàm hominibus, decernendam, ex meritis Christi præuisis scientia visionis. In quo decreto *Obiectorum coordinatio.* prædestinatio Christi definita est dependenter à peccato Adæ, præuiso tantùm scientia conditionata. Rursus voluntas mittendi Christum in remedium peccati præuisi scientia conditionata, dependet à voluntate generali Dei saluandi homines præuisos lapsuros in Adamo, vt in capite, scientia conditionata. Tum dependenter à Christi meritis præuisis scientia absoluta, prædestinauit angelos & homines, omnemque gratiam, & gloriam illis conferre decreuit ex ijsdem Christi meritis, vt ex causa meritoria. Demum omnia hæc, & Christi Incarnationem, & nostram, ac Angelorum iustificationem, prædestinationemque vltimatè ordinauit Deus ad Christi exaltationem & gloriam, quam in hoc decreto principaliter intendit.

44. *eius decretum non implicat.* Vnde sit, quod tale decretum, cum tali obiectorum coordinatione non repugnat: & alioquin tale decretum saluationem prædestinationem tam ad gratiam, quàm ad gloriam factam esse dependenter à meritis Christi, prædestinati dependenter à peccato Adæ præuiso scientia conditionata; igitur tale decretum de facto est ponendum in Deo scilicet quod melius saluti seruas, & Patres, & in maiorem redundat Christi gloriam & dignitatem. Minor ostend. 1. non repugnat, vt *to. 6, sect. 1. & 2.* Christum fuisse prædestinatum, vt caput omnium prædestinatorum in remedium peccati, præuisi tantùm scientia conditionata. Nec repugnat 2 potuisse à Deo angelos, & homines prædestinari ad gratiam & gloriam ex meritis Christi, præuisis scientia visionis. Equidem statim post prædestinatum Christum, prævidere potuit Deus eius merita, non quidem quoad omnes circumstantias, cum quibus de facto fuerunt executioni mandata; sed solùm quoad substantiam, & propter illa, vt sic prævisa, moueri potuit ad prædestinandos angelos, & homines; omnemque gratiam, non modo reconciliationem, quæ supponit peccatum, sed etiam sanctificationem, quæ nullum supponit peccatum, illis in æterno suo decreto præparasse dependenter à meritis Christi, vt à causa meritoria. Dices. Saltem illa voluntas, qua Deus prædestinauit Christum in remedium peccati, præuisi scientia conditionata, non potuit esse ex meritis Christi; nam illa fuit causa prædestinationis Christi, & consequenter etiam meritorum ipsius: Concedo voluntatem prædestinandi Christum non fuisse dependentem a meritis ipsius Christi, sed tantùm a peccato præuiso scientia conditionata, vt a conditione sine qua non; a salute hominum, vt a causa finali proxima: a gloria Christi, vt exaltandi & glorificandi per redemptionem hominum, vt à causa remota & principalius intenta, præuisa tantum scientia conditionata, & solùm sub ratione finis possibilis, finaliter mouentis Deum ad talem rerum faciendum.

45. *Dicas.* *Obijcies* illud Matth. 20. *Sedere ad dextram, vel sinistram, non est meum dare vobis; sed quibus paratum est a Patre meo.* Vbi innuitur, beatitudinis præmium a solo Deo, independenter a Christi meritis, electis præparari. Et illud *Ioan. 17. Pater, manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi tui eram, & tu mihi illos dedisti.* Non igitur Christus suis meritis, sed Deus sua sola voluntate prædestinatos elegit. Resp. ad 1. cum *Hieron.* in eum locum, Christum non excluisse à prædestinatione hominum sua merita, sed tantum docere voluisse, regnum cœlorum non dari hominibus fauore petentis, vt sæpe dantur humanæ dignitates, sed merito accipientis: nam sicut merita Christi non excludunt propria, quæ necessaria sunt adultis; ita neque excludunt se ipsa. Ad 2. *Ioan.* nego conseq. nam etiamsi electi prædestinati sint ex meritis Christi, adhuc illi fuit Dei propter electionem, Christi verò propter redemptionem esto igitur nos prædestinati simus per Christum, haud tamen dici possumus prædestinati à Christo; quia prædestinare importat principalem causam simpliciter quæ est sola voluntas Dei.

47. *Christus non causa meritoria electionis.* Sed adhuc controuersum est, an Christus sit causa meritoria non solùm nostræ prædestinationis, sed etiam electionis, quatenus electio dicit dilectionem unius præalio. affirmat *Vasquez*, negat *Suarez*; cui magis assentior; nam Christus sua merita obtulit pro omnibus: igitur quod vnus sit præalio electus, sola Dei voluntas in causa fuit: nec sanè decuit diuinam voluntatem in eligendo hos potiùs, quam alios, dependere ab humana Christi voluntate; neque etiam verisimile est, si ita factum fuisset, pro tam paucis Christum sua merita oblaturum fuisse: quin potius respiciendo ad ardentem charitatem Christi erga homines, pro omnibus sua merita obtulisset, si totum negotium nostræ salutis ipsius voluntati commissum fuisset.

48 *Ad fund. Scoti.* Ad fundam. *Scoti* nego an ec. ad prob. nego. Christi merita saltem quoad substantiam, præuisa fuisse post Adæ peccatum, præuisum scientia visionis, sed tantùm scientia conditionata, modo supra explicato. Minor probationis antecedalia est, vt supra ostendimus. Ad fundam. aliorum responsio probabilissima est *Suarez l. 2. de prædest. c. 21. n. 3.* Incarnationem, & merita Christi non numerari inter effectus prædestin. quia non procedunt ex peculiari voluntate saluandi electos, sed tantùm ex generali saluandi omnes Prædestinatio enim est peculiaris prouidentia saluandi tantum electos at etiam pro reprobis incarnatus, & mortuus est Christus.

49. *Ad fund. aliorum. resp. Suarez.*

SECTIO. IV.

An electio ad gloriam decreta sit dependenter ab operibus gratiæ in genere causæ meritoriæ;

50. *magna controu. inter Catholicos.* PRædestinatio completa duo importat, electionem ad gloriam, & præparationem mediorum,

Digitized by Google

rum, quæ sunt auxilia supernat. gratiæ, quibus bene viuendo gloriam consequimur. hactenus probatum est, prædestinationis completæ, non dari causam ex parte nostri; nunc vlterius indago, an saltem electionis ad gloriam detur causa ex parte nostri, quæ sunt merita ipsa viribus gratiæ elicita: Prima sent. negar. *Scoti in 1. dist. 41. §. potest aliter, & in repor. & in 3. dist. 7. qu. 3. §. sed hic. Lychet. in 1. dist. 41 Moyro. qu. 4. §. Quantum ad 2. Richar. art. 4. q. 1. Ægid. art. 1. q. 1. Capreo. art. 1. concl. 7. Duran. qu. 1. nu. 9. Basso. art. 4. Arimin. art. 2. Ferrari 3. con. gen. cap. 161. §. pro solutione, Caiet. 1. p. qu. 23. artic. 4. Cordub. libr. 1. q. 56. opini. 1. Zumel 1. p. qu. 23. Disp. 1. Gonsalez. ibid disp. 73. sec. 2. Arrub. disp. 73. c. 3. & disp. 74. cap. 2. Suarez. l. 1. de prædest. cap. 8. & l. 2. c. 23. Bellarm. libr. 2. de gratia, cap. 15. Henriquez. lib. vlt. de fine hom. cap. 11. Ruiz. de Prædest. à disp. 4. Granad. disp. 3. sect. 3. inclinat etiam S. Tho. 1. p. q. 23. art. 4.* Probat *Syluius ibid.*

51.

52. Fundam. Præcipuum fund. sumitur ex scripturis, quæ partim indicant, Deum ex amore retribuendi gloriam electis multa operari supra ordinarium cursum naturæ, vt *Sapien. 4. Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius. Matth. 24. nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro sed propter electos breuiabuntur:* & alia permulta; quæ Deus progressu temporis insignium huius antecedentis electionis prædestinatorum ad gloriam ante vlla ipsorum præuisa merita operatur; partim manifestè ostendunt hanc efficacem voluntatem Dei præparantis gloriam electis, ante eorum præuisa merita, vt *Luc. 12. Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum*: igitur electio ad regnum, est ex beneplacito æterni patris: & *ad Ephes. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti*; non dicit *quia futuri eramus sancti*, vt ostendat in æterna prædest. efficax decretum dandi gloriam, importatum ipso nomine electionis, non subsequi, sed potiùs antecedere nostra futura merita. *ad Rom. 8 Quos prædestinauit, hos & vocauit*; igitur vocatio ad gratiam est ex prædest. ad gloriam: non contrà: *ad Rom. 9.* loquens Paulus de Iacob & Esau; *Antequam*, inquit, *quidquam boni, aut mali egissent, vt secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus sed ex vocante dictum est ei, maior seruiet minori*: si igitur propositum Dei secundum electionem non manet ex operibus, sed ex vocatione, electio ad gloriam fuit ante præuisa merita; alioqui non ex *vocatione*, sed ex *operibus*, gratiam vocationis subsequentibus, Dei propositum maneret. 1. *ad Corinth 4. Quis te discernit? quid habes quod non accepisti?* igitur electorum, reproborumque discretio ex sola Dei voluntate, pendet. *Actor. 13. Crediderunt, quotquot præordinati erant in vitam æternam*: ergo præordinatio ad vitam æternam præcedit in ipsa Dei prædest. vocationem ad fidem. *Ioan. 15. Non vos*, inquit Christus, *me elegistis, sed ego elegi vos:* quem locum *August.* explicat de electione ad gloriam: porrò si electio fieret ex meritis nostris, non Christus nos, sed nos meritis nostris Christum elegissemus, vt *August.* deducit. Prob. 2. ex August. qui, vt in materia de gratia, ita & de prædest. inter cæteros Patres, primas obtinet; vnde lib. de corrept. c. 7. loquens de prædestinatis, docet eos electos esse *ad regnandum cum Christo.* Constat autem ex *eod. cap.* illos electos esse ante ipsorum præuisa merita, per electionem gratuitam: 2. *ibid cap.* habet hæc: *hi ergo Christo intelliguntur dati, qui ordinati sunt in vitam æternam; ipsi sunt illi prædestinati, & secundum propositum præordinati, quorum nullus perit, ac per hoc nullus ex bono in malum mutatus finit hanc vitam; quando sic est ordinatus, & ideo Christo datus, vt non pereat, sed habeat vitam æternam.* 3. familiaris est Augustino hic modus loquendi, non ideò credentes eligi, quia fuit crediturі; sed ideò eos credere, quia electi sunt, vt credant: ergo pariter non ideò prædestinati eliguntur ad regnandum, quia præuisi sunt sancti, sed ideò fiunt sancti, quia electi sunt ad regnandum. Ergo sicut fides decernitur ante præuisa merita credentium; ita & gloria ante præuisa merita electorum. 4. sæpe docet August. electos vocari *secundum propositum*; igitur in eius doctrina, Dei propositum præcedit vocationem: sed hoc propositum nō est aliud, quam ipsa voluntas Dei eligendi ad gloriam, à qua originatur voluntas congruè vocandi: ergo. Confir. cum multi *Augustinum* impugnarint, quod ipse electionem ad gloriā posuerit ante præuisa merita, non solùm ab hac obiectione non se liberat, sed illam vbique defendit. Prob. 3. Voluntas finis necessario ratione præcedit voluntatem mediorum: igitur electio ad gloriam est ratione prior voluntate meritorum. quia gloria est finis, merita sunt media, quibus illam consequimur. Antec. prob. tum quia ex fine mouemur ad media; non contrà; nam media sunt, quæ dantur propter finem, non finis propter media; tum quia intentio finis est principium electionis mediorum: nequit autem simplex intentio finis esse principium efficacis intentionis mediorum. alioqui, plus virtutis & efficaciæ esset in effectu, quàm in causa. Tum quia prædestinati distingui debent à non prædestinatis; non possunt autem distingui sola voluntate mediorum efficacium; alioqui non possent ab illis distingui, nisi priùs præuideretur eorum futurus consensus: atque adeò prædestinatio, quatenus est peculiaris prouidentia circa electos initium sumeret à libero consensu futuro creaturæ; & consequenter radix discretionis esset ex nobis, contrà *Paulum* cit. Confirm. 1. saltem donum perseuerantiæ non potest Deus efficaciter velle, nisi ex efficaci intentione gloriæ, nam hoc infallibilem connexionem habet cum gloria ex Dei promissione: unde cùm primum hoc donum intendit, simul etiam in eodem signo intendit gloriam, 2. Prædestinatio Christi non fuit ex meritis ipsius: ergo nec prædestinatio nostra fuit ex meritis nostris. ex *August. de Prædest. sanct cap. 15.* 3. certum est, Deum aliquos ad gloriam prædestinasse ante eorum præuisa merita, vt B. Virginem, & non nullos alios insigniter electos: at nulla est ratio excipiendi reliquos: ergo. 4. in regno Dei totus Beatorum numerus esse debet ex directa, & absoluta voluntate Dei: nam hoc congruit perfectioni illius regni, in quo nihil esse debet nisi ex singulari intentione Dei. 5. in vnoquoque negotio exitus: rei declarat intentionem agentis; & terminus ille, quo obtento cessat actio, solet esse primum obiectum intentionis agentis: sed tota Dei prouidentia eo tendit, vt ciuitas illa in tali numero & mensura compleatur: ergo signum est, quod absoluta Dei intentio fuit, complere illam ciuitatem, quatenus ex integro numero saluandorum constat. 6. prædestinatio est opus misericordiæ: esset potius iustitiæ, si quoad electionem ad gloriam esset ex nostris meritis. Secunda affirmat: *Alen. 1. p. q. 28. me. 3 a. 1. Bonauc. in 1. dist. 40. a. 1. q. 2. & a. 2. qu. 1. & 2. Albert. dist. 40. a. 10. & dist. 41. a 3, Aureo art. 1. & 2, Ocham q. vn. Rubio. q. 1. ar. 1. & 2. q. 2. a. 1. & 2 fine, Bacco a 2. §. 2 & 3 Gabriel. a. 2. concl. 2. & dub. 2. Ar. a. 2. Micha Medinâ l. 3 de recta in Deum fide. Taperi art. 7 cou Luthe. §. nec reipsa, Cathari. opusc. de Prædest. Turria opusc. de elect. Molinæ 1 p. q 23. a. 4 disp. 1. men 7 § ad Fund. & me. 8. § 3. & me 9. & 13.*

53. Pr. 2.

54. Pr. ratione potissim.

55. Confirmatio nis 6.

56.

57.

58.

59.

60.

61. Affirmant,

ergo prædest. ad gloriam non est ex meritis vocationis subsequę.

Digitized by Google

Vasquez disp. 89. à cap. 2. Lessij opusc. de prædest. à sect. 1. Beca. de prædestin. c. 14. qu. 4. Philip. Moncæi disp. 4. c. 4. Vt posteriori huic parti assensum præberem, mouit me misericors Dei erga omnes intellectuales creaturas affectus, & æqua in prædestinatos, ac reprobos, pro eorum præstitis operibus iusti iudicis retributio.

Posterior sent. prob.

62. *Prima probatio ex scripturis.*

Primum testimonium scripturæ sit *ad Rom. 8. Quos præsciuit, & prædestinauit conformes fieri imaginis filii sui.* Vbi decretum prædest. quod efficacem voluntatem beandi importat, *Paulus* collocat, post præscientiam. Quòd per to *Prædestinauit Paulus* hic comprehendat decretum electionis ad gloriam, & per præscientiam intelligat scientiam meritorum, ex gratia prouenientium, prob. ita Hierony, Ambros, Augusti. Haimo, & ali Patres hunc locum explicant. *Quos*, inquit Hierony. *præuidit conformes in vita, voluit facere conformes in gloria. Quos*, ait Ambros. *præsciuit futuros sibi deuotos, ipsos elegit ad promissa præmia capessenda.* Et Augusti. *de correp. cap. 9. Quoniam*, inquit, *qui vere filij sunt præsciti, & prædestinati sunt conformes imaginis filij eius*, & Auctor *lib. de prædest. Dei*, Ex *præscientia*, inquit, *offensionis, prædestinatio emanat vltionis; sicut ex præscientia virtutis, prædestinatio fieri solet remunerationis.* Fulgen. *lib. 1. ad Monim. c. 14. Prædestinauit*, inquit, *ad regnum, quos ad se præsciuit redituros.* Prosper *ad cap. Gallorum ad 3.* obiect. *Ideo aliqui prædestinati non sunt, quia mali futuri ex voluntaria prævaricatione præscitti sunt.* & cap. vlt *Potest*, inquit, *sine Prædestinatione esse Præscientia; prædestinatio autem sine præscientia esse non potest.* Theophil *Præcognoscit Deus eos, qui vocatione digni sunt, deinde sic prædestinat. Prior itaque est præscientia, posteà sequitur prædestinatio. prædestinationem autem intelliges immutabilem Dei voluntatem. Prænouit itaque Paulum vocatione dignum esse, sicque præfiniuit seu prædestinauit.* Oecume. *Quos præsciuit, hos etiam prædefiniuit, quia secundum propositum sunt. Quos autem prædefiniuit, hos & vocauit, quia secundum propositum sunt.* Explicat *secundum propositum, statuitur illorum virtus, qui secundum proprium propositum* (intellige a gratia Diuina præuentum) *crediderunt, & sic à personarum respectu Deus liberatur.* Origenes : *Quia quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis Filij sui, euidenter ostendens, quod eos, quos præsciuit Deus tales futuros vt Christo se in passionibus conformarent, ipsos etiam conformes ac similes imaginis eius prædestinauit & gloriæ, Præuidit ergo*, ut ibid. concludit, *præscientia Dei, per quam noscuntur qui in se labores & virtutes habituri sint, & ita prædestinatio sequitur* Sedulius : *Quos præsciuit credituros, hos vocauit: vocatio enim volentes colligit.* Tum ex proprietate verborum: nam *præscientia* ad intellectum, *prædestinatio* ad voluntatem refertur. Distinguit igitur hic Apost. duos actus, alterum intellectus, voluntatis alterum: non enim hæc duo verba pro eodem usurpantur; siquidem vnum reddit causam alterius, vt ex *Oecum.* docet *Toletus hic*; at per actum intellectus non potest, nisi scientia meritorum intelligi: 1. quia non potest hæc scientia intelligi, de cognitione prædestinatorum in esse naturæ, quæ communis est reprobis, cum hæc sit propria electorum: neque de cognitione meritorum sub conditione futurorum (vt censent *Molina 1. p. qu. 23. art. 4. disp. 1. me. 9. & Granad.*) non. n. suntapta mouere diuinam voluntatem ad prædestinandum unum præ alio, cum nullus sit, cuius finalia merita non sint sub conditione præuisa, si alio tempore, occasione, vel auxilio vocatus fuisset: at per hanc scientiam Deus vnum eligit præ alio, ut constat ex relatiuo, *Quos*, nempe, quos sciuit sua gratia operaturos. neque intelligi potest de scientia consequente decretum de electione ad gloriam, vt sensus sit; Quos iam præsciuit ad gloriam electos, eos prædestinauit per infallibilia media, ad destinatam gloriam consequendam: vt *predestinare* hoc loco, non sit ad gloriam eligere, sed media ad gloriam iam electis præparare. nam hoc modo Paulus in æterna serie prædestin. prætermisisset, quod erat in ea præcipuum, & fundamentum cæterorum, ipsum scilicet efficax decretum electionis ad gloriam. Dices : eadem ratione *Paulus* prætermisisset decretum dandi media. Sed contra; huius decreti meminit verbis præced. *Qui secundum propositum vocati sunt sancti.* Quem locum *Augusti. lib. de correp. cap. 7 & sæpè* alibi, explicat de proposito secundùm electionem ad gratiam efficacem: ex quo proposito ortum habet in Deo voluntas vocandi ad fidem, & ad reliqua bona opera supernaturalia. Ergo pro scientia hic intelligi debet cognitio meritorum absolutè futurorum. Prob. per actum voluntatis seu prædestinationis intelligi decretum electionis ad gloriam: 1. quia cum hic Paulus describat totam seriem diuinæ prædestin. & nullo alio expresserit decretum electionis ad gloriam, necessariò cogimur asserere, illud expressisse per to *prædestinauit.* 2. cùm immediatè post iuter effectus prædestin. enumeret glorificationem, & cuilibet effectui prædestin. suum in Deo respondeat decretum proportionatum, necessario dicendum est, hoc decretum a *Paulo* expressum fuisse per to *prædestinauit.* 3. hic ordo prædestinationis eruitur ex contextu; nam 1. describitur decretum dandi media efficacia ad gloriam illis præced. *Qui secundum propositum vocati sunt sancti* 2. describitur præscientia meritorum per illa *Quos præsciuit.* 3. decretum electionis ad gloriam per hæc, *Prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui*: efficimur enim comformes imagini filij Dei, teste Hierony per gloriam, quæ est consummata sanctitas, & perfecta adoptio filiorum Dei, 4. numerantur effectus prædestin. vt executioni mandandi, per illa *Quos autem prædestinauit, hos & vocauit; quos vocauit, hos & iustificauit; quos autem iustificauit, illos & glorificauit.* 2. testimonium fit *Matth. 25. Venite benedicti Patris mei: possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi.* Vbi Christus loquitur de æterna regni præparatione; cuius causam reddit: *esurijui enim & dedistis mihi manducare*: igitur ipsa opera iustorum ab æterno præuisa fuerunt Deo motiuum ad præparandum illis ab ipsa æternitate cœleste regnum suo tempore conferendum. Confir. ea ratione docet Christus, paratum esse regnum prædestinatis, qua docet, paratum esse ignem æternum reprobis, vt constat ex ipsa electorum, reproborumque antitheſi: at paratus est ignis æternus reprobis propter eorum præuisa demerita: ergo & regnum cœleste prædestinatis propter eorum præuisa merita.

63. *Dices. contra*

64. *Actus prædestin. est electio ad gloriam.*

Nil cohibentius.

65.

Confir.

Præscientia meritorum & absolutorum ipsellig.

Duo probanda.

Prob. 2. ex Patrib. & præter *citatos*, ex *Augusti. l. 1. ad Simplici. q. 2.* vbi agens de duplici electione : altera ad gratiam, alterâ ad gloriam, priorem doc. cet fieri independenter à nostris operibus, exemplo Esau & Iacob: posteriorem verò non modò non negat, sed etiam affirmat fieri dependenter à nostris meritis: operibusque præuisis: explicans enim verba Apostoli, *Vt secundum electionem propositum Dei maneret: Non ergo*, inquit, *secundum electionem propositum Dei manet sed ex proposito electio: id est, non quia inuenit Deus opera bona in hominibus, quæ eligat, ideo manet propositum iustificationis ipsius, sed quia illud manet, vt iustificet credentes, ideo inuenit opera, quæ iam eligat ad regnum cœlorum: nam nisi esset electio, non essent electi: nec recte diceretur: Quis accusabit aduersus electos Dei? non tamen electio præ-*

66. *Secunda probatio ex auctoritate Patrum.*

Digitized by Google

præcedit iustificationem, sed electionem institificatio: nemo enim eligitur, nisi iam distans ab illo, qui reijcitur. Vnde quod dictum est, Qui elegit nos ante mundi constitutionem, non video, quomodo sit dictum, nisi præscientiæ. Hæc August. quibus docet, electionem ad regnum non præcedere, sed subsequi opera ipsa, quæ gratiam iustificationis consequuntur; nec tantùm in executione, ut non nulli ex aduers. explicant, sed etiam in intentione & præscientiâ, vt patet; nam id concedit de electione ad regnum, quod negat de electione ad gratiam: negat autem de electione ad gratiam, quod ea subsequatur opera nostra etiam præuisa ante efficax decretum intentionis de danda gratia: igitur & de electione ad gloriam concedit, eam subsequi nostra merita, etiam præuisa ante efficax decretum intentionis de danda gloria. Neque hunc locum retractauit *August.* vt aliqui putant: quin potius, quæ de prædest. hoc libro scripsit, ait, sibi fuisse à Deo reuelata in *lib. de Prædest. sanct.* quem senior conscripsit; in quo, & *in lib. de bono præsev.* negat quidem electionem ad gratiam fieri ex meritis; de electione verò ad gloriam id nullibi negat, quin *serm. 7 de verbis do.* duplicem agnoscit electionem, alteram secundùm gratiam, quæ est electio ad gratiam; alteram secundùm iustitiam, quæ est electio ad gloriam, prævio examine & præscientia meritorum: *Elegit:* inquit, *& secundum gratiam suam, & secundum illorum iustitiam.* Huic testimonio obijci potest: quòd hic docuit, electionem supponere, non facere inæqualitatem inter electos, alibi retractauit affirmans esse aliquam electionem, quæ non supponit, sed facit inæquales. ita *Epist. 106. ante med. quæ scilicet electio, non inuenit eligendos, sed facit.* Retractato autem hoc, simul retractatum manet, id quod *cit. loco ad Simplic.* docuit, electionem ad gloriam supponere inæqualitatem & distantiam inter eligendos. Resp. Augustinum solum retractasse vsum huius vocis *Electio* non rem, quam *ibid.* docuerat, nempe nullam dari electionem ad gloriam ante præuisa merita, cùm retractatio huius doctrinæ nullibi extet. Solum igitur retractauit, electionem dici posse, etiamsi inæqualitatem non supponat, sed faciat inter electos. Eandem ferè Doctrinam tradit *lib. de correp. c. 7.* Vbi docet, nostram salutem ex parte Dei incipere à vocatione *secundùm propositum*, quæ est electio ad gratiam: *Ibid.* prædestinatos discerni à non prædestinatis *præscientia.* Si autem putasset, prædestinatos eligi ad gloriam independenter ab eorum meritis præuisis, potiùs dixisset, illos à non prædestinatis discerni electione ad gloriam; nam hæc antecedit *præscientiam meritorum*, & est primum, maximumque donum, quo prædestinati discernuntur à non prædestinatis. Hilarius *in Psal. 64.* de electione ad gloriam *Electi*, inquit, *sunt nuptiali veste conspicui, puro atque integro nouæ Natiuitatis corpore splendidi. Itaque non res indiscreti iudicij electio est, sed ex meriti delectu facta discretio est.* Beda *lib. variar. qu. q. 13* *Sicut ergo*, ait, *prædestinatio ad mortem non coegit malos vt pereant. Ita etiam prædestinatio ad vitam non coegit bonos, vt saluarentur: Sed cùm Dominus bonos ad vitam prædestinauit, ita eos prædestinauit, vt ipsa sua prædestinatio meritis & precibus nostris obtineatur.* Theodulus *ad Rom. 9.* & Damasc. *aduersus Manich.* hanc sent. docent: *Præparauit*, inquit ille, *Deus ad gloriam, quos dignos cognouit per fidem. Quocirca*, inquit iste, *bona agere, & boni effici contendamus, vt in eorum simus numero, quos Deus bonos fore prænouit, atq; ad æternam vitam præordinauit:* quia pertè præordinationem ad æternam vitâ postponit præscientiæ meritorũ. Anselmus in Eluci. *Prædistinatio taliter instituta est, vt precibus vel laboribus obtineatur.*

Nota. duplex electio.

Dices.

Resp.

67. vocatio secundum propositum est electio ad gratiam.

68.

Prob. ex absurdis; 1. Deus non haberet voluntatem saluandi omnes, contra Paulum *1. ad Timoth. 2.* nam si ex se ipso ante vlla præuisa merita absoluta sua voluntate voluisset gloriam unis, & negasset alijs, ex se ipso non habuisset voluntatem, saluandi eos, quibus antecedenter ad ipsorum demerita gloriam negasset. Vnde media, quæ postea illis præparasset, non tam præparasset affectu saluandi, quam eos iustè puniendi. cùm. n. ex se haberet absolutam voluntatem eos non saluandi, non posset contra talem voluntatem operari. & idem est motiuum electionis mediorum & intentionis finis; cum media eligantur propter finem: sed Deus antecedente suâ voluntate, efficaciter eos à regno excluisset, ex motiuo manifestandi suam iustitiam: igitur ex eodem motiuo postea illis media præparasset; ac proinde non ex motiuo eos saluandi. 69. Probatio 3. ex absurdis oppositis sent. 1. In Deo non esset voluntas saluandi omnes.

Respondent iustè posse Deum ante præuisa merita uniuscuiusque, suam gloriam denegare ob solum peccatum protoparentis, quo non solùm sibi, sed etiam posteris damnationem iustè merult. Sed contra; hæc ratio non militat in angelis, in quibus ante peccatum ipsorum personale nullum præfuit originale in capite. & Deus vult omnes saluos fieri, etiam post originale præuisum: nam hanc suam voluntatem saluandi omnes fundat Deus, ex *cit. loco*, in Christo saluatore, qui supponit originale præuisum, & quidem in sent. aduers. scientiâ absoluta, post cuius præuisionem prædestinatus est Christus in remedium ipsius. Respondent 2. Deum negatiuè tantùm se habere circa reprobos in eo signo, in quo gloriam prædestinat electis. Sed contra; ad illatum absurdum sufficit, quòd Deus negatiuè tantùm nolit salutẽ hominum, cùm *Paulus* non modo *cit. loco* neget, Deum ex se habere positiuam voluntatem saluandi, sed etiam affirmet, ex se habere positiuam voluntatem saluandi omnes; nam verbum *Vult*, positiuum actum in Deo designat. Sequeretur, etiam positiuè Deum ex se reprobos excludere à regno: nam eo signo, in quo negatiuè excludit â regno, positiuè non vult eis salutem æternam; supponimus. n. Deum liberè velle & nolle per connotationem extrinsecæ productionis, vel negationis productionis, liberè à se dependentis; sic sola negatio electionis ad gloriam, cum sit libera ex præcognitione agentis, est positiua nolitio & excluſio à regno. vel esto ad aliquid physicè nolendum requiratur antecedens, intrinseca, positiua terminatio actus ad obiectum; tamen ad moraliter nolendum sufficit certa præcognitio negationis effectus, infallibiliter prouenientis ex libera negatione auxilij, ad productionem effectus necessariò prærequisiti: vnde talis negatio effectus, si prauа sit, & vitanda, imputatur ad culpam, etiamsi nullus actus physicus eliciatur erga illum: sed præcognoscit Deus, quòd ex libera negatione electionis ad gloriam homo non possit salutem consequi: ergo non solùm negatiuè, sed etiam positiuè moraliter illum excludit: ideo *Scotus in 1. dist. 47. & Suarez l. 5. de reprob. c. 4* concedunt talem actum esse positiuum. Confirm. hic modus prædestinandi non videtur consentaneus bonitati Dei, quæ in ijs, quæ à sola sua voluntate pendent, omnibus sese communicat, vt constat in angelis, quibus creatis, statim se ipsũ cõmunicauit omnibus per gratiã, ex *2.to disp. 28. sect. 3.* Idẽ Deus per gratiã capitis cõmunicauit se statim protoparentibus, à quâ gratiâ ante peccatũ neminem excluſit. In hâc autem sent. Deus ex se antecedente suâ voluntate non sese omnibus communicasset in ordine ad finem supernat. sed perpau- 70. Respondent 1. Contrà. Resp. 2. contrà. Positiue excludere nihil reprobi. Conf. ex bonitate Dei.

per paucis, quos ad gloriam elegisset. at sicut neminem Deus antecedente sua voluntate excludit à gratia, ita neque à gloria.

71. *Absurd 2. falso libertatis.*

2. Non saluatur perfecta libertas, quam homines habent in æterna salute acquirenda: nam libertas hæc non solùm est in medijs exequendis, sed in fine acquirendo, ex script. & Patrib. qui vitam & mortem, salutem & damnationem in manu nostra positam esse testantur, eamque ex nostro pendere libertate, *Eccles. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui: adiecit mandata, & præcepta sua: si volueris mandata seruare, conseruabunt te*, & Paulo pòst: *Ante hominem vita, & mors, bonum & malum, quod placuerit ei dabitur illi*, quam libertatem apertiùs explicat promissio conditionata & comminatoria: *si mandata seruaueris: Nisi præcepta custodieris, &c.* & ostendit esse in nobis etiam proximam, ad salutem consequendam. at si Deus ante omnem præuisionem meritorum absoluta sua voluntate gloriam decreuisset Petro, eamque negasset Paulo, nec Petrus in suam gloriam, nec Paulus in suam reprobationem, vllam haberet libertatem; quia nec ea posita, in libera potestate illorum esset, eam tollere, nec in ea ponenda respectum vllum Deus habuisset ad ipsorum libertatem; vnde nec ille potuisset aliquid efficere, vt ab ea excluderetur, nec iste, vt ad eam eligeretur.

Nota.

72. *Obiectio Recen.*

At obijcit quidam: falsum esse nos immediatam libertatem hebere in ipsam electionem ad gloriam: quia cùm sit actus liber Dei, repugnat, illum esse nobis immediatè liberum, cùm talis actus non sit exercitium libertatis nostræ, sed Dei: igitur eà tantùm ratione electio ad gloriam erit nobis libera, quatenus sunt nobis libera opera ipsa, quibus gloriam meremur. Confir. Ex eo quod non habeamus immediatam libertatem: in præfinitionem nostrorum actuum, non sequitur, quòd non habeamus libertatem simpliciter in illos: ergo ex eo quòd non habeamus immediatam libertatem in electionem ad gloriam, non sequitur, quòd non habeamus libertatem simpliciter ad eam promerendam,

Confir.

Resp. 1.

Resp. 1. si electio ad gloriam facta est ante nostra præuisa merita, nè mediatè quidem in illam habemus libertatem: nam ea posita fuisset solum dependenter à libera voluntate Dei nullo modo dependenter à nostra cùm ad eam ponendam nullũ respectum Deus habuisset ad libera opera nostra; sed antecedenter ad hæc eam decreuisset. Dices, eam factam fuisse dependenter à nostris meritis, quia nisi præuisa fuissent aliqua nostra merita, saltẽ sub conditione futura ea posita non fuisset: 1. quia licet illa posita non fuerit quoad intentionem dependenter à nostris meritis, fuit tamen posita dependenter à nostris meritis quoad executionem: 2. quia etiam in intentione decreta fuit dependenter à nostris futuris meritis in ratione obiecti, cùm etiam in intentione non habuerit voluntatem dandi illam, nisi propter merita, sicut qui liberè intra se decernit equum vendere, non nisi tamen iusto oblato pretio: ita Deus liberè quidem decreuit dare gloriam, non nisi tamen condigno oblato meritorũ pretio. Sed contrà: merita sub conditione tantum præuisa non sunt apta mouere Deum ad gloriam decernendam: igitur non potuit dependenter ab illis vt à causa meritoria decerni gloria, sed ad summum potuit decerni dependenter ab illis vt à conditione, vti decreuit dare primam gratiam efficacẽ dependenter à nostro libero consensu sub conditione futuro, non vt à causa meritoriâ, sed vt à purâ conditione: cùm tamen diuina oracula manifestè dicant, nos habere libertatem in gloriam, quam tamen negant in primam gratiam. Prior probatio supponit duplicem electionem ad gloriam, alteram quoad intentionem, alteram quoad executionem, quam sent. puto falsam ob incommoda *infrà*. Posterior coincidit cum eâdem de duplici electione: quia cùm gloria in hac sent. non sit decreta quoad intentionem dependenter à meritis præuijs absolutè futuris (alioqui idem dicereti, quod nos) non potuit neque in tatione obiecti quoad intentionem decerni dependenter à nostris meritis vt a causa meritoria, sed solùm dependenter à meritis conditionatis vt a conditione, ut eadem gloria gratis electa quoad intentionem, executioni mandari possit per libera merita prædestinatorum; & consequenter eadẽ difficultate premitur quâ sententia de duplici electione quoad intentionem & executionem, neque plus probat allatum exemplum.

Ad 1. prob.

Ad 2.

Quia verò aduersarius vim facit in to *immediatam* explicandum est, in quo sensu in nostra sent. dicamur habere immediatam libertatem in electionem ad gloriam, etiam quoad intentionem. Sumitur autem hic electio non pro actu increato secundum se, quo pacto causam habere non potest, sed ut terminato ad ipsam productionem gloriæ, sub quatantùm ratione cadere potest sub meritum creaturæ. Porrò dupliciter potest aliquid a Deo efficiendum cadere sub nostra n immediatam libertatem; uno modo, per modum Phijsici & immediati exercitij nostræ libertatis; vt quæuis actio Dei, qua immediate concurrit cum actione nostræ voluntatis ad liberum nostrum actum producendum. cùm eadem sit indiuisibilis actio, qua Deus & voluntas nostra liberum actum attingit. nec minus hæc procedat immediatè a principio intrinseco indifferenti nostro, quam Dei: imò magis indifferenter a nostro, quam Dei; nam a nostro procedit nulla prævia Phijsica, aut morali actione determinato; a Dei autem, vt determinato prævio decreto de concurrendò ad omnem actum liberum creaturæ: quo posito, non est amplius in libera voluntate Dei, non concurrere ad actum, ad quem voluerit creatura se determinare. Quo fit, vt eadem actio ad voluntatem nostram comparetur per modum liberi exercitij proximi & immediati: ad Dei autem per modum liberi exercitij mediati & remoti ratione prioris decreti, quo decreuit concurrere ad omnem actum liberum creaturæ. Est autem hic notandum, quòd licet eadem actio a libera voluntate Dei & nostra procedens, dici possit liberum exercitium Dei, & nostrum, haud tamen ut liberum exercitium nostrum est, dici poterit liberum exercitium Dei, aut contra: quoniam vt sic sumitur secundum aliam, & aliam formalitatem seu respectum, quem importat ad aliud & aliud principium. Vnde sicut eadem actio prout est ab uno principio, non est formaliter ab alio, ita ut est liberum exercitium unius, non est liberum exercitium alterius; esto eadem entitas actionis sit liberum exercitium utriusque, sicut eadem entitas actionis immediatè procedit a principio indifferenti utriusque. Altero modo dicitur aliquid cadere in immediatam libertatem nostram, per modum effectus moralis, quando ut illud ponatur, vel non ponatur, a nulla alia libertate immediatè pendet, quã a nostra, esto ab ea Phijsicè non pendeat. Ita operatio nostra externa dicitur per modum effectus cadere sub immediatam libertatem nostræ voluntatis, quia a nulla alia libertate immediatè pẽdet, esto ab ea Phijsicè nõ pendeat, sed a sola potẽtia externa In hoc igitur sensu electio ad gloriam, etiã quoad intentionem, ut terminata ad productionem gloriæ

73. *Qua sit immediata libertas in electionem ad gloriam*

eadem actio est liberum exercitium nostrum & Dei, modo diuersa.

Dicet.

Probas 1.

contrà

Alter modus immediatæ libertatis.

Digitized by Google

riæ, absque cuius connotatione non potuit in Deo esse, talis electio dicitur cadere in nostram libertatem immediatam, non per modum liberi exercitij, cum productio gloriæ, prout à nostro intellectu & voluntate procedit, non sit libera actio, qua producimus opera, quibus illam promeremur; sed per modum effectus moralis à nostra libertate immediatè dependentis; eo quod vt talis electio per modum effectus moraliter impetrati fuerit ab æterno posita, vel non posita, proximè à nostra tantum pendet libertate, quod sic probo. Nam posito decreto quo Deus gratiam nobis infudit eo fine vt per opera bona ex ea proficiscentia, gloriam promereremur; a sola nostra libertate per gratiam illustrata, proximè pendet, vt talis gloria non fuerit, vel fuerit ab æterno posita; esto a nostra libertate non pendeat gloriæ productio. Antecedens constat; nam hæc, posito tali decreto, non fuit in proxima libertate Dei, electionem ad gloriam ab æterno non ponere, si in tempore fuerunt posita libera opera nostra bona, quia posito priori decreto, non potuit ex parte Dei non poni posterius de electione formali ad gloriam; & consequenter ipsa electio formalis ad gloriam ab æterno posita, est effectus moralis immediatè pendens a nostra libertate ab æterno præuisa, cùm a nulla alia proxime & immediatè pendeat.

74. *Ad obiect. Rutem.* Ad fund. electio ad gloriam, etiam quoad intentionem, in nostra sent. non est liberum exercitium immediatum libertatis Dei, sed solùm mediatum: immediatum Dei est ipsa gratiæ infusio, eo fine collata, vt per eam nobis gloriam promereamur; ea enim à libera voluntate nostra non pendet, sed solius Dei, gratis illam nobis præparantis: in cuius gratiæ præparatione Deus simul habet virtualem voluntatem de electione ad gloriam, quæ voluntas sit formalis per gloriæ productionem, immediate dependentem per modum effectus formalis à nostra libertate. Quo fit ut productio gloriæ sit mediatum exercitium libertatis Dei, & simul moralis effectus à nostra libertate immediatè dependentis.

Ad confir. longe disparatio. Duplex libertas hominis in præfinitionem æternam actuum suorum. Ad confir. Habemus mediatam libertatem in ipsam præfinitionem nostrorum actuum, quia licet potuerit Deus adhuc eos sub conditione præuisos, non prædefinire; in nostra tamen potestate fuit, vt ij non præuiderentur sub conditione futuri, cùm potuerimus pro nostra libertate ad oppositum nos sub conditione determinare; nec potuisset Deus absque præiudicio nostræ libertatis eos prædefinire, nisi prius vidisset eos sub conditione liberè futuros. Habemus etiam in actus ipsos immediatam libertatem per modum exercitij, dum liberè illos in tempore elicimus. At neque in æternam electionem ad gloriam, neque in gloriam ipsam, ullam habemus mediatam, vel immediatam libertatem per modum exercitij; cùm actus ipse glorificationis non procedat libere à nostra voluntate, & fit actus merè necessarius: ideò si libertatem non habemus in gloriam quoad intentionem, neque in illam habebimus quoad executionem, cum *vt infrà*, non sit diuersa electio: ergo nisi in illam sit homini libertas per modum effectus moralis, meritoriè ab hominis libertate dependentis, nulla erit hominis in gloriam libertas.

Nullam electionem.

75. *Discrimen inter actuum & gloriæ præfinitionem.* Ex his infertur discrimen inter actuum & gloriæ præfinitionem; nam actus Deus non præfiniuit dependenter ab ipsis, vt à causa meritoriâ, contra vero gloriam nobis præfiniuit dependenter à nostris operibus, vt à causa meritoria actus. n. præuisi sub conditione futuri, non potuerunt esse causa meritoria, vt à Deo prædefinirentur; nam vt sic apti non sunt mouere Deum vt causa meritoria: nec ut præuisi absolutè futuri; nam vt potuissent mouere Deum ut causa meritoria, debuissent præuideri existentes in se, cùm ut sic tantum mouere possint vt causa meritoria: at non potuerunt præuideri in se existentes, nisi dependenter a libero decreto Dei, cùm nullus effectus præuideri possit existens in se, nisi dependenter ab omnibus suis causis necessarijs, quarum potissima est efficax voluntas Dei; igitur prius quam prædefinirentur, supponerentur prædefiniti: siquidem vt supponitur, prædefinirentur dependenter ab absoluta futura existentia eorum met; & vice versa, absoluta futura existentia eorum penderet ab antecedenti prædefinitione ipsorum met: idem actus esset prior & posterior, causa & effectus suimet ipsius (Dixi, *ab ipsis*: quia potuit Deus aliquos actus præfinire dependenter ab alijs absolutè præuisis, vt a causa meritoria, velut opera subseqnentia contritionem dependenter ab actu contritionis absolutè præuiso) Gloria verò cùm gloria sit distincta ab operibus nostris bonis, & de fide sit, gloriam nobis dari in præmium bonorum operum, nec possit commodè saluari, eam dari tantum in præmium quoad executionem, dicendum est, eam decretam fuisse quoad intentionem dependenter a nostris futuris operibus absolutè præuisis.

3. Absur. Repugnat 3. Deum talem modum in prædestinatione hominum seruare, qui repugnet alteri eius voluntati: at Dei voluntas est, vt in virtute & perfectione comparanda semper crescamus *sine fine* Matth. *Estote perfecti, sicut pater vester cœlestis perfectus est*: & hæc voluntas pugnat cum voluntate gloriæ in certo gradu & perfectione, independenter a nostris meritis definitæ.

4. absurd. 4. Verisimile non est, Deum talem modum in prædestinatione seruasse, qui & socordiam generet electis, & desperandi occasionem præberet reprobis: at posito tali modo, iure posset vnusquisque ita secum ratiocinari: si sum prædestinatus, iam certus ero, quod quidquid egero tandem saluabor; quia implicat deum absoluta sua voluntate me ad gloriam elegisse, & de facto mihi non dare, quæ necessaria sunt ad eam consequendam. Si non sum; certus sum, quod quidquid egero, tandem non saluabor; quia nihil efficere possum, quo salutem consequar, a qua ante omnia mea merita, efficaci Dei voluntate excluſus sum. Quæ ratiocinatio vim non habet in nostra sent. quia cum prædestinatio, & reprobatio facta sit in æternitate dependenter a nostris futuris operibus ab æterno præuisis; si sum prædestinatus, ideò sum, quia in Dei scientia præcesserunt mea merita cum auxilio gratiæ in tempore facta, quæ causa fuere, vt Deus ab æterno mihi gloriam prædestinarit. Si non sum, ideò non sum, quia in Dei scientia præcesserunt mea demerita in tempore commissa; quæ causa fuere, vt Deus ab æterno me a regno excluserit. Vnde sicut Deus ab æterno potuit præuidisse bona mea opera, si ego nunc, vti iam pro mea libertate possum, bene sim operaturus; ita me ab æterno ad gloriam elegisse dependenter à meis bonis operibus, quæ sum facturus. Contra vero, sicut potuit ab æterno præuidisse mea demerita, si ego nunc, vti iam liberè possum, male sim operaturus; ita me ab æterno a gloria excluſisse, dependenter a meis demeritis, quæ sum facturus: nam etiamsi electio, vel excluſio a regno æternitate præcedat, causalitate tamen subsequitur mea merita, aut demerita in tempore facta. nam prius fuit in ipsa æternitate;

Socordia & desperatio gigneretur.

Dilemma.

Quibus in nostra sent. non est locus.

Digitized by Google

me in tempore bene aut malè vsque ad finem vitæ operaturum, quam Deum me ad gloriam elegisse, vel à gloriâ exclusisse. Neque hinc sequitur, temporale fuisse causam æterni, quia non vt temporale, sed vt æternum in scientiâ Dei præcedens, fuit causa æterni. Sed contra, 1. adhuc posito decreto vel de electione ad gloriam, vel de exclusione à regno ex præuisione operum, impossibile est, aut electum damnari, aut reprobum saluari. Resp. neg. assump. Ad prob. dist. antec. est impossibile impossibilitate consequente, supponente futura nostra opera in æternitate præuisa, concedo. Sola autem impossibilitas antecedens lædit libertatem, quia supponit gloriam, vel efficaciter decretam, vel efficaciter negatam independenter à nobis: non autem impossibilitas consequens, quæ supponit gloriam efficaciter decretam, vel negatam dependenter à futuris nostris operibus, in æternitate præuisis? Iuxta aliam sent. habet prædictum dilemma suam vim, quia supponit gloriam, vel reprobationem efficacitet decretam independenter à nobis; iuxta nostram autem, si bene egero, ego ipse sum causa, vt ab æterno sim ad gloriam electus contrà verò, si malè vixero, ego ipse sum causa, vt ab æterno sim a gloriâ exclusus. Contra 2. quòd Petrus fuerit ab æterno ad gloriam electus, non Iudas, est, quia Petrus fuit ab æterno præuisus cum gratia finali, non Iudas: at hoc quia Deus, vni præparauit gratiam finaliter congruam, non alteri: ergo cur vnus potiùs, quam alter sit ad gloriam electus, sola Dei voluntas fuit, vni potiùs, quam alteri, congruam gratiam præparantis. Resp. neg. conseq. nam licet efficax electio ad gloriam pendeat a gratia finali, & hæc a voluntate Dei gratiam preparante; quia tamen hæc in ratione efficaciæ pendet etiam a libero consensu creaturæ, vi cuius eadem gratia, quæ præuisa est efficax, præuideri potuit inefficax, à quo tamen libero consensu non pendet gloria vt efficerciter decreta, vel negata; ideò etiamsi gratia finaliter congrua, ex qua pendet electio ad gloriam, sit à sola voluntate Dei, illam potiùs quam aliam præparante, adhuc tamen efficax electio ad gloriam, vt a causa meritoriâ, pendet a nostris operibus ex gratia profectis; quia, *vt infrà*, illa non decernitur, nisi vt corona, & merces, quæ essentialem ordinem dicunt ad merita, vt ad causam meritoriam, & mouentem Deum ad gloriam decernendam. Confirm. hunc modum indicat tum multitudo angelorũ prædestinatorũ, tum paucitas hominum saluandorum. Etenim si electio vel exclusio a regno, a solâ Dei voluntate penderet, cur ad illud tam paucos homines, tam multos elegit angelos? cùm potius respiciendo ad caput homogeneum Christum, multò plures debuisset homines, quam angelos ad regnandum eligere. Ratio: cum electio ad regnum, proposita sit vt præmium in stadio virtutis certantibus, cumque angeli, breuius faciliusque habuerint certandi stadium; contra verò homines diuturnius, difficiliusque ob infirmioris naturæ imbecillitatem, & impugnantium hostium multitudinem, & calliditatem, plures angeli, quam homines præuisi sunt in fine certaminis victores. Nec valet obiectio: siue detur electio ad gloriam, siue non, cùm Deus habuerit efficacia auxilia, quibus omnes homines saluare poterat, cur tam paucos saluavit? nam quod Deus iuxta nostram sent. tam paucos saluauerit, refunditur vt in primam radicem, in voluntatem creatam, quæ innata sua libertate effecit, vt tam pauca auxilia sibi a Deo sub conditione oblata, præuisa fuerint congrua: si enim plura auxilia pro sua libertate, ijsdem auxilijs adiuta, congrua reddidisset, plures saluati fuissent. Nec obstat, quòd Deus potuisset, etiam eos, quos præuidit pro sua innata libertate oblata sibi auxilia incongrua reddidisse, per alia auxilia, quæ in eisdem congrua præuidit, saluare: quia Deus non tenetur extraordinarijs auxilijs omnes ad salutem vocare, modò omnibus eiusmodi obtulerit auxilia, quæ, si voluissent, omnia, aut saltem plurima in eis prævideri potuissent congrua. Quod de electione ad gloriam, quæ a nostra libertate nullo pacto pendet, Dici non potest. Et cùm adversarij replicant, etiam in mea libertate fuit, vt poneretur efficax electio ad gloriam, quia in mea potestate fuit, efficere, vt merita, per quæ efficax electio ad gloriam poneretur, præuisa fuerint: nam vel hæc replica coincidit cum sententia affirmante, gloriam dari dependenter à meritis tantum quoad executionem; vel si etiam quoad intentionem, coincidit cum nostra.

77. *Dices.* *Resp.* *Impossib. conseq. non ladit libert.* 78. *Dices 2.* *Resp.* 79. *Conf. cur pauci electi* *Non est eadem diffic. de electione ad auxilia efficacia.*

Dices: Hinc sequi, primam radicem discretionis prædestinatorum a non prædestinatis fore ex nobis; quia ex nobis est, vt series auxiliorum nobis præparata sit finaliter efficax, ex quorum efficacia pendet prima radix discretionis prædestinatorum a non prædestinatis. Resp. neg. sequel. nam prima discretionis radix pendet ex uoluntate Dei, eam seriem auxiliorum præparantis, quæ preuisa est finaliter congrua hoc autem non pendet ex nostrâ voluntate, licet ex nostrâ voluntate pendeat, vt ea prævisa fuerit finaliter congrua. Vtrumque igitur in nostra sent. saluatur, & quod prima radix discretionis prædestinatorum a non prædestinatis sit à Deo, eam seriem auxiliorum præparante, quæ præuisa est finaliter congrua; & quòd electio, vel reprobatio a regno facta sit dependenter a nostris operibus; tum quia electio, & reprobatio decreta est per modum mercedis, & iustæ pœnæ, quarum vtraque supponit, ex parte eligendi vel reprobandi, propria merita aut demerita. Tum quia, quod talis series auxiliorum præuisa sit finaliter efficax, vel inefficax, aliquo modo a nostra pendet libertate. Contra arguunt iidem Recen. Si electio ad gloriam facta ante præuisa merita, multò melius potuisset prima gratia dari Adæ ex intentione ad gloriam, quam si talis intentio non præcessisset. Rectè, tali intentione suppositâ; sed quid ad absurda, que talem electionem Impugnant? Nihil ad ea arguens respondet cùm tamen in iis sit tota vis argu.

80. *Inferes* *Resp.*

Absurdum 5. vel homines sunt ad gloriam electi, ante vel post præuisum peccatum orig. si ante, vt Scotistæ putant, tunc sequitur, aut tale decretum non cohærere cum his, quæ de facto post originale executioni mandantur, aut certè tale decretum fuisse mutatum: nam vel ante prævisum originale Deus ad æternam felicitatem prædestinauit eosdem homines, & cum eadem perfectione & mensura gloriæ, quos & cum qua nunc de facto prædestinauit; vel alios homines, & secundum aliam gloriæ mensuram. Si hoc secundum, sequitur, mutatum fuisse prius decretum: si primum, sequitur, tale decretum non cohærere cum his, quæ de facto sunt executioni mandata: nam de facto saluantur multi, qui peccato non existente non fuissent saluati; vt multi ex ijs, qui ex illicito concubitu nascuntur, qui tunc nati non fuissent: contra verò multi tunc saluati fuissent, qui de facto post originale non saluantur, vt multi, qui ex occisis parentibus, & ex ijs, qui in diluuio periere, nati fuissent. Præterea nunc aliquos eligit

81. *5. absur.* *Quid si prædestinati ante origin. præuisum?*

ad

ad gloriam, vt aliquam hæreditatem, vt paruulos, cum solo Baptismo morientes; reliquos verò adultos ad eandem gloriam eligit, vt ad coronam: at peccato non existente, nullus fuisset ad gloriam electus, vt ad quam hæreditatem, sed omnes vt ad præmium, quia omnes adulta & matura ætate decessissent, cùm nulla tunc immatura mors quæ tantùm est pœna peccati, fuisset. Confir. verisimile non est, ad eandem gloriæ mensuram prædestinatos fuisse homines tunc, qui & diuturniore tempore vixissent, & intensiores, frequentioresque actus virtutum elicuissent ac nunc; qui & breuiore tempore viuunt, & remissiores actus ob imbecillitatem vulneratæ naturæ eliciunt.

Si post præuisam orig.

Si verò cum *August.* & *Thomistis* supponamus, electionem ad gloriam factam esse post originale præuisum in se ipso scientia visionis, tunc sequitur, gratiam collatam Adæ, non fuisse illi prædestinatam ex efficaci intentione gloriæ, siquidem hæc fuit efficaciter decreta post præuisum originale, quod in hac sent. supponit primam gratiam iam prædestinatam Adæ. Ergò saltem aliquod medium non est ex efficaci intentione finis à Deo volitum; quod est contra plerosque aduers. qui putant, nullum medium ad gloriam conducens, prudenter eligi posse nisi ex efficaci intentione finis, cùm tamen Adam electus sit ad gloriam, & nihilominus ei prima gratia non fuit & efficaci intentione gloriæ collata. Nec dici potest, quòd prima gratia, vt pote peccato interrupta, illi ad gloriam non conduxerit; nam eadem posteà fuit illi per pœnitentiam restituta, & cum ea reliqua dona supernat.

82. *Ratio efficacissima.*

Prima ratio. Illud in decreto nostræ prædestin. est prius volitum, ordine intentionis, quod est à Deo intentum vt medium aptius ad suam gloriam & honorem manifestandum ac promouendum: sed nostra merita sunt à Deo intenta vt medium aptius ad suam gloriam & honorem manifestandum & promouendum, quàm nostramet gloria: ergò in decreto nostræ prædestin. prius sunt à Deo volita & intenta nostra merita, quàm gloria nostra. Maior clara est: in quauis serie mediorum in illud prius ordine intentionis fertur agens, quod intendit vt medium magis aptum magisque idoneum ad præintentum finem consequendum; quo enim medium ex intentione agentis est magis cum fine connexum, ad eumque magis conducens, eò magis amatur & intenditur; quia magis accedit ad finem ipsum, qui propter se amatur & intenditur. Confir. sicut finis amatur & intenditur ante media; eo quòd amor mediorum causatur ex amore finis; ita media, quæ ad finem magis conducunt, amantur & intenduntur ante alia, quæ ad finem minùs conducunt, eo quòd amor horum immediatè causatur ex amore illorum: sicut enim se habet finis ad media proxima & immediata; ita media proxima & immediata ad remota & mediata. Minor est certa ex script. vbi Deus dicitur glorificare in cælis eos, qui ipsum glorificant in terris, 1. Reg. 2. *Quicunque glorificauerit me: glorificabo eum:* Matthæi 10. *Qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo, qui in cælis est*: & apud eund. cap. 25. Christus ad possessionem suæ gloriæ vocat eos, quia sua opera & labores impenderunt in obsequium sui honoris & gloriæ: *Venite, benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi: Esurijui enim & dedistis mihi manducare, &c.* Igitur gloriam decreuit dare iustis propter obsequia in eius honorem impensa; & consequenter Deus magis intendit obsequia in ipsius honorem exhibita, quàm glorificationem nostram; siquidem hanc dat intuitu nostrorum obsequiorum, & nostra obsequia acceptat, ut in ipsius honorem exhibita. Ratio: eò actio est honorificentior Deo, quò maiori cum libertate & difficultate operantis in ipsius obsequium exhibetur: sed merita non solùm liberè, sed magna etiam cum difficultate in obsequium diuini honoris à nobis exhibentur; glorificatio autem necessariò, & nulla cum nostrâ difficultate, imò summâ cum voluptate & delectatione à nobis exercetur & Deo exhibetur: igitur honorificentiora sunt Deo merita nostra, quàm glorificatio nostra. Maior prob. quando in nostrâ libera potestate est, obsequium alteri præstare, vel non præstare, præstando plus de nostro impendimus, quàm si id ex necessitate faceremus, quia cum opere simul impendimus & nostram libertatem, quâ nihil pretiosius; quoque maiori cũ difficultate illud impendimus, eò magis æstimamus illum, in cuius obsequium & honorem impendimus, cùm ipsius honorem & gloriam nostro commodo & vitæ anteferamus.

ex ratione.

Minor & conseq. clara.

ex auctoritate sacræ script.

Confir.

Certum n. est, Deum in hac Vniuersi creatione primò respexisse ad suam gloriam, vt ad finem principaliter intentum; *vniuersa propter semet, ipsum operatus est Dominus. prov.* 16. adeò vt propter hunc finem excellentiùs consequendum, maluerit maiorem hominum partem damnari quàm omnes, vti poterat, saluare: quoniam si omnes saluati fuissent, non fuisset attributum iustitiæ vindicatiuæ per condignam delicti pœnam manifestatum: Reliqua vero Deus intendit vt media ad hunc finem consequendum. Inter media autem quædam ad eam manifestandam & promouendam conducunt remotè, sc. quæ solùm deseruiunt vt materia laudis, vt creaturæ irrationales, quæ tantùm sunt obiectum laudis diuinæ respectu creaturæ rationalis, quæ sola est capax propriè & proximè laudare ac honorare Deum. Porrò inter media proxima, quibus creatura rationalis Deum glorificat, eiusque honorem promouet, sunt ipsius honestæ studiosæque operationes, in eius obsequium exhibitæ, & inter has, eæ maximè quæ liberè & difficulter exhibentur. Vnde qui Martyrium est actio maximè libera, ac summe ardua, est omnium Deo honorificentissima. Quia de causa Christus, qui summo affectu desiderabat gloriam patris apud homines promouere, eam propria morte, & maximis corporis, animiq; cruciatibus promouere studuit. Cùm igitur demonstratum sit, ea media fuisse à Deo priùs volita & intenta, quæ ad finem suæ gloriæ consequendæ sunt magis idonea, manifestè sequitur, libera nostra merita in decreto nostræ prædestinationis fuisse prius à Deo volita & intenta, quàm nostram glorificationem. Confir. si Deus liberam optionem daret iusto, vt pro sua libertate eligeret vel ad gloriam admitti, & cum Christo æternùm regnare, vel semper in hac vita manere per gratiam confirmatus maiora, & maiora pro ipsius gloria, & honore passurus: gratius proculdubio Deo obsequium præstaret, hoc posterius eligendo. ita S. P. Ignatius malebat etiam cum dubio salutis in hac vita pro Christo pati, quàm de salute certus statim ad gloriam admitti. Et Christus longè honorificentius Patrem glorificauit, mortem propter ipsum sustinendo, quàm eodem per visionem beatam in hac uita fruendo. Nec recurri potest ad duplicem electionem, quoad intentionem: cùm ratio facta maximè probet de electione quoad intentionem. Quis enim dicat, in decreto intentionis Deum priùs ac principalius respexisse ad nostram, quàm ad suam gloriam? Verùm

83. *Explicatur magis hæc ratio.*

Media magis minus conducent. ad manifest.

Digitized by Google

rùm priùs ac principaliùs etiam respexisset ad nostra merita, vt potè quæ ad ipsius gloriam promouendam magis sunt idonea, quàm ad glorificationem nostram. At instant certum est, Deum intendisse nobis gloriam vt finem merita solùm vt media ad eam consequendam. Quasi verò non potuerit Deus gloriam nobis intendere vt finem, & merita vt media, & simul vtrumque vt medium ad suam gloriam consequendam: sicut Princeps potest alicui dignitatem vt finem per merita consequendam intendere, & merita vt magis idonea ad suam gloriam promouendam, in tali dignitate procuranda, priùs ac primariò intendere. Consimili modo Deus intendit nobis gloriam vt finem per merita consequendam; quia verò merita sunt magis apta ad suum honorem promouendum, quem in nostrâ prædesti. principaliùs intendit, priùs ad merita, vt ad media fini propinquiora, quàm ad gloriam nostram respexit. *Dices.* Dices, opera hæc beatifica gloriosiora esse Deo; eò quod plura ipsius attributa manifestant; non solius Iustitiæ, dum illa Deus in executione confert propter iustorum merita; sed etiam misericordiæ & liberalitatis, dum eadem gratis & liberaliter, independenter ab eorum bonis operibus in hâc vitâ factis in decreto intentionis decernit. *Sed Contrà manifestè.* Sed contrà: merita Iustorum in hâc vitâ liberè ac summâ cum difficultate facta, non solùm manifestant attributum Iustitiæ diuinæ, quòd ea Deus condignè remuneret; sed etiam misericordiæ at liberalitatis, quòd ad ea exercenda congrua iustos præuenerit gratiâ. quin manifestant etiam supremam excellentiam, & absolutam potestatem, quam Deus vt supremus Dominus habet in vitam & mortem, dum iusti per hæc opera mortificatiua sese vt voluntarias victimas Deo sacrificant.

24. alia ratio potissima Ratio 2. de facto gloria decreta est adultis, vt merces & corona meritorum; non potuit ita decerni, nisi prædestinata sit dependenter à meritis, præuisis scientia visionis: igitur electio adultorum ad gloriam decreta est dependenter à meritis ipsorum præuisis scientia visionis, Maior est de fide, *Luca 6. Gaudete in illa die & exultate, ecce enim merces vestra multa est in cœlo. 2. ad Timoth. 4. In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex; non solùm autem mihi, sed & ijs, qui diligunt aduentum eius:* ex parabola operariorum in vineam conductorum, *Matth. 20.* *Ratio* Ratio: Deus in decernenda nobis gloria magis respicit ad gloriam suam, quàm ad gloriam nostram; sicut princeps, cùm proponit præmium certantibus, magis respicit ad gloriam propriam, quàm ad gloriam ipsorum certantium. Maior autem gloria redundat in Deum ex meritis nostris, quàm ex glorificatione nostra, nam merita sunt actiones liberè elicitæ à creatura in obsequium Dei; gloria verò est actio necessariò producta: actio autem eò est honorificentior alteri, quò liberiùs in ipsius obsequium exhibetur. *Hic card. diffic.* Minor prob. Merces & corona essentialem respectum dicunt ad merita & labores, à quibus causantur in genere causæ moralis meritoriæ: non possunt autem merces & corona causari à meritis coronandi, nisi merita præcedant coronam in scientia absoluta coronantis: igitur si gloria decreta est adultis, vt corona & merces, præcedere debuerunt ipsorum merita in scientia absoluta Dei, vt causa meritoriè mouens Deum ad gloriam ipsam, vt coronam illis decernendam. Quò fit, vt priùs ratione, quàm Deus efficaciter nos ad gloriam elegerit, præuidere debuerit scientia visionis nostra *merita causans coronam* merita ex gratia profecta, propter quæ motus fuerit ad gloriam nobis, vt coronam decernendam.

Respondent 1. sufficere merita sub conditione tantùm præuisa, vt ex illis moueri potuerit Deus ad gloriam, vt coronam decernendam. Confirm. sicuti in nostra sent. motus est Deus ad Christum, vt redemptorem eligendum, ex peccato Adæ sub conditione tantùm præuiso: ita moueri potuit ad gloriam, vt coronam nobis decernendam, ex meritis nostris sub conditione tantùm præuisis. Sed contrà: ideo Deus elegit hos potiùs, quàm illos ad gloriam vt coronam capessendam, quia horum potiùs, quàm illorum merita præuidit: nam electio ad gloriam vt coronam non est ex mera Dei voluntate, sed fundatur etiam in meritis ipsius coronandi. at sub conditione Deus non minùs præuidit merita & demerita vnius, quàm merita & demerita alterius, si sub alia & alia serie auxiliorum, ac circumstantiarum constitutus fuisset. Ad confirm. dispar est ratio de voluntate prædestinandi Christum vt redemptorem, & eligendi homines ad gloriam, tamquam ad coronam, nam prior voluntas tota pendet ex liberalitate Dei, nullam supponente certam causam motiuam ex parte creaturæ; posterior autem fundatur in certâ causâ motiua ex parte creaturæ, quæ sunt ipsius merita in obsequium Dei liberè exhibita. Respondent 2. voluisse Deum prædestinatis gloriam vt coronam, non ex ipsorum meritis, vt ex causa meritoria, ipsum mouente ad gloriam decernendam, sed ex mera sua liberalitate, ac amore. Ad eum modum, quo Pater aliquis desiderans dignitatem suo filio, vt illam maiore suo cum honore & fama consequatur, procurat, vt non gratis, sed per propria merita illam consequatur. Sed contrà; Deus non decernit nobis gloriam, vt præmium duntaxat nostri laboris, sed etiam, & quidem principaliùs, vt præmium & retributionem operis in eius honorem, & obsequium impensi; ac proinde in ea decernenda, non tam respicit ad bonum præmiandi, quàm ad bonum & gloriam suam propriam, quæ Deo principaliùs prouenit ex liberis nostris meritis, in eius honorem & obsequium impensis: igitur non potuit in gloria nobis decernenda moueri ex mera & sola sua liberalitate, nullo habito respectu ad merita nostra in ipsius obsequium exhibita; cùm hæc sit principalis ratio, quam Deus in omnibus suis operibus intendit. Respondent 3. per decretum intentionis, Deum nullum habuisse respectum ad merita prædestinandi, sed gloriam decreuisse ex mero suo beneplacito; ad ea tamen respectum habuisse per decretum executionis, in quo eandem gratis definitam quoad intentionem, rursus decreuit, vt præmium & coronam ex meritis nostris in executione præuisis. Sed contra: non potuit Deus in decreto intentionis non intendere, id, quod in maiorem sui gloriam & honorem redundabat; hoc autem sunt merita prædestinandi liberè in obsequium ipsius exhibenda. Præterea ob alias rationes displicet hoc duplex decretum in Deo, de quo in seq.

25. Respondent 1. *Contrà*

26. Respondent 2. *Contrà*

27. Respondent 3. *Contrà*

Ratio 3. Certum est, gloriam quoad executionem retribui ex meritis, & propter merita, ex *Matth. 25.* Ergo etiam quoad intentionem definita est ex meritis, & propter merita ab æterno præuisa. Nam ipsa executio operis, manifestat intentionem agentis. Negant conseq & recurrunt ad decretum, alterum per modum intentionis, quo Deus gloriam intendit, vt finem independenter à meritis; & merita vt media dependenter à gloria, vt à fine; alterum per modum executionis, quo eandem

28. Ratio 3. ex temporali retributione gloriæ. *Respondent*

Digitized by Google

eandem gloriâm decreuit conferre dependenter à meritis, vt à causâ morali meritoriâ. Sicut in quolibet artifice creato duplex distinguitur ordo, alter, quo exprætento fine tendit ad media eligenda; alter, quo ex medijs progreditur ad finem exequendum. 1. decretum, quia gratis fit, nullo habito respectu ad merita, vt ad rationem & causam moraliter mouentem, est puræ misericordiæ & liberalitatis. 2. quia fit ex motiuo operum, in Dei honorem exhibitorum, est iustitiæ, seu gratitudinis, quo Deus remunerat opera in sui honorem & obsequium impensa. *Augustin.* Hoc duplici decreto conciliari putant multa loca *Augustini*, in quibus modò videtur concedere, gloriam prædestinari ex meritis, modò independenter ab illis. Priora explicant de voluntate executiuâ, posteriora de electiua. Sed contrà; 90. *Contrà* 1. non potuit Deus decreto intentionis non intendere id, quod in maiorem sui redundaret gloriam, seu velle prædestinatis gloriam, vt præmium operum in ipsius obsequium impensorum; ac proinde priùs ratione debuit velle merita, quàm gloriam; siquidem gloriam voluit propter merita. *Si priùs ratione voluit merita, etiam præuidit* Non potuit autem priùs ratione velle merita, nisi priùs etiam ratione illa præuiderit, vt absolutè futura; quia merita non voluit, vt purum finem, vti voluit nobis gloriam, sed vt obsequia in ipsius honorem exhibita; & consequenter vt præuisa scientia visionis, cùm scientia conditionata ad hoc non sufficiat. 2. superfluum est hoc 2. decretum; nam per primum manent omnia sufficienter applicata suo tempore exequenda, quia per illud Deus efficaciter intendit singula vt practicè causanda: igitur sine decreto executiuo, vi tantùm prioris electiui, omnia manent suo tempore executioni mandanda. *Confir.* Confir. si prior voluntas est efficax, vti ab aduers. ponitur, non sistit in ipsa gloria speculatiuè tantùm diligenda, per simplicem duntaxat complacentiam, sed ad eam etiam se extendit per practicam & efficacem intentionem, quæ executionem includit; per hanc enim distinguitur practica intentio à simplici complacentiâ. Vnde eatenus in nobis, præter priorem voluntatem intentionis, est necessaria posterior executionis, quatenus voluntas in nobis non est per se ipsa operatiua ad extra, sed eget ad exequenda ea, quæ ipsa efficaciter intendit, ope virtutis executiuæ distinctæ: at voluntas Dei se ipsa est operatiua ad extra; neque eget ad exequendum, quod ipsa efficaciter intendit, virtute executiuâ distinctâ. 3. vel hæc duo decreta concurrunt ad gloriam causandam; vt causæ partiales, vel vt totales: quouis modo concurrant, semper sequitur, quod de facto gloria nobis non conferatur ex solis meritis, cùm tamen scriptura vbique testetur, gloriam nobis conferri ex meritis. *Causa electionis & collationis eadem.* Nec dici potest, quòd sola merita sint causa collationis gloriæ, sicut sola misericordia est causa electionis eiusdem gloriæ: quia repugnat, aliquid esse causam efficacis electionis ad gloriam, & non esse causam temporalis collationis eiusdem gloriæ. Nam libera electio gloriæ in Deo supra actum necessarium, cuius nulla datur causa, importat solam connotationem temporalis collationis gloriæ. Igitur, si misericordia est causa efficacis electionis ad gloriam, erit etiam causa temporalis collationis eiusdem. Vnde adhuc non posito posteriore decreto executiuo gloriæ, ex vi tantùm prioris nobis gratis conferretur gloria, cùm vi talis decret gloria sit totaliter, & efficaciter decreta.

91. *Respond. Ruiz.* Respondent alij, inter quos *Ruiz de prædest. disp.* 12. *Sect.* 6. & 7. Deum eâdem volitione efficaci, & gratis intendisse gloriam ab æterno per merita consequendam à prædestinatis, & gratis illam in tempore conferre per merita; ita vt sicut ab æterno gratis voluit, vt gloria prædestinatis daretur ex iustitia & per merita; ita eâdem voluntate in tempore gratis dat eandem gloriam ex iustitiâ, & per merita; non propter merita. Verùm hæc resp. negat verum actum iustitiæ seu gratitudinis in Deo in retribuenda gloria prædestinatis, & ab eorum honestis operibus propriam tollit rationem meriti respectu consecutionis gloriæ: 1. contra 2. *ad Timoth.* 4. *Quam* nempe gloriam. *reddit mihi Dominus iustus iudex*, &c. Dicitur autem Deus iustus iudex ipso actu iustitiæ, quo gloriam retribuit prædestinatis: ergo si hic actus non esset iustitiæ, falsò diceretur Deus gloriam reddere prædestinatis vt iustus iudex, sed potiùs illam elargiri vt liberalis donator. 2. contra Concilia & Patres, docentes, opera iustorum esse vera & propria merita respectu consecutionis gloriæ: *Triden. sess* 6. *Can.* 32. *Si quis dixerit, hominis iustificati bona opera, ita esse dona Dei vt non sint etiam bona ipsius iustificati merita, aut ipsum iustificatum bonis operibus, quæ ab eo per Dei gratiam, & Iesu Christi meritum, cuius viuum membrum est, fiunt, non verè mereri augmentum gratiæ, vitam æternam, & ipsius vitæ æternæ si tamen in gratia decesserit consecutionem, atque etiam gloriæ augmentum: anathema sit.* contra Christi doctrinam *Matth.* 25. Vbi tam glorificationis prædestinatorum, quàm reprobationis reproborum, meritoria causa assignatur bona, & mala eorum opera. Prior sequela ostend. actus virtutis dicitur talis ex motiuo formali ipsius virtutis: In hâc autem sent. motiuum formale, quo Deus confert in tempore gloriam, non est virtutis iustitiæ seu gratitudinis, sed liberalitatis seu misericordiæ. Igitur in hac sent. actus, quo Deus in tempore gloriam tribuit prædestinatis, non est iustitiæ seu gratitudinis, sed liberalitatis seu misericordiæ. Maior recipitur: cùm ab eo virtutis actus suam habeat denominationem, à quo habet specificationem; sc. à motiuo formali; non ab obiecto materiali: vnde qui debitum restituit non ex motiuo iustitiæ, sed temperantiæ, ne nimiùm afficiatur erga pecuniam, non facit actum iustitiæ, nisi tantùm materialiter, sed temperantiæ. Minor. prob. in hac sent. motiuum formale, quo Deus mouetur ad dandam gloriam prædestinatis, non est, vt eorum bona opera in sui honorem & gloriam facta compenset, sed vt se illis liberalem & misericordem ostendat: siquidem non confert illis gloriam intuitu bonorum operum, sed mera sua liberalitate, & gratuita voluntate. Vnde donat illis intempore gloriam, mediantibus bonis operibus, non vt meritis, quibus eam à Deo impetrent, sed vt puris medijs, quibus illam gratuita Dei voluntate consequuntur.

92. *Labitur in aquè absurdo.*

93. *Negat actum iustitia in præmiando.*

Posterior prob. in hac sent. Deus gloriam nec in tempore confert prædestinatis, intuitu ipsorum bonorum operum, sed mera sua liberalitate & misericordia non propter merita, sed per vel ex meritis: igitur tollitur ratio meriti à bonis operibus prædestinatorum, respectu consecutionis gloriæ. nam sicut meritum in actu 1. constituitur per virtutem moraliter motiuam alterius voluntatis: ita in actu 2. formaliter constituitur per actualem motionem, qua alterius voluntatem moraliter mouet, ad aliquid ipsius intuitu dandum. Igitur si bona opera prædestinatorum non mouent moraliter diuinam voluntatem, vt intuitu ipsorum eis gloriam retribuatur, non habebunt respectu

94. *Tollit rationem meriti.*

conse-

consecutionis gloriæ rationem meriti, sed meri ac puri medij, ex ordinatione diuinâ prærequisiti.

Conf. 1. Confirm. 1. Non est vera causa meritoria, quæ non habet veram causalitatem causæ meritoriæ. At bona opera prædestinatorum, iuxta hanc sent. non habent veram causalitatem causæ meritoriæ respectu consecutionis gloriæ: causalitas .n. causæ meritoriæ, est motio moralis, qua mouetur agens ad tetribuendum aliquid intuitu ipsius operis merentis. ergo contra concil. non sunt vera merita, &c. 2. Merita non causant, nisi vt præcognita; seu impetrando ab ipso præmiante ob suam honestatem exhibitam in honorem alterius, præmium: impetrant autem vt præcognita ab ipso præmiante, sed iuxta hanc sent. bona opera prædestinatorum non causant vt præcognita: Deus .n. tribuit gloriam prædestinatis in tempore ex eadem voluntate, quâ illam prædestinauit ab æterno: sed iuxta hanc sent. illam ab æterno Deus non prædestinauit ex meritis præcognitis vt ablolutè futuris, quo pacto tantùm sunt apta impetrare meritoriè gloriam à Deo. nam hæc fuerunt ab æterno præuisa post decretum de medijs efficacibus, quæ in hâc sent. præparata fuerunt post decretum electionis ad gloriam: ergo neque in tempore illam tribuit ex meritis præcognitis. Nam licet, quando Deus in tempore gloriam tribuit, merita cognoscat, vt actu iam in sui honorem exhibita, talis tamen meritorum cognitio ad gloriæ collationem se habet merè comitanter: siquidem ex sola voluntate electiua ad gloriam, & ex eodem motiuo, quo ab æterno motus fuit, independenter ab vllis prædestinatorum meritis in hac sent. gloriam tribuit in tempore. 3. Matth. 25. æquè pro collatione gloriæ, ac pro pœnæ infli ctione, vt causa meritoria assignantur bona opera prædestinatorum, & mala reproborum: at hæc sunt vera causa moralis meritoria inflictionis pœnæ: ergo & illa erunt vera causa moralis meritoria collationis gloriæ. Minor conceditur ab aduers. qui quamuis concedant, negatiuam exclusionem à gloriâ non esse propter demerita, haud tamen negant, ipsam positiuam inflictionem pœnæ esse propter eorum peccata, vt propter veram causam moralem meritoriam talis pœnæ. 4. Hæc resp. tollit ab ipsa gloria prædestinatorum formalem rationem merced·s, coronæ, ac præmij. Nam merces dicitur per respectum ad laborem, propter quem, & intuitu cuius soluitur; *ad Rom. 4 Ei autem, qui operatur, merces non imputatur secundùm gratiam, sed secundùm debitum.* Corona autem, & præmium dicuntur per ordinem ad opera bona propter quæ, & intuitu quorum retribuuntur. Sicut pœna dicitur per respectum ad opera mala, propter quæ, & intuitu quorum infligitur. Vnde solum materialiter in hac sent. diceretur merces, corona, præmium, ex materiali & extrinseca consecutione gloriæ per merita, non formaliter ex intrinseco actu, quo Deus illam tribuit, cùm talis actus in Deo in hac sent. non sit iustitiæ & gratitudinis, sed misericordiæ & liberalitatis.

95. *Confir. 2. merita non haberent veram rationem meriti.*

97. *Confir. 3.*

98. *Confir. 4.*

99. *Ratio 4.* Ratio 4. ducitur ex æterna reprobatione positiua malorum, quæ sicut facta est ex præuisis demeritis, ita æterna electio iustorum ex præuisis meritis: tum quia non minùs in executione gloria retribuitur ex meritis, q àm pœna ex demeritis: ergo non minùs in intentione gloria decernitur ex meritis, quàm pœna ex demeritis. Tum quia vtraque est à Deo viatoribus proposita, vt meta & finis præsentis certaminis; ergo sicut decreta est vna ex demeritis, ita & altera ex meritis.

190. *Dices* At potuit, inquies, Deus independenter à meritis decernere gloriam, quia bona est, non pœnam, quæ ex se bona non est, & culpam supponit. Sed contrà; potest Deus in sent. Thomist. prædefinire actus malos; igitur ex se etiam poterit prædefinire pœnam. Nam plus est prædefinire actum prauum, qui malitiam intrinsecè includit, quàm pœnam, quæ illam tantùm supponit: nam potest Deus supposito peccato pœnam intendere, cùm tamen peccatum nullo pacto intendere possit. Tum quia hoc potiùs demonstrat, vtramque esse à Deo dependenter à nostris operibus definitam; cùm hoc nullum involuat absurdum, & aliunde pœna & præmium meliùs sibi respondeant.

Resp. Contra Thomistas, ad hominem

101. *Ordo d creatorum Dei circa prædestinationem adultorum & paruulorum.* Dicendum, Deum primò decreuisse condere hunc mundum, & in eo tot creaturas rationales, æternæ gloriæ capaces, sub ijs circumstantijs & occasionibus voluisse creare, quot & sub quibus de facto eas creauit: Tum liberali & misericordi sua voluntate omnibus præparasse sufficientia media ad salutem, quibus singulæ creaturæ possent talem gloriam consequi. Hæc autem media fuerunt tum Christus prædestinatus vt Redemptor èx occasione peccati præuisi sub conditione futuri, in hac serie & ordine Vniuersi: tum institutio Sacramentorum, & quædam vniuersalia media in causis vniuersalibus præparata. Deinde singulis elegisse media, vberiora & efficacia vnis, minùs vbera & inefficacia alijs pro beneplacito suæ voluntatis, & rerum, circumstantiarumue opportunitate. Atque totum hoc decretum fuit liberalitatis & misericordiæ. Quòd verò sibi complacuerit, *Compendium donorum.* vberiora & efficaciora vni, quàm alij auxilia conferre, hoc spectat ad suam & creaturæ libertatem ostendendam; ad dona gratiæ magnificanda; ad naturæ imbecillitatem manifestandam, aliosque fines sibi notos. Tum ex tot creaturarum multitudine alias præuidisse cum collatis donis in sua gratia, & amicitia finaliter perseuerantes; alias verò defectu propriæ voluntatis, in finali peccato decedentes. Tandem absoluto, & definitiuo decreto illis æternam felicitatem, vt condignum præmium, his sempiternam miseriam in pœnam suorum scelerum statuisse. Atque hoc est decretum illud, *Decretum iustitiæ.* quod *Augustinus* iustitiæ, & remunerationis appellat, quo Deus nobiscum se gessit more iudicis, definientis præmium vnis, & decernentis pœnam alijs, ipsorum operibus condignam. Atque in hoc vltimo signo, & decreto completur tota series & ordo prædestinationis, & reprobationis adultorum, absque alio decreto executiuo distincto, cùm vi huius voluntatis media, & finis maneant executioni suo tempore efficaciter applicata. In qua se- 102. rie & ordine signorum non modò in Deo assignamus antecedentem voluntatem saluandi omnes; in ipso primo decreto mittendi Christum; vt redemptorem in remedium peccati sub conditione præuisi, & instituendi sacramenta, præparandique media vniuersalia pro omnibus ad felicitatem supernat. consequendam: sed etiam saluamus, quo pacto Deus neminem ex se antecedente voluntate à regno excluserit; & quòd nulla facta sit exclusio, nisi post præuisa demerita. Saluamus etiam peculiarem affectum, quem Deus habet etiam ante præuisa merita, in ipsa voluntate præparandi media congrua erga prædestinatos, quem non habet erga reprobandos, quibus tantùm præparet media sufficientia. Hæc tamen peculiaris dilectio, quæ simul fuit præ alijs ad gratiam efficacem electio, non est in Deo distincta voluntas à voluntate præparandi media efficacia ad gloriam; cuius tantùm

Voluntas saluandi omnes

Singularis affectus in prædestin.

Digitized by Google

tùm fuit virtualis, non formalis electio: Sicut è contrà, electio ad gratiam inefficacem, quæ est simplex electio virtualis ad gloriam, simul fuit efficax exclusio virtualis à regno. Neque enim repugnant hæ duæ voluntates in Deo, simplex scilicet volitio rei, & simul efficax nolitio eiusdem, quando illæ effectum decernunt dependenter à voluntate alterius, cuiusmodi sunt hæ duæ voluntates in Deo. Nam prior hoc ipso, quòd tribuit media sufficientia ad salutem, quantum est de se intendit illam: posterior verò, quia non tribuit media efficacia, quibus simus salutem infallibiliter consecuturi, dicitur efficax nolitio eiusdem, non quidem formalis, cùm nondum reprobos ab æternâ salute formaliter excludat, sed tantùm virtualis, inclusa in mediorum inefficacitate. Vnde quâ ratione non repugnant voluntas dandi media sufficientia, & noluntàs dandi media efficacia ad salutem: eádem ratione non repugnabunt simplex voluntas virtualis ad gloriam, & efficax noluntas virtualis ad eandem. Atque hæc de prædestin.

103. *De paruulis* adultorum tam hominum, quàm angelorum. Cæterum paruuli non eliguntur ad gloriam, vt ad præmium ex ipsorum præuisis meritis, quorum nondum sunt capaces; sed vt ad puram hæreditatem, ex præuisâ eorum finali iustificatione, ad quam ordinantur ex meritis Christi, vt capitis, medijs causis tam naturalibus, quàm liberis, ex quarum applicatione pendet eorum iustificatio, per regenerationis lauacrum.

104. *Corollaria doctrinæ* Infertur 1. non modò gloriam & ab æterno decretam fuisse, & in tempore datam propter præuisa merita futura, sed etiam gratiam iustificantem, eiusque incrementum adultis tam in æternitate præparata, quàm in tempore collata esse propter præuisa merita futura, vel de congruo, respectu primæ gratiæ iustificantis, vel de condigno respectu incrementi eiusdem. Ratio: etiam hæc dantur vt præmium propter merita, vel de congruo, vel de condigno: ergo etiam hæc decernuntur & conferuntur propter præuisa merita illius, intuitu quorum decernuntur & conferuntur: cùm hoc exigat ratio præmij, vt non prius decernatur, vel conferatur, quàm promerentis opera, intuitu quorum illud decernitur & confertur, præuideantur futura. 2. non solùm quando præmium decernitur, vel confertur, propter merita ipsius præmiandi; sed etiam, quando decernitur, vel confertur propter merita alterius, debent illa præuideri vt absolutè futura. Ratio; siue merita sint propria ipsius præmiandi, siue alterius, vt valeant præmium causare, debent in scientiâ præmiantis præcedere præmium; quia debent illud causare præcognita vt absolutè futura; eò quòd debent illud causare, moraliter inclinando voluntatem præmiantis, vt illud in sui recompensam retribuat. Hinc fit, vt merita Christi debuerint vt absolutè futura in scientiâ Dei præcedere tam hominum, quàm angelorum prædestinationem, quibus de facto iuxta probabiliorem sent. collata est gratia &

105. *Corell. 2.*

106. *Dices* gloria intuitu meritorum Christi. Dices. Sæpè Deus excitat vnum, vt propter orationem & bona opera ipsius saluet alium: sed talis excitatio est effectus voluntatis, quâ Deus vult saluare alterum: cùm tamen huiusmodi excitatio non sequatur, sed præcedat merita excitandi, siquidem ad hoc illa datur, vt per eam quis ad merendum pro altero excitetur: ergo non semper merita vnius præcedunt in scientiâ præmiantis præmium alteri retribuendum. Resp. talis excitatio non est effectus voluntatis formalis de gloriæ electione, quia nondum

Resp. est in se decreta formaliter; sed vel est effectus voluntatis virtualis inclusæ in aliâ voluntate formali antecedente de medijs; vel est ipsa prima voluntas virtualis de gloriâ, inclusa in primâ voluntate formali de præparandâ excitatione, vt primo media ad gloriæ consecutionem. Infertur 3. non semper prædestinatos discerni à non prædestinatis per primam gratiam congruam, sed per vltimam finalem: cùm tam prædestinatus, quàm reprobus interdum vocentur ad primam gratiam congruam. Et donec præuideatur gratia finalis, semper est in prædestinato libertas illam respuendi, ac proinde semper manet scientia diuina indifferens ad oppositum videndum, cùm visio æterna Dei supponat obiectum futurum. Etenim priùs prioritate rationis & quasi causalitatis obiectiuè fuerunt ab æterno merita finalia futura Petri, quàm eorundem præscientia in Deo. Dixi, *non semper*: quia interdum prædestinatus discernitur à non prædestinato per solam primam vocationem congruam, quando scilicet illa simul est finalis, vt contingit in duobus paruulis, quorum vnus baptizatus, alter non baptizatus ex hâc vitâ decedit. 107. *Corell. 3.*

4. Etiamsi in totâ serie mediorum, quibus prædestinatus gloriam consequitur, multa à Deo decernantur, & conferantur, vt præmia intuitu præcedentium operum, vt meritorum vel de congruo, vel de condigno, adhuc tota series mediorum dicitur ex gratuitâ & liberali Dei voluntate præparata prædestinato. Quia omnia subsequentia merita originem trahunt ex primâ vocatione congrua, vt ex radice, quæ cùm nulla præsupponat merita, nec condigna, nec congrua, cùm ante illam non præcedant nisi opera naturalia, quæ cum ordine gratiæ nullam habent connexionem, omninò gratis præparatur, & confertur: ac proinde reliqua etiam opera, quæ ex ipsa vt ex radice originantur, dicuntur gratis dari. Dices. hoc pacto etiam gloria dici potest gratis nobis præparari & conferri, contra ea, quæ *suprà*, nam etiam gloria originem trahit ex primâ vocatione vt ex primâ radice. Resp. posse gloriam considerari, vt integrat totam seriem prædestinationis, quæ incipit à prima vocatione, sicque gratis nobis præparari, & conferri: (in quo sensu dicitur gloria ab August. *gratia pro gratiâ*), vel seorsim, quatenus effectus est præcedentium meritorum; sic non gratis, sed ex iustitia seu gratitudine nobis præparari & conferri. Eâdem ratione media posteriora, quæ dantur ob merita priora, si considerentur vt integrantia totam seriem prædestinationis includentis primam vocationem, dicuntur gratis dari, ratione primæ vocationis, à quâ originantur: si verò considerentur seorsim vt effectus distincti priorum meritorum, vt sic non gratis, sed ex iustitiâ & gratitudine nobis præparantur, & conferuntur. Infertur 5. posse finem simul in eodem signo rationis decerni vt exequendum per tale medium, vel tale medium executioni mandandum propter talem finem; non posse autem simul in eodem signo rationis decerni meritum vt causam præmij, & præmium vt effectum meriti. nam etsi finis sit causa medij, & medium effectus finis in intentione; vt tamen vnum decernatur vt exequendum per aliud, non præequiritur cognitio alterius, vt absolutè futuri, sed sufficit, vt vtrumque cognoscatur possibile; eo quòd finis non causat per bonitatem existentiem, sed possibilem: eadem possibilitas sufficit, vt cum fine decernatur medium vel vt effectus ipsius in intentione, vel vt causa eiusdem in executione. Vt autem præmium decernatur propter meritum,

108. *Corell. 4.* *Ratio* *Dices* *Resp. gloria viæ non consideratur.* 110. *Corell. 5.* *Eodem signo nequit decerni meritum. & præmium.*

meritum, necessariò prærequiritur cognitio merititi vt absolutè futuri; quia meritum non causat nisi propter bonitatem existentem à præmiante præcognitam; cumque cognitio rei vt absolutè futuræ præsupponat absolutum decretum Dei de eâdem re futurâ, non poterit in eodem signo rationis decerni præmium & meritum simul, cùm decretum præmij præsupponat cognitionem meriti, & cognitio meriti decretum mediorum ad meritum necessariorum. Hinc patet, cur *de Incarnat.* to 6. disp. 7. asseramus, potuisse Deum in eodem signo rationis simul decernere Incarnationem propter remedium peccati præuisi scientiâ conditionatâ, vt propter finem proximum, & simul remedium ipsum peccati dependenter ab Incarn. vt à medio ex voluntate Dei connexo cum tali fine, & vtrumque propter Christi glòriam & exaltationem, vt propter finem magis remotum, etiamsi Christi opera vt causa meritoria debuerint ratione præcedere prædestinationem gratiæ & gloriæ tam hominum, quàm angelorum, dependenter à quibus prædestinati sunt. Quia in ratione finis & medij vnum non necessariò præsupponit alterum vt absolutè futurum, vti præmium præsupponit meritum. Infertur. 6. Quæ hic dicta, non repugnare ijs, quæ disp. 14. Sect. 5. sc. posse Deum antecedenter ad nostram libertatem prædefinire omnes actus nostros in individuo, absque præiudicio nostræ libertatis, quæ libertas non saluatur in assecutione gloriæ, si hæc independenter à nostris meritis decernitur; quia hanc non liberè, sed necessariò elicimus, physicè prædeterminati à lumine gloriæ. Hic n. tantùm doceo, huiusmodi prædefinitionem independenter à liberâ cooperatione nostrâ futurâ repugnare naturæ præmij; cùm hoc poscat vt non primò decernatur, quàm præuideatur causa meritoria propter quam decernitur.

111. Corol. 6.

112. Ad 1. cap. sargii ex script. explic. de elect. ad gr. effit.

Ad argu. oppositæ: 1. ad testimonia Script. resp. 1. ea omnia explicari posse de electione ad gratiam efficacem, vt ea explicat *August. lib. de correp. de dono perseu. de prædest. Sanct.* in quius *cap.* 10. hoc constituit inter prædestinationem seu electionem, & ipsam gratiam discrimen, quòd prædestinatio seu electio, est gratiæ præparatio; gratia verò, est ipsa temporalis gratiæ collatio. Vnde illam appellat electionem secundùm propositum, quâ qui vocatur, infallibiliter respondet: eamque distinguit à vocatione, quâ multi vocantur, & non eliguntur; quia non vocantur electione efficaci, & secùm propositum. Ex quâ voluntate provenit, vt sæpè Deus multa operetur supra ordinarium naturæ cursum vt *August.* testatur *de correp. & gr. cap.* 7. iuxta hunc sensum explicatur allatum exemplum de Iacob & Esau; alioqui illud nimium probaret; Sapien. 11. sc. Deum ex se Esau odisse, cùm tamen nihil eorum, quæ fecit Deus, odit. 2. allata Script. testi-

113. vel de elect. ad glo per modum signi.

monia explicari possunt de electione ad gloriam, non per modum causæ à priori; sed per modum signi, à poster. ita dicere solemus, omnes præsciti damnantur; non quòd præscientia sit causa damnationis, sed signum tantùm, & causa cognoscendi infallibilis. Hoc modo intelligitur locus *Actor.* 13. *Crediderunt, quotquot præordinati erant in vitam aeternam*; ita vt *præordinatio in vitam aeternam*, fuerit signum, & causa tantùm in cognoscendo, cur hi potiùs, quàm illi crediturì essent: cùm potiùs merita futura præuisa fuerint causa *præordinationis in vitam aeternam*, & postea signum, & causa cognoscendi futura merita eorundem præordinatorum. Alij non improbabiliter hunc locum explicant de prædestin. ad fidem, quæ vita æterna inchoatiuè dicitur, iuxta illud *Ioan.* 17. *Hæc est vita aeterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum*: vt sensus sit; actu crediderunt quotquot erunt per congruam vocationem ad fidem à Deo prædestinoti. Alioqui si de prædestin. ad gloriam ibi sermo esset, necessariò dicendum foret, omnes, qui tunc crediderunt, fuisse prædestinatos, ac proinde saluatos: contrà verò eos, qui tunc non crediderunt, non fuisse prædestinatos. Quod nec verum, nec probabile videtur, cùm non soleat Deus viatoribus suam prædestin. & multò minùs reprobationem reuelare. 3. eadem Script. testimonia intelligi possunt de electione ad gloriam tantùm virtuali, & conditionata, subintellecta tacita conditione, si in acceptâ gratia permanserint. Sic explicatur locus *Luca* 2. *Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum.* Alioqui, si de absolutâ electione ad gloriam Christus locutus fuisset, reuelàsset Apostolis eorum prædestinationem, quod non est verisimile, cùm hoc affectum retardet benè operandi.

114. vel de elect. ad glo. virtuali.

115. Locum difficilius Script.

Vnum superest testimonium paulò difficilius explicatu, Sapien. 4. *Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animum illius.* Adhuc autem illud difficilius reddit ratio *ibid. Placita enim erat Deo anima illius: propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatum.* Vbi ratio, cur aliquando Deus præmaturè iustum ex hac vita rapiat, est, quia placita est ei anima illius. Est autem Deo placita anima iusti propter electionem ad gloriam, quæ ipsius merita præcedens mouet Deum finaliter ad rapiendum illum ex hâc vitâ, antequam in peccatum cadat. At August. *lib. de prædest. Sanct. cap.* 14. huiusmodi præmaturum raptum iusti non refert ad gloriæ, sed ad gratiæ efficacis electionem; nam inde colligit contra *Pelagi.* gratis nobis gratiam dari. 2. recte explicari potest de efficaci electione ad gratiam finalem, propter quam placita est Deo anima iusti; aut etiam de ipsa electione ad gloriam decretam iam, & prædefinitam ex meritis finaliter præuisis.

116. explicatur.

117. Ad 2. cap. argum. ex auctoritate August.

Ad auctor. *Augustini* resp. illum per electionem intelligere vel electionem ad gratiam, vel ad gloriam independenter ab operibus liberi arbitrij, solius naturæ viribus elicitis. Quia de hoc erat inter ipsum, & Pelagium controuersia, & quæ de electione docet, ait esse certà fide credenda: quod de electione ad gloriam dependenter ab operibus gratiæ dici non potest. Nec sat est dicere, August. obiter etiam hanc sent. impugnasse: tum quia debuisset hoc explicare; alioqui eadem censura Catholicam, ac hæreticam sent. damnasset: tum quia vbicunque August. egit de electione prædestinatorum, vel de electione secundùm propositum, nunquam illam appellat electionem ad gloriam; sæpè expressè vocat electionem ad gratiam. 1. locus in telligendus est de electione de electione ad gratiam efficacem, quæ, quia simul est virtualis, & inchoata electio ad gloriam, dicuntur ad eam prædestinati electi ad regnandum cum Christo. Nunquam n. ipse vtitur nomine electionis ad gloriam: expressè verò & signatè hanc electionem eo loco appellat electionem ad gratiam: *Electi sunt*, inquit, *per electionem, vt dictum est, gratia, non præcedentium meritorum suorum.* Et tales electos ait esse discretos à massa perditionis, *gratia largitate & præscientiâ.* Si autem intellexisset electionem ad gloriam, dixisset, eos discerni, voluntate, & electione ad gloriam, quæ præscientiam, & gratiæ largitatem antecedit, & primò ac principaliter præ-

Nota

118. 1 locus

Digitized by Google

destinatos à massâ perditionis discernit. Eodem modo intellig. 2. locum. Ad 3. neg. conseq. nam ante fidem nulla præcedunt opera gratiæ, propter quæ possimus ad fidem eligi, sicut præcedunt ante gloriam. Ad 4. neg. minor: nam in doctrinâ August. propositum est idem ac electio ac gratiam efficacem, vt vel mediocriter in eâ versato constat. Ad confirm. quod vbique ipse defendit, est, electionem ad gratiam, aut si mauis, etiam ad gloriam, non fieri ex solius liberi arbitrij meritis, de quâ tantùm erat contra Pelag. disputatio.

119. 2. locus. 3. Quid propositum?

120. Ad 3 cap. rationem oppositæ. Ad fund.

Ad fundam. oppositæ sent. disting. antec. semper efficacem electionem mediorum præcedit efficax voluntas finis, nego: sæpe præcedit aliqua simplex saltem voluntas finis, concedo. Constat de ipsa efficaci electione mediorum efficacium, quæ Deus interdum confert reprobis in hâc vitâ; certum enim est, sæpe Deum in hâc vitâ conferre reprobis media efficacia ad salutem, cùm tamen illa non causentur ex efficaci, sed ex simplici dumtaxat affectu finis, quem Deus illis intendit in ipsis mediis & causis vniuersalibus. Quòd autem nequeant media eligi, nisi ex aliquâ saltem intentione finis, patet; quia media dicunt essentialem respectum ad finem, vt ad causam, propter quam eliguntur. Quòd autem non semper sit necessaria efficax intentio finis ad efficacem electionem mediorum, prob. interdum finis non solùm pendet ab agente conferente media, sed etiam ab agente applicante media ad fidem consequendum: media verò solùm pendent ab agente media conferente. Vnde poterit Deus conferre media efficacia, etiamsi non intendat efficaciter finem, quia efficax intentio finis non solùm pendet à Deo, sed etiam à creaturâ in genere causæ meritoriæ: efficax verò electio mediorum pendet à solo Deo. 2. esto Deus per efficacem electionem mediorum non præintendat efficaciter finem remotum, & minùs principalem respectu sui, qui est gloria creaturæ; per eam tamen efficaciter præintendit finem proximum, & magis principalem respectu sui, qui sunt merita creaturæ, in obsequium ipsius Dei exhibita. Quæ merita Deus principaliùs, vtpote sibi magis honorifica, in negotio prædestinationis intendit. At nequeunt, inquies, merita priùs intendi, quàm præuideantur; nequeunt autem præuideri ante efficacem electionem mediorum; igitur nequit Deus efficacia media eligere propter efficacem intentionem meritorum. Resp. merita posse præuideri, vt absolutè futura; vel vt tantùm possibilia. 1. modo debent præuideri, quando intenduntur in genere causæ meritoriæ, mouentis moraliter agens ad retribuendum præmium in recompensationem operis, in obsequium ipsius præmiantis impensi: 2. modo debent præuideri, quando intenduntur in genere causæ finalis, mouentis agens ad communicandam sibi existentiam: scil. quando intenduntur in genere causæ meritoriæ, præsupponi debent existentia, saltem in scientiâ præmiantis; quia merita non sunt apta mouere præmiantem ad retribuendum merenti præmium, nisi vt existentia: quando verò intenduntur in genere causæ finalis, cùm non debeant mouere agens, nisi ad existentiam sui, non est necesse, vt præsupponantur existere: alioqui præsupponerentur secundum effectum, secundùm quem debent ab agente causari. Quare potest Deus illa præuidere, vt possibilia ante efficacem electionem mediorum, ac efficaciter intendere in genere causæ finalis, etsi nequeat illa intendere in genere causæ meritoriæ, nisi post efficacem electionem mediorum, ex quorum libera applicatione pendent merita ipsa in executione exhibenda. Vnde prima prob. antec. solùm ostendit, non posse media eligi, nisi ex aliquâ simplici saltem intentione finis, quòd vltrò concedimus. Ad 2. dico, minorem [illegible] veram, quando electio mediorum adæquatè pendet ab intentione finis; secùs quando electio mediorum non pendet adæquatè ab intentione finis, sed etiam à libertate eligentis, vel ab aliquo alio fine ab eligente efficaciter intent. Vnde non sequitur, plus virtutis esse in effectu, quàm in causa adæquatè sumptâ; nam hæc non est tantùm inefficax intentio finis, sed etiam libertas ipsa eligentis media, vel intentio alterius finis ab eligente efficaciter præintenti. Ad 3. prob. dist. minor non possunt prædestinati adæquatè, & completè distingui à non prædestinatis, solâ voluntate mediorum efficacium, concedo: nam sicut completa prædestinatio includit vtramque voluntatem, mediorum scilicet, & finis; ita per vtramque prædestinati completè secernuntur à prædestinatis: non possunt distingui incompletè & inchoatiuè, nego. Nam eâ voluntate prædestinati distinguuntur à reprobis, quæ includit media infallibiliter consecutura finem: hæc autem est voluntas præparandi media efficacia, quæ est propria prædestinatorum.

Finis Dei remotus. Proximum. Dices. Resp. Causa meritdebet, absolutè videri. Finalis non item.

122. Ad 1. prob. antec. Ad 2. 123. Ad 3.

Ad prob. dist. primum conseq. non distinguuntur inchoatiuè prædestinati à non prædestinatis, solâ voluntate mediorum efficacium priùs, quàm præuideatur ipsorum finalis consensus, vt ratio motiua ad præparanda illis talia media, nego: nam licet posteriora media Deus præparet ex meritis prioribus, prima tamen, & consequenter totam prædestinationem ex nullis præparat meritis: vt conditio verò, sine quâ non posset Deus ea media præparare, vt liberè ab ipsâ creaturâ exequenda, concedo. Cæterum, Deus in ipsâ efficaci electione mediorum concomitanter & virtualiter, non antecedenter & formaliter, intendit vni potiùs, quàm alteri efficaciter gloriam; quâ efficaci intentionem virtuali gloriæ prædestinati discernuntur à non prædestinatis, saltem inchoatiuè, & virtualiter, scilicet volitio libera Dei dicitur talis, vel talis volitio formaliter per connotationem talis, aut talis rei liberè à se dependentis: cùm igitur voluntas mediorum efficacium nondùm connotet formaliter gloriam prædestinatorum, vt coronam liberè à se dependentem, cùm in eo signo nondum sit gloria definita vt corona, quia in eo signo nondum sunt præuisa merita, à quibus pendet definitio gloriæ vt coronæ; non potest dici volitio efficax formalis gloriæ vt coronæ, sed tantùm virtualis. Ad 1. confir. nego antec. de efficaci intentione formali gloriæ, secus de efficaci intentione virtuali, inclusâ in efficaci voluntate dandi perseuerantiam. Neque valet: gratis præparat perseuerantiam; ergo gratis etiam præparat gloriam. nam perseuerantia dicit totam collectionem auxiliorum, quam nec de congruo mereri possumus, quia includit prima auxilia, quæ sub meritum non cadunt; gloria verò supponit merita, quæ præsupponunt auxilia gratiæ: vnde gloria non decernitur ex auxiliis gratis collatis, sed ex meritis præsupponentibus auxilia gratis collata. Quod argum. soluendum est etiam ab aduers. in ordine ad ipsam executionem gloriæ, quæ datur ex meritis, ex quibus tamen non datur perseuerantia.

124. Ad prob. min. 125. Deus virtualiter finem prædestin. intendit. 126. Ad 1. Conf.

Ad 2. neg. conseq. & retorq. argument: sicut Christus non habuit gloriam animæ in executione depen-

dependenter à meritis propriis, ita neque illam habuit in intentione: contrà verò, quia nos gloriam in executione accipimus dependenter à nostris meritis, ad eandem etiam quoad intentionem eligimur dependenter ex iisdem meritis. Christus gloriam animæ non habuit ex meritis, quia hæc fuit altiori titulo, nempe filiationis naturalis debita; & aliundè, vt illam ex meritis haberet, derogasset maiori perfectioni ipsius, quia oportuisset primum actum, quo illam sibi meruisset, non fuisse claram Dei visionem, quia hæc non est proportionatum principium merendi. Vnde gloriam corporis, quam potuit sine præiudicio maioris perfectionis sibi mereri, habuit dependenter à meritis, non tantùm in executione, sed etiam in ipsâ intentione. Augustt. autem hoc exemplum solum affert ad probandum, electionem ad gratiam non fieri ex meritis: *Nam ea,* inquit, *gratia fuit ab initio fidei suæ homo quicumque Christianus, quâ gratiâ homo ille ab initio suo factus est Christus*; sed ille ex suis meritis non habuit, vt fieret Christus; ergo neque vt nos Christiani efficeremur.

128. *Dicen.* DICES: Sicut Deus eodem decreto, quo gratis decreuit vnionem hypost. decreuit etiam gloriam corporis Christi & omnes dotes ipsius, vt proprietates ipsam vnionem naturaliter consequentes: hoc tamen non obstante, decreuit Deus, eandem gloriam corporis conferre Christo dependenter à meritis ipsius præuisis: ita potuit eandem gloriam gratis decernere prædestinatis eodem decreto, quo illis gratis decreuit gratiam efficacem, & simul dependenter ab ipsorum meritis præmisis, alio decreto eandem gloriam illis decernere. *Resp.* licet potuerit Deus hoc modo gloriam nobis decernere, de facto tamen illam non decreuisse colligimus ex Scripturis, & Patribus, in quibus, & à quibus semper gloria nobis proponitur vt merces & corona; si autem illa decreta etiam fuisset, vt purum donum cum gratia connexum, hoc ipsum fuisset aliquando nobis in Scripturis insinuatum: sicut, quia gloria corporis Christi fuit etiam cum vnione hypost. gratis decreta; vt proprietas consequens illam, hoc ipsum asseritur à Patribus. Vnde nullis existentibus meritis in Christo, ex vi prioris decreti, adhuc illi gratis collata fuisset gloria corporis: at nullis existentibus meritis in nobis. nullo pacto ex vi alicuius præsentis decreti conferretur nobis æterna gloria. Instabis. Ideo eodem decreto, quo decreta fuit vnio hypost. simul decreta fuit gloria corporis Christi, quia hæc est naturaliter connexa cum illâ; sed eodem modo gloria est naturaliter connexa cum gratia efficaci, vt fructus cum semine, & effectus cum causâ. Resp. neg. minor. nam gratia, cum quâ est connexa gloria, vt fructus cum semine, non est prima, ad quam tantùm gratis eligimur; nam illa non est gratia iustificans & habitualis, cùm quâ tantùm est connexa gloria, vt fructus cum semine, sed præueniens, & actualis, cum quâ non est per se connexa gloria; cùm illa stare possit cum peccatore, nullum ius habente ad gloriam. Quando igitur Deus eligit prædestinatum ad gratiam iustificantem, non eligit ad illam, nisi mediâ cooperatione ipsius prædestinati. Vnde sicut ad talem gratiam non eligimur, nisi dependenter à nostris meritis; ita nec gloriam, cum tali gratia naturaliter connexam, nisi dependenter ab iisdem.

Resp. *Neg. paris.* *Nota.* 129. *Instas.*

130. *Ad 3. conf.* AD. 3. confir. concedunt Ocham, Cathari. Gabriel maiorem; sed meliùs est neganda: nam priuilegia, quæ istis Sanctis conceduntur, omnia saluari possunt per specialem electionem ad gratiam.

131. *Ad 2. conf.* AD 4. nego antec. de voluntate absolutâ, & rectà ante operum præuisionem; concedo autem de voluntate absolutâ, & directâ post operum præuisionem. Ex his patet ad 5. nam siue prædestinati eligantur ante, siue post præuisionem meritorum, semper verum est, quòd nullus in eo regno admittitur, nisi ex singulari prouidentiâ, & præfinitione Dei. Vnde totum id, quod in argu. assumitur, saluatur, etiamsi electio ad gloriam facta sit post præuisa merita: nam iis præuisis, completa est æterna prædestinatio saluandorum, ad quam exequendam tota Diuina gubernatio tendit.

Ad 5.

132. *Ad vlt.* AD. vlt. confirm. neg. minor. nam licet electio ad gloriam sit ex meritis, quia tamen hæc ipsa merita fundantur in gratiâ, quæ est opus puræ misericordiæ, etiam electio ad gloriam, atque adeò tota prædestinatio est opus misericordiæ. Sicut licet iustificatio adultorum fiat ex meritis præcedentibus, saltem de congruo, quia tamen hæc ipsa merita nituntur primæ gratiæ, quæ ex nullis meritis confertur, tota iustificatio dicitur gratuita, & opus misericordiæ.

SECTIO V.

Quinam sint effectus Prædictionis?

133. *Conditio Prima.* DVÆ conditiones necessariæ sunt, vt aliquid sit prædestinationis effectus. 1. vt sit effectus Dei; cùm enim prædestinatio sit actus Diuinæ mentis, quo creatura rationalis dirigitur in vitam æternam; quidquid est effectus prædestinationis, Dei effectus sit, oportet. Quò fit, vt peccatum, quia Dei effectus esse nequit, prædestinationis effectus esse non possit. 2. *Secunda.* vt aliquo modo actu conducat ad beatitudinem super. nec sufficit, si tantùm possit conducere, quia cum effectus prædestinationis sit effectus illius peculiaris voluntatis, quâ Deus supra reprobos diligit electos, scilicet ratione efficacis voluntatis, quâ illis efficacia media præparat ad beatitudinem; vt aliquid sit effectus talis voluntatis, vt distinctæ à voluntate erga reprobos, debet actu conferre ad beatitud. supernat. nam etiam reprobis in hâc vitâ Deus confert supernat. dona; quæ illos perducere possent ad beat.

134. *Communia media vt actu applicata sunt eff. prædest.* Ex his fit, vt communia illa media in vniuersalibus causis supernaturalibus, Incarnationis, Redemptionis, Institutionis Sacramentorum, & Prædicationis Diuini verbi præparata, non sint dicenda effectus prædestinationis, nisi vt actu applicata prædestinato, fiant propria illius peculiaris voluntatis, quâ Deus supra reprobos diligit electos. Ceterùm illa in actu. 1. considerata, sunt tantùm effectus prouidentiæ supernat. quâ Deus ad omnes se extendit. Non est autem necessarium, vt aliquid sit effectus prædestin. vt actu conferat ad beat. supernat. positiuè merendo illam, vt incrementum illius, sed sufficit, vt quocunque modo ad illam disponat, proximè vel remotè, positiuè vel negatiuè, remouendo tantùm impedimenta & peccata, quæ impediunt, ne prædestinatus cum auxiliis sibi præparatis beatitudinem sibi promereatur, vel adaugeat. In his includitur tertia, 135. quòd scilicet effectus prædestinationis debeat con- 3. *Conditio.* tineri

Digitized by Google

tineri intra ordinem gratiæ, & supernat. prouidentiæ, sc. hoc ipso, quòd debet ad supernat. beatit. conferre: non est autem necesse, vt sit ordinis supernat. quoad substantiam, sed sufficit, vt
136. tantùm quoad modum. Distinguenda duplex est
Donatur. series effectuum, ad supernat. beatit. conducentium: vna est donorum naturalium; eo fine, & intentione collatorum, vt prædestinatum iuuent ad destinatum finem faciliùs consequendum. altera donorum quoad substantiam supernaturalium,
supernat. cuiusmodi sunt omnis illa quæ in intrinseca essentia spectant ad ordinem gratiæ: quorum aliqua se habent vt finis, aliqua vt media, vt in qualibet prædestinationis serie, consecutio beatitudinis est finis cæterorum præcedentium donorum, quæ vt media ordinantur ad beatit. vt ad finem consequendum. Rursus intermedia ipsa aliqua sunt, quæ immediatè influunt in beatitudinis consecutionem, vt sunt omnia dona, & merita, nunquam peccato interrupta, sed semper continuata vsque in finem vitæ cum ipso perseuerantiæ dono. alia, quæ tantùm mediatè conducunt. alia, quæ nullo pacto videntur ad eam conferre, vt sunt omnes actus studiosi, tam naturales, quàm supernat. in statu peccati à prædestinato eliciti: omnes vocationes inefficaces, quibus subinde solent prædestinati à Deo in hac vita præueniri, & excitari ipsa peccati permissio. Ad singulos effectus.

An dona naturalia sint effectus. prædestin.

137. DONA naturalia sunt tripartita; alia spectant
Diuisio ad intrinsecam constitutionem naturæ, vel substantialem, vt rei substantia & creatio; vel accidentalem, vt potentiæ & proprietates; alia ad operationes ipsius substantiæ. Quæ adhuc sunt duplicis generis; aliæ merè naturales; aliæ liberæ, & honestæ. Postrema sunt, quæ tantùm spectant ad bona externa, vt bona educatio, opes, nobilitas, amici, & his similia.

138. PRIMA sent. affirmat, omnia bona naturalia es-
Affirm. se effectus prædestin. [1]*Bannez. 1. p. q. 23. art. 2. Grana. tract. 6 disp. 2. Suarez. lib. 3. de prædest. c. 7.* indicat *Durand. in 1. dist. 41. qu. 2. nu. 7.* dum docet, *quidquid promouet, vel disponit ad beatitudinem consequendam, siue fiat ex impressione cæli, siue ex occasione præscitâ, siue quocunque alio modo*, totum includi in
Probant effectu prædestin. Prob. 1. ex *S. Tho. 1. p. q. 23. a.*
argu. 3. 8. *argu. sed contrà.* vbi docet, Iacob impetratum fuisse precibus Isaac, qui alioqui prædestinatus non fuisset: ergo substantia Iacob prædestinata fuit
139. precibus Isaac. 2. substantia prædestinati præ-
requiritur ad beatitudinem vt subiectum, in quo illa recipienda est, & à quo, vt à Diuino instrumento, efficienda est. 3. opera honesta moralia ad gloriam conducunt impediendo peccata, quæ sunt obstacula Diuinæ gratiæ, quò minùs illa vberiùs in cordibus nostris diffundatur. bona educatio, opes, amici, nec non tribulationes, & pœnæ temporales valde conducunt, vt quis non peccet, benè operetur, & iustificetur, ac proinde vt gloriam con-
Confir. sequatur. Confirm. sicut hæc omnia peti, ita &
141. impetrari solent à Deo: vti ad gloriam multum conducere consueuerunt. 4. vniuersaliter de omnibus donis, tam naturalibus, quàm supernat, ex illo *ad Rom. 8. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis, qui secundùm propositum vocati sunt Sancti.* Patres interpretantur de prædestinatis, nam hi propriè dicuntur *secundùm propositum*, hoc est, secundùm intentionem Dei efficacem vocati
142. 3. Illa sunt effectus Prædestin. quæ Deus facit determinatus ab ipsa prædestin. sc. omnia, & sola ea, quæ ex actibus prædestinantis proueniunt; cùm prædestinatio consistat in actu libero Dei: at omnia bona naturalia confert Deus prædestinato determinatus à prædestinatione: hæc enim est imperium Diuinum, quatenus intimat executionem omnium mediorum, quibus ad certum gradum gloriæ à Deo singulis prædestinatis præfixum aliqua ratione peruenitur; & omnia bona naturalia sunt media huiusmodi. ergo. Confirm. Deus
143. *Conf.* non solùm præfixit singulis angelis & hominibus determinatum gradum gloriæ essentialis, sed etiam accidentalis: ergo etiam quæ conducunt ad consequendum certum gradum gloriæ accidentalis, sunt effectus prædestin. atqui omnia bona naturalia saltem eò conducunt; cùm de eiusmodi bonis beati gaudeant, & peculiares gratias Deo agant: igitur sunt effectus prædestin.

SECVNDA negat, vllum donum naturale 144.
esse effectum prædestin. *Ocham. in 1. dist. 41. ad* *Negant de dono natur.*
rationes 1. opin. Gabriel. ibid. art. 3. dub. 1. vbi docent, solam beatit. supernat. esse effectum prædestin. 1. quia prædestinatio est tantùm de fine, *Fund. 1.*
non de mediis: at sola beatitudo supernatur. est finis prædestin. 2. quia nihil, quod est commune cum reprobis, potest esse effectus prædestin. at bona naturalia sunt communia cum reprobis: igitur. Confirm. id solùm est effectus *Confir.*
prædestin. quod confert ad beatitudinem supernatur. consequendam, vel augendam; at nullum bonum naturale confert ad eam, cùm nullum sit proportionatum medium ad talem finem causandum.

Tertia docet, ea tantùm bona naturalia esse ef- 145.
fectus prædestin. quæ nobis ex meritis Christi conceduntur: ea autem non sunt, quæ vel ad intrinsecam constitutionem hominis, vel ad intrinsecas opes, & honores spectant; sed quæ vel ad honestos actus virtutum, vel ad externa signa, quæ Deus nobis præparat, vt internum spiritum sanctæ cogitationis nobis inspiret, pertinent. *Vasq. 1. p. disp. 93. cap. 4. Arrub. disp.* *Fund.*
81. *&c.* Quia id tantùm est effectus prædestin. quod vt distinctum beneficium à creatione prædestinato confertur: at non omnia dona naturalia prædestinato conferuntur, vt distincta beneficia à creatione ergo. Maior prob. vt sæpe *August.* docet, prædestinatio pertinet ad ordinem gratiæ, vt distinctum ab ordine naturæ. Igitur ea tantùm bona naturalia erunt effectus prædestin. quæ vt distincta beneficia à creatione nobis conferuntur: nam ea tantùm possunt esse beneficia per Christum collata: quia ex *August. Epist. 90. & 105. Christus non pro nullis, vt homines conderentur, sed pro impijs mortuus est, vt iustificarentur.*

Dico 1. non omnia bona naturalia sunt effe- 146.
ctus prædestin. sed tantùm quæ per modum medij aut dispositionis actu conferunt ad consecutionem gloriæ, vel ad incrementum illius. Prima pars con- *Non omnia bona natur. sunt effectus prædest.*
stat ex fund. tertiæ: sicut prædestinatio supponit naturalem prouidentiam circa prædestinatos: ita effectus prædestin. supponere debent effectus naturalis prouidentiæ circa eosd. hæc autem sunt quæcunque pertinent ad naturalem constitutionem ipsorum: nam omnia hæc supponi debent vt substra- 147.
ctum & subiectum prædestinationis, quæ sicut aduenit prouidentiæ naturali, ita & effectus huius effectibus illius. 2. pars prob. licet bona naturalia per se spectata, secundùm naturalem exigentiam causarum *Sed quæ conferant ad illam vt disp. post.*

Digitized by Google

naturalium, non sint consentanea media ad consequutionem, vel augmentum beatit. supernat. nihilominùs vt ordinata à Deo, & collata vltra naturalem exigentiam causarum naturalium, fiunt apta media ad consecutionem, & incrementum illius, vel per modum dispositionis remouentis impedimenta gratiæ, vel per modum facilitantis naturam ad actus meritorios exercendos, & dona supernat. recipienda; vel per modum meriti de congruo, cuiusmodi sunt actus morales honesti, cum auxilio extraordinario intra eundem ordinem naturæ à prædestinato eliciti.

148. *Ad 1. arg. S. Tho. explicatur.* Ad 1. argum. primæ, Resp. eo tantùm probari, interdum substantias ipsas rationales à Deo creari precibus Sanctorum, quas alioqui Deus non creasset; non probari, tales substantias esse effectus prædestin. respectu ipsarum, quæ creantur: nam vt sint effectus prædestin. respectu substantiarum, non sufficit, vt sint creatæ vltra exigentiam causarum naturalium, sed debent etiam ordinari vt media respectu ipsarum ad consequendam, vel augendam sibi beatitudinem, cùm tamen ipsæ non sint sibi media ad beatitudinem consequendam, vel augendam, sed tantùm subiectum & substratum; quod ad prædestin. effectum non sat est; quia prædestinatio esse debet de ijs, quæ adduntur naturæ. 149. *Ad 2.* Ad 2. nego, ad effectum prædestin. sufficere, esse tantum subiectum beatitudinis, & instrumentum obedientiale Dei ad illam producendam, nisi etiam conferat ad illius consecutionem, vel incrementum, 150. vt *suprà* 3. & 4. argum. cum confirm. solùm probat 2. partem assertæ iuxta quam explicandus est Paulus. 151. *Ad 5.* Ad 5. minor limitanda ad ea tantùm bona naturalia, quæ per modum medij conferunt ad consecutionem, vel incrementum beatitudinis supernat. Ad confirm. *Duplex gloria accid.* gloria accidentalis in beatis vna per se consequitur beatitudinem essentialem, vt est gloria corporis, & reliquæ dotes ab ea fluentes; altera tantùm per accidens cum illâ coniungitur, cuiusmodi est omne gaudium, quod beatus de quâcunque re creata, vel beneficio à Deo accepto concipere potest: prior tantùm est effectus prædestin. non posterior. 152. *Ad 1. fund. 2. sent.* Ad 1. fundam. secundæ, nego maior. Ad 2. nego minor. nam licet in reprobis sint etiam bona naturalia, & sæpè maiora, & præstantiora, quàm in prædestinatis; non sunt tamen in illis media actu conducentia ad gloriam, vel gloriæ incrementum, quod ad effectum prædestin. requiritur. *Duplex bonum natura* Ad confir. neg. minor: ad prob. bonum naturale vnum quoad modum, & quoad substantiam simul, vt omnia bona, tam quoad substantiam, quàm quoad modum naturæ debita: & hæc nullo pacto sunt proportionata media ad gloriæ consecutionem: alterum naturale quoad substantiam, supernaturale quoad modum, quia saltem ratione modi, quo fit, est supra debitum naturæ, & à Deo ordinatum ad gloriæ consecutionem. Et hæc bona possunt esse media, saltem per modum dispositionis ad gloriæ consecutionem.

An omnia dona supernaturalia sint effectus prædestinationis?

153. *Negans varij.* PRIMA sent. negat, beatitudinem esse effectum prædestin. *Duran. in 1. dist. 41. q. 2. nu. 10.* Contra verò *Ocham ibid. ad rationes pro 1. opin. Gabriel art. 3. dub. 1.* negant, media esse effectus prædestin. sed solam beatit. Fundam. illius: Prædestinatio non est de fine, sed de medijs. Fundam. horum: Prædestinatio est tantùm de fine, non autem de medijs. Confir. id solùm est effectus prædestin. quod est proprium prædestinatorum: at sola beatitudo est propria prædestinatorum, reliqua enim sunt communia cum reprobis. *Confir.*

152. *Affirmans verius.* DICO 2. omnia bona supernat. sunt effectus prædestin. Est communior, seq. *Magist. &c. in 1. dist. 40. c. vlt.* & colligitur ex *cit. ad Rom. 8. Omnia cooperantur in bonum ijs, qui secundùm propositum vocati sunt Sancti.* Nam ad minimum auctoritas hæc intelligenda est de bonis supernatur. quæ sua natura ordinantur ab beatit. supernat. Quòd verò *Apostolus* inter effectus comprehendat etiam beatitudinem, constat ex seq. *Quos prædestinauit, hos etiam vocauit; & quos vocauit, hos & iustificauit, quos autem iustificauit, illos & glorificauit.* Vbi media omnia, & finem numerat inter effectus prædestin. Nec obstat quod alij loco, *glorificauit*, legant *magnificauit*: quia redit idem sensus; magnificat Deus sanctos suos, illos glorificando. Et potiùs standum est editioni correctæ à *Clemente*, quæ habet *Glorificauit*. Prob. 2 de omnibus effectibus supernatur. Quidquid proficiscitur ab actu Dei prædestinante hominem ad vltimum finem consequendum, est effectus prædestin. at omnia bona supernatur. collata prædestinato proficiscuntur ab actu Dei, prædestinante ipsum ad vltimum finem consequendum: ergo omnia bona supernat. in prædestinato sunt effectus prædestin. Maior constat ex definitione prædestin. quæ ex *S. Doct. 1. p. qu. 23. art. 1.* est ratio transmissionis creaturæ rationalis in finem vitæ æternæ in mente Diuina existens. Minor prob. ab illo actu immediatè proficiscitur opus externum, à quo immediatè dirigitur, & intenditur: sed omnia bona supernat. collata prædestinato immediatè diriguntur, & intenduntur ab huiusmodi actu prædestinante hominem in vltimum finem: omnia enim, quæ Deus confert prædestinato eò dirigit, vt tandem per ea vltimum finem consequatur: & finis vltimus, ad quem mediante Diuinâ prædestinatione creatura rationalis dirigitur, est ipse Deus in seipso visibilis, & amabilis, ad quem finem consequendum non solùm dirigitur gratia, & reliqua auxilia supernat. sed etiam ipsa visio, & amor beatificus, vt proximæ, & formales rationes; quibus immediatè talis finis in se ipso attingitur. Prob. 3. de singulis effectibus supernat. Vocatio, *teste Trid. sess. 6. c. 5.* est, vnde nostra iustificatio, sumit exordium, quæ connexa cum reliquis donis supernat. influit in ipsam gloriæ consecutionem, vt principium illius remotum. Vocationem sequitur liber consensus in vocationem, quo saltem de congruo meremur iustificationem, quâ formaliter restituimur in amicitiam Dei, & reponimur in adoptionem filiorum ipsius, per quam ius acquirimus ad gloriam & beatit. supernat. Iustificationem consequuntur actus supernat. liberè à iusto eliciti in statu gratiæ; quia omnes, vt suppono, sunt meritorij augmenti gratiæ, & gloriæ. Ipsum denique perseverantiæ donum est principalis effectus prædestin. quo prædestinatus immediatè consequitur suam beatit. formalem. Ipsa verò beatitudo formalis, quæ complectitur vtrumque actum intellectûs, & voluntatis, est forma, quâ proximè & immediatè prædestinatus coniungitur cum Deo vltimo fine, & obiecto beatifico. Igitur incipiendo à vocatione vsque ad beatit. formalem inclusiuè, omnia sunt effectus prædestin. quia omnia diriguntur à Deo, vt media ad obiectum

153. *Pr. 2. ratione* 154. *Pr. 2. ex Trident. de vocatione &c.* *vsque ad beatit. form. inclus.*

tum beatificum, quòd est vltimus finis creaturæ rationalis, in se ipso attingendum.

155. *Donorum supernat. genus 1.* Controuersia nonnulla superest de triplici genere donorum supernat. an sint effectus prædestin. 1. est eorum, quæ statim oblata respuuntur à prædestinato, vt sunt omnes vocationes inefficaces, quibus prædestinatus restitit. 2. sunt dona omnia, & merita peccato interrupta, an hæc sint effectus prædestin. vt primò collata, an tantùm vt per pœnitentiam reparata? 3. est eorum actuum supernat. qui à prædestinato eliciuntur in statu peccati.

secundum

tertium

156. *Negant* Quoad 1. & 2. genus putant *Valen. 1. p. q. 23. pu. 3. & Vasq. disp. 93. cap 3.* nec vocationes inefficaces, nec dona & merita peccato interrupta esse effectus prædestin. nisi vt pœnitentiâ reparata.

Pr. Prob. 1. illa sunt communia cum reprobis: nihil commune cum reprobis potest esse effectus prædestin. nam sicut hæc non est prouidentia communis reprobis, sed propria prædestinatorum; ita nec effectus illius debent esse communes cum reprobis, sed proprij prædestinatorum. Confirm. posito, quòd Deus nullum ad gloriam eligat, nisi post præuisa merita, nullam habet ante talem electionem peculiarem voluntatem erga prædestinatos, nisi solam voluntatem præparandi illis media efficacia, quæ simul est virtualis voluntas eos ad gloriam eligendi: at ista interrumpitur permissione peccati; ergo nisi nouâ voluntate pristina merita, & dona ad gloriam reordinentur, non manebunt peculiari aliquâ voluntate ad gloriam ordinata; cùm prior sit permissone peccati interrupta.

157. *Confir.*

158. *Pr. 2.* Prob. 2. ea tantùm sunt effectus prædestin. quæ actu conferunt ad beatitudinem supernat. consequendam, vel augendam; sed neque vocationes inefficaces, neque dona, & merita peccato interrupta actu conferunt ad eam, nisi per pœnitentiam reparata: ergò. 3. si vocationes inefficaces, & merita peccato interrupta essent effectus prædestin. antequam ista per pœnitentiam reuiscerent, sequeretur in protoparentibus fuisse aliquos effectus prædestin. independenter à meritis Christi. nam omnia dona & merita, quæ præcesserant eorum peccatum, non potuerant à Deo decerni dependenter à Christi meritis, si non fuit electus ante præuisum eorum peccatum. 4. Quoad 3. genus bonorum, nempe quoad actus supernat. à prædestinato in statu peccati elicitos. hi nullo pacto sunt meritorij vitæ æternæ, vel augmenti illius, cùm non sint eliciti à subiecto grato.

159. *Pr. 3.*

160. *Pr. 4.*

his non ob stantibus.

161. *Effectus prædest. sunt* Dico 3. vocationes inefficaces, & dona ac merita peccato interrupta, etiam vt primò collata, actusque supernat. in statu peccati à prædestinato eliciti, sunt effectus prædestin. ex illo: *Omnia cooperantur in bonum ijs, qui secundùm propositum vocati sunt Sancti.* cùm hoc principium ab Apostolo assignatum sit vniuersale; nec sit, cur illud ad quædam bona limitetur, & ad reliqua non extendatur, si commodè possit. Prob. prima pars assert.

162. *Vocationes inefficaces* Ille est effectus prædestin. qui datur à Deo voluntate saltem virtuali consequendi beatitudinem, actuque ad illius consecutionem confert: Sed vocationes inefficaces dantur à Deo voluntate saltem virtuali, consequendi beatitudinem, actuque ad illius consecutionem in prædestinatis conferunt: ergo. Maior constat: duo tantùm necessaria sunt ad effectum prædestin. & quòd sit effectus Dei, atque adeò vt procedat ex voluntate ipsius; & quòd actu ad beatitudinem conferat. Minor prob. licet vocationes inefficaces non habeant in prædestinato effectum, quando actu offeruntur, habent tamen postea, quando prædestinatus resipuerit, & de omnibus susceptis beneficijs gratias agit, nec non de suâ ingratitudine, quòd Deo non respondérit, confunditur.

163. *Dona merita peccato interrupta* Probo 2. partem; Dona & merita peccato interrupta, non solùm vt pœnitentia reparata, sed etiam vt primùm collata dantur prædestinato à Deo voluntate saltem virtuali perducendi illum in vitam æternam: quidquid supernaturale Deus confert creaturæ rationali, confert voluntate saltem virtuali perducendi illam in vitam æternam; quia confert iuxta exigentiam rei conferendæ, quæ sicut intrinsecè ordinatur ad vitam æternam, ita cum eo ordine & fine à Deo confertur. At hæc voluntas interrumpitur peccati permissione: nam id Deus permittit in prædestinato, vt ex eo per pœnitentiam ferventior, & humilior resurgat. ergo prior voluntas, quâ eadem dona, & merita ad gloriam ordinauerat, continuatur medià voluntate permittendi peccatum eo fine; quòd si potest Deus peccatum permittere ob maiorem profectum, & vtilitatem ipsius prædestinati, non est cur priorem suam voluntatem interrumpat: sed nec merita

164. per peccatum interrupta amittunt intrinsecum jus ad gloriam, quod ab initio habuerunt, quando fuerunt à prædestinato elicita; imò tantùm extrinseco impedimento pœnitentia sublato, statim ipsa ex pristino valore, non tantùm ex præsenti, quem pœnitentiâ acquirunt, actu conferunt in vitam æternam. Vnde in ordine ad pristinum valorem præsens pœnitentia tantùm se habet vt pura conditio. Probo partem 3. asser: omnes actus

165. *Actus supernat. in statu peccati.* supernat. eliciti à prædestinato in statu peccati, non modò sunt meritorij de congruo aliorum auxiliorum, quibus prædestinatus proximè disponitur ad pœnitentiam, verùm etiam illi in meâ sent. relinquunt habitum supernat. in prædestinato, quo ille faciliùs eosdem meritoriè in statu gratiæ eliciat sunt etiam materia gratiarum actionis, & confusionis, quoties illorum recordabitur prædestinatus.

166. *Ad 1.* Ad 1. argu. oppositæ, nego maior. nam vocationes inefficaces, & merita interrupta fiunt propria prædestinati, quâ actu conferunt in vitam æternam, aliquando, & in aliquo genere causæ, saltem dispositiuæ, vel obiectiuæ. Ad confir. nego

Ad conf. minor. vt *suprà*, & *infrà*. Ad 2. nego minor. Ad 3.

167. *Ad 2. Ad 3.* nego sequel. ad prob. nego assump. nam potuit Christus prædestinari dependenter à peccato Adæ præuiso tantum scientiâ conditionatâ, & simul omnia dona supernat. ei decerni dependenter à meritis Christi.

An permissio peccati in prædestinato sit effectus Prædestinationis.

168. *Negant Pr. 1.* PRIMA sent. negat. *Vasquez. 1. p. disp. 93. c. 2. Arrub. disp. 82. c. 2.* Prob. 1. Nihil potest esse effectus prædestin. quod sit donum gratiæ Dei per Christum: at permissio peccati, non est donum gratiæ Dei per Christum; nam permissio peccati est tantùm negatio auxilij congrui, quo peccatum ipsum vitaretur: at negatio gratiæ non est gratia. ergo. 2. vt permissio peccati sit effectus prædestin.

169. *Pr. 2.* non solùm debet ipsa ad gloriam conducere, sed etiam ex voluntate Dei ad eam præfiniri; sc. per præfinitiuam ipsius voluntatem: nequit autem Deus ex se permissionem peccati præfinire, vt medium conducens ad gloriæ consecutionem, nisi priùs præfinat pœnitentiam:

Digitized by Google

ad gloriam conducere, nisi medijâ pœnitentiâ retractatiuâ peccati, cùm ex se permissio peccati potiùs abducat, quàm conducat ad gloriæ consecutionem. Nec potest ex se pœnitentiam præfinire; quia præfiniret peccatum; nequit n. præfinire medium, quia simul præfiniat ea, quæ medium essentialiter supponit, sc. peccatum, cuius pœnitentia est destructiua: ergo nequit Deus præfinire peccati permissionem.

170. *Pr. 3.* 3. Si Deus ex se præfiniret pœnitentiam, non posset non sequi peccatum: nam suppositâ in Deo voluntate efficaci dandi remedium, supponens essentialiter peccatum vitare; cumque hæc sit necessitas antecedens, tolleret omninò libertatem à creaturâ. Secunda affirmat, permissionem peccati

171. *2. Sent. affir.* in prædestinatis esse effectum prædestin. atque adeò posse Deum ex se velle permissionem peccati, non tamen propter pœnitentiam, ob 2. argum. præced. sent. sed propter humiliationem, aut alium finem, cum peccato non necessariò connexum. *Molin. 1. p. q. 23. art. 2. disp. 3. Suarez. l. 3. de prædest. c. 8.*

172. *Concl. affir.* Dico 4. non repugnat, Deum velle permissionem peccati; nec non pœnitentiam in remedium peccati, nondum præuisi scientiâ absolutâ, sed tantùm conditionatâ: atque adeò in prædestinatis permissio peccati connumeranda est inter effectus prædestin. nam si potest ea simul cum peccati remedio à Deo intendi ante absolutam scientiam ipsius, talis permissio in prædestinatis multum conferet ad cautelam & feruorem; & meliùs saluatu principium Apostoli: *Prædestinatis omnia cooperantur in bonum.* Quod explicat. *Aug. lib. de correp. cap. 9. Vsque adeò, talibus Deum diligentibus prorsus omnia cooperantur in bonum, vt etiam si qui eorum deuiant & exorbitant, etiam hoc ipsum eis faciat proficere in bonum, quia humiliores redeunt, atque doctiores.*

173. *Permissio remediumque simul intendi possunt ante præuisum absolutè* Difficultas est, an possit permissio peccati simu cum ipsius remedio intendi ante præuisum peccatum scientiâ absolutâ? posse ostendo: vt Deus velle possit permissionem peccati, & remedium ipsius, absque eo quòd velit peccatum à pœnitentiâ præsuppositum, sufficit, si peccatum sit tantùm præuisum scientiâ conditionata: nam vt non dicatur velle, sed tantùm permittere peccatum, sufficit, si illud quocunque modo præuisum futurum vi libertatis creatæ, non impediat, sed sinat esse futurum vi libertatis eiusdem, & contra illud anticipatum remedium decernat. Nam tunc dicitur Deus permittere, & non velle peccatum, quando illud non est futurum vi alicuius proprij decreti, vel actionis à se præfinitæ: vt constat ex verbo, *permittere*, quod formaliter importat non impedire peccatum in alio præuisum, & ad illud impediendum nulla obligatione teneri, sicut Deus nulla obligatione tenetur ad impediendum peccatū in nobis. At positâ conditionata tantùm peccati scientia ex vi libertatis creatæ; neque ex permissione peccati, cùm sit tantùm negatio auxilij congrui, (interim non negato sufficiente, cum omnibus ad vitandam peccatum antecedenter requisitis) neque ex pœnitentia decretâ in remedium peccati præuisi sub conditione futuri, sequitur peccatum, sed potiùs destructio peccati Quòd autem illud non sit præuisum scientiâ absoluta, nil refert, quia non minùs illud supponitur futurum vi libertatis creatæ, etsi præuisum scientia conditionata tantum.

Inde sequitur destructio peccati:

174. *Anticipatio remedij* Neque exeo, quòd Deus illius remedium anticiper, antequam præuideat illud futurum absolutè, plus influit in illud, quàm influeret, si eius remedium non anticiparet: ex eo n. solùm sequitur necessitas permittendi peccatum, iam præuisum futurum vi libertatis creatæ: hoc autem non facit, vt Deus tali decreto magis influat in peccatum, quàm influeret, si idem decretum de permittendo peccato faceret ex alio fine, quàm ex fine præparandi illi remedium: nam ex quocunque fine Deus moueatur ad constituendum hominem in ijs circumstantijs, in quibus scientiâ conditionata illum præuidit peccaturum, eâdem necessitate sequeretur peccatum, ac sequitur, posito decreto de permittendo peccato propter remedium ipsius peccati. In neutro n. casu peccatum sequeretur formaliter ex vi decreti Diuini, sed ex vi tantùm libertatis creatæ: at hoc sufficit, vt non dicatur peccatum à Deo intendi, sed tantùm permitti; ergo. Confirm. posito quòd homo in talibus circumstantijs constitutus, præuisis sit propriâ voluntate peccaturus, potest Deus ante præuisionem absolutam peccati, antecedente sua voluntate velle hominem constituere in talibus circumstantijs: at non minore necessitate sequitur peccatum, posito hoc decreto, quàm alio de pœnitentia in remedium peccati: sed potest Deus, absque eo quod velit peccatum, velle hominem constituere in talibus circumstantijs, in quibus scientia conditionata præuisus est peccaturus: ergo poterit & remedium ipsum peccati præfinire, absque eo quòd præfiniat peccatum. Hanc sent. docet *Granados 1. p. tr. 6. disp. 5. fine.* EX DICTIS sequitur, non solùm permissionem peccati esse effectum prædestin. in eodem, in quo permittitur, sed etiam permissionem in vno, sæpè esse effectum prædestin. in alio, quàndo nimirum prædestinatus ex peccato alterius euadit cautior & feruentior. Sic ex peccato Iudæ, & infidelitate Thomæ Apostoli euaserunt cautiores, & feruentiores in fide. Pari modo interdum bona opera vnius sunt effectus prædestin: alterius, quando ex illis prædestinatus efficitur in operando diligentior, vt cùm Deus ad preces vnius conuertit alium, sicut ad preces Stephani conuertit Paulum.

175. *Conf.*

176. *Permissio pecc. in vno effectus prædest. in alio*

AD 1. argu. primæ, disting. minor: permissio peccati non est donum gratiæ Dei per Christum, per se spectata, concedo; ex ordinatione Dei, nego: nam potest talis negatio ex voluntate Dei ordinari ad maiorem cautelam & feruorem prædestinati, & hoc modo esse donum gratiæ Dei per Christum. AD 2. nego Deum non posse præfinire permissionem peccati, absque eo quòd simul cum illa præfiniat peccatum; aut non posse præfinire pœnitentiam in remedium peccati, ante absolutam præuisionem ipsius peccati: sufficit enim si tantùm sit præuisum sub conditione. Cæterùm nota, Deum prius ratione permisisse peccatum, præuisum scientia conditionata, & deinde præfiniuisse pœnitentiam in remedium illius. Ratio: priùs Deus statuit hominem constituere in ijs circumstantijs, in quibus illum præuidit peccaturum, & deinde præuidit peccatum scientia conditionata, tum demum præfiniuit remedium peccati. nam primum est fundamentum secundi; secundum verò tertij. AD 3. concessa sequela, de necessitate consequente, neganda est de antecedente: nam adhuc in prædestinato maneret libertas antecedens, qua posset vitare peccatum, nec talis necessitas est antecedens, quia licet antecedat liberam determinationem creaturæ absolutè futuram, non tamen antecedit conditionatè futuram; at hoc sufficit, vt peccatum non sequatur absoluta necessitate; vt constat de actibus virtutum, quos Deus præfinire potest absque præiudicio libertatis creatæ, ante absolutam

177. *Ad 1. prima*

178. *Ad 2.*

Nota

179. *Ad 3.*

Digitized by Google

lutam præuisionem ipsorum; sola præuisione conditionata, quamuis *Vasquez* cohærenter neget utrumque: 2. Sent. quatenus negat, posse Deum ante absolutam præuisionem peccati decernere pœnitentiam in remedium peccati, refutata est.

120.] *Ad 2. sent.*

DISPVTATIO XV.

De Diuina Reprobatione.

SECTIO. I.

An in Deo sit voluntas saluandi omnes;

1. *An omnes ad gloriam ordinati?*

Reprobatio est à cœlesti regno exclusio; nemo autem excluditur ab eo, ad quod nullo modo est ordinatus; nec creatura sua natura est ad cœleste regnum ordinata, sed ex mera & gratuita voluntate Dei igitur ad cognoscendum, an aliqui sint à cœlesti gloria excluſi, videndum prius erit, an omnes sint ad eam ordinati per consentanea & proportionata media; alioqui non tam dici possent reprobati, quàm non ordinati. Prima ratio dub. sumitur ex ijs, ad quos numquam peruenit notitia Redemptoris, & legis euangelicæ, sine qua nullus de facto saluari potest. Nam in potestate ipsorum non fuit, huiusmodi notitiam sibi comparare, quia nullam cognitionem, ne confusam quidem de huiusmodi lege habuerunt; sine aliqua autem saltem confusa cognitione legis nemo potest perfectam notitiam eiusdem legis sibi comparare; cùm nequeat in incognitum voluntas ferri; ergo illi non fuerunt ad gloriam ordinati, quia nemo potest ad gloriam ordinari, nisi per media sibi actu collata. Cùm enim ordinatio ad gloriam sit actus liber Dei, & nullus actus liber Dei possit esse talis, nisi per aliquam mutationem ad extra, impossibile est, vt aliquis per liberum actum Dei ad gloriam ordinetur, sine aliqua mutatione in ipso facta; hæc autem alia esse non potest, quàm actualis collatio mediorum ad gloriam perducentium; igitur qui talia media non habuerunt, non potuerunt esse ad gloriam ordinati. 2. ratio sumitur ex illis paruulis, qui moriuntur in utero materno, quibus nullum potest remedium salutis applicari. Item quibus vel defectu materiæ, vel defectu, aut negligentia ministri, nulla humana industria potest illis morti proximis regenerationis lauacrum applicari. Hi enim omni videntur destituti remedio ad cœlestem gloriam consequendam; atque adeò non videntur ad illam ordinati.

2. *Ratio 1. dub.*

3. *Ratio 2.*

3. Ex ijs, qui in scripturâ dicuntur à Deo obcœcati, indurati, & in reprobum sensum traditi. nam hi pro eo saltem tempore, quo à Deo obcœcantur, indurantur, & in reprobum sensum traduntur, videntur sufficienti remedio salutis destituti. Confir. nemo potest salutem consequi, nisi à Deo interius excitetur: at sæpe contingit, vt inter vltimam excitationem, & mortem peccatoris aliquod intercedat tempus: igitur toto illo tempore intermedio peccator erit destitutus sufficienti auxilio ad salutem. 4. ducitur ex omnibus reprobis. omnes hi carent dono finalis perseuerantiæ, sine quo nemo potest salutem consequi: igitur nullus reprobus potest saluari; nec videtur ad cœlestem gloriam ordinatus, cum nullus possit absque necessario medio ad gloriam ordinari. Minor asseritur ab

4. *Ratio 3.*

5. *Ratio 4.*

Auguſt. lib. de corrept. & gratia cap. 12. Nunc vero, inquit, *ſanctis in regnum Dei per gratiam Dei prædeſtinatis, non tantum tale adiutorium perſeuerantiæ datur, ſed tale, vt eis perſeuerantia ipſa donetur; non ſolum, vt ſine iſto dono perſeuerantes eſſe non poſſint, verum etiam, vt per hoc donum, non niſi perſeuerantes fiant.*

Prima Sent. absolutè negat, in Deo esse voluntatem saluandi omnes: *Gregor. Arimin. in 1. diſt. 46. q. vn. Marſil. q. 4. art. 1.* Prob. 1. ex *Auguſt. in Enchir. cap. 103.* vbi illum 1. *ad Timoth. 2. Deus vult omnes homines ſaluos fieri*, explicat vt nullum in Deo ponat voluntatem saluandi erga omnes, sed tantum erga eos, qui de facto salutem consequuntur: vel secundum distributionem accommodam, non quòd nullus homo sit, quem Deus saluum fieri non velit, sed quia nullus saluus fit, quem Deus non velit saluum fieri: vel secundum distributionem pro generibus singulorum, non pro singulis generum; quia nimirum de singulis statibus Deus vult aliquos saluos fieri, non tamen vult omnes de singulis statibus: unde concluſit: *Et quocunque alio modo intelligi poteſt, dum tamen credere non cogamur, aliquid omnipotentem Deum voluiſſe fieri, factumque non eſſe, qui ſine vllis ambiguitatibus, ſi in cœlo & in terra, ſicut & veritas canat, omnia quæcunque voluit fecit: profecto facere noluit, quodcunque non fecit.* At si diceret, quidquid non fit, illud non vult Deus, quia quodcunque vult Deus, illud necessariò fit.

6. *Negatur.*

7. *Ratio eruta ex Aug.*

Prob. 2. ratione eruta ex *Auguſt.* quia impossibile est, Deum aliquid velle, & illud non fieri. igitur impossibile est Deum velle omnes creaturas saluas esse, & illas non saluari; at non omnes saluantur; igitur non omnes vult Deus saluos fieri. Confirm. quidquid Deus ex se ipso vult, voluntate beneplaciti vult seu quia illi placet, quod vult: implicat autem voluntatem beneplaciti in Deo non adimpleri; nam voluntas ista, quam Deus haberet de salute omnium, non esset tantum de salute possibili, sed etiam de salute futura, quia esset voluntas libera, quæ esse non potest, nisi de re futura; at omnis voluntas de re futura necessariò in Deo adimpletur: est.n. per modum prosecutionis, efficaciter mouentis potentiam ad exequendum obiectum volitum. Implicat igitur Deum aliquid ex se ipso liberè velle voluntate beneplaciti, & illud non fieri.

8. *Confirmant.*

Nec sufficit, quod Deus sufficientia media omnibus præparauerit, ut dicatur omnium salutem velle. Nam ex hoc tantum sequitur, Deum habuisse voluntatem circa media, non circa finem; sicut *exemplo.* cùm præcepit Abrahamo, vt filium suum Isaac immolaret, non habuit Deus voluntatem de immolatione Isaac, sed tantum de obedientia Abrahami, qua se promptum obtulit, ad illum immolandum. Ita, cum Deus præparat omnibus media ad salutem, non habet voluntatem salutis, quam non omnibus confert, sed tantum mediorum, quæ actu confert, Vnde huiusmodi voluntatem salutis appellant isti auctores, voluntatem signi, non beneplaciti: quia nimirum per externa signa & præcepta videtur Deus habere voluntatem salutis, re tamen ipsa non habet, nisi tantum præceptorum.

9. *2. sent. de simpl. complac.*

Secunda affirmat, Deum habere voluntatem beneplaciti circa salutem omnium, sed per modum simplicis duntaxat complacentiæ, & secundum esse possibile, quatenus omnes creaturæ rationales sunt capaces æternæ salutis, & ordinationis ad gloriam; non per modum prosecutionis, & secundum esse existentiæ. *Alen. p. p. qu. 35. me 2.* Fundam idem, quod præced. sent. Tertia affirmat, Deum habere voluntatem beneplaciti circa

10. *3 sent de prosecutione.*

Digitized by Google

salutem omnium, non tantum per modum simplicis complacentiæ, & quoad esse possibile, sed etiam per modum prosecutionis, quoad esse existentiæ. Est communis Scholast. in 1. *dist.* 46. *& recen. in* 1. *p. qu.* 19. *art.* 6. *& qu.* 23. nec contrarium docent *Bonauen. Scotus, Maior locis cit.* vt legenti constabit. Pro declaratione, distinguendus est duplex hominum status, alter naturæ integræ per donum superadditum iustitiæ originalis; alter naturæ lapsæ, & infectæ peccato protoparentis. In vtroque statu controuersia examinanda est.

11. *Pr. De utroque statu.* Dico 1. In vtroque statu voluit Deus omnes homines saluos fieri. Prob. 1. ex 1. *ad Timoth.* 2. *Deus vult omnes homines saluos fieri.* Quæ propositio cum sit vniuersalis, & vtrique statui aptari possit, non est ad præsentem duntaxat statum limitanda. Nec obstant sequentia verba, *Et ad agnitionem veritatis venire*: quæ illam videntur ad hunc statum limitare, tum quia, si illa est vera de statu naturæ lapsæ, à fortiori vera erit de statu naturæ integræ. Tum quia subsequentia verba verificari etiam possunt de statu naturæ integræ: nam probabile est, etiam in eo statu homines ad perfectam agnitionem Dei venturos fuisse per traditionem maiorum, & parentum institutionem: nam hic est modus magis consentaneus & accommodatus naturæ hominum, vt unus per alium instruatur. Neque etiam obstat contraria expositio *Augusti.* tum quia Augustino opponimus *Damasc. lib.* 1. *fidei Orthod. cap.* 29. & *Chrysost. Homil.* 2. *in epist. ad Ephesi.* vterque enim illam explicat de voluntate antecedente erga omnes. Tum quia *Augustinus* explicari posset de voluntate absoluta & efficaci; quæ simpliciter voluntas nominari consueuit.

12. *Pr. Ratione.* Prob. 2. De facto Deus omnes creaturas rationales ad beatitudinem supernat. ordinauit; non potuisset omnes eo ordinare, nisi voluntatem habuisset perducendi omnes ad eandem beatit. quia nulla creatura rationalis ex se ipsa est ad finem supernat. ordinata, alioqui illa condi non posset in statu puræ naturæ; ergo debuit ad illam per voluntatem Dei ordinari, cùm a nullo alio, quam a Deo possit ad talem finem ordinari. Eiusdem quippe est ad finem ordinare, & finem ipsum conferre: solius autem Dei est cœlestem gloriam conferre: igitur solius Dei est, ad eandem creaturam ordinare.

13. *Homo ad finem supernat. ordinatus.* Maiorem sic ostendo: si de facto Deus non omnes creaturas rationales ad finem supernat, eleuasset, aliquos reliquisset in statu puræ naturæ, cùm inter hos duos status non sit assignabilis medius: at plus quam falsum est, de facto Deum aliquas rationales creaturas ex ijs, quas de facto condere decreuit, reliquisse in statu puræ naturæ. Sequeretur enim 1. non omnes ex Adamo progenitos, sive progignendos originale peccatum contracturos *nemo in statu puræ naturæ.* quia hoc nemo contrahit, nisi cui debita fuisset originalis iustitia per Adam, vt per caput, transfundenda. Est enim peccatum orig. priuatio iustitiæ debitæ in esse: at nemini potuisset esse debita originalis iustitia, nisi ad supernat. finem euectus fuisset. Vnde vera non esset hæc Catholica propositio: 14. *Omnes ex Adam progenitipeccatum orig. contrahunt.* 2 non omnes essent à Christo redempti: quia Christus non redemit, nisi qui redemptionis capaces erant: si qui verò non essent ad cœlestem gloriam ordinati, Christi redemptionis capaces non essent, quia Christus non redemit nos, nisi à priuatione gratiæ & gloriæ, quam per peccatum protoparentis amiseramus. 3. non omnes essent capaces effectuum Sacramentorum, & fructus passionis Christi. 15. nam ij tantum sunt capaces mediorum, qui sunt capaces finis, ad quem media ordinantur: cùm igitur omnia ista media ordinata sint ad consequendum finem supernaturalis beatitatis, nequeunt horum capaces esse, qui ad eam ordinati non sunt.

4. Non omnes, qui de facto damnantur, damnarentur ad priuationem supernaturalis gloriæ, vt 16. ad pœnam sibi debitam. Eo quòd nulla priuatio boni potest esse alicui debita, nisi sit etiam debitum bonum, cuius est priuatio; cùm omnis priuatio supponat debitum habendi in eo, qui tali bono priuatur.

Prob. 2. eadem maior. omnes creaturæ rationales, quas Deus de facto condidit, aut sunt angeli, aut homines: vtrique de facto fuerunt ad supernar. beatitatem a Deo eleuati: nam & angeli initio suæ creationis fuerunt omnes in gratia conditi; & homines in statu innocentiæ fuerunt omnes ad iustitiam originalem, mediante Adamo vt capite, ordinati. Et ijdem in statu naturæ lapsæ omnes sunt ad supernatur. gloriam per Christi merita & passionem restituti. Igitur omnes sunt ad finem supernat. ordinati. Confirm. Deus omnibus sufficientia media ad cœlestem gloriam consequendam præparauit; igitur habuit circa omnium salutem voluntatem beneplaciti. quia media vt media non eliguntur, nisi ex aliqua intentione finis; cum non sint expetibilia, nisi propter finem, non eligunter, nisi propter amorem finis: ergo si Deus, quantum est ex se, præparat omnibus sufficientia media ad salutem consequendam, quantum est ex se voluntatem habet saluandi omnes. Quia non potest Deus velle res, nisi iuxta naturalem exigentiam ipsarum: cùm igitur media, quæ Deus omnibus præparat, suâ naturâ ordinentur ad supernat. beatit. non potest ex se talia media velle, nisi simul cum illis velit aliquo modo finem, ad quem suâ natura ordinantur. 17. 18. *omnibus sufficientia media præparata.* 19.

Obijcies: non habet Deus positiuam voluntatem respectu eorum, quæ nunquam sunt futura: sed status innocentiæ nunquam futurus est respectu omnium hominum; Licet breui tempore fuerit respectu protoparentum: ergo non potest Deus habere positiuam voluntatem saluandi homines, qui tantum futuri fuissent in statu innocentiæ, si status ille perseueraſſet, numquam tamen futuri erunt. Maior prob. non potest Deus rem velle, nisi per physicam mutationem ipsius: ergo respectu rei, quæ nunquam est futura, nequit positiuam voluntatem habere. Resp. dist. maior. non potest Deus circa tales res, quæ nunquam sunt futuræ habere positiuam voluntatem formalem, concedo; virtualem, nego. Etenim sicut ad formalem voluntatem Dei requiritur formalis mutatio rei: ita ad virtualem voluntatem eiusdem sufficiet virtualis mutatio eiusdem rei. Est autem hæc virtualis mutatio rei, causa siue media ipsa, per se sufficienter ordinata, ad finem consequendum; sc. sicut finis ipse vi tute includitur in medijs, & effectus in causis; ita voluntas Dei circa media per se ad finem ordinata, virtualiter includit voluntatem finis; cum voluntas Dei ad res ipsas tendat iuxta naturalem exigentiam ipsarum, vt qua ratione una res includitur in alia, eadem & voluntas vnius includatur in voluntate alterius. *Resp. circa non futura voluntas virtualis.*

Est autem hæc virtualis voluntas in Deo, non quæ actu sit, sed quæ esset, si conditio poneretur ex parte obiecti. Fundatur tamen hæc virtualis voluntas in aliqua voluntate actuali de re, vel ex natura sua, vel ex Diuinâ ordinatione connexionem habente cum illa conditione, quæ si poneretur in re, actu etiam poneretur voluntas in Deo. Est igi- 20. *quæ esset si conditio poneretur.*

Digitized by Google

tur in Deo voluntas saluandi omnes dependenter ab Adam, virtualis, non formalis: quia si posita fuisset conditio, nempe perseuerantia Adæ in statu Innocentiæ, posita fuisset & formalis voluntas in Deo saluandi omnes dependenter ab ipso vtâ capite. Nihilominus hæc ipsa voluntas, quæ in Deo non est posita formaliter, est posita virtualiter, quatenus ex parte sua Deus sufficientè posuit causam, ex qua consequi potuisset talis effectus.

21. Dico 2. Hæc voluntas quam Deus habet, saluandi omnes, non est impropria & metaphorica, vt *Arimin.* autumat; (constat ex dictis) nec per modum simplicis duntaxat complacentiæ de possibili salute hominum, vt *Alen.* putat; nec per modum decreti omnino absoluti, nullam includentis conditionem; sed per modum actus prosecutionis, efficacis quidem ex parte Dei, sufficientia media conferentis, conditionati verò ex parte obiecti, nempè finis, cui media præparantur, consentire voluerit. Quod non sit tantùm simplex cõplacentia de salute possibili hominum, patet: nam talis voluntas est necessaria in Deo; siquidem non potest Deo non placere salus creaturæ apprehensa vt possibilis. Vnde talem voluntatem habet Deus non solum de creaturis conditis futuris, sed etiam de possibilibus: at voluntas, quam Deus habet de salute hominum, libera est, vtp tè quæ potuit in Deo non esse. Et colligitur ex verbis Pauli, adhortantis Timotheum ad gratias agendas Deo pro hac voluntate: si autem talis voluntas in Deo esset necessaria, quas ei gratias pro ea agere deberemus? siquidem gratiarum actio solum debetur voluntati liberæ; nam ea tantum censetur donum gratuitum, pro quo tantùm consueuit gratiarum actio retribui.

Hæc volum. non est metaphor.

22. *Nec simplex complac.*

23. Quòd verò illa non sit per modum decreti omnino absoluti, independentis à quacunque conditione, constat; quia talis voluntas semper adimpletur in Deo. Cùm enim Deus sit potentissimus, hoc ipso, quod vult aliquid absolutè, & independenter à quacunque conditione, *quis eius poterit resistere voluntati*, ut quod ipse efficaciter intendit, non infallibiliter exequatur?

nec decretum absol.

24. Quod autem illa sit per modum actus prosecutionis, docet *Chrysost. cit. Homil.* vbi hanc Dei voluntatem de salute hominum, appellat flagrans Dei desiderium. Et constat ex medijs, quæ Deus omnibus præparat ad salutem consequendam. Porrò illa voluntas dicitur per modum prosecutionis, & non tantùm simplicis complacentiæ, quæ non sistit in solo affectu erga bonitatè obiecti, sed quantum est de se sufficientem ponit causam, vt sequatur obiectum volitum: sed Deus conferendo sufficientia media ad salutem, non sistit in solo affectu erga bonitatem salutis volitæ, sed quantum est de se ponit sufficientem causam, vt illa sequatur: non est ex defectu mediorum, sed hominum talibus medijs vti nolentium. Ex his patet vlt. pars assert. hoc ipso, quòd Deus vult salutem hominum dependenter à liberâ cooperatione eorum, non immutando liberum modum agendi ipsorum, vult illam conditionatè ex parte obiecti. Quæ voluntas nullam inuoluit in Deo imperfectionem; nam quòd illa effectum non consequatur in omnibus, non est ex imbecillitate & impotentiâ diuinæ voluntatis, sed ex perfectione summæ libertatis, nolentis maiorem efficaciam abhibere, vt effectus actu consequatur ad ostendendas *diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam: ad Rom. 9.*

Sed actus prosecut.

efficax ex parte Dei.

25. *Conditionatus ex parte obiecti.*

26. *Obijcies* 1. potest Deus velle media efficacia ad salutem, non volendo efficaciter salutem; ergo potest velle media ad finem, non volendo simpliciter finem. Resp. 1. dist. antec. non volendo efficaciter salutem saltem virtualiter, nego; formaliter, concedo. Nam quâ ratione finis includitur in medijs; volendo media, simul cum illis necessariò vult finem. 2. nego conseq. eo quòd medium nullo pacto abstrahere potest ab ordine ad finem, atque adeò impossibile est, velle medium vt medium formaliter, & nolle finem, ad quem medium per se ordinatur. At potest medium efficax, in aliquo saltem signo rationis abstrahere ab aliquâ conditione, quam includere debet finis volendus; atque adeò potest pro eo signo rationis; pro quo medium volitum abstrahit à tali conditione, sub quâ decernendus est finis, nondum esse volitus finis sub eâ conditione, sub quâ nondum est præuisus. Sic, quia gratia efficax à Deo volita prædestinato, in aliquo signo rationis abstrahit à meritis absolutè futuris ipsius prædestinati, & gloria non decernitur prædestinato, nisi vt corona; potest talis gratia efficax in tali signo esse à Deo volita, & nondum esse volita gloria vt corona, quæ supponit merita ipsius prædestinati præuisa, vt absolutè futura. *Obij.* 2. ex eo quòd Deus dat omnibus liberum arbitrium capax peccati, non dicitur velle peccatum: ergo ex eo quòd dat omnib. media sufficientia ad salutem, non dicetur velle salutem. Resp. neg. conseq. quia nec liberum arbitrium est per se ordinatum ad peccatum, nec datur eo fine & intentione, vt eo creatura vtatur ad malum, sed potius ad bonum. Media verò, quæ Deus confert ad salutem consequendam, & per se sunt ordinata ad consecutionem salutis, alioqui non essent proportionata; & eo fine & intentione dantur, vt ex ijs salus consequatur.

Resp. 1.

2. medium nemo velle potest, & finem nolle.

27. *Instat.*

Resp.

Ex dictis infertur, in Deo esse duplicem voluntatem circa salutem omnium, alteram uniuersalem, tam prædestinatis, quam reprobis communem; alteram specialem & propriam quæ terminatur ad salutem propriam singulorum. Ratio: 1. sicut media omnibus ad salutem præparata sunt dispartita, alia vniuersalia & communia omnibus in natura lapsa, Christi redemptio, Sacramentorum Institutio, Verbi Diuini prædicatio, exempla Sanctorum, & his similia: in natura integra Adam caput omnium, cùm ijs adiumentis & auxilijs præditus, quibus facilè potuisset, si voluisset, in eo statu perseuerando originalem iustitiam in omnes posteros transfundere: in Repub. angelorum primus angelus à Deo constitutus, cui si reliqui obedientiam præstitissent, in accepta gratia, quam ab initio omnes acceperunt, magno cum ipsorum merito proficere potuissent, ac tandem completa via beari. Alia verò media sunt particularia & propria prædestinatorum, ac reproborum: ita duplex distinguenda est voluntas in Deo circa salutem omnium, vna terminata ad salutem omnium in communi, altera ad salutem propriam singulorum; quæ rursus subdiuiditur in voluntatem circa salutem prædestinatorum, & in voluntatem circa salutem reproborum. Porrò hoc est discrimen inter media communia præparata omnibus & media particularia collata singulis: quod illa solum consistant in causis vniuersalibus, quæ defectu applicantis non semper actu adhibentur, ad singulorum salutem operandam; quæ tamen si adhibeantur, ex se sufficientia essent, aut proximè, aut remotè ipsorum salutem operari: hæc verò consistunt in particularibus auxilijs, quæ actu conferuntur singulis, tum prædestinatis, tum reprobis ad propriam salutem consequendam; cum hoc discrimine,

28. *voluntas vniuers.*

specialis.

subdiuisio.

29. *Media communia.*

particularia

ne, quod prædestinatis conferuntur media efficacia infallibilem connexionem habentia cum fine; reprobis autem tantum sufficientia.

30. Hinc fit, vt angeli non habuerint causas communes & vniuersales in ordine ad primam gratiam, quia illam omnes acceperunt immediatè à Deo, nulla mediante causa communi præparata omnibus habuerunt tamen causas vniuersales in ordine ad gratiam conseruandam, & augendam. Hæ autem fuerunt, tum primus Angelus in ea repub. a Deo constitutus caput & Doctor reliquorum in ijs rebus, quæ ad salutem omnium, & singulorum spectabant: tum exempla bonorum angelorum, alios ad perseuerantiam & feruorem excitantium.

31. *Ad 1. sent. Augustin.* Ad 1. argum. primæ sent. & August. patet ex dictis. Ad 2. dist. antec. impossibile est, Deum aliquid velle voluntate absoluta, & illud non fieri, concedo: impossibile est, aliquid velle voluntate conditionata, & illud non fieri, nego. Quod autem possit Deus absque imperfectione talem voluntatem habere, constat ex dictis. Ex his etiam patet ad *ad exempl.* confirmationem, Ad exemplum de Abrahamo resp. disparitatem esse, quia præceptum de immolando Isaac ex natura sua non ordinabatur ad occisionem ipsius Isaac, sicut media collata hominibus suapte natura ordinantur ad finem supernaturalem. Ac proinde potuit Deus velle præceptum, absque eo quod vellet mortem Isaac: non potuit autem velle media suapte natura ordinata ad finē, non volendo simul ordinem mediorum ad finem, in talibus medijs essentialiter inclusum.

32. *Ad 1. ratio. dubitandi.* Ad 1. rationem dub. resp. Deum omnibus præparasse sufficientia media ad salutem consequendam, vnicuique statui proportionata. Quare etiamsi ad aliquos non peruenerit notitia Redemptoris, & legis Euangelicæ, poterant tamen illi per extraordinaria auxilia, naturalia quidem quoad substantiam, supernaturalia vero quoad modum, quibus Deus supra ordinarium naturæ cursum subinde præuenit & excitat mentes infidelium, seseque ad vberiora auxilia, usque ad ipsam iustificationem disponere, si voluissent. 33. *Ad 2. rat.* Ad 2. concedunt *Arimi. loco cit. & Vasq. 1. 2. disp. 96. c. 2.* huiusmodi paruulis nullum paratum esse remedium; cum hoc tamen discrimine, quod *Vasquez disp. 83. c. 5.* adhuc putet, Deum habuisse antecedentem voluntatem circa salutem illorum, eo quòd semper Deo placeat salus hominis; etiamsi destitutus sit omnibus auxilijs. Contra vero *Gregorius* censet, nullam Deū habuisse antecedentem voluntatem circa salutem illorum; cohærentiùs philosophatus; nam vbi nullus est effectus ad extra, nulla potest esse libera voluntas in Deo: at nullus est in sent. *Vasquez* talis voluntatis effectus ad extra. nam si quis esset, esset remedium aliquod his paruulis præparatum: sed tale remedium in ipsius sent. nullum est: ergo. Quod autem non possit Deo non placere salus hominis, etiam omni auxilio destituti, non probat de complacentia libera prosecutionis, sed tantum de complacentia necessariæ simplicis affectus, quā Deus habet etiam circa homines possibiles.

34. *Nec paruulis negata media sufficientia.* Nihilominus dico, neque his paruulis denegata esse media sufficientia ad salutem, ac proinde voluntate beneplaciti antecedente voluisse Deum illorum salutem. quia licet Deus in particulari, & voluntate consequente noluerit illis remedia efficacia ad salutem præparare; voluntate tamen vniuersali & antecedente, illis media ad salutem necessaria non negauit, verùm positiuè illis sufficientia media præparauit in causis vniuersalibus meritorum Christi, & Sacramentorum applicandorum per liberas voluntates hominum. Quod autem de facto illa interdum nulla possint humana industria applicari, non est ex primaria voluntate antecedente Dei, sed ex secundaria consequente, qua noluit ordinarium naturæ cursum, per quem præuidit talia media impedienda, immutare. Quia igitur talia media, in causis vniuersalibus Sacramentorum, & redemptionis Christi præparata, Deus intendit, his paruulis applicanda dependenter à libera voluntate hominum, & iuxta ordinarium naturæ cursum, verè dicitur Deus illorum salutem velle. Vnde licet sæpè illa quoad applicationem impediantur, vel a libera voluntate hominum, vel ab ordinario cursu naturæ, id tamen fit absque præiudicio voluntatis antecedentis Dei, qua tantum conditionatè, & non absolutè illa voluit.

35. *Confir.* Confirm. si nulla omninò remedia, ne in causis quidem vniuersalibus redemptionis, & Sacramentorum fuissent illis præparata, nullo modo dici posset, Christum pro illis mortuum fuisse, contra Patres: sc. non potest Christus dici mortuus pro ijs *Christus pro paruulis mortuus.* quibus nullum est suæ mortis, ac passionis remedium oblatum: nam non dicitur mortuus, nisi pro ijs, quibus potest esse causa salutis: at quo pacto posset esse causa salutis, quibus nullum relictum esset remedium salutis? alioquidici etiam posset mortuus pro malis angelis.

36. *Ad 3. rat. dubit.* Ad 3. dicitur Deus peccatores obcœcare, indurare, & in reprobum sensum tradere, non positiuè, sed permissiuè, quatenus negando illis auxilia efficacia, & non tollendo impedimenta, ex quibus ipsi propria libertate occasionem sumunt, vt obcœcentur, obdurentur; & in reprobum sensum tradantur, permittit eos obcœcari, obdurari, & in reprobum sensum tradi; interim illis sufficientibus medijs ad salutem non negatis.

37. *Ad confir.* Ad confirm. concedo, sæpe commemoratum casum contingere, vt inter ultimā excitationem, & mortem peccatoris aliquod interfit tempus, quo ille omni prorsus destituatur auxilio, sed tunc ipse sibi imputet, qui in eas angustias se coniecit, nolendo internis inspirationibus antecedentibus, quibus subinde fuit a Deo excitatus, obtemperare: quia nec Deus tenetur singulis momentis hominem excitare, vt ille verè dicatur in singulis momentis habere sufficientia media ad salutem; quia potuisset peccator acceptando inspirationem, qua fuit excitatus in vno instanti, medium sibi comparare in alio instanti; neque in singulis momentis semper offertur occasio, peccatorem excitandi. Vnde non continuò & semper, sed interpolatim, & per occasiones homo à Deo interius excitatur.

38. *Ad 4. rat.* Ad 4. neg. minor. nam etsi nemo absque dono perseuerantiæ salutem consequatur, potest tamen illam consequi, quia nemini desunt auxilia, quibus si bene vtatur, dignus fiat alijs, & alijs subsequentibus auxilijs, vsque ad ipsum finale donum perseuerantiæ. Quod etsi nemo de condigno, de congruo tamen vnusquisque adultus potest per ordinaria auxilia, quibus subinde à Deo præuenitur, & adiuuatur sibi promereri; quod indicat *Trident. sess. 6. cap. 13.* & dotet *August. de bono persen. cap. 6* *Tridene. Augustin. explicatur.*

39. Ad author. igitur *August.* dico, illum loqui non de potestate antecedente, quam vnusquisque habet ad perseuerandum, sed de potestate consequente, quam soli prædestinati habent, nam alioqui ipse docet *cit loco de bono Persene.* neminem à Deo deseri, nisi ipse prius Deum deserat. Collige discrimen inter voluntatem antecedentem saluandi eos, qui bene; & damnandi eos, qui male vsuriffunt mediis sibi à Deo collatis: nam prior voluntas est

cum

Digitized by Google

cum affectu, vt sequatur salus: posterior non est cum affectu vt sequatur damnatio, quia non eo fine media confert, vti confert vt sequatur salus.

SECTIO. II.

Quid sit Reprobatio eius an detur causa ex parte reprobi;

40. *Quid sit?* REprobatio duplex est, altera executiua effectum ponens in ipso reprobo; altera intentionalis in mente reprobantis existens Est autem hæc actus Diuinæ voluntatis, à regno excludentis, & ad pœnam peccatorem destinantis ob præuisa ipsius demerita. Differt autem à prædestinatione, quod reprobatio non dicit absolutè in Deo voluntatem mediorum, sed tantum finis; cùm enim hæc sint peccata ipsa reprobi, nequit Deus velle absolutè media reprobationis, sicut absolutè vult media electionis. Controu. an ex parte reprobi detur causa reprob.

41. *1. Sent.* Prima sent. aliquorum Thomist. affirmantium Deum absoluto suo decreto, ante vllam præui, sam culpam quosdam excluisse à regno. Prob. 2. ex illo *ad Rom. 9. Antequam boni, aut mali aliquid egissent &c. Iacob dilexi. Esau autem odio habui.* Igitur reprobatio Esau facta est ante ipsius præuisam culpam 2. *ibid.* dicitur Deus sustinuisse *vasa iræ, apta in interitum*, ad ostendendas *diuitias gloriæ suæ, in vasa misericordiæ.* Id confirmat tum exemplum de figulo, quod *Paulus ibid.* affert, potestatem habente de eâdem massâ facere vasa in honorem, & in contumeliam: tum de Pharaone, quem dicitur Deus excitasse ad ostendendam in eo virtutem suam. Ex quibus colligitur, primariam voluntatem Dei fuisse ad reprobandum, vt ostenderet virtutem; & diuitias gloriæ suæ. 3. Si reprobationis daretur causa ex parte adultorum, in eorum potestate esset, reprobari, & non reprobari: ergo in eorum etiam potestate esset, prædestinari & non prædestinari. Conseq. prob. quia omnis non reprobatus necessariò est prædestinatus; sicut omnis prædestinatus necessariò est non reprobatus: at in nullius potestate est, prædestinari; ergo in nullius potestate erit, reprobari.

42. *Prob. ratione.*

Granad. Ab hâc sent. non discrepat *Granad. 1. p. tr. 6. vt seq. sect.* Secunda *Scoti in 1. dist. 41. §. potest aliter*, & *§. contra istud*, distinguentis duplicem reprobationem, negatiuam, & positiuam, seu punitiuam; prioris docet nullam dari causam ex parte reprobi; eo quòd nulla dari potest causa primæ permissionis in peccatum; dari verò causam posterioris: quia ex *August. non prius Deus est vltor, quam homo sit peccator.* Vndè hæc signa distinguit in mente Diuina, 1. in quo negatiuè se habuit circa gloriam reproborũ. 2. in quo negatiuè se habuit circa gratiam congruam. 3. in quo positiuè permisit reprobum in peccatum labi. 4. in quo præuidit reprobũ cùm peccato finali. 5. in quo iustè illum à gloriâ exclusit, & ad pœnã destinauit.

43. *2. Sent. Stoicis.*

Signa 5.

44. *1. Sent.* Tertia docet, dari causam reprob. in reprobo, eamque esse peccatum originale in vnoquoque contractum. Fundam. *infrà* Controuersiæ decisio pendet ex ijs quæ de Prædestin. *suprà*. Vnde.

45. *Nemo excluſus effic. ante præuiſa demerita.* Certum 1. neminem fuisse à gloriâ efficaciter exclusum, siue hæc sit positiua ad pœnam destinatio, siue negatiua à regno exclusio, donec fuerint eius demerita præuisa. Prob. 1. si Deus ex se ante vlla præuisa demerita efficaciter hominem à gloriâ exclusisset, contra scripturam diceretur Deus ex se velle mortem peccatoris, in eiusque perditione delectari; non secus ac dicitur velle gloriam prædestinati, in eiusque salute delectari. Nec scriptura intelligi potest de solâ destinatione ad pœnam, non autem de exclusione à regno. Nam mors animæ formaliter consistit in ipsâ priuatione vitæ supernat. hæc autem in beatitudine essentialiter consistit. Vnde pueri cum solo orginali decedentes, verè dicuntur damnari, & mortem spiritualem incurrere. Prob. 2. non solùm quoad executionem fit positiua destinatio ad pœnam ex proprijs demeritis, sed etiam ex ijsdem fit negatiua exclusio à regno, vt constat ex illo *Matth. 25. Discedite à me*: en negatiua exclusio à regno. *In ignem æternum*: en positiua destinatio ad pœnam *Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare*: en vtriusq; reprob. causa Igitur etiam quoad intentionem facta est reprobatio ex præuisione demeritorum. nam si hoc probabile est de prædestin. ad gloriam, longè probabilius erit de prædestin. ad pœnã, quæ culpâ supponit. Confir. si Deus ex se pœnam voluisset, siue positiuam sensus, siue negatiuam, damni, non posset velle media ad salutem necessaria affectu saluandi, sed tantùm iustè puniendi; quia eadem voluntate amantur media, quâ amatur finis. 46.

47. *Exclusionis à gratia efficaci nulla causa.* Certum. 2. exclusionem à gratiâ efficaci, saltem in angelis, nullam suppositisse causam: quia licet sæpè Deus in pœnam præcedentis peccati neget auxilium efficax, quo euitaretur subsequens peccatum, tamen ad negandam gratiam efficacem, quâ euitaretur primum peccatum, nullam saltem in angelis supponit causam, quia ante primum peccatum nullũ aliud supponitur. Nec dici potest negari gratiam efficacem ob futurum peccatum: quod ex negatione talis gratiæ sequeretur: nam cùm tale peccatum, saltem per accidens, vtq; ex remouente prohibens sequatur ex negatione talis gratiæ, nequit propter illud talis gratia negari, alias eadem gratia supponeretur negata, quatenus ex eius negatione sequeretur peccatum; nõ supponeretur negata, quatenus illa negaretur ob subsequens peccatum. Vnde eadem negatio gratiæ esset causa, & effectus quamuis per accidens, respectu subsequentis peccati. Quâ de causâ nequit eadem gratia retribui propter bonum vsum ipsius gratiæ futurum; quia eadem supponeretur, & non supponeretur donata. Dixi *saltem in angelis*: nam in hominibus etiam ad primã gratiam negandã habuit Deus sufficientem causam, ipsum scilicet peccatum protoparentis, in quo teste *Fulgentio*, omnem sanctam & piam cogitationem amisimus.

Saltem, in angelis

48. *Quæstio de nomine.* His adnotatis contrauersia supereest: an reprobatio dicenda sit incipere à negatione gratiæ efficacis, sicut predestinatio à præparatione congruæ vocationis: an potiùs ab ipsâ exclusione à gloriâ, & destinatione ad pœnam? Nam si cum nonnullis affirmemus, illam incipere à negatione congruæ vocationis: tunc dico, reprobationem saltem in angelis nullam ex parte reprobi supponere causam, sicut prædestinationem ex parte prædestinati: eo quòd negationis primæ vocationis congruæ, quæ cum reliquis annexa totam reprobationis seriem intexit, ex parte reprobi non datur causa: sicut nec ex parte prædestinati primæ vocationis congruæ, quæ cum reliquis connexa seriem prædestinationis integrat. Si verò cum alijs asseramus, reprobationem incipere ab ipsâ exclusione à gloriâ & destinatione ad pœnam: tunc pronunciandum erit, reprobationis quidem dari causam ex parte reprobi, quæ sunt 1. ipsa demerita finalia in adultis præuisa, & originale in paruulis contractum & non deletum; prædestinati. quia reprobatio incipit ab

Reprobatio incipit ab effic. exclusa gloria.

Digitized by Google

pit ab efficaci exclusione à gloriâ, & destinatione ad pœnam, quæ demerita supponit ex parte reprobi: prædestinatio verò non incipit ab efficaci electione ad gloriam, quæ destinationi ad pœnam respondet, & causam supponit, nempe propria merita ex parte prædestinati, sed à primâ vocatione ad gratiam efficacem, cuius vocationis nulla supponitur ex parte prædestinati causa; ideò nec prædestinationis.

49. *Prædestin. à 1. vocat. congrua.* Cæterùm maior ratio, cur prædestinatio incipiat à primâ vocatione congruâ, non autem reprobatio à negatione eiusdem ea est, quia gratia congrua datur à Deo intentione consequendæ beatitudinis: contrà verò negatio illius non datur intentione incurrendi pœnam: atque adeò illa connexa cum fine integrat eandem seriam prædestin. hæc verò, quia cum fine non connectitur, neque per se, eo quòd illa per se ad talem finem non ordinatur, nisi tantùm per accidens: neque ex intentione Dei, quia Deus non excludit à gratiâ efficaci, vt excludat à gloriâ; sicut eligit ad gratiam efficacem, vt eligat ad gloriam, sed ob alios fines, ideò non videtur per se ipsam reprobationis seriem ingredi. Atque hoc modo sumpta reprobatio, & prædestinatio non adæquatè sibi opponuntur.

50. *Ad primum. i.* Ad argu. primæ, vel illud intelligitur de reprobatione à gratiâ efficaci vel de virtuali reprobatione à gloriâ, inclusâ in formali reprobatione à gratiâ, efficaci; vel etiam de ipsâ reprobatione formali à gloriâ post præuisa demerita. Et tunc verba illa, *antequam aliquid boni aut mali egissent*, explicanda sunt, non in ordine ad diuinam præscientiam, sed in ordine ad temporalem executionem. Reliqua verò intelligenda sunt, non de voluntate antecedente, sed consequente, & permissiuâ, quâ Deus negando gratiam efficacem, dicitur obdurare & obcœcare.

51. *Ad rationē* Ad rationem resp. si reprobatio incipit ab exclusione à gratiâ, neg. antec. est enim eadem ratio, quæ de prædestin. nam sicut in nostrâ potestate non est, congruâ vocatione præueniri, ita in nostrâ potestate non erit, à congruâ vocatione eludi: & consequenter, sicut in nostrâ potestate non est prædestinari; ita nec reprobari, vt reprobari dicit exclusionem à vocatione congruâ. Si verò reprobatio incipit ab exclusione à gloriâ tunc conced. antec. neg. conseq. sic enim reprobatio incipit à formali exclusione à regno, quæ decernitur dependenter à futuris nostris demeritis; prædestinatio verò à primâ vocatione congruâ, quæ independenter à nostris meritis decernitur. Et quia, ob assignatam rationem, reprobatio incipit à formali exclusione à gloria: prædestinatio verò ab ipsâ electione ad gratiam, simpliciter dico, in nostrâ potestate esse reprædestinari, & non prædestinari.

In nobis nS est congrua vocat præueniri, nec ab illa excludi.

52. Ad prob. conseq. disting. maior, omnis non reprobatus à gratiâ efficaci est prædestinatus ad gratiam efficacem, concedo; eo quòd nequit Deus esse suspensus in suo actu: omnis non reprobatus à gloriâ formaliter, eo ipso est electus ad gloriam formaliter, nego; quia potest esse, vel reprobatus à gloriâ tantùm virtualiter, vel electus ad gloriam tantùm virtualiter, per formalem exclusionem, vel electionem ad gratiam efficacem. Vnde potest non reprobatus à gloriâ formaliter, reprobari à gloriâ formaliter, propter ipsius præuisa demerita sicut non prædestinatus ad gloriam formaliter, prædestinari potest ad gloriam formaliter, propter ipsius præuisa merita.

53. *Dices.* Dices. Reprobatus à gloriâ efficaci necessariò est reprobandus à gloriâ formaliter: sed in nostrâ potestate non est reprobari à gratiâ; ergo nec à gloriâ formaliter. Resp. neg. maior, nam reprobatio à gratiâ efficaci non infert ex se formalem reprobationem à gloriâ, sed tantùm vi libertatis creatæ: nam etiam negatâ gratiâ efficaci posset creatura vi gratiæ sufficientis saluari, atque adeò ad gloriam eligi. Quod autem infallibile sit, hominem exclusum à gratiâ efficaci, excludendum etiam esse à gloriâ, non prouenit formaliter, & per se ex se vi negationis gratiæ efficacis, sed ex vi præscientiæ Diuinæ; libertatem à creaturis non tollit, sed supponit. *Resp.*

SECTIO. III.

Quinam sint effectus Reprobationis?

54. *Duo ad esse tur re probi quisita* VT aliquid sit effectus reprobationis duo requirit, & quod sit effectus. Dei reprobantis, ac destinantis peccatorem ad pœnam æternam; & quod aliquo modo influat in supplicium æternum. Cùm enim reprobatio sit actus Dei, quo reprobum destinat ad supplicium æternum, non secus ac prædestinatio est actus, quo prædestinatum destinat ad gloriam æternam; sicut ad effectum prædestin. requiritur, vt sit effectus Dei, & vt aliquo modo conferat ad consecutionem gloriæ; ita ad effectum reprob. necessarium est, vt sit effectus Dei, & vt aliquo modo conducat ad ipsam pœnæ inflictionem. Quo fit, vt peccata reproborum nequeant esse effectus reprobat. cùm nequeant peccata esse effectus Dei. De reliquis verò est eadem fere difficultas, quæ de effectibus prædestinationis, vnde eodem modo examinandi sunt.

55. *1. Sent. Fundam.* Prima sent. affirmat non solùm ipsam æternæ pœnæ destinationem, sed etiam omnia mala pœnæ in hâc vitâ inflicta, permissionem quoque peccati; nec non dona omnia tam naturalia, quàm supernat, reprobo collata, esse effectus diuinæ reprobat. *Granad. 1. p. toto tract. 6.* quia hæc omnia in reprobis habent duas illas conditiones, ad effectum reprobat. requisitas; 1. sunt effectus actûs Diuini reprobantis; nam ad hoc non est necesse, vt primario fine sint à Deo intenta propter damnationem ipsorum reproborum, sed tum ad ostendendam iustitiam suam erga reprobos, tum ad ostendendam misericordiam erga electos: at positâ scientiâ conditionatâ, qua præuidit angelos & homines finaliter peccaturos, adhuc potuit illos velle condere, eisque sua dona tam naturalia, quàm supernaturalia communicare, vt in illis ostenderet iustitiam; & misericordiam suam: hic enim finis honestus est, & Deo maximè conuenientes. 2. omnia, quæ sunt in reprobo, aliquo modo in ipsius damnationem influunt; vt testantur *Chrysost. Hom. 15. ad Roma. cap. Augustin. lib. Soliloq. cap. 28.* sicut prædestinatis omnia cooperantur in bonum; & sicut creatio est necessaria in prædestinatis, vt circa illos exerceatur Diuina misericordia; ita necessaria est in reprobis, vt circa illos exerceatur Diuina iustitia. addet eximia naturæ pulchritudo, aliorumque bonorum affluentia sæpè reprobis est occasio ruinæ, & mortis æternæ. & specialiter damnati in inferno dolebunt, quòd tot, ac tantis naturæ & gratiæ donis fuerint abusi.

Pr. de omnib. malis.

57. *Pr. de omnib. donis.*

58. *2. Sent.* Secunda docet, effectus reprobationis exclu-

sio em

nem à gloriâ, & permissionem peccatorum, vel personalium, vt in adultis; vel originalis vt in paruulis: est aliquorum *Thomist.* quos tacito nomine citat *Vasq. 1. p. disp. 95. c. 1.* Fundam. idem est ordo reprobationis, & prædestin. sed effectus prædestin. sunt electio ad gloriam, & gratiam: ergo oppositi effectus reprob. erunt exclusio à gloriâ, & à gratiâ.

Fundam.

59. *3. Sent.* Tertiò duplex reprobatio, positiua, negatiua, 1. est positiua exclusio à gloriâ, & destinatio ad pœnam æternam. 2. est negatiua exclusio à gloriâ, & à gratiâ. Prioris effectus ipsa executio destinationis ad pœnam æternam; posterioris ipsa permissio peccati: *Scoti in 1. dist. 41. q. vn. §. potest: Suarez lib. 5. de reprob. c. 7.* Fundam. prioris; destinatio ad pœnam nõ est de se bona, nisi vt iusta; non est autem iusta, nisi præsupponat culpam: igitur antequam Deus excludat positiuè aliquem à gloriâ, & destinet ad pœnam, præcedere debet finale peccatum ipsius. Igitur sola executio destinationis ad pœnam æternam, est effectus positiuæ reprob. quia effectus debet supponere causam, à quâ proficiscitur: at sola destinatio ad pœnam, & positiua exclusio à gloria, supponit in Deo actum positiuè reprobantem; nam permissio peccati antecedit, non subsequitur eum actũ; cùm ex præuisione finalis peccati, & à fortiori ex præuisione permissionis peccati, Deus positiuè excludat à gloriâ, & destinet ad pœnam.

positiua reprob. negatiua.

60. Fundam. poster. sicut Deus ex se negatiuè excludit à gloria ante vlla præuisa demerita; ita quidquid ex vi talis actus negatiuè reprobantis sequitur, est effectus ipsius, eo modo quo dici potest effectus negationis.

61. *Executio pœnæ vnius effectus reprob.* Dico, nullum dari effectum reprobationis, præter ipsam executionem æternæ pœnæ. Fundam. vt aliquid sit effectus reprob. debet procedere à voluntate excludendi ipsum reprobum à gloriâ: sed in Deo nulla est voluntas excludendi aliquem à gloriâ, nisi post ipsius finalia peccata præuisa, vt suprà; igitur nullus datur effectus reprob. præter executionem æternæ pœnæ: nam sola hæc supponit in Deo voluntatem excludendi reprobũ à gloriâ, reliqua antecedunt; vnde non possunt esse effectus reprob. quia hic debet supponere voluntatem reprobandi, vt causam, ex quâ immediatè proficiscitur. Maior prob. vt aliquid sit effectus prædestin. debet procedere ex voluntate intendente gloriam: ergo vt aliquid sit effectus reprob. debet procedere ex voluntate intendente exclusionem à gloriâ, cùm par sit vtriusque ratio.

62. *Nullum bonum* Deducitur 1. nullum bonum naturale vel supernat. esse in reprobo effectum reprobo ex intentione excludendi illum à gloriâ, vel destinandi ad

63. *Nulla permissio pec.* pœnam. 2. Nulla permissio peccati est effectus reprob. quia omnis permissio peccati antecedit peccatum: sed Deus nullam habet voluntatem excludendi aliquem à gloriâ, vel destinandi ad pœnam ante præuisum ipsius finale peccatum: igitur nullius peccati, ne finalis quidem permissio potest esse reprob. effectus: procedere enim debetet ex intentione aliquâ excludendi à gloriâ vel destinandi ad pœnam: & nulla in Deo assignari potest intentio huius modi ante præuisum finale peccatum: scilicet omnis permissio peccati antecedit finale peccatum, post quod, & non ante, assignatur in Deo intentio excludendi à gloriâ, & destinandi ad pœnam. 3 Neque permissio peccati orig. cum quo ex hâc vitâ decedunt paruuli, est effectus eorum reprobationis quia neque illos Deus à gloriâ excludit, nisi post præuisum ipsorum originale finale, vnde falsum existimo, quod *Vasquez* docet, permissionem peccati originalis in paruulis, quibus nullâ humanâ industriâ applicari potest remedium salutis, esse effectum eorum reprobationis, eo quòd existimet, hos paruulos fuisse à gloriâ excluſos ante præuisum originale in ipsis contractum, per solam præuisionem eiusdem orig. in capite. Alioqui non potuisset Deus eis gloriam velle, quod etsi ipse cohærenter concedat, ego falsum puto; aliàs voluntas saluandi in Deo non se extenderet ad omnes.

64. *nec permissio origin.*

65. *An in potest hom. sit prædest.* 4. sicut non est in liberâ potestate hominis prædestinari, vel non prædestinari, si præuestinari includat electione ad primam gratiam, secus si tantùm dicat electionem ad gloriam; ita nec est in potestate eiusdem reprobari, vel non reprobari, si reprobari accipiatur pro exclusione à primâ gratia congrua, secus si sumatur pro exclusione à gloria, & destinatione ad pœnam æternam. Primũ constat, scilicet non esse in nostra libertate, ea gratia præueniri, quæ præuisa est in nobis habitura effectum; ita neque ea gratia, quæ præuisa est non habitura effectum. Dices; in nostra potestate est efficere, vt Deus eam gratiam, quam præuiderit habituram effectum in nobis, præuiderit non habituram effectum in nobis; & è contrà. Igitur in nostra potestate est prædestinari ac reprobari. Resp. neg. conseq. nam præuestinati, & reprobari significant actum Dei, nobis congruam gratiam præparantis, vel ab ea excludentis non ipsam liberam cooperationem nostram.

66. *Dices* *Resp.*

67. *an reproba.* Secundum prob. prædestinatio, & reprobatio prout dicunt electionem, vel exclusionem à gloria, supponunt in nobis liberam potestatem consequendi, vel amittendi gloriam per nostra libera merita, aut demerita. Cæterùm, quia vsitato modo sentiendi, & loquendi Scholast. prædestinari sumitur, non solùm pro electione ad gloriam, sed etiam ad gratiam: reprobari verò pro exclusione tantùm à gloria, & destinatione ad pœnam æternam, abiolutè dico, in potestate hominis non esse prædestinari vel non prædestinari; esse tamen in potestate hominis reprobari vel non reprobari, vt *suprà*.

Nota

68. *Ad fund.* Ad fundam. primæ, nego antec. dona enim naturalia ac supernat. permissio peccati in reprobis non sunt à Deo intentione excludendi à gloriâ, & destinandi ad pœnam æternam, quæ est conditio requisita ad effectum reprob. vti intentio hæc ipsa conferendi prædestinato ad eligendum illum ad gloriam, est conditio requisita ad effectum prædestin. Allata autem testimonia ex *Chrysost. & August.* non sunt ad rem: nam possunt omnia dona collata reprobis cooperari illis ad malum, etiamsi non sint effectus reprob. quatenus sunt illis occasio peccandi, peccata verò sunt proxima ratio mouendi Deum ad eos reprobandos, & à gloria excludendos. Ex his patet ad reliquas prob. Ad fundem, secundæ, neg. maior. Non enim idem est ordo prædestin. & reprob. cùm Deus ad gratiam prædestinet intentione beandi; à gratia verò efficaci non reprobet intentione damnandi. Ad fundam. tertiæ, quoad positiuam exclusionem gloria conuenit cum nostra sententia, quoad negatiuam refutata est.

69. *Ad fund. 2.*

70. *ad fund. 3.*

71. *Nota*

Vltimò adnota, totam hanc doctrinam de prædestinat. & reprob. applicari posse angelis. nam etiam boni angeli electi sunt ad gloriam, dependenter ab ipsorum meritis præuisis: sicut & mali destinati sunt ad pœnam, dependenter ab ipsorum præuisis demeritis. Præterea electi sunt ad gratiam, independenter ab eorum meritis. Verùm hoc habent angeli, quod non habent homines, quòd illi omnes admissi sunt ad primam gratiam congruam, licet non omnes electi

Angel.

Digitized by Google

sit ad congruam finalem, nisi soli prædestinati. Homines verò, ne ad primam quidem gratiam congruam admissi sunt omnes, cùm multi ex hâc vitâ decedant, etiam adultâ ætate cum originali.

Hactenus demonstratum est, Deum nullam erga reprobos voluntatem habuisse destinandi ad pœnam ante eorum præuita peccata; idque ex concil. Valen. his verbis: *Fidenter fatemur prædestinationem electorum ad vitam, & prædestinationem impiorum ad mortem in electione tamen saluandorum, misericordiam Dei præcedere meritum bonum, in damnatione autem perituroru, meritum malum præcedere iustum Dei iudicium.* Intelligit autem hic concilium per prædestinationem totam seriem beneficiorum, ante quam nullum præcedit ex parte prædestinati meritum, sed sola ac mera Dei liberalitas.

72. *Expressa auctoritas concilij in Gallia an 855. sub Leone IV.*

73. *Dices.* DICES: si prædestinatio hic sumitur pro tota seriè beneficiorum, quæ prædestinationem complent, vti sunt prima gratia congrua cum reliquis subsequent. auxilijs, & vltima electio ad gloriam; etiam damnatio sumi debet pro tota serie eorum, quæ damnationem integrant, ac proinde includere debet primæ gratiæ congruæ negationem, & vltimam æternæ pœnæ inflictionem: & tunc sicut ante totam seriem prædestinat. nullum præcedit ex parte prædestinati meritum, ita nec ante totam damnationis seriem vllum ex parte reprobi demeritum; & consequenter nullum erit inter prædestinationem & damnationem discrimen; contra concilium assignans ex parte prædestinationis, Dei misericordiam; ex parte reprobi, demeritum. *Resp.* hoc pendere ex ijs, quæ *supra num.* 48. & 49. eò quòd vsitato nomine reprobationis seu damnationis intelligi soleat voluntas excludendi à regno, & destinandi ad pœnam, quæ reprobi demerita supponit: contra verò, vsitato nomine præ. destinat. intelligi soleat, etiam electio ad primam gratiam congruam, quæ nullum prædestinati meritum supponit: cuius diuersitatis ratio ibi assignata est. Atque hoc sensu rectè verificatur assignatum concilij discrimen, quòd ante prædestinationem nullum præcedat præpestinati meritum, sed pura Dei misericordia, gratis nobis primum auxilium conferentis: contra verò, ante damnationem ex communi vsu sumptam pro voluntate excludendi à gloria & destinandi ad pœnam, reprobi demerita præcedant:

Resp.

74. *Quæstio de possibilitate.* Supereſt quæstio, An saltem de possibili potuerit Deus ante vlla præuisa reproborum demerita, eos positiuè ad pœnam destinare, eo prorsus modo, quo secundùm aduers. Deus ante vlla præuisa prædestinatorum merita, efficaciter eos ad gloriam elegit. Negant absolutè aliqui: affirmant tantum sub probabilitate alij. Ego nullam video huius rei implicantiam: non ex parte reproborum: nam supposita scientia media, qua Deus certò nouit demerita eorum sub conditione futura, nulla est repugnantia, quin cum sufficientibus auxilijs liberè sint in peccata prolapsuri. Sola ergò repugnantia esse posset ex parte Dei, seu infinitæ bonitatis, vt ante præuisa demerita hominem ad pœnam destinet: 1. quia volendo ex se efficaciter pœnam, simul vellet peccatum, quod pœna supponit: 2. tali volentate in Deo posita, non posset sufficientia auxilia conferre reprobis ex affectu salutis, sed damnationis nam media dantur ex affectu finis, qui esset damnatio. 3. derogat summæ veracitati & sinceritati Dei, ostendere, se habere voluntatem saluandi reprobum, dando illi sufficientia auxilia ad salutem consequendam; & efficaciter nolle illum saluare, per antecedentem voluntatem efficaciter illum à gloriâ excludendi, & ad pœnas destinandi. Confir. Destinare hominem ad æternas pœnas ante præuisum peccatum, sapit crudelitatem & atrocitatem.

Probat. 1. 2. 3.

confir:

At negandum est, id diuinæ repugnare bonitati, cùm neque in eâ hypothesi peccatum sequeretur vi voluntatis diuinæ; sed humanæ; nam adhuc eâ hypothesi data, voluntas humana haberet sufficientem potestatem vitandi singula peccata, per sufficientia auxilia sibi præparata. Quare ad 1. prob. neg. maior. nam ex eâ tantum sequeretur, Deum permissurum peccatum, vt præced. disp. volendo ex se pœnitentiam antecedenter ad peccatum absolutè futurum, non sequi, Deum voliturum, sed tantùm permissurum peccatum: quando enim peccatum non sequitur ui decreti diuini, sed voluntatis humanæ, non dicitur Deus sed homo velle peccatum, solumque Deus dicitur illud permittere; quia cum possit efficaci auxilio impedire, non impedit: neque id propterea ei vitio imputatur, cùm ad id non teneatur. Ad 2. concedo, tali casu Deum non daturum auxilia sufficientia reprobo ex affectu formali & efficaci, sed tantùm virtuali & inefficaci salutis: sicut nec de facto dat reprobis auxilia sufficientia ex voluntate formali & efficaci sed tantum virtuali & inefficaci, necessariò inclusâ in ipsâ collatione mediorum per se ad salutem ordinatorum. Nec repugnat, Deum habere has duas voluntates ex se, alteram formalem & efficacem damnationis, alteram virtualem & inefficacem salutis: sicut mercator habet voluntatem formalem & efficacem proijciendi merces, ex affectu seruandi vitam; & inefficacem eas non proijciendi, ex affectu erga illas. Cæterum etsi eo casu Deus sufficientia auxilia non daret reprobo ex formali & efficaci voluntate salutis, haud tamen daret ex affectu damnationis vt finis proximi & immediati, sed ex affectu suæ iustitiæ vindicatiuæ manifestandæ, quam eo casu haberet pro immediato fine, ad cuius executionem assumeret vt proximum medium, destinationem ad pœnam ex peccatis scientiâ conditionatâ præuisis: quia cùm sit supremus Dominus, potest quodcunque mediũ, quod per se malum non est, assumere ad sua attributa manifestanda: destinatio autem ad pœnam, etsi peccatum supponat, peccatum tamen non est. Ad 3. concedo eo euentu Deum per collationem auxiliorum sufficientium ostensurum se habere voluntatem inefficacem virtualem salutis, & simul efficacem formalem damnationis: nego, hoc derogare eius veracitati, vel sinceritati: cui id tantũ derogat, quod foris significatur, intus non intenditur; quando vnũ dicitur, & aliud intenditur. Deus quod foris ostendit, intus etiam intendit; ostendit enim & per collationem auxiliorum sufficientiũ virtualem voluntatẽ inefficacem salutis, & per inflictionem pœnæ, formalem voluntatem efficacem damnationis: vtrumque autem intus intendit. Ad confir. nego maior. Deus enim ratione supremi dominij, quod in res omnes à se conditas habet, potest absq; vllà crudelitatis, aut atrocitatis nota, ijs vti ad suam gloriam manifestandã ac promouendam, cùm longe præstantius sit diuinæ gloriæ manifestatio promotioque, quàm possit esse malum quodcumque supplicium creaturæ illatum. Quo fit, vt non modò possit Deus ad propriæ iustitiæ vindicatiuæ ostensionem, hominem ad infernum per modum supplicij ante ipsius peccati absolutã præuisionem destinare, verum etiam ad supremi sui dominij manifestationem eundẽ ad infernum, per modũ cruciatus absq; peccato æternũ addicere. Nec est eadem ratio de ho-

75. *Conclusio*

Ad 1. prob.

76. *Ad 2.*

Duplex voluntas Simul in Deo.

77. *Ad 3.*

78. *Ad confir.*

Deus nullam habet in creaturis limitationẽ dominij.

Digitized by Google

de homine, qui limitatum in rebus dominium habet, vt non nisi ex causâ possit illis vti. Confir. In ordine ad dominium Dei eodem modo se habet creatura irrationalis, ac rationalis, cùm non minùs vna, quàm alia perfectè subijciatur ipsius potestati: sed absque vllâ crudelitatis notâ potest creaturam irrationalem, eam æternum conseruando, æternum cruciare; ergo & rationalem.

Confir.

DISPVTATIO XVII.

An in Deo sit potentia distincta ab essentiâ &c.

1. DVPLEX est potentia, teste *Philos. 5. Metaph. cap.* 12. actiua & passiua; illa definitur, *principium transmutandi alterum, in quantum alterum*; hæc *transmutandi ab altero in quantum altero*. Hanc à Deo abesse, euidenter ostendit perfectio actûs puri, quæ omnem potentialitatem, cum quâ necessariò codiuncta est potentia passiua, à Deo remouet: illa, cum sit perfectio simpliciter simplex, nullam includens imperfectionem, omninò Deo concedenda est. Cæterùm potentia actiua in Deo considerari potest, vna ad intra, altera ad extra; & ad intra, vna respectu actuum notionalium, altera respectu actuum essentialium. Prior, cùm distinguatur realiter à termino producto, habet veram & propriam rationem potentiæ. Posterior, cùm non distinguatur ex naturâ rei ab actu, respectu cuius dicitur potentia (non enim intellectus & voluntas in Deo ex naturâ rei distinguuntur ab intellectione & volitione) non videtur illi propria ratio potentiæ competere; nam hæc ex definitione, requirit realem distinctionem à termino producendo.

Actiua

ad intra

2. Quare dico, respectu actuum essentialium non esse in Deo potentiam propriè dictam; quia hæc postulat talem distinctionem à termino producendo. An autem respectu huiusmodi actuum sit saltem perfectio potentiæ actiuæ, esto non sit cum reali distinctione termini? Ratio dub. vt in Deo sit aliqua perfectio formaliter, non est necesse, vt illa sit ex naturâ rei distincta ab alijs: Igitur etiamsi intellectus, & voluntas in Deo non distinguantur ab intellectione, & volitione, adhuc non repugnat, in Deo esse ipsam perfectionem potentiæ intellectiuæ, & volitiuæ. Confirmat. distinctio supra positiuam perfectionem rei non addit, nisi solam limitationem in se, & diuisionem ab alio, quæ supra positiuam entitatem rei non addit, nisi puram negationem.

2. respectu actuum essent. non est propriè potentia.

3. Pro explicatione; duplex perfectio est in potentiâ cognitiuè, & volitiuâ, altera percipiendi & appetendi obiectum, altera producendi actum. priorem habent intellectus & voluntas Diuina, etiamsi non distinguantur ab intellectione, & volitione. nam quantò magis potentia est idem cum actu, tantò magis est perceptiua, & appetitiua obiecti; hanc enim perfectionem participat potentia in ratione causæ formalis, vel quasi formalis; quæ quò magis est idem cum subiecto, eò magis participatur à subiecto. Posteriorem habere non potest; nam hæc consistit in virtute productiuâ actûs, cuius si productio implicat, implicabit & virtus productiua actus. Cùm igitur implicet productio actus intellectionis & volitionis Diuinæ, implicabit & virtus actus Diuini, defectu cuius virtutis productiuæ non potest dici,

3. est perfectio intellig. appetendi.

non producendi actum

in Deo esse potentia actiua intelligendi, aut volendi; nam hæc essentialiter importat virtutem producendi actum, ex definitione. Hinc tamen non sequitur, aliquam perfectionem deesse Deo; quia, cùm hæc includat imperfectionem; nempè distinctionem potentiæ ab actu, non est perfectio simpliciter simplex, & consequenter nec Deo concedenda.

4. Controuersia est de potentiâ actiuâ ad extra, quam primò certum est, inesse Deo: nam hæc perfectionem dicit sine imperfectione. Cùm enim Deus sit quo melius, excellentiusque excogitari non possit, tribuendum est illi *esse* omnium perfectissimum: tale est *esse* illimitatum in omni genere perfectionis cum virtute producendi, quidquid contradictionem non implicat: quia posse se ipsum communicare est aliqua perfectio, quam non habet, qui se ipsum communicare non potest. 2. certum est, quidquid recentiores aliqui opinentur, hanc potentiam nullum includere ordinem realem ad creaturas, licet concipi non possit sine creaturis, non propter respectum realem ad illas, sed propter essentialem connotationem earum, fundatam in essentiali dependentiâ ipsarum à Deo, vt à primo ente. 3. certum est, posse euidenti discursu demonstrari, hanc potentiam esse in Deo: licet enim controuersum sit, an naturali ratione constet, in Deo esse omnipotentiam respectu cuiuscunque contradictionem non inuoluentis, tamen nemo dubitat, potentiam actiuam vt sic, ex effectibus creatis in Deo euidenter concludi; scilicet esse vnum principium primum productiuum rerum omnium, seu vnum primum ens cum aliqua potentiâ actiuâ producendi omnia. 4. certum est, huiusmodi potentiam non distingui ex naturâ rei ab essentiâ Diuinâ, reliquisque attributis; hæc sit perfectio absoluta communis omnibus diuinis personis; nam ea tantùm in Deo ex naturâ rei distinguuntur, quæ relatiuè opponuntur. Sola igitur controuersia superest, an ea virtualiter cum aliquo fundamento in re distinguatur ab essentia, cæterisque attributis Diuinis.

4. Potentia actiua ad extra inest Deo.

nullum dicit ordinem ad creat.

demonstratur potest.

non distingu. ab essent. ex natura rei. an virtualiter.

5. PRIMA sententia negat, potentiam in Deo distingui ab essentiâ, & reliquis attributis. quia potentia Dei est eminentialis causa omnium possibilium: hanc autem perfectionem habet Deus ratione solius essentiæ; scilicet vt sit virtus illimitata in omni genere perfectionis; qualis debet esse potentia Dei respectu omnium possibilium.

1. Sent. neg.

6. SECVNDA affirmat, potentiam productiuam ad extra non solùm distingui ab essentiâ, sed à reliquis etiam attributis intellectus, & voluntatis: *Durand. in 1. distin. 38. quæst. 1. Aureo. dist. 42 art. 2. propos. 2. Rubio. quæst. 1. art. 1. Suarez. lib. 3. de attribut. cap. 6. num. 2. Zumel 1. part. quæst. 25. art. 1. disp. vni. concl. 3.* Probant 1. quòd illa distinguatur ab essentiâ. nam essentia secundùm explicitam rationem suam importat solam rationem essendi, vt constitutiuam Deitatis in ordine ad se: potentiâ actiua importat principium productiuum creaturarum ad extra. Quòd ab intellectu & voluntate, probant 2. illud habet formalem rationem potentiæ actiuæ ad extra in Deo à quo immediatè manant effectus creati; illa enim est immediatum principium effectus: sed effectus creati non manant immediatè ab intellectu & voluntate, sed à virtute productiuâ, ratione distinctâ ab intellectu & voluntate: nam ab illâ ratione manat immediatè effectus, quæ continet virtualiter effectum,

2. affir.

Aureolus. Rubio. Durandi. Suarez. Zumel.

distin. ab essent.

ab intell. & volun.

Digitized by Google

cùm debeat effectus in causâ contineri: at intellectus & voluntas non continent virtualiter effectus creatos, nam ea ratio continet virtualiter effectum, quæ habet aliquam similitudinem in essendo cum ipso effectu; cùm omnis productio fieri debeat per aliquam assimilationem producti ad producentem, & hoc ideò, quia omnis productio est aliqua participatio esse ipsius producentis, quod producens mediâ actione communicat producto. Sed quod habet similitudinem in essendo cum effectibus producibilibus non est intellectus, & voluntas, sed ipsa essentia Dei, vt illimitata in omni genere perfectionis possibilis, quæ quatenus supra rationem essendi addit vim productiuam, induit formalem rationem potentiæ. quia intellectus, & voluntas secundùm explicitam rationem non important perfectionem illimitatam in totâ latitudine essendi. Quòd autem hæc sit necessaria ad constituendam formalem rationem potentiæ actiuæ in Deo, prob. potentia actiua in Deo debet continere perfectiones omnium possibilium, quæ cùm sint infinitæ in totâ latitudine entis, debent eandem infinitatem explicitam supponere in causa.

11. *Probant.* Probant. 3. illa virtus, quæ secundùm propriam rationem, & modum operandi indifferenter se habet ad producibilia, & non producilia, non potest habere formalem rationem principij productiui; sed rationem formalem diuersam ab eâ quæ tantùm se habet ad poducibilia; cùm illas ratio vniuercalior: sed intellectus, & voluntas secundùm propriam rationem & modum operandi æquè per suos actus feruntur ad Deum, qui producibilis non est, ac ad creaturas, quæ producibiles sunt. Confirm. feruntur ad obiecta intentionaliter, non attingendo illa realiter, sed tantùm obiectiuè, & grammaticaliter. Pontentia verò fertur ad suum obiectum realiter, attingendo illud effectiuè. Vnde obiecta extrinsecè tantùm denominantur cognita & volita, actibus intelligendi & volendi, subiectiuè manentibus in intellectu & voluntate, effectus verò realiter accipiunt esse à potentiâ productiuâ, mediâ actione transeunte, in ipsis recepta. 4. illud habet formalem rationem potentiæ in Deo, quo tantùm manente, & reliquis omnibus sublatis, adhuc maneret vis productiua creaturarum: sed sublatis per impossibile intellectu, & voluntate à Deo, adhuc maneret vis productiua creaturarum, seu continentia eminentialis creaturarum, in quâ immediatè & proximè fundatur omnipotentia Dei. Confirm. vis productiua immediatè sequitur ad esse, vnde reperitur etiam in entibus non cognitiuis: intellectus autem & voluntas non sequuntur, nisi ad tale vel tale esse determinatum: at esse ratione præcedit tale esse: ergo etiam vis productiua, quæ immediatè sequitur ad esse, in Deo ratione præcedit intellectum & voluntatem. 5. eundem ordinem rationis seruare debent inter se ea, quæ solâ ratione differunt, quem ordinem realem seruant inter se ea, quæ realiter differunt inter se. At intellectus, volunts & potentia in creaturis, in quibus hæc realiter differunt, talè ordinè habent inter se, vt intellectus tantùm sit directiuus; volùtas determinatiua; potètia solùm executiua operis externi: igitur similis ordo ponendus est inter hæc tria in Deo vt intellectus sit tantùm directiuus, voluntas tantùm inclinatiua, seu determinatiua; potentia verò solùm executiua operationis ad extra. Maior prob. omnis distinctio secundùm quid, qualis est distinctio rationis, reduci debet ad distinctionem simpliciter, qualis est distinctio realis. Tertia docet, potentiam executiuam in Deo

12. *Confirmant.*

13. *Prob. 4.*

14. *Confirm.*

15. *Pr 5.*

16. *3. Sant.*

nullâ ratione distingui ab intellectu & voluntate. *Ferrariem. 2. cont. gent. cap. 10. fine Molin. 1. p. q. 25. art. 1. disp. 2. Valent. q. 19. punct. 6. & q. 24. punct. 1. Vasquez disp. 102. cap. 3.* in quam inclinant *S. Doctor 1. p. q. 25. art. 1. ad 4. Caietan. ibid. & Scotus in 1. dist. 37.*

17. *Nec secundum rationem explicitam distinguitur ab essentia.*

Dico 1. potentia actiua in Deo non distinguitur ab essentia Dei, vt ratio formalis ab eâ perfectè condiuisa, etiam secundùm rationem explicitam, sed vt includens illam, & addens illi vim productiuam. Explico. Dupliciter vna perfectio Diuina includere potest aliam, vno modo vt ratio specifica genericam & communem; alio modo vt rationem integrantem, & quasi complentem eandem rationem specificam. Exemplum primi: Sapientia Diuina, non quà sapientia est formaliter, sed quà Diuina, includit implicitè bonitatem; quia quà Diuina dicit illimitationem in omni genere perfectionis; quà verò sapientia dicit illimitationem in genere duntaxat sapientiæ. Exemplum secundi: intellectualitas Diuina non solùm quà Diuina, sed etiam quà intellectualitas est, quidditatiuè dicit perfectionem Spiritûs. Potentia igitur actiua in Deo non modò quà Diuina, sed etiam quà potentia est, includit formaliter essentiam; & consequenter secundùm propriam rationem formalem explicitam non perfectè condiuiditur ab essentiâ. Sed illam includit, vt rationem integrantem ipsam explicitam formalitatem potentiæ. Hanc colligo ex *S. Th. q. 1. de potent. art. 1. ad 9.* vbi docet, essentiam ipsam Dei, additâ tantùm per intellectum relatione principij, habere rationem potentiæ. Nec contrarium docet *ad 14.* vbi affirmat, potentiam in Deo ratione distingui ab essentiâ. Intelligitur enim de distinctione per modum includentis & inclusi: etenim licet potentia includat formaliter essentiam, non tamen essentia includit formaliter & explicitè potentiam.

quà potentia includit essentiam. purum.

18. *Deus actus purus.*

Assertio sic explicata probat. Potentia productiua in Deo in sua ratione formali explicita dicit actum purum, illimitatum in omni genere perfectionis; ergo in sua ratione formali explicita includit essentiam. quia sola essentia includit in sua ratione formali explicita actum purum illimitatum in omni genere perfectionis, cùm omnis alia perfectio Diuina ex sua ratione formali explicita limitetur ad vnum duntaxat genus perfectionis, ex grat. sapientiæ, aut bonitatis: sola essentia ex ratione formali explicita includit omnem omninò perfectionem. Antecd. probat. potentia Diuina & ex modo producendi per actionem creatiuam independentem à subiecto, & ex infinitis creabilibus perfectioribus, quæ in se præhabere debet vt causa eminentissima omnium, formaliter & explicitè importat actum purum, illimitatum in tota latitudine essendi; alioqui non posset esse causa eminentissima omnium: nam sicut hæc non limitantur ad certum genus perfectionis creabilis, vltra quam non sint alia creabilia; ita nec causa limitari potest ad certum genus perfectionis increatæ, vltra quam non possit alia perfectiora in infinitum creare. Confirmat. potentia Diuina explicitè importat vim producendi, quidquid contradictionem non inuoluit; quia se extendit ad omne id, quod participare potest rationem entis; vnde solùm à suo adæquato obiecto excludit non ens: quod est illud, quod contradictionem inuoluit ad esse: ergo explicitè importat totam latitudinem entis possibilis: nam totum id explicitè importat potentia, quod formaliter præsupponitur à termino producibili, nam totum id est necessarium ad con-

Ex modo creandi & terminis perfectioribus

16. *Confir.*

Digitized by Google

ad constituendam perfectam potentiam in ordine ad suum obiectum; at terminus producibilis est, quidquid participare potest rationem entis: ergo.

20. *Nec distinguit ab intenit & volum.*

Dico 2. potentia actiua in Deo ex suâ formali ratione explicitâ non distinguitur ab intellectu & voluntate, nisi vt ratio includens ab inclusa. 1. quia nequit ea perfectio excludi ab explicita ratione potentiæ actiuæ Dei, quæ sub ratione proximæ potentiæ productiuæ ad extra illam constituit; quia quidquid complet virtutem in ratione proximè operandi, claudiur in essentiali conceptu illius, at intellectus, & voluntas constituunt potentiam Dei sub ratione proximæ potentiæ productiuæ ad extra; hæc enim non est quæcunque potentia, sed libera, & artefactiua rerum; agentis liberi, vt liberi formaliter; nam hæc tantùm potentia ad extra productiua dicit perfectionem simpliciter simplicem: sed talis potentia in suâ ratione formali explicitâ includit intellectum, & voluntatem; nam quà artefactiua est, includit intellectum, cuius directione tendit ad opus exemplandum; quà libera, includit voluntatem, cuius libertate proximè determinatur ad opus exequendum: ergo ab vtroque proximè completur in ratione potentiæ ad extra productiuæ; atque adeò vtrumque in suâ ratione formali completâ explicitè includit. Confirm. in Deo quodlibet attributum assignari debet cum omni perfectione, quæ ab ipso intrinsecè exigitur: sed intellectus & voluntas sunt perfectiones quæ ab omnipotentiâ Dei intrinsecè exiguntur; quia sine ijs non est proximè operatiua ad extra: ergo. 2. nequit voluntas Diuina liberè aliquid velle, nisi per connotationem effectus liberè à se dependentis: vt supra: ergo potentia Dei operatiua ad extra includit volutatem. nam si non includeret, deberet, antequam produceret effectum, liberè determinari ab actu Diuinæ voluntatis, ratione antecedente effectum producendum, cùm nequeat potentia executiua Dei suum opus ad extra producere, nisi liberè: ergo nisi ponatur intrinsecè libera, se ipsa ab intrinseco determinans ad opus exequendum, determinari debebit ab extrinseco actu voluntatis, ratione præcedente operis excutionem: quia cùm talis executio non sit libera ab ipsâ potentiâ executiuâ, à qua immediatè promanat; siquidem hæc ponitur virtualiter distincta ab ipsa voluntate, debet saltem fieri libera ab extrinseco actu voluntatis, sicut si ant in nobis liberè operationes potentiæ executiuæ ab extrinseco actu voluntatis imperantis, & determinantis potentias ipsas executiuas ad opus exequendum. Implicat autem, potentiam executiuam Dei liberè determinari ad opus exequendum ab extrinseco actu libero Diuinæ voluntatis, ratione præcedente ipsam externi operis executionem: quia implicat, Deum habere actum liberum absque connotatione alicuius effectus liberè à se dependentis; qua connotatione fit formaliter liber: intelligeretur autem aliquis actus liber in Deo ante externi operis excutionem, si potentia executiua deberet applicari ad opus exequendum per actum liberum diuinæ voluntatis, ratione præcedentem operis executionem. nam priùs ratione, quàm potentia executiua suum opus exequatur, intelligi debet liberè determinata & applicata ad tale opus exequendum. Igitur ante operis executionem

Duplex fund. 1.

est potentia libera artefacta.

21. *2. fund.*

Executio complet volunt. liberam Dei.

præintelligi debet actus liber Diuinæ voluntatis, applicantis & determinatis potentiam executiuam ad tale opus exequendum.

Hoc autem incommodum in nostra sententia liceè euitatur, quia non debet actus liber in Deo præcedere operis executionem: nam cùm potentia executiua in nostra sentent. non distinguatur ab ipsa libera voluntate Dei, non est necesse, vt voluntas liberè determinetur ad opus exequendum per actum alterius potentiæ, sed determinatur per ipsam operis executionem, liberè à se producendam: non secus ac determinatur voluntas creata ad liberam elicitionem suæ volitionis, non per aliquem alium actum liberum præcedentem, sed per ipsam liberi actus productionem, liberè à se exequandam. 22. *executiua est libera voluntate.*

Deducitur contra *Molinam*, potentiam executiuam in Deo non compleri proximè per actum liberum Diuinæ voluntatis, sed per potentiam in actu 1. indifferentem. Tum quia potentia productiua, etiam vt proximè completa ad operandum, non liberè, sed necessario inest Deo: actus autem liber voluntatis non necessariò, sed liberè inest Deo; quippe qui potuit non esse. Igitur non actus, sed potentia proximè complet principium productiuum ad extra. Tum quia actus Diuinæ voluntatis fit liber formaliter per connotationem effectus potentiæ executricis: igitur non potest, formaliter constituere potentiam executricem. Alioquin, vt formaliter constituens potentiam, deberet præcedere effectum potentiæ; quatenus verò fit liber per connotationem effectus einsdem potentiæ, quam constitueret, deberet supponere eandem potentiam iam constitutam: igitur non pollet per connotationem effectus talis potentiæ constitui liber; aliàs supponeretur, & non supponeretur liber ante connotationem effectus. Secus autem est de intellectu, qui potentiam executiuam complet, non vt potentia, sed vt actus directiuus operis. Tum quia esse proximè directiuum operis, qualis poni debet potentia executiua in Deo, vt sit proximè completa, non est potentia, sed actus; quia per actum proximè dirigit potentia ad opus exequendum. Tum quia potentia simplicis intelligentiæ, quæ tantùm est causa rerum in Deo, non liberè, sed necessariò inest Deo. 23. *Contra Molinam.*

Intell complet potentiam vt actus directiuus est

Obijcies 1. Esse directiuum: applicatiuum, & executiuum operis in rebus creatis spectant ad diuersas causas: nam esse directiuum spectat ad causam idealem; esse determinatiuum ad causam liberam; esse executiuum ad causam naturalem. Ergo etiam in Deo tales rationes spectabunt ad diuersas causas. nam de Diuinis philosophandum est per proportionem ad creata. 24.

Confirmat. sub aliâ ratione comparatur effectus creatus ad ideam Diuinam, ac potentiam executiuam: igitur nequeunt idea, & potentia executiua in Deo coincidere in eandem rationem formalem causandi. Anteced. probat. ad ideam effectus comparatur, vt artefactus ad artem, siue vt exemplatus ad exemplar mediâ directione intellectus: ad potentiam verò executiuam comparatur, vt terminus ad principium essendi mediâ actione potentiæ. 2. eâdem ratione dici posset, voluntatem in Deo non 25. *Sonf.* 26. *Obij.*

Digitized by Google

esse attributum ratione distinctum ab intellectu: nam etiam voluntas essentialiter supponit intellectum, sine cuius directione implicat, voluntatem
27. in suum obiectum ferri. 3. Deus ab æterno dicitur
Ob 3. voluisse mundum, cùm tamen ab æterno mundum non produxerit: ergo productio effectus non est immediatè à voluntate Diuina, cùm n. hæc nequeat liberè velle, nisi aliquid ad extra producendo, & nihil ab æterno produxerit, nihil dici posset
28. ab æterno voluisse, sed tantùm in tempore, quando mundum ipsum produxit. 4. Imperfectio est
Ob 4. in creaturis, vt in eâdem causâ assignari debeat ratio proxima, & remota. Sed si in Deo potentia actiua includeret formaliter intellectum, & voluntatem, in eadem potentiâ distingueretur virtualiter ratio proxima, & remota, nam voluntas vt proxima rario determinaret essentiam ad virtutē proximè productiuam.
29. Resp. prob. dico, omnes illas tres rationes spectare ad
Ad 1. eandem causam agentis intellectualis proximè & perfectè completam: quòd autem illæ in rebus creatis distinguantur, est propter imperfectionem agentis creati quod nequit èas omnes continere in eâdem ratione formali perfectè vnitas, ob sui limitationem. Sicut ob eandem limitationem nequit continere rationes causæ proximæ & remotæ in eadem formalitate vnitas, sed in pluribus dispersas. Confirm. Aristoteles causam exemplarem non distinxit ab efficiente intellectuali, sed ad eam vt proximum complementum reduxit; in Deo autem non est alia potentia actiua ad extra nisi intellectualis, quæ ad sui complementum essentialiter postulat tres illas rationes.

30. Ad conf. AD Confir. disting. antec. comparatur diuerso modo, spectante ad diuersum genus causæ, nego. comparatur diuerso modo, spectante ad idem genus causæ intellectualis agentis integrè & perfectè
31. constitutæ, concedo. AD 2. nego sequel. nam ra-
Ad 2. tio, cur omnes tres illæ rationes spectent ad eandem formalitatem causæ ad extra productiuæ, non est. quia vna essentialiter supponit aliam, sed quia omnes per se integrant eandem formalitatem causæ agentis intellectualis. Esto igitur voluntas essentialiter supponat intellectum, quia tamen modus agendi vnius non pertinet per se ad modum agendi alteri[illegible] vt ratio formaliter integrans, sed tantùm vt ratio essentialiter præsupponita, non dicuntur coincidere in eandem, sed in diuersas rationes formales explicitas.
32. AD 3. nego conseq. ad
Ad 3. prob. dico, Deum liberè ab æterno voluisse mundum, per ordinem ad productionem mundi, ab ipsâ voluntate in tempore exequendam. Vnde ex ipsa æternitate non priùs intelligitur Deus voluisse mundum, quàm fuerit determinatus per productionem mundi futuram, ab ipsâ voluntate liberè
33. exequendam. AD 4. resp. tunc rationem proxi-
Ad 4. mam & remotam inuoluere imperfectionē, quando ille distinguuntur, vt duæ formalitates homogeneæ integrantes idem proximum genus causæ: secus quando distinguuntur vt duæ formalitatès hererogeneæ vnius & eiusdem causæ. Cæterùm intellectus & voluntas diuina cumparantur ad essensiam quasi duæ formalitates hererogeneæ eiusdem potentiæ proximè productiuæ; ille in ratione directiui; hæc in ratione liberi operatiui.

34. Alia quæstio. Soluitur alia quæstio per quam rationem ex his tribus, quas potentia diuina productiua ad extra includit, immediatiùs & proximùs attingat effectus? Dicendum, essentiam non attingere immediatiùs effectum, quàm attingat voluntas; nec contrà;
Solutio. Fund. sed vtramque simul immediatè attingere, quia si immediatiùs illum attingeret essentia, illum non attingeret vt potentia libera, quia essentia non est proximè formaliter libera, nisi vt includens voluntatem. Si autem illum immediatiùs attingeret voluntas, aut illum attingeret voluntas, aut illum attingeret vt obiectum, aut vt effectum: si vt obiectum, iam conciperetur actus liber in Deo ante connotationem effectus liberè à se dependentis; si vt effectum, igitur non tantùm attingeret illum, vt voluntas, sed etiam vt potentia atque adeò vt includens essentiam. Maior diffic. de causalitate
35. intellectus; an immediatiùs attingat effectum, quàm voluntas? Ratio dub. causalitàs intellectus præcedit causalitatem voluntatis in ordine ad eundem effectum, dirigendo tantùm per modum artis & obiecti propositionem, per quam voluntas ipsa inclinetur ad effectum volendum & exequendum. Confirm. intellectus non se extendit immediatè ad opus exequendum, sed immediatè tantùm dirigit voluntatem, qua directa ipsa per se, vel per potentias executrices opus exequitur. Ita Docti re-
36. cent. quæ sent. probabilis est: opposita tamen probabilior, sc. etiam immediatè & proximè intellectum diuinum suâ increatâ arte, quæ est practica notitia rerum factibilium, attingere effectus creatos, non quidem in ratione entis, sicut attingitur à voluntate, sed in ratione operis artificiati. Est enim hæc maior perfectio scientiæ diuinæ, vt possit ipsa immediatè, nullo alio mediante, ad opus delineandum se extendere. Nec refert quòd actus scientiæ sit immanens: quia non repugnat eius immanentiæ, vt immediatè se extendat ad opus externum effigiandum.
Maior diffic. Intell. proximè attingit effectum.
Fundam. primæ sent. solùm probat
37. priorem nostram assert. nempè potentiam Dei non perfectè distingui ab essentiâ eiusdem, sed tantùm vt includens ab incluso; quia nimirum potentia includit essentiam, & addit illi rationem principij, vt rectè S. Th. cit. qu. de Poten. AD 1. argu. secundæ,
38. resp. eodem modo. Ad 2. nego minor. Ad prob.
Ad 1. 2. neg. effectus creatos non contineri virtualiter in intellectu & voluntate diuinâ, in illo vt in arte; in hâc vt in causâ liberè productiuâ, quæ vt sic explicitè includit essentiam illimitatam in omni genere perfectionis. AD 3. dist. maior. Virtus, quæ
39. secundùm proprium modum operandi indifferenter se habet ad necessaria & libera, non potest vt sic esse principium productiuum ad extra, concedo; cùm principium productiuum ad extra non possit esse nisi circa libera. Nego tamen vt sic intellectum & voluntatem integrare formaliter potentiam actiuam in Deo, sed solum vt versantur circa libera: sub quâ tantùm ratione proximè complent potentiam actiuam Dei, vt sic autem intellectus & voluntas non habent rationem formalem ad libera & necessaria indifferentem, sed limitatam tantùm ad libera. AD confirm. neg. maior de intel-
40. lectu & voluntate diuinâ in ordine ad obiecta libera. Nec obstat eorū immanentiæ, quin ferri possint ad obiecta realiter attingenda, intellectus sub ratione artis, voluntas sub ratione potentiæ liberè productiuæ: à quibus obiecta non solùm habent extrinsecum esse cognitum & volitum, sed etiam intrinsecum esse artificiatum, & existentiæ.
Ad 3. Ad conf.

AD 4. nego minor. ad prob. nego tali casu po-
41. tentiam Dei mansuram vt proximè completam ad
Ad 4. operandum ad extra: quia hæc non solùm importat eminentialem continentiam creaturarum, sed etiam actiuam indifferentiam ad hoc vel illud producendum, defectu cuius indifferentiæ non esset in eo casu in Deo potentia productiua ad extra. Hanc autem formaliter habet potentia Dei per intellectum

Digitized by Google

ctum & voluntatem. Ad confir. conced. maior de vi productiuâ necessariâ; neganda de vi productiuâ liberâ, qualis est potentia Dei actiua ad extra.

Ad 3. AD 3. conced. maior, quando distinctio rationis non præiudicat perfectioni diuinæ; neganda quando diuinæ perfectioni præiudicat, vti præiudicat, actiua perfecta distinctio rationis intellectûs & voluntatis à potentiâ Dei; quæ quamdiu non concipitur vltimò completa per intellectum & voluntatem, non concipitur proximè operatiua ad extra.

An, & quâ ratione Potentia Dei sit infinita?

43. *Infinitas extensiua.* DVPLEX infinitudo in potentiâ Dei, vna ex parte subiecti, altera ex parte termini. Prior sumitur ab ipsâ essentiâ diuinâ; posterior per ordinem ad terminum, quem potest producere. Prior dicitur intensiua, posterior extensiua, vtramque infinitatem reperiri in omnipotentiâ Dei, omnes conueniunt. Sola diffic. est, quo pacto ex infinitate essentiæ, & termini colligatur; & an naturaliter demonstrari possit? Priorem infinitatem ex essentiæ

44. *Ex infin. essen. ducitur.* infinitate sic deduco. Vnumquodque est actiuum secundùm quod est actu; Deus est ens, actu infinitum; vt suprà: igitur est infinitè potens. Maior est

Vnumquodque actiuum secundùm quod est actu. axioma; quia quod agit, debet præhabere affecti, quem agit; cùm enim agere sit communicare esse effectui, qui agitur; nemoque communicare possit esse, quod in seipso non præhabeat; necessariò qui agit, supponi debet in actu, aut formali, aut virtuali respectu illius esse, quod debet agendo communicare, siue ergo potentia Dei includat formaliter essentiam, siue esse quasi proprietatem illius, euidenter sequitur, esse infinitam, nam si essentiam includat formaliter, includit pariter cum illa infinitatem ipsius; si verò sit tantùm proprietas, cum omnis proprietas proportionati debeat essentiæ, cuius est proprietas; potentia Dei vt proprietas essentiæ infinitæ, necessariò erit infinita.

45. *Et ex modo operandi.* Eadem infinitudo potentiæ Diuinæ colligitur ex modo operandi independenter tum ab omni alio agente, tum ab omni subiecto, nam prior independentia necessariò supponit illimitationem in essendo, cùm nequeat limitari is, qui à nullo pendet, cùm omnis limitatio sit ab aliquo per suam causalitatem effectum limitante. Posterior supponit in producente perfectionem actûs puri; cùm nequeat creare, nisi qui actionem immanentem habet identificatam cum propria substantia, quod est proprium actus puri, *vt suprà.*

46. *Extensiua ex infin. termini.* Posteriorem verò infinitatem ex infinitate termini producibilis sic infero. Terminus producibilis ab omnipotentia Dei, est quidquid in se ipso contradictionem non inuoluit; seu qui participare potest aliquam rationem entis; cum in Deo sit vniuersa ratio entis. Nam ille est terminus adæquatus alicuius potentiæ, qui adæquatè respondet actualitati talis potentiæ; cùm vnumquodque sit actiuum

Seu omnis entis. secundùm quod est ens actu: ergo cùm Deus sit actu omne ens, nullum à se excludens, nisi tantùm non ens, adæquatus terminus ab ipso producibilis erit quidquid participare potest rationem entis: vnde solùm ab ipsius termino excluditur non ens, quod est quidquid in se ipso contradictionem inuoluit. Sed talis terminus necessariò supponit in Deo potentiam infinitam: cùm non limitetur ad certum genus, vel gradum entis, sed complectatur totam latitudinem entis creati; alioqui deueniretur tandem ad aliquam terminum finitum, vltra quem perfectior produci non posset, non ratione formalis repugnantiæ termini producibilis, sed defectu actiuitatis virtutis productiuæ.

47. *Obic. 1.* *Obicies* 1. Posterior probatio committit circulum; probat infinitatem potentiæ ex infinitate termini; & rursus infinitatem termini ex infinitate potentiæ. Confir. res dicuntur producibiles à potentiâ Dei: igitur probare infinitatem potentiæ ex infinitate termini producibilis, est probare infinitatem potentiæ ex infinitate potentiæ. *Confir.*

48. *Obiect. 2.* 2. Multa Deus nequit facere, non propter formalem repugnantiam termini, sed defectu virtutis productiuæ: cuiusmodi sunt habitus inclinantes ad falsum, vel ad peccatum, iudicia erronea, & actus peccaminosi: hæc enim non ideò à Deo fieri non possunt, quia in se ipsis repugnantiam inuoluunt, alioqui neque fieri possent à creatura, vel à Deo vt causa prima; sed quia in Deo non est potentia proxima ad ea efficienda. Resp. ad 1. neg. assum. ad prob. concedo, in posteriore demonstratione probari infinitatem potentiæ ex infinitate termini, & rursus infinitatem termini ex infinitate potentiæ, sed aliunde eius infinitate demonstrata, nempe ex infinitate essentiæ, & entis à se. Vnde tantùm sequitur; quòd posterior probatio supponat priorem; aliunde demonstratam. Hoc autem non est vitiosum circulum committere, quia hic tantùm committitur, quando idem probatur per idem, aliunde non demonstratum: Ad confir. dist. antec. dicuntur res producibiles à potentiâ actiua Dei respectiuè, concedo; absolutè, nego. Etenim possibilitas seu producibilitas in rebus, vnà est respectiua sumpta ab extrinseca potentia Dei, à qua res extrinsecè denominantur possibiles, seu producibiles; quatenus ab illa possunt accipere esse; altera absoluta & intrinseca rebus, à qua res intrinsecè denominantur possibiles seu producibiles, non positiuè, cùm hæc non sit aliqua positiua aut realis potentia in rebus existens, sed negatiuè & per intrinsecam non repugnantiam, quæ appellari solet potentia logica, & consistit in intrinseca connexione & cohærentia extremorum. Igitur infinitudo potentiæ Dei, non probatur ex possibilitate respectiua sumpta ex potentia actiua Dei, sed ex infinitate absoluta sumpta ex intrinseca non repugnantia, & cohærentia extremorum; ratione cuius quantum est ex parte rerum non repugnant esse, si aliunde non desit sufficiens virtus productiua, potens illas traducere à non esse ad esse. Sicut supponitur in aliis intrinseca repugnantia extremorum, vt nulla potentia possint ad esse traduci, cùm ex se non sint realis existentiæ capaces. Vis igitur productiua Dei; cùm fundetur in entitate complectente vniuersam rationem essendi, non potest à suo adæquato obiecto excludere, nisi id, quod nullam participare potest entis rationem. AD 2. concedo, esse aliqua, quæ Deus facere non potest, vt causa particularis; non ratione formalis repugnantiæ extremorum, aut defectu virtutis actiuæ in Deo, quandoquidem ea producere potest simul cum creaturis, vt causa vniuersalis: sed ratione moralis malitiæ, aut falsitatis, quam includunt. Deus enim, cùm sit summæ bonus, & verax, non potest velle ea, quæ summæ suæ bonitati, & veracitati repugnant: cum enim non agat ad extra, nisi liberè; liberè autem velle non possit, nisi quæ sunt propriæ bonitati & veracitati conformia; repugnat, vt tanquam causa particularis producat, quæ vel ad falsitatem, vel ad malitiam immediatè inclinant: esto ad ea producenda non desit potentia simpliciter.

Resp. *Ad 1.* *Circulus non vitiosus.* 49. *Ad confir.* *Possibilitas.* *Intrinseca absoluta.* *Non respectiua tantùm.*

Digitized by Google

52. *An infinitas vtraque demonstrari possit.* De posteriori, an hæc potentia; vt intensiuè, & extensiuè infinita, naturali ratione demonstrari possit. Negat *Scotus in 1. dist. 42. & quodlib. 7. Ocham. Gabriel, Marsil. & alij eâd. dist.* Affirmant *Aureol. in 1. dist. 42. p. 2. a. 1. proposi. 3. Argen. art. 2. Zumel 1. p. q. 25. art. 2. q. vni. concl. 2. Molina art. 3. Suarez in Metaph. disp. 30. sect. 17. & alij*, probabilius Fundam. naturali lumine nobis euidens est, Deum esse infinitæ essentiæ, ex disp. 3. vt esse primam causam & ens à se, sc. cùm non habeat à quo in suo esse limitari possit: ergo & infinitæ virtutis potentia, quæ fundatur in essentia infinita, nequit esse finita; sequitur actualitatem essentiæ: vnum quodque agit secundùm quod est ens actu: ergo.

53. *Affirmat verus.*

54. *Coroll. 1.* Infertur 1. Discrimen inter obiectum potentiæ, & scientiæ diuinæ, quatenus hæc speculatiua est: sc. obiectum scientiæ speculatiuæ non fit, sed supponitur ab ipsa scientia: obiectum potentiæ non supponitur, sed fit ab ipsa potentia secundùm reale esse positiuum; licet supponatur secundùm esse logicum & negatiuum. Ratio scientia speculatiua, est pura contemplatio sui obiecti: potentia est practica & factiua sui obiecti. 2. Quo pacto non modò ens, verùm etiam ipsum non ens sit obiectum Diuinæ omnipotentiæ. Duplex quippe non ens, aliud essentiale & necessarium aliud accidentale & contingens. 1. est, quod in se ipso contradictionem involuit, seu nulla potentia fieri potest, vt desinat esse non ens; sicut ex oppositio dicitur Deus ens essentiale & necessarium, quia nulla potentia fieri potest, vt desinat esse. 2. est, quod ex se nullam quidem habet existentiam aut rationem entis, non tamen habet ad illam repugnantiam, seu potest desinere non esse & incipere esse. Vt è contrario dicitur res creata existens, ens accidentale & contingens, quia potest cessare ab esse. Sequitur, non ens essentiale nullo modo esse obiectum diuinæ omnipotentiæ. Nam illud excluditur ab obiecto alicuius potentiæ, circa quod nullo modo potest talis potentia versari: at diuina potentia nullo modo versari potest circa non ens essentiale, sc. per suum proprium modum operandi potentiæ actiuæ, qui est traducere suum obiectum à non esse ad esse, vel contrà ab esse redigere ad non esse; Cùm non ens essentiale sit incapax omnis realis existentiæ; igitur nullo modo clauditur intra ipsius obiectum.

55. *Coroll. 2.*

Non ens essent.

Non esse accid.

56. *Illud non est obiect. omni.*

57. *Vt nec Deus.* Ideò nec Deus cadit sub obiectum diuinæ potentiæ, quia non est attingibilis per proprium modum operandi potentiæ actiuæ, cùm non sit capax productionis, vel destructionis, qui sunt proprij modi operandi potentiæ actiuæ. Continetur autem Deus intra obiectum intellectus & voluntatis, quia est capax intelligibilitatis & amabilitatis, sicut ipsum nõ ens essentiale, indirectè saltem est capax intelligibiliratis, & simplicis displicentiæ.

58. *Non esse accid. est obiectum.* Quoad ens verò accidentale & contingens, oppositum infertur, sc. illud contineri intra sphæram obiecti diuinæ omnipotentiæ, non solùm per modum termini à quo, quatenus efficacitate diuinæ omnipotentiæ traduçibile est à suo non esse ad esse realis existentiæ; sed etiam per modum termini ad quem, quatenus virtute eiusd. potest esse terminus. suspensionis actionis conseruatiuæ aut primariò, vt in annihilatione; aut secundariò, vt in generatione vnius & corruptione alterius.

59. *Dubium aliud.* An ipsum non esse creaturarum, quatenus à Deo quodammodo conseruatur in tali non esse, dici possit terminus Diuinæ potentiæ? Ratio dub. quia talis permanentia creaturarum in non esse, est voluntaria Deo, qui positiuè vult tales creaturas non esse. Sed in nostra sent. potentia executiua in Deo non distinguitur à voluntate eiusdem: igitur talis permanentia creaturarum in non esse, vt positiuè voluntaria Deo, est quodammodo actio potentiæ Dei, conseruantis creaturas in suo non esse.

60. *Solutur.* Resp. huiusmodi non esse creaturarum solùm esse obiectum remotum, non proximum diuinæ potentiæ, quatenus fieri potest actualis terminus diuinæ potentiæ, aut media actione positiua traductiua creaturari de non esse ad esse, aut suspensiua actionis conseruatiuæ, redigente creaturas de esse ad non esse. Ad rationem dub. neg. conseq. non quicunque actus diuinæ voluntatis est actualis executio potentiæ diuinæ, quamuis omnis executio huius sit ab ipsa voluntate diuina; eo quòd voluntas ad plures operandi modos se extendit, vt voluntas, quàm vt potentia exequens; nam vt voluntas se extendit ad diligendam suam essentiam, & creaturas secundùm esse possibile, ad quæ non se extendit, vt potẽtia exequens. Quare dico voluntatem Diuinam extẽdere se ad non esse creaturarum, vt puram voluntatem, nolendo illas ad esse traducere; non vt potentiam aliquid circa illas operando.

61. *Coroll. 3. Quæ potentia ad præteritum.* 3. An potentia Dei se extendere possit ad præterita, efficiendo vt præterita non sint? si præterita accipiantur in sensu composito, & reduplicatiuè ex suppositione quòd fuerint; Implicat, Deum efficere, vt præterita non sint, nam qua supponuntur fuisse, connotant esse præteritum; qua desinerent esse præterita, connotarent non esse præteritum; atque adeò simul essent, & non essent præterita. Confir. implicat ex suppositione quod res est præsens, vt non sit præsens; eo quod simul esset, & non esset præsens: ergo pariter implicabit ex suppositione, quòd res fuerit præterita, vt non sit præterita, quia simul esset, & non esset præterita. Si verò præterita accipiantur in sensu diuiso & specificatiuè, non facta suppositione, quòd fuerint, possunt non fuisse: quia id, quod fuit, potuit non fuisse, si Deus illud non produxisset: sicut id, quod est præsens, in sensu diuiso & specificatiuè potest non esse præsens, quia vt sic non componitur esse cum non esse pro eadem duratione simul.

62. *Coroll. 4.* 4. Celebris partitio potentiæ Diuinæ, in *Ordinariam* seu *Ordinatam & absolutam*: Prior est potentia, vt subsstat actuali decreto Dei, quod de facto statuit iuxta hanc legem mundum gubernare: Posterior consideratur secundùm suum absolutum, nulli certæ ordinationi, aut decreto alligata. Vnde multa dicitur Deus non posse de potentia *ordinatâ*, quæ de *absoluta* non implicant fieri: seu multa non posse de *iustitia*, quæ posset *de potentia*: quia secundùm *Anselm.* id tantùm est iustum, quod est diuinæ voluntati conforme.

DE

DE DEO VT TRINO.

HACTENVS de Deo vt vno secundùm perfectiones absolutas, quæ illum complent in esse naturæ; vlteriùs supereſt de Deo vt Trino secundùm perfectiones relatiuas, quæ illum integrant in esse hypostatico & personali. Quoniam verò personæ Diuinæ relationibus constituuntur; relationes per processiones multiplicantur, ordo Doctrinæ poscit, vt priùs de processionibus, deinde de relationibus, postremò de personis disputemus. Rursus quæ ad personas pertinent, alia sunt communia omnibus personis, alia propria vniuscuiusque; priùs de iis, quæ sunt communia omnibus: tum de singulis personis speciatim. Cæterùm vti hoc mysterium inter Christianæ religionis arcana est omnium abditissimum; ita in nullo perueſtigãdo, Augustino 1. *de Trinit. cap.* 3. *teste periculosiùs erratur*, sicut *nec fructuosiùs elaboratur*. Ne igitur in eo perscrutando erremus, constanter tenenda est anchora fidei: vt autem in eo fructuosiùs elaboremus, diligenter attendendus est scopus veritatis, qui vt idem. 2. *de Trin. initio* docet, est, vt Deus in hâc vitâ meliùs cognoscatur, cognitusque feruentiùs à nobis diligatur. Multa contra Gentiles, & Hæreticos de reuelatione & cognoscibilitate huius mysterij, de pluralitate & diuinitate personarum hîc omitto, quia in animo est, ea tantùm discutere, quæ controuersa sunt inter Catholicos, & ad has tantùm controuersias definiendas necessariò præcognoscenda sunt.

DISPVTATIO XVIII.

De diuinis Processionibus.

SECTIO I.

An sit aliqua realis processio in diuinis?

1. *Ratio dub. ex termino.* RATIO dub. sumitur tum ex termino, qui procedit; quem implicat identificari cum principio producente: cùm nihil possit intra Deum procedere, quòd Deus non sit: at principiũ producens est etiam Deus; quia nihil potest intra Deum producere, quin Deus sit: igitur Deus procedens identificatur cum Deo producente: vlteriùs sequitur, aut idem procedere à seipso, aut Deum procedentem distingui à Deo producente: vtrumque autem implicat; ergo. Tum ex parte subiecti; *Ex subiecto.* quia processio realis immanens, qualis est diuina, requirit potentiam passiuam, in quâ recipiatur: implicat autẽ potentia passiua in Deo actu puro: ergo.

2. *Concl. affir.* DICO. Est in Deo vera & realis processio, qua verè & propriè aliquid intra Deum producitur, est de fide ex illo *Ioan.* 8. *Ego*, inquit Christus, *ex Deo processi*: & 15. *Spiritus sanctus, qui à Patre procedit*, quæ loca Patres intelligunt contra Sabelli, de vera & reali processione. Fundam. in Deo est verè & propriè Pater, verè & propriè Filius, vt sæpè Script. testatur. Sed de ratione Patris est generare; de ratione Filij generari: est igitur in Deo realis processio, qua & Pater generat, & Filius generatur.

3. *Pr. 2. ratione.* 2. In Deo sunt tres personæ distinctæ realiter, Pater, Filius, & Spiritus S. *Matt. vlt.* nulla autem in Deo esse potest distinctio realis, nisi in reali origine & processione fundata: quia omnis distinctio, quæ non fundatur in origine procedentis & producentis, prouenit ex limitatione naturæ, quæ Deo enti illimitato & infinito repugnat. 3. Ponere in Deo realem processionem, nullam inuoluit implicantiam, & summam arguit naturæ fœcunditatem, quæ Deo neganda non est; nam *qui alios parere facit, ipse sterilis erit? Esaiæ* 66. Confir. si in nobis intelligendo & amando aliquid producere, perfectio est, cur non in Dei summè productiuo? Quòd autem per hanc processionem aliquid intra Deum producatur, constat; quia implicat, dari processionem sine re procedente; & vniuersaliter productionem sine termino producto, cùm productio sit ipse terminus in produci. 4. *Ponere* &c.

DICO 2. Hæc processio non est in Deo per modum emanationis transeuntis, sed immanentis; non per modum effectus à causa, sed per modum termini cõsubstantialis principio producenti, in eadem natura subsistentis: contra Aria. Prob. Terminus huius processionis est Deus; *Ioan.* 8. de seipso Christus dixit, *Ego ex Deo processi*; *Ioan.* 1. dicitur *Vnigenitus Filius Dei*; & Spiritus sanctus, qui *Ioan.* 15. dicitur à Patre procedere, *Actor.* 5. dicitur Deus: *Cur*, inquit Petrus Ananiæ, *tentauit Sathanas cor tuum te mentiri Spiritui sancto? Non es mentitus hominibus, sed Deo.* Leg. *Cyrill lib.* 13. *de thesau. cap.* 2. At non potest esse verus Deus, nisi processio sit immanens & consubstantialis principio producẽti. Nam verus Deus est, qui veram Dei naturam habet: veram non habet, qui eandem numero Dei producentis non participat: cùm hæc nequeat multiplicari: sed nisi processio hæc sit immanens & consubstantialis principio producenti, terminus ex ea procedens non participaret eandem numero naturam principij producẽtis, quia hæc nequit participari à termino producto nisi media productione: ergo. Vnde Theologi ad explicandam hanc consubstantialitatem termini producti cum principio producente, vti solent particula, *de*; quia ex *August. lib. de Naturâ Boni cap.* 26. consubstantialitatem eam expressiùs importat, quàm particula, *ex* creaturæ procedunt *ex* Deo, non

5. *Processio est immanens. Concl. Catholica.*

Est consubstantialis.

Processio de, non ex.

de Deo;

de Deo: Filius & Spiritus S. verius & magis propriè de Deo, quàm ex Deo.

7. *Obiicies* 1. Terminus productus procedit distinctus realiter à producente; ergo procedit per modum effectus à causâ. Resp. neg. conseq. nam vt aliquid procedat per modum effectus à causâ, non sat est, procedere distinctum realiter à producente, sed præterea requiritur, vt non procedat eadem necessitate, quâ existit ipsum producens. At terminus productus in diuinis procedit eâdem prorsus necessitate, quâ existit ipsum producens. Ratio: procedere vt effectum à causâ ex vi nominis importat dependantiam producti à causâ producente; quæ dependentia nulla esse potest, vbi productum procedit cùm eâdem numero naturâ, & necessitate essendi cum ipso producente. *Obiicies* 2. Implicat realiter produci terminum, non producto omni eo, cum quo terminus formaliter identificatur. Ergo implicat in diuinis produci personam, non productâ naturâ, cum quâ persona formaliter identificatur. Confir. Implicat produci gradum corporis, cum eo non producto gradu substantiæ: sed magis identificatur natura diuina cum propriâ personalitate, quàm gradus substantiæ cum gradu corporis. Resp. neg. antec. quando id, cum quo terminus identificatur, ob sui infinitatem est immultiplicabile: talis est natura diuina; ideo & improducibilis: personalitas verò licet sit infinita in suo genere, quia tamen non est infinita in genere personalitatis simpliciter, multiplicabilis est, atque adeò producibilis. Dices: tantùm sequitur, naturam diuinam, nõ multiplicari simul cum processione, non cum eâ identificari. Resp. hoc etiam sequi ob infinitatem in omni genere, ob quam habet, vt nulli perfectioni opponatur, atq; adeò cum quâuis identificetur. Nam tota ratio distinctionis est aut oppositio, aut limitatio; quarum natura diuina nullam habet, ac proinde identificatur cum quâuis perfectione diuinâ. Ad confir. uego conseq. nam adæquata ratio, cur cum gradu corporis necessariò comproducatur gradus substantiæ, non est tantùm identificatio, sed etiam limitatio.

Non per modum effectus. *Obiic.* *Conf.* *Resp.* *Dices.* *Resp.* *Ad confir.*

10. Ad 1. rationem dub. sumptam ex termino, concedo maiorem, de identificatione adæquatâ, & in ratione producentis formaliter, nego de inadæquatâ, & in ratione communicantis. Natura enim diuina non est principium productionis, sed tantùm communicationis, vt *infrà* sola autem persona per relationem est principium productionis formaliter. Terminus autem procedens non identificatur producenti adæquatè, & in ratione producentis formaliter, sed inadæquatè, & in ratione communicantis; quia non identificatur cum personâ producente secundùm perfectionem relatiuam, qua persona est formaliter productiua, eique formaliter opponitur; sed secundùm absolutam, qua non est formaliter productiua, sed communicatiua, eique formaliter non opponitur: nam formalis oppositio inter terminum productum & principium producens attenditur solùm penes rationem producendi, non communicandi. Cùm non implicet, idem communicari alteri, & nihilominus manere in ipso communicante, nam communicare, est ita dare esse alteri, vt illud retineatur ab ipso dante. Contrà verò producere, est à seipso distinctum aliquid dare; cùm enim productum non contineatur in producente formaliter, sed tantùm virtute, non potest fieri extra producẽs, nisi vt distinctum ab ipso producente. Hinc fit, vt productum in diuinis ratione naturæ, quam per communicationem accipit, procedat consubstantiale producenti, & vnus prorsus Deus cum illo; ratione verò hypostasis, quam per productionem accipit, procedat vt distincta persona à producente. Ad poster. rationem dub. nego maior. nam processio diuina non distinguitur à parte rei à termino procedente; hic autem cùm non sit actus accidentalis, sed terminus substantialis, in eadem Deitate subsistens, nullam requirit potentiam passiuam, in qua recipiatur.

Ad 1. dub. *Nota principium productionis & communio.* 11. *Ad rat. 2.*

SECTIO II.

An duplex sit tantùm processio passiua in diuinis?

RATIO dub. vel in Deo est processio per actus immanentes intellectionis & volitionis, vel per alias actiones immediatè consequentes naturam. Si primum, vna tantùm erit processio, sicut vna est actio immanens, quæ simul est intellectio & volitio in Deo. Confir. processio increata est infinita; nequit igitur esse multiplex, tum quia processio infinita est adæquata virtuti infinitæ; non possunt autem eiusdem virtutis esse plures actus adæquati; tum quia productio infinita continet quidquid perfectionis esset in qualibet productione distincta, alioqui non esset infinita in genere productionis: tum quia natura diuina qualibet productione adæquatè se communicat; non igitur potest pluribus productionibus se communicare; alioqui nulla productio foret adæquata & infinita. 2. Processio specificatur à termino formali; sed hic est vnus, ipsa sc. natura, cum qua processiones diuinæ identificantur. Si secundum: non erit maior ratio, cur sint duæ, & non plures processiones, cum natura diuina ex se non habeat, vnde potiùs ad has, quàm ad illas determinetur: cùm ex se sit infinita ad nullam certam actionem determinata.

12. *Ratio dubij.* 13. *Confir. 1.* 14. *Confir. 2.*

DICO. Duæ tantùm sunt processiones passiuæ in Deo, altera per intellectum, qua gignitur Verbum, altera per voluntatem, qua spiratur Amor, ambæ distinctæ realiter: ambæ quasi specie diuersæ. Assertio est de fide; sc. duas tantùm esse personas procedentes realiter distinctas in Deo, Verbũ, & Spiritum S. igitur & duas esse in Deo tantùm processiones passiuas distinctas realiter, Verbi sc. & Amoris, quia processio se habet ad terminum procedentem, vt fieri ad factum esse. Ratio: processiones diuinæ sunt per operationes immanentes: in Deo autem agente intellectuali perfectissimo non possunt, nisi duæ tantùm operationes immanentes reperiri sc. intellectio & volitio distinctæ virtualiter. Quòd autem istæ processiones quasi specie differant in Deo, docet *S. Tho. qu. 10. de poten. art. 2. ad 12.* quia diuersitas processionum sumitur ex diuersitate terminorum procedentium: sed termini diuinarum processionum, etsi ratione naturæ, cum quâ identificantur, sint vnum, non modò specie, sed etiam indiuiduo; ratione tamen hypostasium, quibus distinguuntur, sunt quasi specie diuersæ, non termini diuinarum processionum sunt Verbum, & Spiritus S. qui sunt hypostases diuersæ quasi speciei ac rationis. Notanter dixi, *quasi specie*, quia in Deo non datur propria compositio ex genere & differentiâ, nec metaphysica præcisio generis & differentiæ, cùm tales præcisiones repugnent enti illimitato in omni genere perfectionis.

Conc. affir. *De fide.* 15. 16. *Differunt quasi specie.*

Infero 1. Trinitatem diuinarum personarum, in eadem natura subsistentium; In Deo sunt duæ processiones passiuæ realiter distinctæ: igitur sunt

17. *Pr. Trinit.*

duæ

duæ personæ procedentes realiter etiam inter se distinctæ: quia duæ processiones reales identificant sibi duos terminos distinctos realiter: at hæ necessariò supponunt aliam personam realiter ab ipsis distinctam: nam hæ duæ processiones necessariò sunt ab alio productæ, non à naturâ, cum quâ identificantur, quia implicat productum identificari cum producente, alioqui idem produci posset à se ipso: non à se ipsis mutuò; quia implicat causam produci à suo effectu primâ productione; vt enim illa posset producere, deberet existere, quia nulla virtus non existens est apta ad producendum; vt autem posset primâ productione produci, deberet non existere; quia quod præexistit non potest esse terminus primæ productionis, cum prima productio sit ad primam existentiam rei: implicat ergo, quòd prima productio supponat existentiam ipsius rei producendæ; atque adeò, quòd diuinæ processiones seſe mutuo primò producant: ergo necessariò supponunt aliam personam, à quâ primò producantur, quæ cùm sit verus Deus, non minùs quàm personæ productæ; & verus Deus esse non possit, nisi in eâdem Deitate subsistat, necessariò consequitur, vt ipsa simul cum duabus personis productis ternarium numerum diuinarum personarum in eâdem naturâ subsistentium integret.

Et persona à quâ duæ procedunt.

18. *Hæc improducta.* Infero 2. persona, quæ supponitur à duabus personis procedentibus, necessariò est improducta, nam non esset producta à naturâ, à quâ non distinguitur; implicat enim productum à producente non distingui: non à Verbo & Spiritu S. quia nequit productum suum producens primâ productione producere: non ab aliâ personâ distinctâ: tum quia in Deo non potest esse alia productio, quàm per intellectum & voluntatem, quæ adæquantur per Verbum & Spiritum S. Tum quia non esset maior ratio, cur illâ ab aliâ producta non esset: & rursus illa ab aliâ, & sic in infinitum. Sistendum igitur est in vnâ, quæ ita sit principium Verbi & Spiritus S. vt ipsa ab aliâ producta non sit. Ita Christus *Ioan. 5. Pater*, inquit, *habet vitam in semetipso*: hoc est, vt *August.* explicat 15. *de Trinit. c. 16.* ab alio non participatam & origine communicatam. Vnde *solus Pater, vt ibid.* August. *non est de alio, ideo solus ingenitus*, quæ est propria notio Patris, vt *suo loco.*

19. *Hæc Pater cum proprietate spirandi.* Infero 3. persona improducta, quæ in Trinitate est prima, & reliquarum productiua, alia esse non potest, quàm Patris cum proprietate spiratiua: scil. Omnis natura substantialis necessariò sibi determinat aliquam hypostasim, quæ sit proportionatum complementum omnium suarum operationum; Sed hypostasis primò completiua omnium operationum diuinæ naturæ ad intra alia esse non potest, quàm personalitas Patris cum proprietate spiratiua: quia natura diuina est operatiua ad intra per actus intellectus & voluntatis: ergo hypostasis, quæ illam primò complet in ordine ad omnes suas operationes, est personalitas Patris cum proprietate spirandi, nam hæc quâ personalitas Patris est, complet principium intellectiuum, quia cùm hoc sit generatiuum, non potuit ad producendũ compleri, nisi paternitate, vt formâ hypostaticâ, quæ in Deo est proprium complementum virtutis generatiuæ: quâ verò proprietas spiratiua est, complet principium volitiuum. Nam cùm hoc sit productiuum Amoris, compleri non potuit, nisi proprietate spiratiua, quæ est proprium complementum voluntatis. Quia verò generare est solius primæ personæ producentis per intellectum; spirare verò est etiam secundæ producentis per voluntatem, non potuit prima persona in ratione personæ constitui personalitate spiratiuâ cum proprietate generandi, sed potiùs personalitate generatiuâ cum proprietate spirandi: tum quia priùs debuit constitui vt generatiua, quàm vt spiratiua; nam est generatiua per intellectum, spiratiua per voluntatem, quæ intellectus operationem supponit: complementum autem virtutis generatiuæ in diuinis non est spiratio, sed paternitas: Non potuit autem constitui vt generatiua; quin etiam constitueretur vt persona realiter distincta à termino generando; ergo si priùs debuit constitui per Paternitatem, vt per virtutem fœcundam ad generandum, per eandem constitui debuit hypostaticè distincta à termino generando. Tum quia virtus spiratiua debuit esse communis secundæ personæ: non esset, si personaliter constitueret primam, quia de ratione personalitatis est incommunicabilitas. Ob eandem rationem non potuit prima persona hypostaticè constitui vtraque relatione paternitatis scil. & spirationis, sed sola paternitate cum proprietate tantùm spirandi; quia proprietas, quæ non constituit formaliter personam, potest alteri communicari; secus quæ personam formaliter constituit.

Pater non potuit constitui proprie spirandi.

20. *Plures personæ impossib.* Infero 4. Non posse in Deo esse plures personas, quàm tres assignatas, quia omnis multiplicatio personarum in Deo necessariò fundari debet in origine producentis & producti. Nequit autem in Deo esse alia origo, quàm per intellectum, & voluntatem. Maior prob. omnis personarum multiplicatio, quæ non fundatur in origine producentis & producti, aut est per subsistentias absolutas, aut relatiuas alterius generis: vtraque importat imperfectionem repugnantem diuinis personis. Nam prior importat limitationem in ipsis personalitatibus absolutis, quæ cùm ex naturâ suâ non petant distingui, sicut petunt distingui relatiuæ propter oppositionem, quam essentialiter includunt, si distinguuntur, necessariò distinguuntur propter limitationem. cùm nequeat aliud caput distinctionis fingi: at omnis distinctio in limitatione fundata repugnat Deo enti infinito, & illimitato: ergo. Posterior verò supponit distinctionem, & limitationem in extremis, in quibus fundatur, nam omnis relatio, quæ non fundatur in origine producentis & producti, aut est similitudinis, & dissimilitudinis, aut inæqualitatis, aut mensuræ & mensurati: omnes istæ supponunt distinctionem, atque adeò limitationem extremorum, quæ dicuntur similia vel dissimilia, æqualia vel inæqualia, mensurantia vel mensurata; ergo.

21. *Plura Verba, aut Amores impossib.* Neque multiplicari possunt plura Verba, aut Amores notionales in Deo: non specie, quia omnis diuersitas specifica Verbi, vel Amoris est sumenda aut ex termino, aut ex modo tendendi diuerso; non ex modo tendendi diuerso, quia hic semper est vnus & idem, vtpote infinitus, & inuariabilis: non ex termino, quia hic aut diuersificatur ex modo tendendi, aut ex obiecto; at hæc in Deo semper sunt inuariabiliter eadem, vtpote ex se necessariò determinata ad vnum. Non numero, nam sola multiplicatio numerica fundatur in limitatione & finitudine termini procedentis: sed tam Verbum, quàm Amor in Deo procedit illimitatus, non solùm in genere perfectionis absolutæ, sed etiam relatiuæ: ergo sicut implicat, procedere in distincta numero natura, ita in distincta numero subsistentia, quia non est minùs infinitus in genere personalitatis, quàm naturæ. Confir. si plura essent Verba, vnum non contineret iudiuidualem perfectionem alterius; ac proinde vnumquodque procederet

Digitized by Google

cederet limitatum in perfectione indiuiduali; ergo non procederet secundùm omnem perfectionem possibilem Verbi. Infero 5. Inter personas procedentes necessariò vna, nempe Filius est alterius personæ, nempe Spiritus S. productiua. Ratio; cùm in diuinis personæ non distinguantur, nisi per originem producentis & producti, si Filiùs non esset principium Spiritus S. ab eo distingui non posset. Cæterum Spiritus S. cùm sit terminus amoris, & in Deo non sint aliæ processiones, quàm intellectus & voluntatis, nequit esse alterius personæ productiuus, sed in ipso felicissimè sistit & completur vltima processio diuina.

22. *Corell. vlt.*

23. Ad rationem dub. concedo, processiones diuinas esse per actus intellectus & voluntatis. Nego tamen inde sequi, vnam tantùm esse processionem. Nam esto intellectio & volitio essentialis sit vna in Deo, adhuc tamen processio passiua potest esse multiplex; quia hæc non multiplicatur per actus essentiales, sed per terminos notionales. Cur autem in Deo non sit vna tantùm processio passiua adæquans fœcunditatem vtriusque actus intellectus & voluntatis, aliunde probari non potest, quàm ex fide, quâ constat, in Deo esse duas personas productas; & consequenter duas processiones passiuas. Ad 1. confir. dist. antec. est infinita intensiuè, concedo; extensiuè, nego. Vnde neg. consequentiam intellecta de multiplicatione extensiua. Ad 1. prob. dist. minor nequeunt eiusdem virtutis esse plures actus adæquati extensiuè, concedo; adæquati intensiuè, nego. Nam potest eadem virtus vniuoca extendi ad plures effectus quorum vnusquisque sit adæquatus intensiuè, nullus adæquatus extensiuè. Ad 2. prob. patet ex primâ. Ad 3. concedo, naturam diuinam quâlibet processione communicare se adæquatè & infinitè intensiuè, non extensiuè; cùm sit vlteriùs communicabilis aliâ processione extensiuè: sicut per quamliber personalitatem eadem natura terminatur adæquatè & infinitè intensiuè, non extensiuè. Ad 2. confirm. neg. minor. licet enim processio diuina in ratione communicationis; specificetur à termino formali, qui est natura diuina; in ratione tamen productionis specificatur à termino totali, qui est persona producta.

Passiua processio gemina.

24. *Ad confir. 1.*

25. *Ad confir. 2.*

SECTIO III.

An præter Processiones passiuas, ponendæ sint actiuæ, tum à passiuis, tum inter se distinctæ?

26. *Dub. Ratio.* PRIOR dub. ratio sumitur à rebus creatis, in quibus actio & passio re ipsâ non distinguuntur realiter, sed ambæ identificantur realiter cum termino producto; ergo etiá in Diuinis, productio actiua non distinguitur à passiuâ, sed vtraque identificatur cum personâ producta: dicitur autem actiua per habitudinem ad producens; passiua verò per habitudinem ad productum. Confirm. non solùm productio passiua, sed etiam actiua est realis, emanans à personâ producente; est enim ipsius veluti causalitas, & immediatus terminus, quo formaliter communicat esse termino vltimato. Implicat autem cum producente identificari non solùm terminum vltimatum, *quod*, sed etiam immediatum, *quo*; nam etiam is pròducitur ab agente; ergo etiam is distingui debet à producente. Posterior dub. ratio est; origo actiua in Deo intrinsecè constituitur relatione personæ producentis; at relatio personæ producentis in Deo est duplex distincta realiter, altera in Patre respectu Filij, quæ generatio dicitur; altera in Patre & Filio respectu Spiritus sancti, quæ spiratio actiua nuncupatur.

27. *Ratio 2.*

DICO 1. Præter duas processiones passiuas in personis productis, ponendæ sunt duæ actiuæ in personis producentibus, realiter à passiuis distinctæ, iisque respondentes; vt generatio actiua in Patre, quæ respondet passiuæ generationi Verbi, quæ natiuitas dicitur; & spiratio actiua in Spiratore, quæ respondet spirationi passiuæ Spiritus S. quæ appropriato nomine Processio nuncupatur. S. *Doct. 1. p. q. 41. art. 1. ad 2. & Scholast. cum Mag. in 1. dist. 26.* Fundam. origo actiua in Deo est per modum actus scil. intellectus & voluntatis; perfectè immanentis; de ratione cuius est, vt sit perfectè idem cum principio producente: ergo origo actiua in Deo est idem cum principio producente, realiter distincta à termino producto, &c. Minor patet, tum ex nomine ipso, nam immanens dicitur, quòd manet in principio, à quo est: tum ex discrimine, nam transiens transit in terminum productum, cum quo realiter identificatur; immaneus manet in principio producente. Explico, ipsa essentialis intellectio Patris quatenus determinata relatione Paternitatis, aut actiua productio personæ gignentis, & actualis communicatio naturæ intelligentis; sicut eadem essentialis intellectio, quatenus determinata relatione Filij, est actualis processio Verbi, & passiua communicatio eiusdem naturæ intelligentis: similiter eadem essentialis volitio, quatenus determinata proprietate spirationis, existente in Patre & Filio, est actiua productio Spiratoris, & actualis communicatio naturæ volentis. Contrà verò, eadem essentialis volitio determinata relatione Spiritus S. est actualis processio Amoris notionalis, & passiua communicatio eiusdem naturæ volentis. At non minùs intellectio & volitio actualis; determinata relatione producentis est intrinseca principio producenti, quàm eadem determinata relatione producti, est intrinseca termino producto; ergo non minùs ponenda est actiua origo producentis, intrinseca principio producenti, quàm passiua origo producti, intrinsecá termino producto.

28. *Actiua processio actiua.*

29. *Explic.*

Confirmo actiua productio est transcendentalis ordo producentis ad productum, sicut passiua est transcendentalis ordo producti ad producens; respicit enim productum suum producens formaliter per productionem, sicut producens suum productum per processionem. Nequit autem realis ordo identificari cum termino, ad quem est: quia repugnat esse respectum realem sui ad se ipsum, ergo repugnat respectum transcendentalem identificari cum termino, ad quem est.

30. *Confi.*

DICO 2. Origines actiuæ non distinguuntur realiter in se. Est communis *Scholastt.* exceptis *Henrico in sum. p. 2. art. 60. q. 1. & Argen. in 1. dist. 13. q. 1. art. 1. cum suo Ægid.* Fundam. origines actiuæ in Deo distingui non possunt, nisi per proprietates principiorum producentium, non per actus essentiales, qui communes personis trib. sed proprietates principiorum producentium in Deo non distinguuntur realiter; nam proprietas, quâ Pater generat est Paternitas; proprietas, quâ Pater & Filius proximè spirant, est relatio Spiratoris: sed hæc non distinguitur à Paternitate & Filiatione; est enim eadem in Patre & Filio, vt *infrà*; ergo nec spiratio actiua distinguitur realiter à generatione actiuâ.

31. *Actiuæ origines indistinctæ.*

DICES: Generatio actiua dicit solam Paternitanem;

31. *Dices.*

Digitized by Google

rem, Spiratio actiua paternitate & filiationem; ergo spiratio actiua, saltem ratione filiationis, quam
Resp. includit, distinguitur à generatione actiuâ. Resp. negando, Spirationem actiuam proximè & formaliter dicere paternitatem & filiationem, sed relationem spirationis communem Patri & Filio, in quibus virtus ipsa spiratiua subsistit, vt in suppositis distinctis, quæ suppositа origo spiratiua remotè tantùm connotat; origo autem actiua vnitatem, aut diuersitatem sumit à virtute proximè originante, non à supposito remotè complente, vt *infrà*.

33. *Nec ex naturâ rei distinguntur.* DICO 3. Etiamsi actiuæ origines non distinguantur ex naturâ rei inter se, adhuc simpliciter dicendæ sunt duæ origines, non duæ res. Fundam. cùm origines sunt transcendentales respectus ad terminos originatos, numerantur ad numerationem terminorum originatorum: sed termini originati sunt duo, Filius & Spiritus S. ergo & eorum origines dicendæ sunt simpliciter duæ, etiamsi in se, & ratione principij sit vna; sicut relatio Spiratoris, quamuis re ipsa non sit distincta à Paternitate & Filiatione, quia tamen respicit terminum distinctum, nempe Spiritum S. numeratur vt distincta relatio à paternitate & filiatione. Ratio: relatiua, cùm totum eorum esse sit ad alterum, nempe ad terminum, multitudinem sumūt à termino, quem respiciunt, non à fundamento, in quo sunt. Cùm autem res non multiplicetur ad multiplicationem termini extrinseci, sed subiecti intrinseci: non possunt actiuæ origines dici duæ res, etiamsi dici possint duæ origines, vel respectus simpliciter, quia fundamentum est vnum.

Dic tamen orig. 2. non res 2.

34. Ad priorem dub. rationem nego conseq. tum quia in creaturis non datur actio perfectè immanens. Nam vel illa est formaliter transiens, & tota recipitur in termino, à quâ extrinsecè tantùm denominatur agens agere; vel formaliter immanens, ea tantùm subiectiuè recipitur in principio producente. In Deo autem est perfectissima actio immanens, quæ perfectissimo modo recipitur in principio producente per omnimodam identitatem: & consubstantialitatem in ipso: non esset autem illa perfectissimo modo immanens, si tantùm recepta in personâ productâ, extrinsecè tantùm denominaret personam producentem; quia adhuc posset illam perfectiori modo denominare, nempe per intrinsecam identificationem cum illâ: tum quia in creaturis actio & passio distinguuntur tam à termino producto, quàm à principio producente: vnde possunt esse transcendentales respectus, quibus tam producens respiciat productum, quàm productum producentem, quia cum neutro identificantur formaliter; at verò processio in diuinis non distinguitur à termino producto; vnde licet sit realis respectus, quo productum respiciat formaliter producens, non tamen potest esse realis respectus, quo producens respiciat formaliter productum.

Actio Dei est immanens perfectus.

35. *Actu influens in terminum,* Ad confir. nego, originem actiuam esse per modum realis emanationis à principio producente sed per modum actionis Immanentis, actu influentis in terminum productum. Hoc autem non est, esse tantùm per modum principij, sed actualis etiam originis. quatenus hæc eadem existens in personâ producente & productâ, est actiua & passiua communicatio naturæ. Vnde nego, originem actiuam identificari non posse cum principio producente, cùm non sit causalitas ab ipsâ causâ realiter distincta; licet implicet, illam adæquatè identificari cum origine passiuâ, quæ identificatur termino originato. AD 2. rationem dub. distinguo de

36. *Ad 2. rat. dub.*

relatione producentis; nam alia est quæ formaliter constituit personam, alia quæ solùm complet proximum principium producendi; origo autem actiua non constituitur formaliter per relationem, quæ formaliter constituit personam, sed quæ formaliter complet proximum principiū producendi; hæc autem non est duplex distincta realiter in Patre & Filio, proinde nec origines actiuæ existentes in Patre & Filio, erunt realiter distinctæ inter se.

SECTIO IV.

An Processiones Diuinæ sint operationes intellectus & voluntatis?

PRIMA sent. negat. *Duran. in 1. dist. 6. q. 2. & dist.* 37.
27. 4u. 3. nu. 10. opinantis; processiones diuinas *Negat.*
non esse per se & formaliter operationes intellectûs & voluntatis, sed tantùm naturæ: quatenus hæc ratione præcedit intellectum, & voluntetem, adeò vt si per impossibile Deus non esset intelligens & volens, adhuc esset productiuus ad intra. Fundam. fœcunditas virtutis productiuæ in Deo non oritur immediatè ex eius intelligere & velle, sed ex perfectione & infinitate naturæ: quia eâdem proportione competit fœcunditas Deo & creaturis: sed nulli creaturæ competit fœcunditas, quatenus intelligens & volens est formaliter, sed per aliquid prius. Si enim calor esset inteligens, aut volens, eodem modo produceret calorem, ac producit nunc: ergo quòd Deus, sit intelligens aut volens, materialiter se habet ad productionem personæ.

Confir. 1. vel actus intellectûs & voluntatis 38.
sunt principia productionum, vel productiones *Cõfirmat 1.*
ipsæ: Non primum; nam id, cuius conditio est op- *Actus non sunt principia.*
posita fœcunditati, non potest esse principium, quo aliquid producatur; cùm omnis productio oriatur ex fœcunditate: sed conditio actûs intelligendi & volēdi est oppositа fœcunditati; nam sunt actus ex naturâ suâ infœcundi, 9 *Metaph.* quia immanentes in suo tantùm principio, cùm tamen omnis productio aliquo modo transeat à principio ad terminum productum; purè intentionales, qui solùm versantur circa obiecta repræsentatiuè, non productiuè: vltima perfectio, & operatio naturæ intellectualis: igitur repugnat, ex iis vlteriorem perfectionem consequi, quæ sit intelligenti & volenti intrinseca, aliàs non esset vltima. Non secundum, *Nec productiones ipsæ.*
tum quia productiones personarum sunt actus notionales, intelligere autem & velle sunt essentiales, tum quia, si actus intelligendi & volendi essent productiones personarum, cuilibet personæ cõpeteret producere Filium & Spiritum S. quia cuicunque competit productio, competit & producere: sed cuilibet personæ competit intelligere & velle; ergo cuilibet competeret producere Filium & Spiritum S. quod est hæreticum, tum quia productiones personarum differunt realiter: intelligere autem & velle non differunt realiter. 2. Patres *Cõfirmat 2.*
docent, Filium à Patre *naturaliter* gigni; non igitur per intellectum.

SECVNDA affirmat. *S. Thom. 1. p. qu. 27. art. 3.* & 39.
communis *Scholast.* qui *Durandi* opinionem notant, *S. Thom. & Scholast. contra Durand.*
vt temerariam, & erroneam, eo quòd in re grauissimâ à communi sensu Patrum, & modo loquendi Scripturæ recedat. Est igitur hæc sent. vera, & fidei principiis conformior. Fundam. est Scriptura; *Fund. 1.*
in quâ Filius dicitur *Verbum, Sermo, Sapientia, Imago;* qui sūt proprij termini intellectûs. *Verbū* n. dictione

Digitized by Google

exprimitur; dictio est propria intellectûs operatio, quâ *Verbum* in se ipso producit. *Sermo* ore profertur & explicatur: os pro intellectu in Scripturâ vsurpatur. *Sapientia*, & *Imago* est proprius partus & proles intellectus. Spiritus S. appellatur *Charitas*, *Amor*, *Donum*, vt colligit *August.* 15. *de Trinit. à cap.* 6. vbi, quamuis affirmet; Charitatem etiam de Patre & Filio dicit; ad denotandam tamen propriam Spiritus S. productionem quæ per actum voluntatis originatur, peculiariter, ait, appropriari Spiritui S.

40. *Notat S. Thomas.* Est autem ex *S. Tho.* 1. *p. qu.* 37. *art.* 1. notandum discrimen inter nomina, quibus Spiritum S. eiusque processionem: & Verbum eiusque productionem significamus. Nam ad exprimenda ea, quæ sunt propria Filij, habemus propria nomina, *Dictio* scilicet & *Verbum*, quæ notionalem actum, & terminum intellectus important: ad exprimenda verò ea, quæ sunt propria Spiritus S. caremus propriis vocibus, & ideò vtimur communibus *Charitatis & Dilectionis*. Ex his colligitur, processio Spiritus S. esse per actum voluntatis; nam *Charitas*, *Amor*, *donum*, sunt propriæ voluntatis operationes; & germini. Est enim *donum*, teste *Philos.* & *S. Tho.* 1. *p. qu.* 38. *art.* 2. *Datio irreddibilis, quæ non datur intentione retributionis*, sed gratuiti amoris. Vnde primum quod amato damus, est amor ipse, quo illi bonum volumus. Hinc fit, vt amor habeat rationem primi doni. Cùm igitur Spiritus S. procedat vt amor, procedit vt primum donum. Ait *Durand.* hæc omnia de diuinis personis dici per quandam adaptationem ad ea, quæ inueniuntur in imagine creata: scil. ex eo, quòd in imagine creatâ, quæ procedit per actus naturæ intellectualis, prior est emanatio per intellectum, quàm per voluntatem, fit vt in diuinis Filius, qui procedit primâ emanatione, per quandam appropriationem dicatur procedere per modum intellectus: Spiritus S. quia procedit emanatione. 2. dicatur procedere per modum voluntatis; cùm reuerâ vterque procedat ex fœcunditate naturæ, concomitanter tantùm se habentibus intellectu, & voluntate. Hæc expositio temeraria est: quia contra Patres; & in re graui absque necessitate impropriè Scripturâ interpretatur; vnde occasionem præbet eodem modo interpretandi ea, quæ de diuinis processionibus dicuntur.

41. *Tenet. Durandi expos.*

42. *Fundam. 2.* Fundam. 2. est discrimen, quod inter processionem Verbi, & Spiritus S. intercedit. Nam fide certum est, processionem Verbi esse generationem; eiusque terminum esse verè & propriè Filium; Spiritus S. productionem nec esse verè & propriè generationem, nec eius terminum esse verè & propriè Filium. Hoc autem discrimen *Durandus* assignare non poterit, si vtraque processio eodem modo ex naturâ immediatè proficiscitur. Respondet *Durand.* ideò personam 2. esse Filium, eiusque productionem generationem, non tertiam; quia illa procedit per modum naturæ, hæc per modum voluntatis: sc. Filius procedit vnus ab vno, & non à pluribus eiusdem ordinis, & gradus, quorum quilibet esset per se sufficiens ad eorum perfectè producendum; quod est procedere per modum naturæ in rebus creatis, ad quarum proportionem diuina sùnt explicanda. Sed contrà: 1. non assignatur formale discrimen inter generationem vnius, & spirationem alterius, nam hæc non sumitur ex vnitate, & multitudine principij materialis, sed vel ex diuerso modo tendendi ad terminum, vel ex diuersâ virtute formali productiuâ; quæ in ipsius sent. sunt eadem idemque modus tendendi ad terminum in vtrâque productione per immediatam emanationem à natura. 2. Si vtraque processio immediatè manat à natura, non poterit inter illas ratio prioris, & posterioris assignari; quia nulla maior conditio ex parte termini, aut naturæ ab vna, quàm ab alia exigetur, nec erit potior ratio, cur vna persona ab vno, altera à duobus principijs producatur.

41. *Resp. Durand.*

44. *Discrimen generationis à processione non assignat.*

3. Ad generationem per se requiritur, vt ad eam concurrat aliquod principium viuens; est enim productio viuentis à viuente à principio coniuncto in similitudinem naturæ. Nec sufficit, vt hoc principium vitæ tantùm materialiter, & per accidens ad generationem concurrat. Nam si homo ad producendũ hominem non concurreret, vt viuens formaliter, non diceretur Pater hominis producti. Constat de Adamo concurrente ad productionem Euæ, cuius genitor non fuit, etsi ad eam producendam materiam subministrauit; quia illam non attigit potentiâ proximâ vitali, sicut attigit productionem Abelis, seu medio semine à se decisa, Deus autem, cùm aliam vitam non habeat, quàm intellectualem, si per eam ad productionem Filij non concurrit formaliter, non concurrit vt viuens formaliter, & per consequens non erit genitor, nec productum genitum; quia non procedit ab illo, vt à principio viuente formaliter, medio proximo principio vitæ. Igitur non tantùm concomitanter, sed formaliter, & per se concurrit Deus per suum intelligere, vt per proximum principium vitæ ad generationem Filij. *A priori.* *Adam non est genitor Euæ.*

46. *Ad Durand.* Ad fundam. *Duran.* concedo, vim producendi ad intra radicari in fœcunditate naturæ, quæ ob sui infinitatem postulat, vt sit in tribus suppositis; proximè tamen fundari in ipso intelligere & velle diuino, quod ob sui fœcunditatem, non solùm est actio grammaticalis obiecti; sed etiam principium & communicatio termini. Ad prob. nego, eâdem proportione conuenire Deo, & creaturis fœcunditatem producendi ad intra; cùm hæc si propria Dei, quâ Deus est, neque in sent. *Durand.* creaturæ spirituali conuenit producere aliam substantiam sibi similem, etiam per actionem naturæ. *Ad prob.*

47. *Protectio est geometrica.* 2. Esto eâdem proportione conueniat Deo, & creaturis, haud tamen arithmetica, sed tantùm geometrica. quæ in hoc consistit, quòd sicut creaturæ conuenit productio sui similis, radicaliter quidem à natura, formaliter ab aliqua propriatate accidentali: ita Deo producere personam sibi similem radicaliter conuenit ratione naturæ, formaliter & proximè ratione intellectionis & volitionis. Quòd autem creaturæ non competat proximè producere sibi simile per intellectum & voluntatem, est ob imperfectionem talium potentiarum, quæ vt creatæ limitantur ad solam actionem grammaticalem obiecti: increatæ verò ob sui perfectionem & fœcunditatem non solùm tendunt ad obiectum actione grammaticali, sed etiam ad terminum actione communicatiua reali. Quare nego si per impossibile Deus non esset intelligens aut volens, adhuc esset fœcundus & productiuus personarum, sc. defectu proximi principij vitalis.

48. *Ad 1. Conf.* Ad 1. confir. nego conditionem actûs intelligendi & volendi in diuinis esse oppositam fœcunditati, quidquid sit in creaturis. Vnde falsum est, eos, vt præscindentes à creatis, & increatis esse essentialiter infœcundos, sed solum, vt contractos ad rationem creati, quamquã etiam vt sic non sunt omninò sterile, nã & sunt productiui habituũ, & specierum sui. Aristot. autem loquitur de actibus immanentibus creatis, qui vt tales nec sunt productiui sui obiecti, neq; sunt productiui extra principium, in quo sunt. Vnde patet ad 1. & 2. prob. Ad 3. dico, intellectionem & volitionem esse vltimam perfe- *Aristot.*

Digitized by Google

perfectionem, non simpliciter, sed in ratione perfectionis intentionalis circa obiectum, non realis communicationis circa terminum, cui vlteriùs potest se realiter communicare. Ad reliquas instantias potest *infrà*. AD 2. confir. resp. Patres pro actione naturali non intelligere actionem naturæ, vt distinctam ab actione intelligibili, sed actionem necessariam, vt distinctam ab actione contingente, & non assimilatiuà naturæ, & principio producenti.

49. *Ad 2. conf. Exponuntur Patres.*

SECTIO V.

Quales sint operationes intellectùs & voluntatis, quibus diuinæ Personæ producunt?

50. *Durandus.* RATIÒ dub. oritur ex 2 argu *Durandi*. nam si diuinæ personæ producunt per intelligere & velle, cùm hoc sit commune omnibus personis, omnes personæ producerent. Declarandum igitur est, quale sit illud intelligere in Patre, quò Verbum gignit, quodque non sit in filio, & Spiritu S. qui Verbum non gignunt, quamuis idem obiectum intelligant; qualéve sit illud velle in Patre & Filio, quo Spiritum S. spirant, quod non sit in Spiritu S. qui quamuis idem obiectum diligat, non tamen eandem personam spirat.

51. *1. Sent. Henrici.* PRIMA sent. est *Henrici in sum. art. 59. qu. 9. & 10. præcipuè ad 2.* distinguentis nostro modo concipiendi cum fundamento in re, duos actus in re, duos actus essentiales in intellectu Patris, 1. qui dicitur simplex notitia obiecti, 2. qui dicitur Verbum, & notitia declaratiua eiusd. Per 1. actum intellectus Patris constituitur fœcundus, & productiuus actûs 2. qui quatenus est perfecta notitia obiecti, est idem cum primo, de quo formatur, solâ relatione producti à principio producente distinctus. Idem docet de voluntate, in quâ pariter distinguit simplicem affectum, quo voluntas diuina vi existens in Patre & Filio redditur fœcunda & productiua feruentioris actus amoris, qui est idem cum primo, solâ relatione spirati à spirante distinctus. Fundam. 1. in nobis distinguitur hic duplex actus, alter, quo intellectus passiue mouetur ab obiecto, recipiendo in se simplicem notitiam illius, alter, quem ipse in se actiuè producit, vt perfectam notitiam declaratiuam prioris. Item in vuluntate simplex distinguitur affectus, quo illa se mouet ad obiectum, & feruens amor, quem informata priore actu, in seipsa producit. Ergo proportionaliter idem in Deo: nam ex *Richar.* in creatâ naturâ legimus, quæ de natura increata sentire debemus.

52. *Fund. 1.*

53. *Fundam. 2.* 2. Verbum ex *Auguſt. 15. de Trinit. c. 7.* nascitur ex memoriâ fœcundâ intellectus, continente simplicem notitiam obiecti, ratione cuius simplicis notitiæ fit proximè productiua notitiæ perfectè declaratiuæ eiusdem obiecti: at hoc propriè dicitur Verbum ergo. Sed contrà: sine necessitate iste auctor multiplicat in Deo actus intelligendi, & volendi, nam licet tales actus in Deo distinctionem admittant ex parte obiectorum, nullam tamen diuersitatem ex parte modi tendendi ad eadem obiecta: quia modus tendendi in Deo semper est inuariabiliter idem, cùm sit infinitus; & ab intrinseco necessarius; nec de imperfectiore tendere potest ad perfectiorem modum tendendi circa idem obiectum. 2. hinc sequeretur, tam Patrem producendo Verbum, quàm vtrumque spirando Amorem, perfici in notitiâ, & amore essentiali: hoc autem est contra *Aug. 15. de Trinit. cap. 14. & 17.* nam ante productionem Verbi Pater intelligeretur cum solâ simplici notitia suæ essentiæ, absque notitia declaratiua eiusdem; & vterq; ante productionem Spiritus S. cum solo simplici amore, absque feruenti dilectione essentiali: nam hæc in sent. *Henrici* sunt termini, non principia actuum notionalium. Leg. *Scot. in 1. dist. 2. qu. 7. §. ad quæst.*

54. *Contrà.*

Modus tendendi inuariatus.

AD 1. fund. resp. quidquid sit de antec. neg. conseq. nam non quidquid reperitur in nostris actibus, attribuendum est Deo, quando illud imperfectionem inuoluit: cuiusmodi sunt simplex notitia & amor obiecti, cùm negatione vlterioris perfectionis debitæ. Ad 2. neg. minor. nam principium generatiuum in Patre non est memoria potentialis & imperfecta, qualem ponit *Henricus*; sed actualis & perfecta, quæ perfectam includit notitiam obiecti. *Ad fund. 1. Henrici.* *Ad 2.*

SECUNDA est *Scot. loco cit. §. obiic. contra* & *§. seq.* distinguentis duplicem actum in intellectu siue memoria Patris; alter est ipsum intelligere Patris, quod illi commune est cum reliquis personis, diciturque intelligere essentiale, quod respicit obiectum vt cognitum: alter est *dicere* Patris, quod est proprium ipsius, & respicit terminum formaliter vt productum, diciturque intelligere notionale. Porro neuter actus est ab altero, quia nec *dicere* est ab intelligere, nec intelligere à *dicere*, sed vterque immediatè ab intellectu Patris vt ab vno communi principio in actu 1. constituto per essentiam sibi præsentem in ratione obiecti; licet intelligere præsupponatur ad *dicere*, sicut perfectio suppositi operantis ad productionem suppositi producendi. Nam priùs operans perficit se ipsum, quàm producat aliud à se: cùm intelligere perficiat Patrem in ordine ad se, *dicere* vero in ordine ad alium, intelligere supponitur ad *dicere*, non in ratione principij producentis, sed conditionis, & ordinis operantis ad terminum producibilem. Eodem modo philosophatur *quod lib. 14. §. hic intellig.* de voluntate respectu dilectionis essentialis, qua omnes diuinæ personæ se diligunt, & notionalis, qua tertia tantum spiratur. Sequitur *Mayro in 2. distinct. 32. quæst. 6.* 56. *Scot.*

Sed contrà: ex hac *Scoti* opinione sequitur, nec Filium esse Verbum Patris, nec Spiritum sanctum esse Amorem vtriusque vi processionis formaliter, sed solum concomitanter ratione naturæ, quæ illit mediis processionibus communicandi, nam actus dicendi in sent. *Scoti* neque includit notitiam in se, neque procedit ab illa, vt à principio producente formaliter, sed merè concomitanter, & vt à pura conditione materialiter tantùm præsuppositæ in suppositio producente. Nam si per impossibile intellectus Patris non supponeretur actu intelligés, adhuc produceret Filium; quia talis productio non pendet ab intellectione Patris, nisi vt à pura conditione, qua sublata, non auferrentur quæ ad productionem Filij formaliter requiruntur. Quod sic probo contra *Scotum*: nam ipse *in 2. dist. 1. quæst. 1. art. 3.* docet, quotiescumque duo effectus ita ordinetè pendent ab eadem causa, vt neuter tamen pendeat ab altero, si per impossibile tollatur ordo causæ ad vnum, nõ tolli ordinem causæ ad alium, quia essentialior est ordo causæ ad vtrumque, quàm vnius effectus ad alterum: vnde non debet propter minus impossibile concedi maius impossibile; aut propter minus necessarium negari magis necessarium. Igitur Filius vi suæ processionis formaliter non procedit in hac sententia *Scoti*, vt Verbum Patris & notitia genita, nam id tantũ habet terminus 57. *Contrà.* *Ad homin. nem.*

Digitized by Google

vi suæ processionis formaliter, quòd accipit mediâ processione formaliter; cùm enim terminus capiat esse mediâ processione, vt viâ per se ordinatâ ad communicandum esse termino, id tantùm habet vi suæ processionis formaliter, quòd accipit mediâ suâ processione formaliter. At *dictio*, quâ intsent. *Scoti* procedit Filius, non includit actualem notitiam Patris, cùm ponatur actus: ratione saltem ab illâ distinctus: ergo Filius vi suæ processionis formaliter non procedit, vt Verbum & notitia genita; nam hæc sine actuali intellectione concipi nequit, cùm sit ipsa actualis conceptio, actione intelligentis expressa.

58. 3. Sent. TERTIA affirmat, processiones diuinas esse ipsam intellectionem & volitionem essentialem: *Aureoli in 1. dist. 23. art. 3. Caiet. 1. p. q. 27. art. 1. §. ad 2. dub. & quæst. 37. art. 1. Vasquez disp. 112. Torres 1. p. qu. 27. art. 5. disp. vni. in 3. p. disp. Suarez de Trinit. lib. 1. ca. 7.* Fundam. Fundam. in Deo non est duplex intelligere & velle, alterum essentiale, alterum notionale; sed vnum & idem; quod, vt est commune omnibus personis, dicitur essentiale, vt verò est in personâ origine priore, dicitur notionale.

59. Nota obvia. Durand. Pro explic. nota, omnes, excepto *Durand.* conuenire; processiones diuinas esse per actus intellectus & voluntatis notionales; qui dicuntur *dicere*, & *spirare*. Controuersia est 1. an *dicere* & *spirare* in voluant formaliter intelligere & velle essentiale, an tantùm concomitanter? 2. an id supra quod intelligere & velle essentiale addunt *dicere*, & *spirare*, sit aliquid pertinens per se ad intelligere & velle, vt modus per se contractiuus generis? Ex quo pendet, an intelligere & velle notionale sit vnum & idem an duplex conceptibile per modum superioris, & inferioris; seu communis, & personalis; ad eum modum, quo concipitur ratio substantiæ communis & particularis.

60. Assertio. DICO 1. dicere & spirare, qui sunt actus proprij personarum producentium, & productarum, includunt formaliter, & non tantùm concomitanter, intelligere & velle essentiale: *Caiet. loco cit. qu. 27.* qui ex *S. Tho.* docet, *dicere* esse intelligere exprimendo, vel exprimere intelligendo, *ita vt vtrumque horum sit de ratione eius.* Contra *Molin. 1. part. qu. 27. art. 5. di.* Qui vult, intelligere & velle includi tantùm præsuppositiuè & in obliquo, non autem formaliter & in recto in ipso *dicere* & *spirare*. Assertio constat argum. 2. facto contra *Scot.* alias Filius vi suæ processionis formalis non procederet vt *Verbum*; nec Spiritus sanctus vt *Amor*.

Constat 1.

61. Pr. à priori. Prob. 2. diuinæ processiones non modò sunt actiuæ, ac passiuæ productiones personarum, sed etiam actiuæ, ac passiuæ communicationes naturæ, actuumque essentialium: nam processio debet adæquare terminum procedentem, quia, debet illum adæquatè attingere; sed persona procedens non solùm dicit personalitatem, quæ producitur, sed etiam naturam, quæ communicatur: scilicet processio debet continere in fieri, quidquid continet terminus in facto esse; cùm enim quidquid habet terminus, habeat vi suæ processionis, nihil potest esse in termino producto, quod non præfuerit in eius productione: sed terminus productus non solùm continet hypostasim productam, sed etiam intelligere, & velle communicatum; ergo & eius processio non solùm continet hypostasim in fieri, sed etiam intelligere, & velle communicari.

Processio vt communicatio:

62. Dicere & Spirare sunt modi. DICO 2. id quod supra intelligere & velle essentiale addit *dicere*, & *spirare*, non pertinet ad intelligere & velle formaliter, vt differentia contractiua generis, sed vt modus alterius rationis. *Alens. 1. p. qu. 42. me. 2. Aureol. Molina, Vasquez, Suarez cit.* Prob. 2. ab absurdo; quia si id, quod supra intelligere & velle essentiale addit *dicere* & *spirare*, per se pertineret ad intelligere & velle, vt differentia intra idem genus, aliquod intelligere esset in Patre & Filio, quod non esset in Spiritu sancto scilicet intelligere notionale, quod supra commune & essentiale addit actiuum *dicere* Patris, & passiuum *dici* Filij, quod non communicatur Spiritui sancto, quia notionale vnius personæ non communicatur alteri, at cùm omne intelligere essentialiter respiciat aliquod obiectum; est enim intelligere rem aliquam cognoscere; aliquod obiectum intelligerent Pater & Filius, quod non intelligeret Spiritus S. Prob. 2. Id quod intelligere & velle 63. essentiale addit intelligere & velle notionale, est Pr. à priori. sola relatio producentis in principio, & relatio producti in termino; distinguit n. formaliter per- Sola relatio additur essentiali. sonam producentem à producta: at neutra pertinet ad intelligere & valle formaliter, quia relatio producentis & producti est de genere actionis physicæ, quæ respicit terminum vt productum; intelligere autè & velle est de genere operationis intentionalis, quæ respicit obiectum vt cognitum, & amatũ; vnde prior actio transit à principiò in terminum distinctum, quia perficit agens in ordine ad aliud; posterior verò manet in principio cognoscente & amante, quia perficit operans in ordine ad se. Confirm. hypostasis Filij & Spiritus sancti Confirm. non superaddit naturæ communi, nisi solam relationem filiationis. & spirationis in facto esse: ergo nec *Dictio* & *spiratio*, quæ sunt eædem relationes in produci, superaddunt intellectioni & volitioni communi, nisi solam relationem filiationisis & spirationis in produci.

64. Dicet. DICES. Verè Filius Dei est Sapientia genita de Sapientiâ generante: ergo quod addit Filius supra intelligere essentiale, est aliquid pertinens formaliter ad intelligere, alioqui non posset ab illo denominari sapientia formaliter. Resp. dici Filium Resp. Sapientiam genitam non ab aliquâ sapientiâ producta, neque ab ipsâ hypostasi genitâ præcisè, quia illa non est præcisè sapientia, quamuis sapientiam essentialiter includat; sed à sapientiâ improductâ sibi communicatâ, mediâ generatione personæ. Vnde sapientia extrinsecè tantùm & denominatiuè dicitur genita ab ipsa generatione hypostasis, cui vi processionis formaliter communicatur Sapientia.

65. Dicere est inferius ad intell. Ex his constat, quo pacto *dicere* se habeat ad intelligere; habet enim se vt inferius ad superius, non quidem eiusdem, sed diuersæ rationis. Nam *dicere* in suo obiectiuo conceptu includit intelligere, non contrà: includit autem illud, non vt ratio specifica genericam, sed vt relatio producetis principium proximum communicatiuum: idem enim intelligere essentiale, vt coniunctum cum paternitate est generatiuum Verbi, idem velle essentiale, vt coniunctum cum relatione spiratoris est productiuum Amoris notionalis.

66. Ad Durand. Vnde ad argu. *Durandi* concedo, idem intelligere & velle essentiale esse in omnibus personis, non tamen in omnibus personis esse productiuum, quia non in quâlibet personâ reperitur cum proprietate productiuâ coniunctum. Quod idem dicere debet *Durandus* de naturâ, quæ non cum quâlibet personâ constituit principium productiuum, esto in quâlibet personâ reperiatur.

67. *Obiicies.* Pater seipsum *dicit*; *auctore Augustin. 15. de Trinit. cap. 14.* tamen non se ipsum generat. Ergo *dicere* non est idem quod generare. Resp. Pater seipsum *dicit* obiectum cognitum & repræsentatum

Digitized by Google

cum per Verbum, non vt terminum productum. Verbum verò non solum Pater *dicit* vt obiectum cognitum, sed etiam vt terminum productum. *Dicere* enim importat respectum ad Verbum productum, & ad obiectum repræsentatum; quâ refertur ad Verbum productũ, est nationale & proprium Patris; quâ refertur ad obiectum repræsentatum, est essentiale & commune omnibus personis. Vnde Pater *dicit* seipsum & creaturas, quâ seipsum & creaturas intelligit intellectione terminata relatione Verbi à se producti: reliquæ verò personæ *dicunt*, non Verbum producendo, sed obiectum Verbo expressum cognoscendo. Eodem modo intelligenda est illa propositio, *Pater & Filius diligunt se Spiritu S.* verbum (*diligo*) notionaliter acceptum, præter respectum ad terminum productum, importat etiam ordinem ad obiectum dilectum. Quando autem in actione, præter respectum ad terminum, importatur ordo ad aliquid aliud, potest fieri denominatio à termino producto in casu effectiuo. Vnde rectè dicimus, *Pater & Filius diligant se Spiritu S.* quia sensus est, Pater & Filius sunt obiectum Amoris essentialis, qui includitur in amore notionali. Contrà verò non rectè dicimus, Pater & Filius spirant se Spiritu S. quia Verbum *spirare*, præter ordinẽ ad terminum, ad nihil aliud respectum importat. Sicut nec rectè dicitur Pater gignit se Verbo; bene tamen intelligit, aut dicit se Verbo: quia verbum *gignere* non importat, nisi solum respectum ad terminum: *Intelligere* autem & *dicere*, præter respectum ad terminum significant etiam ordinem ad obiectum. Hoc intellige, quando denominatio fit in genere causæ efficientis, vel quasi efficientis, non quando fit in genere causæ formalis, vel quasi formalis. Vnde non rectè dicitur: *Pater est sapiens sapientiâ genitâ* quia talis denominatio fit à formâ, vel quasi formâ formaliter; non effectiuè existente in subiecto denominato. Vnde hanc propos. quam aliquando concessit *August. lib.* 83. *qu. q.* 23. postea retractauit *lib.* 1. *retract. cap.* 25. Dubitari autem posset, an concedenda sit hæc, *Pater sapit sapientiâ genita*. Negant aliqui. Affirmant alij, quibus ego assentior: quia verbum *sapere* idem sonat quod intelligere. Vnde non fit denominatio in genere causæ formalis à termino producto, sed efficientis, vel quasi efficientis, sumpto *sapere* notionaliter.

Dicere duplex respectus.

Diligere idem.

Rectè.

SECTIO VI.

Sub quâ ratione actus intelligendi & volandi requirantur ad Processiones diuinas?

69. HAnc diffic. vrget *Durandus in* 1. *confirm. sect.* 4. quia cùm nequeant comparari ad illas neque vt principia; neque vt productiones, nullo modo videntur per se ad illas requiri.

70. Nota quinque modis posse actus essentiales intelligendi & volendi ad diuinas processiones requiri: merè concomitanter & quasi per accidens, vt *Duran.* putauit; scil. si tales actus in Deo non essent, adhuc in Deo futuræ fuissent processiones Verbi, & Spiritus S. Non multùm differt *Scotus*, qui, vt *sect. præced.* arbitratur actus intelligendi & volendi non requiri ad processiones Verbi & Spiritus S. formaliter, sed tantùm præsuppositiuè, quatenus naturæ ordine principium productiuum prius exigit perficere seipsum operatione immanente, quàm producere aliud actione transeunte. Vnde prius est operans, quàm producens: est enim operans per actionem immanentem; producens per transeuntem. Quia igitur æternus Pater prius naturæ ordine exigit perficere se ipsum immanenter per actum intelligendi essentialem, quàm producere Filium per actum transeuntem notionalem; similiter, quia Pater & Filius prius exigunt perficere se ipsos immanenter actu diligendi essentiali, quàm producere Spiritum S. actu transeunte notionali; ideo actus intelligendi & volendi essentiales præsupponuntur tantùm, non includuntur in actibus producendi notionalibus. Huic accedit *Molina* 1. *p. qu* 27. *artic.* 5. *disp.* 2. vbi docet, actus nationales in obliquo tantùm, & præsuppositiuè connotare actus essentiales. 2. requiri possunt, vt proxima tantùm principia, quibus personæ diuinæ producunt, non vt actuales productiones, vel actiuæ principiorum producentium, vel passiuæ terminorum procedentium. 3. vt actuales tantùm origines & productiones tam actiuæ personarum producentium, quàm passiuæ personarum procedentium. 4 vt proxima principia producendi, & simul etiam vt actuales productiones.

Nota 5. *modos requirendi.* 1.

Modus 2. &c.

5. Vt actuales communicationes naturæ, intellectionis & volitionis Diuinæ. Excluso 1. modo contra *Duran. & Scot.* quoad reliquos 4.

PRIMA sent. docet, actus essentiales intelligendi & volendi requiri solùm, vt proxima principia producendi, non vt actuales productiones diuinarum personarum. *Suarez lib.* 1. *de Trinit. cap.* 9. *& lib.* 6. *cap.* 1. quæ quoad 1. partem asseritur ab *Henrico in sum. artic.* 54. *qu.* 10. *ad* 2. *& quod libr.* 6. *qu.* 1. Fundam. prioris: proximum principium, quo diuinæ personæ producunt, non est perfectio aliqua relatiua, saltem sola, vt *Henricus* censet, sed necessariò debet esse perfectio aliqua absoluta; relatio n. non est actiua, & principium productiuum est quo producens sibi assimilat productum: at Parens non assimilat sibi Filium, sicut nec parens & Filius Spiritum S. in perfectione relatiuâ, cùm potiùs in eâ procedant, vt personæ dissimiles & diuersæ à producentibus; sed in perfectionibus absolutis, se intelligendi & diligendi: nam proximum principium producendi, est quo producens proximè sibi assimilat Filium per actum intelligendi; Pater & Filius Spiritum sanctum per actum diligendi. Nam Filius procedit, vt Verbum Patris, Spiritus S. vt Amor vtriusque: Verbum autem & Amor sunt proximi & formales termini intellectionis & volitionis.

Fund. prioris asserti.

Fundam. poster. in Deo productio actiua adæquatè distinguitur à passiuâ; non posset autem adæquatè distingui, ratione actus essentialis, si formaliter includeretur in vtrâque productione. Maior prob. productio actiua adæquatè identificatur cum principio producendi, vt passiua cum termino producto; nam per eas formaliter & adæquatè distinguitur in diuinis persona producens à productâ, cùm nil aliud sit productio passiua in diuinis, quàm persona in produci: sicut actiua nil aliud est, quàm persona in producere;

Fund. posterioris.

SECVNDA negat, actus essentiales intelligendi & volendi requiri, vt proxima principia producendi, sed solũ vt actiones, formaliter inclusas in actibus notionalibus, tã actiuis principiorum producentiũ, quàm passiuis terminorum. *Torrez q.* 27. *art.* 5. *disp. vni. in* 2. *p. disp. Vasq. disp.* 112. *c.* 3. *tactus ibi quæ disp.* 111. *fine.* Fund. principia proxima producendi Verbum Spirit. S. nõ sunt intelligere & velle, sed intellectus & volũtas: illi n. potiùs tribuẽda est productio, quod habet rationẽ potẽtiæ, quàm actus ergo intelligere & velle

Sent.

Fund.

Digitized by Google

& velle non sunt proxima principia producendi, sed actuales tantùm productiones, cùm proximum principium debeat esse vnicum; intelligere verò & velle non requirantur; vt principia proxima producendi; ergo vt actuales productiones.

78. 3. Sect. TERTIA affirmat, intellectionem & volitionem essentiales exercere vtrumque munus respectu diuinarum processionum, & proximi principij producendi, & actualis productionis personarum: *Ruiz de Trinit. disp. 2 sect. vlt. & disp. 39. sect. 5.* quia non repugnat, vt eadem perfectio in Diuinis secundùm diuersas formalitates, quasi partiales & inadæquatas, sustineat diuersa munita: vt eadem paternitas constituit Patrem in ratione primæ personæ incommunicabilis; reddit illum fœcundum ad generandum; tribuit illi actualem generationem; simul actu refert illum ad Filium.

Fundam.

79. *Principium producendi quo nequit esse absolutum.* Verùm omnes hæ sent. efficacissimè refutantur: implicat in diuinis principium producēdi *quo*, siue adæquatum, siue inadæquatum esse aliquid absolutum, at prima & 3. id expressè affirmat: 2. implicitè supponit, actus nationales intrinsecè includentes essentiales originari ab intellectu & voluntate, quæ sunt perfectiones absolutæ: sic demonstro: Principium producēdi *quo* est ipsum formale principium, à quo realiter emanat actio productiua termini; implicat autem, actionem realiter emanare à principio, & ab eo realiter non distingui. Igitur implicat, principium producendi *quo*, in diuinis, esse aliquid absolutum. Maior est ipsa descriptio principij *quo*; quod realiter ac per se influit in terminum, non est principium *quod*, sed tantùm *quo*, nam *quod*, solùm est principium denominationis, quâ denominatur influere à principio *quo*, vnde actio realiter tantum manat à principio *quo*. Actio verò realis nil aliud est, quàm realis egressio termini à principio, in quo tantùm potentiâ & virtute continetur. Implicat autem, concipere realem egressum termini à principio aquo proximè manat, & ab illo realiter non distingui: nam quatenus est realis egressus termini à virtute productiuâ, debet realiter esse extra illam: quatenus verò realiter non distingueretur ab illâ, non posset esse extra illam; cùm nihil possit esse realiter extra id, à quo realiter non distinguitur; atque adeò idem esset, & non esset realiter extra principium, à quo realiter emanaret. Cùm igitur in diuinis terminus productus à nullâ perfectione absolutâ distinguatur, sed eas omnes formaliter includat, sibique identificet; implicat, vt verè & realiter producatur ab aliquâ perfectione absoluta, vt à principio proximè influente.

Principium quo est denominationis.

80. *Confir. 1.* Confir. 1. ideò nequeunt intellectio & volitio essentiales dici reales actiones respectu intellectûs & voluntatis diuinæ, quia ab illis non distinguuntur realiter: ergo nec possunt esse, aut dici reales processiones Filij & Spiritus S. si realiter non distinguuntur à principiis, à quibus proximè emanant. Nec sufficit, vt realiter tantùm distinguantur à principio *quod*; tum quia ab illo debent realiter distingui, à quo realiter emanant, seu egrediuntur; nam realis distinctio producti à producente immediatè fūdatur in reali egressu termini à principio producente; cùm non possit id, quod realiter egreditur per verum influxum ab alio, esse idem realiter cum illo, eâ virtute & formalitate, quâ realiter ab illo egreditur. Cùm igitur personæ diuinæ verè & realiter emanent à solo principio *quo*, non *quod*, nisi tantùm denominatiuè, & ratione ipsius principij *quo*, ab illo debent potissimùm distingui. Tum quia in tantum principium *quod*, distinguitur à termino producto, in quantum illud realiter producit, cùm non possit producens & productum simul identificari: sed principium *quod*, non producit realiter terminum ratione sui, sed ratione principij *quo*; ergo si debet terminus productus realiter distingui à principio *quod*, à fortiori distingui debet à principio *quo*, ratione cuius principium *quod*, realiter distinguitur à termino producto.

Paulò egressus exclamatio, distinctio idē est.

81. *Confirm. 2.* 2. Si principium proximè productiuum *quo*, esset sola perfectio absoluta, vt plerique ex *cit.* auctorib. docent, sequeretur, relationes diuinas non distingui proximè & formaliter ratione originis, sed ex se ipsis, independenter ab origine (quod est contra Concilia & Patres) nam si sola perfectio absoluta esset ratio producendi, perfectio relatiua non producit intrinsecè & formaliter, sed tantùm extrinsecè & denominatiuè; nec poterit proximè & formaliter ab oppositâ correlatione distingui per originem, sed per se ipsam independenter ab origine. Vnde sequeretur, quòd si per impossibile Paternitas non includeret à parte rei naturam; & reliquas perfectiones absolutas, adhuc realiter distingueretur à filiatione: & è conuerso, si natura non includeret à parte rei paternitatem, adhuc posset producere filiationem indistinctam à se, non secus, ac modò producit, quia per mutuam inclusionem, vel exclusionem non variarentur intrinsecè & formaliter istæ perfectiones in Deo. Ergo si de facto paternitas per solam inclusionem naturæ, quæ tantùm est proximum principium producendi filiationem, realiter distinguitur à filiatione; & è contrà; si natura per solam inclusionem paternitatis, quæ nullo modo ipsa producit, est proximum principium producendi filiationem indistinctam à se, etiam in casu, quo istæ perfectiones non se mutuo includerent, & paternitas distingueretur à filiatione, & natura esset proximum principium producendi filiationem indistinctam à se.

Sequela dura.

82. *Sent. ampletenda.* QVARTA docet, actus intelligendi & volendi solùm requiri ad diuinas processiones, vt immediatas & proximas communicationes naturæ, ita *aliqui apud Durand. in 1 dist. 7. q. 2. nu. 18.* & sequitur ex eorum sent. qui nobiscum sentiunt, *vt infrà*, principium productiuum *quo* in diuinis non esse perfectionem absolutam, sed respectiuam. Hæc sent. ad præsentis mysterij altitudinem explicandam aptior est. Fūdam. alioqui non saluaretur realis distinctio inter proximum principium productiuum, & terminum ipsum productum. 2. quodlibet principium productiuum essentialiter habet duo, & vt terminum aliquo modo sibi assimilet, & vt ab illo realiter distinguatur. 1. fundatur super illud axioma: *Omne agens agit vt assimilet sibi possum:* 2. suprà illud principium lumine naturæ notum: *Idem non potest se ipsum producere; sed necessariò inter ipsum & productum intercedere debet realis distinctio.* Sed infinitum producens, qualis est Deus respectu productionis ad intra, postulat cum reali distinctione producti infinitam assimilationem termini producti: non potest autem cum reali distinctione producti infinitam habere assimilationem termini producti, nisi pro principio communicatiuo habeat naturam cum omnibus perfectionibus absolutis: pro productiuo verò solam proprietatē relatiuam: igitur actus intelligendi & volendi, qui spectant ad perfectiones absolutas naturæ, non possunt esse proximum principium producendi, sed tantùm proximæ communicationes naturæ. Prob. subsumpta: nisi Deus pro principio cōmunicatiuo habeat naturam cum omnibus perfectionibus absolutis, solamque proprietatem relatiuam pro principio productiuo *quo*, non poterit termino producto communicare

Fund. potiss.

83. *Pr. à priori.*

Infinita assimulatio fal natur.

Digitized by Google

municate eandem numero naturam cum omnibus perfectionibus absolutis; cùm implicet principium producens identificari realiter cum producto; eâ potissimùm formalitate, quâ proximè & immediatè influit in productum; cùm implicet realis egressus sui à se ipso. Non implicat autem, vt principium communicatiuum sit idem cum communicato; quia de ratione communicantis non est, vt maneat distinctum à communicato; cùm possit eadem numero perfectio communicari alteri, & simul manere in ipso communicante: vt eadem numero anima rationalis communicatur nouæ parti materiæ per nutritionem acquisitæ, & simul manet cum alijs partibus præcedentis materiæ. Ratio: cõmunicatio fit in genere causæ formalis, vel quasi formalis; in quo genere causæ idem est communicans & communicatum: productio verò fit in genere causæ efficientis seu originantis, in quo semper originans & originatum distinguuntur realiter. at id tantùm debet habere pro principio productiuo *quo*, per quod realiter distinguitur à termino producto: per solam autem proprietatem relatiuam distinguitur in Deo principium producens à termino producto; ergo.

Principium communicatiuum idem cum communicato.

84. *Confir.* Confirm. in diuinis debet summâ communicatione saluari minima distinctio, quæ esse potest: hæc autem saluari non potest, nisi principium productiuum *quo* sit sola proprietas relatiua. Maior prob. communicatio in suo conceptu quidditatiuo importat vnitatem, distinctio diuersitatem. Maior autem perfectio est vnitas, quàm diuersitas, quia vnitas magis recedit à limitatione & accedit ad illimitationem: diuersitas magis accedit ad limitationem & recedit ab illimitatione: vnde quò creaturæ sunt perfectiores, eò minorem habent diuersitatem, & maiorem vnitatem in suis perfectionibus. Ergo vnitas in Deo ente summè perfecto poni debet maxima; distinctio minima, quæ esse potest: non potest autem maior vnitas excogitari, quàm communicatio eiusdem numero naturæ cum omnibus suis perfectionibus absolutis, per omnimodam consubstantialitatem personæ producentis & productæ, nec minor distinctio, quàm per relatiuam oppositionem producentis & producti, cùm per minorem saluari nequeat quidditas processionis realis.

Vnitas maxima, distinctio minima.

85. *Obiect.* Sed obijcit *Durandus*, In diuinis communicatio naturæ non distinguitur à productione personæ: ergo neque principium communicatiuum distinguitur à principio productiuo. quia vnius actionis vnum debet esse principium. Antec. declaratur; productio personæ, & communicatio naturæ non sunt duæ, sed vna actio, cùm in Deo non sint, nisi duæ processiones, generatio quâ gignitur Verbum, & spiratio quâ spiratur Amor. Distinguo antecedens. communicatio non distinguitur à productione realiter, vt actio realiter distincta, vel ab ipsâ productione actiuâ personæ producentis, vel à passiuâ processione personæ procedentis, concedo: non distinguitur ratione saltem inadæquata; nego. Eadem quippe actiua productio est realis influxus personæ producentis in personam productam, ab eâque realiter distinctus, & simul actiua communicatio naturæ personæ productæ à producente, solâ ratione à producente & productâ distincta.

Resp.

actiua productio est actiua communicatio

Quare fundamentaliter nec actiua communicatio naturæ distinguitur ab actiuâ productione personæ producentis, nec passiuâ communicatio eiusdem naturæ à passiuâ processione personæ procedentis, cùm tam actiuam productionem, quàm passiuam processionem essentialiter comitetur vtraque communicatio, & actiua personæ producentis, & passiua personæ procedentis: ratione tamen inadæquatâ tam actiua communicatio naturæ distinguitur ab actiuâ productione personæ producentis, quàm passiua communicatio naturæ à passiuâ processione personæ productæ. nam communicatio pro formali termino habet naturam, productio hypostasim. Præterea productio est actio realis non item communicatio, vt à productione distincta. Communicatio subsequitur, non antecedit productionem; priùs enim ratione producitur terminus, quàm ei communicetur natura; nam communicatio supponit id, cui facienda est communicatio. Eodem modo concedo, principium productiuum esse idem realiter cum communicatiuo, distingui tamen ratione saltem inadæquatâ ab illo. Principium enim productiuum *quo* est ipsa proprietas relatiua; productiuum *quod* est persona constituta ex proprietate relatiuâ, vt ex ratione proximâ producendi, & naturâ vt ex principio communicatiuo Quod communicatiuum proximum in Patre est actualis intellectio, in Spiratore actualis volitio; remotum in vtroque est natura diuina, vt essentialiter inclusa in vtraque ratione proximè communicatiua.

Sed ratione inadæq.

87. *Paritas principij*

Obij. 2. Patres affirmantes, principium productiuum *quo* esse naturam Diuinam. Resp. Patres intelligi de principio *quo* denominationis, non productionis formalis. nam sicut in sent. aduers. proprietas relatiua dicitur principium productiuum, non formaliter, sed denominatiuè, quatenus integrat principium productiuum *quod*: ita in nostrâ sent. natura dicitur principium productiuum denominatiuè ab ipsâ proprietate relatiuâ, cum qua integrat vnum principium productiuum *quod*.

88. *Ob. 2.* *Resp.*

Obij. 3. quia non videtur Filius procedere vt Verbum, nec Spiritus vt Amor, cùm in nostrâ sent. nec Filius procedat vt terminus intellectionis, nec Spiritus vt terminus volitionis; quia nec ille producitur per intellectionem, nec iste per volitionem; sed vterque per proprietatem relatiuam, quæ nec est intellectio, nec volitio formaliter. Resp. vt Filius procedat vt Verbum Patris & terminus intellectionis Paternæ, Spiritus vt Amor & terminus volitionis Patris & Filij, non esse necessarium, vt procedant ab intellectione & volitione, vt à principio proximè producente, sed sat esse, si procedãt per talem proprietatem, quæ essentialiter includant intellectionem & volitionem, vt proximum principium communicandi. Nam vt ille præcedat vt Verbum, hic vt Amor, nil aliud requiritur, quàm vt ex vi suæ formalis originis ille accipiat intellectionem, hic volitionem: at hoc ipso, quòd Filius procedit per Paternitatem proximè & immediatè afficientem intellectionem, Spiritus per Spirationem proximè & immediatè afficientem volitionem, vt proximum principium communicandi, ille vi suæ processionis accipit intellectionem, hic verò volitionem: nam integrum principium productiuum essentialiter constituitur ex principio communicatiuo, & proximè productiuo: ergo & ipsa productio integrè accepta, vt via ad terminum productum essentialiter includit & rationem communicationis, & rationem proximæ productionis: atque adeò terminus productus vi suæ originis formalis non solùm accipit hypostasim, sed etiam intellectionem & volitionem, ijsque mediantibus totam naturam. Quòd autem tam paternitas immediatè afficiat intellectionem, vt proximam rationem communicandi, quàm spiratio volitionem prob. paternitas est prima proprietas personalis naturæ

89. *Ob. 3.* *Resp.*

90. *paternitas immediatè afficit intellectionem.*

Digitized by Google

turæ diuinæ, atque adeò per se postulat immediatè afficere naturam secundùm eam perfectionem. quâ est priùs ratione communicabilis: hæc autem, vt patet, est intellectio, quæ ratione præcedit volitionem. Spiratio verò est proprietas 2. competens naturæ Diuinæ, supponens illam constitutam per primam proprietate personalem proximè fœcundã ad producendum, & se ipsam communicandã per primam perfectionem & proprietatem intellectionis: igitur ex naturâ suâ immediatè petit afficere volitionem, quæ intellectionem supponit, & est perfectio. 2. quâ natura diuina ad intra se communicat. 91. *Confir.* Confir. etiam per aduers. Filius & Spiritus S. non accipiunt intellectionem & volitionem, nisi viâ communicationis; siquidem non accipiunt illas vt distinctas à principio productiuo: quidquid autem persona producta non accipit vt distinctum à persona producente, accipit per communicationem, non per productionem, quia productio formaliter tendit ad distinctum, communicatio ad idem.

92. *Ob. 4.* *Obiit.* 4. Non videtur maior ratio, cur Filio vi originis formaliter cum intellectione communicetur natura, & cum eâ non communicetur etiam volitio; cùm non minùs volitio, quàm intellectio identificetur cum naturâ. *Resp.* Resp. maior ratio est, quia id tantùm per se formaliter communicatur cum proximo principio communicatiuo, quod per se & formaliter in eo includitur: at cum intellectione & volitione sola natura per se & formaliter includitur: ergo ea tantùm vi originis formaliter vtrique personæ cum proximo principio communicatiuo communicatur. *Id communicatur per se quod per se includitur in princ. communic.* Minor ostend. id tantùm per se & formaliter includitur in intellectione & volitione, quod formaliter & per se complet principium intellectionis & volitionis; sola autem natura id præstat; nam sola natura, vt principium vitale principale simul cum intellectu & voluntate per se immediatè complet principium intellectionis & volitionis. Etenim ad actum vitalem non solùm proximè concurrit potentia vitalis, sed substantia & natura viuentis; ergo ad completum principium vitale intellectionis & volitionis diuinæ proximè & immediatè concurrit natura diuina. Cæterum, quia intellectio & volitio spectant ad diuersos modos operandi, neutra formaliter & per se includitur in aliâ, vt complementum eiusdem principij operatiui, ac proinde solùm concomitanter communicatur cum naturâ diuinâ.

93. *Relatio est transcend. actiua* Ad fundam primæ, neg. maior. Ad 1. prob. concedo assumptum de relatione prædicamentali, quæ est purus respectus ad terminum: nego de transcendentali, quæ, vt inductione constat etiam in rebus creatis, actiua est Relatio autem, quæ in Deo ponitur productiua, non est prædicamentalis, sed transcendentalis. Ad 2. dico; maior est vera de principio productiuo quoad rationem formalem communicandi, quæ essentialiter supponit principium productiuum, non quoad rationem formalem producendi. quia principium communicatiuum suâ naturâ vnit communicantem cum termino communicato; nam idem formaliter, quod communicatur termino, manet in principio communicante aut specie, vt in rebus creatis, aut numero, vt in diuinis. Productiuum verò distinguit & quasi separat producentem à producto; nam id, quod datur producto, non manet formaliter, sed tantùm virtute in producente. Igitur principium productiuum non assimilat sibi productum formaliter ratione productionis, sed ratione communicationis, quam vnumquodque principium productiuum tam creatum, quàm increatum in suo ordine essentialiter includit. 94. *Ad relis. Sent.* Ad rationes reliquarum sent. quatenus faciunt contra nos, patet ex dictis.

95. *Tria distig.* Etiam constat, sicut in principio productiuo distinxi principium proximè communicatiuum, & principiũ proximè productiuum, nec non ipsum integrum & totale principium productiuum *quod*: ita in productionibus proportionaliter distinguenda hæc tria, actualis communicatio tam actiua in principio communicante, quàm passiua in termino communicato, quæ est intellectio & volitio essentialis, vt ratione præcisa ab ipsâ productione tum actiuâ hypostasis producentis, tum passiuâ productæ; & actualis productio, quæ est actus notionalis, consideratus præcisâ formalitate productionis, siue hypostasis producentis, siue productæ; & integra processio, quæ vtramque rationem formalem includit, actualem scilicet communicationem naturæ & formalem productionem hypostasis, quæ dicitur origo tam actiua personæ producentis, quàm passiua personæ productæ.

SECTIO VII.

An sola processio Verbi sit generatio?

RATIO dub. perfecta generatio est, ex Arist. *Origo viuentis à viuente, à principio coniuncto in similitudinem naturæ.* 96. Ac non solùm Verbum, sed etiam Spiritus S. procedit viuens à Patre & Filio perfectè viuentibus per actum voluntatis, qui in Deo est vita per essentiam, à principio coniuncto, ipsique intimè communicato in similitudinem eiusdem numero naturæ cum Patre & Filio producentibus. Igitur non solùm processio Verbi, sed etiam Spiritûs S. est generatio. Vnde Ariani consubstantialitatem Diuinarum personarum negantes, hoc argumento Catholicos vrgebant. *Argum. Ariani.* Si Spiritus S. procedit eiusdem naturæ cum Patre, aut procedit à solo Patre, & sic est Filius Patris, & Frater Filij; aut à solo Filio, & sic est Filius Filij & Patris nepos; aut ab vtroque simul, & vterque erit Spiritûs S. Parens; cùm autem nequeat vterque esse Pater, erit alter Pater, mater alter.

97. *Verbum est vitium.* DICO 1. Verbum est propriè Filius, eiusque processio est vera & propria generatio: est de fide; ex scripturâ, in quâ Verbum appellatur *Filius* & *genitus*, Psal. 2. *Filius meus es tu*, inquit, Pater æternus, *ego hodie genui te.* Dicit, *Genui*, vt exprimat æternitatem. Dicit, *Hodie*, vt significet perennitatem. 2. interrogatus Christus à summo Sacerdote, an esset Filius Dei, *Marci.* 14. respondit: *Ego sum.* At Christus est Verbum Patris, *Ioan.* 1. *Verbum caro factum est.* Igitur Verbum est Dei Filius. 3. processionem Verbi Scriptura explicat metaphora *Vteri*, *Ps.* 109. *Ex vtero genui te*; nomine *Conceptionis*, & *partus*, *Prou.* 8. at hæc omnia generationem important: ergo.

98. *Vnigenitus* DICO 2. Solum Verbum est Filius, cuiusque processio est tantùm generatio. Est de fide; ex Scripturâ, in quâ non modò Verbum dicitur *Filius*, & *genitus*, sed *vnigenitus*, Ioan. 1. *vidimus gloriam eius gloriam quasi Vnigeniti à Patre.* vbi particula, *quasi*, non est nota diminuens, sed veritatem explicans, vt adnotarunt *Augustin. Amb. Gregor. Chrysost. Theophil. Euthimius.* Vnde paulò pòst idem Euang. absolutè vocat *Vnigenitum: Vnigenitus, qui est in sinu Patris* &c. 3. *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret.* & in Symbolo *Athan.* solus Filius dicitur *genitus.* & in Nicæno *Vnigenitus.*

Verùm

99. Verùm contrauersia est in assignando discrimine, cur productio Verbi, non autem Spiritus S. sit generatio, cùm vterque accipiat eandem numero naturam producentis. Quâ difficultate victi *Aug. lib. 3. contra Maximi. c. 14. Damascen. l. 1 fidei orthod. c. 8. & 10. Arimin cum Magist. in 1. dist. 13.* fatentur, huius Catholicæ veritatis discrimen à puro viatore in hâc vitâ assignari non posse. Reliqui conantur rationem discriminis afferre.

100. Ratio 1. PRIMA ratio *Scoti in 1. dist. 13. §. ad quæst. Aureo art. 1 propos. 4.* affirmantium, generationem & spirationem distingui se ipsis formaliter: nec oportere vlteriùs quærere, quibus distinguantur, nisi quia tota ratio formalis vnius, non est tota ratio formalis alterius. Sed contra:

101. Contra. hanc rationem formalem quærimus, quâ vna constituatur, vt generatio; altera, vt spiratio. Eodem labuntur qui dicunt, distingui penes terminos productos. Id ipsum enim quæritur, quid proprietatis sit in vno, quo formaliter distinguatur ab altero.

102. Ratio 2. SECVNDA *Durand. in 1. dist. 6. q. 2. num. 17. Aliac. in 1. q. 8. art. 3.* Ideo Verbum esse genitum, non Spiritū S. quia Verbū procedit ab vno, Spiritus à duobus; quod autem procedit ab vno, procedit per modum naturæ, quia modus naturæ est, vt vnus sit ab vno: Quod à pluribus, procedit per modum voluntatis, quia procedit à pluribus concurrentibus moderando suam virtutem. Hæc ratio sumpta ex *Augst. 15. de Trinit. cap. 27.* vbi eo probat, Filium procedere vt natum, Spiritum vt spiratum, quia *Filius*, inquit, *nullus est duorum, nisi patris & matris. Absit autem, vt inter Deum Patrem, & Deum Filium aliquid tale suspicemur.* Sed contrà: procedere à pluribus necessariò, & per modum vnius principij ad vnum

103. Contrà determinari, non est procedere per modum voluntatis, suam virtutem moderantis, sed per modum naturæ ad vnum determinatæ. 2. sicut porcedere à pluribus non tollit, quin Spiritus S. procedat vt viuens à viuente coniuncto, in similitudinem naturæ; ita non tollit, quin procedat vt natus, tum quia etiamsi procedat à Patre & Filio, non tamen procedit ab illis, vt à pluribus, sed vt ab vno eodemque proximo principio spiratiuo. Atque ex his soluta est ratio Augustini. etiamsi Spiritus S. procederet à Patre & Filio vt genitus, non oporteret ab illis procedere, vt à Patre & matre; quia non procederet diuerso modo ab vno, ac ab alio, quod necessarium esset, vt ab illis procederet vt à Patre & matre.

TERTIA *Henrici, in sum. a. 6. q. 8. Bonauent. in 1. dist. 13. q. 2. Richar. q. 3. Herua. q. 1. Rubio. q. 1. art. 1. & Gid. 2. p. dist. art. 1. Mayro. dist. 10. q. 1.* ideò Verbum dici genitum, non autem Spiritum S. quia Verbum procedit per modum naturæ, Spiritus per modum voluntatis. At solùm id quod procedit per modum naturæ in rebus creatis est genitum.

104. Ratio 3. Sed contrà; vel procedere per modum naturæ, est procedere non præsuppositâ aliâ operatione substantiali in eodem operante, vt multi explicant: at hoc extrinsecum est, & accidentarium generationi: vel procedere per modum naturæ, est procedere necessariò & per determinationem ad vnum: at Spiritus S. procedit necessariò, & per determinationem ad vnum, quia non procedit liberè, & per

105. Contrà virtutem indifferentem ad vtrumlibet, sed ex naturali inclinatione & propensione, quam Deus habet ad diligendum se ipsum. Vnde voluntas diuina producit Spiritum S. vt natura quædam sit; quia producit illum vt ab intrinseco determinata ad vnum. Quod docuit *S. Tho 1. p. qu. 41. art. 2. ad 3.* Nec refert, quòd idem *q. 10. de potent. art. 2. ad 4.* neget Spiritum S. procedere per modum naturæ. Quia hoc tantùm ibi negat, ne videatur concedere eum procedere tantùm à naturâ, & non à voluntate, vt à proximo & formali principio. Vel per modum naturæ significat procedere ex fœcunditate naturæ, vt explicat *Bouen.* at non minùs Spiritus S. quàm Verbum procedit ex fœcunditate naturæ; ille mediâ volitione; hoc mediâ intellectione, vt proximo & formali principio communicationis.

Quarta *Capreoli in 1. dist. 9. art. 1. ad 2. cont. 1 cum. Caiet. & Ran. 1. p. q. 27. art. 4. Ver. 4. cont. gent. c. 11. & c. 19.* ideo productionem Verbi esse generationem, quia est per intellectum; non Spiritus S. quia est per voluntatem: quod autem procedit per intellectum vi suæ originis formalis procedit simile producenti, non quod procedit per voluntatem. Probat hoc *Caiet.* ex diuerso modo operandi 106. Ratio 4. intellectus & voluntatis; nam ille fit in actu per expressam similitudinem obiecti; hæc per inclinationem ad obiectum Vt hoc magis explicet, notat *q. 35. art. 2.* posse genus per differentiam ad certam speciem contrahi, 1. per differentiam formalem, quæ sit intra eandem perfectionem cum genere: 2. per differentiam extrinsecam & quasi materialem, quæ Prob. sit extra perfectionem generis 1. modo contrahitur color per album & nigrum; 2. modo contrahitur color per naturale, & artificiale.

107. Expl. Caiet. Ex his infert intellectionem quæ sumpta genericè vim habet assimilandi terminum principio intelligenti, vt intelligenti formaliter, contractam ad diuinam, vt ad differentiam intrinsecam, assimilare terminum productum principio intelligenti in eâdem numero naturâ; atque adeò, vt talis intellectio est, habere, vt gignat terminum similem in natura principio producenti quod est intelligens formaliter: amorem verò neque ex vi sua generica, neque 108. infert. specifica per se habere, vt assimilet terminum principio producenti: eo quòd amor impulsio est, & amoris differentiæ per se tantùm sint impulsionis diuersificatiuæ. Quo fit vt neque ille ad perfectissimum amorem contractus, vt ad differentiam per se, sit formaliter & ex vi propriæ differentiæ productiuus similis, & eiusdem naturæ cum principio amante, sed infinitæ impulsionis Dei amantis in se ipsum Quia verò hic amor reperitur in natura increata, ratione subiecti, quæ est differentia extrinseca, habet, vt producat terminum identificatum cum natura amantis, atque adeò similem: at ad naturam generationis produci debet similis ratione differentiæ propriæ, alioqui non procederet similis vi suæ processionis formaliter: hinc fit vt etiamsi Spiritus S. ratione differentiæ extrancæ procedat similis & consubstantialis principio producenti, non dicatur genitus, & Filius, sicut Verbum; quod ex vi intellectionis vt sic, & talis specificæ producitur simile & eiusdem naturæ cum producente. Ampliùs sic explicat Ferrari. intellectio ex eo, quod est expressa similitudo rei intellectæ, habet ex se aliquo modo assimilare terminum principio producenti, quod est intellectus informatus specie intelligibili: ergo perfectissima & infinita intellectio, qualis est Diuina, procedens ex infinito intellectu, & infinito intelligibili, habet infinitè assimilare terminum principio intelligenti: ergo per identitatem euisdem naturæ 109. Explicat. cum illo; nam quantò intellectio est perfectior, tantò verbum per ipsam productum est intimius & magis vnitum: Processio verò Amoris Diuini neque ex vi processionis amoris vt sic, neque ex vi processionis perfectissimi amoris habet, vt procedens habeat idem esse naturale cum producente: non

Digitized by Google

non enim quò processio amoris est perfectior, eò per talem processionem productum est intimius producenti; sed hoc solùm habet ex eo, quòd est res quædam existens in Deitate, in quâ nihil potest esse diuersum. formales autem & intrinsecas

110. *Differentias intell. & amoris Sumi ex obiecto* differentias intellectionis & amoris non esse sumendas ex subiecto, sed ex obiecto, prob. cùm tales actus primariò sint à naturâ ordinati ad obiecta, inde habent, & non ex subiecto suas formales differentias. at ex vi proprij modi tendendi horum actuum ad sua obiecta sola intellectio est per modum expressæ similitudinis rei intellectæ, quæ est proximum & formale principium intelligendi; volitio verò tantùm est ad instar cuiusdam vitalis impulsus in rem amatam: ergo etiamsi ambæ ratione subiecti, cum quo sunt coniunctæ, attingant terminum similem in naturâ cum producente, non tamen ambæ sunt generatiuæ. Ruiz *de Trinit. disp.* 6. sc. 1. idcò ait, productionem Verbi esse generationem, quia explicito & formalissimo conceptu ordinatur ad personam, quæ ex suâ vltimâ ratione

111. *Non multum ab hâc ratione discrepat* pensonæ est perfectissima imago producentis; quæ si crescit infinitè, euadit substantialis intra eundem gradum imaginis. Putat Verbum per se afferre similitudinem in naturâ ex eo, quòd sit perfectissima similitudo producentis.

112. *Contra Caietanus.* Contra hanc *Caiet.* sent. 1. ex ea sequeretur,

1. *Spir. S. vi processus non esset Deus.* Spiritum S. vi suæ processionis formalis non esse æquè Deum ac Verbum, ac proinde vi suæ constitutionis personalis, quæ sumitur ex propriâ origine, non constitui æquè Deum formaliter, ac reliquas personas nam vi suæ processionis formalis procedit solùm vt amor, qui in *sent. Caiet.* non est formaliter Deus, sed impulsus & affectio Dei, identicè tantùm & subiectiuè Deus. Vnde vi suæ processionis formalis non esset vniuocè persona Diuina cum Patre & Filio; nam vi suæ processionis formalis non accipit eandem naturam Patris & Filij, sed proprietatem tantùm naturæ. nec saluaretur æqualitas, quam Diuinæ personæ seruare debent in propriâ constitutione personali, quæ sumitur ex propriâ origine, vi cuius vna ponitur procedere perfectior aliâ. Præterea falsum est, amorem non esse Deo essentialem: sed solam proprietatem, ab ipsius quasi naturâ fluentem. Contrarium enim docet S. *Thom.* 1. *p. q.* 30. *art.* 2. *ad* 2. vbi amorem ait esse coessentialem Deo. 2. hæc opinio non

113. *Contrà 2. Conclu. Similitudo intentio. tantùm.* concludit, quod intendit. Intendit enim similitudinem in naturâ quam habere debet genitum cum generante, & concludit solam similitudinem intentionalem & in repræsentando, quam per se tantùm postulat verbum intellectuale cum obiecto intelligibili. nam de ratione Verbi, vt abstrahit à creato & increato, solùm est procedere simile obiecto intentionaliter, seu repræsentare obiectum intelligibiliter: hoc autem dicit similitudinem naturalem, & in essendo cum obiecto, sed tantùm intentionalem & in repræsentando, quæ necessaria est, vt per eam perfectè cognoscatur obiectum; scilicet omni aliâ circumscriptâ, & hac tantùm posita, ponitur verbum perfectè repræsentatiuum obiecti. ergo Verbum, vt contractum ad increatum, per se non importat, nisi similitudinem intentionalem infinitam. Hoc demonstro 1. Verbum non minus procedit vt Verbum personarum & possibilium, quàm Diuinæ essentiæ; cùm non minùs procedat vt perfectissima notitia eorum: sed respectu personarum & possibilium, non importat, nisi solam similitudinem intentionalem: quia non procedit simile in essendo paternitati, aut spirationi passiuæ, vel creaturis; (Verbum enim esset Pater, Spiritus S.

114. *Demonstr. à post.* & creatura naturaliter) sed solùm simile in repræsentando, vt notia omnium, quæ sunt in mente paterna. Ergo neque respectu essentiæ Verbum, vt contractum ad increatum per se importa similitudinem in natura; sed tantùm in esse intelligibili. 2. Verbum ex vi contractionis ad talem differentiam Verbi, eam tantùm similitudinem per se poscit, quæ per se tantùm facit ad perfectissimam notitiam talis obiecti: sed hæc est sola similitudo intensionalis cum obiecto intelligibili: ergo. Maior pater; nam differentia per se est illa, quæ per se tantùm requiritur ad talem speciem, ex tali genere & differentia constituendam; sed ad constituendam perfectissimam speciem Verbi increati sufficit infinita similiiudo intentionalis cum ipso obiecto intelligibili: sufficit enim ad comprehendenda omnia, quæ sunt in memoria fœcunda Patris; & tota perfectio Verbi est exprimere in act 2. quidquid in actu 1. dicit speciem intelligibilis; cuius est adæquatus terminus: at ad exprimenda omnia hæc non requiritur similitudo in natura, sed sufficit intentionalis, qua tantùm posita, & omni alia sublata, ponitur Verbum adæquatè expressiuum totius esse intelligibilis obiecti intellectus paterni: patet hoc respectu Diuinarum personarum, & creaturarum ad quas perfectè exprimendas sufficit sola intentionalis similtudo. Igitur quod Verbum Diuinum procedat simile in natura cum principio intelligente, non habet formaliter ex vi propriæ differentiæ, sed tantùm ex subiecto, in quo reperitur, non secus ac amor increatus.

115. *à priori.*

116. *Confir.* Confir. ficut Verbi est assimilare terminum obiecto intelligibili: ita Amoris est vnire amantem obiecto amato: sed ex infinito amore non calculatur per se, nisi infinita vnio intentionalis amantis cum amato; ergo ex infinitâ notitiâ non calculatur per se, nisi infinita similitudo intentionalis Verbi cum obiecto. Aut certè si ex infinitâ notitiâ per se calculatur similitudo in naturâ, etiam ex infinito amore calculabitur infinita vnitas realis & consequenter etiam amor vi suæ processionis, vt increatus est, procederet similis in naturâ cum principio volente, ac proinde vt genitus & filius.

117. *Ratio 5.* Quinta *Suarez* 11. *de Trinit. cap* 5 *&* 6. *Fasoli.* 1. *p. q.* 4. *art.* 2. *dub.* 1. soli Verbo vi suæ processionis communicatur intellectio. quæ est propria differentia & formale constitutiuum naturæ Diuinæ: Spiritui S. vi suæ processionis sola communicatur volitio, quæ non constituit, sed supponit naturam constitutam, eamque consequitur vt proprietas ipsius. at generatio est formalis communicatio naturæ, eoque tendit, vt per eam genitum accipiat essentialem constitutionem genitoris. scilicet natura Diuina cùm sit essentialiter viuens vitâ

118. *Probat.* perfectissimâ seu intellectuali actuali, ipsa actualis intellectio erit formalis ratio constitutiua naturæ Diuinæ; Volitio & amor, cùm sit quidam naturæ appetitus consequens intellectionem, atque adeò naturam perfectè constitutam in gradu vitæ intellectualis perfectissimæ, non potest habere rationem formalis constitutiui, sed proprietatis consequentis; eò quòd formalis ratio constitutiua naturæ est illa, quâ primò concipitur constitui in se, & essentialiter distingui ab omni alio. Quia igitur soli Verbo ex modo quo procedit, cõmunicatur intellectio, solum Verbum erit genitum & Filius. Et quamuis etiam Spiritui S. comunicetur intellectio, quia tamen ea non communicatur vi suæ processionis formaliter, sed solùm identicè & concomitanter, vt intrinsecè inclusa in volitione, quæ ei tantùm communicatur formaliter vi originis, non dicitur filius

& ge-

Digitized by Google

& genitus, nec eius processio generatio; quia hæc est productio per se primò ordinata ad communicandam naturam. Confir, ratio volitiui actualis in
119. *Confirmant* Deo præsupponit rationem intellectiui: volitio enim est ad cognitum vt sic: igitur nequit eius essentia per vtramque rationem æquè primò constitui. alioqui, intellectio & volitio esset vnus simplicissimus conceptus vnius & eiusdem differentiæ, essentialiter constituentis naturam: ac proinde cùm volitio suâ naturâ præsupponat intellectionem, idem præsupponeret seipsum; idemque simul foret prius & posterius se ipso; quod implicat.

120. *Contrà 1.* Sed contra 1. hæc ratio falsam supponit doctrinâ de constitutiuo naturæ Diuinæ, quod ex Patrib. & *S. Tho. supra*, nõ est sola intellectio, sed ipsum *esse* totâ latitudine essendi. 2. ex hâc sent. sequitur, quod
121. *Contrà 2.* contra præced. Spirit. S. vi suæ processionis nõ esse æquè Deum, ac Filium; imõ vi suæ processionis nõ esse formaliter Deum, sed tantùm proprietatẽ Dei; proinde vi suæ formalis cõstitutionis personalis nõ esse vniuocè personam diuinam cum reliquis; nec procedere vt æqualem cum aliâ personâ procedẽte; nec processionem Spirit. S. dici posse processionem Dei, quia non tendit formaliter ad communicandam Deitatem, sed tantùm proprietatem Dei: processio autem denominatur talis formaliter ab eo, quod formaliter communicat. 3. sic argu. Spirit. S.
122. *Contrà 3.* vi suæ processionis formalis producitur vt hypostasis Diuina: nam quidquid est terminus per se productionis, per se procedit vi productionis, hypostasis Spirit. S. est per se terminus spirationis passiuæ, cũ sit ipsa spiratio passiua in facto esse: ergo per se vi suæ processionis producitur vt subsistens in naturâ
Ratio diuinâ seu accipit naturam diuinam. Omnia n. hypostasis immediatiùs ordinatur ad naturam, quàm ad proprietates naturæ. Sed per aduers. volitio est proprietas naturæ: ergo hypostasis Spiritus S. vi suæ processionis formalis, nõ procedit, vt immediatè subsistens in volitione, sed in naturâ diuinâ, nam terminus vi suæ processionis procedit & ordine, quem per se & formaliter includit: hypostasis per se immediatè ordinatur ad naturam, & non ad proprietates naturæ sc. hypostasis est complementum substantiale naturæ, cum quâ facit vnum substantiale in ratione suppositi perfectè operatiui; ergo priùs, & immediatiùs respicit naturam, quam proprietatem cum quâ constituit vnũ quasi per accidens. Confir. ea ratione hypostasis respicit naturam,
123. *Confirm.* qua natura respicit hypostasim; nã correlatiua sunt simul natura: sed natura priùs & immediatiùs respicit hypostasim, quã proprietates; tum in rebus creatis; ergo etiam in Diuinis, ideò in aduersarij docent, volitionem esse proprietatem naturæ diuinæ; quia ea etiam est proprietas naturæ creatæ: ergo etiam docere debent, per priùs naturâ diuinam respicere suam hypostasim, quàm suas proprietates; quia etiã natura creata priùs respicit hypostasim, quàm proprietates. Tum quia natura Diuina constituit magis vnum cum hypostasi, quàm cum prporietate: sed id priùs & immediatiùs respicitur à natura, quod constituit magis vnum cùm illa: ergo.

124. *Contra 4.* Argu. 4. vt constat ex Ioan. *Theol. latino in Conti. Floren. sess.* 18. *&* 19. *& omnib. Scholast. cũ Mag. in* 1. *dist.* 7. ad productionem Spirit. S. non solùm per se concurrit voluntas, sed etiam natura, vt principiũ communicatiuũ, nam principalis forma, qua tam Pater, quàm Pater & Filius est principium cõmunicatiuũ ad intra, est natura Diuina, quæ tã intellectione ad gignendum Filium, quàm cum volitione ad spirandum Spiritum S. immediatè cõcurrit. Ergo vi processionis non minùs communicatur natura Spiritui S. quàm Filio, nam id vi processionis cõmunicatur termino, quod est per se principium cõmunicationis termini; igitur si natura Diuina est per se principium communicationis sui respectu Spiritus S. per se vi originis illa communicatur Spiritui S.

125. *Ad fund. aduers.* Ad fund. aduers. patet ex *disp.* de constitutiuo Dei. Ad confir. nego conseq. Ad prob. resp. intellectio & volitio est quidem vnus simplex conceptus, sed virtualiter diuisibilis: & ratione huius virtualis diuisibilitatis non repugnat, quin idem ratione præsupponat se ipsum; fitque se ipso prius & posterius secũdum diuersas perfectiones, quas virtualiter includit, nam etiam per aduers. volitio supponit intellectionem: & rursus intellectio, vt cõprehensiua est omnium attributorum, quo pacto est formale constitutiuum Dei, ratione supponit volitionem; quia vt sit cõprehensiua volitionis, debet illam præsupponere in ratione obiecti. Igitur non implicat, vt eadem perfectio ob virtualem sui diuisibilitatẽ sit conceptibilis prior, & posterior secundùm diuersas rationes. Sexta est *aliquorum apud Ruiz. disp.* 8. *sect.* 4.
126. *Ratio 6.* ideo Verbum esse genitum, non Spiritum S. quia Verbo vi suæ processionis immediatiùs cõmunicatur natura, quàm intellectio: cõtrà verò Spiritui S. vi suæ processionis immediatiùs communicatur amor, quo mediante deinde communicatur natura. Sed contrà: vtrique eodem modo cõmunicatur natura, Verbo mediante intellectione; Spiritui S. mediãte amore. Etenim id cõmunicatur immediatiùs, quod est immediatior via respectu termini. Sed immediatior via respectu Verbi, & Spiritus S. est intellectio & volitio; nam Pater intelligendo gignit Verbum; & vterque amando spirant Spiritum S.

127. *Ratio 7.* Septima est *Barth. Torrez* 1. *p. q.* 27. *art.* 2. *Vasquez disp.* 113. *c.* 7. *& disp.* 145. *c.* 5 alleretium, ideò solum Verbum, & non Spiritum S. esse genitũ, quia solum Verbum vi suæ processionis procedit non modò simile in natura cum principio producente, vt procedit Spiritus S. sed etiã procedit vt imago ad repræsentãdum expressa. De ratione autem filij, vt filius est, nõ solum est produci simile in natura, sed etiam vt imaginem ad repræsentandum suum principium amoris tã ùm est, procedere vt impulsum voluntatis in rem amatam. Confir. 1. si Spiritus S. procederet, vt imago ad repræsentandum expressa, alicui
128. *Confir. 1.* intelligenti deberet repræsentare: at nulli intelligẽti repræsẽtat, non Patri aut Filio, quia neuter seipsum intelligit Spiritu S. nec vt forma, nec vt termino intellectionis; nec sibi ipsi, nisi quatenus suâ intellectione essentiali intelligit se, & reliquas personas in seipso; nec alicui intellectui creato; quia qui videt tres personas, nõ videt vnam repræsentatam in alia, sed omnes æquè primò: Verbũ autem omnia intelligibilia repræsentat Patri, non vt forma, quia Pater non intelligit naturâ sapientiâ vt forma, sed vt terminus paternæ intellectionis, ita in humanis nullus filius est, qui patrem non repræsentet, quod adeò verum est, vt etiam id reperiatur in æquiuoca generatione muli: Et licet etiam Pater filium repræsentet, non est tamen illius imago, quia imago est similitudo originem habẽs ab eo, quem repræsentat. Et eò magis, aut minùs aliquis dicitur filius, non quò magis, aut minùs est homo, sed quò magis, aut minùs patrem repræsentat. Ergo perfectio filiationis non crescit ex perfectione substantiæ, sed ex perfectione similitudinis repræsentantis & exprimentis suum principium. 2. ignis productus procedit similis in natura igni producenti; quia tamen
129. *Confir. 2.* non procedit vt imago ad illum repræsentandum expressa, non dicitur filius; ergo licet Spiritus S. vi suæ originis procedat similis in natura principio producenti,

Prob. minor.

producenti, quia tamen vi eiusdem non procedit vt imago ad illud repræsentandum expressa, non dicitur filius. Sed contrà, cùm aduersarij dicunt, de ratione filij esse, vt procedat per modum imaginis ad repræsentandũ expressæ; vel intelligunt de imagine, & repræsentatione intentionali, vel de imagine, & repræsentatione naturali. Primũ in ipsorũ sent. dici non potest, tũ quia hæc non reperitur in filio creatorum: at ipsi docent, hanc imaginis rationem cõmunem esse cum genito creato. Tũ quia hæc ratio imaginis nõ requirit vnitatem in naturâ cũ obiecto, ad quod repræsentandũ exprimitur, vt patet in verbo creato, quod est vera imago rei intellectæ, diuersæ tamẽ naturæ ab illâ: at ratio filij essentialiter postulat vnitatem saltem specificam naturæ cum principio producente. Si dicatur secundũ; sequitur, quòd etiam Spiritus S. vi suæ originis procedat vt filius, nã per aduers. procedere vt filium, est vi suæ originis procedere vt imaginem ad repræsentandum naturaliter expressam; quod non est aliud, quã productũ vi suæ productionis accipere eãdem naturâm producẽtis, ratione cuius productũ aptũ est repræsentare suũ producens: quia nec de ratione imaginis naturalis est, actu repræsentare, sed tãtùm posse repræsentare, nam si nullus esset intellectus creatus, adhuc equus productus esset filius & imago equi producentis; nec requiritur, vt imago sit ob peculiarẽ finem ab agente expressa: nã sufficit ipse finis & intentio naturæ, quæ in ipso opere producto elucet, quotiescunq; vi suæ productionis effectus procedit similis in naturâ cum principio producente, quæ cõcedit *Vasquez*, at productũ sit aptum repræsentare suũ producens formaliter per similitudinẽ naturæ, quã mediâ productione accipit à producente: seu per quod fit simile illi; sc. ratione naturæ cõmunis: Igitur si Spirit. S. vi suæ processionis formalis accipit eandẽ naturã producentis, vi suæ processionis est formaliter aptus ad repræsentandũ naturaliter suũ producens. Respondet *Vasq. disp. 113. ca. 8.* in humanis ex eo solùm dici aliquẽ filium, quia habet eandem naturã producentis; nã in eâ solùm est fundamentũ relationis imaginis, in quo sufficiẽter saluatur ratio filij: at in Diuinis similitudo hæc sola non est sufficiens fundamentum relationis imaginis; quia hæc in Deo non resultat ex solâ identitate naturæ, sed ex illâ, & ex proprietate personali, quæ nata est repræsentare: hæc autem est sola proprietas Verbi, per intellectum producta. Sed contrà: relatio quæ constituit filium vt sic, non est relatio imaginis intentionalis, sed naturalis, quæ cõsistit in solâ participatione naturæ cum producente. Sed tam Verbũ, quàm Spiritus S. vi suæ originis participat eandem naturam cum producente: ergo vterque est filius. Confir. ideò filius in humanis habet fundamentum relationis imaginis, quia participat eãdem naturã producentis: quia ad rationem imaginis naturalis duo tantùm requiruntur; vnitas naturæ, siue specificæ, siue numericæ, & realis distinctio producti à producente: primũ vt ratio formalis repræsentãdi, sc. vnitas & cõuenientia in eãdem naturâ: 2. vt pura cõditio: nã ratio distinctionis est ratio diuersitatis, quæ nõ potest esse per se formalis ratio repræsentandi, sed conditio tantùm, quâ positâ, tota ratio repræsentandi saluatur in solâ vnitate naturæ. Nec refert, quòd Verbũ vi suæ originis personalis procedat vt imago intentionalis ad repræsentandũ intelligibiliter expressa, quo pacto non procedit Spiritus S. quia hæc ratio imaginis impertinenter se habet ad imaginem naturalem, in quâ tãtùm aduersarij collocant rationem filij vt sic. Ex his patet ad fundam. Probatio maioris cum suâ confir. solũ probat de repræsentatione intentionali & actuali, nõ de naturali & aptitudinali, quæ sola per aduers. est de ratione filij vt sic. Patet ad prob. minoris: nam maior illa similitudo, quã Filius habet erga Patrem, & non habet erga alios, oritur ex perfectiore participatione eiusdẽ naturæ gignentis; quo perfectiore modo participat etiam Spiritus S. dũ vi suæ originis accipit eãdem numero naturam producentis.

130. *Contrà.*

131. *De ratione imaginis est posse repræsentare.*

132. *Respondet.*

133. *Contrà.*

A priori.

134. *Ad fundam.*

Ad 2. resp. non ideò ignem productũ dici filium ignis producẽtis, quia nõ procedit vt imago potiùs ignis producentis, quàm alterius ignis non producentis: nã de ratione imaginis non est, vt sit similior suo principio, quã aliis, vt cõstat de filio creato, qui sæpè est similior alteri, quàm Patri: sed ideò non dici filium ignis producentis, quia ratio filij non reperitur, nisi in solâ imagine perfecti viuentis. 135. *Ad 2. cons.*

OCTAVA *Richar. Victori. l. 6. de Trin. à c. 18. Alen. 1. p. q. 42. me. 2. & 3. art. 2. & q. 43. me. 2. Maior. in 1. dist. 13. q. 1. Franc. Zunigæ disp. 2. dub. 2. à me. 9.* Quidam probant, Spiritum S. non esse filium, quia non accipit naturam fœcundam cum virtute illam cõmunicandi alteri: at hoc est de ratione Filij vt sic: 1. quia de ratione filij est procedere in similitudinem eiusdem naturæ cum producente: natura autẽ non dicit nudã quidditatem viuentis, sed principium fœcundũ producendi de suâ substantiâ aliud suppositum viuens. 2. De ratione filij est procedere viuoce conueniens cũ principio producente, non solùm in modo essendi, sed etiam in proprio modo operãdi, qui est posse de propriâ substantiâ per principium coniunctum aliud viuens sibi simile producere. 136. *Ratio 8.* *Prob. 1.* *Minorem probant argum. 2.* 137.

3. Quod est de ratione filij creati, & increati, seu inferiorum omnium distributiuè, est de ratione filij vt sic: sed de ratione filij creati, & increati est esse similem producenti in virtute producendi sibi simile in natura: creatus n. essentialiter est animal genitum, cùm extra naturã sentientem ratio filij creati non reperiatur: sed de ratione animalis geniti est esse simile producenti in formâ substãtiali ab eo acceptâ; ergo & principio intrinseco, & radicali communicãdi naturam: quia de quidditate formæ sensitiuæ est esse principiũ radicale communicãdi naturam. De increato autem filio ex *Anselm. in Monol. c. 16.* quidquid de Deo prædicatur, quidditatiuè prædicatur: prædicatur autem de Filio Dei virtus spiratiua: igitur hæc est de quidditate Filij Dei. Et ex probabili opin. si Spiritus S. non procederet à Filio, per locum intrinsecũ sequeretur, non esse eundem numero filiũ, qui nũc est: ergo de ratione Filij Diuini est, vt ab eo procedat Spiritus S. ac proinde vt sit similis Patri in virtute spirandi; atque adeò in natura ipsa communicanda. Denique similitudo cum Patre in virtute communicandi naturam, est idem cum Filio Dei, absque actuali distinctione ex naturâ rei; ergo est illi quidditatiua, quia nihil magis est essentiale, & quidditatiuum rei; quã res ipsa tota sibi absque vllâ distinctione actuali ex naturâ rei. 138. 139.

4. Quod est de ratione filij creati, & non dicit imperfectionem, nec aliũ de repugnat Filio increato, est de ratione filij vt sic, sed esse similem Patri in naturâ fœcundâ ab eo accepta, est de ratione filij creati, & non dicit imperfectionem, nec repugnat filio increato; ergo. Maior declaratur; quod non dicit imperfectionem, & est essentiale alicui perfectioni creatæ, est etiam essentiale simili perfectioni increatæ, habenti idem nomen & rationẽ: vt quod est de ratione scientiæ creatæ, & non dicit imperfectionem, est etiã essentiale scientiæ increatæ. Confir. esse similem Patri in naturâ fœcundâ, & virtute communicandi essentiam ab eo acceptam, essentialiter conuenit filio creato, & non vt distincto ab increato, 140. *Confirm.*

Digitized by Google

increato, alioqui nō cōpeteret filio increato; ergo filio vt sic, cōmuni vtrique. 5. Quādo nomē impositū ad significandā perfectionē creatā extenditur ad similē increatā talis extēsio fundari debet in aliqua maiore conuenientia essentiali; ergo id, quod nomine filij, vt extenso ex creato ad increatū, importatur; est essentiale vtrique, scil. virtus cōmunicandi naturam: nam in hoc filius creatus conuenit cum increato, & non cū Spiritu S. sc. nihil est, in quo magis cōueniat nisi ea virtus: cū in reliquis æquè cōueniat cū vtroq;.

141. *Probant vlt.*

142. *Contra hanc rationē est 1.* Contrà 1. posse generare extrinsecum est filio: cōstat in mulo, qui filius est, & tamē generare non potest, nec dicas, mulum generare posse remotè: nam etsi nec posset remotè, adhuc diceretur filius: quia cùm homines extēderunt hoc nomen, *filius*, ad significandam genituram muli, nō potuerunt significare potentiā remotā generandi, quæ ipsis dubia erat, sed aliquā rationem certā, in qua mulus conuenit cū reliquis filiis creatis. Ratio: formalis & adæquata ratio filij saluatur per hoc tantùm, quòd productum repræsentet producens per eandem naturā à producente acceptam, cui extrinsecū & posterius est, posse aliud sibi simile generare. Confir. sicut pater cōstituitur in esse patris solâ relatione genitoris ad genitū: ita filius in esse filij solâ relatione geniti ad genitorem. 2. Etsi Filius Dei non esset productiuus Spiritûs, si tamen procederet per intellectum, vt nunc procedit, adhuc esset filius. Cōtrà verò etsi Spiritus, esset productiuus Verbi, si tamen procederet per voluntatē, vt nūc procedit, non esset filius, sed Spiritus nam filius increatus ex *Aug. de Trin. c. 2. eo est filius quo Verbum, & eo Verbum, quo Filius*: sed si filius nō produceret Spiritum, modò procederet per intellectū, vt nunc procedit, esset Verbum: est .n. Verbum formaliter per productionē intellectûs: vnde si Pater priùs origine per voluntatem produceret Spiritum, quam per intellectū simul cum Spiritu produceret Verbū, nec Spiritus esset filius, esto foret Verbi productiuus: nec Verbum desineret esse Filius, cùm nō desineret esse Verbum, esto Spiritûs productiuum non esset.

Ratio filij in quo?

143. *Contrà 2.*

144. *Contrà 3.* 3. Similitudo in proprio modo operādi Patris, vt Patris formaliter, non est de quidditate formali Filij Dei: nam proprius modus operandi Patris, vt Patris formaliter, est generare per intellectū, quem modum operandi nō communicat filio: ergo nec similitudo in operandi modo eiusdē vt Spiratoris: nā sicut filius dicit solā relationem ad patrem, vt patrem formaliter: ita si similitudo in proprio modo communicādi naturā esset de ratione filij, vt filius est, deberet etiā ea, quę est propria Patris vt Patris formaliter, esse de ratione filij: at hæc necessaria non est; igitur nec illa, quæ non est propria Patris, vt Patris formaliter, quē filius debet repræsentare: illū sc. à quo proximè formaliter producitur, virtute generatiua, nō spiratiua.

145. *Contrà 4.* 4. Adhuc esset Pater per vim generandi, etsi non spirarer, ergo esset Filius, etsi nō produceret Spiritū. nam implicat, esse Patrem absque Filio: sed sublatâ virtute spiratiuâ à Patre, adhuc maneret Pater, atque adeò cum filio, & non cum virtute producendi Spiritum: quia sublatâ virtute spiratiuâ à Patre, tolleretur etiā à Filio, cùm sit vna indiuisibilis in vtroque. Igitur Filius Dei non est formaliter filius per virtutem producendi Spiritū. Confir. 1. Paternitas constituit formaliter personam Patris, quā realiter distinguit a persona filij: spiratio verò actiua nec constituit personam Patris, nec illam à Filio distinguit: ergo sublatâ virtute spirandi à Patre, & consequenter à Filio, non tolleretur per locum intrinsecū, persona Patris, ac proinde nec filij, quia constitutū formaliter pendet à solo constitutiuo formali. & à proprio termino per se; & hic est sola filiatio, Paternitati formaliter opposita; cùm spiratio actiua sit cōmunis vtriquę.

146. *Confirm. 1.*

147. *Confirm. 2.* 2. Tam Patres in Conc. Flor. dum contra Græcos contendunt, Spiritum etiam à Filio procedere, quàm Scholastici, cùm disputāt, num Spiritus distingueretur à Filio, si ab illo nō produceretur, supponunt, manere Patrem, ac proinde Filium, esto Spiritus à Filio non produceretur, licet variatā personā solâ proprietate spirandi, quæ est extra personā Patris ac Filij vt sic. 5. Si esset aliquod viuēs creatum, quod vnicâ generatione adæquatè cōmunicaret totā suam virtutem generatiuam, hic esset verus & proprius Pater; ergo per ordinem ad propriū filium: at talis filius non esset cōmunicatiuus naturæ.

148. *Contra 3.*

149. *Contra 4.* 6. Ex eò formaliter viuens creatum est filius, quo procedit simile generanti in essentia: ergo ex eo formaliter viuens increatum est filius, quo procedit simile producenti in essentia: ergo non in natura fœcunda. Negant consequentiam essentia viuentis creati, quouis alio præcisō, seipsâ est radicale principiū cōiunctū producendi aliud viuens: quale Deitas præcisè sumpta nō est, nisi determinata aliquâ relatione. Quare viuens increatū necesse est, vt procedat simile in essentia determinata relatione. Sed contrà, sicut per aduersum viuens creatum procedēs simile in essentia principio producenti, licet sit proximè impotens ad cōmunicandam naturam alteri defectu principij proximi, vt mulus; adhuc dicitur verus filius: ita Spiritus procedēs similis in essētia principio spirāti, licet impotens ad cōmunicandam naturā alteri personæ, defectu termini producibilis, diceretur verus filius.

Negant vltra seq.

151. *Contra.*

Ad 1. arg. nego min. ad prob. dico, conceptum naturæ viuētis saluari per principiū fœcundum vitaliū oper. intra se. Ad 2. etiam proprius modus operandi viuētis est esse principium vitalium oper. vitæ sentientis, aut intelligentis, in quo satis est, vt filius procedat similis genitori. Ad 3. de ratione animalis geniti est esse simile generanti in forma accepta quoad essentialia: principium radicale cōmunicandi naturam non est essentiale animali; sed principiū radicale vitaliū oper. intra se, vt in phœnice. De Filio increato prædicatur virtus spiratiua, quā Filius est, nego; quā Spirator est, concedo. Et eo casu licet non esset idem numero Filius, qui nunc; adhuc tamen esset Filius: sola enim numerica variatio non tollit rationem filij, quæ saluari potest in alio numero filio.

152. *Ad 1. prob.*

153.

154.

155.

Item vis spiratiua est quidditatiua Filio Dei, non quā Filius est, sed quā persona Diuina est prior origine per voluntatem; alioqui eadem non posset esse quidditatiua Patri; quia quod est proprium vnius personæ, vt talis, non potest esse proprium alterius, vt distinctæ ab aliis personis. Ad 4. arg. neg. minor.

156.

157. *Ad 4.*

158. *Ratio certa. Minor: hæc certa.*

Ratio igitur hæc est: Ideò processio Verbi, non Spiritûs S. est generatio, quia de ratione generationis perfecti viuentis est, vt per eā terminus productus procedat adæquatè similis principio producenti. At sola persona Verbi vi suæ originis procedit adæquatè similis principio producenti. Maior est *Arist. 2. de anim. text. 34. & 49. & 7. Metaph c. 8.* vbi docet generationē viuentis esse *opus naturalissimū*, quo producēs intendit *facere aliūd, quale ipsum saltē specie.* Est *S. Tho. 1. p. q. 27. art. 2.* vbi ad generationē viuētis requirit adæquatam similitudinem termini procedentis cū principio producente; ideoq; docet, vermes qui generantur in animalibus non esse genitos & filios; quia licet procedāt similes in ratione generica, nō tamen in specifica cū eodem principio producēte. Gabriel *in 1. dist. 13. art. 1. Generatio*, inquit, *strictè sumpta est productio, qua viuens ratione suæ productionis præcisè producitur vt totaliter simile, & eiusdem rationis cum producto, quantùm ad omnia, exceptâ solâ productione.* Eamd. indica: *S. Tho. 1. p. qu. 27. 4.* 4 Ratio: generatio est productio à natura ordinata ad propagationē generātis. Vnde quò perfectiùs generans se cōmunicat genito, eò perfectiùs se propa-

Ad 2. prob.

Digitized by Google

gat in genito quia intentio generātis est, quoad omnia, quātùm fieri potest, seipsam eōseruare, ac viuere in genito: ergo quò perfectiùs generās se cōmunicat genito eò perfectiùs hāc naturæ propensionem adæquat. Pro mi. prob. supp. 1. adequatū principiū Verbi & Amoris in diuinis non esse tantùm naturam, sed Verbi esse intellectum proximè constitutū per obiectum intelligibile, vt per proximū & formale specificatiuum; Amoris verò esse volūtatem Patris & Filij proximè constitutā per obiectū volibile, vt per formale specificatiuū. Sunt enim hæc principia vitalia, quæ ad operandū proximè constituūtur per obiecta, vt per formas vltimò specificantes & cōplentes principia operatiua. Vnde pro diuersitate obiectorū diuersarum fiunt operationū productiua. Ratio; illa essentialiter ordinātur ad obiecta in se ipsis exprimenda, vel diligenda: quod non possunt, nisi illa in seipsis præhabeant. Quò fit, vt natura cū his potentiis concurrat vt pincipium quasi genericum, obiectū vt forma specifica distinctiua operationis vnius ab alterius.

159. *Supp. 1.*

160. *Supp. 2.*

2. Hæc obiecta, quæ veluti formæ specificæ cōstituunt intellectum & volūtatem diuinā, non esse extrinsecos terminos distinctos ab intellectu & voluntate Dei, vt sūt in nouis, in quibus obiecta distinguūtur à potētiis; sed esse intrinsecas perfectiones à parte rei identificatas cū intellectu & voluntate diuina; & hoc per se, quia per se in Deo intellectus & intelligibile appetitus & appetibile sunt idē, teste *Philos.* 12. *metap.* Vnde eadem Deitas est quasi subiectum intellectūs & voluntatis diuinæ, cum vnoquoq; concurrens vt cōmune principium cōmunicatiuum ad productionem Verbi & Spiritūs, & simul obiectum vltimò cōstituens: tum intellectum, vt species intelligibilis sui, personatum, & possibilium; tum voluntatem vt obiectum appetibile sui, personarū, & possibilium.

161. *Supp. 3.*

3. In his potentiis vltimò per obiecta ad operandum constitutis duplex consideranda perfectio, vtraque essentialis, & per se ad operādum requisita: altera quasi generica naturæ cum vtroq; principio intellectiuo sc. & volitiuo immediatè & naturaliter concurrentis; altera quasi specifica & differentialis ipsius obiecti, cum vtroq; etiā principio intentionaliter cōcurrentis. Nam sicut vnumquodq; principium per se cōstat ex natura vt ex ratione generica, & ex obiecto vt specifica & propria: ita duplicē in se continet perfectionem, naturalem naturæ, & intentionalem obiectorū. nam sicut naturæ est, se communicere naturaliter, ita obiecti se communicare intentionaliter; quia obiectum vt obiectum formaliter nō postulat esse in termino producto secundùm esse naturale, sed tantū intentionale. Prob. minor: Verbum diuinum non solùm procedit simile naturaliter principio remoto, & quasi generico naturæ: sed etiam intentionaliter principio proximo & quasi specifico obiecti intelligibilis; quia non solùm procedit consubstantiale principio producenti, sed etiā expressiuum, & declaratiuū obiecti intelligibilis, à quo vt à forma specifica & vltima essentialiter constitutiua ipsius principij producentis exprimitur (Est enim verbum ex vi suæ formalis origīnis similitudo obiecti intelligibilis ad ipsū intentionaliter repræsentandum expressa) Spiritus verò licet vi suæ originis procedat naturaliter similis principio remoto & quasi generico naturæ, quia vi suæ formalis originis non minùs quàm Verbū procedit consubstātialis principio spiranti, quia procedit vt Amor increatus; non tamen similis intentionaliter obiecto intelligibili, à quo vt ab vltima, & specifica forma essentialiter constitutiua principij spirantis procedit, quia non vt intellectualis imago ad suum principium intentionaliter repræsentādum expressa, sed vt vitalis impulsus ad obiectum diligendum productus. Ratio: intellectus fit proximè fœcundus ad operandum per speciem intelligibilem obiecti, quæ essentialiter ordinatur ad gignendum verbum, vt intentionalem imaginem obiecti; mediâ quâ intellectus fit ipsum intelligibile in actu iuxta illud *Philos. Anima intelligendo fit omnia.* Voluntas verò fit proximè operatiua per expressam notitiam obiecti intelligibilis, quæ cùm sit ipsa formalis similitudo obiecti, non ordinatur ad aliam formalem similitudinem exprimendam, sed ad inclinandum duntaxat appetitum ad obiectū diligendum iam cognitum, & expressum. at generatio est, quâ productum procedit adæquatè simile producenti, in ratione etiam specificâ (ideò enim productio vermis non est generatio) Adæquata autem similitudo in his principijs vitalibus non est sumenda penes naturā tantùm, quia hæc est solùm principiū cōmune, æqualiter concurrens cum vtraque potentia; sed etiam penes obiecta, quæ sunt vltimæ formæ specificæ constituentes, & distinguētes huiusmodi principia qua vitalia sūt formaliter. Ergo sola productio Verbi, non Spiritūs, est generatio. quia solum Verbum procedit adæquatè simile principio producenti, in ratione genericā naturæ & specificā obiecti; similitudine naturali essentialiter requisita ad generationem viuentis vt sic & similitudine intelligibili propriā generationis viuētis intellectualis. Confir. 1. Filius debet procedere vt imago expressiua omnium, quæ essentialiter constituunt principium, à quo ipsa procedit: Verbum solum procedit vt imago expressiua omnium, quæ essentialiter constituunt principiū, à quo procedit; nam tam in principio intellectiuo, quàm volitiuo duo sunt per se primò constituentia; natura & obiectum: Verbū solum vi suæ originis procedit & vt imago naturalis ad repræsentandam naturam, & vt imago intentionalis ad exprimendum obiectū intelligibile: Spiritus vi suæ originis solùm procedit vt imago naturalis ad repræsentandā naturam principij spirātis, non obiectum diligibile, quod est formale constitutiuum principij spirantis. Etenim in amore non cognoscitur obiectum amatum, sicut in Verbo obiectum intelligibile, quia amor non est intellectualis expressio obiecti, sicut est verbum vi suâ, etiamsi obiecti naturam in se ipso formaliter non contineat.

Discrimen ratio à priori.

164. *Confir. 1.*

Confir. 2. Generatio continere debet perfectam similitudinem gignentis: at sola productio Verbi cōtinet perfectā similitudinem Patris gignentis, sc. naturalem, & intentionalem; nam hæc per se spectat ad vltimum & specificū cōplementum generationis intellectualis vt sic, imò inter omnes generationes perfectissimā esse intellectualē; nomenq; ipsum generationis per priùs dici de generatione intellectuali, quā materiali docet *Aureol. in 1. dist. 9 p. 1. a. 2.* etsi in Deo non solùm sit generatio intellectualis quoad similitudinē intentionalē, quæ sola non sufficeret, vt constat in creatis; sed etiā quoad naturalē, quæ simul cū intentionali cōstituit perfectam generationem viuentis intellectualis. Hanc rationem attigit *S. Tho. 1. p. q. 27. art. 2. & 4. con. gen. c. 11. in Deo conceptio intellectus est similitudo rei intellectæ, & in eādem naturā existēs cum ipso Deo dicente:* Quibus similitudinem expressit, intentionalem & naturalem ad intellectualem filiū essentialiter requisitam. indicat *Scotus quodl. 8. fine;* filium ex vi suæ processionis esse notitiam actualem declaratiuam omnis obiecti intelligibilis, quod in memoriā Patris continetur. repetit *in 1. dist. 10. §. contra idem, & dist. 2. q. 7.* innuit *Aureol. in 1. dist. 27. p. 2. art. 3. §. restat.* quòd in Diuinis filius sit intellectualis, de ratione ipsius esse, vt procedat vt notitia declaratiua Patris manifestās ea, quæ quasi latebāt in memoria fœcunda ipsius; ac per hoc distingui à Spiritu S. qui etsi procedat per omnia similis Patri & Filio in naturalibus,

165. *Confir. 2.*

162. *Sola persona verbi vi originis procedit adæquatè simili producenti.*

166. *Ita Scotus.*

Digitized by Google

sentandū suum principiū, sed vt amorosus impulsus
167. non dicitur filius. Eadem conflatur ex S. Scripturā,
Scriptura. quæ Filium appellat *imaginem, ad Coloss. 1. 2. ad Cor. 4.* eiusque processionem vocat sinceram emanationem
168. claritatis omnipotentis Dei, Sap. 7. Eandem docent
Augustin. *Aug. 7. de Trinit. c. 2. Eo Filius, quo Verbum, & eo Verbum, quo Filius.* At verbum intellectuale reduplicat imaginem. Ansel.
Anselmus. *in c. 53. Sicut verbum mox vt consideretur, se prolem esse eius, à quo procedit euidentissimè probat, promptā referendo parentis imaginem: sic amor apertè se prolē negat, quia dum à Patre & Filio procedere intelligitur, non statim tam perspicuam exhibet se contemplanti eius, ex quo est, similitudinē.* Vbi manifestè loquitur de similitudine intentionali; nam hāc vt propriā vi suæ originis habet. Verbū, quam statim exhibet Patri cōtemplanti.
Nazianz. Nazianz. *Orat. 4. de Theol. Breuis,* inquit, *& compendiosa, facilisq; paternæ naturæ declaratio est Filius.* Declarat antē Filius æterni Patris naturā, intelligibiliter illā
Athanas. repręsentando; Spirit. S. per identitatē naturę naturaliter declarat Patris Filijq; naturā. Athanas. *ser. de Deipara,* docet Filiū esse characterē, & speciē substātiæ Patris, *Per quam ipse Pater exprimitur, & repræsentatur. Vt enim annulo signatorio species aliqua effiguratur, quam nos imaginē expressā & sigillum appellamus, si nihil*
Cyril. Alex. *deficit ab exemplari suo: ita quoq; Filius &c.* Cyrill. *lib 3. Thesaur. c. 1. Quemadmodum si quis depictā Regis imaginē videret & miratus pulchritudinē imaginis, ipsum regē videre desideraret, iure vtiq; imago ad eam diceret: qui me videt, Regem videt: Ego & Rex vnū sumus, quantū ad exactā similitudinē ego in Rege; & Rex in me est, sic & Filius &c.*
Basilius. Basil. *epist. 43. ad Greg. Nyssen.* docet, Patris hypostasin in ipsa Filij hypostasi cognosci. quod est proprium
169. intellectualis imaginis. *Obiicies 1.* de ratione Filij
Obiic. 1. Dei non est, vt procedat similis cum Patre in principio cōmunicandi naturā: ergo nec vt procedat similis in obiecto intelligibili. quia non minùs de ratione Patris Diuini est cōmunicare suam naturam, quàm esse similē obiecto intelligibili: ergo si de ratione Filij non est, vt procedat similis in vno, nec de
Resp. ratione eius erit, vt procedat similis in altero. Resp. neg. conseq. nam de ratione Filij increati, non est, vt procedat similis in notionalibus, sed tantùm in essentialibus cum principio producente. Cōmunicare autem naturā proximè cōuenit Patri notionaliter, proximè ratione relationis; nō essentialiter: esse verò simile obiecto intelligibili cōuenit Patri, nō notionaliter, sed ratione intellectionis essētialis. Maior prob. alioqui de ratione Filij increati esset procedere similē Patri in Paternitate. Nec refert, quod Pater habeat alium modū communicādi naturam per spirationē Filio cōmunicabilem; quia hunc nō habet vt Pater, sed vt Spirator; cùm tamē vt Patri formaliter respondere debeat Filius. Ratio: notionalia sunt propria, & indiuidualia personæ, quæ ex vi processionis nō cōmunicantur naturaliter, essentialia sunt cōmunia; similitudo autē inter genitū & genitorē non spectatur penes indiuidualia & propria,
170. sed penes essentialia & cōmunia. *Obiicies 2.* Intelli-
Obiic. 2. bile non cōstituit essentialiter intellectiuū Dei. ergo Verbū Diuinum procedens simile intelligibili, non procedit simile producēti quoad essentialia. Antec. prob. intelligibile, nō solùm est essentiā Diuinā, sed etiā creaturæ possibiles; sed hæ non constituunt es-
Resp. sentialiter intellectū Dei: implicat enim creatū essentialiter constituere increatū. Resp. neg. antec. Ad prob. dist. maior. creaturæ possibiles sunt intelligibile Diuini intellectūs, quoad esse naturale earū; nego: Quoad esse intentionale; concedo. Sed vt sic non constituunt essentialiter intellectiuū Dei, nego minor. Quia vt sic, creaturæ sunt ipsa creatrix essentia, vt species & intelligibilis similitudo earū. Vnde sicut Deus est essentialiter species creaturarū, ita in ratione intellectiui constituitur per aliquid sibi essentiale. Ergo Verbū procedens simile Deo in obiecto intelligibili creaturarū, procedit simile quoad aliquid essentiale principio producenti. *Obiicies 3.* Ob-
171. *Obiic. 3.* iectū intelligibile non est formaliter viuens. ergo nō potest esse proximū principiū specificū generationis, quia generatio debet esse à principio proximo viuēte. Antec. prob. obiectū vt obiectū extrinsecum est intelligenti: principiū autē viuens debet esse intrinsecū viuenti. Concedo antec. de intelligibili extrinseco, nego de intrinseco, qualis est essentia angeli intelligentis. Deo autē intelligenti nullū obiectum, neque creatū, neque increatū extrinsecū est. Nā ipsæ creaturæ possibiles intrinsecæ sunt Deo intelligenti in ratione obiecti intelligibilis per earū intelligibilē similitudinē: est n. Deus teste *S. Tho.* intelligibilis
172. similitudo rerū omniū. *Obiicies 4.* Etiam Spirit. S. vi
Obiic. 4. suæ processionis procedit similis producenti, vtrâque similitudine naturali, & intentionali, quia vi suæ processionis accipit naturā Diuinā, cū quâ est vtrâque similitudo essentialiter coniuncta. Resp. neg.
Resp. antec. quia vt rectè notat *Caiet. 1. p. q. 35. a. 1.* vt terminus vi suæ originis procedat similis producenti, nō sufficit, vt quomodocunque origo terminetur ad simile, sed necesse est, vt terminetur ad simile formaliter & per se. Processio autē Spiritūs S. non est ad simile intentionaliter formaliter & per se, sed cōcomitanter ob concomitantiā cum amore, ad quem per se tantùm ea origo terminatur. *Obiicies 5.* Simi-
173. *Obiic. 5.* litudo est principiū amoris: ergo si Spirit. S. procedit vt Amor, procedit vt similis per se. Resp. simili-
Resp. tudo est principiū amoris, in quantū mouet appetitū vt bonū: bonū autem & finis non est principium producendi simile, sed tantùm inclinandi ad simile. At in verbo similitudo est princip. ū producendi simile, quia est principiū producendi verbū, quod est ipsa expressa similitudo obiecti. Leg. *S. Th. 1. p. q. 27. a. 4. ad 2.* Instabis; Spirit. S. procedit vt terminus per-
174. fectissimi amoris amicitiæ: De ratione cuius est vt
Instab. facere, vel saltem supponere simile in natura. ergo vi suæ processionis formaliter procedit vt similis in naturā cum principio producente. Resp. 1. de ratio-
Resp. ne amoris esse facere, vel supponere similitudinē inter ipsos amantes: Amantes autē in Diuinis sunt Pater & Filius, ex quorū mutuo amore procedit Spirit. S. vt terminus talis amoris. Vnde ex allato arg. solùm sequitur, similitudinē tātùm debere esse inter Patrē & Filiū sese mutuò diligentes. 2. dico, Spiritui sancto cōmunicari similitudinē ei proportionatā, quæ est sola similitudo in naturā. *Obiicies 6.* Volūtas
Obiic. 6. vi suā habet vnire se obiecto amato. ergo infinita voluntas infinito modo se vniet amato: sed infinita vnio calculat perfectā identitatē amātis cum amato. ergo Spirit. vi suæ originis procedit plus quàm similis obiecto amabili, cùm procedat vt idem cum illo. Resp. ex hoc tātùm calculari infinitā vnionem
Resp. affectiuā, non naturalē cum obiecto amabili, quæ ad generationē non sufficit; cùm neque fit per similitudinē naturæ, neque per expressionē obiecti, sed tantùm per infinitā inclinationē ad illud Instabis. Spirit. S. procedit vt vitalis inclinatio ad obiectū: Sed hæc est quædā obiectiua similitudo: ergo vi suæ originis procedit vt similis obiecto. Resp. neg. minor. nā obiectiua similitudo sufficiēs ad repręsentādū intelligibiliter obiectū, & essētialiter requisita ad generationē intellectualem est illa, in quā exprimitur intentionaliter obiectum, qualis nō est amor, in quo nullo modo exprimitur obiectum, cùm nō sit ratio cognoscendi, sed tātùm inclinandi ad obiectū, sc. vt de ratione geniti, vt sic est, repręsentare genitorē; ita de ratione geniti intellectualis est repræsentare intelligibiliter genitorē: at sola similitudo repræsentat

Quòd talis similitudo requiratur ad generationem intellectualem constat.

Digitized by Google

tat intelligibiliter genitorem, quæ est ratio cognoscendi genitorem, & in qua genitor intentionaliter exprimitur. Talis autem similitudo nõ est amor, qui nec est ratio cognoscẽdi obiectũ amabile, nec in ipso exprimitur natura obiecti amabilis. *Obiicies* 7.

177. Omne agens producit sibi simile in forma, per quã
Obiic. 7. agit: ergo volũtas Diuina producit sibi simile. Ne-
Resp. gat. *Ferrar 4. con. gen. c. 19. §. huius euid.* de similitudine secundùm conuenientiam; secundùm proportionem concedit antec. At hæc non sat est ad generationem, quæ requirit conuenientiam specificã formæ; quę in principiis vitalibus sumenda est ex obiecto. *Obiicies* 8. Productio Spiritus S. habet quid-

178. quid est formale in generatione humana; quia non
Obiic. 8. aliunde Patres Diuinam generationem colligunt, quàm ex humana: & humana est tantùm via ad cõmunicandam naturam producto: hoc totum habet

Resp. productio Spiritus S. ergo. Nego antec. quamuis id concedat *Aliac.* nam quod est formale in generatione humana, est adæquata similitudo producti cum producente, quam adæquationem non habet Spiritus S. productio. Quia licet conueniat cum generatione humana in communicatione naturæ, non tamen conuenit in adæquata similitudine principij producentis. Ratio productiuum hominis adæquatè constituitur per principiũ sensitiuum rationale, cuius adæquata similitudo reperitur in productione hominis: productiuum verò Spiritus S. adæquatè constituitur per principiũ volitiuum, quod præter naturam Diuinam includit pro vltimo constitutiuo obiectum volibile, à quo vt à principio specifico procedit illa; qui quia vi suæ originis non procedit similis obiecto volibili, quod est vltimũ & specificum constitutiuum principij spirantis; non procedit adæquatè similis principio producenti. Sicut vermis procedns à verme est filius vermis producentis; procedens ab homine non est filius hominis producentis, etiamsi procedat in eâdem natura specifica vermis, in qua procedebat ab alio verme; idque ex eo tantùm, quia in prima productione procedit adæquatè similis principio pro-

179. ducenti, non in secundâ. *Obiicies* 9. Spiritui S. vi
Obiic. 9. suæ processionis communicatur totum principium productiuũ; ergo vi suæ processionis procedit adæquatè similis principio producenti. Antec. prob. id principium est volitiuum, cõstitutum ex voluntate & obiecto volibili: sed hoc totum communi-

Resp. catur: ergo. Resp. dist. antec. communicatur totum principium, subiectiuè, nego; terminatiuè, concedo. Etenim duo includit principium volitiuum, vnum subiectiuè, & est voluntas Diuina, alterũ terminatiuè, & est obiectum volibile. Verum hæc terminatiua cõmunicatio obiecti nõ sat est ad generationem, vi cuius debet cõmunicari producto subiectiuè, quidquid est in principio producente, quia

Ratio. in ipso genito debet exprimi totum principiũ productiuum: cum finis generationis sit, vt totum generans conseruetur in genito: ergo debet illi intrinsecè & subiectiuè, & non tantùm extrinsecè & terminatiuè totum principium cõmunicari. Quam veritatem non obscurè significauit S. Basilius *orat. 16. in illud Ioa. 1. In principio erat Verbum: Cur Verbum? quoniam imago est genitoris, totum in se monstrans genitorem.* Et Cyril. *lib 7. Thesauri c. 7 Si Verbum, Dei appellatum est secundum Ennomium, non quia secundùm uaturam ex Patre sit, & genitoris essentiam in seipso demonstret, &c.* Damasc. *orat. 1. de imagin. Imago Dei inuisibilis est ipse*

180. *filius, qui in seipso Patrem gerit.* DICES. Sufficit, vt
Dices. eo modo obiectũ cõmunicetur termino, quo continetur in principio; at in principio volitiuo obiectum continetur tãtùm terminatiuè; ergo sufficit, si hoc etiam modo cõmunicetur termino producto, vt dicatur genitus. Nego maior, nam principium productiuum producto communicari debet, vt ratio essentialis generationis postulat. Cum enim natura generationis sumpta sit ex generatione creatâ, ex quâ extensum est nomen ad increatâ; & in creatâ semper principium generatiuum communicatur genito totum subiectiuè; illud principiũ dicendum est generatiuum in Diuinis, quod cõmunicat se totum producto subiectiuè, non quod terminatiuè: sc. quod seruat eandem formam communicãdi se termino producto, quam seruat principium generatiuũ creatum, ex quo translata est ratio generationis ad Diuina. *Obiicies* 10. In definitione generationis 181.
sola mentio fit similitudinis naturæ; ergo hæc tan- *Obiic. 10.*
tũ requiritur: sed hæc reperitur in processione Spiritus S. ergo in eâ reperitur, quod est formale in generatione. Resp. mentionem fieri implicitè etiam *Resp.*
de similitudine intentionali, quãdo illa est essentialis principio producenti, vt increato, quod essentialiter constituitur ex naturâ & obiecto intelligili; quia eius similitudinis fit mentio, quæ est adæquata principio producenti; sc. quæ adæquat totam simi- *Adæquanda totam similitudo asserit.*
litudinem essentialem principij producentis; cuius-
modi non est similitudo, secundùm quam procedit Spiritus S. qui vi suæ originis soiùm procedit similis naturæ, nõ obiecto volito, quia non procedit vt similitudo obiecti amati, sed inclinatio tantùm ad illud. Confir. ita se habet natura intellectualis ad obiectũ intelligibile in principio generatiuo intelligente, sicut natura generica ad gradum specificũ in principio generatiuo materiali: sed sola similitudo in gradu generico pon sufficit ad generationem viuentis materialis: ergo nec sola similitudo in naturâ intellectuali, sufficiet ad generationem viuẽtis purè intellectualis. *Obiicies* 11. Ea tantùm similitudo est 182.
de ratione generationis, cuius terminus est capax, *Obiic. 11.*
& principiũ communicare potest. Sed amor increatus non est capax similitudinis intentationalis; nec eam communicare potest principium spiratiuum. Resp. nego maior. alioqui vermis, qui nõ est capax *Resp.*
nisi similitudinis genericæ, nec maiorem potest ab homine recipere, esset filius hominis producentis. Similitudo igitur ad generationẽ requisita spectãda nõ est ex capacitate termini, vel principij, sed ex propriâ essentiâ, quæ postulat, vt sit adæquata principio producẽti quoad essẽtialia. Ex eo igitur, quòd nec amor increatus vi suæ originis sit capax similitudinis intentionalis obiecti amabilis, nec principiũ volitiuum eam cõmunicare, non sequitur Spiritum S. esse Filium, sed potiùs non posse esse filium; eo quòd vi suæ originis nequit procedere adæquatè similis principio, producenti quoad essentialia.

Obiicies 12. Productio muli est vera generatio: sed 183.
per illam terminus non procedit similis producenti: *Obiic. 12.*
ergo de ratione generationis non est, vt per eam genitũ procedat perfectè simile gignenti. Resp. pro- *Resp.*
ductionem muli deficere à perfectâ generatione viuẽtis, vt *cit. loco Metaph.* indicat *Arist.* Verũ quâ parte mulus procedit aliquo modo similis non solũ principio generico, quia hoc nõ sufficit, vt cõstat in verme, sed etiam specifico, dicitur aliquo modo genitus & filius. Mulus enim etsi non procedat in perfectam similitudinem naturæ specificæ cum equo & asinâ, à quibus gignitur, cùm non possit procedere in duplici naturâ specificâ; procedit tamen similis vtrique per differentiam, quæ multùm participat de proprietatibus vtriusque parentis, vt constat ex extrinsecâ figurâ. At verò Spiritus sanctus nullo modo vi suæ originis procedit similis similitudine specificâ, sumpta ex obiecto cum principio spirante: & hoc ideò, quia obiectum diligibile, quod proximè constituit voluntatem ad operandum

Digitized by Google

randam, nullo pacto ordinatur ad producendum simile. At verò principium generatiuum equi & asinæ per se ordinatur ad gignendum simile in naturâ specificâ; per accidens autem ratione mistionis diuersorum seminum deficit à perfectâ similitudine naturæ specificæ.

184. *Corollaria doctrinæ.* Infero 1. Spiritum S. vi suæ originis procedere similem in naturâ cum principio producente, non tamen esse genitum; quia ad genitum intellectuale requiritur similitudo intelligibilis, quæ est

185. propria naturæ intellectualis vt sic. 2. vi suæ originis procedere vt Deum formaliter, & non tantùm identicè, quia procedit vt Amor increatus, qui non minùs quã intellectio cõstituit essentialiter Deum.

186. 3. Si per impossibile in Diuinis non esset Verbum, adhuc processio Spiritus non esset generatio: quia neque tunc vi suæ originis procederet similis intentionaliter principio producenti, sed tantùm naturaliter, vt procedit nunc.

187. *Ad rat. dub.* Ad rationem dub. constat ex dictis. Nego enim definitionem generationis conuenire processioni Spiritus sancti, quia vi suæ originis non procedit in similitudinem adæquatam cum principio spirante (ita intellige, *rò in similitudinem naturæ*) seu non procedit in similitudinem obiecti diligibilis, quod est proximum principium constituens voluntatem Diuinam potentem ad spirandum. Conuenit autem processioni Verbi, quia hoc non solùm procedit in similitudinem naturæ, sed etiam obiecti intelligibilis, quod est proximum principium constituens intellectum Diuinum ad producendum.

Argumẽta Recent. cõtra rationem. obiiciunt 1. (quæ extra formam præter modestiam, contra notam veritatẽ, refutatione non sunt digna. Sed seipsa destruunt.)

188. *Argumentum 1. à Recent. inductum.* Mulus est filius equi & asinæ, & tamen nõ procedit illis adæquatè similis: ergo falsa est suppositio, quod de ratione generationis viuentis, sit adæquata similitudo termini producti cum producente. si ideò mulus esset filius, quia in multis procedit similis suis principijs: etiam Spiritus S. in multis procedit similis Patri, & quidem longè perfectiori similitudine, quàm mulus equo & asinæ, quia procedit similis in eâdem numero naturâ, & hinc redarguitur quod *suprà*; ideò vermes non esse filios hominis, quia non sunt ei adæquatè similes; sufficeret, enim vt in multis sint ei similes, esto non sint euisdem speciei cum ipso. 2. Nihil est dicere, intellectum proximè potentem ad operandum constitui per obiectum, vt per formam vltimò specificãntem: nam licet intellectus ad operandum compleatur per suam virtutem, & obiectum, aut eius speciem, vt per duo principia inadæquata, non tamen vnum magis specificat, quàm alterum; neque obiectum debet esse in intellectu vt forma. 3. Falsum est, obiectum Diuini intellectus esse tantum Dei essentiam, & non etiam creaturas, quas dearticulate cognoscit, secundum proprium earum esse. Ex quo sequitur, creaturas complere æternum Patrem proximè potentem ad producendum Verbum, illisque esse adæquatè simile, imò ab illis etiam procedere Filium, quod est erroneum. Prætereà ipsum Verbum, & Spiritum S. vt obiectum complere Patrem in ratione potentis ad gignendum Filium, adeoque vtrumque esse principium Filij, quod est hæreticum; & Verbum esse vtrique simile quod est

Secundum. *Tertium.* *Quartum.* falsũ. 4. Ex impropriâ & allegoricâ similitudine, quâ dicitur intellectus fieri obiectum ipsum, quod intelligit, non est inferenda rigorosa & physica similitudo in naturâ, quæ ad physicam filiationem requi-

Quintum. ritur. 5. Verbum non accipit à patre virtutem gignendi: ergo non procedit illi adæquatè simile. Nec satisfit, dicendo. Filium non debere procedere similem in notionalibus, sed in essentialibus: tum quia eodem modo Spiritus S. procedit similis patri in essentialibus, non minùs quàm Verbum: ergo erit eodem modo Filius. Tum quia præter physicam & naturalem, requirit etiam intentionalem similitudinem in Filio Dei, qui dicit non debere Filium procedere similem in notionalibus, sed in essentialibus; alias potuisset dici procedere similem virtuti generandi intentionaliter quod cum non dicimus, non aliam videmur requirere similitudinem in Filio Dei, quàm physicã & naturalem. 6. Spiritui S. *Sextum.* cõmunicatur totum, quod dicit principium productiuũ: ergo Spiritus est Filius. Antec. patet; nã principiũ productiuũ Spiritus est essentia seu volitio, quæ tota ei cõmunicatur. Nec sat est, dicere, communicari subiectiuè naturam, & terminatiuè obiectum; non intrinsecè & subiectiuè obiectum: quia si per obiectum intelligitur natura diuina, hæc intrinsecè subiectiuè & terminatiuè communicatur; ipsam enim terminat relatio Spiritus S. & cognoscit: Sin autem intelligantur creaturæ, neque Filio communicantur subiectiuè; terminatiuè tamen communicantur etiam Spiritui S. cui etiam communicatur eadem cognitio: Si verò intelligatur filiatio ipsa, verum est; illam non communicari Spiritui S. sed cum Verbum per nos non solùm procedat ex cognitione filiationis, sed etiam ex cognitione Spiritus S. non plus communicatur vni, quàm alteri de obiecto, ex quo procedit; nam vni communicatur Filiatio, alteri Spiratio; vtraq; autem est partiale obiectum: igitur ex hoc capite tantam similitudinem cum obiecto habebit vnus, quantam alter. 7. Falsum est, ad *Septimum.* generationem requiri similitudinem intentionalem, sed tantùm physicam in naturâ: cum igitur in nostrâ sent. tam intellectio, quam volitio constituat naturam diuinam, æquè Spiritus S. ac Verbum vi suæ processionis procedit similis in naturâ; ac proinde Filius. Antec. prob. similitudo intentionalis est planè extra cõceptum Filiationis. 8. Ex hâc sent. *Octauum.* sequitur, Spiritum S. esse naturalem imaginem patris; cùm ratio imaginis sit characteristica nota solius Filij. sc. per nos Spiritus S. procedit similis patri in naturâ, non minus quàm Verbum, & quicunq; filius creatus: ergo est naturalis imago ipsius, quidquid sit de imagine intentionali: nam etiã independenter ab eâ filius creatus hoc ipso, quod procedit similis in natura cum parente dicitur procedere vt naturalis imago ipsius. Hæc argumenta etsi soluta videantur antequam prompta grauari tamen non 189. *Absit impudenter gnanã libido ab eo, qui veritati primæ studet.* debeo quin ad singula respondeam in forma: cæterum tam clara quã quod à *Torres & Vasquez* sent, mea discrepet; vt qui ad constitutiuum Filij ponunt, intentionalem similitudinem non requirunt, sed tantùm naturalem, quam communem adstruunt cum filio creato in quo tantum est imago naturalis sui progenitoris: & sim falsus non minus verè, quàm sincerè non posse huius Catholicæ veritatis in hac vita reddi perspicuam rationem; ac more Scholastico tẽtare pro meo tenui captu & ipse volui, an propriam aliquam in tam abditâ controuersiâ possem excogitare, nam è scriptoris dignitate, & Ecclesiæ vtilitate est nouas rationes in lucem afferre, quibus possint ingenia studiosorum exacui, ac inprimis fidei mysteria faciliùs explicari; non commenta noua, quibus prima rationis lumina extinguãtur, aut minùs superstit, lucis primigeniæ, quâ atheorum & heterodoxorum ingenia conuincantur.

Primum argu. de mulo solutum est *num.* 183; qui *Ad 1. argu.* quatenus equi & asinæ filius est, nõ solũ procedit similis illis in naturâ generica, sed etiam specificâ,

differentiâ vtriusque à quâ & de quâ accipit quantum accipere potest, vt in vnam tertiam coalescat speciem vtriusque parentis differentiæ participem; hoc externa eius figura indicat. Spiritus verò S. nihil de similitudine obiectiuâ, quæ est specifica differentia principij volitiui accipit, sed solam genericam naturæ, non secus ac vermis ab homine procedens: proinde nullo pacto filius, ne equiuocè quidem, vti ab *Arist.* mulus nuncupatur, dici potest.

Doctrina claritas.

Cùm autem dicitur Spiritus S. multò similior Patri, quàm mulus equo & asinæ, concedo de similitudine genericâ naturæ, nam procedit similis in eâdem numero naturâ cum Patre, in quâ non procedit mulus ab equo & asina: nego de similitudine specificâ; quia mulus procedit similis equo & asinæ etiam secundùm similitudinem specificam vtriusque quantum participabilis est ab vnâ tertiâ specie, secundùm quam vi suæ processionis non procedit Spiritus à principio spiratiuo, a quo nullam accipit differentialem similitudinem, tenentem se ex parte obiecti, vt saltem æquiuocè filius dici possit, sed tantùm genericam naturæ, vti vermis ab homine.

Ad secundū.

Ad 2. Offendit in omnes Philos. & Theol. qui negat, intellectum proximè potentem ad operandum constitui per obiectum, aut speciem eius, obiectumque esse ipsius specificatiuum. Etenim cùm intellectus sit ex se indifferens & indeterminatus ad plures specie actus producendos, vt fiat proximè productiuus huius potiùs, quàm alterius, debet ab aliquo determinari, non ab alio quàm ab obiecto, vel eius specie, à quo proximè constituitur productiuus huius potiùs, quàm alterius: igitur obiectum, vel eius species erit specificatiuum ipsius: ergo falsum est, in ordine ad operationem non magis obiectum, quàm intellectum specificare: nam in omni Philosophia illud dicitur specificare, quod aliquid indifferens ad plura determinat ad vnum; vnde forma, non materia dicitur compositum specificare, esto vtraque compositum constituat; quia forma materiam ad plura composita indifferentem limitat & determinat ad hoc specie compositum. Neque cùm dicimus obiectum esse formam intellectûs, intelligimus de formâ informante, sed specificante in ordine ad terminum producendum.

Hoc vt primum principium tenendum.

190. *Dei essentiam esse speciem eminenter formaliter creaturarum quis neget?*

A 3. neg. antec. nam siue creaturas possibiles Deus cognoscat in seipsis, siue in suâ specie expressâ (hoc enim ad præsentem diffic. non facit) id quod constituit intellectum Patris proximè potentem & fæcund. ad gignendum Verbum, non sunt creaturæ, sed species & intentionalis similitudo creaturarum: nam hæc est, quæ complet intrinsecè intellectum Patris ad Verbum, at speciem expressam sui & creaturarum producendam: creaturæ sunt tantùm termini extrinsecè terminantes notitiam Patris: Cùm igitur diuina essentia sit species & similitudo creaturarū, diuina essentia, non creaturæ complebunt intellectum Patris ad Verbum sibi per omnia simile gignendum.

Confir. quod reddit intellectum angelicum proximè potentem ad verbum lapidis in se producendum, non est obiectū secundum se, sed species obiecti, illum proximè fæcundans ad verbum mentale gignēdum: ita quod intellectum Patris reddit proximè potentem ad verbum sui & creaturarum gignendum, non sunt creaturæ secundùm se, sed species creaturarum: hæc alia non est, quàm diuina essentiâ, quæ non minùs est species virtualis, quàm formalis creaturarum. Eadem quoque diuina essentia vt species & similitudo intentionalis Verbi & Spiritus sanctus (neuter secundùm se, cùm solùm terminent notitiam Patris) constituit intellectum Patris proximè fæcundum ad gignendum Verbum intentionaliter simile, sibi Spiritui S. creaturis possibilibus. Non enim, vt aliquid sit simile intentionaliter obiecto, debet habere, aut participare esse obiecti, cùm possit per eminentius esse continere similitudinem intētionalem obiecti, vt constat tum de specie lapidis, quæ vt sit similitudo intentionalis lapidis, non est necesse, vt habeat esse lapidis; tum de diuinâ essentiâ, quæ vt sit similitudo intelligibilis creaturarum, necesse non est, vt creaturas formaliter contineat. Cæterùm ex eo quòd Verbum procedat simile intentionaliter sibi, Spiritui S. & creaturis, non benè infertur, quòd procedat ex seipso, Spiritu, creaturis, sed summum, quòd procedat ex specie sui, Spiritus, creaturarum: sicut ex eo quòd verbum lapidis in angelo procedat simile intentionaliter lapidi, non benè infertur, quòd procedat ex ipso lapide, sed solùm quòd procedat ex specie lapidis, quæ vnâ cum intellectu angelico est principium productiuum verbi lapidis. Dixi *Summum*: quia neque species Verbi, Spiritus S. creaturarum est principium productiuum Verbi, sed solus Pater ratione paternitatis; species tantum est principium communicatiuum, vt *infrà*. Pater enim simul cum naturâ cōmunicat Filio speciem expressam eiusdem naturæ, personarū, creaturarum possibilium: vnde natura non solùm communicatur Filio physicè secundum esse naturale; vt etiam communicatur Spiritui S. vi suæ processionis; sed etiam intentionaliter, vnà cum reliquis obiectis, quæ præsupponuntur in intellectu Patris intelligibiliter expressa, quo pacto vi processionis nō communicatur Spiritui S. qui vi suæ processionis non accipit intellectionem, quæ sola est similitudo intentionalis omnium obiectorum, quæ repræsentat; sed volitionem, quæ non est similitudo intentionalis obiectorum nobilium, sed vitalis duntaxat inclinatio ad illa, *vt suprà* explicatum est.

Species lapidis non est lapis.

Clara explicatio.

Ad quartum.

Ad 4. nego, èx impropriâ, & allegoriâ similitudine, inferri propriam & rigorosam ad generationem viuentis requisitam: nam sicut intentionalis similitudo non est impropria & allegorica respectu verbi mentalis, ita nec respectu filij intellectualis, qui carere non debet similitudine propriâ verbi mentis. Vnde quâ ratione Filius Dei essentialiter est Verbum, vt ex Patribus *suprà*, & *infrà*; eâdem ratione est essentialiter similis similitudine propriâ verbi. Esto igitur hæc similitudo non sit necessaria filiis creatis, est tamen essentialis Filio Dei procedenti per intellectum, qui hoc habet ex peculiari naturâ suâ, quod non habent Filij creati, qui per intellectum non procedunt.

Ad quintum.

Ad 5. rectè ibi responsum est, Filium non debere procedere similem Patri quoad notionalia, cuiusmodi est potentia generatiua, sed solùm quoad essentialia. Vnde ad 1. prob. nego, Spiritum S. vi suæ processionis procedere adæquatè similem Patri quoad essentiam; qnia licet procedat similis quoad naturam, non tamen procedit similis quoad obiectum, quod est specificum constitutiuum in principiis productiuis immanētibus; cùm tamen Filius non modò procedat adæquatè similis quoad naturam, sed etiam quoad obiectū intelligibile, vt *suprà*.

Ad 2. prob.

Ad 2. nego, sat fuisse respondere, Verbum procedere simile virtuti generatiuæ Patri intentionaliter. Nam argu. contendebat, quòd procedat illi simile physicè, sicut procedit simile à naturâ, in quâ arguens putat principaliter consistere virtutem generatiuam in Patre. Non igitur hic doctrinam desero de similitudine intentionali, ad generationem

æterni

Digitized by Google

æterni Filij essentialiter requisita, sed ratione reddo iuxta arguentis mentem, cur filius accipiendo naturam Patris, cùm illa simul non accipiat vim generatiuam.

191. *Ad sextum.* Ad 6. arguens penetrara non potuit, quid sit, obiectum communicati Spiritui S. extrinsecè, non intrinsecè; Filio etiam intrinsecè: Cùm igitur in meâ sent. in quolibet verbo sit ipsum obiectum intentionaliter expressum, scilicet verbum aliud non sit, quàm obiectum secundùm aliud esse, nempè secundùm esse naturalis atque intentionalis suę imaginis expressum, eo ipso, quòd (Filius Dei vi suæ processionis procedit vt Verbum Patris, accipit in se obiectum intellectus paterni, in suâ naturali ac intentionali imagine delineatum, & non tantùm terminatiuè & extrinsecè, cùm ipsum Verbum quod intrinsecè & subiectiuè est in intelligentis, sit obiectum intentionaliter expressum. At volitio, cùm non sit expresio & intentionalis similitudo obiecti volibilis, sed sola inclinatio ad illud communicatur quidem intrinsecè & subiectiuè vi suæ processionis Spiritui S. volitio, non obiectum nisi extrinsecè & terminatiuè: quia volitio, quæ ei communicatur intrinsecè & subiectiuè, non est obiectū intentionaliter expressum, sed sola vitalis tendentia & inclinatio ad illud; obiectum verò, ad quod volitio terminatur non nisi terminatiuè & extrinsecè communicatur. Quæ communicatio non est sufficiens ad genitum constituendum, quia genitum debet in seipso subiectiuè vi suæ processionis accipere adæquatam similitudinem progenitoris. Nec sufficit, vt illam dicat tantum terminatiuè & extrinsecè: sicut non esset filius qui natutam Patris in se intrinsecè & subiectiuè non reciperet, sed illam tantùm diceret terminatiuè & extrinsecè per inclinationem & respectum ad illam, alioqui omnis creatura, quæ transcendentalem respectum dicit ad Deum, dici posset filia Dei. Ratio: cùm finis generationis sit, vt ingenito propagetur & viuat genitor, debet ipsi genito intrinsecè subiectiuè communicari adæquata similitudo genitoris: quæ cum non communicetur Spiritui S. cui solùm intrinsecè cõmunicatur Physica similitudo naturæ, non intentionalis similitudo obiecti, etiamsi ei obiectum terminatiuè communicetur, filius non est. Ad 7. nego, ad generationem filij per intellectum procedentis, non requiri similitudinem intentionalem, & ex *cit. Patrib.* constat. *Quid* enim clariùs potuit per illa *Augustinus* exprimere, *Eo Filius, quo Verbum*? nam certum est, similitudinem intentionalem esse differentiam essentialem Verbi; Verbum enim per intentionalem egressionem obiecti, quod repræsentat, constituitur formaliter: igitur si ex sent. August. *eo Filius, quo Verbum*; differentia, quæ constituit essentialiter Verbum, constituit essentialiter Filium Dei: hanc enim differentiam Verbi reduplicat *cit.* modus loquendi, *eo Filius, quo Verbum*. Falsò igitur diceretur hæc similitudo intentionalis in generatione Filij Dei, nulli vnquam in mentem veniisse. Quam ratio ipsa confirmat: nam Filius Dei, etiam quà intellectualis, & per intellectum procedens est Filius; non enim ratio intellectualitatis in diuinis est extra naturam Filij, eiq; accidentale: nam sicut non est extra principium generatiuum ratio intellectualitatis in diuinis, sed constituit illud formaliter in ratione gignentis, ita nec erit extra naturam termini geniti, sed constituet formaliter illum in ratione geniti: eadem quippè ratio, quæ constituit essentialiter principium in ratione generantis, constituit terminum in ratione geniti. Vnde retorq. argu Filius Dei debet essentialiter includere, quidquid Verbum per se importat; at Verbum per se importat similitudinem intelligibilem obiecti; ergo eam essentialiter includit Filius Dei; alioqui contra *citatos patres*, non eo Filius, quo Verbum.

Non esset filius, qui naturam patris diceret terminatiuè tantùm.

192. *Ad septimum.*

Ratio euidentior.

Retorsio arg.

Ad 8. neg. maior: nam de ratione imaginis ex Aug. *lib. 83. qu. q. 74.* est, vt sit perfecta similitudo ad suum prototypon repræsentandū expressa: cùm igitur Spiritus S. vi suæ processionis non procedat vt perfecta similitudo ad suum principium repræsentandum expressa, non erit imago. Nec sufficit, quòd procedat similis in naturâ, quia cùm hæc in diuinis non constituat adæquatam rationem principij, sed genericam duntaxat, non poterit is dici imago sui Principij, cùm illud vi suæ processionis non adæquatè repræsentet: quâ de causâ vermis non dicitur imago hominis, esto procedat illi similis in naturâ generica animalis. Nec est eadem ratio de filio creato, quia hic vi suæ processionis procedit adæquatè similis principio gignenti, tam quoad rationem genericam, quàm specificam. *Ad octauū.*

Contra eandem sent. N. obijcitur. *Probatur.* *Obijcit Tasol tom. 3. de Trinit. q. 27. dub. 10.* Primò, quia singularis est ratio, nullo idoneo nixa auctore: 2. falsa: tum quia intentionalis similitudo est extra conceptum generationis viuentis vt sic, patet in generatione hominis, equi, aliorumque viuentium. Tum quia falsum est, genitum debere procedere similem quoad omnia principia, à quibus per se procedit; non enim homo procedit similis Deo, soli, potentiæ gignenti, semmini, à quibus omnibus vt à principijs per se procedit, sed sufficit, vt procedat similis in naturâ cum progenitore. Tum quia defectus obiectiuæ similitudinis in homine non tollit perfectam generationem; ergo nec defectus obiectiuæ similitudinis in Spiritu S. Tum quia terminus amoris non postulat similitudinem obiectiuè: ergo nec defectus illius tollet generationē in Spiritu S.

193. *Auctoritas rationis hu-ius.* Ad 1. Resp. ex antiquiorum Doctorum principijs ea facilè deducitur, præsertim Augustino, qui omnium clarissimè illam expressit, cum docuit, per eandem differentiam procedere Filium in diuinis, quâ procedit Verbum: ergo cùm *Fasolus cum cæteris* admittat intentionalem atque obiectiuam similitudinem esse differentiam essentialem Verbi, eandem cum Augustino admittere debebit in Filio Dei, *eo Filius, quo Verbum* procedit. Minimè verò debet Theologus de singulari sentinotari, si nouam aliquam rationem ex certis solidisque principijs ad melius mysteria fidei explicanda deducat; licuisset ad veritates Christianæ religionis confirmandas solidum quid excogitare: siquidem nulla est ratio tam antiqua, quæ à nouitate non inceperit. Et fanè excogitata fuit recens in hâc materia ratio, *ideò Verbum esse Filium, quia vi suæ processionis accipit intellectionem, quæ est natura diuina constitutiuum, à Michaele Vasquez*; quæ etiamnum non pancos habet impugnatores, eo quod vt supra ostendimus, quæ ipsi æqualitatem diuinarum personarum non saluet, & nouasit, quia tamen facisse Verbi generationem explicat, admittitur ab ipso Fasolo. Cur igitur alij patrum auctoritate, & ratione nixi non poterunt, cum laude & vtilitate Theologicà nouam in hâc arcanâ excogitare rationem, quæ simul cum discrimine inter generationem Verbi & Spirationem Spiritus S. diuinarum personarum conciliet æqualitatem? *Mich. Vas. quæ Fasolus professus.*

194. *Ad probandum 4.* Ad 2. neg. antec. Ad 1. prob. patet. Ad 2. Deus & sol cum generante concurrentes non sunt principia intrinsecè constituentia principium generatiuum, cui tantùm debet genitus procedere adæ-

Digitized by Google

quatè similis. Nec debet assimilari semini, quod tantùm cõcurrit vt instrumentũ virtute causæ principalis; vel potentiæ generatiuæ, ob rationes à *n.* 142 assignatas. Ad 3. neg. conseq. nam in homine defectus obiectiuæ similitudinis, non tollit adæquatam similitudinem cum principio gignente, sicut tollit in Spiritu S. cuius principium est voluntas vnà cum obiecto volibili. Ad: 4. neg. conseq. & retorq. argu. nam ex eo quòd terminus voluntatis non exigit procedere adæquatè similis suo principio, à quo per se producitur, non exigit procedere vt Filius: vti si daretur aliquod viuens, quod per se non postularet procedere adæquatè simile suo principio productiuo, hoc ipso non exigeret procedere vt filius.

DISPVTATIO XIX.

De relationibus Diuinis.

EXPLICATA naturâ, & numero Diuinarum processionum, ex quibus numerum, & proprietatem deduxi, explicanda est natura, & numerus Diuinarum relationum, quæ principia sunt, & termini processionum.

SECTIO I.

An, & quot sint relationes reales in Deo.

1. DICO 1. Sunt in Deo relationes reales. Assertio est definita in *Tolet. 11. In relatiuis, personarum nominibus Pater ad Filium, Filius ad Patrem, Spiritus sanctus ad vtrosque refertur; quæ cùm relatiuè tres personæ dicantur, vna tantùm naturalis substantia creditur:* colligitur ex scripturâ, in quâ personæ diuinæ appellantur nomine Patris & Filij, quæ correlatiuè ad inuicem referuntur. Fundam. *S. Tho.* est. In Deo

2. *Fundam.* est realis processio vnius personæ ab alia ergo in eo est realis relatio. 1. quia omne productum fundat realem respectum ad suum producens: & è conuerso, quando ambo sunt eiusdem ordinis & naturæ, qualia sunt producens, & productum in Diuinis; ob hanc enim rationem concedimus respectum realem inter Patrem & Filium, & vniuersaliter inter causam & effectum in rebus creatis; non inter creatorem & creaturam, quia non sunt eiusdem ordinis & naturæ; 2. omne productum distinguitur à producente, at in Diuinis non potest dari distinctio, nisi per relationes; nec repugnat, quia hæc est per essentialem oppositionem, quam relatiua dicunt ad inuicem. Implicat autem distinctio per limitationem in Deo, quia hæc non est intrinseca & essentialis rebus ipsis distinguentibus, sed accidentalis, & ab extrinseco limitante, quam Deus habere non potest. Confirm. relationes in Deo constituunt personas reales.

Inter creatorem & creaturam nullus respectus realis mutuus.

3. *Contra Caiet. et Capreol.* DICO 2. Hæ relationes in Deo reales sunt non solùm secundùm esse *In*, sed etiam secundùm esse *Ad*. est contra *Caiet. 1. p. qu. 28. art. 1. & Capreo. in 1. dist. 33. ad 1. & 3. Aureoli* docentes, relationem realem secundùm proprium esse *ad*, non esse quid reale, cùm illud sit commune relationi rationis, nihil autem reale commune esse potest enti reali & rationis. Ex quo inferunt, relationes ex propriâ ratione & differentiâ vltimâ, quæ desumitur ab esse *ad*, nihil ponere in relatiuo. Sed *S. Tho. 1. p. loc. cit.* docet, respectum ad aliud, quæ est propria differentia relationis vt sic, aliquando esse in naturâ rerum, aliquando solâ apprehensione rationis: loquitur autem de ipso esse *ad*: nam hoc est proprium relationis, vt relatio est. Igitur in sent. S. Thomæ esse *ad* relationis realis distinguitur ab esse *ad* rationis; siquidem illud est in naturâ rerum, hoc in solâ apprehensione rationis. Fundam. esse *ad* in relatione reali est propria differentia constitutiua ipsius, & distinctiua realiter ab omni aliâ re: igitur debet esse quid reale; cùm nihil non reale constituere, & distinguere possit realiter. Sed relationes diuinæ sunt reales, realiter ab inuicem distinctæ: Igitur esse *ad* earum est reale. Confirm. relationes Diuinæ exercent realem respectum, & oppositionem ad inuicem per ipsum esse *ad*: quia illæ mutuũ actum referendi, respiciendique exercent, quatenus oppositæ opponuntur autem formaliter per esse *ad*; nam per esse *In* formaliter importãt naturam, vt fundamentum, cum quo identificantur, & sunt idem: at implicat effectũ realem exerceri à formâ non reali. Ex quo sequitur, relationes Diuinas non modò esse reales, quia sunt aliquid reale, verùm etiam quia sunt *ad* aliquid reale in se. Ad fund. oppositæ sent. neg. esse relationis realis, esse commune relationi rationis, cùm sit propria differentia ipsius realis, distinguens illum à relatione rationis.

4. *Fund. assert.* *Confirm.* 5. *Ad fund. aduers.*

DICO 3. Dantur in Deo tres relationes reales; Paternitas, Filiatio, Spiratio passiua realiter inter se distinctæ. Est de fide, quâ constat, dari tres personas realiter distinctas in Deo; nam vnaquæque constituitur relatione distinctâ ab aliis: scilicet Natura Diuina substantialis est, ergo necessariò postulat, vt terminetur aliquâ personali subsistentiâ; nam hæc necessaria est cuilibet naturæ substantiali completæ. Quia verò hæc personalitas est in naturâ fœcundâ productiuâ sui similis ad intra, oportet esse relatiuam, non absolutam; quia omne absolutum ob infinitatem suæ perfectionis, commune est omnibus personis Diuinis. Rursus quia hæc personalitas est in naturâ perfectè intellectuali, productiuâ ad intra per actus intellectus, & voluntatis, alia esse non poterat, quàm Paternitas. Nam per eam constitui debet in ratione primæ personæ, producentis per actum intellectus terminum sibi adæquatè similem per modum intellectualis imaginis, atque adeò per modum geniti, ac Filij.

Discursus fund.

Eâdem ratione constat, primam personalitatem non habere Deum mediâ origine & productione, sed à se quauis origine priorem. Nam licet eam Deus habeat, vt producat per illam Filium, non tamen illam habet mediâ productione Filij, sicut Filius suam subsistentiam habet mediâ passiuâ productione ipsius personalitatis. Quo fit, vt Paternitas in Deo nullam supponat rationem fundandi, vt in ipso sit, & quodammodo resultet, sicut Paternitas creata; sed competit naturæ Diuinæ immediatè, & à se, vt talis natura est, absque vllâ passiua productione & origine. Ratio: Paternitas increata competit naturæ Diuinæ, vt proprietas constituens eum illa primam personam producentem ad intra; creata verò competit naturæ creatæ, vt accidens supponens subiectum completum in ratione personæ producentis. Personalitas autem, cùm sit vel conditio necessariò prærequisita ad producendum, vel ratio ipsa producendi, haberi non potest mediâ productione sui termini & effectus; alioqui præsupponeretur, & non præsupponeretur ad productionem sui termini. Constituta autem prima persona Patris per paternitatem improductam & à se; secunda relatio personalis, quæ per productionem

7. *Persona i. origine prior est à se.*

8. *Productio i. generatio.*

competit

Fund. Adu.

Sent: 46. est S. Thom.

Digitized by Google

competit Deo, est Filiatio. Nam prima productio, quam inchoat æternus Pater, est generatio, cuius terminum exprimit actu intelligêdi. Qui quoniam in Diuinis rationem habet geniti, cùm procedat adæquatè similis principio producenti, eius proprietas personalis erit Filiatio: quæ pro ratione fundandi habet productionem personæ. Productâ autem secundâ personâ actu ipso intelligendi, tertia relatio personalis competens Deo, est spiratio passiua, quâ constituitur tertia persona Spiritûs S. Hæc enim, quia procedit per actum volendi, supponit secundam per actû intelligendi origine priorem; atque adeò non potest, nisi suppositâ productione Filij, Deo competere. Supponit autem pro ratione fundandi processionem, quâ illa à Patre, Filioque producitur. Quæ sicut diuiso modo à suo principio procedit, quàm personalitas Filij, ita se ipsa diuersa est ab illa

2. Ratio fundandi relationem est processio.

9. Dico 4. Præter has tres relationes personales concedenda est quarta, Spirationis actiuæ Patri Filioque communis. *S. Tho. 1. p. q. 28. art. 4. & q. 32. art. & communis Theolog.* Cuius oppositam sent. *Molina 1. p. q. 27. art. 4. disp. 1.* appellat erroneam: quippe cùm ex principijs reuelatis nostra sent. euidenter deducatur. Docet enim fides, in Deo duplicem esse processionem, vnam quâ Filius à Patre, alteram, qua Spiritus S. ab vtroq; procedit; igitur quatuor oportet ponere relationes, binas pro quâuis processione: nam vnaquæque processio habet principium, à quo est, & terminum, ad quem est: ergo in quauis processione ponenda est relatio producentis ad productum, & producti ad producentem; quæ in 1. processione est Paternitas, & Filiatio; in 2. Spiratio actiua Patri Filioque communis; & passiua, quâ tertia Trinitatis persona constituitur. Igitur præter tres relationes personales danda est quarta Spirationis actiuæ, quia Pater & Filius referantur ad Spiritum S. Confir. non est maior ratio, cur ad 1. processionem duplex resultet mutua relatio Patris ad Filium, & Filij ad Patrem, & non ad 2. spirantis ad Spiritum, & Spirati ad Spiratorem, cùm in vtrâque processione sint eædem cõditiones, ad mutuam relationem fundãdam requisitæ; nempe fundamentum, quod est natura; ratio fundandi quæ est origo producentis; & extrema ipsa seu termini realiter distincti, & eiusdem ordinis in se, qui sunt personæ ipsæ producens & producta.

Censura contrariæ opinionis.

10. *Confir.*

11. *Obiicies* 1. repugnat, vnam relationem fundari in aliâ, sed Pater & Filius constituuntur per relationes. Ergo repugnat eos fundare etiam relationem.

Confirm.

Confir. persona constituta per relationem non est vlteriùs referibilis per aliam relationem realem: alioqui posset vna persona diuina referri ad aliam per relationem realis distinctionis.

Resp.

Resp. dispar est ratio de relatione prædicamentali, quæ est purus respectus, & de transcendentali subsistente, quæ simul constituit subiectum. Tales sunt relationes diuinæ, quæ non sunt puri respectus ad terminum, sed constituunt personas; suntque substantiales ad instar relationum transcendentalium, quæ prædicamentales fundant. Ad confir. 1. nego, personã diuinam non referri relatione realis distinctionis ad alias personas diuinas; quia cum seipsa sit distincta realiter à quâlibet aliâ oppositâ relatione, seipsâ refertur relatione realis distinctionis ad oppositam correlationem. 2. nego, non posse personam diuinam referri ad alias personas relatione diuersæ rationis ab eâ; quâ constituitur in esse personali: quo pacto Pater & Filius referuntur ad Spiritum S. relatione Spirationis, quâ tamen non constituuntur in esse personali.

12. *Ad confir.*

13. *Obiic. 2.*

Obiicies 2. Si in Deo essent quatuor relationes, essent quatuor res; hoc autem dici non potest; alioqui admittenda esset in Deo quaternitas, quæ sub anathemate damnata est in Conciliis. Sequela prob. implicat, multiplicari inferius, non multiplicato superiore: Sed relatio est inferior ad rem: Ergo si in Deo multiplicantur relationes reales, multiplicantur res. Resp. neg. sequel. quia Spiratio actiua non ponitur vt distincta re, sed ratione tantùm à Paternitate & Filiatione: ergo licet ponatur, vt diuersa non ponitur vt distincta res; quia res, cùm sit quid absolutum & ad se, non multiplicatur, nisi ad multiplicationem subiectorum. Relatio verò, cùm sit quid respectiuum, & essentialiter ad aliud, multiplicatur ad solam multiplicationem terminorum. Quia igitur spiratio actiua non est distincta re à Paternitate & Filiatione, non potest numerari vt quarta res; sicut nec essentia, quæ sola ratione distinguitur à relationibus. Potest numerari vt quarta relatio, quia, vt hæc multiplicetur, sufficit vt tãtùm multiplicetur terminus.

Pr. seq.

Resp.

Ad prob. sequelæ nego, multiplicato inferiori in re relatiua, multiplicari superius, quando multiplicatio fit tantùm ex parte termini. Vnde variatur appellatio, quia in antecedente sumitur multiplicatio penes terminos; in consequente penes res ipsas: ad multiplicationem rei requiritur multiplicatio subiecti; ad multiplicationem relationis sufficit multiplicatio terminorum, in sententia non distinguente ex natura rei relationes à fundamento.

14. *Ad prob. seq.*

Controuersia est, an præter has quatuor relationes fundatas in origine producentis & producti, admittendæ sint aliæ fundatæ in vnitate, & multitudine. Affirmat *Scotus quodl. 5. ar. 2. & in 1. dist. 31. qu. 1. Fundam.* ad eas fundandas concurrunt omnia requisita; scil. extrema realiter distincta, quæ sunt personæ, quæ tales relationes fundant; fundamentũ reale, quod est essentia Diuina, in distinctis suppositis communicata; terminus realis, qui est persona opposita. Igitur nihil deest, quo minùs illæ reales sint. Nec obstat, quòd essentia, quæ fundamentum est harum relationum, sit eadem numero in omnibus extremis, nam eadem indistincta fundat in seipsa reales relationes originis; cur ergo non etiã reales relationes similitudinis, æqualitatis, &c. Confir. si personæ Diuinæ essent inæquales, fundarent realem relationem inæqualitatis; ergo vt æquales fundare debent realem relationem æqualitatis.

15. *Controu. inter Catholi. Scot. fund.*

Dico 5. Præter quatuor relationes fundatas in origine generantis, & geniti, spirantis & spiranti non sunt aliæ relationes in Deo. *S. Tho. 1. p. qu. 42. art. 1. ad 4. & communis Scholast. in 1. dist. 31. & 33.* Fundam. huiusmodi relationes aut fundantur in vnitate, aut in multitudine: at nullæ ex his in Deo esse possunt: non fundatæ in vnitate, nam hæ, vt *Caiet. cit.* præexigunt fundamenta distincta realiter; sunt n. ea quæ per huiusmodi relationes similitudinis, æqualitatis, & identitatis referuntur: relationes non sunt, nisi rationes formales, quibus fundamenta mutuò referuntur: quantitas relatione æqualitatis refertur ad alteram: albedo relatione similitudinis refertur ad aliam albedinem, at fundamentum huiusmodi in Deo idem est in omnibus extremis, ipsa sc. natura ratione cuius personæ dicuntur similes, æquales, eædem inter se: velut si esset vna numero albedo in duplici subiecto, non posset realem relationem similitudinis fũdare eiusdem ad se ipsam: non est eadem ratio de relationibus originis producentis & producti: quia illæ aut non fundantur immediatè in essentia, sed in actibus notionalibus, qui distincti inter se sunt; aut si immedia-

16. *Conclus.*

Non fundãtur in vnitate.

Digitized by Google

immediatè fundantur in essentiâ, vt paternitas, quia tamen secum ferunt distinctas hypostases, possunt extrema quæ constituunt realiter referre: relationes autem similitudinis, æqualitatis, &c. solùm referunt fundamentum ad terminum, ergo nisi illud præsupponant distinctum, non possunt realiter referre.

17. *Nec in distinct.* Neque fundata in multitudine, & distinctione, nam ad has non est necessaria noua forma, ne ratione quidem distincta ab ipsis relationibus personalibus; cùm enim ipsæ seipsis oppositæ, & dissimiles sint, non egent distinctâ relatione oppositionis, & dissimilitudinis vt se inuicem respiciant, vt oppositæ, & dissimiles formaliter: præsertim cùm illæ in suo genere sint infinitæ; atque adeò simplicissimè continentes omnem oppositionem, & perfectionem respectiuam in eo genere. Vnde etiamsi in rebus creatis opus sit distinctâ relatione, quâ paternitas ad filiationem, & filiatio ad paternitatem vt dissimiles, & oppositæ referantur; illa tamen necessaria non est in paternitate & filiatione Diuinâ, ob earum illimitationem.

18. *Ad fund. Scoti.* Ex his patet ad fundam. *Scoti*, nam ad relationes prioris generis deficit prima distinctionis conditio: ad relationes posterioris generis obstat essentialis oppositio, & infinitas Diuinarum personarum, quo minùs in illis resultet relatio oppositionis formaliter diuersæ. Ad confir. neg. conseq. nam si personæ Diuinæ essent inæquales, id esset propter inæqualitatem distinctæ naturæ, cuius vnitas in causâ est, vt in illis non sit similitudo & æqualitas formalis, sed tantùm fundamentalis.

SECTIO II.

An Spiratio actiua distinguatur à Paternitate & Filiatione?

19. RAtio dub. Eadem spiratio actiua est in Patre & Filio, vterque enim spirat amorem notionalem: at Pater distinguitur à Filio: ergo & actiua spitioni Patris ab actiuâ spiratione Filij.

20. *In Sent. distinct. realiter.* PRIMA sent. affirmat, spirationem actiuam distingui realiter à Paternitate & Filiatione. *Durand.* in 1. *dist.* 13. *qu.* 2. *Basso ibid.* §. *circa* 1. *Bacco. dist.* 10. *ar.* 1. §. 4. *Henri.* in *sum. art.* 60. *quæst.* 2. Probat 1. *Duran.* Totum esse relationis est ad aliud: Ergo nequit Pater eâdem Paternitate respicere Filium & Spiritum S. nec filius eâdem filiatione respicere Patrem & Spiritum S. 2. Ita se habet generare ad generari, sicut spirare ad spirari; ergo commutatâ

21. *Probant argu.* 11. proportione ita se habet generare ad spirare, sicut generari ad spirari. Sed generari & spirari differunt realiter inter se, quia vnum constituit personam filij, aliud personam Spiritûs S. ergo & generare, & spirare differunt inter se realiter.

22. 3. Duabus relationibus disparatis specie differentibus respondent duæ disparatæ specie etiam realiter differentes. Sed generari & spirari sunt duæ relationes specie realiter differentes. Ergo & relationes eis respondentes, quæ sunt generare & spirare, erunt etiam specie realiter inter se differentes. Maior constat; nam eadem relatio secundùm speciem non opponitur pluribus relationibus secundùm speciem.

23. 4. Quæcunque sunt eadem vni tertio, sunt eadem & inter se. Ergo si generare & generari sunt eadem cum spirare, erunt eadem & inter se.

24. 5. Ab vnâ & eâdem actione nequeunt esse duæ processiones immediatæ. Sed generari & spirari sunt duæ emanationes passiuæ: ergo nequeunt esse ab vna & eadem actione immediata; sed generari erit immediatè à generare, & spirari à spirare.

25. 6. Implicat, relationem producentis & producti esse vnam & eandem, etiam respectu diuersorum. Etenim Pater in humanis aliâ relatione respicit genitum, aliâ genitorem; nam per illam constituitur Pater, per hanc filius. Sed spirare, & generari sunt relationes producentis & producti in eâdem personâ respectu diuersorum; ergo nequit esse vna, sed duplex realiter distincta.

26. 7. Generare potest esse in Patre absque spirare; nam dato, quòd Pater & Filius non spirarent. Adhuc Pater generaret, & filius generaretur. Ergo spiratio distinguitur à generare & generari.

27. 8. Pater producit Filium per generare. Ergo si generare & spirare sunt idē, Pater producit Filium per spirare: igitur filius non solùm erit genitus, sed

28. etiam spiratus. 9. Duæ res absolutæ realiter distinctæ nequeunt esse idem realiter cum aliâ re absolutâ; ergo nec duæ respectiuæ realiter distinctæ cum aliâ relatiuâ. Sed paternitas & filiatio sunt duæ res respectiuæ realiter distinctæ; ergo nequeunt esse

29. idem cum spiratione actiuâ. 10. Probat *Bassolus*: Relationes, quarum vna est constitutiua, & incommunicabilis, alia non constitutiua, & cōmunicabilis, distinguūtur realiter: paternitas est constitutiua Patris, & incommunicabilis aliis personis; Spiratio actiua non est constitutiua Patris, & cōmunicabilis filio; ergo distinguuntur realiter. Maior prob. quando sunt duo entia pōsitiua, & neutrum est formaliter infinitum, si vnum est cōmunicabile, aliud incommunicabile, ambo differunt realiter. Paternitas & spiratio actiua sunt entia positiua, & neutra est formaliter infinita, & vna est communicabilis, altera incommunicabilis: ergo, &c.

30. 11. Quæcūque sunt aliquod positiuum extra intellectum, & vnum nequit prædicari de alio in abstracto, distinguūtur realiter. Generatio nequit prædicari in abstracto de spiratione actiuâ, & vtrūque est aliquid positiuum extra intellectum; ergo distinguuntur realiter.

31. SECVNDA docet, spirationem actiuam distingui tantum formaliter ex naturâ rei à paternitate & filiatione, *Scoti quodl.* 5. *art.* 2. §. *circa tamen, Mayro. in* 1. *dist.* 11. *qu.* 3. *art.* 2. *Gabriel dist.* 27. *qu.* 1. Prob. 1. Spiratio actiua communicatur filio, cui non communicatur paternitas; igitur spiratio actiua distinguitur à paternitate & filiatione; alioqui idē communicaretur, & non communicaretur. 2. Si spiratio actiua non distingueretur à paternitate & filiatione, possent inuicem prædicari. Conseq. est falsum: ergo & antec. 3. Paternitas & filiatio non sunt perfectiones infinitæ: ergo non solùm eis conuenit distinctio opposita, sed etiam disparata.

2. Sent. formaliter distinq.

32. TERTIA negat, spirationem actiuam ex naturâ rei distingui à paternitate & filiatione. *S. Tho.* 1. *p. qu.* 30. *artic.* 2. *ad* 1. *&* 32. *art.* 3. *ad* 3. *&* 36. *art.* 4. *Caiet. ibid. Richard. in* 1. *dist.* 18. *art.* 2. *qu.* 1. *&* 2. *Capreoll. dist.* 13. *art.* 2. *Rubio. qu.* 1. *art.* 1. *Aureoll. art.* 4. *propos.* 7. *Argen. dist.* 11 *qu.* 2. *art.* 2. *Ægydij dist.* 26. *fine, Arimin. dist.* 11. *artic.* 1. *fine. Henri. in sum. artic.* 6. *qu.* 3. *ad* 3. *&* 4. quamuis oppositum docere videatur loco *citat.* pro 1. *sent. Molina* 1. *part. quæst.* 32. *art.* 2. *disput.* 3. *Suarez de Trinit. libr.* 5. *cap.* 5. *Vasquez disput.* 138. *cap.* 1. *Ruiz de Trinit. disput.* 17. *sect.* 2.

3. Sent. negat distinq.

33. DICO 1. Spiratio actiua nequit realiter distingui à Paternitate & filiatione: contra 1. sent. quam *Zumel* 1. *quæst.* 32. *artic.* 2. *disput.* 1. *concl.* 1. temerariam, & errori proximam; *Molina in fide* patum tutam & erroneam; *Ruiz* periculosam appellat. Et meritò, aduersatur enim definitioni *Concilij Lateranensis relati cap. Damnamus*: vbi Pontifex quæ damnat quaternitatem rerum in Deo; quæ

Contrà 1. Sent.

ex

ex oppositâ sent. sequitur: nam præter Trinitatem personarum, daretur quartum cõstitutum ex naturâ, & spiratione actiuâ, vt quarta res à reliquis personis distincta. Respondet *Duran.* Concilium tantùm damnare quaternitatem personarum, aut rerum, quæ sit trium personarum, & essentiæ communis: quod tantùm Ioachimus Magistro sent. imponebat, non relationum re ipsâ distinctarum, cùm multi post *Concil.* in Deo admittant quaternitatem relationum. Sed contrà: esto hæc fuerit primaria mens Pontificis, ipsius tamen verba formaliter sumpta se extendunt ad quamcunque rerum quaternitatem; ac proinde consequenter in Deo damnatur. Cæterùm aliud est, in Deo admittere quaternitatem relationum in ratione relationum, aliud in ratione rerum: admittunt Theologi primum, & nos *infrà*, non secundum, quod sequitur ex opin. *Durandi.* Prob. 2. ex Patribus affirmantibus, Patrem & Filium non distingui inter se, nisi solâ paternitate & filiatione. Athanasius *dialogo* 1. *de Trinit. Nulla*, inquit, *differentia nequeunt in natura, neque in voluntate, sed in eo tantùm, quod gignere, emittere & procedere siue emitti inter se differunt.* Damasc. *libr.* 1. *fidei cap.* 11. *Secundùm omnia vnum sunt Pater, Filius, & Spiritus sanctus, præter (si ita dicamus) ingignentiam, gignentiam, & processionem.* Cyrillus *lib.* 1. *thesauri cap.* 8. *Pater in Filio est, & Filius in Patre; non tamen vt idem numero. Pater enim in sua, & filius in sua proprietate est. Hæc enim solùm differentia inter ipsos est.* Si autem spiratio actiua distingueretur à Paternitate & Filiatione, non solâ paternitate & filiatione, sed etiam spiratione actiuâ Pater & Filius distinguerentur inter se. Prob. 3. ex oppositâ sent. sequitur, in Deo esse quartam personam; quod est hæreticum: scil. ad constituendam personam in Deo sufficit relatio realis in Deitate subsistens, à cæteris relationibus realiter distincta. Spiratio actiua, in sent. *Durand.* est relatio realis in Deitate subsistens; est enim substantialis, à cæteris relationibus Diuinis realiter distincta, ergo. Negat *Durand.* maior. quia ad constituendam personam requiritur incommunicabilitas; nam hæc est de essentia personalitatis: spiratio verò actiua est communis Patri & Filio. Sed contrà; impossibile est, Spirationem actiuam realiter distingui à Patre & Filio, & illis esse communem: ergo si constituit aliquid realiter distinctum à Patre & Filio, constituitur aliquid ipsis incommunicabile; atque adeò tale constitutum habet rationem personæ. Antec. probat. omnis realis communicatio aut fit per identitatem, aut per vnionem rei communicabilis cum eo, cui communicatur: tendit .n. ad faciendum ex iis vnum: Spiratio actiua non communicatur Patri & Filio, per identitatem secundùm aduers. nec per vnionem; omnis .n. physica vnio facit realem compositionem cum vnitis: sed omnis realis compositio repugnat Deo actui puro: ergo.

Confir. idem est in Diuinis distingui realiter ab alio, & esse illi incommunicabile: sicut è conuerso idem est communicari alteri, & identificari cum illo; cùm nequeat dari alius modus communicationis in Deo, quàm per identitatem; ergo nec alius modus incommunicationis, quàm per realem distinctionem: ideò enim paternitas est incommunicabilis filio, quia realiter distinguitur à Filio. Ergo si spiratio actiua distinguitur realiter à Patre & Filio, est illis incommunicabilis; atque adeò constituens cum naturâ vnum subsistens, à Patre & Filio realiter distinctum.

Dico 2. Spiratio actiua neque formaliter ex naturâ rei distinguitur à paternitate & filiatione. Prob. 1. ex illo principio Anselmi ab omnibus recepto: *In Diuinis omnia sunt vnum, vbi non obuiat relationum oppositio*, quod non solùm intelligendum est de perfectionibus absolutis, sed etiam de relatiuis, quia in suo genere infinitæ sunt. sc. non est maior ratio, cur perfectio absoluta ex eo, quòd infinita est in omni genere, identificare sibi debeat omnia; & perfectio relatiua, ex eo quòd infinita est in genere relatiuo, non debeat sibi identificare saltẽ ea, quibus cũ oppositionem non habet. Nam omnis distinctio, quæ nõ fundatur in essentiali oppositione extremorum, necessariò oritur ex limitatione perfectionis, quę repugnat perfectioni increatę & à se. At oppositio, quâ habere posset paternitas & filiatio cum spiratione actiuâ, non est actuâlis respectûs & termini: quia terminus paternitatis est filiatio, sicut filiationis est paternitas; spirationis actiuæ terminus est ipsa passiua spiratio: nec in ratione originis producentis & producti; quia spiratio actiua non est origo, quâ vel Pater producit Filium, vel Filius Patrem; sed quâ vterque producit Spiritum S. & non repugnat vt quæ personæ per eandem originem influant in terminum, & per eandem relationẽ referantur ad productum: nec in ratione productiui & producibilis, quia Pater non constituitur productiuus Filij spiratione, sed Paternitate. ergo nulla oppositio. Prob. 2. Sequeretur aliqua realis compositio ex entitate & formalitate in Diuinis personis: nam persona Patris componeretur ex Paternitate, & Spiratione actiuâ vt ex entitate, & formalitate distinctâ; similiter persona Filij ex filiatione, & spiratione actiuâ. at quæcunque compositio tollit omnimodam simplicitatem; quæ est propria Dei, vt definitur in *Conci. Later.* & refertur *de sum. Trini. cap. Firmiter.* Ex imò simplicior esset persona Spiritus S. quàm Patris & Filij; quia hæc constitueretur ex propriâ personalitate, & spiratione actiuâ formaliter distinctâ; illa ex solâ spiratione passiuâ, absque aliâ formalitate. Prob. 3. contra *Scot.* Sequeretur spirationem actiuam non solùm distingui formaliter, sed etiam realiter à paternitate & filiatione: quod notauit *Rubio in* 1 *dist.* 2. *qu.* 5. *art.* 3. nam ideò per *Scot.* Spiratio Actiua ex naturâ rei distinguitur à paternitate & filiatione, quia istæ non sunt perfectiones infinitæ. perfectiones autem non infinitæ eodem modo per ipsum distinguuntur à perfectionibus disparatis, ac oppositis: at spiratio actiua distinguitur realiter ab oppositâ, spiratione passiuâ; quia omnis relatio in Diuinis distinguitur realiter ab opposita correlatione. & sublatâ omni aliâ relatione, per solam spirationem actiuam Pater distingueretur realiter à Spiritu S. quia per eam constitueretur sufficiens principium spiratiuum realiter distinctum à termino spirabili: ergo & à relationibus disparatis.

Dico 3. Spiratio actiua distinguitur ratione ratiocinatâ à paternitate & filiatione: est authorum 4 sent. Fundam. spiratio actiua est ad Spiritum, vt est distinctus terminus formalis à termino paternitatis & filiationis: sed ad distinctionem rationis ratiocinatæ sufficit diuersa formalitas eiusdem entitatis: & relatio sumit formalitatem à termino: ergo eadem relatio à diuerso termino formali diuersam sumit formalitatem.

Dico 4. Spiratio actiua non est vna in Patre, & Filio vnitate rationis, concipientis illam, vt vnam per ordinem ad vnum terminum, quem respicit, etsi re ipsa sit duplex, partialiter existens in Patre & Filio, cum quibus vnaquæque partialis spiratio adæquatè identificetur; sed vnitate reali per modum vnius formæ, eo modo, quo natura est vna numero indiuisa

34. *Respondet Durandus.*
Contrà.
35. *Prob ex Patribus.*
36. *Pr. ratione.*
37. *Respondet Durand.*
Contra.
38. *Confir.*
39. *Contra 2. Sent.*
Triplex oppositio:
Nulla hic.
40. *Pr. ex absurdo.*
41. *Pr. ad hominem.*
42. *Distinguitur ratione.*
43. *Vna re spiratiua actiua.*

Digitized by Google

indiuisa in tribus: ex Concilio *Floren.* definiente Spiritum S. *vnicâ spiratione* procedere à Patre, & Filio. Fundam. aliàs hæc relatio multiplicaretur numero alia. n. esset numero spiratio in Patre, alia in Filio; repugnat autem Diuinas relationes solo numero multiplicari, quia numerica multiplicatio limitationem importat.

44. *Dices.* *Obijcies.* Implicat, eandem relationem esse productam, & improductam; ergo implicat, eandem spirationem numero esse in Patre & Filio. nam quatenus esset in Patre esset improducta; quatenus in Filio esset producta cum ipsâ Filiatione, cum quâ formaliter identificatur. *Resp.* nego conseq. ad prob. nego, spirationem actiuam in Filio esse productam; alioquin non posset esse vna numero in Filio & Patre; nam quæ esset in Filio necessariò distingueretur à Patre. tanquam productum à producente; nam licet ea, quæ esset in Patre, quia nullo modo opponeretur Filio, neque vt principium productiuum, neque vt productio, neque vt correlatio, tio, posset identificari cum Filio; non tamen quæ esset in Filio, identificari posset cum Patre, quia illi opponeretur, vt principio producenti; vnde necessariò foret duplex numero spiratio actiua, altera in Patre, quæ simul posset identificari cum Filio; altera in Filio, quæ non posset identificari cum Patre. Quare dicenda est improducta in vnoquoq; ac communicari Filio à Patre cum naturâ, non viâ productionis, vt Filiatio; sed communicationis, vt natura, cum quâ cõmunicatur, quidquid illi nõ opponitur.

Resp.

45. *Controuersia superest.* An spiratio actiua saltem in ratione relationis, realiter distinguatur à paternitate, & filiatione, esto non distinguatur in ratione rei? Negant *Gabriel in 1. dist. 27. q. 1. Molina qu. 32. art. 3. disp. 2. Vasquez disp.* 138. *c.* 1.

46. *Affirmo. probo verius.* Affirmant *S. Tho. in 1. dist. 27. q. 1. art. 1. Ægid. art. 1. qu. 1. Capreo. disp. 13. art. 2. Zumel q. 32. art. 2. disp. 1. concl. 3. Suarez de Trinit. l. 5. cap. 7.* Quæ sent. est conformior modo loquendi Theolog. qui absolutè pronunciant, in Deo esse quatuor relationes reales. Fundam. potest relatio multiplicari secundùm differentiam relationis, non multiplicata secundùm differentiam rei: ergo potest esse multiplex in ratio nerelationis, & simplex in ratione rei. Antec. prob. differentia relationis, vt relatio est, desumitur ex ordine ad terminum formalẽ; differentia verò rei, vt res est, desumitur ex entitate: potest autem relatio multiplicari secundùm ordinem ad diuersos terminos formales, non autem secundùm entitatem: quia vel non repugnat in creatis, vt eadem relatio entitatiuè respiciat plures terminos formales; vt eadem eductio indiuisibilis respicit agens, à quo est, & eadem entitas fundamenti in sententiâ non distinguente relationem à fundamento, plures terminos formaliter diuersos, vel certè non repugnat in Diuinis. vt eadem relatio ob sui infinitatem respiciat plures terminos formales.

47. *Dices.* DICES: sequeretur, eandẽ rẽ fore in duplici. specie. *Resp.* hoc nullum esse absurdum quoad speciem relatiuam; quia hæc desumitur ex ordine ad terminũ formalem; potest autem duplex terminus formalis respici ab vnâ re relatiuâ.

48. *Ad primum* Ad argu. primæ sent. Ad 1. dist. conseq. nequit Pater Paternitate, formaliter sumptâ, respicere Spiritum S. concedo, quia vt sic reduplicat formalem respectum ad terminum; entitatiuè acceptâ, nego; quia non repugnat, eandem relationem entitatiuè respicere plures terminos formaliter diuersos. Vnde si intelligatur, quòd totum esse, quod habet relatio, respiciat aliud, verum est: cùm nihil sit in relatione, quòd terminum non respiciat: si verò intelligatur, quod vnaquæque relatio debeat secundùm totum suum esse respicere vnumquodque adæquatè, est falsum: cùm possit eadem relatio respicere plures terminos, atque adeò nõ totũ esse vniuscuiusque relationis adæquatè est ad vnum quodque, sed adæquatè ad omnes terminos. quos adæquatè respicit, inadæquatè verò ad singulos.

49. *Ad 2.* Ad 2. In diuinis deficere leges commutatæ proportionis, quoties proportio ducitur ab oppositis ad non oppositа, aut contrà: vt fit in argu. *Duran.* cui negandum est, ita se habere generare & spirare, sicut generari ad spirari: quia generari opponitur spirari, vt productiuum producibili: quia Filius, qui constituitur per generari, est productiuus Spiritûs S. qui constituitur per spirari: generare verò nullo pacto opponitur spirare.

50. *Ad 3.* Ad 3. dist. maior. duabus relationibus differentibus specie, respondent duæ relationes specie differentes in ratione relationis, concedo: in ratione rei, nego. Ex quo tantùm sequitur, paternitatem & spirationem actiuam, respondentes filiationi, & spirationi passiuæ differre tantùm specie in ratione relationis per ordinem ad diuersos specie terminos, non autem in ratione rei, siue differre specie terminatiuè non subiectiuè.

51. *Ad 4.* Ad 4. fallaciam huius argu. constare in relationibus personalibus comparatis cum naturâ, in quâ sicut ex identitate earum cum natura, non rectè infertur identitas earum inter se: ita neque ex identitate paternitatis & filiationis cum spiratione actiuâ infertur identitas paternitatis & filiationis inter se. quia allatum principium intelligendum tantùm est de ijs, quæ adæquatè identificantur cum tertio, non quæ tantùm inadæquatè.

52. *Ad. 5.* Ad 5. dist. maior. Nequeunt ab eâdem actione formaliter sumptâ esse duæ processiones, concedo: ab eâdem entitatiuè sumpta, nego. Sed generari & spirari sunt ab eâdem actiuâ origine entitatiuè, concedo, formaliter, nego. Etenim licet generatio, & spiratio in Patre sit eadem realitas, est tamen diuersa formalitas virtualiter, non formalitate rei, sed formalitate actionis respicientis diuersum terminum formalem.

53. *Ad. 6.* Ad 6. neg. maior. Et quidquid sit de exemplo, & ratione ductâ ex humanis: dispar est ratio de relationibus diuinis, quæ cùm in genere relationis sint infinitæ, multa præstare potest vna simplex relatio increata, quæ nequeunt multæ, ac diuersæ relationes creatæ.

54. *Ad 7.* Ad 7. ex eâ hypothesi impossibili nulla de facto concluditur distinctio inter paternitatem, & spirationem actiuam. nam sicut impossibile est, quin Pater spiret; ita impossibile est, quin de facto cum paternitate coniunctam habeat spirationem actiuam. In eo autem casu sicut persona Patris non esset cum eâdem perfectione & virtute productiuâ; ita nil mirum, si nec esset cum eâdem perfectione actiuæ spirationis.

55. *Ad 8.* Ad 8. neg. sequela. quia licet generare & spirare in Patre sint idem, tamen connotant diuersos actus, & terminos: nam ganerare connotat actum intellectûs & terminum generandũ: spirare verò actum voluntatis & terminum spirandum. Vnde sicut non potest dici, quòd Pater generet voluntate, & spiret intellectu, etiamsi voluntas & intellectus in Deo sint idem; ita nec quòd Filium producat per spirare, vel Spiritum S. per generare. quia verba reddunt sensum formalem, & important principium præcisè secundùm illam formalitatem, ex quâ proximè fluit actus. *Ratio.*

56. *Ad 9.* Ad 9. nego conseq. quia duæ res absolutæ ne-

Digitized by Google

Tales sunt Paternitas & filiatio. nequeunt inter se distingui, nisi propter limitationem: quia hoc modo distinguntur, nequeunt identificari cũ alio. At duæ res respectiuæ non semper distinguuntur propter limitationem, sed propter essentialem oppositionem, quam habent ad inuicem. Quo fit, vt si illæ infinitæ sint, possint quoad alias perfectiones, in quibus non opponuntur, mutuò identificari. Ad 10. nego maior. Constat in paternitate, & naturâ diuinâ, quarum vna est communicabilis, altera incommunicabilis; neutra tamen ab altera distinguitur realiter. Ad prob. nego, paternitatem & spirationem actiuam non esse infinitas in suo genere: ratione cuius infinitatis possunt in eo, in quo non opponuntur, non solùm realiter, sed etiam formaliter identificari.

57. *Ad 10.*

58. *Ad 11.* Ad 11. nego maior. ratio cur spiratio actiua nequeat in abstracto prædicari de paternitate & filiatione, non est realis distinctio inter eas, sed sola distinctio virtualis cum diuersâ connotatione terminorum: nam paternitas connotat filiationem, spiratio actiua passiuam; potest vna perfectio absoluta de aliâ etiam in abstracto enunciari; *Sapientia diuina est bonitas*; & vice versâ: quia hæ rationes, cùm sint ad se, nullum connotant terminum diuersum, nequit generatio prædicari de spiratione, aut actus generandi de voluntate, vel actus spirandi de intellectu; quia per huiusmodi actus connotantur diuersi termini, & principia proximè ad actum concurrentia. Ad argu. secundæ sent. Ad 1. nego conseq. ad prob. dico, paternitatem communicari vnâ ratione, non communicari aliâ, virtualiter tantùm distinctâ: sicut natura diuina, vt absoluta communicatur, vt respectiua non communicatur; ad hoc enim sufficit virtualis distinctio vnius rationis ab alia. Ad 2. nego sequel. vt constat ex resp. ad 11. Ad 3. nego antec.

59. *Ad arg. 2. Sent.*

SECTIO III.

Quod nam sit munus spirationis actiuæ?

60. *Paternitas exercet.* QVadruplex potest esse munus spirationis actiuæ: 1. constituere personas. 2. complere virtutem spirationum. 3. actiuè originare terminum spirabilem. 4. referre principium spiratiuum ad oppositam correlationem spirationis passiuæ, ita paternitas in Patre constituit personam; complet vim generatiuam; actiuè originat terminum generabilem: & formaliter refert principium generatiuum ad oppositam relationem filiationis. Controuersia est, quodnam munus ex his conueniat spirationi actiuæ. Nota, quòd qui spirationi actiuæ tribuit munus constituendi personam, consequenter etiam illi tribuit munus complendi virtutem originandi personam, & simul referendi subiectum ad oppositum terminum; quia cùm hæc relatio sit in persona producente, si illam constituit in ratione personæ, simul etiam complet in virtute spirandi originandi, & referendi ad terminum productum. Item qui ei tribuit munus complendi virtutem, simul etiam tribuit munus originandi, & referendi: quique tribuit munus originandi, simul tribuit & munus referendi. Contrà verò qui illi tribuit solùm munus referendi, eo ipso illi negat reliqua munia superiora, eò quòd munus superius includit inferius, non contrà.

4.

61. *Nota.*

62. *1. Sent.* PRIMA sent. docet, spirationem actiuam constituere personam Patris & Filij. *Aureol. in 1. dist. 11. art. 3 propos. 1. 2. & 3. & dist. 12. qu. & dist. 13. art. 4.*

Fundam. aliàs spiratio actiua accideret personæ Patris & Filij; quidquid enim essentiam, vel personam non constituit, accidit personæ: nam omnis substantialis constitutio aut est naturæ, aut personæ: at spiratio actiua non constituit naturam, cùm non sit perfectio absoluta; ergo si nec constituit personam, erit accidens personæ. Confirm. Non minoris efficaciæ est spiratio actiua, quàm passiua; at passiua personam constituit; ergo & actiua. *Fundam.*

63. *2. Sent.* SECVNDA affirmat, spirationem actiuam solùm referre personam Patris & Filij ad Spiritum S. sub ratione Spiratoris. *Henrici in sum. art. 60. qu. 5. Ægid. in 1. dist. 11. art. 2. qu. 2. fine corp. & qu. 3. Zumel. 1. p. qu. 36. art 4. disp 2. Suarez. lib. 5. de Trinit. cap. 6. & lib. 10. cap. 4.* Prob. 1. Idem est immediatum principium productiuum per intellectum, & per voluntatem: ergò si Pater sola paternitate constitutus generat, sola paternitate constitutus spirat. Antec. prob. Amor procedit ex notitiâ obiecti amati: ergo idem est amans, qui intelligens. Idem spirat amando, qui generat intelligendo. Id ipsum constat de Filio, qui vt supponitur prior origine productioni per voluntatem, per solam filiationem habet, quidquid requiritur ad spirandum. *Prob. 1.*

64. *Pr. 2.* 2. Tota vis spirandi est voluntas, relatio est sola conditio distinguens tantùm personam spirantem à termino spirabili. Sed paternitas & filiatio sufficienter distinguunt personam spirantem à termino spirabili: ergo spiratio actiua est purus respectus consequens ad productionem personæ spiratæ, nam quidquid requiritur per modum principij, vel originis ad spirandum, totum id præstat voluntas personaliter distincta à termino spirabili.

65. *Confirm.* Confirm. ex quo tota vis producendi est natura, ea semel per aliquam relationem determinata ad personam, fit sufficienter productiua cuiuscumque actionis possibilis. Ex quo colligunt, spirationem actiuam non recipi immediatè in naturâ, sed in patre & filio, non quatenus sunt vnum, sed quatenus sunt plures: quia cùm hæc relatio non habeat nisi referre, & referri in Deo non possit nisi persona, immediatè recipi debet in personâ Patris & Filij, quos tantùm refert ad terminum spiratum; ad cuius productionem resultat, censeturque aduenire Patri & Filio perfectè constitutis, in virtute spirandi; vt purus respectus ad terminum spiratum.

66. *Sent. 3. verior.* TERTIA asserit, spirationem actiuam constituere potentiam spirandi. *Richardi in 1. dist. 11. qu. 3. & 4. Scot. dist. 12. qu. 1. ad 3. fine, Rubio. qu. 1. Gapreo. concl. 4. & ad 5. Henri. & ad 2. confirm. Scoti Ochami qu. 1. Gabriel. qu. 1. Argen. dist. 7. art. 1. ad 3. fine, & dist. 11. art. 2. Vasquez disp. 164. cap. 3. Molin. qu. 36. art. 4. disp. 2. §. quo loco, & ad 3. Zuniga de Trinit. disp. 16. dub. 6.* Quæ probabilior est: *S. Thom. q. 36. a. 4. ad 1.* vbi docet, vim spiratiuam, à quâ procedit Spiritus sanctus, constitui ex naturâ & proprietate Patri, Filioque communi; igitur spiratio actiua prærequiritur per modum principij ad eius productionem.

67. *Fundam.* Fundament. spiratio actiua non potest personas constituere: nec constitutas solùm referre; ergo necessariò constituit virtutem spirandi: à sufficiente munerum enumeratione: nam licet possit tantùm originare, origo tamen actiua spirandi necessariò supponit proprietatem spiratiuam, ratione diuersam à paternitate & filiatione, *vt infrà.* Antec. prob. vel spiratio actiua constituit personam à Patre & Filio diuersam, vel ipsas personas Patris & Filij. Primum est hæreticum; de fide non est, in Deo tres *Spiratio act. nequit constituere personam.*

Digitized by Google

tes tantùm esse personas. Secundum repugnat proprietati personali, de cuius ratione est incommunicabilitas: Est enim personalitas teste *Ioan. Latino* in *Conc. Floren. sess. 19. post med. §. legatur*, intellectualis naturæ incommunicabilis subsistentia. Implicat igitur spirationem actiuam constituere personas Patris & Filij, & esse illis communem.

68. *Nec constitutos referre tantùm.* Quod si non constitueret virtutem spirandi, sed tantùm referret personas spirantes ad terminum spiratum, sequeretur 1. originem actiuam generandi distingui realiter ab origine actiua spirandi, contra omnes ferè, vt *præced. disp. sect. 3.* scilicet si spiratio actiua est tantùm relatio consequens ad originem actiuam spirandi; origo actiua spirandi est à voluntate diuinâ, vt immediatè determinata paternitate & filiatione: & consequenter, quatenus origo actiua est, supra actum essentialem volitionis addit paternitatem & filiationem seu quod immediatè addit proximum producens: At per aduers. proximum principium spiratiuum supra volitionem essentialem immediatè addit solam paternitatem & filiationem; igitur distinguitur realiter ab origine actiuâ generandi: hoc n. includit solam paternitatem; origo spiratiua simul cum paternitate includit filiationem: sed paternitas distinguitur realiter à paternitate & filiatione, vt inclusum ab includente: ergo & ipsa origo generationis ab origine spirationis. Hoc autem non sequitur ex nostrâ sent. in quâ actiua generatio addit intellectioni paternitatem: actiua spiratio addit volitioni proprietatem spirandi; quæ quia non distinguitur à paternitate & filiatione, neque origo spirandi distinguetur ab origine generandi.

69. *Non esset integra in Patre.* Sequeretur 2. si potentia spiratiua immediatè compleretur à paternitate & filiatione, illam non esse integram in solo Patre, aut in solo Filio, sed in vtroque simul; sicut in Patre non est filiatio, nec in filio paternitas: Consequ. est absurdum: nam aliàs Pater non haberet à se quicquid requiritur ad spirandum sed compleretur, per illam spiratiuam existentem in Filio. 3. Spiratio actiua esset in

70. *Esset accid. metaph.* Deo accidens metaphysicum, daretur in Deo metaphysica compositio ex subiecto & accidente, quæ purissimo actui repugnat, scilicet quidquid est extra totius naturæ personæque constitutionem, accidit personæ: huiusmodi est spiratio actiua in sent. aduers. nam illa nec constituit naturam, nec personas, sed eas tantùm refert perfectè constitutas.

71. *Dices.* DICES: Non esse accidens, quia licet de facto personas non constituat, apta tamen est illas constituere: vnde, si eas non reperiret constitutas, de facto constitueret. *Confirm.* Confirm. si prius origine Pater spiraret Spiritum S. quàm Verbum gigneret, eo casu spiratio actiua constitueret personam Patris; quia non posset spirare, nisi præsupponeretur constitutus in ratione personæ: at eo casu non posset supponi constitutus personaliter, nisi per spirationem actiuam, nam relatiuè paternitatis eo casu foret communis Filio; non secus ac nunc est communis illi spiratio actiua, ergo spiratio actiua de se est apta constituere personas. Sed contrà; hoc non probat, quòd de facto non sit accidens, sed quòd

72. *Contrà.* non esset, si personam constitueret, nam quamdiu aliqua ratio non ingreditur personalem constitutionem suppositi, actu manet extra personalem constitutionem ipsius, atque adeò manet accidens ipsius. Nam sicut ratio constitutiua non dicitur accidens suppositi, ex eo, quòd posset actu non constituere, si reperiret constitutum: ita è conuerso nec ratio non constituens, dicetur essentialis ex eo, quòd constitueret, si non reperiret constitutum, qui ratio accidentalis, vel essentialis desumenda non est ex eo, quod esset, sed ex eo, quod est. 2. implicat, vt spiratio actiua constituat personam: nam de ratione constituentis personam est incommunicabilitas: spiratio autem actiua est essentialiter communicabilis. Ad confir. nego, in casu, spirationem actiuam fore eiusdem rationis ac nunc est, vnde nil mirum, si tunc Patris personam constitueret, quam non constituit nunc, sicut diuersæ rationis foret tunc paternitas, ac nunc est; & propterea nunc constituit personam patris, quam non constitueret tunc, quia tunc spiratio actiua non esset tantùm virtus producendi, sed etiam hypostatica forma: quam perfectionem haberet hoc ipso, quòd esset prima proprietas relatiua afficiens naturam diuinam. Contrà verò, quia tunc paternitas foret sola virtus generandi Verbum vnà cum Spiritu S. qui tunc simul cum Patre concurre.et per eandem intellectionem sibi à Patre communicatam ad gignendum Verbum, non esset proprietas constitutiua primæ personæ, quia non esset prima proprietas relatiua afficiens naturam diuinam, cum supponeret aliam proprietatem relatiuam afficientem naturam diuinam, & determinantem illam ad rationem primæ personæ, nempe ipsam spirationem actiuam, quæ eo casu præcederet relationem paternitatis. Prob. 4. in diuinis non solùm debet

73. *Ad confir.* *Ratio diuersitatis.*

74. *Pr. à priori.* esse distinctio inter suppositum producens, & suppositum productum, sed etiam inter potentiâ proximè productiuam & terminum producibilem. Igitur Pater & Filius non solùm distingui debent à Spiritu S. vt suppositum producens à supposito producto, sed etiam vt principium proximè spiratiuum à termino spirabili. Nequit autem Pater & Filius in ratione principij proximè spiratiui distingui à termino spirabili per paternitatem & filiationem: ergo per communem notionem, quæ dicitur spiratio actiua: ergo spiratio actiua non solùm refert, sed etiam constituit principium proximè spiratiuum. Antec. est *S. Thom. 1. p. qu. 41. art. 4. corp. & ad 3.* docentis, in diuinis dari potentiam ad actus notionales realiter distinctam à terminis producibilibus, quia potentia designat principium, principium distinctionem importat ab eo, cuius est principiū; cùm nihil possit se ipsum producere. Minor Prob. suppositum non potiùs respicit hanc, quàm illam suppositi operationem; est enim vniuersale principium omnium actionum, quas potest suppositum operari: potentia respicit determinatam suppositi operationem, à quâ proximè specificatur, & ad quam specificum ordinem dicit. Vnde in eodem supposito plures sunt potentiæ, diuersas respicientes operationes. Ergo licet paternitas & filiatio distinguant Patrem & Filium à Spiritu S. in ratione suppositi producentis, non tamen distinguunt illos in ratione principij proximè spiratiui, nam principium proximè spiratiuum constituitur per proprietatem proximè ordinatam ad terminum spirabilem; hæc autem non est paternitas, quæ proximè tantùm respicit terminum generabilem, sicut filiatio principium proximè generatiuum. Confirm.

Ratio! *Hic controu.* *Inter suppositum & potentiam productiuè discrimen.*

75. *Confirm.* hæc sent. melius saluat Cōcilia & Patres affirmantes, Patrem & filium esse vnicum principium Spiritûs S. per vnicam spirationem, vt definit *Concil. Florent.* quia non modò saluat vnitatem principij remoti & essentialis, sed etiam proximi, & notionalis, de quo tantùm poterat dubitari.

Ex dictis sequitur. 1. Spirationem actiuam immediatè recipi in Patre & Filio iam constitutis in ratione personæ, quia potentia producendi

76. *Coroll. 1.*

supponit

supponit personam constitutiuam; Spiratio autem actiua est potentia Patris & Filij producendi Spiritum sanctum: igitur supponit illos constitutos in ratione personæ. Antecip. prob. omne principiuum productiuũ extra se supponit principiũ operatium perfectè constitutum in se. 2. Spiratio actiua con-
77. Coroll. 2. cipienda est priùs in Patre, quàm in Filio: nam Filius habet illam à Patre mediâ generatione; igitur ante generationem supponenda est in Patre; in quo tamen posterius ratione concipienda est, quàm potentia generatiua, non tamen post actum generandi. 1. patet, quia potentia generatiua constituitur per actum intelligendi, spiratiua per actum volendi. 2. constat, quia generatio est via, quâ Pater communicat Filio cum ipsâ naturâ diuinâ potentiam spiratiuam, sed priùs, quàm illam communicet Filio, supponitur habere in se ipso: ergo. In Filio priùs ratione concipienda est potentia Spiratiua, quàm referatur ad Patrem, quia relatio ad correlationem supponit subiectum perfectè constitutum in se. 3. Spiratio actiua non est acci-
78. Coroll. 3. dens metaphysicum in Deo, cùm constituat personas proximè fœcundas & potentes ad spirandum: quæ fœcunditas, cùm sit essentialis Deo, non minùs, quàm fœcunditas ad generandum, nequit spiratio actiua, quæ huiusmodi fœcunditatem proximè constituit, esse accidens; cùm non sit extra
79. Coroll. 4. omnem constitutionem Deitatis. 4. Dari in Deo constitutum ex actu volendi & spiratione actiua, ratione tantùm distinctum à Patre & Filio, à quo, non vt à supposito, sed vt à principio proximè spiratiuo procedit Spiritus S. *Lege Molinam cit.*

80. Ad fund. 1. Ad fundam. primæ sent. patet ex *3. coroll. ad confirm. dist. maior.* est minoris efficaciæ in constituendo suppositum, concedo; quia cum sit proprietas communis, nequit constituere suppositum ex naturâ suâ incommunicabile. Est minoris efficaciæ, hoc est minoris perfectionis, nego. Nam vtraque est in suo genere infinita, vna in constituendo proximum principium spiratiuum, altera in constituendo suppositum incommunicabile. Ad 1. ar-
81. Ad 1. arg. 2. sent. gum. secundæ, dic, solùm probare, quòd idem suppositũ, quod amat, simul intelligit: nec posse amare, quin simul intelligat: non quòd per eandem proximam potentiam, quâ amat, simul intelligat, aut è conuerso: vt constat in humanis, in quibus idem suppositum, quod amat, intelligit, non tamen per eandem potentiam, quâ amat, simul intelligit. Concedo igitur antec. de identitate suppositi: nego de identitate potentiæ, & proximi principij, *quo*. Nam aliâ proprietate constituitur potentia generatiua Patris, aliâ potentia spiratiua Patris & Filij.

82. Ad 2. Ad 2. nego, relationem in diuinis requiri tantùm vt conditionem distinguentem personam producentem à producta, sed etiam vt rationem formalem constituentem proximum principium producendi, illudque proximè distinguendi à termino producibili. Vnde concedo minorem de distinctione personæ spirantis, vt *quod*; nego de distinctione principij proximè spiratiui vt *quo*. Ad confir. dico, eam solùm probare de supposito, productiuo vt *quod*, non de potentiâ proximè productiuâ vt *quo*.

SECTIO IV.

An relationes diuinæ distinguantur ex natura rei ab essentia?

83. Affirm. PRIMA *sent. Scoti in 1. dist. 2. quæst. vlt. §. sed id constat, Ocham qu. 1. in decis. qu. & dist. 30. qu. 4. Durand. dist. 33 quæst. 1. dist. 34. qu. 2. Mayro. dist. 2. qu. 1. §. ideo, Marsil. qu. 6. art. 2. Gabriel. distinct. 2. quæst. 1. artic. 3. dub. 3.* affirmantium. Prob. 1. impossibile est de eodem à parte rei existente contradictoria verificari. At de essentiâ diuinâ verificatur, quòd sit communicabilis; de relatione quòd sit incommunicabilis: de essentiâ, quòd non producatur; de relatione siue personâ, quòd producat, & producatur: de essentiâ, quòd nec referat, nec referatur de relatione, quòd & referat, & referatur, ergo impossibile est, quòd essentia & relatio sint idem à parte rei. 2. Si relationes non distinguerentur ab essentiâ, neque etiam distinguerentur inter se: nam quæ sunt eadem vni tertio, sunt eadem & inter se. Prob. 1. 2.

84. Negant. SECVNDA *S. Thom. 1. p. qu. 28. artic. 2. & reliqu. Scholastic.* negantium, omnem distinctionem ex naturâ rei inter relationem & essentiam; quin multi suspectam, & in fide parum tutam censent opinionem *Scoti*. Leg. *Moli. 1. p. qu. cit. disp. 2.*

85. A Concilijs. DICO 1. Relationes Diuinæ nullo pacto ex naturâ rei distinguuntur ab essentia. 1. ex Concilio *Rhemensi sub Eugenio III.* vbi contra *Gilbert.* definitur, relationes & essentiam non esse *ratione Theologicâ* distinguendas, seu ex naturâ rei, prout *ratio Theologica* opponitur *rationi mathematicæ*, quæ est sola distinctio per intellectum.

86. 2. In *Florent. sess. vlt. in confess. fidei*, sic habetur: *Porrò autem, ne identitatem coniunctionemq; diuinæ substantiæ distribuere, ac ipsam substantiam re ipsa, non autem sola ratione ab hypostasibus & personis differre, credere videamur.* Et sess. 19. ante med. *Ne tamen re differre hoc putetis, sed apprehensione tantùm & intelligentiâ.* Sermo erat de hypostasi & naturâ, num re, vel ratione inter se differrent. Et in *cad. sess. fine: Persona Patris non distinguitur à Paternitate, aut à substantia, nisi ratione.*

87. Pr. rationis. Probatur 3. Deo concedenda est summa simplicitas; definitur n. in *Lateran. sub Innocentio III.* Deus dicitur *omninò simplex*: non esset, si aliquam admitteret compositionem ex naturâ & relationibus: siquidem omnimoda simplicitas omnem excludit compositionem. Nec satisfaciunt *Scotus & Durand.* aientes, nullam ex tali distinctione compositionem resultare. Nam, cùm compositio nil aliud sit, quàm distinctorum vnio, si inter essentiam & relationes esset actualis distinctio, esset vera & realis compositio: saltem negare non possunt, simpliciorem fore Deum, si nulla inter eius essentiam, & relationes intercederet distinctio. At simplicitas concedenda est Deo, quâ maior excogitari non potest. Dices, non repugnat distinctio relationum inter se; ergo neque ab essentiâ. Sed neg. consequ. nam inter se non vniuntur ad constituendum vnum, sicut vniuntur cum essentia. Prob. 4. Natura Diuina est illimitata; ergo identificat sibi perfectissimâ identitate omnem perfectionem, cum quâ oppositionem non habet: (quia omnis distinctio, quæ non fundatur in oppositione prouenit ex limitatione extremorum) alioqui est limitata, at cum nullâ perfectione oppositionẽ habet, quia est perfectio absoluta. Absolutum autem, vt absolutum nõ dicit oppositionem cum respectiuo, vt patet in creatis, in quibus absolutum & respectiuum saltem transcendentale identificantur ex naturâ rei. Deus simpliciss. 88. Pr. à priori ex illimitatione naturæ.

89. Rel. identificantur inadæquatè cum essentia. DICO 2. Relationes diuinæ inadæquatè identificantur cum essentiâ, & essentia, cum quâuis earum; sc. Illud dicitur identificari inadæquatè cum aliquo, quod non est idem cum omni eo, cũ quo est ipsum identificans, nec identificans est idem cum

Digitized by Google

solo identificato, vt quæuis relatio personalis ita identificatur cum naturâ diuina, vt non identificetur cum reliquis relationibus personalibus, quibus cum identificantur natura: nec natura ita identificatur cum vnâ relatione, vt non etiam identificetur cum cæteris: paternitas ita identificatur cum naturâ, vt non identificetur cum filiatione, cú quâ natura ipsa identificatur: nec natura ita identificatur cum paternitate, vt non etiam idẽtificetur cum reliquis relationibus. Hæ verò inter se distinguũtur realiter; quia pater opponitur filio; ergo repugnat, vt sint idem, quia repugnat identificatio, quæ destruit essentiam identificatorum: ergo si in Deo est Pater & Filius, nec ullo inter eos est realis distinctio: non in essentiâ, in quâ non opponuntur; ergo in ipsis personalitatibus, in quibus formaliter opponuntur. Implicat enim, in Deo esse aliquam perfectionem, & non esse cum suâ ratione formali.

Inter se distinguũtur.

90. Ad rationem oppositæ sent. nego, de Deo contradictoria verificari, nam ad contradictoria non satis est, vt opposita de eâdem re prædicentur, sed vt prædicentur sub eâdem ratione formali & virtuali. Sunt enim contradictoria, *teste Philos. eiusdem de eodem, secundùm idem.* Cõmunicabilitas autem & incommunicabilitas, producibilitas & improducibilitas verificantur de naturâ diuinâ secundùm perfectiones virtualiter diuersas, quas in vnâ simplicissimâ formalitate à parte rei includit. Est enim diuina essentia formaliter vna, virtute multiplex; quia in vnâ eademq; simplicissimâ formalitate includit perfectionem absolutam & respectiuam simul. Eadem resp. admittẽda est à *Scoto*; nam etiam ipse saluare debet, quomodo possit eadem entitas à parte rei communicari, & non communicari, produci, & non produci; esse idem, & realiter à se ipsâ distingui. Ad quæ omnia saluanda non sufficit sola distinctio formalis, sed necessaria est realis. At in-

91. *Instat.* stat *Aureol. apud Capreol. dist. 2. qu 3.* Effectus in actu habere debet causam in actu: sed affirmationes & negationes includentes contradictoria sunt effectus in actu ante opus intellectûs; ergo habere debent causam in actu; sed earum causa est distinctio: ergo inter naturã diuinã & relationes est distinctio ante

Respondet. opus intellectûs. Respondet *Caiet. 1. p. q. 39. art. 1. ad 2*, negando, hunc effectum prouenire à solâ distinctione actuali, quippe qui prouenire potest etiam à virtuali. Sed melius cũ *Capreolo*; affirmatiuo & negatio formalis exigit distinctionẽ in actu: non fundamentalis, qualis est ea, quæ ante opus intellectûs in Deo supponitur; sed ei sufficit distinctio virtualis

92. seu fundamentalis. Ad 2. nego sequel. quia relationes non opponuntur essentiæ, opponuntur autẽ

Ad secundam. inter se, ergo quamuis non distinguantur ab essentiâ, distingui tamẽ possunt inter se. Vrges. Tã idem est relatio essentiæ, quàm essentia sibi ipsi: sed implicat, es sẽtiam distingui à se ipsa; ergo & relationẽ

Vrges. à relatione quæ est idem cum essentiâ. Resp. neg. maior. nam relatio non est idem adæquatè, & conuertibiliter cum essentiâ, sicut essentia sibi ipsi; quia non cuicumq; identificatur essentia, idẽtificatur relatio, nam relatio potest habere oppositionẽ, quam nõ potest habere essẽtia; ideò potest relatio distingui ab aliquo, à quo non distinguitur essentia. Præterea essentia est idẽ sibi formaliter & virtualiter; relatio verò est eadem essentiæ formaliter, non virtualiter.

Resp.

93. Illud verò principium: *Quæ sunt eadem vni tertio, sunt eadem & inter se.* 1. eandem difficul. habet in sent. *Scoti & Dur.* quia, vt rectè *Aureo.* talis est identitas extremorum inter se, qualis est eorum identitas cum tertio. Ergo è conuerso talis est distinctio extremorum inter se, qualis est distinctio eorũdem à tertio. At relationes Diuinæ non distinguuntur ab essentiâ realiter, sed vel formaliter secundùm *Scot.* vel modaliter secundùm *Durand.* igitur nec poterũt inter se distingui realiter. 2. Dico, hoc principium 94. verificari tantùm de iis, quæ non sunt opposita; patet 1. exemplo actionis, & passionis, quo vtitur *S. Tho. 1. p. qu. 28. art. 3. ad 1.* Etenim licet actio & passio identificentur cum motu, & cum eo non opponantur, siquidem tam actio, quàm passio prædicatur de motu, ex hoc tamen non tollitur formalis oppositio actionis, & passionis inter se; quia nec actio prædicatur de passione, nec passio de actione. 2. con-

Principium explic.

A priori.

stat ratione; opposita propter identificationem cum tertio, non amittunt oppositionẽ inter se, quia identificatio nõ destrui essentãi identificatorũ. Posito igitur, quòd cũ diuinã essentiã identificẽtur oppositæ relationes, nõ sequitur ex earũ idẽtitate cũ essentia identitas earundẽ inter se; quia sicut ex identitate earum cum essentiâ non tollitur realis oppositio inter se; ita neque ex earum identitate cum essentiâ sequitur realis idẽtitas inter se. Sed contrà; hinc se- 95.

Dicu. queretur, destrui artem syllog. quæ in hoc principio fundatur. *Quæ sunt eadẽ vni tertio prædicatione, sunt eadem prædicatione & inter se*, quæ regula deficit in syllog. expositorio tam affirmatiuo. *Hic Deus est Pater: hic Deus est Filius: ergo Filius est Pater*; quàm negatiuo, *Pater est hic Deus: Pater non est Filius*, nõ rectè sequitur, *ergo Filius non est hoc Deus.* Resp. etiam in hoc mysterio valere artem syllog. si leges seruentur expositorij Syllogismi, scil. vt terminus sit perfectè singularis, & nullo modo communis. In prædictis, terminus non est perfectè singularis, cùm sit re ipsâ communis tribus suppositis. Vnde semper procedi-

Resp. *Syllog. legor seruantur.*

tur à non distributo ad distributum: qui modus argum. fallax est, vt patet in hoc syllog. *Equus est animal: homo est animal. ergo homo est equus.* Simili vitio laborat prior, in quo medius terminus Deus, non distribuitur in maiore, & minore pro omni supposito, in quo est. Quod si distribuatur. *Omnis res, quæ est Deus, est Pater: omnis res, quæ est Deus, est Filius:* rectè concludetur, *ergo Filius est Pater.* Sed falsa præmissa. Similiter in poster. syllog. procedimus à termino non negato ad negatum, quod est virtute procedere à non distributo ad distributum; quia negatiuo vim habet distribuendi. Vitiantur etiam 96. syllogismi in diuinis variatione appellationis, *vt Pater generat: essentia est Pater: ergo essentia generat.* Et enim verba, vtitur & adiectiua appellant formale significatum. Vnde cùm dicimus, *Pater generat*, Verbum *Generet*, appellat formale significatum *Patris*: cùm verò dicimus, *Essentia est Pater*, non reduplicatur formale significatum *Essentia*: vnde committitur variatio appellationis.

Appellationes variantur.

SECTIO V.

An relationes sint de essentia Deitatis?

PRIMA sent. negat. *Ferrar. 2. con. gen. c. 9. Rubio! in 1. dist. 3. qu. 1. concl. 3. Zumel. 1, p. q. 28. art. 2. Disput. 3. concl. 1. & qu. 39. art. 1. disp. 2. Molin. 1. p. qu. 28. A. 2. disp. 6. Vasquez. disp. 121. c. 2. Suarez. lib. 4. de Trinit. à cap. 5.* & à fortiori sequitur ex eorum sent. qui negant attributa esse de essentiâ Dei. Prob. 1. ex *Ferrar.* Relatio vt relatio nullam dicit perfectionem: nihil autem intrat essentiam Dei, nisi quod perfectionem importat: ergo, 2. ex *Rubio.* Nullus conceptus vnius ordinis potest esse quidditatiuus conceptui alterius ordinis; Sed conceptus relationis est conceptus alterius ordinis à conceptu Deitatis,

97. *Negat.*

Probant argum. 14.

98.

tatis, siquidem vnus est respectiuus, alter absolutus: igitur relatio non potest esse de essentiâ Deitatis. 3. Concilia & Patres distinguunt in Deo communia à propriis & communia vocant essentialia, propria vero personalia. At si relationes essent de essentiâ Dei, essent æquè essentiales, atque âbsoluta. Confir. Concil. *Lateran. & Florent.* definiunt, totam essentiam esse communem omnibus personis, personalia verò esse propria vniuscuiusque: Item. Patrem gignendo totam substantiam communicare Filio, *præter esse Patrem*: si autem relationes essent essentiales naturæ, Pater non totam essentiam sed partem essentiæ communicaret Filio.

99.

100. 4. Ex August. 7. *de Trin. cap.* 4. & 6. *Deus non eo Deus, quo Pater:* at si relationes essēt de essentiâ Dei, *eo Deus esset Deus, quo Pater*, nam particula *quo* reduplicat essentialia. 5. Quidquid est de essentiâ Dei, est de essentiâ cuiusque personæ: nam singulæ personæ sunt verus Deus, at non omnes relationes sunt de essentiâ cuiusque personæ: quia nulla persona est Trinitas, ergo nullæ relationes sunt de essentiâ Dei. 6 Essentia Dei est perfectè vna & indiuisa, nullam in se admittens distinctionem ex naturâ rei: relationes autem sunt plures & diuisæ; nequeunt igitur essentiam constituere. 7. Essentia Dei tota est communis; ergo tota est absoluta: non igitur dicit essētialiter relationes; alioqui quâ parte diceret relationes, non esset communis, sed propria

101.

102.

103.

104. 8. Pater per generationem communicat totam essentiam Filio, vt Concilia definiunt, cui tamen non cōmunicat paternitatem: ergo paternitas non intrat essentiam Dei. 9. Pater priùs origine, quàm generet Filium, est completè Deus: ergo per generationem Filij non producitur aliquid pertinens ad essentiam Dei. Igitur filiatio, quæ generatione producitur, non est de essentiâ Deitatis.

105.

106. 10. Implicat concipere integram essentiam in aliquo sine omni eō, quod essentialiter constituit illam. Ergo implicat concipere integram essentiam Dei in patre absque filiatione; si filiatio est de essentiâ Dei. Antec. patet; quia omnipotentia est de essentia Dei, implicat, vt aliqua persona habeat essentiam, & non habeat omnipotentiam. Confir. Si personalitas esset de essentiâ humanitatis, non posset in aliquo reperiri integra humanitas absque personalitate. Ergo si relationes sunt de essentiâ Dei, implicat in aliquâ personâ reperiri integram essentiam Dei absque omnibus relationibus.

107. 11. Si natura Dei includeret essentialiter relationes, valeret hæc propositio, *Natura producit*; *Natura producitur*; Conseq. est damnatum in *Concil. Later.* & refertur *cap. Damnamus, De summa Trinit.* ergo.

108. 12. Natura Diuina comparatur ad relationes, vt determinabile ad determinatiuum. Repugnat autem, vt determinabile, includat suum determinatiuum, alioqui pars includeret totum.

109. 13. Relationes diuinæ distinguuntur virtualiter à naturâ; ergo non possunt essentialiter includi in ea, quia id tantùm includitur essētialiter in aliquo, quod includitur in obiectiuo conceptu ipsius: sed quod distinguitur virtualiter ab aliquo, non potest includi in obiectiuo conceptu ipsius; alioqui non distingueretur virtualiter ab ipso.

110. 14. Relationes diuinæ concipiuntur vt modi modificantes substantiam diuinam: ita Patres: ergo nequeunt illam essentialiter constituere, quia nullus modus essētialiter includitur in re modificata.

Vlt. arg.

111. SECVNDA affirmat. *Henri. quodl.* 5. *qu.* 6. Vbi docet Dei essentiam concipi non posse absque relatiuo respectu; *Aureol. in* 1. *dist.* 1. *artic.* 4. *fine, & dist.* 4. *p.* 2. *dist. artic.* 4 5. *& 6. & in* 3. *dist.* 1. *qu.* 3. *artic.* 3. *Arimin. in* 1. *dist.* 27. *art.* 2. *Cajet.* 1. *p. qu.* 27. *art.* 2. *fine*, affirmantis, quòd si perfectio diuini esse definienda esset, omnia in se concluderet, quod autem in definitione rei ponitur, est essentiale rei: *Bannez* 1. *p. qu.* 28 *art.* 2. *dub.* 3. *ad* 6. *Valen. qu.* 39. *qu. suâ* 13. *pu.* 1. *ad vlt. argum.* ex *S. Tho.* 1. *p. qu.* 27. *art.* 2. *ad* 3. asserente; *in perfectione diuini esse* contineri *Verbum intelligibiliter procedens, principium Verbi, & quæcumque ad eius perfectionem pertinent.* Nec oppositum docet *qu.* 33. *art.* 3. *ad* 1. vbi asserit communia includi in conceptu propriorum; non è conuerso. Nam intelligit de inclusione explicitâ, non implicita: quo pacto communia includuntur in conceptu personarum, in concreto significatarum quo modo eo loco sumit propria. Propria vero non includuntur explicitè, sed tantùm implicitè in conceptu communium; quia personæ non includuntur explicitè in conceptu Deitatis, sicut Deitas in conceptu personarum. Dicitur autem aliquid *essentiale* alicui, per solam realem adentitatem cum illo; 2. per obiectiuam etiam inclusionem in illo. Hoc posterius tantùm dici solet *essentiale*; nam prius solùm dicitur *identicum*. Exemplum primi sit, Risibile respectu hominis, posito quòd risibile ex naturâ rei non distinguatur ab homine. Exemplum secundi sit, Rationale respectu eiusdem. Etenim risibilitas, etsi ex naturâ rei identificetur cum homine, non tamen includitur in conceptu obiectiuo hominis; nam concipi potest homo, non conceptâ eius risibilitate: nequit autem concipi homo, non conceptâ eius rationalitate. Vnde rationalitas non solùm includitur realiter in homine, vti risibilitas, sed etiam obiectiuè, quia concipi non potest homo, quin simul concipiatur eius rationalitas. Adhuc autem vnum includi potest *essentialiter* in alio, 1. explicitè; 2. implicitè: velut animal explicitè includit sensibilitatem, implicitè substantiam. Ex his ad diuina ascendendo, controuersia non est, an relationes sint idem realiter, ac formaliter formalitate rei cum essentiâ diuinâ, hoc enim probatum est *sectio præced. contra Scot.* sed an sint idem *essentialiter & formaliter*, formalitate obiectiuâ & rationis, ita vt nequeat concipi adæquatè Deus, quin simul implicitè saltem concipiantur relationes.

112. *Caput quæst. Essentiale identicum.*

Vel per obiectiuam inclusionem.

113. DICO 1. Relationes implicitè includuntur in obiectiuo conceptu naturæ Diuinæ, atque adeò illæ sunt de essentiâ Dei: 1. ex *Anselm. in monol. cap.* 16. vbi docet omnia quæ sunt in Deo prædicari in *quid* & *essentialiter* de Deo, non modò re (vt excludat solam prædicationem identicam) sed etiam cōsideratione: *Vni vnum est quidquid essentialiter de summâ substantia dicitur: ita ipsa vno modo, vna consideratione est, quidquid est essentialiter.*

Concluſ. 1.

Colligitur ex Anſelm.

114. 2. Ex aliis Patribus passim admittentibus has prædicationes, *Essentia Diuina est Pater, Filius, & Spiritus S. Essentia diuina sunt tres personæ:* Athanasius *Orat. contr. Gregales Sabelli. vniuersa, plenitudo & integritas Deitatis est Pater vt Pater & Filius vt Filius*, & infrà: *Idem*, inquit, *De Filio & Spiritu sancto est existimandum.* Et Serm. 4 *con. Aria. pag.* 3. *Quoniam Filius est imago Patris, necesse est, vt cogites, Deitatem & proprietatem Patris ipsam essentiam Filij constituere.* Cyrillus *libr.* 13. *Thesau. cap.* 1. *Spiritus sanctus, in ipso Deo essentialiter est.* Et cap. 2. Spiritum sanctum appellat, *operationem essentialem* in propriâ hypostasi prodeuntem, & in Deo manentem.

115. Eadem proposit. admittit *S. Doct.* 1. *p. qu.* 36. *art.* 6. *Essentia Diuina est Paternitas, Filiatio, Spiratio.* Nec dicas, illas admitti propter solam inclusionem identicam. Nam sola identica inclusio prædicati cum subiecto non sufficit ad prædicationem

Digitized by Google

Inclusio vidensica non sat est ad predic. abstract.

prædicationem in abstracto, vt patet in hac propos. *Rationalitas est animalitas*: quia in prædicationibus abstractis prædicamus tantùm ea, quæ implicitè saltem includuntur in conceptu obiectiuo subiecti, vt sunt sola essentialia; hæc enim tantùm nequeunt præscindi, saltem implicitè à conceptu obiectiuo subiecti. Prob. 3. Constitutiuum adæquatũ Dei est ipsum *esse* infinitum & illimitatum in omni genere perfectionis possibilis; sed hoc implicitè inuoluit omnes perfectiones tam absolutas, quàm respectiuas in Deo possibiliter existentes, nam ratio illimitationis & infinitatis in omni genere perfectionis formaliter cõstituitur per inclusionem omnium perfectionum tam absolutarum, quàm relatiuarum, compossibiliter in Deo existentium, non minùs quàm ratio humanitatis cõstituitur per animalitatem & rationalitatem. Ergo sicut concipi nequit humanitas, quin simul cõcipiatur vtraque perfectio animalitatis & rationalitatis; ita concipi nequit ratio ipsa Deitatis vndequaq; illimitata, quin simul implicitè saltem concipiantur omnes perfectiones absolutæ & respectiuæ, in Deo possibiliter existentes; alioqui non conciperetur, vt perfectè illimitata in omni genere perfectionis. Maior constat ex disp. de constitutiuo Dei; nam adæquatum constitutiuum in vnaquâque re assignari debet id, quod perfectiori modo ipsius naturam explicat. At perfectiori modo naturam Dei explicat ratio entis vndequaque perfecti & illimitati; nam hæc non solùm ponit infinitam perfectionem in Deo, sed perfectiori modo, quo illa poni potest; quia illam ponit, vt essentialiter constituentem Deum. Qui modus perfectissimus est, quia ponit illam, vt magis intimam Deo, & per maiorem vnitatem & simplicitatem cum ipso. Confir. 1. Deus ex suo formali conceptu importat aliquid actu subsistens: Sed non importat aliquid actu subsistens subsistentiâ absolutâ; vt *infrà*: ergo relatiuâ: ergo essentialiter importat tres subsistentias relatiuas, quia Deus non subsistit perfectè in vno tantùm supposito, sed tribus. Maior constat; nam Deus ex modo significandi importat Deitatem vltimò actuatam, ac perfectissimo modo existentem; hoc autem formaliter habetur per ipsum actuale subsistere; nam potentiale non ponit vltimam actualitatem & perfectionem debitã naturæ diuinæ. 2. Ex Patribus, præsertim ex *August. 6. 7. & 15. lib. de Trinit. & alibi*, in Deo tres personæ simul non sunt quid perfectius, quàm singulæ: hoc autem non potest rectè saluari, nisi dicamus, omnes personas essentialiter includi in eâdem essentiâ communi. Quo fit, vt quia singulæ personæ quidditatiuè continent essentiam, quidditatiuè etiam contineant perfectiones reliquarum personarum, non quidem cõstitutiuè, nam hoc modo destrueretur perfectio ipsa Trinitatis; sed virtualiter & per *circumincessionem*, vt Patres & Schol. loquuntur.

116. *Pr. assertio à priori.*

117. *Confir. 1.*

118. *Confir. 2.*

119. *Concl. 2.*

DICO 2. Essentia diuina concepta ex ratione explicitâ non importat explicitè, nisi solas perfectiones absolutas. *S. Tho. 1. p. q. 33. art. 3. ad 1.* Affirmat propria non includi in conceptu communium, sc. explicitè, *Ægid. in 1. dist. 33. art. 1. qu. 2. Argen. dist. 34. concl. 3.* Fundam. Id tantùm diuina essentia importat explicitè, quod explicitè obiicitur intellectui illam concipienti; nam ratio expliciti & impliciti est tantùm per ordinem ad intellectum; cùm res in seipsa non magis explicitè dicat vnam perfectionem, quàm aliam, cùm omnes dicat, vt à parte rei sunt. Sed hæc est tantùm perfectio absoluta: nam id tantùm explicitè obiicitur intellectui diuinam essentiam concipienti, quod commune est omnibus personis; sc. diuina essentia concipitur, vt forma formaliter constituens quamlibet personam in esse Dei, hoc autem est sola Deitas, non proprietas aliqua respectiua. Confirm. id tantùm explicitè importat hoc nomen Deus, quod communiter concipitur ab omnibus; & non est perfectio respectiua; quia gentiles concipiendo Deum nullam concipiunt perfectionem respectiuam: ergo.

Fundam.

Confirm.

Obiicies 1. Constitutiuum rei est indiuisibile; ergo vel totum concipitur, atque adeo implicat rem concipere vnâ ratione essentiali, & non aliâ; vel nihil illius concipitur, & sic nihil essentiale rei concipitur; quia totum essentiale specificum consistit in ipso constitutiuo rei. Resp. vltimum constitutiuum rei esse duplex, alterum virtualiter diuisibile, constans ex pluribus rationibus virtualiter diuersis, vt constat de vltimo constitutiuo intellectûs creati, quod essentialiter conflatur ex speculatiuo & practico; alterum omninò indiuisibile, constans ex vna tantùm ratione formaliter & virtualiter indiuisibili, vt rationale in homine. Quando constitutiuum est primo modo, potest res explicitè concipi vnâ ratione essentiali, & non aliâ; secus quando est 2. modo. Ratio: quando vltimum constitutiuum est virtualiter diuisibile continet plures rationes, quasi partialiter essentiales, per quarum vnamquamque res potest explicitè concipi, vt essentialiter distincta à cæteris. Quando verò est virtualiter indiuisibile, non continet, nisi vnam tantùm rationem essentialem specificam, per quam distinguatur à cæteris: quæ vel concipitur, & tota essentia specifica rei concipitur; vel non concipitur, & iam nequit res concipi, vt essentialiter à cæteris distincta. Quia igitur constitutiuum Dei ob sui infinitatem & illimitationem constat ex pluribus rationibus virtualiter diuersis, potest ex imperfecto nostro modo concipiendi limitari ad vnam rationem essentialem explicitam, & non ad aliam, & adhuc concipi, vt essentialiter distinctus ab omni eo, quod non est Deus. *Obiicies* 2. Ratio Deitatis est ipsa ratio illimitationis & infinitatis simpliciter. Implicat igitur concipere Deitatem, & non concipere omnem perfectionem explicitè. Antec. patet, quia Deitas est vltimum constitutiuum Dei; & hoc in vnâquâque re concipi debet explicitè. Resp. Deitas est explicita ratio infinitatis solùm secundùm perfectionem absolutam, implicitè verò secundùm respectiuam. Ad prob. concedo minor. quando vltimum constitutiuum rei est indiuisibile; nego quando illud est virtualiter diuisibile.

120. *Disect. 1.*

Resp.

Constitutiua res virtualiter diuisibile.

121. *Dicis 2.*

Resp.

Ad 1. argu. primæ, nego antec. de quo *infrà*. Ad 2. maior est vera, quando conceptus sunt diuersi ordinis prædicamentalis; falsa verò, quando sunt eiusdem ordinis prædic. vt conceptus corporis est quidditatiuus rationali, quia est eiusdem ordinis prædic. cum illo, esto sit ratione diuersus ab illo. Ergo licet in Deo perfectio relatiua sit ratione diuersa à perfectione absolutâ, quia tamen vtraque est ordinis diuini, non repugnat, vnam essentialiter includi in alia. Ad 3. dico, *Concilia* sumere essentiam pro solâ perfectione, quam dicit explicitè: cui tantùm perfectioni ex communi vsu appropriatur hoc nomen *Essentia*. Vnde non licet illud vsurpare ad significandam perfectionem relatiuam. Iuxta quam doctrinam explicantur *Patres*, cùm dicunt, personas non prædicari *Essentialiter* de Deitate. Ad confirm. nego Patrem communicare partem suæ substantiæ Filio: Sicut neque per aduers. Pater non communicando paternitatem, quæ essentiam quidditatiuè includit, dici potest partem suæ substantiæ non communicare. Cùm non minùs Paternitas

122. *Ad arg. 1. Sent.*

123. *Ad 3.*

in eorum

in eorum sent. includat essentiam, quàm in nostrâ
Ratio essentia includat Paternitatem, quia nomen patris connotat diuisionem perfectionis communicatæ à
124. non communicatæ. Ad 4. Auguſt. interpretor iu-
Ad 4. xta 2. assert. vt interpretari debent ipsi aduersſ. cùm *ibid. cap.* 2. subdit: *Non eo verbum, quo sapientia; quia sapientia essentialiter dicitur: Verbum autem relatiuè tantùm ad eum, cuius est verbum.* Cùm tamen Verbum, etiam per aduersſ. essentialiter includat sapientiam. Loquitur igitur de ratione essentiali explicitâ, non de implicitè tantùm importatâ per hæc nomina. Constat ex eo, quod *ibid. cap.* 6. docet, Patris personam ad se dici, non ad Filium & Spiritum S. nempe ex conceptu explicito & modo intelligendi nostro; non ex re significatâ & conceptu implicito.

125. Ad 5. disting. maior. quidquid est de essentiâ
Ad 5. Dei, est de essentiâ personæ, ratione naturæ, concedo; ratione ipsius personæ formaliter sumptæ, nego.
Ratio. quia potest aliquod prædicatum conuenire naturæ, & non personæ, vt persona est formaliter. Patet, tum quia naturæ conuenit identificare sibi omnes relationes quod non conuenit personæ. Tum quia & fortiùs, conuenit naturæ communicabilitas essentialiter, quæ tamen non conuenit personæ; non enim sequitur natura est communicabilis, ergo & persona: nam cõmunicabilitas fundamentaliter sumpta, cùm sit perfectio realis & absoluta, essentialiter conuenit naturæ, quæ tamen non conuenit essentialiter personæ, in cuius quidditatiuo
126. conceptu includitur ipsa natura. Et contra aduersſ.
Ad bonita. Deitas est de essentiâ relationis, & tamen non quidquid conuenit Deitati, conuenit relationi; nam Deitati conuenit, non referri, non opponi, non produci; relationi contrà, conuenit referri, opponi, produci. Tum quia in multorum sent. aptitudo ad multa est essentialis naturæ creatæ, quæ tamen non conuenit indiuiduis, quibus communicatur, & ratio in subiectâ materiâ est, quia natura diuina cum nullâ relatione oppositionem habet, quam tamen
Potest natura constitui per opposita nõ personæ. oppositionem habet vna persona cum aliâ. Nequit autem vnum oppositum essentialiter constitui per alterum oppositum, quia nullum ens potest intrinsecè & essentialiter constitui per id, quod realiter à se excludit. Igitur potest natura, non persona essentialiter constitui per oppositas relationes, quia sicut ob hanc rationem potest natura, & non persona identicè constitui per oppositas relationes: ita ob eandem poterit natura, & non persona essentialiter constitui per easdem relationes, cùm non sit maior implicantia de vnâ cõstitutione, quam de aliâ. Nam tota implicantia oritur ex eo, quòd eadem natura à parte rei sit eadẽ cum relationibus, & relationes ipsæ non sint eædem inter se: sed constitutio essentialis non ponit maiorem identificationem à parte rei naturæ cum relationibus, quàm constitutio identica, sed solùm in ordine ad intellectum concipientem: ergo si non implicat, vt eadem natura identicè includat oppositas relationes, absque eo quòd illæ identicè sese includant, neque implicabit, vt eadem natura essentialiter includat oppositas relationes, absque eo quòd illæ essentialiter sese includant.

Dices: ergo saltem persona, vt persona non est
Resp. integrè Deus essentialiter. Resp. neg. conseq. quia negatio, cùm sit malignantis naturæ, negat de subiecto prædicatum omni modo: vnde non solùm negaret de personâ vt personâ, sed etiam de naturâ
Ad 6. inclusâ essentialiter in personis. Ad 6. Hoc arg. militat etiam contra vnitatem identicam, quam aduersarij tenentur admittere, hoc pacto: Natura di-
Resp. uina est realiter vna & indiuisa, relationes sunt re-
In forma. aliter plures & diuisæ; ergo nequeunt illam identicè vnam constituere. Sicut igitur realis distinctio personatum non obstat reali ac identicæ vnitati naturæ: ità nec realis distinctio earundem obstabit essentiali ac formali vnitati eiusdem. Ad argum. neg. *Resp. in formâ.* conseq. Ratio: relationes, non vt realiter diuisæ inter se, essentiam Dei constituunt, sed vt sunt formaliter vnum in naturâ: sicut actio & passio constituunt essentialiter motum, non vt distinctæ formaliter inter se, sed vt sunt formaliter vnum cum motu. Ad 7. Retorq. 1. sic: Personalitas Dei tota est 129.
propria; ergo tota est relatiua: non igitur naturam *Ad 7. Retorq. arg.* essentialiter includit; alioqui quâ parte naturam includeret, non esset propria, sed communis. At hoc non obstante, personalitas etiam per aduersſ. naturam essentialiter includit 2. dist. antec. essen-
Resp. tia Dei tota adæquatè sumpta in ratione implicitâ est communis, nego; tota accepta tantùm in ratione explicitâ, concedo: hæc autem est sola ratio absoluta. Eodem modo respondebunt de personalitate ipsâ, quæ tota est oppositа & propria in ratio- 130.
ne explicitâ, non implicitâ. Ad 8. Retorq. pariter *Ad 8. Retorq.* arg. Nihil paternitatis per generationem communicatur filio, cui tamen tota essentia communicatur, quæ essentialiter includitur in paternitate. Item tota filiatio producitur, & tamen nihil essentiæ quidditatiuè inclusæ in Filiatione producitur: igitur essentia non intrat personalitatem; non valet conseq. neque per aduersſ. Quare resp. Patrem
Resp. communicare totam essentiam Filio solùm in ratione explicitâ Deitatis non implicitâ. Quam resp. ipsi admittere debent de communicatione paternitatis quoad solam rationem implicitam naturæ, non explicitam personalitatis. Ad 9. Dist. antec. 131.
Ad 9. Pater priùs origine, quàm generet filium, est completè Deus absque filiatione, vt persona est formaliter, concedo: quia vt sic non constituitur intrinsecè per filiationem; est completè Deus, vt natura, nego; quia vt sic includit intrinsecè filiationem vt rationem constituentem: potest igitur vt natura essentialiter includere illam, esto non includat vt persona, quia vt persona distinguitur realiter ab illa. Vnde dist. conseq. filiatio non est de
Filiatio Constituit Patrem in rat. naturæ. essentiâ constitutiua Patris in ratione personæ, concedo; in ratione naturæ, nego. Idem argu. solu-
endum est aduersſ. quoad identitatem, quam habet natura Patris cum filiatione, non habet Pater cum filiatione. Nam eadem ratio est de inclusione identicâ, ac de inclusione essentiali: quia *vt suprà*, inclusio essentialis non addit maiorem inclusionem à parte rei, quam dicat ipsa inclusio identica; nisi quod inclusio essentialis præter inclusionem identicam, addit etiam inclusionem obiectiuam in ordine ad intellectum concipientem. Cæterum tota difficultas est de ipsa inclusione identicâ, quæ eadem est in vtrâque sent.

Ad 10. Dist. antec. implicat concipere integram 132.
Ad 10. essentiam absque omni ratione illam constituente respectu eius, quod essentialiter constituit, concedo; respectu eius, quod essentialiter non constituit, nego: Filiatio autem non constituit essentialiter personam Patris, sed tantùm naturam Patris: vnde solùm implicat concipere naturam, quæ est in Patro, absque filiatione, vt ratione constituente, non autem personam Patris: sicut implicat concipere integram essentiam naturæ creatæ, quæ est in Petro, absque aptitudine ad alia indiuidua; non tamen implicat concipere Petrum sine huiusmodi ordine & aptitudine, eo quòd, licet talis aptitudo sit de essentiâ naturæ Petri, non tamen est de essentiâ ipsius personæ & indiuidui Petri. Nec est eadem ratio de perfectionibus absolutis, quæ, quia nulli

Digitized by Google

opponuntur, cuicunque competit essentia, essentialiter competunt & illæ.

133. *Ad conf.* Ad Confir. Dist. antec. si personalitas esset de essentiâ humanitatis, non posset reperiri integra humanitas absque personalitate constituente humanitatem, concedo; absque personalitate constituente id, cui esset communicata humanitas, nego. Quod autem de facto personalitas non sit de essentiâ humanitatis, non ex eo præcisè colligitur, quia non constituit id, cui communicatur, sed quia non constituit humanitatem, à quâ realiter separatur.

134. *Ad 11.* Ad 11. nego æqual. Nam licet natura diuina dicat essentialiter relationes, eas tamen dicit tantùm implicitè; explicitè autem dicit solam perfectionem absolutam, quæ cùm in diuinis non distinguatur, nequit illi attribui actus notionalis; quia hic semper facit sensum formalem & explicitum: significat enim conuenire subiecto ex solâ ratione formali explicitâ, vt in his propos. *Intellectus intelligit: Voluntas spirat.*

135. *Ad 12.* Ad 12 Dist. maior. comparatur natura diuina ad relationes, vt determinabile ad determinatiuum positiuè, nego; alioqui ex naturâ, & relatione resultaret metaphysica compositio; negatiuè seu prædisiuè; cõcedo. Quod est comparari idem vt implicitè conceptum ad seipsum vt explicitè conceptum sicut comparatur ens ad suos modos, & definitum ad suam definitionem. Hoc autem modo non implicat, vt determinabile includat determinatiuum, non quidem explicitè, sed implicitè. Ad 13. Dist.

136. *Ad 13.* antec. relationes diuinæ distinguuntur virtualiter à naturâ ex conceptu explicito, concedo; implicito, nego; ergo non includuntur in ea explicitè, concedo: non includuntur implicitè, nego: & hoc satis est, vt includantur essentialiter, vt patet de prædicatis communibus & superioribus, quæ essentialiter includuntur in particularibus, & infetioribus, licet ea tantùm implicitè includantur: vt ratio substantiæ essentialiter includitur in ratione animalis, esto ratio substantiæ implicitè tantùm includatur in ratione animalis. Ad prob. dico. Id tantùm includitur essentialiter in aliquo, quod includitur in obiectiuo conceptu ipsius vel implicitè, vel explicitè. Quia verò potest, quod virtualiter distinguitur ab aliquo, includi implicitè in conceptu obiectiuo ipsius, potest esse de essentiâ ipsius saltem implicitè, esto non sit de essentiâ ipsius explicitè. Sicut prædicata communia sunt tantùm de essentiâ inferioris: prædicata verò particularia sunt de essentiâ explicitè non quidem positiuè, sed negatiuè, seu præcisiuè relationes à naturâ, non tamen est

137. *Ad 14.* fundamentum excludendi eas implicitè.

Ad 14. Concedo, modum accidentalem includi posse in essentiâ rei; nego, includi non posse modũ substantialem, vt constat de differentiis rerum, quæ concipiuntur à nobis, vt modi substantiales quidditatiuè constituentes essentiam rei.

SECTIO VI.

An Relationes includant essentialiter naturam diuinam?

138. SEnsus non est, an relationes in concreto naturam diuinam essentialiter includant, cùm sint ipsæ personæ diuinæ, quæ essentialiter constituuntur ex naturâ & proprietatibus personalibus: sed sensus est, an relationes abstractè sumptæ, veluti paternitas, aut filiatio, naturam diuinam essentialiter includant.

PRIMA sent. negat: *Scoti in 1. dist. 7. §. Ad arg. igitur, Rubio. Molina, Vasquez cit.* & sequitur ex opinione tum eorum, qui asserunt relationes diuinas nullam in se dicere perfectionem; tum eorum, qui illas à parte rei à naturâ diuinâ distinguunt. Probat *Vasquez.* 1. Natura non includit essentialiter relationes, ergo nec relatio naturam, quia impossibile est, vt vnum præscindat ab altero, quin simul alterum præscindat ab illo: igitur si natura præscindit à relationibus, etiã relationes præscindunt à naturâ. 2. Relatio concipitur, vt aduenies Deitati: ergo non concipitur, vt includens formaliter Deitatem; alioqui non conciperetur vt aduenies illi, sed vt præhabens formaliter illam.

139. *Negam.* *Prob. 1. argu. 10.* 140.

3. Relatio concipitur, vt determinans; essentia verò vt determinabilis: impossibile autem est, vt determinans includat formaliter determinabile; alioqui idem esset determinans, & determinatum simul; quod implicat, quia inuoluit duo contradictoria simul. 141.

4. Relatio se tota est respectiua, essentia se tota est absoluta; igitur nequit relatio obiectiuè includere essentiam; alioqui idem conciperetur, vt respectiuum, & absolutum simul. 142.

5. Persona diuina constituitur ex naturâ & relatione; sed constitutio essentialiter importat duo, nempe constitutiuum & constituibile, vt patet in omni constitutione: ergo relatio & natura, quæ sunt constituentia personam, concipientur vt duo vnum vt constitutiuum, alterum vt constituibile. Non igitur vna concipitur, vt formaliter includens aliam; alioqui non conciperentur vt duo, sed vt vnum. Confir. Si relatio includeret formaliter essentiam, persona constitueretur ex personâ; quia persona est essentia relatione determinata: ergo si relatio includeret formaliter essentiam, relatio esset formaliter persona. ergo persona constitueretur ex personâ: quo nihil absurdius. 143. 144. *Confirm.*

6. Maiorem distinctionem in nostro conceptu importat paternitas à naturâ, quàm Pater: sed Pater includit formaliter naturam, vt constitutum suum constituens: ergo paternitas non includit formaliter naturam. 145.

7. Si paternitas includeret in suo conceptu naturam, eadem relatio seipsâ conueniret, & differret à filiatione: consequens est impossibile, quia conuenientia dicit vnitatem, differentia multitudinem; quæ cùm sint contradictoria, nequeunt eidem conuenire. 146.

8. Si relatio includeret formaliter essentiam, valeret hæc propos. *Paternitas est essentia*; ergo & hæc alia, *Deus paternitate intelligit*, hoc pacto: *Pater essentia intelligit, paternitas est essentia, ergo Pater paternitate intelligit.* Confir. Si essentia esset de conceptu paternitatis; ergo etiam attributa: ergo vera esset hæc propos. *Paternitas est intellectus*, sicut & hæc, *Paternitas est essentia*: sed Deus intelligit intellectu; *ergo intelligit paternitate.* 147. *Confirm.*

9. Alia est ratio essentiæ, alia relationis: igitur non potest essentia quidditatiuè includi in conceptu relationis. 10. Absolutum non est de essentiâ relatiui. Deitas est absoluta; ergo non est de essentia relationis. Confir. alioqui vera esset hæc propos. *Relatio diuina est ens absolutum.* 148. 149. *Confir.*

SECVNDA affirmat: *Zumel, Torres, Suarez cit.* Quæ probabilior est, & prob. Relatio diuina, quà diuina est, essentialiter dicit modũ essendi perfectissimũ, at modus essẽdi perfectissimus est, vt explicitè dicat perfectionẽ respectiuam infinitam, & implicitè inuoluat omnem perfectionem absolutam. Maior 150. *Affirm. verius, & notis prius conformibus.*

Digitized by Google

ior constat, nam quauis ratio diuina, vt diuina est est formaliter, non solùm dicit summam perfectionem in eo genere, in quo præcisè concipitur, sed summo modo perfectam; quippe quæ non solùm dicit illam illimitatam in eo genere, in quo ea explicitè concipitur, sed etiam in modo essendi. At perfectiùs illa concipitur, si concipiatur vt essentialiter includens omnem perfectionem absolutam: ergo, &c. 151. Dices. DICES, Sufficit, si concipiatur vt includens omnem perfectionem absolutam solùm identicè; ergo non est necessarium, vt illam includat essentialiter. Contrà. Sed contrà, tum quia perfectiùs concipitur, si concipiatur, vt illam includens essentialiter. Qui modus concipiendi, cùm sit perfectior debitus est relationibus diuinis. Tum quia, implicat in adiecto, relationes diuinas concipi, vt identicè tantùm, & non essentialiter includentes perfectiones absolutas. Nota. Nam vnum includi essentialiter in conceptu alterius nil aliud est formaliter, quàm vnum concipi non posse sine alio. Contrà verò vnum includi identicè in alio formaliter non est aliud, quàm vnum posse perfectè concipi sine alio. Implicat igitur relationes diuinas nō posse concipi, nisi vt identicè includentes perfectiones absolutas, & tamen illas nō includere essentialiter. Nam si nequeunt concipi sine illis, implicitè saltē includunt essentialiter illas. Instabis. Relatio diuina ex naturâ suâ est perfectio limitata, cùm ex naturâ suâ, excludat oppositam correlationem. Omnis autem perfectio, quæ ex naturâ suâ non includit omnem perfectionem, non est illimitata simpliciter: igitur ex naturâ suâ non postulat essentialem inclusionem naturæ. Resp. ex hoc discursu tantùm sequi, relationem diuinam limitari ad non includendam oppositam correlationem, non reliquas perfectiones non oppositas. Sicut perfeitas solùm limitatur ad excludendam oppositam differentiam inaleitatis, non ipsam rationem entis vt sic. Dist. igitur antec. est limitata ad excludendam oppositam correlationem, concedo: reliquas correlationes non oppositas, nego: igitur ex naturâ suâ non includit naturam, nego conseq. Ad 1. opposita, nego antec. ad 2. & 3. resp. Eadem relatio conceptu explicito concipitur vt aduenies Deitati, implicitè vt includens Deitatem; quam solùm determinat ratione explicitâ, non implicitâ. Perfeitas enim explicitè solùm dicit talem modum essendi: ens verò explicitè solam rationem entis: implicitè autem tam perfeitas dicit ens, quàm ens perfeitatem. Aduenit igitur perfeitas enti, & determinat illud ad tale ens, non secundùm rationem entis, quam perfeitas dicit implicitè, sed secundùm rationem perfeitatis, quam dicit explicitè. Pari modo relatio diuina aduenit Deitati, & determinat illam ad talem personam, non secundùm Deitatem, quam relatio increata dicit implicitè, sed secundùm conceptum relationis, quam dicit explicitè. Est enim determinatio solùm per expressiorem conceptum, & aduentum eiusdem perfectionis clariùs & expressiùs conceptæ. In quo sensu non implicat vt idem sit explicitè determinabile, & implicitè determinatum. Ad 4. Dist. maior. & minor. est relatio se tota respectiua, natura se tota absoluta in ratione dumtaxat explicita concedo: explicitâ & implicitâ simul, nego: sic enim tam relatio est respectiua & absoluta, quàm natura absoluta & respectiua simul.

Ad 5. resp. ad constitutionem secundùm rationem sufficere duo distincta in ratione tantùm explicitâ. Ad confir. nego sequel. Etenim, vt persona non dicatur constitui ex personâ, sufficit vt non constituatur ex relatione, explicitè importante vtrumque. Nam constitutio per rationem attenditur tantùm secundùm rationes explicitas constituentis, & constituibilis. 156. Dices. DICES. Si sola distinctio impliciti, & expliciti sufficit ad constitutionem rationis, ad eandem sufficiet distinctio definitionis & definiti. Resp. neg. sequel. Resp. Nam ad constitutionem requiritur, vt constituens non sit per modum explicantis ipsum constitutum, cuiusmodi est definitio respectu definiti, sed per modum aduenientis; hoc. n. importat conceptus constituentis.

Ad 6. Nego, quoad rem significatam maiorem distinctionem importare abstractum, quàm concretum in Deo, sed tantùm in modo significandi: quia concretum importat per modum habentis, quod abstractum dicit per modum inclusi. Ob summam quippe actualitatem & simplicitatem, idem importat in Deo abstractum, & concretum; quoad rem significatam; quoad modum autem significandi concretum importat æquè primò vtramque rationem; abstractum explicitè importat vnam rationem, implicitè aliam. Ad 7. Eadem relatio diuina conuenit & differt in eâdem ratione explicitè conceptâ, nego; conuenit in ratione implicitâ, & differt in explicitâ, concedo. Hæc autem nulla est implicantia, vt res summè illimitata, & simplicissima fundare possit rationem identitatis, & distinctionis secundùm rationes formales & explicitas, virtualiter diuersas. Ad 8. Concedo valere primam propos. nego valere secundam. Quia quando verbum prædicatur de subiecto, facit sensum expressum & formalem, & solùm denotatur conuenire illi in ratione explicitè significata; secus quando prædicatur nomen substantiuum. ex. gr. *Homo est animal*, vera est propos. quia prædicatum est nomen substantiuum. Contrà verò, *Homo animalitate intelligit*, falsa est propos. quia reddit sensum formalem & explicitum, & significat, ipsum intelligere conuenire homini ratione animalitatis vt explicitè significatæ, talis enim propositio æquiualet reduplicatiuæ, quæ solùm reduplicat rationem explicitam, ratione cuius tantùm denotatur conuenire prædicatum subiecto. Vnde in eo syllog. neg. conseq. variatur enim sensus implicitus in explicitum, vt in hoc syllog. *Homo est animal: Homo intelligit: ergo Homo animalitate intelligit*. Ad confirm. neg. conseq. ob eandem rationem. Ad 9. Nego conseq. alia. n. est ratio animalitatis: & tamē ratio entis est de essentiâ animalitatis, & cuiuscunque alterius rationis realis. ergo etiamsi ratio essentiæ sit alia in conceptu explicito à ratione relationis, adhuc tamen non obstat, quin vna sit de implicito conceptu quidditatiuo alterius. Ad 10. Concedo absolutum non esse de essentiâ relatiui increati, ob summam illimitationem & simplicitatem. Ad confir. Nego sequel. nam absolutum importat conceptum præcisum à respectiuo, quo pacto nequit absolutum prædicari de respectiuo: sic enim affirmaretur, quòd præcisus & explicitus conceptus absolutus, esset ipse præcisus & explicitus relatiuus.

SECTIO VII.

An Relationes diuinæ existant existentiâ relatiuâ ratione distinctâ ab existentiâ absolutâ naturæ?

PRIMA sent. negat: *Capreo. in 3. dist. 1. qu. 1. art. ad 2. contra cons. Cajet. 1. p. qu. 28. art. 2. §. Coroll. Ferrari. 4.* [161. Negam.

Digitized by Google

vari.4 con.gen.26 §. Attend Ægid.in 1 d.ſt.25.art.vlt. ad 2.Vaſquez 1 p.diſp.126.Albert.coroll.9. ex prædic. Ad aliquid,Ruiz de Trin diſp.15.ſect.3.

163. Prob.1. Auth.*S.Tho.* vbique docentis,in Deo eſſe vnum *Eſſe*,vnumque *ſubſiſtere* abſolutum,quo diuinæ perſonæ omnes exiſtunt & ſubſiſtunt;*1.p.qu.40. artic.2.ad 2.ad 2.3.p.q.17. artic.2. ad 3.de poten. qu.2. art.6.& qu.8.art.2.ad 11.* Vnde ferè omnes *Thomiſtæ* docent diuinas relationes non addere aliquod eſſe, vel ſubſiſtere, ne ratione quidem à naturâ diſtinctum, ſed ſolam incommunicabilitatem, & diſtinctionem ab aliâ perſonâ.

164. Prob.2. ratione: 1. Exiſtentia abſoluta naturæ
Ratio 1. eſt infinita & à parte rei identificata cum quâuis relatione: ergo per eam ſufficienter exiſtere poſſunt omnes relationes; quia maiorem poſſit perfectionem in exiſtentiâ abſolutâ. Ergo de facto per illam exiſtunt. quia quod poteſt eſſe, actu eſt in Deo.

165. 2. Si relatio diuina haberet propriam exiſtentiam
Ratio 2. relatiuam, ſequeretur illam à parte rei diſtingui ab eſſentiâ, nam quidditas relationis non eſt de eſſentiâ naturæ; & ad diſtinctionem à parte rei nil aliud requiritur. 3. Sequeretur, in Deo eſſe tres exiſtentias,
166. *Ratio 3.* atque adeò tres durationes, quæ, quia carent principio & fine, eſſent æternæ. Igitur in Deo tres eſſent æternitates, contra ſymb. Athan. *Non tres æterni, ſed vnus æternus.* 4. Concedenda foret in Deo quarta exiſtentia ſpirationis actiuæ, cùm ſit par ratio de
167. *Ratio 4.* hâc & reliquis relationibus: ac proinde non tantùm tres, ſed quatuor eſſent exiſtentiæ relatiuæ in
168. Deo. 5. Quod eſt fund. *Vaſq.* & ſequitur *Ruiz.* Non
Ratio 5. dicitur ſuppoſitum creatum habere duplicem, ſed vnam dumtaxat exiſtentiam, etiamſi præter exiſtentiam naturæ, ſuperaddat modum ſubſiſtendi diſtinctum. Ergo neque ſuppoſita increata dicenda erunt habere plures, ſed vnam tantùm exiſtentiam, etiamſi ſupra exiſtentiam naturæ addant triplicem modum ſubſiſtendi relatiuum: tum quia vna exiſtentia aliam non modificat: tum quia modus exiſtendi non affert naturæ exiſtentiam: relatio autem diuina, teſte *Damaſ.libr.1.de fide cap.11.* eſt modu exiſtendi: ergo.
169. *Ratio 6.* 6. Si in Deo vna tantùm eſſet perſona, exiſteret eâdem exiſtentiâ naturæ: ergo etiam nunc tres perſonæ exiſtunt eâdem exiſtentiâ abſolutâ naturæ; cùm non alio modo exiſtant nunc
170. *Ratio 7.* tres, ac exiſteret nunc perſona. 7. Si darentur tres exiſtentiæ relatiuæ in Deo, ſequeretur, exiſtentiam abſolutam vlteriùs terminari tribus exiſtentiis relatiuis: hoc autem implicat, quia nequit vna exiſtentia terminari aliâ exiſtentiâ. *Confir.* Confirm. ideò non datur ſubſiſtentia abſoluta in Deo, quia ſequeretur, illam vlteriùs terminari tribus ſubſiſtentiis relatiuis. 8. Vel quælibet ex his tribus exiſtentiis relatiuis eſt completa, vel incompleta; ſi completa; ergo
171. *Ratio 8.* non poteſt facere vnum per ſe cum exiſtentiâ abſolutâ naturæ; cùm nullum ens completum facere poſſit vnum per ſe cum alio ente completo: ergo facit vnum per accidens. Si verò dicatur incompleta; eſt in ſigna Deo, in quo nihil eſt, aut concipi poteſt incompletum.

172. Secunda ſent. affirmat. *Richar.de S.Victo. libr.4. de Trinit.cap.17 vbi, Quot,* inquit, *ſunt in diuinitate perſonæ, tot incommunicabiles exiſtentiæ, quia nihil aliud eſt,* inquit, cap.18. *perſona, quàm incommunicabilis exiſtentia:* *Affirm. veritas.* Alenſis *1.p.qu.49. me 2. Richar.m 3.diſt.1.art.1.2.& ad 5.Scot.in 1.diſt.11.q.2.ad 1.quodlib.4.art.3.ad argu. princip. Medinæ 3.p.qu.17.art.2.dub 3.Zumel 1.p.q.28. art.2.d ſp 4. Suarez 3.p.diſp.11. ſect.2.& lib.3.de Trinit.cap.5.Zuniga de Trinit. diſput.5.dub.11.* Quæ ſent. probabilior eſt.

Prima ratio. Relatio diuina in explicito con- 173.
ceptu non includit eſſentiam, & tamen explicito *Probationis triplici.*
conceptu includit exiſtentiam igitur exiſtentia re- 1.
lationis ratione diſtinguitur ab exiſtentiâ naturæ. Quia omnis exiſtentia in Deo, aut eſt naturæ, aut relationis: ergo ſi relatio explicito conceptu relationis dicit exiſtentiam, & non abſolutam naturæ; ergo reſpectiuam relationis. Minor conſtat, quia relatio diuina explicito conceptu relationis non eſt ens in potentiâ, ſed in actu vltimo & perfectiſſimo: omne autem ens eſt in actu formaliter per exiſtentiam. Maior prob. relatio diuina explicito conceptu dicit ſolam perfectionem reſpectiuam: ergo explicito conceptu non includit eſſentiam, eiuſque 174.
exiſtentiam. Dices: attributum ſapientiæ expli- *Dices.*
cito conceptu ſapientiæ non includit explicitè eſſentiam, & tamen non ſequitur quòd explicito conceptu ſapientiæ, non includat naturæ exiſtentiam. ergo nec ſequitur, quòd ſi relatio diuina explicito conceptu relationis non includit eſſentiam, quòd nec includat eius exiſtentiam, quia poteſt includere exiſtentiam naturæ, etiamſi non includat quidditatem illius. Reſp. nego conſeq. quia *ex 3. ratione*, exiſtentia debet proportionari rei, cuius eſt exiſtentia. Poteſt exiſtentia abſoluta naturæ proportionari perfectioni abſolutæ attributorum, non reſpectiuæ relationum. Ratio 2. Relatio diuina pro- 175.
ducitur: exiſtentia abſoluta naturæ non produci- *Ratio 2.*
tur: ſed productio eſſentialiter terminatur ad rei exiſtentiam: ergo relatio diuina exiſtit exiſtentiâ reſpectiuâ; ratione diſtincta ab exiſtentiâ abſolutâ naturæ. Minor prob. productio traducit terminum de non eſſe ad eſſe, ſaltem illâ formalitate, quâ illum producit; ergo eſſem ialiter terminatur ad exiſtentiam rei; alioqui non traduceret, ſed potiùs ſupponeret illum eſſe eâdem formalitate, quâ illum produceret; ac proinde ſupponeretur eſſe eâ formalitate, quâ produceretur, antequam produceretur.

Reſpondent 1. productionem diuinam termi- 176.
nari ad relationem, vt exiſtentem exiſtentiâ abſolu- *Reſpondet 1.*
tâ naturæ. Sed contrà; hæc præexiſtit termino pro- *Contrà.*
ducendo: ergo ſi ad hanc terminatur productio, terminus producendus præſupponitur exiſtere, priùs quàm producatur; ac proinde non poteſt accipere exiſtentiam vi productionis, quâ producitur. Reſp. 2. Productionem terminari ad commu- 176.
nicandum termino producto effectum formalem *Reſp. 2.*
exiſtentiæ abſolutæ. Sed contrà; nam communica- *ontrà.*
tio diuina ſupponit productionem termini; perſona enim diuina communicat ſuam naturam perſonæ producendo; illam producendo; quatenus in ſuâ natura producit nouam perſonalitatem. Ergo communicatio exiſtentiæ abſolutæ ſupponit terminum productum, non tantùm ſecundùm quidditatem, vt aliqui opinantur, ſiquidem hæc non producitur, niſi vt exiſtens; ſed etiam ſecundùm exiſtentiam; nam hæc eſt formalis terminus productionis. Igitur communicatio naturæ ſupponit terminum, cui talis communicatio fit, productum, atque adeò exiſtentem vi productionis antecedentis ipſam communicationem naturæ. Confirm. vel *Confirm.*
hic effectus formalis exiſtentiæ abſolutæ producitur, vel non producitur. Si producitur; igitur exiſtentia abſoluta producitur. Si non producitur, redit eadem difficultas, quo pacto productio realis terminari poſſit ad terminum, qui non exiſtat vi eiuſdem productionis. Ratio 3. Exiſtentia proportionari debet eſſentiæ & quidditati rei; cùm ſit actus 178.
eſſentiæ: At exiſtentia abſoluta non proportionatur quidditati relatiuæ: quia ſicut exiſtentia relatiua non proportionatur eſſentiæ abſolutæ; ità nec *Ratio 3.*

exiſtentia

Digitized by Google

existentia absoluta essentiæ seu quidditati relatiuæ. quoniam existentia debet actuare essentiam iuxta ipsius exigentiam : exigentia autem relationis est, vt actuetur existentiâ ordinatâ ad aliud: vti exigentia rei absolutæ est, vt actuetur existentiâ ordinatâ ad se. Existentia enim debet in ratione existentiæ continere quidquid quidditas ipsa continet in ratione quidditatis, cùm sit adæquatus actus ipsius: sed quidditas relationis est ordinata ad aliud ; ergo & eius existentia. Confir. Repugnat accidens existere existentiâ substantiæ, sicut substantiam existere existentiâ accidentis; ergo & relationem existentiâ naturæ absolutæ. Ad rationes oppositæ. Ad auth. *S. Doct.* respondet *cit. Barth. Medina*, illum exponendum esse, de *esse* essentiæ, vel de *esse* existentiæ absolutæ, etli ex *cit. locis S. Thomas*, videatur ad oppositam sent. magis inclinare. Ad 1. Nego conseq. nam quamuis existentia absoluta naturæ identificetur cum relationibus, adhuc tamen relationes existunt existentiâ propriâ relatiuâ : quia sicut identificatio naturæ non tollit oppositionem diuinarum relationum inter se; ita nec earundem relationum existentiam, quâ se mutuo actu respiciunt. Quòd autem illæ non existant existentiâ naturæ, non est propter insufficientiam existentiæ naturæ, sed propter proportionem, quam habere debet quælibet existentia cum quidditate, quam actuat. Ad 2. Nego sequel. ad prob. nego quidditatem relationis non esse de essentiâ naturæ diuinæ, saltem vt est à parte rei. Natura enim diuina, vt est à parte rei formaliter includit suas relationes, & consequenter existentias relatiuas earum. Ad distinctionem autem à parte rei requiritur, vt quidditas existens vnius à parte rei excludat quidditatẽ existentem alterius. Ad 3. absque vllo absurdo in Deo concedi possunt tres existentiæ & durationes relatiuæ, non tres æternitates. Nota, omnia prædicata, quæ diuinis relationibus attribui possunt, esse in triplici differentia ; alia, quæ illis competunt secundùm proprias differentias, qualia sunt relatio, proprietas personalis, hypostasis, &c. Et hæc sine addito possunt de Deo, vt plura prædicari. Alia sũt, quę illis conueniunt solùm ex ratione generică, cuiusmodi sunt omnia transcendentia, vt ens, res, aliquid, vnum, verum, bonum: inter quæ sunt etiã existentia, substantia, quidditas. Ex his aliqua sunt quæ vel ex vsitato modo loquendi Patrum, vel ex determinatione *Concil.* ad euandas occasiones errandi, ita commodata sunt naturæ cõmuni, vt nullo modo liceat ea transferre ad relationes. Huius generis sunt substantia, essentia, & si quæ alia, quæ non nisi singulariter de Deo prædicantur. *Nec sicut tres personas*, inquit Concil. Tolet. XI. *ita tres substantias prædicamus, sed vnã substãtiam.* Et *Lateran. in capi. Firmiter*, tres fatetur personas, vnam tantùm essentiam, substantiam, naturam. Alia sunt, quæ licet ab extrinseca authoritate limitata nõ sint ad solam naturã communem, quia tamen illa ex communi modo concipiendi, & loquendi determinantur ad solam essentiam communem, vtpotè ad rem perfectissimam significandam, nõ licet, nisi cum addito determinante ad perfectionem relatiuam, illa de Deo prædicare, qualia sunt aliqua transcendentia, vt ens, res aliquid, vnum, verum, bonum, existentia, duratio, quæ cum addito possunt de Deo pluraliter enunciari.

Alia demum sunt, quæ in suo conceptu semper includunt aliquid absolutum. Atque hæc neque cum addito possunt de Deo pluraliter, nisi tantùm adiectiuè, prædicari. Nam ad adiectiuam prædicationem sufficit pluralitas suppositorum. Talia sunt natura, æternitas, sapientia, & reliqua attributa, quæ in Deo dicunt perfectionem simpliciter simplicem. Est enim natura principium omnium operationum, quòd nullâ ratione competit relationi. Æternitas est interminabilis vitæ tota simul, & perfecta possessio ; quæ in sui definitione includit existentiam vitæ perfectissimæ & interminabilis. Quare licet in Deo sint tres durationes relatiuæ, non tamen sunt tres æternitates ; quia æternitas inuoluit perfectionem vitæ prorsus immutabilis, quæ Deo competit ratione essentiæ. Nec obstat, quòd duratio diuinarum relationum careat principio & fine. Nam ex hoc tantùm sequitur, quòd reductiuè illa sit in specie æternitatis, non per se : nam æternitas per se superaddit perfectionem vitæ interminabilis. Nonnulli renuunt concedere in Deo tria entia, aut tres entitates, seu realitates, aut tria aliqua. Tum quia ens dicitur ab esse: esse autem in Deo est vnum, ergo & ens. Tum quia, si relatio esset entitas, non omnem entitatem Pater communicaret Filio : quod falsum est. Tum quia nomina neutra referuntur ad significandam essentiam. Vnde non dicitur, in Deo est aliud & aliud, sed alius & alius. Igitur non possunt tria aliqua de Deo prædicari; quã denotaretur multiplicatio essentiæ. Nihilominus concedenda sunt in Deo *tria entia* ; præsertim cum addito, *relatiua, tres entitates, tres realitates, tria aliqua relatiua*. Tum quia hæc passim in Deo concedunt Patres. Tum quia sicut in Deo conceduntur tria esse relatiua, ita & tria entia non solùm adiectiuè, sed entiam substantiuè. Tum quia implicat, tres personas realiter inter se distingui, nisi per reales entitates distinctas. Eàdem ratione prob. esse tria aliqua, quia ens & aliquid conuertuntur.

Ad 1. rationem, nego minor. est enim in Deo triplex esse relatiuum, ac proinde triplex ens substantiuè. Ad 2. Patrem communicare Filio omnem entitatem absolutam formaliter ; virtualiter verò & per *circumincessionem* etiam perfectionem relatiuam, ratione cuius *circumincessionis*, Pater dicitur esse in Filio, & Filius in Patre, & vterque in Spiritus S. Ad 3. resp. nomina neutra non posse prædicari de singulis personis : non n. dici potest, Pater est aliud à Filio; vel Filius aliud à Patre: posse tamen de omnibus dici, quòd sint tria aliqua, quia applicata singulis referuntur ad essentiam, non applicata omnibus simul ; idque ex vsu & lege sapientum.

DICES. Si transcendentia in Deo multiplicantur, quia intrinsecè includuntur in personis multiplicatis: ergo etiã multiplicari debet diuinitas, quia hæc etiam intrinsecè includitur in personis realiter multiplicatis. Resp. nego, transcendentia propterea multiplicari, quia vtcunque includuntur in rebus multiplicatis, sed quia includuntur in vltimo & explicito conceptu vniuscuiusque rei. Etenim paternitas explicito & formalissimo conceptu Paternitatis, est ens, vnum, aliquid; non tamen vltimo & explicito conceptu est diuinitas, quia diuinitas dicit fundamẽtum omnium diuinarum perfectionum, quod non dicit Paternitas, vt præcisa à naturã. Ad 4. Concedo sequel. nam cùm relatio spirationis actiuæ nequeat formaliter existere existentiâ filiationis ; tum quia hæc producitur, spiratio autem actiua non producitur, sed communicatur cum naturâ diuinâ : tum quia tota spiratio actiua supponitur existens origine prior in Patre, quàm producatur Filius. Nec existere possit existentiâ Paternitatis : nam hæc est solius Patris propria: spiratio verò actiua est etiam communis filio. Nequit autem proprium, & commune existere vnâ indiuisibili existentiâ secundùm rationem. Nam quatenus

A priori.
Confirm.
179.
180. *Ad primam rationem.*
181. *Ad 2.*
182. *Ad 3.*
Predicata differentis triplicis in Deo.
183. *Differentia tertia.*
184. *Tria entia.*
Relatiua.
185. *Ad primam rationem. Ad 2.*
Ad 3.
186. *Dices.*
Resp.
187. *Ad 4.*
Non sunt existentia 4.

Digitized by Google

tenus est proprium requirit existentiam propriam: quatenus est commune requirit existentiam communem: quia existentia proportionari debet quidditati, quam immediatè actuat. Nego tamen hinc sequi, dari quatuor existentias relatiuas in Deo: nam ad id non sufficit distinctio rationis, sed requiritur distinctio realis.

188. *De modo loquendi.* Ad 3. dico, eam tantùm probare, absolutè loquendo siue vllâ limitatione & addito, vnum tantùm concedi in Deo *esse*, seu *existere*: eò quòd tres illæ relatiuæ existentiæ eò tendunt, vt naturam in triplici hypostasi perfectissimè compleant. Qua de causa vnum quoque dicitur *existere* in quouis supposito creato, quia licet illud ex duplici ad minimum componatur existentia, sc. naturæ & subsistentiæ; quia tamen ambæ illæ existentiæ per se ordinantur ad constituendum vnum perfectum existere totale, idcò absolutè loquendo vnum dicitur *existere* in illo. Hinc tamen negari non potest, quin cum addito dici queat, in quouis supposito creato duplicem esse existentiam partialem, alteram naturæ, subsistentiæ alteram. Eadem ratione & in Deo triplex existentia relatiua, quæ tamen partiales dici nequeunt, quia cum nullâ aliâ componunt. Non cum naturâ, à quâ non distinguuntur, compositio autem realis realem supponit extremorum distinctionem; non inter se, quia nullam faciunt inter se compositionem. Præterea falsum est, vnam existentiam non posse aliam modificare, vt constat de existentiâ partiali creatâ, modificante aliam ad componendum vnum existere totale. Falsum quoque est, relationem diuinam esse modum naturæ, cùm sit potiùs entitas in suo genere perfectissima; alioquì diuinæ personæ, quæ solis relationibus distinguuntur, non nisi modaliter distinguerentur: nam tanta est distinctio inter extrema, quanta est distinctio rationum formalium, quibus extrema distinguuntur. *Damasc.* loquitur modo concipiendi di nostro per analogiam ad creata. Sed esto, relatio diuina sit modus, adhuc tamen modus suam affert modalem existentiam re, vel ratione distinctam ab existentiâ fundamenti, secundùm quod modus ipse re vel ratione à fundamento distinguitur.

Triplex relatiua exist. *Damascen.*

189. *Ad 6.* Ad 6 Nego conseq. quia tunc illa persona esset absoluta, atque adeò apta existere existentiâ naturæ; nunc autem personæ diuinæ sunt relatiuæ, proindè incapaces existere existentiâ absolutâ naturæ.

190. *Ad 7.* Ad 7. dist. maior. Sequeretur existentiam absolutam vlteriùs terminari existentiis relatiuis in ratione existentiæ, nego; cùm in ratione existentiæ natura diuina non egeat existentiis relatiuis: Sequeretur vlteriùs terminari in ratione subsistentiæ, concedo; quia cùm natura diuina nullam habeat subsistentiam absolutam, *vt infrà*, vlteriùs postulat terminari tribus subsistentiis relatiuis, ob sui fœcunditatem & perfectionem. Ex his patet ad confir. Ad 8. resp. quamlibet existentiâ

191. *Ad 8.* relatiuâ esse completâ in suo dùtaxat genere, veluti existentia relatiua paternitatis est cõpleta in genere paternitatis, non in genere existentiæ relatiuæ filiationis, & spirationis passiuæ. Quia igitur natura ob sui fœcunditatem & perfectionem, non solùm est capax existentiæ relatiuæ paternitasis, sed filiationis, & spirationis passiuæ, postulat omnes tres existentias, vs adæquatum terminum suæ fœcunditatis. Vnde neutrum absurdum in arg. adductum ex nostrâ sent. sequitur. Non 1. quia licet vnaquæque existentia relatiua sit in suo genere completa, quia tamen non est completa in omni genere relatiuæ existentiæ, potest in naturâ, cum quâ identificatur, relinquere capacitatem ad vlteriorem existentiam relatiuâ, cuius natura diuina est capax. Non 2. cùm vnaquæque existentia relatiua sit in suo genere completa: neque vna exigit habere complementum alterius, cùm vna non exigat formaliter existere per existentiam alterius.

Tres existentiæ adæquatus terminus fœcunditatis.

SECTIO VIII.

An Relationes diuinæ superaddant essentiæ perfectionem ratione diuersam?

PRIMA sent. negat; *Scoti. quodlibet. 5. Richar. in. 1. dist. 24. art. 1. qu. 3. ad 1. Mayro. dist. 20. qu. 1 sine Duran. en 3. dist. 1. q. 3. nt. 13. Arimin. in. 1. dist. 19. ar. 1. Capreo. dist. 17. q. 1. ad 3. con. 1. concl. Ægid. dist. 4. art. 1. ad 11. Caiet. 1. p. q. 28. ar. 2. fine, Feavari. 2. con gent. cap. 9. Molina 1. p. q. 42. art. 6. disp. 2.* qui omnes auctores concludunt, relationes diuinas neque perfectionem dicere, neque imperfectionem, sed abstrahere ab vtroque. Prob. 1. Si relatio diuina, quâ relatio est formaliter, perfectionem diceret vel diceret finitam vel infinitam: non finitã, quia implicat in Deo perfectio finita & limitata; non infinitam, quia de ratione perfectionis infinitæ est vt sit implurificabilis, & communicabilis: at relatio diuina est plurificabilis, & incommunicabilis: ergo non dicit perfectionẽ infinitam. Maior probe de ratione infinitè perfecti est, vt nullam perfectionem excludat: ergo de ratione infinitæ perfectionis est, ut sit implurificabilis & communicabilis. Nam hoc ipso quòd vna perfectio plurificaretur, excluderet aliã. 2. Si paternitas vt paternitas diceret perfectionem, cùm paternitas non fit formaliter in Filio, aliqua perfectio esset in Patre, quæ non esset in Filio; atque adeo plus perfectionis esset in omnibus personis simul, quàm in singulis; contra Augustin. 6. *de. trinit. c. 7. 8. & 10.* vbi Filium solum vel Spiritum S. solum, quantus Pater, Filius, & Spiritus simul: *In summa Trinitate tantum est vna, quantum tres simul sunt: nec plus aliquid sunt duæ quàm vna.* 3. in Deo essent tres perfectiones. ac proinde tria perfecta substantiuè, quia quidquid conuenit Deo ratione relationum, potest pluraliter: & substantiuè de Deo prædicari. 4. vna persona esse perfectior aliâ; quia cùm tres istæ perfectiones non sint eiusdem, sed diuersæ speciei, nequeunt personæ, ex illis constitutæ æqualis esse perfectionis. 5. Perfectio ex Ancel. dicitur illa, quæ in vnoquoque melior est ipsa, quàm oppositũ eius: sed Filio non est melior paternitas, quàm filiatio, & è conuerso; alioqui aliqua perfectio deesset Patri. & Filio quã meliùs esset in eis esse quàm non esse: quod derogat personæ diuinæ.

192. *Negant Scõtus Richar.*

193. *Prob. 1.*

194.

Augustin.

195.

196.

197. *Anselmus.*

SECUNDA sent. affirmat: *Aureo. in 1. dist. 19. q. 2. art 3. propos. 2. Ocha. q. 1. ad. 1. cub. Bacco. dist 23. q. 1. art. 1. §. 2. & ar. 3. & in 3. d. st. 1. q. 1. ar. 2. §. 2. Gabriel. in 1. dist. 7. q. 3. ar. 2. & dist 19. q. 1. nota. 4. & dub. 5. Bannez. 1p q. 28. ar. 2. dub. 1. Zumel ibid. disp. 3. Vasquez. disp. 122. c. 6. Suarez. lib. 3. de Trini. c. 9. Albertini exprædica. Ad aliquid corol. 1. Zunigæ. de Trini. disp. 5. dub. 5. me. 2.* Quæ sent. verior est.

198. *Aff. retiùs.*

DICO 1. Relationes diuinæ, etiam quâ relationes sunt formaliter & explicitè ab essentiâ virtualiter distinctæ, perfectionem important; eamq; infinitam, non simpliciter, sed in suo dumtaxat genere. Prima pars est *S. Thom. 1. p. q. 26. art. 3.* vbi, *Persona*, inquit, *significat id, quod est perfectissimum in tota natura, scilicet subsistens in rationali natura. Vnde,*

199. *Pro explicatione.* *Quâ relatio formaliter importat perfect.*

cùm

Digitized by Google

cùm omne illud, quod est perfectionis, Deo sit attribuendum eo quòd eius essentia continet in se omnem perfectionem, conueniens est, vt hoc nomen persona de Deo dicatur: & ibid. *ad* 2. approbat communem illam definitionem personæ, nempè quòd sit hypostasis proprietate distincta ad dignitatem pertinente. Quæ definitio eruitur ex Patribus, signanter ex *Damasc. lib. de decretis* 1. *in lu. cap.* 1. vbi *Hypostases*, inquit, *& personæ Pater, & Filius, & Spiritus S. Vnusquisque enim eorum perfecta est hypostasis, & perfecta persona.*

200. *Prob.* 1. Prob. 1. Relatio diuina, quâ relatio est, explicitè concepta, vt virtualiter ab essentiâ, & ab oppositâ correlatione realiter distincta, est ens reale actuale: ergo aliquam perfectionem includit: cùm perfectio nil aliud sit, quàm entitas commensa rei; quælibet autem relatio diuina est per se conueniēs & commensa Deo; sicut paternitas Patri, ita filiatio Filio. Nec obstat, quòd hæc conuenientia & cōmensuratio sit rationis: quia perfectio non consistit formaliter in ipsa conuenientia & commensuratione, sed in reipsa, quæ dicitur conuenies & commensa, quæ realis est. Confirm. Implicat, vt relatio diuina à parte rei abstrahat ab entitate realis: ergo & à perfectione reali. Antec. patet: quia implicat, vt res à parte rei abstrahat ab eo, quo formaliter constituitur in ratione rei. At relatio diuina constituitur in ratione rei, formaliter per entitatem realem. Conseq. liquet, quia perfectio necessariò consequitur entitatem rei. 2. Relationes diuinæ, quâ relationes sunt formaliter, constituunt personarum Trinitatem: sed hæc est perfectio Dei: ergo relationes, quâ relationes sunt formaliter, perfectionem dicunt, quia hæc perfectio non est tātum naturæ; nam hæc tota esse posset in vnâ tantùm personâ, quo casu deesset Deo perfectio Trinitatis, & nō perfectio naturæ, prout natura dicit perfectionē absolutam: igitur relationes vt relationes sunt formaliter, aliquam perfectionem addunt naturæ. 3. Relatio diuina reddit naturam fœcundā, cùm sit vel ipsa potentia notionalis productiua, vel saltem ad illam essentialiter prærequisita: at fœcunditas est maxima perfectio naturæ diuinæ; igitur & relatio ipsa, quæ talem fœcunditatem constituit.

Est ens reale actuale.

201.

202.

203. *Sustentat humanitatē Christi.* 4. Filiatio diuina, quâ relatio est formaliter, sustentat humanitatem Christi: ergo quâ relatio est formaliter, perfectionē dicit, quia implicat sustentare realiter naturam, & nullam in se perfectionem dicere. Antec. prob. filiatio, vt opposita cæteris relationibus, sustentat humanitatem; alioqui etiam reliquæ personæ sustentarent eandem humanitatem; ac proinde etiam reliquæ personæ dici possent incarnatæ, quod est hæreticum. Igitur filiatio, quâ relatio est formaliter perfectionem dicit. *Confirm.* Conf. filiatio diuina supplet in humanitate Christi perfectionem positiuam, eam scilicet quam conferret personalitas propria: ergo dicit in se perfectionem positiuam, quia implicat supplere positiuam perfectionem in alio in genere causæ formalis, quo pacto filiatio diuina supplet perfectionem positiuam in naturâ humanâ Christi, & illam non continere in se; cùm nulla forma dare possit effectum formalem, quem in se non habet.

204. *Perfectio vel infinita.* Prob. secunda pars, 1. ab absurdo: si relatio diuina, quâ relatio est formaliter, esset finitæ perfectionis, posset à creato intellectu comprehendi; consq. est contra Patres: ergo. Sequel. prob. quod est finitæ perfectionis, est finitæ intelligibilitatis; quod est finitæ intelligibilitatis: comprehendi potest ab intellectu creato. Maior patet; intelligibilitas adæquatè consequitur entitatem rei. Minor prob. comprehensio est cognitio adæquata in claritate & intelligibilitate obiecto; sed intelligibilitas finita adæquari potest cognitione finita. Igitur obiectum finitæ intelligibilitatis comprehendi potest ab intellectu creato. 2. Omnis perfectio in Deo est illimitata, nam omnis limitatio est ab aliquo agente, limirante illā per ideam. Nec obstat, quòd filiatio & spiratio passiua sint ab alio per originem; quia non sunt ab alio liberè agente per ideam, sed necessariò producente ex inclinatione naturæ.

A priori.

TERTIA pars declaratur, nam perfectio simpliciter simplex dicitur illa, quæ cum nullâ aliâ maiore, vel æquali pugnat: siue vt Scholast. cum Anselm. definiunt, *quæ in quolibet supposito est magis ipsa, quàm non ipsa*, hoc est, quàm oppositum eius. At vna relatio diuina pugnat in eodem supposito cum aliâ oppositâ correlatione. Nec est melior in eodem indiuiduo Deitatis Paternitas, quàm eius opposita Filiatio, cùm vtraque constituat personam diuinam. Quanquam, si eædem relationes aut singulæ, aut omnes cum naturâ comparentur, cum nullâ perfectione ipsius pugnant; sūntque vt sic meliores ipsæ, quàm non ipsæ: quia comparatæ cum naturâ nullam habent oppositionem ad illam, vel ad aliquam perfectionem absolutam illius. Melius n. est naturæ diuinæ, esse in Trinitate personarum, per realem identitatem cum illis, quàm esse in vnâ tantùm personâ: meliusque est eidem naturæ diuinæ, esse in Patre, quàm non esse in Patre; & esse in Filio, quàm non esse in Filio; & esse in Spiritu S. quàm non esse in Spiritu S. Non est tamen melius illi esse in Patre, quàm esse in Filio, & esse in vtroque, quàm esse in Spiritu S. quia æquè bonum ac perfectum est Deo, esse Patrem, ac esse Filium & Spiritum sanctum.

205. *Infinita in suo genere.*

DICO 2. Perfectiones relatiuæ in Deo multiplicantur. Est *Aureol. cit. & c.* contra *Vasquez & Ruiz.* opinantes, in Deo non esse tres perfectiones concedendas: eo quòd perfectio significat integritatem rei: integritas autem rei vna est, licet ex pluribus integretur; quia sicut ex pluribus fit vnum, ita ex pluribus vna resultat integritas ac perfectio rei: licet igitur in Deo relationes sint plures, quia tamen omnes constituunt vnum Deum integrum, ac perfectum, vna erit in Deo perfectio, non triplex. Verùm assertio prob. licet relationes diuinæ comparatæ cum essentiâ, sint vna entitas, integritas, ac perfectio; comparatæ tamen inter se, & cum personis, quas constituunt, sunt plures entitates integrantes, ac perfectiones: ergo licet comparatæ cum essentiâ non sint dicendæ plures perfectiones; quia vt sic non constituunt plura entia, sed vnum infinitè perfectum; comparatæ tamen inter se, & cum personis, quas realiter ad inuicem distinguunt & constituunt, dici possunt plures, non simpliciter, nam perfectio simpliciter stat pro perfectione absolutâ, sed cum addito, relatiuæ. Hinc constat, esse in Deo tria infinita, & perfecta substantiuè cum addito limitante ad tria infinita & perfecta relatiua; nam quotiescunque multiplicatur forma, multiplicatur concretum formæ: sed cum ipsis relationibus multiplicatur perfectio; ergo multiplicatur & ipsum concretum perfectionis, quod est perfectum. Contrà verò, quia nec diuinitas, nec vllum attributum multiplicatur cum relationibus, non dicuntur tres Dij, aut tres Sapientes, vel Omnipotentes substantiuè, sed tantùm tres diuini, tres Sapientes, & tres Omnipotentes adiectiuè: quia adiectiua multiplicantur ad multiplicationem solius suppositi, aut subiecti, etiamsi non multiplicetur forma ipsa in subiecto. Secus substantiua, quæ non multiplicantur, nisi multiplicetur

Perfectiones rel. multiplic.

207. *Tria infinita relat.*

Digitized by Google

forma significata per nomen substantiuum.

208. Ad 1. primæ, resp. relationem diuinam dicere perfectionē infinitam in suo dumtaxat genere; probatio verò procedit de perfectione infinitâ in omni genere. Ad 2. concedo sequel. loquendo de perfectione relatiuâ, & vt formaliter constitutiuâ personæ. nam hoc est tam certum, quàm certum sit Patrem non esse Filium, & Filium non esse Patrem. Quoad modum verò loquendi numquam concedendum est simpliciter, aliquam perfectionem esse in vnâ personâ, quæ non sit in alia; aut plus perfectionis esse in omnibus simul, quàm in singulis, vt *Ad arg. 1. sed.*

209. *Augustin. in arg. cit.* reliqui Patres docent: tum quia perfectio simpliciter importat perfectionē absolutam, quæ æqualis est & eadem in omnibus personis. Tum maximè, quia eadem perfectio relatiua, quæ est in vnâ personâ, est etiam in aliâ, non formaliter & constitutiuè, cùm nequeant oppositę relationes constituere eandem personam; sed virtualiter, & vt Patres & Theologi loquuntur, per *Circuminsessionem*. Quæ in eo consistit, vt quælibet persona diuina ad sui complementum essentialiter

210. *Circumincessio Diuinarum personarum quid?* postulet reliquas, vel vt terminum suæ vitalis & immanentis operationis, vel vt intimum principium vitæ, quam Persona producta communē habet cum producente, in eâdē numero naturâ. nam Pater ad essentiale complementum, non quidem constitutiuum, sed terminatiuum suæ personalitatis intrinsecè postulat Filium & Spiritum S. vnum vt terminum & Verbum suæ intellectionis; alterum vt terminum & fructum sui amoris. Similiter Filius ad essentiale complementum suæ personalitatis postulat Patrem, vt intimum principium suæ vitæ, à quo procedit; & Spiritū S. vt vitalem terminum mutui amoris cum Patre. Demum Spiritus S. Patrem & Filium postulat, vt adæquatum principium suæ vitæ, à quo indissolubili vitalique nexu procedit: vt optimè *Ancel.* in monol. cap 57. *Iucundum est*, inquit, *intueri in Patre & Filio & vtriusque Spiritū, quomodo sint in se inuicem tanta æqualitate, vt nullus alium excedat. Præter hoc enim, quia vnusquisque eorum sic est perfectè summa essentia, vt tamen omnes tres simul non sint, nisi essentia vna summa; quæ nec sine se, vel extra se, nec maior, vel minor se posse esse potest. Est enim totus Pater in Filio, & communi Spiritu, & Filius in Patre & eodem Spiritu, & idem Spiritus in Patre & Filio: quia memoria summæ essentiæ tota est in eius intelligentia & amore, & intelligentia in memoria & in amore, & amor in memoria & intelligentia. Totam quippe suam memoriam summus intelligit Spiritus & amat, & totius intelligentiæ meminit & totam amat, & totius amoris meminit & totum intelligit. Intelligitur autem in memoria Pater, in intelligentia Filius, in amore vtriusque Spiritus. Tanta igitur Pater & Filius, & vtriusque spiritus æqualitate sese complectuntur, & sunt in se inuicem, vt eorum nullus alium excedere, aut sine eo esse probetur.* Ob hanc igitur mutuam *circumincessionem*, & continentiā personarum nequit absolutè negari perfectio de vnâ personâ, quæ affirmatur de aliâ, nisi cum duplici limitatione, relatiuè sc. & formaliter, siue constitutiuè. Siquidem negatio reddit sensum vniuersalem, & negat formam de subiecto secundū omnem modum, quo illi competere potest. *Hac Anfel.*

211. *Dices.* DICES. Si quælibet persona diuina ad essentiale complementū suæ hypostasis poscit reliquas: non ergo possunt dici tres perfectiones, sed vna tantùm; quia sicut non sunt tres, sed vna integritas, ita nec tres, sed vna perfectio. *Resp.* Nego consequentiam, quia licet sub hâc ratione, sub quâ quælibet persona postulat reliquas, vel vt terminum suæ immanentis operationis, vel vt principium suæ vitæ, dici non possunt tres, sed vna dumtaxat integra perfectio: sub aliâ tamen ratione, quâ quælibet persona postulat suam hypostasim, vt constitutiuū suæ dumtaxat personæ & distinctiuam à cæteris, dici possunt tres perfectiones relatiuæ: quia vt sic non est vna, sed triplex perfectio hypostatica constitutiua trium personarum realiter distinctarum, cùm quibus transcendentaliter multiplicatur perfectio. Ad 3. patet ex dictis. Ad 4. nego seq. eiusque prob. nam possunt aliqua esse diuersa; & tamen in perfectione æqualia: æqualitas enim respicit intensionem perfectionis; diuersitas entitatem, velut albedo & nigredo vt octo diuersæ sunt quoad entitatem, æquales quoad intensionem. Cùm igitur diuinæ relationes omnes sint infinitæ in suo genere, omnes à se, omnes essentiam includant, erunt æquales in perfectione, diuersæ tantùm in entitate. 2. Dico relationes diuinas esse eiusdem & æqualis perfectionis ratione naturæ, quam singulæ essentialiter includunt; ratione cuius vnaquæque cum naturâ ipsa virtualiter, & per circumsessionem includit reliquas omnes. Ad 5. allata descriptio per se tantùm competit perfectioni simpliciter simplici, non ad certum genus limitatæ. Quamquam *vt suprà*, si relationes comparentur cum naturâ cum quâ nullam habent oppositionem, vt sic illis competit allata definitio. Cæterùm dupliciter potest perfectio aliqua ad certum aliquod genus limitari: vno modo propter imperfectionem & finitudinem entitatis: alio modò propter essentialem oppositionem. Diuinæ autem relationes limitantur ad certum genus perfectionis. 2. modo, non primò: quia prior modus limitationis pugnat cum ente increato, & à se. *Resp.* *Ad 3.* *Ad 4.* *Ad 5.*

An relationes Diuinæ differant specie, aut numero inter se?

214. *Ratio dub. 1.* Ratio dub. 1. ea differunt specie, quæ diuersis constant rationibus; at relationes Diuinæ diuersis constant rationibus: nam ratio paternitatis dicit *Ingignentiam* filiatio *Gignentiam* spiratio *Processionem*, quæ omnia ratione differunt. Vnde *Basilius lib. 2. con. Eunom.* relationes diuinas appellat *specificas proprietates. Genitum*, inquit, *atque ingenitum specifica ac declaratiua quædam sunt proprietates.* 2. Ea differunt numero, de quibus numeralis ratio prædicatur. nam ea tantùm prædicantur, quæ sunt: si ratio numeralis prædicatur de diuinis relationibus, necesse est, vt in eis differentia insit. At illa prædicatur: nam diuinæ relationes dicuntur esse tres personales proprietates, realiter inter se distinctæ, quod ad rationem numeralem sufficit. Vnde *Nazian. Orat. 25. ad Aria.* diuinas relationes vocat *proprietates per se subsistentes, numero distinctas*: Et in 6. *Syn. ad Constant. act. 1.* eædem relationes diuinæ dicuntur *subsistentiæ numero diuisibiles.*

215. *Ratio 2. dub.* *His non obstantibus.*

216. *Concil. 1.* DICO 1. Relationes diuinæ non differunt propriè specie inter se. Ita omnes *Scolast. cum Mag. in dist. 19. Littera H.* quod probat ex *Augu. 7. de Trin. cap. 6.* vbi fusè ostendit, in Deo non esse genus & speciem. 1. quia species cōponitur ex duobus conceptibus, quorum vnus perfectè præscindit ab alio: homo. n. qui est species animalis, componitur ex animalitate & rationalitate, quarum vna perfectè præscindit ab aliâ. In Deo, *vt suprà*, talis cōpositio esse non potest. Vnde ratio relationis, quæ abstrahitur ab omnibus relationibus Diuinis, vt ratio cōmunis à particularibus, non præscindit perfectè ab inferioribus, sed eas implicitè includit; & vicissim

Ratio 1.

ab ipsis

Digitized by Google

ab ipsis includitur: nam vnaquæque relatio Diuina includendo quidditatiuè essentiam, includit simul cum illâ reliquas omnes relationes, si non formaliter & constitutiuè, saltem virtualiter & terminatiuè. 2. ratio est *August.* vna species non debet continere eandem indiuisibilem naturam, quam continet alia species sub eodem genere posita, sed multiplicatam re, solâ ratione & abstractione communem; equus n. & homo, qui sunt duæ species sub animali positæ, non continent eandem indiuisibilem naturam animalis, sed re ipsa multiplicatam. At relationes Diuinæ continent eandem numero indiuisibilem naturam: ergo nequeunt propriâ specie differre. Confir. quæ specie differunt, diuersam habent definitionem; seu diuersis constant essentijs: relationes autem Diuinæ vnâ dumtaxat constant essentiâ Diuinâ infinitâ. Cæterùm etsi relationes Diuinæ propriâ specie non differant, differunt tamen quasi specie, vt *S. Thom. & reliqui* Scho. loquuntur Nam alia est ratio paternitatis in Patre; alia filiationis in Filio; alia spirationis in Spiritu S. Prima enim cõstituit principiũ generatiuum; & quatenus relatio est, formaliter consequitur ad generationem actiuam primæ personæ. 2. constituit genitum & Verbum; & quatenus est relatio formaliter consequitur ad passiuam generationem Filij. 3. constituit amorem & terminũ spiratum; & quatenus est relatio formaliter consequitur ad passiuã processionem Spiritûs S. Iuxta hanc doctrinam intelligendi & explicandi sunt Patres, cùm relationes Diuinas *specificas proprietates* appellant. Ad 1. rationem dub. distin. maior. illa prò priè differunt specie. quæ diuersis constant rationibus perfectè sese excludentibus, diuersisque cõstantibus naturis ac definitionibus, cõcedo; quæ diuersis cõstant rationibus non sese perfectè excludentibus. nec diuersis constantibus essentijs ac definitionibus, nego.

217. *Ratio Aug.* 2

218. *Differunt quasi specie.*

119. *Ad 1. rat. dubit.*

220. *2. Concl.* Dico 2. Relationes Diuinæ non differũt propriè indiuidualiter vt *Mag. cit. & Schol.* assertionem eodem modo probat *Aug. cit.* sicut probauerat eas non differre specie: quia, quæ indiuidualiter differunt, non habent vnam eandemque numero naturã, sed multipilcem: ideò Petrus & Paulus non vnus, sed duo dicuntur homines. At relationes Diuinæ habent eandẽ numero naturã & essentiam, vt propterea non plures, sed vnus dicantur Deus: igitur non differunt propriè indiuidualiter. Dici tamẽ non possunt impropriè differre indiuidualiter, quatenus alia est numero relatio paternitatis, alia filiationis, alia spirationis passiuæ. Ex his cõstat, relationes Diuinas non esse Propriè indiuidua; quia indiuidua nõ cõueniunt in eâdẽ numero naturâ. Cæterùm non displicet modus loquẽdi quẽ indicat *Cyrill. Alexan. li. 1. thesaur. c. 8.* vt relationes & personæ Diuinæ non dicantur positiuè numero differre, sed tantùm negatiuè, vt denotetur, non esse eãdem numero relationẽ, aut personam: *Pater*, inquit, *in Filio est, & Filius in Patre, non tamen vt idem numero.* Ex dictis patet resp ad 2. rationẽ dub. concedo, de, relationibus Diuinis prædicari rationem numeralẽ, sed inadæquatè, & secundùm quid, non adæquatè & simpliciter: siquidẽ ratio numeri, non competit Deo, de quo prædicatur, secundũ adæquatã rationem Deitatis; eò quod illi non competit ratione essentiæ, sed tantũ ratione personarum. Vnde non potest prædicari, nisi cum addito declarante, & limitante ad solas personas, iuxta illud *Ioa, epist. 1. cap. 3. Tres sunt, qui testimonium dant in cœlo, Pater. Verbum, & Spiritus sanctus, & hi tres vnum sunt.* Iuxta hanc doct. explicatur *Nazianz.* & alij Patres.

221. *Non sunt propriè indiuidua.*

222. *2. Rationem dubit.*

Dubitari posset, an in Diuinis sit ratio Totius & Partis. Negat *S. Thom.* & meritò. quia pars importat propriè diuisionem & separationem à cæteris. Nulla autem persona Diuina importat diuisionem, & separationem à cæteris personis; sed vnaquæque per circuminsessionem, modo suprà declarato includit reliquas. 223.

DISPVTATIO XX.

De formali constitutiuo Diuinarum Personarum.

PRIMVM, quod de personis Diuinis in cõmuni disputandum est, quodnam sit formale constitutiuum earum, quod simul eas in seipsis constituat, & mutuò etiam illas inter se distinguat. *Communia præmittenda propriis methodo doctrinali.*

An sint in Deo proprietates personales, quibus personæ constituantur & distinguantur?

SVPPONO 1. cum *S. Thom. 1. p. q. 29. ar. 3. & reliquis Theol.* Deo verè & propriè conuenire rationem personæ; siquidem hæc ad dignitatem pertinet naturæ intellectualis. *Est n. persona, vt ibid. ad 1. hypostasis proprietate distincta ad dignitatem pertinente.* 1. *Definitio personæ.*

2. persona directè & formaliter importat hypostasim, indirecte & materialiter naturam: alioqui non possent dici tres personæ in Deo, quia nequit substantiuum multiplicari, nisi multiplicetur totũ significatum formale. At natura Diuina non multiplicatur in tribus suppositis; ergo non est formale significatum personæ. 2. *Suppno 2.*

PRIMA sent. *Arimin. in 1. dist. 22. q. 1.* negantis, personas Diuinas distingui proprietatibus, sed seipsis constitui, & distingui. Probat 1. quælibet persona Diuina est simplex: ergo nequit alio in suo esse constitui. Nam vel illud esset ipsa persona; & sic idem constitueret seipsum, quod implicat, cum constituens sit aliquo modo causa constituti: præterea de eo quæri posset, an alio constituatur; & sic in infinitum. Vel est aliquid personæ, & sic persona, quæ illo constituitur, non esset simplex, cùm iam componatur ex aliquo, quod non est ipsa. 3. *1. Sent.* *Probat argu.* 7.

2. Non minùs est simplex in Deo persona, quàm essentia, aut quæuis proprietas personalis: sed essentia & proprietas personalis, ob summã sui simplicitatem non constituitur aliquo ergo nec Persona. 4.

3. Si personæ constituerentur ex proprietate, cõstituerentur etiam ex essentiâ; at ex essentiâ constitui non possunt quia tunc persona de essẽtiâ prędicari non posset; cùm nequeat constitutũ in recto, & quidditatiuè de suo constituente prædicari: non n. dicitur, *anima est homo*, sed *hominis*. Vnde Pater, si constitueretur essentiâ & paternitate, Prædicari non posset de essentiâ: cõtra *Lateran, & Patres*, qui passim de Diuinâ essentiâ personas prædicant. 5.

4. Sequeretur, Patrem esse aliquo modo principiatum, quia omne cõstitutiuum est quodammodo principium sui constituti: igitur si Pater constitueretur paternitate vt formali constitutiuo sui, esset respectu paternitatis principiatus. 5. Si aliqua proprietas esset in Patre, quæ non communicaretur filio, non totam substantiam, sed partem suæ substantiæ Pater communicaret Filio, contra *Concilia*. Sextò. Sequeretur quòd non eadem 6. 7. 8.

Digitized by Google

res esset Pater, quæ est Filius, & Spiritus S. contra *cit. Concil.* quin Pater non solùm est essentiâ communis, quæ est Filius, sed etiam proprietas illa personalis, quæ non est Filius.

9. 7. Si quauis persona Diuina, præter essentiâ cõmunem, habet aliquam proprietatem, cùm illa non possit esse nisi Deitas; quia nihil in Deo est quod Deus non sit; sequitur, quòd vnaquæque persona præter Deitatem communem, habeat suam propriam Deitatem. vnde non vna, sed quatuor essent Deitates, vna communis, tres propriæ; ratione quarum vnaquæque persona dici posset aliùs Deus

10. ab alia. Quòd si ab hoc Auctore quæras per quid Pater distinguatur à Filio: respondebit, eâdem planè re, qua Pater est idem cum Filio, distingui personaliter à Filio. Vnde concedit has propos. *Pater per essentiam est distincta persona à Filio. Pater est eadem natura cum Filio per essentiam; Pater Paternitate est eadem essentia cum Filio*, quia vna & eadem simplicissima res est essentia & Paternitas; ac proinde non minùs dici potest Pater essentiâ, quàm paternitate distingui, vel esse idem cum Filio.

11. 2. *sent. tenenda.* SECVNDA cõmunis Scolast. affirmantiũ, in diuinis dari proprietates, quibus personæ constituantur, & inter se distinguantur. colligitur ex *Later. cap. Firmiter, de summâ Trinit. Hæc sancta Trinitas secundum communem essentiam indiuidua. secundum personales proprietates discreta:* ex Florentin. *sess.* 18. *Nos verò dicimus subsistentiam, & personam, siue hypostasim esse idem re, differre autem nostro modo intelligendi: ita vt persona constat ex substantia, & proprietatibus.* Ibidem etiam docetur, substantiam communicari, proprietates esse incommunicabiles: item substantiam differre ab hypostasi, sicut commune à proprio, Et *sess.* 19. *fine: Persona*, inquit Ioan. Latinus, *constat ex diuinâ substantiâ, & proprietate. Et secundum proprietatem distinguuntur realiter inter se personæ; at verò secundum substantiam sunt vnum. Idem docuit Sophro. in epist. approbatâ à 6. Synodo act.* 11. *Hoc idem propter naturam & identitatem, illud verò propter alterificas horum trium proprietates, propterque dissimilitudines proprietatum, qua in confuso vnamquamque figurant personam.* Eandem doctri. profitetur *Ecclesia in præf. de Trinit. Et in personis proprietas.* Propter quæ testimonia Canariensis *Gregorij* opinionẽ erroris notâ sugillat certè illa temeritas notam non effugiet, cùm in re tam graui recedat à coõmuni modo loquendi Patrũ & Coci. Fun. licet in Deo persona sit res simplicissima, excludens omnem compositionem, etiam metaphysicã; quia tamẽ in quâuis personâ est aliquid, quod à parte rei est commune, & aliquid quod est vnicuique proprium, licet sine distinctione inter proprium & commune; possimus, quod est propriũ abstrahere à cõmuni, illudq; adinstar proprietatis concipere, & sic conceptum non solum in concreto, sed etiã in abstracto significare. Quare sicut non falsò cõcipimus, personas Diuinas aliquo inter se conuenire aliquo differre; nam quãuis modus cõcipiendi distinctionẽ inter id quo conueniũt, & quo differũt, verus nõ sit; restamen ipsa quoad vtrãq; perfectionẽ cõcepta vera est, & à parte rei existens: ita nec falsò illas significamus per aliquid, quo cõueniunt, & quo differunt, quia omnia imponuntur ad significandas res, prout à nobis concipiuntur, & alioqui res ipsas quoad duplicem illam perfectionem, dmplici voce *Communis, & Proprij* significata in seipsa existit. Præterea diuinæ simplicitati non repugnat, eamdem essentiam concipere tribus suppositis communem, eamq; de omnibus prædicare; ergo nec personalitatem, vnicuique personæ propriam, eamq; de vna tantùm hypostasi enunciare.

Censura opinionis Gregorij.

12. *Fund. veritatis huius.*

Ad 1. rationẽ neg consеq. Non enim simplicitati diuinæ repugnat constitutio per intellectum ad modum includentis & inclusi, siue impliciti & expliciti. Ad prob. resp. in diuinis personis principia constitutiua à parte rei esse quidem rem conconstitutam, conceptu tamen & ratione, saltem in inadæquatâ distingui inter se. Vnde non sequitur, quòd eo modo, quo est constitutio per intellectum idem seipsum constituat: quia sicut principiũ constituens, ratione distinguitur à re ipsâ cõstitutâ, ita per conceptum idem seipsum non constituit. Neque oportet de ratione constituente vlteriùs quærere, Per quid illa constituatur: nam sicut, cùm deuenimus ad principia constituentia ex natutâ rei, non licet vlteriùs quærere, per quid illa à parte rei constituãtur; ita cum deuenimus ad principia cõstituẽtia per rationẽ, nõ licet de illis vlteriùs quærere. per quid cõstituãtur, cùm sint ipsæ simplices ac formales rationes per intellectũ abstractæ ac præcisæ. 13. *Ad primam rat. in oppo.*

Ad 2. Concedo, re ipsa non minùs simplicẽ esse personam, quàm essentiã, aut proprietatẽ personalem in Deo; tamẽ per intellectũ maius esse fundamentum, vt potiùs persona, quẽ essentia, aut proprietas, vlla personalis cõstituatur: quia in personâ reipsa est aliquid commune & propriũ, quod non est in quâuis proprietate personali. Ad 3. Resp. vtrumque esse verũ, & personam Diuinam constitui essentiâ & nihilominus de essentiâ personã prædicari. Cùm enim hæc constitutio summæ simplicitati, quæ inter essentiam & personas reperitur, non præiudicet, rectè de essentiâ persona prædicari poterit. Ad 4. Neg. sequela: quia cùm hæc constitutio, quoad distinctionẽ principiorũ constituentium, non sit, nisi per intellectũ, non sequitur, Diuinas personas causari à rationibus constituentibus; quia nulla potest esse causalitas, vbi nulla est distinctio. Sed contrà: constitutio personarum in Diuinis est realis; quia non est maior ratio, cur distinctio personarum sit realis, & non constitutio personarum, quæ distinctâ proprietate constituuntur. Resp. constitutio Diuinarum personarum est realis fundamentaliter, & quoad rationes constituentes; foamaliter verò, & quoad formalem constituonẽ esse tantùm rationis. Nec est eadem ratio de distinctione personarum; quia hæc respicit terminos realiter distinctos, non cõstitutio, quæ non coalescit ex rationibus cõstituẽtibus distinctis; coalescit enim, non ex proprietate vnius, & ex proalterius personæ, quæ à parte rei distinguuntur, sed ex ratione communi & propriâ, quæ in Deo sunt vnũ re, virtualiter tantùm, & conceptu distincta. Ad 5. neg. consequ. quia loquendo de substantiâ, quæ est essentia absoluta, tota communicatur filio: loquendo verò de substantiâ seu entitate, quæ est paternitas, tam falsum est, eam Patrem communicare Filio formaliter, quàm Patrem non esse alium à Filio. Nec tamen inde sequitur, patrem tantùm substantiæ partem communicare Filio, sed tantùm illi communicare essentiam absolutam, non communicatâ personalitate, non per diuisionem essentiæ à propriâ personalitate, à quâ, illam Filio communicando, non separat: sed per relatiuam oppositionem, quia seipsa remanet distincta à personalitate Filj, sine vllâ partitione, aut diuisione substantiæ communis à propriâ. 14. *Ad secundã.* 15. *Ad tertiam.* 16. *Ad 4.* 17. *Dices.* *Resp.* 18. *Ad 5.*

Ad 6. nega. sequela. Nam quamuis Pater aliquam realitatem habeat, quam non habet Filius formaliter, ratione cuius dicitur, & est alius à Patre; ratione tamẽ essentiæ communis dicitur Pater esse eadem res, quæ est Filius & idẽ, vnũque cum Filio. 19. *Ad 6.*

Ad 7. neg. sequ. quia Deitas conuenit relationi 20. *Ad 7.*

ratione

Digitized by Google

ratione essentiæ. Vnde sicut illa non multiplicatur ad multiplicationem relationum; ita nec dici possunt in Deo tres Deitates, sicut nec tres essentiæ.

Vrges. Quòd si vrgeas: Relatio diuina, etiam ratione præcisa ab essentiâ est DEVS, quia vt sic præcisa adhuc

Resp. est perfectio increata & à se. Resp. relationem, vt sic ab essentiâ præcisam, non esse formaliter Deum sed perfectionem Dei, quia Deus dicit perfectionem simpliciter simplicem, & fundamentum, seu plenitudinem omnium perfectionum, quam non dicit relatio sic concepta. Verùm sicut huiusmodi præcisio non est in re ipsa; sed tantùm per intellectum, ita quòd Diuina relatio Deus non sit, non

21. est in re ipsa, sed in nostrâ tantùm apprehensione.

Instas. Instabis. Ergo hæc relatio sic concepta erit creatura, cùm inter Deum & creaturam non cadat me-

Resp. dium. Resp neg. cons. nam licet in re inter Deum & creaturam non cadat medium, cadit tamen in nostrâ conceptione, quæ ab vtroque aliquid præscindere possumus, & considerare tem illam sub præcisso dumtaxat conceptu talis, vel talis perfectionis: quamquam res ipsa concepta, quæ nostræ apprehensioni respondet, creator aut creatura sit, necesse est. Quamuis responderi etiam possit, quòd talis relatio sic concepta non sit formaliter creator, quia hic dici (plenitudin omnium perfectionum)

22. *Corall.* sed sit perfectio creatoris. De illis ptopo. quas *supra* concessit Gregor. *Pater per essentiam est distincta persona cum filio. Pater paternitate est eadem essentiæ cum filio:*

Contrà Gregorium. Dico, quibus essentia, & paternitas sit vna res simplicissima; quia tamè in ea formalissimè est perfectio absoluta naturæ, & respectiua personæ, non minùs quàm si illæ re ipsa distinctæ essent; falsæ sunt, non minùs, quàm si illæ fierent de re continente vtramque perfectionem, à parte rei distinctam. Nam per has propos. significatur, Patrem per id formaliter distingui à Filio; quo est idè formaliter cum Filio; & per id formaliter esse vnum cum filio, quo formaliter distinguitur à Filio.

An proprietates Personas constituentes sint relatiuæ?

33. PRIMA sent. *Ioan. de Rip. & Guilie. Paris. Epis. apud Carthus. in 1. dist. 26. q. 2.* quam vt probabilem defendit *Scotus in 1. dist. 26.* asserentium, personas Diuinas constitui & distingui proprietatibus

1. Sent. absolutis. Probat 1. Scotus; omnis relatio aliquid

Constitui absolutis. referre debet, sed hoc non potest esse natura, quia

Probat 1. hæc non distinguitur à termino ad quem relatio ipsa refert; non ipsa relatio, tùm quia relatio non refertur, nec distinguit, sed supponit extrema distincta; ideò n. teste *Philos. 5. metaphysc. cap. De eadem*, identitas non est relatio realis, quia non supponit extrema distincta realiter: tum quia omnè relatiuum præsupponitur priùs naturâ, quàm referatur per ipsam relationem; at hoc in diuinis non est natura, sed suppositum: igitur suppositũ præsupponitur ad relationem: ergo non potest ea formaliter constitui; quia nullum priùs constitui potest suo posteriori. Vnde *August. 7. de Trinit. c. 6.* docet, personam Patris nõ ad Filium, vel ad Spiritum S. sed ad se dici. 2. Omnis relatio terminatur ad ab-

24. *Secundò.* solutum. Sed terminus relationis vnius personæ Diuinæ est alter à personâ & non essentia; quia hæc sicut non refertur, ita nec terminat relationem ad se: ergo erit persona: igitur persona terminans relationem alterius personæ Diuinæ, est absoluta.

25. *Tertiò.* 3. Originans est priùs originato: sed relatiuum non est priùs, sed simul suo correlatiuo. ergo suppositum Diuinum non constituitur in ratione personæ originantis per relationem. Confir. Si personæ Diuinæ essent relatiuæ, nihil aliud esset Patrem originare Filium, quàm Patrem habere Filium, vt correlatiuum sui: sed Pater ex eo, quòd Pater est, circumscriptâ omni origine, habet Filium vt correlatiuum sui; cùm in nullo instanti naturæ, aut originis intelligi possit absque Filio. Etenim sola paternitate posita, & omni actione circumscriptâ, necessariò ponitur filiatio, vt correlatio oppositæ paternitati. 4. Relatio non potest originari nisi aliquo absoluto priùs originato; quia teste *Philoso. 5. Phys. Ad aliquid non fit per se motus*: ergo persona Diuina, quæ primò originatur, non potest esse relatio, sed aliquid absolutum, vt sit primus terminus originis. 5. Si persona producta esset relatio, cùm omne relatiuũ naturaliter respiciat suum correlatiuũ, æquè naturaliter Spirator respiceret spiratum, ac generans generatum: ergò non erit duplex productio; vna per modum naturæ altera per modum voluntatis: quia non est maior ratio, cur potiùs Filius, quàm Spiritus S. producatur per modum naturæ: cùm vterque producatur vt correlatiuum producentis. 6. Suppositum præcedit actionem, quia res priùs est quàm operetur: Sed relatio est simul naturâ, & notitia cum correlatione, quia nequit esse aut intelligi sine illâ. Ergo nequit Pater in ratione suppositi paternitate constitui; alioqui Filius præcederet suam generationem; nam in eo signo intelligeretur Filius esse, in quo intelligeretur esse ipsũ suppositum Patris: atqui si suppositum Patris constitueretur paternitate, præ intelligeretur generationi. 7. De ratione sup-

Confirm. 26. *Quarto.* 27. *Quintò.* 28. *Sextò.* 29. *Septimò.* positi est incommunicabilitas: ergo si paternitas constituit primũ suppositũ, oportet vt ei repugnet communicabilitas: at ei non repugnat tum quia, cùm Paternitas non sit infinita, non est de se hæc; omnis autem incommunicabilitas supponit singularitatem: tum quia omnis relatio æqualiter se habet ad essentiam; ergo aut omnis est incommunicabilis, aut nulla, quia omnem communicabilitatem, aut incommunicabilitatem habet ab essentiâ: at non omnis relatio incõmunicabilis est vt cõstat de spiratione actiuâ, quæ Patri & Filio cõmunis est. Tum quia si per impossibile productio Spiritus S. præcederet generationem Verbi, paternitas esset cõmunis Patri, & Spiritui S. sicut modò cõmunis est spiratio actiua Patri & Filio; quia tunc vterq; per eandem intellectionem communẽ, & vim generatiuâ gigneret Filium: non secus, ac nunc Pater, & Filius per eandẽ volitionem, & vim spiratiuam communem spirat Spiritum S. 8. Relatio est al-

30. *Octauò.* terius generis ab absoluto; ergo nequit cum eo constituere vnum per se: ideo .n. in rebus relatio non constituit vnum per se cum absoluto, quia est alterius generis. Confir. prima identitas est na- *Confirm.* turæ cum proprio supposito: ergo illa debet esse maximè vna: ergo non debet includere aliquid alterius generis: alioqui maior esset identitas, & vnitas naturæ creatæ cum proprio supposito, quàm increatæ cõ suo, quia illud est absolutũ, hoc respectiuũ. 9. Persona *est intellectualis naturæ individua substantia.* vt Theol. cũ *Boetio*: quæ definitio com-

31. *Nonò.* petit personæ Diuinæ: at in hac definitione nulla importatur relatio: igitur persona Diuina non constituitur relatione. Hanc sent. probabilem putat *Mich. Palat. in 1. dist. 26. dis. vn. concl. 1.*

2. Sent. SECVNDA est *S. Tho. 1. par. q. 40. ar. 1. & tel. Schol. cum Mag. in 1. dis. 20.* affirmantiũ, Personas Diuinas cõstitui & distingui relationibus. Vnde oppositã sent. erroris insimulant: quare illã ad minimũ

errori

error proximam existimat. *Ruiz de Trinit. disp. 78. sect. 1.* Hæc sent. colligitur. 1. ex Con. Tolet. XI. 33. *Ex Conciliis & Patribus* *In relatiuis personarum nominibus Pater ad Filium, Filius ad Patrem, Spiritus S. ad vtrumque refertur.* Et paulò post: *Ergo hos solo numero insinuat quod ad inuicem sunt; & in hoc numero ostendit, quod in se sunt:* Ex Floren. sess. 18. *ita vt in nullo alio differat, nisi quòd Pater est Pater, Filius est Filius.* Et ianè quoad distinctionem personarum sentit *Vvsquez, disp. 158. cap. 3.* hanc sent. ad fidem accedere; quoad constitutionem verò non item; quia putat, in Diuinis principium constitutiuum non esse idem cum distinctiuo. Sed quidquid sit de hoc, certè in doctrinâ *Scoti* idē est principium distinguens, & constituens in Diuinis. Et Concilia non modò affirmant vnum, sed etiam docent aliud: *Personis* inquit *sit. Florentin. & sess. 19. fine, constat ex Diuina substantia, & proprietate.* Et Orati. pro vnione: *Priùs tamen, & principaliter secundum modum intelligendi per relationes distinguuntur, per quas etiam constituuntur Diuinæ personæ.* Ergo non tantùm relationes personas Diuinas distinguunt, sed etiam constituunt. *Confirm. sit. sess. 18.* docet, nil aliud in Patre esse, præter essentiam communē & paternitatem. Et *in decreto* Pontifex affirmat, Patrem omnia Filio communicare, *Præter esse Patrem:* si autem persona Patris constitueretur aliquâ proprietate absolutâ, non tantū in eo esset essentia communis, & paternitas; nequè omnia communicaret Filio, præter esse Patrem; si quidem non communicaret illi proprietatem absolutam, quâ constitueretur persona incommunicabilis cæteris suppositis. *Confir.*

34. Prob. 2. De ratione personæ est incommunicabilitas: nulla autem perfectio absoluta in Deo incommunicabilis est: nam dicit conceptum simpliciter simplicem, cui non repugnat communicari; omnis quippe incommunicabilitas aut est ex limitatione, quâ res limitatur ad certum genus perfectionis aut ex oppositione relatiuâ: prior, cùm imperfectionem inuoluat, in Deo esse non potest: ergo necessariò erit posterior. Non igitur possunt personæ Diuinæ absolutis proprietatibus constitui. *Axiom. duo.* Confirmant hoc duo axiomata ex *Doctio & Anselm.* 1. *Solarelatio Trinitatem multiplicat.* 2. *In Diuinis omnia sunt vnum, vbi non obviat relationis oppositio.* Confi. *Ad hominē.* cùm in *sent. Scoti.* relationes Diuinæ ex naturâ rei distinguantur, non solùm ab essentiâ, à quâ etiam distinguuntur ipsæ personalitates absolutæ, sed etiā à personis, essent vtrè & propriè accidentia, non modò quia aduenirent personis perfectè constitutis, sed etiam quia aduenirent, vt formaliter distinctæ

36. Vna hâc sc. non videtur repugnare, personas Diuinas constitui proprietatibus absolutis, & simul referri proprietatibus relatiuis aduenientibus personis iam constitutis per suas proprietates absolutas. nam de facto Pater & Filius constituuntur in ratione personæ per paternitatē & filiationem, per quas tamen non opponuntur relatiuè Spiritui S. Nam per eam tantùm rationem opponuntur relatiuè Spiritui S. per quam constituuntur proximum principium productiuum illius: at non constituuntur proximum principiū productiuum Spiritus S. niſi per virtutem spiratiuam: ergo per hanc, & non per paternitatem & filiationē relatiuè opponuntur *Grauis obiectio nemine agita.* *Confirm.* Spiritui S. Confir. idcò per spirationem actiuam Pater & Filius non opponuntur inter se in ratione Spiratoris, quia per spirationem nec Pater constituitur proximū principium Filij, nec Filius Patris. 37. *Dicas;* licet Pater & Filius per Paternitatem & filiationem non opponantur Spiritui S. in ratione relationis, aut originis, vel virtutis productiuæ; opponuntur tamen in ratione hypostasis & principij producentis vt *quod*: per spirationem verò actiuam nullo pacto Pater & Filius in ratione Spiratoris opponuntur inter se. Sed contrà; idem dici posset de proprietatibus illis absolutis, nempe quod per illas personæ Diuinæ opponerentur inter se, non in ratione relationis, aut originis, vel virtutis productiuæ; sed in ratione hypostasis & principij producentis vt *quod*. Nam ita se haberent proprietates illæ absolutæ in ratione constitutiuâ personarum, sicut de facto se habent paternitas & filiatio in ratione constituendi Patrem & Filium, & distinguendi à Spiritu S. licet eos non opponāt ei relatiuè. At cur potius vna ratio respectiua possit in Diuinis constituere suppositum incommunicabile, non solùm respectu personæ non relatiuè oppositæ, sed etiam respectu personæ relatiuè oppositæ, & non possit ratio aliqua à absoluta constituere suppositum incommunicabile respectu cuiuscunque personæ? Nam quòd de facto suppositum Diuinum constituatur incommunicabile personæ relatiuè oppositæ non tollitur, quin reipsa constituatur incommunicabile etiam alteri personæ non relatiuè oppositæ; ergo ex conceptu suo non repugnat, vt possit suppositum Diuinum constitui incōmunicabile per proprietatē absolutam. *Confirm.* posset à personā Patris auferri respectus ad Filium. & relinqui sola ratio per quam hypostaticè opponitur Spiritui S. sed in tali casu persona Patris maneret constituta in ratione personæ distinctæ à persona Spiritus S. & non per proprietatem relatiuā, cùm illa supponeretur iam sublata. 38. *Contrà.* *Huius ratio assignanda.* *Confirm.*

Ad propositam difficul. Ref. magnum esse discrimen inter perfectionem diuinam absolutam & respectiuam: quia perfectio absoluta, cùm ex conceptu suo dicat perfectionem simpliciter simplicem & infinitam in omni genere, nullam ex naturâ rei distinctionem admittere potest à quâcunque aliâ perfectione; nam hoc ipso non esset infinita simpliciter, & in omni genere. At verò perfectio respectiua, cùm ex suo conceptu quidditatiuo non dicat perfectionem simpliciter infinitam & in omni genere, sed in vno dumtaxat; Paternitas enim solùm dicit perfectionem infinitam in genere paternitatis, filiatio in genere filiationis, spiratio in genere passiuæ processionis; non solùm admittit realem distinctionē à suâ oppositâ correlatione, passiuâ origine, & termino producto formaliter; sed etiam ab oppositâ correlatione, passiuâ origine, & termino producto radicaliter; quia hoc non pugnat cum naturâ perfectionis respectiuæ, limitatæ ad vnum tantùm genus perfectionis. Ergo quamuis paternitas & filiatio non respiciat spirationem passiuam, vt oppositam correlationem, vt originem passiuam, & terminum productū formaliter; (nam sub hâc ratione formali ista respiciuntur tantùm à spiratione actiuâ, siue à Patre & Filio, vt spiratore formaliter,) tamen respicit illa radicaliter, & vt principium *quod*. Quia paternitas & filiatio, quâ Diuina est, essentialiter exigunt respicere radicaliter, & vt principium *quod* mediâ spiratione actiuâ, vt principio *quo* Spiritus S. processionem, atque adeò ab illa realiter distingui. Vnde sola radicalis oppositio sat erit in Diuinis, vt vna relatio realiter distingui possit ab alia. Consistit autem hæc radicalis oppositio, vt tale suppositum essentialiter exigat proximum principium productiuum talis termini, & præterea vt sit illi hypostaticum complementum ad talem terminū producendum. Sic Pater & Filius, vt talia suppositā sunt, essentialiter exigunt proximā vim productiuam Spiritus S. suntque hipostaticum complementum ad huiusmodi 39. *Discrimen inter perfectionem abſol. & respectiuā* 40. *Radicalis oppositio in quo sita.*

terminum

Digitized by Google

terminum producendum. Defectu huius radicalis oppositionis spiratio actiua non distinguitur à Patre & Filio, quia nec Pater exigit illam, vt proximam vim productiuam Filij, nec contrà ipsa spiratio actiua exigit paternitatem, vt hypostaticum complementum ad producendum Filium. Siquidem Pater supponitur completè constitutus tam in virtute producendi, quam in ratione subsistendi in ordine ad Filium per solam paternitatem. Defectu eiusdem radicalis oppositionis Filius non distingueretur à Spiritu S. in casu quo illum non produceret: quia si illum non produceret, non exigeret spirationem actiuam, vt proximam vim illum producendi, mediante quâ illi opponeretur, vt formale correlatiuum. Ad vlt. confirm. dico, in eâ hypothesi, in quâ ratio respectiua auferretur à Paternitate, eo ipso destructum iri perfectionem respectiuam, quæ sola est capax radicalis oppositionis, propter limitationem ad vnum tantùm genus perfectionis. Nam in eo casu perfectio respectiua paternitatis, eo ipso, quo ab illa auferretur respectus ad Filium, euaderet perfectio absoluta, ac proinde incapax radicalis oppositionis ad personam Spiritûs S. Nam eo ipso tunc fieret perfectio infinita & illimitata in omni genere; atque adeò cum nullâ aliâ perfectione posset habere oppositionem.

41. *Ad vltim. confirm.*

Sub quâ ratione Diuinæ relationes constituant personas.

42. *Dub. ratio.*

RATIO dub. relatio paternitatis supponit personam Patris iam constitutam: igitur non potest ipsam constituere, quia nullum posterius constituere potest suum prius. Antec. probatur relatio paternitatis consequitur actionem generationis. Generati tuendi supponit personam ad generandum constitutam. Quæ difficultas solùm militat in personâ Patris; nam reliquæ personæ non præcedunt, sed consequuntur originem, ad quam consequitur relatio ipsa personalis, vt immediatus terminus ipsius. Propter hanc difficultatem variant *Scholastici* in assignandâ proxima & formali ratione, sub qua Diuinæ relationes personas constituunt.

43. 1. *Sent.*

PRIMA sent. *Rencuen. in 1. dist. 26. qu. 3.* affirmantis, Diuinas personas constitui & distingui relationibus sub ratione originis. Fundam. circumscriptâ origine, impossibile est in Diuinis intelligere personarum pluralitatem; quia licet in Deo idem sit originari, & ad alium referri: id tamen quod formaliter constituit personas, est origo. Antecedens prob. sublatâ origine per intellectum, tollitur relatio in origine fundata: contrà verò sublatâ relatione, non necessariò tollitur origo: igitur origo, non relatio formaliter constituit personas Diuinas.

44. *S. Thomas hanc opinionem impugnat.*

Hanc sent. impugnat *S. Doctor 1. p. qu. 40. art. 2.* quia principium constituens concipi debet vt intrinsecum & permanens in re ipsa constituta, cùm debeat concipi vt forma dans esse rei constitutæ. Origo autem non concipitur vt ratio intrinseca & permanens in re ipsa originante, vel originatâ; sed vel vt via egrediens ab originante, si sit actiua; vel vt via ad originatum, si sit passiua. Cæterùm negari non potest, per origines, vt à posteriori, regui distinctionem personarum. In quo sensu interdum Patres docent, personas Diuinas distingui per origines, hoc est à posteriori, & quoad nos.

45. 3. *Sent.*

SECUNDA *Cajet. 1. p. q. 40. art. 4.* asserentis, personam Patris constitui formaliter sub expressa ratione paternitatis, vt cõcepta, non vt exercita; quia vt concepta præcedit generationẽ, vt exercita subsequitur. Hoc modo saluat, quo pactò eadem relatio personam constituat & referat: constituit, quatenus in esse hypostatico relatiuo ordine rationis præcedit generationem; refert, quatenus in esse relatiuo generationem exercitè subsequitur. Est autem relatio vt concepta & exercita in doctrinâ *Cajet.* eadem forma individualis atoma, importata duplici modo significandi diuerso, & secundùm esse constitutiuum personæ, & secũdùm esse relatiuum eiusdem, ita vt vtrumque præstet relatio ipsa formaliter, vnum vt concepta ante generationem in esse relatiuo hypostatico, alterum vt exercita post generationem in esse relatiuo exercitè. Sed contra hanc sent. *Cajet.* 1. formam exercere suum actum circa aliud, nil aliud est, quàm conferre illi suum effectum formalem, sicut albedinem exercere suum proprium actum circa subiectum, est illud reddere formaliter album: sed effectus formalis relationis, vt relatio est, est constituere aliquid formaliter relatum. Implicat igitur concipere paternitatem constituere personam Patris, sub expressâ ratione paternitatis, & illam ad Filium non referre, cùm hic sit formalis effectus ipsius, quem non potest non exercere in supposito, quòd intrinsecè & formaliter constituit. 2. Relatio vt concepta denominatur talis ab intellectu concipiente, & solùm differt à seipsa vt exercitâ, sicut res in seipsa existens, & vt terminus creatæ cognitionis. Sed relatio non constituit hypostasim Diuinam, quatenus terminus est nostræ cognitionis; sed quâ talis est in seipsa à parte rei independenter à nostrâ conceptione; non igitur vt concepta, sed vt exercita personam constituit. Confirm. si intellectus verè concipit id, quod à parte rei personam Patris constituit, sicut illa est paternitas secundùm esse relatiuum paternitatis, à parte rei existens, ita secũdùm illud idem esse concipi debet personam constituere.

46. *Contrà 1.*

47. *Contrà 2.*

Confirm.

TERTIA *Caprol. in 1. dist. 26. q. 1. a. 2. Ferrar. 4. cont. gen. c. 26. §. penult.* aientium, relationem Diuinam constituere personam Patris non sub expressâ ratione relationis, sed formæ subsistentis incommunicabilis, sub quâ ratione præcedit generationem, & nullum includit respectum ad correlatiuum, quia vt sic concipitur vt quid absolutum abstrahens ab ordine ad terminum. Addit *Ferrarien.* Personam Patris ante originem constitui quidem in esse hypostatico subsistente, nondum tamen distingui à Filio, quia à Filio non distinguitur, nisi per rationem relatiuè oppositam, quæ est ipsa Paternitas sub expressâ ratione paternitati originem consequentis. Fundam. eàm in Diuinis nulla sit distinctio ex naturâ rei inter absolutum & respectiuum, sed solâ ratione, quæ eandem rem simplicissimam concipit vt absolutam, quatenus præstat munus formæ absolutæ; eandem concipit vt relatiuam, quatenus exercet munus formæ relatiuæ; potest intellectus eandem perfectionem relatiuam concipere sub ratione absolutâ, quatenus præstat munus formæ hypost. eandem eonsipere potest sub expressâ ratione relatiua, quatenus exercet munus referendi. Nam sicut re vera est hæc perfectio in relatione Diuina, quæ ex naturâ suâ non postulat concipi respectiuo conceptu, sed absoluto; ita poterit sub tali ratione formali concipi conceptu absoluto, cui respõdeat perfectio à parte rei quidem respectiua, exercens tamen munus perfectionis absolutæ, proinde conceptibilis conceptu absoluto. Tum quia talis perfectio in creaturis, per ordinem ad quas illa concipitur in Deo distincta, absoluta est. Tum demum quia constituere personam subsistentem, formaliter

48. 3. *Sent.*

49. *Fund. opin.*

maliter est constituere aliquid ad se, non ad aliud.

50. *Scotus & Durandus illam impugnant.* Hanc sent. impugnant *Scotus in 1. dist. 28. qu. 3. & Durand. dist. 26. qu. 1.* nam aut ratio illa hypost. constitutiua primæ personæ, est absoluta, aut respectiua, aut abstrahens ab vtroque. Si absoluta; ergo constituitur proprietate absolutâ, quod est contra *Concilia & Patres.* Concilia, Patres, & ipsos. Aduers. Si respectiua; ergo relatio vt relatio est formaliter, constituit. Abstrahere autē ab absoluto & respectiuo non potest: tum quia, cùm ratio illa singularis sit & individua, determinata ad hanc personam particularem, non poterit ab absoluto & respectiuo abstrahere. Tum quia nequit forma constituens ab eâ formalitate abstrahere, quam essentialiter postulat cōstitutum. Sed persona Diuina, vt constituta proprietate personali essetialiter postulat oppositionem & incommunicabilitatem ad reliquas personas, quæ oppositio & incommunicabilitas non habetur, nisi per conceptum ipsum, vt formaliter relatiuum, ergo relatio, vt constitutiua personæ Diuinæ, abstrahere non potest à conceptu & formalitate relatiuâ.

51. *Confirm.* Confirm. vel ratio illa constitutiua primæ personæ, per intellectum præcisa à relatione, est respectiua, vel absoluta. Si respectiua; ergo formaliter constituit, vt relatio. Si absoluta; ergo pertinet ad essentiam; quia quidquid relatiuum non est, ad essentiam spectat: ac proinde non potest sub hac ratione præcisâ personam constituere, quia persona non cōstituitur, nisi per rationē incōmunicabilem: nulla autem ratio absoluta in Deo incōmunicabilis est. Neque hic valet dicere, relationē, vt relatio est *specificatiuè* non *reduplicatiuè*, personam constituere. Nam constituere, vt relatio est *reduplicatiuè*, est constituere ex propriâ differentiâ relationis. Constituere, vt relatio est *specificatiuè*, est constituere ex ratione genericâ abstrahente ab absoluto & respectiuo: at probatum est, illam non posse personā constituere ex ratione genericâ, ab absoluto & respectiuo abstrahentem: ergo non potest, nisi vt relatio *reduplicatiuè* personam constituere. Falsum etiam

52. *Ferrariensis refutatur.* est, quod *Ferrari.* addit personam Patris solùm constitui in esse hypostatico ante originem, non distingui à Filio, nisi post originē per relationem paternitatis: tum quia in Diuinis eadem est ratio constitutiua personæ, & distinctiua eiusdem ab omni aliâ. Tum quia persona Patris non solùm distinguitur à Filio in esse relatiuo, sed etiam in esse productiuo, quod habet ante originem; cùm non minùs implicet, eandem personam seipsam producere, quàm ad seipsam referri. Demùm quod idem *ibid.* docet, §.

53. *Ferrariensis impugnatur.* *Attendendum* 3. relationem Diuinam nō constituere personam, vt relatio est ratione ab essentiâ distincta, sed ratione ipsius essentiæ, cum quâ identificatur, & ex quâ habet, vt subsistat; & tantùm ex propriâ ratione habere, vt constituat personam in esse incommunicabili, & distincto a cæteris personis; falsum est, quia personæ diuinæ etiam in esse suppositi subsistentis distinguuntur inter se: alioqui non essent tres subsistentiæ relatiuæ; contra Concilia & Patres in Deo. Confirm. iuxta Concilia & Patres, vnio hypost. facta est in subsistentiâ, & non in naturâ Verbi, ergo Verbum habet peculiarem subsistentiam; ratione distinctam à naturâ, per quam subsistit, immediatè vnitum est naturæ humanæ. At hæc subsistentia propria Verbi, alia esse nō potest, quàm relatio; cùm nihil possit habere Verbum, vt distinctum à natura communi, nisi relationem.

54. *Ad fund. Persona potest concipi relatiua in Deo.* Ad fundam. relatæ sent. nego, rationem constitutiuā personæ Diuinæ naturā suā postulare, vt à nobis concipiatur cōceptu absoluto. Etenim cùm illa constituat personam incōmunicabilem, nec incommunicabilis esse possit, nisi relatione, naturā suā postulat concipi conceptu relatiuo. Falsum autem est, relationem Diuinam cōstituere aliquid ad se, cùm constituat personam, quæ essentialiter est ad alterum. Quòd si *ad se*, dicat non purum respectum ad terminum, sed substantialem constitutionem personæ, vltrò concedo, illam constituere *aliquid ad se*: nego tamen id esse munus solius formæ absolutæ; nam hæc ipsa constitutio personæ est ad alterum: vt constat de relatione trāscendentali creatā, quæ non abstrahit à respectu ad terminū. Nec est eadem ratio de personā creatā, quæ quia incommunicabilis est, non propter relatiuam oppositionem, sed propter limitationem, conceptibilis est conceptu absoluto. Vnde quamuis ad instar huius in personis Diuinis distingui possit ratio constituens & ratio referens; non tamen potest ad instar huius illa concipi conceptu absoluto, quia hoc inuoluit limitationem in ratione cōceptâ. In Deo autem non solùm repugnat ratio limitationis in re ipsa, sed etiam in conceptu obiectiuo, quia non debemus in Deo cōcipere aliter, ac perfectiones in Deo existentes concipi postulant. Confir. non admittimus in Deo compositionem metaphys. ne admittamus huiusmodi conceptus & rationes obiectinè limitatas, quas compositio ipsa essentialiter inuoluit. *Non creata.* *Confir.*

55. *4. Veriorsent.* QVARTA *Duran. in 1. dist. 26. & 27. q. 1. Gabr. q. 1.* affirmantium, personas diuinas constitui relationibus, vt relationes sunt formaliter: *Scoti*, qui licet in *1. loco cit.* opinionem *Ioan. de Ripa.* vt probabilem defendat, & vt *Palatius cit.* tamen *dist. 28. & quolli 4. ad argu. princip.* sequitur hāc, & *1. Palatius. ac multi recen.* Pro quâ suppono, nos posse de cōstitutione Diuina personarum loqui, vno modo, prout est in se; alio modo, prout à nobis cōcipitur: sit hoc vel conceptu distincto, & adæquato exprimente rem, vt est in se, aut confuso & inadæquato. *Nota.*

56. *Relatio formal. constituit personā.* DICO 1. Personæ diuinæ ipsa constituuntur relatione, vt relatio est formaliter: Fund. per id à parte rei relatio personas diuinas formaliter cōstituit, per quod est incōmunicabilis: nā de ratione personæ est incōmunicabilitas: est autem incōmunicabilis vt relatio: quia relatio est incōmunicabilis formaliter vt opposita: opponitur autem formaliter vt relatio: ergo vt relatio formaliter cōstituit. Confir. si constitueret sub aliā formalitate; aut ista esset absoluta, aut relatiua: si relatiua; ergo cōstituit vt relatio formaliter: si absoluta; ergo hæc sen. nō discrepat à *suprà* impugnatâ. Nā vt personæ Diuinæ dicantur cōstitui formalitate, absolutâ non est necesse, vt talis formalitas à parte rei sit distincta à formalitate relatiuâ; sed sufficit, si solâ ratione ratiocinatâ ab illâ distinguatur. Sicut eadē distinctio rationis sufficit, vt persona Diuina dicatur constitui relatione, & nō essētiâ. Hinc reiecta manet sent. quorundā *Thomist.* 57. *Contra Thomista.* asserentiū, personas Diuinas cōstitui per relationes secundū esse *In*, nō *Ad*. Nam si à relatione præscindatur esse *Ad*, tollitur propriā differētia relationis, & solùm relinquitur id, quod illi cōmune est cū reliquis entibus absolutis. DICES. Pater paternitate nō solùm constituitur persona incōmunicabilis Filio, cui relatiuè opponitur, sed etiam Spiritui S. cui relatiuè non oppónitur. Similiter Filius filiatione cōstituitur persona incōmunicabilis non solùm Patri, cui relatiuè opponitur, sed etiam Spiritui S. cui relatiuè non opponitur. Resp. Patrem & Filium cōstitui distinctas personas à Spiritu S. Paternitate & filiatione, quatenus radicaliter opponitur Spiritui S. Vrgebis ista radicalis oppositio si est de se sufficiens ad constituendam & distinguēdam vnam personā Diuinam ab aliā, non est semper necessaria

58. *Dices.* *Resp. vt n. 40.*

59. *Vrges.*

formalis

formalis oppositio, sed poterūt personę diuinę sufficienter constitui & distingui per proprietates absolutas, radicaliter tantùm oppositas.

Resp. Resp. radicalis oppositio relativa & quidē sufficiens ad constituendas, & distinguendas personas Diuinas, *Oppositio formalis cū radicali requiritur.* suppositâ tamen formali oppositione relativâ earum quia radicalis oppositio supponit aliam formalitatem priorem in personâ Diuinâ, in quâ fundatur: si absoluta, implicat per illam constitui personam Diuinam, cùm absoluta sit illimitata in omni genere perfectionis, nulli alteri opposita nec incommunicabilis: Si respectiua; non radicaliter, ne procedatur in infinitum: ergo respectiua formaliter. Omnis autem perfectio respectiua formaliter, essentialiter saltem limitatur ad non includendam oppositam correlationē, à quâ essentialiter distinguitur. Porrò perfectioni essentialiter limitatæ ad certum genus non repugnat radicalis oppositio per quam opponatur & distinguatur ab aliâ perfectione, etiam radicaliter oppositâ & distinctâ, hoc autem ipso, quòd supponitur illimitata in omni genere, non potest vllam à se excludere, ac proinde opponi & distingui nequit. Instabis, ergo poterit filiatio diuina non modò distinguere Filium à Patre, sed etiā à Spiritu S. etiamsi illum per impossibile non produceret. Imò posito quòd filiatio per formalem oppositionem ad Patrem limitaretur ad certum genus perfectionis, non repugnaret, illum opponi Spiritui S. per radicalem oppositionem in ratione personæ incommunicabiliter tantùm subsistentis.

Vbi perfectio non est infinita entia citer.

60. *Instas.*

Resp. Nego consequ. nam eo casu neque radicaliter filiatio opponeretur spirationi passiuæ. Sicut, quia neque radicaliter spiratio actiua opponitur paternitati & filiationi, à neutrâ distinguitur. Dicere, eo casu fore radicalem oppositionem inter filiationem & spirationem passiuam in ratione personæ incommunicabiliter subsistentis: quia de ratione personalitatis est incommunicabilitas; Non sat est, quia incommunicabilitas supponit in personâ diuinâ rationem aliquâ oppositam, in quâ proximè fundetur: nam ideò est incommunicabilis, quia opposita; non ideò opposita, quia incommunicabilis, at eo casu nulla supponeretur oppositio in filiatione respectu spirationis passiuæ, nec sufficeret formalis oppositio, quæ supponeretur respectu Patris: nam hæc esset remota, & insufficiens ad fundâdam proximam incōmunicabilitatem, quam Filius deberet habere respectu Spiritûs S. Sicut nec de facto, sufficit remota oppositio formalis, quam habet paternitas respectu Filij ad hoc, vt spiratio actiua mediante paternitate opponatur filiationi:

Incommunicabilitas supponit oppos.

61. *Rel. transcend. ac prædicam. simul.* Dico 2. Relatio constituit personam Diuinam, vt transcendentalis & prædicamentalis simul, seclusis imperfectionibus; quæ in vtrâque relatione creatâ reperiri possunt. Explico. Relatio Diuina etsi prædicamentalis propriè non sit, cùm nec prædicamento claudatur, nec vt accidens adueniat personæ completè constitutæ, vt adueniunt relationes prædicament. suppositis creatis perfectè constitutis; verumtamen in se vnâ claudit quidquid perfectionis est tam in relatione prædicam. (hoc autem est actu respicere terminum existentem, & simul duratione, naturâ, & cognitione esse cum suâ oppositâ correlatione) quàm in transcendentali, quod est non tantùm actu respicere terminum, sed aliquod etiam munus exercere circa illum. Probo.

Prob. assertio sic explicata. Relatio Diuina non solùm refert actu personam ad terminum quidditatiuè existentem, quæ simul duratione, naturâ, & cognitione est cum illo; sed etiam constituit personam, quam actu refert, in ratione suppositi perfectè subsistentis, & fœcundi ad producendum. Priora sunt munia relationis prædicam. posteriora transcendentalis; vt ex Philos.

62. *Etiam originib. constituūntur pers.* Dico 3: Personæ Diuinæ re ipsa non solùm constituuntur relationibus, sed etiam originibus, quatenus origines sumūtur pro productionibus vel actiuis principiorum producentium, vel passiuis terminorum productorum. Prob. 1. alioqui origines non essent perfectiones quidditatiuæ; sed accidentales personis Diuinis: nam quidquid est extra constitutionem personæ, accidentale est: scilicet aduenirent illis completè constitutis in esse personali. *A priori.* 2. Persona Diuina non solùm in esse naturæ, sed etiam in esse personæ debet esse actualissima: est actus purissimus, includens formaliter omnem perfectionem sibi compossibilem non esset autem actualissima, si in suo quidditatiuo conceptu personali originem non includeret, nec actuata omni perfectione sibi possibili, scilicet posset actuari vlteriori formalitate & perfectione sibi debitâ. *A priori.*

63. *Diuerso modo actiua ac passiua.* Cæterùm origo actiua constituit personam in ratione actu producentis, vnde supponit illam constitutam, in ratione productiui: passiua partim est vid, & tendentia ad constitutionem personalem in esse formato & perfecto; partim, vt perfectio quædam perseuerans, constituit personam in esse producto, actu respiciente principium producēs.

64. *Dico 4. Persona cōcipi debet relatiua.* Dico 4: Si personæ diuinæ adæquatè & distinctè concipiantur, concipi debent conceptu relatiuo, non absoluto. Fundam. conceptui adæquato & distincto respondet res prout est in se ipsâ; sed diuinæ personæ re ipsâ constituuntur relatione, vt relatio est, *vt supra*; ergo vt tales concipi debent, si adæquatè & distinctè concipiantur.

65. Dico 5: Quamuis conceptu confuso & inadæquato personæ diuinæ non concipiantur sub expressâ ratione relatiuâ, non tamen concipi possunt sub expressâ absolutâ, sed sub præcisiuâ dumtaxat ratione subsistentis incommunicabiliter. Prima pars prob. conceptu confuso non concipimus diuinas personas prout sunt in se, sed per analogiam ad personas creatas; nam ratio, sub quâ illas expressè concipimus, est analogicè eadem, quâ constituuntur personæ creatæ, ad instar quarum concipimus increatas: sed hæc non est nec concipitur relatiua: ergo. *Inadæq. & confusè non expressè rel.*

66. Dices. Etsi ratio, sub quâ personas diuinas concipimus, sit subsistentia creata, per cuius speciem concipimus increatas; tamen ratio, quam sub illa concipimus, est subsistentia increatâ, quæ relatiua est. Concedo rationem, quæ vltimò terminat conceptum nostrum, esse subsistentiam increatam relatiuam; non tamen sub expressâ ratione relationis, quia sub eâ tantùm ratione expressâ terminat, sub quâ immediatè repræsentatur per speciem desumptam ex personâ creatâ.

67. *Concepi nequit absoluta expressè sed suspectiuè.* Secunda Prob. alioqui talis conceptio esset falsa, quia exprimeret rem sub oppositâ ratione, quâ est in se, nam licet conceptus confusus, & inadæquatus non exprimat rem secundùm adæquatam perfectionem, quàm habet; non tamen illam exprimere debet secūdùm diuersam perfectionem ab eâ, quam in se habet. Alioqui non solùm talis conceptus non adæquaretur, sed etiam difformaretur obiecto à parte rei existenti. Vnde non tantùm esset negatiuè imperfectus, sed etiam positiuè falsus. Nam prior conceptio licet non exprimat totam perfectionem obiecti, falsa tamen non est; quia quod exprimit, in re ipsâ est, quamuis non id tantùm, quod conceptio ipsa exprimit. Posterior verò falsa est, quia exprimit obiectum aliter, ac in seipso est. Cùm igitur personæ diuinæ reipsa constituantur perfectione relatiuâ, non possunt vero cōceptu concipi,

Digitized by Google

concipi, si concipiantur sub ratione absolutâ; possunt tamen concipi conceptu præcisiuo sub ratione subsistentis incommunicabilitet; quia licet hæc perfectio à parte rei non præscindat à relatione, in re ipsâ tamen est, ac proinde conceptio illam exprimens falsa non est, etsi non secundùm totam perfectionem, quam reipsa iucludit, illam exprimat.

68. Ad rationem dub. nego antec. Non enim paternitas supponit personam Patris, sed cõstituit illam. *Paternitas competit Deo ante originem,* Ad prob. nego paternitatem, quâ relatio est, reipsa, sed tantùm ratione & modo concipiendi nostro generationem consequi. Constat, quia paternitas est prima relatio cõpetens Deo ante omnem originem: ergo non potest re ipsa generationem cõsequi: nam omnis realis consecutio fit mediâ aliquâ origine. Ergo si paternitas re ipsa generationem consequeretur, fieret mediâ generatione, vt origine. Consequitur autem paternitas generationis actum secundùm rationem, quâ assueta concipere increatâ ad instar creatorum, primò concipit illam, vt constituentem personam sub ratione subsistentis incommunicabiliter, abstrahente à relatiuo & absoluto: secundò sub ratione generantis; tertiò sub ratione refetis ad Filium iam productum. Quæ tres rationes sunt quidem in diuinâ paternitate, sine; vllâ tamen prioritate aut posteri. actuali, sed tantùm virtuali seu fundamentali inadæquata. Quia vbi nulla est actualis distinctio, nulla esse potest prioritas & poster. Nam omnis realis prioritas importat realem distinctionem à suo posteriori. *Constituit, originat, refert.* Quo fit, vt eadem paternitas re ipsâ constituat, originet, & referat. Neque prout cõstituit, diuersa est à se ipsâ, prout originat, & refert, nisi penes cõnotata, nam prout constituit, dicit tantùm personam constitutam; prout originat, includit actum essentialem, connotando terminum in produci; prout refert, explicitè dicit terminum productum, ad quem refert. Quia igitur in creatis constitutio personæ præcedit originem, & origo relationem, in intellectu nostro, qui ista concipit ad instar rerum creatarum, constitutio personæ in diuinis præcedit originem, & origo relationem.

69. Atque in hac prioritate & poster. in concipiendo fundatur prioritas & posterioritas in significando, quæ immediatè consequitur prioritatem & poster. in concipiendo. Vnde verè dicimus: Ideò Pater refertur, quia generat; ideò generat, quia supponitur constitutus ad generandum: sunt enim istæ causales veræ: *Causales verè.* tum quia conformantur modo nostro concipiendi, fundato in rebus creatis, ad instar quarum Diuina concipimus. Tum propter ipsas perfectiones Diuinas à parte rei existentes, quæ licet in se ipsis non existant cum eâ prioritate & poster. actuali, cum quâ enunciantur; existunt tamen cum prioritate & poster. virtuali; *Prioritas virtualis.* quæ in hoc consistit, vt si hæ rationes distinguerentur in Diuinâ relatione, prior esset ratio constituens quàm originans, & originans, quàm referens. Cæterùm si Diuina personalitas concipiatur, vt ipsa exigit concipi, concipi debet, vt quidditatiuè includens omnes has tres formalitates, nempè subsistentiæ incommunicabilis; originis siue actiuæ in personâ producente, siue passiuæ in productâ, & actualis referentiæ ad terminum relatiuè oppositum. Vnaquæque enim relatio Diuina personalis, quâ Diuina est, essentialiter includit omnes istas perfectiones: quia vt Diuina concipienda est omni perfectiori modo, quo concipi potest: at perfectiori modo concipitur, si concipiatur, vt essentialiter claudens intra suam quidditatem omnes istas formalitates, quàm si tantùm identicè, & concomitanter includat. Quo fit, vt quando concipitur Diuina personalitas secundùm vnam tantùm formalitatem, non concipiatur adæquatè & perfectè secundùm omnem, quam quidditatiuè includit, sed tantùm inadæquatè, & imperfectè.

70. *Personæ exigit concipi cum tribus hæc.*

DICES. Pater re ipsâ est prior origine Filio: ergo non potest re ipsa simul esse cum Filio; esset autẽ re ipsa simul cũ Filio, si in ratione personæ constitueretur paternitate, quia paternitas essentialiter postulat existentiam Filij, cùm sit actualis respectus ad illum. Concedo consequ. de simultate originis; implicat n. Patrem priorem esse origine Filio, & simul origine cum illo: nego, de simultate durationis, & naturæ, quia non repugnat, Patrem priorem esse origine, & simul duratione, & naturâ cum Filio; vt patet in rebus creatis, in quibus causa est prior origine suo effectu, cum quo tamen potest esse simul duratione, quia istæ prioritates & poster. sunt diuersæ rationis; & prioritas vnius nõ destruit posterioritatem alterius, & contrà. Nam prioritas originis solùm postulat, vt vnum sit principium alterius, cui tantùm repugnat posterioritas originis, quæ est eiusdem ordinis & rationis: Simultas verò durationis solùm postulat simultatem existentiæ in eâdem duratione, cui tantùm repugnat prioritas & poster. in eodem genere. Non ergo repugnat, Patrem esse priorem origine Filio, & simul duratione & naturâ cum illo. Quia licet Filius sit à Patre, in nullo tamen signo existit Pater, in quo non existat Filius. Et consequenter nullum est signum, in quo Pater sit constitutus paternitate, & non respiciat Filium actu existentem. Vnde cùm dicitur, Pater vt prior origine non habet Filium productum, sed producendum: ergo vt prior origine non habet terminum præsentem, ad quem referatur, sed futurum, ad quem nõ refertur, sed referetur: nego antec. nam in eo prioritas originis confunditur cum prioritate durationis. Præsens enim & futurum importãt prioritatẽ & poster. durationis, quæ cum prioritate & poster. originis non necessariò connectuntur; quia potest principium eo signo durationis, quo existit, producere suum terminum, atque adeò in omni signo durationis respicere illum, vt productum à se, & nullo signo respicere illum, vt producendum, scilicet quod est prius tantùm origine, concipimus vt prius etiam duratione. Vnde in signo, in quo Patrem concipimus priorem origine Filio, nondum concipimus filium productum, sed producendum in posteriori signo originis, ac si posterius signum originis Filij esset signum durationis: quod falsum est, quia posterioritas originis non dicit, nisi esse ab alio, quod stare potest cum simultate existendi in quouis signo cum illo. Vnde modus imperfectè concipiendi noster applicatur rebus conceptis; magnâ fallaciâ, argum. ab imperfecto modo concipiendi nostro ad modum existendi rerum.

Dicens. 71. *Nego.* *Prior orig. & simul naturâ idẽ.* *Nota.* *Fallacia detegitur.*

AD 1. rationem oppositæ, nego, relationem Diuinam non posse se ipsam referre; quia cùm sit subsistens, non repugnat, vt se ipsam referat ad oppositum terminum: sicut relatio transcendentalis creata constituit essentiam, & simul se ipsam refert ad terminum possibilem. Ad illud, omne relatiuum priùs naturâ præsupponitur, quàm referatur, intelligẽdo relatiuo, quod denominatiuè tantum, non essentialiter refertur. Nec mirum si relatio identitatis realis non est, quia illa nec supponit, nec secum affert distinctionem extremorum. Cæterùm August. explicandus est, vt tantùm velit, hoc nomen *Persona*, quoad modum significandi, non quoad rem significatam, in Deo importare perfectionem absolutam,

72. *Ad rationes Scot. n. 33.* *Augustinus potest legenti textum.*

Digitized by Google

lutam; quia sumptum est à personalitate creatâ, quę importat perfectionem absolutam.

73. *Ad secundã.* Ad 2. neg. vniuersaliter maior. Nam licet illa vera sit de relationibus creatis, quæ distinctionem supponunt in rebus absolutis, falsa est de increatis, quæ distinctionem non supponunt, nisi in relatiuis.

74. *Ad 3.* Ad 3. concessâ maiore de prioritate originis, disting. minor. si ea intelligatur de prioritate durationis; naturæ, vel cognitionis, vera est, non tamen contra nos, qui tantùm in originante concedimus prioritatem originis, quæ stare potest cum simultate durationis, cognitionis, & naturæ cum termino originato. Si verò intelligatur de prioritate originis, falsa est, quia cum simultate relatiuorum stare potest prioritas originis in principio producente, & posterioritas in termino producto. Leg. *S. Tho. 1. p. q. 42 art. 6. ad 2.* Ad confirm. nego, Patrem originare Filium, nil aliud esse, quàm Patrem habere Filium, vt correlatiuum sui; sed est habere illum per originem à se productum. Vnde assignata hypothesis destruit se ipsam, nempe quòd solâ paternitate positâ, & omni aliâ actione circumscriptâ, ponenda esset filiatio. Nam paternitas essentialiter postulat filiationem; & filius non nisi origine à Patre procedere potest. Igitur implicat in adiecto, quòd positâ paternitate, & circumscripta actione generatiuâ, ponatur filius. Nec repugnat, relatiuum producere suum correlatiuum; quia non repugnat, vt relatiua sint simul naturâ, duratione, & cognitione, & tamen vnum sit prius origine altero. Vnde etiamsi non possit Pater non intelligi prior origine filio, cùm non possit intelligi, vt is, à quo filius; tamen non potest non intelligi simul naturâ, duratione, & cognitione cum filio, quia non potest non intelligi, vt correlatiuum filij.

75. *Ad conf.*

76. *Ad 4.* Ad 4. nego, relationem non posse esse terminum originis; præsertim si sit subsistens, qualis est relatio Diuina. Philosop. intellige de relatione prædicam. creata, quæ est purus respectus, nec per se primò ab agente intenta, sed consequitur ad productionem alicuius absoluti.

77. *Ad 5.* *Discrimen generantis à spirante.* Ad 5. neg. eodem modo: nam generans respicit genitum, vt similitudine naturali, & intentionali vi suæ processionis formalis. Spirans verò respicit spiratum, vt simile similitudine tantùm naturali, quæ ad generationem intellectualem non sufficit. Et licet genitor non referatur ad genitum secundùm id, quòd genitus assimilatur genitori, quia secundùm id non opponitur; tamen refertur ad genitum, vt ad personam subsistentem, sibi adæquatè similem vi suæ processionis formalis. Demum productio non dicitur generatio, nisi ex termino formali. Cum igitur terminus formalis non sit relatio, sed natura, ex eâ tali vel tali modo communicatâ, sortitur rationem generationis. Ac proindè maior est ratio, cur potiùs vna, quàm alia productio, tendat ad productum per modum naturæ, etiamsi vtraque terminetur ad relationem subsistentem; quia cum productione relationis essentialiter connectitur communicatio naturæ, quæ vt stat sub hoc vel illo modo communicationis, constituit productionem sub tali vel tali specie productionis.

78. *Ad 6.* Ad 6. nego, suppositum Diuinum re ipsâ præcedere suam originem actiuam vel relationem, quâ refertur ad productum, etiamsi præcedat originem passiuam, & terminum à se productum, prioritate tantùm originis, non naturæ, durationis, aut cognitionis. Vnde à parte rei non priùs Pater est potens ad producendum, quàm actu producat: sicut non priùs est potens ad intelligendum, quàm actu intelligat, quia in Diuinis posse & esse sunt idem.

Quare illa causalis; *Ideò Pater producit, quia potens est ad producendum*; vera tantùm est ex modo concipiendi nostro per analogiam ad creata, cum fundamento in re: nec sequitur, Filium præcedere suam generationem; quia licet sit simul naturâ, & cognitione cum Patre, qui prior est passiuâ generatione Filij; non tamen licet vnam prioritatem ex aliâ inferre; cùm prioritas generationis sit prioritas originis, quæ diuersæ rationis est à prioritate naturæ & cognitionis.

79. *Ad 7.* *Ad 1. prob.* Ad 7. nego, paternitati non repugnare communicabilitatem. Ad 1. prob. nego, paternitatem Diuinam non esse de se hanc & singularem: neque ad hoc requiritur infinitas: vt constat de supposito creato, quod quamuis finitum sit, singulare tamen est, & incõmunicabile alteri supposito. Nam hoc ipso, quòd talis entitas est, singularis sit, necesse est; quanquam Diuina paternitas infinita est in genere paternitatis. Ad 2. prob. nego consequ. *Ad 2.* Nam quamuis relationes Diuinæ æqualiter se habeant ad essentiam, non tamen æqualiter se habent inter se, quia inter se distinguuntur, & opponuntur suis propriis rationibus formalibus, quarum vna potest esse communicabilis, altera incommunicabilis. Ad 3. prob. disting. vel eâ hypothesi datâ, paternitas Diuina esset eiusdem rationis & naturæ, ac nunc est; & sic talis hypothesis se ipsam destrueret: nam ex eo quòd esset subsistens incommunicabiliter, vt nunc est, esset incommunicabilis Spiritui S. Quotiescunque autem in hypothesi ponitur ratio aliqua destruens rationem formalem antecedentis positi, tunc ex oppositis in antecete sequuntur opposita in consequente: vt si ponas, quòd simul quis sit homo & leo, sequitur quod simul sit rationalis & irrationalis, proinde homo & non homo. Vel talis paternitas foret diuersæ rationis, ac nunc est, eò quòd non esset incommunicabiliter subsistens, vt nunc est; & tunc nil mirum, si foret communicabilis, quia esset diuersæ rationis ac nunc est. *Ad 3.*

80. *Ad 8.* Ad 8. nego, relationem Diuinam non constituere se vnum per se cum essentiâ, etiamsi sit diuersi quasi generis ab essentiâ, quia relatio Diuina est substantia, non accidens: & est perfectissimè vnum cum essentiâ maiori vnitate, quàm quæuis subsistentia creata cum suâ naturâ. Vnde falsum est, magis per se esse vnum suppositum creatum, quàm increatum; quia magis vnum dicitur, quod in sui constitutione minorem inuoluit distinctionem. Nec refert, quòd illud constituatur ex rationibus formalibus magis diuersis, absoluto scilicet & respectiuo. Nam hęc diuersitas rationum formalium sicut non obstat vnitati, ita neque supposito per se vni; cum enim suppositum constare debeat naturâ & subsistentiâ incommunicabili, & in Diuinis nulla ratio, præter relationem, incommunicabilis esse possit, iurè sequitur, suppositum Diuinum absoluto & respectiuo constituendum esse.

81. *Ad 9.* Ad 9. Cùm definitio illa communis sit personis creatæ & increatæ, & creata non constituatur proprietate relatiuâ, sed absolutâ, non debuit per relationem dari, sed per aliquid relatiuo & absoluto commune.

PROPO-

Digitized by Google

DISPVTATIO XXI.

An Personæ Diuinæ præter proprias subsistentias relatiuas habeant aliam subsistentiam absolutam communem naturæ propriam.

1. *Affirmant.* PRIMA sent. affirmat: *Scoti. in 3. dist. 1 q. 2. §. ad quæst. Durand. qu. 1. & 4. Capreo. q. vn. art. 3. Ad arg. Duran. Argen. in 1. dist. 26. q. vn. art. 4. ad 9. Caiet. 1. p. q. 39. art. 4. §. ad euident. & 3 p. q. 3. art. p. q. 2. & 3. Zumel. 1. p. q. 30. art. 1. disp. vn. concl. 1. Molina. q. 29. art. 2. disp. 3. Stares 3. p. disp. 13. sect. 1. & lib. 4. de Trini. c. 11 Grana. 1. p. to. 3. contro. 5. dispu. 6. sect. 3.* Verùm *Durandus, Capreo. & alij* ad quos inclinat *Scotus*, supponunt in Deo vnum tantùm subsistere absolutum sicut & vnũ esse, quo omnes Diuinæ personæ per se existunt & subsistunt, ita vt relationes non addant naturæ, nisi solam rationem incommunicabilitatis.

Ex diuerso Fund.

2. *Fund. Dur.* Fundam. *Durandi.* subsistere dicit perfectissimum modum essendi: qui est ad se, non ad aliud existere: sola autem natura Diuina facit existere ad se, non relatio, quæ tantùm facit existere ad aliud.

Confirm. Augustin. Ergo subsistere est solius naturæ Diuinæ Confirmat id ipsum *auth. Augus. 7. de Trinit. c. 4. Omnis res ad se ipsam subsistit. quanto magis Deus?*

3. Reliqui supponentes, personas Diuinas subsistere proprijs subsistentijs relatiuis, vlterius probant, admittẽdum esse aliud subsistere absolutum naturæ ratione distinctum à triplici subsistere relatiuo personarum. Nam 1. *Agato in epist.* quæ *in. 6. Synodo act. 4. Confitemur*, inquit, *trium subsistentiarum, seu personarum vnam subsistentiam.* 2. Hieronymus *in epist. ad Damas. Natura Dei id quod subsistit non habet aliunde sed suum est.* Et ibidem vnam tantùm concedit hypostasim in Deo. Sed hypostasis idem est quod subsistentia: ergo. Pro eodem facit Augustin. *cit.* 3. Cyrillus Alexandr. & Anastas. *in compend. fidei explic. tom. 4. Bibliothe. Quid*, aiunt, *est Deus? res, quæ per se est, neque altero indiget ad hoc, vt ipsa subsistat.* 4. Boëtius *lib. de duab. naturis: Dicimus vnam esse essentiam, vel subsistentiam Deitatis.* Et passim alij Patres perfectionem subsistendi naturæ Diuinæ tribuunt.

Probant 1. auct. Patrũ.

4. *Prob. ratio-nibus.* Probant 2. Subsistentia absoluta est perfectio simpliciter simplex; *quæ in quolibet ente est melior ipsa, quàm non ipsa, siue oppositum eius*; quæq; cum maiore, vel æquali perfectione non pugnat. nam perfectior concipitur natura Diuina, si adhuc à relationibus præcisa cõcipiatur subsistens, quàm non subsistens; cumq; illa communis sit omnibus personis, cùm nullâ maiore vel æquali perfectione diuinâ pugnabit. at natura Diuina debet ex se independenter à relationibus includere omnem perfectionem simpliciter simplicem; alioqui ex se non

1. *Confir. 1.* esset ens perfectè completum. Confir. 1. subsistentia est complementum substantiæ: sed natura Diuinæ adhuc præcisa à relationibus est completa substantia: ergo adhuc præcisa à relationibus est subsistens. 2. subsistẽtia relatiua nõ est perfectio simpliciter simplex: ergo si hanc perfectionẽ nõ habet natura à se, non poterit illam habere à relationibus.

Confir. 2.

5. *Ratio 2.* SECVNDA Subsistentia est de essentiâ Dei, vt Deus est: igitur Deus vt Deus includit essentialiter subsistentiam. quia Deus essentialiter includit, quidquid constituit ipsum formaliter vt Deum. Antec. prob. de essentiâ Dei, vt Dei, est esse Perfectissimum, nisi sit subsistens; sublatâ enim subsistentiâ manet esse imperfectum & incompletum, indignum vlteriori complemento per se.

6. *Ratio 3.* TERTIA *Hic Deus* est communis Patri, Filio, & Spiritui S. de quibus prædicatur: sed *hic Deus* includit subsistentiam. Ergo Deus secundùm communem rationem Deitatis, includit subsistentiam. Minor prob. *hic Deus* importat Deitatem in habente; ergo in subsistente, cùm nequeat Deitas haberi nisi à subsistente; quia omnis alius modus dicit imperfectionem. Confir. *Hic Deus* importat completum principium intelligendi, volendi, & creandi: ergo *hic Deus* includit aliquam subsistentiam; non relatiuam, quia hęc nequit esse communis omnibus personis, quæ per idem principium simul intelligunt, volunt, & creant; ergo absolutam.

Confir.

7. *Ratio 4.* QVARTA: Subsistentiæ relatiuæ personarum non sunt ex se sufficientes, vt per eas natura Diuina completè subsistat; ergo præter subsistentias relatiuas personarum concedenda est subsistentia absoluta naturæ, per quam illa completè subsistat. alioqui natura Diuina non haberet suum adæquatum & naturale complementũ: est enim subsistentia naturale complementum substantiæ. Antec. prob. subsistentiæ relatiuæ immediatè fundãtur in actibus notionalibus, quibus illæ immediatè producunt, aut producuntur. Vt subsistentia Patris immediatè fundatur in actu intelligendi, vt in proximo principio generandi; subsistentia Filij in eodem actu intelligendi, vt in passiua origine; subsistentia Spiritûs S. in actu diligendi, vt in proximâ viâ & origine procedendi. Ergo non possunt immediatè reddere subsistentes, nisi solos actus intelligendi, & volendi; seu nisi eas perfectiones, quas immediatè afficiunt. Igitur danda est alia subsistentia, quæ omnes Diuinas perfectiones immediatè afficiat, & reddat formaliter subsistentes; quæ alia esse non potest, quàm subsistentia absolutæ naturæ. Confir. subsistentia est immediatum complementum & comprincipium naturæ substantialis in ordine ad omnes operationes, tam immanentes quàm transeuntes; igitur supponi debet ante omnes naturę operationes. At subsistentiæ relatiuæ non supponuntur, sed consequuntur operationes immanentes intelligendi & volendi naturæ Diuinæ: igitur non sufficienter illam complere possunt in ordine ad tales operationes.

Confirm.

8. *Negant.* SECVNDA negat, præter subsistentias relatiuas, omnem subsistentiam absolutam in Deo: *Richard. in 1. dist. 26. ar. 1. q. 1. in corp. & ad 2. & 5. Heri. quod. 5. q. 8. fine, Vasquez 1. p. disp. 125. c. 3. Zunige. de Trinit. dis. 5. dub. 10. me. 1 Ruiz. dis. 34. à sect. 5.* De re quæstio est, an natura Diuina præcisa à relationibus ex seipsâ habeat, quidquid requiritur ad perfectè existendum? ita vt si fingatur casus, quo natura Diuina sic præcisa à relationibus poneretur à parte rei: vi solius existentiæ absolutæ sufficienter existeret. an verò ita exigat proprietates relatiuas, & quodãmodo ab illis pendeat in existendo, vt si per impossibile ab illis separaretur, non posset vi propriæ existentiæ absolutæ sufficienter & cõpletè existere? ad eum ferè modum, quo si natura angelica separaretur à propriâ subsistentiâ, non posse ex se sufficienter existere, nisi aliundè talis defectus suppleretur. De nomine quæstio est, an posito, quòd natura Diuina vi propriæ existentiæ absolutæ habeat quidquid ad perfectè & sufficiẽter existendum requiritur, talis existentia nuncupanda sit subsistentia, an potius existentia.

De requæst.

De nomine altera.

DICO 1. Natura Diuina ratione solius existentiæ absolutæ, indepẽdenter à proprietatibus relatiuis habet, quidquid requiritur ad perfectè & completè existendum

Digitized by Google

existendum: & consequenter à proprietatibus relatiuis non habet vt perfectè existat, sed tantùm vt incommunicabiliter existat, vltimò terminata terminis personalibus ipsius fœcunditatem explentibus. Assertio est contra plerosque secundæ sent. qui dum negant Deo absolutam subsistentiam, negare videntur perfectam existentiam, dum docent, naturam Diuinam sine proprietatibus relatiuis non perfectè extituram in se ipsa. Vnde videntur eodem modo ad existentiam naturæ Diuinæ subsistentias relatiuas requirere, quo pacto requiritur subsistentia creata ad existentiam naturæ creatæ: & consequenter sicut natura creata non sufficienter existeret sine propriâ subsistentiâ; ita nec natura increata sine suis relatiuis subsistentiis. Prob. Existentia debita naturæ Diuinæ, etiam vt ratione præcisæ à subsistentiis relatiuis, est in genere existentiæ perfectissima: nam essentia diuina manet in suis perfectionibus absolutis, quas adhuc vt præcisa includit, illimitata omni gradu possibili: nam præcisio à solis relationibus non tollit à naturâ Diuinâ perfectiones absolutas, sub omni gradu illi debitas: sed vt sic præcisa includit existentiam absolutam: quia natura Diuina non existit formaliter per existentias relatiuas, sed per absolutam sibi propriam: natura autem præcisa à relationibus solùm excludit perfectiones relatiuas: ergo includit illam vt illimitatam omni gradu possibili existentiæ: non includeret autem sic illimitatam, si adhuc deberet in ratione essentiæ, perfici per existentias relatiuas quia perfectio illimitata sub omni gradu possibili nullum admittit augmentum aut complementum; alioqui quâ parte id admitteret, illimitata non esset, ergo independenter ab existentiis relatiuis natura diuina supponi debet perfectâ existens. Confirm. sicut in reliquis attributis essentia Diuina etiam à relationibus præcisa, manet infinita nullius augmenti, aut complementi capax in eo genere, in quo vnumquodque attributum supponitur illimitatum; ita & in existentiâ absolutâ; cùm non sit maior ratio de attributis, quàm de existentiâ.

Contra Authores 2. sententiæ.

10. *Prob. asser. hoc vnico fundam.*

11. *Confirm.*

Dices; maior ratio est quia nullum attributum est à proprietatibus relatiuis complebile, sicut ab iis complebilis est existentia absoluta naturæ; complementum n. debet esse eiusdem rationis cum re complebili, nullum autem attributum est eiusdem rationis cum proprietatibus relatiuis; est autem eiusdem rationis cum illis existentia absoluta naturæ, quia vtraque est in genere existentiæ. Vnde vna compleri poterit per aliam. Confirm. sicut existentia relatiua personarum completur per existentiam absolutam naturæ; ita existentia absoluta naturæ completur per existentiam relatiuam personarum, Sed contrà; licet vtraque sit in genere existentiæ; vna tamen est in genere existentiæ absolutæ altera relatiuæ. Vnde vna non complet aliam in genere existentiæ formaliter, cùm vtraque supponatur in suâ vltimâ ratione perfecta; sed in alio genere, sc. personalitatis, & suppositi incommunicabiliter subsistentis: natura verò complet relationes in ratione essentiæ & principij perfectè operatiui.

12. *Dices.*

Confir.

13. *Contrà.*

Ad conf.

Ad confir. falsum est existentias relatiuas personarum compleri ab existentiâ absolutâ in ratione existentiæ formaliter, sed in ratione essentiæ & principij operatiui. Confirm. nonnulli ex *citatis* docent, relationes Diuinas nullam secum afferre existentiâ, distinctam ab existentiâ absolutâ naturæ; ergo non possunt existentiam absolutam naturæ in ratione existentiæ formaliter complere: cùm nulla forma possit subiectum cõplere secundùm perfectionem, quam in se non habet.

14. *Ad hominem.*

15. *Obiicies* 1. Relationes Diuinæ habent in nostrâ sent. proprias existentias relatiuas, virtualiter distinctas ab existentiâ absolutâ naturæ: ergo addendo illas naturæ, complent eam in ratione existentis formaliter, quia si existentia respectiua relationum non compleret existentiam absolutam naturæ, non posset constituere vnũ existens per se cũ illâ, cùm nequeat ex duobus entibus cõpletis constitui vnum per se. Resp. neg. conseq. Ad prob. nego sequel. nam ad constituendũ vnum per se sufficit, vt cõstituentia sub aliquâ ratione se mutuò compleant in ordine ad constitutum. Vnde relatio Diuina complet naturam Diuinam sub ratione suppositi vltimò terminati incommunicabiliter; natura verò relationem sub ratione essentiæ & principij perfectè operatiui in ordine ad tertiũ constitutum, quod est persona Diuina. Etenim constituentia creata, quia suâ natura sunt intrinsecè limitata, & non cõtinent, neque in proprio genere omnem perfectionem possibilem, perficiũt seſe mutuò etiam secũdùm rationes proprias: Subsistentia enim creata complet & perficit naturam, non solùm in ratione suppositi incommunicabiliter subsistentis, sed etiam in ratione per se existentis, quia sine propriâ subsistentiâ natura creata non est apta existere per se. Increata verò, quia sunt illimitata, & in se cõtinent omnem perfectionem in suo genere possibilem, non seſe perficiunt & complent in propriis rationibus, sed in aliis, & in ordine ad tertium constitutum. Vnde relatio Diuina non perficit naturam Diuinam sub ratione existentiæ, sub quâ supponitur illimitata & incapax omnis incrementi eiusdem rationis, sed sub ratione subsistentiæ, siue existentiæ incommunicabilis.

Resp.

Create subsist. & increat. discrimen notat.

16. *Obiicies.* In nostrâ sent. relationes Diuinæ integrant essentialiter naturam Diuinam; ergo & earum existentia existantiam absolutam naturæ: Igitur sine respectiuâ existentiâ relationum non concipitur completa existentia absoluta naturæ. Resp. dist. primum conseq. Existentia relationum integrat existentiam naturæ in eodem genere existentiæ, nego; quia vt sic supponitur omninò completa: integrat in ratione existentiæ incommunicabilis, concedo. Quæ perfectio incommunicabilitatis est essentialiter debita naturæ Diuinæ, ac proinde quidditatiuè inclusa, conceptu saltem implicito in illa; Vnde ad 2. conseq. resp. Sine respectiuâ existentiâ relationum non concipitur existentia absoluta naturæ completa in ratione existentiæ explicitè conceptæ, nego; in ratione existentiæ incõmunicabilis, cõcedo. Neque ex eo, quòd existentia absoluta naturæ essentialiter includit implicitè existentias relatiuas personatum, existentia absoluta naturæ non est de se perfecta & sufficiens ad reddendam naturam Diuinam à parte rei existentem, si per impossibile separaretur ab existentiis relatiuis personarum, quia non includit illas cum dependentiâ & imperfectione, sed sine vllâ dependentiâ & imperfectione.

Resp.

Existentia absoluta non est incommunicab.

17. *Dices.* Nulla res existere potest sine suâ adæquatâ essentiâ: ergo si existentiæ relatiuæ personarum sunt de essentiâ existentiæ absolutæ naturæ Diuinæ, non poterit existentia absoluta naturæ Diuinæ per se existere absque existentiis relatiuis personarum. Resp. non posse quantum est ex parte existentiæ absolutæ, quæ nunc est, nego; quia si per impossibile, præcisis existentiis relatiuis, maneret existentia absoluta naturæ cum eâdem perfectione, quâ nũc est, ex vi illius existeret perfectè natura Diuina: nõ posse aliũdè existere ex mutatione existentiæ absolutæ, quæ tali casu necessariò fieret, concedo. Nam hoc ipso, quòd existentia absoluta naturæ Diuinæ non haberet existentias

Resp.

Digitized by Google

relatiuas personarum, non contineret eam plenitudinem existendi, quam nunc continet.

18. *Exist. absol. non est Subsistent.* Dico 2. In Deo non est subsistentia absoluta distincta à subsistentijs relatiuis personarum, esto in eo sit perfectissima existentia absoluta, ratione distincta ab existentijs relatiuis personarum.

Fund 1. Fund. 1. sumitur ex Concilijs & Patribus, qui tres tantùm agnoscunt subsistentias relatiuas in Deo quas Græci hypostases vocant. Vnde apud concilia & Patres subsistentia, hypostasis suppositum, & persona sunt idem. Leg. *Florent. sess. 19 fine: Substantia hæc, quæ ita subiectum est.* (loquitur autem ibi de primâ substantiâ, quæ in rectâ lineâ prædicam, est idem quod suppositum) *vocatur aliquando hypostasis, quandoque subsistentia.* Et paulo post: *ita vt in specie intellectuâ subiectum* (hoc est suppositum) *dicatur subsistentia & persona.* Interdum verò expressè negant in Deo esse subsistentiam absolutam communè, ratione distinctâ à subsistentijs relatiuis proprijs personarum. Damasc. *in epist. de Trisagio: non est* inquit *ipsarum communis vna hypostasis, Deitas autem communis est trium hypostasum vna existens.*

19. *Confirm.* Confir. 1. si ex concilijs & Patribus *subsistentia, hypostasis suppositum, & persona* in naturâ intellectuali sunt idem, admittentes in Deo communem *subsistentiam*, ex Patrum doctrinâ admittere cogentur communem *hypostasim, suppositum, & personam.* Quod quàm sit absurdum, & alienum à fide, nemo est, qui non videat. Vnde *Caiet. cit.* 3. sequelam ex antecedente euidentem negare non potuit; at eius absurditate territus, non est ausus integrum suppositum integramque personam absolutam in Deo concedere. Vnde fingendo in Deo semi suppositum & incompletam personam absolutâ malè audit: sc. Subsistentia ista, quâ concedit, non est partialis & incompleta, sed totalis & completa: quia proportionari debet naturæ diuinæ, à quâ exigitur, totali ac cõpletâ in ratione naturæ: ergo non constituit suppositum incompletum, sed integrũ & completum. nam sicut subsistẽtia incompleta nequit constituere suppositum completũ, ita nec completa incompletum: Vnumquodq; enim constituens constituit sicuti est; cum non constituat, nisi per formalẽ exhibitionem.

Semisuppositum in Deo absurdum.

20. *Confirm.* Confir. 2. Patres, contra *Eutych.* disputantes, ex eo, quod vnio hypost. facta est in personâ Verbi, necessariò concludunt, illâ non esse factam in naturâ Verbi: ergo supponunt, nullam esse in naturâ cõmuni subsistentiam, distinctam à subsisteneijs relatiuis personarũ; alioqui talis vnio fieri potuisset in subsistentiâ absolutâ naturæ, quæ media est inter personam & naturam. Vt ergo Patres cõcludant, supponere debent nullã esse subsistẽtiam absolutã naturæ, in qua fieri potuisset vnio hypost.

21. *Fund. 2. Subsist. absol. de ogat perfect. Dei.* Fund. 2. desumitur ab absurdo; Subsistentia absoluta derogat maiori perfectioni diuinæ; sc. existentiæ naturæ diuinæ; quia supponit illam, non esse sufficientem ex se ad reddendam naturã Diuinam perfectè existentẽ, independenter â quâcumq; aliâ formalitate additâ, spectantè ad eãdem lineam & formalitatem essentialis existentiæ; non n. addit diuersum conceptum, à formalitate existentiæ essentialis naturæ: nam si quę adderet, esset formalitas subsistendi: at hæc integrat formalitatem existentiæ increatæ, quæ, vt talis, claudere debet omnem formalitatem existendi possibilem, nam conceptus subsistendi addit supra conceptum existendi existere per se, & ex se independenter ab omni alio: at hic conceptus non est extra conceptum existentiæ infinitæ & à se, quæ vt talis dicit existentiam per se sufficientem ad perfectè & completè existendum.

22. *Dices.* Dices. Istæ formalitates eo modo sunt concipiendæ, & distinguendæ in Deo, quo modo reperiũtur distinctæ in rebus creatis: at in rebus creatis conceptus subsistendi etiam communicabilis est extra conceptum existendi simpliciter: quia anima rationalis separata à corpore non modo existit, verùm etiam subsistit cõmunicabiliter; nam per hunc modum subsistentiæ est communicabilis corpori. Sed talis subsistentia addit perfectionem diuersam ab existentiâ eiusdem animæ, ergo Resp. Maior est vera quando non derogatur maiori perfectioni diuinæ: in proposito autem derogatur infinitæ existentiæ diuinæ, quæ intra formalitatem existentiæ claudere debet omnem perfectionẽ possibilem spectantem ad formalitatem existentiæ. Vnde ad minor. concedo, in rebus creatis conceptum subsistendi, etiàm communicabilem esse extra conceptum existendi simpliciter. Hoc autem non prouenit ex essentiali conceptu existendi vt sic, sed tantùm ex conceptu existendi creato, qui ex eo, quòd limitatus & imperfectus est, non est ex se solo sufficiens existere, nisi adminiculo alterius modi additi. Vnde retorq. argu. sicut in creatis nulla est subsistantia, quæ saltem partialiter suppositum non componat, atque adeò, quæ non addat perfectionem diuersam ab existentiâ naturæ. Contra verò subsistentia absoluta naturæ diuinæ, sicut neque per aduers. de se apta est integrare aliquod suppositum; alioqui deberent cum *Caiet.* in Deo admittere aliquod suppositum, vel semisuppositum absolutum, quod præter *Caiet.* nullus admisit; ita supra existentiam infinitè perfectam nullam addit formalitatem ratione diuersam; nam hæc in Deo non additur, nisi per subsistentiam incommunicabilem.

Resp. *Retorq. arg.*

23. *Fund 3. De rat. subsist. est incommunia.* Fundament. 3. Sumendum est ex naturâ subsistentiæ, de cuius quidditatiuâ ratione est incommunicabilitas; nam subsistentia est vltimus terminus naturæ substantialis: sed ratione vltimi termini est incommunicabilitas; alioqui non esset vltimus, si vlteriorem natura exigeret. sc. subsistentia, præsertim Diuina. debet supponere naturam perfectè existentem, cum omnis perfectio Diuina debeat in suo genere supponi vltimò completa: quidquid autem additur existentiæ vltimò completæ in ratione existentiæ, non potest esse, nisi vltimus terminus naturæ, nam existentia vltimo completa in ratione existentiæ includit perfectum existendi vt complemẽtum pertinens ad formalitatem perfectissimæ existentiæ. Igitur quod supra talem existentiam addit subsistentia, debet esse aliquid extra conceptum existentiæ existentis per se: hoc autem aliud esse non potest, quam proxima & positiua radix incommunicabilitatis, atque adeò vltimus terminus naturæ nam quidquid aliud addit super hoc spectabit ad formalitatem existentiæ existentis per se.

Nota.

24. *Dices.* Obijcies. Natura diuina terminatâ paternitate adhuc communicabilis est Filio, ergo non est contra quidditatẽ subsistentiæ posse vlteriori termino terminari. Resp. de ratione subsistentiæ, vt sic, non esse reddere naturam, quam terminat, incommunicabilem specificatiuè & materialiter; sed vt ipsa formaliter & per se sit incommunicabilis, & ratione ipsius natura, vt formaliter subsistens reddatur incõmunicabilis reduplicatiue & formaliter. Vnde Pater non cõmunicatur Filio formaliter, vt Pater, sed vt Deus Si autem daretur subsistentia absoluta, non solum natura tali subsistentiâ terminatâ, esset specificatiuè communicabilis tribus suppositis diuinis, sed etiã reduplicatiuè & formaliter vt subsistens: quin ipsa subsistentia communis esset tribus

Resp.

tribus dictis suppositis. Ad fund. eorũ, qui ponũt vnum tantum subsistere absolutũ in Deo, concessâ maiore: disting. minor. nam si per esse ad aliud, excludat esse ad se & per se, concedo; perfectissimum modum essendi, non esse ad aliud esse: si verò esse ad aliud, non excludat esse ad se & per se, nego, talem modũ essendi non esse in suo genere perfectissimum: modo relatio diuina non ita refert personam quam constituit, ad aliud, vt non etiam illam constituat ad se: eo modo, quo relatio transcend. creata ita refert subiectum ad terminum, vt etiam illud constituat ad se. Ratio: esse ad aliud relationis Diuinæ, est etiam esse ad se, & vt sic etiam personam constituit; constituit enim illam referendo, & refert formaliter constituendo. Ad August. dici, illum locutũ fuisse de subsistere, prout recurrit cum perfecto existere, quo pacto competit Deo ratione naturæ. Quæ interpretatio colligitur ex discursu ipsius, qui ex tali subsistere colligit substantiam, & è cõuerso ex substant â infert subsistere. Quod non potest, nisi de perfecto existere intelligi, quia hoc tantùm est proprium substantiæ, qua substantia est formaliter, vt distincta ab omni aliâ ratione additâ.

25. *Ad ar. oppos. Sent.*

26. *Augustin. explicatur.*

Ad 1. aliorũ, qui adhuc ponunt subsistere absolutum in Deo, resp. cum de mente Patrũ & Concil. constet, illos præter subsistentias relatiuas nullam absolutam agnouisse in Deo; intellige eos de subsistentiâ, prout conuertitur cum perfectâ existentiâ. Leg. *Vasq. & Ruiz.* solum dub. est de Hieron. qui vnum tantùm subsistere absolutũ in Deo admittere videtur dum negat triplicem in Deo hypostasim, & vnam tantum concedit. Sed fortassè eo tempore, vt *eis.* Authores notarunt, nondum erat perfectè explorata à Patribus & Concil. notio huius vocis, *Hypostasis*, vt staret pro solâ subsistentiâ, vti posteà fuit in varijs Concilijs & confessibus Patrum definitum. Ad 1. rationem resp. illa tantùm probat de subsistentiâ, prout recurrit cum perfectâ existentiâ, non prout importat perfectionem ratione diuersam ab existentiâ: quia cum hæc non possit esse, nisi vltimus terminus naturæ, ac proindè radix incommunicabilitatis, non potest cum petere Deo ratione naturæ, sed ratione solius proprietatis relatiuæ. Ex his patet ad 1. Confir. complementum substantiæ est duplex, 1. vt formaliter importatum à substantiâ actuali, & perfectâ vt sic; & hoc intrinsecè pertinet ad ipsam existentiam substantiæ: quod complementum Deus habet, etiam vt à relationibus præcisus. 2. vt quod exigitur tantum à substantiâ, non vt intrinsecè & formaliter inclusum in explicitâ ratione perfectæ substantiæ. At hoc, quia spectat ad suppositalitatem, quæ est positiua radix incommunicabilitatis, non competit Deo, vt à relationibus præciso.

27. *Patres & Concilia exponuntur.*

28. *Ad 1. rat.*

Ad 1. conf.

Ad 2. concedo, nulla relatio, vt cõparata cum personis, est perfectio simpliciter simplex; secus comparata cùm naturâ cui melior est triplex subsistere relatiuum, & quodlibet eorum, quàm oppositum.

29. *Ad 2. conf.*

Ad 2. rationem dist. antec. Subsistentia est de essentiâ Dei, vt Deus est, secundùm ea, quæ dicit tantùm explicitè, nego: quia vt sic importat Deitatem secundum absolutas duntaxat perfectiones, in quibus nulla includitur subsistentia, quia hæc dicit proximam radicem incõmunicabilitatis, quæ Deo non competit, nisi rationes proprietatis relatiuæ. Subsistentia est de essentiâ Dei, vt Deus est, secundum ea, quæ explicitè & implicitè importat cõcedo. Sed tunc nego, Deum vt sic, dicere subsistentiâ aliquam absolutam naturæ, sed triplicem

30. *Ad 2. rat.*

respectiuam personarum. Ad prob. antec. concedo Deum etiam secundùm ea, quæ tantum dicit explicitè, importare Perfectissimum esse sed hoc non dicit de formali subsistentiam, sed existentiam infinitè perfectam. Ad 3. disting. vel hic Deus sumitur adæquatè secundùm omnia, quæ tam explicitè, quam implicitè essentialiter includit; & tunc verum est, quòd includat subsistentiam, non absolutam naturæ, sed triplicem respectiuam personarum. Et hoc sensu nego, hunc Deum esse communem singulis personis formaliter & constitutiuè, quia vt sic importat oppositas relationes. Si autem sumatur secundùm ea, quæ explicitè tantùm importat, tunc nego, dicere subsistentiam aliquam sed solam naturam indiuiduam perfectè existentem, & ad summum connotare tantùm aliquam subsistentiam indeterminatã; atque vt sic esse communem singulis personis. Hinc soluitur testimonium Concilij Rhemen. contra nostram sent. *Credimus, simpliciter, naturam, Diuinitatis esse Deum, nec aliquo sensu Catholico posse negari, quin diuinitas sit Deus, & Deus Diuinitas*: ex quo colligunt aduers. Diuinitatem, aliquam dicere subsistentiam; alioqui posset aliquo sensu Catholico negari, Diuinitas est Deus, quia *Deus* supra Diuinitatem, aliquam importat subsistentiam. Solutio pendet ex mẽte Concilij, contra *Gilbert.* definientis, veras esse has propos. *Diuinitas est Deus & Deus est Diuinitas*, non propter subsistentiam communem quam importat *Deus*, sed propter identicam, vel essentialem inclusionem omnium diuinarum personarum cum Diuinitate; ratione cuius inclusionis in nullo sensu Catholico negari potest, quin *Deitas sit Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus S.* vt Lateran. definit: & à fortiori, quin *Deus sit Deitas.* Ad confirm. nego, *hic Deus*, de formali & explicitè importare aliquam subsistentiâ, sed solùm importat indiuiduum concretum Deitatis, & connotat aliquam subsistentiam indeterminatè. Quod sufficit, vt sit principium omnium operationum.

31. *Ad tertiam.*

32. *Concilium Rhemense.*

Contrà. Gilbert.

Ad 4. rationem nego anteced. Ad probat. nego, subsistentias relatiuas reddere subsistentes solos actus notionales, sed etiam naturam ipsam: tum quia omnis subsistentia per se primò respicit naturam, cùm sit naturale complementum illius. Tum quia cum ipsis actibus notionalibus immediatè etiam communicatur natura: quia cum actus notionales sint actus vitales intellectionis & volitionis, & ad actus vitales per se immediatè concurrit substantia viuentis, cum actibus ipsis notionalibus, immediatè communicatur etiam natura Diuina, vt immediatum & proximum principium communicationis. Et consequenter subsistentiæ personales non solùm reddunt subsistentes actus ipsos notionales intelligendi & volendi, sed etiam naturam, & totam substantiam Dei.

33. *Ad 4. rat.*

Ad confirm. disting. de operatione, quâ subsistentiâ producitur, nego, ad eam præsupponi subsistentiam, quæ producitur: alioqui illa esset, antequam produceretur: sed vel præsupponi aliam, quæ non producitur, sicut ad subsist. Filij, & Spiritus S. præsupponitur subsistẽtia Patris, quæ competit Deo ante vllam originem: vel certè nullam præsupponi, vt cùm natura creata propriam sibi producit subsistentiam. Illa enim non præsupponitur ad productionem sui, etsi præsupponatur ad reliquas omnes operationes naturæ.

34. *Ad conf. disting.*

In Sent. aliquorum.

DISPVTATIO XXII.

De prioritate & posterioritate Diuinarum Personarum, reliquorumque attributorum.

1.
1. Sent. Quæ admittenda in Deo.

Prioritas & posterioritas in Deo, vna realis, seu actualis, altera virtualis, seu rationis. Illa necessariò postulat distinctionem realem inter extrema ipsa, quæ inuicem comparantur vt priora, & poster. quia prioritas & poster, formaliter consistit in habitudine vnius ad aliud: ergo qualis erit habitudo, talis erit prioritas & postr. Implicat autem habitudo realis inter ea, quæ non sunt distincta realiter, Ergo pariter implicabit prioritas & poster. realis inter ea, quæ non sunt distincta realiter. Hæc verò postulat solum fundam. & exigentiam naturalis præconceptibilitatis vnius formalitatis ad aliam, absque vllâ distinctione in re. Quæ prioritas apud *Durand. in 1. dist. 12. q. 1. nu. 25.* appellatur ordo naturalis præsuppositionis seu exigentiæ, per quam res præbet intellectui fundamentũ concipiendi illam cum tali ordine prioritatis & poste. Nam eo ordine concipienda sunt, quæ in re solâ ratione differunt, qualem habent ea ipsa, quæ differunt realiter. Vt quia in nobis actus intellectûs realitet præsupponitur ad actũ voluntatis; in Deo, in quo actus intellectûs ratione tantùm differt ab actu voluntatis, à nobis, qui vno conceptu non valemus vtrumq; exprimere, actus intellectus Diuini præconcipiendus est actui voluntatis Diuinæ.

2.
Vtrumque negant.

Prima sent. negat omnem prioritatem & poster. tam realem, quam rationis inter ipsas personas Diuinas producentes & productas, solumque admittit inter illas realem ordinem originis, absq; vllâ prioritate & posterio. reali, vel rationis, etli eandem prioritatem & poster. rationis non neget in alijs perfectionibus & attributis Diuinis. *Alens. 1. p. q. 46 mem. 2. S. Tho. 1. p. q. 33. art. 1. ad 3. & q. 42. art. 3. & alibi, Bonauent. in 1. dist. 20. qu. vlt. Richard. qu. 3 Duran. dist. 9. qu. 2. & dist. 12. q. 1. & dist. 20. q. 2. Capre. dist. 29. art. 1. conclu. 4. Molina. 1. p. qu. 42. art. 3. & c. 1.*

Fund. 1. fundam. 1. nititur autho. Patrum expressè negantium prioritatem in poster. inter Diuinas personas, & solũ admittentiũ ordinem realis originis. *Atha. in Sym. in Trinitate nihil prius aut posterius.* Nazi. Orat. 37. *de Spiritu S. Nec enim hoc magis, illud minus est Deus, nec hoc prius, illud posterius. Aug. l. 3. contra Maxim. c. 14. non genitorẽ ab eo, quem genuit, sed genitũ à genitore misti oportebat. Verum hoc non est inæqualitas substantiæ, sed ordo naturæ; non quod alter prior esset altero, sed quod alter esset ex altero.* 2. Ducitur ex re ipsâ; vt arguit *Duran. dist 9.* vna persona non est prior alterâ, ratione essentiæ, cùm sit vna numero in omnibus personis, & prius requirat distinctionem à suo posteriori: Nec ratione relationis, quia relationes, quibus diuinæ personæ cõstituuntur, sunt oppositæ, simul naturâ & ratione, neutra esse, aut cõcipi potest sine alterâ. Confir. prius & posterius important excessũ, & defectũ: ergo admittẽda non sunt in diuinis in quibus nullus excessus, nullus defectus admittẽdus est.

4.
2. Sent. admittit rationis prior.

Secunda negat inter diuinas personas prioritatem & posteri. realem, admittit tamen inter eas, & reliquas perfectiones diuinas prioritatem & posteri. rationis: *Herug. in 1. dist. 12. q. 1. Argen. dist. 9. q. 1. ar. 4: Torres 1. p. q. 42 art. 3.* Fundament, prioris assert. idem, quod præced. sent, Posterioris est, quia licet personæ diuinæ consideratæ secundùm formalitatem oppositarum relationum, quibus se mutuo respiciunt, sint simul cognitione, neque vna ratione præcedat aliam; consideratæ tamen secundùm formalitatem hypostasum, constituentium personas in esse productiuo & producibili seu producto, vna præcedit aliam ratione, nempe productiua producibilem. Sicut licet causa nequeat intelligi secundum formalitatem causæ sine expresso ordine ad effectum, potest tamen præintelligi ad suum effectum secundùm formalitatẽ virtutis causatiuæ, quia hæc non inuoluit expressũ ordinem ad effectũ, præsertim considerata specificatiuè non reduplicatiuè.

5.
3. Sent. Etiam prior inter absol.

Tertia admittit in diuinis non solùm prioritatẽ & posteri. realem originis inter personas producentes & productas, sed etiam realem prioritatem & posteri. inter perfectiones absolutas, quam prioritatem & posteri, *naturæ* Scotistæ appellant: *Scot. in 1. dist. 5. q. 2. §. 2. diffic. & dist. 7. §. contra istud,* sed fusiùs *in 2. dist. 1. q. 1. §. quantum ad hoc.* Distinguit igitur *Scotus* tria distantia naturæ in diuinis.

6.
Instans 1.

1. In quo natura Diuina considerata per se ante omnes suppositũ, est infinitè perfecta, ex quâ pullulabiles sunt relationes, non vt formæ dantes illi esse, cùm ex seipsâ sit simpliciter ens; sed vt suppositæ accipientia esse ab ipsâ Deitate, per quod esse suppositæ formaliter sint, & sint ipse Deus eâdem prorsus Deitate, non vt formâ in formante, sed vt quidditate per perfectissimam identitatẽ ipsis communicatâ Huius instantis meminit. *Scotus in 1. dist. 5.*

7.
Instans 2.

Instans 2. Naturæ est, in quo eadem natura Diuina habet obiectum primarium sibi intimè præsens per intellectum & voluntatem, quod est nuda essentia Dei, vt infinitè intelligibilis & amabilis. Quæ intima præsentia essentiæ cum intellectu & voluntate in ratione obiecti intelligibilis & amabilis constituit memoriam fœcundam in primâ personâ, eamque proximè potentem ad intelligendam & volendam suam essentiam, nec non ad gignendum & spirandum de suâ propriâ substantiâ infinitũ Verbum & amorem.

8.
Instans 3.

3. Instans seu signum rationis est in quo omnes personæ diuinæ simul producunt intra se creaturas in esse ideali & intelligibili, ante quod signum creaturæ non erant ex se intelligibiles. Duo postrema signa indicat in 2. *dist. 1. q. 1.* vbi etiam subdiuidit duos ordines originis, alterum simpliciter, alterum secundum quid. 1. quo Pater *Ordo 1.* producit Filium, & vterque Spiritum S. 2. quo *Ordo 2.* omnes tres diuinæ personæ producunt creaturas in intelligibili & ideali: sed Pater per virtutem à se, Filius per virtutem sibi cõmunicatam à Patre, Spiritus S. per virtutem acceptã ab vtroque. Prior ordo originis est verus & realis, & ideò dicitur simpliciter talis, quia per illũ realiter producuntur personæ diuinæ. Posterior non est verus & realis, sed ad similitudinem dumtaxat ordinis & originis realis; & ideò dicitur ordo secundũ quid, quia per illum non producuntur personæ diuinæ, sed supponuntur productæ, & illis quasi accidentaliter, seu concomitanter talis ordo aduenit, Docet hos duos ordines, *naturæ & originis*, esse diuersæ rationis; eosque ita combinat, vt in 1. ordine naturæ nullus sit ordo originis; in 2. sit totus prior ordo originis, quo pater gignit, & filius gignitur; & quo vterq; spirat, & Spiritus spiratur: in 3. collocat posteriorẽ ordinẽ originis, quo pater à se, reliquæ personæ per virtutẽ sibi ab alio cõmunicatam producunt; Nõ enim, repugnat vt in diuinis eodem instãti naturæ simul sint plura instantia originis quo sunt vt Pater gignit, & Filius gignitur; & quo vterque spirat, & Spiritus S. spiratur, sicut in creaturis possunt eodem

9.
Ordo naturæ originis.

instanti

Digitized by Google

instanti esse plura instantia naturæ, & eodem instanti naturæ plura instantia ea salitatis.

10. *Diuersis.* Fundam. intellectus & voluntas diuina non solum sunt productiua per generationem & spirationem, sed etiam operatiua per intellectionem & volitionem: quamuis vt operatiua præcedant seipsa, vt productiua; & rursus vt operatiua priùs comparentur ad obiectum primarium, quàm ad secundarium. ergo non solum in diuinis assignandus est ordo originis. quo persona producens præcedit productam; sed etiam ordo naturæ, quo principiũ operatiuum præcedit productiuum, & quo idem principiũ operatiuum priùs natura fertur ad obiectum primarium, quàm ad secundarium. Demum quia personæ diuinæ producuntur per operationes terminatas ad solum obiectum primarium, ideò ordo originis, quo diuinæ personæ producuntur, assignari debet in 2 instanti naturæ, in quo intellectus & voluntas diuina habet obiectum primarium sibi intimè præsens; & non in 1. in quo nondum intellectus & voluntas habent obiectum primarium sibi intimè præsens, vel in 3. in quo assignatur obiectum secundarium. Hanc *Scoti* sent. defendunt *Myro in 1. dist. 12. q. 2. Rubio dist. 9. q. 1. Fanensi in 1. dist. 2. disp. 25.* Quòd autem hic ordo naturæ in sent. *Scoti* sit realis, & non tantùm rationis, testatur ipse *in 1. dist. 10. q. vn. §. contra*, vbi docet, differentiam rationis non esse pro ordine naturæ sufficientem, & sequitur ex ipsius doctrinâ de distinctione formali inter diuinas perfectiones; nam qualis est distinctio, talis est ordo: distinctio formalis à parte rei, etiam ordo à parte rei. quia ordo fundatur in distinctione.

11. *Scotistæ omnes.*

12. *Scoti Corol. 1.* Hinc colligit *Scotus* 1. Verbum Diuinum procedere ex solâ notitia essentiæ diuinæ, & non personarum ac creaturarum, sicut & Spiritus S. ex solo Amore essentiæ. Tum quia procedere debent ex notitiâ, & amore solius obiecti primarij, cuiusmodi est sola essentia Diuina. Tum quia in 2. signo naturæ nondum Verbum, & Spiritus S. sunt in memoriâ fœcunda Patris per intuitiuam notitiam ipsorum, cùm eo signo nondum supponantur producti & existentes in seipsis formaliter, sed tantũ eminenter in essentiâ: & multò minùs eo signo supponuntur creaturæ, quæ in esse intelligibili & ideali producũtur in tertio signo naturæ ab omnibus personis simul. Non potest autem Verbum procedere per notitiam intuitiuâ obiecti, quod non præsupponitur prius natura existens ad productionem ipsius Verbi, cùm notitia intuitiua præsupponere debeat existentiam obiecti naturâ priorem.

13. *Corol. 2.* 2. colligit. diuinas personas omnes simul ad extra creare; etsi primam, per virtutem à se, cæteras verò per virtutẽ sibi cõmunicatam ab alio; quia in signo creationis omnes personæ supponuntur existentes in seipsis cum eâdem omnino virtute & potentiâ creatiuâ.

14. *4. Sent. reales exludit.* QVARTA solùm admittit prioritatem & posteri. realem originis inter personas producentes & productas, non realem naturæ vel inter ipsas personas producentes & productas, vel inter reliquas perfectiones diuinas; inter quas tantùm admittit prioritatẽ & poste. virtualẽ naturalis exigentiæ & conceptibilitatis respectu nostri. *Hen. 2. p. sum. a. 54. q. 5.* nec contrariũ docet *a. 52. q. 3.* vbi realem prioritatem negat, quia vt hîc testatur, intelligit cũ S. Patribus cõtra Arium, de solâ prioritate durationis & perfectionis: quamuis hanc prioritatẽ originis ipse appellet naturę: *Aure. in 1. dist. 1. a. 5. ad 4. Ocha. dist. 9. q. 3. concl. 6. Arim. q. vn. ar. 2. concl. 2. Gabr. q. 3. ar. 2. propo. 3. Marsil. q. 13, a. 2. concl. 2. Palat. disp. 1. Zumel. 1. p. q. 42. a. 3. dis. vn. propo. 2. Vas. dis. 167, & 168. cap. 2. Sua. lib. 7. de Trin. c. 7. fin. Ruiz dis. 105. sect. 3. &c.* Nec dissentiũt. *Cajet. 1. p. q. 42. ar. 3. & Bannez ibid.* qui solum dicunt, modũ loquendi non esse vsurpandum propter periculum errandi.

15. *Est ordo realis orig.* D I C O 1. In diuinis est ordo realis originis inter personas producẽtes & productas. In hâc assert. conueniunt omnes *Scholast.* eam docet *August. lib. 3. contra Maximin. pro 1. sent. cit.* vbi hunc ordinẽ appellat *Naturæ*, non in sensu ab *Arist.* definito 5. *Metaph.* in quo *infra* negabo, illũ esse in diuinis; sed in sensu Theolo qui recurrit, cum ordine originis vt *S. Tho.* docet *1. p. q. 42. art. 3 ad 3.* dicitur enim ordo naturæ seu naturalis originis, vt *ibi*, explicat, prout distinguitur ab ordine productionis liberæ.

Conueniunt omnes Scholastici.

16. *Pr. concl.* Prob. 1. vbi est realis pluralitas sine ordine, ibi necessariò est cõfusio: at in diuinis est pluralitas personarum sine confusione, cum hæc imperfectionem importet Deo repugnantem: est ergo realis ordo vnius personæ ad aliam. Prob. 2. inter diuinas personas est quidam ordo naturaliter prædefinitus, quem non licet inuertere; ergo est ordo realis. quia realis ordo est, quem natura ipsa prædefinit, & sola ratio ad libitum inuertere non potest. Antec. demonstro: quod Pater sit principium Filij & vterque Spiritus S. non è conuerso, non est ab aliquâ extrinsecâ ratione præscriptum, sed ab ipsâ intrinsecâ rei naturâ prædefinitum; quia nulla ratio ad libitũ mutare potest, quod essentialiter exigit ipsa natura Patris; Filij, & Spiritus S. vt Pater sit à quo Filius, & vterque à quo Spiritus S. noncõtrà.

17. *Realis est prior orig.* D I C O 2. Inter Diuinas Personas; est realis prioritas & poster. originis, non naturæ. Prior pars prob. 1. ex Patrib. Aug. *de triplici habit. Tunc iustis manifestum erit, quemodo Pater non præcesserit Filium tempore, sed origine.* Origenes *homil. 2. in 1. Ioan. Præcedit Pater Verbum, non naturâ, sed causâ*: accipit causam pro principio, more Græcorum, Basilius *lib. 1. cont. Eunom. Nos autem secundum habitudinem causarum ad ea, quæ ex ipsis sunt, Patrem Filio præponi dicimus.* Richardus Victor. *l. 5. de Trin. c. 7. Quod non potest esse prius temporaliter, potest esse prius causaliter.* Prob. 2.

18. *Prima ratio.* Ratione. Prima sit; In diuinis personis est ordo à naturâ præscriptus, quo vna persona est naturaliter 1. alia 2. alia 3. nec is pendet ex numerantis arbitrio, sed ex ipsâ naturalis originis quidditate, quæ essentialiter eum postulat. at quod ex naturâ rei est primum & 1. ex naturâ rei est prius & posterius, essentialiter inclusũ in 1. & 2. nam primũ ex conceptu suo antecedit secundum antecessione aliquâ. ergo quod reipsa est primũ & 1. reipsa primũ aliquâ antecessione antecedit secundum: igitur si Pater reipsa est primus, Filius 2. Spiritus 3. re ipsa Pater erit prior Filio, vterq; Spiritu S. Confir. quidquid ab aduers. adduci potest contra prius & posterius, adduci etiã potest contra primũ & 2.

19. *Contrà Durand.* Nec satisfacit *Duran.* asserens pri. & 2. dẽotare solùm ordinem; prius & posterius addere excessum & defectũ. Nam hoc gratis dicitur; & quâ ratione cohærere simul possunt pri. & 2. sine vllo excessu & defectu, cohærere etiã poterunt prius & poste; quę vt notat *Mayro* est naturalis passio ordinis realis.

20. SECVNDA V bicunq; est ordo realis, & secundũ talẽ ordinẽ non est simultas; necessariò est aliqua prioritas & post. saltẽ sub ea ratione, sub quâ est ordo. Inter diuinas autẽ personas producentes & productas, seu productiuas & producibiles, est ordo realis originis, vt cõstat *ex 1. asser.* & secundũ talẽ ordinẽ non est simultas: quia esse simul origine est esse simul quoad productiuitatẽ & producibilitatẽ: sicut ordo originis formaliter cõsistit in productiuitate vnius, & producibilitate alterius; ita vt eandẽ vim produ-

Secundum ordinẽ realẽ orig. non est simultas.

Digitized by Google

actiuam, & eodem modo habeat vna persona, ac altera. hoc autem implicat: alioqui eadem vis productiua, & eodem modo esset in principio productiuo, ac in termino producibili; eademque vis producibilitatis, & eodem modo esset in termino producibili, ac in principio productiuo. Vnde applicando ad rem nostram, eadem perfectio generandi, & eodem modo esset in Patre, ac Filio, eademque perfectio nascendi, & eodem modo esset in Filio, ac in Patre. Similiter esset de virtute spiratiuâ & termino spirabili respectu spiratoris & spirati. Maior patet; quia simultas cõtradictoriè opponitur prioritati & posterioritati. cùm inter eas non detur medium. Simultas enim duorum negat prioritatem & posterioritatem eorund. Ergo si inter diuinas personas non est simultas originis necessariò erit prioritas & posterioritas originis, quæ non est aliud, quàm esse, à quo alius, & qui ab alio: sed Pater est, à quo filius, & Filius, qui à Patre; & vterque, à quo Spiritus S. qui ab vtroque: ergo.

21. *Prioritas non est naturæ.*

Posterior pars constat: nam prioritas naturæ, vt illam definit *Arist. 5. metaph. c. 11.* est, quando vnum potest esse sine alio, non contrà. At vna persona diuina non potest esse sine aliis: ergo vna non est naturâ prior aliis. Et à fortiori nulla perfectio absoluta intrinseca Deo est naturâ prior aliâ perfectione absoluta vel relatiuâ. Quia nulla est perfectio absoluta, vel relatiua in Deo, quæ sine aliâ perfectione eiusdem Dei esse possit. *Rubio*, prioritatem naturæ definit esse, non solùm quâ vnum re ipsa existere, aut duratione præcedere potest aliud, sed etiam cui minùs repugnat existere, quàm alteri: & quia in diuinis minùs repugnat personam producentem existere, aut etiam duratione præcedere productam, quàm contrà; ideò concedenda erit inter diuinas personas naturæ prioritas & posteriori.

22. *Rubio non satisfacit.*

Contrà. Non satisfacit: tum quia hæc definitio gratis fingitur, cùm nec ab *Arist.* nec ab alio tradita sit: alioqui concedere possemus Deo prioritatem & posterior. dignitatis, aliter definiendo prioritatem & posterior. dignitatis, quàm Patres & Theologi definiũt. Tum quia, cùm omnes perfectiones diuinæ sint ipsum *necesse esse*, æqualis repugnantia est in omnibus, vt vna existere possit sine aliâ; atque adeò non poterit re ipsa minùs vni, quàm alteri repugnare, vt sine aliâ existere possit. Quòd si quando Patres, aut graues *Scholast.* videntur Deo concedere prioritatem naturæ, explicandi sunt de prioritate originis naturalis, prout distinguitur ab origine & productione liberâ.

Patres & Scholast. explicandi.

23. *Coroll. 1.*

Deducitur 1. Patrem non eo formaliter priorem origine, quòd ipse à nullo sit, sed eo formaliter, quòd sit alterius productiuus, quia prioritas originis est positiua habitudo producentis ad productum; sicut è conuerso posterioritas originis, est positiua habitudo producti ad producens: producens autem non dicit habitudinem ad productum ex eo formaliter, quod ipse non sit ab alio productus: tum quia posset non esse ab alio productus, & tamen nullius esse productiuus, & tunc nulla esset in eo prioritas, quia prioritati respondet posterioritas in eodem ordine: at tunc nulla foret originis posterioritas, cùm hæc sit ipsa passiua productio termini à suo principio producente; tum quia prioritas originis est positiua perfectio principij producentis: non esse autem ab alio, est pura negatio productionis ab alio. 2. Hæc prioritas & posterioritas non solùm est inter personas producentes & productas, sed etiam inter potentias productiuitatis & producibilitatis; nec non inter ipsas formales origines actiuas & passiuas. Vnde æternus Parens non solùm est prior origine Filio ratione personalitatis, sed etiam ratione virtutis generatiuæ, nec nõ ratione formalis originis, quæ in ipso est actiua generatio. Similiter Pater & Filius non modò sunt priores origine Spiritu S. ratione suppositorum, sed etiam ratione virtutis spiratiuæ & formalis originis quæ est ipsa Spiratio actiua Patri Filioque communis. Hæc enim omnia in ratione prioritatis & posterioritatis sibi proportionatè respondent: præcedit enim suppositum productiuum terminum producibilem, vt principium *quod*. Virtus verò productiua præcedit vim producibilem, vt ratio *quæ*, siue *per quam*; origo actiua originem passiuam, vt ratio *quâ*, quorum omnium ea est ratio, quia in omnibus his reperitur realis habitudo vnius ad aliud spectans ad eundem ordinem originis: Nam omnes istæ tres rationes suppositi producentis, virtutis productiuæ, & formalis productionis complent vnum & eundem ordinem originis, atque adeò eundem ordinem prioritatis & posterioritatis. 3. Hæc prioritas & posterioritas non est inter relationes diuinas, quatenus ad instar relationum prædicam. concipiuntur resultare ex oriniibus: quia sub hâc formalitate nullum exercent munus, nisi puri respectûs. Vnde non esset maior ratio, cur vna potiùs præcederet aliam, quàm contrà; quia idem munus puri respectûs, quod exercet vna, exercet & alia. Vnde quatuor formalitates seu quasi partes eiusdem integræ formalitatis considerandæ sunt in quâlibet personâ diuinâ. Prima est formalitas constitutiua personæ vt sic. 2. est constitutiua personæ vt productiuæ, vel vt producibilis. 3. vt originantis, vel originatæ. 4. vt referentis & relatæ. 4. Prioritas & posterioritas realis originis non intercedit nisi inter realiter distincta. Tum quia realis prioritas & posterioritas supponit realem distinctionem extremorum, in quibus talis ordo fundatur; idem enim respectu sui prius, & posterius origine esse nequit. Tum quia ordo realis originis non intercedit nisi inter ea, quorum vnum se habet vt producens, alterum vt productum: sed hæc necessariò distinguuntur realiter, cùm nequeat idem producere seipsum. Vnde nec Pater est origine prior respectu generationis actiuæ, nec Spirator respectu spirationis actiuæ: quia neuter neutrum producit. Præterea nullum absolutum, quatenus constituit naturam Patris formaliter & per se, est origine prius Filio: nec n. quatenus constituit naturam Patris distinguitur à Filio, vel est illius productiuum, vt *suprà* & *disp. seq.* Quod autem nullo modo distinguitur ab alio, neq; est illius productiuum, non potest formaliter & per se esse prius origine illo.

Ratio.

24. *Coroll. 2.*

In personis formalitates 4.

25. *Coroll. 3.*

26. *Coroll. 4.*

5. Pater prius origine per generationem actiuam respicit Filium, quàm per spirationem actiuam Spiritum S. non autem priùs origine respicit generationem actiuam, quàm passiuam. Hoc 2. patet; quia respectu generationis, & spirationis actiuæ, nullo modo Pater est principium productiuum. Primum prob. tam generatio passiua, quàm spiratio passiua originantur à Patre: at spiratio passiua præsupponit essentialiter generationem passiuam. Quotiescunque autem plures actiones originantur ab eodem principio, cum essentiali præsuppositione vnius ad aliam, vna est prior aliâ; atque adeò principium dicitur priùs originare, vnam, quàm aliam. Sed generatio passiua, & spiratio passiua originantur ab eâdem personâ Patris, cum essentiali præsuppositione generationis ad spirationem: ergo generatio est prior spiratione, & consequenter Pater per generationem actiuam priùs origine respicit Filium, quàm per spirationem actiuam Spiritum S. atque adeò priùs dicitur generare quàm spirare.

27. *Coroll. 5.*

6. Patre

Digitized by Google

Coroll. 6.

6. pater priùs prioritate secundùm quid spirat quàm Filius, & vterque priùs ad extra producit, quàm producat Spiritus S. Hæc est Doctrina *Scoti* quæ mihi vel ex eo prob. quia sicut prioritas origenis simpliciter. dicta, est quâ producens dat esse producto; & posterioritas origonis simpliciter dicta, est quâ productum accipit esse à producente: ita prioritas originis secundùm quid erit illa, quâ vna persona per virtutem à se, alia per virtutem ab alio acceptam ad eundem terminum producendum concurrunt. Etenim duæ hæc cõstituunt diuersificatem habendi eandem virtutem; quæ diuersitas aliquo modo redundat in diuersitatem producendi eundem terminũ: & cùm sit secundùm quid, reduci debet, ad aliquã diuersitatẽ simpliciter: hęc autẽ alia esse non potest, quàm diuersitas originis.

Scot. approbatur.

20. *Virtualis prioritas exigentiæ naturalis & obi. ctiuæ conceptibilitatis.*

DICO 3. præter realem prioritatem & posteriorigenis, concedenda est in diuinis virtualis prioritas, & posteri. naturalis exigentiæ & obiectiuæ conceptibilitatis. Fund. licet in Deo sit vna simplicissima perfectio, nullam admittens ex naturâ rei distinctionem, præterquam inter oppositas relationes: propter plenitudinem tamen essendi, & eminentissimũ modum vnitissimè continendi omnes perfectiones possibiles, naturaliter exigit, vt si ab intellectu, non valente vnico actu totam eius perfectionem exprimere, rectè & ordinatè concipiatur, priùs concipi debeat secundùm vnam perfectionem quàm aliam. Nam eo ordine concidienda sunt vbi virtualiter tantùm distinguuntur, quo ordine existunt vbi eadem realiter differunt; quia omnis ordo & distinctio secundùm quid reducenda est ad ordinem & distinctionem simpliciter. Sed vbi tales perfectiones realiter differunt, vna præcedit etiam aliquo ordine prioritatis. Ergo eodem ordine proportionali sunt concipiendæ, vbi tantùm virtualiter distinguuntur. Quia sicut realis identificatio pluriũ perfectionum in eâdem formalitate non tollit intrinsecam perfectionem vniuscuiusq; vt patet de diuinis relationibus, quæ identificatæ cum essentiâ non amittunt intrinsecam oppositionem, quam adhuc identificatæ cum essentiâ mutuò retinent: ita nec tollit naturalem exigentiam, quam eædem perfectiones habent ad concipi. Nam conceptibilitas est passio consequens entitatẽ. Igitur quâ ratione tales perfectiones identificatæ retinent propriam entitatem, eâdem ratione retinebunt eandem conceptibilitatem. Hinc

30. *Absoluta præconcipienda relatiuis.*

deducitur, absoluta præconcipienda esse respectiuis; & inter absoluta communiora minùs communibus, vt ratio substantiæ præconcipienda est intellectiuitati, & hæc appetiuitati; & actus intellectus actui voluntatis; actus verò voluntatis actui externæ executionis. Item ratio immaterialitatis præconcipienda est prior, quàm ratio intellectiuitatis. Eodem modo de cæteris perfectionibus, tam absolutis, quàm respectiuis, vel ad inuicem comparatis, vel seorsim consideratis discurrendum erit proportionaliter ad ea, quæ actu distinguuntur.

31. *Prioritas secundũ subsistẽdi consequẽt. in Deo.*

DICO 4. Concedenda est in Deo prioritas secundùm subsistendi consequentiam, non quidem realis, sed rationis. Primum patet; quia prioritas hæc, vt *Philos.* definit, est quando ab vno non conuertitur consequentia ad alterum: Vt *animal est: ergo homo est.* Animal est prius homine subsistẽdi consequentiâ, quia ab animali ad hominem non conuertitur consequentia: conuertitur autem ab homine ad animal. quia valet; *homo est, ergo animal est,* Vnde homo est posterior animali subsistendi consequentiâ. At multæ sunt perfectiones in Deo, in quibus non conuertitur subsistendi consequentia ad alias: vt constat in perfectionibus absolutis, à quibus non conuertitur consequentia ad respectiuas: *Hæc persona est Deus; ergo est Pater:* contrà verò conuertitur subsistendi consequentia à respectiuis ad absoluta, vt Pater est, ergo Deus est.

32. *Est rationis, non realis.*

32. Secundum patet; quia nullum priùs prioritate subsistendi consequentiâ in Deo esse potest sine posteriore secundum eandem subsistendi consequentiam: nam absoluta, quæ in Deo priora sunt subsistendi consequentiâ respectiuis, nequeunt esse sine respectiuis: ergo talis prioritas in Deo non est realis, sed rationis, nam eatenus hæc prioritas in rebus creatis est realis, quatenus prius separabile est ex naturâ rei à suo posteriore, vt animal ex naturâ rei existere potest sine homine, licet non posset homo existere sine animali. Igitur si in Deo priùs non est ex naturâ rei separabile à suo posteriore, non erit priùs reale, sed rationis. Confir. hæc prioritas coincidit cum eâ, quæ est inter vniuersalia & particularia, siue inter superiora & inferiora: sed talis prioritas & posteri. in Deo non est realis. Sed rationis, quia in Deo commune & proprium, siue superiùs, & inferius non distinguuntur realiter, sed solâ ratione, sola difficultas esse posset de prioritate secundum subsistendi consequentiâ inter actus necessarios & liberos, an sit realis de quâ *infrà*.

Confir.

33. *Nulla in quo sed à quo.*

Deducitur in diuinis nullã esse prioritatẽ & posteri *in quo*, sed tantùm *à quo*. Fundam. *in quo*, aut est prioritas & posteri. durationis, aut certè ad illam reducibilis, vt imperfecta ad perfectam eiusdem ordinis. A diuinis autem non solùm abest omnis prioritas & posteri. durationis simpliciter, sed etiã secundùm quid; quia in diuinis non modò omnia reipsa sunt simul in eâdem mensurâ æternitatis, sed neque concipi possunt, vt existentia in diuersâ durationis mensurâ, quia concipi non possunt in oppositâ mensurâ ab eâ, in quâ de facto sunt, alioqui falsa esset conceptio. nam etsi possint à mensura æternitatis præscindi, non concipiendo illa, vt positiuè existentia in eâdem æternitatis mensurâ, concipi tamen non possunt, vt positiue existentia in diuersis instantibus durationis. Vnde non rectè à *Scotistis* in diuinis ita assignantur diuersa instantia & signa. vt ipsi vocant *Naturæ*, acsi reipsa non omnia responderent eidẽ instanti durationis. Vt cùm dicunt, Patrem in 1. instanti seu signo naturæ esse perfectè beatum, absque notitiâ intuitiuâ personarum & creaturarum: nam cùm notitia dicatur intuitiua per ordinem ad obiectum præsens in eodem signo & instanti durationis, esto non sit in eodem signo & instanti originis, non poterit dici Patrem in priori signo originis non habere intuitiuam notitiam personarum & creaturarum: quia cũ prioritate originis stat simultas durationis principij producentis & termini producti; atque adeò cum prioritate originis in Patre stat intuitiua notitia de personis productis & actu existentibus in eodem signo æternitatis.

34. *Ad arg. 1. Sent.*

Ad 1. Primæ ductum ab autho. Resp. Patres solùm negasse in diuinis prioritatem & posteri. dignitatis, & durationis. Argu. enim contra Arium, qui vtramque fingebat in diuinis personis; asserens Patrem esse Filio maiorem ac priorem. Constat ex *cit. symbolo Athanas.* vbi ea tantùm prioritas & posteri. negatur diuinis personis, cuius simultas in eod. symbolo affirmatur. At sola simultas durationis & dignitatis ibi affirmatur, vt patet cùm dicitur. *Et in hâc Trinitate nihil prius, aut posterius; nihil maius, aut minus: sed totæ tres personæ coæternæ sibi sunt & coæquales.* Tum ex reliquis Patribus, qui negant in diuinis solam prioritatem & posteri. du-

Digitized by Google

rationis & dignitatis; Tum quia cum prioritas & posteri. simpliciter prolata stet pro suo principali analogato, quod est prius & posterius durationis, noluerunt illâ simpliciter Deo concedere, sed semper cum addito limitante ad solam prioritatem & posteri. originis, *vt suprà*. Ad 2. ductum ex ratione Resp. personam diuinam producentem esse priorem origine personâ productâ, non ratione essentiæ, sed relationis; non vt formaliter exercet munus referentis, sed originantis, & constituentis tum potentiam producendi, tum suppositum ipsum producens. Ad confir. nego antec. Fundam. secundæ, quatenus conuenit cum fund. primæ negandũ est: & fund. tertiæ, quod impugnatũ manet.

39. *Ad 2.*

Ad secundã. Tertiæ.

Sect. 2. *An ea, quæ in diuinis sunt priora in vno genere, possint esse posteriora in alio?*

36. HANC quæst. non reperio sub his terminis propositam, facilè tamẽ colligi potest ex illis, quę de prioritate & poster. originis *Scolastici* de Deo disputant: & ea necessaria est, vt ex eâ vniuersales regulæ pro occurrentibus diffic. subministrentur ad rectè concipiẽdum, & loquendum de prioritatibus & poster. quæ in Deo assignari solent.

37. *Negat Scoti doctrina.*

PRIMA sent. negat: colligitur ex doctrinâ *Scoti*, negantis Verbum procedere ex intuitiuâ notitiâ personarum, & creaturarum possibilium: eo quòd notitia, quâ Verbum producitur, origine præcedit, sicut & ipsum Verbum naturâ præcedit creaturas possibiles: quæ sent. supponit, non posse eandem notitiã, quâ Verbum producitur, esse priorem origine Verbo, & simul posteriorem Verbo, & creaturis possibilibus, in ratione obiecti ad cognitionem præsuppositi. *Fundam.* fundam. quod est prius origine, est prius simpliciter; nec potest esse posterius respectu eius, respectu cuius est priùs simpliciter, quia quod est prius simpliciter, supponitur sub omni modo & ratione independens ab alio: igitur neque secundùm quid potest esse posterius & dependens ab alio. Maior prob. quod est prius origine, debet suo posteriori communicare esse simpliciter: quod autem debet esse simpliciter alteri communicare, debet ab illo esse omninò independens, & prius omni prioritatis genere.

38. *2. Sent. affirmat.*

SECVNDA affirmat: colligitur ex doctrina eorum, qui docent, Verbum aut de facto procedere ex notitiâ intuitiuâ personarum & creaturarum possibilium, aut certè ex hoc capite mutuæ prioritatis & poster. in diuerso genere non repugnare, quin illud hoc modo procedat: & eorum, qui mutuam prioritatem & poster. admittunt in actibus intellectûs & voluntatis diuinæ; nec non in obiectis ipsis tales actus terminantibus; cùm sit eadem ferè vtriusque ratio.

39. *Concl. affirmat.*

DICO. Nulla sequitur contradicto, vt ea, quæ in diuinis sunt priora in vno genere, sint simul, aut etiam posteriora in alio genere; atque adeò ita de facto asserendum est ad meliùs faciliusque saluandas multas diffic. Theol. quæ sine hâc mutua prioritate in Deo saluari non possunt. Constat 1. in rebus creatis, in quibus sine vllâ contradictione, quæ in vno genere sunt priora, non repugnat in alio genere esse posteriora. Vt materia est prior forma in genere subiecti primi receptiui. Rursus forma est prior materiâ in genere actûs substãtialiter actuantis. Item agens est prius subiecto in genere efficientis eductiui, rursus subiectum est prius agente in genere subiecti subsentatiui. Finis est prior agente in ratione mouentis: agens est prius fine in ratione exequentis. Quælibet substãtia creata est prior suis proprietatibus in genere causæ originantis: proprietates sunt priores substantiâ in genere formæ informantis, & disponentis. Ergo ascendendo ad diuina, non repugnat, vt Pater sit prior Filio in ratione principij originantis, & simul cum Filio in ratione correlatiui referentis ac mutuò respicientis; imò & posterior Filio in ratione obiecti & termini specificantis, ac terminantis ipsam transcend. relationem paternitatis: cùm non minùs Pater supponat Filium in ratione obiecti, & termini specificantis ipsam transcend. relationem paternitatis, quàm Filius Patrem in ratione originantis, & communicantis naturam. Confir. 1. in omnium ferè sent. personæ diuinæ sunt simul naturâ, duratione, & cognitione: naturâ, quia nequit vna persona diuina existere sine aliis; duratione siue æternitate, quia vna est omnium interminabilis vitæ tota simul & perfecta possessio; cognitione, quia repugnat, vnã perfectè cognosci sine aliâ. Cum hâc tamen triplici simultate stat prioritas vnius & posterioritas alterius in ratione originantis & originatæ. Ergo cum eadem prioritate & poster. stare poterit simultas, aut etiam prioritas & poster. in quolibet alio genere, Deo non repugnante, quia vt aliquid sit posterius altero sufficit, vt habeat talem cõnexionem cum illo, vt eo implicante, implicet & hoc; & eo non existẽte, neque hoc existere possit. Talem connexionem habet Pater cum Filio & Spiritu S. quia implicante, Filio, vel Spiritu S. implicaret & Pater, vel secundùm rationem paternitatis respectu Filij, vel secundùm rationem spiratoris Spiritûs S. Atque hoc non tantùm identicè, & per locum extrinsecum, sed formaliter, & per locum intrinsecum:

40. *Confirm. 1.*

Ratio 1 prioris.

41. *Confir. 2.*

2. Licet repugnet, vt vna & eadem formalitas sit, aut concipi possit prior & posterior simul respectu eiusdem; nam etiam secundùm rationem implicat, vt vna & eadem formalitas cõcipiatur cum oppositâ affirmatione & negatione simul; qua autem concipitur prior, concipitur vt independens ab aliâ; qua concipitur vt posterior, concipitur vt dependens ab eodem, non tamen implicat, vt vna & eadem res secundùm diuersas formalitates, virtualiter tantùm distinctas, possit concipi prior, & posterior respectu diuersorum, quia si illæ formalitates essent à parte rei distinctæ, possent esse priores & posteriores respectu diuersorum: ergo etiam identificatæ, & virtualiter tantum distinctæ, poterunt esse priores & posteriores respectu diuersorum, quia identificatio non tollit quidditatiuam exigentiam identificatorum, vt patet de relationibus diuinis, quæ ex eo quòd identificentur cum essentiâ, non amittunt quidditatiuam oppositionem ad inuicem. Adnoto; hanc mutua prioritas & poster. in diuerso genere non modo admittenda est inter diuinas personas, secundùm diuersas rationes consideratas, sed etiam inter diuina attributa, nec non inter actus diuini intellectus & voluntatis; inter obiecta ipsa, vt tales actus terminantia: Item inter perfectiones absolutas & respectiuas inuicẽ comparatas. Quo fit vt non semper hæc mutua prioritas sit realis, sed interdum realis ex vnâ parte, rationis seu virtualis ex aliâ: interdum rationis seu virtualis ex vtrâque parte, iuxta naturalem exigentiam extremorũ, quæ mutuò comparantur vt priora & posteriora secundùm diuersas formalitates & rationes. Ad fundam. primæ, si per prius simpliciter, intelligatur prius non tantùm origine, sed etiam secundùm alias rationes prioritatis, negand. maior.

Virtualis distinctio sat est.

42. *Nota idem inter attrib.*

Virtual.

43. *Ad fund. 1. dist. maior.*

Mutua prioritas causarum declar.

maior. quæ erat probanda, non supponenda. Siquidem cum prioritate originis non repugnat posterioritas in alio genere, vt probatum est. Saluatur enim prioritas originis, si producens habeat suum esse independens à producto, in eo duntaxat genere, in quo illud debet communicare producto. Si verò per prius simpliciter, intelligatur prius potiore & principaliore ratione prioritatis, concedi maior. Nam inter omnes prioritates, quæ Deo conuenire possunt potissima est originis, per quam vna persona realiter communicat esse alteri. Alioqui quæ inter omnes prioritates principem locum tenet, ex *Philos. in Prædicam. cap. de Priore*, est prioritas durationis, secundùm quam vnum dicitur antiquius alio. Cæterùm sicut cum prioritate durationis quæ est omnium potissima, stare potest posterioritas in alio genere: ita cum prioritate originis non repugnabit posterioritas in alio genere. Ex his ad prob. maioris, neg. minor.

Sect. 3.

Quo pacto ordinanda sint signa prioritatis & posterioritatis in actibus intellectûs & voluntatis diuinæ?

45. *Virtualis præsuppositio.*

SVPPONO hæc signa non esse prioritatis & poster. realis sed tantùm rationis, & virtualis dunxat præsuppositionis vniùs formalitatis ad aliam, quatenus recto ordine rationis vna formalitas concipienda est prior alia ab intellectu, non valente vnico actu concipere totam perfectionem obiecti. Vt posito, quod non possit vnico actu simul concipi perfectio intellectionis & volitionis diuinæ, rectus ordo concipiendi, fundatus in rebus ipsis poscit, vt intellectio concipiatur prior volitione; tum quia in rebus creatis, ad instar quarum increatas concipimus, intellectio præcedit volitionem: tum quia plenitudo diuini actus postulat, vt priùs concipiatur secundùm vnam formalitatem, quàm aliam. Nam sicut formalitates intellectionis & volitionis per mutuam identificationem non amittunt proprium esse intellectionis & volitionis in Deo, ita nec naturalem exigentiam, vt vna concipienda sit prior alia. Est autem hoc suppositum

46. *Contra Scotum.*

tum contra *Scotum* opinantem, hæc signa non esse tantùm rationis, sed ex naturâ rei, qui propterea, appellat signa siue instantia naturæ, ad cuius prioritatem & poster. docet, non sufficere solam distinctionem rationis. Tum contra *Ocham. in 1. dist. 9. qu. 3. fine, Gabriel. in 3. dist. 2. dub. 3. fine.* negantes huiusmodi signa & instantia rationis in actibus diuini intellectûs & volûtatis. Nos tamen prædicto supposito, vt certo admisso, tum ex Patribus, qui sæpe huiusmodi signis vtuntur ad explicandum mysterium diuinæ prædestinationis, vt patet ex *August.* pluribus in locis, & ex Prospero *in epist. ad Aug.* posita ante *lib. de Prædestin. Sanct.* tum ex communi sent. quæ hæc signa admittit ad explicandas varias dependentias, quas obiecta ipsa vt à Deo volita important. Vlteriùs explicandum superest, quo pacto, & vnde sumenda sit hæc prioritas & poster. in actibus intellectûs & voluntatis diuinæ.

47. *1. Sent. Triplex.*

PRIMA sent. *Cajet. 3 p. qu. 1. art. 3. §. Ad euident.* distinguentis Vniuersum hoc in tres ordines, naturæ, gratiæ, & vnionis hypost. In 1. ordine collocat res omnes naturales, earumque defectus, tam purè naturales, vt monstra, ægritudines, ignorantiam; quàm morales, vt peccata, quæ collocat in ordine naturæ, quia solius naturæ viribus committuntur.

Ordo.

In 2. collocat omnia dona gratuita & supernat. In 3. vnionem Verbi cum naturâ creatâ. Porrò hos ordines ita combinat, vt in diuinâ mente primus præsupponatur ad 2. secundus ad 3. Quare iuxta hunc ordinem ita docet coordinanda esse signa & instantia rationis in actibus intellectûs, & voluntatis diuinæ; vt quæ spectant ad ordinem naturæ, præconcipienda sint priora iis, quæ spectant ad ordinem gratiæ; & quæ ad ordinem gratiæ pertinet, præconcipienda sint priora, quàm quæ pertinent ad ordinem Vnionis. Ex quo colligit, Incarnationem Christi, vtpotè spectantem ad 3. ordinem, prædestinatam esse post præuisum originale, in cuius remedium illa est decreta, aliàs non decernenda: & destinationem cuiuslibet puri hominis ad gloriam decretam esse post præuisa omnia naturalia ipsius; nec non post defectus, tam naturales, quàm morales; atque adeò post ipsius peccata commissa præuisa. Fundam. eo ordine concipiêda sunt hæc instantia rationis in mente diuinâ, quo res ipsæ mutuò se supponunt. At natura supponitur ad gratiam, vt substratum ad formam indebitam, gratia ad vnionem hypost. vt ordo medius ad summum.

48. *Fundam.*

49. *Scotus assig. ordinem vt inter finem & media,*

SECVNDA *Scoti in 1. dist. 41. qu. vn. §. Potest aliter, & in 3. dist. 7. qu. 3. §. Sed hic & dist. 19. qu. vn. §. In istâ qu.* talem ordinem in actibus diuinæ voluntatis assignantis, qualis est inter finem & media. Vnde sicut finis est prior mediis; & inter media, quæ sunt nobiliora, & propinquiora fini, priora sunt iis, quæ sunt ignobiliora & remotiora à fine: ita in Deo intentio finis est prior electione mediorum; & electio mediorum nobiliorum & propinquiorum fini, est prior electione mediorum ignobiliorum, & à fine remotiorum. Ex quo principio deducit, Christum, qui est nobilissimum inter omnia media, & ad Dei gloriam manifestandum, qui est finis omnium operum Dei ad extra, aptissimum & propinquissimum, fuisse primum inter omnes prædestinatos. Ex quo vlteriùs infert, illum venturũ fuisse, saltem in carne impassibili, etiamsi Adam non peccasset; eo quòd eius prædestinatio ordine naturæ in decreto Dei præcesserit prædestinationem aliorum hominum, tam quoad gloriam, quàm quoad gratiam: ac proinde quoad ipsam præuisionem originalis, quod præsupponit gratiam Adæ collatam, cùm sit priuatio illius. Prob. Ordinatè volens priùs vult finem, quàm media; & inter media, priùs eligit, quæ sunt nobiliora, & fini propinquiora. Igitur talis ordo assignandus est in mente Dei, qualis est inter finem & media ipsa ad finem relata.

Fundam.

50. *Suarez.*

TERTIA *Suarez 3. p. disp. 5. sect. 1.* alio modo ordinantis hæc instantia rationis; in actibus intellectûs, ait, ordinanda esse iuxta ordinem prioritatis & poster. quam res ipsæ seruant ex naturali connexione inter se: vt quæ re ipsa sunt priores, priùs ratione intelligantur à nobis actum diuinæ cognitionis terminare: quæ verò sunt posteriores, posteriùs ratione intelligantur, eundem actum diuinæ cognitionis terminare. Contrà verò in actibus diuinæ voluntatis ordinem prioritatis & poster. sumendum esse, non ex intrinsecâ & naturali connexione, quam res ipsæ habent ad inuicem, sed ex extrinsecâ & liberâ ordinatione, quam sortiuntur ex voluntate Dei: vt illæ concipiantur priùs ratione à Deo volitæ, quæ sunt volitæ vt finis; illæ verò posteriùs ratione, quæ sunt volitæ vt media ad finem; idque sine vllâ mutatione rerum, per extrinsecam duntaxat ordinationẽ Dei, liberè ordinantis vnam rem ad aliam. Fundam. prioris, res ita se habent ad

51. *Fundam. prioris.*

cognosci, sicut ad esse, ergo is ordo concipiendus est intellectu res perfectè cognoscẽte, qui est in rebus ipsis. Funda. posterioris: talis ordo secundùm rationem cõstituendus est in actibus diuinæ voluntatis,

Poster. asserit.

tatis, qualem secundùm rem seruant actus voluntatis creatæ: quia omnis ordo rationis concipiendus est per analogiam ad aliquem ordinem realem; sed talem ordinem secundùm rem seruat actus voluntatis creatæ: quia voluntas creata non solùm priùs vult finem, quàm media, sed etiam media ipsa ordinat ad finem, absq; intrinsecâ mutatione mediorum per extrinsecâ duntaxat ordinationē sui actus.

52. *Ad sent. vera.* QVARTA sent. â præcedente aut, non posse vnam rem ordinari ad aliâ, vt medium ad finem, ad quam non est naturâ suâ ordinata, per extrinsecam duntaxat voluntatem Dei; sed necessariam esse intrinsecam aliquam mutationem in re ipsa, quæ ordinatur. *Fundam.* Fundam. implicat, fieri transitum de contradictorio in contradictorium sine aliqua mutatione reali. Sed cùm vna res ordinatur ad aliâ, ad quam non est naturâ suâ ordinata, fit transitus de contradictorio in contradictorium; nam ex non ordinata fit talis res ordinata: igitur aliqua realis mutatio intercedat, oportet. At hæc realis mutatio non potest esse ex parte liberi actus diuini, quia ille non mutatur, cùm ex necessario transit in liberum; ergo ex parte ipsius rei, quæ ordinatur. Pro explic. nota

53. *Explicatur controuersia.* hæc instātia prioritatis & poster. non deseruire intellectui increato, eo quòd ipse non concipit suum actum cum prioritate ad alium, ne quidem virtuali, nisi per respectum ad intellectum creatum, concipientem vnum priùs alio; sed deseruire tantùm intellectui creato, qui, cum non valeat vnico actu concipere quidquid perfectionis est in vnico actu Dei, illum concipit per varios conceptus inadæquatos. Vt autem isti conceptus sint ordinati ex parte obiecti, priùs concipiendus est actus diuinus terminari ad vnam rationē obiecti, quàm ad aliam; quia etsi indiuisibiliter terminetur ad omnes rationes in obiecto existentes, attamen secundùm rationē cum fundamento in re, & per analogiam ad actus creatos, possumus eumdem actum concipere priùs terminari ad vnam rationē, quàm ad aliam. Et ptopter hoc assignantur huiusmodi instātia rationis, vt nobis deseruire possint ad rectè & ordinatè cōcipiendas varias rationes & formalitates, quę in vno simplicissimo actu Dei vnitissimè continentur.

54. *Concl. 1. Subordinatio requir.* DICO 1. Prioritas & poster. inter actus intellectus, & voluntatis diuinæ sumenda est ex virtuali præsuppositione vnius, & naturali subordinatione alterius. Etenim, quia actus intellectus in Deo virtualiter præsupponitur ad actum voluntatis: contrà verò actus volūtatis virtualiter subordinatur actui intellectus, cùm nihil possit esse volitum, quin præcognitum; actus intellectus concipiendus est priùs

Fundam. ratione, quàm actus voluntatis. Fundam. talis ordo concipiendus est inter ea, quæ solâ ratione distinguuntur, qualis intercedit inter ea, quæ distinguuntur realiter. Sed vbi isti actus distinguuntur realiter, actus intellectus præcedit actum voluntatis: actus verò voluntatis consequitur actum intellectus, ergo similis ordo concipiendus est in actibus diuinis, in quibus sola interuenit distinctio rationis. Dixi, *Circa idem obiectum.* Quia si actus intellectus cōparetur circa vnum obiectum, & actus voluntatis circa aliud disparatum, nulla inter eos intercedet prioritas & poster. quia hæc non intercedit

55. *Connexio requir.* nisi inter ea, quæ ordinem aliquem & cōnexionem habent ad inuicē penes aliquod tertium. Hinc non excluditur, quin idem actus voluntatis ex aliâ formalitate possit esse virtualiter prior eodem actu intellectus. Idem enim actus voluntatis, consideratus quasi elicitus à voluntate, est posterior ratione actu intellectus; quia vt sic actus voluntatis præsupponit actum intellectus, in ratione proponētis obiectum. Idem verò actus voluntatis, consideratus vt obiectum eiusdem actus intellectus comprehendentis omnes perfectiones diuinas, atque adeò actus ipsos voluntatis, quibus ipsemet actus intellectus obiectum volibile proponit, est virtualiter prior illo; quia vt sic præsupponitur vt ratio, saltē inadæquatè specificans talem actum: Vt amor, quo Deus diligit se, consideratus quasi elicitus à volūtate Diuinâ, est virtualiter posterior cognitione, quâ Deus seipsū, suasque perfectiones comprehendit. Consideratus verò vt obiectum eiusdem comprehensionis, est illa virtualiter prior; quia vt sic præsupponitur, vt ratio inadæquatè specificans illam. Confir. ex assignato 56.
principio, is ordo cōcipiendus est inter ea, quæ solâ *Confirm.*
ratione distinguūtur, qualis intercedit inter ea, quæ realiter distinguūtur. Sed inter actum intellectus & voluntatis creatæ, vbi ista realiter distinguūtur, talis ordo intercedit; nam actus voluntatis creatæ, vt elicitus à volūtate, est realiter posterior actu intellectus dirigentis voluntatē. Idem verò actus, vt obiectum, ad quod tendere potest intellectus, est prior eodem actu intellectus, vt ratio specificans illum.

Ex hâc doctrinâ soluitur 1. quâ ratione Verbum 57.
procedat ex cognitione intuitiuâ omniū personarum. *Soluitur 1.*
Quia licet cognitio, ex quâ procedit Verbum, sit origine prior Verbo, est tamen sub aliâ ratione posterior Verbo, nempè sub ratione obiecti & termini specificantis. Sub quâ ratione Verbū, & Spiritus S. sūt priores ratione cognitione ipsâ, quâ procedit Verbum. Neque hoc præiudicat vel prioritati originis, quâ prior est cognitio, quâ procedit Verbum; vel posterioritati Verbi. Quia prioritas specificatiua, vt constat etiam in rebus creatis, non tollit prioritatem vel poster. originis, cùm sit alterius generis & rationis: & quod in vno genere est, prius, potest in alio esse posterius. Confirm. Pater *Confirm.*
in ratione originantis est prior Filio, & tamen in aliquo genere est posterior Filio; quia nisi Filius esset, Pater nō esset. Quòd autem talem habet connexionem in essendo cum alio, vt nisi illud sit, neque hoc esse possit, est aliquâ ratione posterius illo: nam esse posterius aliquam importat dependentiam, aut saltem necessariam exigentiam illius, respectu cuius dicitur posterius. 2. Quo pacto æternus Pa- 58.
rens gignat Filium voluntate complacentiæ. Ra- *Soluitur 2.*
tio dub. actus complacentiæ, cùm sit actus voluntatis, supponit actum intellectus, per modùm obiecti actu existentis, circa quod versatur: Igitur nequit Pater æternus complacere sibi de generatione Filij, nisi voluntate consequēte generationem; cùm generatio includat actū intellectus quo proponitur & producitur obiectū cōplacentiæ, quo Pater sibi cōplacet de generatione Filij; atq; adeò actus complacētiæ supponitur ad generationē. Soluitur: licet *Ex assignato*
generatio supponat actum cōplacentiæ de eâdē ge- *principio.*
neratione in ratione obiecti actu existentis, ac præsentis in eâdem æternitate; in ratione tamen actus quasi eliciti à voluntate consequitur ad actū generatiuum. Et sic non repugnat, quo minùs se mutuò præsupponant sub diuerso genere ac ratione. Sol- 59.
uitur 3. Quâ ratione æternus Parens in priori signo *Soluitur 3.*
originis, quo præcedit Filium, non solùm cognoscat se ipsū, suamq; essētiam, sed etiā Filium & Spiritum S. quorū perfectâ notitia beatur, contra *Scotum* asse- *Contrà Scotum.*
rentem, in priori signo originis Patrem cognoscere tantùm se ipsum, suamque essentiam, cāque tantùm cognitione beari: Soluitur; Patrē præcedere prioritate originis Filium, non est illum habere esse in aliquo signo, quo non habeat simul esse & Filius, ac proinde non posse Patrem eo signo cognoscere Filium, vtpotè nondū existentem: Sed est Patrem habere

Digitized by Google

bere esse à se, Filiũ à Patre, cũ omnimodâ simultaneitate in essendo, atque adeò in cognoscẽdo. Vnde nullum est assignabile signum, in quo sit Pater, & nondum sit Filius; ac proinde nullum, in quo Pater cognoscat se ipsum, & non cognoscat Filium actu existentem. Quapropter falsa est propositio, quam Scotus assumit; *In priori originis Pater est, & nondum est Filius*: nam aliud est, Filium in priori originis non esse à se, sed à Patre, aliud non esse simpliciter: & quia intuitiua notitia terminatur ad esse rei simpliciter, etiamsi Filius in priori originis non sit à se, adhuc tamen, quia est simpliciter, cognoscitur intuitiuè à Patre; atque adeò nullum est signum, in quo Pater intuetur se, & non intueatur Filium, & Spiritum S. DICES. Pater priùs existit, quàm existat Filius: ergo non existit simul cum Filio. RESP. Pater priùs prioritate *à quo* existit, quàm Filius concedo; prioritate *in quo*, nego. Cæterùm, etsi nos ob imperfectũ concipiendi modũ concipiamus Patrem priùs existentẽ quàm Filiũ, tamen hic modus cùm imperfectione importet, non est tribuẽdus Deo, qui res concipit iuxta naturalem exigentiã ipsarũ. DICO 2. Prioritas & poster. in actibus diuini intellectûs, circa obiecta necessaria assignanda est iuxta prioritatem & poster. obiectorum. Prioritas verò & poster. in fidẽ, circa obiecta libera assignanda est iuxta ordinem diuinæ voluntatis, vt quæ sunt priùs volita, sint etiam priùs ratione cognita, quæ autem sunt posteriùs volita, sint etiam posteriùs ratione cognita. Nam obiectum præcedit cognitionem cognitio autem, quæ perfecto modo repræsentat obiectum, proponit illud iuxta ordinem, quo ad ipsam cognitionem præsupponitur. At obiecta necessaria ad actum diuinæ cognitionis præsupponuntur cum ordine, quem habent ab ipsâ natura. Contrà verò obiecta libera præsupponuntur cum ordine, quem sortiũtur à liberâ voluntate Dei, ergo cum tali ordine repræsentantur ab actu diuinæ cognitionis, quæ obiectum repræsentat, & proponit perfectissimo modo. Ex his deducitur 1. scientiã, quã Deus habet de se ipso, esse virtualiter priorem scientiâ, quam habet de creaturis: & sciẽtiam, quæ versatur circa possibilia, quàm quæ versatur, circa futura conditionalia: & hanc ratione præcedere eam, quæ versatur circa futura absoluta, quia scientia commensuratur obiecto; ergo iuxta prioritatem & poster. obiectorum concipiẽda est prioritas & poster. in scientiâ. Sicut igitur inter obiecta diuinæ scientiæ Deus præcedit creaturas: inter creaturas, possibilia præcedunt conditionalia; conditionalia absolutè futura: ita scientia, quam Deus habet de se, est ratione prior scientiâ, quam habet de creaturis; quæ versatur circa creaturas, scientia possibilium est prior sciẽtiâ, conditionalium; & hæc prior quàm scientia absolutè futurorum. Quin eadem scientia, quæ versatur circa vnum & idem obiectum, concipienda est prior, vt repræsentat illud secundùm vnam perfectionem, quàm secundùm aliam. Quo pacto scientia, quam Deus habet de se ipso, vt terminata ad essentiam cõcipienda est prior, quàm vt terminata ad personas; & quæ terminatur ad creaturas, ea concipienda est prior, quæ ad rationes priores, & vniuersaliores terminatur.

2. Scientia visionis supponit in Deo notitiam liberi decreti absoluti de re, cuius est scientia visionis; vti & scientia de effectu conditionato notitiam, decreti conditionati de re, cuius est scientia conditionata: scientia verò simplicis intelligentiæ nullam supponit notitiam decreti in Deo, nisi tantùm possibilis. Ratio primi: scientia visionis est notitia obiecti existentis in aliquâ differentiâ temporis. Quidquid autem in tempore existit, vi alicuius liberi decreti Dei existit. Ratio secundi eo modo, quo effectus creatus est futurus, supponere debet in causâ, quæ ad sui futuritionem necessaria sunt, inter quæ est decretum conditionatũ Dei; ergo illud supponi debet ante notitiam effectûs sub conditione futuri. Ratio tertij: scientia simplicis intelligentiæ versatur circa possibilia: possibilia autem in esse possibili non dependent ab aliquo decreto Dei, cùm ante omne decretum Dei habeant esse possibile vi solius omnipotentiæ diuinæ, præcedentis quodcunque decretum actuale. 3. Interdum notitia vnius effectûs futuri præsupponit notitiam alterius effectûs futuri: vt cùm Deus ex existentiâ vnius rei mouetur ad decernendam existentiam alterius: vt cùm ex peccato finali impœnitentiæ præuiso decernit æternam damnationem peccatoris: & ex meritis finalibus præuisis decernit æternã gloriam iustis.

DICO 3. Prioritas & poster. in actibus diuinæ voluntatis circa obiecta necessaria sumenda est ex prioritate & poster. obiectorum; circa obiecta verò contingentia ex liberâ ordinatione ipsius voluntatis diuinæ circa talia obiecta. Prior pars patet: Voluntas diuina ad obiecta necessaria fertur necessario, non modò quoad specificationem, verùm etiam quoad exercitium, & omni modo, quo obiecta naturâ suâ postulant; nam hæc est propria perfectio voluntatis diuinæ, vt non possit aliter ad obiecta ferri, quàm ipsa postulant. Vnde sicut nõ potest diligere malum, & odisse bonum: ita nec primariò amare creaturas, secundariò seipsum: vel inter creaturas ipsas possibiles, perfectiùs amare imperfectiores, imperfectiùs perfectiores; sed vnamquamque iuxta perfectionem, quam propria natura, obiecti exigit: licet subiectiuè & ex parte actûs omnes æqualiter diligat. Habet autem hanc perfectionem diuina voluntas ex eo, quòd est prima regula in operando, vt non possit nisi perfectissimum modũ operandi habere. Hinc constat, Deum priùs diligere seipsum, suasque perfectiones, quàm creaturas, quia seipsum diligit vt obiectum primarium, & causam creaturarũ; creaturas vt obiectum secundarium, & effectus suæ omnipotentiæ: Item priùs diligere creaturas, quæ sibi sunt proximiores, & quoad essentiales perfectiones similiores.

Posterior pars prob. sicut obiecta contingentia quoad futuritionem, & mutuam ordinationem inter se pendent ex liberâ voluntate Dei: ita prioritas & poster. in actibus diuinæ voluntatis circa talia obiecta sumenda est ex liberâ ordinatione voluntatis diuinæ; vt quæ sunt ordinata vt finis, sint priùs volita; quæ verò vt media, posteriùs; ac proinde idem actus diuinæ voluntatis, vt terminatus ad obiectum vt finem præconcipiendus est virtualiter prior seipso, vt terminatio ad aliud vt medium. Intelligi hoc de actu terminato ad finẽ, & media propter eũdem finem, non de actu terminato ad vnum vt finẽ, & ad aliud vt medium propter alium finẽ. Nã tota prior. & poster. in actibus diuinis sumenda est penes obiecta, cùm in se nullam habeant prioritatem & poster. sed potiùs sit vnus & idem indiuisibilis actus. Obiecta autem nullam habent prioritatem & poster. inter se, nisi certo ordine ad inuicem comparentur, vi libertatis diuinæ; intendentis vnum vt finem, aliud verò vt medium propter eumdem finem.

Ex his deducitur: Intentio est in Deo virtualiter prior electione; quia illa est circa finem, hæc circa media: Finis præcedit media, cùm sit ratio eligendi media: intellige quando finis intenditur independenter ab aliquo medio determinato: nam

60. *Falsa Scoti propos.*

61. *Concl. 2.*

62. *Coroll. 1. De scient. possib.*

Ratio.

63. *Coroll. 2. De scient. visionu.*

64. *Coroll. 3.*

65. *Coroll. 4.*

Pars 1. Prob.

66. *Pars 2. Prob.*

67. *Coroll. Intentio prior electi. ni pendent à medijs.*

Dices.

Resp.

Nota.

nam tunc voluntas finis adæquatè præcedit voluntatem mediorum; cùm nullam dependentiã dicat ab hoc vel illo medio in particulari, sed tantùm ab aliquo in cõmuni; vna de semper manet eadem voluntas finis, quocumque medio electo. At verò quando finis intenditur dependenter ab aliquo determinato medio, absque quo finis ipse non intenderetur, tunc voluntas finis non est simpliciter & adæquatè prior voluntate medij sed solum secundùm quid, & inadæquatè: quia licet sit prior in ratione causæ finalis, est tamẽ posterior in alio genere causæ. Vt voluntas, quâ Deus voluit Christum, vt caput & finem omnium prædestinatorum, fuit dependens à remedio originalis, sine quo Christus nõ fuisset incarnatus: ac proinde talis voluntas non fuit simpliciter, & adæquatè prior volũtate eligendi eundum in remedium peccati, sed tantùm secundùm quid, & in vno dumtaxat genere, nempè in ratione finis, dependentis à remedio peccati in ratione remedij; quia si hoc futurum non fuisset, nec Christus electus fuisset. Vnde vlterius sequitur, tale decretum in Deo non esse duplex, alterum ad finem, alterum ad medium; sed vnum adæquatè terminatum ad finem dependenter à medio, & ad medium dependenter à fine. Quo fit, vt non possit mutari circa vnum, quin mutetur circa alterum; quia ad vtrumque terminatur indiuisibiliter per mutuam connexionem vtriusque. Contrà verò, quando finis intenditur independenter ab aliquo determinato medio, decretum est duplex: nam tunc, integra manente voluntate finis, variari potest voluntas mediorum particularium. Vt manere potuisset voluntas de Incarnatione Christi simpliciter, esto futurum non fuisset peccatum; si Christus fuit electus independenter à remedio peccati.

68. *Vnum decretum finis & medij.*

69. *Concl. 4.* *Physica mutatio in reb. necess.*

Dico 4. impossibilis est libera ordinatio mediorum ad finem, absque aliquâ physicâ mutatione in rebus ordinatis. Assertio constat ex fundam. quartæ. Nam rem vnam liberè ordinari ad aliam, est realis aliqua denominatio, de nouo aduenies rei, quæ ordinatur: ergo prouenire debet ab aliquâ nouâ formâ reali; hæc autem esse non potest actus ipse liber diuinæ voluntatis; quia hic non est liber formaliter antecedenter ad physicam mutationem creaturæ, sed fit formaliter liber per physicam mutationem creaturæ, vt per essentiale connotatum. Hoc autem contra. 3. sent. vt certo posito, difficultas insurgit, quænam mutatio sit necessaria, vt vna res à Deo liberè ordinetur ad aliam ad quam non est suâ natura ordinata. Arrubal. 1. p. disp. 58. cap. 4. id effici putat peculiari actione, quæ ex individuâ suâ differentiâ sit ad talem finem intrinsecè ordinata. & est adæquatum fundamentum denominationis, quâ vna res dicitur esse propter aliam. Cùm igitur vult Deus ordinare aliquod medium ad finem, ad quem non est suâ naturâ ordinatum, efficit illud peculiari actione, distinctâ ab eâ, quâ illud effecisset, si ad talem finem non ordinasset; ratione cuius peculiaris actionis tale medium intrinsecè respicit talem finem, ad quem dicitur liberè à Deo ordinari. Fundament. ordinatio vnius rei in aliam, aut debet conuenire rei ab extrinsecâ voluntate ordinantis, aut ab intrinsecâ formâ respiciente rem, in quam ordinatur: nequit autem hoc conuenire rei ab extrinsecâ voluntate Dei liberè ordinantis; quia libera volitio Dei per se spectata non habet intrinsecum ordinem ad finẽ creatum, vt per extrinsecam denominationem possit talem ordinem rebus impertiri. Ergo si neque res habet à propriâ essentiâ, vti habet terra intrinsecum ordinem ad centrum mundi, habere illum debet ab aliquâ formâ additâ; quæ alia esse non potest quam peculiaris actio, quâ talis res intrinsecè ordinetur ad aliam, vt ad finem accidentalem & extrinsecum. *Vasquez 1. p. disp. 82. cap. 6* id effici censet per naturalem proportionem rerum, quâ inuicem compatantur. Vt quia opus iusti in gratiâ factum proportionem condignitatis habet cum gloriâ, si ei gloria datur dari dicitur intuitu talis operis, quod suâ naturâ proportionem habet cum gloriâ. Item quòd quis oratione, aut alio pio opere sibi, vel alteri peculiarem gratiam impetret, proportionem congruitatis habet cum tali gratiâ, quam sibi vel alteri impetrat. & propterea dicitur Deus talem gratiam conferre intuitu talis operis; sine quâ proportione dici non posset Deum gratiã vel gloriam conferre intuitu talium operum.

71. *Vasquez naturalem proport.*

Ego verò nec 1. modum *Arrub.* necessarium, nec 2. *Vasq.* adæquatum existimo. Tum quia sæpè Deus operatur vnum propter aliud, etiamsi nulla sit vnius ad aliud proportio, aut naturalis connexio; vt 4. *Reg.* 13. *Si percussisses*, inquit Eliæus, Ioam. *quinquies, aut sexies, siue septies, percussisses Syriam vsque ad consũmationem.* Cùm tamen nulla sit naturalis proportio, aut connectio inter percussionem terræ & consummationem Syriæ, quam Propheta regi prædixerat, si toties iaculo terram percussisset. Tum quia, stante eadem proportione naturali vnius ad aliud, potest Deus vnum non operari propter aliud. Vt stante naturali proportione operis iusti in gratiâ facti, posset Deus gloriam conferre iusto, & non intuitu talis operis; quod inde patet, quia etiamsi tale opus non præcessisset, adhuc Deus potuisset eandem gloriam conferre iusto. Cùm autem Deus vnam rem operatur independenter ab aliâ, quia sc. etiam illâ non existente, adhuc operaturus esset aliam, non dicitur operari vnum intuitu alterius. Quia vnum operari intuitu alterius, importat aliquam dependentiam & causalitatem vnius ab alio. Quare dico, hanc mutationem fieri in rebus ordinandis, vel per dependentiam in esse vnius ab alio, vel per peculiare modum, quo res ordinanda à Deo producitur. 1. modo mutationis vtitur Deus cum vnum operatur dependenter ab alterio, vt vastationes Syriæ dependenter à quintâ percussione terræ. in Quo casu Syriæ vastatio pendet à quintâ percussione terræ; quia eâ existente existitisset Syriæ vastatio; & cõtra, eâ non existente, non extitit Syriæ vastatio. At hæc mutatio satis est, vt vna res dicatur ordinari ad aliam, ad quam non est suâ naturâ ordinata. Etenim hoc ipso quòd Syriæ vastatio connotat quintâ percussionem terræ, vt conditionem, sine quâ futura non esset, ex ordinatione diuinâ, pendet ab illâ, ac proinde quinta terræ percussio dicitur extrinseco actu libero Dei ordinata ad Syriæ vastationẽ. Confir. frustra ponitur huiusmodi actio peculiaris, intrinsecè ordinans vnũ ad aliud: cùm omni intrinseco ordine præciso, ex solâ volũtate Dei liberè producente vnũ dependenter ab alio, sit vnũ dependens ab alio, ac proinde ordinatũ ad aliud. 2. modo vtitur Deus, quando permittit, vel operatur aliquid, vt inde occasionem sumat operandi aliud, vt permisit vẽditionem Ioseph, vt ex eâ occasionẽ sumeret exaltandi illum: imò etiã cooperatus est cum Ægyptijs ad emẽdum illum, vt postea exaltaret illũ supra totã Ægyptum.

72. *Contra vtrumque.*

73. *Mutatio fit per depend. vnius ab alio.*

Vel per peculiarem modum.

Ex dictis ferri potest iudicium de reliquis opinionibus. prima *Catet.* etsi verificari possit respectu scientiæ simplicis inrellig. quæ ad obiecta tẽdit iuxta ordinem & connectionẽ, quam res ipsę seruant inter sę, non tamẽ de scientiâ visionis: nam hæc ad obiecta fertur iuxta ordinem & dependentiã, quam sortiuntur

74. *Ad 1. Sent.*

Digitized by Google

tiuntur ex diuinâ voluntate: quæ res exequendas ordinare potest prout vult. Potuit enim velle Incarnationem Verbi, vt finem independenter à quocunque determinato medio; homines verò dependenter ab hoc fine, tam secundũ esse naturæ, quàm gratiæ & gloriæ, & consequẽter potuit scientiâ visionis, quæ ad obiecta fertur secundùm ordinem, quem sortiuntur ex liberâ ordinatione Dei, priùs ratione exprimere ordinem vnionis hypost. quàm naturæ aut gratiæ. Vnde respectu huius scientiæ falsum est *Caiet.* fund. SECVNDA *Scoti* falsum supponit fundam. nẽpè quòd Deus necessariò debeat prius eligere quæ sunt fini suâ naturâ propinquiora, ac nobiliora. Nam potest Deus pro suâ innatâ libertate priùs, hoc est independentius eligere quæ naturâ sua sunt ignobiliora, & à fine remotiora; vt *de Incarnat.* suppono. TERTIA in eo tãtùm deficit, quòd asserat, posse diuinam voluntatem rem vnam ordinare ad aliam, ad quam non est suâ naturâ ordinata, per liberam dũtaxat ordinationem Dei, absque vllâ intrinsecâ mutatione rei ordinandæ. Nempè voluntas creata id potest mutatione sui actûs: increata verò cùm sit immutabilis, nequit hoc præstare per mutationem sui actûs; ergo per mutationem obiecti. QVARTA est planè nostra. Atque hæc de signis prioritatis & poster. in communi; plura in materiis propriis.

75. *Ad 2. Sent.*

76. *Ad 3.*

4. *Nostra.*

DISPVTATIO XXIII.

De Potentia productiua Diuinarum Personarum.

1. *Negat.*

QVÆRITVR. An in Diuinis personis sit potentia productiua nationalis realis? 1. Sent. negat: *Aureol. in 1. dist. 7. p. 1. art. 2.* prob. Vbi nulla est productio elicita, nullum est principium productiuũ; nulla distinctio productionis & producentis: nullũ principium producens, cùm inter productionem & productũ intercedere oporteat distinctio, at in diuinis duæ tantùm sunt productiones, generare, & spirare: & nulla ex his est elicita, sed vtraque identificata cum principio generante, & spirante. Confir. Pater non habet potentiã realem, vt sit Pater; alioqui haberet potentiam realẽ ad seipsum producendum: ergo nec ad gignendum filium, nam ideò Pater est Pater, qnia filium gignit: ergo si haberet potentiam ad gignendum filium, haberet potentiam ad esse Patrem.

Summa probationis.

Confirm.

2. *Sent. vera. Fundam.*

SECVNDA affirmat. *S. Th. 1. p. q. 41. art. 4 & communis Schol. cum Magist. in 1. dist. 7.* quæ adeò vera est, vt nequeat sine maximâ temeritate negari. Fund. In Deo est realis productio, à producente realiter distincta; vt constat *ex disp. de procession. in communi.* at vbi est productio à producẽte realiter distincta, est realis potentia. Non igitur potentia productiua in Deo dicit solam non repugnantiam, & actualem connexionem terminorum, vt *Aureolus* autumat, sed veram & realem rationem principij.

3. *Dicet.*

DICES. Potentia dicitur respectu termini possibilis. At in Deo nihil est possibile: nam quidquid in Deo est, actu est, vtpotè ens necessarium & à se. Maior prob. potẽtia productiua origine præexistit termino producẽdo: ergo concipi, & esse potest sine termino actu existẽte. *Resp.* dist. minor. in Deo nihil est possibile, prout possibile dicit cõtingens, concedo, prout possibile continetur sub necessariò producto, nego. Ita *S. Th. cit. ad 2.* Ad prob. quidquid in Deo est, actu est, prout actu esse excludit potentiam passiuã, & temporis durationem, concedo; prout actu esse excludit potentiã actiuam, & prioritatẽ originis, nego: quia hoc non repugnat actui puro. Nego autem, potentiam actiuam in Deo concipi, aut esse posse sine termino actu existente; quia licet terminus originetur à potentiâ, quia tamẽ originatur necessariò, & essentialiter, nequit intelligi potẽtia productiua in Deo, quin simul intelligatur actu producens, atq; adeò cum termino actu originato. Neque id implicat, aliquid esse prius origine, & tamen concipi non posse absque termino à se originato; quando actu originare est de essentiâ principij originatis, vti est respectu potentiæ productiuæ notionalis diuinæ. Neque esse prius origine aliud importat, quàm esse id, à quo est originatum: quod stare potest eum simultaneitate conceptionis originantis cum ipso originato. Ad fundam. oppositæ, in Deo nulla est productio elicita actiua, concedo; nulla est productio elicita passiua, seu quasi passiua, nego. At hæc sufficit ad potentiam productiuam realẽ; item concedo, de generare & spirare actiuo; nego, de passiuo, respectu cuius tantùm ponitur potẽtia productiua in Deo. Ad confir. nego cõseq. Ad prob. ideò Pater est Pater finaliter, vt Filium gignat, concedo: ideò est Pater causaliter, seu originaliter, nego; Pater enim non habet esse Patris mediâ generatione Filij, licet sit Pater, vt Filium gignat.

4. *Ad Aurioli.*

Ad cõf.

An potentia productiua notionalis formaliter importet essentiam, an relationem, an vtramque simul?

5. *Maximè, me. iudicet difficultas.*

HÆc est omnium maxima, quæ circa hoc mysterium agitatur, difficultas: nam ex decisione huius maximâ ex parte pendet perfecta intelligentia huius mysterij. PRIMA sent. docet. solam essentiam esse proximum & immediatũ principiũ productiuum; relationem verò solùm requiri vt conditionem, sine quâ non vt potentia distinguatur à termino producendo. *Mag. in 1. dist. 7. lit. F; S. Tho. 1. p. q. 41. art. 5. Caiet. ib. Ægid. in 1. dist. 7. art. 1. q. 2. Scot. q. 1 §. Loquendo, Capreo. q. 1. art. 1. concl. 2. Basso. q. 1. ar. 3. Argent. ar. 1. Gadric. q. 1. & 2. Palãr. disp. vn. Ferrar. 4. cen. gen. c. 17. §. Considet. Fannez. 1. p. q. 41. ar. 5. Sylu., Zumel, Molinã ib. Vasq. disp. 164. c. 3. Suar. lib. 6 de Trin. c. 5. Torres 1. p. q. 41 ar. 5. & 5.* Prob. 1. auth. Patrum communiter affirmantium, generationẽ in diuinis esse opus naturæ: itẽ Filium & Spirit. S. procedere de substantiâ producentis. Specialiter verò *Ansel. in monol. c. 52.* vbi loquens de processione *Spiritus S. Non ex eo*, inquit, *procedit, in quo plures sunt Pater & Filius, sed in eo, in quo vnum sunt. Nam non ex relationibus suis, quæ plures sunt, sed ex ipsa sua essentia, quæ pluralitatẽ non admittit, emittunt Pater & Filius tantùm pariter bonum.* Quin etiam oppositam sent. *idem in epist. de proces. Spiritus S. c. 10.* notat his verbis: *Nisi fortè quis dicat, Spiritum S. non procedere de Deitate Patris, sed de Paternitate, nec per Deitatem Filij, sed filiationem, quæ opinio suâ se patenti fatuitate suffocat.* Prob. 2. auth. Conc. *Florent. sess. 18. & 19.* vbi *Ioan. Theol.* agens partes Latin. *Principium*, inquit, *quò persona generat est id, quod solùm est communicabile.* At sola natura in diuinis est communicabilis. Igitur sola natura in diuinis est principiũ *quò* generationis. Id ipsum cõfirmat exẽplo generationis humanæ: cuius sicut principium *quo* est humanitas, principiũ *quod* est homo: ita in generatione diuina principium *quò* est Deitas, principiũ *quod* est suppositum Patris, eo quòd actiones tribuantur supposito. Probat 3. *S. Thomas.* Illa est potentia agendi in quolibet agente, in quâ agens sibi assimilat productum: sed in diuinis persona producens sibi assimilat personam productam in solâ naturâ: igitur potẽtia producendi in diuinis est sola natura. Minor constat: in personâ productâ sunt duo; natura

Maximè, me. iudicet difficultas.

6. *1. Sent. essentiam dicit.*

7. *Ansel.*

8. *Conc. Flor. Ioannes Theologus*

9. *Pr. ratione S. Tho. quâ reliqui ferè vtuntur.*

tura & personalitas: at persona producta non procedit similis producēti in personalitate, cū in eā potius procedat dissimilis & oppositā principio producenti; ergo in solā naturā. Maior prob. omne agens agendo intendit assimilare sibi productum in formā, quā agit & potens est agere; non in perfectione individuali, quæ est tantūm conditio ad gignendum. Probat 4. *Scotus.* Si Deus produceret Deum naturā distinctum, produceret illū per Deitatem vt per rationē proximā producendi, non per proprietatem aliquam relatiuam: ergo neq; nunc producit illum per proprietatē aliquam relatiuam, vt per potentiā proximè productiuam, sed per ipsam Deitatem, quia nunc producit Deum cōmunicando illi eandēnumero naturā: tunc verò produceret Deum, cōmunicando illi diuersā numerō naturam. At minùs est cōmunicare eandem; quàm diuersā numero naturā. Igitur si tunc principiū proximum producēdi *quo* esset Deitas, à fortiori etiā nunc principium proximū producendi *quo* erit eandem Deitas.

10. *Prob. 4.*

11. *1. Sent. Etiam relationem dicit.*

SECVNDA affirmat, naturā simul & relationem esse proximum principiū productiuum in diuinis: ita vt relatio non se habeat tantū vt cōditio, sed vt formalis ratio integrans proximū principium producendi. *Alens. 1. p. q. 42. me. 3. ar. 1. ad 7. & ar. 2. fine, Hen. in. sum. quodli. 3. q. 3. & in sum. a. 54. q. 6. ad 8. & a. 59. q. 2. §. De potentiâ*, qui tamē putat, principaliūs ad producendū concurrere relationē, quàm essentiam: *Rub. in 1. dist. 7. q. 1. Bac. dist. 5. a. 4. & 5. Valen. 1. p. q. 15. p. 2. Arru. disp. 143. c. 3 Zun. disp. 16. d. 6. me. 3. Phil. Gamach.* videtur *Ruiz. disp. 100. se. 5.* Fund. potentia productiua duo essentialiter importat, & realem distinctionem à termino, & virtutē assimilatiuā termini. At potentia productiua notionalis in Deo importat distinctionem à termino per proprietatē relatiuā; virtutem assimilatiuā termini per essentiā: igitur vtrāq; essētialiter includit ex æquo.

Fundam.

12. *3. Sent. Solam rel.*

TERTIA asserit, formalem & proximā rationem producendi esse solā relationem. *Bona. in 1. dist. 7. a. 1. q. Dur. q. 2. n. 29. Rub. q. 2. a. 2. concl. 2. Aliac. q. 7. ar. 2. concl. 2. & 3. Arim. qu. vn. ar. 2. Carth. qu. 1. fine.* Quæ sent. vel ex eo mihi maximè prob. quod aptior sit, ad hoc misterium, de se alioqui difficillimū, explicandū. Pro cuius declaratione. Nota, principium, alterum *quo* sc. producens influit in productū, & à quo totum suppositū denominatur producens: alterum *quod* sc. cōplet principium formale *quo*, siue per rationem productiuā, siue per cōditionem sine quā non, vt principiū *quo* producendi in supposito creato est natura: principiū *quod* est suppositum ipsum, quod cōplet naturam non vt ratio formalis producendi, sed vt pura conditio, sine quā natura non produceret. Omnes conueniunt, principiū producendi *quod* in diuinis realiter distingui à termino producto. Controuersia sola est de principio producēdi *quo*: nam qui docent potentiā productiuam notionalem formaliter cōstitui solā essentiā, consequenter affirmant, principiū producēndi *quo* non distingui realiter à termino producto, sed identificari tam cum termino producto, quam cum principio ipso producendi *quod*.

13. *Nota principium quo & quod.*

14. *Ratio 1. sol. non est principium quo.*

DICO 1. Implicat essentiam vel vllam rationem absolutam in diuinis esse principiū producendi *quo*. Fundam. principium producendi *quo* debet realiter influere inter vnum productum. Implicat autem vnū realiter influere in aliud, & non realiter distingui ab alio. Igitur implicat, essentiam vel vllā rationem absolutam in diuinis esse principiū producendi *quo*, quia in diuinis nulla ratio absoluta ex naturā rei distinguitur à personā productā. Maior patet: quia principium *quo* dicitur principium reale, in quantū realiter influit in aliud; non enim potest dici principiū reale denominatiuè ab alio, sicut principiū *quod* ab ipso principio *quo*; quia principiū *quo*, non supponit aliud principiū realiter influēs, à quo ipsū posset denominari realiter influens. Minor est *Arist. 7. Eth. c. 8. Non enim*, inquit, *principium est, si vnum solum est: principium enim cuiusdem aut aliquorum est.* Ratio: nequit terminus realiter egredi à principio, & simul identificari cum illo, cū vnum destruat alterū. Nam quatenus realiter egreditur à principio, necessariò distinguitur ab illo; cùm nequeat idē realiter egredi, & produci à seipso: quatenus verò identificatur cum principio non egreditur realiter ab alio; atque adeò non producitur realiter ab illo; quia principiū reale cōstituitur formaliter per productionem realē: productio autem realis esse non potest, quæ realem distinctionem à principio, cuius est realis productio, non importat.

Maiore admittunt omnes.

Ratio euidens.

Resp. aduers. ad realem productionem, atque adeò ad realem principium producendi sufficere, si tantùm principiū *quod* realiter distinguatur à producto. Nam vbi productio est infinita, & adequata terminō producendo, identificat productū producenti in omni eo, in quo illi non opponitur formaliter. Sed contrā; præcisa & formalis ratio; cur principiū *quod* distingui debeat à producto non est alia, nisi quia debet realiter influere in productum: at principium *quod* realiter influit in productū per principium *quo*. Igitur si propter hanc rationem debet principium *quod* realiter distingui à producto, à fortiori debet & ipsum principium *quo*, realiter distingui à producto. Minor est aduers. sent. qui, dum negant relationes diuinas realiter influere, consequenter affirmant, rationem producendi formaliter cōsistere in solâ essentiâ absolutâ. Nec refert, quod productio sit infinita, quia nō debet tollere id, quod est essentiale productioni: sc. vt distinguatur realiter à principio producnte, siue *quo*, siue *quod*. Nam sic vt principiū *quo* non abstrahit à ratione principij realis; ita nec à reali distinctione productionis, per quā formaliter constituitur omne principium productiuū reale. Confir. vel principium *quo* distinguitur à termino producto, vel non: si distinguitur, habetur intentum; si non distinguitur, destruitur ratio principij realis; quia vbi non est distinctio realis inter producens & productum, non potest esse aut cōcipi ratio principij realis. Implicat igitur, essentiam in diuinis, aut vllam rationem absolutam esse principium productiuum *quo*.

15. *Respondent. aduers.*

Contrà.

16. *Confirm.*

Prob. 2. Si essentia esset principiū *quo* producēdi diuinas personas, valeret hæc propos. *Essentia diuina producit*: at hæc damnata est in *Conc. Lateran.* ergo. Sequ. prob. quia Deus creat ratione essentiæ, valet hæc, *Essentia Diuina creat*: ergo si Pater generat ratione essētiæ, valeret hęc alia, *Essentia Patris generat.* Tū sic: De illo principio predicari potest actus, à quo reipsa actus fluit: sed ab essētiâ Patris fluit passiua generatio Filij: igitur de illa prædicari poterit passiua generatio Filij. Respond. ideo de essentia non posse prædicari actū notionalē, quia denotaretur distinctio inter essentiā, & terminū ipsū productū: atq; in hoc tantū sēsu propositio, dānatur. Sed contra, tum quia eo sensu damnatur hæc propos. *Essentia, generat*, quo damnatur hæc alia, *Essentia generatur*: at hæc non solùm damnatur, quia per eam denotatur distinctio inter essentiam generatam & generantem; sed etiam quia per eam essentia importatur vt terminus generationis: ergo similiter damnatur & illa: non solùm quia per eam denotatur distinctio inter essentiam, & terminum productum; sed etiam quia importatur essentia, vt princi-

17. *Pr. concl. 2.*

A priori.

Respondent.

18. *Contrà.*

pium

pium producendi. Tum quia, ideò formaliter per eam importatur distinctio essentiæ à termino producto, quia importatur essentia, vt principiũ producendi; cùm nequeat concipi principium sine reali distinctione eius, cuius est principium: ergo si dicta propositio dãnatur propter distinctionẽ, quam formaliter importat, à termino producto; à fortiori damnatur, quia importatur, vt principiũ productionis, quod est sola ratio distinctionis. Vndè neq; per accidẽs cõuenit essentiæ diuinæ generare, vel generari; quia neq; per accidẽs essentia, quæ est in Patre, distinguitur ab essentia, quæ est in Filio. Confir. Si essentia diuina esset principium *quo* realiter influens in personas, Verbum procedẽs ab essentiâ esset vera & propria imago ipsius. Conseq. est contra omnes Scholast. asserentes. Verbum esse solius Patris imaginem. Sequel. prob. ad veram rationem imaginis duo tantùm ex *August.* Theologi requirunt, similitudinem, & passiuam originem. Defectu primi nullus effectus æquiuocus est imago sui principij, defectu secundi nullum principiũ est imago sui termini, etiam si sit illi simillimum; quia licet actiuè originet illum, non passiuè originatur ab illo. At Verbũ est simillimum essentiæ, cùm sit per idẽtitatem vnum cum illâ, & passiuè originatur ab illâ; igitur est vera & propria imago illius. Prob. 3. Si essentia diuina realiter influeret in personas productas, fundaret realem respectum relationis ad illas: at essentia non fundat realem respectũ relationis ad personas productas: ergo non influit realiter in illas. Sequ. prob. omne principiũ influens realiter esse in aliud, fundat realem respectũ ad illud: ideò enim Pater fundat realem respectum ad Filium, quia influit realiter esse in illũ: ideò Pater & Filius fundant realem respectum ad Spirit. S. quia influunt realiter esse in illum. Ergo si essentia influit realiter esse in personas productas fundabit realem respectum ad illas. Nec dici potest huiusmodi respectũ nõ fundare defectu realis distinctionis. Nam hoc ipsum probat argum. cùm nõ possit realiter influere, nisi in realiter distinctũ. Imò ipse realis influxus realiter distinguit principiũ â termino, cùm non possit realis influxus esse ad seipsum. Ex dictis deducitur; essentiam diuinã, aut vllam rationem absolutã ne quidem esse posse partialem rationem producendi. Nam quâ ratione illa realiter influeret in terminum, deberet realiter ab illo distingui; cùm nequeat realiter influere in terminũ, & esse idem realiter ac formaliter cũ illo; alioqui quâ ratione realiter influeret in terminum, & esset idem realiter & formaliter cũ illo, per eandem rationem produceret seipsum: quod est contra primum principium lumine naturæ notum.

Principium distinguens realiter à principiato. 19. *Confirm.* 20. *Pr. 3. asser.* 21. *Corell.*

Dico 2. Sola proprietas relatiua in diuinis est formalis ratio producẽdi terminũ à se distinctum, non sub expresso cõceptu hypostasis, aut relationis respicientis terminum productũ, sed sub ratione proprietatis constituentis suppositum proximè fœcundum ad producẽdum. Explico. Relatio diuina non solùm habet formalitatẽ puræ relationis respicientis terminũ productũ, quo pacto assimilatur relationi prædicam. nec non constituẽtis suppositũ per se subsistens, & incõmunicabile alteri supposito, sub quâ ratione respondet subsistentiæ & personalitati creatæ; sed etiã habet perfectionem virtutis & potentiæ constituentis suppositũ proximè fœcundũ ad producendum alterũ suppositũ intra se: quomodo assimilatur relationi trãscend. Relatio igitur diuina est formalis ratio producendi, non vt respondet relationi prædicam. aut subsistẽtiæ creatæ, sed vt respondet virtuti & potentiæ productiuæ cum ordine transcend. ad terminũ producendum. Assertio sic explicata. Prob. 1. auth. tam Athan. qui *in 1. dial. de Trin.* quærens discrimẽ, quo pater gignat & condat; respondet, *Hypostasi gignit, & mandato condit*: tum Ambrosij 4 *de fide ad Gratian. c. 4. Generatio, Paterna proprietatis est, non potentiæ.* 2. Nequit principiũ reale saluari absque distinctione reali eius, cuius est principium. Sola autem proprietas relatiua distinguitur realiter à termino producto in diuinis: ergo sola proprietas relatiua erit principiũ reale diuinarum processionum, scil. quatenus prædicamentaliter respicit terminum productũ, ratione subsequitur productionem, cùm tamen vt principium debeat ratione præcedere illam.

Prob. ex Ratib. Ratione. 22. 2. *Sent. expl. hac concl.*

Confirm. Si ratio absoluta, & non respectiua esset potentia productiua ad intra, non esset necessaria spiratio actiua in Patre & Filio ad producendum Spiritum S. Consequ. est falsum, & contra Cont. & Patres: ergo. Sequel. prob. si ratio absoluta esset productiua Spiritus S. ea, solâ paternitate & filiatione terminata cõstitueret sufficiens principiũ productiuum Spiritus S. Igitur necessaria non esset spiratio actiua. Nã eatenus hæc necessaria est, quatenus constituere debet proximam potentiam productiuam Spiritûs S. Nam duo requiruntur ad potentiam proximè productiuam, ratio producendi, & realis distinctio inter ipsam & terminũ producendum; hæc duo haberentur per rationem absolutam, vt per rationem producendi; & per paternitatem & filiationem, vt per rationes distinguendi; ergo. 24. *Confirm.*

Obiicies 1. Si sola relatio in diuinis produceret, nõ saluaretur 1. quòd Filius generaretur intellectu, Spirit. S. spiraretur voluntate cùm ille immediatè procederet à paternitate, hic à spiratione actiuâ, 2. quòd Filius vi originis procederet vt Verbum, Spirit. S. vt Amor. Quia procedere vi originis vt Verbum, est procedere vt immediatum terminum intellectionis: procedere verò vi originis vt Amorem, est procedere & immediatum terminum volitionis. Sed tam Filius, quã Spirit. S. procedit vt immediatus terminus solius proprietatis relatiuæ: ergo nec ille procedit vt Verbũ, nec iste vt Amor. 3. nec saluaretur discrimen generationis vnius, & processionis alterius, quia hoc desumitur ex diuerso modo procedendi intellectus & voluntatis. Resp. neg. omnes sequel. Nam licet Filius producatur à Patre ratione solius paternitatis & Spirit. S. à Spiratore ratione solius spirationis actiuæ, adhuc tamen & Filius procedit ab intellectu, & Spiri. S. à voluntate viâ cõmunicationis; ratione cuius Filius dicitur gigni intellectu, vt Verbũ & genitum Patris & Spirit. S. spirari volũtate vt Amor, & donũ vtriusque. Ratio: in quolibet principio, & præcipuè diuino, nõ solũ attẽdi debet ratio productiua, sed etiam ratio cõmunicatiua quę simul cum productiuâ constituit vnum principium adæquatũ. Quare principium generatiuũ non solùm dicit principiũ productiuũ suppositi, sed etiam cõmunicatiuum naturæ, vel specificę, vt in creatis, vel numericè, vt in diuinis. Est autẽ principium generatiuũ in diuinis immediatè communicatiuum naturæ per intellectionem, vi cuius terminus productus accipit eandẽ similitudinem, tam natutalẽ, quàm intentionalem principij generãtis. Similiter principiũ spirationum non appellat solùm principiũ productiuum, sed etiam cõmunicatiuũ, quod est ipsũ volitiuũ; vi cuius terminus spiratus accipit eãdem naturam principij spirantis, & simul vitalẽ inclinationẽ ad obiectũ volibile. Paternitas enim; ex eo quòd est prima hypostasis naturę diuinę, immediatè modificat intelligere diuinũ; quod est prima operatio naturæ intellectualis; ac proinde producẽdo hypostasim Verbi, vi 23. 25. *Obiic. secundam 1.* 2. 3. 26. *Resp.* *Ratio communicatiua attenditur sc. intell. & volunt.*

Digitized by Google

talis productionis per se illi cõmunicat naturã diuinã vt formaliter intelligentẽ. Similiter spiratio actiua, ex eo quòd est 2. proprietas naturæ diuinæ, immediatè modificat velle diuinũ, quod est 2. operatio naturæ intellectualis; atque adeo producendo hypostasim Spiritus vi talis productionis per se illi communicat naturam diuinã, vt formaliter volentem: nam id tantùm cõmunicatur vi originis personæ productæ, quod immediatè modificatur ab ipsa relatione personæ producentis: at à paternitate immediatè modificatur solùm intelligere, à spiratione actiuâ solũ velle: igitur hi tantùm actus immediatè communicantur vi formalis originis.

27. *Verbum ab intell. amor à volunt.* Atque ex his patet ad singulas prob. nam procedere à paternitate, & spiratione non tollit, quin simul per se Filius, & Spiritus S. procedant ab intellectu & voluntate, vt à proximo principio communicatiuo, atque adeo illum vt Verbum, iste vt Amor, & nexus vtriusque. Eodemque modo assignatur discrimen generationis vnius, & processionis alterius, quod potissimum spectatur penes diuersum principium communicatiuum, vt constat ex *disp. de generat. Verbi.*

28. *Objcies* 2. Si sola proprietas relatiua esset ratio producendi, non saluaretur æqualitas diuinarum personarum. tum quia relatio producens est perfectior relatione non producẽte. Vnde Pater & Filius essent perfectiores Spiritu S. qui constituitur relatione non productiuâ. Tum quia relatio producens, debet continere relationem producendam: sed non potest continere illam formaliter; ergo eminenter: igitur relatio producens perfectior est productâ, atque adeo personâ ex illâ constitutâ. *Resp.* 1. hoc argu, vrgere Authores 2. sent. qui docent relationes diuinas partialiter saltem concurrere ad productionẽ personarum. 2 Neque ab hâc difficultate immunes esse Authores primæ sent. tum quia in eorũ sent. natura diuina est cum aliquâ perfectione in personâ producente, cum quâ non est in personâ producta. Quia in personâ producente est cum virtute proximè productiuâ, imò cum productione ipsâ, cum quâ nõ est in personâ productâ. Tum quia secundùm conceptũ explicitum maiorem perfectionem dicit personalitas Patris, cui essentialiter competit esse à se, & non posse esse ab alio, quàm personalitates Filij & Spiritus S. quibus essentialiter cõpetit esse ab alio, & non posse esse à se. Nam cæteris paribus maior est perfectio habere esse à se, quam habere esse ab alio; quia habere esse à se addit nouam formalitatem spectantem ad perfectionem simpliciter simplicem quam formalitatem non dicit habere esse ab alio 3. in omnium sent. Pater & Filius præter proprietates personales, habent aliam relatiuam, nempè communem spirationem, quam non habet Spiritus S. qui tantum habet proprietatem personalem spirationis passiuæ. Resp. 4, æqualitas diuinarum personarum est spectandã penes explicitos dumtaxat cõceptus, quos vt inuicem distinctæ important, nam secundũ eos persona producens dicit perfectiorem conceptũ, quam persona non producens; sed penes cõceptus tam explicitos quàm implicitos, quos vt diuinæ important. Quia igitur qualibet persona diuina includit essentialiter naturã, in quâ quidditatiuè cõtinentur omnes perfectiones tam relatiuæ, quàm absolutæ, quælibet persona dicitur ratione ipsius naturæ, quam essentialiter includit cõtinere reliquas perfectiones relatiuas intensiuè; quia omnes perfectiones relatiuæ constituunt illam intensiuè perfectã. Præterea eadem perfectiones relatiuas vnaquæq; persona dicitur cõtinere extensiuè virtualiter; quia continendo intensiuè naturã, simul continet extensiuè virtualiter reliquas perfectiones relatiuas. Atq; hoc modo saluatur æqualitas diuinarum personarũ quia quidquid continet vna persona cõtinent & reliquæ, tam intensiuè formaliter, quàm extensiuè virtualiter in naturã diuinã, quam vnaquæq; persona essentialiter includit. Confir. Patres præsertim *August.* non modò docent vnam personam diuinam esse æqualem alteri, verùm etiam non plus perfectionis continere vnam personam, quàm reliquas omnes simul. Hoc autem verificari non potest ratione relationis præcisè; sic enim plus perfectionis cõtinent omnes personæ simul, quam singulæ personæ per se sũptæ; sed ratione naturæ, in quâ & intensiuè, & extensiuè continẽtur omnes perfectiones relatiuæ, vt de circuminsessione *suprà*. Vnde ad 1. prob. relatio producens est perfectior non producẽte secundùm conceptum explicitum, concedo; secundùm explicitum & implicitum simul, quem essentialiter includit, nego: quia vt sic cum natura ipsa implicitè includit etiã perfectiones relatiuas, tam intensiuè formaliter, quàm extensiuè virtualiter. Ad 2. dico, relationem producentem continere producendam, non formaliter, neque eminenter, sed virtute & æquiualenter.

Saluatur intẽsiuè extensiuè.

31. *Confirm.*

Vide nu. 28.

32. *Objc.* 2. Si solâ relatio in diuinis produceret, sequeretur, processionem diuinarum personarum non esse vniuocam, sed æquiuocam contra omnes Doct. *Resp.* neg. sequ. Ad vniuocam enim processionem sufficit, vt terminus productus sit similis & vniuocus producenti ratione communicationis; vi cuius persona diuina producta accipit eandem naturam personæ producentis, nec persona producta in vllius sent. est vniuoca producenti ratione relationis, quæ producitur, sed ratione naturæ, quæ tantùm communicatur. *Objcies* 4. Proprietas relatiua increata respõdet proprietati indiuiduali creatæ: at hæc non est ratio producendi, sed sola natura specifica: ergo nec in diuinis ratio producẽdi erit proprietas relatiua, sed sola natura absoluta. *Resp.* 1. neg. mi. vt cõstat ex maiore similitudine quoad proprietates indiuiduales, relucentes in vno indiuiduo producto, quę nõ relucẽt in alio indiuiduo eiusdem speciei. Quæ maior similitudo aliũde prouenire non potest, quã ex virtute indiuiduali vnius agentis fortiùs sibi effectum assimilante, quàm virtus indiuidualis alterius agentis. *Resp.* 2. neg. conseq. quia agens creatũ sufficiẽter distinguitur à termino producendo per solam rationem specificam; quæ distinctio essentialis est principio producenti. Agens verò diuinum non nisi proprietate relatiuâ distinguitur à termino producendo; atque adeò eâ solâ constitui potest, vt ratione producendi.

Resp.

34. *Objc.* 5. *Objcies* 5. Si relatio, non essẽtia, esset ratio producẽdi in diuinis, ex vi cognitionis omniũ possibilium in Verbo non cognosceretur principium productiuũ ad intra; quia nõ cognoscitur formaliter relatio sed essentia. *Confi.* id tantũ cognoscitur formaliter ex vi cognitionis omniũ possibiliũ in Verbo, quod necessariũ est ad productionem possibiliũ: atqui ad eam est tantũ necessaria essẽtia, non relatio: igitur cõtra ea, quę *de cõprehensione supra*. *Resp.* neg. seq. Ad prob. nego, ex vi cognitionis omnium possibiliũ in verbo cognosci solã essentiã. Ad confir. vera est maior, quando cognitio causæ est abstractiua, & habetur per solã cognitionẽ effectũs; falsa verò, quãdo est intuitiua, & habetur à priori per intuitionẽ ipsius causæ in se: qualis est cognitio Dei in se, vt causa omniũ possibiliũ. nã tunc penetratâ causâ in seipsâ quoad omnia possibilia penetratur etiam quoad terminos intrinsecos; cùm non

Confirm.

Resp.

Ad Confir.

Resp. 1.

29. *Resp.* 2.

Resp. 3.

30. *Resp.* 4.

Æqualitas personarum vnde?

maior

maior perfectio requiratur ad vnum quàm ad aliud, & aliundè ex vi prioris penetrationis supponitur penetrata causa infinitè quoad infinitam perfectionem actûs puri, vt *fusiùs cit. loco.*

35. *Obijcies 6.* Si sola relatio esset productiua ad intra, sequeretur perfectiorem fore potentiam productiuam ad extra, quia hæc est ipsa diuina essentia, vt actus purus, infinitus in totâ latitudine entis; quàm potentia productiua ad intra, quia hæc est sola relatio infinita in vno tantùm genere. Hoc autem falsum est; nam perfectio potentiæ desumitur ex perfectione termini: terminus potentiæ productiuè ad intra est perfectior termino potentiæ productiuæ ad extra; ille n. est increatus, hic creatus.

Resp. Resp. neg. sequel. Ad 1. prob. nego, solam relationem esse potentiam productiuam ad intra, prout potentia productiua includit etiam principiū communicatiuum; vt sic enim includit ipsam essentiam totâ latitudine suæ perfectionis. Cæterùm loquendo de potentiâ productiuâ præciso conceptu productiui, non considerato principio cōmunicatiuo, quod essentialiter includit, cōcedo secundùm hunc explicitum, perfectiorem esse potentiam productiuam ad extra, quia explicitè & immediatè importat actum purum infinitum in omni genere perfectionis; potentia verò productiua ad intra immediatè tantùm importat infinitam perfectionem in genere entis relatiui. Idque ex eo, quod terminus producibilis ad intra formaliter sumptus est sola relatio; terminus vero producibilis ad extra sunt omnia possibilia. Quæ licet in se sint perfectior terminus, supponunt tamen, maiorem perfectionem explicitè in principio productiuo; quia supponunt illud infinitum non tantùm in genere relatiuo, sed etiam in genere absoluto.

36. *Disting. de potent. productiu.*

37. *Perfectior potētia vniuoca sumitur à termino, non æquinoct.* Vnde nego vniuersaliter, perfectiorē potentiam desumendam esse ex perfectiore termino producibili. Nam licet hoc verum sit de potentiâ vniuocâ, falsum tamen est de æquiuocâ; qualis est potentia Dei productiua ad extra. quia terminus vniuocus supponit eandem perfectionem, saltem quoad speciem, in principio, quam habet in se. Vnde quò maiorem perfectionem habebit in se, eò maiorem supponit in principio ipso; cùm nequeat perfectior terminus ab imperfectiore principio produci; adeoque sequitur, ex perfectiore termino perfectiorem argui potentiā in principio. Terminus vero æquiuocus, quia non supponit eandem specie perfectionem, sed longè præstantiorem in principio productiuo; quippè cum virtus æquiuoca debeat esse altioris ordinis termino producibili; non rectè infertur, quod si terminus potentiæ æquiuocæ sit imperfectior termino potentiæ vniuocæ, ipsa quoque potentia æquiuoca sit imperfectior potētiâ vniuoca, habente perfectiorem terminū: eò quòd maior aut minor perfectio potentiæ æquiuocæ non sumitur præcisè ex maiore, aut minore perfectione termini, sed ex ipsius causæ & virtutis perfectione.

38. *Obijcies 7.* Si relatio est potētia producendi ad intra, erit etiam potentia producēdi ad extra. nam si qua ratio obstaret, esset quia relatio, vt virtualiter distincta ab essentiâ, non cōtineret in suâ virtute omnes creaturas possibiles, quæ sunt terminus potentiæ productiuæ diuinæ ad extra: sed potest potentia, quæ continet terminū perfectiorem, continere terminum minus perfectum. Cùm igitur perfectior sit terminus producibilis ad intra, quam quicumque terminus producibilis ad extra, poterit quilibet terminus producibilis ad extra contineri in potentiâ productiuâ ad intra. Atque adeò poterit relatio, quæ est potētia productiua ad intra esse potentia productiua ad extra. Resp: neg. seq. *Resp.* Ad prob. concessâ maiore, nego minor. quando termini sunt diuersæ rationis, vt sunt terminus producibilis ad intra, & terminus producibilis ad extra. Nam vnus est increatus, & producibilis productione vitali intra ipsum principium producens; alter creatus, & producibilis actione creatiuâ extra ipsum principium producens. Confir. potentia intellectiua angeli habet pro termino intellectionē, quæ est perfectior quolibet accidente corporeo: & nihilominùs eadem potentia producere non potest vllum accidens corporeum, præter motum localem, *exseq. to.* Idque ex eo, quia, quando termini habent diuersam producibilitatem, non sequitur, quod terminus imperfectior contineri debeat sub perfectiore: ac proinde, quòd potentia productiua termini perfectioris producere possit terminum imperfectiorem, quia potētia habet modum producendi â naturâ determinatum, quem transgredi non potest.

39. *Confirm.* *Ratio.*

40. *Obijcies.* 8. Si relatio esset principiū producendi in diuinis, Pater & Filius essent duo, non vnum principuum respectu Spiritûs S. contra Patres & Concilia, præsertim *Florent. in decret. Eugenij* 4. vbi docet Pontifex, Spiritum S. ex Patre & Filio *tanquam ab vno principio æternaliter* procedere. Resp: neg. seq. nam Pater & Filius sunt vnū principium Spiritus S. ratione vnius spirationis actiuæ in vtroque indiuisibiliter existentis. Non n. producunt proximè Spiritum per paternitatem & filiationem, sed per spirationem actiuam, quæ est virtus proximè fœcundans suppositum Patris & Filij in ordine ad tertiam personam spirandam; vt colligitur ex iisdem docentibus, Patrē & Filium vnicâ spiratione producere Spiritum S.

Resp.

41. *Dicet.* DICES. Saltem possent dici duo principia productiua ad intra, nempè Pater respectu Filij, & vterque respectu Spiritus S. ac proinde duo potentes contra *Athā.* Symbolum, *Non tres, sed vnus omnipotens.* Nego sequel. quia paternitas, quæ est proximum principium producendi Filium, non distinguitur à spiratione actiuâ, quæ est proximum principium producendi Spiritum sanctum vnde licet sint duo suppositā produeentia, Pater sc. & Filius, non tamen, sunt duo principia productiua, quia principium productiuum Spiritûs S. non constituitur proximè ex paternitate, & filiatione, quo pacto esset distinctum principium à principio productiuo Filij; quia hoc constituitur solâ paternitate; illud constitueretur paternitate & filiatione simul; sed proximè tantum constituitur ex spiratione actiuâ à Paternitate & filiatione indistinctâ; ac proinde principiū generatiuum non distinguitur realiter à principio spiratiuo, & consequenter non sunt duo principia productiua in diuinis, sed vnum, licet sint duo suppositā producentia.

Resp.

42. *Obijcies 9.* Si relatio esset proximū principium producendi ad intra, posset de relatione producente prædicari actus notionalis: *Paternitas generat, spiratio spirat*: quia potest operatio, prædicari de proximo principio operatiuo, etiam abstractè significato, vt constat in his propositi. *Intellectus generat: Voluntas spirat: Misericordia miseretur: Iustitia punit.* Confirmat. posset de Deo abstractè sumpto prædicari actus notionalis, si Deitas ipsa esset proximum principium talis actûs. Respond. neg. sequelam nam principium æternæ generationis & spirationis non est tantùm paternitas, sed etiam natura; quia principium generatiuum & spiratiuum essentialiter, includit principium communicatiuum, quod est natura. Cæterum, si actus notionalis,

Confir.

Resp.

tionalis, sumeretur pro solâ productione hypostasis, non incongruè posset prædicari de relatione in abstracto significata, vt de proximo & formali principio producendi quia tamen id vocis non obtinuit sapientum vsus. *Ad Confir.* Ad confirm. rectè id contra aduci. *supra* deduxi quia putant, solâ essentiam esse adæquatũ & totale principiũ producendi *quo*.

45. *Ad authoritatem Patrum.* Ad 1. primæ ductum ex auth. Patrum; illud intelligi de principio communicatiuo. nam finis & scopus patrum erat contra *Arium* probare, Filium & Spiritum S. esse verum Deum, & eiusdem naturæ & essentiæ cum Patre, ad quod probandum asserebant, eos naturaliter, non liberè, de substantiâ Patris (non ex nihilo, vti *Arius* blasphemabat) procedere. Hoc modo explicat Patres *Ioann. Latinus in Con. Florent. sess.* 18 *med.* eodem modo intelligitur *cit. Ancel.* nam procedere de substantiâ alterius non tam importat principium productiuum, quam communicatiuum; quia importat cõsubstantialitatem cum principio producente, quæ formaliter habetur per communicationem naturæ. Vnde Filiũ procedere de paternitate, vi sermonis importat, Filium vi suæ originis accipere paterniratem; quod est fatuum, vt *Ancel.* infert. Alioqui, si procedere de paternitate intellexisset. solũ Filium procedere ab illa productiuè, ad summum eam sent. vocasset falsam; nam fatuum est, quod à nullo sanæ mentis authore asseri potest, cùm tam, vt *supra* hæc sent. à grauissimis Scholast. asseratur. De eodem principio cũmunicatiuo naturæ, loquitur *Ioan. Latinus* in *Floren.* more Patrum, ipsorũ vestigijs insistendo. quia sæpè adhibet aliquâ clausulam, per quam determinat, vel potius cõiungit principium productiuum cum communicatiuo, vt constat *tota sessione.* 18. *&* 19, *&* ad hoc tantum confirmandum affert exemplum de generatione humanâ. Cæterum hæc propos. *Principium, quo persona generat est id, quod solum est cõmunicabile. quæ* contra nos ex *eod. Concil.* affertur, cum expressâ taxatiuâ in *cit. sessio.* non haberetur; & si haberetur, rectè explicari posset de principio communicatiuo. Tertium argum. solùm concludit de principio communicatiuo. Nam hoc præcipuè agens assimilat sibi terminum. Vnde propterea in generatione est maior assimilatio, quàm in cæteris productionibus; quia principium generatiuum debet, aut totam, aut partem saltem suæ propriæ substantiæ communicare genito, vt constat in generatione humanâ, per quam genitor medio semine partem eiusdem numero substantiæ, quam habet in se, communicat genito. Pater autem æternus totam suam substantiam vi generationis cõmunicat æterno suo genito. Ratio: nunquam sit maior assimilatio, quam quando agens communicat eandem numero formam & naturam quam habet in se: hoc autem exequitur agens formaliter per principium cõmunicatiuum; nam per productiuum potius dissimilat sibi terminum.

44. *Ad 2.*

45. *Ad 3.*

46. *Ad 4. Scoti.* Ad 4. nego conseq. nam tunc realis distinctio inter Deum producentem, & Deum producibilem saluaretur in solâ natura producentis & producti, in quâ; quia nunc propter identitatem eiusdẽ numero naturæ saluari non potest, recurrendum est ad proprietatem relatiuam, quæ sola distinguitur tealiter à termino producibili. Adde, quod sicut tunc non esset producãda sola hypostasis, sed etiam natura termini producibilis ita non sufficeret pro ratione producendi sola hypostasis principij producẽtis; alioqui perfectior terminus, qualis esset tunc Deitas producta, produceretur à principio imperfectiori, cuiusmodi esset sola hypostasis relatiua: nunc autẽ sicut sola hypostasis relatita termini producitur; ita sola hypostasis relatiua personæ producentis sufficit vt ratio producendi.

47. *Ad fund. 2. Sent.* Fundam secundæ, solum probat, quòd essentia ingrediatur potentiam; non vt ratio formalis producendi; nam hæc essentialiter postulat distinctionem à tetmino producto, sed vt ratio tantùm communicandi, quæ per se distinctionem à termino producto non postulat. contra arguunt Recenti. quorum argumenta. *tit. seq.* Ex dictis soluitur celebris controuersia, an potentia productiua ad intra contineatur sub omnipotentiâ Dei. Affirmant *Argent. in* 1. *dist.* 20. *q. vni. art.* 1. *Marsil. q.* 23. *art.* 2. 2. *p. art* & alij *rèten.* Fundam. potentia productiua ad intra, est vera, propria, & realis potentia: ergo continetur sub omnipotentiâ, potiori iure quàm creatiua. quia nobilissima potentia, qualis est productiua ad intra continetur sub potentiâ communi, sicut nobilissima species sub genere. Confir. 1. sub ente reali continetur primum & præstantissimũ ens, quod est Deus. Sub productione reali continetur præstantissima productio, qualis est productio ad intra. sub producibili communi continetur præstantissimũ producibile increatum. Ergo sub omnipotentia continetur prima & præstantissima potentia productiua ad intra. 2. *Aug. l.* 3. *con. Maximin. c.* 7. vbi potentiã generatiuam Patris appellat omnipotentiam: *Voi* inquit, *est omnipotentia Dei Patris, si æqualem sibi gignere Filium non potuit?* Negant *Scotus in* 1. *dist* 20. *q. vn. §. Quantum ergo, Durand. q.* 1. *Aure. tr.* 3. *Ocha. q. vn. Rubio. q.* 2. *ar.* 2. *Arim. q. vn ar.* 2. *Gab. q. vn. Vasq.* 1 *p. q. disp.* 165 *c.* 9 2. *Suar. l.* 4. *de Trinit. c.* 10.

48. *Affirm.* *Fundam.* *Confirm.* 1. 2. 49. *Negant vere.*

Quæ sent. vt omnino vera colligitur *ex S. Tho.* 1. *p. q.* 25. *ar.* 3. *&* *q.* 42. *ar.* 6. *&* *q.* 2. *de poten. ar.* 5. Ratio 1. Ad fidei dogma spectat, omnes & singulas personas diuinas esse omnipotẽtes, iuxta *Atha.* symbolũ: *Omnipotens Pater, Omnipotens Filius, Omnipotens Spiritus S.* Ad fidei autem dogma non spectat, quòd vel in Filio sit potentia ganeratiua, quæ est in Patte: vel in Spiritu S. potentia spiratiua, quæ est in patre & Filio; imò plerique id negant. siue tota vis producendi ad intra sit sola natura diuina, siue sola proprietas relatiua, siue vtraq; simul. Igitur potentia productiua ad intra non continetur sub omnipotentia. quia si contineretur, qui negaret in Filio potentiam generatiuã, & in Spiritu S. potentiam spiratiuã, consequenter censeretur etiam in illis negare omnipotentiam: nec posset absque præiudicio fidei illis negari potentia generatiua, & spiratiua.

50. *Pr. Apost. Athanasius.*

2. Omnipotentia non importat in Deo nisi potentiam productiuam ad extra: ad hanc n. tantùm significandam vsi sunt hoc nomine *Omnipotentia* Patres, vt *Ocham. Greg. &c.* adnotant. quia disputantes contrà hæret. qui negabant, Flium & Spiritum S. habere eandẽ naturam, & consequenter eandem potentiã cum Patre eam tantùm potentiam intelligebant, de quâ, inter ipsos & hæret. erat controuersia; at nulla erat de potentiâ notionali, sed tantùm de essentiali, quæ cõsequitur naturam absolutam. Igitur hæc tantùm intelligitur nomine *Omnipotentia.* Vnde ad fund. aduers. neg. con. Ad prob. neg. omnipotentiã distribuere pro omnipotentiâ, quæ est in Deo; sic enim procul dubio cõprehenderet potentiam productiuã ad intra, vt vniuersale particulare, aut superius inferius. vt arg. probat; sed distribuere tantùm pro omni obiecto & termino factibili, vt *S. Tho. & Caietan. p. p. q.* 25. *ar.* 3. Ad 1. Confir. neg. con. nam de facto omnipotẽtia, vt de illâ Patres & Schol. disputant, non est signũ distribuens pro omnipotentiâ, quæ in Deo est: sicut esse ens reale, productio, aut terminus produdibilis, vniuersaliter sumptus. Vnde controuersia hæc ad

51. *A priori.*

52. *Ad fund.* *Ad 1. cõfir.*

quæsto.

Digitized by Google

quæsto. de nomine reuocatur, vt ad notant. *Ocham & Rubio*, quo pacto sc. vsurpetur hoc nomen, *Omnipotentia*, pro signo nō distributiuo potentiæ realis, an termini factibilis? Ad 2. confir. Resp. cum
55. *Ad 2. conf.* *cit. Schol.* Augustinum eo loco sub alio significato vsurpasse nomen *Omnipotentia*, quam reliqui Patres; sc. pro potentiâ communicatiuâ naturæ diuinæ, cuius priuatio magnâ arguit imperfectionem in personâ Patris, quam tamen imperfectionem non arguit in persona Filij aut Spiritûs S. quia ad perfectionem Patris, vt ad 1. personam Trinitatis spectat, posse perfectè & adæquatè naturam diuinam communicare Filiō: quod tamen non spectat ad perfectionem Filij, aut Spiritûs S.

Noua Recentiorum argumenta proponuntur & soluuntur.

Sect. 3. Disp. 28. n. 55.

IMpugnant hanc doctrinam de principio productiuo *quo* diuinarum personarum recentiores 1. non saluatur doctrina Patrum, præsertim Augustini asserentis, Verbum esse & procedere de Sapientiâ Patris; nisi procedat ex intellectione Patris, vt
54. *Obiic. 1.* *Confir.* ex principio productiuo *quo*; hoc enim denotant particulæ *De* & *Ex*. Confirm. Si intellectio non esset principium *quo* productionis Filij, etiam Spiritus S. dici posset procedere ex intellectione, cùm
55. *Obiic. 2.* ipsi etiam communicetur intellectio. 2. Implicat concipere communicationem realem sine productione reali: ergo idem est in diuinis principium communicatiuum & productiuum. Antec. prob. tum quia communicare alteri entitatem, formalissimè non est aliud, quàm vel producere entitatem, vel vnionem rei communicabilis cum subiecto aut termino; quo pacto anima rationalis communicatur corpori. Vnde si daretur forma in subiecto absque vllâ productione, vel ipsius, vel vnionis cum subiecto, falsò diceretur se communicare subiecto. Confirm. Non potest in diuinis productio Filij concipi prior communicatione naturæ, cùm hæc communicatio fiat per identificationem filiationis cum naturâ, nec filiatio aliter identificetur naturæ, quàm per sui productionem; tum quia tam repugnat idem realiter se sibi communicare, quàm se ipsum producere: sicut tam repugnat in homine, animalitatem realiter se communicare rationalitati, quàm eandem seipsam producere; ergo æquè repugnat, principium communicatiuum in diuinis realiter se sibi cōmunicare, quàm se ipsum producere; igitur si ad realem communicationem sui sufficit principium virtuale *quo*, idem
57. *Obiic. 3.* sufficiet ad realem productionem sui. 3. Potest in rebus creatis idem producere seipsum, modò supponatur aliâ actione adæquatè existere: ergo à fortiori poterit intellectio diuina, priùs cum Paternitate existens, esse principium *quo*, non quidem sui,
58. *Obiic. 4.* sed filiationis sibi realiter identificatæ. 4. Vt Filius in diuinis realiter procedat à Patre, sat est, vt procedat per Paternitatem, non vt per principium productiuum *quo*, sed vt per actionem realiter distinctam ab ipsa filiatione. Vnde ad saluandum illud axioma, vel ipso lumine naturæ notū, *producens realiter distingui à producto*, sat esse aiunt, vt producens distinguatur à producto per actionem realiter distinctam à producto. Esto igitur principium productiuum *quo* in diuinis non distinguatur à producto, ac proinde nequeat esse principium reale, sed tantùm virtuale, distinguitur tamen principiū productiuum *quod* à producto, per ipsam productionem actiuam realiter distinctam, sicut productū à producente per realem productionem passiuam. Erit igitur inter personam producentem & productum realis distinctio, non ratione principij *quo* & termini producti, sed ratione ipsarum productionum, actiuæ & passiuæ, quæ formaliter constituunt principium producens *quod*, & terminum productum. Nam licet productus non procedat realiter à principio producente *quo*, procedit tamen realiter à principio producente *quod*, media actione realiter distinctâ, per quam terminus ipse productus realiter accipit suum esse à principio producente *quod*.

59. *Respondent doctialiqui Recen.* Ad 1. respondent aliqui apud *Arriag. in 1. p. q. 45. sect. 2.* qui hanc sent. de principio productiuo *quo* manifesto naturæ lumine nixam, & ex antiquitate longo post-tempore reuocatam, approbarunt, ad dictam propos. saluandam sufficere, vt Verbum procedat ex intellectione Patris, vt ex principio *quo* remoto: scil. Intellectio diuina est principium *quo* proximum Paternitatis, non reale, quia ab eâ realiter non procedit, sed virtuale: ipsa autem Paternitas est principium reale *quo* proximum filiationis, quia ab eâ realiter procedit. Pari ratione hi dicerent, Spiritum S. procedere ex voluntate Patris & Filij, quia procedit ab illâ, vt à principio remoto virtuali *quo*, proximè verò ab ipsa spiratione actiuâ, quæ est proximum principium reale *quo* spirationis passiuæ.

60. *Displicet resp. 1.* Hæc resp. etsi ingeniosa, non placet propter tria. 1. quia hinc sequeretur, etiā Spiritum S. dici posse procedere ex intellectione, vt ex principio virtuali remoto *quo*: cùm non minùs intellectio sit principiū virtuale *quo* volitionis, quàm paternitatis, quippè quæ ad volitionem necessariò supponitur: igitur Spiritus S. procedens ex volitione, vt ex principio virtuali *quo* remoto, dici etiam posset procedere ex intellectione, vt ex principio virtuali remoto *quo*. Nec refert, quòd ex intellectione procedat magis remotè; nam si ad eam propos. saluandam sufficit processio virtualis remota, parùm refert, quòd vna sit remotior alterâ. 2. Falsum est, intellectionem esse principiū virtuale Paternitatis: quia cùm
61. *Secundò.* Paternitas constituat primam personam, & natura non prius concipiatur operari, quàm supponatur constituta in ratione personæ (sunt enim operationes suppositorum) non poterit intellectio esse principium virtuale Paternitatis, alioqui operatio præconciperetur prior personâ operante; sed potiùs contrà persona debet præcōcipi prior operatione.
Dico. Video ab his dici posse, intellectionē esse constitutiuum naturæ diuinæ, proinde non vt operatio, sed vt constitutiuum naturæ esse principium virtuale Paternitatis, sicut natura creata dicitur principium suæ subsistentiæ. Contrà: multi id negant, de naturâ creatâ *vt tom. 6. disp. 8. n. 39.* & intellectio diuina non solùm est constitutiuum naturæ, sed etiam operatio: ergo saltem quà operatio, non potest esse principium virtuale Paternitatis, quia vt operatio supponit personam, vt principium perfectè operatiuum. Nisi intellectio sit principium virtuale Paternitatis, quâ naturæ constitutiuum est, & simul virtualis terminus Paternitaris, quâ operatio est: at sine fundamento intellectio asseretur prior & posterior respectu eiusd. præsertim cùm in hâc sent. intellectio sit natura & operatio simul eâdem formalissimâ ratione. 3. Intellectionem esse virtuale
62. *Displicet 3.* principium Paternitatis, nil iuuat diffic. quæ est, quo pacto in hâc nostrâ sent. saluetur propositio Patrum: *Verbum est de Sapientiâ Patris*. quæ non vt remotum, sed vt proximum principium importat ipsam Sapientiam & intellectionem Patris. Adde; ex eo, quòd asseratur intellectio esse principium virtuale *quo* Paternitatis, non plus reipsâ distinguitur

Digitized by Google

à Verbo quàm si non assereretur; cùm hic virtualis influxus intellectionis in paternitatem, non sit realis, sed rationis, esto in re sit aliquod fundamentum, illum distinctè concipiendi; quia fundamentū semper idem est, siue asseratur intellectio virtuale principium, siue non; ideò ad maiorem distinctionem independenter à nostro intellectu nihil conducit.

61. *Facilius saluatur propos. Patrum.* Melius igitur illa propositio saluatur per principium proximum & immediatum communicationis *quo*, modo declarato; cùm non minùs immediatè & proximè ad terminum in diuinis producendum concurrat principium communicatiuum *quo*, quàm productiuum *quo*: ergo non minus Verbum dici potest procedere de Sapiētia Patris viâ communicationis, quàm de Patre seu Paternitate viâ productionis, licet à Patre seu Paternitate, per realem distinctionem; à Sapiētiâ verò, siue de Sapientiâ Patris, per identificationem; eo quòd communicatio, qua communicatio, non petat distinctionem rei cōmunicatæ inter eum, qui communicat, & cui cōmunicatur, sicut productio distinctionem rei productæ inter eū qui producit, & eū qui producitur.

64. *Ad secundū.* Ad 2. Esto non possit esse realis communicatio absque reali productione; nego tamen hinc sequi, non posse, principiū purè productiuum cum fundamento in re à communicatiuo in diuinis distingui. Nam licet in re sit vnum & idem principium, quòd simul influit realiter in terminum, & se illi communicat, nec possit se illi communicare quin simul illum producat, quia tamen longè diuersum munus exercet, cùm influit in terminum, & cùm illi se communicat, nam primùm est munus producentis, secundum informantis seu quasi informantis, rectè possumus vnum idemque principium cum fundamento in re distinguere in productiuum, quâ influit in terminum à se realiter distinctum; & in cōmunicatiuum, quâ cum termino manet vt forma identificatum vtrique, & principio producenti, & termino producto. Est igitur in Filio productio, actio, quâ à Patre procedit, ab eoque realiter distinguitur; communicatio verò identitas ipsa naturæ, quæ, posità reali productione Filij à Patre, manet eadem numero identificata cum Filio, quæ erat in Patre. Explicatur: Si subsistentia naturæ Ioannis diuinitùs eleuaretur ad producendam sibi secundam subsistentiam in eâdem naturâ, sola prima subsistētia, non autem natura esset principium productiuum *quo* secundæ subsistentiæ, solaque esset terminus productus; natura esset tantùm forma vi realis productionis communicata secundæ subsistentiæ. Hīc vides, aliud est principium productiuum *quo*, sc. sola prima subsistētia; aliud communicatiuum *quo* sc. sola natura; etenim tam prior subsistentia producens maneret distincta à posteriori producta, quàm posterior producta à priori producente, manēte naturâ nec productâ nec producente, vtrique subsistentiæ productæ ac producenti communicatâ, nisi quòd in hoc exemplo natura maneret ex naturâ rei distincta tam à primâ subsistentiâ producente, quàm à secundâ productâ: in diuinis autem eadem natura maneat identificata cum vtrâq; personâ, producente & productâ, quod est ipsissimum Trinitatis arcanum, nullum adæquatum admittens exemplum. Saltem in hoc habemus, quòd natura non influit in secundam subsistentiam cui tamen manet vnita, non minùs quàm eum primâ, idque vi realis productionis solius secundæ; nec magis distinguitur à secundâ producta, quàm à primâ producente. Ita natura diuina non influit in filiationem, licet vi productionis maneat identificata cum illâ, eodem prorsus modo, quo cum Paternitate, nec magis distinguitur à filiatione producta, quàm à paternitate producente. Præterea, sicut in eod. exemplo adæquatū principium productiuum & communicatiuum est prima subsistentia Ioannis simul cum naturâ, quo tamen non obstante, rectè illud distinguimus in productiuum, & communicatiuum, ob diuersas causalitates, quas exercet; nam vt productiuum, exercet causalitatem efficientis, vt communicatiuum, formalis: ita in diuinis, esto vnum idemque sit adæquatum principium productiuum & cōmunicatiuum, ob diuersa tamen munia, quæ exercet, distinguimus illud in purè productiuum, & communicatiuum. Nec obest, quòd prima subsistentia Ioannis, quæ est principium purè productiuum à parte rei distinguatur à naturâ eiusdem, non prima in diuinis à naturâ Patris: nam hîc solùm contra aduers. contendo, rectè posse adæquatum principium productiuum & communicatiuum, siue ratione, siue re ipsa distingui in productiuum & communicatiuum. Vnde si prima subsistentia Ioannis re ipsa non distingueretur à naturâ eiusdem, adhuc posset principium productiuum à communicatiuo distingui, si non realiter, saltem ratione: esset enim productiuum, quatenus eleuaretur ad producendum vt subsistētia; communicatiuum, quatenus vt forma communicaretur secundæ subsistentiæ: nam sicut vt natura non produceretur, sed solùm communicaretur secundo supposito; ita vt natura esset tantùm principium communicatiuum, & non productiuum cum primo supposito.

66. *Nec intento nostro obest.*

Ad confir. neg. antec. patet in exemplo, in quo productio secūdæ subsistentiæ supponitur ad communicationem naturæ. Ratio: prius supponi debet terminus, cui communicāda est forma. Nec refert, quòd communicatio in diuinis fiat per identificationem personæ productæ cum naturâ producentis; nam hoc tantùm probat, quòd nequeat productio realiter præcedere communicationem, non autem ratione. Quia etsi productio personæ, & communicatio naturæ in diuinis fiat eodem instanti æternitatis, sicut productio secundæ subsistentiæ creatæ, & cōmunicatio naturæ eodem instanti temporis; priùs tamen ratione cum fundamento in re concipitur, productio terminari ad personam productam, quàm eidem natura communicari: sicut prius concipitur productio terminari ad secundam subsistentiam creatam, quàm ad communicationem naturæ. Et in sent. docente, formam materialem, eâdem indiuisibili actione produci & vniri materiæ, priùs ratione concipitur actio terminari ad existentiam formæ, quàm ad vnionem cum materiâ, ratione cuius materia communicatur formæ.

67. *Ad confirm. patet in adducto exemplo.*

65. *Hæc doctrina exemplo declaratur.*

Inscrutabile Trinitatis arcanum.

Ad aliam prob. non dicimus, Patrem æternum communicare esse sibi, sed Filio, dum illum producit realiter à se distinctum, in eâdem naturâ subsistentem. Ex quo patet, quàm alienum à proposito sit exemplum de animalitate & rationalitate. Nam ad communicationem requiritur realis distinctio inter communicātem, & eum, cui se communicat, quæ non est inter animalitatem & rationalitatem in homine, quæ tamen est in personâ diuinâ producente & producta; & licet principium communicatiuum *quo* in diuinis sit natura, principium tamen communicatiuum *quod* est persona, quæ per realem productionem filiationis, suam naturam communicat Filio, etsi principium communicatiuum *quo* sit natura, nam ipsa est, quę per identitatem communicatur Filio. Hinc patet, cur principium communicatiuū *quod* debeat distingui à termino, cui fit communicatio, non communicatiuum *quo*; & tam principium productiuum *quod*, quàm productiuum *quo* debeat

68. *Ad aliam probationē.*

69. *Discrimen principij communicatiui quo, & quod.*

debeat à termino distingui. Ratio primi: communicatio realis etsi ipsa per se non afferat, supponit tamen distinctionem realem, cùm nullus possit sibimet esse communicare. Ratio secundi; posità productione reali, forma seipsam communicat termino, absque influxu reali distincto ab ipsâ productione; idque vel per identitatem, vt in diuinis; vel per vnionem, vt constat in mysterio incarnationis, in quo posita solâ productione reali vnionis hypost. cum Verbo, natura humana seipsam formaliter cõmunicat Verbo, absque vllo influxu reali humanitatis in Verbo. Rario tertij; principium productiuum *quo*, eoq; mediante principium productiuum *quod*, debet realiter influere in terminum: quod non potest, nisi per realem emissionem termini extra se; nam quamdiu illum non emittit realiter extra se, non influit, cùm non sit realiter alius & alius, sed idem. Ex quo patet discrimen de principio cõmunicatiuo *quo*; quia hoc potest realiter se communicare termino, vel per identitatem, vel per vnionem cum illo. Ad 3. Resp. 1. neg. antec. si intelligatur de productione sui in eodem loco existentis; & multò magis, si supponatur productio non distingui à termino productio: cùm nequeat in hâc sent. explicari, quid sit idem dare sibi esse secundò, cùm non aliter se habeat nunc, ac se habebat anteà: at anteà non dicebatur producere seipsum; ergo nec posteà: quia idem causare seipsum, seu dependere causaliter à seipso, est quid nouum reale independenter à nostro intellectu: ergo debet illi aliquid respondere, cùm nequeat fieri realis transitus de vno contradictorio in aliud, absque aliquâ reali mutatione, nec possit idem quoad omnia inuariatum oppositas denominationes effectusque reales tribuere, at causa & effectus, vt supponitur, sunt idem, qui anteà erant, cùm nec idem vt causa det sibi aliquid, quod anteà non habebat; nec idem vt effectus accipiat aliquid à seipso, quod anteà in eo non erat: quia nec nouũ esse habet, nec nouã actionem; nam hæc in eâ sent. non est quid ab agente & termino distinctum.

70. *Ad tertium: 1. ostenditur contradictio in Sent. Nominal.*

71. *Connotatio noua oriri nequit nisi à mutatione reali nouâ.*

Dices, dari actionẽ ratione saltem ab agente & termino distinctam. Sed contrà: ad ponendam nouam actionem realem, etiam ratione à termino distinctam, opus est nouo fundamento reali, quod hic nullum est, cùm terminus sit prorsus idem, & cum eodem omninò esse, quo anteà. Nec dici posset, nunc idem vt effectus cõnotare seipsum vt causam, quæ connotatio antè non erat: cùm nequeat noua connotatio realis inter extrema consurgere, absque nouâ mutatione reali. Audiui hâc difficult. pressos cõfugisse ad decretum, quo Deus decreuit, vt pro hoc tempore idem causaret seipsum. Sed isti peruersè mutationes creaturarum transferunt, & explicant per libera decreta Dei, cùm potiùs deberent libera decreta Dei explicare per mutationes creaturarum, seu nequeat nouum decretum in Deo poni, per mutationem ipsius Dei, sed creaturæ, vt *disp. 14. sect. 3.* Nec eos id iuuat: nam esto concedamus nouum actum liberum in Deo, quo decreuit, pro hoc tempore idem causare seipsum, nunquid propterea idem seipsum realiter causabit, si nõ aliter se habeat nunc, quàm anteà se habebat? aut poterit Deus solâ suâ voluntate, nullâ mutatione in rebus factâ, res ipsas realiter mutare? quis cõcipiat, parietem ex non albo fieri album, nullâ albedine in pariete positâ ex solo libero decreto Dei volentis, vt paries ex non albo fiat albus? At inquiunt, entia absoluta, inter quæ est album, nõ posse absque mutatione intrinsecâ transire ex vno contradictorio in aliud, posse tamen respectiua, per solam connotationem noui decreti liberi in Deo. Sed contrà: tum quia producere seipsum, est dare sibi esse, quod est quid absolutum, non minùs quàm respectu parietis accipere albedinem. Tum quia neq; in respectiuis fieri potest noua connotatio realis, absq; nouâ mutatione reali, vel in Deo, vel in creaturâ. Nam interrogo, cur nunc potiùs termini connotant quam anteà, cùm eodem modo se habeant nunc ac anteà? Nec iuuat dicere, nunc esse tantùm nouum esse respectiuum. Nam vel hoc esse respectiuũ, quod nunc est, & anteà non erat, est aliquid independenter à nostro intellectu, & de eo recurrit difficultas, vnde nunc de nouo consurgat, nullâ factâ in extremis mutatione. Vel est aliquid factum à nostro intellectu. Et sic nihil reale consurgit in rebus, cùm nihil reale possit intellectus fingens rebus imprimere: hoc autem est contra aduers. qui contendunt hoc esse respectiuum, quod de nouo consurgit, esse aliquid reale independenter à nostro intellectu. Et meritò, nam sicut vt causa causet, vel effectus causetur, non pendet ab intellectu fingente sed à rebus operantibus, ita quod ex causâ causante, & effectu causato consurgit, non est opus intellectûs fingentis, sed rei operantis.

72. *Grane argumẽ pondus.*

Addo, per hanc sent, tolli principium illud lumine naturæ notum, quo concilia, Patres, & Schol. vtuntur, ad realem distinctionem inter diuinas personas producentes & productas asserendam: nam contra *Sabell.* dicunt, Patrem in diuinis realiter distingui à Filio, & vtrumque à Spiritu S. quia Pater producit Filium & vterque Spiritum S. Quæ illatio nulla est, cùm possit Pater in hâc sent. seipsum producere proinde ex eo quòd filium producat non necessariò ab illo distinguitur. Quo principio sublato, currit medium ad probandum contra Sabellũ personas in Deo realiter distingui: siquidem respõdere possunt, concedendo Patrem producedere Filium, & vtrumque Spiritum S. & negando, eos realiter distingui, ex fundamento aduers. quia non implicat idem producere seipsum. Videant igitur huius sent. sectatores, ad quas angustias redigant prima nostræ fidei mysteria. Nec eos iuuabit dicere, hanc distinctionem inter personas producentes & productas in diuinis, nos solâ fide credere: tũ quia hanc credimus per mediatam tãtùm reuelationem. Scripturæ n. solùm immediatè nobis reuelant, in Deo esse Patrem & Filium & Spiritũ S. Cæterùm an hæ sint personæ realiter inter se distinctæ, expresè non docent, sed id Patres & Cõcilia euidenter deducunt ex illo principio naturæ lumine noto, quod idem nequeat seipsum producere. Quâ euidenti deductione facta, fide Diuina posteà credimus, Patrem Filium & Spiritum S. realiter inter se distingui; vt veritatem non expresè sed implicite reuelatam in aliâ scripturis manifestata scil. Patrem producere Filium & vtrumque Spiritum S. tum quia esto hæc distinctio personarum producẽtium & productarum in Diuinis habeatur per immediatam reuelationẽ adhuc vrget propositum argum. contra aduers. Nam ex hâc saltem reuelatione habemus, non potuisse in Deo personam producẽtem non realiter distingui à personâ productâ, cùm implicet, potuisse in Deo esse oppositum eius quod de facto est, nam quidquid in Deo est, summâ necessitate est, non modo quoad existere, sed etiam quoad modum existendi, cum Deus sit ens summè perfectum, quo perfectius nec esse, nec excogitari possit, proinde si in Deo de facto persona producens realiter distinguitur à productâ, implicat potuisse esse oppositum.

73. *Euidens deductio fidei.*

Imo immediata reuelatio.

Decreto Dei extrinseco non mutatur intrinsecè creatura.

At respondebit aduersarius, esto hoc implicat in Deo

74.

Digitized by Google

Si implicat in Diuinis, magis in creatis.

in Deo, non implicat tamen in creatura, quia hoc dicit imperfectionem, quæ creaturæ competere potest. Sed cõtrà: perfectior est identitas & vnitas, quàm distinctio & multitudo: vnde in Deo, summa, quæ concipi potest, conceditur vnitas & identitas, minima verò quę potest, distinctio & multitudo: ergo si non implicat, vt producens sit idem cum producto, talis identitas vt maior perfectio concedenda esset Deo. Nam quæ identificantur sunt magis limitatâ; omnis enim limitatio fundatur in distinctione, quia quod ab alio distinguitur, non continet illud; à quo distinguitur, ac proindè limitatur ad suum tantum esse, excludendo esse alterius, à quo distinguitur. Vnde creaturę quo perfectiores, eò sunt simpliciores: & inter diuinas perfectiones, absolutæ sunt ex suo genere perfectiones quàm relatiuæ; eo quod illæ nullas excludunt perfectiones, hę verò excludunt oppositas, proinde nõ dicuntur perfectiones infinitè simpliciter, sed in suo dumtaxat genere. Hæc contra sent. Nominal.

75. *Resp. 2. Effectus debet per actionem accipere plusquã actionem.*

Contra sent. eorum, qui docent, posse idẽ producere seipsum actione distinctâ, adhuc vrget argum. 1. neque in hàc sent. explicari potest, quid sit illud, quod præter actionem, idem vt causa det sibi, vt effectui; & quid vt effectus accipiat à seipso, vt à causâ. Nam certum est, omnem causam mediâ actione dare aliquod esse effectui, & effectum mediâ actione accipere aliquod esse à causâ: nec sat est, vel causam dare tantùm actionem, vel effectum solam actionem accipere à causâ, cùm actio essentialiter sit medium ad cõmunicandum aliquod esse. At nullum fingi potest esse, quod per hanc actionem, vel idem vt causa communicet sibi, vel idem vt effectus accipiat à se, cùm idem omninò esse, & vt causæ, & vt effectus maneat inuariatum in se, & solùm varietur per nouam actionem distinctam, non autem per esse, quod perseuerat idem inuariatum vt anteà: vnde hæc noua actio nihil omninò agit in effectum.

76. *Dices. Resp.* DICES licet noua actio non conferat nouum esse effectui, illud tamen nouo modo cõseruat, quia desinente priori actione, adhuc effectus perseuerat in eodem esse vi posterioris actionis.

Resp. 1. Contrà: desinente priori actione, quâ idẽ adquatè causatur ab alio distincto agente, non posse vi solius posterioris actionis à se productæ, in suo esse conseruari, ostendo: Non minùs conseruans præsupponi debet ad effectum conseruandũ, quàm producens ad effectum producendum: ergo si non potest producens seipsum producere, nisi præsupponatur existens; ac seipso priùs vi alterius actionis; nec poterit seipsum conseruare, nisi præsupponatur existens, ac se ipso priùs vi alterius actionis conseruatiuæ: nam sicut implicat dare sibi primum esse, eo quòd vt daret sibi primum esse, deberet esse, antequam esset; ita nec primũ conseruare, eo quòd vt daret sibi primum conseruare, deberet conseruari, antequam seipsum conseruaret, cùm non minus ad conseruandum, quàm ad producendum requiratur virtus realis causalitate prior effectu.

Nota.

77. DICES, cessante priori actione, adhuc posse per secundam à se productam in suo esse perseuerare. Sed contrà: hęc 2. actio supponit virtutem causatiuam realiter præexistentem, & independentem à seipso vt causando per 2. actionem; quippè quæ à tali virtute realiter fluere debet: ergo vi huius posterioris actionis, eo non potest talis virtus suum esse accipere, cùm illa debeat ad talem actionem præsupponi vtpotè à quâ debet talis actio produci. 2. Admittit hæc sent. aliquid captu difficilius, quàm fides docet de productione diuinarum personarum, sc. productum à producente distingui præcisè solùm ratione actionis, non autem ratione termini & effectûs producti: nam hic vt distinctus ab actione, est idem prorsus cùm seipso producente, cùm tamen personæ Diuinæ productæ non solùm realiter distinguantur à producentibus ratione productionis, quâ producunt, sed etiam ratione termini producti. Nam licet persona producta non distinguatur à producente, ratione naturæ, cùm hæc non producatur, sed tãtùm communicatur; ratione tamen personæ, quæ producitur, non solùm à producente distinguitur ratione productionis, sed etiam ratione termini, qui producitur, quæ est hypostasis ipsa personę producentis. In hac autem sententiâ, effectus, qui producitur, non distinguitur à producente, ratione termini producti, sed solùm ratione productionis, manente termino producto realiter identificato cum seipso producente, cùm tamen in diuinis terminus productus realiter distinguatur à producente, etiam vt ratione distinctus à productione. Tria quippè virtute distinguũtur in personâ Diuinâ producta, terminus productus, productio passiua, & relatio producti ad producentẽ ex productione consurgens. Secundùm omnia hæc persona producta realiter distinguitur à producente; cùm tamen in hàc sent. idem vt effectus solùm secundùm productionem distinguatur à seipso producente. Ex quâ doctrinâ.

78. *Mirabile sanè, prò fide Diuinã admittit illa sent.*

79. *Vtraq; consequ. rectè deducitur ex vtrâq; præmissâ.*

Sic vrgeo: Distinctio inter producens & productum possibilis est non minor eâ, quam fides inter personam diuinam productam & producentem admittit: atqui inter personam Diuinam productam & producentẽ nõ solùm admittit distinctionem personæ productæ à producente ratione productionis, sed etiam ratione termini producti: ergo minor possibilis non est, & consequenter nec distinctio ratione solius productionis inter productũ & producens: Implicat igitur idem sola actione distinctum à seipso produci. Minor est de fide, quâ docemur personã productam, non solùm ratione productionis, sed etiam hypostasis, qui est terminus productus, & respectus ex productione consurgens realiter distingui à personâ producente. Maior est certa, tum ex illo Patrum & Concil. axiomate, in Diuinis omnia esse vnum, vbi non obuiat relationum oppositio, quæ in producente & producto fundatur. Tum ratione: vt *suprà* perfectior est vnitas & identitas, quàm distinctio & multiplicitas, vt euidenti inductione constat: igitur si possibilis esset vnitas & idẽtitas termini producti cum principio producente, ea vtpotè perfectior ac dignior supremo Numine, concedenda esset in Diuinis cùm igitur ea in Diuinis non admittatur, euidens est, eam non esse possibilem in rebus creatis, alioqui perfectio aliqua maior concederetur creaturis, quæ negatur Deo. Tum demùm; si non implicat, productum esse eundẽ cum producente, poterit persona Diuina, non solùm ratione hypostasis, sed etiam ratione naturæ, produci à personâ producente. Etenim si ad realem productionem non requiritur, vt productum distinguatur à producente, sed sat fuerit, si ab illo distinguatur ratione solius productionis, non implicabit, quin persona Diuina, non solùm ratione hypostasis, sed etiam naturæ producatur à personâ producente, siquidem per realem productionem naturæ in sent. aduers. non tolleretur realis identitas eiusdem cum producto & producente. Videant igitur hi, qnales sententias ex Philos. assumant ad explicanda mysteria Diuina, quæ non tam illa explicant, quàm tenebris obuoluant, nec tam confirmant, quàm infirment ac destruant. Sed discat

80. *Demonstratiũ ratione.*

Monitum magni momenti.

cat potiùs Theologus eas sent. ex Philos. seligere, quæ & fidei arcana meliùs explicent, & eorum veritati magis confirmentur; eo quòd nulla sent. Philos. vera esse possit, quæ cum reuelatis veritatis non congruit. Possent vtriusque sent. authores aliquod discrimen assignare, cur in rebus creati possit idem à seipso produci, non autem diuinis; scilicet in creatis terminus productus saltem realiter distinguitur à principio producente adæquato, quæ est causa prima simul cum secundâ producens. Esto igitur effectus realiter non distinguatur à seipso producente vt causa 2. saltem realiter distinguitur à Deo producente vt causâ 1. In diuinis autem si idem produceretur à seipso, à nullo alio comproducēte posset realiter distingui; quia præter eum, qui seipsum produceret, non daretur alius distinctus comproducens, à quo productum posset realiter distingui: nam præter Deum, qui esset sui productiuus, nullum aliud daretur principium simul cum Deo seipsum comproducens, à quo productum distingui posset. Sed contra: si vt terminus dici possit realiter productus, debet realiter distingui saltē à principio cōproducente: ergo quia realiter non distinguitur à seipso, non poterit à seipso produci; sed tantùm denominatiuè ratione alterius principij comproducentis distincti! Confir. aut realis productio essentialiter secum affert distinctionem producti à producente, aut non. Si secùdum: ergo non repugnat in diuinis idem producere seipsum, esto productum à nullo alio principio comproducente distinguatur. Si primum: ergo cùm idem à seipso non distinguatur, non poterit à seipso produci: erit igitur talis effectus productus à solo Deo, vt à causâ 1. non à seipso vt à causâ 2. Tum quia etiam in diuinis posset terminus productus realiter distingui ab aliquo principio comproducente, etiamsi idem produceret seipsum: Posset Filius produci à Patre non solùm quoad hypostasim, sed etiam quoad naturam: ac proindè idem produceretur à seipso, ratione naturæ producentis & productæ, & realiter distingueretur à Patre, ratione Paternitatis cū naturâ comproducentis: nō secùs ac per aduers. idem producitur à seipso, esto à seipso non distinguatur, sed solùm à Deo, vt à causâ 1. qui vt distinctum principium cum se ipso cōcurrit ad productionem sui: nam ita se haberet Paternitas & natura ad productionem Filij, sicut Deus vt causa 1. & Petrus ex. gr. ad seipsum producendum: ergo si fat est, vt Petrus distinguatur tantùm à Deo, esto non distinguatur à seipso, vt possit à seipso produci; fat etiam esset, vt Filius distingueretur à Paternitate, esto non distingueretur à naturâ, vt posset à naturâ & Paternitate produci.

81. *Discrimen fingitur.*

Contrà hoc ipsum probat, idem non posse à seipso produci.

82. *Contrà 2.*

Supra n. 71. dixi, *si intelligatur de productione sui in eodem loco existentis*: nam de productione per replicationem in diuersis locis. *to. 7. disp. 6. sect. 2. & disp. 18.* visum est, non repugnare, vt idem in vno loco existens producat seipsum in alio loco. Et rationem *ibid.* assignaui: tum quia idem in vno loco existens est virtualiter diuersum à seipso in alio loco existente; tum quia posterior actio potest dare esse termino existenti in diuerso loco, quod dare non potest existenti in eodem; eo quòd illud adæquatè habeat vi prioris actionis: nequit autem produci noua actio realis, & nullum esse reale communicare termino, cùm actio essentialiter sit actualis viâ & communicatio alicuius esse. Verùm, quia contraria sent. quòd neque in diuersis locis possit idem producere seipsum, faciliùs explicat hoc mysterium, meliusque saluat, quo pacto neque in diuinis idem possit producere seipsum, aut productum solâ productione distingui à producente, Theologique munus sit, eas in Philosophiâ sententias sectari, quæ magis conformantur veritatibus reuelatis, easque melius explicant & confirmant, re ad calculum fidei examinatâ & cum hoc mysterio collata, omninò censeo, hanc sent. præferendam esse alteri. Et quia pro alterâ nullū peculiare est fundamentum, nisi quòd nulla appareret implicantia, quin id diuinitus fieri possit, satis efficax implicantia ad eā sent. negandam esse poterit, vel hoc ipsum, quòd ex eâ sequitur in diuinis idem posse seipsum producere, solâq; productione à producente distingui; & consequenter id de facto Deo concedendum, quia maiorem arguit vnitatem & simplicitatem, quam omnes Theologi, quoad fieri potest, in Deo defendere tenemur. Nec me pudet, in maius obsequium mysteriorum nostræ fidei, eam sent. retractare, quæ mihi olim probabilior visa fuit. Exigit enim infallibilis nostræ fidei veritas, vt non modò intellectum captiuemus ad credenda ea, quæ nobis diuinitus reuelantur, sed etiam ad eas sent. amplectendas, quæ reuelata faciliùs explicant, solidiusque roborant.

83. *Hæc ibi vidit. 1.*

84. *Ingenua retractatio ex luminib. fidei.*

Atque hæc de antec. nunc pauca de cōseq. quam malam esse ostendo: in exemplo allato de producente distincta, saluatur & vera ratio principij producentis, & realis productionis: Primùm, per realem influxum principij producentis à se distinctū secundùm, per realem emanationem actionis à principio producente: nam & secunda productio realiter emanat à principio producente, per realem egressionem sui ab illo, & principium realiter influit in secundam productionem, per realem emissionem illius extra se. In sent. aduers. nec ratio principij producentis, nec productionis, nec termini producti, vera ratio realis saluatur: cùm nec principium realiter influat per realem influxum à se distinctum, nec productio realiter fluat à principio, per realem emanationem sui ab illo; nec terminus productus, per realem egressionem sui à principio producente; sed tam principium producens identificatur cum productione, & termino producto, quàm productio, & terminus productus, cum principio producente *quo*; quod per aduers. est sola natura diuina, nam nec Paternitas influit in productionem Filij, aut in Filium; nec productio Filij, aut Filius realiter emanat à Paternitate, sed vtrumque virtualiter tantùm ab intellectione. Vnde nec actiua generatio, quæ est in Patre, habere potest veram rationem actionis; nec passiua generatio, quæ est in Filio, veram rationem processionis; cùm nec illa communicat esse Filio, quod proprium est actionis; nec per istam vt per realem influxum accipiat esse Filius: quia nec illa realiter influit, nec ista realiter emanat, sed vtraque virtualiter est à naturâ, cum quâ identificatur.

85. *Conseq. in 71. etiam nulla.*

Ad 4. nego antec. nam si Pater, nec ratione naturæ, nec ratione Paternitatis realiter influit in Filium, sed ratione naturæ influit tantum virtualiter; ratione verò Paternitatis nec virtualiter, nec realiter, sed solùm per modum actionis actiuæ existentis in Patre, vbi est principium realiter producens? Et Filius si neque realiter à naturâ, neque virtualiter emanat à Paternitate, vbi terminus realiter productus? Ais; dicetur Pater reale principium Filij per Paternitatem vt per actionem, & Filius realis terminus Patris per filiationem, vt per passionem. Sed cōtra, si Paternitas, vt aduers. contendunt, non influit esse in Filium, non potest opponi Filio, ab eoque distingui, cùm omnis oppositio in diuinis sit propter realem influxum vnius in alium: igitur si est realis influxus Paternitatis in Filium, nulla po-

86. *Ad quartum n. 51.*

Dicet.

Resp.

terit

terit esse realis oppositio, & consequenter distinctio. Confirm. actio ex naturâ suâ non petit distingui à passione, vt patet in creatis, in quibus actio & passio calescunt in eandē indiuisibilem modalitatem: & in sent. aduers. actio, quâ idem producit seipsū, non distinguitur à passione, quâ idem à seipso producitur; sed vna eâdemque indiuisibilis entitas, est & actio & passio simul: ergo si aliunde paternitas non est principiū influens in Filium, ex hoc præcisè quòd sit actio, filiatio verò passio, non magis distinguentur inter se, quàm in rebus creatis actio & passio, & in senten. aduers. actio & passio, quâ idem seipsum producit.

87. *Confir.*

88. *Coroll. 1.* Ex eâd. sent. vlteriùs infertur 1. nec Patrem distingui à Filio secundùm propriâ hipostasim, quia secundùm eam Filium non respicit, neque vt principium producens, neque vt productio, neque vt relatio; nam hæc consequuntur hypostasim priùs in se constitutam: ergo nisi respiciat illum vt potentia productiua, non poterit ab illo realiter distingui.

89. *Secundum.* 2. diuinas personas non distingui inter se perfectionibus relatiuis, sed absolutis: nam si persona producens non respicit productam, nisi tantùm vt actio, vel vt relatio actionem consequens, non poterit à productâ distingui vt hipostasis; nam vt hypostasis nullo modo in sent. aduers. respicit personam productam, sed solam personā, quam constituit in ratione subsistentis ad se, quæ nisi aliunde ratione principij producētis respiciat alterum, ex se perfectionē respectiuam non importat, sed potiùs obsolutam: vt constat de subsistentiâ creatâ, cum quâ analogicè cōuenit increata, quæ ex se non importat, nisi perfectionem absolutam. In nostrâ verò sent. ipsa diuina hypostasis est potētia productiua termini, proinde ex se importat respectum principij producentis ad productum. 3. Tam productio actiua personæ producentis, quàm passiua productæ, sunt tantū virtuales emanationes à natura: nam nec actio personæ producentis realiter producitur à producente, nec passio personæ productæ à personâ producente, vel ab ipsâ actione eiusdem personæ producentis; siquidē hæc per aduers. non influit realiter in terminum, vel in processionem termini: ergo vtraque erit tantùm virtualiter à naturâ. Vnde igitur inter se oppositionē habebunt; cum hæc productio actiua cōparetur ad passiuam vt principium realiter influens, nec passiua ad actiua & terminus ab eâ realiter emanans?

90. *Tertium ex Sent. aduer.*

DISPVTATIO XXIV.

De Diuinis Notionibus.

1. *Notio formalis. Obiectiua.* PRÆMITTENDA est diuisio *Notionis*, in formalem, & obiectiuam. Formalis est notitia, quâ vna res ab alia dignoscitur. Obiectiua est proprietas seu forma, quâ vna res ab aliâ distinguitur; quę̄q; notioni formali respondet: in præsenti cū communi Thelolo. disputo de notione obiectiuâ, quâ vna persona diuina discernitur ab aliâ, connotando tamen notionem formalem. In quo sensu notionem definit *S. Thom.* 1. *p. qu.* 32. *art.* 2. & 3. vt sit propria ratio cognoscendi personam diuinā in abstracto significatam, de quâ nunc quæritur 1. an sit in diuinis personis admittēda. Prima sen. Præpositiui relati à *S. Thom. art.* 2. *cit.* negantis, in diuinis personis esse vllas notiones. A quâ sen. nō multùm recedit *Arimin. in* 1. *dist.* 26. vbi solùm concēdit in Diuinis personis proprietates *intransitiuè* non *transitiuè*; hoc est vt ipse explicat, proprietates, quę sunt ipsę personę, non quę sint aliquo modo à personis distinctæ, vel modo concipiendi nostro, nisi tantùm secundùm voces & conceptus formales. In quo sensu explicat illud Ecclesiæ in præfat. de Trinit. *Et in personis proprietas, & in essentia vnitas, & in maiestate adoretur æqualitas.* Vbi docet, vnitatis numerum positū esse pro numero multitudinis; nam potiùs legendum esset, *Et in personis proprietates*, quę sunt ipsæmet personæ, realiter inter se distinctæ.

De hac dif. An sit Sect 1.

2. *1. Sent.*

Fund. vtriusque est, quoniam in Deo ob summam simplicitatem nulla est distinctio communis à proprio: ergo nulla notio importans proprium à communi distinctum. SECVNDA *S. Thom. cit & reliqu. Schol. in* 1. *dist.* 26. 27. & 28. *cum Magist.* admittentium in diuinis personis notiones, quibus vt characterisiticis notis vna persona discernitur ab aliâ: ex Patribus, qui sæpe ad dignoscendas diuinas personas vtuntur nominibus abstractis, importantibus proprietates personarum in abstracto significatas. Damasce. *lib.* 1 *de fide cap.* 11. *Secundum omnia vnum sunt Pater, Filius, & Spiritus S. præter (si ita dicamus) ingignentiam, gignentiam, & processionem. Nam vnum agnoscimus Deum, in solis proprietatibus Paternitatis, Filiationis, & processionis differentiam intelligimus.* vbi per nomina abstracta explicat hypostaticas differentias diuinarum personarum, quas *lib.* 3. *cap.* 6. *Characteristicas signaleſque proprietates* appellat Augustin. *lib.* 5. *de Trinit. cap.* 6. *Alia est notio, quâ intelligitur Genitor; alia, quâ Ingenitus.* Et passim tam Græci, quàm Latini vt merito recentiores opinionem Præpositiui notiones in diuinis negantis, erroris notâ censeant: & sanè ad minimum temeritatis notam non effugiet, cùm sit contra omnes Schol. & communem modum loquendi & sentiendi Patrum in re grauissimâ, in quâ non modò res, sed etiam nomina & loquēdi modi, non sunt sine authoritate & approbatione Concil. & Patrum admittendi. Fund. admittendi notiones in diuinis est, vt perfectiùs possit vnaquæq; persona suâ quasi characteristicâ notâ & proprietate à nobis dignosci & significari. Nam licet potuissemus per nomina complexa, & concreta vnam personā ab aliâ discernere ac distinguere, commodiùs tamen id præstamus per voces incomplexas, & abstractas: expeditiusque respondemus hæreticis interrogantibus & vrgentibus, in quo Pater differat à Filio, & vterque à Spiritu S.? paternitate scilicet, & filiatione, & processione in abstracto significatis. Nam sicut rectè dicitur Pater Deitate est vnum cum Filio & Spiritu S. ita paternitate est alius à Filio & Spiritu S. sc. vt *S. Tho. cit. artic.* 2. sicut essentia significatur vt *quid* persona vt *quis*; ita proprietas significatur vt *quo*. Confir. cùm in Patre duplex sit relatio Genitoris ad Genitum, & Spiratoris ad spiratum similiter in Filio duplex Geniti ad Genitorem, & Spiratoris ad spiratum, nisi haberemus nomina abstracta, vix possemus has duas relationes in Patre & Filio designare.

Fundam.

2. *Sent. Certa.*

Colligitur ex Patribus.

Præpositiui opinio notatur.

4 *Fund. potiss. simum.*

Confirm. 1.

Ad fundam. Præpos. nego, hanc distinctionem proprij à cōmuni, per nomen abstractum importatam, præiudicare diuinæ simplicitati; quia hæc distinctio fundatur tantùm in modo significandi, qui immediatè sequitur modum concipiendi nostrum. Vnde sicut absque præiudicio diuinæ simplicitatis concipimus, proprium præcisum à communi: ita absque præiudicio eiusdē possumus per nomina abstracta, & in complexa significare proprium vt præcisum à communi.

Ad fund. Præpos.

QVÆRITVR 2. quot notiones admittendæ sint in diuinis personis? Cōmunis *sent cum S. Tho. pr. p. qu.* 32. *art.* 3. & *Schol. in* 1. *dist.* 26. 27. & 28 quinque nec plures, nec pauciores admittēdę notiones in diuinis

Sect 2.

Notiones.

Digitized by Google

diuinis, Innascibilitas, paternitas, filiatio, processio & spiratio Patri, Filioque communis. ex Patribus: nam *Damasc. suprà* quatuor numerat, *Ingignentiam*, *Paternitatem*, *Filiationem*, & *Processionem*. ex alijs, sub alijs vocibus, *Emittentis*, *proferentis*, & *donatoris* colligitur quinta spirationis communis. 2. idem numerus notionum eruitur ex naturâ *notionis* quæ, vt cum *S. Doct. suprà* definiui, *est propria ratio cognoscendi personas diuinas in abstracto significata*, sed quinque sunt proprietates, quæ velut characteristicæ notæ intellectum nostrum ducunt in perfectam cognitionem diuinarum personarum, nempe *innascibilitas*, *paternitas*, *Filiatio*, *processio*, & *communis spiratio*. Igitur quinque tantùm sunt notiones, nec plures, nec pauciores in diuinis. Ad vim huius rationis altiùs penetrandam, eamque à multis obiectionibus faciliùs tuendam, Nota. ad propriam rationem *Notionis*, de quâ Patres, & Schol. loquuntur. quinque esse necessaria. 1. vt non sit perfectio communis omnibus personis. Defectu huius conditionis nullum attributũ est notio. Non est tamen necessarium vt sit proprietas vnius tantùm personæ, vt putat *Mayro infrà cit.* nam potest esse notio discretiua duarum personarum à tertiâ, vt est spiratio actiua discretiua Patris & Filij à Spiritu S. 2. vt non sit forma diuinis personis cõueniens solâ præcisione nostri intellectûs, sed expresâ existens vnâ vnitate singularitatis vnius, vel duarum personarum propriâ. Defectu huius conditionis ratio principij productiui, in quâ Pater & Filius; & ratio termini producibilis, in quâ Filius & Spiritus S, cõueniunt, non est notio. Ratio huius conditionis est: notio ducere debet intellectum ad cognoscendas personas diuinas secundùm proprietates; quas in seipsis realiter includunt:, quibus perfectè cognitis cognoscuntur omnes conuenientiæ, quę per præcisionem intellectûs possunt ab illis abstrahi. 3. vt non sit ratio vel formalitas quasi partialis, & inadequata vnius eiusdemq; completæ proprietatis, sed adæquata & totalis proprietas vnius, vel duarũ personarum. Defectu huius 2. conditionis ratio fontalis principij, locutoris, & radicis totius fœcunditatis, non est distincta notio in Patre, sicut nec ratio Verbi, imaginis, characteris in Filio; aut doni, vinculi, & mutui nexûs erit specialis notio in Spiritu S. Ratio huius: omnes istæ quasi partiales & inadæquatæ formalitates cognoscuntur cognitâ totali proprietate personæ, in quâ omnes istæ formalitates formalissimè includuntur. Vnde qui per innascibilitatẽ & paternitatem cognoscit Patrem, statim cognoscit illum vt fontem & radicem totius diuinæ fœcunditatis, & vt locutorem & prolatorem æterni Verbi. Et qui per filiationem cognoscit Filium, statim cognoscit illũ, vt Verbum imaginem, & characterem æterni Patris. Tandem qui per processionem cognoscit Spiritũ S. statim cognoscit illum, vt donum, vt vinculum, vt nexũ mutui amoris Patris & Filij. 4. vt sit aliquid pertinens ad dignitatem personæ notificabilis. Hanc cõditionem omnes ferè Schol. requirunt, & colligitur ex patribus: quia notio debet aliquam perfectionem de personâ notificare. Omnis autẽ perfectio ad dignitatem aliquam pertinet. Defectu huius improductiuitas in Spiritu S. non est propria notio ipsius: quia licet inter omnes personas diuinas sola persona Spiritus S. sit improductiua, cum in eâ terminetur, & expleatur tota fœcunditas ad intra; quia tamen hæc non pertinet ad dignitatẽ personæ, cùm potiùs sit negatio perfectionis, non erit ipsius peculiaris notio. 5. Vt proprietas per notionem expressa non importetur per modum viæ & tendentiæ ad illud, sed per modum formæ permanentis, & dantis esse stabile personæ, cuius est proprietas. Defectu huius excludũtur à propriâ ratione notionis origines, quæ sunt eædem relationes personarum, significatæ per modum viæ & essentialis tendentiæ ad terminos producendos. Ratio huius: notio importat proprietatem ad dignitatem personæ spectantem: at magis ad dignitatem personæ spectat proprietas secundùm esse firmum ac stabile quàm secundùm esse fluxile, & ad aliud tendens: ergo potiùs secundùm illũ, quam secundùm hunc modum essendi debet notio proprietatem personę diuinæ importare.

His conditionibus à plerisque vel explicitè, vel saltem implicitè admissis, sic vis propositæ rationis de quinario numero diuinarum notionũ ostenditur. Nam per paternitatẽ discernitur prima persona à secundâ; per filiationem secunda à primâ. at quia in diuinis nulla persona formaliter discernitur ab aliâ, nisi per relationes immediatè fundatas in origene producentis & producti; paternitas autẽ & filiatio, cum non sint relationes immediatè fundatæ in origine spirantis & spirati, sed generantis & geniti, non possunt formaliter discernere Patrem & Filium à Spiritu S. ideò assignãdæ fuerunt aliæ duæ notiones, quibus tertia persona discerneretur à primâ & 2. & vice versâ, prima & 2 à tertiâ. Hæ autem sunt spiratio passiua in Spiritu S. quæ illum formaliter discernit à Patre & Filio; & spiratio actiua in Patre & Filio, quæ illos formaliter discernit à Spiritu S. Atq; ex his habetur quaternarius numerus diuinarũ notionum. Rursùs quia inter diuinas personas debet esse vna improducta, quæ sit primum principium & quasi fons reliquarum: hæc autem solâ paternitate discerni non poterat; cùm non repugnat esse Patrẽ, & esse ab alio, vt constat in humanis, in quibus omnes patres, excepto Adam, sunt ab alio; ideò necessaria fuit quinta notio, quâ dignosceretur talis persona, vt improducta & à se; atq; hæc est Innascibilitas, quæ non solùm dicit negationem natiuitatis, sic enim competit etiam Spiritui S. cuius tamen non est peculiaris notio, sed dicit negationem cuiuscunq; passiuæ productionis, & cõmunicationis ab alio: quo pacto est peculiaris nota & characteristica proprietas soliùs Patris, qui à nullo habet esse, sed est principiũ & fons, seu radix, vt *Patres & Concil.* loquuntur, totius esse & fœcunditatis ad intra. Atq; hoc modo quinque erunt notiones, Innascibilitas, & Paternitas in Patre, Filiatio in Filio, Processio in Spiritu S. & communis spiratio in Patre & Filio. Ex His colligitur, notionem esse quid superiùs ad relationes, relationes verò ad ipsas personales proprietates: nam omnes proprietates personales sunt relationes, & omnes relationes sunt notiones: non contra, omnes notiones sunt relationes; nec omnes relationes sunt proprietates personales: nam Innascibilitas est notio, & nõ est relatio, sed potiùs negatio relationis productiui; & spiratio actiua est relatio, & tamen non est proprietas personalis, cùm nullam personam constituat.

Obijcit 1. *Gabriel i.* 1. *dist.* 28 *qu. vn. art.* 3. *dub.* 1. *corell.* 3. vbi negat quinque notiones in diuinis, & tantùm concedit tres Paternitatis, Filiationis, & Processionis. Quia si in Deo essent quinque notiones, esset in eo quinitas rerum: quod damnatũ est in *Latera.* Sequel. prob. quinque notiones ponunt in Deo quinque res: igitur si in eo sunt quinq; notiones, in eodem erit quinitas rerum. Resp. neg. sequela. nam quinque notiones non important in Deo quinque res realiter distinctas, quod necessa-

7. — 8. *Nota Vsus vocis.* — *Notio. requirit.* — 9. *Secundò requis.* — 10. *Tertium.* — *Ratio huius conditionis.* — 11. *Quartum.* — 12. *Quintum.* — 13. *Notiones probantur.* — 14. *Notio superiùs est ad relat.* — 15. *Obijcit.* — *Resp.* — *Innascib.*

Digitized by Google

rium est ad quinitatem rerum; nam præter tres notiones personales, reliquæ duæ nõ sunt res distinctæ realiter spiratio.n. activa non est res distincta realiter à paternitate & filiatione. Innascibilitas verò, cùm sit negatio productionis passiuæ, non est res à paternitate distincta, sed pura dũtaxat negatio productionis ab alio. *Confirm.* Confir. etiamsi in Deo sint quatuor relationes, non est tamẽ in eo quaternitas rerum: eo quòd ad quaternitatẽ rerum requiruntur quatuor res realiter, ac subiecto distinctæ. *Objcit* 2. *Mayr. in 1. dist. 28. q. 1. fine,* vbi negat spirationẽ actiuam esse notionẽ; quia de ratione notionis est, vt sit vnius tantũ personæ. At spiratio actiua non est vnius tantum personæ, sed duarum communis: ergo. *Confirm.* Confir. huius notionis nullam mentionẽ fecerunt Patres; ergo nõ debet inter notiones annumerari. *Resp.* Resp. neg.ma. nam de ratione notionis est, vt sit nota discretiua personarum: sed non minus potest esse nota discretiua duarum personarum ab vnâ tertiâ, quam vnius ab aliâ: igitur, *Ad confir.* Ad confir nego, Patres nullã huius notionis mentionem fecisse; nam etiamsi illius mentionẽ non fecerunt quoad ipsam vocem spirationis, mentionẽ tamen fecerunt quoad rem sub alijs nominibus, nempe *emittentis & emissi, Donatoris & Doni & Proferentis & Procedẽtis.* Leg. *Aug. 5. de Tri. c. 11.* vbi de spiritu *Donum,* inquit, *est Patris & Filij. Donum ergo Donatoris, & Donator doni cum dicimus, relatiuè vtrumque ad inuicem dicimus.*

16. *Obiicit.*

17. *Objcit.* *Objcit* 3. *Scotus in 1. dist. 28. qu. 2. vel in aliâ impres. q. 1. §. Ad ar. huius qu. insolu.* 3. vbi præter quinque notiones assignans, admittit sextam Inspirabilitatis, propriam Filij: Nam sicuti innascibilitas est propria notio Patris, per quam innotescit eius improductibilitas: ita inspirabilitas est propria notio Filij, per quam innotescit eius improductibilitas per modum spirati. *Confirm.* Confir. sicut tempore *Ambr. & Ansel.* non erant nisi tres notiones Paternitatis, Filiationis, & Processionis, non quod reliquæ duæ reipsâ tunc non fuerint, sed quia nondũ erant ipsis notæ; & ideò Doctores, *Ambr & Ans.* posteriores, addentes alias duas, non contradixerunt Prioribus; quia illi has non negarunt, etsi non cognouerunt. Ita posteriores addentes sextam, non cõtradicunt prioribus, qui illã non cognouerunt. Nego paritatem: quia Innascibilitas negat in Patre omnẽ productionẽ passiuam, quæ erat necessariò cognoscenda, vt discerni posset prima persona improducta Trinitatis. Illa autẽ discerni non poterat per solam notionem patertitatis; quia non repugnat esse Patrem, & simul ab alio esse productũ, vt constat in humanis: igitur cognoscẽda fuit per peculiarẽ notionem Innascibilitatis. At verò inspirabilitas cognoscitur in Filio, cognito proprio modo producẽdi ipsius: nam hoc ipso, quod cognoscitur vt procedens per intellectũ, cognoscitur vt in spirabilis per voluntatẽ: at non hoc ipso quòd Pater cognoscitur vt gignens Filiũ, cognoscitur innascibilis siue ingenitus, & à se, quia hoc non est necessariò cõnexum cum illo. *Ad conf.* Ad cõfir. nego, tempore *Ambr. & Ansel.* non fuisse, nisi tres tantũ notiones cognitas, quoad rem, licet illæ non fuerint sub proprijs nominibus expressæ. Vt constat ex *Magist. in 1. dist. 19 fine,* vbi rem ipsam agnoscit, licet propriũ nomen non habeat. *Objc.* 4. innascibilitas est negatio; ergo nõ potest esse notio alicuius personæ diuinæ. quia notio, vt supra est proprietas pertinens ad dignitatẽ personæ: negatio autẽ, cum nullã perfectionem ponat in personâ, non poterit ad dignitatẽ personæ pertinere. *Resp.* Resp. ne. conf. nam ad notionẽ sufficit, vt saltẽ mediatè ducat ad notitiã positiuę proprietatis & dignitatis personæ. Innascibilitas autẽ, esto formaliter sit negatio, est tamen mediatè notificatiua positiuæ dignitatis & proprietatis personalis Patris, quatenus per illam dignoscitur prima persona, vt à reliquis distincta, per esse improductum & à se.

18. *Resp. Innascibilitatis.*

Et Inspirabilitatis disparatio.

20. *Obiectio 5.* *Objcies* 5. omnis proprietas est relatiua: Innascibilitas non est relatiua, sed potiùs negatio relationis; negat enim formaliter relationem ad genitorem; ergo non potest esse notio. *Resp.* Nego omnẽ notionem debere esse relatiuam; sufficit .n. vt sit alicuius dignitati notificatiua. Licet igitur omnis relatio sit notio: non tamen è conuerso omnis notio est relatio. 21. *Objcct. 6.* *Objcies 6.* Non solùm Pater est ingenitus, sed etiam essentia est ingenita: ergo ingenitum non est propria notio Patris. *Resp.* Resp. ingenitum sumi dupliciter, vno modo vt positiuè repugnans, cuicumq; productioni & communicationi passiuæ: alio modo vt indifferens ad communicationem vel productionem passiuam. 1. modo est propria notio Patris, cui positiuè repugnat quæcumq; passiua productio personalitatis, aut communicatio naturæ; cùm illã essentialiter habeat à se. 2. modo conuenit etiam naturę; quæ cõsiderata ex se, vt præcisa à personalitatibus, est indifferens, vt communicetur in Filio & Spiritu S. per passiuã productionem Filij & Spiritûs S. aut non communicetur in Patre per ingignentiã Patris. Ex dictis sequitur, non posse vnam notionem de aliâ prędicari: quia notio 22. *Vna notio de alia nequit prædicari.* inuoluit. 2. intentionem, per quam vna, vt concepta distinguitur ab aliâ; vti nec vnum attributum, vt stat sub 2. intensione, prædicari potest de alio. Non enim rectè dices, *attributum sapientiæ, est attributum bonitatis:* etiamsi rectè dicatur; *sapientia est bonitas.* Ita nec rectè dices, *notio paternitatis, est notio innascibilitatis* rectè dices: *Paternitas est spiratio activa;* & vice versâ. Ratio: in 1. propos. prædicatur attributum siue notio, vt stat sub 2. intensione, siue vt connotans conceptum formalem concipientis: & quia vnum attributum siue notio, vt connotans conceptum formalem concipientis, non est aliud attributum, & notio connotans alium conceptum formalem concipientis; ideo falsa est predicatio. In 2. propos. quia prædicatur vnũ attributũ de alio, vel vna notio de aliâ, prout est à parte rei; & quia à parte rei vnum attributũ includit formaliter aliud, & vna notio aliam notionẽ eiusdẽ personæ, ideò valida est prędicatio.

DISPVTATIO XXV. *Sect. 1.*

De Persona Patris.

QVÆRITVR 1. An Pater sit principium totius Deitatis, & Author, vel Causa Fliij, & Spiritus Sancti? 1. Ratio dub. ratio principij non solũ conuenit Patri, sed etiam Filio; nam etiam Filius est productiuus Spiritus S. 2. Principiũ, vt cum *Arist. meta. c. 1.* definiunt Theologi, est *vnde aliquid procedit.* Sed Deitas nõ procedit à Patre, cum sit idem cum Patre: idem autẽ nequit à seipso procedere. Non igitur Pater est principium Deitatis, Cõfir. ideò Pater est principiũ Deitatis, quia illam *Confirm.* cõmunicat reliquis personis diuinis: at etiã Filius illam totam communicat Spiritui S. ergo etiã Filius dici potest principiũ totius Deitatis. 3. Authoritas importat superioritatem & maioritatẽ respectu eius, cuius quis author dicitur: At Parens æternus nullam habet superioritatem, vel maioritatem respectu Filij & Spiritus S. alioqui Filius & Spiritus S. essent subiecti Patri, & minores illo: quæ est hæresis Ariana. Principium & causa, teste Philoso. citat. sese mutuo consequuntur, ergo si Pater est

1. *Rationes 4. dub.*

2.

3.

4. *Hæresis Ariana.*

est principium Filij & Spiritus S. est etiam causa ipsorum. Nota, *Principium* dupliciter de Deo dici posse; *Notionaliter*, per ordinem ad productiones ad intra; *essentialiter*, per respectum ad productiones ad extra. In præsenti disputamus de principio *notionali*; ad pleniorem tamen doctrinam nonnihil etiam dicemus de *essentiali*.

5. Dico 1. In Diuinis est ratio principij notionalis respectu productionum ad intra; eáque in omni rigore Schol. Prior pars est definita in *Concil. Lugdun. II.* & refertur *cap. Fideli, de summâ Trinit. in Sexto, & in Concil. Florent. in decreto Pontificis.* Posterior non est sub his terminis in Concilijs definita, apertè tamen ex eorum definitionibus colligitur, dum totam rationem principij in diuinis fundant in origine producentis: propterea n. docent, Patrem & Filium esse principium Spiritus S. quia illum producunt. At propriissimum & in omni rigore principium est, quod realiter influit esse in terminum à se distinctum. Vnde illud definit *Arist. 5. metaph. c. 1. Id vnde aliquid est, aut fit.* Eodem modo Scholastici omnes in omni rigore Philos. Principium definiunt, *Id vnde aliquid procedit.* Cùm ergo in Diuinis sit verus & realis influxus vnius personæ in aliam; vi cuius vna persona realiter procedit ab aliâ, erit vera & propria ratio principij.

Lugdunensi sub Greg. X. Florentin. sub Eugenio IV.

6. Vnde nemo hactenus ex Scholast. ausus est expressè negare in Diuinis veram ac propriam rationem principij notionalis: nam licet *Aureol.* in Diuinis neget veram rationē potentiæ notionalis, non tamen est ausus negare veram rationem principij notionalis. Eo quòd, vt ipse docet *in 1. dist. 29. ar. 3.* vera ratio principij saluari potest etiā in eo, in quo nulla est ratio potentiæ productiuæ; quia ad veram rationem principij sufficit purum agere absque vllâ potentiâ productiuâ propriâ; & quia in Diuinis est purum agere absque potentiâ productiuâ, est vera ratio principij, esto in eo nulla sit ratio potentiæ. Quæ, an cohærenter dicta sint, aliis examinanda relinquo. Dico 2. Etsi ratio principij notionalis peculiari modo conueniat Patri, non tamen à vera ratione principij notionalis excluditur Filius. Prima pars constat: nam sumptum principium secundùm omnē rationē primitatis, est solæ notiō Patris; quia solus Pater est sub omni ratione primus in originando; solus ita originat, vt non originetur. Et quia principium propriè dictum dicitur à primitate originandi, ideò Pater habens omnem primitatem in originando, habet omnem primitatem principij notionalis; atq; adeò solus est peculiari modo principium notionale in Diuinis. Vnde ad hanc peculiarem rationē principij Patris propriam denotandā; Patres *& Scol. cum Magist. in 1. dist. 29.* Patrem appellāt absolutè *principium*, Filium *principium de principio.*

Vera ratio principij.

Peculiari modo competit Patri.

8. Secvnda pars prob. ad veram rationē principij sufficit primitas in vno tantùm genere: non n. vt aliquid sit principium in genere efficientis, debet habere primitatem in genere finis, aut contrà, sed sufficit, si primitatem habeat in suo dūtaxat genere, vt in eo sortiri possit veram rationē principij. Vnde cùm *Arist. cit. metaph.* docuit cōmune esse omnibus principijs esse primum, statim exempla subiungit, in quibus de vnoquoque primitas verificatur in suo dumtaxat genere: at Filio Dei conuenit primitas in originando per voluntatem: ergo Filio Dei conuenit vera ratio principij spiratiui. Minor. prob. primitas principij in eo consistit, vt in quo genere quis principiat, non sit ipse ab alio principiatus, esto supponatur in alio genere principiatus. Etenim punctum dicitur principium lineæ, materia & forma principia compositi naturalis, etiamsi tam punctum in lineâ; quàm materia & forma in cōpósito naturali supponantur in alio genere, nempè in genere efficientis ab alio principiata. Ergo etiamsi Filius Dei supponatur originatus per intellectum à Patre, quia tamen non supponitur originatus ab eodem per voluntatem, erit simpliciter primus in ratione principij originantis per voluntatem, atque adeò in ratione spirandi. Confir. Filius non dicitur principium in spirando respectu Patris, cum quo vnâ & eâdē indiuisibili virtute & origine spirandi producit, sed respectu termini duntaxat spirabilis: respectu cuius tam Filius, quàm Pater dicitur vnum principium spiratiuum, origine prius. Nec refert, quòd Filius virtutem spirandi accipiat à Patre, quia non accipit illam per eandem originem, per quam constituitur principium Spiritus S. nam accipit illam per originem generatiuam; constituitur autem principium Spiritus S. per originem spiratiuā. Neque hinc sequitur, duo esse in Diuinis principia notionalia; quia licet Pater & Filius sint duo suppositā distincta realiter, non tamen sunt duo principia proximè productiua: quia Paternitas, quæ proximè constituit principium generatiuum, non distinguitur à spiratione, quæ constituit proximum principium spiratiuum. Filius enim non constituit vnum principium spiratiuum cum Patre per filiationem à Paternitate distinctam, sed per spirationem, quæ est vna & eadē in Patre & Filio. Atque adeò principium spiratiuum non distinguitur à principio generatiuo, nisi tantùm terminatiuè, penes terminos producibiles realiter distinctos. *Obiicies 1.* Si in Diuinis est verum principiū: ergo erit vera principiatio, & verum principiatum, quia hæc sunt correlatiua: correlatiua autem sunt simul. Admittunt *Bonauent. in 1. dist. 29. art. 1. q. 1. Scotus quodlib. 8. art. 3. Rich. dist. 28. art. 2. qu. 1. & 2. Duran ibid. q. 1. n. 5.* & alij consequentiam quoad rationē principij & principiati. *Aureolus* verò eād. *dist. art. 3. propos. 2.* vltra hæc admittit etiam principiationem: tam actiuam in personâ principiante, quàm passiuam in personâ principiatâ. Sed cautiùs *S. Tho. 1. p qu. 33. art. 1. ad 2.* & plerique Theologi cum ipso negant hæc omnia in *legs* eandē. Diuinis, admissâ solâ ratione principij. Eo quòd hæc nomina imperfectionem important; denotant n. ex modo significandi inceptionem productionis & termini producibilis. Vnde nego, quando vnum correlatiuorum ex. modo significandi, importat imperfectionem, si admittitur vnum, admittendum esse alterum in Diuinis. Nam, vt *ibid. S. Tho.* admittimus in Diuinis perfectionem authoris, vt mox probabitur, & tamen non admittimus imperfectionem subiectionis, quæ illi correlatiuè respondet.

Principiatum admittunt.

Negāt Theologi cum ipso.

Obiic. 2. Si in Diuinis admittitur ratio Principij, pari modo admitti debet & ratio initij, quæ cū ratione principij recurrit. Admittūt hoc aliqui Patres Græci, sed tutiùs hoc negat *Magister in 1. dist. 29. c. Tutius nepeunt. cum Hilar. lib. 4. de Trinit. circa init. S. Tho. in expos. textus Bonan. art. 1. q. 1. & rotaferè S. hola Theol.* Ratio: *Initium* importat Primitatē durationis, *Principium* verò originis. Quin negat *ibid. Magister* hanc propos. *Filius habet principium: nam licet*, inquit, *Filius sit principium de principio: non est tamen concedendum quod Filius habeat principium.* Verùm nullum in hāc propositione video periculum, posito, quòd Principium sit determinatum ex institutione sapientum ad solam primitatē Originis significandam. Cæterum Patres & si qui alij graues Authores, in Diuinis vtuntur nomine *Initij*, benignè explicandi sunt, vt nomen *Initij*, confundant cùm nomine *Principij*.

11. *Obiic. 2.*

Tutius negant initiū.

Patres benè explicandi.

Digitized by Google

12. *Assertio de fide.*

Dico 3. Spiritus sanctus non est principium notionale, est tamen simul cum Patre & Filio principium essentiale respectu productionis ad extra. De fide est, sc. Spiritum S. non esse ad intra productiuum: & esse æquè Deum ac Patrem & Filium: & omnia opera ad extra esse à Deo, vt Deo. Igitur de fide est, Spiritum S. esse vnâ cum Patre & Filio essentiale principium productionis ad extra. Ad quod significandum Catholici Doctores vti solent eo modo loquendi, *Spiritus S. est principium de vtroque principio.* In quâ propos. principium non sumitur *notionaliter*, sed *essentialiter*, connotando simul ordinē originis, quam Spiritus S. ad Patrem & Filium habet. Leg. *Alen. 1. p. q. 70. me. 3. & Bonau. in 1. dist. 29. in expos. text. dub. 2.*

13. *Propos. Catholi*

Dico 4. Hæc propositio, Pater est principium & fons totius Deitatis, non solùm est Catholica, sed etiam tuta, & absque limitatione admittenda; nullo tamen pacto est ad Filium extendenda. Assertio aliquo modo est contra *Barth. Torres 1. p. q. 33. art. 1.* vbi docet, eam propos. non esse absolutè concedendam, sed explicandam. Verùm nostra sent. est communior; quam probo: quod sit Catholica & tuta, euidenter ostendit authoritas tot Patrum & Concil. quæ illam sub his terminis vsurpant. Dionys. *de Diuinis nom. Solus fons supersubstantialis Deitatis est Pater*, & versus finem: *Primordialis & fontana Deitas Pater, Filius verò & Spiritus S. fœcunda Deitatis (si fas est dicere) germina plantata diuinitus, & velut flores, ac supersubstantialia lumina, à Scripturis Sanctis accepimus.* Et August. *lib. 4. de Trinit. c. 20. fine. Totius*, inquit, *Diuinitatis (vel si melius dicitur) Deitatis principium Pater est.* Ex Conciliis verò *Tolet. XI. in profess. fidei initio: Confitemur*, inquit, *ineffabilem Trinitatem, Patrem, Filium, & Spiritum S. & Patrem quidem ingenitum, ipse enim à nullo originem ducit, ex quo & Filius natiuitatem, & Spiritus S. processionem accepit. Fons ergo ipse est & origo totius Diuinitatis.* Pari modo *Florent. in decreto de process. Spiritus S.* Patrem appellat fontem & principium totius Deitatis.

Prob.

14. *Absque limitatione.*

2. Quòd sit absq; limitatione admittenda, probat tum citata auth. Patrum & Concil. quibus quoad res dogmaticas licitum est in modo loquendi conformari præsertim à Summo Pontifice approbatis: Tum ratio: nam, vt *S. Tho. in 1. dist. 29. in expos. text. fine, & 1. p. q. 29. art. 5. ad vlt.* dupliciter sumi

Duplici sensu vera.

potest Deitas in hâc propos. vno modo pro essentiâ à personalitatibus præcisâ, alio modo pro personis ipsis in Deitate subsistentibus: vtroque modo sumpta verum reddit sensum. Nam sumpta 1. modo reddit hunc sensum: Pater est principium communicādi Deitatem omni modo possibili, quo illa communicabilis est, siue Filio per intellectionem, siue Spiritui S. per volitionem. Sumpta 2. modo facit hunc sensum: Pater est principium producendi personas, in Deitate subsistentes. Neque hinc sequitur, Patrem esse principiū sui ipsius: nam vt *S. Tho. & Bonauen. in 1. dist. 29. a. 1. q. 1.* huiusmodi locutiones intelligendæ sunt in sensu accommodo, sicut, inquit *S. Tho. cit. 1. p. ad vlt. aliquis de populo dicitur*

15. *2. Sensum audacat Tolet. Flor.*

rector totius populi, non tamen sui ipsius. Cæterùm Concilia & Patres in 2. sensu illam vsurpare videntur. expressè hoc indicat *Toletanum*: siquidem ex productione Filij & Spiritus S. concludit, Patrem esse fontem & principium totius Deitatis. Idem

Vtrumque illimitatum.

indicat *Florent.* Cæterùm vterque sensus verus est sine vllâ limitatione. In vtroque tamen, *Totalitas*, non cadit supra Deitatem, sed iuxta priorem cadit supra modos communicabilitatis; iuxta posteriorem supra personas producibiles in Deitate subsistentes: quia Concilia & Patres hanc propos. pronunciant, vt Patris propriam. Solus autem Pater communicat totam Deitatem, quoad omnem modum communicabilitatis possibilem, & quoad omnes personas, in eâ subsistentes producibiles, nam solus Pater communicat illa per intellectionem & volitionem, quibus illa communicabilis est: & per productionem filiationis & processionis, quæ in Deitate subsistentes, producibiles sunt.

16. *Non extendenda ad filium.*

3. Quòd talis locutio nullo pacto fit ad Filium extendenda, constat tum ex eâdem auth. Patrum & Concil. quæ nunquam illam ad Filium extendunt, tum ex proximâ assignatâ ratione: quia esse fontem & principium totius Deitatis, est esse principium communicandi Deitatem omnibus personis, & modo communicationis possibili. Quâ ratione non potest competere Filio, qui illam non communicat, nisi Spiritui S. & tantùm viâ spirationis per voluntatem.

17. *Dices.*

Dices. Saltem poterit Filio competere fons & principium Deitatis, quo modo talem propos. correxit *August.* cùm dixit, *Siue vt melius dicitur principium Deitatis:* vbi omisit particulam *Totius*, sine quâ potest filio competere, quòd sit principium Deitatis; nam illam verè communicat Spiritui S. etsi non omnimodo, quo illa communicabilis est. Nego etiam cum hâc limitatione posse talem locutionem ad Filium extendi: tum quia neque cum hâc limitatione illam August. vel aliquis Patrum, aut Concil. ad Filium extendit: tum quia vel illa construitur eum termino *Fons & Origo*; & idem sonat, quòd primum principium simpliciter in genere communicationis & productionis, quo pacto competit soli Patri, vel cum solo termino *Principium.* Et tunc, licet spectatâ intrinsecâ ratione, videatur etiam ad Filium extendi posse; spectatâ tamen extrinsecâ authoritate, quæ in propos. dogmaticis pluris est facienda, ad Filium extendi non potest; cùm illa ex tacitâ institutione & approbatione Patrum & Concil. sit tantùm determinata ad Patrem.

Resp.

18. *Author Pater.*

Dico 5. Pater est Author Filij & Spiritus S. similiter Filius Spiritus S. Author Absolutè dici potest. Prior assert. recipitur ab omnibus *Scol. & Magist. in 1. dist. 9. cap. penult. & dist. 15. cap. vlt.* docent. Eamque passim vsurpant Patres. Et licet *August. con. Maximin. cap. 14.* illam distinguant: *Nam si propterea Deum Patrem de Filio dicis Autorem, quia ille genuit, genitus est iste: quia iste de illo est, non ille de isto, fateor & concedo: si autem per nomen Autoris minorem vis facere Filium, Patremq; maiorem, nec eiusdem substantiæ Filium, cuius est Pater, detestabor & respuam:* id fecit, non quia propositio per se spectata talem sensum ingerat; sed quia illa ex intentione proferentis detorquebatur ad falsum sensum, quod colligitur ex verbis *August.* dum talem propos. non distinguit per ordinem ad intrinsecam significationem propositionis, sed per ordinem ad extrinsecam intentionem hæretici proferentis, nam vt ex materiâ de Fide suppono, sæpè aliqua propositio suspecta esse potest, non ex intrinsecâ significatione, sed ex extrinsecâ intentione proferentis. Fundam. assert.

Cur August. distinxerit.

Fund.

nomen *Autoris* non importat, nisi rationem principij, vel ad summum rationem principij, connotando negationem originis ab alio.

19. *Author Filius, contra S. Tho. Caiet.*

Posterior assertio est contra *S. Thom. in 1. dist. 29. quæst. 1. artic. 1. & Caiet. 1. part. quæst. 31. art. 1.* Quorum fundament. nomen *Autoris* supra rationem principij addit negationem passiuæ originis ab alio. Nostra tamen sent. communior est inter *Theol.* præsertim *recentiores.* Vnde *Barth. Torres 1. p. quæst. 33. artic. 1.* putat, *S. Thomam* mutasse sententiam *in summâ.* Fundam. asser. etiam secundùm rigorem

Digitized by Google

rigorem nominis, vt ex peritis Latinæ linguæ constat. *Author* non addit supra rationem principij negationem passiuæ originis; cùm in humanis Pater sit verus Author Filij, etiamsi sit ab alio principio. Sufficit enim ad rationem *Authoris*, vt in eo, in quo est principium, non sit ab alio. Vnde nomen *Authoris* tribuit Filio *Hilarius lib. 1. de Trinit. Spiritus sanctus de Patre & Filio Autoribus confitendus est.* Ceterùm notat *cit. loco Torres* nomen *Authoris*, prout Filio tribuitur, non esse scribendum literâ C, sed T: eo quòd cùm literâ C augmentum significat, vtpotè à verbo *augeo* deriuatum, Cùm literâ verò T solùm significat eum, qui aliquid producit, etiamsi quod producit, non augeat. Verùm non tantùm vt attribuitur Filio, sed etiam vt attribuitur Patri scribendum est literâ T & non C, quia nec Pater producendo auget personam, quam producit, sed illam simpliciter producit. Etenim augere est addere nouam perfectionem præexistenti eiusdem rationis cum perfectione, quæ in præexistente supponitur: at nec Pater, nec Filius producendo addunt nouam perfectionem termino præexistenti: eiusdem rationis cum perfectione, quæ in præexistente supponitur; sed primò illam producunt. Dixi *perfectionem eiusdem rationis*, vt excluderem perfectionem absolutam naturæ, cui quodammodo præexistenti additur perfectio relatiua hypostasis productæ: quia cùm hæc non sit eiusdem rationis cum naturâ, dici non potest per productionem hypostasis natura quodammodo augeri; nam augmentum debet esse eiusdem rationis cum perfectione, cui additur.

20. *Author. nomen.*

21. *Nec causa.*

Dico 6. Nec Pater respectu Filij, nec vterque respectu Spiritus S. causa propriè dici potest. Assertio communis est inter *Latinos Theol.* quam Eugenius IV. *in decreto de proceff. Spiritus S.* approbat: *Declarantes*, inquit, *quod id, quod SS. Doctores & Patres dicunt ex Patre per Filium procedere Spiritum sanctum, ad hanc intelligentiam tendit, vt per hoc significetur, Filium, quoque esse secundùm Græcos quidem causam, secundùm Latinos verò principium subsistentiæ Spiritus S. sicut & Patrem.* Quin & ipse Patriarcha Constantinop. *Bessarion in orat. habitâ ad Conc. Florent. de vnio. cap. vlt. init.* hanc Latinorum sententiam contra Græcos approbare videtur; dum, *Quòd SS. Doctores orientales*, inquit, *in Diuinis vtuntur nomine causæ, & causari, largo modo, non quidem vt limitationem & dependentiam importat, sed prout productionem & emanationem à principio eius, quod est à principio, significat.* Vbi planè sentit, nomen causæ & causati non nisi impropriè (hoc enim sonat modus loquendi, *largo modo*) Diuinis personis tribuit. Ratio assert. causa imperfectionem & dependentiam respectu eius, cuius est causa, denotat imperfectio duplex. 1. est diuersitas naturæ quam causa per se importat respectu causati; nam, vt ex *Arist.* causam Philosophi definiunt; *Est vnde aliud sequitur.* Porrò *aliud* naturæ diuersitatem importat: propter quod in Diuinis non dicimus esse *aliud* & *aliud*, sed *alium* & *alium*: nam *aliud* naturæ, *alius* suppositi tantùm diuersitatem importat. Non sic Principium, quod quia abstractius est, quippè quòd aliis conuenit, quæ causa non sunt, huiusmodi naturæ diuersitatem per se nõ importat. Vnde potest competere etiam iis, quæ naturæ diuersitatem non important, sed suppositi distinctionem. 2. imperfectio est, quia nunquam causatum habet esse cum tantâ necessitate, cum quâ illud habet causa ipsa. Nam causa habet esse necessariò necessitate saltem suppositionis; quâ necessitate non habet esse ipsum causatum; quia causatum potest saltem Diuinâ potentiâ impediri, ne recipiat esse à causâ.

22. *Causa sonat imperfect. & dependent.*

Secunda imperfectio causæ.

23. *Confirm.* Confirm. omnis causa vel est materialis, vel formalis, vel finalis, vel idealis, vel efficientis: nulla ex his Diuinis tribui potest. Non materialis & formalis, vt per se patet. Non finalis, quia semper finis præstantior est iis, quæ sunt ad finem. Vnde si vna persona esset finis alterius, vna esset nobilior aliâ. Non idealis; quia hæc definitur. *Id, ad cuius instar aliud exemplatur*; vnde essentialem diuersitatem ideati ab ideâ importat. Non demum efficiens: nam etiam hæc naturæ diuersitatem importat. Ex his colligitur, quod licet persona producta accipiat esse à persona producente; nec non vna persona alteram ad essentiale sui complementum exigat, non tamen vna persona est dependens, vel indiga alterius personæ: quia hæc acceptio, vel exigentia non est per aliquam causalitatem, & contingentiam, sed per solam originem, & omnimodam necessitatem.

24. *Coroll.*

Ad rationes dub. Prima constat ex 2. assert. Secunda cùm suâ confir. ex quartâ. Tertia ex quintâ, nam nego, *Authorem* per se importare superioritate, vel maioritatem respectu eius, cuius dicitur *Author*, sed solam rationem principij cum negatione passiuæ originis in eo genere, quo constituitur principium. Ad 4. nego antec. nam licet omnis causa sit principium, non tamen contrà, omne principium est causa; nam priuatio est principium mutationis, non tamen est causa illius. *Arist.* explicandus est de principio realiter influente, quod licet in rebus creatis recurrat cum causâ, in ordine ad quas is principium influens definiuit, non tamen in Diuinis, quorum productricem virtutem ignorauit. Inquirunt hic *Schol.* an ratio principij analogicè tantùm dicatur de principio notionali & essentiali, an etiam vniuocè. Variant plerumque. Dico, rationem principij analogicè tantùm dici de notionali & essentiali. Fundam. vel principium sumitur formaliter pro formali respectu ad terminum producibilem, vel fundamentaliter pro subiecto tali respectûs: neutro modo ratio principij potest vniuocè, sed tantùm analogicè conuenire principio essentiali & notionali: nam respectus ad terminum producibilem in principio notionali est realis, in principio essentiali est rationis: At entri reali & rationis non potest vna ratio vniuoca conuenire. Item nulla ratio perfectè vna ex Diuinis perfectionibus abstrahi potest, ergo nequit ex principio notionali & essentiali vniuoca ratio abstrahi: vtrumque n. est perfectio intrinseca Deo: igitur nequit ratio principij vniuocè prædicari de principio notionali & essentiali, quia non alia ratio prædicatur de inferioribus, quàm quæ ab illis abstrahitur. Antec. prob. si posset vniuoca ratio ex perfectionibus Diuinis abstrahi, sequeretur in iis dari metaphysicam cõpositionem; nam ad hanc sufficit concursus duorum cõceptuum sese perfectè excludentium ad vnum tertium constituendum. Igitur principium notionale & essentiale propriissimè constitueret vnum compositum metaphysicum, non minùs quàm ratio animalis constituit vnum cum rationalitate, à quâ perfectè præscindit.

Ad 1. *dub. Resp.*

Ad 4.

25.

26. *Ratio principij analoga.*

Pro formali respectu.

27. *Vel fundamentali.*

An ingenitum tribui possit Patri, sitque ipsius tantùm proprium. Sect. 2.

PRIMA dub. ratio multi Patres, hoc nomen, vt præstigiosum, profanum, & à Scripturis alienum à Diuinis remouebant. *Athan. Orat. 2. cont. Arian. Epiph. hær. 73. Ambros. lib. de Incarnat. myst. c. 8. & 9. In Scripturis*, inquit, *Ingenitum nusquam inuenio, non legi, non audiui.* Ratio 2. vt *Damasc.* aduertit, *lib. 1. fidei cap. 9.* hoc nomen *Ingenitum* maximam continet

28. *Rat. 1. dub.*

29. *Ratio. 2.*

Digitized by Google

æquiuocationem: *Nosse autem*, inquit, *oportet, Ingenitum, homonymũ esse, & nunc non factum significare, nunc verò non genitum.* Nam vel illud negat productionem inuoluentem mutationem, & sic cõuenit omnibus Diuinis personis. Vel negat solam productionem per generationem, & sic conuenit etiam Spiritui S. vel negat omnem productionem actualem & sic cõuenit creaturis possibilibus; nam etiam illæ sunt hoc modo ingenitæ: vel negat productionem etiam possibilem, quo pacto conuenit etiam naturæ Diuinæ, nec non entibus impossibilibus. His tamen non obstantibus.

30. *Proprium Patris. Perpetuo Ecclesiæ vsu firmatum.*

Dico, ingenitum esse proprium Patris, nec posse alij, quàm ipsi attribui. In hâc assert. omnes *Schol. cum Mag. in* 1. *dist.* 28. ex perpetuo vsu totius Ecclesiæ, quæ semper hoc nomen, vt Patris propriũ vsurpauit in *Conciliis & Hymnis*, traditur à Patribus, qui vnanimi consensu hoc nomen attribuunt soli Patri, vt *Augustin.* 15. *de Trinit. cap.* 26. *fine*: *Pater solus*, inquit, *non est de alio, ideò solus appellatur ingenitus, non quidem in Scripturis, sed in consuetudine disputantium*, interdum illud reticere videntur, nec *Basilio teste libr.* 1. *con. Eunom.* ansam præbeant Arianis, qui ex hoc nomine occasionem arripiebant, vrgendi Catholicos, vt, si ingenitum Patrem, genitum Filium faterentur, naturæ diuersitatem inter eos admittere cogerentur: cùm, vt ipsi inferebant, impossibile sit, eiusdem naturæ esse genitum & ingenitum. *Ego*, inquit Basilius, *Ingeniti, Innascibilis appellationem, quamuis summoperè cogitationibus nostris congruat, tamen quoniam nullo modo in Scripturis ipsam inuenio, & quoniam primum est elementum blasphemiæ istorum, silentio tradendam meritò dixerim.* At vbi ista hæret. calumnia cessauit, nullum est periculum, nulla suspitio in talis nominis vsurpatione. Vnde qui nunc oppositum sentiret, non solùm temerarius, sed etiam erroneus iudicio *Barthol. Torres* 1. *part. quæst.* 33. *artic.* 4. *& Ruiz de Trinit. disp* 52. *sect.* 3. habendus esset. Cæterùm, vt soli Patri conueniat, sicque illius à reliquis omnibus distinctiuum, negare debet omnem omninò passiuam producibilitatem, siue per originem hypostasis, siue per communicationem naturæ. Hoc modo esse solius Patris proprium, facilè ostendo: Nam solus Pater non est ab alio, neque per originem hypostasis, neque per communicationem naturæ: nam posito, quòd in Deo sint aliquæ personæ realiter productæ, necessariò concedenda est vna omnino improducta, à quâ reliquæ productæ originem trahant.

31. *Ingenitum quid nominis?*

32. *Primum principium à priore non est.*

Hoc sic ostendo: In quâuis seriè producentis & producti, necessariò sistendum est in aliquo primo principio, à quo ita reliqua sint, vt ipsum à nullo alio esse possit: ergo etiam in seriè Diuinarum personarum producentium & productarum sistendum erit in vno primo principio, à quo ita reliquæ personæ sint, vt ipsum à nullo alio esse possit. Nam ratio demonstrat euidentiùs id in seriè Diuinarum personarum: sc. manifesta absurda, quæ secum affert infinitas producentium & productorum, & potiori ratione conuincunt in seriè ipsa diuinarum personarum, quarum infinita multiplicatio multò magis repugnat, propter illimitationẽ perfectionis, quam vnaquæque quæ personâ Diuinâ debet in suo genere continere. Nam hoc ipso, quòd personæ diuinæ essent infinitæ, singulæ essent imperfectæ, & infinitæ perfectionis in suo genere. Quia cùm hæc multiplicatio personarum necessariò deberet esse numerica, hoc ipso vna persona non contineret omnem numericam perfectionem possibilem, siquidem non contineret numericas perfectiones reliquarum personarum. Antec. constat *ex disp. de existentia Dei.* Posito igitur, quòd in processu Diuinarum personarum sistendum necessariò sit in aliquo primo principio omninò improducto: hoc aliud esse non potest, quàm Pater: nam hoc esse non potest natura Diuina, aut alia persona, à patre distincta: ergo solus pater est ingenitus.

33. *Improducta non sola natura.*

Quòd non possit esse natura Diuina, constat: nam hæc non distinguitur à paternitate. Inter producens autem & productum debet realis intercedere distinctio. Nec sufficit, sola distinctio formalis, aut modalis, qualem inter naturã Diuinam & personalitates ponunt *Scotus & Duran.* quia non posset maiore distinctione distingui paternitas à reliquis personalitatibus, quam distingueretur ab ipsâ naturâ Diuinâ, si ab ipsâ produceretur: at de facto paternitas non distinguitur à reliquis personalitatibus solâ formalitate, aut modalitate, sed realitate: ergo eâdem realitate distingueretur à naturâ si ab ipsâ produceretur. Maior prob. nõ per aliam paternitas distingueretur à reliquis personalitatibus. quàm per id, quod vi productionis acciperet à naturâ: ergo si à naturâ vi productionis non acciperet, nisi solam formalitatem aut modalitatem, non posset à reliquis personalitatibus distingui realitate. Antec. constat in omnibus Diuinis personalitatibus, quæ non per aliud inter se distinguuntur, quàm per id, quod vi productionis singulæ accipiunt à producente, quia tota ratio distinctionis in Diuinis fundatur in ratione productionis: nam in quo non producuntur, nullo modo distinguuntur, alioqui distngiuerentur in entitate absolutâ.

Ratio.

34. *Dices.*

Occurri posset huic argu. per doctrinam assignatam *in addit. Scoti in* 1. *dist.* 28. *qu.* 3. §. *Præterea* quòd quando producens est suppositum, tunc debet inter ipsum & productũ realis distinctio intercedere; secus quando producens non est suppositum, sed tantùm indiuiduum singulare, quale esset natura Diuina paternitatem producens: sc. quia indiuiduum potest producendo se totum communicare producto. nam quâ singulare est, non repugnat ei productio; quâ verò non suppositum, non repugnat ei communicatio. Suppositio autem non repugnat productio, repugnat tamen communicatio; & ideò si producit, semper distinctum producit, quia proprium suppositi est, esse incommunicabile. Sed contra: siue producens sit suppositum, siue solùm naturæ indiuiduum, implicat, vt realiter producens, & sit idem realiter cum producto: quia realis distinctio inter producens & productum non fundatur in eo, quòd producens sit suppositum, sed in eo præcisè quod sit producens: nam vt producens debet realiter influere in productum: nequit autem idem realiter influere in seipsum; quia cum realis influxus sit realis egressio termini à virtute productrice, implicat, vt sit idem cum virtute producente.

35. *Contrà.*

Idem in seipsum non influit.

36. *Paternitas non est ab alia.*

Quod paternitas non posset esse ab aliâ personâ, sic ostendo: vel hæc esset aliqua ex personis ab ipsâ personâ Patris productis; & æqua implicantia est, idem produci à seipso, ac à suo producto: vel esset alia persona improducta; & tunc non foret maior ratio, cur potiùs sistendum esset in hâc, quàm in ipsâ Patris. Vnde sciscitor, quo genere productionis produceretur à tali personâ Pater? non generationis, alioqui non posset Pater alium Filium gignere, cùm tota vis generatiua tunc adæquata esset in primâ productione; vnde Pater non esset Pater, sed Filius: Non Spirationis quia illa esset prima productio, quæ in Diuinis non potest esse.

spiratio,

Digitized by Google

spiratio, quia hæc est per voluntatem, quæ intellectus productionem supponit: Non alterius generis: quia in agente per intellectum non datur alia productio, quàm per intellectum & voluntatem.

37. *Dices.* Occurri posset huic argum. ponendo vtramq; personam & Patrem & quæ ponitur à Patre distincta, improductam. Vnde tunc saltem sequeretur. *Ingenitum* non esse solius Patris proprium, sed alterius personæ, quæ ponitur à Patre distincta.

38. *Contrà.* Sed contra: 1. si admitterentur. duæ personæ improductæ, non esset maior ratio, cur non admitterentur plures. 2. Vel vtraque persona concurreret ad productiones aliarum, vel non: Si vtraq; concurreret, assignanda esset tertia notio communis, per quam illæ ambæ simul cõcurrerent ad productionem Filij & Spiritûs S. sicut assignatur in Patre & Filio communis notio spirationis actiuæ ad producendum Spiritum S. Si non vtraque produceret: ergo alterutra esset otiosa, quo nihil repugnantiùs in Diuinis, cùm ibi omnia sint summè necessaria. 3. talis distinctio personarum necessariò secum ferret realem distinctionem naturarum. istæ personalitates necessariò essent in suo genere imperfectæ, cum neutra per se sumpta adæquaret capacitatem naturæ Diuinæ, quam habet ad simpliciter subsistendum. Quia cùm tales personalitates non ponerentur, vt termini fœcunditatis Diuinæ. quippe cùm non essent productæ, sed à se, necessariò deberent poni ad explendam capacitatem naturæ Diuinæ. quam habet ad simpliciter subsistendum, ergo neutra per se sumpta esset sufficiens explere infinitã capacitatem naturæ Diuinæ: alioqui superfluè ponerentur duæ; cùm non ob aliam rationem illæ ponantur, quàm vt reddant naturam simpliciter subsistentem: ergo singulæ per se sumptæ essent finitæ virtutis: quia infinitum est, quod contitet omnem perfectionem possibilem illius generis, in quo ponitur infinitum: vnde hoc ipso, quod quælibet subsistẽtia non esset per se sufficiens explere capacitatem naturæ ad subsistendum simbliciter, non contineret omnem perfectionem possibilẽ in genere subsistentiæ simpliciter, ergo etiam simul sumptæ essent finitæ perfectionis: nam ex duabus perfectionibus finitis, non potest consurgere vna infinita; sicut neque ex duobus numeris, finitis tertius numerus infinitus. ergo etiam natura quàm istæ personalitates supponitarent esset finita; quia cum subsistentia sit cõnaturalis perfectio quæ à naturâ exigitur, & natura non exigat, nisi perfectionem sibi adæquatam. hoc ipso, quod duæ istæ subsistẽtiæ essent finitæ, essent à naturâ finita: cum non possit natura infinita naturaliter exigere subsistentiam finitam. ergo illa non esset vna sed plures realiter inter se distinctæ: nam si talis natura esset finita, necessariò esset multiplicata, cùm infinitum in esse nullam admittere possit multiplicitatem in esse. Ex his concluditur, *Ingenitum* prout importat

39. *Conclus. euidens.* negationem omnis passiuæ originis, & communicationis, esse proprium Patris, nulloq; pacto conuenire posse alteri personæ, aut naturæ Diuinæ; nam ei saltem in supposito Filij & Spiritus S. non repugnat communicatio passiua, cui tamen repugnat in supposito Patris; quia prout est in supposito Patris, non potest illi conuenire passiua communicatio ab alio.

40. *Ingenitum explic.* *Quæres:* nA saltem in alijs significationibus possit *Ingenitum* attribui Filio & Spiritui S. Resp. posse, sed semper cùm addito declarante & limitante illud ad significatum personæ, cui attribuitur, conueniens. Cæterùm simpliciter & absolutè non posse: nam quodlibet nomen absolutè prolatum stat pro significato, ad quod ex voluntate & consensu institutoris est principaliter impositum. At ex communi consensu Patrum, Ecclesiæ & Schol. hoc nomen *Ingenitum* principaliter est impositum ad significandam negationem omnis passiuæ originis & communicationis: ergo simpliciter prolatũ stabit pro eâ: atque adeò non poterit simpliciter sine termino declarante & limitante attribui alteri à Patre. Ex dictis patet ad 1. rationem dub. non ideò Patres negabant nomen *Ingenitum* Patri, quia putabant, illud non congruere cum notione Patris, quin expressè *Basilius* fatetur, illud summoperè congruere, & aptum esse ad explicandam proprietatem æterni Patris; sed ad euitandam calumniam hæret. qui per huiusmodi nomen vexabant simplices. Secunda soluta manet, declarato multiplici notionis significato, & in illud sit accipiendum, vt sit proprium Patris. At quo pacto *Ingenitum*, prout dicit negationem omnis passiuæ productionis, & communicationis, conueniat etiam entibus impossibilibus. Resp. ex oppositâ omninò ratione conuenire; impossibilibus propter summam eorum imperfectionem Patri propter summã eius perfectionem. Nam ex eo, quòd illa sunt essentialiter non entia, nullius perfectionis, ne per passiuam quidem productionem, & cõmunicationem possunt esse capacia. Æternus Pater contrà: quia quidditatiuè est ens à se, & per omnimodam improductionem & incommunicationẽ habet omnia à se, non est capax vllius productionis vel communicationis ab alio. Quare æternus Pater dicitur *ingenitus* ratione fundamenti positiui, essentialiter includentis omnẽ perfectionem à se. Impossibilia verò dicuntur *ingenita* ratione fundamenti negatiui, essentialiter excludentis omnem capacitatem participandi vllam perfectionem, etiam per communicationem ab alio.

Communis cõsensus Patrum Eccle. & Scholast.

41. *Ad 1. rat. dub.*

Ad 2.

42. *Ingenita impossibilia.*

Maxime

Duæ personalitates imperfect.

Quid de formali importat, Ingenitũ prout est proprium Patris? *Sect. 3.*

PRIMA sent. affirmat, importare aliquid positiuum, conueniens Patri ex eo formaliter, quod non est ab alio. Hanc rationem positiuam explicant aliqui per vniuersalem authoritatem, seu primitatem in originando, quam Pater habet supra cæteras personas Diuinas: alij per fontalem plenitudinem Diuinæ fœcunditatis: alij per relationem oppositam relationi geniti, ad eum modum, quo inæqualitas & dissimilitudo dicit positiuã relationem, oppositam relationi æqualitatis & similitudinis. Hanc sent, referunt, & impugnant *Alens. 1. p. q. 69. me. 2. Bonauent. in 1. dist. 28. a. 1. qu. 2. S. Tho. 1. p. quæst. 33. art. 4. ad 1. Scotus dist. 28 qnæst. 2. artic. 2. & reliqui ferè Scholast.* fundament. *Ingenitum seu innascibilitas* est propria notio Patris pertinens ad dignitatem ipsius, distinguens illum à reliquis personis Diuinis: igitur est aliquid positiuũ: cùm non possint hæc munia, nisi à ratione positiuâ præstari. Confirm. ita se habet Filiatio, & nascibilitas in Filio, sicut Paternitas & innascibilitas in Patre: sed Filiatio & nascibilitas important rationem positiuam in Filio: ergo & Paternitas, & innascibilitas in Patre. Vnde August. 5. *de Trinit. c. 7. Non ergo*, inquit, *receditur à relatiuo prædicamento, cũ ingenitus dicitur. Sicut enim genitus nõ ad seipsũ dicitur sed quod ex genitore sit: ita cum dicitur ingenitus, nõ ad seipsũ dicitur, sed quod ex genitore non sit ostenditur. In eod. tamen prædicamẽto quod relatiuũ vocatur vtraq; significatio vertitur.* Vnde cõcludit. *Quia sicut Filius ad Patrem, & non Filius ad non*

43. *Ratio posit. varia.*

44. *Confirm.*

Digitized by Google

Patrem refertur: ita genitus ad genitorem, & non genitus ad non genitorem referatur, necesse est. 2. Probat *Aureo. apud Capreo mox citandum*: Esse in se est positiuus modus essendi substantiæ: ergo esse à se erit positiuus modus subsistendi in Patre: sed talem modum dicit Innascibilitas Patris: ergo 3. esse à se non videtur aliud dicere, quàm habere sufficientiam subsistendi ex se sine alio hoc autem est positiuum, ergo innascibilitas, quæ talem modum significat, importat aliquid positiuum. 4. esse infinitũ & indiuisum importatur priuatiuè, & tamen dicunt modum positiuum: ergo etiam esse ingenitum & innascibile.

Prob. 1. 45. 3. 4. 46.

SECVNDA docet, *Ingenitum* importare solam negationem productionis ab alio. Est *Capreo. in 1. dist. 28. q. vn. art. 1. concl. 1. Mayro. q. 1. art. 1. inclinans S. Thom. 1. p. qu. 33. art. 4. & 1. dist. 28. q. 1. art. 1. ad 1. & Scotus qu. 2. art. 2.* Fundam. *Mayro.* in Patre non est nisi essentia & relatio. sed *Ingenitum* non importat essentiam, vt per se patet; nec relationem; quia vel hæc esset paternitas: vel actiua spiratio: neutra autem potest nomine ingeniti importari; non paternitas, *quia*, vt *August. 5. de Trinit. cap. 6. etsi Pater Filium non genuisset, nihil prohiberet, eum dicere ingenitum*: non actiuam spirationem; nam hæc communis est Filio. Restat ergo, vt solam importet negationem productionis ab alio: sicut incorruptibile importat solam negationem corruptionis.

2. Sent. 47.

TERTIA docet, importare vtrumq; & negationem productionis ab alio, & proximum fund. talis negationis. Dissentio est, quid *Ingenitum* importet de formali per se primò, positiuumne, an negatiuum? *Aureol. in 1. dist. 28. art. 2. fine* censet, *Ingenitum* siue *innascibile* de formali importare positiuum, de materiali & connotatiuè negatiuũ. Fundam. *Ingenitum & innascibile* sunt nomina substãtiua, quæ de formali & in recto important suppositum, denominatiuè & in obliquo formam affirmantem, vel negantem: velut Immensus substantiuè significat in recto & de formali suppositum; in obliquo & denominatiuè formam immensitatis. Alij contra existimant, de formali importare negationem, de materiali & cõsequenter positiuum fundamentum negationis, Ita *Alen. 1. p. q. 97. me. 2. Bonauent. in 1. dist. 28. art. 1. q. 1. Duran. q. 1. nu. 5. Richar. art. 2. q. 1. Liche. q. 2. fine. Vasq. 1. p. qu. 140. c. 3. Suarez lib. 8. de Trinit. cap. 2. & reliqui ferè recen.* Nota 1. dupliciter importari posse aliquod positiuum nomine negatiuo, vno modo connotatiuè, seu in obliquo, & per modum subiecti connotati; quo pacto omnis priuatio connotat subiectum, in quo veluti inhæret; est enim priuatio, negatio in subiecto apto: alio modo in recto quidem, & per modum partialis significati integratis significationem totalem; secundariò tamen & consequenter. Præsens controuersia noh est, an *ingenitum* seu *innascibile* importet aliquid positiuũ primo modo; quia cùm importet remotionem passiuæ originis per modum priuationis, necessariò importabit aliquid positiuum per modum subiecti obliquè connotati: sed an hoc positiuũ importet secundo modo, per modum partialis significati, & in recto, licet secundario & consequenter. Nota 2. *Ingenitum & innascibile* accipi posse, vno modo concretè pro subiecto habente ingignentiã & innascibilitatem; alio modo abstractè pro ipsa ingignentiã & innascibilitate: in vtraque acceptione videndum erit, quid illis vt directum & integrum significatum respondeat.

Sent. variorum. 48. Nota 1. pro explic. controuers. 49. Nota 2.

50. DICO 1. In vtraque acceptione tam concretè, quàm abstractè *ingenitum & innascibile* non important solùm negatiuum, aut solùm positiuum, sed vtrumque simul; negatiuum principaliter & de formali, positiuum secundariò & de materiali. Est contra *Torres 1. p. qu. 33. art. 4.* docentem, hæc nomina tantum concretè accepta de materiali importare subiectum, abstractè verò sola importare negationem essendi ab alio. Fundament. non possunt hæc nomina per se primò importare aliquid positiuũ, nec solam negationem: ergo vtrumque simul. Atqui nõ important æquè primo vtrumque: igitur vnum primariò & de formali, alterum secundariò & de materiali. Antec. quoad 1. Partem patet; quia id per se primò importat nomen, ad quod significandum principaliter imponitur; scil. negatiuum nomen ad remouendam aliquam positiuam formam de subiecto: igitur illius negationem principaliter importat, non aliquid positiuum. Confir. 1. *ingenitum & innascibile* per se primò negant relationem geniti & nascibilis; nam particula *In*, vim habet priuandi: sed relatio geniti & nascibilis est perfectio positiua, vt constat in Filio Dei: ergo nequeunt *ingenitum & innascibile* per se primò importare perfectionem aliquam positiuam.

Torres. Vtrumque importans. Non proximè positiuum. 51. Confir. 1.

2. Idem sonat esse *ingenitum & innascibile*. prout est Patri proprium; quod esse à se: Ied esse à se de formali negat esse ab alio productum, vt cùm dicimus Deum esse à se, primariò & formaliter significamus, Deum à nullo esse productum. ergo.

Confir. 2. 52.

Prob. antec. quoad 2. partem ex eod. principio: id totum importat nomen, ad quod significandum est impositum. At nomen *ingenitum & innascibile* non solùm est impositum ad remouendam omnem passiuam productionem & communicationem à Patre sed etiam ad significandam positiuam perfectionem, propter quam conuenit Patri talis negatio. Cùm enim nequeamus hanc positiuam perfectionem immediatè & per se in Patre concipere, illam circumloquimur, & explicamus per negationem productionis & communicationis ab alio. Confir. similibus nominibus vtimur ad explicandas positiuas perfectiones essentiæ Diuinæ, vt sunt *Immensus, Infinitus, Immutabilis* & similia. Nam omnia hæc simul cum negatione, quam explicitè & de formali important; implicitè etiam & secundariò importãt perfectionem illam positiuam propter quam talis negatio Deo conuenit. Minor 1. syllog. prob. id importat per se primò nomen, quod illo audito primò concipimus. At audito hoc nomine *ingenito* sicut & quilibet alio negatiuo de Deo, per se primò concipimus negationem, secundariò verò perfectionem, in qua talis negatio fundatur; scili quod nomen immediatè offert intellectui cõcipienti. Cæterùm quod hæc nomina non solùm in concreto, sed etiam in abstracto de materiali & secũdariò important positiuum fundamentum negationis, sic prob. etiam per talia nomina abstracta significare intẽdimus perfectionem aliquam positiuam in Deo, ratione cuius illi talis negatio cõueniat: nisi quòd per nomina concreta hanc positiuam perfectionem significamus in concreto, per abstracta eandem perfectionem significamus in abstracto. Non minor controuersia superest, quid sit hoc positiuum, quod hoc nomen *ingenitum*, seu *innascibile* in æterno Patre importat. Certum est, hanc negationem non fundari proximè in naturâ absoluta: nam quidquid proximè fundatur in illâ, est commune omnibus personis, quamuis in natura præcisè spectata dici queat *ingenita*, quatenus esse *ingenitum* importat intrinsecã improducibilitatem: quia tamen illi non repugnat, saltem ratione personæ, cui communicatur, ratio geniti, sicut nec ratio passiuæ communicationis, quam etiam negat *Ingenitum*, prout est patris propriũ, non potest hæc

Non solùm negationem. Confirm. 53. In concreto & abstracto. 54. Quænam perfectio positiua? Non absoluta. 55.

Digitized by Google

negatio proximè, & immediatè fundari in naturâ, vel in aliquâ perfectione absolutâ, sed in solâ hypostasi relatiuâ. Porrò in ipsâ duo sunt, Paternitas, per quam constituitur proximum principium productiuũ Filij, & spiratio actiua, per quam constituitur proximum priucipium productiuum Spiritus S. Certum est, hanc negationem *ingeniti* fundari non posse in spiratione actiuâ; quia hæc communis est Filio, cui tamen non conuenit ratio *Ingeniti*, sed potiùs ratio geniti. Supereſt vt in solâ Paternitate fundetur: at obstant duo, 1. vt Augustin. *5. de Trinit. cap. 6.* docet, *nihil prohibet Patrem fuisse ingenitum, etsi Filium non genuisset*: nam si vna tantùm fuisset persona in Deo, procul dubio illa fuisset ingenita: Contrà verò, nihil prohibet esse Patrem, esto *ingenitus* non sit, vt constat de Patribus creatis. Igitur ratio *Ingeniti* nequit in Paternitate proximè fundari. Nàm de ratione proximi fundamenti est, vt eo sublato, tollatur; & eo posito, ponatur ratio in eo proximè fundata. *Innascibilitas* est diuersa notio à paternitate, vt ex *disp. praced.* constat: non esset autem diuersa notio, nisi aliquid ab eâ distinctũ importaret.

Non spiratio actiua.

An paternitas?

56. Dico 2. Formalis ratio proximè & immediatè fundans negationem geniti seu producti in æterno Patre est paternitas, non sub explicito conceptu generantis, aut spirantis; nec sub ratione authoris, primi principij, fontalis plenitudinis, aut patriarchalis dignitatis; nec sub explicitâ formalitate essendi à se; sed sub expressâ ratione primæ hypostasis, naturam Diuinã adæquatè terminantis, & cum illâ adæquatè constituentis personam, sub ratione primæ personæ. Dico primã, non per ordinem ad alias personas; nam etiamsi aliæ personæ non essent, adhuc illi cõueniret ratio ingeniti: neque per exclusionem alterius personę prioris; nam hæc formaliter importat negationem; nos autem inquirimus proximum principium positiuum. Sed dico primam per respectum ad naturam Diuinã, quam per positiuã exigentiam quidditatiuè postulat adæquatè primò terminare, & cõstituere cum illâ personam, in ratione primæ adæquatã. 1. quòd fundamentum talis negationis sit paternitas, concluditur per exclusionem aliarum perfectionum & formalitatum, quæ in Patre considerari possunt.

Imò ipsa.

Prima persona.

Per respectũ ad naturam.

57. *Fund. negationis.*

58. 2. quòd non sit sub explicito conceptu generantis, aut spirantis, satis constat ex rationibus proximè adductis.

59. 3. quòd neque sit sub ratione authoris, primi principij, fontalis plenitudinis, aut patriarchalis dignitatis, prob. omnes istæ formalitates supra rationem principij productiui non addunt in Patre, nisi solam negationẽ essendi ab alio: sed negatio etiẽdi ab alio nequit fundare rationem ingeniti: nam est ipsissima negatio, quam ingenitum importat, & nequit negatio esse fundamentum sui ipsius.

60. *Non sub conceptu essendi à se.*

4. quòd neque hæc ratio fundandi sit paternitas sub explicito conceptu essendi à se, constat ex proximâ ratione: siquidem esse à se formaliter importat negationem essendi ab alio, quod formalissimè importat ratio ingeniti, Respondent aliqui; esse à se explicitè quidem importare negationem essendi ab alio, per hanc tamen negationem explicari positiuam perfectionem, per quam Diuina paternitas est sibi ipsa sufficiens ad essendũ independenter à quâcunque passiuâ origine: atque secundùm hanc rationem passiuam esse fundamentũ negationis omnis passiuæ productionis & communicationis. Sed contrà; positiuam rationem hanc ipsam quæro, dum inquiro, in quo immediatè fundetur ingeniti, innascibilisque ratio in Patre. Respondere autem, quòd illa immediatè fundetur in ratione essendi à se, prout hæc importat perfectionem positiuam expliçatam per negationem essendi ab alio, non assignatur aliquid diuersũ ab eo, quod quæro. 5. quod proximum fundamentũ huius negationis sit paternitas sub expressâ ratione primæ hypostasis, naturam Diuinam adæquatè terminantis; & constituentis cum illâ primam personã, modò in asser. explicato, sic prob. hæc est positiua ratio in solâ paternitate inclusa, quæ formaliter non includitur in reliquis Diuinis personalitatibus; &, eâ positâ, formaliter ponitur; eâq; sublatâ, formaliter tollitur ratio ingeniti seu innascibilis in Patre: ergo illa est proxima ratio fundandi negationem, quam ingeniti innascibilisq; ratio in Patre formaliter importat. Confirm. ex hâc perfectione, vt ex primâ & immediatâ radice habet Pater, vt nõ modò sit ingenitus & improductus, sed etiam vt sit author reliquarum personarum, primũ principium, origo & fons totius Deitatis, ac Patriarchalis dignitatis. Nã ex eo, quòd est prima hypostasis quidditatiuè terminans primò naturam Diuinam adæquatè in ratione primæ personæ, formaliter habet, vt nullã aliam hypostasim eiusdem ordinis & primitatis in Deo admittat; ac proinde vt non modò ipsa sit prima ac improducta, cùm non possit nisi ab aliâ hypostasi produci; verum etiam vt ipsa tantummodò sit improducta, & principiũ ac fons reliquarum personarum. Nam hoc ipso, quòd esset alia persona æquè improducta, paternitas non esset prima hypostasis adæquatè terminans naturam sub ratione primæ personalitatis: eò quòd tunc inadæquatè tantùm, sub ratione primæ personæ naturam terminaret.

61. *Sed sub ratione hypostasis.*

Confir.

62. Dicis. Prima radix, cur paternitas quidditatiuè exigat primò & adæquatè terminare sub ratione primæ personalitatis naturam Diuinam, est natura Diuina: ergo non paternitas, sed natura diuina est prima radix talis negationis. Antece. prob. cùm subsistentia sit prima proprietas substantialis naturæ, ab ipsâ habet, vt sit talis vel talis quidditatis seu exigentiæ. Concedo, naturam esse primam radicem, non tamen proximam & immediatam, sed remotam & mediatam talis negationis.

Dicis.

Resp. est prima radix proxima.

63. Deducitur 1. rationem ingeniti & innascibilis esse posteriorẽ paternitate, non quidem sub explicito conceptu Patris, vt refertur ad Filium; sed sub explicito conceptu primæ hypostasis, adæquatè Diuinam naturam terminantis sub ratione primæ personalitatis, quia omne fundamentum est prius ratione in eo fundatâ, ergo paternitas sub explicito cõceptu primæ hypostasis naturam Diuinam adæquatè terminantis, est prior secundũ rationem negatione, quam ingeniti innascibilisq; ratio importat, vt fundamentum ratione in eo fundatâ. 2. quo pacto *Ingenitum* priuatiuè, & non merè negatiuè dicatur de Patre absque vllâ imperfectione ipsius: quod cum *S. Tho. 1. p. q. 33. art. 4. ad. 2.* docent reliqui ferè omnes, quia hanc priuationem geniti seu producti non importat in subiecto, de quo dicitur, secundùm rationẽ indiuiduam, sed specificam, quatenus nimirum importat negationem formæ, quæ in alio subiecto consimilis naturæ nata est inesse. Sic enim *ingenitum* importat negationẽ productionis, quam Filius & Spiritus S. personæ eiusdem naturæ cum Patre aptæ sunt habere. Vnde ex hoc nulla arguitur imperfectio in Patre, qui non vt Pater, sed vt persona specificè conueniens cum Filio & Spiritu S. aptus est talem formam habere.

Coroll. 1.

Ratio.

64. *Coroll. 2.*

Ratio.

Dices: videmur in personâ Patris admittere aliquam perfectionem absolutam, constitutiuam personæ Patris. Nam ratio primi hypostasis cùm

65. *Difficultas nõ Dissimulanda.*

præscindat

præscindat à respectu ad Filium & Spiritũ S. non est formaliter respectiua: ex aliâ verò parte illa primò & immediatè constituit personam Patris; est enim prima, & immediata ratio terminandi hypostaticè naturam, & reddendi illam incommunicabiliter subsistentem, ac primum principium productiuum reliquarum personarum. Nec refert, quòd hæc ratio sit inadæquata, & quasi partialis, non adæquata, & quasi totalis personalitatis Patris: tum quia neque inadæquatam, & partialem rationem absolutam admittere debemus in personâ Patris: tum quia per talem rationem inadæquatam, sufficienter cõcipitur natura Diuina hypostaticè terminata, in ratione primæ personæ, quippè cui respectus ille ad Filium & Spiritum S. aduenit, vt constitutæ iam & subsistenti in ratione primę personæ.

66. *Resp.* Resp. non repugnare in diuinis personis concipere aliquam rationem absolutam partialem, & incompletam. Nam in primis diuinas personas concipimus sub ratione entis, substantiæ, formæ hypost. qui conceptus formaliter sunt absoluti, quia personalitates Diuinæ, cùm sint perfectiones reales & substantiales, necessariò includunt reales, conceptus entis, substantiæ, & subsistentis formæ: Sed solùm repugnare, concipere illas sub vltimo & quasi differentiali conceptu constitutiuo personæ, vt absolutas. Vnde nego, respectum ad Filiũ supponere personam Patris perfectè constitutã, etiam in ratione primæ personæ, sed illam in suâ constitutione complere ac perficere: eo quòd ipsa cõstitutio primæ personæ plenè & completè considerata est per respectum ad terminum, quem essentialiter respicit: nam constitutio personæ Diuinæ est cõstitutio hypostaticè incommunicabilis, quæ esse non potest, nisi per rationẽ formaliter respectiuam; cùm nulla ratio absoluta in Deo sit incommunicabilis. Cæterùm alia est ratio de respectu ad Spiritum S. qui quia communis est Filio, Personam Patris nullo modo constituit, sed tantùm constituit proximũ principiũ spirandi, Patri Filioq; cõmune.

67. *Ad fund. Sent. 1.* Ad fund. primæ sent. Resp. illud tantùm concludere de perfectione positiua secundario & materialiter importatâ. Cæterùm ad distinctam notionem sufficit eadem personalis proprietas, vt manifestatiua nouæ dignitatis, qualis est in Patre notio ingeniti, quæ per negationem essendi ab alio manifestat peculiarem dignitatem Patris, quam habet essendi à se, cùm primitate hypostaticè terminandi naturam Diuinam adæquatè in ratione primæ hypostasis. *Ad confirm.* Ad confir. falsa est maior: nam filiatio & nascibilitas important solam rationem positiuam, sc. relationem Filij ad Patrem, ac Nati ad Genitorem. *Ingenitum* verò & *Innascibile*, cùm sint priuatiua, de formali important oppositam negationem Geniti ac Nati. 68. *Augustinus explicatur.* Augustinus eo loco fatetur, *Ingenitum* nihil positiuũ de formali importare, sed solum negare relationem Geniti ad Genitorem. Vnde idem prorsus significare ait *Ingenitum* quod non genitus, ac non Filius; *Relatiuè autem*, inquit, *negamus dicendo, non Filius; relatiuè igitur negamus, dicendo non genitus. Ingenitus porrò quid est, nisi non genitus* Cum autem concludit: *Non ergo recedit à relatiuo prædicamento, cum Ingenitus dicitur:* Non vult affirmare, *Ingenitum* importare positiuam rationem prædicamen. relationis, sed solùm vult docere, nullum alium prædicam. per se importare, sed tantùm negare illud ipsum, quod genitus affirmat: & quia genitus relationem, non substantiam affirmat: *Ingenitus* quoque relationem, non substantiam negat. *Negatiua porro*, inquit, *ista particula, non id efficit, vt quod sine illa relatiuè dicitur, eadem præposita substantialiter dicatur; sed id tantùm negatur quod sine illa adiecta-tur: velut cum dicimus, homo est, substantiam designamus. Qui ergo dicit, non homo est non aliud genus prædicamenti enunciat, sed tantum illud negat.* Ex quibus colligitur mens Augustini fuisse, *Ingenitum* solam negationem geniti importare. Ad 2. *Aureoli* neg. consequentiam: nam esse in se importat positiuum modũ, quo substantia in seipsâ existit: esse vero à se, licet fundetur in aliquâ ratione positiuâ, formaliter tamẽ & primariò importat solam negationem essendi ab alio. 69. *Ad 2. Aureoli.* Ad 3. nego, esse *à se* de formali & principaliter importare positiuam sufficientiam essendi *à se*, licet illam importat de materiali, & secundario. Ad 4. nego minor est enim eadẽ ratio de his nominibus, ac de reliquis priuatiuis. Ad fundam. secundæ, patet. Ad fund pro 3. sent. nego, nomina substantiua per se primo importare suppositum, sed formã, quam explicitè & directè significant, siue illa positiua sit, siue negatiua, alioqui, si per se primò importarent suppositum, eo tantùm multiplicato, multiplicaretur denominatio ipsa nominis; quia multiplicato principali significato, multiplicatur ipsa nominis denominatio. Vnde dici possent tres Dij; siquidem suppositа, quæ per se primò in sent. *Aureoli* importat nomen Deus, multiplicatur esto non multiplicetur forma Deitatis, quæ in *sent. eius.* minùs principaliter importatur. Quare dico, *Ingenitum* & *Innascibile* substantiuè accepta per se primò importare tantùm negationem, secundario verò & de materiali suppositum. Ex his patet ad rationes dub. 70. *Ad Fundamentũ Aureoli.*

DISPVTATIO XXVI.

De Personâ Filij.

SECTIO I.

An Filius sit proprié Verbum, eíque tantùm proprium?

FVIT antiquus error *Alogianorum*, qui omne Verbum in Deo negabant: quorum meminit *Augustin. lib. de Hæres. hær.* 30. & propterea *Alogi*, id est sine Verbo dicti sunt, eo quòd Dei Verbum credere noluerunt. Quâ de causâ, *teste ibid. Augustin.* Ioannis Euangelium, eiusque Apocalypsin, in quibus Dei Verbum expressè habetur, ut libros canonicos agnoscere noluerunt. Sed conuincuntur: Sapien. 18. *Omnipotens sermo tuus de cœlo à regalibus sedibus prosiluit* &c. Ecclesiastic. 1. *Fons Sapientiæ Verbum Dei in excelsis*: Psalm. 44. *Eructauit*, vt de æterno Parente omnes Patres interpretantur, *cor meum Verbum bonum.* Ad Catholicorum sententias accedamus; qui concedunt proprium Verbum in Deo, & solùm dubitant, an illud dicatur essentialiter, an personaliter, an vtroque modo. 1. *Error Alogian.* *Verbum Dei reuelatum.*

PRIMA sent, *Durandi in 1. dist. 27. quæst. 3.* affirmantis: Verbum in Diuinis dici tantùm essentialiter, non personaliter, nisi per appropriationem, sicut Sapientia: appropriatur Filio, Amor Spiritui S. Fund alterum *dist. 6 q. 2.* Filius non producitur per actum intellectus; sicut nec Spiritus S. per actum voluntatis; sed vterq; per actum naturæ, precedentẽ actum intellectûs & voluntatis. Sed Verbum quidditatiuè includit actum intellectûs: igitur non potest propriè dici de Filio, aut Spiritu S. Alterum 2. *Affirm. Verbum dici essent.* *Fundament. duplex.*

Digitized by Google

terum hîc: *Verbum* vi nominis importat tantùm actum intelligendi, qui essentialis est, licet ex vniuersali consuetudine loquentium & scribentium approprietur soli Filio: sicut ex eâdem consuetudine soli Spiritui S. appropriatur *Charitas*. Maior prob. 1. ex *Anſel. in Monol. cap.* 60. vbi, *Nihil aliud est*, inquit, *summo Spiritui dicere, quàm quasi cogitando intueri.* Quod idem docuerat *cap.* 30. & 34.

3. *Prob.* 2. Secundò de ratione Verbi est: esse expressiuum & manifestatiuum obiecti: hoc autem competit Deo ratione solius actûs essentialis: quia actus notionalis supra essentialem non addit nisi solam relationem producti, aut producentis; hac sola non habet vim exprimendi aut manifestandi obiectum, vt per se patet: alioqui aliqua obiecti repræsentatio esset in vnâ personâ, quæ non esset in aliâ, sicut aliqua relatio est in vnâ personâ, quæ non est in allâ. 3. Præcisâ omni productione intra Deũ,

4. *Tertiò.* æquè perfectè seipsum diceret, & reliqua omnia Deus, ac nunc. Sed implicat esse *Dicere* absque Verbo: ergo Verbum non importat aliquid personale; sed essentiale. Maior prob. Verbum non ponitur in Deo propter indigentiam, vt per illud simpliciter intelligat, vel vt meliùs intelligat, quod sine illo vel simpliciter, vel non æquè bene intellig ret.

5. *Quartò.* 4. *Dicere* nõ est actus personalis: ergo nec Verbum est terminus personalis, nam *dicere* se habet ad Verbum, sicut productio ad terminum productum: sed productio & terminus productus sibi mutuò proportionantur: etgo si *dicere* non est actus personalis, nec Verbum eius terminus erit personale. Antec. prob. nullus actus personalis conuenit omnibus personis, cadit supra creaturas, aut reflectitur supra personam dicentem, nam omnis actus personalis est productiuus alicuius personæ Diuinæ: ergo si conueniret omnibus personis omnes personæ producerent: si caderet supra creaturas, vel reflecteretur supra personam ipsam dicentem, produceret creaturas, & personam ipsam dicentem: quod implicat, at quælibet persona Diuina seipsam dicit, & creaturas omnes: Ergo *dicere* conuenit omnibus personis, &c.

6. *Quintò.* 5. Nullus vocaliter dicit, verbo ab alio, sed à se vocaliter prolato. Ergo nullus dicit verbo mentali ab alio, sed à se mentaliter prolato. Si autem solus Filius in Diuinis esset Verbum, solus Pater se ipsum Verbo diceret, quia solus Pater tale Verbum profert. Constat autem, quòd quæuis persona se ipsam dicit & reliqua omnia; ergo Verbo essentiali, non personali. 6. Verbum est actus vitalis im-

7. *Sextò.* manens, quò constituitur intelligens. Sed omnes personæ Diuinæ sunt vitaliter immanenter intelligentes: ergo verbum essentiale nam solum Verbum essentiale, est vitaliter immanens in omnibus. Personale enim solùm manet in personâ, cuius est; atque adeò nequit esse in omnibus immanens.

8. *Septimò.* 7. Omne intelligens intelligendo concipit Verbum: omnes personæ Diuinæ sunt intelligentes: ergo omnes concipiunt Verbum; non personale, ergo essentiale. Maior prob. idcò ponitur Verbum, vt sit intelligenti ratio intelligendi.

9. *Octauò.* 8. Si Deus vna tantùm esset persona, adhuc haberet Verbum quo intelligeret; non productũ, cùm nulla tunc in Deo esset productio. nam omnis productio intra Deum terminatur ad aliquam personam, quæ tunc nulla esset in Deo producta; ergo identificatum cum propriâ essentiâ: Igitur Verbum non est personale, sed essentiale.

10. *Nonò.* 9. Verbum creatum non consistit formaliter in relatione producti, sed in qualitate absolutâ repræsentante obiectum: ergo & Verbum increatum, quia ex verbo creato nos deuenimus in cognitionem Verbi increati. Antec. prob. præcisâ omni relatione, manente solâ qualitate absolutâ exprimente & repræsentante obiectum, manet integra essentia Verbi creati. Confir. Verbum formaliter consistit in manifestatione obiecti, quæ non in relatione, sed in aliquâ ratione absolutâ saluatur. *Confirm.*

11. *Etiam personaliter.* SECVNDA affirmat, Verbum tam essentialiter quàm personaliter verè & propriè de Deo dici. *S. Tho. in* 1. *dist.* 27. *qu.* 2. *art.* 2. *& q.* 4. *de verit. art.* 2. *Capreo. in* 1. *dist.* 27. *art.* 1. *concl.* 4. *Ferrar.* 4. *con. gen. c.* 13. §. *Consideran.* Fund. *S. Tho. Verbum* vi nominis non importat relationem tantùm, nec rem absolutam tantùm, sed rem absolutam simul cum respectu ad dicentem; significat enim quandam emanationem, siue exitum intellectûs in manifestationem sui: At ad quidditatem Verbi non requiritur, vt iste respectus ad dicentem importatus sit realis, sed sufficit si sit rationis: ergo Verbum in Diuinis non solum dicitur personaliter, sed etiam essentialiter, nam tota ratio, cur Verbum in Diuinis non dicatur essentialiter est, quia Verbum quidditatiuè includit respectum realem ad dicentẽ; ergo, si hic ad essentiam Verbi non requiritur, non est cur de Deo essentialiter dici non possit, cùm solus respectus rationis non pugnet cum essentialibus, Minor prob. Verbum in nobis, à quo translatum est ad Deum, est similitudo rei intellectæ, prout concepta in intellectu, & ordinata ad manifestationẽ sibi, vel alteri: sed talis species in Diuinis sumi potest dupliciter, vel vt realiter distincta ab eo, cuius similitudinem gerit, & sic conuenit Deo personaliter; vel vt ratio tantùm intelligendi; & sic, cùm ipsa essentia Diuina sit sibi ratio intelligendi & manifestandi se ipsam, ipsa essentia vt species & similitudo sui cum respectu rationis ad se ipsam, vt dicentem, erit Verbum essentiale. Vtrobique tamen monet Angelicus secundùm sanctos, & communiter loquentes, Verbum accipi personaliter: & quia secundùm Philos. vsus est maximè æmulandus in significationibus nominum, ideò tandem concludit, hoc modo loquendũ esse Theologis. *Fundam. S. Tho.*

12. *Non nisi personaliter.* TERTIA docet, Verbum non nisi personaliter de Deo propriè dici *S. Tho.* 1. *p. qu.* 34. *art.* 1. vbi retractatâ sent. quam sub formidine alibi tradiderat, absolutè definit, Verbum non nisi personaliter, idque de solo Filio propriè dici. Eandem docet *Magister in* 1. *dist.* 27. cum totâ Schola Theol. Quin sententiam Durandi vt erroneam, & in fide periculosam censent *Torrez* 1. *p. qu.* 27. *art.* 1. *qu.* 3. *concl.* 1. *Molina q.* 34. *art.* 1. *Suarez l.* 9. *de Trinit. c.* 2. *n.* 6. *Ruiz. disp.* 57 *sect.* 4. *nu.* 5. Nam quamuis non neget simpliciter proprium Verbum in Diuinis, cùm illud in omni proprietate concedat in actu essentiali, in quo differt ab errore Alogiorum, qui simpliciter negabant omne Verbum in Deo, negat tamen proprium Verbum de Filio, quod tamen non negat secunda sent. sed solùm affirmat, illud æquè propriè, dici de actu essentiali; quæ propterea nullam meretur censuram, præsertim si declaret, hanc acceptionem non esse propriam: alioqui absolutè illam affirmando, nullâ adhibitâ declaratione, temeritatis notam non effugiet, cum sit contra communem modum loquendi Patrum & Schol. in re grauissimâ. Præmittenda est *Verbi* notio, propria, & impropria. Impropria, altera pro quâlibet re Verbo manifestabili, quæ extenditur ad nutus & Scripturas, frequentissima in sacris literis, vt *Exodi* 9. *Crastaciet Dominus Verbum istud in terra*: quia *Verbum* ex primariâ suâ institutione impositum est ad significandum non res ipsas immediatè, sed signa rerum notificatiua: notio autem propria nominis dicitur

Cur?

Modus loquendi Patrum & Scholast.

13. *Impropria.*

dicitur illa, quam ex primæuâ suâ institutione nomen sortitur. Vnde contradicit sibi *Durand.* dum fatetur, *Verbum* ab omnibus sumi personaliter, & tamen vi nominis importare aliquid essentiale: nam propria nominis notio est illa, ad quam significandam nomen imponitur. Cùm enim nomina non significent ex naturâ suâ, sed ad placitum, illam rem propriè significat, ad quam ex placito sapientũ significãdam imponuntur: cum impositionẽ Sapientum, vsus ipse & consuetudo confirmet. Altera pro actu imaginationis, cum quo externã vocem proferimus, est etiam hæc impropria *verbi* notio, quia *verbum* propriè est terminus locutionis; est enim impositum ad significandum medium, quo naturæ intellectuales vel secum ipsæ, vel cum aliis loquuntur. Vnde in solâ potentiâ locutiuâ propriè reperitur; hæc autem sola est potentia intellectiua, & vocis externæ prolatiua, quatenus instrumentum est intellectiuæ. Propria autem *verbi* notio est tum externa ipsa vocis prolatio ad significandum alteri formata; tum interna mentis conceptio ad manifestandum sibi, vel alteri obiectum, quod in specie intelligibili latebat, expressa. Conueniunt 1. verbum vocale & mentale, quia vtrumque est signum ad manifestandum aliquid ordinatum. 2. vtrumque est aliquid à dicente productum. Differunt 1. quia vocale rem dictam manifestat non ex naturâ suâ, sed ex alterius ordinatione. Mentale verò ex naturâ suâ, cùm sit naturalis imago rei, quã repræsentando significat. 2. vocale non est actus immanens, sed transiens à principio proferente in extrinsecum ambiens, in quo formatur Sonus rei manifestandæ significatiuus, quo vox dicitur. Mentale verò manet in principio dicente, in quo recipitur ad manifestandam rem dictam. 3. Vocale non manifestat rem dictam formaliter, sed efficienter emittendo speciem sui in organum auditûs, quâ excitatus auditor format sibi phantasma vocis significatiuæ: ex quo phantasmate per intellectum agentem eruit sibi speciem intelligibilem, quâ determinatus intellectus possibilis elicit conceptum rei dictæ ac significatæ per vocem. Mentale verò, nem, quam repræsentando significat, manifestat formaliter, se ipso intellectum informando. 4. mentale essentialiter ordinatur ad manifestandum formaliter vt soli intellectui, à quo gignitur, vt actus vitalis essentialiter addictus proprio subiecto. Dixi *formaliter*; nam obiectiuè potest etiam ordinari ad manifestandum aliis, vt cùm angelus obiectiuè manifestatiuè manifestat suum verbum alteri angelo. Vocale autem, quia non manifestat rem, quam significat, formaliter, sed efficienter, potest idem numero significare pluribus. Ex his patet, quòd etiamsi hoc nomen impositum sit à principio ad significandum verbum vocale, vtpotè nobis magis notum; propter conuenientiam tamen, quam vocale habet in primariâ significatione cum mentali, ex tunc censetur significasse vtrumque. Nam qui nomina imponit principaliter intendit ad primariam rationem rerum, in quâ si multa conueniunt, omnia censentur eodem nomine, vt sigillo obsignata. Constat in hoc nomine, *Scientia*, quod licet à principio impositum sit ad significandam scientiam creatam, vt nobis magis notam; quia tamen in primariâ ratione, quę est certum reddere intellectum de rebus, conuenit scientia creata cum increatâ; & qui tale nomen imposuit principaliter attendit ad primariam rationem scientiæ, iam ex tunc censetur sub hoc nomine comprehensam fuisse scientiam increatam. Propter eandem conuenientiam in principali significato verbi vocalis & mentalis, tam creati, quàm increati, omnia hæc tria verba censentur vno eodemque nomine per se primò ab institutore virtualiter saltem comprehensa: ac proinde tam per se hoc nomine importari significatum verbi vocalis, quàm mentalis, tam creati, quàm increati. Ita vt nullum fuerit tempus, quo tantùm de vocali diceretur propriè, de reliquis verò impropriè, donec ad illa significanda per nouam impositionem extenderetur, cùm in principio impositionis statim illud extensum fuerit ad omnia hæc tria verba significanda. Quod significat *August. 15. de Trinit. c. 11. Verbum, quod foris sonat, signum est verbi, quod intus lucet, cui magis verbi competit nomen. Nam illud quod profertur carnis ore, vox verbi est, verbumq́, & ipsum dicitur propter illud, à quo vt foris appareret, assumptum est.* Quibus colligitur, hoc nomen, *Verbum*, principaliùs à principio significasse verbum internum.

Contradict. Durãd

Propria verbi notio.

14. *Conueniũt.*

Differunt. 1.

2.

3.

4.

15. *Verbũ Vocalis notius.*

Tria Verba primò intenta.

Ex dictis hanc possumus verbi in communi definitionem elicere: *Verbum est signum ad aliquid manifestandum à dicente expressum.* Quâ *signum*, importat respectum, alterum ad rem significatam, alterum ad eum, cui res significata manifestatur: omne quippè signum ad aliquid alicui manifestandum ordinatur: quâ *à dicente expressum*, importat respectũ producti ad producens. Quare *verbum* his tribus respectibus essentialiter constituitur, signi ad significatum, ad percipientem significatum, & producti ad producens. Primi duo respectus non necessariò sũt reales, vt patet tum in verbo vocali creato, tum in mentali increato, in quibus vterque respectus ad rem significatam, & ad eum, cui res significata manifestatur, sunt rationes: in increato propter summam identitatem ipsius cum ré significatâ, & cum eo, cui res significata manifestatur: in vocali autem creato defectu intrinsecæ ordinationis tam ad rem significatam, quàm ad eum, cui res significata manifestatur. Tertius verò respectus in omni verbo est realis, vtpotè fundatus in passiuâ origine producti ad producens. Quamuis in verbo mentali creato omnes illi tres respectus sint reales, vtpotè omnes fundati in causalitate reali. Ex quo colligitur, verbum vt sic quidditatiuè constitui tribus hisce respectibus, sed vno duntaxat reali dicti à dicente, reliquis verò duobus abstrahentibus à reali & rationis: tum quia hic tantùm reperitur realis in omni verbo: tum quia absque isto respectu reali non saluatur ratio manifestatiui, quæ essentialiter constituit rationem Verbi vt sic, *vt infrà* constabit. His de natura Verbi præmissis.

16. *Verbũ definitur.*

Eius respec. Eius rect.

Hæc de natura Verbi.

DICO 1. Verbum nõ nisi personaliter de Deo propriè dicitur, idque tantùm de Filio. Constat auth. Scripturæ, *quæ*, teste *S. Tho. qu. 4. de vent. art. 3. aut vix, aut nunquam verbum, vel imaginem ponit nisi pro Filio.* Quod signum est, de solo propriè dici: nam quod de vnâ personâ dicitur appropriatè, interdum etiam prædicatur de reliquis: vt *sapientia* non solùm prædicatur de Filio, cui tantùm appropriatur, sed etiam de Patre & Spiritu S. Et *potentia* non solùm dicitur de Patre, cui soli conuenit per appropriationem, sed etiam de Filio & Spiritu S. Similiter & *charitas*, quæ appropriatur Spiritui S. sæpè etiã prædicatur de Patre & Filio, quod notauit *August. 15. de Trinit. cap. 7.* Sola autem illa, quæ sunt propria vnius cuiusque personæ, nunquam solent de omnibus prædicari. Igitur si Verbum nunquam de Patre & Spiritu S. sed de solo Filio Scriptura prædicat, signum est, illud esse personale solius Filij proprium. Quod semper vsurpet, colligitur 1. ex *Ioan. 1.* vbi in eâdem significatione vsurpat *verbum* & *vnigenitum*, illudque soli Filio tribuit, vt distinctæ personæ à cæteris: *Et Verbum*, inquit, *caro factum est, & vidimus*

17. *Verbum personale tantum.*

Digitized by Google

vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre. est autem *vnigenitus* Patris homo factus vt persona distincta à cæteris. 2. primæ Ioan. 5. *Tres sunt*, inquit Apost. *qui testimonium dant in cælo, Pater, Verbum, & S.S.* Quæ tria nomina designant Trinitatem personarum, vt inuicem distinctas, & respondere videntur tribus illis nominibus, quibus eadem personarũ distinctio designatur, *Matt. vlt. In nomine Patris, & Filii, & S.S.* 3. Apocalyp. 19. vt proprium Filii nomẽ assignatur *Verbum: Habens*, inquit, *nomen scriptum, quod nemo nouit nisi ipse: & vestitus erat veste aspersa sanguine, & vocatur nomen eius Verbum Dei.* At instat *Duran.*

18. *Instat Durand.*

idem Filius Dei ibidem vocatur *fidelis & verax*, quæ nomina nõ sunt propria, sed appropriata: ergo idem censendum de nomine *Verbi.* Sed contrà: ex peculiari modo, quo hoc nomen præ cæteris Filio Dei assignatur, colligitur, hoc esse proprium, cætera appropriata. Nam dum de appropriatis loquitur: *Et vocabatur*, inquit, *fidelis & verax*, quasi per sensibiles effectus, ita vocabatur ab hominibus. Dum verò loquitur de nomine *Verbi: habens*, ait, *nomen scriptum, quod nemo nouit nisi ipse; & vocatur nomen eius Verbum Dei.* Etenim sicut illud est proprium nomen vniuscuiusque, quod ab initio suæ natiuitatis mediâ parentum institutione accepit: ita proprium nomen Filii Dei est illud, quod ab origine suæ natiuitatis mediâ æterni Patris dictione, indelebili charactere accepit. Et hoc nomen solus Filius Dei nouit, tum ad distinctionem aliorum nominum, quæ eidem Filio Dei ab hominibus imposita sunt: nam alia etiã homines ipsi nouerunt, quippe quæ desumpta sunt ab effectibus ipsis hominibus notis; hoc verò, cùm significet propriã Filii hypostasim, solus Filius nouit, sicut solus ipse suam hypostasim nouit. Tum ad distinctionem reliquarum personarum Diuinarum inter quas solus Filius vi suæ formalis originis nascendo propriũ nomen cognoscit. Quia solus Filius vi originis procedit vt *Verbum* subsistens, ac proinde vt se ipsum, suamque hypostasim formaliter cognoscens. Demum, cùm non quo nomine aliquem cæteri vocent, sed quodnam sit ipsius nomen, quæritur, non commune, sed proprium assignari solet. Priora nomina de Filio Dei assignantur, vt ea, quibus illum homines vocabant. Posterius vt proprium ipsius à cæteris communibus distinctum assignatur.

contra.

19. *Subscribunt Ignatius Clemens.*

Eidem veritati ferè omnes subscribunt Patres tã Græci, quàm Latini, Ignatius *epist. ad Magnes.* *Per Iesum Christum Filium suum, qui est Verbum ipsius, non pronunciatum, sed substantiale.* Clemens Rom. *epist. 1. ad Iacob. col. 7.* fine: *Deus ergo Pater secreti Sacramenti vocabulum est, cuius vere Filius est Verbum.* Alexander *epist. 2. ante. 1. Conc. Nicæn. colu. 6.* æternum parentem, *Patrem Verbi* appellat. Porrò Pater relatiuè dicitur ad eum, cuius est pater. Ex professo Cyrillus *l. 7. thesau. con. Euno.* probat, Filiũ Dei veré & propriè secundùm vocabuli proprietatem dici *Verbum Dei*; propterea quę fuisse hoc nomen à Ioanne in principio sui Euan. vsurpatum, vt maximè propriũ & expressiuum proprietatis Filii Dei. Quâ de causâ negat, posse Patrem Verbum appellari. *Verum igitur* concludit ca. 1. *Patris Verbum Filius est, neque est aliud verum Patris Verbum, quàm Filius.* Et in fine cap. 2. *Qui*, sc. Ioannes, *appellationem hanc*, nempè Verbi *tanquam maxime propriam Filio Dei posuit.* Et c. 4 occurrens obiect. *Euno.* contendentis vocabulo Verbi non propriè Filium Dei significari: *Quid prohibebit Verbum etiam proprie Filium Dei appellari, & hoc vocabulo maxime ipsum esse Filii, prout homines percipere possunt significarit quamuis multa quoque alia verba sint abusiue, & ad imitationem veri Verbi appellata.* Damas. *l. 1. Fidei ca 6.*

Alexander

Cyrillus.

Verbum appellat *genitum* & *Filium*, & à Patre secundum subsistentiam discretum; & *in epist. de Trisagio pag. 2.* docet, Filium & Verbum *vnius hypostaseos esse ostensiua.* Quinta Synod. gener. *in confes. Fidei, to. 2. Concil. in fragm.* solum Filium fatetur Verbum Dei; *Non alium Deum Verbum esse, qui miracula operatus est, & alium Christum, qui passus est, cognoscimus: sed vnum eundemque Dominum nostrum Iesum Christum Dei verbum incarnatum, & hominem factum.* Quam doctrinam *ibi.* sæpè repetit. Inter Patres Latinos *August. lib. 5. de Trinit. cap. 13. Dicitur relatiue Filius, relatiue dicitur & Verbum & Imago, & in omnibus his vocabulis ad Patrem refertur.* Et lib. 6. cap. 2. *Verbum quidem solus Filius accipitur, non simul Pater & Filius, tanquam ambo vnum Verbum.* Et infrà *eod. cap. Sicut Verbum de Verbo dici non potest, quia non simul ambo Verbum, sed solus Filius.* Atsi Verbum in Deo esset essentiale, dici posset Verbum de Verbo, sicut dicitur sapientia de sapientiâ, potentia de potentiâ, magnitudo de magnitudine, vt *August. alibi.* Et lib. 7. c. 2. *Sicut Filius ad Patrem refertur, non ad se ipsum dicitur: ita & Verbum ad eum, cuius Verbum est, refertur. Eo quippe Filius, quo Verbum: & eo Verbum, quo Filius.* Et vt omnem omnino dubitationem excludat non appropriatè, sed proprie Verbi nomen se Filio tribuere, comparat illud cum nomine *sapientia*, quod tantum appropriatè de Filio dicitur, subdiq́ue: *Non eo Verbum, quo Sapientia quia Verbum non ad se dicitur, sed tantum relatiue ad eum cuius Verbum est. sicut Filius ad Patrem. Sapientia vero eo quo essentia, & ideo quia vna essentia, vna sapientia: Quoniam vero, & Verbum sapientia est, sed non eo verbum, quo sapientia. Verbum enim relatiue, sapientia vero essentialiter intelligitur.* Eandem doctrinam sæpè repetit *alibi.* Solus Basilius *lib. 5. contra Euno. cap. 11. Verbi* nomen ad Spiritum S. extendit: *Et Dei quidem Verbum*, inquit, *Filius est, Filii autem Verbum Spiritus S.* Sed *S. Tho.* explicat *p. p q. 34. art. 2.* vel de figuratâ locutione, quòd sicut Filius dicitur Verbum, quia, vt *August.* testatur *lib. de Fide cap. 3.* à Patre procedit, vt manifestatiuus ipsius, & secretorum eius: ita Spiritus S. dicitur Verbum Filii, quia à Filio procedit, vt manifestatiuus ipsius, & secretorum eius, iuxta illud *Ioan. 16 Ille me glorificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis.* Vel, vt idem *S. Tho.* explicat *opusc. 1. cap. 12. & qu 4. de verit. ar.* Dicitur Spiritus Verbum Filii effectiuè, quatenus Sanctis & Prophetis inspirat ut de Filio Dei loquantur.

20. *Augustin omnium eo- piosissime.*

21. *Basilius explic.*

Confirmat ratio: sola persona Filii participat propriam naturam Verbi: igitur sola persona Filij est propriè Verbum. nam ei competit propriè nomen, cui competit notio nominis. Antec. prob. de ratione Verbi est esse signum ad manifestandum aliquid expressum. Quod eleganter docuit *August. lib. de Fide*, his verbis: *Verbum autem Patris ideo*, inquit, *dictum est, quia per ipsum innotescit Pater. Sicut ergo verbis nostris id agimus, vt noster animus innotescat audienti, & quidquid secretum in corde gerimus per signa huiusmodi ad alterius cognitionem profertur: sic illa sapientia, quam Deus Pater genuit, quoniam per ipsam innotescit signu secretissimus Pater, Verbum eius conuenienter nominatur.* At sola persona Filii in Diuinis est signum ad manifestandum Patrem, & omnia, quæ in intellectu Patris sunt, expressum: nam sola vi suæ originis procedit vt terminus locutionis paternæ: ergo sola per actum intellectus, cuius solius est loqui, & loquendo propria sensa exprimere ac significare: ergo sola vi suæ originis procedit vt substantiale signum ad manifestandum Patrem, & omnia, quæ in Patre sunt, expressum. Nam omnis locutio essentialiter tendit ad manifestandum loquentem; cùm nil aliud sit locutio,

22. *Ratio assert.*

Digitized by Google

quàm loquentis manifestatio. Hinc constat à priori, cur Spiritus S. non sit Verbum; sc. quia procedit per voluntatem, cuius non est loqui & significare; nam id eius tantùm potentiæ est, cuius est exprimere & manifestare: solius autem intellectus est exprimere & manifestare per obiecti repræsentationem; voluntatis autem tantùm est, in obiectum tendere & inclinare. Et licet etiam Spiritui S. communicetur intellectio; quia tamen illi non communicatur formaliter vi propriæ originis, sed concomitanter ratione essentialis inclusionis, non dicitur Verbum; quia Verbum est quod vi propriæ originis procedit ut immediatus terminus locutionis.

23. *Dices.* Dices. Ad rationem Verbi sufficit, vt sit manifestatiuum loquentis, absq; reali processione ipsius à loquente, per solam distinctionem ac processionem rationis. *Cont. 1.* Confir. 1. non quidquid est de essentiâ verbi creati, est de essentiâ Verbi increati: nam de essentiâ creati non solùm est realiter procedere à dicente, ut terminum locutionis, sed etiam vt actum intelligendi eiusdem: at hoc non est de essentiâ Verbi increati; ergo neque illud. 2. Species intelligibilis, actus intelligendi, & verbum in nobis sibi respondent; sed in Deo reperitur species intelligibilis, & actus intelligendi, absque reali distinctione à principio intelligente: ergo & verbum absq; reali processione à principio dicente. Resp. neg. assump.

24. *Resp. ad 1. consi.* Ad 1. confir. nego conseq. etenim ea tantùm sunt extra essentiam verbi, ut sic, quæ imperfectionem inuoluunt, & sine quibus consistere potest quidditas verbi, Realiter autem procedere per modum actus intelligendi à principio intelligente, imperfectionē inuoluit, & sine quo consistere potest quidditas Verbi. nā de ratione verbi non est esse actum informātem, sed prolatiuum ut verbum vocale. Contrà verò realiter procedere per modū termini locutionis nullam dicit imperfectionem, & sine eo constare non potest quidditas Verbi; quia de facto talis productio reperitur in Deo, in quo nihil imperfectum esse potest: Quidditas vero Verbi consistit in signo manifestatiuo loquentis: quod absque reali processione termini locutionis à loquente saluari nō potest; Nam potest Verbum esse manifestatiuum loquentis & secretorum ipsius, vno modo per transitum de habitu in actum, quo pacto transit verbum mentale creatum de specie intelligibili habituali in expressam actualem, per quod verbū loquimur nobis ipsi, dum per illud nobis ipsi manifestamus, quæ in specie intelligibili & memoriâ latebant: Alio modo per communicationem eiusdem notitiæ actualis loquentis audienti: quo pacto nos loquimur alteri, communicando illi nostrā notitiā actualem, quam de rebus habemus, medio verbo vocali. Cùm igitur nequeat Verbū Diuinū esse manifestatiuum loquentis, & secretorum ipsius. 1. modo, cùm illud non transeat de habitu in actū, aut de specie intelligibili & habituali in expressam & actualem, sed si ipse actus 2. essentialiter, ita vt ne concipi quidem possit transire de habitu in actum, necessariò erit manifestatiuum 2. modo per communicationem eiusdem notitiæ actualis loquentis audienti. Hæc autem communicatio essentialiter requirit personalem distinctionem loquentis & audientis; cùm nequeat idem suam sibi actualem notitiam realiter communicare: igitur quidditas Verbi postulat, vt realiter procedat, ut terminus locutionis ab ipso principio loquente: etsi ipsius quidditas non sit, vt realiter procedat, vt actus intelligendi à principio intelligente: quia hoc saluari potest per solam identitatem actus cum principio intelligente; non potest autem per solam identitatem locutionis cum principio loquente saluari realis locutio; quia hæc non importat solam perceptionem obiecti, sed etiā manifestationem loquentis, quæ in Deo necessario importat distinctionē personalē. Hinc constat, Verbum increatum in hoc magis assimilari verbo creato vocali, quàm mentali: siquidē vocale non transit de habitu in actū, sicut mentale, sed de actu in actū per cōmunicationē eiusdē notitiæ actualis loquentis audienti. Ad 2. confir. concedo, hæc in nobis sibi respond. nā in nobis actus intelligendi, cùm transeat de specie habituali in actualem, habet verā & propriā rationem verbi manifestatiui eorū, quæ in specie intelligibili latebant. In Diuinis autē, cum actus intelligendi nō transeat ex specie habituali in actualem, nō potest habere veram & propriam rationē verbi, cuius essentia postulat, vt sit manifestatiuū loquentis. Instabis. Ad rationem verbi sufficit, vt sit tantū manifestatiuū ad extra; nā per talē aptitudinem saluari potest quidditas Verbi increati. Confir. vt *seq. disp.* saluatur quidditas doni increati per solam aptitudinem communicabilitatis ad extra: igitur per solā aptitudinem manifestationis ad extra, saluabitur quidditas Verbi increati. Nego antec. Ad confir. neg. conseq. quia donū essentialiter consistit in liberali & gratuitâ communicatione donatoris: verbū in perfectâ manifestatione loquentis nequit autem saluari liberalis & gratuita communicatio ad intra, cū omnis communicatio ad intra sit summè necessaria. Contrà verò nequit saluari perfecta manifestatio loquentis ad extra, quia hæc consistit in perfectâ communicatione notitiæ actualis loquentis audienti: nulla autem creatura capax est totalis communicationis notitiæ actualis Dei loquentis, cùm nulla creatura capax sit comprehensionis Dei; igitur nequit saluari perfecta ratio Verbi increati per solā manifestationē ad extra: contrà verò, nequit saluari perfecta ratio doni increati per solam communicationem ad intra.

26. *Ad 2. consi.* *Instā.* *Confir.* *Resp. ad conf.*

25. Dico 2. Relatio Verbi est eadem cū relatione Filij, solâ ratione inadæquatâ diuersa. Est *Damasc. cit.* Vnius. n. eiusdemq; hypostaseos ostensiua sunt Filius & Verbum. Est etiā Aug. *nam eo Filius, quo Verbum & eo Verbum quo Filius.* Non igitur aliâ relatione est Filius, aliâ Verbū, sed vnâ eademq; adæquatè sumpta & Filius est & Verbū; licet vna magis exprimat, quod nō exprimit altera: nā relatio filiationis magis exprimit identitatem naturæ, & ordinem ad genitorem; relatio autem Verbi similitudinem intentionalem, & respectum ad dicentem. Vtraq; tamen relatio constituit essentialiter Filiū. Nā cùm Filius debeat vi suæ processionis procedere adæquatè similis principio producenti, & principiū producens in Diuinis nō solum constituatur ex naturâ, sed etiā ex obiecto proximo determinante principium productiuū ad producendū, debet Filius, vi suæ processionis, vtramq; similitudinem & naturalem, & intentionalem accipere; ac proinde per vtramq; relationem, & quâ respicit principiū cōmunicatium naturæ, & quâ respicit principiū cōmunicatium similitudinis intentionalis obiecti, cōstituitur in esse Filij. Rursus, quia Verbū Diu. procedit vt subsistēs in eadem naturâ cū principio dicente, procedit essentialiter vt Filius: quia nō solū procedit vt simile intentionaliter obiecto intelligibili, quod habet vt Verbū, sed etiā vt simile in naturâ principio producenti. quod habet vt Diuinū, atq; adeò vt adæquatè simile principio intelligenti, quod est de ratione Filii vt sic. Vnde si nō esset Verbum, nō esset Filius, quia nō haberet similitudinem intelligibilem: atq; adeo nō esset adæquate simile principio producenti. Neq; si Filius non esset, Verbum Diuinum esse posset

28. *Concl. 2.* *Vtraque illatio constituit illum.*

Dupliciter verbum potest esse manifestatiuum loquentis.

Verbi Diuini à vocali discrimen.

Digitized by Google

posset, quia hoc essentialiter postulat consubstantialitatem cum principio dicente: & consequenter cum similitudine intensionali essentialiter postulat similitudinem in naturâ: quę duplex similitudo constituit Filium intellectualem. Hinc patet, correlatiuum Verbi increati, quà Verbum est, esse Patrem, quà pater est; ita Aug. *cit* vbi *Relatiuè dicitur Filius, relatiuè dicitur & Verbum, & imago, & in omnibus hu vocalibus ad Patrem refertur.*

29. Dico, Verbum Diuinum non connotatiuè, &
Concluſ. 3. in obliquo, sed formaliter & in recto importat relationem ad dicentem. *S. Tho. 1. p. qu. 34. art. 1. 3. Augustin.* illis verbis: *Eò Filius, quo Verbum; & eò Verbum quò Filius.* At Filius non connotatiuè, & in obliquo, sed formaliter & in recto importat relationem Filij ad Patrem: ergo & Verbum ad dicentem. Ratio: Verbum increatũ importat relationem integrantem & complentem relationem Filij intellectualis. At Filius formaliter & in recto importat relationem ad genitorem: ergo & Verbũ ad dicẽtem.

30. Dico 4. Verbum non tantùm de materiali,
Verbum 4. & in obliquo, sed de formali & in recto importat expressionem obiecti. *S. Tho. q. 4. de verit. art. 5.* & colligitur ex *Aug. 7 de Trinit. c. 2*, vbi docet, in conceptu Verbi includi sapientiam, nec aliud esse Verbum, quàm natã sapientiam. Sapientia autem non de materiali, & in obliquo, sed de formali & in recto importat expressionem obiecti. Fundam. Verbum est intellectualis imago omnium obiectorum, ex quorum vel habituali notitiâ, vt in nobis, vel ex actuali, vt in Deo procedit. At intellectualis imago non materialiter & in obliquo, sed formaliter & in recto expressionẽ obiecti, cuius est imago, importat: ergo. Maior est *Aug. cit.* & prob. Verbum est quędã intellectualis manifestatio: omnis hęc fit per expressionem obiecti, cuius est manifestatio; cùm nequeat intellectus aliter seipsũ manifestare, quam per vitalem expressionem sui.

31. Dubitari potest, quid principaliùs ex his duo-
Dubium. Ratio dub. bus importet Verbum, relationemne ad dicentem, an expressionem obiecti? nam expressio obiecti est quid absolutum; Verbum autem principaliùs significare videtur respectum ad dicẽtem. Hoc tamen
Resp. non obstante, dico cum *S. Tho. cit. & Ferr. 4. con. Gen. c. 13. §. ad 2. dub.* Verbum principaliùs importare expressionem obiecti. Ratio: sicut verbum vocale ex hominum placito; ita mentale creatum ex naturâ suâ principaliter ordinatur ad significandam manifestationem loquentis; minùs verò principaliter relationem ipsius ad dicentem: ita & Verbum increatum, ad quod per analogiam ad creatum translatũ est hoc nomen *Verbum*, principaliùs institutum videtur ad denotandam manifestationem Patris loquentis, minùs verò principaliter relationem ipsius ad dicentem. Cæterum expressio obiecti, quæ in Verbo increato principaliter importatur, non est expressio obiecti creati, sed increati; creati verò expressio nonnisi secundariè & materialiter: etenim sicut æternus Pater æterno suo Verbo primario intendit manifestare seipsũ, & omnia, quæ ipsum essentialiter cõstituunt; secundariò verò & consequenter creaturas, vt terminos extrinsecos suæ potentiæ: ita expressio obiecti, quæ principaliter importatur in Verbo increato, & non est expressio obiecti creati, sed increati. 32 Dices. Verbũ importat
Dices. Confirm. 1. proprietatẽ personalẽ; sed hęc principaliter dicit respectiuũ, nõ absolutũ: ergo cõfir. 1. Verbũ importat respectũ formaliter cõplentẽ relationẽ Filij intellectualis sed relatio Filij intellectualis principaliùs importat respectũ ad dicentem. 2. Eo modo Verbũ includit respectũ ad dicentẽ, quo Filius ad
2. generantem: sed Filius principaliùs importat relationem ad generantem, minùs principaliter naturam: ergo & Verbum principaliùs importabit relationem ad dicentem, minùs principaliter expressionem obiecti. 3. Verbum est nomen personæ: sed
3. persona principaliùs in Diuinis significat relationem, minùs principaliter naturam; quia illam formaliter, hanc materialiter importat. Cõcedo, Verbum importare proprietatem personalem, sed non
Resp. 31. æq; primò, ac proprietatẽ absolutam. Eodem modo
Ad 1. confir. rẽf. ad 1. confir. Verbum importat quidẽ respectum cõplentem filiationem intellectualẽ, non tamen æq; principaliter, ac ipsam repræsentationem obiecti. Ad 2. neg maior; nam aliquid explicitè dicit Verbum, quod explicitè non dicit Filius. Verbum enim explicitè dicit manifestationem obiecti, quam explicitè non dicit Filius. Et quia ista nomina ex humanis translata sunt ad Diuina: sicut in humanis Verbum principaliùs importat manifestationem obiecti; nam ad hanc est principaliùs impositum, ita translatum ad Diuina principaliùs significabit eandem obiecti manifestationem. Ad 3.
Ad 3. conced. minor de personâ significatâ sub explicito nomine personæ; neganda, de significatâ sub explicito nomine Verbi manifestatiui loquentis.

34. Dico 5. Solus Pater soli Filio in diuinis pro-
Concln. 5. priè loquitur. Est contra *Ruiz. disp. 60. sect. 6.* opinantem, omnes personas in Diuinis loqui tum sibi ipsis, tum inter se mutuò. Fundam. Propriè loqui est seipsum manifestare; alteri vel sibi: at solus Pater soli Filio seipsum propriè manifestat: *Solus Pater seipsum prie manifestat.* Seipsum manifestare, est notitiam sui alteri communicare, quâ fiat alteri notus: solus Pater sui notitiam communicat, quâ fiat talteri notus; Spiritus S. nullam; cum nulla possit esse communicatio in Diuinis, nisi per realem productionem: & sicut nihil Filius communicat Patri ita seipsum illi manifestare non potest: licet autem Spiritui S. simul cum 35. *Filius nõ loquitur Spiritui S.* voluntate communicet vnà cum Patre notitiam & sui & Patris; quia tamen eam notitiam Pater & Filius non cõmunicat per actum intellectus, sed voluntatis, non dicuntur Pater & Filius ad Spiritum S. propriè loqui; quia locutio formaliter est actus intellectus. quo loquens seipsũ manifestat audienti Pater autẽ si cui alteri propriè loqueretur, vel 36. *Pater soli Filio.* loqueretur Spiritui S. vel sibi ipsi: (loquimur enim de locutione ad intra) at constat Patrem ad Spiritum S. propriè non loqui, cùm illi sui notitiã non communicet per actum intellectus; cuius tantùm est loqui. Quòd neque ad seipsum loquatur, patet: 37. *non sibi.* quia Pater non producit Verbum, vt in eo seipsum cognoscat, & quasi seipsum sibi manifestet sed potius vt se ipsum manifestet alteri, nempè Filio. Igitur solus Pater soli Filio propriè loquitur, cõmunicando illi perfectam notitiam sui. Est etenim locutio ipsa notionalis intellectio Patris, vt actu seipsum cõmunicans & manifestans Filio: est verò auditio ipsa passiua intellectio notionalis Filij, aut actu cõmunicata Filio, iuxta illud *Ioan. 15. Omnia quæ audiui, à Patre meo noia, feci vobis*, Persona verò loquens est ipse Pater, sicut audiens est ipse Filius.

Ex his constat 1. non modo realiter distingui 38. *Locutio ab auditione distinct.* personam loquentem ab audiente, sed ipsam locutionem ab auditione. Nam locutio est ipsa notitia Patris, terminata relatione dicentis: auditio verò est eadem notitia cõmunicata Filio, terminata relationẽ Verbi dicti. Constat 2. Patrẽ proferre Verbum, vt manifestatiuũ non sibi, sed Filio: quia non profert illud ex notitiâ habituali, vt in eo actu ipse cognoscat, quod tantũ habitu sciebat, sed ex notitiâ actuali, vt in eo Filius cognoscat quidquid Pater

Digitized by Google

ipse cognoscebat, quidquid in oppositum docent *Vasquez disp. 144 c. 6.*

40. *Dicere.* DICERE. Pater non solùm dicit Verbum, sed seipsum, Spiritum Sanctum & totam Trinitatem; *S. Thom. 1. part. qu. 34. artic. 1. ad 3.* & cum eo ferè omnes Theologi; ergo non solùm loquitur ad Filium, sed etiam ad seipsum, ad Spiritum sanctum & ad totam Trinitatem. nam loqui & dicere sunt idem. *Resp.* Resp. neg. consequent. quia *dicere* præter respectum ad verbum productum, importat explicitè respectum ad res verbo dictas: *loqui* verò præter respectum ad verbum productum, importat explicitè respectum manifestantis ad eum, cui fit manifestatio. Vnde Pater producendo Verbum non solùm dicit se ipsum & totam Trinitatem, sed etiam creaturas omnes possibiles, ad quas tamen non loquitur, quia ijs non se manifestat, cum nihil sint. 41. *Confirm.* Confirm. ita se habet *dicere* & *loqui* Diuinum ad intra, sicut *dicere* & *loqui* Diuinum ad extra: sed *dicere* Diuinum ad extra præter productionem rerum, terminatur ad res ipsas externo verbo dictas: contra verò *loqui* Diuinum ad extra præter productionem verbi externi, terminatur ad eos, quibus per locutionem se ipsum manifestat. Minor constat *Psalm. 148. Ipse dixit, & facta sum*: & Hebræ. 1. *Multifariam multisque modis olim Deus loquens Patribus* &c. Vbi vides, *dicere* terminari ad res dictas *Loqui* verò ad personas, ad quas dirigitur locutio. Propter hoc ergo discrimen potest Pater producendo Verbum se ipsum & reliquas personas, imò & creaturas omnes *dicere*, non potest autem *loqui* ad personas omnes; quia *dicere* importat respectum præsentantis, quem verbum prolatum habet ad obiecta repræsentantia; qui respectus, cum sit tantùm cognoscentis ad cognitum, potest esse in ordine ad omnia cognita. *Loqui* verò cum præter respectum ad verbum prolatum, importet respectum manifestantis ad eum, cui fit manifestatio, & non quæuis persona Diuina cuilibet personæ se ipsum manifestet; cum hoc requirat communicationem notitiæ personæ loquentis audienti, non quæuis persona cuilibet personæ loqui potest, sed tantùm illa, quæ sè per actualem notitiam communicat; & illi soli, cui actualis notitia vi propriæ originis communicatur: hæc autem est solus Pater, & solus Filius.

42. *Intelligere.* Pro maiore explicatione distingui hæc quatuor in Diuinis: *Intelligere*, *Dicere*, *Loqui*, *Producere*. *Intelligere*, importat solùm respectum intelligentis ad intellectum, qui in Diuinis est tantùm rationis: nam in Diuinis intelligens, ratio intelligendi, & intellectum sunt idem: vnde competit omnibus personis respectu quorumcunque obiectorum. 43. *Producere.* *Producere* importat solùm respectum producentis ad productum, qui realis est, & non competit, nisi certæ personæ in ordine ad certum terminum ab ipso producente distinctum. 44. *Dicere.* *Dicere* cùm ipso respectu reali ad verbum productum, importat respectum rationis ad obiecta verbo dicta & significata. Vnde etsi soli Patri propriè competat, quia solus patet dicit Verbum, eoque mediante se ipsum, & res omnes Verbo significatas & expressas; propter huiusmodi tamen respectum ad obiecta Verbo significata, tribui potest cuilibet personæ: quia sicut quælibet persona ratione cognitionis essentialis dicit respectum rationis ad obiecta verbo repræsentata; ita quælibet persona in aliquo sensu verbo se ipsam dicit, & omnia verbo expressa. Vnde & Pater seipsum & omnia verbo dicit: & Filius se ipso, vt Verbo se ipsum & omnia dicit: & Spiritus sanctus pariter se ipsum Verbo, & reliqua omnia dicit. Est tamen discrimen inter *intelligere* & *dicere* sumptum essentialiter, vt notat *Ruiz. disput. 59. sect. 4. num. 8. & disp. 60. sect. 6. num. 8.* quòd *intelligere* vi nominis solùm importat respectum intelligentis ad intellectum, nullo connotato termino notionali: *Dicere* verò cum respectu ad obiecta dicta connotat verbum terminatum relatione producti, abstrahendo, an illud sit productum à persona, quæ eo mediante intelligit, an ab aliquâ aliâ. 45. *Loqui d. sum.* *Loqui* verò in suâ explicitâ ratione importat respectum, tùm ad verbum à loquente prolatum, tum ad personam, adquam locutio dirigitur. Qui respectus, licet sit vnus & idem, habet tamen duas rationes inadæquatas, alteram quâ terminatur ad verbum productum; alteram, quâ terminatur ad personam, cui mediante Verbo manifestatur notitia Patris loquentis. Vnde sicut terminus productus includit duas rationes inadæquatas, alteram verbi manifestantis loquentem, alteram personæ percipientis manifestationem tali verbo factam: ita & respectus ipse. Vnde ratione neutrius respectus potest *loqui* competere, nisi soli Patri, respectu solius Filij. quia sicut solus Pater mediante Verbo à se producto cõmunicat notitiam sui Filio: ita solus Pater soli Filio se manifestat; adeoq; ad solum Filium propriè loquitur. *Nota*

Deducitur 1. verbum, *Dici*, ad Diuina translatum sumi posse dupliciter, vno modo propriè, quo pacto sumitur notionaliter, & est proprium Filij: solus quippe Filius dicitur; nam solus producitur actione expressiuâ Verbi, quæ est propriè dictio: sicut enim solus Pater *dicit* Verbum exprimendo; ita solus Filius *dicitur* vt verbum expressum subsistens. 2. modo minùs propriè, quâ ratione sumitur absolutè, & conuenit omnibus personis quælibet enim persona *dicitur*, imò & creaturæ omnes *dicuntur*. *Dici* n. essentialiter sumptum idem est, ac Verbo repræsentari: at omnes personæ & creaturæ Verbo repræsentantur: igitur omnes personæ & creaturæ *dicuntur* quo sit, vt secunda persona dupliciter *dicitur* vno modo notionaliter, vt verbum locutione prolatum; alio modo vt obiectum cognitione expressum. 2. Filius non solùm est Verbum Patris, vt *Dicentis*, sed etiam vt *Dicti*: quia non solùm *dicitur* à Patre, vt à principio realiter proferente, sed etiam *dicit* ipsum, Patrem, vt obiectum expressum, & seipso manifestatum. 46. *Coroll. 1.* 47. *Coroll. 2.*

Controuertitur an sicut *dicitur* Verbum Patris: dici etiam possit Verbum creaturarum. Negant *Alen. 1. p. qu. 62. me. 1. art. 4 fine Bonauent. in 1. dist. 27. p. 2. art. 1. q. 1. penult. Richar. art. 2. qu. 3 ad 3. Ruiz. disp. 62 sect. 3 fine.* Quorum fundam. est, tum authoritas *Ancelm. in monolog. cap. 32* vbi: *Verbum*, inquit, *quo creaturam dicit, nequaquam similiter est Verbum creaturæ. quia non est eius similitudo, sed principalis essentia.* Tum ratio sicut Spiritus S. inquit, *Bonauent.* non dicitur donum creaturæ; ita nec Filius dicetur Verbum creaturæ; cùm non minùs in processione Spiritus S. includatur respectus ad creaturas, quam in processione Verbi. 48. *Negant.* *Ratio.* Affirmant *S. Tho. 1. p. q. 34 art 3. ad vlt. & q. 4. de veri. art. 5. ad 2. & 4 cont. gen. cap. 13. Ferrar ibid. §. Nec obstat. Aured. in 1. dist. 27. p. 2. art. 3. fine Mayr. q. 4.* vbi concedit Filiũ dici posse Verbum creaturarum terminatiuè, non participatiuè *Torres 1. p. q. 27. a. 1. dis p. 6. qu. 3. propos. 5. Valq. disp. 143. c. 3. n. 12 Suar. l. 9. de Trin. c. 9. in fine* qui dictâ locutionem admittit cum limitatione declarante vt *creaturarum* stet terminatiuè, non participatiuè: & c. 6. eandem locutionem absolutè admittit, absq; vllâ limitatione. Quorũ sententia mihi probabilior est. Moueor 1. ad hanc sententiam assentiendam, quia Verbum dupliciter importat respectum, & talem ad dicentem, & rationis 49. *Affirm.* *Filius est Verbũ creatur terminat. tiuè.*

Digitized by Google

rationis ad dicta: ergo licet Verbum creaturarum dicinon possit secundùm priorem respectum, vt notauit Mayro: dici saltem potest, secundùm posteriorem. 2. haec propositio *Deus est Verbum creaturarum*, non plus importat, quàm haec: *Deus est Scientia creaturarum*. Etenim non alio modo Deus est Verbum creaturarum, quàm exprimendo & repræsentando creaturas: at haec est propria propositio; ergo & illa. Confir. haec est propria locutio, & à Patribus vsurpata, *Filius est Verbum expressiuum, & operatiuum creaturarum, ratio & ars omnium creabilium*: ergo & haec, *Filius est Verbum creaturarum*, nam quod illa dicit explicitè, haec dicit implicitè. Eadè ratione, vt notat *ibid. Ferrar.* Spiritus S. non solùm dicitur amor Patris & Filij, essentiæ, & totius Trinitatis, sed etiam creaturarum: eùm non minùs Spiritus S. sit amor creaturarum, quàm Filius verbum earundem. Ad *Anſel.* respondet *S. Tho. qu. vlt. de verit.* quòd ille tantùm noluerit, Filium dici posse verbum creaturarum eo modo, quo dicitur Verbum Patris, cuius non solùm est Verbum expressiuè, sed etiam originatiuè. Ad rat. dico, magnum esse discrimen inter Spiritum S. vt donum creaturarum, & Filium vt verbum earundem, ille non est donum creaturarum per actualem; sed per aptitudinalem dumtaxat communicationem sui ad creaturas: est autem Filius Verbum creaturarum per actualem repræsentationem earum. Quia verò in his propos. importatur actualis communicatio, actualisque expressio creaturarum, ideò impropriè dicitur Spiritus S. est donum creaturarum: propriè verò dicitur, Filius est Verbum creaturarum: quia actualis communicatio Spiritus ad creaturas, quam haec propositio importat, non includitur in personâ Spiritus quâ donum est: sicut includitur in personâ Filij, quâ Verbum est actualis expressio creaturarum: sola autem aptitudinalis communicatio ad creaturas includitur in persona Spiritus S. quâ donum est. Vnde retorqu. argum. Nam sicut propria est haec locutio, *Spiritus S. est donabilis creaturis*: ita & haec, *Filius est Verbum creaturarum*: nam ita se habet donabilitas in Spiritu S. sicut expressio creaturarum in Verbo. Deducitur 3. quo pacto de solo Filio dicatur *Ioan. 1. Per ipsum facta sunt omnia*, quia cùm solus Filius sit Verbum Patris, & in agente intellectuali verbum sit principium operis, quia est exemplar, quo artifex determinatur ad opus producendum, rectè per Verbum dicitur Deus omnia fecisse. Quod eleganter expressit *Auguſt. lib. 15. de Trinit. cap. 11. Animaduertenda*, inquit, *est in hoc ænigmate etiam ista Verbi Dei similitudo, quod sicut de illo Verbo dictum est*. Omnia per ipsum facta sunt, *est Deus per vnigenitum Verbum suum prædicatur vniuersa feciſſe: ita hominis opera nulla sunt, quæ non prius dicuntur in corde. Vnde scriptum est Eccleſiaſt. 37.* Initium omnis operis Verbum. Et paulò pòst: *Et est haec in ipsâ similitudine Verbi nostri similitudo Verbi Dei, quia potest esse verbum nostrum, quod non sequatur opus; opus autem esse non potest nisi præcedat Verbum: sic & Verbum Dei potuit esse nulla existente creatura; creatura autem nulla esse potest, nisi per ipsum*, per quod facta sunt omnia. Cæterùm nota, Verbum Diuinũ esse tantùm expressiuum Patris, & totius Trinitatis; creaturarum autem esse expressiuum, & operatiuum, quia non solùm repræsentat illas, sed etiam est principiũ exemplandi & operandi illas. 4. Deum loqui etiam ad extra creaturis intellectualibus, seipsũ illis per cõmunicationem suę notitiæ manifestando: Et 1. quidem beatis per claram visionem suæ notitię: Prophetis per euidentem cõmunicationem suæ locutionis, quæ *euidentia in attestante* dici solet: 3. reliquis viatoribus per obscurã reuelationem suæ cognitionis. In quibus omnibus proportionaliter distinguenda sunt, & locutio in Deo loquente, & auditio in creaturâ auscultante. Est autem locutio Dei actus, Diuini intellectus, quatenus per externum signum ordinatur ad manifestandum seipsum creaturę. Est verò auditio, actus intellectus creati, quo formaliter percipit locutionẽ Dei per externum signũ sibi manifestatã. Dicitur etiam Deus loqui ad creaturas rationis expertes, sed impropriè cùm illæ non sint propriæ auditionis capaces. Ad arg. primę Resp. vtrumq; fund. Falsum esse, vt cõstat tum ex *disp. qua do proceſſ. sect. 4.* tum ex *disp.* hìc. Nec est eadè ratio de amore; hic n. ex vi nominis non importat nisi actum voluntatẽ informantem, respondetq; intellectioni, quæ pariter informationem importat actus cum potentiâ. Ad 1. prob. resp. *S. Tho. 1. p. q. 34. a. ad 3.* Anselmum impropriè eo loco accepisse *Dicere* pro intelligere. Cæterùm *eod. lib. c. 37* docet, verbum relatiuè dici ad eum, cuius est verbum: *Verbum*, inquit, *hoc ipsum quod verbum est, ant imago ad alterum est, quia non nisi alicuius verbum est, aut imago.*

Ad 2. dico, de ratione verbi esse vt sit manifestatiuum & expressiuum per modum mentalis locutionis, quæ in Deo esse nequit, nisi per communicationem actualis notitiæ vnius personę ad alteram: cùm nequeat eadem persona in diuinis sibi ipsa loqui, quia non potest ex scientiâ habituali transire in actualem, ac proinde per eam sibi obiecta manifestare, ac proinde sibi ipsa loqui. Ad 3. nego, in Deo fore proprium *dicere*, præcisâ omni productione ad intra: quia *dicere*, præter respectum ad obiecta dicta, importat respectum ad terminum productum, mediante quo obiecta dicuntur & repræsentantur, quare præcisâ productione in Deo solùm remaneret intelligere, quo se & reliqua à se cognosceret, non autem *dicere*, quo verbum producendo se ipsum, & reliqua in verbo repræsentata cognosceret.

Ad 4. nego anteced. Ad probat. concedo, actum personalem, vt sic, non cadere supra creaturas, nec reflecti posse supra principium, à quo est; cadere tamen potest supra creaturas, & reflecti supra principium, à quo est, ratione actus essentialis, quem essentialiter includit. Quia igitur *dicere*, præter respectum realem producentis ad productum, importat respectum rationis ad res dictas, & repræsentatas medio verbo producto, potest ratione huius cadere supra creaturas, & reflecti suprà principium, cum non minùs principium, quàm creaturæ; & reliqua omnia in verbo dicantur, & exprimantur.

Ad 5. distinguò *dicere*: nam propriè sumptum non nisi personæ verbum producenti competit: vnde soli Patri propriè conuenit, qui medio Verbo à se producto dicit se, & omnia à se: sumptum verò absolutè pro ipso intelligere competit omnibus personis. In quo sensu, neminem *dicere* posse verbo ab alio producto: falsum est de Verbo increato: quia hoc ratione notitiæ absolutæ, quam includit, identificatur cum omnibus personis: Verbum autem creatum non potest vniri, nisi cum eo, à quo producitur; & quia ad intelligendum requiritur, vt intelligens informetur actu intelligendi, nequit vnus intelligere verbo ab alio producto. Ad 6. distingu. maior. Verbum est actus vitalis immanens: terminatus relatione producti ad dicentem, concedo: nullà relatione terminatus, nego. Vnde ad min. concedo, personas Diuinas esse vitaliter immanenter intelligentes: nõ per Verbum essentiale, quod nullum est, sed per actũ intelligẽdi

50. *Anſelmum explicat. S. Thomas.*

51. *Ad rationẽ.*

Retorq. primi arg. 2

52. *Coroll. 3.*

Notã.

53. *Coroll. 4.*

54. *Ad fundam. Durandi.*

55. *Explicatur Anſelm. à S. Thom.*

56. *Ad 2. probã.*

57. *Ad 3.*

58. *Ad 4.*

59. *Ad 5. Dicere relatiuum. Abſolutum.*

60. *Ad 6.*

Digitized by Google

essentialem, communem omnibus personis. Ad 7. concedo maior. quando verbū non supponitur adæquatè productum; vt in Diuinis à Patre, tunc reliquæ personæ intelligentes, verbū non producunt, sed intelligunt tantū verbo à Patre producto. Ad prob. concedo, verbum in nobis poni propter necessitatē intelligendi; in Deo verò tum propter necessitatem loquendi, tum propter fœcunditatē naturæ. Nam sine Verbo, nec esset propria locutio intra Deum, quia hæc in Deo saluari nequit, absque reali distinctione personarum loquentis & audientis; nec fœcunditas naturæ, quæ essentialiter postulat adæquatam cōmunicationem sui, non solùm per actum volendi, sed etiam per actum intelligendi. Ad 8. neg. sequel. nam in eo casu Deus non intelligeret Verbo à se producto, sed actu absoluto intelligendi: quia Verbū in Deo non est necessariū ad intelligendum, sed tantùm ad loquendum, & ad naturæ fœcunditatem. Vnde solùm sequeretur, eo casu Deum non fore loquentem, nec fœcundum intra se. Ad 9. nego conseq. quia distinctio, quæ inter Verbum prolatum & proferentem intercedere debet, in verbo creato saluatur in solâ qualitate absolutâ cum relatione transcendentali ad proferentem, quia eam per solum Verbum creatū sufficienter distinguitur ab ipso proferente. At in Verbo increato talis distinctio saluari nequit in perfectione absolutâ, quæ cōmunis est omnibus personis: igitur saluari debet in respectiuâ, quæ est formalis relatio producti ad producēs. Ad prob. Resp. ex verbo creato deueniri in cognitionem increati, præcisis imperfectionibus, quæ cum creato sunt annexæ; inter quas vna est, vt distinguatur à proferente secundùm perfectionem absolutam. Ad confir. concedo, Verbum increatum non esse expressiuum, & manifestatiuum obiecti formaliter per relationē producti, quam supra notitiam essentialem addit, sed per notitiam absolutā, quam essentialiter includit.

61. Ad 7.

62. Ad 8.

63. Ad 9. Ratio discriminis.

Ad confirm.

SECTIO II.

An Verbum Diuinum importet respectum ad creaturas ratione proprietatis personalis, an ratione notitiæ absolutæ, quam essentialiter includit?

64. Verbum respicit obiecta declarata.

Omnes cōueniunt, præter respectū ad Patrem dicentem, importare etiam respectum ad res, seipso dictas & manifestatas. Fund. Verbū non solùm est terminus à Patre productus, sed etiā actualis manifestatio, & declaratio omniū obiectorum, quæ sunt in mente Patris: ergo non solū vt terminus productus dicit respectū ad Patrem dicentem, sed etiam vt actualis declaratio obiectorū, ad obiecta declarata, & seipsa manifestata. Consentiunt etiam omnes, priorem respectū ad Patrem dicentem esse realem; posteriorē verò rationis, eo quod ille cōstituat Verbū in esse personali, fundaturq; in passiuâ origine producti; hic tantū consequitur ad primum, & fundatur in solâ repræsentatione obiectorū, quæ in Deo realis non est: etsi aliqui cōtendant, hunc respectū Verbi ad res dictas esse transcendentalē sc. sine quo vnum sine alio intelligi non potest, qui interdū est tantùm secundum dici & solus respectus rationis, licet supponat fundamentum reale; vt in præsente materiâ intētionalis expressio & declaratio obiectorum, in quâ proximè fundatur iste respectus rationis, est realis perfectio in verbo: consistit enim in reali cōprehensione omnium obiectorū, quæ à quouis loquente dici, & repræsentari possunt. Hoc autem maximam dicit perfectionem in Deo, sc. infinitam cognitionem declaratiuam rerum. Vltimò conueniunt, Verbum Diuinum principalem respectum manifestantis dicere ad obiectum primarium, minus principalem ad secundarium, etenim principalius Verbum manifestat essentiam Diuinam, & totam Trinitatem, quæ est obiectum primariū, quàm creaturas, quæ sunt secundarium. Vterque tamen respectus est rationis, æque adeò ad vtrumq; se extendit, præsens controuersia, licet de solo obiecto secundario explicitè proponatur.

65. Respectu rationis.

Etiā primarium.

PRIMA sent. affirmat, hunc respectum conuenire Verbo, ratione solius notitiæ absolutæ, in ipso essentialiter inclusæ. *S. Thom. 1. p. qu. 34. art. 3. ad 1. & qu. 4. de verit. art. 5. ad 4. & 4. cont. Gent. c. 13. Scot. quolib. 8. art. 3. & in 2. dist. 1. q. 1. n. Richa. in 1. dist. 27. art. 2. qu. 3. ad 1. Major. qu. 4. Lychet. ibid. quæst. un. Capreo. q. 1. art. 1. concl. 5. & art. 3. ad arg. contra. 5. concl. Cajet. & Ferrar. cit. Molina. 1. p. qu. 27. art. 1. disp. 7. Suarez. lib. 9. de Trinit. cap. 6. fine. Zumel 1. p. cit. qu. 2.* Fundament. Verbum non habet respectum manifestantis, nisi in quantum exprimit obiectum manifestandum: exprimit autem illud ratione cognitionis essentialis, non ratione proprietatis personalis: quia tùm hæc sit pura relatio producti ad producens, non habet vim exprimendi obiecta. 66. 1. Sent.

Fund.

SECVNDA docet, hunc respectum conuenire Verbo ratione solius proprietatis personalis. *Henric. in sum. p. 2. artic. 59. quæst. 5. Aureol. in 1. dist. 27. p. 2. artic. 3. fine.* Prob. si iste respectus conueniret Verbo ratione essentiæ, æque importaretur, per Filium ac per Verbum: essentia enim æque importatur per Filium ac Verbum at per Filium talis respectus non importatur: igitur non conuenit Verbo, ratione essentiæ, sed proprietatis personalis, quâ Verbum est. Minor constat authorit. *Augustin. lib. 83. quæst. qu. 63.* vbi exponens illud. *In principio erat verbum*, docet melius hīc interpretari Verbum, *vt significetur non solum ad Patrem respectus, sed ad alia, qua per Verbum facta sunt, operatiua potentia.* Confir. quod secundū propriam rationem nequid sine alio intelligi, connoua illud. Sed verbū quâ verbum est nequit sine eo, cuius est verbū, intelligi: tum ex *Aug. c. de Trin. cap. 3. Si enim hoc verbum quod nos proferimus, temporale & transitorium, & seipsum ostendit, & illud de quo loquimur: quanto magis Verbum Dei, per quod facta sunt omnia ostendit Patrem sicuti est?* eâdem ratione dicere possumus, quòd ostendat omnia per ipsum dicta & manifestata. Tum ratione: nam verbum, alicuius est verbum: implicat igitur, cognoscere verbum absque eo, cuius est verbum: ergo de ratione Verbi est, connotare omnia per ipsum dicta & manifestata. 67. 2. Sent.

TERTIA docet, huiusmodi respectum ad creaturas conuenire verbo, ratione vtriusque & proprietatis personalis, & notitiæ essentialis. Ita *Vasquez 1. p. disput. 144. cap. 2. Ruiz disput. 62. sect. 2. & 3. Zuniga. disput. dubio. ultim.* Quæ sent probabilior est. 68. 3. Sent.

DICO 1. Verbum Diuinum non dicit respectum ad creaturas se ipso dictas & manifestatas, ratione solius notitiæ essentialis. Fundament. quod conuenit Verbo ratione solius notitiæ essentialis, conuenit omnibus personis: at dicere respectum ad creaturas quatenus dictas & manifestatas, non conuenit omnibus personis: sc. nec æquè bene creaturæ dicerentur Patre & Spiritu Sancto, ac dicuntur Verbo: Igitur dicere respectum ad creaturas, quatenus dictas & manifestatas, conue-

69. Non ratione solius essent.

nit

70. *Nec solius person.* nit soli Verbo. Dico 2. Verbum non dicit respectum ad creaturas, quatenus dictas & manifestatas ratione solius proprietatis personalis. Fundam. dicere respectum ad creaturas, vt dictas & manifestatas, essentialiter includit respectum ad creaturas, vt repræsentatas. Nequit autem Verbum dicere respectum ad creaturas, vt repræsentatas ratione solius proprietatis personalis; quæ est sola relatio producti ad producentem. Nulla n. relatio Diuina, vt sic, est repræsentatiua & expressiua alicuius obiecti; alioqui aliquod obiectum cognosceret vna persona, quod non cognoscerent reliquæ. Maior prob. dicere respectum ad creaturas, vt dictas & manifestatas, est connotare illas, vt ab aliquo alicui locutione manifestandas: hoc autem essentialiter involuit notitiam essentialem expressiuam & declaratiuam obiecti manifestandi: non enim loquens manifestat alteri obiectum, nisi mediâ notitiâ expressiuâ & declaratiuâ ipsius obiecti manifestandi, vt patet cùm volumus aliquam rem alteri locutione manifestare, manifestamus illam medio verbo vocali significatiuo mentalis, quo mediante exprimimus rem ipsam, quam alteri intendimus manifestare. D I C O 3. Verbum respicit creaturas, vt dictas & manifestatas ratione vtriusque perfectionis tam essentialis notitiæ, quam quidditatiuè includit, quàm personalis proprietatis, quâ constituitur in ratione verbi vt sic. Fundam. respicere creaturas, formaliter vt dictas & manifestatas, siue potiùs vt dicendas & manifestandas, non dicit purum respectum repræsentantis ad repræsentatum, siue cognoscentis ad cognitum, alioqui competeret omnibus Personis, cùm omnes personæ ratione notitiæ essentialis cognoscant & repræsentent sibi creaturas & reliqua obiecta: sed dicit peculiarem respectum ad res locutione dicendas & significandas, qui præter notitiam essentialem expressiuam rerum dicendarum, superaddit peculiarem respectum locutionis seu dictionis, quâ res per Verbum locutione seu dictione prolatum, sunt ab aliquo alicui dicendæ ac manifestandæ. Qui respectus, vt patet, non conuenit Verbo, nisi ratione proprietatis personalis, quâ vt terminus locutionis dictionisque paternæ peculiari ratione connotat res, se ipso à Patre sibi ipsi dicendas ac manifestandas.

71. *Sed ratione vtriusque.*

Respectus ad res locutione dicendas.

72. *Confir. 1.* Confir. 1. si Pater non produceret Verbum, sed solùm intelligeret, res ab ipso intellectæ non dicerentur dictæ & manifestatæ, sed tantùm intellectæ & repræsentatæ. Igitur ratio dicti & manifestati addit aliquem respectum supra rationem intellecti & repræsentati: at hic alius esse non potest, quàm respectus prouenions ex personali proprietate Verbi producti: nam eo tantùm sublato tollitur iste respectus, & eo tantùm posito ponitur.

73. *Confir. 2.* 2. Hæc omnia in Diuinis sibi respondent, locutio actiua dicetis, locutio passiua Verbi, & res Verbo dicta ac manifestata. At locutio actiua, præter notitiam essentialem, includit proprietatem notionalem personæ proferentis: locutio passiua, præter eandem notitiam essentialem, includit proprietatem notionalem Verbi prolati: ergo & res ipsæ Verbo dictæ, præter respectum, quem dicunt vt cognitæ & repræsentatæ, prouenientem ab essentiali notitiâ cognoscente & repræsentante, addunt peculiarem rationem dicti & manifestati, prouenientem remotè quidem à dictione & manifestatione actiuâ loquentis, proximè verò à dictione & manifestatione passiuâ Verbi producti.

74. *Dicas.* D I C A S hinc tantùm sequi, hunc respectum conuenire Verbo ex peculiari modo, quo illi ex vi propriæ originis debetur notitia communis manifestatiua rerum, non autem ex vi propriæ personalitatis. Resp. neg. sequel. nam ideò vi propriæ originis debetur Verbo notitia communis manifestatiua rerum, quia vi suæ personalitatis exigit illam, vt complementum dictionis passiuæ, quâ constituitur personalitas Verbi; & peculiarem respectum dicit ad res, se ipso dicendas & manifestandas. *Resp.*

Atque hæc 3. sent. conciliat inter se duas præcedentes. Nam prima intelligitur de respectu expressionis & repræsentationis rerum, qui essentialiter includitur in respectu dictionis & manifestationis earundem. Talem enim respectum repræsentationis & expressionis habet Verbum formaliter ratione notiæ communis, cuius tantum est res exprimere & repræsentare. Secunda intelligitur de peculiari respectu dicentis & manifestantis, quem Verbum addit supra communem rationem expressionis & repræsentationis. Ad fund. secundæ sent. neg. est sequela maioris. Nam aliquid vi nominis explicitè importat Verbum tã ratione naturæ communis, quàm proprietatis personalis, quod formaliter non importat Filius; nam Verbum importat naturam sub explicitâ formalitate sapientiæ: Filius verò eandem importat sub explicitâ formalitate essentiæ. Item Verbum importat personalitatem sub explicitâ ratione dictionis seu locutionis passiuæ: Filius verò eandem proprietatem personalem importat, sub explicitâ ratione generationis passiuæ: & quia respectus ad creaturas, vt Verbo dictas & manifestatas, immediatè fundatur in Sapientiâ essentiali, & dictione seu locutione personali; ideò potior est ratio, cur Verbum, quàm Filius talem respectum dicat. Reliqua verò argumenta confirmant potiùs nostram sententiam. Adnoto; si Verbum vi suæ processionis formalis non procederet ex cognitione creaturarum possibilium, non posset vi suæ proprietatis personalis habere proximũ fundamentum respectus ad creaturas, hoc autem aliud esse nõ potest, quàm proprietas personalis vi suæ originis per se ex cognitione creaturarũ producta: alioqui non esset maior ratio, cur Verbum potiùs, quàm Spiritus S. vi suæ proprietatis personalis talẽ respectum importaret. Nam licet talis respectus formaliter sumptus sit tantùm rationis, fundamentum tamen, à quo proximè oritur, est reale, & intrinseca perfectio Verbi. Si autem ponatur, Verbum nullo modo per se procedere ex cognitione creaturarũ, nulla peculiaris perfectio assignari poterit in Verbo, in quâ talis respectus ad creaturas proximè fundetur. Confir. eiusdem perfectionis personalis esset Verbum, si per impossibile nulla cognitio creaturarum præcederet eius productionem, ac est nunc, cuius productionem de facto præcedit cognitio creaturarum possibilium. At si nulla præcederet cognitio creaturarum, nullũ dicere posset respectum ad creaturas: scilicet nullum esset in Verbo fundamentum ad talem respectum fundandum, ergo nec de facto talem respectum dicit nunc. Maior prob. perinde se habet nunc illa cognitio creaturarum, respectu productionis Verbi, ac si re ipsa non esset, cùm nihil per se influat in productionem Verbi. Ea n. solùm variant productionem alicuius termini, quæ per se ad talem productionem concurrunt; non quæ tantùm per accidens & concomitanter concurrunt; nam hæc eodem modo se habent ad illam, ac si re ipsa non essent. Vnde implicat in adiecto dicere, aliquid per accidens & concomitanter se habere ad productionem alicuius termini, & tamen substantialiter variari talem productionem, variato eo, quod tantùm per accidens, & concomitanter se habet. Hinc constat, non bene philoso-

75. *Concil. sent.*

76. *Ad fund. 2. Sent.*

77. *Coharens Theologiæ*

78. *Confirm.*

Concomitans non variat.

Digitized by Google

Contrà Vasquez. phari *Vasquez*, qui dum negat, Verbum per se procedere ex cognitione creaturarum possibilium, tamen affirmat, Verbum per se importare respectum ad creaturas possibiles, non solùm ratione notitiæ communis, sed etiam proprietatis personalis

SECTIO III.

An Verbum procedat ex notitia omnium, quæ formaliter sunt in Deo?

80. *Grauis controuersia.* CUm Verbum vi suæ originis procedat, vt notitia genita à Patre generante, non solùm respectu dicit ad generantem, sed etiam ad obiectum intelligibile, ad quod exprimendum procedit. Hinc controuersia, ex quibus obiectis illud per se procedit. Dixi *per se*, nam concomitanter sicut omnia quæ sunt in scientia Patris, communicantur Filio; ita concomitanter procedit ex notitia omniũ, quæ sunt in intellectu Patris, siue necessaria, siue libera illa sint est autem *per se* procedere, ita procedere, vt si cognitio talis obiecti non esset, nec productio Verbi esset, aut certè non cum eâ perfectione, cum quâ de facto est, positâ tali obiecti cognitione. *Concomitatèr* autẽ ex cognitione talis obiecti procedere est ita procedere, vt si cognitio talis obiecti non esset, adhuc productio Verbi esset cum eâdem omninò perfectione, cùm quâ de facto est. Porro quatuor sunt, quæ per modũ obiecti terminant scientiam Patris, ex cuius notitiâ gignitur Verbum; essentia Diuina eiusq; attributa, personalitates, creaturæ possibiles, futura contingentia siue absoluta, siue cõditionata, In hâc *sect.* disputo, an Verbum procedat ex cogitione omniũ, quæ formaliter sunt in Deo. (Sunt autem hęc essentia Diuina, attributa & personalitates) in *seq.* an etiã ex cognitione eorum, quę eminenter in Deo continentur: sunt autem hæc creaturæ tum possibiles, tum futuræ.

Per se procedere.

Cõcomitanter quid?

81. *1. Sent. negat.* PRIMA sent. ait, Verbum per se procedere tantùm ex notitiâ essentiæ & attributorum: *Scotus in 1. dist. 10. fine. & dist. 32. & in 2. dist. 1. q. 1. & quodl.* 14. Fundam. ex illâ notitiâ, per se procedit, Verbum, cuius obiectum per se est principium productionis Verbi; quia omne obiectum est comprincipium intellectûs ad Verbi productionem: hoc autem non potest esse, nisi essentia in solâ paternitate existens; quia Filius & Spiritus S. cum sint origine posteriores, nequeunt esse principium productionis Verbi: cum nullũ posteriùs possit esse principium sui prioris Igitur Verbum per se tantùm procedit ex notitiâ essentiæ, non autẽ personarum. Reliqua *infrà.*

Fundam.

82. *2. Sent.* SECVNDA affirmat, Verbum per se procedere ex cognitione essentiæ, attributorum, & personarum tum Patris, tum suiipsius; non ex cognitione Spiritus S. vt obiecti per se mouentis, & determinantis intellectum Patris ad productionem Verbi, sed solùm cõcomitanter; necessariò tamen, eâdẽ necessitate, quâ cognitio Patris simul est cognitio essentiæ & omnium personarum in eâdem essentiâ subsistentium; non autem eâ necessitate, quâ principium requiritur ad productionem termini. *Vasquez 1. p. disp. 142. cap. 4.* qui putat, quod per se requiritur, vt obiectum ad productionem Verbi, per se etiam requiri, vt principium motiuũ secundum esse intelligibile ad productionẽ Verbi. Quia igitur Spiritus S. non est principium huiusmodi per consequens nec erit per se obiectum Verbi. Probat

83. *prima ratio.* 1. Illud dicitur principium per se alicuius operationis, quo posito ponitur. & quo sublato tollitur opiratio, saltem secundùm nostram cõsiderationem. At sublato Spiritu S. eiusq; processione, hoc est à nobis non considerata, adhuc intelligimus integrè productum verbum à Patre, cum ijs omnibus perfectionibus, quæ illum constituunt perfectum Deum. Igitur Spiritus S. eiusq; processio, vt cognita nõ est per se requisita ad Verbi productionem. Minor prob: tria tantùm sunt principia per se requisita, & sufficientia ad productionem Verbi, essentia eiusque attributa, vt terminus formalis per generationem Verbo communicanda: Paternitas, vt relatio principij proprij, & per se generationis; & filiatio, quæ vt correlatio simul intelligitur, & generatur intellectione notionali Patris. Cætera verò concomitanter tantùm se habet ad rationem principij, per se requisiti ad productionem Verbi.

84. *1. ratio à consequente falso.* 2. Si Verbũ procederet à Spiritu S. vt ab obiecto per se requisito, esset imago ipsius: nam ad perfectam rationẽ imaginis duo tantùm requiruntur, perfecta similitudo, & origo. Sed verbum est perfecta similitudo Spiritus S. cùm sit ipsius personalitatis perfectè expressiuum; ergo si insuper ab ipso procederet, vt ab obiecto per se cognito, haberet etiam ab ipso originẽ: nam vt imago originari dicatur ab aliquo, sufficit, vt ab illo procedat modò intelligibili; siue vt ab obiecto per se cognito. vt constat de imaginibus ante depictis, quæ sunt vere rerum quas repræsentant, imagines, esto ab illis non procedant, nisi modo intelligibili.

85. *3. Sent.* TERTIA affirmat, Verbũ procedere ex cognitione sui, & Spiritus S. non quidem intuitiuâ & visionis; sed abstractiuâ & simplicis intelligentiæ. Hanc *Zumel 1. p. q. 34. art. 3. qu. 1. post 4. concl.* tribuit quibusdã Thomistis; eaq; colligi videtur ex *Caiet. 1. p. q. 34. art. 3. §. Circa prædicta; fine.* Fundam. cognitio intuitiua est rei existentis vt existentis. Sed cognitio, quâ procedit Verbũ, non est ipsius Verbi & Spiritus vt existentium: est .n. origine prior Verbo, quia per ipsam vt per originem producitur Verbum: origo autem per se est prior originato. Eâdem ratio probat de spiritu sancto, qui est origine posterior Verbo: ac proinde nequit Verbum ex intuitiuâ notitiâ ipsius vt existentis procedere. cum nondũ supponatur productus Spiritus in signo, quo producitur Verbum.

à fortiori.

86. *4. Sent.* QVARTA docet, Verbum procedere ex intuitiuâ notitia omnium, quæ formaliter sunt in Deo, tàm essentię & attributorum, quàm personarum & relatiuorum. Hęc sen. sub his terminis asseritur à *Molina 1. p. qu. 34. fine. Zumel cit. Suarez cib. 9. de Tri. cap. 4. & 5. Zuniga disp. 9. dub. 4. & 5.* Sub alijs verò terminis, nempe sub notitiâ perfectissimâ & comprehensiuâ omnium, quæ sunt in Deo docetur à *Barth. Torret 1. p. q. 27. art. 5. disp. vn. 3. p. disp. à Dom. Bannes 1. p. qu. 34. art 3. à Valentiâ ibid. pu. 2.* & colligitur ex *S. Tho. 1. p. qu 34. art. 1. ad 3. Bonauent. in 1. dist. 27. p. 2. ar. 2. q. 2. Richar. ar. 2. q. 3. Gabr. q. 3, ar. 3.*

Pro cuius explicatione.

87. *Concl. 1. Hæc assertio est Augustini.* DICO 1. Verbum per se procedit ex cognitione essentiæ & omnium personarum. *Augustin. 15. de Trin. cap. 14. Pater genuit Verbum sibi æquale per omnia. Non enim seipsum integrè perfecteque dixisset, si aliquid minus, aut amplius esset in eius Verbo, quàm in ipso. Et ideò Verbum hoc verè veritas est, quoniam quidquid est in eâ scientiâ, de quâ genitum est, & in ipso est. Quod autem in eâ non est, nec in ipso est.* Et paulò pòst: *Nouit itaque omnia Deus Pater in seipso, nouit in Filio; sed in se ipso tamquam seipsum, in Filio, tamquam verbum suum, quod est de his nominibus, quæ sunt in seipso.* Fundam. Verbum per se procedit ex cognitione comprehensiuâ Deitatis: ergo per se procedit ex cognitione essentiæ & omniũ personarum. Antec. patet; alioqui

Fundam.

Digitized by Google

qui Verbum non procederet ex cognitione perfectissimâ, qualis est sola cognitio comprehensiua Deitatis, quia se extendit ad omnia ea, quæ vel essentialiter, vel saltem identicè integrant Deitatem. At non solùm essentia, & attributa, sed personalitates, & relatiua omnia identicè saltem integrant Deitatem: igitur si Verbum procedit ex cognitione comprehensiuâ Deitatis, procedit ex cognitione omnium, quæ formaliter sunt in Deo.

88. *Confirm.* 1. Confirm. 1. Verbum per se procedit ex notitiâ comprehensiuâ Patris: alioqui ex vi suæ originis Verbum non procederet per omnia simile & adæquatum Patri contra *Aug. lib. 15. de Trin. c. 7.* at nequit comprehendi Pater, quin cum ipso comprehendatur fœcunditas ipsius: nequit autem comprehendi eius fœcunditas, quin cum ipsâ & in ipsâ comprehendantur reliquæ personæ, vt germina in radice, & fructus in arbore contenti. Implicat n. comprehendi vim generatiuam & spiratiuam Patris, quin cum ipsa & in ipsa comprehendantur Verbum & Spiritus S. vt termini in suâ propriâ virtute contenti. 2. vt infrà ex communi sent. Patrum & Scholast. demonstro, Verbum per se procedit, vt perfectissima & adæquata imago sui parentis: repugnat autem ita procedere, quin procedat ex cognitione omnium, quæ formaliter sunt in Deo, quia perfectissima & adæquata imago debet per omnia adæquari suo prototypo: ergo procedere debet vt expressiua omnium, quæ sunt in suo prototypo. Cùm igitur in intellectu Patris per modum obiecti intelligibilis contineantur omnia, quæ formaliter sunt in Deo, debet ipsius Verbum procedere vt expressiuum omnium, quæ in intellectu Patris, per modum obiecti intelligibilis continentur; alioqui non procederet vt adæquata imago ipsius.

89. *Confirm.* 2.

90. *Obiit.* 1. *Obiicies* 1. Ex illius obiecti notitiâ per se procedit Verbum, à quo specificatur Patris cognitio. At à solo obiecto primario specificatur Patris cognitio; hoc autem est sola essentia, eiusque attributa: igitur ex solius essentiæ, & attributorum notitia per se procedit Verbum. *Resp.* quidquid sit de 1. sylog. de quo *infrà*: non sola essentia, sed tota Deitas, vt complectitur omnes personalitates, est adæquatum obiectum primarium paternæ cognitionis: atque adeò ex notitiâ omnium, quæ formaliter sùt in Deo, procedit per se Verbum.

Resp.

91. *Obiic.* 2. *Obiicies* 2. Ex cognitione illius obiecti procedit per se Verbum, ex cuius obiecti notitiâ beatur Patris intellectus: at ex solius essentiæ attributorumque notitiâ beatur Patris intellectus: alioqui Pater in suâ beatificâ cognitione penderet à Filio & Spiritu S. vt ab obiecto per se, & aliquid acciperet ab illis, quod non haberet ex se. *Resp.* de maiore *infrà*: neg. minor. nam ad obiectum beatificũ non solùm spectat essentia, sed etiam personæ, nam etiam personæ constituunt Deitatem, quæ est adæquatum obiectum beatitudinis Diuinæ. Ad prob. nego antec. Nam dependere ab alio, vt ab obiecto beatificæ cognitionis, non est solùm terminari ad illud, vt ad putum obiectum, sed est insuper accipere ab illo vim & rationẽ cognoscendi. Pater autem, etsi in suâ cognitione beatâ terminetur ad Filium & Spiritum vt ad obiectum beatitudinis per se, nihilominus non dicitur ab illis in suâ beatitudine pẽdere, quia non accipit ab illis vim & rationem beatæ cognitionis, quam ex seipso habet virtute suæ propriæ essentiæ, quæ sicut est intelligibilis species omnium, ita est actualis notitia omnium.

Resp.

92. *Obiic.* 3. *Obiicies* 3. Ex illius obiecti notitiâ per se procedit Verbum, ex cuius obiecti cognitione procedit vt Patris imago: nam vi suæ originis non solùm procedit vt Verbum Patris, sed etiam vt imago eiusdem; procedit enim vt intellectuale Verbum ad suum prototypum, à quo producitur, manifestandum. At ex solius essentiæ cognitione procedit vt Patris imago, nam authore S. *Tho. 1. p. q. 35. art. 2.* ratio imaginis in diuinis non attenditur penes notionalia, sed penes essentialia. Igitur Verbum procedit per se ex notitiâ solius essentiæ. *Resp.* neg. minor. Ad prob. nego conseq. Etenim intelligibiliter exprimere notionalia non est perfectio notionalis, sed essentialis, quam habent omnes personæ ratione notitiæ essentialis, cuius tantùm est exprimere tam notionalia, quàm essentialia. Aliud n. est Verbum assimilari Patri in notionalibus constitutiuè, aliud expressiuè. Verbum igitur vi suæ originis assimilatur quidem Patri, cæterisque personis, imò & sibi ipsi expressiuè, nam vi suæ originis procedit vt Verbum expressiuum & declaratiuum omnium diuinarum personarum, non tamen constitutiuè, quia constitutiuè non accipit nisi solam personalitatem Verbi, per quam formaliter non exprimit obiectum, sed tantùm refertur ad principium producens.

Resp.

93. *Obiit.* 4. *Obiicies* 4. Si per impossibile Spiritus S. non produceretur, adhuc Verbum procederet à Patre: ergo Verbum non procedit per se ex cognitione Spiritus S. nam quod per se requiritur ad productionem termini, eo deficiente, deficit terminus. *Antec. prob.* Spiritus S. producitur origine posterior Verbo: ergo eius improductio non impediret Verbi productionem, quia nullum posterius impedire potest prius. *Confir.* Spiritus S. de facto reperit verbum iam productum in priori signo originis, igitur eius improductio non obstaret productioni verbi. *Resp.* Nego, verbum cũ eâ perfectione processurum à Patre, cum quâ de facto procedit, si Spiritus S. non produceretur: quia tunc non procederet vt expressiuum & manifestatiuum virtutis spiratiuæ, & termini spirabilis, quæ sicut nunc est maxima perfectio in diuinis, quæ tamen ex datâ hypothesi non esset: ita maxima perfectio est in verbo, hanc eandem perfectionem exprimere ac manifestare. Vnde tantùm demitur de perfectione verbi, quantum tollitur de expressione obiecti ab eodem verbo; cùm expressio obiecti sit primaria perfectio verbi, quâ verbum est formaliter.

Antec. prob. *Confirm.* *Resp.*

94. *Dicres.* Dices. Idem verbum fuisset, & cum eâdem omninò perfectione; cum quâ nunc est, etiamsi in Deo nulla fuisset cognitio creaturarũ existentium, vti potuit non esse, si Deus illas liberè non condere decreuisset: at non minùs verbum est expressiuum creaturarum existentium, quàm Spiritus S. ergo si non obstante, quòd nulla fuisset creaturarum existentium cognitio, nulla caruisset verbum intrinsecâ perfectione: igitur pari ratione non obstante, quòd nulla fuisset Spiritus S. cognitio, verbũ nulla caruisset intrinsecâ perfectione. *Resp.* neg. Minor. quia quidquid est reale obiectiuè expressibile in creaturis existentibus, exprimitur à verbo per expressionem creaturarum possibilium. Nihil enim manet obiectiuè expressibile in creaturis existentibus, quod non sit obiectiuè expressum per cognitionem creaturarum possibiliũ, nisi extrinseca tantùm connotatio, quâ connotantur creaturæ realiter existere in seipsis. Quæ connotatio nullam addit nouam perfectionem in verbo exprimente, sed tantùm mutationem in rebus in propriâ naturâ existentibus, vt *suprà*. At verò si Spiritus S. non existeret, nullo modo exprimeretur à verbo: eo quòd si ille non existeret, nullo pacto supponeretur possibilis: implicat n. aliquid in diuinis esse possibile, & actu

95. *Resp.*

Digitized by Google

actu non existere. Nam quidquid in Deo existit, summâ necessitate existit, ac proinde si actu non existit, neque etiam possibile esse potest; atque adeò nec exprimi vt possibile à Verbo, vti exprimuntur creaturæ, etiamsi actu non existant. Quo fit, vt aliquâ intrinsecâ perfectione careret Verbum, si Spiritus S. non existeret, quâ tamen non careret idem, esto nulla creatura existeret, eo quòd omnes creaturæ à Verbo exprimuntur secundùm esse possibile; neque vlla perfectio realis expressibilis est in creaturâ existente, quæ non sit adæquatè expressa in eâdem vt possibili. Ad prob. antec. neg. conseq. nam esto productio Spiritus S. sit origine posterior productione Verbi, eius tamen cognitio est prior & ipsius, & Verbi productione, & vt sic complet principium productiuum Verbi. Ad confirm. concedo, productionem Spiritus S. supponere productionem Verbi origine priorem, dependenter tamen, vt more nostro loquar, ex ipsius cognitione, quæ in Patre præcedit productionem vtriusque.

Si Spir. non existeret, verbum careret perfec.

96. *Ad prob. antec.*

Ad conf.

97. DICO 2. Verbum non procedit ex notitiâ abstractiuâ, sed intuitiuâ personarum. Fundam. notitia abstractiua, vel est cognitio obiecti per alienam speciem, vt ego puto, vel obiecti absentis vt absentis formaliter: neutro modo Verbum procedit ex cognitione personarum: non 1. nam notitia ex quâ procedit Verbum, determinatur modo nostro intelligendi à diuinâ essentiâ, vt à specie intelligibili sui formaliter, personarum eminenter; at diuina essentia ex eo, quòd est species eminentialis personarum, non tollitur, quin sit propria & perfectissima species singularum. Sicut ex eo quòd est species eminentialis creaturarum, non tollitur, quin sit propria & perfectissima species earum, ita *Scotus suprà*, qui quamuis neget, Verbum gigni ex scientiâ personarum in seipsis cognitarum, concedit tamen illud gigni ex scientiâ personarũ eminenter in essentiâ diuinâ cognitarum, quam cognitionem ipse appellat intuitiuam. Ratio: causa eminentialis perfectissimo modo continet effectum. Vnde quando talis effectus non inuoluit imperfectionem, potest formaliter à causa eminentiali suppleri. Sed species propria diuinarum personarum nullam inuoluit imperfectionem; ergo potest formaliter à diuinâ essentiâ suppleri. Non 2. quia cognitio, ex quâ gignitur Verbum, non est cognitio personarum absentium, vt absentium formaliter: sc. cognitio obiecti absentis, vt absentis formaliter, est cognitio obiecti, non præsentis & existentis in eâdem duratione, in quâ existit cognitio. At cognitio, ex quâ procedit Verbum, non est cognitio personarum non præsentium, sed existentium in eâdem duratione, in quâ existit cognitio, quia nullum assignabile est instans aut signum reale durationis in ipsâ æternitate, in quâ diuinæ personæ non semper simul coexiterint cum cognitione Dei. Maior prob. cognitio obiecti absentis formaliter excludit obiectum ab eodem signo, in quo ipsa existit; non potest autem ab alio signo illud excludere, quàm à signo durationis, nam ab eo signo abstractiua cognitio excludit obiectum, in quo illud includit cognitio intuitiua; cùm opposita debeant circa idem versari. At intuitiua cognitio includit obiectum præsens & existens in eodem durationis signo: ergo ab eodem signo durationis quo ad existentiam illud excludit abstractiua cognitio. Confir. tria signa possumus in diuinis distinguere, durationis, originis, & præcisionis vnius ab alio cum fundamento in re. Priora duo sunt realia. Tertium est tantùm rationis, & in ordine ad intellectum imperfectè & inadæquatè concipiente diuina per analogiam ad creata. Porrò

Non procedit sic cognitione abstrac. personæ

Per speciem alienam.

Ratio.

98. *Nec est cognitio absentis formal.*

99. *Confirm. Signa tria distinguere.*

cognitioni intuitiuæ non obstat posterioritas originis obiecti cognoscibilis, si aliunde illi præsens sit in eâdem duratione: quia non obstante huiusmodi posterioritate, potest cognitio ferri ad illud existẽs in eâdem duratione, atque ideò intueri illud in eâdem duratione præsens. Nec obstat posterioritas præcisionis, ratione tantùm separantis & præscindentis cognitionẽ ab obiecto. Nam sicut hæc præcisio, cùm sit in nostro dunxat intellectu, non tollit, quin cognitio diuina actu, intueatur obiectum sibi in eâdem æternitate præsens: ita nec tollit, quin re ipsâ talis cognitio sit intuitiua: atque adeò terminus, qui ex illâ procedit, re ipsâ procedat ex cognitione intuitiuâ, & non abstractiuâ. Nam vt cognitio sit intuitiua, vel abstractiua, non pendet à consideratione nostri intellectus, sed ex naturâ cognitionis repræsentantis, aut non repræsentantis obiectum in eâdem duratione quoad actualem existentiam sibi præsens. Sola igitur posterioritas durationis obiecti cognoscibilis tollit rationem intuitiui in cognitione; quæ obiecti posterioritas cum respectu diuinarum personarum in cognitione diuinâ esse non possit consequenter nec illa, abstractiua cognitio respectu diuinarum personarum esse poterit.

100. DICO 3; Verbum non procedit à seipso, & Spiritu S. cognitis vt existentibus in seipsis per se originatiuè, sed per se tantum terminatiuè. Prima pars prob. ex ijs tantùm procedit originatiuè Verbum, ex quibus vt à principio originante producitur: non producitur à seipso & Spiritu S. cognitis, vt existentibus in seipsis: tum quia implicat, Verbum vel à seipso, vel à Spiritu S. seipso origine posteriore, vt ab obiectis cognitis vt existentibus in seipsis produci. Tum quia obiectum solum originatiuè concurrit ad actum repræsentatiuum sui: Verbum autem non originatur, quatenus actus est repræsentatiuus obiecti, sed quatenus hypostasis est & persona genita: quæ non postulat originari ab obiecto, sed à personâ producente, licet ab eâdem postulat communicationem totius obiecti intelligibilis; nam Verbum, quâ est actus expressiuus obiecti, est ipsũ intelligere essentiale, quod in Deo non producitur, cum sit ipsum intelligere per essentiam. Maior prob. obiectum non potest actiuè cõcurrere, nisi ad quod eius actiua virtus per se ordinatur: at actiua virtus obiecti per se tantum ordinatur ad mouendam potentiam cognitiuam ad actum sui repræsentatiuum: cùm obiectum per se tantùm sit ad repræsentandũ seipsum cognoscenti.

Non per se originatiuè.

Ratio à priori.

101. SECVNDA pars constat, quia cum Verbum & Spiritus cogniti, vt existentes in seipsis per se requirantur ad productionẽ Verbi vt obiecta per se terminantia intuitiuam notitiam Patris, ex quâ per se procedit Verbum, & non requirantur originatiuè, necessariò requiri debent saltem per se terminatiuè cum non sit alius modus, quo illi possint per se requiri. Nec dici possunt requiri cõcomitanter, alioqui Verbum non procederet per se ex cognitione intuitiuâ personarum vt existentium in seipsis.

Per se terminatiuè.

102. Ex dictis soluitur Scotistarum argum. Pater in eo priori, in quo Verbum gignit, nondum Verbum & Spiritus S. existũt: At nõ potest Pater cognoscere Verbũ & Spiritum S. vt in ipsis existentes, nisi præsupponantur in seipsis existere. Implicat igitur, Verbum gigni ex cognitione personarum vt existentiũ in seipsis. Alioqui idem esset antequam produceretur, quia supponeretur in seipso existere antequam ex notitiâ sui vt existentis procederet. Resp. disting. Maior. in priori originis, quo Pater gignit Verbum, Verbum & Spiritus non existunt priori-

Argumentum Scotistarum soluitur.

103. *Resp. in forma.*

Digitized by Google

prioritate originis, concedo, siquidem non existunt à se, quod est existere prioritate originis, sed ab alio, quod est existere vt posteriores origine: nō existunt simultate durationis, & in eodē signo in quo, nego: atque hanc simultatem durationis non tolli per prioritatem & poster. originis, constat in rebus creatis, in quibus cum perfectâ prioritate causæ, & poster. effectûs stare omnimoda simultas durationis eiusdem effectûs cū causâ, quia sunt prioritates & poster. diuersi ordinis: ac proinde sicut vna nō infertur ex aliâ; ita neque vna tollit aliam. Atque hæc simultas durationis satis est, vt Pater prior origine possit Verbum & Spiritū S. posteriores origine, vt existentes in seipsis, in eodem signo æternitatis intueri. Ex quo non sequitur, quòd illi existant antequam producantur, sed potiùs quòd semper existāt vt producti in eodem signo durationis cum Patre producēte. Quia etsi sint origine posteriores Patre, sunt tamen semper simul duratione cū Patre, cùm nullum sit instās, in quo non sint eo existentes Patri, licet semper ab ipso producti & origine posteriores, fallacia argum. est, quia ex posterioritate originis & *à quo*, infertur posterioritas durationis & *in quo*. Nam ex eo, quòd Pater est prior origine Filio & Spiritu S. inferunt, illum vt origine priorem non posse intueri, vt in seipsis existentes Filium & Spiritū S. origine posteriores. Qui discursus apertè supponit in signo, in quo existit Pater, non existere Filium & Spiritum S. & hoc ex eo, quia Pater est origine prior, Filius & Spiritus S. sunt origine posteriores: Ac si non possent, quæ sunt origine priora & posteriora; simul esse duratione, atque adeò seipsa vt existentia in eâdem duratione intueri.

Ratio. *Origine posterius simul durationē.*

104. *Confirm.* Confirm. negare non possunt aduersarij, quòd Pater saltem in aliquo signo cognoscat Filium & Spiritum S. in seipsis actu existentes: igitur semper illos nouit in se ipsis actu existētes. Tum quia nunquam cognitio Patris mutata est ex vno signo in aliud, sed semper perseuerauit eadē. Tum quia personæ ipsæ non magis extiterūt in vno signo, quàm in alio: igitur si in aliquo signo eas Pater cognoscit, vt actu in seipsis existētes, semper eas nouit eodem modo in seipsis actu existētes, nam diuina cognitio nunquam in seipsa variatur, nisi ratione obiecti: at semper illæ eodem modo coextiterūt Patri, sicut coexistunt nunc, posteriores origine, simul duratione cum Patre producente, ergo sicut nunc, non obstante posterioritate originis, cognoscuntur vt actu existentes à Patre: ita, non obstante eâdē posterioritate originis, sēper sunt cognitæ vt actu existentes à Patre; cùm non minùs nunc existant posteriores origine, simul tamen duratione cū Patre, quàm in totâ æternitate; quia prioritas, vel poster. originis non facit, vt vna persona magis vel priùs prioritate durationis & *in quo* existat, quàm aliæ: sed tantùm quòd vna existat à se, aliæ verò ab alio.

Cognitio non est mutata in intuitionem. *Ratio.*

105. *Aliud fallaciæ genus detegitur.* Est & aliud genus fallaciæ in huiusmodi argu. nam quod est proprium cōcipientis tribui solet rebus cōceptis. Ex eo quòd noster intellectus ex imperfecto suo modo concipiēdi concipit Patrem, vt priùs seipsum intelligentē, quàm intelligat Filium & Spiritū S. putant eodem modo procedere æternum Patrem in suâ æternâ conceptione, vt priùs cognoscat seipsum suamq; essentiam, quàm Filium & Spiritum. Sic enim arguūt, cognitio Patris priùs fertur in id, quod est origine prius, quam quod est origine posterius: sed Pater est origine prior, Filius & Spiritus S. sunt origine posteriores: ergo priùs Pater cognoscit seipsū, quàm Filium & Spiritum S. Falsum n. est, priùs Patrem suâ cognitione ferri ad seipsum, quàm ad Filium & Spiritum prioritate aliquâ reali, & in re ipsa existente, sed tantùm virtuali, & per ordinem ad imperfectum nostrū concipiendi modum: quæ prioritas non sufficit, vt cognitio Patris dicatur abstractiua, respectu Filij & Spiritûs, quia hæc, vt abintuitiuâ reipsa distinguatur, debet obiectū, quod repræsentat, re ipsâ excludere, & non tantùm per signum nostræ rationis, ab aliquo signo reali æternitatis. Ex dictis deducitur 1. Falsò docuisse *Ferrari. 4. con. gen. cap. 13. §. Ad primum*, notitiā Patris priùs terminari ad Verbum, vt productionem ipsius, quàm vt notitiā eiusdem & reliquorū obiectorum: eo quòd Pater producit Verbum, vt in eo intelligat seipsum, & reliqua omnia: nam hic est intrinsecus finis Verbi, alioqui frustrancum esset in Deo Verbum, nam falsum est, Patrem producere Verbum, vt in eo seipsū & cætera intelligat; alioqui non produceret illud ex solâ fœcunditate naturæ, vt Patres, præsertim *Aug.* sæpè testantur, sed ex merâ necessitate intelligendi. Vnde contra *Aug. 15. de Trin. cap. 14.* Non omnia Pater in seipso nosset, sed tantùm in Verbo; quin insanum esse putat, *7. de Trinit. cap. 1.* dicere, Patrem non esse sapientem, nisi sapientiâ, quam ipse genuit. Et licet hæc propos. *Pater est sapiens Sapientiâ genitâ*, fuerit aliquando ab *August.* admissa *lib. 83 qu. 23.* ea tamen fuit retractata, *lib. 1. retract. cap. 26. 2.* Id quod dictum est de productione Verbi, idem prorsus dicendum est de processione Spiritus. Quòd sicut illud procedit, ex intuitiuâ notitiâ sui, & Spiritûs; ita hic ex perfectissimo amore sui, & reliquarum personarum. Cùm non minùs Spiritus, vi suæ originis postulet procedere, ex perfectissimo amore omnium, quæ formaliter sunt in Deo, quàm Verbum ex perfectissimâ notitiâ omnium, quæ formaliter sunt in Deo.

106. *Coroll. contra Ferrarien.*

107. *Coroll. 2.*

Ad fundam. primæ, Resp. neg. maior. Non n. ex illâ tantùm notitiâ per se procedit Verbum, cuius obiectum per se est productiuum Verbi; (siquidem nullum obiectum per se est productiuum Verbi increati:) sed ex illâ etiam notitiâ per se procedit Verbum, cuius obiectum per se requiritur vt terminus ad notitiam, quæ vi originis communicatur Verbo. Cùm igitur ad intuitiuā notitiam, quæ vi originis communicatur Verbo, per se requirantur personæ diuinæ, vt obiecta actualia, actu existentia, per se illam terminātia, rectè ex tali notitiâ personarum per se dicitur procedere Verbum. Ad prob. disting. vniuersalis propos. *Omne obiectum est comprincipium intellectus ad productionem Verbi*, vt sit tantùm vera respectu intellectûs, cuius esse non est suum intelligere, qualis est creatus, non respectu intellectûs, cuius esse est suum intelligere, qualis est increatus, qui non producit Verbum, vt eo intelligat, sed vt eo personaliter subsistat, & ad intra loquatur. Cæterùm conced. minor cum suâ prob. de per se requisito, vt principio productiuo; neg. de per se requisito, vt obiecto per se tantùm terminante. Quare neg. conseq. Ad 1. rationem secundæ, neg. minor. nam inter potissimas perfectiones æterni Verbi est, vt vi suæ originis procedat expressiuum Spiritus S. quam perfectionem non haberet, sublato Spiritu eiusq; processione. Ad prob. nego, solùm illa tria esse per se tantùm requisita ad perfectam & adæquatam productionem Verbi: quāuis illa tantùm sint per se requisita per modum principij originantis. Ad 2. neg. sequela, nam ad rationem imaginis requiritur, vt actiuè procedat ab obiecto, cuius est imago, *vt infrà*. Cùm igitur Verbum non procedat actiuè ab Spiritu S. esto illum exprimat & perfectè repræsentet, non dicitur illius imago: sicut ob eandem rationem Verbum

108. *Ad arg. 1.*

109. *Ad primum 2.*

110. *Ad 2. Rationem.*

Ab imperfecto modo concipiendi.

non

non dicitur imago creaturarum, quarum tamen est perfectè expressiuum & manifestatiuum. Exemplum verò de imaginibus arte depictis potiùs facit pro nobis. Nam illæ eatenus dicuntur imagines rerum, quas repræsentant, quatenus ab illis producuntur mediis speciebus, quæ fuerant actiua principia idearum, à quibus externæ imagines proximè exēplantur. Ad fundam. tertiæ, neg. minor, quod

111. *Ad fund.* 3. constat ex dictis. Ad prob. cōcedo, notitiam intuitiuam Verbi sub ratione originis esse priorē Verbo; sub ratione obiecti actu terminantis illam, esse simul cum illo, aut etiam posteriorem illo, non posterioritate aliqua reali; cùm cognitio Patris non pendeat originatiuè à Verbo & Spiritu S. vt ab obiectis, sed posterioritate rationis & naturalis cōnexionis, quam cognitio notionalis Patris habet cum Verbo & Spiritu S. vt cum obiectis in seipsis actu existentibus: talis enim cognitio, vt formaliter terminata ad Verbum & Spiritum actu existentes, naturaliter exigit à nobis concipi vt simul, vel etiam posteriori ipsis obiectis, vt actu specificātibus illam; & simul etiam prior vt actiua origo & communicatio totius esse intelligibilis. Non enim repugnat, vt ex *disp.* 22 *sect.* 2. cōstat, quæ sunt sub vno genere & ratione priora, esse sub alio genere & ratione posteriora.

SECTIO IV.

An Verbum per se procedat ex cognitione creaturarum possibilium?

112. HOc est, an per se procedat ex iis, quæ tantùm eminenter continentur in Deo, quæ sunt obiecta creata, quâ terminant cognitionē Patris. Hæc autem vel sunt creaturæ ipsæ possibiles, vel futuræ & existentes in aliquâ differentiâ temporis. In hâc sect. disputo, an per se procedat ex notitiâ creaturarum possibilium.

1. *Sent. Negant.* PRIMA sent. negat, *Scoti cit. Ocham in* 1. *dist.* 27. *q.* 3. *fine. Vasq.* 1. *p. disp.* 143. *à cap.* 3. Prob. 1. auth. *Ansel. in monol. c.* 30. *&* 31. vbi docet adhuc futurum esse Verbum in Deo, etiamsi nulla possibilis esset essentia creata: 2. ex iis tātùm per se procedit Verbum,

114. *Prob.* 2. ex quibus originatur, at ex creaturis possibilibus

115. *Prob.* 3. non originatur: ergo. 3 nequit terminus habere maiorem necessitatem essendi, quam habeat principium & origo, vnde ipse procedit: nam totum esse termini pendet à principio, à quo producitur, nec ipsum excedit: ergo non potest procedere ex creaturis possibilibus, vt ex principio per se requisito ad ipsius productionem, nam Verbum habet eam necessitatem essendi, quā habet Deus, sc. summam, quâ maior excogitari non potest. Creaturæ autem possibiles non habent eādem necessitatem essendi, quam habet Deus: nā sublato per impossibile Deo, per locum intrinsecum tolluntur creaturæ possibiles sublatis creaturis possibilibus, non tollitur per

116. *Prob.* 4. locū intrinsecum Deus: ergo. 4. Deus est in seipso absolutus ab omni respectu & ordine ad creaturas; quia nemo in Deo in ordine ad creaturas ponit respectum plus quàm rationis, alioqui Deus depēderet à creaturis, ergo Deus in perfectione sibi maximè intrinseca & propriâ, cuiusmodi est productio Verbi, non dependet à notitiâ creaturarum.

117. *Prob.* 5. 5. Si nullæ forēt creaturæ possibiles, adhuc produceretur Verbum eodem modo perfectum, sicuti nunc est: non n. tolleretur à Verbo necessitas essendi, quam habet vt Deus, ergo productio Verbi non pendet ex notitia creaturarum, quia quod per se requiritur ad productionem termini, eo sublato tollitur productio ipsius termini, saltē quoad eā perfectionem, quā acciperet ab illo; alioqui si nullam perfectionē acciperet ab illo, non esset per se requisitum ad ipsius productionem. Confir. absurdū est dicere, ex eo quòd possibilis nō esset formica, futurum non fuisse Verbum, aut certè non cum eâ perfectionis plenitudine, cum quâ de facto est. 6. Co-

118. *Prob.* 6. gnitio Patris priùs ratione terminatur ad suam essentiā, quā ad creaturas vt possibiles; ergo priùs ratione terminatur ad productionē Verbi, quàm cognoscat creaturas vt possibiles. Antec. patet; nam ad suam essentiam terminatur vt ad obiectum primarium, quod solùm per se mouet intellectum Patris ad intuitiuam notiam sui; ad creaturas verò vt ad secūdarium, quod nec per se mouet, nec per se primò terminat notitiā Patris, nisi in virtute obiecti primarij. Conseq. prob. in id per se priùs tendit cognitio notionalis Patris, quod est maior, & intimior perfectio Dei: at maior & intimior perfectio Dei est productio Verbi, quàm repræsentatio creaturarum possibiliū: ergo. 7. Cognitio creaturarū

119. *Prob.* 7. possibilium nullam addit intrinsecā perfectionem Deo: ergo ex earū notitia non procedit per se Verbum, quia Verbum per se tantùm procedit ex notitiâ dicente intrinsecam perfectionem in Deo; quia procedit ex illâ vt ex principio per se cōmunicante aliquod esse. Antec. prob. ita se habet notitia possibiliū ad notitiā essentiæ; sicut notitia futurorū ad notitiā possibilium: sed notitia futurorum non addit nouā perfectionem supra notitiā possibiliū; ergo neque notitia possibiliū supra notitiā essētię. Maior prob. vtraque est extrinseca Deo; & vtraque implicante, non minùs perfectus esset Deus, quàm nunc est. 8. Si Verbū procederet ex creaturis pos-

120. *Prob.* 8. sibilibus vt ex obiecto per se requisito, sequeretur, Verbū procedere vt imaginē creaturarū: cōsequens; est contra Patres: ergo. Sequela prob. ad rationem imaginis prætor similitudinēcū imaginato, nil aliud requiritur, quàm origo ab eodem, cuius similitudinem gerit; sed Verbū procedit simile creaturarum quoad esse intentionale & repræsentatiuum; ergo si ab illis etiā vt ab obiecto per se requisito procedit, erit propria imago earū. 9. Spiritus S. non proce-

121. *Prob.* 9. dit per se ex amore creaturarum; quia amor hic est liber, processio Spiritūs est sūmè necessaria; at alioqui Spiritus S. diceretur amor creaturarū: ergo nec Verbum ex notitiâ earūdem: nam ita se habet dilectio creaturarū ad processionem Spirit. S. sicut cognitio earūdem ad productionem Verbi: vtraque enim est extrinseca Deo, & nullā addit nouā perfectionem Deo. 10. Ex illo obiecto per se proce-

122. *Prob.* 10. dit Verbum, ex cuius notitiâ beatur intellectus Patris: sed ex notitiâ creaturarū nō beatur intellectus Patris: alioqui Deus in suâ beatitudine dependeret à creaturis. Et confir. nostra beatitudo non pendet *Confirm.* à notitiâ creaturarū. Maior. prob. Verbū procedit vt intellectualis imago, & vt intrinsecū cōplementum essentialis beatitudinis Patris. 11. Si Verbum

123. *Prob.* 11. procederet ex cognitione creaturarum sequeretur, Patrem priùs cognoscere creaturas, quā eas cognoscerent Filius & Spiritus: consequens est falsū: nam omnes tres personæ ex æquo respiciunt creaturas; sicut omnes tres ex æquo eas producunt, & amant.

124. *Prob.* 12. 12. In Deo priora sunt illa, quæ nullū dicunt respectū ad extra iis, quæ aliquem respectū dicunt ad extra: productio Verbi nullū dicit respectū ad extra; cognitio verò creaturarū dicit respectū ad extra. Igitur prior est productio Verbi, quā cognitio creaturarū. Maior. prob. ea sūt priora in Deo, quæ sūt intimiora: intimiora autē sunt, quæ nullū dicūt respectū ad extra: nā hæc præsupponūtur ad ea, quæ respectū dicūt. Confir. nō esset cognitio diuina or- *Confirm.*

dinata, si

Digitized by Google

si priùs cognosceret creaturas, quàm productionem Verbi; nam priùs cognosceret aliena & extrinseca, quàm propria & intrinseca. 13. Priùs ratione, quàm Deus cognoscat creaturas vt possibiles, cognoscere debet seipsum vt completum principium earum: ergo priùs ratione, cognoscit seipsum subsistentem in tribus suppositis relatiuis: ergo priùs ratione, producit Verbum. Antec. constat: qui cognoscit effectus per causam, sicut cognoscit Deus creaturas possibiles per suam omnipotentiam, debet priùs cognoscere causam in ratione principij productiui perfectè completam, quam cognosceret effectus ab ipsâ producibiles; cùm prior sit causa in seipsâ perfectè completa in ratione principij, quàm sint possibiles effectus ab ipsâ promanabiles: nam hi necessariò supponunt illam. Prior conseq. patet causa non est vltimò completa in ratione principij productiui, nisi per suppositura: *sunt n. actiones suppositi, non natura.* Sed Deus non nisi in tribus suppositis relatiuis Patris & Filij & Spiritûs S. completè subsistit: ergo. Posterior prob. cùm debeat Deus necessariò præcognoscere seipsum, vt in tribus suppositis subsistentem, & non possit seipsum præcognoscere abstractiuè, cùm hæc cognitio imperfectionem inuoluat in DEO; sed intuitiuè, necessariò hæc cognitio supponit personas actu existentes, atque adeò productas. Ergo priùs, quàm cognoscat creaturas vt possibiles, producit Verbum.

125. Pr. 12.

Proloquium Philos. & Theolog.

126. SECVNDA affirmat, Verbum per se procedere ex notitiâ possibilium. Hæc communior; colligitur ex *S. Tho. 1. p. q. 34. art. 1. ad 3. Alen. 1. p. q. 62. me. 1. art. 4. Ponau. in 1. dist. 27. p. 2. ar. 1. qu. 2. Richar. art. 2 qu. 3.* eam docent *Gabriel in 1. dist. 27. qu. 3. ar. 3. Palati. disp. 2. fine, Caiet. 1. p. qu. 34. ar. 3. Zumel, Bannez. Molina, Valen. ibid. Torres qu. 27. ar. 5. 3. p. sua disp. Suarez. lib. 9 de Trinit. cap. 6. Ruiz disp. 63. sec. 1. Granad. disp. 6. Zuniga disp. 9. dub. 6.* DICO 1. Verbum vi suæ originis per se procedit ex notitia possibilium. Prob. 1. ex *August. 15. de Trinit. cap. 14.* vbi docet, Verbum esse de his omnibus, quæ sunt in scientiâ Patris. Particula autem, *De*, præsertim in doctrinâ *August.* processionem per se importat ab eo, de quo dicitur terminus procedere: nam eodem modo Verbum dicitur procedere de his, quæ sunt in scientiâ Patris, ac de substantiâ Patris. Sed respectu substantiæ Patris particula *De* denotat perfectatem principij: ergo etiam respectu eorum, quæ sunt in scientiâ Patris, denotabit perfectatem: saltem termini per se terminantis, *vt infrà.* Vnde addit: *Sciunt igitur inuicem Pater & Filius; sed ille gignendo, hic nascendo.* At Verbum per se procedit ex ijs, quæ accipit vi suæ natiuitatis: quia hæc per se requiruntur ad eius productionem: est enim natiuitas seu origo passiua Verbi, principium communicatiuum Verbi, vt modificatum relatione producti. Igitur si Verbum vi suæ natiuitatis & originis accipit omnia, quæ sunt in scientiâ Patris, ea omnia sunt per se requisita ad productionem ipsius. Non potest autem August. intelligi etiam de creaturis vt futuris, quia licet cum notitiâ futurorum, non tamen de notitiâ futurorum procedit Verbum.

127. *2. Conci. pr. 1 cor Aug. & particula De.*

128. Prob. ration: 1. De ratione Verbi vt sic, est procedere vt declaratiuum Dicentis; vt constat ex quidditate Verbi: ergo de ratione Verbi increati est, procedere vt perfectè manifestatiuum Patris Dicentis. ergo procedere vt declaratiuum possibilium. Igitur de ratione eiusdem erit, procedere ex cognitione possibilium. Prima conseq. patet, nam de ratione Verbi increati est, procedere infinitum in totâ latitudine Verbi possibilis. Sicut de ratione Dicentis increati est dicere illimitatè in totâ latitudine dictionis possibilis. Et de ratione cuiuscunque perfectionis increatæ est, esse infinitam in totâ latitudine eius perfectionis, in quâ supponitur: nam ratio increati est ipsa ratio infinitatis, cùm sit ratio entis à se à nullo dependentis: ergo coniuncta cum quâlibet perfectione reddit illam formaliter illimitatam in eâ ratione, in quâ illam contrahit. Secunda conseq. prob. esse declaratiuum possibilium est aliqua perfectio intrinseca Verbo, nam per illam constituitur exemplar & practicum principium productiuum creaturarum: vnde maxima perfectio deesset Verbo, si hanc perfectionem non haberet. Igitur si vi suæ originis procedere debet perfectè manifestatiuum omnium manifestabilium, vi eiusdem originis procedere debebit vt declaratiuum & expressiuum possibilium: siquidem hæc continentur inter obiecta declarabilia, ad quæ Verbum vi suæ infinitæ perfectionis se extendere debet. Vltima conseq. elucet: non potest Verbum vi suæ originis procedere, vt declaratiuum possibilium, nisi vi suæ originis procedat ex notitiâ earum: cùm non alio modo Verbum manifestet obiecta, quàm per eorum notitiam, quam vi suæ originis accipit à Dicente. Confir. Eâ perfectate Verbum adæquatur notitiæ Patris, quâ perfectate notitia Patris adæquatur propriæ essentiæ, vt est species intelligibilis omnium: sed notitia Patris per se adæquatur propriæ essentiæ, vt est species intelligibilis tam sui, quàm creaturarum: ergo etiam Verbum per se adæquatur notitiæ Patris, vt est notitia tam essentiæ, quàm creaturarum. Maior prob. eâ perfectate Verbum procedit ex notitiâ dicentis, quâ perfectate notitia dicentis procedit ex specie intelligibili obiecti dicibilis: ergo eâ perfectate Verbum diuinum procedit ex notitiâ Patris dicentis, quâ perfectate notitia Patris dicentis procedit, (vt more nostro loquar) ex diuinâ essentiâ, vt specie intelligibili omnium dicibilium. Minor ostend. quidquid per se includit species obiecti, per se etiam includit notitia actualis obiecti; cùm hæc sit propria proles illius. At diuina essentia per se includit perfectionem speciei intelligibilis possibilium; ergo & eius actualis notitia; nam hæc per se postulat adæquari illi.

Ergo de ratione Verbi est esse manifestatiuum possibilium

Ergo procedere ex cognitione possibilium.

129. *Confir.*

SECVNDA: Verbum per se, & vi propriæ originis procedit cum omni perfectione, quam per se dicit cognitio increata Patris. Sed hæc per se dicit expressionem possibilium: ergo hanc per se accipit Verbum vi suæ originis. Maior constat; nam eas perfectiones per se vi originis accipit Verbum, quæ per se includuntur in eius formali origine: cùm igitur formalis origo Verbi sit increata notitia Patris, quidquid per se includitur in notitiâ increatâ Patris, per se etiam & vi originis accipit Verbum. Minor prob. notitia increata est per se illimitata in totâ latitudine notitiæ possibilis: ergo per se dicit expressionem totius entis possibilis. Nec refert, quòd talis notitia sit obiecti extrinseci: nam esto obiectum expressum sit extrinsecum, ipsa tamen exprimendi vis intrinseca est, & vitalis in Deo. Sicut esto, effectus ad extra producibilis sit extrinsecus Deo, quia tamen finito producendi est intrinseca Deo, potentia productiua ad extra est intrinseca perfectio Dei: nam sicut effectus ad extra producibilis supponit positiuam perfectionem productiuam ad intra: ita obiectum ad extra expressibile, supponit positiuam perfectionem expressiuam ad intra: quæ non minùs, quàm virtus producendi, est perfectio intrinseca Deo. Confir.

130. *Ratio 2.*

131. *Confir.*

se habet in Deo cognitio expressiua diuinæ essentiæ respectu cognitionis expressiuæ creaturarũ: sicut se habet potentia productiua diuinarum personarum respectu potentiæ productiuæ creaturarum: nam sicut illa ad essentiam comparatur vt ad obiectum primarium, ad creaturas verò vt ad secundarium: ita hæc ad diuinas personas comparatur vt ad terminum primarium, ad creaturas vt ad secundarium. Sed potentia non solùm dicit perfectionem intrinsecam in Deo, vt est productiua termini primarij, sed etiam vt est productiua secundarij. ergo & cognitio non solùm dicit perfectionem intrinsecam in Deo, vt est expressiua obiecti primarij, sed etiam vt est expressiua secundarij.

132. *Ratio 3.* TERTIA. Verbum per se procedit ex cognitione comprehensiuâ Deitatis; ergo per se procedit ex cognitione possibilium. Quia impossibile est, comprehendi Deitatem, non comprehensâ eius omnipotentiâ. At nequit comprehendi omnipotentia, non comprehenso eius obiecto: & obiectum omnipotentiæ est ens possibile: Antec. prob. Verbum per se procedit ex cognitione perfectissimâ; hæc autem est cognitio comprehensiua Deitatis. Et alioqui, contra *August. ibi.* Verbum vi suæ originis non procederet per omnia simile & adæquatum Patri; siquidem non adæquaretur illi in notitiâ possibilium, quam per se includit cognitio notionalis Patris, quâ increata notitia est. Vnde vi suæ originis Verbum non acciperet omnem perfectionem per se spectantem ad notitiam Patris. Quare siue dicamus, Deum vnico intuitu formaliter & virtualiter indiuisibili cognoscere suam omnipotentiam, & creaturas possibiles, cum eâ essentialiter connexas, vt effectus cum causâ, siue diuerso intuitu virtualiter distincto; semper verum erit, cognitionem possibilium per se pertinere ad comprehensionem omnipotentiæ; atq. adeò ad completam originem Verbi, quod per se postulat procedere ex notitiâ comprehensiuâ Deitatis.

133. *Cancl. 2. à fortiori ex n. 100. suprà. Concurrit originatiuè species intellig.* DICO 2. Creaturæ possibiles vt cognitæ non concurrunt ad productionem Verbi per se originatiuè, sed per se tantùm terminatiuè. Ratio: tunc solùm obiectum concurrit originatiuè, quando concurrit vt species intelligibilis ad actum sui repræsentatiuum. Verbum autem increatum non producitur, quatenus est actus repræsentatiuus obiecti, cùm ille sit essentialiter improductus, & solùm communicetur Verbo, sed quatenus est persona, ad quam per se non concurrit obiectum, sed suppositum Patris. Vnde suppositum Patris considerari potest, modo vt obiectum paternæ intellectionis, & sic ad productionem Verbi non concurrit, nisi vt primarius terminus intellectionis, quæ per se vi originis communicatur Verbo: eodem modo concurrunt reliquæ personæ, & creaturæ possibiles, nisi quòd creaturæ concurrant vt terminus secundarius, per se tamen requisitus ad completam originem Verbi. 2. modo, vt naturale suppositum Patris; & sic ad productionem Verbi concurrit, vt principium originatiuum. Eodem modo considerari potest essentia diuina & quodlibet attributum ipsius, vel in ratione obiecti per se primariò terminantis intellectionem Patris, vel in ratione principij communicatiui: 1. modo terminatiuè, tantùm; 2. modo communicatiuè concurrit ad

134. *C. 10 11. 2* productionem Verbi. Ex his colligitur, falsas esse has locutiones: *Verbum est à seipso* vel *ex seipso, Spiritus S.* vel *à creaturis*; rectè tamen dici, *esse à Patre*, vel *ex Patre*. Ratio: particulæ *A* & *Ex* denotant originem vnius ab alio. Cùm igitur Verbum non procedat à seipso, vel à Spiritu S. aut à creaturis originatiuè, sed solùm à Patre, respectu solius Patris, erunt prædictæ locutiones veræ. Præterea falsæ sunt istæ. *Verbum est de seipso; de Spiritu S.* aut *de creaturis*: rectè tamen dicitur, *esse de Patre*, vel *de substantiâ*, aut *de sapientiâ & virtute Patris*. Ratio: particula *De* importat consubstantialitatem termini cum principio, connotatâ origine inter terminum & principium. Quia igitur hanc consubstantialitatem non habet Verbum cum creaturis, non dicitur *esse*, vel *procedere de creaturis*: & licet hanc consubstantialitatem habeat cum seipso, & cum Spiritu S. quia tamen non habet à seipso, vel à Spiritu S. originem, quam connotat particula, *De*, dici non potest, *esse de seipso*, vel *de substantiâ Spiritûs S.* Vnde respectu creaturarum hæc locutio est falsa, & defectu consubstantialitatis, & defectu originis; respectu verò sui, & Spiritus S. solùm defectu originis & actiuę communicationis. Hinc tamen non obstat, quin Verbum dici possit *sui ipsius*, *Spiritus S.* & *creaturarum Verbum*; quia hoc importat respectum repræsentantis ad repræsentata, & manifestantis ad manifestata: Verbum autem perfectissimè repræsentat, & manifestat seipsum, Spiritum S. & creaturas.

Ratio. *Locutio ex duplici defectu falsa.*

Ad 1. Resp. Anselmum loqui de creaturis, existentibus in aliquâ differentiâ temporis. nam de possibilibus *c. 33.* docet, eas eodem Verbo, eâdemq; necessitate dici, quâ Deus dicit seipsum: nam illæ semper manent in ipsâ arte Dei inuariatæ & immutabiles, siue in seipsis existant, siue factæ dissoluantur. Ad 2. Neg. simpliciter maior. Verbum. n. non solùm per se procedit ex ijs, quę ad eius productionem requiruntur originatiuè, sed etiam ex ijs, quæ requiruntur terminatiuè. Ad 3. tam Verbum, quàm possibilia summâ habent necessitatem essendi, licet Verbum illam habeat positiuè & à se; creaturæ negatiuè & ab alio: sc. hæ considerari possunt, vno modo per respectum ad omnipotentiam Dei, à quâ denominantur possibiles, quo pacto consequuntur omnipotentiam Dei, vt passio suum principium: 2. modo in ordine ad seipsas, per non repugnantiam, quam habent ad existendum; quo pacto præsupponuntur ad omnipotentiam Dei, vt obiectum ad suam potentiam. Vtroque modo consideratæ summam habent necessitatem essendi &. 1. modo eandem, quam omnipotentia Dei, quæ talem possibilitatem ex se necessariò infert, ob summam plenitudinem suæ perfectionis: etsi talem necessitatem Deus habeat à se, creaturæ à Deo: sicut eandem necessitatem essendi habet passio & principiũ; licet illa dependenter, & ab alio; hoc independenter, & à se. Quæ diuersitas non facit, vt vna necessitas sit maior aliâ in formali ratione necessitatis, sed tantùm vt vna sit perfectior aliâ. Nec minorem necessitatem habent consideratæ 2. modo per ordinem ad non repugnantiam, quam habent ad existendum. Nam cùm hæc non repugnantia sit pura negatio, & pura negatio à nullo pendeat, neque à Deo, à quo non potest nisi positiuum ens pendere, habebit necessitatem in suo genere summam. Nam summa necessitas est, quæ vt sit vel non sit, à nullo pendet; ideò quippe Deus in suo esse positiuo est summè necessarius, quia in suo esse positiuo à nullo pendet, ne à seipso quidem, nisi in genere causæ formalis. Igitur creaturæ, cùm secundùm hanc nõ repugnantiam sint purum nihil, habebunt necessitatem in suo genere summam. Dixi *in suo genere*; nam hæc summa necessitas fundatur in summâ imperfectione & nihilcitate totius entis: contrà verò necessitas, quam habet Deus, fundatur in summâ perfectione & plenitudine totius entis possibilis.

135. *Ad 1. Anselmum.*

136. *Ad 2.*

137. *Ad 3.*

Possibile necessarium.

Ex Deo.

Ex se.

Negatio à nullo pendet.

Purum nihil.

Igitur

Digitized by Google

138. Igitur concedo, Verbum habere eandem necessitatem essendi, quàm habet Deus ipse, nempe potitiuam & à se; eandem verò non habere creaturas; nego tamen eas non habere aliam necessitatem in suo genere etiam summam, modo suprà declarato. Et concedo, sublatis possibilibus, non tolli Deum quoad eas perfectiones, quæ nullam connexionem habent cum creaturis; nego tamen non tolli quoad eas saltem perfectiones, quæ connexionem habent cum possibilibus. Quare sublatis possibilibus tolleretur à Deo perfectio omnipotentiæ, artis, & exemplaris, non quidem propter dependentiam harum perfectionum à creaturis, sed propter perfectionem, quam ipsæ possibiles necessariò supponunt in Deo.

139. *Ad* 4. Ad 4. Aliqui negant antec. putant n. in Deo esse realem ordinẽ & respectum transcendentalem ad creaturas possibiles. Sed falsum est, cùm omnis ordo realis aliquam importet dependentiam, præsertim quando talis ordo est ad terminum diuersæ naturæ. Quare disting. antec. Est Deus absolutus ab omni ordine reali ad creaturas, concedo; ab omni cõnexione cum creaturis, nego: idq; non ob imperfectionẽ, aut dependentiam ipsius à creaturis, sed ob summam plenitudinem essendi, & dependentiã creaturarum ab ipso. Vnde disting. conseq. produceit Deus Pater Verbum independenter à notitiâ creaturarũ originatiuè; concedo; terminatiuè, nego. Nam hoc non est aliud, quàm non posse producere Verbũ, nisi ex perfectâ notitiâ Deitatis, quæ per se etiam affert notitiã creaturarum, vt termini per se connexi cum omnipotentiâ Dei. Eodẽ modo resp. ad prob. conseq. Deum non producere Verbũ dependenter à creaturis originatiuè, sed solùm terminatiuè; idque propter connexionem, quam creaturæ possibiles habent cum omnipotentiâ Dei, ex cuius notitiâ per se procedit Verbum.

Deus connexus cum possibilib.

140. *Ad* 5. Ad 5. Nego antec. nam sublatis possibilibus, Verbum non procederet, vt exemplar, ars, & virtus productiua creaturarum; quę perfectiones cùm sint intrinsecæ Verbo, nõ procederet Verbũ cũ omnibus perfectionibus, cũ quibus de facto procedit, sublatis creaturis possibilibus. Ad confir. resp. sublatâ quâlibet creaturâ possibili, non processurũ Verbũ cum totâ eâ plenitudine essendi, cũ quâ de facto procedit, non propter sublationem creaturæ, sed propter sublationẽ illius perfectionis diuinæ, quã talis creatura per se supponit in Deo. Cùm enim creaturæ supponãt intrinsecã perfectionẽ in Deo, à quâ formaliter habent, vt sint possibiles, hoc ipso, quod tollitur aliqua possibilis, tollitur aliqua perfectio in Deo, quâ talis supponebat in Deo, & à quâ formaliter denominabatur possibilis. Sicut sublato aliquo effectu sublunari possibili, tollitur plenitudo virtutis solaris, quam talis effectus de facto supponit in virtute productiuâ solis. Cæterùm, vt hæc, & similia argu. aliquid cõcludant, supponere debẽt possibilitatẽ creaturarũ, ac cõcludere, cognitionẽ earum nõ esse per se requisitã ad productionẽ Verbi: Alioqui si supponatur impossibilitas creaturarũ, tollitur ista necessitas, vt debeat Verbũ procedere ex cognitione earũ, sed potiùs tũc processurũ Verbum ex cognitione impossibiliũ. Verũ sicut tũc, propter necessariã connexionẽ, quã possibiles de facto habẽt cũ omnipotẽtiâ & scientiâ Dei, sequeretur, aliã in Deo fore potẽtiã ac scientiã; nõ propter dependẽtiã Dei à creaturis, sed propter necessariã exigentiã & connexionẽ Deitatis cũ creaturis; quæ esse potest sine vllâ dependentiâ à creaturis: ita sequeretur tũc aliud fore Verbũ ab isto, quod de facto in Deo est: eo quòd illud nõ haberet eã perfectionẽ potẽtiæ & scientiæ, quã nũc habet, licet sub eâ hypothesi talis perfectio nõ esset per modum priuationis, sed puræ negationis, qui non esset debita Verbo; cùm iam supponeretur impossibilis, & nulla perfectio impossibilis sit debita Deo.

Ad confir.

141. *Supponitur possibilitas.*

Ad 6. Neg. conseq. quia licet priùs Pater cognoscat suam essentiã, quam creaturas, non tamẽ priùs producit Verbum, quàm cognoscat creaturas: nam priùs ratione, quàm producat Verbũ, cognoscere debet suã omnipotentiã, quæ ratione præcedit productionem Verbi; nequit autẽ cognoscere suã omnipotẽtiã, nisi cognitis possibilibus vt terminis per se cũ illâ connexis: atque adeò priùs ratione, quàm producat Verbũ cognoscere debet creaturas, vt terminos cũ omnipotentiâ necessariò connexos. Ad prob. aio, cognitionẽ Patris priùs ratione terminari nõ tãtùm ad ea, quæ sunt perfectiora & intimiora, sed etiã ad ea, quæ cũ prioribus essentialẽ cõnexionẽ habẽt: quia igitur creaturæ possibiles essentialẽ connexionẽ habent cũ omnipotẽtiâ Dei, quæ prior est productione Verbi, etiã ipsæ priùs ratione cognoscuntur, quàm producatur Verbum. Ad 7. Nego antec. Ad prob. neg. maior, tũ quia creaturæ vt futuræ nullã habent essentialẽ cõnexionẽ cũ Deo, sicuti habẽt vt possibiles. Tũ quia cognitio futurorũ nihil exprimit, quod nõ exprimat cognitio possibiliũ: at non quidquid exprimit cognitio essentiæ diuinæ, exprimit cognitio possibiliũ. Siquidem cognitio essentiæ diuinæ non exprimit creaturas secũdùm esse creatũ & participatũ vniuscuiusque, quod exprimit cognitio ipsa possibiliũ. Atq; adeò cognitio possibiliũ addit nouã aliquã expressionẽ supra expressionẽ essentiæ: cognitio verò futurorũ nullã addit nouã expressionẽ supra expressionẽ possibiliũ. Eo quòd quidquid est futurũ priùs fuit possibile: ac proinde nihil noui exprimi potest cognitione futurorũ, quod nõ fuerit expressũ cognitione possibiliũ. Ad 8. Nego sequel. sc. ad rationẽ propriæ imaginis non satis est, procedere ab aliquo vt ab obiecto per se terminante, nisi etiã procedat ab obiecto, vel principio per se originante. Verbum non procedit à possibilibus vt ab obiecto, vel principio per se originante, sed solùm per se terminante. Ad 9. Aliqui negãt cõseq. quia, vt in argum. dicitur, amor possibilium est liber, cognitio necessaria at iuxta principia de volũtate Dei, nego antec. nã Deus, vt *cit. disp.* nõ solùm diligit necessariò seipsũ, suamq; essentiã, sed etiam omnes creaturas, vt terminos suæ omnipotentiæ. Vnde quâ ratione Verbum procedit ex cognitione possibilium, vt ex obiecto necessariò & per se dilecto cum omnipotentiâ Dei. Neque est absurdum, Spiritum S. dici amorem creaturarum, sicut Verbum dicitur Verbum creaturarum. Ad 10. Dist. maior, ex illo tantùm obiecto per se procedit Verbum, ex cuius notitiâ intellectus Patris beatur essentialiter, nego; ex cuius notitiâ beatur saltẽ cõpletiuè & cõnaturaliter, concedo: modò ex notitiâ possibililiũ intellectus Patris nõ beatur essẽtialiter, cùm essẽtialiter tãtùm beatur ex notitiâ essẽtiæ & personarũ, beatur tamẽ cõpletiuè & cõnaturaliter: quia nõ cẽsetur naturaliter cõpleta beatitudo Patris, nisi se extendat ad terminos suæ omnipot. nam vt sic creaturæ aliquo modo pertinent ad omnipot. Dei. Confir. sine distinctâ notitiâ creaturarum non est cognitio Deitatis completa in ratione perfectæ comprehensionis; ergo nec in ratione beatitudinis; cùm beatitudo Dei consistat in perfectissimâ cognitione deitatis. Eodẽ modo resp.

142. *Ad* 6.

143. *Ad* 7.

144. *Ad* 8.

145. *Ad* 9.

146. *Ad* 10.

Ad conf.

Digitized by Google

ad confir. beatitudo nostra completur saltem connaturaliter à notitiâ creaturarum in Verbo. Ad

147. *Ad 11. dist. conseq.* 11. non est absurdum, sed planè necessarium, vt Pater cognitione notionali priùs cognoscat creaturas, quàm eas cognoscant Filius & Spiritus S. licet cognitione essentiali non priùs Pater, quàm omnes personæ simul, eas cognoscat. Pari modo amor creaturarum quatenus eo Pater & Filius constituuntur vt proximum principium spirationum Spiritus S. dicitur amor notionalis, ecque priùs ratione Pater & Filius diligunt creaturas, quàm eas diligat Spiritus S. Quatenus verò est amor essentialis, non priùs eo vna persona, quàm reliquæ omnes simul creaturas diligunt. Neque vllum est absurdum, vt eadem notitia & dilectio secundùm vnam rationem sit prior & notionalis, vnius que tantùm personæ propria, secundùm alias verò essentialis & omnibus personis communis. Ad

148. *Ad 12.* 12. nego minor. constat. n. ex communi sent. *Schol.* Verbum inuoluere respectum ad creaturas, non realem, sed rationis. Nam hoc ipso quod procedit ex notitiâ creaturarum, procedit cum respectu ra-

Resp. 2. tionis ad illas. 2. Nego maior. nam omnipotentia in omnium sent. est prior productione Verbi, cùm ex illius cognitione procedat Verbum, & tamen omnipotentia dicit respectum rationis ad creaturas, cùm nequeat concipi sine illis. *Ad prob. resp. 1.* Ad prob. 1. falsa est maior: cùm n. in Deo omnia sint essentialia, non sunt alijs alia intimiora, sed omnia æquè intima & quidditatiua. 2 Concedo maior. quando aliquid non obstat, obstat autè interdù prioritas alicuius perfectionis cõnexionẽ habentis cum extrinsecis obiectis, qualis est perfectio omnipotentiæ, ratione præcedentis productionem Verbi, & simul connexionem habentis cum possibilibus. Esto igitur productio Verbi sit intimior omnipotentiâ, quia tamen Verbum procedere debet ex cognitione omnipotentiæ, & cum ipsâ cognitione omnipotentiæ est per se necessariò connexa cognitio possibilium, priùs ratione cognoscuntur omnipotentia & creaturæ, quàm producatur Verbum. 3.

3. Non valet in diuinis ex vnâ prioritate aliam inferre. In proposito autem ex prioritate cognoscendi Verbum infertur prioritas producendi Verbum: cùm tamen ex vi argu. tantùm sequatur productionem Verbi debere priùs ratione cognosci, quàm cognoscantur omnipotentia & creaturæ possibiles.

147. *Ad conf.* Ad confir. neg. sequela: nam creaturas cognoscit vt necessariò connexas cum propriâ perfectione omnipotentiæ. Vnde non cognoscit illas, vt omnino alienas, sed vt terminos propriæ perfectionis. Cæterùm ex eo quòd debeat Verbum posteriùs produci, quàm cognoscatur omnipotentia & creaturæ non necessariò sequitur, quòd debeat etiam posteriùs cognosci, quàm cognoscatur omnipotentia & ipsæ possibiles: nam posset posteriùs produci, quàm cognoscatur omnipotẽtia & possibiles, & simul priùs ratione cognosci, quàm eadem potentia & creaturæ cognoscantur, vt mox constabit.

150. *Ad 13.* Ad 13. Nego vlt. conseq. siquidem non implicat, Deum, priùs ratione, quàm producat Verbum, cognoscere Verbum, & reliquas personas diuinas; atque adeò priùs ratione, quàm cognoscat suam omnipotentiam & creaturas, cognoscere se ipsum, vt completum principium productiuum per triplicem subsistentiam relatiuam. Etenim dupli-

Filium cognoscit prius origine quàm producat. citer potest Pater priùs ratione, quàm Filium & Spiritum S. producat, illos cognoscere: vno modo ex vi cognitionis comprehensiuæ propriæ essentiæ; alio modo ex vi cognitionis comprehensiuæ virtutis generatiuæ & spiratiuæ. 1. modo cognoscit illos priùs ratione, quàm cognoscat suam omnipotentiam, & creaturas. Nam comprehendendo suam essentiam, cognoscit illam vt essentialiter exigentem tres personalitates relatiuas; & quia hæc exigentia est priùs cognoscibilis, quàm omnipotentia, cùm sit in ordine ad perfectiones intrinsecas, omnipotentia verò per ordinem ad terminos extrinsecos, priùs ratione Deus cognoscit tres personalitates, vt terminos intrinsecos quos exigit essentia, quàm omnipotentiam & creaturas. Cognoscit autem in hoc signo rationis Deus tres personalitates, vel vt eminenter contentas in essentiâ, vel vt probabiliùs puto, etiam vt existentes in se ipsis priùs ratione, quàm eas producat: cùm non repugnet, idem secundùm diuersas rationes concipiendum esse priùs & posteriùs ratione, *vt suprà.* Nam hoc non est aliud, quàm idem secundùm vnam formalitatem concipiendum esse cum connexione ad vnam perfectionem, secundùm aliam verò formalitatem concipiendum esse cum connexione ad aliam. 2. modo; non priùs Deus cognoscit suas personalitas, quàm cognoscat omnipotentiam & creaturas. Quia hoc 2. modo cognoscit Deus suas personalitates ex comprehensione virtutis generatiuæ & spiratiuæ, quæ in meâ sent. consistunt in ipsis relationibus paternitatis & spirationis actiuæ, quæ sunt ratione posteriores omnipotentiâ; quia hæc immediatè sequitur ad Deitatem, illæ verò ad deitatem, vt determinatam per notionalia: ac proinde priùs ratione cognoscitur omnipotentia & creaturæ, vt immediatus terminus ipsius, quàm vis generatiua & spiratiua; & consequenter quàm Filius & Spiritus S. vt immediati termini earum. DICES. 151. *Dices* Intimiorem connexionem habet omnipotentia Dei cum reliquis perfectionibus intrinsecis Dei, quàm cum possibilibus: ergo priùs ratione cognoscitur cum connexione ad reliquas perfectiones intrinsecas, quàm cum connexione ad creaturas extrinsecas: atque adeò priùs cognoscitur productio Verbi, & personæ omnes, quàm creaturæ. Nego antec. nam licet creaturæ sint extrinsecæ omnipotentiæ, quia tamen pertinent ad obiectum quasi specificatiuum illius, absque quo cognosci non potest, sunt magis in cognoscendo intrinsecæ, quàm perfectiones intrinsecæ Deo. Repugnat enim cognosci specificatum absque suo specificatiuo, vel quasi specificatiuo. Reliquæ verò perfectiones diuinæ solam habent connexionem subiectiuam cum omnipotentiâ Dei, quæ est longè minor connexio, quàm connexio in ratione specificantis, vel quasi specificantis. Ad argu. concedo, priùs ratione, quàm Deus cognoscat suam omnipotentiam, & creaturas, cognoscere se ipsum, vt completum principium productiuum ad extra per triplicem hypostasim, ex vi cognitionis comprehensiuæ suæ essentiæ, ratione præcedentis cognitionem omnipotentiæ & possibilium. Nego tamen inde sequi, debere priùs ratione producere Verbum & Spiritum S. nam sufficit, vt illos intuitiuè cognoscat vel vt eminenter contentos in ipsâ essentiâ, vel in se ipsis actu existentes, priùs ratione sub vno tantùm genere, licet sub alio eos cognoscat origine posteriores.

Ratio.

Resp.

Ad

SECTIO V.

An Verbum per se procedat ex cognitione futurorum?

152. *Absoluta.* FVTVRA in duo diuiduntur genera, in absoluta, & conditionata. Absoluta sunt, quæ vi alicuius decreti diuini in aliquâ differentiâ temporis extitura sunt: *Conditionata.* Conditionata verò, quæ nunquam extitura sunt, extitura autem fuissent, si hæ aut illæ circumstantiæ appositæ fuissent. quæ quia appositæ non sunt, de facto nunquam futura sunt. Ea tamen certò cognoscit Deus per ordinem ad illud idem esse, quod sub conditione habent, quodque actu habitura essent, si hæ aut illæ circumstantiæ apponerentur. De vtriusque controuersia est, an Verbum per se procedat ex cognitione eorum. 153. *Affirmant.* PRIMA sent. affirmat: *Valen. 1. p. q. 34. pu. 2. & l. 4. de Trinit. c. 3. Zuniga disp. 9. dub. 7. Ruiz. disp. 63. sect. 4.* qui non absolutè, sed ex suppositione, quòd in aliquâ differentiâ temporis producendæ fuerant aliquæ creaturæ, docet Verbum per se procedere ex cognitione earum vt existentium. Eodem modo philosophantur de productione Spiritûs S. qui per se non solùm postulat procedere ex amore necessario possibilium, sed 154. *Probant.* etiam ex libero amore existentiûm: Prob. 1. auth. *Augustin. 15. de Trin. c. 14.* vbi docet, Verbum nasci de his omnibus, quæ sunt in scientiâ Patris: at in scientiâ Patris non solùm sunt creaturæ possibiles, sed etiam existentes. Expressiùs in *tract. 21. in Ioan. 5. Pater diligit Filium, & omnia demonstrat ei, quæ ipse facit. Dicendo enim*, inquit, *Filio quod facturus erat Pater per Filium, ipsum Filium genuit; per quem faceret omnia.* Idem docet Ansel. *in monol.* à *cap. 28. ad 44.* cui subscribit S. Th. *1. p. q. 34. art. 2. ad 3. Pater intelligendo se, & Filium, & Spiritum S. & omnia alia, quæ eius scientiâ continentur, concipit Verbum, vt sic tota Trinitas Verbo dicatur.* Nec potest intelligi de creaturis tantùm possibilibus, nam ex earum notitiâ in sent. *S. Th.* procedit Verbum, ex quarum amore procedit Spiritus. at in eius sent. Spiritus non solum procedit ex amore necessario possibilium, sed etiam ex libero existentium. Minor constat ex *q. 37. art. 2. ad 3.* vbi *Pater*, inquit, *non solum Filium, sed etiam se, & nos diligit Spiritu S. quia diligere, prout notionaliter sumitur non solum importat productionem diuinæ personæ, sed etiam personam productam per modum amoris, qui habet habitudinem ad rem dilectam. Vnde sicut Pater dicit se, & omnem creaturam Verbo, quod genuit, in quantum Verbum genitum sufficienter repræsentat. Patrem & omnem creaturam; ita diligit se & omnem creaturam Spiritu sancto in quantum Spiritus sanctus procedit vt amor bonitatis primæ, secundum quam Pater amat se & omnem creaturam.*

155. *Ratio 1.* Prob. ratione 1. Verbum per se postulat procedere, vt forma & exemplar omnium, quæ sunt in mente paternâ, teste *Aug. 6. de Trin. c. 10. Verbum perfectum, cui non desit aliquid, & ars quædam omnipotentis atque sapientis Dei plena omnium rationum viuentium incommutabilium.* Est autem exemplar & ars, etiam respectu futurorum in aliquâ differentiâ temporis. 156. *Ratio 2.* 2. Verbum per se postulat procedere ex notitiâ perfectè comprehensiuâ Deitatis: at hæc non solùm dicit comprehensionem Deitatis omnipotentiæ, & possibilium, sed etiam liberorum decretorum Dei, & futurorum. Nam perfectissima comprehensio est cognitio omnium, quæ quocunque modo spectant ad rem comprehensam: sed contingentia spectant ad Deum, vt effectus ipsius liberæ voluntatis: ergo. *Confir. 1.* Confir. 1. Decretum liberum, supposito quod est in Deo, est aliquid Dei; ergo spectat ad obiectũ Diuinę comprehensionis. *2.* 2. Diuina cognitio est summa, & adæquata Diuinæ cognoscibilitati, & quâ maior excogitari non potest: ergo non solùm se extendit ad obiecta necessaria, sed etiam ad contingentia connexa cum libero decreto Dei; alioqui excogitari posset cognitio maior, quàm quæ de facto in Deo esset. *3.* 3. Scientia visionis est perfectio in Deo, quamuis non distincta à scientiâ simplicis intellig. ergo Verbum per se postulat procedere cum tali perfectione. *Ratio 3.* Quia postulat procedere cum omni perfectione, quæ supponitur in scientiâ Patris: quippe quod procedit illi per omnia adæquatè simile. Antec. prob. Deus non respicit contingentia puro respectu rationis, aut solâ connotatione extrinsecâ, sed intrinsecâ & vitali expressione eorum, licet non diuersa à simplici intellig. *Conf.* Confir. hæc scientia est in Deo infinita, & origine præcedens in Patre non tantũ radicaliter, sed etiã formaliter; ergo nõ est minus fæcunda, quàm simplex intellig. sc. hãc habet Pater à se, nõ cõmunicatã ab alio. 158. *Ratio 4.* 4. Pater nõ solùm loquitur Filio de rebus possibilibus, sed etiã de cõtingentibus: at Pater nõ est sufficienter constitutus in actu 1. ad loquendũ cũ Filio de cõtingentibus per scientiã simplicis intellig. sed per scientiã visionis. Ergo principiũ producendi Verbũ nõ est sola scientia simplicis intellig. sed etiã visionis. Minor cõstat, quia per scientiã simplicis intellig. Pater non cognoscit cõtingentia, sed tantùm necessaria. Nec potest loqui, nisi de ijs, quæ nouit, cum nequeat Verbũ esse de incognitis. Maior prob. Pater omnia dicit Verbo suo Confir. *Conf.* Confir. Verbum est ipsum imperium Patris, quo creaturarum productionem imperauit: ergo Verbũ per se terminatur ad creaturarũ existentiã: ergo per se procedit ex earũ notitiâ. Quia imperiũ diuinum est practica cognitio eorum, quæ imperantur: at non est practica cognitio rerum possibilium, quia illæ non imperantur, vt fiant; ergo existentium: igitur ex earum notitiâ procedit per se Verbum. De ratione Verbi est procedere ex scientiâ omnium, quarũ est expressiuum & declaratiuũ: 159. *Ratio 5.* at Verbũ non solùm est expressiuũ & declaratiuũ veritatũ necessariarum, sed etiã contingentiũ: quia Pater non solùm manifestat Filiò veritates necessarias, sed etiam contingentes. *Conf.* Confir. Quidquid habent personæ productæ, habent à producente: sed Filius habet scientiam, & Spiritus S. amorem contingentium: igitur non à se, sed à producente. 160. *Ratio 6.* 6. Etsi Verbum simpliciter & absolutè, nullâ factâ suppositione per se nõ postulet procedere ex cognitione futurorũ, quia hæc potuerũt simpliciter nõ esse, cùm tamen Verbum non potuerit non esse; ex suppositione tamen, quòd in aliquâ differentiâ temporis futurę erant aliquæ creaturę Verbum per se postulat procedere ex cognitione earum. Sicut licet Scientia diuina per se non postulet exprimere creaturas contingenter futuras; ex suppositione tamen, quòd illę sunt contingenter futuræ, per se scientia diuina postulat illas exprimere. Et sicut ex suppositione, quòd *à fortiori* aliquæ creaturæ, quæ de facto sunt possibiles, possibiles non essent, scientia diuina non postularet illas exprimere: ex suppositione tamen quòd de facto illæ possibiles sunt, per se postulat illas exprimere. Vt è contrario, si aliqua quæ possibilia non sunt, de facto possibilia essent, per se scientia diuina postularet illa in se exprimere. ergo & Verbum quod per omnia debet diuinæ

Digitized by Google

scientiæ adæquari, quâlibet suppositione factâ, debet hæc omnia exprimere; idque per se, & vi suæ perfectionis, quâ debet scientiæ diuinæ per omnia adæquari.

161. SECVNDA sent. negans est communior: *Caiet. 1. p. q. 34. art. 3. Palat. in 1. dist. 27. fine, Molin. Bannez ibid. ad 3. Zumel q. sua 1. Concl. 5. Vasquez disp. 163. cap. 3. Suarez libr. 9. de Trinit. cap. 7. Granad. disp. 7.* & a fortiori sequitur ex sent. *Scoti*, qui non solùm negat, Verbum procedere ex cognitione possibilium, sed etiam personarum.

2. Sent. negat versùs.

162. DICO 1. Verbum non procedit per se ex cognitione creaturarum existentium. Fundam. 1. omnia libera in Deo sunt posteriora necessarijs, omni posterioritatis genere: at scientia visionis existentium est libera; productio Verbi necessaria: ergo non potest Verbum per se procedere ex scientiâ visionis existentium: Quia nequit Verbum procedere ex scientia visionis, nisi scientia ipsa visionis sit prior Verbo, eiusque productione; cùm omne principium sit prius eo, cuius est principium. Minor clara est; nam scientia visionis pendet à rebus futuris; res futuræ à libero decreto Dei, quòd potuit esse & non esse pro libertate Dei. Maior prob. omnis prioritas, & poster. in Deo, aut est actu, aut virtute: actu est solà prioritas & poster. originis: virtute sunt reliquæ prioritates & posteri fundatæ in essentiali connexione & exigentiâ, quàm diuinæ perfectiones mutuò inter se habent. Sed quæ sunt libera in Deo neutram habent prioritatem respectu necessariorum: non virtualem: nam hæc fundatur in essentiali connexione & exigentiâ, quam vna perfectio diuina habet cum aliâ, sine qua vna nequit esse aut concipi. Ideò enim intellectio est prior volitione, quia volitio habet necessariam connexionem cum intellectione, vt cum perfectione ad volitionem essentialiter præsuppositâ. Rursus ideò volitio in ratione obiecti est prior intellectione vt comprehensiuâ, quia hæc in ratione intellectionis comprehensiuæ habet necessariam connexionem cum volitione in ratione obiecti naturaliter præsuppositi. At necessaria nullam habent connexionem cum liberis in diuinis; alioqui non essent libera. Nam libera sunt, quæ possunt esse, & non esse: quæ autem necessariam connexionem habent cum perfectionibus necessarijs, non possunt esse, & non esse, sed necessariò sunt.

Fund. triplex 1.

Libera posteriora necessarijs.

163. Quòd neque habere possint prioritatem originis, probo: Omnis prioritas originis in Deo, supponit aliquam prioritatem virtualem respectu eius, cuius est origine prius. At perfectio libera nullam supponitur habere prioritatem virtualem respectu eius, cuius est origine prior. Maior prob. ideò Pater est prior origine Filio, & Spirator Spiritu S. quia tam Pater respectu Filij, quàm Spirator respectu Spiritûs S. habet virtualem prioritatem, ratione cuius nequit Filius sine Patre, aut Spiritus S. sine Spiratore intelligi: quia quod est prius origine alio, est illi communicatiuum alicuius perfectionis: sed hoc ipso, quòd est illi communicatiuum alicuius perfectionis, connexionem habet cum eo; atque adeò præter prioritatem originis, habet etiam prioritatem virtualem, quæ in huiusmodi connexione fundatur. Confir. 1. quæ sunt libera, pendent à communi consensu, & deliberatione omnium personarum; nec sunt magis vnius, quàm alterius personæ, sed omnium communia; non enim procedunt ex aliquo principio notionali alicuius personæ proprio, sed ex essentiali communi omnium, nempe ex intellectu & voluntate omnium personarum communi: igitur nequeunt origine præcedere personas. Nam quæ origine præcedunt, supponuntur habere esse independens ab iis, quibus sunt origine priora, saltem quoad illud esse, quo sunt origine priora. Sed implicat, vt liberum decretum Dei quoad esse liberum, secundùm quod præsupponitur origine prius respectu Filij & Spiritûs S. sit independens à Filio & Spiritu S. quia secundùm esse liberum pendet ab omnibus personis simul, sc. secundum hoc esse pendet à voluntate communi omnium personarum. ergo implicat, vt liberum decretum Dei quoad esse liberum origine præcedat Filium, & Spiritum S. Ex quo colligitur, in Deo necessaria præcedere libera prioritate subsistendi consequentiâ reali, in quâ rê ipsa priùs est separabile à posteriori. Quam prioritatem nonnulli vocant prioritatem *in quo*, quia vnum esse potest sine altero. 2. Nequit terminus habere maiorem necessitatem essendi, quàm habeat eius principium & origo: sed scientia visionis, & amor existentium habent esse contingens; Verbum autem & Spiritus S. habent esse necessarium: ergo nequeunt per se procedere ex scientiâ visionis, & amore existentium.

Ratio à priori.

164. Zuniga 1. negat 1. partem minoris: quia licet Deus carere potuerit determinatâ scientiâ visionis mundi futuri, non tamen carere potuit alterutrâ scientiâ, aut liberâ voluntate mundi futuri, vel negationis mundi futuri. 2. conced. Verbum & Spiritum S. esse liberos secundùm quid, nempe quoad respectum illum, quem dicunt ad creaturas existentes. Sed contrà vtrumque resp. cùm processiones Verbi & Spiritûs S. sint maximè naturales, & ab intrinseco determinatæ ad certum modum, debent habere semper vnum eundemque modum procedendi inuariabilem: non haberent autem, si modò procederent ex scientiâ visionis, & amore libero mundi futuri, modò ex scientiâ visionis negationis mundi futuri.

Conf. 1.

165. *Respondet Zuniga.*

Contrà.

Secundum. Nequit Verbum ex eâ scientiâ per se procedere, ex cuius communicatione non accipit aliquam intrinsecam perfectionem: nam per se procedere ex aliquo est aliquam perfectionem ex illo accipere. Sed ex scientiâ visionis Verbum non accipit aliquam intrinsecam perfectionem, quam non acceperit ex scientiâ simplicis intellig. Nam quidquid est per se expressibile, repræsentabile, aut cognoscibile per scientiam visionis, id totum exprimitur, repræsentatur, & cognoscitur per scientiam simplicis intellig. quæ exprimit res secundùm omnes rationes intrinsecas, & extrinsecas, & secundùm omnes circumstantias, & variabilitates, quas sub omni dispositione & hypothesi possibili subire possunt: igitur nulla noua ratio intrinseca, aut circumstantia extrinseca exprimi potest scientiâ visionis, nec ex eâ Verbum procedere. Confir. si quid addit scientia visionis supra scientiam simplicis intellig. est sola extrinseca connotatio obiecti existentis in se ipso: sed hæc non potest esse fundamentum, vi cuius per se procedat Verbum ex scientiâ visionis. Quia nequit extrinseca connotatio esse ratio per se requisita ad processionem Verbi. Nam talis connotatio nullam intrinsecam perfectionem communicat Verbo. Maior prob. cùm scientia visionis sit libera, & potuerit in Deo non esse, non potest supra scientiam simplicis intellig. addere aliquid intrinsecum, sed solam connotationem obiecti extrinseci. Explico si quis per visionem corpoream haberet obiectum visibile, ita perfectè expressum quoad omnia, antequam illud actu existeret, vt sub nullâ nouâ circumstantiâ posset vlteriùs

167. *Patet maior ex terminis.*

168. *Extrin. connotatio non est perfect.*

Nota.

riùs exprimi, nullo modo mutaret intrinsecam visionem intuentis, quando illud posteà actu existeret; eo quòd nihil noui in eo existente videret, quod non vidisset per eius vitalem expressionem. Vnde solùm adderetur extrinseca connotatio obiecti actu in se ipso existentis.

169. Fund. 3. Tertium fund. Nequit terminus per se procedere ex eo, quòd accidit illi, & sine quo æquè perfectè processisset. At accidit Verbo, quòd de facto connotet creaturas existentes, sine quibus æquè perfectè processisset quoad omnes suas intrinsecas perfectiones: nam accidens est, sine quo saluatur tota essentia rei: at sine connotatione creaturarum existentium saluatur in tegra essentia Verbi quoad omnes suas intrinsecas perfectiones: Nec talis connotatio aliquam addit perfectionem Verbo, alioqui aut Verbum carere potuisset aliquâ perfectione, quam de facto habet, aut habere aliam, quam de facto non habet. Quod clariùs elucet in processione Spiritûs S. qui carere potuit libero amore creaturarum existentium, vel habere alium aliarum existentium. Maior prob. non potest aliquid maiore perfeitate requiri ad productionem rei, quàm requiratur ad constitutionem eiusdem: quia productio ordinatur ad constitutionem rei. Igitur si ad constitutionem Verbi connotatio existentium non requiritur per se, sed tantùm concomitanter, nec illa per se requiretur ad productionem eiusdem. Confir. hoc est confundere terminos, *per se*, & *concomitanter*. Nam *per se* requiri dicitur, quo deficiente deficit terminus, aut perfectio aliqua per se termino debita: *concomitanter* verò requiri dicitur, quo deficiente adhuc non deficeret terminus, nec perfectio vlla per se debita termino. At deficiente connotatione creaturarum existentium, non deficeret Verbum, nec perfectio vlla per se debita Verbo. Igitur ex tali notitia non per se, sed concomitanter tantùm procedit Verbum.

Accidit Verbo connotatio.

Conf.

170. *Contra Molin.* Dico 2. Verbum non procedit per se ex scientiâ conditionalium. Est contra *Molinam cit.* docentem Verbum per se procedere ex notitia comprehensiua Deitatis: ad notitiam autem comprehensiuam Deitatis putat per se pertinere cognitionem omnium rerum sub quâlibet hypothesi futurarum. Fundam. assert. idem, quod præced. Sc. etiam hæc scientia est libera obiectiuè: nam quòd per hanc scientiam Deus potiùs nouerit pœnitentiam, quàm impœnitentiam Tyriorum, fuit omninò contingens, pendens à liberâ voluntate Tyriorum, qui vti de facto cum tali auxilio sub conditione illis oblato liberè se determinarunt ad pœnitentiam; ita poterant cum eodem auxilio liberè se determinare ad impœnitentiam. Igitur non potest hæc scientia esse principium, à quo per se procedat Verbum; tum quia Verbum vnicum duntaxat habet modum procedendi: tum quia licet hæc scientia nullum supponat liberum decretum actu existens in Deo, supponit tamen liberum decretum sub conditione obiectiuè præuisum; atque adeò supponit illud sub conditione pendens ex libero consensu omnium diuinarum personarum.

Scientia hæc libera est obiectiuè.

171. *Non entia essent.* Vltimò quæri potest, an Verbum per se procedat ex cognitione non entium: Resp. distinguendo duplex genus non entium, alterum essentialium, alterum accidentalium. Essentialia non entia sunt, quæ per nullam potentiam existere possunt, vt chimæra & reliqua entia prohibita. Accidentalia verò sunt, quæ existere quidem possunt, ex libero tamen decreto Dei non existunt. Ex notitiâ non entium prioris generis per se procedit Verbum, non ex notitiâ non entium posterioris generis. Quia priora non pendent à liberâ voluntate Dei, vt sint non entia; & actu non existant, sed ex intrinsecâ essentiâ ipsorum. Posteriora, ne actu existant pendent à liberâ voluntate Dei, vi cuius poterant existere; at Verbum ex nullius obiecti contingentis notitiâ potest per se procedere. Dices. Quo ergo modo *suprà* dixi, Verbum ex se procedere ex notitiâ possibilium? Resp. non quoad negationem esse, in quâ negatione quasi liberè à Deo conseruantur, sed quoad positiuas essentias, quas à Deo participare possunt: secundùm quas non pendent à voluntate, sed ab ipsâ essentiâ Dei, vt est primum exemplar omnium exemplabilium.

Ad prodict. Verbi.

Facium.

172. *Explicatur Augus.* Ad auth. Resp. 1. Augustinum intelligi proportionaliter, vt Verbum procedat de his omnibus, quæ sunt in scientiâ Patris aut formaliter aut radicaliter. Quia igitur in scientiâ Patris solæ creaturæ possibiles vt cognitæ formaliter; existentes verò, solùm vt cognitæ radicaliter origine præcedunt Verbi productionem, ideò de his omnibus, quæ sunt in scientiâ Patris, Verbum procedit proportionaliter. 2. Ansel. potiùs est pro nobis. Nam dum *cap.* 30. loquitur de existentibus, ita *fine* concludit: *siue igitur ille cogitetur nulla alia existente essentia, siue aliis existentibus, necesse est, Verbum illius coæternum illi esse cum ipso.* Dum verò *cap.* 33. de possibilibus loquitur, ita ratiocinatur: *Sed quomodo tam differentes res, scilicet creans, & creata essentia dici possunt vno Verbo, præsertim cùm Verbum ipsum sit dicenti coæternum, creatura autem non sit illi coæterna? Forsitan quia ipsa est summa Sapientia & summa ratio, in qua sunt omnia quæ facta sunt: quemadmodum opus, quod fit secundùm aliquam artem non solùm quando fit, verùm & antequam fiat, & postquam dissoluitur, semper est in ipsa arte non aliud, quàm quod est ars ipsa. Idcirco cùm ipse summus Spiritus dicit se ipsum, dicit omnia, quæ facta sunt. Nam & antequam fierent, & cùm iam facta sunt, & cùm corrumpuntur, seu aliquo modo variantur, semper in ipso sunt, non quod sunt in se ipsis, sed quod est idem ipse.* Quibus docet, alio modo ad Verbi productionem concurrere scientiam possibilium, futurorum: ac proinde non eodem modo Verbum procedere ex scientiâ futurorum; ac possibilium. 3. S. Thomam de cognitione possibilium Thomistæ explicant, & se ipse *q.* 4. *de verit. a.* 5. *fine corp.* vbi docet accidentarium esse Verbo, procedere ex cognitione creaturarum: *Quia Pater principaliter dicit se generando Verbum suum, & ex consequenti dicit creaturas, ideò principaliter, & quasi per se Verbum refertur ad Patrem, sed ex consequenti & quasi per accidens refertur ad creaturam. Accidit enim Verbo, vt per ipsum creatura dicatur.* Qui ne sibi in summâ contradicere videatur, intelligendus est, de creaturâ existente, non de possibili: eodem modo de amore creaturarum respectu Spiritûs S. vt non per se & antecedenter, sed concomitanter Pater diligat nos Spiritu S.

Explicantur August.

173. *Anselm.*

174. *S. Thomas.*

Ad rationem 1. Resp. dist. minor. Verbum est ars & exemplar futurorum ratione scientiæ visionis, nego. Quia cùm hæc consequatur res futuras, vt pura intuitio earum, nequit habere rationem artis & exemplaris, quæ vt causa præcedere debet res futuras, proponendo voluntati modum, quo sint res fabricandæ: est ars & exemplar futurorum ratione scientiæ simplicis intelligentiæ, concedo. Ad 2. neg. minor. Ad prob. dist. maior. perfecta comprehensio est cognitio omnium, quæ spectant ad rem comprehensam naturaliter & necessariò, concedo; quæ spectant ad rem comprehensam liberè & contingenter, nego. Alioqui nulla daretur creata comprehensio;

175. *Ad 1. rationem.*

176. *Ad 2. rat.*

Digitized by Google

nulla. n. creatura cognoscit libera decreta alterius, imò nec omnia decreta propria, quæ ipsa factura est Ad perfectam igitur rei comprehensionem sat est, nosse omnia, quæ rem naturaliter constituunt, & cum ipsâ necessariam habent connexionem. Ad 1. confir. concedò, liberum decretum Dei esse aliquid Dei, sed aliquid liberum, atque adeò ad comprehensionem minimè necessarium. Ad 2. concedo, cognitionem Dei esse summam & adæquatam toti cognoscibilitati diuinæ, tam quoad necessaria, quàm quoad contingentia, sed non in ratione comprehensionis formaliter, ad quam sat est vt sit summa & adæquata quoad necessaria tantùm.

Ad 1. conf.

Ad 2.

177. *Ad rat. 3.* Ad 3. scientia visionis creaturarum, secundùm id, quod formaliter addit supra scientiam simplicis intellig. non est perfectio intrinseca, sed sola connotatio obiecti extrinseci in se ipso existentis. Alioqui aliquâ intrinsecâ perfectione carere posset Deus, quam de facto habet, vel nouam acquirere quam de facto non habet. Ad prob. antec. concedo, Deum non respicere contingentia solo respectu rationis, sed intrinsecâ & vitali expressione eorum, sed eâdem omnino, quâ respicit necessaria; atque adeò nullam nouam perfectionem addit supra scientiam simplicis intellig.

Conting. respicit Deus vitaliter.

Ad conf. Ad confir. concedo, scientiam visionis esse infinitam, tum ratione obiecti primarij, quod est ipse Deus, qui se ipsum cognoscit scientia visionis: tum fundamentaliter ratione simplicis intellig. nego tamen sumptam formaliter, & respectu obiecti secundarij esse infinitam, nisi extrinsecè & connotatiuè. Nego etiam illam origine præcedere in Patre formaliter, sed tantùm radicaliter. Ad prob. concedo, hanc habere Patrem a se; nego tamen illam habere priorem origine, quàm Verbum producat. Nam etiam productionem mundi Pater habet à se, non tamen priorem origine, quàm Filium producat. Nam habere à se, est non habere illud ab alio communicatum: habere priùs origine, est habere illud per modum principij alterius personæ productiui: potest autem Pater habere aliquid à se, & non habere illud per modum principij alterius personæ productiui: liberum enim decretum creaturarum, imò & ipsam productionem creaturæ habet Pater à se, & non per modum principij alterius personæ productiui. Ad 4. concedo, æternum Patrem loqui æterno Filio non solùm de rebus necessarijs, sed etiam de contingentibus, diuerso tamen modo; nam de necessarijs loquitur formaliter, communicando Filio formalem notitiam necessariorum; de contingentibus fundamentaliter, communicando illi proximum fundamentum veritatum contingentium, quæ est scientia simplicis intellig. nondum actu connotans contingentia, apta tamen connotare statim ac positum fuerit liberum decretum, & res ipsæ aliquando futuræ. Vt si quis vno verbo non solùm mihi communicaret notitiam actualem vnius obiecti, sed etiam virtualem reliquorum, quam in mente haberet, non solum diceretur loqui mecum formaliter ratione actualis notitiæ, sed etiam virtualiter ratione virtualis notitiæ mihi communicatæ. Nec est necesse, vt eodem modo Pater loquatur Filio de necessarijs, ac de contingentibus. Cùm enim hæc locutio sit necessaria, & necessaria in Deo præcedant libera omni prioritatis genere, non potest in eodem signo rationis, & independentiæ formaliter loqui de necessarijs & contingentibus simul, sed de necessarijs formaliter, de contingentibus tantùm fundamentaliter. Ad confir. concedo, Verbum esse ipsum Patris imperium, quo creaturarum executionem imperat, sed appropriatum, non proprium: quo pacto propria Patris dicitur ipsa externa operatio. Ratio; cùm imperium sit proximum principium directiuum operationis ad extra, & omnis operatio ad extra sit indiuisa, & communis toti Trinitati, non potest imperium, quo Deus res ad extra imperat, esse solius Patris. Ad 5. dist. maior. 1. de ratione Verbi est, procedere ex scientiâ siue formali, siue radicali omnium, quorum est expressiuum & declaratiuum, concedo: de ratione Verbi est, procedere ex scientiâ formali omnium, quorum est expressiuum & declaratiuum, nego. Ad confir. dist. maior. quidquid habent personæ productæ, habent à producente siue formaliter, siue radicaliter, concedo: habent formaliter, nego. Clarum est de origine actiuâ Spiritûs S. quam habet Filius à Patre non formaliter; alioqui non posset ipse actiuè concurrere ad productionem Spiritûs S. quia tunc ipse non se haberet vt principium eliciens, sed tantùm vt recipiens actiuam originem Spiritus; vnde tantùm denominatiuè diceretur Spiritum producere; sed radicaliter, quia accipiendo virtutem spiratiuam, cum ipsâ simul radicaliter accipit actiuam originem Spiritûs, quam vnà cum Patre simul eliciunt simultate originis in ordine ad Spiritum S. vt igitur se habet virtus spiratiua ad originem spirandi, ita scientia simplicis intellig. ad scientiam visionis. At originem spirandi non communicat Pater Filio immediatè & formaliter, sed mediatè & radicaliter in virtute spiratiuâ, quam solùm communicat formaliter; ergo nec scientiam visionis communicat Filio immediatè & formaliter, sed mediatè & radicaliter in scientiâ simplicis intellig. quam communicat formaliter. Ad 6. Neg. minor. nam cùm ea suppositio libera sit, mutare non potest intrinsecum modum procedendi Verbi. Vnde si nullâ factâ suppositione, Verbum postulabat procedere ex solâ notitiâ possibilium, ex eâdem tantùm procedere postulabit, factâ quâcunque suppositione. Prætereà eâ suppositione factâ, non potest libera notitia creaturarum origine præcedere necessariam productionem Verbi, ob præassignatam rationem. Ergo eâ suppositione factâ, non potest Verbum per se procedere ex notitiâ futurorum. Nec est par ratio de scientiâ, quæ factâ suppositione futurorum, necessariò connotat futura, quia in huiusmodi connotatione nulla inuoluitur repugnantia. Nec est eadem ratio de suppositione impossibili. Etenim concedo, ex suppositione quòd aliqua, quæ de facto sunt impossibilia, forent possibilia, Verbum per se ex notitiâ illorum fore processurum: nego tamen ex suppositione, quòd aliqua, quæ de facto non sunt futura, Verbum per se ex illorum notitiâ processurum. Quia prior suppositio mutaret intrinsecam perfectionem Dei, quam non mutaret posterior: & hoc ideò, quia posterior est circa obiectum liberum, prior verò circa necessarium: Deus autem necessariam connexionem habet cum obiecto necessario, non cum libero. Cùm igitur Verbum per se postulet procedere ex quâcunque perfectione intrinsecâ Dei, factâ tali suppositione circa obiectum necessarium, per se postularet procedere ex scientiâ talis obiecti.

Ad conf.

179. *Ad 5.*

Clarum exemp.

180. *Ad 6.*

Loquitur de contingent. fundam.

Ratio discriminis.

Digitized by Google

SECTIO VI.

An in Deo sit vera & propria Imago, eaque solius Filij propria?

181. Negat Durandus. PRIMA sent. *Duran. 1. in 1. dist. 28. q. 3.* negantis in Diuinis esse propriam & veram rationem imaginis, sed impropriam & analogam; eamque conuenire tam Filio, quàm Spiritui S. quia vterque procedit in similitudine & æqualitate producentis, licet ex vi nominis magis approprietur Filio, quam Spiritui S. quia Filius vi nominis importat similitudinem Patris, à quo procedit per modum naturæ; Spiritus S. procedit per modum voluntatis; cuius est producere, non qualis est ipsa producens, sed quale vult ipsa producere. Probat.

182. Probat 1. De ratione propriæ imaginis est, vt sit aliquid productum ad alterius imitationem; vt definit *August. lib. 83. qu. 74.* Nulla persona Diuina est ad alterius imitationem producta. Quia vbi est summa identitas, nulla esse potest propria imitatio; quę postulat distinctionem in eâ re, in quâ est. Cùm igitur vna persona Diuina nequeat imitari, & esse similis alteri in personalitate, cui potiùs est dissimilis & oppositа, sed in natura; & in natura omnes personę sint idem; non poterit vna persona esse vera & propria imago alterius.

183. Probat 2. 2. De ratione propriæ imaginis est, vt procedat ab exemplari præcognito: ipsa. n. est ad suum exemplar repræsentandum expressa: nulla persona Diuina procedit ab exemplari præcognito, igitur nulla persona Diuina est propria imago. Minor prob. quod procedit ab exemplari præcognito importat dependentiam exemplati ab exemplari: tum quia exemplar importat superioritatem, & perfectionis excessum supra exemplatum. Tum quia personæ diuinæ non habent ideam in mente Diuinâ, ad instar cuius producantur: nam hæc requirit distinctionem ab ideato non tantùm in personâ, sed etiam in naturâ.

184. Probat 3. 3. Si Deo conueniret propria imago, conueniret illi ratione intellectionis: quia de ratione propriæ imaginis est, manifestare imaginatum, illum repræsentando & exprimendo; quod sola intellectio præstat: nequit autem Deo ratione intellectionis propria imago conuenire: quia de ratione propriæ imaginis est, vt originem habeat ab eo, cuius est imago: intellectio verò diuina à nullo originatur, cùm sit essentialiter improducta.

185. 4. Fundam. potissimum. 4. Cur in Deo sit propria ratio imaginis est, quia scriptura Deo tribuit rationem imaginis: at etiam rationem imaginis Scriptura tribuit homini respectu Dei: *Genes. 1. Eccles. 17. 1. Corinth. 11.* & tamen nemo concedit, hominem esse propriam imaginem Dei: ergo etiamsi scriptura tribuat rationem imaginis Deo, non statim inde sequitur, in Deo esse propriam rationem imaginis.

186. Affer. & de Spiritu S. Secunda affirmat, in Deo esse veram & propriam rationem imaginis, idque conuenire tantum personaliter, non tamen esse solius Filij propriam; sed etiam Spiritus S. Hanc docuerunt nonnulli Patres Græci, Thaumat. in reg. Fidei: *Spiritus S. imago Filij perfecta.* Basilius l. 5. con. Eunom. c. 6. *Imago quidem Dei Christus est: imago verò Filij Spiritus.* Idem repetit *l. 12.* Cyrillus l. 13. thes. c. 1. *Quomodo igitur Spiritus S. cùm sit incommutabilis imago Filij Dei, inter creaturas connumerabitur?* & paulò pòst: *Deus igitur vnius Spiritus S. est, quoniam Filij Dei imago perfectissima est.* Damascen. l. Fidei c. 18. *Imago, Patris est Filius, & Filij Spiritus S.* Fundam. non minùs Spiritus S. quàm Filius habet omnia requisita ad rationem perfectæ imaginis; procedit enim à Patre & Filio in vnitatem eiusdem numero naturæ; idque vi propriæ originis, non minùs quàm Filius procedit à Patre; igitur est perfecta imago sui principij, non minùs quàm Filius Patris.

187. Conf. Confir. Ideò in humanis Filius est perfecta imago sui parentis, quia vi suæ originis procedit similis in eâdem naturâ specificâ cum illo: sed Spiritus S. vi suæ originis procedit similis in eadem natura numerica cum spiratore. Ergo potiore iure Spiritus S. quàm Filius in humanis, est perfecta imago sui principij. Nec refert, quòd ille procedat à Patre & Filio simul: tum quia non est contra rationem perfectæ imaginis, procedere simile duorum; Filius enim creatus non solùm est imago Patris, sed etiam matris. Tum quia non procedit ab illis, vt à duobus distinctis, sed vt ab vno eodemque principio spirandi.

188. Affir. de filio solo. TERTIA docet, Deo conuenire perfectissimam rationem imaginis, idque personaliter tantùm, & ratione solius Filij. Est omnium *Theolog. cum Magist. in 1. dist. 27. & 28. & cum S. Th. 1. p. q. 35. art. 1. & 2.* Vnde meritò *Zumel* Durandi opinionem appellat falsam, & in fide nimis periculosam; *Molina* singularem, & scripturis parum consonam. Ego à temeritatis notâ non excuso. In cuius explicationem. Præmittenda est perfecta imaginis definitio, quam Theologi colligunt ex Aug. lib. 83. qu. q. 74. *Imago est perfecta similitudo ad suum prototypum repræsentandum expressa.* Duo igitur ad perfectam imaginem requiruntur, perfecta similitudo cum suo prototypo, & realis origo ab eodem. Defectu primi vermis productus ab homine, non est imago hominis producentis, quia non est illi perfectè similis in naturâ specificâ, sed tantùm in gradu generico animalitatis. Defectu secundi, vnum ouum, vt docet *August.* non est imago alterius ouj, quia vnum non est expressum de altero, licet sit simile alteri. Ratio; finis perfectæ imaginis est perfectè suum prototypum imitando exprimere: nequit autem, nisi fit illi perfectè similis, & ab eo originem ducat: vbi n. perfecta similitudo deest, perfecta etiam repræsentatio desit oportet: & quantum de perfectâ similitudine deest, tantundem de perfectâ repræsentatione deesse necesse est. Vbi verò origo non est, imitatio esse non potest, quæ ad rationem imaginis necessaria est. Est n. imitatio, productio vnius ad expressionem alterius. Vnde non dicitur alterum imitari, quod ab illo originem non habet.

189. Definit August. imag.

Cui duo requirat.

190. Statua originatur DICES. Statua Cæsaris dicitur vera imago Cæsaris, esto ab illo producta non sit & notitia, quam habet angelus de lapide, est vera imago lapidis, esto à lapide originata non sit, sed à specie immediatè à Deo infusâ. Igitur ad perfectam naturam imaginis non est necessaria origo. Resp. statuam Cæsaris originari à Cæsare, mediâ specie & ideâ, quam statuarius intra se de Cæsare concipit: similiter notitiam lapidis originari à lapide, mediâ specie lapidis, quam Deus supplet in intellectu angeli: sicut diceretur Petrus producere Paulum, etiamsi solus Deus immediatè suppleret semen Petri in productione Pauli.

191. Ratio absoluta non est imago Dei. DICO 1. Ratio imaginis nequit Deo conuenire essentialiter, sed tantùm personaliter. In hac assert. omnes conueniunt. Fundam. est definitio imaginis, cuius essentia originem postulat ab eo, quem repræsentat. At nulla perfectio absoluta in diuinis originem habet ab aliquo,

cuius

cuius imago esse possit; cùm nulla perfectio absoluta in Diuinis sit producibilis. Vnde si quando Scriptura & Patres rationem imaginis tribuunt essentiæ Diuinæ, sumunt imaginem pro exemplari; inter quod & imaginem hoc interest, quod exemplar est quidem simile suo exemplato, ab eo tamen originem non habet, sed potiùs est illius originatinum: imago verò & similis est, & originem hebet à suo exemplari.

192. *Solus Filius propria imago.*

DICO 2. In Diuinis solus Filius est propria imago. Assertio constat 1. ex Script. quæ solùm Filium appellat imaginem, aut nominibus æquialentibus imagini. Ad Rom. 8. *Nam quos præscijt, & prædestinauit conformes fieri imaginis Filij sui* 2. Ad Corinth. 4. *Qui*, nempe Christus, *est imago Dei.* Ad Coloss. 1. *Qui est imago Dei inuisibilis.* Sapien. 7. *imago bonitatis Dei.* Idem Hebr. 1. appellatur *figura substantiæ* Dei, siue *character*: quæ nomi-

Ex Scripturis na apud Patres idem sonant, quod *imago*. Nam sicut *character* est proprium signum, in quo author characteris; ita *imago* est signum, in quo imaginatum cernitur. Dicitur etiam *Sigillum*, Ioan. 6. *Hunc Pater signauit Deus*, loquens de se ipso Christus. nam vt in *sigillo* imprimi solet figura obsignantis: ita in Filio imprimitur imago Patris, se ipsum in Filio obsignantis. Et vt *sigillo* reconduntur secreta obsignantis: ita Verbo reconduntur secreta Patris. Appellatur etiã *Facies*. Psal. 97. *Ostende faciem tuã & salui erimus*, nã ex *facie* cognoscitur homo *ita* inquit Nyssenus lib. de differ. essentiæ, *Filij hypostasis quasi facies est, qua Pater cognoscitur.* Dicitur etiã *speculum* Sapient. 7. quia sicut in *speculo* apparent effigies rerũ, ita in filio effigies Patris. Tandem dicitur *candor lucis æternæ*, ibid. & *splendor gloriæ*. Heb. 1. quia sicut proprium *lucis* & *splendoris* est, esse manifestatiuum rerum: ita Verbi increati proprium est, esse manifestatiuum Patris, & eorum omnium, quæ sunt in Patre. 2. Constat auth. Patrum, *Clement. Rom. epist.*

193. *Authoritas patrum.* *1. ad Iacob. F. D. Cyrilli lib. 3. in Ioan. cap. 29. Ansel. in monol. cap. 32. & 37. August. 5. de Trinit. cap. 13. & alibi, & reliq. ferè Latin. teste S. Tho. 1. p. qu. 35. art. 2.* Variæ autem assignantur rationes, cur solus Filius sit propria imago, cùm etiam Spiritus S. procedat similis principio spiranti, ab eoque originem ducat: hanc vnicam, ex meis principiis adduco. Solus Filius in Diuinis habet omnia requisita ad perfectam rationem imaginis: sc.

194. *Ratio sufficiens.* adequatam similitudinem cũ suo prototypo, & realem originem: At solus Filius vi suæ processionis cum reali origine accipit adæquatam similitudinem sui prototypi: nam prototypon Filij

Prototypon Filij Pater. est Pater, ad operandum constitutus per naturam, & obiectum intelligibile; cuius adæquatam similitudinem tam naturæ, quàm obiecti intelligibilis accipit Filius vi suæ processionis formalis, non solùm procedens vt consubstantialis Patri, sed etiam vt species expressa omnium intelligibilium, quæ sunt in mente Patris. Pater autem, cum à nullo originetur, non potest habere rationem imaginis, sed exemplaris. Spiritus S. etsi vi suæ processionis procedat similis in naturã cum suo principio producente, quia tamen non procedit similis obiecto volibili, quod est vltimum constitutiuum principij spirativi; non procedit adæquatè similis suo principio producenti, atque adeò vt perfecta imago sui prototypi. Confir. ideò vermis procedens ab

Confir. homine non est imago hominis producentis, quia non procedit illi adæquatè similis. Ergo nec Spiritus S. erit imago Patris & Filij, quia non procedit illis adæquatè similis. Hanc rationem apertè

195. expressit Basilius *epist. 37. ad Gregor. Nyss.* fine: *Peri-de*, inquit, *atque in speculo quodam puro, qui impressum illi formam considerat, euidentem habet imaginati vultus cognitionem: ita & qui Filium cognouerit, paternæ simul hypostaseos characterem per Filij cognitionem in corde suo iam suscepit, ita vt hypostasis Filij, instar formæ ac faciei sit paternæ cognitionis: & contra, Patris hypostasis in formâ Filij cognoscatur.* Eandem docuit Ambros. *lib. de myst. Dom. Incarn. cap. vlt. Cur solus Filius imago inuisibilis Dei dicitur, & character substantiæ eius, nisi quia in eo natura eiusdem vnitas, & maiestatis expressio est.*

196. *Dices.*

DICES. Tam Verbum creatum est perfecta imago sui obiecti, quàm figura artificialis sui exemplaris: & tamen neutra est adæquata similitudo sui prototypi: cùm neutra sit eiusdem naturę & essentiæ cum illo: cùm nec Verbum substantiæ sit substantia; nec figura Cæsaris sit natura Cæsaris. Ergo ad rationem perfectæ imaginis non requiritur adæquata similitudo, cum suo prototypo.

Resp. 1. 1. Nego maior. nam quantò aliquid recedit à perfectà similitudine sui prototypi, tantò recedit à perfectà ratione imaginis; quia tota quidditas imaginis est ad repræsentandum suum prototypum. ergo quò erit illi similior, eò perfectiorem ratio-

à priori ratio. nem imaginis participabit: & contrà quò erit illi dissimilior, eò imperfectiorem rationem imaginis continebit. Quam imaginis naturam optimè expressit Basilius *cit. epist. fine; Non enim consistere poterit imaginis ratio, nisi per omnia ad archetypum expressa sub omnibus numeris sit, nihilque variet.* Cùm igitur nec Verbum creatum participet totam similitudinem obiecti, cùm non participet illius similitudinem naturalem, sed tantùm intentionalem; nec imago artificialis participet naturam, sed externam duntaxat figuram sui exemplaris, neutra erit perfecta imago sui prototypi. 2. Duplex similitudo, vna

197. *Resp. 2.* generica & communis, altera specifica & propria. Similitudo, quæ constituit propriam rationẽ imaginis non est generica & communis, sed specifica & propria. Cùm igitur Verbum creatum habeat similitudinem non genericam naturæ intelligentis, sed specificam obiecti intelligibilis; similiter statua Cæsaris, non habeat similitudinem generică & cõmunem, sed specificam & propriam figuræ Cæsa-

Similit. Specifica. *Propria.* ris, tam Verbum respectu obiecti, quam statua respectu prototypi erit propria imago. Sc. finis imaginis est repræsentare imaginatum: at per rationem communem & genericam non repræsentatur, imaginatum; cùm talis ratio sit communis cũ aliis, quæ in eã conueniunt. Repræsentatur autem per rationem propriam & specificam, quia ratio specifica ducit ad propriam cognitionem differentiæ imaginati, per quam differt ab omni alio. Hinc de-

198. *Spiritus S. non est imago Spiratoris* ducitur solida ratio, cur Spiritus S. non sit imago Spiratoris, etiamsi habeat vi originis eandem numero naturam cum illo: quia hæc similitudo respectu spiratoris non est propria & quasi specifica, nam propria & specifica similitudo in ijs, quæ procedunt ex principio intellectiuo & volitiuo, desumitur ex obiecto; nam hoc est proprium & vltimum specificatiuum horum principiorum, vt constat ex *disp. 18. sec. 7.* sed communem & quasi genericã. Vnde nõ potest per hanc similitudinẽ Spiritus S. constitui propria imago sui Spiratoris, sicut Filius sui genitoris. Quia Filius præter communẽ & quasi genericam similitudinem naturæ, accipit etiã propriam & quasi specificam obiecti intelligibilis.

199. *Ad primum.* Ad 1. primæ neg. minor. Ad prob. dist. antec. vbi est summa identitas, & nulla realis distinctio, nulla esse potest imitatio, concedo: vbi est summa iden-

Digitized by Google

identitas cum reali distinctione, nulla esse potest imitatio, nego. Etenim, posità reali distinctione inter exemplabile, identitas naturæ confert potiùs, quàm tollat similitudinem ad perfectam rationem imaginis requisitam. Neque est necesse, vt intercedat realis distinctio in ipsâ ratione, in quâ est imitatio, sed sat est, si distinctio intercedat inter terminum imitatium & principium imitabile. Ad
200. *Ad 2.* 2. resp. 1. Maior est tantùm vera de imagine intellectuali, & artificiali, non de naturali, sicuti est Filius creatus respectu sui parentis, qui est vera imago Patris, cùm tamen non procedat ab exemplari præcognito. Quidquid nonnulli sentiunt opinantes, etiam filium creatum procedere ab exemplari præcognito, saltem ab authore naturæ mouente ex præcognitione operis. *Resp.* 2. Neg. minor. nam Filius increatus procedit ab exemplari præcognito; siquidem eadem notitia, quâ producitur Verbum, simul etiam cognoscitur. Ad 1. prob. nego, nos hic sumere exemplar, prout dicit perfectionis excessum, quamuis hoc importat nomen exemplaris, sed prout dicit solùm principium per cognitionem imitabile & expressibile, absque vllâ dependentiâ termini exprimentis & imitantis. Ad 2. concedo, diuinas personas non habere propriè ideam sui, prout idea importat essentialem distinctionem inter ideam & ideatum; sed solùm prout idea dicit principium per cognitionem imitabile.
201. *Ad 3.* Ad 3. dist. si conueniret Deo ratio imaginis, conueniret illi ratione intellectionis essentialis, nego: ratione notionalis, concedo. Circa quod argum. infrà redibit sermo.
202. *Ad 4.* Ad 4. concedo, potissimum fundam. asserendi in Deo veram rationem imaginis esse Scripturam, accedente auth. Patrum vnanimi consensu illam interpretantium de imagine propriâ. Secus verò illam explicant de homine, dum à Scripturâ appellatur imago Dei: nam ex peculiari modo, quo illi rationem imaginis scriptura tribuit, apertè colligunt, hominem non esse perfectam, sed imperfectam imaginem Dei. Ad quam imperfectionem denotandam, vt *S. Tho.* 1. *p. q.* 35. *art.* 2. *ad* 3. notat, non solùm dicitur homo in Scriptura *imago Dei*, sed ad *imaginem Dei*: ad significandam imperfectionem motûs tendentis, & nunquam attingentis ad perfectam rationem originis.

Ad argu. secundæ. Ad auth. Patrum resp. eos
203. *Ad Authoritatem Patrum.* tantùm contra Arianos ostendere voluisse, Spiritum S. esse verum Deum, eiusdem naturæ cum Patre & Filio: ad hoc autem ostendendum vtebantur hoc argu. *Filius est imago Patris*, vt Scriptura testatur; *Spiritus S. est eiusdem naturæ cum Filio, & consequenter cum Patre*; in quâ argu. præcipuus Patrum scopus erat, contra *Arianos* probare Spiritum S. esse eiusdem naturæ & substantiæ cum Filio & Patre. Ad fundam. neg. antec. Ad probat.
204. *Ad fund.* esto Spiritus S. vi suæ originis procedat à Patre & Filio in vnitatem eiusdem numero naturæ, quia tamen non procedit in similitudinem propriam & quasi specificam principij volitiui, cùm non procedat similis illi in obiecto volibili, quod est procedere similem illi in ratione propriâ & specificâ, non dicitur procedere vt propria imago sui principij: sicut Filius, qui vi suæ originis non solùm procedit similis principio intelligenti in ratione quasi genericâ naturæ, sed etiam in specificâ ratione obiecti intelligibilis; cùm non solùm procedat vt consubstantialis & eiusdem naturæ cum Patre, sed etiam, vt adæquata species expressa totius obiecti intelligibilis Paterni. Ad confir. resp.
205. *Ad conf.* non ideò præcisè Filium in humanis esse perfectam imaginem sui parentis, quia vi suæ originis accipit eandem naturam specificam cum illo, sed quia cum naturâ specificâ accipit adæquatam similitudinem principij generantis: cùm præter similitudinem eiusdem naturæ specificæ, nulla superfit similitudo principij communicanda termino. At Spiritus S. accipiendo eandem numero naturam cum principio spirante, non accepit adæquatam similitudinem totius principij producentis, quia non accipit similitudinem intentionalem obiecti volibilis, quæ est propria & specifica similitudo principij volitiui, à quo Spiritus S. procedit. Et quia de ratione propriæ imaginis est, procedere adæquatè simile suo exemplari, aut saltem procedere illi simile in vltimâ & propriâ ratione specificâ, vt procedunt verbum creatum respectu obiecti intelligibilis, & figura artificialis respectu sui exemplaris, ideò Spiritus S. non est propria imago Spiratoris. *Spiritus S. non accipit adæq. simil.*

An Imago conueniat Filio ratione proprietatis personalis, an ratione essentiæ communis? *Sect. 7.*

PRIMA sent. docet, conuenire ratione solius proprietatis personalis: *Bonau. in* 1. *dist.* 31. *p.* 2. *a.* 1. *& ad vlt. Aureo. dist.* 27. *p.* 2. *art.* 3. Fundam. imago est obiectiua apparentia rei, ad id vi suæ originis ordinata: nam quidquid facit aliud apparere vi suæ originis, dicitur imago illius: At Verbum ratione solius proprietatis personalis est obiectiua apparentia Patris, ad id vi suæ originis productas sc. ratione cuius distinguitur à Spiritu S. non ratione essentiæ communis, sed proprietatis personalis: ergo. Confir. res posita in esse obiectiuo apparenti non est imago rei existentis in se ipsâ, ratione alicuius absoluti, quia in hoc non est aliud à re in se ipsâ existente; rosa enim, quæ lucet in mente, non est alia à rosâ in se ipsâ existente; sed ratione obiectiuæ apparentiæ. Ergo Verbum non est imago Patris ratione essentiæ absolutæ, quia in hoc non est aliud à Patre; sed ratione solius obiectiuæ apparentiæ, quæ est proprietas personalis, quam habet Verbum vi suæ originis & peculiaris modi emanandi: 2 ex *Aug.* 5. *de Trin. c.* 13. vbi docet, eodem modo relatiuè dici imaginem, sicut & Filium; sed Filius relatiuè dicitur ratione solius proprietatis personalis: ergo & imago.
206. 1. *Sent.* *Fund. Aurcoli.* 207. *Conf.* 1. 208. *Conf.* 2.

SECVNDA affirmat, rationem imaginis conuenire Filio vi solius essentiæ, connotatâ tantùm proprietate personali. *Alen.* 1. *p. q.* 61. *me.* 2. *art.* 1. *& S. Tho. in* 1. *dist.* 28 *q.* 2. *art.* 2. *Zumel.* 1. *p. q.* 35. licet inclinet in 3. sent. citandam. Videtur *Granad.* 1. *p. tract.* 9. *disp.* 11. *sect.* 3. Fundam. imago importat similitudinem ad suum prototypum ex definitione. *Aug.* Hanc autem importat Verbum ad Patrem, ratione essentiæ, non proprietatis personalis: quia in personalitate Filius potiùs opponitur & dissimilatur Patri, quâ assimiletur. Confir. ratione illius Verbú est imago Patris, ratione cuius est expressiuum Patris: est autem repræsentatiuum Patris, ratione solius essentiæ communis, non proprietatis personalis: nam ratione solius essentiæ est expressa species ac naturalis, intentionalisque imago illius; cùm personalitas nec sit expressiua Patris, nec naturalis, intentionalisque imago illius.
209. 2. *Sent.* *Confir.*

TERTIA docet, Verbum esse imaginem ratione vtriusque tam essentiæ communis, quàm proprietatis personalis. Est aliquorum apud *Alens. tract. cit. art.* 2. *Vasquez* 1. *p. disp.* 145. *c. vlt. Suarez l.* 9. *de Trinit. c.* 9. in quam inclinat *Zumel cit.* Quæ sent. probat.
211. 3. *Sent. vera.*

probabilior. fundam. imago duo essentialiter importat, similitudinem, & originem; ex definitrâ: vtramque in recto, licet principaliùs similitudinem, quàm originem, vt de Verbo *suprà*. Ergo ratione vtriusque imago conuenit Filio Dei. Quia nec similitudinem dicere potest ratione solius proprietatis personalis, nec originem ratione solius essentiæ communis; cùm nec proprietas personalis sit ratio fundandi similitudinem ad suum prototypum, nec essentia communis ratio fundandi originem ad suum principium producens. Antec. prob. vtraque relatio integrat rationem imaginis; alterutrâ enim sublatâ, tollitur quidditas imaginis: & quando duo concurrunt ad vnam rationem integrandam, vtrumque importatur in recto. Denique imago principaliùs importat id, in quo cum imaginato conuenit: conuenit autem cum imaginato in vnitate & conuenientiâ naturæ, aut externæ speciei. Dicitur enim imago ab *imitando*: imitatur autem imago suum prototypum in naturâ, aut externâ figurâ, vt illud quoad fieri potest, in se ipsâ referat & exprimat.

Fund.

212. *Ad primum 1.* Ad 1. primæ, Resp. 1. allata descriptio imaginis competit tantùm imagini artificiali, & intentionali, non naturali, quæ consistit in conuenientiâ eiusdem naturæ cum imaginato, cuiusmodi est in humanis genitus respectu sui genitoris, quem in se ipso per naturæ specificæ vnitatem refert ac repræsentat. 2. Falsum est Verbum esse obiectiuam apparentiam Patris, ratione solius proprietatis personalis; Est. n. Verbum obiectiua apparentia Patris, tum ratione eiusdem numero naturæ cum Patre, tum ratione intentionalis similitudinis, ratione cuius Parentem in se ipso intelligibiliter exprimit: exprimit autem ratione notitiæ communis. Vnde ad prob. concedo, Verbum per aliquam perfectionem à Spiritu S. distinctam esse obiectiuam apparentiam Patris: siquidem est obiectiua apparentia Patris completè non solùm per notitiam communem, sed etiam per proprietatem personalem, per quam distinguitur à Spiritu S.

Resp. 2.

213. *Ad 1. conf.* Ad 1. confir. neg. maior, eiusque prob. est enim verbum creatum repræsentatiuum rei ad extra formaliter per aliquid absolutum, nempe per qualitatem absolutam, à potentiâ & obiecto simul productam: Falsum item est, rem, quæ lucet in mente, esse eandem cum re in se ipsâ existente, sed distinguitur in nobis realiter, vt verbum mentis, in quo relucet res ad extra in suo esse intentionali, à re ipsâ in propriâ naturâ existente. Licet in Deo cognitio repræsentans, & obiectum repræsentatum sit idem, quia in Deo ratio cognoscendi, & cognitum sunt idem. Ad 2. Resp. ex allatâ auct. *August.* tantùm sequi, imaginem includere relationem producti ad producens, eamque reipsa esse eandem cum relatione Filij ad Patrem, quod vltrò concedo: non quòd eodem modo importetur ab vnâ, ac ab alio. Nam à Filio relatio geniti ad genitorem importatur principaliùs, minùs principaliter importatur essentia. Contrà verò ab imagine principaliùs importatur essentia, ratione cuius est expressiua & imitatiua sui prototypi; minùs principaliter relatio producti ad producens. Cæterùm aduerte apud *August.* non esse illam comparationem, *Sicut Filius, ita & imago relatiuè dicitur*, sed simpliciter, *Relatiuè dicitur Filius, relatiuè dicitur & imago.* Vnde disting. maior. eadem relatione refertur Filius ad Patrem, & imago ad prototypum, concedo: eodem modo; nego. Argumenta secundæ sent. quatenus probant, conuenire Verbo, perfectionem imaginis, ratione essentiæ communis, concedenda sunt: quatenus verò negant, eandem perfectionem illi etiam conuenire ratione proprietatis personalis, neganda. Nec refert, quòd personalitas non sit formalis ratio assimilandi, sed potiùs dissimilandi personam productam producenti, quia personalitas non importatur ab imagine, vt ratio formaliter assimilatiua prototypi, sed potiùs vt ratio originata à prototypo, quæ essentialiter includitur in quidditate imaginis, cuius est esse imitatricem sui prototypi; in quâ ratione intrinsecè inuoluitur passiua origo imitabilitatis sui prototypi.

In formâ Resp.

214. *Ad 2. conf.*

215. *Ad secundam sent.*

Nota.

An Verbum sit imago solius Patris? *Sect. 8.*

216. *Ratio dub. 1.* RAtio dub. 1. eorum omnium videtur Verbum esse imago, ex quorum notitiâ per se procedit: procedit autem per se non modò ex notitiâ Patris, sed sui ipsius, Spiritûs S. essentiæ Diuinæ, & possibilium: ergo non solùm est imago Patris, 2. respectu illius Verbum est formaliter imago, quod respicit vt formaliter simile; at solam essentiam respicit vt formaliter similem: quia id tantùm respicit vt formaliter simile, cum quo formalem habet conuenientiam & vnitatem; cum personalitate Patris potiùs habeat disconuenientiam & oppositionem. Maior prob. imago essentialiter est similitudo ad suum exemplar repræsentandum expressa.

2.

217. *Verbum est imago solius patris.* DICO 1. Verbum solius Patris est imago. Fundam. respectu solius Patris est originata similitudo ad illum repræsentandum expressa. Igitur solius Patris est imago. Nam illius tantùm est imago, respectu cuius habet essentialia imaginis; quæ sunt similitudo & origo ad repræsentandum accepta Antec. prob. Verbum à solo Patre producitur, & vi eiusdem productionis communicatur illi adæquata similitudo tam naturæ, quàm obiecti intelligibilis ad illum perfectè repræsentandum. Maior prob. etsi Verbum, vt ab obiecto per se cognito procedat non solùm à Patre, sed etiam à seipso, à Spiritu S. & à possibilibus; vt à principio tamen originante à solo Patre procedit; atque adeò respectu solius Patris habet essentialia imaginis.

218. *Concl. 2.* DICO 2. Verbum est imago Patris, non solùm vt habentis essentiam, vt naturam, & paternitatem, vt hypostasim productiuam; sed etiam vt habentis naturam, Paternitatem, & reliqua omnia, vt obiectum intelligibile. Fundam. Verbum non solùm repræsentat Patrem naturaliter per eandem numero naturam, quam vi originis accipit, sed etiam intelligibiliter per intellectionem, quam etiam vi originis accipit ab illo; ergo non solùm est imago illius, vt habentis essentiam, vt naturam, & paternitatem, vt hypostasim productiuam; sed etiam vt habentis hæc ipsa, & reliqua omnia, vt obiectum intelligibile. DICES. Id tantùm formaliter respicit imago, à quo formaliter producitur. Sed per nos Verbum formaliter tantùm producitur à paternitate, vt à ratione formali proximè productiuâ: ergo illam tantùm formaliter respicit. Maior prob. quoniam id tantùm formaliter respicit imago, à quo tanquam ab exemplari respicit esse; ergo id tantùm formaliter respicit, à quo tanquam ab exemplari producitur. Resp. neg. maior. Ad prob. dist. antec. à quo recipit esse tantùm productiuè, nego; a quo recipit esse saltem communicatiuè, concedo. Verbum autem etsi productiuè tantùm recipiat esse à paternitate, vt à ratione formali proximè productiuâ, communicatiuè tamen accipit esse etiam à naturâ, & à totâ personâ Patris.

Fundam.

219. *Dices.*

Resp.

220. *Concl. 3.* DICO 3. Verbum non est imago Patris, neque per solam naturam formaliter, neque per solam in-

Digitized by Google

intellectionem formaliter, sed per vtrumque simul: per naturam vt per rationem quasi genericam, per intellectionem vt per rationem quasi specificam. Fundam. Verbum est perfectissima imago: hæc autem postulat, vt perfectissimè repræsentet suum exemplar. At Pater non solùm est repræsentabilis secundùm esse naturæ, sed etiam secundùm esse intelligibile: ergo Verbum non solùm repræsentat illum per esse naturæ, quod vi productionis accipit, sed etiam per esse intellectiuum, quod vi eiusdem productionis sibi communicatur. Confir. 1. Verbũ non solùm est imago Patris naturalis, sed etiam intentionalis: ergo debet per vtramque rationem simul illum repræsentare. 2. sola similitudo in naturâ in diuinis non sufficit ad rationem propriè imaginis, vt cõstat: sola autem similitudo intentionalis est imperfecta, cùm non adequet perfectionem sui exemplaris: igitur ad perfectissimam rationem imaginis, qualis est Verbum, vtraque similitudo & naturalis, & intentionalis necessaria est. DICES. Imago intentionalis est similitudo producta ab exemplari præcognito: Verbum non est similitudo producta ab exemplari præcognito: nam producitur à Patre, vt ab obiecto intentionaliter mouente, sed vt à supposito naturaliter operante. Maior prob. imago intentionalis respicit exemplar, vt principiũ intentionaliter mouens mediâ cognitione; alioqui imago intentionalis non distingueretur à naturali, quæ est similitudo à principio naturaliter operante. Resp. imago intentionalis est quidem similitudo procedens ab exemplari præcognito, ad ipsum repræsentandum expressa, non tamen debere necessariò produci ab ipso exemplari intentionaliter mouente, sed sat esse, si ab ipso exemplari præcognito habeat communicatam similitudinem ad ipsum intentionaliter repræsentandum, & simul passiuam originem, quomodocunque illam habeat, siue vt ab obiecto intentionaliter mouente, siue vt à supposito naturaliter operante. Cuius ratio est; intentionalis imago quidditatiuè tantùm dicit intentionalem similitudinem, ab exemplari præcognito procedentẽ ad ipsũ repræsentandũ expressa: siue autẽ hanc similitudinẽ accipiat imago ab exẽplari viâ communicationis, siue viâ productionis, modò ab ipso exẽplari cũ cõmunicatione intẽtionalis similitudinis realẽ ducat originẽ, ex quâcunque rationẽ formali talẽ originẽ ducat, saluatur ipsius quidditas, quæ principaliter consistit in intentionali expressione obiecti: origo autem solùm requiritur, vt distinguat imaginem ab imaginato, vt inter ea fundari possit realis ordo exprimentis & expressi.

221. Conf. 1.

222. Dices.

Resp.

Intentionalis imago quæ

223. Ad primam var. dub.

Ad 2.

In forma.

Ad 1. rationem dub. nego maior. cùm enim ad rationem imaginis per se requiratur origo, & non à quocunq; procedit Verbũ, vt ab obiecto per se cognito, simul originem ducat, sed à solo Patre; non quorumcunq; ex quorũ notitiâ per se procedit, sed solius Patris, erit imago. Ad 2. vt in imagine aliud est, in quo relatio imaginis fundatur, aliud imago ipsa; ita in termino aliud est, in quo ratio terminandi respectum imaginis ad se fundatur, aliud terminus, terminans vt *quod*. Etenim ratio, in quâ imaginis relatio in Verbo fundatur, est vnitas tum naturæ, tum intellectionis; imago est persona Verbi, vt realiter à Patre originata. Eodẽ modo in Patre id, in quo ratio terminandi respectum imaginis ad se fundatur, est vnitas eiusdẽ naturæ & intellectionis; terminus terminans vt *quod* hunc respectum ad se, est persona Patris, vt realiter originans, Filiũ. Igitur ad argu. dist. maior. eius tantùm Verbum est imago, vt rationis terminandi *quâ* quod respicit vt simile formaliter, concedo: eius tantùm est imago, vt rationis terminandi *quæ*, quod respicit vt simile formaliter & reduplicatiuè, nego: nam hæc est tota persona Patris, quæ non secundùm totũ esse & reduplicatiuè respicitur, vt similis formaliter, sed tantùm specificatiuè, & secundùm esse absolutum.

Ex omnibus dictis de personâ Filij constat, eam adæquatè constitui per omnes hos tres respectus, Filiationis, Verbi, & Imaginis; omnesq; per se requiri ad rationem Filij & geniti increati. Quia cũ Filius increatus sit Filius intellectualis; nequit autẽ is esse, nisi vi processionis procedat adæquatè similis principio intelligenti, vt intelligenti formaliter; & hoc constituatur ex naturâ & obiecto intelligibili; vt Filius procedat adæquatè similis principio intelligenti, vt intelligenti formaliter, debet procedere similis illi, & quoad naturam, & quoad obiectum intelligibile; ac proinde relatio Filij increati, quidditatiuè inuoluit relationem Verbi intelligibiliter manifestantis obiectum, ex cuius cognitione per se procedit; & relationem imaginis adæquatè exprimentis suum prototypum. Omnes tamen isti respectus sunt vnus & idem, solâ connotatione diuersi; nam relatio Filij magis exprimit vnitatem naturæ cum principio producente: relatio Verbi magis exprimit similitudinem intentionalem cum obiecto intelligibili; relatio imaginis magis exprimit repræsentationem sui exemplaris.

124. Persona Filij constituitur.

DISPVTATIO XXVII.

De Persona Spiritus sancti.

SECTIO I.

An Spiritus Sanctus sit nomen proprium tertiæ personæ?

1. 1. Ratio dubitandi pars affir.

PRIMA dub. ratio est, quia non solùm tertia in Trinitate persona & Spiritus, & Sancta est, sed reliquæ etiam & Spiritus & Sanctæ sunt: *Et Pater*, inquit, *Aug. 15. de Trinit. c. 19. Spiritus, & Filius Spiritus & Pater sanctus, & Filius sanctus est.* Et Basilius l. 2. contra Euno. *Non est*, ait, *solùm hoc nomen sanctitatis cum Patre & Filio ipsi Spiritui sancto commune, sed ipsa etiam spiritus appellatio.* 2. Propriũ nomen in Diuinis propriam hypostasim, propriúq; subsistẽdi modũ exprimit. At hoc nomẽ *Spiritus sanctus* non exprimit propriã hypostasim, propriúq; modũ subsistẽdi tertiæ personæ, qui est subsistere, vt terminũ reciproci amoris Patris & Filij: igitur nõ est ipsius propriũ nomẽ. Cõfir. quælibet persona Diuina cõstituitur in suâ hypostasi per relationẽ ad suũ correlatiuũ, vt Pater per relationem ad Filiũ, & Filius per relationẽ ad Patrem: sed huic nomini *Spiritus sanctus*, nulla respõdet correlatio ex parte Patris & Filij, à quibus procedit: nã etsi dicatur Spiritus Patris, Spiritus Filij; nõ tamẽ è cõuerso dicitur Pater Spiritus sancti, Filius Spiritus sancti. Igitur nomẽ *Spiritus sancti* nõ est propriũ tertiæ personæ. Ratio dub. partis negãtis est Auth. Matth. vlt. *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* 1. Ioan. 5. *Tres sunt, qui testimonium dant in cœlo, &c. Pater, Verbũ, & Spiritus sanctus.* At Pater & Filius sũt propria nomina primæ, & secũdæ personæ: ergo & *Spiritus sanctus* erit proprium nomẽ tertiæ. Accedit Patrũ, Cõcil. toriusq; Ecclesiæ authoritas, quæ hoc nomen *Spiritus sanctus*, vt tertiæ personæ characteristicum

2. Conf. 2.

2. Ratio dub.

2. Authoritas Scripturæ &c.

sticum agnoscit & profitetur. Vnde *Augist. 11. de Ciuit. cap.* 10. *Qui Spiritus Patris & Filij, Spiritus sanctus propriâ quâdã natione huius nominis in sacris litteris nuncupatur.* Chrysost. *h.* 3. *de Spiritu S.* interpretans hoc nomen. *Ista enim,* ait, *est prima & propria appellatio, & vt euidentiorem habens intelligentiam Spiritus sanctus naturam demonstrat.* Nota cum Richard. *in* 1 *dist.* 10. *art. qu.* 3. *Durand q.* 1. vt indicauit *S. Th.* 1. *p. q.* 36. *art.* 1. *ad* 2. hoc nomen *Spiritus* dici posse vel à *spiritualitate*, vel à *spiratione*: & ab hâc, vt notat *Alens.* 1. *p. q.* 63. *memb.* 1. dupliciter, vno modo à *spiratione actiuâ*, alio modo à *spiratione passiuâ*.

3.

4. *Nomen personæ à spirat. passi.*

Dico 1. Spiritus à passiuâ spiratione dictus est nomẽ personale, & solius 3. personæ proprium. Fundam. eius personæ proprium est, esse spiritum, prout *spiritus* dicitur à *passiuâ spiratione*, cuius est passiuè spirari. At solius tertiæ personæ proprium est, passiuè spirari. Nam dictus à *spiratione actiuâ*, vel est toti Trinitati communis, si *actiua spiratio* sumatur pro virtute spirandi ad extra, iuxta illud Ioan. 3. *Spiritus vbi vult, spirat:* Vel communis Patri & Filio, si accipiatur pro virtute spirandi ad intra. In hâc autem notione sumptus *Spiritus*, idem est quod *spiratus*: vnde absque adiuncto, *Sanctus*, est proprium 3. personæ, non secus ac, *Genitus*, est proprium secundæ. Adiungitur autem, *sanctus*, potiùs tertiæ, quàm 2. personæ, ad denotandum peculiarem modum emanationis 3 personæ, qui est per voluntatem, ad quam spectat sanctitas.

5. *Differentia à nominib. reliquarum.*

Cæterùm adhuc in hac significatione sumptus Spiritus multùm differt à propriis nominibus reliquarum personarum; cuiusmodi sunt *Pater* & *Filius*, *Genitor* & *Genitus*, quæ non solùm in Diuinis, sed etiam in humanis habent idem commune, saltem analogicè significatum; quod est relatio paternitatis & filiationis, genitoris & geniti, fundata in perfectâ communicatione naturæ. At verò *Spiritus* etiam à *passiuâ spiratione* dictus, non eandem notionem habet in Diuinis, ac in humanis: nam in Diuinis significat personam ex vi reciproci amoris duorum suppositorum Patris & Filij procedentem in humanis significat halitum ex corde & ore animalis, ministerio pulmonis ad nimium æstum vitalis caloris temperandum causatum. Ex hâc tamen quilibet analogâ similitudine, vtpotè sensibili & notâ nobis, voluit Spiritus sanctus peculiarem suæ emanationis modum nobis insinuare. Quod & præstitit Christus *Ioan.* 20. quando auth. *Cyrillo lib.* 9. *in Ioan* & aliis Patribus, ad ostendendum Apostolis modum, quo Spiritus à Patre Filioque procedat, *Insufflauit, & dixit, Accipite Spiritum S.* Constitit autem hæc analoga similitudo inter emissionem vitalis halitûs, & processionem S. Spiritûs, in hoc: quòd sicut vitalis halitus emittitur à corde, quod est fons & principium vitæ totius animalis, nec non prima sedes amoris sensitiui; simul ab ore quod est index & nuncius cordis, ita Spiritus S. à Patre, qui est fons totius Deitatis, & primum principium vitæ amoriscque increati, & simul à Filio, quod est Verbum & index Patris. Et sicut halitus vitalis formatur ex reciproco motu cordis & oris, qui componitur ex pullu & tractu vtriusque: ita Spiritus S. ex reciproco amore Patris & Filij mutuò sese diligentium. Demum sicut vitalis spiritus ex naturali impetu effervescentis æstuantisque natiui caloris erumpit: ita Spiritus S. ex naturali vitalique impulsu æstuantis reciprocantisque amoris Patris & Filij felicissimè erumpit. Propter hanc igitur similitudinem & analogiã trãslatum est hoc nomen *Spiritus* ad processionẽ 3. personę Trinitatis significandã.

6. *Analogia similitudo.*

Dico 2. Spiritus S. à spiritualitate dictus, non est proprium, sed tantùm appropriatum 3. personæ. Fundam. à *spiritualitate* dictus neque *complexè*, hoc est in vi duarum dictionum; neque *incomplexè*, hoc est in vi vnius tantùm dictionis importat ex se aliquid notionale 2. personæ propriũ: importat enim immaterialitatem, & sanctitatem, quæ sũt perfectiones omnibus personis æquè communes. Appropriatur tamen ex vsu Scripturæ, Patrum, & Conc. soli 3. personæ. Quo pacto semper accipitur *incomplexè* in vi vnius tantùm dictionis. Rationem reddit *Aug. lib.* 5. *de Trinit. c.* 11. *Ergo Spiritus S. ineffabilis est quædam Patris Filiique communio: & ideò fortasse sic appellatur, quia Patri & Filio potest eadem appellatio conuenire. Nam hoc ipse propriè dicitur, quod illi communiter, quia & Pater Spiritus, & Filius Spiritus, & Pater Sanctus, & Filius Sanctus. Vt ergo ex nomine, quod vtrique conuenit, vtriusque communio significetur, vocatur donum amborum, Spiritus S.* Eandem repetit *lib.* 15. *c.* 19. propter quam *ibid.* etiam docet, appellari *charitatem*, quæ communis est etiam Patri & Filio.

4.

Vsus script. Patrum & Concil.

Ratio huius appropriationis.

Aliam rationem huius appropriationis assignat *S. Tho.* 1. *p. q.* 36. *art.* sicut spiritus in rebus corporeis, à quibus primò desumptum est hoc nomen *spiritus*, significat substantiam tenuem cum quodam impulsu & agitatione: (appellamus enim spiritum ventum aut flatum, qui sunt tenues substantiæ extrinseco quodam impulsu agitatæ:) ita 3. personæ ex amore procedentis proprium est, impellere & mouere voluntatem amantis in amatum: hoc quippè amoris munus est. Dicitur etiam *sanctus*, quia sanctitas ad voluntatem spectat; & *sanctum* dicitur, quidquid ad Deum ordinatur: ordinantur autem res ad Deum per amorem: conuenienter igitur 3. persona per amorem procedens, *Spiritus sanctus* nominatur. Vltimò, vt ex *Athan. dial.* 1. *de S. Trinit.* notat *Ruiz disp.* 65. *sect* 2 & subindicat *Chrysost. homil.* 3. *de Spiritu*, quoties in Scriptura *Spiritus* coniungitur cum *genitiuo Dei*, aut *Domini*, vel *Patris*, aut *Filij*, aut *Christi*, sumi *notionaliter* pro tertiâ tantùm personâ: nam hoc ipso sumitur, vt aliquid alterius. Nequit autem in Diuinis vnum esse alterius, nisi per processionem, dicitur enim Filius esse Patris, & Spiritus vtriusque, quia Filius à Patre, Spiritus ab vtroque producitur. Quare per contrariam regulam nobis colligere licebit, quoties in Scripturâ *Spiritus* coniungitur cum *Deo in casu recto*, sumi *essentialiter* iuxta illud *Ioan.* 4. *Spiritus est Deus.* Nam tunc eo ipso sumitur vt aliquid sui, & non alterius.

8. *Alia etiam à S. Tho.*

Ioan. 4.

Ex dictis patet ad rationes dub. primæ duæ tantùm probant posteriorem assert. Tertia priorem, aut etiam posteriorem quoad 2. tantùm partem. Etenim potest auctoritas Scripturæ, vel Patrum, aut Concil. vel Ecclesiæ appropriare aliquod nomen Diuinis personis, etiam si tale nomen apud nos relationem non importet. Quod sic ostendo: nam potuit tale nomen Ecclesiæ, vel Patrum, aut Concil. authoritas primò imponere ad significandam relationem Diuinam. Ergo etiam si tale nomen impositum sit aliis rebus, quæ relationes non sunt, imponi poterit secundò rebus, quæ relatiuæ sunt, ad significandas earum relationes, quia cùm nomina sint ad placitum, poterit vnum & idẽ nomen ex institutione imponentis plures res diuersas significare. Sola autem auctoritas *Chrysost.* non videtur intelligi posse, nisi iuxta priorem assert.

9. *Ad rat. dub.*

Authoritas script. Patrum & Concil.

Ad confir. Spiritus S. vt sui correlatiuum respicit Patrem & Filium sub ratione spiratoris; qui solus per conuertentiam recurrit cum Spiritu; est enim spirator Spiritus: sicuti Spiritus spiratoris est Spiritus.

10. *Ad confir.*

SECTIO

SECTIO II.

An Spiritus sanctus à Filioque procederet?

11. 1. Hæresis. TRes fuerunt de Spiritu S. principales hæreses. Prima eorum, qui illi distinctam à Patre & Filio hypostasim negabant. Hanc præter Sabellianos, qui vnam tantùm in Diuinis personam ponebant, docuerunt *Lactan. Firmia. Epist. 8. ad Demetri.* vt refert *Hieron. in epist. ad Galat. cap. 4. verba: Misit Deus Spiritum filij sui in corda nostra:* Vrbicus *Potenti. apud Athan. dial. 4. de Trinit.* Hi concedentes distinctas personas Patris & Filij, negabant Spiritum S. habere hypostasim à Patre & Filio distinctam.

12. 2. Hæresis. SECVNDA eorum, qui illum diuinitate spoliabant, puramque creaturam faciebant. Huius erroris author præter Arium, qui non solùm à Spiritu, sed etiam à Filio diuinitatem auferebant, fuisse dicitur Macedonius *Constantinop. Epis.* qui concessâ diuinitate Patri & Filio, illam tantùm Spiritui sancto negabat: eiusque sectatores Pneumathomachi, hoc est Spiritus impugnatores sunt dicti. Expressa testimonia Scripturæ, accedente authoritate Patrum & Concil. accerrimè eas hæreses impugnant.

13. 3. Hæresis. TERTIA fuit eorum, qui confitentes Spiritum æquè ac Filium & Patrem, Deum esse, negabant tamen à Filio procedere, sed à solo Patre. Hoc antiquo errore ad hæc vsque tempora laborant Græci & Armeni; ad eumque abolendum plura coacta Concilia inter quæ vltimo loco iussu Eugenij IV. an. 1437. coactum est Florent. vbi post multas, accuratasque disp. inter Patres agitatas, tandem Græci conuenerunt cum Latinis de processione Spiritus S. vt constat ex ipso decreto Eugenij, & ex oratione quam ad Concilium habuit Bessarion Patriarcha Constantinop. de vnione Ecclesiæ Græcæ cũ Latinâ. Sed in patriam reuersi iterum in eundem errorem sunt relapsi, & hic error est potissima causa eorum à Latinâ Ecclesia separationis & schismatis. Nos igitur prioribus hæresibus omissis, hanc vltimam, vt difficiliorem, breuiter confutandam suscipimus; cum qua multæ controuersiæ sunt connexæ.

Concilium Florentin. coactum ad abolendum errorem Græcorum.

14. *Fund. hæres. 1.* Quatuor apparentibus fundamentis nititur hæc hæresis. 1. ex Scriptura, sic formatur: Nunquam expressè dicitur Spiritus S. à Filio procedere, cùm tamen aperte dicatur procedere à Patre, Ioan. 13. *Cùm venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre Spiritum veritatis, qui à Patre procedit.* Confir. teste *Dionysio* nihil audendum est de superlubstantiali diuinitate dicere, nisi quod in sacris eloquijs expressum est. Secundum ex Patribus: quorum aliqui expressè negant, Spiritum à Filio procedere, Damasc. *l. 1. Fidei c. 11. Dicimus autem*, inquit, *Filium esse à Patre & Filium Patris; Spiritum verò S. & ex Patre, & Spiritum Patris nominamus. Ex Filio autem Spiritum S. non dicimus, sed Spiritum Filij nominamus.* Nazianz. *orat. 24. ad Episc. Si quidquid Pater habet idem, excepta causa*, siue vt alij, vertunt *causalitate, Filij est: quidquid item Filius habet, idem quoque Spiritus sancti est.* Igitur Filius omnia habet à Patre, præter esse causam, seu principium Spiritus. Athanas. *in quæst. de Deo q. 421. & 12.* docet solum Patrem esse causam. Basilius *in epist. 37. ad Greg. Nyss. frat.* testatur, Filium nullam habere communem rationem cum Patre: haberet autem communem notionem spirandi, si ab eo Spiritus procederet. Maximus *epist. ad Marin.* affirmat, Patres Latinos non concedere Filium esse causam Spiritus S. Dionysius *c. 2. de diuin. nom.* solum Patrem appellat fontem diuinitatis. Alij dum tantùm asserunt, Spiritum S. à Patre procedere, nullâ de Filio mentione factâ, tacitè negant à Filio procedere. Tertium ex Concilijs, quod est potissimum argu. aduersus vt constat. *ex sess. 7. Florent.* In Nicæno compositum fuit Symbolum fidei ab omnibus credendum, quod in 1. Conc. Constantinop. additâ particulâ, *Ex Patre procedentem*, iterùm fuit approbatum; & simul cautum, vti & in Synodo Ephesina, ne quis auderet aliam fidem componere, scribere, aut proferre, quàm quæ in dicto Symbolo contineretur: at in eo Symbolo non continebatur, nisi processio Spiritus sancti à Patre: ergo asserere, Spiritum S. procedere à Filio, ac particulam *Filioque* addere symbolo est contra decretum horum Concil. Confir. in cod. Ephesino lectũ fuit Symbolum Nestorij in quo negabatur processio Spiritus S. à Filio; & liber *Theodori* impugnantis doctrinam *Cyrilli* de processione Spiritus à Filio; approbantibus & non contradicentibus Patribus.

16. *Fund. 3. ex concilijs.*

17. *Fund. 4. Ratio 1.* Quartum sumitur ex rationib. 1. si Spiritus S. non tantùm procederet à Patre, sed etiam à Filio, non ab vno, sed à duobus procederet principijs: quod falsum est; alioqui quodlibet principium per se sumptum esset insufficiens ad prodnctionem Spiritus S. Confir. 1. vel vterque ad Spiritum S. concurrit, vt principium adæquatum & sufficiens, vel vt inadæquatum & insufficiens. Si 1. modo: ergo superflue ponuntur ambo simul concurrere. Si 2. ergo alterutrum est imperfectum. 2. Pater omnia habet à se independenter à Filio: (nihil. n. accipit ab alijs personis, cùm ipse sit origine primus) ergo etiam vim spirandi at si ad producendum Spiritũ requireret consortiũ Filij, ideo esset, quia ex se nõ haberet totam vim spirandi. SECVNDA si Spiritus S. procederet non solùm à Patre, sed etiam à Filio, sequeretur inæqualitas diuinarum personarum, Nam Filius esset productiuus Spiritus sancti cùm tamen Spiritus sanctus nullius personæ sit productiuus.

Conf. 1.

Confir. 2.

18. *Ratio 2.*

19. *Antiquissima additio filioque.* Catholica veritas est, Spiritum S. non tantùm à Patre, sed etiam à Filio procedere. Hæc definita est in multis Concilijs, tum per additionem particulæ, *Filioque*, factam Symbolo Nicæno. Quæ additio antiquissima est, vt cõstat ex Cõcilio Toletano VIII. an 653. sub Martino Papa, in quo recitatur Symbolum cum additione: *Credimus in Spiritum sanctum, Dominum, viuificatorem, ex Patre & Filio procedentem*: Tum per expressam definit. traditam 1. in Concil. Lateran. sub Innoc. III. an. 1215. c. 1. *Firmiter: Spiritus sanctus, ab vtroque pariter absque initio & fine, Pater generans, Filius nascens, & Spiritus sanctus procedens.* 2. in Lugdun. sub Gregorio X. an. 1274. *cap. 1. de summâ Trinit. Fatemur quòd Spiritus sanctus æternaliter ex Patre & Filio, non tanquam ex duobus principiis, sed tanquam ex vno principio, non duabus spirationibus, sed vnicâ spiratione procedit.* Vbi etiam damnantur contrarium sentientes. 3. in Florent. *in decreto de vnione:* in quo non solùm hæc veritas stabilitur, sed etiam declaratur, quòd eadem mens & doctrina fuerit eorum Græcorum Patrum, qui vel dixerunt, Spiritum à Patre per Filium procedere; vel omninò abstinuerunt dicere, à Filio procedere, non quòd putarint, illum à solo Patre procedere, sed ne viderentur asserere, illum ex Patre & Filio vt ex duobus principijs, & duabus spirationibus procedere.

15. *Fund. 2. ex Patrib.*

20. *Prob 1. ex Scriptura.* Prob. 2. ex *Ioan. 16.* vbi loquens Christus de Spiritu sancto: *Ille*, ait, *me clarificabit, quia de meo accipiet,*

Digitized by Google

piet, & annunciabat vobis: reddens rationem, Omnia inquit, quæcunque habet Pater, mea sunt. Propterea dixi vobis, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis. In quem locum Cyrillus *Alex. lib. 11. in Ioan. cap. 11.* Verùm, inquit, *quoniam consubstantialis Filio est, procediitque per eum omnem eius habens virtutem, ideò ait,* quia de meo accipiet. Et post pauca: *Nihil igitur detrahitur Spiritui, cùm accipere à Filio credatur. Nam cùm per Filium naturaliter procedat, vt proprius eius cum omnibus, quæ absolutè habet, accipere, dicit, qua ipsius sunt.* Idem docet *l. 6. de Trinit.* Idem est apud Græcos Patres, *Spiritum S. per Filium, ac à Filio procedere*, vt Græcis consentientibus & subscribentibus in suo decreto declaravit *Eugenius IV. in Conc. Floren.* Idem docet in hunc locum *Didymus l. 2. de Spiritu S. Athanas. in vtraque Epist. ad Serapi.* ex hoc loco colligit Spiritum S. à Patre per filium nobis dari. Ex eod. loco *Aug. tra. 99. in Ioan. fine*, etiam hæreticorum obiectionem soluit, cur potiùs Christus dixerit *de meo accipiet*, quàm *ex me*, vel *à me procedit*, vt de Patre dixerat. *Si ergo*, inquit, *& de Patre & Filio procedit Spiritus S. cur Filius dixit* de Patre procedit? *cur putas, nisi quemadmodum ad eum solet referre, & quod ipsius est, de quo & ipse est? vnde illud est, quod ait*, mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit me. *Si igitur intelligitur hic eius doctrina, quæ tamè dixit non suâ, sed Patris: quanto magis illic intelligendus est & de ipso procedere Spiritus sanctus, vbi sic ait, de Patre procedit, & non diceret de me non procedit? A quo tamen habet Filius vt sit Deus, ab illo habet vtique, vt etiam de illo procedat Spiritus sanctus: ac per hoc Spiritus sanctus, vt etiam de Filio procedat, sicut procedit de Patre, ab ipso habet Patre.*

Cyrillus & ipse Græcis testatur. — Et hic Græcis. — 21. — Augustini luculentum testim.

21. Vnde sic formatur ratio: Quæ Spiritus S. annunciaturus est Apostolis, accipit à Filio: ergo procedit à Filio. Nequit. n. in Diuinis vna persona aliquid accipere ab aliâ, nisi per originem: sicut è cõtrario nequit vna persona Diuina dare aliquid alteri, nisi per originẽ, cùm nõ sit alius modus dãdi & accipiẽdi in Diuinis, quàm per originẽ actiuam dãtis, & passiuã accipientis. Ratio: Sicut dare Diuinũ est fœcundũ & productiuũ eius rei, quæ datur: ita accipere à Deo, est produci aliquid à Deo. ergo sicut nõ dat Deus, nisi per productionẽ eius, quod dat; ita qui accipit à Deo, non accipit, nisi per productionem eius, quod accipit. Igitur si Spiritus accipit à Filio, quæ annũtiaturus est Apostolis, accipit illa à Filio per productionẽ. Nequit autem illa accipere per productionẽ naturæ, quæ in Deo non producitur; ergo per productionem hypostasis, & communicationem naturæ. Confir. ex verbis *præced. cap. 15.* Cùm autẽ venerit Paraclitus, quẽ ego mittam vobis à Patre. Porrò vnã personã ab aliâ *mitti* in diuinis, est vnã personã ab alia *procedere* cum nouo modo existẽdi in alio, quẽ anteà nõ habebat. *Ab illo itaque*, inquit Augustin. *4. de Trinit. cap. 20. mittitur à quo emanat. Sed non eo ipso*, ait, *quod de Patre natus est, missus dicitur Filius, sed vel eo quòd apparuit huic mundo Verbũ caro factũ: quia tunc vnicuique mittitur, cùm à quoquã cognoscitur atq; percipitur, quantũ cognosci & percipi potest pro captu, vel profitientis in Deũ, vel perfectæ in Deo animæ rationalis.* Cùm ergo Spiritus S. dicatur nõ solùm à Patre, sed etiam à Filio *mitti*, necesse quoque est, vt non tantùm à Patre, sed etiam à Filio *procedat*. Confir. propterea Pater nunquam dicitur missus, etiamsi in tempore sit cognitus, quia, vt *ibid.* ait *Augustin. Non habet Pater, de quo missus sit, aut ex quo procedat.* Nec refert, quòd interdum dicatur Filius mitti à Spiritu S. à quo tamen non procedit. Nam mittitur Filius à totâ Trinitate quoad humanitatem. Spiritus S. nequit à Filio mitti, nisi quoad æternam processionem.

Ratio prima. — 23. Eadem veritas confir.

Prob. 3 ex Patribus. Latini omnes, aduersus fatentibus, in hanc veritatem vnanimi consensu conspirant; Quoad Græcos plures sunt, qui hanc veritatem expressè docent. Athanas. in symbolo: *Spiritus S. à Patre & Filio non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens.* Fuisse autem hoc symbolum *Athan.* colligitur ex *Augustin. in Psal. 120.* vbi docens Christum esse solem ortum nobis: *De hoc sole*, inquit, *P. Athanas. Alex. Episc. ita pulchrè locutus est: Filius Dei à Patre solo est, non factus, nec creatus, sed genitus.* Nec dici potest, particulam, *à Filio*, additam fuisse à Latinis: Nam cum eâ hoc symbolum legitur in Conc. *Toletan. IV. c. 1. an. 633. sub Honorio*, quando nulla inter Latinos & Græcos de hâc re controuersia erat. Chrysost. *homil. 1. in symbolo Apost. Iste est Spiritus procedens de Patre & Filio*, & homil. 2. *Istum Spiritum dicimus Patri & Filio esse coæqualem, & procedentem de Patre & Filio.* Cyrillus Alex. *lib. 11. in Ioan. c. 25. Spiritus enim Dei*, inquit, *Patris proprius est; sed non minùs etiam Filij proprius est. Non vt alius atque alius, vt diuisim in vtroque: sed quoniam ex Patre, & in Patre Filius est, cùm sit fructus substantiæ eius, proprium Patris Spiritum secundùm naturam possidet: qui profunditur quidem ex Patre, per Filium autem creaturis donatur, non ministerij modo, sed sicut mox dixi, ex ipsa quidem substantia Dei Patris prodiens, profusus autem ad Sanctos per consubstantiale Verbum, à quo est secundùm emissionem ad esse atque subsistere, manetque in ipso.* Nec potest hic locus intelligi de emissione ad extra, quia Spiritus S. non emittitur ad extra, vt sit & subsistat, sed vt tantùm appareat & operetur. Et in *fine cap. Non est enim aliud à Filio Spiritus ratione substantiæ, qui & in eo est, & per eum procedit.* Et *lib. 5. in Isai. cap. 61.* ita de Spiritu S. scribit: *Cùm natura Deus existat Vnigena, Sanctus Sanctorum, & omnem ipse naturam sanctificet, vtpotè ex Sancto Patre natus, cũque ex se procedentem Spiritum emittat superis potestatibus suis.* Didymus Alex. lib. 2. loquens de Spiritu S. sic ait: *Quia non ex se est, sed ex Patre & me est, hoc enim ipsum, quod subsistit & loquitur à Patre, & me illi est.* Et inferiùs: *Spiritus quoque S. qui est spiritus veritatis spiritusq; sapientiæ, non potest Filio loquente audire, quæ nescit, cùm hoc ipsum sit, quod profertur à Filio, id est procedens à veritate, consolator manans de Consolatore.* Alij etiam Græci Patres afferuntur à Rhodio in *7. sess. Floren.* Simeon Metaph. in vitam B. Dionysij: *Finem habent ea, quæ corporalia erant &c. aduentus, & incipiunt spiritualia, meusque ad cœlos euehitur Christus, & patriam redit in sedem, ac Spiritum, qui ab ipso procedit, ad gentes, quæ non credebant, instituẽdas mittit in discipulos.* Anast. Sinayta *serm. de rectis dogmatibus*, sic scribit: *Ita enim Spiritus oris eius*, Dei sc. *Spiritus S. dicitur, cùm os sit vnigeniti.* Et rursus: *Spiritus ex ipso procedens, & missus non solùm à Patre, sed etiam à Filio.* Epiphan. *in Ancorato in illud Ioan. 16. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet*, sic loquitur: *Sicut enim nemo nouit Patrem, nisi Filius, nec Filium nisi Pater: ita dicere audeo, quod nec Spiritum S. nisi Pater & Filius, à quo procedit, & à quo accipit.*

24. Patres Latini omnes consentiunt. — Athanas. — Chrysost. — Cyrillus. — Didymus. — 25. Metaphrast.

Eadem veritas manifestè deducitur ex varijs principijs, quibus Græci Patres vtuntur ad explicandam Spiritus S. processionẽ. 1. *Spiritum S. emitti, dari, profluere, emanare, procedere per Filium.* At idem est, vt declaratum fuit in Floren. Græcis aprobantibus, *Spiritum S. per Filium, atque à Filio procedere.* 2. *Spiritum S. esse imaginem, Verbum, characterem, sigillum Filij.* At hæc omnia essentialiter important originem ab eo, cuius sunt *imago, Verbum, character, sigillum.* 3. *Spiritum S. esse naturalem Spiritum Filij, non minùs quàm Patris.* At non aliâ ratione

26. Varia principia Græcorum Primum. — 27. Secundum. — 28. Tertium.

Digitized by Google

ratione Spiritus S. dicitur Patris, nisi quia procedit à Patre: ergo nec aliâ ratione erit Spiritus Filij, nisi quia procedit à Filio. Confir. constructio *Spiritus* cum genitiuo *Filij* importat aliquam authoritatem & possessionem Filij in Spiritum, sed non potest Filius aliam in Spiritum habere, quàm principii producentis: ergo. 4. Patrem comparant *Soli*, Filium *radio*, Spiritum S. *splendori*. At *splendor* actiuè procedit à *radio*, non minùs quàm *radius à sole*: ergo & Spiritus à Verbo. 5. Filium vocant *fontem*, & *authorem* Spiritus S. At hæc important principium originatiuum: ergo. 6. Interdum quærunt Patres, *cur Spiritus S. non sit Filius Filij*, vt constat ex *Basilio lib. 5. con. Eunom. cap. 12.* cuius titulus est: *Cur & Spiritus filius filij non dicitur?* hæc autem quæstio, ne puerilis sit & irrationabilis, necessariò supponit, Spiritum produci à Filio: alioqui vt notat *Bessarion in orat. ad Floren. de vnione cap. 6.* nullam dinc. haberet quæstio, velut si quis quæreret, *cur Spiritus S. non sit Pater Patris, & genitor Filii?* quam quæst. nemo mouit vnquam; eo quòd ea supponat, Spiritum producere Patrem & Filium. At posito quòd Spiritus S. producatur à Filio, rationabiliter quæritur, *cur non dicatur Filius filii*, vti Filius *dicitur Patris Filius*. Hoc ipsum ostendit responsio, quam ad quæst. adhibet Basilius: *Non quia non est ex Deo per Filium, sed ne Trinitas Filios ex Filiis habere suspecta, vt est in hominibus, infinita putetur multitudo.* Alioqui si putasset, Spiritum à Filio non procedere, facilis & germana responsio fuisset; *ideò Spiritum Filium Filij non dici, quia à Filio non procedit.* Robur accipit hoc argum. ex ipsâ explic. Græcorum Patrum, qui hoc modò testimonium *Basilij* interpretantur in *Orat. de vnione ad Floren. 7.* Dicunt, *Spiritum S. esse, siue existere de essentiâ, de substantiâ, de hypostasi, seu personâ Filij.* At particula *De* præter consubstantialitatem importat etiam originem personæ existentis ab eâ, de quâ existit, vel subsistit. Igitur Spiritus originatur à Filio. 8. Docent, *in Diuinis omnia esse communia exceptis proprietatibus personalibus oppositis.* At non pertinet ad proprietatem personalem Filij oppositam Patri, vt Spiritus S. non procedat à Filio: ergo. 9. Asserunt, *eodem modo se habere Spiritum S. ad Filium, sicut se habet Filius ad Patrem.* At Filius se habet ad Patrem vt originatus: ergo & Spiritus à Filio. Tandem, vt *S. Tho. opusc. 1. cont. errores Græc. cap. 32. §. Considerandum*, notat, iisdem rationibus vtuntur Græci quibus Latini ad probandam Spiritus processionem. Quare aut pertinaciter recentiores Græci in suo errore persistunt; aut de solo nomine, vt *Magister in 1. dist. 11. cap. 4.* aduertit, à nobis dissentiunt.

Vltimò prob. hæc veritas rationibus. 1. alioqui non saluaretur realis distinctio Spiritus S. à Filio, atque adeò personarum Trinitas, vt *infrà. 2.* Pater per generationem omnia communicat Filio, solâ paternitate exceptâ; seu quidquid filiationi non opponitur: ergo communicat illi vim spirandi vtpotè oppositam soli passiuæ spirationi, non filiationi. ergo communicat illi vim spirandi: at impossibile est; existente eâdem vi spirandi in Patre & Filio, Patrem spirare Spiritum S. & simul illum non spirari à Filio. Nam processio Spiritus S. immediatè & adæquatè est ab ipsâ virtute spirandi: ergo impossibile est, vt illa sit eadem in Patre & Filio, & ab eâ procedat Spiritus, vt ea tantùm est in Patre, & non vt etiam est in Filio. Vti implicat, produci creaturam ab vnâ personâ diuinâ, & non ab omnibus simul; eo quòd virtus productiua creaturæ sit eadem in omnibus diuinis personis. Cùm igitur Pater æternus spirat Spiritum S. posterius origine, quàm gignat Verbum, supponitur priùs origine productum Verbum, atq; adeò illi communicata virtus spiratiua, priùs quàm producat Spiritum S. & consequenter dum Pater spirat, necessariò cum ipso conspirat simul & Filius. Confir. 1. Spiritus S. procedit vt terminus reciproci amoris Patris & Filij. At terminus amoris essentialiter supponit tũ notitiam obiecti amabilis, tum existentiam personarum sese mutuo amantium. Ergo Spiritus essentialiter supponit Verbum priùs origine productum; atque adeò in eo totam vim spirandi; & consequenter non solùm procedit à virtute spirandi, prout est in Patre, sed etiam prout est in Filio. 2. Si Spiritus S. non procederet à Filio, Filius non haberet omnia sibi à Patre communicata: Consequens est cõtra testimonium Christi. *Ioan. 16. Omnia, quæcunque habet Pater, mea sunt.* Sequela prob. si Filius non produceret Spiritum S. ideò esset, quia non haberet vim spirandi à Patre communicatam, ac proinde non omnia Patris essent Filii. sc. cùm Filius priùs ratione producatur, quàm Spiritus S. quippe cùm producatur intellectione, quæ ratione præcedit volitionem, non esset defectus prioritatis originis; nam hoc ipso, quòd ipsius productio ratione præcederet productionem Spiritus, posset origine præcedere Spiritum, igitur si illum non producit, est defectus solius virtutis spiratiuæ.

Ad fund. ex Scriptura dist. antec. Processio Spiritus non habetur in Scripturâ quoad verbum *procedendi*, concedo; quoad sensũ & rẽ significatã, nego. Atq; hoc satis est, vt potuerit hæc veritas ab Ecclesiâ definiri: multa enim sunt in Conciliis definita, quæ nõ sunt in Scripturâ expressè v.g. quòd Spiritus S. sit *consubstantialis, & coæqualis* Patri & Filio: & tamen hoc nobilcũ Græci credunt, vt fidei dogma in multis Conciliis definitũ. Cur autẽ Christus noluerit apertè dicere, *Spiritum S. procedere à se*, sicut dixit *de Patre*, ratione *suprà* tetigit *Augustin.* vt omnia referret ad Patrẽ, vt ad primũ principium, & fontem totius diuinitatis. Cæterũ aliunde sufficienter processionem Spiritus à se expressit, cùm dixit: *Quia de meo accipiet: &, Quem ego mittam vobis à Patre.* Præterea cùm regula sit; quidquid in Scripturâ de vnâ personâ dicitur, etiamsi dicatur cũ particulâ exclusiuâ, dictum intelligi de cæteris, vbi nõ obuiat relationis oppositio. Nulla autem obuiat relationis oppositio inter Patrem & Filium, quòd Spiritus procedat à Filio. Ergo etiamsi cùm particulâ exclusiuâ de Patre diceretur, quòd Spiritus S. à solo Patre procedit, non propterea excluderetur Filius: sicut non excluditur Filius à cognitione sui, cùm *Matt. 11.* dicitur: *Nemo nouit Filium, nisi Pater.* Ad confir. resp. Dionysium intelligi, quoad ea, quæ neque explicitè, neque implicitè de Deo in Scripturâ continentur. Ad 2. ex Patribus: quoad Damasc. censet *S. Tho. 1. p. q. 36. art. 2. ad 3.* illum fuisse in hoc errore. Mihi tamen de tanto Patre id sentire par non est: tum quia, vt *disp. præced. sect. 6.* putat, Spiritum esse imaginem Filij: nequit autem esse imago Filij, nisi ab ipso procedat, cùm processio sit de quidditate imaginis; tum quia *ibid.* Spiritum S. comparat *splendori*, Filium *radio*, Patrem *Soli*; affirmatque per *radium*, hoc est per Filium nobis hunc *splendorem* dari. Tum demum, quia *ibid.* docet, Patrem, Filium & Spiritum esse quoad omnia vnum, præter *ingignentiam, gignentiam, & processionem.* Ergo in sent. Damasc. Pater & Filius sunt vnum, etiam quoad rationem spirandi, cùm hæc neque sit formaliter *ingignentia*, nec formaliter *gignentia*. Quare dico, hunc Patrem non simpliciter negasse;

Confir. 29. Quartum. 30. Quintum. 31. Sextum. 32. Septimum. 33. Octauum. 34. Nonum. 35. Prima ratio ab impossibili 2. à priori. 36. Confir. 1. 37. Confir. 2. 38. Ad script. Regula vniuer. scripturæ Ad confir. Ad 2. Explicatio Damasceni.

Spiritum S. à Filio procedere, sed solùm vt à fonte & primo principio; loquens n. de Patre ait: *Ipse*
39. *enim fons est & radij & splendoris.* Eandem resp. *ad auct. Damasc.* adhibet *Bessarion in Orat. de vnione cap.*
Ratio vniuers. 6. vbi & rationem assignat, cur Græci Patres vsi sint potiùs particula *per* quàm *ex*, ad explicandam processionem Spiritus S. à Filio: quia præpositio *ex* apud Græcos principalem, seu primam causam denotat. Eodem modo intelligendi
40. *Nazianz. Athanas. Basilium*, & reliqui Græci, si quando videntur negare, Spiritum S. à Filio procedere, vt non simpliciter, sed vt à fonte & primo principio illum à Filio procedere negent. Cæterùm *Basil. in epist. ad Nissen. fra.* quando dicit, quòd Filius nullam habeat communem notionem cum Patre, explicandus est de notione personali oppositâ Patri, qualis non est spiratio actiua, quæ tantùm opponitur spirationi passiuæ. *Maximus* cùm contendit, Latinos non concedere, Filium esse causam Spiritus, intelligit *causam*, vt Latini intelligunt, non pro principio productiuo simpliciter, sed pro principio productiuo cum dependentiâ effectus à se, vel vt *Bessarion* explicat de
Dionys. principio 1. Ad *Dionys.* resp. illum pro fonte diuinitatis, intelligere primum principium diuinarum processionum; hoc n. apud Patres significat hoc nomen *Fons*. Ad reliquos Patres dico, eos nullam expressam mentionem fecisse de productione Spiritus à Filio, quia nulla tunc hæreticorum de hâc re vrgebat necessitas. Attamen implicitam aliquam mentionẽ fecisse, constat ex diuersis principiis, quibus Spiritus S. processionem explicarunt, vt *suprà*.
41. Ad 3. ex Conciliis, neg. vtraque conseq. etenim
Adq. Explicantur Concilia. solùm in iis prohibitum fuit, ne alia fides, aut fidei explicatio doceretur, quæ diuersa esset ab eâ, quæ in Symbolo Nicæno continebatur: prohiberi non potuit, ne vrgente aliquâ necessitate, maior aliqua fieret explicatio eorum, quæ implicitè & virtute in Symbolo continebantur, qualis est processio Spiritus S. à Filio. Alioqui, vt rectè *in sess. 7. Floren.* contra Græcos arguit *Rhodius*, etiam Apost. *ad Galat. 1.* cauit, ne quis euangelizaret illis, præter id, quod ab ipso acceperant: & Ioan. *Apocalyps. vlt.* præcepit, ne quis aliquid apponeret, vel diminueret de verbis, *quæ in hoc libro scripta sunt*. Tamen licitum est Doctoribus, illa explicando multa addere, quæ implicitè
Ad confir. & virtute in illis continentur. Ad confir. resp. in eo Concilio Patres ex professo tantùm disputasse contra *Nestorũ* de vnicâ personâ Christi, propter quam principaliter conuenerant. Cæterùm processionem Spiritus S. à solo Patre refutarunt, quando doctrinam *Cyrilli*, & contrariam *Nestor.* & *Theodor.* Cyrillum impugnantis vnanimi consensu damnarunt.
42. *Ad primam rat.* Ad 1. rationem nego sequel. nam licet Spiritus S. procedat à Patre & Filio, non tamen procedit ab illis, vt à duobus, sed vt ab vno eodemque principio, ratione vnius eiusdemque virtutis spiratiuæ,
Ad 1. conf. quæ est vna indiuisa in vtroque. Ad 1. confir. resp. vtrumque concurrere vt principium adæquatum & sufficiens; nego tamen propterea superfluè vtrumque concurrere, quia non concurrunt per diuersam virtutem, sed per vnam & eandem, quæ impossibile est, dum concurrit, vt existens in vno, vt simul etiam non concurrat, vt existens in alio. Quare simultaneus iste vtriusque influxus non est propter insufficientiam virtutis, sed propter vnitatem
Ad 2. conf. virtutis in vtroque indiuisibiliter existentis. Ad 2. nego Patrem requirere consortium Filii ad productionem Spiritus S. ex defectu, sed potiùs ex vnitate virtutis spiratiuæ, indiuisibiliter existentis in
49. *Ad secundam rat.* vtroque. Ad 2. rat. nego sequel. tum quia eadem ratio militat de Filio respectu Patris: nam etiam Filius est æqualis Patri; cùm tamen Pater sit productiuus, non Filius in sent. aduers. Quâ igitur ratione ipsi saluant, Filium esse æqualem Patri, etiamsi non sit productiuus, sicuti est Pater: eâdem saluo, Spiritum S. esse æqualem Filio, etiamsi nõ sit productiuus, vti est Filius. Tum maximè, quia æqualitas diuinarum personarum principaliter attenditur penes vnitatem essentiæ & naturæ quæ vna est & eadem in omnibus diuinis personis.

SECTIO III.

An Spiritus sanctus distingueretur à Filio, si ab illo non procederet?

PROPONITVR hæc hypothesis ad exactiùs 44.
discutiendam præced. controu. contra Græcos; quia si per hanc hypothesim concluderetur, Spiritum S. non distinctum iri à Filio, si ab illo non procederet, euidenter contra ipsos concluderetur, Spiritum S. necessariò procedere à Filio, vt saluetur Trinitas personarum, quam Græci nobiscũ defendunt. Vt autem hypothesis vtilis sit, & proposito deseruiat, non sunt in eâ supponendi Filius & *Ex hypothesi quomodo arguendum.* Spiritus S. cũ ijsdem proprietatibus personalibus, cum quibus de facto sunt: alioqui non deseruiret proposito, quo per huiusmodi hypothesim indagamus, an personalis distinctio Spiritus S. à Filio essentialiter pendeat à processione eiusdem à Filio. Vnde supponere illos in assumpta hypothesi cum ijsdem respectibus, cum quibus de facto sunt, esset supponere id, quod per eam indagare intendimus: cùm tamen hypothesis, quæ vt medium sumitur ad indagandam veritatem alicuius propos. supponere debeat, quod per talem hypothesim probandum suscipitur. Vt si per hypothesim indagare velis, *an rationalitas sit ratio formalis constitutiua hominis*, non debes accipere hypothesim, quæ supponat hominem esse rationalem, cùm id ipsum debeat per hypothesim probari. Quare in hâc hypothesi supponendus est Spiritus S. cum solâ processione passiuâ & relatione spirati ad Patrem spiratorem, & Filius cum solâ generatione passiuâ & relatione geniti ad genitorem, præcisis omnibus iis, quæ de facto tam cum processione passiuâ Filij reperiuntur intimè coniuncta; vt videamus, an remanere posset sola processio passiua in Spiritu, solaque generatio passiua in Verbo, realiter inter se distincta, absque relatione procedentis à Filio in Spiritu, & absque relatione spirantis in Verbo. Præterea cùm omnis hypothesis impoſſ. copulet subiectũ 45.
Impossib hypothesis quid? cum aliquo prædicato incompoſſ. subiecto, alioqui non esset hypothesis impoſſ. quæuis hypothesis impossibilis, saltem mediatè & per locum extrinsecum infert contradictorium positi anteced. Vnde non est contra regulas bonæ hypothesis, vt ex eâ nullo pacto sequatur contradictorium anteced. positi: alioqui nunquam liceret argumentari ex hypothesi impoſſ. cùm quæuis mediatè saltem secum afferat contradictorium positi anteced. Sed contra regulas bonæ hypothesis dumtaxat est, vt ex eâ immediatè & per locum intrinsecum sequatur contradictorium positi anteced. quia tunc, vt rectè docet *Scotus infrà*, nulla seruari posset regula artificiosæ disp. concedendo sequens, & negando repu- *Scotus.*
gnans positi anteced. sed statim concedenda essent contradictoria, quæ in positione immediatè includerentur. Vt si indagare velis formale constitutiuum

cum hominis, & ponis illum per impoſſ. neque eſſe diſcurſiuum, neque riſiuum: talis hypotheſis ſuſtineri non poteſt, cùm immediatè deſtruat ſeipſam: nam ponit hominem vt ſubiectum quæſtionis; & tollit totum, quod poſſet eſſe conſtitutiuum hominis. Si verò ponas, hominem non eſſe diſcurſiuum, relicto ei riſiuo; vel contrà illum non eſſe riſiuum. relicto ei diſcurſiuo, adhuc locum habere poteſt quæſtio, an id quod ab aliis præciſum relinquitur, ſit formale conſtitutiuum hominis. Atque hæc hypotheſis vtilis eſt ad indagandas occultas rerum formalitates, quæ per huiuſmodi hypotheticas præciſiones melius dignoſcuntur. Talis eſt propoſita hypotheſis: *An ſi Spiritus à Filio non procederet, ab eo diſtingueretur.* Non enim tollit totum, quod vel perſona Spiritus vel perſona Filij dicit, alioqui nullus eſſet diſputandi locus de formali conſtitutiuo Filij, & Spiritus: ſed tantùm præſcindit vnum, nempe proceſſionem à Filio in Spiritu, & ſpirationem actiuam in Filio, & relinquit aliud, nempe proceſſionem à Patre in Spiritu, & relationem geniti in Filio: & vlteriùs indagat, an id quod relinquitur in Spiritu, præciſum à proceſſione à Filio, & quod relinquitur in Filio præciſum à ſpiratione actiuâ, ſit ſufficiens conſtituere Spiritum perſonaliter diſtinctum à Filio, & Filium perſonaliter diſtinctum à Spiritu. Vnde falsò *Gregorius in* 1. *diſt.* 11. *qu. vn. art.* 1. *& alij*, hanc hypotheſim vt inutilem reiciunt: eo quòd ex eâ aptum eſt quodlibet ſequi: tum quia hoc modo arguendi ex hypotheſi impoſſ. vſi ſunt *Ariſt.* 2. *de anim. text.* 8. *&* 9. in 1. probans quòd ſi ſecuris eſſet corpus naturale, acuties eſſet eius ſubſtantia iuxta *Commentatorem*: In 2. ſerens, ſi oculus eſſet animal, animam fore ipſius viſum, quia hic eſt ſubſtantia oculi: *Auguſt.* 5. *de Trinit. cap.* 6. docens, quòd etiamſi Pater Filium non genuiſſet, adhuc nihil prohiberet, illum ingenitum intelligere: nec non alij Patres contra hæreticos: Tum quia falſum eſt, ex quâlibet hypotheſi impoſſ. immediatè & per locum intrinſecum ſequi quodlibet, ſed vnum tantùm determinatè, nempe illud, quod immediatam connexionem habet cum conſequente, quod ex eâ immediatè infertur. Vt, *ſi homo eſſet equus, hinniret*: licet enim mediatè, quia cum eſſe equi ſimul ponitur eſſe hominis, vtrumque ſimul ſequatur, & quòd hinniret, quà equus, & quòd non hinneret, quà homo: immediatè tamen ex vi prædicati poſiti vna tantùm pars ſequitur determinatè, nempe quòd hinniret. In omni igitur hypotheſi attendendum ſolùm eſt ad id, quod immediatè infertur ex poſito anteced. Quare licet ſublatâ ſpiratione actiuâ à Filio, ab eodem ſimul tollatur & filiatio, quæ intrinſecè connectitur cum ipſa ſpiratione actiuâ, id tamen non tollitur immediatè, & per locum intrinſecum, cùm vna formalitas explicitè concepta non ſit alia, ſed tantùm mediatè & per locum extrinſecum, quia cùm vnâ intrinſecè includatur in aliâ, implicat tolli vnam, non ſublatâ aliâ. His adnotatis.

46. *Vtilis ad rerum formalitates indagandas.*

47. *Alij Patres.*

Non infertur quidlibet, ſed vnum determinatè.

48. PRIMA ſent. *Henri. quodlib.* 5. *qu.* 9. *Bacco in* 1. *diſt.* 13 *qu. vn. art.* 5. *Scoti diſt.* 11. *qu.* 2. *Lyche. ibid. Aureol. art.* 3. *propoſit.* 4. *Mayro. qu.* 2. *Rubio. qu.* 1. *art.* 2. *Ocham qu.* 2. *Gregor. q. vn. art.* 1. *fine, Gabriel qu.* 2. *art.* 2. *concl.* 1. *Carthuſ. qu.* 2. *fine, Palat. diſp.* 3 *Fauent. diſp.* 38. affirmantium, adhuc Spiritum diſtinctum iri à Filio, eſto per impoſſ. à Filio non procederet. Prob. 1. auth. *Anſel.* qui *in epiſt. de proceſſ. Spiritus, cap.* 2. ſic ſcribit: *Hæc itaque ſola cauſa pluralitatis eſt in Deo, vt Pater, & Filius, & Spiritus S. dici non poſſint de inuicem, ſed alij ſint ab inuicem: quia prædictis duobus modis eſt Deus de Deo, quod totum poteſt dici relatio. Nam quomodo Filius exiſtit de Deo naſcendo, & Spiritus S. procedendo, ipsâ diuerſitate natiuitatis, & proceſſionis referuntur ad inuicem vt diuerſi, & alij ab inuicem.* Et fine cap. concludit: *Filius autem, vt interim aliam cauſam dicam, quoniam nondum conſtat, quòd Spiritus S. de illo ſit & procedat, ideò non eſt Spiritus S. nec Spiritus S. eſt Filius: quia Filius naſcendo habet eſſe de Patre, Spiritus S. non naſcendo, ſed procedendo.* Vbi adhuc negatâ in Spiritu proceſſione à Filio, docet, illum fore diſtinguendum à Filio ex diuerſo modo procedendi à Filio, quia hic procedit *naſcendo*, ille *procedendo*. Et cap. 4. concludit: *ideò non habet hic vnitas illa vim conſequentiæ quia pluralitas obuiat, quæ ex natiuitate naſcitur & proceſſione: nam etſi per aliud non eſſent plures Filius & Spiritus S. per hoc ſolùm eſſent diuerſi.* Vbi totam diuerſitatem, & diſtinctionem inter Filium & Spiritum deducit ex diuerſitate procedendi vnius, & alterius.

Ad propoſitæ hypotheſis deciſionem venitur.

Prob. 2 rationibus. 1. Idem eſt formale conſtitutiuum rei, & diſtinctiuum eiuſdem ab omni alio: ſed formale conſtitutiuum Filij in eſſe perſonæ eſt filiatio: ergo per eam formaliter diſtinguitur ab omni aliâ perſonâ. Solâ igitur filiatione ſuperſtite, manebit formale diſtinctiuũ ipſius à Spiritu S. Maior prob. res per id conſtituitur in ſuâ vnitate, per quod conſtituitur in ſuâ entitate; actus enim diſtinguendi, cùm ſit negatiuus, ſupponit actum conſtituendi poſitiuũ, in quo fundetur; ergo per idem conſtituitur in eſſe indiſtincti à ſe, & diſtincti à quolibet alio. Minor patet; quia in Filio non ſunt aliæ proprietates, quàm filiatio & ſpiratio actiua: ſed ſpiratio actiua non conſtituit illum in eſſe perſonæ, cùm ſit communis etiam Patri; proprietas autem perſonalis debet eſſe incommunicabilis. Ergo circumſcriptâ ſpiratione actiuâ, ſolâ manente filiatione, manebit formale diſtinctiuum Filij à Spiritu. Confir. de facto Filius non conſtituitur in eſſe perſonali ſpiratione actiuâ, ſed Filiatione: ergo per hanc ab omni aliâ diſtinguitur. 2. Si Spiritus S. non procederet à Patre, adhuc diſtingueretur à Patre: quia ſublatâ, ſpiratione actiuâ à Patre, adhuc in eo maneret paternitas, quâ conſtituitur in eſſe perſonæ incommunicabilis & diſtinctæ à quacunque alia. At ideò ſi Spiritus non procederet à Filio, non diſtingueretur ab illo, quia non opponeretur illi oppoſitione relatiuâ, ſed tantùm diſparatâ: neque autem ſi Spiritus non procederet à Patre, opponeretur Patri relatiuè, ſed tantùm diſparatè, nam ei tantùm relatiuè opponitur, à quo producitur: igitur ad diſtinguendam vnam perſonam ab aliâ in diuinis non eſt neceſſaria oppoſitio relatiua producentis & producti, ſed ſufficit diſparata, qualis eſſet inter Spiritum & Patrem, ſi ab illo non procederet. Confir. eadem eſſet tunc relatio inter Spiritum & Filium, quæ eſſet inter Spiritum & Patrem, ſi ab ipſo non procederet: at relatio inter Spiritum & Patrem eſſet tantùm diſparata: ergo ſi illa ſufficienter diſtingueret Spiritum à Patre, ſufficienter etiam diſtingueret eum à Filio. 3. Generatio & Spiratio ſunt duæ proceſſiones diſtinctæ formaliter. Ergo etiamſi ſpiratio non eſſet à Filio, adhuc diſtingueretur à generatione Filij. Quia adhuc maneret formalis ratio generationis, & ſpirationis, per ordinem ad diuerſa principia formalia generandi, & ſpirandi. Antec. prob. generatio eſt per modum naturæ, ſpiratio per modum voluntatis: ergo ſunt formaliter diſtinctę productiones. Confirm. productio per modum naturæ eſt prima productio: productio per modum voluntatis eſt ſecunda productio: ſed prima productio excludit ſecundam; & ſecunda primam; alioqui non eſſet prima & 2. productio: ergo & terminus primæ excludit terminum 2. pro-

49. 1. *Ratio.*

50. *Secunda.*

Confirm.

51. *Tertia.*

Digitized by Google

ductionis; alioqui daretur prima productio sine
52. Quarto. suo 1. producto. 4. Implicat eandem terminum produci duabus productionibus adæquatis. Ergo implicat eandem personam diuinum produci generatione & spiratione simul; cùm sint duæ productiones adæquatæ, & vnaquæque tendat ad terminum totalem diuersum. Anteced. constat: alioqui neutra esset productio per se: quâ positâ ponitur terminus, & quâ sublatâ tollitur: cùm enim idem terminus esset vi alterius productionis adæquatè, nec alterâ productione positâ, per se poneretur, cùm iam supponatur positus vi alterius productionis adæquatæ; nec alterâ sublatâ, tolleretur, cùm iam supponatur conseruari vi alterius productionis
53. Quinto. adæquatæ. 5. Implicat duas productiones hypostaticas tendere ad vnum terminum: sed generatio, & spiratio sunt duæ productiones hypost. quia per generationem producitur hypostasis Filij, per spirationem hypostasis Spiritus. Maior prob. productio hypost. tendit ad subsistens per se; qui excludit
Confirm. terminum in alio existentem. Confirm. ex eo quòd Spiritus non procederet à Filio, nec à Filio tolleretur passiua productio filiationis hypost. nec à Spiritu passiua processio spirationis hypost. 6 De facto
54. Sexto. Spiritus non producitur à Filio, quà Filius est formaliter; sed quà spirator est formaliter; cùm tamen de facto non solùm distinguatur à Filio, quà Spirator est, sed etiam quà Filius est: igitur remanente in Filio solâ filiatione, sublatâ spiratione, adhuc Spiritus distingueretur à Filio. Maior prob. alioqui non esset vnum principium spiratiuum, si non sola spiratio, sed etiam filiatio constitueret formale principium productiuum Spiritus: quia tunc principium spiratiuum constitueretur ex filiatione & paternitate, quæ sunt rationes inter se realiter distinctæ, ac proinde principium ipsum non esset vnum formaliter, sed duplex ex duplici ratione realiter distincta constitutum. Minor ostend. alioqui, quà Filius est, esset idem cum Spiritu: sicut quia Pater quà Spirator est, non distinguitur à Filio, est idem cum Filio: sed Filius solâ filiatione constituitur in esse personæ: nam per id constituitur in esse personæ, per quod est incommunicabilis; sc. per solam filiationem, non per spirationem, quæ communis est etiam Patri. Conseq. prob. non alio modo comparatur Spiritus ad Filium nunc, ac comparatur tunc; non vt ad principium proximè & formaliter productiuum, sed vt ad suppositum disparatum. Ergo si nunc realiter distinguitur ab illo, non obstante, quòd ad illum non comparetur, vt ad principium proximè productiuum; etiam tunc realiter distingueretur, esto ab illo non procederet. 7. Eodem modo creaturæ manerent in se-
55. Septima ratio. ipsis constitutæ & distinctæ à Deo, si per impossibile procederent à Patre solo ac nunc procedentes à totâ Trinitate. Ergo eodem modo Spiritus S. maneret in seipso constitutus & distinctus à Patre & Filio, si procederet à solo Patre, ac nunc procedens ab vtroque. 8. Amor creatus non procedit à
56. Octaua. verbo creato, & tamen distinguitur ab illo: ergo etiamsi amor increatus non procederet à Verbo increato, adhuc distingueretur ab illo. Confirm. etiamsi Filius actu non produceret Spiritum, quia tamen potens esset illum producere, realiter distingueretur ab illo: quia non solùm principium producens distinguitur à producto, sed etiam principium productiuum à producibili. Vnde refert *Bac-*
57. Addit Bacconus. *conus*, eo casu Spiritum S. distinguendum quidem fore à Filio personaliter, non tamen vt Spiritum, sed vt secundum filium & fratrem primi. Quæ illatio nititur fundam. *suprà* reiecto, nempe ideò Spiritum S. non esse Filium, quia procedit à duobus; cùm igitur eo casu procederet tantùm ab vno, nempe à Patre, non procederet vt Spiritus, sed vt Filius, non minùs quàm procedit nunc Verbum. Cæterùm falsum est hoc principium, quod assumit: non enim Filius distinguitur à Spiritu, quia ille ab vno, hic procedit à duobus; sed quia vnus procedit adæquatè similis principio intelligenti, ac proinde vt genitus, alter non vt adæquatè similis principio volenti, ac proinde non vt genitus, sed vt spiratus. *Aureolus* verò opinatur, eo casu Filium non fore distinguendum personaliter à Spiritu, etsi Spiritus distinguendus foret personaliter à Filio. Quia Filius in esse personæ æquè constituitur spiratione actiuâ, ac generatione passiuâ: sed eo casu tolleretur à Filio spiratio actiua: ergo tolleretur ipsius personalitas. Nam sublato eo, quod est de quidditate personalitatis, aufertur personalitas. Adhuc tamen remaneret eo casu aliquid in Filio, quo realiter distingueretur à Spiritu, nempe *Generari*, quod incompossibile est cum *Spirari*. Spiritus remaneret persona perfectè constituta, & distincta à Filio sicut nunc est: quia in esse personæ constituitur per *Spirari*, quod eo casu esset æquè perfectum, ac nunc est: quia non partim nunc accipit à Patre, partim à Filio, sed totum ab vnoquoque. Ergo cùm eo casu acciperet idem spirari æquè perfectum à solo Patre, ac nunc accipit ab vtroque, foret persona æquè perfecta, ac nunc est. Sed hoc fundam. confutatum est *disp.* 9 vbi docui munus spirationis actiuæ non esse personas constituere, sed eas fœcundas reddere in ratione principij proximè spiratiui.

58. Aureolus. Fundam. Contrà.

59. SECVNDA S. *Tho.* 1. *p. q.* 36. *art.* 2. 4. *con. gent. c.* 24. *de potent. q.* 10. *art.* 5. *opusc.* 1. *contra errores Græc. c.* 32. *Bonau. in* 1. *dist.* 11. *art.* 1. *q.* 1. *in argum. Duran. q.* 2. *Herue. q.* 1 *art. vlt. Argen. q.* 2. *art.* 2. *Marsil. q.* 15. *art.* 3. *ad* 3. *Capreo. q. vlt. art.* 1. *Caiet. & Ferrar. Sylu. locis cit. Bart. Torres* 1. *p. q.* 36. *art.* 2. *Molin. disp.* 3. *Bannez ibid. Zumel disp.* 2. *Valent. pu.* 3. *Vasquez disp.* 147. *cap.* 4. *Suarez l.* 10. *de Trinit. cap.* 2. *Granad. disp.* 7. *Zunig. disp.* 11. *dub.* 3. *Ruiz disp.* 68. *sect.* 4. *Gamacha cap.* 2. negantium, Spiritum S. distinguendum à Filio, si ab illo non procederet: inclinat *Richard.* 1. *dist.* 11. *art. vn. qu.* 2.

60. Censura oppositæ sent.

Quod ad censuram attinet oppositæ sent. *Ruiz sect.* 5. *n.* 4. non modò illam improbabilem putat, verùm etiam in fide parum tutam censet. Alij autem erroneam & in fide periculosam appellant, quos tacito nomine citat *Vasquez cap.* 3. Alij verò apud *Zumel* temerariam & suspectam. Verùm illam ab omni censurâ liberant *cit. Vasq. & Zumel*; eo quòd nullum contra illam sit apertum Ecclesiæ, aut Concilij testimonium; & graues habet Authores. Igitur non est, cur illam damnemus. Est ergo hæc tantùm probabilior sent. & conformior principiis fidei, præsertim contra errorem Græcorum, qui iuxta hanc sent. nequeunt nobiscum saluare personarum Trinitatem, nisi admittant processionem Spiritus à Filio, sine quâ neque per impossibilem hypothesim ab illo distinguendus foret. Duo autem
61. Prob. à parè. sunt principia ad hanc sent. probandam, alterum desumptum à paritate generationis & spirationis actiuæ in Patre; alterum à communi illo Theol. axiomate: *In Diuinis omnia sunt vnum, vbi non obuiat relationis oppositio.* Ex 1. sic prob. De facto generatio & spiratio actiua non distinguuntur saltem realiter in Patre, quia vna non procedit ab aliâ: ergo nec generatio & spiratio passiua distinguerentur in personâ à Patre procedente, si vna ab aliâ non procederet, sed ambæ simul à Patre. Nam generatio & spiratio actiua habent nunc in Patre omnia, quæ haberent generatio & spiratio passiua, si vna non pro-

In hâc materiâ tantùm dissic.

Digitized by Google

procederet ab aliâ: attamen de facto in Patre non distinguuntur: ergo ex eo tantùm formaliter non distinguuntur, quia vna nō est ab alia. Maior prob. ideò per aduers. in eâ hypothesi generatio & spiratio passiua distinguerentur realiter personaliter inter se, quia vna esset per modum naturæ, altera per modum voluntatis: vna suâpte naturâ esset prima, altera secunda productio: vna opponeretur alteri saltem oppositione disparatâ: at hæc omnia de facto habent generatio & spiratio actiua in Patre: generatio est per modum actiuæ communicationis naturæ; spiratio per modum actiuæ communicationis voluntatis. Generatio, cùm sit per intellectum, virtualiter præcedit spirationem, quæ est per voluntatem. Generatio actiua disparatè opponitur spirationi actiuæ; cum sint à diuersis principijs formalibus, & respiciant diuersos terminos reales: & tamen nunc neutra distinguitur ab alterâ in Patre; ergo neque tunc, si vna ab alterâ non procederet. Resp. aduers. ideò generatio & spiratio actiua sunt indistincta inter se realiter, distincta autem foret generatio & spiratio passiua, etiamsi vna ab aliâ non esset, quia non eadem vnitas requiritur in terminis productis, quæ est in principio producto: nam possunt ab vno eodemque principio plures distincti termini & passiuæ productiones emanare. Confirmat *Bacco. loco cit. art. 3. §. 2.* communicare naturam contrarijs modis, non est habere naturam contrarijs modis: at verò communicari naturam contrarijs modis, est habere naturam contrarijs modis. Cùm ergo generari & spirari sit habere naturam contrarijs modis, generare & spirare non sit habere naturam contrarijs modis, generari & spirari implicabunt simul in eodem supposito, non generare & spirare. Sed contrà; licet hoc verum sit de productionibus & productis, quæ non solùm distingui possunt per oppositionem relatiuam, sed etiam per limitationem, cuiusmodi sunt productiones & producta creata; falsum tamen est de productionibus & productis, quæ nequeunt distingui per solam limitationem, vt sunt productiones & producta increata. Ad confir. nego, habere naturam communicatam generatione & spiratione passiuâ, esse illam habere modis contrarijs, nisi vna productio sit ab aliâ. Eodem quippe modo esset natura in producto communicata actu intellectus & voluntatis simul, quo est in producente communicante illam actu intellectus & voluntatis simul. Confir. in rebus creatis eodem modo distinguuntur productiones passiuæ per intellectum & voluntatem, quo distinguuntur principia producentia, productionesque actiuæ inter se in sent. eorum, qui actionem distinguunt à passione. Igitur quòd in Diuinis principium generandi & spirandi, vti generatio & spiratio actiua non distinguantur realiter inter se, non est alia ratio, quàm summa vnitas & illimitatio Diuinarum perfectionum, quæ omnem distinctionem impedit, nisi quæ oritur ex essentiali oppositione relatiua procedentis & producentis.

62. *Respondent.* 63. *Contrà.* *Conf. Bucconus.* *Ad conf.*

64. Ex 2. principio sic prob. *In Diuinis omnia sunt vnum, vbi non obuiat relationis oppositio.* At ex data hypothesi, nulla esset inter generationem & spirationem passiuam relationis oppositio: Igitur nulla distinctio. Maior est axioma, tribuitur Anselmo & Boëtio: eoque maximè vtuntur Patres *Floren.* ad probandam processionem Spiritus à Verbo. Et confir. ex Diuinâ vnitate & simplicitate, quæ summa cùm sit, naturâ suâ postulat, vt quæcunque ex proprio conceptu repugnantiam non inuoluunt, sibi realiter identificet: atqui sola relatiua procedentis & producentis ex suo conceptu repugnantiam inuoluunt. Minor syllog. 1. prob. ex datâ hypothesi Spiritus non procederet à Filio: ergo Spiritus non haberet relatiuam oppositionem procedentis à producente; igitur nec realem distinctionem. Neque disparata oppositio sufficit: tum quia illa non sufficit inter generationem & spirationem actiuam: ergo nec inter generationem & spirationē passiuam. Tum quia de facto Patres realem distinctionem inter Diuinas personas fundant in solâ relatione producentis & producti. Quod vnanimi consensu Græci, Latinique Patres amplectuntur in *Floren. in orat. cit. cap. 6.* vbi in confirm. huius veritatis affertur à Bessarione testimonium *Nysseni lib. ad Ablauium*, vbi distinctionem inter Diuinas personas tantùm ponit in ratione causæ & causati. Ex quo testimonio ipse deducit, Spiritum necessariò procedere à Filio, vt ab illo distinguatur.

Principium 2. *Disparata oppositio non sufficit.*

Ad auct. *Anselm.* multi nostræ sent. putant, illum contrariæ fuisse sententiæ. Verùm alij, inter quos *S. Tho. q. cit. ar. 3. ad 2.* explicant illum, quod non definitiuè, sed tantùm disputatiuè id asserierit. Idq; constat ex illis verbis: *Vt interim aliam causam dicam.* Nondum enim ipse hanc controu. ex propriâ sent. definierat. Cæterùm cùm ipse in eâd. epist. sæpe repetat principium illud, *In Deo omnia sunt vnum, vbi non obuiat relationis oppositio*, dubitari non potest de illius mente. Ad 1. rationem nego, formale constitutiuum Filij Dei esse filiationem, vt præcisam ab ordine ad Spiritum S. producendum, sed vt aptam ad illum spirandum, ac proinde vt exigentem vim spirandi. Quam aptitudinem & exigentiam non haberet filiatio, si ab eâ non procederet Spiritus. Ex quo patet ad prob. minoris: nam filiatio, quæ de facto constituit Filium in esse personæ, non est quæuis filiatio, sed vt apta & habilis ad spirandum, siue vt exigens vim spirandi. Patet ad confir. Atq; ex his constat, de facto Filium solâ filiatione radicaliter & virtualiter, seu implicitè distingui à Spiritu S. formaliter verò & explicitè spiratione: sicut Pater solâ paternitate radicaliter & implicitè, spiratione verò formaliter & explicitè distinguitur ab eodem. Cæterùm cùm dico solâ paternitate aut filiatione, non excludo ipsam aptitudinem & exigentiam virtutis spiratiuæ, implicitè imbibitam in paternitate & filiatione, quâ talis paternitas & filiatio est. Ad 2. Dupliciter potest dicta hypothesis fingi, vno modo, si ne mediatè quidem Spiritus procederet à Patre; alio modo si tantùm immediatè ab illo non procederet, interim non negatâ illi processione mediatâ; qualis est in humanis inter nepotem & auum. Si primo modo, tunc par ratio foret de Spiritu respectu Patris, ac de eodem respectu Filij. Nam sicut ex vnâ hypothesi nullo modo procederet à Filio, atque adeò nullo pacto distingueretur à Filio: ita ex aliâ nullo modo procederet à Patre, atque adeò nullo pacto distingueretur à Patre. Si 2. modo; neganda conseq. cuius discriminis ratio est, quia etsi eo casu Spiritus non procederet immediatè à Patre, quia tamen mediatè saltem procederet ab illo, sicut nepos ab auo, esset inter ipsum & Patrem mediata oppositio, sufficiens ad distinguendum illum realiter à Patre. Cùm non minùs implicet, productum producere suum productorem mediatè, quàm immediatè: si autem Pater tunc esset idem cum Spiritu, Filius producendo immediatè Spiritum, produceret etiā mediatè Patrem; atque adeò mediatè saltem produceret suum productorem. Neque talis oppositio esset tantùm disparata, sed directa, fundata in origine mediatâ procedentis & producentis, cuiusmodi

65. *Ad auct. Anselm.* 66. *Ad primam rat.* 67. *Ad secundā.*

Digitized by Google

modi non esset illa, quæ intercederet inter Spiritum & Filium, si ab illo non procederet, quia inter illos nulla esset, ne mediata quidem oppositiò directè fundata in origine producentis & producti, sed prorsus disparata, qualis de facto est inter generationem & spirationem actiuam, quæ per se sufficiens non est ad distinguendas Diuinas personas. Ex his patet ad cætera. Ad 3. Nego, generationem & spirationem, præciso ordine vnius ab aliâ, esse inter se formaliter distinctas. Constat de generatione & spiratione actiuâ, quæ quia ab huiusmodi ordine præscindunt, præscindunt etiam à mutuâ distinctione. Ad prob. antec. neg. conseq. & affertur instantia de generatione & spiratione actiuâ, quarum illa est per modum naturæ, hæc per modum voluntatis; & tamen neutra distinguitur ab altera. Nam ad realem distinctionem non sufficit, vt vna sit per modum naturæ, altera per modum voluntatis necessariò spirantis, nisi inter eas realis origo intercedat. Ad confir. disting. maiorem productio per modum naturæ, est prima productio actu & realiter, nego; virtute & ratione, concedo: atque eo modo, quo illa est prima excludit secundam, nempe virtualiter & ratione explicitâ; non realiter & ratione implicitâ. Vti ipsa generatio actiua est prima virtualiter, excludens tantùm ratione explicitâ spirationem actiuam; non prima realiter, actu excludens spirationem actiuam. Ad 4. Nego conseq. eiusque prob. nam licet de facto generatio & spiratio passiua sint duæ productiones adæquatè distinctæ inter se, cùm vnaquæque habeat suum terminum realiter distinctum ab aliâ; nego tamen ex datâ hypothesi, illas fore duas productiones adæquatè distinctas, sed tantùm inadæquatè & virtualiter: quia sicut tunc vna foret persona æquiualens duabus Filij & Spiritus; ita vna productio æquiualens duabus generationis & spirationis passiuæ. Vnde sicut neutra ab aliâ præcisa esset sufficiens productio termini adæquatè sumpti: ita neutra ab aliâ præcisa esset adæquata, sed inadæquata productio termini. Ad 5. Tunc non forent duæ productiones hypost. sed vna dumtaxat, terminata ad vnam eandemque indiuisibilem personam, quæ simul esset genita & spirata, nec eo casu per generationem producenda foret hypostasis Filij distincta ab hypostasi Spiritûs, sed vna & eadem æquiualens ambabus. Vnde nec sequitur, tunc producerentur duæ, sed vna indiuisibilis hypostasis per vnam indiuisibilem productionem. Ad confir. resp. hoc ipso, quòd tolleretur passiua origo Spiritus à Filio, sublatum iri hypostaticam distinctionem eiusdem à Filio: vnde sicut non esset tunc eadem distinctio inter generationem & spirationem passiuam, quæ nunc est; ita nec eadem distinctio inter hypostasim Filij & Spiritus: sed vna esset hypostasis vtriusque, vti & vna productio vtriusque.

68. *Ad tertiam.*

69. *Ad quartam*

70. *Ad quintam*

Ad conf.

71. *Ad sextam.*

Ad 6. Disting. maior. De facto Spiritus non producitur à Filio quà Filius est, vt à principio *quo*, concedo; vt à principio *quod*, nego. Nam licet Filius, quà Filius formaliter, non sit proximum principium producendi Spiritum, hoc enim est Spirator, quà Spirator, est tamen principium *quod*. Nam principium spirandi *quo* non intelligitur ad spirandum completum, nisi vt subsistens: Subsistit autem subsistentiâ Patris & Filij formaliter, cùm ex se nullam habeat propriam subsistentiam. Terminus autem non solùm distingui debet à principio *quo*, sed etiam à principio *quod*, vt inductione constat in omnibus: quia principium *quod* complet hypostaticè principium *quo*, sine quo hypostaticè complemento non est principium *quo* proximè aptum ad producendum. Vnde ad prob. maioris, nego sequel. nam vt sit vnum principium spiratiuum, sufficit vt sit vnum ratione principij *quo*, quod immediatè influit in terminum productum. Hoc autem in Patre & Filio est vnum numero, ipsa sc. spirandi virtus, à quâ immediatè procedit spiratio passiua, personæ Spiritus constitutiua. Vndè non eodem modo comparatur nunc Spiritus ad Filiũ, ac tunc ex datâ hypothesi: quia nunc comparatur vt ad principium productiuum *quod*, ad quod non compararetur tunc. Thomistæ negant minorem, sc. Filium distingui à Spiritu filiatione, etsi filiatione constituatur in esse personæ. Putant. n. in relatiuis principium constitutiuum non esse idem cum distinctiuo, sed posse rem per vnum constitui, & per aliud distingui. Vnde Filius filiatione constituitur, spiratione distinguitur à Spiritu. Quia relatio non distinguit, nisi ab opposito correlatiuo; filiatio nõ nisi à Patre; à Spiritu solâ spiratione, quia solâ illi opponitur. Ex quo inferunt, Filium distingui à Patre filiatione, vt primo constitutiuo, & primo distinctiuo; quia respectu Patris filiatio constituit & distinguit: à Spiritu distingui spiratione, nõ vt constitutiuo, sed solùm vt distinctiuo personæ iam constitutæ per filiationem: quia spiratio non constituit personam Filij, sed supponit constitutam, eamque tantùm distinguit ab oppositâ personâ Spiritus. Nec tamen dicti Authores concedunt, Filium esse idem filiatione cum Spiritu, quia licet filiatio non sit formalis ratio distinguendi à Spiritu, est tamen formalis ratio constituendi personam Filij; & quia formale constitutiuum vnius personæ non potest esse idem cum formali constitutiuo alterius, etiamsi Filius non distinguatur à Spiritu filiatione, non tamen filiatio erit idem cum personâ Spiritus: quia cùm relatio distinguat à suo opposito realiter, si id, cui aduenit relatio, sit persona, necesse est, vt illam distinguat personaliter, nõ vt personam constituens, sed vt personam constitutam relatiuè distinguens ab oppositâ personâ in esse personali constitutâ per oppositam relationem. Leg. Caiet. *t. p. q. 36. ar. 2. §. Ad euiden. & Ferrari 4. con. Gen. cap. 24. §. Iſtis ſuppoſitis, & §. Aduertend.* Verùm hæc resp. (vt taceam, quæ de constitutiuo & distinctiuo Diuinarum personarum falsa supponit, contra Patres *Florẽn.* qui in *orat. de vnione c. 6.* testantur, Diuinas personas per relationes distingui & constitui) difficultatem non euacuat: sc. an manente formali constitutiuo Filij, quæ est sola filiatio, filius maneret sufficienter constitutus in esse personali distincto à Spiritu. Cæterum si per eos Filius sufficienter & adæquatè constituitur in esse personali solâ filiatione, præcisâ à spiratione seu ordine ad illam; & implicat, personam adæquatè constitutam in suo esse personali esse idem cum quocunq; alio, quod non est ipsa; rectè sequitur, quòd adhuc præciso quouis ordine originis Spiritus à Filio, Filius esset persona perfectè constituta in se, atque adeò distincta à Spiritu S.

72. *Thomistarũ responsio.*

Ratio ipsorũ.

73. *Impugnatur Thomistarũ responsio.*

Ad 7. Nego conseq. quia creaturæ adæquatè procedunt à Deo, vt Deo, tam in ratione principij *quo*, quàm in ratione principij *quod*. Nam Deus, etiã vt præcisus à subsistentijs relatiuis, est completum principium productiuum creaturarum, quia etiam vt sic est à creaturis perfectè distinctus, perfectéq; in seipso existens: siquidem à subsistentijs relatiuis non accipit rationem existendi, sed solam incommunicabilitatem. Spiritus procedit à Deo, vt Spiratore: Spirator non est perfectè distinctus, perfectéque existens, nisi subsistentiâ relatiuâ Patris & Filij.

74. *Ad septimã. Ratio diſcriminis.*

Ratio.

Filij. Spiratio n. quæ est proximum principium producendi Spiritum, non perfectè existit existentiâ propriâ: vnde in existendo pendet quodâmodo ab existentiâ paternitatis & filiationis; ac proinde in ratione existendi, quæ ad producendum essentialiter requiritur, pendet quodâmodo ab existentiâ relatiuâ paternitatis & filiationis. Naturâ verò Diuinâ, quæ est proximũ principium creaturarum perfectè existit existentiâ propriâ, virtualiter distinctâ ab existentiis relatiuis personarum.

75. *Ad Octauã.* Ad 8. Nego cons. q. quia amor creatus, vtpotè finitus & limitatus, distinguitur à Verbo creato per suum esse absolutum: vnde etiãsi ab illo non procedat, poterit tamen ab illo realiter distingui: Amor verò increatus, vtpote illimitatus & infinitus, non solùm in ratione absolutâ amoris, sed etiã in respectiuâ notionalis seu personalis amoris, distingui nequit à Verbo, nisi ab eo realiter procedat. *Ad confir.* Ad confir. resp. adhuc in ea hypothesi Spiritum distinctum iri à Filio, per aptitudinalem processionem ab illo. Nã hoc ipso, quo Filius exigeret producere Spiritum, haberet aptitudinem ad illũ producendum: ergo hoc ipso haberet principium illi relatiuè oppositum in ratione productiui, cui in Spiritu responderet producibilitas relatiuè opposita productiuitati.

SECTIO IV.

An Spiritus sanctus æqualiter procedat à Patre & Filio?

76. *Ratio dub. multiplex.* RATIO dub. 1. desumitur ex auct. Patrum: *Augnst. 15. de Trinit. cap. 17.* affirmat, Spiritum *principaliter* de Patre procedere; idque non absolutè, vt nonnulli interpretantur, sed comparatiuè ad Filium: *Ideò*, inquit, *addidit principaliter, quia & de Filio Spiritus S. procedere reperitur.* Hieron. seu quis alius auctor sit in explicatione Fidei ad *Cyrill. 8. tom.* docet, Spiritum de Patre *propriè esse & procedere.* *Damascen.* Damascen. *l. 1. Fidei, c. 18.* Spiritum appellat *medium Ingeniti, & Geniti, & per Filium Patri coniunctum.* *Nyssenus.* Nyssenus *lib. ad Ablau. colum vlt. Aliud*, inquit, *continenter, & sine medio ex primo est*; intelligit Filium) *aliud verò per id, quod immediatè & ex continenti est*, nempè Spiritus, Ioan. Latinus *in Concil. Florent. sess. 24.* de Filio loquitur: *Producit & ipse Spiritum sanctum non principaliter, vti Pater.* Huc accedit communis ille loquendi modus Græcorum Patrum, quem etiam vsurpat *Hilarius lib. vlt. de Trinit. fine*, & approbat *Eugenius IV. in decreto de vnione, Spiritum sanctum ex Patre per Filium procedere.* Quæ omnia, vt patet, aliquam inæqualitatem processionis Spiritûs à Patre & Filio indicant.

77. *Secunda ratio dub. ex variis rationib.* 2. Dub. ratio: Spiritus à Patre procedit per virtutem à se; à Filio verò per virtutem ab alio cõmunicatam: non igitur æquè à Patre & Filio procedit, nam propterea effectus creatus non æquè procedit à causa primâ, & 2. esto ab vtrâque eâdem indiuisibili actione procedat, quia à primâ procedit per virtutem à se, à secũdâ per virtutem ab alio cõmunicatam. Ergo etiãsi Spiritus eâdẽ indiuisibili processione procedat à Patre, & Filio, quia tamẽ à Patre Procedit per virtutẽ à se, à Filio per virtutem ab alio communicatam, non æquè ab vtroque procedit. *Confir.* Confir. ex illo principio *Arist. Propter quod vnum quodque tale, & illud magis*: At Filio conuenit spirare propter patrem: ergo magis conuenit patri spirare, quam Filio. 3. Spiritus procedit à Filio immediatè, quia nullo mediante supposito; à patre mediatè, quia mediante Filio: igitur non eodem modo à Filio ac à patre. 4. Pater habet vim spirandi priùs origine, quàm Filius: nam quidquid habet pater cum virtute id cõmunicandi filio, quod est habere priùs origine, ac si priùs origine pater habet vim spirandi, priùs etiam origine spirat: nam qui priùs origine habet virtutẽ, priùs etiam origine habet actum talis virtutis: ergo non eodem modo, sed priùs origine Spiritus procedit à Patre, quàm à Filio. Confir. vis spiratiua in Deo non liberè, sed necessariò producit; ergo priùs quàm illa communicetur filio, prodit in actũ spirandi; quia nihil accipit à filio, quo compleatur in ratione productiui, cùm tota vis spirandi adæquatè sit in patre. 78. *Quarta.* *Confir.*

79. *Quinta.* 5. Spiritus procedit à filio, vt à Verbo bonum immediatè proponente; à patre, vt à proferẽte Verbum: quia Spiritus nam procedit vt amor; & amor essentialiter procedit à Verbo ostendente bonũ, & verbum immediatiùs influit in amorẽ, quàm proferens verbum: quia verbũ influit per seipsum immediatè, ostendens obiecti bonitatem; proferens verbum influit mediante verbo. Confir. Spiritus procedit, vt amor reciprocus patris & Filij; ergo ex amore patris tendente in Filium, & ex amore Filij tendente in patrem: ergo diuerso modo procedit ab vtroque. *Confirm.* 6. Pater respectu virtutis spiratiuæ sẽ habet vt *Proprietarius*; quia in spirando à nullo pendet, Filius vt *vsuarius*, quia in spirando pendet à patre. Sed *Proprietarius* magis propriè rem possidet, quàm *Vsuarius*, quia *Proprietarius* in vtenda re, quam possidet, à nullo pendet: *Vsuarius* verò pendet ab alio. Ergo magis propriè spirat pater, quam Filius. Confir. magis propriè conuenit alicui, quod cõueniat à se, quàm quod conuenit ab alio. Sed spirare conuenit patri per se; Filio ab alio: ergo magis propriè spirare conuenit patri, quàm Filio. 80. *Sexta.* *Confirm.* *His non obstantib.*

Dico cum *S. Tho. 1. p. q 36. art. 3. Scholast. Magist. in 1. dist. 12 & 29. cap. vlt.* Spiritum æquè procedere à Patre, ac à Filio; nec priùs aut perfectiùs, nec principaliùs aut magis propriè immediatiusque esse ab vno, quàm ab alio. Hanc veritatem docuit *Anselm. epist. de process. Spiritus c. 16. Non est, Spiritus sanctus priùs de Patre, quàm de Filio, nec de Filio, quàm de Patre: nec maior, nec minor est existens de Patre, quàm existens de Filio; nec magis, nec minùs est de vno, quàm de altero.* Vbi etiam huius veritatis rationem assignat: quia Pater & Filius producunt Spiritum vnâ eâdemque virtute spiratiua, indiuisibiliter existente in vtroque: vbi autẽ est vna virtus productiua, non potest esse inæqualitas in productione. Vnde arguo: Omnis inæqualitas aut est durationis, aut originis, aut perfectionis, aut maioris minorisq; coniunctionis, immediatorisque præsentiæ producentis cum producto. Sed nulla inæqualitas ex his reperitur in processione Spiritus respectu Patris & Filij: non durationis: nam omnes personæ Diuinæ sunt æternæ, cùm nulla extiterit prior aliâ. Non originis: nam licet Pater sit prior origine Filio quoad virtutem spiratiuam, quam Pater communicat Filio simul cum naturâ, nõ est tamen origine prior quoad actũ spirandi, quia id tantùm dicitur prius origine, quod à principio communicatur termino; seu quod origine præcedit in principio: quia nulla causa vel principiũ potest actu cõmunicare alteri, quod actu formaliter priùs origine non præhabet in se. Igitur si Pater cõmunicat Filio actũ spirandi, debet illum priùs origine præhabere in se actu & formaliter, at si actus spirandi priùs origine præcederet in Patre, quàm eliceretur à Filio, non posset Filius Spiritum producere, quia reperiret illũ productũ per actum spirandi Patris origine priorem. Confir. ita se habet 81. *Nulla est inæqualitas orig.* *Confirm.*

bet

bet actus spirandi in Patre & Filio, respectu productionis Spiritûs; sicut actus creandi in omnibus Diuinis personis respectu productionis ad extra: sed actus creandi non est prior origine in vnâ personâ, quàm in reliquis, esto virtus creandi sit priùs origine in vnâ, quàm in alijs: ergo nec actus spirãdi, erit prior origine in Patre, quàm in Filio, esto virtus ipsa spirandi sit prior origine in Patre, quàm in Filio. Nec est inæqualitas perfectionis: nam quæ in Spiritu esse posset respectu Patris & Filij, non est ex parte virtutis spiratiuæ, nam cùm hæc sit vna numero indiuisibiliter existens in vtroque, nullam patitur perfectionis inæqualitatem, cùm nihil possit sibi ipsi esse inæquale: Neque ex parte applicationis virtutis ad spirandum: nam hæc eadẽ necessitate & intimitate cum termino spirabili applicatur ex parte Patris, ac ex parte Filij: nam & vterque spirat necessariò, & vterque per vim spiratiuam coniungitur cum termino spirabili, per eiusdem naturæ & voluntatis identitatem. ergo neque ex hoc capite orsri potest aliquà perfectionis inæqualitas. Confir. si esset vna numero vis productiua in duobus suppositis eodem modo, & per eãdem intimam præsentiam applicatis ad agendum, non posset effectus diuerso modo procedere ab vno, ac ab alio.

84. *Nulla inæqualitas perfect.*

Confir.

85. Reliqua facilè deducuntur: nam principaliùs ab vno, quàm ab alio procedere, vel connotat principaliorem virtutem in producente, vel principaliorem modum in producendo: at probatum est, neutro modo Spiritum S. principaliùs ab vno, quàm ab alio procedere: ergo. Item magis propriè ab vno, quàm ab alio procedere, aliquam importat vel in virtute productiuâ, vel in modo producendi inæqualitatem: ratione cuius magis propriè competit termino procedere ab vno, quàm ab alio principio. Tandem immediatiùs ab vno, quàm ab alio procedere, vel indicat maiorem propinquitatem virtutis productiuæ, aut suppositi producentis, vel certè aliquam subordinationem virtutis inferioris ad superiorem in producendo, qualis est inter instrumentum & causam principalem; inter causam secundam & 1. immediatiùs enim dicitur effectus procedere ab instrumento, quàm à causâ principali; à causa 2 quàm à primâ: eo quòd instrumentum determinat causam principalem, & causa 2. primam ad agendum: nullum autem horum in processione Spiritus respectu Patris & Filij reperitur cùm vterque æquali, imò eâdem numero virtute, eâdemque coniunctione seu identitate eiusdem numero naturæ & voluntatis, eodemque modo, nullâ subordinatione inferioritatis ad superioritatem inter eos intercedente.

Nec principaliùs à Patre.

Nec immediatiùs à Filio procedit.

86. Atque in his, saltem quoad rem, omnes ferè conueniunt. Molestior controuersia supereest de modo loquendi, quæ tota ferè consistit in quibusdam locutionibus, an, & quousque illæ sint admittendæ: Prima. *Pater principaliùs spirat, quatenus spirat à Se.* Hãc admittunt *Bonauent. in 1. dist. 12. q. 1. & 2. Durand. q. 2. Mayro. q. 1. Marsil. q. 1. art. 2. concl. 4.* nec illam reijcit *Scotus q. 2. ad argu.* Verùm hæc confutata ex dictis. Vnde regula sit, omne comparatiuum in hâc materiâ esse vitandum; quia omne comparatiuum vi propriæ significationis importat inæqualitatem inter extrema comparata. An autem illa admittenda sit in sensu absoluto, quo pacto illam admittunt *Henri. in sum. art. 54. q. 7. ad 2. Aureol. in 1. dist. 12. art. 2. Ocham q. 3. Gabriel q. 3. fine.* Affirmant aliqui recentiores; quibus assentior. Fundam. in sensu absoluto nulla sit comparatio, sed tantùm affirmatur de Patre, quod reipsa illi conuenit: non tamen in eodem sensu absoluto illa enunciari poterit de Filio, vt ijdem adnotant: quia vox, *principaliter*, importat authoritatem principij, quæ soli Patri conuenit.

86. *Propositio & examin.*

Vniuersalis regula.

87. SECVNDA propos. *Scoti cit. Filius non ita propriè spirat, sicut Pater.* Huic persimilis est illa, quam *cit. loco* docet *Henricus, Solus Pater propriè spirat*; eo quòd solus Pater spirat virtute maximè propriâ, quia spirat virtute à se, & à nullo acceptâ. Verùm hæc reijcienda, cùm contineat sensum comparatiuum, qui semper in hâc materiâ est suspectus. Vnde neutra sine expressâ declaratione est admittenda. TERTIA *Bonauen. cit. q. 1. & Marsilij ibid. Pater prius authoritate spirat.* Hanc admitto, quia est explicatio illius, *Pater principaliter spirat*: nam quod hæc dicit implicitè, illa importat explicitè. Ratio: verè Patri conuenit spirare vt primo principio: at hoc tantùm importat prædicta locutio: ergo. QVARTA *Henrici cit. ad 1. & Gabrie. art. 2. concl. 1. Pater & Filius quatùm ad ordinem personarum producentium non æquè, seu vniformiter spirant*: eo quòd Pater spirat vt persona à se, & origine prior; Filius vt persona à se, & origine posterior. Hanc etiam cum prædictâ declaratione admitto; quidquid opinetur *Palatius in 1. dist. 12. disp. vn. fine.* Est tamen aduertendum, quòd in hâc propos. ordo personarum producentium debeat tantùm se tenere *specificatiuè* pro personis, quæ spirant; non *reduplicatiuè* pro personis vt spirantibus. Quod sit admittenda, patet: quia cùm iste ordo originis à parte rei intercedat inter Patrem & Filium, poterit in propositione explicari. Quòd cum dictâ limitatione, prob. licet inter Patrem, & Filium, vt inter personas spirantes intercedat ordo originis, non tamen talis ordo inter illas intercedit, vt formaliter spirantes; cùm non priùs spirandi actus sit à Patre, quàm à Filio; nam prioritas & posterioritas originis est tantùm inter ea, quæ per realem productionem communicantur personis: actus autem spirandi non communicatur Filio à Patre per realem productionem formaliter, sed tantùm radicaliter in virtute spiratiuâ. Eodem originis ordine personarum producentium spectato, concedenda locutio, quam cum *Richar. Victorino 5. de Tri.* admittunt omnes Schol. *Spiritum S. non solùm esse à Patre immediatè, sed etiam mediatè, à Filio verò tantùm immediatè.* Quod explicant exemplo Abelis procedentis ab Adamo immediatè per generationem, & simul mediatè per Euam matrem, quæ ab eodem Adamo processerat. Eodem modo Spiritus procedit à Patre, & immediatè, quia immediatè exit à virtute spiratiuâ ipsius; & simul mediatè, quia simul exit à virtute Filij communicatâ à Patre. Vbi vides, hanc processionis mediationem à Patre non consistere formaliter in ordine ad vim spirandi, quæ cùm sit vna numero in vtroque, nullum admittit medium; sed tantùm in ordine ad personam Filij, quatenus processio Spiritus præsupponit illam originem priorem, quæ est veluti mediũ non secundùm vim spiratiuam, sed secundùm personalitatem, quatenus supponitur posterior Patre, & prior Spiritu, ac proinde vt mediũ inter Patrẽ & Spiritũ ad illũ spirandum. Filius verò, quia non supponit aliam personam à se productã, quæ per communicationẽ eiusdem virtutis simul concurrat ad Spiritum producendum, non dicitur ab eo mediatè Spiritus procedere.

87. *Reijcitur.*

88. *Admitt.*

89. *Admittitur.*

90. *Ordo originis spectatur.*

Cum limitatione.

91. QVINTA, quam omnes *Schol.* admittunt cum *Mag. in 1. dist. 12. & cum S. Tho. 1. p. q. 36. art. 3. Pater spirat per Filium*, siue *mediante Filio*. Hanc docẽt Patres Græci: nec repugnãt Latini: quã & approbat Eugenius IV. in decreto de vnione, declarãs, hunc modũ loquẽdi huc tẽdere, vt quod apud Latinos

2. *Propos.*

3. *Propos.*

4. *Propos.*

5. *Propos.*

Latinos significat particula *ex*, apud Græcos significare particulam *per*: eadem locutionem sæpè vsurpat Scriptura. Ioan. 1. *Omnia per ipsum facta sunt.* Ad Coloss. 1. *Omnia per ipsum creata sunt.* quia præpositio *per* non semper denotat causam instrumentalem, sed interdùm etiam principalem; idque etiã apud prophanos scriptores: non n. solùm dicimus, Rex operatur per Legatum, vt per instrumentum; sed etiam Legatus per Regem, vt per causam principalem. Maior diffic. est, an sit admittenda eius conuersa: *Spiritus procedit à Filio per Patrem*, seu *mediante Patre.* Ratio dub. sicut rectè dicitur, Rex operatur per Legatum, & Legatus per Regem: ita rectè dicetur, *Pater spirat per Filium, & Filius per Patrem.* Quocirca admittunt illum *Duran. in 1. dist. 12. qu. 3. ad argu. Torres 1. p. qu. 36. art. 3. Ruiz disp. 69. sect. 3.* Fund. hæc propos. habere potest proprium sensum, nempè quod Filius spiret per virtutem communicatam à Patre. Confir. *Prouerb. 8.* creati Reges regnare, & iusta decernere dicuntur per sapientiam increatam. Reiicit illam *S. Tho. cit. ad vlt.* quia operari per alium importat operari per medium: at Pater non est medium, per quod spiret Filius, neque ratione virtutis spiratiuæ, cùm sit eadem numero in vtroque neque ratione personæ, cùm Pater non sit origine medius inter Filium & Spiritum: ergo. Nec est par ratio de Legato respectu Regis, quia licet Rex non sit medium, per quod Legatus operatur, est tamen virtus applicãs virtutem Legati ad operandum; ratione cuius applicationis rectè dici potest: *Legatus operatur per Regem*: & creati Reges per increatam sapientiam. At nullus est ordo inter Patrem & Filium secundùm virtutem spirandi, ratione cuius Filius dici possit spirare per Patrem. Vnde hæc posterior sent. tutior est, & in praxi seruanda, præsertim cùm illâ nunquam vtantur Patres, aut Scriptura: licet prior sent. nullam mereatur cẽsuram. Vltimò dubitatur, an sit admittenda hæc alia: *Filius spirat propter Patrem*: nam videtur eadem cum præcedente, & habere eundem sensum cum illâ, nempè propter virtutem acceptam à Patre. Vnde in hoc sensu explicat *August. tract. 27. in Ioan.* illam propos. Christi, *Ego viuo propter Patrem*, quæ æquiualet huic: *Quia ipse*, inquit, *de illo, non ille de ipso est.* Quare admittit illam *Palatius in 1. dist. 12. disp. vn.* per analogiam ad hanc: *Ego viuo propter Patrem, Ioan. 6.* nam sicut hæc est vera ratione vitæ per originem Filio à Patre cõmunicatæ: ita & illa ratione virtutis spiratiuæ per originem ab ipso Patre Filio cõmunicatæ. Propter has rationes idem puto esse iudicium de hâc, ac de præced. propos. Vnde sicut illam absolutè admittendam non censui, non tamen censurâ aliquâ dignã putaui: ita neque hanc absolutè admittendam iudico etsi nullâ censurâ dignam existimem.

Ad 1. rationem dub. ex Patribus: & 1. ad *August.* concedo, illum non absolutè, sed respectiuè ad Filium dixisse, Spiritum *principaliter* procedere à Patre: Verùm in quo sensu id ipse dixerit, statim se explicat: *Ideò addidi principaliter, quia & de Filio Spiritum procedere reperitur: Sed hoc quoque* (nota rationem) *illi Pater dedit.* Ea igitur dumtaxat ratione hic Spiritum respectiuè ad Filium à Patre *principaliter* procedere, dixit, quia à Patre procedit, vt à primo principio & fonte totius Deitatis. 2. De Hieronymo cõstat, illum non vsurpasse nomen *propriè* comparatiuè, sed absolutè: siquidem *infrà circa med.* id etiam tribuit Filio: *De Patre Filius, & Spiritus propriè & verè de Patre Filioque procedit.* 3. Damasc. ideò Spiritum S. *Ingeniti, Genitique medium* appellat, quia procedit vt nexus & amor reciprocus vtriusque; coniungique per Filium Patri, vt per medium non in ratione spirationis, aut virtutis spiratiuæ, sed in ratione dumtaxat personæ prioris origine respectu sui, posterioris respectu Patris. In eodem sensu locutus est *Nyssenus*, cùm dixit, Filium esse ex Patre *sine medio*, Spiritus *per id, quod immediatè ex continenti est*: intelligit enim *medium* personale, non productiuum. 4. ad Ioan. Latinum dico, illum eo tantùm sensu affirmasse, Spiritum non *principaliter* ex Filio procedere, vti ex Patre, in quo id soliti sunt dicere Patres, nempè vt ex primo principio & fonte totius Deitatis; statim enim *ibid.* subdit, *Is enim*, sc. Pater, *est radix & fons Deitatis.* Ad modum loquendi Græcorum constat ex dictis. Ad 2. rationẽ nego conseq. Ad prob. nego, ideò præcisè effectum creatum nõ æquè procedere à causâ 1. & 2. quia à 1. procedit per virtutem à se, à 2. per virtutẽ ab alio communicatam; sed quia à 1. procedit per virtutem altioris ordinis, & in operando independentem; à 2. per virtutem inferioris ordinis, & in operãdo dependentem; licet igitur ab vtrâque causâ procedat eadem actione indiuisibili, nõ tamen ab vtrâque procedit per eandem virtutem indiuisibilem, quo pacto procedit Spiritus à Patre & Filio, quodque necessariũ est, vt terminus productus dicatur vniformiter procedere ab vtroq; principio producente: vnde fit, vt actio effectûs creati non æquè proficiscatur à primâ ac à 2. causâ: nam à primâ proficiscitur independentior & vniuersalior; à 2. dependẽtior & limitatior: nam iuxta modum essendi virtutis actiuæ proficiscitur actio: quippè modus agendi sequitur modum essendi. Ad confir. Resp. si tale principium valeret in diuinis, multò fortiùs illud valeret in genere causæ formalis, seu quasi formalis: at in hoc genere non valet; falsum quippè est: *Filius & Spiritus est Deus, sapiens, omnipotens, iustus propter Patrem*; ergo Pater est magis Deus, sapiens, omnipotens, iustus. Ratio igitur, cur in diuinis hic modus argu. non concludat, est, quia forma, in quâ fit comparatio, non est ab extremis, quæ comparantur, distincta, sed eadem numero; eadem n. est Deitas, sapientia, omnipotentia, iustitia in omnibus diuinis personis, quæ secũdùm has perfectiones comparantur: nequit autem vna & eadem numero forma in distinctis suppositis existens suscipere magis & minus. Cùm igitur virtus spiratiua, secundùm quam inter Patrem & Filium fit comparatio, sit eadem numero in vtroque, non potest in vno esse maior, intensior, vel perfectior, quàm in alio.

Ad 3. Dist. antec. procedit Spiritus à Patre mediatè, mediatione virtutis, nego; mediatione suppositi; & rursùs subdistinguo, mediatione suppositi vt spirantis, nego; quia vt sic formaliter Filius nõ mediat, sed est idem prorsus cum Patre conspirante; in ratione suppositi specificatiuè sumpti, quatenus Filius supponitur origine medius inter Patrem & Spiritum, cõcedo: vnde conseq. nulla: nam vbi vis productiua est eadem, etiamsi supposita producentia sint diuersa, nulla sequitur in productione, vel illi productò inæqualitas. Ad 4 concedo; qui priùs origine habet virtutem, priùs etiam origine habet actum talis virtutis, si aliud non obstet: at quando vis spiratiua prodit in actum spirandi, supponitur eadem virtus communicata Filio: ac proinde per illam spirat etiam Filius: quia cum sit eadem numero, necessariò spirat in quãcũque personã reperitur. Antec. ostendo; actus virtutis generatiuæ in Patre præcedit actum virtutis spiratiuæ, sed per actum virtutis generatiuæ gignitur Filius, cui statim cum naturâ generantis communicatur vis spiratiua: igitur quando vis spiratiua prodit in actum spirandi,

92. Conuersa. Admittunt. Confirm. 93. Reiicit S. Thomas. Per alium sonat medium. 94. Vlt. propos. Palatius admittit. Non absolutè. 95. Augustinus & reliqui Patres explicantur. 96. 97. 98. Ioannes Latinus. 98. Ad secundam rat. dub. 100. Ad conf. 101. Ad 3. 101. Ad 4.

Digitized by Google

reperitur per generationem communicata Filio: ac
Ad confir. proinde etiam Filius per eam spirat. Ad confirm. neg. consequ. Ad prob. ratio, cur virtus spirandi non prodeat in actum ante generationem Filij, non est, quia à Filio expectat complementum virtutis ad spirandum, sed propter naturalem ordinem generationis, quæ essentialiter supponitur ad spirationem.

103. Ad 5. Tunc Verbū influit immediatiùs in amorem, quando in illum influit per distinctam virtutem, vt contingit in nobis; secus quando in illū in-
Ad 5. *Ad confirm.* fluit per eandem numero virtutem, vt in Deo. Ad confir. neg. poster. consequ. nam amor, ex quo procedit Spiritus non est diuersus in Patre & Filio, sed vnus & idem. Vnde ipsa reciproca tendētia amoris Patris in Filium, & Filij in Patrem, est in vtroque: quia non est tendentia notionalis, sed essentialis & obiectiua; quo pacto dicitur Deus nosse & amare seipsum. Vnde sicut inter cognoscentem & cognitum, amantem & amatum nulla est distinctio realis in Deo: ita nec inter amorem, quo Pater amat Filium, & Filium vt amatum, nec inter amorem, quo Filius diligit Patrem, & Patrem vt dilectum, est aliqua realis distinctio: nam licet inter eos sit realis distinctio in ratione producentis & producti, nulla tamen est in ratione cognoscentis & cogniti, amantis & amati: eo quòd cognitio & amor nullum dicit realem respectum ad obiectū cognitum,
104. & amatum in Deo. Ad 6. Neg. maior, nam *Vsu-*
Ad 6. *rius* solùm habet vsum, non proprietatem rei. Filius autē Dei non solùm habet vsum virtutis spiratiuæ, sed etiam proprietatem æquè perfectam, ac Pater: quia cum eâdem omninò perfectione, & necessitate eā possidet ac Pater: hoc tantùm discrimine, quòd Pater illam habet à se, Filius à Patre: quod discrimen non tollit, quin Filius illam possideat cum eâdem proprietate, cum quâ illam possidet Pater, vt eâdē proprietate Filius est Deus, quâ est Pater, esto
Ratio. Pater Deitatem habeat à se, Filius à Patre: sc. proprietas rei immediatè sequitur ad possessionē: possessio autem, quando cum eâdem necessitate, & plenitudine dominij competit vtrique, licet vni cōpetat à se alteri ab alio, est æquè perfecta in vtroque; ac proinde eandem ponit in vtroque rei proprietatem. Ad prob. neg. Filium in spirando propriè dependere à Patre; nam dependentia non importat solam communicationē virtutis ab alio, sed aliquā etiā imperfectionem in eâ habendâ, ac possidenda: cùm igitur Filius eandem virtutem spirandi cum eâdem perfectione & plenitudine essendi possideat, quâ possidet Pater ipse, non poterit dici in spirādo dependere à Patre. Ad confirm. dist. maior magis
105. *Ad confirm.* propriè conuenit alicui, quod conuenit à se, quàm quòd conuenit ab alio extrinsecè, aut liberè producente, concedo; quod conuenit ab alio intrinsecè, & necessario communicāte cum eâdem omninò perfectione. nego. Licet igitur Patri æterno conueniat virtus spiratiua à se, Filio à Patre; quia tamen Filio non conuenit hæc virtus à Patre, vt à principio extrinseco, aut liberè producente, sed vt à principio intrinseco & necessario communicāte, cum eâdem planè perfectione & plenitudine essendi, quâ illam habet principium ipsum, æquè propriè illa est Filij ac Patris: quia non minore necessitate & intrinsecâ exigentiâ illā postulat habere Filius, quàm Pater: cùm non minùs Filius, quàm Pater sit essentialiter
106. Deus. Ex dictis definiri potest illa quæstio. *An*
An eodem modo procedat Spiritus à Patre ac à Filio? Ratio. dub. Spiritus procedat eodem modo à Patre, ac à Filio? Ratio dub. non eo ipso, quo ab illis procedit æqualiter, procedit eodem modo: nam personæ Diuinæ procedunt æqualiter à suis principiis, quia procedunt cum æquali perfectione, non tamen procedūt eodē, sed diuerso modo; quia vna procedit per generationem, altera per spirationem, qui sunt modi formaliter diuersi: ergo etiamsi Spiritus æqualiter procedat à Patre & Filio, nō tamen inde sequitur, illum procedere eodem modo. Confir. 1. Spiritus *Confirm. 1.* vi suæ proprietatis personalis per se postulat procedere à Patre & Filio, vt diuersis suppositis: igitur non potest eodem modo ab illis procedere: alioqui nō postularet per se ab illis, vt à diuersis suppositis procedere; quia non potest terminus per se diuersa principia exigere, nisi propter diuersum modū producendi principiorum. 2. Spiritus per se postulat *2.* procedere à Filio, vt à Verbo; à Patre vt à locutore seu proferente Verbum: ergo non eodem modo procedit ab vno, atque ab alio. Nihilominus Dico, 107.
Resp. affirm. Spiritum S. non solùm procedere æqualiter, sed etiam eodem modo à Patre & Filio, ita *Suarez. l. 10. de Trin. c. 3. fine. Ruiz. disp cit. sect. vlt.* Fund. formale principium adæquatum, à quo Spiritus procedit, est idem numero in Patre & Filio cum summâ necessitate determinata ad vnum terminum producendum, sc. ipsa virtus spiratiua. Porrò terminus procedens ab vno eodemq; principio formali summè determinato ad producendum, non potest, nisi vno eodemq; modo ab illo procedere, nā omnis diuersitas modi procedendi oriri debet ex aliquo principio formali diuerso. Maior 1. constat ex Conc. *Lud. sub Greg. X. & Florent.* definientibus Spiritum procedere à Patre & Filio *tanquā ab vno principio, & vnicâ spiratione.* 2. Si non sola virtus spiratiua Patri Filioque communis, esset formale principiū adæquatum *quo* Spiritus non totum principiū spiratiuum esset in Patre, nec totum in Filio, sed partialiter in Patre, & partialiter in Filio: principium spiratiuum in Patre intrinsecè compleretur in ratione formaliter productiui per filiationem: nec vnica esset spiratio actiua in vtroq;, sed duplex altera partialis in Patre, altera partialis in Filio: nā hæc in meâ sent. multiplicatur ad multiplicationē principij formalis productiui. Confir. vna numero virtus summâ ne- *Confirm.* cessitate determinata ad vnū numero terminū producendū, qualis est virtus spiratiua diuina, non potest, nisi vnum numero modū producendi habere: igitur si formale principiū productiuū Spiritus est vna numero virtus summâ necessitate determinata ad vnū numero terminū producendū, nō potest, nisi vno numero modo illū producere. Vnde ad ratio- 109.
Ad rationem dub. nem dub. concedo, nō ex eo præcisè Spiritum procedere eodem modo à Patre & Filio, quiā ab illis procedit æqualiter, hoc est, per æqualem virtutem vtriusque, sed quia ab illis procedit, vt ab vno principio formali per vnam numero virtutem, ad vnum numero terminū summâ necessitate determinatam. Ad 1. confir. cōcedo, Spiritū vi suæ personalis pro- *Ad confir. 1.* prietatis per se postulare duo suppositа diuersa, non quidem in ratione principij formalis; nā hoc est vnū & idem in vtroq; sed in ratione suppositorū producentiū. Cùm n. Spiritus vi suæ personalis proprietatis procedat, vt reciprocus amor Patris & Filij necessariò postulat Patrē & Filium sese mutuò diligentes; sed alterū postulat vt Verbū productū, alterum vt Verbi productorē: nequit enim amor æternus, absque Verbo increato infinitū bonū ostendente, produci. Vnde ex solâ exigentiâ diuersorū suppositorū producentiū non arguitur in termino exigēte diuersus modus producendi, nisi misceatur diuersitas principiorū formaliū. Hinc patet ad 2. po- *Ad 2.*
stulat quidem Spiritus procedere à Filio, vt à Verbo producto, à Patre verò vt à Verbi productore, sed in ratione dumtaxat suppositi producentis, non in ratione principij formalis productiui.

SECTIO

SECTIO V.

An Pater & Filius sint vnum principium spiratiuum?

110. 1. *Sent. Negant.* PRIMA sent. *Brimin. in 1. dist. 12. q. 1. Gabriel. q. 1.* negantium, Patrem & Filium secundùm proprietatem sermonis dici posse vnum principium spiratiuum, sed duo: licet ex vsu & locutione Sanctorum talis propositio sit admittenda. *Durand.* verò *in 1. dist. 29. q. 2.* distinguit; si principium sumatur pro eo, quo agens agit, sic Pater & Filius sunt vnũ principium Spiritûs, quia vna est vis spiratiua in vtroque. Si verò pro eo, quòd agens agit, sic duó sũt principia, quia duo sunt suppositа spirantia realiter distincta. Fundam. *Arimin.* cùm Pater & Filius dicuntur vnum principiũ Spiritûs vel *tò principium* non supponit pro essentiâ; essentia n. nec spirat, nec spiratur; sicut nec generat, nec generatur: neq; pro personâ determinatâ; nam quâcũque assignatâ, falsum est dicere; Pater & Filius sũt hæc persona spirans, nec demum pro notione Patri Filioque communi; nam eâ demonstratâ, non verè dicitur, talis notio spirat: igitur secundùm proprietatem sermonis non vnum, sed duo dicenda sunt principia spiratiua. Confirm. ex *Hilario l. 2. de Trinit.* asserente, Spiritum esse *à Patre & Filio authoribus*: at author & principium idem sunt in diuinis: ergo. Vnde docet, cùm Patres & Concilia dicunt, Patrem & Filium esse vnum principium spiratiuũ, id non dicunt ratione vnius principij, sed ratione vnius modi, quo Pater & Filius Spiritum producunt: quia etsi sint duo principia, modus tamen, quo producunt, est vnus & idem in vtroque: sed quia ex *Ansel. sect. praced.* non aliter ex Patre, ac ex Filio Spiritus procedit.

Fundam. Arimin. — *Confirm.* — 111.

112. *Affirmant. Reliqui.* SECUNDA *S. Tho. q. 36. art. 4. & Scholast.* affirmantium, Patrem & Filium in omni proprietate sermonis esse vnum principium spiratiuum. Quæ sent. verior est; & fundam. habet 1. in *Concilio Lugdu. sub Greg. X. cap. vn. de summâ Trinit. & Floren. de vnione*: in quibus definitur, Spiritum ex Patre & Filio, *tanquã ex vno principio, & vnicâ spiratione* procedere; quin etiam in *Lugdun.* damnatur, qui dixerit, Spiritum *ex Patre & Filio, tanquam ex duobus principiis* procedere.

1. Fundam.

113. *2. Fundam. ex Patrib.* 2. *Fatendum est*, inquit *Auguſt. 5. de Trinit. capit. 15. Patrem & Filium principium esse Spiritûs sancti, non duo principia*: rationem subiungit: *Sed sicut Pater & Filius vnus Deus, & ad creaturam relatiuè vnus creator, & vnus Dominus; sic relatiuè ad Spiritum sanctum vnũ principium.* Ansel. *de process. Spiritûs cap. 11. Quoniam*, inquit, *sicut non credimus, Spiritum sanctum esse de hoc, vnde duo sunt Pater & Filius; sed de hoc; in quo vnum sunt: ita non dicimus duo eius principia, sed vnum principium*: quod etiam probat ex paritate principij creatiui, quod vnum est, esto tria sint suppositа, quæ ad creationẽ concurrunt: quia non in quo sunt plura, sed in quo sunt vnum, principium constituunt, ita cæteri Patres.

Ratio.

114. *Arimin. resp.* Nec satisfacit *Arimin.* respondens, ideò Patres & Concilia dixisse; Patrem & Filium esse vnũ principium Spiritûs, propter eundem modum procedendi. Qui propterea notat, Concilia non absolutè dixisse, *Spiritum sanctum procedere ex Patre & Filio, vt ex vno principio, sed tanquam ex vno principio.* Sed contrà; dictio, *tanquam*, quando reddit causam alicuius veritatis, non importat improprietatem, sed potiùs vigorem sermonis, vt constat ex illo *Ioan. 1. Vidimus eum, tanquam vnigenitum à Patre:* & ex aliis Scriptur. Idque maximè, quando Concilia & Patres eâ dictione vtuntur ad definiendam controuersiam contra hæreticos agitant: quæ in *Lugdunensi & Florentin.* contrà Græcos fuit: *An etiamsi Spiritus sanctus procedat à Patre & Filio simul, adhuc ab illo procedat, tanquam ab vno eodemq; principio.* Ergo non debuit particula, *tanquam*, ab his Conciliis impropriè vsurpari. 3. Pater & Filius spirant eâdem numero virtute spiratiuâ existente in vtroque: ex *disp. de spiratione actiuâ*, per quam vterque constituitur potens ad Spiritum producendum, ergo in rigore sermonis sunt vnum, non duo principia spiratiua: Nempè nomina substantiua non multiplicantur, nisi ad multiplicationem formæ, per ea principaliter & in recto importatæ: Sed Spirator est nomen substantiuum, & in recto & principaliter importat vim spiratiuam: ergo si hæc in Patre & Filio non multiplicatur, nec nomen ipsum spiratoris multiplicabitur. Maior prob. Pater & Filius sunt vnus Deus, vnusque creator, quia forma Deitatis, virtutisque creatricis non multiplicatur in eis: nomina n. ab eo sumunt vnitatem, vel multiplicitatem, à quo habent directam & principalem significationem; scilicet quod principaliter significandum imponuntur; at nomina substantiua principaliter imponuntur ad significandam formam communem; suppositа verò non nisi indirectè, & minùs principaliter. Cùm ergo virtus spiratiua, quæ nomine spiratoris directè & principaliter significatur, sit vna & eadem in Patre & Filio, etiamsi suppositа sint distincta, vnum dicendum erit principium spiratiuum. Ad fundam. *Arimin.* Resp. principium spiratiuum directè, & primario importare notionem spiratiuam Patri Filioque communem. Ad prob. nego, dici non posse, *Virtus spiratiua spirat*: vt dicitur, *Vis generatiua generat*: etsi vsitatior modus loquendi sit, vt dicatur suppositum per viam actiuam producere, quàm vis actiua: quia cum actiones sint suppositorum, debent cum virtute productiuâ consignificare suppositum, quod producit. Vnde cùm dicitur, *Pater & Filius sunt vnum principium spiratiuum*, non solùm significatur in recto & principaliter virtus spiratiua, sed etiam suppositа, quatenus conueniunt in eâdem virtute spirandi. Igitur resp. cum virtute spirandi non importari aliquam personam determinatam, sed vtramque simul, non vt formaliter distinctas, sed vt conuenientes sub analogo conceptu personæ, sub quo conueniunt, quatenus per vim spiratiuam sunt idem principium spirandi: rectè enim dicitur, *Pater & Filius sunt vnum principiũ spirandi, quod est Pater. Et è contrà, Pater & Filius sunt vnũ principiũ spirãdi, quod est Filius.* Item, *Pater & Filius sunt idem principiũ spirãdi*: vt dicitur, *Pater & Filius sunt vnus & idem Deus, qui est Pater; vel vnus & idem Deus, qui est Filius.* Ex his patet ad argũ. *Durandi*: siue accipiatur pro virtute spirandi, siue pro suppositis spirantibus, quia tamẽ semper accipitur pro suppositis, vt conuenientibus in eâdem formâ spiratiuâ, qui directè & principaliter importatur per nomen spiratiuũ, vnum omninò dicendũ est principium spiratiuum. Cæterùm si accipiãtur spirantes *adiectiuè*, non *substantiuè*, duo dicẽdi sunt spirantes, iuxta regulã adiectiuorũ, quę quia formam important vt adiacentem subiecto, multiplicantur ad multiplicationẽ suppositorũ, quibus applicant formã, quã significant. Iuxta hanc Doctrinã explicat *S. Thomas cit. ad vit.* Hilarium vt quando dixit, Spiritus procedit *à Patre & Filio authoribus*, nomen *authorũ* non sumpserit *substãtiuè*, quo pacto Pater & Filius est vnus author Spiritûs, sed *adiectiuè*, quo pacto sũt duo authoritatẽ spirãdi habẽtes. *Obiicies.* Hinc sequeretur, Patrem dici posse duo principia; quia importat dupliceꝫ formã, generatiuam respectu Filij, & spiratiuam respectu Spiritûs si n. vnitas formæ

115. *Ratio veritatis huius fundam.* *Ratio à priori.*

116. *Ad fund. Arimin.*

117. *Ad Durand.*

Explicatur Hilarius à S. Thom.

Digitized by Google

principaliter importatæ dat vnitatem nomini, multiplicitas dabit multiplicitatem. Resp.neg.sequel. *Resp.* Ad 1. prob. dico; ad multiplicationem nominis substantiui non sat esse multiplicationem formæ quando illa importatur per modum potentiæ & virtutis suppositorum: vt patet in quolibet agente & artifice creato, qui etsi plures habeat potentias & artes, non tamen dicitur, nisi vnum potens, vnusque artifex: secus quando forma importatur per modum naturæ: vnde si verbum diuinũ duas assumeret humanitates, duo dicerentur homines: & hoc ex impositione Sapientum. Ad 2. prob. nego conseq. ob rationem assignatam. Leg. *S. Tho. quæst. 36. art. 4. ad 2.*

SECTIO VI.

An Spiritus sanctus vi suæ personalis proprietatis per se, & intrinsecè petat procedere ex duobus distinctis suppositis?

119. *Negant.* PRIMA sent. negat: *Scoti in 1. dist. 12. q. 1. §. Contra istam, Lycheti ibid. Duran. q. 3. Mayro q. 2. §. Tertia fine, Aureo. art. 1. Ochami q. 2. Rubio. q. 2. art. 2. Gabriel. q. 2.* videtur etiam *Bacco in 1. dist. 12. qu. vn. art. 2.* Potissimum fundam. totum principium productiuum Spiritus reperitur tã in Patre, quàm in Filio seorsim sumptis; ergo dualitas suppositorũ non requiritur per se ad productionem Spiritus, nam terminus per se tantùm pẽdet à principio productiuo, à quo habet esse. Confir. totum esse termini est per actiuam cõmunicationem à principio: igitur ab iis tantùm per se pendet terminus, quæ per se conferunt ad actiuam communicationẽ principij: hæc autem non sunt, quæ tantùm materialiter & concomitanter se habent ad rationem principij. Antec. prob. integrum principium productiuũ Spiritus est voluntas; seu amor diuinus determinatus proprietate spiratiuâ: at totũ hoc reperitur tam in Patre, quàm

120. *Probant.* in Filio seorsim sumptis: ergo. 2. Ita se habet principium spiratiuũ in duobus suppositis respectu Spiritus; sicut principium creatiuum in tribus personis respectu creaturarum; at creaturæ non exigunt per se Trinitatem personarum; ergo nec Spi-

121. ritus dualitatem suppositorum. 3. Virtus spiratiua non accipit à Paternitate & Filiatione vim aliquam producendi; sed puram rationẽ subsistendi; alioqui non tota vis spiratiua existeret in Patre, nec tota in Filio, sed partialiter in singulis, at pura ratio subsistendi per se non variat productionem termini; nec n. confert ad formalem rationem producendi: eadem quippè natura sub diuersis suppositis, vel etiã absque omni supposito; idemq; accidens in diuersis subiectis, vel etiam extra omne subiectum eundem

122. produceret effectum. 4. Intellectus Diuinus sola proprietate generatiuâ determinatus est integrum principium gignendi Verbũ: ergo voluntas Diuina solâ proprietate spiratiuâ determinata erit integrũ principium spirãdi amorem: igitur dualitas suppositorum non requiritur per se ad productionẽ Spi-

123. ritus sancti. *Affirmant.* SECVNDA affirmat: *Richar. Victo. 3. de Trin. à c. 3. & deinceps, Alen. 1. p. q. 43. me. 3. a. 3. & me. 4. & 5. Henr. in sum. ar. 54. q. 6. ad argu. & art. 60. q. 6. S. Tho. 1. p. qu. 36. art. 4. ad 1. & in 1. dist. 11. qu. 1. art. 2. Herua q. 2. Capreo. dist. 12. concl. 4. & ad arg. con. 4. conc. Richar. dist 11 art. vni. qu. 3. Argen. qu. 1. art. 3. Marsilij qu. 15. Arimin. dist. 12. Palat. dist. 11. disp. vlt. Ferrari. 4. cont. Gen. cap. 25. fine, Caiet. 1. p. qu. 36 art. 4. Torres ibid. fine Comment. Bannez fine, Molin. disp. 5. Vasquez disp. 110. Zumel disp. 4. Grana. tract. 10. disp. 4. Zunig. disp. 11. dub. 4. Ruiz. disp. 71. Suarez. lib. 10. de Trinit. cap. 6. Bellar. lib. 2. de Christo cap. 27.* & communior. Tota 124. diffic. huius sent. est in assignandâ ratione huius necessitatis. Alij assignant ex parte principij, siue quia *An necessitas ex parte principij.* Pater & Filius sunt complementum virtutis spiratiuæ, non modò ad subsistendum, verùm etiam ad producendum: siue quia Pater & Filius sunt complementum saltem ad subsistendum, etsi non ad producendum; siue quia sunt conditio, sine quâ virtus spiratiua non exiret in actum spirandi. Alij *An termini?* verò necessitatem assignant ex parte termini spirabilis, siue quia, vt amor necessariò procedere debet ex Verbo, & ex principio Verbi: siue quia, vt amor mutuus procedere debet ex reciproco amore plurium suppositorum, vt sit qui amet, & qui vicissim redamet; siue quia non potest procedere vt persona distincta à Patre & Filio, nisi procedat ab vtroque. Alij tandem putant ad hanc personalem proprietatem, quã de facto Spiritus habet, necessariò prærequiri Patrem & Filium, vt distinctas personas à quibus procedat; non simpliciter, eo quòd posset Pater esse fœcundus per voluntatem, & non per intellectum; tunc enim produceretur Spiritus à solo Patre; licet non cum hâc numero personali proprietate: nam hæc ex indiuiduâ ratione intrinsecè respicit Patrem & Filium, vt distincta suppositа.

Pro intellig. huius controu. perdifficilis, præ- 125. mittenda tria. 1. hìc non disputari de perfectate connexionis, quam virtus spiratiua habet cum distinctis suppositis, sed de solâ perfectate principij, quam eadẽ virtus habet ad spirandum Spiritum S. *De perfectate principij dist.* An scilicet ita vi suæ formalis originis, & characteristicæ proprietatis procedat à Patre & Filio distinctis suppositis, vt si per impossibile procederet tantùm ab alterutro, processurus non esset cũ eâdem characteristicâ proprietate, cum quâ nunc procedit ab vtroque simul. An verò contrà, datâ hypothesi, quòd ab alterutro tantùm procederet, adhuc processurus foret cum eâdem chatact. proprietate, cum quâ nũc procedit ab vtroque simul. Eodem prorsus modo, quo de creaturis disputatur; an illæ per se procedant à Trinitate personarum, ita vt si Deus in vnâ tantùm subsisteret personâ, eodem modo foret principium creaturarum, sicut nunc est subsistens in tribus. 2. Duplex principium; alterũ pro- 126. ductiuum quod in diuinis semper est aliqua perfe- *Principium productiuum communicatiuum.* ctio respectiua, cùm illud debeat realiter distingui à termino producibili: Communicatiuũ alterum, quod esse potest quæcunque perfectio, etiam absoluta; quia hoc non debet distingui à termino, cui communicatur, cùm possit idem manere in principio communicante, & simul in termino, cui communicatur. Vtrumque principium per se requiritur ad esse termini. Cùm non minùs terminus suũ esse accipiat vi principij communicatiui, quàm vi principij productiui. Est autem notandum, non quidquid reperitur in supposito producente, habere rationem principij communicatiui, sed illud tantum, quod per se & formaliter exigitur à termino producibili vi propriæ processionis. 3. Dupliciter 127. principiũ variari potest ex variatione distinctorum *Variabile.* suppositorum ad eundem terminũ concurrentium; 1. immediatè & per locum intrinsecum, quando *Immediatè.* sublato tantùm supposito comproducente & omni alio præciso, variatur principium: mediatè & per *Mediatè.* locum extrinsecũ, quãdo principium non variatur ex præcisâ sublatione suppositi cõproducentis, sed per sublationẽ alterius rationis necessariò connexæ cum personâ comproducente, quæ necessariò tollitur per concomitantiam personæ comproducentis,

tis. Vt si à Deo præscindas voluntatem, non eo ipso per locum intrinsecum tollitur intellectus, nisi tantùm per necessariam connexionem, quam intellectus habet cum voluntate: quæ connexio potest esse maior aut minor, iuxta maiorem aut minorem cõnexionem, quam habent perfectiones ipsæ inter se: maiorem quippè connexionẽ habet intellectus cum voluntate, quàm cum omnipotentiâ; & maiorem volũtas cum intellectu, quàm intellectus cum voluntate, saltem secundùm nostrum intellectum licet à parte rei eandem omnes habeant in Deo connexionem, cùm omnes identificentur in vnâ simplicissimâ & indiuisibili formalitate. Cæterùm quæstio est, vtrum immediatè & per locum intrinsecum, sublatâ vnâ personâ conspirante: tolleretur sufficiens principium spirandi; nam quâcunque sublata, mediatè & concomitanter tollerentur & reliquæ, ob essentialem connexionem, quam omnes & singulæ inter se habent.

Per has hypoth. indagantur in Deo immediatæ & formales rationes.

128. Dico 1. Spiritus ex vi proprietatis personalis qua de facto habet, per se postulat procedere à Patre & Filio, vt distinctis suppositis. Fundam. tunc terminus per se postulat procedere ab aliquo, quãdo eo sublato, aut mutato, tollitur, aut mutatur terminus quoad aliquam perfectionem intrinsecam: at si Spiritus non procederet à Patre & Filio, tolleretur, aut saltem mutaretur quidditatiua perfectio Spiritûs: ergo. Maior constat, nam omnis exigentia termini à principio est propter aliquod esse, quod ab illo accipit; igitur si Spiritus per se exigit Patrẽ & Filium, vt duo distincta suppositа, est propter aliquam perfectionem, quam accipit ab illis. Minor prob. si Spiritus non procederet à Patre & Filio, necessariò variaretur principium cõmunicatiuum ipsius: hoc autẽ variato, necessariò variaretur persona Spiritus, tam quoad esse absolutum, quod vi propriæ originis postulat, quàm quoad esse respectiuum, quo constituitur in esse personali distincto. Sequela prob. si Spiritus procederet ab vno tãtùm suppositо, vel esset, quia vnum tantùm esset suppositum in Deo, vel quia nõ omnia essent productiua; vel quia priùs origine Pater spiraret, quã generaret. Si 1. modo, deesset vna ex tribus personis in Deo. Si 2. & 3. necessariò aliqua perfectio mutare tur in Deo. Ex quo vlteriùs sequeretur, mutari proximum principium cõmunicatiuum Spiritus: nam hoc est amor essentiæ, & omnium personarum, ac perfectionum diuinarum: Sed eo ipso quòd tolleretur, aut mutaretur aliqua perfectio diuina, mutaretur talis amor, quia non haberet idem obiectum, quod nunc habet; & consequenter mutaretur proximum principiũ communicatiuũ Spiritûs, quod in tali amore consistit: ac proinde variaretur persona ipsa Spiritûs, non solùm quoad esse absolutum, quod vi propriè originis de facto postulat, sed etiã quoad esse respectiuum: nam ipsa respectiua proprietas personalis quidditatiuè postulat, talem modum communicationis, quo variato, immediatè & per se variaretur personalitas.

Variatur princip. communic.

Proximum amor.

129. Huc tendit ratio *Richardi Victor.* Spiritum per se exigere duo suppositа distincta, quia procedit vt amor mutuus, qui inter duos ad minimum versari debet; non quòd aliquis amor sit in Patre amante, qui non sit in Filio redamante, aut contra, aliquis amor sit in Filio redamante, qui non sit in Patre amãte: sed quòd idem amor, quo Pater se, suamque essentiam & reliquas personas amat, communicatur Filio; quo pariter amat Patrem, diuinum essentiam, seipsum, & Spiritum: vnus enim & idem amor, vt est Patris, dicitur amãtis, vt est Filij, dicitur redamãtis. Quare istæ denominationes, amãtis & redamã tis, supra amorem communem & essentialem, non addunt in Deo, nisi solam connotationem diuersarum personarum, in quibus est. Qui amor dicitur etiam concors, quatenus determinatus proprietate spiratiuâ existẽte in Patre & Filio, vnâ eâdemque concordi voluntate vtriusque prorumpit in actum spirandi. Confir. si Spiritus procederet à solo Patre, non distingueretur à Filio: atque adeò non procederet cũ eâ proprietate personali, qua nunc procedit. Si à solo Filio, ideò esset, quia Pater priùs origine spiraret, quàm generaret; vnde priùs Pater esset cõstitutus in ratione personæ per spirationem actiuam, quàm per paternitatem; quia non posset spirare Spiritum, nisi supponeretur persona constituta: at tunc non posset supponi persona constituta per paternitatem, tum quia hanc eo casu communicaret Spiritui, cum quo simul Verbum gigneret, nõ minùs quàm nũc cõmunicat spirationem actiuam Filio, cum quo simul spirat Spiritum. Tum quia tunc paternitas esset posterior spiratione actiuâ: ergo non posset constituere personam Patris, sed illam potiùs constitueret spiratio actiua: nã proprietas personalis debet præcedere omnem aliam proprietatem, cùm sit primum complementum naturæ in ordine ad omnes operationes ipsius.

Confirm.

130. Dico 2. Spiritus vi suæ proprietatis personalis per se respicit patrẽ & Filium, non tantùm sub ratione spiratoris, sed etiam sub ratione Patris & Filij, vt distincta suppositа sunt; non quidem vt cõrelatiua formaliter, sed vt correlatiua radicaliter seu virtualiter. Assertio hæc colligitur ex Conc. *Tolet. in profess. Fidei*; vbi, *in relatiuis*, inquit, *personarũ nominibus Pater ad Filium, & Filius ad Patrem, Spiritus S. ad vtrosque refertur.* Et paulò pòst assignat rationem: *Similiter Spiritus S. non ad se, sed ad Patrem & Filium relatiuè refertur in eo, quòd spiritus Patris, & Filij prædicatur.* Nec dici potest, quod Concilium intelligat, quòd Spiritus referatur ad Patrem & Filium sub ratione tantùm spiratoris. Quia cùm suam propositionem non limitet, nõ est cur illã nos limitemus: præsertim cùm id etiã ratio suadeat, quæ talis est. Ad omne id per se refertur terminus, vt ad proximũ principiũ, sine quo simpliciter non potest suum esse habere. At nõ potest Spiritus sine paternitate & filiatione simpliciter suum esse habere: nam spiratio actiua non est potens spirare, nisi supponatur perfectè existens, cũ nulla res sit potens perficere aliud à se nisi supponatur perfecta in se; quia vnumquodq; priùs ordinatur ad seipsũ, quàm ad aliud à se. Spiratio autẽ perfectè existit in Patre & Filio; quia cùm ipsa nõ sit relatio subsistens, nõ potest perfectè existere, nisi per subsistentiã Patris & Filij, cum quibus identificatur. Igitur cùm relatio paternitatis & filiationis compleat spirationem actiuam in ratione perfectè existentis, cõplet in ratione principij, non quidem formalis & proximi, sed radicalis & remoti. Atque adeò Spiritus per se refertur ad illos, non sub ratione principij formalis & proximi, sed radicalis & remoti. Atque hinc eruitur discrimen inter principium creatiuum ad extra, & spiratiuum ad intra, cur non eodem modo illud requirat Trinitatem personarum ad creandum, sicut hoc dualitatẽ suppositorũ ad spirandũ; atq; adeò cur nõ eadẽ perfectate creaturæ respiciant Trinitatem personarũ, quã Spiritus respicit dualitatẽ suppositorũ. Quia principiũ creatiuũ est natura diuina, quæ etiã præcisa à subsistentiis relatiuis est perfectè existẽs, cũ ab illis nõ recipiat rationẽ existendi, sed solã incõmunicabilitatem. At verò principiũ spiratiuũ est spiratio actiua, quæ præcisa à subsistẽtiis Patris & Filij nõ est perfectè existens, cũ non sit relatio personalis per se subsistens

Conc. Tol.

Propositi illius mit.

Ratio.

Nota.

Principium creatiuum natura.

Spir. tantùm dualitas pers.

Digitized by Google

134. subsistens, sed tantùm inexistens. Eruitur etiam disparitas, cur operatio creata non respiciat per se suppositum creatum, nec effectus creatus ab accidente productus per se respiciat subiectum, à quo accidens in suo esse completur. Cùm non minùs suppositum creatum compleat existentiam naturæ, creatæ, quæ sola est formale principium operandi; nec non subiectum creatum existentiam accidentis, quod similiter solùm est principium proximum agendi, quàm suppositum Patris & Filij compleat existentiam spirationis actiuæ, quæ sola est proximum & formale principium spirandi. Disparitas autem est; nam operatio creata, diuinitùs saltem, esse potest à naturâ creatâ omni supposito spoliatâ; & effectus creatus ab accidente ab omni subiecto separato: nullo autem pacto intelligi potest, Spiritum esse à virtute spiratiuâ, nisi vt in Patre & Filio subsistente.

Actio à non supposito esse potest.

135. Quia verò dicere quis posset; esto vt spiratio actiua sit potens spirare, debeat subsistere, non tamen est necessarium vt subsistat in utroque, sed sufficit si in alterutro tantùm subsistat: nam in alterutro posset completè subsistere, quia in alterutro est perfecta subsistentia: ideò addo rationem 2. cur Spiritus vi suæ proprietatis personalis per se respiciat Patrem & Filium, vt distincta suppositа: quia vi suæ proprietatis personalis respicit illa, vt obiecta mutui amoris, quem de facto vi propriæ processionis accipit. Nam, licet ad illa vt sic non dicat ordinem realē, sed tantùm rationis, eò quòd ab illis, vt ab obiectis non distinguitur, hoc ipso tamen, quod hæc personalitas connotat talem modum communicationis duorum suppositorum, per modum obiecti mutui amoris, aliter terminatur ad suppositа ipsa, vt principia sunt talis communicationis.

Spiritus S. non nisi à suppos. 2.

136. Quòd autem Spiritus Patrem & Filium respiciat, vt distincta suppositа, non vt correlatiua formaliter, sed tantùm radicaliter seu virtualiter, inde constat; quia id tantùm respicit terminus vt correlatiuum formale, quod respicit vt proximum principium sui. At Spiritus non respicit Patrem & Filium, vt distincta suppositа, vt proximum principium sui, sed tantùm vt radicale & personale. Igitur non potest respicere illa, vt distincta suppositа vt correlatiua formaliter, sed tantùm radicaliter. Minor constat, quia Pater & Filius non sunt proximum principium spirandi per paternitatem & filiationem, quo pacto sunt distincta suppositа, sed per spirationem communem, quomodo sunt vnum principium spiratiuum. Maior prob. id tantùm respicit terminus, vt correlatiuum formale, quod est proximum fundamentum oppositæ correlationis, seu proximum principium productionis, quæ est proxima ratio fundandi oppositā correlationem.

Vt correlatiuè radicaliter.

137. Ex dictis colligitur, consimili relatione virtuali seu radicali Patrem & Filium, vt distincta suppositа referri ad Spiritum, quâ Spiritus refertur ad Patrem & Filium. Quia vbi extrema sunt eiusdem ordinis; si relatio resultat in vno extremo, resultat & in altero: & quâ ratione resultat in vno, eâdem resultat & in altero: sed Spiritus non solùm habet relationem formalem ad Patrem & Filium, vt ad vnum spiratorem, sed etiam radicalē ad eosdem, vt ad distincta suppositа. Ergo non solùm Pater & Filius, vt vnus Spirator habent formalem relationem ad Spiritum; sed etiam vt distincta suppositа habebunt radicalem relationem ad eundem.

Corull.

Ratio.

Confir.

Confir. hanc duplicem eiusdem relationis formalitatem fundat Spiritus ad Patrem & Filium, quatenus respicit illos, & sub ratione principij formalis proximi, & radicalis remoti. At eodem modo Pater & Filius respiciunt Spiritum & sub ratione principij formalis proximi per virtutem spiratiuam, & radicalis remoti per paternitatem & filiationem. Ergo eodem modo & ipsi fundabunt hanc duplicem eiusdem relationis formalitatem, formalem, & radicalem ad Spiritum sanctum.

138. Ad 1. argu. oppositæ, dist. antec. totum principiū productiuum Spiritus est in Patre & totum in Filio subiectiuè, concedo; obiectiuè, nego. Cùm enim id essentialiter includat principium communicatiuum; & hoc sit amor essentiæ, personarum, & omnium perfectionum, per modum obiecti amati; licet in Patre sit totus amor subiectiuè, non est tamen totus obiectiuè; quia vt obiectum amatum includit etiam Filium & Spiritum, vt distincta suppositа à Patre: similiter licet in Filio sit totus amor subiectiuè, non est tamen totus obiectiuè; quia includit etiam Patrem & Spiritum vt distinctas personas. Vnde si solus Pater, aut solus Filius spiraret, mutaretur obiectum talis amoris; quia non potest solus Pater, aut solus Filius spirare, nisi factâ aliquâ mutatione in diuinis perfectionibus: quâ statim mutaretur obiectum diuini amoris, atque adeò principium communicatiuum Spiritus. Negandū igitur est, terminum habere esse tantùm à principio productiuo, prout distinguitur à communicatiuo. Et consequenter, quæ conferunt ad principium communicatiuum, non per accidens & concomitanter, sed per se & formaliter se habent ad esse termini. Ad prob. totus amor notionalis reperitur in Patre, & totus in Filio subiectiuè, non autem obiectiuè.

Ad primum.

139. Ad 2. neg. maior. quia principium creatiuum saluatur integrè & perfectè quoad omnia in solâ naturâ diuinâ, etiam vt præcisâ à subsistentiis relatiuis. Duo quippe sunt, quæ principium creatiuum requirit, perfecta existentia, & integra virtus productiua: hæc duo habet Deus ratione solius naturæ præcisæ à quàlibet subsistentiâ relatiuâ: nam & illa seipsa perfectissimè existit, & omnia potest; quia à personis non accipit vim producendi, nec rationem exemplaris, à quo ad producendum Deus determinatur; cùm essentia sit perfectissimum exemplar omnium producendorum.

Ad 2.

Dices.

Dices: saltem determinatur à personis increatis ad producendas personas creatas.

Resp.

Sed neg. assump. quia in solâ essentiâ eminenter continentur omnia creabilia: atque adeò in ratione exemplaris non determinatur à personis, sed à solâ essentiâ.

140. Ad 3. Concedo, vim spiratiuam non accipere à paternitate & filiatione vim productiuam, accipere tamen tum vim communicatiuam, tum perfectam existentiam.

Ad 3.

Ad prob. Resp. vim spiratiuam non accipere quamcūque rationem subsistendi à Patre & Filio, sed talē sine quâ omninò repugnant, illam exire posse in actum spirandi.

141. Ad 4. Nego conseq. nam intellectus non supponit aliam potentiam, vt possit in actum suum exire: contrà verò, vt voluntas possit in actum suum exire, supponit Verbum, à quo virtus spiratiua completur in ratione principij communicatiui.

Ad 4.

142. Ex dictis facilè erit iudicium ferre de singulis modis, quibus alij hanc sent, probant. Plerique enim re ipsa nobiscum conueniunt; etsi in modo explicandi discrepent. Illud autem, quod vltimo loco additur, posse Spiritum vi alterius personalitatis ab vnâ tantùm personâ diuinâ procedere, licet vi huius numero personalitatis per se petat procedere à duobus; cùm procedat ex hypothesi omninò impossibili, & nullo pacto conferat ad intelligendam formalitatem propriæ personalitatis, quâ de facto tertia Trinitatis persona constituitur, non censeo dignum

Modi explicandi varij.

Hypothesis inutilis.

Digitized by Google

dignum labore Theol. qui tantùm impendi debet in explicandis mysterijs fidei; & eatenus ad huiusmodi hypotheses diuertere, quatenus per illas altiùs mysteria ipsa fidei penetrantur.

SECTIO VII.

An Spiritus sanctus sit formaliter donum, eique soli proprium?

143. SPIRITVM sanctum esse donum, constat ex Actor. 2. *Accipietis donum Spiritus sancti:* & 8. *Pecunia tua*, inquit Petrus Simoni Mago, *tecum sit in perditionem, quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri.* Quòd autem *Domum Dei* hic intelligatur pro Spiritu sancto, constat ex textu, *Cum vidisset Simon, quia per impositionem manus Apostolorum daretur Spiritus sanctus, &c.* Et Ecclesia in hymno Spiritum appellat *donum Dei altissimi.* Idem passim Patres, vberrimè *Aug. in lib. de Trinit.* Hinc difficultas, an hoc nomen conueniat Spiritui S. propriè, an tantùm appropriatè. Ratio diffic. 1. *donum*, vt Philos. definit, 4. *Topic.* 4. *est irredibilis donatio:* hoc est, vt *S. Tho.* explicat 1. *p. q.* 38. *ar.* 2. liberalis & gratuita donatio, absque intentione retributionis facta. At nulla persona in diuinis procedit liberè & gratuitò, sed necessariò & naturaliter. Ergo nulla persona in diuinis est propriè donum. 2. vt constat ex eod. *Philos.* inter donum, donatorem, & cui datur intercedit realis distinctio: nam donum alicuius donum dicitur; Sed Spiritus etsi distinguatur à Patre & Filio, à quibus procedit, non tamen distinguitur à seipso, quatenus accipit donum. Confir. Spiritus est donum non respectu sui ipsius, quia nullum donum dicitur respectu sui; nec respectu alterius personæ diuinæ, quia vel hæc esset Filius, quà Spiritus datur à Patre in donum Filio; vel Pater, quà datur à Filio in donum Patri per reciprocum amorem: at neutrum dici potest: tum quia inter dantē, & cui datur intercedere debet realis distinctio. Inter Patrem autem, & Filium in ratione spirantis, seu dantis Spiritum S. nulla intercedit realis distinctio. Tum quia si Spiritus diceretur dari Filio à Patre, & è conuerso propter solam essentiæ identitatem, & circuminsessionem personarum; pari modo dici posset, Patrem & Filium dari Spiritui, ob eandem identitatem, & circuminsessionem. 3. vel Spiritus dicitur donum respectu principij, à quo per originem, vt per donationem accipit esse; vel respectu creaturarum, quibus donari potest. At non solùm Spiritus S. verùm etiam Filius per originem accipit esse à Patre; & de facto datus est nobis, non solùm per gratiam & merita, sed etiam per vnionem hypost. ergo non solùm Spiritus, sed etiam Filius est donum. 4. Vnica est proprietas constitutiua Spiritus, sed hæc est passiua spiratio: ergo non est donatio, quatenus diuersa est à passiuâ spiratione. Confir. vel donatio sumitur passiuè pro passiuâ processione Spiritus, vel actiuè pro actuali, vel aptitudinali donatione, quâ Spiritus aptus est alteri donari. 1. modo recurrit cum passiuâ spiratione: 2. modo, quia repugnat eandem personam constitui oppositis relationibus, & donatio actiua & passiua sunt oppositæ relationes, non minùs quàm spiratio actiua & passiua, repugnat, per eas constitui personam Spiritus. 5. Omne donum dicitur per ordinem ad possessorem: est enim donum alicuius possessoris donum: at possessio correlatiuè respicit subiectionem; hæc imperfectionem importat: non igitur in Deo esse potest.

In hymno penitentiales Spiritus S. appellatur Donum.

144. *Prima ratio diffic.*

145. *Secunda.*

146. *Confir.*

147. *Tertia.*

148. *Quarta.*

149. *Quinta.*

PRIMA sent. *Durandi in 1. dist. 18. qu. 1.* negantis, donum conuenire Spiritui propriè, sed tantùm appropriatè. Fundam. nulla ratio doni in diuinis reperiri potest, nisi per ordinem ad creaturas, quibus tantùm liberaliter Deus communicari potest: cùm ad intra nulla sit communicatio, nisi naturalis ac summè necessaria; ratio autem doni quidditatiuè postulat communicationem liberam donantis. At per ordinem ad creaturas non magis est communicabilis Spiritus, quàm reliquæ personæ, imò quàm diuina essentia. Ergo ratio doni non magis conuenit Spiritui, quàm reliquis personis, ac diuinæ essentiæ. Ratio verò appropriationis est, quia omnis liberalis cōmunicatio, quæ ad donum præexigitur, procedit ex radice amoris, qui est actus voluntatis. Quare illi tantùm personæ appropriari potest, quæ procedit per actum voluntatis: hæc autem est sola persona Spiritus: ergo.

150. *Negat Durandus.*

SECVNDA *Scholast. cum Mag. in 1. dist. 18. S. Tho. 1. p. qu.* 38. & reliquorum Theol. affirmantium, soli Spiritui vi suæ processionis formalis conuenire veram ac propriam rationem doni. Quin *Durandi* sententiam recentiores cum *Carthus. in 1. dist. 18. qu.* 2. vt erroneam, aut certè vt temerariam damnant. Et meritò, cùm sit contra omnes Schol. & Patres, præsertim *August.* 5. *de Trinit. c.* 11. *Ille Spiritus S. qui non est Trinitas, sed in Trinitate intelligitur, in eò quòd propriè dicitur Spiritus S. relatiuè datur, cum ad Patrem & Filium refertur, quia Spiritus S. & Patris & Filij Spiritus S. est. Sed ipsa relatio non apparet in hoc nomine, apparet autem, cum dicitur donum Dei. Donum enim est Patris & Filij.* Vbi concludit: *Donum ergo donatoris, & donator doni, cum dicimus, relatiue vtrumque ad inuicem dicimus.* Et lib. 7. c. 4. *Spiritus S. propriâ significatione, quâ etiam donum Dei dicitur, nec Pater nec Filius est.* Vbi nota, Spiritum S. ab *August.* appellari donum Dei, *propriâ*, non *appropriatâ significatione.* Et c. 6. *Sicut Verbum quod non dicitur nisi Filius, aut donum, quod non dicitur nisi Spiritus Sanctus.* Et vt expressiùs significaret *doni proprietatem* solius Spiritus characteristicā notam esse *lib. 4. c. 20.* docet, eam Spiritui vi suæ processionis competere: *Sicut Spiritui S donum Dei esse, est à Patre procedere, ita mitti est cognosci quòd ab alio procedat.* Quidquid autem personæ diuinæ competit vi propriæ processionis, competit illi vt charact. proprietas: nam sicut vna persona diuina distinguitur ab aliâ vi propriæ processionis: ita quidquid vi propriæ processionis illi competit, est propria nota & charact. proprietas illius.

151. *Affirmant reliqui.*

Censura opinionis Durandi.

Clarissimè hanc veritatem expressit Aug.

Characteristica proprietas.

Prob. 2. Solus Spiritus vi suæ originis habet intrinsecam & quidditatiuam rationem doni: ergo soli cōpetit vera & propria ratio doni. Quia quidquid habet vna persona vi suæ originis, habet vt proprium constitutiuū sui, & distinctiuum ab omni aliâ personâ: quia sicut personæ diuinæ distinguuntur inter se in fieri per origines, ita & in facto esse per proprietates consequentes origines. Antec. prob. quidditatiua ratio doni consistit in liberali & gratuitâ donatione; ex definitione doni receptâ: solus autem Spiritus vi suæ originis procedit vt liberalis & gratuita donatio; non quidem respectu sui, sed respectu creaturarum, quibus liberè donatur. Quia solus vi suæ originis procedit vt amor, non solùm vt necessariò communicatus ad intra, sed etiam vt liberè & gratuitò communicabilis ad extra. Ergo solus vi suæ originis procedit vt donum, siue potiùs vt ipsa formalis ratio donā di. Amor. n. est primum donum, quod amans simul cum re donat amato, & quo mediante cætera donat. Quia Deus eodem prorsus indiuisibili amore & communicat se Spiritui necessariò ad intra, & crea-

152. *Prob. à priori.*

Solus liberalis donatio.

Communicabilis ad extra vt primum donum

creaturis liberè ad extra; cùm in Deo actus liber non distinguatur à necessario, nisi penes connotatum extrinsecum. Igitur si Spiritus vi suæ processionis procedit vt amor increatus, procedit vt amor necessariò communicatus ad intra, & liberè communicabilis ad extra, quia procedit vt amor cõprehensiuus & adæquatus; ergo secundùm omnem perfectionem quidditatiuè inclusam in amore diuino. Libera autem communicabilitas ad extra, est intrinseca & quidditatiua perfectio amoris diuini; licet actualis communicatio libera, non sit intrinseca eius perfectio, & Spiritus non est donum formaliter per actualem, sed per aptitudinalem communicationem ad extra, quam habuisset, etiamsi nulli creaturæ se liberè communicasset. Vt n. *Augustin. 5. de Trinit. cap. 15.* Spiritus *sic procedebat, vt esset donabile, iam donum erat & antequam esset, cui daretur. Aliter enim, intelligitur, cùm dicitur donum, aliter cùm dicitur donatum. Nam donum potest esse, antequam detur: donatum autem, nisi datum fuerit, nullo modo dici potest.* Confir. Ita se habet Spiritus respectu suæ processionis, sicut Verbum respectu suæ generationis: sed Verbum, ex eo quòd procedit vi intellectionis diuinæ comprehensiuæ, non solùm procedit, vt necessariò exprimens essentiam, personas, creaturasque possibiles, sed etiam vt liberè expressiuum futurarũ: ergo Spiritus ex eo quòd procedit vi dilectionis Diuinæ comprehensiuæ, non solùm procedit vt necessariò terminatus ad essentiam, personas, creaturasque possibiles per modum simplicis complacentiæ, sed etiam vt liberè terminabilis, ad futuras per modum efficacis amoris. Vnde sicut aptitudo ad exprimendas quascunq; creaturus futuras, est propria & characteristica nota Verbi, quam ab æterno habuisset, etiamsi nullæ in tempore futuræ fuissent creaturæ, ita aptitudo ad communicandum se creaturis futuris, est propria & characteristica nota Spiritus sancti, quam ab æterno habuisset, etiamsi nullæ futuræ fuissent creaturæ, quibus actu se communicasset.

Aptitudine donum.

153. *Confirm.*

Verbi & Spiritus nota propria.

154. *Coroll. 1.* Deducitur 1. Id, quod constituit Spiritum donum formaliter, non est relatio aliqua realis, aut rationis ad creaturas, quibus liberè communicari potest; cũm nulla Deus habeat relationem realem ad creaturas, nec sola rationis sufficiat, cùm Spiritus independenter ab omni intellectus procedat vt donum; sed est proprietas realis, quâ à Patre & Filio procedit, vt aptus donari; quæ tantùm inadæquatè & per explicitum conceptum distinguitur à Spiratione passiuâ. Nam hæc explicitè tantùm dicit relationem spirati ad Patrem & Filium sub ratione Spiratoris; illa ad originem passiuã, quam essentialiter includit donum in diuinis propriè dictum, superaddit intrinsecam aptitudinem, quâ liberè donari possit creaturis rationalibus: quæ aptitudo etsi à nobis explicari nequeat, absque ordine ad creaturas, in se tamen nullum intrinsecum ordinem ad creaturas dicit, sed solùm eas connotatiuè importat, vt terminos extrinsecos eo modo, quo omnipotentia importat effectus producibiles. Porrò Spiritus duplicem respectum dicit ad creaturas, alterum ad possibiles sub ratione simplicis, necessariæ tamen complacentiæ, ex quarum amore, vt ex propriâ origine procedit; alterum ad futuras, sub ratione efficacis, & liberi amoris, quibus in tempore donatur per gratuitam donorum communicationem. Priorem respectum importat necessariò & per se, posteriorem liberè & concomitanter. Sicut Verbum respectũ ad creaturas possibiles importat necessariò & per se, vtpotè ex quarum cognitione, vt ex propriâ origine procedit; ad futuras non nisi liberè & concomitanter: vtpotè sine quarum cognitione procedere potuisset eodem modo perfectum, ac procedit nunc cum earum tantùm concomitante notitiâ.

Proprietas realis.

Nullus ordo ad creat.

Respectus.

Necessarius liber.

Deducitur 2. Spiritum non solùm procedere, vt donum Patris & Filij liberaliter communicabile creaturis, sed etiam vt donatorẽ donorum. Procedit autem vt donum donatoris, quatenus est primum donum, quod simul cum ipso dono creato à Patre & Filio, donabile est creaturis, nam vt creatura, dando aliquod donum, simul cum ipso donat suum amorem, vt primum donum, & rationem formalem donandi, quæ simul cum re donandâ constituit donum formaliter, & sine quâ res ipsa, quæ donatur, non esset donum formaliter: Ita Deus, donando aliquod donum creaturæ, simul cum dono creato donat amorem suum increatum, vt primum donum, & rationem formalem donandi, sine quâ illud, quod donatur, non esset donum formaliter. Dat autem Deus amorem suum increatum simul cum dono creato, non subiectiuè, & secundùm se, sed vt liberè terminatum ad rem, quam liberaliter communicat creaturæ. Nam hoc ipso, quod illi donat rem liberaliter, donat illi cum re ipsâ amorem suum, vt liberè terminatum ad talem rem.

155. *Coroll. 2.* *Donum donatoris.*

Procedit verò idem Spiritus, vt donator doni, quia, cùm sit amor personaliter subsistens, non solùm est ratio, quâ formaliter donãtur omnia dona, sed etiam est author donorum: idque ex peculiari suâ proprietate, quâ est amor, & donum personale. Sicut Verbum non modò est ars, & ratio omnium faciendorum, quatenus est increata sapientia, in quâ relucent ideæ omnium rerum: verùm etiam est author, & opifex omnium operandorum, quatenus personalis sapientia est; quæ vt est ars increata, ei peculiariter conuenit concurrere ad omnia opera fabricanda. Verùm prior respectus doni à donatore, quia immediatè fundatur in processione passiuâ, est proprius & characteristicus Spiritûs. Posterior verò respectus donatoris, quia immediatè fundatur in amore essentiali, quo vniuersa Trinitas cum donis creatis simul donat amorem suum increatum, non est illi proprius, sed appropriatus, cùm sit illi cõmunis cum reliquis personis. Sicut & respectus, quem habet Verbum, vt supremus artifex operum fabricandorum, non est illius proprius, sed appropriatus & cõmunis cum reliquis Diuinis personis.

156. *Et donator doni.*

157. *Coroll. 3.* 3. Spiritus S. est primum donum; tum quia est primũ simpliciter, ante quod nullum omninò præcedit: vnde sicut Deus est primum ens, eiusque Verbum, primum Verbum; quia & Deus in ratione entis, & ipsius Verbum in ratione Verbi, est primum simpliciter, ante quod nullũ omninò ens, aut Verbum præcedit, vel præcedere potest: ita Spiritus quia in ratione doni, est primum simpliciter, quod Pater & Filius ad intra producunt, ante quod nullum omninò præcedit, nec præcedere potest, est omnium donorum iure primum. Tum quia est ratio formalis omnium donorum: nam eatenus reliqua, quæ à Deo donantur, habent rationem doni, quatenus ab hoc vno, quod est Spiritus accipiunt formalem denominationem doni. Propter quod *S. Bonau. in 1. dist. 18. qu. 1.* Spiritum appellat exẽplar omnium donorum: quia primum in vnoquoque genere est exemplar reliquorum in eodem genere.

Donum primum simpliciter.

158. *Coroll. 4.* 4. Filio non competit propria ratio doni, etiãsi sit donabilis, & de facto datus nobis: quia vi suæ processionis non procedit, vt primum donum & prima ratio formalis donandi cætera: hic n. est solus amor, vi cuius tantùm procedit Spiritus. Quia cùm solus amor sit formaliter liber, à quo cætera extrinsecè

Filius non procedit vt primum donum Liberum.

Digitized by Google

extrinsecè tantùm denominatur libera, solus amor est prima, & formalis ratio liberalitatis in cæteris donis; donum enim in liberalitate fundatur: liberalitas autem in solo actu libero formaliter reperitur: nam ille liberaliter donat, qui liberè, eoque donat liberaliùs, quò liberius. Cùm igitur Filius vi suæ processionis non procedat vt Amor, sed vt Verbum, non poterit ei quidditatiuâ ratio doni formaliter & intrinsecè, sed concomitanter & extrinsecè conuenire, per ipsam scil. formalem rationem amoris, quæ cùm non sit propria & formalis origo Filij, sed tantùm concomitanter ei communicetur cum intellectione, quæ tantùm est propria & formalis origo ipsius, nō poterit ex vi processionis formalis quidditatiua ratio doni formaliter & ab intrinseco conuenire, sed tantùm concomitanter & ab extrinseco, sicut conuenit cæteris donis, quæ formalem rationem doni sortiūtur à primâ & formali ratione doni, quod est liberalis amor.

159. *An ex amore essent.* *Fundam.* *An notionali?* 5. Vnde habeat Spiritus sanctus propriam rationem doni, ex amore essentialine, an ex notionali? Aliqui putant, id habere ex amore essentiali. Fundam. inde habet propriam rationem doni, vnde habet, vt sit liberaliter donabilis creaturis: at non ex amore notionali, sed ex essentiali habet, vt iisdem actu liberaliter donetur: quia principium donādi ad extra est actus Dei liber: hic autem non est amor notionalis, qui necessarius est, & proprius vnius personæ, sed essentialis, & cōmunis toti Trinitati. Ego verò censeo, propriam rationem doni

160. *Resp.* *Ex vtroque id habet proprium.* Spiritum completè habere ex vtroque amore, essentiali, & notionali simul; ex illo inchoatiuè, ex isto completiuè; non minùs quàm Verbum propriam rationem imaginis habet ex intellectione essentiali, & notionali simul; quia sicut imago requirit realem distinctionem ab exemplari, vnde exprimitur: ita donū ab authore, à quo donatur. Est n. donum, vt *Arist.* definit, *alicuius alicui donum:* & vt *August.* testatur, 5. *de Trinit. cap.* 14. donum est id, quod refertur ad eum, qui dedit, & ad eos, quibus datur: ergo donum requirit distinctionem ab eo, à quo donatur, & ab eo, cui datur; at essentialis amor non distinguitur à Patre & Filio, qui sunt donatores huius doni, igitur ab eo non potest Spiritus habere propriam rationem doni: habet igitur complete ab amore notionali passiuo, qui realiter distinguitur à Patre & Filio, & in Spiritu constituit quidditatiuam rationem doni. Quare ad fundam. oppositæ

161. *Ad fund. oppos.* dist. maior. ab eo habet Spiritus propriam rationem doni, à quo habet, vt sit liberaliter donabilis creaturis effectiuè, nego; à quo habet, vt sit liberaliter donabilis formaliter, concedo. Potrò Spiritus licet sit liberaliter donabilis effectiuè ab amore essentiali; nam hic solus est principium donandi ad extra omnia dona creata, cum quibus per modum primi doni, & rationis formalis donandi donatur ipse amor: est tamen liberaliter donabilis formaliter per amorem notionalem, quia hic tantùm realiter illum distinguit ab ipso donatore. Quòd autem Spiritus habeat veram rationem doni, à quo formaliter, non autem à quo effectiuè habet, vt sit liberaliter donabilis, constat: quia donum non est tale formaliter per respectum extrinsecum, sed per proprietatem intrinsecam: igitur non potest per respectum ad efficiens, qui extrinsecus est, sed per proprietatem, & relationem intrinsecam, licet cum ordine ad extrensecum donatorem.

Donum est per propriet. intrinf.

162. *Dices.* DICES. Id constituit Spiritum donum formaliter, quod vt ratio donandi simul cum re creatâ: hic autem est amor liber, quia hic tantùm dari potest per modum liberæ terminationis ad extra.

Resp. Resp. neg. minor. Ad prob. vti donum requirit essentialiter liberam donabilitatem & realem distinctionem à donatore; ita ab vtroque amore tam essentiali & libero, quàm notionali & necessario, habet veram & propriam rationem doni.

163. *Corol. 6.* 6. An dici possit, Spiritus suâ processione esse donum? si propositio accipiatur in sensu formali, falsa est; quia sumpta formaliter importat explicitam rationem, quâ subiectum est tale formaliter. Vnde non dicitur Verbum generatione est Verbum, aut filiatione est Deus; sed sapientiâ est Verbum; generatione genitus, filiatione Filius; expressione imago; Deitate Deus. Ita nec Spiritus dici poterit processione donum, sed donabilitate donum, spiratione Spiritus. Si verò propositio sumatur in sensu originatiuo, verum erit dicere, Spiritus processione est donum; sicut & Verbum generatione est Verbum. Quia tunc sensus est, Spiritus processione habet esse donum; sicut & Verbum generatione habet esse Verbum; imaginem, Deum, & omnia, quæ habet, quia origo non significatur, vt ratio formalis & intrinseca termino, sed vt via & tendentia ad illum. 7. An dici posset Spiritus

Sensus orig. verus.

164. *Corol. 7* *noster Spiritus, nostrum donum.* Ratio dub. de Filio non dicitur, quòd sit *noster Filius, nostrum verbum, nostra imago*: Ex aliâ verò parte dicitur; quòd sit *noster Pater, noster Deus.* Pro quâ re nota pronomina *nostrum & meum* importare aliquam habitudinē causæ, vel effectûs in eo, de quo dicuntur; vt *iste est meus pater*: *iste est meus filius.* Primum importat habitudinem principij; secundum effectûs: Cùm autem quatuor sint causarum genera, quadruplicem habitudinem causæ, ac totidem effectûs importare possunt, hæc pronomina in eo, de quo prædicantur, efficientis, ad quam reducitur exemplaris, finalis, materialis, & formalis. Certa regula est, quam tra-

Nostrum, meum, quid importent?

165. *Regula vniuersalis.* dunt *S. Tho. in* 1. *dist.* 18. *qu.* 1. *art.* 5. *Bonauent. q. vlt. & reliqui Schol.* ea nomina diuina admittere posse pronomina *meum* & *nostrum*, quæ efficientis & finalis causæ habitudinem important; non quæ important habitudinem causæ materialis, aut formalis, vel termini ad suum principium. Ratio: vt pronomen verè de aliquo dici possit, de eodem verificari debet secundùm illum respectum & habitudinem, quam ex propriâ notione importat; alioqui non verè, sed falsò diceretur: ergo & *Deus*, & *Pater* & *Creator noster* dici potest, quia hæc nomina respectu nostri habitudinem important causæ efficientis. Item de Filio dici potest, quòd sit *noster Saluator, Redemptor, Magister, Legislator*; non *Filius, Verbum, Imago*: quia priora important habitudinem principij; posteriora termini ad principium: *Filius* n. refertur ad Patrem; *Verbum* ad proferentem; *Imago* ad producentem seu exprimentem. Eâdem ratione de Spiritu S. dici potest, quòd sit *noster Spiritus, Donum, Sanctificator, Rector, Custos*; non *Spiritus sanctus, amor, Spiratus, notionalis*, &c. nam illa important habitudinem principij; hæc termini ad principium. Etenim nomen *Spiritus sancti*, ex *S. Tho. cit. ad* 2. est impositum ad significandam relationem termini ad principium spiratiuum: Nomen verò *Spiritus* ex propriâ notione admittere potest habitudinē principij, iuxta illud *Ioan.* 3. *Spiritus vbi vult, spirat.*

Ratio regula. *Habitudo principij.* *Termini.* *Ioan.* 3.

166. Ex his collige, nomina, quæ significāt perfectiones diuinas in abstracto, non posse admittere pronomina *nostrum & meum*: quia ex modo significandi important habitudinem causę formalis. Quare non dicitur *Deitas, æternitas, immensitas nostra.* Quòd si quando huiusmodi locutiones vsurpentur, vt de Christo dicitur *Corinth.* 1. *Factus est nobis Sapientia, Iustitia, Sanctificatio, Redemptio*, intelligendæ sunt exemplariter

Digitized by Google

emplariter & effectiuè, non formaliter. Ad 1. rationem dub. patet, non n. Spiritus dicitur donum formaliter per necessariam communicationem ad intra, sed per liberam communicabilitatem ad extra, quæ tamen fundatur in necessariâ communicatione ad intra; quia nisi ad intra procederet, vt distincta persona ab ipso principio producente, non posset habere propriam rationem doni ad extra liberaliter communicabilis. Ad 2. licet Spiritus non distinguatur à seipso, respectu cuius non est; cui datur, sed quod datur, donumque ipsum formaliter aliis communicabile; distinguitur tamen à creaturis, quæ sunt terminus, cui hoc donũ est liberaliter donabile. Ad confir. respondet *Henricus sum. p. 2. art. 61. qu. 10. Ocham & Gabrielem 1. dist.* 18. Spiritum dici donum respectu Patris & Filij, quatenus à Patre per impensum amorem datur Filio, & vicissim à Filio per repensum amorem datur Patri, vt subsistat in eâdem numero naturâ. Sed contrà; eodem modo dici posse, Filium dari in donum Spiritui; nam etiam Filius producitur à Patre, vt subsistens in eâdem naturâ cum Spiritu. Est igitur Spiritus donum solùm respectu creaturarum, quibus liberaliter tantùm est communicabile.

167. *Ad primam dub.*

168. *Ad 2.*

Ad conf.

Ad 3. Potiùs Spiritus, quàm Filius habet formalem rationem doni; quia solus procedit formaliter vt amor, qui est primum donum, & ratio formalis donandi, quâ cetera, quæ donantur, denominantur dona formaliter. Ad 4. Proprietas quâ constituitur Spiritus, est vnica formaliter, sed multiplex virtualiter, & secundùm conceptus explicitos, non quidem adæquatos, vti est vnum attributum respectu alterius; sed inadæquatos, vti est vnum & idem attributum respectu sui ipsius, per ordinem ad plures conceptus inadæquatos explicitos. Constituit igitur ratio doni personam Spiritûs inadæquatè; sicut ratio imaginis personam Filij. Constituit autem illam non ratione connotati, quod in obliquo importat, sed ratione fundamenti, quod principaliter & in recto dicit: hoc autem est spiratio passiua, vt apta nata liberaliter communicari, quæ solùm secundùm conceptũ explicitum, & inadæquatũ distinguitur ab ipsâ spiratione passiuâ. Ad confir. nego, donationem, quâ Spiritus procedit à Patre & Filio, & quâ donabilis est creaturis, esse relationes oppositas: tum quia sunt respectu diuersorum; nam prior est respectu principij spiratiui; posterior respectu creaturarum: vt possũt in vno eodemq; subiecto esse oppositæ relationes genitoris respectu vnius, & geniti respectu alterius. Tum quia prior est realis & secundùm esse; posterior rationis & secundùm dici. Ad 5. Dist. maior. omne donũ est alicuius possessoris donum, vel dominio, cui tantùm respondet subiectio; vel origine, cui sola respondet originatio. Porrò Spiritus est Patris & Filij donum non dominio, sed origine & authoritate, cui tantùm respondet origo passiua in dono originato. Ex his patet ad fundam. *Durandi*: nam alio modo donabilis est creaturis Spiritus, alio modo reliquæ personæ, & essentia diuina.

169. *Ad 3.*

170. *Ad 4.*

171. *Ad confir.*

172. *Ad 5.*

Ad fund. Durand.

DISPVTATIO XXVIII.

De Missione Diuinarum Personarum.

Propriet. person. in ord. ad creat. explic.

HACTENVS de proprietatibus diuinarum personarum in ordine ad se, quibus inuicem secernuntur peculiari notâ quâ existunt & operantur ad intra. Superfunt explicandæ proprietates earundem in ordine ad creaturas, quibus vna secernitur ab aliâ, & manifestatur vt distincta persona ab aliis, per specialem modum existendi & operandi ad extra. Quæ propterea dicuntur proprietates notionales ad extra, quia sunt proprij modi existendi & operandi singularum personarum, quibus ad extra manifestantur & apparent. Sicut enim Deus habet quædam prædicata in tempore, quæ illi competunt in ordine ad creaturas, vt est vnus essentialiter, & sunt communia toti Trinitati, dicunturque essentialia, vt esse *Creatorem*, *Conseruatorem*, & *Dominum* rerum omnium: ita quædam alia habet in ordine ad easdem creaturas, quæ illi etiam in tempore competunt, vt est distinctus personaliter, suntque propria singularum personarum, dicunturque notionalia ad extra, vt esse *missum*, *Incarnatum*, *manifestatum*, &c.

SECTIO PRIMA.

An Diuinis personis competat vera & propria missio?

FIDEI dogma est, diuinis personis competere missionem, tam actiuâ respectu personæ mittentis, quàm passiuâ respectu personæ missæ. Constat ex *Ioan. 7. A me ipso*, inquit Christus, *non veni, sed est verus, qui misit me, quem vos nescitis. Ego scio eum, quia ab ipso sum, & ipse me misit.* Et cap. 15. *Cùm autem venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à Patre:* adeò vt nemo illam simpliciter negare sit ausus: quamuis eâ abutantur hæretici ad inæqualitatem Diuinarum personarum arguendam. Solà igitur controu. est, an verè & propriè competat missio diuinis personis. Ratio dub. 1. desumitur ex Patribus. Nyssenus *orat. de Deitate Filij & Spiritus solum.* 7. inquirens quomodo Filius Dei sit missus, *an forma Dei præditus? an forma serui accepta in plenâ Deitate manens? Penitus enim*, inquit, *perspicuum esse arbitror, diuinam potentiam atque naturam, cùm vbique sit, ac per omnia pertingat atque peruadat, & res vniuersas complexa sit, mitti haud rectè dici.* Chrysost. *to. 3. hom. de Spiritu*, quæ incipit, *Heti: Si autem audieris*, inquit, *dicentem*; Mittam vobis Spiritum S. *non secundùm Deitatem accipias. Deus enim non demittitur. Nomina sunt hæc operationum significantia, eò quòd omnis, qui demittit, in illa mittit loca, in quibus non est.* Et concludit: *Igitur cùm dicit*; Mitto vobis Spiritum sanctum, *donum dicit Sancti Spiritus: vt discatis, quòd donum mittitur, Spiritus S. autem non mittitur.* Et infrà: *Alia est virtus, quæ conceditur, & alius est Spiritus, qui concedit.*

1. *Fidei dogma expressum Scripturis de vtrâque missione.*

Theol. contrauers.

2. *Ex Patrib. ratio dub. 1.*

2. Missio in suo quidditatiuo conceptu imperfectionem importat: at hæc nequit propriè, sed metaphoricè tantùm Deo competere; vt *Irasci, pœnitere, obliuisci*, &c. nam quod in suo quidditatiuo conceptu imperfectionem importat, translatum ad Deum non potest suum formale significatum retinere; ac proinde nequit propriè Deo competere: illud n. propriè Deo competit, quod competit secundùm suum formale significatum. Maior prob. duplex est missio; physica, & moralis; vtraque per se imperfectionem inuoluit: de morali patet: nam hæc vel fit imperio & auctoritate mittentis, vt cùm Dominus mittit seruum, aut Pontifex Legatum: vel consilio, vt cùm Consiliarius mittit Regem ad bellum. Nam prior missio includit subiectionem, & defectum potestatis; posterior ignorantiam, & defectum prudentiæ. De Physicâ prob. hæc includit vel impressionem virtutis, quâ res missa ad locum à mittente destinatum dirigitur, vt cùm sagitta dirigitur ad scopum à sagittante

3. *Secunda dub.*

Ratio à priori.

Missio moralis.

Physica.

Digitized by Google

gittante præfixum: vel per distinctionem propriæ entitatis, vt cum flos emittitur ab arbore, splendor à sole. Confirm. vtraque missio importat localem

4. Confirm. 1. separationem missi à mittente. Non enim propriè mittitur, nisi qui vel à mittente discedit ad negotiũ aliquod, authoritate mittentis peragendum, vt accidit in missione morali: vel quod per propriam entitatem situ disiungitur à suo principio. Non n. propriè mitti dicitur passiõ ab essentiâ, vel actus vitalis ab interno principio; eo quòd ad missionem propriè dictã requiritur localis separatio missi à mittente. Et propterea, vt docent *Scholast. cum Mag. in*

5. Confirm. 2. *2. dist* 10. Angeli superiores nõ mittuntur ad externa ministeria, sed tantùm diriguntur & illuminant inferiores, quorum tantùm est mitti; quia missio imperfectionem importat ex parte missi.

6. Tertia ratio dub. 3. *Mitti*, est missum aliter se habere in aliquo loco, quàm anteà se habebat; alioqui nõ esset maior ratio, cur potiùs persona diceretur mitti ad vnum locum, quam ad alium at diuinæ personæ sunt vbique præsentes per immensitatem; & implicat, eas aliter se habere in vno loco, quàm in alio.

7. Quarta. 4. Hinc sequeretur, multa alia esse de diuinis personis propriè admittenda, vt *Exire à Patre: Venire in mundum*: iterùm *Relinquere mundum, & Reuerti ad Patrem, Ioan.* 16. cùm vtraque imperfectionem importent localis mutationis, quę in diuinas personas, vtpotè omnis mutationis expertes, cadere non potest.

8. 1. Sent. PRIMA sent. affirmans, diuinis personis impropriè tantùm & metaphoricè missionem competere. Hanc solùm apud *Ruiz disp.* 108 *sect.* 5. legi, scil. non defuisse inter primarios huius ætatis Authores, qui hanc missionem metaphoricam appellarit, licet nullam huius rei rationem assignet.

9. 2. Sent. certa. SECVNDA docet, omninò verè & propria, & non metaphoricè diuinis personis missionem competere. Est omnium *Schol. cum Magist. in 1. dist.* 14. 15. 16. *& 17.* qui vt certam supponunt, vel expressè asserunt; vt *Bonauent. dist.* 15. *p. 1. qu. 1. corp. Missio*, inquit, *per comparationem ad terminum completissimè reperitur in diuinis multò magis, quàm in creatis.* Argent. *ibid. 2. 1. & Marsil. q.* 18. *a.* 1. id non solùm affirmant, sed etiam probant hâc ratione: vbicunq; sunt plures personæ, quarum vna habet virtutem & auctoritatẽ ab aliâ, ibi vera potest dici missio: sed in diuinis sunt plures personæ, quarum vna habet virtutem, & authoritatem ab aliâ; ergo ibi est vera missio, Palatius *ad. dist. disp. vn. ante 1 concl.*, *Aptissimè*, inquit, *vtitur hoc verbo Scriptura, quod sanè non imperium, aut superioritatem aliquo modo in mittẽte significat, sed potiùs originem emissi ab emittente.* Idem docent Patres. Vnde *Athanas. lib. 5. cont. Arian. fine* testatur, hoc vocabulo *missionis* vsos fuisse sanctos viros ad exprimendam visibilem præsentiam Verbi in carne assumptâ.

10. Contraria sententiæ censura. Quare temeritatis notâ dignum censet *cit.* Ruiz illùm, qui absolutè dixerit missionem non nisi metaphoricè diuinis personis competere. Et meritò, cùm nullus Scholast. aut Patrum, quæ Scriptura de missione Diuinarum personarum docet, in metaphorico sensu intellexerit; quin multi expressè ea in vero & proprio sensu acceperunt.

11. Concl. 1. Pro clariore explic. DICO 1. Missio sub eâ ratione, sub quâ competit creaturis, non nisi impropriè & metaphoricè competit diuinis personis. Assertio hæc certissima est, Ruiz, *Richard. in 1. dist.* 15. *art.* 1. *qu.* 1. *ad* 2. *Quia*, inquit, *missio propriè dicta conueniens creaturæ, & missio propriè dicta, in quantum est conueniens diuinæ personæ, non sunt eiusdem rationis vnioca.* Fundam. missio sub eâ ratione specifica, quâ conuenit creaturis, includit omnes imperfectiones suprà enumeratas.

12. Concl. 2. DICO 2. Non obstãtibus his imperfectionibus, sub quibus missio competit creaturæ; adhuc missio quidditatiuè sumpta verè & propriè conuenit diuinis personis. Fundam. relectis omnibus imperfectionibus, cum quibus reperitur in creaturis, adhuc manere potest quidditatiuus conceptus missionis, Deo & creaturæ analogicè communis: ergo missio vt sic verè & propriè cõpetit diuinis personis, nam tunc verè & propriè aliqua perfectio creata competit Deo, quando depurata ab omni imperfectione, cum quâ cõpetit creaturis, adhuc remanet quidditatiuus conceptus ipsius, Deo & creaturæ analogicè cõmunis. Contrà vero tunc aliqua perfectio creata impropriè & metaphoricè competit Deo, quando depurata ab imperfectione, cum quâ cõpetit creaturæ, nullus remanet quidditatiuus cõceptus ipsius. Exemplũ primi: Scientiâ depuratâ ab accidentalitatẽ, discursu, & reliquis imperfectionibus, cũ quibus cõpetit intellectui creato, adhuc remanet conceptus certò & euidenter obiectum exprimentis, intellectui creato & increato analogicè communis: in quo conceptu saluatur quidditas & ratio formalis scientiæ. Exemplum secundi: Motus localis, qui depuratus ab imperfectione translationis mobilis de loco ad locum, nullus remanet cõceptus, in quo quidditas & propria ratio motûs saluari possit: ac proinde; cùm ad Deum trãsfertur, non nisi impropriè & metaphoricè de eo affirmatur. Anteced. ostendo. Relectis imperfectionibus essentialis distinctionis, localis distãtiæ, similis separationis, cæteriscq; mutationibus, quas includit missio creata, adhuc remanere potest cõceptus personalis distinctionis missi à mittente, cum actiuâ cõmunicatione potestatis ex parte mittentis, & passiuâ acceptione eiusdẽ potestatis ex parte missi, ad aliquod munus authoritate mittentis obeundũ. At in hoc conceptu saluatur perfectissima quidditas & formalis ratio missionis, quæ, vt *infrà*, est quædam realis processio missi à mittente, ad aliquod munus consilio & authoritate mittentis peragendum. Maior est manifesta: nam misit Pater Filium ad opus Incarnationis præfinito tempore exequendũ, dum illum ab æterno genuit, cum potestate, cõsilio, & virtute ad prædictum opus tali tempore peragendum Miserunt Pater & Filius Spiritum S. ad corda Apost. die Pentecostes inflammanda, dum illum ab æterno spirarunt cum potestate, consilio, & virtute ad hoc opus præfinito tempore perficiendum. In vtrâque n. legatione propriissimè elucet natura missionis; & ex *Bonau.* meliùs & perfectiùs, quàm in creaturis ipsis.

Missio verè & propriè competit personis.

Vt scientia.

Non vt motus.

13. *Distinctio & communicatio potestatis.*

Missio Filij.

Spiritus.

14. Consil. sent. Iuxta 1. assert, intelleg. testimonia Patrũ, nec non primâ sent. cum suis prob. & rationibus dub. Iuxta quam asserere, missionem, prout illa cõpetit creaturis, non nisi impropriè & metaphoricè competere diuinis personis, nullus est error, aut temeritas: esset autẽ, si quis absq; vllâ declaratione absolutè negaret, missionem non nisi impropriè & metaphoricè competere diuinis personis. Quia tunc propositio simpliciter asserta, intelligenda veniret etiam cõtra 2. asser. In speciali ad 1. rationẽ dub. Resp. citatos

15. Ad primum rat. dub. Patres expressè tãtùm diuinis personis negare missionem secundùm imperfectiones; *Non enim*, subdit Nyssenus, *extra eam aliquid vacuũ & inane est, quòcùm priùs ibi non esset, postea quàm missa fuerit, accedat, sed cũ conseruatrice vi sua res vniuersas coërceat atque cantineat, non habet, quo transeat, cũ ipsa sit rerum vniuersitatis plenitudo.* Similiter *Chrysost.* missionem diuinis personis negat, quæ localem separationem missi à mittente importat. Ita concludit Nyssenus: *Descensum igitur Filij Dei ad nostram humilitatem & infirmitatem, qui voluntate Patris accidit, & missio dicitur. Nã ab immortali natura ad nostrã vitã migratio, non de loco ad locũ motũ Domini signi-*

Chrysost.

significat, sed ab altitudine gloriæ ad humilitatem carnis indicat descensum. Chrysost. fine hom. *Dominus*, inquit, *misit & Spiritum suum.* Explicat modum; *Genuit, secundùm Deitatem: misit secundùm carnem.* Et paulò pòst: *Misit Pater, qui non migrat, nec transfertur loco. Misit Filius, qui non se discedere facit, & à quo non disceditur.* Igitur eo tantùm sensu isti Patres in diuinis missionem negarunt, in quo ea reperitur in creaturis, sc. per missi à mittente localem separationem.

16. *Ad secundã.* Ad 2. nego, missionem ex generica ratione, abstrahente à diuinâ & humanâ dicere imperfectionem, sed solùm ex specificâ, ad humanã missionem contractâ: de quo tamùm probant exempla & rationes adductæ. *Ad 1. confir.* Vnde ad 1. confir. neg. illum tantùm propriè mitti, qui localiter separatur à mittente. Nam licet hoc verum sit in missione creatâ, propter imperfectionem & limitationem naturæ missi & mittentis, non est tamen id essentiale missioni vt sic, cuius quidditas perfectè saluatur in reali egressu per originem missi à mittente, cum communicatione potestatis ad nouum munus peragendũ. Cæterùm non dicitur passio mitti ab essentiâ, vel actus vitalis à principio vitæ; quia ad missionem requiritur habitudo ad terminum operandum extra mittentem. Est enim mittere, mediante misso aliquid extra se operari. Cùm igitur passio & actus vitalis producantur intra proprium principiũ, non dicuntur à suo principio propriè mitti: sicut dicitur propriè mitti lumen à sole; & flos ab arbore: quorum illud subiecto; hic situ disiungitur à suo principio. Personæ autem diuinæ, etsi per se ipsæ existere nequeant separatæ à suo principio, existere tamen possunt ratione externi effectus, ad quem operandum à suo principio destinantur: in ordine ad quem effectum propriè dicuntur mitti.

17. *Ad 2. confir.* Ad 2. confir. Exemplum de angelis superioribus, simile est, quatenus non ad quæuis opera illi mittuntur, sed ad grandia & sublimia, quale fuit opus Incarnationis, ad quod nunciandum legatus fuit Gabriel; ita non ad quæuis opera mittuntur personæ Diuinæ, sed ad magna & heroïca: Dissimile est, quia propter limitationem naturæ angelicæ, nequeunt angeli ad hæc inferiora mitti, absque aliquâ ipsorum imperfectione: congruêtius autem est, vt hanc imperfectionem subeant angeli inferiores, quorum curæ cõmissa sunt hæc inferiora. Personæ autem diuinæ absque vllâ ipsarum imperfectione mitti possunt ad quæcũque opera. Tandem personæ diuinæ mittũtur vel ad manifestandas nobis in signo aliquo sensibili suas ipsarum proprietates & origines, vel ad sanctificandas animas. Neutrum autem munus peragi potest, absquè missione earum: cùm nec nisi diuinæ personæ animas sanctificare; nec nisi ipsæ esse possint termini sensibilis manifestationis. Angeli autem solùm mittuntur ad aliquod opus perficiendum, quod æquè bene perfici potest à quocunque inferiori. *Angel. missio imperf.*

18. *Ad Tertiam rat. dub.* Ad 3. maior est vera de misso creato, non de increato, qui aliter existere, vel apparere potest, non per nouam existentiam, aut mutationem sui, sed rei, in quâ nouo modo existere, & apparere dicitur. Nam præter tres modos communes existendi per *potentiam*, *præsentiam*, & *essentiam*, dantur alij modi speciales, quibus Deus existit in creaturis, vel vt significatum in signo, vel vt suppositum in naturâ assumptâ, vel vt obiectum in cognoscente & amante.

19. *Ad 4.* Ad 4. concedo, eodem modo admittenda esse in Deo in proprio sensu reliqua omnia, quæ de Deo Scriptura tradit, modo vel auctoritas Patrum & Scholast. non repugnet, vel ratio Thel. non aduersetur. Idque ex illâ regulâ, à Patribus & Schol. traditâ, quod semper Scriptura est in proprio sensu intelligendâ, & nunquam ad metaphoricum detorquenda, nisi aut Patrum aut Scholast. auctoritas, aut Theologica ratio resistat. An autem quæ in ratione dub. allata in proprio, vel metaphorico sensu intelligẽda, constabit *infrà*.

SECTIO II.

Quid sit Missio personæ Diuinæ?

20. CONSVETVS modus indagandi diuina est per perfectiones creatas relectis earum imperfectionibus. Porrò in quâuis missione creatâ depuratâ ab imperfectionibus, quas vt creata includit, tria remanent, quæ ad integrandam naturam missionis vt sic quidditatiuè concurrunt; qui mittit, qui mittitur, & terminus ad quem mittitur. Hæc enim tria necessaria sunt; & sufficiunt ad essentiam missionis vt sic. Est enim missio essentialiter operatio duorum (cùm nemo seipsum propriè mittat) mandantis & exequentis: quæuis autem operatio habitudinem dicit ad terminum operabilem. Sufficienter igitur his tribus terminis mittente, misso, & termino ad quem mittitur, concluditur integra missionis quidditas. His n. tantùm positis, ponitur tota missionis essentia: quolibet autem eorum sublato, tollitur quidditatiuus cõceptus illius. Nam nec mittens intelligi potest sine respectu ad missum, & terminum ad quem mittit; nec missus sine respectu ad mittentem & terminum, ad quem mittitur. *Missio creata tria dicit.*

21. Quoniam verò duplex est missio physica, & moralis, dupliciter etiam esse potest hæc habitudo mittentis ad missum, & missi ad mittẽtem, physica, si missio sit physica; moralis, si missio erit moralis. Illa est per realem communicationem virtutis, ad terminum ad quem mittit, physicè operandum, vt sagittarius per realem impressionem virtutis mittit sagittam ad scopum pertingendum: Sol per realem productionem mittit lumen ad aërem illuminandum: hæc est per moralem tantùm communicationem virtutis, aut dirigentis, si tantùm consilio: aut mandantis, si etiam imperio & auctoritate mittat. *Physica.* *Moralis.*

22. Posse esse & tertia missio, vtriusque perfectionem participans, & physicæ missionis per realem communicationem virtutis executiuæ; & moralis per moralem communicationem potestatis exequendi terminũ, iuxta consilium & imperium mittentis. Qualis esset, si aliquis miles in fortitudine & generositate insignis, eo animo prolem susciperet, vt communicatâ illi per naturalem generationem suâ fortitudine & generositate, illum posteà consilio & imperio suo ad bellum mitteret, vt in eo suam, & Patris virtutem manifestaret. Huic persimilis est missio personæ Diuinæ, quæ vtriusque missionis perfectionem, & physicæ, & moralis eminentissimè participat perfectionem physicæ, per physicam receptionem virtutis à personâ mittente, ad terminum, ad quem mittitur, physicè operandum: participat perfectionem moralis, per moralem determinationem voluntatis ab eâdem personâ mittente ad eundem terminum, consilio & voluntate mittentis exequendum. Etenim persona missa per originem simul cum naturâ mittentis, accipit virtutem & potentiam operandi terminum, ad quem mittitur: nec non sapientiam, & voluntatem exequendi terminum, iuxta voluntatem mittentis: ac proinde perfectissimè participat naturam vtriusque missionis physicæ & moralis. Ex his difficultas insurgit, in quo præcipuè quidditatiua ratio missionis *Vtriusque perfectionem continens.* *Eminentissimè.*

Digitized by Google

23. *An missio sit in sola operat. tempor.*

missionis diuinæ consistat. PRIMA sent. docet, eam consistere in solâ operatione temporali, per quam processio personæ missæ in aliquo effectu creato manifestatur, cùm respectu ad principium productiuum non personæ missæ, sed operationis, quâ persona missa manifestatur in creaturis. Hanc vt *Magistri* defenduntˢ *S.Tho.in 1. dist.15.q.3.a.1.Bonau.ead.dist.p.1.qu.4. Scotus dist.14.q.vni.§. Licet autem, Marsil.qu.18. Gabriel q.1.* Fundam. personam Diuinam mitti; formaliter est, peculiari modo in creaturis existere, quo antè non existebat: At hoc formaliter importat solam operationem, quâ persona missa manifestatur in creaturis, cum respectu ad principium effectiuum talis operationis: ex Augustˢ. *2. de Trinit. cap.5.* fine: *Si ergo, missus dicitur,* (nempè Filius) *in quantum apparuit foris in creatura corporali, qui intus in natura spirituali oculis mortalium semper occultus est, iam in promptu est intelligere etiam de Spiritu S. cur missus & ipse dicatur. Facta est enim quædam creaturæ species ex tempore, in quâ visibiliter ostenderetur Spiritus sanctus*, concluditur: *Hæc operatio visibiliter expressa, & oculis oblata mortalibus missio Spiritus sanctus dicta est.* Vbi nullâ factâ mentione de æternâ personæ missæ processione, in solâ temporali apparitione collocat totam personæ Diuinæ missionem. 2. Quando aliquod compositum prædicatur de aliquo secundùm fieri, diuersò modo se habet respectu facientis, & respectu facti. Nam respectu facti vtrumque debet prædicari secundùm esse, non tamen vtrumque secundùm fieri velut si dicas; *hic factus est homo albus*, oportet, vt sit & homo & albus; non autem est necesse, vt fiat homo, sed sufficit, vt fiat tantùm albus. Respectu verò facientis non est necesse, vt faciat vtrũque, sed alterum tantùm: vt si dicas, *Pictor facit parietem album*: non est necesse, vt vtrumque simul faciat, sed sufficit, si faciat tantùm album: quia faciens non refertur ad factum, nisi secundùm id, quòd facit in illo. Cùm autem missio ponat missum in aliquo nouo fieri, in quo antèa non erat, oportet ad hoc vt dicatur missus, vt vtrumque includat, & quòd sit ab alio, & quòd fiat in aliquo secundùm nouum modum existendi. Ex parte verò mittentis nihil aliud importat mittere, quàm facere missum nouo modo existentem in alio: igitur cuicunque conuenit facere alium nouo modo existentem in aliquo, conuenit mittere, etiãsi non sit principium ipsius secundùm esse: at hoc conuenit toti Trinitati: igitur tota Trinitas dicitur mittere. SECVNDA ex opposito affirmat, in solâ processione æternâ personæ missæ, missionis quidditatem formaliter consistere. Videtur *Greg.Magn.hom.26.in Euang.colu.1.* vbi postquã Filij missionẽ per opus Incarnat. explicuit, subdit: *Quamuis mitti etiam iuxta naturam Diuinitatis possit intelligi. Eo enim ipso à Patre Filius mitti dicitur, quo à Patre generatur.* Eodem modo Spiritûs missionem per æternam eius à Patre & Filio processionem declarat: *Sed eius missio, ipsa processio est, quâ de Patre procedit & Filio.* Vnde tandem amborum missionem per increatam eorum processionem definiens, concludit: *Sicut itaque Spiritus mitti dicitur, qui; procedit: ita & Filius non incongruè mitti dicitur, quia generatur.* Fundam. missio præsertim physica, est realis egressio termini à mittente, vi cuius accipit aliquod esse, quod antèa non habebat: at æterna processio Filij & Spiritus est eiusmodi: nam tam Filius vi generationis, quàm Spiritus vi spirationis accipit esse personale, quod nec Filius ante generationẽ, nec Spiritus ante spirationem habebat: ergo. Maior colligitur ex definitione missionis; & illustratur exemplis: nam & flos mitti dicitur ab arbore, & lumen à sole, per solam productionem floris ab arbore, & luminis à sole. Ergo tam Filius, quàm Spiritus, mitti dicuntur à suo principio productiuo, per solam processionem æternam. TERTIA vtramque ad Diuinæ missionis quidditatem requirit, & æternã processionem personæ missæ à mittẽte; & temporalem operationem, quâ persona missa peculiari modo manifestatur in creaturis. Adhuc tamen hæc sent. trifariam diuiditur: alij putant, processionem æternam non nisi connotatiuè, & in obliquo à missione importari; tẽporalem contrà per se, & in recto. Alij contrà, processionem æternã per se & in recto, temporalẽ connotatiuè & in obliquo. Alij demum vtramque per se, & æquè primò in missionis quidditate includi.

Prob. minor. 1. auct.

24. *Ratio S.Tho. prob. sent. hanc.*

Ratio.

25. *An in sola proces. æternã.*

Fundam.

Dico 1. Quidditas Diuinæ missionis non saluatur in solâ operatione temporali, cum respectu tantùm rationis personæ missæ ad principium effectiuum talis operationis, præcisâ æternâ processione personę missæ à personâ mittente. Fundam. missio propriè dicta importat realẽ distinctionem missi à mittente, cum communicatione virtutis & potestatis exequendi munus: ad quod missus à mittente destinatur: at hæc in missione Diuinâ nõ saluantur per solam operationem temporalem, cum respectu rationis personæ missæ, ad principium effectiuum talis operationis. Maior constat; nã quantò missio recedit à reali distinctione missi à mittente, tantò recedit à proprietate missionis: vnde impropriissima est missio sui à se ipso. Minor patet, nam per solam temporalem operationem ad extra, cũ rationis respectu ad principiũ effectiuum talis operationis, nec persona Diuina missa distinguitur à principio mittente, nec ab illo accipit virtutem & auctoritatem exequendi munus, ad quod destinatur; nam hæc est tota Trinitas, à quâ non distinguitur persona missa, sed in eâ includitur: ac proinde persona missa mitteretur, & virtutem exequendi acciperet à se ipsâ, aut certè ab aliquo principio à se, cæterisque personis non distincto, nempè à naturâ Diuinâ, quæ est principium effectiuũ omnis operationis ad extra. Confir. hoc modo etiam Pater posset propriè mitti: at hoc negat. *Augustˢ. 2. de Trinit. c.5. Pater solus nusquam legitur missus.* Cuius rationem assignat *lib.4. cap.10. Non enim habet de quo missus sit, aut ex quo procedat.* Et *to.6. l.con.serm. Arian. cap.4. Solus, Pater non legitur missus, quoniam solus non habet authorem, à quo genitus sit, vel à quo procedat.*

26. *An in vtro que.*

3. *Sent.*

27. *Non in sola oper. tempor. sita missio.*

28. *Confirm.*

Respondent Aduersˢ. ideò non posse Patrem propriè mitti, quia à nullo procedit, est autem de quidditate missi, vt ab aliquo sit, quamuis non necessariò ab eo, à quo mittitur. Ex quo inferunt, Filium non tantùm à Patre, sed etiamnè à Spiritu, à quo non procedit, mitti posse. Quod confirmant ex Isai.48. *Et nunc Dominus Deus misit me, & Spiritus eius.* Et cap.61 *Spiritus Domini super me, eo quòd vnxerit Dominus me: ad annunciandum mansueti: misit me.* Quæ loca de Christo, etiam vt Deo à Spiritu S. misso intelligunt *Athan.lib.3. de assumpt.hominis, Ambrosˢ.l.2.de fide, ad Gratian. cap.4.* & alij.

29. *Dicet.*

Sed contrà, eatenus missus in Diuinis quidditatiuè postulat esse ab alio, quatenus quidditatiuè postulat per realem originem accipere virtutem & potestatem à mittẽte ad opus, ad quod destinatur, exequendum: præcisâ autem hâc ratione, nulla apparet necessitas, cur missus debeat esse ab alio, siquidem neque hoc postulat missio vt sic; nam si per impossibile esset aliquis à nullo productus, adhuc mitti posset ab alio, per moralem duntaxat cõmunicationem potestatis, ad aliquod munus, mittentis auctoritate peragendum; neque vt talis missio est,

30. *Resp.*

Digitized by Google

nam quatenus talis missio Diuina est, formaliter non dicit, nisi vt missus & mittens sit Deus. Quare si saluari potest cõceptus missionis Diuinæ absque reali distinctione, & communicatione auctoritatis à mittente, non est, cur debeat persona missa esse ab alio; ac proinde poterit Pater, non secus ac Filius, & Spiritus à tota Trinitate mitti. Ad testim. Isaiæ Resp. ea à plerisque explicari de Christo, vt homine, qui non tantùm à Patre, sed etiam à Spiritu, & à se ipso vt Deo, atque adeo à totâ Trinitate missus est. Cæterùm citati Patres, qui ea intelligere videntur de Christo vt Deo, explicandi sunt de missione largè sumptâ, non de rigorosâ, de quâ disputo.

31. *Explicatur.*

32. *Nec in solâ process. integritas miss.*

DICO 2. Integra quidditas missionis Diuinæ non saluatur in solâ processione æternâ personæ missæ. Est *August. 4. de Trini. cap. 20. circa med.* vbi disputans de missione Filij: *Non ergo*, inquit, *eo ipso, quòd de Patre natus est, missus dicitur Filius: sed vel eo quòd apparuit huic mundo Verbum caro factum: vel eo, quòd ex tempore cuiusque mente percipitur.* Prob. ex Paulo *ad Galat. 4. Vbi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum.* Porrò, si missio in solâ processione æterna consisteret, illa non in tempore, sed ab æterno fuisset. Prob. 2. Missio includit habitudinẽ ad terminum operandum extra mittentem: nemo propriè mittere dicitur ea, quæ intra se ipsum operatur: est enim *mittere*, aliquid extra se exequendũ mandare: sed per æternam processionem persona mittens nihil extra se operatur: nam æterna processio, cùm sit actus immanens, manet intra Deum producentem. Nec refert, quòd producatur extra principium realiter distinctum: quia non producitur extra illud totaliter, quod ad *mittere*, propriè dictũ requiritur: nam etiam actus vitalis creatus producitur realiter distinctus à suo principio vitali creato; quia tamen non producitur extra illud totaliter, sicut producitur lumen à sole in externum subiectum, & flos ab arbore situ disiunctus, non dicitur propriè missus; nec principium vitale dicitur illum propriè mittere, nam mittere finaliter est ad manifestandam virtutem & potestatem mittentis: sola autem processio interna non est manifestatiua virtutis & potestatis mittentis, igitur in ea nequit integra quidditas missionis saluari.

33. *Pr. ratione.*

Ad exemplum.

Ratio à priori.

34. *Missio includit proces. vtramque.*

DICO 3. Adæquata essentia missionis Diuinæ processionem includit æternam missi à mittente, & temporalem eiusdem processionis æternæ manifestatiuam; vtramq; intrinsecè; priorem materialiter & præsuppositiuè, posteriorem formaliter & completiuè. PRIMA pars communis est Scholasticorum quam expressisse videtur Christus *Ioan. 8. Ego ex Deo processi, & veni: & 16. Exiui à Patre & veni in hunc mundum*; per priora verba æternam processionem; per posteriora temporalem significans operationem; *à Patre enim venisse, & ex Deo exisse non est*, inquit Hilarius 6. *de Trin. colu. 14. significationu eiusdem. Quantum interest inter nasci, & adesse: tantùm à se vterque fermo discernitur: cùm aliud sit, à Deo in substantia natiuitatis exiuisse; aliud à Patre in hunc mundum ad consummãda salutis nostræ Sacramenta venisse.* Ex eod. loco August. 4. *de Trini. c. 20.* colligit, ad missionis Diuinæ quidditatẽ vtramq; processionẽ requiri: Beda *hom. in Domi. post. Ascens. Cùm eiusdem Spiritus gratia datur hominibus mittitur profectò Spiritus à Patre: mittitur à Filio, quia & eius missio ipsa processio est, qua ex Patre procedit & Filio.*

35.

Ratio.

Ratio: missio est quidam progressus missi à mittente ad nouum effectum virtute mittentis operandum: ergo duplicem habitudinem essentialiter includit, alteram ad mittentem, per quam missus operandi virtutem accipiat; alteram ad effectum, per quam nouo modo missus existat. SECVNDA pars est *S. Tho 1. p. q. 43, art. 1. & 7. Duran. in 1. dist. 15. qu. 2.* & c. Fundam. missio essentialiter est habitudo tam ad principium mittens, quàm ad terminũ: ergo non est maior ratio, cur potiùs vnũ, quàm aliud in missionis habitudine includatur connotatiuè & in obliquo. Confir. vt habitudo ad effectum temporalem connotatiuè includatur in missione, deberet habitudo esse terminus alterius habitudinis; eo quòd nequit habitudo connotatiuè & in obliquo includi in aliquo cõstituto, nisi vt terminus alterius habitudinis; alioqui si includitur vt habitudo, necessariò includitur in recto: atqui nõ apparet cuius habitudinis terminus possit esse ipsa habitudo ad terminum temporalem. Insuper quando habitudo ad plura in aliquo constituto includitur in recto, nõ potest assignari ratio, quare potiùs vnum, quàm aliud dicatur connotatiuè, & in obliquo comparari ad talem habitudinem. 2. Si missio Diuina essentialiter esset processio æterna, cõnotatâ tantùm habitudine ad effectum temporalem, posset simpliciter dici missio æterna: at neq; per aduers. dici potest missio æterna: ergo. Sequel. prob. quæ connotatiuè tantùm importantur, simpliciter sunt extra essentiã constituti: ergo simpliciter non ingrediuntur intrinsecam constitutionem cõnotatis: vt patet in actu libero Diuinæ voluntatis, qui quoniam connotatiuè tantùm importat effectum creatum absolutè & simpliciter dicitur æternus & increatus.

36. *Vtramque proces. includit intrinsecè.*

37. *Confirm. 1.*

38. *Confirm. 2.*

TERTIA pars prob. Quotiescunque duo ita se habent ad vnum tertium componẽdum, vt alterum se habeat per modum determinabilis, alterum per modũ determinatiui, seper determinabile se habet, vt quid materiale & præsuppositũ; determinatiuũ verò, vt quid formale & completiuum; at processio æterna in ordine ad missionem componendũ se habet, vt quid determinabile; operatio temporalis, vt quid determinatiuum; igitur illa se habet, vt quid materiale & præsuppositũ; hæc, vt formale & completiuũ ad naturam missionis diuinæ cõponendam. Maior constat ex analogiâ tum compositi physici, tum metaphysici, in quibus semper determinabile se habet vt materia, determinatiuum vt forma. Minor prob. processio æterna erat indifferens, vt per operationem temporalem sui manifestatiuam contraheretur, vel non contraheretur ad naturam missionis; operatio temporalis processionem æternam ex indifferente, actu & formaliter determinat ad missionis naturam.

39. *Æternam incl. materè & præsupp.*

Temporalem formal. & completiuè.

Deducitur 1. missio personæ Diuinæ simpliciter est temporalis; quia constans ex æterno & temporali, simpliciter est temporale; ergo esto missio personæ Diuinæ constet ex processione æternâ & operatione temporali, simpliciter dicenda est temporalis. Antec. constat 1. ex paritate rationis; nam constitutum ex naturâ spirituali & materiali, est simpliciter materiale, vt patet in homine. 2. ex eo quòd Petrus hodie natus cõstat ex materiâ antiquâ & formâ recente, non dicitur antiquus, sed recens homo. 3. quia sæpè denominatio fieri solet ab ignobiliori parte compositi. Esto igitur missio Diuina constet processione æternâ, & operatione temporali, rectè denominari poterit temporalis ab ignobiliore parte sui. Ob easdem rationes dicenda est missio creata, non increata.

40. *Corollaria doctrinæ.*

DICES: Christus constat supposito æterno & increato, & simul humanitate temporali & creata: & tamen simpliciter dicitur æternus & increatus; ergo esto missio Diuina cõstet operatione tẽporali & creata; quia tamẽ simul cõstat processione æternâ & increatâ, dicẽda est simpliciter æterna & increata.

41. *Dices.*

Resp.

Digitized by Google

Resp. Discrimen esse. Resp. neg. conseq. nam Christus supponitur simpliciter pro supposito; supponitur enim pro subsistente in hâc naturâ humanâ. Quia igitur suppositum est æternum & increatum, simpliciter Christus dicendus est æternus & increatus. Missio verò, qui supponitur pro toto aggregato ex processione æternâ & temporali, simpliciter dicenda est temporalis creata. 2. Solæ personæ diuinæ procedentes possunt mitti, solæ producentes mittere, nam in omnium sent. persona missa debet esse ab alio, licet non in omnium sent. debeat esse à quo mittitur. Vndè propterea Pater in nullius sent. est missibilis, quia non est ab aliò. Verùm hi non rectè, meâ sent. philosophantur: nam ideò persona missa debet esse ab alio, vt distinguatur à mittente, à quo debet authoritatem & virtutem operandi accipere. Item qui mittit debet suam authoritatem, & virtutem operandi communicare misso: vt n. sit propria missio, debet missus exequi opus, ad quod mittitur, virtute & auctoritate mittentis: at sola persona producens potest communicare misso virtutem & auctoritatem operandi effectum, ad quem mittit: cùm nō alio modo possit vna persona diuina communicare alteri suam virtutem & auctoritatem, nisi per originem.

42. *Missi est pers. procedentis.*

Mittere est producentis.

43. *Dices.* DICES: Trinitas tota est principium operationis temporalis: ergo tota mittit, nam in creaturis ille dicitur mittere, cui vt principali agenti tribuitur missionis operatio. *Resp.* Resp. neg. conseq. nam ad propriam missionem requiritur, vt missus operetur missionis effectum per virtutem à mittente cōmunicatam. 2. autem Trinitas non communicat personæ missæ virtutem operandi effectum missionis: quia tota non originat personam missam, quo pacto tantùm potest persona missa accipere virtutem operandi à mittente. Ad prob. conseq. esto missionis effectus tribuatur mittenti, quatenus virtutem operandi communicat misso, proximè tamè & immediatè tribuitur misso, quatenus illum operatur per virtutem acceptā. Ita persona diuina missa immediatè per se ipsam missionis effectum terminat, vel per modum obiecti significati, vel per modum suppositi intrinsecè terminantis; licet auctoritatiuè tribuatur mittenti, quatenus communicat virtutem personæ missæ ad talem effectum exercendum.

44. *Missio est oper. notionalis.* 3. Missio tam actiua in personâ mittente, quàm passiua in personâ missâ, est operatio notionalis. *Palati in 1. dist. 15. disp. vni. concl. vlt. Vasquez. disp. 170. fine vlt. Zuniga disp. vlt. dub. 2.* Fundam. missio est processio missi à mittente, ad effectum temporalem peculiari modo exercendum à personâ missâ: at hoc tam ex parte mittentis, quàm missi est notionale, nam ex parte missi est passiua origo, quâ à mittente procedit, cum habitudine ad effectum creatum peculiari modo à se terminandum: sed totum hoc est notionale, & proprium personæ missæ: nam licet effectus creatus efficienter non sit proprius personæ missæ, sed totius Trinitatis, à quâ indiuisibiliter procedit; terminatiuè tamen, aut repræsentatiuè poterit esse vnius tantùm personæ proprius. Sic humanitas Christi efficienter est à totâ Trinitate, terminatiuè autem seu hypostaticè solius Filij. Sic colūba, quæ apparuit in Iordane, & ignis in die Pentecostes, effectiuè fuerunt à totâ Trinitate, repræsentatiuè verò solius Spiritūs sancti, quia illum tantùm repræsentabant. Nam sicut per peculiaria nomina peculiares significantur personæ diuinæ: ita per peculiaria symbola peculiares possunt personæ repræsentari. Denique sicut persona missa per passiuam originem, cum habitudine ad effectum creatum peculiari modo à se terminandum, denominatur passiuè missa: ita persona mittens per actiuam originem, cum habitudine ad eundem effectum creatum, peculiari modo operandum à personâ missâ, per virtutem sibi à mittente communicatam, denominatur actiuè mittens.

Ex parte missi.

Repræsentatiue.

Ex parte mittentis.

Confir. 45. *Confirm.* filius diuinæ missionis, est peculiaris manifestatio alicuius proprietatis notionalis personæ missæ: est n. teste *Rich. Victor.* personæ emanantis per appropriatum effectum manifestatio. Igitur quod in eâ est præcipuum, est peculiaris manifestatio personæ missæ, scilicet per notionalem, non per essentialem operationem ad extra: igitur per illam denominari debet missa, vt ad quam finaliter mittitur. Præterea operatio temporalis in missione diuinâ est signum sensibile processionis æternæ: vnde respondere illi debet in eodem ordine perfectionis notionalis. Contra hoc coroll. sentiunt 46. *Diuortium sententiam.* *Scotus in 1. dist. 14. qu. vni. §. Licet autem, Gabriel quæst. vn.* affirmantes mittere esse essentiale, quia fit ab omnibus personis: mitti verò notionale, & proprium personæ missæ, quia connotat eius processionem. Alij docent in missione Diuinâ vtrumque importari, essentiale & notionale, sed essentiale principaliùs, vt *Durand. in 1. dist. 15. qu. 2. & Argent. art. 2.* alij principaliùs notionale, vt *Alens. 1. p. quæst. 71. me. 3. S. Thom. in 1. dist. 15. quæst. 1. art. 2.* Dctrum *Aureol. in 1. dist. 15. art. 1 propos. 2.* docet mitti *passiuum* semper esse notionale, mittere *actiuum* esse notionale, quando est missio personæ authoritatiua; essentiale, quando est missio per solam determinationem ad vsum authoritatis acceptæ, quæ fit à totâ Trinitate.

47. *Coroll. 4. Euidens ex 3.* 4. Potest vna persona mitti sine aliâ: *Alens. 1. p. qu. 73. me. 2. art. 3. S. Tho. 1. p. qu. 43. art. 7. ad 3. Rubio in 1. dist. 15. qu. 1. art. 2. & alij.* Fundam. potest peculiari effectu manifestari creaturis vna persona, quo non manifestentur cæteræ: vt in Incarnatione, quâ manifestatus est solus Filius: in apparitione Columbæ & linguarum ignearum, quibus manifestatus est solus Spiritus sanctus ex *August. 2. de Trini. cap. 5. Facta est quædam creaturæ species ex tempore, in qua visibiliter ostenderetur Spiritus sanctus. Sive enim in ipsum Dominum corporali specie velut columba descendit: sive, cùm decem diebus peractis post eius ascensionem die Pentecostes, factus est subitò de Cœlo sonus, quasi ferretur flatus vehemens, & visæ sunt illis linguæ diuisæ tanquam ignis, qui & insedit super vnamquemque eorum. Hæc operatio visibiliter expressa & velut oblata mortalibus, missio Spiritus sancti dicta est.* Idem testatur de missione Filij in opere Incarnationis *lib. 4. cap. 20.* Ratio: sicut potest peculiari nomine significari vna persona sine aliâ; ita & peculiari symbolo vna sine aliâ repræsentari, quod est mitti. *Ratio.*

48. *Dices. 1. 2.* DICES 1. Non potest Pater sine Filio Spiritum mittere: ergo nec Spiritus sine Filio mitti. 2. Effectus, quo Diuina persona manifestatur, est cōmunis omnibus: ergo nequit per illum vna potiùs, quàm alia persona manifestari. *Resp. ad 1.* Resp. ad 1. neg. conseq. nam in missione actiuâ Spiritus non potest Pater separari à Filio, qui mittunt illum per spirationem actiuam, in quâ Pater & Filius sunt vnum indiuisibile principiū, atque adeò non potest vnus sine alio mittere, quia non potest vnus sine alio Spiritum producere. At verò in missione passiuâ potest vnus effectus repræsentare vnam personā sine aliâ, seu appropriari vni, & nō alteri. Sicut potest vnum nomen significare vnam personam, sine aliâ: quia tam significatio per voces, quàm repræsentatio per symbola, est ad placitum instituentis & imponentis: At verò processio, quâ Spiritus à Patre & Filio procedit, est naturalis & ab intrinseco determinata;

Digitized by Google

vnde non potest ad libitum producentis variari vt sit vel solius Patris, vel solius Filij productio: sed
Ad 2. necessariò est vtriusque; & actiua missio. Ad 2. dist. conseq. est communis effectiuè, concedo; repræsentatiuè, seu manifestatiuè, nego. 5. Vt vna persona mittat aliam authoritatiuè ad terminum missionis, non est necesse, vt illi formaliter communicet
40. Coroll. 5. libertum actum exequendi terminum missionis, sed sufficit, si cum potestate exequendi illi tantùm communicet liberam voluntatem, quâ simul cum reliquis personis actu se ipsa determinet ad effe-
Contra Ruiz Zuniga. ctum exequendum: contra *Ruiz. disp. 103. sect. 8. & Zunig. disp. vlt. dub. 3.* contendentes, non posse personam mitti, nisi à mittente accipiat liberam determinationem voluntatis, quâ actu determinetur ad terminum missionis; & quæ à mittente creato imprimitur misso, mediante imperio; à mittente increato, mediâte origine, quâ persona mittens communicat missæ omnia sua libera decreta, per quæ actu determinat illam ad terminum missionis.

50. Cæterùm negare non possum in hâc sent. meliùs saluari proprietatem missionis, in quâ missus moraliter determinatur à mittente ad terminum
Derogant libertati person. formali. missionis. Quia tamen aliundè hæc sent. derogat formali libertati singularum personarum, & illi principio, quòd *necessaria in Deo præcedunt libera*, nego hanc conditionem esse necessariam missioni vt sic, ad quam sat est, vt persona missa authoritatiuè determinetur à mittente, vt ab illâ accipiat voluntatem, per quam simul se determinet cum personâ mittente: ita tamen vt in eâ liberâ determinatione potiores quasi partes habeat persona mittens, ratione authoritatiuæ communicationis. Quod de-
51. *Prob.* roget libertati personarum, prob. formalis libertas cõsistit, vt quis à se ipso, non ab alio, determinetur. Si autem persona procedens à personâ producente acciperet liberum decretum diuinæ voluntatis, non à se ipsâ, sed ab aliâ determinaretur: ergo non esset formaliter libera, per actiuam quasi determinationem sui, sed potiùs per passiuam determinationem, naturaliter communicatam à personâ producente. Confir. in eâ sent. Pater independenter à
Confirm. reliquis personis se ipsum determinaret ad aliquid liberè volendum: sed hanc liberam determinationem necessariò communicat reliquis personis cum ipsâ communicatione naturæ: ergo in reliquis personis nõ saluatur proxima & formalis libertas, quæ consistit in actiuâ determinatione sui, sed tantùm denominatiuâ, prouenies ab actu libero personæ originantis, naturaliter communicato personæ originatæ. Quòd deroget illi principio, prob. Quid-
52. *Derogant principio Vniuers.* quid vi originis communicatur personæ procedenti, origine præcedit personam procedẽtem, vt principium communicatiuum ipsius: igitur si decreta formaliter libera vi originis communicantur personæ procedenti à producente, origine præcedunt personam procedentem: atque adeò libera origine præcedunt necessaria.

53. *Dices.* Dices: Filius à se ipso in hunc mundum non venit, sed à Patre missus. *Neque enim*, inquit, *à me ipso veni*, Ioan. 8. *sed ille me misit*: non igitur à se ipso liberè determinatus, sed à Patre in hunc mun-
Resp. 1. dum venit. Concedo, Filium non à se ipso in hunc mundum venisse authoritatiuè, sed à Patre; scil. à quo virtutem & potestatem veniendi accepit: neque à se authoritatiuè ad veniendum determinatum fuisse, sed à Patre: quia licet à se simul cum Patre, & Spiritu ad veniendum se determinauerit, tamen authoritatiuè à solo Patre dicitur ad veniendum determinatus: quia à solo Patre accepit, vnde liberè ad veniendum se determinauit. Eo modo quo dixit, *Ioan. 14. Verba, quæ ego loquor vobis, à me ipso non loquor. Pater autem in me manens ipse facit opera.* Cùm tamen ad loquendum & operandum formaliter non minus ipse, quàm Pater & Spiritus immediatè concurrat; quia tamen solus Pater concurrit authoritatiuè, dando virtutem loquendi & operandi, ipsam locutionem & operationem tribuit Patri.

Resp. 2. locum *Ioan.* explicari ab *August.* de
54. *Resp. 2.* Christo vt homine *lib. 2. de Trinit. cap. 5. Cur ergo ait*; Et à me ipso non veni? *Iam hoc*, inquit, *secundùm formam serui dictum est, secundùm quam dictum est*: Ego non iudico quenquam. Ad fundam. primæ, neg.
55. *Ad fund. 1. Sent.* maior & minor, nam mitti personam diuinam, non est vtcunque illam nouo modo existere in creaturis, sed per virtutem & potestatem à mittente acceptam. Ad hoc necessaria est personalis distinctio inter mittentẽ & missum, qualis nõ est inter totam Trinitatem & personam missam. Ad *August.* Resp.
Authoritas Augustin. exponitur. illum requirere quidem ad missionem personæ diuinæ productionem temporalem, non tamen negare processionem æternam personæ missæ à mittente, vt constat ex aliis locis. Ad rationem nego, ni-
56. *Ad rationẽ 1.* hil aliud ex parte mittentis importare missionem, quàm missum facere, in quo anteà non erat; nam præterea addit, facere illum, in quo antè non erat, authoritatiuè per actiuam communicationem virtutis & potestatis operãdi terminum missionis: hoc autem necessariò importat realem distinctionem inter missum, & mittentem. Ad auth. prob. 2.
57. *Gregorius explicatur.* sent. Resp. eo loco Gregorium missionem accepisse pro emissione, nã hoc interest inter emissionem, & missionem, vt notat *Palatius cit.* quòd emissio originem tantum denotat termini emissi ab emittente; emittere enim est extra mittere. Vnde quidquid aliquo modo intra principium continetur, cùm producitur, emitti dicitur; quia ex vi productionis fit extra ejus principium. Missio verò importat communicationem auctoritatis ad munus aliquod extra mittentem exercendum. Vnde præter æternam originem in diuinis, importat temporalem operationem ad extra. Ad fundam. nego,
58. *Ad fund.* ad propriam missionem, etiam physicam sat esse, vt terminus vi originis accipiat simpliciter esse: tum quia passio & actus vitalis in nobis vi originis accipiunt esse, & tamen non dicuntur mitti à suis principiis. Tum quia ad propriam missionem requiritur, vt quod mittitur, aliquo modo fiat extra principium, à quo mittitur, vel loco & situ vt in missione creatâ, vel saltem operatione appropriatâ termino, vt in missione increatâ. Tum demũ, quia missio propriè dicta supponit esse eius, quod mittitur, & addit nouum respectum ad terminum, ad quem mittitur. Quare in hoc sensu nec lumen propriè mittitur à sole, nec flos ab arbore.

SECTIO III.

Quotuplex sit Missio, & an in qualibet missione semper mittatur aliqua persona diuina?

59. *Diuiditur missio quadrifariam.* Dividi potest missio diuina: 1. ex parte mittentis; 2. ex parte missi: 3. ex parte modi tendendi ad terminum missionis: 4. ex parte termini. Cùm n. missio sit progressio missi à mittente ad nouum terminum virtute mittentis peragendum, non potest aliũdè diuersificari, quàm ex enumeratis. Est igitur ex parte mittentis missio diui-
Subdiuiditur. na duplex. Patris mittentis Filium; & vtriusque

mittentis

mittentis Spiritum. Et ex parte missi duplex, Filij à solo Patre, & Spiritus ab vtroque. Ratio solæ personæ producentes possunt mittere, solæ procedentes mitti: at duæ tantùm sunt personæ producentes, duæ procedentes. Ex parte modi tendendi ad terminum missionis est etiam duplex, altera ad subsistendum, vt missio Verbi ad subsistendum in naturâ humanâ Christi: altera ad apparendum, vt missio Spiritus in signo columbæ in Iordane; nubis lucidæ in transfiguratione; halitus humani in insufflatione Christi, *Ioan.* 20. linguæ igneæ, & soni ac spiritus vehementis in Pentecoste. Addi posset & tertia Verbi incarnati in Eucharistiâ, per vnionem sacram cum speciebus, ad quas quotidie mittitur, & in quibus peculiari modo existit Christus, vt cibus animæ. Ex parte termini diuiditur in visibilem, cuiusmodi sunt omnes enumeratæ, & in inuisibilem, qualis est illa, quæ fit ad animam iusti per gratiam sanctificantem.

60. *Do miss. inuisibilis per gratiam positiua diffic. sex.*

De hâc postremâ difficultates sunt sex 1. an semper cum gratiâ detur iusto aliqua persona diuina. 2. An cum infusione quorumcunq; donorum detur creaturæ persona diuina. 3. an saltem cum infusione quorumcunque donorum supernaturalium, & augmento ipsorum detur persona diuina. 4. an mitti donarique possit inuisibiliter persona diuina; absque vllo dono creato in creaturâ producto 5. an per hanc missionem inuisibilem mitti seu donari possit vna persona sine aliâ. 6. an homo iustus; vel Christus vt homo dare possit personam Diuinam. Quoad 1. refert *Magister in* 1. *dist.* 14. *c.* 3. fuisse aliquos, qui existimarunt, non dari nobis cum ipsa infusione gratiæ & donorum supernat. personas diuinas, sed earum duntaxat creata dona. Prob. 1. ex *Chrysost. hom.* 3. *de Spiritu*, quæ incipit, *Heri: Vt dicatis*, inquit, *quòd donum mittitur, Spiritus autem non mittitur.* Et paulò pòst: *Alia est virtus, quæ conceditur, & alius est Spiritus, qui concedit:* Bedâ *homil. in Dom. post Ascens. Cum gratia, Spiritus S. datur hominibus, profectò mittitur Spiritus.* Igitur nihil aliud est, Spiritum S. mitti in animam iusti, quàm ipsius gratiam illi infundi. Prob. 2. dari seu mitti ad nos personas diuinas, nihil est aliud, quàm earum dona nobis conferri: cùm sint vbique per immensitatem præsentes, non possunt ipsæ nouo modo nobis adesse. Confir. quod datur, fit sub possessione & dominio accipientis. Nulla autem persona diuina fieri potest sub possessione & dominio creaturæ.

61. *Prima quæstio.*

Ratio sent. neg.

62. *Affirmans pro certo.*

Contraria sent. affirmans, cum ipsa infusione donorum donari nobis etiam personas diuinas, est adeò certa, vt opposita à *S. Tho.* 1. *p. q.* 43. *arte* 3. *in* 1. *arg. Canari. ibid. in* 1. *& 2. p. sui comm. Bannez. ibid. Suarez lib.* 12. *de Trini. c.* 5. appelletur erronea; à *Molinâ ibid. disput.* 3. *conclu.* 3. *& ab aliis* fidei Catholicæ parum consentanea. Ego illam ad minimũ censeo errori proximam; eo quòd sit contra expressam Scripturam, accedente communi auctor. *Schol. cum Mag. in* 1. *dist.* 14. Patrum consensu passim Aug. 15. *de Trinit. c.* 26. *Ipse est*, inquit, *qui de cœlo etiam datus est in die Pentecostes.* Et mox: *Quomodo ergo Deus non est, qui dat Spiritum sanctum? imò quantus Deus est, qui dat Deum?* & de verbis Apost. *serm.* 15. *colu.* 8. *Contemne Spiritum tuum: accipe Spiritum Dei. Non te timeat Spiritus tuus, ne cùm cœperit in te habitare Spiritus Dei, angustias patiatur in corpore tuo. Cùm habitare in corpore tuo cœperit Spiritus Dei, non inde excludet Spiritum tuum.* Et mox: *Suscipe Spiritum Dei.* Et paucis interiectis: *Et dicilli, Domine Deus noster posside nos.* Idem *serm.* 43. *de Verbis Domini colum.* 1. *Dedit dona hominibus. Quæ dona? Spiritum sanctum. Quis tale dat donum; qualis ipse est? magna est misericordia Dei. Donum dat æquale sibi, quia donum eius Spiritus sanctus est & omnis Deus, totâ Trinitas, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus.*

Censura opposit. sens.

Idem passim doctr. 63.

Eadem veritas deducitur ex Scripturâ, in quâ modo personæ Diuinæ dicuntur venire ad nos, & apud nos manere, *Ioan.* 14. *Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* Et de Spiritu sancto. *eod cap.* dicitur: *Apud vos manebit, & in vobis erit.* Modò dicuntur dari nobis: *Ad Rom.* 5. *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.* Modò ad nos mitti. *Ioan.* 15. *Cùm autem venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis.* Veniunt autem, & dantur nobis non solùm personæ procedentes, sed etiam producentes: mittuntur verò solùm personæ procedentes. Vnde etiam Pater venit & datur nobis per gratiam: at solus Filius & Spiritus per gratiam mittitur: nam *mitti*, præter infusionem gratiæ importat passiuam originem personæ, quæ cum gratiâ mittitur, quam non importat verbum, *venire*, & *dari*. Quare potest persona à se ipsa venire, & se ipsam dare; non à se ipsâ mitti.

Ratio.

64. *Fund. solut.*

Ratio: Creatura rationalis in suâ iustificatione non solùm accipit dona creata, sed his mediantibus peculiari modo attingit personas increatas: nam per gratiam & habitus cum eâ infusos, attingit omnes Diuinas personas, vt peculiare obiectum in hâc vitâ fruibile per charitatem & reliqua dona supernatur. nec non vi eorundem donorum accipit iustus Deum, vt specialem protectorem; & rectorem animæ suæ; & præterea ius ad possidendum illum in aliâ vitâ per visionem beatificam, at tunc dicimur rem aliquam vt nostram possidere, quando illam attingimus, vt attingibilis à nobis est: attingibiles autem à nobis sunt Diuinæ personæ tum per modum obiecti charitate, & visione beatâ fruibilis; tum per modum protectoris & tutoris animæ nostræ. Igitur verè dicimur illas vt nostras in iustificatione accipere ac possidere. Confirm. per gratiam non solùm accipimus habitum perfectæ charitatis, cæteraque dona infusa, quibus pro nostrâ liberâ potestate possimus Deo in hâc vitâ frui, sed etiam ius ad gloriam quâ perfectè illum videre, & frui in aliâ vitâ valeamus. Ergo cum infusione gratiæ non solùm conceduntur nobis dona creata, sed etiam personæ increatæ, vt obiectum perfectè fruibile, tum in hâc, tum in aliâ vitâ.

Iustus per gratiam attingit, acciipit Deum.

Et ius ad gloriam.

65. *Id non sufficere.*

Zumel 1. *p. qu.* 43. *art.* 3. *qui* suâ 1. & Suarez *cit.* putant, hunc modum non sufficere, sed necessariam censent maiorem aliquam vnionem inter Diuinas personas, & animam iusti, vi cuius illæ speciali titulo fiant nobis substantialiter præsentes; quoniam dari nobis personas Diuinas solùm vt obiectum fruibile, non est dari nobis personas substantialiter, & intimâ præsentiâ, sed tantùm intentionaliter, & extrinsecâ terminatione; Vnde etiamsi per impossibile personæ Diuinæ non essent per immensitatem vbique præsentes, imò nec existentes, adhuc possent obiectiuè terminare actum nostræ cognitionis, & amoris. Docent igitur præter hunc modum præsentiæ obiectiuæ, quo est cognitum in cognoscente, & amatũ in amante extrinsecè & intentionaliter; habere alium modũ præsentiæ; ita vt si per impossibile, non essent præsentes ratione immensitatis, fierent hoc nouo titulo substantialiter præsentes; sicut cognitum in cognoscente, & amatum in amante intrinsecè & substãtialiter. Eâdem ratione docent, per gratiam Deum fieri substantialiter præsentem animæ per modũ rectoris ac tutoris, intrinsecùs illam inhabitantis ac possidentis.

Probant.

66. *Requiritur modum cognitionis in cognoscente. Amati in amante.*

Extrinsecè substantiari.

67. *Zumel.*

Hunc modum probat 1. *Zumel.* Gratia est, quædam

Digitized by Google

quædam specialis participatio naturæ Diuinæ: ergo aliquâ ratione participare debet ineffabilem illum modum, quo natura Diuina habet suas personalitates sibi intimè præsentes, nō modo obiectiuè & intentionaliter, verùm etiam subiectiuè essentialiter. 68. *Suarez.* 2. *Suarez*; Gratia est perfectissima amicitia inter Deum & hominem: de ratione autē perfectæ amicitiæ est intima & substantialis præsentia amicorum: igitur gratia suâ naturâ postulat intimam præsentiam Dei, Diuinarumque personarum in anima iusti. *Confirm.* Confir. sicut lumen gloriæ suâ naturâ postulat Deum intimè præsentē per propriam ipsius substantiam in intellectu beati: eâdem ratione gratia postulat Deum intimè præsentem, vt amicum, protectorem, & habitatorem templi animati per sanctificantem gratiam consecrari.

69. *Reliqui Theologi sat est modus.* Ego verò primum modum, qui est *S. Tho. 1. p. qu. 43. art. 3. & reliq. Theolog.* sat esse existimo, vt simul cū gratiâ & charitate verè & propriè dicantur personæ Diuinæ ad nos venire, & apud nos manere, & in nobis vt in proprio templo habitare: quod probo 1. *Prob. 1.* cùm aliquid de nouo nobis cognoscendum obiicitur, in omni proprietate sermonis illud dicitur in mentem nobis venire. Præterea cùm aliquis alicui in tutorem aut protectorem assignatur, talis persona verè & propriè moraliter dicitur dari illi, in cuius tutelam & protectionem assignatur: esto nec obiectum cognoscenti, nec tutor aut protector pupillo fiat substantialiter præsens: ergo per infusionem gratiæ, donorumque supernat. personæ Diuinæ nobis sūt peculiariter præsentes per modum obiecti & finis fruibilis, specialemq; curam de nobis suscipiant in ordine ad finem supernat.

70. *Prob. 2.* Prob. 2. Non intimior præsentia substantialis requiritur, vt persona Diuina dicatur mitti & venire in animam iusti per inuisibilem gratiam, quàm eadem persona mitti & apparere dicatur in proprio symbolo & signo sensibili: sed vt verè & propriè persona Diuina mitti & apparere dicatur in aliquo signo sensibili, non est necesse, vt ex vi talis missionis & apparitionis nouo titulo ea fiat substantialiter præsens in tali signo: nam si aliunde ratione immensitatis non supponeretur substantialiter præsens in signo sensibili, ex vi talis missionis seu apparitionis, non fieret in illo substantialiter præsens: cùm ex vi tali non gerat nisi vicem termini repræsentati, ad quod per se non requiritur substantialis præsentia termini, cùm possit etiam res absens repræsentari. 3. Etiamsi per gratiam personæ Diuinæ peculiari titulo non fiant substantialiter præsentes in animâ iusti, immediatè & formaliter, fiunt tamen peculiari titulo substātialiter præsentes, remotè & radicaliter, quatenus cum gratiâ datur ius ad visionem beatam, quæ peculiari titulo postulat intimam, substantialemq; præsentiam Diuinarum personarum: est n. visio beata essentialis tendentia ad Deum in se ipso præsentē & existentem: vi cuius, si per impossibile Deus non esset ratione immensitatis vbique præsens, deberet secundùm propriam substantiam esse intimè præsens in intellectu beati. Quòd autem hoc sufficiat, vt peculiari titulo personæ Diuinæ dicantur substantialiter præsentes in animâ iusti per infusionem gratiæ, prob. visio beata est proprietas naturaliter debita gratiæ. Est enim gratia singularis participatio Diuinæ naturæ, secundùm esse supernaturale & proprium ipsius. Vnde debita est illi peculiaris participatio modi cognoscendi ipsius Dei, qui est cognoscere illum in se ipso existentem, nullo medio creato interueniente. Porrò qui recipit formam, recipit consequentia ad formam: proinde qui recipit gratiam, cùm eâ simul radicaliter recipit visionem beatam: quia recipiēdo gratiâ, recipit omnia, quæ necessaria sunt ad consequendam visionem beatam: quia recipit Deum, vt specialiter iuuantem & promouentem iustum ad gloriā consequendam. Confirm. homo habitu tantùm in iustificatione recipit personas Diuinas, vt obiectum fruibile, quatenus in actu 1. accipit omnia, quibus liberè possit habere eas vt obiectum actu fruibile: ergo etiamsi homo in iustificatione cum gratiâ non acciat eas peculiari titulo substantialiter præsentes actu, quia tamen accipit in actu 1. omnia, quibus liberò possit peruenire ad actum visionis beatificæ, vi cuius peculiari titulo personæ Diuinæ fiunt in ipsius intellectu substantialiter præsentes, dici moraliter potest illas actu & formaliter accipere substantialiter præsentes cum gratiâ, cum quâ confertur completa potestas & ius ad habendam talem præsentiā actu & formaliter. 72. *Confirm.* Prob. 4. Destruendo fundam. oppositæ: non apparet modus, quo gratia, vel vllus habitus viatori infusus in hâc vitâ, suâ naturâ petat intimam & substantialē præsentiam Diuinarum personarum; nam vel illas peteret substantialiter præsentes sub ratione obiecti, vel sub ratione principij efficientis: non n. potest Deum respicere aut petere, nisi secundùm modum, quo illum potest recipere. At nullus habitus viatoris proprius postulat in Deum ferri, vt in se ipso immediatè existentem, alioqui ille foret beatificus, quia repræsentaret Deum immediatè, nullo medio creato interueniente; non esset habitus moralis; cùm hic ad obiectum ferri nequeat, nisi vt repræsentatum per actum intellectus, cui essentialiter subordinatur. Ratio verò causæ efficientis per se non postulat immediatam præsentiam suppositi agentis, sed ad summum, virtutis cum suo effectu: vnde si per impossibile Deus non esset immensus, adhuc per locum intrinsecum non sequeretur, quod non posset agere, vbi non esset substantialiter præsens: ergo ex eo, quòd Deus per gratiam fiat peculiaris motor & rector animæ per speciales illustrationes, & effectus mentis, non sequitur, quòd peculiari titulo fiat substantialiter præsens animæ: quia cùm hic titulus sit causæ efficientis, per se non affert substantialem præsentiam principij cū effectu, & multò minùs cum concausâ: tum quia iste titulus præsentiæ non est diuersus ab illo, quem Deus habet in omnibus rebus creatis, ratione cuius dicitur esse præsens in omnibus per potentiam operatiuam: cùm tamen Theologi, præter illos tres communes titulos præsentiæ, quos Deus habet cum rebus omnibus, peculiarem agnoscant titulum à cæteris distinctum, & proprium animæ iustorū, quàm Deus inhabitare dicitur, vt proprium templum.

73. *Prob. 4. Principaliter sanctitia.* *Non petitur præsentia substant. sub ratione obiecti.* 74. *Nec sub ratione principij efficientis.*

DICES: Præter hos duos modos ad instar obiecti, & principij efficientis, dabilis est alius ad instar termini Intrinsecè terminantis, cuiusmodi est ille, quo persona Verbi intrinsecè terminat humanitatem per intimam, & substantialem præsentiam sui. Fateor, possibilem esse alium modum, sed hic tribui non potest gratiæ, vel alicui habitui infuso: quia hic modus essentialiter petit cōponere vnum cum personâ Diuinâ, ad quam terminatur, vt nexus & vnio illius cum creaturâ. Gratia autem, vel habitus infusus nullam compositionem postulat cum personis Diuinis, sed solùm petunt terminari ad illas, vel vt ad obiectum fruibile, vel vt ad principium effectiuum. Ex his constat ad fundam. oppositæ, quâ ratione personæ Diuinæ dicantur peculiari titulo per gratiam sanctificantem ad nos venire, nobisque donari, quia veniūt, nobisque donantur,

75 *Dices.* *Resp.* 76. *Ad fund. oppos.*

Signum visibile sufficit. Ergo inuisibilis gratia. *Persona gerit vicem termini repræsentati.* 71. *Prob. 3.* *Substant. præsentia saluatur.*

Digitized by Google

nantur, vt obiectum fruibile, quod licet in hâc vitâ non requirat substantialem præsentiam cum potentia fruente; adhuc tamen ratione illius dicuntur nobis moraliter donati. 2. quia hanc substâtialem præsentiam Diuinarum personarum, saltem postulat gratia ratione visionis beatæ, quæ est connaturalis proprietas eius. Vnde ad 1. arg. *Zumel*, nego

77. *Ad 1. Zumel.* conseq. est n. talis modus imparticipabilis à creaturâ; sc. cùm ille immediatè fundetur in identitate naturæ Diuinæ cum suis personalitatibus, implicat creaturam participare talem identitatem cum personalitatibus Diuinis; atque adeò talem modum: nec hactenus probatum est, posse dari alium modum, quo gratia essentialiter exigat substantialem

78. *Ad 2. Suarez.* præsentiam Diuinarum personarum. Ad 2. *Suarez.* dist. minor, de ratione perfectæ amicitiæ est intima præsentia amicorum, iuxta statum & conditionem amicitiæ, concedo; absolutè nego. Cùm igitur status amicitiæ hominis ad Deum in hâc vitâ non postulet frui immediatâ præsentiâ ipsius; nam hoc est proprium amicitiæ beatorum, non necessariò postulat substantialem præsentiam subiectiuam Diuinarum personarum, sed sufficit obiectiua & intentionalis, qualis sat est ad actus amicitiæ hominis viatoris erga Deum. Ad confir. patet.

79. *Ad 1. n. 61.* Ad 1. argu. quo prob. cum gratia non dari nobis personas Diuinas. Resp. eo loco Chrysost. solùm negare, personas diuinas cum dono creato localiter ad nos mitti, vt constat ex ipsius discursu. Testimonium *Bedæ* potiùs est pro nobis: nam, si ex eo, quòd datur gratia, mittitur Spiritus S. igitur præter donum creatum, datur etiam increatum; cùm *mitti* referri nequeat ad donum creatum, sed ad

Ad rationē. increatum. Ad rationem nego antec. nam præter dona creata, peculiari etiam titulo accipimus personas increatas, tum vt obiectum fruibile, tum vt specialem animæ rectorē, tutorem, ac magistrū. Ad prob. dist. antec. nō possunt personæ Diuinæ nouo modo nobis adesse per mutationē ipsarū, concedo;

Ad confir. per mutationem nostri, nego. Ad confir. dist. minor. nulla persona Diuina fieri potest sub possessione & dominio creaturæ, per modum famuli, vel ad instar medij ordinati in vlteriorem finem cōsequendum, concedo; per modum obiecti & finis à creaturâ liberè fruibilis, nego: hoc n. nullam importat imperfectionem, sed summam in Deo perfectionem; supponit n. quòd ipse tantùm sit vltimus finis & obiectum beatificum nostrum. Quoad 2. difficul.

80. *Quæstio 2.* Durandus *in* 1. *dist.* 14 *qu.* 3. *& dist.* 15. *qu.* 4. *ad argum. Aureol. dist.* 14. *art.* 1. *propos.* 2. *&* 3. *& dist.* 15. *art.* 2. affirmant, non solùm ad nos mitti personas Diuinas, cùm ad gratuita dona euehimur, sed etiam cùm naturalia participamus, licet perfectiùs per illa, quàm

Fundam. per hæc illæ ad nos mittantur. Fundam. sicut omne verum est manifestatiuum Filij, cùm omne verùm sit nuncius æterni Verbi: ita omne bonum est manifestatiuum Spiritûs S. ergo per omne verum mittitur Filius; & per omne bonū Spiritus S. nam missio finaliter est ad manifestandam personam,

81. *Vera sent.* quæ mittitur. Opposita affirmans, per sola dona gratuita Diuinas personas ad nos mitti, nobisq; donari, communis est *Schol. cum Mag. in* 1. *dist.* 17. *c.* 6. *& S. Tho.* 1. *p. q.* 43. *art.* 3. Fundam. per ea tantùm dona personæ Diuinæ ad nos mittuntur, per quæ nouo modo in nobis existunt: nam ratione creationis, conseruationis & gubernationis Diuinæ personæ sunt per essentiam, potentiam, & præsentiam intimè præsentes rebus omnibus: & nequeunt mitti, vbi iam supponuntur esse per eundem modū operandi; cùm non mittantur per motum localem, sed per operationem, quā exercent in creaturis, nouam: At cùm dona naturalia sint complementum naturæ, eorum productio pertinebit ad eundem ordinem naturæ: nam quando Deus vt author naturæ, vel concurrit cum causis naturalibus ad earum effectus, vel supplet eorum defectū, aut quodcunque donum naturale producit, non dicitur ratione talis doni, vel concursus, nouo modo existere in creaturis, sed potiùs eundem modum, quem ab initio creationis in rebus omnibus habuit, continuare.

Persona non mittitur nisi nouam operationem exercuat.

Dicet: Ergo saltem diuinæ personæ sunt ad creaturas missæ initio creationis, quia tunc nouo modo ratione creationis inceperunt existere in illis. Resp. neg. conseq. nam missio propriè supponit existentiam personæ; aut rei, ad quam dirigitur: cùm igitur per creationem res primò incipiant esse, non possunt ratione illius Diuinæ personæ ad eas mitti. Ad fundam. oppositæ, disting.

82. *Dicet.*

83. *Ad fund. oppos.* antec. omne verum, & omne bonum est manifestatiuum Filij, & Spiritus S. peculiari titulo existentium in creaturis, nego; communi modo ac titulo, concedo: missio autem non fit ad manifestandum hunc communem modum, quem Deus habet in rebus omnibus, sed ad peculiarē, quem habet in creaturâ rationali, vt in proprio templo: ratione cuius peculiaris modi dicuntur personæ Diuinæ temporaliter ad extra procedere. Quoad 3. difficul. Gabriel *in dist.* 14. *qu.* 1. *art.* 1. *& q.* 2. *art.* 2. *concl.* 3. *Pala-*

84. *Quæstio 3.* *tius disp. vn. concl.* 4. *Tortes* 1. *p. q.* 43. *art.* 3. 1. *p. sui Commen. Granadus disp.* 3. *Suarez lib.* 12. *de Trinit. c.* 5. putāt, personas Diuinas ad nos mitti nō posse, nisi per donum gratiæ gratum facientis. Fund. personæ

Fundam. Diuinæ non mittuntur, nisi ad sanctificandas animas: porrò animæ non sanctificantur, nisi dono gratiæ gratum facientis. Confirm. personæ Diuinæ mittuntur ad nos, vt eas habeamus, iisque perfruamur: nequit autem creatura Diuinas personas habere, iisque perfrui, nisi per donum gratiæ gratum facientis; nam hoc tantùm dono creatura rationalis consecratur Deo, efficiturq; ptoprium templum ipsius, iuxta illud 1. *Corinth.* 3. *Nescitis, quia templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis?* Contrà hos

85. *Caiet.* 1. *p. qu.* 34. *art.* 3. docet quamuis sub obscurè, personas Diuinas ad nos mitti etiam per actus fidei informis; & consequenter non solùm per donum gratiæ gratum facientis, sed per quodcunque supernaturalis ordinis, scil. quia per quodcunque

Fundam. donum supernat. Deus nouo modo existit in creatura rationali, vt cognitum in cognoscente, & amatum in amante. Ego *cum Alen.* 1. *p. q.* 73. *me.* 4. *art.* 2.

86. *Bonau. in* 1. *dist.* 15. *p.* 2. *art.* 1. *q.* 1. *Richar. art* 4. *q.* 2. *& art.* 5. *q.* 2. *Rubio. dist.* 14 *q.* 2. *art.* 1. *Vasquez* 1. *p. q.* 43. *in comm. art.* 3. *Molinâ disp.* 3. *Ruiz disp.* 109. *sect.* 1. mediâ viâ incedo, vt sc. perfecta missio Diuinarum personarum ad nos non fiat: nisi dono gratiæ sanctificantis; imperfecta verò & inchoata, quocunque alio dono supernat. Hanc asser. 1. colligo ex

Missio perfecta fit per dona gratiæ sanctif. *Augustin.* 4. *de Trinit. c.* 20. vbi explicans hanc inuisibilem missionem diuinarum personarum, quæ ad nos fit per dona supernat. *Tunc*, inquit, *vnicuique mittitur, cùm à quoquam cognoscitur, atque percipitur, quantum cognosci & percipi potest pro captu vel proficientis in Deum, vel perfectæ in Deo animæ rationalis.* Cùm igitur distinguat hic Doctor missionem Diuinarum personarum ad nos per cognitionem vel proficientis in Deum, vel animæ perfectæ in Deo, non obscurè indicat, huiusmodi missionem non tantùm fieri per donum gratiæ gratum facientis, siguificatum per animam in Deo perfectam, sed per quodcunque aliud donum, quo anima supernaturaliter illustrata tendit ad perfectum statum gratiæ.

Digitized by Google

87. *Pr. ratione.* Prob. 2. & quidem 1. partem assert, probat fundam. primæ 2. ostendo. Per omne illud donũ personæ Diuinæ ad nos mittuntur, per quod nouo modo ac titulo incipiunt esse in nobis; cùm per immensitatem sint vbique præsentes: at per quodcunque donum supernat. nouo modo ac titulo incipiunt esse in nobis, licet per donum gratiæ sanctificantis completè & perfectè, per alia verò inchoatè & imperfectè: quia quantò donum supernat. recedit à dono naturali, & accedit ad donum gratiæ, tantò modus ipse, quo Deus ratione talis doni in nobis existit, recedit à modo, quo existit in rebus omnibus: sed quodcunque donum supernat. maximè recedit à dono naturali, & proximè accedit ad donum gratiæ; cùm sit eiusdem ordinis, & dispositio ad illã: ergo & modus, quo ratione doni supernat. Deus existit in nobis, maximè recedit à modo, quo idem Deus existit in rebus omnibus, & proximè accedit ad modum, quo peculiari titulo existit in nobis per gratiam. *Imperfecta missio per fidem, & spem, &c.*

88. *Confirm.* Confir. Ita se habet donum supernat. ad gratiam sanctificantem; sicut dispositio naturalis ad formam naturalem: sed eodẽ titulo, quo Deus existit in creaturis ratione formæ, existit ratione naturalis dispositionis ad talem formam, nisi quòd ratione illius existit inchoatè & incompletè; ratione huius completè & perfectè: ergo eodem titulo, quo Deus existit in creatura rationali per gratiam, in cãdem existit per quodcunque donum supernat. licet per hoc inchoatè & imperfectè, per illum verò completè & perfectè. *Disponit ad formam perfectam.*

Maior. probatur: omne donum supernat. disponit ad gratiam, vt naturalis dispositio ad formã perfectam: nam eò tẽdit, vt animam aliquo modo vniat cũ Deo, quam vnionem perficit & complet gratia sanctificans, quæ est perfecta participatio naturæ Diuinæ. Minor constat; quia sicut dispositio non est diuersi ordinis à formâ, sed eiusdem cum illâ: ita nec modus, quo ratione illius Deus existit in nobis, est diuersus ab eo, quo ratione huius idẽ Deus in nobis existit.

89. *Coroll. 1.* Ex his deducitur, non solùm per habitus supernat. informes, cuiusmodi sunt habitus Fidei, & Spei supernat. sine gratiâ sanctificante, sed etiam per actus supernat. informes, cuiusmodi sunt actus Fidei, Spei, & Attritionis supernat. à peccatore eliciti, Diuinas personas ad peccatorem mitti, non quidem completè & simpliciter, sed inchoatè & secundùm quid. 2. corruptâ gratiâ & charitate per mortale in peccatore, adhuc cum ipso manere Diuinas personas secundùm quid, ratione habitus Fidei, & Spei, quia etiam corruptâ gratiâ in peccatore manent: quod docuit *Rubio cit.*

90. *Quæstio priori annexa.* Quoad aliam controu. priori annexam, an personæ Diuinæ mittantur ad animam iusti per quodlibet augmẽtum gratiæ gratum facientis, Affirmant *Richar. in 1. dist. 15. a. 5. q. 2. ad 2. Durand. q. 4. fine Suarez 12. de Trinit. cap. 5. & alij.* Fundam. quodlibet augmentum gratiæ est de se sufficiens, vt vi illius nouo titulo personæ Diuinæ in nobis existant. Negant alij, eò quòd ad missionem propriè dictam requiritur, vt vi illius personæ Diuinæ nouo titulo existant in nobis: at per augmentum gratiæ personæ Diuinæ non existunt nouo titulo in nobis.

91. *Vera sent.* Vera sent. est, quam tradit *S. Tho. 1. p. qu. 43. art. 2 & reliqui ferè Schol.* sequuntur non, per quodlibet augmentum gratiæ Diuinas personas ad nos mitti, sed per illud dumtaxat, quo euehimur ad nouum statum, vel extendimur ad nouum opus arduum, ac heroïcum. 1. Partem probat argu. 2. sent. *Secunda pars confirm.* 2. confirmant missio Spiritus S. facta die Pentecostes: per quam non solùm missus fuit Spiritus propter externum signum visibile, in quo apparuit, sed multò magis propter interna dona inuisibilia, quæ collata fuerunt Apostolis, ad quos peculiari titulo sanctificandos missus fuit: non propter augmentũ gratiæ simpliciter, sed propter heroïca dona ac dotes, quæ cum tali augmento fuerunt illis collatæ. Ratio: quando cum augmento gratiæ confertur nouum donum, vi cuius iustus vel euehitur ad nouum statum, vel extenditur ad noua opera ardua; personæ Diuinæ nouo titulo existunt ac inhabitant in nobis. *Ratio.*

92. *Dices.* Dices: Per nullius doni naturalis collationem personæ Diuinæ dicuntur ad nos mitti: quia omnis naturalis doni collatio est complementum naturæ; quod per se non affert nouum modum existendi ab eo, quo Deus existit in rebus omnibus, sed eundem tantùm auget. Sed quodlibet augmentum gratiæ est complementum gratiæ: ergo nullum augmentũ gratiæ per se affert nouum modũ existendi, quo Deus est in nobis per gratiam, sed eãdem tantùm auget. *Resp.* Resp. neg. consequ. tum quia sicut per creationem Diuinæ personæ non dicuntur mitti, quia mitti supponit esse rei, ad quam fit missio: ita nec per dona naturalia, quæ sũt complementum creationis. Contrà verò sicut per gratiam mittuntur, ita per augmẽtum ipsius, quando augmentum coniungitur cum aliquo dono afferente nouum modum essendi: tum quia nullũ donum naturale affert nouum modum existendi Dei in rebus: quia si naturale est, debitum est naturæ, in quâ saltem radicaliter continetur: atq; adeò non potest, nisi eundem modum augere. At potest donum supernat. afferre nouũ modum existendi, quia non omnia dona supernat. sunt connaturaliter debita cuilibet gratiæ.

93. *Coroll. 1.* Deducitur 1. Diuinas personas peculiari titulo mitti ad beatos ratione visionis gloriosæ, vi cuius Deus fit intimè & substantialiter præsens in intellectu beatorum: ita vt si per impossibile Deus non esset vbique præsens per immensitatem, ratione visionis beatæ deberet esse substantialiter præses in intellectu beati: ex eo quòd visio beata essentialiter est ad Deum in seipso præsentem, ac existentẽ, nullo medio creato intercedente. 2. Peculiari etiã titulo Diuinas personas mitti ad iustos in hâc vitâ, cùm in statũ alicuius religionis, aut prophetiæ euehuntur: vel cùm per susceptionem alicuius Sacramenti nouâ gratiâ donantur, ad specialem aliquem finem ordinatâ. 2.

94. *Quæstio 4. num. 60. Negant. Fundam.* Quoad 4. difficult. Negant *Capreolus in 1. dist. 14. art. vni. §. Ad primum Gregorij: Molina 1. p. qu. 93. art. 3. disp. 3. fine, Valentia pun. 4. Suarez lib. 12. de Trinit. cap. 5. Granad. cit. disp. 3.* Fundam. missio non competit Diuinis personis per mutationẽ intrinsecam, cuius non sunt capaces, sed extrinsecam existẽtem in ipsa creatura, ad quam mittuntur: igitur implicat eas ad creaturam mitti, absque intrinsecâ & reali mutatione ipsius creaturæ, quia implicat eas denominari ex tempore realiter missas, absque reali formâ missionis. *Confirm.* Confir. Implicat personas Diuinas in tempore apparere, absque reali formâ apparitionis: ergo pariter implicabit in tempore mitti, absq; reali formâ missionis. *Prob. 2.* Prob. 2. nequit persona Diuina ad creaturam mitti, nisi nouo modo existat in illâ: nequit autem persona Diuina nouo modo in creaturâ existere, absq; reali productiõne alicuius doni in illâ. 3. Si posset Diuina persona ad creaturam mitti per extrinsecam dumtaxat acceptationem ad gratiam, vel gloriã, talis missio foret æterna, contra scripturã asserentem, esse tẽporalem. Sequela prob. talis acceptatio ad gratiã, vel gloriã esset æternum decretũ Dei, quo ab æterno decreuisset pro tali tempore creaturam ad gratiã, vel gloriã acceptare. 3.

Affirmant, *Gregorius in 1. dist. 14. art. 1. concl. 3.* 95.

& art. 2. ad 2. Ocham qu. 2. Gabriel q. 2. dub. 3. & dist. 17. qu. 1. art. 2. concl. 1. Fundam. Omne donabile dari potest à Deo, nullo alio dato, quod non est de essentiâ talis donabilis: sed Spiritus S. est donabilis à Deo, cùm sit essentialiter donum; & nullum donum creatum est de essentiâ Spiritûs S. igitur dari potest absque vllo dono creato. Maior. prob. Omne factibile à Deo fieri potest ab ipso, non facto omni eo, quod non est idem cum ipso: ergo omne donabile à Deo dari potest ab ipso, non dato omni eo, quod non est ipsum donabile. Proposita controu. disputari potest. 1. quoad rem an simpliciter possibile sit, peccatorem iustificari, & ad pristinam amicitiam Dei acceptari absque vllo intrinseco dono inhærente, per extrinsecam dumtaxat acceptationem Dei. 2. quoad sequelam tantùm; an posito quòd iustificatio fiat extrinsecâ tantùm acceptatione Dei, absque vllo dono inhærente creato, tali casu Diuinæ personæ mitterétur in animam iustificati. In 1. sensu negatiuam partem suppono probabiliorem, 3. tom. disp. 33. Pro cuius solutione sequelæ.

Affirmat. Fundam. Gregor.

96. Quæstio de re.

De sequelâ.

97. Dico, eo casu personas diuinas non mitti, ac dari homini sic iustificato physicè, vt 1. sent. probat; dari tamen moraliter, nam dicuntur ad creaturam rationalem mitti, ac dari per peculiarem modum, quo in illâ existunt, seu mutationem, quam illâ causant: At eo casu peculiari modo, non physico, sed morali, in creaturâ rationali existerent: nam eo casu peculiaris fieret mutatio non physica, sed moralis in homine, prouenies ab actu libero Dei condonantis peccatum, & acceptantis hominem ad amicitiam & gloriam pristinam. Siquidem ex peccatore factus esset iustus, & ex inimico & inuiso amicus & charus Deo per extrinsecam beneuolentiam, & acceptationem ipsius. Confir. 1. alio modo se haberet Deus erga illum post, ac ante acceptationem: ante respiciebatur à Deo, vt inimicus & infensus, pòst verò, vt amicus & reconciliatus per extrinsecam beneuolentiam & acceptationem ad amicitiam. 2. tota ratio missionis diuinarum personarum ad nos desumitur ex peculiari mutatione causatâ in nobis à Deo: sed tali casu esset peculiaris mutatio non physica, sed moralis in nobis à Deo causata, per liberum ipsius actum condonantis culpam, & acceptantis ad gloriam: nec est maior ratio, cur propter mutationem physicam dicantur ad nos physicè mitti, & non propter mutationem moralem dici debeant moraliter mitti. Ex his patet ad

Sic persona mitteretur moraliter.

98. Confirm. 1o.

2.

99. argu. primæ, quatenus oppugnant poster. partem nostræ assert. primam intelligitur de missione physicâ, non morali, quæ fieri potest absque vllâ mutatione physicâ per solam mutationem moralem.

Ad argu. 1.

Ad confirm. Ad confir. neg. conseq. quia apparitio importat signum sensibile, in quo persona diuina sensibiliter se manifestat hominibus: missio autem, quæ fit ad animam iusti, per se tantùm importat peculiarem mutationem in illa, quæ cùm duplex esse possit, physica, & moralis, etiam missio esse poterit physica, vel moralis. 2. intelligitur de missione perfecta. Ad 3. nego sequel. Ad prob. licet decretum Dei de condonanda culpa, & acceptando homine ad amicitiam & gloriam suâ esset æternum, tamen includeret moralem mutationem in tempore faciendam: & quia illam non includeret connotatiuè & in obliquo, sed intrinsecè & in recto, vt supra de missione physica, ideò simpliciter talis missio esset temporalis, ratione moralis mutationis in tempore faciendæ.

Ratio discriminis.

100. Quæstio 5. Communis sens.

Quoad 5. difficult. Communiter docent, per hanc missionem inuisibilem non posse vnam personam mitti sine aliâ, neque vnam donari, aut venire absque ceteris: ex illo *Ioan. 14. Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* Fundam. in hâc missione dicuntur personæ diuinæ dari nobis, & venire ac mitti ad nos, quatenus veniunt & donantur nobis, vt obiectum fruibile mediantibus habitibus supernat. & vt peculiarem curam de nostris animabus suscipiunt per specialem directionem, & gubernationem: at vtrumque munus est commune omnibus personis, ergo omnes personæ per hanc missionem dicuntur ad nos venire. Licet non omnes dicantur mitti, quia missio connotat processionẽ personæ missæ, quam, quia non habet Pater, non potest Pater dici missus, licet dicatur venire, & donari cum reliquis personis, quia *aduentus*, & *donatio* non connotat processionem in personâ venientc, & donatâ. DICES. Etiam missio visibilis, quâ effectus, refertur ad totam Trinitatem, quâ signum, vnam tantùm repræsentat personam. Esto igitur missio inuisibilis referatur ad omnes personas, vt signum, tamen poterit vnam tantùm repræsentare. Non inficior, posse per effectum inuisibilem gratiæ vnam personam, sine aliâ repræsentari; de facto tamen id non fit: tum quia hæc missio principaliter ordinatur ad sanctificandas animas ad quem effectum omnes personæ concurrunt. Tum quia inuisibilis effectus non est proportionatum symbolum ad manifestandas diuinas personas: quia cùm hæc manifestatio fieri debeat hominibus, qui sensibus ducuntur, non poterit esse aptum signum ad eas manifestandas, nisi sit sensibile.

101. Quæstio 6.

Quoad 6. difficult. An homo iustus, vel saltem Christus vt homo dare possit personam diuinam? Ratio dub. ille dare potest personam diuinam, qui conferre potest donum gratiæ, cum quo persona infallibiliter venit: sed homo iustus, aut saltem Christus vt homo conferre potest donum gratiæ: ergo. Vnde *Palatius in 1. dist. 14. disp. vn.* post 2. *concl.* refert, quendam religiosum publicè Salmanticæ defendisse, à Christo vt homine missum fuisse Spiritum S. Confir. Christus vt homo est primus author gratiæ in genere principij meritorij: ergo in genere principij meritorij gratiam confert authoritatiue, ac proinde authoritatiuè etiam cum eo nobis Spiritum S. donat. Dico tamen, nullum purum hominem, siue Christum vt hominem mittere, aut dare posse Spiritum S. quia nemo cum gratiâ dare potest personas Diuinas, nisi qui gratiam conferre potest vt absolutus Dominus: at nullus purus homo, neque Christus vt homo dare potest gratiâ vt absolutus dominus. Christus n. ratione humanitatis nullam habet authoritatem principij supra personam Spiritus sancti, quia non producat illum vt homo, sed vt Deus. Nec ratione humanitatis habet absolutum ius ad ea, quæ sunt propria Dei; cum nulla natura creata habere id queat at gratia & personæ Diuinæ sunt propria Dei: & Christus vt homo reduplicat tantùm humanitatem. Nam licet huic homini, qui dicitur Christus, conueniat absolutum ius ad gratiã, & ad omnia dona supernat. tamen ius illi non conuenit ratione humanitatis, sed rationc suppositi Diuini subsistentis in tali humanitate: sed dare importat absolutum dominium in rem, quæ datur: ergo vt possit quis dare gratiam, & cum eâ personas Diuinas, debet habere absolutum dominium supra gratiam, cum quâ infallibiliter connexæ veniunt personæ Diuinæ. Ex his patet ad rationem dubit. ille tantùm potest cum gratia Diuinas personas dare, qui absolutũ dominum habet supra gratiam. Ad confir. nego, Christum vt hominem esse primum authorem gratiæ, sed vt hominem

Nec Christus in homo mittit Spir.

102. Confirm.

103. Nec dat gratiam.

104.

185. Ad rationem dub.

Ad confir.

homine Deum: sic enim est primus in genere principij meritorij; scil. quatenus est in eo genere infinitè dignus; non ratione humanitatis formaliter, sed ratione Diuinitatis infinitè dignificantis omnia Christi opera.

106. *Coroll.* Ex dictis deducitur, hanc inuisibilem missionem Diuinarum personarũ factum fuisse omnibus Angelis, tum per gratiam sanctificantem initio creationis, in quo, vt cum communi sent. probo *in 2. to.* omnes fuerũt conditi: tum angelis sanctis per collationẽ gloriæ initio beatitudinis: nec non primis nostris parentibus, & reliquis antiqui testamenti Patribus. An autem præter inuisibilem missionem per gratiam, facta fuerit antiquis Patribus & Prophetis visibilis missio Diuinarum personarum, per signa & symbola sensibilia? cum *August. 2. de Trinit. c. 17. & 18 & S Thom. 1. p. qu. 43. art. 7. ad vlt.* multas quidem factas fuisse sensibiles apparitiones earum in veteri testamento, vt ex multis Script. colligitur, nullam tamen propriæ missionis nomen meruisse, duplici ex ratione, quam assignat *Aug.* quia illæ apparationes non fuerunt factæ ad significandam inhabitationem Diuinæ personæ per gratiam in animis iustorum, sed ad aliquid illud manifestandum. 2. quia nulla distinctè repræsentabat vnam personam, vt distinctam ab aliâ; & vt *August. c. 17. fine* scribit: *Non euidenter nominato & designato in eis, vel Patre, vel Filio, vel Spiritu sancto. Sed tamen per quasdam valdè probabiles significationes, nonnullis indiciis existentibus, vt nimis temerarium sit dicere, Deum Patrem nunquam Patribus, aut Prophetis per aliquas visibiles formas apparuisse.*

Controuertunt Doctores.

Ratio improprietatis. Ratio improprietatis: missio sensibilis per se ordinatur ad manifestandam personam, quæ mittitur: ergo tantò recedit à proprietate missionis, quantò recedit ab expressâ manifestatione personæ, quæ mittitur. Rationem congruentiæ, cur nulla facta fuerit expressa missio Diuinarum personarum in veteri testamento, assignat *S. Tho. cit.* quia prius debuit fieri expressa missio Verbi Incarnat. ad quam omnes veteres illæ apparitiones ordinabantur, vt vmbræ ad veritatem, & figuræ ad suum prototypum.

Congruentia.

DISPVTATIO XXIX.

Quæ regulæ seruandæ sint in modo loquendi in mysterio Trinitatis.

1. SI verborum cautela seruanda est, maximè in hoc mysterio, cuius non modò res, sed voces habemus à Conciliis & Patribus præscriptas, à quibus non licet absque magnâ temeritate recedere. Vnde etiam propter verba inordinatè prolata, vt cum *Hieron.* pronunciat *S. Doctor 1. p. q. 31. art. 2.* incurritur hæresis. Duo extremi errores sunt vitandi, alter *Arij* naturæ vnitatem tollentis; alter *Sabellij* personarum distinctionem confundentis: sed mediâ viâ incedendum, itaque vocibus vtendũ, quæ cum naturæ vnitate personarum explicent distinctionem. Verùm præsupponendi sunt certi censuræ gradus, ex Concilio Constantiensi *sess. 8. & 15.*

Duo extremi errores vitandi.

2. *1. Gradus censuræ.* Primus est *hæresis*, quæ directè opponitur alicui veritati expresse reuelatæ, aut conclusioni per euidentem discursum explicatæ, vt iam contentæ in aliqua expresse reuelata. Etenim quomodmodum primus gradus fidei est, assentire veritati vt expressè reuelatæ, vel conclusioni vt euidenter contentæ in aliqua propositione expresse reuelata: ita oppositus gradus fidei est dissentire veritati, vt expresse reuelatæ, vel vt euidenter contẽtæ in aliqua expresse reuelata. Secundus, *error*, qui directè opponitur conclusioni Theologicæ, vt ex principiis fidei euidenter deductæ: quia *vt explicata* spectat ad 1. gradũ hæresis. Ratio: sicut conclusio Theologica habet distinctum gradũ certitudinis à certitudine fidei, & summum post illam: ita error immediatè oppositus conclusioni Theol. habet distinctum gradum censuræ ab hæresi, & primum post illam. 3. *2. Error.*

Tertius est errori proximus: qui gradus opponitur conclusioni Theologicæ non vt euidenter, sed vt probabilissimè deductæ ex principiis fidei, qualis esset: Iustificationem paruulorum in Baptismo non fieri per habitus infusos & inhærentes. 4. *3. Errori proximus.*

Quartus, hæresim sapiens: est propositio, quæ cùm ex se Catholicum sensum habere posset, ex circumstantiâ tamen & conditione proferentis meritò suspicari posset in sensu hæretico prolata; vt hæc: *Christus est minor Patre*, ab Ariano prolata hæresim sapit, prolata à Catholico nullam ingerit suspicionem, sicut n. idem vinum ex vno vase bonum; ex alio, malum contrahit saporem: ita vna eademque propositio ex vno corde & ore prolata vnum, ex alio alium spirat saporem. 5. *4. Hæresim sapiens.*

Quintus, propositio malè sonans, seu piarum aurium offensiua: quæ absurdum & peregrinum sensum à communi & vsitato modo loquendi Patrum & Scholast. affert. Theologi enim est non modò damnatas sententias & verba cauere, sed etiam absurdas voces, & locutiones ab vsitato recedentes vitare. Porrò piæ aures non sunt imperiti vulgi, sed sapientum, quorum est de sensu, & qualitate propositionis iudicium ferre. Sextus, temeritas; quæ nullâ sufficiente ratione, vel authoritate sulta, communi Schol. sensui, vel approbatis authoribus aduersatur: vel quæ vt certum affirmat, quòd nullâ ratione probari potest; quæ & impudens insolensque dici solet. 7. Propositio scandalosa, quæ etiamsi vera sit, occasionem tamen ruinæ affert auditoribus. 8. Est propositio seditiosa, quæ viam sternit ad seditionem. 9. Est propositio schismatica, quæ viam parat ad schisma separationemve à capite, vt licitum est non obedire superiori; aut *tyrannum occidere.* 10. Est propositio periculosa, quæ periculi occasio esse potest, vel in fidei doctrinâ, vel in vitæ moribus, vt *potest homo esse perfectus absque externâ pœnitentiâ.* 11. Est Blasphemia, quæ immediatè, vel mediatè Deo iniuriam irrogat: quæ interdum cum hæresi coniungitur, vt *Deus est author peccati*; sæpè enim vna eademque propositio multis inficitur notis. 12. Est Impietas; propositio improbabilis, & fidei pietati notabiliter detrahens: differt autem à propositione non piâ, quæ licet probabilis sit, pietati tamen fidei minimè fauet. 13. Est propositio arrogans, quæ plus affert, quàm probari possit. 14. Est propositio improbabilis, quæ nullo nititur solido fundamento. His præmissis redigenda sunt, omnia ad certas regulas. 6 *5. Malè sonans propositio.* 7. *6. Temeraria.* 8. *Scandalosa.* 9. *Seditiosa.* 10. *Schismatica.* 11. *Periculosa.* 12. *Blasphemia.* 13. *Impia.* 14. *Arrogans.* 15. *Improbabilis*

PRIMA: Nomina neutrius generis non sunt pluraliter enuncianda in diuinis: contrà verò enunciandа sunt pluraliter nomina masculini generis: ex Conc. *Lateranensi sub Innoc. III.* & refertur *cap. Damnamus, de summâ Trinit. Licet igitur alius sit Pater, alius Filius, alius Spiritus S. non tamen aliud, sed id quod est Pater, est Filius & Spiritus S.* ex Ioan. 15. *Ego*, inquit Christus, *& Pater vnum sumus. Vtrumque*, inquit Cyrillus, *l. 7. in Ioan. cap. 10. audi & vnum, & sumus, & à Carybdi, & Scyllâ liberaberis. Quod dixit vnum, liberat te ab Ario, separante Filium à substantiâ Patris. Quod dixit, sumus, liberat te à Sabellio, confundente personas Patris & Filij sine discretione. Si vnum, non ergo diuersum; Si, sumus,* 16. *1. Regula.*

mus, *ergo Pater & Filius.* Et August. *tract. 36. in Ioan. Aliud non est, Pater, Filius aliud. Alius est rectè dicu, aliud non rectè. Alius enim est Filius, quia non est ipse, qui Pater, & alius Pater: quia non est ipse, qui Filius: nō tamen aliud, sed hoc ipsum est & Pater & Filius.* Idē expressit *Ioan. in 1. suâ Canon. cap. 5. Tres sunt, qui testimonium dant in Cælo Pater, Verbum, & Spiritus sanctus, & hi tres vnum sunt.* Ratio: nomen neutrū. cùm sit substantiuum, refertur ad essentiam; vnde multiplicatum multiplicat essentiam, masculinum verò cùm sit adiectiuum, refertur ad personas. Aliam assignat *S. Tho. 1. p. q. 31. art. 2. ad 4.* quia nomen neutrum, cùm sit informe, refertur ad essentiam, quæ est communis, & vlteriùs quasi formabilis per personas masculinum vel fœmininum, cùm sit formatum & distinctum refertur ad suppositum. Vnde ad interrogationem factam, per *quid est homo?* resp. per genus, quod est commune & informe. Ad interrog. factam per, *Quis est hic homo?* Resp. per individuum, quod est distinctum & formatum. Cæterùm assignata regula intelligenda est, quando hæc pronomina per se efferuntur de Deo, non quando cōnectuntur cum aliquo substantiuo personali vel essentiali; nā tunc & neutra pronomina multiplicari possunt, vt *aliud est suppositum Patris, aliud suppositum Filij*; & masculina pronomina multiplicari non possunt; vt *alius Deus est Pater, alius Deus Filius.* 17. *Ratio regulæ.*

18. *Coroll. 1. Deo non dicitur.* Ex hâc regulâ deduces 1. sicut in Deo non est *aliud & aliud*, sed *alius & alius*; idem iudicium esto de reliquis nominibus importantibus alietatem: ita contra in Christo *est aliud & aliud*, non *alius & alius*, propter oppositam rationem; nam in Christo est diuersitas naturarum, non suppositorum. Vnde etiamsi in Christo aliqua sit filiatio Diuina, alia humana, non dicitur *alius & alius Filius*: quia *alius & alius* importat alietatem suppositi. Rectè tamen dicitur plures habens filiationes. 19. 2. Hæ propos. non facilè admittendæ: *In Deo sunt multa: in Deo sunt plura entia*, nisi cum addito limitāte ad multa, aut plura entia relatiua: contrà verò hæ veræ sine limitatione: *In Deo sunt plures res, vel entitates: In Deo est pluralitas*, nam priora nomina referri solent ad essentiam; posteriora ad personas. 20. 3. hæ propos. veræ: *Pater & Filius sunt vnū: Pater & Filius sunt idem ipsum: Pater est idem quod Filius: Pater non est aliud, vel alterum à Filio.* Vnde August. *de naturâ boni cap. 24. Quod de se*, inquit, *genuit, hoc est, quod ipse est.* Contrà hæ falsæ: *Pater & Filius est vnus: Pater & Filius sunt idem ipse: Pater est idem, qui Filius: Pater est aliud*, vel *alterum à Filio.* Nam priora important identitatem naturæ, & negant distinctionem eiusdem: posteriora important identitatem personarum, & diuersitatem naturæ. 21. 4. vera hæc: *Pater est idem Deus, qui Filius*: contrà falsa: *Pater est idem; qui Filius*, nam in posteriore relatiuum *qui* immediatè refert Patrem; in priore Deum. 22. 5. Hæ falsæ: *Deus generans est Deus genitus: Deus generans est Pater: idem Deus est Filius genitus*: quia *Idem* immediatè refert Deum, vt affectum termino notionali genitoris. 23. 6. Vera hæc: *In Diuinis est Deus & Deus*: hæc verò falsa: *In Diuinis est alius & alius Deus*; vel *alter & alter Deus*: quia in 1. non affirmatur alietas Deitatis, affirmatur in 2. *Coroll. 2. In Deo nūm.*

24. 7. Hæ veræ: *Deus genuit Deum: Alius genuit alium. Habens Deitatem genuit alium habentem Deitatem*: hæ verò falsæ: *Deus genuit alium Deum*, vel *alterū Deum: Deus genuit eundem se, vel alterum se.* Vnde emphaticè locutum fuisse *August.* testatur *S. Tho. 1. p. qu. 39. art. 4. ad 4.* cum epist. 66. *ad Maxim.* dixit: *Pater ita genuit de se alterum se, vt totus maneret in se.* Sensus n. est: *Pater genuit alterum simillimum sibi.*

25. Aliqua controuersia est de hâc: *Deus genuit eundem Deum*: Negāt aliqui, eo quòd pronomen *Idem* immediatè refert Deum generātem, qui immediatè præcessit. Confir. vt docet *Bonauent. in 1. dist. 4. art. 1. qu. 1.* relatiuum refert antecedens sub eodem modo supponendi, sub quo antecedens præcessit relatiuum. Admittunt vt veram *Scotus in 1. dist. 4. q. 1. ad 1. Vasq. disp 157. c. 7. Suarez lib. 6. de Trin. cap. 7.* quibus magis assentior, quia nulla est necessitas, vt relatiuum *Idem* referat antecedens secundùm identitatem suppositi, sed solùm naturæ, vt constat in hâc propos. *Petrus genuit eundem hominem.* Neque hinc inferas: ergo admittenda erit etiam vt vera hæc: *Deus genuit eundem se:* quamuis admittat illam *Rubio in 1. dist 5. q. 2. fine:* falsò tamen: nam reciprocum *Se* necessariò refert eundem Deum generantem. Potest tamen admitti hæc: *Deus gennuit eundem Deum secum*: nam pronomen, *secum*: solùm refert consubstantialitatē termini cum principio producente. Ad confir. resp. non esse necessarium, vt relatiuum semper referat antecedēs sub omni modo adæquato, quo præcedit, vt patet in allato exemplo. *Controuersia propos. Negant. Confirm. 26. Admittunt recte. Ad confirm.*

27. *2. Regula.* SECVNDA Nomina substantiua concreta de re absolutâ non nisi singulariter prædicantur de tribus personis: adiectiua pluraliter de iisdem enunciantur. Hanc tradit *S. Thom. 1. p. quæst. 39. artic. 3.* &c. Ratio: nomina substantiua vnitatem, aut multitudinem sumunt à formâ, quam significant; adiectiua à subiecto vel supposito, cui significationem applicant. At vna est res absoluta significata per nomina concreta substantiua in Diuinis, nempè essentia, vel aliquid pertinens ad essentiam: supposita sunt plura. Maior probb. nomina substantiua significant formam per modum substantiuæ, vt per se stantis: adiectiua contrà per modum accidentis, vt alteri adiacentis. Substantia autem sicut habet esse per se, & non ab alio, ita vnitatem & multitudinem, quæ ad esse consequuntur. Accidens contrà, sicut non habet esse à se, sed à subiecto cui adiacet; ita vnitatem & multitudinem sumit à subiecto: quo multiplicato, cum ipso multiplicari censetur & ipsum accidens. Huic regulæ nititur veritas propos. *Pater, Filius & Spiritus sanctus sunt vnus Deus*: quia nomen *Deus* est nomen substantiuum concretum de re absolutâ, quæ in Deo non multiplicatur. Eâdem nituntur omnes propos. in quibus per modum substantiui prædicatur aliquod absolutum pertinens ad essentiam: vt *Pater & Filius & Spiritus sanctus sūt vnus Creator, vnus Dominus, vnus Sapiens, vnus æternus, vnus immensus. Pater & Filius sūt vnus Spirator, vnum principium ad intra.* Nam eodem modo hæc in Deo non multiplicantur. Contrà verò hæc eadem adiectiuè significata enunciantur pluraliter de diuinis personis: vt *sunt tres diuini: tres habentes Deitatem: tres creantes: tres sapientes, tres æterni: tres immensi: duo spirantes, duo principiantes.* Vnde cùm *Athanas. in symbolo* dixit: *non tres increati, nec tres immensi; sed vnus increatus, & vnus immensus*; accepit hæc nomina substantiuè non adiectiuè: sicut in *eod.* hæc accepit, cùm dixit: *Tota tres personæ coæternæ sibi sunt, & coæquales.* Huic etiam regulæ nituntur propos. in quibus omnia verba pluraliter prædicantur de diuinis personis, vt *Pater, Filius & Spiritus sanctus intelligunt, volunt, creant, puniunt, miserentur.* Ratio: verba subeunt leges adiectiuorum. *Ratio.* 28. *Catholica propos.* 29.

30. *3. Regula.* TERTIA: In diuinis vitanda sunt nomina, *diuersi, differentis alieni, disparati, extranei, dissimili, dissimilis, discrepantis, separati, diuisi, disiuncti.* Hanc *S. Tho. 1. p. qu. 31. art. 2.* probat: quia nomina *diuersi & differentis* important diuersitatem in naturâ: nomina *alieni, disparati, extranei, discrepantis, dissimilis, dissimilis* important

important inæqualitatem in essentia : nomina *separati, diuisi, distincti*, significant distinctionem in substantiâ. Vnde falsæ sunt hæ propos. *Filius est diuersus, differens, alienus, disparatus, extraneus, discrepans, separatus, diuisus, disiunctus à Patre*: contrà veræ istæ: *Filius est distinctus, discretus, oppositus Patri. Filius est similis, æqualis, coniunctus, idem cum Patre.* Cæterùm cum addito limitante ad personas licebit in diuinis vsurpare nomen *differentis* & *diuersi*, vt personæ sunt proprietatibus *differentes*, aut *diuersæ*. Quam limitationem admittunt communiter recentiores.

Falsæ propos. *Veræ.*

31. 4. *Regula.* QVARTA. Cauenda sunt nomina, quæ personarum consortium à Diuinis excludunt. Hanc tradit *S. Tho. cit. art. 2. 3. & 4.* Vnde falsæ hæ : *Deus est solitarius : Deus est solus*, quia hæc nomina adiuncta termino essentiali non solùm excludũt consortium aliorum deorum, sed etiam personarum eiusdem naturæ. Dixi *eiusdem naturæ*, quia, vt notat *S. Tho. art. 3. cit. ad 1.* solitudo non tollitur per associationem alterius suppositi extraneæ naturæ. Vnde etiamsi Deus associetur angelis & hominibus beatis, adhuc diceretur solus vel solitarius, si cum eo diuinæ personæ non existerent. Sicut diceretur homo solus, etiamsi esset bestiis associatus. Cæterùm nota nomen *solus*, posse de Deo enunciari, categorematicè, vt in hâc: *Deus est solus:* & syncategor. vt *solus Deus est immensus.* 1. modo ponit solitudinem in Deo: 2. tantum excludit omnia ea, quæ cum Deo non participant idem prædicatum immensitatis: ac proinde nil prohibet nomen, *solus*, syncategor. de Deo prædicari. Difficultas est de nominibus *vnicus* & *singularis*, an adiungi possint termino essentiali. Negat *S. Tho. art. 2. cit.* eo quòd hæc nomina adiuncta termino essentiali negant communicabilitatem naturæ cum pluribus suppositis. Admittunt alij probabiliùs; quia hæc nomina solùm important singularitatem naturæ, non suppositi. Est igitur Deus *vnicus, singularis, indiuiduus*, quia per hæc tantum excluduntur plures distincti naturâ, non suppositò. Vnde personæ diuinæ non sunt propriè indiuidua aut singularia, quia indiuidua & singularia dicuntur per ordinem ad naturam specificam, quam contrahunt, & vltimò diuidunt in partes subiectiuas vlteriùs non diuisibiles. Quare falsa est propos. in quâ de Deo affirmantur tria singularia, vel indidua.

Rat. *Solus quomodo prædic.* 32. *Vnicus.* *Singularis & indiuiduus.*

33. *Coroll.* Ex his deduces, veras esse has propos. *Deus singularis genuit Deum singularem. Deus vnicus genuit Deum vnitum.* Quam propos. concessit *Augustin. epist. 66. ad Maxim. Vnus vnicum generauit.* Contrà hæ falsæ: *Deus solitarius genuit Deum solitarium. Deus solus genuit Deum solum. Deus fuit ab æterno solus. Solus Pater est Deus:* alioqui vera esset hæc: *Omnis Deus est Pater:* nam ab exclusiuâ ad vniuersalem affirmatiuam de terminis transsumptis, vt Logici docent, valet conseq. vt *solus homo est compositus ex animâ rationali & corpore: ergo omne compositum ex animâ rationali & corpore est homo.*

34. 5. *Regula.* Huic regulæ annectitur quinta: dictio exclusiua non potest adiũgi termino personali respectu prædicari essentialis; potest adiungi respectu prædicati notionalis. Defectu 1. partis, falsæ sunt istæ propos. *Solus Pater intelligit: Solus Filius creat: Solus Spiritus sanctus gubernat:* ratione 2. partis, veræ sunt istæ: *Solus Pater generat : solus Filius gignitur : solus Spiritus sanctus spiratur.* Contrà videtur locutus Christus, *Matt. 11. Nemo nouit Filium, nisi Pater : neque Patrem quis nouit, nisi Filius:* vbi à notitiâ Patris & Filij prædicato essentiali excluditur Spiritus S. Resp. cum *Benau. in 1. dist. 21 art 2. q. 2. S. Tho. 1. p. q. 31. art. 4. ad 2. Richar. q. 3. &c.* Hunc terminum, *nemo*, distribuere pro naturâ, non pro personâ. Quare vera est hæc Christi propos. *Nemo nouit Filium, nisi Pater*: falsa hæc: *Solus Pater nouit Filium*: quia in priore terminus, *nemo*, distribuit pro naturâ intellectuali : vnde tantùm excludit aliud essentialiter : in 2. terminus, *solus*, distribuit pro personâ, & excludit alium personaliter.

Sexta. Nomina partitiua, *omnis, aliquis, quilibet, quicunque, nullus*, non congruè tribuuntur termino essentiali in diuinis. *Alens. 1. p. q. 65. me. 2 art. 4. Vasq. disp. 157. cap. 5.* Vnde *Caiet. 1. p. qu. 39. art. 4. §. Ad 3.* nefas esse ait dicere, *omnis Deus.* Dixi *termino essentiali*: nam ea tribuere termino personali, nulli est dubium: rectè n. dices; *Omnis persona creat: Aliqua persona generat: Qualibet persona intelligit: Nulla persona discurrit.* Ratio : per huiusmodi nomina indicaremus, plures esse Deos : nam hoc nomen, *omnis*, collectionem dicit plurium : nomen *nullus*, exclusionem plurium sub aliquâ naturâ contentorum.

35. 6. *Regula.* *Ratio regula.*

SEPTIMA. In diuinis non solùm vti debemus vocibus importãtibus vnitatem essentiæ, sed etiam pluralitatem personarum. *S. Tho. 1. p. qu. 30. art. 3.* Ratio: sicut in Deo cum vnitate essentiæ est pluralitas personarum, ita ratione essentiæ vsurpandæ sunt voces importantes vnitatem, ratione verò personarum vsurpandæ sunt voces importantes pluralitatem. Caute tamen aduerte, ne voces significantes pluralitatem referantur ad essentiam; aut contrà voces significantes vnitatem referantur ad personas. Vnde falsæ istæ: *Deus est ter Deus : Deus est geminus Deus : Deus est ter vnum. Deus est tria.* Veræ istæ: *Deus est ter vnus. Deus est trinus. Deus est tres. Deus est Trinitas. Deus est trium*, quia prior numerus immediatè refert essentiam; posterior personas. Ad euitandum autem omne periculum erroris, cùm additur numerus, limitandus est ad personas: vt, *Deus est ter vnus personaliter. Deus est tres personæ.*

36. 7. *Regula.* *Ratio.*

37. *Nota 1.* Nota 1. Quòd *cit. loco notat S. Tho.* numerum, qui tribuitur Deo, esse transcendentalem, qui supra entitates numeratorum addit solam indiuisionẽ singularum vnitatum in se : diuisionem verò vniuscuiusq; vnitatis ab alia non affert, nisi secundùm quid & incompletè. Cùm n. quælibet vnitas personæ Diuinæ non sit perfectè discreta ab vnitate alterius personæ, ratione eiusdem naturæ, cum quâ sunt vnum, vnitas vnius nõ dicit completam diuisionem ab aliâ; ac proinde non est in Deo numerus simpliciter & completus, sed secundùm quid & incompletus. 2. Hoc nomen *Trinitas* ex præscripto Patrum & Scholast. conuenientissimè accommodatum esse ad hoc mysterium significandum; nam ex vi etymologiæ importat *trium vnitatem*, quod ex *Isidoro* notat *Magister in 1. dist. 24. fine*; vnde translatum ad Deum non solùm importat numerum personarum, sed simul etiam vnitatem essentiæ; licet numerum personarum importet de formali & directè; vnitatem essentiæ de materiali & in obliquo; vnde cùm dicitur, *Vnitas in Trinitate, & Trinitas in vnitate*, explicitè significatur, quod implicitè importatur per nomen *Trinitas*. Quare sicut solius Dei proprium est, esse tres personas eiusdem essentiæ; homo n. non est sua indiuidua, sicut Deus est sua suppositа; quia homo non continet collectiuè omnia sua indiuidua, sicut Deus omnia sua suppositа; Ita soli Deo propriè competit hoc nomen *Trinitas*. Quod aliquam conuenientiam habet cum nomine *collectiuo*, quatenus significat plura per modũ vnius; deficit tamen ab eo ob summam vnitatem essentiæ, quam non importat nomen *collectiuum*, solùm significans vnitatem ordinis. Ex his deduces falsas esse has propos. *Deitas est trina: Trinitas est trina*, nam in priore triplicatur Deitas. Nec obstat, quòd in hymno *ad matuti, Festo Corp. Christi* legatur; *Te trina, Deitas*; nam

38. *Nota 2.*

39. *Te Trina Deitas vnaque poscimus.*

Digitized by Google

Tò Trina Deitas Vnaque poscimus.

tas: nam statim subiungitur, *Vnaque poscimus.* Vox quippe *Vna* temperat voeem *Trina*, vt faciat illã supponere pro personis. In 2. triplicatur personarum Trinitas, sensusque est, *In Deo sunt tres personarum Trinitates. Hæ veræ: Vnitas est Trina. Deus est Trinus.* Primam concepit *Aug. lib. medit. c.* 30. vbi sic scribit: *O vna Trinitas, & trina Vnitas Deus.* Ratio, cur dici possit *Vnitas trina*, est, quia *vnitas* nõ solùm supponitur pro vnitate naturæ, sed etiam personarum: & quia tres sunt personarũ vnitates, rectè dici poterit, *Vnitas est trina.* Ratio, cur dici possit *Deus Trinus*, & non *Deitas trina*, est, quia nomen *Deus* ex modo significandi supponitur pro personis: *Deitas* ex modo significandi supponitur tantùm pro essentiã. Vnde nisi addatur temperamentum, quo significetur vnitas essentiæ, vox *Trina* addita Deitati, multiplicat Deitatem, Neque ex eo, quòd Deus dicitur *trinus*, vel *Trinitas*, *triplex* etiam dici poterit, vt rectè *Aug. 6. de Trini. c. 7.* & *Concil. Toleta. XI. in Confess. Fidei*, vbi: *Non triplex*, inquit, *Trinitas*, & *Trinus* sunt nomina vsu Theol. commodata ad significandã simul cũ numero personarũ vnitatẽ essẽtię quã significationẽ nomẽ quia nõ habet hoc *Triplex*, non poterit de Deo prædicari. Hoc autẽ intellige: nisi illud expressè referatur ad notionalia: nã sine vllo periculo dici potest, *in Deo est triplex persona, qua duplex relatio, duplex processio, gemina spiratio actiua & passiua*: quod concessit *S. Tho. q.* 10. *de poten. art.* 2. *Natura*, inquit, *Diuina potest communicari duplici processione*: quin etiã *Cyrillus dial. de Trini. l.* 3. concedit *duplicitatem* & *triplicitatem* in personis Diuinis. Ex his constat, quid sentiendum sit de his nominibus, *multiplex* & *multiplicitas*: nam pari modo non licet hæc enunciare de Deo absolutè significato, licebit autem de personis, & notionibus: vt *in Deo est multiplex relatio, multiplicitas notionum, aut personarũ*: quod concessit *Aug. lib. medit. cap.* 30. *Tu vero vnitas es Diuinitatis, personarum pluralitate multiplex.* Nullo autem pacto, ne quidem cum expressa limitatione ad sola notionalia, concedẽda sunt in Deo nomina *trinunimis*, aut *triformis*. Nec obstat, quòd in *hym. Vesperis Pentecost.* Spiritus San. appelletur *Septiformis*: nam hoc tantùm dicitur per respectum ad effectus ad extra, qui ei appropriantur, vt Authori sanctificationis.

41. *Triplex.*

Persona.

42. *Multiplex.*

43. *Triformis.*

44. *2. Regula.*

OCTAVA. Notionalia prædicantur de nominibus essentialibus concretis: & à fortiori de iisdẽ prædicantur etiam essentialia. Ex *S. Tho. 1. par. qu.* 39. *art.* 4. quia nomen essentiale concretũ ex modo significandi supponitur pro personis: ergo possunt de illo prædicari notionalia, & à fortiori etiam essentialia, quia notionalia, cùm sint actus personales, possunt de nominibus personas significantibus prædicari. Antec. prob. nomina essẽtialia concreta ex modo significandi important Deitatem vt in habente, atque adeò ex modo significandi important illam vt in supposito, licet non in hoc vel in illo determinatè: sicut vox *homo*, quia importat humanitatem vt in habente, supponitur pro indiuiduis naturæ humanæ, licet non pro hoc vel illo determinatè. Ex his collige, veras esse has affirmatiuas: *Deus generat*: *Deus generatur*: *Hic æternus spirat*: *Hic immensus spiratur. Deus refertur ad Deum*: *Deus relatiue opponitur Deo*: Falsas earum negatiuas: *Deus non generatur*: *Hic æternus*, vel *Hic immensus non spiratur*: *Deus non refertur ad Deum*: *Deus relatiue non opponitur Deo*, quoniam vt affirmatiua sit vera, non est necesse, vt vniuersaliter conueniat subiecto secundùm omnia, in quibus subiectum reperitur, sed sat est, si illi conueniat in vno tantùm supposito existenti. Contrà verò, vt negatiua sit vera, secũdùm nullum suppositum debet illi conuenire: vnde non sufficit ad negatiuam propositionem verificandam, vt illi forma negata non conueniat secundùm aliqua tantùm supposita, sed deber illi secundùm omnia non conuenire. Etenim, vt vera sit hæc propos. *Petrus scribit*, sat est, si in vno tantùm loco scribat: contrà verò, vt sit vera ipsius negatiua, necesse est, vt nullibi scribat. Vnde si replicatus in vno loco scribat, in alio verò non scribat, falsa est, *Petrus non scribit*, Ratio: negatiua vi propriæ significationis facit sensum distributiuum, & negat formã de subiecto secundùm omnem modum, quo illi competit: ergo licet Deo conueniat non *generari*, respectu Patris, & Spiritus S. quia tamen ei conuenit respectu Filij, falsa est negatiua, *Deus non generatur*. Confirm. falsæ sunt istæ: *Filius Dei non est mortuus. Filius Dei non est sepultus.* esto verificari possint de natura Diuina, ex ratione iam data, & est vera propositio, si termino communi addatur aliquid, quo determinetur ad supponendum pro persona, pro qua Deo conuenit non generari: vt si dicas. *Deus generat, & ipse non generatur*, nam terminus, *ipse*, immediatè refert Deum generantem. Contra hoc corroll. sentiunt *Duran. in 1. dist. 4. qu. 2. nu. 13. Aureo. qu. 1. art. 2. Ocham. quæst. 2. ad 1. Gregor. qu. vn. versu, Sed resta. Marsil. q. 8. art. 3. Ad 2. ratio. princip. Gabriel q. 1. ar. 2. concl. 2.* affirmantes, quantum est ex vi significationis, non minùs verã esse hanc negatiuam, *Deus non generat*, quàm ipsius affirmatiuam, *Deus generat*, propter authoritatem tamen Patrum, & ad euitandum periculum erroris, illam non esse concedendam. Fundame. vt negatiua de termino communi sit vera sufficit, vt de vno tantùm indiuiduo verificetur. Vnde inferunt, ex vi sermonis concedi posse has propos. *Deus non est Pater*, *Deus non est Filius*, *Deus non est Spiritus S.* quia sufficit, vt istæ verificentur de aliquo particulari supposito. Verùm hi falsum supponunt, nempe quod quantum est ex vi significationis, negatio non remoueat formam à subiecto vniuersaliter, & omni modo, quo illi competit. An hæc propos. *Hic Deus est hic Deus*, sit vera? nulla diffic. si terminus, *Hic Deus*, tam ex parte subiecti, quàm ex parte prædicati supponatur pro indiuiduo Deitatis: quia tunc est identica propositio, quò nihil verius. Sed, an, si terminus. *Hic Deus*, ex parte subiecti supponatur pro vna, ex parte prædicati pro alia persona, tunc sit vera propositio? quo posito; Dico, falsam esse; quia tunc sensus esset; vna persona est alia. Sed quid de ipsius negatiua, *Hic Deus non est hic Deus*, an sit vera? Negãt alij. Alij disting. Ego veram simpliciter censeo: nam posito, quòd *hic Deus* ex parte subiecti supponatur pro parte, ex parte prædicati pro Filio, non negatur nisi identitas suppositi: sicut in hac, *Deus generans non est Deus genitus*, non negatur identitas naturæ, sed suppositi, nã in vtraque terminus communis pro alia persona supponitur ex parte subiecti; pro alia ex parte prædicati.

Et negat. propos.

46.

47. *Conf.*

48. *Falsum supponunt.*

Ex fundam.

49. *Soluitur alia quæst.*

50. *Aliaque negatiua.*

NONA. Nulla actio siue notionalis, siue essentialis, per verbum exercitum significata prædicabilis est de terminis essentialibus, aut personalibus abstractè sumptis, nisi talis actio formaliter fit à tali principio. Hæc fundatur in principio Logico *Omnia verba, excepto substantiuo sum, es, est, esse adiectiua, & applicata subiecto reddere sensum formalem.* Vnde falsæ istæ propos. *Deitas generat.*

51. *9. Regula.*

Fundam.

Ratio discriminis inter affirmat.

Digitized by Google

nerat. Essentia refertur. Intellectus spirat. Voluntas intelligit. Immensitas creat. Misericordia punit. Iustitia miseretur. Veræ istæ. *Intellectus intelligit. Voluntas vult. Omnipotentia creat. Sapientia gubernat. Bonitas benefacit*, nam in prioribus enunciatur actio de subiecto abstractè sumpto, cuius actionis subiectum non est formale, sed solum identicum principium. Contrà verò in posterioribus enunciatur actio de subiecto abstractè sumpto, cuius actionis subiectum ipsum est formale principium. DICES. Ergo in nostra sent. in qua proximum & formale principium gignendi Verbum est paternitas, valebit ista propos. *Paternitas generat.* Resp. 1. hanc propos. vt veram, licet propter modum significandi in abstracto, vt impropriam admitti à *Ruiz disp. 80. sect. 5. nu. 16. & Zuniga disp. 39. me. 2.* Resp. 2. neg. conseq. nam *generare* non dicit solam productionem, sed cum productione importat naturæ communicationē, cuius formale principium non est sola paternitas, à natura præcisa, sed totum suppositū Patris, includentis cum proprietate relatiua naturā absolutam. Propter eandem rationem falsa est hæc propos. *Natura diuina generatur*: quia *generari* præter passiuam communicationem naturæ, includit etiam passiuam productionē termini. Natura autem diuina nullo pacto producitur in Filio, ne quidem per accidens, vt sapienter aduertit *S. Tho. 1. p. q. 39. art. 5. ad 2.* Quia per accidens generari est, naturam vi generationis personæ accipere esse, quod sine tali generatione non haberet: sicut in rebus creatis substantias secundas per accidens generari est, vi generationis primarum substantiarum accipere esse, quod sine generatione talium substantiarum non haberent; at natura diuina vi generationis Filij nullo pacto accipit esse, quod sine tali generatione non haberet; igitur neque per accidens dici potest genetari in Filio; quia neque cum reduplicatiua, dici potest, *naturam diuinam, prout est in Filio, generari*; quia non communicatur Filio, vt in eo de nouo accipiat esse, sed vt idem esse, quòd habebat in Patre, ingenitum & improductum, fiat commune cum Filio. Neque hinc inferas; ergo *non totus Filius gignitur, nec totus Spiritus spiratur.* Quia licet natura, qua vtraque persona producta quidditatiuè constat, non producatur sed communicetur, dici tamen non potest, quòd non tota persona procedens producatur; quia cùm productio realis tendat ad entitatem realem termini in re ipsa existētis, nullaque fit inter naturam, quæ communicatur, & personam, quæ producitur actualis distinctio, dici non poterit, quòd non tota persona producatur; imò nec dici potest, quòd tota persona tantùm denominatiuè, & nō formaliter producatur. Nam etsi dici debeat, quòd natura non producatur, sed tantùm communicetur; dici tamen non debet, quòd tota persona denominatiuè tantùm, & non formaliter producatur. Quia, vt dicatur tota & formaliter produci, non est necesse, vt producatur secundùm naturam, sed sufficit, si tota persona indiuisibiliter terminet productionem, licet non omni ratione, quam quidditatiuè includit, producatur. Atque hic est modus loquendi Patrum & Concil. à quo recedere absque temeritate non licet. DICES. Si totus Filius producitur: igitur creatur: nam creatio est actio, qua tota rei substantia producitur. Respon. neg. conseq. etenim ad creationem non sat est, vt tota rei substantia dicatur produci: sed ita debet produci, vt nullo pacto eadem substantia sub alia ratione, aut modo sui productionem præsupponatur. Cæterum persona Filij, etsi per generationem ob indiuisibilem identitatem cum natura tota dicatur produci, eadem tamen persona ratione naturæ quam includit tota etiā præsupponitur in Patre, de cuius substantia Filius procedit. Instabis; Ergo tota persona filij producitur, & tota simul nō producitur. Resp. falsa negatiua propos. quæ ad sui veritatem requirit, vt nullo pacto tota persona Filij producatur. Ad euitandas autem æquiuocationes adhiberi potest hæc distinctio: *Tota persona vt persona producitur: eadem persona vt natura non producitur.* Quia vt persona, reduplicat rationem formalem, ob quam toti personæ cōuenit productio: vt natura, reduplicat rationem formalem, ob quam personæ non conuenit productio. Cæterùm quamdiu hæc rationis præcisio & reduplicatio non fit, sed consideratur terminus prout à parte rei est, dicendus est totus produci, quia à parte rei non est, nisi vna indiuisibilis entitas, ad quam indiuisibiliter tendit realis productio.

DECIMA. Omnis actio significata per nomen, vel verbum in actu tantùm signato, enunciabilis est de quacunquè perfectione diuina, siue concretè, siue abstractè significata, quia hoc ipso, nō importatur per modum adiectiui, sed per modum substantiui: ac proinde, non reddit sensum formalem, sed identicum: ad cuius veritatem sufficit sola identitas prædicati cum subiecto. Quare veræ sunt istæ propos. *Deitas est generatio. Deitas est spiratio. Essentia est relatio. Intellectus est volitio. Voluntas est intellectio. Paternitas est generatio. Filiatio est natiuitas. Intellectus est velle. Voluntas est generare.* Ex vi huius sunt veræ omnes propos. in quibus personæ, vel quæcunque perfectiones personales, seu notionales prædicantur de termino essentiali abstracto: vt: *Deitas est Trinitas, Deitas est tres personæ. Deitas est Pater, Filius & Spiritus sanctus. Natura diuina est paternitas, filiatio, spiratio. Omnipotentia est Sapientia, &c.* Vnus tamen actus etiam nomine, vel in actu signato importatus non rectè de alio actu etiā nomine, vel in actu signato importato prædicatur: non. n. rectè dicitur: *Intellectio est volitio. Actus intelligendi est actus volendi. Misereri est punire.* Ratio est diuersa connotatio obiectorum, quam isti actus essentialiter includunt.

VNDECIMA. Perfectiones diuinæ, quæ in suo conceptu inuoluunt secundam intentionem, nequeunt de se mutuò, vel de alijs perfectionibus diuinis prædicari: non. n. solùm prædicantur secundùm perfectionem realem, quam dicunt vt substratum, sed etiam, secundùm intentionem, quam simul important: & quia secunda intentio vnius non est secunda intentio alterius, falsa est prædicatio vnius de altera, aut de alijs perfectionibus, in qnibus nulla 2. intentio includitur. Vnde falsæ istæ propos. *Attributum Sapientiæ est attributum iustitiæ, est attributum misericordiæ. Attributum misericordiæ est omnipotentia. Notio paternitatis est notio spirationis. Notio spirationis est filiatio.*

DVODECIMA. Præpositiones importantes habitudinem termini ad principium productiuum tribui non possunt, nisi solis personis procedentibus respectu producentium. Hæc supponitur ab omnibus *Scholast. cum Mag. in 1. dist. 5. & 5. Tho. 1. p. qu. 41. art. 3.* Fundaturque in eo principio lumine naturæ noto: Quòd *nullus possit seipsum producere.* Vi huius falsæ sunt istæ propos. *Deitas est*

ex

Omnium ratio est regula.

52. DICES.

RESP.

53. Si inferas.

CONTRÀ.

Modus loquendi Patrum & Concil.

55. DICES. RESP.

Nota.

56. INSTAS. RESP.

57. 10. Regula.

Ratio regulæ

58. 11. Regula.

Ratio.

59. 12. Regula. Euidens naturaliter, certa supernaturaliter.

Digitized by Google

ex Deitate. Essentia ab essentia. Sapientia ex sapiẽtia. Vnde si quando similes propos. leguntur apud Patres, accipienda sunt abstracta pro contretis, Itẽ falsæ istæ: *Pater est de Filio. Filius est de Spiritu sancto*, aut *de substantia ipsius*. Nam omnes istæ important habitudinem termini ad principium productiuum. Contrà verò veræ istæ: *Filius est à Patre, Spiritus sanctus ex vtroque, Filius est de substantia Patris. Spiritus est ex natura seu Deitate vtriusque.* Notan. discrimen inter has præpositiones *ab, de, ex*. Omnes enim istæ habitudinem important principij actiui. Sed præpositio *ab* solam habitudinem principij actiui: *De* simul importat consubstantialitatem producti cum producente. *Ex* indifferens est ad importandam habitudinem principij actiui, aut materialis, vel termini à quo. Præterea quando significat habitudinem principij actiui, non consignificat consubstantialitatem producti cum producente: vnde creaturæ dicuntur esse ex Deo, non de Deo. Quo fit, vt quidquid est de aliquo, sit etiam ex aliquo: nõ contrà, quidquid est ex aliquo sit etiam de aliqno. *Quod enim*, inquit *Augustin. lib. de Natura boni cap. 26. de ipso est, potest dici, ex ipso: non autem omne quod ex ipso est, rectè dicitur de ipso.* Vnde falsæ istæ propos. *Filius* vel *filiatio est de paternitate. Spiritus* vel *processio est de spiratione actiua.* Ratio: cũ præpositio *de* cum origine simul importet consubstantialitatem termini cum principio, & filius vel filiatio non sit consubstantialis paternitati, vt præscindenti à natura; neque Spiritus eiusque processio spirationi, vt præscindenti à substantia Spiratoris, non poterunt hæ esse veræ. Veræ sunt istæ, licet impropriæ: *Filius* vel *filiatio est ex paternitate. Spiritus eiusque processio est à Spiratore.* Quia *A* & *Ex* non important consubstantialitatem producti cum producente, sed solam originem. Petes, an in diuinis sit habitudo termini *à quo*. Ratio dub. omnis terminus, qui realiter producitur trãsit de non esse sui ad esse sui. At in diuinis Filius & Spiritus S. realiter producuntur: ergo transeunt ex non esse sui ad esse sui: ergo datur in diuinis terminus *à quo*. Sed dico, nullum propriè esse terminum *à quo* in diuinis: constat, quia terminus *à quo* est aliqua priuatio, quæ tollitur per productionem termini *ad quem*. At nulla priuatio tollitur in Deo per productionem personæ, nam persona producta, quoad totum suum esse formale & quidditatiuum essentiæ origine præcedit in Patre: quoad relationem verò ipsam, etsi origine non procedat formaliter in principio originante, præcedit tamen radicaliter per summã necessitatem & exigentiam, quam præsupponit in natura Diuina, quæ ab intrinseco & essentialiter postulat habere illam per summam identitatem. Vnde ad rationem dub. neg. maior vniuersaliter sumpta.

60. Propositionũ discrimen.

61. Coroll.

62. Rogas.

63. Resp. neg.

Nota.

An particula *de* construi saltem possit cũ personis respectu naturæ diuinæ, vt *Pater est de natura diuina: omnes personæ sunt de substantia Dei*: Affirmat *Vasquez. disp. 162. cap. 1. fine.* quia præpositio, *de*, ex se importare potest solam habitudinẽ causæ formalis, vt patet in hac propos. *Angelus est de natura intellectuali.* Negant reliqui Theologi *cum S. Thom. 1. pa. qu. 41. art. 3. & Magist. in 1. dist. 5.* docentes particulam, *de*, præter consubstantialitatẽ semper importare habitudinem ad principium productiuum: atque adeò verificari non posse de personis respectu naturæ, ad quam personæ diuinæ nullam dicunt habitudinẽ principij productiui. Quod quàm cohærenter dictum

64. Propositio. De examin.

Negat. S. Tho. Magister Theologi.

sit in sent. eorum, qui docent, naturam diuinam esse formale principium producendi personas, ipsi viderint. Certè cum nostris principijs, quibus ponimus formale principium productiuum esse proprietates personales, optimè cohæret hæc cõmunis sent. Quam probo ex *August. 7. de Trinit. cap. 6.* vbi: *Tres*, inquit, *personas, eiusdem essentiæ, vel tres personas vnam essentiam dicimus: tres autem personas ex eadem essentia non dicimus, quasi aliud ibi sit quod essentia est, aliud quod persona.* 2. vt notant *Scholastici*, particula *de* est transitiua; importat n. transitum de vno in aliud. Cùm igitur in diuinis non sit nisi transitus originis, qua persona producta tranſit ex producente, non poterit hæc particula tribui, nisi personis procedentibus, respectu producentium. Confir. si vera esset hæc: *Pater est de substantia diuina*: vera esset etiã hæc alia: *Pater est de substantia Filij*. Vt hanc neque Vasquez admittit igitur neque admittere debet illã. Sequela prob. sicut in priore particula *de* per ipsum importat solam habitudinẽ causæ formalis: ita eam solam importabit in posteriore. Ad fundа. ipsius neg. assump. Nec est eadem ratio de ista propos. *Angelus est de natura intellectuali*: quia inter suppositum angeli & naturam intercedit actualis distinctio, quæ non intercedit inter suppositum increatum, & naturam Diuinam.

Prob 1.

66. Communiter Scholastici.

Conf.

67. Ad fund. 1. vasquez.

Decimatertia. Præpositiones importantes habitudinem causæ formalis, seu quasi causæ formalis tribui possunt tam notionalibus, quàm essentialibus respectu quarumcunque Diuinarum perfectionum. Hanc colligo ex *S. Tho. 1. p. qu. 42. art. 5 Scholast. in 1. dist. 19. & 33.* Ratio: habitudo causæ formalis duo importat. vnitatem formaliter & per se, distinctionem aliquam extremorum per accidens, vt conditionem; causa. n. formalis & per se & directe tendit ad constituendũ vnum cum subiecto. Sed quantò magis extrema sunt realiter vnum, cum aliqua distinctione saltẽ virtuali, tantò magis saluatur habitudo causæ formalis. Cùm igitur in Diuinis omnes perfectiones tam absolutæ, quàm respectiuæ habeant aliquam vnitatem inter se, cum aliqua distinctione saltem virtuali, de omnibus verificari possunt præpositiones, importantes habitudinem causæ formalis, aut quasi formalis. Vi huius regulæ veræ sunt omnes istæ propos. *Deus est in Deo*, quam cum *Hilario 5. de Trini. fine*, concedunt *S. Tho. 1. p. qu. 42. art. 5. Scotus in 1. dist. 19. qu. 2. fine. Aureo. ead. dist. p. 1. art. 2. Deitas est in Deo. Natura est in Patre. Pater est in Deitate. Deitas est in Paternitate. Paternitas est in Deitate. Sapientia est in Bonitate. Bonitas in Sapientia. Omnipotentia est in filiatione. Filiatio in Sapientia. Pater est in Filio. Filius in Patre. Vterque in Spiritu sancto. Spiritus sanctus in vtroque. Omnes personæ sunt in Deo. Deus est in omnibus personis.* quia quælibet perfectio diuina siue concretè, siue abstracte sumpta propter sui illimitationem, quidditatiue includit reliquas perfectiones, sibi non oppositas. Igitur de qualibet enunciari potest quælibet perfectio, illi non opposita per modum formæ inclusæ in includente: nam ad hoc sufficit continentia vnius in alia, cum sola virtuali distinctione extremorum.

68. 13. Regula.

Ratio Regulæ.

69. Coroll.

Ratio omnium.

Sola diffic. est, an dici etiam possit, vna relatio est in alia opposita relatione, vt *paternitas in filiatione: filiatio in paternitate: spiratio in processione: processio in spiratione.* Prima ratio dub. vnum esse in alio per se importat vnitatem vnius cum alio; at vna relatio, vt præcisa à natura, nullam habet vnitatem cum opposita relatione, sed potiùs distinctio-

70. Quæstio.

Ratio dubit.

Digitized by Google

71. stinctionem: igitur 2. vnum esse in alio, est vnum contineri, ac includi in alio: at relatio non continetur & includitur in opposita correlatione, sed
72. potiùs distinguitur & excluditur ab illa. 3. esse ad aliquid, & esse in aliquo sunt habitudines oppositæ: nam vna dicit oppositionem & distinctionẽ, altera conuenientiam & vnitatem. Sed relatio est ad oppositam correlationem: igitur nequit esse in illa: alioqui vna & eadem relatio haberet oppositos modos essendi. 4. Nihil habens commune cũ
73. aliquo potest esse in illo: sed opposita relatio nihil habet commune cum opposita correlatione: igitur. 5. Esse in alio, & in quo aliud, opponuntur
74. secundùm proprias rationes; sicut esse ab alio, & à quo aliud: sed implicat vnum & idem respectu eiusdem esse ab alio, & à quo aliud: ergo similiter implicabit, vnum & idem respectu eiusdem esse
75. in alio, & in quo aliud. 6. Si paternitas esset in Filio, aut filiatio in Patre, sequeretur, Filium paternitate esse Filium; & Patrem filiatione esse Patrẽ, nam ideò Filius & Pater Deitate est Deus; quia Deitas est in Filio & Patre, vt forma in habente. Igitur si paternitas esset in Filio, aut filiatio in Patre, vt forma in habente, tam Filius esset paternitate Filius, quàm Pater esset filiatione Pater.

Sexta.

His non obstantib. Conclus.

Dico 1. Paternitas est in filiatione, Filiatio in Paternitate; Spiratio actiua in passiua; & contrà,
76. passiua in actiua ita. *Scotus in* 1. *dist.* 19. *q.* 2. §. *Ad argum. ad* 3. *Aureol. ead. dist. p.* 1. *art.* 2. *Capreo. qu.* 1. *ad argu. Carth. qu.* 2. *Caiet.* 1. *p. qu.* 42. *art.* 5. *Torres ibid. Suarez. li.* 4. *de Trinit. c.* 16. *Ruiz. disp.* 107. *sect.* 4. & colligitur ex reliquis *Schol.* & Patribus affirmantibus, *totum Patrem esse in Filio, & totum Filiũ in Patre*, teste *Ambros. in hym. ad laudes feria* 2. *In Patre totus Filius, & totus in Verbo Pater.* Ratio 1.
77. quæuis relatio diuina, quantumuis abstractè sũpta quidditatiuè includit essentiam, in qua includitur omnis perfectio. Ergo ratione essentiæ
Ratio 1. quidditatiuè inclusæ in quauis relatione, quælibet relatio includitur in opposita correlatione. 2. quælibet relatio diuina, ratione immensitatis inseparabilisque præsentiæ cum qualibet alia relatione, vna dicitur manere & circumsidere in alia, vt subsistens in subsistente; quomodo, exemplo *Scoti qu. cit.* §. *Quantum ad* 3. vna potentia animæ esset in alia, si vna realiter distingueretur ab alia, non ab essentia animæ; essentque ambæ in se subsistentes. Ad 1. rationem dub. vna relatio habet
1. vnitatem cum alia opposita correlatione, tum ratione essentiæ communis, in vtraque quidditatiuè inclusæ; tum ratione immensitatis inseparabilisque præsentiæ. Ad 2. vna relatio continetur in
78. *Ad* 1. *ration. dub.* 1
Ad 2. alia, tum ratione essentiæ communis, tum ratione inseparabilis præsentiæ. Ad 3. neg. maior Cuius probatio confirmat potiùs nostram sententiam. quia
79. *Ad* 3. cùm ad habitudinem causæ formalis non solùm requiratur vnitas, sed etiam distinctio aliqua formæ cum subiecto; tantùm abest, vt vnitas & distinctio, quæ in oppositis relationibus reperiuntur, impediant habitudinem causæ formalis, vt illam potiùs compleant & perficiant. Ad 4. negat.
80. *Ad* 4. minor, Ad 5. neg. maior: nam esse ab alio, & à quo
Ad 5. aliud, sunt habitudines producti & producentis, quæ repugnant vni eidemque rei: at verò esse in alio, & in quo aliud sunt habitudines causæ formalis, quę non repugnant vni eidemque rei: albedo. n. est in dulcedine, & dulcedo in albedine. Ad 6. nego sequel. nam non eodem modo paternitas est in Filio, aut filiatio in Patre, sicut in Pa-
81. *Ad* 6. tre & Filio est Deitas: quia Deitas est in illis, vt essentia constituens personam: vna verò relatio non est in alia, vt essentia formaliter constituens personam, sed vt subsistens in subsistente. Pro quo.

Nota; multipliciter in Diuinis vnum est in alio, 1. vt forma in habente, vt Deitas in Patre: ad quem modum reducitur, quo vnum attributum est in alio. 2. vt suppositum in natura, vt Pater est in Deitate. 3. vt subsistens in subsistente, tum per identitatem naturæ; tum per immensitatem inseparabilis præsentiæ: vt Filius est in Patre, & Pater in Filio, & vterque in Spiritu S. Qui modus peculiari nomine appellatur per *Circuminsessionem*, merito cuius omnes personæ Diuinæ sunt sibi intimè, ac inseparabiliter præsentes, & sibi ipsæ quasi permanenter assidentes: 4. vt originatum in originante, vt persona producta in producente. 5. vt principium originans in termino originato, vt persona producens in producta. 6. vt cognitum in cognoscente; & amatum in amante. 7. vt Verbum in dicente. Quo fit, vt non licet ex vno modo inferre alium, cùm vnus sit diuersæ rationis ab alio. Omnes tamen in eo conueniunt, vt cum vnitate, quã omnes principaliter important, aliquam dicant extremorum distinctionem: & quidem tertius 4. 5. 7. realem, cæteri solam rationis. Ex hoc colligitur, ineptas esse has argum. *Pater est in Deitate: Deitas est Pater: igitur Pater est in Patre. Filiatio est in natura. Natura est Filiatio: igitur filiatio est in filiatione.* quia variatur modus essendi in alio de virtualiter distincto in non virtualiter distinctum. Quæ virtualis distinctio necessaria est ad verificandam habitudinem vnius in alio; cùm nulla res dicatur esse in se ipsa. Defectu huius distinctionis non valet hæc ratiocinatio: *Petrus est similis Paulo, Paulus est similis Petro: ergo Petrus est similis sibi.* Quod exemplum affert *Bonauen.* ad hoc ipsum confirmandum *in* 1. *dist.* 19. *p.* 1. *artic.* 1. *qu.* 4. *ad* 1. & *Scotus cit.* §. *Ad argu. ad* 4.

Multiplex Modio essendi in alio. 82.

Distinctione importans. 7.

Coroll. 83.

Ratio falla-cia.

Dubitatur 1. An vna persona Diuina sit in alia per *Illapsum*. Negant communiter: quia esse in alio per *Illapsum* inportat dependentiã in [illegible] & operari eius in quẽ fit *Illapsus* ab eo, qui illabitur. Import. enim manu tenentiã & cõseruationẽ totius esse rei, in quã fit *Illapsus*, ab ea qui illabitur. Nulla autem persona Diuina producitur & conseruatur ab alia quoad totum suum esse. Igitur in nullam personam Diuinam cadit *Illapsus*. 2. An quælibet persona Diuina dici possit esse *Apud* aliam. Ratio dub. sumitur ex *Ioan.* 1. vbi Verbum dicitur esse *apud* Deum Patrem, & *in sinu Patris*. Negant *Bonau. in* 1. *dist.* 19. *p.* 1. *a.* 1. *qu.* 4 *ad penult.* & *Aureo ead. dist. p.* 1. *art.* 3. qui hunc modum essendi tribuit soli Filio respectu Patris. Ratio: esse apud alium, vel in *sinu* alterius importat habitudinem obiectiuam conceptus ad mentẽ formantis & fouentis conceptum: at solus Filius in Diuinis vt propriæ emanationis est conceptus subsistens Patris; ergo solus Filius dici potest esse *apud Patrem, vel in sinu Patris.* Ruiz *disp.* 107. *sect.* 8. *fine* hunc modum essendi non solùm tribuit Filio respectu Patris, sed etiam Spiritui, respectu eiusdem Patris, non respectu Filij. quia ex *S. Tho. in* 1. *cap. Joan.* vnam personam Diuinam esse apud aliam, præter coniunctionem & subsistentiam, importat authoritatem principij. At Pater non solũ habet authoritatem principij respectu Filij, sed etiam respectu Spiritus S. ergo non solum Filius, sed etiam Spiritus S. dicetur esse apud Patrem. Filius verò, etsi sit idem principium Spiritus S. quia tamen hoc non habet à se, sed à Patre, non propriè dicitur Spiritus S. esse apud Filium.

Persona non est in alia per illapsũ. 84.

Dub. 2. 85.

Negant.

Ratio.

Ratio Ruiz.

Ratio Ruiz ex S. Tho.

Mihi

Digitized by Google

86. *Probatur opinio. Aureoli.* Mihi verò quantum ad illam locutionem, *In sinu Patris*, arridet opinio *Aureoli*, vt solùm verificari possit de Filio respectu Patris; quia cùm hæc metaphora desumpta sit ex vase mulieris, in quo proles concipitur & fouetur, solúsque Filius sit proles partusque æterni Patris, solus Filius dici potest *esse in sinu Patris*. Quantum verò ad præpositionem, 87. *Vna persona est apud aliam. S. Thom.* *Apud*, non solùm puto verificari posse de Filio respectu Patris, sed etiam de Spiritu, tam respectu Patris, quàm respectu Filij. Nam hæc præpositio ex *S. Tho.* cum coniunctione & subsistentiâ importat authoritatem principij, quam non solum habet Pater respectu Filij & Spiritûs, sed etiam Filius respectu Spiritûs. Nam licet Filius hoc principium habeat à Patre, non tamen tollitur, quin per illud originet Spiritum, ratione cuius verè dici potest Spiritum esse apud Filium; sicut in humanis Filius dicitur esse apud Patrem, etiamsi Pater sit principium Filii dependenter ab alio.

88. *Dub. 3.* Dubitatur 3. An quælibet persona Diuina dici possit esse in alia triplici illo modo, præcisis imperfectionibus, quo Deus dicitur esse in rebus omnibus, *præsentia, potentia*, & *essentia*. Affirmat. *Suarez l. 4. de Trini. cap. vlt.* & colligitur ex *S. Tho. 1. p. qu. 42. art. 3.* vbi hunc triplicem modum existendi Dei in rebus creatis accommodare videtur personis Diuinis. Nam 1. docet, vnam esse in alia, per mutuam sui cognitionẽ: qui modus respondet primo modo essendi in rebus creatis per *præsentiam*, 2. per originem producti in producẽte: qui modus respondet secundo modo essendi in rebus per *potentiam*. 3. per intimam præsentiam ratione eiusdem naturæ; qui modus respondet tertio per *essentiam*. Ego autem ab isto modo nõ discrepo, modo aduertatur, secundum modum nõ esse reciprocum, & eiusdem rationis in vtroque extremo; sed in vno esse per potentiam productiuam respectu termini producti: in alio verò contrà per terminum productum respectu principij producentis. 89. *Resp. affirm.*

Atque hæc de modo loquendi, ac de abditissimo ipso glorioſissimæ Triadis mysterio. Cuius inconcussam veritatem, sicut, te Auspice, ô Beata æternumque adoranda Trinitas, in hoc meo 1. *to.* explicandam suscepi, ita vt illam pleno ore, & constanti corde ad finem vsque vitæ meæ profitear, auxiliatricem opem tuam à te ipsa humillimè exposco: hasque quales quales operis mei primitias, de gloria Augustissimæ Maiestatis tuæ balbutientes, ijsdem verbis, quibus olim sanctissimus famulus tuus Hilarius suum de incomprehensibili illa trium personarum in vna natura, glorioſissimaque maiestate tua concluſit opus, ego quoque concludo. *Conserua, ora, hanc fidei meæ incontaminatam religionem, & vsque ad excessum spiritus mei dona mihi hanc cònscientiæ meæ vocem, vt quod in orationis Symbolo baptizatus in Patre, & Filio, & Spiritu San. profeſsus sum, semper obtineam: Patrem scilicet te nostrum. Filium tuum vnà tecum adorem, & S. Spiritum tuum, qui ex te per Vnigenitum tuum eſt, promerear.*

Laus Deo Vni atque Trino.

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE LYON

FINIS.

Digitized by Google

INDEX LOCVPLETISSIMVS

OMNIVM, QVÆ IN HOC PRIMO TOMO CONTINENTVR.

Prior numerus Disputationem; posterior vel qui solus est, eiusdem Disp. numeros in quos vnaquæque Disp. à principio ad finem vsque partitur, designat.

Absolutum. Abstractio, Accidens.

ABsolutum *potest esse de essentiâ Relatiui increati.* 19,161.

Absoluta quædam non possunt de Deo neque cum addito pluraliter prædicari. 183.

Nullum absolutum in Deo est natura prius alio. 22.21.

Abstractio *in scientijs siue ratio formalis sub qua non habet rationem motiui, sed pura conditionis sine quâ non posset vnitas scientia consistere.* 1.88.

Abstractum *& concretum in Deo non importat distinctionem quoad rem sed in modo significandi.* 19.157.

Abstractiuè tam effectus in causâ, quàm conclusio in principijs proximè cognoscitur. 9.396.

Perfectus potest de ente in Abstracto prædicari propter rationem analogia, quâ se mutuò includunt. 3,138.

Accidens *metaphysicum est, quod est extra constitutionem essentiæ vel personæ, quamuis re ipsa identificetur cum substantiâ rei.* 3.61. *Accidentis ratio debet etiam per intellectum à Deo remoueri.* 3.61.

Implicat Deum cum accidente per modum subiecti venire in compositionem. 5.n.26.

Accidens propriè conuenit cum substantiâ in ratione entis, licet non perfectè. 5.42.

Accidentalis mutatio diuiditur iuxta varietatem accidentium ad quæ tendit. 6.4.

Acccidens potest esse adæquata proprietas substantiæ, non obiecti infiniti. 9.77.

Accidens supernaturale essentialiter ordinatur ad subiectum naturale, esto non exigat illud. 9.101.

Accidentale principium operationis propria Dei communicari potest creaturæ, non substantiale. 9.161.

Accidentia supernat. dicuntur proprietates naturæ diuinæ, ratione modi operandi, non qua accidentia. 6.175, *qua accidentia, respiciunt naturaliter substantiam creatam.* 179.

Accidens in effectum substantialem influit secundùm rationem genericam. 9.235.

Actio, Actio Dei, Actus.

Actio, *qua à Deo conseruantur æuiterna, est permanens. Actio est attingentia termini, conseruatio manutenentia.* 7.65.

Actio Angeli libera interna nec æuo nec tempore continuo mensuratur. 7.81. *Sed instanti temporis discreti formaliter indiuisibilis, virtualiter diuisibilis.* 82. *externa non mensuratur æuo, nec instanti temporis discreti, sed continuo tempore* 85. *tam interna quàm externa mensurantur tempore nostro vt mensura extrinseca.* 92.

Actio non requirit intimam præsentiam agentis ad passum. 8.20.

Actio Dei creatiua arguit solùm mediatè intimam eius in rebus omnibus præsentiam. Actione immanente ordinatur agens ad perficiendum se, transeunte aliud à se, vnde hæc non potest esse perfectior illâ. 8.22.

Actio vitalis debet procedere à principio vitali. 9.227.

Actio ab effectu vt via à termino distinguitur. 1486.

Idem est motiuum ex quo agens ad agendum mouetur & finis propter quem agit. 14.118.

Actionis extrinseca creatoris ac creaturæ discrimen. 121.

Actio eadem est liberum exercitium Dei & creaturæ, modo diuerso. 10.75.

Actio & passio in creatis cur identificentur, non in diuinis processio actiua cum passiua. 18.34.

Actio non aquè proficitur à causâ primâ ac à 2. 27.99.

Actio cur non respiciat per se suppositum creatum. 27.134.

Actio significata per nomen aut verbum signatum, prædicabilis est de qualibet perfectione diuina etiam in abstracto. 23.57. *significata per verbum exercitum non nisi de proximo principio prædicabilis est.* 29.51.

Productum à producente distinguitur non solum ratione actionis. 23.79.

Actus *purus demonstratur ex potentia creatiua.* 3.5.

Actus diuini ad extra terminati nequeunt de se inuicem prædicari ob diuersam connotationem terminorum. 3. 45. & d. 29.57. *Actus Dei siue essentiales siue notionales nequeunt reduplicatiuè de se inuicè prædicari.* 3.140.

Ex ratione actus puri Deus esse physicè immutabilis immediatè demonstratur: ei opponitur omnis potentialitas. 6.10. & 8.23.

Actus liber in Deo potuit non esse solùm quoad extrinsecum connotatum. 6.23.

Actus purus est fundamentum proximum æternitatis. 7. 24. *necessariò debet esse intimè præsens rebus omnibus.* 8.23.

Actus vitales potentiæ non producuntur actione distincta. 6.68. *pendent a speciebus & habitu actione distincta.* 9.69.

Actu finito vident beati Deum infinitum. 9,78.

Actus per supernaturalitatem non extrahitur à genere vitæ in quo erat. 9.132.

Actus est similior obiecto in ratione representandi, potentia verò naturalis in modo essendi. 9.154.

Actus obiecti supernat. cur semper sit supernat. 9.154.

Actus liber in Deo formaliter distinguitur ab actu necessario per connotationem productionis, vel negationis productionis libere à se dependentis. 9.353

Videri debet, vt videantur futura in verbo. 9.348. *est principium particulare rerum, potentia vniuersale.* 348.

Aliquando est pura nolitio, interdum odium & displicentia. 14.92.

Actus suos voluntas liberè quomodo producat. 93.69.

Actus liber Dei includit alios, necessariò, connaturaliter, conditionatè. 125.

In ordine ad actus nostros liberos nullâ necessitate cogimur ponere in Deo prædefinitionem. 14.147.

Actuum humanorum prædefinitio non tollit libertatem. 14.154.

Actus supernat. in peccato eliciti à prædestinato sunt effectus prædestinationis. 15.161.

Actus alicuius perfectio magis essentialis est illa, quæ potentiam perficit secundùm naturalem exigentiam talis potentiæ. 1.21.

Actus vitalis non videtur habere vim effectiuam in ordine ad alium actum vitalem. 1.79.

Actus immanentes, vt præscindunt à creatis & increatis non sunt essentialiter infœcundi. 18.48

Actus essentiales duo in intellectu, & duo in voluntate ad processiones explicandas frustra multiplicantur. 28.54. *nec ipsi, nec quauis alia perfectio absoluta potest esse principium productiuum in diuinis.* 79. & seqq.

Requi-

Digitized by Google

Requiruntur ad diuinas processiones vt immediate & proximè communicationes natura. 82.
Actus vitalis non tantùm pendet à potentia vitali proximâ, sed etiam à substantiâ viuentis; 18.92.
Actus vitalis vnius suppositi nequit alteri communicari. 5. 29. *Actus viatoris sit cuiuscumque vitæ non pugnat cum visione Dei.* 9.492.
Actus meritorius cur non sit subiectum primarium Theologiæ. 1.150.
Vide Verba, intellectio, volitio.
Adiectiua *addita substantiuis appellant principium à quo proximè fluunt, applicant q. explicitum significatum prædicati supra explicitum significatum subiecti.* 3.140.
Adiectiua prædicatio requirit tantùm pluralitatem subiectorum. 19.83. & d. 29.27. *Adiectiua nomina vnde vnitatem & multiplicitatem sumant.* 27.117. & 29.27.
Æqualitas *compatitur secum diuersitatem.* 19.212.
Æquiuoca causa *per suam substantiam productiua potest fieri productiua eiusdem effectus per virtutem vniuocam superadditam.* 9.99.
Æquiuoca causæ maior perfectio non desumenda est ex perfectione aut imperfectione termini. 23.38.

Æternitas, Æquum.

Æternitas *sæpe cum immutabilitate confunditur à Patribus, Æternum esse Deum de fide est.* 7.1.
Æternitas analogicè conuenit cum durationibus creatis. 7. 2. *est interminabilis vitæ totæ simul & perfectæ possessio: est ætas propria Dei, quâ eius beatissima vita mensuratur.* 7.2. *est tota simul sine partium variatione.* 7.3. *est mensura operationum vitalium Dei.* 7.4. *non solùm actualem, sed etiam potentialem terminum negat. non perfectè participaret creatura etsi foret ab æterno condita.* 7.5.
Æternitas est Nunc Stans. *nulla differentia præteriti & futuri, ratione diuisibilitatis virtualitatis virtualis tribuitur ei interdum à Patribus differentia temporis præteriti & futuri: est virtualiter diuisibilis. non completur formaliter per rationem mensuræ.* 7.13.
Æternitas supra negationem termini addit permanentiam vitæ Dei *cum perfectâ vniformitate essendi & aptitudinali correspondentiâ ad infinitum tempus.* 7.17. & *seqq. est potens coëxistere infinito tempori, proximè propter negationem termini, remotè expositiua ratione durationis.* 20. *in cognosci pendet ab extrinseco.* 22.
Æternitas & immutabilitas in quo conueniant & in quo discrepent. 7.23.
Æternitas fundatur in necessitate essendi, summa simplicitate & puritate actus. 7.24. *vnica est in Deo,* 25. *non opponitur tempori immediatè, sed durationi creatæ vt sic.* 29.
Æternitatis diuisio. 7.31.
Dari non potest creatura quæ connaturaliter exigat æternitatem. 7.39. *Non repugnat creaturam etiam corruptibilem gratis à Deo ab æterno condi.* 7.44.
Æternitas ab æuo quomodo differat. 7.69.
Æternitas est prior immensitate, quia res prius est quàm sit in loco. 8.1. *Ratione æternitatis Deus non solùm fuit & erit in omni tempore reali, sed etiam fuit & erit ante & post omne tempus reale.* 8.34.
Æternitas non continet actu omnes durationes inferiores 12.71. *nec ei repugnat præteritum & futurum extrinsecè & connatiuè.* 12.84.
Æuum *non mensurat vitam actualem Angeli sed solam substantiam ipsius.* 7.4. *est mensura & duratio rerum ab intrinseco incorruptibilium.* 7.55. & 81. *ab æternitate non differt per aliquam successionem intrinsecam: Æuiterna conseruantur à Deo actione permanente.* 7.65.
Æuum non est modus ex natura rei distinctus ab æuiterna substantia. 7.68. *dicit intrinsecam capacitatem termini, & exigentiam successionis in proprijs actibus substantiæ quam mensurat, quorum capax non est æternitas. non est perfecta mensura rei cuius est duratio.* 7.69. *ratione complementi ab operationibus accepti dici potest habere prius & posterius.* 7.70.
In æuo idem est præsens, præteritum, & futurum, quoad intrinseca, non verò quoad extrinseca connotata. 7.71.
Æuum non est mensura temporis infiniti. 7.12.
Æuo mensuratur beatitudo supernaturalis. 7.83.
Æuum habet negationem infinitarum perfectionum solùm extrinsecarum. 7. 75. *est mensura materiæ secundùm se.* 86.

Agens, Alius. Amor.

Omne agens intellectuale agit propter aliquem finem. 3.17
Agens creatum potest agere in subiectum, cui non est immediatè præsens. 8.19. & *seqq.*
Agens infinitum minùs requirit intimam præsentiam ad passum quàm finitum. 8.21.
Agens est actus passi non formalis, sed effectiuus. 8.25.
Cur non possit agere in distans tempore, possit loco. 8.26.
Agens naturale potest dare esse effectui supernat. saltem secundùm rationem genericam, & quomodo. 9. 253. & *seqq.*
Inter Aliud & Alius *qua diuersitas.* 25.23. *d.* 29.17.
Amor *in ratione moris est perfectior cognitione, imperfectior in ratione entis.* 9.264.
Amor increatus non solùm ad Deum vt bonum, sed etiam quasi reflexè ad se ipsum tendit. 14.11.
Actum amicitiæ non habet Deus erga se, sed concupiscentia. 12. *Amore efficaci necessario se ipsum solùm Deus amat, cætera efficaci libero,* 14.35.
Deus ex non amante creaturam fit amans intrinsecè sine intrinsecâ sui mutatione. 14.83.
An in Deo sit specialis amor erga seipsum. 14.157.
Ex modo tendendi discriminatur amor specialis à gaudio in diuinis. 14.172.
Quomodo Deus se ipsum amet. 14.9. & *seqq.*
Amor facit vel supponit similitudinem inter amantes. 18.174.
Amor creatus licet non procedat à verbo creato, potest tamen ab illo distingui, non sic Amor increatus si à Verbo increato non procederet. 27.75.
Amor concors quis in Deo dicatur. 119. *Amor infinitus non potest absque verbo ostendente infinitum bonum produci.* 27.109.
Amor ex quo procedit Spiritus S. non est diuersus in Patre & Filio, sed vnus & idem. 27.103.
Amor an sit aliquis in Patre æterno amante qui non sit in Filio redamante? Amantis & redamantis denominationes supra amorem communem & essentialem, non addunt in Deo nisi solam connotationem diuersarum personarum, in quibus est. 27.129.
Amor notionalis productiuus SS. totus reperitur in Patre, & totus in Filio subiectiuè, & non obiectiuè. 27.138.
Amor diuinus includit quidditatiuè aptitudinalem communicationem ad extra. Amor est primum donum, quod amans simul cum alio redonat amato, & quo mediante cætera donat. 27.152.
Amor notionalis cur non possit multiplicari numero aut specie. 18.21.

Analogia. Angeli.

Analogatorum mutua prædicatio reduplicatiua concedenda est, dummodo non cadat reduplicatio supra rationem explicitam. 3.140.
Rationes analogæ possunt se mutuo includere. 3.43.
In rationibus diuinis est solùm analogica præcisio. 5. 18. *communis Deo & creaturis.* 35.
Analoga non possunt constituere compositum metaphysicum. ibidem. Analoga ratio non potest habere perfectam ab inferioribus præcisionem. 37.
Angeli *quia inter omnia creata proximius accedunt ad Deum sunt omnibus immutabilieres.* 6.15.

Digitized by Google

Angelica substantia mensura est aeuum. 4. operationes non sunt permanentes, sed sibi succedentes. 7.4.

Angeli omnes aequaliter respondent tempori infinito à parte post, non verò spatio. 7.73

Angelus prius altero creatus dicitur plus durare solùm per connotationem & coëxistentiam extrinsecam. 74. *non potest coëxistere nouo spatio sine nouâ formâ, potest tempori.* 76. *reproductus prius aeuum haberet.* 77

Angeli libera operatio intrinseca & extrinseca quomodo mensuretur, 7.81. *& seqq.*

Angeli aeuum non mensuratur per alterius aeuum. 7.89. *mensuratur tempore nostro vt mensurâ extrinsecâ. vnius distantia ab alio mensuratur extrinsecâ mensurâ spatij localis.* 92. *Mensura extrinseca perfectionis quâtitatiua vnius angeli est alter angelus.* 7.93.

Angelus debet habere vbi extra hunc mundum 8.33.

Angelo non potest communicari immensitas connatur. 51.

Angelus potest se ipsum etiam per speciem superadditam intelligere. 9.98. *inferior superiorem naturaliter potest cognoscere.* 9.159.

Angeli intellectus est formaliter tam intellectiuus quàm intelligibilis respectu suæ substantiæ sine alio concursu. 9.218. *distat ab humano in modo intelligendi magis abstractè.* 288.

Angelus non per eandem essentiæ speciem formaliter videt naturam & proprietates alterius sed per eandem vt virtutem continentem proprietates. 9.365

Angelus Persarum ignorauit Persis ventura. 441.

Ignorant diem iudicij. 442. *inferiori potest communicari vis comprehendendi angelum superiorem.* 10.28.

Angeli non præscunt futura libera. 12.75. *nec ea quæ intra suum aeuum extitura sunt.* 12.146

Res intentionaliter expressa in angelo non dicuntur ideæ defectu potentiæ productiuæ. 13.27.

Media quæ sunt communia, fuere angelis omnibus in via parata. 16.28. *non habuerunt causas communes in ordine ad primam gratiam.* 30.

Exclusio à gratia efficaci in angelis nullam supponit causam. 16.47.

Angeli boni electi ad gloriam dependentes ab ipsorum meritis, non ad gratiam efficacem, & mali ad pœnam propter demerita. 16.71.

Angeli superiores non mittuntur nisi ad magna & Heroica opera; nec ad nos mitti possunt sine aliquâ eorum imperfectione: nec ad omnia. 28.17.

Apprehensio simplex *præcedit assensum illatiuum vt conditio solùm prærequisita, sine qua assensus ipse elici non posset.* 1.90.

Per appropriationem *creaturæ in verbo videntur opera supernaturalia ad voluntatem spectantia tribuuntur Spiritui S. opera diuinæ potentiæ ad extra tribuuntur Patri.* 9.359. *& 13.36. tribuuntur Verbo ideæ, quæ sunt communes tribus personis.* 13.39.

Artis *attributum in Deo concipiendum est posterius attributis ad essentiam in communi spectantibus. Idem priùs concipiendum est attributis voluntatis.* 3.167.

Articulos *Fidei non potest intellectus humanus penetrare. Potest fidelis habere notitiam euidentem de ijs & fidem retinere.* 1.9.

Assensus. Attributum.

Nullus tenetur firmius adhærere conclusioni quàm principiis, propter quæ conclusioni adhæret. 2.2.

Assensus prudens intellectus non est tantùm circa euidenter nota, sed etiam euidenter credibilia. 1.13.

Assensus ex testimonio Dei clarè cognito essentialiter differt ab assensu ex eodem obscurè credito. 1.20.

Assensus quem de rebus fidei habuerunt Prophetæ & Apostoli per euidentiam motiui formalis & ipsius attestationis diuinæ non fuit vera & propriâ scientiâ: elicitus ex euidentiâ extrinsecâ attestationis potiori ratione dici potest scientia, quàm nostra Theologia. 1.27.

Assensus Theologicus est assensus in conclusiones deductas ex principijs reuelatis: 1.45.

Elicitus ex principio reuelato credito tantùm fide humanâ est diuersæ speciei ab assensu elicito ex principio credito fide diuinâ: 1.53. *& 86.*

Motiuum eius aliud proximum, aliud remotum: 1.54.

Non æqualis omnium certitudo, propter inæqualitatem authoritatum, quibus nituntur. 1.56.

Assensus Theologicus opinatiuus non propriè spectat ad Theologiam. sed ille tantùm qui moralem gignit certitudinem. 1.57. *est certior quolibet assensu scientifico naturali.* 1.67.

Quando ad Assensum concurrit aliquod motiuum supernaturale, ille est quoad essentiam supernatur. 1.88.

Qui infertur ex alterutrâ tantùm præmissâ supernatur. essentiâ supernatur. 70. *non specificatur à motiuo proximo, sed adæquato:* 71.

Nec causatur effectiuè ab ipso assensu supernatur. fidei, sed ab habitu fidei infusa. 1.79.

Assensus fidei omnes sunt eiusdem rationis ob vnitatem motiui formalis. 1.85.

Scientifici non specificantur à conclusionibus, nec à conceptibus apprehensiuis, licet illi supponantur vt conditiones necessario prærequisitæ, sed à medijs. 1.89. *& 90.*

Attributum *cur non possit habere rationem Notionis.* 24.8.

Nomine attributi importatur perfectio absoluta predicabilis de Deo ad instar formæ adiacentis. 3.19. *& 161. superaddit fundamento formalitatem ratione diuersam.* 3.19.

Ab attributis quænam excludantur. 3.20. *& 161.*

Attributa diuina ab essentiâ non distinguuntur, vt res diuersorum prædicam. 3.22. *nec essentia ab attrib. ex naturâ rei.* 3.25. *& seq.*

Vnum attrib. per aliud demonstrari potest. 3.47.

Attributa diuina sunt sibi æqualia fundamentaliter. 3.50. *habent vnam actu definitionem, virtute multiplicem.* 48 *sunt de constitutiuo Dei* 3.54. *& seqq. non sunt passiones ab essentiâ realiter fluentes.* 67. *quomodo constituant essentiam Dei.* 3.70. *inter se & ab essentiâ ratione ratiocinatâ distinguuntur.* 3.92. *& seq.*

Vnde sumenda sit ratio distinctiua vnius ab alio. 3.105. *& 108. vt à nobis concepta essentiam & se ipsa mutuo includunt.* 123. *& seq. secundùm esse explicitum intelliguntur à nobis vt plura.* 135. *Vnius attributi ratio obiectiuè relucet in conceptu alterius implicitè, non explicitè.* 136

Essentia & attributa non propriè se mutuò includunt. 3.141.

Attributa an & quomodo sint inæqualia. 3.49. *& seq. denominari debent simpliciter æqualia* 152. *& seq. quomodo de Deo denominatiuè prædicentur.* 3.66.

Attributa intellectus & voluntatis secundùm explicitas rationes perfectiora sunt attributis omnipotentiæ & immensitatis. 154.

Attributa intell. perfectiora sunt attributis volun. 3.3.167.

Attributa Dei sunt finita extensiuè, infinita intensiuè. 3.161. 314.

Vndenam desumatur ratio attributi. 3.160.

Tam positiua quàm negatiua aliquam denotant perfectionem in Deo. 164. *Inter attributa an sit aliquis ordo.* 3.166. *In Deo quænam attributa sint concipienda priora.* 167.

Distinctio virtualis inter attributa Dei sufficit ad faciendas de Deo demonstrationes propter quid. 168.

Aliqua attrib. in cognosci pendent ab extrinseco. 7.22.

Nullum potest specie creatâ exprimi vt in se est. 9.80

Sine attributis essentia diuina videri non potest. 9.321.

Et cur? 9.330.

Auditio *ad intra in diuinis quid sit.* 26.37.

Augere *à producere quomodo discriminetur.* 25.21.

Authoris *nomen quando tribuitur Patri & Filio an scribendum*

Digitized by Google

bendum sit littera C. an littera T. an diuinis conueniat quoad productiones ad intra. 25.19.& seqq.
Author non importat superioritatem & maioritatem respectu eius, respectu cuius est author. 25.26.
Authoritates, ex quibus vt propriis medijs arguit Theologus, varios certitudinis gradus habent. 1.56.

Beatitudo. Bonus.

Beatitudo supernat, mensuratur æuo & dicitur participata æternitas. 7.83. non daretur iuxta proportionem meritorum, si perfectior intellectus perfectiorem visionem eliceret. 9.291.
Beatitudinis obiectum primarium includit personas. 341. non posse mereri per opera naturæ viribus elicita. 15.14.
Beatitudo Dei consistit in perfectissimâ cognitione Deitatis, quæ sine cognitione possibilium haberi non potest. 26.146.
Beati Deum in se ipso clarè videre possunt: 9.2. vident Deum infinitum non in verbo creato, sed in seipso. 78.
Visione creatâ, quæ est sola vitalis tendentia & intentionalis vnio intellectus creati cum Deo proximè & immediatè intelligi. 81. formant verbum quod est tantùm species Quâ, non in Quâ. 9.83
Intellectus Beati lumine gloriæ informatus adhuc est naturaliter improportionatus respectu Dei in se ipso visibilis. 9.182.
Beati lumen est per modum habitus, non actus. 204.
Beatus medio intellectu actiuè producit visionem. 227.
Beati nec omnes sunt æquales in visione, nec omnes inæquales. 275. vident Deum quoad omnem modum & gradum perfectionis, qui in ipso existit. 300. non vident omnes ideas diuinas. 309.
Possunt libera decreta Dei cognoscere, non sine cognitione effectus. 352. eâdem visione quâ vident Deum, vident aliqua obiecta creata. 361. non vident creaturas in Deo, vt in causâ vel ideâ formaliter. 9.377. & 12.44. Sed in verbo, vt in causâ radicaliter visâ. 9.385. per eandem speciem virtualiter diuersam: 392. implicat videri actu omnes creaturas in verbo, imò habitu. 404. & 426. quò perfectiùs vident Deum, eò plura possibilia vident in Deo. 9.440.
Beati an videant omnia futura in verbo, quæ ad eorum statum pertinent? 9.441. an omnia quæ hic fide crediderunt? 443. an ea quæ ad seriem suæ prædestin. spectant? 9.446. Cur has potiùs creaturas quàm illas. 9.454. & seq.
Beatis de facto visio est inuariabilis, possent tamen variare visionem circa obiectum primarium non variando circa secundarium. 9.454. & 458.
Bonus non dicitur Deus per solam connotationem bonitatis quam causat. 3.95. Ratio Boni licet concipiatur vt proprietas entis, tamen includit ipsum ens. 3.137.
Bonitas est in Deo prior concipienda attributis intellectus & voluntatis. 3.167. Bonitas dicit vel integritatem, si sit respectiua. præsupponit indiuisionem entis in se. 4.1.
Bonitas Dei non potest ab vlla specie creata exprimi, vt in se est. 9.80.
Bonitatis diuinæ attributum partim est absolutum, partim respectiuum. 14.1.
Bonitas increata est obiectum formale & primarium diuinæ voluntatis: 14.6. & charitatis creatæ. 14.8.

Causa. Certitudo. Censura.

Causa & causati nomen diuinis locum non habet respectu productionum ad intra 25.22. & seq.
Causa duplicem imperfectionem importat respectu eius, respectu cuius dicitur causa. 25.23.
Causa 2. immediatiùs attingit effectum quàm causa prima. 27.85.
Causa partialis supernat. concurrens ad alia concausa naturali producit effectum totum supernat. & cur. 1.69.
Causarum infinita series, si dabilis esset, necessariò penderet ab alia causa, quæ sit extra totam seriem causarum producentium & productarum. 2.6.7. Causa ab effectibus tunc arguitur infinita, cùm illos infinitos formaliter in se continet. 3.6. Quod causa efficiens aut exemplaris non limitat, est omninò illimitatum. 4.2.
Suum effectum sat est si præcedat natura & causalitate. 7.44.
Causa continens formaliter perfectionem, si illam communicare potest effectui siue certo limite, tunc in ea perfectione est infinita. 8.5.
Causæ æquiuocæ productiuæ effectus per suam substantiam potest eiusdem fieri productiua per virtutem vniuocam superadditam. 9.99.
Esse causæ dum communicat Deus creaturæ, non communicat esse causæ primæ: Causa 2. in producendo non per omnia gerit vicem causæ 1. 9.105.
Causa & instrumentum naturale sine in eod. ordine. 185.
In Deo vt est causa creaturarum non videntur proximè & formaliter creaturæ. 9.377. Intensior causæ cognitio non facit formaliter videre plures effectus. 384.
Deus in se ipso ut in causa non cognoscit formaliter creaturas. 9.393.
Causæ æquiuocæ intuitiua cognitio non necessariò infert intuitiuam cognitionem effectus. 9.394.
In causa abstractiuè proximè cognoscitur effectus. 396.
Causa formalis cur hæ potiùs creaturæ videantur in verbo est ipsa visio: moralis, merita; physica efficiens remota, voluntas Dei; efficiens proxima est lumen gloriæ, vt est participatio intelligibilis similitudinis, quam Deus habet de creaturis 9.449. & 454.
Causa rerum directiua est scientia Dei: 12.276. absolutè futurarum est scientia conditionata Dei. 281.
Certitudo scientiæ consequitur euidentiam. 1.19.
Certitudinis gradus varij in authoritatibus. 1.56.
Censuræ gradus quot sint. d.29. initio.

Charitas. Christus.

Charitas Dei nulli substantiæ creatæ potest esse connaturalis 9.163. est perfectior lumine gloriæ in genere moris, imperfectior in ratione entis. 9.264.
Charitatis formale obiectum est bonitas increata, 14.8.
Christi visio beata excedit in perfectione omnium angelorum visionem. 9.382. Christus cognoscit omnes creaturarum cogitationes & volitiones quoad speciem: quoad numerum verò futuras, vsquo ad diem iudicij. 9.431.
In Christo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei, intellige increatæ. 9.433.
Christum viatorem simul & comprehensorem fuisse certum est. 449. Christus stante intuitiua cognitione suarum operationum in verbo adhuc illas liberè exercere. 12.158.
Christi merita sunt causa nostræ prædestin. 15.39. &c. non sunt causa nostræ electionis, quatenus hæc dicit dilectionem vnius præ alio. 47. quandonam sint præuisa. 15.48.
Cur non numerentur inter effectus prædestin. 15.49.
Chsistus non habuit gloriam animæ ex meritis, bene tamen corporis. 127.
Habuit propter vnionem hypostat. 128.
Christus cur noluerit expressè dicere, Spiritum S. procedere à se, sicut dixit de Patre. 27.38.
Vt homo missus est non solùm à Patre, sed etiam à Spiritu sancto, & à se ipso vt Deo. 28.31. dicendus est increatus. 41. quotidie mittitur vt cibus animæ ad species sacras. 59. Christus vt homo mittere non potest Spiritum S. 103. non vt homo, sed vt homo Deus est author gratiæ, & primum principium meritorium. 28.105.
Circuminsessio diuinarum personarum in quo consistat. 19.210.

Cognitio.

Cognitio quam Deus habet de creaturis est practica & speculatiua simul. 1.105.
Cognitio ex qua procedit verbum est cognitio personarum præsentium & existentium in eadem duratione, in quâ existit cognitio. 26.89.

Cogni-

Cognitioni intuitiua non obstat posteritas originis obiecti cognoscibilis, nec precisionis, sed sola durationis. 9.9.
Cognitio increata per se dicit expressionem possibilium: 29.130. *nec solùm perfectionem intrinsecam in Deo vt est expressiua obiecti primarij, sed etiã vt secũdarij.* 131
Cognitio futurorum in Deo cur nullam addat perfectionem intrinsecam Deo, addat possibilium. 26.143
Cognitio possibilium addit nouam aliquam expressionem supra expressionem essentiæ diuinæ: 26.143. *spectat etiã ad obiectum Beatificum Dei saltem connaturaliter.* 146
Cognitio Dei est adæquata toti cognoscibilitati diuinæ tã quoad necessaria, quàm quoad contingentia, sed non in ratione comprehensionis formaliter. 26.176.
Cognitio potest esse finita de obiecto infinito si sit cognitio quâ. 3.7. *Cognitio omnium possibilium arguit manifestè Deum infinitum.* 3.4.
Cognitio Dei præciso ordine ad creaturas non terminatur ad essentiã sub ratione veri, precisâ ratione boni. 3.114
Cognoscibile obiectum potest dici præsens cognoscenti, & cognoscens præsens cognoscibili. 8.54.
Cognitio quâ Deus est præsens rebus est intuitiua rei præsentis vt præsentis, & actu existentis. 8.52. & 53.
Cognitio intuitiua necessariò requirit speciem propriam obiecti: 9.66. *sensitiua essentialiter postulat specificari à ratione formali sensibili.* 9.124.
Cognitio in ratione entis est perfectior in genere moris, 9. 264.
Cognoscibilitas fundatur in totâ essentiâ rei. 9.331
Cognitio essentialis in Deo quomodo sit prior & posterior. 339.
Cognita creatura intuitiuè, non necessario cognoscitur intuitiuè obedientialis potentia. 9.345.
Cognitio intuitiua ad quanam feratur. 9.349.
Eadem cognitio potest esse tantùm ratio qua respectu vnius obiecti, & respectu alterius ratio in qua. 367.
Cognitio intensior causa non facit formaliter plures videri effectus. 9.384.
Cognitio intuitiua causæ æquiuoca non necessariò infert intuitiuam effectus. 394. *nec intuitiua fundamenti necessariò arguit intuitiuam termini extrinseci.* 9.394
Cognitio abstractiua habetur proximè tam effectus in causa, quàm conclusionis in principijs. 9.396.
Cognitio omnium possibilium in Verbo arguit comprehensionem diuinæ essentiæ & omnipotentiæ. 408. & seq.
Cognoscens vnum creabile cum connexione ad potentiam creatiuam Dei, debet adæquate cognoscere actum purum, vt causam talis creabilis. 9.412.
Cognitio actu exprimens infinita indiuidua dearticulatè implicat siue in, siue extra verbum. 9.429.
Cognosci infinita indiuidua habitu non implicat. 432.
Potest dari circa vnum obiectum cognitio adæquata extensiuè, & non intensiuè, & non contrà. 10.11.
Cum cognitio circa idem indiuisibile obiectum crescit, non videtur obiectum sub noua perfectione entitatiuâ, sed tantum sub noua claritate obiectiua. 10, 15.
Est cognitio comprehensiua qua Deus se & suam cognitionem cognoscit. 12.8.
Cognitio non repræsentat intuitiuè obiectum, nisi ei intellectui, cuius est vitalis imago. 12.43.
Quomodo Deus mala & peccata in se cognoscat. 46.
Cognitio diuina est medium, in quo obiectum exprimitur, & quo immediatè tendit ad obiectum in se existens. 12. 138.
Cognitio diuina quomodo ab obiecto pendeat: quomodo creata? 12.146.
Vide Lumen, intellectio, species, visio, verbum, scientia.
Color *vehemens diu conspectus facit sequentem colorem ad aliquod tempus eiusdem coloris videri.* 6.48.

Communicatio, diuina.

Communicatio solius naturæ & non paternitatis, qua fit Filio, fundamentum præbet distinguendi paternitatem à natura: Communicatio intellectionis ex vi originis soli Filio facta, & non Spiritus S. fundamentum præbet distinguendi intellectum à voluntate. 3.109.
Communicare quid, & quomodo à producere differat. 18. 10. & 85. *Communicatio naturæ à productione personæ quomodo distinguatur: Communicatio duplex in diuinis, proxima, remota.* 18.87.
Quid vi originis formaliter cum intellectione & volitione communicetur cuilibet personæ. 18.89.
Communicatio vi processionis vnde desumenda. 126. *immediatior desumitur ab eo, quod est immediatior via respectu termini* 18.92.
Communicatio non est notionalium. 18.189.
Communicatio realis quot modis fieri possit. 19.37.
Communicationis finis est facere vnum. 19.37.
Communicatio aptitudinalis ad extra est intrinseca perfectio amoris increati. 27.152.

Compositio. Comprehensio.

Implicat in Deo compositio ex potentia obiectiua, & esse, non solùm re, sed & ratione: 5.2. & *ex partibus actu distinctis.* 5.3.
Compositionis multiplex diuisio. 5.1. *Tres relationes personales nullam faciunt in Deo compositionem.* 5.5.
Repugnat Deo compositio per modum plurium distinctorum coalescentium in vnum, non per modum identitatis. 5.12.
Non repugnat Deo compositio ex rationibus se mutuò includentibus implicitè. 5.17.
Deus physicè naturaliter venire non potest in compositionem cum creatura. 5.24.
Compositio in Deo quæ? 5.19. *virtualis est nulla.* 5.20.
Compositio physica varia, metaphysica esse solet ex genere & differentia. 5.24.
Implicat Deum venire in compositionem cum forma, vel cum materia: 5.25. *vt subiectum cum accidente:* 26. *componere vnum existens cum essentia creata.* 5.27.
Non potest natura increata componere cum supposito creato, potest suppositum increatum cum natura creata. 5.28. *nec Deus vniri cum creatura in ratione vitæ.* 29.
Non repugnat Deo compositio cum causis creatis in ratione efficientis: Deus vt causa 1. *componit vnum principium cum qualibet* 2. *in ordine ad effectum producendum.* 5.30.
Compositio metaphysica est ex extremis, quorum vnum conceptibiliter saltem excludit alterum. Non potest Deus venire in compositionem metaphysicam vniuocam cum creatura. 5.36.
comprehensiua *visione Deum nemo videre potest.* 9.6.
Non est comprehensiua visio qua non tendit ad obiectum cum ea claritate, quam obiectum petit. 9.307.
Comprehensio diuina omnipotentiæ & essentiæ ex cognitione omnium possibilium in verbo arguitur. 408.
Comprehensa omnipotentia Dei, comprehendi totam essentiam Dei demonstratur. 9.411.
Comprehensio vt sic non consistit in cognitione omnium perfectissima, qua de obiecto haberi possit: 10.1.
Nec solùm requirit adæquationem extensiuam, sed etiam intensiuam in claritate obiecto commensam. 10.6.
Ad comprehensionem necessarium non est, vt cognoscantur extrinseci termini, ad quos res ordinatur. 13.
Comprehendi ab intellectu creato Deus non potest. 10.22. & 27. *est de Fide.* 21. *Ad comprehensionem Dei distincta cognitio possibilium vt sic nihil.* 10.24.
Comprehensiua est cognitio, quâ Deus se & suam cognitionem cognoscit. 12.8.
Comprehensio Patris necessariò secum affert comprehensionem aliarum diuinarum personarum. 26.88.
Comprehensio est cognitio omnium, qua spectant ad rem comprehensam necessariò, non quæ liberè. 26.176.
Conceptus *inadæquati de diuinis attrib. nõ sũt falsi.* 3.157

Con-

Digitized by Google

Conclusio. Conseruatio &c.

Conclusio *eadem propter diuersitatem medij pertinere potest ad diuersas scientias.* 1.34.

Conclusionis Theologicæ ex principijs reuelatis deductæ motiuum adequatum non est sola authoritas reuelantis, sed naturalis etiam connexio eiusdem conclusionis cum principiis reuelatis. 1.38.

Conclusio ex principio reuelato deducto considerari potest vel vt deducta formaliter, vel vt explicata: 1. modo est obiectum Theologiæ, secundo fidei infusæ. 1.40.

Conclusio quomodo sequatur debiliorem partem. 1.62. & 72.

Conclusio Theologica deducta ex vtrâque de fide est certior, quàm deducta ex vnâ tantùm de fide & alterâ naturali. Conclusio quando est propinquior principio, ex quo deducitur, tantò magis participat certitudinem principij propter quam ipsa asseritur. 1.79.

Conclusio non est ratio specificatiua assensus scientifici sed medium. 1.89.

Connotatio *noua oriri nequit nisi à mutatione reali nouâ.* 23.72.

Conseruatio *est manutenentia termini, actio est attingentia eiusdem.* 7.95.

Conspicillia *multangularia repræsentant obiectum multiplex, & vbi non est.* 9.44. & 47.

Constitutiuum *formale rei & Dei quænam debeat habere.* 3.77. & seqq. *Constitutum ex actu volendi & spiratione actiuâ ratione tantùm distinctum à Patre & Filio datur.* 19.79.

Constitutiuum rei duplex, alterum virtualiter diuisibile, alterum omninò indiuisibile. 19.120.

Constitutio essentialiter importat duo. 19.143.

Constitutio personarum, quomodo sit realis, & quomodo per intellectum.

Consubstantialitas *termini procedentis requirit identitatem eiusdem numero naturæ cum principio producente.* 18.5.

Contradictoria *de eâdem re omnino etiam virtualiter indistinctâ, implicat verificari, non de eâdem re formaliter, virtualiter tamen diuersâ.* 3.42.

Corporea *potentia minus distat ab ente spirituali, quàm intellectus creatus à Deo in ratione entis, non autem in ratione obiecti & potentiæ. in ens spirituale ferri nequit.* 9.130.

Creatio, Creatura.

Creaturæ *quatenus attributionem aliquam dicunt ad Deum sunt secundarium subiectum Theologiæ.* 1.139. *varias à poster. perfectiones de Deo manifestant & exprimunt, & sic attribut. dicunt.* 1.141.

Dicuntur procedere ex Deo potiùs quàm de Deo. 18. & 29.60.

Creaturæ possibiles quomodo constituant essentialiter intellectiuum Dei. 18.170. *vt cognitæ non concurrunt ad productionem verbi per se originatiuè, sed per se tantùm terminatiuè: vt terminus tantùm secundarius.* 26. 133. *habent summam necessitatem essendi negatiuè: considerari possunt, vel per ordinem ad omnipotentiam Dei, vel in ordine ad se ipsos: præsupponunt, & præsupponuntur ad omnipotentiam Dei. Secundùm non repugnantiam ad esse à nullo pendent, neque à Deo.* 26.137.

Possibilibus sublatis tolleretur à Deo perfectio. 26.138.

Creaturæ possibiles non cognoscuntur à Deo vt omninò ipsi extrinsecæ: 149. *sub quâ ratione priùs cognoscantur à Deo, quàm vis generatiua & spiratiua, & consequenter quàm Filius & Spiritus?* 150. *habent connexionem quasi specificatiuam cum omnipotentiâ Dei: perfectiones intrinsecæ Deo habent tantum subiectiuam:* 151. *Sub quâ ratione pendeant à voluntate Dei libera, sub quâ non?* 26.171.

Creaturæ manerent eodem modo distinctæ à Deo, si per impossibile procederent à solo Patre, ac nunc dum procedunt à tota Trinitate: non tamen Spiritus S. quomodo procedant à Deo. 27.74.

Creatiua virtus *est priùs origine in vnâ personâ quàm in alijs, non creatio.* 27.83.

Cur non eodem modo requirat Trinitatem personarum ad creandum, sicut spiratiua virtus requirit dualitatem suppositorum ad spirandum? Creaturæ non respiciunt per se Trinitatem personarum. 27.133.

Creatio *excluditur à ratione attributi diuini.* 3.20. & 160. *eius conceptus non est vt in instanti duret, sed vt res accipiat esse.* 7.46. *arguit intimam præsentiam Dei in rebus omnibus mediatè.* 8.22.

Qui cognoscit vnum creabile cum connexione ad potentiam creatiuam Dei: cognoscit adequatè actum purum. 9.412.

Creaturarum Deus est finis vltimus. 3.17.

Creatura quò magis accedit ad Deum, eò est actualior & immutabilior. 6.25. *si foret ab æterno nec dum esset verè æterna.* 7.5. *ei non potest esse connaturalis æternitas.* 7.39.

Creaturam ab æterno gratis condi non implicat. 7.44.

Cùm dicitur fit ex nihilo, quid τὸ Ex *importat.* 45.

Creaturæ defectibilitas saluatur in dependentiâ eius esse: non necessario in successione. 7.66.

Intima præsentia Dei in creaturis non colligitur euidenter ex præcisâ operatione ipsius in creaturis. 8.16.

Creatura nulli sine lumine gloriæ esse connaturalem visioni Dei, est de fide. 9.134.

Creaturæ communicari potest aliqua operatio Dei, & principium proximum accidentale operandi, non remotum substantiale. 161. *Nulli substantiæ creatæ esse potest connatur. gratia alióq; habitus supernat.* 9.163

Nulla naturaliter potest esse impeccabilis. 166.

Nulli connaturalis esse potest vnio hypost. 167. *neque æternitas:* 168, *neque intuitiua cognitio mysteriorum supernat.* 169. *neque vis creatiua.* 170. *nequit creatura participare accidentaliter omnes perfectiones Dei.* 177 *Nulli substantiæ creatæ vt instrumento connaturali debitæ est visio Dei, aut quauis alia forma supernat.* 9.184. & seqq.

Creatura in Deo dupliciter videri possunt. 9.358.

Creaturas videri in verbo quid sit? 359. *Eâdem visione quâ Deus videntur aliqua obiecta creata.* 361.

Quid sit creaturarum matutina & vespertina visio. 362. *Creaturæ non videntur in verbo vt in causâ vel ideâ proximè visa, eadem indiuisibili motione & intelligibilitate, sed diuersâ virtualiter.* 377. *Sed vt in causâ radicaliter tantùm visâ, eâdem entitatiuâ visione, non eâdem indiuisibili ac formali motione & intelligibilitate, quâ videtur Deus.* 9.385.

Creaturas non cognoscit Deus in se ipso vt in causâ, sed vt in specie expressa earum. 9.393.

Omnes possibiles actu videre in verbo implicat: 9.404. *etiam habitu videri in verbo implicat:* 426. *plures de facto videntur, quò perfectior est visio.* 9.440.

Ratio cur hæ potiùs creaturæ videntur in verbo, est lumen gloriæ vt, est participatio intelligibilis similitudinis, quam habet Deus de creaturis. 9.454. & seqq.

Creaturæ omnes in Deo videri possunt intuitiuè non comprehensiuè; item distributiuè, non collectiuè. 9.483.

Ad creaturæ cõprehensionem non est necesse vt cognoscantur extrinseci termini, ad quos ordinatur. 10.13.

Nulla creatura potest Deum comprehendere. 10.22.

Creaturas cognoscit Deus secundum esse participatum. 12. 10. *possibiles cognoscit in suâ cognitione & specie expressâ earum, non vt causâ.* 12.19. & 47.

Nullum aliud esse habent extra Deum, ad quod terminetur diuina cognitio. 12.20.

Essentia diuina antequam actu à Deo cognoscatur est tantum remotum exemplar creaturarum. 13.14. *vt actu cognita à Deo est proximum exemplar, non ideo creatur.*

Digitized by Google

tur. 13.15. *est idea creatur. vt est species expressa earum.* 13.17.
Creaturas possibiles Deus necessariò diligit dilectione simplicis complacentiæ. 14.27.
Existentes liberè amat, necessariò ex suppositione. 14.34.
Deus in creaturis nullam habet limitationem dominy. 16.78.
Creatura mutari nequit decreto Dei extrinseco. 23.72

Decretum Dei. Definitio. Demonstratio.

Decreta *Dei libera excluduntur à ratione attributi.* 3. 160.
In decreto suo Deus certò cognoscit futura, quæ solùm pendent ex voluntate Dei. 12.128.
Non potest Deus infallibiliter cognoscere in decreto suo vt ratione proximâ cognoscendi futura pendentia à voluntate creatâ. 12 130.
Liberum decretum Dei non constituitur per respectum rationis consequentem rem futuram. 12.129.
Decreta sua absoluta Deus priùs ratione cognoscit vt ponenda, quàm vt actu posita. 12.252.
Decretum Dei fuit ab æterno priùs ponendum negatiuè, non positiuè. 12.254.
Ordo decretorum Dei circa prædestinationem parvulorum & adultorum. 15.101.
Decreto Dei extrinseco non mutatur intrinsecè creatura. 23.72.
Definiri verâ definitione non potest Deus. 3.1.& 5.39.
Definitio *vna est actu, virtute multiplex in attributis diuinis.* 3.48. *Definitio & definitum licet significent eandem formalitatem rei, synonima tamen non sunt.* 3.49.
Definitionum diuersitas infert diuersitatem essentiæ. 19. 217.
Demonstratio *de Deo fieri potest per virtualem attributorum distinctionem.* 3.168.
Demonstratio vt conuincat intellectum debet esse per medium ostensiuum, & non per solam non repugnantiam. 9.12.
Demonstrari potest euidenter esse in Deo potentiam actiuam productiuam ad extra. 17.6.
Deum esse est demonstrabile per effectus à posteriori. 2.2. *non à priori & per causam, cùm ipsum esse sit prima Dei perfectio.* 2.10.
Demonstrabilia quando non debeant esse notiora. 2.11.
Demonstratur Deus esse infinitus & actus purus à posteriori. 3.3.& 4 5.& *à priori d.*3.*n.*8.*vnum attributum per aliud vtpotè nobis notius.* 3.47.
Denominatio *nouæ mutationem necessariò affert saltem in extrinseco.* 6.24.
Desiderium *aut spem de suo bono non habet Deus; habet gaudium & desiderium de bono creaturæ:* 14.13
In Deo est affectus desiderij, non desiderium formale. 14. 185.

Deus. Deitas. Deus Causa.

Deitas *est ratio formalis respectu creaturarum, de quibus tractatur in Theologia, & simul ratio materialis respectu reuelationis virtualis.* 1.146.
Deus *vt causa vniuersalis non concurrit nisi ad exigentiam causæ 2. vt causa particularis non concurrit nisi ad supplendum aliquem defectum in causis secundis.* 1. 14. *Deus sub ratione saluatoris quomodo consideretur à Theologo.* 1.151.
Dei ignorantia inuincibilis ad breue tempus & in paucis an dari potest? 3.17.
Deus ex formali conceptu importat actu subsistens. 19.117.
Deus paternitate intelligit falsa est.& cur. 16.159.
Hic Deus, dupliciter sumi potest, & an includat aliquam subsistentiam. 21.31. *Diuinitas est Deus, & Deus est diuinitas, an vera.* 21.32.
Quidquid in Deo est, actu est; intelligendum. 23.3.
Deitas *in hâc propos. Pater est principium totius Deitatis, dupliciter sumitur.* 25.15.
Deus est verbum creaturarum, qui sensus. 26.50.
Deus nullum realem respectum dicit ad creaturas. Sed ob summam plenitudinem essendi & dependentiam creaturarum à se connexionem habet cum creaturis. 26.139.
Deus priùs ratione, quàm producat verbum, cognoscit verbum & reliquas personas diuinas. & sub aliquâ ratione priusquam cognoscat suam omnipot. & creaturas, cognoscit se ipsum, vt completum principium productiuum creatur. per triplicem subsistentiam relatiuam. 26.150.
Deus cognoscit se scientiâ visionis. 26. 177.
In Deo omnia sunt vnum, vbi non obuiat relationum oppositio. 27.64.
Deus quomodo dicatur se ipsum nosse & amare. 103.
Deus ratione solius naturæ vt præcisæ à personalitatibus habet omnia requisita ad principium creatiuum. 27. 133. *non alio amore se ipsum communicat spiritui sancto necessariò ad intra, & creaturis liberè ad extra:* 152. *donando aliquod donum creaturæ simul etiam donat suum amorem increatum non subiectiuè, sed terminatiuè.* 27. 155.
Deitas *est quasi subiectum intellectus & voluntatis & simul obiectum constituens vltimò intellectum & voluntatem.* 18.160.
Per effectus in infinitum perfectiores ab ipso producibiles à posteriori concluditur infinitè perfectus Deus. 3.3.
Eandem veritatem arguit cognitio, quam habet de effectibus perfectioribus & perfectioribus à se producibilibus. 3.4. *Actio creatiua Dei de necessitate arguit Deum esse actum purum.* 3.5.
Demonstrato Deo per effectus, rectè concluditur per rationem à priori esse infinitè perfectus, quoad omnes perfectiones, quæ in totâ latitudine entis excogitari possunt vt compossibiles inter se. 3.8.& *seq.*
Deus est purissimum esse continens totam plenitudinem essendi. 10. *Nulla perfectio possibilis est, quæ non sit in Deo aut formaliter aut eminenter. Deus est esse interminatum & infinitum quod nullo clauditur termino aut fine:* 11. *quo melius excellentiusq; excogitari nil potest:* 11 *omnium finis vltimus, quo vlterior excogitari non potest.* 17. *Nulla est in Deo potentia passiua: actiua actui puro non repugnat.* 3.18.
Nomina diuersa quæ de Deo dicuntur non sunt synonima. 3.49.
Ratio Deitatis non est attributum in Deo. 3. 20.
Non sunt in Deo plura, vel aliud & aliud, sed omnia sunt solâ voce diuersa. 3.27.& 19.16.
In Deo idem est quo est, & quod est, quo est & quo viuit. 3.27.
Formale constitutiuum Dei est ipsum esse secundum totam plenitudinem essendi. 3.79.& *seq.*
Adæquatum non est intellectiuum vt dicit essentialem gradum vitæ. 3.87.
Deus circumscripto ordine ad creaturas non intelligeret se sub ratione veri præcisâ ratione boni, neque diligeret se sub ratione boni præcisâ ratione veri. 3. 114.
Demonstratio de Deo fieri potest propter virtualem attributorum distinctionem. 3.168.
Deus est omnia, & distinguitur ab omnibus formaliter, non eminenter. 3.15. *à sapientib. per antonomas. vocatur vnitas.* 4.6.
Deus non potest esse formale principium operationum immanentium creaturæ, neque vitalium. 5.25.& 29. *potest componere vnum principium cum creaturâ in ratione intellectiui & intelligilis.* 5.30. *non est substantia, sed supersubstantia ex Dionysio, Damesc.* 5.40.
Deus non ideò non est destruibilis, quia habet omnem suam durationem simul, sed quia illam habet inde pendenter à quocumque. 7.71.
Deus fieri potest præsens rebus quibuscumque si creentur sine vllâ sui mutatione. 8.8.

Deum

Digitized by Google

Deum in seipso existere, & existere in spatio aut tempore imaginario, an sit idem. 8.40.41. 43.
Deus non est in vacuo per operationem, sed tantùm per substantiam & immensitatem. 44. *In rebus est per operationem, in spacio occupatiuè. Cur in rebus preteritis aut futuris esse non possit, possit in spatio imaginario?* 8. 45. *Est in rebus per essentiam presentiam & potentiam.* 8.52.
Cur in seipso clarè videri potest à Beatis. 92.
Deum in se clarè nemo hominum vidit ante Christum. 95. *Nemo videre potest visione comprehensiua.* 9.6. & 10.122.
Est intra spheram intellectus creati sub ratione analogâ. 9.7.
Deum in seipso visum esse intra spheram intellectus creati non est euidens. 9.20.
Dei species expressa quare dari non potest. 9.73. *Nec species impressa.* 89.
Eiusdem vera Authoris implicantia. 9.116.
Deus corporeus non est nec oculo corporeo videri potest. Quidquid Antropomorphitæ finxerint. 9.122
Nequit Deus à creaturâ participari accidentaliter quoad omnes suas perfectiones. 9.177.
Deus potest in causis 2. efficienter supplere omne defectum virtutis actiuæ. 9.247
Dei ad extra concursus licet sit simpliciter liber potest in aliquo ex suppositione esse necessarius. 9.337.
Deus est speculum voluntarium respectu creaturarum: 9. 378.387. *Est medium non tantum causale, sed etiam formale intelligendi creaturas; non .n. debet intelligibilitas formaliter, sed efficienter concurrere ad intellectionem.* 388.
Deus non est medium videndi creaturas formale subiectiuum, sed obiectiuum, non terminatiuum sed motiuum, non proximum, sed radicale & remotum. Deus est obiectum primarium visionis beatæ, creatura secundarium. 390.
Non cognoscit creaturas formaliter in seipso vt in causâ, sed vt in specie expressâ earum. 9.393.
Deus non producit creaturas per potentiam virtualiter distinctam à reliquis attributis. 415.
Deus per eandem perfectionem actus puri est productiuus ad intra & ad extra. 9.420
Deus neque vt speculum voluntarium; Neque vt species expressa creaturarum; Neque vt species impressa earumdem; Neque eius liberum decretum sunt causa cur hæ potiùs creaturæ in verbo videantur. 9. 454. & seqq.
Deus in seipso de potentiâ absolutâ potest ab homine videri in hâc vitâ. 9.490.
Deum clarè in seipso nullus de facto viator vidit. 502.
Deus se creaturæ secundùm esse personale communicare potest, non secundùm esse intelligibile. 10.29.
Deum à creatura comprehendi non posse est de Fide, 31.
Quomodo Deus sit ineffabilis: 10.33. & *inuisibilis.* 11.17.
Deus seipsum cognoscit & quidem necessariò. 12. 4. & 5.
Deus habet in seipso independenter à rebus exemplaria & ideas rerum effectrices. Est causa rerum per scientiam simplicis intelligentiæ. 50.
Deus aliter concurrit ad effectum conditionatum, aliter ad absolutum. 12. 224.
Deo requisita concomitanter conditio ad concurrendum est determinatio voluntatis creatæ. 12.230
Deus saluare quemlibet potest saluâ etiam arbitrij libertate. 231.
Nequit ex solâ omnipotentiâ absque præscientiâ liberi consensus, si saluam libertatem velit. 12. 234.
Deus quomodo repræsentat sibi infinita. 12.330. & seqq.
Deus necessariò seipsum diligit & quoad specificationem & quoad exercitium. 14.9.
Deus seipsum vt finem creaturarum quoad exercitium liberè amat in ordine ad existentes, necessariò in ordine ad possibiles: 10.
Deus erga se non habet verum actum amicitiæ, sed concupiscentiæ. 12.
Deus habet verum & proprium gaudium & fruitionem respectu sui proprij boni. Non spem aut desiderium respectu sui proprij esse. Nec gloriæ extrinsecæ: respectu boni creaturæ non solum habet gaudium, sed etiam desiderium. 13.14.
Deus necessariò diligit creaturas possibiles dilectione simplicis complacentiæ. 14.27.
Non est in Deo libertas contradictionis. 33.
Deus liberè amat creaturas existentes, necessariò ex suppositione. 14.34.
Deum omnia agere ex necessitate sensit Arist. 45.
Deus non modò est liber per modum principij in ordine ad effectus producendos, sed etiam per modum actus in ordine ad obiecta volenda vel nolenda, sine vlla intrinsecâ mutatione. 83. *In Deo verum odium.* 14.101.
Deus gloriam reddit prædestinatis vt iudex, & quomodo. 15.92. *Nullam habet in creaturis limitationem dominij.* 16.78.
Deus non est obiectum potentiæ diuinæ. 17.57.
Dei essentia est species formaliter eminenter creaturarum. 18.190
In diuinis est Deus & Deus est, vera propos. 29.23.
Deus generans est Deus genitus, falsa. 29.22.
Habens Deitatem generat alium habentem Deitatem, vera. Alius generat alium, vera. Alius Deus, generat alium Deum, falsa. 29.24.
Deus genuit eundem Deum, vera. Deus genuit eundem se, est falsa. Deus genuit eundem Deum secum, vera. 29.26.
Deus est solitarius, Deus est solus, sunt falsæ propos. 29.31.
Deus dici potest vnicus individuus singularis. 32.
Deus vnicus generat Deum vnicum; Deus singularis generat Deum singularem; sunt veræ propos. Deus solus generat Deum solum, falsa. 33.
Deus est ter Deus, Deus est geminus Deus, Deus est ter vnum, Deus est ternarium, Deus est tria, falsæ propos.
Deus est ter vnus, Deus est trinus, Deus est tres, vera. 37.
Deitas est trina, falsa propositio. 40.
Deus generat, Deus refertur ad Deum, Deus relatinè opponitur Deo, sunt veræ propos. Deus non generatur, Deus non spiratur, Deus non refertur ad Deum, falsæ. Hic Deus est hic Deus. 45.
Hic Deus non est hic Deus, quatenus concedendæ, & quatenus negandæ. 49.50.
Deus est in Deo, Deus est cum Deo. Deitas est in sapientia, sapientia in Deitate, veræ propos. 29.69.

Dicere. Differentia.

Dicere an distinguatur ab intelligere & verbo. 9.68.
Dicere & intelligere quomodo distinguat Scotus ad processiones saluandas. 18.56. *sed falsò.* 57.
Dicere, quod est actus proprius personæ producentis includit formaliter & non tantùm concomitanter intelligere essentiale: addit aliquid supra intelligere essentiale, id tamen quod addit non pertinet ad intelligere formaliter vt differentia contractiua generis, sed vt modus alterius rationis. 62.63
Dicere in suo obiectiuo conceptu includit intelligere, non contrà. 63.
Dicere duplicem respectum importat, & sub quâ ratione sit commune omnibus personis. 18. 67.
Dicere diuinum & loqui diuinum sine ad extra sine ad intra differunt. 26.40. & seq. *Dicere quos respectus importet.* 26.44. *Dicere an aliquo modo conueniat alijs personis. Dici aliud essentiale, aliud notionale.* 26.46.
Præcisa omni productione ad intra nullum in Deo esset proprium dicere. 26.58.
Differentia perfectè à genere præcisa in Deo dari non potest. 5.36.

Digitized by Google

A parte rei cum vnâ differentiâ & cum negatione aliarum coniunctum genus fundamentum præbet distinctioni vniuoce. 5.37.
Differentia alia formalis & intrinseca, alia materialis & quasi extranea. 18.107.
Differentia per se quid sit? 115.

Dilectio. Displicentia. Distantia.

Dilectio *Dei præciso ordine ad creaturas non terminaretur ad essentiam sub ratione boni præcisâ ratione veri.* 3.114.
Deus necessariò diligit seipsum, 14.9
Vt finem creaturarum existentium liberè quoad exercitium amat. possibilium necessariò. 10.
Deus necessariò diligit creaturas possibiles. 27.
Existentes amat liberè, necessariò ex suppositione. 14.34.
Displicentia *propriè non sit in Deo* 14 100.
Distantia *vnius Angeli ab alio mensuratur extrinseca mensura spatij localis.* 7.92.
Distantia vel positiua, vel negatiua necessaria est ad motum localem. 8.39.
Aliqua debet intercedere inter oculum & obiectum visibile. 9 53.

Distinctio. Diuersitas.

Distinctio *realis nulla in Deo admittenda, nisi quæ fundatur in reali origine & processione, cùm alia omnis ex limitatione proueniat.* 18.3.
Distinctio per relationes cur non repugnet in Deo. 19.2.
Distinctio realis & incommunicabilitas idem sunt in diuinis. 19.38.
Distinctio in diuinis debet, esse inter suppositum producens & productum, & inter potentiam proximè productiuam & terminum producibilem. 19.74.
Distinctio personarum cur sit realis formaliter, & non constitutio personarum. 20. 17.
Quotuplex genus distinctionum secundùm Scholasticos?
Essentialis quâ vna quidditas existens distinguitur quidditatiuè ab alia existente. Realis quâ res distinguitur à re: Formalis quâ quidditas vnius non est quidditas alterius: Modalis, quæ est inter quidditatem & modum. 3.23.
Nulla distinctio ex naturâ rei intercedit inter attributa diuina & essentiam. 3.25.
Theologica est distinctio ex naturâ rei. 3.26.
Omnis distinctio præter eam quæ fundatur in essentiali oppositione relatiuâ prouenit ex limitatione & finitate extremorum. 3. 34.
Diuersæ emanationes ex natura rei non necessariò arguunt distincta principia. 3.35.
In se distinctum potest obiectiuè distingui in ordine ad varios conceptus inadæquatè exprimentes eandem rem secundùm varias perfectiones in ea virtualiter distinctas. 3.96.
Perfectiones in Deo virtualiter distincta quomodo & quando cognoscantur. 3.106.
Distinctio virtualis incompleta in Deo est ipsa plenitudo diuini esse vt conceptibilis per æquiualentiam ad plura actu distincta. 3.112.
Ex eo quòd aliquid sit ratio maioris distinctionis, non rectè infertur, quòd etiam possit esse ratio minoris distinctionis. 3.115
Distinctionem realem. 3.153. *Distincta virtualiter admittunt inter se ordinem virtualem.* 166.
Omnis distinctio virtualis fundatur in actuali. 3.167
Distinctio virtualis in attributis diuinis est sufficiens fundamentum ad demonstrationem in quid de Deo faciendam. 168.
Distinctio virtualis sufficit ad rationem mensuræ. 7. 15.
Diuersitas *omnis fundatur in aliquâ distinctione.* 3. 148.

Dominium. Donum. Duratio.

Dominium *perfectissimum, quod habet Deus super creaturas vt sic non arguit intimam Dei in creaturis præsentiam: consistit in potestate vtendi illis ad quemcunque vsum possibilem sibi placitum: Discrimen inter dominium Dei, & Regis terreni.* 8.21.
Deus nullam habet in creaturis limitationem dominij. 16. 78.
Donum *habet rationem doni ex affectu, fine, effectu.* 12. 227.
In donis gratuitis non est acceptio personarum, sed in debitis. 15.32
Donum frequenter in scriptura pro Spiritu S. vsurpatur. 25.143. *Doni ratio proprijssimè & soli Spiritui S. conuenit.* 151. *Donum quid?* 152.
Donatoris conceptus non est proprius Spiritui S. sed appropriatus. 156.
Doni ratio cur non conueniat Filio? Donum in liberalitate fundatur. 158.
Duplicem requirit distinctionem & ab eo à quo donatur, & ab eo cui donatur. 27.160.
Doni ratio constituit personam Spiritus S. inadæquatè tantùm. 27.170.
Donum est alicuius possessoris donum vel dominio vel origine. 27.172.
Dona alia sunt naturalia, alia supernat. quæ ad effectum prædestin. iuuare possunt. 15. 136.
Non omnia dona naturalia sunt effectus diuinæ prædestinat. 146. *Sed ea, quæ per modum medij aut dispositionis actu conferunt ad consecutionem gloriæ vel incrementum.* 147. *Omnia dona supernat. in prædestinato sunt effectus diuinæ prædestinat.* 152. *Etiam peccato interrupta.* 13.161.
Nullum donum naturale aut supernat. est in reprobo effectus reprobationis. 16.62
Duratio *creata analogicè conuenit cum æternitate: est propria mensura, quæ cuiusque rei creatæ esse mensuratur.* 7.2
Duratio importat quietem & stabilitatem. *ibid.*
Duratio qua mensurantur operationes indiuisibiles Angelorum est diuersa ab æuo & tempore continuo. 7.81.
Hæc duratio est instans temporis discreti formaliter indiuisibile, virtualiter diuisibile. 82.
Durationi creatæ vt sic opponitur æternitas. 7.29.
Duratio creata habet sub se æuum & tempus: 29.
Supra existentiam addit permanentiam in esse: 65. *Non distinguitur à parte rei à durante re.* 7.68
Duratio ad tempus se habet successiuè, locabilitas ad spatium permanenter. 7.73.
Duratio angeli prius altero creati dicitur maior solùm per connotationem rei extrinsecæ. 7.74.
Duratio beatitudinis supernatur. est æuum. 7.83.
Mensura durationis operationis externæ angeli est tempus continuum, 85. *& operationis internæ hominis.* 7.86.
Duratio materiæ cum Scoto & veræ sententia est æuum, secundùm Thomistas est instans temporis discreti. 7.87.

Vide, Æuum. Æternitas, Tempus.

Ecclesia. Effectus. Efficiens.

Ecclesia *definire potest aliquid de cuius essentia est controuersum inter Doctores.* 10. 32.
Ecclesiæ declaratio est necessaria conditio sine qua obiectum fidei non censetur sufficienter propositum, vt credatur saltem ab omnibus. 1.41.
Effectus *infiniti cùm continentur secundùm formalem suam rationem in causa arguunt illam infinitam.* 3. 3. *effectus non importat tantùm distinctionem realem, sed etiam dependentiam à principio producente.* 18.7.
Effectus cur æquè procedat à causa 1. ac à 2. 27.99. *ab accidente productus cur non respiciat per subiectum, à quo accidens in suo esse completur.* 27.134.
Esse effectuum determinat potentia actiua factiua. 6.21.
Effectus non necessariò requirit intimam præsentiam agentis. 8.16. *& seq.*
Effectus supernat. potest secundùm rationem saltem generi-
cam

Digitized by Google

ricam accipere esse ab efficiente naturali. ... 9.253.
Effectus substantialis dependet ab accidente secundum rationem genericam entis. 9.255.
Effectus connaturaliter postulat videri, cùm causa intuitivè videtur. 9.385.
Æquiuocus non continetur formaliter, sed eminenter in causa. Eius intuitiua cognitio non necessariò sequitur ex intuitione causæ. 9.394.
Effectus in causâ proximè abstractiuè cognoscitur. 9.396.
Effectus ab actione vt terminus à via distinguitur. 14.96
Effectus habet per actionem accipere plusquam actionem. 23.76.
Efficiens causa aut exemplaris quod non limitat, à nullo, neque etiam à seipso limitari potest in genere causæ formalis. 4.2. In ratione efficientis causæ vniri potest Deum causis creatis. 15.30.
Quod efficienti causæ ad producendum deest, potest extrinsecè suppleri. 9.131.247
Efficiens & finis, quando in eandem rem coincidunt, sibi mutuò proportionantur. 191.
In agente creato est effectiua vis, quæ si coniungitur cum concursu naturali est naturalis, si cum supernat. est supernat. 253. Ab efficiente naturali potest effectus supernatur. accipere esse saltem secundùm rationem genericam. 9.233.

Ens. Ens, Supernaturale.

Entis ratio explicitè solam dicit rationem essendi, implicitè quidquid inferiora ipsa dicunt. 3.136.
Ad Ens supernat. euidenter cognoscendum non potest intellectus humanus habere medium aliquod à natura petitum. 1.10.
Non entia, Alia essentialia, alia non entia accidentalia. 26.171.
Ens per essentiam non potest multiplicari. Quod non limitatur ab alio efficienter vel exemplariter, nequit à se ipso limitari. 4.2. Entis & perfectitatis rationes in composito non manent inuicem condiuisæ nequidem per rationem. 5.16.
Ens implicitè importat rationem perfectis, 3.137.
De ente in abstracto potest prædicari perfectas propter rationem analogiæ, quæ se mutuò includunt. 3.138.
Enti maiorem explicationem addit perfectas in constitutione substantiæ. 3.143.
Ens non componit metaphysicè cum inferioribus à quibus non prescindit. 5.18.
Ens spirituale attingi non potest ab vlla potentia corporea: minùs distat à potentia corporea, quàm Deus ab intellectu creato in ratione entis, non autem in ratione potentiæ & obiecti. 9.130
Entis ratio in effectu supernat. producitur ab agente naturali. 9.253. Tam ens quàm non ens sunt obiectum diuinæ potentiæ. 17.55.58. Non ens essentiale nullo modo est obiectum potentiæ diuinæ. 56. Non esse creaturæ est obiectum remotum diuinæ potentiæ. 17.60.
Entia Rationis, quæ actu fingũtur cognoscit Deus scientia visionis, quæ verò numquam finguntur cognoscit scientia simplicis intelligentiæ. 12.272.
Errores cauendi in Mysterio SS. Trinitatis. 29.1.
Error, & Errori proximum quid sit. 29.3.4.

Esse, Essentiale, Essentia Dei.

Essentia diuina & Relationes non sunt ratione Theologica distinguendæ. 3.26.
Non aliud est sapientia Dei, aliud essentia, cui hoc est esse, quod sapientem esse. 3.55.
Esse Dei à posteriori demonstrari potest: 22. Non à priori: Esse est prima perfectio quæ Deo competit, & radix cæterarum. 2.10.
Essentiale aliquot modis sumitur. 19.112
Esse seu existere vnum est in Deo absolutè loquendo sine vlla limitatione. 19.188.
Essentia vel alia ratio absoluta in diuinis non potest esse principium producendi quo. 23.14. & seqq.
Essentia diuina produci: damnata est propositio: 23.17. & seqq.
Ipsi nec per accidens conuenit producere. 18.
Cur non fundat realem respectum relationis ad personas productas? 20.
Nulla perfectio absoluta potest esse, ne partialis quidem, ratio producendi. 23.21.
Essentia Dei est eminentialis species personarum: 26.97.
Vt directè terminans dilectionem, & prior illa, est inadæquatè constitutiua Deitatis. 3.65.
Essentiam rei non participat quod caret prædicato essentialis illius rei. Hæc ex integra constitutione omnium prædicatorum essentialium consurgit. 1.19.
Essentia diuinæ constitutiuum est ratio prima secundùm perfectionem explicitam & implicitam, quam essentialiter importat. 3.69.
Ipsum esse secundùm totam plenitudinem essendi. 79.
Esse est actualitas omnium actualitatum. 80.
Esse diuinum est analogum ad omnes perfectiones diuinas. 130.
Essentia diuina potest prædicari de attributis in abstracto, eò quòd illa analogicè includit. 138.
Essentia & atributa diuina non propriè se mutuo includunt. 3.147.
Deum per essentiam intimè esse coniunctam, & indistantem rebus. 8.52.
Essentia diuina species expressa in qua, clare expressiua eius esse, repugnat. 9.73.
Essentia diuina sine attributis vel personis videri non potest. 321. Vt liberum decretum aut speculum voluntarium creaturarum, non est proxima ratio efficiens visionem harum potiùs creaturarum. 9.454.
Deus non cognoscit futura libera in sua essentia proximè visa vt causa. 9.120.
Essentia diuina antequam actu cognoscatur à Deo est tantùm remotum exemplar creaturarum. 13.14
Vt actu cognita à Deo est exemplar, non idea creaturarum. 15. Est idea creaturarum vt est species expressa earum. 13.71
Non omne quod est idem re cum alio est illi essentiale. 3.51. Essentia creata essentialiter includit identificationem propriæ existentiæ. 3.51.

Euidentia. Exemplar.

Euidentia in attestante stare potest cum ineuidentia obiecti, atque adeò cum essentiali ratione Dei. 1.16
Euidentia est prædicatum essentiale scientiæ & primum constitutiuum ipsius. Ipsa, non certitudo, scientiam distinguit primò ab omni alio actu, qui scientia non est. 1.10.
Euidentia alia rei, alia extrinsecæ attestationis: Hæc non sufficit ad assensum scientiæ, qui debet esse per proprium testimonium, quod in rei euidentiâ consistit. Licet cogat intellectum ad assensum præbendum. 1.27.
Exemplar est primum directiuum in aliud non reducibile. Discrimen eius ab ideâ. 13.13.
Vnum est exemplar, idea verò plures in Deo. 13.32.
Deus non est exemplar earum perfectionum, quæ sunt incommunicabiles creaturis. 13.33.
Exemplar quomodo ab imagine differat. 26.191.200.
Exemplata artificialia an habeant perfectam rationem imaginis. 26.196

Existentia, Existere Dei.

Existentia relatiua ratione distincta ab existentiâ absolutâ datur in Deo. 19.172. & seq.
Existentia debet proportionari essentiæ rei. 19 178.
Existentiæ relatiuæ nequeunt dici partiales quia cum nulla alia componunt. 19.183.
Existentia absoluta natura terminatur existentijs relatiuis, non in ratione existentiæ, sed subsistentiæ. 19.190.
Quælis relatiua est completa in suo genere, non in

Digitized by Google

omni genere relatiuæ. 19.191.
Existentia absoluta dat naturæ diuinæ quidquid requiritur ad perfectè & completè existendum, vnde à proprietatibus relatiuis non habet natura diuina vt perfectè existat. Existere incommunicabiliter tantùm habet natura diuina à relationibus. 21.19. & seq.
Existentia absoluta natura diuinæ etiam vt ratione præcisæ à substentys relatiuis est in genere existentiæ perfectissima: 21.10. & seq. relatiuæ quomodo compleant naturam & existentiam naturæ vnũ existens cum essentiâ creatâ Deus facere non potest. Existentiâ à se distinctâ existere nulla essentia creata potest. Effectus formalis existentia est ponere rem extra suam causam. 5.27.

Fides. Filius Dei.

Fides est simplex adhæsio ad obiectum ex testimonio diuino media illustratione supernat. applicato. 1.1.
Fidei regulæ sunt traditio Apostolica, Authoritas Ecclesiæ, & Scriptura sacra. 1,16.
Fides ad credendum non nititur rationis discursu. Ad obiectum tendit per testimonium extrinsecum, quod de se numquam aptum est parere obiecti euidentiam. 1.17.
Fidem & opinionem, cùm formidinem includant à virtutibus intellectualibus excludit Arist. 1.29.
Fides infusa augetur non quidem physicè, sed meritoriè, ex assensibus Theologicis procedentibus ex assensibus principiorum creditorum fide diuina. 1.60.
Intenditur moraliter etiam ab actu fidei diuinæ non meritorio. 61.
Alia virtualis & implicita, alia formalis & explicita. 1.74.
Fides cur in beatis non maneat & tamen maneat habitus Theologicus. 1.126. & 128.
Fidei assensus fertur in Deum vt veracem medio verbo mentis. 9.59.
Fide credita obiecta in viâ, excepto iudicij die, vident beati in verbo. 9.443.

Vide Mysteria Fidei.

Filius Dei est sapientia genita de sapientiâ generante, quo sensu verum sit. 18.64.
Quomodo procedat vt verbum. 114.162. & seqq.
Filius vnitatem minimum specificam naturæ postulat cum principio producente. 18.133
Ratio Filij non reperitur nisi in imagine perfecti viuentis. 137.
Filij ratio essentialis in quo consistat? 144.
Filius non debet procedere similis in notionalibus sed tantùm essentialibus. 18.269.
In Filio prius ratione concipienda est potentia spiratiua, quàm referatur ad Patrem. 19.77.
Filiatio diuina qua relatio est, formaliter sustentat humanitatem Christi. 19.203.
An possit distinguere Filium tam à Patre quàm à Spiritu sancto. 20. 60.
Filium generari intellectu quomodo verum. 23.25. & seq.
Filij notio est filiatio. 24.3.
Filius habet veram rationem principij notionalis, non tamen eodem modo quo pater. 25.8. & seq.
Cur non possit dici principium & fons totius diuinitatis. 25. n.47. & d.26.17. & seq. Spiritus S. Auctor absolutè dici potest. 25.19. & seq. Solus propriè dicitur verbum. 26.17. & seq.
Filius intellectualis debet vi sua processionis similitudinem naturæ & intentionalem obiecti accipere, & ex vtraque relatione filiationis & verbi constitui. 26.28.
Filius verbum Patris principiatiuè, verbum creaturarum terminatiuè. 26.48. & seq.
Filius solus in diuinis est propriè imago. 26.192. & seq.
Filius vi nominis explicitè importat aliquid quod non importat verbum; tam ratione naturæ communis quàm proprietatis personalis. 26.77.
Filius increatus procedit ab exemplari præcognito, 200.
Filius in humanis cur dicatur habere perfectam rationem imaginis sui parentis. 205.
Filij persona adæquatè constituitur per respectum filiationis, verbi & imaginis. 26.224.
Filius Dei nullam habet notionem communem cum Patre, quomodo intelligendum. 27.40. Non distingueretur à Spiritu S. si eum non spiraret. 59. Pro formali suo conconstitutiuo non habet filiationẽ vt præcisam ab ordine ad Spiritum S. filiatione distinguitur à Spiritu S. virtualiter, spiratione actiuâ formaliter. 66.
Qua Filius non est formaliter proximum principium producendi Spiritum, sed qua spirator. 71.
Distingui posset à Spiritu etiamsi actu illum non produceret, modò haberet aptitudinalem processionem in ordine ad Spiritum. 75.
Filius non ita proprie spirat sicut Pater, verane? 27.87.
Filius principaliter spirat, falsa. 86.
Filius immediatè tantùm spirat. 90.
Filius spirat propter Patrem, non videtur absolutè admittenda. 94.
Non se habet vt vsuarius tantùm respectu virtutis spiratiuæ: 104.
Filio conuenit virtus spiratiua à Patre, non tamen liberè ac proinde non minùs propriè ac Patri. 27.105.
Filio cur non competat propria ratio doni, cùm sit donabilis? 27.158.
Non venit in mundum à seipso, sed à Patre missus. 28.53.
Filius totus generatur, vera propositio. 28.53.
Filiatio est de paternitate falsa propos. Filius vel filiatio est ex paternitate impropria sed vera propos. 61.
Filiatio est in paternitate, paternitas in filiatione, spiratio actiua est in passiuâ, & passiua in actiuâ propositiones veræ. 29. 79.
Filius & Spiritus S. posteriùs origine, non duratione, quàm Pater, intelligunt essentiam. 9.338.
Filius dat Patri aliquam beatitudinem obiectiuè, non originatiè. 9.339.

Finis. Finitum, Futurum.

Ultimus finis omnium, quo vlterior excogitari non potest, est Deus: Omne agens intellectuale agit propter finem aliquem. 3.17.
Finalis causa verbi mentis est vt suppleat defectum absentiæ obiecti. 9.83.
Finis & efficiens quando in eandem rem coincidunt, sibi mutuo commensurantur. 9.191.
Discrimen inter causam finalem & idealem. 13.31.
Finis, si dependeat à concausa, potest nec dum esse efficaciter intentus in se, cùm intenduntur efficaciter media. 16.120.
Finis in agibilibus quomodo se habeat. 1.150.
Res finita non potest correspondere spatio infinito. 7.73.
Finita species nequit clarè repræsentare Deum infinitum. 9.75.
Finito actu vident beati Deum infinitum. 78.
Finita virtus altioris ordinis potest producere infinita inferioris ordinis si illa eminenter & non formaliter contineat. 9. 410.
Finitus intellectus potest successiuè intelligere infinita. 9. 418.
Finita tantùm obiecta potest attingere habitus etiam successivè, non infinita. 9.428.
Futurum non inuenitur in æternitate. Dicit rem nondum esse habituram esse. 7.8.
In quo admitti potest ratione complementi desumpti ab operationibus. 7.70
Futura liberæ in Deo videri nequeunt, nisi visis actibus liberis diuinæ voluntatis. 9.348.
Futura alia absoluta, alia conditionata. 26.152. conditionalia numquam habitura sunt existentiam; habitura si poneretur conditio. 12.2.
Futurum contingens à casu est simpliciter necessarium & certo

Digitized by Google

certo cognoscibile in suis causis. 12.53.
Errauit Cicero negans Deo præscientiam futurorum liberorum. 54. *Futura contingentia libera omnia Deus certò prænoscit.* 12.55. & seqq.
Implicat realis præsentia futurorum in æternitate. 70.
Etsi ea possibilis foret nec dum esset Deo prima ratio cognoscí futura. 77.
Futura libera non cognoscunt Angeli. 12.72.
Futurũ non repugnat æternitati extrinsecè & connotatiuè 12.84. *Futura in sua futuritione cognoscere quid sit.* 86.
Futurum contingens nullâ factâ suppositione rei futuræ nullam habet veritatem, & vt sic non est certò cognoscibile. 98.
Factâ suppositione rei per propositionem enunciatæ futuræ, fit determinatè vera, nec tamen propositio est prima ratio cognoscendi futurum: 99.
Propositio enuncians futurum præcedit duratione, non causalitate existentiam rei futuræ. 12.100
Futurorum contingentia tolleretur, si propositio ante suppositionem esset determinate vera. 12.103.
Futura libera non cognoscit Deus certò in suis causis proximis. 12.108. *Nec in suâ essentiâ proximè visa vt causa.* 120.
Neque in suis ideis independenter à quocumque alio. 121.
Idea est Deo ratio cognoscendi futura positâ determinatione ipsorum ad esse futuri. 12.122.
Futura quæ solùm pendent ex voluntate Dei Deus certò cognoscit in suo decreto: 128.
Futuros effectus dependentes à voluntate creata non potest Deus infallibiliter cognoscere in decreto suo vt in ratione proximâ cognoscendi. 12.130.
Deus futura cognoscit in seipsis pro eâ duratione quâ extitutura sunt extra suas causas. 12.140
Futura Deo repræsentantur vt existentia pro vno tempore, futura vel præterita pro alio. 12.141
Et hoc quidem ab æterno. 142. *Futurorum præscientia nullo pacto arbitrij libertatem ladit.* 12.148.
Futura conditionata sunt extra statum possibilem obiectiuè, non subiectiuè. 12.235.
Futura conditionalia disparata quæ? 12. 237.
Quomodo cognoscuntur à Deo? 241.
Vide Scientia.
Gaudium *proprium ac verum habet Deus respectu proprij boni, & boni creaturæ.* 14. 13. *discrimen gaudij & amoris Dei.* 14.170.

Genus. Generatio.

Genus *dupliciter potest per differentiam ad certam speciem contrahi:* 18.109.
Perfectè à differentia præcisum in Deo dari non potest:
Omne genus dicit quid potentiale & perfectibile per differentiam. 5.36.
Generis natura à parte rei coniuncta cum vna differentiâ & cum negatione aliarum differentiarum, præbet fundamentum distinctioni vniuocæ. 5.37.
Genus & species de Deo à S. Damasceno prædicantur impropriè & similitudinariè. 5.42.
Generatio *cur requirat adæquatam similitudinem termini procedentis cum principio producente.* 158.
Ad eam non est satis principium vitæ materialiter concurrere. 18.45
Generationis nomen per prius dicitur de generatione intellectuali quàm materiali. 18.165.
Ad generationem non sufficit communicati principium productiuum quomodocumque, sed iuxta exigentiam essentiæ generationis. 18.182.
Generationis definitio quomodo intelligenda. 18.181.
Generatio & spiratio actiua in Patre non distinguitur realiter. 27.61. *Generare & spirari an sit habere naturam contrarijs modis?* 63.
Generatio passiua & spiratio præciso ordine vnius ab alia, non sunt inter se formaliter distincta: Generatio actiua est prima, tantùm virtualiter, non prima realiter respectu spirationis actiuæ. 68.
Generatio & spiratio passiua, ex suppositione quod vna non esset ab alia, non essent duæ productiones adæquatè & virtualiter. 27.69.

Gloria. Gratia.

Electio bonorum ad gloriam facta est dependenter à meritis. 15.61. *Prob. Authoritate scripturæ.* 62.
SS. Patrum. 66. *Ab absurdis oppositæ sent. Rationibus.* 83. *Gloria prædestinatis redditur à Deo, vt à iusto iudice.* 15. 92.
Quomodo bona opera prædestinatorum habent veram causalitatem causæ meritoriæ respectu consecutionis gloriæ. 15. 95.
Ordo decretorum Dei circa prædestin. ad gloriam. 101.
Paruuli ad gloriam non prædestinantur ex meritis, sed illam vt hæreditatem accipiunt. 15. 103.
Gloriam animæ non habuit Christus ex meritis. 127.
Gloriam corporis habuit dependenter à meritis, & Vnione hypostatica. 128.
Gloria non est connexa cum gratia actuali præueniente, vt fructus cum semine, sed cum habituali. 15.129.
Nemo fuit à gloriâ efficaciter exclusus donec fuerunt eius demerita præuisa. 16. 45.
Non excludit Deus à gratiâ efficaci vt excludat à gloriâ; eligit ad gratiam efficacem vt eligat ad gloriam. 16. 49.
Gratia *est simpliciter perfectior lumine, gloriæ licet lumen sit perfectius secundum quid gratiâ.* 9. 265.
Gratiam connaturaliter ab intrinseco exigere creatura non potest. 7.41.
Gratia in Patria mensuratur æuo siue æternitate participata. In via instanti temporis discreti ordinis supernat. 7.84. *nulli substantiæ creatæ connaturalis esse potest.* 9.163.
Gratia mysteria nulla substantia creata naturaliter cognoscere intuitiuè potest. 6.169.
Gratiæ productio non petit concursum potentiæ creatæ, quia non est actus vitalis. 9.230.
Gratia non immediatè, sed mediantibus habitibus infusis operantur. 9.266.
Gratia non potest supponi infallibiliter congrua ante consensum sub conditione futurum. 12.222.
Optimè conciliatur libertas cum gratiâ congruâ. 225.
Ad gratiam congruam impetrandam semper necessaria oratio. 233.
Gratia iustificans eiusq; incrementum adultis in æternitate præuisa merita futura. 15.104
Ex bono vsu gratiæ futuro Deus non prædestinat hos præ aliis. 15.27.
Exclusio à gratiâ efficaci saltem in angelis nullam supponit causam. Gratia nequit tribui propter bonum vsum ipsius gratiæ futurum: nec gratia efficax negari propter peccatum, quod ex negatione talis gratiæ sequetur. 16.47.
Angeli ad gratiam electi sunt independenter ab ipsorum meritis: omnes admissi sunt ad primam congruam, licet non omnes ad congruam finalem: Non omnes homines admissi sunt ad primam gratiam congruam. 16.71.
Non omnis gratia præuisa est efficax in B. Virgine. 12. 238.
Implicat creatura, quæ cum nullo auxilio gratiæ in quibuscumque circumstantijs oblata consensura sit. ibid.
Gubernatio *Vniuersi ordinata arguit Deum esse vnum.* 4. 4.
Gubernator *dicitur Deus non per mutationem sui sed creaturæ.* 6.24.

Habitus, Hæresis.

Habitus *specificationem sumit ab obiecto formali: Speculatiui obiectum formale est medium quo ostenditur conclusio.* 1. 43.

Digitized by Google

In habitu naturali principiorum & conclusionum motiuum assentiendi est diuersum, ipsa sc. connexio terminorum, quæ alia est in principijs, alia in conclusionibus. 1.37.
Habitus Fidei potest se de nouo extendere ad conclusionem, ad quam antea se non extendebat. 1.41.
Ab habitu acquisito habitus infusus per se quomodo discriminetur. 60. *Habitus supernaturales alij infusi, alij acquisiti:* 76.
Infusi non possunt augeri à propriis actibus physicè, eò quod sint ad instar potentiarum, quæ per actus non augentur: 60.76.
Acquisiti supponunt infusos vt potentias, & tantùm conferunt in operando facilitatem, & ab actibus proprijs physicè intenduntur. Habitus seu naturalis, seu supernaturalis acquisitus sunt ipsæ species actuum in potentiâ relictæ. 1.76.
Habere *aliquid à se, & habere illud origine priùs differunt.* 26.177.
Habitus supernat. in patriâ mensurantur æuo sine æternitate participatâ: 7.84.
In viâ instanti temporis discreti ordinis supernat. 7.84.
Habitus & species impressa actione distinctâ producunt actus vitales: 9.69.
Habitus supernat. nulli substantiæ creatæ esse connaturales possunt. 163. *infusi non producuntur coagente potentiâ, quia non sunt actus vitales.* 9.230.
Habitus nequit ad infinita tendere, vt potentia, quia ille vt causa proxima & particularis influit, non intellectus. 428.
Habitus qui est in Christo, rerum post diem iudicij futurarum, rationes genericas tantùm & specificas repræsentat. 43'.
Habitus inclinant ad obiecta formalia non quomodocumque, sed cum respectu intensionis. 9.484.
Implicat habitus, qui in hac vita postulat personas Diuinas substantialiter præsentes. 28.73.
Hæresis *& hæresim sapiens quid sit.* 29.2.& 5.
Hæreticus *esset qui negaret conclusionem vt deductam materialiter ex principio reuelato. Qui verò illam negaret vt deductam formaliter, non esset; sed præsumeretur hæreticus, eò quòd non præsumeretur negare ipsam euidentem deductionem, sed principium reuelatum, ex quo illa euidenter deducitur.* 1.41.
In hæretico manet habitus theologicus acquisitus ex assensibus fidei humanæ. 1.58.

Homo. Hypostasis.

Homo *à Scholasticis cur dicatur imago Dei imperfecta?* 26.202.
Nequit homo exigere admiratiuitatem, & cum ea non exigere risibilitatem. 7.43.
Homo non habet naturalem appetitum ad videndum Deum clarè in se. 9.17. *elenatus ad statum supernat. dici potest habere naturalem appetitum ad claram visionem Dei.* 9.18.
Hominem efficienter beari à re creatâ instrumentaliter, non repugnat. 9.94. *Humanus intellectus & angelicus habent eundem modum intelligendi in visione.* 9.288
Homini viatori quia conuenit subire certamina non debetur de ordinariâ potentiâ visio. 493.
Nullus purus homo viator de facto vidit Deum clarè in se ipso. 9.5. & 502.
Humanitas *Christi sustentatur à filiatione diuinâ quatenus relatio est formaliter.* 19.203.
Hypostasis *immediatiùs ordinatur ad naturam quàm ad proprietates naturæ.* 18.124.*seqq.*
Hypostasis triplex in Deo, à S. Hieronymo, dum negari videtur, quid dicendum. 2'.27.
Hypotheses *impossibiles duplicis generis.* 12.27.
Hypotheticæ propositiones *quando destruunt se ipsas.* 30.79. *Vide plura de ijsdem.* d.27.44. & n.45.

Idea. Identitas. Idolum.

Ideæ *ratio an propriè sit respectu diuinarum personarum.* 26.200.
Idea est posterior in Deo concipienda attributis ad essentiam in communi spectantibus: prior attributis voluntatis. 3.169.
Idea diuinè non omnes videntur à Beatis. 9.306.
Non videntur formaliter creaturæ in Deo vt in Ideâ. 377. *sed remotè mediatè.* 9.397.
Idea suæ ideata repræsentant proximè & immediatè ei intellectui cuius sunt propriè ideæ. alienum intellectum terminant solum secundùm esse subiectiuum. 9.397
Idea diuinæ independenter à rebus sunt rerum affectrices. 12.50.
In suis ideis non cognoscit Deus futura libera independenter à quocumque alio. 12.121.
Idea est Deo ratio cognoscendi futura posita determinatione ipsorum ad esse futuri. 122.
Idea diuina non solùm essentiales connexiones terminorum repræsentant, sed etiam accidentiales & contingentes, attamen inuariabiliter. 12.123.
Verè in Deo dantur ideæ. 13.1.
Discrimen inter ideam & exemplar. Idea est immediatum directiuum in aliud reducibile; vnioccè conuenire debet cum ideato. 13.113.
Essentia diuina vt actu cognita à Deo est proximum exemplar, non idea creaturarum. 13.15.
Nec est idea creaturarum quatenus est species intelligibilis earum. 17. *sed quatenus est species expressa earum.* 13.18.
Ratio idealis in Deo est increata. 13.25.
Deus futurorum, & possibilium habet ideas. 26.
Idea essentialiter vim productiuam ideati in artifice supponit. 27. *Æternus Pater non habet ideam de æterno Filio.* 28.
Idea formaliter non consistit in conceptu formali, sed obiectiuo. 29.
Idea habet veram rationem causæ sed regulantis. 30.
Discrimen inter causam idealem & finalem. 31.
Vt ideæ plures, sic exemplar est in Deo vnicum. 32.
Deus non habet ideas earum perfectionum, quæ sunt creaturis incommunicabiles. 33.
Idea est principium dirigendi & cognoscendi ideatum. 34. *In ideis diuinis non realis, sed rationis ordo ponendus est.* 35.
Ideæ sunt communes tribus personis; per appropriationem sunt verbi. 13.36.
Identitas *plurium in tertio quomodo inferat identitatem eorumdem inter se: non tollit rationes formales eorum.* 19.94.
Identificatio *inadæquata alicuius cum aliquo in quo consistat.* 19.89
Idolum *vocatur partus potentiarum cognitiuarum distinctarum ab intellectu.* 9.70.
Ignis *eleuatur ad torquendos spiritus in genere causæ efficientis.* 9.131.
Ignorantia *inuincibilis Dei an dari possit, & quid ad eam requiratur.* 2.17.

Imaginarium. Imago.

Imaginariæ *moræ infinitæ respondet æternitas. Imaginario spacio infinito respondet immensitas Dei.* 7.7
Spacia imaginaria Deus actu occupat ratione immensitatis: 8.35. *ratione æternitatis occupat imaginaria tempora infinita.* 8.41.
Imaginarium spacium non est quid fictum ratione negatiuæ capedinis & distantiæ. in eo non est Deus per operationem & potentiam, sed tantùm per substantiam & immensitatem. 8.44.
Imaginarium spacium præter non repugnantiam capacitatis corporis dicit distantiam negatiuam. 8.47.
Imaginis *ratio ad repræsentandum expressè non saluat cur*

Digitized by Google

cur solum Verbum sit Filius. 18.130. *& seq.*
Imago naturalis requirit & vnitatem aliquam naturæ, & distinctionem realem producti à producente. 133.
Ad rationem imaginis requiritur similitudo & passiua origo. 23.19.
Imago quid, & quæ ad perfectam rationem imaginis requisita, quis finis & quomodo à similitudine differat. 26 189. *Imaginis ratio nequit Deo connenire essentialiter, sed tantùm personaliter: Imago ab exemplari quomodo differat.* 19.
In diuinis soli Filio est propria. 192. *& seqq.*
An conueniat exemplatis artificialibus? 196.
Quam similitudinem requirat sui prototypi? 197.
Intellectualis & artificialis requirit vt procedat ab exemplari præcognito. 200. *alio modo de homine, alio de Filio Dei dicitur: Imago à vestigio quomodo differat?* 202.
Conuenit Filio Dei tam ratione essentiæ communis quàm ratione proprietatis personalis. 211. *& seqq.*
Imago principaliùs dicit similitudinem quàm originem, vtrumque tamen essentialiter, & in recto. 211
In diuinis includit relationem producti ad producens; non eodem modo importatur ab imagine, ac à Filio. 214.
Imago intentionalis non debet necessariò produci ab exemplari intentionaliter mouente. 26.222.
Ratio imaginis qua est inter Deum & hominem est solùm analoga. 9 19.
Discrimen inter imaginem naturalem & artificialem. 65.
Imago non confert suum effectum formalem representandi imaginatum nisi subiecto proportionato. 124.
Imago vitalis non exprimit imaginatum nisi ei cuius est vitalis imago. 9.391.

Immensitas. Immutabilitas.

Immensitas *est in Deo prior concipienda omnipotentiâ & attributis intellectus ac voluntatis. Posterior Vnitate, Veritate, Bonitate, & attributo immutabilitatis, nec non infinitatis.* 3.167.
Ratione immensitatis est Deus aptus respondere infinito spacio reali, & de facto respondet infinito imaginario. 7.7.
Quis sit adæquatus immensitatis conceptus. 7.19.
Immensitas est posterior æternitate, cùm res prius existat quàm sit in loco: Immensum esse Deum probatur. 8.1. *& seqq.*
Immensitas re ipsa importat perfectionem positiuam disput. 8.7.
Deus fieri potest præsens rebus quibuscunque si creentur sine vlla sui mutatione. 8.8.
Discrimen inter immensitatem & præsentiam Dei. Immensitas competit Deo ab æterno & est perfectio necessaria. 8 9. *Ratione immensitatis non solùm est Deus in, sed etiam extra hunc mundum.* 8.32. *& seq.*
Immensitas non potest creaturæ communicari. 8.51.
Immutabilitatis *causa est simplicitas.* 6. *initio.*
Duplex est mutabilitas, physica & moralis. 6.4.
Deus immutabilis quacumque mutatione physica. 6.5.
Demonstratur ex quadruplici capite. 6.9. *& seq.*
Immutabilitas est incapacitas & repugnantia ad quamcumque mutationem. 6.12.
Deus est immutabilis quacumque mutatione morali. 15.
Angeli inter creaturas sunt omnibus immutabiliores. 25.
Immutabilitatem cum æternitate confundunt Patres. 7.1.
Immutabilitatis & æternitatis discrimen. 7. 23. *& 24.*
Illa infert negationem motus, æternitas temporis. 7.23
Deus sine intrinseca sui mutatione fit ex non amante amans creaturam. 14.99.
Immutabilis intrinsecè etiam scientia Dei. 12. 196. *& seqq.* 383.
Impeccabilis *nulla creatura natuliter potest esse.* 9.166. 238.
Inæqualitas *fundatur in aliqua diuersitate.* 3.148.
Inæquale dicit, quod non dicit illud, cui est inæquale. 150.
Inæqualitas diuininis attributis competit ex inadæquatâ consideratione intellectus nostri. 3.155.
Inæqualitas nulla reperitur in processione Spiritus S. respectu Patris & Filij. Inæqualitas varia vnde oriatur. 27.82.

Incarnatio, Indiuidum.

Incarnatio *non est facta dependenter à meritis Christi.* 15.45.
Incarnatio vt sic est effectus diuinæ prouidentiæ supernat.
Vt actu applicata prædestinato est effectus diuinæ prædestinationis. 5.134.
Incarnatio Christi iuxta Caiet. & Scotum quo ordine prædestinata. 22.48. *& seq.*
Quo ordine iuxta probabilem sent. 22.67. *& seqq.*
Inclusio *essentialis, vna explicita, altera implicita.* 19. 112.
Incorruptibilis *substantia partim est in actu, partim in potentia ad durandum.* 7.78. *nullam habet intrinsecam potentiam corruptibilitatis.* 7.81.
Indiuidua *plura multiplicant esse à se.* 4.7.
Diuina persona non sunt plura, sed vnum indiuiduum. 8.
Indiuidua infinita à nulla cognitione creata repræsentari possunt. 9.429. *cognosci possunt habitu.* 432.
Indiuidualis ratio in creatis, an sit etiam ratio producendi vnà cùm ratione specifica. 23. 34.

Infinitum. Ingenitum.

Infinitas *non est constitutiuum Dei siue vt attributum, siue vt est modus reliquarum perfectionum.* 3. 89.
Infinitas essendi simpliciter immediatè arguit Deum esse physicè immutabilem. 6 14
Infinitum agens vt sic minus requirit intimam præsentiam ad passum quàm finitum agens. 8. 21.
Infinita distantia negatiua extra hunc mundum est, in qua angelus moueri posset, & quam Deus actu occupat. 8. 39.
Infinitas creaturas Deus ead. virtute actus puri produceret, qua producit ad intra diuinas personas. 9.420.
Infinita foret visio Beati si videret omnia possibilia actu 404. *& seq.*
Implicat cognitio actu representans infinita indiuidua siue in. siue extra verbum. 419. *Cognosci possunt habitu.* 9 432.
Quæ in seipsis sunt infinita tantùm syncateg. in mente diuina sunt infinita categ. 12. 338. *& seqq.*
Inaniter illo argumento triumphant assertores infiniti categor. extra Deum. 353. *& seqq.*
Infinita est subiectiuè potentia actiua Dei ad extra. 17. 43. *& seq. Etiam ex parte termini producibilis.* 17. 46.
Infiniti effectus ordinis inferioris arguunt infinitam causam, si in illa contineantur secundùm suam formalem rationem. 3. 6.
Infinita vnitas excludit consortium plurium in eadem natura generica vel specifica. 4. 3.
Ingenitum *sub qua ratione sit propria notio Patris.* 24. 21
Nec potest alij attribui. 25. 31. *& seq.*
An sub aliqua ratione attribui possit Filio & Spiri S. 15. 41. *Prout dicit negationem omnis passiuæ productionis & communicationis, quomodo conueniat Patri, & quomodo entibus impossibilibus.* 43.
Ingenitum & innascibile sumi potest vel concretè, vel abstractè. 25. 50.
Ingenitum tam concretè quàm abstractè sumptum importat negatiuum & positiuum simul, negatiuum tamen principaliter, positiuum verò secundariè. 25. 51. *& seq.*
Sub quâ ratione positiuâ conueniat Paternitati? 57. *& seqq. sub qua ratione sit prius paternitate.* 64.
Ingenitum priuatiuè dicitur de Patre absque vlla imperfectione ipsius, 25. 65.
Increati *ratio quid formaliter importat.* 26. 128.
Initij *ratio importat primitatem durationis ac proinde in diuinis locum non habet.* 25. 12.

Digitized by Google

Instantia *naturæ Scotistica sanè subtilia.* 22.6. *& seq.*
Instanti temporis discreti formaliter indiuisibili virtualiter diuisibili mensuratur actio intrinseca libera Angeli. 7.81.82.
Hæc est mensura rerum permanentium ab intrinseco defectibilium. 88.
Materiæ primæ in sententia Thomistarum. 87.
Internæ hominis actionis, non tamen semper. 7.86.
Innascibilitas *est formaliter negatio, est tamen mediatè notificatiua positiuæ dignitatis personæ Patris.* 24.19.
Iuspirabilitas *cur non sit propria notio Filij, sicut innascibilitas est propria notio Patris.* 24.18.

Instrumentum, Intentionale.

Instrumentum *immediatius producit effectum, quàm causa principalis.* 27.85
Instrumentum connaturale non necessario essentialiter ordinatur ad supplendum defectum principalis agentis.
Species non est instrumentum, sed causa principalis partialis cognitionis. 9.103.
Nulla substantia creata potest esse instrumentum connaturale respectu visionis Dei, aut alterius formæ supernat. 184. *Naturale debet esse in eodem ordine cum causa principali.* 185.
Obedientiale est intellectu respectu supernaturalitatis, quæ est in visione beata. 233.
Instrumenti naturalis concursus seorsim sumptus est accidentalis, coniunctus causæ principali est substantialis. 9.255.
Intentionalis *expressio notionalium non est perfectio notionalis, sed essentialis.* 26.92

Intellectio, Intellectus, intelligere.

Naturalis exigentia potentiæ intellectiuæ est suum assensum præbere ex proprio & nõ ex alieno testimonio, cùm natura ipsius sit rem in se ipsa cernere & intueri. 1.21.
Ratio intellectus per solam certitudinem absque euidentiâ principiorum saluari non potest, alioqui assensus Fidei in articulos reuelatos erit verè & propriè intellectus, & habitus fidei infusus, qui est principium talis assensus, erit propriè habitus intellectus. 1.22.
Habitus intellectus requirit euidentiam primorum principiorum circa quæ versatur. 1.29.
Actus intellectus falsò obiecto scientiæ practicè excluditur à Scoto, *cùm etiam ipsa operationes intellectus sint regulabiles & dirigibiles per notitiam practicam priorem.* 1. 95. *considerari potest vel vt est imago obiecti, vel vt est forma subiecti.* 1.148.
Intellectio essentialis diuina determinata alia & alia relatione est actiua & passiua productio. 18.29
Non est in quâlibet personâ diuinâ productiua, & cur? 66. *quinque modis potest ad diuinam processionem requiri.* 18.70.
Intellectio differentiam suam intrinsecam desumit non ex subiecto, sed ex obiecto. 110.
Intellectus fit proximè fœcundus ad operandum per speciem intelligibilem obiecti. 18.163.
Intelligere importat solum respectum intelligentis ad obiectum intellectum. 26. 42.
Intellectus diuinus cur solâ proprietate generatiuâ determinatus sit integrum principium generandi, & non voluntas diuina solâ proprietate spiratiuâ determinata sit integrum principium spirandi. 27.141. *vt virtualiter distinctus à voluntate tantùm generat, vt indistinctus actualiter etiam spirat.* 3.45.
Intellectio in Deo à parte rei non est prior actu volitionis. 3.46. *vt directè terminata ad essentiam & non reflexè ad seipsam supponit essentiam inadæquatè constitutam.* 3.65.
Intellectiuum non est prius volitiuo secundùm rationem implicitam & explicitam simul. Intellectio in ratione explicitâ est posterior naturâ intellectiua. 3.70
Intellectiuum non est adæquatum formale constitutiuum Deitatis. Intellectio non constituit adæquatè Deum in ratione Deitatis. 3.82. *& 88.*
Intellectus diuinus qua diuinus non solùm est essentia, sed etiam voluntas. 3.140.
Intellectus diuinus vult, falsa est propositio. 3.141.
Intellectus attributum secundùm explicitas rationes perfectius est attributis voluntatis, immensitatis, omnipotentiæ. 3.154.
Est in Deo posterior concipiendus attributis essentiæ in communi. prior attributis voluntatis. 3.167.
In ratione intellectiui & intelligibilis, Deus potest componere vnum principium cum creaturâ. 5.30.
Intellectus creatus habet Deum intra spheram suam sub ratione analogæ. 9.7.
Eius specificum obiectum est ens vt includit increatum cognoscibile tantùm per aliud. 14.
Non habet naturalem propensionem ad videndum Deum visione beata. 17. *eleuari posse ad videndum Deum non est euidens:* 20. *vt potentia conceptiua non supponit, sed facit sibi obiectum.* 6.58.
Intellectio nulla esse potest sine re intellectâ vel in se, vel in suo repræsentatiuo. 9.62.
Intelligere & verbum mentis, formaliter distinguuntur. 9.67.
Ab Intelligere & verbo an distinguatur dicere. 1.68.
Partus proprius intellectus vocatur verbum; aliarum potentiarum, idolum. 9.70.
Intellectus finitus potest videre obiectum infinitum. 9.78.
Esse intelligile aut intellectiuum dum Deus communicat creaturæ, non communicat esse primum intellectiuum. 9.105.
Intelligere non est sola speciei receptio, sed est actus vitalis à propriâ potentiâ elicitus. 9.119.
Intellectus creatus non dicitur completus in ratione percipiendi Deum, quia non est completus in ratione producendi visionem: nec dicitur causa principalis visionis Dei. 9.129.
Plus distat à Deo in ratione entis, quàm potentia corporea ab ente spirituali, non in ratione potentiæ & obiecti. 130. *eleuatus ad videndum Deum obiectum supernat. non extrahitur ad obiectum alterius vitæ.* 132. *habet proportionem cum Deo in seipso visibili obedientialem, non naturalem.* 9.158
Intellectus supernaturalis nulli substantiæ creatæ potest esse connaturalis. 9.159.
Intellectui creato attribuitur visio Dei secundùm rationem vitalitatis: 80. *Is cum lumine gloriæ tantùm obedientialiter videt Deum:* 182.
Implicat naturale instrumentum præceptiuum Dei actus puri: 186.
Idem indiget aliquo lumine vt Deum videre possit: 197.
Non vt lumine tendatur, sed vt comprincipio diuersa rationis: 9.202.
Ad recipiendam formam indebitam non indiget dispositione; ad producendam formam se perfectiorem indiget comprincipio. 9.208
Intellectus Angelicus est formaliter intellectiuus & intelligibilis respectu suæ substantiæ sine alio concursu. 9.219
Intellectus Beati ad visionem concurrit actiuè. 9.227.
Intellectus creatus dicit ordinem ab obiectum supernat. incompletum & inchoatum. 9.228.
Intellectus Beati ad visionem, qua illa supernat. est concurrit vt instrumentum obedientiale, qua vitalis est, vt causa principalis. 233.
Intellectui informato lumine gloriæ connaturalis est visio beata. 9.240.
Potest intellectus creatus de potentiâ absolutâ videre Deum sine lumine inhærente. 9.246.
Intellectum non complet lumen in ratione potentiæ vitalis. 247. *Vis intellectus per assistentiam virtutis supernat. non mutatur intrinsecè.* 9.252.

Intel-

Digitized by Google

Intellectus humanus & angelicus non habent diuersum modum intelligendi visione beatâ, quia intelligunt vt conuenientes in vnâ ratione formali & genericâ. 9. 283. & 187.
Intellectus diuersitas non facit inaequalitatem visionis, sed lumen maius aut minus. 9.286.
Nobilior tunc producit effectum nobiliorem quando secundum suas rationes specificas influit in actum. 289.
Perfectior non concurrit vt perfectior formaliter ad visionem, sed tantùm materialiter. 9. 295.
Intellectus cum intelligente maiorem coniunctionem postulat, quàm intelligibile. 9.338.
Ratio formalis sub qua tendit intellectus ad Deum est intelligibilitas fundata immediatè in ratione entis. 344.
Intellectus finitus potest successiuè tendere ad infinita, non habitus; quia ille per modum causae remotae vniuersalis influit, hic vt proxima & particularis causa. 9. 428.
Intellectus in Deo cùm non distinguatur ab intellectione non habet veram rationem potentiae. 17.1. & 3.
Intellectiua vis in Deo est tantùm perceptiua obiecti, non productiua actus. 17. 3.
Intellectualitas diuina non solùm qua diuina est, sed etiam qua intellectualitas quidditatiuè dicit perfectionem spiritus. 17. 17.
Ab intellectu non distinguitur potentia actiua diuina, ex ratione formali explicitâ, nisi vt ratio includens ab inclusâ. 17. 20.
Intellectus diuinus immediatè & proximè per suam artem attingit effectus creatos in ratione operis artificiati. 17. 36.

Vide visio, cognitio.

Ira *in Deo cur admittenda non sit.* 14.100
Iustitia *est posterior in Deo concipienda attributis, tam essentiae in communi quàm intellectus.* 3. 167.
Iustitia quomodo sit in Deo. 14.100
In Iustis est Deus specialiter per gratiam, per identitatem, assumendo ex eo aliquid & per vnionem hypostaticam. 8. 59.

Liberalitas. Libertas. Liberum.

Liberalitas *in quonam actu reperiatur.* 27.158.
Libertas *voluntatis in eo consistit vt dum elicit actum possit non elicere, etiam in sensu composito.* 12.108.
Optimè conciliatur libertas cum gratiâ congruâ. 225.
Nullo modo cum physicâ praedeterm. 235.
Nec libertas Christi cum potestate petendi dispensationem à praecepto. 236.
Libera in Deo sunt posteriora necessarijs omni posterioritatis genere. 26.162.
Cur pendent à cõmuni consensu & deliberatione omnium personarum? Liberum decretum Dei potest origine praecedere Filij & Spiritus S. productionem. 164.
Est aliquid Dei, sed liberum, atque adeò ad comprehensionem Dei minimè necessarium. 26. 176.
Libera futura pendentia à voluntate creata non potest Deus infallibiliter cognoscere in decreto suo tanquam in ratione proxima cognoscendi. 12.130.
Liberi arbitrij libertatem non ledit praescientia futurorum. 148. *Ei nihil officit suppositio de futuro.* 12.151.
Libertas contradictionis non est in Deo. 14.33.
Libera volitio non est perfectio intrinseca in Deo qua potuit in Deo non esse. 48.
Falsum est nullam dicere perfectionem intrinsecam in Deo. 153. *Non addit supra essentiam solum respectum rationis.* 73.
Non saluatur per practicum iudicium rationis praecedens de indifferentiâ medij in ordine ad finem consequendum. 77. *Nec completur per extrinsecam productionem obiecti actum liberum in recto constituentis.* 14.79
Voluntas Dei *non tantùm est libera qua est principium effectuum, sed etiam qua est vitalis.* 14.81.
Volitio libera in Deo est ipse actus necessarius vt liberè connotans extrinsecam productionem effectus liberè à se pendentis. Libertas per modum principij, alia per modum actus. 14.82
Libera volitio & nolitio, sunt intrinsecae perfectiones vitales in Deo. 90.
Deus non est liber quoad vitalem tendentiam quam in recto dicit actus liber, sed solùm quoad connotationem extrinseci termini. 91.
Liber actus Dei aliquando est pura nolitio, interdum odium & displicentia. 82.
Nulla necessitas cogit ponere in Deo praedefinitionem liberorum actuum. 14.147
Praedefinitio actuum non tollit libertatem. 14.150
Ex bono vsu liberi arbitrij futuro Deus non praedestinat hos prae alijs. 15.27.
Libertatem creaturae in ipso fine acquirendo non saluant qui dicunt Deum praedestinasse independenter à meritis. 15.70.
Eadem actio est liberum exercitium Dei & nostrum, modo diuerso. 15.173.

Vide Decreta.

Locus. Logica. Loqui.

Loco *infinito non potest respondere nisi locabile infinitum.*
Locabilitas se habet ad spatium permanenter, duratio ad tempus successiuè. 7. 73.
Locale spatium est mensura extrinseca distantiae vnius angeli ab alio. 7.92.
Localis motus essentialiter est successiua acquisitio spacij. 8. 39.
Deus non est propriè in loco. 8.58.
Logica *omnes speculatiuas scientias practice dirigit per certas regulas formae syllogisticae.* 1.95.
Loqui *& Locutio cui conueniat?* 26.22.
Locutio Patris ad Filium in quo consistat. 26.37. & seqq.
Loqui & dicere diuinum siue ab intra siue ad extra quomodo differant. 26.41.
Loqui competit soli Patri. 45.
Locutio Dei ad extra creaturis intellectualibus varia & multiplex. 54.
Locutio actiua & passiua in diuinis quid importent adaequatè. 26.74.

Lumen Gloriae, & Lumen Fidei.

Lumen supernaturale secundum Henricum triplex est, obscurum Fidei, clarum Patriae & euidens viae. 1.3.
Lumen Fidei cum sit essentialiter obscurum non potest causare notitiam euidenter claram. 14.
A lumine naturaliter distinguitur, quòd illud tẽdat ad obiectum per testimonium extrinsecum, quod de se numquam aptum est parere obiecti euidentiam; hoc verò tendat ad obiectum per medium intrinsecum, quod de se aptum est obiecti euidentiam parere. 1.17.
Lumen aliud se tenens ex parte potentiae, aliud ex parte obiecti. 1.144.
Lumen gloriae non est principium visionis per modum speciei impressae. 9.119.
Non complet vim perceptiuam intellectus, sed productiuam: 9.128. & 187. *Nulli substantiae creatae connaturale esse potest.* 159.
Necessarium est vt intellectus creatus Deum videre possit 197. *Additur intellectui vt comprincipium diuersae rationis, non vt illum intendat.* 202.
In Beatis datur per modum habitus, non tamen id de fide est. 204. *Non deseruit ad recipiendam visionem.* 207. 216. *Nec supplet munus solius speciei intelligibilis supplendo concursum obiecti.* 210.
Complet in ratione potentiae productiuae visionis: determinat ex parte obiecti ad notitiam Dei: supplet speciem impressam creaturarum. 9.217.
Lumen gloriae respectu Dei tantùm connaturalius determinat potentiam: non participat similitudinem perfectam

Digitized by Google

ctam intelligibilem Dei, sicut participat creaturarum: 9.218.

Est causa principalis visionis beatæ entitatiuè, non representatiuè considerata. 237.

Non debet esse eiusdem ordinis cum visione terminatiuè considerata. 9.238.

Intellectui lumine gloriæ informato connaturalis est visio. 9.240.

Potest sine lumine inhærente de potentiâ absolutâ videre Deum. 9.246. *& seq.*

Lumen gloriæ non complet intellectum ratione potentiæ vitalis: solum absque intrinseco concursu intellectus non est integrum principium productiuum visionis. 9.247.

Lumen fluens à nonnullis excogitatum reijcitur. 9.258.

Lumen gloriæ perfectius est charitate in ratione entis, charitas in ratione moris. 9.264.

Lumen est secundùm quid perfectius gratiâ, licet simpliciter gratia sit perfectior. 9.265.

Non est possibilis habitus operatiuus perfectior lumine gloriæ. 9. 268.

Inæqualitas visionis oritur solùm ex lumine magis aut minùs intenso. 9.286.

Opposita sent. non saluat beatitudinem dari iuxta proportionem meritorum. 9.291.

Lumen est causa cur hæ potiùs creaturæ à Beato videantur in verbo. 9.469.

Lumen nullum de facto inclinat ad alias creaturas quàm eas, quas de facto representat; aut ad intensiùs cognoscendas. 9.469.

Lumen ad hanc numero creaturarum & Dei visionem est ab intrinseco determinatum per seipsum. 9.471. *& seq.*

Possibile est lumen quod sit plurium creaturarum representatiuum in verbo & minus cognoscitiuum verbi & contrà. 9.473.

Non quod sit intensiùs cognoscitiuum creaturarum in verbo, quàm verbi. 9.474

Aut quod inclinet ad plures & plures creaturas videndas in verbo absque limitatione tam ex parte obiecti quàm ex parte modi cognoscendi. 475.

Idem tamen non implicat si modum habeat cognoscendi limitatum. 9.477.

Respectu futurorum de facto sæpe lumen est perfectius extensiuè, imperfectius intensiuè. 9.479.

Lumen à sole maius producitur in pariete qui directè, quàm qui obliquè est oppositus. 8.17.

Lux *vehemens conspecta facit ad aliquod tempus cætera videri ea luce micare.* 9.48.

S. Maria Mater Christi.

Probabiliter vidit clarè Deum post Christi resurrectionem. 9.504. *Non est prædestinata ad gloriam sine præuisis meritis.* 15.130.

Gratia sufficiens locum habuit in eâ, nec præuisa est quibuslibet auxilijs operatura. 12.238.

Massilienses *per errorem volunt Deum in iustificatione impij habere respectum ad merita naturalia antecedentia.* 15.14.

Materia *prima vt ens à Deo remotissimum est omnium maximè mutabilis.* 6.25.

Mensura materiæ secundùm se est æuum. In ordine ad mutationes est tempus continuum: 7.87

In sent. Thomist. est instans temporis discreti. 7.87.

Mathematica *non attendit nisi ad veritates, quæ consequuntur ex tali vel tali principio posito, siue illud possibile sit siue non.* 1.24.

Medium. Medium Cognitionis.

Cognitio euidens habetur, vel per propriam speciem obiecti, vel per effectum aliquem, vel per causam, vel per ipsam terminorum connexionem. 1. 10.

Motiuum formale assentiendi est illud, quo intellectus mouetur ad assensum præbendum. 1.38.

Medium formale intelligendi creaturas in visione beatâ est Deus. 9.388.

Medium non subiectiuum, sed obiectuum; non terminatiuum, sed motiuum; non proximum, sed radicale & remotum creaturas videndi est Deus. 9.390.

Tota seriet mediorum ex gratuita Dei voluntate præparatur prædestinato. 15. 108.

Media incarnationis, prædicationis &c. vt sic sunt effectus diuinæ prouidentiæ supernat. Eadem vt actu applicata prædestinato sunt effectus prædestin. 15. 134.

Medium potest efficaciter intendi, sine necdum in se ipso efficaciter intento, quando hic ab aliâ concausâ liberâ pendet. 15. 120

Media ad salutem omnibus præparata alia sunt communia, alia particularia & quale inter illa discrimen. 16.28. *& 29.*

Media sufficientia ad salutem paruulis omnibus sunt à Deo parata: Hæc vult Deus applicari dependenter à liberâ voluntate hominum. 16.34.

Mensura. Meritum.

Mensura vitæ Dei est æternitas: 7. 2. *Substantia angeli est æuum.* 7. 4.

Per rationem mensuræ non completur formaliter æternitas Dei. 13.

Nec per negationem mensuræ. 14.

Ratio mensuræ non repugnat æternitati. Illi sufficit distinctio virtualis. 7.15.

Immensurabile & interminabile non sunt idem, nec se mutuo inferunt primò & per se. 7.28.

Mensuræ ratio est temporis accidentalis. 7.29.

Mensura inadæquata est æuum respectu eius, cuius est duratio. 7.69.

Mensura beatitudinis supernat. est æuum: 7. 83.

Mensura operationis internæ liberæ angeli est instans temporis discreti. 7. 82.

Operationis externæ est tempus continuum, & nonnumquam instans discretum. 92. *Materia secundùm se est æuum. In ordine ad mutationes est tempus continuum.* 7.87.

Mensura vnius Angeli non est æuum alterius. 7.89.

Extrinseca aui Angelorum, eorumdemq; operationum est tempus nostrum. Extrinseca distantia vnius angeli ab alio sumitur à spatio locali. 7. 92.

Mensura extrinseca perfectionis quantitatiuæ vnius angeli est alter angelus. 7. 93.

Merita *Christi non cum solâ potestate petendi dispensationem à præcepto.* 12.239. *Sunt causa nostræ prædestin.* 15. 39. *Non sunt causa prædestinat. Christi.* 45.

Nec nostræ electionis quatenus hæc dicit dilectionem vnius præ alio. 15.47.

Saltem quoad substantiam non sunt præuisa post Ada peccatum scientiâ visionis. 48.

Cur non numerentur inter effectus prædestin. 15, 49.

Dependenter à meritis Christi facta est electio adultorum & angelorum ad gloriam. 15.61.

Paruuli non eliguntur ad gloriam ex meritis ipsorum, sed illam vt puram hæreditatem accipiunt. 103.

Merita vt præmium causent, debent in scientia præcedere præmium quia debent illud causare præcognita vt absolutè futura. 15.105.

Merita possunt mouere vel in genere causæ finalis, vel efficientis. Non sunt apta mouere præmiantem ad præmium tribuendum nisi vt existentia. 15.121.

Ex meritis gloriam animæ non habuit Christus, 15. 127. *Habuit gloriam corporis. & ex vnione hypostat.* 15. 128.

Merita peccato interrupta sunt in prædestinato effectus diuinæ prædestinat. 15.161.

Angeli dependenter ab ipsorum meritis sunt prædestinati aut reprobati: 16. 71.

Independenter à proprijs meritis electi sunt ad primam gratiam. 16.71

Mise-.

Digitized by Google

Misericordia *est in Deo posterior concipienda attributis spectantibus ad essentiam in communi & ad intellectum.* 3.167.
Misericordia quomodo in Deo. 14.100.

Mitti. Missio. Modus.

Missionem diuinarum personarum dari de Fide est. Eam nullus hareticus negauit. 28.1.
Metaphoricam aliqui appellarunt. 8. *Id asserens temerarius est.* 28.10.
Missio sub ea ratione specifica quâ competit creaturis, impropriè & metaphoricè competit diuinis personis. 28.11.
Quidditatiuè sumpta verè & propriè ijs competit. 12. *& seqq. Vt abstrahit à creata & increata nullam dicit imperfectionem.* 16.
Quare non dicitur passio mitti ab essentia vel actus vitalis à principio vitæ. 28.58.
Mitti quid propriè sit? 28.20. & 23.
Missio quid sit? Physica, moralis quæ? 21. *Quotuplex sit?* 79.
Missio diuina non saluatur in sola operatione temporali cum respectu tantùm ad principium effectiuum. Importat realem distinctionem missi à mittente. Sui à seipso est improprijssima missio. 28.27
Non integrè saluatur in solâ processione personæ missæ. 32. *Includit habitudinem ad terminum operandum extra mittentem.* 33.
Missio diuinarum personarum in quo adequatè consistat. 34. *Est temporalis.* 40.
Missio duplicem importat habitudinem admittentem, & ad effectum operandum. 28.20.
Missio tam actiua quàm passiua diuinarum personarum est quid notionale. 28.44. *& seq.*
Mitti potest vna persona sine aliâ. 47.
Mittere non potest Pater sine Filio Spiritum S. 48.
Mittere potest vna persona aliam etiamsi illi non communicet formaliter liberum actum exequendi terminum. 28.49. *& seq.*
Mitti est nouo modo existere in effectu per virtutem & potestatem acceptam à mittente. 55.
Missio & emissio in quo differant. 57.
Mittitur Christus vt cibus animæ ad species sacras. Missio visibilis & inuisibilis. 28.59.
Modus *indagandi diuina.* 28.20
Modus in Deo nullam addit formalitatem ratione diuersam ab eo cuius est modus, sed solùm modificat fundamentum intra eandem perfectionem. 3.19.
Modus non pendet à subiecto mediâ causalitate ab eo distincta. An pendeat ab agente creato mediâ actione distinctâ. 9.69.

Moralis Virtus. Motus &c.

Morales virtutes quomodo sint in Deo? 14.100. *Sunt concipienda posteriores attributis tam essentiæ in communi quàm intellectus?* 67.
Deus non potest in ratione alicuius moralis virtutis vniri cum creaturâ rationali. 5.29.
Moralia opera non sunt Deo causa cur hos præ aliis prædestinet. 15.19.
Motus *negatio spectat ad immutabilitatem.* 7.23.
Motus habet exigentiam ad permanendum per diuisas & continuas sui partes. 7.81.
Motum in vacuo communis sent. admittit. Motus localis essentialiter est successiua acquisitio spacij. 9.39
Multiplicatio *inferioris quando trahat secum multiplicationem superioris & quando non.* 19.14.
Virtualis multiplicitas ratione formalitatum & attributionum arguit in Deo maiorem perfectionem quàm vnitas. 3.98.
Tria esse relatiua non faciunt multa esse simpliciter. 4.8.
Multiplex dici potest Deus, non tamen compositus. 5.20.
Mutatio *est transitus ab aliqua priuatione ad formam, vel à forma ad priuationem intrinsecam mobili. Mutabilitas alia physica, alia moralis. Moralis cernitur in actibus liberis.* 6. 4. *Physicâ mutari non potest Deus.* 6.5.
Mutabilitatis radix est potentialitas. 6.10.
Nulla morali mutatione mutari potest Deus. 6.15.
Non mutantur personæ diuinæ cùm transeunt de non esse producti ad esse producti. 6.18.
Mutatio saltem in extrinseco esse debet ad nouam denominationem. 6.24.
Connotatio noua oriri nequit nisi à mutatione reali noua. 23.72.
Mysteria Fidei *non sunt euidenter cognoscibilia ob solam terminorum connexionem, alioqui etiam ab infidelibus cognosci possent.* 1.10.
Ad obiectiones contra ea soluendas non requiritur euidens cognitio falsitatis obiectionum, sed satis est si mysterium non appareat falsum, & nulla obiectio euidenter intellectum conuincat contra veritatem mysterij. 12.
Nullus est in natura effectus vel causa, quæ euidenter ostendat mysteria supernat. Fidei. 1.10.

Natura Creata. Diuina.

Natura creata *cum supposito potest facere vnum compositum: Semel adequatè terminata nequit vlteriùs terminari.* 5.28.
Natura non potest exigere vnam perfectionem & abstrahere ab aliâ cum ea essentialiter connexa: Nec potest exigere potentiam & non exigere actus eidem essentialiter connexos, 7.43.
Necribuit propensionem ad finem, quin etiam tribuat ad media. 9.17.
Natura diuina *non est producibilis cum ipsa personalitate propter infinitatem ipsius simpliciter.* 18.8.
Non tantùm non multiplicatur ad multiplicationem processionis, sed etiam identificatur ipsi processioni ob infinitatem in omni genere: 9. *Est principium productiuum Quo denominationis.* 18.88.
Natura per prius respicit hypostasim quàm proprietates. 18.23.
Natura diuina per se concurrit vt principium communicatiuum ad intra ad productionem Verbi & Spiritus sancti. 18.124.
Naturæ similitudo, quam media productione accipit productum, est ratio quâ productum sit aptum representare suum producens. 18.131.
Natura viuentis præter quidditatem dicit etiam principium fœcundum operationum vitalium intra se. 152.
Natura diuina ex eo, quia illimitata est, identificat sibi perfectissima identitate omnem perfectionem, cum qua oppositionem non habet: 19.88. *Est vna formaliter, virtute multiplex.* 99.
Concepta secundùm rationem explicitam non importat explicitè nisi solas perfectiones absolutas, quia id tantùm explicitè importat quod explicitè illam concipienti obijcitur: 119. *Ipsi conueniunt multa prædicata, quæ tamen non conueniunt personæ vt persona est formaliter:* 125. *Tota adequatè sumpta tam secundùm rationem explicitam, quàm implicitam non est communis:* 129. *Quomodo comparetur ad relationes vt determinabile ad determinatiuum.* 135. *Ipsi melius est esse in Trinitate personarum, quàm esse in vna tantùm persona, non tamen melius est illi in Patre quàm in Filio.* 19.205.
Natura diuina independenter à proprietatibus relatiuis habet quidquid requiritur ad perfectè existendum: à relationibus tantùm habet vt incommunicabiliter existat: 21.9. *& seq.*
Complet relationes, & relationes complent naturam. 15.
Cur non possit producere paternitatem. 25.34. *& seqq.*
Quomodo possit dici ingenita. 25.56.
Dicere naturam diuinam realiter præsè distingui ab attributis, hæreticum est. Ipsa & ab attributa, non distinguuntur

Digitized by Google

guuntur in se vt res diuersorum prædicamentorum: 3. 22. Non ex naturâ rei. 3.25
Condistinguendi naturam diuinam à paternitate fundamentum præbet naturæ ipsius communicatio facta Filio non communicatâ paternitate: A filiatione passiuâ productio earumdem, non producta natura. 3.109.
Natura diuina, quia æqui pollet multis perfectionibus actu distinctis, & ordini qui inter actu distincta intercedit, ideò admittit intra se tam virtualem distinctionem quàm ordinem. 3.166
Non potest componere vnum cum supposito creato. 5.28.
Non propriè dicitur transire à non esse relatiuo personæ procedentis ad esse relatiuum eiusdem. 6.22.

V. Deus & essentia diuina.

Necessitas, Negatio.

Necessitas antecedens est quæ per modum causæ determinat ad vnum. Consequens est quæ supponit rem esse, nec determinat ad vnum per modum causæ. Præscitum à Deo non potest non fieri potestate consequente, potest antecedente. 12.151.
Necessaria in Deo sunt priora liberis reali subsistendi consequentiâ. 26.164.
Necessitas essendi arguit Deum esse immutabilem, physicè. 6. 7. & 9. Est fundamentum proximum æternitatis Dei. 7.24.
Negatiuum nomen dupliciter potest aliquid positiuum importare. 25. 49.
Negatio pura non pendet à Deo. 26.137.
Negatio motus spectat ad immutabilitatem. Negatio temporis spectat ad æternitatem. 7. 23. Negatione mensuræ non explicatur adæquatè ratio æternitatis: 14. an negatione termini. 7. 30.
Negatio reddit sensum vniuersalem & negat formam de subiecto, secundum omnem modum, quo illi competere potest. 19.210.
Negationes à Deo cognosci certum est. 12. 261.
Deo ratio immediatè cognoscendi negationes non est forma positiua. 265. Implicat Deum cognoscere negationem non cognitâ formâ positiuâ, cuius est negatio. 264.
Forma per quam immediatè noscitur negatio est bonitas creata, quæ per negationem remouetur. 12. 267.
Non omnes negationes cognoscit Deus scientiâ visionis, sed aliquas etiam simplici intelligentiâ. 269.
Negationum causa indirectè & consequenter est scientia diuina. 12.284.

Nomen. Nomen Dei.

Negatiui nominis primaria significatio. 25.51.
Nomina quibus Spiritus S. processio explicatur sunt communia, non item quibus Filij processio. 18.40.
Nomina neutra non possunt prædicari de singulis personis, possunt dici de omnibus. 19.185. & 29.19.
Nomina vnde significationem sortiantur. 26.13.
Nomina imponens quid spectare debeat. 26. 15.
Nomina appropriata non dicuntur semper tantùm de eo, cui appropriantur. 26.17.
Appropriatio nominum ab auctoritate prouenire potest. 27.9.
Nomina vnde sumant suam vnitatem & multiplicitatem. 27.115.
Nomina neutrius generis non sunt absolutè pronuncianda in diuinis. 29.16. Sunt vsurpanda in Christo. 29.18.
Nomina substantiua concreta de re absolutâ non nisi singulariter prædicantur de tribus personis: adiectiua pluraliter de ijsdem prædicantur. 29.27. & seq.
Nomina Diuersi, Alieni, Extranei, Difformis, Dissimilis, Discrepantis, Separati deuitanda sunt in diuinis: 29. 30. & quæ personarum consortium excludunt. 31. Nec partitiua rectè de Deo dicuntur. 36.
Nomina trinuminis & triformis nullo pacto Deo concedenda. 43.
Triplex, Quadruplex, Multiplex, quatenus Deo concedenda. 29. 41. & 42. quæ inuoluunt secundam intentionem non prædicantur de se mutuò in diuinis. 29.58.
Non repugnat nomen Deum quidditatiuè significans. 11. 6.
Repugnat viatorem imponere nomen, quod sit expressiuum quidditatis Dei alijs viatoribus, non autem comprehensoribus. Nomen Tetragrammaton, non est viatoribus expressiuum quidditatis Dei. 11.9.
Potest rei nomen imponi ad distinctiùs significandum, quàm ipse nomen imponens intelligat. 11.12.
Qui rem nullo modo cognoscit, nullum nomen imponere potest 13. nec imponi potest significatiuum Deo, 14. aut quod Deum comprehensiuè exprimat. 15.
Quæ tribuuntur Deo imperfectè tantùm & confusè significant naturam diuinam: Deum nominant Viatores ex triplici perfectione. 16.
Nomina non physicè, sed moraliter audientem ducunt in notitiam rei significatæ. 11.18

Notio, Notionalia, Numerus.

Notionalia prædicantur de essentialibus concretis. disp. 29.44.
Notio alia formalis, alia obiectiuâ. 24.1.
Notiones in personis diuinis sunt admittendæ. 24.3. & seqq. nec plures nec pauciores quàm quinque.
Ad rationem notionis quinque conditiones requisitæ. 24.8.
Notiones quomodo sint discretiuæ personarum. 13.
Notio est quid superius ad relationes. 24.14. Non necessario est vnius tantùm personæ. 24.16.
Ad notionem sufficit vt mediatè saltem ducat ad notitiam positiuæ proprietatis & dignitatis personæ. 19. Notiones non admittunt de se inuicem prædicationem vt substant secundis intentionibus. 24.22.
Numerica distinctio quid requirat. 19.129
Numeralis ratio non prædicatur de Deo adæquatè, sed inadæquatè. 19.222. & d. 29. n. 38. & seqq.

Obiectum, Scientiæ, actus. Oculus.

Inter obiectum & potentiam debet esse proportio in eodem genere vitæ. 6.7.
Obiectum formale habitus Theologici est testimonium Dei, vt modificatum naturali connexione conclusionis deductæ cum principio reuelato. 1.39.
Obiecti formalis vnitas desumitur ex vnitate rationis, quæ potentia mouetur ad assensum vel actum eliciendum. 1.84.
Obiectum formale alicuius assensus non debet necessariò esse intrinsecum obiecto cui assentior. 1. 88.
Obiectum scientiæ quomodo differat à subiecto scientiæ. 1.129.
Obiecta quæ veluti forma specifica constituunt intellectum & voluntatem diuinam sunt perfectiones intimæ per se identificatæ intellectui & voluntati. 18.160.
Obiectum intelligibile aliud extrinsecum intelligenti, aliud intrinsecum. 18.71.
Obiectum Patris non est sola essentia, sed etiam personalitates. 26. 91. & possibilia, si non essentialiter, saltem connaturaliter. 26.146.
Obiectum naturaliter attingitur à potentiâ in eâdem abstractione posita: 9.13.
Obiectum specificum intellectus creati est ens vt includit increatum cognoscibile per aliud. 9.14.
Obiectum videtur in specie expressâ vt ratione in qua intelligibiliter ipsum exprimente. 9.40.
Obiecto visibili non variato realiter, variatis tantùm speciebus, variatur visio. 44. Obiectum supra oculum positum non potest producere speciem impressam, ideoque nec dari visio. 9.53. Obiectum infinitum potest attingi actu finito. 9. 78.
Inter obiectum & potentiam non est attendenda proportio commensurationis entitatis ad entitatem, sed habitudinis ad terminum. 9.130.

Obiectum

Digitized by Google

Obiectum ad potentiam comparatur tripliciter vt illi adæquatum, vt disparatum, vt excedens intra eandem rationem formalem obiecti. 9.133.
Obiecto similior est actus in ratione repræsentandi, potentia naturalis in modo essendi. Obiecti supernat. actus semper est supernat. non potentia. 9.154.
Potentia motiua obiecti fundatur in totâ entitate rei. 9.331.
Obiectum primarium visionis beatæ est Deus, secundarium creatura. 9.390.
Obiecta syncateg. infinita arguunt cognitionem categor. infinitam. 9.405.
Obiectum intelligibiliter continetur in Verbo procedente ex perfectâ similitudine obiecti. 12.26.
Obiecta infinita possunt intelligi ab intellectu finito successiuè quia ad illa concurrit secundum rationes remotas & vniuersales, non habitus. 9.428.
Obiectum formale primarium diuinæ voluntatis est ipsa bonitas increata. 14.6.
Oculum *inter & spiritum est proportio in ratione entis, non in ratione potentiæ & obiecti.* 9.7.
Oculus *videt obiectum in suâ visione vt in propriâ imagine expressum.* 9.43. *& seq.*
Oculo non obiectiuè sunt aquè præsentia, sicut sunt subiectiuè: Percipit obiectum coloratum non subiectiuè, sed obiectiuè: claudus nõ potest videre obiectum, quia caret specie impressâ effectiuâ speciei expressæ, Sic neque superpositum obiectum. 9.53.
Oculus intuitiuè videt obiectum, quia species, in qua videt, est per propriam speciem genita: 9.90.
Corporeus eleuari non potest ad videndum Deum. 9.128.

Omnipotentia. Operatio.

Omnipotentia *Dei in ordine ad effectus supra naturam distinctè & in particulari cognosci nequit.* 1.10
Non continet sub se potentiam productiuam ad intra: 23.49.
Non importat nisi potentiam productiuam ad extra, neque distribuit pro omnipotentiâ quæ est in Deo. 23.52.
Cur intimiorem connexionem habeat cum creaturis possibilibus, quam cum reliquis perfectionibus intimis, atque adeò omnipotentia & creaturæ possibiles sub qua ratione prius cognoscantur, quàm vis generatiua & spiratiua. 26.150.
Omnipotentia in Deo à Sapientia non distinguitur solâ extrinsecâ connotatione obiecti producibilis & intelligibilis, sed etiam intrinsecâ ratione præsuppositâ in Deo. 3.94.
Omnipotentia attributum in Deo secundum explicitas solas rationes est perfectius attributo immensitatis. 3.153.
Est imperfectius attributis intellectus & voluntatis: est prior concipienda in Deo attributis intellectus & voluntatis. 167.
Posterior vnitate, veritate, bonitate. 3.166.
Omnipotentia in cognosci pendet ab extrinseco. 7.22.
Videri debet vt videantur incompossibilia: 9.348.
Comprehensâ necessario comprehenditur tota essentia Dei. 9.411.
Operationum *immanentium in homine Deus non potest esse principium formale.* 5.25.
Operationes Angeli non mensurantur æuo: vitales Dei sunt indiuisibiles & permanentes: liberæ Angeli sunt successiuæ. 7.4.
Operationes Angeli intrinsecæ & vitales mensurantur instanti temporis discreti. 7.82.
Extrinsecæ mensurantur tempore continuo: 85.
hominis internæ mensurantur tempore & quandoque æuo. 7.86.
Operatio vnius Angeli nequit esse mensura operationis alterius. 7.91.
Ex præcisâ operatione Dei in creaturas non colligitur euidenter ipsius intimâ præsentia in creaturis. 8.16.
Colligitur cum sanctis patribus mediatè præsentia Dei in rebus omnibus. 8.27.
Per operationem Deus non est in spacio imaginario. 8.44.
Operatione immanente vel nihil producitur extra nos, vel quod sit finis ipsius operationis immanentis, 6.61.
Operatiuum per se potest fieri operatiuum per aliam formam. 9.98.
Operationum in Deo triplex genus, primum creaturæ omnino incommunicabile, secundum connaturaliter communicabile. Tertium per gratiam tantum communicatur. 9.134.
Operatio propria Dei cum principio proximo accidentali non autem substantiali remoto communicari potest creaturæ. 9.161.

Opinio. Oppositio.

Opinio *specificatur à medio, quo ostenditur & declaratur conclusio.* 1.34.
Oppositio *& distinctio inter producens & productum in diuinis non est desumenda à ratione communicandi, sed à ratione producendi.* 18.10.
Oppositio quam habere potest vna relatio ad aliam quomodo contingat. 19.39.
Opposita propter identificationem cum tertio non amittunt oppositionem inter se. 19.94.
Oppositio inter relationes diuinas alia formalis, alia radicalis, & in quo huius essentia consistat: 10.39.
Radicalis sufficiens est ad constituendas & distinguendas personas diuinas, suppositâ tamen formali oppositione relatiua earum. 20.59.
Oppositio in diuinis est fundamentum incommunicabilitatis, non contrà. 20.60.
Oppositio disparata an sufficiat vt vna persona distinguatur ab aliâ in diuinis. 27.64.

Oratio. Ordo Origo.

Oratio *vtilis est, quia est effectus primæ gratiæ, & causa subsequentis.* 15.32.
Oratio semper est necessaria ad impetrandam gratiam.
Ordo *alius originis, alius naturæ secundum Scotum.* 22.9.
In diuinis est ordo realis originis inter personas producentes & productas. 15.
Ordo realis quis sit. 22.16
Ordo necessariò trahit secum aliquam prioritatem. Ordo & simultas originis, in quo consistat. 20.
Quo ordine concipiendæ sunt prioritas & posterioritas, quæ in Deo reperitur. 22.30.
Ordinatio libera mediorum ad finem impossibilis est, absque physicâ mutatione in rebus ordinatis. 22.69.
Ordo virtualis, non actualis est inter attributa diuina: 3.165.
Virtualis funderi debet in ordine actuali. 166.
Ordine priora in Deo concipienda sunt attributa, quæ essentiam immediatè secundum ex ratione communi & indeterminatâ consequuntur. 3.167.
Ex his priora quæ consequuntur rationem entis analogicè communis Deo & creaturis, quàm quæ consequuntur rationem entis increati & infiniti. Ordine priora concipienda sunt in Deo attributa intellectus, posteriora voluntatis. 3.169.
Ordo & gubernatio vniuersi arguunt Deum esse vnum. 4.4.
Ordo non realis, sed rationis ponendus est in ideis diuinis. 13.35.
Ordo decretorum Dei circa prædestin. adultorum & paruulorum. 15.66.
Origines *actiuæ non distinguuntur realiter inter se: distinctionem suam sumunt penes proprietates principiorum*

Digitized by Google

piorum producentium. 18.31.
Non obstante identitate earum inter se simpliciter duæ dicendæ sunt, quia numerantur ad numerationem terminorum originatorum, non duæ res. 33. *Origo includit communicationem naturæ & formalem productionem hypostasis.* 18.79.
Origo arguit tantùm à posteriori distinctionem personarum. 20.44.
Origines quomodo personas constituant. 20.62.
Origo passiua alio modo personam constituit, quàm actiua. 20.63.
Inter origines actiuas & passiuas reperitur prioritas & posteriorietas. 22.24
Origines à ratione notionum cur excludantur. 24.12.
Originè prius habere aliquid, & à se habere, quomodo differant. 29.177.
Origo in Deo non est attributum. 3.20.
Pater priùs origine, non duratione intelligit essentiam, quàm generat Verbum. 9.338.

Pars. Patres. Paruuli.

Pars *connotat diuisionem perfectionis communicatæ à non communicata.* 19.123. & 223.
Patres *sæpe perfectiones diuinas probant rationibus tantùm probabiliter concludentibus.* 8. 27. *in rebus fidei quomodo procedant.* 1.16.
Paruuli *accipiunt gloriam vt hæreditatem, nec ad eam ex suis meritis prædestinantur.* 15.103
Media sufficientia ad salutem parauit Deus paruulis omnibus. 16.34.
Ordo decretorum Dei circa prædestinationem paruulorum, 15.101.
Media salutis vult Deus paruulis applicari dependenter à libera voluntate hominum. Voluntate Beneplaciti antecedente vult Deus paruulis omnibus salutem 34.
Causa Reprobationis paruulorum est originale. 16.98.
Permissio peccati originalis, cum quo paruuli decedunt, non est effectus reprobationis. 16.64.

Pater æternus.

Pater priùs origine non duratione intelligit essentiam, quam generet Verbum. 9.338.
A Filio habet aliquam beatitudinem obiectiuè, non originatiuè. 9.339. *Pater æternus non habet ideam de æterno suo filio.* 13.28.
Patrem ingenitum esse prob. discursu Theolog. 25.35.
Paternitas cur non possit produci à naturâ diuinâ. 25.34.
Cur non possit esse ab aliâ personâ à Paternitate distincta. 37. *Paternitati sub quâ ratione positiuâ conueniat Notio ingeniti.* 25.57.
Non loquitur propriè ad seipsum: 37. *Licet dicat totam Trinitatem, atque adeò seipsum.* 40.
Si non produceret Verbum sed tantùm intelligeret, res ab ipso intellecta non dicerentur dictæ. 26.73.
Pater vnde determinetur ad intuitiuam notitiam Personarum. 26.97.
In priori originis, quo gignit, Verbum & Spiritus S. non existunt prioritate originis, existunt simultate durationis: 103. *In nullo signo non cognouit Filium & Spiritum in seipsis actu existentes:* 104.
Priùs fertur sua cognitione ad seipsum cognoscendum, quàm ad Filium & Spiritum, prioritate virtuali, non reali. 105.
Patris notitia non priùs terminatur ad Verbum vt productio ipsius, quàm vt notitia eiusdem, & reliquorum obiectorum. Pater an sapiens sapientiâ genitâ. 106.
Patris suppositum considerari potest, vel vt obiectum paternæ dilectionis, & sic ad productionem Verbi non concurrit nisi tantùm terminatiuè, vel vt naturale suppositum patris, & sic concurrit originatiuè. 26.142.
Pater non potest mitti: 28.28.42.
Licet veniat & donetur nobis. 100.
Priùs cognoscit suam essentiam quàm creaturas possibiles, non tamen priùs producit Verbum, quàm cognoscat creaturas. 26.142.
Pater est idem Deus qui Filius, vera est propos. Pater est idem qui Filius, falsa. 29. 21.
Pater priùs cognoscit creaturas possibiles, quàm Filius & Spiritus cognitione notionali, non essentiali. 26.147.
Non priùs ratione, quàm cognoscat creaturas possibiles producit Verbum. 148.
Pater est de Naturâ diuinâ, Personæ sunt de substantiâ Dei, falsa propos. 26. 64.
Pater est substantiâ Filij, falsa: 65
Est in Filio, Filius in Patre; vterque in Spiritu S. vera propos. 69.
Diuerso modo loquitur æterno Filio de rebus necessarijs ac de contingentibus. 178.
Cur non possit habere rationem Imaginis, sed solius Exemplaris. 26.194.
Pater per generationem communicat Filio vim spirandi: Quanam per generationem communicet, qua non: 27.35.
Cur requirat consortium Filij ad productionem Spiritus Sancti. 42.
Solâ Paternitate radicaliter distinguitur à Spiritu S. Spiratione formaliter & explicitè: 66
Est prior origine Filio quoad virtutem ipsam spiratiuam, non autem quoad actum ipsum spirandi. 83.
Principaliùs spirat, quatenus spirat à se, vera ne? 86. *Priùs authoritate spirat; & principalis spirat; vera.* 88.
Pater & Filius quantùm ad ordinem Personarum producentium non æquè seu vniformiter spirant, quomodo vera? 89.
Pater etiam mediatè spirat, quomodo vera? 90.
Spirat per Filium siue mediante Filio, quomodo? 27.91.
Pater non est origine prior generatione actiua. 22.26. *priùs origine per generationem actiuam respicit Filium, quàm per spirationem actiuam Spiritum S.* 27. *priùs prioritate secundùm quid spirat, quàm Filius. Pater & Filius priùs ad extra producunt prioritate secundùm quid quàm Spiritus S.* 28.
Pater est sub aliquâ ratione posterior Filio & Spiritu S. 40. *Quomodo gignat Filium voluntate complacentiæ.* 58.
In priori signo originis quo præcedit Filium, non solùm cognoscit seipsum suamq; essentiam, sed etiam Filium & Spiritum S. quorum perfectâ notitiâ beatur. 59. *Priùs prioritate à quo, non in quo existit, quàm existat Filius.* 22.60.
Pater est Pater vt Filium gignat finaliter, non originaliter. 23.4.
Paternitas generat, an concedenda? 23.43.
Patris Notio est innascibilitas & Paternitas. 24.13.
Pater est principium & Fons totius Deitatis, propositio est catholica, & absque limitatione concedenda: 25.14. & seqq.
Est author Filij & Spiritus S. 25.19. *Quomodo seipsum dicat & creaturas.* 18.67.
Pater & Filius diligunt se Spiritu S. Pater sapit sapientia genita. Pater intelligit aut dicit se Verbo, quomodo vera? cur falsæ: Pater est sapiens sapientia genita: gignit se verbo, Pater & Filius spirant se Spiritu S. 18. 68. *Paternitas immediatè afficit intellectionem tanquam proximam rationem communicandi.* 18. 90.
Pater esset Pater, etiamsi non spiraret Spiritum. 145.
Paternitas conuenit Deo non media origine, vnde nec supponit aliquam rationem fundandi. 19. 7.
Pater non respicit Spiritum S. Paternitate formaliter, sed entitatiuè accepta: 19.48

Com-

Digitized by Google

Communicat totam essentiam Filio solum secundùm rationem explicitam Deitatis. 130.
Pater priùs origine, quàm generet Filium quomodo sit completè Deus absque filiatione. 131. *Paternitas est Essentia, an sit vera propositio.* 19.159.
Pater per essentiam est distincta Persona à Filio; item Pater paternitate est eadem essentia cum Filio, an concedenda. 20.12
Paternitas si auferretur à Patre, an posset radicaliter opponi Spiritui S. 20.41.
Pater non constituitur in ratione Personæ per relationem sub ratione formæ subsistentis incommunicabilis. 20.48.
Paternitas in diuinis an & quomodo consequatur generationis actum: qualiter sit constitutiua, originans & referens. 68. *Pater quomodo sit prior & simul cum Filio.* 71. *Patrem originare Filium quid sit.* 20.75.
Pater non eo formaliter est prior origine, quòd ipse à nullo sit, sed quòd sit alterius productiuus. 22.23
Pater licet priùs origine habeat virtutem spiratiuam, non tamen priùs origine habet actum virtutis spiratiuæ, quàm habeat Filius. 27.102.
Pater respectu virtutis speratiuæ non se habet vt proprietarius, Filius vt Vsuarius. 27.104.
Patri conuenit virtus spiratiua à se, Filio à Patre, non tamen liberè, atque adeò non magis propriè vni, quàm alteri. 27.105.
Pater & Filius in omni proprietate sermonis est vnum principium spiratiuum. 27.112.
Sunt vnum principium spiratiuum, quem sensum faciat. 27.116.
Pater cur non possit dici duo principia propter duplicem generatiuam & spiratiuam. 27.118.
Pater per gratiam nobis non mittitur, sed tantùm Filius & Spiritus S. Venit autem non tantùm Filius & Spiritus S. sed etiam Pater. 28.100.

Peccatum, perfectio.

Peccata *quomodo Deus cognoscat in seipso.* 12.46.
In prædestinatis permissio peccati numeranda est inter effectus diuina prædestin. 15.172.
Permissio peccati in vno, sæpe est effectus prædestinat. in alio. 15.165.
Non repugnat Deum velle permissionem peccati nondum præuisi scientiâ absolutâ. 15.173.
Peccatores Deus obcæcat permissiuè. 16.36.
Nulla peccati permissio est effectus reprobationis. 16.63.
Dona peccato interrupta sunt effectus prædestin. 15.161.
Permissio peccati originalis cum quo paruuli decedunt non est reprobationis. 16.64.
Per præpositio quam causam denotet. 27.91.
Perfectio *alia est simpliciter simplex, alia ad certum genus limitata:* 3.12.
Quæ propriè, quæ impropriè competat Deo. 28.12.
Perfectio in creaturis duplex est. 3.13.
Nulla possibilis est, quæ non sit in Deo aut formaliter aut eminenter. 3.11.
Ex suo conceptu importans aliquid per modum constituentis naturam excluditur à ratione attributi: Item perfectio libera. 3.20.
Perfectiones creatæ sunt posteriores increatis quoad entitatem, non necessariò quoad completam distinctionem virtualem inter se. 3.116.
Perfectiones diuinæ quomodo cognoscantur. 3.106. & 108.
De quâlibet perfectione vt diuinâ cum reduplicatione affirmari potest quælibet perfectio diuina, dummodo reduplicatio non cadat supra rationem explicitam. 3.140
Perfectio diuina est in aliâ multipliciter. 29.69.82.
Perfectio attributalis in Deo à nobis concipi potest duplex. 3.161.
Perfectiones in Deo sunt finitæ extensiuè, infinitæ intensiuè. 362. *Perfectio in Deo alia necessaria, alia libera.* 9.297.
Perfectiones diuinæ quam connexionem habebeant cum omnipotentia Dei, & quam creaturæ possibiles. 26.151.
Perfectio est entitas commensurata rei. 19.290.
Nulla est in vnâ personâ, quæ non sit in aliâ. 209.
Perfectio entis alicuius potest limitari ad certum genus vel propter finitudinem, vel propter essentialem oppositionem. 19.213.
Perfectio increata essentialiter debet esse infinita in aliquo saltem genere. 26.128.
Perfectas, *quæ est differentia entis, aduenit enti & includit rationem entis.* 19.153
Explicitè importatur in ratione substantiæ, implicitè in ratione entis. 3.137.
Perseuerantiam *nec de congruo mereri possumus ratione primi auxilij.* 15.126.
Possumus ratione vltimi. 16.38.
Perseuerantiæ donum est principalis effectus diuinæ prædestinationis. 15.154.

Persona diuina. Personalitas.

An vna persona diuina sit in aliâ per præsentiam, potentiam & essentiam. 29 88. & seqq.
Proprietates personarum ad extra quæ sint. 28. initio.
Personæ diuinæ non ad quæuis opera mittuntur: absque vlla imperfectione mittuntur ad nos, non sic Angeli: Ad quid personæ diuinæ ad nos mittantur. 28. 17.
Procedentes tantùm possunt mitti: tantum producentes possunt mittere: 42. *Nobis donantur cum gratia.* 28. 42. 62.
Persona diuina tota producitur, vera propositio. 29.54. & seqq.
Personæ diuinæ non sunt plura Individua seu vnum. 4.8. & 29.42.
Quo modo distinguuntur ad inuicem: In Deo non faciunt compositionem: 5.5. & 44.
Cum transeunt de non esse producti ad esse producti nullo modo mutantur. 6.18.
Persona vna in diuinis videri sine alia non potest. 9.321.
Ratio implicantiæ. 9.330.
Personæ diuinæ licet ad extra non sint purè effectiuæ, sunt effectiuæ obiectiuè. 9. 336.
Non excluduntur ab obiecto primario beatitudinis. 9. 341.
Tribus personis sunt communes ideæ, appropriantur tamen Verbo. 13.36.
Dependentia vnius personæ ab alia non est concedenda in Deo. 25.25.
Personalitates per quid inter se distinguantur. 34.
Personæ duæ productæ cur implicent? 39. *Possunt sub aliqua ratione incompleta quasi & partiali concipi absoluta.* 25.67.
Personæ aliæ præter Verbum cur non dicant respectum ad creaturas, vt dictas & manifestandas. 26.70.
Personæ productæ quidquid habent, habent à producente, quomodo verum. 26.179
Personæ vnæ, an ad alterius imitationem sit productæ. 26.199.
Non habent propriè ideam sui. 200.
Personalitas quomodo includatur essentialiter in ratione Imaginis. 26.215.
Quidquid de vna persona dicitur in scriptura, etiamsi dicatur cum particula exclusiua, dictum intelligitur de ceteris, vbi non obuiat relationis oppositio. 27.38
Personæ diuinæ quotuplex formalitas. 20.70.
Personæ producens sub qua ratione sit prior origine productæ. 22.35.
Personæ diuinæ quomodo sint simul duratione naturæ cognitione. Ad posteriorit atem quid requiratur. 40.
Personæ vnæ diuinæ includit reliquas intensiuè formaliter & ex-

Digitized by Google

& extensiuè virtualiter. 23.31
Quomodo notionibus ab inuicem discernantur. 24.13
Personalitas cur sit producibilis, & non natura. 18.8.
Persona quæ supponitur à duabus personis procedentibus necessariò debet esse improducta: 18.18
Improducta & reliquarum producta alia non potest, quàm Patris cum proprietate spiratiuâ: prima in Trinitate, cur non potuerit in ratione personæ constitui personalitate spiratiuâ, & proprietate generandi. 18. 19.
Personæ plures in Deo esse non possunt quàm tres. 18. 20.
Personarum multiplicatio in Deo necessariò fundari debet in origine producentis & producti. 18.20.
Personarum diuinarum ordo. 19.6 .& seq.
Persona directè & formaliter importat hypostasin, indirectè & materialiter naturam. 20.2.
Personæ diuinæ constituuntur, & distinguuntur per proprietates personales. 20.11.
Persona cur habeat constitutiuum & non personalitas. 14.
Personarum constitutio quomodo sit realis, & quomodo per intellectum: 17.
Constituuntur, & distinguuntur relationibus? 32.
Constitui proprietatibus absolutis, & simul referri proprietatibus relatiuis aduenientibus personis iam constitutis per suas proprietates absolutas an implicet? 20.36.
Persona non constituuntur relationibus sub ratione originis. 20.44.
Persona Patris an constituatur per expressam rationem Paternitatis vt conceptam solùm & non vt exercitam. 20.45.
Personæ diuinæ re ipsa constituuntur relatione vt Relatio est formaliter: 20.56.
Etiam originibus. 92. si adæquatè concipiantur, concipi debent conceptu relatiuo. 64. Si conceptu confuso & inadæquato, quomodo debeant concipi. 65.
Personalitas increata concepta iuxta exigentiam tres formalitates includit. 20.70.
Persona quoad modum significandi, non quoad rem significatam importat perfectionem absolutam. 20.72.
Absolutè & respectiuè constituitur. 20. 80.
Persona est intellectualis natura indiuidua, substantia, quomodo? 20.81
Personæ diuinæ quomodo omnes simul ad extra creent in sententia Scoti. 22.13.
Inter diuinas personas est realis prioritas & posterioritas originis, non naturæ. 22.17.
Proprietas personalis debet precedere omnem aliam proprietatem cùm sit primum complementum naturæ in ordine ad operationes omnes ipsius. 27.130
Personæ diuinæ, quâ ratione dicantur cùm gratia nobis dari. 28. 62
Non fiunt nobis per ipsam gratiam substantialiter, sed tantùm moraliter præsentes: fiunt autem substantialiter præsentes per gloriam. Etiam per gratiam dici possunt fieri nobis substantialiter præsentes ratione iuris ad gloriam. 71.
Quo pacto fieri possint sub dominio & possessione creaturæ rationalis. 79. Non mittuntur ad nos nisi supernaturalia & gratuita. 81.
Mittuntur inchoatiuè per quodcumque donum supernaturale. 28.86.
Vt ad peccatorem ratione auxiliorum & actuum supernat. & manent ratione habitus fidei & spei. 89.
Non per quodlibet augmentum gratiæ: 91. peculiari titulo mittuntur ad beatos. 28.93.
Moraliter saltem mitterentur ad eum, qui solâ condonatione extrinsecâ iustificarerur. 97.
Missæ sunt ad omnes angelos initio creationis & ad nostros Protoparentes. An visibiliter missa sint ad antiquos Patres. 28.106.
Una missione inuisibili ad nos venire posset sine aliâ; de facto omnes veniunt. 28.101.
Personam Spiritus S. mittere non potest Christus vt homo. 20.103.
Vna est apud aliam, an & quo pacto? 29.87.
Personam esse in sinu alterius soli Filio competit respectu patris. 29.86.
Vna non est in aliâ per illapsum. 29.84.
Philosophia nulla, quæ cum veritatibus reuelatis non congruit. 29.84.
Plato primus fuit idearum inuentor. 13.1.
Possessio importat quietem & firmitatem rei possessæ. 7. 1.
Possibile quomodo habeat locum intra Deum, cum quidquid in Deo est, actus esse debeat. 23.3.
Vide Vo. creatura & lumen gloriæ. ibid.

Potestas. Potentia.

Potestas antecedens est, quâ simpliciter possumus producere vel non producere effectum, quousque illum actu non produxerimus: Consequens est, quæ nullâ factâ suppositione liberæ determinationis nostræ voluntatis, & antecedenter & consequenter nos relinquit indifferentes ad vtrumlibet faciendum: Præscitum à Deo non fore potestate solùm consequente. 12.251.
Potentia productiua ad extra est perfectio intrinseca Dei. 26.130.
Notionalis realis in Deo datur. 23. 2. Proximè productiua, quæ requirat? 23.24.
Productiua ad extra in quo sensu possit dici perfectior productiuâ ad intra: 23.36.
Productiua aquinæca non desumit perfectionem suam ex perfectiore termino producibili: 23.38.
Productiua ad intra non continetur sub omnipotentia Dei. 23.49
Potentia operatiua respicit determinatam suppositi operationem, à qua proximè specificatur. 19.74.
Potentia cognosci non potest non cognito termino talis potentiæ: 3.107.
Actiua, non passiua est includit priuationem alicuius perfectionis: actiua non est ad perficiendum se, sed alia à se. 3.18.
Potentia passiua intelligibilitatis est tantùm extrinseca & grammaticalis. 5.30.
Potentia producibilitatis prout hæc dicit solam non repugnantiam ad esse, non videtur neganda Deo. 6.22.
Potentia nequit exigere actum nisi cum eo exigat obiectum specificans actum. 7.43.
Potentiæ infinitas arguit solùm infinitatem syncategorematicam termini. 8.51.
Per potentiam Dens est præsens rebus omnibus. Præsentia & Essentia præsentiam supponit præsentia Dei in rebus per potentiam. 8.52.
Inter potentiam & obiectum debet esse proportio in eodem genere vitæ. 9. 7.
Potentia naturaliter fertur tantùm in obiectum suum sub eâdem & non maiori abstractione positum. 9.13.
Actus vitalis non pendet à potentiâ mediâ actione distincta. 9. 69.
Potentia diuina quia est in ratione potentiæ illimitata non potest exprimi ab vllâ specie creatâ. 9.80.
Nulla potentia corporea attingere potest Deum. 9.123.
Potentia vegetatiua nequit per actum vitæ sensitiua percipere obiectum sensibile. Neque sensitiua per actum vitæ intellectiua obiectum intelligibile. 9.127
Potentia per supernaturalitatem non extrahitur à genere vitæ in quo est. 9.132.
Potentia vitalis in ratione percipiendi obiectum ab intrinseco completa esse debet, & solùm potest esse complebilis in ratione productiuitatis. 9.128.

Nulla

Nulla potentia corporea vitalis potest ferri in vllum obiectum spirituale. Corporea minùs distat ab ente spirituali in ratione Entis, quàm intellectus creatus à Deo: non in ratione obiecti & potentiæ: Inter potentiam & obiectum attendenda est proportio commensurationis habitudinis ad terminum. 9.130
Potentia ad visionem beatam non concurrit secundùm rationem specificam sed genericam. 9.281.
Potentia in via non solent operari secundùm vltimum posse bene in Patria. 9.296
Potentia Dei est principium vniuersale, actus liber particulare. 9.348.
Potentia actiua est principium transmutandi alterum in quantum alterum. 17.1.
Passiua est principium transmutandi ab altero, in quantum altero. Actiua Dei ab intra respectu Notionalium habet veram & propriam rationem potentiæ. 17.1.& 23.2.
Potentia actiua Dei ad intra respectu actuum essentialium non habet veram rationem potentiæ. 17.1.& 3
Est in Deo potentia actiua productiua ad extra. 17.4.
Hæc potentia nullum includit ordinem realem ad creaturas. 17.5.
Euidenti discursu potest demonstrari in Deo. 6. productiua ad extra non distinguitur ex naturâ rei ab essentiâ diuinâ & reliquis attributis. 17.7.
Non tantùm qua diuina, sed etiam qua potentia includit formaliter essentiam. 17.17.
Potentia secundùm rationem formalem explicitam non distinguitur ab intellectu & voluntate nisi vt includens ab incluso. 17.20.
Potentia executiua non completur in Deo proximè per actum liberum voluntatis sed per potentiam in actu primo indifferentem. 17.23.
Executiuam in Deo complet intellectio vt actus directiuus operis. 15.& 23.
Actiua ad extra eadem est directiua, applicatiua, executiua. 29. Est infinita ex parte subiecti, seu ab essentiâ diuinâ. 17.44.
Et ex parte termini producibilis. 17.46.
Eadem esse tam intensiuè, quàm extensiuè infinitam, ratione naturali demonstrari potest. 17.53.
Discrimen inter obiectum potentiæ & scientiæ diuinæ. 17.54.
Potentiæ diuinæ obiectum non solùm est ens, sed etiam non ens. 17.55.
Non est Deus. 57. Nec potest se extendere ad præterita reduplicatiuè. Sed specificatiuè. 61. Diuiditur in ordinatam & absolutam. 17.62.
Per potentiam non est Deus in spatio imaginario. 8.44.
Cognitiua sub quo abstractionis genere est, sub eodem est cognitio naturalis ab eâ producta. 9.152
Potentia naturalis est similior obiecto in modo essendi, actus in ratione repræsentandi. 9.154.
Quomodo Deus producat extrinsecos effectus. 14. 85. & 88.

Prædefinitio. Prædestinatio.

Prædefinire *est aliquid velle vt absolutè fiat. Prædefinire antecedenter ad humanam libertatem est, antequam tales actus sint præuisi vt futuri dependenter à liberâ voluntate creatâ, in priore signo rationis decernere.* 14.138.
Licet prædefinitio actuum liberorum necessaria non sit, cum libertate tamen creatâ non pugnat. 146. Positâ prædefinitione Dei implicat oppositum fieri. 14.159.
Discrimen inter actuum & gloriæ prædefinitionem. 15. 75.
Prædestinatio *non est aliquod attributum in Deo: ponit perfectionem in creaturâ: Non est melius Deo prædestinare quàm non prædestinare. 3.20. Prædestin. suæ seriem vident Beati in Verbo.* 9.446.
Duplex electio ex mente Augustini. 12.218.
Discrimen sententiarum de prædestin. 14.124.
Prædestinatio est transmissio creaturæ rationalis in finem vitæ æternæ. 15 1.
Principaliter importat efficacem actum voluntatis gloriam decernentis, & media eligentis: minùs principaliter actum intellectus disponentis media. 6. Tota ratio prædestinandi hos, fuit merum Dei Beneplacitum. 15. 19.& 16.48.
Opera moralia & obicis remotio non sunt Deo causa prædestinandi hos præ alijs. 15. 23.
Deus non prædestinat ex bono vsu gratiæ aut liberi arbitrij futuro. 15.27.
Ad prædestinationem repugnantia per modum conditionis, non motiui. 15.30.
Christi merita sunt causa nostræ prædestinationis. 39.
Non sunt causa prædestinationis ipsius Christi: 45.
Nec nostræ electionis, quatenus hæc dicit electionem vnius præ alio. 15.47.
Cur non numerentur inter effectus diuinæ prædestinationis. 15.49.
Prædestinatio completa duo importat: electionem ad gloriam & præparationem mediorum. 15.50.
Prædestinatio ad gloriam decreta est dependenter ab operibus gratiæ in genere causæ meritoriæ. 16.61.
Quæ sit immediata libertas in electionem ad gloriam? 73. non est par difficultas de electione ad auxilia efficacia. 79.
Ordo decretorum Dei circa prædestinationem adultorum & paruulorum. 15.101.
Paruuli non prædestinantur ad gloriam ex meritis. 15. 103.
Prædestinatus non semper discernitur à non prædestinato per primam gratiam congruam, sed per vltimam finalem. 15.107.
In totâ serie mediorum multa conferuntur vt præmia intuitu præcedentium. 108. Conditiones necessariæ ad effectum prædestinationis. 15.133.
Prædestinatio ad gloriam ex meritis est opus purè misericordiæ, quia innititur primæ gratiæ gratuitæ. 132.
Media Salutis vt Incarnatio &c. vt sic considerata sunt solùm effectus diuinæ prouidentiæ: Vt verò applicata prædestinato sunt effectus diuinæ prædestinationis. 134.
Non omnia bona naturalia sunt effectus diuinæ prædestinationis. 15.146.
Sed tantùm ea quæ per modum medij aut dispositionis ad gloriam consequendam conferunt, aut ad eius augmentum. 15.147.
Omnia bona supernaturalia in prædestinato sunt effectus prædestinationis. 15.152.
In prædestinatis permissio peccati numeratur inter effectus prædestinationis. 15.172.
Permissio peccati in vno sæpe est effectus prædestinationis in alio. 15.176.
Prædestinatio incipit à prima vocatione congrua, non autem reprobatio à negatione eiusdem. 16.48.
Si prædestinatio includit electionem ad primam gratiam, non est in nostrâ potestate, secus, si tantùm dicat electionem ad gloriam. 16.65.
Præuisio mediorum infallibilium præcedit electionem efficacem. 12.221.
Prædicamenta *de Deo secundùm omnem proprietatem enunciari non possunt:* 5.40.
Propriè, id est, non metaphoricè, non tamen vniuocè dicuntur. 5.42.
Prædicari *in quid & in recto nihil potest, nisi quod formaliter inest.* Prædicatio abstracta *denotat quidditatem rei.* 3.56.
Non requirit tantùm identificam inclusionem. 16.115.

Digitized by Google

Prædicationes per verbum quandonam faciunt sensum formalem & explicitum. 19.159.
Prædicata, quæ diuinis Relationibus attribui possunt in triplici sunt differentia. 16.182.
Prædicantur attributa denominatiuè de Deo non secundum rem, sed modum nostrum significandi. 3.66.
Prædicatio mutua diuinorum attributorum etiam reduplicatiua admittenda est, modo reduplicatio non cadat supra rationem explicitam. 3.140.

Practicus. Præmissa. Præpositio.

Præmissa *naturalis ex coniunctione cum supernaturali eleuatur ad participandum aliquem gradum certitudinis supernaturalis in quo hæc Eleuatio consistat?* 1.73.
Cognita per discursum vt contenta in reuelata credi potest ex testimonio diuino explicitè & formaliter, vel implicitè & virtualiter. 1.74.
Præmissa probabilis aut contingens non potest ex coniunctione cum præmissa supernaturali eleuari ad participandum gradum maioris certitudinis, eò quòd talis præmissa probabilis non censeatur implicitè contineri in propositione formaliter reuelatâ: Euidens non potest præmissa credita fide diuinâ communicare gradum euidentiæ; potest credita fide diuinâ communicare gradum certitudinis præmissa naturali. 1.75.
Practicus *habitus est gratia alterius, cùm non sistat in sola veritate sui obiecti cognoscenda; sed vlteriùs tendat ad actum seu opus à se distinctum dirigendum & regulandum.* 1.95.
Practica *scientia debet versari circo obiectum operabile modo operabili:* 1.98.
Non requirit vt possit immediatè operari circa finem, sed sat est si operari possit circa media, quibus finem consequimur: Supponit in sciente liberam facultatem exercendi opus, cuius notitia ipsa practica est directiua. 1.99.
Potest vnus idemq; habitus esse formaliter practicus & formaliter speculatiuus, cùm possit eadem notitia esse practica & speculatiua simul. Axioma illud intellectus extensione fit practicus, quomodo intelligendum. 1.105.
Ratio practici & speculatiui non debet desumi ex intrinseca ordinatione scientis, sed ex intrinseca natura & conditione obiecti. 1.110.

Præpositio.

Propositio De quam significationis proprietatem habeat in diuinis proces. 18.9.
Præpositiones importantes habitudinem termini ad principium productiuum tribui non possunt nisi solis personis procedentibus respectu producentium. 28.59.
Quomodo differant De, ex ab. 60. *De consubstantialitatem producti cum producente importat* 60. *Est transitus.* 66.
Præpositiones importantes solam habitudinem causæ formalis tribui possunt tam notionalibus, quàm essentialibus respectu quarumcumque perfectionum diuinarum. 29.68.
Perspectiuæ *quodnam obiectum, & quomodo subalternetur Geometriæ.* 1.113.
Physica *est sub alternans Medicinæ.* 1.115.
Præscientia *futurorum non ladit libertatem liberi arbitry.* 12.148.
Præscitum non potest non fieri potestate solùm consequente. 12.151.

Præsentia Dei. Prætèritum.

Deus fieri potest præsens rebus sine sui mutatione. 8.8.
Discrimen inter præsentiam Dei & immensitatem. Præsentia competit Deo in tempore & liberè. 8.9.
Ex præcisa operatione Dei creaturas non colligitur euidenter intima præsentia Dei in rebus omnibus: 16.
Sed hæc ex actione Dei creatiua mediatè colligitur. 8.22.
De fide videtur esse Deum esse extra hunc mundum negatiuè. 8.28.
Negari non potest Deum esse actu extra hunc mundum etiam positiuè. 8.32.
Deus ratione suæ immensitatis actu occupat infinita spatia imaginaria extra hunc mundum. 8.35.
Presentia realis dicit terminum realem saltem intrinsecum, non verò necessariò extrinsecum. 8.50.
Deus est in rebus per essentiam, quia est intimè coniuncta rebus eius substantia: Per potentiam quia omnia producit & conseruat. 8.52
Per intimam præsentiam & illapsum? 8.56
Quia omnia eius cognitioni sunt præsentia. 52.
Omnia sunt in Deo sicut effectus in causa, & Deus est in rebus, sicut causa in effectu. 8.57.
Deus non est propriè in loco: 58. *est specialiter in iustis tripliciter.* 8.59.
Agens passo non neeessariò debet esse intimè præsens. 8.16.
In passum tempore distans cur non possit agens agere, possit in distans loco. 8.26.
Præterito *caret æternitas: Præteritum dicit rem non esse, sed fuisse.* 7.6.
In æuo admitti potest ratione complementi ob operationibus accepti. 7.70. *non repugnat æternitati extrinsecè connotatiuè.* 12.84.
Potentia Dei non potest se extendere ad præterita reduplicatiuè sed specificatiuè. 17.61.

Principium. Productio. Processio.

Principium *realiter influens in rebus creatis reciprocatur cum causâ.* 25.26.
Principij Ratio analogicè dicitur de principio, Notionali, & Essentiali. 27.
Producens *semper distingui debet à producto, siue producens sit suppositum, siue solum natura indiuiduum.* 25.35.12.288.
Producere importat solum respectum producentis ad productum. 26.43.
Procedere per se ex cognitione obiecti & procedere concomitanter quomodo differant. 26.80.
Principium quod complex hypostaticè principium quo, sine quo complemento principium quo non est proximè aptum ad producendum. 27.71.
Procedere magis propriè ab vno quàm alio: immediatius procedere ab vno quàm alio quid sit. 27.85.
Processio mediata Spiritus S. à Patre in quo consistat. 27.90.
Principium productiuum quo in diuinis non potest esse essentia aut ratio aliqua absoluta. 23.14.
In hoc spectari debet & ratio productiua & ratio communicatiua. 26.
Processionum diuinarum vniuocatio in ratione communicationis consistit. 23.33.
Principia duo productiua ab intra non sunt concedenda, licet sint duo suppositæ producentia. 23.41. & 25.10.
Principium productiuum & terminus producibilis cur non habeant rationem Notionum. 24.9.
Principij nomen dupliciter de Deo dicitur, notionaliter, & essentialiter. 25.4.
Principij Notionalis ratio respectu productionum ad intra in diuinis an concedenda: Principium est quod realiter influit esse in terminum à se distinctum: 6. *peculiari modo conuenit Patri.* 25.8.
Primitas principij in quo consistat. 25.9.
Principatio & principatum in diuinis non sunt concedenda, 11. *Principij nomen cur Deo ad intra conueniat, & non ratio causæ.* 25.23
Principium latiùs patet quàm causa. 25.26
Propter quod vnumquodque tale & illud magis, cur in diui-

Digitized by Google

diuinis locum non habeat? 27.100.
Processio Verbi tantùm est generatio. 18.98. & *seqq.*
Procedere per modum naturæ quid sit? 105.
Processio denominationem suam sumit ab eo quod formaliter communicatur. 121.
Principium adæquatum Verbi & Amoris in diuinis quodnam sit? 18.159.
Productio essentialiter terminatur ad rei existentiam. 19.175.
Principium Theologici discursus non potest esse veritas reuelata, cognita notitiâ euidente naturali. 1.49
Productio sui ipsius, vel à producto implicat. 2. 4.
Improductum in qualibet serie indiuiduorum, aut specierum cur implicet. 2.5.
Processio realis datur in Deo. 18.2.
Processio arguit naturæ diuinæ fœcunditatem. 18.4.
Procedere per modum effectus à causâ quid sit. 18.7.
Processio in Deo est per modum termini consubstantialis principio producenti in eâdem naturâ subsistentis. 18.5.
Producere & communicare quomodo differant. 18.10.
Processiones passiuæ duæ tantùm sunt in Deo realiter distinctæ. 15. *specie quasi differunt.* 16.
Multiplicari solâ fide constat. 23.
Actiuæ in personis Producentibus duæ sunt realiter à passiuis distinctæ. 28. *non sunt operationes naturæ, sed intellectus & voluntatis.* 39.
Productiua vis ad intra licet radicetur in fœcunditate Naturæ, proximè tamen fundatur in ipso Intelligere & Velle diuino. 18.46.
Principium producendi quo in diuinis siue adæquatum, siue inadæquatum non potest esse aliquid absolutum. 18.81.
Principium productiuum duo essentialiter importat & assimilationem termini, & distinctionem à termino: 83. *communicatiuum in diuinis aliud proximum, aliud remotum:* 87. *productiui non est assimilare sibi terminum, bene communicatiui.* 18.93
Discrimen principij communicatiui quo *&* quod. 23.70.
Principium productiuum in diuinis ex variatione suppositorum distinctorum ad eundem terminum concurrentium dupliciter variari potest: 27.127
Productiuum Spiritus S. est totum in Patre & totum in Filio subiectiuè, non obiectiuè. 138.
Productiuum ad extra quenam requirat? 27.139
Producens identificari producto implicat in diuinis, multò magis in creatis. 23.139

Prioritas, & Posterioritas.

Prioritas *omnis in Deo aut est actu aut virtute.* 26.162.
Prioritas & posterioritas originis compatitur secum simultatem durationis. 103.
In Deo supponit aliam prioritatem virtualem respectu cuius est origine prius. 26.63
Prioritas & poster. non est inter Relationes diuinas, quatenus ad instar Relationum Predicam. concipiuntur resultare ex originibus. 22.25.
Realis originis non intercedit nisi realiter distincta: 26. *Naturalis exigentia & obiectiua præconceptibilitatis in Deo est.* 29.
Prioritas secundum subsistendi consequentiam quid, & vtrum in Deo? 31. in quo *in Deo nulla est, sed tantùm à quo.* 33. *durationis & dignitatis in Deo nulla:* 34.
Prioritas & posterioritas, imò & simultas in diuerso genere reperitur tam in creatis, quàm in increatis. 39. & *seqq.*
Prioritas originis compatitur secum posteritatem in alio genere. 57.
Prioritatis & poster. signa in actibus intellectus & voluntatis diuinæ an sint realia, an rationis? 45.
Ea instantia in actibus intellectus & voluntatis diuinæ non deseruiunt intellectui increato. 23.53.
Prioritas & posterioritas inter actus intellectus & voluntatis diuinæ vnde sumenda? 22.54.
In actibus diuini intellectus circa obiecta necessaria & libera vnde desumenda? 61. *in actibus diuinæ voluntatis circa obiecta necessaria & contingentia vnde?* 65.
Prioritas alia realis seu actualis, alia rationis, seu virtualis. 22.1.
Prioritas & poster. in concipiendo fundat prioritatem & poster. in significando. 20.69.
Qualem importent præsens, præteritum, & futurum. 20. 71.
Prioritas & poster. in quo consistat. 22.1.
Prioritas naturæ & originis in quo consistunt. 22.21.
Prioritas & poster. est etiam inter potentias productiuitatis & producibilitatis, nec non inter ipsas formales origines actiuas & passiuas. 22.24.
Propheta *habens euidentiam in attestante, Theologicum discursum formare potest de obiecto sibi reuelato.* 2.51.

Pronomina, propositio. Proprium.

Pronomina nostrum *&* meum *important aliquam habitudinem causæ, vel effectus in eo, de quo dicuntur.* 27. 164. *an coniungi possint cum quolibet nomine significante aliquam perfectionem diuinam, siue in abstracto, siue in concreto.* 27.165.
Propositiones *sæpe possunt esse suspectæ non ex intrinseca significatione, sed extrinsecâ intentione, proferentis.* 25.16.
Propositio per se siue nota quoad se, & propositio nota quoad nos, quænam sit. 2.12.
Factâ suppositione rei futuræ propositio de eâ fit determinatè vera. 12.89.
Propositio enuncians futurum præcedit duratione existentiam rei futuræ, non causalitate. 12.148.
Propositio malè sonans & piarum aurium offensiua quænam sit? 29.6.
Propositio scandalosa, quæ? 8. *seditiosa?* 9. *schismatica?* 10. *periculosa?* 11. *blasphema?* 12. *arrogans, improbabilis quæ?* 13.14.& 15.
Proprium *vnius Naturæ non potest fieri proprium alterius.* 9.160.
Proprius modus operandi Dei fieri potest connaturalis creaturæ accidentali, non substantiali. 9.239.
Nulla proprietas est eminentior quoad esse rei, cuius est proprietas. 9.112.
Quasi *quam vim habeat frequenter in scriptura.* 18.98.
Quaternitas *non rerum, sed Relationum in Deo.* 16.34.
Quo *est particula reduplicatiua essentialium prædicatorum.* 19.100.
Quinque *Notiones non important quinitatem rerum.* 24.15.

Ratio. Regula. Relatio.

Ratio *Theologica & Mathematica quid.* 19.85.
Rectitudo *duplex in actibus, altera moralis in ordine ad mores, altera artificialis in ordine ad artem.* 1.96.
Regulæ *seruandæ in Mysterio SS. Trinitatis.* 29.1.
Relatio *in Deo excluditur à ratione attributi.* 3.20.
Relationes & essentia diuina non sunt ratione Theologicâ distinguenda. 3.26
Relationes diuinæ non distinguuntur per aliud absolutum, sed ipsis. 3.157.
Cum essentia fundare non possunt inæqualitatem. 158.
Relatio vt Relatio non ordinatur ad componendum vnum tertium. 5.4 & 5.
Relatiua vndenam sumant multitudinem suam. 18.35.
Relatio in diuinis, alia formaliter constitutiua personæ, alia solùm complens proximum principium producendi. 18.36.
Relatio Transcendentalis est actiua. 18.93.
Relationes reales dantur in Deo. 19.1.
Sunt reales non tantùm secundùm esse, in, *sed etiam secundùm*

Digitized by Google

cundùm esse, ad: 19.3.
Exercent realem respectum ad inuicem per ipsum esse ad: 19. 4.
Relationes realeꝫ realiter inter se distinctæ tres tantùm sunt in Deo. 19. 6.
Præter Personales datur quarta spirationis activa Patri & Filio communis. 9. non plures quatuor. 16.
Relationum multiplicatio non infert multiplicationem rerum. & cur: 19.13. & 46.
Relatio fundata in vnitate præexigit fundamentum realiter distinctum. 19.16.
Relatio est cuius totum esse est ad aliud quomodo intelligendum: 19.48.
Non est tantùm conditio distinguens personam producentem à producta, sed etiam est ratio formalis constituens proximum principium producendi. 82.
Relationes diuinæ nullo pacto ex naturâ rei distinguuntur ad essentiâ. 85. Inadequatè identificantur cum essentiâ. & essentia cum quâuis earum; inter se realiter distinguuntur. 19.89
Relatio non ita identificatur essentiæ, sicut essentia sibi ipsi. 19. 92.
Relationes implicitè includunt in obiectiuo conceptu naturæ diuinæ, atque adeò illæ sunt de essentiâ Naturæ. 19.113.
virtualiter distinguuntur à Naturâ conceptu explicito, non implicito. 19.136.
Includunt essentialiter Naturam diuinam, & non tantùm identicè. 16. 151.
Limitantur tantùm ad non includendam oppositam correlationem. 19.152.
Relatio diuina concipi potest vt adueniens Deitati, & vt includens Deitatem. 19.153.
Relatio est secundùm se totam respectiua in ratione explicitâ, non implicitâ. 154.
Existunt existentiâ relatiuâ ratione distinctâ ab existentiâ absolutâ Naturæ: 19. 172.
Explicito conceptu non includit essentiam, includit existentiam relatiuam. 19.173.
Relationibus diuinis tripliciꝫ generis prædicata conueniunt. 19.182.
Relatio diuina non est modus naturæ. 188.
Relationes diuinæ ab essentiâ etiam virtualiter distinctæ perfectionem important infinitam, non simpliciter, sed in suo dumtaxat genere. 169.
Relatiuæ perfectiones in Deo multiplicantur. 206.
Relationum limitatio non prouenit ex imperfectione, sed ex essentiali oppositione. 19.213.
Non differunt propriè specie inter se aut numero; differunt quasi specie & impropriè indiuidualiter. 19. 216.
Non sunt propriè indiuidua, dici possunt differre numero, non positiuè, sed negatiuè. 16.121.
Relatio vt sic ab essentiâ præcisa an sit formaliter Deus? 20.20.
Relatio in quo sensu constituat aliquid ad se. 20.54.
Relatio sub ratione Relationis reipsa personas constituit: 56. & seqq.
Constituit Personam vt transcendentalis & Prædicam. simul secluſis imperfectionibus. 20.61.
Relatio identitatis cur realis non sit. 20.72.
Relatiuum potest producere suum correlatiuum, quia ad hoc sufficit priꝛitas originis. 20. 75.
Ad Relationem non est per se modus, quomodo verum? 27.78.
Relatione diuinâ quomodo se habeant ad Essentiam & ad inuicem. 20.79.
Relationes diuinæ quomodo compleant Naturam, & compleantur à Naturâ. 21.15.
Sub quâ ratione habeant rationem perfectionis simpliciter simplicis. 21.29.
Et non habeant prioritatem & posterior. inter se. 22.25.
Relatio in diuinis sola est formalis ratio producendi, & sub quâ ratione considerata. 23 22.
Relatio cur non sit productiua ad extra, cùm tamen sit productiua ad intra. 23.39.
Relationes sunt quid superiùs ad proprietates personales. 24.14.
Relatio Verbi est eadem cum Relatione Filiationis solâ ratione inadæquata diuersa: Relatio Filiationis magis exprimit identitatem naturæ & ordinem ad genitorem. 26.28
Relatio diuina vt sic non est repræsentatiua alicuius obiecti. 71. Eadem relatione refertur Filius in diuinis ad Patrem, & Imago ad Prototypon, licet non eodem modo. 26.214.
Relatio Filiationis, Verbi, & Imaginis quomodo inter se differant. 26.224
Relatio Paternitatis & Filiationis quomodo compleat spirationem activam. 27.132.
Relatiua sunt simul natura & cognitione, esto vnum sit prius origine altero. 20.75.

Reprobatio &c.

Reprobatio principaliter importat actum voluntatis, connotato tantùm actu intellectus culpam præuidentis. 15. 9.
In statu Naturæ integræ & lapsæ voluit Deus omnes homines saluos fieri. 16. 11.
Reprobatio alia est executiua, alia intentionalis. 16. 40.
Nemo fuit à gloria efficaciter excluſus ante demerita præuisa. 16.45
Excluſio à gratiâ efficaci saltem in angelis nullam supponit causam. 16. 47.
Si Reprobatio incipit à negatione congruæ vocationis, eius saltem in Angelis nulla datur causa. Si Ab excluſione à gloria datur Reprobationis causa. Causa reprobationis paruulorum est originale: In adultis sunt demerita finalia. 16.48.
Reprobatio non incipit, à negatione congruæ vocationis vt prædestinatio. 16.49.
Esau reprobatus est antequàm quidquam mali faceret in temporali executione. 50. Conditiones requisitæ ad effectum reprobat. Peccata reproborum nequeunt esse effectus reprobationis. 16.54.
Sola executio æterna pœnæ est effectus reprobationis. 16. 61. Nullum bonum naturale vel supernaturale est effectus reprobationis. 16.62
Permissio peccati originalis, cum quo paruuli decedunt, non est effectus reprobationis. 64.
Si reprobatio incipit à negatione gratiæ non est in hominis potestate reprobari; si ab excluſione à gloria est in hominis potestate. 16.65.
Res multiplicatur, non ad multiplicationem termini extrinseci, sed subiecti intrinseci: 18.33.
Respectus intrinſ. aut ordo realis Dei ad creaturas nullus datur. 3.99. & 26.139.
Necessarius est respectus ad creaturas, ad distinguenda attributa, quæ nullum in Deo supponunt fundamentum realis distinctionis. 3.106.
Cognito intuitiuè respectu non necessario cognoscitur intuitiuè terminus ad quem est. 9.394.
Retractatio ingenua ex luminibus fidei. 23.85.
Reuelatio, circa hoc vel illud obiectum in particulari, cùm applicetur nobis per Testimonium obscurum Ecclesiæ, non potest nobis hoc vel illud esse euidens, licet euidens sit lumine naturali, verum esse id quod Deus reuelauit 1.11.
Reuelatio explicita de veritate obiecti est simul implicita de falsitate contradictorum, atque adeò non est euidens nobis, sed tantum certum certitudine fidei obiectiones contra Mysteria fidei esse solubiles. 1.12.

Reue-

Reuelatio alia scripta, alia tradita, alia animata. 1. 59.
Reuelatio alicuius propositionis censetur se extendere ad ea omnia, quæ cum ea sunt naturaliter connexa. 73.
Reuelatio virtualis est ipsa virtualis continentia conclusionis in principio reuelato. 1.84
Reuelatio diuina per discursum applicata est ratio formalis motiua, sub quo Theologia tendit in suum subiectum. 1.142.

Vide Fides. Mysteria.

Sacramenta. Salus. Sanctus.

Sacramenta *vt sic sunt effectus diuinæ prouidentiæ supernatur: vt actu applicata prædestinato sunt effectus prædestinationis.* 15. 134.
Deus saluare quemlibet potest salua arbitrij libertate. 12. 231.
In statu Naturæ & integræ & lapsæ vult Deus omnes homines saluos fieri. 16. 11.
Voluntas diuina saluandi omnes non est impropria: 16. 21.
Est per modum actus prosecutionis, efficacis ex parte Dei, conditionati ex parte obiecti. 26.24.
Non est tantùm simplex complacentia de possibili salute hominum. 16.22.
Voluntas saluandi omnes non est per modum decreti omnino absoluti inde pendentis à quacumque conditione. 16. 23.
Sanctus *cur addatur ad nomen Spiritus.* 27.4.& 8.

Sapientia. Scientia.

Sapientia *diuina non qua sapientia. sed qua diuina formaliter includit bonitatem.* 3.37. & 17.17.
Sapientia sumpta pro virtute seu habitu intellectuali requirit euidentiam primarum altissimarumq; causarum. 1.29.
In communi neque dicit distinctionem neque vnitatem, cum bonitate, sed præscindit ab vtroque: vt diuina est magis sibi quàm bonitati vna, non per maiorem identitatem actualem, sed virtualem. 3.38.
Ab omnipotentia non distinguitur sola extrinseca connotatione obiecti intelligibilis & producibilis, sed etiam intrinseca ratione præsupposita in Deo. 3.94.
Sapiens non dicitur Deus solâ connotatione Sapientiæ, quam causat, alias etiam diceretur terra. 3.
Sapientia vt diuina concipi debet saltem implicitè cum totâ plenitudine essendi, quam dicit esse diuinam. 3. 130.
Explicitè dicit solùm perfectionem sapientiæ; implicitè quidquid perfectionis dicunt attributa diuina. 136
Præcisa ratio Sapientiæ non est explicita ratio bonitatis: 3.152
Explicita ea ratio est perfectior attributis voluntatis, omnipotentiæ & immensitatis. 153.
Deus *in ratione Sapientiæ non potest vniri cum creaturâ rationali.* 5.29.
Sapientia diuina, quia in ratione Sapientiæ est illimitata, à nullâ specie creatâ exprimi potest vt est in se: 9.70. *est in immensitate, & contra: vera est propos.* 29.69.
Scholastici *à patribus quomodo differant quoad modum probandi principia fidei.* 1.16.
Scientia *Dei vnicum est in Deo attributum, quia sub vnâ ratione generali tendit ad omnia obiecta.* 3.163.
In cognosci pendet ab extrinseco. 7.2.
In scientiâ nullum Prædicatum essentiale supponitur ante euidentiam, cùm certitudo consequatur euidentiam. 1.19.
Intellectus appellat assensum principiorum, Scientia conclusionum per principia, vnde in euidentia & certitudine non differunt, sed in modo assentiendi. 1.21.
Scientia subalternata si non habet euidentiam in se, non potest illam accipere per continuationem ad subalternantem existentem in alio subiecto. 1.23.
Scientia potest esse de rebus indiuiduis quando sunt immutabilia vel ratione sui vt Deus, *vel quatenus substant scientiæ diuinæ.* 1.28
Speculatiuæ Scientiæ intrinsecus finis veritas. 1.95.
Scientiæ adæquata diuisio est in speculatiuam & Practicam. 1.100.
Scientia Dei *iuxta varietatem obiectorum variam habet prioritatem & posterioritatem.* 22. 62. *triplex in* Deo *supponit notitiam triplicis decreti.* 22 63.
Scientia visionis in Deo *est scientia libera:* 26.162.&c.
Hæc non potest super scientiam simplicis intellig. addere aliquid intrinsecum, sed solâ connotatione obiecti extrinseci. 26.168.& 177.
Est infinita tum ratione obiecti primarij, tum fundamentaliter ratione simplicis intellig. non tamen formaliter respectu obiecti secundarij, nisi tantùm extrinsecè & connotatiuè: origine precedit in Patre productionem Verbi, sed fundamentaliter tantùm, non formaliter, licet illam à se habeat: 177. *quomodo communicetur Verbo.* 26.179.
Scientia Dei *diuisio. Simplicis intellig. necessaria: visionis libera: media seu conditionata partim necessaria, partim libera.* 12.2.&c.279.
Deus *seipsum cognoscit.* 12. 4.
Et quidem necessariò. 12.5.
Seipsum vt obiectum primarium reliqua vt secundaria: 12.7.
Cognitio, qua cognoscit se, est perfectè comprehensiua & natura, & sui ipsius. 8. Cognoscit creaturas secundùm esse participatum. 12. 10.
In sua cognitione vt specie expressa earum cognoscit Deus *creaturas.* 12.16.& 47.
Nullum esse aliud habent possibiles extra Deum, *ad quod diuina cognitio terminetur:* 12.23.
Vt res cognoscatur sufficit quòd in Verbo contineatur intentionaliter. 12.38
Cognitio diuina non mutatur dum cognoscit creaturas, quas poterat non cognoscere. 12.49.
Deus certo cognoscit in suis causis futurum contingens à casu. 12. 43.
Deus certò præscit omnia futura libera. 12.55.
Si possibilis foret realis præsentia futurorum in æternitate, necdum ea esset Deo prima ratio cognoscendi futura. 12.77
Futura libera non cognoscit Deus *certò in suis causis proximis.* 12.108.
Scientia simplicis intelligentiæ, est solùm remota causa rerum exemplariter dirigendo. 12. 112.
Deus *non cognoscit futura libera in sua essentia proximè visa vt causa.* 12.120.
Libera in suis ideis independenter à quocumque alio: 121.
Idea est Deo ratio cognoscendi futura, positâ determinatione ipsorum ad esse futuri. 12.122
Deus *certò cognoscit in suo decreto futura, quæ solùm pendent ex voluntate Dei.* 12.128.
Non certò Deus *cognoscit in suo decreto, vt in ratione proxima cognoscendi, effectus futuros dependenter à voluntate creata:* 12. 130.
Deus *cognoscit futura in se ipsis pro ea duratione, qua extitura sunt extra suas causas.* 12. 141.
Scientia Dei, *qua nouit futura, non est causa, sed pura intuitio futurorum.* 12.148.
Neque ex scientia approbationis sequitur vlla vis aut læsio nostræ libertatis. 12.150.
Deus *prius ratione cognoscit sua decreta vt ponenda, quàm vt actu posita:* 12.252.
Deus *cognoscit negationes, priuationes tam physicas, quàm morales, & quidquid fingi potest.* 12.261.
Deo ratio immediatè cognoscendi illas non est forma aliqua positiua. 12.265.

Impli-

Digitized by Google

Implicat Deum *cognoscere negationem & priuationem non cognita prius forma, cuius est.* 264.
Hæc forma est illa bonitas creata, quam negatio aut priuatio immediatè remouet. 12.267.
Non omnes negetiones aut priuationes cognoscit Deus *scientia visionis; aliquas tantum cognoscit scientia simplici.* 269.
Entia rationis vt fingenda cognoscit Deus scientia simplici, quæ verò fingentur, scientia visionis. 272.
Obiectum scientiæ visionis Dei potest esse necessarium. 12. 273.
Scientia Dei est causa rerum non effectiua, sed directiua. 12.276.
Quid scientia simplex quid approbationis. 282.
Scientia Dei est causa negationum indirectè & consequenter. 12.284.
Deum cognoscere futura conditionalia, de fide. 12.162.
Cognoscit etiam omnia, quæ à possibilibus sub quauis occasione futura essent. 166.
Scientia hæc formaliter in Deo est: 172. *certa & infallibilis etiam ex parte rei cognitæ.* 174.
Deum cognoscere futura conditionata ante vllum decretum suæ voluntatis actu positum probatur ex scripturis: 200. *Ex Patribus:* 202. *ad hominem:* 204. *Ex absurdis:* 205. *Ex falsis aduersariorum principijs:* 209. *ratione:* 211.
Scientia conditionata cur dicatur media. 12.215.
Qua ratione deseruiat Deo ad saluandam cum infallibilitate decreti sui libertatem hominis. 216.
Nullus effectus creatus præuidetur ante omne decretum Dei. 217.
Nulla præuidentur merita neque sub conditione futura, nisi dependenter ab electione gratuita. 218.
Scientia conditionata saluat rationem doni specialis in auxilio diuino: 219.
Illâ consensus præuidetur futurus viribus gratiæ: ideò vis non infertur creaturæ, si gratia negetur. 221.228.
Impossibilis est creatura quæ cum nullo auxilio gratiæ in quibuscumque circumstantijs oblatio præuideatur dissentura; nec possibilis, quæ cum nullo præuideatur consensura. 12.235.
Futura conditionalia dispanta, quoad materialem veritatem extremorum certò cognoscuntur à Deo ante decretum actu existens, per ordinem ad decretum condit. obiectiuum. 241.
Scientia condit. Deus cognoscit sua decreta condit. quæ numquam de facto existent in Deo. 12.246
Scientia Dei inuariabilis est quoad intrinsecam perfectionem. 286.296.
Nec certitudo obiecti potuit à Deo abesse, nisi ratione extrinsecæ terminationis. 302.
Scientia possibilium intrinsecam perfectionem superaddit scientiæ: 319.
Exprimit intra intellectum cognoscentis quodlibet obiectum materiale & secundarium. 327.
Scientia diuina repræsentat intra se infinita categorematicè. 338. *Etsi infinitum extra Deum implicet existere totum actu.* 12.353.
Scientia Dei quomodo terminetur ad scitum. 14. 45. & 110.

Vide Cognitio. *Visio.*

Sensus *non potest nisi singulare ac determinatum obiectum cognoscere.* 9.152.

Signum. Simplicitas &c.

Varia intellectus diuini signa. 13.20.
Quid & quotuplex voluntas signi in Deo. 14.124.
Signum duplicem respectum importat. 26.16. *aliud durationis, aliud originis, aliud præcisionis vnius ab alio cum fundamento in re.* 26. 99.
Signum ex Augustin. non sunt sola verba, sed etiam res, ad alius res significandas impositæ. 1.130.

Vide Instans. Mensura. Æuum.

Sylligismi *expositorij leges.* 19.95.
Simplicitas *in Deo non saluatur cum actuali distinctione relationum ab Essentiâ.* 19.87.
Simplex Deitatis Natura vnum habet esse, viuere, & posse. 3.27.
Deus est omnino simplex. 28.
Simplicitas est species vnitatis: Omne simplex est vnum, non omne vnum simplex. 5. 1.
Summa simplicitas est propria Dei? 43.
Est perfectio simpliciter simplex. 46. *Est causa immutabilitatis.* 6.1.
Ex summâ simplicitate demonstratur Deus esse immutabilis. 6.13.
Summa simplicitas est fundamentum proximum æternitatis Dei. 7.24.
In simplici non possunt plura virtute distincta cognosci nisi per ordinem ad plura actu distincta. 3.105.

Vide V. Compositio.

Similitudo *est principium amoris, quem sensum habeat:* 18.173.
Alia conuenientiæ, alia proportionis; prior ad generationem necessaria: Posterior insufficiens: 177.
Ad generationem requisita non est spectanda ex capacitate termini vel principij, sed ex propriâ essentiâ generationis. 182.
Simile *ab imagine quomodo differat.* 29.189.
Simultas *durationis quid, & an possit secum compati aliquam prioritatem.* 20. 71.
Spatia *Imaginaria, infinita extra hunc mundum Deus actu occupat ratione immensitatis:* 8. 35.
Non est quid fictum quoad distantiam, & capedinem negatiuam. 8.44

Species. Speculatio. Speculum.

Propria species obiecti supernaturalis non potest esse comprincipium cognitionis naturalis. Species propria gignit visionem intuitiuam. 1.10.
Species intellectiles pendent à phantasmatibus in fieri, non tamen in facto esse. 123.
Species componitur ex duobus conceptibus, quorum vnus perfectè præscindit ab alio, & quædam alia ad rationem speciei requisita. 19.216.
Species qua *de obiecto infinito potest esse finita, non species* in qua. 3.7.
Species de Deo à S. Damasc. impropriè vsurpatur. 5.42.
Species intelligibilis est duplex, impressa & expressa. 9. 21.
In specie impressâ non consistit verbum mentis: 38.
Expressa est ratio non tantùm qua, *sed etiam* in qua *videtur obiectum intentionaliter expressum.* 40.
Speciebus variatis, non variato obiecto in se realiter, potest visio variari: visibiles si refringantur, obiectum apparet fractum. 44.
Propria necessaria est ad intuitiuam cognitionem. 9.66.
Species impressa & habitus producunt actione distinctâ actum vitalem: 9.69.
Expressa in qua *diuinæ essentiæ repugnat, & cur:* 73. & seqq.
Expressa finita non potest repræsentare infinitum obiectum. 75.
Potest species accidentalis repræsentare obiectum substantiale. 77.
Non potest dari species expressa exprimens attributum diuinum vt est in se. 9.80.
Species impressa diuinæ essentiæ vt est in se etiam de possibili neganda est. 9.89. *eiusdem veræ implicantia.* 116.
Species tam impressæ quàm expressa substituuntur loco obiecti. 9.94.
Non est Instrumentum, sed causa principalis partialis cogni-

Digitized by Google

cognitionis. 103. *Impressa non per omnia gerit vicem obiecti.* 105.
Nec determinat potentiam formaliter, sed effectiuè. 109.
Nec necessariò debet habere eminentius esse, quàm res ipsa. 112. *Eius est esse determinatiuum potentiæ ad obiectum per expressionem obiecti intra potentiam cognoscentis.* 9.118.
Lumen gloriæ est species impressa creaturarum: 9.217.
Deus creaturas in se ipso vt in specie expressâ cognoscit. 393.
Species exprimens infinita indiuidua etiam debet esse infinita. 429.
Deus neque vt species impressa, neque vt expressa creaturarum est causa cur hæ potius creaturæ videantur à Beatis. 9.493.
Essentia diuina est idea creaturarum vt est species expressa earum. 3.18.
Res intentionaliter expressa in angelo non dicitur idea defectu potentiæ productiuæ. 13.27.
Species creaturarum formaliter eminenter est Deus ipse. 18.190. *Species lapidis non est lapis.* ibid.
Speculatio *est etiam praxis, quatenus ipsa veritatis contemplatio regulatur à scientiâ practicâ secundùm circumstantias.* 1.97.
Speculatiua cognitio includit negationem cognitionis practicæ permissiuè, non incompossibiliter. 1.106.
Speculum *respectu visionis creaturarum quomodo Deus?* 9.378. *&c.*
Discrimen inter speculum creatum & Deum speculum voluntarium creaturarum. 379.
Deus vt speculum voluntarium Creaturarum non est ratio proxima cur hæ potiùs creaturæ à Beatis videantur. 9.454.

Spiritus S. Spiratio, Spirare.

Spiritus S. procedit ex amore creaturarum, non ex creaturis. 14.43.
Cur non vocetur gaudium æquè ac amor. 14.163. *cur non sit alterius personæ productiuus.* 18.22.
Spiratio actiua non dicit proximè & formaliter paternitatem & Filiationem, sed relationem Spiratoris communem Patri & Filio. 32. *Spirare, qui est actus Notionalis, includit formaliter non tantùm concomitanter Velle essentiale.* 60. 61.
Addit aliquid supra Velle essentiale, non tamen pertinens ad Velle formaliter. 62.63.
Spiritus S. quomodo procedat vt amor, etiamsi ratio productiua sit Relatio, non volitio. 89.
Spiratio immediatè afficit Volitionem vt proximam rationem communicandi. 90. *Spiratiua Virtus quomodo de Filio prædicetur.* 18.155.
Spiritus S. vi suæ processionis non accipit similitudinem Intentionalem. 172.
Ipsis totum principium productiuum communicatur terminatiuè, non subiectiuè. 18.179.
Spiritus S. vi suæ originis procedit similis in Natura cum principio producente, nec tamen est genitus. 18.184.
Vi suæ originis procedit vt Deus formaliter & non tantùm identicè. 185. *vi suæ formalis originis subiectiuè procedit inadæquatè Deus; subiectiuè & terminatiuè simul procedit adæquatè Deus:* 179. *Eius processio non esset generatio, etiamsi per impossibile in diuinis non esset Verbum.* 18.186.
Spirationi passiuæ an definitio generationis conueniat? 18.187.
Spiratio actiua non potest realiter distingui à paternitate & Filiatione, ne admittatur Quaternitas rerum in Deo, neque formaliter ex naturâ rei contra Scotum: 19.33.
Solâ ratione ratiocinatâ distinguitur à Paternitate & Filiatione. 42.
Non est vna in Patre & Filio vnitate Rationis, sed rei. 43.
Communicatur Filio à Patre cum Naturâ. 44.
Esto non in ratione rei, tamen in ratione Relationis realiter distinguitur à Paternitate & Filiatione. 48.
Cur nequeat in abstracto prædicari de Paternitate & Filiatione. 48.
Eius munus quadruplex iuxta varias sententias. 60. *non potest personas constituere, aut constitutas tantùm referre.* 19.67. *& seq.*
Spiratio actiua constituit principium proximè spirationum. 19.74.
Immediatè recipitur in Patre & Filio iam constitutis in ratione Personæ. 76.
Concipienda est priùs in Patre, quam in Filio; in Patre posterius quàm potentia generatiua; priùs quàm actus generandi: in Filio priùs ratione quàm referatur ad Patrem. 77.
Non est accidens metaphysicum. 78.
Est minoris efficaciæ in constituendo suppositum, non autem minoris perfectionis: 80. *quænam existentiâ existat:* 19.187.
Cur non distinguatur à Patre & Filio. 20.40.
Spiratus non ita respicit spiratum, vt generans genitum. 20.77.
Spiritus S. ex quorum obiectorum amore procedat in sent. Scoti. 22.12.
Spirari voluntate quomodo verum. 23.25.
Spirator non est origine prior spiratione actiua. 22.26.
Spiratio spirat an concedenda. 23.43
Spiritus S. Notio cur non sit improductiuitas. 24.11. *est spiratio passiua.* 13.
Spiratoris Notio est spiratio actiua. 24.13.
Spiritus S. non est principium Notionale, sed duntaxat essentiale respectu productionis ad extra. Est principium de vtroque principio quem sensum habeat. 25.15.
Spiritus S. quomodo dicatur Verbum Filij. 26.21.
Cur non sit Verbum. 22. *Non propriè loquitur Patri, aut Filio:* 36.
Est amor essentiæ, totius Trinitatis, creaturarum. 30. *non ita propriè dici potest donum Creaturarum, sicut Filius Verbum creaturarum:* 52.
Si actu non existeret, non posset exprimi, vt possibilis à Verbo etiamsi creaturæ actu non existentes possint exprimi vt possibiles ab eodem Verbo. 26.64. *& seq.*
Spiritus S. sub quâ ratione sit prior processione verbi. 96.
Procedit ex perfectissimo amore sui & Personarum. 107.
Spirandi actum non habet Filius à Patre formaliter, sed tantùm radicaliter. 26.179.
Spiritus S. cur non habeat rationem Imaginis. 26.194. *non est Imago spiratoris & cur.* 198. *& 205.*
Quo in sensu dicatur Imago Filij à Patribus. 26.203.
Spiritus nomen dici potest à spiritualitate vel à spiratione. 27.3.
A passiuâ spiratione dictus est nomen Personale & solius tertiæ personæ proprium: à spiratione actiuâ dictus potest esse communis toti Trinitati, vel Patri & Filio pro diuersitate spirationis actiuæ: Spiratio actiua alia ad intra, alia ad extra. Spiritus: 237.4.
A spiratione actiua dictus non eandem Notionem habet in diuinis ac in humanis, sicut habent nomen Patris & Filij, genitoris & geniti. Spiritus in creatis quid. 5. *prout dicit emissionem vitalis habitus & processionem Spiritus S. quam similitudinem analogam habeat.* 27.6.
Spiritus S. à spiritualitate dictus non est proprium, sed tantùm appropriatum tertiæ Personæ. Cur per appropriationem dicitur de tertia Persona incomplexè. 27.7. *quando continguitur cum genitiuo Dei, Domini, Patris,*

Digitized by Google

tris, Filij, Christi, sumitur notionaliter, quando cum Deo in casu recto essentialiter. 8.
Non tantùm à Patre sed etiam à Filio procedit: à Filio procedere, cur abstinuerint dicere aliqui Patres? 19.
Non mittitur ad extra vt sit & subsistat, sed tantùm vt appareat & operetur. 24.
Principia seu propositiones, quibus Graci Patres Spiritus S. processionem explicant. 27. 26.
Hac processio habetur in scriptura quoad sensum & rem significatam, licet non quoad verbum procedendi. 38. potiùs per Filium, quàm ex Filio dicitur procedere à Gracis patribus, cur hoc? 39. quòd sit à Patre & Filio vnde proueniat. 27.42.
An si Spiritus S. à Filio non procederet ab eo distingueretur; qualis hypotesis? 27.44
Non distingueretur à Filio si ab illo non procederet: 59.
Si mediatè saltem produceretur à Patre, adhuc distingueretur à Patre, si tamen immediate non produceretur à Filio nullo modo posset ab illo distingui: 67.
si non procederet à Filio non essent duæ productiones hypostatica: sed vna terminata ad vnam eandemque indiuisibilem personam, quæ simul esset genita & spirata: 70.
Non producitur à Filio vt Filius est, vt à Principio quo; producitur ab illo vt principio quod. Spiratiua virtus non intelligitur completa nisi vt subsistens: 27.71.
Ex se nullam habet subsistentiam propriam, sed subsistit subsistentiâ Patris & Filij formaliter. 27. 71.
Spiratiui principij vnitas saluatur ex Vnitate principij quo. 74.
Spiritus S. alio modo compararetur ad Filium; si per impossibile ab illo non procederet, ac comparatur nunc: 71. non maneret distinctus à Filio si à solo Patre procederet, manerent tamen distincta creatura à Deo, si à solo Patre procederent, & non à totâ Trinitate: 74
Distingui posset à Filio etiamsi actu non procederet ab illo per aptitudinalem processionem ab illo. 75.
Æquè procedit à Patre ac à Filio, nec prius aut perfectius, nec principaliùs aut magis propriè, immediatiusq; ab vno quàm ab alio producitur. 81.
Spiratiua virtus non est inæqualis in Patre & Filio, aut inæqualis ratione applicationis. 27.84.
Spiritus S. est à Patre etiam mediatè; à Filio tantùm immediatè, vera propositio. 90.
Procedit à Filio per Patrem seu mediante Patre, non ita bene dicitur. 92. Spiritus S. Ingeniti, genitique medium. 27.97.
Procedit à Patre mediatè, non meditatione voluntatis, sed mediatione suppositi specificatiuè sumpti. 181.
Spiratiua virtus cur non procedat in actum ante generationem Filij. 102.
Spiritus S. non solùm procedit æqualiter, sed etiam eodem modo à Patre & Filio. 107.
Spiratiua Virtus sola est formale principium adæquatum quo Spiritus S. 27.108.
Spiritus S. non ex eo præcisè procedit eodem modo à Patre & Filio, quia ab illis procedit æqualiter. Vi suæ personalis proprietatis per se postulat duo supposita diuersa & quomodo. 27.109.
Spirator cum sit nomen substantiuum principaliter & in recto importat vim spirandi. 27. 115.
Spiratiua virtus spirat, non ita usitata, bona tamen locutio: non importat aliquam personam determinatam, sed vtramque simul, sub Analogo conceptu personæ. 116.
Spirantes duo dici possunt adiectiuè non substantiuè: Spiritus S. procedit à Patre & Filio authoribus, quomodo verum. 27.117
Spiritus S. ex vi proprietatis personalis quam de facto habet, per se postulat procedere à Patre & Filio vt distinctis suppositis. si non procederet à Patre & Filio vt distinctis suppositis mutaretur vt minimum quidditatiua perfectio Spiritus S. 27.128.
Vi suæ formalis proprietatis Personalis per se respicit Patrem & Filium vt sunt distincta supposita, non vt correlatiua formaliter, sed radicaliter seu virtualiter. 27. 131. Spiratio actiua non est potens spirare nisi supponatur vt perfectè existens in Patre & Filio; vnde completur à Patre & Filio. 27.132.
Spiritus S. duplicem eiusdem Relationis formalitatem fundat ad Patrem & Filium. 27. 137.
Spiratiua virtus quid accipiat à Patre & Filio. 140.
Spiritui S. soli vi suæ processionis formalis conuenit vera & propria ratio doni. 27.151.
Vi suæ originis procedit vt amor non solùm vt necessariò communicatus ad intra, sed etiam vt liberè & gratuitò communicabilis ad extra. Est donum formaliter per aptitudinalem communicationem ad extra. 152.
Per quid constituatur in ratione doni formaliter: duplicem respectum rationis importat ad creaturas. 154
Non solùm procedit vt donum donatoris, sed etiam vt donator donorum. 255.
Quomodo sit primum donum. 157
Vnde habeat rationem propriam doni an ex amore essentiali, an notionali? 129.
Ab amore Essentiali habet vt sit liberaliter donabilis effectiuè, à Notionali vt sit substantialiter donabilis formaliter. 27. 161.
Suâ processione est donum, quâ ratione verè dici possit. 163 an dici possit noster Spiritus, nostrum donum? 164. respectu quorum sit donum. 27.168.
Inter Spiritum & oculum est proportio in ratione Entis, non in ratione potentiæ & obiecti. 9.7.
Spirituale Ens à potentia corporea attingi non potest. 9. 130.
Subalternatio scientiarum in quo consistat. Subalternata scientia debet addere aliquam differentiam accidentalem supra obiectum scientiæ subalternantis. 1. 113.

Substantia, Substantiuum. Subiectum.

Ratio substantiæ in Deo non est attributum. 3. 20.
Substantia non constituitur ex ratione entis & perfeitatis vt ex partibus, sed vt ex ratione implicitâ & explicitâ. 3.143.
Deus non est substantia sed supersubstantia ex S. Dionysio & Damasc. 5.40.
Substantia quæ de Deo prædicatur, analogicè tantùm conuenit cum Prædicamentali. 5. 41.
Substantialis mutatio alia totalis, alia partialis. 9. 4.
Substantiæ complementum in Deo, vnum à relat, alterum à naturâ formaliter. 21.28.
Substantia incorruptibilis creata est partim in actu, partim in potentiâ ad durandum. 7. 78.
Substantiam supernaturalem dari quid? 7.78.
Si esset possibilis, de facto à Deo creata esset. 150.
Non est possibilis substantia creata, cui connaturalis sit visio Dei. 145.
Triplex eiusdem implicantia. 9.150.
Substantiua non multiplicantur nisi ad multiplicationem formæ per ea principaliter & in recto importatæ: 27.117.
Nec multiplicantur ad multiplicationem formæ, quando importatur forma per modum potentiæ, & virtutis suppositorum, bene quando per modum naturæ. 118.
Nulli substantiæ creatæ connaturalis esse potest intellectus supernaturalis lumen gloriæ, vnio cum diuinâ essentiâ. 159.
Substantia supernaturalis implicat. 9. 66.
Substantialis modus operandi Dei substantialiter communicari

Digitized by Google

cari creatura non potest, potest accidentaliter. 9. 161. & 239.
Nulli substantiæ creatæ connaturalis esse potest gratia, alias habitus supernat. 9. 163.
Neque impeccabilitas. 166.
Neque vnio hypostatica. 167.
Neque æternitas. 168. Neque intuitiua cognitio mysteriorum supernat. 169.
Neque vis creatiua. 9. 170.
Nulli substantiæ vt instrumento connaturali debita est visio Dei, aut alia forma supernat. 9. 184.
Substantiales effectus dependent ab accidente secundùm rationem genericam entis. 9. 255.
Subiectum scientiæ quomodo differat ab obiecto scientiæ, & quas conditiones habere debeat. 1. 129.
Subiecti variæ diuisiones. 1. 135.
Subiectum adæquatum quid, & eius conditio. 1. 136. & 137.
Supernaturalis obiecti actus semper est supernaturalis non autem potentia. 9. 154.
Supernat. intellectus nulli substantiæ creatæ potest esse connaturalis. 159.
Supernat. substantia creata dari non potest. 9. 160.
Supernat. dona à nullâ substantiâ creata naturaliter cognosci intuitiuè possunt. 169 Supernat. accidentia dicuntur proprietates naturæ diuinæ ratione modi operandi, non quà accidentia. 9. 175.
Supernat. accidentia qua accidentia sunt, respiciunt substantiam creatam naturaliter. 179.
Nulla supernat. forma debita est substantiæ creatæ vt instrumento connaturali. 184. Supernat. effectus potest accipere esse, saltem in ratione generica ab agente naturali. 9. 253.
Suppositio de præterito tollit potestatem & antecedentem & consequentem: Suppositio de futuro tollit solam potestatem consequentem. 12. 151.
Suppositio effectus futuri in quo fundetur. 12. 225.

Suppositum, Subsistentia, Subsistere.

Discrimen inter subsistentias creatas & increatas. 21. 15.
Subsistentia absoluta distincta à substantijs relatiuis personarum in Deo nulla datur. 21. 18.
Semisuppositum Caietani reijcitur. 21. 19.
Subsistentia absoluta si daretur, derogaret maiori perfectioni diuinæ, quæ à multis adstruitur, spectat ad eandem lineam & formalitatem essentialis existentiæ naturæ diuinæ. 21. 21.
Subsistentia essentialiter postulat incommunicabilitatem. 23. Subsistere apud S. Augustinum quomodo vsurpetur. 21. 26.
Subsistentia quomodo sit de essentia Dei vt Dei est. 30.
relatiua non tantùm reddunt subsistentes actu Notionales, sed etiam Naturam. 33.
Absoluta importat imperfectionem repugnantem diuinis personis. 18. 90.
Plura suppositа in eâdem Naturâ non multiplicant esse à se. 4. 7.
Suppositum Increatum potest facere vnum compositum cum naturâ creatâ. 5. 28.
Creatum est modus, ac proinde ineptum ad terminandam naturã diuinam. Supponi est recipere perfectionem, sicut supponere est dare perfectionem. 5. 28.
Tanquam, quando reddit causam veritatis, non importat improprietatem, sed potiùs rigorem sermonis. 27. 114.
Temeritas quid sit. 29. n. 7.

Tempus. Terminus.

Tempus importat quietatem & stabilitatem non interruptionis. 7. 2.
Temporis duratio successiuè variatur per diuersas contiTom. I. De Deo.
nui partes. 5. Præterito & futuro caret æternitas. 6. 7.
Tempori infinito apta est respondere æternitas. 7. 7.
Temporis negatio spectat ad æternitatem. 7. 23.
Tempori accidentalis est ratio mensuræ. Tempus & æternitas non opponuntur immediatè. 7. 29.
Temporis partibus tota æuiterna res, posito quòd existat, necessariò coëxistit. 62.
Temporis extrinseci etiam infiniti connotatio non facit rem intrinsecè perfectiorem. 72.
Tempori vt res adæquetur, non est necesse vt ipsa sit infinita. Ad Tempus duratio se habet successiuè, locabilitas ad spatium, permanenter. 73. Tempore continuo mensurantur res successiuæ. 81.
Instante temporis discreti mensuratur operatio intrinseca libera Angeli. 7. 82.
Tempore continuo mensuratur extrinseca operatio angeli. 85.
Tempus continuum est mensura materiæ in ordine ad mutationes. 86.
Tempus discretum vnius angeli non est mensura temporis discreti alterius. 7. 89.
Tempus nostrum est mensura extrinseca cui angeli, operationumq; omnium Angeli. 7. 92.
In passum tempore distans cur agens agere non possit. 8. 26.
Terminus procedens in diuinis non identificatur producenti adæquatè & in ratione producentis formaliter, sed inadæquatè & in ratione communicantis. 18. 10.
Terminus quicumque productus non potest habere maiorem necessitatem essendi quàm habeat eius principium. 26. 115.
Terminus quicumque non potest per se procedere eo, quòd illi accidit, & sine quo æquè perfectè processit. 26. 169.
Terminus quicumque non tantùm debet distingui à principio Quo, sed etiam à principio Quod. 27. 71.
Terminum per se procedere ab aliquo quid sit. 128.
Terminus productus per se refertur ad id, sine quo simpliciter non potest suum esse habere. 132.
Terminus à quo non est propriè in diuinis processionibus. 29. 62.
Terminus, Quo, rationem formalem, per quam res est, importat. 3. 27.
Termini, eo, & quo, per omnes important rationem formalem. 3. 56.
Terminata adæquatè natura nequit vlteriùs terminari. 5. 28.
Termino etiam potentiali caret æternitas. Terminum potentialem quia haberet creatura ab æterno condita, non participaret perfectè rationem æternitatis. 7. 5.
Termini tam actualis, quàm possibilis negatio, vt [illegible] adæquat rationem æternitatis. Negatio omnis termini infert causaliter, non formaliter æternitatem. 7. 16.
Interminabile & immensurabile non sunt idem. 7. 28.
Terminus non necessariò intuitiuè cognoscitur cognito intuitiuè respectu, qui est ad illum. 9. 394.

Theologia, Theolog. Discursus.

Theologi sincera mens & intentio. 13. 39. & 18. 189. & 23. 81.
Theologia alia Viatoris, alia comprehensoris. Viatoris à fide quomodo distinguatur. 1. 1.
Theologicus discursus alius infert conclusionem opinabilem, alius necessariam. 1. 7.
Theologia nostra, non procedit ad conclusiones probandas per euidentem notitiam naturalem suorum principiorum. 1. 9.
Nec ex principijs ad conclusiones per euidentem notitiam supernat. principiorum. 1. 14.
Theologus de rebus fidei [illegible] rationem reddit, non per euidentiam superna[illegible] principiorum, sed ostendendo eas non repugnare, tum probabilibus rationibus suadendo, tum

argumenta in oppositum probabiliter soluendo. 1. 15.
Theologia Scholast. à Theol. Patrum differt. 1.16.
Non est propriè scientia, ob defectum euidentiæ. 1. 19.
Theologia Beatorum non potest nostra dare intrinsecam euidentiam, atque adeò propter hanc continuationem euidentiæ alterius scientia non erit ipsa verè scientia. 1.23.
Theologia nostra non tam attendit ad bonitatem consequentiæ, quàm consequentis: præcipuè attendit ad veritatem eorum quæ in articulis virtute continentur: si tamen non habet euidentiam consequentis, non erit scientia. Theologiæ Viatoris finis est indagare veritatem propositionis absolutæ, propter quod etiam vtitur argum. hypothe. 1.24.
Non solùm caret euidentia rei, sed etiam attestationis. 27. potest aliquo modo dici scientia, tam analogiâ proportionis, quàm attributionis. 28.
Non est habitus tantùm declarativus & defensivus veritatum reuelatarum, cùm sit etiam deductiuus conclusionum ex articulis reuelatis. 34.
Theologus ad defendendos articulos fidei contra infideles vtitur sæpe ministerio aliarum scientiarum. 1.35.
Theologia non est habitus fidei infusa, quatenus extenditur ad nouas conclusiones ex reuelatis deductas. 1.37.
nec est habitus fidei acquisitæ: 42.
Est habitus medius inter fidem & scientiam: conuenit cum Sapientia quatenus tractat de rebus altissimis & per causas primas, & dignissimas. 1.43.
Ad Theolog. discursum non sufficit vt procedat ex principijs reuelatis, nisi etiam procedat ex ijs cognitis proportionatâ cognitione assensui Theolcg. qualis non est notitia naturalis euidens. 1.50
Discursus Theologicus est, si procedat ex alterutro tantùm principio euidenter noto, non ex vtroque: formari potest ex duobus principijs, quorum alterum est euidenter notum, alterum euidentiâ in attestante 1.51.
Theologia non solùm peocedit ad suas conclusiones probandas ex immediato, sed etiam ex mediato testimonio diuino, quatenus illud per humanam authoritatem proponitur credendum. 1.55.
Theologus vnde eruat argumenta ad Theologicas veritates confirmandas. 5.55.
Theologia non est vnus specie habitus. 1.59.
Inclinans intellectum ad conclusiones deductas ex principijs reuelatis creditis fide diuina, est habitus quoad substantiam supernaturalis: 68.
Inclinans ad conclusiones deductas ex principijs reuelatis creditis tantùm fide humanâ, est habitus tantùm naturalis. 78.
Est vna scientia, propter vnitatem rationis proximæ, quâ mouetur intellectus ad assentiendum conclusioni cuilibet Theologicæ, quæ est ipsa reuelatio Dei virtualis, 84.
Non est vna simplex qualitas, sed plures habitus distincti numero. 1.87.
Theologia qua talis non vtitur principijs purè naturalibus ad suas conclusiones tuendas, sed quatenus coniunctas habet in eodem subiecto alias scientias, quarum ministerio vtitur. 1.91.
Primariò de Deo agit, secundariò de creaturis per ordinem ad Deum: 93. Est partim practica, partim speculatiua. 104.
In eâ de facto datur aliquis habitus, qui simul sit formaliter practicus & speculatiuus. 1.107.
Theologia nostra constat ex multis habitibus speculatiuis, & multis practicis. 1.108.
Æquè speculatiua ac practica appellanda est? 109. non subalternatur Theologia Dei & Beatorum. 113. nulli scientiæ naturali subalternatur, cùm non vtatur principijs vt naturalibus formaliter. 116.
Theologia non subalternantur naturales scientiæ propriæ. 1.117.
Theologia nostra non subalternatur vllis habitibus infusis siue moralibus existentibus in voluntate, siue intellectualibus. 1.118.
Non remanet in patriâ in ratione habitus formaliter: 122. Materialiter & quoad conclusiones ipsas ex principijs fidei deductas manet in patria. 123.
Etiam in ratione habitus formaliter perseuerat in animabus purgantibus, cùm in illis perseueret etiam habitus fidei. 124.
Theolog. habitus in essentiâ supernat. manet etiam in damnatis. 1. 125.
Theolog. habitus in patria perseuerantis munus est exprimere obiectiue conclusiones Theolog. in viâ deductas. 127.
Theologiæ subiectum adæquatum commune communitate prædicationis est ens diuinum cognoscibile per reuelationem virtualem: 1.136.
Primarium est Deus sub ratione Deitatis; secundarium creaturæ quatenus attributionem dicunt ad Deum. 1. 139.
Theologia pro ratione formali motiuâ habet diuinam reuelationem per discursum applicatam: 1.142.
Habet limitatius obiectum, quàm Theologia naturalis. 145. Theologiæ subiectum primarium non est actus meritorius aut Deus sub ratione Saluatoris. 1.150.

Totum. Trinitas. Transitus.

Totum importat partes, quarum vna non includat alteram. 5.15.
Totalis mutatio substantialis dicitur vel transubstantiatio, vel creatio, vel annihilatio. 6.4.
Totalitas in definitione æternitatis dicit ordinem ad partes, non quas habet, sed quibus priuat. 7.3.
Totalitas, (in hac propos. Pater est fons totius Deitatis) supra quid cadat. 25.16.
Trinitas diuinarum personarum Theologico discursu ostenditur. 18.17.
Tres existentiæ & durationes relatiuæ in Deo concedi possunt, non tres æternitates. 19.182.
Tria entia, cum addito, relatiua, tres entitates, tres realitates, nec non tria aliqua relatiua possunt. 19.184
Tria infinita & perfecta relatiua concedi possunt in Deo. 207. Comparatiua nomina vitanda. 27.86.
Tota Trinitas non mittit personas diuinas. 28.43.
Trinitas est nomen competens soli Deo. 29.39.
Trinitas est Trina, falsa propositio. 29.40.
Trinitatis mysterium inscrutabile declaratur. 23.56.
Persona diuina non dicuntur transire ex non esse sui ad esse, sed emanare ex substantiâ producentis. 6.18.
Transitus vi suæ primariæ notionis importat antecedentem indifferentiam ad esse, & non esse eius termini, qui transit. 6.22.
In vacuo motum communis sententia admittit. 8.39.
Vacuum est aptum terminare Vbi Angeli & immensitatem Dei. 8.44.
Vbi potest habere Angelus extra hunc mundum. 8.33.
Vbi concipi non potest sine respectu ad spatium vel reale, vel imaginarium. 8.35.
Vbi Angelicum est aptum terminari vacuo. 8.44.

Verbum diuinum, &c.

Verbum increatum continet in seipso intelligibiliter omnes creaturas: 12.26.
Non potest dici creatura subiectiuè & naturaliter; est tamen obiectiuè & intelligibiliter: 36. Non potest simpliciter sine addito dici creatura. 12.37.
Cur non possit multiplicari numero aut specie. 18.21.
Non ideo est filius quia procedit ab vno. 103.
Nec quia procedit per modum naturæ 105.
Nec quia procedit per intellectum præcisè. 114.

Verbum

Digitized by Google

Verbum intellectuale per se tantùm importat similitudinem intentionalem & in repræsentando cum obiecto intelligibili: 115.
Non ideò est filius quia vi suæ processionis communicatur illi sola intellectiva, quasi hoc sit formale constitutiuum naturæ diuinæ. 18.120.
Nec quia immediatiùs communicatur natura: 126.
Nec quia procedit vt imago ad repræsentandum expressa: 130. *Nec quia accipit naturam fœcundam cum virtute illam communicandi alteri.* 142.
Verbum etiamsi non esset productiuum Spiritus S. si tamen procederet per intellectum vti nunc procedit, adhuc esset filius: 143.
Tantùm est filius, quia procedit adæquatè simile principio producenti tam quoad rationem genericam, quàm quoad rationem specificam: 138. *& seqq.*
Vi suæ formalis originis subiectiuè procedit inadæquatè Deus, subiectiuè & terminatiuè simul, adæquatè procedit Deus. 18.187.
Non esset filius, si naturam Patris diceret terminatiuè tantùm. 191.
Verbum diuinum ex quorum notitia proced.t in sententio Scoti. 22. 12.
Quomodo procedat ex cognitione omnium personarum. 27.83.
Esset imago essentiæ, si essentia esset principium Quo productiuum. 23.19.
Verbi variæ acceptiones. 26.13.
Verbi vocalis & mentalis conuenientia & discrepantia varia. 14.
Verbum est signum ad aliquid manifestandum à dicente expressum: tribus respectibus essentialiter constitutũ: 16. *Non nisi personaliter de Deo propriè dicitur, idq; tantùm de Filio.* 26.17.
Verbum vi sic non postulat realiter procedere per modum actus intelligendi à principio intelligente, sed tantùm realiter procedere per modum termini locutionis. 24. *dupliciter potest esse manifestatiuum loquentis, & secretorum ipsius.* 26.25.
Verbum diuinum quomodo sit manifestatiuum loquentis Patris: in aliquo magis assimilatur verbo vocali, quàm mentali creato. 26.25.
Verbi increati ratio non potest saluari per aptitudinem manifestationis ad extra: licet possit saluari ratio doni increati: 27.
Formaliter & in recto importat Relationem realem ad dicentem. 26.29.
Expressionem obiecti, quidem principaliùs; minùs principaliter respectum ad dicentem. 30.
Principaliùs importat expressionem obiecti increati, creati secundariò: 31.
Importat proprietatem personalem, sed non æquè primò ac proprietatem absolutam. 26.31.
Per Verbum quomodo omnia facta sint: est tantùm expressiuum totius Trinitatis; creaturarum est etiam operatiuum. 26. 53.
Verbo creato ab alio producto cur nequeat aliquis intelligere, & Verbo diuino ab alio producto possint omnes persona intelligere. 26.60.
Verbum in Deo non ponitur propter necessitatem intelligendi, licet hoc verum sit de verbo creato. Sed propter alium duplicem finem. 26.62.
Verbum increatum saluari non potest sine perfectione respectiuâ, licet in solâ qualitate exprimente & repræsentante obiectum saluari possit verbum creatum: sub quâ ratione sit expressiuum. 26.64.
Duplicem respectum dicit & ad Patrem dicentem, & ad obiecta dicta, quorum tamen prior tantùm est realis. 65. *non dicit respectum ad creaturas seipso dictas, ratione solius notitiæ essentialis, aut solius proprietatis personalis, sed ratione vtriusque perfectionis.* 70
Verbum vi nominis explicitè importat aliquid tam ratione naturæ communis, quàm proprietatis personalis, quod formaliter non importat filius. 26.77.
Vi suæ processionis formalis non procedere ex cognitione possibilium, & tamen vi suę proprietatis personalis dicere respectum ad creaturas non consequenter à multis docetur: 78.
Per se procedit ex cognitione essentiæ & personarum, cùm procedat ex cognitione comprehensiuâ totius Deitatis: 87. *non procedit vt imago Patris ratione cognitionis solius essentiæ:* 92.
Non procederet à Patre eâ perfectione, qua de facto procedit, si per impossibile Spiritus S. non produceretur. 93. *Verbum non posset exprimere Spiritum S. vt possibilem si actu non existeret, licet possit exprimere creaturas vt possibiles, etiamsi actu non existant.* 26.94.
Verbum careret aliqua perfectione intrinseca si non existeret Spiritus S. non careret, etiamsi nulla creatura existeret. 95.
Sub quâ ratione præsupponat Spiritum Sanctum. 96.
Non procedit ex notitiâ abstractiuâ, sed intuitiuâ personarum: 97. *non procedit à seipso & Spiritu S. cognitis vt existentibus in seipsis per se originatiuè, sed per se tantùm terminatiuè.* 100.
Non procedit per se ex notitiâ, cuius obiectũ per se est productiuum Verbi, cùm tale nullum sit, sed ex notitiâ cuius obiectum per se requiritur vt terminus ad notitiam, quæ vi originis communicatur Verbo. 108.
Vi suæ originis per se procedit ex notitiâ possibilium. 117. *est exemplar & practicum principium productiuum creaturarum: est declaratiuum & manifestatiuum possibilium:* 128. *adæquari debet notitiæ Patris:* 130.
Per se procedit ex cognitione comprehensiuâ Deitatis. 132.
Non procedit ex possibilibus vt cognitis per se originatiuè, sed per se tantùm terminatiuè. 26.133
Verbum est à vel ex seipso, Spiritu S. vel creaturis; falsæ locutiones; prout & hę; Verbum est De seipso. De Spiritu S. aut de creaturis; istæ verę, Verbum est à vel Ex Patre, De substantiâ, aut sapientiâ & virtute Patris. Verbum est suiipsius, Spiritus S. & creaturarum Verbum: 26. 134.
Cur producatur dependenter à possibilibus terminatiuè. 139. *Non procederet cum omnibus perfectionibus, quibus, de facto procedit, sublatâ vel vnâ creatura possibili:* 140.
Verbum procederet ex cognitione impossibilium, si nulla creatura foret possibilis. 26.141.
Verbum non tantùm procedit ex illo obiecto ex cuius notitia intellectus Patris beatur essentialiter, sed etiam ex cuius obiecti notitia beatur saltem completiuè. 146.
Non procedit per se ex cognitione existentium: nec ex scientia visionis, nisi ipsa sit prior Verbo. 162.
Debet habere modum procedendi inuariabilem. 165.
Ex ea scientia debet per se procedere, ex cuius communicatione accipit aliquam intrinsecam perfectionem. 167. *Ex scientia visionis nullam accipit perfectionem intrinsecam, quam non acceperit ex scientia simplicis intellig.* 167. *Æquè perfectum processisset etiamsi nulla fuisset creatura.* 169. *Non procedit per se ex scientia conditionalium.* 170.
Per se procedit ex cognitione non entium essentialium, non non entium accidentaliurn: per se procedit ex cognitione possibilium, non quoad negationem esse, sed quoad positiuas essentias, secundùm quas non pendent à voluntate Dei. 26.171.
Procedit de omnibus quæ sunt in scientia Patris aut formaliter, aut radicaliter: 172.
An procedat ex cognitione futurorum in sententia S. Thomæ?

Digitized by Google

Thomæ 174. *Est ars & exemplar futurorum, non ratione scientiæ visionis, sed simplicis intelligentiæ.* 175.
Est ipsum Patris imperium, quo creaturarum executionem imperat, sed appropriatum, non proprium. 26. 178.
Verbum non debet necessariò procedere ex scientiâ siue formali siue radicali omnium quorum est expressiuum. 26. 179.
Ex suppositione quòd aliqua quæ de facto sunt impossibilia, forent possibilia, per se ex notitia illorum procederet, non ex suppositione quòd aliqua quæ de facto non sunt futura, essent futura. 180.
Verbum creatum an sit perfecta imago sui obiecti & qualem similitudinem obiecti contineat. 26. 197.
Verbum diuinum est obiectiuè apparentia æterni Patris, non ratione solius proprietatis personalis, sed etiam ratione essentiæ communis: Per aliquam perfectionem distinctam à Spiritu S. est obiectiuè apparentia Patris: 26. 212.
Solius Patris est imago. 217. *Non solùm vt habentis essentiam, naturam & paternitatem vt hypostasin productiuam, sed etiam vt habentis naturam, paternitatem, & reliqua omnia vt obiectum intelligibile:* 218. *Non tantùm respicit id à quo recipit esse tantùm productiuè, sed etiam à quo recipit esse saltem communicatiuè.* 26. 219.
Verbum est imago Patris per naturam vt per rationem quasi genericam, & per intellectionem vt per rationem quasi specificam: 26. 220.
Naturalis & intentionalis. 221. *Non eorum omnium, ex quorum notitiâ per se procedit.* 144.
Non influit immediatius in amorem, licet hoc fiat in verbo creato. 27. 103.
Verbum ex eo quòd procedit vi intellectionis diuinæ comprehensiuè, procedit etiam vt liberè expressiuum futurorum. 153.
Non est ars & ratio omnium fiendorum, quatenus est increata sapientia, sed etiam est Author & opifex omnium operandorum, quatenus personalis Sapientia est. 156.
Verbum generatione est Verbum, verane? 27. 163.
Verbum mentis *non consistit in specie impressa.* 9. 38.
Est imago obiecti & ratio in qua *videtur obiectum intelligibiliter expressum.* 40.
Cognosci potest aut subiectiuè aut obiectiuè. Eodem actu quo formatur, & fit intellectio, cognoscitur obiectiuè: 55. *de re quantâ est medium in quo cognoscendi quantum:* 56.
Actu directo cognoscitur concretè concretione obiectiuâ, non subiectiuâ. 57.
Verbum immediatè producitur ab intellectu per speciem intelligibilem obiecti media actione dicendi, non intelligendi. 9. 94
Verbum mentis formaliter distinguitur ab intelligere: Cognitio est verbum quatenus est expressiua obiecti, intelligere verò quatenus est ratio percipiendi obiectum in Verbo expressum. 9. 67.
Dicere non distinguitur à verbo, & intelligere. 68.
Verbum est proprius partus intellectus, & non aliarum potentiarum. 70.
Dicitur tam respectu intellectus à quo producitur, quàm respectu obiecti quod repræsentat. 71.
Formatur etiam cùm res concipitur imperfectè: 72.
Repugnat Verbum intelligibile intuitiuè diuinam essentiam repræsentans. 9. 73.
Verbum intelligibile finitum non potest repræsentare obiectum infinitum: potest accidentale substantiam. 9. 75.
Ex verbo creato probatur à Patribus Increatum Verbum in ratione causæ formalis, non finalis: Verbi mentis finalis causa est supplere absentiam obiecti. 9. 83.
Verbum procedens ex perfectâ similitudine obiecti continet in seipso intellibiliter obiectum: 12. 26
Verbum Angelicum non est res materialis subiectiuè, & naturaliter; est obiectiuè & intelligibiliter: 36. *non potest simpliciter sine addito dici materia.* 12. 37.
Quibus vocibus vtendum sit ad explicandum Mysterium Trinitatis. 29 1.
Omnia vreba pluraliter prædicantur de personis diuinis. 29.
Nullum verbum prædicatur in diuinis nisi de proximo principio, à quo emanat actio per verbum significata. 29. 51.

Verum. Viator. Virtus.

Veri *ratio licet concipiatur vt proprietas entis, tamen inuoluit ipsum ens.* 3. 137.
Veritas *in Deo prior est concipienda attributis spectantibus ad intellectum & voluntatem. Prior immensitate & omnipotentia Dei.* 3. 167.
Veritas est conformitas rei ad intellectum, siue ad principia quibus vnaquæque res intrinsecè petit constare: præsupponit indiuisionem entis. 4. initio.
Viator *non potest Deo nomen imponere quod sit expressiuum eius quidditatis, aliis Viatoribus, non comprehensoribus.* 11. 9.
Viator *potest de potentiâ absolutâ, non ordinariâ videre Deum.* 9. 490.
Puro Viatori vtpotè luctatori non est conueniens visio Dei. 493. *Nullus de facto vidit Deum clarè in seipso:* 9. 502.
Viatores Deum nominant ex triplici perfectionum capite. 11. 16.
Virtus *magis petit esse in subiecto secundùm esse reale, quàm intentionale, quia magis perficit.* 1. 111.
Virtualis diuisibilitas & distinctio fundat prioritatem & posterius sui ipsius ad intellectum. 18. 125.
Virtualis multiplicitas arguit in Deo maiorem perfectionem quàm vnitas. 3. 96.
Virtualis distinctio inter attributa diuina saluat veritatem contradictoriarum propositionum de Deo. 42.
Virtualiter distincta perfectiones in Deo, quando & quomodo cognoscantur: 106.
Datur inter attributa diuina & essentiam virtualis distinctio. 3. 108. & 5. 20.
Virtualis distinctio inter verum, & bonum originatur ex virtuali distinctione inter intellectum & voluntatem. 13. 114.
Virtualis compositio partium in Deo concipienda non est, sed sola constitutio per modum impliciti & explicati. 3. 124. & 5. 20.
Inter attributa diuina est virtualis ordo. 3. 165.

Visio, Visio Dei.

Visio *Beatifica est speculatiua & practica simul.* 1. 105.
Deus in seipso clarè videri potest à Beatis. 9. 2.
Deum nemo hominum ante Christum clarè vidit. 9. 5.
Deum nemo videre potest visione comprehensiua. 9. 6.
Possibilitas Visionis beatæ ratione naturali demonstrari non potest. 9. 12.
Visio variari potest variatis speciebus, etiamsi obiectum inuariatum maneat. 44.
Visio non est colorata subiectiuè, sed obiectiuè. 9. 53.
Visio beata creata est sola tendentia vitalis ad Deum immediatè in se. 9. 81. & 154.
Videri ab oculo corporeo nullo modo potest Deus. 122.
Visio posita in lapide non faceret illum videntem. 124.
Visionem Dei nulli creaturæ esse connaturalem sine lumine gloriæ, est de fide. 134.
Non est possibilis substantia creata, cui sit connaturalis visio Dei. 145.
Visio beata est immersa potentialitati subiectiuè, non obiectiuè. 155.

Digitized by Google

Visio creata Dei, quâ visio Dei est, Deo connaturalis est, quâ creata & vitalis, intellectui creato; qua supernaturalis lumini gloriæ. 180.
Visio Dei nulli substantiæ creatæ vt instrumento connaturali debita est. 184.
Ad visionem Dei non requiritur lumen vt dispositio: 207. *Visio ab intellectu Beati producitur actiuè.* 227.
Visionem, quâ supernaturalis est, producit intellectus vt Instrumentum obedientiale, quâ vitalis est vt causa principalis. 233.
Visionis entitatiuè, non representatiuè consideratæ lumen est causa principalis. 237.
Visio beata connaturalis est intellectui creato lumine gloriæ informato. 240.
Visio beata nec est æqualis in omnibus beatis, nec inæqualis. 9. 275.
In omnibus est eiusdem perfectionis specificæ. 281.
In animâ Christi excedit perfectione omnium Angelorum visionem: 282. *Inæqualitatem non facit diuersitas intellectus, sed luminis.* 284. *Nihil se tenet ex parte Dei quod lateat beatum.* 300.
Visio nisi sit cum ea claritate, quâ postulat obiectum cognosci, non est comprehensiua. 307.
Videri non potest essentia diuina sine attributis vel personis. 9.321.
Videri possunt creaturæ in Verbo dupliciter: 9.358.
Dicuntur videri in Verbo per appropriationem. 359.
Eadem visione quâ videtur Deus, videntur aliqua obiecta creata. 361. *Quid sit matutina & vespertina visio Creaturarum.* 9.362.
Creaturæ non videntur in Verbo vt in causa vel ideâ. 9. 377. *Sed vt in obiecto intelligibili mouente ac supplente concursum obiectiuum earum.* 386.
Visionis obiectum primarium est Deus, secundarium Creaturæ. 390. *Videri actu simul omnes in Verbo implicat.* 404. *Videri habitu omnia possibilia in Verbo implicat.* 9.426.
Visio beata de facto exprimit plures creaturas possibiles, quò perfectius ad Deum tendit. 9.440.
Non vident Beati in Verbo omnia quæ ad ipsorum statum pertinent. 441.
Vident ea, quæ hîc fide crediderunt excepto die iudicij. 443. *Et ea quæ spectant ad seriem suæ prædestinationis.* 9.446.
Ratio cur hæ potius creaturæ videantur in Verbo, non est essentia diuina vt speculum voluntarium earum: 9.454 *Neque vt species expressa earum:* 463.
Neque vt species impressa: 464. *Neque vt liberum decretum earum:* 465. *Sed est lumen gloriæ.* 9.466.
Visio Beata de facto est inuariabilis circa omne suum obiectum: 9. 454. *variari posset circa primarium, non variata circa secundarium, non contrà.* 457.
Videri potest Deus in hâc vitâ ab homine de potentiâ absolutâ. 490. *Visio Dei neque cum essentiali, neque cum accidentali vitæ hominis Viatoris pugnat.* 491.
Nullus purus homo Viator de facto vidit Deum in hâc vitâ. 9.502.
Visiua potentia percipit obiectum in sua visione tanquam in propria imagine expressum. 9.43. & seqq.

Vita. Vitalis actus.

In ratione vitæ non potest Deus vniri cum creaturâ. 5.29.
Vita Angeli mensura non est æuum. 7.4.
Vita Dei caret termino ortus & interitus etiam potentiali. 7.5.
Vita duplex in homine, substantialis & accidentalis. 9. 491.
Cum neutra vita hominis pugnat visio beata. 9.491.
Vitalis actus *an pendet ab intellectu mediâ actione distincta? pendet à speciebus mediâ causalitate distinctâ.* 9.65.
Vitalis actio necessariò debet procedere à principio vitali. 9.227.
Vide Potentia.

Vnio. Vnitas. Vniuocatio.

Vnio *non pendet à subiecto mediâ causalitate distinctâ.* 9.69. *De ratione vnionis non est participare eundem modum essendi extremorum.* 9.154.
Vnio cum diuinâ essentiâ vt cum specie intelligibili nulli intellectui creato potest esse connaturalis. 9.159.
Vnio hypostatica est modus substantialis. 9. 178.
Nullam postulat in subiecto dispositionem. 9. 207. *vnio cum persona diuina nulli creaturæ connaturalis.* 6.167.
Vnio hypost. in ratione doni substantialis est omnium maxima. 9.259. *Stante vnione hypost. adæquatè suppositante naturam humanam, non possunt eam reliquæ Personæ assumere.* 9.344.
Propter vnionem hypost. decreta fuit Christo gloria animæ & corporis. 15. 128.
Vnitas *in Deo est prior concipienda attributis spectantibus ad intellectum & voluntatem.* 3.167.
Vnitas maxima cum distinctione minima, quomodo in diuinis saluetur. 18.84.
Vnum magis dicitur illud quod in sui constitutione minorem inuoluit distinctionem. 20.80.
Vnitas est trina, est vera propositio. 29.40.
Eadem vnitas est prior concipienda immensitate & omnipotentia Dei. 3.167.
Ratio vnius licet concipiatur vt proprietas entis, tamen includit ipsum ens. 137. *Ab eo quòd est formaliter vnum eminentialiter.* 112. *In superioribus adunantur quæ sunt dispersa in inferioribus.* 3. 31.
Vnitas est indiuisio entis in se, ad quam consequitur diuisio à quocumq; alio: Vnitatem supponunt Veritas & Bonitas. 4. 1.
Deum esse vnum euidenter demonstratur. 4.2.
Vnitas infinita & illimitata excludit consortium plurium in eadem natura generica vel specifica. 4.3.
Vnum Deum arguit gubernatio ordinata vniuersi. 4.4.
Vnitas Dei distinguit Deum à creaturis formaliter non eminenter. 4.5.
Deus à sapientibus per antonomasiam vocatur Vnitas. 4. 9. *Diuina personæ non sunt plura, sed vnum indiuiduum.* 4.8. *Vnitas de formali nullam dicit perfectionem in Deo, de materiali maximam.* 4.9
Vnitas alia opponitur multitudini, alia compositioni. 5.1.
Vniuocatio *diuinarum processionum in communicatione eiusdem naturæ consistit.* 23.33.
Vniuoca & æquiuoca causa perfectio vnde desumenda. 38. *Vniuoca rationes non possunt se mutuò essentialiter includere.* 3.125. & 5. 36.
Nulla est vniuoca præcisio in diuinis. 5.18.
Vniuoca aliqua ratio communis Deo & creaturis dari non potest. 5.36.
Vniuoca dicunt solam essentiam & abstrahunt à sola existentia. Vniuoca ratio vnius prædicam. excludit rationes aliorum prædicam. 5.38.
Vniuersi *dispositio Deum esse demonstrat.* 2.9.
Vniuersi tres ordines Naturæ, Gratiæ & Vnionis, hypostatica, quomodò à Caiet. assignentur. 22.47.
Vocatio *diuina efficax in prædestinato est effectus prædestin.* 15.154. *Inefficax in prædestinato etiam est effectus prædestin.* 15.161.

Voluntas, Volitio.

Voluntas *diuina vt actualiter indistincta ab intellectu generat; at virtualiter distincta tantùm spirat.* 3.45.
Volitiuum in Deo est posterius intellectiuo ratione explicita. 3.70.
Hæc propos. voluntas diuina intelligit, est falsa. 3.140.
Voluntatis diuinæ attributa secundum explicitas rationes sunt perfectiora attributis omnipotentiæ & immensitatis.

Digitized by Google

tatis. Eadem sunt minùs perfecta attributis intellectus. 3.153.
Voluntatis diuinæ attributum est posteriùs concipiendum attributis omnipotentiæ, immẽsitatis & intellectus. 3.167
Voluntas non producit sibi suum obiectum, sed supponit. 9. 58.
Cur non possit immediatè ferri in suum amorem, sicut intellectus in suum verbum. 9.59.
Infallibile est solùm moraliter, non logicè, voluntatem creatam posito iudicio practico de prosequibilitate obiecti & omnibus ad agendum requisitis, operaturam. 12. 115.
Voluntatis diuinæ determinationis prima radix ad operandum cum creaturâ simpliciter est ab ipsâ voluntate diuinâ. 12. 230.
Voluntas Dei præparantis auxilium congruum est prima radix discretionis vnius ab alio futuro absolutè: Quoad discretionem conditionatam, non est liberum arbitrium solum, sed cum auxilio gratiæ. 232.
Voluntas diuina comparatur ad futurum conditionatum per determinationem obiectiuam, per quam non comparatur ad possibile. 12. 236.
Est in Deo voluntas non per modum potentiæ, sed actus; non eliciti, sed subsistentis. 14.1.
Primarium & formale obiectum est bonitas increata, bona creata sunt secundarium: 6. necessariò diligit creaturas possibiles affectu simplicis complacentiæ. 14. 27.
Volitio essentialis determinata aliâ & alia relatione est actiua & passiua Spiratio. 18.29
Velle essentiale cur non est productiuum in qualibet persona. 66.
Volitio essentialis quot modis potest ad processionem diuinam requiri. 70.
Volitio cur non cum natura formaliter communicetur Filio. 92.
Voluntas diuina producit Spiritum S. vt natura quædam est. 105.
Volitio differentiam suam intrinsecam non sumit ex subiecto, sed ex obiecto. 18.110.
Volitio libera non est intrinseca perfectio in Deo, qua potuit in Deo non esse. 14.48.
Falsum est liberam volitionem Dei nullam dicere intrinsecam perfectionem in Deo. 53.
Volitio libera Dei non addit supra essentiam solum respectum rationis. 73.
Actus liber voluntatis diuinæ non saluatur per practicum iudicium rationis præcedens de indifferentia medij in ordine ad finem consequendum. 77.
Neque libera volitio Dei completur per extrinsecam productionem obiecti, quæ actum liberum in recto constituat. 79.
Voluntas Dei non tantùm est libera, qua est principium effectiuum, sed etiam qua vitale. 81.
Volitio libera in Deo est actus necessarius vt liberè connotans extrinsecam productionem effectus liberè a se pendentis. 82.
Volitio & nolitio liberæ sunt intrinsecæ perfectiones vitales in Deo. 14. 90.
Deus non est liber quoad vitalem tendentiam, quam in recto dicit actus liber, sed solùm quoad connotationem extrinseci termini. 14. 91.
Actus liber Dei interdum est pura nolitio, interdum odium & displicentia. 92.
Deus positiuè non vult quæ numquam est producturus, esto connotatum sit negatiuum. 94.
Quomodo voluntas Dei terminetur ad volitum & scientia ad scitum. 95.
Quomodo voluntas creata liberè sibi producat suos actus. 14.93.
Voluntas Dei eâdem actione tendit ad creaturas vt obiectum, & eas producit vt effectus. 14.97
Quomodo voluntas diuina ex indifferenti fiat determinata. 98.
Sine intrinseca mutatione Deus fit ex non amante amans creaturam: 99.
Voluntati quam habet Deus de omnibus saluandis respondent media omnibus præparata. 14.114
Quid, & quotuplex sit voluntas signi. 14.124
Voluntas beneplaciti est, qua Deus sibi complacet in re creata. 126.
Voluntas antecedens est quam habet Deus de creaturis nulla occasione capta ex ipsis, siue ea sit efficax siue inefficax. 127. Omnis voluntas Dei antecedens est beneplaciti & non contrà. 128. Absoluta voluntas Dei est, cui actu respondet productio ad extrà. Conditionata voluntas quotuplex. 129. Non omnis voluntas Dei antecedens aut beneplaciti adimpletur: 132. Adimpletur tamen in ordine ad ad alium effectum. 136.
Nulla necessitas cogit in Deo prædefinitionem liberorum actuum agnoscere. 14. 146.
Voluntas prædestinandi Christum non fuit dependens à meritis Christi. 15.45.
Voluntas in Deo cùm non distinguatur à volitione, non est propriè potentia. 7. 1. est tantùm appetitiua obiecti, non productiua actus. 3. Voluntas à potentia actiua diuina non distinguitur secundùm rationem formalem explicitam, nisi vt includens & inclusum. 17.20.
Vsuarius quis sit. 27.104

Laus Deo Vni atque Trino.

FINIS.

Digitized by Google



ANTVERPIÆ,

Apud GVILIELMVM LESTENIVM.

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE
LYON

Digitized by Google

Digitized by Google

R. P. FRANCISCI

AMICI

CONSENTINI E SOCIETATE IESV

S. THEOL. DOCTORIS.

AC PROFESSORIS IN COLLEGIIS

AQVILANO,

NEAPOLITANO, GRÆCENSI, VIENNENSI.

NVNC VNIVERSITATIS GRÆCENSIS CANCELLARII;

CVRSVS THEOLOGICI

TOMVS SECVNDVS,

DE ANGELIS.



BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE LYON

ANTVERPIÆ,
Apud GVILIELMVM LESTEENIVM, via vulgo Hoochstraet dicta,
sub Pellicano aureo, M. DC. L.

Cum Privilegio Cæsareo & Regio.

Digitized by Google

Digitized by Google

R. P. FRANC. AMICI
E SOCIETATE IESV
CVRSVS THEOLOGICI
TOMVS SECVNDVS.
DE ANGELIS.

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE LYON

PROOEMIVM.

EXplicatâ naturâ diuinâ, eiuſque proceſſionibus ad intra, explicanda ſunt opera eiuſdem ad extra, inter quæ principem locum tenet Angelica natura ſecundùm *Dionyſium*, Primum opus diuini exemplaris, imago Dei, inuiſibilis lucis expreſſa manifeſtatio, increatæ pulchritudinis expreſſio, ſignaculum diuinitatis, præſtantior homine, ſimillima Deo, cælorum moderatrix, ſublunarium præſes, mortalium cuſtos & ductrix, *Platone* ipſo teſte, mundi ornamentum, diuinæque perfectionis lucidiſſimum ſpeculum; ac totius corporeæ ſubſtantiæ gubernatrix, Authore *Auguſt* 8. *de Gen. ad lit.* c. 20. & 24. Porrò Angelos Peripatetici intelligentias, ſeu ſeparatas ſubſtantias; Platonici dæmones medios inter Deum & homines; Stoici Genios; Eccleſiaſtici Scriptores; ſumpto nomine ab officio; Angelos appellant: ἄγγελος enim Græcè, Latinè Nuncius dicitur, eò quòd ſint internunci, inter homines & Deum in negotio ſalutis: *Omnes quippe adminiſtratorij ſunt ſpiritus in miniſterium miſſi, propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis*, Hebr. 1. *Si eius ergo naturæ nomen quæris*, inquit Auguſt. *in Pſal.* 103. *Spiritus eſt, ſi officium, Angelus eſt: ex eo quod eſt, ſpiritus eſt; ex eo quod agit, Angelus eſt.* De Angelis Scholaſtici cum Mag. diſputant *in* 2. *à diſt.* 2. *uſque ad* 11. *inclusiuè*, & Thomiſtæ cum Angelico 1. *p. qu.* 50. *uſque ad* 75. excluſiuè. Ex Patribus Areopagita *lib. de Cæleſti Hier.* Origenes *lib.* 1. *Periar.* Theodoretus *lib.* 3. *de curandis affect.* Damaſcenus *lib.* 2. *de Fide cap* 3. & 4. Auguſt. *de Ciuit. Dei lib.* 8. 9. 10. 11. 12. & *de Gene. ad lit. lib.* 4. & 11. & *in Enchir. à cap.* 57. Anſelmus *de caſu diaboli*, Gregorius *Hom* 34. *in Euang* Bernardus *lib* 5. *de conſider.* & *alij*. Angelorum patrocinio ſuffultus, ea de ipſorum natura & attributis diſputabo, quæ difficiliora ſunt, & digna Theologo.

DISPVTATIO PRIMA.

De Angelorum exiſtentiâ.

1. *Fide ſupernat. certum dari Angelos.*

DVPLEX eſt certitudo, altera naturalis ex principiis naturæ, altera ſupernaturalis ex principiis Fidei. Quoad poſteriorem, conſtat Catholicâ, fide dari angelos, naturâ intellectuales, hominibus ſuperiores: ex plurimis ſcripturæ oraculis, quæ de illis apertam mentionem faciunt: contra *Sadducæos Act.* 23. ita definit Concilium Lateran. *Vtramque de nihilo Deus condidit creaturam, corporalem & ſpiritualem, Angelicam ſcilicet & mundanam, deinde humanam communem, ex ſpiritu & corpore conſtitutam.* Sola controuerſia ſupereſt de certitudine naturali. De qua

2. *An naturaliter certum?*

Prima ſententia affirmat, omninò eſſe naturaliter certum dari ſubſtantias Angelicas: Eſt *Marſilij in* 2. *q.* 2. *d.* 1. *concl.* 1. *Bannez* 1. *p. q.* 50. *a.* 1. §. *Secunda pars*; *Zumel ibid. q.* 1. *Suarez in Metaph. diſp.*

Digitized by Google

disp. 35. sec. 1. dicto 2. Cuius fundamenta infrà.

3. *Sent. negans sequenda.* Secunda sent. negatiua *Valen. 1.p. q.50. qu. sua* 1. *pu.* 1. negantis, id euidenter demonstrari posse, sed tantùm probabiliter; quæ probabilior. Ex triplici cap. solet opposita demonstrari; ex motu cœlorum: sic *Philos.* 8. *Phys.* 2. & 12. *Metaph.* Cœli mouentur, & non à se, cùm animati non sint; igitur ab extrinsecà intelligentiâ. dantur igitur intelligentiæ cælorum motrices. Sed facilè negari posset minor: quia moueri possent à solo Deo, vt *Albertus* inclinat *in* 2. *dist.* 14. *ar.* 6.

4. *Ratio ex perfectione Vniuersi:* Ex perfectione Vniuersi sic probat *S. Tho* 1.p. q. 50. *a.* 1. & 2. *conigent. c.* 46. Necesse est, ponere hoc Vniuersum quoad omnes gradus entis perfectum: non esset autem quoad omnes gradus entis perfectum, nisi contineret immateriales substantias: tum quia perfectio Vniuersi consistit in assimilatione ad suum principium: quod est immateriale & incorporeum: tum quia intellectualitas est supremus gaudiis entis, quo superior fingi non potest: ergo si eo careret hoc Vniuersum, careret suprema perfectione entis. Nec refert, quòd hic gradus reperiatur in homine; nam in eo non reperitur perfectus & consummatus, sed imperfectus & inchoatus; vnde debuit in aliquâ naturâ superiore creari perfectus & consummatus quoad omnem suam naturalem perfectiònem. Maior prob. finis cuiuscumque agentis, præsertim Dei, qui est summè bonus, est seipsum communicare perfectissimo modo quantum effectus ipse capax est. Neque dicas, eodem discursu probari,

5. illud condi debuisse perfectius & perfectius, quoad omnes species perfectiores possibiles: tum quia hæ solùm faciunt ad materialem perfectionem vniuersi, cuius formalis perfectio consurgit tantùm ex diuersis gradibus entis, asserentibus diuersas operationes à materiâ elevatas: cuiusmodi sunt gradus corporis, Viuentis, Sensitiui, Rationalis & Intellectualis omninò à materiâ independentis: multiplicatio autem eorumdem graduum solùm facit ad materialem perfectionem totius: tum quia gradus entis sunt finiti, species infinitæ: potuerunt ergo illi omnes creari, non hæ; cùm finitum producibile sit, infinitum improducibile.

6. *non conuincit,* Hæc ratio etsi probabilissima sit, demonstrationis nomen non meretur: quia cùm omnis communicatio ad extra, libera Deo sit, quippe qui nullam ex eâ intrinsecam perfectionem acquirit, non est ratio quæ conuincat, debuisse Deum has naturas perfectè intellectrices in hoc vniuerso de facto condere.

7. *vt nec magicæ incantationes.* Ex arreptitiis & magicis incantationibus, sic aliqui ratiocinantur: Multa in his experimur, quæ non nisi ad superiorem aliquam naturam referri possunt: vt patet in iis, qui supra captum interdum Latinè, Græcè, & Hebraicè loquuntur, secreta pandunt, longinqua diuulgant. Hæc natura nequit esse Deus; nam hæc sæpe exercari videmus ad malum finem, cuius causa particularis Deus esse non potest: esset autem, si ipse extraordinario concursu vteretur ad hæc opera exercenda. Contrà: hæc omnia fieri possunt virtute animarum separatarum, quarum vim hæc opera non excedunt, vt sentit *Plotinus apud Augustin.* 9. *de*

8. *Ciuit. cap.* 11. Alia ratio mihi olim occurrit, quâ *Nec translatio corporum.* planè putabam angelicas substantiàs demonstrari; sc. velocissima translatio corporum per aërem ad malum finem facta, vt sæpè fit in magicis incantationibus: nam hic modus non solùm mihi videbatur excedere virtutem animæ coniunctæ, sed etiam separatæ; cuius vis motrix nequit esse maior in corpora seiuncta, quàm in proprium sibi vnitum: sed in proprium corpus tantam vim non habet; ergo nec in alienum. Verùm re maturiùs consideratâ, neque hæc ratio omninò conuincit; nam licet talem motum efficere non possent singulæ animæ separatæ, efficere tamen possent plures simul coniunctæ, ad quarum multiplicationem, sicut augeretur vis motiua, ita & motus, vt constat de pluribus trahentibus ac propellentibus pondus, qui alioqui singuli trahere ac propellere non possent. Quare omnibus perpensis probabiliorem censeo secundam sent. 9.

DISPVTATIO II.

De principio productiuo Angelorum.

SECTIO PRIMA.

An omnes Angeli sint à Deo immediatè producti?

PRIMVS error fuit Hermanni Rissuic, cuius meminit *Alphon. de Castro, Hæresi, Angelus*, qui docuit, Angelos, siue bonos, siue malos, non esse à Deo creatos. Quia hoc nusquam Scriptura docet. Eiusdem erroris videtur *Arist. metaph. c.* 1. vbi ait, *Principia semper existentium non habere causas sui esse.* Intelligentias autem appellat principia semper existentium, quia sunt virtutes motrices cælorum, qui in Arist. doctrinâ sunt æterni. & 12. *metaph. tex.* 44. concedit intelligentias cælorum motrices æternas, & immobiles; quod autem creatur, est mobile; quia mouetur à non esse ad esse. Et 1. *cæli tex.* 125. docet, quod genitum est, æternum non esse. Angeli per *Arist.* æterni sunt. igitur geniti non sunt. Et 1 *phys. tex.* 34. & 2. *metaph. sum.* 2. *cap.* 4. admittit commune illud Philos. axioma: *Ex nihilo nihil fit.* Sed Angeli, cùm sint substantiæ simplices spirituales, debetent fieri ex nihilo. igitur in Arist. doctrinâ Angeli producibiles non sunt. Secundus error fuit *Auicen.* qui teste *S. Tho.* 1.p. q. 45. *ar.* 5. solam primam intelligentiam primi mobilis motricem posuit immediatè à Deo productam; reliquas existimauit produci à primâ: quia à principio simpliciter vno, qualis est Deus, non possunt plura immediatè causari; possunt, à principio non simpliciter vno, vt est omne agens creatum; nam hoc ipso quod creatum est, componitur ex actu & potentiâ, ac proinde non est simpliciter vnum, sed multiplex.

Error Batauis anno 1500.

2. *Auicennæ error apud S. Tho.*

Catholica sent. Angelos omnes initio temporis ex nihilo fuisse à Deo cõditos cum reliquis mundi partib. definita est in *Concil. Lateran. sub Innoc. III.* & refertur cap. *Firmiter, de sanct. Trinit. Vnum vniuersorum principium, creator omnium visibilium, & inuisibilium; spiritualium & corporalium qui suâ omnipotente virtute simul ab initio temporis vtramque de nihilo condidit creaturam, spiritualem & corporalem, angelicam videlicet & mundanam.* Et colligitur ex Script. vbi Deus dicitur *Omnium Creator*, *Eccles.* 24. 2. *Machab.* 1. & *Ioan.* 1. *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* Ratio: si angeli non essent à Deo producti, essent naturaliter à

3. *Catholica sententia.*

4. *Ratio contra priorem errorem.*

Deo

Deo independentes. Implicat autem angelos, & quodcunque aliud ens, à primo distinctum, esse naturaliter à Deo independens. Sequela prob. ideò Deus à nullo dependet, quia à nullo accipit esse; omnis quippe dependentia oritur ex eo, quod non est sibi ipse ad existendum sufficiens. Ergo si angeli independenter à Deo essent sibi ipsi ad existendum sufficientes, non essent à Deo dependentes. Ex quo vlteriùs sequeretur, quòd essent in suo esse illimitati & infiniti: nam omnis limitatio & finitas est ab aliquâ causâ efficienter limitante: implicat. n. vt quod non habet esse ab alio, sed ex se necessariò existit, limitatum esse habeat: cùm non sit maior ratio, cur tantum & non maius perfectiusque esse habeat; & nequeat hæc limitatio oriri ex naturâ entis; quia ens vt ens, cum nulla perfectione maiore pugnat, vt patet in Deo. Minor derogat vnitati & perfectioni Dei: nam hoc ipso non esset vnus, sed plures Dij, quorum perfectio vnius non contineretur in perfectione alterius: atque adeò non quilibet esset omni ex parte perfectus & infinitus. Ratio contra poster. errorem: implicat, vt *infrà*, potentiam creandi communicari creaturæ. Igitur implicat, inferiores Intelligentias creatas esse ab vnâ primâ Intelligentiâ, à Deo tantùm immediatè productâ.

5. *Ratio contra poster.*

6. *De mente Aristot. interpretatio.*

De mente *Arist.* varia sunt placita. *Arim. in* 2. *dist.* 1. *q.* 1. *ar.* 1. *Bacho. q.* 1. *a.* 2. *Vasq.* 1. *p. disp.* 81. *c.* 1. putant, illum omninò sensisse, Angelos vnà cum cælestibus orbibus, elementis & quæcumque ipse ab æterno posuit, non fuisse à Deo producta. *Scotus in* 1. *dist.* 8. *q.* 5. § *de intent. Herueus quodl.* 2. *q.* 1. *a.* 1. *Ocham. in* 2. *q.* 6. *Marsilius q.* 1. *art.* 2. *Molina* 1. *p. q.* 19 *art.* 4. *disp.* 2. censent, Arist. posuisse Intelligentias simul cum corporibus incorruptibilibus mediatè à Deo productas, non tamen cum nouitate essendi, eò quòd non posuerit illas in tempore, sed ab æterno mediante motu, vt ait *Scotus*, productas. Quin *Scotus*, *Marsilius*, *Ocham*, *Ferrar.* 2. *con. gen. c.* 23. *fine*, & *Molina* existimant, ea omnia naturali necessitate in sent. *Arist.* fuisse ab æterno producta. Hæc posterior Aristot. mentis interpretatio tantò mihi probabilior est, quantò pauciora admittit in *Arist.* Physicâ absurda: argumenta sunt hæc: 12. *metap. tex.* 17. & *c. vlt.* ponit Deum finem totius naturæ. Atqui finis & efficiens coincidunt in idem. Igitur Deus est etiam principium eiusdem. Eodem *lib. fine*, Deum comparat Principi, à quo omnia quæ sunt in Regno dependent. 2. *metap. tex.* 4. concedit vnum ens primum & perfectissimum, quod sit cæteris omnibus causa essendi, ex axiomate: *In vno quoque genere semper assignandum esse aliquod vnum primum & perfectissimum, quod in eo genere sit causa cæterorum.* 1. *Cæli. tex.* 100. docet à sempiternâ virtute impartiri omnibus & esse, & viuere, licet non omnibus æqualiter, sed aliis clariùs. *De mundo ad Alex. cap.* 7. Deum vocat *Seruatorem Genitoremq; omnium, quæ fiunt*; omniaque vt sint ac in esse conseruentur, continuò eius influxu & ope egere. Et alia permulta. Ad 1. locum in contrarium, resp. Arist. vti numero plurali pro singulari. Ita *S. Thom. lect.* 2. deducit ex ipsius discursu, quo probat dandum esse vnum primum ens, quod sit prima causa essendi cæterorum, sicut in quolibet genere semper assignandum est vnum primum, quod sit causa cæterorum sub eo genere contentorum. Ad 2. dicuntur intelligentiæ cælorum motrices ab *Arist.* Immobiles, non quoad esse, sed quoad locum: putauit enim eas mouere cælos, absque eo quòd ipsæ moueantur simul cum cælo. Ad 3. Sumi *genitum* ab Arist. prout conuertitur cum naturaliter corruptibili. Quo pacto nullum *genitum* potest esse æternum. Alioquin esset, & non esset æternum: quia quod est naturaliter corruptibile, necesse est aliquando non esse. Etlicet in sent. *Arist.* ponantur Generationes ab æterno, non tamen ponuntur singulæ, vel aliquæ æternæ, sed omnes successiuè vna post aliam, quæ omnes simul conficiunt infinitam seriem generationum. Sicut nullæ determinatæ partes motus sunt æternæ, sed totus motus per *Arist.* conficit vnam æternam durationem successiuam temporis. Ad 4. id axioma admitti ab *Arist.* in productionibus naturalibus, quæ quia à naturali agente fiunt, nequeunt nisi ex præsuppositâ materiâ fieri. Neque oppositi axiomatis fuit ignarus, 12. *metap. tex.* 55. *Quidam ex non ente faciunt entia.* Ad Fundam. *Auicen.* nego, ab vno principio non posse pluta immediatè causari, quando est eminenter plura, vt DEVS est eminenter omnia.

7. *Posterior probabilior: esse multis locis dubia mens Philos.*

8. *Ad 1. locum.*

9. *Ad 2.*

10. *Ad 3.*

11. *Ad 4.*

12. *Ad Auicen.*

SECTIO II.

An virtus principalis creandi communicari possit Creaturæ?

PRIMA sent. affirm. *Durandi in* 2. *dist.* 1. *q.* 4. *nu.* 23. quam æstimabilem censet *Maior in* 4. *dist.* 1 *q.* 1. *fine*; dubiam *Rubio in* 2. *dist.* 1. *q.* 22. *a.* 1. Fundam. nulla apparet repugnantia. Secunda negat: Mag. *in* 4. *dist.* 5. *cap. vlt. Henrici quodl.* 4. *qu. vlt. Alberts de* 4 *coæuu qu.* 1. *art.* 4. & *in* 2 *dist.* 1. *ar.* 7. *Bonauen. in* 2. *dist.* 1. *ar.* 2. *q.* 2. *S. Tho.* 1. *p. q.* 45. *art.* 5. & 3. *p. q* 13. *art.* 2. & 2. *con. gen. c.* 20. & 21. *Cniet. & Ferrar. cit. locis*, *Heruei in* 2. *dist.* 1. *q.* 2. *ar.* 4. *Capreo. q.* 3 *Stoti in* 4. *dist.* 1. *q.* 1. *Aureoli ar.* 3. *Argen. qu.* 1. *art.* 1. *Marsilij q.* 1. *ar.* 3. *Concl.* 3. *Richar. in* 2 *dist.* 1. *ar.* 4. *q* 4 *Gabr. q.* 4. *Ægidij quodlib.* 5. *qu.* 1. & aliorum: (quæ vetior est) Fundamentum habet in Patribus, *Athanasio sec.* 3. *con. Aria. Cirillo lib.* 2. *in Iulia. Basilio lib.* 4. *con. Eunom. Damasceno lib.* 2. *de Fide, August.* 3. *de Trinit. c* 8. & 9. & *alibi*: qui omnes affirmant, Creare esse solius Dei. Controuersia grauis est in assignandâ ratione.

13. *Sent. affirmi*

14. *Negatiua versora*

PRIMA sit. Danda est aliqua actio transiens propria Dei, quæ non sit communicabilis creaturæ: alioqui non possemus euidenter arguere existentiam Dei: non alia perfectior quàm creatio. Sed contrà; actio propria Dei per quam eius existentiam cognoscimus, quæque alteri communicari non potest, est actio à superiori agente independens, quam actionem euidenter arguimus ex eius independentiâ in essendo. Secunda, *Suarez in metaph. disp.* 20. *sec.* 2. §. *Propter hæc.* Si talis creatura esset possibilis, de facto fuisset producta, quia constitueret nouum gradum entis à reliquis diuersum: omnes autem Theologi defendunt, Vniuersum esse quoad omnes gradus entis à Deo perfectè conditum: sc. virtus creatiua, quæ ageret per eleuationem ab omni materiâ, constitueret gradum altiorem ab omnibus, qui de facto sunt. Verùm hæc est bona coniectura, non ratio efficax: nam Durandus negaret, Vniuersum esse, quoad omnes gradus entis possibiles conditum. Tertia *Scoti*. Omnis creatura aut est materialis, aut spiritualis; neutra potest creare: ergò. Non materialis, quia hæc sicut in essendo pendet à subiecto, ita in operando. Non spiritualis, quia

15. *Prima ratio, non placet.*

16. *Secunda Suarez.*

est coniectura.

17. *Tertia Scoti ratio,*

Digitized by Google

hæc non potest creare, nisi per actus intellectus, & voluntatis; qui cùm sint accidentales, non possunt prærequiri ad creationem substantiæ, neque vt actualis creatio, quæ debet esse cum termino creato: neque vt formalè principium productiuum, quia accidens, non potest esse formale principium creandi substantiam, cùm modus agendi nequeat excedere modum essendi.

Bene reiicitur à Duran. Sed contrà: actus intellectus & voluntatis possent prærequiri, non vt actualis creatio, aut formale principium creandi, sed dirigendi & applicandi potentiam creatiuam, quæ esset substantia Angeli, ad hoc vel illud creabile: sicut in artifice prærequiruntur actus intellectus & voluntatis, non vt formale principium agendi, sed dirigendi, & applicandi potentiam executiuam, ad hoc vel illud opus exercendum. Quarta *Ægidij*: Omnis creatura est composita ex actu & potentiâ, ex subiecto & accidente. Creatio autem est actio simplex, absoluta à potentiâ & subiecto: igitur nulli creaturæ potest naturaliter competere: quia non potest modus operandi naturaliter excedere modum essendi causæ principalis. Sed contrà: sicut substantia spiritualis componitur ex actu & potentiâ, estque subiectiua causa suorum accidentium, ità creatio est potentialis constans ex essentiâ & existentiâ, componitque cum termino tanquam cum immediato subiecto.

18. *Quarta Ægidij.*

Nec placet.

19. *Quinta S. Thoma.* Quinta *S. Tho. 2. con. gent. cap.* 20, & de *poten. q. 3. ar. 4.* Eo modo actus agitur, quo agens agit: sed agens agit secundùm quod est actu: At solus Deus se toto agit, quia solus Deus est purus actus: Igitur cùm per creationem totus actus fiat, solius Dei erit creare. Sed contrà: vt fiat totus effectus, sufficit, vt agens agat secundùm quod est actu, virtualiter continens effectum. Sed Angelus creando ageret, secundùm quod esset actu, virtualiter continens totum effectum, quia cùm effectus non sit purus actus, sed immersus potentialitati, non requirit, vt agens illum agat, vt sit purus actus, sed vt sit emersus à materiâ.

Refutatur.

20. *Sexta ratio prob. 1.* SEXTA *Henrici, Richar. Argent. Capreo*, Ens infinitè distat à non ente: ergo virtus potens transferre ex non ente, est infinita. Talis est virtus creatiua, cuius est, ex non esse rem traducere ad esse. Maior prob. tum quia inter ens & non ens nulla est proportio: tum quia inter contradictoria æqualis est distantia. Sed inter Deum & non

2. 3. Deum infinita est distantia: ergo & inter ens & non ens. Tum quia magis distat positiuum à negatiuo, quàm vnum positiuum ab alio positiuo: sed inter duo positiua potest esse infinita distantia, vt inter Deum & Angelum: ergo & inter ens positiuum & suum contradictorium. Sed

21. *refellitur à Scoto.* contrà; vt rectè *Scotus, & Duran.* ens tanto distat à non ente, quanta est perfectio entis: quia cùm hæc distantia sit formalis, desumenda erit ex formali excessu perfectionis, quo vnum extremum excedit alterum. sicut distantia inter Deum & creaturam desumitur penes excessum perfectionis, quo Deus excedit creaturam. Sed quodlibet ens creatum est finitæ perfectionis; igitur finitè distans à non ente, quia non plus negat negatio quàm affirmet affirmatio. Vnde ad

22. *Ad 1. prob.* 1. prob. concedo, inter ens & non ens nullam esse proportionem, non propter infinitam distantiam vnius supra aliud; sed quia vnum est positiuum, aliud negatiuum: ad quam improportionem superanda non sufficit virtus finita vt constat de sole, qui virtute finitâ superat improportionem, quæ est inter tenebras & lumen, & ratio est, quia hæc improportio superatur per productionem termini finiti. Ad 2. neg. maior, nam maior est distantia inter Deum & non Deum, quàm inter angelum & non angelum; quia nulla potentia potest facere de non Deo Deum potest aliqua facere de non angelo angelũ Dices. Omnia contradictoria sunt æquè incompossibilia; ergo æquè distantia. Resp. neg. conseq. nam distantia sumitur penes excessum formalem vnius extremi supra aliud, qui diuisibilis est, proindè non æqualis in omnibus: incompossibilitas verò penes mutuam exclusionem formalem vnius ab alio, quæ indiuisibilis est: æquè enim angelus formaliter excludit non angelum, ac Deus non Deum. Ad 3. prob. nego maior. nam magis distant Deus & angelus, qui distant per infinitum excessum, quàm angelus & non angelus, qui tantùm distant per finitam distantiam.

23. *Ad 2.*

44. *Dices. Resp.*

Ad 3. prob.

Septima *S. Tho. 1. piq. 45. ar. 5. ad 3. & 2. con. Gent. cap.* 20. Tantò maior est virtus agentis, quanto rem producit ex remotiore potentiâ: sicut maior est virtus, quæ producit ignem ex aquâ, quàm quæ produeit ex aëre. Sed virtus creatiua producit rem ex nullâ potentiâ; ergo est infinita. nam ea proportio est inter virtutem creantem & educentem, quæ est inter potentias ipsas, ex quibus creans creat, & educens educit: sed inter has proportio est nulla; quia inter nullam potentiam, qualis est, ex quâ creans creat; & aliquam, qualis est, ex quâ educens educit, nulla est proportio; ergo nec inter illas. At vbi nulla est proportio, infinita est distantia. Confirmat

46. *Confirmat Caiet. 1.* *Caiet.* 1. quando duo extrema sic se habent, vt quantò minuitur vnum, tantò crescat alterum, si vnum minuitur usque ad non gradum, alterum crescit supra omnem gradum, ac proinde in infinitum: vt patet in motu, qui tantò est velocior, quantò resistentia spatij est minor: vnde si resistentia spatij esset nulla, vt esset in vacuo, motus esset infinitus, *Aliter*, inquit, *sequeretur, quòd virtus potens producere ex aliquâ potentiâ, & virtus potens producere ex nullâ potentiâ, essent æquales*: Sit enim virtus creatiua finita A in decupla proportione excedens virtutem eductiuam B: tunc si potest dari alia potentia eductiua C. quæ educat effectum ex remotiore potentiâ in decuplâ proportione, quàm B. virtus hæc in decuplâ proportione excedens virtutem eductiuam B, erit

Confir. 2. æqualis virtuti creatiuæ A. 2. Maior virtus requiritur ad creandum effectum, quàm ad educendum effectum infinitum: at ad hunc requiritur virtus infinita; ergo & ad illum. Hæc ratio nititur eodem principio, quo præcedens impugnata: nam ex eo, quòd inter ens & non ens nulla

47. *impugnatur.* est proportio, arguit inter vim creatiuam, quæ producit rem ex nihilo, & eductiuam, quæ producit ex aliquo, infinitam distantiam: nam eadem est proportio inter virtutes productiuas, quæ est inter potentias, ex quibus illæ producunt. Nec concludit *Caiet.* calculatio: quia non est ne-

48. *Ad argu. 1. Caiet.* cesse, vt procedat in terminis eiusdem rationis: nam potest dari virtus creatiua finita altioris ordinis, excedens quamlibet virtutem eductiuam etiam infinitam ordinis inferioris, vt patet hoc exemplo. Quò virtus cognitiua attingit obiectum à potentialitate magis eleuatum, eò est maior: ergo virtus attingens obiectum eleuatum ab omni potentialitate, est infinita; non sequitur. quia Beati virtute finitâ luminis gloriæ attingunt Deum actum purum, quâ virtute excedunt quamlibet aliam virtutem cognitiuam, etiam infinitam

ordinis

Digitized by Google

ordinis inferioris. Ad exemplum de motu nego, illum posse esse infinite velocem, quia hic deberet esse in instanti, quod implicat. Neque ex remotione distantiæ spatij sequitur infinita velocitas, nam adhuc remanet distantia negativa, quæ tolli nequit. Sed esto infinita velocitas motûs non implicet, adhuc illa non arguit infinitam virtutem in movente, quia dari posset virtus motiva altioris ordinis finita, excedens in infinitum quamcunque vim motivam ordinis inferioris. Ad aliud *Cajet.* nego sequel. cùm. n. illæ virtutes essent diversi ordinis, non essent invicem comparabiles, quippè quarum vna excederet aliam perfectione & ordine, non intensione & gradu. Vnde omnis virtus eductiva esset inferioris ordinis comparata cum creativâ; Sicut omne lumen naturale comparatum ad supernaturale. Secunda confir. solùm probat, ad creandum effectum requiri altiorem virtutem finitam: ad educendum verò effectum infinitum requiri vim eductivam in suo ordine infinitam.

29. *De motu.*

30. *Ad conf. Cajet.*

Ad 2.

31. *Octava. S. Doctoris discursus informam reductus.*

Octava *eiusd. 1. p. q. 45. ar. 5. in C. & 2. con. gent. c. 25.* quæ ducitur ex naturâ creationis, hoc pacto. Formalis terminus creationis est ens vt ens: Sed ens vt ens complectitur omne ens, quia nullum excludit: (loquimur de ente participato) ergo potentia ad creandum est infinita. quia tantùm se extendit potentia, quantum se extendit eius formale obiectum; velut potentia visiua extendit se ad omne visibile, intellectiua ad omne intelligibile; ergo virtus creativa ad omne creabile. Ratio: terminus est ratio specificativa potentiam: sed quantum se extendit ratio specificans, tantum se extendit specificatum; quia specificatum est per ordinem ad specificans formaliter. Cùm igitur ens vt ens se extendat ad infinita, virtus creativa erit infirma. Maior prob. creatio est ex nihilo: nam per hoc distinguitur ab omni alia productione; ergo per se nullum supponit ens, alioqui non fieret ex nihilo; ergo per se primo terminatur ad ens quatenus ens: nam illud dicitur per se primò fieri *1. physi. tex. 67.* quod per se ad actionem non præsupponitur; illud verò per accidens, quod præsupponitur ad actionem, velut cùm ex albo fit nigrum, per se fit nigrum, quia hoc non præsupponitur; per accidens fit coloratum, quia hoc supponitur. Confir. Implicat potentiam productiuam claudere seipsam sub suo termino formali, aliàs posset seipsam producere: Sed talis potentia clauderet seipsam sub suo termino formali, quia etiam ipsa esset ens participatum, & consequenter contentum sub vniuersalissimâ ratione entis. Hic est discursus *S. Tho.* Ex quo infert, creare esse solius causæ 1. quæ sola in omni effectu per se primò attingit ens vt ens: non quod etiam causæ 2. illud non attingant, in quo sensu hanc rationem impugnat *Scotus*; sed quia illud attingunt per se secundò, vt inclusum in propriâ ratione formali; sicut visus non solum tendit ad coloratum, sed etiam ad ens inclusum in colorato; non tamen ad hoc tendit per se primò alioqui ferri posset ad quodcunque quod participat rationem entis: sicut quia intellectus per se primò fertur ad ens, ferri potest ad quodcunque quod participat rationem entis.

à priori.

Compl. S. Tho.

32. *Confir.*

impugnat Scotus.

33. *Ratio probabilior.*

Hæc ratio est probabilissima; illud tamen est difficile, quòd virtus creativa non possit limitari ad tale ens in specie: nam quòd creatio sit ex nihilo, tantùm probat, vim creativam non posse limitari ex parte subiecti. quia ex illo non pendet; non quòd non possit limitari ex parte termini producibilis, à quo pendet in specificando. Confir. vti sub potentiâ eductivâ increatâ ad omne educibile, distingui possent plures potentiæ eductivæ creatæ ad hoc vel illud educibile: ita sub potentiâ creativâ increatâ distingui possunt plures potentiæ creativæ creatæ ad hoc vel illud creabile. ergo. Verùm iuxta hanc rationem 44. diecndum; ex quo virtus creativa producit rem ex nihilo, habet pro termino à quo ipsum non ens simpliciter, non ens termini, & non ens subiecti: ergo ratio, quam per se primò attingit, est ratio entis simpliciter: se. quæ per se primò opponitur termino à quo, nam illa est, quæ specificat potentiam, & quam potentia per se primò in effectu producit: sicut ratio, quam per se primò attingit potentia cognitiua, & quam per se primò in obecto cognoscit, est quæ per se primò opponitur termino à quo talis potentiæ, vt visibile respectu visûs, intelligibile respectu intellectus. Antec. prob. in ratione non entis simpliciter, tam est non ens non homo, quàm non ens non angelus; quamuis differant in ratione talis ac talis non entis, penes talem ac talem terminum negatum. Virtus autem creativa non attingit ens ex non ente tali, sed ex non ente simpliciter: & hoc ideò, quia nullum ens simpliciter supponit, sed solam non repugnantiam termini ad existendum. Confir. Inplicat potentia intellectiua, quę non sit ad omne intelligibile; cùm. n. sit spiritualis, est reflexiua supra omne ens: & est ad omne intelligibile, quia habet pro obiecto formali ens vt ens; & hoc ideò, quia habet pro termino à quo non ens simpliciter, quia solum non ens oppositum enti est extra obiectum formale & terminum attingibilem ab intellectu: sed etiam potentia creativa habet pro termino formali ens vt ens; & hoc ideò, quia habet pro termino à quo non ens simpliciter: ergò sicut implicat potentia intellectiua limitata ad vnum tantùm intelligibile, ita potentia creativa ad vnum tantùm creabile; nam vtraque habet pro termino a quo non ens, & pro termino ad quem ens vt ens; illa sub ratione intelligibilis, hæc sub ratione creabilis: ergo est ad omne creabile.

Satisfit.

35. *Confir. ratio à pari.*

Dices. ex hoc discursu non sequitur, virtutem creativam esse infinitam, sed altioris ordinis, nam hæc tantùm esset sufficiens ad attingenda infinita creabilia, vt *supra* contra 2. rationem. Confirm. ex eo quòd potentia intellectiua potest in infinita intelligibilia, non sequitur esse infinitam; ergo neque ex eo, quòd potentia creativa potest in infinita creabilia, erit infinita. Resp. licet ex vi discursûs immediatè non calculetur virtus infinita, tamen calculatur supremus ordo virtutis supra gradum totius entis creati, quod non minùs implicat communicari creaturæ, quàm virtutem infinitam. cùm enim illa claudat sub suâ ratione formali totam latitudinem entis creati, non poterit esse altioris ordinis intra gradum tantùm entis creati; alioqui non excluderet se ipsam à suâ ratione formali; quia etiam ipsa contineretur inter gradum & ordinem entis creati: esset igitur altissimi ordinis supra omnem gradum entis creati, ac proinde increata. Nec est eadem ratio de discursu præcedenti, quia illa non calculat infinitatem virtutis, nec ordinem virtutis supra totum gradum entis creati, eò quòd non calculat illum supra totam latitudinem entis creati, vt ostendi totam latitudinem entis creati esse obiectum virtutis creativæ, sed solùm suprà virtutem eductiuam. Ad Confir. nego conseq.

36. *Obiicis:*

Confir:

Resp:

Recta ratio calculandi.

Digitized by Google

nam potentia intellectiua non continet obiecta intelligibilia realiter. & in ratione specificâ, sed solùm intentionaliter, & in ratione genericâ; completur enim in ordine ad hoc, vel illud intelligibile per speciem ipsius intelligibilis. Potentia verò creatiua debet continere effectus creabiles realiter, & in vltimâ ratione specificâ, quia debet continere illas, vt causa physica principalis.

37. *Terminus à quo creat. nihilum simpliciter: ad quem ens simplic.* Hinc patet ad rationem diffic. nam ex eo quòd creatio sit ex nihilo subiecti, habet pro termino à quo non ens simpliciter, & consequenter pro termino ad quem ens simpliciter. vnde concedo, virtutem creatiuam specificari à termino ad quem, non vt tale ens est, sed vt ens est simpliciter, sub quâ ratione opponitur termino à quo: sicut nec intellectus specificatur ab obiecto, vt tale intelligibile est, sed vt intelligibile est simpliciter.

38. DICES: ergo creatio angeli non differet à creatione materiæ; nam vtraque habet idem specificatum formaliter, nempe ens vt ens. Aliqui concedunt conseq. at nego illam, vt patet de potentiâ intellectiuâ, quæ licet specificetur ab intelligibili vt sic, eius tamen actus differunt specie per ordinem ad diuersa intelligibilia materialia; quia quod est materiale potentiæ, potest esse formale actûs, ob maiorẽ vniuersalitatem potentiæ supra actum. Ad confirm. disparitas est,

39. *Ad confir.* quia non omnis potentia eductiua, ex modo tendendi de necessitate est ad omne educibile; sicut omnis potentia creatiua ad omne creabile, quia hæc procedit ex non ente simpliciter; illa ex aliquo: proinde potest eductiua limitari ad talem, vel talem terminum, non creatiua; quia creatiua ex modo tendendi necessariò est ad omne ens.

40. *Instas.* Instabis, etiam viuens producit viuens ex non viuente, & animal ex non animali; nam nec equus, cùm producit equum, supponit animal; nec semen, cum producit plantam, supponit viuens; & tamen non extenditur ad omne viuens, vel ad omne animal. ergo neque ex eo quòd potentia creatiua nullum supponit ens, debet se extendere ad omne ens. RESP. licet viuens producat viuens ex non viuente, & animal ex non

41. *Resp. disparitas est.* animali actu existente, utrumque tamen producit ex viuente, & animali potentiâ existente; quia tam viuens, quàm animal nequeunt producere, nisi ex subiecto dispositio ad hoc, vel illud viuens, ad hoc vel illud animal, quod est producere ex viuente, & animali potentiâ existente: sicut omnis effectus potentiâ existit in suo instrumento & proximâ dispositione. At virtus creatiua producit ens ex non ente simpliciter; quia vt illud producat, non supponit, nisi solam non repugnantiam obiectiuam: quo fit, vt potentia eductiua limitari possit ad determinatum effectum ex dispositionibus, quas in subiecto requirit; non potentia creatiua. Atque hæc ratio sic explicata, probabilis est.

42. *Nona implicantia.* NONA implicat creaturam, vt causam principalem annihilare: hoc enim supponit supremum dominium in rem annihilandam; se. quòd possit pro suâ libertate, quando vult illam in nihilum redigere. at qui potest rem creare, potest eandẽ liberè conseruare; & à conseruatione cessare,

Sed contrà. atque adeò rem in nihilum redigere. ergo. Sed contra: 1. posset produci virtus creatiua, quæ solùm concurreret ad creationem, & non ad conseruationem, vt concurrunt causæ 2. ad effectus, qui tantùm ab ipsis pendent in fieri, & non in conseruari: at annihilatio essentialiter supponit conseruationem, aut saltem vim conseruatiuam, cùm nequeat res annihilari in instanti, quo creatur. 2. posset ista virtus creatiua non liberè, sed necessariò creare & conseruare rem à se creatam. 3. aduersarius non reputaret absurdum, creaturam posse annihilare rem à se creatam: nec propterea haberet supremum dominium in illam: quia tale dominium haberet dependenter à Deo, à quo non solùm penderet in virtute creatiuâ, quæ conseruaretur à solo Deo, sed etiam in creando; quia non posset creare, nisi concreante Deo vt primo principio.

43. *Decima & vera ratio assignatur.* DECIMA ratio, cur implicet, vim principalem creandi communicari creaturæ, est, quam *to. 1. disp. 3. sec. 1. nu. 5.* tradidi; quia actio creatiua de necessitate supponit in principio creante actum purum: implicat autem perfectionem actus puri communicari creature; ergo & vim principalem creandi. Maior prob. creatio est actio transiens independens à subiecto inhæsionis, quia cùm fiat ex nihilo, nullum prærequirit subiectum, cui inhæreat, sed solum terminum, cum quo producatur, & realiter identificetur. Nulla autem actio transiens potest esse, quoad independentiam à subiecto, perfectior, quàm sit actio immanens eiusdem agentis, à quo procedit actio transiens. Igitur creatio necessariò supponit in agente, à quo dimanat, actionem immanentem independentem à subiecto inhæsionis: ergo necessariò supponit in creante perfectionem actus puri. nam actio immanens, si est independens à substantiâ agentis, vt à subiecto inhæsionis, non potest esse accidentalis; ergo necessariò esset substantialis; non esset substantia ab agente distincta, cùm nullum agens intellectuale, vti esset hoc, utpotè omnium perfectissimum, operetur immanenter per substantiam à se distinctam, sed vel per qualitatem, vt agens creatum; vel per suam substantiam, vt agens increatum: ergo necessariò actio ista esset identificata cum ipsa substantia agentis. Porrò agens, quod habet actionem immanentem identificatam cum propria substantia, est actus purus, quia nullam supponit in se passiuam potentiam: nam quod non habet illam ad proprias actiones immanentes, à fortiore nec habebit ad actiones aliorum gentium extrinsec. Minor prob. Agens

Creatio supponit in creante actum purum:

44. *Et actionem immanentem indep. à subiecto inhæs.* per actionem immanentem perficit se ipsum, per transeuntem aliud a seipso. Nequit autem agens perficere aliud à se perfectius, quàm se, quia se perficit primariò, aliud à seipso secundariò; igitur nequit habere actionem transeuntem independentiorem à subiecto; quàm sit propria actio immanens scil. Nullum agens impotens producere in se actionem immanentem, independentem à proprio subiecto, erit potens producere, extra se actionem transeuntem, independentem ab alieno subiecto. Nullum autem agens, nisi actus purus, potens est producere actionem immanentem, independentem à propriâ substantiâ. Igitur nullum agens, nisi actus purus, potens erit producere extra se actionem transeuntem, independentem à subiecto, atque adeò creare. Maior prob. nullum agens potest habere vim nobiliori atque independentiori modo operandi extra se, quàm intra se; cùm virtus operatiua intra se sit magis perfectiua ipsius operantis, cuius in operando perfectio primariò intenditur.

Actio transiens nequit esse perfector immanentis.

45. *Vis creandi non-esset accidens.* Confir. aut virtus ista creatiua esset accidens; accidens autem, cùm sit à subiecto inhæsionis dependens, repugnat esse connaturale ac principale

pale principium creandi: quia nequit modus operandi excedere modum essendi sui principij principalis. Aut esset substantia: & hæc vel esset forma aliqua distincta ab ipsâ naturâ creantis, & contrà est: tum quia omnis forma substantialis per se primò est ad constituendum aliquod esse: nullum autem esse constituere posset hæc forma cum naturâ creantis, cùm iam supponeret illam in suo esse perfectè constitutam, & solùm illi extrinsecùs & accidentaliter adueniret. Tum quia aut esset hæc forma materialis, & cùm deberet ipsa à subiecto dependere, non posset ei vt principi causæ competere actio à subiecto independens. Aut esset spiritualis; & neque hæc posset, vtpotè ens incompletum, tamquam princeps causa actione creatiuâ attingere entia completa. Vel esset substantia completa spiritualis; & contra hanc militat principale argum. nam cùm ista substantia, vtpotè completa & intellectualis naturæ, primariò esset propter suam perfectionem propriam, si naturaliter habere posset actionem transeuntem independentem à subiecto, à fortiori habere posset actionem immanentem, independentem à propriâ substantiâ: quia cùm eadem virtus esset simul operatiua transeunter, & immanenter; si transeunter vim haberet operandi independenter à subiecto alieno, eandem vim haberet operandi independenter à subiecto proprio.

nec substantiæ

46. Obiicies, de facto omne agens creatum generatiuum habet actionem transeuntem perfectiorem immanente: nam actio generatiua est substantialis; omnis actio immanens agentis creati est accidentalis: actio autem cùm sit essentialiter via ad terminum, suam specificationem, atque adeò perfectionem desumit à termino. Resp. duplex perfectio est in actione; vna secundùm entitatem, altera secundùm independentiam: conced. antec. de priori, neg. de posteriori, quæ non est maior in actione substantiali generatiuâ transeunte, quàm in accidentali operatione immanente: vtraque enim dependet à subiecto inhæsionis, cùm non possit agens creatum habere aliam actionem transeuntem substantialem, quàm productionem formæ materialis, quæ est actio dependens à materiâ, vt à subiecto inhæsionis. Cæterùm non repugnat, agens habere actionem transeuntem perfectiorem immanente quoad entitatem; repugnat quoad independentiam à subiecto: quia omnis modus operandi perfectior quoad independentiam arguit maiorem perfectionem in operante; non omnis perfectior quoad entitatem termini producti: Angelus .n. ex perfectiori modo intelligendi independenter à materiâ obiectiuâ, arguitur perfectior homine: & homo ex perfectiori modo cognoscendi independenter à materiâ subiectiuâ, arguitur perfectior bruto; & brutum ex perfectiori modo cognoscendi independenter ab obiecto præsente, arguitur perfectius quolibet alio viuente. Contrà verò ignis ex perfectiori entitate termini substantialis producti non arguitur perfectior angelo, qui nullum terminum substantialem producere potest. Igitur proportio, quæ per se primò spectanda est inter actionem transeuntem & immanentem agentis non est in conformitate terminorum productorum, sed in modo eos attingendi, dependenter vel independenter à subiecto: nam hæc, non illa per se arguit maiorem, aut minorem perfectionem in agente; vt ex inductione factâ constat.

47. *Duplex perfectio in actione distinguitur.*

Modus operandi attenditur.

Inductio.

SECTIO III.

An saltem communicari possit creaturæ virtus instrumentalis connaturalis creandi.

PRIMA sent. affirmatiua *Magistri in 4. dist. 5. cap. vlt. S. Tho. in 2. dist. 1. q. 1. a. 3. & in 4. d st. 5. q. 1. art. 3. qu. 3. ad 4. Albertini to. 1. corol. 2. ex principio 2. fine*; probabilem putat *Palatium in 2. dist. 1. disp. 4. Fundam.* non repugnat, vt instrumentum connaturale in modo operandi excedat se ipsum in modo essendi: imò hoc est proprium instrumenti, vt innixum virtuti causæ principalis, in operando excedat se ipsum in essendo: sic lumen gloriæ immersum subiecto, & potentialitati, attingit Deum in se ipso per modum actûs puri in virtute Dei agentis principalis. Confirm. de facto ignis calefaciens species consecratas vini, producit calorem independenter à subiecto, quo species consecratæ carent, atque adeò creat. 48. *Affirm.*

Secunda negatiua *S. Thomæ 1. p. q. 45. art. 5. cont. gent. 2. c. 21. & q. 3. de potent. art. 4. Caiet. & Ferrar. ibid. Capreo. in 2. dist. 1. q. 3. art. 1. concl. 11. Molinæ 1. p. q. 45. art. 5. disp. 2. Bannez ibid. concl. 3. Vasq. disp. 176. cap. 3. Suar. to. 1. metaph. disp. 20. sec. 3. & reliq.* qui absolutè negant, omnem vim connaturalem creandi communicabilem esse creaturæ. 49. *Negat.*

Difficultas est in assignanda ratione; Prima est: etiam ad instrumentaliter creandum requiritur virtus infinita; Instrumentum .n. actiuè concurrit ad creationem: ergò si hæc requirit virtutem infinitam in agente principali, illam etiam requiret in instrumento: tum quia actio instrumenti & causæ principalis est eadem: tum quia maior virtus instrumentalis requiritur ad producendos plures effectus, quàm pauciores: ergo ad producendos infinitos requiritur virtus infinita. 50. *Prima ratio Thomist.*

Sed contrà: sicut instrumentum non debet in virtute propriâ producere effectum, ita nec illum adæquatè continere: poterit igitur per virtutem finitam concurrere ad effectus infinitos in virtute principalis egentis. Ad 1. prob. esto eadem sit actio instrumenti & causæ principalis, illa tamen non requirit virtutem infinitam, nisi in agente principali; vt patet in instrumento obedientiali, cuius etiam actio est eadem cum agente principali, & tamen non requirit virtutem infinitam in instrumento obedientiali. Ad 2. Calculatio illa tantùm valet in causâ principali, in quâ effectus adæquatè continetur; non in instrumento, in quo effectus continetur in virtute agentis principalis: vt patet in calore, in quo non maior virtus requiritur ad producendum cum viuente carnem, quàm cum igne ignem: solum enim instrumentum requirit proportionem cum principali agente, & effectu producendo. 51. *Contrà.* *Calculatio qua valet.*

SECVNDA. Instrumentum connaturale debet habere præuiam actionem distinctam ab actione, quâ simul cum causâ principali attingit effectum vltimatum, quæ suâ naturâ conferat ad productionem effectûs causæ principalis. Repugnat autem instrumentum habens præuiam actionem naturâ suâ conferentem ad creationem. Maior prob. instrumentum connaturale dicitur illud, quod naturâ suâ vi ordinatur ad determi- 52. *Secunda ratio Thomistarum.*

Digitized by Google

natum effectum producendum; alioqui non differret ab instrumento obedientiali: in hoc enim connaturale ab obedientiali instrumento discriminatur, quod ad producendum obedientialiter, assumi potest quodcunque; ad connaturaliter verò, non nisi quod vi suâ ordinatur ad talem productionem. Minor ostend. cùm creatio fiat ex nullo præsuppositio subiecto, nulla actio instrumenti præuia ad illam conferre potest, nisi conferat, per modum præuiæ dispositionis habilitantis subiectum ad terminum creationis recipiendum; at nulla dispositio conferre potest ad terminum creationis, quia cùm nullum requirat subiectum, nec præuiam requirere poterit dispositionem. Sed contrà: falsum est, instrumentum connaturale naturâ suâ requirere præuiam

53. *Sed contrà est.*

actionem distinctam ab actione, quæ simul cum principali agente attingit vltimatum effectum; sed sat est, vt naturâ suâ petat habere in effectum vltimatum actionem simultaneam, & cooperatiuam cum ipsâ actione principalis agentis, vt recte *Caiet. loco cit.* §. *Ad euident.* & constat tum

Lumen gloriæ.

in lumine gloriæ, quod est connaturale instrumentum ad producendam visionem gloriosam, cùm tamen nullam præuiam actionem distinctam habeat ab ipsâ actione, quâ vnà cum intellectu Beati, visionem Dei producit; tum in nabitu charitatis, qui est instrumentum connaturale ad amorem beatificum, ad quem tamen nullam habet præuiam actionem distinctam ab eâ, quâ vnà cum voluntate, ad illum producendum concurrit, & in Thomist. sent. tam character, absque vllâ præuiâ dispositione, est instrumen-

Habitus charitatis.

Phantasma

tum ad Christi corpus conficiendum; quàm phantasma expressum est connaturale instrumentum intellectûs agentis ad speciem intelligibilem producendam: cùm tamen phantasma expressum nullam præuiam actionem habeat in intellectu agente, quâ illum habilitet ad speciem intelligibilem recipiendam, cùm ex se sit maximè proportionatus; nec possit per actionem materialem phantasmatis ad illam recipiendam magis proportionari; cùm nulla dispositio materialis, quam tantùm propriâ vi producere potest phantasma in intellectu agente, sit proportionata ad

à priori: finis instrumenti.

formam spiritualem, qualis est species intelligibilis, recipiendam. Ratio: primarius finis instrumenti est, vnà cum agente principali attingere effectum causæ principalis: di ponere autem subiectum ad talem effectum recipiendum, est tantùm finis secundarius, & solùm necessarius ex suppositione, quòd subiectum tali dispositione egeat; vnde si subiectum nullâ egeat dispositione ad primarium effectum recipiendum, consistere poterit essentialis ratio instrumenti in solo fine primario, absque secundario: neque ex cessatione finis secundarij, cessare debet primarius.

54. *Duæ rationes ad hanc sent. confirmandam.*

His confuratis, duas affero rationes: 1. ducitur ex proportione; Omne instrumentum connaturale debet esse in eodem ordine cum suâ causâ principali: sed principalis creatiua est in ordine actûs puri; ergo & virtus instrum. connatur. Maior prob. Omne instrumentum connaturale

Proportio instrumenti & causæ princip.

est naturalis proprietas & potentia agentis principalis, per quam fit proximè potens ad operandum, vt inductione constat: calor .n. instrumentum ignis, est naturalis proprietas & potentia ignis ad producendum ignem: potentia generatiua instrumentum viuentis, est naturalis proprietas & potentia viuentis ad gignendum viuens, & sic de cæteris. Naturalis autem proprietas & potentia est eiusdem ordinis cum suâ causâ principali: Igitur instrum. connat. creandi deberet esse eiusdem ordinis cum virtute principalis creantis. Nec obstat, quòd lumen gloriæ immersum potentialitati, vt connaturale instrum. attingat Deum actum purum: quia effectus proprius luminis gloriæ, non est attingere Deum obiectiuè; hoc .n. est proprium intellectûs, quod tantùm præstat obedientialiter; sed ipsius tantùm munus est, producere visionem beatam receptam in subiecto, & immersam potentialitati; seu efficere, non percipere: visio autem non vt effectus est, sed vt species expressa est, quo pacto non respondet lumini, sed intellectui, attingit Deum actum purum. 55.

2. Repugnat, dari naturale instrum. creationis, quin idem simul sit principalis virtus creatiua; Quod .n. habet adæquatam proportionem cum effectu non est instrumentum, sed causa principalis; sed si daretur naturale instrum. ad creandum, haberet adæquatam proportionem cum creatione: ergo. Maior prob. instrumentum non habet adæquatam proportionem cum effectu vltimato, & ideò eget concursu causæ principalis, mediante quo effectum attingere possit. Principalis causa adæquatam habet proportionem cum effectu; & licet etiam egeat concursu sui instrumenti, non tamen vt causæ superioris eleuantis, sed vt potentiæ inferioris sibi naturaliter subordinatæ. Minor prob. Ratio specificans virtutem instrumentalem & principalem in creatione est vna & eadem indiuisibiliter: ergo implicat specificare illam, vt instrumentum, & non vt virtutem principalem. Quia virtutes, quæ non habent diuersas rationes specificantes, nequeunt habere diuersas perfectiones causæ principalis & instrumentalis. Antec. ostendo: Ratio specificans virtutem creandi, siue instrumentalem, siue principalem, non est entitas termini creabilis, in qua saltem metaphysicè distingui possunt plures gradus, & perfectiones maiores & minores, per ordinem ad quas sumi posset diuersa specificatio virtutis instrumentalis à principali; sed est attingibilitas termini ex nullo præsuppositio subiecto: hæc autem, cùm sit indiuisibilis, consistit .n. in modo attingendi terminum per negationem omnis subiecti, non potest diuersò modo specificare instrumentum, & virtutem principalem. Maior prob. virtus creandi siue instrumentalis, siue principalis per se primò respicit modum attingendi terminum independenter à subiecto: opponitur enim virtuti eductiuæ, quæ formaliter respicit modum attingendi terminum dependenter à subiecto. DICES. Ergo nec virtus instrumentalis eductiua discriminatur à principali eductiuâ, cùm ambæ adæquatè conueniant in modo attingendi terminum dependenter à subiecto; nec illa magis dependenter à subiecto, quàm hæc, effectum attingat. Resp. concedo virtutem instrum. eductiuam non distingui à principali per maiorem dependentiam à subiecto, sed per minorem duntaxat proportionem cum entitate effectûs educibilis; secundùm quam nequit discriminari virtus instrum. creatiua à principali creatiuâ. Quia ratio specificans virtutem productiuam, est, quæ in effectu est potissima; Ratio verò potissima in effectu creabili non est entitas effectus, sed modus attingibilitatis ex nullo subiecto: & contrà, in effectu educibili ratio potissima non est dependentia à subiecto, cùm hæc formaliter

Altera ratio.

Discrimen instrumenti ab agente princip.

57. *Instrum. natur. esse proportionatum adæq.*

58. *Discrimen eductiua & creatiua pot.*

Ratio potiss. specificans virtutem product.

Digitized by Google

liter sit imperfectio, quæ non specificat virtutem, sed entitas educibilis; atque adeò ab hâc, non ab illâ debet virtus eductiua principalis & instrument. specificari: Creatiua verò non ab entitate termini, sed ab attingibilitate independenter à subiecto, specificanda est; quæ cùm sit vnâ indiuisibilis, etiam metaphysicè considerata, non poterit specificare duas diuersas virtutes, principalem & instrum. Hanc poster. rationem deduco ex *S. Tho. 1. p. qu. 45. art. 5. & 2. cont. gent. cap. 21.* docente, instrumentum per aliquid sibi proprium dispositiuè operari ad effectum principalis agentis: hoc est, non vt *Capreol. in 2 dist. 1. q. 3. art. 1. concl. 1. ratione 5. Ferrar. 2 contr. gent. cap. 21. §. Sexto, & Soto in 4. dist. 1. qu. 3. art. 1. §. Proximum*, explicant, per actionem præuiam distinctam ab actione, quâ attingit effectum principalis agentis: sed vt *Caiet. 1. p. qu. 45. art. 1. §. Ad euidentiam, & Nugnez 3. p. qu. 62. art. 1. diffic. 7. ad 2. replicam 5. argum.* interpretantur, per virtutem natiuam sibi propriam attingere debet effectum principalis agentis, licet non distinctâ actione ab eâ, quâ effectus vltimatus à causâ principali attingitur. Hinc deduco: Omne instrumentum naturale in sent. *S.* [illegible] debet vi propriâ in sensu explicato, dispositiuè operari ad effectum principalis agentis: Creatio est ratio simplicissima & indiuisibilis: Ergo hoc ipso, quòd datur virtus productiua illius, erit adæquata & totalis, atque adeò principalis.

59. *Explicatio deducitur.*

60. Ad fundamentum 48. Ad fundamentum neg. instrumentum naturale in operando excedere posse seipsum in essendo, quoad independentiam à subiecto. Nulla .n. actio instrumenti naturalis excedit ipsius esse, quoad subiecti dependentiam: ignefactio, quæ est actio caloris vt connaturalis instrumenti ignis, non excedit quoad subiecti dependentiam esse caloris: vtrumque .n. à subiecto pendet. Visio quæ est actio potentiæ visiuæ connaturalis instrumenti hominis, eodem modo pendet ab organo, sicut potentia visiua, & sic de cæteris. Ratio: instrumentum naturale debet esse in eodem ordine cum suâ causâ principali (cùm sit naturalis proprietas illius) sc. per eandem dependentiam, vel independentiam à subiecto: Nequit igitur in operando excedere seipsum in essendo, quoad subiecti dependentiam, alioqui excederet modum essendi suæ causæ principalis, quod implicat. De lumine autem gloriæ patet ex dictis, illud non esse instrumentum visionis, ratione obiectiuæ expressionis, ratione cuius visio beatifica respondet tantùm intellectui obedientialiter; sed ratione productionis, quo modo visio non excedit lumen quoad subiecti dependentiam; vtrumque .n. inhæsiuè pendet à subiecto. Ad confirm. nego antec. immediatum .n. subiectum caloris & reliquorum accidentium materialium, exceptâ quantitate, est quantitas, ex quâ ignis calorem educit, dum species consecratas calefacit, ac proinde non creat.

Inductio.

Instrumentum est proprietas.

61. *De lumine gloriæ.*

Ad conf.

SECTIO IV.

An creatio communicari possit creaturæ obedientialiter?

62. *Negant S. Tho. &c.*

PRIMA sent. negatiua *S. Tho. 1. p. qu. 45. art. 5. 3. p. qu. 13. art. 2. 2 contr. gent. cap. 20. & 21. & de potentiâ qu. 5. art. 3. ad vlt. Caiet. & Ferrar. locu cit. Medina 3. p. qu. 13. art. 2. §. Ad 2. diffic. & qu. 48. art. 6. in fine. Nugnez ibid. qu. 62. art. 1. diffic. 7. §. Sed contra hæc: & qu. 78. art. 8. Scoti in 4. dist. 1. qu. 1. §. Ideò dicit; versu, Dico etiam, & ad vlt. Molina qu. 45 art. 5. disp. 2. Vasquez 1. p. qu. 176. Cabrera 3 p. qu. 13. art. 2. dub. 5. Granadi 1. p. contr. 6. disp. 4.* Fundam. Nulla res potest à Deo assumi ad producendum effectum, ad quem vim aliquam innatam ex se non habeat, vel productiuam, vel saltem per se dispositiuam ad talem effectum: alioqui quidlibet assumi posset ad quidlibet producendum: At nulla res creata ex se vim habit creatiuam, aut per se dispositiuam ad effectum creationis. Quia nulla res creata ex se vim habet producendi effectum ex nihilo; aut per se ad talem effectum disponere potest, cùm nulla dispositio possit per se ad talem effectum conducere: omnis. n. dispositio recipi debet in subiecto, quod est disponendum ad effectum recipiendum: effectus autem creationis, cùm fiat ex nihilo, nullum supponit subiectum. *Fundam.*

63. *Affirmant Magister S Tho. veriùs.*

SECVNDA sent. affirmatiua *Magistri in 4. dist. 5. fine, S. Tho. ibid. q. 1. art. 3. qu. 3. ad 4. & in 2. dist. 1. q. 1. art. 3. Durand. in 2. dist. 1. q. 4. nu. 23. Bacho. in 2 dist. 32. q. 1. a. 4. Gabriel. in 4. dist. 1. q. 1. art. 3. dub. 2. Vega lib. 7. in Trident. cap. 13. Suarez 3. p. to. 1. disp. 31. sec. vlt.* Quæ sunt probabilior est. Fundam. nulla est implicantia: vt enim creatura per potentiam obedient. attingat effectum creationis, non est necesse, vt sit virtutis infinitæ, & indipendentis, quia non debet attingere illum vt causa principalis, aut instrum. connaturalis, sed tantùm obedientialis eleuata per virtutem diuinam: ad quod sufficit quæcunque virtus productiua creata, supplente Deo reliqua, quæ ad creationem requiruntur. Confirm. contra Thomistas, qui putant, verba sacram. transubstantiare panem in Corpus, & vinum in Sanguinem Christi: nam transubstantiatio per ipsos est vera & realis productio totius substantiæ Corporis & Sanguinis, independens ab aliquo vt à subiecto, & ex eo tantùm non dicitur creatio, quia connotat esse Corporis & Sanguinis præexistens, & panem & vinum vt terminum positiuum à quo. Atnec non obstant, quin verba sacram. verè & realiter per modum instrumenti obedient. effectiuè attingant ipsam substantiam Corporis & Sanguinis independenter à quocumque subiecto. Et licet formalem transubstantiationem ponerent in vnione Corporis & Sanguinis cum accidentibus, adhuc ipsi admitterent debent actionem productiuam Corporis & Sanguinis independenter ab vnione cum accidentibus panis & vini, naturâ præcedentem vnionem cum accidentibus; ad quam actionem per Thomistas instrumentaliter concurrunt verba sacram. Confirm. ad productionem Corporis & Sanguinis, panis & vinum non concurrunt subiectiuè; vel in aliquo genere causæ, quod tollat veram creationem, sed solùm vt termini à quo positiui connotati, absque vllâ intrinsecâ dependentiâ: eadem quippè productio foret, siue talis productio fieret ex panè, siue ex lapide, siue ex ligno, aliâve materiâ; solùm .n. variaretur extrinsecum connotatum. *Ad hominem.* 64. *Conf.* 65.

DICES. Creatura nullam vim habet, ne incompletam & genericam quidem ad attingendam actionem independentem à subiecto: ergo non poterit eleuari ad creandum formaliter, sed tantùm materialiter, attingendo solùm entitatem creationis, non independentiam eiusdem à subiecto. Antec. patet, quia cùm creatio formaliter 66. *Obiicit.*

Digitized by Google

liter dicat independentiam à subiecto, & independentia sit quid indiuisibile, si creatura haberet proportionem ad creandum formaliter, talis proportio esset in genere causæ principalis. Implicat autem, creaturam habere proportionem causæ principalis ad creandum, vt *sect.* 2. Confir. ideò per nos, non potest dari connaturale instrum. ad creandum, quia id debet habere aliquam proportionem cum effectu agentis principalis; quæ proportio, cùm sit circa indiuisibile, nequit participari, quin principaliter participetur. Sed etiam instrumentum obedien. debet habere aliquam proportionē, saltem remotam & genericam ad creandum, alioqui non posset concurrere ad creandum formaliter Resp. neg. instrumentum obedien. debere habere proportionem cum obiecto formali agentis principalis, vt illud dicatur attingere, sed sat esse, si habeat proportionem cum obiecto materiali: secus est de instrumento connatur. hoc enim, nisi habeat proportionem cum obiecto formali agentis principalis, non dicitur illud attingere formaliter. quia cùm obedientiale non sit naturalis potentia agentis principalis, sed tantùm voluntaria, quâ voluntariè vtitur agens ad effectum supra eius vires producendum, sufficit quæcunque proportio, vt illum dicatur producere; quia illum producit in vertute agentis principalis: connaturale vero cùm sit naturalis potentia agentis principalis, debet habere proportionem cum obiecto formali agentis principalis; alioqui non diceretur connaturale instrumentum illius. Ad Conf. vt creatura dicatur obedientialiter attingere creationem, sufficit vt habeat proportionem cum ipsâ entitate creationis: non. n. est necesse, vt habeat proportionem cum independentiâ actionis à subiecto formaliter; nam hanc supplet Deus vt causa principalis; sic vt ens naturale dicatur obedientialiter attingere effectum superna. non est necesse, vt illum attingat ut supernaturalem formaliter, seu vt cum illo proportionem habeat vt supernaturali formaliter: nam hæc ratio suppletur à virtute supernat. sed sufficit, vt cum illo proportionem habeat vt ens est formaliter.

Confir. — 67. *Proportio instrum. obedien. cum obiecto.* — 68. *Ad conf.*

69 Cæterum nota, in sent. *S. Tho.* instrumentum obedient. esse connaturale; quia in sent. ipsius nulla creatura eleuari potest ad effectum excedentem proprias vires, nisi per qualitatem superadditam, quâ creatura proportionetur per modum instrumenti Dei ad talem effectum attingendum. Quare mirum non est, si *S. Tho. in sum. & con. gen.* vbi ex propriâ sent. loquitur, neget creaturam, etiam vt instrumentum obedien. eleuari posse ad creandum, Verùm semper manet difficultas, quo pacto in sent. Thomist. verba sacra. attingant instrumentaliter productionem Corporis & Sanguinis, & tamen nequeant obedientialiter concurrere ad creationem.

Nota.

SECTIO IV.

An creatio actiua sit in Deo?

70. *Duplex actio.* DE passiuâ nulla est diffic. eam non esse in Deo creante, sed in termino creato: omnis quippe passio est in passo: igitur à fortiori creatio, quâ passio non erit in Deo, qui omnis passionis expers est. De actiuâ igitur creatione, Prima sent. affirmat esse in Deo: *S. Tho.* 1. *p. q.* 25. *ar.* 1. *ad* 2. *&* 3. *& q.* 45. *a.* 3. *ad* 1. *&* 2. *con. gen. cap.* 9. *&* 16. *& q.* 3. *de poten. ar.* 3. *Bonau. in* 2. *dist.* 1. *p.* 1. *ar.* 3. *q.* 2. *Scoti in* 4. *dist.* 13. *q.* 1. §. *Ad huius*, & *ad argu.* 2. *Richar. in* 2. *dist.* 1. *ar.* 1. *q.* 3. *& ar.* 2. *q.* 1. *Rubio. q.* 1. *art.* 2. *Capreo. q.* 1. *ar.* 1. *concl.* 1, *Ocham q.* 1. *Gabr. q.* 1. *ar.* 2. *Caiet.* 1. *p. q.* 25. *ar.* 1. *Ferrar.* 2. *cont. gent. c.* 16. *&* 18. *ad* 1. *&* 2. *dubium: Banncz* 1. *p. q.* 45. *ar.* 3. *concl.* 3. *Valent. disp.* 3. *q.* 2. *pu.* 1. qui omnes conueniunt, creationem actiuam esse ipsum velle diuinum cum respectu rationis ad creaturam. Primum fundam. *S. Tho.* 2. *cont. gent. c.* 9. Actio est complementum virtutis actiuæ; comparatur enim ad ipsam vt actus 2. ad primum. Implicat autem virtutem Dei compleri ab alio, quam à se ipsa. Igitur implicat creationem actiuam, quæ est complementum virtutis creatiuæ Dei, esse in termino creato: alioqui virtus creatiua Dei compleretur ab alio, quàm à se ipsa. Secundum fund. Omnis actio est in agente; creatio actiua est quædam actio; ergo est in Deo creante. Maior prob. 1. actio & passio opponuntur: Opposita nequeunt esse in eodem subiecto simul: igitur si creatio passiua est in termino creato, actiua erit in principio creante. 2. Actio est quo agens agit: sed quo agens agit, est in agente: ergo actio est in agente: 3. si actio esset in passo, denominaret passum agens, sicut passio denominat subiectum passum; atque adeò si creatio actiua esset in termino, denominaret illum creantem. 4. potentia actiua 9. *metaph. tex.* 2. *est principium transmutandi alterum, in quantum alterum.* ergo actio, quæ est ipsius actus, erit transmutatio alterius, in quantum alterius; ergo, non erit in passo: alioqui non erit transmutatio alterius, in quantum alterius. 5. actio est relatio transmutantis in transmutatum, sicut passio est relatio transmutati in transmutantem. at in eo ponenda est relatio, in quo est proximum fundam. ad quod, posito termino, consequitur, sc. potentia actiua agentis: terminus. n. est effectus productus: igitur hoc posito consurgit relatio in agente, quâ refertur ad effectum, vt transmutans ad transmutatum. 6. actiua generatio æterni Patris, eiusque ac Filij actiua spiratio, non est in termino genito & spirato, sed in principio gignente & spirante; ergo actiua creatio Dei non est in termino creato, sed in principio creante.

Prima sent. affirmat. — 71. *Affirmat.* — 72. *Fundam.* — 73. *Alterum actionem in agente esse. probant* 1. — 2. — 3. — 4. — 5. — 6.

Secunda sent. negat, creationem actiuam esse in Deo; est in termino creato: *Mayr. in* 2. *dist.* 1. *q.* 3. *Aureo. in* 1. *dist.* 20. *ar.* 2. *propos.* 2. *& dist.* 27. 1. *p. a.* 2. §. *Restat. Ægid. in* 2. *dist.* 1. *p.* 1. *q.* 3. *art.* 2. *Argent. in* 2. *dist.* 19. *a.* 1. *Bacho. in* 2. *dist.* 34. *q.* 1. *art.* 3. *&* 4. *ad* 9. *Duran. in* 2. *dist.* 1. *q.* 1. *Arim. q.* 5. *a.* 1. *concl.* 5. *Molina* 1. *p. q.* 45. *a.* 3. *Suarez* 1. *to. Met. disp.* 20 *sec.* 5. Hæc sent probabilior est, & deducitur ex *Arist.* 3. *phys. c.* 3. vbi docet, actum agentis non esse in agente, sed in passo; vnus quippe idemque motus est actio & passio simul; actio quà *est, actus huius ab hoc*; passio quà *est actus huius in hoc.* Quæ autem *Arist.* docet de actione transeunte in communi, verificanda sunt de quâlibet actione transeunte in particulari, cuiusmodi est creatio actio, quæ per hanc Arist. doctrinam non distinguetur à creatione, vt passi. ne. Prob. Creatio non est actio immanens, sed transiens: de ratione autem actionis transeuntis, vt *ibid. Aristot.* docet, & ex ipso nomine constat, non est immanere in agente, sed ab agente transire in passum. Maior prob. creatio

74. *Negans. Verius.* — 75. *Actio transiens est in effectu.*

Digitized by Google

non habet suum terminum intra, sed extra creantem. at actio, quæ non habet suum terminum intra agens, non est immanens, sed transiens: immanens. n. vel transiens dicitur ratione termini, ad quem vltimatè tendit. Confir. actio est actus potentiæ actiuæ, vt actiuæ; qui formaliter importat egressum à potentiâ. Igitur si actio non postulat immanentiam in suo principio ratione termini, neque id postulabit, vt actio est formaliter; quia vt actio, potiùs postulat egredi quam manere in suo principio; cùm sit via, quâ agens communicat esse effectui, ac proindè formaliter ponit effectum extra agens. Dices: creatio est actio transiens virtualiter tantùm: nam manens in Deo habet effectum extra Deum, sicut imperium manens in imperante habet effectum extra imperantem: est. n. actio velle, ipsius vel efficax imperium, quod per dicere diuinum exprimitur *Genes. 1. & Psal. 148. Ipse dixit, & facta sunt.* Sed contra; velle, & imperium diuinum est principium creandi, non creatio: sicut velle & imperium, quo artifex creatus vult & imperat opus artificiatum, non est arte-factio, sed principium arte-factionis. Nec obstat, quòd Deus immediatè per suum velle & imperium producat res ad extra, artifex creatus non nisi per distinctas potentias executiuas: nam hoc ad summum probat, Deum esse immediatum principium creationis per suum velle, & imperium; artifex creatus per suas potentias executiuas à voluntate & intellectu distinctas: Confir. actio debet proportionari potentiæ, cuius est immediata actio. Sed creatio non est immediata actio intellectûs, & voluntatis diuinæ; quà intellectus & voluntas est formaliter, sed quà potentia executiua est: igitur non potest consistere in volitione & imperio diuino: nam hæ sunt immediatæ actiones intellectûs & voluntatis, quà intellectus & voluntas sunt formaliter; sed potiùs in actione transeunte, quæ immediatè est ab intellectu & voluntate diuinâ. vt potentia executiua est.

77. *Negant creationem transeuntem formaliter.*

78. *Creatio est transiens formaliter.*

Prob. 2. Si creatio esset in Deo, etiam eductio, quâ accidentia, & materiales formas dependenter à subiecto producit, esset in Deo. nam si Deus creat immediatè per suum velle, & intelligere practicum; etiam educit per suum velle & intelligere practicum; cùm non minùs sit agens intellectuale respectu vnius, quàm respectu alterius. si omnis actio debet esse in agente; etiam eductio est actio: igitur. at si eductio esset in Deo, sequeretur, quando Deus se solo conseruat effectum eductum, quem simul cum causâ 2. produxit, mutari eductionem actiuam in Deo: nam prior erat partialis, & se solâ insufficiens ad communicandum esse effectui: posterior verò debet esse totalis, quia debet supplere actiuam eductionem causæ 2. Dices, Mutatur actio eductiua, quæ est in Deo connotatiuè tantùm, quia nunc connotat effectum, totaliter à se dependentem, quem anteà connotabat partialiter tantùm à se dependentem. Sed contra; vt actio, quæ est in Deo connotatiue mutetur, supponere debet mutationem in creaturâ seu effectu; cùm actus diuinus non muretur in se: sed nullam supponit mutationem in effectu, quem solus ipse conseruat, quæ anteà non erat, cùm idem effectus simul à Deo & causâ 2. produceretur. nam in sent. multorum aduers. actio passiua, per quam mutaretur terminus, est purus respectus transmutati ad transmutantem, consurgens in termino post acceptum esse ab agente; sed terminus perseuerat idem in conseruari à solo Deo, qui fuit in produci à Deo simul & à causâ 2. cùm in hâc sent. præter respectum consurgentem, & esse ipsius termini ab alio acceptum nihil intermediet. Implicat autem, consurgere nouum respectum, vbi nulla supponitur noua mutatio. Igitur nulla erit mutatio in termino conseruato sufficiens ad talem respectum fundandum. Nec sufficit, vt actio diuina connotet, quòd idem terminus non amplius pendeat à causâ 2. sed tantùm a se: nam vt terminus pendeat à Deo totaliter, qui anteà pendebat tantùm partialiter, debet aliquid plus à Deo accipere, quod anteà non accipiebat: siquidem anteà vi actionis partialis, quâ à Deo producebatur, non accipiebat totum esse: vt igitur nunc totum esse à Deo accipiat, debet aliâ actione & influxu totali à Deo produci; ac proinde in suo esse mutari: ad hoc autem non sufficit purus respectus consequens ab aduersarijs confictus; quia hic supponit fundamentum, ad quod consequatur: quod non potest esse ipse terminus, quia ille quoad intrinsecum esse manet inuariatus, & idem omninò qui anteà.

79. *Eductio nequit esse in Deo.*

80. *Dices.*

Resp.

Connotatio non sufficit.

Prob. 3 non omnis actio subiectiuè est in agente, sed sola immanens. Alioqui vt arguit *Aureol.* non posset agens transmutare aliud, quin prius transmutaret se ipsum per actionem in se productam, cùm tamen de ratione potentiæ actiuæ vt sic, non sit transmutare se ipsum, sed aliud à se, vt ex definitione constat. Vlterius; vel istæ actiones productiuæ substantiarum in agente sunt substantiales, vel accidentales; vel istæ manent in agente, producto termino, vel corrumpuntur. non possunt dici corrumpi, cùm non habeant contrarium; & absurdum est, ponere in quolibet agente, quod multos effectus produxit, tot entitates seu modalitates. Confir. actio est formalis & immediata communicatio, quâ agens communicat esse effectui. Communicatio autem non est in communicante, sed in communicato. Præterea actio est, per quam effectus egreditur ex virtute & potentiâ agentis: ergo debet esse in effectu; nam egressus debet esse cum termino egrediente, non cum principio, à quo egreditur. Prob. 4. Si creatio actiua esset diuinum velle cum respectu rationis ad creaturam in tempore producendam, ab æterno Deus dictus fuisset creator; quia ab æterno habuisset suum velle, cum respectu ad creaturas in tempore producendas, sicut propter idem velle Deus ab æterno dicitur voluisse creaturas, quia omnis forma necessariò denominat subiectum, in quo est. at Patres passim docent, Deum in tempore dici Creatorem. Non est igitur creatio actiua in Deo, sed in termino creato, atque eadem cum creatione passiuâ: quæ vt dicit transcendentalem respectum ad principium creans, à quo simul cum termino emanat, dicitur creatio actiua; vt dicit transcend. respectum ad terminum creatum, cuius est formalis & immediata communicatio, dicitur creatio passiua, siue, vt remittis *Arist.* vtar, vt *est huius ab hoc, actio est, vt est huius in hoc*, passio est.

81. *Sola immanens est in agente.*

82. *Prob. 4. creationem esse velle.*

83. *Conclusio.*

Ad 1. fund. *S. Tho.* concedo, creationem esse complementum virtutis creatiuæ, sed extrinsecum, vt ipse cum *Arist. 3. phys. tex. 5.* de omni actione transeunte docet, quam cum *Philos.* definit, *Actum ab agente in aliud*; & colligitur ex defin. potentiæ actiuæ ab *Arist.* assignata: Quæ est

84. *Ad fund. S. Thom.*

Definitio potentiæ ab Arist.

est *principium transmutandi aliud in quantum aliud.* Igitur tota perfectio ipsius, est, posse perficere aliud: actu verò perficere est extrinseca perfectio ipsius. Confir. non minùs perfectio potentiæ actiuæ est terminus productus, quàm productio ipsa; cùm hic sit vltimus finis virtutis actiuæ: & tamen nemo dicet, ex eo quòd terminus productus sit perfectio virtutis actiuæ, debere esse in agente; nam etsi sit perfectio agentis, intrinseca tamen non est, sed extrinseca. Nec est absurdum potentiam creatiuam Dei in ratione extrinsecæ denominationis compleri ab ipsâ creatione extrinsecâ; sicut nec est absurdum, voluntatem Dei in ratione liberæ volitionis, compleri per extrinsecum connotatum. Ad 2. fund. neg. Maior. Ad 1. prob. nego, actionem & passionem inter se opponi, cùm non sint duæ res, sed vna cum duplici respectu transcend. subordinato, altero ad agens vt ad principium *à quo*, altero ad effectum vt ad terminum *in quo*; sicut quæuis potentia habet respectum vt ad proprium subiectum, in quo est, & ad obiectum, ad quod est. Ad 2. dist. Maior. Actio est, quo agens agit, formaliter concedo; effectiuè nego: est enim communicatio seu via, & egressus effectûs à causâ, quo mediante agens, formaliter communicat esse effectui: egressus autem non est in principio, à quo egreditur, sed in termino, qui egreditur. Ad 3. nego sequel. licet enim actio sit in passo, non est tamen per modum formæ egredientis & emanantis ab illo, sed per modum formæ receptæ tantùm in illo. Forma autem non denominat subiectum, nisi secundùm modum quo recipitur in illo: ita visio non denominat oculum visum, sed videntem; contrà verò, colorem visum, non videntem, quia aliter comparatur ad potentiam, aliter ad obiectum. Cùm igitur denominatio agentis, non solum importet formam denominantem, sed etiam modum denominationis, per modum formæ dimanantis, & egredientis ab illo, quod denominat, non poterit denominare passum agens, esto in eo recipiatur. Ad 4. nego conseq. quia potentia transmutat effectiuè, actio formaliter. Cæterùm principium effectiuum distingui debet ab effectu, cùm nullum efficiens se ipsum efficere possit; non autem principium formale. Ad 5. nego antec. non enim actio est relatio, sed ratio fundandi, quâ positâ consurgit relatio prædicam. in producente ad productum, si capax sit. Ratio autem fundandi non necessariò simul est cum fundamento. Cæterùm agens non denominatur agens formaliter à respectu prædicam. in se consurgente, vt patet in Deo, qui denominatur agens creaturarum, non ab intrinseco respectu consurgente, cuius capax non est, sed ab extrinsecâ actione in termino producto. Ad 6. neg. conseq. nam actiua generatio æterni Patris, eiusque ac Filij actiua spiratio, est productio perfectissimè immanens; de cuius ratione est perfectissimè immanere in suo principio productiuo, at creatio est transiens; de cuius ratione est, vt ab illo principio transeat ad terminum productum.

86. *Ad alterum ad 1. prob.*

87. *Ad secundam,*

88. *Ad 3.*

89. *Ad 4.*

90. *Ad 5.*

91. *Ad 6.*

SECTIO VI.

An creatio re ipsa distinguatur à termino creato?

92. *Negant*

PRIMA sent. negatiua, *Bonauent. in 2. dist. 1. p. 1. ar. 3. q. 2. Richar. ar. 1. q. 4. Ægid. dist. 1. q. 3. ar. 2. Duran. q. 1. ar. 2. Argent. dist. 19. ar. 1. Gregor. dist. 1. q. 6. a. 1. concl. Ocha. 2. q. 1. & 2. Major. q. 4. Rubio. q. 1. Herual q. 1. art. 1. Gabr. q. 1. ar. 2. Vasq. 1. p. disp. 173. cap. 3. Scoti in 2. dist. 1. q. 5. §. Ad quæst.* qui quamuis dicat, distingui formaliter, tamen non ex naturâ rei, vt constat ex ipsius probatione, sic:

93. *Scoti probatio 1.*

Quæ sunt inuicem inseparabilia, nequeunt ex naturâ rei distingui: huiusmodi sunt creatio & res creata: igitur. Maior patet; quæ sunt ex naturâ rei distincta, possunt diuinitùs saltem separari: at neque diuinitùs potest creatio separari à re creatâ; implicat. n. creaturam non dependere à suo creatore; sed creatio nihil aliud est, quàm dependentia creaturæ à suo creatore: ergo. 2. Creatio, teste *S. Tho. 1. p. q. 45. ar. 3.* est relatio dependentiæ creaturæ à Deo; ergo si distingueretur à termino creato, deberet distinctâ relatione referri ad Deum: nam omnis res creata fundat essentialem respectum dependentiæ ad Deum. ergo si creatio esset distincta à re creatâ, etiam ipsa fundaret distinctum respectum dependentiæ ad Deum, & rursus relatio ista fundaret alium respectum dependentiæ distinctum, & sic in infinitum: hoc autem est absurdum: ergo. 3. Nulla cogit necessitas ponendi creationem distinctam à termino creato: nam vel poneretur vt causa efficiens, vel vt causa materialis: non vt causa efficiens; nam hæc est solus Deus, à quo totaliter & immediatè promanant omnes res creatæ. Non vt causa materialis, quia creatio vtpotè productio ex nihilo subiecti, subiecto non indiget. Confir. quâ ratione potest creatio se ipsa immediatè, nullâ aliâ actione mediâ emanare à Deo, ita poterit terminus ipse creatus, nullâ aliâ actione mediâ, à Deo proficisci. 4. Possunt causa materialis & formalis se ipsis, nullo intercedente medio distincto suum effectum causare; ergo etiam causa efficiens. 5. Si creatio re ipsa distingueretur à termino, deberet subiectari in termino, vt accidens in subiecto, aut modus in fundamento: At hoc est contra rationem creationis, cuius est, nullum habere subiectum. Confir. eadem creatio esset prior termino, vt productio illius, & simul posterior, vt accidens, vel modus eiusdem. Implicat autem, vt productiuum siue vt *Quo*, siue vt *Quod* pendeat à suo producto.

94. *2. ex S. Tho.*

95. *Tertia.*

Conf.

96. *Quarta*

97. *Quinta.*

Conf.

Secunda sent. affirmatiua *S. Tho. 1. p. q. 45. ar. 3. ad 3. & q. 3 de poten. artic. 3. ad 3. & quodlib. 7. q. 4. art. vlt. ad 4 Aureoli in 1. dist. 27. p. 1. artic. 2. §. Restat: Bacho. in 2. dist. 1. q. 2. §. 2. Capreo. q. 2. art. 1. in fine 1. concl. Cajet. 1. p. q. 45. art. 3. in resp. ad 3. Ferrar. 2. con. gent. cap. 18. §. Ad euident. Bannez 1. p. q. 45. ar. 3. §. Circa. 1. conclu. Molinæ 1. p. q. 5. ar. 3. Valen. ibid. disp. 3. q. 2. pu. 1. Suarez to. 1. Met. disp. 20. sec. 5. &c.*

98. *Affirm.*

D. CO 1. Creatio ex naturâ rei distinguitur à re creatâ. Assertio prob. oppositio fund. Quotiescunque duo ita se habent, vt inuariato vno, possit alterum variari, euidens signum est distinctionis ex naturâ rei inter illa: Ita se habent creatio & res creata: nam potest Deus eandem numero formam materialem, quam producit vel conseruat actione eductiuâ dependenter à subiecto, producere vel conseruare actione creatiuâ independenter à subiecto, vt eandem numero quantitatem Eucharisticam panis & vini confecrati; rursus potest eandem numero formam materialem, quam producit vel conseruat actione creatiuâ independenter à subiecto, producere vel con-

99. *Explicatur hæc sent. 2.*

Quantitas Eucharist. probat distinctam creationem.

Digitized by Google

conseruare actione eductiuâ dependenter à subiecto, vt eandem numero quantitatem Eucharistic. quam anteà conseruabat actione creatiuâ extra subiectum, conseruat actione eductiuâ, dependenter à materiâ, quando species consecratæ alteratæ transmutantur in aliam substantiam. Igitur potest creatio variari inuariato ipsius termino. Quia si potest eadem numero res modò fieri, aut conseruari actione creatiuâ, modò eductiuâ, poterit variari creatio inuariato ipsius termino. Scio aliquos asserere, eâdem actione, quâ Deus produceret, vel conseruaret formam materialem dependenter à subiecto, producturum vel conseruaturum illam extra subiectum. Sed contrà; extra subiectum Deus supplere debet concursum materialem, quo eadem forma pendebat à materia; &, cùm illa actio, quâ forma materialis conseruaretur extra subiectum, non dependeret à subiecto, non posset esse eductio, quia hæc essentialiter exigit subiectum, implicatque conseruari sine illo, cùm sit actualis dependentia ab illo: ergo necessariò deberet esse alia distincta actio per se non exigens subiectum, atque adeò creatio. 2. Potest Deus eundem numero terminum diuersis numero actionibus creatiuis conseruare: igitur creatio distinguitur à termino creato. Quia quæ sunt eadem numero, implicat multiplicari vnum, non multiplicato altero. Anteced. prob. non implicat, eundem numero angelum in diuersis locis à Deo replicari. At ista replicatio commodiore viâ intelligi non potest, quàm nouâ actione productiuâ eiusdem angeli in diuersis locis. Vnde de facto id asserunt de Corpore Christi sub variis speciebus sacramentaliter replicato, de quo *to.* 7.

100. *Dices:*

Resp.

101. *Replicatio.*

102. *Mutatio in transitu de contradict.* Tertiò. Implicat, fieri transitum de contradictorio in contradictorium, absque vllâ mutatione extremorum: terminis .n. inuariatis semper manet eadem denominatio: Sed si actio non distingueretur à termino, fieret transitus de contradictorio in contradictorium, absque vllâ mutatione extremorum. Nam potest idem numero effectus modò in suo esse pendere ab vnâ causâ, modò ab illâ non pendere: vt idem numero lumen, quod nunc pendet à sole, ab illo non pendere, sed ab aliâ causâ, vel à solo Deo: idemque numero ignis, qui in primo instanti suæ productionis pendet ab igne, immediatè post ab eodem non pendet, sed à solo Deo. Atqui in his casibus nulla fit mutatio in effectu quoad absolutam entitatem, cùm maneat idem numero inuariatus: neque in causâ; quia agendo mutatio non fit in causâ, sed in effectu; ipse .n. est, qui ex non dependente fit de nouo dependens: aut ex dependente ab vnâ causâ, fit de nouo non dependens ab eâdem. Igitur mutatio cùm non fiat in entitate effectûs, fieri debebit in aliquâ aliâ ratione, sc. actione, non variatâ absolutâ entitate effectûs. Respondent, ad saluandum huiusmodi transitum, sufficere vel lapsum temporis, vel nouam connotationem in effectu: potest enim idem numero effectus nunc connotare distinctam causam, à quâ pendeat, quam anteà non connotabat, absque intrinsecâ mutatione sui. Sed contra 1. resp. lapsus temporis est indifferens, vt in eo fiat, vel non fiat huiusmodi transitus; igitur solus non est sufficiens ad hanc mutationem causandam; alioqui semper illam causaret: ergo assignanda erit alia causa, præter temporis lapsum, cur aliquando iste transitus fiat, aliquando non fiat.

103. *Resp. aduers.*

Occurritur 1. resp.

104. *Contra secundam.* Contrà 2. resp. neque noua connotatio intelligi potest, absque nouâ mutatione termini connotantis, aut connotati: siquidem manentibus iisdem terminis eodem modo se habentibus, manet idem status ac denominatio rerum. Impossibile enim est, vt album A nunc connotet album B, quod anteà non connotabat, A & B eodem modo nunc & anteà se habentibus: at in casibus assignatis nulla fit mutatio in effectu, vel in causâ, cùm eodem modo vtrumque se habeat intrinsecè nunc & anteà. 2. sola connotatio causæ vt coexistentis eodem tempore, vel loco cum effectu non sufficit, vt effectus dicatur ab illâ in suo esse pendere; nam possunt duo simul tempore in loco coexistere, & tamen neutrum in suo esse pendere ab altero: sed necessaria est connotatio per modum principij influentis & dantis esse: nam effectus vi dependentiæ accipit esse à causâ. Aut igitur quando idem numero effectus pendet à causâ, à quâ anteà non pendebat, de nouo accipit esse ab illâ, aut non accipit. Si non accipit, ergo non pendet ab illa vt effectus à causâ: si accipit, vel accipit nouum esse priori corrupto, ac proinde non manet idem numero effectus; vel nouum esse simul manens cum priori esse; & cùm hoc nouum esse realiter distinguatur à priori esse, non poterit dici, quòd priùs esse, quod anteà effectus habebat ab aliâ causâ, nunc habeat ab istâ, sed potiùs quod nouus effectus nunc producatur ab istâ causâ, distinctus ab alio effectu; vel accipit idem prorsus esse ab hâc causâ, quod anteà accipiebat ab aliâ; at hoc sine nouâ actione distinctâ, quâ idem esse ab aliâ causâ acceptum, conseruetur & continuetur ab istâ, impossibile est intelligere: nam cùm ista causa reperiat totum esse productum ab aliâ, non poterit illud idem iterùm producere, sed tantùm conseruare, quod sine nouâ actione intelligi non potest.

Secundò.

105. *Creatio distinguitur à termino, non realiter.* Dico 2. Creatio non distinguitur realiter, sed tantùm modaliter à termino creato. Prior pars prob. alioqui posset creatio diuinitùs conseruari absque termino; cùm omnis entitas ab aliâ distincta possit diuinitùs conseruari; maximè si nullo peculiari influxu pendeat à termino creato, sed à solo Deo, vt creatio se ipsâ totâ emanat à Deo: hoc autem implicat; alioqui ipsa etiam creatio fieri posset per aliam creationem, & sic in infinitum; nam quicquid habet distinctam entitatem; fieri potest per creationem à Deo, vt *sec.* 9 constabit.

106. Confirm. Creatio est quædam actio. Nulla actio distinguitur realiter, sed tantùm modaliter à termino producto. Nam omnis actio est actualis dependentia effectûs à suâ causâ: non esset autem, si realiter distingueretur à termino; non .n. esset essentialiter addicta vni termino, nec vni tantùm causæ. Et posset eâdem numero dependentiâ effectus successiuè pendere à diuersis causis.

107. *Disting. modaliter.* Posterior pars sequitur: sc. creationem distingui à termino, tantùm modaliter; cùm non sit alia distinctio ex naturâ rei, nisi aut realis, aut modalis.

108. *Coroll. 1.* Ex his deducitur 1. Creatio non fit per aliam creationem, sicut nulla actio per aliam actionem: quia nulla ratio, quæ est essentialiter talis, eget aliâ ratione additâ, vt fiat talis. Sicut vnio non eget aliâ vnione, vt vniatur: nec albedo aliâ albedine, vt dealbet. Cùm igitur creatio sit ipsa essentialis ratio creationis, non eget aliâ creationis, vt creetur.

109. *Coroll. 2.* 2. Quando Deus se solo conseruat effectum, quem simul cum causâ 2. produxit, conseruat illum distinctâ actione à priore; quia prior actio erat essentialis dependentia à Deo, & à causâ 2. simul: posterior vero est dependentia à solo Deo: igitur non potest esse eadem actio.

Digitized by Google

118. Ad 1. argum. primæ sentent. neg. minor. Ad prob. concedo, nullam creaturam præscindere posse ab aliquâ dependentiâ à Deo, posse tamen ab hâc, vel illâ in particulari. Ad 2. Concedo, creationem esse relationem dependentiæ à Deo, non prædicamentalem, sed transcend. Nego ipsam fundare distinctam relationem dependentiæ, cùm sit ipsa formalis ratio dependentiæ, quæ se ipsâ essentialiter pendet à Deo. Ad 3 Necessitas ponendi creationem à termino distinctam, patet ex dictis. Ad prob. ponitur à termino distincta solùm vt via, & formalis communicatio termini. Est enim actio formalis communicatio agentis, seu physica egressio effectûs à causâ, mediante quâ effectus capit esse, non quidem in genere causæ efficientis, sed viæ & formalis communicationis.

Resp. ad argum. opposita.

111. *Ad 2.*

112. *Ad 3.*

113. Ad confirm. Creatio, cùm sit ipsa essentialis productio, seu emanatio à Deo, non eget aliâ productione, vel emanatione, vt emanet: res creata, cùm non sit ipsa essentialis productio, vel emanatio, eget formali productione vel emanatione, vt emanet. Ad 4. Nego anteced. nam etiam causa materialis & formalis egent distinctâ causalitate, vt suos effectus causent, quæ est vnio. Ad 5. Resp. creatio subiectatur in termino, non vt accidens in subiecto inhæsionis, sed tanquam modus in subiecto, seu fundamento identificationis. Nam modus realiter identificatur cum fundamento, facitque vnam realitatem cum illo, cùm ex se nullam realitatem habeat, sed tantùm modalitatem. Nego, esse contra naturam creationis, habere subiectum identificationis, etsi contra naturam ipsius sit, habere subiectum inhæsionis. Quod in eo à subiecto identificationis discriminatur; quòd subiectum inhæsionis est subiectum mediatum; subiectat enim actionem mediante formaliter termino, quem tantùm immediatè subiectat; materia enim immediatè subiectat formam ignis, eâque mediâ ignefactionem, quæ immediatè formaliter recipitur in formâ ignis, eâque mediâ in materiâ: vt *to.* 3. 6. 7. dicitur de eductione; quæ in termino educto formaliter est, in materiâ realiter, prout identificata realiter passioni & vnioni. Subiectum verò identificationis est subiectum immediatum; immediatè enim terminus subiectat creationem; quæ non est vnio nec vnitio termini cum subiecto, vt est eductio; sed formalis ratio independentiæ termini à subiecto, licet ipsa pendeat subiectiuè à termino. Ad confirm. nullum est absurdum, vt in diuerso genere, creatio & terminus creationis, sub diuersâ ratione se mutuò respiciant, vt priora & posteriora; actio prior termino vt causalitas informans ipsum, terminus prior causalitate, vt subiectum recipiens ipsam vnà eodem signo respicientes causam creantem vt priorem vtroque simpliciter, à quâ simul egrediuntur, cum mutuâ causalitate imperfectâ. Vnde nego, implicare productiuum vt *quo* aliquâ ratione pendere à producto: esto implicet, productiuum vt *quod* pendere à producto. Quia terminus non emanat à productiuo vt *quo*, sed à productiuo vt *quod*: terminus enim non emanat ab actione per quam fit, sed à causa mediante actione, quæ cum termino ipso ab agente comproducitur: sola autem causa, à quâ effectiuè emanat terminus pendere non potest à suo effectu, quia cùm hæc debeat dare primum esse simpliciter effectui, debet simpliciter præsupponi ad illum; at causa, quæ non debet dare primum esse effectui, potest pendere à suo effectu in alio genere diuerso, in quo illum causat, vt constat de materiâ & formâ.

Subiectum creationis est terminus.

114. *Ad 4.*

115. *Ad 5.*

116. *Ad conf.*

SECTIO VII.

Quid sit creatio?

117. PRIMA sent. docet, esse aggregatum ex Deo & creatura. Ita *Creatio*, inquit Gabriel, *in 2. dist. 1. qu. 1. art. 2. concl. 3. dicit diuinam essentiam & creaturam non potentem existere, nisi positâ diuinâ essentiâ, & nihil aliud:* quod sumpsit *ex Ochamo in 2. qu. 1.* Sed contrà; vt *suprà. 2.* sent. affirmat esse relationem transcendent. creaturæ ad Deum, à creaturâ inseparabilem: Est *Scoti cit.* Fundam. Creatura essentialiter est ens dependens à Deo; at formaliter per creationem: ergo creatio est respectus transcend. creaturæ ad Deum, siue ipsâ creatura, vt essentialiter dependens à Deo. Sed contrà; creatio est aliquid distinctum & separabile à termino creato. Nec negari potest, terminum creatum, etiam vt distinctum à creatione, dicere essentialem respectum dependentiæ à Deo, sicut & quemlibet alium effectum à Deo simul, & à causâ 2. productum, quod etiam concessit *Bannez cit.* Quia quodlibet ens creatum respicit essentialiter Deum vt principium essendi; implicat. n. esse ens creatum, & non esse à Deo, quæ ratio non militat in omnibus effectibus causarum 2. respectu suarum causarum, nisi tantùm in iis, qui essentialiter postulant influxum causæ 2. vt sunt omnes actiones, quæ sunt actuales dependentiæ à suis causis. Reliqui effectus, quia non sunt essentialiter addicti vni causæ, cùm possint vel ab aliis causis; vel à solo Deo fieri, non dicunt essentialem ordinem ad causas, à quibus de facto producuntur: alioqui non possent tales effectus iidem numero à solo Deo fieri: quia non potest Deus essentias rerum mutare, si igitur essentia talium effectuum esset, dicere transcend. respectum ad causam 2. à quibus sunt producti, non posset Deus absque tali respectu eos producere; sicut, quia actio causæ 2. dicit essentialem respectum ad causam 2. non potest eam sine tali respectu producere. Confirm. vel huiusmodi effectus Deus produceret cum essentiali respectu ad causas 2. vel sine eo. Si secundum; ergo non produceret eosdem numero effectus. Si primum; ergo etiamsi à principio producti fuissent à solo Deo, adhuc producti fuissent cum huiusmodi respectu, quod implicat; cùm nequeat effectus essentialem respectum dicere ad causam, à quâ de facto non producitur: sed tunc tales effectus non fuissent producti à causâ 2. ergo non potuissent cum respectu ad illam produci.

118. *2. Sent. Scoti.*

119. *Ad fundam. Scoti.*

Ratio.

120. *Conf.*

Obiicies. 1. Si terminus creationis, etiam vt distinctus à creatione, habet essentialem respectum ad Deum, vt ad principium sui esse, fruſtraneus erit alius respectus accidentalis, quo idem terminus respiciat Deum, vt principium eiusdem sui esse, cùm sufficiat primus respectus essentialis. 2. Quod est essentialiter tale non eget superadditâ formâ accidentali, quâ fiat formaliter tale. 3. Respectus dependentiæ creaturæ à creatore proximè fundatur in actione creatiuâ: Sed variato proximo fundamento, variatur respectus in eo fundatus: ergo, variatâ actione creatiuâ, variatur iste respectus dependentiæ ad Deum, & consequenter non erit essentialis, sed accidentalis. Resp. ad 1. neg. sequel. Non enim creatio superadditur termino, vt ratio essentialiter respiciendi Deum, sed vt via, & ratio fundandi talem respectum: cùm

121. *Dices.* 1. 2. 3.

122. *Ad 1.*

Digitized by Google

cùm nequeat creatura talem respectum habere nisi mediâ creatione, vt viâ immediatè communicante esse. Ad 2. concedo, creaturam non egere creatione distinctâ, vt ratione formali respiciendi essentialiter Deum, sed vt viâ accipiendi esse, & *Ad 2.* vt ratione fundandi talem respectum. *Ad 3.* nego minor. Non enim relatio, siue transcend. siue prædicam. in facto esse pendet, à ratione fundandi, sed tantùm in fieri; vt constat in patre creato, qui relationem paternitatis dicit ad filium, etiam post transactam generationem. Cæterùm negari non potest, eundem respectum transcend. dependentiæ creaturæ à Deo accidentaliter variari, variatis actionibus creatiuis per diuersos respectus prædicam. qui, vt *to. 6* non distinguuntur ex naturâ rei à respectu transcend. sed solâ ratione per connotationem noui termini, aut noui modi se habendi ad terminum.

123. *3. Sent. Fundam. S. Tho.* TERTIA docet, creationem esse relationem prædicam. quâ creatura refertur ad suum creatorem, vt ad principium sui esse. Ita *S. Tho. & Thomistæ præced. sect. citati.* Fundam. Creatio est productio rei sine motu: subtracto autem motu à productione, non remanet nisi habitudo producentis ad productum, & producti ab producens: Igitur creatio passiua in creatura non erit, nisi relatio producti ad suum principium producens: sicut creatio actiua, non est nisi relatio producentis ad productum, cum hoc tamen discrimine; quòd creatio passiua est realis, actiua rationis; cùm Deus non sit capax respectus realis ad creaturam. Maior constat; quia de ratione mutationis est, vt idem aliter se habeat nunc, ac se habebat anteà. In creatione autem, cùm totum producatur, non potest idem aliter se habere nunc, quàm se habebat anteà: sed totum ex nihilo sui transit ad totum esse sui. Minor prob. actio & passio conueniunt in subiectâ motus, & differunt per diuersas habitudines agentis ad actum, & acti ad agens. Igitur subtracto motu à creatione, non remanent nisi habitudines creantis ad creatum, & creati ad creantem. *Confirm.* Confirm. ideò in diuinis productionibus, non est nisi relatio producentis ad productum, & producti ad producens, quia sunt productiones absque motu. Sed contrà:

124. *Neque sententia probatur:* Creatio non est relatio prædicam. quæ nunquam per se fit, sed semper consequitur ad productionem alterius; & semper respicit terminum, sub purâ ratione termini: creatio n. & per se fit, cùm sit ipsa productio termini; & non respicit Deum creantem, sub purâ ratione termini, sed sub ratione principij producentis & cõmunicantis esse.

125. *nec ratio.* Et licet creatio non sit mutatio, quatenus mutatio importat subiectum inhæsionis, quod aliter nunc se habeat, atque anteà; conuenit tamen cum mutatione in eo, quod est realis influxus in effectum: qui influxus non est purus respectus effectûs ad causam, sed realis communicatio eiusdem effectûs à suâ causâ, & potiùs fundamentum talis respectûs. Vide ad confirm. nego, diuinas professiones esse tantùm puros respectus prædicam. sunt & transcendentales producentis ad productum, & producti ad producens, vt *1. to. disp. 20. sect. 3.*

126. *4. Sent. vera.* QVARTA affirmat, creationem esse talem influxum Dei creantis in terminum creatum. Ita *Molina, Suarez, & alij citati.* Adhuc tamen controuersum est, an hic influxus sit substantialis, an accidentalis. Dico: creatio est realis & physicus influxus

127. *Creatio est physicus influxus in terminum,* Dei creantis in terminum creatum, non accidentalis, sed substantialis, nisi terminus creatus sit accidens. Prima pars prob. creatio est actio: de ratione autem actionis est, vt sit physicus & realis influxus agentis in effectum. Nam de ratione actionis est, vt sit physica & realis egressio effectûs à suâ causâ, & via seu communicatio, mediante quâ effectus capit esse ab agente. Secunda 128. pars posteud. influxus proportionari debet termino, *substantia-* in quem influit: cùm in. per eum communicetur *lis,* esse termino, qualis erit terminus, talis esse debebit influxui. Vnde si terminus erit substantia, influxus erit substantialis; si accidens, accidentalis, *accidenta-* Nec obstat, quòd actio & passio ponantur in prædicamento accidentis: nam in eo ponuntur omnia, quæ sunt extra conceptum substantiæ, etiamsi à parte rei sint substantia, cuiusmodi sunt accidentia metaphysica, quæ non distinguuntur re ipsa à substantiâ. Cæterum *S. Tho.* creationem explicat per relationem prædicam. vt per quid posterius & notius.

Deducitur 1. Creatio est respectus transcend. 129. tam ad principium creatiuum, quàm ad terminum *Coroll. 1.* creatum: vtrumque enim respicit essentialiter, estque veluti effectiua vnio vtriusque. Fundam. ab vtroque suo modo pendet; à principio creatiuo effectiuè proximè; à termino vt à fundam. & subiecto immediato. 2. Creatio non potest fundare 130. relationem prædicam. Fundam. ea tantùm fun- *Coroll. 2.* dare possunt relationem prædicamentalem, quæ possunt aliquem terminum contingenter respicere; cùm ipsa sit ratio ad alterum, & adesse & abesse possit absque fundamenti corruptione. Implicat autem, hanc numero creationem, vel aliud principium creatiuum, vel alium terminum creatum respicere, quàm quem de facto respicit; cùm hæc numero creatio sit essentialis dependentia huius numero termini à Deo creante: vti hæc numero vnio non potest alia extrema vnibilia respicere, quàm quæ de facto respicit: ac propterea nequit fundare relationem prædicamentalem.

3. Per creationem, creatura accidentaliter & de- 131. nominatiuè tantùm refertur ad Deum; essentialiter *Coroll. 3.* per se ipsam. Prior pars probatur, etsi creatio sit essentialis respectus ad creatorem, non est tamen essentialis ipsi creaturæ, cùm possit per aliam numero creationem referri. Sicut vnio est respectus transcend. ad vnita: vnita tamen non essentialiter per vnionem mutuò referuntur, cùm possint eadem vnibilia per aliam vnionem mutuò referri. Posterior pars confirm. sicut per diuersas creationes res creata non mutat suum esse intrinsecum, quod semel accepit; ita nec intrinsecum respectum dependentiæ ad Deum, quem in tali esse fundatum habet.

DICES: Potest idem numero terminus vel à 132. solo Deo creatus, mediante aliquo instrumento *Obiect.* conseruari; vel à Deo, & instrumento simul creatus, à solo Deo conseruari: at in vtroque casu mutaretur respectus transcend. termini creati ad principium creatiuum; nam in 1. inciperet de nouo respicere aliud com principium, quod anteà non respiciebat; in 2. desineret respicere aliquod com- *Resp:* principium, quod anteà respiciebat. Resp. in neutro casu terminum creatum mutaturum suum intrinsecum respectum ad Deum transcendentaliter & intrinsecè, sed tantùm prædicam. & extrinsecè. Non in 1. quia per nouam conseruationem creatiuam dependenter ab instrumento obedient. terminus non mutaretur in suo esse intrinseco, sed illud idem numero esse, quod anteà acceperat à solo Deo, conseruaretur etiam ab instrumento obedient. Nec in 2. quia nullus effectus, præter eos, qui peculiari influxu pendent à causis 2. fundat essentialem respectum, ad causam 2. alioqui non posset idem numero effectus à solo Deo fieri. Mutaret tamen

Digitized by Google

men in talibus talibus, terminus creatus suum respectum essentialem prædicamentaliter & extrinsecè; quia per nouam & diuersam creationem, vt per rationem fundandi, acquireret nouum respectum prædicam. ad principium productiuum; qui respectus non nisi ratione distingueretur à transcend. esset enim idem respectus transcend. quatenus connotaret aliquod principium, quod anteà non connotabat, poterat tamen connotare. 4. Creatio
133. Corull. 4. non est propria mutatio seu passio; quæ connotat subiectum, quod per eam aliter se habeat nunc, ac anteà: creatio .n. non habet subiectum, quod aliter se habeat nunc, quàm anteà, sed solum terminum, qui anteà non erat, & nunc est: quod ad mutationem propriè dictam non sufficit. Est tamen creatio vera actio & fieri termini.

SECTIO VIII.

An creationi repugnet quæuis dependentia ab alio vt à causa intrinseca?

134. Affirmant. PRIMA sent. affirmatiua, *Suarez tom. 1. metaph. disp. 15. sect. 8. Vasq. 1. p. disp. 174. cap. 4.* qui cohærenter docent, materiam primam non dependere à formâ substantiali, vt à causâ, & à priori, sed vt à conditione, & à posteriori; alioqui non posset eius creatio saluari. Prob. 1. Creatio ex *August. Anselm. Damasc.* & aliis Patribus, est productio rei ex nihilo sui: ergo implicat pendere ab aliquo vt à causâ intrinsecâ. Nam causa intrinseca constituit vnum cum eo, cuius est causa. Vnde si creatio penderet ab aliquâ causâ intrinsecâ, necessariò supponeret illam, vt partem termini creati, & consequenter terminus non produceretur ex nihilo
135. Prob. 2. sui, sed ex aliquâ parte sui præexistente. 2. Creatio definitur productio rei ex non ente simpliciter: non esset autem productio rei ex non ente simpliciter, si fieret ex aliquâ causâ intrinsecâ. Nam fieri ex aliquâ causâ intrinsecâ, est fieri ex aliquo ente præexistente. Nam cùm omnis causa debeat necessariò præexistere suo effectui, si posset creatio fieri ex causâ intrinsecâ, iam fieri posset ex aliquo ente præexistente ac præsupposito, quod re-
Prob. 3. pugnat productioni ex nihilo sui. 3. Ideo conuersio vnius substantiæ in aliam non est creatio; quia non est productio ex nihilo simpliciter, sed ex positiuo termino à quo. Ergo ideò productio rei dependenter à causâ intrinsecâ non erit creatio, quia non est ex nihilo simpliciter, sed ex positiuo ente.
136. Prob. 4. 4. Creatio ex *S. Thom. 1. p. qu. 45. art. 4.* est productio rei subsistentis; ergo rei independentis ab alio, vt ab intrinseco componente: quod enim pendet ab alio, vt ab intrinseco componente,
137. Prob. 5. non subsistit in se, sed in toto. 5. Nulla causa creata potest naturaliter concurrere ad creationem, vt constat ex *sec. 2. & 3.* posset autem, si creatio fieri posset dependenter ab alio, vt à causâ intrinsecâ: nam & agens naturale inducens formam substantialem in materiam, & forma substantialis conseruans vt causa intrinseca, & à priori materiam primam, quæ à Deo conseruatur actione creatiuâ, ad ipsius creationem concurrerent.
138. 2. Sent. SECVNDA sent. docet, non modò creationi non repugnare dependentiam à causa intrinseca formali, sed nec dependentiam à causa intrinseca subiectiua obedientiali, sed solam dependentiam à causa intrinseca subiectiua naturali: Est eorum qui docent, gratiam & virtutes infusas supernat. in nobis creari. Ita *Bonau. in 2. dist. 26. q. 4. Richard. ar. 1. qu. 2. Argent. art. 1. Scotus in 4. dist. 1. qu. 5. §. Contrà istam opin. Capreol. q. 1. art. 3. ad arg. Scoti, contra 3. concl. ad 1. & Paluda. apud ipsum, Gabr. qu. 1. art. 2. concl. 3. fine, Gregor. in 2. dist. 1. q. 6. art. 1. fine, Ferrar. 4. contr. gent. cap. 57. §. Sunt autem:* & censetur *S. Doct. 1. 2. q. 110. art. 2. ad 3.* Vbi docet gratiam creari. Fundam. creationi solùm repugnat, dependentia à potentia naturali creaturæ. Confirm. per gratiam dicimur creari in nouo esse, iuxta illud *Ephes. 2. Creati in Christo Iesu in bonis operibus.*

139. 3. Sent. TERTIA sent. affirmat, solam, & omnem dependentiam à subiecto inhæsionis repugnare creationi. Est omnium, qui docent materiam 1. pendere à formâ substantiali, vt à causâ intrinsecâ & à priori. Cùm enim hi non negent materiam 1. esse à Deo creatam, dum asserunt, illam pendere à formâ, vt à causâ intrinsecâ & à priori, consequenter existimant, creationi non repugnare dependentiam à causâ intrinsecâ formali.

140. Omnis dependentia à subiecto inhæsionis repugnat creationi. DICO 1. Repugnat creationi quæcumque dependentia à subiecto inhæsionis. Fundam. Omnis dependentia à subiecto inhæsionis siue naturali, siue obedientiali, tollit productionem rei ex nihilo: ergo tollit essentiam creationis, quæ in huiusmodi productione rei ex nihilo consistit. Anteced. prob. Omnis dependentia à subiecto inhæsionis præsupponit subiectum secundùm aliquam potentiam, ex quâ terminus educatur: igitur tollit productionem ex nihilo, quæ est productio ex nullo præsupposito subiecto. Confirm. 1. Potentia obedient.
141. Conf. 1. est vera & realis causa subiectiua accidentium supernat. non minùs quàm substantia animæ est vera & realis causa subiectiua suorum accidentium naturalium: nisi quòd hæc exigat sua accidentia naturalia; illa non exigat accidentia supernat. Exigentia autem, vel non exigentia non obstat, quò minùs vtraque potentia sit realis causa subiectiua formæ, ex eâ educibilis. 2. Si virtutes supernatu-
142. Conf. 2. rales propterea non educuntur, sed creantur, quia non producuntur ex potentia passiua naturali, sed obedientiali animæ: ergo neque actus supernatur. educuntur, sed creantur; quia neque actus supernaturales producuntur ex potentia passiua naturali, sed obedientiali creaturæ: atque adeò anima, quæ ad huiusmodi actus effectiuè concurrit, verè & propriè creabit.

143. Dependentia à causâ formali intrinsecâ non repugnat creationi ex S. Thom. DICO 2. Dependentia à causa formali intrinseca non repugnat creationi: Ita *S. Tho. 1. p. q. 44. art. 2.* Vbi docet, materiam primam esse creatam à Deo, cùm tamen in eius sent materia 1. pendeat à priori, quoad existentiam à formâ. Fundam. ea tantùm dependentia repugnat creationi, quæ tollit essentiale discrimen inter ipsam, & reliquas productiones creatas, seu quæ destruit eius ipsius essentiam: sed dependentia à formâ intrinsecâ non tollit huiusmodi discrimen: nam etiamsi creatio pendeat à formâ intrinsecâ, adhuc essentialiter discriminatur ab eductione, quæ est essentialis dependentia à subiecto; & à conuersione, quæ non solùm pendet à termino positiuo à quo, sed etiam à subiecto, in quo exercenda est incompossibilitas termini *à quo, & ad quem.* Confirm. 1. cùm hæc
144. Conf. 1. productio sit ex nihilo subiecti, nequit ad aliud genus productionis reduci, quàm ad genus creationis. Non .n. reduci potest ad genus eductionis; quia cùm hæc sit ex præsupposito subiecto, ex diametro pugnat cum creatione: neque ad genus conuersionis, quia cùm hæc dicat incompossibilitatem termini ad quem, cum termino à quo sub vno tertio communi, præter dependentiam à termino à

quo

quo positiuo, includit etiam dependent. subiecti.

145. Nec dici potest, constituere nouum genus productionis, à creatione essentialiter distinctum, cùm nemo hactenus id asseruit, nec nos debemus, cùm illam commodè possimus ad genus creationis reducere: præsertim quia conuenit in ipsâ essentiali differentiâ cum creatione, quæ est productio rei ex nihilo subiecti: Dupliciter .n. hanc definitionem creationis exponit *S. Tho.* 1. *p. q.* 45. *art.* 1. Primò vt particula, *Ex*, importet ordinem rei ad non esse ipsius rei naturâ saltem præcedens: 2. habitudinem causæ materialis, quæ negatur. Quare alterutra habitudo sufficiens erit ad saluandam essentiam creationis. 2 Si dependentia in genere causæ formalis intrinsecæ repugnaret creationi, nulla substantia quantumuis totalis & completa, verè & propriè crearetur; cùm nulla sit substantia creata, quæ à propriâ subsistentiâ non pendeat, vt à formâ intrinsecâ vltimò complente & perficiente naturam in esse substantiali, sine quâ non posset naturaliter existere. Vnde nec animæ rationales, nec angeli propriè crearentur; cùm non minùs quælibet natura creata pendeat à propriâ subsistentiâ, quàm materia 1. à formâ. 3. Productio nouæ substantiæ sub speciebus Eucharist. desinente sub illis corpore Christi, est vera creatio: & tamen fit ex præuiis accidentibus, talem substantiam exigentibus. Item productio animæ rationalis sub tali materiâ debitè organizata, est vera creatio; cùm tamen fiat ex præuiis dispositionibus illam naturaliter exigentibus. Non igitur omnis dependentia ab aliquo præsuppositò tollit rationem creationis, sed sola dependentia à subiecto.

S. Thomæ particulam, Ex, duplicitèr exponit.

146. *Conf. 2.*

147. *Conf. 3.*

148. *Dicis.* Obicies 1. sequitur, posse virtutem creandi communicari creaturæ, contra ea, quæ *sec. 2. & 3.* nam ratio, cur non posset, est quia supponit in creante aut virtutem infinitam secundùm *S. Tho.* aut perfectionem actûs puri in sent. nostrâ. Et hoc ideò, quia creatio est productio ex non ente simpliciter; ac proinde virtus creandi est ad ens simpliciter. Posito autem quòd creatio esset ex aliquo ente præsuppositò, vt causâ intrinsecâ formali, non esset ex non ente simpliciter. Confirm. maior: virtus requiritur ad creandum ex nullo ente simpliciter, quàm ex aliquo: nam virtus creatiua ex non ente simpliciter extendit se ad omne ens; creatiua ex aliquo ente non se extendit ad omne, sed ad aliquod tantùm ens, nempe ad illud, quod non supponit. Igitur ad creandum ex aliquo ente non requiritur virtus simpliciter infinita. Nam non datur vnum infinitum maius alio, sed quodlibet infinitum, præsertim in ratione entis, continet totam latitudinem entis. Fateor aliquo modo infringi

149. *Confirmas.*

rationem *S. Tho.* & ideòibi dixi, illam esse tantùm probabilem. Respondeti tamen pro eâ posset, neg. sequel. eiusque probationis minor. nam hoc ipso, quòd est productio ex non ente subiecti, esset ex non ente simpliciter. Quoniam qui vim habet producendi rem ex non ente subiecti, vim etiam habebit eandem producendi ex non ente formæ, quia potest dependentia à forma suppleri à virtute creatiua independenter à subiecto, per maiorem influxum independentem à subiecto. Sicut Deus per eandem virtutem productiuam independenter à subiecto suppleret dependentiam materiæ à forma, si illam conseruaret extra omnem formam. Ex quo etiam patet ad confirm. Cæterùm nego, eum discursum obesse rationi, quâ ex actione transeunte, independente à subiecto inhæsionis, qualis est creatio, etiam quæ dependet à causa formali, intuliindependentiam actionis immanentis à subiecto inhæsionis in eodem agente, & consequenter perfectionem actûs puri in principio creante; cùm ratio nitatur in solâ & præcisa independentia productionis à subiecto inhæsionis.

150. *Resp.*

Ad conf.

Obiicies 2. Sequeretur, toties variari actionem creatiuam materiæ, quoties variatur forma substantialis in materiâ: quia cùm creatio materiæ pendeat ex causalitate formæ, mutatâ causalitate formæ, mutabitur creatio materiæ. Sicut quia actio, quâ Deus conseruat lumen cum sole, pendet etiam à sole, vt à causa partiali conseruante, si vel solus Deus vellet lumen conseruare, vel dependenter ab aliâ causâ, quàm à sole, necessariò deberet priorem actionem mutare, quâ iliud dependenter à sole conseruabat, in aliam actionem dependentem à se solo, vel ab aliâ causâ diuersâ à sole. Resp. neg. sequel. Cùm .n. causalitas formæ respectu materiæ sit diuersi generis, non est eadem cum causalitate creationis eiusdem materiæ, quæ est in genere causæ efficientis: atque adeò non est vna eademque indiuisibilis causalitas vtriusque, & Dei creantis materiam, & formæ informantis, sed diuersa: vti diuersa est causalitas Dei creantis formam rationalem & educentis vnionem; licet eductio formæ, passio, vnio sit vnictus reipsâ modus vt *to.* 3. & possit primo instanti generatio formæ effectiuè pendere ab agente creato & increato simul, immediatè verò post à solo Deo, vt actione diuersâ, ita vnione: Poterit igitur creatiò tam materiæ quàm formæ perseuerare eadem, mutatâ vnione quia distincta est causalitas efficientis quia est eadem causæ 2. & primæ simul, nequit variari respectu vnius, quin tota simul varietur; nec causalitas formæ respectu materiæ, & materiæ respectu formæ, si sit eadem cum causalitate efficientis, poterit perseuerare vna, mutatâ alterâ. Instabis. Deus efficienter concurrit cum quâlibet causâ in suo genere causante: ergo non solùm cum causâ efficiente concurrit efficienter; sed etiam cum causâ formali informante, & materiali subiectante, cùm nulla sit causalitas, quæ non sit dependens à Deo, vtpotè ens: ergo vna erit causalitas respectu formæ informantis, & Dei ad eandem causalitatem efficienter concurrentis. Quia Deus non concurrit formaliter, aut materialiter cum formâ informante, aut materiâ subiectante, cùm hoc genus causalitatis dicat imperfectionem repugnantem Deo, sed efficienter. Resp. nego, concurrere eâdem actione cum agente creato, ac se solo; sed sicut diuersâ actione concurrit ad eundem effectum cum vno agente creato, ac cum alio: ita diuersâ actione concurrit cum vnâ causâ, causante in vno genere, ac cum aliâ in alio genere eiusdem causante. Quia igitur diuersum est genus causalitatis, quod ipse solus exercet per creationem in materiâ, à causalitate, quam circa materiam exercet forma; diuersa erit actio, quâ Deus efficienter concurrit ad causalitatem formæ informantis, & quâ solus materiam producit ac conseruat. Cæterùm maiorem vim habet argumentum in sent. Thomist. qui docent, materiam causari à formâ formaliter quoad existentiam: quia cùm creatio sit actio per se primò tendens ad existentiam rei, variatâ existentiâ materiæ, necesse est variari creationem eiusdem. Adhuc tamen respondere possunt Thomistæ, ad variationem formæ, variari tantùm actionem, quâ Deus conseruat existentiam materiæ dependenter à formâ; quæ cùm sit eadem cum existentiâ ipsius formæ dependentis à materiâ, consequenter actio illius erit eductiua, ac proinde diuersa ab actione creatiuâ, quâ Deus conseruat actualem essentiam materiæ inde-

151. *Dicis.*

152. *Resp.*

153. *Instat.*

154. *Resp.*

155. *Argumentum magis urget Thomistas.*

pendenter ab omni subiecto: atque hanc actionem non variari, variatâ formâ. Semper tamen manet difficultas, quo pacto creatio, cùm ex *S. Thom.* 1. *p. qu.* 45. *art.* 4. sit ad esse rei per se subsistentis, possit esse vel ad solam essentiam materiæ; vel certè, si creatio attingit simul cum essentiâ existentiam eiusdem, non variatur, variatâ formâ, per cuius existentiam materia formaliter existit,

156. Ad fundam. primæ, patet creatio vt sic, est tantùm productio rei ex nihilo subiecti. Eodem

157. modo ad 2. creatio est ex non ente subiecti. Ad 3.
Ad argum. oppositæ sentent. conuersio non solùm discriminatur à creatione,
Ad 3. quia dicit dependentiam à termino positiuo *à quo*, sed etiam quia importat dependentiam ab vno tertio subiecto communi, in quo exercenda est incompossibilitas termini *ad quem*, & *à quo*. Conuersio enim non consistit formaliter in actione productiuâ termini ad quem, sed in vnione ipsius cum vno tertio, à quo per incompossibilitatem expellendus sit terminus à quo conuersionis; atque adeò

158. includit dependentiam à subiecto. Ad 4. neg. con-
Ad 4. seq. Nam vt res dicatur subsistere sat est, vt non pendeat ab alio vt à subiecto: alioqui neque substantia completa diceretur subsistere, quia etiam illa pendet à propriâ subsistentiâ, vt à formâ & termino intrinseco. Ad

159. 5. concedo, nullam causam
Ad 5. creatam naturaliter concurrere posse ad creationem effectiuè; nego, concurrere non posse in genere causæ formalis, aut finalis, vt patet de substantiâ concurrente ad creationem propriæ naturæ in genere causæ formalis intrinsecæ: Quia ille tantùm
Ratio. concursus in creationem, repugnat naturaliter creaturæ, qui fit independenter à subiecto; nam hic tantùm arguit perfectionem actûs puri in causante, non concursus formalis, qui cùm fiat per vnionem ipsius formæ cum re creatâ, vt cum subiecto, quæ est causalitas dependens à subiecto inhæsionis, non excedit perfectionem formæ creatæ. Per accidens quippe est, quòd istam causalitatem forma exerceat in rem creatam vel eductam; æquè enim illam exercere posset in rem creatam, ac eductam vt patet in accidentibus materialibus, quæ eandem causalitatem formalem mediâ vnione, exercent in materiâ creata, ac in formâ eductâ. Quò fit, vt nequeat ob hanc causalitatem, quam forma substantialis exercet in materiâ, dici concreare, vel ad creationem formaliter, sed tantùm materialiter concurrere.

SECTIO IX.

An quodlibet ens possit esse terminus Creationis?

160. DVPLEX est creatio, altera naturalis, quam res ipsæ exigunt; altera supernaturalis, quæ est
Certum substantias simplices completas creari: supra exigentiam rerum. De priore certum est 1. naturaliter creari omnes substantias simplices completas siue spirituales sint, vt Angeli; siue materiales, vt fortè sunt corpora cœlestia, composita tantùm ex partibus integrantibus, non autem ex materiâ & formâ. Ratio; hæc sunt maximè per se substantia; quorum proprium est creari. Certum est

161. 2. naturaliter & propriè creari animas rationales;
Animas rationales creari. & quidem perfectius, quàm materiam 1. tùm quia materia prima saltem in genere causæ formalis, in esse pendet à formâ: anima rationalis nullo pacto in suo esse pendet à materia, sed tantùm in quibusdam operationibus vitæ vegetantis & sentientis, & pro hoc statu etiam in operationibus intellect. non subiectiuè, cùm hæ sint inorganicæ & independentes à materiâ subiectiuè, sed tantùm obiectiuè; quia pendent à speciebus intelligib. quæ in hoc statu non acquiruntur, nisi per sensus: nec operantur nisi per conuersionem ad phantasmata, à quibus eruuntur. Tum quia naturaliter potest anima rationalis sine materiâ existere, eâdem prorsus actione, quâ fuit à Deo primò producta; cùm nulla debeat suppleri causalitas quâ anima rationalis ab aliquâ causâ 2. in suo esse pendeat; materia autem non possit eâdem actione, quæ fuit à Deo primò producta extra omnem formam conseruari; cùm debeat suppleri causalitas formæ, à quâ in suo esse pendet. DICES. Animus rationalis producitur in 162.
materiâ organizatâ per incompossibilitatem formæ embrionis, vt termini *à quo*, alioqui non discriminaretur à conuersione. Resp. duæ in animâ ra- 163.
tionali actiones, altera, quâ producitur in se; al- *Duæ in anima rationali actiones.*
tera, quâ vnitur materiæ organizatæ: prior tantùm est creatio, quâ anima fit independenter à subiecto, & à termino positiuo *à quo*: quia vi talis actionis cum nulla forma est incompossibilis; sc. non vnitur materiæ, sed tantùm producitur in seipsa. Non est autem vna forma incompossibilis cum aliâ, nisi per vnionem cum eodem subiecto: Posterior verò actio est conuersio, quia illa tantùm habet pro termino positiuo à quo formam embrionis, & per quam anima rationalis formaliter expellit formam præcedentem. Certum est 3. naturaliter creari ma- 164.
teriam 1. etiamsi eius productio pendeat à formâ *Certum est materiam 1. creari.*
substantiali, vt à causâ, *vt suprà*.

Controuersia est de compositis, an saltem in primâ rerum productione illa fuerit propriè à Deo 165.
creata: Post eam certum est, ea non creari, sed generari, cùm non producatur totum compositum, sed pars ipsius, nempe forma dependenter à materiâ. Negat *Vasquez* 1. *p. disp.* 174. *cap.* 4. Affirmant *Molino* 1. *p. q.* 45. *art.* 1. *& alij*. Certum est, actionem, quâ fuerunt partes in primâ productione inter se vnitæ ad compositum faciendum, non fuisse creationem, cùm illa fuerit à subiecto dependens: Neque actio, quâ fuerunt productæ formæ materiales dependenter à materiâ, sed sola actio, quâ producta fuit materia, fuit creatio. Cæterùm, an propter *Totum compositum creatum.*
materiæ creationem dicendum sit, totum compositum fuisse creatum: an potiùs propter actionem vnitiuam partium, dicendum sit generatum, quæstio est de modo loquendi. Mihi prior magis arridet; nam esto actio vnitiua partium non sit creatio, cùm sit dependenter à partibus subiectiuè, tamen consideratum totum compositum, vt totum est formaliter, non est ex aliquo, sed ex nihilo; & aliunde propter materiæ creationem, potest denominari creatum, & sic illud absolutè nominat Scriptura & Patres. Atque hæc de creatione vt à rebus naturaliter exigitur. De eadem verò, quatenus diuinâ virtute exerceri potest in rebus supra ipsarum exigentiam; certum est 1. Deum suâ vir- *Deus absolutâ potentiâ creare potest formam substant.*
tute creare posse omnem formam substantialem materialem: quia si potest actione creatiuâ conseruare accidentia Euchar. extra subiectum, à fortiori poterit extra subiectum conseruare quamlibet formam substant. Quòd si potest huiusmodi formas conseruare actione creatiuâ, poterit eas primò producere; cùm actio conseruatiua à productiuâ non differat, nisi extrinsecâ tantùm connotatione: quia productiua connotat rem immediatè anteà non fuisse: conseruatiua verò connotat eandem rem immediatè anteà fuisse. Cæterum quoad intrinsecam perfectionem non differunt; vnde eadem virtus quæ requiritur & sufficit ad vnam, requiritur

Digitized by Google

166. *formam accidentar. absolutam, quæ non requirit peculiarem influxum à propria causa.*

quiritur & sufficit ad aliam. Certum 1. est supernaturaliter creari posse omnem formam accidentalem absolutam: quia, si potest quantitas Euchar. cur non & reliqua accidentia, quæ absolutam habent entitatem? Fundam. Deus facere potest, quidquid essentiis rerum non repugnat: non repugnat: non repugnat autem essentiæ accidentis, habentis absolutam entitatem, extra omne subiectum produci: quia de essentiâ eius non est, actu inhærere, sed tantùm aptitudine: & extra omne subiectum accidens manere potest cùm essentiali aptitudine ad inhærendum.

167. *Modorum non est ratio eadem.*

Sola igitur concertatio superest de modis rerum; & quidem de modis, quorum essentia consistit vel in actuali dependentiâ materiæ, vt est eductio; vel in actuali respectu ad agens, vt est actio, certum est, eos creari non posse. Nam priores sunt ipsa actualis dependentia à materiâ: quod autem creatur, fit actu independens à materiâ: non igitur cum creatione consistere potest eorum essentia. Posteriores verò consistunt in actuali dependentiâ ab agente; quæ vt creetur, debet aliâ additâ actione creari. Vt si deberet creatio creari, (nam reliquæ actiones, cùm sint à materiâ dependentes, creari non possunt, ob assignatam rationem) deberet aliâ creatione creari. Hoc autem implicat, quia destrueretur eius essentia, quæ est, vt sit immediatus egressus & emanatio à potentiâ creatiuâ Dei; & hoc ipso quòd crearetur, esset terminus creatus, mediatè tantùm emanans à potentiâ creatiuâ Dei: igitur mutaret essentialem habitudinem actionis in terminum. De reliquis autem modis, velut de *Vnione, Subsistentia, Vbi*, &c. affirmat *Hurtad. in Phys. disp. 12. sec. 5.* eos diuinitùs creari posse: quia reliqui modi non pendent immediatè seipsis à subiecto, sed per alium modum distinctum, nempe per generationem, quæ distinguitur à quolibet modo, qui fit, vt actio à termino: ac proinde poterit per creationem separari actualis dependentia ipsius à subiecto, saluâ eius essentiâ. Confir. 1. ideò forma creari potest, quia non pendet immediatè per seipsam à subiecto, sed mediante modo à se distincto: ergo etiam modus, qui non pendet seipso immediatè à subiecto, sed per alium distinctum modum, diuinitùs creari poterit. 2. eadem Vnio & quiuis modus ab actione diuersus, conseruari potest diuersis actionibus; ergo non determinat sibi certam aliquam actionem; ergo sicut potest vni actioni succedere alia actio, ita succedere poterit creatio.

168. *Quidquid Hurtadus dicat.*

169. *Confirmat.*

170. *Modi nulla virtute diuinâ creari possunt.*

171.

Opposita *sent.* communior, *& sequenda.* Fundam. sumitur ex ipsâ ratione modi vt sic, qui ob maximam sui imperfectionem nequit conseruari, nisi actu pendens à subiecto vel fundamento, cuius est modus. At distinguit *Hurtadus* in quouis modo, generatione exceptâ, duplicem dependentiam, alteram à subiecto, & hanc docet modum habere formaliter per generationem distinctam; alteram per ordinem ad aliquid, quod se ipso essentialiter exigit: velut *Vnio* per ordinem ad extrema, quæ immediatè per se ipsam actu vnit, & sine quâ vnitione non saluaretur essentia vnionis. *Vbi* per ordinem ad hunc numero locum, in quo per se ipsum immediatè mobile locat, sine quâ locatione non subsisteret essentia *Vbi*. Actio per ordinem ad terminum, quem se ipsa denominat actum, sine quâ denominatione non consisteret essentia actionis. Porrò primam depend. affirmat, separari ipsosse à modo, quia distinguitur ab illo; non secundam, quæ à modo non distinguitur. Quia verò prior tantùm dependentia est à subiecto, non autem posterior, poterit manere essentia modi absque actuali depend. à subiecto, non tamen absque actuali depend. à termino, quem essentialiter denominat seu informat. Sed contrà; modus, quâ modus est, habet vt actu pendeat à subiecto: ergo quâcunque ratione debet actu pendere à subiecto. Antec. prob. omnis differentia debet proportionari generi: ergo si differentia cuiuscunque modi esset aliqua actualis depend. sine quâ essentia modi saluari non posset, etiam hanc actualem depend. habere debet ratione generis, qua modus est; alioqui ratio generica modi saluaretur in solâ dependentiâ aptitudinali, differentialis verò in actuali. Ita nequit consistere essentia accidentis in aptitudinali depend. generi cà à subiecto, & in actuali specificâ ab eodem: cùm ratio generica & specifica debeant sibi inuicem proportionari. Hinc vlteriùs sequeretur, quòd modus partim consisteret in actuali depend. partim in aptitud. Confir. non potest reddi ratio, cur *Vnio* essentialiter requirat hæc numero extrema; *Vbi* hoc numero mobile; *Actio* hunc numero terminum, nisi quia actu subiectiuè pendent ab illis: alioqui possent alia numero extrema informare ac denominare, quàm quæ de facto informant & denominant. Nam ex eo colligimus, formam non pendere essentialiter subiectiuè à materiâ, quia potest hæc numero forma separari ab hoc numero subiecto; igitur si nequit hic modus separari ab hoc numero subiecto, signum est, quòd essentialiter subiectiuè, & non tantùm informatiuè pendeat ab illo. Neque modus requirit generationem, vt actu subiectiuè pendeat á materia; nam hoc habet modus a seipso, qua modus est essentialiter; sed vt suum esse ab agente accipiat. Nec est eadem ratio de forma; hæc. n. non solùm distinguitur à generatione, quâ producitur, sed etiam ab vnione, quâ materiæ vnitur. At modus licet distingueretur à generatione, quâ producitur, non tamen distinguitur à modo, quo vnitur subiecto, quia quilibet modus se ipso immediatè vnitur subiecto absque alio distincto modo: proinde nequit à subiecto separari per creationem, vti potest forma. Ex his satisfactum est fundamento oppositæ, & ad 1. confir. Ad 2. Etsi concederetur antec. de quo *suprà*, neg. vlt. conseq. nam id pugnat cum naturâ modi, cuius ob maximam suam imperfectionem, est actu pendere a subiecto à priori.

172. *Modi duplex dependentia figmentum.*

173.

Ad fund. vide n. 115. & 152.

An quod est naturaliter creabile, sit diuinitùs generabile? Sect. 10.

174. *Affir. prob. 1.*

PRIMA sent. affirmatiua prob. Ita se habet generabile ad creabile; sicut creabile ad generabile; sed quod est naturaliter generabile, potest diuinitùs creari, vt constat de accidentibus Euchar. ergo quod est naturaliter creabile, poterit diuinitùs generari. 2. Potest Deus attemperare concursum creatiùum respectu termini naturaliter creabilis, & ad illum producendum vel conseruandum admittere concursum sustentatiuum subiecti, supplentis id, quod de creatiuo concursu per attemperationem demptum est: hoc est, ad terminum naturaliter creabilem admittere concursum effectiuum creaturæ per modum instrumenti obedien. vt *suprà sec.* 4. ergo poterit ad eundum admittere concursum sustentatiuum subiecti per modum instrumenti obedien. nam potest concursus sustentatiuus subiecti supplere concursum effectiuum agentis; sicut é conuerso, effectiuus agentis supplere sustentatiuum subiecti, vt patet in quantitate Euchar. Confir. potest Deus concursum vnius generis supplere per

175. *Secundo.*

Digitized by Google

concursum alterius generis; vt constat, 1. de subiectiuo respectu accidentium, quem supplere potest effectiuo extra subiectum. 2. de concursu formali respectu materiæ, quem supplere posset solo concursu effectiuo creatiuo, conseruando illam extra omnem formam. 3. de concursu hypostatico subsistentiæ respectu propriæ naturæ, quem supplere potest effectiuo extra omnem subsistentiam. Igitur concursum creatiuum supplere poterit subiectiuo.

177. SECVNDA sent. negatiua, probabilior. Alij rationem assignant; quia quod supernaturaliter producitur, requirit perfectiorem producendi modum, aut saltem non imperfectiorem proprio modo productionis naturalis. Tum quia actio, quâ de facto Deus supernaturaliter conseruat accidentia Euchar. extrà subiectum, est perfectior actione, quâ eadem naturaliter conseruabat in proprio subiecto. Tum quia actio supernat. debet supplere, quod præstabat actio naturalis: non posset autem supplere, nisi vel esset perfectior, vel saltem æquè perfecta. Tum quia, alioqui non esset talis actio sufficiens ad effectum producendum, vel conseruandum; nam vt actio sit sufficiens ad effectum producendum vel conseruandum, debet continere, quidquid propria actio naturaliter productiua, aut conseruatiua continebat. Sed contrà; sufficit, vt actio supernat. æquiualeat naturali, in ordine ad conseruandum effectum in proprio esse; esto ex modo illum conseruandi sit imperfectior actione naturali. Vnde ad 1. prob. dici potest, illa actio esse perfectior per accidens ex modo attingendi terminum independenter à subiecto, qui modus semper est perfectior modo attingendi dependente à subiecto. Cæterum non repugnat, vt 7. *to.* eadem accidentia Euchar. à Deo supernaturaliter conseruari actione dependente à Corpore Christi, vt à subiecto, non quidem inhæsionis, sed sustentationis. Ad 2. sufficere, vt actio supernatur. suppleat quod faciebat naturalis, quoad communicandum, aut conseruandum esse, non quoad modum actionis. Ad 3. vt actio supernatur. sit sufficiens, sat est, si contineat quod naturalis continebat quoad substantiam; non quoad modum.

1. ratio: Actio generatiua est imperfectior creatiuâ.

1.

2.

3.

Contrà.

Ad 1.

Ad 2.

Ad 3.

179. Alij assignant hanc: Implicant substantiam spiritualem generari; seu educi de potentiâ subiecti materialis: Non.n. educeretur ab omnibus partibus materiæ simul; alioqui darentur plures, imò infinitæ causæ adæquatè eiusdem effectûs: nec ab vnâ tantùm; alioqui non educeretur ex potentiâ totius subiecti. Sed contrà; non sola substantia spiritualis est naturaliter creabilis, sed & materia 1. & substantia corporea simplex: & dici posset talis substantia educi ex omnibus partibus materiæ simul adæquatè, inadæquatè ex singulis; eo modo, quò tenentur dicere, qui ponunt vnionem spiritualem inter animam & corpus.

Alia ratio.

180. *Sed nec ista sufficit.*

181. Alij hanc reddunt: Substantia spiritualis suâ naturâ est immortalis & incorruptibilis: si autem posset diutiùs generari, esset mortalis & corruptibilis: nam deficiente concursu materiæ per introductionem formæ naturalis ab agente naturali, substantia spiritualis à tali materiâ dependens, naturaliter peteret corrumpi, cùm nequeant duæ formæ substant. sustentari ab eâdem materiâ. Sed contrà: 1. esset corruptibilis obedientialiter respectu Dei supernaturaliter agentis: incorruptibilis naturaliter respectu Dei naturaliter operantis; sicut quæuis substantia spiritualis de facto est immortalis & incorruptibilis, secundùm ipsius naturam, & modum agendi naturalem Dei; mortalis verò & corruptibilis secundùm potentiam obedientiał. & modum supernatur. agendi Dei. Confirm. posset Deus ad conseruandam substantiam spiritualem vti instrumento effectiuo obedient. alterius creaturæ liberè concurrentis; & tunc, quia conseruatio talis concursûs creatiui penderet à liberâ voluntate creaturæ, diceretur ea substantia per ordinem ad talem creaturam, liberè illam conseruantem, corruptibilis. 2. eo casu teneretur Deus, vt author naturæ, ad saluandam eius naturalem incorruptibilitatem, prouidere illi de alio modo perpetuandi illius esse: vti de facto, ad saluandam naturalem incorruptibilitatem quantitatis Euchar. desinente Corpore Christi sub illâ, per alterationem specierum in stomacho sumentis, prouidet illi de alio subiecto, creando nouam; vel priorem corruptam materiam, cui naturaliter inhæreat.

Tertia ratio

182. *Improbatur.*

183.

184. Confutatis his, hæc occurrit implicantia: Vt aliquid generetur seu educatur de potentiâ materiæ, debet posse à materiâ dependere: sc. aliquam dependendi potentiam supponi debere in eo, quod debet generari, tam euidens est, quàm omnem actum 2. supponere primum. Minor subsu. Quod autem est naturaliter creabile; est ens per se existens, per omnes Scholast. & *S. Tho.* 1. *p. qu.* 45. *ar.* 4. quia habet entitatem à materiâ naturaliter independentem; & petit fieri actione independente à subiecto; vti vnumquodque naturaliter postulat, ad quod naturaliter inclinat. Et quod naturâ suâ est per se existens, nullâ potentiâ fieri potest per se non existens; ergo nec actu pendens à materia: quia implicat actu pendere à materia, & simul esse per se existens, sicut implicat, quantitatem per se existentem actione creatiuâ extra subiectum, simul actu pendere à subiecto; nam ita se habet entitas rei naturaliter creabilis, sicut quantitas supernaturaliter extra subiectum conseruata, nisi quod hæc per se existere extra subiectum habeat supernaturaliter; illa naturaliter. Ratio: isti duo modi sunt essentialiter oppositi, quorum vnus necessariò destruit alterum; nam esse per se dicit negationem dependentiæ à subiecto; dependere à subiecto dicit negationem essendi per se. Nam res est per se existens se ipsâ & propriâ entitate, non tatione aliquâ distinctâ, ac additâ: prout per se existere dicit perfectionem naturæ, non prout dicit perfectionem suppositi; ergo nullâ potentiâ poterit res tali perfectione spoliari, quia nequit spoliari propria natura, cuius intrinseca perfectio est per se existere: sc. siue supponamus, existentiam non distingui ab essentiâ; siue ab illâ ex naturâ rei distingui, semper erit verum, existentiam rei creabilis esse per se, nec posse talem rem existere existentiâ dependibili ab alieno subiecto.

Vera ratio implicantiæ.

185. *Naturaliter creabile nequit à materiâ pendere.*

Ratio.

186. DICES. Quid implicat, rem per se existentem naturaliter, fieri existentem in alio subiectiuè supernaturaliter, & per potentiam obedientialem? Resp. cùm eleuatio supernatur. non mutet intrinsecam entitatem rei, sed solùm euehat illam extrinsecè ad effectum propriam naturam excedentem, implicat rem per se existentem dependere ab alio subiectiuè; cùm isti modi existendi per se, & existendi subiectiuè in alio, sint contradictoriè oppositi.

187. Confirm. implicat, materiam 1. etiam supernaturaliter subiectiuè dependere ab alio; formam substantialem, etiam supernaturaliter inhærere subiecto ad instar formæ accidentalis: accidens modificare subiectum ad instar modi. Ita ens per se existens dependere subiectiuè ab alio, contradictionem infert vnius eiusdemque rei.

Inductione prob.

188. Instabis. Res fit dependens subiectiuè ab alio actione à se distinctâ:

Digitized by Google

Aa: ergo nulla erit repugnantia, vt res maneat existens per se, & simul distincta à actione fiat subiectiuè dependens ab alio. Sed contrà; non ipsa tantùm generatio fit subiectiuè dependens ab alio sed res ipsa secundùm suam entitatem. sicut non tantùm actio, sed res ipsa actione terminata fit effectiuè dependens ab alio.

189. *Potest Deus quod imperfectionis est in creatura superare per aliquid illi supernaturaliter additum, non quod perfectionis est.*

Ad 1. argum. oppositæ, neg. maior: nam potest Deus quod sit imperfectionis est in creaturâ, qualis est naturalis dependentia à subiecto, suâ virtute superare, per aliquid illi supernaturaliter additum; non potest, quod perfectionis est, & inseparabile à creatura, qualis est existentia per se in re naturaliter creabili, supernaturaliter tollere, vel efficere, vt manens per se, actu pendeat subiectiuè ab alio. 2. nego antec. cùm enim concursus creatiuus essentialiter sit independens à subiecto,

190. implicat ad illum admitti concursum sustentatiuum subiecti; nam simul esset concursus creatiuus, quà esset ex nihilo subiecti; & non creatiuus, quà penderet à subiecto: concursus verò effectiuus creaturæ non tollit independentiam subiectiuam à concursu creatiuo Dei, vti tollit concursus subiectiuus. Ad prob. conseq. concedo, concursum subiectiuum suppleri posse per creatiuum, non contrà, concursum creatiuum rei naturaliter creabilis per subiectiuum. Quia non implicat vt res naturaliter educibilis creetur: implicat autem vt res naturaliter creabilis educatur. Ad Confir.

191. nego antec. nisi quando concursus vnius generis non repugnat cum re producibili concursu alterius generis, vti sunt omnes concursus in argumento assignati. Nam concursus creatiuus nec repugnat eum formâ naturaliter educibili: nec cum subiecto à formâ naturaliter dependibili; nec cum naturâ à propriâ subsistentiâ naturaliter terminabili; pugnat concursus subiectiuus cum termino naturaliter creabili.

Sect. 11. ## An creatio fieri possit in tempore?

192. AN creatio potuerit esse ab eterno, *to. 1. disp. 7 sec. 3* vbi disputaui, an possibilis sit creatura, cui connaturalis potuerit esse æternitas: ergo solùm hic agendum est de creatione in ordine ad tempus.

193. *Resp. affirm. de creat. rei diuisib.*

Creatio, altera rei diuisibilis & materialis, altera rei indiuisibilis & spiritualis. De 1. nulla diffic. creatio n. rei diuisibilis, ex. gr. materiæ 1. est diuisibilis; se. Actio proportionari debet termino; ergo fieri potest in tempore: nam sicut terminus diuisibilis non necessariò totus simul educitur ex materiâ, sed educi potest successiuè per partes; ita terminus diuisibilis non necessariò totus simul educitur ex materiâ, sed educi potest successiuè per partes; ita terminus diuisibilis non necessario totus simul creatur, sed creari potest successiuè per partes. Nec obstat, quòd vnus creetur, alter educatur: nam successiua productio possibilis solùm fundatur in diuisibilitate termini producibilis, qui recipere potest suum esse successiuè per actiones partiales integrantes vnam totalem, sicut partes termini integrant vnum terminum totalem. Confir. si ad

194. *Confir.* productionem primæ partis tantùm termini diuisibilis statim tota creatio poneretur daretur actio totalis sine suo termino totali; at cùm actio sit via & communicatio termini, implicat eam poni, & simul non poni terminum; ergo etiam implicabit, poni totalem actionem & simul non poni totalem terminum ipsius. Dices, partes rei diuisibilis creari non successiuè in tempore, sed per instantia interpolata. Sed contrà; cùm hic loquamur de potentiâ absolutâ, nulla videtur repugnantia, quin partes rei diuisibilis creari possint per successionem continuatam temporis, nulla interpositâ morâ inter creationem vnius partis & alterius. De posteriori creatione rei spiritualis,

196. *De creat. rei indiuis. negatiua. Prob. 1.*

PRIMA sent. negat, huiusmodi creationem fieri posse in tempore, 1. quia sequeretur, rem indiuisibilem diuisibilem: quia quod coextenditur tempori est diuisibile: sed per creationem temporaneam res coextenderetur tempori; quia quod producitur in tempore, suum esse recipit in diuersis partibus temporis; ergo 2. sequeretur rem indiuisibilē creatam in tempore, à Deo annihilari non posse,

197. *Prob. 2.* post determinatum tempus: nam inter primum non esse angeli annihilati, ex. gr. & vltimum non esse eiusdem creati, interiaceret creatio angeli, quæ cùm claudaretur vltimo non esse creati, & primo non esse annihilati, necessariò esset in tempore determinato. at Deus habet virtutem annihilandi quamcunque creaturam prò quocunque tempore vel instanti; cùm in quocunque tempore vel instanti, creatura sit essentialiter subiecta Deo. 3. se-

198. *Prob. 3.* quereturr, creationem non distingui à conseruatione eiusdem rei: quod implicat. tum quia conceptus creationis, cum sit rei primò esse accipientis, distinguitur à conceptu conseruationis, quæ est rei præsupponentis primum esse eiusdem. Tum quia alioqui talis res nunquam esset creata, sed semper conseruata. Sequela prob. cùm impossibile sit, assignare primam partem in tempore, in qua res primò accipiat esse, erit impossibile in eo distinguere productionem à conseruatione. Confir. Implicat aliquid esse, & à Deo non cognosci. sed si creatio fieret in tempore res per eam acciperet primum esse, & tamen à Deo non cognosceretur, quando talis res primum esse acciperet: alioqui distingueret primam partem temporis, in qua res creata acciperet primum esse à reliquis, in quibus tantùm conseruaretur.

199. *Potest rei indiuis. creatio fieri in tempore. Ratio.*

SECUNDA affirmat; quæ probabilior, sequitur ex sent. affirmante, Deum potuisse aliquam creaturam spiritualem ab æterno condere. fundam. rem indiuisibilem produci in tempore diuisibili, non est, rem accipere suum esse diuisibiliter; & successiuè quasi per partes, sed totum simul, & indiuisibiliter in ordine ad se, licet diuisibiliter per correspondentiam tantùm, ad tempus diuisibile: ita vt cuilibet parti temporis, in quo res crearetur, responderet totum esse rei creatæ, & conseruatæ simul, at non implicat, rem spiritualem fieri virtualiter diuisibilem, vel per modum additum, vt fit anima in corpore per vnionem; & angelus in loco per locabilitatem: vel per conseruationem eiusdem rei indiuisibilis in ordine ad mensuram temporis diuisibilis. nam sicut anima per vnionem diuisibilem, & Angelus per locabilitatem diuisibilem; replicantur in corpore, & loco diuisibili: ita res indiuisibilis per conseruationem virtualiter diuisibilem replicatur in tempore diuisibili. Confir. non minùs

200. *Conf.* indiuisibilis ac tota simul est annihilatio, quam angeli creatio: nam desitio rei respondet productioni eiusdem; nec potest indiuisibile desinere successiuè per partes, quas non habet. at potest Deus annihilare angelum in tempore: alioqui nec posset immediatè post instans creationis; nec angelus cessare ab actu intelligendi aut volendi immediatè post instans. Explicatur; in sent. admittentium positiua instantia in tempore, illa necessariò

201. *Explicatur.* debent desinere, & non in instanti, in quo sunt; ergo in tempore immediatè sequenti; nam implicat,

cat, ea durare vsque ad aliud instans sequens: cùm instans temporis non duret vltra instans, in quo est. Igitur potest desitio rei indiuisibilis esse in tempore: ergo & productio rei indiuisibilis.

202. *Ad 1. argument. oppositæ.* Ad 1. argum. oppositæ, neg. sequela. Ad prob. quod coëxtenditur tempori, fit diuisibile virtualiter ratione conseruationis: nego, fieri diuisibile formaliter, cùm non respondeat tempori per partes, sed totum simul cuilibet parti temporis minori in infinitum. Vnde, quod creatur in tempore, coëxtenditur tempori virtualiter, non formaliter, sicut anima coëxtenditur corpori, & angelus loco, non formaliter, sed virtualiter: quia ista coëxtensio non fit per correspondentiam partis mobilis ad partem loci, aut temporis, sed totius ad quamlibet partem loci, vel temporis. Quod producitur in tempore, recipit primum suum esse in diuersis partibus temporis, nego; cùm nulla pars sit, in quâ suum primum esse recipiat, sed semper illud supponatur recepisse in partibus prioribus in infinitum. Recipit suum esse quasi secundum in infinitis partibus temporis, quod est in tempore conseruari, & secundum idem esse anteà acceptum perseuerare; concedo.

203. *Ad 2.* Ad 2. nullum est absurdum, non posse angelum creatum in tempore, nisi post determinatum tempus annihilari: sicut nec posset ab æterno creatus, nisi post æternitatem annihilari. Est enim hæc necessitas ex suppositione, in quâ res ex suppos. quòd est, necessariò est. Sicut ex suppos. quòd Deus rem in tempore conseruat, non potest pro eodem tempore illam corrumpere. Aduersarij enim negare non possunt effectum, qui in instanti producitur à Deo & a causâ 2. immediatè post distinctâ actione conseruari à solo Deo. Quæ actio, cùm fiat in tempore, non potest à Deo corrumpi atque adeò nec terminus, qui per eam conseruatur, nisi post determinatum tempus: cùm nullum ens queat corrumpi pro eâ duratione, quâ est. Datur igitur etiam per aduersarios aliquod tempus, in quo Deus neque de potentiâ absolutâ corrumpere potest effectum creatum.

204. *Æternitatis negandæ fund. debile.* Ex his apparet, quàm debile sit eorum fundamentum, qui propterea negant, potuisse Deum creaturam aliquam ab æterno condere, quia non potuisset illam pro totâ æternitate annihilare. Cùm non minus absurdum sit, non posse in tempore aliquo creaturam annihilare, quàm in ipsâ æternitate: cùm tota repugnantia fundetur in eo, quòd creatura vt creatura dicat perfectam subiectionem ad Deum creatorem. At non minus est creatura in tempore, quàm in æternitate: Ergo si non repugnat, manere in tempore veram essentiam creaturæ, esto annihilari non possit, ex suppositione, quòd in eo conseruetur: nec etiam repugnabit, manere in æternitate veram essentiam creaturæ, esto non potuerit in æternitate annihilari, ex suppos. quòd in eâ creatâ & à Deo conseruari fuerit.

Ratio. Quia non repugnat, creaturam in tali dispositione à Deo collocari, in quâ illi repugnet exercitium alicuius prædicati essent. vt de essentiâ creaturæ intellectualis est peccabilitas, cuius tamen exercitium repugnat creaturæ Deum videnti. Ergo etiam si annihilabilitas sit de essentiâ creaturæ, non repugnat tamen creaturam in tali dispositione à Deo collocari, in quâ illi repugnet actuale exercitium annihilationis.

205. *Ad 3.* Ad 3. Resp. creationem distingui posse à conseruatione, 1. quia creatio importat negationem præexistentiæ esse; contrà, conseruatio possessionem præexistentis esse. 2. quia creatio importat acceptionem primi esse. 1. modo optimè distinguitur potest creatio in tempore facta ab ipsâ conseruatione: nam eadem actio in tempore producta, quâ dicit negationem esse præaccepti, est creatio; quâ dicit possessionem eiusdem esse præhabiti, est conseruatio. 2. modo distingui non potest, vt argum. probat; cùm in nullâ parte temporis assignari possit res, in quâ primò esse acceperit. Res nunquam esset creata, creatione distincta à conseruatione, concedo; creatione, quæ simul esset conseruatio, nego: nam vt res dicatur simpliciter creata, non est necesse, vt eius creatio sit adæquatè distincta à conseruatione; cùm non minorem efficaciam habeat communicandi esse termino creatio, quæ simul est conseruatio, quàm creatio, quæ adæquatè distinguitur à conseruatione, vt constat in æternâ generatione Verbi, quæ simul est generatio & quasi conseruatio eiusdem.

206. *Ad conf.* Ad confirm. nego, rem in tempore creatam in aliquâ parte temporis accipere primum suum esse; aio, semper cum esse accipere continuationem eiusdem esse: ac proinde mirum non esse, si à Deo non videatur, in quâ parte res creata in tempore accipiat suum primum esse, cùm talis pars non detur. Sicut nec mirum est, Deum non videre primam partem temporis, quæ sequitur immediatè post instans, cùm talis prima pars non detur, vt omnes fatentur.

207. *Coroll.* Deducitur, in creatione æternâ saluari potuisse distinctionem inter creationem & conseruationem; non quidem per negationem esse duratione præcedentem; sed naturâ tantùm. Nam licet in æternitate non præcessisset negatio esse rei ab æterno creatâ duratione, præcessisset tamen naturâ: quæ præcessio sat fuisset ad distinguendam creationem à conseruatione.

An creatio re ipsâ distinguatur à conseruatione? Sect. 12.

208. *Affir. Henric.* PRIMA sent. affirmatiua est *Henrici quodlib. 1. q. 7. §. quod creatura, & quodlib. 9. q. 1. §. interius, fine, Richard. in 2. dist. 1. art. 2. q. 1. Bacho. q. 2. art. 3. Greg. qu. 6. art. 1. conclus. 4.*

209. *Prob. 1.* Probat 1. *Henric.* ex illo *Gen. 2. Requieuit Deus die septimo ab vniuerso opere, quod patrarat:* Quem locum concilians August. *contr. Adimant. cap. 2.* cùm illo Ioan. 5. *Patet meus vsque modo operatur: Requeuit*, inquit, *ab omnibus operibus suis, quæ fecit, vt iam vltrà non faceret mundum, cum omnibus quæ in eo sunt: non tamen vt etiam à mundi administratione requieseret.* Ergo cessauit à primâ actione, quâ mundum condidit, & per aliam illum eundem nunc conseruat & administrat.

210. *Secundò.* Probat 2. *Richard.* Creatio passiua est, quâ creatura accipit esse ab alio: conseruatio est, quâ in eodem esse accepto perseuerat. Sed accipere esse ab alio, & perseuerare in eodem esse, differunt realiter: ergo.

211. *Tertiò.* 3. ex *Bacho.* Creati est accipere primum esse: ergo si creatio est eadem cum conseruatione, res conseruata continuò accipit primum esse: sed non potest accipere primum esse, nisi destructo priori: ergo res est in continuo corrumpi & produci.

212. *Quartò.* 4. Quæ habent distinctos terminos, distinguuntur realiter; nam mutationes distinguuntur penes diuersitatem terminorum, à quibus specificantur. At terminus *à quo* creationis est non esse; *ad quem*, est esse: Contrà verò conseruationis terminus *à quo*, est esse, quod præsupponit; *ad quem*, est non esse, ad quod res conseruata suâ natura tendit. ergo.

213. *Quintò.* 5. Si conseruatio esset eadem cum creatione, sequeretur rem creatam esse in continuo fieri.

214. *Sextò.* 6. Eadem res à solo Deo creata, conseruari potest mediâ crea-

Creatio à conseruatione distinguitur.

Digitized by Google

creaturâ vt instrumento: aut contrà, res à Deo & creatura simul creata, conseruari posset à solo Deo: at nequit actio vnius agentis fieri actio alterius.

215. *Septimò.* 7. Actio non solum indiuiduatur per ordinem ad agens & terminum, sed etiam per ordinem ad circumstantias loci & temporis. ergo impossibile est, vt actio, quæ fuit in primo instanti, sit eadem, quæ continuatur toto tempore sequente.

216. *Negant.* SECVNDÀ negat, creationem distingui à conseruatione re ipsa, sed tantùm ratione: *S. Thom. 1. p. q. 104. ar. 1. ad 4. de potent. q. 3. ar. 3. ad 6. & q 5. ar. 1. ad 2. Scoti quodlib. 12. ar. 1. & 2. Durand. in 2. dist. 1. q. 2. n. 19. Herut. de ætern. mundi q. 1. ar. 4. Capreo. in 2. dist. 1. q. 2. ar. 1. conclus. 3. & ar. 3. ad argum. contr. 3. concl. Rubio. q. 9. Ferrar. 3. contr. gent. c. 65. §. Ad huius euid. Mayron. in 2. dist. 1. q. 4.* *Probabilius.* Est etiam communior inter recent. & probabilior.

217. *Prob. non distingui ex naturâ rei.* Cuius prior pars prob. 1. non repugnat, effectum per eandem productionem accipere primum esse, & in eodem conseruari: hæc n. distincta productio non est necessaria ex parte effectûs, nam hic perseuerat idem, qui vti potuit accipere suum esse per primam productionem, ita poterit per eandem inuariatam secundùm idem esse conseruari: nec ex parte agentis; quia hic manet cum eâdem virtute proximè applicatâ ad effectum, vt anteà; nec ex parte productionis, nam quæ potuit dare primum esse effectui, idem poterit continuare. Neque est vlla ratio, cur ipsa statim producta petat desinere, vel agens, illam non continuare. Nam quâ ratione per eandem virtutem applicatam, vt anteà continuat idem esse effectûs, continuare poterit eandem

218. *Conf. 1.* actionem, & dependentiam effectûs à se. Confir. 1. cessante primâ productione, vel succedit vna tantùm conseruatio, quæ continuat idem esse per primam productionem habitum vel plures. Non secundum, alioqui vel essent infinitæ conseruationes respondentes infinitis partibus temporis, in quibus res conseruaretur; vel certè singulæ deberent durare aliquâ parte temporis: Et quâ ratione durarent vnâ parte, possent totum tempus. Si primum (vt probabiliùs respondent) sequ. Deum non potuisse producere creaturam aliquam ab æterno, vel in tempore: cùm nec in æternitate, nec in tempore re ipsâ prima productio distingui possit à conseruatione.

219. *Conf. 2.* 2. Posito quòd Deus non variet actionem, quâ rem primò produxit, res producta sufficienter conseruaretur in suo esse per illam: ergo ex se est sufficiens ad conseruandam rem in esse præhabito. Assumpt. prob. si illa potuit dependenter à virtute productiuâ Dei primum esse effectui conferre, eâdem poterit dependenter à virtute productiuâ Dei, idem esse conseruare: cùm non maior vis requiratur ad conseruandum, quàm ad primò producendum: vt patet de ipso principio productiuo; non n. maior vis productiua requiritur ad conseruandum, quàm ad primò producendum. Prob. 2. Con-

220. *Prob. à pari causalitatis materiæ ac formæ.* tra eos, qui vnionem ab eductione distinguunt: materia per eandem vnionem initio productam conseruat in genere causæ materialis formam, & forma materiam: ergo & agens in genere causæ efficientis suum effectum. Disparitas vix assignabitur, cùm non minùs ad effectum conseruandum requiratur vna causalitas, quàm alia: Nec minùs vna sit sufficiens ad eundem effectum primò causandum & simul conseruandum, quàm alia. Anteced. prob. licet varietur actio productiua vnionis, vtpotè quæ ab initio fuit ab agente creato, & increato simul, immediatè verò pòst à solo Deo causata, non tamen variatur ipsa vnio. Alioqui non maneret idem numero compositum in facto esse, quod fuit in fieri: nam compositum formaliter est per vnionem, secundùm eos, qui nolunt, tam substantialem esse rei conseruationem effectiuam quàm causalitatem materialem aut formalem; & arguunt: illud est fundamentum relationis effectûs ad causam, quod producitur à causâ: sola vnio ab homine producitur in filio: Igitur si hæc corrumpitur, corrumpitur relatio filiationis ad patrem: nec Christus fuisset filius Virginis, nisi tantùm in vno instanti, quo Virgo causauit illius vnionem inter animam & corpus. Posterior pars prob. potest actio distingui à conseruatione 1. per respectum termini *à quo*: 2. per respectum termini *ad quem*. 1. modo distinguitur, quia actio connotat negationem ipsius esse priùs habiti: conseruatio contrà possessionem eiusdem esse præhabiti. 2. modo, quia actio vt sic non inuoluit permanentiam sui; conseruatio eam inuoluit, quia importat eandem actionem pro aliquo tempore continuatam. Quia verò isti respectus, quos vna eademque actio fundat, reales non sunt, vt rectè aduertit *Scotus cit.* cùm sint respectus vel ad aliquid negatiuum, vel sui ad se ipsum, non poterunt actio & conseruatio, neque ratione talium respectuum re ipsâ distingui, sed tantùm ratione & connotatiuè.

11. 221. 222. *Creata & quæuis actio distinguitur ratione à conseruatione.*

Ad 1. oppositæ, resp. *cum Augustin. cit.* dici Deum 223. *Ad 1.* *ab opere, quod patrarat*, requieuisse: non quòd cessauerit ab operatione, quâ illud produxerat: *Non enim*, inquit idem *lib. de mortal. animæ c. 8. fecit atque discessit, effectumq; deseruit: quia illa effectoria vis vacare non potest, quin id, quod ab eâ factum est, tueatur, & specie carere non finat:* Sed dici ab opere requieuisse, cessando ab instituendis, condendisque nouis naturis. Ad 2. neg. minor. Falsum quippe est, 224. *Ad 2.* durationem re ipsâ distingui à re durante, nisi solâ connotatione temporis. Et esto distinguatur, non rectè conseruatio rei confunditur cum duratione eiusdem: cum formalis conceptus durationis sit per ordinem ad tempus, in quo res durat: formalis conceptus conseruationis sit per ordinem ad agens, à quo in accepto esse manu tenetur, licet connotet tempus, in quo ab agente in præaccepto esse manu teneatur. Vnde qui durationem distinguunt à re durante, cohærenter illam etiam distinguunt à conseruatiuâ actione. Ad 3. distinguo primum conseq. 225. *Ad 3.* Res conseruatione continuò accipit primum esse cum nouitate essendi, nego; sine nouitate essendi, concedo. Cùm n. præsupponatur illud anteà accepisse, non dicitur de nouo illud accipere, sed potiùs in eodem esse accepto conseruari, quod est illud continuò accipere absque nouitate essendi. Vnde neg. minor cum conseq. quæ tantùm vera essent, si huiusmodi esse creatura deberet per conseru. continuò accipere cum nouitate essendi. Ad 4. Maior 226. *Ad 4.* ad summum est vera de iis, quæ habent distinctos terminos reales, non de iis, quæ non habent reales; vt creatio pro termino *à quo*, habet non esse rei immediatè præcedens; conseruatio esse eiusdem rei ante præhabitum: quod licet sit reale, non tamen fundat respectum realem. Cùm nequeat idem ad se ipsum fundare respectum realem. Pro termino *ad quem*, creatio non dicit permanentiam sui; conseruatio inuoluit permanentiam sui, quæ supra ipsum esse rei solùm connotat extrinsecum tempus, cui coëxistit. Ad 5. Resp. creaturam per conseru. esse 227. *Ad 5.* in continuo fieri, sine tamen nouitate essendi. Quod concesserunt *S. Thom. q. 3. de potent. art. 3. ad 6. Et Scotus quodlib. cit. art. 1. in fine.* Quin cum *Augustin. lib. 8. de Genesi ad lit. c. 12.* absolutè concedi posse, quod etiam concedunt citati Authores, creaturam respectu Dei esse in continuo fieri. *Sem-*

per,

per, inquit Augustinus, *ab illo*, nempe Deo, *fieri, semperq; perfici debemus.* Quod explicat exemplo aëris, qui

228. dum illuminatur continuò fit lucidus. Sextum pro-
Ad 6. cedit tantùm de actione & conseru. in ordine ad diuersas causas: cùm tamen præsens controuersia sit tantùm de actione & cõseru. respectu eiusdem causæ. Non quòd eadem causa, præsertim prima, non possit vnâ actione effectum producere, & aliâ eundem conseruare, sed quòd hoc non sit necessarium; cùm possit per eandem, quâ primò produ

229. xit, eundem conseruare. Ad 7. neg. antec. Locus
Ad 7. enim & tempus, cùm sint extrinseca actioni, nequeunt ad illius intrinsecam indiuiduationem concurrere. Alioqui deberet etiam ipsa conseruatio successiuè variari ad variationem temporis, cui res conseruata successiuè correspondet.

SECT. 13. *Quid sit annihilatio.*

230. OPposita inuicem inter se collata clariùs elucescunt. Controuersia est, in quo formalis

231. ratio annihilationis consistat. *Prima sent.* docet, *Prima sent.* consistere in destructione totius rei, nullâ ipsius parte, siue substantiali, siue accidentali superstite. Ita *Ledesma apud Suarez 3. p. to. 3. disp. 50. s. 7.*

Prob. 1. Prob. 1. ideò substantia panis & vini in Eucharistiâ, vt fert communior sent. de quâ *to. 7.* non annihilatur, quia licet tota destruatur, supersunt tamen eorum accidentia, in quorum informatiuâ potentiâ dicuntur substantia panis & vini remanere. Ideò forma substant. quæ per aduentum alterius tota destruitur, non annihilatur, quia remanet

2. in potentiâ subiectiua materiæ. Ideò materiâ 1.

3. non annihilaretur, si tota eius entitas destrueretur, superstite tantùm ipsius substantiali formâ, quia

4. maneret in potentiâ informatiuâ formæ. 4. annihilatio opponitur creationi: at creatio est productio totius esse; est.n. productio rei ex nihilo sui: igitur annihilatio erit destructio totius esse rei.

232. Secunda censet, ad annihilationem sufficere, vt
2. Sent. ita res destruatur, vt in nullâ potentiâ naturali superstes maneat: Est eorum, qui docent, ideò gratiam & dona supernat. creari, quia fiunt ex nullo subiecto naturali: Ergo eadem corrupta dicentur annihilari, quia in nullâ potentiâ naturali, vel actiuâ agentis, vel passiuâ materiæ, vel informatiuâ

233. formæ remanent. Tertia opinatur, ad annihila-
3. Sent. tionem sufficere, vt tota res substantia destruatur, quocunque tandem modo destruatur, siue purâ suspensione creatiui concursûs, siue conuersione ipsius in aliam rem: *Durand. in 4. dist. 11. q. 3. n. 4 Ockam q. 6. ad 7. dub.* Qui consequenter docent substantiam panis & vini in Eucharistiâ verè & propriè annihilari, quia nihil de substantiâ panis & vini sub accidentibus Eucharisticis remanet.

234. Probat 1. *Durand.* Annihilatio est desitio rei in
Prob. 1. nihilum sui abeuntis. Igitur quocunque modo res

235. destruatur, modò nihil de illius substantia rema-
Prob. 2. neat, verè & propriè annihilatur. 2. Ita se habet terminus ad quem annihilationis; sicut terminus à quo creationis: at terminus à quo creationis est non esse rei: ergo terminus ad quem annihilatio

236. nis erit non esse eiusdem rei. 3. Si anima rationa-
Prob. 3. lis conuerteretur in aliam formam substant. verè & propriè annihilaretur, esto in eius locum alia forma succederet. ergo ad annihilationem sufficit destructio tot esse rei, esto, alia in ipsius locum

237. substituatur. 4. Omnis mutatio attendenda est
Prob. 4. penes terminos formales & per se, à quibus specificatur: Sed termini formales & per se mutationis substantiæ, quæ in aliam conuertitur, sunt esse substantiæ vt terminus à quo, & non esse eiusdem substantiæ vt terminus ad quem: Nam termini formales & per se, sunt illi, sine quibus mutatio esse non potest; materiales & per accidens, sine quibus eadem mutatio esse potest, & cum quibus tantùm per accidens mutatio coniungitur. At desitio substantiæ, quæ in aliam conuertitur, esse non potest absque esse substantiæ vt termino à quo, & non esse eiusdem substantiæ vt termino ad quem: potest eadem mutatio esse absque vllo termino positiuo illi in conuersione succedente. Quarta sent. docet, ad veram & propriam annihilationem sat esse, quamcumque suspensionem concursûs creatiui per se primò factam: est communior.

238. *Quarta sent. vera. Distinctè explicata.*

DICO 1. Ad veram annihil. non requitur, vt tota res quoad omnia tam accidentalia, quàm substantialia, quæ continet, destruatur. Fundam. annihilatio opponitur creationi: sed ad veram creationem non requiritur, vt tota res quoad omnia accidentalia & substantialia producatur, sed sat est, vt aliquid illius independenter ab omni subiecto producatur. Ergo ad veram annihil. sat est, vt aliquid rei, quod erat à subiecto independens, desinat per suspensionem influxûs: nam id tantùm per se negat priuatio, quod per se tantùm affirmat opposita forma negata: cùm totum esse priuationis sit negare oppositam formam positiuam. Ergo si vera creatio per se non dicit productionem totius esse: neque id per se negabit annihilatio. Minor prob. id tantùm per se requiritur ad veram creationem, quod sat est ad discriminandum illam à reliquis productionibus: ad hoc autem sufficit productio rei, quoad aliquid sui independenter à subiecto, ex *sect. 8.* Secundò, quòd non requiratur destructio accidentium, prob. Accidentia sunt extrinseca substantiæ, fiuntque distinctâ actione ab eâ, quâ fit substantia: igitur eorum destructio non pertinet per se ad destructionem substantiæ: sicut nec eorum productio ad productionem substantiæ. Deinde non plus debet negare annihilatio, quàm affirmet ipsius opposita creatio: sed creatio substantiæ intrinsecè & per se, non dicit productionem accidentium: ergo neque annihilatio per se dicit destructionem accidentium. Alioqui non annihilaretur angelus, si tota eius substantia destrueretur, remanentibus tantùm ipsius accidentibus miraculosè conseruatis. Confirm. sicut productio substantiæ naturâ præcedit productionem accidentium, & in eo priori saluatur tota essentia creationis, etiamsi non producerentur accidentia; Ita desitio eiusdem substantiæ naturâ præcedit desitionem accidentium, & in eo priori saluatur tota essentia annihil. etiamsi non sequeretur desitio accidentium. 3. Quòd nec requiratur destructio totius substantiæ, sed sufficiat destructio vnius tantùm partis, à subiecto independentis prob. tum quia alioqui nec anima rationalis superstite corpore, nec materia 1. superstite formâ, annihilari posset. Tum quia sicut non obest creationi animæ, quòd producatur sine productione materiæ; nec creationi materiæ obesset, quòd produceretur sine productione formæ: ita nec etiam oberit annihilationi earundem, vt destruantur absque destructione alterius compartis.

239. *Destructio accidentium.*

240. *Conf.*

241. *Sat est destructio partis substan.*

DICO 2. Ad veram annihil. non sufficit corruptio accidentis independentis à potentiâ naturali actiuâ agentis, & passiuâ subiecti. Fundam. licet accidens supernat. non pendeat à potentiâ naturali subiecti, pendet tamen à passiuâ obedien. animæ. Quæ dependentia sicut tollit veram creationem, ita

242. *Non accidentis.*

& veram

& veram annihilationem, quæ est desitio rei in nihilum subiecti: sicut creatio, productio rei ex nihilo subiecti.

244. Dico 3. Ad veram annihilationē non sufficit, vt res quocunque modo desinat esse. Fundam. sicut ad veram creationem non sufficit, vt res quocunque modo fiat, sed necesse est, vt non solùm fiat ex nihilo subiecti, sed etiam ex nihilo termini positiui à quo, incompossibilis cum termino ad quem: Ita nec ad veram annihil. sufficiet, vt res quocunque modo desinat, sed desinere debet tam in nihilum subiecti, quàm in nihilum termini positiui ad quem, incompossibilis cum ipso termino à quo: vt constat ex proportione inter creationem, & annihilationē. Antec. prob. alioqui creatio non adæquatè discriminaretur à conuersione, vt illam communis sent. discriminat. Confirm. annihilatio spectanda est penes id, quod desinit per se, non penes id, quod desinit per accidens, & per modum naturalis sequelæ ad desitionem alterius. Sed quod per se desinit in conuersione vnius substantiæ in aliam, non est substantia, sed vnio substantiæ cum aliquo tertio, in cuius locum succedit alia substantia. Atqui desitio vnionis substantiæ cum vno tertio non est annihilatio, cùm non fit desitio termini creabilis, sed generabilis: per accidens autem, & per modum naturalis sequelæ ad desitionem vnionis substantiæ cum tertio, à quo substantia conuersa pendebat, sequitur desitio substantiæ conuersæ.

Sed nihilum subiecti, termini.

Confirm.

246. Dico 4 Ad veram annihilationē non sat est sola destructio concursus creatiui, nisi etiam destruatur terminus creatus. Fundam. annihilatio primariò importat destructionem termini creati. Vnde si Deus cessaret à primâ actione creatiua, quâ Gabrielem produxit, & aliâ distinctâ illum conseruaret, talis actionis destructio non esset annihilatio. Sicut nec desitio concursûs creatiui, quo quantitatem Euchar. extra subiectum conseruat, succedente aliâ actione eductiuâ dependenter à subiecto, est annihilatio: nam hæc est desitio rei abeuntis in nihilum sui. Dices. Ad veram creationem sufficit nouitas influxûs creatiui, absque nouitate termini creati, vt constat de productione influxûs creatiui, quo eadem quantitas Euchar. conseruatur extra subiectum, quæ anteà conseruabatur in subiecto. Ergo ad veram annihil. sufficiet desitio solius influxûs creatiui, absque desitione termini creati.

Destrui debet terminus creatus.

247. *Dices.*

248. Nego conseq. Quia creatio, est affirmatio, annihilatio negatio: ad affirmationem sufficit, vt de vnâ tantùm parte verificetur, vt constat de composito materiali, quod totum dicitur à Deo creatum, esto id de solâ materiâ verificetur: ad negationem requiritur, vt de toto, quod per se ad creationem spectat, vt est terminus creationis, verificetur. Dixi, *Per se*, vt excluderem ea, quæ per se ad creationem non spectant, vt sunt accidentia, aut forma respectu materiæ: quæ quia per se creationem non integrant, neque eorum desitio per se ad annihilationem spectabit.

Resp. discrimen.

249. Dico 5. Destructio accidentis per creationem conseruati est vera annihilatio: vt si Deus destrueret quantitatem Euchariſt. extra subiectum conseruatam, talis destructio esset vera annihilatio, non obstante, quòd tale accidens maneret in potentiâ passiuâ naturali subiecti. Fundam. ad veram annihilationem sufficit, vt totus terminus creationis desinat in nihilum sui: at tali casu desineret in nihilum sui: nam terminus creationis tali casu est solum accidens, terminans actionem creatiuam, cùm ad illam nullo pacto concurrat subiectum. Maior prob. annihilatio per se tantùm importat desitionem creationis, & termini creati vt sic. Vnde licet huiusmodi accidens destructum maneret in potentiâ passiuâ subiecti, non tamen maneret formaliter vt terminus erat creationis; sic enim non maneret, nisi in solâ potentiâ creatiuâ Dei; sed tantùm materialiter. Ad veram autem annihilationem sufficit, vt desinat totum, quod per se ad creationem formaliter spectat. Confirm. ideo corruptio accidentis actu dependentis à subiecto, non est annihilatio, quia subiectum per se pertinet ad accidens per actionem eductiuam conseruatum, vt pars subiectiua ipsius: ad accidens verò extra subiectum, vt pars subiectiua ipsius. Igitur nullo modo dici potest, tale accidens vt sic destructum remanere in subiecto, vt in parte subiectiua ipsius.

Quæ destructio accidentis sit annihilatio.

250. *Conf.*

Ad 1. argum. nego causalem. Nam ratio, cur substantia panis & vini in Sacramento non annihiletur, non est, quia remanent eius accidentia, sed quia, vt 7. *to.* non desinit per puram suspensionem concursûs, sed per incompossibilitatem Corporis & Sanguinis, succedentis in munus substantiæ panis & vini sub iisdem accidentibus. Ad 2. Concedo causalem; sed nego esse eandem rationem de substantia respectu suorum accidentium. Nam forma materialis subiectiuè pendet à materiâ; quæ subiectiua dependentia sicut tollit creationem, ita eius desitio annihilationem. Subſtantia verò non pendet subiectiuè, sed tantùm informatiuè à suis accidentibus. Quæ informatiua dependentia sicut non tollit veram creationem, quò minùs omnis substantia sub suis accidentibus producta verè & propriè creetur: ita non obstante, quòd remaneant eius accidentia, poterit verè & propriè annihilari, si desinat per puram suspensionem concursûs.

251. *Ad 1. argum.*

252. *Ad 2.*

Ad 3. nego causalem. Nam materia verè & propriè annihilaretur, si desineret per suspensionem concursûs, non obstante, quòd superstes maneret eius forma; propter eandem rationem, quia à formâ materia non pendet subiectiuè: quæ sola dependentia, *ex sect.* 8. tollit veram creationem, sed tantùm informatiuè. Cæterùm cùm creatio dicitur productio totius esse rei, non intelligitur totum esse rei simpliciter, sed totum esse, quod per se est terminus creationis. Vnde nihil supponit sui per modum subiecti; potest supponere aliquid sui per modum formæ. Pari modo annihilatio est desitio totius esse rei, nihilo superstite sui vt subiecto inhæsionis: alioqui, vt *suprà*, nec Angelus, manentibus ipsius accidentibus; nec anima rationalis, superstite eius corpore, annihilari posset.

253. *Ad 3.*

Ad fundam. secundæ, constat ex dictis. Ad 1. tertiæ: Annihilatio non solùm est mutatio, qua à res abit in nihilum sui, sed quâ in aliud sibi positiuè incompossibilem non desinit: substantia autem conuersa etsi abeat in nihilum sui, non tamen abit in nihilum termini sibi incompossibiliter succedentis.

254. *Ad 1. tertiæ.*

Ad 2. concedo totum, si termini æqualiter sumantur vtrimque: nempe vt terminus *à quo* creationis non solùm excludat subiectum, sed etiam positiuum terminum *à quo* per incompossibilitatem abeuntem: ita terminus ad quem annihilationis non solùm excludat subiectum, sed etiam terminum positiuum incompossibiliter succedentem. Alioqui positiuus terminus incompossibilis non solùm tollit creationem, sed & annihilationem.

255. *Ad 2.*

Ad 3. Nego, eo casu animam rationalem annihilari, aio tantùm conuerti. Et licet non remaneret in se, remaneret tamen in termino sibi incompossibiliter succedente. Ad 4. Duplex est terminus per se mutationis, alter intrinsecus & formalis, ad quem mutatio formaliter terminatur; vt esse rei

256. *Ad 3.*

257. *Ad 4.*

Digitized by Google

est intrinsecus & formalis terminus, ad quem corruptio rei intrinsecè & formaliter tendit; non esse est intrinsecus & formalis terminus, ad quem corruptio eiusdem intrinsecè & formaliter terminatur. Alter causalis, à quo res, quæ incipit, vel desinit, aliquo modo causatur, vt corruptio vnius causatur ex generatione alterius: ac proinde terminatur ad illum non formaliter, sed causaliter. Vterque autem est terminus per se mutationis, quia vterque per se, & non tantùm per accidens est illi connexus, licet prior formaliter, posterior causaliter. Vnde ad minorem concedo, terminos formales substantiæ conuersæ, esse tantùm ipsum esse substantiæ vt terminum à quo, & non esse eiusdem vt terminum ad quem: Nego, eos tantùm esse terminos per se, sed affirmo, terminum per se habendum esse etiam positiuum terminum à quo, per se incompossibiliter causantem desitionem substantiæ conuersæ. Ad maior. duplex specificatio,

258. *Duplex specificatio proponitur.* altera formalis & intrinseca; altera connotatiua tantùm. Concedo, mutationem intrinsecè & formaliter tantùm specificari à terminis intrinsecis & formalibus; connotatiuè verò etiam à terminis causalibus. Ad prob. minoris concedo, manere posse eandem mutationem quoad specificationem intrinsecam & formalem, absque terminis causalibus & connotatis: nego, manere posse eandem quoad specificationem connotatiuam absque terminis causalibus & connotatis.

SECT. 14. *An possit creatura eleuari ad annihilandum.*

259. *Complementum doctrinæ.* HÆc diffic. ferè soluta manet; nam cùm potestas annihilandi fundetur in potestate creandi, illud tantùm agens poterit annihilare, quod potest creare.

260. *Dico 1.* DICO 1. implicat creaturæ communicari potestatem connaturaliter annihilandi: *S. Thom. 3. p. qu. 13. art. 2.* Fundam. potestas annihilandi fundatur in potestate creandi. Implicat autem potestatem connaturaliter creandi communicari creaturæ, ex *Sect. 2.* ergo. 2. Implicat creaturam, etiam obedientialiter immediatè eleuari ad annihilandum. Fundam. annihilare est ab actione creatiuâ cessare: Implicat, creaturam ab actione creatiuâ cessare, nisi priùs supponatur habere actionem creatiuam. Igitur implicat, immediatè eleuari ad annihilandum, nisi priùs eleuetur ad creandum. Confirm. Annihilatio non est actio, sed cessatio ab actione. Implicat autem, creaturam cessare ab actione, quam nunquam habuit: ergo.

262. *Dico 3.* 3. Non eo ipso, quòd Deus eleuat creaturam ad creandum, eleuat illam ad annihilandum. Tum quia potest eleuare illam solùm ad creandum in instanti tantùm, & non ad conseruandum eundem terminum creationis. Ad annihilandum autem, non sufficit sola potestas creandi in instanti, sed requiritur potestas conseruandi eandem rem creatam; cùm nequeat res annihilari in instanti, quo creatur. Tum quia posset eleuare illam ad conseruandum terminum creationis necessariò: Sed tunc eleuaretur creatura ad creandum, absque potestate annihilandi: nam hæc supponit liberam potentiam cessandi à conseruatione creatiuâ.

263. *Dices.* Obiicies 1. Hoc ipso, quo Deus eleuat creaturam ad creandum in instanti, esto non eleuet ad conseruandum in tempore, potest eleuare illam ad annihilandum. Nam cessante actione creaturæ, necessariò terminus annihilatur, nisi Deus aliâ actione creatiuâ illum conseruet. Sed potest Deus eâ conditione creaturam ad creandum eleuare, vt cessante illâ à suâ creatione, simul Deus cesset à suâ; nullâ aliâ succedente actione creatiuâ. Tunc autem creatura non solùm diceretur creare, sed etiam annihilare. Nego, eo casu creaturam propriè dici posse annihilare, esto defectu ipsius partialis creationis, res creata annihilaretur. Quia annihilare propriè importat liberam potestatem cessandi ab actione creatiuâ. Vnde nisi creatura in eo casu haberet potestatem continuandi actionem creatiuam, non ipsa propriè, sed Deus, qui tantùm liberè ab eâ actione cessaret, diceretur annihilare. Vt igitur possit creatura dici propriè annihilare, ita debet ad creandum pro instanti eleuari, vt simul in potestate ipsius sit, eandem actionem creatiuam continuare.

264. *Resp.*

265. *Dices.* Obiicies 2. Non potest creatura exercere suam libertatem circa ea, quæ non sunt in ipsius potestate: sed creare & non creare; continuare & non continuare eandem actionem creatiuam, non est in potestate creaturæ, sed Dei eleuantis creaturam ad huiusmodi actiones. Distinguo minor. non est in eius potestate ante eleuationem, concedo; post eleuationem, nego. Nam post eleuationem, potest Deus concedere liberam facultatem creaturæ concurrendi, aut non concurrendi ad terminum creationis; aut continuandi vel non continuandi eandem actionem creatiuam. Nam vti de facto Deus concedit liberam facultatem Sacerdoti transubstantiandi panem in Corpus, & vinum in Sanguinem Christi: ita dare posset liberam facultatem eandem actionem transubstantiatiuam cõseruandi.

266. *Resp.*

267. *Instas.* Instabis. Eleuatio est actus 2. quo creatura ex decreto Dei vnà cum Deo concurrit ad terminum creationis: vt autem possit creatura suam libertatem circa actionem creatiuam exercere, debet in actu 1. habere virtutem creandi; quæ quia implicat, implicat quoque creaturam circa actionem creatiuam suam libertatem exercere. Resp. Eleuatio, altera in actu 2. de quâ tantùm procedit argu. altera in actu 1. quæ in eo consistit, vt Deus infallibili suo decreto assistat creaturæ ad concurrendum cum illâ, quoties illa pro suâ libertate creare voluerit. Sicut manet eleuata potentia, etiam absque habitu inhærente, per solam virtutem Dei, illi infallibiliter assistentem, & ex decreto paratam concurrere ad omnem actum supernat. quem illa pro suâ libertate elicere voluerit.

268. *Duplex eleuatio distinguitur.*

269. *Dico vlt.* DICO 4. Potest Deus etiam mediatè & indirectè vti creaturâ ad annihilandum, absque eo quod vtatur illa ad creandum. Fundam. potest Deus vti creaturâ ad expellendam formam substantialem ex materiâ, & simul impedire concursum agentis creati, ad introductionem alterius formæ in eâdem materiâ. Tunc enim materia spoliata omni forma substantiali naturaliter peteret annihilari.

SECTIO VLTIMA.

An Angeli fuerint creati ante hunc mundum corporeum?

270. *Non sunt ab æterno.* FIDE certum est, Angelos non fuisse ab æterno creatos: ex definit. Concilij *Lateran. sub Innoc. III. cap. Firmiter de summâ Trinit. Ab initio temporis æterno vtramque de nihilo condidit creaturam, spiritualem & corporalem, Angelicam videlicet & mundanam.* Et colligitur ex illo *Prouerb. 8. Dominus*, inquit Sapientia increata, *possedit me in initio viarum suarum, antequam*

quid-

Digitized by Google

quidquam faceret à principio. Fuit ergo aliquod Ante, in quo Deus nihil fecerat ad extra; scilicet ante tempus non nisi æternitas antecessit. Igitur solùm de tempore triplici controuertia superest, quando conditi fuerint Angeli: An ante creationem mundi: an post; an simul cum ipsâ. Omnes conueniunt non fuisse creatos post completam creationem mundi: cùm id repugnet illis *Genes. 2. Et requieuit die septimo ab vniuerso opere quod patrarat.* Vnde nemo affirmet, eos creatos post conditas omnes creaturas corporeas; sed vel ante lucem, post creationem cæli & terræ, vt *Gennadius lib. de Eccles. dogmat. cap. 10.* vel cum ipsâ luce, vt *Rupertus lib. 1. in Genes. cap. 11.* Difficultas est, an ante, an simul cum exordio mundi?

271.

272. *An ante mundum conditum? Græci auctores.*

PRIMA sent. affirmat, eos conditos fuisse ante mundi creationem: Ita multi antiqui Patres: Origenes tract. 9. in Matth. fine: *Quasi antiquiores*, de Angelis inquit, *non solùm homine post creato, sed etiam omni creaturâ propter eum creatâ.* Basilius *hom. 1. in Genes. Erat sanè status quidam mundi generatione superior, abstractus illa à contretione materiæ potentius, mundo præstantioribus, pro decoro accommodatus, temporis & conditione anterior, æternus nimirum ac perpes.* Nazianz. orat. de Natiuit. *circa med. Posteaquam autem primas creationis partes præclarè constitutas vidit, alterum mundum materiâ constantem, & aspectabilem cogitauit.* Damasc. *lib. 2. fidei cap. 3.*

273. *Latini.*

Clemens *lib. 8. Constitut. cap. 12. Deus & Pater vnigeniti Filij tui, qui per eum ante omnia, Cherubim, & Seraphim fecisti, sæcula & exercitus, Virtutesque, & Potestates, Principatus, & Thronos, Archangelos & Angelos, & qui fabricatus post hæc omnia hunc mundum, qui cernitur, & quæcunque in eo continentur.* Hilarius *lib. 12. de Trinit. colum. 10. Quid enim magnum est, vt ante terram Deus Dominum Christum genuerit, cùm Angelorum origo terræ creatione reperiatur antiquior?* Ambrosius *lib. 1. Hexamer. cap. 5. Sed etiam Angeli, Dominationes, & Potestates, & si aliquando cœperunt, erant tamen tùm, quando hic mundus est factus*; & in Præfatione *in primum Psalmum, Laudant Angeli Dominum, psallunt ei potestates cælorum, & ante ipsum initio mundi Cherubim & Seraphim cum suauitate cantus vocis dicunt, Sanctus, Sanctus, Sanctus.* Hieronymus *in primum cap. epist. ad Titum, colum. 4. Sex millia necdum nostri orbis implentur anni, & quantas prius æternitates, quanta tempora, quantas sæculorum origines fuisse arbitrandum est; in quibus Angeli, Throni, Dominationes, cætera Virtutes seruierint Deo, & absque temporum vicibus, atque mensuris Deo iubente substiterint.* Cassianus *collat. 8. cap. 7. Ante condit onem huius visibilis creaturæ spirituales, cæl estesq; Virtutes Deum fecisse, nemo fidelium dubitat: Ne Deus in illis anteriorib s, atque innumeris sæculis fuerit otiosus, ac tanquam non hab ns in quos bonitatis suæ exerceret beneficia, solitarius, atque ab omni munificentia alienus fuisse credatur.* Isidorus *lib. 1. de sum. bono cap. 10. Ante omnem creaturam Angeli facti sunt, dum dictum est, Fiat lux: de ipsis enim dicit Scriptura: Prior omnium creata est Sapientia.*

Ratio ex Cassian.

274. *Fundam.*

Fundam. cùm 1. & 2. *cap. Genes.* exactissimè describantur productiones singularum partium Vniuersi, nulla mentio fit de creatione Angelorum; tamen de eis, vt de primâ ac nobilissimâ parte totius Vniuersi mentio fieri debuisset; signum igitur est, eos non fuisse simul cum hoc vniuerso, sed

Conf. 1.

anteà creatos. Confirm. 1. *Eccles. 1. Prior omnium creata Sapientia.* At hic locus intelligi nequit de sapientiâ genitâ; nam illa non creatur ex nihilo, sed producitur de substantiâ Patris: ergo intelligendus erit de naturâ intellectuali Angelorum, vt illum intellexit Isidorus *cit.* 2. Paulus *ad Titum*, 1. alt, Deum vitam æternam promisisse *ante tempora sæcularia.* Promissio autem non fit, nisi naturæ intellectuali. Igitur ante tempora sæcularia erat, cui Deus vitam æternam promiserat. Hic autem non fuit homo, qui conditus est in tempore; ergo Angelus, cùm nulla detur alia creatura intellectualis.

SECVNDA sent. docet, Angelos conditos fuisse in ipso exordio mundi simul cum reliquis creaturis corporeis. Ita Epiphanius *lib. 2. hæres. 65. Nisi enim vnà cum cælo & terra Angeli quoque creati essent, non vtique dixisset ad Iob:* Quando genita fuerunt sidera, laudauerunt me omnes Angeli mei voce. Athanasius *qu. 3 ad Antioch.* non ille magnus, sed alius Epiphanio posterior, quem pro hâc sent. citat *Theodoretus qu. 3. in Gen. August. lib. 11. de ciuit. cap. 6. 9. & 33. & in imperfecto supra Genes. cap. 3. & lib. 2. de Gen. ad lit. cap. 8. & alibi. Gregorius Magnus 32. Moral. cap. 10. Beda cap. 1. in Gen. init.* vbi docet, Angelos simul tempore fuisse cum reliquis creaturis conditos, solâ origine illas præcedentes, *sicut vox origine præcedit verbum. Hugo de S. Victore lib 1. de Sacr. p. 5. cap. 3. 4. & 5.* Scholastici cum *Mag. in 2. d. 2.* Theologi cum *Angelico 1. p. qu. 61. art. 3.* Cui maximum authoritatis pondus attulit definitio Concilij Lateran. *simul ab initio temporis vtramque &c.* Exillo *Eccli. cap. 18. Qui viuit in æternum, creauit omnia simul.* Nam saltem hæc verba verificari debent aut de simultate temporis, quo Vniuersi partes à Deo productæ sunt, quod fuit tempus sex dierum: intrà quod includuntur etiam Angeli. Aut de simultate earum creaturarum, quæ præsâ creatione simul fuerunt eodem instanti à Deo productæ; vt secundùm aliquos fuerunt cælum empyreum, terra, aqua; vel secundùm alios omnes cæli. Nam hæc omnia producta sunt ex nullo præsupposito ente, non modò vt subiecto, sed etiam vt termino à quo. Ac proinde cùm Angeli producti sint ex nullo ente positiuo à quo, dicendum est, eos fuisse eodem instanti durationis cum huiusmodi creaturis, præsâ creatione productis, conditos. Prob. 2. ex verbis ipsis: *In principio creauit Deus cælum & terram.* In quibus nomen *Principium* tres habet sensus, vt *August. 11. de ciuit. cap 33. & multi.* Primus est, vt idem sit, ac in *Principio* ipso increato Verbi, iuxta illud Ioan. 8. *Ego Principium qui & loquor vobis*, per quod & cum quo Deus omnia condidit, *Ioan. 1.* Secundus est in *Principio* temporis. 3. sensus est in *exordio* operum Dei ad extrà. Iuxta quem non verificarentur verba, si Angeli creati fuissent ante cælorum & terræ creationem. Nam tunc exordium operum Dei ad extrà non fuisset cælum & terra, sed Angeli. Nec est ratio, cur hæc verba intelligi tantùm debeant de exordio rerum corporearum, & non etiam de exordio spiritualium. Confirm. hæc verba iuxta hunc 3. sensum proferuntur à Sapientiâ increatâ *Prouerb. 8. Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret à principio:* Et proculdubiò alludunt & explicant citata *Geneseos 1.* Ergo cùm hic *principium* sumatur pro exordio omnium operum Dei ad extrà; quippe cùm opponatur sapientiæ genitæ, cuius æterna productio præcedit omnem temporalem productionem; etiam *cit. Genes. 1. Principium* sumi debet pro exordio omnium operum Dei ad extrà.

275. *In exordio mundi proculdubio. Græci auctores.*

Latini.

Sent. longè conformior sacris literis.

276.

277. *Prob. 2.*

278. *Conf.*

Rationem huius rei affert *cit. S. Tho.* Angeli creati sunt vt pars vniuersi: pars autem non producitur extra totum: igitur Angeli non sunt producti antè, vel post productionem mundi. Confirm,

279. *Ratio ex S. Thoma.*

certum est, angelos malos statim hominem creatum induxisse ad peccandum. At via angelorum, *vt infrà*, brevissima fuit: ergo non potuerunt multò ante creatum mundum procreari. Alioqui alterutrum sequi necesse est, vel quod angelorum via fuerit totum illud spatium, quod inter creationem ipsorum, & mundi creationem intercessit; vel quod non statim peccantibus assignatus fuerit locus inferni, qui cum mundo corporeo conditus est. Vtrumque autem est absurdum: Denique gratis & contra proprietatem verborum *cit.* ponuntur creati ante principium creationis mundi.

280. *Ad auth. Patrum.* Patres aliqui in eâ fuerunt sent. quam eo tempore vnusquisque absque temeritatis notâ, docere potuerât, teste *August.* Cæterùm ratio *Cassiani* probaret, eos creati debuisse ex ipsâ æternitate, vt Deus habuisset in quos sua beneficia conferret. *Cur Moyses Angelorum mentionem non fecerit.* Moyses apertam mentionem de Angelis non fecit, quia ipsius institutum fuit instruere rudem populum de iis tantùm, quæ sensu percipiuntur, vt ex iis deuenirent in cognitionem sui Creatoris.

281. *Explicantur Eccles.* Ad 1. locum *Eccles.* ibi sermo est de Sapientiâ increatâ, quæ prima omnium dictione æterni Patris genita est: propter quod ibid. eadem Sapientia nuncupatur *Verbum Dei in excelsis*: quod de solâ Sapientiâ genitâ verificatur. Dicitur autem *creata*, non quòd ex nihilo producta sit, sed quòd à solo Patre de substantiâ ipsius gignatur. Sicut enim ea, quæ creantur, à solo Deo producuntur, nullâ aliâ intercedente causâ: Ita æternum Verbum à solo Patre, nullo alio interueniente principio, producitur. Quod de Spiritu sancto dici non potest, ad cuius productionem non solùm concurrit Pater, sed etiam Filius. Sæpè enim Scriptura increatas perfectiones explicat per creatas, præcisis imperfectionibus, attribuendo Deo, quæ perfectionis sunt in rebus creatis. Poster. locum Pauli explicat *Paulus ab August.* *August.* 12. *de ciuit. cap.* 16. his verbis: *Quomodo autem promisit, cùm hominibus vtique promiserit, qui nondum erant ante tempora æterna; nisi quia in ipsius æternitate, atque in ipso eius Verbo, eidem coæterno, iam prædestinatione fixum erat, quod suo tempore futurum erat.* Quare idem est secundùm August. Deum ante tempora sæcularia promisisse ac insciplo, in suoque Filio ab æterno decreuisse, quod posteà suo tempore compleuit. Sed adhuc superest controuersia, in quo gradu certitudinis sit hæc sent. &, Quo die, vel puncto dici, cum mundo corporeo creati sint Angeli.

282. *In quo gradu certitudinis sit hæc sent.* Quoad priorem *Vasquez* 1. *p. disp.* 224. *cap.* 3. & 5. secutus S. *Thom.* 1 *p. qu.* 61. *art.* 3. opinatur, illam esse, intra gradum probabilioris duntaxat sentent. quin *cap.* 3. inclinat, quòd nec Ecclesia sub maiore certitudinis gradu illam definire potuerit: eo quòd nullum sit firmum fundam. illam definiendi; nec Ecclesia habeat authoritatem nouas veritates docendi, sed tantùm reuelatas declarandi. *Triplex fundam. firmum.* Scriptura autem nulla est ad hanc veritatem definiendam, cùm omnia testimonia, quæ ad eam confirmandam affe untur, alium sensum habere possint. Nec traditio vlla est: nam hæc traducitur ad posteros per manus & doctrinam Patrum. At plerique Patres vel oppositum docuerunt, vel saltem declararunt, hanc sentent. ad fidem non spectare, sed pendere ex hominum tantùm coniecturis, teste *August. lib. imperfect. in Gen. cap.* 3. & *lib.* 11. *de ciuit. cap.* 32. vbi *minimè à fidei regulâ aberrare*, ait, *qui oppositum senserit, dum tamen Angelos sanctos Deo non coæternos nemo ambigat.* Idem fatentur *Theodoretus*, & *Hugo cit. S. Thom. opusc.* 15. *de angelis cap.* 17. refert vtramque sentent. neutram docet sanæ doctrinæ repugnare: *Quia neutra ex Canonicis Scripturis potest expressè haberi.* Nec demum vlla potest esse solida ratio ex principiis fidei deducta, vbi nulla fidei principia suppetunt. 283.

Confirm. nequit ab Ecclesiâ definiri, cuius oppositum est communis sensus fidelium. Angelos fuisse ante mundum conditos, tempore Concilij *Later.* erat communis sensus fidelium, teste *Cassiano cit.* ergo non potuit contrarium definiri à Concil.

Contrà verò *Ferrar.* 2. *contra gent. cap.* 83. *vlt.* §. *Zumel* 1. *p. qu.* 61. *art.* 3. *qu. vn. Molin. ibid. & alij* putant, post definitionem Concilij *Lateran.* errorem esse in fide, asserere Angelos conditos fuisse ante mundum. Quanquam posteà *Molina & Zumel*, propter authoritatem tantorum Patrum, suam censuram limitant, vt non sit damnanda sentent. vt hæretica, aut erronea, sed tantùm vt temeraria. Cui censuræ adhærent *Canus lib.* 5. *de loco Theolog. cap.* 5. *qu.* 4. *fine: Bannez* 1. *p. qu.* 61. *art.* 3. *Valent. ibid. Suarez lib.* 1. *de angelis cap.* 3. *& alij*: præsertim cùm nec illam, ob eandem author. Patrum, præsertim *Nazianzeni*, damnare voluerit *S. Thomas.* 284.

285. *Sententia negans, ab Ecclesiâ definiri posse.* Dico, posse nostram sent. ab Ecclesiâ definiri; hactenus tamen definitam non esse; oppositam verò temeritatis notâ hoc tempore non carere. Primum prob. non deest in Scripturis sufficiens fundam. ad illam definiendam, vt *suprà*. Nec refert, quòd illa possint alium etiam sensum habere. Nam vt omnes ferè Patres consentiunt, potest vnus & idem Scripturæ locus plures sensus habere, omnes à Spiritu sancto intentos. Vnde accedente authoritate Ecclesiæ, cuius est de vero sensu Scripturæ iudicare, præuiâ consultatione Doctorum, qui omnes hoc tempore in hanc veritatem conspirant, definiri posset.

286. *Hanc sent. nondum esse definitam prob.* Secundum confirmat communis sensus Doctorum, qui præter vnum vel alterum, omnes fatentur, non esse nostram sent. hactenus ab Ecclesiâ definitam. Nam sicubi definita esset, esset in Concilio *Later.* At paucis quibusdam exceptis, omnes fatentur, non esse eo loco hanc sent. primariò & ex instituto definitam, sed ad summum adductam per modum tantùm declarationis sententiæ primariæ, quæ erat contra errorem *Origenis*, asserentis, creaturas spirituales per se tantùm fuisse procreatas; corporeas verò per accidens, vt ergastula quædam, in quæ coniiciendæ essent substantiæ spirituales ob commissa peccata; vti hanc Concilij definitionem explicat *S. Thom. opusc.* 23. *Origenis error.* At quod in Conciliis legitimè congregatis definiri censetur, est sententia principalis; non quæ tantùm obiter adducuntur vt declaratiua & confirmatiua principalis sententiæ, vti *septima Synod. Constantinop. act.* 5. definit, depingendos esse angelos, *cùm non sint omnino incorporei*: Ratio, quia tantùm adducitur ad confirmandam principalem sententiam, *depingendos esse Angelos*, non recipitur vt vera, & à Concilio per se definita, sed tantùm obiter adducta ad confirmandam principalem sententiam.

287. Tertium constat authoritate ferè omnium Schol. fundatâ in Scripturâ, adiunctâ etiam definit. Concilij *Lateran.* quod licet dictam sententiam ex professo non definierit, satis tamen declarauit, illam in confirmationem primariæ sent. adducendo, probabiliorem, communioremque fuisse inter Ecclesiæ Doctores, eo tempore. Ex his satisfactum est ad fundamentum *Vasquez.* 288. *Ad fundam. Vasquez.* Nam fundamentum, quod Ecclesia habere posset ad hanc sent. definiendam, sunt loca cit. Scripturæ, accedente communi consensu Doctorum, qui omnes hoc tempore in hanc veritatem conspirant.

Ad

Digitized by Google

289. Ad confirm. neg. minor. Nam, vt *suprà*, multi Patres expresè nostram sent. docuerunt. Quòd autem *Cassian.* dixerit, neminèm fidelium de oppositâ sent. dubitasse, id ex propriâ opinione dixit non ex communi sensu Doctorum: cùm multi etiam tunc oppositam docuerint.

Ad confirm. Ad Cassian.

290. Quoad 2. controuers. in sent. *Augast.* arbitrantis *lib. 4. in Genes. cap. 33. 34. & 35. & alibi*, hæc omnia simul in eodem temporis momento creata fuisse, iuxta illud *Eccli. 18 Qui viuit in æternum, creauit omnia simul*; nulla est difficultas. Nam iuxta hanc sent. Angeli sine vllâ prioritate, aut posterioritate durationis simul conditi sunt cum reliquis mundi partibus. In sent. autem inter Patres, & Scholast. communiùs, Alij eos immediatè ante productionem cæli & terræ creatos fuisse, autumant; ex illo *Iob 40.* vbi de Lucifero nomine *Behemoth*, ait: *Ipse est principium viarum Dei.* Idem est, illud *Iacobi 1. Genuit nos verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius*; hoc est, operis eius. Quam opinionem refert *Augustin. lib. 11. de ciuit. cap. 32.* eamque vt probabilem censet *S. Thom. opusc. 15. de angelis cap. 17.* Alij communiter eos procreatos censent primo die conditionis mundi simul cum luce, post creatum cælum & terram; ita vt productio Angelorum figuratè expressa sit per lucis creationem. Alij expressàm docent per astra & cæli luminaria, quæ quartâ die condita sunt.

Quo die aut puncto temporis Angeli creati.

291.

292.

293. Cohærenter ad ea, quæ *suprà*, dico: Angelos non ante cæli terræque creationem, neque post, sed in ipso durationis puncto, in quo conditi sunt cæli & terra, conditos esse. Quod non antè, prob. alioqui non possent iuxta tertium sensum, *suprà* explicatum, de cæli terræque creatione verificari verba illa: *In principio Deus creauit cælum & terram.*

Angeli eo durationis puncto creati, quo cælum & terra.

Quòd neque creati sint post, constat ex illis *Genes. 2. Et requieuit die septimo ab vniuerso opere quod patrarat.* Vel igitur creati sunt aliquo die post primum: & hoc probabile non est. Nam vel supponimus, primâ die creatos esse omnes cælos, eosque statim post instans creationis cæptos esse moueri: & cùm probabile sit, eos incepisse moueri ab Angelis, à quibus mouentur nunc, dico, eos creari debuisse cum cælis ipso instanti intrinseco, in quo conditi sunt cæli, vt eos statim mouere potuerint. Aut supponimus, primâ die tantùm conditum fuisse cælum empyreum, simul cum terrâ & aquâ, per veram & pressàm creationem, reliquos verò cælos & elementa secundâ die cum firmamento formata esse ex præiacente materiâ. Atque in hac sent. probabiliùs etiam dicendum, Angelos creatos fuisse eodem instanti intrinseco, in quo creatum est empyreum simul cum terrâ & aquâ: vt saluetur illud *Ecclesiast. Qui viuit in æternum, creauit omnia simul.* Nam hoc saltem verificari debet de iis, quæ pressâ creatione condita sunt, ex nullo præsuppositio ente, ne quidem vt termino à quo.

294.

295. Solùm huic sent. obiici potest, potuisse Angelos creari, non in instanti indiuisibili ante motum cælorum, sed immediatè post cum ipso cælorum motu: cùm per nos non repugnet, rem spiritualem ac indiuisibilem produci in tempore diuisibili. Sed contrà; licet hoc non repugnet, connaturalius tamen est, vt res indiuisibilis creetur in instanti indiuisibili. Præterea pertinuit ad dignitatem substantiæ intellectualis, vt in productione huius vniuersi non fuerit posterior productione substantiarum materialium.

Obiic.

Resp.

296. Hinc etiam assignatur discrimen, cur homo creatus sit post omnes substantias corporeas; Angelus verò initio cum primâ substantiâ corporeâ. Quia videlicet homo pendet in suo esse & viuere à creaturis corporeis, atque adeò creari debuit post creationem earum. Angelus verò non modò non pendet in suo esse & viuere ab illis, verùm etiam est director & gubernator earum; ac proinde creari debuit, si non antè, saltem cum primâ substantiâ corporeâ. Ex his patet ad fundam. primæ. Vt Angelus dicatur *principium operum Dei*, sat est, vt creatus fuerit cum cælis: qui licet non præcesserit durationè, præcessit tamen dignitate & intentione Dei, ratione cuius prioritatis dici potest *principium operum Dei.* Quanquam explicari potest de principio creaturarum intellectualium. Hinc euidens, Angelos non fuisse ab æterno conditos. Nam ex scriptura, totum tempus, quo hic mundus durat, ac proinde quo Angeli simul cum ipso conditi sunt, finitum sit, oportet.

297. *Ad fund. 1.*

298. *Coroll.*

In quo loco creati fuerint Angeli? Prima sent. docet, eos creatos fuisse in hâc primâ regione aëris: *Rupert. lib. 1. in Genes. cap. 11.* Mouetur 1. Angeli formati sunt, vt potè corporei, vt ipse putat, ex hoc aëre crasso. 2. primus homo formatus est extra paradisum, & per gratiam in paradisum translatus. Ego & Angeli creati sunt extra cælum, & per gratiam in cælum translati; cùm non minùs angeli cælum, quàm homo paradisum per gratiam inhabitarit. Anteced. habetur *Genes. 2. Plantauerat Dominus Deus Paradisum voluptatis, à principio, in quo posuit hominem, quem formauerat.* Sed contrà; falsum est, Angelos ex aëre fuisse formatos, cùm sint substantiæ spirituales totius materiæ expertes. Et creati sunt vt præsides totius naturæ corporeæ, proinde supra totam naturam corpoream. Homini verò vi suæ conditionis quiuis terræ locus aptus est. Secunda affirmat, Angelos bonos creatos fuisse in cælo, malos in supremâ aëris regione. Hanc sentent. refert, & sub dubio tantùm affirmat August. *lib. 3. de Genes. cap. 10.* Sed contrà; diuersitas ista locorum, bonis & malis angelis ante peccatum assignata, diuinæ prouidentiæ non congruit, quæ neminem consueuit ante patratum peccatum ad pœnam vllam destinare: cùm tamen diuersitas ista locorum aliquod initium fuisset pœnarum malorum angelorum. Tertia sent. asserit, Angelos creatos fuisse in cælo sidereo, vel in eo, quod sub empyreo proximè collocatur: Est *Lorini in 2. Petri 2.* in illa verba: *Si enim Deus Angelis peccantibus non pepercit*, &c. Suarez *lib. 1. de Ang. cap. 4.* Fundam. tum vt saluet verba illa Luciferi *Isaiæ 14. In cælum conscendam.* Tum ne cogatur admittere, peccatum angelorum fuisse in empyreo commissum. Sed contrà; Scripturam explicant *Magister in 2. dist. 2. fine, & S. Thom. 1. p. qu. 61. art. 4. ad 3.* de consensu secundùm dignitatem, vt colligitur ex verbis, quæ Lucifer subiungit: *Et similis ero altissimo.* Nec vllum est absurdum asserere, peccatum angelorum commissum fuisse in empyreo, cùm peccatum locum non inficiat.

299. *Vbi creati Angeli.*

1. Sent. duplex fund.

300. *Contrà.*

301. *2. Sent.*

Contrà.

302. *3. Sent.*

Contrà.

Quarta & communis sent. *Scholast. cum Mag. in 2. dist. 2. & cum Angelico, cit. est*, Angelos creatos esse in empyreo. Hanc communiter docent Patres, conformius Scripturis; quæ testantur, Angelos in cælo peccasse: *Apocal. 12. Et factum est prælium magnum in cælo: Michaël & Angeli eius præliabantur cum dracone, & draco pugnabat & Angeli eius.* Lucæ 10. *Videbam Satan, sicut fulgur de cælo cadentem:* At ex eo cælo debuerunt cadere angeli mali, in quo permanserunt boni; sc. in empyreo, quæ est propria sedes beatorum. Nec est ratio asserendi in

304. *Angelos creatos in empyreo, uerior sent. est.*

alio cælo peccasse malos, ex quo deinde in empyreum translati fuerint boni. Ratio, cur in empyreo
Ratio. creati sint, est, quia vt *cit. S. Tho.* Angeli creati sunt vt præsides totius naturæ corporeæ: atque adeò creari debuerunt in loco, vnde toti naturæ corporeæ præesse possent; Hic autem, vt constat, est empyreum: ergo. DICES. Saltem Angeli, qui
305. destinati fuerunt vt motores cælorum, non potuerunt creari in empyreo, cùm statim post creationem
Dices. debuerint cælos mouere, nisi fuissent præsentes cælis mouendis, cùm non possint naturaliter Angeli operari in subiectum distans. Resp. Iuxtà sent. af-
Resp. firmantem, cælos vertibiles creatos fuisse secundà die, Angelos creari potuisse in empyreo, atque inde posteà mitti ad cælos vertendos, aliaque officia in hoc sublunari mundo peragenda. Quæ officiorum distributio iuxta hanc sent. fieri potuit, & quidem probabiliùs post commissum peccatum, discretionemque bonorum à malis. Iuxtà aliam verò docentem, omnes cælos creatos fuisse eodem momento temporis, quo conditi sunt Angeli, eosque statim ab Angelis moueri cœptos, asserendum erit, eos Angelos, qui præfici debebant orbibus vertendis, creatos fuisse in iisdem orbibus, quos ex officio vertere debebant. Quod indicat *S. Tho. 1. p. qu. 61. art. 4. ad 2.* Quia verò in hac sent. deputatio angelorum ad cælos vertendos facta est ante peccatum, notat *Molina in hunc art.* eos ad hæc officia à Deo deputatos fuisse, qui præuisi fuerant non peccaturi.

DISPVTATIO III.

De Substantia Angelorum.

SECTIO PRIMA.

An Angeli sint incorporei?

1. PRIMA sent. negatiua est *Platonis apud August. lib. 8. de ciuit. Dei cap. 14.* quem secuti sunt
Negant. *Orig. lib. 1. Periar. fine proœm.* vbi angelis attribuit corpora aërea: *Tertull. lib. de Carne Christi* affirmans, omne quod est, corpus habere, nihilque esse incorporeum, nisi quod non est: *Nazianz. dialogo 1. circa med.* licet oppositum docuerit *orat. 8. de Natiuit. Rupertus lib. 1. in Genes. cap. 11.* qui testatur, Angelos creatos fuisse ex hoc aëre crassiori: *Cassianus collat. 7. cap. 13.* vbi docet, nihil præter Deum incorporeum esse, sed omnia corpus habere, quo subsistant; licet angeli & animæ corpo-
Patres. ra habeant nostris tenuiora: *August.* etiam *lib. 11. de ciuit. c. 23. & lib. 2. super Genes. cap. 17. & lib. 3. cap. 10. & epist. 115. ad Nebrid.* huc propendet. Ex quo ortum habuit quæstio illa sæpius ab ipso agitata, præsertim *epist. 3. an oculus glorificatus Deum videret*; quia nimirum putabat, hæc nostra corpora dote immortalitatis euasura simillima corporibus angelorum, quæ & loca penetrant, & spiritualia internoscunt. De eâdem re dubitat *Bernardus serm. 5.*
Scholast. *in Cantica*, & alij Patres. Ex Scholast. illam docent *Caiet. in 2. cap. ad Ephes. Eugub. lib. 8. de perenni*
2. *Philos. cap. 27.* Fundam. est Patrum auctoritas: 7.
Fund. 1 i- Synodi *Constantinop. act. 5.* in quâ Concilium ap-
plex. probat doctrinam Ioannis Episc. Thessal. qui contra quendam Gentilem docebat, Angelos pingendos esse, quia corporei sunt: Illa Genes. 3. *Postquam ingressi sunt filij Dei ad filias hominum, illa genuerunt*, &c. quæ verba de Angelis in custodiam hominum missis interpretantur *Tertull. lib. de velandis virg. Lactant. lib. 2. diuinarum instit. c. 5. Methodius serm. de Resurr. & alij.* Nequeunt autem Angeli ge-
Ratio. nerare, nisi corpus habeant. Ratio: dæmones torquentur abigne corporeo: nequeunt autem, nisi sint corporei. Secunda sent. affirmatiua est *Arist.* 3.
2. Sent. affirm. *12. metaph. tex. 44. S. Thomæ 1. p. q. 50. art. 1. & 51. art. 1. & 2. contra gent. c. 91. & de dæmon. art. 1. & omnium Schol. in 2. dist. 8. Bonau. art. 1. q. 2.* vbi ait, *hoc satis certitudinaliter teneri: Albertini art. 1.* asserentis, *nullo modo de hoc esse dubitandum*; *Richardi art. 1. q. 1. Ægidij q. 1. Durandi q. 1. Aureoli art. 1. Rubio. q. 1. Capreoli q. 2. Bassoli art. 2. Marsilij q. 2. art. 1. Maioris q. 1.* docentis, *hanc viam ita esse apud doctos communem, vt pudeat vlli hominum veteres introducendo contraire*; *Gabrielis q. 1. art. 1.* affirmantis, *omnes doctos nunc concordare*; *Argentinæ dist. 3 q. 1. art. 1. Bacho. dist. 17. art. 1. Alensis 2. p. q. 24. mem. 1. & 2. Ferrar. 2. contra gent. c. 91. Scoti in 2. dist. 1. q. 5. & dist. 2. q. 1. 6. & 8. omnium recent.*

DICO 1. Omnes Angeli sunt naturâ suâ incor- 4.
porei. Constat 1. ex Scripturâ; in quâ vocantur *Pro explica-* *Spiritus*: qui propriè acceptus omnem excludit *tion.* corporeitatem: nec vlla cogit necessitas impropriè vsurpandi nomen *Spiritus*. 2. Ex Concilio *Lateran.* 5.
definiente, *cap. Firmiter, de summâ Trin. Deum ab initio temporis vtramque de nihilo condidisse creaturam, corporalem, & spiritualem, Angelicam scilicet & mundanam.* Vbi naturam Angelicam opponit tam purè corporali, quàm constitutæ ex corporali & spirituali. In quâ authorit. fundati sunt omnes posteriores Schol. 3. Ex Patribus, inter quos maxi- 6.
mum in hac controu. pondus habet Areopagita *cap.* *Patrum Dionys. &c.*
1. de cælesti Hier. vbi testatur, quæ de cælestibus Spiritibus dicturus est, ea *vel per signa, vel per intelligentiæ sacratioris arcana, à Patribus tradita accepisse.* Patres autem fuêre Apostoli, præsertim Paulus, quem suum Præceptorem, doctoremque appellat *de Eccles. Hier. c. 2. & de diuinis nomin. c. 1. & 7.* Hic 4. *cap.* Angelos appellat *intelligibiles, spirituales, & substantias, incorporales atque omni materiâ carentes.* Ignatius & ipse Apostolorum discipulus, *epist. ad Trall. post med.* Angelos vocat *incorporeas naturas*; Nazianzenus *orat.* 38. *de Natiu.* ait, Angelos esse *incorporeos, omnisque materiæ expertes:* Chrysost. *hom. 22. in Gen.* appellat *incorporeos & spirituales*: Theodor. *in 1. cap. Zach. incorporeos, inuisibilesque Spiritus.* Damasc. *orat. de Assumpt. B. Mariæ fine*, ait, quòd *Dæmones careant corpore, inter omnes constare, etiam inter eos, qui mentis oculis capti sunt*: & *lib. 1. fidei cap. 17.* docet, Angelos non esse in loco ad modum corporis, *vt formam & figuram accipiant*, sed *intellectualiter* tantùm. Nec contrarium docet *orat. 3. de imag. cap. 4.* vbi affirmat, Angelos *consentaneas suæ naturæ habere figuras, locosque circumscribi*: id n. dixit per comparationem ad Deum, respectu cuius omnia dici possunt corporea: *Angelus enim, & anima, & Dæmon*, inquit, *si cum Deo, cui nihil confertipotest, comparentur, corporea quodammodo sunt; sin autem cum corporibus, ex materiâ constantibus, à corpore sunt remotissimi.* Vbi nota, non dixisse, *corpora sunt*, *sed quodammodo*, videlicet ad Deum comparata: nec dixit, *à corpore sunt remoti*, sed *remotissimi*: vt hoc superlatiuo omnem omninò excluderet corporis rationem: Et *lib. 2. c. 3.* naturam Angeli vocat *corporis expertem, & materiâ carentem*; licet si cum Deo conferatur, crassum quid videatur. 4. ratione: 1: Ex sacra scripturâ, & mul- 7.
tis experientis constat, sæpe plures angelos simul in- *Ratio à po-* *ster.*
gredi

Digitized by Google

gredi corpus energumeni: igitur non sunt corporei: nam corpus, quà corpus est, essentialiter petit esse quantum: quantum autem naturaliter est impenetrabile cum alio quanto. Si igitur haberent corpora, non possent naturaliter esse simul in eodem corpore Angeli mali, qui dotibus Beatorum carent.

8. *à priori.* 2. Vel Angeli dicuntur corporei, quia omninò carent spiritu; vel quia componuntur ex spiritu & corpore: neutrum dici potest. Non 1. alioqui intellectuales non essent: intellectualitas enim, teste *S. Tho.* 1. *p. qu.* 14. *art.* 1. ad solam immaterialitatem consequitur. Conseq. est contra scripturam *Matth.* 18. asserentem, Angelos *videre faciem Dei*: Nequit autem Dei facies videri, nisi à spiritu, vt *to.* 1. *dist.* 9. *sect.* 5. Nec dici potest secundum, quia, vt *disp.* 1. Angeli sunt naturæ completæ intellectuales: hic .n. gradus possibilis est, & facit ad essentialem perfectionem vniuersi. Igitur nequeunt componi ex corpore, vt ex parte intrinsecè componente: nam omnis essentialis compositio supponit extrema essentialiter completa, sc. partes intrinsecè vnibiles, ac perfectibiles; at nullum ens completum dicit essentialem vnibilitatem cum alio ente. Omnis quippe vnibilitas ordinatur ad acquirendam aliquã perfectionem, quâ careret extremum ipsum vnibile. *Omnis vnibilitas est ad aliquam perfectionem acquirendam.*

Neque obiicias compositionem ex humanitate & Verbo increato, in quâ sola humanitas est extremum perfectibile. Nam hæc non est compositio naturalis, in quâ tantùm vtrumque extremum supponitur perfectibile; sed supernaturalis & ineffabilis, in quâ tantùm vnum extremum, nempe natura creata, supponitur perfectibile. Cùm nequeat Verbum esse capax nouæ perfectionis. Compositio autem inter angelum & corpus esset naturalis inter extrema creata perfectibilia: vnde non par ratio. 9.

10. *Non est de fide.* Dico 2. Angelos esse incorporeos, non est de fide; eam tamen habet certitudinem, vt opposita ad minimum sit temeraria: Est *omnium recent. Cani lib.* 5. *de locis Theolog. c.* 5. *in fine* 4. *qu. Bannez* 1. *p. q.* 51. *art.* 1. *concl.* 2. *& 3. Molin.* 1. *p. q.* 50. *art.* 1. *§. Hiis non obstantib. Zumel ibid. q.* 1. *concl.* 3. *Valent. q.* 2. *puncto* 1. *Vasq. dist.* 178. *c.* 3. *Suarez. lib.* 1. *de Angel. c.* 6. Et quidem prior pars est *S. Tho. q. tit. de demon. art.* 1. vbi docet, hanc quæst. non multùm referre ad fidei Christianæ doctrinam. Vnde nemo Scholast. illam asserit, vt ad fidei dogma pertinentem, sed solùm, vt certam ratione & consensu Doctorum. Quod etiam docuit *August. lib.* 21. *de ciuit. c.* 10. Vbi oppositam sent. refert, vt à doctis viris assertam. 11. *Ratio.* Ratio: nulla de eâ extat vel aperta scriptura, vel traditio, aut Ecclesiæ expressa definitio. Nam ex scriptura solùm deducitur probabilior: Traditio, quæ est veritas à Deo immediatè reuelata, & per manus malorum ad posteros delata, nulla est in hâc materiâ; cùm Patres, per quorum manus potissimùm traditio fidei ad posteros defertur, varient: Ecclesiæ definitio, si qua esset, esset citata *Concilij Later.* at eâ non obstante nullus Scholast. ausus est, hanc de fide asserere: quia, vt *cit.* adnotat *Canus*, mens Concilij eo loco non fuit, definire, Angelos esse incorporeos, sed Deum initio temporis omnia condidisse. Spiritus S. autem solùm assistit Pontifici, ne erret in conclusione, quam principaliter intendit: In reliquis, quæ vel obiter adducit, vel ad explicandam principalem conclus. affert, sinit more humano eum duci opin. Doctorũ. *Concilij Later. finis.* *Pontifex solùm in conclus. errare nequit.*

12. *Oppositæ sententiæ censura.* Posterior pars constat, tum ex communi doctrina Scholast. qui quando ad aliquam veritatem, vt ex scripturâ probabiliter deductam omnes conspirant, ad minimum faciunt illam ita certam, vt contraria sit temeraria: tum ex communi sensu Ecclesiæ, quæ hoc tempore magis illustrata, communiter sentit, Angelos esse incorporeos: tum ex allata author. concilij, quæ saltem indicat, hanc fuisse communem Doctorum & Ecclesiæ sententiam, quâ solent concilia vti ad conclusiones de fide explicandas confirmandasque.

13. *Ad argum.* Ad 1. argum. primæ, Resp. aliquos Patres ex citatis in hâc materia erasse, vt *Originem, Tertullian. Cassian.* secutos opinionem *Platonis*, cuius doctrinæ Patres communiter tunc temporis adhærebant: alios tantùm dubitasse; alios verò solùm ex opinione aliorum fuisse locutos, sicut *Aug. cit.* 21. *de ciuit.* 10.

14. *Explicatio Concil.* Ad 2. dico, Concilium eo loco solùm approbasse conclusiones, *pingendos nimirum esse Angelos*, non rationem; nam id ad institutum Concilij non faciebat. *Qui filij Dei.* Ad 3. *Gen.* 6. communiter Patres explicant, quod filij Dei dicebantur illi, qui descendebant ex Seth Patre Enos, qui, *Gen.* 4. primus *cæpit inuocare nomen Domini.* Sæpè .n. in Scripturâ vocantur filij Dei, iusti. Filiæ hominum erat fœminæ descendentes ex Caino: & quia prohibitum eis erat, tali matrimonio copulari, propterea dictum est, filios Dei ingressos fuisse ad filias hominum. Ita *S. Tho.* 1. *p. q.* 51. *ar.* 3. *ad* 6. lege *Chrysost. cit.* Ad rationem nego, spiritum obedientialiter ab igne corporeo torqueri non posse, de quo *disp. vlt. sect. vlt.* *Ad vlt.*

SECTIO II.

An sit possibilis natura intellectualis essentialiter ordinata ad componendum vnum cum corpore sub ratione motoris & mobilis.

HANC controu. sub his terminis non legi; at qui affirmant, Angelos esse corporeos, fundari debent in eius affirmatiuâ parte: qui negant, si id velint altiùs, & à priori demonstrare, non est alia via, quàm ostendere huiusmodi compositionem implicare. Sit igitur prima sent. affirmans, quæ probari potest ratione *Caiet. in* 2. *cap. ad Ephes.* da- 15. *1. Sent. ex Caiet.* tur Vegetatiuum sine sensitiuo, vt in plantis; sensitiuum sine locomotiuo, vt in ostreis; intellectiuum, sensitiuum, & locomotiuum simul, vt in homine. Igitur dari debet intellectiuum, locomotiuum, & non sensitiuum, quod est nouus gradus entis pertinens ad essentialem perfectionem Vniuersi. Secunda sent. negans, verior, colligitur ex 16. *S. Tho.* 1. *p. q.* 76. *art.* 3. vbi probat, non posse for- *2. Sent. verior.* mam intellectricem vniri corpori propter solum motum localem, quia ad illum non est necessaria vnio substantialis motoris cum mobili, sed sufficit solus contactus mouentis cum mobili. Inclinat *Suarez lib.* 1. *de Ang. cap.* 6. *art.* 21. Ratio: Implicat 17. vnum extremum essentialiter ordinari ad aliud, ni- *Nullum compossibile ordinatur ad aliud, nisi perficiatur in se.* si perficiatur in se: At natura intellectualis nullo modo perficeretur in se per vnionem ad corpus mobile: Non .n. perficeretur in esse, siue in subsistere; tum quia talis natura supponeretur completa in suo esse, alioqui non ordinaretur ad componendum vnum sub solâ ratione motoris & mobilis; tum quia nequit substantia spiritualis pendere in suo esse à corpore; cùm illa de se independenter à corpore perfectè subsistat, vt patet de animâ rationali. Nec perficeretur in operatione intellect. quia talis natura supponitur ex se independenter à corpore completè intellectiua, alioqui non vniretur cum corpore sub solâ ratione motoris & mobilis. Nec demùm perfici posset in virtute motiuâ, secundùm quam formaliter vniretur; nam corpus

Digitized by Google

potiùs retardat, quàm perficit motum, cum impediat celeritatem ipsius: celeriùs enim Spiritus mouet se, vel alia à se sine corpore, quàm medio corpore. Nec dici posset, talem substantiam perfici à corpore secundùm speciem motûs, ad quam illa ex se tantam habilitatem non haberet: quia nulla species motus est, ad quam substantia spiritualis æqualem, aut maiorem habilitatem non habeat ex se sine corpore, quàm cum corpore: quod patet de naturâ Angelicâ, quæ ad omnem motum, siue rectum, siue circularem ex se aptissima est. Maior prob. 1. inductione. Ideò anima rationalis, & quælibet forma essentialiter ordinatur ad componendum vnum cum materiâ, quia perficitur in se, vel in esse, vt formæ materiales; vel in operari, vt forma rationalis; quæ non modò in operatione vitæ vegetantis, & sentientis pendet ab organis materialibus, à quibus tales operationes immediatè exercentur; verùm etiam in operatione vitæ intellectricis à potentiis corporeis, subministrantibus species sensibiles, à quibus virtute intellectûs agentis abstrahuntur intelligibiles species, quæ sunt comprincipia intellectionis. Ideò materia essentialiter ordinatur ad faciendum vnum cum formâ quia perficitur ab illâ in proprio esse, & subsistere. Ideò accidens ordinatur ad substantiam, & substantia ad accidens; quia illud perficitur in esse à substantiâ, hæc in operari ab accidente. Et vniuersaliter quidquid intrinsecè ordinatur ad aliud, perficitur ab illo: contrà verò quidquid ab alio perfectibile non est, ad illud intrinsecè ordinatum non est. Atque in hoc fundatur commune illud axioma, *Ex duobus entibus in actu*, hoc est, in suo genere completis, *non fit vnum per se*: quia quando vtrumque extremum supponitur completum in suo genere, non potest ab alio perfici, atque adeò ad illud intrinsecè ordinari ad vnum componendum. Lege *Aureol. in 2. dist. 8. art. 2.* Prob. 2. ab absurdo. Si proxima ratio intrinsecæ ordinabilitatis vnius rei ad aliam non esset perfectibilitas, sed perfectiuitas; quantò magis aliquid esse perfectiuum alterius, tantò intimiùs ordinaretur ad illud. Vnde, quia Deus est maximè perfectiuus creaturæ, magis intimè ad illam ordinaretur: quod est plusquam falsum. Sequela prob. si perfectiuitas est proxima ratio intrinsecæ ordinabilitatis, maior perfectiuitas erit ratio intimioris ordinabilitatis: sicut si perfectibilitas est ratio intrinsecæ ordinabilitatis, maior perfectibilitas est ratio intimioris ordinabilitatis. Vnde intimiùs ordinatur accidens ad substantiam, quàm substantia ad accidens; & forma materialis, quàm spiritualis ad materiam; & materia ad animam rationalem, quàm contrà.

18. *Ordinari requit ad vllam sp. ciem motus.*

19.

20. *Perfectiuitas non potest esse prima ratio intrinseca ordinabilitatis vnius rei ad aliã.*

21. *Ratio à prius.*

Prob. 3. Omnis ordinabilitas intrinseca est propter aliquam indigentiam: igitur si Angelus nullam habet corporis indigentiam, nullo pacto ad illud ordinari potest. Antec. prob. ideò Deus non ordinatur intrinsecè ad creaturam, quia non eget creaturâ. Ideò vnumquodque in eo, in quo est completum, ad aliud intrinsecè non ordinatur, quia in eo genere, in quo est completum non eget alio, à quo compleatur. Ratio: vnumquodque est propter suam perfectionem; vnde eatenùs ordinatur ad aliud, quatenus ab illo perfectionem recipit: si igitur omnem perfectionem habet in se, non est, cur ad aliud ordinetur. Quapropter idem est, ad aliud intrinsecè ordinari, ac ab illo in suâ perfectione compleri. Sed contrà; licet Angelus non perficeretur à corpore, corpus tamen perficeretur ab angelo, atque adeò licet angelus non ordinaretur ad corpus, corpus tamen ordinaretur ad angelum: quod satis est ad physicam compositionem, vt constat in naturâ humanâ, & Verbo increato. At hoc etiam est impossibile. quia vel corpus perficeretur ab angelo in esse, vel in operari. Non in esse, quia vel acciperet ab angelo existentiam, & non; tum quia hæc, vt *infrà*, non distinguitur ab angelo, neque à qualibet aliâ re creatâ; tum quia existentia spiritualis, qualis est Angelica, non est proportionata corpori. Vel acciperet subsistentiam; & hæc cùm sit in angelo spiritualis, non potest esse proportionata corpori. tum quia nequit modus vnius subiecti, cùm sit actualis modificatio illius, esse connaturalis alteri. Vel acciperet complementum essendi, sicut materia recipit formam vt complementum sui esse. Et contrà est; vel hoc corpus esset compositum ex materiâ & formâ materiali; & iam non apparet, quodnam aliud complementum acciperè posset. Vel esset nuda materia, & hæc non posset ad angelum, vt ad naturale complementum sui esse intrinsecè ordinari, quia materia non respicit pro connaturali complemento sui esse, nisi actum informantem, cuiusmodi non est angelus.

Resp. corpus non perficeretur in esse:

Nec posset perfici in operari; nam vel perficeretur in operatione intellectiuâ, & huius capax non est corpus: vel in virtute motiuâ: at corpus non potest esse naturaliter exigens virtutis motiuis angeli: tum quia virtus motiua angeli non est determinata ad vnam speciem motûs, sed indifferens ad omnem lationem; vt est proprium substantiæ independentis à loco; corpus autem quia necessariò pendet à loco, non potest omnes lationum differentias naturaliter exigere; cùm aliquæ sint oppositæ, & destructiuæ corporis. tum quia motus angeli est velocior, quàm possit corpus naturaliter exigere. Ex his patet ad rationem *Caiet.* nam in aliis compositis ab ipso assignatis non militat implicantia, quæ militat in isto.

23. *nec in operari.*

24. *Ad ration. Caiet.*

SECTIO III.

An possibilis sit in Angelo compositio purè spiritualis ex materia spirituali.

ADHVC negatâ in Angelo compositione materiali ex materiâ corporeâ, fingi posset compositio ex materiâ purè spirituali: quæ si nec de possibili dabilis est, demonstro, quòd nec de facto sit. Prima sent. affirm. *Alens. 2. p. q. 20. mem. 2. a. 2. Bonau. in 2. dist. 3. ar. 1. q. 1. & 2. Rich. ar. 1. q. 2. Aureo. q. 1. ar. 3.* inclinat *Rubio q. 1. ar. 3. affirmans*, neutram partem esse per se notam, licet probabiliùs illam neget. Quam sent. *S. Tho. de ente & essent. c. 5.* tribuit *Autkebroni.* Prob. 1. Implicat, idem respectu eiusdem esse agens & patiens: sed angelus respectu eiusdem operationis est agens & patiens: igitur per aliam entitatem est agens, & hæc dicitur forma; per aliam patiens, & hæc dicitur materia. Maior prob. vnumquodque agit in quantum est actu, & patitur in quantum est potentiâ. Si autem idem secundùm eandem entitatem, & ageret & pateretur, idem simul esset in actu & non in actu; in potentiâ & non in potentiâ. 2. Angelus componitur ex genere & differentiâ; nam est in prædicam. substantiæ, in quâ vniuocè conuenit cum reliquis substantiis completis creatis. At genus sumitur ex materiâ, differentia ex formâ. Confirm. ideò Deus non componitur ex genere & differentiâ, quia non componitur ex materiâ & formâ.

25.

26. *Affir. Alens. &c.*

27. *Probant 1.*

28. *Prob. 2.*

3. In Angelo est compositio ex supposito & naturâ, ex subiecto & accidente; at hæc est maior,

29. *Prob. 3.*

Digitized by Google

ior, quàm compositio ex materia & forma spirituali. ergo si datur hæc, & illa minor.

30. *Negant S. Thom. &c. veriùs.*

SECVNDA sent. neg. *S. Tho. 1. p. q. 50. ar. 2. & 2. con. gen. c. 50. & de ente & ess. c. 5. Scoti quodlib. 9. Ioan. de Neapoli q. 24. pu 2. Durr. in 2. d. 3. q. 1. Capr. q. 1. ar 1. Marsil. q. 2. ar. 1. Arg. d 2. q. 1. ar. 1. Bacho. d. 17. ar. 1. 2. & 3. Bannez, Zumel, Valen. Vasq. in cit. locum 1. p. Suarez lib. 1. de Angelis c. 7. & in met. d. 13. sect. 14* verior est. Prob. Omnis compositio ex materiâ

31. *Ex talis principior. simplic.*

& formâ eò essentialiter tendit, vt aliquam perfectionem mediante materiâ acquirat forma, quam forma non habet ex se, ex *præted. sect.* Nullam autem perfectionem mediante tali materiâ spirituali acquirere posset angelus, quam ipse non haberet ex se. Igitur talis compositio possibilis non est: quia nequit res fieri absque suâ essentiâ; & de essentiâ cuiuscunque materiæ est, vt per eam forma aliquam perfectionem acquirat. Minor prob.

32. *Nullam ex eâ perfectionem acquireret spiritus: non quoad esse.*

Non posset Angelus ab huiusmodi materiâ perfici, neque in esse; neque in operari; ergo nullo modo: Nam omnis perfectio aut est secundum esse, aut secundùm operari. Antec. prob. quoad 1. partem. Nulla substantia spiritualis pendere potest à materiâ: vt ostend. tum exemplo animæ rationalis; hæc n. inferior est Angelo, & tamen à materiâ non pendet, vt patet ex eius separatione à corpore; tum à priori; nam substantia spirit. est naturâ suâ perfectior, & independentior substantiâ corporeâ: quæ quantumuis perfecta, attingere non potest gradum substantiæ spirit. quantumuis imperfectæ. Sed aliqua corporea est independens à materiâ, qualis est aut simplex completa, composita tantùm ex partibus integrantibus; aut composita ex materiâ & formâ: nam licet hæc pendeat quoad singulas partes componentes inter se mutuò, non tamen pender quoad totum ab aliquo tertio subiecto. At substantia spiritualis est perfectior corporeâ, etiam completâ. ergo.

33. *Conf.*

Confirm. valet hic discursus: Quælibet substantia ex genere suo est perfectior, & independentior accidente: sed potest aliquod accidens ab omni subiecto diuinitùs separari: ergo à fortiori, quælibet substantia, quantumuis imperfecta poterit ab omni subiecto diuinitùs separari. Igitur valebit hic alius: Quælibet substantia spirit. suo genere perfectior est, & independentior corporeâ: sed aliqua corporea est independens à subiecto: ergo à fortiori quælibet spiritualis erit à subiecto independens.

34. *Obiicit.*

DICES. Non valet hic discursus: Quodlibet accidens spirituale naturâ suâ est perfectius corporeo: sed aliquod accidens corporeum est actiuum: igitur quodlibet spirituale erit actiuum: quia datur spirituale, quod actiuum non est, vt gratia habitualis & character. Ergo nec valet hic alius: Quælibet substantia spirit. naturâ suâ est perfectior corporeâ: aliqua corporea est independens à subiecto: igitur quælibet spiritualis erit à subiecto independens. Resp. independentia à subiecto immediatè fundatur in entitate rei: nam quò res est entitatiuè perfectior, eò est à subiecto independentior: quia quantò magis res habet de entitate, tantò minùs eget sustentatiuo concursu. Actiuitas verò fundatur immediatè potiùs in qualitate perfectionis: quantitas enim, & materia 1. licet perfectiores sint entitatiuè aliquo accidente actiuo, actiuæ tamen ipsæ non sunt. Ratio: actiuitas non consequitur formaliter entitatem rei vt est ad se, sed vt est ad aliud, nempe ad effectum. Et quia potest res minus habere entitatis in se, & magis ordinari ad aliud, nempe ad effectum; ideò potest res minus perfecta entitatiuè in se, esse magis actiua, quàm alia entitatiuè perfectior in se. Non potest autem res minùs perfecta entitatiuè in se, esse independentior aliâ entitatiuè perfectiore in se.

35. *Resp.*

Prob. antec. quoad 2. partem: duplicem operationem habet Angelus; intellectiuam, cum quâ coniungo etiam volitiuam; & motum localem: at propter neutram eget materiâ receptiuâ distinctiuâ: nam vtraque est operatio immanens, quæ essentialiter postulat recipi in eodem principio, à quo elicitur. Loquor de motu locali, qui recipitur in angelo; nam propter motum, qui ab angelo imprimitur in alienum subiectum, multo minùs requiritur distincta materia in angelo: cùm recipiatur in alieno subiecto. At contendit Alens. materiam spiritualem requiri in angelo, vt receptaculum specierum, quæ ad intellectionem prærequiruntur: sicut requiritur materia corporea in homine, vt receptaculum specierum sensibilium, ex quibus abstrahantur species intellig. Sed contrà: vel istæ species, sunt intelligibiles, vel sensibiles: ob neutras requiritur. Minor quoad 1. partem prob. species intellig. connaturalius petunt recipi in intellectu, ad cuius intellectionem illæ deseruiunt: vt patet in animâ separatâ, quæ ad recipiendas species intellig. non eget materiâ distinctâ, sed eas recipit immediatè in seipsâ: quidquid aduersarij fingant in illâ. Ratio: species intellig. concurrunt ad intellectionem determinando potentiam: at connaturaliùs illæ determinant potentiam, adhærendo potentiæ, quàm materiæ distinctæ.

36. *Non perficitur in operari.*

37. *Obiic.*

38. *Resp.*

Non requiritur materia ad species intellig.

39. *Supra n. 21.*

DICES. Esto illæ connaturaliùs recipiantur in potentiâ intellectiuâ, tamen possunt connaturaliter recipi in materiâ distinctâ: Igitur potest cum illâ componere vnum per se. Resp. neg. conseq. quia ad vnum per se componendum essentialiter requiritur, vt componentia ipsa aliquam perfectionem acquirant per compositionem, quam non habent ex se: & omnis intrinseca ordinatio supponit carentiam alicuius perfectionis. Sed angelus per huiusmodi materiam nullam maiorem, aut connaturaliorem perfectionem acquireret, quam ex se non haberet. Minor quoad 2 part. prob. vel species sensibiles non sunt aptæ recipi, saltem connaturaliter, in subiecto spirituali; sicut nec agens materiale, à quo istæ species deberent produci, est aptum agere in spirituale: aut certè si sunt aptæ recipi in subiecto spirit. erunt etiam aptæ immediatè recipi in substantiâ angeli: cùm non minorem capacitatem receptiuam habeat substantia, quàm haberet materia spiritualis; & nulla capacitas in eâ assignabilis sit, quæ assignari non possit in substantiâ angeli. Nec est par ratio de materiâ corporeâ, quæ deseruit animæ intellect. vt receptaculum specierum sensib. quas recipit ab obiectis materialibus: tum quia illa est proportionatum subiectum, tàm respectu formarum sensibilium, quas recipit, quàm respectu agentis materialis, à quo patitur. Tum quia, materia corporea non deseruit animæ intellectiuæ, subministrando illi species sensibiles ab obiectis mater. immediatè impressas, sed species sensibiles à potentiis sensitiuis expressas. Nam quod immediatè concurrit cum intellectu agente ad productionem specierum intellig. non est phantasma impressum. sed expressum; in quo, & non in impresso vitaliter relucet obiectum materiale; ex quo intellectus agens abstrahit quidditatem vniuersalem. Hoc autem necessariò supponit in homine cognitione sensitiuâ, quæ in angelo esse non potest.

40. *nec ad sensibiles.*

41. *Corporea materia discrimen.*

Ad 1 argum. primæ, disting. maior. Implicat, vt idem formaliter respectu eiusdem sit agens, & patiens, concedo; idem entitatiuè, nego: patet in intel-

42. *Ad 1. argu: opposita sent.*

intellectu, qui idem entitatiuè producit, & recipit intellectionem; non tamen idem formaliter: nam agit, vt virtualiter continens intellectionem; patitur vt formaliter carens illâ. Ad prob. dico, idem posse esse in actu virtuali, & in potentiâ formali: vt intellectus simul est in actu virtuali intellectionis, quia continet illam virtualiter, & in potentiâ formali, quia caret actu formalis intellectionis.

43. *Ad 2.* Ad 2. *Durandus in 2. d. 3. q. 1.* negat maior. eò quòd in simplicibus idem est, *quo* sunt, & *quod* sunt; *quo* conueniunt, & *quo* differunt. Sed verius, nego, genus desumi ex materiâ, differentiam ex formâ. Alioqui, ex *S. Tho. de ente & ess. c. 3.* non posset genus prædicari de toto; quia nequit pars prædicari de toto; sed tam genus desumitur ex toto, quàm conuenit cum aliis, quàm differentia, quâ discrepat ab iisdem. Pari ratione in naturis simplicibus genus desumitur ex naturâ, quâ conuenit cum aliis; differentiâ ex eâdem, quâ discrepat ab iisdem. Ad confirm. nego causalem. Ad rationem *Duran.* concedo, in simplicibus idem esse à parte rei, *quo* sunt, & *quod* sunt; *quo* conueniunt, & *quo* differunt; nego tamen esse idem ratione: quod satis est ad compositionem ex genere & differentiâ, quæ est tantùm rationis cum fundamento in re. Ad 3. nego, compositionem ex supposito & natura, subiecto & accidente esse maiorem: nam illa est maior, quæ coalescit ex partibus magis inter se distinctis: materia & forma magis inter se distinguuntur, quia distinguuntur vt duæ substantiæ reales, quàm suppositum & natura; subiectum & accidens: nam illa distinguuntur vt modus & natura; hæc vt subiectum & accidens. 2. nego conseq. nam esto compositio ex materiâ & formâ sit minor, est tamen in angelo impossibilis; in quo tamen impossibiles non sunt reliquæ ex supposito & naturâ, subiecto & accidente.

Ad confirm. Ad rat. Duran.

44. *Ad 3. Primò.*

Secundò.

SECTIO IV.

An Angeli realiter componantur ex essentia & existentia.

45. *Affirm. S. Tho. &c.* PRIMA sent. affirmat, angelos, & quamlibet rem creatam componi ex essentiâ & existentiâ, vt ex rebus realiter distinctis: *S. Tho. 1. p. q. 3. art. 4. 2. con. gen. c. 52. de ente & ess. c. 5. & alibi, Ægid. in 2. dist. 3 p. 1. qu. 1. art. 2. & alibi: Argent. dist. 3. qu. 1. art. 2. Capreol. in 1. dist. 8 qu. 1. Caiet. 1. p. qu. 3. art. 4. & de ente & ess. cap 5. qu 9 & 10. Ferrar. 2. con. gen. cap 52. Domin. de Flandria in 4. metaph. qu. 3. art. 4. Soncin. in 4. metaph. qu. 12. Bannez. 1. p. qu. 3. art. 4. dubio 2. Zumel ibidem qu. vn. concl. 2. & reliquorum ferè Thomist.* Prob. ex *Capreolo & Caiet. 1.* Omnis essentia creata habet aliquid sibi realiter adiunctum, præter suum esse. Nullum *esse* irreceptum habet aliquid sibi adiunctum, præter seipsum: ergo nullum *esse* irreceptum est essentia creaturæ. Ergo *esse* creaturæ distinguitur ab essentia creaturæ: nam si non distingueretur, non posset recipi in illa; atque adeò esset irreceptum, cùm nullum ens recipi possit in seipso. Maior liquet: omnis substantia præter suum esse substantiale habet aliquod esse accidentale sibi adiunctum. Minor prob. si existentia substantiæ creatæ non distingueretur ab eius essentiâ, nullum habere posset esse accidentale sibi adiunctum. Nam vel illud haberet adiunctum identicè: at hoc implicat; sc. cùm esse substantiæ re ipsâ identificari esse albedinis, esse quantitatis, &c. Vel subiectiuè, quia esse substantiæ est subiectum receptiuum accidentis: & hoc etiam implicat; quia cùm *esse* sit vltima actualitas rei, implicat esse subiectum accidentis; alioqui esset, & non esset vltima actualitas rei. Supereſt igitur, vt illud habeat subiectiuè in essentiâ realiter distinctâ ab existentiâ, ratione cuius creatura non solùm est receptiua proprij *esse*, sed etiam aliorum accidentium.

46. *Prob... Capreol Caiet. 1.*

Confirm. ex eo quòd substantia est vltimus terminus substantiæ, nequit vlteriori termino terminari: ergo ex eo quòd existentia est vltimus terminus entis actualis, nequit vlteriori actu actuari: igitur implicabit, si existentia non distinguitur ab essentiâ creatâ, vlteriori actu accidentali actuari. 47. *Confirm.*

2. Omne *esse* irreceptum est infinitum simpliciter. Nullum *esse* creatutæ est infinitum simpliciter: Ergo nullum *esse* creatutæ est irreceptum: ergo distinguitur ab essentiâ creaturæ. Maior prob. Omne purum *esse* est infinitum simpliciter. Omne *esse* irreceptum est purum esse: ergo omne *esse* irreceptum est infinitum simpliciter. Maior est nota; ideò *Esse* limitatur, quia non est purum, sed admixtum naturis prædicamentalibus, quæ limitant illud ad tale, vel tale *esse*, à quibus si deputaretur, maneret omni finitate carens, atque adeò infinitum simpliciter. Minor prob. *Esse* nequit limitari per differentias formales, quia ex *Arist. 3. metaph. tex. 10.* ens non habet differentias sui diuisiuas, ergo limitatur per susceptiuas. Confirm. 1. Si daretur albedo per se subsistens in nullo subiecto recepta, esset infinita in ratione albedinis: ergo si detur *Esse* per se subsistens in nullo subiecto receptum, erit infinitum in ratione *Esse*. Antec. prob. quod est per se tale, habet omnem perfectionem possibilem talis naturæ: nam quod est per se tale, se solo, ac toto se ipso tale est. 2. Si daretur natura generica vel specifica separata, & per se subsistens, non posset esse nisi vna. Ergo si detur *Esse* à subiecto separatum, & per se subsistens, non poterit esse nisi vnum. Antec. prob. natura illa non posset esse diuisa per differentias, à quibus per se abstraheret: ergo non posset esse nisi vna. 3. Quod conuenit creaturæ independenter à causâ effectiuâ, distinguitur realiter ab eo, quod illi conuenit dependenter ab ea: Sed essentia conuenit creaturæ independenter à causâ effectiuâ; existentia non nisi dependenter: nam ante vllam existentiam, homo est animal rationale: ergo vt homo sit talis essentiæ, non habet per causam effectiuam. Confirm. hæc propos. *Homo est animal rationale*, fuit semper vera: hæc autem, *Homo est*, non est vera nisi in tempore. 4. Quotiescunque duo sunt idem realiter, implicat vt oppositum vnius prædicetur de altero; alioqui de eodem prædicari possent contradictoria. At oppositum existentiæ prædicari potest de quâlibet essentiâ creatâ: vt de rosâ non existente prædicatur non existentia: igitur existentia realiter distinguitur ab essentiâ. Confirm. Illud, sub cuius opposito intelligi potest essentia rei, non est idem cum essentiâ eiusdem: Potest autem essentia creaturæ intelligi sub opposito existentiæ. Prob. 5. Quæ tempore separantur, distinguuntur realiter: essentia & existentia creata tempore separantur; nam omnes essentiæ creatæ actu actualitate essentiæ fuerunt ab æterno, cùm tamen ab æterno non fuerint earum existentiæ: & cùm res generabiles corrumpuntur, manent earum essentiæ, non manentibus earum existentiis: Prob. antec. non potest assignari ratio, cur ab æterno possibilis fuerit homo; & non chimæra, nisi quia essentia hominis ab æterno habuit aliquid, ratione cuius potuit fundare respectum possibilitatis, quod non habuit chimæra; hoc autem non potuit esse

48. *Prob. 2.*

49. *Conf. 1.*

50. *Conf. 2. à pari.*

51. *Prob. 3.*

52. *Prob. 4.*

Conf.

53. *Prob. 5. ab aliis eadem sent.*

potentia

potentia Dei: tum quia potentia Dei supponit non repugnantiam in obiecto; ideò enim potest hominem creare, non chimæram, quia in essentiâ hominis non est repugnantia ad existendum, quæ est in chimærâ: tum quia si homo diceretur possibilis, quia in Deo est potentia ad illum creandum: pari modo chimæra diceretur impossibilis, quia in Deo non est potentia ad illam creandam. Consequens est falsum; nam defectus possibilitatis in chimerâ non reducitur in Deum, qui quantùm ex se, est infinitæ virtutis, sed in chimeram ipsam, cui repugnat existere. Tum demum, quia alioqui committeretur circulus: ideò homo esset possibilis, quia posset Deus illum creare; & rursus ideò Deus posset illum creare, quia possibilis est. *Confirm.* Confirm. duæ negationes affirmant: sed non repugnantia ad existendum sunt duę negationes: ergo aliquid affirmant. Igitur homo possibilis ab æterno habuit aliquid positiuum, quod non habuit chimæra impossibilis. 54. *Prob.6.* 6. Si creaturæ existentia non distingueretur realiter ab essentia, nullum foret discrimen inter simplicitatem Dei & substantiæ creatæ: quæ non solùm per compositionem accidentis ex subiecto & accidente, sed etiam per substantialem ex essentiâ & exist. discriminatur ab infinitâ simplicitate Dei. 55. *Prob.7.* 7. Substistentia creata distinguitur ab existentiâ: ergo etiam existentia distinguetur ab essentiâ. 56. *Prob.8.* 8. Essentiæ creatæ ab æterno fuerunt reale obiectum diuinę cognitionis; ergo ab æterno habuerunt reale esse essentiæ: quia obiectum presupponitur ad cognitionem. Antec. ostend. essentiæ creatæ, quà ab æterno fuerunt termini diuinæ cognitionis, non fuerunt nihil, aut entia fictitia, sed realia, quia vt sic fuerunt cognita à diuino intellectu. Non potest autem cognosci vt ens reale, quod in se non supponitur reale; cùm cognitio supponat obiectum secundùm illud esse, quod debet illam terminare.

57. SECVNDA sent. docet, in rebus creatis existentiam modaliter, siue vt alij loquuntur, formaliter tantùm distingui ab essentiâ: *Molin. 1.p.qu.3. art.* 4. *disp.2.* pro quâ citat *Sotum 2 phys. qu.2* Fundam. aliqua distinctio inter existentiam & essentiam creatam necessariò admittenda est, vt argum. pro 1. sent. ostendunt: sed maior, quàm modalis, aut formalis necessaria non est. Tertia negat omnem 58. distinctionem ex naturâ rei inter essentiam & exist creatam, & solam concedit rationis; ac proinde in angelis non esse compositionem realem ex essentia & exist. sed tantùm rationis: *Henr. in sum. art.* 21 *qu.4. & quodlib. 1 qu.9. & alibi: Duran. in 1 dist. 8 p.1. qu.2. Herue. quodlib.7. qu.8. Aureo. in 1. dist.8 p. 1. art.2. & 3. Mayro. qu.5. §. Hu visis: Rub. in 3 d.st. 6. qu.1. Bacho. qu.vn. art.2. Gabr. qu.2. art.1. Biat. disp.3. Suarez tom.2. met. disp.31. sect.4. Valen.1.p.q.3 pu.4. Hurta. in metaph. disp.8. sect.4.* 59. Dubium est de mente *Scoti*; certum, negasse existentiam creatam realiter distingui ab essentiâ, *in 1 dist.8. qu.1. §. Ista dicitur*: An saltem inter eas concesserit distinctionem modalem, aut formalem, affirmant aliqui; negant alij: cum *Lichetto* fido eius interprete *in 2. dist.3. q.1. §. Dico etiam.* & *§. Sed si quæratur*, dicendum, existentiam creatam in sent. *Scoti* ex naturâ rei distingui ab essentiâ, non formaliter, aut modaliter seperabiliter, sed vt modum intrinsecum ab essentiâ inseparabilem. Fundam. *ex 1. dist 8. qu.2. §. Ad 1. argu. princip.* & ex *Mayro. cit.* ea tantùm distinguuntur formaliter in sent. *Scoti*, quæ habent diuersas quidditates in eâdem entitate identificatas; quarum vna perfectè concipi potest sine aliâ, vt sapientia diuina absque bonitate: ea verò distinguuntur vt res & modus intrinsecus eiusdem, quæ non habent diuersas quidditates: & quorum vnum nequit perfectè concipi sine alio, vt sapientia infinita sine infinitate, aut sapientia finita sine finitate. At in doctrinâ *Scoti* existentia est modus intrinsecus essentiæ, quia nec habet diuersam quidditatem ab essentiâ, nec sine eâ potest perfectè concipi essentia in quouis statu considerata.

Molina, & ab hoc citatis Sotus — *Negant omnem distinc.* — *Scotus dubius quoad distinctionem modalem.* — *Quæ in sen. Scoti distinguuntur formaliter.*

DVO declaranda; 1. an essentia creata actualis distinguatur ex naturâ rei ab existentiâ eiusdem: 2. an essentia possibilis distinguatur ab essentiâ actuali, vel existentiâ eiusdem, vt ens positiuum ab ente positiuo reali. Nam multi distinguunt essentiam actualem ab exist. non tamen essentiam possibilem ab essentiâ actuali, vel existentiâ, vt ens reale positiuum ab ente positiuo reali. Alij contrà, essentiam possibilem distinguunt ab exist. vt ens reale positiuum ab ente reali positiuo, non tamen essentiam actualem ab exist. vt *Henri. vii. præsertim quodlib. 9 qu.1. §. Ex consider.* 60. *Declarantur duo rei momenta.*

DICO 1. Essentia possibilis re ipsâ non distinguitur ab essentiâ actuali seu existentiâ, vt ens reale positiuum ab ente reali positiuo, sed vt non ens simpliciter ab ente simpliciter; etsi conceptibiliter distinguatur, vt eadem res positiua in potentiâ concepta à se ipsa in actu posità. Est contra *Henriq. & Albertin. to 2. in prædicam. substan. disp.1. qu.1. concl.* 1, & 2. vbi docet, essentias creatas ante omnem existentiam, ex ipsâ æternitate habuisse esse actuale absolutum quidditatiuum intrinsecum, à parte rei extra Deum; independens ab ipso Deo in genere efficientis, dependens tantùm in genere exemplaris: Quia si per impossibile non esset Deus, nulla foret essentia possibilis: nam essentia creata est participata imago increatæ. Implicante autem prototypo, implicat expressio illius. Fundam. authoris est 5. argum. pro 1. sent. adductum. Verùm hic hanc sent. in fine vitæ retractauit, oppositamque fuisset in 3. to. editurus; quin sæpè ante mortem, & sex septémve horis antè, mihi seriò commendauit, vt in 3. to. hæc sent. vt minùs pia, quippe quæ aliquod esse reale actuale concedat creaturæ independens in genere efficientis à suo Creatore, omninò mutaretur. 61. *Essentia possibilis reipsa non distinguitur ab exist.* *Albertinus retractat.*

Prob. prior pars assert. vel hoc esse reale actuale quidditatiuum, essentiæ creatæ ab æterno habuerunt extra Deum, omninò ex se independenter à Deo; vel aliquo modo dependenter à Deo. Primum aduersarij non admittunt: & meritò, nam omne esse quod unq; tandem illud sit, quatenus à nihilo distinguitur primam originem habere debet à Deo, vt à primo fonte totius *esse*. Sed nec dici 62. potest secundum. Nam vel hanc dependentiam habuerunt essentiæ à Deo, vt ab efficiente. Contrà: omnis illa est mediâ actione, quæ essentialiter terminatur ad rem existentem vt existentem: Vel à Deo vt potente tantùm efficere in actu 1. Contrà: potentia actiua Dei non potest dare, nisi extrinsecam denominationem possibilis: præter quam tamen desumptam à potentiâ actiuâ Dei, aduersarij ponunt in ipsis possibilibus intrinsecum *esse* reale actuale quidditatis. Vel hoc *esse* habuerunt dependenter à Deo vt à cognoscente: Contrà: tum quia cognitio nihil ponit extra cognoscentem, nisi solam denominationem cogniti: cùm tamen per aduers. essentiæ possibilium, præter *esse* cognitum in mente diuinâ, habuerint in seipsis *esse* actuale quidditatiuum distinctum à cognitione diuinâ. Vnde *Scotus, qui in 1. dist. 35. §. Potest dici. & dist. 36.* posuit creaturas ex æternitate ab intellectu diuino quasi productas, secundùm esse diminutum & im- 63. *Non disting. vt ens reale positiuum à reali posit.*

Digitized by Google

& intentionale in esse intelligibili, non posuit illas secundùm hoc esse diminutum & intentionale extra, sed intra intellectum diuinum. Quam sent. bono sensu secutus sum *to.* 1. *disp.* 12. *sect.* 2. Tum quia per aduers. essentiæ debuerunt ratione præcedere cognitionem diuinam, sicut obiectum præcedit actum: ergo non potuerunt à cognitione habere

64. *Communis aduers. doctrina.* suum *esse* actuale quidditatis. Vel demum hoc *esse* reale quidditatiuum essentiæ ab æterno habuerunt à diuinâ essentiâ vt à protorypo omnium. Contrà: diuina essentia, vt primum exemplar non ponit exemplata extra se, nisi quando actu ab illâ exemplantur, mediâ actione productiuâ ad extra; sicut nullum prototypon creatum ponit exemplatum extra se, nisi quando illud actione artificis ad extra exemplatur. Cæsar enim vt prototypon nullum sui exemplatum ad extra ponit, nisi actione pictoris, aut sculptoris pingentis, aut sculpentis ipsum.

Ratio Quia nulla causa in actu 1. tantùm considerata ponit suum effectum ad extra: ergo nec causa exemplaris ponere poterit suum effectum extra se solùm in actu 1. considerata. Sed diuina essentia ab æterno fuit tantùm in actu 1. exemplar, sicut in actu 1.

à priori. tantùm fuit causa ad extra productiua. Ratio: nulla causa ponere potest suum effectum extra se, nisi mediâ causalitate: sed causalitas exemplaris est eadem re ipsâ cum causalitate agentis per intellectum: ergo nisi hæc ponatur, non poterit illa poni: ac proinde nec poni poterit exemplatum, quod est effectus illius. Sicut nequit poni causalitas finis, nisi ponatur causalitas efficientis, cum quâ finis causalitas identificatur. Confirm. 1. Sicuti per aduers. ante

65. *Conf.* 1. potentiam creatiuam supponi debet discrimen inter chimæram & hominem, cur potiùs vnum, quàm aliud possit esse terminus creabilis; ita ante causam exemplarem supponendum est discrimen inter chimæram & hominem, cur potiùs vnum, quàm aliud sit à diuinâ essentiâ exemplabile, ac proinde ante diuinam essentiam, vt causam exemplarem supponi debent reales essentiæ rerum, cum suo *esse* actuali quidditatiuo extra Deum, atque adeò etiam in genere causæ exemplaris independentes à Deo, quod est contra ipsos aduers. 2. vt rectè

66. *Conf.* 2. *Scotus in* 1. *dist.* 36. §. *Per idem*, si per impossibile auferretur omnis potentia à Deo tam actiua, quàm exemplaris, adhùc maneret discrimen inter chimæram & hominem: quia semper in vno maneret intrinseca repugnantia ad essendum: in alio non maneret, quia quantum esset ex se, esset aptum ad existendum, sed tantùm esset extrinseca repugnantia defectu potentiæ productiuæ & exemplaris. Igitur non minùs ad causam exemplarem, quàm ad productiuam supponi debet non repugnantia termini exemplabilis, & producibilis. Ergo si propter hanc non repugnantiam, quæ ad potentiam productiuam Dei in termino producibili supponitur, admittendæ sunt essentiæ rerum cum actuali *esse* quidditatiuo extra Deum, independentes in genere efficientis: pari modo admittendæ erunt eædem essentiæ cum eodem *esse* actuali quidditatiuo extra Deum independentes in genere causæ exemplaris: nec aduersarij saluare poterunt in essentiis dependentiam in genere exemplaris à Deo.

67. *Prob.* 2. *eadem assert.* Prob. 2. Non minùs ab æterno possibilis fuit existentia hominis, quàm eius essentia: ergo si propterea ponenda est essentia ab æterno, ponenda quoque existentia. Antec. prob. existentia est ens reale, non minùs quàm essentia; ergo ab æterno debuit exemplari à diuinâ essentiâ, vt à primo exemplari omnis entis: ergo ab æterno habere debuit *esse* actuale quidditatiuum existentiæ extra Deum. Neque dicas, existentiam importare solum exercitium essendi, quod ab æterno non fuit: nam cùm conceptus existentiæ, etiam vt distinctus ab essentiâ, sit realis; & omnis conceptus realis pendeat à diuinâ essentiâ vt à primo exemplari omnis entis, debuit ab æterno exemplari, atque adeò actu poni extra Deum, secundùm conceptum quidditatiuum existentiæ, non exercitè, sed signatè. Prob. 3. vel

68. *Prob.* 3. essentiæ ante existentiam multiplicantur numero, sicut multiplicantur, cùm actu fiunt existentes in propriis naturis; vel tantùm specie, & genere. Secundum dici non potest, quia non solùm ab æterno possibilis fuit essentia generica animalis, aut specifica hominis, sed etiam individua Petri. Nec minùs ab æterno exemplabilis fuit à diuinâ essentiâ natura individua Petri, quàm generica animalis, aut specifica hominis. Nec dici potest primum; nam vel ea-

69. dem essentia individua Petri, quæ fuit ab æterno, fit actu existens in Petro, vel alia numero. Non potest dici alia numero: nam hæc numero, quæ nunc actu est in Petro, fuit possibilis ab æterno, alioqui non fuisset possibilis. Si primum interrogo, quid producitur, cùm actu illa fit existens? si tantùm existentia, vt aduersarij dicunt; ergo quod est principalius in quâuis re creatâ, qualis est essentia, non producitur actione Dei, sed tantùm modus rei.

Præterea sequeretur 1. in sent. aduers. qui do-

70. *Absurdum contra aduers.* cent, naturam humanam Christi existere existentiâ increatâ Verbi, nihil præter vnionem hypostaticam, fuisse productum. Nam eius essentia, cùm fuerit ab æterno, non fuit producta; existentia, cùm sit increata, non potuit produci; ergo sola vnio hypost. fuit producta. Ex quo vlteriùs sequitur, illam non fuisse creatam: nam vnio hypost. quæ tantùm fuit producta, non est creata, sed educta ex potentiâ obedientiali humanitatis. Sequeretur etiam, si sola vnio hypostatica corrumperetur, talem naturam statim futuram, vt anteà erat, potentiâ tantùm. Sequeretur 2. tolli veram rationem creationis: nam in hac sent. existentia producitur dependenter ab essentiâ, vt à potentiâ passiuâ. Igitur tollitur vera ratio creationis, quæ in omni

71. *Aliud.* sententiâ est productio rei ex nihilo subiecti. Si verò tota res producitur, quoad essentiâ, & existentiâ, vt sentire videtur *Henri.* tunc & frustrà ponitur essentia ante exist. & non eadem individua essentia, quæ fit actu existens, fuit ab æterno possibilis: nam quæ fuit ab æterno possibilis, non habet causam efficientem, sed tantùm exemplarem: non enim per aduers. essentia hominis habet causam efficientem, vt sit animal rationale, hoc enim per ipsos homo habet ex se necessariò, dependenter tantùm à Deo in genere causæ exemplaris. Igitur non poterit esse eadem essentia quæ fit cum eâ, quæ ab æterno fuit, si tota essentia rei producitur.

72. Prob. posterior pars assert. etsi nihil reale actuale, aut essentiæ, aut existentiæ re ipsâ productionem præcedat; potest tamen res ipsa, antequam existat positiuè concipi secundùm prædicata essentialia, quæ illi in quouis statu considerato necessariò conueniunt. Hoc autem non est, quia in re ipsa, antequam existat, sit aliquid actuale reale extra Deum, sed quia in quouis statu res conceptibilis est cum iis prædicatis, sine quibus implicat existere. Atque hoc modo dicuntur essentiæ rerum obiectiuè, & in potentiâ logicâ, non subiectiuè & in se ipsis realiter esse; quia intellectus habet fundamentum eas positiuè concipiendi secundùm positiuum *esse*, non quod re ipsâ habent antequàm existant, sed quod habere possunt, vel haberent ex suppositione quòd existerent. Quo fit, vt ante-

73. *Bisling. vt eadem res posit. in potentia, à se ipsâ in actu posità.*

quam

Digitized by Google

quam res existant, realiter non sint, nisi vel in virtute causarum, vel intentionaliter & repræsentativè in notitiâ cognoscentis Dei, aut creaturæ.

74. *Existentia creata sola ratione distinguitur ab actuali essentia.*

Dico 2. Nulla existentia creata re ipsâ, sed tantùm ratione distinguitur ab actuali essentiâ; & consequenter Angeli re ipsâ non componuntur ex essentiâ & existentiâ, compositione physicâ & realî, sed tantùm metaphysicâ & rationis. Prior pars prob. Implicat ens actuale per aliquid à se distinctum à quocunque alio ente distingui. ergo implicat existentiam re ipsâ distingui ab actuali essentiâ: nam ens sit formaliter in actu per existentiâ: per eâ.n. primò res extrahitur extra suas causas, fitque in se ipsâ actu ens, quæ anteà tantùm erat in potentiâ ens. Nihil .n. aliud est existere, quàm extra causam fieri. Anteced. prob. vt ens actuale re ipsâ distinguatur ab alio ente actuali; debet priùs in se ipso supponi ens in actu, alioqui non distingueretur vt ens actuale, sed tantùm vt ens potentiale; vt homo distinguatur à lapide, debet priùs supponi constitutus in esse hominis: hoc est intelligibile, vnum extremum re ipsâ distingui ab alio formaliter per ipsum extremum, à quo distinguitur: cùm omnis distinctio realis necessariò supponat duo constituentia, atque adeò duo constituta realia. Cùm igitur ens actuale formaliter constituatur in esse entis actualis per existentiam, implicat vt in ratione entis actualis re ipsâ distinguatur ab existentiâ. Alioqui distingueretur, vt supponitur; non distingueretur, quia vt ens actuale tanquam extremum distinctum ab existentiâ, supponeretur iam existens; cùm non posset supponi vt ens actuale distinctum ab alio, nisi per existentiam formaliter. Confirm. per aduersarios existentia recipitur in essentiâ, vt actus in potentiâ: potentiâ autem vt possit actum realiter recipere, debet esse ens in actu, extra causas positum, atque adeò existens: cùm nequeat actum realiter recipere, quod tantùm est ens potentiale & in causâ.

75. *Conf.*

76. *Angeli ex essent. & existit. non componuntur.*

Posterior pars prob. ex eo quòd creatura non habet *esse* necessariò & à se, sed contingenter & ab alio, præbet intellectui fundamentum distinguendi eius essentiam ab existentiâ, concipiendo essentiam vt præcisam ab existentia, & vt in potentia ad existentiam. Quod fundam. non præbet Deus, qui necessariò existit, atque adeò in Deo nulla concipi potest rationis compositio ex *esse* & essentiâ; cùm repugnet ens necessarium & ex se existens concipi cum potentiâ ad existendum: nam hoc ipso non conciperetur vt ens necessarium, sed vt contingens. Cæterùm, essentiam ratione distingui ab existit. non est intelligendum de essentiâ conceptâ vt actuali formaliter; sic enim ne ratione quidem distinguitur ab existit. cùm includat illam vt rationem formalem constituentem; sed de essentiâ præcisè tantùm conceptâ; cùm hæ conceptibiliter quidem possit vnum extremum ab alio distingui per rationè formaliter inclusam in vtroque.

77.

Præterea distinctio essentiæ ab existit. non est distinctio duarum formalitatum; quarum vtraque perfectè præscindat obiectiuè ab altera, sed distinctio tantùm rei à modo includente rem, cuius est. Vnde licèt essentia præscindere possit ab existentia actuali, hæc tamen perfectè præscindere non potest ab essentiâ, cùm sit actuale exercitium ipsius. Vti licet concipi possit entitas sine finitate, vel infinitate: finitas tamen vel infinitas concipi nequit absque entitate, cùm sit modus intrinsecè modificans entitatem. Doctrina hæc colligitur ex *Scoto* suprà.

78. Deducitur 1. materiam non existere existentiâ formæ, sed propriâ; tum quia nulla res existere potest alienâ: tum quia cùm debeat præsupponi priùs naturâ vt subiectum sustentatiuum formæ, nec possit, nisi vt ens in actu extra causas positum, priùs naturâ quàm recipiat existentiam formæ, supponi debet existens. *Materia habet propriam existit.*

79. 2. humanitatem Christi non existere existentiâ increatâ, sed creatâ ob eandem rationem: nam vnio, quæ copulat humanitatem cum Verbo, supponit humanitatem iam existentem, cùm supponat illam vt ens in actu extra causas positam. *Humanitas Christi.*

80. 3. contra *Scotum apud Bannez suprà*, accidentia non existere existentiâ substantiæ, sed accidentali propriâ: tum quia opposita sent: repugnat mysterio Euchar. in quo nihil de substantiâ panis & vini remanet, cùm tamen in eâ sent. admittendum sit, remanere substantialem existentiam panis & vini; per quam eorum accidentia existant. Tum quia sequeretur 1. accidentia supernaturalia existere existentiâ naturali substantiæ, cui inhærent: quod repugnat; cùm existentia proportionari debeat essentiæ. 2. accidentia materialia in homine existere existentiâ spirituali animæ; cùm in hâc sent. non sit alia existentia in homine, præter existentiam animæ rationalis. Tum quia cùm existentia sit connaturalis actus essentiæ, debet illi esse proportionata: Atqui existentia substantiæ non est proportionata accidenti, cùm hoc sit inhærens, substantia verò per se existens. *Accidentia, Panis in Eucharistia. à priori.*

81. 4. etiam modos reales existere existentiâ propriâ modali; modaliter distinctâ ab existentia fundamenti, cuius sunt modi. Tum quia modi sunt actu entia extra causas posita; tum quia produci & corrumpi possunt, in producto & incorrupto subiecto, in quo sunt: omnis autem productio terminatur ad aliquod existens, cùm ponat illud extra causas. Contrà verò omnis corruptio terminatur ad non existens, cùm tollat illud è rerum natura. *Modi quoque.*

82. Ad 1. argum. primæ, neg. minor. Ad prob. Resp. *esse* rei actualis habere alia *esse* sibi adiuncta, non identicè, sed subiectiuè: neque est contra existentiam, esse subiectum alterius formæ existentis; quia existentia non est vltimus terminus simpliciter, sed solùm in certo genere, vt existentia substantiæ est tantùm vltimus terminus in genere entis actualis substantialis, non autem accidentalis. Ad confirm. Resp. ex ea tantùm sequi, cùm subsistentia sit vltimus terminus substantiæ, non posse vlteriori termino substantiali eiusdem rationis terminari: potest autem accidentali & diuersæ rationis. *Ad arg. opposita sent: Ad conf.*

83. Ad 2. dist. maior. Omne *esse* irreceptum effectiuè, est infinitum simpliciter, concedo; omne *esse* irreceptum subiectiuè tantùm, nego. Porro *esse* creaturæ licet sit irreceptum subiectiuè, non est tamen irreceptum effectiuè, quia producitur à Deo à quo limitatur effectiuè. Non enim *esse* tantùm limitatur per subiectum, sed etiam per efficiens efficienter; formaliter autem per ordinem ad aliquam operationem: cùm omne *esse* sit propter aliquam operationem, per ordinem ad quam quodlibet ens creatum limitatur. *Ad 2.*

84. Cæterùm cùm Arist. docet, entis non posse diuidi per differentias formales, non loquitur de diuisione limitatiuâ simpliciter, sed contractiuâ tantùm per certam differentiam ad determinatam speciem in lineâ prædicam. cùm enim ens sit transcendens, & intrinsecè inbibitum in quouis particulari ente, repugnat illud per certam differentiam contrahi ad determinatam speciem prædicam. Nam tunc differentia contractiua non differret à ratione contrahibili. Propter quod ibidem concludit, ens non esse genus, quia nec genus prædicatur de differentiis, nec differentiæ de genere; *Explicatur Arist.*

Digitized by Google

85. cùm tamen ens de omnibus prædicetur. Ad prio-
Ad 1. conf. rem confirm. nego antec. nam esto talis albedo non esset limitata subiectiuè, esset tamen limitata
Ad 2. effectiuè. Ad postet. concedo, talem naturam sic abstractam non fore nisi vnam: sed talis vnitas esset tantùm ex suppositione, quòd illa eo modo poneretur à parte rei, sicut esset in intellectu, abstracta ab omnibus inferioribus. Quæ hypothesis implicat, cùm implicet produci naturam ab omni differentiâ præcisam: nam omnis productio terminari debet ad aliquod ens particulare. Nego autem, hoc modo se habere *esse* creatum non receptum subiectiuè in essentiâ creatâ. Quia licet illud non sit receptum in essentiâ, est tamen limitatum & individuatum per se ipsum, & per ordinem ad aliquam
86. operationem. Ad 3. neg. minor. quod 1. partem:
Ad 3. Ad prob. nego, homini independenter à causâ efficiente actu conuenire verum *esse* hominis, sed tantùm in potentiâ, quatenus potest illud virtute Dei habere, seu quatenus illi tale *esse* non repugnat à Deo efficienter recipere. Propositio autem illa: *Homo est animal rationale*: est vera: non quia independenter à Deo aliquid reale, quod actu insit, de illo prædicetur; sed quia si homo produceretur, talem deberet habere naturam. Vnde est vera hypothetica & in sensu conditionato: quamquam illam absolutè pronuntiamus, sicut & concipimus, propter essentialem connexionem prædicati cum subiecto.

87. *Instat.* At instat *Capreolus*; Si talis propositio esset tantùm vera in sensu hypothetico & conditionato, etiam hæc ab æterno fuisset vera; *Homo est*: nam etiam ex suppositione, quòd homo existeret, esset.
Resp. Sed contrà; tum quia verbum *Est*, quando est de secundo adiacente, supponit tantùm pro actuali existere; non autem quando est de tertio. Tum quia est de 2. adiacente non prædicat aliquid essentialiter connexum cum naturâ hominis, in quouis statu considerata. Sed instat *Albertin.* Saltem ab æterno
88. *Instatur* fuisset vera hæc: *Homo est subsistens*: nam ex suppositione, quòd homo existit, necessariò subsistit: & cùm non sit de 2. sed de tertio adiacente, non limitatur ad significandum exercitium tantùm actualis
Resp. subsistentiæ. Resp. æquiuocatio est in termino, *subsistens*: nam interdum sumitur pro ipso exercitio
Vox subsistens variè accipitur. subsistendi, sicut terminus *existens*. Et in hoc sensu neque de 3. adiacente prædicari potuit de homine ab æterno; sicut nec terminus *existens*. Nam quando verbum *est* copulat prædicatum accidentale cum subiecto, neque de 3. adiacente potest de illo semper prædicari. Interdum verò accipitur tantùm pro solâ capacitate ad subsistendum, seu pro ipso subsistere in actu 1. Et in hoc sensu semper vera fuit hæc: *Homo est subsistens*, siue *Homo est ens per se existens*. Idem n. significat, ac *Homo est substantia*, quæ non minùs quàm hæc, *Homo est rationalis*, fuit semper vera.

89. *Ad conf.* Ad confirm. neg. conseq. Nam prima propositio fuit vera ab æterno in sensu tantùm conditionato; 2. est vera in tempore in sensu absoluto. Pro quo
Verbum EST non semper predicat aliquid actu inhærens subiecto. nota, verbum *est* non semper prædicare aliquid actu inhærens subiecto, sed interdum prædicare id quod erit, vel quod esset, aut possibile est: vt in hac propos. *Res est futura*, non prædicatur *esse* quod actu est, sed quod erit. Eodem modo in hac aliâ, *Rosa est possibilis*, non prædicatur aliquod *esse* de rosâ, quod nunc est, sed quod possibile est. Pari modo hæc: *Homo est animal rationale*, fuit ab æterno vera, non propter *esse* quod de homine ab æterno prædicabatur, sed propter *esse*, quod ab æterno possibile fuit.

90. *Ad 4.* Ad 4. dist. maior: Quotiescunque duo sunt idem realiter, impossibile est, vt oppositum vnius prædicetur de altero adæquatè accepto, concedo; inadæquatè accepto, nego. Sic de naturâ humanâ Petri adæquatè acceptâ non potest prædicari negatio singularitatis; de quâ tamen inadæquatè acceptâ prædicatur, non obstante, quòd hæcceitas etiam per aduers. re ipsa non distinguatur à naturâ humanâ Petri. Ratio: prædicatio sequitur modum concipiendi; & quia potest intellectus abstrahere vnum ab alio, quod à parte rei distinctum non est, potest de illo vt sic abstracto & concepto oppositum eius affirmare, quod ei à parte rei conuenit. Neque hoc modo sequitur, de eâdem re contradictoria prædicari; quia non prædicantur de re eodem modo acceptâ, quod ad contradictionē necessariò requiritur.

Prædicatio sequitur modum concipiendi.

Principium autem illud in confirm. assumptum 91.
solùm probat, existentiam non esse de conceptu quidditatiuo essentiæ creatæ, quod vltrò concedo; non probat, quòd ab illâ re ipsâ distinguatur. Multa enim sunt, quæ ad quidditatem rei non spectant, re tamen ipsâ ab essentiâ ipsius non distinguuntur, vt sunt omnia accidentia metaphysica, sub quorum opposito essentia rei concipi potest: vt essentia naturæ humanæ concipi potest cùm opposito hæcceitatis, quæ tamen à naturâ in hoc, vel in illo individuo existente non distinguitur. Ad 5. neg. minor, 92.
& vtraque prob. nunquam enim essentia creata se- *Ad 5.*
paratur ab exist. siue res producatur, siue corrumpatur: sed res tota producitur quoad essentiam & exist. & tota corrumpitur quoad essentiam, & exist. Solùm autem dicitur res quoad essentiam, vel ab æterno fuisse, vel semper manere, non in se realiter & actu extra Deum, sed conceptibiliter & in potentiâ, quà intellectus potest illam per modum entis realis concipere; & non repugnat illi *esse*. Cur 93.
homini non repugnet existere, repugnet chimæræ, *Essentiæ & chimæræ discrimen.*
non est; quia homo ante existentiam habet aliquod *esse* reale actuale quidditatiuum extra Deum, quod non habet chimæra; cùm ante exist. tam homo, quàm chimæra sit simpliciter non ens; cùm vtrumque ante exist. sit pura negatio: sed quia homo importat talem connexionem prædicatorum, quorum vnum in suâ ratione formali non destruit alterum: chimæra contrà, talem importat connexionem prædicatorum, quorum vnum in suâ ratione formali destruit alterum. Et quia talis connexio prædicatorum præsupponitur ad omnipotentiam Dei, non per modum entis realis extra Deum, sed potentiâ logicâ & obiectiuâ eo modo quo supponuntur negationes cum suis terminis negatis; ideò ante omnipotentiam Dei per modum obiecti præcedit possibilitas vnius, & impossibilitas alterius. Quare tam homo, quàm chimæra fuerunt ab æterno in se ipsis nihil & puræ negationes, adhuc tamen ab æterno homo differebat à chimærâ ratione termini negati: quia homo ab æterno erat negatio termini non inuoluentis repugnantiam prædicatorum inter se: chimæra erat negatio termini inuoluentis repugnantiam prædicatorum inter se. Ex his patet ad 94.
confirm. negatio repugnantiæ, quæ ab æterno con- *Ad conf.*
ueniebat homini, & non conuenientabat chimæræ, non affirmabat aliquid, quod actu ineset homini, sed quod poterat ineste. Nam illa duplex negatio non cadebat in negationem hominis, quæ ab æterno erat, sed in terminum negatum, qui ab æterno possibilis erat. Hæc solutio colligitur ex *Scoto in* 1. *dist.* 36. §. *Per idem.* Ad 6. neg. sequel. nam adhuc creatura differt à Deo, non solùm per compositionem 95.
accidentalem ex subiecto & accidente, sed etiam *Ad 6.*
per substantialem ex naturâ & supposito; imò per ipsam ex essentiâ & exist. quæ licet non sit physica & realis, est tamen metaphysica & rationis in creaturâ, quæ non est in Deo, cuius *esse* est de quidditate

Digitized by Google

tate Dei; cùm non modo nequeat concipi sub opposito existentiæ, verùm etiam necessario concipi
96. debet cum actuali existentiâ. Quo fit, vt hæc propositio non sit simpliciter concedenda: *Creatura est suum esse*. vt de Deo conceditur: tum quia importat prædicationem essentialem, creatura autem accidentaliter existit: tum quia pronomen *Suum* in Deo non solùm importat possessionem formalem, sed etiam excludit effectiuam ab alio participatam; quod de creaturâ, quæ *suum esse* à Deo per participationem effectiuè possidet, dici non potest. Ad 7.
97. neg. conseq. quia existentia est ratio, quâ res primò fit ens in actu extra causas: Implicat autem, rem primò fieri ens in actu extra causas per aliquid à se distinctum. Subsistentia verò est, quâ res in actu posita, & extra causas existens, fit alteri incommunicabilis. Non repugnat autem rem iam existentem vlteriùs fieri alteri incommunicabilem per
98. aliquid à se distinctum. Ad 8. nego conseq. essentiæ .n. ab æterno fuerunt obiecta diuinæ cognitionis, non propter aliquod *esse* reale, quod in se ipsis extra Deum habebant, sed propter *esse* reale, intelligibile & intentionale, quod in Deo ab æterno habuerunt. Nam Deus, vt docet *S. Tho.* 1. *p. q.* 14. *ar.* 5. *& 2. con. gen. c.* 53. per suam increatam essentiam est species intelligibilis, & intentionalis similitudo omnium rerum: proinde vt eas intelligat, secundùm proprium *esse* ipsarum, non requirit in ipsis aliquod *esse* extra se; cùm illas in se ipso in *esse* intelligibili, quod ad res intelligendas tantùm requiritur perfectissimè contineat. Hic disputandum esset de substantiali compositione naturæ & suppositi angelici: at hæc difficultas propriam sedem habet in mysterio Incarnationis.

Pronomen SVVM in Deo quid importet.

Ad 7.

Ad 8.

99.

SECTIO V.

An Angeli sint naturâ suâ incorruptibiles?

100. INcorruptibile dicitur dupliciter, 1. vt opponitur *corruptibili* propriè sumpto; quod teste Arist. *de gener. c.* 3. *est transmutatio de ente in actu, in eis in potentiâ*: Quidquid autem est hoc modo *corruptibile*, necessariò componitur ex materiâ, quæ transmutatur, & formâ, in cuius priuationem transmutatur. 2. vt opponitur *annihilabilitati*, quod est destruibile per substractionem influxus creatiui. Omnes con-
101. ueniunt, Angelos naturâ suâ esse incorruptibiles primo modo; cùm non constent ex materiâ, ex quâ transmutentur, & formâ, in cuius priuationem transeant; sed sint simplices substantiæ per se subsistentes: Vt enim aliquid sit hoc modo corruptibile, debet posse in se ipso recipere aliquid, quod sit destructiuum sui esse; ex ipsa defin. *corruptibilis* à
102. Philos. assignatâ. At vt posset angelus in seipso recipere aliquid destructiuum sui esse, deberet in eo distingui receptiuum à destruibili siquidem implicat, receptiuum recipiendo formaliter destrui: aliàs esset; quâ recipiendo deberet ipsum receptibile causare: non esset, quâ destrueretur. Implicat igitur, vt dum receptiuum causat, receptibile destruatur; quia implicat, vt dum effectus causatur, causa destruatur. Sed nequit in angelo receptiuum distingui à destruibili; cùm sit simplex substantia carens partibus tam essentialibus, quàm integralibus physicis. Ergo Angelus est hoc modo incorruptibilis.
103. tam intrinsecè per negationem potentiæ intrinsecæ ad corruptionem, quàm extrinsecè per potentiam extrinf. agentis. 3. Puctus controu. an sicut Angeli sunt ab intrinseco incorruptibiles, per negationem intrinsecæ potentiæ ad corruptionem, sint etiam ab intrinseco inannihilabiles, per negationem intrinsecæ potentiæ ad annihilationem.

Doctores in quo conueniunt.

Esse & non esse.

Punctus controuersiæ.

Prima sent. *Vasq.* 1. *p. disp.* 182 *c.* 2. negantis, Angelos esse ab intrinseco inannihilabiles, sed potiùs esse ab intrinseco annihilabiles per realem potentiam annihilabilitatis in ipsis existentem. Probat 1. auth: *Scholast. Alens.* 1. *p. q.* 4. *me.* 3. *Bonau. in* 1. *dist.* 8. *ar.* 2. *q* 2. *Rich. ar.* 2. *q.* 2. *Scoti q.* 5. §. *Ad quæst. & in* 4. *dist.* 49. *q.* 6. §. *Hic duo sunt, Gabr. in* 2. *dist.* 2. *q.* 1. *ar* 2. *concl.* 6. Secundò ex Patribus præsertim *Sophronio*, cuius epist. recitata fuit in 8. *Synodo act.* 11. & approbata *act.* 13. vbi docet, angelos & animos non esse *naturâ suâ*, sed *gratiâ immortales*: Idem docet *Hieron. in c.* 1. *epist. ad Titum multò post init.* vbi ait, Angelos *gratia esse immortales*, solumque Deum suapte naturâ esse immortalem. 3. Omnes res, antequam fiant, habent natiuam potentiam realem, non physicam, sed logicam, seu non repugnantiam ad esse, ratione cuius subdi possunt potentiæ facientis. Ergo omnes res, quando sunt, habent natiuam potentiam realem, non physicam & subiectiuam, sed logicam, per non repugnantiam ad non esse, ratione cuius subdi possunt potentiæ destruentis. Confirmat 1.
Aureol. in 1. *dist.* 8. *p.* 2. *ar.* 4. Si angelus non esset annihilabilis ex se; igitur esset inannihilabilis ex se; ergo non posset annihilari à Deo, quia quod est inannihilabile ex se, per nullam potentiam annihilari potest. Sicut quia angelus est incorruptibilis ex se, per nullam potentiam corrumpi potest. 2. Angeli conseruantur à Deo, non quia non sunt defectibiles ex se, quia quod non est defectibile ex se, non eget extrinseco conseruante: ergo quia sunt defectibiles ex se; ergo annihilabiles ex se. 3. sequeretur, Angelos esse entia necessaria; nam quod ex se est inannihilabile, ex se includit necessitatem ad essendum. 4 Cuilibet potentiæ actiuæ respondet passiua: Deus habet potentiam actiuam annihilandi Angelos: Igitur Angeli passiuâ annihilabilitatis.

Sent. 1. Vasq. neg.

Ratio.

Confir.

1.

2.

3.

4.

Secunda affirmat, Angelos esse ab intrinseco inannihilabiles; esse tamen annihilabiles ab extrinsecâ potentiâ Dei: *S. Tho.* 1. *p. q* 9. *ar.* 2. *& q* 50. *ar* 5. *& 2. con. gen. c.* 55. *Caiet. & Ferrar. cit. Dur. in* 1. *dist.* 8. *p.* 1. *q.* 3. *Capr. q.* 3. *Bannez* 1. *p. q.* 9. *cit. Zumel q.* 50. *cit. ar.* 5 *q.* 1. *Valent. q.* 1. *pu.* 4 §. *Porro. Suarez lib.* 1. *de Angelis c.* 9. Hæc sent. probabilior est, etsi sit de puro modo loquendi disceptatio. Nam vtriusque sent. auctores conueniunt, neque in angelis, neque in re vllâ creatâ esse positiuam potentiam ad sui non esse, sed solam non repugnantiam, vt possit esse terminus diuinæ potentiæ annihilantis: sicut nec in rebus, antequam sint, est passiua potentia ad esse, sed sola non repugnantia, vt possit esse terminus diuinæ potentiæ creantis. An propter hanc non repugnantiam dici debeant angeli, & res cunctæ creatæ ab intrinseco, & non tantùm ab extrinseca potentia Dei, annihilabiles? Mihi arridet modus loquendi Thomist. tum quia illum vsurpant Patres, appellantes angelos, & animos nostros *immortales*, ab *interitu liberos*, *naturâ suâ immutabiles*: tum quia nec cœlum dicitur simpliciter corruptibile, propriè sumpto nomine corruptionis, per solam non repugnantiam, quam habet, vt ab eo propria forma separari possit: nec terra dicitur sursum, & ignis deorsum mobilis, propter solam non repugnantiam, quam vtraque habent ad contrarios motus, vt subiecta Deo: & vniuersaliter nulla res denominatur simpliciter potens per solam non repugnantiam, quam habet, vt subiecta Deo. Quia denominatio potentis, est denominatio à formâ naturali, positiuè inclinante ad terminum, ad quem res dicitur

Sent. affir. verior.

107. *Arridet modus loquendi Thomist.*

Inducitur.

Ratio.

Digitized by Google

potens, sed neque in angelis, neque in re vllâ, est naturalis potentia positiuè inclinans ad non esse: ergo nulla res dici potest simpliciter, & naturâ suâ annihilabilis; sed tatùm ab extrinsecâ potentiâ Dei.

108. Dices. Tunc poterit res denominari simpliciter potens ab intrinsecâ non repugnantiâ, quando cum hâc nulla supponitur natiua potentia positiuè inclinans ad oppositum: nam quando subiectum habet duas formas oppositas, semper denominatur à potiore. Atqui in cœlo cum non repugnantiâ ad priuationem propriæ formæ, est natiua potentia positiuè inclinans ad propriam formam: in terra, & igne cum non repugnantiâ ad motum violentum, est natiua potentia positiuè inclinans ad oppositum motum sibi connaturalem. Contrà verò in angelis, & in quâuis re creata, cum non repugnantiâ ad non esse, nulla supponitur natiua potentia positiuè inclinans ad esse; quia hæc non repugnantia fundatur in essentiâ creaturæ, in quâ non potest esse potentia positiuè inclinans ad esse, quia essentia, vt abstrahit ab existentiâ, non est aliqua entitas positiua, in quâ fundari possit positiua inclinatio ad esse. Resp. 1. neg. maior. quia cùm non repugnantia fit pura negatio, siue cum eâ sit coniuncta positiua potentia ad oppositum, siue non, nunquam poterit denominare subiectum simpliciter potens: quia hæc denominatio essentialiter pòstulat potentiam positiuè inclinantem. 2. neg. minor quoad 2. partem; quælibet enim res eo ipso quod est, naturali appetitu inclinat ad suum esse, non per distinctam potentiam; cùm nulla potentia positiua distingui queat ab ipso esse rei, in quo omnis realis ratio imbibitur, sed per se ipsam, eo modo, quo quæuis ratio realis dicitur inclinare ad se ipsam, non tantùm negatiuè, quatenus non inclinat ad non esse, sed etiam positiuè, quatenus se ipsa naturali pondere propendet ad suum esse. Ad prob. dico, non repugnantiam, quam quæuis res creata, vt subiecta Deo habet ad non esse, non fundari in essentiâ creaturæ, vt abstractâ ab existentiâ, sed potius vt contractâ ad existentiam: quia talis non repugnantia est ad admittendum esse, quod habet: igitur debet includere esse, vt possit dicere non repugnantiam ad illud amittendum. Materia enim non dicitur habere potentiam ad amittendam formam, quatenus distincta est à formâ, sed vt includens formam: cùm nemo dicatur habere potentiam ad amittendum quod non habet, sed quod habet. Cæterùm hæc non repugnantia, quam quæuis res creata vt subiecta Deo habet ad non essendum, non repugnat positiuæ inclinationi, quam ex se naturaliter habet ad essendum: nam illam habet, vt obedientialiter subiecta Deo; hanc verò in ordine ad naturalem constitutionem: illa est pura non repugnantia; hæc positiua inclinatio. Neq; implicat, quòd rei non repugnet aliquid, vt obedientialiter subiectæ Deo quod eidē repugnat secundùm naturalem constitutionem: vt constat de terra, cui vt obedientialiter subiectæ Deo nō repugnat motus sursū, cui tamen repugnat secūdùm naturalē constitutionem.

111. Ad 1. prime, Resp. citatos Scholast. solùm docere, omnes res creatas esse mutabiles: an autem ex se, vel ab extrinseco principio, non explicant. si quis autem id explicet, interpretandus erit iuxta nostra principia. Ad 2. cùm Patres dicunt, angelos & animos, non naturâ, sed gratiâ esse immortales, non sumunt *immortale* pro naturâ negante intrinsecū principium mortalitatis, sed etiam pro naturâ negante extrinsecam causam conseruantem. Quo modo *solus Deus immortalitatem habet*, 1. *ad Timoth.* 6. Vnde gratia hîc non sumitur pro dono addito naturæ, sed pro voluntate Dei, liberè creante & conseruante naturâ, quam largitus est angelis, nullis præcedentibus eorum meritis, aut positiuâ exigentiâ, cùm ad creationem nulla supponatur exigentia rei creandæ.

113. Ad rationem, nego anteced. & retorqueo argum. sicut antequam res sint, nullam habent realem potentiam ad essendum, cùm ante existentiam nulla præcedat entitas creaturæ, sed sola potentia creatoris, cum non repugnantiâ tantùm ad essendum: ita quando res sunt, nullam retinent realem potentiam ad non essendum, sed solam non repugnantiam, à quâ nequeunt denominari simpliciter potentes ad non essendum: tum quia denominatio potentis requirit potentiam positiuam: tum quia res simpliciter denominatur à perfectione sibi cōnaturali; connaturalis autē est angelis potentia ad esse, cùm omnis entitas se ipsa positiuè inclinet ad esse. Ad 1. confir. neg. vlt. conseq. Ad prob. concedo, quod est inannihilabile ex se, independēter ab alio, non posse à Deo annihilari. Nego, quod est inannihilabile ex se, dependenter tamen ab alio, annihilari à Deo non posse. Ad paritatem, nego conseq. Nam quod ex se est incorruptibile, caret partibus; quod corrumpitur; partes habere oportet. Quod verò ex se est inannihilabile, caret tantum naturali & positiuâ potentiâ annihilabilitatis: at simul habere potest obedient. annihilabilitatis. sicut non implicat, terram carere naturali potentiâ ad motum sursum, & simul habere obedient. potentiam ad illum. Ad 2. confirm. Resp. Angelos conseruari à Deo, non quia sunt defectibiles ex se, sed ab extrinseco principio liberè conseruante. Nego, quod est indefectibile ex se, & defectibile ab extrinseco principio, non egere extrinseco conseruante. Leg. *Capitol. cit. fine.* Ad 3. confirm. nego sequel. de ente simpliciter necessario. Nam habere necessitatem essendi simpliciter, est solius Dei: Concedo de ente necessario ex suppositione: hoc enim non repugnat enti creato, vt fusè *S. Thom. 2. con. gen. c. 30.* Nam hoc nil aliud est, quàm creaturam recipere talem naturam à Deo, vt secundùm intrinseca principia spectata, petat semper esse, & nunquam deficere; quia nec habet naturale agens extrinsecum corrumpens, nec naturalem potentiam ad sui desitionem, sed potiùs naturalem inclinationem ad sui conseruationem. Instabis. Creatura ex se est nihil; igitur ex se non potest naturaliter inclinare ad esse. Resp. creatura considerata secundùm id, quod est à se independenter à Deo, est nihil; & vt sic neque inclinat ad esse, neque ad non esse positiuè, sed tantum negatiuè, quia illi vt sic neque repugnat esse, neque non esse, sed indifferens est ad vtrumque: at secundùm id, quod habet à Deo, est ens reale positiuè inclinans ad conseruationem sui, & ad esse, quod possidet; quia vt sic inuoluit productionem sui, & realitatem proprij esse dependenter à Deo. In quo *esse* essentialiter includitur inclinatio ad conseruationem & perpetuitatem sui, non minùs quàm in terrâ essentialiter includitur inclinatio ad motum deorsum. Nec sequitur, quòd si res essentialiter inclinat ad conseruationem sui, quod necessariò illa conseruetur. Sicut non sequitur, ex eo quòd terra essentialiter inclinet ad motum deorsum, quòd necessariò deorsum moueatur. Nam actus 2. distinguitur à primo, & creaturæ essentialis non est. Ad 4. confirm. neg. vniuersaliter maiorem: est. n. illa tantùm vera de potentiâ eductiuâ, quæ versatur circa subiectum; non de creatiuâ, quæ nullum requirit subiectum, sed solam non repugnantiam termini creabilis.

109. *Resp. 1. pura negatio non est potentia.*

Resp. 2. innata potentia ad essendum denominat simpliciter incorruptibile.

110.

Ad 1. arg.

112. *Ad 2. Explicantur Patres.*

Ad rationem retorsio argum.

114. *Ad 1. conf.*

115. *Ad 2. conf.*

116. *Ad 3. conf.*

117. *Instat. Resp.*

118. *Ad 4. conf.*

SECTIO

Digitized by Google

SECTIO VI.

An Angeli possint solo numero multiplicari.

119. Resp. ni. PRIMA sent. negat, etiam de potentiâ absolutâ Dei; *Herue. in 2. dist. 3. q. 2. ar. 2. Caiet. 1 p. q. 50. ar. 4 & fusius de ente & ess. c. 5 q. 9. Soncin. 12. metaph. t. x. 49. Dominic. à Flandria in 5. met q. 9 ar. 8. & q. 29. ar. 4. Abul. in cap. 23. exodi q. 62. & in cap. 21. mmeri q. 19. & paradoxo 4 c. 3. Grans. 1. p. cont rou. 7. disp. 4. Nazarij in cit. q. 50. ar. 4. & alior.* & censetur sent. *S. Tho. 1. p. q. 50. ar. 4. & 3 p. q. 77. ar. 2. 2. con gen. c. 93. & de spirit. creaturu q vn. ar. 8 & de ente & ess. cap. 5* vbi hanc sent. tribuit *Auicen. 11. & 4 dis. 12 q. 1. ar. 1. qu. 3. ad 3.* Fundam. *S. Tho.* Principium numericæ multiplicationis est materia: in angelis non est materia: ergo. Maior est *Arist. 12. met. tex. 49. Quæcunque*, inquit, *sunt multa numero, materiam habent. & 5. met. tex. 12. Numero vnum sunt, quorum materia vna; specie vero quorum ratio vna.* Prob. illud est principium numericæ multiplicationis, quod est ratio discriminandi vnum ab alio numero: sola materia est ratio discriminandi vnum ab alio numero: nam forma, cùm sit ipsa species rei, non est ratio discriminandi rem, quam constituit, numericè, sed specificè: per id .n. forma discriminat rem quam constituit, ab alia, per quod ipsa constituitur in se, scilicet per rationem specificam, quæ distinguit specificè. Materia, cùm non sit species rei sed subiectum primum, incommunicabile alteri, discriminat rem numero & reddit incommunicabilem cuicunque alteri subiecto: quæ duo sunt de ratione indiuidui vt sic. Confirm. In angelis non est, nisi sola forma; sunt .n. actus puri ab omni materialitate secreti. Ergo non est nisi differentia formalis; quia differentia sumitur ab ente rei: ergo non nisi distinctio formalis: nam formale distinctiuum, & constitutiuum rei sunt idem: si non nisi formale constitutiuum, non nisi formale distinctiuum. At vbi non est, nisi sola distinctio essentialis, sola indiuidualis esse non poterit, cùm nequeat esse effectus formalis sine formâ. Prob. 2. Angelus quilibet continet totam perfectionem suæ speciei. nam aliàs non esset perfectus intra suam speciem: ergo nihil perfectionis suæ speciei illi deest: nam si aliqua perfectio intra ipsius speciem illi deesset, non contineret totam perfectionem suæ speciei, atque adeò non esset intra suam speciem perfectus. Ergo non potest in eâdem specie numero multiplicari: quia si posset, vnus non contineret indiuidualem perfectionem alterius. 3. In substantiis abstractis idem est *quo* sunt, & *quod* sunt. Igitur differentia indiuidualis trahit secum necessariò essentialem.

120. Fund. S. Tho. potissimum.

Ratio.

121. Conf.

122. Prob. 2.

123. Prob. 3.

124. Prob. 4. 4. Inter omnes creaturas nulla magis accedit ad diuinam actualitatem, quàm angelus; ergo sicut Deus ob summam sui actualitatem, non potest nec specie multiplicari, nec numero: Ita licet quà à diuinâ actualitate recedit, multiplicari possit specie; quà tamen ad illam magis, quàm cæteræ creaturæ accedit, non poterit multiplicari numero.

125. Prob. 5. 5. Differentia numeralis est infimus gradus inter metaphysicos: ergo desumenda est ex infimâ parte physicâ, quæ est materia seu subiectum Nam gradus metaphysici vel desumuntur ex partibus physicis, vel certè debent illis proportionari. Vnde semper quod nobilius est in vnâquaque re, appellamus formale; quod ignobilius, materiale: ergo in substantiâ, quæ est pura forma, nihil erit nisi formale.

6. Hæcceitas, quæ est in Gabriele, consequitur essentiam ipsius vt proprietas seu modus naturam, quam limitat & determinat ad hoc singulare. ergo impossibile est, vt natura Gabrielis communicetur alteri indiuiduo, nisi sit cum hâc hæcceitate in alio indiuiduo; quod implicat. 126. Prob. 6.

SECVNDA sent. Angelos multiplicari non posse solo numero naturaliter, posse supernaturaliter. *Ægidij quodl. 2. q. 7.* nec oppositum docet *in 2. dist. 3. p. 1. q. 2. ar. 3.* vbi negat, eos multiplicari posse solo numero, *secundùm naturæ cursum, & secundùm hunc ordinem, quem videmus.* Quia cùm substantia Angelica sit forma abstracta & immaterialis, naturaliter postulat recipere totum esse suæ speciei, licet de potentiâ absolutâ possit non totum esse & perfectionem suæ speciei recipere, sed limitari ad certum gradum illius: nam quælibet res naturaliter produci postulat cum totâ perfectione, quam naturaliter posсit: tamen potest Deus de potentiâ absolutâ quamcumque rem intra suam speciem ad certum gradum perfectionis substantialis limitare: nequit autem res, neque de potentiâ absolutâ intra suam speciem multiplicari, si continet totum esse suæ speciei: quia tunc totum esse, *in* quod talis species multiplicari posset, supponitur iam communicatum vni indiuiduo. At dato, quòd Deus non communicaret totum esse specificum vni indiuiduo, posset alium gradum essendi eiusdem speciei aliis indiuiduis communicare. 127. Negat Ægidius naturaliter. 128. Fundam.

TERTIA sent. simpliciter affirmat, posse angelos solo numero sub eâdem atomâ specie multiplicari: *Alens. 2 p. q 20. vic. 6. ar. 2. Alber. in sum. 2. pa. tract. 2. q. 8. Henri. quodlib 9 q. 8. & quodlib. 11. q. 1. Bonau. in 2. dist. 3. p. 1. ar. 2. q. 1. & dist 9. ar. vn. q. 1. Scoti q. 7. & quodlib. 2. §. Prima ratio, Richar. ar. 5 q. 1. Dur. q. 3. Carthus. q. 3. Major. q. 2 Basso. q. 1. ar. 2. Rub. q. 4. Argent. q. 2. ar. 2. Marsil. q. 3. ar. 1. Capreo. q. 1. ar. 3. fine ad 10. in solut 4. Aureo. dist. 9. q. 3. ar. 4. Bacho. dist. 11. ar. 2. §. 4. Gabr. dist. 3 q. 1. ar. 2. concl. 2. Opimi dist. 2. q 1. Palat. in 2. dist. 3. disp. 3. Ferrar. 2. con. gen. c. 93. §. Ad hoc dicend. Bann. 1 p. q 50. ar. 4 Zumel ibid. q. 2. Molin. Valen. q 1 pu. 3. Vasq. disp. 181. c. 3. Suar. lib. 1. de angel. cap. 15. Beca. de angel. c. 1. q. 4. Hurta. in suâ metaph. disp. 12 sect. 3 Steph. de Bubalis 1. p. q 50. ar. 4. diffic. 2.* Quæ sent. longè probabilior, cuius opposita damnata fuit à Stephano Episcopo Paris. cum totâ Academiâ, vt habetur *in fine lib. Mag. sent.* inter errores *de Angelo* siue *Intelligentiâ.* Vnde illam *excommunicatam, irrationabilem, & absurdam* appellat Rubio; *præsumptuosam* Bonauentura, nostram *sobriam & Catholicam*; Henricus *nulli fidelium dubiam*: Carthus. *dictis Sanctorum magis consonam.* Relictis aliorum rationibus, duas assigno. Prima est *Scoti in 2. dist. 3 qu. 7. § Qui dicunt:* Nulla quidditas creata est essentialiter hæc. ergo omnis quidditas creata multiplicabilis est numero. Nam ratio, cur species aliqua non esset numero multiplicabilis, esset, quia includeret singularitatem vt prædicatum essentiale: cùm teste *S. Tho. 1. p. q. 13. ar. 9.* de ratione singularis sit, ita esse proprium vni, vt nulli alteri proprium fieri possit; est enim singularitas ratio ipsa formalis constitutiua vnius, vt vnius, & discretiua cuiuscunque alterius: & implicat quod est essentialiter singulare, multiplicari: nec dicas, posse esse singulare per se, fieri non singulare diuinitùs. Nam quod est essentialiter tale, neque diuinitùs fieri potest non tale: quin simul res esset, & non esset, ergo hoc ipso, quod species aliqua per se singularis communicaretur alteri, non esset amplius eadem, quia amitteret prædicatum essentiale, quo sublato totâ essentia rei tolleretur. Antec. prob. 1. Nulla quidditas creata in 129. Affirmat communis Schola. 130. Opposita damnata censura. 131. Prima ratio Scoti. Nulla quidditas creata est essentialiter Hæc. Prob. 1.

suo conceptu essentiali inuoluit singularitatem. At quòd est de essentiâ, neque per conceptum abstrahi potest. Maior prob. sine vllâ contradictione concipi potest quælibet species creata abstracta ab omni singularitate atque adeò diuinitùs communicabilis multis: quia quod in suo conceptu non inuoluit contradictionem, potest diuinitus fieri.

132. *Non valet effugium Caietani.* Neque huic argum. satisfacit *Caiet. cit. de ente*, concedendo posse speciem angelicam concipi abstractam à singularitate, imò & communicabilem multis obiectiuè, negando tamen id posse re ipsâ fieri. Nam si hoc absque vllâ contradictione concipimus, absque vllâ etiam contradictione fieri poterit: Cùm obiectum diuinæ omnipotentiæ sit, quidquid contradictionem non inuoluit.

133. *Idem prob. 2. à Scoto.* Prob. idem antec. 2. à *Scoto ibid.* Si species Angelica non esset communicabilis multis, necessariò esset infinitæ perfectionis: Consequens est falsum: tum quia implicat infinitum creatum: tum quia perfectio indiuidualis excedere non debet perfectionem specificam, quæ in angelis est finitæ perfectionis, cùm sit determinatæ quidditatis. Sequela facilè deducitur in sent. *Aegidij* docentis, ideò de facto nullam speciem angeli posse alteri indiuiduo communicari, quia de facto quælibet producta est cum totâ perfectione indiuiduali possibili; continens vnitim in vno indiuiduo omnes illas perfectiones indiuiduales, quas habere potuisset in infinitis indiuiduis possibilibus. At illæ essent infinitæ: ergo hæc etiam erit infinita. Ad hoc argum. respondere posset *Ægid.* 1. neg. minor. eo quòd indiuidua possibilia sub vnâ specie Angelica, non potuissent esse infinita categorematicè, sed tantùm syncategorematicè. 2. neg. consequentiam omnes illas perfectiones infinitas indiuiduales continere posset angelus in vno indiuiduo, per perfectionem indiuidualem finitam altioris ordinis. Contra 1. est: nam quotiescunque vitus, aut perfectio aliqua est tota simul in actu, & æquialet infinitis perfectionibus in potentiâ, necessariò est infinita categorematicè; cùm nihil habeat admixtum potentiæ, & tota sit in actu; hæc finita esse potest, alioqui non æquialeret perfectionibus syncategorematicè infinitis: nec dici potest, omnes illas infinitas indiuiduationes efficere vnam indiuiduationem finitam; sicut partes infinitæ quantitatis palmaris efficiunt vnam extensionem finitam palmarem. Nam singulæ indiuiduationes addunt determinatam perfectionem speciei; ac proinde infinitas adderent perfectiones. Partes verò continui & singulæ determinatam adderent extensionem, semper tamen adderent minorem in infinitum; quod non esset in infinitis indiuiduis possibilibus. Contrà 2. respondetur est: perfectio indiuidualis proportionari debet specificæ, cùm vna contrahit aliam, vt perfectio inferior superiorem intra eundem ordinem: ergo non potest vna esse altioris ordinis, quàm alia. Confirm. Perfectio indiuidualis re ipsâ non distinguitur à specificâ: sed specifica, quæ nunc est in Gabriele, ex. gr. cum totâ perfectione indiuiduali possibili, est eiusdem ordinis, ac fuisset, si producta non esset cum totâ perfectione indiuiduali possibili: cùm specifica perfectio, in ratione specificæ perfectionis, non varietur ex eo, quòd in vno, vel in pluribus indiuiduis producatur: sed tunc fuisset eiusdem ordinis cum quâlibet perfectione indiuiduali: ergo etiam nunc. Nam quotiescunque duo sunt vnum & idem re, implicat interea esse ordinis diuersitatem. ergo si indiuidualis perfectio est vnum & idem re cum specificâ perfectione Gabrielis, implicat, vt perfectio indiuidualis sit altioris ordinis, quàm specifica eiusdem. Cæterùm in sent. aliorum, qui docent, ideò speciem Angelicam non posse numero multiplicari, quia talis multiplicatio implicat etiam de potentiâ absolutâ, argumentum de infinitate perfectionis indiuidualis non videtur vrgere; cùm talis sent. neget infinitas perfectiones indiuiduales sub eâdem specie possibiles; tantumque concedat vnam finitam. Adhuc tamen vrgeri potest: nam ideò per eos non est, nisi vnum indiuiduum sub eâdem infimâ specie possibile, quia quodlibet indiuiduum continet totam perfectionem possibilem suæ speciei. At hoc ipsum arguit infinitam perfectionem indiuidualem: ideò Deus Pater non est multiplicabilis, quia est infinitus in totâ latitudine paternitatis possibilis: nec est generabilis alius numero Filius Dei, quia in ratione filiationis diuinæ est infinitus: ideò non est spirabilis alius numero Spiritus S. quia in ratione amoris spirati est infinitus. ergo ideo nulla species angelica est indiuidualiter multiplicabilis, quia in ratione perfectionis indiuidualis est infinita. Confirm. Si daretur natura generica, quæ ideò non posset specificè multiplicari, quia contineret omnem perfectionem possibilem sui generis, necessariò foret infinita, quoad perfectionem specificam. ergo si detur species, quæ ideò indiuidualiter multiplicari non possit, quia continet omnem perfectionem possibilem suæ speciei, necessariò erit infinita quoad perfectionem indiuidualem. Vnde aliquam infinitatem concedit *S. Tho. 1. p. q. 7. ar. 2.* angelis, ex eo quòd sint immultiplicabiles numero, licet eam vocet infinitatem secundùm quid.

134. *Obiectio 1.*

2.

135. *Contra 1. resp.*

Nec infinita partes quantitatis palmaris huic responsioni officium.

136. *Ad 2. obiect. resp.*

Conf.

137. *Vrgetur in actue sanguinum factum.*

138. *Confirm.*

Secunda ratio sit euersio fundamenti oppositæ sent. omnis numerica multiplicatio fieri debet per materiam, vel per ordinem ad materiam, principium falsum est, i. quia vel per materiam intelligitur materia prima, siue cum certâ quantitate & dispositione aff. &c. quæ materia signata vocatur, siue per se nuda sumpta. At hæc non potest esse vniuersale principium omnis numericæ multiplicationis; vt patet non modò in operationibus naturabus vnius eiusdemque angeli, quæ absque vllo ordine ad materiam distinguuntur inter se numero; verùm etiam in operationibus supernat. diuersorum angelorum & hominum. Etenim visio beata vnius angeli non differt specie, sed solo numero à visione beatâ alterius angeli, vel hominis. Habitus infusi vnius angeli non nisi numero differunt ab habitibus infusis alterius angeli, vel hominis. Alioqui inter has formas supernat. admittenda foret specifica distinctio per ordinem ad diuersas species naturas angelicas, in quibus recipiuntur, quam, vno vel altero excepto, vt *to. 1. disp. 9. sect. 15.* ostendi, nemo Theol. admittit. Vel per materiam non tantùm intelligitur materia prima, sed quodlibet subiectum singulare & indiuiduum, in ordine ad quod indiuiduantur omnes operationes, & formæ accidentales in eo receptæ, quod docuisse videtur *S. Tho. in 1. dist. 34. q. 1. ar. 1.* vbi principium indiuiduans naturam communem, & determinans illam ad hoc singulare, ait esse materiam, vel aliquid, quod loco materiæ se habet. Et sanè coguntur hoc admittere aduersarij si numericam multiplicationem angelicarum operationum saluare velint. Ergo concesso quòd principium numericæ multiplicationis non necessariò, etiam per aduers. sit materia 1. sed quodcunque possit naturam communem ad hoc indiuiduum determinare; triplicem assigno modum, quo possit natura specifica angeli ad hoc & illud indiuiduum determinari.

139. *Euersio fundamenti oppositæ sententiæ.*

140.

Primus est, suppositum angeli, quod licet du-

141.

bium

Triplex assignatur principium determinationis ad hoc numero individuum.

bium sit, an in sent. *Angelici Doctoris* re ipsâ à naturâ angelica distinguatur: nam 1. *p. q.* 3. *ar.* 3. docet illud non distingui: *quodlib.* 2. *q.* 2. *ar.* 2. *in* 1. *loco cit.* & alibi fatetur distingui: Certè iuxta probabiliorem sent. illud re ipsâ distinguitur à naturâ angelicâ: sic arguo: Potest animus rationalis, non obstante quòd sit forma subsistens, per aduers. numero multiplicari; quia potest produci per ordinem ad hanc, vel illam numero materiam, certâ quantitate & dispositione huic, vel illi animo aptatam; sc. quia per hanc, vel illam numero materiam signatam est perfectibilis, vt per vltimum subiectum, cui communicatur, & per quod fit cuicunque alteri subiecto incommunicabilis. Sed etiam forma angelica est perfectibilis ab hoc, vel illo supposito angelico; vt ab vltimo termino substantiali, cui communicatur, & per quem fit cuicunque alteri supposito incommunicabilis: nec minus suppositum perficit naturam angeli, eamque reddit cuicunque alteri incommunicabilem, quàm materia signata animum rationalem. ergo sicut materia distinguit tantùm numero vnam animam ab aliâ quia distinguit vt vltimum subiectum, cuius est distinguere tantùm numero: ita suppositum numero tantùm distinguit vnam naturam angeli ab aliâ, quia distinguit vt vltimum subiectum metaphysicum, cuius est numero tantùm distinguere.

142. *Secundus modus est Per ordinem ad diuersum operandi modum.*

Secundus modus multiplicandi numericè naturam angelicam, est per ordinem ad diuersum modum operandi vni, & non alteri supposito proprium. Nam vt de facto Deus specificè multiplicat naturas angelicas per ordinem ad diuersum operandi modum, vni, & non alteri speciei proprium; ita poterit eandem naturam specificam numero tantùm multiplicare per ordinem ad diuersum operandi modum vni, & non alteri indiuiduo proprium. Nam ita se habet natura specifica ad differentias indiuiduales; sicut generica ad differentias specificas: sed potest Deus eandem naturam genericam per diuersas differentias specificas multiplicare in ordine ad modos operandi specificè diuersos: ergo poterit eandem naturam specificam per diuersas differentias indiuiduales multiplicare in ordine ad modos operandi indiuidualiter tantùm diuersos. Confirm. Potest Deus naturam accidentalem solo numero multiplicare per ordinem tantùm ad diuersum operandi modum; nam vnus habitus luminis gloriæ, vel charitatis infusæ, indiuidualiter tantùm differt ab alio habitu luminis gloriæ, vel charitatis infusæ, & non nisi per ordinem ad operandi modum indiuidualiter diuersum. Non n. potest solo numero ab alio habitu luminis gloriæ, vel charitatis infusæ differre penes duo subiecta angelica per aduers. quia hæc per eos specie differunt: nec potest quod specie differt ab alio, esse ratio numero tantùm discriminandi vnum ab alio, sicut è conuerso, quod numero tantùm differt ab alio, non potest esse ratio discriminandi specie vnum ab alio. Quia siue discretiuum concurrat ad discernendum vnum ab alio intrinsecè, vti concurrit in Petro materia signata ad discernendum illum à Paulo; siue extrinsecè & terminatiuè, vti eadem materia signata concurrit ad distinguendum vnum animum rationalem ab alio; non enim ad illum distinguendum concurrit vt aliquid cum eâ intrinsecè componens, sed vt extrinsecus terminus, in ordine ad quem Deus effectiuè producit illum cum hâc indiuiduatione, per ordinem ad hanc numero materiam signatam, vt ipsi aduers. docent; semper verum erit, vt distinctiuum numero tantùm distinguat vnum ab alio, debere solo numero differre ab alio; alioqui si differret tantùm specie, non posset nisi tantùm specie distinguere. nam per id distinguit vnum ab alio, per quod cõstituitur in se.

143. *Conf.*

Ratio.

144. *Obiicies.*

Ad hoc argum. responderi posset, quòd licet duo subiecta angelica differant specie, adhuc tamen cum differentiâ specificâ habent etiam numericam, quam aduersarij in angelis non negant, sed negant tantùm numericam, quam habere non possunt, nisi per ordinem ad subiectum: naturæ autem angelicæ, cùm sint per se subsistentes, nulliq. e subiecto cõmunicabiles, nequeunt solo numero multiplicari.

145. *Resp.*

Sed contrà: tum quia in hâc sent. singularitas vnius angeli non differt numero, sed specie à singularitate alterius, cùm differat essentialiter, vti singularitas Dei non differt numero à singularitate creaturæ. Ratio: In hâc sent. singularitas angeli essentialiter includit perfectionem specificam angeli; sicut singularitas Dei perfectionem Deitatis. Vnde repugnat, vt possit concurrere ad indiuiduandum, quin simul etiam concurrat ad specificandum. Tum quia sequeretur, plus saltem differre, duos habitus supernat. positos in duobus angelis, quàm in duobus hominibus: cùm plus differant duo indiuidua angelica, quàm duo indiuidua humana. At hoc falsum est, cùm æquè possit Deus habitum infusum homini infundere angelo, & è contrà. Tum quia cùm isti habitus sint supernaturales, indiuiduationem postulant etiam supernaturalem: nequeunt igitur indiuiduari à diuersis subiectis angelicis, vel humanis, quæ sunt naturalia, sed à diuerso modo operandi supernaturali.

146. *Tertius modus multiplicandi numero naturas rerum, est per propriam hæceitatem. In materiâ.*

Tertius modus multiplicandi numero naturas rerum, est per propriam & intrinsecam hæceitatem. Nam vti res multiplicantur specie per propriam & intrinsecam formam specificam: ita multiplicantur numero per propriam & intrinsecam formam singularitatis. Quem multiplicationis modum admittere debent aduersarij, 1. in ipsâ materiâ primâ, quæ de se indiuidua est & singularis, & non per ordinem ad aliam materiam, vel subiectum, cùm ipsa sit primum subiectum, cuicunque alteri subiecto incommunicabile. Nec per ordinem ad formas siue substantiales, siue accidentales; cùm ipsa sit indifferens ad quamcumque formam suscipiendam.

Conf.

Confirm. potest Deus creare aliam numero materiam ab eâ, quæ nunc est: sed illa non posset indiuiduari, nisi per propriam & intrinsecam hæceitatem, 2. Hunc indiuiduationis modum admittere debent in quantitate, quæ cùm sit prima dispositio materiæ, nullam aliam præsupponens, non potest indiuiduari per ordinem ad materiam; eadem quippe numero quantitas indifferenter respicit hanc, vel illam materiam: nam ea indiuiduantur per ordinem ad materiam, quæ respiciunt determinatè hanc numero materiam, certis quibusque dispositionibus signatam, & sibi propriam effectam. Sed quantitas, cùm sit prima dispositio materiæ, non potest respicere materiam certis quibusque dispositionibus signatam, sibique propriam effectam.

147. *In quantitate.*

Obiicies.

Ad hoc respondere possent, quantitatem indiuiduari per ordinem ad suam propriam extensionem localem; & rursus extensionem localem per ordinem ad quantitatem, cuius est localis extensio. Sed contrà; saltem non omnis formæ receptibilis in materiâ indiuiduationis principium esset ipsa materia; & committeretur circulus: nam quantitas indiuiduaretur à propriâ extensione locali, & rursus extensio localis à propriâ quantitate.

Resp.

148. *Quæ sit mens S. Tho. in hâc Controuersia.*

De mente autem Angelici, dubium est. Olim ductus authoritate Thomist. putabam cum his Doctorem S. de facto tantùm, & non de possibili

Digitized by Google

hanc numericam multiplicationem in angelis negasse: satisque mihi hanc mentem exprimere videbatur argum. quo *opusc. 16. in vlt. §. Restat autem*, contra Auerroïst. vtitur: *Valde autem ruditer argumentantur ad ostendendum, quòd Deus facere non posset, quòd sint multi intellectus eiusdem speciei, credentes hoc includere contradictionem. Dato enim quòd non esset de naturâ intellectus, quòd multiplicaretur, non propter hoc oporteret, quòd intellectum multiplicari includeret contradictionem. Nihil enim prohibet aliquid non habere in suâ naturâ causam alicuius, quod tamen habet illud ex aliâ causâ; sicut graue habet ex suâ naturâ quòd non sit sursum: tamen graue esse sursum non includit contradictionem; sed graue esse sursum secundùm suam naturam contradictionem includeret. Sic ergo intellectus sit naturaliter esset vnus omnium, quia non haberet naturalem causam multiplicationis, posset tamen sortiri multiplicationem ex supernaturali causa, nec esset implicatio contradictionis.* Verùm licet hîc argumentetur contra Auerr. qui ponebant vnam substantiam intellectualem assistentem omnibus hominibus, cuius intellectu singuli homines intelligerent, vt constat *ex initio opusculi*; tamen cùm ipse contra Auerr. argumentatur, posse absque vllâ contradictione, intellectum diuinitùs multiplicari, non loquitur de multiplicatione intellectûs separati, seu angelici, sed humani: nam hic erat scopus controuersiæ, & veritas probanda, scilicet multiplicari intellectum humanum in quolibet indiuiduo hominis.

149. Alij hanc Doctoris mentem colligunt ex eo, quòd *in 1. dist. 34. q. 1. ar. 1.* docet, in omnibus rebus creatis subsistentiam addere aliquid distinctum à naturâ: atque hoc habere se vt quid materiale, contrahens naturam communem ad esse singulare. Igitur in sent. *S. Tho.* species Angelica communis, est contrahibilis ad hoc indiuiduum singulare per subsistentiam seu hypostasim, vt per aliquid materiale. Sed neque hic locus conuincit: tum quia in doctrinâ *S. Tho.* dubium est, an in angelis suppositum re ipsâ distinguatur à naturâ, *vt suprà*. Tum quia esto distinguatur, illud tamen in sent. ipsius consistit in ipso esse, quod ab essentiâ distinguitur & in quibusdam aliis, quæ accidunt naturæ angelicæ, vt docet *quodlib 2. q. 2. ar. 2. Esse* autem in sent. *S. Tho.* non est determinatiuum essentiæ ad hoc, vel illud indiuiduum, sed potiùs ipsum limitatur & indiuiduatur ab essentiâ, vt à subiecto in quo recipitur. Vnde non potest esse ratio indiuiduandi essentiam.

In sent. S. Tho. dubium est vtrum suppositum in Angelis à natura ipsorum distinguatur.

150. Ex aliâ parte *S. Thomam* sensisse, quòd nec de potentiâ absolutâ angeli possint sub eâdem infimâ specie multiplicari suadet 1. quòd in hoc sensu illum intellexerit Episc. opus Stephanus cum totâ Academiâ Parisiensi, ex *eis loco*. 2. quòd numericam multiplicationem angelorum appellet impossibilem, etiam secundùm fictionem nostram: *Si autem Angelus*, inquit *eit. loco de spirit.* creaturis, *est forma simplex abstracta à materiâ, impossibile est etiam fingere, quòd sint plures Angeli vnius speciei.* 3. id etiam deduci videtur ex principiis ipsius. 1. est si daretur albedo, vel humanitas abstracta, non posset esse nisi vna. ergo cùm quælibet substantia angelica sit abstracta, non potest in sent. ipsius esse nisi in quâuis specie vna. 2. est: si *esse* creatum esset abstractum ab omni subiecto, non posset esse nisi vnum. ergo cùm quæuis species angelica sit ab omni subiecto abstracta, non poterit esse nisi in quâuis specie vna. 3. est, quod vbique inculcat, principium indiuiduationis esse materiam; ideoque in angelis non posse esse solam multiplicationem numericam, quia non est materia. Ex quo principio *q. 2. de poten. ar. 4.* colligit, in diuinis non esse plures numero filios in eâdem specie existentes: *cùm ibi*, inquit, *non sit materia, quæ est principium distinctionis secundùm numerum in eâdem specie.* Hæ rationes, quia erutæ sunt ex principiis propriis, efficaciùs persuadent, S. Thomam huius fuisse sententiæ, vt nec de potentiâ absolutâ multiplicari possit numero eadem species atoma angeli.

Argumenta quæ probant S. Tho. in opposita fuisse sent.

Iudicium Authoris de mente S. Thomæ.

Ad fundam. primæ, neg. vniuersaliter maior, ex dictis. Ad 1. prob. aliqui manifestè fatentur in hâc re *Aristotelem* errasse, inter quos est *Scotus cit. §. Ad 1. argum.* Alij vt *Aureolus* illum explicant de materiâ metaphysicâ, quæ est ipsa singularitas, seu hæccitas rei, quæ essentiam communem metaphysicè contrahit ad hoc, vel illud indiuiduum: ad quod, exceptâ primâ intelligentiâ, quæ sola est essentialiter hæc, omnes aliæ sunt in potentiâ: quod probat ex *Comment. 3. de anim. com. 18.* vbi docet, solam primam intelligentiam esse liberam ab omni materialitate, & potentiâ; quia *esse* est ipsius quidditas; omnes verò alias diuersificari in quidditate, & *esse*. Alij demum, inter quos *Ferrar.* illum explicant de principio indiuiduationis sensibili & quoad nos. 151. *Soluuntur argum. opposita sent.*

Ad 2. prob. neg. minor. Ad prob. dist. antec. non est forma discretiua numericè secundùm gradum specificum, concedo; secundùm indiuidualem, quem vna cum specifico continet, nego. Quod tenentur aduersarij concedere: qui etsi negent, posse eandem speciem angelicam alteri indiuiduo communicari, non tamen negant, eandem discriminare vnum Angelum ab alio, non solùm specie, sed etiam numero: & hoc non secundùm gradum specificum, qui non est aptus, nisi discriminare specificè, sed secundùm indiuidualem, quem simul cum specifico essentialiter per ipsos includit. Confirm. sicut species discriminat vnum angelum ab alio specificè, non secundùm gradum genericum, sed specificum, quem simul cum generico includit: Ita eadem species discriminat indiuidualiter vnum angelum ab alio, non secundùm gradum specificum, sed indiuidualem, quem simul cum specifico includit. Quælibet enim prima substantia vnà cum gradibus superioribus includit aliquem gradum vltimum indiuidualem, quo constituatur in se ipsa singularis & *Hæc*. Ergo etiam prima substantia angelica, præter gradus superiores, includit aliquem indiuiduale vltimum, quo constituatur in se ipsa singularis & *Hæc*; & quo non tantùm specie, sed etiam numero distinguatur ab omni aliâ substantiâ angelica; etsi gradus indiuidualis per aduers. sit essentialis naturæ specificæ. Ad confirm. dist. antec. non est in angelis nisi forma metaphysica, quæ est pura quidditas & essentia rei, nego; cùm in eis etiam sit singularitas, quæ est veluti materia metaphysica, discriminans vnam essentiam ab aliâ tantùm entitatiuè & materialiter. Non est in angelis nisi forma & actus subsistens, excludens omnem materiam physicam, concedo: cum formâ autem & actu subsistente non repugnat materia metaphysica. Ad prob. antec. concedo assumptum de actu puro & secreto à materiâ physicâ; nego de actu puro & secreto à materiâ etiam metaphysicâ. Ad 2. concedo antec. quoad totam perfectionem speciei intensiuam & formalem; nego quoad totam perfectionem extensiuam & materialem. Ad prob. nego, angelum non esse intra suam speciem perfectum, quia ad hoc sufficit, vt habeat omnem perfectionem intensiuam; & formalem suæ speciei; vt patet in homine, qui est perfectus homo, etiamsi non contineat totam perfectionem materialem & extensiuam speciei humanæ. Ad 3. concedo antec. de identitate reali & physicâ; nego de identitate rationis & metaphysicâ. Nam metaphysicè & conceptibiliter, cum

152.

153. *Conf.*

154. *Ad conf.*

Singularitas in Angelis est velut materia metaphysica.

155. *Ad 2.*

156. *Ad 3.*

Digitized by Google

cum fundamento in re, in angelis essentia specifica distinguitur à singularitate, & consequenter id
157. quo sunt ab eo quod sunt. Ad 4. maior accessus,
Ad 4. quem habent angeli ad diuinam actualitatem, non consistit in eo, vt non possint multiplicari numero; sed in eo, quòd sint ab omni materiâ secreti, & intelligendo puriores atque abstractiores, quæ est proprietas per se consequens substantiam immaterialem. Ad 5. nego conseq. Ad prob. dist. vlt. con-
158. seq. In substantiâ angelicâ nihil est, nisi formale
Ad 5. physicum, concedo; quia nihil est in eis materiale physicum, est tamen in eis materiale metaphysicum, sc. indiuiduatio seu hæcceitas, quam nec aduersarij negant; sc. Angelos esse singulares & indiuiduos, sed tantùm negant, eos posse solùm indiuidualiter distingui. Hæc autem indiuiduatio non est desumenda per ordinem ad aliquod subiectum, sed vel per ordinem ad suppositum, vel modum operandi vni, & non alteri indiuidualiter tantùm
159. propsium. Ad 6. Resp. idem argum. fieri posse
Ad 6. contra aduers. Hæc hæcceitas huius animæ rationalis, sequitur ad essentiam animæ rationalis, vt proprietas suam essentiam: ergo impossibile est, vt anima rationalis communicetur multis indiuiduis. Nego igitur antec. nullus quippe gradus inferior consequitur superiorem: specificus enim non consequitur genericum: ergo nec indiuidualis specificum, vt proprietas illius, sed producitur à Deo, à quo omnis gradus entis creati efficienter limitatur, vt docuit Damasc. *lib. 2. fidei cap. 3. Omnis creatura à Creatore ipso Deo finitur determinatur.*

160. Ad fund. secundæ, neg. antec. Ad prob. conce-
Ad fund. 2. sens. do, quamlibet rem suâ naturâ postulare produci cum totâ perfectione intensiuâ, & extensiuâ per se consequente essentiam rei, vti sunt omnes proprietates naturales: nego suâ naturâ petere produci cum totâ perfectione extensiuâ, & per se non consequente essentiam rei; qualis est perfectio indiuidualis, quæ non consequitur per se essentiam rei, sed producitur à Deo effectiuè limitante quamlibet rem creatam intra suam speciem. Quæ perfectio cùm possit intra eandem speciem in infinitum crescere, nequit tota simul produci, alioquin necessariò foret infinita, vt ex supra dictis constat.

SECTIO VII.

An de facto omnes Angeli differant specie?

161. HVIVS controuersiæ, neutra pars potest certò definiri; vnde illam dubiam relinquunt *August. in Enchir. c. 58.* vbi fatetur se id ignorare, & contra *Priscilia. c. 11.* Item *Damascen. lib. 2. de fide c. 3.* quibus consentit *Vasq. disp. 181. c. 3.* sit tamen. Prima
162. sent. affirmans *S. Thom. Ægidij, Argent. Capreo. Opimi,*
1. Sent. *Bannez.* vbi *suprà; Zumel 1. p. q. 50. ar. 4 q. 1.* licet probabile putet oppositum. Fundam. maior perfectio Vniuersi est multiplicatio specifica, quàm numerica; nam illa est per se, hæc per accidens; illa formalis, hæc materialis. Confirm. Totum hoc Vniuersum triplici constat ordine creaturarum, infimo generabilium & corruptibilium, medio incorruptibilium, supremo intellectualium. Infimus ob sui corruptibilitatem cum multiplicatione specificâ, multiplicatur etiam numericè. Medius ob incorruptibilitatem multiplicatur tantùm specificè; cæli enim & astra, quæ sunt huius ordinis, omnia differunt specie. Ergo à fortiori supremus ordo angelorũ ob sui incorruptibilitatem, totus differre debet

Tres ordines creaturarum in hoc vniuerso.

specificè. Nam idèò infimus cum multiplicatione specificâ multiplicatur etiam numericè, quia est corruptibilis, & nequit vnaquæque species diu in vno tantùm indiuiduo conseruari: ergo cùm supponamus sit totus incorruptibilis, & quæuis species in vno tantùm indiuiduo perpetuò conseruari possit, non eget numericâ multiplicatione, quæ tantùm ordinatur ad conseruationem speciei. Secunda sent. 163.
negatiua est reliquorum, qui tamen diuisi sunt: *Negant.*
Nam *Albertus, Bonau. cit. Mayro. q. 3. cum Becano de angelis c. 1. q. 4* censent, omnes angelos esse eiusdem speciei. Fundam. tum auth. ritas Patrum id asserentium, *Athanas.* super illa, *Omnia mihi tradita sunt; circa med. & in quæst. ad Antioch. q. 8. Nysseni lib. de creat. homi. c. 17. Basil. lib 3. con. Eunom. Ansel. lib 2. cur Deus homo, cap penult.* Tum quia (fundam. *Bonau.*) omnia possunt saluari per solam distinctionẽ numericam: nec vlla cogit ratio in oppositum. Cæteri verò putant, non omnes, sed aliquos tãtùm differre numero.

Quæ sent. probabilior est, ita vt quælibet species 164.
angelica sit multiplicata numero. Quam sent. du- *Sententia probabilior.*
plici ratione probo, 1. *Scoti*, quam colligit ex *August. Scoti ratio.*
in Enchir. c. 29 ne sc. tot angelorum species sint irreparabiliter damnatæ; nam si Deus non permisit, vt tota species humana periret; à fortiori permittere non debuit, vt tot nobilissimæ angelorum species totaliter deperirent, sed in aliis indiuiduis non peccantibus saluarentur. Confirm. ideò in sublunaribus datur numerica multiplicatio vnius cuiuscunque speciei, ne tota species in vno tantùm indiuiduo existens deperdatur: cùm non minùs per peccatum pereat species angelica quoad esse supernaturale gratiæ, & gloriæ [illegible] species materialis, quoad esse naturale per [illegible]ruptionem amittendo esse naturale: nec minùs ad perfectionem Vniuersi conferat species angelica secundùm esse supernaturale & beatificum, quàm species materialis secundùm esse naturale. Secunda *Damasceni in element.* 165.
c. 12. vt saluetur perfecta amicitia, quæ inter cœ- *Secunda ratio Damasc.*
lestes Spiritus esse debet. Amicitia enim, ex *Philos. 8. Eth. c. 7. & 11.* eò est perfectior, quò inter æquales versatur, nam superior magis desiderat amari, quàm amare. Vnde amicitiam Regis ad subditos, *Amicitia*
Patris ad filium, & vniuersaliter superioris ad infe- *superemi-*
riorem, amicitiam superemin[illegible]ntiæ seu excellentiæ *nentiæ qua.*
appellat *Arist.* Vt igitur inter cælestes Spiritus perfecta amicitia exerceatur, quæ non nisi inter naturâ æquales exerceri potest debuerunt in quâlibet specie plures creari. Nec obstat, quòd amicitia in angelis potiùs spectanda sit ex mutuâ communicatione, & similitudine donorum supernat. nam supernaturalia non destruunt naturalia, sed ea supponunt & perficiunt. Ad fund. primæ; quidquid sit 166.
de maiore perfectione p[illegible] certè maior est per- *Ad argum. opposita sent.*
fectio politica Vniuer[illegible]a in nobilissimo regno, quale est cœleste, attendenda est, vt angeli non solùm multiplicentur specie, sed etiam numero in eãdem specie, idque ob rationes assignatas? Ad confirm. 1. nego, omnes cælos, & astra differre specie; vero [illegible]ile enim est, multos cœlos, & astra eiusdem esse speciei. 2. nego conse[illegible]am in cœlis non militant rationes, quæ militant in angelis. Ad prob. nego conseq. nam in creaturis intellectualibus potest esse ratio numericæ multiplicationis, cortuptibilitas quoad esse s[illegible]pernaturale beatificum, nec non perfecta societas, cum mutuâ redamatione fundata in æqualitate perfectâ naturæ.

Secundæ sent. quatenus affirmat, omnes angelos 167.
esse eiusdem speciei, obstat 1. tam phy[illegible]ica, quàm politica perfectio Vniue[illegible], quæ huiusmodi varietatem specificam in angelis postulat. Obstat 2. tam

diuersa

Digitized by Google

Partitio gradium & muniorum in Angelorum Repub.

diuersa munia ac nomina, quæ angelis Scriptura & Patres assignant. Vniuersa quippe angelorum multitudo in tres diuiditur hierarchias; vnaquæque autem hierarchia in tres choros. Primus est Seraphim, Cherubim, Thronorum; Secundus Dominationum, Virtutum, Potestatum; Tertius Principatuum, Archangelorum, Angelorum. Angelis demandata est cura priuatorum hominum, Archangelis publicorum, vt Principum, Regum, Pontificum, necnon Vrbium, ac Regionum; Principatibus potestas instruendi, & illuminandi Angelos, & Archangelos in his, quæ ad priuatam & publicam hominis salutem spectant. Potestatibus concessa est facultas ordinandi ea quæ ab infimâ, sibi subiectâ hierarchiâ, exequenda sunt; nec non potestas frænandi dæmones: Virtutibus destinata est cura præsidendi iis, quæ supra naturæ cursum peraguntur: dominationibus data est potestas dominandi omnibus sibi subiectis, & altiori quâdam ratione præsidendi iis, quæ ad vniuersalem Dei prouidentiam spectant. Reliquis verò tribus primæ hierarchiæ choris proprium est, diuinæ Maiestati assistere, in eiusque laudibus perpetuò occupari, & per varios actus internæ mentis Deo abhærere. Vnde primi ab excessu amoris, dicti sunt Seraphini; Secundi ab excessu scientiæ, Cherubini; Tertij ab excessu interioris puritatis, & affectuum sedatione, Throni; quasi sedes diuinæ Maiestatis. lege *Dionys. de cœlesti hierarch.* & *Gregor. homil. 34. in Euang.* Porrò diuersa munia, & dignitates diuersas supponunt in angelis virtutes, & facultates, atque adeò naturas: quia licet possit Deus diuersa officia committere eiusdem naturæ angelis præbendo illis cum diuersis officiis diuersas facultates supernat. vt præstat in hominibus; tamen quia res disponit, quoad fieri potest, connaturaliùs; connaturalius autem est, vt non modò angeli, quibus diuersa commissa sunt officia, ad ea disponantur per dona supernat. sed etiam per virtutes & facultates naturales; sic enim Deus dona supernat. in angelis dispensat, ita vt perfectiores facultates naturales, dicendum est, eos, quibus tam diuersa commissa sunt munia, non solùm in supernaturalibus, sed etiam in naturalibus differre. Ad 1. fund. Resp. Patres explicandos esse de vnitate speciei subalternæ, non specialissimæ. Ad 2. satis esse rationē congruentiæ à nobis assignatam.

Diuersitas munio-rum & dignita-tum diuer-sas supp6-nunt in An-gelis virtu-tibus atque adeò natu-ris.

168. *Patres citati quomodo ac-cipiendi.*

169. Quoad numerum Angelorum *Arist. 12. met. tex.* 48. & vt etiam illi tribuit *S. Tho 1. p. q. 50. ar. 3. & 2. con. gen. c* 92. non plures ponit, quàm sint cœlorum orbes, ad quos mouendos angeli ex *Arist.* sent. ordinantur. Verùm plures intelligentias, quàm cœlorum motrices, *Arist.* concessisse colligitur ex *cœli, tex.* 100. vbi extra ompes cœlos ponit quasdam naturas inalterabiles, & impassibiles, optimam & per se sufficientissimam habentes vitam, æuo fruentes æterno. Quæ conditiones, non possunt nisi angelis conuenire, vt *S. Tho ibidem* ex. 21. testatur; vbi contra *Alex.* qui has conditiones explicat de cœlis, docet, *Arist.* per naturas optimam & sufficientissimam habentes vitam, intelligere substantias separatas. Nam etiamsi cœli ponantur animati, optimam tamen, & sufficientissimam vitam habere non possunt, vt per se patet. Alij, Angelos quoad numerum non excedere homines, probant: Tot sunt homines prædestinati, quot sunt angeli reprobi, ad quorum sedes restaurandas fuerunt homines electi vt testatur *August. 22. de ciuit. Dei c. 1. & in Enchir. c* 61. Sed homines prædestinati in duplâ tantùm proportione superantur ab angelis beatis: nam angeli beati duplò tantùm plures sunt angelis malis; tertia enim pars cecidit; *Apoc. 12.* Sed homines reprobi plus quàm in decuplâ proportione excedunt homines prædestinatos: ergo homines sunt plures quam angeli. Alij contrà, Angelos excedere hominum numerum, colligunt: quia quilibet homo habet suum custodem: sed custodes hominum sunt ex infimo ordine: ergo ad minimum tot simul erunt angeli infimi ordinis, quot sunt homines eodem tempore simul existentes, vt vnusquisque suum custodem habere possit. Non decet autem, vt semper idem angelus, qui fuit custos vnius hominis successiuè fiat custos alterius; sed alij & alij ex eodem infimo ordine subinde subrogentur. Cùm ergo præter infimum ordinem remanent octo alij, probabiliusque sit, quòd angeli sunt superiores ordine, eò etiam esse numero plures, sequitur longè plures esse angelos, quàm homines. S. Thomas *in. loco 1. p.* 172. *& 2. con gen.* & alibi, censet angelos in multitudine excedere omnes materiales substantias. Nam quò rerum naturæ sunt perfectiores, eò in magnitudine, vel multitudine, excedunt imperfectiores, vt constat de corporibus cælestibus; quæ quia perfectiora sunt sublunaribus, longo interuallo quoad magnitudinem superant sublunaria. Cùm igitur angeli sint omnium perfectissimi excedere debent in multitudine omnes materiales substantias. Intellige *S. Tho.* de excessu omnium materialium substantiarum, non quoad numerum, sed quoad speciem tantùm, vt illum interpretantur *Caiet. Ferrar. Bannez.*

Varia sent. de numero Angel.

170. Sed hæc tantùm vt incertæ coniecturæ; cùm tota res pendeat à liberâ voluntate Dei, quæ nobis non innotescit, nisi per reuelationem: nec nisi quòd Angeli sint in maximo numero, ex Danielis 7 *Millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei.* In quem locum Hieron. *Non quo iste ministrorum Dei numerus definitus sit, sed quo maiorem multitudinem humanus sermo explicare nequiuerit.* Et Apocal. 5. *Et vidi & audiui vocem Angelorum multorum in circuitu throni & animalium & seniorum, & erat numerus eorum millia millium.* Vbi Ansel. *Numerum finitum posuit, quia Deo finitus est numerus eorum. licet nobis infinitus.* Et Matth. 26. *An putas non possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modo plus quàm duodecim legiones angelorum,* constat autem vna legio 6000. Cæterùm an sint hominibus pauciores, an æquales, an verò plures, siue reliquas etiam omnes materiales substantias excedant, nobis constare non potest. 173. *Quanta sit Angelorum multitudo coniectura.* *Legio 6000. constat.*

DISPVTATIO IV.

De assumptione corporum.

1. QVæritur: An Angeli assumant corpora, & ex quâ materia, & qua virtute, & per quam vnionem illis vnantur. Quoad 1. opinio fuit *Vldarici*, referente *Carthusian 2. dist. 8. q. 1.* numquam Angelos apparuisse in corporibus assumptis, sed omnia, quæ de apparitione Scriptura narrat, contigisse per imaginationem & sensus delusionem. Fundam. Canon *Episcopi 26. q. 5.* sumptus ex Concilio *Ancyr.* prouinciali approbato in 4. Synodo generali, 2. *can.* in quo definitur, ea quæ contingunt lamiis, non realiter & in corpore, sed imaginariè & per spectrum in somnis contingere, ergo à pari, cùm dicentur angeli variis personis apparuisse. *Angelos assumere corpora negat.* *Fundam.*

2. Opposita tamen sent. nempe Angelos realiter, & per assumpta corpora visibiles se hominibus exhibuisse, omninò certa est, & communis inter Scholast. *in 2. dist. 8.* Nam *Tobiæ 5. &c.* legitur Raphael per *Sent. affirmans certa.*

Digitized by Google

per multas hebdomadas comitatus fuisse Tobiam, qui non ab ipso tantùm, sed ab omnibus aliis etiam videbatur: quæ autem solâ imaginatione, & sensuum delusione fiunt, non ab omnibus, vt 1.p.q.51. ar.2. notat S.Tho. communiter videntur. Confirm. hæc dici non potest de Christo, cui Matth.4. apparuisse dicitur diabolus, eumque in pinnaculum templi, ac in excelsum montem assumpsisse. Non enim decuit, Christum à diabolo deludi, vt quòd solâ imaginatione generetur, Christus realiter fieri putaret: nam hæc omnia vt realiter gesta inter Christum & diabolum Scriptura narrat. Ad fund. nego conseq. Non enim concilium eo loco vniuersaliter docet, omnia quæ per huiusmodi apparitiones siue malorum, siue bonorum angelorum arte fiunt, fieri solâ imaginatione, sed quædam tantùm à quibusdam mulierculis sibi narrata, scilicet homines in bestias esse conuersos.

3 Soluuntur argu.

4. Angeli corpora sibi ex aere addenſato formant.

Quoad secundum, communis sent. est, huiusmodi corpora sibi angelos efformare ex aëre addensato & crasso, vi motricis virtutis redacto in figuram corporis humani, vel alterius animantis, in cuius corpore angelus apparere vult, quod probant Dur. in 2. dist.8.q.1.nu.7. Herue.q.1.ar.2. ex eo, quòd experientiâ compertum est, non posse huiusmodi corpora gladio scindi, quia cùm aër sit fluxilis, scissus statim continuatur. Non oportet autem vt colores, qui in eo apparent, sint veri, sed tantùm apparentes, ex variâ luminis reflexione, vt in iride.

Colores in corporibus assumptis non necessariò veri.

5.

Ex his difficultas, quam mouet August. in Enchir. c.59. & insolutam relinquit, quâ ratione possit corpus, ab angelis assumptum, si ex aëre efformatur, ad instar humani corporis contrectari, & tangi, cùm aër nec humanæ carnis mollitiem, nec ossis duritiem, tactui exprimere queat. Resp. has etiam qualitates posse corpus, ab angelo assumptum, tactui apparenter exprimere, vt patet in lotione pedum trium angel. ab Abraham factâ Gen.19. & in luctâ Angeli cum Iacob Gen.32. exprimit autem apparenter has qualitates, vel resistendo, & vi suâ motiuâ attemperando motum corporis tangentis, ne plus minúsve penetret de corpore assumpto, quàm sat fuerit ad mollitiem; vel duritiem humani corporis exprimendam: vel quod probabilius censeo, tantum miscendo, & combinando de reliquis elementis in corpore assumpto, quantum sat fuerit, ad huiusmodi qualitates exprimendas. quod prob. saltem humani corporis temperiem nequit angelus exprimere per solam motûs attemperationem, nisi in corpore assumpto admisceat qualitates, quæ humani corporis temperamentum possint apparenter referre. haud tamen dubito, quod notauit Caiet.2.2.q.95.ar.3. posse huiusmodi corpora ab iis, qui diligenter aduertunt, tactu ipso à veris corporibus internosci, vt constat de homine à Caiet. ibid. relato, qui cùm rem haberet cum dæmone succubo, fassus est, se illius carnem, vt glaciem sibi molestam expertum fuisse. quod etiam confirmant illa Luc.vlt. Palpate, & videte, quia Spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me videtis habere. quo argum. voluit Christus veritatem sui corporis probare: quia spiritus veram carnem, & ossa non habet, quæ sagaci tactu percipi possint. Porrò cùm Christus spiritum dixit, non putum spiritum, qui nullo modo obiectum tactûs esse potest, sed spiritum, in figurâ corporis apparentem; nam hic consueuit phantasma nominari, quod putabant Apostoli Christum esse, cùm illis rediuiuus apparuit.

6. Quoad tertium S. Thomas 1.p.q.51. art.2. ad 3. videtur, diuinam virtutem ad id requirere: communis tamen sent. docet, *sufficere naturalem angeli assumentis.* quia id non excedit naturalem vim motiuam angeli; nam aërem condensare, illúmque in figuram hominis, vel alterius perfecti animantis redigere, opus est solius virtutis motricis: sed angelus habet perfectam vim motricem super omnia elementa; ergo. Confirm. etiam dæmones corpora assumunt ad malum finem, vt ex historiis constat: nequit autem Deus extraordinario concursu ad opus malum concurrere, quia nequit esse causa particularis, ac principalis operis mali. S. Thomas explicandus est de virtute diuinâ, ordinante & dirigente; nam semper hanc corporum efformationem, à S. Angelis factam, Deus ordinat ad effectum supernaturalem, vt ex apparationibus constat.

Ad assumenda corpora sufficit virtus innata angelis. 7.

8. Quoad quartum, omisso errore tum eorum, qui dicebant, angelos assumere corpora per vnionem hypost. vt indicat Tertull. lib. de carne Christi circa init. tum eorum, qui dicebant, angelos vniri corporibus substantialiter; vtrumque enim implicat, vt constat ex disp.2.sect.2. tum ex to.6.disp.14.sect.vlt. controuersia supereest, an saltem necessaria sit aliqua vnio accidentalis angeli assumentis cum corpore assumpto. affirmat Vasq. disp.188. c.7. quia non potest explicari; quo pacto angelus sit in corpore assumpto, nisi per vnionem ipsius cum corpore; non enim sufficit coniunctio per solam loci propinquitatem; nam hæc dicit respectum distantiæ à punctis fixis, per ordinem ad quæ constituitur locus; angelus autem, prout corpori vnitur, non habet respectum distantiæ à punctis fixis, tum quia nulla res spiritualis secundùm se habet respectum ad puncta fixa, cùm hoc sit proprium corporis quanti, tum quia manente eodem corpore, semper angelus retinet eundem modum coniunctionis cum illo, esto varietur distantia corporis à loco; ergo non vnitur illi, vt existens in loco, sed vt præscindenti à loco. Confirm. corpus Christi vnitur accidentibus Eucharist. vnione physicâ, non solâ loci propinquitate; igitur & angelus corpori assumpto. Negant Gabriel. in 2.disp.8.q.1.ar.2. Suar. lib.4. de angel. c.36. & alij, quibus magis assentior. quia sufficit sola præsentia localis per intimam propinquitatem angeli cum corpore assumpto. nam hæc sufficit ad munia, quæ angelus exercet, quæ sunt mouere corpus localiter; continere ne diffluat; per illud verba proferre: at hæc omnia sunt effectus potentiæ motricis, ad quos exercendos sufficit præsentia localis, vt constat in nobis, qui, vt corpus à nobis distinctum moueamus, aut sistamus, ne diffluat, vel ruat, sufficit præsentia localis: mouetur enim, vel sistitur corpus per impetum iti eo impressum: profert in corpore assumpto angelus verba, mouendo corpus, & aërem circumstantem. Ad fund. Vásquez, nego antec. eiusque prob. nam res spirituales non dicunt respectum distantiæ, vel propinquitatis, aut inter se, aut ad corpora, vt infrà. Nec propinquitas angeli ad corpus assumptum, pendet ex propinquitate ad alia corpora, quare potest variari hæc, non variatâ illâ.

Ad assumptionem corporum assumptorum angelis satis, non requiritur vnio eorum cum corporibus assumptis. 9.

Soluuntur argu. 10.

Ad confirm. nego conseq. Quia corpus Christi ex vi conuersionis sacræ, succedit accidentibus Euchar. in munus substantiæ panis & vini; quæ non erat sub accidentibus propriis per solam præsentiam localem, sed per vnionem physicam; igitur & corpus Christi succedens in munus illius. 11.

Addendum est, solam angeli præsentiam cum corpore assumpto, non sat esse, vt dici queat corpus assumere; hanc n. habet ad cœlum, quod mouet; ad energumenos, quos torquet; quos tamen non dicitur assumere; sc. corpus assumere est ad se ipsum sumere, hoc est ad propriam assumentis, non assumpti, perfectionem, operationémve manifestandam, 12.

Sola præsentia angeli ad assumptionem corporum non sufficit.

Digitized by Google

dam, vt *Scotus in 2. dist. 8. q. vn. §. in ista qu.* sic Verbum assumpsit humanitatem, ad theandricas operationes, mediâ humanitate hominibus manifestandas. oportet igitur, vt corpus assumptum sit instrumentum assumentis ad manifestandam aliquam operationem propriam ipsius assumentis; ergo supra respectum mobilis ad motorem, addit respectum repræsentantis ad repræsentatum, sine quo non saluatur ratio assumptionis. Vnde cælum quod mouetur ab angelo, non dicitur assumptum ab angelo; quia non manifestat operationem propriam angeli. Non est autem ad propriam assumptionem necessarium, vt corpus assumptum formetur ab assumente, vt falsò *Durand. in 2. dist. 8. q. 1. n. 2.* nam assumere non dicit formaliter efficere, sed tantùm corpus effectum sibi vnire, ad propriam perfectionem operationémve manifestandam. Vnde potuisset Verbum humanitatem præexistentem sibi vnire, & tunc independenter ab effectione, verè & propriè humanitatem assumpsisset. Neque etiam oportet, vt angelus sit in corpore assumpto definitiuè. vt falsò *addit. in 6 tot. dist. 8. cit. & Gabr. q. 1. art. 2. init.* tum quia Verbum non est definitiuè in assumpta humanitate: tum quia de facto quiuis angelus maiorem habet sphæram actiuitatis, quàm sit corpus quod assumit. ergo non repugnat operari extra illud. Vnde posset idem angelus assumere duo corpora simul, quæ non excedant sphæram actiuitatis angeli assumentis, in illáque simul operari. Quia assumere corpus, formaliter solùm importat, illud sibi vnire ad aliquam operationem propriam manifestandam. Vnde sicut necesse non est, vt illud sibi vniat ad omnes operationes proprias manifestandas; ita nec vt illi adæquatè assistat.

13.

Ratio.

An possit Angelus propriâ virtute formare corpus humanum, vel alterius perfecti animantis?

14. *De animali ex putri certum.*

DVPLEX est animal, perfectum, quod propriam requirit causam, ex quâ gignatur; & imperfectum, quod fieri solet ex putri. De hoc nulli est dubium, quin fieri possit ab angelo, vt *August. 3. de Trinit. c. 7.* non quidem immediatè illud producendo, sed vt *ibid. c. 8.* actiua passiuis applicando, à quibus tale animal propriâ vi instrumentariâ causarum applicatarum, licet nobis occultâ gignatur. vt Ægyptij incantatores serpentes & ranas opedæm num produxerunt; *Exod. 7. & 8. Omnium quippe rerum*, vt ibidem August. *quæ corporaliter, visibiliterq; nascuntur, occulta quædam semina in istius corporeis mundi huius elementis latent; ex quibus accipiunt progrediendi primordia, & incrementa debita magnitudinis, distinctiones q; formarum ab originalibus tanquam regulis, quæcunque nascendo ad oculos nostros exeunt.* Difficultas igitur tantùm est de corpore perfecti animantis, præcipuè de humano. In partem affirm. inclinat *Tertull. lib de carne Christi init.* Confirmant exempla, quibus constat, ex incubis, vel succubis humana corpora prognata fuisse. Ratio: possunt angeli applicare causas, ad huiusmodi corpora progignenda naturaliter disponentes, non minùs quàm ad reliqua corpora imperfectorum animantium. Opposita tamen sent. *communis est* Scholast. *in 2. dist. 8.* non posse huiusmodi corpora, ne mediatè quidem ab angelis produci: nam vt *Bonau. in 2. dist. 8. p. 1. art. 2. q. 1. & Richar. art. 1. q. 4.* hæc corpora requirunt certas causas, certumque productionis modum; ex parte maris, semen; ex parte fœminæ, matricem, in quâ receptum prolificet. Cùm igitur nequeant

15.

16. *Nequeunt angeli ne mediatè quidem producere corpora animalium perfectorum.*

angeli has causas ad libitum applicare; requirunt enim liberum consensum causarum principaliter producentium, neque per applicationem poterunt illa ab angelis produci.

17. *Concl. 1.*

Dico 1. nequeunt hæc corpora absque applicatione propriarum causarum ab angelo produci. Constat ex fund. allato. & in hoc est potissimum discrimen inter hæc, & reliqua imperfecta corpora: quia hæc produci non possunt, nisi à propriis causis, ideoque absque illarum applicatione gigni nequeunt: illa verò non solùm à propriis, sed etiam à communibus & vniuersalibus causis produci possunt; quibus, vt *cit. August.* dixit, occultam vim ad huiusmodi imperfecta animantia progignenda Deus impartiit.

18. *Concl. 2.*

Dico 2. possunt etiam perfecta corpora animantium per applicationem propriarum causarum ab angelo produci. Fundam. causæ naturales applicatæ ex se producunt effectum, cùm illum necessariò at naturaliter producant: sed potest angelus vi propriâ applicare causas horum corporum productrices. Nam causa hæc corpora naturaliter producens, est semen maris in matrice fœminæ receptum: potest autem angelus arripere semen decisum à mare, & transfundere in matricem fœminæ, quod docuit *Apulan c. 19. Gen.* ex *S. Thom. quodlib. 6. q. 3. ar. 18.* vbi narrat exemplum puellæ pubescentis, quæ cùm in lecto patris dormiret, accidit, vt dum in somno pater polluereturr, eius semen in puellæ matricem subintraret, quo recepto puella concepit. Ex quo colligit *S. Tho.* posse aliquam perfectè virginè mente & corpore concipere, non parere; quod fuit priuilegiũ solius Deiparæ.

19.

Aduerte, in huiusmodi casibus, non esse patrem, aut matrem dæmonem incubum, aut succubum, sed illum, cuius est semen, & in cuius matrice fœtus formatur. Nam parens dicitur non qui causas tantùm ad gignendum applicat, sed qui partem propriæ substantiæ, medio semine, proli communicat. Est enim parens, qui de propriâ substantiâ in similitudinem propriæ naturæ prolem gignit.

20. *Concl. 3.*

Dico 3 non potest angelus per applicationem propriarum causarum ita corpus humanum formare, vt in eo ante ipsius animationem pro libito appareat. Fundam. applicatis causis ad productionem humani corporis concurrentibus, non est in potestate angeli, vt illi statim organizato infundatur anima rationalis. Ante infusionem autem, non est corpus aptum, in quo angelus appareat, vt per illud suas proprias operationes manifestet. Ad *Tertull.* resp. in hoc erasse. Reliqua solùm probant secundam concl.

Tertullianus erravit.

An Deus possit, & de facto aliquando corpus assumpserit.

21. *1. Sent.*

PRIMA sent. negat, Deum posse assumere corpus, cui vniatur vt motor ad propriam perfectionem manifestandam: *Gabriel in 2. dist. 8 q. 1. ar. 2.* & qui docent ad assumptionem requiri, vt assumptor coëxistat corpori assumpto definitiuè. Nequit enim Deus, cùm sit immensus, assumpto corpore definiri. Confirm. Deus est intimè præsens omnibus corporibus, eáque mouet ad aliquam operationem, mediante quâ propriam perfectionem manifestat; & tamen non dicitur talia corpora assumere non aliâ de causâ, nisi quia in illis non assistit definitiuè. Neque dicas, ideò Deum illa non assumere, quia per ea non operatur vt causa particularis, sicut operatur angelus per corpus assumptum: nam saltem diceretur assumere corpora, quæ per miracula

Confirm.

Digitized by Google

cula operatur, ad quæ concurrit vt causa particularis. Secunda affirmat, non modò de possibili, verùm etiam de facto, Deum corpora assumpsisse, in quibus se hominibus visibilem præbuit: Tribuitur *S.Tho.3.p.q.39.ar.7. Abul.in c.19. Gen.q.6.* & nonnullis Patribus. Fundam. sæpe Deus dicitur apparuisse hominibus, vt Moysi in flammâ ignis; filiis Israel in nube; Ioanni Baptizanti in specie columbæ; Apostolis in figurâ linguarum in die Pentecostes. Confirm. alioqui Deus deciperet homines, si per hæc symbola non ipse, sed angelus immediatè appareret. Nam per hæc signa ita apparet Deus, ac si ipse sit, & non alius, qui per ea immediatè repræsentetur. *Ego*, inquit, *sum* Exod.3. *Deus Patris tui, &c.* Tertia affirmat de possibili, negat de facto, Deum vnquam corpora assumpsisse, quibus immediatè appareret, atque repræsentaretur; sed eius loco immediatè apparuisse angelos, qui per assumpta corpora immediatè operabantur ac repræsentabantur: *Zumel 1.p.q.51.ar.2.q.2. Vasquez disp.185 c.2. Valent.q.2.pu.2.* Quarta docet, de possibili quidem potuisse Deum, & corpora assumere, & in illis apparere; de facto tamen nunquam corpora assumpsisse, apparuisse tamen in iis, vt cùm in flammâ ignis apparuit Moysi, ignis quidem flammam non assumpsit, in eâ tamen apparuit: *Molin.1.p.q.51.ar.2. disp.2. Bannez ibid.ar.2. Suar.lib.6.de angel.c.20.& 21.*

22. 1. *Sent.*

23. 3. *Sent.*

24. 4. *Sent.*

25. *Non implicat Deum assumere corpus.* Dico 1. Non implicat, Deum assumere corpus ad seipsum immediatè manifestandum secundùm perfectionem propriam. Fundam. assumere corpus solùm dicit coassistere illi vt proximum motorem, ad aliquam assumentis perfectionem propriam manifestandam: sed in hoc nulla inuoluitur imperfectio, aut conditio Deo repugnans. Nam coassistere corpori vt immediatum & proximum motorem, solùm importat intimam præsentiam moteris cum mobili, & proximam causam effectiuam motus ipsius mobilis ad finem manifestandi seipsum: sed ad hoc non requiritur, vt vel motor moueatur cum mobili; vel illi definitiuè assistat: nam potest angelus vt immediatus & proximus motor mouere corpus assumptum intra suam sphæram, ipso immobili manente. Confirm. Potuit Deus absque vllâ sui imperfectione assumere corpus hypostaticè, in quo appareret vt intrinsecum suppositum naturæ ad manifestandas theandricas operationes; ergo potuit absque vllâ sui imperfectione assumere corpus localiter, vt proximus motor, in quo appareret, vt repræsentatus in repræsentante ad aliquam suam perfectionem manifestandam. Nam intimiùs est Deus cum corpore hypostaticè assumpto, quàm cum corpore localiter mobili, & tamen non est necesse, vt cum illo moueatur, aut definitiuè existat; ergo neque cum hoc.

26. *Conf.*

27. *De facto Deus nunquam immediatè assumpsit corpora.* Dico 2. de facto nunquam Deus immediatè assumpsit corpora localiter, sed angelus in personâ Dei, etsi Deus erat, qui in corporibus ab angelo assumptis principaliter apparebat. Prior pars est *August.3.de Trinit.c.11. Proinde illa omnia, quæ Patribus visa sunt, cùm Deus illis secundùm suam dispensationem temporibus congruam præsentaretur, per creaturam facta esse manifestum est, etsi nos lateat quomodo ea ministrio angelis fecerit.* Et colligitur ex scripturâ, quæ dum in vno loco introducit Deum in aliquo symbolo apparentem, & cum hominibus immediatè colloquentem, in alio docet, illum fuisse angelum. At ille dicitur corpus assumere, qui proximè & immediatè per illud operatur. Nam quando angelus assumit corpus, non aliâ de causâ ipse, & non Deus dicitur illud assumere, nisi quia angelus, & non Deus per illud immediatè operatur. vt Filius, non Pater, vel Spiritus S. dicitur humanum corpus assumpsisse; quia Filius, non Pater, vel Spiritus S. per illud immediatè operatur. Ratio: hæc denominatio desumitur à principio proximo & immediato, non à remoto & mediato, qualis est Deus, vt causa prima & vniuersalis in actionibus creaturæ. Maior constat 1. *Act.* 7. vbi id quod dicitur, Exod.3. *Dominus apparuit Moysi in flammâ ignis*, hic dicitur, *Apparuit illi Angelus in igne flammæ.* Et quod dicitur Exod.19. *Dominus vocauit Moysen de monte*: hic dicitur, *Hic est ille, qui fuit in solitudine cum Angelo qui loquebatur ei in monte.* 2. ad Galat.3. vbi lex dicitur *ordinata per Angelos in manu mediatoris*, hoc est Moysis: & *ad Heb.2.* dicitur *sermo dictus per Angelos.* Et tamen *Exod.31.* ipse Deus dicitur dedisse Moysi tabulas proprio digito scriptas, vbi semper Deus inducitur vt legem immediatè dictans. Ratio: semper Deus, quoad fieri potest, operatur mediis causis secundis; quia sic magis elucet Dei bonitas & maiestas. Posterior pars prob. ex discrimine, quod inter *assumere*, & *apparere* est. Assumit is, qui est proximus & immediatus corporis motor. Apparet qui per assumptum symbolum principaliter repræsentatur & exprimitur. Potest autem angelus esse proximus, & immediatus corporis motor: contra verò Deus per illud principaliter repræsentari & exprimi. Maior constat: nam apparere dicitur is, qui in alterius notitiam venit, vel per se, vel per aliquod medium: Assumere dicitur, qui aliud à se distinctum sibi vnit ad aliquam propriam operationem exercendam, seu manifestandam. Potest autem quis aliud à se distinctum sibi vnire ad propriam operationem exercendam, mediante quâ vltimatè & principaliter non ipse, sed alius à se distinctus repræsentetur: vt qui in scenâ Regis habitum assumit ad exercendas actiones, quibus Regis persona repræsentetur. Dices: ad assumptionem formaliter requiritur, vt assumens per illud, quod assumit, seipsum repræsentet: sed angelus, quando per corpus assumptum Dei personam repræsentat, non repræsentat se ipsum: ergo non propriè corpus assumit. Propter hoc argum. *Molina* concedit conseq. Sed melius disting. minor. Non repræsentat seipsum immediatè, & vt *quo*, minusque principaliter, nego; quod satis est ad propriam assumptionem: Non repræsentat seipsum immediatè & vt *quod*, magisque principaliter, concedo: hoc autem modo repræsentatur Deus per corpora ab Angelis assumpta.

28. *Discrimen inter assumere & apparere. In assumptis Deus principaliter apparuit.*

29.

Ad fundam. primæ, nego, ad propriam corporis assumptionem requiri definitiuam præsentiam assumentis in corpore assumpto. Ad confirm. Non omnia Deus mouet vt causa particularis ad operationem, quæ sit proportionatum instrumentum naturæ intellectualis ad manifestandum seipsum alteri. Vnde etiamsi cælum moueret vt causa particularis, non propterea diceretur assumere illud; quia motus cæli non est proportionatum instrumentum naturæ intellectualis ad manifestandum seipsum alteri. Contrà verò, si cælum moueret, vt causa particularis ad vocem aliquam expressiuam alicuius perfectionis propriæ, diceretur propriè illud assumere: quia vox significatiua est proprium instrumentum naturæ intellectualis ad manifestandam seipsam alteri. Ad instantiam factam: Non ideò Deus non assumit corpora, quæ mouet vt causa vniuersalis, quia non mouet illa vt causa principalis; sed vel quia non mouet illa vt causa proxima & immediata; vel quia non mouet illa ad operationem vt instrumentum proportionatum naturæ intellectuali ad seipsam alteri manifestandam. Vn-

30. *Ad assumptionē corporum non requiritur definitiua præsentia assumentis in corpore assumpto.*

31. *Ad instans.*

Digitized by Google

de etiamsi per corpus ab angelo assumptum Deus operaretur miraculum, modo angelus per assumptum corpus proximè & immediatè ad miraculum concurreret, non tolleretur, quin angelus dici posset talis corporis assumptor. Ad fundam. secundæ, cōstat ex dictis. Aliud quippe est *apparere*, aliud corpus *assumere*. Primum Deo tantùm concedit S. Tho. & Patres. Secundum nego de facto, etsi non implicet de possibili. Ad confirm. nego sequel. nam sicut non decipit homines iudex, qui in personâ Regis loquitur verba Regis; ita nec angelus, qui vt instrumentum Dei loquitur in personâ Dei verba Dei. quia talis actio non est per se deceptoria.

32. *Ad fund. 2.* *Ad conf.*

33. *Coroll.* Ex his deduco, omnes apparitiones Dei tum veteris, tum noui Testamenti, factas esse ministerio Angelorum, vt *cit. loco* inductione & exemplis ostendit S. *Augst.* quia non est potior ratio de vnis, quàm de aliis: & ex aliâ parte causa à nobis allata militat de vtrisque.

An anima separata valeat corpora assumere?

34. *Negant.* PRIMA sent. negatiua S. *Tho. 1. p. q. 110. ar. 3. ad 3. & 117. ar. 4. & 16. de malo, ar. 10. ad 2. Duran. in 3. dist. 22. q. 3. nu. 4. Capr. in 4. dist. 5. q. 2. ar. 1. Mayro. dist. 47. Soti q. 45. ar. 3. post 1. concl. Caiet. 1. p. q. 117. cit. Suarez de incarnat. to. 2. disp. 32. sect. 2. & in metaph. disp. 35. sect. 6. & de statu animæ separatæ c. 2. Vasquez 1. p. disp. 194. c. 3.* Prob. 1. Anima rationalis essentialiter est forma corporis; ergo nequit aliena mouere, nisi mediante proprio. Tum quia si posset aliena corpora per seipsam immediatè mouere, posset etiam membrum aridum; nam ideò non potest aridum membrum mouere, quia illud non informat; ergo nec poterit aliena corpora, quæ non informat, mouere. Tum quia potentia motrix commensuratur formæ, ad quam consequitur: forma autem est addicta tantùm corpori humano, vt proprio perfectibili; ergo & eius potentia motrix.

35. *Prob. 1.*

36. *Confirm.* Confirm. Ita se habet forma ad informandum, sicut potentia motrix ad mouendum: sed nequit animus rationalis vt forma informare corpus, nisi humanis accidentibus dispositum; ergo nequibit eius motrix potentia mouere, nisi corpus anima rationali informatum. Prob. 2. Corpus humanum est organum animæ ad alia corpora distincta mouenda: sed nulla causa creata potest absque proprio instrumento naturaliter operari, vt inductione constat; ergo nec anima sine proprio corpore aliena corpora mouere. 3. Ideò possunt angeli corpora mouere, quia sunt omninò à corpore abstracti: igitur anima, quæ non est à corpore omninò abstracta, nequit corpora à se distincta mouere. 4. Si posset anima separata mouere corpus, illud celerius moueret, quàm proprium, dum est ei coniuncta. At hoc falsum est: tum quia nequit anima in statu præternaturali, qualis est status separationis, perfectiùs operari, quàm in statu naturali, qualis est status coniunctionis. Tum quia sequeretur, proprium corpus non esse adiumento, sed potiùs impedimento animæ rationali ad suas functiones obeundas, cùm tamen nullum instrumentum naturale sit impedimento, sed adiumento causæ principali ad operandum. Maior prob. si separata posset mouere corpus, vtique mouere posset eâ celeritate, quâ mouet seipsam; quia per eandem potentiam mouet se, & alia à se, sed celeriùs se mouet separata, quàm coniuncta; ergo 5. Nullam potentiam habet anima separata, quam non habet coniuncta; sed coniuncta non habet potentiam immediatè mouendi aliena corpora; ergo nec separata.

37. *Prob. 2.*

38. *Prob. 3.*

39. *Prob. 4.*

40. *Prob. 5.*

Secunda affirm. *Henri. quodlib. 11. q. 14. Ægid. quodlib. 4. q. 17. Scoti in 4. dist. 49. q. 14. §. Resp. Basso. q. 2. ar. 1. Aureol. apud Capreol. cit. Maior. q. 8. Abulens. in 8. Matth. q. 124. Alphons. de Mend. q. 9. quodlib. de veris apparit. post 2. concl. Conimbr. de statu animæ separ. disp. 6. ar. 2.* probabilior est. 41. *Affirm.* *Sententia probabilior.*

Ratio 1. Anima separata habet potentiam seipsam mouendi, vt vita est: ergo & alia à se: sc. Potentia motiua mouet medio impulsu, quem producit in mobili, mouet .n. efficienter, non formaliter; alioqui seipsam moueret, quia semper est sibi forma. Ad producendum autem impulsum in mobili, sufficit præsentia motoris cum mobili; & potest anima separata proprio motu fieri præsens mobili: nec requiri informationem proprij corporis, ex eo quòd vis motiua animæ est limitata ad mouenda alia corpora medio proprio, vt instrumento sibi coniuncto, prob. potentia motiua essentialiter est virtus, non solùm operatiua immanenter in proprium subiectum, sed etiam transeunter in alienum; sed vt transeunter operatiua, non requirit nisi solam indistantiam à mobili. Nam in hoc discriminatur à virtute immanenter operatiuâ, quod hæc non solùm requirit indistantiam, sed identitatem cum subiecto. Maior constat, tum inductione in aliis; tum in animâ ipsâ, quæ coniuncta mouet proprium, & alienum corpus transeunter; vtrumque enim est subiectum, ab animâ realiter distinctum; nec informatio facit subiectum ab informante magis indistans, sed solùm addit vnionem informabilis cum formâ. Confirm. Adhuc posità informatione cum proprio corpore, anima transeunter mouet illud, & reliqua; quia cùm anima sit, quæ immediatè mouet proprium, & aliena corpora, adhuc, positâ informatione, anima transeunter mouet suum, & alia corpora; ergo separata per eandem potentiam mouere poterit alia à se; quia illa per separationem non mutatur. Ratio 2. contra Thomist. Anima separata, & quælibet alia substantia spiritualis, est in loco formaliter per operationem; nullam autem operationem potest anima separata in loco exercere, nisi potentiæ motiuæ; igitur poterit anima separata propriâ virtute aliena corpora mouere. Idem confirmant tot apparitiones animarum, de quibus S. *Gregorius 4. lib. Dial.* Neque dicas, vel eas factas esse arte dæmonum; nam multæ ad virtutem eos, quibus apparuêre incitarunt; vel miraculosè; quia non est ad miraculum referendum, quod potest virtute naturali saluari.

42. *Probatur hæc sent. à priori.* 43. *Conf.* 44. *Ratio 2. ad hominem.*

Ad 1. primæ, nego conseq. Ad 1. prob. nego sequel. cum suâ prob. Nam cur nequeat anima aridum membrum immediatè mouere non est formaliter, quia illud non informat, sed quia non est illi immediatè præsens, & loco indistans; nequit enim anima, dum est vnita corpori, esse præsens, nisi vbi informat; quia non informat voluntariè, sed naturaliter; separata verò fieri potest præsens cuilibet corpori, quia nulli assistit naturaliter. Ad poster. solùm sequitur, potentiam motricem animæ esse addictam corpori humano, vt proprio mobili organicè; nullum quippe aliud corpus valet anima organicè mouere, nisi humanum, illudque mediâ informatione. Quia ad motum organicum requiruntur certa organa, quæ simul cum animâ concurrant ad motum concausandum; vt autem organa actiuè concurrant, requirunt, vt sint vita; sc. formaliter per animam mediâ informatione. Ad confirm. neg. maior. Ratio: anima informat corpus formaliter exhibendo illi seipsam, vt proprium actum; at non quod-

45. *Cur anima nequeat aridum membrum mouere.* 46. *Anima præter propriũ nequit al. ud corpus mouere organicè.* 47. *Ad confir.*

Digitized by Google

quodlibet subiectum est capax cuiuscunque formæ, requirit igitur, vt anima informet, certum subiectum, certaque dispositiones: potentia verò motrix, subiectum mouet efficienter, medio impulsu; at non solum corpus humanum, sed quodlibet aliud est capax impulsûs; ergo non solum mouere

48. Ad 2. potest proprium, sed etiam alia. Ad 2. Minor est tantùm vera, quando causa principalis non est se solâ, absque instrumento, sufficiens effectum producere; at anima se solâ sufficiens est, sine corpore,

49. Instas. inorganicum motum producere. Instabis. Esto possit causa esse sufficiens sine proprio instrumento in seipsâ operari, non tamen est sufficiens sine proprio instrumento operari in alieno subiecto; velut ignis sufficiens est sine calore seipsum calidum efficere, non extrinsecum subiectum; ergo licet possit anima separata sine corpore seipsam mouere, non

50. Resp. tamen alia à se. Resp. Ignis nequit per seipsum immediatè alia calefacere, sed medio calore; at anima potest per suam potentiam motiuam immediatè alia mouere; nam de facto coniuncta corpori mouet proprium, & aliena corpora; & idem proprium, saltem partem aliquam illius mouet totaliter; alia verò corpora mouet partialiter, concurrente proprio corpore vt instrumento coniuncto. Ad 3. nego

51. Ad 3. antec. nam adæquata ratio, cur angeli possint corpora mouere, non est, quia sunt omninò à corpore abstracti, nam etiam animantia, & viuentia vt plantæ, mouent corpora, proficua ad se attrahendo, & noxia à se expellendo; sed quia sunt viuentes, de quorum naturâ non minùs est mouere se, quàm alia à se, ad propriæ naturæ conseruationem, quia multi hanc vim tribuunt etiam rebus vitâ carentibus, vt magneti & succino, ferrum, paleasque ad se trahen-

52. Ad 4. tibus. Ad 4. Nego maior. eiusque prob. Nam ad mouendum se, nulla vis obsistit animæ, cùm sit spiritualis; ad mouenda corpora, obsistit naturalis grauitas, vnde non eâ celeritate, quâ mouet se, mouet corpora; imò nec eâ celeritate, quâ mouet proprium corpus, cum est ei vnita; quia proprium mouet ipso ad motum concurrente per neruos, & spiritus, qui sunt propria instrumenta motûs, alia verò mouet, obsistente eorum naturali grauitate; vnde non quodlibet corpus potest anima separata mouere, sed tantùm illud, cuius grauitas non excedit vim impulsiuam ipsius; nullum tamen mouendo defatigatur, quia defatigatio nascitur ex diminutione propriæ virtutis, quæ in corpore animato sunt spiritus, qui in mouendo consumuntur; anima autem cùm sit incorporea & spiritualis, non potest eius virtus in mouendo minui; quia diminutio supponit corruptionem partium, quæ substantiæ spirituali repugnant. Hinc disces modum, quo valeat anima in corpore glorioso dotem agilitatis exercere; substractis nimirum humoribus, qui corpus ponderosum reddebant, & subministratâ diuinitùs magnâ spirituum copiâ, poterit anima per innatam vim motricem, celerrimè illud mouere, ac per aëra librare. Lege *Scot. cit.* & nostrum 3. *to. disp.* 2. *sect.* 20.

Quomodo anima se moueat in corpore glorioso.

53. Ad 5. Ad 5. Nego minor. nam per eandem potentiam anima mouet proprium, & aliena corpora.

An Angelus in corpore assumpto opera vitæ exercere valeat?

54. RAtio dub. Angeli in corporibus assumptis vident, & audiunt ea, quæ circumstantes dicunt; respirant, alloquuntur; progrediuntur, rident, comedunt, generant; sed hæc omnia sunt opera vitæ. Confirm. Angeli sunt perfectè viuentes: ergo non repugnat, eos in assumptis corporibus opera vitæ exercere. Communis tamen & constans sent. Scholast. *in* 2. *dist.* 8. *&* S. *Tho.* 1. *p. q.* 51. *ar.* 3. est, non posse angelum in corpore assumpto opera vitæ exercere. Quamuis nonnulla de modo loquendi sit dissensio, an *locutio, comestio, progressio* absolutè ab angelo in assumpto corpore fieri possint; quæ dissensio ex nostrò fundam. facilè dirimetur.

55. *Sent. negans certum.*

Fundam. ad opus vitale debet per innatam potentiam actiuè concurrere subiectum, in quo opus vitale immediatè recipitur. At ad nullum ex prædictis potest corpus ab angelo assumptum per innatam potentiam actiuè concurrere. nam nulla est vitalis & nativa potentia in corpore ab angelo assumpto, ad aliquam ex his operationibus, quæ vitalis dicitur, eliciendam. quia nulla potentia vitalis potest naturaliter conseruari extra animam informantem, cuius est coniunctum instrumentum. Vnde similitudinariè tantùm angelus hos effectus operatur in assumpto corpore: vt non obscurè significauit *Tobiæ* 12. cùm dixit: *Videbar quidem vobiscum manducare & bibere.* Quia *manducatio* est attritio cibi facta virtute potentiæ cometiuæ, quæ in corpore assumpto non est. Vnde licet videatur angelus oculos, & aures habere, per eas tamen, cùm apparentes tantùm sint, nec videt, nec audit, sed solùm intelligit, quæ à colloquentibus dicuntur. Pariter cùm loqui videtur, eius locutio non est à potentiâ organicâ vocis formatrice, sed sola aëris reuerberatio, & sonus perssimilis ei, qui ab homine loquente producitur. Idem iudicium esto de cæteris: omnia .n. ab angelo fiunt medio impulsu & motu locali, passiuè tantùm concurrente corpore assumpto. Vnde multò minùs potest angelus in assumpto corpore generare; quia generatio requirit decisionem propriæ substantiæ viuentis, medio semine in matrice fœminæ recepto. Cæterùm etsi omnes conueniant, non posse angelum vitalem actum generationis in assumpto corpore exercere: adhuc tamen controuersum est, an saltem possit ex virili semine aliunde translato, humanam prolem generare. Et quidem certum est, non posse dæmonem succubum per semen humanum, aliunde translatum prolem in seipso concipere. nam organizatio humani corporis, & cuiuscunque perfecti animantis, requirit determinata instrumenta vitæ, à quibus formetur & perficiatur: quæ instrumenta nequeunt virtute angeli suppleri: cùm nequeat ab angelo suppleri calor ille vitalis, quo virile semen intra fœminæ matricem receptum foueatur, prolificet, & in humani corporis figuram efformetur. Nam ille essentialiter pendet ab organis & spiritibus vitalibus, qui extra animantium corpus conseruari nequeunt. Vnde quòd succubi genuerint, vel vt falsum reiiciendum est; vel certe explicandum, quòd non ipsi in se prolem formauerint, sed aliunde formatam simulauerint. Sola igitur diffic. est, an possint incubi humanum semen aliunde asportando, illudque in matricem fœminæ immittendo, generare. Negant aliqui, id virtute angelicâ fieri posse. quia vt semen humanum, authore *Arist.* 2. *de generat. anim. c.* 3. sit fœcundum, pendet à spiritibus & calore vitali: qui cùm subtilissimi sunt, statim euanescunt.

Opera vitalia essentialiter procedere ab intrinseco & innato principio, in quo est.

Quomodo Angelus & loquatur & videat, &c.

56.

57. *An generare possit?*

58.

Affirmant communiter *Scholast. in* 2. *dist.* 8. *&* S. *Tho.* 1. *p. q.* 51. *ar.* 3. *ad* 6. vbi cum *August.* 15. *de ciuit. c.* 23 *impudentiæ* esse ait, hoc *negare*, cùm *celebertissimâ famâ* sit, multorum testimonio firmata *de quorum fide dubitandum non est.* Ratio: non ita semen humanum pendet à spiritibus vitalibus hominis generantis, vt non valeat tantisper extra propria organa conseruari; vt experientiâ compertum est, aliquando

59. *Ex incubis dæmonibus potest fieri generatio asportato aliunde semine.*

Digitized by Google

quando fœminas concepisse ex virili semine in balneis relicto, & in propriam matricem attracto. Hæc igitur sent. probabilior.

60. Deducitur 1. nullam ex suprà dictis operationibus posse absolutè tribui angelo in corpore assumpto: nam quælibet ex his importat respectum ad principium proximum vitæ, à quo elicitur. 2. comestio Christi post resurrectionem fuit vera comestio ex *August.* 13. *de ciuit. c.* 22. & *S. Tho.* 1. *p. q.* 51. *ar.* 3. *ad* 5. non quia, vt opinatur *Scotus in* 2. *dist.* 8. *q. vn.* §. *In ista*, cibus à Christo sumptus conuersus est in substantiam Christi sumentis, cùm corpus gloriosum non sit capax accrementi; sed quia fuit attritio cibi facta virtute potentiæ comestiuæ. Vnde talis operatio dicebat respectum ad potentiam natiuam vitalem proximè operantem. 3. Angelus in assumpto corpore validè baptizare non potest, contra *Scot. in* 4. *dist.* 6 *q.* 1. quia cùm ad Baptismum requirantur verba vitali modo prolata, & non possit angelus in assumpto corpore humana verba vitaliter proferre; nequit in assumpto corpore validè baptizare. 4. Etiamsi corpus ab angelo assumptum per potentiam obedient. actiuè concurrat ad locutionem, vel ad aliam ex suprà enumeratis operationibus, adhuc non posse illam dici vitalem; nam hæc denominatio desumitur tantùm à potentiâ intrinsecâ naturali. Vnde locutio asinæ Baal non fuit vitalis locutio, sed sola aëris reuerberatio. 5. Non est actio vitalis motus corpori viuenti ab extrinseco impressus, nisi ad illum actiuè concurrat viuens. Vnde non dicitur vitaliter moueri animal, cùm inuitum trahitur ad necem, vel cùm dæmon membra energumeni mouet ipso renitente. 6. Non posse angelos per assumpta corpora naturali vi operati effecta supra naturam; Angelus n. per assumptum corpus non fit ad operandum potentior: at teste *S. Tho. q.* 110. *ar.* 4. ex se non habet virtutem operandi effectus supra naturam; igitur nec illam habebit in corpore assumpto. Quare non poterit assumptum corpus replicare, quamuis possit esse in duobus corporibus, intra propriam sphæram distantibus. Nec poterit corpus assumptum cum alio corpore penetrare, nec impedire, quin corpus assumptum sensibus obiectum sui species transmittat, nisi vel interponendo inter corpus assumptum, & oculum videntis aliud corpus: vel localiter dimouendo à corpore assumpto causas colorum. Nec poterit assumere corpus sine accidentibus; nec accidentia sine subiecto: posset tamen accidentia à subiecto diuinitùs separata, assumere. Ratio: non habet angelus virtutem immutandi naturam, & causas 2. à suâ naturali operatione. Vnde eos tantùm effectus operari potest, qui per applicationem causarum naturalium produci possunt. Quare poterunt pluuias, & ventos, tonitrua que, & fulgura excitare; subitam sanitatem, noxios humores expellendo, & actiua passiuis applicando, causare; assumpta corpora in medio aëre sistere, ac mouere per impulsum superantem naturalem grauitatem corporum; defunctorum corpora diu incorrupta conseruare, expulsis corrumpentibus, & applicatis conseruantibus.

61. *Comestio Christi post resurr. vera.*

62. *Angelus in assumpto corpore non baptizaret validè.*

63. *Locutio asinæ Baal non fuit vitalis.*

64.

65. *Angelus in assumptis corporibus nequit operari opera supra naturam.*

Ratio omnium.

Qui effectus fieri possint ab Angelo.

66. Ex his patet ad rationem dub. Ad confirm. nego conseq. nam ad opus vitale non sat est, vt principale agens sit viuens; alioqui omnis actio creata, cùm sit à Deo perfectè viuente, esset vitalis: sed requiritur præterea, vt sit etiam viuens ipsum proximum principium, à quo, & in quo vitalis actio exerceatur.

Ad rat. dub.

DISPVTATIO V.

De loco Angelorum.

SECTIO PRIMA.

An Angeli necessariò sint in aliquo determinato loco secundùm propriam substantiam?

PRIMA sent. negat, Angelos esse in loco secundùm substantiam, sed solùm secundùm operationem, ita vt cùm ipsa angeli operatione non sit simul præsens eius substantia: Fuit quorundam *Philos. apud S. Tho. in* 1. *dist.* 37. *q.* 3. *ar.* 1. eamque sequi videntur *Aureol. in* 2. *dist.* 2. *q.* 3. *ar.* 2. *fine, Herue. in* 1. *dist.* 37. *ar.* 1. *Ioan. de Neap. q.* 22: *pu.* 4. & aliqui putant esse opinionem *S. Tho. cit.* vbi ex sent. *Nazianz.* docet, Angelos *abusiuè* esse in loco, & 1. *p. q.* 52. *ar.* 1. affirmat, esse in loco *æquiuocè*. 1. 1. *Sent.*

Prob. 1. ex *Arist.* 1. *cæli, tex.* 100. vbi loquens de substantiis separatis, quæ suprà cæli latitudinem æuo fruuntur æterno, ait, eas non esse aptas, vt sint in loco. Et *Boëtius* communem sapientum conceptionem ait esse, *incorporalia non esse in loco.* quod etiam docuisse videtur *August. lib.* 83. *quæst. q.* 20. & *Damasc. lib.* 1. *fidei c.* 17. quorum ille affirmat, quidquid corpus non est, *abusiuè* esse in loco; hic verò docet *intellectualiter* tantùm angelos esse in loco. 2.

Prob. 2. ratione. Prima. Angelus est incapax propinquitatis & distantiæ localis; ergo & locabilitatis. Nam propinquitas, & distantia immediatè fundantur in locabilitate. Antec. prob. propinquitas, & distantia sunt proprietates solius corporis, & rei materialis, ac situabilis. 2. *Locari* est contineri intra latera corporis ambientis, vt docet *Philos.* 4. *phys.* Implicat autem, angelum contineri intra latera corporis ambientis; nam hoc est proprium corporis quanti: igitur implicat, angelum esse in loco secundùm propriam substantiam. 3. Angelus non potest esse in loco, nisi penetrando se cum loco; sed quando duo sese mutuò penetrant, non minùs vnum est in altero, quàm alterum in alio: vt constat de duobus corporibus, aut spiritibus mutuò sese penetrantibus: ergo non minus locus dicendus esset in angelo, quàm angelus in loco. 3. *Ratio* 1. 4. *Ratio* 2. 5. *Ratio* 3.

Secunda negat, Angelos necessariò esse in aliquo determinato loco actu; ait, posse pro libito esse nusquam: *S. Tho. in* 1. *dist.* 37. *q.* 3. *ar.* 1. *ad* 4. *Herue. cit. Scoti in* 2. *dist.* 2 *q.* 6 §. *Ad propositum, Capreol. q.* 1. *ar.* 3. *ad* 2. *Scoti con.* 1. *concl. Caiet.* 1. *pa. q.* 52. *ar.* 1. §. *Ad hæc quoque*; *Ferrar.* 3. *con. gen. c.* 68. §. *Consider.* 3. *Bannez* 1. *p q.* 52. *ar.* 1. *ad* 7. *Zumel ibid. q.* 2 *Vasq. disp.* 188. *c.* 7. Fundam. Angelus est in loco formaliter, vel per operationem liberam, vel per aliquid instar operationis, vt supponitur: Sed potest cessare ab omni operatione liberâ: ergo potest absolui ab omni loco actuali. Nam esse in loco, est effectus formalis operationis; sublatâ autem formâ tollitur effectus formalis: igitur sublatâ omni operatione, per quam angelus vt per formam est in loco, tollitur effectus formalis essendi in loco. Confirm. potest angelus liberè se collocare in inani extra cælum: sed in eo nullus est locus: ergo potest angelus esse nullibi. 6. 2. *Sent.* *Fundam.* *Conf.*

Tertia negat, Angelum esse in loco determinato, sed 7. 3. *Sent.*

Digitized by Google

to, ait esse, vbicunque operari potest: operari autem potest in quolibet corpore: igitur præsens est in quolibet corpore. Ita *Duran. in 1. dist. 37. p. 2. q. 1.* Fund. *nu. 26* Quod sic probat. Nullus locus ex naturâ rei debetur angelo, nec circumscriptiuus, nec definitiuus, cùm sit immaterialis: sed nequit angelus circa locum operari, nisi illi supponatur realiter præsens: cùm ergo operari possit circa omnem locum, erit omni loco realiter præsens; non præsentiâ sitûs, sed ordinis: sicut anima rationalis est realiter præsens omnibus partibus corporis. Minor ostend. operatio non ponit, sed supponit præsentiam agentis. Nec dici potest, angelum fieri præsentem corpori, in quod est operaturus per motum localem, *Quia non est*, inquit, *intelligibile, quod angelus secundùm suam essentiam moueatur.* Quarta docet, Angelos necessariò esse in aliquo loco determinato: *Aegid. in 1. dist. 37. q. 1. Argen. ar. 2. concl. 1. Mayro. in 2. dist. 2. q. 6. §. Sed hic. Medin. 3 p. q. 52. ar. 1. §. Quintus, & omnium*, qui affirmant, Angelos esse in loco vel immediatè per suam substantiam, vel per vbi. Probat *Aegid.* licet angelus sit in loco formaliter per operationem, repugnat tamen, quatenus est pars Vniuersi, vt ab omni operatione transeunte cesset, per quam angelus cum hoc Vniuerso connectitur. Pro explic. nota, esse in loco sumi, 1. *circumscriptiuè*, 2. *definitiuè*. Primus est solius corporis, cuius partes respondent partibus loci, infrà cuius ambientis latera illud continetur: intra quem locum aliud corpus naturaliter admittere non potest. Secundùm conuenit etiam Spiritui creato, vt ita sit hic, vt non alibi; itaque præsens loco, vt non ambiatur loco; sed penetretur cum loco, & à quo aliud corpus non excludat. Præterea esse in loco sumi potest, 1. vt locatum sit præsens spatio reali; 2. vt sit tantùm præsens spatio imaginario.

§. 4. Sent.

9. *Esse in loco sumi potest dupliciter.*

10. *Concl. 1. bimembris.*

Dico 1. Angelus necessariò debet esse in aliquo loco determinato secundùm propriam substantiam. Vtraque pars constat ex Scripturâ, in quâ non modò Angeli dicuntur hominibus *apparere* in corporibus assumptis; sed ad eos *accedere*, & *recedere*; *ingredi*, & *regredi*; cælumque pro loco assignari bonis, infernum malis. Igitur ex Scripturâ non solùm constat, Angelos esse in loco, sed in determinato loco; alioqui nec *accedere*, nec *recedere* propriè dici possent, sed tantùm metaphoricè & apparenter. Idem docent Patres. Augustin. *de immort. animæ c. 1. Quidquid est, nusquàm esse non potest.* Gregorius 2. *moral. cap. 3. Angelorum spiritus loco circumscripti sunt.* Damascenus 2. *de fide cap. 3. circumscripti quidem illi sunt; nec enim in terra versantur, cùm in cælo sint; nec cùm à Deo in terram mittuntur, in cælo remanent.* Idem docuit *Arist. 4. phys. c. 1. Omnes existimant, quæ sunt, alicubi esse; quod verò non est, nusquam esse*, Et Cicero 1. *Tuscul. nu. 11. & 82.* disputans de statu animarum post mortem, *Si enim sunt, nusquam esse non possunt.* Vnde meritò opposita sent. vt error, à Doctoribus Paris. damnata est, *in fine lib. Mag. sent. errore 3.* sub titulo, *Errores de Angelo vel Intelligentia.* Prob. quoad 1. partem: quidquid est, suum esse necessariò habet extra causas positum: ergo ab aliquo loco, aut spatio indistans. Nam statim ac angelus creatur, operari potest in extrinsecum subiectum; nequit autem, *vt mox*, statim operari in quodcunque subiectum: ergo eo ipso, quod suum esse accipit extra causas positum, necessariò accipit illud ab aliquo loco vel spatio indistans. Alioqui non minùs ex se posset statim productus mouere vnum corpus, quàm aliud: ideò enim potest, quia indistans est ab vno, & non ab alio: quam indistantiam formaliter non ponit, sed supponit operatio, *vt infrà*. At esse realiter præsens alicubi, formaliter non dicit aliud, quàm occupare aliquod spatium siue reale, siue imaginarium: sicut Deus dicitur realiter præsens in spatiis imaginariis; quia ea replet suâ immensâ ac infinitâ substantiâ. Confirm. Implicat angelum esse, & alicui tempori non respondere: nam omne quod est, quàmdiu est, necessariò in suo esse durat, per ordinem ad tempus, siue reale, siue imaginarium. At vnaquæque res ita se habet ad spatium sicuti ad tempus: ergo sicut nulla res absolui potest à tempore, ita nec à spatio. Vnde eâdem necessitate, quâ Deus per æternitatem respondet omni tempori reali vel imaginario; per immensitatem respondet omni spatio reali vel imaginario. Ratio: vt res sit præsens tempori, nil aliud requiritur, quàm vt existente tempore coëxistat res. Ita vt res sit præsens loco, nil aliud requiritur, quàm vt existente loco coëxistat res indistans à loco.

11. *Necessariò est in aliquo loco.*

Prob. quoad 2. partem contrà *Duran.* vt ex Scripturâ, & Patribus constat, & *infrà*, Angeli realiter mouentur de vno loco in alium: ergo non sunt realiter præsentes vbicunque possunt operari. quia si essent, non necessariò mouerentur, vt alicubi operari possent; quia motus ad nihil aliud deseruit, nisi ad producendam præsentiam agentis circa subiectum operabile. 2. Potest Deus vti angelo ad operandum circa subiectum distans: ergo angelus non est vbicunque operari potest; nam subiectum distans dicit, angelum non esse vbique præsentem.

Confirm. 12. *Est in loco determinato secundùm propriam substan.* 13. 14. *Prob. 2.*

3. Sequeretur, angelum æquari Deo in immensitate: sicut Deus est immensus, quia præsens est omni loco, & operari potest vbique absque vllâ sui mutatione: ita & angelus in sent. *Duran.* Confirm. creato alio, & alio mundo, de nouo angelus absque vllâ sui mutatione fieret præsens alij, & alij mundo, quod est proprium Dei. Respondet, Deum non solùm esse vbique præsentialiter, sed etiam causaliter, quia omnia efficit & conseruat. Sed contrà: hoc non tollit, quin angelus saltem adæquetur Deo quoad immensitatem, esto illi non adæquetur quoad causalitatem. Prob. 4. Substantia finita non potest habere præsentiam infinitam; ideo enim Deus habet præsentiam infinitam, quia est substantia infinita. Sed angelus est substantia finita; nequit igitur habere præsentiam infinitam: haberet autem infinitam, si præsens esset vbicunque operari posset. Propter has rationes non potest *Durandi* sententia ab erroris notâ excusari. Vnde *num. 38* apertè fatetur, se non asserendi, sed inquirendi causa hæc dixisse.

Prob. 3. Confirm. 15. 16. 17. *Prob. 4. à priori.* *Sententia Durandi erronea.*

Dico 2. Angelus non est, neque esse potest in loco *circumscriptiuè*, sed tantùm *definitiuè*. Primum constat; nam esse in loco circumscriptiuè supponit in locato extensionem partium, per quas respondeat partibus loci, & per quam ab eodem spatio naturaliter expellat omne aliud corpus: quæ angelicæ indiuisibilitati repugnant. Dices: non repugnat, corpus collocari in spatio indiuisibiliter, & definitiuè, vt constat de corpore Christi in Eucharistiâ, quod indiuisibiliter respondet accidentibus Eucharist. ergo nec repugnabit, spiritum collocari in spatio diuisibiliter, & circumscriptiuè. Resp. neg. conseq. nam vt corpus collocari possit in spatio indiuisibiliter, sufficit vt spoliari possit situali extensione partium, ratione cuius proximum occupat spatium diuisibiliter; & indui modo indiuisibili, ratione cuius occupare possit spatium indiuisibiliter. Vt autem possit Spiritus occupare spatium diuisibiliter, non sufficit, vt induat modum diuisibilem, nisi ipse etiam secundùm substantiam euadat diuisibilis, quod implicat. Sc. modus est tantùm ratio, quâ subiectum

18. *Angelus in loco solùm definitiuè.* 19. 20. *Ratio.*

Digitized by Google

collocatur in spatio: ergo si subiectum est diuisibile, etiamsi modus sit diuisibilis, non poterit collocari in spatio diuisibiliter; quia hoc essentialiter requirit subiectum in seipso indiuisibile, vt possit pars subiecti respondere parti loci: alioqui non ipsum subiectum, sed modus ipsius esset in spatio diuisibiliter. Vt autem possit subiectum diuisibile collocari in spatio indiuisibiliter, non requirit, vt ipsum subiectum euadat positiuè indiuisibile in se, sed tantùm negatiuè in ordine ad locum, non respondendo illi per partem subiecti ad partem loci, sed per totam entitatem totius subiecti ad quamlibet partem loci. quia non respondere spatio diuisibiliter, est effectus negatiuus; respondere diuisibiliter, est effectus positiuus. Potest autem subiectum diuisibile, sine variatione suæ essentialis diuisibilitatis, non præbere spatio extrinseco effectum formalem suæ diuisibilitatis. Nequit autem subiectum indiuisibile, sine variatione suæ essentialis indiuisibilitatis, præbere spatio extrinseco formalem effectum diuisibilitatis: quia non potest subiectum in genere causæ formalis præbere alteri, quod in se formaliter non habet: potest non præbere alteri, quod in se formaliter habet. Secundam prob. præsentia definitiua ita subiectum collocat in vno loco, vt eiusdem naturaliter collocati non possit in alio. Quia verò hoc conuenit etiam præsentiæ circumscriptiuæ, addatur præterea, vt ex vi eiusdem præsentiæ totum locatum sit in toto loco, & totum in quauis parte loci. At neutra exhibitis conditionibus repugnat Spiritui creato: ergo

21. *Quid sit esse definitiuè in loco.*

22. *Anima non est definitiuè in manu, &c.*

Ad 1. ratione, non esse definitiuè in spatio paruo, naturaliter esse quoad in spatio magno. Quia præsentia definitiua non solum excludit actualem præsentiam naturalem eiusdem rei in alia parte loci, sed etiam potentialem in maiore spatio, non tamen excludit aliam præsentiam secundum actuarem, vel potentialem eiusdem rei in alio vel eodem spatio, quia præsentia definitiua importat æquationem cum localibilitate naturali. 2. Corpus Christi non esse definitiuè in Sacramento, sed peculiari modo, qui dicitur sacramentalis, medio inter definitiuum & permanentiæ, cuius est supernaturalis quædam participatio: conuenit cum definitiuo, quatenus non est actu vbique; conuenit cum immensitate, quatenus ex vi eiusdem supernat. virtutis, qua collocatur in vna hostia, collocari potest in aliis in infinitum. Deus autem vi eiusdem immensitatis, aut actu est in spatio infinito, aut saltem esse potest in spatio maiore in infinitum vi propriæ virtutis. Ex quo patet, non posse produci creaturam, quæ naturaliter exigat præsentiam maiorem in infinitum. Talis n. exigentia necessariò supponeret in exigente localibilitatem actu infinitam, quæ substantiæ limitatæ repugnat: nam licèt actualis præsentia semper esset finita, localibilitas tamen esset actu infinita. Confirm. ideò corpus Christi vi virtutis sacram. potest esse sub speciebus maioribus in infinitum: quia vi virtutis sacram. conuingitur cum infinita potentia Dei, quæ in locando corpus Christi sub accidentibus Euchar. maioribus terminum non habet.

23. *Nec Corpus Christi in Sacram.*

Ad 2. Ad argum. primæ, tantùm abest, vt sit S. Tho. vt ab ipso, *in loco*, vocetur *hæreticus*, quam Ægidius, & Gabriel *errorem* vocant. Neque cum *ibid.* docet, Angelum esse in loco per operationem, sicut calidum in suo effectu, illum excludit à loco per substantialem præsentiam: cum in hoc sensu illam appellet *hæreticam*. Cum verò ipse, & alii dicunt, Angelos vel non esse in loco, vel nonnisi æquinoctialiter & abusiuè, non intendunt, eos excludere à loco simpliciter, sed tantùm circumscriptiuè. Ad 1. rationem, concedo antecedens de præsentia & distantia circumscriptiua; nego de definitiua: nam sicut Spiritus est capax locabilitatis definitiuæ, ita & propinquitatis, distantiæque definitiuæ. Ad 2. talis descriptio est locabilitatis circumscriptiuæ, non definitiuæ; vnde mirum non est, si ea repugnat angelo. Ad 3. vt aliquid dicatur esse in alio, vt in loco, non sufficit vt sit in illo quomodocunque, sed vt in alio habeante situm; locus enim, teste S. Tho. in 1. dist. 37. q. 3. ar. 3. situm formaliter importat, quare potior est ratio, vt Spiritus sit in corpore, quam corpus in spiritu, vt in loco, quia corpus habet situm, quo caret spiritus. Ad fundam. secundæ, nego maior. de qua infra. Ad confirm. dist. minor. extra cælum nullus est locus realis actualis, concedo; imaginarius & possibilis, nego; qui fatis est, vt res ibi existens, non dicatur nullibi existere; nam per hanc negationem denotatur res in nullo spatio, neque reali, neque imaginario, existere. Ad fundam. tertiæ nego maior. Ad prob. nego conseq.

24. *Ad 1.*

25. *Ad 2.*

26. *Ad 3.*

27. *Ad obiecta sent.*

28.

29.

SECTIO II.

Per quid Angeli sint in loco formaliter?

30. *Difficultas in quo sita.*

CONTROVERSIAM hanc difficiliorem reddunt quatuor sententiæ, quas ad 4. principales reuocabo, dicentes, esse in loco, est locum contingere, & quodammodo illi commensurari. Angelus cum sit pure spiritualis, nihil habet per quod locum contingat, vel quod commensuretur. Tota dissensio est, in qua ratione, per quam angelus locum formaliter contingat, eique aliquo modo commensuretur.

31. *1. Sent.*

Supponendus autem contra *Alens. 2. p. q. 32. mem. 6. aliosque Thomistas*, non requiri virtutem supernaturalem, vt Angelus in loco existimat; sed posse naturalis suæ facultate id præstare; alioquin non esset naturaliter potens ad opus maximè naturale, quale est esse in loco.

Prima sent. affirmat, Angelum esse in loco formaliter per operationem transeuntem: *Ægid. in 1. dist. 37. q. 1. Herue. art. 1. Capreo. in 2. dist. 2. q. 1. ar. 1. & 3. Ferrar. 3. con. gent. 68. Conside. Zumel 1. p. q. 52. ar. 1. q. 4. com. 4.* & videtur *S. Tho. in 1. dist. 37. q. 3. ar. 1.* vbi concludit, substantiam spiritualem non posse esse in loco, nisi per operationem, quæ effectum aliquem in eo producat. Laborant autem in definiendo, quænam sit hæc operatio, quam angelus producit in loco: fere omnes conueniunt, non esse aliquam determinatam, sed vel esse motu locali, vel illuminationem, vel quamcunque vnionem cum loco per modum præsentiæ, aut actuæ continentiæ; aut etiam per modum passionis à loco in angelo receptæ: vt saluent, dæmones esse in loco inferni, non per actuam, sed per passiuam operationem abigne pœnali supernaturaliter in ipsos agente. Addit *Capreo. ar. 3 ad 7.* posse angelum esse in loco per modum *nobilitationis, exornationis, & actuationis*, seu *vigorationis* corporis per spiritum: vt saluet, quo pacto Angeli beati sint in empyreo, in quo nihil operantur.

91. *1. Sent.*

Primæ sent. affirmat, Angelum esse in loco formaliter per operationem transeuntem: *Ægid. in 1. dist. 37. q. 1. Herue. art. 1. Capreo. in 2. dist. 2. q. 1. ar. 1. & 3. Ferrar. 3. con. gent. 68. Conside. Zumel 1. p. q. 52. ar. 1. q. 4. com. 4.* & videtur *S. Tho. in 1. dist. 37. q. 3. ar. 1.* vbi concludit, substantiam spiritualem non posse esse in loco, nisi per operationem, quæ effectum aliquem in eo producat. Laborant autem in definiendo, quænam sit hæc operatio, quam angelus producit in loco: fere omnes conueniunt, non esse aliquam determinatam, sed vel esse motu locali, vel illuminationem, vel quamcunque vnionem cum loco per modum præsentiæ, aut actuæ continentiæ; aut etiam per modum passionis à loco in angelo receptæ: vt saluent, dæmones esse in loco inferni, non per actuam, sed per passiuam operationem abigne pœnali supernaturaliter in ipsos agente. Addit *Capreo. ar. 3 ad 7.* posse angelum esse in loco per modum *nobilitationis, exornationis, & actuationis*, seu *vigorationis* corporis per spiritum: vt saluet, quo pacto Angeli beati sint in empyreo, in quo nihil operantur.

Fundam. Angelo id est formalis ratio essendi in loco, per quod locum formaliter contingit; vt constat de locato loco: at per solam operationem transeuntem angelus locum contingit. Nam cum angeli sint expertes molis, non possunt immediatè per substantiam, quæ spiritualis est, aut per aliquid sibi inhærens (nam quidquid in angelo est, spirituale est)

32. *Fundam. Esse in loco est locum contingere.*

le est) locum contingere: ergo illum contingunt per operationem transeuntem, vt per proprium effectum: quia cum hæc sit distincta ab angelo, & recipiatur in loco vt in subiecto, physicè illum contingit, eique commensuratur, modo proportionali, quo corpus per quantitatem tangit locum. Confirm. teste S. Tho. 1.p.q 8.ar.2. Spiritus increatus est in loco per operationem qua res cunctas in proprio esse conseruat; ergo etiam Spiritus creatus.

33. 1.Sent. Secunda docet, Angelos esse in loco per applicationem virtutis operatiuæ: *Bacho.in 2.dist.3 q.2.ar.3. Argen.in 1.dist.37.ar.2.ad 1. Caiet.1.p.q.52.ar.1.§. Quoad 4. Bannez ibid.concl.3. Medin.3.p.q.52.ar.1.ad arg.* Hæc sent. non negat, angelum esse in loco per operationem transeuntem, sed vlteriùs addit, etiam esse posse per solam applicationem virtutis in actu 1. absque vlla operatione in actu 2. posita in loco. Est autem hæc virtutis applicatio in angelo, vt *Caiet.* explicat, expedita facultas operandi in loco per practicum iudicium de operatione in loco producenda, & voluntatis electionem, cum negatione illi alis distantiæ substantiæ angelicæ à corpore, in quo est angelus operaturus, sublatis omnibus impedimentis ad proximè expediteque operandum; ita vt inter hanc potentiam, & operationem nullum intercedat medium. Prob. 1. auth. S. Tho. 1.p. q.52.ar.1. affirmantis, Angelum esse in loco *per applicationem virtutis ad locum qualitercunque.* Per ro qualitercunque, necessariò intelligit applicationem virtutis in actu 1. ad operandum, vt illam distinguat ab applicatione virtutis simpliciter, quæ est per actuale exercitium virtutis operatiuæ. Vnde *quodl.1. art.4.* distinguit applicationem virtutis ab ipsa operatione transeunte; & per primum, quem vocat *contactum virtualem loci*, docet angelum esse in loco.

34. Prob.S.Tho.

35. Prob.rationis. Prob.2. hæc applicatio virtutis in angelo respondet quantitati in corpore: sed corpus est in loco per applicationem quantitatis ad locum: ergo & angelus erit in loco per applicationem ipsius virtutis ad locum. Maior prob. sicut quantitas non inest loco, sed locato, illudque denominat quantum formaliter, & locabile circumscriptiuè: ita virtus transeunter operatiua inest angelo, illumque denominat quantum virtualiter & locabilem definitiuè. Notat *Caiet.1.p.q.52.ar.1.§ Sed est aduert.* per solam applicationem virtutis operatiuæ, angelum incompleteè esse in loco: inchoatur enim eius præsentia per virtutis applicationem; completur autem per exercitam operationem in loco.

36. 3.Sent. Tertia asserit, Angelum esse in loco formaliter per suam substantiam: *Richar.in 1.dist.37.art.1.q.1. Duran.in 2.p.eiusd.dist.q 1.nu.26. Bonau. in 2.dist.2.p. 2.art.2.q.1. Scotus q.6. Mayro.q.6. Gregor.q.2.art.2 §. Dico igitur, Rub.qu.vlt. Gabr. q.2.art.2.* Verum hoc interest inter *Duran.* & reliquos; quod putet, angelum per suam substantiam esse præsentem vbique non præsentiâ situs, sed ordinis mouentis ad mobile; reliqui verò solum docent, angelum esse in determinato loco. Prob.1. sicut quantitas est in loco formaliter per seipsam, nullâ mediâ operatione, aut modo à se distincto: ita & angelus per suam substantiam præcisè, nullâ operatione, aut modo superaddito. 2. præciso omni modo, vel operatione, nuda substantia angeli ratione suæ limitatæ entitatis, determinat sibi certum locum, à quo definitiuè contineatur, & à quo dicat negationem distantiæ, & simultaneam coexistentiam in ordine ad idem spatium.

Prob.sent.

37. 4.Sent. Quarta censet, Angelos esse formaliter in loco, non per aliquid in loco productum, nec per nudam substantiam, sed per aliquem modum, qui sit terminus motus angelici, immediatè afficiens substantiam, eamque quodammodo vestiens, & applicans tanto, vel tanto spatio iuxta maiorem, vel minorem virtualem extensionem ipsius modi erga spatium, quod respicit, & à quo essentialiter pendet, vt à termino extrinseco actuali, ad cuius varietatem varietur talis modus, qui dicitur *Vbi*: *Molin.1.p.q.52.art.1. disp.vn.nu.5. Vasquez disp.188.c.3. Suarez lib.4.de angel.c.2. Arrub. 1.p.disp.54.c.3. Albert. carol. 5. dub.4. ex prad. Vbi.* Hæc sent. probari solet iisdem argumentis, quibus *Vbi* materiale in corporibus. 1. datur motus localis, quæ est realis actio, & exercitium potentiæ motiuæ: sed omnis realis actio habet realem terminum; quia implicat, produci actionem sine termino; est enim hæc essentialis tendentia & via ad terminum. Terminus alius esse non potest quam *Vbi*: nam terminus debet proportionari actioni: sed motus, qui est actio, successiuè vbificat subiectum in ordine ad spatium: ergo & eius terminus, qui resultat in quiete, debet permanenter vbificare subiectum in ordine ad spatium. Confirm. posset angelus extra mundum moueri, in quo nullum est spatium reale: implicat autem esse motum sine aliquo termino reali: ergo eo casu necessariò producitur *vbi* reale. Prob.2. Negatio in rebus existentibus non potest de nouo incipere sine corruptione alicuius formæ positiuæ, cùm debeat incipere per non esse eius rei, cuius est negatio: sed præsentia angeli in spatio non incipit per non esse alicuius formæ positiuæ: igitur hæc præsentia in spatio non est sola negatio distantiæ a loco. 3. Concedendum est in angelo fundamentum propinquitatis, & distantiæ ab aliquo corpore; at hoc non semper est motus; nam angeli creati sunt, cum respectu propinquitatis ad empyreum, & distantiæ ad reliqua corpora sine vllo motu. Nec potuit hoc fundamentum esse vel creatio; nam hæc semper fuisset eadem siue in vno siue in alio loco à Deo posita fuisset: vel substantia aut potentia angeli; nam hæc semper sunt eadem, siue in vno, siue in alio loco collocentur. Igitur præter hæc concedenda est aliqua accidentalis forma, quæ in angelis esset fundamentum talis respectus propinquitatis ad vnum, & distantiæ ad aliud corpus. 4. Potest angelus ex loco maiore contrahere se in minorem: & contrà ex minore dilatare se in maiorem; atque adeò amittere vel acquirere nouum respectum præsentiæ ad aliam partem loci. Nequit autem sola à suâ voluntate amittere, vel acquirere respectum ad terminum manentem, nisi tollat, vel addat aliquid in fundamento: ergo aliquid tunc auferet vel addet in se, vt cesset vel resultet nouus respectus propinquitatis ad aliam partem loci.

Confirm. 38. Prob.2. 39. Prob.3: 40. Prob.4.

Pro explic. nota, in locatis corporeis, per quorum analogiam explicamus incorporea, duo esse, quæ videntur ad formalem rationem loci pertinere, & simultatem locati cum loco per actiuam continentiam loci; & mutuum contactum mathematicum cum loco, qui fit mediâ quantitate loci & locati: ad quæ consequitur respectus situalis propinquitatis tam locati ad locum, quàm loci ad locatum. Hinc factum est, vt aliqui in explicando angelorum loco, solùm respectum habentes ad primam rationem loci, affirmarint, eos esse in loco per propriam substantiam, vel *vbi*. Alij verò respectum habentes ad vtramque loci rationem, conati sunt in angelorum loco assignare aliquid proportionale quantitati, mediante quo fiat aliquis contactus inter angelum & locum. Vnde aliqui assignant actionem transeuntem, qua angelus physicè tangit locum; alij passionem, quâ angelus tangitur à loco;

41. *Nota duo requiri ad formalem loci rationem, & simultatem locati cum loco & mutuum contactus cum ipso loco.*

Digitized by Google

alij demum applicationem virtutis operatiuæ angeli ad locum, quæ respondere videtur applicationi quantitatiuæ dimensionis corporis ad locum.

42. *Angeli non sunt in loco per nudam substantiam,* Dico 1. Si de loco angelorum loquamur iuxta priorem rationem, Angeli non sunt in loco per nudam substantiam, aut *vbi*, sed per locabilitatem respondentem locabilitati corporum, quæ est sola extensio corporis localis. Primum euidens est: nam nuda substantia angeli non suscipit maiorem, vel minorem præsentialitatem ad spatium; cùm ex se sit semper eadem & inuariabilis quoad entitatem: at angelus liberè variare potest suam præsentialitatem, collocando se modò in maiore, modò in minore spatio. Si autem esset in loco per nudam substantiam, vel oporteret variari entitatiuè substantiam, modò crescendo, modò decrescendo, quod implicat: vel certè non posset suam præsentialitatem ad spatium liberè variare, sed per eandem præsentiam semper æquale spatium occuparet. Secundum ex Philosophia mihi certum est: nam præciso *vbi*, omnia saluari possunt per solam extensionem aut formalem, vt in corporibus; aut virtualem, vt in Spiritibus, *vt mox.* Taceo inextricabiles diffic. quas secum affert, tam vbi corporeum, quàm spirituale. Tertium antequam probem, assigno discrimen inter *vbi*, & extensionem localem: *Vbi* peradu. est terminus motûs localis; essentialiter variabilis ad variationem spatij: extensio localis in corporibus, est quidam modus ex quantitate naturaliter resultans, qui non variatur ad variationem spatij, sed perseuerat idem cum corpore in quolibet spatio; estque fundamentum *vbi*, quod successiuè variatur ad successiuam variationem spatij. Prob. concl. In corporibus datur extensio localis, per quam corpora sunt proximè occupatiua spatij, distincta ab ipsâ quantitate; vt constat in quantitate Corporis Christi, quæ in Eucharistiâ separatur ab extensione locali: at hæc sufficit absque alio modo addito: Igitur similis extensio virtualis concedenda est in Spiritibus, ratione cuius illi sint proximè occupatiui spatij; quæque non necessariò varietur ad variationem spatij, sed eadem inuariata perseuerare possit cum spiritu in quocunque spatio: cùm hoc tamen discrimine, quòd extensio formalis corporum naturaliter resultet ex quantitate; virtualis Spirituum liberè pendeat à voluntate subiecti.

43. *Nec per Vbi:*

44. *Sed per locabilitatem, quæ est extensio, vel formalis vel virtualis.*

45. *Prob.*

Discrimen inter extensionem formalem corporum, & virtualem spirituum.

Confirm. etiam animus rationalis præter vnionem informatiuam, habet virtualem extensionem ad corpus; cùm aliud sit informare, aliud esse præsens corpori; nam hoc est separabile ab illo, licet non contrà. Similiter corpus Christi in Euchar. habet extensionem virtualem in ordine ad species sacrament. Sed neque animus rationalis, neque Christi corpus ad variationem spatij variat suam extensionem localem, quam vel ille habet ad corpus, eoque mediante ad spatium; vel hoc ad species sacras, iisque mediantibus ad locum: ergo nec spiritus suam præsentiam, quàm habet ad locum, necessariò variat ad variationem loci, sed eam retinere potest, variatâ tantùm connotatione spatij. Minor prob. alioqui & animus rationalis ad motum corporis variaret informationem erga illud; nam hæc essentialiter pendet à præsentiâ animæ ad corpus: & corpus Christi successiuè variaret præsentiam sacram. ad species Euchar. absque nouâ prolatione formæ: vtrumque autem est absurdum: ergo &c. voco autem hanc extensionem localem, *locabilitatem*, quia per illam subiectum fit proximè locabile in spatio, quæ prout connotat hoc, vel illud numero spatium, dicitur *vbi*. Est igitur *vbi* in meâ sent. ipsa extensio localis, seu formalis, vt in corporibus;

46. *Conf.*

Vbi est extensio formalis, seu virtualis, prout connotat hoc spatium.

seu virtualis, vt in spiritibus, prout connotat hoc aut illud numero spatium.

Obiic. motus, quo mobile mouetur supra spatium, dependet essentialiter ab hoc, vel illo numero spatij; ergo & eius locabilitas. nà eandé dependentiâ habet præsentia permanens mobilis à spatio permanente, quam habet præsentia successiua eiusdem mobilis à spatio successiuo. Antec. prob. nequit mobile per partem motus A, per quam transilit partem spatij A, transilire partem spatij B, cùm pars motus A, sit essentialiter addicta parti spatij A, cùm sit essentialis respectus ad illam. Resp. neg. anteced. eiusque prob. nam posset hæc pars motus actu respicere aliam partè spatij: & per eundem numero impetum impressum potest lapis pertransire hoc, vel illud numero spatium, quod sic ostendo, Dum mouetur sursum lapis per impetum impressum, transferat Deus in instanti hunc mundum in aliud spatium, & corrumpat hunc aërem, alio producto, conseruato lapide cum eodem numero impetu impresso, quo anteà erat in alio loco, & spatio, adhuc pergeret moueri sursum lapis per eundem numero impetum supra diuersum numero spatium, quam anteà motus fuisset. 47. 48.

Dico 2. Si de loco angelorum loquamur iuxta poster. rationem, angeli sunt in loco per solam operationem transeuntem in locum, quæ alia esse non potest, quàm impetus localis in eo productus. Fundam. iuxta poster. rationem per id tantùm possunt angeli esse in loco, per quod aliquo modo contingunt & commensurantur loco: sed per solam operationem transeuntem possunt angeli contingere locum, eique commensurari: nam duplex est contactus, *Mathematicus* exercetur mediâ quantitate; *Physicus* mediâ actione transeunte. At nequit angelus locum contingere *mathematicè*, cùm sit expers quantitatis; ergo contingere tantùm illum poterit *physicè*, mediâ actione transeunte in eo receptâ. Hæc autem alia esse non potest quàm motio localis; quia nullam potest angelus in corpora operationem exercere, nisi localem. Ratio: nulla potentia reperitur ad extra accidentaliter operatiua in naturâ creatâ, quæ per se primò non ordinetur ad perficiendam naturam, in quâ est. Sed præter potentiam loco motiuam, intellectiuam, volitiuam, nulla datur in angelo potentia accidentaliter operatiua, quæ per se primò ordinetur ad perficiendam naturam angeli; cùm sit substantia purè intellectualis: ergo præter potentiam loco motiuam, nulla alia potentia est in angelo ad extra operatiua. Nam potentiæ intellectiua & volitiua, cùm sint immanentes, non sunt ad extra operatiuæ. Maior constat inductione: potentia calefactiua ignis per se primò est ad perficiendam formam aquæ: illuminatiua solis per se primò ordinatur ad perficiendam naturam solis: &c. 49. *Sunt in loco per operationem.* 50. *Angelus in corpora operationem solùm localem exercere potest.*

Solùm hæc inductio deficere videtur in potentiâ productiuâ specierum intentionalium, quæ per se primò est ad perficiendam potentiam cognitiuam à se distinctam. Verùm, cùm hæc potentia ordinetur ad propagationem intentionalem rei, in variis potentiis cognoscentium, eadem erit proportionalis ratio de istâ, ac de potentiâ generatiuâ rei in esse reali specifico. Ratio: licet potentia generatiua rei per se primò non ordinetur ad perficiendam eandem naturam indiuiduam, ordinatur tamen ad perficiendam eandem specificam. Pari modo, licet potentia productiua specierum intentionalium non ordinetur per se primò ad perficiendam eandem naturam indiuiduam in esse reali; ordinatur tamen ad perficiendam eandem indiuiduam 51. *Etiam species intentionales ordinantur ad perficiendā rem cuius species.*

diuiduam in esse intentionali, dùm illam individualiter propagat secundùm esse intentionale in variis potentiis cognitiuis. Reliquæ autem potentiæ accidentales, cùm nec ordinentur ad propagandam eandem naturam specificatam in esse reali, nec eandem individuam in esse intentionali, nequeunt ordinari ad perficiendum subiectum extrinsecum, quin per se primò ordinentur ad perficiendum subiectum proprium. Quia sicut quælibet natura per se primò inclinat ad seipsam perficiendam conseruandamque: ita omnes potentiæ ab eâ fluentes, fluunt cum eâdem inclinatione primariò ad se ipsas propriamque naturam, secundariò vero ad alia à se diuersa perficienda. Dices. Ergo saltem in angelo erit potentia productiua speciei sui in intellectu alterius angeli, vel animæ separatæ: nam etiam angelus propagatur in esse intentionali in variis potentiis cognoscentibus. Resp. neque hanc esse in angelo, ob rationem *infrà*.

Ratio.

52.

53. Infero, Angelum incompletè esse in loco per præsentiam; completè per operationem transeuntem: ex *S.Tho.* qui interdum docet, angelos esse in loco per *applicationem virtutis*; interdum per *operationem transeuntem*. 1. modo sunt in loco per præsentiam incompletè; 2. modo completè per contactum physicum respondentem mathematico.

Angelus cõpletè in loco est per operationem transeuntem.

54. Dices. Operatio transiens est extrinseca angelo; ergo nequit illi esse ratio contingendi locum. Tum quia tunc aliqua se tangunt, quando eorum extrema fiunt simul: sed per operationem transeuntem extrema angeli, & loci non fiunt simul: ergo non se tangunt: tum quia si operatio transiens esset angelo ratio tangendi locum, posset tangere locum à se distantem per operationem transeuntem in eo productam. Resp. neg. conseq. de tactu physico; concedo de mathematico. Ad 1. prob. concedenda maior de tactu mathematico, qualis est inter duo corpora quanta; neganda de physico, qualis est inter agens, & eius physicam actionem transeuntem in subiectum sensibile. Ad poster. nego sequel. nam operatio transiens non est angelo ratio tangendi locum, nisi vt includens substantialem præsentiam ipsius.

55.

56. Obiicies 2. contactus corporis cum loco est mutuus, tam ex parte loci, quàm ex parte locati: contactus autem angeli cum loco, etiam physicè consideratus, non est mutuus; quia licet angelus physicè agat in locum, locus tamen non agit physicè in angelum. Confirm. si vt angelus sit in loco per physicum contactum, sufficit vt tantùm operetur in loco, sufficiet etiam, vt tantùm locus operetur in angelo, ad hoc vt angelus sit in loco. Vnde erit in loco inferni per solam operationem ignis infernalis in ipsum. Resp. conced. totum: neque in angelorum loco assignanda sunt omnia, quæ sunt in loco corporum. Ad confirm. neg. sequela: alioqui vnus angelus mouens alium, esset in illo vt in loco. Ratio: vt angelus sit in loco per contactum physicum, requiritur aliquid proportionale tactui corporis ad locum, per cuius analogiam angelus est in loco: hoc autem esse non potest nisi aliquid sensibile, ratione cuius locatum tangendo locum aliquo modo illi commensuretur. Locus autem, cùm nequeat in angelum sensibiliter agere, cùm nec angelus sit capax accidentis sensibilis, nec agens corporeum aptum agere in subiectum spirituale, nequit illum tangere.

Obiicies 2.

Conf.

57. *Resp. Ad conf.*

58. Obiicies 3. Angelus potest tangere locum per sui præsentiam: ergo frustra ad contactum loci requiritur eius operatio transiens. Antec. probo; tum quia angeli præsentia est diuisibilis, atque adeò commensurabilis loco; tum quia anima rationalis tangit corpus per vnionem informatiuam: sed ita se habet vnio informatiua animi ad corpus, sicut præsentia angeli ad locum. Tum quia corpus Christi tangit species sacras per solam præsentiam sacram.

Obiicies 3.

Resp. neg. antec. Ad 1. prob. dico, ad contactum localem, requiri diuisibilitatem sensibilem, cuiusmodi non est præsentia angeli. Vnde substantia materialis separata à quantitate non tangeret locum, esto maneret præsens loco, quia non haberet præsentiam sensibilem proportionatam loco. Ad 2. Si informatio fit per vnionem corpoream, vera est maior; & falsa minor; quia præsentia angeli ad locum non est corporea: si per vnionem spiritualem, falsa est maior: & tunc dico, animum rationalem tangere corpus per operationes vitales sensibiles. Ad 3. nego antec. nam tangit illas per vnionem corpoream sustentatiuam, de quâ 7. *to.*

59. *Resp.*

Argumenta primæ sent. quatenus probant requiri operationem transeuntem, solùm probant de loco angelorum secundùm contactum, non de loco simpliciter: alioqui animæ separatæ, quæ in sent. *Thomist.* nullam habent operationem in loco, nullo pacto essent in loco. Ad confirm. eodem modo dicitur Deus esse in loco, & per immensitatem, per quam supponitur ante omnem operationem in quouis spatio imaginario, vt 1. *to. disp.* 8. *sect.* 3. & per operationem transeuntem, quâ effectiuè conseruat omnia loca. Ad argum. secundæ, nego, angelum fieri præsentem loco per applicationem virtutis vel incompletè; ad id n. sufficit sola præsentia angeli in loco; vel completè, nam ad hoc necessaria est operatio sensibilis transiens, physicè tangens locum. Ad auth. *S.Tho.* dico, per *applicationem virtutis* intelligere præsentiam localem angeli, quæ naturaliter prærequiritur ad operationem sensibilem in loco, ratione cuius angelus completè est in loco. Ad rationem, nego maior. Ad prob. nego paritatem: nam quantitas reddit corpus completè locabile, quia est illi ratio tangendi locum: virtus autem angeli nullo modo est angelo ratio existendi in loco, neque incompletè; quia ad id sufficit sola præsentia, neque completè, quia ad hoc requiritur, aliquid corporeum commensurabile loco.

60. *Resp. ad argu. pro prima sent. allata.*

61. *Pro secunda sententia.*

Ad S.Thom.

62. *Ad rationem.*

Ad argum. tertiæ, nego, Angelum posse esse in loco per nudam duntaxat substantiam, ob rationem assignatam primâ illatæ: Vnde ad 1. neg. antec. est enim quantitas in loco formaliter per extensionem localem, quæ est modus à parte rei distinctus, ab eâque separabilis: quo diuinitùs separato, necessariò addendus esset alius modus; cùm nulla res, vt suppono, possit à Deo conseruari sine aliquâ præsentiâ. Ad 2. Nuda substantia angeli nullum habet ex se determinatum locum, sed potest pro libito esse in maiore, vel minore spatio. Ad argum. quartæ, quatenus probant, ad existendum in loco simpliciter, requiri modum additum substantiæ, concedenda sunt; quatenus contendunt, hunc modum esse terminum motûs localis, & necessariò variari ad variationem spatij, neganda sunt. quare ad 1. nego minor. duplex enim terminus localis assignari potest, alter extrinsecus, qui est spatium, siue reale, siue imaginarium, supra quod mobile mouetur; alter intrinsecus, qui est impetus impressus, productus in ipso mobili, vi cuius transfertur de loco ad locum, quo cessante, cessat motus: nam sicut motor producit impetum in subiectum distinctum, vi cuius illud mouetur; ita eundem impetum producit in se ipso, vi cuius subiectum moueatur. Ad prob. nego, ex motu locali resultare terminum aliquem, in quiete permanentem: cùm enim

63. *Ad arg. tertiæ sent.*

64. *Arg. quartæ sent. quomodo accipienda.*

Digitized by Google

enim intrinsecus terminus motus sit impetus impressus, quæ est qualitas actu mouens, non potest esse in subiecto, & actu non mouere. Cæterum, cur subiectum, vt actu moueatur, requirat aliquid distinctum ab ipsâ locabilitate; vt autem maneat in quiete, sufficiat sola locabilitas, est, quia semper in motu subiectum habet aliquid, quod non habet in quiete; habet enim vt occupet spatium maius suâ locabilitate; igitur per aliquid distinctum à locabilitate; in quiete verò semper occupat spatium æquale suæ locabilitati: ergò præter locabilitatem, non est opus aliquo alio modo distincto. Cæterùm occupat subiectum in motu semper spatium maius se, quia dum subiectum est in motu, non respondet in instanti spatio, quo pacto illi respondet spatium æquale; sed in tempore; quo pacto illi de necessitate respondet spatium maius, quàm sit mobile. Idem igitur est, subiectum in motu occupare spatiũ maius se, ac subiectũ respondens in tempore spatio, occupare spatiũ maius se. Nam sicut in tempore subiectum non est in iisdem, sed in aliis, ac aliis partibus loci: ita nunquam in motu potest esse in spatio æquali, alioqui non sumeretur subiectum in motu, sed in quiete. Ad confir. neg. conseq. nam motus localis tam in pleno, quàm in vacuo semper pro intrinseco termino habet impetum impressum; qui cùm sit qualitas naturaliter actu mouens, non potest naturaliter manere post motum, alioqui maneret, & non exerceret suũ naturalem actũ deferendi mobile de loco ad locum. Ad 2. resp. Præsentiam localem superaddere locabilitati puram connotationem corporis indistantis, quæ acquiri, vel amitti potest per solum motum localem mobilis ad locum. Acquiritur autem per motum localem connotatio loci sine aliâ mutatione intrinsecâ permanente; vt patet in rebus in ordine ad tempus extrinsecum, quæ sine vllâ sui mutatione modò connotant tempus vt futurum, modò vt præteritum, per solum accessum & recessum temporis ad res ipsas, quæ permanent. Concedo igitur, præsentiam localem non esse negationem, licet interdum per eam explicetur; sed esse aliquid positiuum, non re, sed ratione distinctum ab ipsâ locabilitate subiecti, per connotationem dumtaxat extrinseci termini indistantis. Ad 3. dico, fundamentũ propinquitatis, & distantiæ, formaliter sumptæ pro respectu rationis ad corpora, esse ipsam collocationem mobilis in tali loco; respectus enim locati ad locum supponit locatũ in tali loco: Fundamentum collocationis mobilis in tali loco, vel esse motum localem, vel liberam voluntatem Dei, creantis locantisque subiectum in tali potiùs loco, quam in alio. Explico exemplò ab aduers. admisso. Fundamentum relationis, quam res dicit ad tempus præsens, præteritum, & futurum, est ipsa coëxistentia rei in tali tempore, ex quâ consequitur talis respectus rationis, vt vnum tempus respiciat vt præsens, aliud vt præteritum, aliud vt futurum: Fundamentum coëxistentiæ in tali tempore, est vel libera voluntas Dei producentis rem in tali tempore, vel actio causæ 2. Sicut igitur potest eadem res inuariata quoad omnia intrinseca respicere hoc tempus vt præsens, quod respicere poterat vt præteritum, & futurum: ita idem subiectum inuariatum quoad omnia intrinseca, respicere hunc locum vt indistantem, quem respicere poterat vt distantem. Ratio: ad huiusmodi respectus rationis sufficit quæcunque variatio extrinseca per solam simultatem & coëxistentiam rerum.

Cur mobile in motu occupet spatiũ maius se.

65. *Ad conf.*

66. *Ad 2. Præsentia localis superaddit locabilitati puram connotationem corporis indistantis.*

67.

Ratio vtriusque.

68. Quartum argumentum solùm probat nostram 1. assert. de locabilitate angeli in spatio, distinctâ ab eius substantiâ, & ab eius libertate dependente.

SECTIO III.

An hæc Angeli locabilitas sit formaliter diuisibilis?

69. HANC controu. agitant recentiores de *vbi* angelico, quod in nostrâ sent. non datur. At eadem fieri potest de locabilitate. Prima sent. negatiua, *Vasquez disp. 188. c. 7. nu. 30. Albertini corol. 5. ex prædic. vbi, dub. 5.* Prob. 1. hæc angeli locabilitas est essentialiter spiritualis; ergo non potest esse diuisibilis: omnis quippe diuisibilitas prouenit à corpore. Confirm. Omnis proprietas proportionatur subiecto, cuius est proprietas: sed subiectum huius locabilitatis est indiuisibile, se. ipsa substantia angeli: ergo ipsa etiam locabilitas erit indiuisibilis.

70. *Prima sent. negat. Prob. 1.*

71. 2. Si locabilitas angeli esset diuisibilis, sequeretur, angelum extendi per extensionem suæ locabilitatis. Nam implicat, formam informare subiectum, & non conferre illi suum primarium effectum formalem: sed primarius effectus formalis huius locabilitatis est diuisibilitas: quia locabilitas non accidentaliter, & per aliud à se distinctum, sed essentialiter, & seipsa esset diuisibilis & extensa. 3. Æuum angeli est formaliter indiuisibile, diuisibile tantùm virtualiter, quâ respondet tempori nostro maiori & maiori: ergo etiam eius locabilitas erit formaliter indiuisibilis, & virtualiter tantùm diuisibilis. Nam sicut angelus per æuum respondet tempori diuisibili: ita per locabilitatem spatio diuisibili: at hoc non obstante, æuum est formaliter indiuisibile, virtualiter tantùm diuisibile ergo & eius locabilitas.

Secundo.

Tertiò.

73. Secunda sent. affirmans, probabiliter. *Prob. 1.*

Secunda affirmat. *Molina 1. p. q. 52. art. 3. disp. vn. me. 5. Suarez lib. 4. de angel. c. 17. Arrub. disp. 155. c. 1.* probabilior est: 1. exemplo animæ rationalis, quæ indiuisibilis cùm sit, diuisibilem tamen habet præsentiam ad corpus, quod informat, quod sic ostendo: Certum est, animam, dum per nutritionem acquirit nouam partem materiæ, nouam acquirere præsentiam ad illam; contrà verò, cùm deperdit aliquam partem materiæ, vel definit membrum aliquod informare, circa illud præsentiam amittere; nam sicut præsentia informantis præsupponitur ad informationem, ita informatio supponit præsentiam informantis; sed dum acquirit præsentiam ad nouam partem materiæ, non acquirit præsentiam ad reliquum corpus, neque, dum amittit præsentiam ad vnum membrum, amittit præsentiam ad reliqua, quæ informat; ergo præsentia animæ ad corpus diuisibilis est. Alioqui non posset acquiri, vel amitti, pars præsentiæ, non acquisitâ, vel corruptâ totâ præsentiâ. Minor, prob. alioqui in omni accremento, & decremento, acquireretur & deperderetur noua præsentia totalis, antiquâ totali corruptâ; nec non simul cum eâdem corrumperetur informatio, quæ à præsentiâ essentialiter dependet. Ex quo sequeretur, non dari motum continuum nutritionis, & diminutionis: siquidem ille fit per continuam acquisitionem partium præsentiæ & informationis materiæ; hic verò per continuam diminutionem partium eiusdem præsentiæ, & informationis. Absurdum autem est asserere, quoties anima vel informat nouam partem materiæ, vel amittit antiquam, desinere informare totum corpus, & nouam totalem informationem acquirere. Ergo dum angelus intra suam sphæram existens, vel se dilatat ad maius spatium, vel se contrahit ad minus, non necessariò amittit totam præsentiam, nouâ totali acquisitâ, sed partem duntaxat præsentiæ

Diffic. in minori.

à parte

Digitized by Google

tiæ vel acquirit, dum se dilatat; vel amittit, dum se contrahit. 2. Non repugnat præsentia diuisibilis subiectiuè; indiuisibilis terminatiuè: ergo nec repugnabit præsentia indiuisibilis subiectiuè, diuisibilis verò terminatiuè. Antec. constat de præsentiâ sacram. Corporis Christi, quæ quia recipitur in corpore quanto, est diuisibilis subiectiuè: nam non eadem pars, quæ subiectatur in capite, subiectatur in pectore Christi, est tamen indiuisibilis terminatiuè, quia ratione huius præsentiæ omnes partes corporis terminantur ad quamlibet partem hostiæ. Conseq. prob. eadem proportio est subiecti ad terminum, & termini ad subiectum; ergo si non repugnat præsentia diuisibilis subiectiuè, & indiuisibilis terminatiuè; nec repugnabit præsentia indiuisibilis subiectiuè, & diuisibilis terminatiuè.

74. Prob. 2.

75. A priori.

Prob. 3. Non repugnat cum spiritualitate aliqua diuisibilitas: ergo potest locabilitas angeli esse spiritualis, non obstante terminatiuâ diuisibilitate ipsius: nam hoc est potissimum fund. contrariæ sent. Antec. constat, tum de diuisibilitate intensiuâ, quæ communis est omnibus accidentibus spiritualibus: Tum de motu locali angelorum, qui etiam in sent. aduers. habet partes extensiuas in ordine ad spatium, nam vna pars motus angelici est extra aliam partem eiusdem motus. Ad 1. argum. primæ, nego conseq. Ad prob. concedo de diuisibilitate materiali & subiectiuâ; nego de spirituali & terminatiuâ. Ad confirm. dico, omnem proprietatem proportionari subiecto; vel in ordine ad se, quando proprietates sunt absolutæ; vel in ordine ad aliud, quando sunt respectiuæ. Locabilitas autem angeli, cùm sit proprietas respectiua, non solùm proportionari debet indiuisibilitati subiecti, sed etiam diuisibilitati termini, quem essentialiter respicit: vt constat de motu locali, qui non minus, quàm locabilitas, est proprietas angeli. Ad 2 neg. sequel. Ad prob. nego minor. nam effectus formalis primarius locabilitatis, non est subiectum extendere, sed locare: at hunc effectum necessariò locabilitas tribuit angelo. Vti effectus formalis primarius motus localis, est transferre mobile de vno loco ad alium, non subiectum extendere: atque adeò potest motus localis informare subiectum spirituale, absque eo quod illud extendat. Nec refert, quòd hæc locabilitas se ipsa essentialiter, & non accidentaliter diuisibilis sit; quia primarius effectus formæ non attenditur penes id, quod ei essentialiter conuenit; sed penes id, quod ei specificè & primariò competit. Confirm. vt forma diuisibilis extendat subiectum, oportet vt in eo supponat partes; cùm non possit forma accidentalis tribuere subiecto partes substantiales. Ad 3. nego conseq. nam æuum angeli non distinguitur ab ipsâ substantiâ angeli, nisi penes extrinsecum connotatum temporis, cui potest respondere; cùm autem implicet, substantiam angeli esse formaliter diuisibilem; implicabit quoque eius æuum esse formaliter diuisibile. At verò locabilitas distinguitur modaliter à substantiâ angeli: non repugnat autem, vt accidens substantiæ spiritualis sit formaliter diuisibile, vt patet de motu locali, & reliquis qualitatibus spiritualibus.

76. Ad argum. primæ sent. resp.

77. Ad 2.

78. Ad 3.

79. Corall.

Ex his colligo, quamlibet partem locabilitatis angelicæ locare totum angelum in spatio; totam verò replicate totum in pluribus partibus spatij. Cæterùm vbi est vna pars locabilitatis, non sunt aliæ in ordine ad spatium, secus in ordine ad subiectum, in quo vbi est vna, sunt & reliquæ; quia subiectum cùm partes non habeat, totum respondet omnibus, & singulis partibus eiusdem locabilitatis; vt patet de vnione animi rationalis, cuius partes non omnes respondent in ordine ad eandem partem materiæ; omnes tamen respondent in ordine ad animum, qui totus respondet omnibus, & singulis partibus vnionis.

SECTIO IV.

An Angelus naturaliter possit esse in pluribus locis simul?

80. Con. controuersia est de locus pluribus inadæquatis.

CONTROVERSIA non est de pluribus locis adæquatis; hoc enim repugnat limitatæ virtuti angelicæ, quæ certam sibi sphætam naturaliter determinat, vltra quam nequit esse, vel operari immediatè immediatione suppositi: Nec etiam de pluribus locis continuis vel contiguis integrantibus vnum locum totalem angeli: sic enim angelus naturaliter est in pluribus partibus continuis aëris; & in pluribus corporibus contiguis aëris, aquæ, & terræ. Sed tantùm est de pluribus locis inadæquatis, & inter se distantibus, non excedentibus adæquatam sphæram angeli. Prima sent. affirm. *Herual in 1. dist. 37. ar. 1. ad 3. Mayro. in 2. dist. 2. q. 8. Marsil. q. 2. ar. 2. post 7. concl. Caiet. 1 p. q 52. ar. 2 §. Ad 3. Bannez ibid. dub. 1.* de quâ tamen dubitant *Scotus in 2. dist 2. q. 7. §. In istâ q 1. & Gabriel q. 2. ar. 3 dub. 3* Fundam. *Mayro.* Potest angelus naturaliter, relictis extremis, locare se tantum in medio: ergo poterit, relicto medio, locare se tantùm in extremis partibus terræ. Quia quando respectus sunt eiusdem rationis, si dimitti potest vnus poterit & alter. At per respectum eiusdem rationis angelus respicit medium, & extrema suæ sphæræ: ergo si naturaliter potest dimittere vnum, poterit & alterum. Ex quo infert, posse angelum simul esse in cælo, & in terrâ: quod confirmat ex *Tobiæ* 12. Vbi Raphael dixit: *Ego sum, qui semper in conspectu Domini assisto*, & tamen ille simul erat in terris. 2. potest angelus operari in extremis, non operando in medio: ergo poterit esse in extremis, & non in medio. 3. esse *hic*, & non *alibi*, sunt conditiones quantitatis: sed angelus abstrahit à quantitate: ergo. Maior prob. animus rationalis non ita est in vnâ parte corporis, quin sit in reliquis.

81. 1. Sent. affirm.

Secunda neg. *Alens. 2. p. q. 32. me. 3. S. Tho. 1. p. q. 52 ar. 2 & in 1. dist. 37. q 3. ar. 2. Ægid. q. 2. Richard. ar. 2. q. 3* licet oppositum videatur dicere *ad vlt. Argen. ar. 2. concl. 2. Bonau. in 2. dist. 2. p. 2. ar. 2. q. 2. Scoti q. 12. §. Hic dicunt, Capreo. q 2. ar. 1. concl. 4 Basso. q. 4. ar. 3. & Goffre. apud ipsum, Rubio. q. 2. ar. 2. Bacho. dist. 3. q. 2. ar. 4 Gregor. q 3. ar. 1. Ferrar. 3. con. gen. c. 68. §. Ad euiden. primi, Molin. 1. p. q. 52. ar. 2. Vasq. disp. 190. c. 3. Suar. lib. 4 de angel. c. 10. Arrub. disp. 57. c. 3. Zumel 1 p. q 52. ar. 2. q. 1. post 3. concl. Granad. disp. 3. sect. 3.* Quæ sent. intellecta de præsentiâ angelorum quoad substantiam, probabilior est; eam docet Damasc. *lib. 1. de fide c. 17.* cuius oppositam sent. *S. Tho. in 1. loco cit.* & Ægidius *erroneam* appellant. Difficultas in assignandâ ratione: Prima sit *Goffre.* Implicat aliquid simul esse in tempore priore, & posteriore: ergo & aliquid simul esse in loco sursum & deorsum. Sed contrà: hæc ratio probaret, quòd nec de potentiâ absolutâ posset angelus esse in duobus locis simul: sicut nec de potentiâ absolutâ potest esse in tempore priore, & posteriore simul. Quod licet *Goffredus* concedat sequel. oppositum tamen conuincitur ex mysterio Euchar. Vnde eius opinionem *periculosam* appellat *Bassolus*. Ratio: prius & posterius in tempore sunt essentialiter successiua; nam quando existit vnum, non existit aliud: implicat autem vt res simul existat cum aliâ re nondum existente, cùm simultas

82. 2. Sent. neg.

quoad substantiam probabilior est.

Opposita erronea.

83. Ratio Goffredi nimis probat.

Periculam appellat Bassolus.

multas supponat rerum coëxistentiam. ergo implicat, vt aliquid simul existat cum tempore priore, & posteriore; quia existente tempore priore, non existit posterius; & è contra. Sursum verò & deorsum, sunt loca permanentia; non implicat autem, vt res simul coëxistat cum aliis rebus permanentibus. Secunda *Capreo. Ferrar.* & censetur *S. Tho.*

84. 2. Ratio

Non potest vna virtus finita, nisi in vnam numero operationem simul tendere; posset autem vna virtus finita angelica in plures operationes naturaliter simul tendere, si in pluribus locis simul angelus naturaliter esse posset. Sed contrà: tum quia hæc ratio supponit, non posse angelum esse in loco, nisi per operationem, quod *suprà* impugnatum est: Tum maximè quia solùm probat, non posse angelum naturaliter operari, nisi in pluribus locis adæquatis & totalibus, non in pluribus inadæquatis & partialibus. Assumpt. prob. potest virtus finita plures effectus partiales simul naturaliter producere: ergo poterit angelus plures motus partiales simul in pluribus locis partialibus & inadæquatis naturaliter producere. Quod concedit *Caiet. 1. p. q. 52. ar. 2.* & euidenter conuincitur: Tum quia id naturaliter præstat animus rationalis in diuersis partibus corporis, quod informat, eas mouendo, non motis partibus intermediis. Tum quia angelus liberè operatur intra suam sphæram. Igitur poterit operari in extremis, non operando in medio. Confirm. potest in extremis partibus esse subiectum capax motûs, & non in medio: vt si extra cælos essent duo corpora inter se distantia, contenta intra sphæram angeli, posset angelus ea mouere, non moto medio, quod supponitur incapax motûs. *S. Tho.* explicatur de pluribus locis adæquatis. Tertia apud *Scot. cit.* Si posset angelus in duobus locis seiunctis simul existere, posset à se distare. Nam quæ sunt simul loco, sunt simul inter se: ergo è contrario, quæ sunt seiuncta loco, sunt seiuncta & inter se. Confirm. quà angelus esset in vno loco, posset quiescere; quà in alio, moueri. Sed contrà: ex hoc tantùm sequitur, angelum distingui seu distare à seipso localiter, non entitatiuè: ita animus rationalis vt est in capite, distat à seipso, vt est in pede, non entitatiuè sed localiter. Quia quando id quod coëxistit pluribus, est illimitatius, quàm sint ea, quibus coëxistit, non sequitur ex distantiâ plurium inter se distantia eiusdem à seipso. Quia igitur spiritus creatus est illimitatior corpore, poterit existere in pluribus corporibus seu locis distantibus, sine entitatiuâ distantiâ sui. Vnde ad prob. nego conseq. nam ex simultate plurium cum vno tertio rectè sequitur simultas plurium inter se; non contrà, ex distantiâ plurium inter se distantia tertij à seipso, ob assignatam rationem maioris illimitationis tertij. Vt si Verbum diuinum supposita esset duas naturas humanas, non sequeretur ex distantiâ talium naturarum inter se distantiâ Verbi à seipso; quia Verbum est illimitatius naturis, in quibus existeret. Ad confirm. concedo totum. Neque id est absurdum ratione diuersarum locabilitatum, vt patet de animo rationali, qui simul quiescit in capite, & mouetur in pede.

non placet.

85. 3. Ratio apud Scotum

reiicitur.

86. 4. Ratio contrà.

Quarta *Gabr.* Angelus est in loco, sicut animus in corpore: sed nequit animus naturaliter informare partes distantes corporis; ergo nec angelus adesse partibus distantibus loci. Sed contrà: animus est in corpore vt forma naturalis: angelus est in loco vt motor voluntarius. Vnde ille determinatus est ab ipsâ naturâ ad informandum corpus continuè; hic tantùm à liberâ voluntate. Vnde si non est repugnantia, non est cur id denegemus angelo.

87. Quinta probabilissima, quam assignant *Richard.* & *Ægid.* & communiter *recent.* Si posset angelus in pluribus locis distantibus simul naturaliter existere, nulla posset assignari distantia, quâ maiore distare non posset; nec tot assignari possent loca, quin semper in pluribus, & pluribus existere naturaliter posset. Nam maior distantia inter vnum locum & alium, posito quod in totâ eâ distantia non sit angeli substantia locanda, non requirit maiorem virtutem locabilitatis in angelo: sc. in tantum maior distantia maiorem exigeret virtutem locabilitatis in angelo, in quantum in maiore distantiâ maior virtus & locabilitas angeli diffundi deberet. At posito, quòd esset in extremis, & non in medio, non deberet in maiore illâ distantiâ maior virtus & locabilitas diffundi: nam eadem virtus & locabilitas, quæ sufficeret in vno loco continuo, sufficeret in duobus dissitis non excedentibus vnum continuum. Maior prob. quamdiu virtus agentis non consumitur in medio, manet integra in causâ, à quâ semper prodire potest cum eo vigore & perfectione, cum quo est in causâ. Quod constat duplici experientiâ: prima est de agente reflexo, quod quia per obstaculum nequit suam virtutem in vlteriorem sphæram diffundere, illam in breuiorem contrahendo intendit & auget. Secunda est de agente reperiente medium assimilatum: nam tunc, quia non diffundit vim suam per medium iam assimilatum, extendit illam in vlteriorem sphæram, quam extendisset, si medium assimilatum non inuenisset. Vt ignis positus iuxta alium ignem, non agit in illum, sed actionem suam extendit in vlteriorem sphæram, quam extendisset, si medium assimilatum non reperisset.

Quinta omnium probabilissima.

Sequela prob. quoad 1. part.

Maior prob.

Prob. experientia duplici.

88. *Confirm.*

Confirm. Non maior requiritur virtus diuina, vt Christus sacramentaliter existat in duabus hostijs procul inter se distantibus, quàm in duabus parum seiunctis. ergo nec maior requiretur virtus naturalis, vt angelus existat in duobus locis procul inter se dissitis, quàm in duobus parùm disiunctis. Nam ita se habet angelus naturaliter collocatus in maiore aut minore distantiâ ad virtutem naturalem eiusd. sicut Corpus Christi sacramentaliter existens in maiore, aut minore distantiâ ad virtutem diuinam. Hæc eadem ratio probat, non posse angelum naturaliter agere indistans contra nonnullos. Prob. eadem sequela quoad 2. partem: cùm partes proportionales loci totalis angelici sint infinitæ, si posset angelus naturaliter esse in pluribus locis partialibus simul, esse posset in infinitis locis syncategorematicè, nunquam excedendo adæquatum locum suæ sphæræ. Vnde esse posset in cælo & in terrâ simul: quod est contra Scripturam, & Patres affirmantes, angelos moueri de cælis ad terram, dumque sunt in terris non esse in cælis; & contrà.

89. *Absurdum ex oppositâ sententia.*

Dices, aut virtus locatiua angeli sufficiens est ad locandum angelum in locis distantioribus in infinitum; aut non est sufficiens. Si est sufficiens, non erit contra naturalem vim operandi, & existendi angeli, hoc modo operari & existere. Si non est sufficiens, etiamsi ponatur, posse angelum naturaliter existere in pluribus locis simul intra propriam sphæram distantibus, non sequitur, illum posse existere in pluribus extra propriam sphæram dissitis: siquidem non eadem virtus sufficit ad locandum angelum in pluribus locis extra, ac intra sphæram seiunctis. Resp. vim implicantiæ consistere in hoc, quòd ex vnâ parte eadem virtus locatiua angeli in pluribus locis intra propriam sphæram distantibus, sufficeret ad locandum angelum in pluribus locis extra propriam sphæram disiunctis. Ex aliâ parte talis modus operandi & existendi non videtur posse

90. *Obiectio.*

91. *Solutio.*

Digitized by Google

posse naturaliter comperere substantiæ finitæ. Absurdum igitur in eo consistit, quòd ad virtutem finitam, qualis est virtus locativa angelica, sequatur modus operandi, & existendi infinitus, quod naturaliter repugnat, cum semper modus operandi sequatur modum essendi eique proportionetur.

92. *Sutisit arg.* Ad 1. primæ, nego conseq. nam ex vno sequitur absurdum, quod non sequitur ex alio. Ad prob. nego antec. quia licet respectus sunt eiusdem rationis, ex vno tamen sequitur absurdum, quod non sequitur ex alio. Nec *Mayroni* illatio sustinenda est, cum sit contra Scripturas, & Patres. Neque in *cit. loco Tobiæ* est aduerbium, *Semper*; sed hæc *Ego sum Raphaël Angelus, vnus ex septem, qui adstamus ante Dominum.* Nec si esset, aliud probaret, quàm continuam assistentiam, quam angeli semper habent ad Deum vbique præsentem; neque illam amittunt, dum nobiscum versantur in terris; licet peculiarem assistentiam habeant ante Deum, dum sunt in cælis. 93. *Ad 2.* Ad 2. nego conseq. nam operatio in extremis partibus sphæræ non interrumpit præsentiam angeli existentis in medio: quia potest operari tantùm in extremis & esse præsens in totâ sphærâ. præsentia in extremis tantùm partibus sphæræ interrumpit præsentiam eiusd. in medio: quæ præsentiæ interruptio naturaliter repugnat: non repugnat operationis transeuntis interruptio. Animus enim rationalis mouet caput & pedes, non motis intermediis partibus corporis. *Ratio.* Quia interruptio præsentiæ est intrinseca rei præsenti, quæ naturaliter repugnat substantiæ indiuisibili; quæ debeat cum præsentia replicari. Operationis verò transeuntis interruptio est extrinseca agenti; quippe quæ solùm attenditur penes subiecta extrinseca: acto enim transiens vnitatem vel multiplicitatem sumit à termino & subiecto, in quo recipitur, non ab agente, à quo progreditur. 94. *Ad 3.* Ad 3. resp. esse *hîc*, & non *alibi* circumscriptiuè, esse proprium quantitatis; esse autem *hîc*, & non *alibi* definitiuè, conuenire cuicunque enti finito. Ad prob. concedo, animum rationalem ita esse in vnâ parte corporis, vt sit etiam in reliquis coniunctis, non disiunctis.

SECTIO V.

An Angelus possit propriâ voluntate esse in loco minore maximo?

95. *Angeli certam habent sphæram: quò natura est perfectioris, eò maiorem.* SVPPONO contra *Diran.* vnumquemque angelum certam sibi determinare locabilitatis sphæram iuxta propriæ naturæ perfectionem, vltra quam naturaliter existere, & operari per immediationem suppositi nequeat. Quanta autem in vnoquoque hæc sphæra sit, certum definiri in particulari non potest. Illud in communi certum est, quòd superioris perfectionisque naturæ est angelus, eò ampliorem locabilitatis sphæram sibi vendicare; quia cùm hæc sit quædam naturæ proprietas, debet propriæ cuiusque naturæ, à quâ promanat, commensurari.

96. *Nullus est, qui Vniuersum sibi vendicet.* 2. Certum est, nullum de facto esse angelum, qui pro naturali sphærâ totum hoc Vniuersum sibi vendicet, etsi talis virtutis angelus non implicet. Colligitur ex sacris literis, & Patribus, sc. supremos Luciferum, & Gabrielem, de cælis ad terram motos fuisse, illum in inferno cruciandum; hunc Virgini nuncium allaturum. *Gabriel*, inquit Anastasius *Sinaita lib. 1. de rectis fidei Cathol. dogm. simul in cælo esse, & apud Virginem non potuit.* Si autem eorum sphæra esset totum hoc Vniuersum, non indiguissent motu, vt de cælo terris adessent.

97. Dices 1. Anima vegetatiua, & sensitiua est imperfectior intellectiua: & tamen illæ maiorem habent locabilitatis sphæram, vt patet in plantis & brutis; quàm hæc; ergo falsum est, quòd angelus perfectioris est naturæ, eò maiorem habere locabilitatis sphæram. Resp. negl conseq. Nam illæ sunt diuisibiles, quarum informatiua virtus crescit cum augmento formæ; hæc indiuisibilis, cuius informatiua vis non crescit; & consequenter maior vis informatiua in anima intellectiuâ maiorem arguit perfectionem, non extensiuam, vt in vegetatiua & sensitiuâ; sed virtualem & intensiuam. *Cur animæ materiales maiorem habeant sphæram, quàm spirituales.* 98. Dices 2. Si quòd perfectior est angelus, eò ampliorem sphæram sibi vendicat: ergo datur de facto angelus, cuius sphæra sit totum hoc Vniuersum. Nam angeli in sententia *S. Thom.* numero excedunt omnes substantias materiales; & omnes sunt diuersæ speciei: infimus verò necessariò excedit sphæram animi rationalis, qui in genere spiritus est omnium imperfectissimus. Sed quilibet angelus supra infimum crescit per determinatam sphæram locabilitatis: ergo supremus ad minimum crescit per sphæram continentem semidiametrum totius Vniuersi: ac proinde poterit esse naturaliter in cælis & in terris simul. Respond. argum. hoc vim habere contra *Thomist.* qui concedunt, omnes angelos de facto differre specie, ac in multitudine excedere omnes substantias materiales: in meâ sent. qui nec affirmo, tot esse numero, quot sunt substantiæ materiales, nullam habere vim. Vnde neg. conseq. eiusque prob. Cæterùm non existimo absurdum, de facto dari aliquem angelum, cuius sphæra locabilitatis sit totus semidiameter concaui lunæ: cùm hæc sphæræ amplitudo non videatur excedere perfectionem supremi angeli, excedentis infimum per innumeros perfectionis gradus, quibus supremus excedit infimum per omnes intermedias angelorum species. Ex quo infero, multos dæmones contineri in concauo terræ instâ maximum locum sibi debitum. *Resp.* 99. *Quæstio.* His adnotatis concertatio est, an possit angelus propriâ voluntate in loco minore maximo se locare.

100. *1. Sent.* Prima sententia negatiu. *Dissol. in 2. dist. 2. qu. 4. art. 5. Rubio. qu. 2. art. 1. §. Sed sunt dubia: Valent. 1. p. qu. 52. punct. 3. assert. 3.* & *Hibernici apud Gregor. in 2. dist. 2. qu. 2. art. 2* & aperte sequitur ex opinione asserentium, angelos esse in loco per nudam substantiam, absque vllo modo addito. *Fundam.* Fundam. Substantia angeli est ex se inuariabilis quoad entitatem; nam est indiuisibilis, incapax accrementi & decrementi substantialis: ergo & quoad locabilitatem: Angelus enim est localis formaliter per suam substantiam.

101. *Prob. 2.* Prob. 2. Esto locabilitas distinguatur à substantiâ angeli, adhuc non est in liberâ potestate angeli, illam augere, aut minuere. Quia non est in liberâ potestate angeli, esse talis perfectionis specificæ; ergo nec talis locabilitatis; quia locabilitas consequitur ad specificam perfectionem naturæ, vt passio ad essentiam. At non est in potestate angeli, quin proprietas consequatur ad essentiam: ergo nec est in potestate eiusdem, quin talis, vel tanta proprietas consequatur ad talem, & tantam essentiæ perfectionem. Confirm. Non est in liberâ potestate 102. *Confirm.* Dei, nec animi rationalis, aut corporis, occupare minorem locum, quàm sit debitus naturali perfectioni Dei, animæ rationali & corpori: Ergo neque erit in libera potestate Angeli, occupare locum minorem, quam eius naturali perfectioni debeatur.

103. *Affirmant communiùs.* Secunda affirm. communior; *S.Tho. 1.p.q 52. art.2. Ægid.in 1.dist.37.qu.2. Richard.art.2.qu.2. & 4. ad 6. Bonauent. in 2.dist.2.p.2.art 2. qu.3. Mayr. qu.6. §. Sed hic: Gregor.qu.2. art.2. Capreo.qu.1. concluſ.2. Gabriel.qu.2.art 3.dub 2. Caiet. 1.p.qu.52. art.2. §. Circa illam, Bannez ibid. dub.2. Zumel qu.2. Molina concluſ.3. Vaſquez diſp.191. cap.2. Suarez lib. 4. de angel. cap.11. Arrub. diſp.157. cap.1.* de quâ tamen dubitat *Scotus in 2.dist.2. qu 6. §. De iſto igitur art.* Fundam. eſt oppoſitum præcedentis ſent. Angelus non eſt in loco formaliter per nudam ſubſtantiam, ſed per accidens à ſe diſtinctum: at non ſemper cogitur adæquatam ſuæ virtutis præſentiam ſibi producere; ergo non neceſſariò eſt in loco adæquato ſuæ ſphæræ; ſed poteſt eſſe in minore.

104. *Prob.1.*

Conf. Maior confirm. exemplo animi rationalis, qui non eſt præſens corpori, quod informat immediatè per ſuam ſubſtantiam; augetur enim, & minuitur eius præſentia circa corpus, non auctâ, vel diminutâ eius ſubſtantiâ, velut quando ex paruo magnum, vel ex magno & obeſo contrahitur ad gracile corpus informandum. Minor prob. nulla poteſt aſſignari ratio, quæ angelum neceſſitet, vt ſemper ſibi adæquatam præſentiam producat; quia cùm à loco non pendeat, nullâ poteſt neceſſitate ad id aſtringi.

105. *Conf.* Confirm. Maior eſt perfectio, idque angelico muneri congruentius, vt pro libito poſſit modò maiorem, modò minorem præſentiam intra ſuam ſphæram ſibi producere. Nam ex eo quòd in nullo genere cauſæ pendeat à loco, maior perfectio ipſius eſt, vt liberè, & non neceſſariò ſe in tanto, vel tanto loco colloceat. Præterea, quod notauit *Gregor. cit.* cùm ſæpè debeat corpus aſſumere ad aliquod munus obeundum, congruentius eſt, vt pro libito poſſit modò magnum, modò paruum corpus, in quo vt motor præſentialiter aſſiſtat, aſſumere. Dicere autem, quòd quando paruum corpus aſſumit, partim aſſiſtat in corpore aſſumpto, partim extra, improbabile eſt. 2. Id ipſum efficacius prob. exemplo animi rationalis. Quando hic informat corpus paruuli, non habet eam præſentiam, quam habet dum informat corpus iuuenis: nec quando deſinit informare membrum aridum, habet præſentiam, quam habebat ad idem membrum viuum. Ergo quando angelus aſſumit corpus paruum, non habet eandem præſentiam, quam habet ad magnum: nec quando dimiſſo magno, aſſumit paruum, habet eandem præſentiam, quam habebat ad magnum. Hoc ſolo diſcrimine, quòd animus rationalis, poſitis, vel ſublatis diſpoſitionibus à proprio corpore, neceſſariò auget, vel minuit ſuam præſentiam ad illud; quia eſt ei præſens vt forma naturalis, quæ informando perficitur. Angelus verò, quia ſolùm fit præſens corpori vt motor voluntarius, qui ab illo non perficitur, ſicut liberè illud aſſumit; ita liberè ſuam præſentiam auget, vel minuit circa illud.

106. *Prob.2. exemplo animæ rationalis.*

à fortiori.

107. *Ad fundam. primæ, nego conſeq. Ad 2. nego aſſumpt. Pro prob. ſolutione diſtinguenda locabilitas, altera aptitudinalis, quâ angelus eſt proximè capax talis virtualis extenſionis ad locum, & remotè occupatiuus tanti ſpatij; altera actualis. Prior neceſſariò conſequitur ſpecificam perfectionem naturæ, nec poteſt à voluntate angeli limitari. Poſterior pendet à liberâ voluntate eiuſdem, vt actus 2. à primo liberè producti. Ad confirm. quoad 1. exemplum; Deus eſt in loco per ſuam eſſentiam, quæ immutabilis eſt; Angelus per accidens à ſe diſtinctum. Secundum reſponderi poteſt contra aduerſ. nam ſicut animus rationalis informare poteſt corpus minus maximo: ita angelus locari poteſt in ſpatio minore maximo. Tertium eſt pro nobis: nam eadem quantitas, inuariata quoad intrinſecam ſuam entitatem, poteſt eſſe in minori ſpatio per condenſationem, ex *Philoſ.* Adde, quòd illa naturaliter ſequitur quantitatem; hæc liberè naturam angeli.*

Satisfit argumentis. Duplex locabilitas Angeli.

SECTIO VI.

An ſphæra Angeli ſit determinata quoad minimum locum diuiſibilem?

CONTROVERSIA ſolùm vertitur inter eos, qui 109.
concedunt, Angelum eſſe poſſe in loco minore maximo. Prima ſent. affirm. *Scoti in 2 dist.2.* 110.
q.6. §. Ad propoſ. Fundam. 1. Si poſſet angelus eſſe in loco minore in infinitum, poſſet etiam eſſe in maiore in infinitum: quia vt deducitur ex *propoſ. 35. & 44. primi Euclidis*, quòd poteſt eſſe in quadrato, poteſt eſſe in quadrangulo, ſi illi non repugnet figura: at quadrangulum quantò conſtringitur in latitudinem, tantò protenditur in longitudinem, ſc. in infinitum. Igitur ſi angelus nullum habet certum locum infra maximum, conſtringi poterit in infinitum quoad latitudinem, atque adeò protendi in infinitum quoad longitudinem.

1. *Sent. affirmans Scoti.* *Fundam.1.*

Fundam. 2. ſequeretur, angelum eſſe virtutis in- 111.
finitæ. Nam poſſe eſſe in loco ſibi adæquato, eſt *Fundam.2.*
alicuius virtutis: poſſe autem eſſe in loco minore maximo, eſt maioris virtutis: ergo poſſe eſſe in loco minore in infinitum, erit infinitæ virtutis. Maior prob. poſſe eſſe in loco adæquato, eſt habere virtutem actiuam, ad vtendum eâ ad effectum ſibi adæquatum: ergo poſſe eſſe in loco minore in infinitum, eſt habere virtutem actiuam, ad vtendum eâ in infinitum. Confirm. Nequit animus rationalis quodcunque paruum corpus informare; ergo nec angelus quodcunque minimum ſpatium occupare.

Secunda negatiua *S.Tho. 1.p.q 52. art.2. & in 1.* 112.
dist.37.q.3 art.2. & reliquorum Scholaſt. *cit.* Dubius eſt *Vaſquez diſp.191.* quamuis in hanc magis propendeat: quia licet ex parte angeli nulla appareat repugnantia, quò minus in minori loco eſſe queat, haud tamen certò conſtat, an ſaltem modus, quo debet angelus loco vniri, certam poſtulet quantitatem. Verùm hæc ratio ſupponit, angelos in loco exiſtere per phyſicam vnionem cum illo, quod *ſuprà* impugnatum eſt. Eſt igitur hæc ſent. probabilior. 113.

2. *Sent. neg.*

Prob.1. contra *Scot.* vt rectè *Gregorium in 2 dist.2. q.* *Probabilior.*
2.ar.2. per Scotum noti repugnat, angelum eſſe in *Prob.1.*
puncto; ergo à fortiori, nec in quocunque loco diuiſibili: quia ſi eſſe poteſt in puncto, eſſe poterit in quocunque loco maiore puncto. Vnde abſurda, quæ *Scotus* infert ex præſentiâ minore, à fortiori inferuntur ex præſentiâ punctuali. 2. Nulla eſt ne- 114.
ceſſitas, vt angelus ſibi locum determinet quoad *Prob.2.*
minimum: nec ex parte loci; quia cùm hic ſit diuiſibilis in infinitum, quocunque dato, dari poteſt minor: nec ex parte mobilis, quia hoc ex naturâ ſuâ eſt indiuiſibile; atque adeò poteſt eſſe in quouis loco etiam indiuiſibili.

Gregor. ad hominem.

Dices; Hanc neceſſitatem oriri tum ex parte lo- 115.
cabilitatis angelicæ, quæ poſtulat determinatam *Obiectio.*
extenſionem virtualem; tum ex parte operationis, quam debet Angelus in loco producere. Sed contra primum; nulla eſt neceſſitas, vt locabilitas angelica ſit determinatæ extenſionis: non ex parte loci, ad quem terminatur; quia ſicut locus poteſt eſſe minor & minor, ita & locabilitas: nec ex parte angeli; quia cùm hic ſit indiuiſibilis, poteſt eſſe *Solutio.*

totus

Digitized by Google

totus sub minori locabilitate: nec ex parte locabilitatis; quia nulla est ratio, quò minùs hæc produci & conseruari possit sub minori extensione virtuali: sicut extensio formalis, sub quâ conseruatur quantitas, potest esse minor in infinitum. Ratio: hæc consequitur naturam subiecti: ergo si hoc esse potest sub minori locabilitate etiam illa minor esse poterit. Contra secundum; operatio, quam angelus in locum producere potest, est motus localis: at hic nullam sibi determinat certam extensionem, cùm possit non secus, ac quantitas in infinitum minui.

116. *Satisfit arg.* Ad 1. primæ, nego sequel. Ad prob. *Maior in 2. dist. 2. q. 4.* nullum putat absurdum, vt quò magis Angeli sphæra constringitur in latitudinem, eò magis protendatur in longitudinem; atque adeò simul in cælo & in terrâ esse possit. Sed verùs, *cit.* principium *Euclidis* verificari tantùm de corpore mathematico; quòd secundùm trinam dimensionem in infinitum diuisibile est; non autem de virtute operatiuâ, quæ ab intrinseco limitatur ad certos sphæræ limites, vltra quos non potest naturaliter operari. Constat hoc tum à posteriori; non enim possunt agentia naturalia, quæ determinatam habent sphæram actiuitatis, constringi secundùm latitudinem, &. in infinitum protendi secundùm longitudinem. Similiter nec viuentia, quæ limitatam habent sphæram informationis, longiorem & longiorem materiam informare, eâdem secundùm latitudinem coactatâ. Tum à priori: virtus operatiua consequitur ad determinatum gradum specificum naturæ; quò .n. natura est perfectior specie, eò perfectiorem sortitur operandi modum: sed hic inuariabilis est in vnâquaque naturâ; ergo & virtus, quæ ad illum consequitur. Quia virtus commensuratur naturæ secundùm gradum specificum ipsius; qui si inuariabilis, etiam virtus operatiua erit inuariabilis: non igitur poterit ex vno modo operandi intra certam sphæram naturalem, variari in alium modum operandi vltra illam: nam hoc supponit variationem in gradu specifico, ad quem illa naturaliter consequitur. Sic vt corpus mathematicum possit maiorem sphæram secundùm dimensionem longitudinis, vel latitudinis, aut profunditatis occupare, oportet vt secundùm eam dimensionem varietur per additionem ad ipsam, & per diminutionem ad alias dimensiones. Natura verò sicut semel determinata per gradum specificum, non est vlteriùs variabilis in alium gradum specificum; ita semel determinata ex vi gradus specifici ad virtutem operatiuam circa tantam, ac talem sphæram, non est vlteriùs naturaliter variabilis ad alium modum operandi circa maiorem, aut diuersam sphæram. Ad 2. nego sequel. ad prob. neg. minor: eadem quippe virtus, quæ in angelo sufficit ad locandum se in spatio adæquato, sufficit ad locandum se in spatio minore in infinitum: sicut omnis virtus, quæ potens est in maius, potens etiam est in minus. Nec obstat potestas, quam habet angelus vtendi suâ virtute in minus in infinitum: quia hæc non arguit maiorem virtutem, quàm sit virtus locabilis in loco minore in infinitum; sed solùm arguit libertatis vsum illam applicandi. Ad confir. nego conseq. nam animus rationalis ad informandum requirit certas dispositiones, certaque organa, quæ cum quâuis minimâ quantitate esse non possunt: quas dispositiones non requirit angelus, vt in loco collocetur.

Euclidis principium, de constructione corporum.

116. *Ad 2.*

SECTIO VII.

An Angelus esse possit in loco punctuali?

QVIA nos iam pridem huiusmodi indiuisibilibus in Philosophiâ valediximus, nullum apud nos præsentis litis contestatio ius legitimæ appellationis habere potest, nisi sub conditione, si huiusmodi indiuisibilia darentur. 118. *Indiuisibilia nulla agnoscit Author.*

Prima sent. negat, angelum locari posse in loco punctuali: *Alens. 2. p. q. 32. me. 3, Bonau. in 2. dist. 2. p. 2. ar. 2. q 3. Herue. de motu angel. ad 13. arg. Ægid. in 1. dist. 37. 2. p. ar. 1. q. 2. Marsil. in 2. q. 2. ar. 2. post 5. concl. Rubio. q. 2. aliàs 5. ar. 1.* & colligitur ex §. *Sed sunt duo dubia:* deducitur ex sent. eorum, qui docent, angelos esse in loco per nudam substantiam. Varia sunt fund. iuxta varias sent. de loco angel. Primum: Angelus est in loco immediatè per suam substantiam: Substantia angeli, cùm sit quoad entitatem inuariabilis, semper ac necessariò angelum locat in sphærâ adæquatâ; quam certum est excedere locum punctualem. Vnde *Valen.* qui *1. p. q. 52. pun. 3.* concedit, angelum esse in loco per propriam substantiam, negat *ibid.* eundem esse posse in loco punctuali quoad præsentiam, quamuis non existimet, impossibile angelum operari in loco punctuali. Fund 2. Angelus est in loco formaliter per operationem: nequit in loco punctuali operari; cùm nullius operationis punctum sit capax. Confirm. Nequit animus rationalis informare corpus punctuale, in eoque operari: ergo nec angelus locari in spatio punctuali, in eoque operari. Fund. 3. Angelus existens nequit moueri: ergo nequit locare se in loco punctuali: non .n. potest naturaliter se constituere in loco, ex quo non valeat se mouere: nam finis constituendi se in loco, non est, vt in eo perpetuo hæreat, sed vt ex illo in alium liberè migrare possit. 119. *1. Sent. neg.* 120. *Fund. 1.* 121. *Fund. 2.* 122. *Fund 3. Supponitur antec. ex dup. seq.*

Secunda affirm. *S. Tho. 1. p. q. 52. ar. 2. & in 1. dist. 37. q. 3. ar. 2. Rich. in 2. dist. 2. ar. 2. q. 2. ad 3. Mayro. q. 6. §. Sed hic, Capreo. q. 1. ar. 1. concl. 2. Maior. q. 9. concl. 5. Gabrie. q. 2. ar. 3. dub. 2. Dionys. Carth. in 1. dist. 37. q. 3. Ferrar. 3. con. gen. c. 68. §. Ad rationem princip. Caiet. 1. p. q. 52. ar. 2. Bann. ib. dub. 2. Molin. concl. 3. Zumel. q. 2. Gran. disp. 3. sect. 4 Suar. l. 4 de ang. c. 11. Albert. to. 1. corol. 16. ex princip. 1. Philos. dub. 4. concl. 2.* In quâ re dubij sunt *Scot. in 2. dist. 2 q 6. §. Ad prop. & Vasq. 1. p. disp. 192. c. 2.* 123. *2. Sent. affir.*

Dicendum, admissis in continuo punctis, angelum naturaliter posse esse in loco punctuali, quoad solam præsentiam intrinsecam, & incompletè; non quoad operationem extrinsecam, & completè. 124. *Prob. 1. Prima conclus. pars.*

Prior pars prob. 1. nulla est repugnantia, neque ex parte substantiæ angelicæ, quæ indiuisibilis est, ac proinde de se apta indiuisibiliter existere: neque ex parte locabilitatis; nam cum hæc sit proprietas substantiæ angelicæ, dependens à liberâ voluntate angeli, poterit pro libito ipsius, indiuisibilis produci: neque ex parte loci punctualis; nam angelum esse in loco punctuali, nil aliud est, quàm ita esse ab illo indistantem, vt extra illum nullibi sit. Posito autem quod non repugnet, angelum indiuisibiliter existere, non repugnabit, ita esse indistantem à loco punctuali, vt extra illum nullibi sit. 2. Potest angelus esse in loco minori in infinitum; ergo potest esse in puncto: nam ideò potest esse in loco minori in infinitum, quia quantum est ex se, nullum certum diuiduum locum postulat: alioqui si postularet certum, tandem deueniretur ad aliquem, infra quem esse non posset: ergo cùm ex se sit indiuisibilis, si aliunde nullum diuisibilem locum postulat, 125. *Prob. 2.*

Digitized by Google

Quod esse potest in loco minori & minori, potest etiã esse in puncto.

poterit quantum est ex se, esse in loco diuisibili. Qui modus argum. licet non concludat in re quantâ, quæ nunquam esse potest in puncto; concludit tamen in re spirituali. Nam rei quantæ obstat intrinseca diuisibilitas, quò minùs esse possit in loco indiuisibili. Rei autem spirituali nulla obstat diuisibilitas, quò minùs esse possit in loco indiuisibili: ergo si aliunde sibi non determinat certum locum, poterit esse in puncto. Vnde aptitudo existendi in minori & minori loco, in angelo oritur ex intrinseca indiuisibilitate propriæ naturæ; in re quantâ oritur vel ex extrinsecâ diuisibilitate rei, quæ quia diuisibilis est in partes minores in infinitum, occupare potest locum minorem in infinitum; vel ex addito modo condensationis, qui semper requirit extensionem aliquam. Et licet etiam angelus fiat præsens loco per additum modum locabilitatis; quia tamen commensuratur subiecto indiuisibili, non necessariò est diuisibilis: Contrà verò, quia condensatio est modus rei diuisibilis, commensurari debet subiecto diuisibili.

126. *Nequit esse in puncto quoad operat.*

Posterior assert. pars ostenditur: Angelus est completè in loco per motum localem, quem tantùm producere potest, ex *sect.* 2. Sed punctum non est capax motûs localis: nam vel hæc indiuisibilia sunt tantùm modi vnientes partes continui inter se: at repugnat modum, cùm sit actualis tantùm modificatio subiecti, entium debilissimum, subiectare in se entitatem: ergo repugnat punctum subiectare in se motum localem. Nam motus localis non est pura actio; cùm implicet pura actio absque vllo intrinseco termino; cùm omnis actio sit essentialiter via ad aliquem terminum; sed est qualitas producta actione virtutis motricis in mobili; dicique potest impetus impressus actu mouens mobile; licet non semper actu moueat, quia non semper superat resistentiam mobilis. Hoc argum. non solùm probat, non posse angelum per operationem esse in loco punctuali, sed neque in loco lineali, & superficiali: cùm etiam linea & superficies sint iuxta hanc

127. sent. actuales vniones partium continui. Vel hæc diuisibilia supponuntur cum *Suarez in metaph. disp.* 40. *sect.* 5. esse entitates realiter distinctæ à partibus, vnibiles per distinctas vniones cum partibus; adhuc mihi euidens est, saltem punctum non esse localis motûs capax. Fundam. repugnat, saltem naturaliter accidens extensum, subiectari & inhærere subiecto inextenso; Sed motus localis est accidens extensum; cùm essentialiter constet ex partibus prioribus; & posterioribus; & punctum vero est subiectum essentialiter inextensum: Igitur repugnat, punctum naturaliter saltem subiectare motum diuisibilem; atque adeò in eo angelum per operationem transeuntem naturaliter locari. Maior prob. accidens secundùm totam suam entitatem, & partes omnes; quas habet, naturaliter postulat subiectari & inhærere subiecto; nam hoc est naturale cuicunque accidenti: Repugnat autem, accidens extensum secundùm totam suam entitatem partibilem & extensam subiectari & inhærere puncto prorsus indiuisibili & inextenso. Nam subiectare, est præbere seipsum vt substratum formæ: repugnat autem punctum indiuisibile præbere seipsum vt substratum totiformæ, & accidenti partibili secundùm omnes partes ipsius: alioqui indiuisibile adæquaretur diuisibili.

Fundam.

128. De reliquis indiuisibilibus, lineâ sc. & superficie, res non est mihi adeò certa, an saltem in illis angelus per operationem transeuntem locari non possit: cùm non videatur repugnare diuisibilis longitudine, & indiuisibilis latitudine: sicut nec motus diuisibilis longitudine & latitudine, & indiuisibilis profunditate. Oppositum tamen probabilius videtur; neque in illis posse angelum naturaliter per suam operationem locari: Fundam. motus localis est forma naturâ suâ diuisibilis omni dimensione longitudinis, latitudinis, & profunditatis; cùm sit forma per se primò à naturâ ordinata ad mouendum subiectum omni dimensione: ergo nequit naturaliter recipi in lineâ vel superficie. Quia nequit naturaliter recipi in subiecto, in quo non possit secundum omnes suas partes subiectari & inhærere: Sed in superficie nequit subiectari secundùm partes profunditatis, nec in lineâ secundùm partes profunditatis, & latitudinis: ergo. Nec dici potest, posse angelum impetum localem attemperare, eumque producere diuisibilem vnâ dimensione, & non aliâ: quia cùm hoc sit de ratione motûs & impetûs impressi, vt saltem connaturaliter constet trinâ dimensione partium, non videtur positum in liberâ potestate angeli, illum variare: licet illum variare possit quoad celeritatem & tarditatem; magnitudinem & paruitudinem, quæ sunt proprietates accidentales motûs. Nec in motu locali, præter mutata esse, quæ respondent punctis quantitatiuis, sunt alia indiuisibilia respondentia lineis & superficiebus, vt saltem secundùm hæc indiuisibilia motus ab angelo produci possit.

129. *Motus localis est diuisibilis secundùm trinam dimens.*

Ad 1. fundam. primæ, neg. maior, ex *sect.* 2. Secundum confirmat poster. partem nostræ assert. Ad 2. quatenus eam negat, disting. antec. Non potest angelus existens in puncto formaliter & reduplicatiuè se mouere, transeat; de quo *disp. seq.* Non potest existens in puncto materialiter & specificatiuè se mouere, nego. Nam esto ex eo quòd velit angelus retinere in puncto solam locabilitatem punctualem, non possit moueri; potest tamen existens in puncto producere sibi locabilitatem diuisibilem, quâ non solùm occupet locum punctualem, quem anteà occupabat, sed etiam subsequentem diuisibilem, quem anteà non occupabat: & tunc in omnium sent. poterit localiter moueri.

130. *Resp. ad fund. oppositæ sent.*

SECTIO VIII.

An possint plures Angeli esse in loco simul?

131. *Prima sent.*

PRIMA sent. negat, posse plures Angelos esse in eodem loco adæquato *intensiuè*, etiam potentiâ logicâ; posse tamen esse in eodem loco inadæquato *intensiuè* potentiâ logicâ, non physicâ. Est autem locus adæquatus *intensiuè*, in quo angelus operatur secundùm totum suum posse: inadæquatus *intensiuè*, in quo operatur citra vltimum posse: *Ferrar.* 3. *con. gen. cap.* 68. §. *Ad* 2. *dubij euid.* & putatur esse sent. *S. Thom.* 1. *p. q.* 52. *art.* 3. *& in* 1. *dist.* 37. *q.* 3. *art.* 3.

Quid locus adæquatus intensiuè?

132. *Prob.*

Fundam. prioris partis: implicat, plures causas totales eiusdem ordinis simul concurrere ad eundem numero effectum. Sed si plures angeli possent esse in eodem loco adæquato *intensiuè* simul, darentur plures causæ totales eiusdem ordinis concurrentes ad eundem numero effectum.: nam angeli sunt in loco per operationem transeuntem: Maior prob. si idem numero effectus adæquatè penderet à pluribus causis totalibus eiusdem ordinis, à nullâ penderet determinatè & per se: nam qualibet non existente, adhuc totus effectus existeret: igitur daretur effectus determinatus & per se, non habens causam determinatam & per se, quod implicat. Confirm. idem simul penderet à sua causâ per se, quatenus à quâlibet produceretur per se; & non penderet, quatenus quâlibet exclusâ, adhuc totus

effectus

Digitized by Google

133. effectus fieret, Fundam. poster. partis est: non implicat, duas causas partiales eiusdem ordinis inadæquatè concurrere ad eundem numero effectum, vt patet de duobus trahentibus idem pondus, quod singuli seorsim trahere non possent. Quòd hoc naturaliter repugnet angelis, constabit ex sent. seq.

134. 2. Sent. Secunda negat, posse plures angelos esse in eodem loco simul de potentiâ tantùm naturali, non de supernaturali: *Bonau. in 2. dist. 2. q. vlt. Bassol. q. 4. ar. 4. Capreo. q. 1. ar. 1. conc. 3. Richar. in 1. dist. 37. ar. 2. q. 4. Ægid. q. 3. Herue. ar. 1. ad 4. Caiet. 1. p. q. 52. ar. 3.* qui de hâc potentiâ explicat *S. Thom. Banniez. ibid.*

135. Primũ fund. Fundam. 1. *Bonau* ex hoc sequerètur perturbari ordinem Vniuersi, cuius potissimæ partes sunt angeli: nam sicut illud postulat, ne plures angeli in infinitum distent inter se, sed vt omnes contineantur intrà vniuersum: ita postulat, ne plures sint in

136. Secundum. eodem loco simul. Secundùm *Capreo*: Naturaliter repugnant plures causæ totales proximæ eiusdem effectûs: nec possent plures angeli naturaliter concursum attemperare; quia angelus est in loco vt perfectus motor, ac à Deo vt totalis causa; alioqui non esset in loco perfectè, sed imperfectè, & secundùm quid. Tertium *Richar.* Implicat naturaliter,

137. Tertium. vnum spiritum penetrare se cum alio spiritu: alioqui posset vnus angelus illabi in substantiam alterius, quod est proprium Dei; sc. intimè penetrare substantiam illius, eiusque secreta omnia cognoscere. Quartum *Ægidij* Quæ habent eundem modum

138. Quartum. essendi in alio, nequeunt naturaliter esse plura simul: at angeli habent eundem modum essendi in loco per operationem transeuntem: igitur nequeunt simul in illo esse. Maior prob. ideò non possunt plura corpora simul esse in eodem loco, nec plures formæ in eadem materiâ, aut plures colores in eâdem superficie, quia habent eundem modum essendi in alio. Contrà verò, ideò esse possunt in eodem loco simul angelus & corpus; corpus & animus rationalis; animus rationalis & angelus, quia omnes habent diuersum modum essendi in loco.

139. Quintum. Quintum *Herue, Caiet. Bann.* Cùm quilibet angelus sit per se sufficiens causa operationis in loco, superfluum esset consortium alterius; quam superfluitatem vt otiosam naturaliter fugiunt angeli. Confirm. cum testè *S. Thò.* in 1. sent. *cit.* semper angeli beati operentur ex imperio Dei, & vnusquisque sit sufficiens per se ad effectum, ad quem operandum mittitur, superfluũ est aduocare consortiũ alterius.

140. 3. Sent. vera de potentiâ naturali. Tertia affirmat, posse plures angelos esse in eodem loco simul, etiam potentiâ naturali: *Mayro. in 2. dist. 2. q. 7. Rubio. q. 1. ar. 2. Gregor. q. 3. ar. 2. Marsil. q. 2. ar. 2. conc. 8. Maior. q. 5. Gabr. q. 2. ar. 3. dubit. 4. Molin. 1. p. q. 52. ar. 3. Vasqu. disp. 193. c. 4. Suar. lib. 4. de angel. c. 9. Arrub. disp. 158. c. 2.* ad quem inclinat *Scotus in 2 dist. 2 q. 8.* Quæ sent. verior, siue dicam, angelos esse in loco per præsentiam tantùm, siue per operationem. Colligitur 1. ex *Luc. 8.* Vbi dicitur integra legio dæmoniorum intrasse in corpus cuiusdam: constat autem legio 6000. Improbabile autem est, tot dæmones fuisse in diuersis partibus corporis, vt in distinctis locis, vt *Capreo.* & *Ferrar.* autumant. Nec potest à *Basso.* id cohærenter affirmari; qui censet, singulos naturaliter existere in

142. Prob. ratione. Prima. loco sibi adæquato. Prob. 2. ratione. 1. De facto angelus naturaliter existit in eodem loco simul cum animo rationali, in dæmoniacis; igitur de facto etiam potest naturaliter existere in eodem loco cum alio angelo simul. Vterque enim est spiritus, & ad

143. locum comparatur definitiuè. Respondent; diuerso modo comparari ad corpus: sc. ille vt formâ; hic vt motor. Sed contrà: etiam animus rationalis comparatur ad corpus vt motor. Confir. dum dæmon mouet caput energumeni, idem caput mouere Confirm. potest animus: possunt igitur animus & dæmon esse simul in eodem loco per operationem. Tum ex eo, quòd animus comparatur ad corpus vt forma, non impedit, quin etiam comparetur vt locabilis ad locum, & non vt forma ad informabile. Quid enim repugnat, vt cum eodem animo, simul maneat dæmon, eodem modo præsens corpori, destructâ vnione corporis, sicut manebat antea? Secunda. Si non 144. posset vnus angelus esse in loco alterius, sequeretur, Secunda ra- non posse vnum naturaliter moueri de cælo ad terti. ram; seu carere naturali facultate ad effectum sibi maximè connaturalem. Si sunt in loco per operationem: nequeunt de loco ad locum moueri, nisi aliqui l operando per omnia loca, per quæ transeunt; cùm producere non possint, nisi motum locàlem, vt *fict. 2.* At omnes cæli continuò mouentur à suis angelis assistentibus: ergo cùm per aduers. non possit vnus angelus naturaliter mouere id, quod mouet alter, nec poterit de cælo bis moto ad terram naturaliter moueri, saltem motu continuo.

Tertia. Impediretur perfectio maximè connatu- 145. ralis angelo, quam vnusquisque habet, vt pro suo Tertia ratio. arbitratu possit occupare sphæram sibi adæquatam; ita vt angelus naturali perfectione propriæ naturæ debità priuetur: sc. spectatâ angelicæ sphæræ amplitudine, & simul multitudine angelorum, non possent singuli pro suo arbitratu occupare sphæram sibi adæquatam, nisi expectando, donec alij suam sphæram contraherent, vt ipsi suam dilatare possent. Quod argum. maximè vrget in angelis malis in centro tertæ morantibus: vbi locus angustior est, quàm in eo possint tot angeli, atque animæ in singulis locis adæquatis distinctis existere.

Ad fund. primæ; nego 1. non posse angelos esse 146. in loco sibi adæquato, nisi per operationem; quip- Satisfit ar- pe qui esse possunt per præsentiam. 2. nego, non gumentis. posse plures angelos esse in loco intensiuè adæquato. Nam cùm per Thomistas quilibet sit specie perfectior alio, atque adeò potentiâ motrice velocior; vnusquisque potest esse in loco intensiuè sibi adæquato, absque eo, quòd plures causæ totales eiusdem ordinis concurrant ad eundem numero effectum; eò quòd non esset idem numero motus; nam qui produceretur ab vno, esset minùs velox, quàm qui produceretur à duobus simul. Quando verò effectus est perfectior à duabus, quàm ab vnâ causâ tantùm, non sequitur quòd quàlibet sublatâ, totus effectus fieret; quia non fieret quoad maiorem illam perfectionem individualem, quâ pendet ab vtrisque simul. Dices. Hæc ratio ad summum 147. probat, quando angelus inferior admittit consor- Obiectio. tium superioris, quia potest superior velocitate motum adæquatum inferioris; non contrà. Resp. 1. Solutio 1. hoc sufficit ad infirmandam doctrinam, quòd nunquam possint plures angeli esse in eodem loco adæquato intensiuè. Nam saltem hoc casu fallit. 2. Solutio 2. adhuc in meâ sent. hoc probat de angelo superiore admittente consortium inferioris: quia vis etiam Duo calores extensior conducit ad perfectiorem effectum: vel. aqualiter ut duo calores æquè intensi intensiorem calorem intensi pro- producunt, quàm sit vnusquisque in se, vt ex *Philos.* ducere pos- suppono. Potentia igitur motrix angeli superioris; sunt calorem coniuncta cum motrice inferioris, velociorem mo- intensiorem tum produceret intra eandem sphæram, quàm pro- simul quàm duceret le solâ absque consortio alterius. Ex quo singuli seor- sequitur, vtriusque angeli sphæram, tam superioris, sim. quàm inferioris per consortium alterius intensiuè augeri, sicut augetur sphæra vtriusque calotis per mutuum consortium alterius.

Digitized by Google

148. *Ad fundam. 1. secundæ. Triplex ordo vniuersi distinguitur.*

Ad 1. fund. secundæ, nego assumpt. Triplex enim est ordo Vniuersi, *Situalis*, quo vnumquodque in suo loco collocatur; *Perfectionalis*, quo nullus ei desit generalis gradus entis; & *Gubernatiuus*, vt vnumquodque operetur iuxta perfectionem suæ naturæ. Primus est tantùm corporum, non angelorum, qui nullum certum locum in hoc Vniuerso sibi ex naturâ suâ determinant. Secundus & tertius est communis etiam angelis: At hic non impeditur per simultatem plurium in eodem loco. Ad prob. negatur paritas: nam distantia angelorum in infinitum impedit vtrumque ordinem perfectionalem, & gubernatiuum: nec angeli possunt Vniuersum constituere, nisi in illo includantur; nec illud gubernare, nisi sint præsentes: simultas vero eorumdem in loco neutrum impedit. Ad 2. fund. 1. nego, vt vnus angelus admittat alium in eodem loco, debere necessariò attemperare concursum, sed posse adæquatè operari, augendo intensiuè sphæram per consortium alterius. 2. Nullum esse absurdum, quod vnus angelus attemperet concursum virtutis motiuæ; tum quia de facto non semper angeli mouent secundùm vltimum posse virtutis; tum quia hoc attemperamentum non esset ex necessitate, sed ex libertate; tum quia maior esset imperfectio angeli, non posse se liberè constituere in loco adæquato, nisi dependenter à voluntate alterius, contrahentis suam sphæram, vt alteri adæquatum locum cederet; nam hoc pendet à voluntate alterius, illud à propriâ. Ad 3. fund. nego antec. nam angelus penetrat se cum animo rationali, & vterque cum corpore, & omnia cum Deo. Ad prob. nego sequel. Nam illabi non dicit solam præbentiam vnius iuxta substantiam alterius, sed conseruationem totius esse, per quam Deus dicitur intimè illabi in substantiam vniuscuiusque. Vnde nego, ex intimâ præsentiâ locali argui notitiam secretorum cordis: alioqui dæmon intimè præsens animo rationali omnia eius secreta cognosceret. Ad 4. neg. maior, nisi quando aliquod sequitur absurdum: constat de speciebus intelligibilibus, habentibus eundem modum essendi in intellectu, quæ tamen naturaliter multiplicari possunt in eodem intellectu: Ad prob. nego, ideò formaliter non posse plura corpora esse in eodem loco, aut plures formas in eâdem materiâ, vel plures colores in eâdem superficie, quia habent eundem modum essendi; alioqui vbicumque esset hæc ratio, esset eadem repugnantia, quæ tamen in speciebus intelligibilibus non est: sed quia non possunt vel plura corpora naturaliter se penetrare, vel plures formæ ordinari ad vnum substantiale constituendum; vel plura accidentiâ saltem homogenea, simul esse in eodem subiecto. Ad 5. nego, consortium alterius angeli in eodem loco semper esse superfluum & otiosum: nam vel admitti posset ad velociorem motum; vel quia non posset vnus angelus collocare se in sphærâ adæquatâ, nisi subintrando in locum alterius. Ad confirm. Resp. 1. id saltem non probare de angelis malis, qui non semper operantur ex imperio Dei, sed ex peruersitate propriæ voluntatis. 2. Id non obstare imperio Dei, qui causas 2. finit agere iuxta proprias naturas: vnde cum sæpe connaturalius sit angelo in locum alterius subintrare, vt cùm è cælo ad terram mittitur per loca intermedia ab aliis occupata, licet possit, non tamen tenetur aliorum loca declinare; cùm nihil censeri debeat superfluum, quod facit ad connaturaliorem modum operandi. Ad auct. *S. Tho.* fateor, illum oppositæ fuisse sent. quia hæc erat suo tempore communior, vt ipse testatur.

149. *Resp. ad 2. fund.*

150. *Ad 3. Resp.*

151. *Resp. ad quartum fundam.*

152. *Ad quintum fundam.*

Ad conf.

S. Thom. in opposita est opinione.

DISPVTATIO VI.

De motu locali Angelorum.

SECTIO PRIMA.

An Angeli verè moueantur localiter?

1. *1. Sent. neg. Fundam.*

PRIMA sent. neg. *Duran. in 1. dist. 37. p. 2. q. 1. nu. 26. & in 3. dist. 22. q. 3. Herue. in 1. dist. 37. art. 2. & de motu angel. art. 2.* Quia sicut angeli non sunt propriè in loco, nisi quatenus in illo operantur; ita nec propriè mouentur de loco ad locum: sed eorum motus, est successiua tantùm operatio circà diuersa corpora. Ex quo infert *Duran.* Animam Christi ad inferos descendisse, nil aliud fuisse, quàm visionem beatam in mentibus Patrum in limbo existentium meritoriè operatam fuisse: sicut dicitur Deus ad terram descendisse, non quòd de cælo ad terram motus sit, sed quia nouum effectum in terris operatus est. Confirm. tum auth. *S. Tho. 1. p. q. 53. ar. 1.* asserentis, angelos æquiuocè moueri; tum *August. 8. lib. de Gen. ad lit. c. 20.* docentis, spiritualem creaturam per tempora tantùm moueri, non per loca; corporalem verò per tempora & loca. Prob. 2. Angeli sunt natura sua indiuisibiles; ergo incapaces motus localis propriè dicti. nam teste *Philos. 6. phys. tex. 33* omne quod mouetur partim est in termino à quo, partim in termino ad quem. Angeli indiuisibiles cùm sint, nequeunt partim esse in termino à quo, partim in termino ad quem; igitur.

2. *Prob. 2.*

3. *2. Sent. affir. Censura opposita.*

Secunda affirm. *Scholast. cum Magist. in 1. dist. 37. lit. M & N: & in 2. dist. 2. necnon Patrum.* Vnde meritò opposita sent. censetur *periculosa*, & *in fide parum tuta*, eo quòd impropriissimè explicat descensum animæ Christi ad inferos, & loca Scripturarum, in quibus angeli dicuntur de cælo ad terram missi. Nec est eadem ratio de Filio Dei, qui dicitur de cælis ad terram descendisse, cùm ipse ratione immensitatis sit incapax mutationis localis. Fundam. Angelus est limitatæ perfectionis; perfectioris tamen naturæ, quàm cætera viuentia; igitur est capax motûs localis propriè dicti. Nam quà limitatæ perfectionis est non posse esse vbique; quà perfectionis naturæ, quàm cætera viuentia, non debet carere eâ perfectione, quam habent cætera. At perfectio est in cæteris viuentibus, vt localiter moueri possint. Nec obstat, quòd cætera viuentia semper moueantur ad aliquam perfectionem sibi acquirendam: nam licet angeli non egeant motu locali ad perfectionem sibi comparandam, egent tamen, vt in diuersis locis operari possint: cùm nequeant naturaliter operari, nisi sint præsentes. Confirm. ex opposita sent. sequitur, non posse angelos in vacuo moueri, vbi nullum est corpus, in quod possit angelus operari: nec posse supernaturaliter operari in distans; cùm in hâc sent. à nullo corpore distet. Vnde consequenter *Herue.* concedit, posse naturaliter angelum, moto corpore in Oriente, statim mouere aliud corpus in Occidente. Ex eodem fund. sequitur, angelum moueri à seipso: tum quia cætera viuentia perfectiora mouentur à seipsis. Tum quia angeli mouent corpora à se distincta; ergo à fortiori seipsos. Tum quia motus localis est perfectio connaturalis angelo; ergo debet ad illum habere intrinsecam potentiam; alioqui careret potentiâ ad actum sibi maximè connaturalem.

4. *Fundam.*

5. *Absurda ex oppos. sent.*

Dices.

Digitized by Google

6. Obiectio.

Dices: Implicat, vt idem sit mouens & motum simul: ergo implicat, vt idem moueat seipsum. Antec. prob. vt mouens, debet esse in potentia; vt motum, debet esse in actu: implicat autem, vt idem sit in potentia, & in actu respectu eiusdem. Resp. dist. antec. Implicat, vt idem [illegible] sit mouens, & motum ratione eiusdem, concedo; ratione diuersorum, nego. Angelus autem dicitur mouens ratione potentiæ; dicitur verò motus ratione actûs. Vnde ad prob. implicat, vt idem sit in potentia formali, & simul in actu formali respectu eiusdem; non in potentia formali, & simul in actu virtuali; velut intellectus est in potentia formali, & simul in actu virtuali respectu eiusdem intellectionis.

Solutio.

Potentia formalis, & actus virtualis, & vice-versa, simul non implicant.

Ad fund. primæ, neg. antec. Ad auth. *S. Tho. & Augustin.* dico, eos tantùm negare proprium motum localem spatio commensum, qualis est motus corporum, non motum definitiuum, qualis est motus angeli, quem aliqui Metaphysicum vocant, & *S. Tho.* docet eum propriè conuenire angelo *in 1. dist. 37. q. 4. ar. 1. fine.* Ad 2. nego conseq. Ad prob. dist. maior, nam si partim & partim se teneat ex parte mobilis, falsa est; si ex parte loci, vera est: non enim est necesse ad hoc, vt mobile [illegible]oueatur, vt pars ipsius sit in termino à quo, pars in termino ad quem; sed sat est, vt occupet partem termini à quo, & partem termini ad quem. Hoc autem præstare potest mobile, etiamsi sit indiuisibile: nam sicut potest in quiete, ob suam virtualem diuisibilitatem, occupare spatium diuisibile: ita à fortiori poterit in motu, ob eandem virtualem diuisibilitatem, occupare partem termini à quo, & partem termini ad quem.

7.

8. Quo modo motus definitio intelligenda.

SECTIO II.

An motus localis Angelicus sit aliquid intrinsecè inhærens Angelo?

9. 1. Sent. neg.

PRIMA sent. negat; *Ægid. in 1. dist. 37. ar. 2. q. 1. Argen. ar. 2. post 3. concl. Capreo. in 2. dist. 6. q. 1. ar. 1. concl. 2. Gregor. q. 1. ar. 2. Caiet. 1. p. q. 53. ar. 1. §. Circa [illegible]a, Ferrar. 3. con. gen. c. 102. §. Aduerte eum,* & [illegible] & videtur *S. Tho. 1. p. cit.* vbi docet, motum Angeli in loco non esse aliud, quàm diuersos contactus diuersorum locorum successiuè. Fundam. *Gregorij.* Motus localis non est aliud, quam successiua coëxistentia mobilis ad spatium: ergo nihil intrinsecum distinctum ponit in ipso mobili. Nam coëxistentia duorum, præter vtriusque existentiam, nil aliud intrinsecum dicit. Antec. prob. tum ex *Arist. 8 phys. tex. 59.* vbi docet, per motum localem nihil accrescere mobili. Tum quia, omni alio circumscripto, per solam coëxistentiam successiuam mobilis ad spatium, saluatur motus localis. Confirm. mobile occupat spatium permanenter per seipsum, nullo alio distincto addito; ergo & successiuè. Fundam. aliorum. Angelus est in loco formaliter per operationem transeuntem in locum: ergo angelum localiter moueri nihil aliud est, quàm successiuè variare operationes transeuntes circa diuersa loca: atque adeò motus localis non est aliquid inhærens angelo, sed loco.

10. Fundam. Gregorij.

Conf.

11. Fund. aliorum.

12. 2. Sent. affir. sine distinct.

Secunda affirmat, siue moueatur per se, siue per accidens. Hanc 1. docent, qui sine vllâ distinctione affirmant, Angelum moueri per aliquid sibi intrinsecè inhærens. Ita *Alens. 2. p. q. 3. me. 5. Richard. in 1. dist. 37. a. 3. q. 1. Bonau. ar. & q. vlt.* affirmans, angelum moueri motu successiuo, etiam in vacuo, si in eo esset distantia; *Mayro. in 2. dist. 2. q. 10. Rubio q. 2. Gabriel q. 3. ar. 2. Bassol. dist. 10. ar. 1. Molina 1. p. q. 53. ar. 1. Valent. ibid. pu. 1. Arrub. dis. 159. c. 2.* Secundò, illam asserunt *Scotus in 2. dist. 2. q. 9. & in 4. dist. 10. q. 6. concl. 4.* in quorum 1. docet, Angelum moueri per aliquid intrinsecum, non solùm quando mouetur per se, sed etiam quando mouetur in assumpto corpore. In 2. affirmat, moto lapide, intrinsecè moueri angelum existentem in lapide: & Christi Corpus in Eucharistiâ intrinsecè moueri, motis speciebus sacris; etsi ille moueatur à se, hoc à Deo. Idem docent *Lyche. in 2. dist. 2. q. 9. cit. §. Hoc etiam confirm. Zumel 1. p. q. 53. ar. 1. q. 2. concl. 4. Suarez lib. 4. de angel. à cap. 12.* Fundam. *infrà.*

13.

Tertia affirmat de motu per se, negat de motu per accidens. Per se mouetur angelus, quando mouetur solus sine corpore; per accidens, quando mouetur ad motum corporis: *Vasquez. 1. p. dis. 195. c. 4.* qui etiam addit, motum localem in angelo formaliter non consistere in variatione modi, quem habet ad locum, sed in extrinsecâ quâdam denominatione distantiæ à punctis fixis. Probat primum; cùm angelus constituatur in loco formaliter per modum additum substantiæ, quo cum loco coniungitur, necesse est mutare modum, si velit mutare locum. Probat secundum; potest angelus, moto corpore, non variare modum quem habet ad corpus; ergo potest tunc per accidens moueri, nullâ factâ intrinsecâ mutatione in ipso. Nam cùm angelus ex se intrinsecæ distantiæ capax non sit, si mouetur corpus, cum quo est coniunctus: & aliunde ipse modum, quem habet ad corpus, non variet; mouebitur per accidens ad motum corporis, nullâ factâ intrinsecâ mutatione in ipso, solâ denominatione extrinsecâ à motu corporis. Antec. probat: modus quem habet angelus ad corpus, pendet tantùm à corpore, non à spatio; quia non vnitur corpori, prout est hic, vel ibi: sicut modus, quem habet animus rationalis ad proprium corpus, vel Christus ad species sacras, non pendet à loco: ergo variato corpore, non necessariò variatur modus. Explicat tertium: motus localis formaliter consistit in variatione distantiæ à punctis fixis: sed modus, quem habet angelus ad locum, talem variationem ex se non habet, cùm non pendeat à spatio, penes quod desumitur omnis distantiæ variatio. Ergo motus localis in angelo non potest formaliter consistere in variatione modi, quem habet ad corpus, sed in extrinsecâ denominatione distantiæ à punctis fixis; quæ distantia illi conuenit ratione corporis, cum quo vnitur. Pro explicatione, nota 1. posse angelum per loca moueri, vno modo per solam successiuam præsentiam ad loca; alio per virtualem etiam contactum locorum, vti *suprà* 2. posse angelum moueri, vno modo per se, sine corpore assumpto; alio per accidens ad motum corporis assumpti.

13.

14. 3. Sent. affir. de motu per se, neg. de motu per accidens.

Prob. primum.

Secundum.

Tertium.

15. Ad decisionem quædam prænotantur.

Dico 1. Nequit angelus localiter moueri siue per solam successiuam præsentiam ad locum, siue per virtualem contactum loci, siue per se extra corpus, siue per accidens in corpore assumpto, absque intrinsecâ mutatione ipsius. Fundam. moueri de loco ad locum, est nouus effectus realis in angelo: sed hic haberi non potest, vel à nudâ substantiâ angeli, vel à solâ operatione transeunte, vel à solo motu corporis, cui assistit: ergo ab aliquâ formâ distinctâ à substantiâ angeli, eique inhærente. Maior constat: nam descrere vnum locum, & alium comparare, est nouus effectus in angelo, qui anteà non erat. Quòd sit [illegible] patet: quia est effectus potentiæ realis virtutis, [illegible]otricis Angelicæ. Omnis autem virtus realis effe[illegible]è terminari debet ad aliquid reale. Minor quoad 1. partem elucet: nam si hic

16. Assertio 1. Pro 2. sent. Prob.

Digitized by Google

si hic effectus esset à nudâ substantiâ angeli, semper ac necessariò esset, quia nuda substantia angeli semper est eadem; ac proinde semper apta idem præstare. Quoad 2 partem, constat: quia nequit mobile fieri præsens, & indistans à loco per solam operationem receptam in loco: tum quia potest variare operationem in loco intra propriam sphæram existens, non variatâ præsentiâ definitiuâ ad illam: potest enim angelus existens intra sphæram vnius leuce modò operari intra vnam, modò intra aliam partem sphæræ; non variatâ præsentiâ definitiuâ ad totam sphæram. Nequit igitur operatio transiens recepta in loco, esse formalis ratio, per quam mobile moueatur de loco ad locum, cùm in eo casu varietur operatio in loco, non variatâ præsentiâ definitiuâ ipsius ad locum. Tum quia posset angelus existens intra suam sphæram diuinitus operari extra illam in variis partibus vniuersi: tunc enim esset in diuersis locis per operationem, præsentialiter autem & definitiuè in suâ duntaxat sphærâ. Ratio: *Prob. à priori.* subiectum localiter moueri, est ipsum secundùm substantiam fieri successiuè præsens diuersis locis: ergo per aliquid sibi inhærentis: operatio autem transiens non inhæret angelo, sed loco. Maior prob. forma debet esse, in qua est eius effectus formalis: at effectus formalis successiuè existendi secundùm substantiam in diuersis locis, est in ipso mobili; quia mobile est, non locus, quod localiter mouetur: ergo in ipso, & non in loco debet esse
178 mutationis forma. Prob. minor quoad 3. partem: Angelus non est in corpore assumpto per physicam vnionem cum illo, sed per voluntariam duntaxat assistentiam: ergo moto corpore, non necessariò cum illo mouetur. ergo vt moueatur, debet per intrinsecam mutationem in se receptam moueri. Confirm. Angelus nullo pacto pendet à loco, vel à corpore assumpto: ergo eo moto, non necessariò cum illo mouebitur. Nam vt aliquis moueatur ad motum alterius, debet aliquam colligantiam, vel dependentiam cum illo habere. Antec. prob. non maiorem dependentiam habet angelus à loco, vel à corpore assumpto, quam habeat vnus angelus ab alio existente in eâdem sphærâ: sed discedente vno angelo ab eâdem sphærâ, non necessariò discedit alter: alioqui, moto cælo; moueretur angelus cum ipso cælo cui assistit.

18. Dico 2. Angelus vt moueatur per successiuum contactum locorum, non sufficit motus intrinsecus, *Assertio 2. Ad completum motum Angel. necessaria est operatio extrinseca in locis successiuè produ-ctis.* sed necessaria etiam est operatio extrinseca in locis ipsis, quæ continguntur, successiuè producta: etsi hæc sine illà non sufficiat. Hoc 2. constat. Primum prob. vt nequit angelus esse in loco per contactum ad illum, nisi per operationem in eo productam; ita nequit moueri per successiuum contactum locorum, nisi per operationem in illis successiuè productam: cùm. n. nequeat loca contingere contactu mathematico, per propriam substantiam, debet saltem contactu physico per operationem transeuntem illa contingere. Ex dictis constat 1. posse angelum localiter moueri motu intrinseco, absque vllà operatione extrinsecâ: non posse successiuè operari in diuersis locis extra sphæram, sine motu intrinseco. Ratio; successiua operatio ad diuersa loca extra sphæram connaturaliter supponit successiuam mutationem localem subiecti operantis, non
20. autem contra. 2. motus localis angeli, non consistit formaliter in successiuo contactu locorum, nisi tantum completiuè, quatenus complet illum sub ratione physici contactûs; sed potius in successiuâ præsentiâ angelicæ substantiæ ad diuersa loca. Iuxta quod intellige *S. Thom. 1. p. q. 53 ar. 1.* cùm docet, motum angeli esse successiuum contactum diuersorum locorum.

Ad 1. primæ, nego antec. insensu ab aduers. intento, ob rationem assignatam. Ad 1. prob. concedo, per motum localem nihil intrinsecum reale accrescere mobili, quod maneat post motum: sicut per alterationem, vel augmentationem accrescit subiecto aliquid, quod in illo perseuerat post motum alterationis vel augmentationis, nempe terminus qualitatis, vel quantitatis. Ad 2. prob. nego antec. non enim saluari potest nouus effectus realis, aut terminus potentiæ realis. Ad confirm. nego conseq. nam in quiete nulla est actualis mutatio, neque ex parte mobilis, neque ex parte loci. Ad 2. primò nego antec. vt constat. 2. nego conseq. nam esto motus contactuum locorum fit per operationem transeuntem, non tamen per eam solam. Alioqui laberemur in opinionem *Durán.* sed necessaria quoque est successiua præsentia substantiæ angeli ad diuersa loca, in quibus operatur. Et oppositum *S. Tho. in 1. dist. 37. q. 3. ar. 2.* reputat errorem. At successiua præsentia substantiæ angeli ad diuersa loca explicari nequit per solam operationem transeuntem: ergo præter eam concedenda est intrinseca mutatio in angelo, quâ fiat successiuè præsens diuersis locis. Ad reliquas sent. secunda à nostrâ non discrepat. In 3. multa displicent: quòd angelus sine intrinsecâ mutatione sui per solam mutationem corporis possit loca variare. 2. quòd non fit per se capax distantiæ localis, saltem definitiuæ. 3 quòd fit in loco per physicam vnionem cum illo.

Satisfit arg. 21. *Ad 2.* 22. *Ad 3.* 23. *In sent. vertiá nulla distinctio.*

SECTIO III.

An si Angelus esset physicè vnitus corpori, moueri posset sine intrinsecâ mutatione sui ad motum solius corporis?

PRIMA sent. affirm: *Vasquez præced. sect. pro 3. sent. citati.* Fundam. non repugnat, subiectum per accidens moueri ad motum tantùm alterius, cum quo est coniunctum: 1. ex *Arist. 4. phys. tex. 32.* vbi docet, albedinem & scientiam moueri per accidens, *quia mouetur id, in quo sunt:* ergo per se non mouentur, sed quatenus mouetur subiectum, in quo sunt. 24. *1. Sent. affir.* *Prob. 1.*

2. Si vt vnumquodque moueatur, debet motum in se ipso intrinsecè subiectare, nullum ens mouebitur per accident, sed omne mouebitur per se. nam moueri per se, est moueri motu sibi intrinsecè inhærente: moueri per accidens, est moueri motu alterius: 3. Si nullum ens neque per accidens moueri posset, absque motu in se recepto, sequeretur 1. non posse ad motum corporis moueri puncta absque motu in se recepto. Nam etiam puncta mutant cum ipso corpore locum punctualem. At cùm punctum sit omninò indiuisibile, nequit esse idoneum subiectum motûs diuisibilis, ex *disp. præced. sect. 7.* & ex dicendis, *sect. 6.* Sequeretur 2. non posse ad motum specierum sacram. moueri corpus Christi in Euchar. existens, nisi recipiendo in se motum à naturali agente productum. Falsum autem hoc est; quia nullum agens naturale propriâ virtute producere potest modum sacramentalem, quo Christi Corpus est in Euchar. & nullum accidens recipi potest in eo absque modo sacram. Neque dicas cum *Scoto*; talem motum produci à Deo. Nam ponamus, quòd Deus ad motum specierum nullum producat motum in Christi Corpus. Interrogo, an tali casu Christi Corpus moueretur? Non

25. *Prob. 2.* 26. *Prob. 3. nonnullis absurdis.* 27. 28. *Occurritur obiectioni Scoti.*

Digitized by Google

Non potest dici, quòd non moueretur, cùm iam mutet spatium simul cum speciebus sacris: si autem moueretur cùm iam supponamus, non motum iri à Deo, vel à seipso, consequenter mouebitur vel ab illo qui species sacras mouet; & sic agens naturale propriâ vi poterit in Christi Corpus producere modum sacram. cum quo deberet talis motus in Christi Corpore produci. Vel certè mouebitur ad motum specierum propter sacram. vnionem cùm illis, absque vllo motu in se recepto, quod ea sent.

29. intendit. 3. Agens corporeum naturaliter agere in spiritum. Nam si nullum mobile per accidens moueri potest, nisi per motum in se receptum, qui violenter moueret corpus humanum, eundem motum deberet necessariò imprimere in animum spirituale, quo simul cum corpore violenter moueretur. Pari modo, si angelus esset physicè vnitus cum corpore assumpto, mouens corpus assumptum, simul moueret & angelum cum corpore vnitum: ac proinde posset agens corporeum naturaliter agere in spiritum.

30. *Prob. 4. & priors.* Prob. 4. Duo effectus formales distinguendi sunt in motu locali; alter intrinsecus, qui non distinguitur ab impetu locali successiuè transferente mobile per spatium; alter extrinsecus, & consistit in successiuâ coëxistentiâ mobilis ad spatium Ergo licet repugnet, mobile habere priorem effectum absque motu locali in se intrinsecè recepto, cùm hic effectus reipsâ non distinguatur à motu locali. Non repugnat autem habere posteriorem sine motu in se intrinsecè recepto, sed recepto tantùm in alio, cum quo habet vnionem. Nam hic tantùm consistit in extrinsecâ connotatione spatij, quam mobile habere potest per intrinsecam duntaxat mutationem alterius: vt constat exemplis. Nam per solam extrinsecam mutationem temporis res dicitur coëxistere variis partibus temporis: per solam extrinsecam productionem, vel adductionem vnius rei, altera dicitur de nouo illi coëxistere. ergo per motum localem intrinsecè tantùm receptum in vno, potest alterum colligationem habens cum illo

31. *Confirm. 1.* successiuè coëxistere variis partibus spatij. Confir. 1. si hoc de facto habet punctum vnitum cum partibus, vt per solum motum subiectatum in partibus coëxistat variis punctis & locis spatij: cur idem habere non poterit quodcunque aliud mobile per coniunctionem cum alio, quod per se mouetur? Neque dicas, ideò punctum hoc habere, quia punctum non est capax motûs diuisibilis, Nam hoc tantum probat, punctum nullo modo posse, aliud verò mobile posse quidem coniunctum cum alio moueri, etiam per motum in se intrinsecè receptum, non tamen necessariò: nam si hoc foret necessarium, neque punctum moueri posset, nisi per

32. motum in se receptum. 2 Nulla forma est necessaria ad effectum, quâ sublatâ idem omninò effectus haberetur: sed adhuc sublato motu locali intrinsecè recepto in animâ, moto tantum corpore, necessariò moueretur anima physicè coniuncta corpori. ergo talis motus intrinsecè subiectatus in animâ non est necessarius, vt anima successiuè mutet simul cum corpore spatium.

33. *Secunda sent. negans probabilior.* Secunda negat, angelum, etiamsi esset physicè vnitus corpori, moueri motu corporis absque motu sibi intrinsecè hærente; ita omnes *præced. sect. pro 2. sent. cit.* Quæ sent. longè probabilior est. Fundam. repugnat, subiectum quomodocunque moueri siue per se, siue per accidens, sine motu intrinsecè hærente. Prob. impossibile est, subiectum habere intrinsecum effectum formalem sine formâ intrinsecâ. Sed angelus, etiamsi moueatur ad motum corporis assumpti, haberet intrinsecum effectum formalem motus localis: Ergo impossibile est; vt non etiam haberet intrinsecum motum localem. Maior est euidens: cùm effectus formalis re ipsa non distinguatur à formâ vnitâ subiecto; & eâ intimitate participari debeat forma, quâ participatur eius effectus formalis: quia cùm hic identificetur cum formâ, non se extendit extra subiectum, in quo recipitur forma. Minor prob. etiam quando angelus mouetur cum corpore, successiuè transfertur per spatium cum corpore: at hic est effectus formalis motus localis; sc. successiua translatio mobilis per spatium. Confirm. ideò in corpore, 34. quod per spatium successiuè fertur, est forma intrinseca motûs, quia in eo est successiua per spatium latio: ergo ideo etiam erit in Angelo vnito corpori intrinseca forma motûs, quia in eo est successiua per spatium latio. Neque hic effectus separabilis est à formâ motûs; cùm nil aliud sit localiter moueri, quàm successiuè per spatium ferri: ergo qui intrinsecè hunc effectum habet, intrinsecè etiam habebit motum. Prob. 2 à paritate præ- 35. *Secundo prob.* sentiæ permanentis. Repugnat; vnum ens per præsentiam extrinsecam alterius locari in spatio permanenter: ergo repugnabit, per præsentiam extrinsecam successiuam alterius locari in spatio successiuè. Nam sicut præsentia permanens locat rem in spatio permanenter; ita præsentia successiua locat rem in spatio successiuè. ergo sicut non potest vna res locari in spatio permanenter per præsentiam alterius, cum quo est coniuncta; ita nec locari poterit in spatio successiuè per præsentiam successiuam alterius, cum quo est coniuncta. Antec. ostendo: Angelus coniunctus corpori non est præsens spatio permanenter per præsentiam corporis, sed per præsentiam propriam distinctam à præsentiâ corporis. Et animus rationalis non est præsens spatio permanenter per præsentiam corporis, sed per præsentiam propriam distinctam à præsentiâ corporis. Quod inde patet, tum quia annihilato corpore angelus, & animus rationalis manerent eodem modo permanenter præsentes spatio, quo anteà dum erant vniti corpori, nulla in ipsis factâ variatione; tum maximè quia præsentia corporis non est proportionata spiritui. Hinc apparet discrimen inter hanc de- 36. *Discrimen inter denominationem, motus, & alias.* nominationem & alias, quæ saluari possunt per solam formam alteri tantùm hærentem, vt calefieri, frigefieri, & huiusmodi: quæ vt denominent subiectum, necesse non est, vt illi immediatè hæreant, sed sat est, vt illi tantùm hæreant mediatè. Totus enim homo dicitur calefieri per calefactionem intrinsecè tantùm receptam in vnâ parte corporis. At non potest totus homo dici localiter moueri, nisi toti homini immediatè hæreat motus localis. Quia quod mouetur etiam per accidens, necesse est, successiuè per spatium transferri; alioqui non posset dici moueri, sed potiùs quiescere. Quod autem successiuè per spatium transfertur, necesse est in se habere motum localem, qui essentialiter est successiua mobilis per spatium translatio. Quod dicitur alterari, necesse non est, vt in se immediatè recipiat alterationem, sed sufficit, si illa recipiatur in subiecto tantùm mediatè sibi coniuncto.

Ad fundam. oppositæ, nego antec. Ad 1. prob. 37. Resp. Aristotelem eo loco tantùm asserere, albedinem, scientiam, & reliqua accidentia non moueri per se, quia non sunt idonea moueri separata à subiecto; *Est autem*, inquit, *quod mouetur aliud quidem per seipsum actu; aliud verò secundum accidens. Ipsius autem quod secundùm accidens, alia quidem possibilia moueri per se vt partes corporis, & in naui clauus; alia verò non* *Resp. ad arg. Arist. intell. sententiam, albedinem, &c. non moueri per se.*

non possunt, sed semper secundum accidens, vt albedo & scientia; Hac enim sic transmutant locum, quia id, in quo sunt, transmutatur. Vbi moueri per se in sent. Atist. est, moueri à seipso, vt separatum ab alio: moueri per accidens, est moueri coniunctum cum alio, vt clauus mouetur coniunctus naui. Quia igitur accidentia non sunt separabilia, saltem naturaliter à subiecto, non sunt mobilia per se, seu à se ipsis, sed ab alio, cum quo sunt coniuncta. Ad 2. prob. neg. sequelam, eiusque prob. nam moueri per se, est moueri motu à se producto: vt angelus, & cætera quæ seipsa mouent: mouentur per accidens, quæ motu ab alio communicato, vt sunt partes in toto, & accidentia in subiecto. Ad 3. prob. ex 1. absurd. concedo sequel. Viderint ij, qui huiusmodi indiuisibilia admittunt. Ad 2. neganda minor; nam potest agens naturale per se & directè mouere species sacras, iisque mediantibus per accidens & indirectè, Corpus Christi: nec potest, talis motus in Corpore Christi recipi cum modo præsentiæ sacramentalis: quia in ordine ad species sacras non fiunt præsentes, nisi tantùm formæ permanentes. Motus autem localis, cùm non sit forma permanens, sed successiua, nequit fieri præsens præsentiâ sacrâ in ordine ad species Euchar. Ratio: præsentia sacra in ordine ad species Euchar. permanet cum Corpore Christi eadem inuariata, quamdiu manent species sacræ; nec illam per motum localem mutat; vti nec animus rationalis per motum localem mutat permanentem præsentiam, quam habet ad corpus. Repugnat autem formam essentialiter successiuam, qualis est motus localis; fieri præsentem præsentiâ permanente: igitur repugnat recipi in Corpore Christi cum modo præsentiæ sacræ in ordine ad species Euchar. Adde, quòd cùm motus localis sit quædam præsentia, implicat recipi in subiecto per aliam præsentiam. Nec obstat, quòd vna sit naturalis, alia supernaturalis. Nam nec vnio naturalis vniri potest per aliam supernat. nec actio naturalis fieri per aliam supernat. Quia quod est essentialiter tale, non eget alio, vt fiat tale. Cùm igitur motus localis sit ipsa præsentia localis, non eget aliâ præsentiâ, vt recipiatur in subiecto sacramentaliter existente. Ex his patet ad rationem *Scoti*. Non enim motus localis in Corpore Christi sacramentaliter existente producitur à Deo, vt à causâ principali, vel ab ipso Corpore Christi, sed ab agente naturali, quod directè & per se mouet tantùm species, per accidens & indirectè, etiam Christi Corpus.

38. *Ad 2. prob. Moueri per se non est idem quod moueri motu intrinseco.*

39. *Ad 3. Omnia indiuisibilia ablegantur.*

40. *Ad 2. absur.*

41. *Ad rationē Scoti respondetur.*

42. *Ad 3. absur.* Ad 3. absurd. concedo, agens corporeum non posse agere in spiritum per se & directè; nego non posse per accidens & indirectè, modo *supra* explicato. Ad 4. nego, posse duos illos effectus formales à motu locali separari: cùm nihil aliud sit motus localis, quàm successiua translatio mobilis per spatium. Implicat igitur intelligere, mobile transferri per spatium sine motu locali intrinsecè ipsi inhærente. Res, quæ vel coëxistit alteri rei, vel diuersis temporis partibus, manet in se ipsa immota inuariataque, mutata tantùm alterâ re, vel tempore cui coëxistere dicitur: res, quæ cum alterâ mouetur, mutatur in seipsâ per successiuam acquisitionem spatij. Dices: potest impetus localis communicari subiecto absque successiuâ connotatione spatij, quando ipse à resistentiâ subiecti superatur: ergo poterit eidem subiecto communicari successiua connotatio spatij absque impetu locali. Resp. neg. conseq. Nam successiua acquisitio spatij est actus 2. impetus localis est actus 1. Potest autem actus 1. propter aliquod impedimentum in subiecto existens, à 2. separari; nequit autem actus 2. separari à 1. Ad 1. confirm. constat ex dictis. Ad 2. resp. sublato motu locali ab animo rationali, & posito tantùm intrinsecè in corpore, animus simul localiter moueretur, quia simul cum corpore acquireret nouum spatium; & non moueretur, quia non poneretur in eo intrinsecè motus, sine quo repugnat subiectum per spatium transferri.

43.

44. *Obiectio.*

45. *Solutio.*

SECTIO IV.

An possit Angelus motu discreto de extremo ad extremum sine medio moueri?

PRIMA sent. affirm. *S. Tho. 1 p. q. 53. ar. 2. quodlib. 1. q. 3. ar. 5. & in 1. dist. 37. q. 4 ar. 2. Durr. q. 2. Herue. ar. 3. & de motu angel. ar. 4. Capreo. in 2. dist. 6. q. 1. ar. 1. concl. 3. & ar. 3. ad arg. con. 3 concl. Basso. dist. 10. ar. 3. fine, Bacho. dist. 3. q. 2. ar. vlt. Ferrar. 3. con. gen. c. 102. Caiet. 1. p. q. 53. ar. 2. fine. Zumel ibid q. 3. Bann. dub. 2. Vasq. disp. 196. c. 2. Steph. de Bubalis ibid. Albertini corol 16. ex 1. princ. philos. dub. 2. pu. 2.* Citatur *Gregorius in 2. dist. 6. q. 3. ar. 2.* sed hic dubius est, *fine art.* Probant Thomistæ 1. Angelus est in loco formaliter per operationem: at potest angelus operari in extremis, non operando in medio: quia cùm non sit capax positiuæ distantiæ localis, est indistans negatiuè à quocunque loco; ergo poterit operari in quocunque loco: nam sola negatiua indistantia sufficit, vt in quouis loco operari possit. Probat 2. *S. Thom. cit. 1. p.* Si angelus moueretur motu discreto per medium, necessariò deberet numerare & transire infinita loca intermedia: quia inter duo loca extrema sunt infinita intermedia: & singula transiret per singulas mutationes; infinita per infinitas sc. inter duo extrema sunt assignabiles infinitæ partes æquales communicantes. 3. Angelus non pendet à conditionibus loci, cùm non sit capax situalis distantiæ, & propinquitatis; ergo moueri potest de extremo ad extremum sine medio. Nam ideò id non potest corpus, quia pendet à conditionibus loci.

Probat 4. *S. Tho. cit. quodl.* Potest intellectus cogitare de obiecto albo & nigro, non cogitando de coloribus mediis: item cogitare potest de duobus locis distantibus, non cogitando de intermediis. ergo poterit Angelus moueri de vno loco extremo ad alium, non transeundo loca intermedia. 5. Potest corpus diuinitus moueri ab extremo ad extremum, vt constat de Corpore Christi, quod de cælo mouetur ad altare, non pertransito medio: ergo poterit Spiritus naturali virtute moueri de extremo ad extremum sine medio. Ex quo infert *Vasquez*, posse Corpus Christi, vt est in Euchar. modo indiuisibili, de extremo ad extremum moueri, sine medio, absque nouo miraculo. 6. Potest Angelus existens Viennæ producere sibi vbi Romanum, non productis sibi vbi intermedijs: ergo poterit Viennâ transire Romam, non pertransitis locis intermedijs.

Secunda affirmat, posse angelum intra suam sphæram motu discreto & instantaneo se mouere ab extremo ad extremum sine medio, non extra sphæram. Vt si angeli sphæra sit bipalmaris, poterit existens in primo palmo sphæræ præcedentis, motu discreto in instanti se collocare in vltimo palmo sphæræ sequentis, non pertransito spatio bipalmari, quod inter primum palmum sphæræ præcedentis, & vltimum subsequentis interiacet. Fundam. Potest angelus vnicâ mutatione instantaneâ deserere totam sphæram bipalmarem præcedentem, & simul acquirere totam sphæram bipalmarem immediatè sequentem; *vt mox*: ergo poterit existens in primo tantùm palmo sphæræ præcedentis, vnicâ etiam

46. 1. *Sent. affirm.*

47. *Prob. 1.*

48. *Prob. 2.*

49. *Prob. 3.*

50. *Prob. 4.*

51. *Prob. 5.*

52. *Prob. 6.*

53. 2. *Sent. limitata, intra sphæram.*

54. *Fund.m.*

Digitized by Google

etiam mutatione instantaneâ, collocare se in solo vltimo palmo sphæræ sequentis, absque eo quòd locet se in spatio intermedio. Nam quâ ratione potest, relictâ totâ sphærâ præcedente, locare se in totâ immediatè sequente, eâdem poterit se locare tantùm in extremâ parte sphæræ sequentis, non locando se in primâ eiusd. sc. quando ex sphærâ bipalmari præcedente, locat se in totâ bipalmari immediatè sequente, non solùm locat se totum in 1. palmo sphæræ sequentis, sed etiam in 2. palmo eiusd. sed prout locat se in 2. palmo sphæræ sequentis, non transit per 1. palmum eiusd. quia non locat se in 2. palmo per motum successiuum, quo priùs percurrat partes proximiores, quàm remotiores, sed per instantaneum, quo omnes partes sphæræ subsequentis tam proximiores, quàm remotiores sphæræ præcedentis simul occupat: ergo poterit ex 1. palmo sphæræ præcedentis immediatè se locare in 2. palmo sphæræ subsequentis, absque eo quòd locet se in 1. palmo eiusd. Quia verò angelo in motu respondet duplò maior sphæra, quàm in quiete; nam in motu respondet tota sphæra præcedens, vt terminus à quo, & tota sequens, vt terminus ad quem; poterit in motu ex primo puncto sphæræ præcedentis, vnicâ mutatione instantaneâ locare se in postremo puncto sphæræ subsequentis; ita vt eâ mutatione transiliat totam sphæram bipalmarem præcedentem, & totam bipalmarem subsequentem, locando se in postremo puncto terminatiuo totius sphæræ subsequentis. Hæc sent. quam apud nullum legi, mihi olim probabatur; nunc idem iudicium de illâ ferendum censeo, quod de prima.

55. 3. *Sent. neg.* Tertiâ negat, posse naturaliter angelum siue extra, siue intra sphæram, se mouere de extremo ad extremum sine medio: posse tamen motu discreto & instantaneo ex totâ sphærâ præcedente mouere se ad totam sphæram immediatè sequentem, absque eo quod priùs percurrat partes sphæræ subsequentis proximiores sphærò præcedenti. Vt si sphæra angeli sit bipalmaris, poterit existens in totâ sphærâ bipalmari statim se locare in totâ bipalmari immediatè sequente, & contiguâ præcedenti, absque eo quòd priùs prioritate temporis, sed tantùm naturæ, attingat partes sphæræ subsequentis proximiores sphæræ præcedenti, sed simul tempore attingat omnes & singulas partes, tam proximiores, quàm remotiores sphæræ subsequentis. Hanc sent. quoad 1. partem docent *Alens. 2. p. q. 33. me. 2. Henric. quodlib. 13. q. 7. Bonauen. in 1. dist. 37. 2 p. ar. 2. q. 2. Rich. ar. 3. q. 2.* vbi hanc appellat *communiorem doctorum*, Æ gid. eâd. *dist. p. 2. ar. 2. q. 2. Scot. in 2. dist. 2. q vlt. Liche. ibid. Mayro q. vlt. Rubio. q. 2 ar. vlt. Gabriel q. 3. ar. 3. Molina 1. p. q. 53. ar. 2. Valent. ibid. Arrubal Granad. d. sp 4. Suarez lib. 4. de angel. c 19. & 21.* Quoad 2. partem *Rubio* non solùm docet, non posse angelum in instanti transire de loco ad locum distantem, sed nec posse instantaneâ mutatione totam simul sphæram præcedentem derelinquere, & totam subsequentem acquirere, sed debere successiuè priùs acquirere partes proximiores, quàm remotiores subsequentis sphæræ. Reliqui eandem quoad 2. partem implicitè supponunt, dum affirmant, posse angelum in instanti moueri.

Priorem partem, docent.

Quoad posterior. negat Rubio.

56. *Assertio pro vtrâque parte.* Hæc sent. quoad vtramque partem probabilior est & sequenda. Probat *Scotus* primam 1. nequit angelus ex tempore futuro transire in præteritum, nisi per tempus præsens; ergo nec transire de vno spatio ad aliud, nisi per medium. Sed contrà: res præterita essentialiter connotat aliquando fuisse præsentem: est enim præteritum, quod aliquando fuit præsens: vnde nec Deus efficere potest, vt res futura fiat præterita, quæ nunquam fuit præsens; quia fit res præsens per suam existentiam: nihil autem potest esse præteritum, nisi quod aliquando extitit: licet possit res præterita iterum fieri futura, priùs quàm fiat denuò præsens: quia potest quod præteriit, iterum post aliquod tempus reproduci: ergo antequam fiat denuò præsens per reproductionem, fieri potest iterum futura. Mobile verò vt transiens de vno loco ad alium, non connotat essentialiter fuisse in medio: alioqui nec Deus absolutâ potentiâ id efficere posset. Probat idem 2. 57.
Ordo præfixus ab agente superiore nequit præteriri ab inferiori. Sed vt mobile moueatur ab extremo ad extremum per medium, est ordo præfixus à Deo agente superiore: ergo nequit præteriri ab angelo agente inferiore. Huc reducitur ratio *Ægidij*, *Nec Ægid.* quâ idipsum probat propter connexionem Vniuersi. Sed contrà: si hæc perfectio non repugnat angelo ex naturâ suâ, sed tantùm ex voluntate Dei, & voluntas Dei nobis non constat, non est cur illa de facto deneganda sit angelo.

Ratio igitur est, quia si posset angelus transire de 58.
extremo ad extremum sine medio, id posset ad quamcumque distantiam. Quod licet concedat *Bannez*, est tamen contra limitatum modum operandi substantiæ finitæ. Nam propter eandam rationem non potest angelus, ipso etiam fatente, esse in duobus locis distantibus simul: cuius vix potest solida discriminis ratio afferri. Confirm. Angelus non tantum est in loco per operationem extrinsecam receptam in loco, sed etiam per substantiam intrinsecam loco præsentem, ab eoque indistantem: ergo vt ab vno loco extremo fiat per intrinsecam substantiam præsens & indistans ab alio extremo; debet per eandem substantiam priùs fieri præsens & indistans à locis intermediis; & contrarium non est saltem naturaliter intelligibile. Eædem rationes probant, nec posse angelum intra sphæram naturaliter transire de extremo ad extremum absque medio: tum quia eodem modo sequitur, posse angelum se mouere ad quamcumque distantiam; tum quia eodem modo est præsens in primâ parte sphæræ per suam substantiam à spatio indistantem: ergo eodem modo fieri debet præsens alteri parti subsequentis sphæræ per eandem intrinsecam substantiam ab intermedio spatio indistantem. Confirm. Repugnat, præsentiam angeli etiam intra propriam sphæram in quiete discontinuari à spatio; vt *disp. 5 sect. 4.* ergo repugnabit, eandem præsentiam discontinuari in motu ab eodem spatio. Nam eandem proportionem & respectum seruat præsentia angeli ad spatium in quiete, ac in motu.

Ratio verâ conclusionis, quoad priùs.

Conf.

59.

Conf.

Prob. quoad 2. partem; Angelus non est in loco commensuratiuè per correspondentiam partis ad partem, sed de initiuè per correspondentiam totius ad totum, & ad singulas partes loci. ergo ad desetendum vnam locum, & acquirendum alium immediatè sequentem, non est necessaria successiua derelictio vnius, & acquisitio alterius, sed sufficit vna mutatio instantanea. Repugnat autem, angelum vnicâ mutatione instantaneâ priùs tempore acquirere vnam partem, quàm aliam loci immediatè subsequentis. Vt etiam repugnat, priùs tempore deserere vnam partem, quam aliam loci præcedentis. Nam hoc ipso, quòd priùs tempore acquirit vtiam partem loci, quàm aliam, motus non est indiuisibilis & instantaneus, sed diuisibilis & successiuus. Successiua enim acquisitio spatij supponit successiuam productionem motûs: cùm ex *Arist. 4. phys. tex. 99.* magnitudo & continuitas motûs

60. *Ratio conclusionis quoad posteriùs.*

desumatur

Digitized by Google

desumatur ex magnitudine & continuitate spatij. Ergo si in instanti simul angelus deserit totum locum præcedentem, & acquirit totum immediatè sequentem, non potest priùs tempore acquirere partes proximiores, quàm remotiores loci subsequentis, sed omnes simul. Sicut animus rationalis, cùm relictâ vnâ parte corporis simul aliam de nouo aggeneratam informat, non priùs informat partes proximiores, quàm remotiores, sed omnes simul. Confirm. Potest angelus existens in 1 palmo sphæræ, non relicto eodem, collocare se in instanti in totâ sphærâ bipalmari adæquatâ: ergo eâdem ratione poterit existens in totâ sphærâ bipalmari, in instanti se collocare in totâ sphærâ bipalmari immediatè sequente. Sicut etiam potest existens in 1. palmo sphæræ in instanti se collocare in 2. palmo eiusd. non relicto 1. palmo eiusd. Obiicies. Hinc sequeretur, dari duo instantia immediatè sequentia, alterum quo angelus relinquit locum præcedentem, alterum quo acquirit subsequentem. Resp. neg. sequel. Idem quippe instans mensurat vtramque mutationem, vnam extrinsecè, alteram intrinsecè, sicut idem instans mensurat priuationem formæ præcedentis, & productionem subsequentis; priorem extrinsecè, posteriorem intrinsecè; tam primum esse loci subsequentis est, primum non esse loci præcedentis.

61. *Confirm. Horum omnium eadem ratio.*

62. *Obiicies.*

Resp.

Infero 1. posse angelum moueri, vno modo successiuè, relinquendo per partes priorem locum, & per partes acquirendo posteriorem; alio modo discretè, in instanti relinquendo totum priorem locum, & in eodem instanti simul acquirendo totum locum posteriorem. Qui adhuc potest esse duplex, vno modo si corrumpat totam locabilitatem, quâ occupat sphæram præcedentem, & sibi producat aliam locabilitatem, quâ occupet sphæram immediatè sequentem: 2. modo per motum instantaneum, quo cum eâdem locabilitate, quâ occupabat sphæram præcedentem, se transferat ad sphæram immediatè subsequentem. Vtraque mutatio potest esse multiplex: 1. Si Angelus se moueat ex totâ sphærâ adæquatâ præcedente, ad totam adæquatam subsequentem. 2. Si ex inadæquatâ tantùm sphærâ præcedente moueat se ad inadæquatam immediatè sequentem. 3. Si ex præcedente adæquatâ transferat se ad inadæquatam subsequentem; & vicè-versâ. 4. Si inchoando motum instantaneè, successiuè illum continuet; aut contrà. Infero 2. falsò docuisse *Gregor. in 2. dist. 7. q. 3. ar. 2.* angelum, dum est sub motu instantaneo occupare spatium maius, quàm occupare possit in quiete; imò simul esse posse in cælo & in terrâ. Quod etiá affirmat de corpore glorioso, & de quolibet graui mouente se in vacuo: quia hæc mobilia nullam habent à medio resistentiam, quò minùs possint vnico motu instantaneo quodcunque spatium percurrere: nec angelo, & corpori glorioso resistit medium; nec cuicunque graui vacuum. Sed contrà: tum quia licet nullum medium positiuum illis resistat, resistit tamen illis medium negatiuum, quod est ipsa distantia spatij, aut vacui, quæ à mobili determinatæ locabilitatis adæquari debet. Tum quia motus instantaneus, cùm non habeat partes respondentes partibus spatij, sed sit vna simplex indiuisibilisque mutatio, non poterit locare mobile sub maiori spatio, quàm mobile naturaliter occupare possit in quiete. Nam ideò potest mobile in motu diuisibili occupare maius spatium, quàm in quiete; quia motus diuisibilis habet partes respondentes partibus spatij, per quas mobile respondet iisdem partibus spatij. Vnde dum est sub tali motu, sempèr respondet spatio maiori, quàm posset in quiete; nam in quiete solùm occupat spatium respondens propriæ locabilitati; in motu autem respondet partibus prioribus & posteri ipsius motus respondentibus diuersis partibus spatij. Cùm igitur motus instantaneus nullas habeat partes respondentes partibus spatij, non poterit mobile sub tali motu existens occupare maius spatium, quàm in quiete possit. Dices. Angelus in motu instantaneo simul occupat spatium, à quo mouetur, & spatium ad quod mouetur: ergo occupat spatium maius quàm occuparet in quietè. Resp. Occupat vtrumque spatium intrinsecè, hego; vnum extrinsecè nempe spatium à quo, alterum intrinsecè nempe spatium ad quod, concedo.

Vtraque mutatio multiplex.

64.

Melius Angelo resistit negatiuè.

Cur Angelus vt subsistans motui, successiuè occupet maius spatiũ quàm in quiete, non vt subsistat instantaneo.

Ad 1. primæ, nego maiorem & ésto sit vera in sensu suprà explicato; nego minorem, nullâ suppositâ angeli præsentiâ in medio. Nisi enim substantialiter sit præsens in totâ sphærâ, non potest naturaliter agere in extremis, non agendo in medio; alioqui posset naturaliter existere in duobus locis disiunctis; cùm nequeat naturaliter agere nisi vbi sit substantialiter præsens. Secus est, si supponatur substantialiter præsens in totâ sphærâ: nam tunc posset agere in extremis non agendo in medio: sicut potest anima agere in capite, & in pede, non agendo in intermedio corpore, in quo est substantialiter informans. Falsum etiam est, angelum non esse capacem distantiæ localis saltem definitiuæ: vel ad agendum sufficere indistantiam negatiuam ab aduersariis explicatam. Ad 2. nego sequel. quia non oportet, vt angelus transeat omnia loca intermedia, quæ sunt à quolibet puncto primæ sphæræ, ad quodlibet subsequentis per totidem mutationes, sed potest per vnam mutationem instantaneam percurrere omnia loca communicantia. Ad 3. concedo angelum non pendere à conditionibus loci circumscribentis; pendet tamen à conditionibus loci definientis, ad cuius leges sequitur motus de loco ad locum per intermedium spatium, siue intra, siue extra propriam sphæram. Ad 4. nego conseq. Nam potest intellectus transire de vno obiecto cogitando in aliud, quia transit per species intelligibiles, quæ omnes sunt simul præsentes intellectui. Nequit autem mobile transire de vno loco ad alium distantem absque medio; quia loca non sunt simul omnia præsentia mobili. Ad 5. nego conseq. Nam primum fit virtute diuina, quæ infinitâ est; secundum virtute creatâ, cui propter finitatem & limitationem in essendo & operando talis effectus repugnat. Ad 6 nego antec. Alioqui posset illud sibi producere in quamcunque distantiam. Nam hoc ipso quod conceditur angelo virtus mouendi se de vno extremo ad aliud sine medio, non est maior ratio, cur eidem non concedatur virtus mouendi se ad quodcunque extremum. Quod attinet ad auth. *S. Thom.* non desunt, qui illum explicent iuxta nostram sent. vt tantum negare voluerit de locis intermediis participantibus, quæ vnicâ mutatione instantaneâ simul omnia pertransit angelus, quando de loco sphæræ præcedentis transfert se ad locum sphæræ immediatè sequentis. Ad fundam. secundæ, nego conseq. nam ex eo quòd angelus ex sphærâ præcedente transit ad contiguam immediatè sequentem, nulla fit angelicæ præsentiæ discontinuatio in ordine ad spatium: fieret autem, si idem, etiam intra propriam sphæram, transiret de extremo ad extremum absque medio; quippe qui esset in termino à quo & ad quem, & non in medio: quæ est potissima ratio negandi huiusmodi transitum in angelo, quia non seruaret leges medij, quod teste

Resp. ad fund. opposita.

65.

66. *Ad 2.*

67. *Ad 3.*

68. *Ad 4.*

69. *Ad 5.*

70. *Ad 6.*

71. *S. Thom. explicatur.*

72. *Resp. ad fund. secundæ sent.*

Digitized by Google

teste *Arist. 6. phys. text. 76 Est id, in quod prius pervenire oportet, quam in finem.*

SECTIO V.

Qualis & quotuplex sit motus Angelicus?

73. *Duplex est motus Angelicus.*

DIco 1. Duplex est motus angelicus; continuus, & discretus: *S. Thom. 1. p. q. 53. art. 1. & reliq. Scholast.* communis. Fundam. potest angelus moueri, 1. successiuè & per partes, vnum locum relinquendo, & alium acquirendo: 2. instantaneè; totum simul præcedentem relinquendo, & totum simul subsequentem occupando: motus prior propter continuitatem partium diuisibilium sibi mutuo succedentium, continuus dicitur: posterior ob indiuisibilitatem mutationum, quibus componitur, dicitur discretus: nec repugnat angelo prior; quia sicut illi non repugnat motus diuisibilis intensiuè secundùm alterationem; intellectio enim angelica continuè remitti intendique potest; ita nec motus diuisibilis extensiuè secundùm lationem: nec posterior, nam angelus est in loco indiuisibiliter; ergo potest illum indiuisibiliter relinquere, & acquirere: Sicut anima, quia indiuisibiliter informat corpus, potest totum indiuisibiliter informare, & totum simul indiuisibiliter desinere informare.

74. *Obiectio 1.* Obiicies 1. auct. *S. Thom in 1. dist. 37. qu. 4. art. 1.* negantis motum angeli esse continuum: 2. quia continuitas motûs *6. phys. text. 39.* non tolùm desumitur ex continuitate spatij sed etiam ex continuitate mobilis. At angelus nullam habet continuitatem. Resp. ad 1. aut S. Thomam mutasse sententiam, aut solùm negasse continuitatem ex parte mobilis, vt docet *Ferrar. 3 con. gen. cap. 102. §. Ad confirm.* Ad 2. resp. sufficere continuitatem spatij; sicut ad continuitatem motûs alterationis sufficit continuitas termini absque continuitate subiecti. Arist. autem loquitur de motu corporum.

Ad 1.

Ad 2.

75. Dico 2. Motus continuus angelicus constat ex partibus diuisibilibus, discretus verò ex mutationibus indiuisibilibus. Primum constat: alioqui non esset continuus; continua enim sunt, quorum componentia sunt diuisibilia. Confirm. diuisibilitas motus successiui sequitur ad diuisibilitatem spatij: sed spatium constat ex partibus diuisibilibus; ergo & motus. Secundùm prob. per motum discretum angelus in instanti deserit vnum locum & acquirit alium; ergo per mutationem indiuisibilem: implicat enim in instanti fieri mutationem diuisibilem. Igitur per quamlibet mutationem angelus acquirit locum subsequentem indiuisibiliter: ergo singulæ mutationes sunt instantaneæ, atque adeò indiuisibiles, componentes vnum motum discretum. Sunt autem ad motum discretum duæ saltem mutationes necessariæ; nam motus essentialiter dicit prius & posterius, est enim fundamentum temporis, quod teste *Philos. 6. phys. text. 108.* est numerus motus secundùm prius & posterius: numerus autem duas ad minimum requirit vnitates. Præterea mutationes, ex quibus componitur motus discretus angeli, sunt numero finitæ, tot, quot sunt loca determinata non communicantia, quæ indiuisibiliter percurrit: hæc autem finita sunt.

76.

Ad motum discretum duæ mutationes necessariæ sunt

77. Obiicies 1. auth. *S. Thom. 1. p. q. 53. art. 3.* negantis, vltimo instanti terminatiuo quietis posse angelum moueri ex vno loco ad alium, sed necessariò debere in illo intrinsecè quiescere: ergo implicat angelum, qui per aliquod tempus quieuit, instanti terminatiuo illius locum mutare. Resp. Sentit de ratione quietis esse, vt terminetur intrinsecè vltimo instanti terminatiuo temporis præcedentis; quo posito, negat, in eo angelum moueri posse: quia de ratione quietis est, vt quiescens non aliter se habeat nunc, ac se habebat anteà: negat autem, posse angelum murari instanti extrinsecò temporis, non intrinsecò suæ mutationis. Cæterum non existimo necessarium, vt angelus quiescat vsque ad instans intrinsecum terminatiuum quietis, sed posse ad libitum vsque ad illud intrinsecè, vel extrinsecè quiescere: etsi hoc necessarium sit, quando moueri debet successiuè; quia motus successiuus incipit extrinsecè per vltimum sui non esse.

Ante motû successiu. Angelus necessariò quiescere debet.

78. Obiicies 2. Si angelus moueretur motu discreto, daretur vnum instans post aliud: hoc autem implicat; alioqui continuum componeretur ex indiuisibilibus Maiôr prob. tum quia post instans terminatiuum quietis posset angelus immediatè moueri. Tum quia quælibet mutatio angelica est instantanea: ergo si vna est post aliam, vnum instans immediatè sequitur ad illud. Resp. dist. minor. Implicat, in tempore continuo instans sequi ad instans, concedo; Implicat, in tempore discreto, nego. Quia instantia non possunt facere tempus continuum; nam continuitas nequit fieri nisi ex continuis: indiuisibile autem additum indiuisibili non facit diuisibile, quia non potest dare, quod non habet; debet enim continuare vnum indiuisibile cum alio: ergo partim debet esse cum vno indiuisibili, partim cum alio: quod est contra ipsius indiuisibilitatem; potest autem facere tempus discretum; quia hoc non debet esse vnum, sed aggregatum ex pluribus mutationibus, quarum quælibet est per se. Vnde ad 1. prob. maior. potest incipere mutatio instantanea Angeli post quietem; 1. intrinsecè, ita vt instans terminatiuum quietis sit primum esse loci subsequentis, & primum non esse loci præcedentis; 2. extrinsecè, vt idem instans terminatiuum quietis sit & vltimum esse loci præcedentis, & vltimum non esse subsequentis: neutro modo apparet implicantia, cùm possit mutatio indiuisibilis angelica respondere inadæquatè tempori diuisibili extrinseco nostro. Ridiculum enim est asserere, angelum expectare instans primi mobilis, vt moueatur mutatione indiuisibili. Ex hoc sequitur, posse in tempore breuiori in infinitum, per plures mutationes instantaneas moueri de cælo ad terram; quia, cùm hæ mutationes sint numero finitæ, & singulæ instantaneæ, omnes simul respondebunt tempori breuiori in infinitum; sicut si darentur plura puncta vnum post aliud, omnia simul responderent parti minori in infinitum. Dices. Quælibet mutatio angelica post instans quietis respondet alicui parti temporis: sed quò plures sunt mutationes, eò maiori parti temporis respondent; ergo omnes non respondent tempori breuiori, sed longiori. Resp. omnes mutationes respondere tempori maiori vltra instans quietis, in quo extrinsecè incipiunt, & simul breuiori citra illud instans, in quo, comparato loco, omnes angeli mutationes absoluuntur. Ratio: inter vltimum instans quietis, & aliud assignabile, sunt infinita assignabilia, quibus respondere possunt plures mutationes instantaneæ angeli; ergo omnes respondent tempori breuiori in infinitum, citra tale instans assignabile, ante quod angelus absoluit suam mutationem discretam. Instabis. Ergo motus discretus vnius angeli non differt à motu discreto

Non implicat in tempore discreto sequi instans post instans.

Obiectio.

Resp.

79. *Instantia.*

creto alterius in velocitate; tum quia vterque est in tempore breuiori & breuiori citra instans assignabile; tum quia vterque constat ex mutationibus instantaneis. Resp. nego conseq. Ad 1. prob. dico, motum velociorem vnius esse in tempore breuiore, quàm alterius. Ad 2. concedo, vtrumque motum constare ex mutationibus instantaneis, sed motum velociorem vnius constare ex paucioribus numero mutationibus, quàm motum alterius; & hoc ideò, quia angelus superior habet sphæram localem ampliorem, atque adeò per singulas mutationes percurrit spatium maius, quàm inferior: vnde paucioribus mutationibus percurrit idem spatium, quàm alter. Nec mira debet hæc angelici motûs velocitas videri, cùm Patres doceant, angelos ob naturæ pernicitatem celerrimè vbique præstò esse. Quam angelorum pernicitatem eleganter expressit Tertull. *in apolog. cap. 22. Omnis spiritus ales est. Hoc Angeli, & dæmones: Igitur momento vbique sunt. Totus orbis illis vnus locus est. Quid vbique geratur tam facilè sciunt, quam enuntiant. Velocitas diuinitas creditur, quia substantia ignoratur.* Et Naz. *orat. 34. fine: Vbique impigrè adsunt, tum ob ministerij promptitudinem, tum ob naturæ leuitatem.* Ad eandem celeritatem exprimendam angeli alati depinguntur, vt testatur *Dionys.*

Resp.

SECTIO VI.

An Angelus in puncto constitutus possit localiter moueri?

80. *Quæstio est tam de motu vtroque.*

CONTROVERSIA est de motu tam instantaneo, quàm successiuo. Et quidem quoad instantaneum facilè concederent tam ij, qui putant, posse angelum motu discreto transire de extremo ad extremum sine medio, quàm qui cum *Gregor.* docent, angelum in motu instantaneo occupare spatium maius, quàm occupet in quiete. Nam priores auctores dicere possunt, angelum constitutum in puncto, motu instantaneo, posse se mouere ad aliud punctum distans: Posteriores verò, ex vno puncto posse motu instantaneo collocare se in toto spatio intermedio vsque ad aliud punctum distans. Nec vlla esse potest iuxta has sent. difficultas; cùm alias motus instantaneus, vtpotè indiuisibilis, angelo punctualiter existenti non repugnet. Iuxta nostra

81. *Loquendo de motu instantaneo verior est sent. negans.*

principia id negandum, Fundam. motus localis essentialiter requirit aliquam distantiam inter terminum à quo, qui relinquitur, & terminum ad quem, qui acquiritur; nam vbi nulla terminorum distantia, nullus transitus seu spatij traiectio: Sed inter punctum, à quo Angelus motu instantaneo debet recedere, & locum immediatè sequentem, ad quem debet accedere, nulla intercedit distantia: vt deducitur ex duobus principiis, sc. non posse angelum transire de extremo ad extremum sine medio; nec motu instantaneo occupare maius spatium, quam possit in quiete. Nam his positis, nequit in puncto constitutus motu instantaneo immediatè transire ad aliud punctum distans; nec per motum instantaneum occupare aliquod spatium diuisib.le immediatè sequens punctum, sed necessariò debebit ex puncto locare se in parte immediatè continuâ puncto: sed inter partem immediatè continuam puncto & punctum nulla intercedit distantia: tum quia punctum est omnino inextensum; nec vnitur parti vt formaliter extensæ; alioqui adæquaretur illi; sed vt formaliter dicit negationem vlterioris extensionis. Ergo inter punctum & partem, cui immediatè vnitur, nulla est distantia; ac proinde nec inter locum punctualem, quem angelus instantaneè relinquit, & locum immediatè sequentem, quem acquirit: cùm nec possit angelus distantiorem locum acquirere, nec maiorem per motum instantaneum occupare, quàm sit spatium, quod inter punctum, & partem, cui mediatè vnitur, intercedit. Tum quia si quæ esset distantia, illam deberet angelus motu instantaneo superare: at probatum est, nullam posse: igitur.

Ratio concl.

Dices. Inter sphæram palmarem præcedentem, & sphæram palmarem immediatè subsequentem, nulla intercedit distantia, & tamen potest angelus motu instantaneo ex vtrâ in aliam transire. Resp. neg. simpliciter maior. nam licet nulla sit distantia inter vltimum punctum terminatiuum sphæræ præcedentis, & primum initiatiuum sphæræ subsequentis, est tamen distantia à quolibet alio puncto sphæræ præcedentis ad quodlibet aliud subsequentis, quod ad motum localem sufficit. Instabis: ergo saltem si angelus constituatur in puncto, corrupta localitate punctuali, produceret sibi localitatem diuisibilem, quâ occuparet spatium diuisibile immediatè sequens punctum, quod antea occupabat, moueretur proprio motu instantaneo. Resp. neque hoc casu perfectè saluari naturam transitus localis, qui propriè importat distantiam inter terminum à quo, & terminum ad quem, & tali casu non seruatur: nam terminus à quo, qui est tantùm locus punctualis, nullo modo distat à spatio immediatè sequenti, qui est terminus ad quem. Sicut nec dici potest proprius motus localis mutatio, quâ angelus existens in loco inadæquato suæ sphæræ eo retento extendit se in vlteriorem locum subsequentem. Nam motus localis ex vi propriæ notionis importat derelictionem termini à quo: defectu cuius non dicitur motus localis mutatio, quâ Christi Corpus sit præsens in Eucharistiâ: quia non fit præsens per derelictionem termini à quo. Sicut nec etiam dicitur motus localis mutatio, quâ idem Christi corpus desinit esse sub speciebus; quia ex illis non mouetur ad acquirendum alium locum. Quoad motum verò successiuum,

82. *Obiectio.*

Solutio.

83. *Instantia.*

Solutio.

Quoad motum successiuum,

Prima sent. negat angelum constitutum in puncto successiuè moueri posse per spatium. Est omnium *Peripat.* cum *Arist. 6. phys. text. 7. & 32.* vbi vniuersaliter negat, indiuisibile moueri posse. 1. quia omne quod mouetur partim debet esse in termino à quo, partim in termino ad quem. Repugnat autem, indiuisibile partim esse in termino à quo, partim in termino ad quem, quia nullas habet partes. Maior prob. quamdiu mobile est in termino à quo, non mouetur, sed quiescit; quando verò est in termino ad quem, non mouetur, sed motum est. 2. mobile moueri, est mobile successiuè adæquari singulis partibus spatij: ergo si indiuisibile mouetur in spatio diuisibili, adæquat illud; atque adeò diuisibile constaret ex indiuisibilibus. Antec. prob. semper mobile debet esse in spatio æquali: ergo semper punctum deberet esse in loco punctuali. 3. Omnis motus fit in tempore: sed quouis tempore dato, dari potest minus, in quo minus mobile moueri potest: ergo quolibet mobili dato, dari potest minus. Implicat igitur indiuisibile moueri: nam eo dato, non potest dari minus.

84. *1. Sent. neg.*

Prob. 1.

2.

3.

Secunda affirm. *Scoti in 2. dist. 2. q. 9. §. Ad argum. ad 3. principale, Zumel 1. p. q. 53. art. 1. q. 3. §. Sed adhuc interr. Vasqu. disp. 195. cap. 6. Suar. lib. 4. de angel. cap. 20. fine, Albertini corol. 16. ex principio 1. philosoph. dub. 4.* &c. Qui idem docent de puncto separato quantitatis.

85. *2. Sent. affir.*

Dico

Digitized by Google

86. Dico 1. Probabilius est, si punctum quantitatiuum posset à quantitate separatum existere, non posse saltem naturaliter moueri. Est contra 2. sent. *Decisio.* *Fundam.* Fundam. repugnat, accidens extensum naturaliter subiectari in subiecto inextenso: ergo repugnat, punctum successiuè moueri. Quia motus successiuus est accidens extensum, & subiectari deberet in puncto inextenso, si moueretur separatum à continuo. Antec. prob. accidens extensum naturaliter postulat sustentari à subiecto secundùm omnes partes suæ extensionis; nam secundùm omnes partes est accidens: repugnat autem, subiectum omninò inextensum & indiuisibile sustentare accidens extensum secundùm omnes partes suæ extensionis: nam subiectum sustentat accidens, substernendo se toti accidenti: sicut accidens sustentatur à subiecto, inhærendo secundùm se totum subiecto. Nequit autem punctum substernere se toti parti motûs: sicut nec tota pars motûs inhærere potest puncto: alioqui pars adæquaretur puncto, & punctum parti. *Dixi, naturaliter.* An implicet etiam supernaturaliter, pendet ex illâ quæst. an punctum sit essentialiter modus, an entitas. Si enim est modus, implicat etiam supernaturaliter moueri: quia nequit modus, ne supernaturaliter quidem existere sine subiecto. Secus, si sit entitas. Nec est eadem ratio de motu alterationis: nam hic fieri potest in puncto, quia nullas de necessitate includit partes extensiuas; neque intensiuæ impediunt, quò minùs alteratio fieri possit in puncto.

87.

88. Nec satisfaciunt 1. qui dicunt, motum localem in puncto receptum esse indiuisibilem subiectiuè, diuisibilem terminatiuè. Nam si intelligant motum esse indiuisibilem subiectiuè, quia recipitur in subiecto indiuisibili, petitur principium; & contra hoc ipsum militat discursus factus. Si intelligant esse indiuisibilem subiectiuè, quia motus est forma indiuisibilis, est falsum, cùm habeat partes extensas, vnam extra aliam; ac proinde postulat subiectum diuisibile. Quod sustentare ac substerni possit omnibus & singulis eius partibus. Nec satisfaciunt 2. qui dicunt, ideò posse punctum indiuisibile subiectare motum diuisibilem, quia subiectum, dum est in motu, occupat spatium maius se. Nam ex hoc non fit, quòd punctum, & quodlibet aliud subiectum in motu, fiat extensius entitatiuè, quàm sit in se; quod tamen requiritur, vt punctum possit subiectare accidens diuisibile.

Motum esse indiuisibilè subiectiuè, diuisibilem verò terminatiuè, non stat est.

89. *Nec satis punctum in motu occupare spatiũ maius se.*

90. Obiicies 1. potest punctum moueri in continuo; ergo etiam extra continuum. Quia etiam in continuo mouetur per motum sibi inhærentem. 2. Potest indiuisibile in transitu commensurari diuisibili, licet non possit in quiete. Si enim moueretur sphæra supra planum, punctum sphæræ in transitu commensuraretur plano diuisibili. ergo potest punctum separatum à quantitate, in transitu subiectare accidens extensum, esto non possit in quiete. *Obiectio 1. 2.*

91. Resp. Qui concedunt huiusmodi puncta negant conseq. Ad prob. negant, punctum in continuo moueri per motum sibi immediatè inhærentem, sed vel per indiuisibile motûs, vel per colligantiam cum partibus continui, in quibus immediatè subiectantur partes ipsæ motus. Sed neutra resp. satisfacit: non prima, quia per indiuisibile motûs subiectum non mouetur, sed quiescit: quia indiuisibile motûs, non est motus, & acquisitio spatij, sed tantùm mutatum esse motûs, & permanentia in spatio. Nec satisfacit secunda: quia vt constat ex *sect.* 3. nequit res localiter moueri per motum tantùm alterius. Nam sicut nulla res mutat spatium per mutationem tantùm alterius; ita nulla res localiter mouetur per motum tantùm alterius: cùm idem omninò sit localiter moueri, & spatium mutare. Quare viderint illi, qui puncta concedunt, quo pacto huic argum. occurrant. Ad 2. Concedo indiuisibile commensurari posse diuisibili per extrinsecam terminationem; nego, per intrinsecam subiectationem: Nec refert, quòd punctum sit in transitu; nam etiam in transitu est indiuisibile, & inextensum; motus diuisibilis & extensus: accidens autem extensum etiam in transitu & successiuè postulat subiectum extensum; quia etiam in transitu & successiuè habet partes vnam extra aliam.

Resp. ad 1. negando huiusmodi puncta.

92. *Ad 2.*

93. Dico 2. probabilius est, angelum constitutum in puncto successiuè moueri posse. Fundam. licet angelus in puncto constitutus sit formaliter indiuisibilis, est tamen virtualiter diuisibilis: ratione cuius virtualis diuisibilitatis sustentare potest accidens diuisibile: sc. Angelus dum est in puncto retinet naturalem capacitatem ad virtualem diuisibilitatem, quâ recipere potest formam diuisibilem. Vnde hoc ipso, quòd in illo recipitur motus diuisibilis, per naturalem capacitatem, quam habet ad virtualem diuisibilitatem; statim virtualiter coëxtenditur motui diuisibili, subiectando illum secundùm omnes partes. Sicut, ob eandem naturalem capacitatem ad virtualem diuisibilitatem, constitutus in puncto, subiectare potest diuisibilem locabilitatem. Non quòd sub locabilitate diuisibili maneat formaliter & virtualiter indiuisibilis, hoc enim repugnat; sed quòd recipiendo locabilitatem diuisibilem, eo ipso illi virtualiter coëxtenditur. Ita constitutus in puncto, recipere potest motum localem diuisibilem. Non quòd sub motu maneat formaliter & virtualiter indiuisibilis, sed quòd illum recipiendo, statim illi virtualiter coëxtenditur, ob naturalem capacitatem ad huiusmodi virtualem extensionem.

Explicatur virtualis Angeli diuisibilitas.

94. Ad 1. primæ, dist. minor. Repugnat indiuisibile, dum est in motu, partim esse in termino à quo recedendo, partim in termino ad quem accedendo, nego; repugnat in quiete, concedo: quia dum est in quiete, occupat spatium sibi æquale; dum est in motu, semper occupat spatium maius se: quia semper mobile, dum est sub motu, est in diuersis partibus spatij ratione diuersarum partium motûs, subiectum ipsum successiuè applicantium ad diuersas partes spatij. Vnde sicut implicat, esse motum, & non continere partes actu tendentes ad diuersas partes spatij; ita implicat, mobile sub motu non esse in diuersis partibus spatij; ratione diuersarum partium motûs, quibus ad diuersas partes spatij successiuè applicatur. Ad 2. nego antec. eiusque prob. Repugnat .n. mobile moueri, & dum mouetur tangere spatium sibi æquale. Quia dum mouetur, successiuè subsistat diuersis partibus motûs, & consequenter diuersis partibus spatij, ad quas illæ tendunt; atque adeò, dum mouetur, semper est in spatio maiore se; esto in singulis mutatis esse, in quibus mobile quiescit, sit in spatio sibi æquali.

Satisfit arg.

95. *Ad 2.*

96. Ad 3. concedo consequens de mobili quanto & diuisibili: quod quia habet partes, semper est assignare minus in tempore minori: nego de mobili spirituali & indiuisibili; quod quia partes non habet, non licet eo assignato, assignare minus: quia minus & minus supponit mobilis diuisibilitatem.

Ad 3.

Digitized by Google

DISPVTATIO VII.

De potentia motiua Angelorum.

1. QVÆRITVR 1. Quanta sit potentia motiua Angelorum? Ex duplici cap. potentiæ motricis quantitas desumi potest: 1. ex obiecto, ad quod se extendit. 2. ex velocitate, quâ mouet.

2. *Omne corpus natural. subditur motiuæ potentiæ Angelorum.* Quoad 1. certum est omne corpus naturaliter subdi potentiæ motiuæ angelorum. Angelus .n. est præses vniuersæ naturæ corporeæ. Vnde potest elementa mouere, ex quorum motu excitentur venti, pluuiæ, fulgura, terræmotûs: sicut & arbores eradicare, corpora ex vno in alium locum transferre, & similia. Etsi ea non semper dæmones permittantur agere, ne Vniuersum certis legibus constitutum perturbetur. Difficultas est, an possint naturaliter vacuum inducere: sc. cum habeant vim supra omnia corpora, possunt vnum elementum ab alio seiungere, & simul impedire, ne alia corpora ad vacuum impediendum confluant. Nam cùm hæc vis, quam corpora habent ad vacuum replendum finita sit, poterit ab angelo impediri ne in actum prodeat. Dico, non posse naturaliter ab angelo induci vacuum. Fundam. hic effectus excedit naturalem virtutem angeli. Probabile enim est singula corpora non vt priuata entia sunt, sed vt partes & membra Vniuersi, habere vim ad vacuum arcendum maiorem, quam habeant angeli ad illud inducendum. Vnde licet possit angelus illis resistere quoad priuatum motum ipsorum, ne ad propriam sphæram recurrant, eaque violenter extra proprium locum retinere, non tamen ea impedire, ne impendente periculo ad vacuum arcendũ concurrant. Nam finis Vniuersi est, vt inferiora gubernentur à superioribus: *Oportet enim*, inquit Philos *vt mundus hic inferior superioribus lationibus continuetur, vt inde ad nos vu cælestiu deriuetur.* Sed per vacuum impeditur hic finis: quia vacuum interrumpit sublunarium corporum cum cælestibus continuationem, quæ necessaria est ad actionem transmittendam: cùm nullum agens agere naturaliter possit in distans. At finis operis non subiicitur potestati ministri, sed principalis agentis: eò quòd actio ministri non se extendit ad finem, nisi executiuè, per media assequendum. Angeli igitur, cùm sint tantum ministri gubernationis huius Vniuersi, *Hebr.* 1. non possunt naturaliter impedire principalem finem ipsius. Ex his fit, vt maiorem vim ad impediendum vacuum habeant corpora, quatenus partes sunt Vniuersi, quàm angeli, non modò qui de facto creati sunt, sed etiam qui creari possunt. Ratio: corpora vt partes Vniuersi, ad impediendum vacuum operantur vt instrumenta immediatè subiecta principali virtuti gubernatrici Dei. Sic enim habent maiorem vim ad vacuum impediendum, quàm ad idem vacuum inducendum possit cuilibet creaturæ naturaliter communicari. Nam vt sic operantur per virtutem infinitam Dei, cui ad talem effectum operandum, vt partes & membra Vniuersi, immediatè coniunguntur. Et hoc ideò, quia principalis finis qui est gubernatio Vniuersi, vt à principali causâ pendet à Deo: ac proinde conseruatio ordinis, qui per vacuum tolleretur, immediatè est à Deo, vt à principe causâ, & à corporibus vt ab instrumentis.

3. *Ratio diffic.*

4. *Assertio.*

Ratio assert. à priori ex fine.

6. *Quæritur* Alia diffic. an possit vnus angelus alium loco mouere, illum violenter impellendo, aut detinendo. Negat *Vasquez 1. p. disp. 194. c. 3.* Quia hoc est proprium corporum: etsi id concedat virtute & imperio diuino. Confirmant alij apud *Zumel 1. p. q. 53. ar. 3. q. 5.* quia potentia motiua in angelo non distinguitur à voluntate eiusdem, quæ est essentialiter libera. Nequit autem creatura quoad actus essentialiter liberos, ab aliâ creaturâ cogi. Affirmant *Maior in 2. dist. 2. q. 6. Zumel cit. Suarez lib. 4. de angel. cap. 28.* Et quidem quando Angelus propriâ voluntate finit se ab alio moueri, etiamsi superior sit, potest ab inferiore moueri: si verò contra voluntatem ab alio moueatur, non poterit nisi à superiore moueri: quia actio non sequitur, nisi à proportione maioris æqualitatis. Hæc sent. probabilior. Angelus .n. est capax motûs ab extrinseco, cùm possit immediatè moueri à Deo (non enim motus localis est vitalis, essentialiter postulans principium intrinsecum) poterit igitur superior inferiorem etiam renuentem mouere, quia potest vincere resistentiam illius. Confirm. sicut potest angelus superatâ grauitate terræ, illam sursum mouere: ita superatâ resistentiâ alterius spiritûs, illum violenter impellere: cùm non minùs grauitas terræ resistat angelo sursum impellenti, quàm vis motiua alterius spiritûs. Ad fundam. *Vasqu.* nego assumpt. nam etiam spiritus sunt capaces motûs ab extrinseco. Ad confirm. nec verum est, potentiam motiuam angelicam ab eius voluntate non distingui; nec, si non distingueretur, sequeretur, illam non posse quoad motum localem cogi, alioqui neque à Deo moueri posset; quia neque à Deo creatura cogi potest quoad actum formaliter liberum. Ratio; motus localis non est actus formalis liber, sed solùm imperatiuè; possumus autem in actibus imperatiuè tantùm liberis cogi, ne illos exerceamus, vt *seq. to.*

an vnus Angelus alium loco mouere possit.

7. *Affirmant probabilius.*

Ratio.

Confirm.

8. *Ad oppositum resp.*

Quoad 2. An potentia motiua angelorum terminum habeat quoad velocitatem; affirmat *Vasquez disp. 197 cap. 3.* nam virtus motiua angeli est finita, cùm in velocitate terminum habeat. Negant *Gregor. in 2 dist. 6. q. 3. ar. 2. Capreol. in 2. dist. 6. q. 1. ar. 3. ad 3. con. 2. contl. Maior, q. 7. Suarez lib. 4. de angel. cap. 24. Albertin. coroll. 16. ex princ. 1. dub. 4. Arrub. dis. 162. cap. 2.* quia potest angelus in instanti moueri de loco præcedente ad locum subsequentem: ergo à fortiori moueri poterit in tempore breuiori in infinitum, non solùm ad locum subsequentem, sed ad quantumcumque distantem. Resp. motu successiuo, potentia motiua angeli certo termino, & modo velocitatis limitatur; non discreto, quia fit in instanti, quo velocior fingi non potest. De successiuo, qui essentialiter fieri postulat in tempore, prob. maior velocitas ipsius arguit maiorem virtutem motricem: maior autem virtus motrix perfectiorem arguit naturam: est .n. necessaria passio naturæ; & perfectior natura perfectiorem passionem sibi producit. Maior prob. velocitas est intrinseca perfectio motûs, sicut intensio in qualitate: Perfectior autem potentia non solùm attenditur ex perfectiore termino, sed ex perfectiore modo attingendi terminum: nam modus attingendi effectum redundat in obiectum formale potentiæ; & perfectius obiectum formale perfectiorem specificat potentiam. Confirm. nam hinc sequeretur, neque in Deo esse perfectiorem virtutem motiuam quoad velocitatem, quàm sit in quolibet minimo angelo: cùm non possit fingi maior velocitas, quàm in tempore in infinitum breuiori.

9. *Controuersia affirm.*

Negant.

10. *S. Sent. de motu successiuo affirmans, negans de discreto, verior est.*

Obiicies 1. Angeli omnes æquali velocitate mouentur motu discreto, quia omnes mouentur in instanti: & tamen hinc non sequitur, eos æqualis esse virtutis,

11. *Obiect. 1.*

Digitized by Google

virtutis, & naturæ inter se; ergo hoc sequitur, si æquali velocitate moueantur motu successiuo.

Confi. Confirm. tam luminosum maius, quàm minus æquali velocitate producunt lumen: sed cum hâc stat inæqualitas virtutis illuminatiuæ. ergo cum æquali velocitate motûs successiui stare potest in angelis inæqualitas potentiæ motricis.

12. *Resp.* Resp. neg. conseq. Nam mutatio instantanea est alterius rationis à motu locali successiuo, quæ inæqualitatem suæ perfectionis non desumit ex maiore, vel minore velocitate, sed ex maiore, vel minore spatio, quod trahicit. Sicut neque inæqualitas illuminationis desumitur ex maiore vel minore velocitate, quâ producitur, sed ex perfectiore termino, & maiore spatio, ad quod diffunditur. Motus verò successiuus, suæ perfectionis inæqualitatem quo ad modum, non potest aliundè desumere, quàm ex maiore vel minore velocitate. Ex quo patet ad confirm.

13. *Obiect. 2.* Obiicies 2. Motus angeli nullam habet resistentiam, neque ex parte spatij, neque ex parte mobilis: omnis autem tarditas in motu ex aliquâ resistentiâ proueniat oportet: *Resp.* neg. minor. Retardatur enim motus angeli inferioris, vt non sit æqualis velocitatis cum motu superioris, ab intrinsecâ virtute inferioris, quæ ex naturâ suâ limitatur

14. ad tantam velocitatem, & non maiorem. Ex his patet ad fundam. secundæ; cùm sint motus diuersæ rationis, non licet ex vno arguere alium: nam vnus essentialiter petit fieri in instanti; alter in tempore: vnus nullas habet partes; alter ex partibus componitur in infinitum diuisibilibus. Vnde quò velocior est motus, eò plures partes ipsius producuntur in eâdem morâ temporis; quò tardior, eò pauciores. Est enim velocitas & tarditas in motu, sicut densitas & raritas in quantitate.

Ad fundam. secunda.

15. Quæritur 2. An potentia motiua distinguatur à substantiâ & reliquis potentiis Angeli? 1. sent. negat, ex naturâ rei distingui: *Nominalium* vniuersaliter negantium, potentias ex naturâ rei distingui à substantiâ rei creatæ: *Rubio in 2. dist. 14. qu. 2. fine, Bacho. in 2. dist. 16. art. 4. & dist. 37. art. vlt. & cap. 1.*

1. Sent.

Fundam. Quia frustra fit per plura, quod fieri potest per paucióra. Confirm. nullum est signum realis distinctionis inter potentiam motiuam, & substantiam angeli, reliquasque eius potentias.

16. Secunda negat, potentiam motiuam distingui ab intellectu & voluntate angeli: *Herual in 2. dist. 14. art. 4. Basso. q. 2. art. 2. Duran. dist. 7. q. 5. Capreo. q. 2. art. 1. Argent. dist. 8. art. 1. Ferrar. 2. con. gen. c. 82. §. Ad huius diffic. Soncin. 12. metaph. q. 35. Zumel 1 p. qu. 54. q. 5. Vasq. disp. 218. cap. 3. Granad. tract 9 disp. 1. & videtur S. Thom. 1. p. q. 54. art. 5. & de malo q. 16. art. 1. ad 14. & alibi*, quam probabilem putat *Caiet. 1. p. q. 54. art. 5.* Fundam. cùm angelus sit purè intellectualis, nequit in eo esse nisi potentia intellectualis, per quam omnia operatur, tam ad intra, quàm ad extra. Confirmat *Argent.* quæ sunt disperta in inferioribus, sunt vnita in superioribus: ergo licet in homine potentia motiua distinguatur ab intellectu & voluntate, non tamen in angelo, qui est homine superior.

2. Sent.

Fundam.

17. Tertia affirmat, potentiam motiuam distingui tam à substantia, quàm ab intellectu & voluntate angeli: *Henrici quodlib 13. q. 6. Richard. in 2. dist. 14. art. 1. q. 6. Bacho. dist. 16 art. 4. Aureo. dist. 8. art. 3. Mayro. in 1. dist. 43. q. 5. Suar. lib. 4. de angel. cap. 24. & 29.* Quæ sent. probabilior est: quam vt tutiorem sequitur *Caiet. 1. p. cit.* Prima pars constat à paritate rerum naturalium, in quibus potentia motiua ex naturâ rei distinguitur ab ipsâ substantiâ mobilis:

3. Sent. affirmant distingui tam à substantia, quàm ab intellectu & voluntate.

18. vt patet in accidentibus Eucharistiæ, in quibus manet potentia motiua panis & vini, destructa eorum substantia. Secunda prob. tum ex diuersitate termini, tum ex diuersitate modi tendendi, à quo potissimum desumitur specificatio potentiæ. Nam potentia motiua non solùm operatur immanenter, sed etiam transeunter; intellectus verò & voluntas non nisi immanenter; potentia motiua solùm operatur realiter in terminum: intellectus & voluntas non solùm operantur realiter in terminum, sed etiam grammaticaliter in obiecta. Sunt ergo istæ potentiæ inter se distinctæ ex diuerso modo operandi.

19. Dices, posse diuersos actus subordinari eidem potentiæ. ergo possunt motus & volitio subordinari eidem voluntati. Sed contrà: quando actus sunt per se primò ex modo tendendi diuersi, nequeunt subordinari eidem potentiæ, sed solùm eidem substantiæ operanti, vt principi causæ per diuersas potentias. Ad fundam. primæ, patet ex dictis. Ad confirm. sufficiens signum distinctionis potentiæ motricis angeli ab eius substantiâ, est distinctio potentiæ motricis in aliis substantiis, cum quibus angelica vniuocè conuenit. Ad fundam. secundæ, nego conseq. nam licet angelus sit purè intellectualis, est tamen limitatæ naturæ, atque adeò indiget proportionato instrumento ad seipsum, & alia à se mouendum. Neque hoc repugnat naturæ purè intellectuali finitæ. Ad confirm. concedo antec. quando distinctio oritur ex peculiari imperfectione naturæ inferioris; nego, quando illa oritur ex communi ratione, quæ etiam competit naturæ superiori, vt est limitatio naturæ intellectricis.

Obiectio.

Solutio.

20. *Resp. ad fund. primæ.*

21. *Resp. ad fund. secundæ.*

DISPVTATIO VIII.

De actu & potentia intellectiua Angeli.

SECTIO PRIMA.

An actus intelligendi distinguatur à substantiâ Angeli?

1. *Ratio 1.* ANGELOS esse intellectuales, triplici ratione constat. Prima, ex eorum immaterialitate, quæ radix est intellectualitatis. Nam intellectiuum, teste *Philos. 3. de anim.* aptum est *fieri omnia intelligibilia.* Vt autem aliquid sit aptum omnia fieri, debet esse spoliatum à materiâ; nam materia coarctat & limitat ad vnum, quæ est conditio opposita. Confirm. vt sensus cognoscendo fiat ipsum sensibile in actu, debet recipere species intentionales à materiâ depuratas. ergo principium cognoscendi est immaterialitas; ergo angeli, qui ab omni materiâ abstrahunt, sunt maximè intellectuales. Secunda ratio desumitur à motu locali: Motus localis Angeli est indifferens ad omnem lationis differentiam; ergo necessariò supponit in Angelo potentiam liberam, quâ se determinet ad hunc potiùs locum quàm ad alium. Potentia autem libera vim intellectricem, à quâ obiectiuè ad operandum determinetur, necessariò supponit. Tertia. Omnis natura est principium alicuius operationis; cùm omne ens, præsertim completum, sit propter operari: Nulla autem congruentior operatio angelis assignari potest, quàm intellectiua: nam hæc tantùm est purè spiritualis &

2. *Ratio 2.*

3. *Ratio 3.*

Digitized by Google

materiâ independens. Confirm. Angeli sunt viuentes; & non aliâ vitâ, quàm intellectiuâ; cùm quælibet alia supponat materiam, quâ carent, vt *supra*. Maior constat; nam hæc perfectio competit entibus inferioribus angelo: ergo non est deneganda angelo. Leg. *Aureol. in 1. dist. 35. p. 1. art. 2. prop. 3. & in 2. dist. 11. q. 2.* Hoc posito difficultas est, an angeli intelligant se, & alia à se, intellectione distinctâ. Prima sent. neg. *Arist. 12. metaph. tex. 51. & Comment. comm. 30.* quem sequitur *Durand. in 2. dist. 3. q. 5.* quantum ad cognitionem, quam angelus habet de seipso, non quam habet de aliis rebus: eamque vt probabilem defendit *Aureol. in 2. dist. 11. q. 3. art. 3.* Probat 1. *Philos.* alioqui defatigarentur angeli, si seipsos perpetuò intelligerent intellectione distinctâ. 2. Non implicat, produci creaturam, cuius intellectio sit eius substantia.

4. 1. Sent. neg.

5. 2. Sent. affir.

Secunda affirm. *S. Tho. 1 p. q. 54. art. 1. & omnium Scholast. cum Mag. in 2. dist. 3.* & contraria sent. numeratur inter *errores de angelo, vel intelligentia*, damnatos à tota Acad. Pariſ. *in fine lib. Mag. sent.* Et quidem de cognitione supernat. res est de fide, Angelum sc. non esse suâ naturâ beatum, sed extrinseco dono Dei, naturæ ipsius addito; seu cognitionem beatam ab eius substantiâ distingui. Eadem ratio est de cognitione reliquorum obiectorum supernat. quæ angelus naturâ suâ non postulat cognoscere. 2 De cognitione obiectorū naturalium. Nam obiecta, quæ potest cognoscere, *dicunt* infinita; est enim omne intelligibile naturale, quod non limitatur ad certum genus entis, sed complectitur omne ens intra ordinem naturæ contentum, quod potest sine termino in infinitum perfectius multiplicari. Implicat igitur, substantiam creatam actu ea omnia intelligibiliter exprimere. Quia implicat substantia creata actu infinita: sed talis substantia esset actu infinita. Nam cognitio obiecti infiniti, quando exprimit illud vt ratio *inquâ*, necessariò est infinita: debet.n. illud adæquatè continere secundùm esse intentionale, seu adæquatè repræsentare intellectui secundùm omnem perfectionem obiecti, ac si obiectum per seipsum actu præsens esset intellectui. At si angelus per suam substantiam cognosceret omnia obiecta absentia, deberet necessariò illa cognoscere per notitiam *in qua*, atque adeò per notitiam infinitam; nam implicat intellectum tendere in obiectum absens per puram notitiam *quâ*, quæ solùm tendit ad obiectum in propriâ naturâ existens: sc. quando obiectum non est in propriâ naturâ existens, debet notitia ipsa supplere vicem obiecti, in cuius loco substituitur, & *in quâ* obiectum, vt in propriâ imagine videtur. Confirm ex *Dionys. lib. de cæl. Hierar. cap. 3. & 4.* Angeli inferiores illuminantur à superioribus, & superiores immediatè à Deo. Illuminantur autem per manifestationem alicuius nouæ veritatis, quam anteà ignorabant; quæ veritas sæpè est naturalis quoad substantiam. Igitur talis cognitio non potest esse eadem cum substantiâ angeli illuminati: alioqui non egeret ad illam cognoscendam illuminatione alterius. 3. Angeli sibi mutuò reuelant secreta cordium, quæ quoad substantiam sunt obiecta naturalia, vt *infrà*. ergo non omnis cognitio naturalis est identificata cum substantiâ angeli: alioqui non foret necessaria huiusmodi secretorum manifestatio, si vnusquisque ea videret in propriâ substantiâ expressa. 4. Implicat creatura, cuius volitio sit substantialis: ergo implicat creatura, cuius intellectio sit substantialis. Cùm non sit maior ratio de vnâ, quàm de aliâ? Antec. prob. alioqui talis creatura esset suâ naturâ impeccabilis: hæc autem, vt *infrà*, implicat. 5. Implicat virtus creata essentialiter actuata vltimâ actualitate. ergo implicat angelus, cuius intellectio sit eius substantia, Nam vltima actualitas virtutis cognitiuæ est intellectio. Antec. prob. implicat creatura, quæ non sit intra suam perfectionem ac speciem in infinitum perfectibilis; nam aliàs talis virtus esset actus purus, saltem intra genus suæ naturalis perfectionis, cùm intra genus suæ naturalis perfectionis non esset vlteriùs perfectibilis.

De cognitione supernat. de fide est.

6. Prob. 2. de cognitione obiectorum naturalium.

7. Conf.

8. Prob. 3.

9. Prob. 4.

10. Prob. 5.

Deducitur altera pars sent. contra *Durand.* quòd nec respectu sui potest angelus habere cognitionem substantialem: sc. posito, quòd sit in potentiâ ad cognoscendum quodlibet extra se, erit etiam in potentia ad cognoscendum seipsum, nam esto respectu sui sit semper in actuali notitiâ, ab eâ tamen posset diuinitùs cessare: vt egregiè *August. 9 de Trinit. c. vlt.* Itaque mens cùm seipsam cognoscit, sola parens est notitiæ suæ: & cognitum enim, & cognitor ipsa est. Erat autem sibi ipsa noscibilis, & antequam se nosset; sed notitia sui non erat in eâ, cùm seipsam non nouerat. Ratio: non per aliam virtutem angelus seipsum, & alia à se cognoscit: sed alia à se distincto actu cognoscit; ergo etiam seipsum. Quo fit, vt seipsum cognoscere cognitione substantiali, sit solius Dei proprium. Vnde ad fundam. *Arist.* neg. sequela.

11. Angelus non respectu sui potest habere cognitionem substantialem.

12. Ad Aristot. fundam. Ratio.

Vt manifestè patet in cognitione beatâ, in quâ eliciendâ & perpetuò conseruanda numquam defatigatur angelus. Quia cognitio est maxima perfectio angeli; ad eamque producendam non vtitur organo, aut spiritibus, quibus substantia angeli minuatur, sed potentiâ purè intellectuali, quæ agendo non defatigatur. Ad 2. constat ex dictis.

SECTIO II.

An proximum principium intelligendi re ipsa distinguatur à substantia Angeli?

13. Moleſta & communis, concertatio.

DIXI, *proximum*: nam de remoto, non est controuersia, cùm sit ipsa substantia angeli. Omnis.n. substantia creata est remotum & radicale principium omnium suarum operationum. Controuersia vniuersalis est omni principio proximo operandi substantiæ creatæ vt sic: vnde ad eam definiendam adhibebimus rationes etiam communes.

14. 1. Sent. neg.

Prima sent. negat, principium proximum intelligendi re ipsa distingui à principio remoto: *Henri. quodlib. 3. q. 14. fine, Richard. in 1. dist. 3. ar. 2. q. 1. Durand. in 2. dist. 3. q. 5. Ockh. in 2. q. 24. Gregor. dist. 16 q. 3. ar. 2. Bacho. dist. 37. ar. vlt. Marsil. in 1. q. 7. ar. 3. init. Rubio. in 2. dist. 16. q. 2. concl. 3. & 4. Maior. q. 1 concl. 2. & 3. Gabr. q. vn. ar. 2.* Qui auctores vel expresè negant de angelo, vel de animo rationali. Durandus fatetur, intellectum & voluntatem re ipsa distingui in animo rationali, negat, eas distingui in angelo: eo quòd, inquit, animus est actus corporis, intellectus & voluntas non sunt actus corporis: angelus autem cùm non sit actus corporis, sed per se subsistens; ac simpliciorem habeat operandi modum, cùm in eo non sit, nisi cognitio & volitio; eius intellectus & voluntas non distinguitur à propriâ substantiâ.

15. Prob. sent. 1.

Prob. 1. ex August. 9. de Trinit. cap. 5. *Mirè itaque modo tria ista* (loquitur de potentiis animæ) *inseparabilia sunt à semet-ipsis, & tamen eorum singulum quodd. substantia est, & simul omnia vna substantia vel essentia.* Et lib. 10. c. 11. *Hæc igitur tria, Memoria, Intelligentia, Voluntas,*

Digitized by Google

Voluntas, quoniam non sunt tres vitæ, sed vna vita; nec tres mentes, sed vna mens; consequenter vbique nec tres substantiæ sunt, sed vna substantia. Et lib. *de Spirit. & anim.* c. 4. loquens de animâ: *Dicitur namque sensus, imaginatio, ratio, intellectus, intelligentia: & hæc omnia in anima nihil aliud sunt, quam ipsa, aliæ & aliæ proprietates inter se propter varia exercitia, sed vna essentia rationalis, & vna anima.* Et c. 13. *dicitur, namque animâ dum vegetat, Spiritus dum contemplatur, sensus dum sentit, animus dum sapit, dum intelligit mens, dum discernit ratio dum recordatur memoria, dum vult voluntas. Ista tamen non differunt in substantia, quemadmodum in nominibus, quoniam omnia ista vna anima est.* Et fine cap. distinguit virtutes ab animâ, vocatque *accidentia animæ*, à quâ tamen non distinguit potentias: *Suæ vires est, sua virtutes non est. Non enim est sua prudentia, sua temperantia, sua fortitudo, sua iustitia.* Fundam. sumitur ex illo vulgato principio, *Frustra fit per plura, quod fieri potest per pauciora.* At omnia saluari possunt sine huiusmodi potentiarum distinctione: quia non repugnat, vt anima vel angelus per suam substantiam immediatè intelligat, velit, & recordetur; & prout intelligit, dicatur intellectus; pro vt vult, voluntas; pro vt recordatur, memoria. Nam etiamsi istæ potentiæ distinguantur à substantiâ angeli, vel animæ, adhuc angelus, vel anima; debet vt vitale principium substantiale, per suam substantiam immediatè concurrere ad singulos actus vitales. ergo frustra præter principium substantiale requiritur aliud accidentale. Confirm. 1. quâ ratione ponitur substantia angeli vel animæ rationalis, vt immediatum principium productiuum suarum potentiarum, eâdem poni posset immediatum principium productiuum suorum actuum vitalium, cum non minus hi, quàm illæ sint proprietates naturæ intellectualis. 2. Si huiusmodi potentiæ realiter distinguerentur ab angelo, & animo rationali, poterunt diuinitùs ab ipsis separari: sed adhuc illis separatis, poterit angelus, & animus intelligere & velle: cùm adhuc in illis maneat principale principium intelligendi & volendi.

16. *Potissimum fund. sent. negantis.*

17. *Confirm. 1.*

18. *Confirm. 2.*

Secunda negat, has potentias distingui realiter ab angelo, vel animo rationali; concedit tamen distingui formaliter: *Scotus in 2. dist. 16. qu. vn. §. Dico igitur, & §. Ideò dico, Iyche. ibid. Fauent. in 3. dist. 2. disp. 9 nu. 36. & 37.* Primum probat *Scotus* 1. Ordinatum ad finem quò immediatius attingit finem, eò maioris est nobilitatis: sed natura intellectualis ordinatur ad suam intellectionem & volitionem vt ad finem: ergo quò illas immediatiùs attingit, eò maioris est nobilitatis. Immediatiùs autem attingeret, si se ipsâ, quàm mediâ potentiâ realiter distinctâ, attingeret: ergo. 2. sequeretur, naturam intellectualem creatam beati per accidens. Quia bearetur mediâ potentiâ distinctâ, in quâ tantùm immediatè reciperetur beatitudo. Confirm. positâ reali distinctione potentiarum ab animâ, non minùs diceretur per beatitudinem beari corpus, quàm animus; cùm non minùs mediatè beatitudo reciperetur in corpore, quàm in animâ. 3. Aliqua forma inferior animâ rationali, est totale & immediatum principium operationis; vt calor &c. ergo multò magis erit totale & immediatum principium operationis forma substantialis. Quia esse totale & immediatum principium operationis est perfectio, cùm competat Deo. 2. partem probat *Scotus*: Eam distinctionem, & ordinem secundum rationem ferunt identificatâ realiter, quem re ipsa haberent, si essent distincta realiter: Sed si potentiæ distinguerentur ab animâ, vel inter se realiter, haberent cum distinctione reali, etiam formalem & quidditati-

19. *2. Sent. concedam. distingui solùm formaliter. Primæ part. prob. Scoti.*

20. *Prob. 2.*

Conf.

21. *Prob. 3.*

22. *Secunda pars sent. Secunda prob. à Scoto.*

uam; quia quidditas vnius non esset quidditas alterius; nam vna non definiretur per definitionem alterius: ergo eandem distinctionem formalem & quidditatiuam, seruant identificata cum animâ & inter se: nam identificatio non tollit quidditates identificatorum. Ex quo principio infert, etiam in diuinis relationes formaliter & quidditatiuè distingui à naturâ diuinâ, & attributâ inter sese.

Tertia affirmat, intellectum distingui realiter à substantiâ angeli, & vniuersaliter omnes potentias rationales à naturâ intellectuali creatâ: *Alens. 2 p. q. 65. me. 1. & 2. S. Tho. 1. p. q. 54. art. 3. & q. 77. art. 1. & Caiet. vtrobiq. Bonau. in 1. dist. 3. q. 2. art. 1. q. 3. & in 2. dist. 24. p. 1. art. 2. q. 1.* quamuis obscurè: *Herua. in 1 dist. 3. q. 4. Argent. q. 2. art. 2. concl. 1.* qui etiam citat *Ægid. Capreol. ibid. q. 3. art. 1. concl. 5. & in 2. dist. 3. q. 2 concl. 2. Basnez 1 p. q. 54. art. 3. Molin. Zumel, Valent. ibid. Vasqu. in explic. art. Granad. tract. 2. Steph. de Bub. Suar. in metaph. disp. 18. sect. 3. & disp. 35. sect. 4. & lib. 2. de angel. cap. 1. Conimbr. 2 de anim. cap. 3. q. 4 art. 2.* Quam sent. tradidisse videntur *Areopag. lib. de cel. Hierar. cap. 11. & Anselm. de casu diab. cap. 8.* quorum ille distinguit in angelis hæc tria, substantiam, virtutem, & operationem: hic docet, voluntatem non esse substantiam angeli: *Nec voluntatem nec voluntatis conuersionem, puto negari posse aliquid esse. Nam etsi non sunt substantiæ, non tamen probari potest, eas non esse essentias, quoniam multæ sunt essentiæ præter illam, quæ propriè dicitur substantia.* Decisio difficilior est; at hæc posterior communior, & nostris principiis longè conformior. Prob. 1. Omnis substantia materialis suos effectus operatur per distinctas potentias accidentales: ergo etiam substantia spiritualis. Antec. constat: elementa per primas qualitates, & mixta per secundas à primis resultantes, & cælestes orbes per accidentales influentias, vt per proxima principia, suos effectus operantur. Cui inductioni maximum firmitatis robur addidit Eucharistia: in quâ corruptâ vtrâque substantiâ panis & vini, in solis accidentibus manent eadem principia operatiua, quæ erant anteà. Vnde non rectè aliqui grauitatem & leuitatem à grauibus & leuibus re non distinguunt; cùm in accidentibus panis & vini maneant grauitas & leuitas, non manentibus earum substantiis. Nec dici potest manere grauitatem & leuitatem accidentium, non substantiarum, quæ cum substantiis transubstantiatis corrumpuntur: quia euidenter nobis constaret transubstantiatio panis & vini in Corpus & Sanguinem Christi: nam si aliqua grauitas corrupta esset cum substantiâ panis & vini, non ita grauitarent accidentia Euchar. post ac ante consecrationem: adeoque posset nobis hoc mysterium euidenter constare. Conseq. prob. si hanc distinctam potentiarum supellectilem deprehendimus in omnibus aliis substantiis creatis, non est cur illam negemus in substantia angelica.

23. *3. Sent. affir.*

24.

25. *Prob à posteriori, inductione potentiarum materialium.*

Robur à myster. Euchar.

26.

Dices, rationem negandi esse præstantiam naturæ angelicæ supra cæteras; quò præstantior est natura, eò paucioribus indiget adminiculis ad operandum, vt constat in Deo; qui quoniam præstantissimus est, nullâ indiget distinctâ potentiâ ad operandum, sed omnia per suam substantiam immediatè operatur. Confirm. quæ sunt disperla in inferioribus vniuntur in superioribus: ergo licet huiusmodi potentiæ distinguantur in naturis inferioribus, haud tamen in superioribus. Sed contrà: hoc nullo positiuo fundam. asseri potest. Cùm necesse non sit, vt omnia, quæ in inferioribus dispersa sunt, sint in superioribus vnita: sed sufficit, vt natura superior non egeat tot potentiis, & instrumentis ad operandum, quod eget natura inferior.

27.

Digitized by Google

Semper igitur maior manet probabilitas pro 2. sent. cui suffragatur ratio positiua constanti inductione firmata, à quâ non debemus sine vrgenti ratione angelicam naturam eximere.

28. *Prob. 2. à paritate potentiarum sensitiuarum animæ ration.* Prob. 2. Potentiæ sensitiuæ realiter distinguuntur à substantiâ animæ; ergo etiam potentiæ intellectuales ab eâdem & angeli. Antec. prob. operationes sensitiuæ intenduntur, & remittuntur ad intensionem & remissionem organorum; nam intensiùs operatur sensus in iuuene quàm in sene: signum igitur est eas actiuè ab organis produci. Nam animus rationalis, cùm sit substantia spiritualis semper est idem: ergo si ab eo tantùm huiusmodi operationes producerentur, non intenderentur & remitterentur ad intensionem, & remissionem organorum. In hoc discursu alij negant conseq. quia animus rationalis est actus corporis organici, qui per se eget potentiis organicis realiter distinctis ad operandum. Sed contrà: ex eo non sequitur, quòd debeat per distinctas potentias operari, cùm possit per se, mediis organis, vt susceptiuis tantùm specierum, vel obiectorum. Alij negant antec. Ad prob. resp. intensionem, remissionemve sensitiuarum operationum non prouenire ex organo vt ex principio effectiuo, sed vt ex conditione, à quâ animus rationalis vt forma corporis pendet in operando. Sed contrà: 1. hoc gratis dicitur: nam optimum actiuitatis signum est, ad augmentum, vel decrementum organi, augeri, vel minui actum organicum: cùm igitur aucto vel remisso organo, augeatur, vel minuatur actus organicus, non erit facile negandum hanc intensionem, vel remissionem actûs actiuè prouenire ab organo. 2. non videtur, quo pacto possit organum esse conditio tantùm respectu animæ, ad intensiùs vel remissiùs videndum audiendúmve, nisi vllam proximiùs aut minùs proximè ad videndum audiendúmve applicans. Quod dici non potest: quia cùm anima rationalis sit intimè præsens per suam substantiam, omnibus, & singulis partibus corporis, nequit proximiùs per organa ad operandum applicari. Nisi fortè dicas, melius per iuuenis, quàm per senis organa animum ad operandum applicari; quia melius iuuenis, quàm senis organum est specierum, quibus animus ad operandum indiget, receptiuum cùm species sensibiles recipiantur in organis mediis spiritibus animalibus, qui sunt sensibilium specierum delatiui, pluresque viuaciores que spiritus sint in iuuene, quàm in sene; sicut melius visibiles species oculo applicant conspicilia concaua, quàm plana. Sed contrà: 1. non omnis sensus indiget speciebus ad operandum. 2 quâ ratione species sensibilis est proximum principium sentiendi, eâdem est potentia organum, cùm sit magis proportionatum instrumentum animæ.

29. *Nonnullorum resp.*

Contra.

30. *Aliorum instantia.*

Sed resp.

Instabit.

Sed contra.

31. *Ratio eorum huius sent. à priori desumpta est.*

S. Thomas *cit.* 1. p. rationem affert: potentia est in ordine ad actum; essentia in ordine ad esse: actus in angelo realiter distinguitur ab eius esse: ergo & potentia ab ipsius essentiâ. Vnde colligit, proprium creaturæ esse, operari per distinctam potentiam. Quæ ratio fundari potest in limitatione substantiæ creatæ vt sic. Alia ratio ex indifferentiâ substantiæ ad operandum: Substantia cùm sit vniuersale principium omnium operationum, vt potiùs ad hanc quàm ad illam determinetur, eget potentiarum distinctione. Respondet Henricus: substantia angeli sufficienter per speciem impressam determinatur ad intelligendum, per expressam ad volendum. Sed contrà; licet determinetur obiectiuè, non tamen subiectiuè, & ab intrinseco principio, nisi per potentias distinctas. Sic enim perfectiùs & connaturaliùs ad operandum determinatur. Quare vtraque ratio probabilis est.

32. *Alia ratio.*

Ad 1. argum. primæ, resp. cùm ab August. dicitur memoria, intelligentia, voluntas esse vna vita, vna substantia; vna essentia, non intelligitur vna vnitate simplicitatis, vel identitatis, sed integritatis, & perfectionis, quia integrant vnam naturam vndequâque perfectam, & suis numeris absolutam: eo modo quo proprietates naturæ humanæ dicuntur de integritate hominis. Non quòd sint vna substantia per simplicitatem, & identitatem cum illo, sed per compositionem & integritatem. Quo loquendi modo vtuntur *Alens. & Bonau.* qui Augustinum explicat de vnitate radicationis potentiarum in eâdem essentiâ, vt 15. *de Trin cap.* 7. ait, hæc tria esse quidem hominis, non tamen esse ipsum hominem: quia aliter hæc tria sunt in homine, aliter in Deo. In Deo singulum horum est Deus, quia quidquid est Dei, est Deus: In homine non singulum horum est homo, quia non quidquid est hominis, est homo. Confirm. magis ad scopum *August.* cui erat hoc exemplo altissimum Triadis mysterium explicare, conducit distinctio, quàm identificatio potentiarum in eâdem animi substantiâ; quia realis distinctio potentiarum magis repræsentat realem distinctionem diuinarum personarum in eâdem naturâ. Ad aliud testimonium *de spirit. & anim.* Resp. 1. Dubium esse, an hic liber sit *Augustini*, vt *cit.* indicat *Bonau.* ex *præfat. lib.* 2. explicandus est eodem modo, quo præcedens, vt istæ potentiæ dicantur esse ipsa substantia animæ; quia rédicantur in ipsius substantiâ, eamque perficiunt & complent. Appellat autem virtutes acquisitas *accidentia*, cùm tamen non appellet *accidentia* animi potentias: quia virtutes acquisitæ non radicantur in substantiâ animæ, cùm non sint proprietates ab eâ naturaliter fluentes, & ab intrinseco complentes, sed tantùm ab extrinseco acquisitæ, sine quibus saluatur integra & completa natura hominis. Ad fundam. patet ex dictis. Ad 1. confirm. respondent aliqui neg. antec. opinantes has potentias non produci ab angelis, vel animi rationalis substantiâ, sed à Deo, qui simul creando substantiam, conderet potentias. Sed contrà: In aliis substantiis potentiæ producuntur ab ipsâ substantiâ, vt inductio ostendit. 2. pertinet ad complementum naturæ, habere vim producendi sibi omnia intrinseca ad operandum necessaria, cuiusmodi sunt potentiæ, nisi aliquid obstet.

33. *Satisfit arg.*

August. ipsum explicat.

34.

35. *Resp. ad fund. primo, non placet.*

Respondet *Caiet. cit.* 1. p. neg. conseq. nam potentiæ consequuntur propriam substantiam per modum naturalis sequelæ. Sed contrà: hinc non tollitur, quin verè & propriè à substantiâ producantur, non minùs quàm operationes intelligendi & volendi. Quia naturalis sequela vel resultantia, non tollit veram productionem, sed tantùm addit omnimodam necessitatem, & exclusionem cuiuscunque alterius comprincipij creati. Resp. igitur neg. conseq. Nam in substantiis materialibus potentiæ operatiuæ producuntur ab ipsâ substantiâ subiecti; cùm tamen reliquæ operationes non nisi mediis potentiis distinctis producantur. Quod etiam constat de potentiis sensitiuis animæ rationalis, quæ immediatè producuntur à substantiâ animæ; cùm tamen earum immanentes operationes non nisi mediis potentiis distinctis eliciantur. Ratio; tum ne detur processus in infinitum, si substantia deberet per distinctam potentiam suas potentias sibi producere: tum quia natura est magis ab intrinseco determinata ad producendas sibi potentias, quàm proprias operationes: quia ad operationes,

36. *Nec Caiet.*

37. *Responsio constans ex posit.*

Ratio.

Digitized by Google

rationes, præter intrinsecas potentias, sæpe indiget extrinseco aliquo principio determinante illam ad operandum; ad proprias autem potentias producendas nullo indiget extrinseco principio determinante, cùm ex seipsa sit determinata. Ad 2. Non video, cur sequela negari possit, cùm nulla substantia essentialiter, sed tantùm connaturaliter, & in operando, pendeat à suis potentiis. [illegible]anda igitur minor; nec refert, quòd adhuc [illegible]paratis principiis proximis intelligendi & volendi, maneat remotum principale: nam hoc non est se solo sufficiens ad operandum. Sicut nec sola substantia ignis ad calefaciendum extrinsecum subiectum: aut nuda substantia animi rationalis, absque potentiâ visiuâ vel auditiuâ, ad videndũ vel audiendum.

38. *Ad secundum.*

Ad 1. argum. secundæ, concedo, fore maioris nobilitatis, si angelus immediatè per suam substantiam, absque distinctâ potentiâ, esset totale principium suæ operationis: nego tamen de facto ita esse propter rationes assignatas. Ad 2. nego sequel. Ad prob. nego, beatitudinem immediatè tantum recipi in potentiâ, sed in ipsa etiam substantia angeli, vel animæ; sicut ad illam effectiuè non solùm concurrit potentia, sed etiam substantia angeli, vel animæ: quia cùm sit actus vitalis connaturaliter saltem postulat fieri & recipi in principio, quod per huiusmodi actum viuit. At per actum vitalem viuit principium etiam remotum, quod principaliter intelligit, & appetit. Ex his patet ad confirm.

39. *Ad primũ 1.*

40. *Ad 2.*

Ad 3. neg. conseq. Nam cùm accidens sit potentia per se tantùm ordinata ad vnum, potest esse proximum & totale principium operationis. Substantia verò cùm sit principium vniuersale remotum, indiget aliquo principio proximo, intrinsecè determinante illam ad operandum vnum potius, quàm alium effectum. Ex dictis deducitur, non rectè Durandum negasse, has potentias distingui in angelo, & non in animo rationali: cùm nullum sit absurdum concedere, animum rationalem informare corpus secundùm entitatem, quæ est intellectus & voluntas, posito quòd intellectus & voluntas non distinguantur ab animâ. Nec etiam multiplicitas operationum animasticarum obstaret, quò minùs illæ proficiscì possint ab eodem immediato & totali principio.

41. *Ad 3.*

42. *Corell. contra Duran.*

SECTIO III.

An in Angelis sit intellectus agens & possibilis?

43. *Quid intellectus agens & possibilis.*

Advitandam æquiuocationem in terminis, nomine *intellectûs agentis* communiter authores cum *Philos. 3. de anim. cap 4. & 5.* intelligunt potentiam spiritualem à naturâ ordinatam, ad abstrahendas species intelligibiles repræsentatiuas quidditatum vniuersalium ex phantasmatibus materialibus. Cui tria munia tribunt; illuminare phantasmata, ex quibus intelligibiles species abstrahere debet; efficere obiecta intelligibilia in actu; imprimere in intellectu possibili species intelligibiles: nomine verò *intellectûs possibilis*, seu *passibilis*, intelligunt potentiam consimiliter spiritualem, ordinatam ad recipiendas huiusmodi species intelligibiles, virtute intellectûs agentis ex phantasmatibus erutas, ac productas. Cuius duo sunt officia: vnum, recipere species intelligibiles, quibus in actu 1. completur ad intelligendum: alterum, esse simul cum ipsâ specie intelligibili comprincipium intellectionis. Vnde dicitur *intellectus possibilis*, quia ex *Arist.* aptus est *omnia intelligibiliter fieri*, non solùm in actu 1. per receptionem specierum, sed etiam in actu 2. per intellectionis productionem. Contrà verò *intellectus agens* dicitur, quia est actiuus specierum intelligibilium, eas simul cum phantasmate producendo.

Munia agentis.

Officia intellectus possibilis.

Vnde dicatur.

At cùm nequeat animus rationalis intelligere sine specie spirituali sibi proportionatâ, & phantasma, cùm sit species materialis, nequeat vt princeps causa speciem spiritualem producere, necessariò danda est aliqua potentia spiritualis, quæ vt principalis causa simul cum phantasmate, vt cum instrumento, producat speciem spiritualem in intellectu possibili. An hæ potentiæ re ipsa distinguantur inter se; negatiua sent. probabilior. Difficultas est, an hæ potentiæ concedendæ sint in angelo.

44. *Agens & possibilis non differunt re ipsa.*

Prima sent. affirm. *Alens. 2. p. q. 22. me. 3. Albert. de 4. coëuis 1. p. q. 5. ar. 11. & 12. in sol. argum. Bonau. in 2. dist. 3. p. 2. art. 2. q. 1. Scot. in 2. dist. 3. q. vlt. §. Contrà ex eisd. princ. Richard. art. 6. q. 2. ad 1. Bacho. quodlib. 2. q. 12. ar. 2. §. 2. Gregor. in 2. dist. 7. q. 5 ar. 1. Maior. in 2. dist. 3. qu. 7. Mayro. in 4. dist. 49. qu. 2.* vbi non solùm concedit in angelis intellectum, sed etiam voluntatem agentem & possibilem. Est etiam omnium, qui docent angelos species sibi comparare è rebus.

45. *1. Sent.*

Fundam. *Alens. & Bonau.* licet in angelis non sit potentia abstractiua specierum ex phantasmatibus, est tamen potentia reducendi intellectum possibilem in actum intelligendi per specierum receptionem; nec non potentia recipiendi cognitionem à Deo, & à superioribus angelis per illuminationem, & à rebus materialibus per specierum receptionem.

46. *Fund. 1.*

Fundam. *Albert. & Bacho.* Munus intellectûs agentis non solùm est abstrahere species ab obiectis materialibus, reddendo illa actu intelligibilia, sed etiam illuminare intellectum possibilem, ad contemplanda obiecta per species intelligibiles repræsentata: siue (vt *Bacho*) ad illuminanda secreta cordium, quæ vnus alteri manifestat. Prob. ex *Arist. 3. de animâ cap. 5.* Lucis est non solùm reddere colores actu visibiles, sed etiam illuminare visum ad videndum obiectum in specie visiua: ergo intellectûs agentis non solùm est reddere obiecta materialia actu intelligibilia, sed etiam illuminare intellectum possibilem ad contemplanda obiecta per species repræsentata. Fundam. *Scoti, Richard. Gregor. Maior.* Angelus habet potentiam tum abstrahendi species ex rebus materialibus, tum recipiendi species, non solùm è rebus materialibus propriâ virtute abstractas, sed etiam diuinâ virtute infusas. ergo est in angelis intellectus agens, cuius proprium munus est, species è rebus materialibus abstrahere; nec non possibilis, cuius est species siue propriâ virtute productas, siue diuinitùs infusas, recipere.

47. *Fund. 2.*

48. *Fund. 3.*

Confirm. 1. *Scotus.* Potentia actiua, quæ perfectionem dicit, si conceditur naturæ inferiori, non est deneganda naturæ in eodem genere superiori. Angelus est superior homine in virtute intellectiuâ: & intellectus agens, qui est potentia actiua perfectionem dicit in homine; non igitur denegandus est angelo. 2. Etiamsi Deus initio creationis infudisset animæ rationali species omnium intelligibilium, vti de facto infudit animæ Christi, adhuc in nobis esset intellectus agens, & possibilis, vti est in Christo. ergo etiamsi Deus initio creationis infudisset angelo species omnium intelligibilium, adhuc esset in angelo intellectus agens, & possibilis. Quia potentia non tollitur, sed perficitur per actum, quem recipit: vt patet in materia cælesti, quę ex eo quòd semper coniuncta fuit cum propriâ formâ, non tollitur, quin habeat veram & propriam potentiam ad illam. Vlt. prob. Omni potentiæ passiuæ

49. *Conf. 1.*

50. *Conf. 2.*

Digitized by Google

passiuæ naturali respondere debet aliqua potentia
51. *Pr. vlt. sent.* actiua naturalis: sed in angelis est potentia passiua naturalis recipiendi species rerum materialium: ergo respondere illi debet aliqua potentia actiua naturalis, cuius munus sit abstrahere species è rebus materialibus.

52. *Assertio pro 2. sent.* Secunda negat, dari in angelis intellectum agentem & possibilem: *S. Thom. 1. p. qu. 54. art. 4. Caiet. ibid. Capreol. in 2. dist. 3. q. 2. art. 1. concl. 3. Bann. 1. p. cit. Zumel ibid. Valent. pun. 2. Vasqu. disp. 199. cap. 3. Suar. lib. 2. de angel. cap. 1. Conimbr. 3. de anim. cap. 5 q. 1. ar. 3.* quæ sent. probabilior est. Fundam. vt *sep. disp. sect. 5.*

53. *Fundam.* nullus angelus abstrahit sibi species è rebus, sed eas ab initio cum naturâ concreatas accipit. ergo non est in eo intellectus agens & possibilis. Nam munus intellectûs agentis, est abstrahere species è rebus, & reddere intelligibilia in actu, quæ sunt tantùm intelligibilia in potentia: Intellectûs possibilis est, recipere species ab intellectu agente è rebus materialibus abstractas. Qui propterea ab *Arist.* assimilatur tabulæ rasæ, in quâ nihil est depictum; vocaturque possibilis, quasi pura potentia, non solùm respectu actûs 2. intellectionis, sed etiam respectu actûs 1. specierum intelligibilium. Igitur si in angelo non est intellectus abstractiuus specierum è rebus, neque pura potentia denudata speciebus, neque in eo erit intellectus agens, & possibilis.

Ex terminorum notione.

54. *Ad fund. 1.* Ad fundam. 1. neg. conseq. nam talis intellectus non nisi æquiuocè dicitur intellectus agens & possibilis, ex *S. Thom. cit.* sc. per intellectum agentem, non intelligimus communiter potentiam, quæ reducit intellectum in actum 2. intelligendi, sed qui reducit illum de purâ potentiâ in actum 1. intelligendi, per productionem specierum intelligibilium. Sicut per intellectum possibilem, non intelligimus potentiam, quæ tantùm apta est omnia fieri in actu 2. per productionem intellectionis, sed quæ etiam apta est omnia fieri in actu 1. per receptionem specierum. Ad fundam. 2. nego, intellectum agentem alio modo illuminare intellectum possibilem, quàm per productionem specierum intelligibilium. Nam hoc ipso quòd intellectus agens producit species intelligibiles in intellectu possibili, dicitur illuminare illum in ordine ad obiecta intelligenda. nam species intelligibilis est quasi lumen, quo intellectus illustratur ad obiectum videndum: quidquid enim ad intelligendum prærequiritur, habet rationem luminis intellectualis, quia complet lumen intellectuale ad suum obiectum videndum. Cùm igitur intellectus angeli non egeat nouâ productione specierum, cùm eas omnes à principio suæ creationis infusas acceperit, non egebit illuminatione intellectûs agentis. Ad prob. reip. intellectum agentem comparari luci in eo, quod sicut lux illuminat colores, qui absque lucis collustratione visibiles non essent; ita intellectus agens abstractione specierum, illuminat res materiales, quæ sine huiusmodi specierum abstractione intelligibiles non essent. Et sicut lux absque aliâ illustratione est per se ipsa visibilis ab oculo corporeo; ita intellectus agens absque aliâ collustratione, & speciei abstractione, per se ipse intelligibilis est; cùm sit res perfectè immaterialis, non egens distinctâ specie, vt intelligi possit. Cùm non minùs immaterialitas sit proxima ratio intelligibilitatis, quàm intellectuitatis. Ad fundam. 3 neg. antec. de quo *infrà.*

55. *Ad fund. 2. Alberti & Bachonis.*

56. *Ad rationem Arist.*

57. *Ad fundam. Scoti & aliorum.* Ad 1 confirm. conced. maior de potentiâ, quæ ita dicit perfectionem, vt nullam supponat imperfectionem: neganda de potentiâ, quæ simul cum perfectione imperfectionem supponit. Cæterùm intellectus agens, etsi perfectionem dicat in animo rationali, imperfectionem tamen in eo supponit; quia supponit in eo carentiam specierum intelligibilium obiectorum materialium; quæ carentia, quia non est in angelo, qui species omnes ab initio suæ creationis à Deo infusas accepit, neque in eo erit intellectus agens. Ad 2. neg. conseq. nam homini per se competit intellectus agens & possibilis, quia homo per se est discursiuus dependenter à phantasmatibus, à quibus ad discurrendum species abstrahit. Vnde per accidens illi est, quòd eas diuinitùs infusas accipiat. Contrà verò intellectus angeli non est per se intellectiuus dependenter à phantasmatibus, à quibus debeat suas species intelligibiles abstrahere: & consequenter non est, cur in eo potiendus sit intellectus agens & possibilis. Vnde concedo, potentiam non tolli, sed perfici per receptionem sui actûs: nego autem receptionem specierum intelligibilium à Deo infusarum esse proprium actum intellectûs possibilis, prout à Philosophis sumitur: sed proprium actum illius esse, recipere abstractionem specierum intelligibilium virtute intellectûs agentis factam. Nam ex *Arist.* intellectus possibilis, priùs tempore supponi debet, intelligibilibus formis denudatus. Ad vlt. concedo, cuilibet potentiæ passiuæ naturali respondere in rerum naturâ potentiam actiuam naturalem, quæ possit huiusmodi potentiam passiuam in actum reducere. Cæterùm nego in angelo huiusmodi potentiam naturalem actiuam debere esse intellectum agentem, sed Deum infundentem species rerum materialium, & reliquorum obiectorum, vt authorem naturæ: Vt patet de potentiâ passiuâ naturali, receptiuâ animæ rationalis, cui non respondet alia actiua naturalis, distincta à potentiâ actiuâ Dei, vt authoris naturæ.

58. *Ad 2. conf.*

59. *Ad vlt.*

SECTIO IV.

Quodnam sit adæquatum obiectum intellectus Angelici?

60. *Affirmat esse ens vt ens, cum inclusione. Increati in seipso visibilis, Duran.*

PRIMA sent. affirmat, adæquatum obiectum naturale intellectûs angelici esse ens vt ens, quatenus comprehendit etiam increatum in se ipso visibile: *Duran. in 4 dist. 49. q. 2. à nu. 24.* qui etsi fatetur, necessariam esse aliquam gratiam ad tollendum impedimentum, quo intellectus creatus impeditur, ne naturaliter Deum videat; quod imped. per ipsum est medium creatum, Deum abstractiuè tantùm repræsentans; eo tamen sublato, fatetur, intellectum creatum absque vllo addito lumine naturaliter ferri in Deum, in seipso existentem, vt in obiectum intra propriam sphæram contentum. Idem docere videtur *Scotus in 4. dist. 49. q. 8. §. Resp.* Fundam. Quidquid cadit sub rationem formalem alicuius obiecti, continetur intra naturalem sphæram ipsius: sed Deus etiam in seipso visibilis cadit sub rationem formalem intellectûs angelici: nam naturale obiectum formale cuiuscunque intellectûs creati est ens vt ens: Deus etiam in seipso visibilis cadit sub rationem formalem entis; ergo etiam in seipso visibilis, est naturale obiectum intellectus angelici. Ex quo colligit *cit. Scotus*, naturali ratione probari posse possibilitatem visionis Dei: & impugnaui 1. *tom. disp. 9. sect. 2.* Confirm. 1. Nisi Deus in seipso visibilis contineretur intra naturalem sphæram intellectûs creati, non posset hic eleuari ad Deum clarè videndum. Quia nulla potentia eleuari potest extra sphæram sui obiecti. Implicat enim

61. *Fundam.*

62. *Confirm. 1.*

Digitized by Google

enim oculum eleuari ad videndum sonum; vel auditum ad percipiendos colores. 2. Quidquid perfectionis est in aliquo genere, & competit alicui naturæ inferiori in illo genere, competit etiam superiori. Sed cognitio intuitiua est perfectio in genere cognitionis, & competit sensui; ergo & à fortiori intellectui, respectu sui primi ac perfectissimi intelligibilis, qui est Deus contentus sub adæquato obiecto ipsius.

63. *Confirmat 2. Scotus.*

64. *2. Sent.* Secunda docet, adæquatum obiectum intellectûs angelici esse ens vt ens, cognoscibile per modum potentialis: *3. Thom. 1. p. qu. 12. art. 4.* & communis. Pro cuius resolutione, distingue duplex obiectum adæquatum potentiæ, alterum adæquatum intensiuè & naturaliter; alterum adæquatum extensiuè, & supernaturaliter. 1. est specificatiuum, & naturaliter attingibile à potentia. 2. est tantum connotatum, & attingibile à potentiâ per vires duntaxat infusas.

Duplex obiectum adæquatum potentiæ.

65. *Specificatiuum naturaliter.* Dico 1. Obiectum adæquatum intensiuè, & naturaliter specificatiuum intellectûs angelici, est omne ens intra ordinem naturæ contentum. Fundam. illud est obiectum adæquatum intensiuè, & naturaliter specificatiuum potentiæ, quod proportionem seruat cum potentiâ, vt neque illam excedat, neque ab illâ naturaliter excedatur. At nullum ens intra ordinem naturæ contentum excedit vires naturales intellectûs angelici, neque naturaliter ab illo exceditur: ergo est adæquatum obiectum intensiuum & specificatiuum ipsius. Quod non excedat, prob. omnia entia naturalia conueniunt in ratione naturalis intelligibilitatis, sub quâ omne ens naturaliter refertur ad potentiam intellectiuam angeli. Confirm. potentia intellectiua angeli, cùm sit perfectè immaterialis, naturaliter apta est fieri omnia intelligibiliter, quæ intra ordinem naturæ continentur. Quod verò nec naturaliter excedatur, constat: si n. naturaliter excederetur, ideò esset, quia adæquatum obiectum naturaliter specificatiuum ipsius esset etiam ens supernaturale, naturæ ordinem excedens: at hoc falsum est: nam deberentur angelo species omnium obiectorum supernat. quæ de facto producta sunt: sc. *vt infrà*, debitæ sunt angelo species omnium obiectorum intra ipsius sphæram contentorum, quæ de facto producta sunt. Quare debita foret species vnionis hypost. habituum infusorum, reliquorumque donorum supernat. Confirm. si hæc continerentur intra naturalem sphæram intellectûs angeli, concurrerent ad ipsius specificationem, vnde eius specificatio non esset purè naturalis. Infertur, non solùm omne ens creatum ordinis naturalis, esse naturale obiectum intellectûs angelici, sed etiam Deum, vt auctorem naturæ & per effectus cognoscibilem. Nam vt sic Deus continetur in ratione cognoscibilis intra ordinem naturæ, non vt effectus, sed vt principium & causa naturæ.

66. *nec naturaliter excedatur.*

67. *Corell.*

Deus vt auctor naturæ.

68. Obiicies 1. Si adæquatum obiectum intensiuum, ac naturaliter specificatiuum intellectûs angelici, esset omne ens contentum intra ordinem naturæ, illud esset infinitum; infinita quippe sunt entia ordinis naturæ, quæ à Deo produci possunt: ex hoc sequeretur 2. intellectum angeli specificatum ab obiecto infinito, esse infinitum: 2. debitas esse angelo species infinitas infinitorum obiectorum possibilium intra ordinem naturæ contentorum.

69. *Ratio negandi sequel. 2.* Resp. concesso 1. sequelâ, neg. secundâ; quia licet omnia hæc sint infinita, non tamen specificant vt infinita formaliter, sed vt finita formaliter: quia specificant non secundùm rationes materiales specificas, sed formalem vniuersalissimam entis naturalis, quæ finita est: sc. id quod potentiam, vel habitum specificat, non est obiectum materiale, quod potest esse infinitum, sed ratio formalis quæ semper est finita, nempe conuenientia aliqua generica, sub quâ conueniunt omnia obiecta materialia. Neganda & sequela 3. nam, vt *infrà*, non aliæ species naturaliter debentur angelo, quàm quas vel ipse è rebus sibi abstraheret, si posset; vel res ipsæ imprimerent in intellectum angeli: sed cùm res possibiles, nunquam sint extituræ, nec vllas possint species imprimere, nec angelus, si posset, aliquas ex iis species sibi abstraheret, nullæ possibilium species sunt intellectui angeli naturaliter debitæ.

Quæ species Angelo debeantur.

70. Obiicies 2. sequeretur, cuilibet angelo naturaliter deberi species secretorum cordium alterius; nam hæc sunt ordinis naturalis. Resp. deberi absolutè, nego; deberi sub conditione, quòd alter manifestare voluerit, concedo. Idque ad saluandum perfectum dominium, quod vnaquæque creatura intellectualis habet in sua secreta cordis, vt *infrà*.

71. *Assertio 2. explicans modum, quo obiectum naturale terminat intellectum angeli.* Dico 2. Naturale obiectum intellectûs angelici, & cuiuscunque alterius naturæ creabilis, est ens intelligibile per modum potentialis. Fundam. sub eâ abstractione vel concretione obiectum terminat potentiam cognitiuam, in quâ abstractione vel concretione est potentia cognoscens. Sed potentia cognitiua angeli, & cuiuscunque naturæ intellectualis creabilis, essentialiter est immersa potentialitati: ergo sub hoc modo, & non sub abstractiori, obiectum terminat illam. Maior patet 1. inductione in reliquis potentiis cognitiuis, ab angelicâ distinctis; sensitiua, quia est affixa organo, & immersa materiæ individuali, non terminatur nisi ad obiectum individuum, & concretum in materiâ: intellectiua humana, quia est vnita corpori, non terminatur ad obiectum, nisi per modum corporis. Contrà verò quia intellectus diuinus est emersus ab omni potentialitate, & in supremo ordine actûs puri, omnia intelligit per modum actûs puri: ergo angelicus, licet sit emersus à materiâ, quia tamen est immersus potentialitati, omnia intelligit ad modum potentialis. Prob. 2. modus operandi est naturalis proprietas consequens modum essendi, in eoque fundata. ergo qualis erit modus essendi, talis erit modus operandi; cùm nequeat naturalis proprietas excedere modum essendi proprij subiecti, à quo dimanat.

à priori.

72. *Non est idem cognoscere obiectum esse actum purum, quod per modum actûs puri.* Obiicies. Angelus naturaliter cognoscit Deum esse actum purum; ergo naturaliter cognoscit illum per modum actûs puri. Resp. neg. conseq. nam aliud est cognoscere obiectum esse actum purum, aliud per modum actûs puri. Sicut è conuerso, aliud est cognoscere obiectum esse materiale, vel potentiale; aliud cognoscere per modum materialis, vel potentialis: Nam Deus cognoscit creaturas esse materiales, ac potentiales, non tamen cognoscit illas per modum materialis, aut potentialis, sed per modum actus puri. Ratio: cognoscere Deum esse actum purum, est tantum cognoscere illum esse actum purum quomodocunque cognoscatur. At verò cognoscere Deum per modum actûs puri, est cognoscere illum esse actum purum, immediatè per ipsum actum purum, & non per medium aliquod potentiale desumptum ex creaturis. Sic Deus cognoscit seipsum vt actum purum, non per medium aliquod potentiale, sed immediatè per seipsum. Sic cognoscit creaturas per modum actûs puri, quia non cognoscit illas per medium aliquod potentiale desumptum ex creaturis, sed per suam essentiam, vt speciem expressam omnium rerum.

Sic

Sic beatus cognoscit Deum per modum actûs puri, quia non cognoscit illum medio aliquo obiectiuè potentiali, sed immediatè per ipsum Deum. At verò intellectus angelicus, & quicunque alius creabilis, cognoscit naturaliter Deum medio aliquo potentiali proportionato suæ naturæ: quia non potest naturaliter cognoscere obiectum eleuatiori medio, quàm sit ipse in essendo: cùm talis modus cognoscendi fundetur in modo essendi eiusdem potentiæ. Vnde modus ipse repræsentatiuus obiecti, proportionari debet modo essendi ipsius subiecti: quia modus repræsentatiuus obiecti producitur ab intellectu conformis modo essendi ipsius intellectûs. Dices. Deus cognoscit creaturas vt potentiales: alioqui cognitio Dei non conformaretur rebus, vt in se sunt. ergo falsum est, Deum cognoscere creaturas per modum actus puri. nam modus cognoscendi non attenditur penes modum essendi, quem habet notitia respectu cognoscentis, sed penes modum repræsentandi, quem habet respectu obiecti; alioqui visio gloriosa Beatorum non esset per modum actûs puri; quia respectu cognoscentis est potentialis, cùm sit accidens à subiecto dependens: est autem per modum actûs puri, quatenus repræsentat actum purum. Ergo è contrario cognitio, quæ non repræsentat actum purum, non erit per modum actûs puri; atque adeò notitia Dei repræsentans creaturas vt potentiales, non erit per modum actus puri. Resp. neg. conseq. Ad prob. concedo, modum repræsentandi cognitionis non attendi penes modum essendi, quem habet in subiecto, sed penes modum exprimendi, quem habet respectu obiecti, non materialis & terminatiui, sed formalis & motiui. Illud est, ad quod intellectus cognoscendo terminatur. Illud est, à quo intellectus ad illud cognoscendum immediatè mouetur. At verò semper cognoscens moueri debet ad obiectum cognoscendum medio aliquo suæ naturæ proportionato. Vnde notitiâ, quâ Deus cognoscit creaturas potentiales, licet creaturas repræsentet vt potentiales, quia tamen eas non repræsentat medio potentiali, quod Deo sit immediatum & formale motiuum illas cognoscendi, sed medio actu puro, nempe propriâ essentiâ, vt specie expressâ earum, dicitur repræsentatiua per modum actûs puri. Sicut è conuerso, quia omnis intellectualis natura creata, suum naturale obiectum cognoscit medio motiuo formali, sibi in essendo proportionato, omnia dicitur cognoscere per modum potentialis.

79. *Obiectio.*

74. *Solutio.*

Duplex obiectum in quâuis notitiâ.

75. *Obiect. extensiuum supernatur. de fide est.*

Dico 3. obiectum extensiuum intellectûs angelici est quodcunque obiectum, etiam ordinis supernat. & actûs puri. Assertio est de fide: Sci. intellectum angeli, & hominis, medio lumine gloriæ eleuari in patriâ ad videndum Deum actum purum in seipso. Ratio: ens naturale, quod est obiectum intensiuum, & specificatiuum intellectûs angeli, in ratione intelligibilitatis, sub quâ eum terminat, conuenit saltem analogicè cum quocunque obiecto, etiam ordinis supernat. & actûs puri: ergo poterit ad illud intelligendum à Deo eleuari: ergo aliquo modo illud continet intra sphæram suæ virtutis, saltem obedientialis. Alioqui neque diuinitùs posset ad illud intelligendum eleuari; cùm

76. nulla potentia, neque diuinitùs eleuari possit extra suum omninò obiectum. Hinc constat, non posse vnam potentiam, ex. gr. visiuam, eleuari ad percipiendum obiectum alterius potentiæ, ex. gr. auditiuæ. Quia obiectum potentiæ visiuæ nullo pacto conuenit in suâ ratione formali vltimâ, sub quâ terminat visum, cum obiecto potentiæ auditiuæ. At obiectum intellectûs creati in vltimâ suâ ratione formali, sub quâ illum terminat, conuenit cum obiecto intellectûs increati, quæ est intelligibilitas. Nam etiam intelligibilitas supernat. est quædam intelligibilitas, & solùm differt à naturali per excessum, licet altioris ordinis, intra tamen gradum intelligibilitatis. At audibile non est visibile nec contrà: & consequenter ratio formalis obiecti vnius potentiæ, non differt à ratione formali alterius tantùm intensiuè, & per excessum eiusdem gradualis perfectionis obiectiuæ, sed etiam disparatè. Ac proinde non poterit vna potentia, absque destructione sui ferri in obiectum alterius: cùm ratio formalis vnius sit omninò diuersa & disparata à ratione formali alterius. Ad fundam. primæ, disting. maior. Quidquid cadit sub rationem formalem adæquatam intensiuè obiecti alicuius potentiæ, continetur intra naturalem sphæram illius, concedo: Quidquid cadit sub rationem formalem inadæquatam intensiuè, adæquatam tamen extensiuè, continetur intra naturalem sphæram illius, nego. Tale est obiectum supernat. & actus purus in seipso cognoscibilis respectu intellectûs creati. Neutrum enim cadit sub rationem formalem adæquatam intensiuè obiecti naturalis intellectûs creati. Nam adæquata ratio formalis intensiua obiecti intellectus creati, est tantum entis ordinis naturalis, intelligibile per modum potentialis. Ad 1. confir. constat ex dictis. Ad 2. maior tantum est vera, quando intuitiua cognitio non extrahit obiectum extra modum abstractionis proportionatum potentiæ. Cognitio autem intuitiua Dei, cùm sit per modum actûs puri, extrahit obiectum, extra modum abstractionis proportionatum intellectui creato, qui est per modum potentialis.

77. *Ad fundam. prima sent. resp.*

78. *Ad conf. 1.*

2.

SECTIO V.

An intellectus & voluntas Angeli, specie differant ab intellectu & voluntate animæ rationalis?

79. *1. Sent. neg.*

PRIMA sent. neg. *Scoti in 2. dist. 1. qu. 6. §. Potest, & §. Ad 1.* licet id asserat sub dubio; *Lychet. ibid. Ferrar. 2. con. gen. cap 94. §. vlt.* Qui huiusmodi potentias considerant, vno modo vt proprietates in ordine ad essentias, à quibus fluunt; alio modo, vt potentias in ordine ad obiecta, ad quæ dicunt transcendentalem habitudinem. 1. modo consideratas vltrò concedunt, eas specie distingui in angelo, & homine: 2. modo negant eas distingui specie.

80. *Prob. 1. Scoti.*

Probat 1. *Scotus.* Quæ habent idem obiectum sunt eiusdem omninò speciei. Intellectus & voluntas angeli, & animi rationalis, habent idem obiectum; ergo sunt eiusdem omnino speciei. Maior prob. vti ex diuersitate obiectorum sumitur diuersitas potentiarum: ita ex vnitate obiectorum sumitur vnitas earund. Minor constat: nam obiectum intellectûs, & voluntatis angeli, est omne ens, & omne bonum ordinis naturalis: eodem modo, animæ rationalis. 2. Potentiæ sensitiuæ hominis

81. *Prob. 2.* sunt eiusdem speciei cum sensitiuis equi: visiua hominis non differt specie à visiuâ equi: ergo intellectiuæ angeli erunt eiusdem speciei cum intellectiuis animæ rationalis. 3. Non repugnat vnitas speci-

82. *Prob. 3.* fica passionum cum specificâ diuersitate naturarum. ergo non repugnabit vnitas specifica intellectûs & voluntatis angeli, & hominis, cum specificâ diuer-

Digitized by Google

diuersitate naturarum eorundem. Antec. prob. cum specificâ diuersitate entium stat vnitas specifica passionum eorundem entium: Vnitas enim lapidis est eadem specie cum vnitate hominis; esto natura lapidis differat à naturâ leonis.

83. Confirm. hæc potentiarum angelicarum à potentiis animæ rationalis distinctio, neque colligi potest ex diuersitate principiorum, à quibus promanant; nam possunt à diuersis principiis effectus eiusdem rationis promanare, vt patet de sole & igne, ex quibus idem specie calor producitur. Neque ex diuersitate operationum: quia possunt ex eodem principio diuersæ specie operationes proficisci, vt ex eodem intellectu diuersæ specie intellectiones 4. Potentia motiua angeli non differt specie à motiuâ animæ rationalis, præsertim separatæ: ergo nec intellectiua & volitiua. Antec. prob. tam motiua angeli, quàm animæ separatæ, habet eundem terminum, siue intrinsecum, qui est *vbi*; siue extrinsecum, qui est spatium, & eundem modum operandi circa terminum.

Conf. 84. *Prob. 4.*

85. Secunda affirmat, potentias intellectrices secundùm omnem considerationem differre specie à potentiis intellectricibus hominis: *Suarez lib. 2. de angel. cap. 2.* quam potiùs supponunt, quam probent *Scholastici:* dum docent, angelum specie differre ab animâ rationali. Quæ sent. proculdubio vera est. Fundam. istæ potentiæ sunt adæquatæ proprietates naturæ intellectualis: ergo si naturæ, ex quibus fluunt; sunt diuersæ speciei, etiam ipsæ erunt diuersæ speciei; non solùm vt proprietates naturæ, sed etiam vt potentiæ ad obiecta ordinatæ. Antec. prob. omnis natura debet habere aliquod accidens proprium 4. modo, sibique adæquatum. Quia omnis natura est per ordinem ad aliquam operationem: omne quippe ens, ex *Philosoph.* est propter opereri: at ex *sect. 2.* omnis substantia creata ordinatur ad propriam operationem eliciendam aliquâ potentiâ accidentali, quâ fiat proximè operatiua operationis; at accidens hoc in naturâ intellectuali aliud esse non potest, quàm intellectus & voluntas: nam propria operatio naturæ intellectricis alia esse non potest, quàm intellectualis, seu ad quam natura primariò ordinatur: & consequenter potentiæ intellectrices, quæ sunt proxima principia huius operationis, sunt adæquatæ proprietates naturæ intellectualis.

2. Sent. affi. *Fundam.* *Ratio.*

87. Consequentia quoad 1. partem constat: Repugnat enim proprietatem esse adæquatam naturæ, & specie non differre à proprietate alterius naturæ: sc. adæquata proprietas est, quæ fluit ex vltimâ ratione specificâ ipsius, eique adæquatè commensuratur. Quoad 2 prob. istæ potentiæ sunt accidentia naturæ in 4. modo, quâ sunt proxima principia per se ordinata ad primariam operationem naturæ eliciendam, seu quà integrant vnum totale principium operationis primariæ cùm naturâ: sunt autem proxima, quà sunt potentiæ circa obiecta operatiuæ: ergo vt potentiæ sunt formaliter, essentialiter discriminantur à proprijs adæquatisque potentijs aliarum naturarum. Sc. si vt proxima principia elicitiua propriæ operationis naturæ, debent discriminari; & vt potentiæ obiecta respicientes sunt proxima principia, etiam vt potentiæ discriminari debent. Minor prob. istæ potentiæ non sunt proxima principia propriæ operationis naturæ elicitiua, quà respiciunt naturam, à quâ fluunt, sed quà respiciunt obiecta, à quibus specificantur; principia operatiua, seu quà sunt elicitiua actuum circa obiecta.

88. *Potentiæ angeli, non solùm vt passiones, sed etiam vt potentiæ, specie differunt, à potentijs aliarum naturarum.*

89. Ex his deducitur, intellectum & voluntatem v- *Coroll.*

nius angeli, non modò specie differre ab intellectu & voluntate animæ rationalis, sed etiam alterius angeli specie diuersi. Eâdem n. proportionali differentiâ discriminantur proprietates vnius à proprietatibus alterius, quâ natura vnius discriminatur à naturâ alterius. *Intellectus & voluntas vnius angeli specie differt ab alterius.*

Ad 1. argum. primæ, disting. maior. Quæ habent idem obiectum genericum & specificum, sunt eiusdem speciei, concedo. Quæ habent idem obiectum genericum, diuersum tamen specificum, sunt eiusdem speciei, nego. Quæ ratio specifica obiecti desumitur ex maiore vniuersalitate & abstractione, quâ aptum est terminare nobiliorem potentiam. Ad 2. neg. conseq. Nam potentiæ sensitiuæ non sunt proprietates adæquatæ, sed inadæquatæ; consequentes genericum tantùm gradum naturæ, in quo diuersæ species conueniunt. Intellectus autem & voluntas sunt proprietates consequentes adæquatum gradum naturæ intellectricis; proinde non solùm includunt commensurationem cum gradu generico, in quo diuersæ species conueniunt, sed etiam cum specifico, in quo diuersæ naturæ discrepant. Ad 3. Eodem modo concedo, cum vnitate specifica passionum inadæquatum stare posse specificam diuersitatem naturarum: nego, cum vnitate specifica passionum adæquatarum stare posse specificam diuersitatem naturarum. Cæterum vnitas vniuersaliter sumpta non est passio adæquata entis, vt tale ens est specificè diuersum ab alio, sed vt ens est analogicè, conueniens cum quocunque alio ente. Vnde sicut in ratione entis vt sic, nulla est inter particularia entia diuersitas: ita neque ratione vnitatis vt sic, specifica diuersitas esse poterit. Contrà verò; sicut in ratione talis entis est essentialis diuersitas in entibus ipsis, ita & in vnitate consequente specificam rationem entis.

Resp. ad oppositæ sent. argum. 90. *Ad 1.* 91. *Ad 2.* 92. *Ad 3.*

Ad confirm. concedo, hanc essentialem potentiarum distinctionem à potentiis animæ rationalis in angelo non colligi, neque ex diuersitate principiorum vt sic, sed ex diuersitate principiorum adæquatè producentium: neque ex diuersitate quarumcumque operationum, sed operationum propriarum & adæquatarum naturæ. Nam sicut operatio propria & adæquata vni naturæ, nequit esse propria & adæquata alteri naturæ: ita ex diuersitate talium operationum rectâ colligitur diuersitas principiorum operatiuorum. *Ad conf.* 93.

Ad 4. Resp. 1. neg. conseq. quia non est necesse, vt potentia motiua in angelo consequatur specificam differentiam ipsius, vti necessarium est, vt illam consequatur intellectus & voluntas; sed tantùm genericam cum animâ rationali, & cæteris angelis communem. Resp. 2. neg. antec. eiusque prob. nam potentia motiua angeli habet perfectiorem modum operandi circa spatium, quem non habet potentia motiua animæ rationalis separatæ: cùm potentia non solùm specificetur à termino, sed etiam ex modo tendendi ad terminum, vt dictum est de potentijs intellectualibus. *Ad 4.* 94.

Digitized by Google

DISPVTATIO IX.

De medio cognitionis Angelicæ.

1. Pot. ij. m. 1 diffic.

AD cognoscendum duo necessariò requiruntur, Intellectus, & obiectum; ille, vt cognoscat; hoc, vt cognoscatur; *ex cognoscente enim & cognito*, teste August. 9. de Trinit. c. vlt. *notitia paritur*; difficultas est de obiecto, an solùm terminatiuè ad notitiam concurrat, an alio modo antecedenter ad notitiam: & hoc an per se, an per sui speciem; & quænam sit obiecti species in intellectu angelico; & à quo illam habeat.

SECTIO PRIMA.

An nudus intellectus Angelicus, absque intrinsecâ determinatione, ex parte obiecti sufficiens sit ad cognoscendum quodcunque obiectum?

2. 1. Sent. affirm.

PRIMA sent. affirm. *Altisiodor. lib. 2. tract. 5. c. 4. Durand. in 2. dist. 3. q. 6. Vasq. disp. 200. c. 3. & disp. 101. c. vlt.* Probat 1. *Altisiod.* Intellectus angelicus assimilatur diuino vltimâ assimilatione; sed diuinus est perfectissimum speculum, & expressa imago omnium; ergo etiam angelicus est speculum, non quidem actuale, sed habituale; non omnium, sed eorum duntaxat, quæ potest naturaliter cognoscere.

3. Prob. 2.

Probat 2. *Duran. nu. 21.* Posito tantùm visu, & visibili, statim sequitur visio, ex eo quòd vnum est visiuum, alterum visibile; ergo posito intellectu & intelligibili, statim sequitur intellectio, ex eo quòd vnum est intellectiuum, alterum intelligibile.

4. Prob. 3.

Probat 3. *Vasq.* hoc modo melius saluatur, quo pacto intellectus angelicus per seipsum sit sufficiens ad producendam quamcumque cognitionem obiecti naturalis, sibique debiti, etsi vt causa vniuersalis egeat aliquâ determinatione ex parte obiecti, non quidem intrinsecâ, sed extrinsecâ, & per modum obiecti, ac termini modificantis ac determinantis intellectum angelicum ad talem operationem, ita vt circa tale obiectum nequeat, nisi talem operationem habere: neque cum hoc repugnat, vt idem intellectus egeat formâ additâ ad intelligenda obiecta, excedentia propriam vim natiuam; eo quòd ad hæc non habet vim completam, sed inchoatam intelligendi, quæ compleri potest formâ additâ, vt ad videndum Deum, ad intelligenda mysteria gratiæ, & futura contingentia, completur.

5. 2. Sent. vniuersaliter negans.

Secunda negat, posse nudum intellectum angeli absque intrinseca determinatione, ex parte obiecti, vllam obiecti notitiam sibi parare: *S. Thom. 1. p. q. 55. ar. 1. & q. seq. Scoti in 2. dist. 3. q. 8. & reliqui Scholast.*

6. Fundam.

Fundam. quælibet notitia est essentialiter alicuius obiecti assimilatio; seu naturalis & expressa imago obiecti, in quâ illud vitaliter relucet: nulla autem assimilatio fieri potest absque intrinseco concursu eius, cuius est assimilatio; igitur nulla notitia produci potest absque intrinseca determinatione obiecti, cuius est notitia. Minor prob. omnis effectus prouenire debet ab aliquâ causâ, cùm omnis effectus sit aliqua causæ participatio. At assimilatio obiecti aliunde prouenire non potest, quàm ab ipso obiecto, vel ab aliquo gerente vicem obiecti. Nam intellectus de se est indifferens & indeterminatus ad hoc, vel illud obiectum exprimendum: implicat autem, vt causa naturalis indeterminata possit determinatum effectum producere, nisi priùs naturâ ad illum prædeterminetur. Confirm. ita se habet intellectus ad hoc vel illud obiectum intelligendum, sicut oculus ad hoc vel illud coloratum percipiendum: at nequit oculus hoc vel illud coloratum percipere, nisi priùs intrinsecè prædeterminetur ad hoc vel illud coloratum mediâ specie, à colorato in oculum transmissâ; ergo nec intellectus hoc vel illud obiectum intelligere, nisi prius ab obiecto vel ipsius specie intrinsecè prædeterminetur.

7. Confir.

Dico, intellectum angeli ad intelligenda obiecta à se distincta, egere intrinsecâ determinatione obiectorum per effectiuum concursum ipsorum: ad intelligendum verò propriam substantiam nullo egere obiectiuo concursu substantiæ, sed per seipsum esse completum principium, vltimoque determinatum ad propriam substantiam intelligendam. Expresè *Bannez 1. p. q. 56. ar. 1. dub. 1. §. Iam verò ad confirm. fine, Ripa ibid. Vasq. cit. & dis. 204. c. 2.* nisi quòd iste auctor velit, hunc concursum obiectiuum non modò necessarium non esse ad cognitionem sui, sed neque ad cognitionem aliorum obiectorum. Ex *Caiet. 1. p. q. 56. art. 1. §. Ad id autem:* *Quia*, inquit, *substantia angeli ex eò quod perfecta in esse immateriali, habet & quod sit intellectiua, & quòd sit actu intelligibilis: ac per hoc stuat ab ea vis, quia intelligit respectu suiipsius, non egens alia formatione, supplente substantia præueniente, & magis intrinseca, & modificatiua ipsius, quam quodcunque superadditum. Sed intellectus fluit ab essentia actu intelligibili, intimius formatus illa, quam quacunque intentionali specie.* Idem q. 54. art. 3. §. *Ad illud: Substantia*, inquit, *angeli non est elicituum principium intellectionis, sed potentia. Et quamuis substantia absque mediâ specie intelligibili ad intellectum concurrat, non tamen concurrit vt eliciens, sed vt fons intellectus in actu respectu sui.* Prior pars sent. constat ex fund. præced. sent. posterior prob. Intellectus angeli respectu propriæ substantiæ est determinatus vltimâ determinatione ad intelligendam propriam substantiam; ergo ad eam intelligendam non eget obiectiuo concursu substantiæ, sed sufficit concursus solius intellectûs, vt proprietas est talis substantiæ. Nam tota ratio, cur nequeat obiecta à se distincta absque intrinsecâ determinatione & concursu ipsorum cognoscere, est, quia in ordine ad illa non est vltimò determinatus, sed tantùm inchoatus & indifferens, atque adeò vlteriùs determinabilis & cõplebilis ab illis; quia nequit causa effectum producere, nisi vltimò completa & determinata ad producendum. Antec. prob. Intellectus angeli est adæquata proprietas substantiæ angeli in ratione intellectiui; ergo etiam in ratione intelligibilis; Intellectiuum .n. vt sic essentialiter est potentia assimilatiua obiecti (igitur illa potentia erit perfectè assimilatiua obiecti, cuius est adæquatum intellectiuum) nam potentia intellectiua essentialiter est operatiua per obiecti expressionem intra se: neque hoc tantùm habet ratione obiecti, quod debet præhabere, sed etiam ratione sui, quà vis intellectiua, est distincta ab obiecto; nam vt sic est operatiua, saltem inchoatè, per assimilationem obiecti; alioqui non posset compleri ab obiecto: complementum enim debet esse in eodem ordine cum suo complebili. Ideò enim postulat ab obiecto compleri, quia in se est quædam inchoata virtus assimulatiua obiecti. Ratio: potentia intellectiua vt sic, est obiecti perceptiua; sc. per productionem intentionalẽ obiecti intra se. Confir. intellectus etiã consideratus secundùm

8. *Intellectus Angeli eget intrinseca determinatione obiectorum, ad intelligenda obiecta à se distincta; non ad seipsum.*

Colligitur ex Caiet.

9. *Posterior pars prob.*

Cur intellectus egeat extrinsecâ determinatione obiectorum.

10. Conf.

Digitized by Google

dum præcisum ordinem ad obiectum, antequam ab illo determinetur, est assimilatiuus obiecti; per hoc.n. discriminatur à voluntate, quæ tantùm est inclinatiua in obiectum: ergo etiam vt inchoata potentia intelligendi est, antecedenter ad obie-
11 ctum, est assimilatiuus obiecti. Quòd si intellectiuum vt intellectiuum, per se est assimilatiuum obiecti, respectu illius obiecti erit adæquatum assimilatiuum, cuius est adæquatum intellectiuum: atque adeò respectu illius non egebit obiectiuo concursu vt illud intra se exprimere possit. nam eatenus intellectus eget concursu obiecti intelligibilis ad illud intra se exprimendum; quatenus illud in suâ intellectrice virtute continet. ergo intellectiuum, quod in suâ intellectice virtute continet obiectum intelligibile, non eget eius concursu, vt illud intelligibiliter intra se exprimat. At intellectus angeli in ratione intellectiui adæquatur propriæ substantiæ; nam non quòd à propriâ substantiâ sumit rationem genericam, sed etiam specificam & indiuidualem; est enim hic specie & numero intellectus, per ordinem ad hanc specie & numero substantiam: ergo ad eam exprimendam intra se non eget eius obiectiuo concursu.

12. Confirm. 1. ideò à reliquis obiectis eget compleri, quia à reliquis non habet vltimam rationem specificam & indiuidualem sed solam genericam; atque adeò vt fiat completè intellectiuus reliquorum, postulat specificum complementum ipsorum. ergo intellectus, qui ex se est vltimò determinatus ad obiectum, non eget vlteriore determinatione, vt illud complerè exprimat: omnem quippe determinationem, quam posset ab obiecto habere, habet ex completâ, & vltimâ suâ specificatione. Quo fit vt virtualiter contineat simul perfectionem intellectiui, & intelligibilis; cùm non minùs à propriâ substantiâ participet perfectionem intelligibilitatis, quàm intellectiuitatis: cùm non minùs ab illâ procedat vt adæquata passio vnius, quàm alterius perfectionis. Ex quo principio *to.1. disp.9. sect.9.* probaui, lumen gloriæ in beatis vtrumque munus præstare, & complere intellectum beatorum in ratione intellectiui, & simul illum vltimò determiuare in ratione intelligibilis, ex eo quòd est proprietas luminis increati, quod simul est intellectiuum, & intelligibile. Confirm. 2. Essentia angeli non so-
13. lum est per se intellectiua, sed per se etiam intelligibilis: vtraque enim perfectio per se consequitur substantiam immaterialem: ergo non solum communicat proprio intellectui vim intelligendi, sed etiam vim intelligibilem. Cùm non minus vna, quàm altera ad intelligendum requiratur: nec minùs essentia sit per se determinata ad communicandam vnam perfectionem, quàm aliam. Nec minùs connaturaliter hæ duæ perfectiones coalescere possunt in eandem entitatem accidentalem potentiæ intellectiuæ, quàm in eandem entitatem substantialem naturæ intellectricis: ergo si de facto hæ duæ perfectiones reperiuntur coniunctæ in eâdem substantiâ, poterunt simul coniungi in eâdem potentiâ, vt
14. in proprietate adæquatâ eiusdem substantiæ. Ex his infero, etiam animam rationalem separatam, non coniunctam corpori corruptibili, intelligere seipsam, suamque substantiam absque obiectiuo concursu ipsius substantiæ. Nam eadem est ratio de animâ separatâ; cui vnitæ corpori corruptibili, non debetur connaturaliter, nisi modus intelligendi dependenter à phantasmatibus. At intellectus vt adæquata passio animæ rationalis mouet ad propriam substantiam intelligendam independenter à phantasmatibus; quia non mouet vt species abstracta à phantasmatibus, sed vt virtualis species immediatè producta à substantiâ animæ independenter à phantasmatibus: cùm producatur per modum naturalis proprietatis ante omnem phantasiæ actum, atque adeò ante omne phantasma.

Idem de anima rationali separata sentiendum est.

Dices 1. Non obstante potentiâ intellectiuâ, substantia angeli actiuè concurrit ad actum intellectionis per modum principij vitalis primarij. ergo non obstante eâdem eâdem concurret ad actum intellectionis per modum obiecti. Resp. neg. conseq. nam prior concursus est vitalis, cùm nequeat ab extrinseco suppleri; de ratione autem concursûs vitalis est, vt actiuè procedat non tantùm mediatè, sed etiam immediatè à suo principio intrinseco vitali: posterior vitalis non est, atque adeò potest alteri totaliter communicari: vt constat de quolibet obiecto, quod totum suum concursum obiectiuum communicat speciei à se distinctæ. Obicies 2. ex 16. Auguſt. 9. *de Trin. c. vlt. ex cognoscente & cognito paritur notitia.* ergo etiam ad notitiam sui concurrit propria substantia vt obiectum intelligibile. Resp. allata propos. *Aug.* intelligenda formaliter, vt sit vniuersaliter vera. Sic enim ex intellectu angeli, & substantiâ ipsius, vt intentionaliter contentâ in intellectu eiusdem, vt in suâ adæquatâ proprietate & virtuali specie intelligibili, paritur notitia sui ipsius.

Solutio.

Solutio.

3. Intellectiuum, & Intelligibile sunt causæ heterogeneæ ac diuersæ rationis: ergo non potest vna per aliam formaliter compleri; quia complementum debet esse eiusdem ordinis & rationis cum re complebili. Esto igitur intellectus angeli sit adæquatus in ratione intellectiui respectu propriæ substantiæ, non propterea inde sequitur esse adæquatũ, & vltimò determinatũ in ratione intelligibilis.

17. *Obiectio 3.*

Confirm. alioqui posset intellectus naturalis formaliter cõpleri in ratione intellectiui respectu obiecti supernat. per solam speciem obiecti supernat. absque lumine supernat. tenente se ex parte intellectiui formaliter (quod *1.to. disp.9. sect.9.* improbaui) nam si intelligibile est complementum homogeneum, & eiusdem rationis cum intellectiuo, poterit intelligibile supernat. additum intellectiuo naturali complere illud, non solùm in ratione intelligibilis, sed etiam in ratione intellectui supernat. absque alio complemento tenente se ex parte intellectiui formaliter. Concedo, intellectiuum & intelligibile 19. esse causas heterogeneas, sed inuicem subordinatas, & potentes coalescere in vnam continentem perfectionem vtriusque: comparantur enim ad inuicem, vt ratio remota, & proxima, siue generica & specifica, quæ in vnam perfectam rationem conuenire possunt. Omnis quippe intellectus sub aliquâ ratione, saltem genericâ & remotâ, attingit obiectum, cùm ad illud ordinetur vt potentia perceptiua, atque adeò assimulatiua. Fit autem idem intellectus proximè & completè intellectiuus per speciem obiecti additam: nam sub eâ ratione obiectum attingit, sub quâ illud continet: potest dari intellectus, qui non tantùm sub ratione genericâ & remotâ, sed etiam specificâ & proximâ, obiectum contineat, scilicet qui vltimâ specificatione in ratione intellectiui & assimilatiui specificatur ab obiecto: ergo dari potest intellectus, qui sine specie, & complemento obiecti per se ipsum sit completè intellectiuus & assimulatiuus. Vnde *Caiet. 1.p.q.55. art.3. §. Notandum est 2. cognoscitiuum & intentionale non distinguuntur sicut duo rerum ordines, sed potius vt concurrentia ad perfectiones vnius ordinis, scilicet naturarum cognoscitiuarum, quoniam intentionale complementum intrinsecum est cognoscitiui; quia additur substantiæ cognoscitiuæ ad supplendum, quod illi in ratione cognoscitiui deest.*

18. *Confirm.*

Solutio.

20. *Ad confir.* Ad confirm. nego sequel. nam intellectus naturalis non solùm est incompletus ratione specificâ & proximâ respectu obiecti supernat. sed etiam ratione generica & remotâ: nam ipsa ratio generica & remota obiecti supernat. supernaturalis est, per ordinem ad quam debet intellectus naturalis compleri: completur autem per lumen, quod ex naturâ suâ complet intellectum hâc ratione generica entis supernat. Ad prob. dico, intelligibile esse complementum eiusdem rationis cum intellectiuo, quatenus vtraque perfectio potest in vnam rationem conuenire. Quamuis in alio sensu dicantur rationes heterogeneæ ac diuersæ, quatenus vna comparatur ad aliam, vt ratio remota & generica ad rationem proximam & specificam; nec non vt ratio vitalis ad rationem non vitalem. Vnde cùm dicitur. Intelligibile additum intellectiuo, complet illud formaliter in ratione intellectiui; concedo de complemento in ratione specificâ, & non vitali: nego de complemento in ratione generica, & vitali: quia secundùm has rationes intellectus aut supponitur completus ex se per suam essentialem specificationem, aut completur per lumen additum in ordine ad obiecta supernat. Obiicies 4. nequit obiectum intuitiuè videri, nisi per se ipsum, vel per suam propriam speciem determinet intellectum videntis. Sed intellectus angeli non est substantia angeli, cùm sit accidens ab eâ distinctum; nec propria species ipsius, alioqui determinare posset intellectum alterius ad intuitiuam notitiam propriæ substantiæ. Resp. est virtualis species suæ propriæ substantiæ, vt de lumine gloriæ dixi *tom.* 1. *disp.* 9. *sect.* 9. quòd sit complementum potentiæ & simul species *quâ*, diuinæ essentiæ determinatiua, ad intuitiuam notitiam Dei. Ex hoc autem non sequitur, posse esse speciem respectu alterius intellectûs ad intuitiuam notitiam propriæ substantiæ: quia respectu alterius intellectûs non est ratio immediatè determinatiua ad cognitionem propriæ substantiæ; nec potest comparari vt ratio *quâ*, & intellectiua, sed vt ratio *quæ*, & intelligibilis. Nam ea ipsa virtus, quæ est virtualis species substantiæ angeli, est etiam vitalis potentia cognitiua, quæ non est operatiua nisi cum propriâ naturâ, cuius est vitalis potentia.

Intellectus in ratione vitalitatis non indiget.

21. 22. *Obiectio* 4. 23. *Solutio.*

24. *Ad argum. Altisiod.* Ad 1. argum. *Altisiod.* vera maior respectu propriæ substantiæ; quia respectu eius est adæquata proprietas; cuiusmodi non est respectu aliorum obiectorum. Ad 2. *Durand.* dist. antec: posito visu & visibili vt rationibus remotis, statim sequitur visio, concedo; vt rationibus proximis, nego: nam præter hoc, requiritur, vt visiuum intrinsecè determinetur ad visibile, vt constat ex transmissione speciei visibilis ad potentiam visiuam. Ad 3. nego, solâ extrinsecâ terminatione obiecti tolli intrinsecam indifferentiam intellectus, eumque constitui intrinsecè & antecedenter, determinatum ad hanc vel illam notitiam obiecti. Est enim intellectus antecedenter ad productionem cognitionis respectu obiectorum à propriâ essentiâ distinctorum, indeterminatus ad hanc vel illam obiecti cognitionem producendam: ergo antecedenter ad productionem cognitionis obiecti à se distincti, debet ab obiecto ipso determinari ad hanc potiùs quàm ad illam producendam: Sed quatenus obiectum est extrinsecus tantùm terminus vt sic, non potest intellectum ad cognitionem sui determinare, quia vt sic est posterius cognitione: posterius autem vt posterius non potest determinare prius.

25. *Ad 2.*

26. *Ad 3. Vasq.*

SECTIO II.

An intellectus Angelicus cognoscat seipsum, & reliquas proprietates naturæ, absque obiectiuo concursu earum?

PRIMA sent. affirmat. Prob. 1. de ipso intellectu: Nulla species impressa eget obiectiuo concursu sui, vt cognoscatur, sed eodem concursu, quo concurrit ab repræsentandum obiectum, cuius est species, concurrit ad repræsentandum seipsam. Sed intellectus angeli est virtualis species impressa propriæ essentiæ: igitur ad cognoscendum seipsum non eget obiectiuo concursu sui, sed eodem concursu, quo vt species propriæ substantiæ concurrit ad repræsentandam substantiam, concurrit etiam ad repræsentandum seipsum: Maior prob. alioqui procederetur in infinitum: & species impressa non solùm est virtualis imago obiecti, sed etiam suiipsius: vti species expressa non solùm est formalis imago obiecti, sed etiam suiipsius. Confirm. species artificialis non solùm est repræsentatiua prototypi, sed etiam suiipsius: ergo imago naturalis, qualis est species impressa, & expressa, non solùm est repræsentatiua obiecti, sed etiam suiipsius.

27. *Hanc controu. nemo ex professo agitat.* 1. *Sent. affir.* *Prob.* 1.

2. Prob. de reliquis proprietatibus eiusdem naturæ ab intellectu distinctis; omnes proprietates eminenter continentur in natura: ergo si natura communicat proprio intellectui virtualem repræsentationem sui, eidem communicabit virtualem repræsentationem suarum omnium proprietatum: cùm non minùs intellectus sit intellectiuus propriarum passionum, quàm ipsius naturæ; & natura non minùs sit potens producere virtualem speciem propriarum passionum, quàm suiipsius. Confirm. species intuitiua causæ non solùm repræsentat causam, sed etiam effectus contentos in causa: nam eâdem virtute, qua causa continet suum effectum, continet etiam speciem sui effectûs; est enim species diminutum esse sui obiecti. ergo causa, quæ in suâ virtute continet effectum quoad esse completum & reale, à fortiori continebit eundem quoad esse incompletum & intentionale: ac proinde omnis causa, quæ continet effectum, continebit speciem sui effectûs. Secunda negat, intellectum angeli cognoscere seipsum, & reliquas proprietates naturæ, absque obiectiuo concursu sui ipsius, reliquarumque naturæ proprietatum.

28. *Prob.* 2. 29. *Conf.* 30. 2. *Sent. neg.*

Dico 1. Intellectus angeli ad cognoscendas intuitiuè naturales proprietates suæ naturæ, eget obiectiuo concursu earum distincto à concursu, quo idem intellectus vt species virtualis propriæ substantiæ concurrit, ad repræsentandam intuitiuè propriam substantiam. Fund. eatenus non eget obiectiuo concursu propriæ substantiæ, ad eam intuitiuè intelligendam, quatenus procedit vt virtualis species illius, nequit autem procedere vt virtualis species reliquarum proprietatum: nam deberet natura vel illas formaliter & identicè continere, vel saltem deberet posse earum species adæquatè supplere: sed nec eas continet identicè & formaliter: cùm nullum accidens physicum, cuiusmodi sunt physicæ proprietates naturæ, identicè & formaliter contineatur in substantia: nec earum species supplere potest; cùm nequeat natura supplere individualem perfectionem suarum proprietatum: individualis enim perfectio cuiuscunque effectûs desumitur, vt suppono, ex cõcursu causæ 1. non causæ 2. Species autẽ vt sit intui-

31. *Assertio* 1. *Fundam.*

Digitized by Google

intuitiuè repræsentatiua sui obiecti, debet illud repræsentare secundùm vltimam rationem indiuidualem.

32. *Confirm. Assertio.* Confirm. Si intellectus angeli esset virtualis species omnium proprietatum suæ naturæ, esset etiam virtualis species omnium actuum, quos natura saltem vt totalis causa producere posset: ergo sicut intellectus quia est virtualis species propriæ essentiæ, potest sine obiectiuo concursu ipsius intueri illam; ita posset sine obiectiuo concursu actuum, quos natura posset vt totalis causa producere, eos intueri: atque adeò posset tales actus cognoscere certò, & in indiuiduo, antequam ab ipso producerentur, quod falsùm est, vt *infra*. Quare intellectus angeli solùm procedit vt virtualis species intuitiua propriæ substantiæ, reliquarum verò proprietatum, & actuum, quos natura elicere potest, solùm est virtualis species abstractiua, eo modo quo propria species causæ simul est intuitiua causæ, & abstractiua effectuum. Secus est de proprietatibus, quæ identificantur realiter cum substantiâ: nam illæ intuitiuè repræsentantur vi eiusdem speciei, quâ repræsentatur substantia, vt est transcendentalis relatio in Deum, vt in authorem & principium ipsius, quæ necessariò cognoscitur, cognitâ substantiâ.

33. *Assertio 2.* Dico 2. Intellectus angeli ad seipsum implicitè & indirectè cognoscendum non eget obiectiuo concursu sui, eget autem ad seipsum explicitè & directè cognoscendum. *Prior contl. pars probi.* Prior pars prob. 1. à paritate speciei expressæ, quæ ad seipsam implicitè & indirectè cognoscendam non eget obiectiuo concursu sui: eodem quippe actu, quo explicitè & directè cognoscitur obiectum, implicitè etiam & indirectè cognoscitur actus: nam præciso quolibet concursu obiectiuo actûs, per solum concursum, quo producitur actus, explicitè ac directè cognoscitur obiectum, & simul implicitè ac indirectè actus. Ergo pari modo species expressa, vt implicitè & indirectè ab intellectu cognoscatur, non eget obiectiuo concursu sui, sed eodem prorsus concursu, quo species producit actum, directè repræsentatiuum obiecti, producit eundem actum indirectè repræsentatiuum sui. Prob. 2. Intellectio angeli, cùm sit perfectè immaterialis, est virtualiter reflexiua sui: ergo non solùm directè tendit in obiectum, sed etiam naturaliter reflectitur in seipsam; atque adeò cognoscendo indirectè & implicitè seipsam, cognoscit indirectè & implicitè habitudinem sui, ad principia, à quibus originatur, inter quæ est species impressa, à quâ effectiuè producitur: quæ respectu propriæ substantiæ in angelo est intellectus. Confirm. cognitâ relatione necessariò cognoscitur terminus relationis: Angelus eodem actu, quo directè cognoscit suam substantiam, indirectè etiam & exercitè cognoscit actum: ergo & relationem actûs ad principia, à quibus originatur: igitur eodem actu, quo directè cognoscit obiectum, indirectè etiam cognoscit speciem impressam obiecti.

34. *Prob. eadem pars à priori.*

35. *Posterior concl. pars prob. 1.* Posterior pars prob. 1. eâdem paritate speciei expressæ, quæ vt explicitè & directè ab intellectu cognoscatur, eget obiectiuo concursu sui. ergo à fortiori, vt species impressa explicitè & directè ab intellectu cognoscatur, eget obiectiuo concursu sui. Nam cùm species expressa sit ipsa formalis cognitio, quâ intellectus formaliter cognoscit, minùs requiritur ad illam directè cognoscendam, quàm ad directè cognoscendam speciem impressam, quæ non est ipsa formalis cognitio, qua intellectus cognoscit, sed solum principium cognitionis. Antec. prob. potest intellectus angeli, alio actu distincto perfectè reflexo, cognoscere suum actum directum: at actus perfectè reflexus immediatè originatur à directo, vel à specie ipsius; directus verò ab obiecto, vel à specie obiecti. Quia actus reflexus non potest immediatè originari vel ab obiecto, vel à specie obiecti; ergo ab actu directo, vel à specie actus directi. Quia non est aliud principium, à quo actus reflexus originari possit per modum obiecti. Antec. ostendo: tum quia species obiecti actûs directi est tantùm virtualis repræsentatio obiecti, non actus circa obiectum: ad directam autem repræsentationem rei requiritur propria species ipsius rei repræsentabilis. tum quia actus directus relinquit speciem sui in intellectu, vt patet ex reminiscentiâ actûs directi præteriti. Signum igitur est, ad illum directè cognoscendum, etiam quando est præsens, requiri obiectiuum concursum ipsius: alioqui frustra, corrupto actu, relinqueretur species actus, si ad illum directè cognoscendum sufficeret sola species obiecti actûs directi, quæ semper manet in intellectu, etiam corrupto actu. Tum demum, quia corruptâ omni specie obiecti, superstite tantum actu, posset intellectus directè cognoscere illum: Sed tunc non posset illum cognoscerè per speciem obiecti, cùm iam supponatur corrupta; ergo per actum obiectiuè concurrentem ad directam notitiam sui. Dices:

Actus reflexus non potest immediatè originari vel ab obiecto, vel à specie obiecti.

36. *Obiectio.*

potest idem habitus mouere potentiam ad actum directum & reflexum: ergo potest eadem species intellectum mouere ad actum directum, & reflexum. Resp. neg. conseq. nam habitus supernaturalis, cuius rantùm est mouere potentiam ad actum directum & reflexum, est vniuersalior, quàm sit species: cùm quiuis habitus supernat. sit instar potentiæ. Species verò est minus vniuersalis, & addicta tantùm suo obiecto.

Solutio.

37. *Prob. eadem pars à priori.* Prob. 2. Intelligibilitas, seu virtus motiua intellectûs ad notitiam sui, immediatè consequitur ad omne ens. Sed species impressa est ens distinctum ab obiecto: ergo ad illam consequitur intelligibilitas propria, condistincta ab intelligibilitate obiecti. Nam sicut species non est ens per entitatem sui obiecti, sed per entitatem propriam ab obiecto distinctam: ita non est intelligibilis per intelligibilitatem sui obiecti, sed per intelligibilitatem propriam ab intelligibilitate sui obiecti distinctam. Esset autem intelligibilis intelligibilitate sui obiecti, si ad directam notitiam sui sufficeret concursus, quo concurrit vt species obiecti, & non alio obiectiuo concursu proprio distincto à concursu, quo concurrit vt species obiecti formaliter. Nam species est ipsa formalis intelligibilitas obiecti; fit enim obiectum formaliter & proximè intelligibile per speciem sui. Confirm. 1. quando species obiecti est abstractiua, non mouet, nisi ad abstractiuam notitiam obiecti; cùm tamen eadem species mouere possit ad intuitiuam notitiam sui; quia potest intellectus intuitiuè videre abstractiuam speciem obiecti: Igitur non eâdem intelligibilitate, quâ intelligibile est obiectum, intelligibilis est species ipsius obiecti. Cùm non possit eadem formalis intelligibilitas mouere intellectum ad notitiam abstractiuam & intuitiuam. Confirm. 2. Intelligibilitas rei proportionari debet terminabilitati eiusdem: quia intelligibilitas rei finaliter ordinatur ad terminabilitatem eiusdem: Ideò vnaquæque res mouet intellectum ad cognitionem, vt possit per suam entitatem, vel realem, vel intentionalem terminare intuitum ipsius. At terminabilitas speciei est diuersa à terminabilitate obiecti: nam terminabilitas rei est ipsa entitas rei, vel quoad esse naturale, vel quoad esse

38. *Confirm. 1.*

39. *Confirm. 2.*

Digitized by Google

ad esse intentionale, commensum esse naturali: & tam esse naturale, quàm intentionale speciei commensum esse naturali eiusdem, est diuersum ab esse naturali & intentionali obiecti: nam sæpe esse obiecti est substantiale, esse verò speciei creatæ semper est accidentale.

40. *Obiectio.* Dices. Species est ipsum esse intentionale obiecti: ergo species quoad esse intentionale proprium non differt ab esse intentionali sui obiecti. *Solutio.* Resp. neg. conseq. nam licet species sit ipsum esse intentionale sui obiecti, tamen esse intentionale proprium speciei, quo species est directè terminans cognitionem sui, est diuersum ab esse intentionali obiecti. Quia cùm esse intentionale terminatiuum rei, debeat commensurari esse naturali eiusdem in esse repræsentatiuo; sicut obiectum differt in esse naturali à specie sui, ita & esse intentionale terminatiuum vnius ab esse intentionali terminatiuo alterius: & consequenter intelligibilitas vnius ab intelligibilitate alterius. 41. *Conf. 3.* Confirm. 3. sicut alia virtute operatur calor quando producit ignem, ac quando producit calorem: nam 1. modo operatur vt virtus & instrumentum ignis; 2. modo vt entitas quædam est diffusiua sui. Ita aliâ virtute operatur species, quando mouet intellectum ad notitiam obiecti, ac quando mouet ad notitiam sui: quia modo mouet vt semen & vicaria obiecti; 2. modo, vt entitas quædam est ab obiecto distincta.

42. *Coroll.* Ex dictis deducitur, quando intellectus angeli directè cognoscit obiectum, & simul indirectè se ipsum, speciemque obiecti, non nisi abstractiuè cognoscere seipsum, speciemque obiecti. Ratio: ad notitiam intuitiuam requiritur proprius influxus obiectiuus rei, quæ est intuitiuè cognoscenda. Nam notitia intuitiua est dearticulata cognitio rei, quæ haberi non potest, nisi per proprium influxum obiectiuum rei, vel propriæ speciei ipsius; postulat. n. fieri à propriâ intelligibilitate rei, quæ vel est potentia motiua intellectûs identificata cum ipsâ re, vel propria species ipsius.

43. *Satisfit arg. Processus in infinitum necessarius implicat; liber nequaquam.* Ad 1. argum. primæ, neg. maior de cognitione explicitâ, intuitiuâ, directâ. Ad 1. prob. neg. sequela de processu in infinitum necessario: quo pacto talem processum admittere, esset absurdum; quia tunc non posset dari vltimus terminus actionis. Conceditur de processu in infinitum libero, quem admittere, nullum est absurdum. Nam ex eo quòd intellectus vno actu reflexo cognoscit alium directum necessariò debet in infinitum procedere, quia potest in vno tantùm actu directo reflexè cognoscendo sistere. Ad poster. prob. concedo antec. de virtuali imagine *quâ* & indirectâ: nego de virtuali imagine *quæ* & directâ. Eadem quoque ratio est de specie expressâ, quæ tantùm est imago *quæ*, & directa obiecti, non suipsius, nisi tantum *quo* & 44. indirecta, vt *suprà*. *Ad conf.* Ad confirm. eodem modo resp. de imagine artificiali, quæ vt imago formaliter directè tantùm repræsentat prototypon, seipsam verò solùm indirectè. Vt autem directè terminet intuitum sui, debet per propriam speciem, quâ talis entitas est, mouere potentiam: tunc enim non mouet formaliter per species, immediatè & directè ducentes ad prototypon, sed per species immediatè & directè ducentes ad proprium esse subiectiuum sui. *Duplex esse in imagine.* Duplex enim esse est in quâuis imagine, siue naturali, siue artificiali: Vnum quâ imago est formaliter; alterum quâ res quædam est. Iuxta primum esse, imago directè tantùm ducit ad imaginatum: quia secundùm hoc esse, imago tota est ad aliud: iuxta 2. directè tantùm ducit ad se ipsam, quia secundùm hoc esse, est ad se.

Ad 2. neg. conseq. nam vt ex dictis constat, ad formalem & intuitiuam repræsentationem effectûs, non sufficit, vt virtualiter tantùm contineatur in causâ. 45. *Ad 2.* Ad confirm. concedo antec. de repræsentatione abstractiuâ effectûs; nego de intuitiuâ. Non enim hoc ipso, quòd habeo speciem intuitiuam causæ, habeo intuitiuam effectûs, sed tantùm abstractiuam, vt 1. *to. disp.* 9. *sect.* 21. ostendi. Neque ex eo, quòd causa continet effectum in esse reali & perfecto, sequitur illum continere in esse intentionali & diminuto: vt constat de angelo, qui virtutem habet producendi motum localem, quoad esse naturale in alienum subiectum: cùm tamen idem angelus non habeat virtutem producendi illum in esse intentionali & intelligibili in alienum intellectum. *Ratio.* Ratio: esto esse intentionale & intelligibile, sit esse incompletum & diminutum respectu esse naturalis eiusdem rei, quia tamen est diuersæ rationis ab illo, non sequitur, vt causa, quæ potest in vnum, possit etiam in aliud.

SECTIO III.

An possit intellectus Angelicus, propriam essentiam non solùm per se immediatè, sed etiam per speciem à se distinctam naturaliter intelligere?

46. *1. Sent. affir. Fundam. Scoti.* PRIMA sent. affirm. *Scoti in 2. dist. 3. q. 10. §. Ad quæst. Lychet. ibid. Bosso. q. 3. ad 1. princip.* Fundam. Nulla cognitio ex suo genere, imperfecta est in angelo superiore, quæ non possit esse in inferiori: sed superior habet cognitionem de inferiore per speciem distinctam, quæ imperfectior est cognitione per essentiam. Confirm. Angelus non solùm potest habere intuitiuam, sed etiam abstractiuam notitiam sui, cùm hoc spectet ad perfectionem angeli: habet autem intuitiuam notitiam sui per propriam essentiam; abstractiuam per speciem ab essentiâ distinctam. Secunda neg. *Suarez lib. 2. de angel. cap. 4.* 47. *Probabilior 2. Sent. neg. Prob. 1.* *nu. 16. &c.* probabilior est. Fundam. repugnat naturaliter, angelum cessare à propriâ cognitione sui, vt *disp. 14. sect. 1.* stante autem propriâ cognitione sui, immediatè terminata ad propriam essentiam in se ipsa existentem, repugnat saltem naturaliter, elicere aliam cognitionem, respectu eiusdem essentiæ per speciem distinctam. Quia repugnat, intellectum nouo actu ferri in idem obiectum absque nouâ cognoscibilitate; quia cessat finis, propter quem ad cognoscendum mouetur: sc. vt aliquid de obiecto cognoscat, quod prius non cognoscebat: stante autem immediatâ cognitione sui, nihil noui potest per speciem distinctam de se ipso cognoscere, quod per immediatam cognitionem sui non cognoscebat. Nam cognitio per propriam speciem distinctam repræsentat eandem essentiam intuitiuè, quam repræsentat cognitio immediata per essentiam. 48. *Prob. 2.* 2. Esto queat angelus à cognitione sui naturaliter cessare; adhuc ponenda non est distincta species ad seipsum cognoscendum: eo quòd talis species esset naturaliter superflua nam fortius & connaturaliùs mouet intellectum ad cognitionem sui, essentia propria, aut proprius intellectus, vt virtualis species essentiæ, quàm quæuis species à propriâ substantiâ & intellectu distincta.

49. *Ad fundam. opposs. resp.* Ad fundam. *Scoti.* Maior est tantùm vera de cognitione aliorum à se, non autem de cognitione sui. Ratio; vnaquæque natura angeli seipsam cognoscit

noscit necessariò, & per propriam essentiam, vel per proprium intellectum, vt virtualem speciem essentiæ; ac proinde perfectius & fortius: alia verò liberè, & per distinctas species extrinsecas infusas, vel acquisitas; proinde imperfectius ac debilius. Quare poterit angelus superior habere cognitionem imperfectiorem de inferiore, quam idem inferior de seipso naturaliter habere non potest: quia inferior habet perfectius fortiusque motiuum ad seipsum cognoscendum, quàm de eodem habeat superior. Ad confirm. 1. notitia intuitiua non est tantùm illa, quæ immediatè producitur ab obiecto; abstractiua verò, quæ ab obiecto immediatè non producitur; sed intuitiua est omnis cognitio, quæ vel immediatè ab obiecto, vel à propriâ specie obiecti producitur: abstractiua verò ea, quæ vel per alienam speciem, vel per speciem non repræsentantem omnes obiecti perfectiones producitur. Vnde cùm species, ab essentiâ & intellectu angeli distincta, à *Scoto* in angelo posita, sit propria species perfectè que repræsentatiua eius essentiæ, notitia ab eâ producta non erit abstractiua, sed intuitiua. 2. nego talem speciem ab essentiâ & intellectu proprio distinctam, esse angelo naturaliter debitam: cùm nulli intellectui creato sit naturaliter debita duplex species, eodem modo repræsentatiua eiusdem obiecti; qualis esset propria species perfectè repræsentatiua substantiæ angeli, & propria essentia, seu intellectus vt virtualis species eiusdem essentiæ: nam vtraque intuitiuè repræsentaret propriam essentiam. Nec refert, quòd vna repræsentaret vt ratio *quâ*, altera vt ratio *in quâ*. nam in ordine ad intellectum perinde se habet ratio *quâ*, ac ratio *in quâ*, quando ratio *in quâ*, est intuitiua & per propriam speciem, quia tunc in esse obiectiuo & intelligibili non differt obiectum visum in se, & visum in suâ specie ac naturali imagine: vt patet de visibili corporeo; quod eodem modo videtur nunc visum, vt supponO ex 1 *tom. disp. 9. sect. 3.* in ipsa visione corporeâ intentionaliter expressum per speciem propriam sui, ac videretur immediatè in seipso. Cùm nulla fingi possit ratio, quæ tunc videretur, quæ modò non videatur. Quia per propriam speciem obiecti communicatur potentiæ totum esse obiecti, secundùm quod obiectum est terminatiuum potentiæ.

50. *Notitia intuitiua non benè à Scoto assignatur.*

Ratio.

51. *Obiicies 1.* Dices 1. Deus intelligit seipsum specie expressa *quâ* & *in quâ*: ergo etiam angelus. Nam ideò istæ duæ notitiæ negantur in angelo, quia repugnant saltem naturaliter, cùm alterutra sit essentialiter superflua: at in Deo neutra est superflua: ergo nec in angelo. *Resp.* neg. conseq. nam in Deo non sunt duæ cognitiones, sed vna, quæ ob eminentissimam suam perfectionem includit perfectionem vtriusque: In angelo essent duæ notitiæ realiter distinctæ: ambæ exprimentes eandem perfectionem obiecti: & licet vna non habeat subiectiuam perfectionem alterius, quia tamen hic non est primarius finis cognitionis, cuius tantùm est exprimere perfectionem obiecti; cessante autem primario fine, cessat exigentia naturæ; non est hæc duplex cognitio naturaliter debita angelo. Dices 2. Vtraque notitia & per propriam essentiam, & per distinctam speciem est animæ separatæ naturaliter debita: ergo & angelo. Resp. neg. conseq. 1. quia sicut naturale est animæ, hinc secum asportare species ex phantasmatibus abstractas: ita naturale est eidem à corpore separatæ, duplici notitiâ seipsam cognoscere, & à propriâ essentiâ producta, & à phantasmatibus originata: angelo autem quia non competit seipsum cognoscere specie è phantasmatibus

Resp.

52. *Obiicies 2.*

Resp. 1.

eruta; nec eidem competet seipsum duplici notitiâ cognoscere, altera à propriâ essentiâ producta, altera à phantasmatibus originata. 2. Duplex notitia, quâ anima separata seipsam naturaliter intelligit, est diuersæ rationis; vna intuitiua, à propriâ essentiâ immediatè originata; altera abstractiua in hâc vitâ dependenter à phantasmatibus acquisita: vt de facto angelus seipsum intelligit & notitiâ intuitiuâ immediatè elicitâ à proprio intellectu, vt virtuali specie sui, & abstractiuâ originatâ à specie propriarum passionum. Nam species intuitiua proprietatis, est simul abstractiua naturæ. Repugnat verò, seipsum intelligere duplici notitiâ intuitiuâ eiusdem rationis. Nam intuitiua, & abstractiua procedunt per diuersa media, habentque obiecta saltem formalia diuersa; duæ verò intuitiuæ, quando sunt de eodem obiecto in seipso viso, vti essent in angelo cognitio intuitiua sui ab essentiâ, & à propriâ specie originata, habent idem obiectum materiale, & formale, ipsam sc. essentiam angeli per seipsam visam. At quando sunt de eodem obiecto in seipso, & in alio viso, non sunt naturaliter superfluæ, vti sunt notitia creaturarum in Verbo, & in proprio genere. Nam licet ambæ, vt suppono ex 1. *tom.* sint intuitiuæ; prior tamen est per medium formale increatum, vt causam creaturarum; posterior per medium formale creatum, seu entitatem creatam. Proinde aliquid cognoscitur per vnam, quod non cognoscitur per aliam.

53. *Resp. 2. Potest natâ intell. seipsam cognoscere notitiâ intuitiuâ & abstractiuâ.*

Deinsenda superest quæstio, an angelus seipsum cognoscat specie expressa *quâ*, an *in quâ*. Prior pars mihi probabilior: quia tunc necessaria est species expressa *in quâ*, quando vel obiectum non est per seipsum aptum terminare potentiam cognoscentis, vel est distans, aut saltem distare potest à potentiâ cognoscentis. Nam finis speciei *in quâ*, est supplere vicem obiecti, eiusque loco substitui. Ob neutram autem rationem necessaria est species *in quâ* in angelo respectu propriæ essentiæ. Hinc deducitur, Angelum respectu propriæ essentiæ non producere verbum: quia verbum substituitur loco obiecti, est enim id, in quo vt in imagine naturali cernitur obiectum intentionaliter expressum. Quod de angelo dictum est, idem intelligito de animâ separatâ; nisi quod hæc præter cognitionem intuitiuam sui, potest etiam habere abstractiuam per speciem è phantasmatibus abstractam, hinc asportatam.

54. *Angelus cognoscit seipsum specie expressa quâ.*

Finis speciei in quâ quis?

55.

De animâ separatâ per ratio.

SECTIO IV.

Per quid intellectus Angelicus determinetur ad intelligenda obiecta extra se?

56. *1. Sent.*

PRIMA sent. affirmat, determinari à propriâ essentiâ. Docet autem, essentiam angeli in esse intelligibili & repræsentatiuo continere omnia obiecta, quæ potest ipse naturaliter cognoscere; atque adeò posse ab eâ sufficienter determinari ad quodcunque obiectum distinctè cognoscendum. Hanc sent. vt possibilem defendit *Bacho. in 2. dist. 6. art. 2. & 4. & quodlib. 2. qu. 7. art. 2.* His argum. 1. Quia si quid obstaret, esset limitatio talis essentiæ, quæ cum sit limitata ad certam speciem entis, nequit omnia, quæ intellectus angeli cognoscere potest, in esse intelligibili, & repræsentatiuo continere: sed hæc ratio non obstat in potentiâ intellectiuâ; quæ adhuc limitata ad certum genus potentiæ, potens est in infinita intelligibilia: cùm non minùs potentiâ,

57. *Prob. 1.*

Digitized by Google

tiâ, quàm essentia continere debeat in esse intentionali obiecta, quæ potest naturaliter intelligere.

58. Prob. 2. 2. Non obstat hoc speciebus ab essentiâ angeli distinctis: ergo nec obstabit essentiæ ipsi. Quia non minùs species, quibus angelus obiecta cognoscit, sunt limitatæ, quàm eius essentia: ergo si potest per limitatas & finitas species omnia cognoscere, eadem poterit per suam essentiam. Antec. prob. species, quibus angelus obiecta à se distincta cognoscit, sunt finitæ tam quoad numerum, quàm quoad intensionem. Confirm. licet obiecta, quæ potest angelus naturaliter cognoscere, sint infinita, quæ tamen actu est intellecturus, sunt finita: igitur poterit ea per suam finitam essentiam cognoscere.

59. Prob. 3. 3. Continentia rei in esse intelligibili non arguit in continente realem perfectionem eiusdem: ergo continentia infinitarum rerum in esse intelligibili non arguit in continente infinitam perfectionem realem earundem. ergo poterunt infinitæ res secundùm esse intelligibile contineri in essentiâ angeli, absque eo quòd in ipsâ contineantur infinitæ res secundùm esse reale. Antec. prob. res in esse intelligibili & repræsentativo habet tantùm esse diminutum & intentionale: sed ex esse diminuto & intentionali, quod res habet in continente, non arguitur esse reale eiusdem: non enim ex esse diminuto & intentionali, quod habet homo in intellectu angeli, arguitur esse reale eiusdem hominis in eodem intellectu angeli. Confirm. Si in Deo esset sola continentia infinitarum rerum in esse intellibili, absque continentiâ earundem in esse causativo, non posset ex eâ præcisè argui infinita perfectio in Deo; ergo neque ex continentiâ infinitarum rerum in esse intelligibili argui potest infinita perfectio in essentiâ angeli. Secunda asserit, determinari à quodam habitu scientiali angelicæ naturæ congenito: in quo habitu virtute continentur omnia, quæ potest angelus naturaliter cognoscere. *Henric. quodlib. 5. qu. 14.* Fundam. intellectus angeli debet esse in actu 1. constitutus ad intelligendum quodcunque obiectum: non potest autem constitui nisi per hunc habitum. Non enim constitui potest per propriam essentiam, vt *infra*; nec per obiecta ipsa immediatè; nam dut hæc non sunt semper præsentia, aut non sunt actu intelligibilia; nec per species eorum: nam si angelus haberet species obiectorum, semper ea actu cognosceret.

Vtraque constat.

66. 2. Sent. *Fundam.*

61. 3. Sent. *Distinguunt de notitiâ intuitiuâ & abstractiuâ*

Tertia affirmat; intellectum angeli quoad notitiam intuitiuam immediatè determinari ab obiectis ipsis secundùm se; quoad abstractiuam determinari, vel à ipsâ notitiâ intuitiuâ, vel ab habitu à præcedente notitiâ abstractiuâ relicto: *Ochām. in 2. qu. 17. & Gabriel. in 2. dist. 3. qu. 2. art. 2.* putant n. non dari species ab obiectis distinctas, vt etiam *Durand.* Quo posito, Probant primum. Intellectus & obiectum sunt sufficiens causa intellectionis: ergo ad eam producendam nihil aliud requiritur. Nec refert, quòd interdum obiectum sit materiale: quia sicut potest in oppositâ sent. obiectum materiale immediatè concurrere ad productionem speciei intelligibilis; ita poterit ad productionem intellectionis: cùm non minùs vna, quàm alia sit in essentia spiritualis. Probant secundum: ex notitiâ intuitiuâ rei existentis formari potest à nobis alia abstractiua quidditatis rei, per intuitiuam notitiam repræsentatæ; & tunc notitia intuitiua immediatè mouebit ad notitiam abstractiuam. Item, corruptâ intuitiâ & abstractiuâ, recordamur obiecti priùs cogniti: sed ad hanc notitiam memoratiuam non mouet obiectum, vel eius intuitiua cognitio, quia potest vtrumque non existere; ergo aliquid à priore notitiâ relictum; non ab intuitiuâ; alioqui non posset mouere, nisi ad aliam notitiam intuitiuam eiusdem rationis; ergo ab abstractiuâ. Hoc autem relictum, non est species, sed habitus. Vnde inferunt à notitiâ intuitiuâ formari posse duas abstractiuas eiusdem obiecti, vnam immediatè elicitam ab ipsâ intuitiuâ, alteram mediante habitu à primâ abstractiuâ relicto.

62. *Probant, quoad notitiam intuitiuam.*

63. *Probant quoad abstractiuam.*

64. *De cognitione humana.*

Eundem modum cognoscendi constituunt in nobis. Nam primò sensus exterior immediatè cum obiecto producit sensationem: deinde sensatio ipsa simul cum sensu interiore elicit cognitionem abstractiuam eiusdem obiecti: Tandem eadem sensatio abstractiua interior vna cum intellectu producit abstractiuam intellectionem eiusdem obiecti.

65. 4. Sent. *Fundam.*

Quarta docet, intellectum angeli quoad notitiam intuitiuam immediatè determinari ab obiectis extra se; quoad abstractiuam à speciebus: *Scoti in 2. dist. 3. qu. 8 §. Ad quæst. & qu. 10. §. Ad quæst. Bassol. qu. 3. §. Dico igitur, Gregor. dist. 7. qu. 1. art. 1.* Fundam. notitia intuitiua est rei existentis vt existentis: nequit ea esse, nisi res ipsa ad notitiam immediatè concurrat: aliàs, enim posset ipsa intuitiua notitia naturaliter conseruari corrupto obiecto; quia res in conseruari non pendet, nisi à suis causis conseruantibus.

66. *Fundam.*

67. 5. Sent. explicatur.

Quinta affirmat intellectum angeli ad notitiam sui immediatè determinari à propriâ essentiâ; ad notitiam obiectorum extra se determinari à speciebus ipsorum: *S. Thom. 1. p. qu. 55. art. 1. & 2. con. gen. cap. 98.* & communis *Thomist. 1. p. cit. & reliq. Scholast. in 2. dist. 3.*

68. Dico 1. Implicat, intellectum angeli determinari à propriâ essentia in ordine ad omnia obiecta, quæ potest naturaliter intelligere: *S. Thom. 2. con. gen. cit. Ferrar. ibid. §. Tertiò, Caiet. 1. p. qu. 55. ar. 3. §. Ad hoc.* Fundam. obiecta, quæ potest angelus naturaliter cognoscere, sunt infinita; sc. omne verum naturale, in infinitum perfectius; cum nullum dari possit ens, quo perfectius intra eiusdem naturæ ordinem produci non possit. ergo non possunt in essentiâ finitâ contineri: nam quanto crescit repræsentabile in suo esse naturali, tanto crescit repræsentatiuum in esse intentionali: ergo si repræsentabile in esse naturali crescit in infinitum, etiam repræsentatiuum in esse intentionali crescet in infinitum; non syncategorematicè, quia repræsentatiuum in suo esse intentionali est eorum simul actu respectu omnium repræsentabilium; ergo categorematicè. Implicat autem repræsentatiuum creatum actu infinitum: ergo implicat essentia angeli actu repræsentatiua omnium intelligibilium. Ratio: esse repræsentatiuum alicuius obiecti est aliqua perfectio: ergo esse repræsentatiuum infinitorum obiectorum perfectorum, erit infinita perfectio. Anteced. prob. esse repræsentatiuum obiecti, supponit in repræsentante vim productiuam eiusdem obiecti in esse intentionali: at hæc est perfectio in repræsentante, vt constat in Deo, in quo maxima perfectio est, posse producere in esse intentionali infinita obiecta. Confirm. virtus productiua debet proportionaliter crescere iuxta perfectionem producibilium: ergo si obiecta intentionaliter producibilia sunt infinita, virtus productiua eorum erit etiam infinita.

69. *Fundam.*

Ratio.

Calculatorium argum.

Dices, posse hanc virtutem repræsentandi infinita in repræsentante saluari per rationem finitam altioris

70. *Elusio obiectionis stur.*

Digitized by Google

altioris ordinis; vti ex infinitate intelligibilium obiectorum perfectiorum non necessariò calculatur vis intellectiua infinita, quæ possit in obiectum intelligibile infinitum, quia potest deueniri ad lumen intellectuale ordinis altioris finitum, quod possit in obiectum intelligibile infinitum. Contrà: essentia angeli est eiusdem ordinis naturalis cum obiectis, quæ potest naturaliter cognoscere: nec possibilis est substantia creata ordinis supernat. ex *to.* 1. *disp.* 9. *sect.* 6. quæ finita repræsentare possit obiecta infinita ordinis inferioris.

Eluditur.

71. *Satisfit arg. 1. sent.*

Vnde ad 1. primæ, nego conseq. nam potentia intellectiua non debet continere totam perfectionem obiecti intelligibilis: sufficit enim, vt illud contineat sub ratione communi & genericâ entis, à quâ ratione tantùm specificatur. Repræsentatiuum verò debet in suo esse intentionali necessariò continere repræsentabile totâ & adæquatâ perfectione repræsentabilis: alioqui non posset illud adæquatè seu omnem perfectionem exprimere. Nam intellectus essentialiter est ad omne intelligibile; & nequit dari, qui non sit ad omne. Repræsentatiuum verò non necessariò est ad omne repræsentabile; potest .n. dari repræsentatiuum vnius, & non alterius intelligibilis. Hinc discrimen: potentia intellectiua non debet continere specificas rationes obiectorum, quas tamen necessariò continere debet repræsentatiuum: atque adeò rectè ex infinitate specificâ obiectorum sequitur infinitas in repræsentante, non in potentiâ intelligente: nam repræsentans debet in esse intentionali continere omnes rationes specificas repræsentabilium: potentia verò intellectiua sufficit vt illa contineat sub genericâ & indiuisibili ratione entis. Hinc fit, vt semper intellectus egeat complemento obiecti, vt illud intelligere possit, quia ex se est tantùm inchoata potentia, quæ compleri debet per species obiectorum; nisi tantùm respectu propriæ essentiæ, cuius est adæquata & completa potentia, non indigens ad illam cognoscendam, concursu obiectiuo distincto à concursu ipsius potentiæ intellectiuæ, vt virtualis speciei essentiæ. Ad 2. vltrò concedo, eandem rationem esse de speciebus; & propterea nego, angelum habere species de omnibus obiectis quæ potest naturaliter intelligere, sed tantùm de existentibus. quæ finita sunt. An autem hæc ipsa finita obiecta cognoscere valeat per propriam essentiam, in negatiuam partem inclino. quia sequeretur, essentiam angeli eminenter continere perfectiones omnium rerum de facto conditarum, quod excedere videtur limitatam perfectionem naturæ creatæ: sc. continere rem in esse intelligibili & intentionali substantialiter, est continere illam eminenter, quia est continere illam per rationem perfectiorem. Ex his patet, ad confirm. Ad 3. nego antec. Ad prob. dist. minor. Ex continentiâ rei in esse intentionali non arguitur continentia eiusdem in esse naturali, concedo: atque hoc tantùm probat allatum exemplum de esse intentionali, & naturali hominis. Ex continentiâ rei in esse intentionali, non arguitur continentia eiusdem in aliquo esse reali proportionato esse intentionali, nego: nam licet non sit necesse, vt obiectum contineatur secundùm esse naturale in repræsentante, contineri tamen debet secundùm esse reale proportionatum esse intelligibili: quia per illud intellectus fit proximè productiuus obiecti in esse intentionali; quæ cùm sit perfectio, supponere debet in principio realem virtutem productiuam, quæ necessariò crescit, crescente perfectione obiectorum intelligibilium: non minùs quàm crescente perfectione producibilium, crescere debet perfectio virtutis productiuæ. Ad confirm. nego antec. cùm .n. quodlibet expressibile supponat in expressiuo determinatam vim exprimendi; infinita expressibilia necessariò supponunt in expressiuo vim exprimendi infinitam diuini ordinis, quæ in rebus creatis implicat.

72. *Ad 2.*

Angelus nec ad intelligenda obiecta existentia à propria essentia determinatur.

73. *Ad 3.*

Ad conf.

Dico 2. Implicat habitus naturalis virtute continens omnia obiecta, quæ potest angelus naturaliter cognoscere. Fundam. deberet iste habitus esse infinitus in virtute repræsentandi infinita intelligibilia: nec recurri potest ad rationem altioris ordinis: nam dixi. *Habitus naturalis*, quidquid sit de supernaturali. Ad fund. *Henri.* nego minor. Ad prob. dico, determinari à speciebus. Nego hinc sequi, angelum necessariò videre omnia, quorum speciebus informatur: quia species ad intellectionem obiecti non concurrit formaliter, sed effectiuè: potest autem angelus pro suâ libertate applicare speciem ad expressionem vnius, & alterius obiecti: ergo esto habeat species omnium, non necessariò intelligit omnia: quia intellectio obiecti non sequitur formaliter ad speciem impressam, sed ad expressam, quæ, vt producatur, subest arbitrio angeli.

74. *Assertio 2. Fund. idem ac primi.*

75. *Ad 2. sent. fund. resp.*

Dico 3. intellectus angeli quoad omnem notitiam obiecti extra se, siue abstractiuam: siue obiecti materialis, siue spiritualis, immediatè determinatur à speciebus, & non ab obiectis secundùm se. Prob. 1. de notitiâ obiecti prius cogniti: nam hæc causari non potest ab obiecto, vel ab aliâ notitiâ intuitiuâ, aut abstractiuâ eiusdem obiecti; quia fieri potest, vt quando hæc notitia causatur, neutrum existat: nequit autem cognitio causari à re non existente: nam hæc est causatio in genere causæ efficientis, quæ fieri non potest à re non existente. Friuolum est, quod *Gabriel* docet, causari ab habitu relicto è cognitione abstractiuâ eiusdem obiecti: nam habitus, vt distinguitur à specie, non habet inclinare potentiam ad hoc determinatum obiectum, sed facilitate tantùm ad consimiles actus. Vnde supponit potentiam per speciem in actu 1. completam ad elicienduum actum. Quòd si hanc speciem velit appellare habitum, quæstio de nomine. Prob. 2. de omni notitiâ obiecti extra se: tiam is modus cognoscendi concedendus est angelo, qui independens est à rebus corporeis, & perfectior est modo cognoscendi humano; cùm sit supra corpora & perfectior homine; sed si angelus immediatè moueretur ab obiectis ex se, dependeret in cognoscendo ab obiectis corporeis; nec esset perfectior modo cognoscendi humano: sc. dependeret ab indistantiâ & præsentiâ .n. obiecti extra se, cùm nullum agens naturaliter agere possit in distans. Fundam. tertiæ falsum supponit, non dari species ab obiectis distinctas. Ad fundam. quartæ dico, ad notitiam intuitiuam sufficere, vt fiat per propriam speciem obiecti.

76. *Assertio 3.*

77. *Prob. 1.*

78. *Prob. 2.*

79. *Resp. ad 3.*

SECTIO V.

An Angelus propriâ virtute species sibi comparet ex rebus?

80. *1. Sent.* 2

PRIMA sent. affirma. *Alens.* 2. *p. qu.* 23. *me.* 3. *Ad argum. & qu.* 24 *me.* 3. *Scoti in* 2. *dist.* 3. *qu. vlt.* §. *Resp. Richard. art.* 6 *q.* 2. *Basso. qu.* 4. *Maior. q.* 7. *Marsil. qu.* 7. *art.* 1. *concl* 3. *Greg. dist.* 7. *qu.* 5. *art.* 1. *Aureo. dist.* 11. *qu.* 3. *art.* 1. *& communis Scotist.* Fund. *Alens. & Greg.* quod est perfectionis in nobis non est negandum angelis: comparare autem sibi propriâ

81. *Fund. Alens. & Greg.*

virtute

virtute species è rebus est perfectio in nobis: vnde aliqui ex his censent, angelos non modò sibi acquirere species singulares, sed etiam vniuersales è rebus, quas abstrahunt à singularibus, virtute intellectûs agentis, quem in angelis ponunt. Alij docent, solas species singulares propriâ vi angelos à rebus abstrahere; vniuersales habuisse ab initio à Deo concreatas: non quòd eas angelus non poterit propriâ vi à rebus abstrahere, sed quia decuit, illum ab initio creari instructum speciebus repræsentantibus omnes naturas specificas de facto conditas, nec non indiuiduorum incorruptibilium.

82. *Prob. Scot. 1.* Probat *Scotus*. Hoc singulare, vt hoc, cognoscibile est ab angelo: sed vt hoc non continetur in specie repræsentante naturam vniuersalem; nam hæc abstrahit ab hoc, vel illo indiuiduo determinato: probabile autem non est cõcreatas esse angelo species omnium singularium possibilium: quia cùm hæc sint infinita, sequeretur, quemlibet angelum habere species actu infinitas. 2. Esto angelus habeat species singularium, vt singularium, à Deo creatas, adhuc oportet, è rebus acquirere species actualis existentiæ, & reliquorum accidentium quæ possunt rebus contingere: siquidem ex notitiâ necessariorum, cuiusmodi sunt quidditates vniuersales, non habetur notitia contingentium, vt quòd hic homo existat, currat, vel sedeat: horum enim species debet angelus è rebus ipsis, quando existunt, desumere.

83. *Prob. 2.*

84. *Prob. 3.* 3. Saltem notitiam intuitiuam rei singularis oportet, vt angelus è rebus accipiat: nam ad notitiam intuitiuam debet necessariò concurrere obiectum secundum se. Quòd autem angelus habere possit notitiam intuitiuam rei singularis, prob. hanc notitiam habet potentia sensitiua imperfectior: ergo denegandа non est potentiæ intellectiuæ angelicæ perfectiori. Secunda docet, saltem species superiorum obiectorum comparare sibi angelum propriâ virtute, reliqua verò inferiora obiecta cognoscere in seipso, vel in primâ Intelligentiâ. Ita

85. *2. Sent. distinguens.*

Fund. m. *Bacho. quodlib. 2. q. 7. art. 2.* quia accipiendo angelus species ab obiectis superioribus, non vilesceret; vilesceret autem, si eas acciperet ab obiectis inferioribus.

86. *3. Sent. vniuers.Ister pag.* Tertia negat, vllas species sibi angelum è rebus comparare, sed eas omnes habere, vel à naturâ congenitas, vel à Deo concreatas: *S. Thom. 1. p. q. 55 art. 2. & 2. con Gen. cap. 96. Caiet. & Ferrar. dictis locis, Capreo. in 2. dist. 3. qu. 2. art. 1. Bonau. 2 p. dist. art. 2 q. 1. Herucæ. qu. 4. art. 3. Ægid. p. 2. d. st. q. 2. Argen. qu. 2 art. 4. Bann. 1. p. cit. Zumel qu. 2. concl. 2. & 3. Suar. lib. 2. de angel. cap. 5. Molina vtramque sent. Scoti & S. Tho.* vt probabilem defendit *1. p. qu. 55. art. 2. disp. 2.* Sed probabilior est S. Thom. sent.

87. *Prob. 1.* Prob. 1. ex iis, quæ Scriptura tribuit angelis: *Ezechiel* 28. sub figurâ Principis Tyri, vt docent *August. lib. 11. de Genesi ad lit. cap. 25. Hieron. in hunc loc. post init* & reliqui fere Patres, dicitur Lucifer *signaculum similitudinis Dei, plenus sapientia, & perfectus decore: perfectus in viis suis à die conditionis suæ.* at eandem ratio est de reliquis angelis. non igitur successiuè & è rebus ipsis, sed simul & ab initio creationis suæ angeli fuerunt pleni sapientiâ. Hoc enim importat *à die conditionis suæ.* Rationem hanc vnam ex *S Tho. 1. p. qu. 55. art. 2. ad 2. & 2. con. Gen. cap. 96. & 98. colligo:* Nequit intellectus angeli species intelligibiles à rebus abstrahere, nisi rebus ipsis ad specierum productionem actiuè concurrentibus. Nequeunt autem res ipsæ ad productionem specierum angeli actiuè concurrere: ergo. Maior, excepto *Alen.* ab omnibus admittitur. nam implicat, intellectum angeli ad hanc vel illam speciem obiecti in se ipso producendam determinari, nisi actiuè concurrente hoc, vel illo obiecto: cùm nequeat intellectus angeli ad productionem speciei intelligibilis à re ipsa extra se determinari, vel per modum obiecti; siquidem illa non est obiectum intellectus agentis abstrahentis speciem, sed possibilis elicientis intellectionem: vel per modum materiæ circa quam, cùm ille non producat in re ipsa extra se, sed in suâ ipsius substantiâ & intellectu: neque per modum formæ intrinsecè informantis, & modificantis principium ipsum productiuum.

Ratio: vna, sed efficaces deducta ex S. Thoma probatur eadem contl.

88. Minor prob. vel istæ sunt substantiæ spirituales: at hæ nequeunt extra se, nisi solum impulsum localem producere, ex *disp. 5. num. 50.* Vel sunt res materiales; at res, vt materialis, nequit naturaliter esse productiua rei spiritualis, neque vt causa partialis vt patet; neque vt causa instrumentalis; nam vtrâque debet esse in eodem ordine cum causâ principali in cuius virtute agit: sed res materialis non est in eodem ordine cum intellectu Angelico. Maior quoad causam instrum. prob. inductione, quâ constat omne instrumentum naturale esse eiusdem ordinis cum suâ causâ principali: quia instrumentum naturale est vt connaturalis potentia, & proprietas agentis principalis; quæ semper est eiusdem ordinis cum eo. Minor prob. spirituale est in supremo ordine naturæ, materiale in infimo. vnde sunt primò diuersa, solùm conuenientia in generalissimo gradu substantiæ.

Minor, in quâ est controu. prob.

Nequit igitur materiale obiectum coagere cum angelico intellectu vt connaturale instrum.

Hinc grauis emergit difficultas de phantasmate, quod licet materiale sit, naturale tamen instrumentum est intellectûs agentis, ad producendam speciem spiritualem in intellectu possibili hominis. Ad hanc resp. 1. negando cum multis, phantasma actiuè concurrere ad productionem speciei intelligibilis sed solùm exemplariter, obiectiuè tantùm ostendendo phantasma expressum, à quo obiectiuè determinatus animus, per intellectum agentem abstrahit speciem intelligibilem, repræsentatiuam quidditatis materialis. Resp. 2. negando, phantasma vt materiale formaliter, esse naturale instrumentum intellectûs agentis ad productionem speciei intelligibilis; sed vt eleuatum aliquo modo à suâ materialitate. A duplici .n. materialitate eleuatur phantasma expressum (nam hoc, & non impressum est instrumentum intellectûs agentis) à materialitate obiectiuâ, quia non repræsentat obiectum diuisibiliter, sed indiuisibiliter; quælibet enim pars phantasmatis repræsentat totum obiectum; &. à materialitate obiectiuâ, quatenus phantasma, est actus vitalis elicitus ab animâ spirituali, vt à formâ principali, simul cum phantasiâ ipsa. Propter hanc igitur duplicem eleuationem fit aptum instrumentum intellectûs agentis ad productionem speciei intelligibilis; Quâ duplici eleuatione caret res materialis. Confirm. supremum infimi habet immediatam affinitatem & connectionem cum infimo supremi, per modum poximæ dispositionis cum formâ, vt patet in corpore humano respectu animi rationalis: Ratione cuius affinitatis & connectionis apta sunt sese mutuò perficere, vnum per modum instrumenti & naturalis dispositionis, alterum per modum formæ principalis. Sed obiectum materiale per actum phantasiæ fit in supræmo ordine sensibilium; quia phantasia est supræma inter potentias materiales, ac proinde eius actus. Intellectus verò humanus est infimus in genere intellectiui. Igitur poterit phantasma, vt supremum infimi, attingere speciem intelligibilem intellectûs humani vt infimũ supremi.

89. *Difficultas.*

90.

91. *Connexio inter supremum infimi, & infimum supremi.*

Ad

92. Ad fundam. *Alenſ. & Grego.* nego ſimpliciter, quidquid eſt perfectionis in nobis, ponendum eſſe in angelis, niſi ſit eiuſmodi, vt proportionetur naturæ angeli. Abſtrahere autem ſpecies è rebus ſenſibilibus, eſt quidem perfectio in nobis, ſed improportionata naturæ angeli: poſtulat enim naturalem cooperationem rei ſenſibilis, quæ niſi eleuetur ad aliquod eſſe ſpirituale, non poterit naturaliter cooperari ad productionem rei ſpiritualis. Ad 1. *Scoti* reſp. vel ſingulare contineri in ſpecie naturæ vniuerſalis radicaliter, quæ formaliter completur per concurſum primæ cauſæ pro opportunitate rerum, & exigentia libertatis angeli; vel in ſpecie ipſâ rerum ſingularium. Neque hinc ſequitur, inditas eſſe angelis ſpecies omnium ſingularium, ſed tantùm exiſtentium, vt *infra*. Eodem modo reſp. ad 2. Ad 3. nego, ad notitiam intuitiuam debere neceſſariò concurrere obiectum ſecundum ſe. Ad fundam. *Bacho.* patet ex dictis.

Non omne quod perfectionis in nobis eſt, ponendum in Angelis.

Ad rationes Scoti.

SECTIO VI.

An ſpecies intelligibiles habeat Angelus à naturâ congenitas, an à Deo immediatè infuſas?

94. PRIMA ſent. affirmat, eas habere à natura congenitas, vt paſſiones à propriâ eſſentia fluentes: *Capreo. in 2. diſt. 3. qu. 2. art. 3. ad argum. Aureo. con 3. conclu. Caiet. 1. p. q. 54. art. 4. & q. 55. ar. 1. & q. 79. ar. 2. §. Tertia: & 1. 2. q. 50. art. 6. Bann. 1. p. q. 55. art. 2. §. Sed nihil ominus: Valen. ibid. pu 2ª Cabre. 3. pſq. 9. ar. 3. in comment. art. Granad. tract. 2. de angel. diſp. 3.*

1. Sent.

95. Prob. 1. hæc ſent. ex *S. Tho. 1. p. q. 54. art. 4. ad 1. vbi d Angelo*, inquit, *non generatur ſcientia, ſed naturaliter adeſt.* 2. ſpecies intelligibiles ſunt connaturales angelo: ergo ſunt propria accidentia ipſius. Proprium autem accidens eſt, quod à propriâ fluit eſſentiâ. 3. ſequeretur, angelum in purâ naturâ conditum eſſe imperfectiorem homine; nam in ea nullas habuiſſet ſpecies, neque è rebus comparatas, vt homo, neque à propriâ naturâ congenitas.

Prob. 1. ex S. Thom. Prob. 2. Prob. 3.

96. Secunda negat, angelum habere ſpecies à propriâ naturâ congenitas, ſed à Deo immediatè concreatas: *Ferrar. 2. cont. Gen. cap. 98. §. Sed ad 2. dubij, Zumel 1. p. q. 55. ar. 2. q. 2. Molina diſp. 2. me. 3. Suarez lib. 2. de ange. c. 7. Arrub. diſp. 164. c. 2. Quæ verior eſt: ex S. Tho. 1. p. q. 55. art. 2.* & vbicumque agit de ſpeciebus angeli, eas docet à Deo infundi, quod notauit *cit. Ferrar.* Prob. 1. vel eſſentia angeli producit ſibi ſpecies omnium obiectorũ, quæ poteſt naturaliter intelligere: at hoc excedit virtutem eſſentiæ finitæ; nequit enim eſſentia finita infinitas proprietates ſibi producere: Vel aliquas tantum ſibi ſpecies producit: at non eſt maior ratio, cur potius harum, quàm aliarum rerum ſpecies ſibi producat: cùm non minus angelus ſit intellectiuus horum, quàm aliorũ obiectorum. Confirm. proprietates naturales ſunt à naturâ determinatæ; nec poſſunt ad libitum variari. At alias ſpecies habuiſſent angeli, ſi aliæ de facto res conditæ fuiſſent, quàm de facto conditæ ſunt: nam ſolum habent ſpecies rerum, quæ de facto conditæ ſunt. Reſponderi poſſet, de facto Deum tales angelorum naturas condidiſſe, quæ talium ſpecierum eſſent productiuæ, & non aliarũ: quòd ſi alias res creare ſtatuiſſet, alias angelorum naturas condidiſſet. Sed contrà: tum quia mirum eſt, ad productionem cuiuſcunque nouæ creaturæ neceſſariò variari omnes angelorũ eſſentias. Tum quia non ſolùm res naturales de facto conditæ, ſunt naturale obiectũ intellectûs angeli, ſed quodcumque ens naturale creabile, quia ad quodcunque comparatur vt potentia ad proprium obiectum. Ergo ſi eſſentia angeli eſt productiua ſpecierum, non magis erit productiua horum, quàm aliorum obiectorum, nam eſſentia eſt productiua paſſionis adæquantis totam exigentiam naturæ. Igitur ſi natura non magis eſt intellectiua vnius, quàm alterius obiecti, non magis ipſa erit ſibi productiua unius, quàm alterius ſpeciei. Alioqui non eſſet ſibi ſufficienter conſtituta, cum non poſſet per naturalem proprietatem adæquare propriæ naturæ exigentiam. Prob. 2. Nequit eſſentia angeli producere ſpecies rerum niſi res ipſas eminenter contineat: implicat autem eſſentiam angeli eminenter continere res omnes, quas poteſt naturaliter intelligere. quia continere eminenter res omnes arguit perfectionem infinitam; cùm res, quas poteſt angelus naturaliter intelligere, ſint infinitæ. Maior prob. non poteſt illas producere in eſſe intentionali, niſi aliquo modo eas contineat in eſſe reali: non poteſt autem eas continere formaliter, cùm multæ earum ſint inter ſe oppoſiæ; nec tantùm virtute & inſtrumentaliter, cùm eas in eſſe intentionali principaliter producat; ergo eminenter. At hoc eſt proprium Dei: ergo.

97. *Prob. 1.*

98. *Reſp. aduerſ.*

Contrà.

99. *Prob. 2.*

Ad 1. primæ, reſp. Doctorem S. eo loco ſolùm negare in angelo generari ſcientiam de nouo per ſpeciem ab extrinſeco obiecto productã; ad quam producendam neceſſarius eſſet intellectus agens; quem contrarium argu contendebat ex ſent. *Philoſophi* admittendum in angelo. Ad 2. concedo, ſpecies eſſe connaturales angelo paſſiué, *quo pacto*, inquit *Ferrar. cit. motus circularis eſt connaturalis cœlo*; non actiuè. Sunt autem ſpecies connaturales angelo paſſiuè, quia ab eius eſſentiâ exiguntur, eique commenſæ; non actiuè, quia nequeũt ab ipſo produci. Ita anima rationalis eſt tantùm connaturalis paſſiuè materiæ organizatæ, à quâ paſſiuè exigitur; non actiuè, quia nequit ab eâ produci. Neque hinc ſequitur aliqua infinitas in eſſentiâ angeli, quia non exigit ſpecies obiectorum, quæ poteſt naturaliter intelligere, omnes ſimul, ſed pro opportunitate rerum, quæ ſemper finitæ ſunt. Vnde diſt. primum conſeq. Sunt ſpecies propria accidentia angeli ei paſſiuè proportionata, concedo: Sunt propria accidentia illi actiuè proportionata, nego. Vnde neg. proprium accidens eſſe tantùm illud, quod fluit à propria eſſentiâ; nam poteſt etiam eſſe illud, quod paſſiuè tantùm exigitur à ſubiecto. Ad 3. nego ſequel. quia cùm ſpecies ſint complementum debitum naturæ, etiam in purâ naturâ illæ debitæ fuiſſent angelo; non minùs quã in purâ naturâ debita fuiſſet productio animæ rationalis materiæ vltimò diſpoſitæ.

100. *Ad arg. reſp. Explicatur S. Thomas.*

101. *Species ſunt connaturales Angelo ſolũ paſſiuè.*

Proprium non id ſolũ quod eſſentia proxima fluit.

102.

SECTIO VII.

Quo pacto ſpecies determinent intellectum Angelicum ad notitiam obiecti?

103. PRIMA ſent. affirmat, ſpecies determinare intellectum angeli formaliter, ita vt intellectio nihil aliud ſit, quàm ipſa ſpeciei receptio in intellectu intelligentis: *Aureo. in 2. diſt. 11. q. 3. ar. 1.* Probat 1. repugnant in eodem reſpectu eiuſdem, duæ ſimilitudines realiter diſtinctæ; ſeu duo accidentia ſolo numero diſtincta Sed tam ſpecies, quam intellectio

1. Sent. affir. determinare formaliter.

Digitized by Google

tellectio est perfecta obiecti similitudo, seu repræsentatiua obiecti: Igitur repugnat eas distingui. Ergo intellectio est ipsa speciei receptio. Confir. species est ipsa obiecti repræsentatio; ergo posita in intellectu statim reddit illum actu intelligentem. Non igitur est alia entitas ad intelligendum

104. *Prob.2.* necessaria. Prob.2. ex *Arist. 3. de an. c.4. anima fit omnia intelligibilia* per intellectionem: sicut *fit omnia sensibilia* per sensationem: fit autem anima omnia sensibilia per similitudines sensatorum; quas ab obiectis recipit: ergo fit omnia intelligibilia per similitudines intelligibilium. Secunda docet, intel-

105. *2. Sent.* lectum angeli determinari à speciebus solùm terminatiuè. Fuit hæc sent. apud antiquos celebris, teste *Aureo. cit.* Fundam. species substituitur loco obiecti; nam ponitur in absentiâ ipsius: Sed obiecti munus est terminare actum intelligentis: ergo idem munus erit speciei vicem obiecti gerentis.

106. *3. Sent.* Tertia asserit intellectũ angeli determinari à speciebus materialiter seu dispositiuè; quia positâ specie in intellectu, solus intellectus absque vllo concursu speciei elicit sibi notitiam obiecti. Fundam. notitia quoad totum suum esse debet esse vitalis: non esset autem quoad totum suum esse vitalis, si non produceretur à solo intellectu. quia solus intellectus est principium vitale: actus autem eatenus est vitalis; quatenus procedit à principio vitali. Maior prob. ex quâ parte notitia non esset vitalis, non esset proportionata forma potentiæ vitali; quia hæc non est apta recipere effectum formalem intelligendi, nisi à formâ vitali intellectiuâ. Confirm. de ratione principij cognoscentis est attingere obiectum per actiuam tendentiam sui actûs: ergo si non totus actus produceretur ab intellectu, non posset per illum intellectus adæqatè attingere obiectum: nam eatenus per illum obiectum attingit, quatenus illum producit: ergo si non totum actum producit, non totum obiectum attingit,

107. *Verùs docent determinare effectiuè. Prob.1.* Quarta affirmat, intellectum angeli determinari à speciebus effectiuè: *S. Tho. 1.p.q.55. ar.1. Scot. in 2. dist. 3. q. 8 §. Ad quæst. & q 10. Ad argu. princip. Ægid. in 2. dist. 3 p. 2. q. 2. ar. 2. in resol. 2. dub. Bassol. Grego. Gabri. dit. Rubio, dist 4. q. 1.* & communis *Scholast.* quæ verior est hoc fund. In eo debet intellectus angeli ad obiecta intelligenda à speciebus determinari, in quo est incompletus: est autem incompletus in ratione effectiui: ergo in eo debet à speciebus determinari. Maior constat, quia non egemus ab extrinseco determinari in eo, in quo sumus ab intrinseco completi; omnis quippe determinatio supponit aliquod incomplementum; quia supponit carentiam perfectionis, quam debet determinatio addere subiecto determinabili. Dices:

108. *Obiectio.* Potest requiri determinatio non vt compleat incompletum, sed vt completum ad plura, determinet ad vnum. Sed contrà: tunc esset sola determinatio quoad exercitium, non quoad specificationem. Quod est contra *Arist.* qui docet intellectum sine specie obiecti esse in potentiâ essentiali ad intelligendum: iuxta hanc autem resp. intellectus angeli esset tantùm in potentiâ accidentali

Solutio. ad intelligendum. Minor prob. si intellectus an-

109. *Est incompletus in ratione effectiui.* geli esset completus in ratione effectiui ad quæcunque obiecta intelligibilia, esset infinitæ virtutis & perfectionis; nam quanto virtus productiua ad plures, perfectioresque effectus se extendit, tantò est perfectior: ergo virtus, quæ se extendit ad producendos effectus infinitos perfectiores in esse intelligibili, erit infinita. Implicat igitur, intellectum angeli esse completum principium effectiuum respectu omnium intelligibilium; atque adeò species postulat, vt ab eis compleatur in ratione effectiui ad obiecta intelligenda.

Prob.2. destruendo funda. aliarum opin. Nequit species vllo ex assignatis modis intellectum determinare. Non 1. formaliter: quia si species determinaret intellectum formaliter per solam sui receptionem, semper angelus actu intelligeret omnia ea, quorum species haberet; nam species recepta in intellectu angeli statim redderet illum actu intelligentem. Respondent aliqui apud *Aureo.* quòd statim cessante intellectione, corrumpetur species in intellectu angeli. Sed contrà: potest angelus aliquando habere notitiam memorativam suorum præteritorum actuum: hæc autem fieri nequit, nisi ex speciebus præteritorum actuum, quæ in memoriâ relinquuntur: Igitur falsũ est, cessante intellectione, corrumpi speciem. *Aureolus* concedit sequel. in angelo, & eam negat in homine: quia vt in homine species intelligibilis repræsentet intellectui obiectum, oportet vt simul phantasma, ex quo illa eruta est, actu repræsentet phantasiæ obiectum phantasiabile: potest autem phantasma actu non repræsentare obiectũ phantasiabile phantasiæ: ergo & species intelligibilis actu non repræsentare obiectum intelligibile intellectui. Sed contrà: tum quia absurdum est angelum actu intelligere omnia, quorum species habet: quia cùm per totam æternitatem non per possit aliquid noui intelligere, si aduenientè nouâ notitiâ numquam cessaret à priore, semper fieret actu intelligens plura, & plura in infinitum, quod excedit naturalem vim intelligendi angelorum. Tùm quia eadem est ratio de homine respectu phantasmatis; nam hoc etiam remanet in phantasiâ, sicut species in intellectu, vt constat ex reminiscentiâ obiecti, priùs per imaginationem propositi. Non determinat 2. determinatiuè: quia intellectus angeli est indeterminatus efficienter: sed non potest species terminare intellectionem, nisi priùs determinet intellectum efficienter: ergo non potest determinare intel. lectum terminatiuè, nisi priùs determinet efficienter. Adde, quòd non species impressa terminet intellectionem, sed vel obiectum secundùm se; vel vt in proprio verbo expressum. Non determinat 3. materialiter aut dispositiuè: quia intellectus non est amplùs indeterminatus ad intelligendum quodcunque obiectum extra se subiectiuè, sed & iam effectiuè. Dices; cognitio est perfectior specie; ergo non potest esse effectus illius, cùm nullus effectus excedere valeat perfectionem suæ causæ. Resp. concedo conseq de effectu totali, nego de partiali: nam potest effectus excedere perfectionem suæ causæ partialis, non totalis. Est igitur cognitio adæquatus effectus intellectûs & speciei simul: Vnde quamuis excedat perfectionem speciei, quia continet vitalitatem, quàm non continet species, non tamen excedit perfectionem totius principij totalis: *ita Scot. q. 10. cit. ad arg. princip. ad 2.*

110. *Prob.2.*

111. *Resp. reiicitur.*

112. *Resp. Aureo.*

non subsistit.

113.

114.

Effectus potest esse perfectior suæ causa partiali, non totali.

Ad 1. primæ concedo, vtramque esse similitudinem obiecti, sed diuersæ rationis: nam species est similitudo virtualis, quatenus cum intellectu potens est efficere similitudinem formalem. Cognitio est similitudo obiecti formalis, quâ intellectus informatus percipit obiectum. Ad prob. dico, vtramquè esse obiecti repræsentationem, diuerso tamen modo speciem, virtualem; cognitionem verò formalem. Ad confir. concedo speciem repræsentare obiectum; non formaliter, sed virtualiter: vt autem potentia cognoscat obiectum non sufficit repræsentatio virtualis, sed requiritur formalis: quia in formali, non in virtuali relucet vi-

115. *Resp. ad arg. 1. sent.*

taliter

118. taliter obiectum. Ad 2. concedo, tam sensum fieri sensibilia in actu, quàm intellectum intelligibilia in actu; iuxta *Philos.* non tamen per similitudinem virtualem, sed per formalem & expressam obiectorum; quæ haberi non potest, nisi per cognitionem à specie impressâ distinctam.

117. *Ad fundam. secundæ. Duplex munus obiecti respectu intellectus.* Ad fundam. secundæ, dist. maior. Species impressa substituitur loco obiecti in ratione mouentis, concedo; in ratione terminantis, nego: nam loco obiecti terminantis substituitur species expressa, quæ est vitalis imago obiecti; atque adeò proportionata forma ad dandum suum effectum formalem potentiæ vitali per eam cognoscenti. Ad fund. tertiæ, concedo, notitiam debere esse totam vitalem, non totaliter: alioqui non posset ad illam Deus, vel habitus concurrere; cùm nec Deus, nec habitus sit vitale principium intellectus creati. Ad prob. nego, aliquam partem esse in cognitione, quæ vitalis non sit: quamuis necesse non sit, vt tota cognitio producatur à principio vitali. Est igitur tota cognitio vitalis, quia nulla pars ipsius est, quæ vitalis non sit; non est tamen totaliter vitalis, quia non tota producitur à principio vitali. Ad confirm. quamuis non à solo cognoscente; totus tamen actus à cognoscente producitur. At hoc sat est, vt per illum intellectus act. uè tendat in obiectum.

118. *Ad fund. 3.*

SECTIO VIII.

An species possit esse plurium rerum distinctè repræsentatiua?

119. QVÆSTIO est de speciebus à Deo infusis, non ab obiecto productis: nam hæ nequeunt produci, nisi vt commensæ singulis obiectis, à quibus producuntur. Prima sent. neg. *Scoti in 2. dist. 3. q. 10. §. Ista opin. Bassol. q. 3. §. Dico igitur; Aureol. dist. 14. q. 3 art. 2. Maior. dist. 3. q. 6.*

120. 1. Sent.

121. *Prob. 1. Nulla entitas creata potest perfectè continere quidditates aliorum obiectorum.* Probat 1. Quidquid est ratio distinctè cognoscendi plura, habere debet obiectum, in quo ista plura perfectè contineantur: implicat autem ratio creata, in quâ distinctè secundùm intelligibilitatem contineantur quidditates aliorum obiectorum: nam aliqua perfectio necessariò est in vnâ entitate, quæ non est in aliâ: alioqui vna non distingueretur ab aliâ: & intelligibilitas fundatur in continentiâ entitatis. Maior prob. omnis ratio cognoscendi creata mensuratur à suo cognoscibili, vt posterius à suo priori: ergo vnitas ipsius pendet ab vnitate obiecti mensurantis. ergo oportet, vt sit aliquod obiectum vnum mensurans illam: at obiectum mensurans illam, est ei adæquatum; ergo non potest esse ratio cognoscendi alia, nisi quatenus virtualiter continet illa, vt in obiecto 1. mensurante. Confirm.

122. *Conf. 1.* Ideò essentia diuina est ratio perfectè cognoscendi omnia, quia est ratio repræsentatiua obiecti, in quo perfectè continentur omnia in quantum intelligibilia. Et nihil potest esse ratio perfectè cognoscendi aliud, nisi aut sit propria ratio eius, aut virtualiter contineat propriam rationem cognoscendi ipsius. At nihil distinctum ab alio, potest esse propria ratio cognoscendi aliud.

2. Omnis ratio vna cognoscendi potest habere actum sibi adæquatum: sed species repræsentatiua plurium quidditatum non potest habere actum adæquatum in angelo: ergo. Maior constat, quia omnis memoria perfecta potest habere intelligentiam sibi adæquatam: ex *Aug. 10. de Trinit. c. 11.* memoria & intelligentia sibi adæquantur, vt quantum illa continet in actu 1. per speciem impressam, tantum hæc continere valeat in actu 2. per expressam. Minor prob. non potest habere actum adæquatum intensiuè; alioqui talis actus virtualiter contineret actu intelligendi omnium aliarum quidditatum: Neque extensiuè, quia tunc posset simul distinctè intelligere omnes quidditates.

123. *Prob. 2.*

124. *Prob. 3.* 3. Quotiescunque intellectus potest habitualiter cognoscere vnum, non cognito alio, non cognoscit ambo per eandem rationem. Atqui potest angelus habitualiter cognoscere vnum, non cognito alio, cùm nulla sit ex parte intellectûs, vel obiectorum necessitas; ergo.

125. *Prob. 4.* 4. Impossibile est, vt species continentis alia in potentiâ & confusè, sit ratio cognoscendi illa actu & distinctè. Sed species naturæ genericæ vel specificæ est huiusmodi, quia per se primò repræsentat genus, vel speciem, quæ potestate tantùm continet inferiora, & indiuidua: ergo. Hæc ferè *Scotus. 5. Aureol.* Quæcunque sunt vni & eidem perfectè similia, sunt similia & inter se. ergo quæ inter se sunt dissimilia, non possunt habere vnam perfectam & adæquatam similitudinem. Sed duæ species quoad propria ipsarum sunt dissimiles inter se: ergo non possunt habere vnam similitudinem quæ vtramque naturam specificam distinctè, & perfectè repræsentet.

126. *Prob. 5.*

127. *Prob. 6.* 6. Implicat quidditas creata, quæ in esse naturali sit plures quidditates, vel formaliter, vel eminenter: ergo implicat quidditas creata, quæ in esse intelligibili sit plures quidditates aut formaliter, aut eminenter. nam intelligibilitas fundatur in entitate.

128. *Hanc sent. ex parte sequitur Arrub.* Eandem sent. ex parte sequitur *Arrub. disp. 165. c. 2* quatenus negat, posse plura obiecta essentiâ diuersa per eandem speciem repræsentari, nisi vel vt contenta in aliquo obiecto primario, vel in aliquâ ratione superiori, sub quâ multiplicari non possint infinitæ naturæ, vt est ratio animalis aut viuentis corporei. Secus quando ratio illa superior est talis, sub quâ possint infinitæ naturæ multiplicari, vt est ratio substantiæ spiritualis, vel præscindentis à corpore & spiritu. Fundam. quando ratio superior est talis sub quâ multiplicari possunt infinitæ naturæ, non potest de se specificare speciem finitam; cùm ipsa sit infinita potestatiuè, & contineat sub se infinitas naturas.

129. *2. Sent. probabilius affirm.* Secunda affirm. *S. Tho. 1. p. q. 55. art. 3. Herua. in 2. dist. 3. q. 4. ar. 4. Capr. q. 2. ar. 1. concl. 7. & 8. Ægid. in 2. dist. 3. 2. p dist. q. 2. dub. 3. & 4. q. 2. ar. 4. Bacho. dist. 8. q. vn. §. 3 & 4. Caiet. 1. p. cit. §. Notandus est 2. Ferrar. 2. con. gen. c. 98. concl. 3. §. Ad euid. eorum, Vasqu. 1. p. disp. 202. c. 2. Suar. lib. 2 de angel. c. 14. Molin. cit. 1. p.* vtramque sent. *Scoti & S. Tho.* probabiliter defensat. Communior ac probabilior est *S. Tho.* Probo 1. à simili.

130. *Prob. 1.* Datur de facto species expressa actu repræsentans distinctè plura; ergo dabilis est species impressa virtualiter repræsentatiua distinctè plurium. Nam maius est actu, quàm virtute exprimere distinctè plura. Antec. constat in visione corporeâ, quæ distinctè exprimit lucem & colorem, nec non plures colores diuersos simul. ergo à fortiori id non repugnabit intellectui potentiæ nobiliori. 2. Esse repræsentatiuũ in specie impressâ, non est aliud, quàm posse simul cum potentiâ actiuè concurrere ad formalem repræsentationem obiecti. At non repugnat, speciem posse actiuè concurrere ad formalem repræsentationem plurium obiectorum: nam ad hoc sufficit virtus finita intentionaliter productiua obiectorum in esse intelligibili. Confirm. quotiescunque possibilis est actus 2: possibilis est actus 1. illi proportionatus. At possibilis est species expressa, quæ est actus 2. distinctè repræsentans plura. ergo species impressa, quæ est actus 1. distinctè repræsentatiua plurium.

131. *Prob. 2. à priori.*

Conf.

132. *Ad argum. 1. resp.* Ad 1. argum. primæ, nego maior. Ad prob. dist. conseq. 2. Oportet, vt obiectum mensurans sit vnum vnitate numericâ, nego; vnitate formali qualis intercedit inter plura conuenientia sub aliquâ ratione vniuocâ, aut analogâ, concedo. Vnde neg. vlt. conseq. nam supponit obiectum mensurans speciem intelligibilem esse vnum vnitate numericâ, quæ nequit esse ratio cognoscendi alia, nisi illa virtualiter contineat; cùm tamen sufficiat, vt sit vnum vnitate formali per conuenientiam vniuocam, vel analogam. 133. *Ad 1. conf.* Ad 1. confirm. nego causalem adæquatè, quasi non sit alius modus cognoscendi multa, nisi vt contenta virtualiter in vno aliquo obiecto primario. Ad 2. dist. minor. nihil potest esse ratio perfectè cognoscendi aliud, nisi sit propria ratio eius tantum, nego; nisi sit propria ratio eius, & aliorum simul, concedo: potest autem vnum & idem esse perfecta ratio cognoscendi multa, si ea multa in se conuenientiam habeant. 134. *Ad 2.* Ad 2. nego minor. Ad prob. concedo, angelum habere posse actum adæquatum suæ speciei, tam intensiuè, quàm extensiuè: cùm tales species sint adæquata & proportionata principia actuum, quos potest angelus erga obiecta creata naturaliter elicere. Vnde concedo, quòd tunc eo actu angelus cognosceret omnes quidditates per talem speciem repræsentatas.

135. *Ad 3.* Ad 3. neg. minor. & necessitas assignatur ex parte speciei, in ordine ad quam plura obiecta habeant colligantiam. Radix autem huius necessitatis est perfectio intellectus angelici, qui species exigit in repræsentando vniuersales, quamuis oppositum de potentia absoluta non implicet. 136. *Ad 4.* Ad 4. nego minor. non enim species dicitur vniuersalis, quia repræsentat solum gradum genericum, vel specificum naturæ; sed quia extenditur ad plures repræsentandas, etiam indiuiduales, saltem quoad obiecta incorruptibilia, & quoad vltimum gradum indiuiduationis. 137. *Ad 5.* Ad 5. dist. conseq. non possunt duæ naturæ dissimiles specificè habere vnam similitudinem cuilibet naturæ adæquatam, concedo: possunt tamen habere vnam similitudinem cuilibet naturæ propriam, licet non cuilibet naturæ adæquatam, sed excedentem singulas: sicut species increata est cuilibet naturæ propria, nulli tamen adæquata, sed singulas excedens: quia potest ratio superior repræsentare inferiores secundùm proprias rationes vnitiùs.

138. *Ad 6.* Ad 6. primò nego antec. nam virtus solis eminenter continet virtutes causarum inferiorum. 2. nego conseq. Quia plus est aliquid contineri secundùm esse naturale, quàm intentionale: nam hoc est contineri diminutè & secundùm quid, seu secundùm esse repræsentatiuum & accidentale: id verò est contineri secundùm esse simpliciter, subiectiuum, & proprium rei, vel substantiale, si fit substantia; vel accidentale, si sit accidens. 139. *Ad fundam. Arrub.* Ad fund. *Arrub.* tunc ipsius discursus conuinceret, quando ratio superior concurreret ad specificandam speciem completè secundùm omnes naturas sub se contentas; seu quando tribuit speciei completam vim repræsentandi cum ipsa ratione superiore omnes naturas inferiores: non si incompletè secundùm aliquas, seu quando solùm tribuit speciei vim repræsentandi cùm ratione superiore aliquas duntaxat naturas inferiores. 140. *Obiectio.* Dices. Ratio superior est ratio formalis specificans speciem: sed vbicunque est ratio formalis, extendi potest species, vel habitus ab eâ specificatus. At ratio superior reperitur in quâlibet naturâ inferiore contentâ sub ipsa: ergo species specificata à ratione superiore extendi potest ad omnem naturam contentam sub illâ. *Scotus.* Resp. ratio superior non est ratio formalis specificatiua respectu speciei, esto sit respectu potentiæ. Nam potentia adæquatè specificatur à ratione genericâ & vniuersali entis: species verò præsertim intuitiua à tali ratione particulari entis: debet enim complere potentiam in ordine ad vltimas rationes specificas atque indiuiduales obiecti. Vnde non solùm debet continere rationes superiores, sed etiam inferiores; quia specificatiuum est proxima ratio, quam respicit specificatum.

SECTIO IX.

An sit producibilis species repræsentatiua infinitorum obiectorum?

DVPLEX potest esse infinitas, altera naturarum essentia diuersarum, altera indiuiduorum numero tantùm distinctorum. De vtrâque est controuersia. 141.

Prima sent. affirmat de infinitate omnium possibilium, tam essentia, quàm numero diuersorum intra ordinem naturæ contentorum: *Henric. quodlib. 5. qu. 14. Bacho. in 2. dist. 6. art. 4. §. 2. Suarez lib. 2. de angel. cap. 13. num. 12. & 3. p. tom. 1. disp. 27. sect. 4.* quia nulla apparet repugnantia. 142. *1. Sent.* Secunda affirmat de infinitate tantùm naturarum sub aliquo certo genere contentarum: *Caiet. 1 p. qu. 57. art. 2. §. Ad 1. rationem, & 3. p. qu. 10. art. 3. §. Sed ex hâc litt. Bannez 1. p. qu. 5 §. art. 3. §. De his opinion. Zumel ibid. qu. 1. ad 2. fine. Vasqu. disp. 202. cap. 2.* Fundam. *Caiet.* Species altioris ordinis finita excedit perfectionem infinitarum specierum inferioris ordinis. Ratio *Vasqu.* Sicut per speciem creatam repræsentatur Deus obiectum infinitum: ita per speciem finitam repræsentari potest multitudo infinita indiuiduorum, vel specierum. 143. *2. Sent.* Tertia affirmat de infinitate tantùm indiuiduorum sub eâdem naturâ specificâ contentorum: *Capreol. in 2. dist. 3. q. 2. ar. 3. ad argum. Scoti con. 8. concl. ad 2. & 10. Aureol. con. eand. Molin. 1. q. qu. 55. art. 3. ad 3. Arrub. ibid. Granad. tract. 3. disp. 5.* &c. 144. *3. Sent.* Fundam. de facto quilibet angelus habet speciem à Deo infusam repræsentantem omnia indiuidua externarum operationum, nec non internarum cognitionum, quas angeli in totâ æternitate sunt sibi mutuò manifestaturi. *Fundam.* At hæc sunt infinita, cùm careant termino: ergo. 2. Si quæ esset repugnantia, esset infinitas perfectionis, quæ ex infinitate obiectorum sequeretur in specie ipsa: at hæc non sequitur: nam species non crescit arithmeticè & quantitatiuè, sed solùm geometricè & essentialiter. 145. *Prob. 2.* Vnde tantùm sequitur, quòd species repræsentans infinita indiuidua, sit altioris ordinis & naturæ, vt *suprà Caietan.* quàm sit quæuis species repræsentans finita intra eandem speciem: Sicut lumen gloriæ tendens ad obiectum infinitum, non est infinitum, sed altioris tantùm ordinis & naturæ quolibet alio lumine; & solùm dicitur infinitum, quia æquiualet lumini naturali infinito. Ita species hæc solùm diceretur infinita, quia æquiualeret infinitis aliis speciebus inferioris naturæ, singulis repræsentantibus singula indiuidua.

3. Quælibet potentia creata habet virtutem producendi infinitos effectus indiuiduales, & tamen ipsa infinita non est: ergo etiam species habere poterit virtutem repræsentandi infinita indiuidua contenta sub aliquâ naturâ, absque eo quòd ipsa infinita sit. 146. *Prob. 3.* 4. Species repræsentatiua infinitarum partium continui, non est infinita: ergo 147. *Prob. 4.* nec species repræsentatiua infinitorum indiuiduorum.

Conf. rum. Confirm. sicut partes infinitæ repræsentatur vt contentæ in continuo finito: ita individua infinita repræsentari possunt vt contenta in vnâ naturâ finitâ: ergo.

148. *4. Sent. probabilius negans.* Quarta negat, dari posse speciem repræsentatiuam infinitorum obiectorum, siue specie, siue numero distinctorum: *Scoti in 2 dist. 3. q 10. §. Ista opinio. & q. 11. §. Resp. Bassol. in 2. dist. 3. q. 3 §. Ad hoc est author. Richard. in 3. dist. 14. art. 2 q. 3. Adami apud Cajet in 3 p. q. 10 art. 3 §. In hac resp. &c. tum veterum, tum recent.* Quæ sent. probabilior est.

149. *Fundam.* Fundam: Nequit species repræsentare infinita, quin ipsa infinita sit; implicat species infinita; ex Philos. n. suppono omne infinitum creatum implicare. Maior prob. species debet vt causa principalis continere totum obiectum naturale in esse intentionali: quia species substituitur loco obiecti; alioqui in eo, in quo illud non contineret, non posset illud intentionaliter repræsentare potentiæ cognoscenti: sc. totum esse naturale obiecti supponitur adæquatè contineri in ipso esse intentionali speciei, vt in propria & naturali imagine: ergo si in suo esse naturali est infinitum, etiam in esse intentionali specie erit infinitum; quia species debet producere obiectum secundùm esse intentionale intra potentiam cognitiuam: quæ debet in ipso esse intentionali, intra se producto, cognoscere obiectum quoad esse naturale, vt in propriâ imagine deartículatum. Explico Dupliciter existit obiectum

150. *Explicatur fund. concl.* quoad esse intentionale in potentiâ cognitiuâ; 1. modo formaliter in specie expresâ actu exprimente obiectum secundùm esse naturale; 2. modo virtualiter in specie impresâ virtutè tantùm repræsentante obiectum secundùm esse naturale: vtroque modo debet obiectum adæquatè contineri in potentiâ secundùm esse intentionale, vt ab eâ perfectè cognosci possit. Duplex quippe munus exercet obiectum erga potentiam cognitiuam, & mouentis, quatenus illam efficienter mouet ad cognitionem sui; & terminantis, quatenus seipso formaliter terminat cognitionem potentiæ. Ad vtrumque autem requiritur esse intentionale adæquatè respondens esse naturali obiecti secundùm se; in specie quidem expresâ, vt in termino, & imagine potentiam formaliter terminante; in specie impresâ, vt in causâ effectiuâ principaliter continente ipsum esse formale speciei expressæ, ad quam vt ad proprium effectum impressa ordinatur.

Vt n. 117.

151. *Conf. ratio concl.* Confir. 1. Si obiecta in infinitum repræsentabilia actu existerent omnia in esse naturale, essent actu infinita in esse naturali: nam esse naturali adæquatè respondet esse intentionale obiecti: ergo si actu existerent omnia in esse intentionali, essent actu infinita in esse intentionali. At actu existerent omnia in esse intentionali in specie repræsentante omnia: nam species est ipsum esse intentionale obiecti, secundùm proprias notas ipsius. Confirm. 2. talis

152. *Confirm. 2.* species esset proxima causa infinitarum distinctarum cognitionum, quarum quælibet determinatam requireret perfectionem: contineret n. infinita obiecta intentionaliter distincta, & æquiualeret infinitis speciebus infinitorum obiectorum, etiamsi sit vna sc. distinctè continens infinita obiecta. 3. Vt

153. *Confirm. 3. ex Scoto.* rectè *Scotus in 2. dist. 3. q. 2. §. Contra ista*: vbi pluralitas numeralis concludit maiorem perfectionem, infinitas numeralis concludit infinitam perfectionem. Sed posse repræsentare plura numero, concludit maiorem perfectionem, quia concludit vnam speciem continentem perfectionem plurium specierum distinctè repræsentatiuarum plurium individuorum. ergo posse repræsentare infinita numero distinctè, concludit speciem repræsentantem infinitè perfectam.

154. *Obiectio.* Obiicies: potentia sustentatiua infinitorum accidentium non est infinita: ergo nec species repræsentatiua infinitorum obiectorum erit infinita. Cùm vtraque sit causa, illa materialis accidentium sustentabilium; hæc formalis obiectorum repræsentabilium. Antec. ostendo: substantia angeli, & anima rationalis est capax infinitarum specierum, quæ per totam æternitatem producentur ab infinitis actibus, quos vtraque substantia in totâ æternitate elicitura est. Nam cùm singuli actus à naturâ intellectuali eliciti, singulas relinquant species sui in intellectu eliciente, infiniti per totam æternitatem eliciendi, infinitas relinquent species sui in intellectu angelico & humano.

155. *Confirm.* Confirm. Etiam virtus sustentatiua infinitorum accidentium æquialet infinitis virtutibus sustentatiuis sustentantibus infinita accidentia seorsim.

156. *Solutio.* Respondeo negando consequentiam. Non enim ex pluribus accidentibus sustentabilibus per se arguitur maior virtus sustentatiua subiecti; vt ex pluribus obiectis expressibilibus per se, arguitur maior virtus expressiua speciei; nam vel species repræsentans est impressa; & illa debet effectiuè continere obiecta expressibilia: vel est expressa; & illa debet formaliter continere eadem obiecta expressibilia. Vtraque autem continentia infinitorum obiectorum in esse intentionali necessariò postulat infinitatem in esse intentionali. Nam causa effectiua debet dare esse formale: formalis debet effectum in seipsâ formaliter continere. Implicat autem, causam finitam dare esse infinitum siue efficienter, siue formaliter suo effectui. Virtus sustentatiua, quæ tantùm per receptionem sustentat, non debet dare esse formæ sustentabili, neque illam in se formaliter continere quoad proprium esse ipsius formæ. Quare sufficit virtus finita ad sustentandâ accidentia infinita. Hoc prob.

Ratio.

Discrimen.

157. *Virtutem finitam sufficere ad sustentanda accidentia infinita. Probatur.* 1. Quælibet substantia creata per potentiam obedient. potens est sustentare accidentia in infinitum. At potentia obedientialis sustentatiua accidentium in infinitum est finita. ergo ad sustentanda accidentia finita in infinitum non requiritur virtus sustentatiua infinita, sed sufficit finita. Maior est certa: nam potest Deus augere gratiam, vel gloriam in quolibet beato in infinitum: nec non infundere species intelligibiles rerum possibilium in quolibet intellectu creato absque termino. Minor prob. potentia obedientialis sustentatiua, non est in sustentando, *ex 7. tom.* instrumentum; sed causa in suo genere principalis: quia in sustentando non requirit peculiarem influxum ipsam complentem in virtute sustentandi; quia non sustentat, nisi per suam propriam entitatem. Et licet, vt actu sustentet accidens supernaturale, egeat vnione sustentatiuâ supernat. hæc tamen non causatur à subiecto ipso sustentante, sed à causâ efficiente supernat. à subiecto solùm causari dicitur, quatenus in illo recipitur. Confirm. hoc interest

158. *Conf. resp.* inter potentiam obedientialem sustentatiuam, & actiuam; quòd actiua agit vt instrumentum coniunctum cum virtute infinitâ Dei, supplente semper maiorem & maiorem vim in ordine ad producendos effectus perfectiores in infinitum: sustentatiua non sustentat vt instrumentum coniunctum cum virtute sustentatiuâ Dei, supplente maiorem vim in sustentandis accidentibus pluribus in infinitum. Quia Deus non concurrit cum subiecto, sustentando ipsum accidens supernaturale, sicut concurrit cum virtute obedientiali actiuâ,

Ratio.

BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE LYON

Digitized by Google

actiuâ, comproducendo effectum supernaturalem.

159. Dices. Licet Deus non concurrat cum potentiâ obed. sustentatiuâ in genere causæ sustentantis, concurrit tamen in alio genere illam complendo, in ordine ad plures effectus supernat. sustentandos. Sed contrà: non apparet, in quo alio genere cum illâ concurrat, supplendo defectum virtutis sustentatiuæ. Non in genere causæ formalis: quia non minùs certum est, Deum formaliter, quàm materialiter non concurrere cum subiecto sustentante accidens supernat. Nec in genere causæ efficientis, producendo in subiecto modum perfectiorem, quo subiectum semper fiat magis potens ad plura accidentia sustentanda. Quia cùm iste modus egeat sustentari, non minùs quàm accidens, de ipso redibit difficultas, quo pacto perfectior modus ab eodem subiecto sustentetur, An per alium distinctum modum, & sic in infinitum; An immediatè per seipsum; & sic tandem conceditur, posse subiectum virtute sustentatiuâ finitâ sustentare modum perfectiorem in infinitum. Nec in genere causæ purè effectiuæ, roborando semper concursum effectiuum in ordine ad plura accidentia à subiecto sustentanda. Nam vel iste concursus esset creatiuus, vel eductiuus. Si creatiuus; ergo non esset connaturalis accidenti, suâ naturâ postulanti concursum à subiecto dependentem. Si eductiuus; ergo essentialiter requirit concursum subiecti. ergo quò magis augetur, eò maiorem requiret sim sustentatiuam subiecti: & quidem à fortiori, quàm requirat accidens; cùm sit ipsa essentialis dependentia à subiecto, à quâ non minùs implicat absolui, quàm à propriâ essentiâ. Cùm igitur ipse nequeat per alium concursum suppleri, ne in infinitum procedatur; si verum est, quò magis augetur accidens subiecto, eò magis debere augeri vim sustentatiuam subiecti: à fortiori verum erit, quò magis augebitur iste concursus eductiuus; eò magis auctum in vim sustentatiuam subiecti. Igitur in nullo genere causæ concurrit Deus cum subiecto sustentante, supplendo defectum virtutis sustentatiuæ respectu accidentis perfectioris in infinitum: sed sola virtus sustentatiua obedient. finita est potens sustentare accidentia finita in infinitum. ergo idem poterit potentia sustentatiua naturalis; cùm hæc ab illâ non differat, nisi quòd hæc habeat naturalem inclinationem ad accidentia naturalia; illa obedientialem ad supernaturalia.

Instantia soluitur.

Idem maiori cum probabilitate dic de accid.

160. Confirm. non minùs accidentia supernat. quàm naturalia connaturaliter postulant virtutem sustentatiuam, in quâ recipiantur: cùm non minùs accidens supernat. quàm naturale sit accidens essentialiter ordinatum ad inhærendum. ergo si possunt accidentia supernaturalia in subiecto in infinitum augeri, non auctâ virtute sustentatiuâ subiecti: poterunt etiam accidentia naturalia in subiecto in infinitum augeri, non auctâ virtute sustentatiuâ eiusdem.

Conf.

161. Prob. 2. Subiectum concurrit ad sustentandum accidens, recipiendo tantùm illud, eique se substernendo per modum receptaculi, sine quo non posset accidens naturaliter existere; vt constat ex propriâ causalitate subiecti. Sed eadem virtus receptiua subiecti, quæ sufficit ad recipiendum vnum accidens, sufficit ad recipienda plura, vel idem perfectius: ergo ad recipienda infinita, vel vnum infinitè perfectum, non requiritur virtus receptiua infinita. Quod sic ostendo: ista virtus non requireretur maior extensiuè; quia possunt plura accidentia recipi in eodem subiecto indiuisibili: nec maior intensiuè; quia virtus receptiua non causat formam, quam recipit, quoad intrinsecum esse ipsius, ad quod tantùm requireretur maior ista virtus intensiua subiecti: sed illud supponitur causatum à virtute actiuâ agentis, educentis talem formam ex potentiâ receptiuâ subiecti. Neque hæc intensior vis sustentatiua subiecti requiritur ex eo, quòd accidentia quasi grauitent in subiecto: & consequenter quò plura in eo recipienda sunt, eò fortior debeat esse vis sustentatiua ad ea sustinenda. Nam accidentia recipiuntur in subiecto, vt in proprio centro & receptaculo. vnde sicut elementa in proprio loco non grauitant; ita nec accidentia in proprio subiecto ponderant: & sicut eadem virtus centri sufficit ad recipiendum quodcumque corpus elementare; ita eadem virtus receptiua subiecti sufficit ad recipienda quæcumque accidentia. Quia sicut elementa non postulant centrum, vt ab eo accipiant esse, sed vt in eo tantùm connaturaliter consistant; ita accidentia non postulant subiectum, vt ab eo recipiant esse, sed vt in eo tantùm connaturaliter existant, sine quo non deberetur illis ab agente esse.

Probatur à priori, sufficere virtutem finitam ad sustentanda accidentia infinita.

Ratio.

162. *Viterius prob. ratio.*

Vnde non valet hîc argumentum calculatorium: Ad sustentandum aliquod accidens requiritur aliqua virtus: ad sustentanda plura, requiritur maior: ergo ad sustentanda infinita, requiritur virtus infinita. Sicut nec talis calculatio valet de centro receptante maius & maius elementum: nec de potentiâ obedientiali sustentante plura, siue perfectiora accidentia: nam eadem, quæ sufficit ad vnum, sufficit ad omnia. Ita *Scotus in 3. dist. qu. 2. §. Tertio*, vbi docet potentiam etiamsi reciperet infinitas visiones in se, non fore infinitam plusquam modò est: confirmat *Lychet. in 2. dist. 3 qu. 10. §. Resp. & Vasqu. 1. 2. disp. 81. nu. 14.*

163. *Calcul. argumentum in hoc non concludit.*

Verùm contrà vrgent hæc: 1. Ex eo quòd persona increata Verbi sustentare potest infinitas naturas creatas, rectè sequitur, illam habere virtutem sustentandi infinitam. ergò ex eo quòd subiectum sustentare potest infinita accidentia, rectè sequeretur, illud habere vim sustentatiuam infinitam.

164. *Vrgebu 1.*

2. Quò plura accidentia Deus extra subiectum conseruaret, eò maiore deberet concursu pluribusque cum illis influere. ergo quò plura accidentia subiectum sustentat, eò maiorem vim in se habere debebit. Nam tali casu Deus suppleret concursus, quos in iisdem accidentibus causasset subiectum: ergo si subiectũ quo plura recepisset accidentia, eò plures causasset concursus; quò plura sustentasset accidentia, eò maiorem vim sustentatiuam habere debuisset: cùm maior concursus maiorem supponat virtutem concurrendi. Confirm. Si non maiorem concursum sustentatiuum præberet subiectum erga plura, quàm erga pauciora accidentia; nec Deus illa extra subiectum conseruando maiore deberet vti concursu erga plura, quàm erga pauciora.

165. *Vrgebu 2.*

à contrario.

3. Rectè ex quantitate causalitatis arguitur quantitas & perfectio virtutis causatiuæ. Sed quò plura accidentia recipiuntur in subiecto, eo magis augetur quantitas & perfectio causalitatis eductiuæ: ergo eò maior arguitur virtus sustentatiua subiecti. Maior prob. causalitas est exercitium virtutis causatiuæ, & actus 2. ipsius: sed exercitium, & actus 2. supponit actum 1. sibi proporionatum: ergo.

166. *Vrgebu 3.*

Resp. ad 1. neg. conseq. nam personæ increatæ infinitudo arguitur ex eo, quòd in singulis naturis infinitis assumptibilibus supplere possit singulas perfectiones hypostaticas, quas singulæ hypostases creatæ singulis suis propriis naturis conferrent.

167. *Ad 1. resp.*

Digitized by Google

ferrent. Subiectum verò per potentiam sustentatiuam non debet supplere in singulis accidentibus, quæ sustentat, singulas rationes eorum, sed vnam respectu omnium. Quia cùm hypostasis creata sit proprium complementum naturæ, illi soli, & non alteri addictum, vnaquæque requirit proprium supplementum. Et licet persona diuina per eandem suam increatam hypostasim suppleret has, diuersas hypostases creatas, eas tamen suppleret, quatenus in suâ increatâ hypostasi eminenter contineret perfectiones omnium creatarum hypostaseon. At verò plura accidentia per se non requirunt diuersa subiecta, sed possunt æquè connaturaliter esse in vno, ac in multis; nec vnum subiectum sustentando plura accidentia supplet peculiares perfectiones eorum, sed vnam communem rationem sustentabilitatis, in quâ omnia conueniunt. Ad 2. Nonnulli negant, requiri maiorem concursum effectiuum ad conseruandum accidens extra, ac in subiecto. Alij affirmant requiri, & probabilius. Iuxta quam sent. neg. antec. *per se*. Nam licet ad conseruandum accidens extra subiectum maior concursus effectiuus requiratur, quàm erat is, quo idem accidens in subiecto conseruabatur, cùm debeat suppleri concursus ipsius subiecti: negandum tamen est, quòd plura accidentia extra subiectum conseruantur, eò maiorem concursum effectiuum per se esse necessarium, sed per se tantùm sufficere vnum determinatum pro omnibus, supplentem, quod subiectum per se præstitisset. Dixi, *per se*: nam per accidens, quò plura accidentia extra subiectum conseruantur, eò maior concursus effectiuus suppletiuus subiecti requiritur: debent .n. roborari singuli concursus effectiui, quibus singula accidentia, vel singulæ partes graduales eiusdem conseruantur: non propter exigentiam ipsorum, quæ possent vno concursu supplente conseruum subiecti conseruari, sed *per accidens*, ratione multiplicati concursûs in distinctis accidentibus: velut si eadem accidentia, quæ sunt in eodem subiecto, ponerentur in diuersis, multiplicaretur concursus subiectiuus per accidens ratione multiplicationis subiectorum. Dices: Etiam accidentia, quæ sunt distincta inter se, requiruntque distinctos concursus sustentatiuos. Cõfir. alio concursu sustentatur albedo, alio dulcedo ab eodem subiecto: ergo quò plura accidentia sunt in eodem subiecto, eò maior, multiplexque ad ea sustentanda requiritur concursus. Concedo, plura accidentia in eodẽ subiecto manere distincta inter se: nego tamen requirere plures concursus sustentatiuos, vt *quod*, sed ad omnia sufficere vnum concursum sustentatiuum vt *quod*; quia vnum sufficit subiectum cum eâdem potentiâ sustentatiuâ respectu omnium. Ad confir. concedo, alio concursu sustentatiuo vt *quo* sustentari albedinem, alio dulcedinem; non tamen alio vt *quod*: nam id, quod sustentat omnia, & singula accidentia vt *quod* est ipsum subiectum per suam entitatem immediatè. Hoc autem prouenit ex discrimine inter concursum subiectiuum, & effectiuum. nam effectiuus est tantùm vt *quo*, & ab ipsâ virtute efficiente distinctus; ac proinde necessariò debet multiplicari ad multiplicationem effectuum. Subiectiuus completè sumptus, non est à subiecto distinctus, sed essentialiter illud includens. Quippe subiectum non solùm est in actu 1. respectu accidentis, sed includitur in suâ ipsius causalitate actuali, quatenus actu debet seipsum præbere vt subiectum receptiuum accidenti. Sicut & causa formalis actu includitur in suâ ipsius causalitate formali, quatenus actu seipsam exhibet subiecto. Hic enim causandi modus per immediatam exhibitionem sui communis est omnibus causis intrinsecis. Secus est de causâ efficiente, quæ, cùm sit extrinseca, non ingreditur actu suam causalitatem. Cùm igitur subiectum sit idem respectu omnium accidentium, esto multiplicentur accidentia, eorumque concursus vt *quo*, non multiplicantur vt *quod*; quia hic semper est vnus & idem, nempe ipsum subiectum actu sustentans omnia accidentia. Ad confirm. patet: Deus non per se, propter exigentiam accidentium, sed per accidens, propter multiplicationem concursuum efficientium, qui necessariò multiplicantur ad multiplicationem effectuum, deberet concursus completiuos subiecti multiplicare. Ad 3. conced. maior, respectu causæ efficientis, à quâ causalitas recipit suum intrinsecum esse; neganda de subiectiuâ, à quâ causalitas educta non accipit suum intrinsecum esse, nisi quatenus in illâ recipitur. Ad prob. disting. minor: quæ vera tantùm est respectu actûs primi, à quo causalitas recipit suum intrinsecum esse per productionem; non respectu actûs primi, à quo non recipit esse nisi tantùm per receptionem in illo. Confir. hoc argum. non concludit in causâ finali: potest .n. augeri causalitas efficientis, quæ est eadem realiter cum causalitate finis, non auctâ virtute causæ finalis: cùm possit eadem causa finalis per eandem bonitatem mouere agens ad producendos plures, perfectioresne effectus. Igitur nec concludet in causâ materiali. Quamquam ex maiore causalitate completâ vt *quod* arguatur maior seu multiplex perfectio causæ materialis; non ex maiore causalitate incompleta vt *quo*. Ex dictis patet ad obiect. princip. Ad confir. dico, speciem repræsentantem infinita obiecta, ideò esse infinitam, quia per se & formaliter æquiualet infinitis speciebus repræsentantibus seorsim infinita obiecta: non enim infinita obiecta seorsim tantùm per distinctas species expressa requirunt virtutem expressiuam infinitam, sed etiam ab vnâ tantùm specie expressa; cùm obiectum secundùm esse intentionale debeat effectiuè procedere à specie impressa: ac proinde nequeunt infinita obiecta secundùm esse intentionale effectiuè procedere à specie finitâ. Subiectum autem solùm per accidens, & materialiter æquiualet infinitis virtutibus sustentatiuis; quia quod facerent infinitæ virtutes sustentatiuæ, recipiendo infinita accidentia seorsim, facere potest vna; non propter infinitam vim sustentatiuam, quæ ad infinita accidentia sustentanda requiratur, sed propter vnitatem subiecti sufficientis ad plura accidentia sustentanda.

Ad fund. primæ, patet: Ad fund. secundæ, *infrà*. Ad rationem *Vásquez*, nego conseq. nam Deus per cognitionem beatam non exprimitur, quia non cognoscitur in eâ vt in suâ imagine, sed in seipso. Vnde solùm est infinita terminatiuè & extrinsecè. Obiecta verò infinita creata necessariò exprimenda essent per cognitionem intrinsecè infinitam; quia talis cognitio succederet loco infinitorum obiectorum non existentium: cùm enim illa non existerent in se, deberent existere in suâ imagine, vt ab intellectu videri possent. ergo cognitio, vel species repræsentans illa, necessariò esset infinita; quia deberet in esse intentionali adæquare totum esse naturale infinitorum obiectorum: alioqui non possent omnia obiecta in illa distinctè videri. Ad fundam. tertiæ, disting. maior. Quilibet angelus habet speciem repræsentantem infinita individua accidentium inchoatè & remotè, concedo, completè

Ratio. *Persona increata supponendo plures naturas supplet peculiarem perfectionem singularum.*

168. *Ad 2. resp.*

169.

170. *Obiectio. Conf.*

Resp.

171. *Discrimen inter concursum subiectiuum & effectiuum.*

172. *Ad 3. resp.*

173. *Resp. ad obiectionem principalem patet ex dictis*

174. *Ad argum.*

175. *Ad fund. 3.*

Digitized by Google

Species duplicitèr potest repræsentare infinita individua.

pletè & proximè, nego: Explico: potest species repræsentare infinita individua, uno modo proximè & completè, continendo formaliter infinitas individuationes obiectorum; alio remotè & inchoatè, continendo radicem tantùm infinitarum individuationum: sicut intellectus remotè & inchoatè, non proximè & completè continet infinita obiecta: quia continet illa radicaliter, quatenus potest per species eorum compleri ad singula obiecta intelligenda. Ita species angelica continet infinita accidentia operat[illegible] radicaliter, quatenus potest per concursum Dei compleri ad singula accidentia distincta numero repræsentanda. Est igitur in tali specie remota tantùm ratio infinitorum, non completa & proxima, qualis abaduers. ponitur.

176. *Ad 2. Quidquid accrescit obiecto in esse naturali, accrescere debet speciei in esse intentionali.*

Ad 2. neg. minor. Ad prob. dico, si per crescere quantitatiuè & arithmeticè, significet crescere in eodem genere perfectionis cum obiecto repræsentato, concedo speciem non crescere quantitatiuè & arithmeticè ex multitudine obiectorum, sed potius geometricè & proportionaliter. Si verò per crescere quantitatiuè & arithmeticè, significet, speciem tantùm crescere in suo ordine intentionali, quantum obiectum in suo ordine naturali, concedo, speciem quantitatiuè & arithmeticè crescere ex multitudine obiectorum: quia tantum crescit virtus repræsentatiua speciei in esse intentionali; quantum crescit obiectum in esse naturali; cùm tota perfectio obiecti dearticulanda sit virtute speciei. Vnde videmus, obiecta materialia producere species sensibiles secundùm omnem modum in ipsis existentem. ergo à fortiori species intelligibiles infusæ à Deo ad repræsentanda intuitiuè obiecta, debent continere illa secundùm omnes perfectiones in illis existentes; alioqui non essent adæquatè expressiuæ omnium, quæ sunt in obiecto.

177. *Dupliciter potest aliquid ordinis superioris continere aliquid ordinis inferioris.*

Ad illud verò quod dicitur, posse speciem finitam altioris ordinis repræsentare infinita ordinis inferioris, Resp. posse aliquid superioris ordinis continere aliquid ordinis inferioris, 1. modo virtute; quia vi suâ potest attingere inferius: 2. modo ordine tantùm & superioritate; quia vnum est superius, aliud inferius; quod quantumcumque crescat infinitiuè, numquam attinget, quod attingit finitum superius, Quando superius continet inferius 1. modo, rectè sequitur ex infinitate effectuum, vel obiectorum inferioris ordinis infinitas aliqua ordinis superioris, non quando 2. modo. Quia quando superius virtute continet inferius, infinitatur virtus superioris ex infinitate inferioris ob virtualem continentiam illius; non quando continet tantùm ordine, cùm non debeat illud in suâ virtute continere: nec infinitatur quoad intensionem, sed quoad entitatem & perfectionem hoc pacto: Ad repræsentanda duo obiecta requiritur virtus finita altioris ordinis: ergo ad repræsentanda plura, virtus finita altioris ordinis: ergo ad repræsentanda infinita, virtus supremi ordinis. Repugnat autem in quâuis serie, in quâ sunt infinita producibilia, produci supremum talis seriei: ergo cùm intra ordinem naturæ sint infinitæ series ordinum rerum, implicat, vt in quâlibet producatur supremum talis seriei. ergo implicat, vt in serie specierum repræsentantium plura & plura obiecta, specie vel numero distincta, producatur suprema species talis seriei. Probo minor. 1. inductione: Implicat suprema creatura in totâ serie creaturarum possibilium; supremum individuum in quâlibet serie individuorum perfectiorum; suprema virtus in serie virtutum maiorum: ergo pariter implicat suprema species in serie specierum perfectiorum. 2. supremũ cuiuscunque infinitæ seriei esset infinitum: nam ex calculatione infinitorum, supra quæ euehitur supremum talis seriei; necessariò resultat in extremo calculato aliqua infinitas entitatiua & perfectionalis. Si enim ad repræsentanda duo obiecta requiritur species talis perfectionis & entitatis; ad repræsentanda verò plura requiritur species perfectioris entitatis: ad repræsentanda infinita requiretur species supremæ perfectionis & entitatis: Igitur talis species erit infinita in perfectione & entitate, cùm perfectior in totâ serie infinitarum specierum produci nequeat. Dices. Datur lumen gloriæ intra seriem luminum intellectualium supremum; & tamen illud infinitum non est: ergo non implicat dari supremum serie. Resp. negando, lumen gloriæ esse supremum in suo ordine: cùm semper dari possit perfectius lumen, saltem individualiter intra eundem ordinem. Dicitur autem supremum respectu reliquorum luminum naturalium, ad quæ non comparatur vt supremum eiusdem ordinis, sed diuersi: ita homo dicitur suprema creatura respectu reliquarum corporalium. Id autem quod implicat, est, vt detur supremum in quolibet ordine & serie infinitâ.

Repugnat produci posse supremũ in illa serie, in qua sunt infinita producibilia.

178. *Obiectio.* *Solutio.*

179. *Ad 3.*

Ad 3. quælibet potentia creata continet infinitos effectus individuales solùm remotè & inchoatè quatenus compleri potest per actualem concursum causæ 1. non proximè & completè, quo pacto per aduers. species repræsentatiua infinitorum obiectorum contineret obiecta infinita.

180. *Ad 4.*

Ad 4. nego conseq. quia in continuo non dantur partes actu distinctæ, sed vna simplex entitas finita diuisibilis in partes non tot, quin plures. Nec partes infinitæ in continuo sunt omnes determinatæ extensionis, alioqui conficerent infinitam extensionem: infinita verò individua singula & omnia sunt determinatæ perfectionis. Ad confirm. neg. maior; nam species repræsentans infinitas partes continui, non est infinita, quia autem individua repræsentata essent infinita, etiam species completè & distinctè illa repræsentans foret infinita. Ratio: species suam perfectionem non solùm desumit ex natura, sub quâ individua repræsentata continentur, sed ex ipsis individuis repræsentatis; quia non solùm repræsentat distinctè naturam, sed distinctè omnia & singula infinita individua. Vnde talis species æquivaleret infinitis speciebus repræsentantibus singulis singula individua distinctè & dearticulatè.

181. *Ad conf.* *Ratio.*

SECTIO X.

An quò superior est Angelus, eò per vniuersaliores species intelligat?

182. *1. Sent. neg.*

PRIMA sent. neg. *Scoti in 2. dist. 3. q. 10. §. Ista opinio & ad vlt. arg. Lychet. ibid. Bassol. cit. Bacho. dist. 8. § 4. & 5. Aureol. dist. 11 q. 2. ar. 2.* Primum fundam. repugnat species repræsentatiua plurium distinctè: ergo & vniuersalioralià in repræsentando. 2. hæc vniuersalitas specierum tantùm ponitur ad saluandam superioritatem angeli intelligentis: sed hæc saluari potest per intelligere perfectius, citius, & limpidius, cum iisdem speciebus. 3. ex oppositâ sent. sequeretur, creari posse angelum, qui omnia intelligeret per suam essentiam: nam ponatur supremus intelligere omnia per decem species; creari posset alius superior & superior, qui intelligeret per species pauciores & pauciores: ex quo tandem deueniretur ad aliquem, qui omnia intelligeret per

Prob. 1. 2. 3.

vnam

vnam speciem. Quo dato creari posset superior, qui omnia intelligeret per suam essentiam: cùm supra modum intelligendi omnia per vnicam speciem, non detur alius modus intelligendi eadem omnia vniuersalior, quàm per propriam essentiam.

183. *1. Sent. docet.* Secunda docet, neutrum posse probabili ratione, aut coniecturâ affirmari: *Vasquez 1. p. disp. 103. c. 4.* inclinat *Molina 1. p. q. 55. ar. 3.* Quia tota res hæc est à nostro sensu & humanâ Philos. remota, nec certa suppetit ratio alterutrius partis assertendæ.

184. *3. Sent. Probabilius affirmat.* Tertia affirm. *S. Thom. 1. p. q. 55. ar. 3. & Themist.* tam verum quàm recens, probabilior est; ex Dionys. Areop. *lib. de cæl. hier. c. 12.* vbi ait, angelos inferiores participare scientiam angeli superioris, modo tamen inferiori, & minus vniuersali. Nec loqui potest de scientiâ supernat. quâ inferiores illuminantur à superioribus: nam *ibid.* subdit, easdem proprietates, quas habent superiores, habere inferiores, licet modo dissimili & inferiori: cùm tamen non eandem scientiam supernat. habeant superiores, & inferiores: multa enim per reuelationes cognoscunt superiores, quæ ignorant inferiores. Eadem sent. habetur *in lib. de causis prop. 10. & in Proculo apud S. Thom. lect. 10. in cit. lib.*

185. *Prob. concl. 1.* Prima ratio. Species infunduntur angelis, vt adæquata principia actuum: sed quò angelus est superior natura, eò vnico actu plura intelligit: ergo quo est superior naturâ, eò per vniuersaliores species intelligit. Maior constat; nam species essentialiter ordinantur ad actus, vt principia productiua eorum: ergo singulæ debent singulis actibus adæquari, vt quantum [illegible] extendunt actus formaliter exprimendo, tantum se extendant species virtualiter repræsentando. Species n. expressa adæquari debet impressæ, cùm hæc ad illam vt causa ad effectum proximè ordinetur. Minor prob. quò Angelus est superior naturâ, eò perfectiorem habet intellectum: perfectior autem intellectus non solùm postulat clariùs, sed etiam plura actu simul intelligere: nam quò perfectior est sensus, eò plura simul actu cognoscit: quò altior est virtus, eò ad plures effectus producendos se extendit. Quia quò perfectior est virtus, eò est in seipsa vnitior & simplicior, vt patet in Deo, in quo virtus est vnitissima & simplicissima, per vnicum medium tendens ad omnia intelligibilia. Confirm. quò virtus est simplicior, eò minorem postulat compositionem: ergo pauciora requirit componentia. ergo quò intellectus angeli est perfectior & simplicior, eò pauciores postulat species intelligibiles, cum quibus componat vnum proximum principium intellectiuum; atque adeò vniuersaliores in repræsentando postulat species: quippe qui per pauciores debet posse eadem intelligere, quæ per plures imperfectior.

Inductio à priori.

186. *Conf.*

187. *Prob. 2. concl.* Secunda. Intellectus angeli superioris est specie diuersus ab intellectu inferioris: ergo & propria operatio vnius erit diuersa à propriâ operatione alterius; nam quæuis potentia per se primò specificatur à proprio actu: Antec. constat; nam intellectus angeli est adæquata proprietas naturæ angelicæ: ergo si natura vnius specie differt à naturâ alterius, etiam vis intellectiua vnius specie differt à vi intellectiuâ alterius: ergo & species adæquata vnius à specie adæquatâ alterius: nam species per se primò ordinatur ad actum, vt proximum principium illius: at sola maior claritas non inuehit specificam differentiam, vt per se claret; nam solùm intendit speciem intra eundem gradum specificæ perfectionis.

188. *Obiectio 1.* Obiicies 1. Leo essentialiter differt ab equo; & tamen visus vnius non differt à visu alterius: ergo etiamsi vnus angelus essentialiter differat ab alio, non propterea intellectus vnius differet ab intellectu alterius. 2. posset actus vnius differre ab actu alterius penes propriam cuiusque essentiam, esto non differat penes alia obiecta extrinseca & secundaria. Resp. ad 1. neg. conseq. nam visus fluit à gradu generico animalis, in quo loco conuenit cum equo. Vis autem intellectiua angelica fluit tam à gradu generico, quàm specifico angeli. Est enim hæc adæquata proprietas naturæ angelicæ, quæ tota intellectualis est, sicut tota immaterialis est. Visus autem non est adæquata proprietas leonis, aut equi. Ad 2. nego antec. nam propria operatio angeli differre debet penes quodcunque obiectum adæquatum operationis angelicæ. 189. *Resp. ad 1.* *Ad 2.*

Ad 1. primæ, nego antec. vt *sect. 8.* Ad 2. nego minor. nam omnes angeli intelligunt æquè citò, quia omnes intelligunt per species proprias, & absque vllo impedimento. Nec sola maior limpiditas seu claritas intelligendi sufficit ad distinguendam specificè operationem vnius ab alterius. Ad 3. nego sequel. Ad summum n. deueniretur ad angelum, qui omnia inferiora intelligeret per vnicam speciem, & seipsum per propriam essentiam. Quod si crearetur alius superior, intelliget eadem per speciem vniuersaliorem: siquidem per talem speciem intelligeret omnia, quæ intelligit proximè inferior, & præterea ipsum inferiorem: nam hic per suam speciem intelligit tantùm inferiora, non seipsum; quia seipsum intelligit immediatè per propriam essentiam. Vnde semper vniuersalior foret species angeli superioris, quàm proximè inferioris; quia præter obiecta, repræsentata à specie inferioris, repræsentaret ipsum inferiorem, qui non esset repræsentatus à specie inferioris; nam ille seipsum immediatè intelligeret per propriam essentiam. Ad fundam. secundæ, patet. 190. *Satisfit 1. sent. argum.* 191. *Ad 3.* *Ad fundam. secunda.*

SECTIO XI.

Quo pacto Angeli superiores intelligant per species vniuersaliores?

192. *Ratio dub.* RATIO dub. si quò angelus est naturâ superior, eò debet per vniuersaliores species intelligere, cùm multò plures sint angelorum naturæ, quàm rerum materialium essentiæ, quæ possint per intelligibiles species repræsentari multò citius, quàm deueniatur ad supremum angelum, assignandus erit aliquis, qui omnes res materiales intelligat per vnicam speciem, atque adeò per vnicum actum, quia species respondet actui. Quin etiam vlterius sequeretur, dari angelum, qui omnes res materiales & immateriales intelligeret per vnicam speciem. nam qui per vnicam speciem intelligeret res omnes materiales, per aliam speciem intelligeret omnes angelos inferiores se: eo quòd multò plures essent res materiales quoad species, & individua, quàm angeli inferiores se. Confir. saltem in angelis, quos Deus condere posset inferiores infimo, hæc regula locum non haberet. nam ponamus infimum de facto singulas naturas intelligere per singulas species: si crearetur inferior infimo, non posset per species minus vniuersales intelligere; quia non posset habere species minus vniuersales, quàm habeat anima separata: sed hæc ad minimum habet species repræsentantes singulas naturas specificas. ergo tam infimus, quam inferior infimo intelligeret per species æque vniuersales. 193. *Confirm.*

Digitized by Google

194. Prima sent. *Herua. in 2.dist. 3. qu.4.art.4. Egid. 2.p.dist.q.2.a.2.in resolut.4 dub. Ferrar.2.con.Gen.98. §. Circa concluſ.* negantium, quamcunque ſuperioritatem ſufficere, vt vnus angelus intelligat per ſpecies vniuerſaliores, quàm alius; ſed requiri ſuperioritatem ordinis: reliquos verò eiuſdem ordinis intelligere per ſpecies æquè vniuerſales, ſed vnum clariùs & limpidiùs alio, ſecundùm quod vnus excedit alium in ſpecificâ perfectione intra eundem ordinem hierarchicam. Ad quam ex parte inclinat *Bann.1.p. qu.55.art.3 §.Nobis vero*; probabilem cenſet *Zumel lib.d. q.2. concl.1.* Fundam. ſicut plura animalia diſtinguuntur ſpecie non per plures, aut pauciores vires ſenſitiuas, ſed per eaſdem perfectiores: ita & angeli diſtingui poſſunt ſpecie, non per plures, aut pauciores ſpecies intelligibiles, ſed per eaſdem perfectiores.

1.Sent.

195. Secunda affirmat, quamlibet ſuperioritatem, etiam ſpecificam intra eundem ordinem hierarchicum ſufficere, vt per vniuerſaliores ſpecies intelligat: *S.Tho.1 p.q.55.ar.3 & q.viii. diſp.de anim.ar.7. ad 5.* Quibus in locis abſolutè docet, quo angelus eſt ſuperior naturâ, eò per vniuerſaliores ſpecies intelligere: *Capreol.in 2.dist.3.q.2.ar.1.concl.7.& ar.3. Cajet.1.p.q.55.ar.3.* magis inclinat *Bannez.*: ſequitur *Zumel q.2 prop.3. Valent. pu.3. Suar.lib.2. de angel. c. 16.* Colligitur ex noſtris principiis: quia non ſolum angelus ordine, ſed etiam ſpecie ſuperior perfectiorem habet intellectum, atque adeò operationem; & conſequenter ſpeciem vniuerſaliorem: cùm ad operationem ſpecie diuerſam ſola ſpecies intenſiuè perfectior non ſufficiat.

2.Sent. proculdubio S.Thom.

196. Duplicem aſſigno vniuerſalitatem in ſpeciebus angelicis; vnam in ordine ad plures & plures quidditates exiſtentes; alteram in ordine ad plura & plura indiuidua, tam exiſtentia, quàm futura, non autem poſſibilia. (Suppono ex communi ſent. angelum non habere ſpecies rerum poſſibilium) cum hoc tamen diſcrimine, quòd indiuiduorum exiſtentium incorruptibilium angelus habeat ſpecies completas; corruptibilium incompletas, complendas virtute cauſæ 1. ad exigentiam indiuiduorum, quando actu exiſtunt, vt *infra*. Primam vniuerſ. habent ſpecies angelorum diuerſi ordinis: ſecundam ſpecies angelorum diuerſæ tantùm naturæ ſpecificæ.

Difficultas in aſſignanda vniuerſalitate. Duplex aſſignatur.

197. Per hanc duplicem vniuerſ. ſaluo 1. quòd nunquam de facto deueniri poſſit ad angelum, qui res omnes materiales intelligit vnicâ ſpecie, cùm multò plures ſint ſpecies rerum materialium, quàm angeli ordine diuerſi. Quare ſi angeli infimi ordinis intelligunt per ſpecies repræſentantes, ex. gr. duas, aut tres quidditates, angeli ſuperioris ordinis intelligent per ſpecies repræſentantes quatuor, aut ſex quidditates. Sic autem gradatim aſcendendo, cùm nouem tantùm ſint angelorũ ordines, nunquam deueniretur ad aliquem, qui cunctas quidditates materiales, aut immateriales intelligat per vnicã ſpeciẽ.

Saluatur 1.

198. 2. Quòd etiam angelus ſpecie perfectior vniuerſaliores habeat ſpecies; nam eadem ſpecies repræſentans duas, aut tres quidditates, repræſentare poteſt illas in ordine ad plura & plura indiuidua. Nam, vt *ſect.4.* non hoc ipſo, quòd ſpecies repræſentat aliquam naturam, repræſentat diſtinctè & dearticulatè omnia indiuidua illius naturæ.

Saluatur 2.

199. 3. Quo pacto Deo creanda angelos inferiores, & inferiores infimo, ſaluetur vniuerſalitas ſpecierum; tam in angelis creabilibus ſuperioribus, quàm in quolibet creabili inferiori reſpectu animæ rationalis. Nam in quolibet angelo inferiore infimo concrearetur ſpecies repræſentans eandem quidditatem, repræſentatam à ſpecie infimi, cum paucioribus indiuiduis reſpectu ſuperioris, cum pluribus reſpectu animæ rationalis.

Saluatur 3.

4. Quo pacto ſupremus eiuſd. ordinis cognoſcat infimum eiuſd. per ſpeciem vniuerſaliorem, quam cognoſcat alius inferior ſupremo eiuſd. ordinis. Quia licet tam ſupremus quàm inferior ſupremo comprehendat infimum eiuſdem ordinis, tamen ſupremus cognoſcit illum in ordine ad plura indiuidua angelica, quàm cognoſcat inferior: nam in noſtra ſent. quælibet ſpecies angelica habet plura indiuidua ſub ſe.

200. *Saluat. 4.*

201. Obiicies 1. omnia indiuidua virtute continentur in naturâ ſpecificâ: ergo eadem ſpecies repræſentans naturam ſpecificam repræſentabit omnia indiuidua ſub illâ contenta. Confirm. ſpecies angelica eſt ſpecies comprehenſiua: naturæ inferioris; ergo repræſentat omnia indiuidua illius: non .n. ſolùm tendit ad cauſam, ſed ad omnes effectus poſſibiles contentos in cauſâ.

Obiicitur 1.

Conf.

202. Reſp. neg. conſeq. nam indiuidua non continentur actu & formaliter, ſed poteſtate tantùm in naturâ ſpecificâ, eo modo quo differentiæ contineantur in genere. Quare ex intuitiuâ cognitione vnius non ſequitur intuitiua, ſed ad ſummum abſtractiua alterius. Ad confirm. nego conſeq. nam de ratione comprehenſionis non eſt, niſi intrinſeca & ſubſtantialia rei comprehenſæ exprimere: indiuidua autem non ſunt intrinſeca & ſubſtantialia naturæ, ſed ſolùm extrinſeca & accidentalia naturæ: alioqui nullus ſuperior comprehendere poſſet inferiorem, quia nullus ſuperior naturaliter cognoſcere poteſt ſecreta cordis inferioris, aut omnes actus, quos inferior vel in ſe ipſo, vel in alieno ſubiecto, vti ſunt motus locales, producere poteſt.

Reſp.

Ad conf.

203. Obiicies 2. Plures ſunt angeli creabiles inferiores infimo, quàm indiuidua, in ordine ad quæ per vnam ſpeciem infimus repræſentat naturam inferiorem. ergo non poteſt in ſingulis creabilibus, inferioribus infimo, aſſignari ſpecies quoad vniuerſalitatem diuerſa. Antec. prob. creabiles inferiores infimo ſunt infiniti; indiuidua, in ordine ad quæ ſpecies infimi repræſentat naturam aliquam inferiorem, ſunt finita. Reſp. neg. anteced. eiuſque prob. Quia perfectionalis, ſiue entitatiua diſtantia, quæ eſt inter animam rationalem, & infimum angelum, eſt entitatiuè finita; cùm ſit inter terminos finitos entitatiue & perfectione.

Obiicitur 2.

204. *Reſp.*

205. Dices. Poſſunt intra latitudinem extenſionis finitæ dari partes infinitæ, minores ſecundùm extenſionem: ergo poſſunt intra diſtantiam perfectionis finitæ, creari angelorum eſſentiæ infinitæ, inferiores & inferiores ſecundùm perfectionem. Reſpondeo negando conſequent. Nam in quantitate non datur terminus determinatus quoad minoritatem: ſicut in angelis datur terminus quoad inferioritatem determinatus, qui eſt ipſe animus rationalis, qui in genere ſubſtantiæ intellectualis eſt determinatæ perfectionis. Vnde retorqueo argum. Implicat intra latitudinem extenſionis finitæ, dari partes quantitatis infinitas maiores vnâ certâ & determinatâ: ergo implicat intra diſtantiam eſſentialis perfectionis finitæ, dari eſſentias infinitas, ſuperiores vnâ certâ & determinatâ: nam quilibet angelus inferior infimo debet eſſe ſuperior animo rationali, ſecundùm determinatam perfectionem ſpecificam.

Inſtans.

Inſtantia ſoluitur.

Ex dictis patet ad fund. primæ, diſpar eſt ratio de numero potentiarum, & de vniuerſalitate ſpecierum; ille ſequi poteſt ad quemcumque gradum ſuperiorem (idem enim potentiarum numerus

206. *Ad fundam. 1.ſent. patet.*

eſt

est in supremo, ac in infimo angelo) hæc cùm per se primò ordinetur ad proprium modum operandi vniuscuiusque naturæ cognoscentis, consequi non potest ad quemcumque gradum genericum, sed ad proprium & differentialem naturæ.

DISPVTATIO X.

De cognitione Angelorum respectu rerum immaterialium.

Supereſt diſputandum de Deo. 1. TRIPLEX est obiectum immateriale respectu angeli cognoscentis; propria substantia; reliquæ intelligentiæ creatæ, cùm intelligentiis includendo etiam animas separatas; & Deus vt est naturale obiectum intellectûs creati. Certum est notitiâ abstractiuâ per effectus, Deum à quouis angelo cognosci, & quidem perfectiori nobiliorique modo, quàm ab homine. Sola supereſt concertatio, an ille ab angelo naturaliter cognoscatur; distinctè & quidditatiuè non quidem in seipso & in propriâ essentiâ; est enim hæc cognitio indebita naturæ, solis beatis communicanda beneficio luminis gloriæ; quidquid *Bacho. in 2. dist 4. art. 3. §. 4. & 5.* in oppositum dicat, asserens potuisse de possibili, talem visionem intuitiuam Dei esse connaturalem creaturæ; contra quam 1. *tom. disp. 9. sect. 6.* sed in suâ specie, ac in proprio repræsentatiuo, distinctè tamen & quidditatiuè.

Bachonis opinio improbatur.

An Angelus naturaliter cognoscere possit Deum quidditatiuè per propriam speciem distinctè eius essentiam repræsentantem?

2. *1. Sent. affir.* PRIMA sent. affirm. *Scoti in 2. dist. 3. q. 9. & quodlib. 7. §. Secunda concl. & quodlib. 14. Lyche. ibid. Mayro. quodlib. 4. §. Circa 2. Aureol. in prolog. q. 2. ar. 3. & 4. Ocham. q. 1. ar. 5. & ad 9. dub. Rubio. q. 1. Maior. in 2. dist. 3. q. 5. Marsil. q. 7. art. 1. p. 2. concl. 8.* Inclinant *Gabr. in 2. dist. 3. q. 2. art. 2. concl. 3. & Bacho. cit. §. 2. &* 3. Scotum sequuntur quoad possibilitatem tantùm, non quoad connaturalitatem talis speciei, *Bassol. in 2 dist. 3. q. 3. §. Contra ipsam, & in prolog. q. 1. art. 1. ad 8. Molina 1. p. q. 1. art. 2. disp. 4. & q. 56. art. 3.* &c.

3. *Explicat Scotus sent. suam.* Docet igitur *Scotus*, possibilem esse speciem diuinæ essentiæ, quæ ipsam distinctè & quidditatiuè repræsentet, eamque naturalem esse angelo, quia complet principium eius intellectiuum in ordine ad actum, & obiectum naturaliter ab angelo cognoscibile. Etsi eadem species vocari possit supernaturalis ex parte efficientis, quatenus non potest angelus propriis viribus illam acquirere: nequit enim propriis viribus acquirere, nisi quæ in re creatâ continentur: species autem diuinæ essentiæ in nullâ re creatâ continetur; quia nulla res creata continet propriam intelligibilitatem diuinæ essentiæ. Nec talis species à Deo necessariò, sed liberè tantùm producitur. Cæterùm vt probet suam sent. distinguit notitiam intuitiuam ab abstractiuâ in eo, quòd intuitiua immediatè causatur ab obiecto, & ad illud immediatè terminatur in seipso existens, & præsens præsentiâ reali: propter quod dicitur cognitio rei existentis, vt existentis formaliter. Abstractiua verò, nec causatur ab obiecto immediatè, sed ab eius specie impressâ: nec immediatè terminatur ad rem, vt in seipsâ existentem, & præsentem præsentiâ reali, sed tantùm intentionali. Vnde dicitur abstrahere ab existentiâ, non quòd illam non exprimat obiectiuè & intentionaliter, nam quidquid continet obiectum ipsum in esse naturali, exprimere potest propria eius species in esse intentionali, sed abstrahit tantùm ab existentiâ reali obiecti in seipso existentis; quia non fertur ad obiectum, vt in seipso realiter existens, sed vt existens intentionaliter in suo repræsentatiuo. Nam si intuitiua cognitio non haberet obiectum in seipso existens secundùm esse naturale, non posset vi talis cognitionis potentia cognoscere obiectum, quia ex vi talis cognitionis non potest cognoscere, nisi quod in seipso existit. Confirm. alioqui conseruari posset intuitiua cognitio, absente obiecto. & tunc aut videretur obiectum vt præsens; aut non videretur vt præsens: vtrumque pugnat cum naturâ cognitionis intuitiuæ, quæ nec terminari potest ad obiectum, nisi vt præsens, nec ad illud terminari potest vt præsens, si re ipsa sit absens aut corruptũ. Contrà verò cognitio abstractiua, etiamsi non habeat obiectum in seipso existens ac præsens, adhuc vi talis cognitionis potentia cognoscit obiectum; nam siue illud in seipso existat, siue non existat, semper vi talis cognitionis potentia eodem modo illud cognoscit. Quia id quod immediatè terminat cognitionem abstractiuam, non est obiectum in propriâ naturâ existens, sed in suo repræsentatiuo expressum. Vnde per accidens est ad terminandam cognitionem, quòd in seipso existat. Rursus subdistinguit cognitionem abstractiuam, in distinctam, & confusam. Confusa est, quæ ad obiectum tendit, vel per alienam speciem, vel sub ratione aliquâ communi & generică. Distincta est, quæ ad obiectum tendit per speciem propriam, & sub ratione specificâ, & quidditatiuâ rei. Probat, angelum naturaliter cognoscere Deum cognitione distinctâ & quidditatiua per propriam speciem ipsius. 1. naturalis beatitudo angeli excedit naturalem beatitudinem hominis, etiam existentis in statu innocentiæ: sed homo in statu innocentiæ habere potuisset distinctam notitiam de Deo; alioqui non potuisset habere perfectam volitionem vltimi finis; nam hæc supponit illam: ergo à fortiori angelus, cui perfectior beatitudo naturalis debetur, eandem distinctam cognitionem de Deo vltimo fine in purâ naturâ habuisset.

Discrimen hoc constat à posteriori.

Conf.

à priori.

Duplex cognitio abstractiua apud Scotum.

4. *Prob. Scot. 1.*

2. Talis species non implicat: igitur concedenda est angelo. Nam perfectior cognitio de Deo concedenda est angelo, quàm homini: sed homini conceditur cognitio Dei confusa per effectus: ergo angelo distincta per propriam speciem. Antecedens prob. non repugnat similitudo expressa distinctè repræsentans Deum, vt constat de visione beatâ; ergo nec impressa, virtualiter repræsentans eumdem, cùm maior sit similitudo formalis, quàm virtualis. 3. Intuitiua visio Dei transiens relinquit distinctam memoriam sui obiecti, vt constat de Paulo, qui transeunte actu visionis Dei, quem in raptu vidit, recordabatur *arcana Dei*, quæ per illam viderat. ergo possibilis est species, quæ distinctè & abstractiuè Deum repræsentet. Quia memoria, quam transeunte actu beatifico Paulus habebat de Deo, non erat de obiecto realiter præsente, & existente in se, sed in suâ specie ab actu visionis relicta. Nam si per impossibile tunc Deus non extitisset in se, adhuc Paulus vi talis speciei ab actu præteritæ visionis relictæ, distinctè recordatus fuisset obiecti ant. à visi. Confirm. potuisset Deus eamdem speciem abstra-

5. *Prob. 2.*

6. *Prob. 3.*

Confirm.

Quid notitia intuitiua apud Scotũ.

Digitized by Google

abstractiuam Deitatis, quæ relicta est in Paulo ex actu visionis, infundere eidem ante actum visionis: ergo tunc distinctè cognouisset Deum abstractiuè, absque prævia cognitione intuitiua Deitatis.

7. *Prob. 4. S. Augustin.* 4. Auctoritate *Augustini 4. de Gen. ad litt. c. 24.* docentis, in angelis fuisse cognitionem matutinam creaturarum in Verbo ante vespertinam earumdem in proprio genere. Nequit autem ea cognitio matutina intelligi pro cognitione beatifica supernat. nam hæc in angelis non præcessit cognitionem vespertinam in proprio genere, sed subsecuta est: quia prius angelus fuit viator, quàm beatus, & in viâ cognouit creaturas in proprio genere. Igitur cognitio matutina creaturarum non potuit præcedere, nisi in Deo naturaliter cognito cognitione abstractiuâ & quidditatiuâ.

8. *Verius neg.* Secunda negat, possibilem esse huiusmodi speciem distinctè & quidditatiuè repræsentantem diuinam essentiam: *Alensis. 2. p. q. 24. me. 1. Henric. quod lib. 4. q. 9. S. Thom. 1. p. q. 56. art. 3. & q. 18. de verit. art. 1. Bonau. in 2. dist. 3. p. 2. ar. 2. q. 2. Capreol. q. 2. art. 1. concl. 6 & art. 3. ad argum. contra 6. concl. Ægidij dist. 3. p. 2. q. 2. art. 1. in resol. 2. dubij, §. Redeamus, Durand. in prolog. q. 3. Ferrar. 2. con. gen. c. 98. §. Sed tunc, Cajet. 1. p. q. 56. ar. 3. Bannez ibid. concl. 1. dub. 1. Zumel q. 1. Valent. pu 3. Arrub. disp. 166. c. 2. Suarez lib. 2. de angel. c. 17.* Quæ verior est. Rat. o *Durand.* Nequit

9. *Ratio Durand.* cognitio abstractiua cuiuscumque rei esse prima, sed necessariò sequitur ad aliam priorem. Sed in puro viatore nequit præcedere aliqua cognitio, ex quâ abstractiua notitia de Deo deducatur: ergo

Inductio. nequit in puro viatore esse cognitio abstractiua Dei. Maior prob. 1. cognitio abstractiua, quam habet Deus de creaturis possibilibus; & abstractiua, quam habet angelus de aliis rebus, sequitur ad intuitiuam cognitionem propriæ essentiæ: & ante

Ratio. notitiam abstractiuam hominis semper præcedit intuitiua cognitio sensus. 2. prima cognitio necessariò est entis in actu, quia non ens cognosci non potest, nisi per ens: neque ens in potentiâ, nisi per ens in actu, 9. *metaph.* Sed cognitio entis in actu necessariò est intuitiua, quia fertur in rem, vt præsentem secundùm actualem existentiam ipsius, nullâ aliâ cognitione, aut cognito mediante; cùm ipsa sit prima cognitio, primumque cognitum. Minor primi syllog. prob. vel talis cognitio esset cognitio Dei; & non: quia aut illa esset abstractiua, & adhuc illam alia cognitio præcederet; de qua iterum quæreretur, & sic in infinitum. Aut intuitiua: & hæc cùm sit beatifica, nequit esse in viatore, cùm destruat statum viæ. Vel talis cognitio esset obiecti creati: & non; quia ex nullo præcognito creato deduci potest quidditatiua cognitio

10. *Ratio Dur. displicet.* Dei. Sed contrà: tunc tantùm vera est maior, quando abstractiua cognitio originatur ex intuitiuâ eiusdem obiecti. Atque hoc tantùm probat inductio. Secus quando aliunde infunditur: potest

Possibilis est prima cognitio rei abstractiua. autem Deus infundere intellectui humano abstractiuam cognitionem rei, cuius nulla præcessit intuitiua sensus. Ad prob. nego maior, quia potest Deus infundere intellectui angelico primam cognitionem alicuius entis possibilis: & tunc prima cognitio, quam haberet angelus de tali obiecto, non esset entis in actu, prout in actu; quia non tenderet ad illud vt præsens secundùm actualem existentiam ipsius. Ratio: licet, quando abstractiua, & intuitiua naturali modo originantur ab obiecto, vna præcedat aliam; quando tamen infunditur à Deo, potest abstractiua præcedere intuitiuam, quia talis ordo non est essentialis: de facto enim infunditur cognitio abstractiua fidei ante intuitiuam eiusdem obiecti. Vnde ad illud; Non ens non potest cognosci, nisi per ens actu, nec ens in potentiâ, nisi per ens actu; distinguo de ente in actu, vel in ratione cognoscendi, concedo; quia, nisi præhabeatur species entis in potentiâ, non poterit distinctè cognosci; vel in ratione obiecti cogniti, nego; quia non est necesse ad cognoscendum ens in potentiâ, vt prius cognoscatur ens in actu, sed potest immediatè cognosci ipsum ens in potentiâ per propriam speciem ipsius, à quâ tantùm pendet distincta cognitio cuiuscumque entis, quam species potest Deus infundere ante realem productionem obiecti.

11. *Secunda ratio aliorum, non est ad mentē Scoti.* Secunda. Quidditatiua cognitio rei fertur ad omne id, quod constituit essentialiter obiectum: actualis existentia & præsentia constituunt essentialiter Deum, vt *Scotus* concedit *in 1. dist. 1. q. 2. art. 2. ad 2.* & ratio demonstrat, nam de essentiâ Dei est esse ens necessarium, & à se, atque adeò actu existere; implicat igitur notitia quidditatiua, & non intuitiua Dei: siquidem implicat notitia quidditatiua, quæ non fertur ad quidditatem rei. Con-

Cognitio abstractiua nō abstrahit ab existentiâ obiectiuâ. trà: non negat *Scotus*, cognitionem abstractiuam ferri in existentiam rei, obiectiuè tantùm expressam, non in seipsam præsentem. Dupliciter enim est existentia, obiectiua seu in esse cognito, & subiectiua seu in esse reali. Quando igitur docet *Scotus*, cognitionem intuitiuam ferri in rem existentem, vt existentem, *rò* vt existentem reduplicat existentiam rei in se ipsa, ac in suo esse reali, per quod discriminatur ab abstractiuâ, quæ non fertur ad existentiam rei in se ipsâ, ac in suo esse reali, sed obiectiuè & in esse intentionali, vt constat ex *quodlib. 13. §. Circa 2. ad 2.* vbi docet, per cognitionem abstractiuam cognosci posse existentiam obiecti, non minùs quàm essentiam eiusdem: licet differat ab intuitiuâ, quia hæc fertur ad rem in se ipsa existentem extra intellectum; illa verò ad rem existentem in suo repræsentatiuo. Ad argum. dist. maior. Cognitio quid-

Ad argum. in 2. ratione addectum resp. ditatiua fertur ad omne id, quod constituit essentialiter obiectum in seipso, & in esse reali, nego; vt expressum in suo repræsentatiuo, & in esse intentionali, concedo. Sed actualis existentia, & præsentia in seipsa, & secundùm esse reale, constituit Deum in se ipso, concedo: constituit Deum vt expressum in suo repræsentatioo, & in esse intentionali, nego. Igitur implicat cognitio quidditatiua, & non intuitiua rei, nego conseq. quia vt cognitio sit intuitiua, non est necesse vt feratur ad existentiam rei secundùm se, sed sufficit vt feratur ad existentiam rei vt intentionaliter expressam in specie. Tertia. Cognitio quidditatiua distinctè fer-

12. *Tertia ratio aliorum, nec concludit contra Scotum.* tur ad essentiam Dei: essentia Dei includit Trinitatem personarum, aut saltem communicabilitatem ad tria suppositа: ergo angelus per huiusmodi speciem naturaliter cognosceret mysterium Trinitatis. Sed nil concludit contra *Scotum*: quia ipse concedit, posse intuitiuè cognosci essentiam, non cognitis personis. Et esto non posset, sicut fortasse nec sine communicabilitate; cognosci tamen posset abstractiuè; quia cùm abstractiua non feratur in rem in seipsa existentem, sed in suo repræsentatiuo relucentem, posset eius repræsentatiuum limitari ad repræsentandam rem secundùm vnam perfectionem, & non alias, quas res ipsa includit in esse reali.

13. *Ratio efficax implicantia assignatur.* Efficax igitur ratio est ex nostris principiis *1. to. disp. 9. sect. 3. & 4.* Omnis species siue impressa, siue expressa, quæ non est tantùm pura tendentia ad obiectum in seipso existens, sed virtualis, aut formalis expressio rei in esse intelligibili & obiectiuo, continere debet in esse intentionali, quidquid obiectum,

Digitized by Google

ctum, vt repræsentabile per talem speciem continet in esse naturali: implicat autem species impressa, vel expressa, quæ in esse intentionali contineat, quidquid Deus vt quidditatiuè repræsentabilis continet in esse naturali. ergo implicat species impressa, vel expressa, quæ Deum intentionaliter, & abstractiuè. repræsentet secundùm quidditatem, quam Deus continet in suo esse naturali. Maior prob. species, quæ non est tantùm pura tendentia ad obiectum in se ipso existens, substituitur loco obiecti, exprimendo illud potentiæ cognoscenti obiectiuè, & intentionaliter, supplens per huiusmodi esse intentionale, quod obiectum faceret per suum esse naturale, si esset præsens cognoscenti. Est enim species, teste *Scoto in 2. dist. 3. q. cit. & quodlib.* 14. §. *Ad istã*, quoddam imitatiuum obiecti. Minor ostend. talis species necessariò esset infinita secundùm esse intentionale. Quia deberet in esse intentionali exprimere quidditatem infinitam Dei. Nam esto non necessariò debet exprimere omnes perfectiones, quas Deus continet naturaliter, eas tamen, quas quidditatiuè repræsentaret, deberet repræsentare illas vt diuinas, atque adeò vt illimitatas in eo genere, in quo illas repræsentaret. Vt si repræsentaret quidditatiuè substantiam diuinam, deberet repræsentare illam, vt infinitam in ratione substantiæ; eodem modo si repræsentaret quidditatiuè sapientiam diuinam, deberet repræsentare illam, vt illimitatam in ratione sapientiæ: alioquin non repræsentaret illam quidditatiuè & distinctè vt diuinam; quia vt diuina essentialiter reduplicat infinitatem. Implicat autem species infinita in esse intentionali: nam esse intentionale est reale, & intrinsecum speciei: est enim in specie impressa ipsum esse speciei, vt productiuum formalis expressionis obiecti, cuius est species. In specie verò expressa est ipsa formalis expressio & imago obiecti, quæ est actualis productio obiecti in esse intelligibili: & solùm dicitur intentionale, ad differentiam esse naturalis obiecti. Vnde licet tale esse sit obiectiuum respectu potentiæ cognoscentis, cui obiicitur, vt proprium idolum, in quo cernitur obiectum, cuius loco substituitur; est tamen reale & subiectiuum respectu speciei, quæ per seipsam formaliter supplet hoc munus. Confirm. ipsum esse obiectiuum & intelligibile obiecti, non est aliud quàm ipsum esse subiectiuum & reale speciei: cùm non aliud esse reale & constitutiuum sui habeat species, quàm ipsum esse obiectiuum & intelligibile obiecti, quod *Aureol.* appellat *esse apparens rei*, quæ cognoscitur; quia apparet & obiicitur cognoscenti loco rei, quæ per tale esse apparens & obiectiuum cognoscitur. Ergo quanto crescit res in esse obiectiuo & intelligibili, tanto crescit species in suo esse reali & subiectiuo. Sed quidditas Dei infinitè crescit in esse obiectiuo & intelligibili, quia repræsentari debet vt infinita, & absque termino in ratione quidditatis: ergo etiam esse reale & subiectiuum speciei debet infinitè crescere, absque termino. Neque hîc valet distinctio illa, quòd potest intellectus cognoscere Deum infinitum, absque eo quòd illum cognoscat infinitè: nam in hâc sent. idem est cognoscere obiectum infinitum, & illud cognoscere infinitè; quia in hâc sent. obiectum non est extrinsecum cognitioni, sed intrinsecum; est enim cognitio seipsâ formaliter exprimens obiectum secundùm esse naturale ipsius, ponens illud intelligibiliter, & in esse obiectiuo præsens cognoscenti.

Species iuxta Scotum, est quoddam imitatiuum obiecti.

14. *Confir. assignata ratio.*

Aureolo species est esse apparens rei.

Infinitum cognoscere in specie, idem est ac cognoscere infinitè.

15. *Obiectio 1.* Obiicies 1. Cognitio beata finita repræsentat Deum infinitum: ergo dabilis est species finita repræsentans Deum infinitum. Quia species est principium cognitionis; ergo si non implicat cognitio finita, repræsentans obiectum infinitum, nec implicabit species finita, talis cognitionis productiua. Resp. dist. antec. cognitio beata repræsentat Deum infinitum, vt pura tendentia, concedo; vt ratio, in seipsâ exprimens infinitatem Dei, nego; ergo dabilis est species finita, repræsentans Deum infinitum, vt principium puræ tendentiæ, concedo; vt principium expressionis infinitatis Dei, nego. Quia, quando cognitio est pura tendentia ad obiectum in seipso existens, non deberet in se ipsâ intrinsecè & subiectiuè continere infinitatem obiecti, sed solùm extrinsecè, & terminatiuè, quatenus ducit potentiam ad obiectum extrinsecum infinitum in se: at quando non est pura tendentia, debet ipsa in seipsâ intrinsecè continere infinitatem obiecti; quia tunc cognitio per suum esse intentionale, dearticulando obiectum quoad omnes proprietates & characteristicas notas, quas continet in esse naturali, supplet naturalem infinitatem obiecti, præstando per suum esse intentionale, quod præstaret obiectum per suum esse naturale, immediatè terminando notitiam cognoscentis. Quod inde patet, quia non existente obiecto secundùm suum esse naturale, cognitio vt substituta loco talis obiecti, suppleret munus illius, obliciendo illud potentiæ, ac si esset præsens secundùm proprium esse naturale. Quod fieri non potest, nisi cognitio ipsa contineat in esse intentionali & repræsentatiuo, quidquid obiectum contineret in esse naturali: ac proindè si obiectum secundùm esse naturale esset infinitum, etiam cognitio substituta loco illius deberet esse infinita.

Solutio.

Discrimen inter cognitionem, quæ est pura tendentia ad obiectum, & quæ in se illud exprimit.

16. *Obiectio 2. Solutio.* Obiicies 2. Esse intentionale est esse imperfectum & diminutum: ergo non implicat, vt sit infinitum. Resp. neg. conseq. Nam licet comparatum ad obiectum secundùm esse naturale ipsius, sit imperfectius; consideratum tamen in genere entis intentionalis & repræsentatiui, est ens reale in suo genere perfectum. Nec contendo, speciem repræsentatiuam obiecti infiniti, debere esse infinitam in eodem genere perfectionis, in quo est obiectum, sed in genere tantùm perfectionis intentionalis.

17. *Obiectio 3. Ratio discriminis.* Obiicies 3. Non est necesse, vt species sit substantia, ad hoc vt repræsentet substantiam: ergo neque vt sit infinita, vt repræsentet infinitum. Resp. neg. conseq. Quia species repræsentat vt imago obiectiua. Imago non oportet, vt sit eiusdem perfectionis entitatiuæ cum imaginato; cùm essentialiter sit alterius expressiua: vt patet de specie angelica repræsentante lapidem. Requirit autem, vt in suo ordine tantæ perfectionis, quantæ perfectionis est obiectum in esse repræsentato: quia cùm esse repræsentatum obiecti formaliter habeatur per esse repræsentatiuum speciei, non poterit infinitum esse repræsentatum obiecti haberi per finitum esse repræsentatiuum speciei. Vnde licet esse repræsentatiuum speciei non debeat crescere in eodem genere, in quo est obiectum, debet tamen in suo genere intentionali crescere tantum, quantum est obiectum in suo genere naturali. Quare sicut vt species repræsentet substantiam, non debet esse substantia, debet tamen esse ens: ita vt eadem repræsentet substantiam infinitam, non debet esse substantia infinita, debet tamen esse ens infinitum: quia non est necesse, vt crescat intra genus substantiæ, est tamen necesse vt crescat intra genus entis, vt repræsentet substantiam infinitam, quia debet crescere intra illud genus, in quo est repræsentatiua substantiæ.

Obii-

Digitized by Google

18. *Obiectio 4.* Obiicies 4. Species siue impressa, siue expressa non esse pura ratio cognoscendi, sed potiùs ratio, in quâ cognoscitur obiectum, contra omnes asserentes, speciem esse medium incognitum, & puram rationem cognoscendi. *Resp.* Concedo sequel. quoad speciem expressam; nego, quoad impressam. Nam licet vtraque sit intelligibilis similitudo obiecti, sola tamen expressa est vitalis: species autem non repræsentat cognoscenti obiectum, nisi vt vitalis; quia non repræsentat illud, nisi quatenus recipitur in potentiâ vt formalis imago obiecti: sola autem species expressa recipitur in potentiâ vt formalis imago obiecti. Impressa non recipitur, nisi tantùm vt virtualis & effectiua imago obiecti; quod non sufficit ad repræsentandum obiectum potentiæ per modum vitalis imaginis. Nego autem, hoc esse contra Doctores: quin potiùs omnes antiquiores *Scholastici*, aut hoc expressè dicunt, aut certè supponunt; præcipuè *S. Thom. 1. p. q. 12. art. 2. & opusc. 13. & 14. & alibi*, & ferè *Thomistæ* omnes: qui propterea communiter docent, in quâuis intellectione creatâ, exceptâ beatificâ, produci verbum, vt in eo immediatè cernatur obiectum. Et *Aureolus* cum *Scoto* duplicem distinguit notitiam; alteram, quâ immediatè obiectum appareret cognoscenti, secundùm esse naturale, & in seipso existens: altera, quâ tantùm apparet in suo repræsentatiuo. Quoad modum verò loquendi, dicendum est, ideò Doctores quamlibet speciem vocare medium incognitum. *Ratio cur Doctores quamlibet speciem vocent medium incognitum.* vel quia considerant speciem expressam, non vt est ratio exprimens obiectum, illudque vitaliter obiiciens potentiæ, sed vt est ratio cognoscendi obiectum. Eadem quippe species expressa & est ratio cognoscendi obiectum, & obiectum ipsum intra potentiam intelligibiliter expressum, vt docet *S. Thom q 4. de verit. art. 2. & 3.* his verbis: *Ideò conceptio intellectûs non-solùm est id, quod intellectum est, sed etiam id, quo res intelligitur, vt sic id quod intelligitur possit dici & res ipsa, & conceptio intellectûs. & similiter id quod dicitur, potest dici & res quæ dicitur per verbum, & verbum ipsum.* Vel quia species expressa non est ratio, per quam potentia ducitur ad aliud obiectum distinctum cognoscendum, sicut creatura est ratio, quâ cognitâ intellectus ducitur ad cognoscendum Deum; sed sistit in obiecto intentionaliter expresso: cùm ipsum in specie intentionaliter expressum sufficienter repræsentet rem, cuius est expressio. Vel demum quia species expressa non est ratio cognita, vt res quædam est, sed vt imago formaliter & obiectiua apparentia rei.

19. *Ad sent. Scoti resp. 1.* Ad sent. *Scoti* resp. 1. Non bene ipsum distinguere notitiam intuitiuam ab abstractiuâ in eo, quòd intuitiua feratur ad rem in seipsa existentem, abstractiua verò in rem in suo repræsentatiuo expressam; alioqui Deus non haberet cognitionem intuitiuam de creaturis possibilibus; quod ego falsum puto, *tom. 1. disp. 12. sect. 2.* Est igitur intuitiua cognitio omnis ea, quæ vel ad obiectum fertur in seipso existens secundùm esse naturale, vel vt expressum per propriam speciem in proprio verbo & imagine naturali. Lege *Capreol. in 2. dist. 11. q. 1. art. 3. ad 5. Scoti.* Ex his patet ad confirm. vt cognitio sit intuitiua, non est necesse, vt feratur in obiectum actu præsens secundùm esse naturale, sed sufficit, vt feratur in obiectum actu præsens secundùm esse intentionale in propriâ specie expressum. Sicut corrupto visibili conseruari posset eadem numero visio: quo casu, talis visio non posset tendere ad obiectum in seipso existens, cùm iam actu non existeret, sed ad obiectum in suo proprio repræsentatiuo expressum, vt *tom. 1. disp. 9. sect. 3.*

20. *Satisfit rell. quis argum.* Ad 1. argum. dist. minor. Potuisset homo in statu innocentiæ habere distinctam notitiam de Deo naturaliter, nego; supernaturaliter, concedo: nam naturaliter non potuisset homo habere aliam notitiam, quàm quæ ex effectibus creatis haberi potest. Supernaturaliter autem probabile est, præter notitiam obscuram fidei, habiturum tunc fuisse euidentem cognitionem abstractiuam ex aliquo effectu supernaturali, euidenter arguente Trinitatem personarum in vnitate essentiæ: qualem notitiam, præter intuitiuam per visionem beatificam, concedunt communiter Theologi per scientiam infusam animæ Christi: vt *tom. 6. disp. 20.* Ceterùm hæc perfectior notitia naturalis de Deo in angelo, consistit in eo, quòd perspicaciùs ex effectibus creatis, & præcipuè ex propriâ essentiâ intuitiuè cognitâ, abstractiuè cognoscat existentiam Dei, quàm homo. Ad 2. nego antec. Ad prob. distinguo, de similitudine expressâ *quâ*, concedo; de expressâ *in quâ*, nego. Similiter de specie impressâ, quæ sit principium similitudinis expressæ *quâ*, concedo; quæ sit principium expressæ *in quâ*, nego. Species autem, quæ à *Scoto* naturaliter angelo conceditur, necessariò est principium expressæ *in quâ*: nam quæ est principium expressæ *quâ*, non est debita viatori; quia hæc fertur in Deum in seipso existentem, vt *Scotus* fatetur. Ad 3. nego antec. intuitiua enim visio Dei solùm relinquere potest in memoriâ distinctam speciem sui, non sui obiecti, nisi tantùm confusam. Nequit enim actus producere nisi speciem sui, & hanc tantùm habebat Paulus ex præteritâ visione beatâ: quam speciem illi Deus ante actum visionis infundere potuisset. Lege *S. Thom. 1. p. q. 12. art. 9. ad 2.* Ad 4. Augustinum explicat *S. Doctor 1. p. q. 12. art. 1. ad 3.* de cognitione Verbi, non quâ illud cognoscit, vel in seipso, vel in propriâ specie, sed in suâ creatâ essentiâ relucens: nam distinguit ibi Verbi cognitionem naturalem à beatificâ supernat. Primam habuit angelus de Verbo per cognitionem propriæ essentiæ; nam cognoscens propriam essentiam, cognouit Verbum, quo essentia facta est: quia cognoscens intuitiuè suam essentiam, cognouit transcendentalem relationem ad Deum, à quo facta est. Et hæc cognitio Verbi in angelo præcessit cognitionem creaturarum in proprio genere; quia priùs cognouit seipsum, & in seipso Verbum, quàm reliquas creaturas. *Ad 2. Ad 3. Ad 4. Cognitio Verbi in angelo duplex iuxta S. Thom.*

DISPVTATIO XI.

De cognitione Angelorum respectu rerum materialium.

SECTIO PRIMA.

An Angeli cognoscant futura contingentia ex causis naturalibus?

SVPPONO 1. ex communiori *Scholast.* contra *Aureol. in 2. dist. 11. q. 4. art. 2. & 3.* angelos cognoscere posse quodcumque singulare ordinis naturalis, dum existit, tum spirituale, quàm materiale, non tantùm abstractè & secundùm se, quod non negat *Aureolus*, sed etiam in ordine ad omnes circumstantias indiuiduales loci, & temporis, in quibus existit, quod negat. Nam potest materialia immateriali cognitione quoad omnes 1. *Angelus cognoscit quodlibet singulare ordinis naturalis dum existit, contra Aureolum.*

Digitized by Google

nes materiales individualesque conditiones exprimere: vt patet in Deo; cui, & si consequenter eamdem singularium notitiam quoad individuales conditiones loci & temporis neget *Aureolus*, Catholica tamen fides nobis eam negare vetat. 2. contra 2. *Scot. in 2. dist. 3. q. vlt. §. Resp.* angelum cognoscere hæc singularia, dum existunt, intuitiuè, etiamsi ad eorum cognitionem non concurrat obiectum secundùm se, sed loco ipsius species à Deo infusa: nam ad notitiam intuitiuam non est necessarius immediatus influxus obiecti, sed sufficit species, obiecti vicem gerens. 3. Duplex esse futurum contingens; alterum pendens à libero arbitrio, illud immediatè causante, vel applicante, alterum pendens à causâ naturali, impedibili tamen per occursum aliarum naturalium. De priore *infrà*: de 2. nunc. Quod potest ab angelo cognosci, 1. modo abstractiuè, & in causis; 2. intuitiuè, & in se. Controuersia est de abstractiuâ & in causâ, quæ certa sit & infallibilis.

3. *Futurum contingens, liberum, naturale.*

4. 1. *Sent.* Prima sent. docet, angelos certò cognoscere res futuras ex causâ naturali non impedibili, non autem certò cognoscere res futuras ex causâ naturali impedibili: *Bonauent. in 2. dist. 7. p. 2. art. 1. q. 3. Ægid. q. 2. art. 1. Herua. q. 2. art. 2. Valent. 1. p. q. 57. q. 8. pun. 3. Zumel ibid. art. 3. q. 1. post 4 concl. §. Ex his omnib.* vt probabilem defendit *Richar. in 2. dist. 7. art. 3 q. 2.* Prior pars constat. Poster. prob. 1. *Sapient. 8.* vbi *scire monstra, & eventus temporum antequam fiant*, tribuitur soli Deo. 2. Vt *Richard.* refert, opposita sent. damnata fuit à Scholâ *Paris.* 3. Licet causa naturalis sit ex se ad vnum determinata, potest tamen ab aliis causis impediri: ergo nequit in eâ certò & infallibiliter cognosci effectus futurus. 4. Huiusmodi effectus sunt ex se contingentes, cùm possint esse & non esse: nequeunt igitur, antequam sint, ab angelo certò cognosci. Secunda affirmat, saltem eos 5. 2. *Sent.* effectus, qui pendent ex appetitu & apprehensione animalium, non posse, antequam existant, ab angelo certò cognosci, vt ex. gr. quòd tali die, vel horâ tales aues sint per talem locum transituræ. *Bann. 1. p. q. 57 art. 3. §. Nobis, Molin. ibid. concl. 2.* Fundam. cùm in brutis ut aliquod vestigium libertatis, vti in pueris & amentibus, non possunt effectus, qui ex eorum appetitu pendent, certò & infallibiliter cognosci, antequam sint. Tertia affirmat, omnes effectus 6. 3. *Sent. affir. de omnibus omninò &c.* dependentes à quâcumque causâ naturali, etiam impedibili, nec non dependentes ab appetitu brutorum, posse ab angelo, antequam sint, in eorum causis infallibiliter præcognosci: *Alens. 2. p. q. 26. me. 4. Duran. in 2. dist. 3. q. 7. & dist. 7. q. 3. Argent. dist. 7. q. vn. art. 3.* qui quamuis *concl. 2.* neget, ea certò sciri ab angelo, tamen ipse se declarat, de omnimodâ certitudine; quia saltem illa impediri possunt à Deo, cuius voluntas ignota est angelo: probabilem putat *Richard. cit.* sequuntur *Vasqu. 1. p. disp. 207. c. 2. Suar. lib. 2. de angel. c. 9. Arriab. 1. p. disp. 168. S. Thom. q. 8. de verit. art. 12.* vbi docet, angelos cognitione naturali non solùm cognoscere futura, quæ in vnâ tantùm causâ, sed etiam quæ in collectione plurium sunt determinata: quia, inquit, *Angeli omnes causas naturales cognoscunt*: sc. quæ respectu alicuius causæ videntur contingentia, respectu totius collectionis causarum sunt necessaria. Quæ sent. probabilior est. 7. *Assertio pro mr. 3. & Fundam.* Fundam. non minùs est determinatè & necessariò futurus effectus ex concursu, occursuque plurium causarum naturalium simul, quàm ex qualibet per se sumptâ. Sed angelus virtute naturali non solùm comprehendit vim singularum causarum, sed omnium simul; nam perfectè comprehendit totam naturam corpoream vimque causarum: ergo non solùm certò cognoscit effectus futuros ex singulis causis naturalibus, si permittantur agere iuxta proprias naturas, sed ex pluribus causis simul; atque adeò etiam futuros ex causâ impedibili: nam hæc dicitur talis per respectum ad alias causas naturales, quæ per occursum, concursumque illam impedire, aut retardare possunt, vel certè alterare in ordine ad proprium effectum producendum. Maior constat: nam non minùs tota complexio causarum naturalium est ad vnum determinata, quàm quæuis per se sumpta, vnde respectu totius complexionis causarum effectus necessarius dicitur; contingens solùm respectu causæ proximæ, quatenus impediri retardarive potest, ex vario occursu concursuque. Conseq. prob. comprehensâ naturali virtute singularum causarum, potest angelus euidenter cognoscere, quæ causæ, & quando sint ad eumdē effectum simul concurrturæ & impedituræ; quia potest naturaliter cognoscere quantum incrementum aut decrementum, virtutis actiuæ vel motiuæ, factura sit vnaquæque causa naturalis vsque ad talem diem.

Eadem ratio militat de effectibus pendentibus ex apprehensione & appetitu brutorum, amentium, puerorum, si permittantur operari ex solâ facultate propriâ, nullo interuentu causæ liberæ dirigentis, & applicantis: cùm non minùs animantia sint determinata ad suas vitales, quàm inanima ad suas naturales operationes. Inanima determinantur ad operandum, 1. ex influxu causarum superiorum, à quibus mouentur; 2. ex approximatione materiæ in quam agunt: determinantur animantia, 1. ex influxu causarum superiorum, à quibus ipsa quoque pendent; 2. ex debitâ applicatione obiectorum, à quibus necessariò trahuntur. Potest igitur angelus, cognitâ naturâ bruti, eiusque naturali instinctu & cælesti influxu causato, cognoscere quorsum sit progressurum, quæve obiecta illi occursura, ad ipsius appetitum mouendum apta; ac proinde quas tandem operationes sit eliciturum; atque adeò quorsum quantaque cum velocitate progressurum: ac demum certò præcognoscere, quâ die, vel horâ sit ad talem locum peruenturum, in quo loco sit rupes, vel saxo opprimendum. Idem iudicium esto de homine, sublatâ aut impeditâ eius libertate: cum hoc solo discrimine, quòd nequit angelus ne præsentes quidem cognitionis aut volitionis actus, quantumuis necessarios, pueri vel amentis intitiuè cognoscere, sicut intuitiuè cognoscit præsentes actus apprehensionis & appetitionis brutorum; sed solùm abstractiuè, euidenter tamen ex occursu & motione externorum obiectorum, quæ mouendo sensum & phantasiam, quæ efficaciora sunt, & appetitui conuenientiora, appetitum necessariò determinant: ex cuius determinatione necessariò mouetur voluntas ad idem obiectum appetendum, & consequenter intellectus ad idem apprehendendum. Ratio: licet in pueris & amentibus nulla sit actualis libertas, quia tamen esse potest, occultæ sunt naturaliter angelo omnes internæ operationes, quæ vel vsum libertatis proximè originare, vel ab illo pendere possunt.

8. *Idē dicendū de effectibus amentium &c. nisi interueniat causa libera aut dirigens, aut applicans.*

Affectus amentis & pueri angelus nequit intuitiuè cognoscere.

Deducitur 1. posse dæmones naturaliter prædicere futuram pestem, hominumque ægritudines: quia hæc pendent ex causis naturalibus: licet nequeant absolutè, & absque aliquâ formidine ea prædicere, cùm sæpe eorum causæ excitentur, aut naturaliter excitatæ impediantur à sanctis Angelis, ita disponente Deo, vel ad vindictam malorum, vel ad præmium, & preces iustorum. 2. posse dæmones certò cognoscere cuiuscumque bruti vitæ periodum, si permittatur viuere iuxta naturæ inclinationem,

9. *Dæmones possunt naturaliter pestem aliasque huiusmodi prædicere.*

10.

Digitized by Google

nem, nullo interuentu liberi arbitrij, illi pabulum applicantis; non hominis. Quia vita animantis pendet ex quantitate & qualitate alimenti: brutum autem si naturaliter viuere permittatur, suâ naturâ fertur ad determinatum pabulum. Quo fit, vt eius naturali virtute cognitâ, certò cognoscatur, quamdiu tandem sit eius vita duratura. Homo verò, quia alimentum liberè sumit, nec semper ducitur exigentiâ naturæ, sed propriâ voluntate, nec fertur ad vnum determinatum cibum, non potest ab angelo certò cognosci, quamdiu eius vita, quæ à certâ quantitate & qualitate alimenti pendet, duratura sit.

11. *Ad argum. sent. 1. resp.* Ad 1. argum. primæ; eo loco sermo tantùm est de sapientiâ creatâ; *Si multitudinem scientiæ desiderat quis; scit præterita, & de futuris æstimat signa; & monstra scit, antequam fiant*, &c. de quâ *præced. cap.* dixerat, scit *cogitationes hominum, & quæcumque sunt absconsa, & improuisa*; humano sc. modo, & probabili coniecturâ, vt hæc ab homine sapiente sciri possunt. Ad

12. *Ad 2.* 2. dico, à Schola *Paris.* tantùm damnari; futura, quæ à libero arbitrio pendent, necessariò euenire, vt patet apud *Mag. Sent.* inter *errores de Necessitate euentus rerum.* Ad

13. *Ad 3.* 3. nego conseq. Licet n. vna causa naturalis sit ex occursu vel concursu alterius impediri, tamen hoc ipsum impedimentum, cùm sit effectus causæ naturalis, certò sciri potest ab angelo perfectissimè perpendente, ac comprehendente vim cuiusque causæ, nec non complexionem omnium ad

14. *Ad 4.* eumdem effectũ naturaliter concurrentium. Ad 4. dist. antec. Effectus sunt contingentes respectu vnius causæ, concedo; respectu omnium, quæ ex naturali dispositione vniuersi ad eumdem naturaliter concurrunt, nego. Angelus autem huiusmodi effectus certò cognoscit, non vt comparantur ad vnam tantùm causam, sed ad omnes simul, respectu quarum non possunt esse & non esse, sed necessariò sunt. Ita

Ad 2. sent. *S. Tho. q. 8. de verit. ar. 2. fine corp.* Ad fundam. secundæ, neg. assumpt. sc. in pueris & amentibus esse aliquod vestigium libertatis.

SECTIO II.

An & cur futura libera naturaliter ignorentur ab Angelo?

15. *Fidei dogma.* CERTVM fidei dogma est, futura quæ pendent ex libero arbitrio, non posse ab angelo natiuâ virtute certò cognosci. Conueniunt Patres & *Schol. ex Isaiæ* 41. qui verum Deum à falsis discernit ex eo, quòd verus futura prædicere potest, quæ non possunt falsi: *Annuntiate, quæ ventura sunt in futurum*, (alloquitur idola) *& sciemus, quia dij estis vos.* In hâc veritate, maximâ ex parte nititur Christiana fides: nam ex iis, quæ sicut prædicta sunt, euenêre, euidenter colligimus, ea non potuisse, nisi à Deo reuelari: atque

Cardo difficultatis. Ratio à priori. adeò vera esse. Contrà verò signum falsitatis esse, si prædicta non euenerint, vt testatur Deus *Deuter.* 18. *Est enim*, teste Orig. *lib. 6. contra Celsum*, prædictio

16. *Vasqu. negat. posse probari.* futurorum *diuini sermonis character.* Vasqu. *disp.* 208. 2. negat, posse à priori hanc veritatem probari, sed tantùm Scripturæ & Patrum testimonio, & ratione à posteriori. Quia si possent virtute naturali hæc futura ab angelis cognosci, Deus non denegaret illis hanc scientiam, nec eos perpetuò impediret ab operatione illis naturaliter debitâ. At ex historiis constat oracula dæmonum plena esse mendaciis: Signum igitur est, ea à dæmonibus certò cognosci non posse; quia si possent, ea semper prædixissent, cùm hoc ipsi ad æmulandam diuinitatem maximè affectent. Reliqui *Schol.* rationem afferre conantur.

17. *Prima ratio.* Prima *Bassoli in 2. dist. 3. q. 3. §. Dico igitur, & q. 4. §. Contra istam opin. ex Scoto ibid. q. vlt.* Nequit angelus sine specie obiectum cognoscere; sed non habet species concreatas rerum singularium, cùm eas desumat è rebus, quæ existunt. Verùm falsa est minor, *ex disp. 9. sect. 9.* Secunda *Bannez 1. p. q. 57. ar. 2. dub. 3. Zumel ar. 3. q. 1. Molinæ ar. 3. &c.* Ideò non posse angelũ futura libera certò cognoscere, quia implicat species creata determinatè repræsentatiua illorum: nequit autem angelus certò cognoscere obiectum sine specie determinatè repræsentatiua ipsius: determinatur .n. per speciem obiecti; vt ergo certò cognoscat obiectum, eget specie determinatè repræsentatiuâ obiecti; sc. qualis est species repræsentans obiectum, talis determinatio intellectûs ad cognoscendũ obiectũ, quia tota determinatio quoad specificationem pendet à specie. Maior prob. implicat, speciẽ creatâ determinatè repræsentare id, quod ex se essentialiter est indeterminatũ: sed futurum contingens ex se est essentialiter indeterminatum: quia neque est determinatũ in se, cùm possit esse & non esse; neque in causâ, quia causa semper est indifferens vsque ad instans intrinsecũ suæ determinationis. Nec refert, quòd Deus illa certò cognoscat; quia vel ea cognoscit ex altitudine & eminentiâ sui luminis increati, quo potest certò cognoscere, quod ex se certò cognoscibile non est, vt theologatur *Molina*: vel ex eorum coëxistentiâ in æternitate, vel in suâ ipsius æternâ prædefinitione, vt *Bannez & Zumel* autumant. Sed hæc ratio supponit, futurum contingens nullam habere obiectiuâ veritatem, antequam existat; quod falsũ est. Nam ex suppositione, quòd illud extiturum est in aliquâ differentiâ temporis, aliquam habet determinationem, ratione cuius potest de præsenti intellectũ determinate ad illud certò cognoscendũ: atque adeò dabilis est species creata, quæ futurum contingens determinatè repræsentet. Ad prob. maior. dist. minor. Futurum contingens est ex se indeterminatum antecedenter, & in causâ, concedo; quo pacto nequit per speciem certò repræsentari: est indeterminatũ consequenter, & ex suppositione suæ futuritionis, quâ positâ non minùs futurum est necessariò futurũ, quàm præsens sit necessariò præsens, nego. Vnde falsum est, futura contingentia à Deo cognosci, vel ex solâ altitudine, & eminentiâ sui increati luminis, nullâ suppositâ cognoscibilitate in obiecto; cùm nulla potentia faciat, sed supponat suum obiectum. Cuius ratio est, quia obiectum debet præintelligi ad potentiam, vt id, ad quod debet potentia terminari; præsertim quando potentia est purè contemplatiua sui obiecti, qualis est potentia cognitiua. Vel ex eorum coëxistentiâ in æternitate; cùm omnis coëxistẽtia in alienâ mensurâ supponat existentiam in propriâ, quiâ non per aliam durationem res coëxistit alienæ mensuræ, quàm per propriam. Implicat igitur futura coëxistere æternitati Dei, antequam existant in propriâ ipsorũ duratione. Neque ex eo quòd æternitas Dei ambiat omne tempus, continet res temporales pro quâlibet differentiâ temporis; sed pro eâ dumtaxat, pro quâ illæ existunt in propriâ mensurâ: quia res non existunt æternitati adæquatè, sed inadæquatè. Demum falsum est, Deum cognoscere omnia futura in suâ æternâ præfinitione. Nam licet in eâ cognoscat, quæ pendent ex merâ suâ voluntate, non tamen quæ pendent ex voluntate etiam creatâ: eò quòd æterna Dei præfinitio non est adæquata causa talium futurorum: effectus autem nequit certò cognosci, nisi cognitis causis omnibus, ex quibus pendet. Vt igitur certò cognoscatur effectus pendens à liberâ voluntate creatâ, cognosci debet libera determinatio voluntatis creatæ.

Colligitur ex Scoto.

Sed hæc errat.

18. *Secunda.*

Sed hæc ratio falsum supponit.

Qua ratione futurum contingens sit ex se determinatũ.

Tertia

Digitized by Google

19. *Tertia ratio. Videtur S. Thom.*

Tertia *Caiet. 1. p. q. 57. ar. 2. Ferrar. 2. con. gen. c. 96. §. Ad end. Arrubal disp. 167 c. 1.* & videtur *S. Thom. 1. p. q cit. ar. 3. ad 3.* & *q. 8. de verit. ar. 9. ad 3.* Ideò non posse angelos futura libera naturaliter certò præcognoscere, quia nequeunt futura naturaliter cognoscere, nisi per species, per quas ea cognoscunt vt actu præsentia: quia non per aliam speciem debet angelus naturaliter futurum præcognoscere, quàm futurum imprimeret angelo, si esset præsens: nam Deus non alias species infundit angelis, quàm quas res ipsæ ex se imprimerent. At per has species nequeunt angeli certo cognoscere futura, antequam existant: quia hæ species sunt intuitiuæ similitudines rerum, quoad omnes indiuiduales circumstantias singularitatis, & actualis existentiæ: igitur nequeunt repræsentare obiecta, nisi actu existant; quia nequeunt repræsentare, nisi ad quod exprimendum sunt essentialiter ordinatæ. Confirm. Si

20. *Conf.*

species visiua diuinitùs conseruaretur in oculo in absentiâ obiecti visibilis, non posset illud repræsentare ex eo formaliter; quia vt species intuitiua essentialiter determinatur ad repræsentandum obiectum secundùm omnes circumstantias actualis existentiæ ac præsentiæ. Ergo ex eo, quòd species angelicæ sunt intuitiuæ similitudines rerum, sunt essentialiter determinatæ ad repræsentandum obiectum secundùm omnes circumstantias actualis existentiæ. Vnde etiamsi repræsentent illud quoad quidditatem, antequam existat, non tamen repræsentant illud quoad habitudinem ad actualem existentiam futuram: atque adeò nequit angelus ex eo certò scire, an talis quidditas sit aliquando in se ipsâ extitura. Sed contrà: falsum est, non posse

21. *Sed nec tertia ratio quidquam probat.*

speciem intuitiuam repræsentare obiectum secundùm omnes conditiones indiuiduales, nisi actu existat: quia species intuitiua ad repræsentandum non pendet ab obiecto in esse naturali, sed solùm in esse intentionali. Vnde etiam si obiectum non existat realiter in se, species intuitiua repræsentat illud secundùm easdem circumstantias in esse intentionali, ac repræsentaret, si obiectum in seipso realiter existeret. Quia species non fertur immediatè in obiectum, vt existens in suo esse naturali, sed vt existens in esse intelligibili & intentionali in quo exprimitur secundùm easdem proprietates & characteristicas notas, quas continet obiectum in esse naturali. Quia potentia cognitiua, cùm sit immanenter operatiua, exigit obiectum intra se, non solùm sub ratione mouentis, sed etiam sub ratione terminantis.

à priori.

Ad conf.

Quare neg. maior. Ad confirm. neg. sequela: nam etiam amoto visibili, species visiua repræsentaret illud, si diuinitùs conseruaretur in oculo: vt constat de speciebus miraculosis, quæ interdum sub accidentibus Euchar. repræsentant carnem, & sanguinem vt realiter præsentem, qui realiter præsens non est circumscriptiuè, vt *S. Thom. 3. p. q. 76. art. 8.* Vbi docet, interdum formari à Deo speciem in oculo, quæ repræsentat puerum, nullâ factâ mutatione in re ipsâ, sed tantùm in oculo per speciem repræsentatiuam pueri.

22. *Quarta ratio Suarez.*

Quarta *Suarez. lib. 2. de angel. c. 10.* Ideò non posse effectum futurum, antequam in seipso existat, naturaliter ab angelo cognosci, quia talis modus requirit virtutem cognoscendi infinitam. Nam attingere res futuras, vt existentes pro suâ differentiâ temporis, antequam in seipsis actu existant, arguit immutabilitatem, æternitatemque cognitionis, ratione cuius omnia, & semper sunt illi præsentia, non per realem & æternam coëxistentiam rerum cognitarum, sed per obiectiuam intuitus æterni. Sed non

Sed neque conuincit.

conuincit: nam licet futura cognoscere actu, semper, & inuariabiliter ex parte cognoscentis arguat infinitatem immutabilitatemque cognitionis; habitu tamen & variabiliter ea cognoscere, talem perfectionem non arguit. Quinta *Albertini coroll. 12. ex princ. 1. philos. nu. 13.* Si dari posset species naturaliter repræsentatiua futuri, dari posset species nobilior suo obiecto: consequens est absurdum. nam obiectum est exemplar speciei; est enim semen, instrumentum, & participatio obiecti, illudque repræsentat, vt exemplatũ suum exemplar. Nec refert, quòd non producatur immediatè ab obiecto, sed à Deo; quia à Deo producitur ad instar obiecti. Absurdum autem est, exemplatum esse nobilius suo exemplari. Sequel. prob. talis species existeret secundùm suum esse repræsentatiuũ actuale, antequã existeret suum obiectum. nam actu repræsentaret futurũ pro præsenti tempore A, vt existens pro futuro tempore B.

23. *Quinta Albertini.*

Sed contrà: 1. vt ipse fatetur, hic excessus penes existentiam, & non existentiam in specie, est tantùm materialis, non formalis penes nobiliorem modum repræsentandi. Quia licet repræsentaret obiectum, antequã existeret, non tamen nobiliori modo, quàm obiectum exigeret. 2. vt existimo, nullum est absurdum, dari speciem perfectioré suo obiecto, in modo repræsentandi illud; cuiusmodi sunt species intuitæ, quas de rebus naturalibus habet anima Christi, & beati omnes, illas altiori modo repræsentãdo, iuxta connaturalem exigentiã luminis supernat. & species naturales, quas habent angeli de rebus materialibus, illas abstractiori modo repræsentando, iuxta exigentiam luminis angelici. Quia species non solùm respicit obiectum, vt terminum repræsentabilem, sed etiam lumen intellectuale, vt expressiuum intellectionis: ergo non solùm potest exemplari ab obiecto in ratione termini repræsentabilis, sed etiam à lumine intellectuali in modo exprimẽdi intellectionem. Confir. eadem obiecta creata perfectiori modo repræsentantur ab Ideis diuinis: ergo etiã perfectiori modo repræsentari possunt à speciebus angelicis, quæ teste *S. Tho. 1. p. q. 57. ar. 2.* sunt quædã participationes earũ. Cùm igitur species angelicæ non producantur ab obiectis, sed à Deo, possunt produci non solùm exemplatæ ab obiecto in ratione termini repræsentabilis, sed etiam à lumine, cui accõmodantur in ratione expressiui. Vnde auctor rationem assignat aliam *n. 14.* Sexta hæc sit: modus cognoscendi futurum excedit modũ essendi substantiæ angelicę: nequit igitur esse illi connaturalis. Nam modus cognoscendi adæquatur modo essendi cognoscentis, vt passio propriæ naturæ. Antec. prob. vt angelus naturaliter cognoscat futurũ debet illud eminenter continere: sed non continet illud eminenter, vt clarũ est: Maior prob. continentia eminentialis perfectiori modo continet obiectum, quàm formalis: ergo potest illud distinctè repræsentare absque alio concursu obiecti. Quia species, quæ est sufficiens repræsentare causam, vt obiectũ primariũ, est etiam sufficiens ob sui perfectionem repræsentare effectum vt obiectum secundarium. Confirmat

24. *Quinta ratio resicitur.*

Dari potest species perfectior suo obiecto.

Ratio.

25. *Conf.*

26. *Sexta ratio etiam Albertini.*

27. *Duplex exemplum.*

duplici exemplo, tum essentiæ diuinæ, tum naturæ angelicæ. Quarum illa, quia eminenter continet creaturas, potest eas, vt obiecta secundaria in seipsâ repræsentare: hæc, quia eminenter continet suas proprietates, potest illas vt obiecta secundaria in se ipsâ exprimere, absque proprio concursu suarum passionum. Cùm igitur angelus non contineat in se ipso eminenter futurum, eget proprio concursu ipsius, vt illud repræsentare possit. Vt futurum nequit concurrere ad productionem speciei, cùm nequeat effectiuè concurrere, quod nondum existit. ergo nequit ab angelo naturaliter

Digitized by Google

cognoſci. Nec refert, quòd Deus ab initio concreârit ſpecies futurorum in intellectu angelico. Nam illas concreauit iuxta exigentiam obiectorum, vt auctor naturæ, ſupplens concurſum obiecti. Et quia obiectum, dum eſt futurum, nequit concurrere ad productionem ſuæ ſpeciei, ſed ſolùm dum eſt præſens; ideò ſpecies angelis concreatæ ſolùm repræſentant futurum abſtractiuè, præſens verò intuitiuè abſque vllâ intrinſecâ mutatione ſpeciei, mutato tantùm obiecto de futuro in præſens. Probat hoc *ſuprà coroll.* 8. *nu.* 17 quia poteſt eadem ſpecies inuariata nunc repræſentare rem præſentem, quam anteà non repræſentabat, ſolùm quia illi deerat aſſimilatio cum obiecto. Conſiſtit autem hæc aſſimilatio ſpeciei cum obiecto, non in aliquâ relatione prædicamentali ſpeciei ad obiectum, ſed in hoc, quòd obiectum repræſentetur ſicuti eſt: nequit igitur repræſentari obiectum vt præſens, antequam ſit præſens; alioqui non repræſentaretur obiectum ſicuti eſt.

28. *In ſextâ ratione duo diſplicent.* In hâc ratione duo diſplicent. 1. Quòd continentia eminentialis per ſe ſufficiat ad repræſentandum diſtinctè obiectum: alioqui poſſet angelus per quamlibet ſpeciem, eminentialis cauſę comprehenſiuam, intuitiuè cognoſcere omnes effectus ab eâ producibiles; quia ſpecies comprehenſiua cauſæ præſtat, quod præſtaret cauſa: atque adeò per talem ſpeciem intuitiuè cognoſceret omnes effectus futuros cauſæ æquiuocæ; nam continentia eminentialis, atque adeò eius comprehenſiua ſpecies, eâdem claritate repræſentaret ſe, ſc. intuitiuè, quando exiſtit, & effectus in ſeipſa contentos. Nam per aduerſ. Deus intuitiuè cognoſcendo ſe, intuitiuè cognoſcit omnes creaturas in ſe eminenter contentas; & angelus cognoſcendo naturam humanam per ſpeciem comprehenſiuam ipſius, cognoſcit omnia indiuidua in ea eminenter contenta; ergo etiam cognoſceret multa futura libera: nam angelus non ſolùm habet ſpecies cauſarum naturalium, ſed etiam liberarum inferiorum ſe: comprehendit enim angelus ſuperior ſuas, aliorumque inferiorum angelorum ac hominum liberas potentias & naturas: ergo per ſpecies comprehenſiuas earum, intuitiuè cognoſcendo liberas potentias & naturas, intuitiuè etiam cognoſcet liberos effectus in illis contentos.

29. *Reſponſio Albertini.* Reſpondet *Albert.* non poſſe angelum intuitiuè cognoſcere ſuas, aliorumque liberas operationes: quia vel hæ ſunt cognitio & volitio, vel aliqua externa operatio. Priores duæ non continentur eminenter in ſuis potentiis, cùm ad eas ſit neceſſarius concurſus extrinſeci obiecti. Nequit autem eminenter contineri alio vt in causâ, niſi in eo totaliter contineatur. Poſterior verò operatio & ſi eminenter contineatur in potentiâ, quia tamen in exercitio ipſo pendet ab actibus internis cognitionis & volitionis, nequit antequam exiſtat, intuitiuè cognoſci.

30. *Refellitur.* Sed contrà: 1. etiam indiuidua humana futura pendent à liberâ applicatione cauſarũ gignentium, & tamen ea per ipſum cognoſcuntur in naturâ humanâ comprehenſâ. 2. actus internus ſolùm ad externum requiritur vt conditio applicans cauſam ad operandum: tota autem perfectio actus externi eminenter continetur in potentiâ: ergo ſi eminentialis continentia cauſæ ſufficit ad repræſentandum diſtinctè ſuum effectum, potentia operatiua externa perfectè cõprehenſa diſtinctè repræſentabit ſuos effectus futuros. nam ex eo quòd actus internus ſit conditio applicans potentiam externam ad operandum, non tollit, quin operatio externa eminenter contineatur in potentiâ: ergo nec tollet, quin eadem potentia ſit angelo ſpecies repræſentatiua ſui ipſius: ergo nec etiam tollet, quin ſimul repræſentet ſuos effectus: cùm per aduerſ. per repræſentationem cauſæ habeatur formalis repræſentatio effectûs. Ratio, cur eminentialis continentia vt ſic non ſufficiat ad repræſentandum effectum, ſed neceſſariò requiratur aut formalis continentia, aut intentionalis per ſpeciem formaliter repræſentatiuam talis effectus, eſt; quia non poteſt obiectum terminare cognitionem, niſi eâ ratione, quâ mouet potentiam, vt *to.* 1. *diſp.* 9. *ſect.* 21. *A priori: cur eminentialis continentia non ſufficiat ad repræſentandum effectũ.*

Secundum quod diſplicet, eſt, quòd eadem ſpecies inuariata in ſe repræſentet futurum abſtractiuè, & præſens intuitiuè, ſolâ factâ variatione in obiecto de non exiſtente in exiſtens. Quod etiam docent *Suar. lib. cit. c.* 11. *Arrub. diſp.* 167. *c.* 2 *&c.* Ratio: eſſe repræſentatiuum eſt prædicatum abſolutum, & intrinſecum in ſpecie, & præſupponitur vt cauſa ad extrinſecam terminationem obiecti. Prius enim eſt, ſpeciem actiuè mouere potentiam ad cognitionis actum, quàm cognitionem terminari ad obiectum, ſeu quàm obiectũ extrinſecè terminare cognitionem: ergo nequit variari ex ſolâ extrinſecâ variatione obiecti, cùm nullum prius variari poſſit ex variatione ſui poſterioris. Confir. hoc ipſum exemplo ſpeciei viſiuæ, quæ conſeruata in oculo eodem modo repræſentaret obiectum præſens, ac diſtans. Neque ex variatione obiecti de abſente in præſens variaretur ſpecies viſiua in ratione formali repræſentandi, repræſentando nimirũ intuitiuè obiectum præſens, quod abſtractiuè repræſentabat abſens: cùm nequeat viſio corporea ferri in obiectum, niſi per modum præſentis, atque adeò intuitiuè. Dices. 32. Ideò poteſt ſpecies viſiua repræſentare obiectũ per modum præſentis & intuitiuè, etiam quando eſt abſens; quia non repræſentat illud cum certo iudicio, quòd ſit præſens, ſicut repræſentat obiectũ vt præſens & intuitiuè ſpecies angelica. Sed contrà: hoc ipſum reputo abſurdũ, eandem ſpeciem angelicam abſque intrinſecâ variatione ſui, per ſolam extrinſecam variationem obiecti, de nouo repræſentare obiectũ cum certo iudicio de illius exiſtentiâ, cum quo anteà non repræſentabat. Nam quæro, vnde habet, vt eadẽ ſpecies, præſente obiecto, intellectum determinet ad cognoſcendum obiectum cum certo iudicio de præſentiâ illius? Dices, habere ex præſentiâ obiecti, vt ex conditione ſine quâ non. Sed contrà: ſpecies eſt cauſa neceſſaria, & in determinandâ potentiâ non pendet ab obiecto exiſtente vel præſente; vt conſtat de ſpecie viſiuâ, quæ eodem modo determinat oculum ad videndum obiectum, ſiue ſit præſens, ſiue abſens. Ratio: obiectum eſt tantùm extrinſecus terminus cognitionis, quæ ſupponit intrinſecam determinationem potentiæ per ſpeciem, vt per cauſam antecedentem.

Ratio noſtra. *Obiectio.* *Solutio.* *Inſtantiano ſolutur.*

At obiicit *Arrubal:* poſitâ tantùm reuelatione, incipit res reuelata contineri intra obiectum fidei infuſæ, quæ anteà non continebatur: Ita poſitâ tantùm exiſtentiâ rei, res de nouo incipit contineri intra obiectum ſcientiæ angelicę, quæ anteà non continebatur. Confirm. ex eo quòd mutetur repræſentatio in actu 2. non neceſſariò mutari debet principium repræſentatiuũ in actu 1. Sed ſpecies eſt principium in actu 1. repræſentatiuum reſpectu actualis repræſentationis: ergo ex eo quòd hæc mutetur in actu 2. non neceſſariò mutari debet illa in actu 1. 33. *Obiicit.* *Confirm.*

Reſp. Fides infuſa pendet à reuelatione, vt à ratione formali ſub quâ: vnde implicat, illam ferri in obiectum, niſi vt reuelatum: alioqui ferri poſſet extra ſuam rationem formalem. Species verò in repræſentando obiecto non pendet ab ipſius exiſtentiâ; nam ſiue exiſtat, ſiue non exiſtat, repręſentat illud 34. *Soluitur negatâ paritate.*

Digitized by Google

illud iuxta modum repræsentabilitatis, quo illud continet in esse intentionali: vt patet de specie visiuâ, quæ semper obiectum visibile repræsentat iuxta modum, quo illud continet in esse intentionali repræsentatiuo, siue existat in seipso, siue non. *Ratio.* Quia cùm species sit loco obiecti non requirit in eo repræsentando eius existentiam: alioqui non substitueretur loco obiecti. Est enim species virtualis imago obiecti: imago autem semper suum imaginatum repræsentat iuxta modum, quo illud continet in suo esse repræsentatiuo, siue imaginatum existat in suo esse naturali, siue non. Ad confirm. dist. 35. *Ad conf. Duplex principium.* duplex principium, 1. habens se per modum potentiæ ad plura ordinatum sub vnâ ratione formali; qualis est habitus fidei infusæ, qui sub vnâ ratione formali attestationis diuinæ inclinat ad omnia reuelabilia: & hoc non oportet vt mutetur, mutato obiecto materiali de non attestato in attestatum; quia non specificatur ab obiecto materiali, quod tantùm mutatur, sed à formali, quod semper est idem, siue reuelatio diuina cadat in hoc, siue in illud obiectum; atque adeò idem formale specificatiuum habitus fidei; & idem habitus. 2. est, quod ordinatur ad vnum tantùm actum adæquatum potentiæ: vt sunt species, quæ quia sunt proxima principia actuum, singulæ ordinantur ad singulos actus adæquatos potentiæ: & hoc necesse est variari, variato actu quoad actualem repræsentationem. *Posteriùs necessariò variatur, variato actu.* Ratio: tale principium non specificatur ab vnâ ratione formali, quæ sit eadem in omnibus actibus, sed à singulis actibus adæquatis potentiæ: & consequenter variato actu adæquato potentiæ de abstractiuo in intuitiuum, variari oportet speciem ad talem actum ordinatam. Quia adæquatum specificatiuum specierum est modus repræsentandi obiectum: siquidem tota ratio expressionis obiecti in actu cognitionis habetur ex specie, vt ex causâ adæquatâ. 36. *Ad fundam. Albertini patet.* Ex dictis patet ad fund. *Albertini.* Vt species angelica repræsentet futurum, antequam existat, necesse non est, vt illud priùs fiat præsens per actualem productionem causæ; sed sufficit, vt sit propria species talis obiecti: nam hoc ipso supplet munus obiecti: vt probatum est de specie visiuâ, quæ vt actu repræsentet obiectum visibile, necesse non est, vt illud actu existat, sed sufficit, vt sit propria species illius, ab ipso, vel à Deo producta. Igitur si angelus habet completas species futurorum ab initio concreatas, poterit per tales species illa certò cognoscere, antequam actu existant.

37. *Ratio vera. Ea species connaturalis est angelo, quæ eius potest è rebus præsentibus virtute naturali.* In hâc grauissimâ difficultate hæc mihi occurrit ratio, cur nequeat angelo connaturalis esse species repræsentatiua futurorum contingentium. Ea species de rebus futuris connaturalis est angelo, quæ naturali virtute eius potest è rebus præsentibus: at è rebus præsentibus nequit naturali virtute eius species determinatè repræsentatiua futuri contingentis: ergo. Maior prob. ea species de rebus connaturalis est angelo, quam res ipsæ naturaliter producere possunt: sunt enim species naturales proprietates rerum, earumque instrumenta, ac intelligibiles participationes, à naturâ ordinatæ ad res exprimendas, ac delineandas in potentiâ cognoscentis. vnde naturaliter requirunt existentias rerum, vt ab illis produci possit. Minor ostend. futurum contingens nullum habet de præsenti determinatum esse existens, neque in seipso, cùm nondum existat; neque in causis, cùm illæ sint essentialiter indifferentes. Nequit igitur è rebus præsentibus eius species determinatè repræsentatiua futuri contingentis. Nec refert, quòd ex suppositione quòd res sit futura, de præsenti habeat aliquam determinationem, ratione cuius possit esse determinatum obiectum scientiæ diuinæ. Nam hæc determinatio non sufficit ad producendam de præsenti realem speciem sui, quæ necessaria est, vt de præsenti cognoscatur ab intellectu creato, etsi ea sufficiat, vt de præsenti, & ab æterno cognoscatur ab intellectu increato. Ratio: intellectus increatus omnem rationem cognoscendi habet à se; ex parte verò obiecti solùm requirit determinationem vt puram conditionem. Intellectus verò creatus non omnem rationem cognoscendi habet à se, sed vel illam accipit ab obiecto, vel à Deo, vt auctore naturæ, supplente vicem obiecti. Cùm igitur Deus angelicas species infundat iuxta naturalem exigentiam obiectorum, quia producit illas vt auctor naturæ, ipsius defectum supplens; tales species de rebus futuris infundit angelis, quales producerentur à rebus præsentibus, si ipsæ præsentes eas producere possent. Nequeunt autem res præsentes alias species de futuris producere, quàm abstractiuas & indeterminatas; cùm causæ præsentes non contineant suos effectus futuros, nisi indeterminatè. Ceterùm 38. *Species non competunt angelo independenter à rebus.* vt hæc ratio intentum efficaciter probet, supponat oportet, species rerum non posse connaturaliter competere angelo independenter à rebus, quarum sunt species. Nam species, cùm sint quædam dearticulatæ participationes, ac characteristicæ notæ rerum, naturaliter postulant produci à rebus, secundùm proprium & characteristicum esse earum, quarum sunt propriæ & adæquatæ participationes. Cùm igitur angelus non contineat suos effectus futuros quoad proprium & determinatum esse ipsorum, non poterit de illis connaturales species habere: nam de reliquis effectibus, cùm nullo modo illos contineat, nulli dubium esse poterit. Quare licet eminenter & virtute contineat suos effectus futuros, quoad esse specificum, non tamen illos continet quoad esse particulare & indiuiduale ipsorum, quod necessarium est ad certam & intuitiuam notitiam rei. Nulla enim causa creata suos effectus continet quoad esse indiuiduale: cùm hoc sit proprium causæ 1. per suum actualem concursum indiuiduare omnes effectus causæ 2. Nequeunt igitur species intuitiuæ futurorum esse connaturales angelo, ne eorum quidem, quorum ipse est virtualis & eminentialis causa. Hanc rationem colligo ex 39. *Assignata ratio colligitur ex Heruæo.* *Heruæo in 2 dist. 7. q. 2. §. Quantum*, vbi, *Non obstante*, inquit, *quòd angeli non mouentur ad intelligendum à rebus, sed à solis speciebus concreatis, nihilominus non possunt per illas intelligere futura, nisi prout relucent in suis causis:* Hoc est, prout illa cognosci possunt virtute causarum, ex quibus eruuntur species ad ea abstractiuè, & indeterminatè repræsentanda. Tales quippe species rerum futurarum Deus infundit angelis, quales producerentur à rebus præsentibus. Ex his 40. *Angelus neque futurorum naturalium species habet intuitiuas.* infero, non modò angelo non esse connaturales species intuitiuas futurorum contingentium, sed neque futurorum naturalium: quia neque futuri effectus naturales continentur quoad esse indiuiduale proprium in causis, sed solùm quoad esse specificum; hoc tamen discrimine, quòd effectus futuri naturales possunt determinatè cognosci in causis præsentibus, saltem quoad esse indiuiduale vagum futurum: contingentes verò solùm quoad esse indiuiduale vagum possibile. Nam effectus naturales continentur determinatè quoad futuritionem in causis præsentibus, non contingentes: cùm eorum causæ sint indeterminatæ & indifferentes vsque ad intrinsecum instans actualis productionis effectiuæ.

Ratio discrimina.

Digitized by Google

SECTIO III.

Cur Angelus futura contingentia, quorum species habet, certò præcognoscere non possit?

41. ARCTIOR concertatio præcipuam difficultatem habet in sent. quæ completas species futurorum contingentium ab initio concreatas concedit angelis. In qua varij sunt philosophandi modi. Primus est *Argent in 2.dist.7.q.vn.art.3. Ferrar.2.cont.gen.cap.* 96. §. *Ad euident. Caiet. 1.p. q.57. art.2.§. Quoad 2. Bannez ibid. dub.2. concl.2.* Ideò angelum non cognoscere futura contingentia, etiam si eorum completas species habeat, quia species angelicæ sunt ad instar visibilium, quæ non repræsentant obiectum, nisi actu existat: quia inter repræsentans, & repræsentatum requiritur similitudo. Cùm igitur hæ species repræsentent res vt existentes, non poterunt res assimilari speciebus, nisi sint actu existentes. Sed contrà: tota ratio terminatiua obiecti pendet à ratione motiuâ eiusdem; ergo si in speciebus angelicis supponitur tota ratio motiua futurorum, in iisdem etiam erit tota ratio terminatiua eorumd. at species visiua eodem modo repræsentat obiectum absens, ac præsens, si diuinitùs in oculo conseruetur, ex *S.Thom.3 p.q.76. art.8.* Nec alia requiritur similitudo inter repræsentans, & repræsentatum, quàm quæ satis est inter productiuum, & producibile in esse intentionali: quæ similitudo tota habetur in specie independenter ab obiecto existente in esse naturali, à quo species angelica non completur in suâ ratione motiua.

Varij Auctorum modi.

Primus

dist. licet.

43. Secundus *Vasquez disp.208.c.4.& Arrub.disp.167. c.2.* Ideò non posse angelum futura certò cognoscere, etiam si eorum species completas habeat: quia illæ non sunt principia eliciendi cognitionem rei futuræ vt futuræ, sed tantùm præsentis aut præteritæ; eo quòd futurum vt futurum, non est obiectum naturale speciei angelicæ: nam sicut illud non est obiectum naturale intellectus angelici, ita nec esse potest obiectum naturale speciei eiusdem. Sed contrà: 1 species in suâ repræsentatione non pendet ab obiecto actu existente, cùm sit vicaria obiecti; alioqui non esset substituta illius, si adhuc egeret illius præsentiâ & existentiâ. 2. Si futurum non est obiectum naturale speciei angelicæ, neque erit præteritum, quia nec præteritum existit: nec refert quòd extiterit: nam eodem modo se habet ad præsentem existentiam, quod præteriit, quàm quod futurum est. 3. Si futurum, vt futurum, non est obiectum naturale speciei angelicæ, non poterit talis species esse connaturalis angelo; quia nullum principium est connaturale subiecto, cui non est connaturalis actus.

Secundus modus

reprobatur.

44. Tertius *Suarez lib.2.de angel.c.11.* Ideò non posse angelum futura certò prænoscere, esto eorum species completas habeat; quia tales species non repræsentant res futuras per modum futuri cum certo iudicio, quòd res sint aliquandò extituræ; sed per modum possibilis, simpliciter illas repræsentando secundùm signatam existentiam earum, & reliquas circumstantias loci, & temporis, in quibus existere possent, abstrahendo à iudicio, quòd illæ sint aliquando extituræ, vel non extituræ. Quia species non repræsentat rem complexè cum certo iudicio, quòd sit, vel non sit futura; sed incomplexè secundùm ea, quæ illi possunt absolutè conuenire. Sed ex vi talis repræsentationis non potest certò cognosci, quòd res sit aliquando futura, vel non futura. Quia res vt sic repræsentata, est indifferens ad esse, vel non esse futurum. Maior prob. tale iudicium nequit haberi formaliter ex vi repræsentationis speciei, cuius non est iudicare, sed tantùm repræsentare obiectum; sed ex vi luminis intellectualis: implicat autem, vt lumen intellectuale creatum certum iudicium ferat de re, quæ nec in se, nec in causâ habet determinatum esse, cùm hoc sit proprium luminis increati. Sed contrà: ex hoc sequeretur 1. quòd ex vi repræsentationis speciei numquam posset angelus esse certus de existentiâ, vel non existentiâ rei repræsentatæ. Nam ex vi repræsentationis speciei non minùs res, dum non existit, repræsentatur secundùm omnia, quæ illi conueniunt, quàm dum existit: sc. euidentia iudicij pendet ex euidentia repræsentationis, & repræsentatio speciei æqualiter se habet ad rem existentem & non existentem; quia repræsentatio speciei adæquatè sequitur motionem eiusdem, cùm sit adæquatus effectus ipsius: ergo si in specie est adæquata motio, ex vi eiusdem erit etiam adæquata terminatio. Confirmo exemplo speciei visiuæ à *Suarez* admisso: hæc eodem modo repræsentaret obiectum visibile non existens, ac repræsentat obiectum existens ac præsens, si in ipsius absentiâ conseruaretur. Neque ex vi repræsentationis, seu obiectiuæ terminationis posset oculus esse certus de existentiâ vel non existentiâ obiecti: nam existentia obiecti in se ipso non variaret obiectiuam terminationem visionis; quia hæc adæquatè tantùm pendet à motione speciei impressæ, quæ eadem esset in absentiâ, ac est in præsentiâ obiecti. At eodem modo species angelica repræsentat obiectum existens, ac non existens: nam ideò species visiua eodem modo repræsentaret obiectum absens & non existens, ac repræsentat præsens & existens; quia eadem est species rei præsentis & existentis, ac absentis & non existentis. Neque dicas, speciem angelicam repræsentare suum obiectum cum certo iudicio, quòd illud existat, vel non existat; cum quo iudicio suum obiectum non repræsentat species visiua. Nam iudicium, vt *Suarez* fatetur, non habetur formaliter ex vi repræsentationis speciei, sed ex vi luminis intellectualis, quod supponit obiectiuam repræsentationem. Non potest autem iudicium esse diuersum, vbi obiectiua repræsentatio est eadem. 2. Ex hoc modo sequeretur, posse angelum futura contingentia certò prædicere. Nam longo experimento didicisset, non alias species naturales se à Deo infusas habere, quàm rerum futurarum. Ex eo enim, quòd omnes hactenus species, quæ angelo repræsentabant res, antequam existerent, non fuêre, nisi rerum futurarum, certò coniicere posset, quòd etiam reliquæ species eiusdem ordinis naturalis, quæ eidem angelo repræsentant res nondum existentes, sint etiam rerum futurarum: atque adeò talia futura certò prædicere posset.

Tertius modus Suarez.

Ratio.

Reiicitur.

Species adæquata eodem modo repræsentat rem non existentem ac existentem.

46. *Conf. argu. ad hominem.*

47. *Vrgetur contra Suarez.*

Quartus *Heruai in 2.dist.7.q.2 §.Quantum ad 1. fine, Theophili Raynaudi de naturali Theol.disp.4.q.1.num. 111. & 115. & Maloni apud Suarez:* Ideò angelum non cognoscere futura, quia etsi eorum species habeat, non tamen eas habet completè repræsentatiuas quoad omnes indiuiduales conditiones, sed incompletas, complendas pro opportunitate rerum, quæ successiuè existunt, vel ab ipsis rebus, vt putat *Heruaus*; vel à Deo vt auctore naturæ per generalem concursum priùs naturâ & causalitate influentem, & complentem causam, eiusque principium, tum in effectum ipsum, vt censet *Malonius*; vel per modum

48. *Quartus modus.*

Digitized by Google

modum intrinsecum modificantem, & complentem speciem in ordine ad omnes conditiones individuales obiecti, vt docet *Theophilus*. Sed contra 1. repugnat, obiectum materiale esse connaturale instrumentum ad productionem accidentis spiritualis, nisi sit aliquo modo eleuatum à materiâ, qualis non est res materialis secundùm proprium esse naturale, vt *disp. 9. sect. 5*. Contra 2. falsum est, generalem concursum Dei requiri ad complendam causam 2. in actu 1. siquidè illa ex se supponitur in suo genere completa ante concursum, quem solùm requirit in ordine ad effectum, vt *alibi*. Contra 3. vel iste modus perseuerat idem semper cum specie, cui additur; vel iterum mutatur, mutato obiecto de præsente in præteritum. Si primum; sequitur, per illum semper rem repræsentari vt præsentem, & numquam præteritam: quia non potest repræsentari vt præterita, nisi per distinctum modum. Nam modus, qui repræsentat rem vt præsentem, non potest repræsentare rem vt præteritam; sicut nec eamdem repræsentare poterit vt futuram: omnis quippe mutatio, quæ fit in obiecto in ratione obiecti, supponi debet in specie; quia omnis mutatio terminatiua obiecti adæquatè causatur ex ratione motiuâ speciei. Ac proinde nequit obiectum repræsentari secundùm differentias præsentis, præteriti, & futuri, nisi species ipsa supponatur huiusmodi differentiis modificata. Sicut nequit species visiua repræsentare obiectum visibile, secundùm differentias loci, nisi species ipsa visiua supponatur talibus differentiis modificata. Non enim potest species visiua repræsentare visibile cum distantiâ, vel propinquitate ad aliud visibile, nisi species ipsa visiua huiusmodi distantia, aut propinquitate loci modificetur. Si dicatur secundum; iam toties debebit iste modus mutari, quoties obiectum transit de futuro in præsens, & de præsenti in præteritum. Præterea, vel iste modus statim producitur, ac res ipsa transit de futuro in præsens. Et contrà est: tunc posset angelus naturaliter cognoscere præterita, quæ numquam cognouit vt præsentia. Quæ cognitio non minùs est indebita angelo, quàm cognitio futurorum. Vel solùm iste modus producitur, quando angelus vult cognoscere rem præsentem. Et contrà est: tunc iterum debet talis modus corrumpi, & alius diuersus produci quando eadem res, cognita vt præsens, transit in præteritum: cùm idem modus, qui repræsentat rem vt præsentem, non sufficiat repræsentare rem vt præteritam. Ad huiusmodi igitur inutiles productiones, & corruptiones vitandas;

49. *Sed neque hic modus omnimodè saluat sicut.*

50.

51. *Contra modum 3.*

52. *Dici nequit mutari &c.*

53. Dicendum cum præced. sent. non habere angelum species futurorum completè repræsentatiuas ab initio infusas, ideoque non posse illa certò præcognoscere, sed eas pro opportunitate rerum existentium compleri, non quidem per modum intrinsecum, vti præcedens opinio affirmabat, sed per extrinsecum tantùm concursum Dei, quoties voluerit angelus hoc, aut illud obiectum præsens, vel præteritum, intra sphæram ipsius existens cognoscere. *Vera ratio.*

54. Dico igitur; Deum ab initio concreasse angelis species completas omnium specierum de facto conditarum, nec non singularium incorruptibilium, tam materialium, vt corporum cælestium & elementorum, quàm spiritualium, vt angelorum: reliquorum verò singularium corruptibilium, siue existentium, siue futurorum, siue contingentia sint, siue naturalia, species indidisse ab initio incompletas, complendas pro opportunitate rerum existentium, aut præteritarum, per extrinsecum dumtaxat concursum in ordine ad cognitionem eorumdem obiectorum, quoties voluerit angelus pro suâ libertate hoc aut illud obiectum præsens, præteritúmve cognoscere. Probo singula. Deus eas, ac tales species ab initio angelis indidit, quas ac quales res ipsæ naturaliter producerent, si possent. Cùm enim angeli non habeant completum principium intelligendi res per se ipsos, egent rerum speciebus, vt eas intelligant: quia verò res nequeunt sui species in angelis producere, Deus vt auctor naturæ earum vices supplet. Sed res singulares incorruptibiles existentes producerent species sui inuariabiles, corruptibiles verò variabiles. Cùm enim species in fieri, & conseruari naturaliter pendeat ab obiecto, quale erit obiectum, talis erit ipsius species: species incorruptibilium inuariabiles, corruptibilium variabiles: tales igitur Deus indidit angelis species. Rursus, quia res existentes, si possent, non solùm producerent intuitiuas species sui, sed ex iis intellectus angelicus, si posset, varias eliceret species abstractiuas earum: quòve perfectior esset intellectus, eò perfectiores vniuersaliores que ex talibus speciebus intuitiuis formaret species abstractiuas. Porrò Deus eas, ac tales species indidit angelis, quæ sunt repræsentatiuæ possibilium, seu futurorum abstractiuè tantùm, & incompletè, quales intellectus ipse angelicus è rebus ipsis existentibus sibi produceret, si posset. Cùm enim nulla res existens contineat suos effectus futuros determinatè quoad indiuiduationem, sed solùm indeterminatè, & radicaliter; species, quas de futuris rebus Deus angelis infudit, non sunt completè repræsentatiuæ futurorum, sed solùm incompletè & radicaliter. Quia verò intuitiua cognitio postulat completam speciem obiecti, quando huiusmodi res existunt, & ab angelis cognoscuntur, complentur earum species per actualem concursum in ordine ad cognitionem intuitiuam earum: atque hoc modo saluatur, quo pacto species futurorum fuerint ab initio angelis concreatæ, & nihilominus per illas non potuerint futura præcognoscere. Quia cùm tales species non repræsentent res futuras intuitiuè, & completè, sed solùm abstractiuè & incompletè, non possunt per eas futura certò cognosci.

55. *Probantur singula.*

Eas tantùm ac tales species Deus indidit angelis, quas res producerent.

56. Ex dictis colligo 1. non deberi angelo, habenti speciem incompletam futuri contingentis, concursum illam complentem in ordine ad perfectam & intuitiuam cognitionem illius; deberi tamen quamprimùm existit, quia ille concursus speciei in ordine ad notitiam obiecti debitus est angelo, qui naturaliter esse posset ab obiecto, vel à specie vnà cum intellectu angelico producta ab obiecto ipso: sed talis concursus non potest naturaliter esse ab obiecto futuro; neque à causâ præsente, quia causa præsens non continet completè effectum futurum, quia non continet illum quoad vltimam rationem indiuiduationis; neque à specie productâ à causâ, & intellectu angelico; quia hæc, cùm non producatur ab obiecto proprio, sed ab alieno, non posset esse completa, & intuitiua; quia non produceretur secundùm vltimam suam rationem indiuidualem. Colligo 2. quemlibet angelum habere species incompletas omnium præteritorum, quæ sunt intra sphæram obiecti naturalis; non posse tamen ex iis certò cognoscere, nisi aut quæ ipse intuitiuè cognouit, dum existerent, aut quæ ab aliis angelis intuitiuè cognita manifestari possunt, aut quæ post se certum relinquunt vestigium. Primum patet; nam præterita sunt eadem, quæ fuêre futura: sed quinis angelus habet species incompletas omnium futurorum, quæ sunt intra sphæram obiecti naturalis; ergo & omnium præteritorum. Nam

Corollaria ex dictis.

57. *Coroll. 2.*

Digitized by Google

Deducitur ex nostro principio.

ſpecies angelo ſemel infuſę numquam corrumpuntur, quia nullum habent contrarium. Secundum colligitur ex *Iſaiæ* 14. vbi tam futurorum, quàm præteritorum prædictio, aſſignatur tamquam Dei propria. nam eæ, ac tales ſpecies debentur angelo, quas, ac quales, res ipſæ producerent: ſed res præteritæ vt præteritæ nequeunt producere determinatam ſpeciem, ſui niſi ſupponantur aliquo modo præſentes, vel in ſpeciebus relictis in intellectu angeli cognoſcentis, vel in aliorum manifeſtantium, vel in aliquo effectu, aut extrinſeco veſtigio. quia res præterita, vt præterita, neque exiſtit in ſe, cùm non ſit; neque determinatè in ſuâ causâ, in quâ tantùm exiſtit virtus, quæ produxit, non autem effectus, qui productus eſt: ſicut quia futura non continentur determinatè in causâ, non poſſunt certò ab angelis cognoſci. Sunt autem res præteritæ determinatè præſentes, non in earum ſpecie bus, qui in actu 1. eodem modo remanent incompletæ, ſicut anteà; cùm ſpecies futurorum in meâ ſint. non compleantur per modum intrinſecum, qui remaneat cum ſpecie; ſed per concurſum extrinſecum, qui ſimul fluit cum actu; ſed ſunt præſentes in ſpeciebus relictis ab actibus intuitiuis, quibus illæ, dum erant præſentes, fuerunt cognitæ, vel ab angelo cognoſcente; vel ab aliis manifeſtantibus. Ita futurum, cùm numquam fuerit ſecundum ſuum particulare & dearticulatum eſſe, non poteſt naturaliter cognoſci: præteritum quia aliquando exſtitit, poteſt uaturaliter cognoſci, vel per ſpeciem ſuæ cognitionis, vel per aliquod veſtigium, quod determinatè ducat in cognitionem ipſius. Dices. Ideò Deus indidit angelo incompletas ſpecies omnium futurorum, non quia ſi res exiſtentes eſſent actu illas producerent; ſed ſolùm quia poſſent illas producere. ergo tenetur Deus vt auctor uaturæ offerre completum concurſum ad cognitionem omnium præteritorũ: quia & ſi dum illa exiſterent, non omnia completas ſpecies ſui actu produxiſſent, poterant tamen omnia completas ſui ſpecies producere. Reſp. neg. conſeq. nam ſpecies futurorum dantur in ordine ad præſentia: omnia autem præſentia ſunt intra ſphæram naturalem angeli. Vt igitur angeli ſint inſtructi in ordine ad omnia obiecta intra ſuam ſphæram exiſtentia, debentur illis ſpecies omnium futurorum: alioqui cùm omnia futura ſint aliquando præſentia, non eſſent ſufficienter inſtructi. Præterita verò nullo pacto ſunt intra naturalem ſphæram obiecti angelici: nam neque ſunt vt præterita, cùm eadem ratio ſit præteritorum, ac futurorum: neque vt aliquando præſentia, cùm præterita numquam futura ſint præſentia. ergo ſi aliunde nequeunt illa ex aliquo effectu naturaliter cognoſci, non debetur illis concurſus ad ea determinatè cognoſcenda. Vnde ſi Deus nunc crearet angelum, nullæ ei deberentur ſpecies præteritorum, niſi quorum poſſent ab aliis angelis manifeſtari, vel ex aliquo veſtigio colligi: deberentur tamen illi ſpecies incompletæ omnium futurorum complendæ per extrinſecum concurſum Dei auctoris naturæ quando erunt præſentia. 3. in angelo eſt memoria rerum præteritarum, atque adeò ſcientia experimentalis, quæ gignitur ex ſpeciebus à præteritis actibus relictis, quæ vim habent determinandi intellectum angeli ad actualem recordationem eorum, quæ aliquando cognouit: contra *Vaſquez diſp.* 208. *c.* 4. *& Arrub. diſp.* 267. *c.* 3 negantes in intellectu angeli relinqui ſpecies præteritorum actuum, ſed recordationem fieri per ſpeciem ab initio infuſam, repræſentatiuam omnium præteritarum cognitionum.

Diſcrimen inter præteritum & futurum.

58. *Obiectio.*

59. *Ratio diſcriminis.*

60. *Coroll.* 3. *In Angelis datur memoria rerũ præteritarũ à ſpeciebus actuum præteritorum.*

Sed contrà actus angelici, vt cauſæ naturales neceſſariò producunt in intellectu angeli ſpecies ſui.

Obiicies 1. tales ſpecies incompletæ futurorum eſſent omninò ſuperfluæ in angelis, cùm non poſſint illis vti: ergo fruſtrà ponuntur. Reſp. neg. antec. nam poſſunt illis vti ad cognoſcendas quidditates futurorum. 2. Si angelus non haberet completas ſpecies indiuiduorum corruptibilium exiſtentium, non poſſet ſe excitare ad cognoſcenda accidentia huiùs, vel illius indiuidui: nam hoc ſupponit diſtinctam notitiam indiuiduorum. Reſp. neg. ſequel. nam per ſpeciem quidditatis poterit angelus ſeipſum excitare ad diſtinctam notitiam accidentium: ſc. ſtatim ac cognitâ quidditate, deſiderat cognoſcere indiuidua exiſtentia talis quidditatis, Deus vt auctor naturæ excitat illum ad notitiam indiuiduorum, & accidentium indiuidua concomitantium. 3. Etiam poſſet angelus longo experimento futura prædicere. Nego antec. quia cùm ſpecies futurorum in noſtra ſint. non repræſentent futura, niſi indeterminatè, ſub ratione tantùm indiuidui poſſibilis, abſtrahendo ab omnibus circumſtantiis, & proprietatibus indiuidualibus, non poteſt angelus ea certò cognoſcere vt futura: quia licet habeat ſpeciem repræſentantem motum localem, ex. gr. non tamen habet ſpeciem repræſentantem motum localem huius, vel illius indiuidui. 4. Operationes angelorum totâ æternitate futuræ, ſunt infinitæ: ſed quinis angelus habet ſpecies repræſentantes omnes operationes futuras angelorum. Reſp. habet ſpecies repræſentantes omnes futuras operationes quoad indiuidualem perfectionem, nego; quoad ſpecificam, concedo. & quia illæ quoad ſpecificam ſunt finitæ, etiam ſpecies earum repræſentatiuæ, erunt finitæ. Triplex enim ſpecierum genus in angelis: 1. ſubſtantiarum & accidentium incorruptibillum; 2. ſubſtantiarum corruptibilium; 3. accidentium corruptibilium. Priores ſunt completæ, & magis, aut minùs vniuerſales quoad quidditates, vel indiuidua iuxta exigentiam ſubiecti. Poſteriores ſunt incompletæ, & magis aut minùs vniuerſales, non directè per ordinem ad plura indiuidua repræſentata, ſed per ordinem ad plures concurſus quos exigunt in ordine ad plura indiuidua actu exprimenda. Et quia indiuidua ſubſtantiarum corruptibilium exiſtentium ſunt finita, tales ſpecies erunt finitæ, & hetorogeneè diſtinctæ inter ſe. Poſtremæ ſunt tantum repræſentatiuæ quidditatum; & quia quidditates accidentium corruptibilium conditarum finitæ ſunt, etiamſi eorum indiuidua ſint infinita, ſpecies earum repræſentatiuæ erunt finitæ. 5. Hic modus non ſaluat, quo pacto angelus ſit certus, quòd id, quod actu cognoſcit, ſit præſens, præteritum, aut futurum: cùm per nos angelus non cognoſcet obiectum immediatè in ſeipſo, ſed in ſua ſpecie expreſſa, quæ eodem modo repræſentat obiectum exiſtens, ac non, exiſtens. Nego antec. nam hoc optimè ſaluatur ex eo, quod Deus vt auctor naturæ immediatè ſupplet concurſum vniuſcuiuſque obiecti, ſecundum omnes circumſtantias, & diſpoſitiones, in quibus obiectum reperitur, quando intelligendum eſt ab angelo. Et quia hoc naturaliter notum erit, non poſſe circa ſuum obiectum falli, ſed tantùm falli poſſe circa obiecta non ſua, cuiuſmodi ſunt futura; vel præterita, quæ numquam vt præſentia nouit: aut qualis ſunt obiecta, quæ ſibi ab aliis manifeſtantur; quia poſſunt ſibi ab aliis manifeſtari aliter ac ſunt: quo caſu Deus ſupplet vicè angeli manifeſtãtis, cõcurrẽdo ad obiectũ modo quo illud intẽdit manifeſtare.

61. *Obiectio* 1.

62. *Obiectio* 2.

63. *Obiectio* 3.

64. *Obiectio* 4.

Triplex ſpecierum genus in angelis diſtinguitur.

Obiectio 5.

Solutio.

DISPV-

Digitized by Google

DISPVTATIO XII.

De cognitione secretorum cordium.

1. QVÆRITVR, An Angelus propria virtute certò & intuitiuè cognoscat nostra, aut alterius Angeli libera cordis secreta? Dixi *certo & intuitiuè*; tum coniecturaliter ex aliquo effectu, aut per externum signum, etiam homo abstractiuè cognoscit libera secreta cordis alterius. Ex eo enim quòd Petrus currit, certò cognoscimus, Petrum habere voluntatem currendi. Controuersia igitur est, an angelus libera secreta alterius angeli, vel hominis, antequam foràs prodeant per aliquem effectum, intuitiuè in seipsis certò cognoscat. Loquimur autem de secretis cordium, quæ angelus, vel homo propriâ virtute in seipso producit, quales sunt cogitationes, & affectiones circa res naturales; non quæ elicit viribus gratiæ, vt sunt illustrationes, & affectiones circa res diuinas & supernat. nam sicut hæ sunt supra naturam creaturæ elicientis, ita & supra naturam creaturæ intelligentis. Pro parte

2. affirmante sunt hæ rationes. 1. huiusmodi secreta cordis sunt entia naturalia; sunt enim effectus potentiæ naturalis, ipsius sc. intellectûs aut voluntatis angeli intelligentis, aut volentis: ergo sunt naturaliter intelligibilia. nam intelligibilitas consequitur ad entitatem; qualis entitas, talis intelligibilitas; si entitas naturalis, etiam intelligibilitas.

Partis affirmantis ratio 1.

3. 2. Hæc secreta sunt naturaliter intelligibilia ab ipso eliciente; ergo à quouis alio: omnis quippe intellectus angeli intra suam sphæram naturalem claudit omne intelligibile naturale: ergo quidquid est naturaliter intelligibile ab vno, erit naturaliter intelligibile à quouis alio: sicut quidquid est naturaliter visibile ab vno oculo, est naturaliter visibile à quocumque alio oculo. 3. Angelus naturaliter intuetur substantiam, proprietatesque naturales alterius: ergo etiam cogitationes, volitionesque eiusdem. Quia si potest naturaliter intueri principium, à fortiori effectus

4. in principio contentos. 4. Potest vnus angelus,

Ratio 2.

Ratio 3.

5. altero manifestante, naturaliter cognoscere secreta cordis alterius, sine viribus additis, per solas vires naturæ, intelligere potest secreta manifestantis: at manifestatio, cùm sit extrinseca obiecto manifestato, non ponit illud intra sphæram naturalem intelligentis, si illud ex se non sit intra talem sphæram: sicut manifestatio, quâ nobis Deus aliquid reuelat, non ponit illud intra sphæram obiecti naturalis, si illud ex se intra talem sphæram non sit.

Ratio 4.

6. Pro parte negante est auctoritas Scripturæ, & Patrum testantium, cognitionem secretorum cordium esse propriam Dei. 3. *Reg.* 8. *&* 2. *paralip.* 6. *Tu solus nosti corda filiorum hominum.* Ieremiæ 17. *Prauum*, siue vt LXX. *profundum est cor hominum, & inscrutabile: quis cognoscet illud? Ego Dominus scrutans cor & probans renes.* In quem locum Hieronymus: *Nullus cogitationum secreta cognoscit, nisi solus Deus.* Chrisost. in Ioan. *Humanorum cordium cognitio solius Dei est, qui ea formauit.* Cyrill. *lib.* 2. *in Ioan. c.* 19. *Nouerat probè Nathanaël, soli Deo corda hominum patere.* Et lib 3. c. 3. circa init. *Nullus præter Deum cordium occulta scrutatur.* Ambr. *in* 2 *c.* 1. *ad Corint.* in illa, *Nobis autem reuelauit Deus*, ita scribit: *profunda autem ideò ait, quia omnem virtutem & præscientiam eius nouit; quod omnino creaturæ impossibile est.* Auctor de Eccles. dogm. c. 81. *Internas cogitationes diabolum non videre, certi sumus; sed motibus eas corporis ab illo, & affectionum indiciis colligi, experimento didicimus. Secreta autem cordis solus ille nouit, ad quem dicitur. Tu solus nosti corda filiorum hominum.* Ex quo iidem colligunt, certum signum, quo suam Christus diuinitatem probabat, fuisse notitiam, quâ internas hominum cogitationes cognoscebat. Sic Hieron. ex illo Lucæ 11. *Vt vidit* IESVS *cogitationes eorum*, ratiocinatur: *Nullus potest videre cogitationes eorum, nisi solus Deus: ergo Christus Deus est.*

Partis negantis motiua.

Ad hanc controu. variæ sunt sent. quarum duæ 7.
sunt extremæ: 1. Durandi *in* 2. *dist.* 3. *qu.* 7. *nu.* 18. *& dist* 8 *qu.* 5. *Heruæi qu.* 3. *& tract. de Verbo quæst.* 1. *art* 4. affirmantium, angelos, secreta cordium cognoscere; hoc discrimine, quòd, vt *Durand.* putat, Deus non tantùm præsentia, sed etiam futura; angelus solùm præsentia cognoscit: vel, vt *Heruæ.* autumat, solus Deus cognoscit illa omni claritate, quâ cognoscibilia sunt: angelus verò, etiamsi eadem cognoscat, non tamen omni claritate. Contra quos pugnant citata testimonia: eoque magis reprehendendus est *Heruæus*, quò id absolutè docet: nam *Durand.* non nisi dubio. Altera *Cajet.* 1. *p. q.* 57. *ar.* 4. 8.
§. *Ad quid. Ferrar.* 3. *con. gen. c.* 154. § *Circa id: Alberti-* 2. *Sent. fusè.*
ni toroll. 10. *Theol. ex princip.* 1. *philos. nu.* 10. asserentium, ideò non posse secreta cordium ab angelo naturaliter cognosci, quia nequeunt illa per species naturales repræsentari: nam entia libera, quâ libera, sunt altioris ordinis, quàm naturalia. Consilia autem cordium sunt entia libera: & angelo non debentur nisi species rerum naturalium. Confirmat 9.
Albert. Vbi modus essendi obiecti excedit in altio- *Confirmat Albertinus.*
ri ordine modum essendi principij formalis, seu effectiui, non potest tale obiectum intuitiuè attingi à tali principio; quia modus cognoscendi adæquatè sequitur modum essendi principij formalis. Sed in ordine intelligibilium species est forma essentialis respectu intellectûs: ergo non potest per speciem inferioris ordinis repræsentari res altioris ordinis: at species est in ordine naturali, quia repræsentat vt causa naturalis determinata ad vnum; secreta autem cordium sunt entia libera, quia sunt à causâ indeterminatâ, habente dominium supra seipsam; ergo sunt in diuerso ordine: atque adeò nequit vnum per aliud naturaliter repræsentari. Quòd si ab eo quæras; quo pacto angelus cognoscat sua secreta? Respondet; vel immediatè per seipsum, vel per suam propriam substantiam; quæ quia radix est liberi, & naturalis simul, potest vt species vtrumque repræsentare.

Contra hos militant rationes omnes initio allatæ, 10.
& præcipuè secunda, quam sic vrgeo: Aut tale se- *Sed contra militant rationes allatæ.*
cretum est naturaliter intelligibile ab habente ipsum, aut non. Non secundum; cùm nihil sit magis naturaliter intelligibile, quàm sua propria operatio: ergo primum: ergo idem erit naturaliter intelligibile ab alio; cùm non possit idem comparari vt naturaliter intelligibile ab vno, & non ab alio: idem quippe est naturale obiectum omnium. Poterit igitur naturali specie repræsentari; siquidem naturale repræsentabile ordinem dicit ad naturale repræsentatiuum. Confirm. Intellectus an- *Confirm.*
geli est naturaliter perceptiuus talis obiecti: ergo exigit naturale complementum ad illud percipiendum. Alioqui respectu eiusdem obiecti darentur duo principia proxima, quorum vnum respiceret illud vt obiectum naturale, alterum vt obiectum non naturale: atque adeò idem respectu eiusdem principij totalis compararetur vt obiectum naturale,

Digitized by Google

rale, & non naturale; naturale respectu intellectûs
11. non naturale respectu speciei. 2. Cognoscit an-
Oppugnat.2. gelus suam liberam volitionem præteritam: ergo
per aliquam speciem, quam illa reliquit in ipsius
memoria. Possunt igitur cordium secreta repræ-
sentari per proprias species naturales; atque adeò
12. per eas naturaliter ab aliis angelis cognosci. Res-
Responsio Albertini. pondet *Albert.* libera volitio præterita repræsen-
tatur per propriam substantiam, qua repræsentan-
tur omnia accidentia, tam libera, quàm necessaria.
Refutatur 1. Sed contrà: 1. nequit intelligi, quo pacto substan-
2. tia angeli inuariata, modò repræsentet volitionẽ vt
præsentem, modò vt præteritam. 2. si potest sub-
stantia adinstar speciei naturalis libera secreta cor-
dis repræsentare, poterit & species: cùm non mi-
nùs illa naturaliter repræsententur à specie, quam
à substantiâ. Nec refert, quòd substantia sit radix
actûs liberi; quia non repræsentat illum, vt radix
est libertatis, sed vt species per modum causæ ad
vnum determinatæ: siquidem vt species non potest
suos actus non repræsentare; potest tamen vt cau-
3. sa libera suos actus non producere. 3. Angelus
habet speciem intuitiuam substantiæ alterius: ergo
per talem speciem non solùm poterit cognoscere
substantiam, sed etiam secreta cordis alterius. nam
species intuitiua substantiæ, respondet in esse re-
præsentatiuo, substantiæ: sicut quælibet species in-
tuitiua obiecti, æquiualet in esse repræsentatiuo,
4. obiecto, quia substituitur loco illius. 4. de facto
datur species expressa naturaliter repræsentans li-
beram volitionem Angeli: vt constat de cognitio-
ne, quâ cognoscit suam liberam volitionem. At
non minùs expressa, quàm impressa obiectum re-
5. præsentat. 5. non implicat species impressa in-
tuitiua secretorum cordium: sed talis species non
esset supernat. cùm esset de obiecto naturaliter cog-
13. noscibili: ergo. 3. arguo: actus liber considerari
3. Argum. soluitur fund. aduers. Actus liber dupliciter cõsideratur. potest; vno modo in se, alio in causâ: licet igitur
non valeat specie intuitiuâ repræsentari, vt est in
causâ; quia in illa non habet esse determinatum,
sed contingens; potest tamen repræsentari, vt est
in se quia in se habet determinatum esse. Ex sup-
positione enim quòd est, necessariò est: alioqui
nulla res naturalis posset intuitiuâ specie repræsen-
tari, quia quælibet res naturalis potuit à Deo non
produci. Non minùs enim substantia angeli pen-
det à liberâ voluntate Dei producentis, quàm ac-
14. tus à liberâ voluntate angeli elicientis. Quare ne-
Secreta cordium non sunt altioris ordinis. go, secreta cordium esse altioris ordinis, alioqui
non essent intra naturalem sphæram intelligibili-
tatis ipsius, cuius sunt secreta. Ad prob. nego, se-
creta cordis esse libera intrinsecè, sed tantùm ex-
trinsecè; quo pacto omnia entia creata sunt libe-
ra extrinsecè ab extrinsecâ voluntate Dei. Nego
etiam, modum essendi secretorum cordium exce-
dere modum essendi speciei, ea repræsentantis:
nam tam species est extrinsecè libera, & intrinsecè
necessaria ad vnum determinata effectiuè, quàm
secreta cordium sunt extrinsecè libera, & intrin-
secè necessaria ad vnum determinata formaliter.
15. Communis sententia est, secreta cordium non
Vera sent. media. posse ab angelo cognosci, non propter physicum
aliquem excessum, aut altiorem ordinem obiecti
supra potentiam cognoscentis, sed aliunde. Vnde
Hoc opus, hic labor. autem hæc ratio desumenda? Vasquez 1. *p. disp.*
209. *cap. vlt.* non aliunde putat, quàm ex testimo-
16. nio Scripturæ ac Patrum vnanimi. Scotus *in* 2.
dist. 9. *q.* 2 §. *Ad argu.* 2. *qu. & in report. qu.* 2. *&* in 4.
dist. 10. *qu.* 8. *Ad argum. loco posita ad* 3. *& dist.* 45.
qu. vlt. Ad argum. Mayro. in 2. *dist.* 9. *qu.* 1. §. *Sed hic.*
diffic. 2. *Bassol. qu.* 2. §. *Sed contra, & fine Ocham. qu.* 20.
litt. L, *Gabriel qu.* 2 *art.* 2. *Maior q.* 3. *&* 1. rationem
assignant ex solâ voluntate Dei, volentis cum in-
tellectu angeli concurrere ad notitiam secretorum
alterius. Sed contrà: 1. negare semper toti naturæ *Hæc ratio non placet.*
angelicæ concursũ debitum, esset perpetuam vio-
lentiam illi inferre, quam Deus non solet, qui res
sinit agere iuxta suos motus. 2. Scripturæ & Pa-
tres aliquid amplius indicant, cùm dicunt, hoc
esse proprium Dei. nam proprium est, quod ita
conuenit vni, vt alteri conuenire non possit: alio-
qui non tam esset proprium vnius, quàm commu-
ne multorum. vnde non solùm importat negatio-
nem actûs, sed etiam aptitudinis; imò hanc impor-
tat essentialiter, illam tantùm accidentaliter: quia
potest, quod est proprium vnius, actu inesse alteri,
non aptitudine. Henricus *quodlib.* 3. *q.* 13. Ægid. 17.
in 2. *dist.* 7. *qu.* 2. *ar.* 2. Argen. *art.* 2. Rubio *dist.* *Ratio Henrici.*
9. *q.* 4. *concl.* 2. hanc assignant licet angelus cognos-
cat internos actus alterius angeli, vel hominis,
quantum ad esse absolutum, quod habent in se;
non tamen cognoscunt quantum ad esse respecti-
uum: quia vel non cognoscit obiectum cogita-
tum, aut volitum, vt *Rubio* censet: quia cùm ob-
iectum sit extrinsecum actui, non necessariò cog-
noscitur, cognito actu: vel quia non cognoscit
actus ipsos quoad assensum, vel dissensum, pro-
secutionem, vel fugam, vt Ægid. putat: cùm per
eandem cognitionem, aut volitionem inuariatam
possimus opposita cogitare & velle: vel quia non
cognoscit finem, ad quem angelus suos actus diri-
git, vt *Henric.* existimat. Quam directionem vo-
luntatis ipse intentionem appellat, & secretum cor-
dis soli Deo, & habenti ipsum notum. Sed con- 18.
tra 1. modum: licet obiectũ sit extrinsecum actui, *Sed neque hæc ratio aliquid probat.*
ordo tamen ad obiectũ est intrinsecus actui. Cog-
nito autem ordine ad obiectum, necessariò cog-
noscitur abstractiuè obiectũ. Maior constat; nam
actus specificatur ab obiecto: ergo talis actus à
tali obiecto. ergo si cognoscitur actus vt talis, sicut
necessariò cognosci debet, si intuitiuè cognoscí-
tur, non potest non abstractiuè cognosci obiectum
cuius est actus. Contra 2. modum: assensus & 19.
dissensus, prosecutio & fuga, sunt intrinsecæ per-
fectiones ac differentiæ actûs, determinantes illum
ad certam speciem & essentiam: igitur si cognos-
citur essentia actûs, necessariò cognoscitur, an ille
sit assensus, vel dissensus, prosecutio an fuga. Fal-
sum autem est, per eundum actum inuariatum nos
opposita cogitare, aut velle. Contra 3. modum:
Scripturæ & Patres vniuersaliter negant, quem-
cumque actum internũ ab alio, quàm à Deo cog-
nosci posse. Vel igitur ista intentio est actus di-
stinctus à ceteris; & de illo militat eadem ratio:
vel est respectus voluntatis, solâ ratione ab illâ di-
stinctus, vt censet *Henricus*; & falsum supponit, quia
implicat voluntatem creatam de nouo intendere,
quod anteà non intendebat, nullâ reali mutatione
factâ in ipsa.

Bonauentura *in* 2. *dist.* 8. *p.* 2. *art.* 1 *q.* 6. Richard. 20.
dist. 8. *art.* 2. *qu.* 4. Aureol. *dist.* 9. *art.* 1 Gregor. *q.* 1. *Ratio Bonauent.*
huius rei hanc reddũt rationem: quia implicat cog-
noscere obiectum absque specie, vel concursu ip-
sius: sed secreta cordis vnius angeli non emittunt
speciem sui ad alterum, neque obiectiuè concur-
runt cum intellectu alterius, absque proprio im-
perio voluntatis habentis illa. Minorem probat *Minor prob.*
Aureo. 1. non maius dominium habet voluntas supra 1.
potentiam motiuam, quàm supra cogitatiuam;
cùm hæc sit intimior naturæ intellectuali, quàm
illa: sed illa non prodit in actum, nisi ex imperio
voluntatis: ergo neque hæc. 2. Non plus subest *Prob.*
volun-

Digitized by Google

voluntati species ipsa intelligibilis in memoriâ existens, quàm cogitatio & volitio: sed illa non mouet potentiam ad intelligendum, nisi ex imperio voluntatis: ergo nec istæ mouebunt ad species sui producendas, nisi ex imperio eiusd.

22. *Tertiò.* 3. Si repugnaret actui interno subesse imperio voluntatis ad mouendum intellectum per speciem, aut concursum obiectiuum sui, vel repugnaret illi, quà obiectum est vt sic: & hoc dici non potest: nam essentia diuina in ratione obiecti non necessariò, sed liberè mouet intellectum ad visionem sui. Vel repugnaret illi, quà creatum obiectum est: & neque hoc probabiliter asseri potest: quia creatum addit solam limitationem, quæ non tollitur, ex eo quòd subest voluntatis imperio. 4. Probat *Gregor.* non minùs cogitatio & affectio subest imperio voluntatis ad mouendum intellectum alterius, quàm proprium; cùm non minùs sit cognoscibilis ab alieno, quàm à proprio: sed proprium intellectum non mouet, nisi ex imperio voluntatis; quia si proprium intellectum moueret naturaliter, necessariò causaret reflexam intellectionem sui; & illa aliam, & sic in infinitum. Vnde actu existerent infinitæ intellectiones reflexæ in quolibet intellectu angelico. Sed contrà; cùm experientia constet, omne obiectum creatum naturaliter producere speciem sui, nondum ab his auctoribus efficaciter probatum est, sola secreta cordis sui speciem liberè producere. 2. instatur: tum quia illa necessariò, non liberè speciem sui relinquunt in intellectu proprio; ergo etiam in intellectu alterius. tum quia intelligibilitas consequitur ad entitatem vt sic: sed ex suppositione, quòd actus liber est productus, necessariò est: ergo necessariò est intelligibilis, atque adeò necessariò motiuus ad cognitionem sui; nam ad talem motionem non eget libero concursu voluntatis; quia non mouet, vt liber, sed vt ens est formaliter. Nec est eadem ratio de potentiâ motiuâ, aut quâuis aliâ virtute liberè operatiuâ: quia vt hæc operetur, eget concursu substantiæ, vt causæ principalis, quem concursum potest substantia non præbere. Ex quo patet ad 1. & 2. *Aureoli:* nam neque potentia motiua, neque species intelligibilis potest suum effectum producere sine actuali influxu substantiæ: actus autem liberi, postquam producti sunt, absque concursu alterius possunt speciem sui producere, vt patet de iisdem actibus sui speciem producentibus in intellectu proprio: non enim vt sui speciem relinquant, indigent concursu alterius causæ. At verò, vt potentia motiua producat suum actum, requirit concursum substantiæ viuentis. Consimiliter, vt species intelligibilis moueat intellectum ad intellectionem, requirit actiuum concursum, tum intellectûs, tum ipsius substantiæ intelligentis. Ad 3. resp. id repugnare obiecto vt sic, per comparationem tamen ad suum intellectiuum proportionatum. Essentia autem diuina non est intelligibile proportionatum, nisi à proprio intellectu, & ideò solùm illum mouet naturaliter: quius verò actus internus creaturæ est proportionatum intelligibile respectu cuiuscumque intellectûs: igitur respectu cuiuscumque debet esse naturale motiuum. Ad 4. Gregorij resp. aliud esse, cognitionem mouere ad speciem sui intellectu imprimendam, aliud ad sui reflexam intellectionem eliciendam. Ad 1. mouet naturaliter, quia mouet per seipsam, vt ens est, sine libero concursu substantiæ: ad 2. liberè, quia mouet dependenter à libertate substantiæ, in cuius potestate est, vti & non vti concursu speciei, vel obiecti. Neganda igitur minor de productione speciei; concedenda de productione intellectionis. Et ad prob. neganda sequela; nam intellectio non consurgit ex productione speciei, sed ex libero vsu ipsius cum potentiâ. Et quia productâ specie actûs in intellectu, potest intellectus eâ non vti ad reflexam cognitionem actûs; non sequitur, si actus necessariò imprimit speciem sui, intellectum necessariò elicere reflexam cognitionem talis actûs: quia ad 1. sufficit actus: ad 2. requiritur liber consensus potentiæ.

23. *Quartò.*

24. *Ratio refellitur.*

25. *Ad 1. Aureoli, & 2.*

26. *Ad 3.*

27. *Ad 4. Greg.*

Bannez 1. *p. q.* 57. *art.* 4. Zumel *ibid. qu.* 2. *Molina*, Valent. *pu* 4. Arrub. *disp.* 169. Suar. *lib.* 2. *de angel. c.* 23. & 24. & alij recent. hanc assignant: vel quia de facto nullas habent species de illis ab initio infusas, ut cencent *Molina & Suar.* vel si habent, eà non repræsentant, nisi posito consensu angeli volentis se manifestare: ita exigente naturâ intellectuali liberâ propter dominium, quod supra suos actus habet. 28. *Ratio Bannez & recent.*

Dico 1. proxima ratio, ob quam nequit angelus aliorum secreta naturaliter cognoscere, non est, quia eorum species simpliciter non habet, vel quia talibus speciebus denegatur concursus, donec alter velit se manifestare; sed quia licet eorum species ab initio acceperit, eas tamen completas non accepit sed tantùm incompletas, complendas immediatè à Deo, non per modum intrinsecum, sed per concursum extrinsecum ad exigentiam angeli, liberè se manifestare volentis, vt *disp. præced. à nu* 54. *& deinceps.* Prior pars est *S. Thom. q.* 9. *de verit. art.* 1. *ad* 10. *& à* 4. *ad* 11. & prob. connaturalius est angelo, ab initio accepisse omnes species, quas sibi ipse cum obiectis produxisset, si producere eas sibi potuisset; nam Deus in producendis speciebus angelicis supplet defectum naturæ: sed tales species sibi ab initio cum obiectis produxisset, si eas sibi producere potuisset. Angelus n. statim habuit ab initio suæ creationis species intuitiuas aliorũ, quoad ipsorum substantias, & potentias: at ex intuitiuâ cognitione potentiarum aliorum sibi produxisset species abstractiuas intellectionum, & volitionum, quas vnusquisque producere posset: igitur easdem species habuit à Deo auctore naturæ ab initio concreatas. Posterior pars prob. 1. non aliæ species fuerunt ab initio debitæ angelo, quàm quas ipse sibi è rebus eruisset, si potuisset. 2. omninò otiosæ illæ fuissent, si nullo modo iis angelus vti potuisset, donec manifestantis consensus accessisset. Reliqua verò patent ex *disp. præced.* 29. *Assertio prima proximam rationẽ indicant.* 30. *Prob. quoad 1. parte ex S. Thomã.* 31. *Posterior pars assertionis probatur.*

Dico 2. Remota & radicalis ratio, cur nequeant angeli aliorum secreta naturaliter cognoscere, est perfectum dominium, quod supra suos actus liberos creatura intellectualis habet. Fundam. creatura intellectualis non solùm habet physicum, sed etiam morale dominiũ supra suos actus: quod est de perfectâ ratione dominij: ergo non solùm debet excludere physicum, sed etiam morale impedimentum: non excluderet autem morale impedimentum, si statim ac illos eliceret, manifesti fierent aliis. nã sæpè creatura retardaretur à suis actibus eliciendis; si sciret, statim eos fore ab aliis cognoscendos, vt contingit in nobis quoad actus externos, quos sæpe elicere omittimus, ne manifestentur aliis. ergo non solùm debet perfectum dominium creaturæ esse liberum à coactione physicâ, ne physicè; sed etiam à morali, ne moraliter, propter aliorum scientiam retardari possit. Huc tendit ratio S. *Tho.* quâ probat, ideò non posse secreta cordis vnius, ab alio cognosci; quia voluntas creata soli Deo subiecta est: non esset autem soli Deo subiecta, si eius libera consilia possent ab alio cognosci. Nam genus quoddam subiectionis est, 32. *Assertio 2. radicalem rationem continens.* 33. *Idem docet S Thomas.*

Digitized by Google

non posse suos actus eliçere, nisi aliis manifestentur. Habet igitur rationalis creatura ius quoddam naturale secreti circa suos actus, ne, ipsâ inuitâ, ab aliis cognoscantur. Et hoc ideò, quia supra illos plenum habet dominium. Ex quo vt ex radice nascitur, vt nulli puræ creaturæ naturaliter debeantur completæ species secretorum cordis alterius, absque ipsius consensu. 1. Quia eæ, ac tales species debitæ sunt angelis, quas ipsi sibi è rebus naturalibus produxissent: tales autem sunt species incompletæ. 2. Ne impediatur perfectum dominium, quod vnaquæque creatura rationalis habet in sua secreta.

Duplex ratio cur angelus species completas secretorum non habeat.

34. Ex his patet ad rationes dub. quæ solùm probant, secreta cordis vnius non esse supra naturalem vim intelligendi alterius: non tamen probant, aliunde non posse eorum species completas esse indebitas angelo, sc. ex perfecto dominio, quod supra suos actus liberos habet creatura intellectualis.

35. *Obiectio.* Dices? tales species sunt naturales; ergo exiguntur ab angelo. Resp. dist. conseq. exiguntur posito consensu alterius, concedo: independenter à consensu alterius, nego. Non enim quidquid est naturale, statim exigitur ab angelo, nisi positâ conditione, vt constat de effectu futuro, cuius completa species non debetur angelo, nisi positâ existentiâ rei futuræ. *Solutio.*

Quænam sint secreta cordis, quæ Angelus naturaliter cognoscere non potest?

36. OMNES conueniunt, angelum naturaliter cognoscere actus necessarios alterius; quibus seipsum necessariò cognoscit & diligit; nec non omnes sensationes tam externas, quàm internas hominis, quoad physicam entitatem, non quoad moralitatem, quæ à liberâ voluntate hominis pendent. Cognoscit autem illas, non tantùm in causâ, sed etiam in seipsis, cùm sint actus physicè naturales. Certum etiam est, angelum non cognoscere liberas affectiones alterius: nam saltem hæ veniunt nomine secretorum, quæ soli Deo, & habenti ipsa, nota sunt, vt *præced. sect.* Sola concertatio est de actibus intellectûs, & motibus indeliberatis voluntatis, an illi naturaliter cognoscantur ab angelo, & quidem quoad actus intellectus. Prima sent. affirmat. Fuit quorumdam apud *Durand. in 2. dist. 8. q. 5. nu. 8.* quam sequitur *Hurtad. in metaph. disp. 12. §. 30.* vt probabilem defendit *Vasquez 1. p. disp. 210. c. 2.* quam & docet, fuisse *Alph. Deza.* Fundam. actus intellectûs non sunt liberi per se, sed per accidens ratione voluntatis, à quâ imperantur: hoc autem non impedit, quò minùs possint naturaliter cognosci, vt constat de actibus imperatis potentiæ motiuæ, & sensitiuæ in homine. Maior prob. intellectus non est potentia libera, sed necessaria, non secus ac ipsa potentia motiua, quæ, posito imperio voluntatis, naturaliter operatur. ergo eodem modo se habet actus intellectûs, ac motus localis: vterque enim est elicitus à potentiâ necessariâ, & imperatus à liberâ: ergo si hic naturaliter cognosci potest, etiam ille poterit naturaliter cognosci. Nec obstat, quòd Scriptura absolutè neget, cogitationes cordis posse ab alio, quàm à Deo cognosci: nam cordis cogitatio, vitatâ phrasi Scripturæ, non significat solùm actum intellectûs, sed simul affectum voluntatis, ex quâ illa proficiscitur, vel cuius est proxima causa.

De actibus intellectus, & motibus indeliberatis voluntatis.

37. *1. Sent. affir.*

38. Secunda negans probabilior est, & communis Theol. qui nobiscum sentiunt, secreta cordis non posse ab angelo in se ipsis naturaliter cognosci: *Bannez 1. p. q. 57. art. 4. §. Sed dicet, & seq. Zumel ibid. q. 1. in solut. 2. & 3 argum. Molin. Valent. Arrub. disp. 170. Suarez lib. 2. de angel. c. 25. S. Thom. 1. p. q. 57. art. 4.* vbi ait, *tam cogitationes prout sunt in intellectu, quàm affectiones prout sunt in voluntate,* à solo Deo cognosci. Nec explicari potest de cognitionibus, prout dependent à voluntate; quia distinguit cogitationes prout sunt in intellectu; & eo modo negat, actus intellectûs, quo affirmat, actus appetitûs sensitiui, esse cognoscibiles ab angelo; cùm illos simpliciter neget, hos simpliciter affirmet: at hos affirmat esse cognoscibiles secundùm substantiam; igitur illos negat esse cognoscibiles secundùm substantiam, & non tantùm secundùm moralitatem. Prob. 1. ex Scripturâ & Patrib. qui eodem modo loquuntur de cogitationibus, ac de affectionibus. Nec licet verba Scripturæ restringere tantùm ad actus voluntatis, cùm propositiones sint negatiuæ & vniuersales: alioqui non eodem modo Christus suam diuinitatem ostendisset, cognoscendo intellectûs cogitationes, quàm cordis affectiones, contra *Hieronym. cit.* 39. *Prob. 1. Sent.*

2. Si posset angelus cognoscere cogitationes, posset & affectiones. Nam qui intuitiuè cognoscit actum, abstractiuè saltem cognoscit obiectum, circa quod talis actus versatur. ergo intuendo angelus notitiam, quâ alter vel propriam, vel alterius affectionem sibi reuelatam cognoscit, simul abstractiuè cognosceret affectionem alterius. Ex quo vlteriùs sequeretur, non posse angelum suum secretum manifestare vni, quin manifestaret omnibus; cùm omnes possint notitiam, quâ suum secretum manifestat, naturaliter cognoscere. 3. Multa sunt peccata, quæ consummantur in intellectu, vt blasphemia, obduratio, hæresis, & cetera infidelitatis crimina: ergo hæc saltem naturaliter cognoscerentur ab angelo. Nec refert, quòd vt hæc sint peccata, coniunctum habere debeant affectum, quem angelus ignorat; nam sufficit ille idem affectus, qui requiritur ad hæc erronea iudicia formanda, cùm teneamur illa non formare. ergo hoc ipso, quòd angelus videret hominem huiusmodi iudicia intra se formantem, cognosceret illa vt peccata formaliter. 40. *Prob. 2.* 41. *Prob. 3.*

4. Quidquid per se proximè requiritur ad actum liberum exercendum, latere debet angelum: nam perfectum dominium creaturæ supra suos actus liberos exigit, vt non modò illi sint occulti quoad substantiam, sed etiam quoad circumstantias, & proxima principia, ex quorum notitiâ facilè deueniri posset in notitiam ipsius actûs liberi (sanè hoc dominium supra suos actus vnusquisque habere vellet, cùm sit rationabile, & exigatur à naturâ perfectè liberâ:) At actus intellectûs per se proximè requiritur ad actum liberum: nam vel huiusmodi actus sunt practici, vel speculatiui: practici sunt proxima principia actuum liberorum; nam ex illis immediatè mouetur voluntas ad electionem faciendam. vnde qui cognosceret illos, facilè cognosceret electionem, cùm semper soleat voluntas in electione faciendâ sequi iudicium efficacius proponens: Speculatiui, & si non sint proxima principia, ex quibus immediatè mouetur voluntas, quia tamen illi ordinari possunt ad practica iudicia, vt actus præuij integrantes eamdem seriem actuum liberorum, etiam isti spectant ad perfectum dominium creaturæ. Confirm. sicut libertas in actu 1. essentialiter integratur ex intellectu radicaliter, & ex voluntate formaliter: ita liberum in actu 2. componitur ex actu intellectûs inchoatiuè & radicaliter, & ex actu voluntatis completiuè & formaliter. Nec est eadem ratio de actibus potentiæ sensitiuæ, quia hi non sunt in eodem ordine & serie, nec per se requisiti, sed solùm ratione statûs ad 42. *Prob. 4. à priori.* 43. *Confirm.*

actus

actus formaliter liberos. Quoad actus verò indeliberatos, affirmat *Albertinus Corol. 10. Theol. & exprincip. 1. philos. nu. 20.* eos naturaliter cognosci ab angelo, quia tales actus fiunt à voluntate determinata ad vnum, atque adeò vt tales continentur intra ordinem actuum naturalium, repræsentabilium per species naturales. *Negant alij probabilius*: nam idem actus inuariatus quoad intrinseca, accedente rationis aduertentiâ, fit formaliter liber, atque adeò ignotus angelo. Repugnat autem, vt idem actus inuariatus quoad entitatem, modò sit repræsentabilis per speciem naturalem, modò non. Respondet *Albertinus*, accedente rationis aduertentiâ talē actum variari quoad extrinsecam terminationem: nam priùs producebatur à voluntate, vt determinatâ ad vnum; posteà conseruatur ab eâdem, vt liberâ ad vtrumlibet. Sed contrà: totum hoc extrinsecum est actui; nam libera illa conseruatio, quæ intelligitur aduenire actui post rationis aduertentiam, non est noua actio, intrinsecè modificans actum, sed eadem antiqua connotatâ tantùm causâ liberè potente illum suspendere, quæ anteà, defectu perfectæ aduertentiæ, non poterat. Hoc autem non mutat intrinsecè actum, sed tantùm extrinsecè: species autem per se repræsentat intrinsecam entitatem actus: ergo si hæc non mutatur, nec species talis actus repræsentatiua mutabitur: atque adeò si anteà repræsentabat illum naturaliter, etiam posteà, accedente extrinsecâ aduertentiâ rationis, repræsentabit naturaliter. Velut si oculus repræsentaret visibile, quod necessariò conseruaretur à suis causis; si idem posteà visibile liberè conseruaretur ab iisdem causis, non variaretur aut visio; aut species illud repræsentans: quia hæc solùm exprimit entitatem obiecti visibilis; quæ per variationem causæ necessariæ in liberam, non variaretur in se. Ex dictis deducitur, non modò latere angelum liberas cogitationes, & volitiones, sed etiam species, & habitus ab illis productos in potentiâ cogitantis & volentis: alioqui posset per huiusmodi species, vel habitus deuenire in notitiam præteritarum cogitationum & volitionum liberarum alterius, cuius essent tales habitus & species. Secus verò est de potentiis, & speciebus obiectorum naturalium, quæ quia naturales sunt, possunt ab omnibus naturaliter cognosci. Ad fund. primæ, resp. non ideò cognitionem internam esse occultam, quia est imperata à potentiâ liberâ: sed quia est principium proximè inchoans actum liberum, cuiusmodi non sunt actus externi imperati, qui tantùm sunt effectus libertatis. Vnde ad prob. maioris concedo, intellectum esse causam necessariam, sed proximè completiuam libertatis, cuiusmodi non sunt reliquæ potentiæ naturales. Dices, ergo saltem cognitio, vt consequens imperium voluntatis, non est occulta; quia vt sic non est principium, sed effectus libertatis. Resp. neg. conseq. nam eadem, quæ est imperata potest esse principium alterius actus liberi: velut consilium, quòd est inquisitio mediorum cum certo iudicio ad finem consequendum, imperatur ab intentione, & est principium proximè inchoans electionem. Nec potest idem actus cognosci vt effectus, & ignorari vt causa: quia vt effectus non distinguitur à seipso vt causâ: cognitio autem angeli fertur ad rem prout est in se: ergo.

44. *Quoad actus indeliberatos voluntatis,*

Negant probabilius.

45. *Responsio Albertini.*

Reiicitur.

46. *Corollarium ex doctrina data.*

47. *Resp. ad fundam. 1. sententia.*

48. *Obiectio.*

Solutio.

DISPVTATIO XIII.

An Angeli propriâ virtute cognoscere valeant obiecta supernaturalia?

OBiectum supernaturale, alterum quoad modum, vt mortui resurrectio, oculi restitutio; & cætera entia, quæ simpliciter fieri possunt à causis naturalibus, licet nō cum talibus circumstantiis; alterum quoad essentiam, quod nullo modo fieri potest à causis naturalibus, sed à solo Deo agente supernat. vt vnio hypost. gratia, gloriâ, cæteriquè habitus, & actus infusi. Primum, extra omnium controuersiam, naturaliter cognoscibile est ab angelo, cùm sit in entitate naturale: angelus autem naturaliter cognoscit quidquid est in suâ entitate naturale. De 2. est tantùm controuersia, an sit ab angelo naturaliter cognoscibile. Prima sent. affirmat. *Scoti in 4. dist. 10. q. 8. §. Resp. & ad arg. & Scotist.* nam omne ens creatum est proportionatum obiectum intellectui angeli; quia naturale & supernat. non distinguunt intrinsecè ens, sed solùm in ordine ad agens. Dicitur enim naturale, quod à naturali; supernaturale, quòd à supernat. agente fit. habitudo autem ad aliud & aliud agens non necessariò concludit aliud & aliud ens in se: ergo nec aliud & aliud intelligibile. Confirm. perfectior est substantia naturalis, quàm quodlibet accidens supernat. sed illa est naturaliter cognoscibilis; ergo & hoc.

1. *Duplex obiectum supernaturale.*

2. 1. *Sent. affirmans. Fundam. Scoti.*

3. Secunda nega. *S. Thb. 1. qu. 57. ar. 5. & Thomistæ quæ vera est.* probo. Ens quoad essentiam supernaturale cognosci debet lumine supernat. lumen supernat. est proprium Dei: igitur nequit ens quoad essentiam supernaturale à creaturâ naturaliter cognosci. quia quod est proprium vnius, nequit fieri proprium alterius: nam proprium est, quod à propriâ fluit essentiâ: vt autem posset creaturâ ens supernat. naturaliter cognoscere, deberet lumen supernat. esse illi proprium. Minor clara est: lumen supernat. tendit ad obiectum cum omnimodâ certitudine & infallibilitate, vt constat de lumine fidei, & scientiæ supernat. infusæ: tendere autem ad obiectum cum omnimoda certitudine & infallibilitate, est proprium luminis increati. Maior prob. nullum obiectum potest naturaliter cognosci, nisi lumine specificato ab ipso cognoscibili; nam contineri debet intra naturale specificatiuum ipsius potentiæ; nequit autem obiectum supernat. esse naturale specificatiuum luminis naturalis: quia specificans ponit specificatum intra eundem ordinem, in quo est ipsum specificans. Vnde implicat, obiectum esse quoad entitatem supernaturale, & posse naturali lumine cognosci, seu esse specificatiuum luminis naturalis; quia specificatiuum euehit specificatum ad ordinem specificantis: sed hoc ipso, quòd obiectum non est specificatiuum luminis, non potest ab illo naturaliter cognosci; quia non continetur intra sphæram luminis cognoscentis; vt quia sonus non est specificatiuus visus, non continetur intra sphæram potentiæ videntis, sed audientis, cuius est specificatiuus. Confirm. intelligibilitas fundatur in entitate: ergo qualis erit entitas, talis erit eius intelligibilitas: sed entitas quoad substantiam supernaturalis, est diuersi ordinis à potentiâ intellectiuâ naturali, quæ est quoad substantiam naturalis: ergo etiam intelligibilitas illius erit diuersi ordinis ab intellectiuitate huius: non igitur poterit esse commensum obiectū illius; cùm nequeant diuersa

3. *negans S. Thoma & Thomist. vera est Ratio.*

4. *Confir. Cont.*

Digitized by Google

5. *Conf.* ordine esse sibi inuicem commensa. 2. Ens supernat. postulat cognosci per species supernat. ergo per lumen eiusdem ordinis: nam species, lumen, & obiectum, sibi mutuò respondent. Hæc eadem ratio probat, nullam condi posse creaturam, cui connaturale sit huiusmodi entia supernat. cognoscere: quia nulli creaturæ connaturale esse potest lumen, quod ad obiectum tendat cum eâ certitudine & infallibilitate, quâ tendit Deus. Quâ de causâ condi nequit creatura, cui connaturalis sit habitus fidei infusæ, quæ ad obiectum tendit eâ certitudine, quâ Deus: vt *to. 1. disp. 9. sect. 6.*

6. *Obiectio 1.* *Obiicies* 1. Deus vt actus purus specificat visionem beatam, & lumen gloriæ, & tamen non ponit illa in eodem ordine actus puri, in quo est obiectum specificans. Resp. Deus vt actus purus specificat visionem beatam, vt rationem *quâ* non *quæ*: ratio enim *quâ*, quia specificatur tantùm vt via & pura tendentia, non sumit eundem ordinem à termino. Respectu verò luminis gloriæ, Deus vt actus purus non comparatur ad illud vt obiectum vitaliter perceptibile; atque adeò illud vt sic non specificat. Specificatur autem lumen gloriæ à visione beatâ, vt est quidam effectus supernat. à subiecto dependens. 2. Angelus naturali virtute cognoscit habitus, & actus supernat. in se ipso existentes: ergo obiectum supernat. naturali virtute est ab angelo cognoscibile. Resp. neg. antec. nam etiam habitus, & actus supernat. in se ipso existentes cognoscit angelus lumine supernat. 3. Dæmones naturali virtute cognoscunt characterem supernat. hominis Christiani, & Sacerdotis damnati. ergo aliquod obiectum supernat. naturali virtute cognosci

7. *Obiectio 2.*

8. *Obiectio 3.*

solutio. potest ab angelo. Nego, dæmones naturaliter cognoscere characterem supernat. cognitione propriâ & in se, sed tantùm abstractiuâ fidei humanæ ex testimonio aliorum: quo pacto cognoscunt reliqua mysteria supernat. fidei diuinæ iuxta illud *Iacob. 2.*

9. *Obiectio 4.* *Dæmones credunt, & contremiscunt* 4. Angelus naturaliter cognosci potentiam obedien. creaturæ: sed hæc est supernat. quia dicit ordinem ad effectus supernat. ad quos est eleuabilis. Resp. Cognoscit naturaliter angelus potentiam obedien. creaturæ subiectiuè, & quoad propriam entitatem, concedo; (vt sic enim est naturalis seu entitas suæ creaturæ) terminatiuè, & quoad effectus distinctè cognitos, nego. est enim supernaturalis terminatiuè, quâ connotat effectus supernat. ad quos diuinitus eleuari potest; quos nequit ex vi potentiæ obedien. subiectiuè cognitæ cognoscere, quia tales effectus supernat. non continentur in entitate potentiæ obed. vt termini ipsam specificantes, vti continentur effectus naturales in potentiâ naturali, sed solùm vt termini extrinsecè tantùm connotati. Dixi, *distinctè cognitos:* nam confusè & in communi cognoscit naturaliter angelus, posse Deum multa opera supra naturam per creaturam operari: ignorat tamen distinctè hoc vel illud opus supernat. cùm ad hoc cognoscendum necessarium sit lumen & species supernat.

Solutio.

10. *Corolla in 1.* Deducitur 1. Angelum naturaliter cognoscere absentiam subsistentiæ creatæ in humanitate Christi, non modum, quo illa in Verbo subsistit. Primum prob. negatio cognoscitur eodem lumine, quo cognoscitur opposita affirmatio: sed subsistentia creata humanitatis Christi naturali lumine cognoscitur ab angelo; ergo & eius absentia. Secundum patet: quia modus iste est quoad essentiam supernaturalis: est enim vnio quâ humana natura vnitur verbo, à quo accipit suam specificationem.

Coroll. 2. 2. Angelus naturali virtute cognoscit vnionem, quâ anima Christi in resurrectione fuit reunita proprio corpori. Ratio; illa vnio fuit tantùm supernaturalis quoad modum: eadem. n. virtute cognoscit angelus vnionem miraculosè productam inter animam, & corpus cuiuscumque defuncti ad vitam diuinitus excitati. eadem naturali virtute cognouit unionem miraculosè productam inter animam & corpus naturæ humanæ Christi in primâ eius conceptione: quia fuit tantùm supernaturalis quoad modum. 3. Angelus naturaliter cognosci desitionem panis & vini in Eucharistiâ, atque adeò accidentia panis & vini existere absque proprio subiecto. quia negatio cognoscitur eodem lumine, quo opposita affirmatio. An naturaliter cognoscat positiuum modum, quo talia accidentia extra proprium subiectum existunt, pendet ex eo, an talis modus sit quoad substantiam supernaturalis, de quo in 7. *tom.* Ex eâdem quæst. pendet, an naturali virtute cognoscat transubstantiationem panis & vini in corpus & sanguinem Christi. Nam si actio, quâ Christi corpus & sanguis sit præsens in hoc Sacramento, est naturalis quoad substantiam, poterit naturaliter ab angelo cognosci: sicut naturaliter ab eodem cognoscebatur actio, quâ conuersa fuit aqua in vinum in Cana Galilææ, *Ioan. 2.* Secus, si actio est quoad substantiam supernaturalis. De modo quo Christi corpus ad instar spiritus totus in toto, & totus in qualibet parte, communiter conueniunt, non posse naturaliter ab angelo cognosci; cùm sit in substantiâ supernaturalis, & indebitus cuicumque corpori, vt *suo loco.* Dices angelus naturali virtute cognoscit corpus & sanguinem Christi in hoc Sacram. existentem: ergo etiam naturali virtute cognoscere poterit modum, quo in illis existit. Resp. neg. conseq. quia cùm modus distinguatur à subiecto, poterit cognosci subiectum, non cognito ipsius modo. sicut *suprà* dixi, angelum naturaliter cognoscere humanitatem Christi, non cognitâ ipsius cum Verbo hypostaticâ vnione. Ex his patet ad fundam. *Scoti.* Falsum est, naturale & supernat. desumi tantùm penes extrinsecum ordinem ad agens, sed penes intrinsecum esse ipsius effectus, qui nulli subiecto creato connaturalis esse potest: & hoc ideò à priori, quia ens supernat. quoad essentiam participat proprium modum operandi Dei. Ad confir. concedo, substantiam naturalem esse perfectiorem accidente supernat. quoad rationem entis, & modi existendi; non quoad rationem ordinis, & modi operandi, penes quæ commensuranda sunt obiectum & lumen.

11. *Coroll. 3.*

12. *De modo Euchar.*

13. *Obiectio.*

solutio.

Satisfit oppositæ sent.

Ad Conf.

DISPVTATIO XIV.

De modo & proprietatibus cognitionis Angelicæ.

Qualis sit cognitio Angelica?

1. *Cognitio Angelica respectu substantiæ propriæ semper est actualis.*

DICO 1. Cognitio Angelica semper est actualis respectu propriæ essentiæ, à quâ naturaliter cessare non potest. *S. Thom. qu. 8. de Verit. ar. 6. ad 7. & ar. 14. ad 9. Caiet. 1. p. q. 58. ar. 2. § Circa vlt. concl. & Ferrar. 2. cont. Gen. c. 97. fine* est communior contra *Arrubal. in 1. p. in q. 58. & Steph. de Bubalis in q. 54. art. 1. diffic. 1. §. 4.* Fundam. debet angelus habere aliquam cognitionem, quæ sit illi radix & fundamentum cæterarum: nam debet posse se ipsum excitare ad notitiam huius vel illius obiecti; cùm

hoc

hoc fit proprium viuentis, posse à se ipso moueri ad perfectionem sibi debitam. Minorem ostendo: at cognitio sui est prima, & ab omni aliâ cognitione suppositâ, cùm sit intimior, & obiecti primarij ad instar cuius cetera ab angelo intelliguntur: ex

colligitur ex S. Thoma.

S. Thom. 2 con. Gen. cap. 97. Confirm. nulla est ratio,

2. *Confir.*

ob quam debeat angelus ab eâ cessare; cùm non modò illa non impediat cognitionem reliquorum obiectorum, verùm etiam ad ea cognoscenda sit necessariâ: Nam ex eâ excitatur ad cognoscendas suas proprietates, inter quas sunt species rerum naturalium, quibus cognitis, abstractiuè & in confuso cognoscuntur earum obiecta; ad quorum singulorum notitias intuitiuas & perfectas, poterit se ipsum excitare. Vnde videmus, in quolibet viuente dari aliquam operationem actualem vitæ inuatiabilem, ex quâ vt ex radice ceteræ operationes vitales eiusdem viuentis originentur: igitur similis dari debet in angelo: hæc autem alia connaturaliter esse nequit, quàm cognitio sui. Ex eâdem ratione sequitur, angelum numquam cessare à naturali cognitione abstractiuâ Dei; nam eadem cognitio intuitiua sui, est abstractiua cognitio Dei; cùm seipsum cognoscat vt effectum & creaturam Dei. Præterea in cognitione intuitiuâ sui & abstractiuâ Dei, partialiter saltem consistit naturalis beatitudo angelicæ naturæ: ergo non est, cur ab eâ cessare debeat; cùm omnis intellectualis natura naturali pondere feratur in beatitudinem, qualem iuxta suum statum habere potest.

Angelus nũquam cessat à natura li cognitione abstractiua Dei.

3. Dico 2. Cognitio angelica non est discursiua circa ea, quæ naturaliter cognoscit; est autem discursiua circa ea, quæ naturaliter non cognoscit, qualia sunt obiecta supernat. secreta cordium, & futura libera. Prior pars est *S. Thom. 1. p. q. 58. ar. 3. Caiet. Thomist.* contra *Scotum in prologo q 3. Caiet.* cuius titulus est, *Iuxta hoc quaro: & in 2. dist. 1. p. vlt. §. Contrà anima; & dist. 7 q. vn. §. Contrà conclus.* versu, *Quod etiam neg.* Fundam. discurrere est ex notis ad ignota distinctis actibus procedere: seu ex vno notiori ad aliud ignotius cognoscendum transire: quod necessariò includit duos actus, quorum vnus sit causa alterius; scil. actus obiecti notioris est causa actûs obiecti ignotioris, quatenus obiectum notius est ratio formalis assentiendi obiecto ignoto; nec potest vnus & idem actus esse causa sui ipsius. at de rebus naturalibus angelus habet euidentiam, vel intuitiuam per proprias species, vel abstractiuam per speciem causæ, aut effectûs: cognoscit enim res cunctas naturales, aut euidenter in seipsis, aut abstractiuè in suis causis, vel effectibus. igitur non potest circà res naturales discurrere: nam discurrere est, ex vno noto assentiri alteri ignoto: sed æquè nota sunt angelo omnia naturalia, vel per seipsa, vel per suas causas & effectus. Confirm. ideò discurrit homo, ideoque ex vno magis noto intellectualiter infert aliud minùs notum, quia non sunt ei æquè nota omnia. Hoc autem prouenit tum ex imperfectione specierum, tum ex imperfectiore lumine, qui defectus circa naturalia in angelis non sunt.

Prior pars est S Thom. contra Scotum Fundam.

4. *Posterior pars assertionis constat ex opposito fund.*

Posterior pars constat ex oppositi fundam. nam obiecta supernat. secreta cordium, & futura libera non sunt angelo euidenter nota: ergo potest ad ea probabiliter cognoscenda ex notioribus discurrere: ex præsentibus circumstantiis euidenter notis futura coniectare; ex operationibus externis interna diuinare. quia vel saltem naturaliter non potest vno eodemque actu simul ferri ad vnum euidenter notum, & ad alterum probabiliter coniectatum; vel esto possit, adhuc non necessariò eodem actu simul fertur ad vtrumque, quia ad vnum fertur necessariò, ad aliud verò liberè. ergo saltem posset, si vellet circa ea discurrere prius tempore, vel naturâ, cognoscendo signa sibi euidenter nota, tum ex iis distincto actu inferre significata probabiliter tandem coniectata. Notanda autem est differentia inter bonos & malos angelos; quòd boni numquam iudicium ferunt de rebus dubiis, alioqui posset in eis esse error, qui statui beatitudinis repugnat; sed solùm de probabilitate ipsâ: secus mali, qui plerumque ex certis, iudicium præcipitant de dubiis, in quibus sæpè decipiuntur. Obiicies. Omnis causa est prior suo effectu; ergo notior effectu; ergo est ratio cognoscendi illum. Nec refert, quòd angelus in eodem instanti cognoscat causam & effectum, nam ad discursum sufficit priotitas naturæ. Resp. de prioritate essendi, nego conseq. 1. quia potest causa esse æquè nota, atque eius effectus. Neganda etiam secunda, quia ad discursum requiritur, vt vnus actus sit causa alterius; alioqui etiam Deus discurreret ex cognitione propriæ essentiæ ad cognitionem creaturarum Quando autem vno actu cognoscitur causa, & effectus simul, non potest actus vnius, esse causa alterius; quia vbi non est distinctio actuum, non est causalis transitus ex vno actu in alium, quem essentialiter importat discursus. Dixi, *causalis*; nam solus successiuus transitus ex vno actu in alium non facit discursum, vt cùm quis cognito equo, cognoscit leonem.

5. *Notandum.*

6. *Obiectio.*

Solutio.

Causalis transitus et successiuus quid.

7. Dico 3. Angelus intelligere potest sine compositione, & diuisione, ea quæ per vnicam speciem intelligit, non quæ per plures: *Vasquez disp. 223.* contra *Thomistas* asserentes, angelum omnia intelligere sine vllâ compositione, ac diuisione. Explico. Intelligere mentaliter componendo, & diuidendo, non est tantùm intelligere plura obiecta conuenientia, vel disconuenientia; sicut discurrere, non est tantùm intelligere plura vt connexa; alioqui etiam Deus intelligeret componendo, diuidendo, & discurrendo; quia etiam Deus intelligit plura, vt conuenientia, disconuenientia, & inuicem connexa: sed est intelligere plura per plures actus, & conceptus formales, affirmando, vel negando prædicatum de subiecto per distinctos actus. Assertio prob.

Vasquez contra Thomistas.

Explicatur conclusio.

8. *Prob.*

ratio, cur intellectus noster in affirmando, aut negando egeat compositione plurium conceptuum formalium, est, quia non vnâ specie, atque adeò vno actu simul concipit subiectum, & ea, quæ subiecto conueniunt, aut disconueniunt; & ideò vno conceptu concipit subiectum, alio prædicatum affirmandum, vel negandum de subiecto; sicque tandem vnum de alio affirmat, vel negat. ergo quæ angelus vnâ specie, atque adeò vno actu simul concipit, non intelligit componendo, aut diuidendo, sed simplici conceptu intelligendo subiectum, & ea quæ subiecto conueniunt, aut disconueniunt. Ex eâdem ratione constat ea, quæ diuersis speciebus concipit, intelligere componendo, & diuidendo; nam diuersis etiam actibus apprehendit, atque adeò ea mentaliter componit, & diuidit per plures conceptus formales apprehensa.

9. Dico 4. In intellectu angeli non potest esse falsitas circa res naturales: *S. Tho. 1. qu. 58. ar. 5.* & communis. Fundam. eas euidenter cognoscit angelus per species proprias: ergo in iis iudicandis decipi non potest, nam omnis deceptio supponit ignorantiam.

Fundam.

10. Dico 4. In intellectu angeli potest esse falsitas circa ea, quæ probabiliter tantùm cognoscit: *S. Tho. cit.* & communis. Huiusmodi autem sunt futura libera, secreta cordium, & obiecta supernat. quæ angelus non nisi probabiliter cognoscit. Fundamentum

Digitized by Google

Fundam. mentum quæ angelus non euidenter, sed probabiliter tantùm cognoscit, potest de iis absolutum iudicium ferre, quod rebus à parte rei existentibus non conformetur. At falsitas nil aliud est, quàm difformitas cognitionis cum re in seipsâ existente. Igitur potest in angelo circa ea, quæ euidenter non cognoscit, esse falsitas.

11. *Obiect.1.* Obiicies 1. nequit, nisi in compositione, & diuisione, teste *Philos. 3. de ani. c. 6. & 1. de interpret. c. 1.* esse veritas & falsitas. Sed angeli intelligunt sine compositione, & diuisione, simplici duntaxat operatione: ergo in angelis non est veritas & falsitas.

Solutio. Resp. 1. neg. minor. nam in iis, quæ angeli per proprias species non intelligunt, ponunt componere & diuidere. 2. nego, veritatem & falsitatem reperiri tantùm in compositione & diuisione formali; aio, posse etiam reperiri in compositione & diuisione virtuali, qualis est simplex cognitio iudicatiuà obiecti: alioqui in Deo, in quo non est nisi simplicissima cognitio omnium, non esset propria veritas.

Duplex compositio esse Caiet. Duplex. n. ex *Caiet. 1. p. 58. ar. 5. §. Ad hanc dubit.* est compositio: 1. subiectiua conceptuum, cùm vnum de altero per distinctos conceptus formales affirmamus, aut negamus. 2. obiectiua rerum, vt cùm simplici notitiâ iudicantur aliqua connexa, aut inconnexa inter se. Prior compositio ad veritatem & falsitatem necessaria non est: est autem necessaria posterior, quæ in angelis esse potest. Nam iudicat angelus per simplicem notitiam in homine esse intellectum, in angelo non esse albedinem: ac proinde simplici notitiâ affirmat, quæ inter se connexa sunt; aut negat, quæ inter se connexa non sunt. Quo fit, vt si contingat, angelum affirmare vt connexa, quæ inter se connexa non sunt; aut negare, vt inconnexa, quæ inconnexa non sunt, vt contingere potest in iis, quæ euidenter non cognoscit, tunc in intellectu angeli futura sit falsitas.

12. *Obiectio 1.* Obiicies 2. Numquam angelus in iis, quæ probabiliter tantùm nouit, fert absolutum iudicium de rebus ipsis, sed solùm de probabilitate ipsâ: quod iudicium semper est verum, etiamsi res ipsæ aliter sint in se.

Solutio. Resp. neg. maior. simpliciter. nam licet hoc seruent angeli beati, qui semper cautè & prudenter procedunt in ferendo iudicio de iis, quæ probabiliter tantùm cognoscunt: hoc tamen non necessariò seruant dæmones, qui sæpè propter passionem præcipitant iudicium de rebus ipsis, quas tantùm coniecturaliter norunt. An autem angelus in purâ naturâ constitutus falli potuisset in iis, quæ euidenter non cognouisset ferendo iudicium non de probabilitate, aut credibilitate rerum, sed de rebus ipsis; negat *Granad. tract. 7. de angel. disp. 5.* Affirmat *Zumel. 1. p. qu. 58. ar. 1 qu. 2. conci. 5.* Probabilius cùm nullum sit sufficiens fundamentum asserendi, non posse angelum in purâ naturâ absolutum iudicium ferre de rebus probabiliter cognitis. Cum tale iudicium nec repugnet naturæ ipsorum, vt constat in dæmonibus, in quibus *Granad.* admittit falsitatem; nec statui puræ naturæ: nam sicut in hoc statu angeli non fuissent confirmati in bono, ita nec in vero.

13. *Probabilius affirm.*

An ex frequentatis actibus naturalibus intellectus & voluntatis gignantur in Angelis habitus acquisiti?

14. *1. sent. negans de habitibus in-*

PRIMA sent. absolutè negat de habitibus intellectualibus: *Scotus in 2. dist. 3. q. 11. §. Contra istam viam. Duran. in 3. dist. 23. qu. 1. ad 1. Mayro. in 3. dist. 33. q. 1. art. 5. Caiet. 1, 2 q. 50. artic. 9. & qu. 63. art. 1. Valen. t. 2. qu. 50. art. & Vasqu. 1. p. disp. 219, c. 2. & 1, 2. disp. 78. c. 4. Vasquez.* vel isti habitus sunt necessarij in angelis ad simpliciter operandum circa obiecta naturalia; vel tantùm ad facilè operandum: Non primo modo: nam ante vllum habitum acquisitiuum supponitur in angelis integrum principium operandi circa res naturales; quia habitus acquisiti generantur ex actibus: sed actus supponunt integrum principium, à quo eliciantur: ergo & habitus ex actibus geniti. Non secundo: nam angeli sunt ita perspicaces, & ab omni impedimento liberi, vt summâ facilitate ferantur in id, quod est credibile, ac opinabile. ergo circa nulla obiecta indigent habitu acquisito, ipsorum intellectum facilitante ad huiusmodi obiecta promptiùs, faciliusque cognoscenda. Fundam. aliorum: intellectus angeli est perfectè instructus lumine naturali, & speciebus intelligibilibus ad quæcumque obiecta naturalia perfectissimè intelligenda: ergo non indiget superaddito habitu acquisito ad ea perfectè promptequè cognoscenda: nam ideò nos indigemus, quia ad ea non sumus perfectè instructi,

tellectualibus. *Fundam. Vasquez.*

15. *Fundam. aliorum.*

16. *2. sent. universaliter affirmans.* Secunda affirmat de omnibus habitibus acquisitis, tam intellectualibus, quàm moralibus: *Molina 1. p. qu. 58 art. 1.* pro qua citantur *Victoria, & Soto, à Medina 1. 2. q. 50. art. 6.* problematicè defendunt *Medina & Ferrar. 1. con. Gen. cap. 56. §. Similiter.* Fundam. Angeli sunt capaces habitus, vt constat de infusis: ergo non est, cur illis non concedantur etiam acquisiti. Nec obstat, quòd habeant euidentem notitiam rerum naturalium, quò minùs etiam circa illas acquirant habitus: nam etiam homines habent euidentem notitiam primorum principiorum, circa quæ tamen acquirunt peculiarem habitum, qui dicitur intellectus.

17. *3. sent.* Tertia docet, angelos acquirere habitus opinionis, & fidei naturalis circa obiecta probabili coniecturâ, aut testimonio humano, vel angelico credibilia; non circa res naturales euidenter cognoscibiles: circa quas sufficiunt, aut solæ species intelligibiles ab initio infusæ cum naturali lumine proprij intellectûs, aut distinctus habitus à naturâ congenitus, qui angeli intellectum inclinet ad iudicandum de omnibus obiectis naturalibus. In 1. parte sent. conueniunt *Zumel. 1. p. qe 58. art. 1. q. 1. concl. d. Bannez. ibid. dub. 1. concl. vlt. Suar. lib. 1. de Angel. c. 38.* In 2. discrepant. Nam *Suarez* putat, ad ea promptè & facilè iudicanda nullum necessarium esse habitum, neque acquisitum, neque congenitum. *Zumel & Bannez* censent, talem habitum à naturâ congenitum necessarium esse in angelis; quod priùs docuit *Heuric. quodlib. 5. qu. 14.* Fundam. poster. solus intellectus angeli cum speciebus, intelligibilibus, non est sufficienter instructus ad facile & promptè iudicandum de obiectis euidenter cognitis, nam licet summam habeat facilitatem & promptitudinem ad huiusmodi obiecta apprehendenda, ob perfectam luminis intellectualis, & intelligibilium specierum claritatem, non tamen summam habet facilitatem & promptitudinem ad ea iudicanda. nam etsi species intelligibiles angelicæ hæc obiecta perfectissimè repræsentent, non tamen per se ad iudicandum de connexione ipsâ obiectorum inclinant; cùm specierum sit tantùm repræsentare obiecta, non de eorum connexione iudicare. Igitur ad facilè promptequè iudicandum opus est habitu à speciebus distincto, qui vel ab ipsis speciebus, vel certè à naturâ generetur. Pro explic. duplex habitus acquisitus, intellectualis, & moralis: ille inclinant ad actus intellectuales, hic ad morales virtutum, aut vitiorum. intellectualis subdiuiditur in spe-

18. *Duplex habitus acquisitus.*

Intellectualis duplex. in speculatiuum, & practicum: ille gignitur ex actibus merè speculatiuis; hic ex practicis actibus intellectûs.

19. *In Angelis nullus circa obiecta naturalia euidenter nota. Fundamt.* Dico 1. In angelis nullus est habitus intellectualis speculatiuus neque acquisitus, neque congenitus circa obiecta naturalia euidenter nota. Fundam. ad huiusmodi obiecta tam apprehendenda, quàm iudicanda sufficiunt species intelligibiles cum solo naturali lumine intellectus. Nec refert, quòd species per se non inclinent ad iudicandum: nam posità clarâ & euidenti repræsentatione obiectorum, & connexione inter ea, intellectus angeli summâ facilitate & promptitudine de iis iudicare poterit: cùm à nullo impedimento retardetur, neque extrinseco ex parte obiecti; cùm connexio, de quâ ferendum est iudicium, euidenter proponatur per species proprias: neque intrinseco ex parte subiecti; cùm angelus sit immunis à potentiis sensitiuis cognoscentibus, quæ possent intellectum à iudicio circa proprium obiectum euidenter propositum retardare. Atque hæc assertio vera est, siue supponamus, habitum acquisitum consistere in qualitate

20. *Duplex sent. de habitibus* à speciebus distinctâ, siue in speciebus, per actus circa idem obiectum frequentatos auctis ac perfectis. Nam secundùm 1. opin. dicendum, actus claros & euidentes circa obiecta euidenter cognita nullam producere in intellectu facilitatem, quâ ad consimiles actus intellectûs magis facilitetur, cùm ex se supponatur, summè facilitatus. Iuxta 2. dicendum, species huiusmodi obiecta euidenter repræsentantes non posse vlteriùs per species actuum circa idem obiectum frequentatorum perfici: quia cùm illæ supponantur summè in suo genere perfectæ, non erunt capaces vlterioris perfectionis intra suum genus, clariùs euidentiùsque repræsentandi obiecta. Fateor iuxta 1. sent. non tam facilè rationem reddi posse, cur iidem actus cum eâdem euidentiâ & claritate eliciti ab intellectu habente intrinsecum impedimentum ex parte subiecti, talem facilitatem, quâ huiusmodi impedimentum superari possit, producant: eliciti verò ab intellectu tale impedimentum non habente, huiusmodi facilitatem non producant: vt si eliciantur ab animâ separatâ, in quâ nullum est impedimentum, talem facilitatem non producunt; producunt autem, si eliciantur ab animâ conjunctâ corpori. Cùm tamen actus semper sint iidem, & per modum naturalis agentis semper necessariò agant. Iuxta 2. ratio facilè reddi potest; nam semper quidem actus circa idem obiectum frequentati producunt species sui; non semper tamen huiusmodi species actuum perficiunt species obiectorum. Nam quando species obiectorum sunt euidentes & intuitiuæ, non sunt capaces ampliùs perfici in suo genere, cùm in suo genere summam habeant perfectionem in repræsentando, quam habere possunt. Contrà verò, quando species non repræsentant euidenter & intuitiuè obiectum, semper possunt intra suum genus magis perfici: quia semper potest idem obiectum cum maiori claritate per nouum medium, aut circumstantiam repræsentari. Quare species felicitæ ab actibus euidentibus angelicis repræsentabunt quidem actus à quibus producuntur, non tamen perficient species obiectorum, à quorum actibus illæ producuntur: quia sicut omnes actus, qui eliciuntur circa talia obiecta, sunt eiusdem claritatis & euidentiæ, nec per vnum clariùs repræsentatur obiectum, quàm per alium; ita species ab iisdem actibus relictæ non valebunt obiectorum species perficere. Ita *S. Tho.* 1.2.*qu.* 50. *art.* 6. nullum circa res

22. *Doctrina* naturales, interprete *Caiet.* in angelis agnoscit habitum à speciebus infusis distinctum. Cùm enim tales species sint in suo genere perfectissimæ, non solùm habent munus repræsentandi obiectum, sed etiam facilitandi potentiam ad obiectum repræsentatum iudicandum. Vnde ipsas species intelligibiles appellat cit. S. Doctor *habitus Angelicos*; quia exercent vtrumque munus, & repræsentandi ex parte obiecti & facilitandi ex parte potentiæ. *doctrina tradita conformis S. Doct.*

Dico 2. Ponendi sunt in angelis habitus intellectuales acquisiti opinionis, & fidei naturalis. Fundam. circa huiusmodi obiecta non habent perfectas species: ergo possunt illæ per species actuum frequentatorum perfici, atque adeò sortiri rationem habitus facilitantis intellectum angeli ad iudicium, assensumve præbendum. Confirm. intellectus angeli est ad huiusmodi actus opinionis, & fidei obiectiuè indeterminatus; cùm nullâ ex parte obiecti eluceat euidentia, quæ intellectum cogat ad assensum præbendum: ergo indiget aliquo determinante ac impellente ad eos facilè promptèque eliciendos. Iuxta hanc concl. intelligitur locus ille Iacobi 2. *Dæmones credunt, & contremiscunt*: nimirum conuicti signis & testimoniis extrinsecis, acquisitâ fide credunt reuelata mysteria Christianæ religionis. 23. *Dantur in intellectu Angelico habitus acquisiti opinionis & fidei naturalis.*

Dico 3. Concedendi sunt in angelis habitus intellectuales practici acquisiti circa res naturales agibiles. Fundam. cùm res naturales agibiles pendeant ex variis circumstantiis, quarum multæ pendent à liberâ voluntate alterius, multæ ab euentu rerum futuratum, non possunt quoad omnes circumstantias summâ cum claritate & euidentiâ intellectui angelico repræsentari: ac proinde poterunt earum species per frequentatos actus practicos semper magis ac magis perfici; consequenter sortiri rationem habitus practici determinantis intellectum angeli ad facilè promptèque de huiusmodi rebus practicè iudicandum. Ex his ortum habet tum naturalis prudentia in Angelis bonis, tum astutia & calliditas in malis, quam ex diuturno vsu, & practico experimento tot annorum sibi comparârunt. nam ex memoriâ præteritorum facilè possunt de præsentibus iudicare. 24. *Habitus practici acquisiti circa agibilia naturalia.*

Dico 4. Sunt in Angelis bonis habitus acquisitarum virtutum, vti & in malis acquisitorum vitiorum, ex frequentatis actibus comparati: *Scoti in* 3. *dist.* 33. *qu. vn. §. Ad* 1. *Mayro. qu.* 2. *art.* 7. qui licet negent in angelis habitus intellectuales, concedunt tamen morales in voluntate: eò quòd potentia intellectiua angeli ad actus intellectuales est perse ab intrinseco determinata; appetitiua verò determinata, atque adeò determinabilis per distinctum habitum acquisitum circa virtutes morales. Fundam. nec voluntas bonorum Angelorum circa actus bonos liberos est per se ab intrinseco determinata, cùm possit illos elicere, & non elicere: vel elicere hos, aut illos. Nec voluntas malorum circa actus malos liberos est etiam ab intrinseco determinata, alioqui non esset circa illos libera: ergo tam illa circa actus bonos, quàm ista circa actus malos liberos, poterit determinari ab habitu acquisito. Eamd. sent. sequuntur *Suarez. lib.* 3. *de ange. c. vltim. aliique recent.* 25. *Dantur in voluntate Angeli habitus virtutum acquisitarum, vitiorumque.*

Ad fundam. *Vasquez* pro 1. sent. resp. habitus acquisitos in angelis non esse ad operandum simpliciter, sed tantùm ad facilè promptèque operandum circa obiecta solùm opinabilia, & credibilia testimonio humano vel angelico. Ad probat. esto angelus summâ facilitate & promptitudine iudicet de probabilitate & credibilitate obiecti opinabilis ac credibilis; negandum tamen est, eâdem facilita- 26. *Satisfit oppositæ sent. Vasquez.*

te & promptitudine eos iudicare de rebus opinabilibus & credibilibus, in ordine ad quas potissi nùm ponuntur habitus acquisiti in angelis. Ratio: primum est euidens angelo, secundum obscurum: vt constat de fide diuinâ, in quâ sæpè habemus euidentiam de credibilitate obiecti, & obscuritatem de obiecto credibili. Ad fund. aliorum. neg. antec.

27. *Ad fund. aliorum.* Non enim angelus est perfectè instructus in ordine ad futura libera, & secretas cordium cogitationes & affectiones; cùm in ordine ad eas non habeat completas species. Atque in his eadem est ratio de angelis, & hominibus; nisi quòd angeli, propter perfectius lumen, & perspicacius ingenium, faciliùs iudicant, & frequentiùs ex signis & indiciis veritatem colligant. Ad fund. secundæ, concedo, angelos esse capaces habitûs vt sic; nego, esse capaces habitûs in ordine ad ea, in ordine ad quæ habent perfectas species. nam cùm habitûs acquisiti proprium sit, facilitare potentiam in ordine ad suos actus, supponit potentiam ex se non esse summè facilitatam in ordine ad tales actus, in ordine ad quos per habitum acquisitum facilitari debet. Nec est eadem ratio de habitu primorum principiorum in homine: quia licet intellectus humanus nullam habeat difficultatem circa prima principia ex parte obiecti, habet tamen difficultatem ex parte subiecti, propter potentias sensitiuas, quæ illum ab assensu retardant: ad quam difficultatem superandam eget habitu acquisito, qui non solùm requiritur ad superandam difficultatem ex parte obiecti, sed etiam ex parte subiecti. Ad fund. tertiæ, quatenus probat, præter species infusas, dandum esse in angelis habitum naturaliter congenitum, à speciebus, vel à naturâ productum, qui intellectum angeli facilitet ad iudicandum de connexione obiectorum; nego antec. Ad prob. esto species per se non inclinent ad iudicandum, cùm earum munus sit tantùm repræsentare; positâ tamen clarâ & euidenti repræsentatione obiectorum, eorumque connexione inter se, summâ poterit facilitate & promptitudine angelus cum solo lumine intellectûs naturalis de eorum connexione iudicare.

28. *Resp. ad fundam secunde.*

29. *Fundamentum tertiæ quæritur.*

DISPVTATIO XV.

De locutione Angelorum.

1. HACTENVS disputatum est de modo cognoscendi angelorum; superest de modo, quo inter se mutuò alloquantur. Est enim locutio propriæ cognitionis manifestatio, atque adeò supponit proprium modum, quo angeli naturaliter cognoscant.

An, & qua ratione Angeli se inuicem alloquantur?

2. *Angelos se mutuò alloqui: Ratio.* CERTVM est ex Scriptura, & Patribus, angelos mutuò seipsos alloqui: quia non minùs proprium naturæ intellectualis est, posse, cùm voluerit, sua secreta alteri manifestare, quàm cùm non libuerit, eadem intra se occultare; cùm non minùs vnum, quàm aliud postulet ordo perfectæ societatis. Primus modus angelorum locutionem explicat per signa sensibilia ad placitum, vel per modum scripturæ virtute angeli loquentis in Empyreo impressa, vel per modum vocis in aëre formata: *Ægidij in 2. dist. 10. qu. 3. in resol. art. Argent. ibid. art. 2. Molina qu. 106. art. 1. concl. 2.* quamuis non negent, locutionem angelorum fieri etiam posse alio modo interno & spirituali: licet *Durand. eist. 11. qu. 2. nu. 12.* anceps sit. Fundam. Angeli perfectè callent hominum lingua, virtutemque habent eas exprimendi, vel per modum scripturæ in cælo, vel per modum vocis in aëre, vt patet cùm homines alloquuntur: ergo possunt hoc modo sua secreta mutuò sibi manifestare. Sed esto hic modus sit possibilis, non est tamen necessarius, cùm possint etiam in vacuo angeli sese mutuò alloqui. Nec est probabile ob imperfectiones, quas includit, illum ab angelis exerceri, nisi solùm quando cum hominibus loquuntur.

3. *Primus modus Angelorum locutionem explicans.* *Non est necessarius.*

Secundus modus explicat per signa intellectualia, quæ nec sunt actus vitales angelorum, nec species eorum, sed qualitates spirituales significatiuæ rerum, de quibus loquuntur, quibus tamquam vocibus & nutibus sui cordis consilia sibi mutuò pandunt: *Ægidij, & Argent. cit. Rubio. in 2. dist. 9. q. 2. art. 2. in 2. p. ar. coucl. 3. Arimi. q. 2. Marsilij q. 7. ar. 2. nut. 6. Molin. cit. Albertini corol. 11. ex princ. philos.* ad quem inclinat *Vasquez disp. 211. c. 10.* Fundam. sicut humana locutio fit per expressionem signi sensibilis repræsentatiui conceptus mentalis; ita locutio angelica fit per expressionem signi intelligibilis, repræsentatiui interioris secreti. Sed contra; vel hæc signa sunt naturalia, vel ad placitum: Si ad placitum, aut sunt instituta ab angelis, aut infusa à Deo, vt fuit lingua infusa protoparentibus. Non primum: quia vt potuissent angeli talia signa instituere, debuisset in eis præcedere naturalis locutio, quâ inter eos conuenisset ad huiusmodi signa instituenda: vt constat in hominibus per nutus & signa naturalia, antequam voces rebus imponant. Quæ naturalis locutio, quia in angelis esset perfecta, vtpotè quæ fieret per manifestationem internorum conceptuum, non indigeret aliis signis ad placitum, quibus ob sui imperfectionem indiget naturalis hominum locutio. Non secundum; quia vel hæc signa essent eadem in omnibus angelis: & tunc, quia vniusquisque haberet speciem repræsentantem signa aliorum (non enim hæc essent entia libera. sed necessaria) vnusquisque cognosceret, quid alter loqueretur; atque adeò non posset inter eos esse secreta locutio. Vel singuli angeli haberent diuersa signa, vt propria idiomata, quibus inuicem loquerentur, vt censet *Albertinus*: & tunc idem sequeretur, quia deberent singuli habere omnia signa aliorum, vt vnusquisque & loqui & audiri posset ab omnibus: proinde nullus posset ad alterum secretè loqui, quin ab altero audiri posset. Nec est par ratio de linguâ infusâ protoparentibus: cùm possit homo homini secretè loqui, non angelus angelo, quia angeli in audiendo non pendent à locorum propinquitate, vt homines. Si verò hæc signa sunt naturalia, vt plerique supponunt; tunc à fortiori sequitur, non posse angelum loqui vni, quin ab omnibus audiatur: cùm vnusquisque speciem habeat aliorum repræsentatiuam. Quod deglutiunt *Gregorius & Rubio qu. 2. §. Sed sic.* Secundò sequitur hæc signa fore superflua, cùm omnia saluari possint per actus vitales, & species eorum repræsentatiuas. 3. non potest explicari, quo pacto hæc signa, res, quas repræsentant, naturaliter significent, cùm omnis naturalis significatio, aut fundetur in ratione naturalis imaginis cum imaginato, qualis est inter speciem impressam expressamve, & suum obiectum; aut in connexione causæ cum effectu, vel effectûs cum causa, sed hæc signa nec sunt species impressæ, nec expressæ rerum, quas significant, neque earum causæ, vt patet.

4. *Secundus.*

Fundamentum.

5. *Modus 2. reiicitur.*

Ex linguâ id absurdi non sequitur.

6. *Quid si signa naturalia.*

Nec

Nec demum earum effectus, quasi ipsi actus intellectûs & voluntatis, quos principaliter repræsentant, producerent illa; cùm actus intellectûs & voluntatis non habeant vim producendi, nisi sui species, vel habitus. Addit *Rubio*, hæc signa esse fluentia, non permanentia. Hoc autem est contra eorum naturam, quæ cùm contrarium non habeant, non est à quo corrumpantur. Nec est eadem ratio de voce sensibili: nam hæc pendet à reverberatione aëris, quæ essentialiter est successiua; fit enim per motum localem. Vel hæc signa producit loquens in seipso, vel in audiente. Si in seipso, saluari non potest, quo pacto audiens ad ea percipienda excitetur, cùm nequeat excitatio intelligi sine aliquâ efficientiâ. Si in audiente, necessariò illa produceret in distans, cùm medium, vtpotè corporeum, aut vacuum, non sit naturaliter capax accidentis spiritualis. Ad fund, in oppositum, neganda paritas: homo .n. non habet modum manifestandi immediatè alteri homini suos conceptus intern os, nisi medio signo sensibili, vel naturali, vel ad placitum. Angelus autem, cùm sit perfectè intellectualis, habere debet modum immediatè manifestandi suos conceptus,

7. *Nec satisfacit Rubio.*

8.

9. *Ad fund. medi.*

10. *Tertius modus locutionem Angelicam explicans.*

Tertius modus docet, locutionem angelorum fieri per immediatam productionem conceptûs loquentis in audiente. Dum vnus loqui desiderat alteri, imprimit illi immediatè notitiam rei, de quâ loquitur: quæ notitia vt actiuè procedit à loquente locutio; vt passiuè recipitur in audiente, auditio dicitur: *Scoti in 2. dist. 9. qu. 2. §. Ad quæst. & in report. qu. 2. §. Dico igitur. Mayro. qu. 1. §. sed hic sciendum.* Fundam *Scoti.* omne loquens intellectuale, si posset, immediatè causaret in audiente conceptum rei, de quâ loquitur: nam omne agens statim, si posset, imprimeret formam, quam principaliter intendit: omne autem loquens principaliter intendit exprimere in audiente conceptum rei, de quâ loquitur; Angelus hoc potest præstare nam quod est sufficientet in actu respectu alicuius effectûs, illud causare poterit in quocumquu receptiuo proportionato: sed angelus per memoriam fœcundam obiecti, est sufficienter in actu constitutus ad causandam actualem intellectionem illius in quocumque receptiuo proportionato & intellectus angeli audientis est proportionatum receptiuum intellectionis talis obiecti: nam memoria fœcunda includit principium intellectum, & speciem obiecti, quæ sunt adæquatum principium intellectionis: intellectus audientis, est passiuum eiusdem rationis cum intellectu loquentis: sed potest loquens per memoriam fœcundam producere in proprio intellectu actualem notitiam obiecti: ergo eamdem producere poterit in intellectu audientis.

11. *Quartus modus*

Quartus modus *Scoti cit. §. Ad vlteriorem: Aureo.* in *2. dist. 9. qu. 1. art. 4. Mayro. cit. §. Sed hic: Balso. qu. 2. Zumel 1. p. qu. 107 q. 1. Suarez lib. 2. de angel. c 27.* affirmantium, vnum angelum loqui alteri, imprimendo illi speciem repræsentatiuam proprij conceptûs. Quæ speciei impressio, vt est à loquente, dicitur locutio; vt est in audiente, nuncupatur auditio. Docet igitur *cit. Scotus*, interdum angelum loquentem imprimere solum actum in audiente, vt cum audiens habet speciem obiecti, actu tamen de illo non cogitat; interdum solam speciem, vt si superior angelus actu cogitet de vno obiecto, & inferior velit ei loqui de alio obiecto, cuius superior speciem non habet, tunc angelus inferior non causabit in superiore intellectionem obiecti, de quo loquitur: quia nec duæ intellectiones possunt naturaliter inesse eidem, nec virtus minor potest impedire maiorem à suâ actione: ergo solùm causabit speciem talis obiecti, si superior eâ careat: interdum verò actum, & speciem simul; vt cùm angelus loquitur angelo carenti actu, & specie obiecti, de quo loquitur. Prob. secreta cordis angeli loquentis suâ natura sunt occulta audienti: vt igitur possint ab eo audiri & cognosci, debent illi fieri manifesta per solam speciem ea repræsentantem: nam defectu solius speciei erant anteâ illi occulta, cætera omnia ad cognoscendum requisita erant in angelo audiente: at talis species non potest produci à solo Deo, alioqui non loqueretur angelus sed Deus ad petitionem angeli: ergo à loquente. *Probatur hic modus.*

12. *Quintus modus*

Quintus *Ochami quodlib. 1. qu. 7. & in 2. an. 20. Gabriel. dist. 9. qu. 2. art. 4.* aientium, locutionem angelorum fieri per obiectum concursum conceptûs angeli loquentis cum intellectu audientis, ad eumdem conceptum loquentis intra audientem exprimendum. Docent igitur hi, angelum loquentem priùs intra se formare verbum; tum per ipsum, per modum obiecti immediatè concurrere cum intellectu audientis ad intellectionem talis verbi. Quæ intellectio vt producta per modum obiecti ab ipso verbo angeli loquentis; dicitur locutio; vt vitaliter elicita ab intellectu audientis, dicitur auditio. Fundam. nequit saluari excitatio quam includit locutio, sine aliquâ efficientiâ loquentis in audiente: sed hæc non potest esse productio speciei: tum quia hæc per hos non datur: tum quia esto detur, sufficit verbum per modum obiecti immediatè concurrentis cum intellectu audientis ad intuitiuam notitiam ipsius; cùm sit perfectè spirituale, atque adeò per se ipsum intelligibile. Omnes tres præcedentes modi in eo conueniunt, vt ad locutionem requirant realem efficientiam loquentis in audiente. discrepant in eo, quòd primus illam ponat in totali productione intellectionis angeli audientis 2. in productione solius speciei repræsentatiuæ conceptûs angeli loquentis; in solâ partiali productione obiectiuâ no-angeli audientis. Ad vnum ex his reducitur modus *Heruei in 2. dist. 11. qu. 1.* docentis, vnum angelum loqui alteri per expressionem conceptus expliciti manifestantis implicitum, qui conceptus natus est mouere audientem ad attendendum & intelligendum, nullâ requisitâ propinquitate locali, sed solo ordine principij actiui & passiui. *Fundamen.*

13. *Tres modi partim conueniunt partim discrepant.*

14. *Sed contrà hos tmnes primo est.*

Sed contra istos modos est: sequeretur, angelum vel non posse loqui ad alterum, nisi cum illo penetratum & indistantem, quod esset maxima imperfectio in aagelis; vel certè loqui posse ad angelum distantem. Hoc secundum intelligunt aduersarij, quamuis primum improbabile non putet *Suarez cap. 28.* Sequela constat: cum medium non sit capax locutionis spiritualis, vel quia est corporeum, vel quia potest esse vacuum, at hoc repugnat agenti corporeo. Seu limitatio modo applicandi suam virtutem ad agendum; ex hoc enim sequeretur, posse agens suam virtutem actiuam applicare ad quamcumque distantiam: ex quo illam per medium non consumit, ergo etiam in agente spirituali, cum eadem ratio militet. Lege *disp. 5. sect. 4. & disp 6. sect. 4.* Secundò specialiter contra singulos modos. & 1. contra primum: repugnat intellectionem, quæ est actus vitalis, totali[illegible]ci à principio extrinseco, passiuè tan[illegible]rente intellectu angeli audientis: ali[illegible]set etiam in eo produci volitio obiecti, ipso [illegible]ngelo repugnante: atque adeò posset vna creatura aliam

15. *Secundò est contra singulos.* *Et primò contra primum.*

Digitized by Google

cogere in actibus intrinsecè liberis: quod implicat, vt *seq. to.* Contrà 2. & 3. sequeretur, vnum angelum non posse alteri mentiri: hoc autem est contra Scripturam, quæ diabolum appellat *patrem mendacij*. Sequela prob. mentiri, est manifestare suum conceptum aliter, quam mentiens de re ipsa format: sed si angelus audiens per intuitiuam notitiam, propriàmve speciem videret eumdem conceptum, quem loquens de re format, non posset loquenti audienti mentiri: quia nec loquens formare potest alium assensum de re, quàm res ipsa cognita postulat; nec audiens per intuitiuam notitiam, propriàmve speciem non intueri assensum quem loquens de re format, vel audienti immediatè manifestat. Nec posset loquens alium conceptum loco eius, quem ipse formauit, audienti ostendere: quia non posset talem conceptum alteri ostendere, nisi illum in seipso priùs formauerit; repugnat autem angelum in seipso formare assensum falsum de re cognitâ vt vera, aut contrà. Maior prob. Angelus loquens in hoc 2. & tertio modo producit intellectionem, vel speciem in audiente per suum conceptum, vt per causam immediatè productiuam: causa autem nequit producere, nisi realiter existat, 3. contra tres modos sequeretur, locutionem angeli non esse liberam, sed necessariam. Nam si loquens producit intellectionem per speciem sui in intellectu audientis, illam non liberè, sed necessariò producit. Hoc autem prob. 1 inductione: nam omnes actus tam sensitiui, quàm intellectiui necessariò relinquunt speciem sui in memoriâ. Neque dicas, eam tantùm necessariò producere in proprio, non in alieno subiecto: quia si semel ponantur eam necessario producere in quocumque subiecto capaci eam necessariò producent; cùm non sit maior ratio de vno, quàm de alio. 2. actus producit speciem sui, vt causa totalis independenter à concursu subiecti: quia vnumquodque per id formaliter est intelligibile per quod est ens; nam intelligibilitas consequitur immediatè ad rationem entis. at subordonari libertati agentis, est dependere à libero influxu ipsius quem posset præbere, & non præbere, cum libertas sita sit in posse agere & non agere. Igitur si actus in producendâ specie non pendet à libero influxu substantiæ angeli, sed ipse solus est adæquata causa illius, non poterit illi in eâ producendâ formaliter subordinari; atque adeò non poterit eam liberè producere: quia cùm ipse non sit in agendo liber, si neque erit liber per dependentiam à libero influxu substantiæ liberæ, non poterit liberè agere: quia voluntas non potest reddere aliquid in agendo formaliter liberum per solam extrinsecam assistentiam, vel dominationem, sed per intrinsecum influxum, vel suspensionem actus.

16. *Secundo contra 2. & tertium modum est.*

Tertia, sic loquitur Angelus non foret libera.

Inductione.

18. *Proba prioris.*

19. *Obiicies.*

Dices. Potentiæ externæ hominis subordinantur libertati hominis, cùm non operentur nisi ad imperium hominis: & tamen huiusmodi potentiæ non pendent à libero influxu illius. Nam sola potentia externa est totalis causa suæ operationis.

Respondeo.

Resp. neg. minor. talsum quippe est, potentias externas in operando non pendere ab actuli influxu animæ: tum quia multæ operantur vt potentiæ vitales, de quarum ratione est, vt cum illis concurrat principium ipsum substantiale viuentis. Tum quia producunt vt causæ instrumentales, [illegible]ter subordinatæ causæ principali: ergo [illegible]ucunt nisi vt motæ & applicatæ à causa p[illegible] libera, quæ est anima, vt *seq. to. disp. 5.* Ac[illegible]tò vitales nec sui speciem producunt vitaliter, ad quod necessarius sit concursus animæ; nec vt instrumenta subordinata causæ principali: sed producunt vt causæ principales in eo genere nulli subordinantur; quia ens vt ens, ex se independenter à quocumque alio habet, vt sit intelligile, hoc est motiuum potentiæ intellectricis ad sui notitiam. Ex his contra dictos modos infertur non posse vnum angelum alteri secretè loqui, quin loquatur omnibus: quia si actus loquentis necessariò produdit speciem, vel intellectionem sui in intellectu audientis, non erit maior ratio, cur illam producat in vno, & non in omnibus, cùm omnes sint locutionis capaces.

20. *vrgetur.*

Ad fundam. primi modi, neg. posse angelum loquentem producere in intellectu audientis intellectionem obiecti, de quo loquitur, propter rationem assignatam. Nec est par ratio de intellectu proprio: quia cùm intellectio sit actio immanens, essentialiter postulat esse in eodem principio, à quo proficiscitur. Ad fund. secundi, & 3. modi, *infrà.*

21. *Satisfit fundamentorum.*

22. *Sextus modus.*

Sextus modus *Bonau. in 2. dist. 16. artic. 3. qu. 1. fine corp. & ad 6. Richar. dist. 9. art. 2. qu. 1.* affirmantium, locutionem fieri per liberam protensionem speciei loquentis ad intellectum audientis, medio quodam radio spirituali, qui subiectiuè existens in loquente protenditur vsque ad intellectum audientis, eique repræsentat similitudinem conceptûs loquentis, ex quo instrumentaliter concurrente, audiens per suam virtutem actiuam vt per causam principalem educit speciem intelligibilem similem speciei loquentis. Sed hæc aut metaphorica sunt, atque adeò inepta ad rei veritatem explicandam; aut falsa. Falsum quippe est, posse lumen, seu radium accidentalem existentem in vno tantùm angelo protendi ad alium loco distantem: tum quia nequit accidens migrare de subiecto in subiectum: tum quia vbicumque existit debet inhæsiuè existere: nequit igitur radius accidentalis inhærere vni, & protendi ad alium, in quo existat, nullo subiecto sustante, aut deferente.

omnino imaginarius est.

23. *Septimus modus.*

Septimus *S. Tho. 1. p. qu. 107. art. 1. & q. 9. de verit. art. 5. Capreol. in 2 q. 1. Caiet. 1. p. cit. Valen ibid. pu. 2.* asserentium, locutionem angel. fieri per ordinationem conceptus vnius angeli ad alium, absque nouâ productione speciei in intellectu audientis. Docent cùm vnus loquitur alteri, primùm formare in seipso conceptum, deinde ordinare illum alteri manifestandum; quâ ordinatione positâ, statim angelus, cui ordinatur, percipit illum absque nouâ productione speciei per speciem, quam ab initio infusam accepit sub eâ conditione vt non posset eâ vti, positâ liberâ ordinatione alterius. Fundam. per hunc modum saluantur omnia, quæ ad locutionem spectant. 1. natura locutionis, quæ est formalis ordinatio conceptus interioris ad alium directa. 2. cur vni potiùs, quàm alteri directa sit, cùm fiat à liberâ voluntate loquentis 3. auditio, quæ formaliter consistit in ipsâ conceptus directi perceptione. 4. excitatio, quam includit locutio: nam loquens debet locutione suâ posse audientem excitare, vt attendat ad id, quod loquens illi proponit. Positâ autem liberâ ordinatione loquentis, statim species repræsentatiuâ conceptus loquentis existens in audiente, excitat naturaliter illum ad attendum, si velit, Confir. *Caiet* per liberam ordinationem, secretum loquentis sit de numero pertinentium ad audientem, atque adeò statim acquirit vim excitatiuam mentis audientis. Contra: Improbabile est quòd locutio formaliter consistat in illâ ordinatione conceptus loquentis ad audientem, quæ actus est voluntatis, vt *S. Tho. & Caiet.* docent; cùm potiùs locutio actus sit

Fundam.

Confirm.

24. *Sed neque hic modus dicessitate caret.*

intelle-

Digitized by Google

Locutio actus est intellectus non voluntatis.

intellectûs. Loqui enim formaliter, est exprimere suum conceptum alteri, quod proprium est intellectûs. Vnde æternus Pater loqui dicitur expressione Verbi, qui est actus intellectus; non spiratione Spiritûs, qui est actus voluntatis. Confirm. Locutio angeli respondet humanæ: sed humana non in actu voluntatis ordinantis verbum sensibile ad audientem, sed in ipsâ expressione verbi vocalis, mentale repræsentantis, formaliter consistit.

25. *In eo discursu tria difficilia. 1.*

Difficile 1. est, quo pacto, positâ tantùm ordinatione in vno, statim ponatur excitatio in altero; cùm nequeat aliquis excitari, nisi per realem motionem. Est enim excitatio mentalis, vitalis motus intellectûs, aut voluntatis: non potest autè vnus intrinsecè moueri per extrinsecã dumtaxat ordinationem alterius. Neque dicas eâ conditione audientem accepisse ab initio speciem conceptus loquentis, vt statim, positâ illius ordinatione, audiens à tali specie necessariò excitaretur: siquidẽ speciebus vtimur, *S. Thomas.* cùm volumus, vt *S. Tho.* docet 1. *p. qu.* 107. *art.* 1. Si igitur species intelligibilis non mouet intellectum ad actualem cognitionem obiecti, nisi ex imperio voluntatis, quo pacto poterit species conceptus loquentis existens in audiente, excitare audientem ipsum ex solo imperio extrinseco loquentis, cùm voluntas non habeat vim mouendi, nisi potentias proprij supposiri? Nec fingi potest species talis

26. *Obiectio.*

naturæ, quæ positâ intrinsecâ ordinatione loquentis, statim excitet intellectum audientis. Dices: potest hoc habere species ex maiore intensione & efficacitate supra ceteras. Vt sine imperio voluntatis seipsâ intellectum moueat & excitet ad intelligendum. Confir. dari debet species in angelis, quæ ante imperium voluntatis moueat, vti datur cognitio naturalis, præueniens id imperium. Sed contrà: 1. hanc vim excitandi non habent species intelligibiles humanæ: non .n. semper excitamur à specie intelligibili intensiori. 2. si ideò necessariò excitaret intellectum audientis, quia excedit reliquas in intensione & efficacite, positâ semel ordinatione loquentis, semper illum excitaret; cur .n. necessariò excitet solùm, quando loquens primò suum conceptum ordinat, reliquo vero tempore ex imperio tantum voluntatis illam habentis; cùm semper species sit eadem, nec mutetur ex eo, quod semel audientem excitauit; imò ex eo euadit ad excitandum fortior. Quare ad rationem concedo,

Confir.

27. *Resp.*

28. *Ad conf.*

quò species est intensior, eò efficaciùs mouet, posito tamen imperiò voluntatis. Ad confir. nego maior. ad prob. dico, sufficere cognitionem, quam angelus de propriâ essentiâ semper habet, ex quâ cognitione excitari potest ad reliqua obiecta cognoscenda. Homo verò vel incipit excitari à specie sensibili, quæ necessariò determinat sensum ad sui notitiam: ex quâ notitiâ deinde eruitur species intelligibilis, quæ intellectum determinat ad ejusdem sensibilis quidditatem intelligendam; vel à Deo auctore naturæ, vt in operibus naturalibus;

29. *Difficile 2.*

vel ab eodem auctore gratiæ, vt in negotio salutis cuius semper prima cogitatio excitatur à Deo. Difficile 2. est quo pacto angelus per species locutionis excitatus, sciat, se potiùs excitati ab angelo A, quàm ab angelo B, posito quòd multi simul illum alloquantur cum species, quâ excitatur locutionem vtrinsque æqualiter repræsentet. Angelus .n. audiens per eamdem speciem cognoscit cogitationes omnium, quæ conueniunt in naturâ specificâ: alioqui, in quolibet essent infinitæ species infinitarum cogitationum, quas singuli sunt sibi in totâ æternitate manifestaturi. Dices species ipsas locutionum simul cum locutionibus exprimere

Ratio difficultatis.

peculiares habitudines ad angelos, quorum sunt locutiones: sicut species locutionis humanæ, quæ simul exprimunt vocem, & peculiarem habitudinem ad loquentem, ex quâ euidenter cognoscitur persona, quæ loquitur, etiamsi non videatur. Contrà: cur potiùs audiens excitatur ad locutionem angeli A, nunc primò suum conceptum dirigentis, quam ad locutionem angeli B, qui iam pridem suum conceptum ad eumdem audientem direxat. 3. non saluat, quo pacto possit vnus alteri mentiri nam species in hâc sent. excitat audientem ad videndum conceptum loquentis intuitiuè: sed angelus loquens nequit in seipso formare assensum falsum de obiecto vero, cognito vt vero; nec assensum verum de obiecto falso, cognito vt falso, qualem deberet mentiens audienti ostendere. Modus noster consistit 1. in quo locutio; 2. in quo auditio angeli formaliter sita sit.

30. *Difficile 3.*

31.

32. *Explicatur verus modus locutionis Angelicæ*

Dico 1. Locutio angeli formaliter consistit in expressione conceptûs reflexi formaliter ordinati ad directum, alteri manifestandum. Declaratur in exemplo locutionis humanæ, quæ formaliter consistit in expressione verbi vocalis, quod est quasi verbum reflexum, quo loquens sensibiliter manifestat alteri suum conceptum internum directum. 2. ex proportione locutionis absolutæ, quâ intellectus loquitur & dicit sibi ipsi rem conceptam. Nam sicut hæc formaliter consistit in expressione verbi, quo intellectus sibi ipse manifestat rem conceptam, quam in habitu tantùm habebat: ita locutio respectiua consistit in expressione verbi, quo suum conceptum occultum alteri manifestat.

33. *Prob. conclusio à priori.*

Ratio hic modus saluat omnia, quæ sunt de ratione locutionis mentalis: 1. quod sit actus intellectus non quo formaliter obiectum cognoscit, sed quo obiectum dicit. Duplicem enim respectum habet cognitio, alterum ad obiectum, & dicitur *notitia* alterum ad intellectum, cui res cognita manifestatur, & dicitur *dictio*. Est igitur locutio actus intellectûs, vt *dictio* est formaliter: quia locutio est perfectio respectiua essentialiter ordinata ad alterum cui manifestanda est res ipsa dicenda. 2. saluat, quòd locutio sit libera, non quidem elicitiuè, cùm non sit actus elicitus à potentiâ liberâ, sed imperatiuè; quia imperatur à voluntate quæ est primum mouens ad secreta loquentis alteri manifestanda, 3. quod potiùs fiat vni, quàm alteri: nam hoc habet ex imperio voluntatis ad vnum potiùs quàm ad alterum secretum dirigentis.

34.

34.

35. *Qualiter Angeli sibi mutuò mentiri possint.*

4. saluat fidem angeli nam audiens non fertur intuitiue & immediatè ad conceptum directum angeli loquentis, qui est terminus manifestatus, sed ad reflexum, qui est ratio manifestandi, & signum naturaliter significatiuum conceptûs directi, qui tantum abstractiuè & remotè cognoscitur, vt obiectum actûs reflexi, in quo solùm intentionaliter continetur actus directus; proinde nequit esse ratio illum intuitiuè cognoscendi, nisi proprio intellectui, cui comparatur vt vitalis imago immediatè informans; non autem alieno, cui solùm comparatur vt ratio purè obiectiua. 5. saluat

36.

quo modo in angelis possit esse mendacium: nam ex quo audiens non intuetur immediat conceptum directum loquentis, non potest ex vi intuitionis solius actus reflexi euidenter cognoscere, an directus per reflexum manifestatus, existat in loquente per modum actûs, an per modum obiecti; cùm illum non videat in seipso, sed in reflexo, in quo eodem modo cognoscitur directus, siue in loquente existat per modum actûs, siue per mo-

dum

dum actûs, siue per modum obiecti. Nec possit angelus habere assensum falsum de re cognitâ vt verâ; possit autem loquens cognoscere assensum falsum, sibique obiectiuè repræsentare de re à se cognitâ vt verâ, illudque ordinare per actum reflexum manifestandum alteri, qui cognoscendo actum reflexum repræsentantem assensum falsum, nescit, an talis assensus sibi manifestatus sit in loquente per modum actualis iudicij, an per modum obiecti; atque adeò nescit, an per talem actum loquens mentiatur.

37. *Ad locutionem Angelicam non est necessaria excitatio physica.* Dico 2. De ratione locutionis angelicæ non est vt ipsa physicè excitet, aut saltem excitatiua sit, sed tantummodò connotatiua excitationis alterius: *S. Tho. qu. 9. de verit. art. 5. ad. 2. & artic. 6. ad 4. Capreo. in 2. dist. 11. qu. 1. art. 1. concl. 3. Caiet. 1. p. qu. 107. art. 1. in resp. ad 3.* qui docent, angelum loquentem nihil locutione suâ causare in audiente sed audientem per speciem, quam habet à principio infusam, cognoscere loquentem, & ipsius locutionem. Fundam. Angelus non solùm loquitur angelo, sed etiam Deo, vt *Gregor. lib. 2. moral. c. 5. & 7.* sed locutio directa in Deum, non est excitatiua, sed tantùm connotatiua attentionis Dei: ergo de ratione locutionis angelicæ non est, vt sit physicè excitatiua attentionis alterius. Quod autem debeat saltem esse connotatiua excitationis alterius, patet: nam locutio est medium essentialiter ordinatum ad manifestanda secreta cordis ipsius loquentis: at frustrà esset hoc medium, si ex se non esset excitatiuum, aut saltem essentialiter connotatiuum excitationis alterius.

38.

39 *In quo formaliter consistat audi tio Angelica.* Dico 3. Auditio angelica formaliter consistit in actu intellectionis, quo angelus percipit conceptum sibi à loquente directum. Sc. actus à loquente ad audientem directus, alter vt *quo*, seu signum tantùm alterius actûs manifestatiuum, diciturque nutus, seu vox angelica; alter vt *quod*, seu res ipsa manifestabilis, obiectum & terminus prioris; estque conceptûs directus, quem primariò loquens intendit manifestare. Auditio non solùm est actus perceptiuus signi, sed etiam signati, eiusque conceptûs directi per reflexum manifestati. Fundam. auditio angelica est perfectior humana: sed ad perfectam auditionem humanam plures actus requiruntur, & sensitiuus, quo percipitur vox sensibilis; & intellectiuus, quo percipitur vocis significatum: ergo in angelo sufficiet vnus, quo & signum & significatum locutionis percipiatur. Dixi, *à loquente directum*: nam auditio correlatiua est locutioni: sed locutio formaliter importat directionem actûs loquentis ad seipsum directi. Defectu talis directionis non dicitur auditio, sed visio, actus quo vnus angelus intuetur naturales proprietates alterius; & actus, quo Deus cognoscit nostra secreta, antequam illa dirigamus ad ipsum. Lege *Bacho. lib. 2. quodlib. q. 12. ar. 2.*

Duplex actus à loquente in audientem dirigitur.

40. *Ad auditionem Angelicam sufficit inchoatio moralis à loquente.* Dico 4. De ratione auditionis angelicæ non est vt physicè, sed tantùm moraliter inchoetur à loquente: inchoatur autem physicè à Deo vt auctore naturæ. Nam si de ratione locutionis non est, vt ipsa physicè, sed tantùm moraliter inchoet auditionem audientis; nec de ratione auditionis erit, vt physicè, sed tantùm moraliter inchoetur à loquente. Nec probabilior supereſt. Ita Deus audit creaturas ad se loquentes, cuius tamen auditio physicè non excitatur à creaturâ, sed tantùm moraliter: & hic modus saluat, quo pacto per locutionem vnius necessariò excitetur alter. Nam statim Deus ad locutionem loquentis, vt auctor naturæ excitat attentionem in eo, ad quem locutio dirigitur; Sc. actu concurrendo cum audiente ad notitiam conceptûs loquentis per concursum supplentem defectum speciei, quam audiens habet de tali conceptu incompletam. Saluat etiam libertatem in audiente ad prosequendam inchoatam attentionem: nam licet ad eam, posità locutione alterius, necessariò excitetur, excitatus tamen liberè eam prosequitur: sicut omnis prima cogitatio necessariò excitatur in nobis, excitatam tamen liberè eam prosequimur. Obicies Sequeretur 1. non angelum, sed Deum loqui ad petitionem Angeli. 2. Angelos ex se impotentes esse ad loquendam, & imperfectiores hominibus, qui non solùm possunt suam locutionem exprimere, sed etiam alios excitare ad attendendum. 3. non saluari modum, quo vnus alio fortius clamet ad alterum. 4. Si Deus ad voluntatem hominis produceret verbum vocale, non ipse homo, sed Deus diceretur loqui: ergo si ad voluntatem angeli produceret auditionem mulio, non angelus, sed Deus diceretur loqui. Resp. ad 1. neg. sequel. nam locutio angeli completè saluatur in expressione actûs reflexi ad alterum directi, cum solâ excitatione morali: quæ expressio conceptûs cum morali excitatione est ab ipso loquente. Ad 2. nego sequel. nam, cùm locutio completè saluetur in expressione actus reflexi ordinantis directum ad alterum; & angeli ex se sint potentes ad talem actum formandum, erunt etiam potentes ex se ad loquendum. Nec obstat, quòd excitatio audientis sit complementum intrinsecum, sed extrinsecum, & solum connotatum. Quòd autem homo possit alium hominem non solùm moraliter, sed etiam physicè excitare, hoc prouenit ex nobiliori modo, quo angelus loquitur angelo. Ad 3. resp. id maximè saluari: nam quò loquens intensiorem dirigit locutionem ad alterum, eò Deus vt auctor naturæ fortius mouet intellectum audientis ad attendendum id, quod loquens proponit. Nam cum eâ intensione Deus mouet intellectum audientis, cum quâ moueret eumdem intellectum actus ipse loquentis, si posset. Ad 4. nego conseq. nam locutio humana formaliter consistit in productione verbi vocalis: Angelica non consistit formaliter in physicâ excitatione attentionis audientis, vt *suprà*. Dices producens attentionem in audiente, non audiens, sed Deus dicetur audire. Resp. neg. sequel. vti nec Deus diceretur audire, & si cum aure producat auditionem verbi vocalis: Deus n. non supplet concursum potentiæ vitalis, sed solius speciei, quæ vitalis non est. Audire verò est proprius actus eius, qui per auditionem percipit audibile, hic autem non esset Deus, etiamsi solus produceret auditionem.

42. *Obiectio 1.* *Secunda.* *Tertia.* *Quarta.* 43. *Resp. ad 1.* 44. *Ad secundã.* 45. *Ad tertiam* 46. *Ad quartã* 47. *Instantia.* *Soluitur.*

Deducitur 1. tam creaturam loqui ad Deum, quam Deum ad creaturam, ex *S. Gregor.* cit creaturaloquitur Deo per ordinationem sui conceptûs ad Deum, connotando cognitionẽ Dei, audientis conceptum creaturæ. Deus ad creaturam, vel per externam reuelationem vel per internam illustrationem obiecti à se cogniti. 2. tam Angelum superiorem loqui ad inferiorem, quam inferiorem ad superiorem in quâcumque distantiâ. Nam tam superior potest suum conceptum manifestare inferiori, quàm inferior superiori: nec debet loquens physicè agere in audientem. 3. animas separatas non modò loqui posse inter se, sed etiam cum angelis; secus corpori coniunctas: quia sicut per statum separationis participant modum essendi, & intelligendi angelorum; ita modum conuersandi cum illis. Contrà verò, sicut corporibus coniunctæ habent

48. *Coroll. S. Gregorius* 49. *Coroll. 2.* 50. *Coroll. 3.*

diuersum

Digitized by Google

diuersum modum essendi, & intelligendi ab angelis; ita & diuersum modum conuersandi. Quare sicut certum est, angelos naturaliter non loqui ad animas coniunctas: ita nec probabile est, animas coniunctas naturaliter loqui ad angelos. 4. locutionem angeli primariò esse de conceptibus, secundariò de rebus tam notis, quàm ignotis audienti, vt patet de locutione humanâ, quæ esse potest de rebus etiam audienti notis. Prætereà esse potest tam de rebus præsentibus, quàm præteritis, ac futuris; siue certò, siue coniecturaliter notis; quin etiam de rebus creditis testimonio alterius.

DISPVTATIO XVI.

De illuminatione Angelorum.

1. LICET illuminatio per se spectet ad ea, quæ sunt propria angelorum in statu gratiæ; cùm propriè sit de rebus supernat. saltem quoad modum; comparatur tamen ad locutionem, vt species ad genus.

An Angeli inferiores illuminentur à superioribus?

2. *Prima sent. negans huiusmodi illuminationem. Ita Durandus probat.*

PRIMA sent. negat, angelos inferiores illuminari à superioribus, sed omnes immediatè à Deo; quamuis priùs illuminentur superiores, quàm inferiores, non quidem ordine durationis, sed naturæ & dignitatis: Ita *Duran. in 2. dist. 11. qu. 3.* quia illuminatio est de iis, quæ saltem accidentaliter spectant ad cognitionem gloriosam: quod est solius Dei, quia non decet, beatitudinem essentialem, vel accidentalem vnius pendere ab alio, quàm à Deo, tanquam vt à conferente naturam, & proponente obiectum. Confir. non apparet modus, quo possit vnus angelus illum illuminare, cùm illuminans confortare debeat intellectum illuminandi, nec possit, nisi vel lumen supernat. in illo producendo, quod est proprium Dei; vel illius intellectum intendendo, quod repugnat; cùm nequeat intellectus, vt proprietas naturæ, suscipere magis & minus.

3. *Affirmatiua sententia communis Scholast. Patrum Dionysius.*

Opposita sent. *Angelos inferiores illuminari à superioribus, est communis inter Scholast. in 2. dist. 9. & 11. & Thomist. 1. p. qu. 107. & 109.* Fundamentum habet in Patribus & Scripturis. Areopagita, qui c. 6. de cæl. hier. doctrinam de Angelis se accepisse testatur à summo Theologo ac beatissimo præceptore suo Paulo, ita de hâc illuminatione scribit 7. *cap. eiusd. Hoc enim Theologi planè tradunt, inferiores cælestium naturarũ ordines à superioribus ritè diuina opera explicantes scientias discere: summos autem à Deo ipso pro suo captu edoceri mysteria.* Et c. 9. *Cum his autem quod est etiam ordinis, qui ab alio accepta aliis enuntiat, dum & diuinas illustrationes hierarchiæ more & instituto priorum operâ recipit, & eas Angelis benignè nuntiat, & per Angelos nobis enuntiat.* Idem repetit c. 15. Et lib. de Eccles. hierar. c. 5. *Illustratores & sacra huius perfectionis duces ac Principes in subiectos sacros ordines benignè, atque pro captu cuiusque data sibi à perfectâ, sapientiaque effectrice diuinitate, diuinarum rerum scientiam cognitionemve diffundunt.* Vnde *ibid.* Angelos appellat, *Pontifices: Quia coniunctam cum illuminandi vi, mundandi etiam expiandique scientiam habent.* Et sæpe *alibi* docet. Angelos superiores exercere in inferiores actus hierarchicos, qui sunt *illuminare, purgare, perficere*; docendo, ignorantiam tollendo, veritatem manifestando. Gregorius Nazianz *orat. 40. in S. Baptisma post initi.* Angelum appellat *secundum lumen, & riuulum primi luminis, atque participationem quandam per propensionem ad illud, ac ministerium illuminationum habentem.* In quem loc. interpres Nicæta; *Quoniam autem*, inquit, *in cælestibus hierarchijs illuminationum diuersitates existunt, non ex proposito & voluntate, sed ex natura, atque alij diuinam lucem magis amplecti ac retinere possunt, alij minus, adeò vt illi immediatè, quoad eius fieri potest, cum eo conuersentur, hi autem primorum operâ colluslentur. Ita nimirum ab aliis ad alios transmissa ac traiecta illuminatione à primis vsque ad extremos.* Athanasius de communi essentiâ Patris, & Filij, & Spiritûs sub titulo, *de Angelis*, ita scribit. *Quemadmodum discrimen ordinis in supernis potestatibus cognouimus, ita quoque stationis & scientiæ discrimina sunt. Throni scilicet, Cherubin & Seraphin, qui continuò, & sine vllo mediatore, aut interprete à Deo condiscunt, vtpote cæteris sublimiores, & Deo propinquiores: & ab ijs etudiuntur inferiores ordines, atque ita deinceps cæteri pro suo gradu. Postremi autem omnium sunt Angeli, qui & hominum pædagogi sunt censendi.* Et quæst. 31. ad Antioch. Principem: *Throni namque Cherubin, & Seraphin*, inquit, *immediatè à Deo discunt, tanquam omnibus superiores, & Deo proximi. Hi verò docent ordines inferiores, & ita deinceps semper superiora docent inferiora, infimi autem omnium ordinum sunt Angeli, qui hominum sunt Doctores.* Cyrillus Alexand. c. 9. explicans illud, *Quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: Sic igitur etiam lucem*, inquit, *esse Sanctos fatemur, & illud addimus, quod rationalis quidem creatura omnis illuminata illuminat, traditioneque à mente sua in mentem alterius doctrinam transfundit. Quam quidem illuminationem discendi vim potius, quàm reuelationem nominamus. Dei autem Verbum omnem hominem venientem in hunc mundum non docendo, vt homines, aut forsan Angeli* (ponit *forsan* non dubitandi sed modestiæ causa) *sed potiùs creando, vt Deus vnicuique semen sapientiæ, id est, pietatis, atque intelligendi radices inserit.* Damasc. lib. 2. fidei c. 3. *Secundaria*, inquit, *spiritualia lumina sunt Angeli, ex primario illo ac sempiterno lumine splendorem haurientes, nec linguâ atque auribus opus habentes, citra sermonis adminiculum cogitationes suas atque consilia inter se communicantes.* Et quia hoc testimonium intelligi posset de manifestatione secretorum cordis tantùm, quæ ad illuminationem propriè dictam non sufficit, *vt infra* subdit *eod. c. Alij alios ob ordinis vel naturæ præstantiam illustrant, illud quidem perspicuum est, eos, qui præstantiores sublimioresque sunt, splendorem, & cognitionem inferioribus impertiri.* Gregorius *lib. 28. moral. cap. 6.* explicans illud *Zacha. 2. Et alius Angelus egrediebatur in occursum eius*, &c. *Non est*, inquit, *Deus Angelus, qui mittitur, cui verba ab Angelo quæ dicere debeat, iubentur, sed quia in conspectu conditoris Angelica ministeria ordinata graduum positione distincta sunt, vt & pro communi felicitate beatitudinis opificem suum simul videntes gaudeant, & tamen pro dispositione dignitatis alijs alij subministrant, ad Prophetam Angelus Angelum mittit, & quem secum de Deo gaudere communiter conspicit, & docet, & dirigit, quia cum & per superiorem scientiam virtute cognitionis, & per præstantiorem gratiam culmine potestatis excedit.* Ecce quomodo in sent. Gregorij, Angeli superiores inferiores mittunt, docent ac dirigunt. Glossa in illa 1. *Cor. 13. Si linguis hominum loquatur & Angelorum: Lingua*, inquit *Angelorum sunt, quibus præpositi minoribus, quod de Dei voluntate primi sentiunt, significant.* Secundò ex Scripturis Zach. 2. *Et ecce Angelus, qui loquebatur in me, egredie-*

4. *Gregor. Nazianzen.*

Nicæta.

5. *Athanasius*

6. *Cyrillus Alexand.*

7. *Damascen.*

8. *S. Gregorius*

9.

10. *Tertia veritas ex Scriptura colligitur.*

Digitized by Google

egrediebatur, & Angelus alius egrediebatur in occursum
Zach. 2. efficax testimon. eius; & dixit ad eum: Curre, loquere ad puerum istum dicens: Absque muro habitabitur Ierusalem, præ multitudine hominum & iumentorum in medio eius. Et ego ero ei, ait Dominus, murus ignis in circuitu, & in gloria ero in medio eius. En quo pacto vnus Angelus reuelet alteri diuina consilia, futuramque lætitiam Ierusalem, iubeatque vt ea Prophetæ manifestet. Vnde ex hoc loco *Areopagita lib. de cal. hierar. c.* 8. apertè colligit, illuminationem angeli inferioris à superiori. Et Liranus in hunc loc. *Egrediebatur ad habendam reuelationem nouam de futuris ab Angelo superiori: quia secundum ordinem hierarchicum superiores Angeli illuminant medios, & medij inferiores.* Idem sentit in eumd. loc. *Ribera*: ex Hieronymo, qui ex sent. Hebræorum docet, angelum, qui egrediebatur, fuisse Gabrielem; cui loquebatur, fuisse Michaëlem. Ex eodem testimonio elicit *Gregorius cit.* vnum angelum non solùm doceri & instrui, sed
11. 2. Testim. Apocalyps. 7. etiam mitti à superiori. Item Apocalyp. 7. Angelus ascendens *ab ortu solis voce magna* clamat *quatuor Angelis, quibus datum erat nocere terræ & mari, dicens: Nolite nocere terræ & mari, neque arboribus, quoad vsque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum.* Clamare autem idem est ac loqui, iuxta illud *Isaiæ 6. & clamabant alter ad alterum, & dicebant: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum.* Quæ locutio si sit de rebus à Deo reuelatis, vti erat hæc, (erat enim de voluntate Dei, ne nocerent terræ & mari, quoad vsque compleretur numerus electorum) est illuminatio propriè dicta. Quòd autem hi quatuor Angeli fuerint boni à Deo missi ad homines puniendos, docet *Cornelius à Lapide in hunc*
12. Sententia Durandi temeraria. Zumel. *loc.* &c. Propter hæc & alia pro hâc sent. afferri possent, opposita *Durandi* aliquâ *temeritate* non caret: ita *Zumel 1. p. quæst. 106. art. 1. qu. corol. 2.* cùm repugnet communi *Scholast.* Patrum ex diuinis oraculis his accedit ratio.

13. Idem probatur rationibus. Prima dicitur ex consueto modo operandi diuinæ sapientiæ. Quæ quantum fieri potest omnia operatur mediis causis 2. subordinando infima mediis, & media supremis, vt sic magis eluceat ipsius bonitas, quæ non solùm iuxta præscriptum sui beneplaciti communicat se creaturis, sed etiam plenam potentiam iis impartit, vt perfectiones à primo fonte haustas, aliis communicare possint. Angeli riuuli. Vt non immeritò à *Nazian.* Angeli dicti sint *riuuli primi luminis*: quia sicut riuulus aquam à primâ scaturigine accipiens in alia subiecta loca deriuat: ita supremæ intelligentiæ supernaturales influxus à primo fonte accipientes, in alias inferiores intelligentias corriuant. Confir. hoc operandi modo vtitur Deus in hierarchia Eccles. vt infimi per medios, & medij per supremum sacerdotem & vicarium Christi de mysteriis fidei, & veritatibus reuelatis instruantur. Secunda ducitur ex naturali
14. Secunda ratio. subordinatione creaturæ inferioris ad superiorem, & prælatione superioris ad inferiorem. Vnde in quâuis Rep. benè institutâ semper infimi subduntur mediis, medij supremis. At hæc subordinatio perfectiùs seruatur, si infimi à mediis, & medij à Confir. supremis instruantur. Confir. finis huius subordinationis & prælationis est, exercere varias virtutes obedientiæ, & humilitatis inferiorum erga superiores; charitatis & liberalitatis superiorum erga
15. Tertia ratio à pari. inferiores. At hunc finem Deus maximè intendit, cùm sit potissimus. Tertia: certum est, sæpè Deum illuminare homines per angelos ex *Cyrill. Athanas. cit. August. in Psal. 118 conc. 18. Gregor. lib. 28. moral. c. 6. & c. Veni*, inquit Angelus, *vt docerem te, quæ ventura sunt populo tuo in nouissimis diebus*; *Dan.* 10. Angelo loquente cum Zacharia; *Zach. 1. &* 2. Angelo annuntiante pastoribus Saluatorem mundi; *Lucæ 2.* Angelo monente Ioseph in somnis, vt futuram Herodis persecutionem per fugam in Ægyptum declinaret; *Matth. 2.* Angelo docente Cornelium de rebus ad salutem pertinentibus; *Act. 10.* Ergo etiam Deus per superiores Angelos illuminat & instruit inferiores: vti non obstante quòd possit Deus per seipsum illuminare homines, vtitur tamen ministerio angelorum ad meliùs seruandam tum debitam subordinationem hominum erga Angelos, tum prælationem Angelorum erga
16. Satisfit argum. Duran. homines. Ad fundam. *Duran.* neg. illuminationem angelorum fieri de iis, quæ ab vnoquoque beato virtute propriorum meritorum videntur in verbo: nam illa vnusquisque accipit vi propriæ
17. An de fide infra. visionis beatificæ immediatè à Deo: sed de iis tantùm quæ à beatis videntur extra Verbum, nec sunt iure naturæ debita omnibus vti sunt quædam nouæ veritates, quas Deus successu temporis extra Verbum manifestat Beatis. Et licet possit superior manifestare inferiori aliqua, quæ ipse nouit in Verbo, quæ tamen non nouit alter; ea tamen manifestantur inferiori extra Verbum: ita potest quæ nouit Propheta euidenter in attestante, manifestare aliis, obscurâ tantùm fide credenda; & Doctor quæ scientificè & per causas cognouit, manifestare discipulo per effectus & similitudines patebit ex *sect. 4.*

Quid sit illuminatio, & quo pacto à locutione discriminetur.

IN hâc differentiâ assignandâ variant *Scholastici*. Argentinas *in 2. disp. 9. qu. 1. ar. 4. Mayro. qu. 2.* hoc assignant discrimen: quòd illuminatio semper est de veris & ignotis illuminato; locutio esse po
18. Hoc discrimen inter locutionem & illuminationem Non placet. test etiam de falsis, & notis audienti. Sed contrà vt nunquam angelus inferior illuminat superiorem cùm tamen inferior interdum loquatur superiori de rebus illis ignotis, velut de secretis sui cordis aut de rebus præteritis, quarum species habet inferior, quas tamen non habet superior, eo quòd earum obiecta, dum erant præsentia, actu non cognouit. Ergo illuminatio plus dicit, quàm manifestationem ignotæ veritatis, licet illam essentialiter supponat. Scotus *in 2. disp. 9. 2. §. Ad aliam*
19. Discrimen Scoti. *quæst. Lyche ibid. Capreo. in 2. dis. 11. quæst. 2. art. 1. fine. Gabriel dist. 9. qu. 2. art. 4. concl. 4. Marsil. qu. 7. art. 4. Maior qu. 2. Palat. disp. 2. §. Iam verò, Zumel 1. p. q. 106. a. 1. q. 1.* hanc assignant differentiam, quòd illuminatio sit tantũ de veritatibus par-
Fund. Scoti. ticularibus à Deo reuelatis. Fundam. illuminatio est quædam locutio de vero, perfectiua in esse secundo. Sed sola visio veri reuelati, aut cognitio singularis in proprio genere, perficit in esse secundo intellectum angeli: ergo sola manifestatio veritatis reuelatæ est illuminatio. Sed contrà: super-
Sed nec hoc arridet. ior illuminare potest inferiorem de rebus naturalibus illi ignotis: sicut de ijsdem rebus potest homo illuminare hominem: aut certè assignanda est ratio, cur illuminatio vt sic, esse nequeat, nisi tantùm de rebus à Deo reuelatis. Ægidius *in 2. dist. 9.*
20. Discrimen ab Ægidio positum. *qu. 1. resol. art. 5.* docet, illuminationem esse manifestationem nouæ veritatis in Verbo cognoscendæ: quatenus angelus superior manifestando aliquam veritatem, quam ipse in Verbo cognoscit, inducit angelum inferiorem ad eamdem in Verbo cognoscendam, in quo anteà non cognoscebat.

Sicut

Digitized by Google

Sicut magister videns aliquem effectum in causâ, quem non videt discipulus; proponendo illum discipulo inducit discipulum ad eumdem effectum in causâ videndum, quem antè non videbat. Vnde per hunc auctorem angelus superior non potest inferiorem illuminare de veritatibus extra Verbum cognoscendis. *Fundam.* Fundam. alioqui angelus inferior non videret, sed tantùm crederet, quæ sibi à superiore proponerentur: quia cùm non possit superior inferiorem illuminare productione luminis, aut speciei, quâ nouam veritatem sibi â superiore manifestatam intelligeret, nisi illam intelligeret in Deo, quem omnes intuentur, non posset illam videre, sed tantùm credere ex puro testimonio proponentis: hoc autem repugnat statui beatifico. Sed contrà; falsum est illuminationem fieri de veritatibus ab illuminando in Deo tantùm cognoscendis: tum quia angeli inferiores illuminari etiam possunt de veritatibus extra Deum cognoscendis, *vt infrà*: vel angelus inferior cognoscit veritatem sibi à superiore manifestatam in Deo intuitiuè, vel abstractiuè. Non intuitiue, alioqui variaretur visio beata, quoties de nouâ veritate angelus illuminaretur: quia non potest nouus effectus in Deo videri, nisi Deo clarius viso: quia nequit variari visio circa obiectum secundarium, quin varietur circa primarium; cùm secundarium non videatur, nisi vt connexum cum primario; & consequenter dum videtur nouus effectus in Deo videri debet cum nouâ connexione, vel cum omnipotentiâ Dei, si sit effectus possibilis, vel cum voluntate eiusdem, si sit futurus. Falsum autem est, visionem beatam variari circa obiectum primarium, vt prob. *to. 1. disp. 9 sect. 24.* Nec abstractiuè: cùm per cognitionem abstractiuam non videatur Deus in seipso, non poterit talis effectus in Deo videri. Vnde ad fundam. *Ægidij*, neg. sequela: Ratio *infrà*. S. Thomas 1. *p. qu. 107. artic. 2. & Caiet. ibid.* in eo locutionem ab illuminatione distingunt, quod locutio sit manifestatio veritatis vt dependentis à voluntate loquentis; illuminatio verò sit manifestatio veritatis vt dependentis à voluntate Dei. *Fund S.Tho.* Fundam. *S. Tho.* tunc propriè illuminatur intellectus, quando cognoscit aliquam veritatem per ordinem ad primam regulam veritatis prima autem regula veritatis non est voluntas creata, sed increata: ergo intellectus angeli inferioris non illuminatur per cognitionem veritatis dependentis à voluntate angeli superioris, sed per cognitionem veritatis dependentis à voluntate Dei. Pro vniuersali definitione, duplex est illuminatio, altera naturalis, supernaturalis altera: & alia disputatio est de illuminatione vt sic, vt distinctâ à locutione vt sic, alia de illuminatione, prout de illâ Patres & Scripturæ loquuntur.

21. *Improbatur.*

22. *Aliud discrimen assignant.*

23. *Duplex illuminatio.*

24. *Illuminatio vt sic, quid sit.*

Dico 1. Illuminatio vniuersaliter sumpta, vt distincta à locutione, vniversaliter acceptâ, est de qualibet veritate ignotâ illuminato, propositâ per modum explicatæ propositionis, accomodatâ capacitati intellectûsilluminandi. *Fundamentum.* Fnndam. illuminatio vniuersaliter sumpta duo essentialiter importat, ex *S. Tho. 1. p. qu. 106. art. 1.* & manifestationem agnitæ veritatis, & lumen aliquod confortatiuum; nam per hæc duo sufficienter discriminatur à locutione, quæ vel esse potest de rebus falsis, vel de veris per simplicem dumtaxat obiecti propositionem. Illuminatio verò semper est de veris; cùm illuminatio sit actus perfectiuus, intellectus autem non perficiatur, nisi notitiâ veri. Rursus illuminans adiuuat illuminandum ad propositam veritatem meliùs percipiendam: sicut lumen materiale adiuuat oculum ad propositum obiectum visibile melius videndum. Adiuuat autem illuminans intellectum illuminandum, non lumen aliquod in eo producendo, sed veritatem explicatè, iuxta ipsius captum proponendo. Non enim lumen tantùm subiectiuum intellectum illuminat, sed etiam obiectiuum commensum intellectui intelligentis. Atque hæc est proptia & adæquata differentia illuminationis à simplici locutione; quæ licet esse possit de rebus veris, non quam tamen est confortatiua intellectûs audientis, iuuando illum per illustriorem propositæ veritatis ostensionem; iuxta ipsius captum. *Conf.* Confir. in Ecclesiastică hierar. non solùm vnus homo illuminat alium de rebus supernat. ad salutem spectantibus, sed etiam de naturalibus. Ergo etiam in cælesti hierarchiâ poterit vnùs angelus alium illuminare de rebus tantum naturalibus, quarum completas species non habet illuminandus, cuiusmodi sunt res præteritæ quas quia cognouit vnus, dum erant præsentes, de illis acquisiuit completas species, quas non acquisiuit alius, qui eas dum erant præsentes, non cognouit. *Obiicies 1.* Obiicies 1. Illuminatio non est nisi de veritatibus ignotis illuminato: sed quilibet Angelus euidenter cognoscit omnes veritates naturales: ergo nequit de iis inter angelos esse illuminatio. Resp. minor. est vera de veritatibus necessariis, non de contingentibus. nam potest aliquas veritates contingentes naturales cognoscere vnus, quas non cognoscit alius: si vnus aduertit ad actionem naturalem contingentem, quando fiebat, ad quam non aduertit alius: & consequenter qui aduertit acquisiuit speciem completam illius actionis, quam cognoscere poterit, etiam dum præteriit; quam speciem, quia non acquisiuit, qui ad talem actionem præsentem non aduertit, non poterit illam iam præteritam cognoscere. Atque adeò de talibus actionibus fieri posset illuminatio. Hoc modo *Obiicies. 2.* etiam angeli inferiores illuminarent superiores; nam interdum inferiores acquiruut species completas rerum contingentium, quas non acquirunt superiores: at illumnatio non est, nisi superioris ad inferiorem: ergo Resp. neg. sequ. I. nam licet *Resp.* inferiores manifestare veleant aliquas veritates contingentes superioribus, quarū ipsi species completas non habent, non tamen valent illas manifestare per modum explicatæ propositionis, obiectiuè confortando & illūinando intellectū angeli superioris, sicut potest facere angelus superior respectu inferioris. Et quia hoc essentialiter requiritur ad actū illuminatiuū, ideò nequit inferior superiorē illuminare, esto possit illi nouam veritatem manifestare, eique loqui. 3. sequeretur, etiam inter dæmones esse illuminationem; quod tamen negat *S. Doctor 1. p. q. 109. ar. 3.* Sequela prob. etiam dæmones superiores illuminare valent inferiores de rebus præteritis quarum completas species non acquisiuerunt inferiores, dum illæ præsentes fuerunt. Resp. neg. sequel. nam de essentiâ illuminationis est, vt intellectum illuminati certum reddat de manifestatâ veritate: alioqui si de illâ dubitare posset, eius intellectus non perficeretur; quia intellectus non perficitur cognitione, cui potest subesse falsum, Vnde *Arist. 6. Eth. cap. 3.* fidem humanam, & opinionem à virtutibus intellectualibus excluśit, eò quod illis falsum subesse possit. Cùm igitur actus illuminatiuus, auctore *Dion. 8. cap. de cal. hierar.* sit purgatiuus & perfectiuus, quia purgat ab ignorantiâ, & perficit manifestatione veritatis; illa tantùm manifestatio nouæ cognitionis erit illuminatio quæ intellectum illuminati certum reddit de

25. *Obiicies. 2.*

Resp.

27. *Obiicies 3.*

Resp. inter dæmones non datur illuminatio.

Lumen subiectiuum obiectiuum intellectum illuminat.

Conf.

25. *Obiicies 1.*

Respondeo.

Digitized by Google

veritate rei cognitæ. Hæc autem certitudo in dæmonibus esse non potest; quià semper dubitare possunt, an qui rem sibi ignotam manifestauit, verum dixerit. Cum enim vnus dæmon alteri mentiri possit, numquam audiens certus esse poterit de veritate sibi manifestatâ. Contrà verò, quia in Angelis sanctis mendacium esse non potest semper qui nouam notitiam ab alio accipit, est certus de veritate rei manifestatæ. Vnde in dæmonibus locutio esse potest, quæ etiã est de rebus falsis; illuminatio autem esse non potest, vt *cit. S. Tho.* quia hæc semper est de rebus veris. 4. Intellectus non illuminatur veritate creditâ, sed agnitâ: ergo nequit angelus illuminari manifestatione veritatis tantùm creditæ ex testimonio dicentis. Resp. neg. antec. nam quando testimonium dicentis est infallibile, idque vt tale notum est audienti, cuiusmodi est testimonium angeli beati, certum reddit intellectum audientis de veritate manifestatâ; ac proinde illuminat illum in ordine ad nouam veritatem infallibili certitudine cognitam; vt patet de fide diuinâ, quæ intellectum creatum perfectiùs illuminat quâcumque notitiâ euidenti naturali. 5. Repugnat statui beatifico notitia obscura fidei, etiam ob infallibile testimonium dicentis certa: ergo repugnat talis illuminatio in Angelis beatis. Antec. patet: nam propterea in beatis cessat fides Angelica. Resp. neg. antec. Nec est eadem ratio de fide viatoris, quæ non solùm est obscura respectu rei reuelatæ, sed etiam respectu reuelationis. Reuelatio autem, quæ fit ab angelis beatis, etsi sit obscura credenti respectu rei reuelatæ, est tamen euidens respectu reuelationis. Nam euidens est angelo, credenti reuelationẽ fieri ab ãgelo qui ratione beatitudinis nec ipse falli, nec alios fallere potest. Vnde probabile, est multas reuelationes hoc modo fieri à Deo Angelis beatis. 6. Si sola veritatis naturalis manifestatio ad illuminationem sufficeret, Angelus manifestans sua secreta cordis alteri, illuminaret illum: consequens expresse negat *S. Tho.* 1. *p. qu.* 107. *art.* 2. Resp. neg. sequel. cuius rationem assignat *ibid. S. Doctor* nam non pertinent ad perfectionẽ intellectûs vnius, quid alter velit, aut cogitet facere, quod est interna secreta alterius scire, sed quid veritas ipsa rei in se habeat.

28. *Obiicies 4.*

Resp.

29. *Obiicies 5.*

Resp.

30. *Obiicies sexto.*

Respondeo.

31. *Illuminatio Angelica supernat. est saltem quoad modum, de quâ Patres Dionysius.*

Dico 2. Illuminatio, quæ inter Angelos beatos plerumque fit, & de quâ tantum loquuntur Patres est supernaturalis saltem quoad modum. Prob. huius tantùm illuminationis mentionem faciunt *Dionisius & citati.* ex Scripturâ. Nam omnis illuminatio per Angelos facta hominibus, prius facta est per Angelos superiores ad inferiores: sed omnis illuminario per Angelos facta hominibus, est de rebus supernat. saltem quoad modum; vel de mysteriis fidei, vel de rebus ad salutem conducentibus: ergo omnes supernat. sunt, saltem quoad modum.

32. *Prob. conclusio ratione.*

Prob. licet aliqua illuminatio de rebus purè naturalibus inter Angelos beatos esse possit, ea tamen comparata cum scientiâ, & statu beatifico Angelorum, non meretur nomen illuminationis. nam illuminatio, cùm sit perfectio respectiua, considerari debet comparatiuè ad intellectum, qui illuminatur: vnde quæ respectu intellectus rudioris esset illuminatio, respectu intellectûs sapientissimi ac doctissimi illuminatio dici non posset, etiam si esset de re illi anteà ignotâ. Cum igitur Angeli beati omnes sint sapientissimi, beatâ, infusâ, ac naturali scientiâ pleniſſimi, non poterit respectu eorum nomen propriæ illuminationis mereri, nisi quæ de rebus supernat. à Deo reuelatis fit. Nam quæcumque alia naturalis veritas, quam posset vnus alteri communicare, comparata cum tot, ac tam exquisitis scientiis, quibus vniuscuiusque intellectus est ornatus, vix meretur nomen scientiæ. Vnde meritò *S. Tho.* docet, solam illam veritatis manifestationem esse illuminationem, quæ ducit in Deum, vt in primam veritatem. Quod probat ex *Dionysio* 15. *cap. de cel. hierar.* *Dionisius.*

An illuminatio Angelorum fiat de rebus supernaturalibus omnibus?

Quatuor genera supernaturalium obiectorum.

QVATVOR sunt genera supernaturalium obiectorum, quæ Angeli beati cognoscunt: Diuina essentia; creaturæ in eâ visæ; quidditates omnium accidentium supernat. quæ de facto à Deo producta sunt; res contingentes peculiari reuelatione à Deo manifestatæ. *Certum* 1. Certum est 1. illuminationes inter Angelos beatos non fieri de quidditatibus eorum accidentium supernat. quæ de facto à Deo producta sunt: nam probabile est, omnes eorum quidditates cognosci à singulis Angelis beatis per scientiam infusam: hæc enim scientia ad completum statum beatificum spectat, cùm sit quædam naturalis proprietas scientiæ beatæ, vt patet in animâ Christi, in quâ præter scientiam beatam, quâ videntur res in Verbo, est etiam infusa, quâ eædem res visæ in Verbo videntur in proprio genere. Illuminationes autem non fiunt nisi de rebus ignotis illuminato. 34. 2. illuminationes inter Angelos beatos fieri de rebus contingentibus, peculari reuelatione à Deo manifestatis, siue illæ sint naturales quoad essentiam, siue supernaturales: nam hæ habent omnia requisita ad veram & propriam illuminationem, quæ est de veritatibus purgàntibus, & perficientibus intellectum illuminati in ordine ad Deum vt primum veritatis regulam. 35. Controuersia sola superest de 1. & 2. supernat. obiectorum genere. Pro quo nota, dupliciter posse Angelum superiorem illuminare inferiorem de iis, quæ superior ipse videt visione beatâ. 1. modo, vt illam incipiat illuminatus cognoscere extra Verbum, vel abstractiue in verbo creato Angeli manifestantis, vel intuitiuè in proprio genere per propriam speciem illius repræsentatiuam.

Certum 2.

Ratio

Controuersia quæ?

36. *Prima sent.*

Prima sent affirmat, Angelos superiores illuminare inferiores de his, quæ ipsi vident in Verbo, efficiendo vt etiam ipsi manifestatas veritates videant in Verbo: *Scoti in 2. dist. qu. 9. 2. §. Ad aliam qu. Lyche. ibid. Fauen. disp. 39. cap. 2. Ægid. qu. 1. in resol. 5. ar. Argen. art. 3. Marsil. qu. 7. art. 4. concl. 2.* Fundam. vt *Scotus & Ægid.* ratiocinantur, & licet Angelus superior non illuminet inferiorem de his, quæ ipse videt in Verbo, effectiuè causando in illo visionem obiecti in Verbo, cùm hæc causetur à Deo; tamen illuminat illum dispositiuè, quatenus ostendendo illi rem à se in Deo visam in suo conceptu, vt in signo & verbo mentali, excitat illum, vt eamdem rem perfectiùs videat in Verbo vt in perfectiori speculo, in quo anteà non videbat. Sic autem dispositiuè tantùm angelus inferior illuminatur à superiore; effectiuè verò, vel potiùs obiectiuè à solo Deo. Putat enim *Scotus*, posse beatum in Verbo successiuè videre noua obiecta creata, quæ anteà non videbat, per nouam tantùm aduertentiam nullâ factâ varitatione in visione beatâ. vt constat in 3. *dist.* 14. *qu.* 2. §. *Sed fiſta.* vbi docet, Animam Christi per visionem beatam habitualiter, & in actu 1. videre omnia possibilia; in actu 2. videre tantùm ea, ad quæ anima conuerterit. Et licet hoc tantum concedat

Fundamẽta.

anime

Digitized by Google

animæ Christi, non aliis beatis; quibus Verbum est speculum repræsentans determinata, vltra quæ non potest ordinatè alia videre; hoc tamen in eius sent. intelligitur, quando nulla sit beato noua obiecti manifestatio in Verbo, vti fit quando Angelus superior illuminat inferiorem de his, quæ superior ipse videt in Verbo.

37. *Secunda sent.* Secunda sent. docet, angelos superiores illuminare inferiores de his, quæ ipsi vident in Verbo cognoscentibus ea tantum inferioribus extra Verbum: *Rubio. in 2. dist. 9. qu. 2. §. Quantum ad 2. fine Herui q. 1. §. Quantum ad 2.* Videtur. *Capreo. in dist. 11. qu. 2. ar. 3. fine. Suarez. lib. 6. de Angel. c. 14. à nu. 13.* ex *S. Tho. 1. part. qu. 106. art. 1. ad 1.* vbi docet, Angelum superiorem illuminare inferiorem de his, quæ ipse videt in Deo, non tamen de Deo: nam Deum omnes vident. Cùm autem in sent. *S. Tho.* vt constat ex *1. p. qu. 12. ar. 8.* quò plures effectus in Deo videntur, eò perfectiùs Deus videatur, non posset inferior Angelus nouum effectum sibi à superiore manifestatum in Deo videre nisi perfectiùs Deum videndo: ac proinde per huiusmodi illuminationem variaretur visio Dei, contra *S. Docto.* docentem, inferiorem solùm illuminari à superiore de his, quæ videntur in Deo, non de Deo. Vnde non potest *S. Tho.* intelligi, quòd inferiores illuminentur à superioribus de his, quæ superiores vident in Verbo, per notitiam in Verbo, sed extra Verbum. Eodem modo loquitur *Maior in 2. dist. 9. q. 2. 1. & Alen. 2. p. q. 38. me. 2.* Neque huic sent contrarius est *Vasquez disp. 217. c. 2.* vbi docet, illuminationem non posse versari circa ea, quæ angeli dicuntur in Verbo videre: nam vt ex eius ratione constat, loquitur non tantùm de illuminatione actiuâ eorum obiectorum, quæ ab illuminante videntur in Verbo sed etiam de passiuâ, quâ illuminati eadem obiecta sibi à superiore manifestato viderent in Verbo.

Colligitur ex S. Thoma.

Idem docent Nec vasquez est contrarius

38. *Duplex cognitio in Angelo illuminato.* Duplex cognitio est in Angelo illuminato respectu eorum, quæ accipit ab illuminante; altera fidei, certa tamen & euidens in attestante; altera scientiæ, & euidens respectu rei attestatæ, Nam dupliciter potest Angelus illuminatus certus esse de veritate sibi manifestatâ; 1. modo abstractiuè tantùm illam cognoscendo in verbo ipso creato Angeli illuminantis, vt in signo & voce mentali: 2. modo non solùm abstractiuè in verbo mentali angeli illuminantis, sed etiam intuitiuè in seipsâ, per propriam speciem ipsius. Dico 1. Improbabile omninò est Angelum inferiorem illuminari à superiore passiuâ illuminatione rerum in Verbo. Fundam. repugnat videre nouos effectus in Verbo vt effectus cum causâ connexos, non viso perfectius Verbo: absurdum autem est, visionem Verbi in beatis successiuè variari: igitur repugnat, Angelum illuminari de his, quæ videntur in Verbo per nouam notitiam rerum in Verbo. Minor est communis *Scholast.* quapropter appellant illam participatam æternitatem, quia semper manet in eodem esse inuariata. Maior prob. quæ vi visionis Dei videntur in Verbo, videntur ex vi penetrationis omnipotentiæ dei: atque adeò quò plures in eo videntur effectus, eò magis penetratur omnipotentia Dei; ac proinde perfectius videtur Deus, Hoc argu. non vrget eos, qui putant, posse visionem Dei variari circa obiectum secundarium, non variatâ circa primarium, contra quos *to. disp. 9. sect. 24.* Nec satisfaciunt *Scotus & AEgid.* tum quia contra *Scotum* repugnat, visionem beatificam esse in subiecto apto, & actu illi non conferre totum suum effectum formalem, qui est actu representare omnia, quorum est actualis species expressa Confir. quius intellectus beatus informatus visione beatâ, necessariò, & secundùm vltimum posse ferri in omnia obiecta, ad quæ visio se extendit. Repugnat igitur, esse aliquod obiectum ab ipsâ visione gloriosâ repræsentatum, & ad illud intellectum beati actu non ferri. Tum quia eodem modo contra *Ægid.* repugnat, nouum obiectum videri in Deo non perfectiùs viso Deo; cùm nec tale obiectum videri possit in Deo, nisi viso Deo; nec nouum obiectum videri in Deo, non altiùs penetratâ omnipotentiâ Dei. Confir. lumen gloriæ non liberè & dependenter à voluntate beati, sed necessariò & antecedenter ad omnem actum ipsius, atque adeò secundùm totum suum posse ducit intellectum beati ad Deum, & ad omnia visibilia in Deo. Vnde non posset nouum obiectum in eo videri, nisi vel lumen ipsum, vel saltem visio augeretur: cùm nec lumen, nec visio relinquant aliquod obiectum in Deo videndum, quod à beato actu non videatur.

His promissis

39. *Assertio.* *Visio Verbi in beatis successiuè non variatur.*

Confir.

40. *Scotus & Ægidius reiicitur.*

41. *Angeli non illuminantur de his, quæ vident in Verbo.* Dico 2. Probabile est, angelos inferiores non illuminari à superioribus de his, quæ videntur in Verbo, etiamsi quæ manifestantur à superioribus, cognoscantur ad inferioribus extra Verbum, per proprias & intuitiuas species eorum: etsi probabile sit, de iisdem illuminari per notitiam abstractiuam, euidentem solùm in attestante, obscuram verò respectu rei attestatæ. Fundam. prioris assert. duo genera obiectorum secundariorum vident beati in Verbo; alterum eorum, quæ habitu fidei in viâ crediderunt; alterum eorum, quæ vident ex vi penetrationis diuinæ omnipotentiæ, vt sunt res possibiles, quarum eò plures, pauciorésve quis videt in Verbo, quò plus minùsve penetrat diuinam omnipotentiam. Priora obiecta omnes beati æqualiter vident quia omnes eumdem habitum fidei habuerunt in viâ. Vnde ad quæcumque mysteria reuelata se extendit eorum habitus fidei in viâ, se extendit eorum lumen gloriæ in patriâ; eò quòd lumini fidei succedit lumen gloriæ: & consequenter non poterunt de his inferiores à superioribus illuminari: cùm semper illuminatio fieri debeat de rebus illuminando ignotis. Posteriorum verò obiectorum propria ac distincta notitia, cùm sit de rebus tantùm possibilibus, nulli extra Verbum debetur propria ac distincta notitia, nisi vel eorum, quæ existunt, vel quæ aliquando extitura sunt, vel ad summum eorum possibilium, quæ vnusquisque propriâ visione beatâ nouit in Verbo. Igitur nequeunt de his inferiores illuminari à superioribus per notitiam propriam extra Verbum. nam propria notitia requirit propriam obiecti speciem: cùm igitur nulli inferiori debeantur propriæ species rerum possibilium, nisi ad summum quarum ipse intuitiuam notitiam habet in Verbo, non poterunt inferiores de illis rebus possibilibus, quas superiores intuentur in Verbo, propriâ notitiâ illuminari extra Verbum; nisi earum propriæ species eis infundantur. Posterioris assert. fundam. quilibet Angelus facultatem habet, suum conceptum alteri communicandi, cùm hoc spectet ad perfectionem cuiuscumque naturæ intellectualis. Igitur poterit angelus superior inferiorem illuminare de his, quæ videt in Verbo illuminatione certâ, & euidenti tantùm in attestante, non rei attestatæ. quia potest superior formare conceptum de re possibili distinctum à conceptu, quo eandem rem videt in Verbo, & illum ostendere inferiori. Igitur poterit inferior cognoscendo in tali conceptu superioris, vt in voce & signo mentali rem possi-

42.

43. *Poster. assert. Fund.*

Digitized by Google

habere certam, & euidentem notitiam in atteſtante. nam euidens eſt Angelo illuminato, non poſſe illuminantem in iis, quæ in Verbo cognoſcit, falli, nec alios mentiendo fallere: igitur ex tali manifeſtatione habet euidentem notitiam in atteſtante, quòd res ipſa manifeſtata ſit, ſicut ab atteſtante dicitur. Quia verò propriam illius ſpeciem non habet, non poterit de illâ proprium & intuitiuum conceptum formare; igitur cum euidentiâ in atteſtante habebit obſcuram notitiâ rei atteſtatæ. Nec talis notitia obſcura rei atteſtatæ, & euidens in atteſtante repugnat ſtatui beatifico. Nam talis notitia facit ad perfectam communicationem ſecretorum, qualis inter cæleſtes ſpiritus eſſe decet; & occurritur difficultati, quòd Angelis non ſint aliæ propriæ rerum ſpecies debitæ, quàm vel earum, quæ exiſtunt, aut extituræ aliquando ſunt, vel ad ſummum earum, quas ipſi in Verbo cognoſcunt.

44. *Corell. Etiam Deus in illuminationis obiectum cadere poteſt.* Ex his deducitur, non modo angelum ſuperiorem illuminare inferiorem de his, quæ videt in Verbo, ſed de Deo manifeſtando illi, ſe perfectiori modo videre Deum, eumque intueri vt cauſam tot, aut tot poſſibilium. Nam vti ſibi mutuò communicant ſingulares affectus, quos de ſuprema Maieſtate formant vt *Iſaiæ 6. clamabat alter ad alterum, Sanctus, Sanctus, Sanctus*, &c. ita & ſingulares conceptus, quos de Deo, vt à ſe viſo formare poſſunt, ſibi communicare poterunt, per euidentem notitiam in atteſtante. Ex dictis patet ad fundam. primæ. Auctoritas *S. Doct.* & reliquorum pro ſecundâ ſent. intelligenda eſt iuxta poſter. aſſert. dicti 2.

45. *Ad fund. 1.*

Sect. 4

Quo pacto fiant huiuſmodi illuminationes in Angelis:

46. *Prima ſententia.* PRIMA ſent. docet, fieri per realem productionem ab Angelo illuminanti in illuminato: *Scoti in 2. diſt. 9. q. 2. §. Ad aliam qu.* & eorum, qui docent, locutionem angelorum fieri per realem productionem ab angelo loquente in audiente: nam eſt eadem ratio de illuminatione & locutione, niſi quod locutio fiat de rebus naturalibus, illuminatio de ſupernaturalibus. Vtraque tamen in modo manifeſtandi alteri obiectum conuenit. In hac tamen productione non omnes concordant. nam alii dicunt eſſe productionem conceptus ipſius rei manifeſtatæ. Alii productionem ſpeciei, vt ſentire videtur *Alen. 2. p. qu. 38. me. 3.* & docet *Suarez lib. 6. de angel. c. 13. & 14.* Alii productionem luminis, intellectum illuminandi ad veritatem reuelatam melius intelligendam confortantis. Huius poſtremæ ſent. videtur eſſe *S. Tho. 1. p. qu. 106 ar. 1.* vbi docet, angelum ſuperiorem illuminare inferiorem, & ex parte virtutis intellectiuæ illum confortando, & ex parte ſimilitudinis rei intellectæ, proponendo illi veritatem iuxta ipſius captum. Fundam. cum illuminatio fiat de veritatibus ignotis illuminando, debet illuminandus per illuminationem accipere modum cognoſcendi veritatem ſibi ab angelo ſuperiore manifeſtatam: hic autem alius eſſe non poteſt, quam vel conceptus rei manifeſtatæ, vel propria ſpecies illius, vel lumen aliquod ſimul potentiam confortans, & manifeſtatæ veritatis obiectum repræſentans. Secunda affirmat, fieri per obiectiuam dumtaxat propoſitionem rei manifeſtandæ, iuxta capacitatem angeli illuminandi, ad eum modum, quo magiſter dicitur illuminare diſcipulum, per ſolam obiecti explicati propoſitionem, iuxta diſcipuli audientis capacitatem: *Bonau. in 2. diſt. 10. art. 2. qu. 2.* licet ibi tantum loquatur de angelo illuminante hominem: *Ægid. in 2. diſt. 9. qu. 1. in reſol. art. 5. Argent. art. 3. Bacho. quod lib. 2. qu. 12. art. 1. §. 2. Capreo. in 2. diſt. 11. qu. 2. art. 1. concl. 2. & art. 3. ad 1. Duran. contra 1. par. 2.* concl. in 2. *modo*; nam in 1. modo ſentit cum 1. ſent. *Marſil. in 2. qu. 7. art. 4. concl. 2. Pala. in 2. diſt. 9. diſp. 1. Caiet 1. p. qu. 106. ar. 1. Zumel ibid. q. 2. Vaſquez 1. p. diſp. 216. c. 5. Grana. tract. 5. diſp. 3. ſect. 3.* Quæ ſent. probabilior eſt, ſequiturque ex noſtris principiis de locutione Angel. illuminatio. n. non ſolum fit ab angelo ſuperiore illuminante inferiorem, ſed etiam à Deo immediate illuminante angelos ſuperiores: vtraque illuminatio, & quæ fit à Deo, & quæ fit ab angelis, explicanda eſt.

47. *2. ſent. probabilior.*

Dico 1. Deus illuminat angelum, producendo in illo conceptum veritatis vt a ſe atteſtatæ. Qui conceptus poteſt eſſe unus & idem, quo angelus intuitiuè cognoſcat rem reuelatam per propriam ſpeciem, quam ſupponitur habere, licet incompletam; completur autem per extrinſecum concurſum Dei, & ſimul atteſtationem ipſam, quæ eſt ipſa angelici conceptus infuſio, quatenus euidenter oſtendit actiuam reuelationem Dei, qua rem ita reuelat angelo, ſicut ipſe cognoſcit in ſe. Quæ euidentia actiuæ reuelationis non eſt in angelo intuitiua, ſed abſtractiua, quia ex vi paſſiuæ illuminationis non cognoſcit angelus a Deo illuminatus intuitiue liberam actionem Dei, qua rem vt a ſe cognita atteſtatur. Conſimili modo vtitur Deus cum Prophetis, producendo in illis conceptum rei reuelatæ, & ſimul euidentiam reuelationis, quod illa ſit à Deo. *Propheræ ergo Dei*, inquit Gregorius 28. moral. c. 2. *quia eis verba vident* ſunt autem verba Dei ipſi conceptus, quos Deus Prophetis infundit) *potius in corde, quam audiunt, quaſi legentes loquuntur.* Verùm in Prophetis non ſemper conceptus rei reuelatæ eſt intuitiuus & proprius ipſius rei reuelatæ ſed abſtractiuus & per ſpeciem alienam: In angelis beatis ſemper eſt intuitiuus & proprius. 1. quia ſæpe Prophetis reuelantur myſteria de Deo, vt quòd ſit trinus & vnus; quòd ſit miſericors, benignus, omnipotens, incarnatus, vel incarnandus, quæ ſine viſione beatâ, quam Deus viatoribus non facilè communicat, intuitiuè cognoſci non poſſunt: angelis autem huiuſmodi reuelationes de Deo non fiunt, cum illum omnes intuitiuè videant, ſed de aliis rebus à Deo diſtinctis. 2. Deus illuminando creaturas, quoad fieri poteſt, accommodat ſe naturæ & ſtatui earum: & quia natura, & ſtatus viatorum eſt, vt abſtractiuè cognoſcant res ſupernat. contrà verò beatorum proprium eſt, vt eas intuitiuè cognoſcant; ideò Deus illuminat Prophetas per abſtractiuos conceptus rerum reuelatarum; Angelos per intuitiuos conceptus earumdem. Hæc ſent. non alio modo prob. quàm quod optimè ſaluat naturam illuminationis diuinæ.

48. *Diſcrimen inter Prophetas & Angelos.* *1. ratio diſcriminis.* *Secunda.*

49. *Colligitur ex S. Tho.*

Dico 2. Angelus ſuperior illuminat inferiorem per ſolam explicationem obiecti: accommodatam capaciti inferioris: ex *S. Tho. qu. 9. de verit. artic. 1.* vbi docet, *nihil aliud eſſe. Angelum ab Angelo illuminari, quam intellectum Angeli inferioris confortari per aliquid inſpectum in ſuperiori ad alia cognoſcenda.* Ergo non per luminis receptionem, ſed per medij inſpectionem ſeu oſtenſionem angelus inferior illuminatur à ſuperiore. Quod contingit, quando inferior inſpicit in conceptu ſuperioris, vt in verbo & ſigno mentali, proponente & explicante veritatem manifeſtatam. Id ipſum confirmat *in Reſp. ad 2. Vnde per hoc*

Digitized by Google

per hoc, inquit, *quod superior Angelus suum cognitum alteri Angelo demonstrat, eius intellectus confortatur ad alia cognoscenda, quæ prius non cognoscebat. Et sic non fit in Angelo illuminatio nouum lumen naturæ, vel gratiæ, sed lumen, quod prius inerat, confortatur per lumen contentum in cognito percepto à superiori Angelo.* Hæc *S. Tho.* qui lumen appellat non aliquid à superiore in inferiore productum, sed medium à superiore ostensum inferiori, ducens illum in cognitionem nouæ veritatis. Nam à *S. Tho.* ex *1. p. q. 106. ar. 1.* omnis veritatis manifestatio dicitur lumen, iuxta illud *ad Ephes. 5. Omne quod manifestatur, lumen est.* Et in *Resp. ad 10.* negat angelo illuminato infundi nouas species, sed per easdem, quas prius habebat, effici plurium cognoscitiuum. Prob. 1. hæc sent. ex *Dionys. de cæl. hierar. cap. 15. ante med.* vbi modum quo superior illuminat inferiorem, ait esse per diuisionem, partitionemque intelligentiæ, quam ipse vniformem ab augustiore substantiâ accipit, in varios conceptus, in quos prouidâ virtute diuidit, proponique inferiori, iuxta capacitatem ipsius. 2. ex Cyrillo *lib. 1. in Ioan. cap. 9. colu. 1.* vbi assignans discrimen, quo creatura creaturam, & quo Deus creaturam illuminat: *Sic igitur*, inquit, *etiam lucem esse Sanctos fatemur. Et illud addimus, quod rationalis quidem creatura omnis illuminata illuminat, traditioneque à mente sua in mentem alterius doctrinam transfundit. Quam quidem illuminationem discendi vim potius, quam reuelationem nominamus: Deus autem Verbum omnem hominem venientem in hunc mundum, non docendo vt homines, aut forsan Angeli* (modestiæ causa adiecit forsan) *sed potius creando vt Deus vnicuique semen sapientiæ id est pietatis, atque intelligendi radices inserit.* Igitur hic illuminationem creaturæ in productione alicuius luminis, sicut illuminationem Dei, non collocat sed in solâ doctrinæ communicatione per propriam mentis ac intelligentiæ explicationem alteri factam, constituit. 3. Talis modus illuminandi concedendus est angelis, qui sine rerum multiplicatione saluet naturâ perfectæ illuminationis: talis est hic à nobis assignatus: nam idem modus perfectè saluat illuminationem hominis docentis; Doctor enim illuminat discipulum per solam obiecti propositionem, iuxta ipsius discipuli captum factam: ergo per eamdem obiecti propositionem, iuxta captum angeli illuminandi superior illuminabit inferiorem. Suppon. in angelo beato esse species incompletas, etiam veritatum supernat. de quibus angeli illuminantur. Quando igitur vnus angelus illuminat alium, proponit illi suum conceptum supernat. quem de veritate supernat. manifestandâ formatum: tunc Deus vt auctor supernat. statim excitat illuminandum, vt perficiat conceptum illuminantis, in quo conceptu inferior tantùm abstractiuè, & solùm euidenter in attestante, cognoscit veritatem reuelatam. Vnde Deus non solùm tunc per extrinsecum concursum complet in audiente speciem incompletam de conceptu supernat. illuminantis, sed etiam speciem supernat. veritatis, per conceptum superioris manifestatiuum veritatis reuelatæ, sed veritatem ipsam proprio ac intuitiuo conceptu: quamuis hoc ad illuminationem non sit per se necessarium ex *præced. sect.* in quâ docui, posse inferiorem illuminari à superiore de iis, quæ superior videt in Verbo per cognitionem euidentem tantùm in attestante, non rei attestatæ.

Lumen interuū iuxta S. Thomam quid?

50. *Prob. sent. ex S. Dionysio.*

51. *Ex Cyrillo.*

52. *Tertio prob. ratione.*

Pro intelligentia.

53. *Recolenda tradita disp. 11. à num. 34.*

54. *Obiectio 1.*

Solutio ex Caietano.

Obiicies 1. In hâc sent. non saluatur, quod angelus superior effectiuè illuminet inferiorem; cum illuminans nihil efficiat in illuminato. Resp. cum *Caiet.* illuminans effectiuè concurrit cum illuminato ad ipsius illuminationem, non per modum naturæ, sed artis iuuantis naturam; vt medicus cum infirmo ad sanitatem causandam: Illuminans enim adiuuat illuminatum, proponendo illi obiectum illustratum per medium, & conceptum commensum illuminando. Illuminandus verò illuminatur, applicando intellectum ad formandum conceptum respondentem conceptui sibi à superiore ostenso. 2. Omnibus speciebus angelicis de rebus contingentibus debitus est concursus, saltem quando illæ actû existunt: ergo si Angeli beati habent species rerum contingentium supernat. debitus est illis concursus, quando actu existunt. ergo non est opus reuelatione, vt illas cognoscant, saltem quando actu existunt. Resp. neg. antec. vniuersaliter: nam licet illud sit verum de actionibus contingentibus externis, non de internis vt sunt operationes supernat. quas Deus operatur in bonum electorum omnes autem illuminationes fiunt, vel de effectibus futuris contingentibus, vel de operationibus præsentibus internis, in bonum prædestinatorum ordinatis.

55. *Obiectio 2.*

Solutio.

Dubium primum circa illuminationes Angel. An sint duraturæ per totam æternitatem? Resp. duraturas tantùm vsque in diem Iudicij: post quem cessabunt omnes prælationes tam hominum, quam angelorum, quantum ad officia illuminandi, præsidendi, gubernandi, promouendi, & auxiliandi non quantum ad distinctionem gradus & perfectionis hierarchicæ. Indicant *Theodoretus Ansel. Lyranus & alij Patres in illum loc. 1. ad Corint. 15. Cum euacuauerit omnem Principatum & Potestatem, & Virtutem.* Ratio omnes istæ illuminationes sunt de rebus spectantibus ad Eccles. hierarchiam præsertim de modo illam iuuandi ad suum finem consequendum: quæ ratio cessabit post diem Iudicij.

56. *Dubium 1.*

Illuminationes Angelorum ad d. solùm iudicij durabunt.

Secundum: An cùm angelis fit reuelatio, fiat omnibus? Resp. negatiuè: de mysterio incarnationis, vt certum suponit *Bernard.* illud tantùm reuelatum fuisse Gabrieli, *hom. super Missus est*, his verbis: *Ideo dictum* à Deo, inquit, *ne cui vel beatorum spirituũ suum Deus antequam Virgini reuelasse putetur consilium excepto Archangelo Gabriele.* Et constat ex *Danielis 10.* vbi Angelus Persarum ignorare videbatur quæ de liberatione populi Israëlitici Angelus Danielis nuntiauit Prophetæ. Idem colligitur ex *Apocal. 7.* vbi dicitur vnus Angelus clamasse quatuor tantùm Angelis, quibus datum erat nocere terræ & mari.

57. *Dubium 2.*

Tertium. An cunc illuminatio fiat immediatè à Deo, an à Christo? Resp. Probabile esse immediate fieri à Christo: quippe *cui data est omnis potestas in cælo, & in terra, Matth. vlt.* Confir. Christus non solùm est caput hominum, verùm etiam Angel. *ad Coloss. 2.* spectat autem ad dignitatem capitis, immediatè in membra influere.

58. *Dubium 3.*

Quartũ: An vnus tantũ, vel plures Angeli immediatè illuminentur à Christo? Resp. ex *Dionysio* tantùm habemus, quòd in fimæ hierarchiæ Angeli illuminentur ab Angelis mediæ; mediæ ab Angelis supremæ Probabile autẽ est plerumq; omnes primi ordinis supremæ immediatè illuminari à Christo cũ omnes isti immediatè assistint Deo. Dixi *plerumque* quia necesse nõ est, vt sæpe illuminatio fiat ad õnes.

59. *Dubium 4.*

Quintum: An interdum superiores illuminentur ab inferioribus? *Negant communiter Scholast. in 2. dist. 9. & 11. & Thomistæ cum Angelico in 1. p. q. 106. ar. 3.* Ratio 1. licet inferior manifestare possit superiori aliquam veritatem, quam superior ignorat, haud tamen illum illuminare propriè potest: nam ad propriam illuminationem non sat est nouæ veritatis manifestatio, sed necessaria etiam est instructio per modum magistralis doctrinæ, quæ consistit

60. *Dubium 5.*

Ratio 1.

in propositione obiecti illustrati per explicationem docentis ad captum addiscentis. Quod inferior nequit naturaliter præstare superiori, quia semper inferior recipit diuinos influxus accommodatos propriæ capaciati. Nec est eadem ratio de hominibus in quibus potest interdum inferior doctrinâ illuminare superiorem: quia inter homines non semper, qui sunt dignitate & doctrinâ superiores, sunt magis de rebus supernat. à Deo illuminati: ac proinde sæpè possunt doctrinâ & dignitate superiores illuminari ab inferioribus, quibus ob vitæ sanctitatem Deus magis se communicat. Inter Angelos verò semper illustrior illuminatio coniuncta est cum maiore dignitate; quia inter Angelos, qui sunt in donis naturalibus præstantiores, sunt etiam in supernaturalibus sublimiores. 2. ratio *S. Tho.* vt seruetur naturalis ordo, qui in quâlibet benè constituta Repub. qualis est cælestis, esse debet. Naturalis autem ordo poscit, vt semper inferiores doceantur & instruantur à superioribus: ergo hoc maximè seruatur in illa Repub. vbi summus est ordo.

Ratio secunda S. Thom.

DISPVTATIO XVII.

De voluntate Angelorum.

An & qualis voluntas sit in Angelis?

1. *In Angelis voluntatem esse eamque liberam fide diuina natura lumine notum.*

ESSE in Angelis voluntatem, eamque libetam, non modò est de fide, quâ certò constat, & bonos gloriam, & malos pœnam promeruisse, cùm nequeat esse meritum, nisi à principio libero; verùm etiam naturæ lumine notum, ad substantiam intellectualem vt sic consequi potentiam volitiuam: Sc. Ad omnem naturam necessariò consequitur aliquis appetitus; cùm omnis natura inclinet ad propriam perfectionem: igitur ad naturam intellectualem consequi debet appetitus intellectualis; hic alius esse non potest, quàm voluntas, Nam omnis appetitus proportionari debet naturæ, ad quam consequitur: natura autem intellectualis non tantùm est suum esse, sed etiam alia, quæ intelligendo fieri potest, iuxta illud *Philos. Anima intelligendo fit omnia.* Ergo appetitus consequens naturam intellectricem non solùm inclinat ad propriũ esse, sed ad omnia illa, quæ natura ipsa intellectrix intelligendo fieri potest. Nam appetitus inclinare debet ad omnem perfectionem, quam ipsius natura, ad quam consequitur, apta est habere; alioqui non esset illi adæquatè commensus: voluntas autem essentialiter est appetitus inclinans ad bonum intellectione apprehensum. Quod hic

2. *Hunc appetitum liberũ quandoque esse prob.*

appetitus, saltem in aliquibus actibus, sit liber, prob. sæpe inter bona apprehensa vnum non præponderat alteri, sed vtrumque repræsentatur æquè bonum voluntati: ergo saltem tunc liberum erit voluntati alterutrum sequi: quæ dicitur libertas quoad specificationem, seu contrarietatis. Rursus plerumque non apparet maior ratio boni in productione, quã in cessatione proprij actus: ergo etiam tunc liberum erit voluntati elicere, vel non elicere, aut etiam suspendere proprium actum: quæ est libertas quoad exercitium, seu contradictionis. Atque hæc certa.

An Angelus necessariò seipsum diligat quoad exercitium.

DIXI *quoad exercitium*: nam quoad specificationem, nulli dubium est: cùm nemo seipsum odio habere possit ex displicentiâ proprij esse: adeò vt ipsum odium vitæ, quo sæpe homines sibi mortem inferunt, non oriatur ex displicentiâ proprij esse, sed ex complacentiâ & amore, quo seipsos per mortem à præsenti malo liberari cupiunt. Igitur sola controuersia est de necessariâ dilectione sui quoad exercitium, quæ necessitas includit necessitatem quoad specificationem, quia omnis necessitas actus includit necessariam propensionem ad obiectum: non contrà; cùm possit voluntas necessitari quoad specificationem obiecti, non quoad exercitium actûs. 3.

Prima sent. negat, angelum necessariò seipsum diligere quoad exercitium. Ferrari. contra Gentes c. 109. §. *Ad euiden.* & §. *Sed circa.* Fundam. nullum obiectum angelus necessariò diligit quoad exercitium, nisi in quo apparet summa ratio boni: at in nullo obiecto, præter quàm in Deo clarè viso, apparet summa ratio boni: ergo nullum obiectum, præter Deum clarè visum, angelus necessariò diligit quoad exercitium. Maior prob. Angelus obiectum necessario diligit quoad exercitium, quando in suspensione actûs circa tale obiectum nulla apparere potest ratio boni: sed in illius tantùm actûs suspensione nulla apparere potest ratio boni, in cuius oppositi actûs exercitio elucet vniuersa ratio boni: sed talis est tantùm actus circa Deum clarè visum: ergo. Maior prob. repugnat, voluntatem operari absque proprio motiuo: sed motiuum fugæ, seu cessationis ab actu, est aliqua ratio mali seu impedimentum maioris boni, quod in exercitio actûs apparet. Sicut motiuum prosecutionis, seu permanentiæ in actu, est aliqua ratio boni, quæ in prosecutione seu permanentia actus elucet. Secunda affirmat actum non determinatum, sed vagum, quo seipsum necessariò diligit quoad exercitium: *Suares lib. 3. de Angel. c. 4. Vasquez 1 p. qu. 60. in comment. ar. 4. fine. Gamach. ibid.* Fundam. nulla apparere potest ratio boni in cessatione ab omni actu dilectionis sui; nec actum singularem & indiuiduum dilectionis erga se ita exercet angelus, vt ab illo liberè cessare non possit: quia nullus actus dilectionis erga seipsum est impedimentum ne alios erga alia obiecta exerceat. Et quiuis actus particularis est de obiecto finito: item amor, quo dæmones ante peccatum se naturaliter diligebant, erat naturaliter rectus & ordinatus; quo post peccatum se diligunt, est obliquus & inordinatus; nequit igitur esse idem numero actus simul,

4. *Prima sent. negans.* *Fund.* 5. *Secunda affirmans actum vagum.* *Fund.*

Tertia docet angelum semper ac necessariò quo ad exercitium seipsum diligere actu singulari & determinato: *Capreo. in 2. dist. 4. q. 1. ar. 3. ad arga. contra. 4. concl.* vbi distingitur dilectio, vna naturalis ex solâ inclinatione naturæ, altera supernat. 1. ex auxilio gratiæ: necessaria, 2. libera, à quâ dum Angelus est in viâ, cessare potest; *Bannez 1. p. qu. 60. ar. 5. concl. 1. Zumel ar. 3. dub. vn* vbi etsi opinionem *Ferrar.* existimet probabilem, quam *ar. 1. propos. 1.* absolutè approbauerat, hanc tamen putat probabiliorem & communiorem: *Valen. to. 1. qu. 9. pu. 1. & qu. 11. pu. 2. Nazar. 1. p. qu. 60. or. 3. controu. vn. dicto vlt. Tanne. qu. sua 4. dub. 1. assert. 8.* 6. *Probabilior affirmat Angelũ semper se amare actu.*

Becani

Digitized by Google

Becani de angel. qu. 13. inclinat Granad. tract. 8. fine.

Colligitur ex S. Thom.

ex S. Tho. 1. p. qu. 60. ar. 4. ad 3. vbi docet, dilectionem naturalem, quam ar. 1. omnibus angelis concesserat non posse abeo remoueri. Nec rectè explicatur de dilectione naturali quoad specificationem: nam qu. 16. de malo ar. 2. ad. 6. docet, operationem voluntatis proportionari operationi intellectûs. Sed operatio intellectûs, quâ angelus seipsum cognoscit, ex S. Tho. est necessaria quoad exercitium; ergo etiam operatio voluntatis, quâ seipsum diligit. Hæc sent. probabilior est. Duplex autem in angelo amor, alter amicitiæ permodû simplicis complacentiæ, quo sibi amat alia bona creata à se distincta. Hic 2. amor est liber; cùm nullum bonum particulare creatum necessitet voluntatem ad illud sibi amandum; à nullo .n. esse angeli essentialiter pendet; & solum illud bonum necessariò amat amore concupiscentiæ, à quo suum esse essentialiter pendet. Prior. tantûm dilectio est necessaria, quæ simul est dilectio Dei vt principij conseruantis esse.

7. Duplex amor in Angelo.

8. Prob. Concl.

Sent. sic explicatam probo Angelus appetitu naturali necessariò inclinat ad proprium esse, vti res cunctæ; implicat .n. dari ens, quod ad proprium esse naturaliter non inclinet: cùm omne ens immediate sit propter propriam perfectionem. Sed angelus actu elicito continuò cognoscit suum esse, suamque perfectionem, ex disp. 14 sect. 1. ergo actu elicito continuò diligit suum esse, suamque perfectionem. nam omnis appetitus necessariò inclinat ad proprium bonum actu, dum præsens est, modò talis inclinatio non impediat maius bonum suppositi. Maior prob. actualis .n. inclinatio ad proprium bonum, est vltimum complementum perfectionis, ad quam essentialiter ordinatur omnis naturalis appetitus. At cum appetitus angeli sit intellectualis, fit ei proprium bonum præsens mediâ cognitione naturæ, non impediet quemcumque alium actum electiuum circa alia obiecta Confir.

Confir.

ex S. Tho. 1. p. q. 60. ar. 2. dilectio naturalis est principium dilectionis electiuæ. Igitur tantum abest, vt impediat quemcumque alium actum electiuum, vt ad omnem electiuum necessariò prærequiratur. Antec. prob. amor electiuus est amor mediorum: omnis autem amor mediorum supponit amorem finis. Igitur omnis amor electiuus supponit naturalem.

9. Obiicies 1.

Obiicies 1. Nullum bonum creatum & finitum necessitat voluntatem ad dilectionem sui: sed natura angeli est bonum creatum & finitum; ergo non necessitat voluntatem angeli ad sui dilectionem.

Resp.

Resp. nullum bonum creatum & finitum impeditiuum maioris boni necessitat voluntatem ad dilectionem sui, concedo nullum creatum & finitum, non impeditiuum maioris boni, qualis est naturalis dilectio sui, nego. 2. Homo non est in continuo actu dilectionis sui: ergo nec angelus.

10. Obiicies 2.

Resp.

Resp. neg. conseq. 1. quia homo habet cognitionem sui abstractiuam tantùm; & abstractiuè cognitum non ita mouet appetitum ad amorem sui, sicut bonum intuitiuè apprehensum: Angelus autem semper habet intuitiuam cognitionem sui. 2. homo in hâc vitâ nullam ipotest habere naturalem cognitionem sui, nisi dependentem à phantasmatibus; quæ omnis defatigat hominem per spirituum consumptionem, & apprehendi potest sub ratione aliquâ mali ardui ac difficilis; ac proinde naturaliter ab eâ cessare potest. Angelus autem nullam in cognoscendo seipsum difficultatem experitur, sed magnam potiùs delectationem & iucunditatem. Ex his patet, eumdem actum naturalis dilectionis sui esse in animâ separatâ, quæ sine vllâ defatigatione seipsam intuitiuè necessariò cognoscit; atque adeò seipsam necessariò diligit.

Cur homo in hac vita non sit in continuo actu amoris erga se.

11. Obiicies 3.

Obiicies 3. Dilectio proprij esse impedit angelum, quò minùs summo conatu possit Deum diligere: at dilectio Dei summo conatu elicita est maius bonum angeli: ergo si hanc impedit, liberè poterit angelus ab illa cessare. Maior prob. maiori conatu ferretur angelus in Deum, si illum tantùm diligeret, quàm si simul cum illo seipsum etiam amaret. Nam amando simul cum Deo seipsum, non totum conatum impendit in dilectionem Dei.

12. Resp.

Suarez reiicitur.

Resp. Hoc argum. soluendum est ab auctoribus 2. sent. cùm etiam dilectio sui vagè sumpta impedit angelum, quò minùs possit toto conatu ferri in dilectionem Dei: *Suarez* dicens, non posse angelum diligere Deum, aut quemcumque alium, quin eo ipso actu diligat exercitè seipsum suamque propriam perfectionem; eò quòd non potest diligere alium, quin diligat suam dilectionem, vt propriam perfectionem: Non satisfacit: nam quæstio non est de dilectione exercitâ, quâ diligit se diligere, dum alium à se diligit; sed de dilectione, quâ seipsum diligit vt obiectum diligibile: à quâ dilectione dum concedit posse angelum liberè cessare, vt Deum feruentiùs diligat, consequenter conuenit cum 1. sent. posse sc. angelum ab omni actu dilectionis sui cessare. Nam auctores ij non negant, quando diligit alium à se, exercitè etiam suam dilectionem diligere: quin huiusmodi dilectionem habet in quolibet actu suæ voluntatis: nam quilibet actus suæ voluntatis est sua propria perfectio, quam dum liberè exercet, necessariò diligit. Hoc pacto explicata sent. non differt à 1. quæ etiam admittit, semper angelum esse in aliquo actu voluntatis vagè, vt *cit.* §. *Sed circa, Ferrar.*

13. Duplex dilectio Dei. Hanc in Angelo non impedit dilectio sui.

Ad argum. neg. maior eiusque prob. Nam dilectio angeli de Deo, vna supernat. naturalis altera: neutram autem impedit naturalis dilectio sui: non primam: quia dilectio supernat. non elicitur magis, aut minùs intensa ex maiori, aut minori conatu potentiæ, sed ex intensiori, aut minùs intenso habitu, vel auxilio supernat. vt constat de visione gloriosâ, cuius maior aut minor intensio, non oritur ex maiori aut minori conatu perfectionéve intellectus, sed intensione luminis gloriæ, vt 1. to. disp. 9. sect. 16. Vnde cum eodem lumine gloriæ æquè intensam visionem produceret, intellectus naturaliter perfectus vt quatuor, ac vt octo. Eod. modo dicendum de reliquis actibus supernat. siue intellectus, siue voluntatis. Ex his constat, naturalem dilectionem sui non impedire angelum in ordine ad intensiorem dilectionem supernat. Dei, cùm ea intensior non pendeat ex maiori conatu potentiæ, sed ex intensiori habitu, vel auxilio supernat. Non impedit secundam; vel quia dilectio Dei, quâ diligitur distincto actu à dilectione naturali, quâ simul tum propriâ essentiâ diligitur Deus vt principium propriæ essentiæ, est diuersæ rationis à dilectione naturali nam illa est libera & electiua; dilectio autem propriæ essentæ est naturalis & necessaria: at potest voluntas quâ voluntas summo conatu ferri in Deum, & simul eadem, vt natura, summo conatu diligere seipsam; cùm sint inclinationes diuersæ rationis. Vel quia non potest viribus propriis efficaci voluntate velle alio modo diligere Deum, quàm quo natura ex se propendet Sc. summè tantùm *appretiatiuè* non *intensiuè*.

14. Quomodo stare possit amor naturalis liber erga Deum cum amore continuo necessario sui.

15. Obiicies 4.

Obiicies 4. Si angelus semper se ipsum naturaliter diligeret, semper etiam cum seipso naturaliter diligeret Deum; quia non potest diligere proprium

pium esse, quin simul diligat principium conseruatiuum sui esse. at dæmones semper odio habent Deum, Resp. amor erga Deum, alter conpiscencentiæ, quo diligitur vt principium conseruatiuum proprij esse; alter amicitiæ, quo diligitur propter seipsum suasque perfectiones: odium contra Deum; alterum, quo odio habeatur vt principium proprij esse; alterum, quo odio habeatur propter seipsum propriasque perfectiones quatenus apprehenditur vt contrarius propriæ voluntati. Dæmones amant Deum amore concupiscentiæ, vt principium proprij esse; & simul odio habent odio inimicitiæ, quo nollent illum esse omnipotentem, iustum & vindicem proprij sceleris. Vnde remanet in eis dilectio naturalis erga Deum, quæ ex se mala non est, non tamen bona moraliter cùm non sit libera; sine libertate autem nullus actus potest esse moraliter bonus; sed est tantùm bona & recta naturaliter; vnde non pugnat cum odio electiuo contra Deum, vt contra iudicem & vindicem sui.

Respondeo.

Quali amore & odio dæmones in Deum feruntur.

16. *Obiicies 3.* 5. Dæmones amant non esse, vt à pœnis liberentur: ergo non possunt seipsos. & Deum vt principium sui esse diligere. Resp. neg. conseq. non enim sunt incompossibiles dilectio naturalis sui, & desiderium non essendi ad pœnas euitandas, iam prior est actus absolutus, posterior conditionatus quo vellent non esse non simpliciter, sed vt pœnas vitarent: & posterior actus radicatur in priori, atque adeò illum supponit; nam ideò vellent sub tormentis non esse, quia amant seipsos: ex amore enim sui vellent non esse, vt à pœnis, quas pariuntur liberarentur. Sicut, cùm aliquis sibi mortem infert, vt à pœnis, quas patitur, liberetur, seipsum tunc maximè diligit: nam propter amorem, quem erga seipsum habet, applicat sibi mortem, vt medium præsentium pœnarum ereptiuum. 6. In nostra sent. sequitur, dæmones esse naturaliter beatos: naturalis beatitudo pugnat cum summa miseria, in quà amisso Deo, perpetuò versantur. Sequela prob. beatitudo naturalis consistit in cognitione & dilectione inamissibili Dei; nam hoc est summum bonum naturale creaturæ rationalis: ergo si dæmones cognoscunt & diligunt Deum necessariò quoad exercitium, sunt naturaliter beati cùm habeant omnia ad naturelem beatitudinem requisita. Aliqui concedunt sequel. quoad positiuam perfectionem naturalis beatitudinis. Sed neganda simpliciter: tum quia ad naturalem beatitudinem non solùm requiritur cognitio & dilectio naturalis Dei, sed etiam exclusio omnis mali circa Deum. Dæmones autem cum naturali amore concupiscentiæ erga Deum, habent odium inimicitiæ contra eumdem, quod est maximum malum. Notanter dixi, *circa Deum*: quia posset quispiam de beatit. naturali philosophari, sicut de supernat. quæ quoad essentiam stare potest cum quouis malo præterquàm cum malo circa obiectum beatit. ita in animâ beata Christi cum summis cruciatibus manebat supernat. beatitudo quoad totam essentiam: & posset naturalis beatitudo cum summis cruciatibus manere quoad essentiam in dæmonibus: implicat tamen manere cum summo malo circa idem obiectum beatit. quod est odium inimicitiæ, quo dæmones Deum prosequuntur. Tum maximè quia naturalis beatitudo non consistit in cognitione, & amore dumtaxat concupiscentiæ, quo Deus diligitur propter se; ex analogiâ beatitudinis supernat. Porrò amorem amicitiæ erga Deum Angelus non necessariò, vti amorem concupiscentiæ, sed libere tantum exercet.

Obiicies 3. *Resp.*

17. *Obiicies 6.* *Responsio non nullorũ non placet.* *omne malum circa Deum excludit.* *Potest stare beatitudo cũ aliquo malo non circa Deum versante patet in Christo.*

18. Ad fund. primæ neg. maior. Non .n. illud tantùm obiectum diligitur necessariò quoad exercitium, in quo summa apparet ratio boni, sed etiam in cuius dilectionis exercitio nulla apparet ratio mali, aut impedimentum maioris boni; nec in eius cessatione elucet aliqua ratio boni: Cum nullum obiectum voluntas refutare valeat, nisi sub aliquâ ratione mali, aut impedimenti maioris boni neque vllum amplecti nisi sub aliquâ ratione boni. Ad prob. falsum est, in illius tantùm actûs suspensione nullam apperere rationem boni, in cuius exercitio continetur vniuersa ratio boni. Ad fund. 19. secundæ, nego. posse angelum à quolibet actu in indiuiduo liberè cessare. Ad 1. prob. non tantum obiectum infinitum clarè visum necessitat voluntatem, sed etiam in cuius dilectionis exercitio nulla apparet ratio mali, vel impedimentũ maioris boni; aut in cuius cessatione nulla elucet ratio boni. Ad 2. prob. amor, quo dæmones ante & post peccatum seipsos naturaliter diligunt, perseuerat idem qui ab initio fuit: quia ex se nullam habet bonitatem, aut malitiam moralem; sicut nec amor, quo eodem actu dæmones diligunt Deum, vt principium sui esse; quia cum sit purè naturalis, nullam habet honestatem moralem, sed solam rectitudinem naturalem. Leg. *S. Tho. 1. p. q. 60. art. 5. ad 5.*

Qua obiecta necessario quoad exercitium diligantur. *Ad fundam. 2. sent.*

An Angelus naturaliter diligat Deum dilectione necessariâ quoad exercitium?

20. *De vtraque controuersia est.* DVPLEX dilectio naturalis erga Deum in angelo, altera concupiscentiæ, quâ illum diligit vt principium sui esse, altera naturalis amicitiæ, qua illum diligit propter se, suasque perfectiones. Prima sent. negat de vtràque est eorũ qui negant, angelũ aliquo actu determinato diligere seipsum: etiam *Granadi*, qui quamuis concedat angelo aliquem amorem necessarium erga seipsum, negat tamen omnem amorem naturalem necessarium erga Deum. Nam totum fundam. cur angelus necessariò quoad exercitiũ naturaliter diligit Deum amore concupiscentiæ, est, quia necessario diligit seipsum determinato actu beneuolentiæ, quoad exercitium: nam amor concup; sc. fundatur in amore beneuolentiæ, sicut amor mediorum in amore finis: ergo sublatà necessitate amoris beneuolentiæ erga se, aufertur necessitas amoris concupisc. erga Deum, quo diligitur vt principium proprij esse. Confir. dæmones amant non esse, vt è tot tormentis liberentur: ergo non possunt diligere necessariò seipsos, ac proinde nec Deum vt principium sui esse. quia velle esse, & velle non esse sunt actus contradictorij. Secunda sent affirmat de vtràque dilectione: Capreoli *Præced. sect. cit. Banez 1. p. qu. 60. art. 5. concl. 2. Znmal ibid. qu. vn. §. Sed restat*: quos de amore amicitiæ loqui ex discursu colligitur: sequitur *Nazarius 1. p. qu. 60. art. 5. contron. vn.* probabilem censet *Valen. qu. 11. pu. 2. asser. 3.* multum fauet *S. Doctor. in 2. dist. 3. qu. 3. art. vn. & 1. p. qu. 60. art. 5.* vbi docet, angelum naturaliter diligere Deum vt finem plus quam seipsum. Neque explicari potest de dilectione necessariâ solùm quoad specificationem: tum quia ad argu. quod hic amor si esset necessarius, maneret in angelis malis; respondet manere, eumque non pugnare cum odio, quod iidem habent contra Deum: quia possunt odio habere Deum secundum aliquos effectus particulares, qui eorum voluntati contrariantur, & simul diligere illum, in quantum est bonum commune omnium, plus quàm seipsos

Qua obiecta necessario quoad exercitium diligantur. 21. *Prima sent. negans* *Conf.* 22. *Secunda sent. affirmans de vtraque dilectione.* *Fauet S. Tho.*

Digitized by Google

ipsos. Tum quia *art. 4. ad 3.* docet, angelum malum non posse cessare ab amore, quo diligit bonos, in quantum cum eis in naturâ communicat.

23. *Fundam. secunda sent. colligitur ex S. Thomas.* Fundàm ex *S. Tho. cit.* nam angelus diligit seipsũ amore amicitiæ necessariò quoad exercitium; ergo etiam Deum. Nam diligit Deum plus quàm seipsum diligit necessariò amore amicitiæ, à fortiori etiam Deum: alioqui si seipsum amore amicitiæ, Deum amore tantum concupisc. magis diligeret seipsum, quam Deum; quia seipsum diligeret vt finem, Deum vt medium: plus autem diligitur finis, quam medium; quia finis diligitur propter se, medium propter finem: Sc. amor naturalis procedit ex inclinatione naturæ; natura magis inclinat ad amorem totius, quam ad amorem partis vt patet tum de manu exponente se ictui ad seruandum caput, à quo bonum totius suppositi pendet: tum de ciue exponente se morti ad seruandum bonum totius ciuitatis. Deus est bonum vniuersale omnium: angelus particulare: ergo magis inclinat ad diligendum Deum, quam seipsum.

24. *Confir.* Confir. 1. cum inclinatio naturæ sit à Deo, non potest esse peruersa: esset autem peruersa, si magis inclinaret ad seipsam, quam ad Deum; quia magis ac perfectiùs inclinaret ad bonum partis, quàm ad bonum totius.

25. *Confir. 2.* 2. Si angelus dilectione naturali non plus diligeret Deum, quàm seipsum, sequeretur. naturam per charitatem non perfici, sed destrui. nam charitas plus diligit Deum, quàm subiectum, in quo est; & inclinaret naturam ad oppositum si inclinaret ad seipsam.

26. *Probabiliior. sent.* Tertia affirmat de dilectione concupiscentiæ, negat de dilectione amicitiæ: *Tanneri præced. sect. cit. assert. 9.* Quæ sent. est probabilior, & iuxta iacta principia.

27. *Fundamẽtũ.* Dico 1. Angelus amore concupiscentiæ necessariò diligit Deum, non solùm quoad specificationem, sed etiam quoad exercitium. Fund, eâdem necessitate diligitur finis, & id, sine quo finis conseruari non potest: nam in amore finis essentialiter includitur amor earum, quæ ad finem conseruandum sunt necessaria: Angelus autem ex *præced. sect.* seipsum diligit necessariò quoad exercitium, tamquam finem sub fine: ergo eâdem necessitate diligit Deum vt principium sui esse: nam esse angeli magis intimè & essentialiter pendet à Deo, quàm à quocumque principio proprio & intrinseco ipsius.

28. *Angelus amore amicitiæ libere solum amat Deum vtraque libertate* Dico 2. Angelus amore amicitiæ liberè diligit Deum, tam libertate specificationis, quàm libertate exercitij. Constat nam dæmones de facto prosequuntur Deum odio inimicitiæ: ergo nequeunt illum necessariò diligere, neque quoad exercitium neque quoad specificationem dilectione amicitiæ. Nam dilectio amicitiæ fertur in personam dilectã propter se, volendo & desiderando illi bonum: odium inimicitiæ auertitur à personâ, nolendo illi

29. bonum, sed potius malum. Dices. Potest Deus à dæmone diligi secundùm aliquas perfectiones, & odio habere secundum alias, quæ ipsius voluntati contrariantur: potest diligi vt principium bonorum, & simul odio haberi vt vindex & vltor proprij sceleris, Sed contrà; amor amicitiæ fertur in personam dilectam; ergo non potest illi velle malum sed velle Deum non esse vindicem & vltorem

Nolle Deo aliquam perfectionem est velle Deo malum. proprij sceleris, est velle Deum non esse iustum; Seu nolle illi perfectionem iustitiæ quod est velle illi malum. Nec dici potest, dæmonem non absolutè velle Deum non esse vindicem sui, quatenus scilicet hoc est malum Dei, sed solum respectiuè, qutenus hoc redundat in malum proprium. Nam plus de facto indicat odium, quo dæmones Deum prosequuntur, dum illi debitum cultum & honorem non modò negant ipsi, verum etiam omnibus viis procurant, vt idem cultus & honor negetur ab omnibus. Nec solùm ipsi variis modis continuò Deum offendunt, sed etiam summo conatu procurant, vt offendatur ab aliis. Quod non facerent, si Deum diligerent amore amicitiæ propter se, quatenus causa est bonorum omnium, solumque illum odio haberent, vt vltorem vindicemque sui. Nec est eadem ratio de amore concupiscentiæ, qui cùm non feratur vltimatè in bonum Dei, sed in bonum proprium, stare potest cum odio inimicitiæ erga Deum. nam potest quis eamdem rem amare vt bonam, & vtilem sibi, & simul illam odio habere propter se.

30. *Prob. 2. assertio ex absurdo oppositæ sent.* Prob. 2. ex oppositâ sent. sequeretur 1. non posse angelum in purâ naturâ conditum, imò in statu damnationis constitutum Deum grauiter offendere, quem necessario diligit perfecto amore amicitiæ: quia cùm hic amor tendat in bonum personæ ex complacentiâ ipsius, non potest cohærere cum graui offensa eiusdem; nam hæc includit displicentiam personæ, quæ opponitur complacentiæ eiusdem. At distinguerent *Thomistæ* de offensâ 31. contra Deum, vel vt finem naturalem; vel vt finem supernat. Sed contrà: 1. falsum est, *vt infrà* non posse angelum contra legem naturalem, atque adeò contra Deum auctorem naturæ delinquere 2. cùm amor amicitiæ tendat in bonum personæ ex complacentiâ personæ, repugnat admittere quamcumque grauem offensam, & odium contra personam quin cadat in personam, quæ supponitur di-

32. *Improbabilissimum quid.* ligi perfectâ dilectione amicitiæ. Sequeretur 2. angelum in purâ naturâ constitutum, imo in statu damnationis, fore beatum perfectissimâ beatitudine naturali, saltem quoad positiuam & completam essentiam naturalis beatit. nam hæc saltem quoad positiuam essentiam, consistit in naturali cognitione Dei, & perfectissimo amore eiusdem, cum inamissibilitate vtriusque sed angelus in purâ naturâ constitutus, imò in statu damnationis necessariò cognoscit, & diligit Deum vt auctorem naturæ perfectissimo amore amicitiæ; nec potest à tali cognitione & amore vmquam cessare: ergo.

33. *Prob. 3. assertio à priori.* Prob. 3. Illud tantùm obiectum necessariò diligitur quoad specificationem, quod sub nullâ ratione apprehendi potest vt malum: illudque obiectum necessariò diligitur quoad exercitium, in cuius dilectionis cessatione nulla apparere potest ratio boni. At potest angelus extra claram visionem Dei constitutus apprehendere Deum sub aliquâ ratione mali, vti de facto illum apprehendunt dæmones sub ratione vltoris vt sibi malum ergo possunt illum odio habere, vt contrarium sibi, Eâdem ratione potest Dæmon apprehendere cessationem amoris amicitiæ erga Deum vt bonam; quia potest apprehendere illam, vt contrarium voluntati diuinæ, atque adeò vt medium aliquo modo se vindicandi de iustitiâ diuinâ. Dices. Eodem modo 34. apprehendit dæmon proprium esse vt malum sibi, *Obiectio.* quia apprehendit illud vt fundamentum omnium pœnarum, quas patitur: ergo similiter poterit illud odio habere, ab eiusque amore cessare. Resp. *Solutio.* neg. antec. nam proprium esse non potest apprehendere vt sibi malum; quia malum pœnæ, quod de facto patitur, non causatur à proprio esse, sed à Deo vlciscente: atque adeò non proprium esse, sed Deum apprehendit vt sibi malum & contrarium. Licet apprehendat proprium esse vt occasionem talis mali, quia si illud non haberet, pœnas

Digitized by Google

quas patitur, non sentiret. Hoc autem non sufficit, vt illud simpliciter, & absolutè odio habeat, sed tantùm conditionatè, nolendo illud, sub talibus pœnis. Vnde non repugnant hi duo affectus velle aliquid absolute, & nolle idem conditionatè.

35. *Prima sent. argum. solutè manent.* Ex dictis patet ad 2.ª sent. cum illa, quantum ad amorem concupiscentiæ nitatur illo fundam. angelũ seipsum non necessariò diligere quoad exercitium, eo refutato, refutata manet. Ad confir. amant dæmones non esse absolutè, nego; conditionatè concedo. Ergo non possunt seipsos necessariò diligere quoad exercitium, neg. conseq. quia velle absolutum non pugnat cum nolle conditionato respectu eiusdem rei. Secunda qua. concedit

36. *Satisfit argu secunda sent* in angelis actum dilectionis naturalis amicitiæ erga Deum necessarium quoad exercitium, neganda est quod attinet ad S. Doctor. multi illũ interpretantur de necessitate quoad specificationem. Sed contrà, neque hoc est verum, cùm dæmones de facto Deum odio habeant actu inimicitiæ; & *citatus locus* semper agit de dilectione actuali, docetque illam manere in angelis malis simul cum odio contra

Verior explicatio de sensu S. Thom. Deum: Quare ingenuè fateor in eam inclinasse sent vt angelus amore etiam naturalis amicitiæ diligat Deum necessariò quoad exercitium: quo sensu illum sequuntur plerique Thomistæ. Ad fundam.

37. ipsius, neg. conseq. Ad prob. concedo angelum extra visionem beatificam constitutum magis necessariò diligere seipsum dilectione amicitiæ, quam Deum: quia seipsum non potest apprehendere vt sibi malum & contrarium, vti apprehendere potest Deum. Inde tamen non sequitur, naturam angeli simpliciter inclinare ad perfectius diligendum seipsum, quàm Deum: quia licet ad seipsum inclinet necessariò, ad Deum liberè, ad Deum tamen diligendum inclinat perfectius, quia *appretiative*, quamuis liberè. Hoc enim prouenit. ex diuersâ applicatione obiecti: quia vnum applicatur absque vllâ indifferentiâ ad oppositum; alterum verò cum indifferentiâ ad oppositum, tam quoad specificationem, quam quoad exercitium.

38. *Pars se exponit pro conservatione totius.* Exempla autem de manu naturaliter se exponente ictui capitis ad saluandum bonum totius suppositi; & de ciue] subeunte mortem ad tuendum bonum Reipub. solum probant de inclinatione naturæ in actu 1. quæ si naturaliter poneretur in actu 2. procul dubio poneretur cum prælatione boni increati supra quodcumque bonum creatum: quia tamen liberè ponitur, non semper ponitur, non semper ponitur cum tali prælatione. cùm ex libertate voluntatis poni possit oppositum, vt de facto ponitur ab angelis malis. Quod confirmat exemplum de ciue; qui potest simpliciter vi propriæ libertatis se morti non exponere, sed proprium bonum priuatũ præferre communi bono ciuium. Prior confirmatio solùm probat de inclinatione naturæ in actu quæ sola pendet â Deo; non de actuali inclinatione, que pendet à voluntate creaturæ, quæ vi propriæ libertatis inclinare potest ad oppositum, ad quod in actu inclinat natura. Idem probat posterior confir. nam charitas infusa perficit naturam, quia est conformis naturali inclinationi ipsius iuxta quam si vellet voluntas creata operari, deberet Deum super omnia diligere: quia tamen ratione suæ libertatis non semper operatur

39. *Ad 2. conf.* iuxta naturalem inclinationem quam in actu. habet, non semper Deum actu elicito super omnia

40. *Discrimen inter habitũ charitatis & voluntatem propriã.* diligit.

Nota ex habitu charitatis non potest angelus Deum non diligere super omnia, saltem quoad specificationem; potest tamen ex propriâ voluntate Deum non diligere super omnia, etiam quoad specificationem: quia potest propriâ voluntate illum odio habere: nequit autem habitu charitatis Deum odio habere. quia habitus charitatis est determinatus tantum ad diligendum Deum: voluntas autè vi propriæ libertatis est indifferens ad vtrũlibet: vnde vtrumque actum, tam amoris, quam odij elicit virtute propriâ; licet actum amoris eliciat iuxta inclinationem naturæ, actum odii ex solâ peruersitate voluntatis. Dices. Saltem amor, quo angelus Deum naturaliter ac necessariò diligit, non debet esse contra inclinationem propriæ natutæ. Sed amor, quo per nos angelus naturaliter ac necessariò Deum diligit, est contra inclinationem propriæ naturæ: nam eo actu angelus plus diligit bonum proprium creatum, quam bonum increatum; quia illud diligit vt finem, hoc vt medium finis conseruatiuum. Resp. neg. minor. Ad prob. dic. angelum amore amicitiæ non plus diligere seipsum, quam Deum signatè & positiuè; cùm hanc comparationem per talem amorem non faciat; sed tantum negatiuè, non diligendo eo actu Deum supra seipsum, licet eodem actu illum diligat supra quodcumque aliud bonum creatum; quia illum diligit vt principium sui esse. Neque angelus amore benevolentiæ diligit seipsum vt finem vltimum, sed solum vt proximum, & finem sub fine Vnde non propriè eo actu diligit Deum vt mediũ sed vt principium sui esse: atque adeò implicitè & exercitè plus appretiatiuè diligit Deum, quam seipsum; quia Deum diligit vt principium, seipsum vt effectum. Quod autem talis amor concupiscentiæ erga Deum, non sit peruersus & inordinatus, sed rectus & ordinatus euidenter ostendit habitus spei Theologicæ, qui per se inclinat ad amandum Deum amore concupiscentiæ: quem actum de facto exercent omnes beati in patriâ.

Ratio.

41. *Obiectio.*

Solutio.

An Angelus saltem viribus propriis liberè diligere possit Deum dilectione perfectæ amicitiæ?

142. DIXI, *dilectione perfectæ amicitiæ*, vt excluderem dilectionem imperfectam, & inefficacem, qualis concedi solet homini lapso, sine speciali auxilio gratiæ, cùm sole concursu general. Dei. Prima sent. negat. *Gregor. Arim. in 2. dist. 29. art. 1. concl. 2.* vbi negat, potuisse primum hominem in statu naturæ integræ propriis viribus cum solo generali concursu Dei aliquod opus moraliter bonum efficere: est autem eadem ratio de angelo in purâ naturâ condito: *Bellarmi. lib. 6. de gratia & lib. arb. cap. 7.* vbi vniuersaliter negat, posse dilectionem Dei, etiam vt auctoris naturæ, absque speciali auxilio Dei, solius naturæ viribus elici. *Vasquez 1. p. qu. 60. in comment. art. 9. & disp. 226. cap. 2. disp. 2.* sed fusius 2. 194. *cap. 4.* vbi omnem dilectionem amicitiæ Dei, ait esse supernaturalem quoad substantiam; contrà verò omnem amorem concupiscentiæ circa Deum, etiam vt finem supernat. esse naturalem quoad substantiam, supernaturalem tantùm quoad modum; quia ad illum eliciendum indigemus peculiari auxilio ordinis naturalis, sicut ad omnem actum moraliter tantùm bonum.

43. *Prima sententia negans*

44. *Pr. 1. sent.*

Prob. 1. ex sacris litteris, quæ dum de dilectione Dei loquuntur, nullâ distinctione ac restrictione factâ, dilectionem Dei absolutè referunt in peculiare donum Dei, nobis per Spiritum collatum,

Digitized by Google

tum *ad Roma. 5. ad Galat. 5. ad Ephes. 6. prima Ioan. 3. & alibi.*

45. *eod. modo loquuntur concilia & Patres.*

2. Ex Conciliis & Patrib. eodem modo: Arausic. 2. can. 25. *Prorsus donum Dei est*, inquit, *diligere Deum.* Addendo *Prorsus*, omnem dilectionem Dei siue vt finis naturalis, siue vt finis supernat. agnoscit vt speciale donum Dei: vti habes *lib. de gratia & lib arb. cap. 17. & lib. 2. contra duas epist. Pelag. cap. 9. & lib. 4. con. Iulia. cap. 3.* fine vbi, *Amor*, inquit *Dei, quo peruenitur ad Deum, non est nisi a Deo Patre per Iesum Christum cum Spiritu sancto.* Loquitur autem ibi de amore Dei vt Creatoris, atque adeò vt auctoris naturæ, Pr. 3. ratione 1. Dilectio Dei, etiam vt auctoris naturæ, est principium seruandi totam legem naturalem. Nequit autem angelus viribus propriis, ablq; speciali auxilio Dei, totam legē naturalē seruare ergo. Nequit Angelus viribus propriis ablq; speciali auxilio gratiæ diligere Deū vt auctorem naturæ perfecto amore amicitiæ. Maior prob. legis adimpletio in sacris litteris tribuitur dilectioni Dei. *Ioan. 14. Qui diligit me, sermonem meum seruabit.* Roma. 13 *Qui diligit proximum, legem impleuit.* Et ibid. *Plenitudo legu est dilectio.* Minor prob. si posset angelus viribus proprijs, absque speciali auxilio Dei totam legem naturalem adimplere, viribus propriis posset beatitudinem supernat. promereri; quæ legem seruantibus promittitur. 2. Nullum opus pietatis & religionis fieri potest absque speciali auxilio Dei: sed actus dilectionis erga Deum, etiam vt naturæ auctorem, est opus pietatis & religionis: ergo nequit ab Angelo fieri absque speciali auxilio Dei. Maior est August. *lib. de prædest. Sanct. cap. 2, Quod ergo*, inquit, *pertinet ad pietatem atque religionē, non sumus idonei cogitare aliquid quasi ex nobismet ipsis.* Minor prob. nam pietas dicitur qui cunq; actus elicitus erga Deum, potissimùm autē autē actus dilectiōis ex August. *epist. 29. Pietas est cultus Dei, qui præcipue diligēdo exhibetur.* 3. Si posset āgelus viribus propriis perfecto āore amicitiæ super omnia diligere Deum, potuisset viribus propriis ablq; gratiâ de commisso peccato perfectè pœnitere: nam qui potest diligere Deum perfecto amore amicitiæ super omnia, potest peccatum detestari propter Deum summè dilectum. seu quodcumque malum Deo contrarium detestari: ex eadem .n. complacentiâ personæ dilectæ, & amamus illi bonum, & contrarium malum illi detestamur: posset etiam viribus propriis de commisso peccato, veniam à Deo obtinere, eique condignè satisfacere: nam perfecta contritio delet perfectè peccatum, vel vt forma incompossibilis cum peccato, vel vt dispositio, cui ex promissione dininâ infallibiliter debeatur remisio peccati. 4. Maioris efficaciæ & meriti apud Deum est dilectio ipsius, etiam vt finis naturalis, quàm timor ex pœnis, aut peccati turpitudine, aut pœnarum metu conceptus, teste *Treden. sess. 14. cap. 4. est donum Dei, & Spiritus sancti impulsus.* ergo multò magis dilectio Dei, etiam vt auctoris naturæ. Maior prob. quò magis obsequium fit intuitu eius cui exhibetur, eò est maioris efficaciæ, & meriti apud illum, cui exhibetur: Dilectio Dei, etiam vt auctoris naturæ est talis: ergo. 5. *Vasquez.* Nequit distingui duplex affectus specie diuersus respectu obiecti, in quo non est assignabilis duplex ratio formalis, in quam affectus tendat: affectus .n. distinguuntur penes diuersa motiua: Sed in Deo summe diligibili amore amicitiæ, non est assignabilis dūplex ratio, sub quâ à nobis diligatur: igitur nequit erga Deum distingui duplex amor amicitiæ. Minor prob. amore amicitiæ non diligitur Deus vt bonus nobis, sed vt bonus sibi: Deus autem eodē modo est bonus sibi unico attributo bonitatis, siue consideratæ vt auctor naturæ siue vt largitor gratiæ & gloriæ. Hæc ratio ex *Scoto in 3. dist 27. §. Contra 1. viam.* Quā *ibid.* sic confirmat. Ratio auctoris naturæ & gratiæ in Deo est respectus rationis. Nullus autē respectus rationis potest specificare actū realē: ergo.

46. *Pr. 3. ratione 1.*

47. *Ratio 2.*

48. *Ratio 3.*

49. *Ratio 4.*

50. *Ratio 5. Vasquez.*

51. *Secunda sententia affirmans probabiliter.*

Secunda affirmat, posse angelum viribus propriis cum solo generali concursu Dei, sibi naturaliter debito, perfecto amore amicitiæ naturalis dilegere Deum super omnia: *Alens. 2. p. qu. 31. me. 3. Altisiod. lib. 2. summæ tract. 1. c. 4 Bonau. in 2. dist. 3. p. 2. art. 3. qu. 1. S. Tho. 1. p. qu. 60. art. 5. & alibi Scoti in 3. dist. 27. qu. vn. §. Istis igitur rat. Ægidy in 2. dist. 3. p. 2. qu. 3. art. 1. in resol. 2. dubij. Durand. in 1. dist. 17. qu. 2. ad argu. & in 2. dist. 4. qu. 1. Richar. in 2. dist. 3. art. 7 qu. 1. Rubio. dist. 4. qu. 3. & in 3 dist. 27. qu. 1. artic. 1. Ocham. in 3. qu. 8. art. concl. 3. Capreo in 2. dist. 4. qu. art. 3. ad argu. con. 4 concl. & in 3 dist. 27. qu. vn. art. 1. in prob. 3. concl. & artic. 3. ad argu. con. 3. concl. Marsil. in 2. qu. 4. ars 1. & qu. 18. art. 2. in prob. 2. concl. & in 3. qu. 15. art. 2. init, Not. 2 Gabri. in 2. dist. 27. qu. vn. art. 3. dub. 2. prop. 1. Maior. qu. 1. Almai. tract. 2. moral. cap. 9. & in 3. dist. 27. qu. 1. dub. 2 prop. 1. Caiet. 1. p. qu. 60. artic. 5. Soti, lib. 1 de natura & gra. cap. 22. §. Igitur ad prop, Medina 1, 2, qu 109 art. 3. §. Sed & alia, & §. Sed ex dictis, Bauez & Zumel, 1 prob, p. cit. Molinæ in con: ordia disp. 14, me, Suarez lib. 3, de angel: cap. 5, Valen, to. 1, qu. 11, pu. 3. & omnium Thomist. Quæ sent.* probabilior est auctoritate & ratione. Desumitur ex *S. Tho. cit.* In quâuis naturâ creatâ est naturalis propensio ad diligendum plus bonum totius; quam bonum partis. Sed Deus est bonum vniuersale omnium, angelus est bonum particulare: ergo naturale est Angelo, diligere Deum plus quam seipsum. Ergo si seipsum naturaliter diliget perfecto amore amicitiæ, à fortiori poterit viribus propriis eodem perfecto amore amicitiæ diligere Deum. Minor patet: nam à Deo pendent omnia, & quidem magis intimè & essentialiter, quàm quælibet natura creata pendeat à suis propriis principiis intrinsecis, Maior constat 1. aqua *Inductio.* ad bonum Vniuersi conseruandum, quod per vacuum destrueretur, contra propriā grauitatem ascendit sursum ad vacuum impediendum: & manus ad seruandum caput, à quo bonum totius suppositi pendet, exponit se ictui: & ciuis pro publico bono ciuitatis exponit se voluntariè morti. 2. propensio naturæ est proprietas naturaliter consequens naturam: & hæc est ab eodem auctore à quo est ipsa natura: eiusdem .n. est conferre formam, & naturaliter consequentia formam. Absurdum autem est dicere, Deum instituisse naturam cum naturali propensione ad diligendum plus bonum partis, quàm bonum totius; um hoc sit contra rectum ordinem, quem natura benè instituta postulat. 3. recta ratio vnicuique naturaliter dictat, diligendum esse Deum magis, quàm vllū bonū creatū: at nequit si recte dictat, naturaliter dictare oppositum eius ad quod natura inclinat, cùm sit regula data naturæ intellectuali ad suas operationes rectè peragendas; alioquin non esset recta regula ipsius; quæ conformatur propriæ inclinationi naturæ. Cum igitur in angelicâ naturâ sit talis inclinatio, poterit angelus, si extrinsecum aliquod impedimentum non obstabit, viribus solius naturæ, absque speciali auxilio Dei, illam executioni mandare. quia nulla est potentia à naturâ data, quæ si nullum obstet impedimentum, viribus propriis non possit in suum actum exire; cum omnis potentia detur in ordine ad suum actum exercendum. At nullum esset impedimentum extrinsecum in angelo in purâ natura

52. *Prob. rationē à priori ex S. Thoma.*

à priori.

codito,

Digitized by Google

conditio, quo minus posset talem inclinationem executioni mandare: non peccatum, virualiter saltem auertens à Deo; nec formale odium Dei; nec aliqua propensio naturæ ad aliquod bonum creatum contrarium Deo: nam in angelo nulla est inclinatio ad bonum sensibile, cùm non componantur ex corpore, sed tantum ad bonum spirituale antecellendi alios. Qui affectus non ita abripit voluntatem angeli, vt illam reddat moraliter impotentem ad actum dilectionis Dei. Nam & ex plenâ consideratione, quam de rebus habet, & ex perfectâ libertate, & dominio supra suos actus facilè poterit talem affectum moderari. Non enim angelus est sicut homo, qui sæpe per cognitionem vnius obiecti fit moraliter impotens ad bonum exercendum, nisi speciali auxilio gratiæ iuuetur.

In Angelo nulla est inclinatio in bonum sensibile.

53. *Obiicies 1.* Obiicies 1. Hoc ipso quòd angelus non necessariò, sed liberè talem actum elicit, eget congruâ cogitatione ad illum eliciendum: sed omnis congrua cogitatio ad bonum est speciale beneficium Dei à beneficio creationis distinctum; cum beneficiũ creationis æquè saluari possit cũ congruâ & non congruâ cogitatione ad bonũ. *Resp.* neg. minor. tum quia neque in homine, vt *seq. to.* omnis congrua cogitatio ad actum moraliter bonum, ad quẽ natura de se inclinat, est peculiare beneficium à creatione distinctum: sæpe. n. talis cogitatio apta est excitari excausis naturalibus: Nec rectè dici potest, ea naturalium causarum dispositio à Deo ordinata, vt peculiare beneficium à creatione distinctũ: quia cũ creatura intellectualis ex dono creationis sit libera, atque adeò naturaliter indifferens tam ad bonũ quam ad malum, vi eiusdem creationis est illi naturaliter debita aliqua cogitatio congrua ad bonũ. 2. esto in homine talis cogitationis excitatio sit peculiare beneficium à creatione distinctum, certè angelus quia continuam habet cognitionem sui, & Dei, ex eâ poterit sine nouo beneficio à creatione distincto seipsum excitare ad congruam cogitationem diligendi Deum, vt auctorem naturæ. Nam neque continua cognitio sui, & Dei, est in Angelo distinctum beneficium à creatione, cum sit cognitio necessaria, necessario consequens naturam. Nec congrua cogitatio diligendi Deum, vt auctorem naturæ, potest esse beneficium à creatione, condistinctum. Nam vel ad diligendum Deum vt auctorem naturæ, non est opus distincta cognitione ab ipsâ necessariâ, quâ angelus naturaliter seipsum vt effectum, & Deum vt causam cognoscit Vel si est necessaria distincta quâ distinctius, perfectiusque cognoscat Deum vt auctorem naturæ, eam facilè sibi poterit ex notitiâ necessariâ excitare.

Resp. *Ratio* *Angeli ab homine discrimen in congruâ cogitatione*

54. *Obiicies 2.* Obiicies 2. sequeretur, angelum non liberè, sed necessariò debere Deum diligere perfecto amore amicitiæ: nam plus ac perfectius diligitur Deus, si necessario, quam si libere diligatur: ergo si angelus naturaliter inclinat ad diligendum plus perfectiusque Deum, quàm seipsum, si seipsum necessariò diligit amore amicitiæ, etiam Deum eodem amore amicitiæ necessario diliget. Resp. neg. sequel. Ad prob. dist. antec. Plus, ac perfectius diligitur quod necessario, quam quod libere diligitur hoc est ex maiori propensione naturæ, concedo; perfectiori amore, qui non in maiori propensione naturæ, aut intensiori actu, sed in maiori appretiatione & æstimatione obiecti amati consistit, nego. Nam angelus etsi seipsum necessario, Deum libere diligat: adhuc perfectius secundum appretiationem diligit Deum, quàm seipsum: quia Deum diligit vt principium & vniuersale bonum omnium, seipsum vt effectum, & bonum particulare. Diligit autem seipsum angelus amore amicitiæ necessario, Deum libere; quia Deum apprehendere potest sub aliqua ratione mali, non seipsum.

55. *Ad rationes sent oppositæ ductas ex Script. Concilijs, Patrib.* Ad 1. & 2. argum. oppositæ sent. Resp. Esto Ecclesiastici Scriptores nullam expressam mentionem fecerint de duplici amore naturali & supernat. Dei; nego tamen eos implicitam saltem mentionem non fecisse. dum de eo amore loquuntur, qui ex fide procedit, *sine qua*, iudice *Paulo ad Hebr. 11. impossibile placere Deo*, quæque ad Galat. 5. *per charitatem operatur.* Amor autem, qui ex fide procedit, supernaturalis sit oportet, cùm procedat ex obiecto supernat. quale est obiectum fide diuinâ cognitum. 2. dum dilectionem Dei, alteram *vt oportet ad salutem* consequendam, alteram non *vt oportet ad salutem* consequendam, indicant Concilia *Arausic. 2. can. 9. & 25. & Trident. sess. 6. can. 3.* Addendo enim, *vt oportet*, significant, esse aliquam dilectionem, quæ non est, *vt oportet ad salutem*; hæc est dilectio Dei finis naturalis. 3. hanc distinctionem approbant contra *Baium Pius V. & Gregor. XIII.* dum reprobant 34. propos. ipsius, quæ erat: *Distinctio illa duplicis amoris, naturalis videlicet, quo Deus amatur vt auctor naturæ, & gratuiti, quo Deus amatur, vt beatificator est, vana est & commentitia, & ad illudendum sacris litteris, & plurimis veterum testimoniis excogitata.* Hanc ipsam duplicis diuini amoris partitionem tradit *S. Doctor 1. p. q. 60. art. 5. ad 4.* & cum eo reliqui ferè *citati* Scholast. Quòd si interdum ab Ecclesiast. Scriptoribus afferuntur naturalia motiua ad hunc amorem excitandum, vt sunt dona & beneficia naturalia, non tam ab ipsis afferuntur, vt motiua, quibus innitamur, quàm vt præuiæ dispositiones, quibus disponamur ad amorem supernat. formandum.

56. *Ad primam rationem.* Ad 1. rationem, neg. minor. quin multi censent, angelum non posse contra legem naturalem delinquere: illud verum, posse viribus propriis non modò potentiâ physicâ, sed etiam morali legem naturalem ad longum tempus seruare, non tamen ad totam æternitatem, pro quâ necessaria fuissent specialia auxilia intra ordinem naturæ; cùm moraliter sit impossibile, angelum in purâ naturâ constitutum, nullam vmquam in tota æternitate legem naturalem transgressurum. Ad prob. minoris, neg. sequelæ. Nam obseruantia legis, cui beatitudo supernat. promittitur, est obseruantia legis etiam supernaturalis: nec est obseruantia legis naturalis respectu cuiuscumque creaturæ rationalis in quolibet statu constitutæ, sed tantùm respectu hominis in statu naturæ lapsæ, qui cùm ad seruandam legem naturalem egeat speciali auxilio per Christum, mereri potest per talem obseruantiam beatitudinem supernat. Secus esset de angelo in purâ naturâ condito: qui cùm actibus merè naturalibus totam posset legem naturalem seruare, nullum præmium supernat. per talem obseruantiam promereretur. Nam ad præmium supernat. promerendum requiritur meritum, saltem quoad modum supernaturale.

57. *Ad secundam.* Ad 2. maior tantùm est vera de opere pietatis & religionis ad salutem conducente, qualis non esset dilectio Dei vt auctoris naturæ in angelo in purâ naturâ condito. Esto hic idem actus nequeat ab homine lapso exerceri absque speciali auxilio Dei, ob debilitatem sauciatæ naturæ, & rebellionem partis inferioris contra superiorem. Vnde ferè Concilia & Patres intelliguntur de homine in hoc statu naturæ lapsæ, in quo non solùm ad legem superuat. sed etiam ad naturalem pro quocumque tempore seruandam, eget peculiari auxilio Dei, ob naturæ imbecillitatem; non autem de creaturâ rationali in

quouis

Digitized by Google

58. quouis statu posità. Ad 3. *Thomistæ* negarent, sequel. *Ad tertiam.* eò quòd putent, angelum non posse retractare actum, quem ex plenâ deliberatione circa obiectum naturale semel elegit. Cùm nulla ei possit noua ratio ad talem electionem retractandum occurrere.

59. Sed falsum est, *vt infra.* Alij, concedunt sequel. *Resp. Scotus.* ex *Scoto in* 4. *dist.* 14. *qu.* 2. §. *De* 2. *princip. versu, Ad huius intellect. & dist.* 15. *q.* 1. §. *De* 2. *&* §. *Quantum ad istum.* Nam in 1. *loco dist.* 15. docet, posse hominem ex naturalibus cum communi influentia considerare peccatum commissum, vt offensiuum Dei, auersiuum à Deo impeditiuum præmij, & inductiuum supplicij, atque vt sic detestari. In 2. loco prioris §. definiens satisfactionem, esse *reddi-tionem æquivalentis pro æquivalente*, docet, per conuersionem ad Deum, hominem reddere æquiualens Deo: quia quantũ illi abstulit per peccatum, tantumdem illi restituit per contritionis actum. Atque adeò posset in sent. *Scoti* angelus in purâ naturâ conditus per actum contritionis pro commisso peccato Deo satisfacere. Et licet *cit. Scotus* loquatur de conuersione per actum charitatis: eadem tamen est proportio charitatis: ad peccatum, à naturâ ad gratiam eleuatà commissum, ac dilectionis naturalis ad peccatum à naturâ in puris naturalibus *Relicitur.* patratum. Sed contra: mortale, quà contra Deum etiam finem naturalem, est in altiori ordine malitiæ, quàm sit quæcumque puræ creaturæ satisfactio, cùm peccatum in ratione offensæ grauitatẽ sumat ex personâ offensâ: satisfactio valorem accipiat ex personâ satisfaciente: quæ cùm infinitè distet à Deo, nequit pro peccato illi condignè satisfacere.

60. Respondent *Thomistæ*, non posse peccatum *Resp. aliqui Thomist.* ab angelo in purâ naturâ commissum, remitti nisi per gratiam: eo quod in quouis statu commissum reddit subiectum indignum gratiâ; ac proinde vt in eo statu commissum remittatur, indiget gratia. *displicet* Sed contra; in eo statu angelus nullum habuisset debitum habendi, vel conseruandi gratiam: nulla forma est per se necessaria ad delendum peccatum nisi quæ fuit aliquo modo debita ante peccatum. Alioqui etiam ad delendum peccatum necessaria esset vnio hypost quâ peccatum reddit subiectum

61. indignum. Respondent alij peccatum in eo statu *Alia Resp.* commissum non potuisse deleri, cum solæ vires naturales non sint sufficientes ad peccatũ contra Deũ *non arridet.* delendum; Sed contrà in quouis statu viæ debet esse aliquod remedium proportionatum ad peccatũ contra Deum commissum delendum: alioqui non posset creatura rationalis consequi suum finem, qui est vel beatitudo naturalis in statu puræ naturæ, vel beatitudo supernat. in statu gratiæ.

62. Resp. iuxta principia *seq. to.* peccatum ab angelo *Responsio vera.* in purâ naturâ commissum, delendum non per condignam satisfactionem, vti nec de facto deletur in homine per gratiam, ob rationem *suprà*; sed per formæ incompossibilitatem: quæ fuisset perfecta contritio propter Deum finem naturalem super omnia dilectum, Nam eâ posità non potuisset Deus non amare amore naturalis amicitiæ angelum de peccato propter Deum summè dilectum, contritum: repugnat autem, Deum amare angelum *Quæ contritio de facto non sufficiat vt forma incompossibilis cum peccato.* amore naturalis amicitiæ, & in angelo manere peccatum, quod ex diametro opponitur naturali amicitiæ Dei. At nunc peccatum essentialiter includit priuationem gratiæ, qui nisi restituatur, semper manet sub ratione maculæ per ordinẽ ad principium moraliter causatiuum, quod est voluntas peccatoris. Neque amor quo Deus de facto nunc diligit peccatorum contritum, est sufficiens ad illud delendum. Tum quia talis amor in hoc statu non est perfectè conuersiuus Dei ad peccatorem, qui per peccatum se auerterat per priuationem gratiæ, quæ in hoc statu est terminus supernat. amicitiæ diuinæ: amor verò, quo Deus in purâ naturâ se conuerteret ad angelum peccatorem contritum, esset perfectè conuersiuus ipsius ad creaturam: quia tantum per illum se cõuerteret ad angelum quantum ab eodem se per peccatum auertat. Tum quia talis amor Dei nunc non est perfectè amicitiæ supernat. nam hæc vti pro obiecto habet gratiam, quatenus est singularis participatio naturæ diuinæ: ita eamdem habet pro termino: amor verò, quo Deus in purâ naturâ dilexisset angelum peccatorem contritum, fuisset perfectè amicitiæ naturalis, quia in genere amicitiæ naturalis non est assignabilis perfectior. Vnde nunc contritio supernat. est tantum dispositio, cui ex diuinâ ordinatione adiuncta est promissio gratiæ, & peccati remissio: in statu verò puræ naturæ contritio naturalis foret ex parte peccatoris forma formaliter delẽs peccatum; quia essentialiter postulasset dilectionem naturalis amicitiæ Dei erga creaturam, quæ cum peccato in purâ naturâ stare non posset. Nunc autem ne quidem supernat. contritio essentialiter postulat amorem amicitiæ supernat. Dei erga creaturam: nam hic consistit in conuersione Dei ad creaturam per gratiam habitualem, vt *seq. to.*

63. Ad 4. rationem; maior. n. de dilectione, & ti- *Ad quartum* more eiusdem ordinis, nempe naturalis vel super- *rat.* nat. concedo: nam semper dilectio Dei, ceteris paribus, est perfectior timore. Negando de dilectione naturali, & timore supernat. de quo loquitur *Triden.* cum docet, illum esse *donum Dei, & Spiritus* *Ratio.* *sancti impulsum.* Ratio licet amor Dei finis naturalis sit in suo genere perfectissimus, quia in genere actuum naturalium moraliũ non datur perfectior: quia tamen non attingit ordinem supernat. non est tanti valoris & meriti apud Deum, quanti est actus imperfectior ordinis supernat. vti licet intra ordinem naturæ substantia spiritualis sit intra omnia entia creata naturalia perfectissima, adhuc tamen plus *Ratio* amatur à Deo gratia, quæ est accidens, quam natura substantialis. quia quæ sunt ordinis supernat. sunt quædam singulares & augustæ participationes naturæ diuinæ, secundùm proprium modum essendi, & operandi ipsius: ac proinde illa magis diligit vt proprietates suæ naturæ, quàm quæcum- *Instabis* que alia ordinis naturalis. Instabis. Deus diligit gratiam in ordine ad personam, cui illam confert *Conf.* ergo magis diligit personam, quàm gratiam. Confir. gratiam diligit amore concupiscentiæ, personam verò amore amicitiæ. Resp. diligit gratiam *Resp.* vltimatè in ordine ad personam, cui illam confert nego, in ordine ad se, cuius est singularis & augusta participatio, concedo: non plus diligit personam, quàm gratiam nam vtrumque vltimatè diligit in ordine ad seipsum, gratiam ut peculare participationem propriæ naturæ personam vt participationem communem. Ad confir. diligit Deus *Ad conf.* amore amicitiæ supernat. personam, vt distinctam à gratiâ, nego; vt informatam gratiâ, concedo. Eadem quippe gtatia simul est obiectum amoris concupiscentiæ, vt forma distincta à personâ; & amicitiæ vt forma informans & constituens vnum cum personâ, cui confertur. Ad 5. neg. minor. nam 64. licet vna eademque sit bonitas, quâ Deus est sibi *Ad quintum* ipsi bonus, est tamen respectu nostri diuersa, quâ vt auctor est naturæ, & qua largitor est gratiæ: & quia bonitas diuina non specificat affectum nostrũ prout est in se, sed prout cognoscitur à nobis, cùm obiectum voluntatis sit bonum vt cognitum; ideò

Digitized by Google

Deus specificat diuersos actus dilectionis vt finis naturalis, & vt finis supernat. Sicut vna est sanctitas & excellentia, qua Deus est sanctus & excellens in se, hæc tamen cognita discursu naturali, per effectus naturales, fundat virtutem religionis moralis: cognita notitia fidei supernat. fundat virtutem religionis supernat. Quod idem necessariò fatendum erit de reliquis virtutibus moralibus acquisitis. Ceterũ hanc naturalitatem vel supernat. actuum aliqui desumunt ex solo principio influente, vt ille actus sit naturalis qui ex principio naturali, ille supernat. qui proficiscitur ex principio supernat. non ex motiuo. Putant enim circa idem motiuum formale fidei, aut spei ex. gr. versari posse vtrumque actum tam naturalem, quam supernat. eosque tantum differre penes principium naturale & supernat. influens. *Ita Molina inconcordia. disp.* 14, *me.* 1. *& disp.* 32. quem sequitur *Coninck. de actibus supernat. disp.* 5. *dub.* 3. Qnæ opinio mihi non prob. tum quia tollit nobis viam dignoscendi actus supernat. ex motiuo supernat. tum quia hoc ipso, quòd actus ex nobiliori lumine, & influxu tendit in obiectum, tendit sub diuersâ ratione formali sub quâ. Ad confir. *Scoti.* Esto respectus Dei vt auctoris naturæ & gratiæ, vt sic formaliter sumpti, sint respectus rationis; nego tamen, eos vt sic esse formalia motiua actuũ, sed fundamẽtaliter tantùm acceptos: quo pacto in Deo habent rationes virtualiter diuersas per aptitudinẽ ad diuersos terminos, in ordine ad quos concipi possunt. Ex his patet nõ recte *Vasq.* omnem amorẽ amicitiæ, quo Deum diligimus propter se, esse quoad substantiã supernat. omnem verò amorem concupiscentiæ, quo Deum vt bonum nostrum nobis amamus, esse quoad substantiam naturalem. Nam & amor amicitiæ, quo Deũ diligimus vt finem naturalem, est quoad substantiam naturalis: & amor concupiscentiæ, quo Deũ vt bonum nostrum supernat. nobis amamus, est quoad substantiam supernaturalis, cum sit actus spei supernat. iusus. Sed de his *seq. to.*

63. *Supernaturalitas actus vnde?*

Coninck.

Ad confir. Scoti.

66. *Contra Vasquez.*

DISPVTATIO XVIII.

De perfectione Angelorum quoad esse supernaturale.

1. *Esse supernaturale duplex.*

QVOD duplex est; alterum quod habuerunt in via alterum quod possident in termino. Et quia non omnes eumdem terminum adepti sunt disputo de via & termino bonorum & malorum; attingendo tantũ hic quæ propria sunt angelorũ.

SECTIO PRIMA.

An Angeli creati fuerint in beatitudine naturali?

2. *Duplex beatitudo.*

BEATITVDO, altera naturalis, quæ in contemplatione Dei vt finis naturalis; alter supernaturalis, quæ in visione intuitiua & amore beatifico Dei vt finis supernat. consistit. De priori.

3. *Prima sent. affirmans.*

Prima sent. affirmat, omnes angelos primo instanti suæ creationis conditos fuisse beatos beatitudine naturali: *S. Tho. 1. p. qu. 62. ar. 1. & 2. dist. 4. qu. 1. Scotus in 2. dist. 3. qu. 9. §. Ad quæst. & dist. 4. Duran. in 2. dist. 4. qu. 1, Palar. disp. 1. concl. 4. Bann. 1. p. qu. 62. art. 1. dub. 1. Molin. ibid. Suar. lib. 3. de angel. cap. 11.* Fundam. Angeli statim in principio suæ creationis habuerunt quidquid ad completam ipsorum naturalem perfectionem spectat: naturalis autem beatitudo creaturæ rationalis completur naturali cognitione & dilectione Dei finis naturalis; & hæc ipsa pertinet ad completam perfectionem naturalem angelorum: Sc. Angelus ad naturales suas perfectiones acquirendas non eget discursu & successu temporis vt homo, sed statim & in instanti acquirit illas non igitur indiguit tempore ad eas sibi comparandas, sed statim primo instanti suæ creationis illas acquisiuit: cùm nullum fuerit eo instanti impedimentum, & alioqui Angelus naturâ suâ sit propensus ad suas naturales perfectiones completè comparandas. Confir. inamissibilitas non est de ratione cuiuscumque beatitudinis, sed tantũ finalis & termini vltimi, non viæ & inchoatæ. Secunda sent. negat, angelos creatos fuisse cum naturali beatitudine: *Vasquez 1. p. disp.* 226. *c.* 2. quia de essentiâ beatitudinis cuiuscumque est, vt sit perpetua: sed angeli in eâ perfectione naturalis cognitionis & dilectionis Dei finis naturalis, in quâ primò conditi sunt, non omnes perstiterunt: ergo non potuit ea cognitio & naturalis dilectio, quam de Deo, vt fine naturali à principio omnes adepti sunt, habere ueram rationem beatitudinis naturalis. *Augustin. lib.* 11. *de ciuit. cap* 11 *lib. de corrept. & gra. cap.* 10. vbi ad beatit. requirit securitatem eam nũquam amittendi. Tertia negat angelis in principio suæ creationis naturalem beatit. perfectam, ob rationem proximè assignatam; concedit imperfectam, quales esse potest in naturâ intellectuali creata viribus eiusdem naturæ comparata: *Alber. in 2. dist. 4. ar. 2. Bonau. art. 1, qu. 1. Ægid. q. 1, art. 1. Richard. art. 2 qu. 1, Aagen. q. vn, ar. 1.* & c. quia omnes in principio suæ creationis perfectè cognouerunt & dilexerunt Deum finẽ naturalem, fuerunt-que liberi ab omni miseriâ culpæ & pœnæ: ergo fuerunt naturaliter beati, beatitudine saltem imperfectâ & secundum quid. Pro explicatione nota plerosque ex *citatis* conuenire, angelos statim in primo instanti suæ creationis Deum perfectè cognouisse cognitione naturali, eumq; dilexisse dilectione amicitiæ naturalis. exceptis iis, qui negant angelis viribus propriis dilectionem amicitiæ Dei finis naturalis. Concertatio duplex est.

Fundamen.

Confir.

4. *2 sent. negans. Fundamen.*

5. *3. sent. negans de beatit perfecta.*

Fundamen.

6. *Nota.*

Duplex contestatio.

Dico 1. non omnes angeli in eâ dilectione naturalis amicitiæ, quam à principio erga Deum finem naturalem elicuerunt, constanter perstiterunt, sed libere ab illâ cessarunt. Constat in dæmonibus, qui dilectionem naturalis amicitiæ erga Deum verterunt in odium. Est contra *Thomistas disp. præced. sect.* 3. *infrà.* Ceterùm non audent absolutè naturalem beatit. dæmonibus concedere: eo quòd hæc non tantùm inportat cognitionem & dilectionem Dei finis naturalis, sed etiam rectitudinem voluntatis & fruitionem eiusdem, vt summi boni naturaliter cogniti. quâ carent dæmones miseri. Sed contrà: saltem negare non possunt, manere in dæmonibus totam essentiam naturalis beatitatis, quæ tantùm consistit in cognitione & dilectione naturalis amicitiæ Dei finis naturalis cũ inamissibiltate eiusdem. Cetera enim non tam integrant. quàm secuntur essentiam vt proprietates illius. vt ipsi fatentur; in beatitudine supernat. rectitudo voluntatis & fruitio non integrant, sed consequuntur beatitatis essentiam.

7. *Non omnes Angeli constantes perstiterunt in dilectione naturalis amicitiæ erga Deum.*

8.

Dico 2. Absolutè & simpliciter dici non potest, angelos creatos fuisse naturaliter beatos, sed cum addito diminuente, imperfectè, & secundùm quid. Est auctorum tertiæ sent. Nec aliud intendunt auctores

9. *Angeli creati sunt naturaliter beati, imperfectè tamen.*

Digitized by Google

tores secundæ, & multi etiam primæ. Fundam. vt ex August. constat, *seq. to.* de essentiâ perfectæ beatitudinis est inamissibilitas sed primo instanti nullus angelus adeptus est naturalem cognitionem, & dilectiouem Dei vt finis naturalis inamissibiliter: in principio suæ creationis fuit in bono confirmatus, sed omnes puri viatores poterant ab amore Dei, tam naturali quàm supernat. vi propriæ libertatis de sistere sicut de facto destiteruut mali.

10. *Corollaria ex dictis. Fundam.* Deducitur 1. nulla creatura intellectualis viribus propriis, absque speciali auxilio Dei, assequi posset perfectam felicitatem naturalem: quia cùm vi propriæ libertatis sit vertibilis de bono in malum, nulla viribus propriis, absque speciali auxilio Dei, confirmantis voluntatem creatam in bono, naturalem felicitatem, quæ huiusmodi confirmationem in bonum importat, assequi poterit.

11. *Coroll. 2.* 2. Neque primus homo in statu innocentiæ fuit perfectè beatus, beatitudine naturali; sc. illum statum naturalium ac supernat. bonorum non accepit cum perpetuâ perseuerantiâ & inamissibilitate, quæ ad perfectam beatitatem etiam naturalē necessaria est; sed solùm fuisse beatum secundùm quid & imperfectè: & quidem imperfectius, quàm angelum Angelus .n. perfectius Deum cognoscebat diligebatque, & non interruptè, vt homo, sed eodem actu cōtinuato illum cœpit diligere dilectione amicitiæ naturalis vsque ad actum peccati. 3. nulla beatitudo viæ habet veram rationem beatitudinis, nisi fuerunt speciali dono gratiæ, voluntatem in bono confirmantis, stabilita: vti fuit beatitudo supernat. viæ Deiparæ, & Apostolorum: qui ita fuerunt in gratia reliquisque donis supernat. acceptis à Deo confirmati, vt ab illis non potuerint pōtestate consequente, etsi potuerint potestate antecedente, quæ securitatē beatitudinis viæ simpliciter non tollit excidere. Ad fund. primæ, neg minor. de beatit. naturali simpliciter: nam hæc non solùm includit naturalem cognitionem, dilectionemque Dei summi boni naturalis sed etiam inamissibilitatem quam quia non habuerunt angeli in principio suæ creationis, non potuerunt in eo esse naturaliter beati. Concedenda .n. de beatit. naturali imperfectâ & secūdùm quid. Ad conf. etiam beatitudo viæ & qualiscumq; debet stabilire mentem in summo bono, cognitione & dilectione possessio; ab eaque anxietatem de possessa beatit. amittendâ tollere. Nam hoc ipso, quòd est dubia, non potest esse beata. Quòd si prima sent. per beatit. viæ idem intelligat, quod imperfectam, non nisi nomine à nostrâ sent. discrepat. Fundam. secundæ & 3. confirmat nostram sent.

12. *Coroll 3.*

13. *Ad oppos. sent resp.*

14. *Ad conf.*

SECTIO II.

An Angeli fuerint creati in beatitudine supernaturali?

15. *Augustinus dubitandi dedit occasionem.* RATIO dubitandi est auctoritas *August. lib. 4. de Genesi ad litt. à c. 24.* vbi concedit angelis notitiam rerum, matutinam in Verbo, vespertinam in proprio genere: docetque *cap. 32.* angelos priùs cognouisse creaturas vt faciendas in Verbo, quam viderint factas in propriis naturis: *Mens* inquit, *Angelica pura charitate inhærens Verbo Dei postea quam illo ordine creata est, vt præcederet cetera, priùs ea vidit in Verbo Dei facienda, quam facta sunt: ac sic prius in eis fiebant cognitione, cùm Deus dicebat, vt fierent, quam in sua propria natura: quæ itidem facta in eis ipsis etiam cognouit, minore vtique notitia, quæ vespera dicta est.* Vt cognitio rerum in Verbo suponit intuitiuam visionem Dei, in qua beatitudo supernat. consistit. Igitur prius angeli fuerunt beati beatitudine supernat. quàm seipsos, reliquasque creaturas propriâ nouerint notitiâ.

Præterea *ibid.* docet, statim ac creati sunt angeli, adhæsisse creatori suo per claram eius visionem *sed continuo*, inquit, *post verbum Dei facta est lux* (intelligit autem pro luce angelos, qui sub nomine lucis dicuntur creati) *adhæsitque creanti luci lux creata videns illam & se in illa.* Et lib. 11. *de Ciuit. c. 9.* docet angelos bonos numquam fuisse â Deo peregrinatos: nam peregrinari à Deo idem est, ac per fidem ambulare, iuxta illud 2. *ad Corinth. 5. Dum sumus in corpore peregrinamur à Domino, per fidem enim ambulamus, & non per speciem.* Et sæpe *alibi* docet Angelos creatos fuisse beatos. Confir. clara visio Dei initio creationis omnibus angelis communicata in primis commendat liberalitatem Dei erga malos, qui numquam erant ipsum per totam æternitatem visuri. 2. commendat insignem diuinæ charitatis erga malos ostensionem, vt per hanc sui claram visionem euidenter illis ostenderet, ad quam sublimem gloriam, felicemque statum eos creauerat. 3. demum facit ad aliquod leuamen malorum, vt ex tali specie diuinæ visionis in eorum mentibus relicta, aliquam capere possent, si velient, de Deo delectationem, essetq; e illis talis species aliquis ad Deum non offendendum stimulus.

16.

17. *Confirm.*

Constans tamen Scholast. sent nullum angelum initio suæ creationis fuisse patriæ beatitate donatum. Et quidem de malis res est certior, quam vt probatione indigeat. Nam visio clara Dei reddit videntem intrinsecè impeccabilem, at de fide est, malos peccasse: ergo non potuerunt creati beati beatitate patriæ, quæ in clarâ Dei visione consistit. Dices eos tantùm in transitu Deum vidisse: ceterum Deum non offendisse, dum ipsum videbant, sed postquam subtracta ab eis fuit visio. Sed contra: hoc priuilegium videndi Deum in transitu nulli hactenus mortali præscito concessum est, imò nec prædestinatis viatoribus, nisi paucissimis, illisque sanctissimis.

18. *Negant sent. communior. De Angelis malis res est omnino certa.*

De bonis etiam prob. æqua fuit ab initio omnium conditio: nam omnes fuerunt viatores, propriis actibus ex diuinâ gratia proficiscentibus, vt condignis meritis ad propositum brauium tendentibus. Nam eadem lex, quæ decreta est hominibus de consequendâ salute per condigna opera, decreta est etiam angeiis, vt communis *Scholast. ac Patrum sent.* docet & testatur *Gelasius Papa in disp. contra Pelag.* Dein aut angeli sancti fuerunt statim patriæ beatitate donati permanenter, aut transeunter. Primum repugnat cum ipsorum merito, quo sibi gloriam meruerunt, *vt infrà.* Secundum absque fundamento asseritur.

19. *De bonis Angelis etiam probatur.*

Ad auct. *August.* resp. 1. *Scotus in 2. dist. 3. q. 9. §. Ad quæst. versu, Tertio persuad.* cognitio matutina creaturarū in Verbo præcedens vespertinam earūdem in proprio genere, fuit illa naturalis, quam angeli statim de Deo habuerunt per propriam speciem, distinctè & quidditatiuè diuinam essentiam repræsentantem non quidem intuitiuè & in se, sed abstractiuè & in suo proprio repræsentatiuo. In eâ quippe specie distinctè & quidditatiuè cognouerūt angeli essentiam Dei, & in eâ creaturas producendas, vt effectus in causâ, & ideata in suâ ideâ: Vespertina verò fuit cognitio earundem in propriis naturis existentium. Sed contra: ex 10. *disp.* falsum est hoc *Scot.* fundam. dari in Angelis speciem naturalem, diuinam essentiam distinctè & quidditatiuè repræsentantem. Resp. 2. *S. Tho 1. p. q. 62. ar. 1. ad 3.* cognitio matutina in angelis, vna natura

20. *Ad August. responsionis varia 1. Scoti.*

Reiicitur.

21. *Responsio 2. S. Thom.*

Digitized by Google

turalis, alia glorioſa naturalis, qua cognoſcunt Deũ per eius ſimilitudinem in ſeipſis relucentem: glorioſa, quâ cognoſcunt eundem Deum per propriam eſſentiam. Vtraque notitia cognoſcit angelus res in Verbo; ſed naturali, abſtractiue & imperfectè; glorioſa intuitiuè & perfectè. Primam matutinã rerum in Verbo habuerunt angeli in principio ſuæ creationis: & de hâc *cit. Auguſt.* Secundam non habuerunt niſi ſoli boni poſt abſolutam viam in ingreſſu ſupernat. beatitatis. Hæc doctrina vera eſt, vt *diſp.* 10, ad ſoluendum argu. *Scoti.* at *Auguſt.* loquitur de cognitione rerum in Verbo clarè viſo, vt *Scotus cit.* fatetur: *initio cap.* 24. *Quapropter*, inquit, *cùm ſancti Angeli, quibus poſt reſurrectionem coæquabimur, ſi viam, quæ nobis Chriſtus factus eſt vſque in finem tenuerimus, ſemper videant faciem Dei verboque eius vnigenito Filio, ſicut Patri æqualis eſt, perfruamur, in quibus prima omnium creata eſt ſapientia: proculdubio vniuerſam creaturam, in qua ipſi ſunt principaliter conditi, in ipſo Verbo Dei prius nouerunt, in quo ſunt omnium, etiam quæ temporaliter facta ſunt, æternæ rationes, tamquam in eo, per quod facta ſunt omnia: ac deinde in ipſa creatura, quam ſic nouerunt, tamquam infra deſpicientes, eamque referentes ad illius laudem, in cuius incommutabili veritate rationes, ſecundùm quas facta eſt principaliter vident.* Hæc Auguſt. qui paulò poſt hanc ſcientiam rerum in Verbo, appellat *matutinã* igitur Auguſt. non loquitur de cognitione rerum in Verbo abſtractiuè ac naturaliter tantùm cognito alioqui nullum eſſet diſcrimen inter cognitionem matutinam, & veſpertinam.

Difficulter ſaluat S. Auguſt.

22. *Reſponſio vera.*

Quare dic, *Auguſt.* loqui de notitia rerum in Verbo clarè viſo, eamque tantùm appellare *matutinam* comparatione ſcientiæ earumdem rerum extra Verbum, quam *ibid.* vocat veſpertinam cùm docet, matutinam in angelis præceſſiſſe veſpertinam, non loquitur de viatoribus, ſed comprehenſoribus; qui in ingreſſu beatit. priùs intuiti ſunt Deum, in eoq; ſeipſos, & reliquas creaturas producendas, quam res ipſas in propriis naturis exiſtentes. Illud tamen huic reſp. obſtare videtur, quod ibi *Auguſt* loquatur de creatione, non de beatificatione angelorum: docet enim eos creatos fuiſſe ſub nomine lucis, quæ ſtatim creata adhæſit creanti luci, videns illam, & ſe in illâ. Verum propter breuiſſimam moram, quæ interceſſit, pro eodem accipit eo loco beatificationem & creationem ſanctorum Angel. idque vt occommodare poſſet angelicæ cognitioni ſex illos dies, quibus dicitur ab initio conditus mundus. Cùm enim putet vt *diſp.* 2. *ſect.* 15, mundum conditum fuiſſe in inſtanti, ſex illos dies, quibus Scriptura narrat mundum conditum fuiſſe, applicat cognitioni angelorum, reſpectu aliorum, & aliorum obiectorum, quæ ab ipſis cognita fuere. Pro *mane* verò & *veſpere*, quibus ſex illi dies conſtare dicuntur, ſignificari docet duplicem cognitionem Angelorum, alteram rerum in Verbo, quæ ob ſui claritatem *matutina* dicitur; alteram veſpertinam earumdem rerum in proprio genere: quæ quia non ita clara eſt *veſpertina ac decoloratior* nũcupatur. An autem hæc *Auguſt.* ſent. congruat cum Scripturæ hiſtoriâ, & reliquis, Patrum teſtimoniis, alii iudicent *leg. Molina tract. de opere ſex dierum diſp.* 1. *& Suarez ibid. lib.* 1. *cap.* 11.

23. *Noua difficultas occurritur.*

Manè & veſpere in 1. *Gen. quid?*

24. *Peregrinari à domino quid?*

Iuxta ea quæ dicta ſunt, intellige *Auguſt.* vbi docet, lucem Angelicam ſtatim à Deo formatam adhæſiſſe creanti luci per illius viſionem. nam propter breuem moram inter creationem & beatificationem, illa duo non diſtinguit. Facilior eſt locus *lib.* 11. *de ciuit. cap.* 9., vbi Angeli boni numquam dicuntur fuiſſe à Deo peregrinati. nam *peregrinari à Deo* non accipit ibi eo ſenſu, quo Paulus pro ambulare in fide, ſed pro ſeparari ſeu apoſtatari à Deo per peccatum, iuxta illud *Luca* 15. quod de filio prodigo dicitur: *Et peregere profectus eſt in regionem longinquam*: quod de peregrinatione per peccatum intelligunt Patres. Ceterũ ad explic. *Auguſt.* vbi docere videtur, angelos creatos fuiſſe beatos, diſtinguenda beatitudo, duplex altera viæ ſemiplena & imperfecta; altera patriæ plena & perfecta: ita de *correp. & gratiâ cap.* 10. *Diabolus verò & angeli eius etſi beati erant antequam caderent, & ſe in miſeriam caſuros eſſe neſciebant, erat tamen adhuc quod eorum adderetur beatitudini, ſi per liberum arbitrium in veritate ſtetiſſent, donec iſtam ſummæ beatitudinis plenitudinem, tamquam præmium ipſius permanſionis acciperent, id eſt, vt magna per Spiritum ſanctum data abundantia charitatis Dei, cadere vlterius omnino non poſſent, & hoc de ſe certiſſimè noſſent. Hanc plenitudinem beatitudinis non habebant, ſed quia neſciebant ſuam futuram miſeriam, minore quidem, ſed tamen beatitudine ſine vllo vitio fruebantur. Nam ſi ſuum caſum futurum noſſent, æternumque ſupplicium, beati vtique eſſe non poſſent, quos huius tanti mali metus iam tunc miſeros eſſe compelleret.* Eod. modo loquitur *ibid. & lib.* 12. *de ciuit. cap.* 12. de primo homine, quem pariter docet fuiſſe ad initio beatum, quia ſine ullo uitio, & abſque ſui futuri caſus præſcientiâ creatus eſt. Ex quibus duplex in ſent. *Aug.* beatitudo, altera cũ certâ ſciẽtiâ futuræ perẽnitatis altera abſque ſcientiâ futuræ miſeriæ: Prior plena & perfecta, quam ſoli beati poſſident; poſterior ſemiplena & imperfecta, quam omnes Angeli, & primi homines initio ſuæ creationis habuerunt: & quam etiam *cit. lib.* 11. cap. 12. habere docet homines, qui *iuſte & pie cum ſpe tantum futuræ immortalitatis hanc vitam ducunt ſine crimine vaſtante conſcientiã.* Sc. qui non habet certam ſcientiam futuræ perennitatis, hoc ipſo dubius eſt de ſuâ futurâ felicitate cùm hæc pendeat tum à diuinâ, tum à propriâ voluntate, quæ mutabilis eſt, nec poterit cum tali dubio eſſe plenè & perfectè beatus.

Doctrina Auguſt.

Duplex beatitudo in ſententia Auguſt.

Ad confir. nego vllam rationem ex aſſignatis ſufficientem eſſe vt dicamus, angelos malos Deum aliquando vidiſſe: non primam, nam liberalitas Dei ſat erga rebelles ſe oſtendit, in eorum naturis exornandis tot tantiſque naturæ ac gratiæ donis, quibus illi malè vſi ſunt; Non ſecundam; nam hunc inſignem charitatis affectum ſufficientiſſimè Deus illis declarauit, dum tot tantaque dona ſupra eorum merita impertiuit. Ceterum ad oſtendendum illis, ad quam ſublimem gloriam, felicemque ſtatum eos erat euecturus, non opus erat clara ſui viſione, ſed ſat fuit infallibilis fidei reuelatio proprio ſuo teſtimonio vt proprio ſigillo obſignata, quam omnibus ab initio fecit. vt eadem infallibilis reuelatio de futurâ gloriâ conferendâ, ſufficit hominibus. Non demum ſufficit tertia ratio: tum quia memoria præteritæ viſionis potius fuiſſet dæmonibus materia acerbioris pœnæ ac triſtitiæ, dum recordarentur à tam ſublimi gloriâ ſe deiectos: tum quia etiamſi talis memoria fuiſſet eis cauſa alicuius ſolaminis, eo tamen digni non eſſent, qui tantâ pertinaciâ auſi ſunt contra Deum rebellare.

26. *Reſp. ad ſundam. oppoſita ſent.*

Digitized by Google

SECTIO III.

An Angeli creati sint in gratiâ & iustitiâ habituali.

27. *Duplex gratia.*

GRATIA, habitualis vna quæ sanctificans dicitur, & necessaria est ad opera æternæ vitæ condignè meritoria; actualis altera, quæ & auxiliatrix nuncupatur; & consistit in supernat. cogitatione intellectus, & piâ affectione voluntatis, quas, teste *August.* Deus infundit creaturæ, absque liberâ cooperatione ipsius, & in supernat. influxu Dei ad actus aliquo modo supernaturales. Potissima difficultas est de gratiâ habituali. Prima sent. negat, Angelos creatos fuisse in gratia habituali, sed in purâ tantum natura: *Hugo. Victorin sum. tract. 2. c. 2. & lib. 1. de Sacra. p. c. 19. Alens. 2. p. q. 19. me. 2. Henri. quodlib. 8. qu. 10. §. Ad dubit. Magist. in 2. dist. 3. c. 6. & dist. 5. c. 2. 4. & 6. Bonau. in 2. dist. 4. art. 1. q. 2. Richard. art. 2. qu. 2. AEgid. q. 1. art. 4. Argen. art. 2. Rubio. q. 3. Mayro q. 1. Marsil. q. 4. art. 1. concl. 1.* vtramque sent. vt probabilem defendunt *Scotus in 2. dist 5, q. 1. §. Ad inquir. Gabriel dist. 4. vn. ar. 2. concl. vn. Palat. disp. 2.* Omnes huius auctores conueniunt, angelos malos numquam habuisse gratiam habitualem, excepto *Scoto*, qui in vtraque sent. docet omnes habuisse vel in ipsa creatione iuxta aliam sent. vel paulò pòst iuxta hanc quam gratiam mali per peccatum amiserunt, & boni per actus meritorios conseruarunt & auxerunt. Fundam. si semel angeli habitualem iustitiam accepissent, numquam ab eâ recessissent: tum quia quod semel angelus deliberatè eligit, nunquam deserit: si autem gratiam habitualem accepissent, procul dubio illam per aliquod meritum saltem de congruo accepissent: ergo deliberatè illam sibi elegissent: igitur semel electam numquam per peccatum deseruissent. Tum quia si mali habuissent gratiam habitualem, illam perfectè cognouissent: nam angelo debita est comprehensiua notitia omnium, quæ habet in se. at comprehendendo gratiam habitualem, comprehendisset illam vt singularem & augustam participationem naturæ diuinæ; & vt principiũ exigens visionẽ & amorem beatificũ, & reliquas operationes proprias Dei; ergo non potuisset illam sibi nõ amare; nec potuisset ab eâ per peccatũ recedere. Conf. plus perfectiusq; angelus sibi diligit esse supernat. quã naturale sedesse naturale necessariò sibi diligit: ergo etiam esse supernat. quod mediante gratia diuina participat: at non possumus ab illa perfectione voluntariè recedere, quam necessariò amamus. Probant 2. primus homo non fuit in gratia conditus: ergo nec Angelus. nam magis necessaria fuit gratia homini, propter maiorem naturæ imbecillitatem, & sensibilium obiectorum incitamenta: Antec. colligitur ex *August. lib. cenit. cap. 12.* vbi docet, quantum ad spem futuræ vitæ, beatiores esse homines in natura lapsa, quam fuerit primus homo in paradiso; hoc autem verum esse non potest, nisi ratione gratiæ, quã habet homo in natura lapsa, & non habuit in natura integra, idem confirmat *lib. de corrept. & gratia cap. 10. Saluberrimè confitemur, Deum Dominumque rerum omnium, sic ordinasse Angelorum & hominum vitam, vt in ea prius ostenderet, quid posset eorum liberum arbitrium, deinde quid posset gratia beneficium.* Ergo non prius data est eis gratia, quam operata fuerit natura per liberum arbitrium. 3. Colligunt hanc sent. ex variis Patrum testimoniis. 1. *ex August.* qui *lib. 1. de Genesi ad litter. cap. 3. & 17. & lib. 2. c. 8. & lib. 4. c. 21. & 22.* & sæpe alibi, nomine cælorum intelligit angelos, qui prius quam formarentur luce gratiæ, creati sunt informes, vt cæli. Ita scribit *ci. lib. 4. cap. 22. Si lux ista, quæ primitus creata est non corporalis, sed spiritualis est, sicut post tenebras facta est, vbi intelligitur à sua quadã informitate ad Creatorem conuersa, atque formata,* &c. 2. August. *l. b. 11. de Genesi ad litt. c. 19. fine* docet, angelos malos ab ipso suæ conditionis exordio cecidisse, nec aliquando in veritate stetisse: id explicat c. 23 *Quod ergo putatur numquam diabolus in veritate stetisse, non quam cum Angelis beatam duxisse vitam, sed ab ipsa sua conditionis initio cecidisse, non sic accipiendum est, vt non propria voluntate deprauatus, sed malus à bono Deo creatus putetur.* Et paulò pòst ita subdit: *Vnde beata, atque Angelicæ vitæ dulcedinem non gustauit, quam non vtique acceptam fastidiuit, sed nolendo accipere deseruit & amisit.* Quod magis explicat: *Ille continuo impius, consequenter & mente cæcus, non ex eo quod acceperat cecidit sed ex eo quod acciperet, si subdi voluisset Deo. Quod profecto quia noluit, & ab eo, quod accepturus erat, cecidit.* Vbi diaboli casum non explicat per amissionem boni, quod acceperat, sed quod accepturus erat, si rectè operatus fuisset. 3. ex Gregorio 32 *moral. c.* 25. vbi explicans locum Ezech. 28. *Et foramina tua in die, quâ conditus es, præparata sunt,* ita scribit: *Foramina idcirco in lapidibus fiunt, vt vinculati auro in ornamenti compositione iungantur, & nequaquam à se dissideant, quos interfusum aurum repletis foraminibus ligat. Huius ergo lapidis in die conditionis suæ foramina præparata sunt, quia videlicet capax charitatis est conditus, quæ si repleri voluisset, stantibus Angelis, tamquam positus in regis ornamento lapidibus potuisset inhærere. Si enim charitatis auro sese pendentibus præbuisset, sanctis Angelis sociatus, in ornamento, vt diximus, regio lapis fixus maneret. Habuit ergo lapis iste foramina, sed per superbiæ vitium charitatis auro non sunt repleta. Nam quia idcirco ligantur auro, ne cadant, idcirco iste cecidit, quia etiam perforatus manu artificis, amoris vinculis ligari contempsit.* Ergo in sent *Gregorij* angeli mali solùm creati sunt capaces ad charitatem habendam, quam quia superbiæ vitio contempserunt, à Deo non acceperunt.

28. *1. Sent. negat.*

Angelos malos numquam habuisse gratiam.

29. *Fundam.*

Confirm.

30. *Prob. 2.*

à fortiori. ex Aug.

31. *Prob. 3.*

32. *S. Gregor. Ezech. 28.*

Secunda affirmat, omnes angelos tam bonos, quàm malos creatos fuisse in gratiâ & iustitiâ habituali: *S. Thom. 1. p. q. 62. art. 3. & 4. & in 2. dist. 4 q. 1. art. 3. & quodlib. 9 q. 4. art. 3. Albert. in 2. dist. 3. art. 12 Durand. dist 4 q. 2. Arimin. q. vn. art. 3. concl. 1. Capreol. q. 1. art. 3 ad 1. Gregor. con. 5. concl. Maior. q. 1. Caiet. 1. p q. 62. art. 3. & 4. Soti lib. 1. de nat. & grat. cap. 5. post med. Bannez 1. p. q 62. ar 3. concl. 2. Zumel ibid. q. 1. con. 1 4. Molina, Vasquez disp 227. c. 2. Valent. ibid. q. sua 13. pu. 1. Suar. lib. 5. de angel. c 4.* &c. Quæ sent. probabilior est, & Scripturis ac Patrum testimoniis magis consona; nec obscurè colligitur ex illo. *Ezech. 28. Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia & perfectus decore: omnis lapis pretiosus operimentum tuum. Tu Cherub perfectus in viis tuis à die conditionis tuæ, donec inuenta est iniquitas in te.* Quem locum etsi non omnes Patres intelligunt de Lucifero, inter quos est *August. lib. 11. de Genesi ad litt. c. 25.* qui illum intelligit de membris diaboli, qui sunt homines mali; communiter tamen illum interpretantur de Lucifero sub personâ Principis Tyriorum, vt *Tertull. lib. 2 con. Marcio. Hieron. in hunc loc. Ambros. lib. de paradiso c. 2. August. 11 de Ciuit. c. 15. Gregor. lib 32. moral. c. 1. 24 & 25. Theolor. relatus à Glossa in Ezech. Beda lib. quæst q. 9. Isidor. de summo bono c. 12.* &c. Ex quo sic arguo. Lucifer fuit perfectus à die conditionis

33. *Probabilior sent affirm. Angelos omnes in gratia habituali creatos.*

34. *Prob 1 ex Ezech. 28.*

tionis suæ, donec inuenta est iniquitas in eo: igitur aliquid per peccatum amisit, quod à die conditionis suæ acceperat, alioqui non fuisset à die conditionis suæ perfectus, donec inuenta esset iniquitas in eo. Hoc autem non potuit esse perfectio aliqua naturalis, quia nullam perfectionem naturalem amisit per peccatum; nam vt est commune Patrum & Theol. axioma, omnia naturalia post peccatum manserunt integra in angelis. Ergo fuit aliqua perfectio supernat. Hæc autem fuit gratia habitualis sub nomine signaculi similitudinis Dei expressa; cùm sit singularis participatio, & quasi character naturæ diuinæ. Vnde *Similitudinem Dei* illam appellat *Bernardus serm. 5. & 86.* in cantica. *Copiam diuinæ essentiæ* Nyssenus *super cantica hom. 4. Picturam Dei* Ambrosius *lib 6. Hexam. c. 8. Ipsam naturam diuinam participatam* S. Thom. 1. 2. *q.* 110. *ar.* 3.

Gratia est Dei similitudo &c.

35. *Prob. 2. ex Patribus. Basilius.* Eamdem sent. docent Patres. 1. Basilius *in Psal.* 32. *Angelos namq; initio, vt essent, Verbum opifex omnium condidit: sanctificationem verò simul impendit ipsis Spiritus sanctus. Non enim in infantili statura sunt creati, deinde paulatim exercitati atque perfecti, sic Spiritu susceptione dignissimi habiti, sed in prima constitutione, & quasi quadam conspersione sua substantiæ simul infusam habuerunt sanctitatem.* Quo quid pro hâc sent. clariùs? 2. Cyrillus *lib. 6. in Ioann. cap. 6.* vbi de diabolo. *In veritate,* inquit, *non stetit, quia prolapsus est à veritate, nec voluit manere in suæ originis sanctitate. Factus enim fuerat ad imaginem & similitudinem Dei: sed superbiendo retinuit quidem imaginem, quia non perdidit naturam immortalitatis; amisit tamen veritatem similitudinis.* Per veritatem autem similitudinis intelligit gratiam habitualem, quam, vt *suprà*, nomine similitudinis Dei intelligunt Patres. 3. Damascenus *lib. 2. de fide Orthod. c. 3. Per Verbum Dei creati sunt Angeli, & per sanctificationem Spiritus sancti perfecti, proq; suæ dignitatis, & ordinis ratione illuminationem, & gratiam participantes.* Hæc Damasc. qui angelos pro suæ dignitatis ordine in ipsa creatione diuinæ gratiæ participes agnoscit. 4. Hieronym. *in cap. 3. Oseæ init: Pristinam gratiam perdiderunt, sicut dæmones, qui lapsi de propria dignitate, & nihil antiquæ gratiæ possidentes, aridi sunt, & veteri siccitate marcescentes.* Igitur in sent. *Hieron.* dæmones aliquando fuerunt in gratiâ. Quòd illam habuerint ab initio creationis, colligitur ex *eod. cit. Ezech.* 28. 5. Ambrosius *in Psal.* 118. *serm. 7. Superbi iniquè agebant,* docet *Ipse diabolus per superbiam naturæ suæ amisit gratiam.* Vbi nota τὸ *naturæ suæ*, non coniungi cum *gratiâ*, quasi amiserit gratiam suæ naturæ, sed cum *superbiâ*, vt sensus sit, per superbiam excellentiæ propriæ naturæ, amisit gratiam. 6. Augustinus *lib. 11. de Ciuit. c. 9.* docet, angelos statim creatos participes fuisse lucis æternæ. Nec intelligi potest tantùm de bonis: nam *cap. 13. Æqualis,* inquit, *felicitatis omnes ab initio creati sunt*: Nec de participatione sapientiæ & luminis naturalis: nam statim subiungit: *Et ita fuerunt, donec isti, qui nunc mali sunt, ab illo bonitatis lumine sua voluntate cecidissent.* Non ceciderunt autem à sapientiâ & lumine naturali, quæ post peccatum manserunt integra, sed à iustitiâ & lumine supernat. Et *l. 12. cap. 9.* docet, numquam bonos absque bonâ fuisse voluntate, in quâ & mali creati sunt. 7. Gregorius *lib. 32. moral. cap. 24.* sic de Lucifero scribit: *Quid namque boni non habuit, si signaculum Dei similitudinis fuit? De sigillo quippe annuli talis similitudo imaginaliter exprimitur, qualis in sigillo eodem essentialiter habetur. Et licet homo ad similitudinem Dei creatus sit, Angelo tamen quasi maius aliquid tribuens, non eum ad similitudinem Dei conditum, sed ipsum signaculum Dei similitudinem dicit, vt quo subtilior est in natura, eo in illo similitudo Dei plenius credatur.* Et cap. 25. explicans Luciferi perfectiones, quas à Deo acceperat; *Qui in medio*, inquit, *ignitorum lapidum perfectus ambulauit: quia inter Angelorum corda charitatis igne succensa, clarus gloria conditoris extitit. Quem bene extentum, ac protegentem dicit: omne enim, quod extenti protegimus, obumbramus. Et quia comparatione claritatis suæ ceterorum claritatem obumbrasse creditur, ipse extentus & protegens fuisse perhibetur. Reliquos enim quasi obumbrando operuit, qui eorum magnitudinem excellentia maiore transcendit.* Quòd loquatur de excellentia supernat. ortâ à gratiâ, & virtutibus supernat. constat ex iis, quæ *cap. 26.* subiungit: *De quo idcirco tam mira, in quibus fuit, & quæ amisit, insinuat.* Non amisit autem Lucifer excellentiam suæ naturæ, quæ integra manet, sed excellentiam gratiæ, & donorum supernat. 8. Anselm. *de casu diaboli c. 6.* sic de malis ratiocinatur: *Illi verò Angeli, qui maluerunt illud plus, quod nondum Deus illis dare volebat, quàm stare in iustitia, in qua facti erant: eadem iustitia iudicante, & illud, propter quod illam contempserunt, nequaquam obtinuerunt; & quod tenebant bonum amiserunt.* Amiserunt autem non bonum naturale, *vt suprà*, sed bonum supernat. in quo creati fuerant.

36. *Cyrillus.*

37. *Damascen.*

38. *Hieronym.*

39. *Ambrosius.*

40. *Augustinus.*

41. *Gregor.*

42. *Anselmus.*

Prob. ratione: Prima. Angeli creati sunt à Deo, vt per condigna merita supernaturalem beatitatem consequerentur: ad hoc autem necessaria erat gratia habitualis sanctificans: ergo illam habuerunt à principio creationis. Nam à principio creationis Angeli erant capaces supernaturalem beatit. condignis actibus sibi promerendi. Maior constat à paritate hominum, à quâ lege non fuerunt exempti angeli, vt ex Patribus constat. Et confirm. hic modus consequendi beatitudinem per condigna merita altior est, & conformior tum diuinæ prouidentiæ, quæ quoad fieri potest res ad suos fines perducit mediante cooperatione earum: tum dignitati naturæ intellectricis. Nobilior quippe modus est vt pura creatura beatitudinem consequatur vt præmium per opera condignè meritoria, quàm vt purum donum & gratis. Dixi, *puræ creaturæ*, vt exciperem Christum, qui beatitudinem animæ accepit altiori titulo naturalis filiationis Dei: quia si illam accepisset per propria merita, primus actus meritorius debuisset præcedere visionem beatam Dei; cùm non potuisset per actum visionis, visionem sibi promereri: ita vt primus actus animæ Christi erga Deum, non fuisset intuitiuus Dei, sed abstractiuus; quod non decuit. Minor prob. tum quia ad condignum meritum requiritur persona positiuè digna & amica præmianti: Fit autem viatrix positiuè digna & amica Dei per solam gratiam habitualem, vt *seq. tom.* Tum quia ad condignum meritum requiritur æqualitas operis ad præmium, vt *de merito.* At nullum opus puræ creaturæ viatricis potest esse æqualis valoris cũ beatitudine supernat. nisi fit dignificatũ à gratiâ habituali. Quia etiã auxilio supernat. elicitũ non est tãtę perfectionis & dignitatis, quãtæ est visio Dei, in quâ principaliter beatitudo supernat. cõsistit, nisi fit à gratiâ habituali dignificatũ. Hæc enim, cùm sit perfecta participatio naturæ diuinæ, & principium exigens omnes diuinas operationes creaturæ communicabiles, est forma perfectior saltem quoad entitatem visione beatificâ, quippe quæ exigit illam sicut principium exigit suam propriam operationem: ac proinde opus condignificatum ab ipsâ erit condignum meritum visionis beatæ.

43. *Eadem sententione prob: Minor hac.*

Prob.

Descriptio gratiæ habitualis.

2. Primus homo creatus est in gratia: ergo & angelus. Nam ideò creatus est homo in gratiâ, vt per illam consequeretur supernat. beatit. at etiam

44. *Ratio 2.*

Ange-

Angelus eam consequi debebat : Antecedens colligitur ex *Anacleto ex ep.* 1. & docet *Trident. sess.* 5. *in decre. de pecc. orig.* vbi definit, Adam per peccatum *statim sanctitatem & iustitiam, in qua constitutus fuerat amisisse.* Et quidem quoad infusionem gratiæ simpliciter, sent. hæc est adeò certa de angelis, vt oppositam *Valent. cit.* appellet *temerariam.* Quoad infusionem verò in eodem instanti creationis, res est longè probabilior : tum à paritate primi parentis, qui ex *Concilio Arausi.* 2. *can.* 19. gratiam accepit in ipso instanti creationis : *Natura humana etiamsi in illa integritate, in qua est condita permaneret,* &c. Vbi *In quâ est condita,* idem sonat, ac in quâ est creata. Quòd loquatur de integritate gratiæ, constat ex verbis, quæ subdit : *Vnde cùm sine gratiâ Dei salutem non posset custodire, quam accepit.* Tum quia *Dei perfecta sunt opera,* & angeli ab exordio creationis erant capaces meriti de condigno respectu beatitudinis supernat. ergo dicendum, statim illis gratiam habitualem fuisse collatam, cùm nullum fuerit in exordio creationis obstaculum.

Valentia censura.

45. *Corollaria.* Deducitur 1. omnes angelos initio creationis simul cum iustitiâ habituali accepisse omnes virtutes supernat. tres Theologales, fidem, spem, charitatem, & reliquas infusas moral s angelicæ naturæ proportionatas. Indicat *August.* 12 *de ciuit. c.* 9. vbi non minùs de angelis, quàm de hominibus intelligit locum *ad Rom.* 5. *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum.* Ex quo loco Theologi hanc infusionem virtutum supernat. in homine. Quia non minùs angeli, quàm homines indiguerunt habitibus supernat. ad connaturaliter eliciendos actus æternæ vitæ condignè meritorios. At hæc est potissima ratio, cur huiusmodi habitus infundantur hominibus. Confirm. cùm angeli fuerint aliquando viatores, debuerunt in viâ esse perfectè instructi in ordine ad actus supernat. quos vt propriæ naturæ consentaneos poterant in viâ exercere ; sc. omnes actus virtutum Theologalium, & infusarum moralium angelicæ naturæ proportionatarum : igitur omnes illas debuerunt in viâ habere tam boni, qui propriis meritis eas sibi auxerunt, quàm mali, qui statim post peccatũ eas amiserunt.

Ratio demonstrans.

Conf.

46. *Non omnes virtutes morales infusæ sunt Angelis proportionatæ. Dices* 1.

Dixi, *naturæ angelicæ proportionatas.* nam multæ sunt virtutes infusæ morales, quæ non sunt angelicæ naturæ proportionatæ, quales sunt quæ ad appetitum sensitiuum moderandum ordinantur ; quem non habent angeli. Hæc tamen desunt, qui has etiam virtutes appetitûs sensitiui moderatrices collocent in angelis. 1. Quia licet illæ non sint ad operandum necessariæ, possunt tamen eis esse ad ornamentum : Ita character in homine non est ad operandum, sed solùm ad ornamentum. 2. Possunt angeli ex affectu & motiuo talium virtutum eas hominibus desiderare & procurare. 3. Multi in Christo & B. Virgine ponunt habitum pœnitentiæ supernat. cuius tamen potissimus actus, qui est proprij peccati detestatio, esse non potuit.

Conf. 2. 3.

47. *Virtutes appetitus sensitiui moderatrices non sunt infusæ Angelis.*

At longè probabilius non esse huiusmodi virtutes, appetitûs sensitiui moderatrices, angelis infusas. Quia vbi non potest habere locum primarius effectus & finis virtutis, sc. moderatio appetitus sensitiui, qui in angelis non est, virtus non est ponenda : nam vbi cessat primarius effectus & finis virtutis, cessat primarium motiuum Dei illam producendi : sc. principale motiuum Dei virtutem producendi, est ipse principalis finis virtutis. Cùm enim Deus res producat, illas ad suos fines per intrinsecam inclinationem & propensionem dirigendo ; hoc ipso, quòd res aliqua proficiscitur ex liberâ voluntate Dei cum intrinsecâ propensione ad aliquem finem, talis finis est motiuum Dei producentis ac ordinantis rem ad talem finem : cùm non possit Deus non intendere id, quod liberè producit. Et quamuis possit infundere propter fines secundarios ; probabile tamen non est primario fine cessante, eas à Deo infundi. Constat 1. in habitu supernat. fidei ; hic quia eius primarius finis cessat in beatis, non fuit Animæ Christi infusus. 2. alioqui multos habitus beatorum proprios, ob huiusmodi secundarios fines, infunderet Deus viatoribus. Dices. Manent istæ virtutes appetitum moderantes in hominibus beatis, in quibus tamen non exercent suum primarium effectum, cùm in patriâ esset omnis necessitas appetitum moderandi. Resp. plus requiri ad rem primò producendam, quàm ad eam semel productam conseruandam. Nam quando res primò producitur, nullum habet ius ad esse, quod primò accipit : postquam verò producta est, acquirit naturale ius ad proprium esse, quo non priuatur, nisi sit prorsus inutile, & nullius effectûs capax. Quia igitur virtutes infusæ, appetitûs sensitiui moderatrices possunt in beatis habere aliquem effectum, saltem secundarium complacentiæ de actibus præteritis ex proprio motiuo earum, non corrumpuntur, sed perseuerant in beatis.

48. *Respondetur hoc ius ad esse.*

Ad 1. oppositæ ; patet : ornatus non est primarius finis virtutis. Ad confirm. nego characterem esse tantùm ad ornatum animæ, sed primariò ad habilitandam animam, vel ad Sacramenta suscipienda, vt Baptismatis ; vel ad Christi militiam profitendam, vt Chrismatis ; vel ad sacras functiones validè peragendas, vt character Ordinis : qui omnes manent in Patriâ ad ornatum, & distinctionem obsignatorum à non obsignatis. Ad 2. ille finis secundarius est, qui de potentiâ ordinatâ sufficiens non est ad virtutem primò producendam ; & potest ex nobiliori & connaturaliori motiuo exerceri, scilicet ex motiuo charitatis, ex cuius motiuo & nobiliùs, & connaturaliùs omnia bona proximo diligimus & procuramus. Ad 3. primarius effectus pœnitentiæ supernat. non est proprium peccatum detestari, sed supremo iuri, quod Deus habet in actiones morales creaturæ, se conformare, & contrarium tali iuri siue proprium, siue alienum detestari. Quos actus, cùm imperfectionem non inuoluant, exercere potest virtus pœnitentiæ supernat. in animâ Christi, eiusque Matris, vt *tom.* 8.

49. *Resp. ad* 1. *Ad conf.* *Ad* 2. *Ad* 3.

Deducitur 2. Omnes virtutes Angelis infusas, esse eiusdem rationis specificæ cum virtutibus infusis hominibus. Constat 1. à paritate gratiæ habitualis, luminis gloriæ, & charitatis beatificæ, quæ ex communi sent. sunt eiusdem rationis in vtrisque. 2. tam hominum, quàm angelorum virtutes supernat. tenduntad idem obiectum formale ; suntque connaturales ptoprietates eiusdem gratiæ habitualis, à quâ & moraliter dimanant. 3. virtutes supernat. non specificantur à proprio modo operandi creaturæ, cui infunduntur, sed à proprio modo operàndi Dei, cuius sunt naturales quasi proprietates. At hic modus proprius operandi Dei est idem, siue participetur ab angelo, siue ab homine. Maior prob. non sunt proprietates naturæ creatæ, cui infunduntur, sed increatæ, ad quam dicunt peculiarem ordinem. Dices. Fides non fuit eiusdem rationis in angelis viatoribus, ac in hominibus : nam in angelis fuit cum euidentiâ in attestante ; in nobis est cum obscuritate diuinæ attestationis. Sed fides euidens in attestante specie differt à fide obscurâ in attestante : quia vna tendit ad

50. *Virtutes infusæ Angelis eiusdem rationis specificæ sunt cum infusis hominibus.* *A priori.*

51. *Obiectio.*

Digitized by Google

dit ad obiectum materiale per euidentiam obiecti formalis; altera tendit ad obiectum materiale per obscuritatem obiecti formalis. Respond. 1. neg. antec. vniuersaliter de omnibus angelis: nam, vt constabit, non omnes, sed vnus tantùm angelus habuit euidentiam mysteriorum reuelatorum in attestante in viâ: reliqui habuerunt actum obscurum fidei, quo eadem mysteria reuelata crediderunt ex testimonio Dei obscurè sibi applicato ab vno, qui in angelorum republicâ ex ordinatione Dei constitutus erat caput, & director omnium in rebus ad vitam æternam pertinentibus. 2. etiam in pluribus hominibus viatoribus communicatum est lumen propheticum, quod ad mysteria reuelata tendit per assensum euidentem in attestante: ergo habitus supernat. fidei infusus angelis fuit eiusdem rationis cum lumine infuso Prophetis.

Solutio 1.

Solutio 2.

52. *Ad fund. pro 1. sent. resp.* Ad fund. oppositæ nego sequel. ad 1. prob. nego maior. de quâ infrà: nec concedenda minor; de quâ re *mox*. Ad 2. esto angelus viator naturam gratiæ habitualis perfectè comprehendat: eâ tamen comprehensâ, adhuc non videt intuitiuè Deum, vt obiectum visionis, & amoris beatifici, quod solum posset angeli voluntatem confirmare in acceptâ gratiâ conseruandâ; sed tantùm abstractiuè: quod non sufficit ad necessitandam voluntatem angeli in accepto bono perfistendo. Ad confirm. neg. simpliciter maior in sensu intento; 1. quia esse supernaturale gratiæ diligit amore concupiscentiæ, seu propter proprium esse naturæ: esse verò naturale propriæ naturæ diligit amore amicitiæ seu beneuolentiæ, seu seipsum vt finem cui. 2. quia sine esse supernat gratiæ potest angelus simpliciter esse, non sine esse naturali propriæ substantiæ. 3. quia esse supernaturale gratiæ angelus apprehendere potest sub aliquâ ratione mali, saltem ardui ac difficilis, cùm ad illam seruandam, vel consequendam necessaria sit præceptorum obseruantia. Contrà verò, esse naturale propriæ substantiæ sub nullâ ratione mali, ne ardui quidem ac difficilis apprehendi potest, cùm non sit amissibile, vel acquisibile, ac proinde ad illud conseruandum, vel acquirendum non est opus angelo præceptorum obseruantiâ. Atque ex his constat, posse angelum recedere à conseruatione esse gratiæ supernat. non à conseruatione esse naturalis proprij suppositi. Ad 2. neg. antec. ex dictis. Ad prob. *Augustinus* eo loco non comparat iustum in naturâ lapsâ cum primo homine in paradiso constituto, quantùm ad spem futuræ vitæ simpliciter; sed iustum in naturâ lapsâ habentem certam reuelationem de futurâ vitâ cum primo homine in paradiso constituto absque huiusmodi certitudine; *Quantum itaque pertinet ad delectationem præsentis boni, beatior erat primus homo in paradiso, quàm quilibet iustus in hac infirmitate mortali. Quantum autem ad spem futuri boni, beatior quilibet in quibuslibet cruciatibus corporis, cui non opinione, sed certa veritate manifestum est, sine fine se habiturum omni molestia carentem societatem Angelorum in participatione summi Dei, quam erat ille homo sui casus incertus in magna illa felicitate paradisi.* Ad aliud dico, ibi non loqui de libero arbitrio in puris naturalibus constituto; nam infrà subiungit, *Denique Angeli quidem per liberum arbitrium à Domino Deo refugæ facti sunt: refugientes tamen eius bonitatem, qua beati fuerunt, non potuerunt, eius effugere iudicium.* Supponit ergo per peccatum eos amisisse bonitatem, sc. sibi inhærentem, quâ beati facti fuerunt: sed loqui de libero arbitrio tam hominum, quàm angelorum in ordine ad perseuerantiam, vel non perseuerantiam in bono accepto per beneficium gratiæ congruæ, vel non congruæ. Nam de hâc quæstionem initio proponit: *Sed illud magu quærendum, operosiusque tractandum est, quomodo respondeamus eis, qui dicunt: Si in illa rectitudine, in qua sine vitio factus est, habuit perseuerantiam, procul dubio perseuerauit in ea. Et si perseuerauit, vtique non peccauit, nec illam suam rectitudinem, Deumque deseruit. Eum autem peccasse, & desertorem boni fuisse, veritas clamat. Non ergo habuit in illo bono perseuerantiam, & si non habuit, non vtique accepit.* Ad hanc soluendam affert illa verba, nempe vt post collatam vtrique tam homini, quàm Angelo gratiam habitualem, nondum tamen ea beneficio gratiæ actualis congruæ cõfirmata, ostenderet Deus, quid eorum posset liberum arbitrium cum gratia dumtaxat habituali, & actuali tantùm sufficienti; deinde quid beneficium ipsius gratiæ congruæ posset in ordine ad perseuerandum in bono accepto. Lege *S. Thom. 1. p. q. 5. ar. 1. ad 3.* ex quo nostra hæc: resp. eruitur. Ad 3. primum intellige, vel de informitate substantiæ angelorum, natura tantùm præcedente formitatem gratiæ: sicut & in eiusd. sent. informitas cælorum, quibus angelos compara, naturâ tantùm præcessit formitatem splendoremque lucis: siquidem in eius sent. omnia fuerunt in eodem instanti simul condita. Vel certè intelligitur de informitate in ordine ad vltimum complementum gloriæ per beatificam conuersionem ad Deum. Leg. *S. Thom. 1. p. qu. 62 ar. 3. ad 1.*

53. *Ad confirm.*

56. *Explicatur Augustinus.*

Sic scribit.

55. *Explicatur aliud Augustini testimonium.*

56. *Exponuntur alia Augustini testimonia.*

Secundum intellige iuxta ea, quæ senior conscripsit *in lib. de correp. & gra.* vt diabolus non à principio temporis, quod inter ipsius creationem & peccatum interceßit, ceciderit. Nam quod sub dubio priori loco dixerat, *Ab ipso vel temporis, vel suæ conditionis initio*; in poster. *loco cap.* 10. absolutè definit, angelos malos, antequam caderent, fuisse beatos: *Diabolus & Angeli eius etsi beati erant, antequam caderent, & se in miseriam casuros esse nesciebant, erat tamen adhuc quod eorum adderetur beatitudini, si per liberum arbitrium in veritate stetissent, donec istam summæ beatitudinis plenitudinem, tamquam præmium ipsius permansionis acciperent.* Quare cùm 1. loco docet, angelos malos numquam in veritate stetisse neque ex eo bono cecidisse, quod acceperant, sed quod accepturi erant, explicandus erit de pleno & consummato bono beatitudinis, quod accepturi fuissent in termino viæ, si per liberum arbitrium cum oblatâ gratiâ perseuerassent. Eodem modo intellig. *Gregor.* nempe de charitate perfectâ & consummatâ patriæ. Alioqui, vt *suprà*, ipse docet, Luciferum, antequam caderet, fuisse plenum omnibus bonis, quæ posteà per peccatum amisit.

57. *Secundum testimonium.*

Exponitur S. Gregor.

SECTIO IV.

An Angeli gratiam iustificantem acceperint ex propriis meritis, an omnino gratis?

SVPPONO nullum actum, solius naturæ viribus cum solo generali concursu Dei elicitum, esse alicuius doni supernat. meritorium apud Deum: proinde cùm de merito angelorum respectu gratiæ iustificantis quæstionem instituimus, non intelligimus de merito solius naturæ, sed simul etiam gratiæ viribus elicito. Quod duplex est, alterum congruum, ex auxilio tantùm actualis gratiæ elicitum; alterum condignum, ex habituali gratiâ profectum. De vtroque quæstio. Prima sent. affirmat, omnes angelos in primo instanti suæ creationis

58. *Duplex meritum.*

59. *1. Sent. affir. de merito etiã condigno.*

Digitized by Google

tionis meruisse sibi gratiam iustificantem de condigno. Hanc admittere tenentur omnes ij, qui docent, angelos in primo instanti creationis promeruisse gratiam iustificantem per actum dilectionis Dei, effectiuè procedentis ab habitu gratiæ, siue charitatis, vt docet *Bannez 1.p. qu. 62. art. 3. dub. 2.* nam in hâc sent. actus charitatis procedens ab habitu gratiæ vel charitatis, est simul effectus gratiæ, & dispositio ad eamdem: & vt effectus, est posterior gratiâ; vt dispositio verò, est prior gratiâ. Poterit igitur idem actus in eodem instanti durationis, vt procedens ab habitu gratiæ accipere condignitatem meriti ab illâ, & simul eam de condigno mereri: cùm in hâc sent. non repugnet, vt idem actus sit effectus, & dispositio ad gratiam, & vt dispositio supponatur condignificatus à gratiâ per physicum influxum, mediante habitu charitatis. Fundam. talis modus promerendi iustitiam non repugnat; nobilior est, & dignus naturæ angelicæ, quæ sicut perfectissimis actibus consequitur suum finem naturalem: ita debuit consimillimis actibus consequi finem supernat.

Fundam. vnicum.

60. *2. Sent. affir. de merito solùm congruo.*

Secunda affirmat, omnes angelos primo instanti suæ creationis promeruisse sibi gratiam sanctificantem merito tantùm de congruo, elicito ex auxilio gratiæ actualis, naturâ præcedentis infusionem gratiæ habitualis. Huius auctores ij, qui absolutè docent, angelos in primo instanti meruisse sibi gratiam sanctificantem: *Caiet. 2.2. qu. 24. ar. 3. in resp. ad 3. Ferrar. 3. con gen. c. 110. §. Circa prædicta, & seq.* licet expresè tantùm loquatur de actu meritorio beatit. sed hoc casu eadem est ratio respectu gratiæ sanctificantis. Expresè *Zumel 1. p. qu. 62. ar. 2. q. vn. concl. 4. & ar. 3. q. 3. concl. 2. Vasquez disp. 228. c. 1. Valent. ibid. pu. 1. assert. 3. Arrub. disp. 175. Suarez lib. 5. de angel. c. 8. Granad. tract. 11. disp. 4.*

61. *Prob. 1. ex S. Thom.*

Probatur 1. auctor. *S. Tho. 1. p. q. 62. ar. 2.* vbi ita sibi obiicit *in 3. argum. Conuerti ad Deum, est se ad gratiam præparare: sed nos non indigemus gratia ad hoc, quòd nos ad gratiam præparemus, quia sic esset abire in infinitum. Ergo non indiguit gratia Angelus ad hoc, quòd conuerteretur ad Deum.* Ad quod distinguit conuersionem in Deum, vnam per dilectionem perfectam, *quæ est creaturæ Deofruentu; & ad hanc requiritur,* inquit, *gratia consummata:* aliam, *quæ est meritum beatitudinis, & ad hanc requiritur gratia habitualis, quæ est merendi principium:* tertiam, *per quam aliquis præparat se ad gratiam habendam; & ad hanc non exigitur gratia habitualis, sed operatio Dei ad se animam conuertentis*: quam supponit habuisse angelum, vt ad gratiam habitualem se præpararet. 2. *eâd. qu. ar. 6.* docet, quòd angeli perfectiores fuerunt in naturalibus, eò intensiorem gratiam, gloriamque fuisse consecutos; quia, eò efficaciùs sese in Deum conuerterunt. Sed per efficaciorem conuersionem perfectiores in naturâ intensiorem consecuti sunt gloriam meritoriè: ergo per eamdem conuersionem meritoriè consecuti sunt & gratiam. Tertiò *q. 63. ar. 5. ad 4.* ait omnes etiam malos in primo instanti meruisse. ergo cùm talis non solùm potuerit esse meritorius gloriæ, sed etiam gratiæ, ita de facto dicendum est. 4. docet *2.2. q. 24. ar. 3. ad 3.* angelos gratiam accepisse iuxta eorum dispositionem & conatum. Quintò *1. p. q. 95. ar. 1.* expresè fatetur, primum hominem conditum fuisse in gratiâ, ad eamque se præparasse per proprium consensum, vt habet in *solut. ad 5.* ergo idem à fortiori de angelo, vtpotè perfectioris naturæ, quàm de homine.

2.

3.

4.

5.

62. *Prob. 2. Ratione 1.*

Prob 2. ratio. 1. Perfectior modus est habere gratiam per propriam dispositionem, quàm sine illa: at vbi contrarium non obstat, semper præsumendum est, perfectiori modo à Deo creaturas ad suos destinatos fines consequendos promoueri. Maior est *S. Thom. 3. p. q. 19. ar. 3.* probatur: perfectius est tum ex parte recipientis, gratiam obtinere per modum præmij saltem de congruo, quàm omninò gratis; nam perfectius est, ad aliquam perfectionem acquirendam proprio actu cooperari, eamque sibi quodammodo debitam facere, quàm omnino passiuè se ad illam habere: tum ex parte gratiæ, quæ cùm sit suprema forma inter omnes supernat. accidentales, connaturaliter requirit aliquam præuiam dispositionem eiusdem ordinis in subiecto, in quo recipienda est. Confirm. reliquæ omnes vltimæ formæ, tam naturales, quàm supernat. hanc præuiam dispositionem in subiecto exigunt, vt inductione constat. 2. Nulli homini adulto confertur gratia habitualis, neque in, neque extra Sacramenta, absque propriâ dispositione ipsius: qui in primo instanti suæ creationis comparatur homini adultæ ætatis. 3. Per gratiam habitualem creatura perfectam contrahit amicitiam cum Deo, nec non spirituale matrimonium, quo speciali vinculo sponsatur Deo: sed ad vtrumque requiritur consensus vtriusque: ergo præter infusionem gratiæ habitualis, per quam conuersus est Deus ad angelos, necessaria fuit aliqua libera dispositio, per quam angeli conuerterentur ad Deum.

Confirm.

63. *Ratio 2.*

64. *Ratio 3.*

4. Sicut in naturalibus ex imperfectioribus gradatim peruenitur ad perfectiora; ita in supernat. quæ dantur ad perficienda naturalia. Tandem sicut collata est angelis gloria per merita: ita decuit, eisdem conferri gratiam per propriam dispositionem.

65. *Ratio 4.*

Tertia opinatur, omnibus angelis post instans creationis parata fuisse auxilia gratiæ, vt se de congruo ad iustitiam præpararent: ad quam soli boni, qui tantùm habitualem iustitiam acceperunt, se præpararunt; non mali, qui defectu dispositionis numquam habitualem iustitiam acceperunt: *Henric. quodlib. 8. q. 10. §. Ad dubit.* videtur *Magistri in 2. dist. 5.* Fundam. congruentius est, gratiam habere ex meritis, quàm sine meritis: & nulla creatura intellectualis eodem instanti, quo producitur, deliberatè, & ex electione, vt ad actum meritorium requiritur, operari potest.

66. *3. Sent.*

Fund. Henric.

Quartâ docet, gratiam iustificantem collatam fuisse angelis, absque eorum propriâ dispositione, & meritò: *Capreol. in 2. dist. 4. q. 1. ar. 3. ad arg. con. 5. concl. Soti lib. 1. de nat. & gra. c. 5. fine, Molina 1. p. q. 62. ar. 3. circa solut. 1. arg.* Inclinat *Scotus in 2. dist. 5. q. 1. §. Ad inquir. fine;* vbi vnâ viâ, quam probabilem putat, ponit meritum angelorum post gratiam: & licet loquatur de merito beatit. idem tamen colligitur de merito ad gratiam: nam idem, quod fuisset etiam meritum ad gratiam: ac proinde meritum beatit. non fuisset tantùm post gratiam, sed etiam ante gratiam. Probabilem putat *Rubio in 2. dist. 5. q. 2. fine.* Citantur *Victoria, & Arboreus lib. 1. suæ Theosoph. c. 1.* Eamdem colligit *Capreolus* ex *S. Thom. 1.* ex *qu. 16. de malo ar. 4. ad 14.* vbi docet, angelum primo instanti suæ creationis motum fuisse in se ipsum, & in Deum vt auctorem naturæ, non vt auctorem gratiæ, quod ad meritum coram Deo necessariò requiritur. 2. *in eâd. qu. ad 15.* distinguens duplicem amorem erga Deum, alterum in quantum est obiectum supernat. beatit. & auctor gratiæ: alterum in quantum est naturale bonum omnis creaturæ: primum, qui tantùm est meritorius, negat angelis primo instanti suæ creationis, concessio 2. qui meritorius non est. 3. ex illo principio,

67. *4. Sent. absolutè negat.*

68. *Capreolus ex S. Thom. colligit.*

Digitized by Google

pio, quod S. Thom. tradit 1. part. qu. 64. art. 2. & alibi, voluntatem angeli immobiliter adhærere, cuicumque semel deliberatè adhæret. ergo non potuerunt omnes angeli in exordio suæ creationis per actum meritorium sese ad gratiam disponere: alioqui numquam dæmones ab illo actu recessissent, Deoque vt auctori gratiæ semper immobiliter adhæsissent. Ceterùm falsò aliqui hoc principium in sent. S. Thom. intelligunt in ordine ad actus & obiecta naturalia, non in ordine ad actus & obiecta supernaturalia. Nam *cit. loco* hoc principium expresè intelligit de actibus & obiectis etiam supernat. Dum inquirit causam, cur Angeli sancti fuerint in bono, cui liberè adhæserunt, confirmati; dæmones contrà in malo, cui liberè etiam adhæserunt, obstinati; vtrumque causam assignat inflexibilitatem angelici arbitrij: quod sicut ante electionem est ad vtramque partem liberum; ita post electionem non est amplius ad oppositam partem eius, quam elegit, indifferens. Confirm. in ordine ad omnes actus & obiecta tam naturalia quàm supernat. hoc principium in sent. S. Thom. intelligit Caiet. *cit. loco* §. *Ad dubium*: rationemque assignat, quia *Vnumquodque recipitur per modum recipientis, & gratia perficit naturam modo conformi naturæ.*

S. Thomas inflexibilitatem in Angelis ponit etiam in ordine ad actus & obiecta supernat.

Confirm.

69. *Assertio 1. Colligitur ex S. Thom.*

Dico 1. Angeli non potuerunt sibi de condigno promereri gratiam iustificantem, quoad primam eius infusionem: ex S. Thom. 3. p. q. 19. ar. 3. vbi idcò negat, animam Christi habuisse charitatem, reliquasque virtutes infusas proprio merito; quia alioqui, *oporteret quòd Christus aliquando istis caruisset.* Si autem putasset eumdem actum, qui ad habitum disponit, ab eodem habitu produci posse, non negasset, animam Christi has virtutes propriis meritis obtinuisse; cùm hic modus, vt *ibid.* docet, sit perfectior ac nobilior. Fundam. principium meriti condigni est ipsa gratia. *Implicat*, autem, *principium meriti cadere sub meritum*: sc. implicat, vt causa quoad primam sui productionem pendeat à proprio effectu: penderet autem gratia, quoad primam sui productionem, à proprio effectu, si quoad primam sui infusionem caderet sub meritum de condigno. Maior est euidens vel ipso naturæ lumine; alioqui posset idem, mediatè saltem & virtualiter, seipsum producere. Nam gratia producendo actum meritorium, à quo rursus ipsa quoad primam sui productionem seu infusionem esset producenda, mediatè & virtualiter seipsam produceret. Minor prob. meritum condignum est causa moralis impetratoria, quâ Deus ad actualem existentiam illius mouetur ad producendam primò gratiam: sed meritum, quatenus condignum, est effectus ipsius gratiæ, à quâ vt à principio moraliter effectiuo, siue vt alij volunt, formali condignificatur. Dixi, *quoad primam sui productionem*, nam quoad conseruationem nulla est repugnantia: quia vt sic meritum dignificatum à gratiâ, non esset causa gratiæ secundùm id formaliter, quod præsupponit, & à quo in ratione condigni causatur à gratiâ; nam hoc est solùm primum esse gratiæ, cuius meritum non esset causa, sed tantùm conseruationis, quæ consequitur ad primum esse gratiæ. Dices:

70. *Fundam. vnicum & à priori. Commune Theolog. axioma.*

71. *Obiectio.*

Non implicat, plures causas esse sibi inuicem causas in diuerso genere causæ: ergo nec implicabit, meritum condignum & gratiam esse sibi inuicem causas in diuerso genere vnam in genere causæ impetratoriæ, alteram in genere causæ formalis, tribuentis formalem condignitatem merito. Confirm. dispositio naturalis est causa formæ substantialis; & rursus forma substantialis est causa dispositionis. Resp. citatum principium intelligi de causis, quæ sese mutuò supponunt quoad primum esse, exceptâ finali: quæ quia causat secundùm esse intentionale, mouendo intentionaliter agens ad sui existentiam, non necessariò, vt causet, supponitur esse. Reliquæ verò causæ, quia vt causent, supponuntur esse, non possunt sese mutuò causare quoad primum esse simpliciter: quia cùm hoc sit simpliciter ad causandum necessarium, debet ad causandum præsupponi; non posset autem ad causandum præsupponi, si hoc ipsum debet à suo effectu causari. Quare forma causat materiam, & rursus materia causat formam, non quoad primum esse simpliciter, quod vnaquæque in alterâ supponit efficienter causatum ab agente, sed quoad informationem, & sustentationem, quæ tantùm sunt quædam essendi modificationes. Vnde si forma ita deberet causare materiam, vt suâ causalitate formali deberet mouere agens ad producendam primò materiam, non posset iterùm materia causare formam quoad primum eius esse: quia tunc idem virtualiter causaret seipsum. Quia igitur meritum condignum ita est causa gratiæ habitualis, vt suâ actuali existentiâ mouere debeat Deum ad producendam primò gratiam, à quâ rursus ipsum meritum accipit formalem condignitatem ad gratiam promerendam, nequit meritum de condigno habitualem gratiam, quoad primam sui productionem infusionemve mereri. Ad confirm. nego, dispositionem naturalem causari à formâ substantiali secundùm primum esse simpliciter, sed solùm quoad conseruationem.

Solutio. Quo pacto plures causæ possunt esse sibi inuicem causæ in diuerso genere causæ.

Confirm.

Ad confirm.

72. *Assertio 2.*

Dico 2. Omninò improbabile est, primum actum angelorum fuisse moralem dispositionem ad iustitiam habitualem recipiendam. Hanc supponit S. Thom dum docet, primum actum angelorum fuisse naturalem conuersionem in seipsos, & in Deum vt auctorem naturæ: sequitur ex sent. eorum, qui docent, angelos habere actum beneuolentiæ necessarium erga seipsos, & Deum vt principium sui: qui cum sit naturalis & necessarius, naturâ saltem præcedit omnem actum supernat. & liberum. Neque illam negare possunt, qui nullum actum necessarium determinatum concedunt angelis ergà seipsos, vel Deum; negari enim non potest, quin priùs angelus operatus sit aliquem actum liberum naturalem, quàm supernat. Quia sicut gratia supponit naturam: ita operatio gratiæ supponit de lege ordinariâ operationem naturæ. Confirm. sicut cognitio naturalis in angelis præcessit saltem naturâ cognitionem supernat. gratiæ; priùs enim naturâ angeli cognouerunt seipsos, & Deum vt auctorem naturæ, quàm gratiæ: ita volitio naturalis in angelis præcessit volitionem supernat. Fundam. præciso modo extraordinario, quo potuisset Deus naturam angeli operatione supernat. præuenire, spectato solo naturali modo operandi creaturæ intellectualis, priùs illa operatur naturaliter quàm supernat. Cùm igitur nobis non constet, angelos in exordio suæ creationis extraordinario modo ac lege fuisse à Deo ad operandum supernaturaliter præuentos, non debemus temerè, relicto modo naturali, hunc modum extraordinarium illis concedere. Nam Deus semper quoad fieri potest relinquit causis 2. suum connaturalem modum operandi: ergo nisi auctoritate, vel efficaci ratione conuicti, non debemus talem ordinem operandi rebus naturaliter præscriptum inuertere. Antec. prob. priùs naturâ operatur circa id, ad quod est ab intrinseco determinata, quàm circa id ad quod determinari debet ab extrinseco. Sed voluntas angeli

Hanc supponit S. Thom. & à nemine negari potest.

Confirm.

73. *Fundam. assert. 2.*

Digitized by Google

geli ad naturalem dilectionem sui, & Dei auctoris naturæ est ab intrinseco determinata; ad supernat. dilectionem Dei, vt auctoris gratiæ, determinari debet ab extrinseco auxilio gratiæ: quippe cùm ad illam completas habeat vires, propensionemque innatam; ad hanc minimè, sed debet ab extrinseco auxilio Dei compleri. Confirm. voluntas est simul natura & voluntas: sed vt natura priùs operatur, quàm vt voluntas; quia vt natura operatur vt determinata ad vnum, vt voluntas operatur vt indifferens ad vtrumlibet. Sed voluntas angeli amore naturali fertur in seipsam vt natura; amore supernat. fertur in Deum vt voluntas, quia ad Deum fertur ex electione, & per indifferentiam ad vtrumlibet; ad seipsum absque electione & indifferentia: ergo priùs saltem naturà angelus amore naturali fertur in seipsum, quàm amore supernat. in Deum. Neque dicas, posse angelum eodem actu diligere se amore naturali, & Deum amore supernat. nam repugnat, eumdem actum simul esse naturalem & supernat. Nam quatenus idem actus eliceretur ex propensione naturæ, esset naturalis; quatenus produceretur ex auxilio gratiæ, esset supernaturalis.

Confirm. Voluntas simul est natura & voluntas.

74. Occurritur obiectioni.

75. Assert. 3.

Dico 3. Probabile est, omnes angelos in eodem instanti creationis simul cum dilectione naturali sui, & Dei auctoris naturæ, ex speciali auxilio gratiæ elicuisse actum dilectionis Dei, vt auctoris supernat. beatit. eóque actu de congruo se ad iustitiam habitualem eodem instanti recipiendam præparasse. Probabilius tamen est, iustitiam habitualem habuisse in principio suæ creationis omninò gratis, & absque vllâ dispositione, aut merito etiam de congruo. Prior pars est contra *Henric.* & omnes, qui putant, non potuisse angelos primo instanti suæ creationis deliberatè operari. Fundam. ad deliberatè operandum non eget angelus successu temporis: & primo instanti suæ creationis habere potest omnia ad liberè deliberateque agendum requisita. nam hæc sunt libera potestas, cum notitiâ perfectè indifferente ad vtrumlibet: neque actus naturalis repugnat simul esse cum libero & supernat. cùm de facto angelus amorem naturalem sui retineat cum quolibet actu libero supernat. Igitur potuit primo instanti suæ creationis ex auxilio gratiæ præuenientis & cooperantis liberè se præparare ad iustitiam habitualem pro eodem instanti recipiendam. Quòd probabile sit, id de facto ita fuisse, sufficienter probant rationes 2. sent. Posterior pars est conformior, iudice *Capreol.* doctrinæ *S. Thom.* fundatæ in illo principio de inflexibilitate angelici arbitrij, quæ in oppositâ sent. saluari nequit. Prob. ex modo loquendi Patrum & Concil. qui dum docent, angelos primosque parentes fuisse in gratiâ creatos, vtuntur nominibus *creationis, constitutionis, infusionis, consperſionis, largitionis, participationis*, quæ potiùs puram gratiæ productionem, liberalemque donationem, quàm meritum præparationémve vllam important. *Simul in eis*, inquit August. 12. *de Ciuit. c. 9. & condens naturam, & largiens gratiam.* Sed omnium clarissimè Basil. *in Psal. 32. praced. sect. cit.* de angelorum iustificatione disputans, *Non*, inquit, *in infantili statura sunt creati, deinde paulatim excitati atque perfecti, sic Spiritus susceptione digni sunt habiti; sed prima constitutione & quasi quadam consperſione suæ substantiæ simul infusam habuerunt sanctitatem.* Quid hæc significant, nisi eos non propriis actibus seu meritis, quibus excitati paulatim ad gratiæ habitualis perfectionem peruenerint, sed merâ infusione ac donatione cum primâ naturæ constitutione accepisse? Non enim tantùm excludi successionem perfectionis angelorum, sed quamcumque dispositionem seu præparationem ad illam, verba illa indicant, *Paulatim excitati Spiritus susceptione digni sunt habiti.* Verè enim dici posset, per excitationem Spiritûs susceptione angelos fuisse dignos habitos, si per propriam dispositionem ad illam se præparassent. Idipsum confirmat *lib. de Spiritu cap. 16. Ad eum quidem modum in creando adest Spiritus sanctus iis*, nempe Angelis, *quæ non proficiendo perueniunt ad perfectionem, sed ab ipsa protinus creatione perfecta sunt, in hoc vt perficiatur consummeturq; illorum substantia, simul conferens suam gratiam.*

Probabilius est, Angelis gratiam habitualem absque omni eorum dispositione collatam.

76. Pars assert. conformior est S. Thom. ex se Capreol. Thomist. princip.

Prob. 2. ratione. 1. ille modus operandi in ordine ad actus supernat. ponendus est in angelis, qui connaturalior est; sc. per principium intrinsecum. Si autem angeli ad gratiam iustificantem, eiusque habitus propriâ operatione se disposuissent, talis operatio non fuisset à principio intrinseco, quia non fuisset ab habitu intrinsecè inhærente; cùm repugnet, dispositionem effectiuè produci à formâ, ad quam disponit; non à virtute Dei extrinsecè supplente vim habitûs. Maior prob. tum quia vnica ratio, cur de facto huiusmodi habitus supernat. concedantur, est propter connaturaliorem modum operandi; alioqui omnes actus, quos elicimus per habitus infusos, elicere possemus per virtutem Dei extrinsecè supplentem vim habitus. Tum quia ille modus operandi est connaturalior, qui proficiscitur ab ipsâ virtute operantis, supponitque perfectum statum ipsius. Vnde factâ comparatione, perfectius esse operari per intrinsecam virtutem, quàm proprio merito illam comparare, prob. anima Christi, vt est communis sent. *S. Thom. 3. p. q. 19. art. 3.* non habuit gratiam habitualem, eiusque virtutes infusas propter propria merita, quia alioqui debuisset habere aliquem actum, nempe illum, qui fuisset talium virtutum meritorius, præternaturali modo elicitum. Igitur perfectius est, operari ab intrinseco habitu, quàm actu præternaturali eumdem habitum sibi promereri. Nec dici potest, ideò animam Christi non habuisse has virtutes propriis meritis, quia illas habuit altiori titulo vnionis hypostaticæ. Nam hoc non impedit, quò minùs easdem habere potuerit propriis meritis: ita, vt *ibid. S. Thom.* gloriam corporis, eaque omnia, quæ pertinent ad extrinsecam eius excellentiam, non solùm habuit titulo vnionis hypost. sed etiam proprij meriti; eoquòd ad illa promerenda non oportuit in Christo præcedere actum præternat. elicitum à principio tantùm extrinseco. 2. hoc ipsum prob. habere sanctitatem propriis meritis, est in illam propriis actibus tendere; operari autem per intrinsecum principium, supponit perfectum statum operantis, nam supponit illum quoad intrinsecas potentias virtutesque operandi completum. Perfectius autem est, esse in perfecto statu operandi, quàm in illum propriis actibus tendere, cùm prior sit finis posterioris. Confirm. hunc modum seruat Deus in naturalibus, vt priùs quàm agentia naturalia ad operandum promoueat, intrinsecis perficit ac instruit potentiis & instrumentis. Eundem seruat quoad fieri potest in ordine ad actus supernat. vt priùs naturam instruat virtutibus infusis, quàm ad operandum promoueat: vt constat in paruulis, qui priùs per baptismum perficiuntur potentiis infusis: cùm tamen potuisset Deus, si comparare sibi virtutes propriis meritis esset perfectius, quàm operari in statu perfecto, solam gratiam habitualem per baptismum infundere paruulis, eosque deinde in adultâ ætate promouere, vt

77. Prob. 2. ratione triplici.

Idem prob. à priori.

78. Perfectius esse operari per intrinsecam virtutem, quàm proprio merito illam comparare, probatur.

79. Confirm.

propriis

propriis actibus sibi reliquas infusas virtutes compararent. Eumdem modum putandum est Deum seruasse cum primis parentibus. Multò igitur probabilius est, eumdem modum à Deo seruatum esse cum angelis, vt antequam in aliquam supernat. operationem erumperent, intrinsecis instruerentur potentiis ac virtutibus.

80. *Secunda ratio efficax.* Secunda: in iis, quæ à liberâ potestate creaturæ pendent, vt magis libertas operandi creaturæ eluceat, numquam solet idem effectus in omnibus contingere. Si autem omnes angeli liberis actibus sese ad Sanctitatem disposuissent, idem prorsus effectus contigisset in omnibus: omnes .n. liberè gratiam consecuti fuissent, nullusque prorsus in tantâ multitudine fuisset, qui in oblatam sibi gratiam non consensisset. Quod spectato ordinario modo operandi liberæ creaturæ, quem Deus de facto cum illâ seruat, moraliter reputatur impossibile: vt inductione constat, tum in hominibus, qui in adultâ ætate iustificantur: tum in angelis in ordine ad gloriam consequendam, quam non omnes liberis actibus consecuti sunt. 81. *Confirm.* Confirm. iuxta probabiliorem sent. quam cum *S. Thom. seq. sect.* docebo, angeli quò superiores fuerunt naturâ, eò perfectiorem gratiam virtutesque acceperunt. Vnde iuxta oppositam sent. debuissent omnes, non solùm liberè in oblatam sibi gratiam consentire, sed etiam superiores naturâ perfectiùs efficaciusque, inferiores remissiùs inefficaciusque in gratiam consentire. Quod licet respectu absolutæ potentiæ Dei nullam inuoluat difficultatem, moraliter tamen, & spectatâ ordinariâ lege & modo, quo Deus vtitur cum liberis creaturis, videtur improbabile.

Obiectio. Dices. Eadem ratio probat, quòd neque angeli naturâ superiores perfectiorem gloriam propriis meritis sibi compararunt, cuius tamen oppositum *Ratio discriminis.* cum *S. Thom. infrà* docebo. Resp. neg. maior. nam in ordine ad gloriam promerendam angeli supponebantur instructi intrinsecis potentiis & virtutibus supernat. quæ datæ fuerunt illis iuxta proportionem donorum naturalium. Et quia connaturale est angelis, vtpotè qui nullum habent impedimentum, operari secundùm totum posse potentiæ & principij siue naturalis, siue supernat. consequens fuit, vt superiores in naturâ per perfectiora principia supernat. perfectiores elicuerint actus supernat. gloriæ meritorios. Contrà verò, ante infusionem habituum supernat. angeli nullis supponebantur instructi principiis & potentiis intrinsecis, ideò non poterant perfectiores in naturâ ab intrinseco principio ad perfectiores actus supernat. connaturaliter se determinare; cùm non natura perfectior, sed habitus supernat. perfectior sit principium perfectioris intensioriisque actûs supernat. Vnde maior illa intensio actûs supernat. in angelo superiore ante infusionem gratiæ habitualis fuisset à principio extrinseco.

82. *Tertia ratio.* Tertia: Angeli apud Deum meruerunt per actus fidei, spei, & charitatis: sed ad hos actus eliciendos opus fuit aliquâ morâ: ergo non potuerunt, moraliter loquendo, primo instanti meritoriè se ad iustitiam habitualem præparare. Maior est certa; nam idem promerendi modus apud Deum præfixus est hominibus, à quo non sunt eximendi angeli, cùm is sit maximè proportionatus & consentaneus viatori ad supernat. beatit. tendenti. Minor prob. vt *infrà de peccato angel.* non omnes angeli habuerunt fidem euidentem in attestante, præter vnum, qui ordinatione diuinâ constitutus caput omnium, mysteria sibi à Deo euidenter reuelata, proposuit reliquis ex auctoritate diuinâ, obscurè tantùm illis applicatâ, fide credenda: sed antequam illa fide diuinâ, vt à Deo attestata crederent, debuerunt examinare rationes & motiua de eorum credibilitate, vt prudenter constanterque ea possent, vt à Deo attestata credere. Cùm enim non constaret euidenter angelis, quòd illa essent à Deo attestata; nec certi forent de veracitate angeli proponentis, qui nondum per statum beatificum in bono confirmatus, alios fallere poterat, necessarium fuit aliquod præuium examen, quo crediturî certiores fierent, quòd talia obiecta, quæ eis credenda ex testimonio diuino proponebantur, essent à Deo reuelata. *Progressus actuum fidei diuinæ.* Ad hoc autem necessaria fuit aliqua mora: nam 1. debuerunt apprehendere obiectum reuelatum cum motiuis credibilitatis, cum quibus illud vt à Deo attestatum, proponebatur: deinde examinare rationes & motiua ad practicum iudicium de credibilitate obiecti prudenter ferendum: tum velle credere; & ex eâdem voluntate imperare intellectui speculatiuum assensum fidei supernat. eliciendum: tum demum actu assentire assensu supernat. obiecto ipsi reuelato ex solo testimonio diuino; & simul cum assensu fidei alios etiam actus spei, & charitatis exercere. Quæ omnia, moraliter loquendo, non potuerunt instanti indiuisibili durationis ab angelis peragi. Vnde iuxta 83. sent. quòd angeli non habuerint fidem euidentem in attestante, sed obscuram in signis & motiuis credibilitatis, ab vno angelo, vt capite omnium constituto, propositis, nullo modo videtur prior pars tertiæ assert. probabilis; sed tantùm censetur probabilis iuxta aliam sent. quæ ponit in omnibus angelis fidem euidentem in attestante: non .n. fuit opus morâ ad examinandas rationes & motiua credibilitatis obiecti reuelati, cùm omnes euidenter nouerint, illud fuisse à Deo attestatum per modum internum, quo euidenter certiores reddebantur de reuelatione diuinâ, quòd esset à Deo.

84. Ad fundam. primæ, patet ex 1. assert. Ad 1. secundæ; S. Thomas potiùs inclinat in nostram sent. 85. vnde nego, in 1. loco illum definire angelos in 1. *Ad fund. 2. Explicant S. Thom.* instanti suæ creationis per actum conuersionis in Deo ex speciali auxilio elicitum se ad gratiam præparasse; sed tantùm docere, potuisse se præparare, ita vt non iretur in infinitum, si ad præparationem ad gratiam requireretur gratia. Nam finis illius articuli non erat, an Angeli primo instanti suæ creationis determinarè se ad iustitiam habitualem disposuerint, sed vniuersaliter, an ad conuersionem in Deum indiguerint gratiâ vt ex titulo constat.

In 2. loco solùm definit, angelos gratiam & 86. gloriam accepisse iuxta quantitatem ac proportionem suorum naturalium: an autem vtramque ex *Ad 2. locum.* meritis acceperint, non docet: quin potiùs in resp. ad 2. indicat, eis gratiam collatam fuisse absque meritis. Siquidem docet, congruentius fuisse, vt daretur angelis gratia secundùm gradum naturæ, quæ est immediatè à Deo, quàm ex operibus, quæ procedunt à creaturâ. Vel explicari potest, ex *Molind.* quoad augmentum gratiæ, quod angeli post primam gratiam gratis acceptam propriis meritis sibi compararunt, non quoad primam infusionem gratiæ, quam omninò gratis habuerunt. Tertium ex- 87. plicat *cit. Capreol.* de merito in actu 1. seu potentiali, & interpretatiuo, ratione gratiæ habitualis, *Ad 3. locum.* quam omnes primo instanti suæ creationis acceperunt; ratione cuius fuerunt omnes digni vitâ æternâ, sicut paruuli recens baptizati; non de merito actuali & elicito. In 4. solùm docet, angelos superiores in naturâ, ex eo quòd maior fuerit in perse- 88. uerantibus conatus ad bonum, sicut in cadentibus *Ad 4. locum.*

ad

ad malum, factos esse, qui perseuerarunt, meliores ac maiores in gloriâ; sicut, qui ceciderunt, peiores; ac maior pœnas iis respondit. In 5. loco non affirmat absolutè, primum hominem iustitiam habitualem primo instanti suæ creationis habuisse ex meritis, sed solùm docet, id non repugnare: *Cùm motus voluntatis non sit continuus, nihil prohibet etiam in primo instanti suæ creationis, primum hominem gratiæ consensisse.*

89. *Ad 5. locum*

90. *Ad primam rat.*

Ad 1. rationem, conced. anteced. vbi cetera sunt paria: at modus habendi gratiam habitualem ex propriis meritis præiudicat perfectioni maiori, quæ est operari modo connaturaliori ex intrinsecis principiis, supponentibus perfectum statum operantis. Ex his patet ad 1. prob. Ad 2. nego, gratiam habitualem per se requirere dispositionem in subiecto, vt patet in paruulis. Quia in ordine supernat. gratia habitualis est prima forma, in quâ vt à primâ radice & naturâ in ordine supernat. pendent cetera formæ supernat. accidentales. Nam ipsa est, quæ primò constituit subiectum in esse supernat. accidentali; actus supernat. non tam est dispositio gratiæ, (cùm non maneat permanenter cum gratiâ, quod est proprium dispositionis,) quàm operatio & effectus gratiæ. Vnde ad confirm. nego, gratiam habitualem esse vltimam formam, sed potiùs primam in ordine supernat. Ad 2. neg. conseq. Nam omnis adultus, præter primum parentem, supponitur antequam recipiat gratiam habitualem, in statu peccati, ad cuius deletionem de lege saltem ordinariâ requiritur propria peccatoris retractatio. Vnde angelus consideratus in 1. instanti suæ creationis comparatur homini adulto, solùm quod expeditum vsum rationis, non quoad statum peccati, à quo angelus fuit immunis. Ad 3. Ad contrahendam amicitiam & spirituale matrimonium cum Deo, requiritur consensus ex parte creaturæ præcedens consensum Dei, nego; requiritur consensus creaturæ subsequens consensum Dei, concedo. Collatâ igitur gratiâ in 1. instanti creationis omnibus angelis, aliqui paulò pòst consensum præbuerunt, conuertendo se in Deum per actus fidei, spei, & charitatis: aliqui verò non consenserunt, auertendo se per peccatum à Deo. Vnde boni supernat. amicitiâ & spirituale matrimonium à Deo inchoatum perliberum consensum consummarunt: mali per liberum dissensum respuerunt. Confir. cùm hoc spirituale matrimonium, & amicitia principaliter pendeat à Deo, vt à primo auctore, ab ipso potiùs inchoari debuit per infusionem suæ gratiæ, quàm à creaturâ per liberum consensum ipsius. Præterea, cùm ad præbendum huiusmodi consensum requiratur aliqua gratia ex parte creaturæ, vt ille perfectiùs connaturaliusque præberetur à creaturâ, præcedere debuit infusio gratiæ habitualis ex parte Dei. Huic resp. obstat illud *Zach. 1. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.* Resp. consensum Dei debere tantùm succedere consensui hominis ob peccatum, quod homo debet propriâ voluntate retractare, antequâ Deus per infusionem suæ gratiæ ad hominem conuertatur; non consensui angeli, qui nullum ante habitualis gratiæ infusionem habebat peccatum.

91. *Ad secundam.* *Ratio discriminis.*

92. *Ad tertiam.*

93. *Confir.*

Occurritur obiectioni.

94. *Ad quartam Ratio discriminis.*

Ad 4. naturalia producuntur ab agente naturali, quod ad producendum suum effectum principalem eget dispositione subiecti, quæ præcedere debet productionem effectûs principalis. At supernaturalia immediatè producuntur à Deo, qui in producendo à nullâ pendet dispositione subiecti. Vnde retorq. argu. nam sicut naturalia, quæ tantùm pendent à Deo, cuiusmodi sunt quæ creationi producuntur, non procedunt ex imperfectioribus ad perfectiora, sed statim in primâ sui productione habent quidquid ad sui perfectam constitutionem requiritur: ita supernaturalia, quia immediatè pendent à Deo, in primâ sui productione habent quidquid ad ipsorum perfectam constitutionem requiritur, vbi subiecti incapacitas non obstat. Ad vltim. gloria est vltimus in ordine supernatu. quem connaturaliter præcedere debet formatum productiua, tum dispositiua illius: Gratia habitualis est primum principiũ & forma primò constituens subiectum in esse supernaturali. Gloriam præcedũt habitus supernat. infusi, quorum connaturalibus actibus potest creatura intellectualis gloriam sibi condignè mereri; gratiam non præcedunt: nam ad connaturaliter, & condignè promerendum prærequiritur ipsa vt principium connaturalitatis & condignitatis actuum meritoriorum: hæc autem repugnat, vt simul sit principium & terminus eiusdem actûs meritorij.

95. *Ad vlti. neg. paritas.*

Maximè

Nota.

SECTIO V.

An Angeli supernaturalia dona acceperint iuxta quantitatem perfectionum naturalium?

99. *Sensus quæst.*

SENSVS est, an angeli quò superiores fuerunt in perfectionibus naturalibus, eò excellentiora dona gratiæ virtutumque supernat. ac beatitudinis à Deo acceperint. Non eo sensu, vt maiori perfectio naturalis vnius fuerit aliquo modo Deo causa motiua ad maiora illi dona supernat. conferenda: nam sicut nullum donum merè naturale est Deo motiuum ad suam gratiam creaturæ conferendam, alioqui gratia non esset gratia, sed merces & retributio, ita nec perfectius donũ naturale est Deo motiuum ad maiorem gratiam eidem naturæ conferendam: sed hoc alio sensu, vt Deus ex merâ suâ liberalitate & sapientiâ voluerit maioribus gratiæ donis ornare, quos perfectioribus talentis naturæ condiderat: ita vt perfectior superioris angelis natura fuerit tantùm Deo occasio, non causa vlla maiorem gratiam illi conferendi. 1. Ratio dub. est auctoritas *August. 11. de ciuit. cap. 13.* vbi docet, omnes æqualis felicitatis ab initio creatos esse. 2. Hãc proportionem supernat. donorum, cum naturalibus non seruat Deus cum hominibus: ergo nec seruauit cum angelis. 3. Ex hâc sent. sequeretur iuxta sent eorum, qui docent, de facto omnes angelos esse diuersæ speciei, non dari duos homines æqualis gloriæ: consequens constat esse falsum in paruulis, qui ex hâc vitâ decedunt cum solâ gratiâ baptismali, quam Deus æqualiter infundit omnibus, cùm nulla ex parte suscipientium sit diuersitatis ratio. Sequela prob. iuxta communem Patrum sent. quæ fundatur in *Paulo ad Ephes. 1.* Homines assumuntur ad beatitudinem ad restaurandas ruinas malorum angel iuxta illud *Psal. 6. Implebit ruinas.* Sed illi omnes fuissent in gloriâ inæquales; ergo & homines, qui in eorum locum succedunt.

79. *Prima ratio dubit. est Augustin. auctor. Secunda. Tertia.*

His non obstantib.

98. *Sent. affirmans, communior, verior.*

Communis sent. Scholast. nullo discrepante, est, quòd Angeli excellentioris fuerunt naturæ, eò præstantiora accepisse dona gratiæ & gloriæ: Magist. in 2. dist. 3. c. 2. S. Tho. 1. p. q. 62. ar. 6. Caiet. ibid. Banau. in 2. dist. 9. ar. vn. q. 3. Albert. dist. ar 10. Duran. dist. 9. q. 2. n. 6. Ægid. q. 2. ar. 1. in resol. 3. dub. Richar. dist. 5. ar. 2. q. 3. Argent. q. vn. ar. 1. fine Gabrie. q. 1. ar. 2. concl. 3. Molin. Bannez. Zumel 1. p. cis. Valen. ibid. pun. 3. Vasquez disp. 228. c. 2. Suarez lib. 5.

99. *Potiss. fundamentum*

Digitized by Google

lib. 5. de ange. cap. 10. &c. Fund. in Patribus, *Dionys.* qui *lib. de cæl. hierar. à cap. 6.* singulas hierarchias, ordinesque angelorum discriminat non modò per dona naturalia, verùm etiàm per gratuita. Vnde *ca. 10.* docet, Deum intimius perfectiusque se communicare supremis spiritibus, eò quòd illi sint *divini fulgoris capaciores.* *Basilius.* *Basilius lib. de Spiritu. S. cap. 16. Neque enim cælorum virtutes suapte natura sanctæ sunt; nam si id esset: nulla re differrent à Spiritu sancto: sed iuxta portionem, quâ se inuicem superant, à Spiritu habent sanctificationis mensuram.* *Damascen.* Damas. *lib. 2. de fide orthod cap. 3. Per Verbum Dei creati sunt Angeli, & per sanctificationem Spiritus sancti perfecti, proque suæ dignitatis & ordinis ratione illuminationem, & gratiam participantes, circumscripti sunt.* 100. Ratio assignari non potest, præter diuinam voluntatem, cui placuit hunc modum cum angelis seruare, quem non seruauit cum hominibus. *Congruentia quo ad beatit.* Congruentia quoad beatitudinem facilior est: nam beatitudo datur iuxta quantitatem meritorum; & quia quò angeli erant natura superiores, eò intensiorem gratiam virtutesque infusas acceperunt; & cùm naturale sit angelis operari secundùm totum posse suæ potentiæ, siue naturalis siue supernat. cùm nullum habeant impedimentum; sequitur, vt superiores in natura, intensiores habentes habitus supernat. intensiores elicuerint actus meritorios; inferiores verò, minùs intensos habentes habitus, remissiores elicuerint actus beatitudinis meritorios: proinde singuli beatitudinem consecuti sunt, proximè quidem iuxta proportionem principiorum supernat. remotè iuxta naturalium. Eadem ratio probat etiam de pœnâ assignata malis: nam sicut se habent boni ad bonum; ita mali ad malum: & sicut illi totâ virtute supernatur. conuersi sunt in bonum; ita isti tota potentia & conatu naturæ conuersi sunt in malum. 101. *Quoad 1. gratiam.* Quoad primam gratiæ virtutumque supernat. distributionem, quam Deus gratis fecit in angelis initio creationis, congruentia est: vbi nullum ex parte subiecti obstat impedimentum, aut incapacitas, ordo sapientissimæ distributionis videtur poscere, vt maiora dona superioribus, minora conferantur inferioribus: ex eo quòd superiores apti sunt perfectiores operationes elicere; & gratia perficit naturam; ideò præstantiora dona supernat. data sunt superioribus, vt iuxta suam naturam perfectiores operationes supernatu. cum illis elicerent. *Confir. à S. Thom.* Ratio *S. Thom.* cùm Deus angelos finaliter creauerit in ordine ad supernat. beatitud. hoc ipso, quòd alios aliis perfectiores condidit in naturâ, ad altiorem videtur beatitudinis gradum ordinasse: *Vt si ædificator lapides posit ad construendam domum; ex hoc ipso, quod aliquos pulchrius & decentius aptat, videtur eos ad honoratiorem partem domus ordinare.* Præsertim cùm in angelis nullum sit impedimentum, quod illos possit retardare, præter intrinsecam libertatem; in homine sit etiam intrinsecum impedimentum sentientis appetitus à bono retardantis.

102. *Corollarium probabile.* Hinc deduco, animam Christi intra suam speciem fuisse, quoad dona naturalia, omnium animarum rationalium conditam perfectissimam, vtpotè ad supremam Capitis ac redemptoris dignitatem eleuatam; cui proximè successit anima eius Genitricis: licet de facto Deus talem modum non seruet cum omnibus; vt quò ad superiorem dignitatem spiritualem euecti sunt, eo potioribus etiam naturalibus exornentur donis, quippe qui *Infirma mundi elegit, vt confundat fortia.* 1. Cor. 1. nam sicut vnioni hypostaticæ collata sunt maiora dona supernatu. quàm omnibus angelis simul; ita ratione eiusdem debita erant omnia dona & perfectiones naturales, quæ possunt cuicumque puro homini communicari. Ceterùm dona supernat. in Christo longo interuallo superauerunt dona naturalia eiusdem; cùm longè excellentiora fuerunt supernaturalia, quibus euectus est supra omnes Angelos, quàm naturalia, quibus licet superet quemcumque purum hominem, inferior tamen est quocumque angelo.

Ad 1. rationem dubit. *Augustinum* intellige. de æqualitate felicitatis secundùm proportionem geometricam, non arithmeticam: quo pacto *Scotus in 2. dist. 5. q. 1. §. Adinquir.* ait, angelos creatos esse vniformes, hoc est, ab initio vel omnes in gratiâ, vel omnes in puris naturalibus, non exclusa ab eis propriâ diuersitate in naturalibus, & supernatu. Ad 2. neg. consequ. ratio fuit voluntas diuina, cui non placuit eumdem modum seruare cum hominibus, quem seruauit cum Angelis. Congruentia desumitur ex diuerso modo operandi hominum, & Angelorum. nam cùm homini, ob intrinsecum impedimentum sentientis appetitus à bono retardantis, connaturale non sit operari secundùm totum posse principij operatiui; sit autem connaturale angelo, nullum habenti intrinsecum impedimentum à bono retardatiuum, potior ratio fuit, vt Deus accommodando se modo operandi Angelico, eò maiora dona supernat. contulerit angelis, quò superiores erant in natura. Propter 3. rationem *Paludanus in 4. dist. 4. q. 1.* putat, omnes homines futuros esse inæquales in beatitud. vt possint æquari angelis malis, in quorum sedes succedunt: ab hac tamen lege excipit Christum, & eius Matrem, qui cùm sint supra omnes Angelos, in nullius sedem successerunt: cohærenter docet, paruulos, qui ante rationis vsum moriuntur, inæqualem gratiam Baptismi accipere, vt valeant angelis, qui futuri fuissent inæquales in gloria, succedere. Sed esto homines angelis in gloria succedant, vti interdum Patres indicant; nego ad hoc necessarium esse, vt illis succedant quoad eumdem omninò gradum gloriæ, cum quo illi futuri fuissent; sed sat est, si illis succedant quoad gloriam simpliciter. Vnde omninò improbabile est, & temerè dictum, paruulos ante vsum rationis cum Baptismo morientes, inæqualem gratiam accipere, vt valeant angelis in gloria inæqualibus succedere.

103. *Ad ratio 1. dubit. resp.*

104. *Ad secundã.*

105. *Reiicitur Palud. existimans omnes homines futuros inæquales in beatit.*

SECTIO IV.

An & quo pacto Angeli supernaturalem beatitudinem sibi, promeruerint.

CERTVM est contra aliquos, quos tacito nomine citat *Magist. in 2. dist. 5. cap. vlt.* Angelos, qui in acceptâ iustitiâ & sanctitate steterunt, beatitudinem supernat. condignis meritis sibi promeruisse: *August. lib. de correp. & grat. cap. 10.* in hoc pares facit angelos hominibus: *Diabolus & angeli eius, etsi beati erant antequam caderent, & se in miseriam casuros esse nesciebant, erat tamen adhuc, quod eorum adderetur beatitudini, si per liberum arbitrium in veritate stetissent, donec istam summæ beatitudinis plenitudinem, tamquam præmium ipsius permansionis acciperent.* non igitur gratis, sed vt præmium suæ perseuerantiæ

106. *Certum est Angelos bonos meruisse gloriam.*

Digitized by Google

Fundame. rantiæ beatitudinem, acceperunt. Fundam. si visio intuitiua Dei, eiusque beatificus amor, in quibus intellectualis creaturæ beatitudo præmium consistit, propter merita conferuntur hominibus eadē à fortiori nō nisi propter merita conferuntur & angelis, qui ad tale præmium merendum & maiora habuerunt auxilia, & pauciora, aut nulla impedimenta, & breuiorem certaminis viam, & naturam ad bonum propensiorem ac promptiorem. Nec defuit illis principium condignè merendi supernat. beatit. quæ est gratia habitualis, quam omnes ab initio suæ creationis ad hunc finem à Deo acceperunt. Quare sola controuersia est de modo, quo illi sint promeriti.

De modo controuers.

107. *Primus gloriæ pro meruisse per opera eam subsequentia.*

PRIMA sent. affirmat, sibi promeruisse per opera beatitudinem subsequentia, seu obsequia futura præuisa in hominum ministerium ex obedientiâ Dei ab angelis exhibenda. Nam licet soli Angeli vltimi ordinis tertiæ hierarchiæ in hominum custodiam & ministerium destinentur, omnes tamen, etiam supremæ, hominum saluti cooperantur, instruendo & illuminando inferiores de rebus ad hominum salutem spectantibus, iuxta illud *Heb. 1. Omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis.* Hanc docent. *Magist. cita. Altisiod. lib. 3. tract. 1. cap. 7.* citatur ab *Argen. Præpositiuus: probabilem* censent *Albertus in 3. dist. 18. art. 4 Bonau. in 2 dist. 5. art. 3. q. 2. Maior q. 1.*

108. *Rubio q. 2. & in 3. d. 18. q. 1. art. 2.* Prob. 1. Magnum præmium, qualis est gloria angelorum, magna requirit merita: sed non potuerunt angeli in tam breui spatio viæ habere merita tanto præmio commēsa 2. Non repugnat, vt opera subsequentia gratiam, condignè mereantur ipsam: ergo nec opera subsequentia beatitudinem, ipsam 3. potest præmium duratione præcedere meritum, tum quia gratia collata antiquis Patribus fuit præmium meritorum Christi, quæ tamen multo tempore præcessit in Patribus. Tum quia potest dari militi equus in præmiū futuræ dexteritatis: igitur poterit dari angelis beatitudo in præmium obsequiorum futurorum. 4. de facto ea obsequia, in hominum ministerium impensa, sunt condignè meritoria alicuius præmij apud Deum; non alterius, quàm supernat. beatit. ergo potuit illis beatitudo conferri propter talia obsequia futura præuisa. Maior prob, hæc liberè exhibentur ab angelis; proceduntque à personâ Deo maximè grata propter gratiam consummatam. Ergo nihil illis deest ad meritum de condigno. 5.

5. auct. Aug. ex *August. lib. 4. de Genesi. ad litt. cap.* docente, angelos prius habuisse cogitationem matutinam in Verbo, quàm vespertinam creaturarum in proprio genere, at matutina est visio Dei, in quâ suprema creaturæ intellectualis felicitas consistit: ergo prius angeli habuerunt visionem Dei, quàm illam promeruerint nam si primus actus, quem sancti habuerunt, fuit visio matutina in Verbo, nullum ante illam habuerunt actum, quo eamdem sibi visionem promerentur. Ex alia parte in sent. *August. cit.* Angeli acceperunt beatitudinem ex meritis: Ergo beatitudinem sibi promeruerunt ex operibus præuisis beatitudinem subsequentibus.

109. *Secundus modus.* SECVNDA docet angelos beatitudinem sibi promeruisse per actus naturâ tantùm præcedentes beatitudinem: *S. Thom. quodlib. 9. q. 4 art. 3. & in 2. dist. 5. q 2. art. 2. Bonaue. art. 3. q. 2* vbi docet, hanc fuisse suo tempore *communem: Ægid. q. 2. art. 2. Richard. art. 2. q. 1. Mayro. in dist. 17. q. 1. concl. 3. Rubio. in 2. dist. 5. q. 2.* vbi sub disiunctione docet, meritum tempore, vel naturâ præcessisse præmium: *Marsil. in 2. qu. 4. art. 2. corol. 2.* eamque *probabilem* putat *Argen. ibid. art. 4.* Fundam. non repugnat, meritum naturâ tantùm & causalitate præcedere præmium; ergo ita de facto in angelis: non enim egent tempore, aut pluralitate actuum ad suam naturalem perfectionem consequendam, sed vnico actu & instanti totam suam naturalem perfectionem assequi possunt: sed gratia perficit naturam iuxta conditionem ipsius naturæ. Anteced. ostendo. 1. Christus primo instanti suæ conceptionis habuit beatitudinem, eamque sibi vel promeruit, vel certè promereri potuit: cùm non sit maior ratio, cur eo instanti pro aliis promereri potuerit, & non pro se. 2. in nobis simul est contritio vt dispositio ad gratiam, & gratia vt præmium contritionis, simul est actus meritorius augmenti gratiæ, & ipsum augmentum gratiæ. Confirm. contritio eodem instanti, quo informatur gratiâ, de condigno mereretur gloriam. Quid igitur repugnat, vt eodem instanti simul conferatur gloria? & tunc esset meritum & præmium simul. Prob. 2. à paritate demeriti. Nam sicut demeritum malorum Angelorum fuit simul duratione cum pœna ipsa priuationis gloriæ: ita meritum bonorum fuit simul cum præmio beatitudinis. Ter-

Fundam. sen. *Pr. ant. 1.* *Confirm.* *Prob. 2. à paritate demeriti.*

110. *Tertius modus.* tia opinatur, meritum inchoatum & in fieri duratione præcessisse beatitudinis, præmium in angelis: meritum verò consummatum & in facto esse simul duratione fuisse cum beatitudinis præmio: *Caiet. 1. p. q. 63. art. 6. §. Ad 1.* vbi distinguit meritum in Angelis, in inchoatū seu viæ, quod inceperunt in ipso 1. instanti creationis: & consummatum seu in termino, quod iidem 2. instanti consummarunt. Primum docet, duratione præcessisse præmium; 2. simul duratione fuisse cum præmio, naturâ tantùm illud antecedens. Quarta *hoc tempore ferè communis asserit, Angelos beatitudinem meruisse actibus non tantum naturæ, verum etiam duratione beatitudinem præcedentibus. S. Tho. 1. p. q. 62. art. 4. Scot. in 2. dist. 5. q 1. §. Ideo tenetur.* Et *§. Ad inquirendum, versu 2. propos. Duran. in 2. dist. 3. q. 3. Herua. q. 2. art. 2. Capreo. q. vni. art. 1. fine 2. concl. Maior q. 2. Gabriel q. vn. art. 2. Ferrar. 3. con. Gen. cap. 110. §. Hæc dicta sint, Bannez, Zumel, Molina in cit. loc. Vasquez disp. 229 cap. 10. Arrub. disp. 176. Granad. tract. 12. disp. 3. Suarez. lib. 6. de angel. cap. 1. &c.*

111. *Quartus communis.*

DICO 1. Etsi impossibile non sit, improbabile tamen est, angelos supernaturalem beatitud. à principio habuisse propter ipsorum futura opera in statu beatitudinis exercenda. Prior pars prob. vel 1. impossibilitas esset ex eo, quia beatitudo esset principium merendi respectu operum in statu beatitudinis exhibendorum: ac proinde eadem beatitudo esset simul principium meriti, & effectus eiusdem: quod implicat. Vel 2. ex eo, quia omnia opera in statu beatitudinis facta, essent necessaria, vtpotè ab amore beatifico necessariò imperata. Vel 3. quia ad actum meritorium requiritur fides, quæ cum visione beatifica pugnat. Non primum: nam principium merendi in tali statu non necessariò foret beatitudo, quæ in visione Dei & amore beatifico consistit, sed gratia habitualis, à quâ opera, in eo statu facta, condignum apud Deum valorem sortirentur. Sicut opera à Christo exhibita non accipiebant condignitatem valoris ab ipsius beatificâ visione & amore, sed à personâ operante. quia non minùs gratia habitualis in statu beatitudinis, quàm in statu viæ est perfectissima forma supernat. constituens subiectum amicum, & filium adoptiuum Dei; atque adeò principium sufficienter dignificatiuum omnium supernat. operationum. Non 2.

112. *Probabile nō est Angelos supernaturalem beat. à principio habuisse ab merita futura in statu gloriæ, quāuis non sit impossibile.*

Digitized by Google

tum quia alioqui nulla opera Christi fuissent meritoria, cùm omnia facta sint in statu beatitu. tum quia, vt opera sint meritoria, satis est, vt sint libera tantùm quoad circumstantias, esto sint necessaria quoad substantiam: obsequia angelorum ex obedientiâ Dei in hominum salutem & vtilitatem in statu beati. exhibita possunt esse libera quoad aliquam circumstantiam finis, aut motiui à Deo non præceptam; sicut potuerunt opera Christi præcepta, pro nobis meritoria apud Patrem. Vnde licet hæc obsequia quoad substantiam necessariò imperentur ab amore beatifico, quoad aliquas tamen circumstantias & motiua non præcepta, de facto liberè exhibentur, nec ad meritum necessaria est libertas peccandi, vt patet in Christo. Nec 3. nam ad actum meritorum non necessariò requiritur fides, vt etiam patet in Christo.

114. *Fund. vnic.* Improbabilitas poster. partis demonstratur: temerè contra communem Patrum auctoritatem inducitur nouus modus merendi gloriam in angelis diuersus ab eo, quem Deus seruat cum hominibus, qui est per actus fidei, spei, & charitatis, duratione præcedentes præmium beatitudinis. Qui modus maximè fundatur in naturâ meriti & premij: nam de ratione merentis est, esse in viâ ad præmium, ad quod propriis actibus tendat: de ratione præmij, esse vltimum terminum & fructum præcedentium laborum. *Confirm.* 1. Confirm. 1. meritum connaturaliter postulat exerceri à personâ iuxta conditionem personæ: sed persona angelica est suâ naturâ peccabilis: ergo connaturaliter postulat ab eâ exerceri cum libertate ad peccandum, quâ libertate caret angelus in statu beatit. 2. ita se habuerunt angeli ad merendum sibi, sicut se habuit Christus ad merendum aliis: sed Christus in statu immortalitatis & gloriæ corporis, qui respondet statui gloriæ angelorum, non ampliùs meruit aliis: ergo nec angeli in

115. statu gloriæ meruerunt sibi. Nonnulli improbabilitatem arguunt ex eo, quòd sequeretur, Deum non æquam legem seruasse cum bonis, ac cum malis angelis in gloriæ distributione: siquidem non minùs eam meruissent mali per bona opera subsequentia, si ipsis ante merita collata fuisset, quàm boni. Sed contrà: ideò in sent. *Magi.* vt ex *cit. dist.* constat, non est ante merita collata gloria malis, quia mali apposuerunt peccatum; quod si non apposuissent, non minùs quàm boni gloriam ante merita accepissent.

116. *Non implicat simpliciter Angelos promeruisse supernaturalem beatitudinem prius naturâ solùm, implicat tamen connaturaliter.* Dico 2. Non implicat simpliciter, angelos condignis meritis, naturâ tantùm præcedentibus, supernaturalem beatit. sibi promeruisse; implicat iuxta legem à Deo statutam; iuxta quam necessarius est actus fidei infusæ, quo cognoscatur Deus vt auctor bonorum, supernat. iuxta illud *Heb.* 11. *Sine fide impossibile est placere Deo. Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est & inquirentibus se remunerator sit.* Implicat autem eum visione intuitiuâ Dei simul eodem instanti durationis stare posse actum fidei de eodem Deo, vt 4. *to. cum S. Thom.* 2. 2. *quæst.* 1. *art.* 4. & 5. at si debuit eodem instanti durationis simul esse meritum & præmium supernaturalis beatitu. debuerunt eodem instanti simul esse actus fidei Dei auctoris supernatu. vt initium meriti, & visio intuitiua eiusdem. Dices. Potuisset actus fidei instanti visionis Dei in angelo cessare, & tantum perseuerare actus spei, & dilectionis Dei ex notitiâ fidei originatus. Sed contrà: implicat, actum voluntatis perseuerare, non perseuerante notitiâ, à quâ talis actus originatur: cùm nō minùs in conseruari, quàm in fieri, actus voluntatis pendeat ab actu intellectus, à quo originatur: cùm nequeat actus voluntatis conseruari, nisi præsente obiecto, cuius est actualis volitio, aut nolitio. Nequit autem obiectum conseruari actu præsens voluntati, nisi per actum intellectus, cuius tantùm est obiectum voluntati præsentare.

117. *Obiectio.* *Solutio.*

118. *Fund. prio. asser.* Prioris fundam. potuerunt angeli habituali iustitia iam sanctificati, per actum dilectionis Dei auctoris supernatur. originatum notitia supernatu. Dei, non quidem obscurâ fidei, sed euidenti abstractiuâ, priùs naturâ elicitum, condignè mereri supernaturalem beatitud. eodem instanti durationis sibi conferendam. Vel certè potuerunt per actum fidei obiecti supernatu. cuius intuitiuam notitiam in Verbo non accepissent cum visione Dei, nam tunc non sequeretur, simul fore actum fidei & visionis in Verbo de eodem obiecto. Dices. Visio intuitiua Dei, & amor beatificus eodem instanti durationis existens, necessariò impelleret voluntatem ad actum meritorium: ergo non esset talis actus liber, & consequenter meritorius. Resp. neg. antec. nam vt visio & amor beatificus impellant voluntatem ad actum meritorium, debent vt causa natura præcedere actum meritorium: cùm igitur illi non præcederent per modum causæ, sed potiùs vt effectus subsequerentur posteriùs natura actum meritorium, non possent ad illum voluntatem impellere. Ex dictis manifestè apparet improbabilitas secundæ sentent. quæ meritum angelorum respectu supernaturalis beatitud. non explicat iuxta legem de promerendâ gloriâ creaturæ rationali latam, per actus à fide supernat. originatos: siquidem cum talibus actibus implicat visio beata, in qua beatitudo supernatu. principaliter consistit. Hoc argum. maximè vrget *Thomistas*, qui cum *S. Thom.* 2. 2. *quæst.* 1. *art.* 4. & 5. vniuersaliter docent, nullum actum fidei stare posse cum actu scientiæ de eodem obiecto. Vnde meritò *S. Doctor* hanc sent. quam in 2. *sent.* docuerat, retractat *in summa*: cum nequeat cum ipsius *cit.* doctrinâ cohærere.

119. *Obiectio.* *Solutio.*

120. *Quid de 3. sent.*

121. *Implicat meritū consummatum Angelorum naturâ tantum præcessisse gloriā.* Dico 3. Implicat, meritum consummatum Angelorum naturâ tantùm præcessisse supernaturalis beatit. præmium, contra 3. sentent. *Caiet.* Fundam. idem ac 2. partis præced. assert. Nam si meritum in 1. instanti inchoatum consummari debet in 2. necessariò debet in eo perseuerare, vt ipsa libera perseuerantia consummetur. Igitur si in eo instanti simul infundatur visio beatifica, simul erunt actus fidei diuinæ, à quo pendent angelorum meritum, & visio intuitiua eiusdem Dei contra *Caiet.* qui 2. 2. *locis cit.* & 1. 2. *qu.* 67. *art.* 5. negat, fidem stare posse cum quacumque scientia.

122. *Hæc sent. omnium probabilissima sequitur ex refutatis reliquis.* Dico 4. Angeli condignis actibus non causalitate tantùm, sed duratione etiam prædedentibus, supernaturalem beatit. sibi promeruerunt. Fundam. hic modus est omnium connaturalissimus; nam vltimum præmium est quies & terminus, in quo sistit operatio merentis, & in quo fruitur præcedentium laborum fructu: Vnde hoc modo, vt omnium connaturalissimo vtitur Deus cum hominibus. Confirm. de ratione merentis vt sic, est vt sit in via & actuali tendentiâ ad præmium: ergo non debet præposterè illud ante, vel cum merito accipere.

123. *Ad prime sent. argum. resp.* Ad 1. primæ, neg. maior; nam quòd homo assequitur multitudine actuum, angelus consequitur intensione actus. Potuit igitur angelus vnico actu intensissimo plus gloriæ promereri, quàm multis remissis possit homo: præsertim cùm probabile sit, maiorem gratiam habitualem, & consequenter actualem

Digitized by Google

lem habituali proportionatam, accepisse angelos in principio suæ creationis, quàm non modò accipiunt paruuli in baptismo, sed quàm multi sancti viri post diuturna merita sibi comparârunt. Et quia angeli operantur secundùm totum posse gratiæ, potuit vnus actus angeli plus gratiæ & gloriæ mereri, quàm multi hominis actus. Ad 2. primò nego antec. cùm. n. gratia sit principium meriti, repugnat simul esse effectum eiusdem 2. neg. consequ. quia gratia non est vltimum præmium. Solùm autem de ratione vltimi præmij est, non posse esse simul duratione cum merito. Nam de ratione vltimi præmij est, extrahere merentem à statu viæ, quæ de lege ordinata ad merendum requiritur.

124. *Ad secundū. Ratio discriminis.*

Ad 3. Dist. antec. de præmio vltimo, nego; de non vltimo, concedo: beatitudo autem est vltimum præmium intellectualis creaturæ. Ad 1. prob. disparitas 1. meritum est in vno sc. Christo; præmium in alio sc. in antiquis Patribus: at cõtrouersia est de eodem supposito, in quo præmium duratione præcedat meritum: nam præcipua diffic. est, quòd prius quis præmium accipiat, quàm meritum exhibeat: 2. præmium, quod duratione antecessit in Patribus, non fuit vltimum gloriæ, quod dilatum fuit vsque ad meritum Christi actu exhibitum, propriaque morte consummatum, sed inchoatum gratiæ: quamuis etiam vltimum præmium gloriæ antecedere potuerit merita Christi; vt de præmio angel. *suo loco*. 3. meritum Christi, vt pote infiniti valoris, suâ naturâ dignum fuit, vt acceptaretur pro omnibus hominibus quouis tempore, & loco existentibus.

125. *Ad 3. Multiplex disparitas.*

Ad 4. neg. consequ. nam equus datus militi in præmium futuræ dexteritatis, non est vltimum, qualis est beatitudo. Ad 4. minor de præmio accidentali, concedenda; neganda de essentiali. Ad prob. maioris; huiusmodi obsequiis angelorum, ad præmium essentiale beatitudinis promerendum, deest status viæ, quæ est conditio ex voluntate præmiantis ad merendum necessariò requisita.

126. *Ad 4.*

Confir. 1. Confirm. 1. alioqui angeli per huiusmodi obsequia, tot annis hominibus impensa, ingentem gloriæ cumulum sibi comparassent, quem vix B. Virgo suis meritis superasset: de reliquis hominibus nulla foret dubitatio, quin omnes essent inferiores angelis: cùm tamen ex multorum Patrum senten. multi homines excedant multos angelos in gloriæ magnitudine. 2. dæmones operibus malis continuò patratis non augent sibi pœnam essentialem, sed tantùm accidentalem: ergo nec angeli operibus bonis augent sibi præmium essentiale. Ratio vtriusque: deest conditio viæ ad merendum, & demerendum præmium, vel pœnam essentialem requisita.

2.

127. *Ad 5. Explicatur Augustinus.*

Ad 5. argum. vt *suprà*; cùm *Augustin.* docet, angelos priùs vidisse res in Verbo, quàm in proprio genere, *rò Priùs*, non intelligi de prioritate simpliciter; alioqui omnes tam boni, quàm mali creati fuissent cum visione beatâ creaturarum in Verbo; nam, vt *eod.* constat, in principio omnes creati sunt æqualis fælicitatis: sed intelligi de prioritate in ingressu beatitudinis.

128. *Ad fundam. secunda. Disparitas duplex.*

Ad fundam. secundæ, neg. consequent. nam licet non repugnet simpliciter, meritum & præmium beatitudinis esse simul; repugnat tamen iuxta legem de facto à Deo sancitam de beatitudine promerendâ per actus à fide originatos. Nec est par ratio de perfectione naturali & supernat. naturalis. n. cùm sit à determinato principio, est finita & determinata, quam potest angelus determinato actu in instanti consequi; quia potest determinato actu in instanti operari secundùm totum posse suæ potentiæ naturalis, atque adeò eo actu attingere vltimam perfectionem suæ naturæ proportionatam. At perfectio & beatitudo supernat. cùm sit à principio infinito, non habet certum limitem, sed semper potest perfectior à creaturâ mereri, iuxta maiorem dispositionem ad illam: quæ dispositio semper potest esse perfectior ex perfectionibus principijs supernatur. à quibus illa principaliter producitur. 2. potest actio, & tendentia principij naturalis ad propriam perfectionem naturalem esse simul cum termino vltimo suæ perfectionis: non potest actio & tendentia principij supernat. ad perfectionem supernat. esse simul cum vltimo termino perfectionis supernat. nam tendentia ad perfectionem supernat. sunt actus virtutum dependentes à fide supernat. quæ nequit esse cum vltimo termino perfectionis supernat. quæ est visio, & amor beatificus. Ad 1. probat. anteced. nego de facto Christum essentialem beatit. animæ sibi promeruisse; vt expressè docet *S. Th. 3. p. qu. 19. art. 3.* Nec eadem ratio de aliis: nam ex eo quòd Christus primo instanti suæ conceptionis meruerit aliis gloriam, non sequitur, quòd in eodem supposito sit gloria & meritum simul, quæ est potissima ratio, cur angeli non meruerint sibi gloriam per actus, naturâ tantùm & causalitate præcedentes: sed tantùm sequitur, quòd in vno sit gloria, in alio meritum. Ad 2. prob. non cum quolibet præmio pugnat meritum, sed cum præmio dumtaxat vltimæ beatit. quæ extrahit creaturam à statu viæ ad merendum requisitæ; nec non pugnat cum merito fidei infusæ. Ad confirm. actus fidei, quem requirit contritio, non pugnat cum merito, & iure ad gloriam, pugnat cum possessione gloriæ. Ad 2. argum. neg. consequ. nam nihil habet demeritum, quod naturâ suâ pugnet cum pœnâ: Est. n. demeritum peccatum, quod non solùm non pugnat cum pœnâ priuationis gloriæ, sed nequit stare cum iure, nedum cum gloriâ. Contrà verò meritum gloriæ suâ naturâ pugnat cum gloriâ; quia meritum includit notitiam obscuram fidei Dei auctoris supernat. gloria intuitiuam visionem eiusdem.

129. *Ad 1. prim.*

130. *Ad secundò patet disparitas.*

131. *Ad 2. ratio discriminis.*

SECTIO VII.

De numero & serie instantium Angelicorum, aliisque difficultatibus ex iis.

EX *præced. sect.* colligitur, totum negotium bonorum angelorum tribus fuisse instantibus peractum: Primo creationis naturæ, & gratiæ: 2. meriti: 3. glorificationis. Primum fuit formaliter & virtualiter indiuisibile, in quod angeli nihil meruerunt, sed tantùm acceperunt merendi principia, quæ fuerunt habitus supernat. infusi, quibus constituti sunt apti ad merendum: solumque elicuerunt naturalem dilectionem sui, & Dei auctoris naturæ, quam tam boni, quàm mali semper retinuerunt; cùm sit actus necessarius, & rectus rectitudine tantùm naturali. Atque hoc instans dici potest instans perfectæ constitutionis naturæ angelicæ: nam in hoc fuerunt omnes perfectè constituti ad operandum, tam naturaliter per principia debita naturæ, quàm supernaturaliter per dona indebita naturæ. Quod instans cum *Scoto in 2. dist. 5. qu. 1. §. Ad iniquir.* dici etiam potest *instans vniformitatis* quia in hoc omnes creati sunt geometricè vniformes, tam quoad dona naturalia, quàm gratuita & supernat. Secundum fuit meriti. Quod rursus in duo

132. *Totum negotium bonorum Angelorum tribus instantibus peractis. Primum indiuisibile etiam virtualiter.*

133. *Secundum*

Digitized by Google

Instans, meriti, diuiditur in duo inceptionis & consummationis: hoc diuisibile virtualiter.

diuiditur instantia, 1. inceptionis 2. consummationis meriti. Et quidē prius instans inchoationis meriti, si sumatur secundum omnes conditiones, quas ad meritum requisitas includebat, fuit virtualiter diuisibile. Nam hoc instans cōtinebat mysteria fidei, proposita ab vno angelo supra omnes diuinā ordinatione constituto, reliquis omnibus ex Dei auctoritate credenda: item examen rationum & motiuorum, cum quibus illa proponebantur, vt à Deo attestata: demum productionem multorum actuum supernat. fidei, spei, charitatis, reliquarumque virtutum, quos, fidei mysterijs acceptatis, angeli elicuerunt. Quæ omnia moraliter non potuerunt vnico instanti formaliter, & virtuliter indiuisibili perfici. Ad minimum. n. in vno debuerunt rationes & motiua credibilitatis examinare, vt prudenter constanterque illa crederent, vt à Deo reuelata: in alio elicere actum imperij volendi credere assensum credendi, reliquosque actus virtutum supernat. Qui omnes actus licet potuerint eodem instanti durationis ab angelo elici, diuersa tamen postulabant instantia naturæ, prout vnus causalitate præsupponebatur ad alium. Instans verò continuationis, seu cōsummationis meriti, fuit virtualiter diuisibile, quia duravit toto tempore viæ; vt ex prælio, quod inter bonos & malos intercessit, colligitur; nec nō ex merito angelorū, quod tanto præmiō responderet, debuit continuatione alicuius diuisibilis, & determinatæ moræ augeri. Quanta fuerit hæc mora, sciri non potest: Certum est, illam tempore primi parentis in terrestri paradiso existentis fuisse completam, vt constat ex tentatione malorum angel. Ceterùm nonnulli putant, hanc moram viæ angel. fuisse vnius diei artificialis: quod indicat *Hugo de S. Victore lib. 1. c. 10.* ex *Aug. lib. 11. de Ciuit. c. 9.* vbi non solùm docet, primâ die creatam esse lucem, nomine cuius intelligit angelos, sed eâdem die lucem diuisam esse à tenebris, hoc est angelos bonos, per lucē significatos, à malis, qui nomine tenebrarum exprimuntur.

Quamdiu durauerit alterum instans Angelicum.

134. *Tertium instans glorificationis.*

Tertium fuit instans glorificationis, in quo sancti suam beatitudinem inchoarunt per visionem Dei, & amorem beatificum. Hoc autem non tam est instans, quàm quædā participata æternitas, quâ beatitudo supernat. mensuratur; eâdem quippe indiuisibili mensurâ, quâ cœpit, duratura est per totam æternitatem. Et quia duratio proportionatur esse supernaturalis beatit. est quædam participatio diuinæ ita & eius duratio est quædam participatio æternitatis diuinæ, quâ ipsius increata beatitudo durat. Hic numerus & series instantium prob. ex dictis *praced sect.* 50. Angelos iuxta statutam legem, moraliter non potuisse, primo instanti creationis naturæ & gratiæ, per actus fidei, spei, & charitatis meritū beatit. inchoare: hoc posito, secundum instans meriti, necessariò diuidendum est in instans inchationis, & continuationis seu consummationis, ita quot-quot negant, angelos in 1. instanti meruisse: at qui docent, angelos in 1. instanti meritum inchoasse: vel non addunt, nisi secundū instans consummationis meriti & glorificationis simul, vt *Caiet.* vel glorificationis tantum, vt *Ferrari.* qui docet, omnes in 1. instāti meruisse, & potuisse non mereri, non positiuè apponendo peccatum, sed negatiuè non ponendo meritum: in 2. bonos fuisse glorificatos, malos damnatos. In quo instanti omnes demereri, & peccare poterant: *Quia non repugnat*, inquit, *quod Angelus in termino viæ per peccatum gratia priuetur, & simul in malo confirmetur. Non autem potetant mereri, quia repugnat, meritum & præmium in eodem instanti simul.* Vel si addunt 2. instans meriti distinctum ab instanti glorificationis, vt reliqui, illud non est duplex, inceptionis sc. & continuationis seu consummationis; sed vnicum tantùm continuationis. Ceterùm hæc *Ferrar.* sent. refutata est ex dictis: eò quòd pura creatura debet in eadem duratione, in quâ meretur, posse peccare, non in sensu compositō, sed diuiso. In sent. autem *Ferrar.* eo instanti, quo angelus potuit mereri, non potuit ne quidem in sensu diuiso peccare: & è contrà, in quo potuit peccare, non potuit mereri. Tandem qui affirmant, angelos beatitudinem habuisse vel ante merita, vel cum meritis, duo tantùm assignant instantia, vnum creationis, alterum glorificationis. *Leg. Scotus in 2. dist. 5. qu. 1. § Ad inquir.*

Eadem series Admittitur ab his.

135. *Prob. hic numerus.*

136. *De instantibus malorū Angelorum aliter theologandum.*

Paulò aliter est de instantibus, in quibus completa est via malorum angel. Nam 2. instans demeriti malorum, non diuiditur in duo instantia inceptionis, & continuationis demeriti, sed est vnum & idem, in quo & angelus peccauit, & simul in peccato obfirmatus est: quia in hoc instanti postquam peccauit, non habuit amplius potestatem resurgendi: & consequenter non potest illud diuidi in duo, in quo incepit demeritum, & aliud, in quo liberè illud continuauit, cum potestate non continuandi, ab illo. Boni autem post inceptum meritum, habuerunt libertatem illud non continuandi, vsque ad instans glorificationis excluiuè. sc. potestas à peccato resurgendi in statu naturæ ad gloriam eleuatæ pendet ab auxilio diuinæ gratiæ, quod statim fuit illi post peccatum denegatum: Potestas non continuandi meritum in bonis, pendebat à solo libero arbitrio: sicut & potestas illud continuandi ab auxilio gratiæ: neutrum autem fuit à sanctis Angelis post inceptum meritum sublatum, sed potiùs confirmatum. Præterea secundum instans peccati malorum fuit simul cum instanti pœnæ priuationis gloriæ, licet non fuerit cum instanti pœnæ ignis & localis detrusionis ad inferos, quam pœnam pati cœperunt post consummatam viam. Contrà verò instans consummationis meriti in bonis non fuit simul cum instanti præmij, quia repugnat meritum cum vltimo præmio simul: non repugnat autem demeritum cum pœnâ etiam vltimâ. Dices. Hoc modo non assignatur æqualis via bonis, ac malis: quia boni post inceptum meritum adhuc poterant demereri vsque ad instans glorificationis: mali autem post inceptum demeritum non amplius poterant mereri.

137. *Obiectio.*

Solutio.

In angelis malis status vie statim fuit cōsummatus post peccatū.

Non inficior eamdem viam diuerso modo fuisse præscriptam bonis in ordine ad meritum, quæ duravit vsque ad beatificationem, & malis in ordine ad demeritum, quæ statim fuit absoluta. Ratio 1. meritum non potuit simul esse cum præmio: debuit igitur duratione aliquâ illud præcedere: demeritum esse potuit cum pœnâ. 3. vt boni occasionem haberent augendi meritum, gloriamque maiorem sibi comparandi. Propter quam causam mali simul manserunt cum bonis vsque ad terminum viæ ad exercitium virtutis. 3. hic modus est conformis naturæ angelicæ, quæ quia quod semel eligit, non facilè dimittit, debuit post semel commissum peccatum, non amplius habere potestatem ab illo resurgendi.

137. *Dices.*

At eadem, inquies, est ratio de bonis: ergo etiam boni statim post meritum, debuerunt non habere potestatem amplius demerendi: nam etiam boni non facilè dimittunt, quod deliberatè eligunt. Verùm

Resp.

concedo in hoc esse eamdem rationem: ac potestas peccandi simpliciter non aufertur, nisi vel per beatitudinem ipsam, vel per subtractionem concursus ad malum. Prima non potuit statim simul esse cum merito. 2. est contra libertatem debitam creaturæ. Potestas verò merendi statim post inchoatum peccatum auferri potuit per subtractionem auxilij super-

139. *Sicut angeli mali beatitudinē numquā meruerant, ita neque boni mala meriti sunt.*

supernat. indebiti. Ex his peducitur, angelos malos numquā beatitudinē meruisse, vti nec bonos demeruisse: nam nec mali facilè à malo, quod deliberatè semel eligunt, se auertunt: nec boni facilè bonum, in quod liberè se conuertunt, dimittunt. Atqui hinc magis apparet probabilitas opin. *sect.* 4. Angelos non accepisse ab initio suæ creationis gratiam habitualem per propriam conuersionem in Deum, vt per proprium meritum de congruo: alioquin difficilè ab eâ se auertissent, cùm tamen omnes mali per aduers. ab eâ se auerterunt. Confirmat. per eosdem, ideò angeli, qui post primum instans vel suum meritum confirmarunt, vel demeritum primò inceperunt, numquam ab illo cessarunt, quia difficilè dimittunt, quod semel deliberatè eligunt. At non minùs deliberatè omnes per aduers. in 1. instanti elegerunt conuersionē in Deū, quā in 2 vel confirmationem eiusdem, vel primam productionē peccati ex dictis variæ emergunt difficultates.

Conf.

Difficultas 1. 140. PRIMA. Quot actibus & boni præmium, & mali pœnam meruerint? Thomistæ cum Doctore *S. 1. p. qu. 62. art. 5.* affirmant vnico actu & bonos præmium, & malos pœnam sibi meruisse quia, gratia accommodatur naturæ: sed angelus per vnicum actum acquirit suam perfectionem naturalem, quia acquirit illam sine discursu; ergo etiam supernaturalem. Eadem ratio proportionaliter probat de angelis malis, quòd debuerint vno actu consequi pœnam. 141. *Scotistæ probabilius.* Scotistæ *cum Scoto in 2. dist. 5. qua. 2. art. 3.* docent, multis actibus tam bonos præmium, quàm malos pœnam meruisse. *Quæ sent. probabilior est*, nam & boni occasione malorum, ad inobedientiam & separationem capitis incitantium, multos exercuerunt actus bonos: & mali exstimulati à sociis, ad rebellionem prouocantibus, multos elicuerunt actus malos. 142. neg. Ad *S. Tho.* nega. conseq. nam finis supernat. non tantùm acquiritur obseruantia legis naturalis, sed etiam supernat. cum plenâ & perfectâ victoriâ omnium tentationum, quæ contra vtramque legem occurrere possunt. Ad quam perfectam obseruantiā vtriusque legis nō sufficit vnus tantùm actus.

Difficultas 2. 143. *Actus fidei.* SECVNDA. Quales fuerint actus, quibus boni præmium meruerunt? Respo. fuisse 1. actus fidei, quibus crediderunt in Deum vnum essentiâ, & Trinum in personis; nec non vt Auctorem, largitoremque omnium bonorum tam naturalium, quàm supernatur. Remuneratorem quoque supernaturalis beatit. Nam illud Hebr. 11. *Sine fide impossibile est placere Deo. &, Credere oportet accedentem ad Deum, quia est, & inquirentibus se remunerator sit*; comprehendit etiam angelos, cùm fundetur in iure naturali, quo vnusquisque suum Auctorem benefactoremque cognoscere debet, vt ei & gratias pro acceptis beneficiis agere, & debita obsequia pro viribus præstare valeat. Item in Christum futurum vt hominum & angelorum caput, dependenter à quo omnia bona supernat. angeli acceperunt. 2. spei, supernaturalem beatit. cum auxilio Dei exspectantes: 3. charitatis, religionis, & obedientiæ erga Deum, illum diligendo vt finem vltimum; adorando vt principium primum omnium naturalium & supernat. bonorum; eique obediendo vt supremo legislatori: 4. charitatis, misericordiæ, & obedientiæ erga alios angelos, illos à rebellibus tutando, ab imminenti periculo liberando, supremo angelo obediendo, malis compatiendo: nec non actus temperantiæ erga seipsos eliciendo, temperando naturalem appetitum propriæ excellentiæ. *Actus spei, charitatis, virtutum moralium erga Deum: misericordiæ & obedientiæ erga alios.*

144. Dices. Si angeli in exordio suæ creationis de Verbo incarnando fidem acceperunt, numquam dæmones de Verbo incarnato dubitassent, quia retinuissent species de propositi mysterij manifestatione ipsis ab initio promulgati Resp. neg. sequel. nam licet initio suæ creationis de Verbo incarnando fidem acceperint, eam tamen non acceperunt cum omnibus circumstantiis, cum quibus executioni mandata est, nec solùm mali, sed etiam boni multas circumstantias post executionem de Incarnatione didicerunt, quas anteà ignorabant. vt ex illo *Ephes. 3. Vt innotescat Principatibus & Potestatibus in cœlestibus per Ecclesiam, multiformis sapientia Dei, secundum præfinitionem sæculorum, quam fecit in Christo Iesu Domino nostro*; colligunt Hierony. & alij Patres. *Et secundum hoc*, inquit Ansel. *in cognitione huius sapientiæ etiam Angelici spiritus per Ecclesiam profecerunt, quia dum eam Christus vel per se, vel per Apostolos instrueret, plurima secreta didicerunt Angeli, quæ ignorabant*: qui *suprà* docuerat, incarnatam sapientiam, quoad substantiam, notā fuisse angelis ab initio creationis.

Difficultas 3. 145. TERTIA. An aliquod maius donum gratiæ habuerint Angeli boni in via, quod non habuerunt mali? Resp. affir. nam boni habuerunt donum gratiæ efficacis, quod non habuerunt mali. Quod donum etsi physicè non differat ab auxilio gratiæ sufficientis, moraliter tamen & in ratione doni multùm differt; cùm vnum habeat infallibiliter effectum, quem non habet aliud. Præterea boni habuerunt auxilia supern. per modum actualis conuersionis in actus, quoad substantiam supernaturales; quæ defectu propriæ dispositionis, ac cooperationis non habuerunt mali. Quarta difficu. de angelis bonis fieri posset, quænam in ingressu beatitud. nouerint in Verbo, & num in eâ cognitione profecerint. Sed hæc communis est omnibus beatis, de qua *to. 1. disp. 9. sect. 23.* *Respondetur affirmatiuè.*

Difficultas 4. 146. QVARTA. An omnes angeli mali statim post primum instans simul peccarint? Respon. neg. nam cùm multi, ex ipsis peccarint ab aliis persuasi & seducti, supponebant suadentes priùs peccasse, at qui ab aliis stimulati peccarunt, non potuerunt statim post 1. instans peccare, sed aliqua debuit intercedere mora, in qua aliqui priùs peccarent, quàm alios ad peccandum incitarent. In quâ morâ, qui ab aliis persuasi deliquerunt, fuerunt in quodam interstitio deliberationis inter bonum & malum, donec omnibus perpensis deliberatâ voluntate ad malum se conuerterunt, alij diutiùs, alij breuiùs, iuxta quod magis, aut minùs stimulati fuerunt. *Resp. neg.*

Difficultas 5. 147. *Affirmat.* QVINTA: An angeli mali post commissum peccatum habuerint paratum auxilium pœnitendi? Affirmant. *Scotus in 2. dist. 6. q. 2. qu. vn. art. 2. con. 1. Mayro dist 4. qu. 1. Suarez lib. 8. de ange. cap. 1. & Salmeron apud ipsum.* funda. quamdiu angelus, vel homo est in via, habere debet potestatem perueniendi ad terminum beatit. sed angelus malus toto illo tempore, quod inter inchoatum peccatum, & detrusionē ad inferos interfuit, fuit in viâ; igitur habere debuit potestatem perueniendi ad terminum beatit. quam habere non potuisset, nisi paratum sibi ad pœnitendum auxilium habuisset. Maior prob. alioquin toto intermedio tempore angeli mali fuissent extra viā. Confi. ad ipsum auct. *Cyrilli Hiero. Catech. 2.* vbi docet multa fuisse angelis à Deo condonata ac indulta. *Conf.*

148. *Negant verisimilius.* Negant. *Bonau. in 2. d. 11. art. 1. qu. 2. ad 2. Ægid. in 2. dist. 4. qu. 1. art. 1. ad 2. Molina 1. p. qu. 63 art. 6. Zumel ibid bu. 2 prop. 1. fine. Quæ sent. probabilior est*, eamque docent *Damasc. lib. 2. fidei c. 4. Quod*, inquit, *hominibus mors est, angelis lapsus exitit: post lapsum præcluſa iam est illis omnis respiscendi facultas.* de quibus *præced. ca.* dixerat, eos non esse *pœnitentiæ capaces.* Idē affirmant *Nyssenus lib. 1. philos. cap. 3. & Fulgent. de fide ad Petrum c. 3. ante med.* cuius sunt hæc: *Et de Angelis quidē hoc disposuit & implenit*, nempe Deus *vt si quis eorum bonitatem voluntatis*

Digitized by Google

luntatis perderet, numquam eã diuino munere recuperaret. Et ne videtur solùm negare factum, nõ potentiam pœnitendi, sic infrà: *Neque diabolus, nec aliquis angelus eius bonam potuit, aut poterit resumere voluntatem.* Idem passim Patres, qui peccatum angelorum appellant, lapsum irremediabilem: *Bernar. in cant. serm.* 22. Fundamen. si angeli rebelles habuissent auxilium ad resurgendum paratum, fuisset Christus verus eorum Redemptor: at fuit tantùm glorificator, vt communis *Patrum & Scholast.* sent. docet; non igitur habuerunt auxilium ad resurgendum paratum. Sequela probat. tale auxilium fuisset illis paratum ex meritis Christi futuris in pretium redemptionis ipsorum à captiuitate peccati. Ad hoc autem, vt quis sit verus Redemptor alicuius, non est necessarium, vt captiuus actu vtatur pretio redemptionis sibi oblato, sed sufficit, si tantùm ei offeratur, & per Redemptorem non stet, quò minùs eo ad seipsum redimendum captiuus vti possit; alioquin non posset Christus dici Redemptor hominum damnatorum, qui pretio redemptionis, Christi meritis sibi oblato, vti noluerunt. Ceterùm supponit hæc ratio, Christum meruisse angelis omnia dona supernat. gratiæ & gloriæ, quod *in 1o.* probat. 2. positâ naturâ angelorum, quæ difficilè dimittit quod semel deliberatè elegit, hic modus conformior fuit ipsorum naturæ: at Deus quoad fieri potest rerum naturis se accommodat: ergo.

Fundamen.

149. *Ad fundam. oppositæ resp.* Vnde ad fundam. oppositæ, disting. duplex via in Angelis malis, vna termini vltimati, altera non vltimati. 1. via est ad positiuam & vltimatam pœnam ignis, & detrusionis ad inferos: & in hâc viâ fuerunt omnes rebelles vsque ad consummatum terminum omnibus præfixum. 2. est ad pœnam priuationis gratiæ, & gloriæ, ceterorumque donorum supernatur. & in hâc viâ non fuerunt ampliùs post commissum peccatum. Dices. Cur non eodem modo boni statim post meritum fuerunt extra viam termini non vltimati? Respond. boni non poterant fieri extra viam termini non vltimati, nisi sublata illis libertate, vel per visionem beatificam, vel per subtractionem concursus ad malum. 1. non solùm extrahit creaturam à viâ ad terminum non vltimatum, sed etiam ad terminum vltimatum, cùm sit ipse terminus vltimus beatitud. 2. est contra naturalem exigentiam creaturæ, quæ naturaliter postulat concursum 1. causæ ad omnes suos actus naturales, at mali potuerunt exire à viâ ad terminum non vltimatum priuationis gratiæ & gloriæ, absque eo, quòd extraherentur à viâ ad terminum vltimatum pœnæ ignis & deiectionis è cælo, per subtractionem dumtaxat anxilij supernat. indebiti. Vnde post commissum peccatum non potuerunt amplius angeli peccatores amissum Regnum recuperare; poterant tamen minorem pœnam ignis, & cruciatus mereri, si pauciora intra illum terminum viæ peccata commisissent. Auctoritas *Cyrillus* plus probat, quàm intendit: probat enim non solùm malos à peccato resurgere, & pœnitere potuisse, sed etiam de facto multis peccantibus condonatum, & indultum fuisse: quod omnes tam Patres, quàm *Scholast.* constanter negant. Explicandus igitur est de condonatione & indulgentiâ à peccato, non iam actu commisso, sed committendo, nisi peculiari auxilio gratiæ à Deo præuenti, & præseruati fuisset.

150. *Obiectio. Solutio.*

151. *Ad auctoritatẽ Cyrill.*

Difficultas. 6. Sexta. An continuatio primi peccati, aliaque post primum commissa vsque ad detrusionem ad inferos, fuerint in angelis malis meritoria essentialis pœnæ positiuæ ignis & cruciatus? Ratio dubit. negato omni auxilio etiam sufficienti gratiæ, non ampliùs erat in libera potestate angeli, à peccato cessare: alioquin potuissent peccatores absque speciali auxilio gratiæ, viribus soliùs naturæ à peccato cessare, & alia denuò non committere. His non obstantibus. Resp. affirm. quia licet defectu specialis auxilij non potuerint à peccato cessare per positiuum actum condignæ pœnitentiæ, & absterſionem maculæ ex peccato contractæ, poterant tamen absque speciali auxilio gratiæ cessare à peccato negatiuè, per puram suspensionem actus, vel per conuersionem ad obiectum disparatum. Vnde sicut actualis illa continuatio peccati fuit libera, quia poterant per conuersionem ad aliud obiectum illam impedire: ita fuit illis demeritoria acerbioris pœnæ ignis & tormentorum, 2. quia poterant absque speciali auxilio gratiæ quædam peccata non committere, quæ de facto commiserunt, iisque maiorem sibi pœnam ignis auxerunt. Dices. Nulla creatura absque speciali auxilio Dei aliquam victoriam de grauibus tentationibus reportare valet, vt *seq. to.* ergo mali, peculiari auxilio Dei destituti, non poterant de vrgentibus tentationibus, quibus à Lucifero & alijs incitabantur, victoriã reportare, & consequenter nec peccata, graues tentationes superando, vitare. Concedo, nullam creaturam absque speciali auxilio Dei superare posse vllam grauem tentationem pro toto aliquo tempore collectiuè, quo illa mentẽ pulsat; nego tamen, non posse pro singulis momentis distributiuè, sumptis: in quibus paucissimæ tentationes cẽsentur graues, & supra vires naturales creaturæ. Vnde si quas tales tentationes habuerunt angeli rebelles post peccatum, eas non superando, nõ peccarunt tunc, quando viribus gratiæ destituti succubuerunt, sed anteà, quando præuidentes, se propriâ culpa in talem statũ redigendos, nihilominus peccando statum illũ virtualiter elegerunt. Adde, quòd tentatio, quæ respectu hominis, propter naturæ imbecillitatem, est grauis, non est grauis angelo. Ex his constat ad rationem dub. licet angeli peccatores absque speciali auxilio gratiæ non potuerint ab incepto peccato positiuè cessare, per actum condignæ pœnitentiæ, vel alterius supernat. virtutis; poterant tamen, vel per suspensionem actus peccaminosi, vel per suspensionem actus peccaminosi, vel per conuersionem ad obiectum disparatum. Eodem modo vitare poterant multa peccata, quorum vitatio non excedebat naturales vires potentiæ angelicæ.

152. *Ratio dubitandi.*

153. *Resp. affirm. versor.*

154. *Obiicies.*

Respondeo.

155. *Ad rationẽ dub. resp.*

Difficultas. 7. SEPTIMA. An angeli mali quò excellentioris fuerunt naturæ, eò maiorem sibi pœnã meruerint? Resp. affirmatiuè. Et quidẽ de pœnâ priuatiuâ bonorũ supernat. posito quòd omnes ab initio acceperũt ea iuxta proportionẽ naturaliũ, res est manifesta. Nã tãta est pœna priuatiua, quanta est perfectio ipsa & bonũ, quo priuat. cùm igitur dona supernat. collata fuerint angelis iuxta proportionẽ naturaliũ, etiã eorũ priuatio, quæ consecuta est ipsorũ peccatum, fuit iuxta proportionẽ naturaliũ perfectionũ. De pœnâ verò positiua tormentorũ prob. hæc sequitur quãtitatẽ culpæ: quâ grauior est culpa, eò maior illi pœna debetur, at quo nobiliores fuerũt angeli in naturâ, eò grauiùs peccarunt, nã cum angelus toto conatu feratur in obiectum, in quod se conuertit, quò præstantioris fuerũt naturæ, eò maiori conatu sese in malũ cõuerterunt, atque adeò grauiùs peccarunt.

156. *Respondeo affirmatiuè.*

Difficultas. 8. OCTAVA. An tantũdẽ pœnæ promeriti sint mali, quantum præmij boni? Pro affirmante parte ratio 1. omnes gratiam acceperunt iuxta quantitatem suorum naturalium: ergo tantam pœnam damni, quæ in priuatione gratiæ & gloriæ consistit, consecuti sunt mali, quantum præmium gloriæ adepti sunt boni eiusdem speciei & naturæ cum malis. Connaturale est angelo in obiectum ferri secundùm

157. *Pro affirmãte parte ratio.*

Digitized by Google

eundùm totum posse suæ virtutis : ergo eodem conatu & intensione operati sunt mali malum, ac boni bonum. Ergo tantam pœnam positiuam tormentorum demeriti sunt mali, quantum præmiũ gloriæ promeriti sunt boni eiusdem speciei & naturæ cum malis. Pro parte negante ratio 1. pœna damni malorum, non solùm fuit priuatio gratiæ & gloriæ, quam in 1. instanti creationis acceperunt; sed etiam quam propriis meritis adepti fuissent. Præmium verò bonorum fuit solùm augmentũ gratiæ & gloriæ, quod propriis meritis post primam gratiam & gloriam gratis acceptam, sibi compararunt. 2. conatus demeriti malorum fuit iuxta quantitatẽ virtutis naturalis, à qua tantùm proficiscebatur: conatus verò meriti bonorum fuit iuxta quantitatem virtutis supernat. à quâ eliciebatur. Sed maior fuit virtus supernat. in bonis, quàm virtus naturalis in malis; quia virtus supernat. constat ex virtute naturali, & supernat. simul. Ergo maior conatus meritorius fuit in bonis, quàm demeritorius in malis: ergo maius quoque præmium, maiorem consequens conatum meritorium est in bonis, quàm pœna consequens minorem conatum demeritorium in malis.

158. *Pro parte & negate ratio 1.*

2.

159. *Non esse omnino certum.*

Dico 1. Non est certum, num tanta fuerit pœna actualis damni malorum angel. quantum fuerit præmium bonorum. Fundamen. non constat, an augmentum gratiæ & gloriæ, quod condignis suis meritis adepti sunt boni, fuerit tantæ perfectionis, quantæ fuit prima gratia & gloria, quam per peccatum amiserunt mali. Sed præmium bonorum consistit in solo augmento gratiæ & gloriæ, quod propriis meritis acquisiuerunt: pœna verò actualis damni malorum consistit in priuatione gratiæ & gloriæ, quam ab initio suæ creationis acceperunt. Dixi, *damni actualis*: nam si in pœnam malorum computetur etiam priuatio illius augmenti gratiæ & gloriæ, quod propriis actibus, cùm parato sibi auxilio promeriti fuissent, maior est pœna malorum, quàm præmium bonorum: quia pœna malorum, non solùm includit priuationem gratiæ & gloriæ à principio gratis acceptæ, sed etiam augmenti gratiæ & gloriæ, quod ex condignis meritis accepturi fuissent; præmium verò bonorum includit solum augmentum gratiæ & gloriæ, quod propriis actibus meritoriis consecuti sunt. Dixi, *præmium bonorum consistit in solo augmento gratiæ & gloriæ, quod propriis meritis acquisiuerunt*: nam licet etiam primæ gratiæ gratis acceptæ sua respondeat gloria, non tamen per modum præmij, sed per modum hæreditatis, & doni, vt respondet in paruulis baptizatis. Dices. Si omnes ab initio gratiam acceperunt iuxta quantitatem suarum perfectionum naturalium, & deinde omnes boni operati sunt secundùm totum posse gratiæ; igitur tantùm fuit augmentum gratiæ & gloriæ, proprio merito acquisitum in bonis, quanta fuit gratia & gloria gratis à principio singulis collata. Igitur certum est, præmium bonorum fuisse æquale pœnæ actualis damni malorum. Respo. nega. vtramque consequentiam. non enim est certum, augmentum gratiæ & gloriæ condignis operibus bonorum Angelorum comparatum, æqualis fuisse perfectionis & intensionis cum primâ gratiâ & gloriâ gratis acceptâ, etiamsi boni operati sint secundùm totum posse gratiæ acceptæ: nam actus boni iustorum non solùm merentur augmentum gratiæ & gloriæ in primâ sui productione, sed etiam in totâ continuatione: & quia continuatio actus boni potest esse longior aut breuior, ipsum quoque augmentum gratiæ maius aut minus esse potest. Cùm igitur ignoremus, quamdiu durauerit continuatio actus boni in Angelis sanctis, ignoramus etiam, an huiusmodi augmentum, actus continuatione acquisitum, fuerit æquale quoad intensionem primæ gratiæ & gloriæ gratis acceptæ.

160. *Obiectio.*

Solutio.

Dico 2. Neque est certum, positiuam pœnam ignis, & cruciatus malorum fuisse eiusdem quantitatis seu intensionis cum præmio bonorum, esto, tam mali summo conatu virtutis naturalis, quàm boni summo conatu virtutis supernat. operati sint. Fundamen. cùm dicuntur angeli accepisse gratiam iuxta quantitatem suorum naturalium, sensus non est, accepisse illã arithmeticè commensam propriæ virtuti naturali, sed solùm geometricè, vtquò erant superiores in naturâ, eò maiorem gratiam acceperint, etiamsi quantitas gratiæ fuerit maior quantitate virtutis naturalis, aut contrà: sed conatus bonorum commensuratur virtuti supernat. conatus malorum virtuti naturali: ergo non est certum, an conatus malorum fuerit eiusdem intensionis cum conatu bonorum. nam conatus malorum pendet à quantitate virtutis naturalis; conatus bonorum à quantitate virtutis supernat. ergo si non est certum, an eiusdem quantitatis & intensionis fuerit virtus naturalis malorum, & virtus supernat. bonorum, neque erit certum, an conatus malorum in malum fuerit eiusdem intensionis, ac conatus bonorum in bonum.

161. *Assertio.*

Ad 1. rationem pro parte affirm. constat; si pœna damni malorum sumatur pro solâ priuatione gratiæ & gloriæ gratis acceptæ, non potest sciri, an illa sit maior vel minor, quàm sit præmium bonorum, quod in solo augmento gratiæ & gloriæ propriis meritis comparato, consistit: Si verò pœna damni malorum sumatur etiam pro priuatione gratiæ & gloriæ propriis meritis cum parato auxilio acquirendæ, maior fuit pœna damnorum malorum, quàm præmium bonorum. Ad 2. licet vtrique tam boni, quàm mali conati sint secundùm totum posse suæ virtutis; quia tamen conatus actus meritorij desumitur ex intensione virtutis supernat. conatus actûs demeritorij ex intensione virtutis naturalis, certumque non sit, an eiusdem intensionis fuerit virtus supernat. in angelis bonis, ac virtus naturalis in malis; certum quoque non erit an eiusdem quantitatis & intensionis fuerit pœna malorum, ac præmium bonorum. Nec magis negantem partem certò probant posteriores rationes. Non 1. quia licet pœna malorum fuerit priuatio gratiæ & gloriæ gratis acceptæ, præmium bonorum solum augmentum gratiæ & gloriæ condignis actibus comparatum; adhuc tamen ignoratur, an prima gratia & gloria gratis collata fuerit maior, vel minor augmento gratiæ & gloriæ propriis operibus à bonis comparato. Non 2. cùm non sit certum, vtrum virtus naturalis, à quâ intendebatur demeritum malorum, an potiùs virtus supernat. à quâ intendebatur meritum bonorum, fuerit maior. Ad prob. concedo virtutem supernatur. merendi componi ex virtute naturali & super. quia vt sit idonea ad merendũ, debet esse libera, libertas autẽ in virtute naturali consistit: nego tamen, meritum quoad condignitatem conatus pendere è virtute naturali, quam solùm requirit vt conditionem; sed tantùm pendere à virtute supernat. quam requirit vt formam adæquatè tribuentem condignitatem operibus ad præmium beatificum promerendum. Ex dictis sequitur, positis his duobus principiis, nempe *quod Angeli nobilioris naturæ*

162. *Ad rationes pro parte affirmante resp.*

163.

164. *Nec partem negantem omnino probant ratio 1.*

Nec secunda.

165. *Corollar.*

Digitized by Google

turæ præstantiora dona gratiæ acceperint; & quòd omnibus naturale sit, operari secundùm totum posse suæ virtutis, certum esse, quòd angeli mali superiores in naturâ excedant inferiores quoad vtramque pœnam, tam priuatiuam gratiæ & gloriæ, quàm positiuam ignis & cruciatus: non esse certum, quòd mali superiores in naturâ hebeant pœnam priuatiuam gratiæ & gloriæ, aut positiuam ignis & cruciatus, vel æqualem cum præmio bonorum eiusdem speciei & naturæ, vel maiorem cum præmio bonorum inferioris naturæ.

DISPVTATIO XIX.

De custodia & tutela Angelorum.

1. *De fide certum est homines ab Angelis custodiri.*

CERTA fide constat, homines à sanctis angelis in hâc vitâ custodiri ac defendi. Gen. 18. *Cogebant eum*, nempe Loth, *Angeli dicentes: Surge, tolle vxorem tuam, & duas filias quas habes, ne & tu pariter pereas in scelere ciuitatis. Eduxerunt q; eum, & posuerunt extra ciuitatem.* Et cap. 48. *Angelus*, inquit Iacob, *qui eruit me de cunctis malis.* Iudith 13. *Custodiuit me Angelus eius & hinc euntem, & ibi commorantem, & inde huc reuertentem.* Psam. 13. *Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos.* Et Psalm. 90. *Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis.* Actor. 12. *Nunc scio verè*, ait Petrus, *quia misit Dominus Angelum suum, & eripuit me de manu Herodis.* Hebræor. 1. *Nonne omnes sunt administratorij Spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis.* Quam veritatem ratione confirmat *S. Thom. 1. part. quæst. 113. artic.* 1. ductâ ex diuinâ prouidentiâ, quæ solet inferiora per superiora gubernare: vt patet in corporibus sublunaribus corruptibilibus, quæ reguntur & gubernantur per corpora cælestia superiora & incorruptibilia. Cùm igitur homines sint inferiores angelis, & in multis à bono defectibiles, debuerunt Angelorum tutelæ tradi, vt ad bonum promoueri, ac stabiliri possent.

Ratione confirmat. S. Thomas.

SECTIO PRIMA.

Controuertitur 1.

An singuli homines singulos habeant Angelos ad suam tutelam destinatos?

2. *Negat. Caluinus.*

CALVINVS *lib. 1. instit. cap. 14. num. 7.* putat, esse *vulgi opinionem*, vnicuique homini suum esse destinatum Angelum, *sed omnes vno consensu*, inquit, *vigilare pro salute nostra.* Probat *Luc. 15.* de omnibus dicitur, quòd plus gaudeant *super vno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis.* 2. de pluribus narratur, *Luc. 16.* quòd Lazari animam in sinum Abrahæ detulerint: Concludit, magnam sibi & omnibus Ecclesiæ membris iniuriam facere, qui curam, quam Deus de vnoquoque nostrum habet, ad vnum restringunt Angelum.

3. *Oppositum affirmant.*

Hugo de S. Victore in sum. tract. 2 cap. vlt. & Magist. in 2. distinct. 11. cap. 3. in oppositam inclinant sent. vnum Angelum pluribus destinatum esse hominibus. *Fundam.* 1. sicut vni homini assignatur cura multorum, vt vni Regi cura totius regni: ita vni Angelo cura multorum hominum. 2. multò plures sunt homines, quàm Angeli boni: nequeunt igitur singulis singuli assignari. Quoniam verò hoc argument. ad summum probat de omnibus hominibus, qui ab exordio mundi fuerunt, eruntque vsque in diem iudicij; nam hi tantùm superant Angelos bonos infimi ordinis, non autem omnes qui in quâuis ætate & tempore simul existunt; ideo *ibid.* docent, non singulis saltem hominibus, qui ab initio mundi vsque in diem iudicij futuri sunt, assignatos esse singulos tutelares Angelos; sed qui fuit tutelaris vnius, eo defuncto fieri tutelarem alterius.

Fundam. duplex.

4. *Sent. communiùs Scholasti singulos homines singulos habere custodes Angelos.*

Constans tamen omnium Scholast. sent. in 2. distinct. 11. & S. Tho. 1. p. quæst. 113. art. 2. est, singulos homines suum habere Angelum, propriæ custodiæ ac tutelæ deputatum. An autem idem, qui fuit custos vnius, eo defuncto, fiat custos alterius, incertum est. Nam si Angeli infimæ classis vltimæ hierarchiæ, ex qua communiter ad hominum custodiam destinantur, *vt infrà.* superantur ab omnibus hominibus, qui à principio mundi vsque in diem iudicij futuri sunt; necessariò dicendum erit, custodes præcedentium successiuè fieri custodes subsequentium hominum. Si verò non superantur, probabilius est, singulos homines singulos habere Angelos propriæ custodiæ deputatos, nec custodes præcedentium fieri custodes subsequentium: hoc enim diuinam munificentiam magis commendat. Ex quo à fortiori constat, eumdem Angelum non esse pluribus hominibus simul existentibus deputatum. Hoc enim improbabile est: tum quia non est conforme diuinæ munificentiæ: Tum maximè, quia sæpè non posset vnus & idem Angelus gerens curam duorum, vtriquè simul in periculo versanti occurrere; vni in extremâ parte Europæ, alteri in extremâ Asiæ; cùm nec vtrumque intra suam contineat sphæram, nec in locum distantem operari valeat, vt *disp. 5. num. 88.* Longè ergo probabilius est, vnicuique suum deputatum esse Angelum, qui illum in quâuis occasione expeditè ab omnibus insidijs defendere, tutariquè valeat.

5. Hoc certum sit oportet, à quo fine *temeritatis notâ*, in quâ censurâ ferè omnes recent. conueniunt, recedere non licet, nempe singulos homines aliquem in suam custodiam deputatum habere Angelum, siue is deputatus sit etiam alteri, siue non. Quæ veritas prob. 1. hæc censetur antiquissima traditio ab initio mundi, ad hæc vsque tempora constanter perseuerans. Vnde illam *occultam traditionem* appellat *Nyssenus in libr. de vitâ Moysis*: & *Maldon. in 18. cap. Matth.* docet, hanc esse etiam Hebræorum *traditionem*: quod probat ex R. *Moyse.* Probat. 2. ex Genes. 48. *Angelus, qui eruit me de cunctis malis*, planè Patriarcha loqui videtur de certo Angelo propriæ custodiæ deputato: ex *cit.* testim. Iudith, vbi mentio fit de Angelo, qui euntem, commorantem, & redeuntem custodiuit: ex Eccles. 5. *Neque dicas coram Angelo: Non est prouidentia*: vbi Glossa, *qui astat*, inquit, *vnicuique, & omnia Deo nuntiat*: ex Matth. 18. vbi Christus ex eo probat, non esse paruulos contemnendos, *Quia Angeli eorum semper vident faciem Patris*; planè significans, esse determinatos Angelos, qui eorum curam gerant: ex quo ferè omnes Patres deducunt, vnicuique suum delegatum esse Angelum. Clarissimè, *Caluino* non abnuente, hæc veritas colligitur ex illo *Act. 12.* vbi cùm Petrus è carcere ab Angelo liberatus diuertisset in domum Mariæ matris Ioannis, non credebant Ipsum esse, qui ostium pulsaret, quippe quem sciebant esse in carce-

Prob. traditione.

Prob. ex S. Scriptura.

Digitized by Google

carcere; sed dicebant, Angelum eius esse; adeò hæc veritas de Angelo vnicuique viatori delegato, erat in omnium fidelium animis insita; nec obscurè colligitur ex *Danie.* 10. vbi, accedente Patrum interpretatione, mentio fit de Angelo, qui præsidebat Persarum, regno: &c. Non minorem curam Deus habet de singulis hominibus, quàm de regnis, & communitatibus: ergo si propter curam, quam de singulis, regnis, prouinciis & communitatibus Deus habet, singulis singulos delegat Angelos; propter eamdem curam, quam de singulis hominibus habet, singulis etiam singulos destinat tutelares Angelos.

Daniel 10.

Ex Daniel. 10. *Sic argue.*

7. *Prob. ex SS. Patribus.*

3 Eamdem veritatem vnanimi consensu docent Patres. Origenes *tract. 5. in Matth. fine, & lib. 3. Periarch. ca. 2. Athanas. de communi essentiâ fine: Postremi omnium sunt Angeli, qui & hominum pædagogi censendi sunt.* Clemens Alex. lib. 6. *Strom. ante finem: Per gentes & ciuitates sunt distributæ Angelorum præfecturæ: fortasse autem etiam ex iis sunt deputati singuli.* vbi, *ex iis*, sensus est, fortasse eiusdem ordinis Angeli præficiuntur gentibus & ciuitatibus, ac singularibus hominibus. Basilius *in Ps. 33. & 48. & l. 3. cont. Euno. in princ.* Nyssenus *in lib. de vitâ Moys.* Nazianz. *ora. coram* 150. Episc. fine: Chrysost. *ho. 6. in Matt.* vbi ex illis, *Angeli eorum semper vident faciem Patris: Hic manifestum*, inquit, *est, quia omnes sancti Angelos habeant.* Iustinus *l. qu. & resp. ad Orthod. qu.* 30. Theod. *cit. à Glossâ in* 10. *c. Dan.* Ex *his*, inquit, *& multis huiusmodi aliis discimus, singulis Angelis vniuscuiusque nostrum creditam esse curam, vt custodiant, tueantur, & à praui dæmonis nos liberent insidiis: Archangelis vero illud munus impositum, vt gentium sint Præfecti.* Clemens Rom. *lib. 7. constit. cap.* 39. vbi Deo gratias agit de Angelis nobis in custodiam datis. Hilarius *in Psal.* 134. in illa verba. *Qui producit ventos de thesauris suis: Hi igitur*, inquit, *spiritus ad salutem humani generis emissi sunt. Neque infirmitas nostra, nisi datis ad custodiam Angelis, tot tantisque spiritualem cælestium nequitiis obsisteret.* Et paulò pòst: *Hos igitur de thesauris suis ventos producit, tribuens in his auxilium humanæ infirmitatis: vt hac nos diuina præsidia aduersùs mundi potentes harum tenebrarum in hereditanda nobis salute tueantur.* Hieronym. *in* 18. *cap. Matth. Magna dignitas animarum, vt vnaquæque habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui Angelum delegatum.* Ambrosius *in Psalm.* 38. Augustin. *serm. 3. de temp. & serm. 68. ad Fra. in Eremo, & serm. 3. de Natali Dom. med. & lib. Soliloq. c.* 27. vbi etiam varios recenset effectus, & beneficia, quæ circa nos Angeli exercent, de quibus *infra.* Gregor. *libro. 4. moral. cap. 27. alias* 31. Cassianus *collat. 8. cap.* 16 Beda in *Acta Apost. cap.* 12. *Quod vnusquisque nostrum habeat Angelum, & in lib. Pastoris, & in multis S. Scripturæ locis inuenitur.* Isidorus *lib. 1. de sum. bono cap.* 10. *Omnes homines Angelos habere probantur, loquente Domino in Euangelio: Amen dico vobis, quia Angeli eorum semper vident faciem Patris mei.* Anselmus *in* 18. *Matth. & in c.* 11. 1. *ad Corinth. & in Elucid. post med. Vnaquæque anima, dum in corpus mittitur, Angelo committitur, qui eam semper ad bonum incitet, & omnia opera eius Deo, & Angelis in cælo referat.* Bernardus *in Psal. Qui habitat, serm.* 12. Angelos *Pædagogos, tutores, baculos, actores, ductoresque* nostros appellat, nobisque semper adesse *vt protegant, prosint, defendant.* Laur. Iustin. *lib. de casto connubio Verbi cap. 8. fine: Ab humanæ custodiam naturæ ministeria instituit Angelorum. Singulis hominibus proprium deputauit Angelum: quatenus ipsorum adiutorio valeant præsentis vitæ transire discrimina.* Lyranus *in* 18. *Matth.* & omnes recen. expositores *in eum.* eamdem

Tam Græcis

2. *Quàm latinis.*

9. *Prob. auctor. an: iq. Philos. Plato.*

sententiam, vt in Scripturâ contentam vnanimi consensu docent vel hinc magis appareat *Caluini* impudentia, qui solus ausus est tot tantisque Ecclesiæ Doctoribus contraire. Eamdem veritatem cognouerunt antiqui *Philosop.* Plato *in Apol. pro Socrate ad Athen. ante med. & in Phædo. ante fin. Ita autem circumfertur, vnumquemque mortuorum ab eo dæmone, qui viuentem sortitus fuerat, in quemdam locum de industria duci, vbi oporteat omnes Manes congregatos ex ratione constitutique iudicij formula ad inferos proficisci cum duce illo, cui mandatum est, eos qui ad illa loca sunt, traducere.* Existimabat autem Plato, huiusmodi custodes deputatos esse hominibus, non vt eorum tantùm curam in vita haberent, sed vt testes etiam ipsorum operum, & cogitationum omnium post mortem apud deos esse possent, vt testatur *Apuleius in l.* quem *Apuleius* inscripsit *de Deo Socratis.* Idem Plato *in Theage in persona Socratis* sic loquitur: *Est quoddam, quod me diuino Numine ab ineuntis etiam ætatis primordio comitatur. Illud autem vox quædam est, quæ cum exiit, mihi semper significat eius rei, quam sim facturus, dehortationem. Non vero ad quidquam suscipiendum me impellit. Quod si quis amicorum mihi aliquid communicat, & illa vox extiterit, illud idem ne fiat, dehortatur; nec id vt suscipiam, permittit.* Plutarchus integrum *lib.* habet *de Genio Socratis to. 2.* Item in *lib. de Iside & Osiride*, vbi cùm bonorum, & malorum Geniorum mentionem fecisset, de bonis sic loquitur: *Hesiodus bonos & commodos Genios vocat.*

Plutarchus.

Custos, custodes hominum rerumque datores
Lautarum, quòd sint Regali honoris adepti.

Et Plato, hoc genus inter homines ad deos interpretum, administratorumque fungi muneribus ait, quia ab hominibus vota precesque ad deos perferant. De Socrate narrat *cit. Apuleius*, quod etiam confirmat. *Tertullian. lib. de ani. cap.* 1. quòd ille in sui custodiam à pueritiâ habuerit dæmonem. Quem bonum Angelum interpretantur *Ægidius in 2. dist.* 11. *q. art.* 2. *Argent. art.* 3. *ad* 1. & alij iuxta modum loquendi *Platonis*, cuius doctrina imbutus erat *Apuleius*: Plato enim angelos bonos *dæmones* appellat, malos *cacodæmones.* Et constat ex iis, quæ tali Socratis custodi tribuit. *cit.* Apuleius: vocat enim illum *custodem singularem præfectum domesticum, speculatorem proprium, curatorem intimum, cognitorem assiduum, obseruatorem indiuiduum, arbitrum atque testem inseparabilem, malorum improbatorem, bonorum approbatorem:* quæ omnia, præsertim vltima, non possunt, nisi bono Angelo conuenire.

10. *Prob. ex decreto Pauli V.*

Demum huic veritati maximum auctoritatis robur addidit decretum Pauli V. quo propriam Missam, propriumque officium de Angelo Custode vnicuique nostrum delegato; instituit: illudque primâ die non impeditâ post festum S. Michaelis 29. Septembris omnibus celebrandum proposuit. Post quod decretum *plus quàm temeraria*, censenda est opposita sent. quæ tantæ auctoritati opponitur. Nam licet Pontifex in hoc suo decreto veritatem hanc expressè non definiat, ita tamen illam approbat ac confirmat, vt nullum amplius relinquat nobis dubitandi locum. Quin ante hoc Pontificis decretam veritatem illam vt *de fide certam* existimauit. *Palatius in 2. dist. 11. d. sp. 1.* oppositamque sen. *Hæresim.*

11. *Palatius ep. positam sententiam hæresim appellat. Vltimò prob. ratione.*

Ratio 1. omnes homines ex peculiari prouidentiâ Dei ordinati sunt ad consequendam vitam æternam: à quâ consequendâ cùm multa possint homine vel impedire, vel retardare, quæ plerùque nequeunt ab homine præuideri, nedum præcaueri; rationabile fuit, vt singuli homines aliquem ad sui custodiam haberent Angelum, qui quasi sapiens ac fidus pædagogus eos ab insidiis & periculis liberaret ac protegeret; nec non ad bonum instigaret atque excitaret.

Digitized by Google

rot. nam licet hæc omnia possit Deus immediatè per seipsum præstare; ad suauem tamen eius prouidentiam spectat, vt quod commodè per causas 2. fieri potest, id per seipsum immediatè non exequatur: vt constat in ceteris operibus tam naturalibus, quàm supernat. Nam & corpora sublunaria immediatè regit per cælestia, & cælos per intellectrices substantias; & homines per alios homines ad æternam salutem dirigit ac promouet: cur non etiam per Angelos? qui sunt omnium aptissimi tum ad occultas dæmonum insidias arcendas; tum ad humana pericula & impedimenta remouenda: tum ad homines in bonum salutis per salutaria consilia, & internas inspirationes, promouendos. Confir. hoc pacto meliùs saluatur perfectus ordo Vniuersi, qui in eo consistit, vt pars inferior subordinetur superiori per connexionem & dependentiam ab illa. Cùm igitur Angeli sint suprema pars huius Vniuersi, cōgruum est vt homo, qui est pars inferior, subordinetur Angelo per dependentiam ab illo. Vnde Caluino resp. ex eo quòd Catholici vnicuique homini suum assignant Angelum tutelarem, non propterea negant, reliquos Angelos nostræ saluti aduigilare; nobisque, oblatâ occasione, prodesse: siquidem *omnes sunt administratorij Spiritus, missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis.* Sed solùm docent, peculiarem curam singulorum hominum demandatā esse singulis Angelis. Velut cùm singuli pædagogi deputātur singulis filiis vnius domini; singuli quidem specialem curam habent de singulis pueris, sibi peculiariter deputatis, omnes tamen de omnibus vniuersalem curam & protectionem gerunt. Atqui hoc tantùm probant auctoritates à Caluino adductæ. Ad fundam. *Hugo & Mag.* respondet *S. Tho. 1. p. quæst.* 113 *art. 2. ad 1.* dupliciter vnum hominem deputari in custodiam aliorum: vno modo ad promouenda proprtia bona personalia hominis: quo pacto singulis hominibus singuli deputantur homines. Alio modo ad promouendum publicum bonum communitatis: quo pacto vnus homo præficitur multis. Et quia Angeli non solùm deputantur ad publicum bonum communitatum, sed etiam ad proprium & intrinsecum singulorum hominum, ideò singuli Angeli singulis deputantur hominibus. Resp. 2. ideò tantùm vnum hominem præfici pluribus, vt seruetur ordo politici regiminis, qui est per subordinationem multorum ad vnum. Quæ ratio non militat in Angelis respectu hominum: quia homines non reguntur ab Angelis in formâ politici, sed spiritualis & interni regiminis, per consilia & inspirationes, genio & naturæ vniuscuiusque accommodatas.

12. *Ad Calui. num respondetur.*

13. *Ad Hugonē & Magistrū respondet. S. Thomas.*

Quæri potest 1. an personæ publicæ duos habeant Angelos sibi deputatos, alterum quà priuata, alterum quà publica persona est. Affirmat *Tostatus in c.* 18. *Matth. qu.* 57. & quidem Angelum delegatum personæ, quà publica est, ait esse ex ordine Archāgelorum. Vnde præter Angelum, quem B. Virgo vt priuata persona ab ortu suæ Natiuitatis habuit, aliū illi *ibid. qu.* 60 assignat, quem vt publica persona, à qua bonum nostræ redemptionis pendebat, habere cœpit initio conceptionis Christi, cùm nostræ cœpit redemptioni cooperari, vsque ad mortem eiusdem Christi, in quà consummata fuit humani generis redemptio. *Quæ sent. nobis sequenda*, cum *S. Th. in* 2. *dist* 11. *part.* 1. *q.* 1. *art.* 5. *ad* 4. vt est valde consentanea diuinæ prouidentiæ, quæ res per idoneas causas & media ad distinctos fines perducit. Cùm igitur alios consiliarios in ordine ab publicum bonum postulet persona, alios in ordine ad priuatū; alios Deus assignat Angelos personis publicis, alios priuatis. Sicut alios consiliarios habet Princeps in ordine ad publicum, alios in ordine ad domesticum bonum gubernandum, promouendumvè. ita Angelus, qui assignatur personæ vt priuata est, addictus est personæ, cui assignatur: angelus verò, qui assignatur personæ vt publica est, non est addictus personæ, quam dirigit, sed regno, vel communitati, cui præest. Idem quippe Angelus, *vt infrà*, qui præest regno, vel communitati, dirigit Regem, vel superiorem communitatis ad regni, communitatisve bonū promouendum. Quo fit, vt variato Rege, aut superiore communitatis, non varietur Angelus curā Regni, communitatisque gerens. Hinc deducitur. Angelum assignatum Imperatori vt priuatæ personæ, non esse superfluum, esto vt Imperator habeat alium Angelum superiorem, qui illum dirigit in ordine ad cōmune bonum Romani Imperij, ab eo tempore, quo eligitur Imperator; cùm tamē idem ab ortu suo habere, debeat proprium Angelum, qui illum in ordine ad priuatum bonum dirigat. Eadem ratio est de personâ, quæ functo publico officio, dirigi debet vt priuata tantùm persona est. Ex his infero, nō solùm Pontifices, Episcopos, & Prælatos Ecclesiæ, qui publicum bonum animarum procurant, sed etiam Religionum Fundatores, præter Angelum propriæ tutelæ deputatum, habere Archangelum, qui illos instruat in ordine ad commune bonum totius Religionis: quem habuisse legitur S. N. Patriarcha Ignatius, *vt in compendio quod Gloria S. Ignatij inscribitur.* 15. *cap.* refertur. Confir. vt docent *Dionys. de cel. hiera. cap.* 9. *Basilius con. Enno. circa init, & reliqui* Patres, quos sequitur *S. Tho. 1. p. qu.* 113. *art.* 2. & colligitur ex *Danie.* 10. & *infrà.* ciuitatibus & Regnis Deus præfecit Archangelos: ergo eosdem delegauit & publicis personis, vt eas ad publicum bonum promouendum dirigerent.

14. *An personæ publicæ duos habeant Angelos. Affirmat Tostatus.*

15. *Hæc sententia probabilis est, quam docet S. Thomas.*

Angelus Regni ac communitatis præses.

16. *Pontifices, Episcopi, Fundatores Relig. duos Angelos habent.*

Quærit potest 2. an Sacerdos peculiarem habeat Angelum, qui ei celebranti assistat, vt illum in tanto mysterio peragendo iuuet ac dirigat, eiusque preces & hostias omnipotenti Deo offerat. Affirmant aliqui, quod cum *S. Tho. 3 p. qu.* 83. *art.* 4. *ad* 9. deducunt ex illis Missæ: *Supplices te rogamus omnipotens Deus, iube hæc perferri per manus S. Angeli tui in sublime altare tuum*, &c. sc. Sacerdoti rem diuinam facienti semper peculiarem Angelum ex diuinâ prouidentiâ assistere: quem aliqui putant esse altaris custodem; censent enim vnicuique altari suum præesse Angelum, qui illius peculiarem curam gerat. Colligunt autem hoc, tum ex 13. *c. Iudic.* vbi Manue sacrificante: *Cum ascenderet, flamma altaris in cælum, Angelus Domini pariter in flamma ascendit*: tum ex *Luc.* 1. vbi Zachariæ incensum adolenti *apparuit Angelus Domini stans à dextris altaris*: tum exemplo, quod *in Prato spirituali* narratur de quodam Angelo, qui apparens Leontino Abbati Dominicâ die, dum iret ad templum ad diuina mysteria peragenda, dixit illi hæc verba: *Ex quo sanctificatum est altare hoc, ego iugiter illi adstare iussus sum.* Alij verò existimant, hunc Angelum qui sacrificanti assistit, esse templi custodem. Hæc sent. in eò quòd asserit, cuilibet Sacerdori rem diuinam faciēti, semper aliquem assistere Angelum, qui illum iuuet & dirigat ad tantum mysterium ritè peragendum, mihi *est omninò vera.* Nam si, nascente Christo in stabulo, *subito facta est cum Angelo multitudo militiæ cælestis laudantium Deum*, *Luc.* 2. cur non etiam nascente Christo quotidiè sacramentaliter in altari? quod etiam docuit *Chrysost. orat. de non contemnanda Eccle.* & alij Patres. Ex quo à fortiori sequitur, aliquē Angelum tanto mysterio peculiariter assistere, vt Sacerdotem

17. *An Sacrificans &c.*

18. *Sent. acta.*

Digitized by Google

Sacerdotem iunet ad illud attentè peragendum. In eo verò quòd negat, hunc esse proprium Angelum tutelarem Sacerdotis, mihi non prob. cùm enim Angelus vnicuique mortali detur, vt illum instruat & dirigat in iis, quæ ad Deum conducunt, ipsius cura erit, Sacerdotem suæ tutelæ commissum dirigere ad Missæ sacrificium ritè & attentè peragendum. Nec probabile est, vnicuique altari suum præesse Angelum, sed sufficere vnum, qui curam habet totius templi: neque hic sæpè idem Angelus assistere posset pluribus Sacerdotibus simul in eodem templo sacrificantibus. Ad illas autem auctoritates, quæ probare videntur singulis altaribus suum deputatum esse Angelum; Resp. vel illas explicandas esse de custode totius templi, qui simul curam habet omnium altarium eiusdem templi: vel de altari separato à templo, qualia erant altaria veteris Testamenti ante ædificationem templi.

Saltem de proprio Angelo.

SECTIO II.

A quo tempore, & quousque tutelares Angeli nostri curam gerant?

19. *Ad primum dubium 1. sent.*

QVOAD 1. Prima sent. affirmat, Angelos nostri curam suscipere ab instanti conceptionis, quando anima infunditur corpori: *Alens. 2. p. q. 41. in 4. art. 3. S. Thom. in 2. dist. 11. p. 1. q. 1. art. 3. ad 3. Albert. art. 3. Bonau. in expos. tex. Richar. in eâdem expos. fine, dist. 11. Ægid. q. 1. art. 2 fine, Gallyie. ar. 2. corol. 1. Maior. q. 2. Suar. lib. 6. de angel. c. 18. nu. 18, Ansel. in Elucid. cit.* illis verbis: *Vnaquæque anima dum in corpus mittitur, Angelo committitur.* Fundam. tunc homo incipit esse viator, originalis peccati particeps, & saltem per gratiam etiam meriti capax, vt constat de sanctificatis in vtero matris. Confirm. in ipso vtero matris exposîti sunt variis dæmonum insidiis, qui multis modis illis nocere possunt: ergo etiam in vtero existentes habere debent custodem, qui illos à dæmonum insidiis defendat. Secunda affirmat, Angelum nostri tutelam suscipere à tempore Baptismi. Hanc vt probabilem refert *Origenes in cit. Matth. tract. 5.* Fundam. indignum est, Deum peculiarem curam eorum habere, qui originali infecti, sunt extra Ecclesiam. 2. per peccatum orig. non solùm amisimus gratiam intrinsecè iustificantem, sed extrinsecè protegentem, & ad bonum promouentem: at prima ianua recuperandi omnes gratias, & beneficia originali amissa, est Baptismus: cùm ergo Angelorum tutela pertineat ad gratiam extrinsecè protegentem, & ad bonum salutis promouentem, ante Baptismum illa nobis non restituitur.

Fundam. *Conf.* 20. *2. Sent.* *Ratio 1.* 2.

21. *Probabilior ab ortu natiuitatis, 3. Sent.*

Tertiâ docet, Angelum nostri curam suscipere ab ortu natiuitatis, & non ante: *Mag. in 2. dist. 11. c. 1. S. Tho. 1. p. q. 113. art. 5.* vbi priorem sent. quam iunior docuit, retractauit: *Durand. in 2. dist. 11. q. 1. Molin. 1. p. q. 113. Zumel ibid. art. 5. dub. vn. Vasquez disp. vlt. cap. 1. Valent. 1. p. disp. 8. qu. 6. pu. 3.* Probabilior, quam docuit *Hieronym. in 18. Matth. cit. Magna dignitas animarum, vt vnaquæque habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui Angelum delegatum.* Nec rectè *Gabriel* explicat, vel *de natiuitate in vtero*, vel *de natiuitate ex vtero*: quia homo non dicitur propriè nasci, quando ei anima infunditur, sed quando ab vtero matris decernitur. Vnde aliud festum celebrat Ecclesia de *Conceptione*, aliud de *Natiuitate* Virginis.

22. *Fundamentum assert.*

Fundam. quamdiu fœtus non est à matre separatus, per quamdam colligantiam, est pars matris; & vt *S. Thom cit. ad 3.* docet, est quasi fructus nondum ab arbore separatus, qui censetur esse aliquid arboris, eiusque cura & dominium pertinere ad eumdem, ad quem pertinet cura & dominium ipsius arboris. Quare idem Angelus, qui curam habet matris, curam etiam habebit pueri, nondum à matre separati. Ad auct. fateor *Anselmum* in eam inclinasse sent. in re tamen dubiâ, & vtrimque probabili, sufficit nobis auctoritas *Hieronymi*. Ad rationem resp. ad ea omnia sufficere eumdem Angelum, qui curam habet matris: cùm nullus dari possit casus, in quo non valeat idem Angelus vtrique periclitanti simul adesse. Contrà verò postquam separatus est à matre, eget peculiari Angelo, vt sibi periclitanti possit semper adesse. Dices. Ergò vnus erit Angelus custos duorum, qui ita ex vtero matris nascûtur, vt ambo inseparabiliter colligati maneant, vt sunt quædam monstra humana. Resp. neg. conseq. tum quia illud est per accidens: tum quia cùm vterque adolescit, vterque suo peculiari indiget directore, vt illos per internas inspirationes dirigat in ordine ad salutem. Numquam verò citra miraculum in vtero existens sit internæ directionis capax.

23. *Anselmi auctoritati Hieronymi opponitur.*

24.

Ad fundam. secundæ: si Deo indignum non est, curam habere peccatoris, personali peccato infecti: multò minùs Deo indignum, curam habere pueri, originali tantùm maculati. Ad 2. concedo nos in primo parente amisisse omnem gratiam, tam internæ inspirationis, quàm externæ protectionis, atque adeò gratiam ipsam Angelicæ custodiæ, quæ ad externam protectionem spectat: Illa tamen nobis restituta est per secundum parentem: nec baptismus est ianua ad omnem gratiam, sed ad eum dumtaxat, quæ per Sacramenta nobis confertur, cuius nos capaces reddit character baptismalis. Alioquin illum auxilium gratiæ Deus de facto concederet homini ante baptismum. Quod est contra fidem: tum quia omnes homines, etiam gentiles, habent parata auxilia, ad salutem necessaria, quibus vti possunt, si volunt, etiam ante baptismum. Tum quia adulti ante baptismum, teste *Trid. sess. 6. c. 5. & 6.* præueniri debent speciali motione & auxilio per Christum, vt dignè valeant baptismum suscipere: ergo etiam ante baptismum habent auxilia gratiæ. Confirm. multi cum *Lyrano* putant, Angelum illum, qui *Act. 10* Cornelium instruxit & direxit in ordine ad baptismum, fuisse ipsius custodem.

Ad fundam. rationem 1. *Ad 2.* *Conf.*

Quoad 2. dubium, 1. sent. affirmat, numquam Angelum hominis, sibi semel commissi tutelam relinquere, sed semper illius curam habere non solùm in hâc, sed etiam in futurâ vitâ: ita Iustinus Martyr *q. 30. ad Orthod.* vbi de Angelis tutelaribus, *Aut enim*, inquit, *vtrumque simul, animam inquam & corpus; aut animam post diuortium eius à corpore, sequuntur vsque ad restituendi, siue renouandi mundi tempus.* Contrà: post mortem vel homo beatur; & ratione beatitudinis statim confirmatur in bono: vel damnatur, & perpetuò obstinatur in malo, vbi autem nullum est vel periculum à bono deficiendi, vel spes ad bonum redeundi, Angelorum custodia necessaria non est, quæ nos vel à malo auocet, vel ad bonum prouocet. Aliqua difficultas esse posset de animabus purgantibus. Sed neque illæ indigent propriè Angelorum custodiâ; cùm nec amplius possint vel in bono proficere, vel à bono deficere: sed solùm ad sui consolationem, egent Angelorum præsentiâ: tam vt ab illis confortentur ad cruciatus doloresque pro commissis peccatis patienter tolerandos: tum, si verum est, animas ibi detentas frequenti dæmonum aspectu terreri, ad eos fugandos arcendosque. Atque hoc modo aliquem erga illas custodiæ effectum exercere, concedo; vti & illas post exitum è corpore in purgatorium comitari.

26. *Prima sent. affirmat.*

27. *Anima purgantes indigent Angelorum custodia.*

Digitized by Google

nam longè probabilius est, animas à corpore exeuntes à bonis, quàm à malis spiritibus in purgatorium duci; cùm illæ sint extra potestatem dæmonũ.

28. *Obiicies.* Dices: Angelus malus non solùm hominem tentat & vexat in hâc vitâ, sed etiam in aliâ, si damnetur: ergo angelus bonus non solùm hominem sibi commissum custodit in hâc vitâ, sed etiam in aliâ. *Resp.* neg. conseq. *Ratio discriminis.* Nam homo damnatus punitur in aliâ vitâ à dæmone, vt ab instrumento diuinæ iustitiæ: congruum autem est, vt ab eo peculiariter puniatur, qui fuit eius scelerum testis: homo autem non beatur mediante angelo, sed immediatè à Deo, per visionem beatificam: proinde non indiget angelo beatificante, sicut damnatus diabolo puniente.

29. *Angelũ tam diu custodis subire officium quamdiu in malo non obstinatur.* Secunda docet, Angelum sui clientis curam gerere, quamdiu in malo non obstinatur, obstinatum verò statim relinquere: apparens fundam. habet, *Isaiæ* 5. vbi Deus comminatur, se ablaturum sepem à vineâ suâ, eò quòd cùm expectaret, vt faceret vuas, fecit labruscas: vbi *Glossa interlin. sepem* interpretatur auxilium Angelorum, quod aufert Deus ab homine propter ipsius peccata. *Prob.* Et *Ierem.* 51. vbi, in personâ Angelorum proferuntur illa: *Curauimus Babylonem, & non est sanata: derelinquamus eam. Sunt*, inquit Glossa, *medici sub magno medico Angeli Dei, volentes animas nostras à vitiis curare: quos ipsi repellimus, dum consiliis eorum non acquiescimus: qui videntes se perdere operam, ad inuicem dicunt, relinquamus eam. Tradita est nobis medicina à Deo, vt animam curemus humanam: adiutoria & medicamenta adhibuimus, contumax est, non vult obseruare quod dicimus; studium nostrum non sequitur effectus: abeamus vnusquisque in terram suam.* Et *infrà* hoc confirmat exemplo medici, qui dum videt infirmum salute desperatum, relinquit illum. Ita Angelus custos & medicus spiritualis animæ, dum eam videt morbi magnitudine, & propriæ voluntatis obstinatione desperatam, relinquit illam. Idem docet *Basilius in psal.* 33. verba, *Immittit Angelus Domini in circuitu timentium eum*, &c. *Omni namque*, inquit, *in Christum credenti Angelus assistit, nisi illum à nobis per improbas actiones profligauerimus.* *Confirmatione.* Confirm. si Deus aufert Angelos custodes à ciuitatibus propter ciuium scelera; à fortiori etiam aufert custodes à singulis hominibus propter ipsorum peccata. Antec. patet ex *cit. Isaiæ & Ierem.* ex historiâ Eccles. in qua legitur ante destructionem Vrbis Hierosolym. auditas fuisse has voces Angelorum in templo clamantium: *Relinquamus has sedes.*

30. *Hæc sententia probabilis non est.* Sed neque hæc sent. probabilis est. nam sicut Deus numquam hominem in hâc vitâ destituit auxilio ad salutem necessario: ita nec Angeli, diuinæ prouidentiæ executores, alumnos suos ob quæcumque peccata relinquunt, sed eorum curam fideliter exercent vsque ad vltimum terminum vitæ. Ceterùm nonnulli docent, etsi numquam Angeli alumnos suæ tutelæ commissos, penitùs relinquant, actu tamen eos non protegere & iuuare, sed potentiâ tantùm & habitu, quatenus prompti sunt eos iuuare, si illos viderint ad bonam frugem redire. Sed etiam hic modus improbabilis est: nam hoc esset, eos simpliciter deserere. Nam tunc Angelus censetur suum alumnum deserere, quando eum iuuare potest, & non iuuat: sed quantumcumque illum in malo obstinatum, semper potest Angelus in ordine ad aliquem effectum iuuare; vel occasiones peccatorum remouendo, vel à cacodæmonis insidiis defendendo, vel à quocumque malo liberando. Lege *Bonau. in 2. dist. 11. art. 2. q. 1.*

31. *Ad auct. cit. resp. S. Tho.* Ad auct. citatas respondet *S. Thom. 1. p. qu. 113. art. 6.* eas intelligi non de derelictione totali, & cessatione ab omni effectu custodiæ, sed de solâ permissione, quatenus Angeli Babylonis custodes permiserunt, illam in tribulationem ac in peccatum labi. Quo pacto dicitur Deus homines obcæcare & indurare, eosque in reprobum sensum tradere, sc. permissiuè; interim sufficiens auxilium gratiæ ab eis non auferendo. Eodem modo Angeli custodes dicuntur suos alumnos deserere, permittendo, vt in peccatum labantur; interim ab eis suam custodiam non auferendo. Eodem modo explicatur *Glossa.* Auctoritas *cit.* historiæ Eccles. intelligenda est de Angelis Hierosolym. templi tutelaribus, qui templo destructo abiere.

32. *Tertia & vera sent.* Tertia & vera sent. Angelos hominum curam exercere toto tempore, quo viatores sunt vsque ad vltimum terminum viæ: Est communis, & consentanea diuinæ prouidentiæ, quam Deus habet de hominibus. Sunt quippe Angeli instrumenta Dei in salute hominum procurandâ: sed Deus toto tempore, quo sumus viatores, peculiarem curam nostri gerit: ergo eamdem curam gerunt Angeli de hominibus suæ tutelæ commissis. Maior constat ex *Hebræor. 1. Nonne omnes sunt administratorij Spiritus, in ministerium missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis?* Minor est certa; nam quamdiu homo est viator, habere debet omnia præsidia, quæ ad salutem consequendam necessaria sunt; alioqui non tam esset viator, quam in termino constitutus: ac proinde Deus peculiarem curam illius habet, prouidendo ei de omnibus præsidiis ad salutem necessariis, de qua veritate fusiùs tomo 8. Conseq. prob. instrumentum conformatur causæ principali: ergo si Deus principalis causa nostræ salutis numquam hominem viatorem deserit, licet sæpè permittat, illum in peccatum labi, obdurari, & obstinari: ita nec Angelus alumnum suæ curæ commissum, quamdiu est in hâc vitâ, deserit; licet iuxta beneplacitum diuinæ voluntatis permittat, illum sæpè in peccatum labi, & in malo obstinari. *Confirm.* Confirm. de facto Angelorum custodia numeratur inter ordinaria auxilia gratiæ; nam, vt *infrà*, illa conceditur omnibus viatoribus: sed Deus numquam aufert à viatoribus ordinaria auxilia gratiæ; ergo neque ab illis aufert ordinariam Angelorum custodiam.

SECTIO III.

An Angeli in custodiam hominum deputati, sint ex infimo ordine vltimæ hierarchiæ?

33. *Dixi, in custodiam &c.* EXCLVDO 1. eos, qui propter aliquod extraordinarium negotium mittuntur, vt Raphaël ad Tobiam, *Tobiæ* 4. Gabriel ad B. Virginem, *Lucæ* 2. Angelus ad confortandum Christum in agoniâ passionis, *Lucæ* 22. quorum postremos duos de supremis Angelis fuisse, probabile censet *Durand. in 2. dist.* 10. *q.* 1. *Scotus ibid.* saltem Gabrielem ad Virginem missum, putat fuisse ex primis. *Magister dist.* 10. *c.* 2. vniuersaliter docet, non videri indignum, interdum aliquem de supremis Angelis ad nos mitti: sicut non fuit indignum, ad nos mitti Vnigenitum Patris: contra aliquos ab ipso *ibid. c.* 1. relatos, qui volebant, numquam aliquem de supremis Angelis ad nos mitti; eò quòd illorum officium tantùm sit, diuinæ maiestati continuò assistere. 2. excludo eos, qui Regnis, Prouinciis, Vrbibusque præficiuntur, de quibus *infrà*. Controuersia restringitur ad eos, qui

Digitized by Google

qui in custodiam singulorum hominum deleganDuplicitèr considerandum. tur; & considerari possunt; vel vt curam gerunt priuatorum hominum, vel vt in publico officio constitutorum. 2. modo probabile duxi cum *S. Thom.* & aliis, eos esse ex ordine Archangelorum, qui est medius vltimæ hierarchiæ: superest disputare de Angelis, vt custodes sunt priuatorum hominum, in ordine ad proprium bonum. Prima sent. docet, quòd
34. 1. Sent. etsi ordinariè Angeli, in custodiam priuatorum hominum deputati, sint ex infimâ classe & ordine postremæ hierarchiæ; quibusdam tamen viris in sanctitate & gloriâ insignibus destinari Angelos ex supremâ hierarchiâ. Hanc vt quorumdam recent. refert *Vasquez* 1. *p. disp. vlt. c.* 1. *fine*: quam docere videProb. 1. tur *Maldonat. in* 18. *Matth. Angeli eorum*, &c. Deduci potest 1. ex illo Hebræor. 1. *Omnes sunt administratorij spiritus, missi propter eos, qui hereditatem capiunt*
2. *salutis.* 2. ex Chrysost. *hom.* 6. *in Matth.* vbi dum illa *Matth.* 18. *Angeli eorum vident faciem Patris*, interpretatur de Angelis, qui destinati erant in custodiam paruulorum, subdit, hoc non de quibuscumque Angelis, sed de excellentioribus & supremis
3. esse intelligendum. 3. ex Gregor. *hom.* 34. *in Euang.* vbi singula Angelorum munia persequens docet, Virtutum officium esse, signa & miracula operari; Potestatum verò, dæmones coërcere, ne hominibus noceant. At sæpè debent Angeli in custodiam hominum deputati alumnos suos, vel à dæmonum potestate tueri; vel ab aliquo imminente periculo per miraculosas operationes liberare. Ergo etiam virtutes, qui sunt supremi ordinis eiusdem hierarchiæ, nec non Potestates, qui sunt vltimæ classis secundæ hierarchiæ, in hominum custodiam deputantur. 4. ex Gregorio, quem sequitur *S. Thom.* 1.
4. *p. qu.* 63. *art.* 9. *ad* 3. *& qu.* 108. *art.* 8. *& alibi*, homines assumuntur ad restaurandas sedes Angelorum, qui ceciderunt: sed ex quolibet ordine & hierarchiâ aliqui ceciderunt: ergo ad quemlibet ordinem & hierarchiam assumendi sunt homines. Atqui congruum est, vt ex illo ordine, & hierarchiâ eorum hominum custodes deputentur, qui ad eorum ruinas restaurandas assumendi sunt.

35. Secunda affirmat, omnes Angelos, deputatos in Verior sent. custodiam priuatorum hominum, esse ex infimo ordine postremæ hierarchiæ: est communis Scholast. *in* 2. *dist.* 10. *& ibi omnium Thomist. cum S. Doct.* 1. *p. qu.* 113. *art.* 3. illam indicat *psal.* 90. *Angelis suis mandauit, vt custodient te.* Angeli, vt *cit.* docet Gregorius, sunt qui minima nuntiant. At inter omnia officia, quæ illi Spiritus erga homines exercent, minimum est, curam gerere priuatarum personarum. Ratio: cùm ad hoc officium exercendum sufRatio. ficiant Angeli, non debent superiores deputari: præsertim cùm reliqui superiores sua habeant diConf. stincta munia. Confirm. vt *S. Thom.* 1. *p. q.* 112. *ar.* 2. numquam ordo naturalis prætermittitur, nisi vel propter fidei confirmationem, vel propter gratiæ manifestationem: sed ordo naturalis poscit, vt infima per media, & media per suprema gubernentur, & ad suos destinatos fines perducantur: cùm igitur homines inter creaturas intellectuales sint infimi, Angeli verò medij inter homines, & superiores Spiritus, naturalis ordo poscit, vt homines per Angelos, & Angeli per superiores Spiritus dirigantur, suosque fines consequantur.

36. Sed quæri potest 1. An saltem ex Angelis infiQuæritur 1. mi ordinis postremæ hierarchiæ, qui nobiliori præstant naturâ, deputentur electis: & inter electos, qui excellentiorem beatitudinis gradum sunt adepturi, præstantiorum Angelorum custodiæ deputentur. Affirmant *S. Thom.* 1. *p. qu.* 113. *art.* 3. *ad* 1. *To-*Affirmant. *to*

De Nat. Angel. Tom. II.

stat. in 18. *Matth. q.* 57. *Chrysost. tit.* non enim intellexit de supremis primæ hierarchiæ, sed iuxta hanc sent. de supremis & excellentioribus infimi ordinis tertiæ hierarchiæ. Ratio: sicut præstantiora & excellentiora auxilia gratiæ Deus confert electis: ita nobilioris naturæ Angelos eisdem delegat, vt eos ad bonum salutis perfectiùs promouere valeant: nam Angelorum custodia spectat ad ordinem auxiliorum gratiæ, quam Deus confert hominibus, vt valeant salutem consequi. Igitur quibus præstantiora confert auxilia gratiæ, præstantiores etiam delegat Angelos æternæ prædestinationis exeCor. 1. cutores.

Quæri potest 2. An hoc officium homines custo-37. Quæritur 2. diendi habeant. Angeli à naturâ. Resp. habere à Resp. habere ex sola Dei ordinatione. diuinâ ordinatione: non enim naturâ suâ sunt hominibus subiecti; nec naturali iure tenentur illis famulari, quo pacto tenentur subditi seruire Regi, officium. & milites belli tempore suos protegere Duces: nec ab illis dependemus in esse, vt iure connaturalitatis teneantur nos in accepto esse conseruare; quo iure Deus suas creaturas in esse semel communicato conseruat: igitur hoc officium homines custodiendi, non competit illis à naturâ, licet remotum aliquod fundamentum habeant à naturâ, ratione superioritatis, quâ homines antecellunt.

Ad 1. argum. primæ, resp. Omnes Angelos esse 38. Ad argu. 1. sent. ab auct. Pauli. administratorios Spiritus, quia omnes etiam supremi mitti possunt, vt ministri Dei, esto non omnes de facto mittantur. Quod ad propositum *Pauli* sufficit, qui eo loco solùm probare contendit excellentiam Christi supra omnes Angelos, qui præ Christo omnes sunt ministri: solus Christus est æqualis Patri, & naturalis Filius, ac hæres paternæ gloriæ. Ad 2. *Chrysost.* constat, illum comparationem non facere inter Angelos infimi ordinis & supremæ hierarchiæ, sed 39. Ad 2. inter ipsos infimi ordinis postremæ hierarchiæ. Ita illum explicat *S. Th.* 1. *p. q.* 113. *ar.* 3. *ad* 1. Ad 3. ex *Gregor.* neg. conseq. nam 40. Ad 3. licet recensita munia de iure ordinario, & imperatiuè sint commissa solis Virtutibus, & Potestatibus; ex delegatione tamen, & executiuè committuntur etiam Angelis, ad quos spectat exequi iussa Dei per superiores Potestates & Virtutes sibi intimata: ex *S. Tho.* paulò antè *cit. ad* 3. Ad 4. aliunde naturaliter 41. repugnat, ne ex quâuis sede & ordine ad priuatoAd 4. rum hominum custodiam Angeli mittantur, ne videlicet prætermittatur naturalis ordo, qui in omni rectâ gubernatione seruandus est, vt semper infimi immediatè dirigantur per medios, & medij per supremos.

SECTIO IV.

An quilibet homo præter Angelum bonum, habeat etiam malum sibi peculiariter deputatam?

NVLLI dubium est, omnes homines cuiusDogma veritati. cumque conditionis, ætatis, & sexus, dum in hâc vitâ degunt, variis artibus, & modis à dæmone impugnari: vt non immeritò dixerit *Iob c.* 5. *Militia est vita hominis super terram*: vnde Apost. *ad Ephes. vlt.* nos hortatur, vt induamus armaturam Dei, vt possimus *stare aduersus insidias diaboli, aduersus* quem *nobis est colluctatio*: Petrus *in* 1. *Canon. c. vlt.* vt sobrij & vigiles simus, *quoniam aduersarius* noster *diabolus tamquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret.* Etenim si primis nostris parentibus, Deo charissimis, ac sanctissimis, omnique genere virtutum prædi-

Digitized by Google

tis ac munitis diabolus non pepercit, quin de illis, tantâ nostrâ ruinâ triumphauit: quantò minùs parsurus erit nobis? & si in personam sanctissimi Iob tam crudeliter inuectus est, quàm crudeliter putandum est inuehi contra nos? Est igitur fide certum, nos, quamdiu hanc mortalem vitam viuimus, continuò oppugnari à satanâ, eiusque satellitibus. A quâ oppugnatione ne ipse quidem Christus Angelorum Dominus immunis esse voluit. Hâc igitur veritate positâ, controuersia est, an vnusquisque mortalium suum habeat angelum malum assistentem, sicut habet Angelum bonum custodientem.

43. *Prima sent. negat. Prob. 1.* Prima sent. negat, quam tamen apud neminem legi. Prob. 1. non videtur diuinæ bonitati consentaneum, homini infirmo, & alioqui de se ad omne malum prono, peculiarem dæmonem deputare, qui illum assiduè ad malum incitet: nec humanæ imbecillitati consultum, cùm non sit æqua certantium conditio: nam diabolus non solùm propter vires validiores, tot illustrium virorum triumphis auctas, ac decursu tot sæculorum confirmatas; verùm etiam propter oppugnandi modum occultum & insidiosum, longè superior est homine. 2. si deberent dæmones hominibus deputari, illi esse deberent ex numero eorum, qui in hoc aëre vsque in diem Iudicij captiui detinentur: at hi non sufficiunt, vt singuli singulis deputentur hominibus, cùm longè plures sint homines, qui actu simul in toto orbe existunt, quàm dæmones in hoc aëre detenti. Maior prob. qui ad inferos detrusi sunt, exeundi facultatem non habent. 2.

44. *Secunda sent. affirmat probabilius.* Secunda affirmat, vnicuique mortalium, ab ortu suo deputatum etiam angelum malum: *Hugo Victor. in sum. tract. 2. c. vlt. Mag. in 2. dist. 11. c. 1. Albert. art. 2. ad penult. & art. 3. Egid. q. 2. art. 5. in 3. dub. litt. Richard. art. 1. q. 1. Rubio [illegible]. Maior q. 2. Gabriel q. vn. art. 2. Palat. disp. 1. Zumel 1. p. q. 113. art. 4 q. 3. Vasqu. 1 p. disp. vlt. c. 2. Granad. tract. 16. disp. 9. Suar. lib. vlt. de angel. c. vlt.* Reliqui autem vel illam supponunt, vel ei non contradicunt. Quæ sent. procul dubio probabilior est.

45. *Prob. 1. ex Patribus.* Prob. 1. Origenes *lib. 3. Periarch. c. 2.* illam etiam probat ex antiquo libro dicto, *Pastoris*, cuius hæc: *Bini Angeli singulos quosq; hominum comitantur, bonus videlicet & malus*: confirmat ex *Epist. S. Barnabæ*, quam olim inter Christianos in magnâ fuisse auctoritate testatur *Maldonat. in 18. Matth.* vbi duæ distinguebantur viæ, quibus præsunt Angeli; viæ lucis Angelus Dei, viæ tenebrarum angelus satanæ. Chrysostomus *homil. 3. ad Coloss. post med. Si ergo*, inquit, *habemus Angelos, modestè nos geramus, tamquam nobis adsint quidam pædagogi: nam adest etiam dæmon.* Auctor *operis imperf. in Matth. homil. 5. fine*: Duo, ait, *sunt Angeli permanentes cum hominibus, scilicet bonus, & malus: & quamdiu circa nos est Angelus bonus, numquam nos in tentationem potest impellere Angelus malus.* Cassianus *collat. 8. cap. 17.* id confirmat, tum ex *cit. lib. Pastoris*; tum exemplo dæmonis, qui insidiatus est Iob, & putat fuisse angelum malum ipsius personæ deputatum. Hanc sent. *Maldonatus cit.* deriuari censet ex antiquissimâ traditione etiam Hebræorum, teste Rabbi Moyses. Eadem fundam. habet in Eccles. 10. *Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris.* Hunc spiritum *Glossa interlin. & Lyran.* interpretantur angelum malum. Et Ioan. 13. *Et cœnâ factâ, cùm diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas*: *Cassianus* interpretatur de angelo malo, qui Iudæ assistebat. 2. *ad Corinth. 12. Datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus satanæ, qui me colaphizet*: expositio vna est, de angelo malo deputato perso-

46. *Prob. ex Scriptura.*

næ Pauli ex imperio satanæ; Lege *Ambros. in psalm. 118. serm. 3.* Colligitur ex illo *Luca 4. Diabolus recessit ab illo vsque ad tempus.* ergo etiam Christus permisit, vt haberet angelum malum, qui illum tentaret, & tentatione consummatâ, ad tempus recederet, iterum ad illum reuersurus. Vnde *cit. Maior* putat, hunc angelum comitatum fuisse Christum vsque ad mortem. Pro quâ re citat *Glossam Ioan. vltim.* Ergo si Christus illum habuit, mirum non est, si reliqui etiam puri homines illum habeant ad exercitium virtutis. Prob. 3. Certum est, Luciferum omnibus artibus & modis homines ad suum imperium trahere, efficacissimè per deputatos satellites sibi subiectos: nam de facto in omnibus rebus Deum æmulatur, ipsius diuinitatem omnibus artibus affectando: ergo etiam in hâc re *diuinæ potestatis*, vt inquit *S. Thom. 1. p. q. 114. art. 1. similitudinem vsurpat deputando sibi ministros determinatos ad hominum impugnationem*; sicut Deus deputat Angelos, vt suos ministros ad hominum salutem. Ex his deducitur, etiam nostros primos parentes, præter Angelum bonum à Deo deputatum, habuisse malum à satanâ assignatum, quem probabile est, fuisse illum, qui eos seduxit. 47. *Prob. 3. ratione.*

Sunt autem notanda nonnulla discrimina inter Angelum bonum & malum. 1. quòd bonus deputetur à Deo; malus à Lucifero. 2. quod bonus deputetur à Deo, vt homines à malo remoueat, & ad bonum promoueat; malus contrà à principe tenebrarum, vt homines à bono auertat, & ad malum impellat. 3. quòd in deputatione malorum Deus se habet tantùm permissiuè: deputationem bonorum Deus per se intendit, & ordinat ad salutem hominum. 4. quòd Deus limitat dæmonis potestatem, ne tantùm noceat, quantum potest, aut quantum vult; sed quantum Deus ipse permittit, ne homo tentetur suprà id, quod potest. 5. quòd diuersum finem habet Deus in deputatione angeli mali, ac habet ipse malus. Nam finis Dei est, vt homo tentatione dæmonis sit magis cautus, & virtute magis proficiat. Finis dæmonis est, vt homo tentatione victus succumbat, & amicitiam Dei amittat. 6. quòd cùm probabile sit, infimi ordinis Angelos bonos non superari ab hominibus simul in quâuis duratione existentibus; probabile quoque erit, vnicuique suum ab aliis distinctum delegari Angelum bonum. Contrà verò cùm longè probabilius sit, malos in hoc aëre detentos, ex quorum numero hominibus destinantur, pauciores esse hominibus quouis tempore simul existentibus; longè quoque probabilius erit, vnum malum pluribus simul destinari hominibus. 7. quòd malus post diem iudicij peculiarem curam habebit puniendi in inferno eos, quos in vitâ tentandi officium à principe tenebrarum suscepit. Angelus verò bonus nullam peculiarem habebit curam beandi eos, quorum in vitâ tutelam exercuit; cùm omnes beati immediatè beentur à Deo. Indicat *S. Thom. 1. p. qu. 113. art. 4. in corp.* Atque ex his patet ad rationes primæ sent. nam nec est contra Dei bonitatem, imò est secundùm peculiarem ipsius prouidentiam, ad exercitium & profectum virtutis, huiusmodi malorum angelorum deputationem ad homines tentandos permittere. Nec est contra imbecillitatem humanæ infirmitatis, cui ad resistendum datur gratia, iuxta illud 2. *Corinth. 12. Sufficit tibi gratia mea*: & aduersarij potestas limitatur, ne tentare valeat suprà id quod possumus. Tandem contra angelum malum deputat nobis Deus bonum, qui contra malum nos defendat. 48. *Discrimina inter bonum & malum Angelum.* 49. *Satisfit rationibus primæ sent.*

Quæri autem potest, an angelus malus victus 50.

recedat

recedat ab homine. Respondet *S.Thom. 1.p.qu.* 114. *art.* 5. recedere ad tempus, iuxta illud *Luce* 4. *consummatâ omni tentatione, diabolus recessit ab illo vsque ad tempus.* Post quod iterum reuertitur, iuxta illud *Matth.* 12. *Reuertar in domum meam vnde exiui.* Cuius rei assignat *cit. S.Thom.* rationem; tum ex parte diuinæ clementiæ, vt succurratur humanæ infirmitati: nam vt docet *Auctor operis imperf. in Matth. hom.* 2. *Non tamdiu homines diabolus tentat, quamdiu vult, sed quamdiu Deus permittit. Quia etsi permittat paulisper tentare, tamen repellit propter infirmam naturam.* Tum ex astutiâ diaboli, ne frequentiores ex tentatione victorias homo reportet: nam, vt docet *Ambros. in* 4. *cap. Luce* in illa, *Et consummata omni tentione,* &c. *Etsi,* inquit, *inuidere non desinat, tamen instare formidat, quia frequentius refugit triumphari.*

Resp. S.Tho. recedere ad tempus.

SECTIO V.

An quilibet homo in quocumque statu constitutus, suum habeat peculiarem Angelum custodem?

51. DIXI, *quilibet homo*, vt excluderem Angelos: qui non modò nunc in termino existentes, aut beatitudinis, vt boni; aut damnationis, vt mali; sed nec dum fuerunt in viâ, Angelum tutelarem habuerunt. Fundam. de facto hoc munus custodiendi alios in ordine ad beatitudem consequendam, pertinet ad eos, qui beatitudinem sunt consecuti. At nullus angelus in viâ beatitudinem consecutus est: ergo nullus viator potuit hoc munus alios custodiendi in ordine ad beatitudinem consequendam exercere, prout de facto ex Dei ordinatione exercetur. Prob. 2. licet munus custodiendi alios, absolutè committi potuerit angelis viatoribus, de facto tamen id factum fuisse, nullum suadet argum. quin oppositum indicant. 1. breuitas viæ, in quâ fuerunt; 2. conditio angelicæ naturæ, quæ cùm perfectissima sit, ad sui custodiam & tutelam non eget alio, vt pædagogo; longè .n. perfectior est quiuis angelus quocumque sapientissimo viro, quo tamen indignum esset, & præter ordinem naturalem, ab alio viro dirigi: 3. conditio custodientis; nam qui alios custodit, non debet ipse custodiâ egere: quin enim alios dirigit, non debet ipse eâdem directione egere; alioqui non posset esse recta regula alterius. At omnes angeli viatores fuerunt in hâc directione pares: nam omnes à supernaturali beatit. in ordine ad quam angelorum custodia dirigitur, cadere, vel stare poterant.

Angeli non habent alios Angelos tutelares.

52. Ergo controuersia tantùm est de hominibus: & certum, existentes in termino, Angelorum custodiâ non egere; nam hæc primariò ordinatur ad beatitudinem consequendam: ergo nec qui eam consecuti sunt, nec qui ab illâ finaliter ceciderunt; cùm nec in illis sit periculum illam amittendi; nec in his spes recuperandi. Nonnulla diffic. de Henoch & Eliâ, qui secundùm probabiliorem sent. non sunt ampliùs in viâ & statu merendi. Verùm dicendum est, etiam eos adhuc esse sub curâ & tutelâ Angelorum: nam licet eâ non egeant ad rectè operandum meritoriè, egent tamen ad rectè operandum simpliciter: quia etsi illi operibus bonis, quæ exercent, non mereantur; adhuc tamen, vt ea opera exerceant, egent peculiari auxilio gratiæ, quam Deus executioni mandat ministerio Angel. Præterea indigent eâ custodiâ in ordine ad alios effectus, præcipuè ad martyrium tempore Antichristi pro fide subeundum. Probabile etiam est, Deum illos in tanto temporis spatio visibili Angelorum præsentiâ interdum recreare.

Probabiles coniecturæ.

53. *Quæstio de hominibus.*

54. *Henoch & Elias adhuc sub tutela Angelorum sunt.*

Ceterùm, vt de quolibet homine viatore vniuersaliter disceptetur, distinguendus est triplex status, naturæ lapsæ, integræ, & purorum naturalium; & in statu naturæ lapsæ genus hominũ. 2. alterum eorum, qui ob insignem sanctitatem non videntur eâ custodiâ egere; alterum eorum, qui ob enormia peccata non videntur eâ digni. Et licet Christus sit quoad hoc extra omnem hominum classem, cùm nec solus homo, nec purus sit viator, ab illo libuit præsentem disp. inchoare.

55. *Triplex status hominũ viatorũ.*

An Christus habuit Angelum custodem? Non defuerunt Theologi, quos suppresso nomine citat *Maldonat. in* 18. *Matth.* verba, *Angeli eorum,* &c. qui opinati sunt, Christum habuisse Angelum custodem. A quâ opin. saltem quoad tempus pueritiæ, non videtur omninò alienus *Tostat. in dictum cap. Matth. qu.* 61. Sed hoc paradoxum est, vt *cit.* aduertit *Maldonat.* & indignum Christo, cuius humanitas altiori custodiæ Verbi diuini, cui hypostaticè vnita erat, omni tempore arctiori vinculo deputata fuit. Non enim decebat, Angelorum caput & Dominum regi & custodiri ab Angelis, quin potiùs omnes ad nutum suæ voluntatis habuit vt famulos & ministros, vt *Matth.* 4. *Et ecce Angeli accesserunt, & ministrabant ei.* Matth. 26. *Putas, quia non possem rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modo plus quàm duodecim legiones Angelorum.* Hebræor. 1. *Et adorent eum omnes Angeli Dei.* Erant igitur Angeli adoratores, non custodes Christi. Falsum quoque est, quod aliqui docent, vnum tantùm Angelum, vt peculiarem ministrum & famulum, fuisse Christo assignatum. Nam *ex citatis oraculis* constat, omnes erant ad Christi famulatum promptissimi. Ad quod exprimendum Scriptura, cùm de Angelis Christo famulantibus mentionem facit, semper vtitur numero multitudinis, vt in eius Natiuitate, Tentatione, Passione, Resurrectione, Ascensione. Nam etsi *Matth. & Marci vlt.* vnus dicitur in sepulchro apparuisse Angelus; *Luce* tamen *vlt. & Ioan. penult.* duo fuisse dicuntur. Solus Angelus, qui illum in agone confortauit, legitur fuisse vnicus. Quod non caret mysterio, ne scilicet interna videretur eguisse Angeli confortatione: cùm potiùs ex communi sent. ille tantùm missus fuerit ad externam dumtaxat obiecti propositionem. Sunt tamen contrà nonnullæ diffic. soluendæ. 1. Verba *psal.* 90. *Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te,* de persona Christi explicant communiter Patres, ex *Matt.* 4. ergo etiam Christus habuit Angelos in sui custodiam deputatos. Resp. illa verificari de personâ mysticâ Christi, ratione membrorum, cum quibus est, moraliter coniuncta; quo sensu & illa *psal.* 21. *Longè à salute mea verba delictorum meorum.* Lege *August. in psal.* 90. *conc.* 2. *in fine.*

56. *1. Dub. Fuerunt qui dicerent Christum custodem habuisse.*

Solutum difficultatem.

57. *Prima.*

Secunda est auctoritas *Dionys. lib. de cal. hierar. c.* 4. *fine,* asserentis Christum per Angelos paternis legibus fuisse subiectum. Resp. cum *Tostato in* 18. *Matt. qu.* 61. Christum paternis legibus per Angelos fuisse subiectum indirectè tantùm, quatenus Angelorum ministerio instruebantur Ioseph & Maria de iis, quæ circa puerum Iesum diuinâ ordinatione agenda erant, vt in Ægyptum fugere, inde in Iudæam reuerti, vt habetur *Matth.* 2. Quæ resp. colligitur ex ipso Dionysio. Tertia, Christus habuit angelum malum, vt ex tentatione in deserto colligitur; ergo etiam bonum. Resp. neg. conseq. nam bonus deputatur à Deo subueniendum infirmitati humanæ, ne homo in tentatione succumbat;

58. *Secunda.*

59. *Tertia difficultas.*

malus autem à dæmone ad hominis virtutem impugnandam. Vnde bonus supponit in homine defectum; malus contrà virtutem: atque adeò bonus derogat virtuti Christi, malus autem potiùs Christi virtutem commendat.

60. *2 Dub. Negant aliqui quos refert Tostatus.* An Deipara habuerit Angelum in sui custodiam? Negant aliqui, quos tacito nomine refert *Tostatus in cit. c. 18. Matth. q. 60.* Fund. Deipara erat sub singulari custodiâ Dei: non ergo indigebat peculiari custodiâ Angeli, qui illius curam haberet. *Confirm.* Confirm. in Dominâ nulla fuit necessitas angelicæ custodiæ: quia vel hæc est ad remouendum alumnum à malo, vel ad promouendum illum ad bonum: sed Virgo nec poterat in malum labi, cùm à principio fuerit in bono confirmata, vt ne venialiter quidem peccare posset; nec ad bonum ab Angelo promoueri; quippe quæ immediatè promouebatur à Spiritu sancto, cuius internâ directione regebatur. Constans tamen, & vera omniũ Scholast. sent. est, *Virginem suum habuisse Angelũ custodem.* 1. colligitur ex iis Scripturæ, & Patrum testimoniis, quæ vniuersaliter docent, omnibus hominibus suum deputari Angelum: cùm nulla sit necessitas, aut vrgens ratio ab hâc communi lege excipere B. Virginem. 2. ex iis particularibus oraculis, in quibus dicuntur Angeli monuisse Iosephum & Mariam de iis, quæ circa puerum Iesum agenda erant, *Matt. 2.* nam si in iis, quæ circa puerum Iesum agenda erant, indiguit B. Virgo Angelorum monitione ac tutelâ; à fortiori eâdem indiguit circa ea, quæ ad propriam personam attinebant. 3. Maioris necessitatis est dependere à custodiâ hominis, quàm Angeli: at S. Domina deputata est à Christo morìente in custodiam Ioannis, *Ioann. 19.* ergo à fortiori in custodiam Angeli, qui illam ab ortu ad mortem vsque custodiret. 4. Non defuit in Virgine causa & necessitas angelicæ custodiæ: tum ad remouenda pericula & occasiones peccandi: nam inter alia media, quibus decreuit Deus, ne vmquam Virgo peccaret, fuit custodia Angelorum, omnes occasiones peccandi ab eâ remouentium. Tum ad remouenda pericula corporis, in quæ astutiâ & inuidiâ dæmonis incurrere poterat. Tum ad instruendam Virginem de rebus occultis, vti de facto in multis ab Angelis edocta fuit: vt de conceptione Ioannis Baptistæ; *Luc. 1.* de intentione Herodis ad perdendum puerum, *Matth. 2.* de morte eiusdem, *ibid.* Nam licèt hæc omnia immediatè præstare potuerit Deus, maluit tamen per angelos, vt per immediatos ministros & executores suæ prouidentiæ ea executioni mandare, vt ex *citatis* oraculis colligitur. Ex dictis sequitur, B. Virginem habuisse etiam angelum malum à Lucifero deputatum. Ad fundam. oppositæ, neg. conseq. nam singularis custodia Dei, sub quâ Domina erat, non tollebat ab ea Angelorum tutelam, per quos vt per immediatos ministros singularem illam custodiam erga suam sponsam exercebat Deus. Nec est eadem ratio de naturâ humanâ Christi, quæ quia erat sub immediatâ custodiâ Verbi sibi personaliter vniti, non egebat extrinsecâ custodiâ Angel. *Ad conf.* Ad confirm. nego, in Virgine non fuisse necessitatem angelicæ custodiæ; illam n. Virginis impeccabilitatem decreuerat Deus, non solùm per internas, & crebras mentis illustrationes, sed etiam per externam Angelorum custodiam, extrinseca impedimenta remouentium, executioni mandare.

61. *Opposita sent. verior ex Scriptura.* *Aliunde.* *Ad opposita sent. fund. resp.* 62. 63.

64. *Ex his patet.* Ex his à fortiori sequitur, reliquos omnes Sanctos, etiam in vtero matris sanctificatos, habuisse Angelorum custodiam.

65. *3 Dub.* An omnes homines, etiam infideles, præsciti, & peccatores, proprium habeant Angelum tutelarem? Negat *Origenes tract. 5. in Matth. fine*, tutelarem Angelum infidelibus: indicat *Basil. in psal. 33.* in illa: *Immittet Angelus in circuitu timentium eum*, vbi: *Omni*, inquit, *in Christum credenti Angelus assistit.* Negant alij tutelarem præsciis, vt *Origenes cit.* videtur *Hilar. in Canon. 18. Matth.* super illa, *Videte ne contemnatis vnum de pusillis istis: Saluandorum*, inquit, *per Christum orationes Angeli quotidie Deo offerunt.* Fundam. ex *Hebræor. 1. Nónne omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis?* Ergo propter eos tantùm mittuntur, qui saluandi sunt: alioqui frustraretur finis angelicæ custodiæ, & Deus ipse, qui Angelos in custodiam hominum deputat, vt eos ad salutem perducat. Alij negant, 66. Angelos assistere peccatoribus, sed tantùm iustis, vt *Didymus, & Euagr. apud Damasc. lib. 1. parall. c. 7.* quorum ille: *Probi ac sancti viri*, inquit, *lucidos Angelos custodes habent; mali autem tenebrosos.* Hic verò: *Impius*, ait, *ac flagitiosus etiam ab Angelo, qui ipsi à pueritia datus est, disiungitur.* Id indicant *Basil. cit. Chrysost. hom. 60 in Matth & alij: Altisiod. apud Suar. lib. 6. de Angel. c. 17.* Angelum tutelarem saltem negat Antichristo, qui vt scribit *August.* siue quicumque sit auctor *tractatûs de Antichristo*, qui inter opera *August. tom. 9. Totus possidebitur à diabolo; cuius potestatis plenitudo, & totius mali ingenij corporaliter habitabit in illo: in quo erunt omnes thesauri malitiæ & iniquitatis abscon-diti.* ergo nihil boni in illo operari poterit Angelus Dei. Vera tamen & communis Scholast. sent. est, 67. non solùm fideles, prædestinatos, & iustos, sed etiam infideles, præscitos & peccatores omnes, ipsum etiam Antichristum, peculiarem Angelum diuinâ ordinatione, vel ab ipso ortu in sui custodiam deputatum habere: Deducitur ex Scripturæ & Patrum testimoniis, quæ sine vllâ restrictione, docent, omnibus & singulis hominibus deputatos esse Angelos: & si qui sunt, qui oppositum docere videantur, facilè explicari possunt, *vt infrà.*

Negant. *Altisiodorensis negat Angelum Antichristo.* *Verior sent. tutelarem habere affir.*

Fundam. Angelorum custodia de facto spectat ad ordinem gratiæ, quem Deus executioni mandare decreuit per Angelos, vt per immediatos suæ prouidentiæ executores. Sed Deus nullum infidelem, præscitum, aut peccatorem, ne ipsum quidem Antichristum priuat gratiâ ad salutem necessariâ; ergo nec Angelorum custodiâ. Confirm. reprobi non solùm custodiuntur ab Angelis propter priuatum bonum ipsorum, ne saltem in maiora ruant peccata, atrociorem que sibi pœnam demereantur, sed etiam propter publicum bonum aliorum, præsertim electorum, ne instigatione cacodæmonis, à quo impelluntur, plus æquo sæuiant in electos. ergo saltem ad diabolicam potestatem coercendam, ne plus iusto Antichristus, eiusque sequaces in electos sæuiant, deputari debuit tutelaris Angelus. 68. *Fundam. efficaciss.*

Ad auct. *Basilij, & Hilarij* pro 1. & 2. sent. resp. neuter ab Angelorum custodiâ expressè excludit ceteros homines, sed solùm mentio fit de fidelibus & electis. Quod argum. ab auctoritate, vt aiunt, negatiuâ, nihil concludit. Quod attinet ad *Origen.* fateor illum in vtrâque sent. dubium fuisse; postquam multa pro vtrâque parte argumenta problematicè attulit. Ad fundam. secundæ, ex Apost. 70. resp. ex eo tantùm colligi, potissimum finem Dei deputandi Angelos in custodiam nostri, fuisse salutem animarum; & quidem principalem *propter eos, qui hereditatem capiunt salutis*; minùs verò principalem, sufficientem tamen, fuisse etiam propter eos, qui defectu cooperationis propriâ frustrantur salute. Ceterùm non dicitur frustrari Deus in deputandâ angelicâ custodiâ iis, qui propriâ 69. *Ad opposita sent. auct. resp.* *Satisfit fundi secundæ sent.* *Finis principalis custodiæ Angelorum est nostra salus.*

cadunt

Digitized by Google

cadunt salute: nam hanc custodiam deputat præscitis Deus, dependenter ab ipsorum liberâ cooperatione, vt si velint ei ministerio ac tutelæ cooperari, possint eorum auxilio adiuti saluari. *Didymus* 71. *Didymus à Damasceno citatus explicatur.* formasse per *lucidos & tenebrosos angelos* explicari posset effectiuè, nempe ratione effectuum, quos in bonis & malis hominibus, ratione diuersarum dispositionum subiecti, Angeli custodes causare solent. Et quidem in bonis lucidos effectus causant, per se illos procurando & intendendo; tenebrosos autem solùm permissiuè, eos iuxta diuinæ voluntatis beneplacitum non impediendo, cùm possent. *Euagrius &c. citati* explicantur de separatione Angeli custodis ab homine ad tempus, vt *sect. præced.* Vltimum testim. solùm probat, Antichristum futurum omnium mortalium pessimum, & ex diametro oppositum Christo, vt nomen ostendit; non autem quòd nullum sit in sui custodiam Angelum habiturus, qui illum à multis retrahat malis, quæ saltem posset aliis inferre. *Euag. &c.*

An Adamus, & reliqui homines in statu innocentiæ habuissent Angelum custodem? Ratio dub. 4. *dub.* 72. *Ratio dubitandi.* Angelorum custodia deputatur ad remouenda pericula tam animi, quàm corporis: sed homo in statu innocentiæ nullis fuisset periculis subiectus; non animi, nam dono originalis iustitiæ, quo erat homo in eo statu præditus, tam pars inferior perfectissimè subiiciebatur superiori, quàm pars superior Deo; ita vt ne leuissimum quidem haberet in eo statu ad peccandum stimulum: non corporis, nam hoc, quamdiu in eo statu mansisset, fuisset mortis, ceterorumque periculorum, ac molestiarum expers: ex *Augustino.* *August. lib. 21. sent. sent. 10. Antequam peccasset Adam, anima erat rationalis, perfecta, & beata*: (intellige beatitudine supernat. viæ per subiectionem sensus ad rationem, & rationis ad Deum) *corpus habens, non quale nunc habemus, fragile atque mortale, sed quale congruebat tali animæ, quæ nondum in se Dei similitudinem prauæ voluntate corruperat. Quale nos quoque post resurrectionem habituri sumus.* Non ergo homo in eo statu Angelorum custodiâ eguisset. Vera tamen 73. *Verior sent. affirmatiua.* sent. est, *Alen. 2. p. q. 41. m. 4. art. 1. S. Tho. 1. p. q. 113. art. 4. ad 2. & reliq. Schol. in 2. dist. 11.* hominem in statu innocentiæ indiguisse Angelorum custodiâ. Et quidem, supposito Angelorum casu, res est certior: nam sicut in eo statu homo habuit angelum malum, Satanæ imperio designatum, qui illum ad malum instigaret, vt rei probauit euentus: ita habere debuit Angelum bonum à Deo deputatum, qui illum ab astutiâ & potestate dæmonis defenderet. Ceterum si omnes beatitudinem adepti fuissent, non videtur fuisse Angelorum custodia necessaria ad fugandos, coërcendosque dæmones; nec homo eo statu vllis fuisset animi, corporisque periculis subiectus. Nihilominus dico, adhuc eâ suppositione factâ, hominem eo statu indiguisse Angeli 74. *Etiam non supposito casu Ang.* custodiâ: 1. vt ab eo ad bonum frequentiùs excitaretur: nam etsi nullum habuisset in eo statu stimulum ad malum, pro suâ tamen libertate potuisset vel à bono omnino deficere, vel non ita feruenter, ac frequenter ad bonum inclinare: 2. ad externas occasiones & pericula peccandi remouenda; eò quòd homo non fuisset in eo statu impeccabilis, sed potuisset, etiam non suggerente diabolo, pro suâ innatâ libertate peccare: 3. ad conseruandum illum in eodem statu tranquillitatis & felicitatis animi & corporis, quo fruebatur. Nam probabile mihi est, eumdem tranquillitatis statum à Deo immediatè perpetuandum fuisse ministerio Angelorum, cùm non minùs tunc, quàm nunc, Angeli fuissent immediati ministri & executores diuinæ prouidentiæ, quam tunc Deus de hominibus habuisset. Atque ex his patet ad rationem dub. *Ad rationem dubitandi. dub.*

An homo in purâ naturâ constitutus habiturus fuisset Angelum custodem? Hanc controu. apud neminem insinuatam reperi: digna tamen est discussione. Prima sent. negans, probari potest 1. de facto Angelorum custodia est à Deo decreta vt medium ad beatitatem supernat. consequendam: ergo, cessante in eo statu hoc fine, cessasset hoc medium. Antec. constat ex *Paulo ad Hebræ. 1. Nonne omnes missi sunt propter eos, qui hereditatem capiunt salutis?* 2. Vel in hâc hypothesi supponimus, etiam Angelos fuisse constitutos in purâ naturâ; vel euectos ad supernat. beatit. in neutrâ autem hypothesi Angeli fuissent hominum custodes. Non in primâ: tum quia in ea non minùs Angeli, quàm homines aliorum custodiâ indiguissent; cùm vtrique fuissent peccabiles, multisque periculis tam internis, quàm externis subiecti. Tum quia, cùm in eo statu non fuissent Angeli per supernat. beatit. cum Deo coniuncti, non potuissent hanc tutelam erga homines lubenter, ac fideliter exercere: quippe qui vel dedignati fuissent inferiori creaturæ se subiicere: vel sæpè tædio affecti, propter inobedientiam suorum alumnorum, eorum curam & tutelam deseruissent. Tum quia vel ea custodia, quam Angelus in eo statu de homine habuisset, fuisset perpetua, vel ad tempus. Si perpetua: maius fuisset onus, ac proinde difficiliùs Angelus in eo statu illam sustinuisset. Si ad tempus; contrà: in homine in purâ naturâ constituto, eadem semper militasset necessitas extrinsecæ tutelæ Angel. ergo si illa pro toto tempore æternitatis negata fuisset homini, negari etiam debuisset pro quouis tempore determinato, cùm sit eadem vtriusque ratio. Non in secundâ; cùm in eâ nulla fuisset inter Angelos & homines affinitas, quia Angeli euecti fuissent ad ordinem supernat. inter quem, & ordinem naturalem, in quo fuissent homines in purâ naturâ conditi, nulla est affinitas: Secunda affir. mans probabilior videtur. 5. *dub.* 75. 76. *Prima sent. negans.* 1. 2. P. 21. 77. *2. sent. affirmans probabilior.*

Dico 1. Ex vi præsentis decreti diuini, non fuisset futura custodia Angel. erga homines in purâ naturâ conditos, cum eo ordine & circumstantiis, cum quibus nunc est decreta. Fundam. ex vi præsentis decreti diuini Angel. custodia erga homines decreta est, vt medium specialis prouidentiæ diuinæ in ordine ad supernat. beatit. Confir. 1. de facto Angel. custodia decreta est hominibus dependenter à meritis Christi; cùm illa numeretur inter auxilia diuina ad hominum salutem conducentia: at tunc Christus incarnatus non fuisset, vel si incarnatus fuisset, non meruisset homini in purâ naturâ condito Angel. custodiam; quia tunc talis custodia spectasset ad ordinem naturæ: Christus autem non meruit nobis, nisi quæ sunt ordinis gratiæ, & ad vitam ducunt æternam; ex *Augusti. Epist. 90. & 105.* Confir. 2. de facto Angel. custodia erga omnes est à Deo *Conf. 2.* instituta, non solùm vt immediatum instrumentum executiuum prouidentiæ vniuersalis, in ordine ad opera naturalia, sed potissimùm vt immediatum instrumentum prouidentiæ specialis in ordine ad opera supernat. 78. *Ex vi præsentis decreti non fuisset custodia Angelorum in eo statu.*

Dico 2. Probabile est, saltem ex vi alterius decreti diuini, futuram fuisse Angel. custodiam erga homines in purâ naturâ constitutos, in ordine ad opera, & beatit. naturalem, siue Angeli euecti fuissent ad ordinem supernat. gratiæ & gloriæ, siue non. Hanc colligo 1. ex iis, qui docent, primos homines non statim creatos fuisse in gratiâ, sed in puris naturalibus, quos refert *Suarez lib. 3. de opere sex dierum cap. 17.* cùm tamen hi non negent, eis statim 79. *Probabile est ex vi alterius futuram fuisse in statu puræ naturæ Angelorum custodiam.*

Digitized by Google

ab initio creationis deputatos fuisse Angelos custodes; vnde etiamsi non fuissent accepturi gratiam, per eamque ad ordinem supernat. euecti, adhuc habituri fuissent in sui custodiam Angelos. 2. colligo ex iis, qui affirmant, munus custodiendi homines conuenire angelis naturaliter: etenim cùm in purâ naturâ conditi habuissent eamdem naturam, eamdem quoque homines custodiendi naturalem

80. *Fundamentum vnicum est.* habuissent exigentiam, & inclinationem. fund. in quocumque statu conditi fuissent homo & angelus, conditi fuissent vt partes huius Vniuersi. De ratione autem partium integrantium vnum compositum, siue physicum, siue morale aut politicum, est, vt pars inferior pendeat, & dirigatur à superiore: cùm ergo angelus in quocumque statu conditus, sit pars superior respectu hominis, homo pars inferior respectu angeli, in ordine ad hoc Vniuersum constituendum, in quocumque statu conditus homo, naturaliter postulasset dirigi ab Angelo. Maior constat; nam hoc pertinet ad naturalem perfectionem Vniuersi, vt in quocumque statu creetur, creetur cum perfectâ colligatione suarum partium. Minor prob. vt vna pars integret vnum cum aliâ, aliquâ ratione debet cum eâ copulari: copulatur autem vna pars Vniuersi cum aliâ per aliquam dependentiam ab illâ: nequit autem angelus dependere ab homine, sed potiùs homo ab angelo: ergo vt homo integret vnum cum angelo, ad hoc Vniuersum perfectè constituendum, debet cum illo connecti

81. *Explicatur amplius hoc fund.* per dependentiam alicuius directionis ab illo. Nam si Deus condidisset hoc Vniuersum cum ordine tantùm ad finem naturalem, condidisset illud cum mutuâ colligatione partium: ergo cum dependentiâ inferiorum à superioribus; & præsidentiâ superiorum erga inferiora: & consequenter cum passiua directione hominum ab Angelis. Antec. prob. hæc mutua partium colligatio conuenit Vniuerso independenter ab ordine ad finem supernat. cùm sit naturalis debita perfectio illius, quæ supponitur ad ordinem supernat. Confir. etiam in purâ naturâ corpora sublunaria dependissent à cœlestibus, & cœli ab Intelligentiis, & Angeli vniuersalem

Conf. præsidentiam habuissent supra totam naturam corpoream: ergo etiam homines dependissent ab angelis, & angeli præsedissent hominibus, eos ad naturalem finem dirigendo.

82. *Vi cuius decreti?* An autem Angelorum custodia in purâ natura futura fuisset ex vi decreti etiam præsentis, pendet ex motiuo, quo motus est Deus ad hoc Vniuersum producendum, quod nobis certò constare non potest. Etenim si vnicum & adæquatum motiuum Vniuersum condendi, fuit solus ordo gratiæ & beatit. supernat. nulla ex vi præsentis decreti futura fuisset angel. custodia erga homines, in purâ naturâ conditos: nam tunc cessasset omne motiuum condendi Vniuersum. Sin autem adæquatum motiuum condendi Vniuersum, fuit ipse etiam ordo naturæ & beatit. naturalis, ita vt hic etiam absque illo mouisset Deum ad hoc Vniuersum cum solâ perfectione naturali condendum; tunc adhuc ex vi præsentis decreti, non quidem adæquatè, sed inadæquatè sumpti, futura fuisset angel. custodia erga homines, in purâ naturâ constitutos, licet non cum eodem ordine & circumstantiis, cum quibus decreta nunc est.

83. *Angeli partes politicæ Vniuersi.* Quòd autem futura fuisset Angel. custodia erga homines in purâ naturâ constitutos, siue angeli euecti fuissent ad ordinem supernat. beatit. siue non, prob. semper conditi fuissent vt partes politicæ huius Vniuersi: ergo in quocumque statu conditi fuissent, semper conditi fuissent cum mutuâ colligatione partium huius Vniuersi, ex quâ dedu-

Conf. xi angel. custodiam erga homines in purâ naturâ constitutos. Confir. siue angeli eleuati fuissent ad ordinem supernat. siue non, semper conditi fuissent cum Vniuersali dominio & præsidentiâ ad totam naturam corpoream: ergo etiam cum præsidentiâ, & tutelâ erga homines. Ceterum executio 84. huius custodiæ erga homines in purâ natura constitutos, facilius saluatur per angelos ad supernat. beatit. euectos, quàm in pura tantùm natura conditos, propter secundum argu. 1. sent. Adhuc tamen non defuisset modus talem custodiam saluandi, etiam per angelos in pura tantùm natura conditos; in primis in sent. eorum, qui docent, angelos circa legem naturalem esse impeccabiles, sc. cùm sit iuxta legem naturalem, vt superiores cuiuscumque Vniuersitatis curam gerant inferiorum eiusdem; hoc ipso, quo illis hoc præceptum de suscipiendâ tutelâ hominum à Deo, naturali legislatore intimatum fuisset, non potuissent illud non acceptare, & exequi: aliàs executio huius præcepti saluari potuisset in statu puræ naturæ per impositionem alicuius præmij, aut pœnæ, angelicæ naturæ in eo statu proportionatæ. Neque necessarium simpliciter est, sed tantùm connaturalius, vt qui alium dirigit, ipse directione non egeat. etsi in eo, in quo angelus hominem dirigeret, ipse directione non egeret, quia dirigeret illum in ordine ad ea, quæ ipse certò cognosceret. Neque hæc custodia fuisset in *Hæc Angelorum custodia non fuisset perpetua in purâ natura.* naturâ perpetua, sed ad tempus. Probabile .n. est, post aliquod tempus viæ, tam homines, quàm angelos constituendos fuisse in naturali beatit. illi statui proportionatâ; in eâque per aliquod donum naturale, naturæ tamen indebitum, perpetuò confirmatos. 86.

Obiicies 1. vt in purâ naturâ homo politicè connecteretur cum angelo, vt pars inferior cum superiore, sat foret, si cum illo connecteretur mediâ gubernatione causarum superiorum: ex eo .n. quòd homo penderet à superioribus causis astrorum, & hæc ab angelo, homo mediatè penderet ab angelo. Fateor hanc mediatam dependentiam per causas superiores, ab angelis immediatè directas in beneficium hominum, sufficere ad aliquam Vniuersi partium colligantiam, non tamen ad perfectam, qualem nunc à Deo intendi videmus. Temerè igitur hâc maiore perfectione priuaremus Vniuersum, quod non minùs in eo statu, quàm in hoc, huiusmodi perfectionem naturaliter exegisset. Ob. 2. sequeretur, angelos non ex extrinsecâ ordi- 87. natione Dei, sed ex intrinseca natura ordinari ad *Obiicies 2.* hominum custodiam; ordinantur .n. ad custodiam hominum, vt naturalis pars Vniuersi: sed esse naturalem partem Vniuersi, naturaliter competit angelo: ergo naturaliter competet eidem, ordinari ad hominum custodiam. Resp. Ordinatur angelus ad *Respondeo.* custodiam hominum, vt pars physica Vniuersi, nego; vt pars politica, concedo. Vnde nego, esse partem politicam Vniuersi competere angelo ex intrinseca natura, sed tantùm ex extrinseca lege, & ordinatione Dei, intendentis hoc Vniuersum per modum vnius politici regni. etsi negari non potest, angelos ex intrinseca natura, non quidem completè & formaliter, sed inchoatiuè & fundamentaliter, hanc politicam perfectionem postulare: eo modo quo homo postulat esse pars politica communicatis. Ob. 3. Ad perfectam compositionem, siue physi- 88. cam, siue politicam requiritur, vt vtraque pars in *Obiicies 3.* composito aliqua ratione perficiatur: sed Angeli, cùm sint natura spirituales, independentes à tota natura corporea, non possunt perfici in hoc Vniuerso;

Digitized by Google

Resp. 1. uerso: ergo nequeunt esse partes ipsius. Resp. 1. ad perfectam compositionem simpliciter non requiri, vt vtrumque extremum perficiatur, vt constat de ineffabili compositione ex natura humana, & persona increata Verbi, in qua vnum tantùm extremum, nempe natura humana perficitur. 2. neg. minor. nam etiam angeli vt politicæ partes huius Vniuersi aliqua ratione perficiuntur, quatenus præsunt, & dominantur toti naturæ corporeæ: quæ est maxima perfectio angelorum, qui propter excellentiam naturæ, ad præsidendum & dominandum aliis maximè propendent: nam propter hunc naturalem excellentiæ appetitum Lucifer, eiusque sequaces Deo rebellarunt, *vt infrà*.

Resp. 2.

89. *Infantes qui hinc sine Baptismo decesserunt, nequaquam custodes Angeles sunt habituri.*

Deducitur, quid sit de paruulis, qui absque Baptismo cum solo originali ex hac vita decedunt: An vel eorum animæ nunc in limbo existentes, vel post diem iudicii, assumptis corporibus, angelorum tutelam sint habituri. nam negatiua pars sequitur; sc. cùm soli viatores egeant angel. custodia, & neque eorum animæ nunc in limbo existentes, neque ipsi, assumptis corporibus, post diem iudicij futuri. sint viatores, sed in termino, ipsorum statui proportionato, in neutro statu angel. custodia egebunt.

90. *Ad 1. opposita sunt.*

Ex dictis patet ad rationes oppositæ: ex 1. tantùm sequi, in statu puræ naturæ, haud futuram fuisse angel. custodiam eo modo, & ordine, quo nunc est, sed alio, nempe vt medium ad finem & beatit. tantùm naturalem: quod tantùm probat *Paulus*: ita concedo consequens de custodia vt medio ad supernat. beatit nego de custodia angel. simpliciter. Secunda soluta manet. Ad 2. instant. resp. sufficere inter homines in pura natura conditos, & angelos ad supernat. beatit. euectos, connexionem in ratione politicæ partis ad hoc Vniuersum constituendum. Sed ex eò quòd angeli euecti essent ad supernat. beatitatem, adhuc essent politicæ partes huius Vniuersi, quia naturalia non tolluntur, sed perficiuntur per supernaturalia.

91. *Ad 2. inst.*

SECTIO VI.

An singulis regnis & communitatibus sint tutelares Angeli deputati, & ex quo ordine?

92. *Ratio dubitandi.*

RATIO dub. sufficiunt Angeli singulis hominibus deputati: nam in quâuis communitate semper est aliquis homo, qui illius publicam curam gerit: cuilibet autem publicæ personæ, præter proprium Angelum, deputatur aliud ex ordine Archangelorum, qui illum dirigat in ordine ad publicum bonum totius communitatis, vt *sect.* 11. ergo non est necessarius alius; cùm ille, qui publicæ personæ in ordine ad publicum bonum assistit, eiusdem communitatis tutelam habere possit. Communis tamen & vera Scholast. sent. *singulis regnis, & communitatibus suum deputatum esse Angelum*, qui peculiarem earum curam & tutelam habeat. Hanc de fide censet *Palat. in 2. dist. 11. disp 1. init.* vnanimi consensu docent *Dionys. lib. de cel. hierar. cap. 9. fine: Origenes hom. 11. in lib. Num. Basili. lib. 3. cont. Eunom. Nazianz. orat. coram 150. Epis. Clemens Alex. lib. 6. Strom. Damas. lib. 2. de fide ortho. c. 3. Theodore. Procopius, & Seuerus cit. à Catena in 10. cap. Daniel. Hilar. in psal. 129. Hieron. in cit. Daniel Gregor. lib. 17. Moral. cap. 7.* & reliqui ferè Patres *sect. 1. cit.* Porrò hanc veritatem *Origenes, Hilar., Maldon. in 18. Matth. &c.* colligunt *ex cap. 1. 2. & 3. Apocal.* vbi mentio fit de septem Angelis, septem Asiani Ecclesiæ præsidentibus. Sed ibi pro Angelis intelligi Episcopos, ex *tex.* colligitur vt recentiores adnotant. Probabiliùs colligitur 1. ex *Deuter. 32. Quando diuidebat Altissimus Gentes, quando separabat filios Adam, constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel.* Legunt 70. *Constituit terminos Gentium iuxta numerum Angelorum. Quia* vt inquit cit. Seue us, *omnibus Gentibus diuisis Angelos secundùm eumdem numerum præfecit, attribuens aliquem vnicuique ad custodiam, mensura & numero. Non enim Gentium terminus eiusdem numeri myriadum Angelorum, qui sine numero sunt, fuit, sed terminus secundum numerum præfectorum Angelorum distribuit.* Eamdem exposit. sequuntur *Dionys. cit. Orige. Athanas. q. 6. ad Antioch. Princip. Hilar. Hieron. Procop. Theodore. & alij.* 2. ex illo *Eccles. 17. In vnamquamque gentem præposuit Rectorem.* Vbi Glossa ord. *Rectorem*, intelligit vrbium custodes, *Angelos, quibus commisit Deus custodiam singularum Gentium: vnde statuit terminos Gentium iuxta numerum Angelorum.* ita Lyranus, *Rectorem, id est Angelum regentem, qui præest regnis, Gentibus, & Prouinciis*; Dionysius *Carthu. Hugo Rabba. Iansen. apud Octa. de Tuso in cit. Eccles. 3. ex 62. Isaiæ, Super muros tuos Ierusalem*, inquit Deus, *constitui custodes*: vbi Hieron. *quos vel Angelos, vel Apostolos, & omnes Principes eius, atque Doctores accipere possumus. Qui custodiunt muros Ecclesiæ, ne aduersarius noster diabolus, qui quasi leo rugiens circuit, & quærit, quomodo possit intrare, occasionem accipiat ad gregem Domini deuorandum.* ita Bernardus *de Dedic. Eccl.* & Hugo *apud Cornel. à Lapide*, Lyranus *in hunc lo.* 4. Ex *Daniel.* 10. vbi mentio fit de Principe Regni Persarum, Græcorum, & Iudæorum: quos esse Angelos horum Regnorum Præfides, colligitur ex *textu*; vbi 1. dicitur Princeps Regni Persarum restitisse Angelo, qui missus fuerat ad annuntianda futura Danieli: Angelis autem non homines, sed Angeli resistunt. 2. idem Angelus, Danielis his Principibus Regni Persarum & Græcorum opponit Michaëlem, quem idem Angelus ait esse Principem Iudæorum: *Nemo*, inquit Angelus Danieli, *est adiutor meus in omnibus his, nisi Michael Princeps vester.* Ergo consimili modo intelligi debent reliqui duo Principes Regni Persarum, & Græcorum, Confir. omnes ferè Patres, & Catholici expositores hunc locum intelligunt de Angelis Regnorum præsidentibus; licet discrepent, an pro Principe Persarum intelligendus sit Angelus bonus, an malus: *Ruper lib. 9. de victa. Verbi cap. 4. Cassia. lib. 8. collat. cap. 13. &* alij intelligunt de angelo malo, qui cuilibet regno à Lucifero præficitur: *Hieron. in hunc lo. Dionys. Gregor. cit. Theodore. Seuerus, à Glossa citatis, S. Tho. 1. p. qu. 113. art. 8. Lyra. Carthus. & alij* intelligunt de Angelo bono. Quæ expositio est conformior textui, vt recè *à Lapide*. Nota. *Hieronymum* pro oppositâ sent. citari à *S. Tho.* re tamen verâ ipse posteriorem sequitur, post quam priorem citat ex aliorum potiùs opinione. at vtroquis modo hic locus intelligatur, semper verum erit, ex eo nostram sent. colligi: tum quia semper Deus contra angelum malum deputat bonum: ergo si regno Persarum & Græcorum deputatus est à Lucifero angelus malus, deputatus est etiam à Deo Angelus bonus. Tum quia in eodem textu expressa mentio fit de Michaële, qui Princeps est & Præses Iudæorum. Ceterùm dicitur vnus angelus alteri resistere: non quòd inter eos vlla sit voluntatum discordia: *quippe quorum omnium*, vt in *cit. lo.* docet Gregorius, *vna victoria est sui super se opificis voluntas suprema, quam dum semper aspiciunt, quod obtinere non valent, numquam volunt*: *sed quia certa Angelorum ministeria dispensandis singulis quibusque Gentibus*

93. *Sent affirm. de fide censet Palat.*

94. *Colligitur ex Deuter. 32.*

95. *Colligitur 2. ex Eccles. 17.*

96. *Colligitur 3. ex Isaiæ. 62.*

97. *Colligitur 4. clarissimè ex Dan. 10.*

Conf.

98. *Quomodo vnus Angelus alteri resistere dicitur.*

tibus sunt prælatæ, cùm subiectorum mores alterius se vicissim præpositorum Spiritum opem merentur, ipsi qui præsunt Spiritus contra se venire referuntur. Propheta igitur preces Angelus exaudit, sed Persarum Princeps restitit: quia & si iam vita iusti deprecantis ereptionem populi exigit, eiusdem tamen populi adhuc vita contradicit, vt quia necdum hi, qui in captiuitatem fuerant ducti, plenè purgati sunt, iure eis adhuc Perſa dominentur. Magis verò scholastic è *S. Tho. 1. p. qu. 113. art. 8.* Resistere sibi invicem dicuntur Angeli, dum de diuersis populorum meritis inter se pugnantibus diuinam consulunt voluntatem, quæ sibi non potest, nisi reuelatione innotescere. Dum igitur vnus Angelus ob preces Danielis à Deo petit liberationem populi Israelitici à captiuitate Babylonicâ, alius contrà detentionem & moram eiusdem apud Babylonem, sibi invicem quodammodo resistere videntur. Vlt. prob.

99. *Prob. rationes has sent.* non minùs Deo curæ sunt integra regna, prouinciæ, ac communitates, quàm singuli homines: sed singulis hominibus ad eorum custodiam singulos deputat angelos: ergo eodem modo singulis regnis, prouinciis, ac communitatibus singulos deputat Archangelos. *Conf.* Confir. aliam directionem, & custodiam requirit bonum publicum, quàm priuatum: ergo alios angelos requirunt regna, prouinciæ, ac communitates, quàm priuatæ personæ.

100. *Angeli Regnorum Præsides ex altiori ordine sunt.* Quoad aliam partem controu. ex quo ordine sint Angeli regnorum præsides; omnes conueniunt, eos esse ex altiori ordine, quàm sint qui priuatis tantùm personis deputantur, vt docet *Basil. lib. 3. con. Euno. initi. & reliqui fere Patres.* quod colligitur ex *cit. Danie. 10.* vbi Princeps Iudæorum dicitur fuisse Michaël, quem *Theodore. in cit. lo. S. Tho. 1. p. qu. 113. art. 3.* docent esse ex ordine Archangelorum. Discrepant tamen auctores, an sint ex supremo, vel ex medio ordine vltimæ hierarchiæ. *S. Thomas cit.* sub dubio ait, esse ex ordine Principatuum, qui est supremus vltimæ hierarchiæ; vel fortè Archangelorum, qui est medius eiusdem hierarchiæ. *Theodore. & alij* absolutè pronuntiant, esse Archangelos. Vtraque sent. probabilis est; modò constet, non esse ex infimo ordine Angel. nam hi tantùm priuatis hominibus deputantur. Rationem verò assignat *ibid. S. Tho.* quia quò agens est vniuersaliùs, eò est superioris virtutis: sed qui curam habet totius regni est vniuersalius agens: ergo habere debet angelum superioris virtutis, qui illum in ordine ad vniuersalius bonum dirigat.

Michaël ex ordine Archangelorum esse.

101. *Noua difficultas.* An Angelus regno, aut communitati Præses, sit distinctus ab angelo, qui deputatus est in custodiam Regis, aut superioris illius communitatis? *sect. 1.* docui, vnicuique superiori, præter Angelum, quem habet vt priuata persona, deputatum esse alium, vt publicæ personæ, ex ordine Archang. qui illum dirigat in ordine ad publicum bonum. nunc an idem Archangelus, qui tutelam regni & communitatis gerit, simul etiam tutelam Regis aut superioris communitatis habeat? Negatiua pars prob. eò quòd aliam directionem requirat communitas, aliam superior communitatis: nam superior directionem requirit per modum imperantis, & legem ferentis; subditi verò communitatis per modum obedientis, & leges exequentis. Verum probabilius

Pars affirmatiua probabilior. est, *eumdem Archangelum, qui Regno vel communitati præest, sufficere ad Regem ipsum, vel superiorem communitatis dirigendum.* Fundam. Angeli regna & communitates non dirigunt per seipsos immediatè, sed mediante Principe, aut superiore, illum dirigendo in ordine ad bonum regni, aut communitatis. ergo idem Archangelus, qui curam gerit communitatis, simul etiam curam habebit superioris communitatis. Ad fundam. oppositæ, concedo aliam directionem requirere communitatem, aliam superiorem communitatis: ceterùm ad hanc diuersam directionem, præter Angelos infimi ordinis deputatos singulis hominibus communitatis, sufficere Archangelum deputatum superiori, vt curam gerenti totius communitatis. Nam sufficienter diriguntur subditi in ordine ad superiorem per Angelos sibi deputatos, quatenus priuatæ personæ sunt: cùm ipsi communitatis curam gerere non debeant, sed tantùm superioris iussa exequi: ad hoc autem sufficit directio, qua ab Angelis diriguntur vt priuatæ personæ.

102. *Ad fun.*

Vltimò, an etiam brutis, & reliquis rebus deputentur Angeli, qui earum curam gerant? Negat acriter *Hieron. in 1. cap. Habac. Mundi sunt oculi tui, bona & fine. Ceterùm absurdum est*, inquit, *ad hoc Dei deducere Maiestatem, vt sciat per momenta singula quot nascantur culices, quotue moriantur; quæ cimicum ac pulicum, & muscarum sit in terra multitudo; quanti pisces in aqua natent, & qui de minoribus prædæ cedere debeant. Non simus tam fatui adulatores Dei, vt dum potentiam eius etiam ad ima detrahimus, in nosipsos iniurioſi simus, eamdem rationabilium, quam irrationabilium prouidentiam esse dicentes. Ex quo liber ille Apocryphus stultitiæ condemnandus est, in quo scriptum est, quemdam Angelum nomine Tyri præesse reptilibus: & in hanc similitudinem piscibus quoque & arboribus, & bestiis vniuersis proprios in custodiam Angelos assignatos.* Affirmant Origenes *hom. 23. in Iosue; Ego quantum ad opinionem meam spectat, puto audacter dicendum, etiam de iis virtutibus, quæ mundi huius ministeria susceperunt, quòd non fortuito vel casu illa virtus terræ, vel arborum germinationibus præsit, illa fontium ac fluminum sufficiat, ac sufficienter exhibeat; alia imbrium, alia ventorum, alia marinis, alia autem terrestribus animalibus, vel singulis quibusque è terra gignentibus præsit.* Et ho. 8. in Ierem. *Neque enim*, inquit, *aliter possum lugentem terram exponere, seu lætantem; nisi vt intelligamus, omnibus rebus Angelos præsidere, tam terræ, & aquæ; quàm aeri, & igni; & hoc ordine peruenire ad omnia animalia, ad omne germen, ad ipsa quoque astra cælestia.* Damascenus *lib. 2. de fide orthod. cap. 4.* Augustinus *lib. 83. quæst. q. 79. Vnaquæque, res visibilis in hoc mundo habet potestatem, Angelicam sibi præpositam, sicut aliquot locis diuina Scriptura testatur.* Eamdem vt *Platonis* sent. refert *Apuleius in l. de Deo Socra. ante med.* Quam sent. vt probabilem censet *S. Tho. 1. p. qu. 110. art. 1. ad 2. & 3. & qu. 113. art. 2.* vt singulis rerum speciebus suus sit angelus deputatus; sequuntur *Molina 1. p. qu. 110. Zumelq. 113. art. 2. Vasq. disp. vlt cap. 1. Grana. tract. 16. disp. 5. sect. 5. Suar. lib. 6. de Angelis c. 17.* &c.

103. *Num & bona & reliqua suum habeant Angelum? Negat acriter Hieronymus.*

Eamdem refert vt Platonis Apuleius.

Quæ sent. probabilior; ex Scripturâ, vt aduertit *Augustinus, sc. Apocal. 7.* dicuntur Angeli stare super quatuor angulos terræ, tenentes quatuor ventos terræ. & *cap. 14.* dicitur Angelus habere potestatem supra ignem. Fund. tota natura corporea immediatè regitur & gubernatur ab Angelis vt à ministris diuinæ prouidentiæ, propter eos, qui hereditatem capiunt salutis: igitur probabile est, diuersis rerum speciebus diuersos deputatos esse Angelos ad rectam earum gubernationem, & conseruationem. Antec. constat: Angelica natura est suprema pars huius Vniuersi: de ratione autem partis est, vt cum ceteris in toto connectatur: connectitur autem natura Angelica cum reliquis mundi partibus per præsidentiam & gubernationem earum. Conseq. prob. vt singuli cæli singulas habeant intelligentias, à quibus in commune bonum hominum gubernantur: ita singulæ rerum species singulos habent Angelos, à quibus in communem vtilitatem hominum dirigantur & conseruentur. Aliam rationem affert

105. *Assertio pro parte affirmante. Fundamentum.*

S. Tho.

Digitized by Google

Rationem affert S. Thomas.

S. Tho. prouidentia Dei principaliter est de iis, quæ sunt perpetua: at singulæ rerum species sunt perpetuæ, licet earum indiuidua sint corruptiabilia: ergo singulæ rerum species habere debent angelum, qui earum curam habeat: sicut quia singuli homines sunt, quoad animam, incorruptibiles, singuli proprium habent Angelum, qui eos custodiat. S. Hieronymus piè explicandus est, cùm ipsius *citata* auctoritas aliqua contineat, quæ diuinæ prouidentiæ repugnent. Ex his patet ad rationem dub.

S. Hyeronym. explicatur.

SECTIO VII.

Quæ officia præstet tutelaris Angelus erga suum clientem?

106. MVLTA recencẽsur officia nobis ab Angelo tutelari præstita, non solùm ab Ecclesiasticis, sed etiam à prophanis Scriptoribus. Ex sent. *Platonis* hæc recensẽt *Apuleius in lib. de Deo Socra ante med. Per quos desideria nostra & merita ad Deum commeant: inter mortales, calicolasq; vectores, hinc precum, inde donorum: qui vltro citroq; portant, hinc petitiones, inde suppetias, ceu quidam vtrimque interpretes, & salutigeri.* Et post med. *Nemini conspicui, semper nobis adsunt, omnium non modo actorum testes, verùm etiam cogitatorum. At vbi vita edita remeandum est, suum alumnum ad iudicium ducunt, atque illi in causa dicenda assistunt: si qua commentiatur, redarguunt: si qua vera dicat, asseuerant. Illorum testimonio fertur sententia. Omnia nostra curiosè participia omnia visunt, omnia intelligunt, in nostris penitissimis mentibus vi conscientiæ diuersantur. Est nostri custos, singularis præfectus, domesticus speculator, indiuiduus arbiter, inseparabilis testis, malorum improbator, bonorum probator, si ritè animaduertatur, sedulo cognoscatur, religiosè cobatur: in rebus incertis prospectator, dubiis præmonitor, periculosis vitator, egenis opitulator. Qui tibi qneat tum somniis, tum signis, tum etiam fortasse coram, cum vsus postulat, mala auertruncare, bona prosperare, humilia sublimare, nutantia fulcire, obscura clarare, sidera aduersa corrigere.* Quibus concordant quæ de angelicâ custodiâ recenset *August. lib. soliloq. cap. 17. Adiuuant laborantes, protegunt quiescentes, hortantur pugnantes, coronant vincentes, congaudent gaudentibus, compatiuntur patientibus. Grandis est eis cura de nobis: magnus est affectus dilectionis eorum erga nos. Diligunt, quem tu diligis, custodiunt quos tu custodis, deserunt quos tu deseris. Nec diligunt operantes iniquitatem.* Et serm. 68. ad fra. in Ere. *Omnia opera nostra siue bona, siue mala in conspectu Dei ab ipsis nuntiantur; hortantur nos consilio, à dextris nostris sunt.* Et lib. metit. cap. 3. *Angeli orationes & vota nostra Deo offerunt, non quia Deum doceant, qui omnia, antequam sint, sicut & postquam facta sunt, nouit, sed quia eius voluntatem super his consulunt, & quod Deo iubente completum est, cognouerint, hoc nobis euidenter vel latenter reportant.* Hæc prosequitur. B. Laurent. Iustini. *lib. de casto connub. Verbi & animæ cap. 9. Ipsi etenim sancti Angeli aereas coercent potestates, ne ad libitum nos tentent, eorum detegunt fraudes, ipsorum argumentis obuiant. Si cadimus, nos erigunt; si ignoramus, instruunt; si frigescimus, accendunt. Vbique tamquam fidi comites nos tuentur dormientes, stantes, de ambulantes, quiescentes, operantes: illuminant quoque intellectum nostrum excitando, disponendo, & lumen in nos diuinum transformando. Purgant nos phantasmata amouendo. Cùm eleemosynas damus, cùm oramus, nostras perferunt ad cælum orationes & oblationes, & Deo offerunt, nobisq; deferunt gratiam ac spiritualia donã. Nostris gratulantur profectibus, nostris virtutibus delectantur. O quanto exultant tripudio, cùm aspiciunt, crebris nos cælum pulsare gemitibus, & assiduis orationibus diuinum flagitare suffragium. O quàm suauiter lætantur, si viderint nos sapienter psallere, deuotè canere, legere frequenter, iugiter meditari, sine intermissione orare, vigilias celebrare, diuinis interesse laudibus, diuina frequentare mysteria, lacrymas fundere, & sedulum Deo exhibere obsequium. Maximum spei de salute nostra capiunt solatium, si super cordis nostri non dormitemus custodiam; si mentis dispersionem aggregemus in vnum; si cogitationes subtiliter discernamus; si intentiones dirigamus; si priùs quàm proferantur verba, pensemus singula; si singulis in moribus, in omni opere matura circumspectione viuamus. Nos diligunt, nostram zelant salutem, tamquam ciuium suorum, & æterni regni coheredum.* Similia habet *Bernar. in salm. Qui habitat. serm. 12.*

107. *Platoni concordat Augustinus.*

108. *Vberiùs hæc eadem prosequitur Laurent. Iustin.*

Ex sententiâ Platonis ab Apuleio Angelorum tutelarium officia recensentur.

109. Hæc omnia angelicæ custodiæ beneficia ad 12. ex communi sent. reducit *Gabriel in 2. dist. 11. qu. 12. vn art. 2.* quæ ex variis Scripturæ locis colliguntur. 1. peccata increpat: *Iudic. 2. Ascendit Angelus Domini de Galgalis ad locum flentium, & ait: Eduxi vos de Ægypto, &c. & noluistis audire vocem meam: cur hoc feciſtis?* 2. disponit nos ad absolutionem à vinculis peccatorum; vt significatur in Angelo soluente Petrum à catenis, *Act. 12. Et ceciderunt catenæ de manibus eius.* 3. tollit occasiones impedientes nos à bono: quod figuratum est *Exo. 12.* in Angelo, qui percussit primogentia Ægyptiorum. 4. arcet dæmones; *Tobiæ 12. Dæmonium ab vxore meâ compescuit*; solâ suâ præsentiâ, vt testatur *Auctor operis imperf. in Matth. hom. 5.* vnde docent aliqui, per solam inuocationem Angeli custodis fugari dæmonem. 5. docet & illuminat; *Danie. 9. Nunc egressus sum*, inquit Angelus Danieli, *vt docerem te, & intelligeres.* 6. secreta reuelat; *Genes. 18. Num celare potero Abraham, quæ gesturus sum*, dixit ei Angelus. 7. afflictos solatur; *Tobiæ 5. Forti animo esto, in proximo est, vt à Deo cureris*, dixit Angelus Tobiæ. 8. in viâ Dei nos confortat: 3. *Reg. 19.* dixit Angelus ad Eliam: *Surge, comede; grandis tibi restat via.* 9. in viâ ducit, & conducit *Tobiæ 5. Ego ducam, & reducam eum ad te.* 10. hostes profligat; *Isaiæ 37. Egressus est Angelus Domini, & percussit in castris Assyriorum centum quinquaginta millia.* 11. tentationes mitigat: quod figuratum est in Angelo, qui luctatus est cum Iacob, *Genes. 32.* cuius *femoris neruum tetigit, & emarcuit.* 12. orationes nostras & vota Deo offert; *Tobiæ 12. Quando orabas cum lacrymis, & sepeliebas mortuos.* Ad hæc addi possunt duo, 1. quo nos ab eminentibus periculis eripit; *Genes. 19. Cogebant Angeli Loth. dicentes, Surge, tolle vxorem tuam, & duas filias, quas habes, ne & tu pariter pereas in scelere ciuitatis.* 2. quo animam è corpore exeuntem in purgatorium, vel in cælum conducit; *Luc. 16. Factum est autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ.* Quod est omnium beneficiorum completiuum: cuius meminit *Apuleius ex sent. Plato.* docuitque *Chrysost. to. 2. in cit. Lucæ 16. Maldonat.* &c.

Hæc officia Primum. Secundum. Tertium. Quartum. Quintum. Sextum. Septimum. Octauum. Nonum. Decimum. Vndecimum. Duodecimum.

110. *Duo alia beneficia.*

Inter omnes effectus, quantò certior, tantò explicatu difficilior est, quo pacto Angelus intellectum nostrum illuminet. Ratio dub. vel nequit Angelus aliquid in intellectu alterius producere; vel si potest, saltem nequit in intellectu hominis pro hoc statu existentis: cùm non sit homo in hoc statu capax illuminari, nisi medio sensu & phantasmate. In qua re. *Scotus in 2. dist. 11. qu. vni, §. De fine*, docet hominem illuminari ab angelo, quatenus intellectus agens hominis efficienter iuuatur ab intellectu agente angelico ad perfectiorem distinctioremque speciem intelligibilem à phantasmate eruendam, quæ perfectiùs, distinctiusque

111. *Difficultas. Ratio dubit.*

112. *Scoti opinio*

rei

ed displ. cet rei quidditatem repræsentet. Sed contra: ex *p.* 12. *sect.* 4. *& disp.* 15. constat, nihil potest intellectus angeli in intellectu alterius producere. *S. Thomas* 1. *p. qu.* 111. *art.* 1. ait hominem illuminari ab angelo, per confortationem luminis intellectualis, & propositionem veritatis intelligibilis sub velamine

113. *S. Thoma.*

Fundament. alicuius similitudinis sensibilis. quia sicut angelus illuminatur ab angelo per confortationem luminis intellectualis, & propositionem veritatis intelligibilis ad captum intelligentis, absque velamine similitudinis sensibilis: ita homo illuminatur ab angelo per confortationem luminis intellectualis, & propositionem veritatis intelligibilis sub velamine similitudinis sensibilis, cùm in hoc statu non sit intellectus humanus capax veritatis intelligibilis, nisi sub velamine alicuius similitudinis sensibilis.

Non sufficit; Sed in hâc sent. restat explicandum, quo pacto valeat intellectus humanus ab angelo confortari, cùm nihil in eo angelus producere possit. Quare ex iactis principiis hanc illuminationem explico. 1. per

114. *Hæc illuminatio est remotio impedim. & positiua immutatio sensuum.* remotionem impedimentorum, tam externorum obiectorum, quæ externos hominis sensus immutando, illum possunt à bono abducere, vel ad malum inducere; quàm internarum passionum affectu aliquo concitatarum, eas sedando, & ad pristinum statum reducendo. 2. per positiuam immutationem sensuum tum externorum, eis conuenientia obiecta proponendo, quibus immutati immutent interiores sensus, atque hi phantasmata, quæ vnà cum intellectu agente producant speciem intelligibilem illius rei, quam angelus intendit homini suadere, vel dissuadere. Tum per immutationem, & dispositionem sensuum internorum, mouendo, & disponendo immediatè illos simul cum phantasmatibus, quæ sic disposita moueant intellectum hominis ad eliciendam notitiam eius rei, quam angelus

Explicantur exemplo dicta. vult illi suadere, aut dissuadere. ex. gr. Intendit angelus suadere homini confessionem suorum peccatorum: mouet illi phantasma de peccatis, & pœnis promeritis: Phantasma motum & excitatũ ab angelo, mouet intellectum agentem hominis ad producendam speciem intelligibilem de eisdem peccatis, & pœnis promeritis: per quam speciem intellectus possibilis elicit simplicem apprehensionem eorumdem peccatorum ac pœnarum: quâ vt præuiâ dispositione positâ, Deus immediatè notitiâ supernat. & affectu illuminat hominis intellectum, & inflammat voluntatem ad eadem peccata ex motiuo supernat. detestanda. Itaque quod angelus illuminet hominem, docet *Dionys. de cæl. hierar. cap.* 4.

115. *Hic modus ordinarius.* quem sequitur *S. Tho.* 1. *p. qu.* 111. *art.* 1. *& reliqui.* Quòd hic modus illuminandi sit ordinarius, constat: nam licet possit in assumpto corpore, vel per externa signa hominem illuminare, vti interdum facit: hic tamen illuminandi modus non est ita frequens & ordinarius. Quòd sit connaturalis tam ex

Connaturalis. parte angeli, quàm ex parte hominis, prob. connaturalis modus intelligendi hominis in hâc vitâ, est per sensibilia deuenire ad intelligibilia: & Angelus mediante motu locali potestatem habet in totam nauram corpoream; atque adeò in organa corporea hominis, ea per motum localem alterando, immutando, ac disponendo: quæ immutata & alterata propter connexionem cum intellectu, immutabunt & alterabunt intellectum, eoque mediante voluntatem, saluâ semper eius libertate, & tantùm dispositiuè. Vnde probabile censeo, quoties Deus hominem internè illuminat, id facere mediante Angelo custode, disponente suum alumnum per internos sensus, & phantasmata ad intelligibiles veritates capiendas. Quod indicant Patres, dum fatentur. omnia recta consilia, & cæleſtes inspirationes, quas in nobis subinde sentimus, referendas esse ad Angelos custodes ad ministros Dei. Quæ de Angelo bono dicta sunt in ordine ad illuminandum, eadem proportionaliter intelligenda sunt de angelo malo in ordine ad obtenebrandum intellectum humanum.

Patres indicant.

Quæritur 1. An Angeli custodes conscij sint eorum omnium, quæ ad suos clientes spectant? Resp. negatiuè: ex Danielis 10. vbi Angelus regni Persarum non erat conscius eorum, quæ ad Persas spectabant, vtrùm apud eos ampliùs morari debuissent Iudæi, qui ibi captiui detinebantur. Alioqui ille non restitisset Angelo Danielis, qui ad preces Prophetæ, à Deo populi liberationem flagitabat.

116. *Quæritur.* *1. Resp. negatiuè colligitur ex Dan.* 19.

Dices. Etiamsi hoc ignorasset Angelus Persarum, non rectè tamen inde arguitur ignorasse ea, quæ spectabant ad Persas ipsos, quorum curam gerebat. nam scientia de liberatione Iudaici populi non pertinebat ad Angelum regni Persarum, sed ad Angelum Iudæorum: nec est necessarium, vt vnus sciat ea, quæ spectant ad alumnum alterius Angeli, sed solùm quæ spectant ad proprium. Sed contrà, siltem hoc scire debuisset Angelus Iudæorum: qui si sciuisset, procul dubio illud dixisset Angelo Persarum, atque adeò hic non potuisset ampliùs resistere Angelo Danielis, quippe cui nota fuisset voluntas Dei per Angelum Iudæorum. Ex his colligo, non esse Angelo notam sui alumni prædestinationem, vel reprobationem: tum quia si quæ minoris sunt momenti, non omnia nota sunt Angelo, quæ ad sui alumni salutem pertinent, à fortiori nec nota erunt, quæ maioris sunt momenti circa eiusdem alumni salutem. Tum quia horum scientia nihil conducit ad custodiam, quam Angelus erga suum alumnum exercet; & ex aliâ parte Deus hominum salutem per Angelos procurat modo connaturali; qui est, vt nesciat Angelus sui alumni prædestinationem, aut reprobationem: alioqui vel non ita afficeretur erga reprobum, vel non ita de prædestinati salute sollicitus esset. Non inficior, aliquorum hominum vel prædestinationem, vel reprobationem certam esse propriis Angelis tutelaribus: vt de Virginis prædestinatione, & Antichristi reprobatione certum suppono.

117. *Obiectio.*

Solutio.

118. *Angelo non est nota alumni sui prædestinatio, vel reprobatio.*

Quæritur. 2 An omnia cordis secreta tutelari Angelo pateant? Resp. negatiuè, nisi nos ipsi velimus, vt omnia nostri cordis secreta illi pateant. Primum constat; nam hoc postulat perfectum ius, quod omnis creatura intellectualis habet in sua cordis secreta, vt nulli absque proprio voluntatis nutu pateant. Secundum prob. non minùs ad perfectum dominium spectat, posse nostra secreta alteri manifestare, quando lubet, atque illa occultare, quando placet. Confir. Angeli habent species omnium secretorum cordis, non modò angelorum, verùm etiam hominum, cum eâ conditione à Deo infusas, vt accedente angeli, vel hominis voluntate, statim possint illa cognoscere: alioqui non possent cũ animabus separatis mutuò loqui; quod est secreta cordis mutuò sibi manifestare; & hæc supponit species infusas eorumdem secretorum cordis in audiente, cùm non possit vel anima separata in intellectum angeli, vel angelus in intellectum animæ speciem sui cordis secreti producere, vt constat ex *disp.* 12. *sect.* 1. *& ex disp.* 15.

119. *2. An omnia secreta cordis tutelari Angelo pateant Resp. negatiuè.*

Conf.

Quæritur 3. An Angeli, vel tristentur de malis, vel lætentur de bonis suorum alumnorum? Resp. negatiuè quoad 1. partem quæsiti: affirmatiuè quoad posterior. Ratio vtriusque sicut merito beatitudinis, Angeli sunt omnis doloris aç tristitiæ incapaces, ita

120. *3. An Angeli vel tristentur de malis, vel lætentur de bonis suorũ:*

ratione

tatione charitatis, sunt noui gaudij accidentalis de bono aliorum capaces: igitur sicut nequeunt de aliorum malis tristari, ita de bonis aliorum, ac præsertim suorum alumnorum lætantur. Vnde si quæ sunt auctoritates, quæ probare videntur, Angelos de hominum malis tristari, explicandæ sunt metaphoricè; quo pacto explicantur, quæ Deo dolorem, aut pœnitentiam tribuunt. Superest, vt tanto patrocinio nos dignos reddamus, *Caute*, vt Bernardus *serm. 12. in psal. Qui habitat*, monet, *ambulantes; vt videlicet quibus*, inquit, *adsunt Angeli, sicut eis mandatum est, vt in omnibus viis nostris custodiant nos*: quorum præsentia reuerentiam, benevolentia deuotionem, custodia fiduciam nobis conferre debet; & quod vidente homine non auderemus, præsente Angelo non audeamus: quippe quem etsi nequeant nostra mala contristare, possunt tamen nostra bona gaudio afficere.

Bernardus.

DISPVTATIO XX.

De peccato Angelorum.

SECTIO PRIMA.

An condi potuerit creatura sua natura impeccabilis?

1. DIXI, *suâ naturâ*: nam per gratiam & donum naturæ additum, nulli dubium est: de facto enim & beati, ratione visionis gloriosæ, & natura humana Christi, ratione vnionis hypost. sunt impeccabiles. Porrò tripliciter potest suppositum aliquod esse naturaliter impeccabile. 1. quia ipsum est sibi ipsi regula, nec aliam superiorem regulam agnoscit. 2. quia nec ipsum sibi regula est, nec superioris regulæ capax est. 3. quia etsi sibi regula non est, superioris tamen regulæ capax est, & ab eâ propter rectitudinem naturæ deflectere non potest. 1. modo impeccabilis est Deus: 2. modo natura brutalis; capax est. 3. modo impeccabilis esset angelus, aut quæuis alia intellectualis creatura, si condi posset cum naturali indefectibilitate à regulâ rationis: de qua tantùm impeccabilitate præsens controu. instituta est.

Tripliciter potest suppositum aliquod esse naturaliter impeccabile.

2. Prima sent. affirmat. Probat.

Prima sent. affirmat: *Magist. in 1. dist. 44. cap. 2. Ocham ibid. qu. vn. Bacho. in 2. dist. 38. art. 2. Maior. dist. 23. 2. Gabriel. qu. vn. art. 2. concl. 2.* Probat 1. Magister ex *August. lib. 11. de Genesi ad lit. cap. 7. Talem potuit Deus hominem facere, qui nec peccare posset, nec vellet*: igitur ex August. potuit Deus condere creaturam impeccabilem. 2. *Bacho*: Quod Deus facere potest per formam superadditam naturæ, facere potest per ipsam naturam. At potest Deus creaturam impeccabilem efficere per visionem beatam, naturæ additam; ergo id efficere poterit per naturam. Probant 3. alii; Potest Deus condere naturam intellectualem determinatam tantùm ad bonum honestum: ergo potest Deus condere creaturam suâ naturâ impeccabilem. nam omne peccatum est aliqua deuiatio à bono honesto: ergo si detur natura determinata tantùm ad bonum honestum, à quo deflectere non possit, talis natura erit ab intrinseco impeccabilis. Antec. prob. sicut potuit Deus producere appetitum sensitiuum determinatum tantùm ad bonum delectabile, naturæ sensitiuæ consentaneum; ita rationalem determinatum tantùm ad honestum, rationali consentaneum. Secunda affirmat, fieri posse creaturam impeccabilem circa legem, aut finem naturalem, non supernaturalem: *Duran. in 2. dist. 23. qu. 1. Capreo. dist. 22. quæst. vn. art. 3. ad argu. Duran. Caiet. 1. p. qu. 63. art. 1. §. Circa conseq. Bannez ibid. concl. 2. Zumel quæst. 1. concl. 2.* Addunt *Bannez & Zumel*, talem creaturam fore impeccabilem solùm circa legem naturaliter inditam, non circa legem positiuam de seruando aliquo præcepto circa virtutes morales, à quo talis creatura naturaliter deuiare posset. Fund. *Duran.* impossibile est, esse peccatum in voluntate, quin aliquis error, aut inconsiderantia præcedat in intellectu: at Deus facere potest creaturam, quæ sine errore semper actu consideret omnia speculabilia, & agibilia naturalia, secundùm omnes circumstantias; aut saltem, dum occurrit aliquid eligendum, actu & sine defectu consideret omnes circumstantias, secundùm quas illud est eligibile vel non eligibile. Quòd autem nequeat produci creatura impeccabilis circa legem supernat. probat *idem*: circa illam præcedere potest defectus erroris, vel inconsiderantiæ in intellectu angeli, aut cuiuscumque alterius creaturæ; eò quòd hæc non considerat lumine proprio, & ex principiis naturæ, sed lumine reuelato, & ex altioribus principiis fidei, circa quæ errare potest. Confit. ita se habet angelus ad conclusiones naturales, sicut se habet homo ad prima principia naturalia: sed homo non potest circa prima principia naturalia errare: ergo nec angelos circa conclusiones naturales deficere, nec peccare; cùm omne peccatum aliquem errorem in intellectu supponat. Ceterùm discrepant *citati*: *Durandus & Capreo.* probabile putant, de facto angelos peccare non posse contra legem naturalem: ceteri solùm docent, creatos in puris naturalibus, sine ordine ad finem supernat. & absque lege positiuâ, fuisse impeccabiles circa legem naturalem: de facto eos peccare posse contra legem etiam naturalem, per accidens & indirectè: cùm impossibile sit, deuiare à lege supernat. quin etiam deuies à naturali; nam hæc est dispositio & medium per se requisitum ad rectitudinem illius.

3. Principaliter.

4. Secunda sent. affirmat, sed limitatè.

Fund. Dur.

Conf.

5. Discrimen inter auctores cit.

Tertia absolutè negat, produci posse creaturam suâ naturâ impeccabilem: *Alen. 2. p. qu. 91. me. 1. art. 2. §. 3. S. Thom. 1. p. qu. 63. art. 1. & qu. 24. de verit. art. 7. & in 2. dist. 23. qu. 1. art. 1. Bonaue. art. 1. qu. 1. Scoti qu. vn. §. Dico, Richar. art. 1. qu. 1. Ægid. qu. 1 Rubio. qu. 1. art. 2. Aureo. Argen. art. 4. Herual dist. 5. qu. 1. art. 1. & dist. 7. qu. 1. Palud. in 4. dist. 50. qu. vn. art. 2. fine, Vasquez 1. p. disp. 231. cap. 2. Valen. q. 1. a 14. pu. 1. Suar. lib. 7. de ange. cap. 3 Turria. 2. 2. disp. 67. dub. 2. Arrub. 1. p. disp. 177.*

6. Vera sent. absolutè negat.

Quæ sent. vera est, eamque vnanimi consensu docent, Hieron. *epist. 146. ad Damas. prope fin. Solus Deus est, in quem peccatum non cadit: cetera cùm sint liberi arbitrij, iuxta quod & homo ad imaginem & similitudinem Dei factus est, in vtramque partem possunt suam flectere voluntatem. Ambros. lib. 3. de fide ad Gratia. capit. 2. Omnis rationalis creatura accidentia recipit, & subiecta iudicio est. In accidentibus autem & pœna iudicij, & corruptela est, & profectus. Ergo corruptela, & mortis, etiam si non moriatur, aut peccet, capax tamen omnis est creatura. Nec ex immortali natura habet, sed ex disciplina vel gratia, si se in aliquibus ad vitia non mutat. Alia ergo immortalitas*

7. Eam vnanimiter docent Patres. Hieronymus, Ambrosius.

Digitized by Google

quæ donatur, alia quæ sine capacitate mutabilitatis est semper. qui *mortalitatem* accipit pro peccato: quo supernaturali vitæ morimur. Augustinus. Augustinus. *ad Maximi. c. 12. prope fin. Et creaturarum natura cælestium mori potuit, quia peccare potuit: nam & Angeli peccauerunt, & dæmones facti sunt: & qui non peccauerunt, peccare potuerunt; & cuicumque creaturæ rationali præstatur, vt peccare non possit, non est hoc naturæ propria, sed Dei gratia.* Cuius rationem assignat 12. *lib. de ciuit. cap. 1. & 6.* sc. creatura non de Deo, sed de nihilo facta est. Gregorius. Gregorius *lib. 5. moral. cap. 27. Natura Angelica etsi contemplationi auctoris inhærendo in statu suo immobiliter permanet, eo ipso tamen, quo creatura est, in semetipsa vicissitudinem mutabilitatis habet.* Fulgentius, Damascen. Fulgen. *de fide ad Petr. cap. 3. & 23.* Damasc. *lib. 2. de fide cap. 3. Intellectualis*, inquit, *natura, vt rationalis, potestate, libera est: vt creata vero, vertibilis potestatem habens manendi, & proficiendi in bono, & in deterius prolabendi.* Anselmus. Ansel. *lib. cur Deus homo cap. 10.* assignans rationem, cur angeli impeccabiles creati non sint: *Quoniam*, inquit, *non potuit, nec debuit fieri, vt vnusquisque eorum esset idem ipse qui Deus, sicut de homine isto*, nempe Christo, *dicimus.* Igitur solâ vnione hypost. cum personâ diuina putat *Ansel.* angelos impeccabiles fieri potuisse. Et quia personæ diuinæ non sunt plures, quàm tres: ideò dixit, *non potuit vnusquisque eorum*, &c. putans fortasse, non posse vnam personam diuinam plures assumere naturas creatas.

8. Difficultas in assignanda ratione solida. *Scotus, & Valen.* solâ auctoritate Patrum illam profitentur; at ex quadruplici cap. huius rei implicantia est 1. ex eo quòd implicat creatura intellectualis determinata tantùm ad bonum honestum vt sic: 2. ex eo quòd repugnat creatura intellectualis, quæ sit sibi ipsa in operando regula. 3. quòd implicat. vt saltem naturâ suâ coniuncta sit immutabiliter cum primâ regula. 4. ex eo quòd nullum obiectum in materiâ virtutis, siue naturalis, siue supernat. extra Deum clarè visum, necessitare possit voluntatem angeli. Omnis quippe impeccabilitas vno ex his 4. cap. proueniat oportet; ipsa .n. fundatur in eo, quòd non possit voluntas operantis, nisi in bonum honestum ferri: at potest voluntas ad bonum honestum determinari ab intrinsecâ naturâ, vel quia ipsa est sibi regula, & finis vltimus in agendo; vel quia ab intrinseco est determinata ad regulam honestatis sequendam: aut ab extrinseco obiecto, quia dari potest aliquod obiectum in materia virtutis, quod voluntatem creaturæ necessitet; vel quia creatura naturaliter petat coniungi cum Deo vltimo fine; ratione cuius coniunctionis necessitetur ad sequendam in omni suo actu rectitudinem moralis honestatis. Quartum caput implicantiæ est contra 2. sent. reliqua verò tria militant contra primam.

Capita 4. implicantiæ.

9. Prob. quod 1. quod nulla creatura sit determinata ad bonum honestum vt sic. Probo primum caput. Implicat natura intellectualis, cuius rationalis appetitus non inclinet ad omne bonum: ergo implicat creatura intellectualis determinata tantùm ad bonum honestum. Antec. quod est *S. Tho. qu. 24. de verit. ar. 7.* sic ostendo. Omnis potentia appetitiua adæquatè sequitur apprehensiuam sibi proportionatam, est. n. ipsa vitalis inclinatio in bonum apprehensum vt sic, tantumque se extendit in appetendo, quantum apprehensiua apprehendendo: at appetitus rationalis adæquatè sequitur potentiam apprehensiuam intellectualem: implicat autem potentia apprehensiua intellectualis, quæ non feratur ad omne ens: igitur implicat appetitus rationalis, qui non feratur ad omne bonum: nam ens & bonum conuertuntur. Subsumpt. prob. 1. quia potentia intellectiua est adæquata proprietas naturæ intellectricis; hæc autem non solùm respicit bonum honestum, sed etiam delectabile; ab vtroque enim perficitur suppositum rationale: quidquid autem est suppositi perfectiuum, respici & appeti potest ab appetitu rationali, qui est vniuersalis potentia respiciens omne bonum suppositi. 2. est essentialiter reflexiua; cognoscit enim se cognoscere, atq; adeò supra seipsam, suumque intelligere reflectitur; quod facere non posset, nisi tenderet ad ens vt ens: alioqui limitaretur ad solam honestatem obiecti; nec posset delectabilitatem sui actûs percipere: 3. est regula omnium actionum naturæ intellectricis: sed hæc non solùm est operatiua actionum honestarum, sed etiam delectabilium; quæ regulari non possunt, nisi cognoscantur: igitur potentia intellectiua non solùm est cognitiua actionum honestarum, sed etiam delectabilium. 4. illa facultas, quæ potens est cognoscere honestatem obiecti, potens etiam est cognoscere delectabilitatē eiusdem: cognoscit autem honestatem obiecti, cognoscendo proportionem ipsius obiecti cum naturâ rationali vt sic: at cognitio naturæ rationalis vt rationalis, necessariò supponit cognitionem naturæ vt naturæ

10. Implicat creatura quæ sibi ipsi sit regula in operando. Secundum caput implicantiæ est manifestū; Nam esse vltimum finem & primā regulam importat omnimodā independentiam in ipsa regulatione actionis. Omnis enim actio, vt recta sit, regulanda est cum vltimo fine, ac primâ regulâ: si autem creatura esset sibi vltimus finis, ac prima regula, hoc ipso quòd eius actio esset sibi conformis, recta esset. Vnde sequeretur, quòd posset eius actio esse difformis Deo vltimo fini, ac primæ regulæ, & tamen recta: quia posset talis actio esse conformis ipsi operanti, & non Deo. Confir. perfectio vltimi finis trahit secum essentialiter perfectionem primi principij: ex eo enim quòd Deus tribuit esse omnibus, est exemplar, à quo regulanda; & finis, ad quem referenda sunt omnia. Implicat autem, creaturam esse primū principium rerum; ergo & vltimum finem earumdem. Ostendo nunc 3. cap. Potest creatura immutabiliter coniungi cum vltimo fine; 1. vnione hypost. cum personâ diuinâ: 2. visione beatificâ: neutro autem modo potest creatura naturaliter coniungi cum Deo vltimo fine: igitur implicat, creaturam naturaliter coniungi immutabiliter cum Deo vltimo fine. Minor patet: nam implicat id, quod est proprium Dei, fieri proprium creaturæ: nihil autem est magis proprium Dei, quàm sua ipsius personalitas, & visio suæ essentiæ per modum actûs puri: igitur neutrum fieri potest proprium creaturæ. Prob. quartum caput; quod directè est contra 2. sent. Nullum est obiectum virtutis siue naturalis, siue supernat. præter Deum clarè visum, quod apprehendi non possit sub aliquâ ratione mali, saltem ardui ac difficilis, vel vt impeditiuum alicuius boni delectabilis: ergo nullum est obiectū virtutis siue naturalis, siue supernat. quod voluntatem angeli, aut alterius creaturæ necessitare possit, vel quoad exercitium, vel quoad specificationem. Antec. ostendo; nullum est obiectum virtutis, præter Deum, quod contineat vniuersam rationem boni; ergo nullum in quo apprehendi non possit aliqua ratio mali, vel impedimentum alicuius boni, quod in ipso non continetur.

11. Implicat vt naturâ suâ immutabiliter coniuncta sit cum primâ regula.

12. Nullum obiectum extra Deum clarè visum voluntatem necessitare possit.

Dices. Angelus necessitatur ad amorem sui, & Dei, quatenus principium est sui esse; ergo datur aliquod obiectum creatum, quod angeli voluntatem ad sui prosecutionem necessitet. Resp. dist. conseq. datur obiectum creatum angeli voluntatem necessitans, in quo & summa sit delectatio naturalis, & nulla ratio impeditiua alterius boni, concedo; in quo apprehendi possit aliqua ratio impeditiua alterius

13. Obiicies. Resp.

Digitized by Google

alterius boni, nego. Cùm igitur in amore proprij esse, & Dei vt principij eiusdem esse, summa sit delectatio naturalis, & nulla ratio impeditiua alterius boni; nam cum eo stare potest quicumque actus electiuus alterius obiecti, poterit angeli voluntas ab eo necessitari. Contrà verò cùm nullus sit actus virtutis, in quo apprehendi non possit impedimentum alicuius boni delectabilis, nullus virtutis actus angeli voluntatem necessitabit: sc. amor proprij esse, est indifferens, & stare potest cum quolibet alio actu tam bono, quàm malo: actus virtutis indifferens non est, nec stare potest cum quolibet actu, quia saltem stare non potest cum actu oppositi vitij.

Ratio discriminis.

14. *Coroll.* Infertur 1. nulla fieri potest creatura ratione prædita, absque libertate, ac proinde determinata ad bonum dumtaxat honestum. Ratio; nulla potest produci virtus intellectiua, quæ suâ naturâ non tendat ad quodlibet ens. 2. nec de possibili produci potest creatura, quæ sit impeccabilis, saltem circa legem & finem naturæ, quia neque circa legem & finem naturæ limitari potest ad bonum tantùm honestum. Dices. Angelus necessariò diligit Deum vt finem naturalem, ex *disp.17. sect. 3.* ergo circa finem naturæ non potest angelus peccare. quia peccatum pugnat cum dilectione Dei finis naturalis: ergo si non potest Deum non diligere vt finem naturalem, non poterit contra Deum finem naturalem peccare: quia non potest cum peccato conseruare dilectionem Dei finis naturalis. Resp. 1. hoc argu. probaretur, neque posse angelum peccare contra Deum finem supernat. quia etiam peccatum personale contra finem supernat. pugnat cum dilectione Dei finis naturalis. Dixi *personale*; nam de originali examinabo *to. seq.*

15. *Coroll. 2.*

16. *Obiicies.*

Respondeo 1.

17. Resp. 2. dist. antec. Angelus necessariò diligit Deum amore concupiscentiæ, cum quo non pugnat peccatum, concedo; amore amicitiæ, cum quo tantùm pugnat peccatum, nego. Angelus .n. necessariò diligit Deum solùm vt principium sui esse, quod est diligere illũ amore cõcupiscentię, non amicitiæ.

Respondeo 2.

18. *Coroll. 3.* Infertur 3. neque per gratiam fieri posse creaturam impeccabilem, nisi vel per visionem beatam, vel per vnionem hypost. contra *Aureo.* asserentem, fieri posse creaturam impeccabilem per habitum impossibilitantem voluntatem ad peccandum. Ratio: hæ duæ tantùm formæ adimunt antecedente potentiam ad peccandum: prima manifestando Deum in seipso; ex cuius manifestatione sequitur, vt voluntas creata eadem necessitate impellatur ad vitandum peccatum, quâ impellitur ad conseruandam visionem Dei, & familiaritatem eiusdem; cùm clara visio Dei pugnet cum quolibet peccato: at voluntas creata necessitatur ad Dei visionem, familiaritatemque cum eodem Deo conseruandam; cùm in eâ eluceat omnis ratio boni: ergo etiam necessitatur ad vitandum quodcumque peccatum. Secunda verò vniendo hypostatice creaturam cum Deo: ex quâ vnione sequitur, vt persona diuina assumẽs, eâdem necessitate teneatur impedire peccatum in assumptâ naturâ, quà tenetur ipsa non peccare; quia cùm ex naturâ assumptâ, & personâ assumente fiat vnum per se, si peccare posset natura assumpta, peccare posset persona assumens: cò quòd persona assumens tenetur regerè naturam assumptam arctiori vinculo, quàm teneatur appetitus superior regere inferiorem. Reliqui verò habitus nec immutant immediatè voluntatem: nec ratione illorum debentur necessariò voluntati creatæ auxilia infallibilia ad operandum; cum semper illa conferantur dependenter à libertate subiecti. Nec physica prædeterminatio sufficit: quia cùm illa sit tantùm actualis, quam

Ratio.

Dispar ratio habituum.

in sent. *Thomist.* Deus præbet ad singulos actus creaturæ, non potest reddere illã habitualiter & in actu 1. impeccabilem. Nec videtur possibilis habitus, qui in puro viatore huiusmodi physicam motionem exigat in ordine ad omnes actus honestos, & negationem concursûs ad omnes actus peccaminosos.

19. *Satisfit obpositum sentientium argumentis.* Ad rationem *Mag.* ab auct. *Augusti*, nego eiusmodi verba eo loco haberi; sed tantùm hæc: *Concedant & ipsi* (loquitur contra hæreticos) *non esse malam naturam, quæ sic facta est, vt posset non peccare, si vellet.* Posse autem non peccare, non dicit negationem potentiæ ad peccandum, sed tantùm potentiam ad non peccandum, quæ simul stare potest cum potentiâ ad peccandum. Sicut quilibet iustus cum potentiâ ad non peccandum habet simul potentiam peccandi. Ad 2. neg. maior: nam visio Dei est forma altioris ordinis indebita naturæ, ac propria Dei: quæ autem sunt propria Dei, nequeunt fieri propria & naturalia creaturæ: cùm nullum proprium vnius naturæ fieri valeat proprium alterius naturæ, nisi natura vnius transferatur in naturam alterius, quod implicat. Est enim proprium, quod ab intrinsecis naturæ principiis emanat. Non igitur quidquid potest Deus per formam supernat. additam naturæ, præstare poterit per naturam. Ad 3. argu. aliorum, nego antec. ad prob. nego paritatem; nam appetitus sensitiuus sequitur sensum, qui limitatus est ad repræsentandum tantùm bonum delectabile, conueniens naturæ sentienti: appetitus rationalis sequitur intellectum, qui limitari non potest ad bonum tantùm honestum. Ad fund. secundæ neg. maior. nam vt *seq. to.* ad peccatum non est necessarium, vt præcedat, vel aliquis error, vel inconsideratio de obiecto, vel de actu eligendo: cùm possit voluntas, etiam omnibus consideratis, ex merâ suâ libertate à bono deuiare: licet aliquis error imprudentiæ peccatum præcedere debeat. Qui error non consistit in difformitate cognitionis cum obiecto, sed cognitionis cum appetitu recto de non eligendo obiecto rationi dissentaneo; quia error non repugnat angelo etiam circa legem naturalem. 2. nego minor. nam hoc ipso quòd cognitio accidentalis est creaturæ, & de obiecto creato à seipsa distincto, liberè potest ab ea cessare, & non considerare omnes circumstantias quæ in quouis eligibili considerari possunt. Et esto illas necessariò consideret, adhuc pro sua libertate poterit ad alterutrum se determinare. Ad confir. patet.

Ad 2.

Ad 3.

Ad fund. secundæ Resp. 1.

Resp. 2.

SECTIO II.

An Angelus peccare potuerit veniale?

24. *Prima sent. negans.* PRIMA sent. negat. *Alen. 2. p.q. 89. me. 4. art. 3. S. Tho 1. 2. qu. 89. ar. 4. & qu. 7. de malo, ar. 9. Caiet. Contra. & Medina in cit. lo. 1. 2.* Fundam. S. Doct. Nihil appetere potest angelus, nisi in ordine ad vltimum finem debitum, vel indebitum: ergo nequit in angelo esse peccatum veniale: quia veniale est tantùm defectus circa media: ergo si nequit angelus deficere à mediis, quin simul deficiat à fine, nequit in eo esse veniale: nam quicumq; defectus circa finem est peccatum mortale. Primum antec. prob. Angelus omnia resoluit vsque ad prima principia: prima autem principia in agibilibus est vltimus finis. Conf. 1. de facto Angeli boni omnia appetunt propter vltimũ finem debitum, qui est Deus; & mali omnia operantur propter vltimum finem indebitum, qui est superbia: propter quod omnia

Conf. 1.

Digitized by Google

25. *Conf. 2.* eorum peccata sunt mortalia. 2. Maior fuit perfectio angeli in statu viæ, quàm hominis in statu innocentiæ: sed homo in statu innocentiæ non potuisset peccare venialiter, alioqui potuisset ille status admittere malum culpæ; contra *August. lib. 14. de ciuit. cap. 26.* qui docet, in eo statu summam fuisse & in carne sanitatem; & in animâ tranquillitatem. Nec est eadem ratio de mortali; nam hoc non manet cum statu innocentiæ, sicut veniale, sed statim illum dissoluit. 3. Nullus angelus de facto peccauit venialiter; alioqui debuissent de illo agere pœnitentiam, cùm tamen de nullo legitur, quòd pœnitentiam egerit, at si potuissent peccare venialiter, in tãto numero aliquis de facto venialiter peccasset.

26. *Conf. 3. Medina.*

27. *Vera sent. affirmat.* Secunda affirmat: *Valent to. 2. disp. 6. qu. 19 pu. 1. Vasq. 1. 2. disp. 6 quæst. 89. in comment. artic. 4. Grana. 1. p. tract. 13. disp. 1. Suar. lib. 3. de angel. cap. 8.* Quæ sent. probabilior est; distinguendus tamen status Angel. 1. beatitudinis, 2. damnationis; 3. viæ; 4. puræ naturæ, in quo numquam fuerunt, potuerunt tamen esse. De 1. certum est, non posse angelum venialiter peccare, ratione beatitudinis, quæ ita voluntatem Deum videntis confirmat in bonum, vt nullo pacto sinat illam, ne venialiter quidem à ratione deflectere, alioqui posset cum summâ felicitate, qualis est supernat. beatitudo, esse malum culpæ: nam si hoc non poterat esse in statu innocentiæ; à fortiori esse non poterit in statu beatit. De 2. statu, probabile est, posse quidem, de facto tamen numquam angelum peccare venialiter, sed semper mortaliter, ratione circumstantiæ finis, in quem omnes suos actus refert, qui est inordinatus appetitus propriæ excellentiæ cum contemptu Dei, in quo semper manet obstinatus. An autem possit dæmon ab hâc circumstantiâ finis abstinere potentiâ physicâ, an morali, *infrà*. Controuersia superest de 3. & 4. statu. Pro quo impotentia, altera antecedens, quæ tollit potentiam simpliciter, atque adeò libertatem ad peccandum: Consequens altera, quæ potentiam non tollit, atque adeò neque libertatem ad peccandum, sed illam potiùs supponit, & tantùm per illam dicitur voluntas impotens ex suppositione consequente.

28. *Quadruplex status Angel.*

29. *In secundo, mortaliter semper peccare.*

30. *Controuersia de statu viæ, & puræ naturæ.*

31. *Angelus de facto in via peccare non potuit venialiter.* Dico 1. Angelus de facto in via constitutus peccare non potuit venialiter, non quidem ex naturâ suâ, sed ex speciali prouidentiâ Dei, & impotentiâ tantùm morali consequente. Nam quòd in tantâ multitudine nullus de facto venialiter peccauerit, aliquam arguit in eis impotentiam. at *vt infrà*, ex naturâ sua peccare potest venialiter; nec potentia hæc fuit angelo viatori sublata; cùm hæc non possit à creaturâ tolli, nisi aut clarâ visione Dei, aut vnione hypost. ergo ex speciali prouidentiâ Dei. Quòd illa fuerit impotentia tantùm moralis & cõsequens, sic ostendo. Nam si fuisset physica & antecedens, non potuisset esse, nisi per aliquem habitum, aut formam, quæ physicè, & antecedenter prædeterminasset voluntatem angeli ad non peccandum venialiter: at nullus possibilis est habitus, aut forma quæ liberam voluntatẽ creaturæ prædeterminet ad non peccandum venialiter, & simul illam expeditam relinquat ad peccandum mortaliter: quia non potest habitus tollere potentiam ad peccandũ venialiter, nisi tollendo libertatem ad peccandum simpliciter: nam circa eamdem materiam angelus peccare potest venialiter & mortaliter. Confir. assertio quoad

32. *Conf. Adam in statu innocentiæ peccare non potuit venialiter.* omnes suas partes exemplo primi hominis, qui in statu innocentiæ peccare non potuit venialiter, vt ex *August. Scholastici*: idque ex speciali prouidentiâ Dei; impotentiâ morali & consequente, quæ consistebat tum in subordinatione appetitus sensitiui ad rationem per aliquod donum intrinsecum: tum in congruâ proportione auxiliorum, & speciali protectione Dei extrinseca impedimenta, & occasiones ad venialia incitantes, auferentis. Etenim si cum tantâ perfectione condidit Deus hominem, vt antequam ipse se à Deo per mortale auertisset, numquam permissus fuisset venialiter peccare; quantò maiori cum fundamento putandum est, cum eâdem, aut certè maiori cum perfectione condidisse Angelum, vt quamdiu ipse à Deo per mortale non se auertisset, numquam permissus fuisset venialiter labi?

33. *Angelus in puræ naturæ conditus de facto etiam venialiter peccauisset.* Dico 2. Angelus in purâ naturâ conditus, non solùm potuisset, sed etiam de facto interdum venialiter peccasset. Fundam. quicumque est capax mortalis est etiam suâ naturâ capax venialis. Nam eadem potẽtia, quæ potens est ad peccandum mortaliter in materiâ graui, potens est ad peccandum venialiter in materia leui. Ratio sumitur ex modo operandi potentiæ liberę, quæ radicalem libertatem habet ex cognitione obiectiuè indifferente, tum circa malum notabiliter difforme, tum circa malum leuiter rationi difforme. Igitur quicumque liberè ferri potest in obiectum notabiliter difforme, ferri etiam poterit in obiectum leuiter rationi difforme. Poterit igitur Angelus in purâ naturâ constitutus liberè ferri in obiectum leuiter difforme rationi; atque adeò venialiter peccare. Neque cogitur angelus semper velle medium, cum ordine ad extrinsecum finem, rationi notabiliter difformem: potest enim velle mendacium, non ordinando illud ad vlteriorem finem malum, sed solùm ad occultandum alteri suum conceptum, vel ad decipiendum illum in materiâ leui. Quòd autem non possit considerare media, nisi in ordine ad finem, non arguit, angelum non posse peccare venialiter: quia non semper finis, propter quem mouetur angelus ad peccandum, est notabiliter difformis rationi: cuiusmodi esset in exemplo allato, mentiri vel ad occultandũ proprium conceptum alteri, vel ad decipiendum alium in materiâ leui. Quòd autem in purâ naturâ constitutus Angelus etiam de facto interdum venialiter peccasset, patet: nam in eo statu non habuisset ea auxilia specialis prouidentiæ diuinæ, quæ de facto habuit in statu viæ ad supernat. felicitatẽ eleuatus; & multæ in eo statu occurrissent occasiones venialiter peccandi.

35. *An Angelus sit capax venialis ex surreptione. Probant.* Controuersia est, an sit capax peccati venialis ex surreptione, seu ex indeliberatione actûs. Negant *Vasqu. & Suar. citati.* Probant 1. omnis surreptio in nobis originem ducit à sensibus, quia mediâ phantasiâ intellectum mouent ad cogitandum aliquod obiectum, quod voluntatem alliciat, antequam ipsa valeat rationem applicare ad perfectè cogitandum de tali obiecto. At in angelo nullus est sensus: ergo nullum peccatum ex surreptione. 2. Omnis surreptio in voluntate causatur ex indeliberatâ cognitione intellectûs, liberum imperium voluntatis præueniente. At nulla est in angel. præter cognitionem sui, quæ non mouet, nisi ad naturalem dilectionem sui, & Dei auctoris naturæ. nam nulla cognitio, præter primam, excitatur in angelo, nisi ex libero imperio ipsius: intellectus n. angeli non immutatur immediatè ab obiectis extrinsecis, sed immediatè applicatur ad hoc, vel illud obiectum cogitandùm à libero imperio voluntatis, mediâ cognitione necessariâ sui, ex quâ mouetur voluntas ad hoc, vel illud intellectui imperandum. 3. Motùs indeliberatus in nobis est, quando perfecta aduertentia non est in nostrâ potestate: hæc autẽ impotentia non est in angelo, qui ex perpetuâ & necessariâ cognitione sui sẽper potest perfectam notitiam cuiuscumque obiecti

sibi

Digitized by Google

sibi excitaret. Affirmant *Grana. cit. & alij, probabilius*; sic probo. Totum fundam. contrariæ sent. est, quia nulla potest esse in angelo indeliberata cognitio, liberum ipsius imperium præueniens, quæ surreptitios motus in eius voluntate causare possit: at dabilis est in Angelo indeliberata aliqua cognitio, liberum ipsius imperium præueniens: ergo dabilis est aliquis surreptitius motus ex tali cognitione causatus; atque adeò veniale ex surruptione & indiliberatione actûs causabile. Minor ostend. 1. Angelus capax est extrinsecæ excitationis, vel per locutionem alterius angeli, vel per illuminationem Dei: sed tam locutio facta ab angelo loquente, quàm illuminatio facta à Deo illuminante, est cognitio indeliberata, præueniens liberum imperium audientis, & illuminati: ergo 2. potest intellectus angeli ante vllum imperium voluntatis excitari ab aliquâ specie ex iis, quas continet: nam licet non possit excitari ab obiectis extrinsecis, à quibus immediatè non immutatur, poterit tamen excitari à speciebus, quæ non minùs, quàm obiecta, aptæ sunt mouere intellectum ad notitiam sui, ante vllum liberum imperium voluntatis: vt constat in homine, cuius non solùm intellectus, sed etiam sensus interni sæpè excitantur à speciebus, quas continent ante vllum liberum imperium voluntatis, vt patet de nocturnis imaginationibus. ergo etiam ab intrinseco potest in angelo excitari cognitio indeliberata, ante imperium voluntatis.

36. *Affirmant Granadus & alij, quorum sententia subscribo. Probatur.*

Quoniam verò non sat est ad motus surreptitios & indeliberatos, vt cognitio, ex quâ tales motus originantur, præueniat liberum imperium voluntatis; sed præterea requiritur, vt talis cognitio non adferet plenam aduertentiam obiecti, & omnium circumstantiarum eius; hoc ipsum in angelo ostendo: potest cognitio non habere plenam aduertentiam obiecti, & omnium circumstantiarum eius; vno modo ex naturâ cognitionis, quæ quia non repræsentat obiectum per propriam speciem, & vt est in se, sed abstractiuè, & in solâ auctoritate dicentis, potest defectu alicuius circumstantiæ in obiecto non repræsentatæ, à plenâ aduertentiâ deficere: 2. modo defectu attentionis, ad plenam aduertentiam requisitæ; quod accidit quando angelus ex vehemẽti occupatione ad aliud obiectum, nequit perfectè attendere ad nouum obiectum indeliberatâ cognitione excitatum. Prioris generis est notitia fidei naturalis, quam vnus in purâ naturâ constitutus excitare posset in alio. Nam cùm talis notitia non repræsentet obiectum in se, sed in conceptu angeli loquentis, qui non ex naturâ suâ, & ex intrinsecâ connexione, sed ex extrinseco testimonio dicentis dudit intellectum audientis in obiecti veritatem, ex naturâ suâ non affert plenam aduertentiam, & claram repræsentationem obiecti, vt est in se. Vnde poterit talis notitia præueniens liberum imperium audientis, excitare in illo aliquem motum indeliberatum. nam antequam angelus formet certum iudicium de veracitate loquentis, præcedit simplex apprehensio obiecti credendi ex testimonio dicentis: sed talis apprehensio, apta est causare aliquem motum indeliberatum in angelo audiente, vt *seq.to.* ergo ante liberum iudicium oriri potest aliquis motus indeliberatus in audiente. nam ante liberum iudicium non præcedit in angelo, nisi simplex apprehensio obiecti credẽdi, necessariò excitata in intellectu audientis. Maior prob. Angelus loquens non excitat in audiente iudiciũ de suâ ipsius veracitate, sed tantùm simplicem apprehensionem obiecti credendi, & ad summum apprehensionem signorum, quibus obiectum propositum fiat audienti euidenter credibile. Igitur ante liberum iudicium de veracitate loquentis, præcedit in audiente simplex apprehensio obiecti credendi: quæ cùm sit indeliberata respectu audientis, & absque plenâ aduertentia, & clarâ repræsentatione obiecti, apta erit excitare aliquem motum indeliberatum in audiente, antequam, anterioritate saltem naturæ, formetur liberum iudicium de veracitate loquentis. Confir, potest eo tempore angelus esse totus occupatus in consideratione alterius obiecti. ergo etiam hâc parte minui potest attentio ad nouum obiectum propositum, nec non retardari liberum iudicium de veracitate loquentis: & interim excitari poterit aliquis indeliberatus motus in audiente.

37. *Duplicitèr potest cognitio non habere plenam aduertentiam obiecti.*

38. *Ex vtroque capite potest in Angelo esse cognitio absque plena aduertentia. Prob. quoad prius.*

Hoc sic probo.

Confir.

Posterioris generis notitia sine plenâ aduertentiâ obiecti, est defectu attentionis ipsius audientis: quod accidit, quando in angelo occupato in aliquâ consideratione rei grauis, excitatur noua notitia de obiecto malo, vehemẽter allectiuo voluntatis. Nam tunc ob nimiam occupationem in obiecto disparato, non poterit sufficienter attendere ad omnes circumstantias obiecti recenter propositi, cùm non possit ob finitudinem virtutis perfectè attendere ad vtrumque obiectũ simul. at verò noua cognitio excitata, ratione obiecti maximè consentanei naturæ angelicæ, poterit in eodem instanti, quo excitatur, voluntatem ad se allicere, atque adeò aliquem indeliberatũ motum in illâ causare. cùm, vt *suprà*, ad mouendam voluntatem simpliciter non sit necessarium iudicium, sed sufficiat quæuis notitia obiecti apprehensi, vt conuenientis, vel disconuenientis proprio supposito. Ergo cùm eo instanti, quo talis cognitio excitatur, sit indeliberata, & anteuertens liberũ imperium, & sufficiens mouere voluntatem, actu poterit illam mouere. Confir. motus naturalis præuenit liberum: ergo antequam noua cognitio excitata causet liberum motum in voluntate audientis, poterit causare in eodem motum naturalem ante liberum imperium eiusdem audientis: vt accidit in nobis, etiam in obiectis supernat. quæ antequam ex libero imperio nostrę voluntatis causent in nobis liberos motus, causant necessarios, qui dicuntur motus primo primi in genere gratiæ, & reducuntur ad gratiam præuenientem & excitantem. Ceterùm quo pacto motus ille indeliberatus voluntatis, originatus à cognitione anteuertente liberum imperium eiusdem, possit habere rationẽ peccati, cùm omne peccatum fundetur in ratione liberi, *seq.to.* cùm commune sit cum peccato ex surreptione hominũ. Tantum enim contendo posse esse in angelo motum indeliberatum: qui an possit habere rationem peccati pendet ex 3. *to.* certùm quippe est requiri imperfectum iudicium, sine quo nullus actus potest esse liber, nec peccaminosus. Dices, disparem esse rationem: Angeli non egent tempore ad perfectũ iudicium formandum de quocumq; obiecto proposito sed statim eodem instanti, in quo illis excitatur cognitio, simul formant perfectum iudicium de re propositâ; nos quia ad perfectum iudicium formandũ vtimur discursu, qui tempus requirit, non possumus eodem instanti, quo nobis infunditur cognitio supernat. perfectum iudicium de re propositâ formare: ac proinde mirum non est, si in nobis, antequam excitentur motus liberi, excitantur motus naturales defecti iudicij, quod non accidit in angelis. Sed contrà: 1. esto eodem instanti simul angelus formet iudicium de re propositâ, ob nimiam tamen & vehementem attentionem ad aliud obiectum disparatum, ad quod necessariò eodem instanti attendit (alioqui noua cognitio in eo excitata non inueniret illum erga aliud obiectum occupatum) non poterit

39. *Prob. quoad posterius.*

40. *Confirmatur.*

41. *Obiicies.*

Resp.

Digitized by Google

terit tale iudicium perfectum. 2. priùs saltem naturâ, quàm formetur iudicium, præcedit simplex apprehensio obiecti propositi de se apta mouere voluntatem. Quod etiam Aduersarij negant, dum negant posse esse motum subreptitium in angelo.

42. *Ad argumenta oppositæ sententiæ resp.* Vnde ad 1. argum. oppositæ, nego conseq. nam esto in nobis omnis motus surreptitius originem ducat à sensibus, cùm non sit alius modus connaturalis cognoscendi homini in hâc vitâ, quàm per sensus: adhuc tamen nego, hanc esse adæquatam causam, sed tantùm sufficientem. Adæquata enim causa est notitia absque plenâ aduertentiâ rationis, liberum voluntatis imperium anteuertens, quæ in Angelo esse potest. Ad 2 neg. minor, vt patet. Ad 3. de maiore, *seq. to.* disting. minor: non est hæc impotentia in angelo absolutè, & semper, concedo; non est pro aliquo saltem instanti, nempe quando nouâ cognitione Angelus vehementer occupatur, nego. Siquidem tunc nequit defectu virtutis cognitiuæ perfectè ad vtrumque obiectũ simul attendere.

43. *Ad 2.* *Ad 3.*

44. *Ad rationes prima sent. simpliciter negãtis resp. S. Thomæ mens exponitur.* Ad rationes primæ, quantum attinet ad *S. Thom.* non desunt qui illum explicent de angelo condito in statu gratiæ, in quo neque iuxta nostram sent. peccare potest venialiter. Hanc mentem colligunt ex *titulo art.* qui est, *Vtrùm Angelus bonus, vel malus peccare possit venialiter*, quo videtur præsentem controuersiam limitare tantùm ad angelos beatos, & damnatos, qui ratione beatit. & damnationis non possunt venialiter peccare; sed isti semper mortaliter, illi nullo modo. Ad fundam. ipsius respondent, illud afferri à *S. Thom.* non tam ad probandum, hoc simpliciter & in quouis statu implicare, quàm ad suadendum, hoc congruentiùs iuxta leges diuinæ prouidentiæ in hoc statu gratiæ factum esse. Sed quidquid sit de mente S. Doct. certè proposita argum. nullam concludunt implicantiam. Vnde ad fundam. 1. neg. antec. quia non cogitur angelus omnia intendere propter vltimum finem siue debitum, siue indebitum; alioqui & omnes actus boni, quos in pura natura eliceret, essent charitatis naturalis; & omnes mali, superbiæ. 2. esto omnia operetur propter vltimum finem, nego omnia peccata, quæ in purâ naturâ committeret, includere notabilem deformitatem erga vltimum finem, vt esset leue mendacium, quod committere posset propter inordinatum appetitum propriæ excellentiæ, qui est vltimus finis indebitus ipsius. Ad 1. confirm. 1. negari potest antec. alioqui & omnes actus in angelis beatis essent charitatis erga Deum vltimum finem debitum; & omnes actus in damnatis essent superbiæ, qui est vltimus finis indebitus ipsorum: cùm tamen multò verosimilius sit, nec omnes actus bonos in beatis esse charitatis; nec omnes actus malos in damnatis esse superbiæ. 2. neg. conseq. etenim diuersa est ratio beatorum, & damnatorum, ac viatorum, vel in purâ tantùm naturâ conditorum: nam & illi ratione beatit. & isti ratione damnationis moraliter determinantur ad sic semper operandum. Quæ moralis determinatio non esset in viatoribus, neque in purâ naturâ conditis. 2. & 3. confirm. solùm probant primam assert.

45. *Ad fundam. S. Thom.*

46. *Ad 1. conf.*

Ad 2. *Ad 3.*

SECTIO III.

An Angelus peccare potuerit in primo instanti suæ creationis.

47. *1. Sent. affirm. de facto.* PRIMA sent. affirmat, angelum de facto in primo instanti suæ creationis peccasse: *Rubio. in 2 dist. 5. q. 1. art. 1. §. Quintum & vlt. præmittendum est, quod sicut primus actus bonorum angelorum fuit bonus & meritorius; ita & primus aliorum fuit malus & demeritorius:* Eamd. docet *Eugub. lib. 8. de perenni philos. c. 38.* vt *probabilem* defendit *Alens. 2. p. q. 98. me. vlt.* Approbare videtur *August. lib. 11. de Gen. ad litt. cap. 23. Quod ergo putatur numquam diabolus in veritate stetisse, numquam cum Angelis beatam duxisse vitam, sed ab ipso suæ conditionis initio cecidisse, non sic accipiendum est, vt non propria voluntate deprauatus, sed malus à bono Deo creatus putetur.* Et paulò pòst: *Ille continuò impius, consequenter & mente cæcus, non ex eo quod acceperat, cecidit; sed ex eo quod acciperet, si subdi voluisset Deo.* Eamd. vt *probabilem* refert *lib. 11. de ciuit. cap. 13.* Fundam. si angeli mali ante peccatum aliquem habuissent actum bonum, per illum & gratiam promeruissent, & à casu præseruati fuissent, sicut boni. *Fundam. Rubionis.*

Confirm. quod semel angelus deliberatè eligit, numquam omittit; ergo si semel bonum actum habuisset, numquam illum omisisset. Apparens aliquod fundamentum habet hæc sent. in *Ioan. 8. Ille*, inquit Christus de diabolo, *homicida erat ab initio, & in veritate non stetit.* Et 1. Ioan. 3. *Ab initio diabolus peccat.* Sed hæc sent. ab omnib. *Scholast. cum Mag. in 2. dist. 3. 4. & 5* vt Scripturis, & Patribus minùs consona exploditur: vt *erroneam*, & à *Paris.* damnatum referunt *S. Tho. 1. p. q 63. art. 5. Bonau. in 2. dist. 3. p. 2. art. 1. q 2. Argen. dist. 6. art. 2 & alij.* Ad minimum illam vt *temerariam*, & *notâ aliquâ dignam* censent *Suarez lib. 7. de angel. c. 19. & Vasq. 1. p. disp. 236. c. 1.* contra quam accedit auctoritas Concilij *Bracar. 1. sub Ioan. III.* anno 563. damnantis *can. 7. qui dixerit, diabolum non fuisse priùs angelum bonum à Deo factum.* Potissimum argum. contra hanc sent. si angelus statim initio suæ creationis peccasset, non fuisset in gratiâ conditus: cùm nequeant de potentiâ saltem ordinatâ simul esse peccatum mortale & gratia: consequens repugnat *Scripturis, & Patribus*, vt *disp. 18. sect. 3.*

Conf.

48. *Exploditur.* *Vt erronea.* *Temeraria.* *Potiss argu.*

Ad auct. *August.* resp. in 1. loco non tam suam, quàm aliorum sent. explicasse: vt constat ex illis, *Quod ergo putatur.* Vbi tantùm probare contendit, ex eo quòd angelus fuerit ab initio malus, non Dei creatione, sed propriâ voluntate fuisse malum. In 2. loco eo tantùm fine illam refert, vt ostendat, non sentire cum *Manichæis*, qui dicunt, angelum ab initio peccasse. Cetcrùm *eod. lib. 11. de ciuit. cap. 15.* suam sent. declarat: *Et illud, quod ab initio diabolus peccat, non ab initio, ex quo creatus est, peccare putandus est, sed ab initio peccati, quod ab ipsius superbia cœperit esse peccatum:* confirmat ex *Isaiæ 14. Quomodo cecidisti, Lucifer, qui manè oriebaris?* & ex *Ezech. 28. In deliciis Paradisi Dei fuisti, omni lapide pretioso ornamtus.* Vbi *intelligitur*, inquit, *fuisse aliquando sine peccato: nam expressius ei paulo pòst dicitur: Ambulasti in diebus tuis sine vitio.* Scripturam explicat de initio peccati, non de initio creationis. Ad fundam. 1. nego, ex eo quòd angelus per actum bonum gratiam sibi promeruisset, debuisse à peccato infallibiliter præseruari: nam adhuc in gratiâ constitutus, in potestate ipsius erat, peccare, & non peccare; quippe gratia non auferebat illi peccandi potestatem. Quòd autem boni gratiam promerendo, à peccato præseruati sint, solùm probat, potuisse etiam malos per gratiam promeritam à peccato præseruari, non infallibiliter. 2. esto mali nullum elicuerint actum bonum, gratiæ aut gloriæ meritorium, quod probabile est, vt docuit *Palat. in 2, dist. 5. disp. 1. §. At vero.* & nos *disp. 18. sect. vlt.* nego tamen inde sequi, primum eorum actum fuisse peccatum: nam potuit in eis, & de facto iam præcessit actus naturalis dilectionis sui, & Dei auctoris naturæ, non tantùm naturâ, sed etiam

49. *Ad auct. August. resp.* *Augustinus suam sent. declarat.*

50. *Ad fund. Rubionis.*

durationc:

Digitized by Google

durationè: cùm repugnet, eodem instanti indiuisibili creationis fuisse gratiam & peccatum simul. Atque hanc 2. resp. probat confirmatio.

51. *2. Sent. neg. etiam de potentia absoluta.* Secunda negat, de potentiâ etiam absolutâ, potuisse angelum in primo instanti suæ creationis peccare: *Hugo. Victori. in sum. tract. 2 cap. 2. Alens. 2. p. q. 29. me. 1. art. 7. Henri. quodlib. 8. q. 10. §. Ad dubit. S. Thom. 1. p. q. 63 art. 5. & q. 16 de malo art. 4. Albert. in 2. dist. 3. art. 14. Bonauent. in 2. dist. 3 p. 2. art. 1. q. 2. Richard. art. 8. q. 2. Ægid. dist. 3. p. 1. q. 1. q. 1 art. 2. Duran. dist. 5. q. 2. Argent. dist. 6. q. 1. art. 2. Capreol. dist. 4. q. 1. art. 1. concl. 4 & art. 3. ad argum. Ferrar. 3 con. gen. cap. 109. §. Sed circa prædicta, Caiet. 1. p. q. 63. art. 5. Bannez., Zumel, Nazar. ibid. Granad. tract. 13. disp. 4. Arrub. disp. 179. & reliqu. Thomist.* Solus *Herue. in 2. dist. 5. q. 2. art. 2.* dubius est. Variæ implicantiæ. Prima *Alens.* Implicat, rem in instanti, quo producitur, operari: ergo & angelum primo instanti suæ creationis peccare. Sed contrà: res in instanti, quo producitur, habere potest omnia ad operandum requisita, vt sol ad illuminandum, ignis ad comburendum, nam vt causa operari possit, sufficit, si tantùm naturâ præcedat suum effectum. Confirm. si hoc implicaret, implicaret etiam in diuinis productionibus: nec posset Verbum in instanti æternitatis genitum, statim vnà cum æterno Patre producere Spiritum S.

52. *Implicantia. Prima Alensis. Displicet:* *Conf.*

53. *Secunda;* Secunda *Henric. Richard. Capreol. Caiet. &c.* Motus naturalis præcedit liberum: peccatum est motus liber: ergo ante illud præcessit motus naturalis. at in motu naturali nulla est malitia: non igitur primo instanti angelus peccare potuit. Maior prob. motus naturalis procedit à principio necessario & determinato ad vnum: liber verò à principio contingente & indifferente ad plura: sed principium necessarium & determinatum ad vnum præcedit in operando principium contingens, & ad plura indifferens. Sed contrà: hoc ad summum probat, peccatum non potuisse esse priùs naturâ respectu operationis naturalis, non quòd non potuerit esse simul duratione, & eodem instanti cum illâ. Nec verum est, quod *Richard.* docet, peccatum non posse esse simul duratione cum operatione naturaliter tantùm rectâ: nam hæc de se indifferens est, & coniungi potest tam cum actu moraliter bono, quàm cum actu moraliter malo, vt de facto in angelis beatis coniungitur cum actibus bonis, in damnatis cum actibus malis; nam etiam mali diligunt se dilectione naturali, quæ est naturaliter recta, vt *disp. 17. sect. 2. & 3.* Prætereà hoc tantùm probat de lege ordinatâ, non de potentiâ absolutâ, quâ potuit actus liber præcedere naturalem. Huc reducitur ratio *Ægidij*; Ad primam intellectionem, & volitionem non potuit angelus seipsum mouere. Ad rationem autem peccati requiritur, vt ad illud voluntas seipsam moueat, alioqui non foret liberum. Maior prob. ad primam intellectionem, vtpotè naturalem, & secundùm totum conatum naturæ productam, necessariò sequitur complacentia. Sed hæc refutatur eodem modo, ac præcedens ratio: cùm tantùm probet de 1. actu, non de 1. instanti; de potentiâ ordinatâ, non de absolutâ.

Sed reiicitur.

54. *Ratio Ægidij* *reiicitur.*

55. *Tertia ratio;* Tertia ratio est eorum, qui dicunt, ad liberam actionem requiri, vt voluntas tempore præcedat actum: vel quia ad deliberandum voluntas eget tempore: vel quia implicat, actum esse liberum eodem instanti, quo producitur: nam tunc inuoluit necessitatem suppositionis, quâ omne quod est, necessariò est. Sed contrà; vt actus sit liber, sufficit vt procedat à voluntate cum plenâ aduertentiâ rationis de obiecto indifferente ad vtrumlibet. At potest voluntas in instanti, quo producitur, habere plenam aduertentiam de obiecto indifferente ad vtrumlibet: ergo potest in instanti, quo producitur, liberè operari. Vnde ad 1. prob. nego ad deliberandum vt sic requiri tempus, alioqui non potuisset Deus instanti æternitatis seipsum determinare ad creandum mundum: sed ad summum illud requiri respectu voluntatis operantis ex præuio discursu: qualis non est voluntas angeli, quæ ad operandum non eget multiplici notitiâ obiecti, discursu comparatâ, sed vnâ indiuisibili cognitione perfectissimè repræsentante obiectum secundùm omnes circumstantias, in instanti productâ per propriam obiecti speciem. Confirm. ideò homo ad deliberandum eget tempore, quia debet discursu sibi comparare perfectam ac plenam notitiam obiecti, & circumstantiarum eius: sed angelus vno indiuisibili actu in momento producto, absque discursu, plenè ac perfectè cognoscit obiectum, & omnes circumstantias eius: non igitur ad deliberandum eget tempore. Falsa quoque est 2. prob. vt constat in actu liberò Dei, qui eodem instanti æternitatis, quo terminabatur ad creaturas, liberè terminabatur; & in quolibet actu libero creaturæ, qui eo instanti, quo producitur, liberè producitur. Ratio: exercitium libertatis, est dum actus ipse liber producitur cum respectu ad potentiam, à quâ potuit eodem instanti in sensu diuiso non produci. Sicut exercitium libertatis ex parte potentiæ, est in instanti dum potentia operatur, cum antecedenti potestate non operandi pro eodem instanti in sensu diuiso. Eadem quippe potentia dicitur libera per ordinem ad idem instans temporis, quatenus in eo, omnibus antecedenter requisitis inuariatis, exercere valet duo contradictoria, non quidem coniunctim & in sensu composito, sed disiunctim & in sensu diuiso.

Sed reiicitur.

Ad 1. prob. §6. *Conf.* *Ratio.*

57. *Quarta ratio,* Quarta Argent. ideò non potuisse angelum in 1. instanti suæ creationis peccare, quia non potuit eo instanti primum actum voluntatis à seipso actiuè habere: at ex *Anselm. lib. de casu diaboli cap. 12. Quidquid se mouet ad volendum, priùs se vult ita mouere. Quod ergo nihil vult, nullo modo potest se mouere ad volendum.* Maior prob. 1. sicut primum motum non habet res genita à se, sed à generante: ita primum motum non habet voluntas creata à se, sed à creante. Implicat autem, vt actus, quo voluntas creata moueatur ad peccandum, sit à Deo; alioqui Deus esset causa actûs mali: 2. si angelus mouisset se ad 1. actum voluntatis, ante 1. actum fuisset in actu volendi, quia volendo mouisset se. In hoc discursu minor est falsa. Nam vt voluntas à seipsa actiuè velit, non est necesse, vt præcedat actus, quo velit se velle, sed sufficit, vt præcedat potentiâ cum sufficiente notitiâ obiecti. Cùm n. voluntas sit potentia essentialiter actiua, non requirit ad suum actum producendum, nisi sufficientem propositionem obiecti: quâ positâ est sufficienter constituta in actu 1. proximo ad volendum, ac proinde à seipsâ velle potest; cùm à seipsâ habeat natiuam vim volendi posità sufficiente propositione obiecti.

58. *Minor est falsa,*

59. *Conf.* Confirm. iste actus non prærequiritur ad volendum simpliciter; alioqui etiam ad 1. actum prærequireretur alius actus, & sic in infinitum; nam etiam 1. actus est voluntarius voluntati: nec ad volendum liberè; nam ad hoc sufficit, vt præcedat notitia obiecti indifferens ad vtrumlibet. Quia ab eo tantùm pendet voluntas in liberè operando, à quo constituitur in actu 1. proximo indifferenter operatiua, sc. per solam notitiam obiecti indifferentem ad vtrumlibet. Nam à notitiâ habet indifferentiam obiectiuam, à seipsâ indifferentiam actiuam; à præ-

Ratio à priori.

Duplex indifferentia sufficit ad liberè operandum.

Digitized by Google

à prænio actu nullam, nec obiectiuam, cùm voluntatis non sit, sed cognitionis, obiectum proponere; nec formalem actiuam, cùm totam actiuitatem habeat voluntas à seipsa. Falsa est etiam maior: nam vt possit voluntas primum actum à seipsa non solùm actiuè, sed etiam liberè habere, nil aliud requiritur, quàm vt ante illum præcedat indifferens notitia obiecti: hâc enim positâ, potest voluntas ex natiuâ suâ libertate, non solùm actiuè, sed etiam liberè ad vtramlibet obiecti partem se mouere. Nam ad liberè operandum sufficit obiectiua indifferentia ex parte obiecti, & subiectiua ex parte potentiæ, quam voluntas habet ex se, quatenus libera est.

60. *Falsa & maior.*

61. *Anselmus in hâc opin. fuit.* Anselmum fateor in eâ fuisse sent. etsi aliqui illum explicent, vt *ròprius velit*, non designet actum, sed potentiam: ac si dixisset, vt angelus moueat se ad volendum, debet habere potentiam volendi. At sermo ibi est, non de voluntate potentiâ, sed de voluntate actu, vtrùm illa sit necessaria ad volendum à se: *Restat igitur*, inquit, *vt ille Angelus, qui iam aptus factus est ad habendam voluntatem, sed tamen nihil vult, non possit habere primam voluntatem à se.* Probabiliùs explicari posset de 1. actu voluntatis radicali, qui est prima notitia, à qua pendet actus formalis voluntatis.

62. *Ad opposita argumenta respondeo.* Ad 1. prob. maior. nego primum actum voluntatis necessariò debere esse à Deo, vt ex infrà dicendis constabit. Ad 2. nego sequel. nam vt angelus liberè moueat se ad volendum, non est necesse, vt per distinctum actum velit se mouere, sed per eumdem, quo vult obiectum, simul mouet se ad volendum suum actum. Vnde concedo, quòd ad 1. actum voluntas volendo se moueat; nego tamen ad illum se mouere per distinctum actum, sed per eumdem, quo se mouet ad obiectum. Nam idem actus est formalis volitio obiecti, & virtualis volitio sui.

63. *Quinta ratio.* Quinta *Durand.* Ideò non potuit angelus in 1. instanti suæ creationis peccare, quia in eo instanti nullam potuit habere inconsiderationem: sine aliquâ autem inconsideratione implicat committi peccatum. Quia omnis defectus in voluntate supponere debet aliquem defectum in intellectu, à quo originetur. Maior prob. vel angelus habuisset in 1. instanti cognitionem naturalem: at hæc nullam potest in angelo habere inconsiderantiam, qui intuendo naturas rerum, penetrat omnes circumstantias cuiuscumque agibilis, vel appetibilis: Vel supernaturalem: at impossibile est, vt eo instanti, quo Angelus accipit cognitionem supernat. habeat defectum considerationis supernat. alioqui eodem instanti haberet considerantiam, & inconsiderantiam eiusdem rei; cùm non possit accipere cognitionem præcepti supernat. nisi per considerationem ipsius præcepti supernat. Igitur implicat, vt eodem instanti simul habeat inconsiderantiam eiusdem. Eâdem ratione probari posset, non potuisse angelum peccare omissione actûs præcepti: quia vel facta fuisset angelo in 1. instanti promulgatio præcepti; & sic non potuisset circa talem promulgationem eo instanti errare, vel aliquam inconsiderantiam habere: Vel promulgatio facta non fuisset in 1. instanti; & sic non potuisset eo instanti ad præceptum seruandum obligari. Sed totius hic *Durandi* discursus fundatur in eo, quòd nequeat angelus peccare, nisi aliqua præcedat in intellectu ipsius inconsiderantia: hoc autem falsum est; nam adhuc omnibus consideratis, potest quæuis intellectualis creatura peccare, vel non peccare. Quia cùm neutra obiecti pars creatam voluntatem necessitet, adhuc vtrâque obiecti parte attentâ & considerata, poterit voluntas pro innatâ libertate alterutram amplecti, vel non amplecti; atque adeò peccare, vel non peccare. Probatio autem minoris solùm probat defectum moralis imprudentiæ, qui semper voluntatis defectum præcedit, etiam si nullus sit physicus error, vel inconsideratio intellectûs.

64. *Durandi discursus malo nititur fundam.*

65. *Sexta ratio.* Sexta *Arrubal.* Nulla voluntas peccare potest, nisi ex efficaciori cogitatione boni apparentis, & minùs efficaci consideratione boni veri & honesti: sed angeli non potuerunt in 1. instanti suæ creationis efficaciorem habere cogitationem boni apparentis inhonesti, quàm veri & honesti: igitur non potuerunt in eo instanti peccare. Maior est *S. Thom. 1. p. q. 63. ar. 1. ad 4. & 1. 2. q. 77. ar. 2.* Minor prob. potest huiusmodi considerationis defectus circa bonum verum & honestum contingere, vno modo liberè ex libero imperio voluntatis, intellectum applicantis ad efficaciùs considerandum bonum apparens & inhonestum, quàm bonum verum & honestum. 2. modo naturaliter, ex naturâ talis cognitionis, quæ naturaliter excitari postulet efficacior circa bonum apparens, quàm circa bonum verum. Neutro modo potuit talis cogitatio in 1. instanti creationis in angelo excitari. Non 1. quia non potuit prima cogitatio in angelo esse libera ex libero imperio ipsius producta, vt per se patet. Neque 2. modo; nam cognitio, quæ naturaliter excitatur, efficacior excitari postulat circa ea, quorum efficaciores species existunt in intellectu cognoscentis. Hæc autem non potuerunt in Angelo esse bona apparentia, sed vera & honesta: fuerunt enim hæc propria substantia angeli, obligatio ipsius erga Deum, ob intrinsecam ab illo dependentiam, & alia ad bonum honestum pertinentia, quæ plus congruebant naturæ angelicæ, quàm alia bona apparentia. Igitur hæc bona debuerunt efficaciùs repræsentari 1. instanti creationis, quàm alia, naturæ minimè congruentia. Igitur non potuit in primâ cogitatione angeli esse defectus considerationis circa bonum verum & honestum, sine quo nequit committi peccatum. Atque ad hanc rationem reducit rationem *S. Thom.* quâ probat, ideò non potuisse 1. instanti creationis peccare, quia alioqui tale peccatum tribueretur Deo; quia cùm nequeat absque defectu considerationis circa bonum honestum committi peccatum; & nequeat 1. instanti creationis talis cogitatio excitari in angelo, aut naturaliter, exigente naturâ angeli; aut liberè, ex imperio ipsius, si illam habuisset ab exordio suæ creationis, non potuisset illam habere à seipso, sed à Deo vt à causâ particulari: atque adeò Deus fuisset causa peccati, quod ad talem cogitationem secutum fuisset.

66. *Ad hanc reducit rationem S. Tho.*

67. *Sed contra hanc rationem. Obiicio 1. Obiicio 2.* Sed contrà 1. ad peccandum simpliciter, non est talis inconsideratio veri atque honesti boni necessaria. *S. Thom.* explicatur vel de inconsiderantiâ vt plurimum, vel certè de morali. 2. ratio ad summum probat, non potuisse 1. instanti naturæ excitari in angelo efficaciorem cogitationem circa bonum apparens, non in 2. instanti naturæ, quod simul esse potuisset cùm eodem instanti durationis. Nam eodem instanti durationis potuisset angelus liberè sibi excitare efficaciorem aliquam cogitationem circa bonum apparens: atque adeò in eodem instanti durationis peccare. An autem possit prima cogitatio efficacior circa bonum apparens immitti à Deo, absque eò quòd fit auctor peccati, *infrà*.

68. *Septima ratio.* Septima *S. Thom. cit. de malo.* Angelus priùs fertur in naturalia quàm in supernat. quia naturalia præsupponuntur ad supernat. sed circa naturalia non potest peccare: ergo non potuit 1. instanti suæ creationis peccare; nam 1. instans creationis fuit

fuit instans operationis naturalis, ex quo transiit ad 2. instans operationis supernat. Verùm falsa minor, ex 1. *sect.* & maior de prioritate durationis.

Claudicat minor.

69. *Octaua ratio S. Doct.*

Octaua *eiusd. 1. p. q. 63. art. 5.* Si posset angelus 1. instanti suæ creationis peccare, talis actio tribueretur Deo vt primo auctori: nam prima operatio rei productæ tribuitur producenti: vt si prima operatio animalis sit clauda, talis claudicatio tribuitur generanti: ergo si prima operatio angeli fuisset praua, talis prauitas tribueretur Deo creanti. Confirm. ideò Deo tribuitur actus bonus, quia est auctor primæ cogitationis, ex quâ talis actus bonus

Conf.

70. *Sed dissimiles.*

sequitur. Sed contrà: si hæc ratio concluderet, concluderet de quâcumque primâ cogitatione, ex quâ liberè sequeretur peccatum. Nam aut omnis prima cogitatio, indifferens ad bonum & malum, quæ in quouis negotio humano, vel angelico, præcedere debet intentionem finis, de facto semper producitur à Deo, vt multi opinantur; aut saltem absque absurdo à Deo produci posset, & interdum de facto producitur: sed ratio non concludit de omni primâ cogitatione; alioqui actio peccaminosa ex eâ secuta tribueretur Deo: quod nullus hactenus dixit, cùm multi tamen dixerint, omnem primam cogitationem, etiam ad bonum & malum indifferentem immitti à Deo. Quòd si visfiat in primâ cogitatione simpliciter, non in primâ in quouis

71. *Conf. 1.*

negotio, afferenda erit disparitas. Confirm. 1. instent. *Thomist.* homo in 1. instanti vsus rationis præcepto naturali tenetur, se in Deum vltimum finem conuertere. Hoc autem præceptum naturale intimatur nobis à Deo medio lumine & dictamine naturali, cuius ipse est auctor, cùm tamen ipse non sit auctor omissionis peccaminosæ, quæ ex huiusmodi præcepti insinuatione liberè sequitur à voluntate humanâ. ergo neque ex eo, quòd Deus esset auctor primæ cogitationis ad bonum & malum indifferentis, esset auctor peccati, quod ex eâ liberè se-

72. *Conf. 2.*

queretur ex voluntate angeli. 2. In doctrinâ *Thomist.* ante actum peccati necessaria est physica prædeterminatio, quæ producitur à solo Deo. At illâ positâ, implicat non sequi actum peccati in voluntate creatâ; cùm tamen positâ, indifferente notitiâ possit non sequi, & de facto interdum non se-

Responsio Thomist.

quitur actio peccaminosa in voluntate creatâ. Responderi posset, physicam prædeterminationem exigi à creaturâ, quippe quæ sine illâ operari non posset: primam cogitationem ad bonum vel malum indifferentem non exigi à creaturâ, sed potiùs

Sed reiiciuntur.

cogitationem naturalem determinatam ad bonum. Sed contrà: neque creatura ex se magis exigit physicè prædeterminari ad actum malum, quàm ad bonum, cùm antequam prædeterminetur sit indifferens ad vtrumque; non minùs quàm eadem creatura, antequam præueniatur cogitatione indifferente ad bonum & malum, ex se est indifferens

73. *Ad rationē S. Tho. resp.*

ad vtramque. Vnde ad rationem, neg. sequela; ad prob. esto prima operatio naturalis rei productæ tribuatur primo producenti; nego eidem tribui primam operationem liberam. Nam prima operatio naturalis necessariò fluit à re productâ, quæ quia immediatè est à producente, etiam illa. Operatio verò libera, quia non necessariò fluit à re productâ, sed potest ex vi ipsius natiuæ libertatis non

Ratio discriminis.

produci, non tribuitur primo producenti, sed ipsi rei productæ: nam ei proximæ tribuitur actio, è cuius virtute illa immediatè producitur.

74. *Ad conf.*

Ad confirm. nego, ex eo præcisè Deo tribui actum bonum, quia est auctor primæ cogitationis, ex quâ talis actus bonus sequitur: sed tum quia eo fine & intentione illam producit, vt ex eâ bonus actus sequatur: tum quia plerumque tales cogitationes sunt indebitæ, & supra exigentiam naturæ, saltem quoad modum, quo illæ producuntur. At verò cogitatio ad bonum & malum indifferens, non est indebita, & supra exigentiam, sed debita & connaturalis naturæ intellectuali, quatenus libera est, & indifferenter operatiua pro quolibet instanti durationis.

75. *Probabilior sent.*

Tertia affirmat, potuisse simpliciter angelum in 1. instanti suæ creationis peccare: *Scoti in 2. dist. 5. q. 2. §. Teneo igitur, Gregor. q. 1. art. 2. Mayro. q. 3. Maior. q. 2. Aureol. dist. 4. art. 2. & 3. Rubio. dist. 3. q. vlt.* & à fortiori sequitur ex eo quod docet *dist. 5. q. 1. ar. 1.* omnes angelos malos de facto in 1. instanti peccasse; quamquam hoc ipsum *hoc loco* putat ineptum. Eamd. sequitur *Ocham. quodlib. 2. q. 6. Bacho in 2. dist. 23. art. 3. Marsil. q. 3. art. 2. concl. 1. & concl. resp. Gabriel dist 4 q. vn. art. 3. init. Palat. dist. 5. disp. 1. fine, §. Quare sit, Molin. 1. p. q. 63. art. 5 Valent. pu. 4. Vasqu. disp. 236. c. 3. Suarez lib. 7. de angel. c. 20 Becanus de angel. c. 4. q. 10.* Pro cuius explicatione. Distinguenda est 76. duplex controu. altera absoluta, nullâ factâ suppositione, altera hypothetica aliquâ suppositione factâ: Rursus duplex sensus quæst. vnus de 1. in-

Duplex sensus.

stanti durationis, in quo plura potuerunt esse instantia naturæ, siue angelicæ operationes: alter est de 1. instanti naturæ siue angelicæ operationis, an scilicet prima operatio angeli potuerit esse peccaminosa.

77. *Hanc suppasuit Augustin. Et prob.*

Dico 1. Absolutè, nullâ factâ suppositione, potuit angelus non solùm in 1. instanti durationis, sed etiam in 1. instanti naturæ peccare: Supponit *Augustin. cit.* Fundam. potuit angelus in 1. instanti tam durationis, quàm naturæ, habere omnia ad peccandum requisita: at omnis causa in quouis instanti operari potest, in quo habet omnia ad operandum requisita: est .n. contradictio, causam habere omnia ad operandum requisita, & nihilominus operari non posse. nam si operari non potest, non nisi defectu alicuius requisiti operari non potest. Maior prob. ad peccandum nil aliud requiritur, quàm voluntas cum plenâ aduertentiâ vtriusque partis obiecti: sed potuit angelus in 1. instanti suæ creationis habere notitiam cum plenâ aduertentiâ vtriusque partis obiecti, absque eo quòd peccatum ex eâ futurum tribueretur Deo: nam illa aduertentia non determinaret voluntatem angeli ad vnum, sed relinqueret eam perfectè liberam ad vtramque partem contradictionis. Actio autem praua non tribuitur, nisi principio, à quo proximè liberè proficiscitur, vt constat exemplis adductis.

Actio praua non tribuetur Deo.

78. Confirm. vel actio praua inde secuta tribueretur Deo, quia Deus esset auctor primæ cogitationis indifferentis ad bonum & malum. Et non: nam sæpè Deus est auctor primæ cogitationis indifferentis ad bonum & malum, cui tamen non tribuitur actio praua inde secuta: Vel quia est auctor talis cogitationis in 1. instanti creationis. Et neque hoc dici potest: nam etiam Deus est auctor primæ cogitationis hominis peruenientis ad vsum rationis, quæ cogitatio æquiualet primæ cogitationi angelicæ productæ in 1. instanti creationis; cùm tamen secundùm Thomistas omissio præcepti naturalis de diligendo Deo inde secuta, non tribuatur Deo, sed homini: Vel quia talis cogitatio non est connaturalis Angelo in 1. instanti creato, sed potiùs illi connaturalis est cogitatio necessaria determinata ad vnum: Et contrà est: 1. idem dici posset de homine ad primum rationis vsum peruenientē: 2. sicut naturale est angelo, habere in 1. instanti suæ

Nec secuta ex cogitatione innaturali.

creationis

creationis potentiam perfectè liberam, non minùs quàm in quolibet instanti sequenti; vt patet ex merito, quod *Thomistæ* ponunt in 1. instanti, quod sine perfectâ libertate esse non potest; ita connaturale est illi quidquid ad hanc libertatem prærequiritur: Vel demum, quia angelus priùs saltem naturâ postulat habere naturalem cognitionem, ex quâ apta est sequi naturalis dilectio sui & Dei, quàm cognitionem ad bonum & malum indifferentem, ex quâ nata est sequi praua dilectio sui & Dei. Sed contrà 1. ex hoc tantùm sequitur, non potuisse angelum peccare in 1. instanti naturæ; quod mensurat primam operationem angeli; non autem in 1. instanti durationis, in quo simul cum notitiâ naturali determinata ad vnum, coniungi potuit notitia indifferens ad vtrumlibet. 2. neque sufficienter probat de 1. instanti naturæ: nam esto connaturalius sit angelo priùs naturâ moueri ad naturalem dilectionem sui & Dei ex necessariâ cognitione propriæ substantiæ; non est contra naturam ipsius, determinari in 1. instanti naturæ cognitione radicaliter liberâ, & indifferente ad vtrumlibet; atque adeò in 1. instanti etiam naturæ potuisse peccare; nam etiam in 1. instanti naturæ habet potentiam perfectè liberam. Quòd connaturaliùs petat habere notitiam determinatam ad vnum, quàm indifferentem ad plura, non facit, vt hæc sit contra ipsius naturam, sed tantùm vt sit minùs naturalis. Deus autem non tenetur operari iuxta maiorem connaturalitatem creaturæ, cùm possit vt supremus Dominus naturæ, ob aliquem honestum finem, talem ordinem inuertere.

Cognitio radicaliter liberæ & obiectiuè indifferens in 1. instanti naturæ, non est contra naturam angeli.

79. *Conf.* Confirm. non magis ex primâ cogitatione indifferente sequi potest peccatum in angelo, quàm ex quâuis occasione vel dispositione; sed potuit Deus constituere angelum in 1. instanti suæ creationis sub aliquâ dispositione vel occasione, ex quâ præuisum erat futurum peccatum, absque eo quòd peccatum ex tali dispositione futurum tribueretur Deo: ergo pariter potuit Deus creare Angelum cum tali cogitatione, ex quâ præuisum erat futurum peccatum, absque eo quòd tale peccatum tribueretur Deo. Minor prob. probabile est, de facto multos præuisos fuisse non peccaturos, si sub aliis, vel aliis circumstantiis conditi fuissent. Eadem doctrina applicari potest primis parentibus, qui si sub aliis circumstantiis conditi fuissent, non peccassent, cùm tamen illorum peccatum nullo pacto tribuatur Deo.

80. *Responsio nonnullorũ.* Responderi posset, peccatum ex tali, vel tali dispositione secuturum fuisse post, non in instanti creationis: solum autem peccatum in ipso instanti creationis secutum tribui Deo: eò quòd sola actio, quæ in instanti productionis sequitur rem productam, tribuitur producenti; quia tunc tantùm res est quasi in manu producentis, vt instrumentum in manu artificis, cuius defectus tribuitur artifici vt principali causæ. Sed contrà: siue peccatum sequatur in instanti creationis, siue post, semper verum est, illud sequi ex tali dispositione vel circumstantiâ, ex quâ angelus occasionem sumpsit peccandi. Eâdem ratione, siue angelus ex cogitatione indifferente peccandi occasionem sumat eodem instanti, siue post, semper verum foret, peccatum fuisse ex tali cogitatione secutum. At ratio, cur Deo peccatum tribueretur in hâc sent. est, quia Deus cum tali cogitatione, ex qua natum est sequi peccatum, angelum produceret. Siue igitur peccatum sequeretur in eodem, siue in alio instanti, modò ex tali cogitatione sequeretur, semper in hâc sent. diceretur Deus auctor illius. Sicut qui dat malum consilium, semper erit auctor mali secuti, siue illud statim sequatur, siue post.

Sed refelluntur.

Prob. 2. Angelus in 1. instanti suæ creationis potuit mereri; ex *S. Thom. 1. p. q. 63. art. 5. ad 3.* At ad meritum vt minimum requiritur libertas quoad exercitium, quæ est facultas eliciendi, vel non eliciendi actum eodem instanti durationis disiunctim, & in sensu diuiso; & contradictionis dicitur, quia vim habet eliciendi duo contradictoria in eodem instanti, non coniunctim in sensu composito. ergo saltem habuit angelus in 1. instanti creationis potentiam eliciendi, vel non eliciendi actum bonum: ergo accedente aliquo præcepto de eliciendo actu bono, potuisset in 1. instanti peccare: at potuit in 1. instanti habere præceptum de actu bono eliciendo: ergo potuit in 1. instanti peccare. Minor hæc probanda: 1. vt fert communior opinio. Christus in 1. instanti suæ conceptionis habuit à Patre præceptum de morte pro nobis subeundâ: in cuius præcepti meritoriâ acceptatione nos omnes, *ad Hebr. 10. sanctificati sumus*: ergo à fortiori simile præceptum habere potuit angelus in 1. instanti suæ creationis. Cùm nulla in hoc sit repugnantia, alioqui nec Christus illud habere potuisset. 2. certum est, de facto angelos, non minùs quàm homines, præceptum habuisse credendi mysteria fidei, sperandi, diligendi Deum, quibus actibus boni gloriam sibi promeruerunt. Quæ igitur assignari potest repugnantia, cur hoc ipsum præceptum habere non potuerint in 1. instanti suæ creationis? Quòd si eo instanti præceptum habere potuerunt, procul dubio in eo peccare potuerunt. Nam angeli in 1. instanti erant puri viatores, in quo si præceptum habuissent, potuissent illud re ipsa non seruare, per libertatem saltem contradictionis non eliciendi actum præceptum eo instanti, quo debuissent. 3. In sent. *Thomist.* homo sub præcepto naturali tenetur in 1. instanti vsùs rationis se ipsum, & sua in Deum vltimum finem referre: ergo à fortiori ad id tenebatur angelus in 1. instanti suæ creationis. Quia magis dispositus erat angelus ad talem actum in 1. instanti vsùs rationis: & ad hoc præceptum tenetur homo propter beneficia à Deo accepta, & propter charitatem erga seipsum: at hæ rationes fortiùs militabant in angelo in 1. instanti suæ creationis. Dices, hoc præceptum fuisse ab angelis in 1. instanti suæ creationis seruatum, per dilectionem naturalem sui, & Dei auctoris naturæ. Sed contrà: cùm ille actus non fuerit liber, sed merè naturalis, elicitus à potentiâ determinatâ ad vnum, non potuit esse præcepti adimpletiuus, quia præceptum non adimpletur actu naturali, sed libero, vt constat in nobis.

81. *Prob. 2. assert contra Thomistas.*

82. *Cæteræ clarę.*

83. *Prob. 3.*

Dices.

Resp.

Dico 2. de facto ex suppositione, quòd angeli conditi sint in 1. instanti creationis cum iustitiâ & sanctitate habituali, implicat, eos in 1. instanti creationis peccare potuisse, tam potentiâ physicâ peccato commissionis, quàm potentiâ morali, peccato omissionis. De physicâ prob. Gratia sanctificans pro eo instanti, pro quo informat subiectum, supponit in subiecto physicam impotentiam ad peccatum commissionis ex *seq. tom.* Implicat enim Deum habere positiuum decretum concurrendi cum voluntate angeli ad peccatum commissionis, pro eo instanti, pro quo angelus recipit gratiam sanctificantem. At physica potentia eliciendi actum positiuum, non solùm constat ex intrinsecâ facultate naturæ, sed etiam ex extrinseco concursu Dei: ergo angelus carens extrinseco concursu Dei ad committendum peccatum pro eo instanti, pro quo recipit gratiam sanctificantem, non potest esse physicè potens ad peccandum peccato commissionis. Sc. Impli-

84. *Angelos peccare in instanti creationis implicat potentiâ physicâ.*

Digitized by Google

Implicat, Deum habere positiuum decretum concurrendi cum voluntate creatâ ad aliquod impossibile, seu chymæricum; quale est peccare eo instanti, quo gratia recipitur: cùm tale decretum sit essentialiter frustraneum, ac proinde contra rectum
Conf. iudicium prudentiæ. Confirm. decretum de concurrendo cum voluntate creatâ supponit concursum voluntatis possibilem: ergo si concursus non est possibilis, nec erit possibile decretum de tali
85. concursu. Quòd pro eodem instanti angelus habuerit tantùm moralem impotentiam ad peccatum
Implicat potentiâ morali omissionis. omissionis, sic ostendo. Ad peccatum omissionis non requiritur physicus concursus Dei, sed sufficit pura suspensio actûs debiti cum perfectâ aduertentiâ rationis; ad quam puram suspensionem actus debiti sufficit intrinseca facultas voluntatis cum suis intrinsecis viribus, absque extrinseco concursu Dei sibi decreto ac præparato, *ex seq. tom.* Igitur cum gratiâ sanctificante manere potest in eodem instanti integra potentia physica ad peccatum omissionis. Nam ad saluandam incompossibilitatem gratiæ sanctificantis cum peccato omissionis, non tenetur Deus physicè prædeterminare voluntatem angeli ad actum præceptum, sed solùm conferre illi talia auxilia, cum quibus infallibiliter fit actum præceptum seruaturus: nec est necesse, tollere physicam potentiam omittendi; nam cum tali potentiâ non pugnat gratia: sed sufficit, tollere solam actualem coniunctionem peccati omissionis cum gratiâ; nam cum hoc tantùm pugnat gratia. Ad hoc autem non est necesse, Deum physicè prædeterminare voluntatem ad actum præceptum, sed sufficit, talia auxilia illi conferre, cum quibus non sit eodem instanti actum præceptum omissura, ac proinde eodem instanti coniunctura omissionem peccati cum gratiâ sanctificante. At physica potentia peccandi non tollitur, nisi vel per negationem physici concursûs ad actum peccati, vel per physicam prædeterminationem ad actum præceptum: nam physica potentia proxima peccandi tollitur per sublationem proximæ facultatis ad vtrumlibet: est enim physica potentia proxima peccandi, libera facultas proximè potens ad vtrumlibet: ergo sublatâ proximâ facultate ad vtrumlibet, manente tantùm proximâ potentiâ ad vnam dumtaxat partem obiecti, tollitur proxima potentia physica peccandi. Tollitur autem proxima facultas libera ad vtrumlibet, vel per negationem physici concursûs ad actum peccaminosum, per quam voluntas amittit proximam libertatem ad peccandum, cùm nequeat absque physico concursu positiuum actum peccati elicere: vel per physicam prædeterminationem ad actum præceptum; per quam amittit proximam facultatem liberè omittendi actum præceptum, ac proinde proximam facultatem peccandi peccato omissionis.

86. Obiicies 1. Potest cum gratiâ sanctificante stare integra potentia physica omittendi actum præ-
Obiectio 1. ceptum: ergo poterit cum eâdem stare integra potentia physica committendi actum prohibitum: ergo angelus habuit potentiam physicam ad peccandum etiam per commissionem pro eo instanti, pro quo gratiam accepit. Resp. neg. conseq. nam
Solutio. Ratio discriminis. potentia physica omittendi actum præceptum completè consistit in solâ facultate intrinsecâ naturæ, absque vllo extrinseco concursu Dei: cùm culpabiliter omitti possit actus præcepti, absque vllo actu physico voluntatis, per puram suspensionem actûs præcepti cum debitâ aduertentiâ rationis ad puram omissionem. Physica verò potentia committendi actum prohibitum, præter intrinsecam facultatem naturæ, essentialiter includit extrinsecum concursum Dei, quem Deus necessariò negat voluntati creatæ pro eo instanti, pro quo illa recipit gratiam sanctificantem. Quod decretum cùm non sit necessarium ad peccatum omissionis, sit autem necessarium ad peccatum commissionis, potest cum gratiâ simul esse physica potentia omittendi actum præceptum, non potest cum eâ simul esse physica potentia committendi actum prohibitum.

Obiicies 2. Subsistentia increata vt exigens in-
87. fallibilia auxilia ad actum præceptum, reddit hu-
Obiectio 2. manitatem Christi physicè impotentem ad omissionem actûs præcepti: ergo gratia habitualis vt exigens infallibilia auxilia ad eumdem actum præceptum pro instanti, pro quo eadem gratia infunditur, reddit angelum physicè impotentem ad omittendum pro eodem instanti actum præceptum. Ne-
Solutio. Discrimen increata subsist. & gratia. go, ex eo formaliter; quin potiùs ex hoc illa est tantùm moraliter imponens ad peccatum omissionis: sed ex eo formaliter, quòd subsistentia increata complendo vnum principium substantiale in essendo cum humanitate Christi, denominat illam physicè impotentem ad omne peccatum, in ordine ad quod ipsa est physicè impotens. Gratia verò habitualis, cùm non compleat vnum principium substantiale in essendo cum subiecto, in quo est, cùm sit accidens ipsius, adeoque extra substantialem constitutionem eius, non potest illud denominare physicè impotens, nisi in ordine ad eos actus, quorum concursûs negationem exigit. Nam sicut gratia non intrat vt substantiale complementum principium operatiuum, ita nec denominat illud physicè impotens, nisi in ordine ad eos actus, in ordine ad quos principium vt distinctum à gratiâ; per negationem physici concursûs constituitur physicè impotens. At verò quia subsistentia increata intrat vt substantiale complementum principium operatiuum humanitatis Christi, denominat illud physicè impotens, etiam in ordine ad eos actus, ad quos per
Ratio. auxilia est tantùm moraliter impotens. Ratio: tunc principium sumitur vt includens subsistentiam, quia sumitur vt physicè completum in suo esse substantiali; completur autem physicè in suo esse substantiali per subsistentiam. Igitur si subsistentia physicè est impeccabilis quocumque peccato, etiam principium physicè completum per talem subsistentiam denominabitur physicè impeccabile quocumque peccato. Soluitur ratio eorum, qui ex eo quòd nullus angelus de facto in 1. instanti peccauit, colligunt, eos peccare non potuisse. Nam ex eo quòd omnes creati sunt in 1. instanti cum iustitiâ habituali, nullus de facto in eo instanti peccare potuit.

Dico 3. Spectatâ intrinsecâ naturâ angeli, con-
88. naturalius est, illum non posse in 1. instanti naturæ
Assertio 3. Fundam. peccare. Fundam. intrinseca natura angeli connaturaliùs postulat, in 1. instanti naturæ primò determinari à cognitione propriæ substantiæ, quæ radix est cæteratum, & cuius obiectum est ipsius intellectui maximè commensum: sed ex eâ cognitione non potest peccare: ergo spectata intrinseca natura Angeli, connaturalius est, illum in 1. in-
Cognitio propriæ substantiæ maximè commensa angelo. stanti naturæ peccare non posse. Minor prob. ad cognitionem propriæ substantiæ, necessariò sequitur actus dilectionis sui, & Dei vt auctoris naturæ, vt *suprà*: ergo nequit ex eâ cognitione angelus peccare. Nam ista cognitio est per modum naturæ determinata ad vnum: ad peccandum autem necessaria est cognitio indifferens ad vtrumlibet.

89. Dixi, *in primo instanti naturæ*, non in 1. instanti durationis: nam stante naturali cognitione propriæ substantiæ, adhuc posset angelus connaturaliter

liter habere aliam cognitionem indifferentem ex quâ posset in 2. instanti naturæ, in eodem instanti durationis peccare, nisi aliud obstaret. Nam de facto cum cognitione propriæ substantiæ, à quâ numquam cessat, semper habet alias obiectiuè indifferentes; & cum naturali dilectione sui & Dei auctoris naturæ, non repugnat peccatum, vt patet in dæmone, qui cum peccato retinet naturalem dilectionem sui, & Dei auctoris naturæ, vt *suprà*: at quotiescumque sunt duo actus, naturalis, & liber in eodem instanti temporis eliciendi, semper naturalis naturâ præcedit liberum. Quia voluntas priùs operatur vt natura, quàm vt voluntas: nam vt natura operatur vt ab intrinseco determinata ad vnum; vt voluntas operatur vt ab intrinseco indeterminata & indifferens ad plura: priùs autem producitur quod procedit à principio determinato ad vnum, quàm quod procedit à principio indifferente ad plura; eò quòd pauciora requirantur ad productionem illius, quàm ad productionem huius.

Ratio.

90. *Obiicies 1:* Obiicies 1. Libertas essentialiter consistit in potestate operandi & non operandi: sed angelus eamdem potestatem habet in primo, ac in 2. instanti naturæ: ergo æquè connaturaliter peccare potest in 1. ac in 2. instanti naturæ. Concedo minorem de potestate remotâ, nego de proximâ. Cùm enim proxima libertas consistat tam in potentiâ operatiuâ voluntatis, quàm in iudicio indifferente intellectûs; & in 1. instanti naturæ nequeat eâdem connaturalitate habere iudicium indifferens ex parte intellectûs; consequenter nequit eâdem connaturalitate eo instanti naturæ esse proxima libertas ad operandum; non defectu intrinsecæ virtutis in voluntate, quæ est eadem in 1. ac in 2. instanti naturæ; sed defectu iudicij indifferentis, ad proximam libertatem essentialiter requisiti. Obiic. 2. Si non

Resp.

91. *Obiicies 2.* potest connaturaliùs angelus per primum actum peccare; ergo nec de potentiâ absolutâ id poterit. Nam eatenus absolutâ posset, quatenus Deus produceret in angelo primam cogitationem indifferentem ad bonum & malum: sed hæc est contra naturæ angelicæ exigentiam, quæ primam cogitationem postulat determinatam tantùm ad bonum. Vnde Deus esset auctor talis peccati. Resp. neg. conseq. Ad prob. nego minor. nam licet voluntas angeli non postulet primam cogitationem indifferentem ad bonum & malum, vt natura est; illam tamen postulat, vt libera est: atque adeò non esset ea cogitatio contra omnem exigentiam naturæ angeli: nec Deus, vt *suprà*, tenetur operari iuxta omnem connaturalitatem & exigentiam naturæ.

Resp.

SECTIO IV.

Quódnam fuerit primum peccatum Angelorum?

92. *Plura peccata Angelos in via commisisse ferè certum.* DIXI, *primum*: nam alia etiam specie peccata post primum in viâ commisisse, ferè certum est ex Patribus: qui præter superbiam, multa alia peccata illis tribuunt; vt inuidiam, *August. de naturâ & grat. c. 29. Superbia diabolum deiecit, & subsequente inuidentia hominem stantem, vnde ipse cecidit, inde subuertit*: Quam *idem lib. 11. de Genesi ad litt. cap. 14.* definit, esse *odium felicitatis alienæ*; sicut superbiam *inordinatum amorem excellentiæ propriæ*: Item ambitionem, vanam gloriam, apostasiam, impietatem, blasphemiam, &c. Sola igitur controu. est de primo peccato, quod angeli in viâ commiserunt. De quo

93. Prima sent. affirmat, fuisse peccatum spiritualis luxuriæ: *Scoti in 2. dist. 6. q. 2. §. In istâ qu. Mayro. dist. 5. q. 4. Rubio. q. 1. art. 1. Gabriel. dist. 6. q. vn art. 2. concl. 4. Fauent. disp. 33. fine, Zumel 1. p. q. 63. art. 3. q 2. concl. 3.* Fundam. *Scoti.* Primum peccatum angeli non potuit esse, nisi inordinatus amor amicitiæ erga seipsum: sc. primus actus deordinatus voluntatis angeli non potuit esse nolitio; nam omnis nolitio supponit volitionem; ideò enim nolo obiectum disconueniens, quia priùs volo conueniens, virtute cuius fugio disconueniens: vnde si nolitio & fuga est mala, priùs mala est volitio & prosecutio. Rursus volitio alia est amicitiæ, alia concupiscentiæ: concupiscentiæ verò supponit volitionem amicitiæ; nam ideò concupisco mihi bonum, quia amo me: ergo primus actus deordinatus voluntatis angelicæ non potuit esse aliqua nolitio, aut amor concupiscentiæ, sed amicitiæ; non erga Deum, quia hic nequit esse inordinatus; neque contra proximum, nam primus amor est ad obiectum magis amabile: angelus autem est sibi magis amabilis, quàm quodlibet aliud distinctum à se: tum quia ad seipsum magis inclinat: tum quia seipsum meliùs cognoscit. Igitur actus 1. deordinatus in angelo fuit amor amicitiæ erga seipsum, qui fuit radix contemptûs Dei, iuxta illud *August. 14. de ciuit. c. vlt. Amores duo fecerant sibi ciuitates duas, terrenam scilicet amor sui vsque ad contemptum Dei; cælestem verò amor Dei vsque ad contemptum sui.* At amor, quo se primum angelus immoderatè dilexit, non fuit inordinatus appetitus propriæ perfectionis, quatenus excellentis formaliter: tum quia prius est bonum sui, vt absolutè amabile, quàm vt respectiuè amabile in ordine ad alios: tum quia eiusdem rationis est amor, quo se quisque immoderatè amat, & quo inordinatè amat proximum: sed amor, quo quis inordinatè amat proximum, pertinet ad luxuriam; ergo & amor, quo quis seipsum immoderatè diligit. Confirm. peccatum, quo quis inordinatè delectatur de speculatione geometricæ conclusionis, reducitur ad luxuriam.

Prima sent. fuisse peccatum spiritualis luxuriæ.

Fund Scoti.

Reduci ad luxuriam prob.

94. Secunda affirmat, primum peccatum angelorum fuisse superbiam: ita Theologi cum *S. Thom. 1. p. q. 63. art. 2. & Mag. in 2. dist. 5. & 6.* Quæ sent. ferè certa est auctoritate Scripturæ, & Patrum, apud quos peccatum angel. semper appellatur superbia. Eccles. 10. *Initium omnis peccati superbia*, de peccato angel. intelligunt August. *lib. de naturâ & grat. c. 29. Sed ideò*, inquit, *verissimè dictum est, Initium omnis peccati superbia: quoniam diabolum, à quo extitit origo peccati, ipsa deiecit.* Et *lib. 11. de Genesi ad litt. c. 15.* Gregorius *lib. 34 moral. c. 17. &c.* Cui concordat *Tob. 4. A superbia initium sumpsit omnis perditio.* Indicant verba *Isaiæ 14.* litteraliter de Rege Babyloniæ, spiritualiter de Lucifero à Patribus intellecta: *In cælum conscendam: supra astra Dei exaltabo solium meum: ascendam super altitudinem nubium, & similis ero Altissimo.*

Certior 2. sent. affirm. fuisse superbiam.

Auctoritate Scripturæ & Patrum.

95. Athanas. *qu. 10. ad Antioch. Constat diabolum cecidisse propter superbiam suam.* Basil. *in 16. cap. Isaiæ* in illa, *Audiuimus iniuriam*, siue vt alij legunt, *superbiam Moab: Aduersus Principem mundi huius*, inquit, *dicta sunt hæc, qui primus apostasiam designauit, molitusq; est, contumaciq; superbia elatus suum contempsit Creatorem.* Auctor *operis imperf. in 6. cap. Matth. hom. 18. Sicut diabolus superbia animi elatus, qui cùm esset minister Dei in cælo, quasi Deus super cælos extendere se vsurpauit contra Deum.* Hilar. *in psal. 108.* verba, *Non calumniemur me superbi.* Hieron. *in 18. cap. Iob*, diabolum appellat *Patrem superbiæ*: & in *cap. 26.* explicans illa, *Ecce Gigantes gemunt sub aquis: Diabolus*, inquit, *& sui per superbiam translato nomine Gigantes nuncupantur.* Ambros. *lib. 10. epist. epist. 84. ante med. Hæc*, ait, *superbia à diabolo sumpsit*

Digitized by Google

sumpsit exordium. Et serm. 3. in *psal.* 118. verba, *Increpasti superbo: Quid vitij*, inquit, *habeat superbia, hinc æstimare possumus, cuius auctor diabolus est.* Et *serm.* 7. in illo versu: *Superbi iniquè agebant: Ipse*, ait, *diabolus per superbiam naturæ suæ amisit gratiam.* August. *lib.* 11. *de ciu. cap.* 15. *Ab ipsius*, inquit, *superbiâ cœpit peccatum.* Idem *lib.* 14. *cap.* 11. *& alibi.* Gregor *cit. Ipse*, inquit, *Rex super vniuersos filios superbiæ. Solasse superbia percu-lit. Neque n. per tot illos vitiorum ramos arescere, nisi per hanc priùs in radice putruisset. Per hanc ipse succubuit, per hanc se sequentem hominem strauit. Eo etenim telo salutem nostræ immortalitatis impetiit, quo vitam suæ beatitudinis extinxit.* Beda *tom.* 8. *lib. quæst. q.* 9. *Mox*, ait, *vt factus est, in superbiam erupit, & præcipitatus de cælo est: vno superbiæ lapsu, dum Deo per tumorem se consen-sit, & homo cecidit, & diabolus.* Eadem Isidorus *lib.* 1. *de summ. bono cap.* 10 Anselm. *in ea Matth.* 4. *Si cadens adoraueris me: Ecce*, inquit, *superbia diaboli antiqua: sicut enim in principio voluit se Deo similem facere; ita nunc volebat diuinum cultum sibi vsurpare.* Rupert. *lib.* 1. *in Genes. cap.* 16. *Initium*, inquit, *peccati eius superbia fuit, quâ tumens magnus nimis visus est.* Idem Bernard. *serm. de Aduent. & serm.* 54. *in Cant.* & reliqui ferè Patres. Accedit auctoritas Gelasij 1. *in epist. aduersus Pelag. Hæres. tom.* 2. *Concil. part.* 1. *pag.* 492. in quâ, *colu.* 4. *fine*, in superbiam inuehens: *Hæc*, inquit, *est, quæ non tantùm animal rationale in terris positum constare non sinit, sed Angelicam quoque deiecit infesta naturam.*

96. *Fundam. S. Thom. in syllog. reda-ctum.* Fundam. deducitur ex *S. Thom.* Primum peccatum angel. fuit commissionis, vt ex Scripturâ, & Patribus constat; id non nisi superbiæ in angelis esse potuit non enim potest in angelis esse peccatum formaliter, nisi per inordinatum affectum ad bona spiritualia; sed hic est superbia. Maior patet: quia nemo afficitur, nisi ad ea, quæ sunt conuenientia propriæ naturæ: sola autem bona spiritualia sunt conuenientia naturæ angelicæ. Notanter dixi, *formaliter*; nam materialiter & secundùm reatum, omnia peccata incurrunt dæmones: quia dum ad omnia peccata homines inducunt, omnium peccatorum reatum incurrunt, ex *S. Thom.* 1. *p. q.* 63. *art.* 2. Minor prob. Primus affectus inordinatus quem elicit angelus erga spiritualia, non potest esse nolitionis, sed volitionis; quia ille est ad bonum sub ratione boni; hoc n. est, quod primò voluntatem mouet: vnde non potest primus affectus esse odium, vel inuidia, quia hæc sunt per modum nolitionis, & ad obiectum tendunt sub ratione mali; ac proinde supponunt, vt *August.* docet *lib.* 11. *de Gen. ad litt. cap.* 14. tamquam radicem appetitum propriæ excellentiæ, ex quo mouetur ad odio habendum, & inuidendum bonum proximo, vt contrarium proprio. At volitio boni spiritualis non potest esse inordinata & mala, nisi quatenus est contra mensuram regulæ superioris: quod est vitium superbiæ, ex *S. Thom.* 2. 2. *q.* 162. *art.* 5. *& 6.* vbi formale motiuum superbiæ assignat propriam excellentiam, vt contemptiuam diuinæ legis. Minor prob. omnis volitio est mala ex obiecto, aut ex modo: nequit volitio boni spiritualis esse mala ex obiecto, cùm obiectum ex se malum non sit: ergo ex modo: modus autem aut est ex parte actûs, aut ex parte obiecti. Ex parte actûs assignari non potest, nisi aut nimia intensio, aut nimia celeritas actûs: neuter modus reddit actum malum per se. Dixi, *per se*; per accidens n. ratione mali adiuncti, quod in proposito nullum assignatur, potest nimia intensio actûs, vel celeritas reddere actum malum. Ex parte verò obiecti adhuc potest esse duplex; per modum excessûs, plus intendendo, quàm lex diuina præscribit; aut per modum defectûs, minùs desperando, quàm eadem lex diuina præcipit. Prior modus constituit obiectum superbiæ; posterior verò pusillanimitatis, quæ opponitur magnanimitati: non potuerunt autem angeli, moraliter loquendo, peccare ex affectu pusillanimitatis: tum quia nobilissimam naturam, qualis est angelica, fortiùs mouet bonum excellens, quàm bonum deficiens: quia illud est magis proportionatum excellenti virtuti angelicæ.

97. *Primus affectus inordinatus Angel. erga spiritualia est superbia.*

Ergo prima pecc. Angel. fuit superb.

Obiicies 1. Quodlibet peccatum est contra regulam diuinam: non igitur hoc est speciale motiuum superbiæ. Resp. transgressionem diuinæ legis posse ad peccatum concurrere, 1. modo concomitanter, & ratione alterius per se voliti: 2. formaliter, & per se primò, vt modum obiecti voliti. 1. modo est circumstantia concomitans omne peccatum: qui enim fornicatur, per se tantùm intendit delectationem, quam comitatur transgressio legis diuinæ. 2. modo integrat formale motiuum superbiæ, vt modus per se volitus cum obiecto primariè inteato, quod est propria excellentia: superbus n. per se & primariò intendit non subiici alteri, quod non intendunt reliqua peccata, nisi tantùm consequenter & secundariò. Leg. *Caiet.* 2. 2. *q.* 162 *art.* 6. Obiic. 2. Superbus non solùm contemnit regulam diuinam, sed etiam vult aliis præesse: ergo formale motiuum superbiæ non est excellentia, vt contemptiua Dei, sed etiam aliorum. Pro solutione nota, superbiam esse genus habens sub se plures species, quas quatuor ex *Gregorio* numerat *S. Doctor* 2. 2. *q. cit. art.* 4. Igitur de ratione superbiæ, vt est genus ad omnes species, est contemptus diuinæ legis, vt modus obiecti: velle autem præesse aliis, differentia est solius quartæ speciei, vt *ibid.*

98. *Obiicies 1. Resp.*

99. *Obiectio 2.*

Distinct. dist. 4. species superbiæ.

Ad fundam. *Scoti*, 1. nego maior. non enim potest præcisus amor amicitiæ erga seipsum esse malus; nam quando obiectum non est ex se malum, nequit præcisa complacentia illius esse mala, quantumcumque sit intensa sed ad summum poterit esse occasio actûs mali. Actus igitur, quo Angelus seipsum inordinatè dilexit, eatenus malus fuit, quatenus includebat modum indebitum ex parte obiecti, amando sibi talem modum indebitum: à quo modo amor ille sumebat malitiam formaliter. Quare nego, amorem illum fuisse tantùm amicitiæ, & non etiam concupiscentiæ, quo sibi indebitum modum amauit, ratione cuius amor ille fuit formaliter malus. 2. nego, amorem, quo angelus seipsum inordinatè dilexit, reduci ad peccatum luxuriæ: nam hoc non est quæuis inordinata delectatio, sed solius tactûs. Sicut inordinata delectatio cibi, dicitur gula; laudis, inanis gloria; propriæ excellentiæ, superbia. Nec vllus ante *Scot.* peccatum luxuriæ assignauit in delectatione rei spiritualis. Ad prob. 1. nego, appetitum angeli fuisse ad proprium bonum secundùm se, non relatiuè ad alios; cùm secundùm se consideratum non sit obiectum malum. 2. esto fuerit ad bonum secundùm se, adhuc nego, fuisse peccatum luxuriæ, quia peccatum luxuriæ, est inordinatus appetitus rei venereæ. Falsum etiam est, omnem amorem, quo inordinatè amamus proximum, pertinere ad luxuriam; sed illum tantùm, quo proximum amamus in ordine ad venerem. Ad confirm. nego antec. nam talis amor reducitur ad peccatum cutiositatis contra virtutem studiositatis, quæ modum præscribit in studendo.

100. *Ad fundam. Scoti resp.*

Non omnis inordinata delectatio est luxuria.

101. *Ad prob.*

Digitized by Google

SECTIO V.

An motiuum superbiæ Angelorum fuerit æqualitas supremæ naturæ?

102. *Quinque motiua circa hanc materiam in controu. veniunt.* QVINQVE motiua solent in controu. venire; æqualitas diuinæ naturæ, vnio hypost. cum Deo, beatitudo supernat. beatitudo naturalis appetibilis vt vltimus finis, prælatio supra alios. 1. de motiuo æqualitatis diuinæ naturæ, ratio dub. est; implicat, appetitum præsertim angeli, qui res cognoscit vti sunt, ferri in rem impossibilem. At impossibile est, & hoc probè norat angelus, creaturam transmutari posse in Deum: implicat igitur, angelum superbo appetitu ferri in Deum, appetendo æqualitatem diuinæ naturæ: hoc enim pacto appeteret destructionem sui, quæ per se consequitur ad esse Dei. In contrarium est *Ezech. 28. Eleuatum est cor tuum, quasi cor Dei, dicens, Deus ego sum.* Pro explicatione nota, omnes Scholast. in duobus conuenire: 1. potuisse angelum voluntate saltem inefficaci simplicis complacentiæ appetere esse Dei, excepta *Caiet. 1. p. q. 63. art. 3.* qui nullum affectum concedit circa impossibile per se. 2. non potuisse angelum efficaci voluntate appetere esse Dei, vnum excipe *Aureol. in 2. dist. 6. art. 2.* Vtramque veritatem docet *Arist. 3. Ethic. cap. 2.* definiens electionem esse tantùm possibilium, voluntatem etiam impossibilium. Est autem voluntas, simplex complacentia de obiecto; electio verò, efficax voluntas electiua mediorum. Ratio: vbi non est possibilitas obiecti cogniti, non potest esse voluntas efficax consequendi illud: nam voluntas efficax tendit in obiectum, vt in bonum perfectiuum sui: obiectum autem nequit appetente perficere, nisi ei per existentiam coniungi possit. In tribus aliis supereſt concertatio. 1. an possit angelus ferri in impossibile, quatenus impossibile. 2. an ferri possit in æqualitatem diuinæ naturæ affectu sufficiente ad meritum, & demeritum, 3. an de facto angelus peccauerit ex hoc motiuo.

103. *Notand.*

104. *Triplex diffic.*

105. *1. Resolutio.* Dico 1. Implicat, angelum affectu complacentiæ ferri in impossibile, sub ratione impossibilis, atque adeò in æqualitatem diuinæ naturæ, apprehensam sub ratione impossibilis; sed solùm sub aliquâ ratione possibili: *contra Scotum in 2. dist. 6. q. 1. §. Ad argum. Rubio. dist. 5. q. 1. ar. 3. Vasqu. 1. p. disp. 234. c. 2. & 1. 2. disp. 42. c. 4.* quorum fundam. vt possit voluntas simplici affectu ferri in impossibile, sufficit vt illud tantùm apprehendatur simplici notitiâ ad instar rei possibilis, esto per aliam notitiam iudicatiuam idem affirmetur vt impossibile; nam iudicium de re impossibili non tollit simplicem affectum circa rem apprehensam ad instar rei possibilis. Nostra assertio

106. *Prob. assert.* prob. oppositò fund. Vt possit voluntas, etiam simplici affectu appetere rem vt sibi conuenientem, non sufficit absoluta apprehensio bonitatis rei secundùm se, sed requiritur comparatiua notitia de bonitate & conuenientia eiusdem in ordine ad appetentem: implicat autem, vt angelus comparatiuâ notitiâ apprehendat, fieri Deum per essentiam vt bonum & conueniens sibi: nam talis notitia includit euidentissimum errorem contra prima principia, qui in intellectum angeli, qui res cognoscit vti sunt, cadere non potest: includit enim quòd esse Deum per essentiam, non destruat ipsum esse creaturæ, sed cum illo stare possit, illudque perficeret: at hoc ipso, quòd angelus fieret Deus per essentiam, desineret esse angelus; ac proinde nequit hoc apprehendere vt bonum sibi, atque adeò illud appetere, quia nequit appetere destructiuum sui. Maior prob. non potest voluntas appetere vt bonum sibi, nisi priùs certa sit de conuenientiâ rei in ordine ad proprium suppositum: cùm nec possit voluntas ferri in incertum, nec amare aliquid vt bonum sibi, nisi præcognoscat illud vt perfectiuum sui: hoc autem haberi non potest per absolutam dumtaxat notitiam rei, per quam licet apprehendatur res vt possibilis, & bona in se, non tamen cognoscitur vt bona, & conueniens proprio suppositio, nisi per notitiam comparatiuam.

Angelus appetendo esse Dei, appeteret destructiuum sui.

107. *Conditio apposita suspendit impossibilitatem terminorum.* Quod autem possit voluntas ferri in impossibile, apprehensum sub aliquâ ratione, & hypothesi possibile, est communis sent. & prob. conditio apposita suspendit impossibilitatem terminorum, & facit illos sub tali hypothesi subsistere: vt in hâc hypothesi, Si esse hominis manere posset eum esse angeli, vellem esse angelus: apposita n. conditio *si*, suspendit impossibilitatem, quæ est inter esse angeli, & esse hominis, & facit vtrumque sub tali hypothesi apprehensum subsistere, atque adeò aptum ad terminandum simplicem affectum voluntatis. Atque hoc modo saluatur, quo pacto valeat angelus simplici affectu appetere impossibile, nullo præcedente errore in ipsius intellectu; neque appetendo destructionem proprij esse: nam conditio apposita suspendit destructionem proprij esse; ac proinde ad illud non fertur sub ratione destructiui sui. Nec iudicium de tali conditione potest esse falsum, cùm nihil ponat in esse.

108. *Obiicies 1.* Obiicies 1. Si conditio nihil ponit in esse de præsenti: ergo nequit voluntas præsenti affectu ferri in obiectum, in quo nulla apparet præsens bonitas; cùm nullus actus præsens carere possit formali motiuo præsenti, à quo essentialiter pendet. Resp. dist. antec. nihil ponit in esse subiectiuè, & in re, concedo; obiectiuè & intentionaliter, nego. Hoc autem sat est, vt voluntas simplici affectu de præsenti ferri possit in tale obiectum: quia non fertur in illud efficaciter & executiuè, sed inefficaciter & per simplicem dumtaxat complacentiam bonitatis sub tali hypothesi apprehensæ. Obiic. 2. de facto dæmones vellent Deum non esse, etiamsi ad non esse Dei per se sequatur non esse ipsorum: ergo velle possunt æqualitatem Dei, etiamsi ad esse Dei per se sequatur non esse ipsorum. Resp. neg. conseq. nam, vt *S. Tho. q. 16 de malo art. 3. ad 5. argum.* aliter philosophandum est de fugâ mali, & de prosecutione boni. Etenim cùm quis vult remouere à se malum, habet seipsum vt terminum à quo; & quia terminus à quo non necessariò debet in motu remanere, ideò potest secundariò & per accidens appetere se non esse: quia hoc ipsum appetit sub ratione boni, nempe sub ratione remotionis mali. Cùm verò quis appetit sibi bonũ, habet seipsum vt terminum ad quem; & quia terminus ad quem debet in motu remanere, non potest sibi appetere bonum, quod cognoscit vt destructiuũ sui. Ratio: cùm quis appetit sibi diuinitatem, appetit illam amore concupiscentiæ, qui essentialiter includit & bonũ amatum, & subiectum, cui amatur: implicat autem, vt quis amore concupiscentiæ appetat bonũ destructiuum subiecti, cui tale bonum amatur: quia in tali appetitu non saluatur essentialis terminus amoris, qui est subiectum, cui bonum amatur. At verò odium, quo quis sibi malum detestatur, non includit vt terminum essentialem, nisi malum, quod immediatè detestatur, non subiectum, cui malum detestatur, nisi indirectè, & ex consequenti. Vnde poterit quis directè & per se detestari malum; indirectè & per accidens, siue ex consequenti subiectum, non sub ratione mali, sed remotionis mali.

Obiicies 2.

Resp.

Aliter de fuga mali, aliter de prosecutione boni philosophandum.

à priori.

Obiic.

Digitized by Google

110. Obiic. 3. de facto pecca or vellet non peccasse, esto peccatum non fuisse, sit impossibile: ergo potuit angelus appetere esse Dei, esto hoc sit impossibile. *Obiicies 3.*

Resp. Resp. dist. antec. vellet peccator non peccasse antecedenter, & in sensu diuiso, quod est velle, peccatum non fuisse, concedo: sic enim est velle impossibile, non quà impossibile, sed quà fuit possibile. Vellet consequenter, & in sensu composito, componendo cum peccato iam præterito, nego: nam hoc est velle impossibile, vt impossibile, quod implicat.

111. Obiic. 4. Potest intellectus præscindere bonitatem, quæ est in æqualitate Dei, à malitiâ, quæ est in destructione proprij esse: ergo potest voluntas appetere æqualitatem Dei, non appetendo destructionem proprij esse. *Obiicies 4.* *Resp.*

Resp. neg. antec. quia sicut non potest intellectus prescindere à notitiâ æqualitatis Dei cum relatione ad propriũ suppositum; ita præscindere non potest à destructione proprij esse, quæ in

112. primâ terminorum comparatione includitur. Ob. 5. Si impossibile tantùm velle possumus sub ratione possibilis, non modò illud velle possumus simplici affectu, sed etiam efficaci voluntate: nam ad impossibile, cognitum vt possibile, ferri possumus voluntate efficaci & electiuâ. *Obiicies 5.* *Resp.*

Resp. neg. sequel. Ad prob. dico, id verum esse de possibili, cognito vt possibili absolutè & secundùm se, non autem ex hypothesi: quia per electionem non tendimus, nisi ad ea, quæ cognoscimus possibilia secundùm se.

113. Dico 2. Potest angelus, ex suppositione quòd esset possibile, quòd esse angeli maneret cum esse Dei, id appetere affectu sufficiente ad peccatum. *2. Resolutio.*

Est *Scoti, Aureo. Rubio. Vasqu. cit. Bacho. in 4. dist. 1. q. 5. ar. 4. fine, Gabrie. in 2. dist. 6. q. vn. ar. 3. dub. 2. Molin. 1. p. q. 63 ar. 3. disp. vn. me. 3. Suar. lib. 7. de angel. c. 12.* contra Thomistas fundatos in auct. *S. Tho. q. 16. de malo.* Quorum funda. meritum & demeritum requirunt voluntatem electiuam; nam hæc tantùm est voluntas deliberata, qualis ad peccatum requiritur: sed

114. circa impossibile non potest esse electio, sed tantùm simplex complacentia, teste *Philos. 3. Eth. c. 2* Nostra *Prob. assert.* assertio prob. ad meritum & demeritum sufficit voluntas libera: sed circa rem impossibilem potest esse voluntas libera. Nam etiam circa impossibile potest esse simplex affectus liber complacentiæ, aut displicentiæ, ex plenâ aduertentiâ rationis elicitus: ergo etiam circa impossibile potest esse meritum, si talis complacentia sit de obiecto honesto; vel demeritum, si sit de obiecto turpi. In casu autem nostro potuit angelus ex superbo affectu resistendi Deo, simplici complacentiâ appetere esse Dei: talis autem complacentia fuisset de obiecto malo, cum plenâ aduertentiâ rationis; atque adeò peccaminosa & demeritoria. Ad fundam. Thomist. dist.

115. maior: nam aut voluntas electiua importat voluntatem liberam, & hæc saluari potest etiam in simplici affectu circa rem impossibilem; aut efficacem & consecutiuam rei, & hæc ad meritum & demeritum necessaria non est. Iuxta hanc dist. interpretandus *Philos.* *Ad oppositũ fund. Thomist. resp.*

116. Dico 3. de facto primum peccatum angelorum non fuit ex motiuo æqualitatis diuinæ naturæ. Est communis contra *Maior. in 2. dist. 6. q. 1. concl. 2* Fundam. vt ex Scripturâ & Patribus colligitur, peccatum angelorum non fuit per simplicem affectum conditionatum, sed per voluntatem efficacem & absolutam, ac electiuam mediorum, vt constat ex illis *Isaiæ 14. In cælum conscendam; super astra Dei exaltabo solium meum.* Quæ verba non conditionatè, sed absolutè significant id, quod Lucifer consequi desiderabat: at circa impossibile nequit esse voluntas efficax & electiua. Confirm. 1. incredibile est, tan- *3. Resolutio. Fundam.*

tam angel. multitudinem tantam felicitatem in æternum perdere voluisse, ob simplicem dumtaxat affectum rei, quam nec consequi poterant, nec efficaciter velle. 2. hoc motiuum vt sit malum, supponit vel odium in Deum, vel amorem inordinatum propriæ excellentiæ: ergo saltem non potuit esse primum peccatum angel. Ex dictis patet ad 1. ra- 117. tionem dub. Ad 2. dico, ea verba intelligi de appe- *Ad rationẽ dub.* titu æqualitatis naturæ diuinæ, non per æquiparantiam cum illâ, sed per participationem alicuius perfectionis, quam poterat, non tamen debebat habere.

SECTIO VI.

An motiuum superbiæ Angelorum fuerit vnio cum personâ Verbi?

PRIMA sent. affirmat. Ita *Alen. 3. p. q. 2. me. vlt.* 118. *Viguer. de institut. Theol. c. 3 §. 2. ver. 15. Cathar. opusc. de gloria Ang. Suar. lib. 7 de Angel. c. 13 Grana tract. 13. disp. 2. sect. 4. Probabilem* censet *Molina 1. p. q. 63. ar. 3 disp. vn. me. 5. concl 7 Zumel ibid. q. 3. fine prop. 5. Betan. de pecc. angel. q. 6.* Prob. 1. hoc, indicat verba *Ezech. 28. Deus ego sum: in cathedrâ Dei sedi.* Vt hæc *1. Sent. affir. Prob. 1.* cum omni veritate de seipso à Christo dici possunt; ita de Lucifero, Christi diuinitatem affectante, aptissimè explicantur. 2. ex *Ioan. 8. Vos ex patre diabolo* 119. *estis, & desideria patris vestri vultis perficere: ille homicida erat ab initio.* Fuit autem diabolus ab initio homicida, inuidendo Christo diuinitatem, eamque sibi appetendo Quod confirmant illa: *Et vos desideria patris vestri vultis perficere:* quid .n. aliud, quàm Christi mortem Iudæi desiderarunt perficere? 3. Confir. 120. *Hebr. 1. Et cùm iterùm introducit primogenitum in orbem terræ, dicit, Et adorent eum omnes Angeli eius.* Tò Iterùm, *Prob. 2.* supponit, aliâ vice Christum fuisse ab angelis adoratum; cùm initio creationis per fidem illis reuelatus fuit, vt caput hominum & Angel. repugnanti- 121. bus malis. 4. hoc ipsum innuunt *Bernard. ser. 1. de* *Prob. 4.* *Aduent. & 17. in Cant. Rupert. lib 8. in Ioan.* aliique Patres affirmantes, Luciferum peccasse inuidiâ vnionis naturæ humanæ cum Verbo Porrò inuidia hæc supponit superbiam: igitur si Lucifer peccauit inuidiâ hâc, priùs peccauit superbo appetitu eiusdem vnionis. 5. multi Patres docent, Luciferum peccas- 122. se inuidendo homini imaginem supernat. Dei, *Prob. 5.* quam per gratiam, & beatit. à Deo acceperat: ergo à fortiori, peccauit inuidendo illi substantialem imaginem Dei, quam per vnionem cum Verbo diuino à Deo accepturus erat.

Secunda negat, etiam de possibili, potuisse angelum peccare superbo appetitu vnionis hypost. 1. 123. quia non posset angelus appetere sibi vnionem hypost. nisi simul appeteret destructionem proprij suppositi, ex 6. *tom.* nequit autem angelus appetere destructionem proprij suppositi: ergo nec vnionem cum alienâ personâ. 2. de facto mysterium incarnationis, ex probabiliori sent. *S. Tho.* prædestinatum est dependenter à peccato Adæ, atque adeò ordine causalitatis posterius, quàm præuisum fuerit peccatum angel. quod occasio fuit ipsius peccati Adæ. *2 Sent. neg. etiam de possibili. Prob.*

Tertia docet, potuisse quidem de facto angelum 124. superbo appetitu vnionis hypost. cum personâ Verbi peccare, de facto tamen tali appetitu non peccasse. Quæ sent. communior est. Prior pars prob. potuit Lucifer ex motiuo propriæ excellentiæ, vt esset caput omnium creaturarum, superbo fastu vnionem hypost. cum personâ Verbi sibi appetere. *Veriori sent. potuisse de facto, tamen nequaquam. Prior pars prob.*

Nec obstat prima ratio: tam quæuis creatura in- 125. tellectualis lubenter commutaret proprium suppositum *Soluitur prima ratio.*

Digitized by Google

tum cum diuino, in quo feliciùs & perfectiùs subsisteret, quàm in proprio. Sicut quæuis creatura intellectualis lubenter commutaret proprium intellectum naturalem cum supernat. si possibilis esset. nam quidquid habet per proprium suppositum, haberet perfectiùs per diuinum. Nec obstat secunda: nam esto de facto incarnatio Verbi prædestinata sit dependenter à peccato Adæ in genere causæ occasionalis, seu materialis, & peccatum Adæ de facto occasionatum sit ex peccato angel. adhuc tamen potuit peccatum angel. occasionari ex mysterio incarn. angelis proposito diuinâ fide credendo, & adorando in principio creationis. Ratio: *to. 6. d sp. 7. sect.* 2. incarnatio non fuit prædestinata dependenter à peccato Adæ præuiso scientiâ visionis, sed conditionatâ. Potuit igitur Deus priùs ratione per scientiam conditionatam præuidere peccatum Adæ occasionatum ex peccato angel. & hoc ex mysterio incarnationis sub conditione angelis proposito vt credendo & adorando: tum per decretum absolutum velle Christum vt Redemptorem peccati, quem aliàs, peccato non præuiso, noluisset. Hoc enim pacto saluatur & prioritas incarn. respectu peccati præuisi scientiâ conditionatâ; quia nisi illud præuisum fuisset, nullo modo Christus incarn. fuisset; & simul prioritas incarn. respectu peccati angel. præuisi scientiâ visionis: quia nisi incarnatio fuisset angelis proposita vt adoranda, non fuisset peccatum angel. & forsan nec peccatum Adæ. Fuit igitur priùs præuisum peccatum angel. & Adæ sub conditione futurum, quàm prædestinata Incarnatio; non quidem sub conditione, sed absolutè futura: priùs tamen scientiâ visionis præuisa fuit Incarnatio, vt proposita angelis adoranda, quàm peccatum angel. vt absolutè futurum.

126. *Soluitur 2. ratio.* *Ratio.*

127. *Posterior sent. pars prob.* Posterior sent. pars prob. motiuum, quo angelus de facto peccauit, erat in potestate angeli, vt constat ex verbis ipsius. *Conscendam, Exaltabo, Sedebo*, &c. At vnio hypost. cum persona diuinâ non erat in potestate angeli, sed Dei: igitur motiuum, quo de facto motus est primò angelus ad peccandum, non fuit vnio hypost.

128. *Ad opposita argumenta resp.* Ad 1. primæ, retorqueo argum. sicut illa, *Deus ego sum, In cathedra Dei sedi*, sunt absolutè, non conditionatè dicta; ita significant motiuum absolutè positum, non sub conditione ponendum: non igitur possunt de vnione hypost. vt de motiuo superbiæ Luciferi de facto explicari: Ad 2. verba *Ioan.* 8. intelligi communiter solent à Patribus & interpretibus de homicidio & morte, quæ per peccatum homines inuasit, iuxta illud *Genes.* 2. *In quocumque die comederis, morte morieris.* Ad 3. *rò Iterum*, non se tenere ex parte rei citatæ, sed ex parte auctoris citantis, vt idem sit quod *Rursus*, vt multi exponunt. Verùm esto se teneat ex parte rei citatæ, significando iteratam Christi introductionem per realem & executiuam Incarnationem in mundo; adhuc ex *citato* aliud non cogimur asserere, quàm quòd aliâ vice fuerit hoc mysterium per reuelationem in mentibus angel. introductum. An autem ipsi ex superbo appetitu illius peccauerint, Scriptura non significat. Ad 4. & 5. resp. *cit.* Patres non loqui de 1. peccato angel. de quo nunc disp. nam omnes conueniunt, vt *suprà*, illud fuisse peccatum superbiæ, non inuidiæ. Quamuis *cit.* Patres, præsertim *Bernardus*, non apertè loquantur.

129. 130. *Quomodo Iterum, capiendum.* 131. *Ad 4. & 5.*

SECTIO VII.

An motiuum superbiæ Angelorum fuerit inordinatus appetitus beatitudinis supernaturalis?

PRIMA sent. affirmat. *Altisiod. lib. 2. tract. 2. c. 2. Alens. 2. p. q. 98. me. 3. Alber. in 2. dist. 5 ar. 3. S. Tho. 1. p. q. 63. ar. 3. cum Caiet. in fine art. & Ferrar. 3. con. gen. cap.* 109. §. *Circa id, Scoti in 2. dist. 6. q. 2. art.* 1. *Aureol. art. 2. Argent. ar. 1. Gabriel. ar. 2. concl. 2. Richard. dist. 5. ar. 1. q. 2. Durand. q. 1. Herlie. q. 1. ar. 3. Ægidij q. 1. ar. 2. Mayro. q 4 fine, Rubio. q. 1. §. Sed tunc, Capreol. dist. 4. art. 1. concl. 2. Maior. dist. 6. qu. 2. init. Arrub. 1. p. disp.* 178. *cap.* 3. Prob. 1. ex Ansel. *de casu diab. cap.* 6. vbi docet, ideò peccasse diabolum, quia appetiit aliquid, ad quod peruenisset, si stetisset: hoc autem aliud esse non potuit, quàm supernat. beatitudo. 2. ex *Scoto*. Primus affectus inordinatus angeli non potuit esse, nisi circa summum concupiscibile: hoc autem est supernat. beatitudo. Nam beatitudo supernat. est summum perfectiuum naturæ intellectualis. Maior prob. primus affectus naturæ est ad illud bonum, ad quod magis inclinat. Sed natura ex se maximè inclinat ad supernat. beatit. vt ad summum sui perfectiuum: ergo ad illam fuit primus angel. affectus, vel ordinatus, vt in bonis, vel inordinatus, vt in malis. Quia verò beatitudo per se mala non est concertatio est, in quo tandem esse potuerit hæc affectus inordinatio. *Scotus* illam ponit in indebitâ intensione actûs; *alij cum eod.* in indebitâ circumstantiâ temporis, citiùs, quàm debuerunt, illam concupiscendo; *Thomistæ* in indebitâ circumstantiâ modi, illam desiderando sine meritis ex gratiâ & auxilio diuino. Et hoc, vel expresse illam appetendo, vt debitam propriæ naturæ; vel tantùm interpretatiuè, non considerando auxilium diuinum, virtute cuius illam sperare debuerunt. Alij demum in excessu beatit. singularem gradum illius supra ceteros affectando.

132. 1. *Sent affir.* *Prob. 1. ex Anselmo.* 2. *ex Scoto.* 133. *Quomodò in appetenda beatit. angeli peccarint.*

Secunda negat, angelos de facto peccasse inordinato appetitu supernat. beatit. *Molinæ 1. p. q. 63. ar. 3. disp. vn. me. 5. concl. 4. Valent. cit. pu. 3.* Inclinat *Suar. lib. 7. de angel. c.* 11. qui quamuis hoc cum *Vasqu. disp.* 235. *c.* 3. defendat de possibili, de facto tamen putat, angelos peccasse superbo appetitu vnionis cum personâ Verbi. Hæc sent. probabilior est: ex *cit. Isaiæ, Conscendam, Exaltabo, Sedebo*, &c. quæ voluntatem efficacem & executiuam consequendi id, quod inordinatè desiderabat, important. Non potuit autem angelus habere voluntatem efficacem & executiuam consequendi supernat. beatit. propriis viribus, cùm hoc supponat euidentem errorem, posse sc. naturam creatam propriâ virtute, absque Dei adiutorio elicere visionem Dei. Prætereà discurrendo per singulos modos; non potuit angelus peccare 1. modo, intensiùs beatitudinem appetendo; quia intensio non potest conferre primam speciem malitiæ: vnde nisi aliunde actus supponatur malus, nequit fieri malus ex solâ intensione, nisi ex præcepto prohibente certam intensionem actûs, quod in proposito nullum fuit. 2. modo, etsi angelus peccare potuerit, citiùs contra voluntatem Dei eam beatitudinem appetendo, verosimile tamen non est, tantam angel. multitudinem à felicissimo illo statu in æternum se præcipitare voluisse, ob simplicem dumtaxat affectum nolendi, iuxta diuinam voluntatem, expectare post breuissimam moram tam ingens bonum supernat. beatitudinis.

134. 2. *Sent neg. verior.* 135. *Prob. 1.* 136. *Prob. 2. reiiciendo modos. Primum.* 137. *Secundum.*

3. modus euidentem supponit errorem in intelle- 138. *Tertium.*

Digitized by Google

ctu angeli, eò quòd iudicasset supernat. beatit. aut debitam esse naturæ creatæ, aut propriis viribus illam consequi posse. At instat *Ægidius*; potuit angelus circa res supernat. errare, siquidem has non intelligit per proprias species. Sed contrà: licet non habuerit proprias species de beatit. supernat. habebat tamen certam experientiam, ex quâ euidenter deducebat, se non posse viribus naturæ eam consequi: experiebatur enim, se nullo conatu naturæ posse intuitiuam Dei visionem, ac amorem beatificum elicere. 4. modus reducit tam impium angel. peccatum in solam incogitantiam, quâ angelus non cogitauit, cùm debuit, de consequendâ supernat. beatit. ex auxilio & gratiâ diuinâ. Quod non tam est peccatum commissionis, & superbiæ, quale, *vt suprà* à Patribus describitur, quàm omissionis contra virtutem spei. 5. modus esset ceteris probabilior, nisi obstarent *cit.* verba *Isaiæ*, quæ significant id, quod angelus affectauit, in ipsius fuisse potestate illud consequendi: at singularem gradum supernat. beatit. consequi, non erat in potestate angeli: igitur non potuit primum illius peccatum in huiusmodi inordinato affectu consistere. Ad auct. *Anselm.* patebit in nostrâ sent. Ad funda. *Scoti* nego, primum affectum circa summum concupiscibile debuisse in angelo esse inordinatum, ob rationes assignatas.

Instantia.

Soluitur.

139. *Quæritur.*

140. *Quintum.*

141. *Ad fundam. Scoti.*

SECTIO VIII.

An motiuum superbiæ Angelorum fuerit inordinatum desiderium beatitudinis naturalis, vel prælationis supra alios?

142. 2 Sent. PRIMA sent. docet, fuisse inordinatum desiderium beatitudinis naturalis, in quâ vt in vltimo fine quiescens angelus, supernaturalem indignabundus contempsit. Ita *Palat. in 2. dist. 5. disp. 1. post 6. concl.* & in eam magis propendet *S. Thom. 1. p. q. 63. ar. 3. & Thomistæ, Caiet. Ferar. Banncz. cit. q. ar. 3. dub. 3. concl. 5. Zumel q. 2. concl. 6. & alij.* Explicant hunc contemptum supernat. beatit. 1. modo negatiuè, per solam incogitantiam, actu non referendo naturalem ad supernat. eamque non sperando, vt tenebatur. 2. positiuè, illam positiuo actu contemnendo, vt consequendam per humilem præceptorum obseruantiam, ac debita in Deum obsequia, suâ dumtaxat naturali beatit. contento. Fundam. superbus sua magis amat, quàm aliena: ergo efficacius motiuum ad eliciendum superbum appetitum in angelo fuit excellentia & beatitudo propriæ naturæ, præ cuius inordinato amore cetera contempsit, quàm supernaturalis & aliena. Hæc sent. non minùs quàm præcedens confutatur ex verbis Isaiæ, *Conscendam, Exaltabo, Sedebo, Similis ero Altissimo.* Hæc n. appetitum & desiderium important rei nondum consecutæ, sed consequendæ: at naturalem beatit. angelus iam habebat, eamque perfectè possidebat: non igitur potuit peccare ex inordinato appetitu illius.

Fundam.

143. *Sed hæc sent. eòdem quo superior telo iugulatur.*

144. 2. Impugnatur quoad vtrumque modum; prior non constituit peccatum commissionis contra virtutem humilitatis, sed omissionis contra virtutem spei, omittendo id, quod angelus virtute spei seruare tenebatur: posterior est creditu difficilis, tantam angel. multitudinem in æternum periisse, ob solum affectum nolendi expectare post tam breuissimum tempus tam immensum bonum quo tantoperè propria natura, & beatitudo ipsa natiua perficiebatur, quod angelus probè norat. Vnde ad fund. oppositæ, neg. conseq. nam in facto contingenti, quod nobis solâ auctoritate constat, non tam videndum est, quid esse potuerit, attentâ rerum naturâ, quàm quid de facto fuerit, attectis verbis reuelatis sc. Scripturæ.

145. *Ad fund.*

Secunda docet, fuisse inordinatum appetitum prælationis supra alios, & exemptionis ab imperio Dei in ministeriis sibi iniunctis, nolendo in his subesse Deo: *Alens. 2. p. q. 109. me. 3. Bonau. in 2. dist. 5. a. 1. q. 2. Lyran. in Isai. 14. & Valent. suprà.* Hæc sent. intelligi potest: 1. quòd angelus appetierit non subesse Deo immediatè, & aliis præesse quoad munus, quod per vires naturæ consequi non poterat. 2. quòd solùm appetierit non subesse Deo mediatè, & aliis præesse quoad munus propriis viribus consequibile. 1. modo probabilis non est: quia non adeò difficile erat angelo, obedire Deo in ministeriis, in quibus aliis angelis non subdebatur, vt potiùs maluerit à tantâ gloriâ cadere, quàm Deo immediatè obedire: & verba *Isaiæ* ostendunt, id angelus inordinatè appetiit, fuisse in potestate ipsius id consequi. Pro explicatione igitur modi 2. qui magis probatur,

146. 2 Sent.

147. *Hæc sent. duplicitèr intellig.*

Dico 1. primum peccatum Luciferi fuit superbus appetitus prærogatiuæ dominandi & imperandi ceteris, spretâ humili subiectione ad primum angelum, qui, vt suppono, in republicâ angelicâ ex ordinatione diuinâ constitutus fuerat caput cum prærogatiuâ alios docendi & illuminandi de rebus supernat. in ordine ad salutem, quas ceteri tenebantur acceptare, vt ab ipso, Dei nomine & auctoritate propositas. Hoc suppositum, prob. ex *Apocalyps.* 12. vbi perstringitur bellum spirituale, quod inter bonos & malos angelos initio gestum fuit: *Michaël & Angeli illius præliabantur cum draconе: & draco pugnabat & Angeli eius.* Quibus indicatur, in eo bello Michaël fuisse Dux & Princeps bonorum; contrà verò Lucifer dux & princeps malorum: hoc enim indicat *rò, & Angeli eius*, vt hîc *sect.* 18. notat *Blasius Viegas*; ex *Anselm. Quia*, inquit de Michaële, *omnes ei subditi sunt.* Ex quo colligunt, Doctores, Michaëlem esse Principem omnium Angelorum, vt aduertit *Cornel. à Lapide.* Confirm. ferè nullus est, qui dubitet, Michaëlem esse Ducem totius cælestis exercitus: quod canit Ecclesia *in hymn. Sed præcipuè primatem cælestis exercitus Michaëlem.* Indicat *Dionys. lib. de diuin. nom. cap. 2 p. 1. fine*, vbi de Christi apparitione in carne, *Omni*, inquit, *ignota Intelligentiæ, ipsi quoque antiquissimorum Angelorum Primati non cognita.* *Laur. Iustin. in festo S. Micha. Omnes*, ait, *cæli milites maximo cum honore debemus excolere, præcipuè tamen gloriosissimum Michaëlem cælestis exercitus Primatem ac Ducem.* Ex Danielis 12. vbi Michaël appellatur *Princeps magnus.* Si igitur de facto Michaël est Dux & Princeps omnium Angel. etiam fuit Dux & Princeps ab initio suæ creationis. nam vel hanc prærogatiuam habet Michaël ex se, eò quòd sit omnium Angel. naturâ, & consequenter gratiâ, nobilissimus: vel, vt magis puto, à Deo propter rectam subordinationem inferiorum Angel. ad vnum supremum caput homogeneum & eiusdem naturæ: id quidem illam habet ex se, certum est, illam habuisse à principio; cùm à principio fuerit naturâ & gratiâ omnium nobilissimus: Si à Deo, cùm eadem & maior fuerit ratio à principio, quando nondum angeli erant in bono vel in malo confirmati, quàm sit nunc, quando iam omnes sancti sunt in bono confirmati, maior quoque est ratio, vt hanc prærogatiuam alios dirigendi & illuminandi habuerit à principio.

148. *Conclusio & num asseritur, aliud supponit.*

149. *Suppositum prob.*

150. *Conf.*

Non obscurè deducitur.

Vtrùm modo probabilius.

Confir. hoc modo gubernandi & regendi creaturas intellectuales, per vnum caput homogeneum, vtitur Deus in Ecclesiâ militante: ergo in triumphante;

151. *Confirm. Aliquis;*

phante: tum quia vna est Ecclesia ab vno eodemque supremo Monarcha Deo instituta: ac proinde multò verisimilius est, iisdem legibus ac institutis, modoque regendi esse vtramque conditam: tum quia hic modus gubernandi est conformior diuinæ prouidentiæ, quæ semper inferiora regit & gubernat per superiora. *Hoc iacto fund.*

152. *Prob. principia. Assertio. Explic. Isaiæ Astra.* Prob. 1. huic modo magis consonant verba *Isaiæ: Ad cælum*, hoc est ad fastigium principatus, *conscendam. Super astra Dei*, hoc est super reliquos Angelos, qui nomine astrorum, teste *Hieron.* significantur, *exaltabo solium meum*, nempe potentiam & dominium. *Et similis ero Altissimo*, ratione principatûs supra ceteras creaturas. 2. huic modo quadrant omnes auctorit. Patrum docentium, peccatum Luciferi fuisse, quia voluit aliis præesse, & nulli subesse. 153. *Prob. 2. ex Patribus.* August. 14. *de ciuit. Dei cap.* 11. *Postea quam superbus ille Angelus per eamdem superbiã à Deo ad semetipsum conuersus, & quodam quasi tyrannico fastu gaudere subditis, quàm esse subditus eligens, de spirituali paradiso cecidit.* Gregor. *lib.* 34. *moral. cap.* 14. *Leuiathan iste eius celsitudinis culmen aspiciens, ius peruersæ libertatis appetiit, vt & præesset ceteris, & nulli subesset.* Laur. Iustin. *tit.* de Lucifero, ita scribit: *Vniuersorum Angelorum Primatum sibi vendicare desiderans maximam in cælis diuisionem effecit.* S. Thomas 3. *con. gen. cap.* 109. *Velle alios regulare, & voluntatem suam à superiore non regulari, est velle præesse, & quodammodo non subiici: quod est peccatum superbiæ.* Quo peccato *ibid.* docet, peccasse Luciferum: concordant reliqui, qui peccatum Luciferi explicant per 154. *Prob. 3.* *velle præesse*, & *nolle subesse*. 3. hoc ipsum indicat superbiæ motiuum, quo primos parentes tentando inuasit; *Eritis sicut dij, scientes bonum & malum. Eo etenim telo*, inquit Gregor. *cit. lib. moral. cap.* 17. *salutem nostræ immortalitatis impetiit, quo vitam suæ beatitudinis* 155. *Prob. 4.* *extinxit*. 4. Id ipsum confirmat tyrannicum imperium, quod etiam nunc exercet in suos: quapropter *Princeps huius mundi* à Christo, *Princeps & rector tenebrarum harum* ab Apostolo nuncupatur. Declarat etiam id ipsum superbus ille appetitus, quo semper affectauit & continuò affectat hominibus dominari: euidens signum primæui illius desiderij, quod semel in paradiso conceptum, ob naturæ propriæ inflexibilitatem, & obstinationem, nunquã dimisit.

156. *Prob. 5. Hæc sent. Saluat 1.* 5. Hæc sent. saluat omnia, quæ non ita facilè saluantur in aliis. 1. Quo pacto primum peccatum Luciferi fuerit superbia, non solùm ratione termini, ad quem conuersus est, nempe prælationis supra ceteros, sed etiam ratione termini, à quo auersus est, nempe debitæ subiectionis à primo angelo, eoque mediante à Deo: idque sine speculatiuo errore angeli superbientis; quia non renuit immediatè subiici Deo, vel quoad esse, vel quoad regi, sed alteri angelo consimili, qui ex diuino imperio constitutus erat ipsius, & aliorum caput.

157. *Saluat 2.* 2. Quâ ratione Lucifer facilè potuerit hoc peccatum committere, illudque aliis persuadere: nam contra naturalem inclinationem est, subiici alteri personæ eiusdem naturæ & perfectionis, qualis erat Michaël constitutus caput Luciferi, & aliorum, qui, ex *seq. sect.* solo numero discriminabatur à Michaële. Potuit etiam illud facilè persuadere aliis, promittendo illis sub suo imperio principatum in homines. Quâ spe allecti facilè potuerunt multi, relictâ humili subiectione ad Michaëlem, adhærere Lucifero. 3. Quo pacto potuerit Lucifer ad 158. *Saluat 3.* hanc suam peruersam voluntatem exequendam adhibere media efficacia: nam cùm hæc prælatio consistat in dominio supra ceteros angelos & homines, spretâ subiectione ad primum, fuit in Lucifero talis prælationis sufficiens fundamentum, quæ erat præstantissima natura, & natiua perfectio supra ceteros in ipso relucens; adeoque facilè poterat huiusmodi prælationem apud alios inferiores angelos consequi, & de facto illam magnâ ex parte consecutus est; nam per rebellionem à primo angelo, factus est dux & caput malorum.

Dico 2. Primum peccatum reliquorum angel. 159. *Primum pecc. reliq. Angel fuit rebellio à 1. & adhæsio ad Lucifer. Prob.* fuit rebellio à primo Angelo; & adhæsio ad Lucifer. rum, ex motiuo superbiæ dominandi in homines. Ex *cit. Apocal.* vbi reliqui mali inducuntur vt asseclæ Luciferi, quem non ex diuinâ ordinatione, sed ex propriâ voluntate sibi elegerunt, ex motiuo dominandi in homines, sub quo duce sperarunt se id assequi posse. Confirmat hoc ipsum tentatio, quâ statim à regno exclusi protoparentes inuaserunt, cum spe eos, eorumque posteros sibi subiiciendi. Indicat id ardens desiderium, quod dæmones omnes ostendunt, vt ab hominibus colantur & adorentur: quod est euidens signum primi illius appetitus, quo à 1. Angelo rebellantes Lucifero adhæserunt: quem adhuc nunc, & in æternum obstinati retinebunt. Leg. *Bernard. ser.* 17. *in Cant.* vbi superbum hunc angelorum appetitum in homines dominandi non minùs eleganter, quàm copiosè describit.

SECTIO IX.

An Lucifer fuerit omnium Angelorum supremus?

QVÆSTIO non solùm intelligitur de eminentiâ supra ceteros quoad dona naturæ, sed etiam 160. quoad perfectiones supernat. Quæ collatæ sunt angelis iuxta quantitatem & proportionem donorum naturalium. Vnde quicumque alios excellebat in perfectionibus naturalibus, eâdem proportione excellebat in supernat. quas angeli gratis à Deo in viâ receperunt. *Vt diff. 18. sect. 5.*

Prima sent. affirmat: *Albert. in 2. dist. 6. ar. 1. q. 1. ad vlt. S. Tho. 1. p. q. 63. ar. 7. 3. con. gen. c.* 109. *& in 2. dist. 6. q. 1. ar. 1.* qui contrariam etiam probabilem censet, imò *quodlib. 5. art. 7.* vtramque æquè probabilem: *Richar. in 2 dist. 6 ar. 1. q. 1. Ægid. q. 1. ar. 1. Duran. q. 1. Mayro. q. 1. Herua. q. vn. Ferrar. 3. con. gen. cit. §. Circa 2. concl. Caiet. 1. p. cit. Zumel, Bannez, Molina, Vasquez ibid. Valent. q. suâ 14. pun. 5.* Prob. 1. *ex Iob* 40. vbi Lucifer 162. dicitur *Principium viarum Dei:* id est, creaturarum *Prob. 1. ex Script.* Dei, vt *Gregor.* & alij Patres interpretantur, ratione dignitatis, & naturalis perfectionis, quâ ceteras creaturas anteceſſit. Ex *Ezech.* 28. vbi appellantur *Signaculum similitudinis Dei.* Vbi Gregor. *hom.* 34. *in Euang. Non ad similitudinem*, inquit, *Dei factus, sed signaculum similitudinis dicitur, vt quo in eo subtilior est natura, eò in illo imago Dei similiùs insinuetur expressa.* Mox subditur (pergit idem) *Omnis lapis pretiosus operimentum eius, nouem autem ibi Propheta lapides numerat: Quia nouem sunt ordines Angelorum. Quibus ordinibus ille primus Angelus ideò ornatus & opertus extitit, quia dum cunctis agminibus Angelorum prælatus est, ex eorum comparatione clarior fuit.* Prob. 2. ex Patrib. *Tertull. lib. 2.* 163. *aduers. Marcion. ante med.* Luciferum appellat *omnium sapientissimum.* Hieron. *in* 40. *c. Iob. Hic inter ceteras*, *Prob. ex Tertullian. Hieronymo* inquit, *creaturas primus à Deo conditus est: & inde dictum est*, Ipse principium est viarum Domini. *Nam in Ezechiele Propheta in capite lapidum ignitorum refertur, quod primus fuerit omnium Angelorum, & corona in manu Domini.* August. seu quis alius auctor sit, *August.* *1. lib. de mirabil. Script. cap.* 2. Luciferum appellat *primum creaturarum Dei Angelum*, docetque illum in summo honoris sui ordine constitutum, de sublimissimo ordinis statu proruisse, Gregor. *lib.* 32. *Gregor.* *moral.*

Digitized by Google

moral. c. 24. *Principium*, ait, *vivarum Dei Behemoth dicitur: quia nimirum cum cuncta creans ageret hunc primum condidit, quem reliquis Angelis eminentiorem fecit.* Et paulò post: *Quid namque boni non habuit, si signaculum Dei similitudinis fuit? de sigillo quippe annuli talis similitudo imaginaliter exprimitur; qualis in sigillo eadem essentialiter habetur*; & ceteras perfectiones Luciferi ibid. prosequitur. 3. Peccatum primi angeli originem traxit ex inordinato appetitu propriæ excellentiæ, quo seipsum ceteris prætulit: sed quò maior ac præstantior fuit excellentia in primo angelo, eò maior efficaciorque fuit occasio seipsum ceteris præferendi: ergo probabile est, primum angelum fuisse omnium supremum; sic .n. facilius saluatur, peccatum primi fuisse superbum appetitum aliis dominandi, originatum ex propriâ excellentiâ naturæ supra ceteros.

Prob. 3. ratione.

165. *2. Sent.*

Secunda docet, Luciferum fuisse supremum angelum tertiæ hierarchiæ, cui commissa erat cura terrestris ordinis. Hanc docet *Damasc. lib. 2. fidei cap. 4.* eamque refert. *August. lib. 3. de Gen. ad litt. cap. 10. & lib. 11. cap. 17. 19. & 26.* licet eam *cit. cap. 26.* improbare videatur. *Probabilem* illam censent *S. Tho. quod lib. 5. cit. Durand. & Ferrar. cit. Palat. in 2. dist. 6. disp. un.* Fundam. sicut Deus non permisit, vt primus homo periret, ita nec vt primus angelus peccaret: idem .n. est in angelo peccatum, ac mors æterna in homine.

Fund.

166. *Fuisse omnium primum negatiuè, probabilior sent. 3.*

Tertia affirmat, Luciferum fuisse omnium primum negatiuè, quia nullum habuit superiorem se: non primum positiuè, quia habuit æqualem & eiusdem naturæ & perfectionis, qui creditur fuisse S. Michael à Deo constitutus caput & Princeps totius cælestis militiæ. ita *Rubio in 2. dist. 6. q. 2. fine, & Suarez lib. 7. de angel. cap. 16.* & sequitur ex doctrinâ *Scoti* docentis, nullam speciem angel. integram periisse. Hæc sent. probabilior *est.* Fundam.

167. *Fund. potiùs.*

si Lucifer fuisset omnium angel. primus positiuè, cum ipso periisset integra species angelica, quæ in vnico ipsius indiuiduo conseruabatur. Hoc *disp. 3. sect. 7. cum Scoto* reputaui absurdum. Supponit hæc sent. in quâlibet specie angelicâ plura fuisse indiuidua, ne de quolibet ordine integra species perierit. Iuxta hanc explica. Scripturas, Patres, rationem pro 1. sent. allatam: sc. de primatu negatiuo, quatenus nullus naturæ dignitate, & gratiæ perfectione illum superabat; non de primatu positiuo, quasi

168. *Dices.*

nullum haberet æqualem. Dices. ex hâc sent. sequeretur, Michaelem non fuisse suâ naturâ omnium Angel. nobilissimum, atque adeò caput & Principem ceterorum, contra *præced. sect.* Resp. fuisse suâ

Resp.

naturâ omnium nobilissimum negatiuè, quatenus nullus naturæ nobilitate, aut gratiæ dignitate illum præcedebat. An autem suâ naturâ fuerit etiam caput & Princeps omnium, oppositum vt probabilius *cit. loco* visum, cùm hæc prærogatiua pendeat à Deo, licet soleat Deus aliquod fundamentum supponere: hoc autem in Michaele fuit præstantissima ipsius natura, perfectissimâ gratiâ ornata; quæ licet specie non discriminaretur à naturâ Luciferi, eâdem gratiæ perfectione initio creationis decorata, potuit tamen vna potiùs, quàm alia à Deo cum hâc prærogatiuâ alios illuminandi ac instruendi constitui. Quòd si mauis cum aliis defendere, hanc prærogatiuam habuisse Michaelem ex se, dicito cum Suarez *cit.* aliquam perfectionem indiuidualiter diuersam fuisse in Michaele, quæ non fuit in Lucifero, ratione cuius ille potiùs, quàm hic suâ naturâ habuerit primatum supra ceteros.

Michaëlem positiuè supremum Angelorum omnium fuisse. Suarez.

DISPVTATIO XXI.

De pœna dæmonum.

SECTIO PRIMA.

Quas pœnas incurrerunt Angeli?

1. *Duplex est pœna.*

Pœna, altera sensûs, damni altera: illa consistit in positiuo cruciatu; hæc in priuatione perfectionis debitæ. vtraque ex diuinâ lege mortali noxæ taxata est. vtramque igitur mortaliter peccando contraxerunt angeli; & quidem posteriorem statim, priorem verò post absolutum terminum viæ. Difficultas est, quibus donis fuerint angeli ob pœnam damni priuati.

Difficultas.

2. *Angeli nulla perfectione naturali per se spoliati sunt. Dionysius.*

Dico 1. Per se nullâ fuerunt dæmones in pœnam damni naturali perfectione priuati: ita *S. Tho. 1. p. qu. 64. art. 1. & Scholast. in 2. dist. 7. ex Dion. de diuin. nom. cap. 4. p. 4. paulò post med.* affirmante, in dæmonibus *omnia naturalia integra atque lucidissima manere.* Quare integræ in illis manserunt vires naturales intellectiuæ, & appetitiuæ ad maiorem ipsorum cruciatum & pœnam acerbiorem; vt viuaciùs atrociusque suam sportum sentirent miseriam & infelicitatem: Integræ omnes scientiæ naturales, & species ab initio ipsis infusæ: Integræ naturales vires motrices, & dominium in totam naturam corpoream. Dixi, *per se*: per accidens .n. & consequentur ex subtractione. Honorum supernat. sunt etiam naturales vires aliquo modo imminutæ, quatenus donis illis roboratæ perfectius operabantur.

Imminutæ vires naturales.

3. *Incurrerunt pœnam privationis visionis beatifica, gratiæ, &c.*

Dico 2. In pœnam peccati non modò priuati sunt dæmones sempiternâ visione Dei, quam, si perseueraissent, consecuti fuissent, sed etiam gratiâ sanctificante, & omni dono supernat. quod gratis acceperant. Assertio quoad visionem beatam, & gratiam sanctificantem, est de fide: Tc. eos è cælo deiectos, & vt perpetuos hostes Dei æternis cruciatibus addictos fuisse: cum quo statu pugnat visio, & gratia Dei, quæ teste *Trident. Sess. 6. cap. 7.* subiectû ex iniusto & inimico reddit iustum & amicum. Quoad reliquos verò habitus infusos, & auxilia supernat. res est certa aucto. Patrum & Scholast. quia hæc omniaper se ordinantur ad actus supernat. vt constat, tam de habitibus infusis, qui sunt quasi potentiæ actuum supernat. quàm de auxiliis supernat. quæ aut sunt complementa habituum, aut concursus ipsi actuum supernat. at omnis actus supernat. elicitus à subiecto carente visione beatâ, per se ordinatur ad consecutionem talis visionis, vel vt meritum, vel vt dispositio ad illam. Dæmones autem ex certâ lege Dei sunt extra viam & statum consequendi beatitudinem supernat. igitur. Confir. habitus infusi corrumpuntur per oppositos actus: nullus autem est habitus infusus, cuius oppositum actum dæmones non exerceant, vt contra charitatem odium, contra spem desperationem, contra obedientiam inobedientiam, & sic de ceteris.

Conf.

4. *Difficultas est de fide, Affirmant Probatur.*

Nonnulla difficultas est de habitu, & actu fidei infusæ, an remaneant in dæmonibus. Affirmant *Magister in 3. dist. 23. cap. 4. Alen. 3. p. q. 64. me. 7. Duran. in 3 dist. 23. q. 9. n. 10. & ad argu. Catheri. Salmeron in 2. cap. Iacobi.* Fauet *S. Tho. 2. 2. qu. 18. art. 3. ad 2.* Prob. 1 ex illo *Iacobi 2. Dæmones credunt & contremiscunt.* 2. ex August. *tract. 6. in Ioan. fine, & in Enchir. cap. 8.* vbi docet, dæmones habere fidem informem, qualem habent peccatores viatores. 3. pro-

Digitized by Google

bat *Duran.* hâc ratione. Non potuit fides à principio angelis infusa per peccatum amitti ratione status; quia solus ille status tollit fidē, qui ponit visionem seu status beatitudinis: nec ratione actûs, quia peccatum dæmonū non fuit contra fidem. Confir. Manet in animabus damnatis character, quæ est qualitas infusa & in essentiâ supernaturalis: item species supernat. relictæ ab actibus supernat. quos illæ in viâ elicuerunt: ergo & habitus fidei. Negant reliqui *Scholast. in 3. dist. 23. & Thomistæ cum S. Tho. 22. q. 5. art. 2.* Cuius oppositam. *Bannez cit. dub. 1.* appellat *periculosam, & erroni proximam*; Turrianus *ibid. dubit. 3. improbabilem*, & *contra communem Scholast. sensum*; Suarez *lib. 8 de angel. cap. 6. nu. 6. sine, valde temerariam.* Ego à censura abstineo, cùm nulla sit Ecclesiæ auctoritas, qui dicta sent. opponatur & multi graues auctores absque vllâ temeritatis notâ illam defendant. solùm censeo, hanc negatiuam sent. probabiliorem. Fundam. fides est habitus per se ordinatus ad disponendum viatorem ad consequendam beatit. per actus meritorios: vnde Triden. *sess. 6. cap. 8.* fidem appellat *salutis initium, fundamentum, & radicem omnis iustificationis.* Cùm igitur dæmones, & reliqui damnati sint salutis, & iustificationis incapaces, erunt etiam fidei incapaces.

Nec cogunt *cit.* verba *Iacobi*, quæ explicari possunt de fide naturali coactâ, vel per euidentiam signorum, qualia fuerunt miracula, quibus Christus testabatur se esse filium Dei, vt illa explicat *S. Tho. 2. 2. qu. 5. art. 2. ad 1.* vel per reuelationem bonorum Angel. Neque *August.* aliam fidem agnoscit in dæmonibus, quàm naturalem *per temporalia diuinæ virtutis effecta, & occultissimæ signa præsentiæ, quæ Angelicis sensibus etiam malignorum spirituum, potiùs quàm infirmitati hominum possent esse conspicua*; vt ipse *lib. 9. de ciuit. cap. 21.* Ad auct. *S. Tho.* respondet *cit. Cajet.* Doctorem non asserere absolutè, fidem esse in dæmonibus, cùm oppositum suprà. *qu. 5. art. 2.* docuisset, sed respectiuè ad habitum spei. Nam comparando fidem cum spe, ait minùs repugnare in dæmonibus fidem, quàm spem, eò quòd *spes*, inquit, *non est nisi rerum bonarum futurarum ad se pertinentium: fides autem est & malarum rerum & bonarum, & præteritarum & præsentium & futurarum, & suarum & alienarum: & quia dona diuina non sunt eis futura possibilia: ideo magis potest esse in damnatis fides informis, quàm spes.* Ad rationem *Duran.* resp. repugnare fidem infusam in damnatis ratione status, qui sicut incapax est actualis tendentiæ ad beatit. ita & habitualis ad illam inclinantis ac disponentis. Ad confir. neg. conseq. nam character non est habitus per se ordinatus ad operandum, vel disponendum subiectum ad beatit. consequendam, sed ad consignandam personam. Vnde manere potest in damnato in pœnam & ignominiam, sicut in beato in præmium & honorem. Item manent species actuum supernat. in animabus damnatis, quia non sunt supernaturales infusæ, sed acquisitæ, qualis est habitus Theologicus iuxta probabiliorem sent. quidquid autem est physicè acquisitum per proprios actus, manet in damnatis, à quibus eos tantùm habitus supernat. Deus subtrahit, qui immediatè pendent ab ipso, vt à causâ particulari: species verò actuum supernat. non producuntur immediatè à Deo, sed ab actibus ipsis, vt à causâ particulari; à Deo solùm vt à causâ vniuersali. Quamquam ad nullum actum supernat. huiusmodi species supernat. concurrere possunt: cùm nequeant species ad actū concurrere, cuius potentiam in subiecto non supponūt: at potentia actuum supernat. sunt habitus infusi, qui in dæmonibus non sunt. Dixi, *quidquid est physicè acquisitum*, vt excludē-

Confir.

5. *Negant reliqui Censuræ oppositæ sententiæ.*

Sententia probabilior sine censura opposita. Fundam.

6.

7. *Similiter ad S. Thomam.*

8. *Ad rationem Durandi resp. Ad confir.*

rem habitus supernat. moraliter comparatos per actus supernat. meritorios: nam hi physicè pendent à Deo, vt à causâ particulari.

Dico 3. dæmones propter peccatum contraxerunt pœnam perpetuæ obstinationis: obstinatio, altera in malum commissum, altera in committendum; prior est perpetua impœnitentia peccati commissi; posterior est continua voluntas idem vel noua peccata committendi. Assertio quoad 1. obstinationem, est de fide, quâ constat, dæmones esse in perpetuum damnatos: durante autem damnatione, durat causa ipsius damnationis, quæ est peccatum commissum, & numquam retractatum. ita *Fulgen. de fide ad Petrum cap. 3. Omnes illi prauaricatores Angeli nec malæ possunt vmquam voluntate carere, nec pœna, sed permanente in eis iniustæ auersionis malo, permanet etiam iusta retributionis æterna damnatio.* Ceterùm *probabile est*, primum peccatum non tantùm habitu, sed etiam actu continuò perseuerare in dæmonibus; ex *S. Tho. 1. p. q. 64. art. 2, ad 3. Richar. in 2. dist. 7. art. 2. q. 2. & alij.* ex *psal. 73. Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper.* quoniam primum peccatum angel. fuit inordinatus appetitus propriæ excellentiæ: probabile autem est, ex hoc motiuo omnia dæmones operari: tum quia hoc semper & necessariò ab angelo cognoscitur, quippe quod includitur in cognitione propriæ naturæ, à quâ numquam cessat; estque per se aptissimum ad mouendam voluntatem. Tum propter obstinationem, & nouam propriæ voluntatis inflexibilitatem, quæ ob naturæ præstantiam, & plenam cognitionem, ex quâ operatur, difficilè dimittit, quod semel deliberatè elegit.

9.

Duplex obstinatio.

10. *Primum peccatum actu perseuerare in dæmonibus. Ratio huius.*

Maior diffic. est de 2. obstinatione, an ita sint dæmones in malum obstinati, vt nullum actum moraliter bonum elicere valeant. Dixi, *moraliter bonum*: nam nullum supernat. possunt elicere, defectu principij supernat. quo carent. Negant *Scotus in 2. dist. 7. §. Quantum ergo. Duran. qu. 2. nu. 12. & alij.* Vnde *Scotus in Repor. in 2. dist. 7. q. 3. §. Ad aliud dico*, docet, posse dæmonem elicere attritionem informem de peccato commisso, qualem eliciunt viatores peccatores. Fundam. per obstinationem non est ab eis sublatum liberum arbitrium: ergo possunt aliquem actum moraliter bonum, ad quem non requiritur gratia, elicere. Affirmant *S. Tho. 1. q. 64. art. 2. Bonau. in 2. dist. 7. p. 1. art. 1. qu. 2. Richar. art. 2. qu. 2. Gabriel qu. vn. in 2. p. 1. art. concl. 1. & reliqui ferè Schol. in 2. dist. 7. & recent. Thomistæ cum S. Tho. cit.* fundam. est auctoritas Patrum. August. *lib. 14. de ciu. Dei cap. 27. Ita*, inquit, *damnato, atque obdurato Angelo malo, vt iam bonam voluntatem vlterius non haberet.* Fulgen. *de fide ad Petrum cap. 3. Prauaricantes Angeli nec mala possunt vmquam voluntate carere.* Gregor. *lib. 18. moral. cap. 1. fine: Omnis voluntas diaboli iniusta est. Bernar. lib. 5. de considera. post med. Quid tam damnatum, quam voluntas addicta huic necessitati volendi nolendique, vt ad vtrumlibet iam sicut non nisi peruerse, ita non nisi miserè moueatur.* Confir. sicut non possunt beati peruersè agere, ita nec damnati rectè operari. Pro quorum concordiâ.

11. *Vtrum dæmones non possint actū moraliter bonum elicere ex obstinatione.*

12. *Affirmant.*

Fundam. auctoritas Patrum.

Concordia sent.

Dico 4. Dæmones potentiâ physicâ & antecedente possunt actum aliquem moraliter bonum operari; potentiâ morali, quæ aliquando reducenda sit in actum, non possunt. Fundam. prioris. Peccatum non abstulit à dæmonibus liberum arbitrium; ergo nec physicam & antecedentem potentiam operandi actus moraliter bonos. nam ad tales actus physicè producendos non requiritur auxilium gratiæ, sed sufficiunt vires naturales, quæ per peccatum non sunt à dæmonibus sublatæ. Fundam. posteri. est prauum motiuum propriæ excellentiæ; quod

13. *Fund. prioris partis.*

14. *Fund. posteri. assert.*

cùm

cùm continuò obuersetur intellectui dæmonis, sitque per se ad eius voluntatem permouendam efficaciſſimum; & voluntas ſit omni auxilio gratiæ deſtituta; moraliter determinat illam ad ſemper ex tali motiuo operandum: vnde etiam actus ex proprio obiecto boni redduntur ex circumſtantiâ talis finis mali. *Confir.* Homo in graui tentatione conſtitutus, ſi ſpeciali auxilio Dei deſtituatur, eſt moraliter impotens ad eam ſuperandam: ergo etiam dæmon in tali circumſtantiâ conſtitutus, cum motiuo propriæ excellentiæ, continuò eius mentem pulſante, & cum priuatione omnis ſpecialis auxilij, eſt moraliter impotens ad honeſtè rectèque operandum. Cùm enim hæc impotentia non conſiſtat in priuatione phyſicæ facultatis, ſed in ſolâ difficultate moraliter determinante voluntatem ad vnum, optimè reperiri poteſt in dæmonibus cum phyſicâ potentiâ ad vtrumlibet. Nam ex vi huius antecedentis difficultatis numquam voluntas rectè operabitur, etiamſi phyſicè poſſit: vt patet de homine in graui tentatione conſtituto, cuius voluntas ſpeciali auxilio deſtituta numquam tentationem ſuperabit, etiamſi phyſicè poſſit. Sed de hâc diffic. *infrà*. De hâc impotentiâ morali intelliguntur Patres, quando abſolutè affirmant, non poſſe dæmones honeſtè operari. Nam quod propter aliquam antecedentem difficultatem numquam fit, etiamſi abſolutè fieri poſſit, apud Patres, imò & *Ariſt.* vt *ſeq. to*, dicitur ſimpliciter *impoßibile*. *Cùm tentationibus conſentimus*, inquit Anſel: de lib. arb. cap. 6. *non eſt eximpoßibilitate, ſed ex difficultate. Frequenti namque vſu diſcimus, nos non poſſe aliquid, non quia nobis eſt impoßibile, ſed quia ſine difficultate non poſſumus.* Iuxta hanc aſſert. conciliantur auctores. nam primi loquuntur de potentiâ phyſicâ, vt conſtat ex *Scoto. fine 1. cit.* *Mirum enim videtur*, inquit *negare potentiam naturalem in natura illa excellenti, vbi non apparet aliquid, propter quod ſit neganda. Probabile eſt tamen, quod ſecundùm hanc potentiam non exeant in actum propter vehementem malitiam, ſecundùm quam magis probabile eſt quod agant, quàm ſecundum poteſtatem naturalem, ſecundùm quam poſſent in actum aliquo modo oppoſitum.* Hæc Scotus, qui loquitur de potentiâ phyſicâ, non de morali reducendâ in actum, cùm docet, dæmones honeſtè operari poſſe. Nec eſt eadem ratio de beatis non potentibus operari malum, & de damnatis non valentibus operari bonum. Nam beati ratione viſionis beatificæ ſunt impotentes phyſicè ad malum, non per ſublationem phyſicæ facultatis, ſed per viſionem beatam phyſicè prædeterminantem voluntatem ad bonum obiectiuè. Damnati non phyſicè, ſed moraliter tantùm ſunt ad malum determinati.

Confir. 15. *De hac impotentia morali intelliguntur Patres.* *Scotus idem nobiſcum ſentit.*

16. *Num dæmones peccare videantur.*

Sed hinc oritur diffic. non videntur peccare dæmones, cùm malè operantur; nam ad peccandum non ſufficit phyſica, ſed requiritur etiam moralis potentia: non enim peccaret homo graui tentationi ſuccumbens, ſi ſpeciali auxilio deſtitueretur. Contrà verò omnes Patres & *Schol.* affirmant, peccare dæmones, cùm malè operantur: quin addit *cit Ricchar.* ſemper illis nouam accreſcere pœnam, ob noua peccata quæ committunt vſque ad diem iudicij, poſt quem ait, ipſe actus malus erit diabolo & culpa & punitio. Ad quam diffic. reſp. neg. ſequel. Etenim duplici ex capite dicuntur dæmones peccare, quando malè operantur, eſto non habeant moralem potentiam ad ea peccata vitanda. 1. in cauſâ: nam hoc ipſo, quòd præuiderunt, per primum peccatum in huiuſmodi impotentiam ſe redigendos, omnia ſubſequentia peccata fuerunt illis voluntaria in cauſa. vti omnia peccata in ebrietate facta imputantur ebrio, vt in cauſâ præuiſa & volita. 2. probabile eſt, peccare dæmones per actum reflexum perfectè liberum, quo eadem peccata, quæ moraliter determinati committunt, adhuc vellent committere, etiamſi ad ea non eſſent moraliter determinati, ſed perfectè liberi. Ceterùm, an peccata, quæ actu committunt, imputentur illis ad nouam pœnam, & an moralis impotentia ad bonum tollat libertatem ſufficientem ad peccandum, *infrà*.

17. *Reſp. duplici ex capite dici peccare.*

SECTIO II.

Quænam ſit cauſa huius obſtinationis in dæmonibus?

SIcvt duplex eſt obſtinatio dæmonum, altera reſpectu peccati commiſſi, altera reſpectu committendi: ita duplex hic quæritur cauſa obſtinationis, altera reſpectu mali commiſſi: altera reſpectu committendi: *licet aliquid præced. ſect.* ſit tactum. Prima ſent. cauſam vtriuſque obſtinationis aſſignat odium Dei, productum & conſeruatum à ſolo Deo in voluntate dæmonis: quo ſtante nullus actus moraliter bonus à dæmone elici poteſt; omnis quippe elicitur vitiatus ex malâ circumſtantiâ finis vltimi, quem odit: *Ocham in 2. qu. 19.* quem ſequitur *Gabriel diſt. 7. qu. vn. art. 1.* Fundam. huiuſmodi odium in dæmone eſt neceſſarium: nam in eo principaliter conſiſtit eius pœna, à quâ non poteſt ſe liberare: non eſſet autem neceſſarium, ſi ab ipſo actiuè penderet; nam quidquid ab ipſo actiuè pendet, liberè pendet. igitur illud pendet à ſolo Deo, totaliter producente & conſeruante. Nec repugnat, illud à Deo produci, quia non producitur vt culpa, ſed vt pœna; quia illud non eſt liberum ipſi voluntati dæmonis: ſine libertate autem culpa eſſe non poteſt. Nec refert, quòd ſit liberum Deo, quia Deus non tenetur illud non producere. Confir. non minùs concurrit Deus ad odium ſui vt cauſa partialis, quando illud liberè producitur à creaturâ, quàm vt cauſa totalis: ſed non repugnat, vt ad illud concurrat vt cauſa partialis: ergo nec vt cauſa totalis. Secunda vtriuſque obſtinationis cauſam docet, eſſe habitum à ſolo Deo productum, immobilitantem voluntatem angeli circa odium Dei: *Aureo. in 2. diſt. 7. ar. 5.* Fundam. ſicut beati immobilitantur per habitum confirmantem voluntatem ipſorum in amore Dei, à quo ceſſare non poſſunt: ita damnati immobilitantur per habitum obfirmantem voluntatem ipſorum in odio Dei, à quo proſilire nequeunt.

18. 19. *1. Sent.* *Fundam.* 20. *2. Sent.* *Fundam.*

Sed vtraque ſent. eſt improbabilis: etenim repugnat, Deum eſſe particularem cauſam odij ſui, vel habitûs inclinantis ad odium ſui: quia licet talis actus, vel habitus non eſſet liber creaturæ, eſſet tamen liber Deo: vnde licet ille non eſſet peccaminoſus creaturæ, eſſet tamen peccaminoſus Deo, cui ex innatâ lege repugnat quidquid eſt intrinſecè malum, vel ad malum intrinſecè inclinans, quale eſt odium Dei: propter hoc enim repugnat Deo mendacium. Confir. licet non peccet inſanus blaſphemando, peccat tamen ſanus inſanum ad blaſphemiam incitando. quia quando actus (eademque ratio eſt de habitu) intrinſecè ordinatur ad malum, non poteſt ab intellectuali agente produci ſine tali ordine; quia cùm hic ordo ſit eſſentialis, non poteſt ab actu ſeparari: vnde non poteſt Deus velle odium ſui abſque ordine, quem odium eſſentialiter dicit ad obiectum rationi diſſonum. Quo fit, vt nullo bono fine poſſit talis actus honeſtari; quia ad quemcumque finem ordinetur, ſemper retinet

21. *Vtraque ſententia falſa eſt.* *Conf.* *Ratio*

eſſentialem

essentialem deformitatem, quam habet ad suum obiectum. Nec est eadem ratio, quando Deus concurrit ad odium creaturæ vt causa vniuersalis: quia ad illud concurrit vt determinatus à creaturâ, non vt determinans ipse creaturam: nam ideò concurrit, quia determinatur à creaturâ; non contrà. Tenetur etiam Deus illud vitare, non ex lege extrinsecâ, sed ex intrinseco dictamine proprij intellectûs, à quo omnis natura intellectualis, etiam increata regulatur. Demum contra naturam actûs vitalis est, totaliter produci à principio extrinseco, vt *seq. to.*

22. *3. Sent.* Tertia causam vtriusque obstinationis ait esse, quia Deus iusto suo iudicio negat illis omnem congruam cogitationem ad bonum, sine quâ impossibile est, impossibilitate consequente bonum aliquod operari. quia sicut cogitatio est simpliciter necessaria, vt voluntas operari valeat, ita congrua necessaria est, vt de facto operetur. Est autem congrua cogitatio, quæ de facto habitura est effectum. Ceterùm negat illis Deus congruam, non autem sufficientem cogitationem: alioqui non essent dæmones liberi ad malum perpetrandum: quia sine sufficienti cogitatione oppositi boni nemo potest liberè malum operari; quia libertas voluntatis radicatur in ipsa indifferentia iudicij. Est *Vasqu. 1. p. disp. 241. cap. 4.* Sed contrà: 1. hæc sent. supponit,

23. *Sed nec placet.* omnem congruam cogitationem ad bonum, etiam morale, esse speciale donum Dei distinctum à beneficio creationis, quod Deus denegat dæmonibus, illæso in eis seruato beneficio creationis: quod falsum est, vt *seq. to.* 2. vt cogitatio circa bonum morale sit congrua, vel non congrua, pendet à consensu ipso libero voluntatis creatæ: nam illa dicitur congrua, cum quâ liberè voluntas creata consentit; illa non congrua, cum quâ non consentit. Igitur prius est, voluntatem liberè consentire, aut non consentire, quàm cogitationem esse congruam, aut non congruam: ergo antecedenter ad hanc assignanda est causa obstinationis in dæmonibus: nam ideò in ipsis nulla cogitatio est congrua, quia cum nullâ consentire volunt. Ergo prius est, dæmonem nolle rectè operari, quàm ipsius cogitationem non esse congruam: quia licet cogitatio præcedat volitionem, aut nolitionem, vt tamen congrua, vel non congrua, non præcedit, sed subsequitur volitionem, aut nolitionem: nam congrua, aut non congrua dicitur relatè ad consensum datum, vel negatum. Nec refert, quòd eadem cognitio, vt præuisa à Deo per scientiam conditionatam, præcedat absolutum consensum voluntatis creatæ: nam licet præcedat consensum absolutum, subsequitur tamen conditionatum, in ordine ad quem dicitur congrua, vel non congrua saltem inchoatiuè & fundamentaliter.

24. *Quarta sent.* Quarta vtriusque obstinationis causam in dæmonibus refert ad negationem concursûs generalis, quem Deus in pœnam primi peccati negat illis ad omnem actum bonum: sine quo concursu sunt physicè & antecedenter impotentes ad bonum, & solùm potentes, & obdurati ad malum. *Palud. in 4. dist. 50. qu. vn. Mayro. qu. 2. Molina 1. p. q. 64. ar. 2. disp. 2.* probabilem censet *Suarez lib. 8. de ange. cap. 9.* Sed contrà, vt *sect. præced.* cum communi Theolog. ex *Diony.* probaui, omnes vires naturales integræ

25. *Sed nec arridet.* manserunt in dæmonibus: sed concursus generalis causæ 1. integrat vires naturales, sine quo illæ non sunt physicè completæ: ergo.

26. *Quinta sent.* Quinta totam causam obstinationis in angelis refert in intrinsecam naturam ipsorum, quæ immobiliter adhæret, cuicumque adhæret: *S. Tho. 1. p. q. 64. art. 2. de malo qu. 16. art. 5. de veritate qu. 24. artic. 10. 4. con. Gen. c. 95.* Eamdem docent *Thomistæ* tam veteres, quàm recen. *Alen. 3. p. qu. 1. me. 2. & alibi.* Quæ sent. probari potest 1. auct. Patrum. *Fulgen. lib. de fide ad Petr. cap. 3.* docet, angelos numquam bonam voluntatem semel amissam recuperare posse: Eod. modo Ansel. *de lib. arb. & casu diaboli.* Lau. Iustinia. *in festo S. Micha. Post electionem* (loquitur de natura angeli) *siue in bono, siue in malo, immutabilem habet firmitatem: ad quod enim se vertit, inflexibilis est.* 2. probat *S. Tho* ratione. Vis appetitiua 27. proportionatur apprehensiuæ, sicut mobile moto. *Prob. ratione à S. Tho.* ri: sed vis apprehensiua angeli apprehendit suum obiectum immobiliter: ergo etiam vis appetitiua eiusdem obiectum appetit immobiliter. Maior patet; quia sicut in nobis appetitus sensitiuus sequitur apprehensionem singularem sensûs; rationalis vniuersalem intellectûs: ita in angelis appetitus sequitur apprehensionem immobilem eiusdem. Minor prob. intellectus angeli apprehendit obiectum sine discursu; sicut humanus prima principia. Ex quo infert, liberum arbitrium angeli ante electionem esse flexibile, & ad vtrumque indifferens, non post; humanum verò & ante & post electionem. Confir. 28. 1. Voluntas angeli proximè accedit ad diuinam: *Conf. 1.* sed diuina, ob suam perfectionem, est immutabilis circa obiectum, quod semel elegit: ergo etiam angelica. 2. hæc fuit vnica causa, cur angeli peccantes 2. non habuerunt locum pœnitentiæ; habuerunt autem primi nostri parentes: nam illi sunt naturâ inflexibiles, vt nequeant ab eo, quod semel elegerunt, auerti; isti verò flexibiles: cùm tamen vtrique peccauerint ex malitiâ, & non ex ignorantiâ, vel ex passione.

Verùm hæc sent. à reliquis *Schol. in 2. dist. 7.* 29. communiter reiicitur; *& meritò.* Nam vel illa in- *Sententia Thomist. à reliquis Schol. communiter reiicitur.* telligitur de inflexibilitate physicâ, vel morali: non de physicâ; nam post electionem nihil acquirit, vel amittit angelus, quo fiat physicè inflexibilis in oppositam partem: solùm n. acquirit practicum iudicium, quo iudicat obiectum esse eligendum, & actum liberæ electionis: neutrum autem vel tollit à potentiâ aliquid, defectu cuius fiat physicè impotens ad oppositam partem; vel ponit aliquid, quod physicè determinet illam ad solum obiectum iam electum. Minor de actu liberæ electionis prob. nullus actus potest physicè mutare potentiam, à quâ proficiscitur, in ordine ad alios actus, quorum potentia est productiua: quia nullus actus minuit, vel auget, aut vllo modo intrinsecè immutat vim productiuam potentiæ, à quâ proficiscitur. Prob. de iudicio practico: hoc non est diuersum post, & ante liberam electionem; sed ante liberam electionem non mutat physicè angeli voluntatem, eam ad vnum determinando: alioqui electio tale iudicium sequens non esset libera formaliter: nam electio est libera formaliter ex eo, quòd procedit à voluntate indifferente ad vtrumlibet. Est enim libertas in actu, denominatio à potentiâ producente cum indifferentiâ ad vtrumlibet.

Vel intelligitur de morali inflexibilitate: quæ 30. *Inflexibilitas moralis duplex.* duplex est, vna tollit libertatem, altera tantùm difficultat voluntatem ad oppositum actum. De secundâ Thomistæ intelligi non possunt, dum absolutè negant, angelum post electionem esse liberum ad oppositum actum: ergo necessariò intelligi debent de primâ. Et contrà est; vel hæc moralis inflexibilitas est ab electione liberæ voluntatis, vel à practico iudicio, vel à virtute constantiæ, cuius defectus repugnat perfectioni angeli. Non ab ipsâ liberâ electione voluntatis: nam hæc cùm sit effectus voluntatis, vti nequit physicè, ita neque moraliter immutare

Digitized by Google

immutare illam in ordine ad oppositum actum: hæc n. relinquit potentiam, vti illam à principio inuenit. Non enim determinat illam effectiuè, cùm nullus actus voluntatis concurrat cum eâdem voluntate ad alium actum comproducendum: Nec formaliter subiectiuè; nam sicut actus liberè producitur à voluntate, ita liberè conseruatur ab eadem: Nec formaliter obiectiuè: nam obiectum electionis est idem post, quòd erat ante: ergo si antè non determinabat moraliter voluntatem, nec determinabit post. Nam à practico iudicio, propter eamdem rationem: nam sicut illud non determinabat moraliter voluntatem ante electionem, alioqui electio non fuisset libera; ita nec post. Non demum ratione moralis constantiæ: siquidem angelus non est tantæ perfectionis, cui repugnet vitium in constantiæ: nam, vt *infrà*, interdum mutauit electionem semel factam. Confir. ex eo quòd angelus determinat se ad aliquid, ad quod poterat se antecedenter non determinare, non aufert sibi intrinsecam ac innatam libertatem ad oppositum, ad quod anteà poterat se liberè determinare: nec repugnat angelo inconstantiæ vitium; sicut nec defectus scientiæ, vel considerationis.

Confir.

31. *Probatur 2. contra Thomistas.* Prob. 2. de facto omnes angeli, iuxta Thomist. sent. in 1. instanti creationis adhæserunt Deo, per liberam conuersionem ad illum, à quo tamen posteà auersi sunt: non igitur immobiliter adhærent, cuicumque semel adhærent. Respondent; primum actum non fuisse ex plenâ libertate: angelus autem immobiliter adhæret, cuicumque adhæret, quando ex plena libertate adhæret. Sed contrà: talis actus ex sent. *S. Tho.* fuit meritorius; ergo ex plenâ libertate, quæ ad meritum necessaria est. Præterea dæmones, antequam certò cognoscerent, Christum esse Deum, deliberatè procurarunt ipsius mortem *Ioan.* 13. à quâ tamen voluntate posteà, Christi diuinitate cognitâ ex miraculis in attestationem illius patratis, destiterunt, vt colligitur ex *Matth.* 27. non igitur angelus immobiliter adhæret, cuicumque deliberatè adhæret. Respondet *Caiet.* 1. *p. qu.* 64. *art.* 2 §. *Ad dub. vers. Ad vlt.* dæmones non ex pleno & perfecto iudicio, sed ex dubiâ suspicione Christi mortem intendisse: vnde mirum non est, si posteâ, adueniente perfectiore notitiâ sententiam mutarunt. Sed contrà; sicut potuerunt dæmones, ex defectu perfectæ considerationis, Christi mortem appetere, nec non ab eâdem posteà desistere, pleniore notitiâ adueniente: ita potuerunt ab initio, ex defectu perfectæ considerationis vltimi finis, peccare; nec non ab eodem peccato, adueniente pleniore notitiâ eiusdem vltimi finis, cessare. 3. non solùm dæmones; sed etiam homines damnati obstinati sunt in malo: sed homines non sunt obstinati in malo propter voluntatis inflexibilitatem: ergo adæquata causa obstinationis non est voluntatis inflexibilitas. Respondet *S. Tho.* 4. *con. Gen. cap.* 95. etiam homines esse inflexibilis naturæ, non ante, sed post mortem, post quam immobiliter adhærent, cuicumque adhærent. Sed contrà; ideò angeli insent. *Thomist.* sunt inflexibiles, quia intelligunt in instanti sine discursu: sed homines damnati in assumptis corporibus intelligunt cum tempore & discursu: igitur non possunt ex hoc capite esse in malo obstinati. Confir. statim anima peccatrix à corpore separata obstinatur in malo, non ex vi alicuius actus immobiliter eliciti, sed ex vi præteriti peccati mobiliter commissi, & non retractati. Igitur adæquata causa obstinationis in damnatis, non est immobilis electio obiecti mali. Negat *Caiet.* antec. *cit.* §. *Ad obiect.* vbi docet, animam in malo obstinari per primum actum, quem elicit in instanti separationis, per quem actum demeretur, non vt in viâ, sed vt in termino. Sed contrà 1. cùm instans separationis animæ à corpore sit extrinsecum homini, est enim primum non esse hominis, non potest in eo anima demereri, alioqui posset etiam in eo promereri: ac proinde posset in instanti separationis per actum contritionis suorum peccatorum veniam consequi, contra *Apost.* 2. *ad Corinth.* 5. vbi docet, vnumquemque iudicandum esse secundùm ea quæ gessit in corpore. Sequela prob. non est maior ratiò cur possit in eo instanti anima demereri, & non etiam mereri. Contrà 2. etiamsi nullum actum eliceret anima à corpore separata, adhuc ex vi præcedentis actus peccaminosi maneret in perpetuum in malo obstinata. nam posset illum actum à corpore separata non elicere, cùm illum liberè eliciat: & tamen, eo non elicito, adhuc maneret anima in æternum obstinata: ergo obstinatio animæ non pendet ad huiusmodi actu in instanti separationis elicito. 4. vt rectè *Duran. in* 2. *dist.* 7. *qu.* 2. *nu.* 11. sequeretur, quòd etiam angeli beati essent in bono confirmati, propter inflexibilem ipsorum in bonum electionem, at sunt in bono confirmati per visionem beatificam, per quam facti sunt impeccabiles; non per liberam eorum electionem; nam adhuc in viâ existentes cum tali electione peccare poterant, vti de facto peccarunt mali post liberam electionem in bonum. Confir. alioqui confirmatio in bonum reduceretur in conditionem naturæ, non in gratiam Dei, contra Damasc. 2. *fidei, c.* 3. vbi de Angelis beatis: *Nunc autem*, inquit, *immobiles sunt non naturâ, sed gratiâ.* 5. Nullum obiectum, in quo non appareat omnis ratio boni, potest immobilitare voluntatem creatam erga illud: nullum autem obiectum creatum est huiusmodi: igitur nulli obiecto creato potest angelica voluntas immobiliter adhærere. Maior prob illud tantùm obiectum immobilitat voluntatem ad bonum, quod totaliter explet capacitatem ipsius; nam quamdiu expleta non est, semper manet potentia & appetitus ad vlterius, maiusque bonum. vnde quamdiu non possidet obiectum, in quo apparet vniuersa ratio boni, semper potest, eo relicto, ad aliud tendere. Cùm igitur nullum obiectum creatum possit totaliter explere capacitatem angelicæ voluntatis, nullum poterit ipsam immobilitare, cùm immobilitatio supponat voluntatis capacitatem circa bonum expletam. Excipio ab hâc ratione propriam angeli naturam, in quam etiam si finita sit voluntas, necessariò fertur ob peculiarem rationem *suprà*.

Respondet Caietanus.

Reiicitur.

Sed diffugiunt.

Prob. 4. contra Thomist.

35.

36. *Prob. 5. à priori.*

Confir.

Vnde ad argu. oppositæ, resp. Fulgentium, & Ansel. loqui de impotentiâ, ortâ ex defectu auxilij diuini: quo iustè negato, dæmones fiunt impotentes ad pristinam voluntatem recuperandam. Sic enim *ibid.* Fulgen. *Si quis sponte eam*, nempe bonam voluntatem, *perderet, suo eam deinceps arbitrio resumere non valeret: vt illius esset sanctæ cogitationis initia gratuitæ dono bonitatis denuo reuocandi, quibus vellet infundere, cuius fuit in ipso creationis exordio, nullis præcedentibus meritis, spiritus, & corpora, locis atque affectionibus, prout ipse sapiens voluit, congruè & mirabiliter ordinare.* Et paulò pòst. *Et de Angelis hoc disposuit, & impleuit, vt si quis eorum bonitatem voluntatis perderet, nunquam eam diuino munere repararet.* Vbi impossibilitatem reparandi bonam voluntatem semel omissam in angelis, non refert ad ipsorum naturam, sed ad diuinam dispositionem. Quin spectatâ angeli naturâ, docet, facilius potuisse angelum quàm hominem pristinam voluntatem resumere, his verbis: *Quid si possibile esset, vt humana natura, postquam à Deo auersa, bonis*

37. *Ad argu. resp.*

Fulgentius citatus prò oppositâ stat.

Respondet Caietanus.

Digitized by Google

bonitatem perdidit voluntatis, ex seipsa rursus eam habere potuisset, multo posibiliùs hoc natura haberet Angelica, quæ quanto minus grauatur terreni corporis pondere, tanto magis hac esset prædita facultate. Eodem modo loquitur *Ansel.* Laur. Iustinia. explicatur de inflexibilitate non physicâ, aut morali impossibilitante, sed de morali difficultante tantùm potentiæ ad oppositum actum. De quâ etiam *S. Tho.* Fundatur autem hæc moralis inflexibilitas in eo, quòd intellectus angeli de obiecto, quod eligit, omnia à principio perfectè cognoscit sine discursu. Quò fit, vt non possit posteà per nouam aliquam rationem, quam à principio non præuiderit, facile sententiam mutare. Quod non accidit homini, qui non omnia de obiecto, quod eligit, perfectè cognoscit à principio. Vnde aliqua ratio occurrit posteà, quæ non occurrerat à principio, propter quam eligit mutare sententiam. Atque ex hoc discrimine rectè probat *S. Tho.* cur potior ratio fuerit, vt angelus, & non homo statim post peccatum positus sit in termino. Ad rationem *S. Tho.* nego appetitum debere quoad omnia proportionari intellectui: alioqui cùm intellectus sit potentia necessaria, etiam appetitus deberet esse potentia necessaria. Cùm igitur immobilitas iudicij immediatè sequatur ad intellectum, vt potentia necessaria est, non potest in hoc, in quo ab illo discriminatur, ei proportionari. Ad 1. Confir. neg. conseq. nam hoc est proprium diuinæ voluntatis, in quam sicut nulla cadit mutabilitas, ita nullum inconstantiæ vitium. ita Damasc. *lib. 2. fidei cap. 3.* his verbis: *Est natura Angeli rationalis & intellectualis, & libera, potestate arbitrioq; fulta, vertibilis secundum propositum. Nam omne creatum, vertibile: solum autem increatum, inuertibile.*

38. *Laurent Iustinian. explicatur.*

39. *Resp. ad rationes.*

40. *Ad 1. Conf.*

41. *Cur Angeli pœnitentiam non egerint.*

Ad 2. Confir. neg. antec. non .n. adæquata causa, cur angeli pecatores pœnitentiam non egerunt, egerunt autem homines, fuit, quia illi sunt inflexibilis naturæ, hi verò non: sed quia illis statim peccantibus negatum fuit auxilium ad pœnitendum, quod negatum non fuit primis hominibus. Cuius discriminis congruentia fuit, quia angelus, antequam peccet, omnia præuidet, aut præuidere potest; non homo, qui in tempore, & per discursum cognoscit.

42. *Nota Obstinatio quid sit?*

Duplex immobilitas.

His positis.

43.

Fundam.

Ratio demonstrat.

Notandum.

Pro explic. huius difficillimæ controu. nota. obstinatio per se formaliter importat firmam ac immobilem adhæsionem voluntatis ad malum, & quod ex hâc immobili adhæsione sequitur, impotentiam ad bonum. Bonum duplex cùm sit, morale, & supernaturale; duplex erit voluntatis immobilitas ad malum, & impotentia ad bonum. Voluntas fieri potest immobilis à malo, & impotens ad bonum, physice, & moraliter: vel per sublationem alicuius voluntas nequit simpliciter operari; vel per conditionem difficultantem tantùm voluntatem ad bonum. Dico 1. Voluntas dæmonum, reliquorumque damnatorum est physicè impotens ad omne bonum supernat. atque adeò physicè obstinata in malo contradictoriè illi opposito: idque ex negatione auxiliorum supernat. Fundam. hæc auxilia sunt per se physicè requisita ad bonum supernat. sed hæc omnia iustè sunt in pœnam peccati negata dæmonibus; igitur hæc negatio auxiliorum est adæquata causa eorum impotentiæ ad bonum, & obstinationis in malo contradictoriè illi oppositi. Maior prob. hæc auxilia sunt simpliciter necessaria ad operatines supernaturales, vt Concilia & Patres contra *Pelag.* definiunt Ratio; natura de se est physicè impotens, & improportionata ad actiones supernat. Dixi, *contradictoriè*: nam ex negatione auxiliorum supernat. necessariò tantùm sequitur negatio omnis actûs supernat. non positio alicuius actûs contrariè illi oppositi. Etenim negato auxilio supernat. ad actum dilectionis supernat. non necessario sequitur odium contrariè oppositum actui dilectionis supernat. sed tantùm negatio actûs dilectionis supernat. Vnde hæc non tam dicenda est positiua, quàm negatiua obstinatio in malo, cùm non consistat in actu positiuè contrario, sed tantùm contradictoriè opposito actui supernat.

Dico. 2. Voluntas dæmonum non est physicè, aut moraliter impotens, impotentiâ morali simpliciter, sed secundùm quid, difficultante tantùm illam ad operandum quodcumque opus moraliter bonum; ratione cuius de facto illa numquam est bonum aliquod operatura: cuius impotentiæ causa est vehemens, & continua apprehensio omnium pœnarum, quas in vindictam peccati iustè patiuntur, præsertim amissionis sempiternæ felicitatis, cum nullâ spe eam ampliùs recuperandi. 1. patet: nihil .n. per peccatum aut subtractum, aut additum voluntati est, ratione cuius reddita sit physicè impotens ad id, quod anteà propriis viribus poterat. 2. prob. impotentia moralis operandi simpliciter, tollit proximam libertatem ad operandum: est .n. illa quando voluntas nec habet, nec in ipsius potestate est, habere sufficientem aduertentiam oppositæ partis obiecti, ad quod fertur, sc. cùm libertas voluntatis radicaliter pendeat ab indifferentiâ iudicij proponentis obiectum secundùm vtramque partem, non poterit voluntas esse proximè ad operandum libera, quæ vel non habet tale iudicium obiectiuè indifferens, vel in ipsius saltem potestate non est, illud habere. At dæmonis voluntas non caret huiusmodi iudicio, cùm malè operatur: ergo non caret proximâ libertate operandi oppositum actum, aut saltem suspendendi actum malum simpliciter. Minor ostenditur: dæmon optimè cognoscit, id quod operatur esse malum, oppositum verò bonum: igitur non caret iudicio indifferente ad vtrumlibet. Confir. cùm hoc iudicium sit naturale, non est denegandum dæmoni, in quo omnia naturalia manent integra.

44. *Causa huius impotentiæ.*

Conf.

45. *Obiectio.*

Dices. Proxima libertas non solùm tollitur defectu cognitionis indifferentis ad vtrumque, sed etiam ex quâcumque antecedente difficultate, naturales vires arbitrij superante. Vt patet in homine, cuius proxima libertas in operando, non solùm impeditur ex defectu cognitionis obiectiuè indifferentis, sed etiam ex quâcumque graui tentatione naturales vires humanæ voluntatis superante. Ergo proxima libertas rectè operandi dæmonis, non solùm impediri poterit defectu cognitionis indifferentis ad vtrumlibet, sed etiam ex vehementi & continua apprehensione omnium pœnarum, & odio perpetuo contra Deum. Confir. 1. libertas voluntatis creatæ non solùm consistit, vt habet obiectum sufficienter sibi applicatum, secundùm vtramque partem contrarietatis, vel contradictionis, sed etiam vt valeat illi quoad vtramque partem obiecti propositam resistere: sed quando vna pars obiecti propositi excedit naturales vires voluntatis creatæ, non valet illi voluntas quoad vtramque partem obiecti propositam resistere: ergo non liberè tunc circa tale obiectum operatur, cùm operetur determinata ad vnum, nempe ad id, cuius vis obiectiua excedit vires restitiuas voluntatis creatæ. 2. Ideò voluntas beati non est libera in suspendendo actu amoris erga Deum, quia non valet viribus propriis resistere bonitati increatæ, illam ad sui amorem allicienti. 3. positâ quâcumque cognitione indifferente ex parte obiecti, adhuc Deus suâ virtute necessitare potest voluntatem creatam ad vnam tantùm partem obiecti propositi: ergo moralis impotentia operandi simpliciter non oritur ex solo defectu co-

Confir.

Conf. 2.

Digitized by Google

actu cognitionis indifferentis. Nego, vllam difficultatem antecedentem totaliter ac simpliciter impedire proximam libertatem operantis, nisi vel obtuat iudicium rationis, vel proponat obiectum sub omni ratione boni, aut sub omni ratione mali, vel physicè præueniat voluntatem in operando. 1. modo tollit in homine proximam libertatem vehemens tentatio inopinata, rationem præueniens, eamque impotentem reddens, vt nequeat pro eo instanti sufficienter ad malum aduertere: 2. modo libertatem tollit clara visio Dei, obiectum proponens sub omni ratione boni; nec non omissio eiusdem, quam nequit beatus liberè velle. 3. virtus diuina physicè præueniens voluntatem creatam in operando. Nullo autem ex his modis tollitur proxima libertas in dæmonibus, quò minùs liberè peccent, dum malè operantur. Non 1. modo: nam si quid posset dæmonis intellectum impedire, quò minus sufficienter posset ad malum, quod operatur, aduertere, esset vehemens apprehensio pœnarum, & amissionis felicitatis æternæ, cum nulla spe ampliùs illam recuperandi; à quâ apprehensione dæmon cessare non potest. At hæc non impedit, quò minùs sufficienter valeat ad malum, quod operatur, aduertere. nam hæc apprehensio non occupat totam vim intellectricem dæmonis: quod patet à fortiori de visione beatâ, quæ fortiùs efficaciusque mouet intellectum beati ad attentionem obiecti beatifici, quàm moueat apprehensio ipsa pœnarum intellectum dæmonis ad considerationem obiecti doloriferi: & tamen, eâ non obstante, potest intellectus beati ad alia obiecta creata extra Verbum liberè attendere. Non 2. modo: nam ex apprehensione amissionis felicitatis æternæ solùm sequitur, voluntatem dæmonis necessitari ad non diligendam, sed potiùs odio habendam hanc æternæ felicitatis priuationem, vt summum malum creaturæ rationalis, quod per se malum non est; non autem ad odio habendum Deum, talis pœnæ inflictorem, quod tantùm per se malum est. Nec 3. modo: nam Deus non præuenit, sed solùm comitatur vt causa vniuersalis prima voluntatem dæmonis ad physicam entitatem peccati producendam. Nec aliquid in voluntate dæmonis antecedenter producit, ex quo necessariò sequatur vel odium sui, vel quodcumque aliud peccatum. Ex his patet ad 2. & 3. confir. Ad 1. nego, vllum obiectum creatum, præter Deum clarè visum, superare physicas vires resistitiuas voluntatis creatæ. nam obiectum mouet voluntatem, vel alliciendo per suam bonitatem, vel auertendo per suam malitiam: nullum autem obiectum potest necessitare voluntatem, vel ad prosecutionem sui per amorem, vel ad auersionem per odium, nisi vel in quo nulla ratio mali, vel in quo nulla possit ratio boni saltem apparentis apprehendi. Nullum autem est obiectum, præter Deum clarè visum, eiusque priuationem, in quo non possit vel aliqua ratio mali, vel aliqua ratio boni non apprehendi. Igitur nullum est obiectum, præter Deum clarè visum, eiusque priuationem, quod possit ad sui amorem, vel odium creatam voluntatem necessitare. Semper excipio naturalem amorem sui, ortum ex intuitiuâ cognitione sui ipsius: qui licet non sit erga obiectum infinitè bonum, est tamen circa obiectũ maximè proportionatũ naturæ intellectuali, & nullius alterius boni impeditiuum vt *disp. 17. sect. 2.* At quodcumque aliud obiectum, præter Deum clarè visum, potest esse alterius boni saltem apparentis impeditiuum. Poterit igitur voluntas creata cuicumque obiecto creato, vel per apparentem bonitatem allicienti, vel per apparentem malitiam auertenti resistere: quia cùm ipsa sit capax maioris boni, quocumque apparente bono proposito, semper poterit illud respuere, eique resistere appetitu & desiderio maioris boni.

46. *Resp. Qua antecedenter impediant proximam libertatem operantis.*

47. *Modus 1. non tollit proximam libertatem.*

48. *Nec secundus.*

49. *Nec tertius.*

50. *Ad Conf. tres.*

Ceterùm etsi nec physicè, nec moraliter voluntas dæmonis ad semper malè operandum necessitetur, posità tamen vehementissimâ apprehensione pœnarum, ac naturali modo operandi ipsius, numquam de facto illa benè, sed semper malè operatura est. Nam & continua apprehensio pœnarum, quas actu patitur, facit, vt numquam Deum consideret vt benefactorem, sed vt vindicem suorum peccatorum; atque adeò vt numquam illum consideret vt obiectum diligibile sed vt obiectum odij. Quò fit, vt continuò in odium ipsius, eiusque creaturarum, vt effectus sunt Dei, prorumpat. Ex quo odio ceteræ ipsius actiones regulantur. Nec imbecillitas naturæ, omni auxilio indebito destitutæ, & connaturalis modus operandi eiusdem, quæ semper ad operandum mouetur propter aliquod emolumentum vel vtilitatis, aut delectationis, vel euitationis alicuius pœnæ, aut consecutionis alicuius præmij vel honoris, quem ex tali operatione consequi sperat, permittit vt aliquando operatura sit oppositum bonum: siquidem nullum emolumentum potest ex eo bono opere dæmon sperare, cùm iam sit in termino, in quo nec bona opera ad præmium, nec mala ad nouam pœnam essentialem imputantur. Ex alia verò parte continuò extimulatur ex acri apprehensione atrocissimorum tormentorum, & Dei perpetui victoris suorum malorum. Hæc tantùm impotentia ad bonum, & obstinatio in malo sufficit in dæmonibus; sc. quæ ex Scripturâ, & Patribus colligitur: sed ex neutra maior, quàm quæ *suprà* explicata est colligitur, vt quæ simul stat cum dæmonis libertate ad peccandum. Ceterùm licet vtcumque dæmonis libertas ad peccandum saluari possit in causâ, & in actibus reflexis, vt *sect. præced.* negari tamen non potest, quin & melius, & magis ad mentem Patrum saluetur per liberam potestatem operandi malum non solùm in causâ, sed etiam in effectu ipso; nec solùm per actus reflexos, sed etiam per directos. Ex dictis sequitur, posse interdum dæmones, reliquosque damnatos aliquos actus ex genere tantùm bonos, vitiatos tamen ex circumstantiâ malâ, elicere, vt *Sapien. 5.* inducuntur damnati de præteritis peccatis pœnitentiam agentes: & *Luc. 16.* dives epulo ex affectu compassionis & misericordiæ videbatur suorum fratrum salutem procurare.

§ 11. *Apprehensio pœnarum & naturalis modus operandi.*

§ 12. *Impotentiam ad bonum tantùm sanant.*

§ 13. *Corol.*

SECTIO III.

De nonnullis difficultatibus circà dæmonum obstinationem & tristitiam.

§ 14. *1. Difficultas. Ad oppos.*

PRIMA difficultas. An tristitia, quæ de amissâ beatitudine cruciat dæmones, spectet ad pœnam sensûs, an ad pœnam damni. Sumitur hic pœna sensûs, non quæ tantùm sensum corporeum lædit, sed quæ cuicumque appetitui, etiam intellectuali, contrariatur, & à *S. Tho. 1. p. qu. 64. art. 3. corp.* dicitur *Renisus voluntatis ad id, quod est, vel non est.* Duran. *in 4. dist. 22 qu. 1. nu. 8.* Rubio *in 4. dist. 50. q. 2.* Soto *dist. 16. qu. 1. art. 1. §. Sed rogas, & dist. 50. artic. 4. concl. 1.* Molina *1. p. q. 64. art. 3.* Vasquez *ibid. disp. 242. cap. 2.* affirmant, pertinere ad pœnam sensûs. Fundamentum pœna damni sufficienter & adæquatè discriminatur à pœnâ sensûs, per solam priuationem boni debiti, in

Affirmant. Fund.

pœnam peccati inflictam: patet in paruulis decedentibus cum solo peccato originali, in quibus est integra & tota pœna damni, quæ consistit in priuatione beatitudinis debitæ sine vllâ tristitiâ de amissâ: si autem dolor de beatit. amissâ pertineret ad pœnam damni, non esset in illis integra pœna damni: siquidem illos non cruciat dolor de amissâ
55. beatit. Contrà verò Scotus *in.* 4. *dist.* 50. *q.* 6. §. *Ad* 1. *qu.* Bannez 1. *p. cit. dub.* 1. Suarez *lib.* 8. *de* angel. *cap.* 5. *&c.* affirmant, dolorem consequentem damnum amissæ beatit. pertinere ad pœnam
56. damni. Dico. 1. Integra pœna damni essentialiter saluatur in solâ priuatione beatit. amissæ. Hoc
Assertio 1. probat fund. prioris sent. & exemplum de paruulis, in quibus est integra pœna damni essentialiter: neque enim ad essentiam talis pœnæ necessarium est, vt illa sit positiuè nolita, seu inuoluntaria, vt *Scotus* contendit; sed sat est, vt reipsa inferat damnum ob culpam commissam, etiamsi tale damnum à reo ignoretur: vt patet in paruulis, in quibus etiamsi ipsi ignorent, verè tamen & propriè priuatio supernat. beatit. habet rationem pœnæ damni. Sicut igitur de essentiâ pœnæ, vel præmij non est, vt cognoscatur; ita nec vt de eâ quis doleat, aut
Ratio. lætetur; quia per solam priuationem debitæ beatit. sufficienter distinguitur ab opposito præmio essentiali beatit.

57. Dico 2. dolor, qui ex apprehensione amissæ
Assertio 2. Dolor consequens apprehensionem proprietatis. beatit. consequitur, pertinet ad eamdem pœnam damni, vt proprietas ad illam consequens. Fundam. talis dolor est consequens, & accessorius ad pœnam principalem, quæ est priuatio debitæ beatit. nec à puniente primariò intenditur: ergo non potest per se pertinere ad pœnam sensûs; nam hæc primariò intenditur ab affligente: nec sequitur vt quid accessorium ad aliam pœnam. Confir. Ita se habet tristitia in pœnâ, sicut gaudium in præmio: sed gaudium per se consequens præmium beatit. pertinet ad beatit. vt ipsius proprietas: ergo etiam tristitia per se consequens pœnam damni, pertinebit ad pœnam damni, vt ipsius proprietas.

58. Secunda diffic. An pœna damni sit inæqualis in
2. Difficultas Negas. dæmonibus. Negat *Rubio in* 4. *dist.* 50. *q.* 2. *art.* 2. *concl.* 2. Fundam. non potest hæc pœna esse in damnatis inæqualis, nisi ipsi fuerint ad inæquales gradus beatit. ordinati: at angeli mali ad nullum beatit. gradum, sed potiùs ad pœnam fuerunt ab æterno à Deo ordinati Confir. si controuersia est de
Confir. beatit. conferendâ; hæc neque æqualis est, neque inæqualis quia nulla beatitudo conferenda erat angelis malis: Si de beatit. possibili; omnium damnatorum beatitudines possibiles sunt æquales; quia omnes creaturæ intellectuales sunt æqualiter beatificabiles. Affirmant *Scotus in* 4. *dist.* 50. *qu.* 6. §.
59. *Affirmant Fund. oppositum sent. neganti.* *Ad* 1. *qu. Supplem. Gabrie. in* 4. *dist.* 44. *qu.* 3. *art.* 1 *not.* 2. *coral.* 2. Fundam. omnes angeli siue boni, siue mali, ad inæquales beatit. gradus fuerunt à Deo ordinati: ergo sicut qui steterunt inæquales consecuti sunt beatit. gradus; ita qui ceciderunt inæquales damni pœnas contraxerunt: nam priuati sunt iis gloriæ gradibus, quos accepissent, si stetissent: at illi inæquales fuissent in omnibus: ergo & eorum priuatio, in quâ damni pœna formaliter consistit, inæqualis est in omnibus.

60. Dico; pœna damni est inæqualis in dæmoni-
Assertio Fundam. bus specie differentibus; æqualis in tantum numero discretis Fund. ex *dist.* 18. *sect.* 5. Angeli acceperunt dona gratuita iuxta quantitatem & proportionem donorum naturalium: ergo qui specie differunt, inæqualia; qui tantùm numero, æqualia dona gratuita acceperũt: ac proinde illi ad inæquales, hi ad æquales beatit. gradus ordinati fuerunt. Igitur in dæmonibus specie distinctis pœna damni est inæqualis; cùm sit priuatio inæqualium beatit. graduum, quos per inæqualia merita ab inæquali gratiâ & auxilio profecta accepissent, si stetissent. Contrà verò in dæmonibus solo numero discretis pœna damni est æqualis; cùm sit priuatio æqualium gloriæ graduum, quos per æqualia merita ab æquali gratiâ & auxilio profecta accepissent, si stetissent. Ex hâc æquali vel inæquali pœnâ damni, sequitur æqualis vel inæqualis tristitia in singulis de bono amisso. Vnde probabile est, ad acerbiorem damnatorum pœnam, vnumquemque damnatum necessariò apprehendere amissam beatit. secundùm illum intensionis gradum, secundùm quem illi contigisset, si diuinæ gratiæ cooperatus fuisset. Ad fund. *Rubio.* 61.
dist. minor: non fuerunt angeli mali ad beatit. ordi- *Ad fund. neg.*
nati, absolutè, concedo; sub conditione, nego. nam hoc ipso, quòd acceperunt gratiam, per eam fuerunt ad gloriam ordinati, si cum acceptâ gratiâ cooperati fuissent. Et quia inæquales in naturâ cum inæquali gratiâ, per inæqualia merita ad inæquales beatit. gradus; in naturâ verò æquales cum æquali gratiâ, per æqualia merita ad æquales beatit. gradus ex diuinâ ordinatione peruenissent: ideò damnati inæqualis naturæ, inæquale beatit. damnum; æqualis *Ad conf.*
verò naturæ, æquale sunt damnum consecuti. Ad confirm. controuersia est de beatit. conferendâ, non absolutè, sed sub conditione, si cooperati fuissent cum gratiâ, quam acceperunt.

Tertia diffic. An cum summâ tristitiâ, quam dæ- 62.
mones patiuntur, aliquam delectationem interdum *3. Diffic. Affirm.*
admittant. Affirmant *S. Tho. 1. p. q. 64. ar. 3. ad 1. & in* 4. *dist.* 45 *q. 2. ar. 2. qu. 1. ad* 4. *Alens. 2. p. q.* 100. *me.* 4. *ar. 1. & 2. Gregor. in 1. dist. 1. q. 2. ar. 2. ad 5. con. 2. concl. Suar. lib. 8. de angel c. 15.* Prob. 1. ex Auguſt. *to. 1. lib. 2.* *Prob. ex Auguſt.*
de Gen. con. Manich. cap. 17. vbi loquens de potestate, quam in sui pœnam dæmon habet supra eos, qui diuina præcepta contemnunt, addit: *Et inde maior est, quia de hac tam infelici potestate lætatur.* 2. delecta- *Ratione.*
tio per se consequitur ad rei optatę consecutionem: sed dæmones vehementer optant, homines iustos tentatione vincere: ergo de consecutâ victoriâ delectantur, iuxta illud: *Qui tribulant me, exultabunt, si motus fuero.* Negant vero, & probabiliùs, *Gabriel in* 63.
2. *dist.* 7. *q. vn. ar.* 3. *ad* 1. *Bannez* 1 *p. cit. dub.* 2. *Molina* *Negant probabiliùs.*
ibid. disp. 3. *Vasq. disp.* 242. *c* 3. Fundam. summus do- *Fundam.*
lor, quem de amissâ beatit. & igne, eos perpetuò cruciante patiuntur, non permittit eos, veram delectationem de re vllâ capere: nam sicut beati nullam possunt cum beatit. tristitiam; ita damnati nullam cum miseria voluptatem admittere: cùm non minùs summus dolor veram lætitiam, quàm summa voluptas verum dolorem à subiecto naturaliter repellat: vnde miraculum fuit in Christo, quòd cum summâ fruitione diuinæ essentiæ verum admiserit dolorem. Maior igitur oppositi fund. intelligenda est, quando subiectum est capax delectationis, cuiusmodi non est appetitus dæmonis, propter summum dolorem & tristitiam, quâ perpetuò cruciatur. Cetertim *S. Tho. & Auguſt.* explicandi sunt *S. Tho. Aug.*
causaliter, non formaliter: quia dæmones iustos *explicantur.*
vincendo consequuntur id, quod illis aptum foret delectationem parere, si aliunde capaces essent. Sicut idem Doctor S. docet, Angelos beatos compati nostris malis, non formaliter, cùm non sint compassionis capaces, sed causaliter.

Quarta, An dæmones cessare possint à pœnis, quas 64.
patiuntur. Affirmare videtur *Scotus in* 2. *dist.* 7. *q. vn.* *4. Diffic.*
§. *Restat nunc, & in repor. q.* 3. oppositũ tamen docet *in* 4. *dist.* 44 *q.* 2. §. *De* 2. *ad* 2. Quæ sent. cõmunis procul dubio

Digitized by Google

dubio vera est, ex iis Scriptur. quæ testantur, pœnam damnatorum esse perpetuam, & numquam extinguendam, *Matth.* 25. *Marci* 9. *Isaiæ* 66. *Vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur.* Fundam. alioqui possent damnati contra diuinum decretum ab omni pœnâ afflictiuâ se liberare. nam apprehensio, & tristitia de beatit. amissâ, in quibus eorum pœna principaliter consistit, non pendet à liberâ voluntate ipsorum, sed à Deo, medio igne tartareo, quo vt instrumento obedientiali Deus physicè præuenit eorum intellectus & voluntates ad huiusmodi pœnarum apprehensionem, & tristitiam efficiendam.

Negatiua sent. verior & communior.

65. *5. Difficultas Affirmat.*

Quinta, An peccata, quæ in statu damnationis dæmones committunt, imputentur illis ad pœnam. Affirmat *Richar. in* 2. *dist.* 7. *art.* 2. *qu.* 2. vbi docet, omnia peccata, quæ dæmones committunt vsque ad diem iudicii imputari illis ad pœnam, secus post diem iudicij, post quem nullus actus malus à dæmone commissus punietur nouâ pœnâ, sed ipse actus erit dæmoni pœna. Verum contraria sent. est commun. Fundam. sunt in termino, in quo ex diuinâ lege nulla debetur illis noua pœna essentialis, sicut nec beatis nouum præmium essentiale, sed tantùm pœna, aut præmium accidentale. Est autem hæc pœna accid. ipsa tristitia, quam secum adfert peccatum, quatenus suâ naturâ est dissonum naturæ rationali. Sicut præmium accidentale, quod ex liberis actibus honestis percipiunt beati, est delectatio & incunditas, quam secum adfert actio studiosa, quatenus naturæ rationali consona est.

66. *Opposita sent. communior. Fund.*

67. *6. Difficultas Respondetur affirmatiuè.*

Sexta; An dæmones sint certi de æternitate suæ damnationis? Resp. affirmatiuè: tum quia dæmones & reliqui damnati certi sunt, se esse omni auxilio supernat. priuatos, sine quo certò sciunt; se veram pœnitentiam agere non posse; nec sine verâ pœnitentia peccatum remitti; perseuerante peccato perseuerare cum ipso pœnæ reatum: ergo à primo ad vltimum certi sunt damnati de æternitate suæ damnationis: tum quia hæc pœnarum æternitas fuit angelis malis intimata cum ipsâ damnationis sent. quando fuerunt è cælo expulsi; ex illis *Matth.* 25. *Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & Angelis eius.* iisdem quippe verbis & intimatur sententia æternæ damnationis hominibus, & insinuatur æterna pœna dæmonum, cùm eodem tartareo igni vtriq; declarentur æternùm cruciandi. Quam damnationis æternitatem probabile est, dæmones reliquosque damnatos actu semper ac necessariò considerare, cùm talis consideratio pendeat ab igne tartareo, vt instrumento Dei cum ipsorum intellectu actiuè concurrente.

68. *7. Difficultas Resp. affirmat.*

Septima; An dæmones sint capaces præcepti de non malè operando. Resp. affirmatiuè: ratio; præceptum dari potest de actibus liberis: cùm autem probatum sit, dæmones liberè suos actus malos operari, possunt habere præceptum, ne malè operentur. Dices. Non est homo capax præcepti de vitandis omnibus venialibus: ergo nec dæmon de vitandis omnibus mortalibus. nam maiorem difficultatem habet dæmon ad vitanda omnia mortalia, quàm homo viator cum ordinario auxilio gratiæ ad vitanda omnia venialia: sed propter maximam difficultatem, quam habet homo ad vitanda omnia venialia, non est capax præcepti. ergo nec dæmon ad vitanda omnia mortalia. Resp. dist. antec. non est homo capax præcepti vitandi omnia venialia ex genere, nego; non est capax præcepti vitandi omnia venialia ex surreptione, concedo. Quare neg. conseq. nam mortalia dæmonis comparantur venialibus, quæ ab homine committuntur ex genere, non ex surreptione. nàm dæmon semper habet, vel saltem habere potest perfectam aduertentiam ad malum, quod operatur; quam non semper habet, vel habere potest homo, cuius iudicium; ad perfectam libertatem requisitum, sæpè obruitur à tensu rationem præueniente. Quòd si aliqua peccata ex surreptione committit dæmon, de illis vitandis non posset habere præceptum. Vnde nego, hominem esse incapacem præcepti vitandi venialia propter difficultatem, sed propter imperfectionem aduertentiæ, quæ non semper est in ipsius liberâ potestate. At dæmon esto magnam habeat difficultatem vitandi peccata, semper tamen habet, vel habere potest perfectam aduertentiam de illorum malitiâ.

69. *Respondeo.*

Ad prob. conseq.

70. *8. Difficultas.*

Octaua; An in dæmones cadat obliuio. Affirmant *Bonau. in* 2. *disp.* 7. *p.* 2. *art.* 1. *qu.* 2. *Richar. art.* 3. *qu.* 1. de obliuione actuali, negant de habituali. Fundam. obliuio habitualis consistit in corruptione speciei actûs præteriti; actualis in inconsideratione obiecti debiti: sed dæmones nullas species, quas semel habuerunt, amittunt; cùm tamen sæpè cessent considerare, quæ deberent, cuiusmodi sunt beneficia à Deo accepta: ergo non habent obliuionem habitualem, habent tamen actualem.

71. *Verius nullam habere obliuionem.*

Dico: nulla obliuio, nec habitualis, nec actualis propriè dicta cadit in dæmones. Fundam. obliuio non est voluntaria, sed inuoluntaria obiecti incogitantia. non enim obliuisci dicimur, cùm voluntariè nolumus, quæ tamen possemus, aut etiam deberemus, cogitare: sed cùm volumus, & defectu memoriæ non valemus cogitare. Dæmones autem etsi multa voluntariè non considerant, quæ possent & deberent, numquam tamen defectu memoriæ semel habitæ impediuntur à consideratione rei, quam ipsi nolunt considerare. quia cùm ipsi sint in continuâ consideratione propriæ naturæ, in quâ conseruantur omnes species actuum præteritorum, sine vllâ difficultate possent, si velient, intellectum applicare ad quamcumque speciem præteriti actûs cogitandam, eâque mediante ad actum vel obiectum, aliàs cogitatum, recogitandum.

Ratio.

SECTIO IV.

Quo pacto dæmones torqueantur ab igne corporeo?

72. CERTVM est, dæmones torqueri ab igne corporeo: ex *Matth.* 25. *Discedite à me maledicti in ignem æternum, paratum diabolo, & Angelis eius*; nempe ad cruciandum, iuxta illud *Lucæ* 16. *Crucior in hâc flammâ*, Quam veritatem *Mayro. in* 4. *dist.* 49. *qu.* 2. putat esse *de fide*. Accedit auctoritas Patrum & *Scholast.* id de vero igne interpretantium. Origines *hom.* 9. *in Diuersos fine*: *Gehennæ ignis cùm sit corporeus, & in se missos reprobos corporaliter exurit. Nec studio humano succenditur, nec lignis nutritur, sed creatus semel durat inextinguibilis; & succensione non indiget, & ardore non caret.* Basilius *orat.* 23. *de futuro iud. initio*: *Mente agita ignem illum, qui in tenebris non lucet: vrendi quidem facultate præditus est, at luce caret* Aug. *lib.* 21. *de ciuit. c.* 10. *infrà* Gregorius *l.* 4 *c.* 29. *Tereni spiritum per ignem dicimus, vt in tormento ignis videndo, atque sentiendo puniatur. Ignem namque eo ipso patitur, quod videt: & quia cremari se aspicit, crematur.*

Mayronis tuetur esse de fide.

Origines.

Basilius.

Augustinus. Gregorius.

Sicq; fit vt res corporea incorpoream exurat, dum ex igne visibili ardor ac dolor inuisibilis trahitur: vt per ignem corporeum mens incorporea, etiam incorporea flamma crucietur. Et ne docere videretur, solâ apprehensione ignem infernalem rebelles spiritus cruciare, addit: *Quamuis colligere ex dictis Euangelicis possumus, quia incendium anima non solùm videndo, sed etiam experiendo patiatur.* Confirmat exemplo epulonis, qui in inferno existens fatebatur, se infernali flammâ cruciari.

Laurentius Iustinian.

Laur. *Iustini de casto connub. cap. 16. post init. Ignis est ibi corporeus, inextinguibilis, carens necessitate fomenti materialis, diuina tamen virtute corpora concremans, spiritus autem non calefaciens, sed crucians. Lucet quidem ad pœnam, minimè tamen ad consolationem.*

73. *Aliqui ignem metaphoricè explicant.*

Non desunt tamen Patres, qui ignem inferni metaphoricè interpretantur pro dolore & tristitiâ spirituali, quâ dæmones anguntur ex amissione æternæ felicitatis. Ita *Ambros. in 14. cap. Luca fine. Hieronym. in 65. cap. Isaiæ Isti famus erunt*, &c. inclinat *Damasc. lib. 4. fidei cap. vlt.* dum negat, ignem inferni esse materialem: vt probabile refert *August. l. 21. de ciuit. cap. 9.* Verùm hæc sent. à *Schol.* & reliquis Patrib. non admittitur, nisi à *Duran. in 4. dist. 44. qu. 11. num. 9.* qui solùm per quamdam similitudinem, & adaptationem docet, spiritus torqueri ab igne, quatenus eorum tristitia, quam ex amissione beatit. concipiunt, explicatur per ignem, qui est omnium elementorum maximè actiuus, ac sensus afflictiuus.

74. *Disputatur à Patrib.*

An ignis gehennalis sit eiusdem speciei & naturæ cum nostrate? Affirmatiua pars communiter docetur: quia verba Scripturæ sunt propriè explicanda, vbi nullum sequitur absurdum. Vnde si interdum Patres id videntur negare, aut dubitare, vt *cit. Damasc. &c.* explicandi sunt, aut de effectu, quem ignis ille causat in substantias spirituales; aut vocant illum immaterialem, ex eo quòd duraturus sit æterno tempore, absque pabulo, ad instar rei spiritualis. Ratio autem, cur Deus voluerit ignem potiùs, quàm quodlibet aliud elementum ad torquendos spiritus assumere, ea est; quia positò quòd Deus assumere voluerit ignem, is magis aptum instrumentum ad concremanda corpora hominum damnatorum, eodem etiam decreuit cruciari spiritus.

Explicatur Patres.

Cur ignis assumptus.

75. *Difficultas Ratio dubit.*

Quare sola Schol. concertatio supereſt de modo, quo possit ignis corporeus spiritus torquere. Ratio dub. ignis torquet sensum, mediâ qualitate dolorifera corrumpente proprium temperamentum sensûs, cuius capax non est spiritus: cùm nec capax sit qualitatis corporeæ, qualem immittere potest ignis; nec per eam priuari possit aliquâ qualitate perfectiuâ proprij esse. Propter hanc difficult. multi censent, nullam huius rei reddi posse rationem, auct. *August.* contenti *21. de ciuit. cap. 10.* vbi docet *Miris, veris tamen modis posse incorporeos spiritus pœna corporalis ignis affligi, accipientes ex ignibus pœnam; non dantes ignibus vitam.* Ceteri in varias abiêre sent.

76. *1. Sent. Sed displiceſ.*

Prima sit *Henrici quodlib. 8. qu. 34. fine*, affirmantis, Deum imprimere spiritui qualitatem, quâ capax fiat ignei ardoris formaliter cruciantis. Sed contrâ: Si incorporea est hæc qualitas, adhuc eâ positâ, manet spiritus incapax alterationis corporeæ ab igne prouenientis. Si corporea; eadem ratio est de ipsâ, ac de qualitate ab igne causandâ. 2. esto per qualitatem additam fieret spiritus capax calefactionis corporeæ, non tamen propter hoc capax fieret doloris & sensationis corporeæ: nam hæc essentialiter supponunt temperamentum corpereum, cuius destructiua est qualitas dolorifera, ab obiecto nociuo immissa. Esto igitur in dæmone reciperetur calefactio, quia tamen illa nulli temperamento, aut qualitati conseruatiuæ propriæ substantiæ dæmonis aduersaretur, non posset esse doloris obiectum; quia hoc est qualitas dolorifera sensu percepta. Secunda *Bucho. in 4. disp. 46. art. 2.* docentis, ignem inferni realiter torquere spiritus per calorem spiritualem in ipso existentem; nam sicut anima rationalis integratur ex gradu spirituali & corporeo; ita forma accidentalis caloris ex virtute materiali, & spirituali; aut certè potest Deus imprimere igni huiusmodi potentiam spiritualem, quæ spiritualiter agat in spiritum. Sed contrâ: falsum est, calorem constare ex gradu materiali & spirituali: sicut nec anima rationalis, quæ virtualiter tantùm, non formaliter continet gradum corporeum. 2. esto Deus imprimat igni vim actiuam spiritualem; adhuc non apparet, quo pacto possit ignis per huiusmodi virtutem spiritum torquere; cùm per illam non possit, nisi qualitatem aliquam spiritualem in spiritu causare, quæ vt possit illi esse tristitiæ obiectum, debetet esse corruptiua alicuius qualitatis perfectiuæ, quod hactenus ab ipso probatum non est.

77. *2. Sent.*

Tertia asserit, dæmones torqueri ab igne, quatenus illum apprehendunt vt sibi noxium. Tribuitur *Auicen. 9. Met. cap. vlt.* Et prob. 1. ex Gregorio *cit.* qui docet, spiritum torqueri ab igne videndo tantùm & aspiciendo. 2. Potest dæmon simplici complacentiâ gaudere de re impossibili, apprehensâ vt possibili: ergo simplici displicentiâ tristari poterit de re impossibili, apprehensâ vt possibili: ergo poterit tristari de igne, apprehenso vt noxio, etiamsi reipsâ sibi noxius non sit. Sed contrâ: dæmon non posset tristari de igne vt sibi noxio, nisi apprehenderet illum vt disconuenientem propriæ naturæ; non absolutè, quia talis error nequit cadere in intellectum angeli, qui per peccatum non amisit naturalem scientiam de rebus naturalibus? Nec noxio ex hypothesi; nam non est satis ad explicandam acerbissimam pœnam ignis, quæ vt à Scripturâ & Patribus describitur, plus aliquid significat, quàm simplicem dumtaxat displicentiam de igne apprehenso vt noxio tantùm ex hypothesi. Confir. vt rectè ex *August.* arguit *Mayro. in 4. dist. 49. qu. 2.* non potest aliquis esse fictè ac falsò miser, sicut nec fictè ac falsò beatus: esset autem dæmon fictè ac falsò miser, si tantùm falsâ apprehensione torqueretur.

Sed refellitur.

Conf.

79. Ad auct. *Gregorij* resp. cum se satis explicuisse, dum *ibid.* subdidit, *Incendium anima non solùm videndo, sed etiam experiendo patitur.* Ad 2. patet. Quarta

80. *Soti in 4. dist 50. qu. vn. art. 2.* quam sequitur *Valen. 1. p. qu' suâ 15. pu. 3. Albertinus corol. 4. ex principio 2. philos.* opinantis, ignem torquere spiritus, quia efficit in illis tristitiam, quam effecturus est in animabus corporibus coniunctis. Quod non aliunde probat, nisi quia hoc habet ignis ille tartareus vt instrumentum Dei, vt talem possit tristitiam efficere tam in dæmones, quàm in animas, qualem effecturus est in animas corporibus coniunctas. Sed contrâ: 1. implicat, eamdem tristitiam ignem causare in animâ separatâ, quam causat in coniunctâ, medio dolore sensibili nam tristitia, quæ est in coniunctâ, habet pro obiecto noxium præsens, sensatione perceptum; tristitia, quæ est in separatâ, habet pro obiecto noxium absens, futurâ sensatione percipiendum. Quare differt sicut dolor, qui versatur circa malum præsens, & timor, qui versatur circa malum absens. 2. esto possit anima separata elicere actum tristitiæ de combustione futurâ, quem elicitura est de combustione præsenti; adhuc nequit eum elicere dæmon, quia nequit dæmon apprehendere combustionem ignis vt sibi noxiam, cùm non sit combustionis capax. Dæmon autem nequit tristari, nisi de obiecto apprehenso vt sibi noxio;

4. *Sent. Soti, Valentia, Albertini.*

Sed refutatur.

Digitized by Google

noxio: nequit autem apprehendere obiectum vt sibi noxium, quod reipsa noxium non est, cùm nequeat in rebus naturalibus euidenter errare. Dicere autem, quòd talem apprehensionem imprimat Deus, repugnat summæ eius veracitati.

81. 3. Sent. Quinta docet, ignem torquere spiritus obedientialiter, producendo in illis qualitatem spiritualem, fœdantem eorum substantias: ex qua deturpatione dæmones maximam concipiunt tristitiam, apprehendentes illam vt disconuenientem propriæ naturæ. Hanc sequitur *Suar. lib. 8. de angel. cap. 14.* probabilem putat *Zumel 1. p. q. 64. ar. 4. q. 3. concl. 1.* refert & impugnat *Duran. in 4. dist. 44. q. 11. & Bannez 1. p. cit. dub. 3.* Fundam. hæc optimè explicat, quo pacto spiritus verè & realiter, & non tantùm fictè & per apprehensionem torqueatur ab igne corporeo. Nam vt anima coniuncta corpori patitur ab igne, quatenus ignis vrendo corpus causat qualitatem dolorifieram in sensu, proprij temperamenti corruptiuam, quæ sensatione perceptâ est obiectum doloris existentis in appetitu sensitiuo: ita ignis tartareus, vt instrumentum Dei torquet dæmones, causando in illis qualitatem spiritualem, eorum naturæ disconuenientem, quæ vt impressa propriæ substantiæ, est obiectum tristitiæ, & doloris spiritualis existentis in appetitu intellectuali ipsorum: dicique potest qualitas dolorifera, quia est obiectum doloris spiritualis non minùs, quàm qualitas corporea recepta in organo tactûs, est obiectum doloris sensitiui existentis in appetitu animalis. Sed contrà; vt optimè *cit. Durand.* vt qualitas aliqua sit afflictiua, debet esse abiectiua seu destructiua formæ conuenientis subiecto: at non apparet, quam formam conuenientem substantiæ angelicæ destruat hæc qualitas. Nam hæc per aduers. immediatè recipitur in substantia angeli: hæc autem non potest minui in se, cùm sit indiuisibilis; nec ratione alicuius habitûs, vel actûs; nam hi immediatè recipiuntur in potentiis. Maior prob. nulla qualitas est formaliter disconueniens ratione receptionis præcisè, sed ratione expulsionis formæ subiecto conuenientis; sc. nisi quæ illam à proprio & connaturali statu ac dispositione deturbat. Respondet *Suarez 1. neg. minor.* nam posset dici, quòd hæc qualitas opponatur gratiæ, saltem moraliter, & secundùm congruentem rerum ordinem. 2. neg. maior. nam licet in alteratione materiali qualitas dolorifera non fiat sine abiectione seu expulsione qualitatis oppositæ, tamen dolor non solùm est de priuatione formæ conuenientis subiecto, sed etiam de qualitate dolorifera positiuè inhærente, & præternaturaliter afficiente corpus: ergo etiamsi in alteratione spirituali nulla abiiciatur forma conueniens subiecto, adhuc positiua qualitas præternaturaliter inhærens, & afficiens substantiam, potest esse sufficiens obiectum tristitiæ.

82. *Optimè à Durando reiicitur.*

83. *Responsio Suarez.*

84. *Sed refellitur primum.* Sed contra 1. nihil opponi potest gratiæ, nisi quod opponitur amicitiæ Dei: nulla autem qualitas à Deo producta opponi potest amicitiæ erga ipsum. Maior prob. gratia ex *Trident. sess. 6. cap. 7.* est amicitia creaturæ erga Deum: ergo nihil potest illi formaliter opponi, nisi quod disponit ad inimicitiam cum Deo. Confirm. gratia est quædam participatio diuinæ naturæ: ergo qualitas, quæ opponitur gratiæ, aliquo modo opponitur naturæ diuinæ: repugnat autem, Deum producere qualitatem suæ naturæ oppositam. Quia solum peccatum opponitur naturæ diuinæ, eiusq; amicitiæ, cùm omne aliud ens sit aliqua participatio naturæ diuinæ: implicat autem, Deum producere peccatum: ergo. Contra 2. in sent. *Suarez*, quamdiu qualitas non apprehenditur vt priuatiua propriæ dispositionis, non apprehenditur vt disconueniens propriæ naturæ: nã nõ apprehẽditur vt deiectiua naturæ à suo cõnaturali statu; non .n. natura à suo connaturali statu deiicitur per formæ receptionem, sed per priuationem propriæ perfectionis. Confirm. Repugnat, dari qualitatem naturalem, quæ non sit alicui subiecto connaturalis. At non potest hæc qualitas alteri subiecto, quàm spirituali esse connaturalis; cùm nequeat accidens spirituale esse connaturale subiecto corporeo. Ergo falsum est, huiusmodi qualitatem esse præternaturalem substantiæ angelicæ. Maior est *Suarez. 1. 2. de malitia pecc. disp. 7. sect. 3. n. 9. & in metaph. disp. 11. sect. 1. n. 11. & 12.* vbi ait, non posse dari qualitatem, quæ alicui subiecto, connaturalis non sit; nec aliquam formam, quæ solùm ratione suæ entitatis positiuæ sit mala alteri: sed in tantum docet, esse malam alteri, in quantum priuat illud aliquâ bonitate, aut perfectione debitâ.

Nulla datur qualitas naturalis, quæ non sit alicui subiecto connaturalis.

86. 4. Sent. Sexta docet, ignem corporeum torquere spiritus, vel per modum carceris detinentis illos in certo loco, ne pro ipsorum libito vbique vagari possint; vel per modum obiecti determinantis illos ad continuam considerationem sui, ne expeditè valeant ad alia obiecta cogitanda conuerti: *S. Thom. 1. p. q. 64. ar. 4. præcipuè in argum. Sed contrà, & ad 3. & 4. con. gen. c. 90. Scoti in 4. dist. 44. q. 2. §. De 2.* & communis *Scholast. in 4 dist. 44.* Hæc ratio est vera, sed insufficiens: addendum censeo, ignem inferni torquere spiritus, iugiter concurrendo vt instrumentum diuinæ iustitiæ ad actum tristitiæ, quam dæmones conceperunt de amissa beatitudine; illum intendendo vltra gradum, quem ipsi naturaliter intenderent. Prima pars prob. ignis apprehensus vt carcer in pœnam patrati criminis à supremo iudice constitutus, non potest non vehementer cruciare dæmones, qui ob nimiam excellentiam naturæ, & innatum libertatis amorem, maximè tristãtur, quòd in pœnam suorum delictorum, tam vilem in locum, ac abiectum elementum, velut in carcerem perpetuò detrudantur, vt non eâ, quâ possent, valeant libertate frui. Indicat hoc desiderium petitio illa, quâ *Luca 8.* dæmones Christum *rogabant, ne illis imperaret, vt in abyssum irent*, ne ibi carceris pœnâ punirentur, vt multi SS. Patres colligunt ex *Matt. 8. Quid nobis, & tibi, Iesv fili Dei: veniſti huc ante tempus torquere nos?* hoc est ante vltimi iudicij diem, in quo omnes dæmones, qui hunc permittuntur ad exercitium electorum in hoc aëre vagari, in infernum detrudentur, vt in perpetuum carcerem, iuxta illud *Iudæ: Angelos, qui non seruauerunt suum principatum, in iudicium magni diei vinculis æternis sub cãligine reseruauit.* Magna item pœna est, non posse dæmones, propter necessariam apprehensionem ignis diuinæ iustitiæ vindicis, ad alia obiecta expeditè conuerti. Dixi, *expeditè*: nam simpliciter possunt ad alia obiecta conuerti, non tamen cum ea intensione, quâ possent, si à necessaria apprehensione ignis non detinerentur, à qua nequeunt se dæmones liberare, cùm necessariò adstringantur ab igne, effectiuè concurrente ad necessariam apprehensionem ipsorum. *Quæ pœna tantò*, inquit Scotus, *est molestior priore, quantò est potentiæ nobilioris, qualis est intellectus, vel ardatiua.* Dices. Hoc genus pœnæ non saluat 1. cur potiùs igne, quàm alio elemento vtatur Deus in vindictam angelicæ superbiæ. 2. non saluat inæqualitatem pœnæ pro vniuscuiusque delicti grauitate; nam eâdem pœnâ carceris puniuntur omnes. Resp. posito quòd ignis sit futurum instrumentum ad cremanda corpora hominum damnatorum, congruentius fuit, vt ad hoc etiam munus assumeretur. 2. adhuc positâ eâdem materiali pœnâ car-

Addendum quid?

87. *Prob. 1. pars.*

88. *Obiicies.*

Resp. saluari primum.

Secundum.

85. *Contra secundum.*

nâ carceris, poteſt pœna eſſe inæqualis per reſpectum ad nobiliores, vel ignobiliores perſonas, quæ patiuntur. Probabile .n. eſt, quò angeli fuerunt natura præſtantiores, eò graniùs peccaſſe: quia peccauerunt ex maiore notitia obiecti; & intenſiùs: ſed quò perſonæ ſunt digniores, eò magis ſentiunt eamdem pœnam carceris, vt patet in hominibus.

89. *Secunda pars prob.* Quòd hæc ratio ſit inſufficiens, prob. plus aliquid indicant Scripturæ & Patres, quàm ſolam localem, aut intentionalem detentionem in igne infernali, *Lucæ 16. Crucior in hac flamma*; quod proculdubio plus aliquid innuit, quàm ſolam detentionem. Præterea Patres pœnas ignis purgatorij præferunt quibuſcumque pœnis huius vitæ. Si autem tantùm cõſiſterent in locali, vel intentionali detentione animarum, non excederent dolorem, quem Martyres ex incendio ignis in hac vita perpeſſi ſunt; cùm longè maior ſit dolor, quem ex combuſtione corporis anima patitur, quàm ex alligatione ignis localiter detinentis. Vnde vlteriùs ſequeretur, acriùs torquendas eſſe animas poſt diem iudicij, quàm dæmones: nam animæ non ſolùm cruciabuntur igne, localiter ac intentionaliter detinente, ſed etiam realiter corpora damnatorum hominum comburente.

90. *Quid addendum?* Tertia pars prob. poſito quòd ignis acriùs debeat, quàm per modum carceris, ſpiritus torquere, non apparet alius verò ſimilior modus, quàm obedientialiter concurrendo ad eorum triſtitiam, quâ de amiſſa beatit. perpetuò cruciantur. Nam hæc eſt maxima pœna, quam damnati patiuntur, præ cuius acerbitate, vel ipſam gehennam nihil eſſe ducit *Chryſoſt. hom. 13. ad Philipp.* ſc. quantò bonũ, quo hæc pœna damnatũ priuat, eſt maius, tantò acerbior eſt triſtitia, quæ ex ea priuatione hauritur. Ergo ignis augendo hanc pœnam, vt vindex eſt diuinæ offenſæ, mirum in modum rebelles ſpiritus cruciat. Cruciat autem illos intendendo ac augendo apprehenſionem ac triſtitiam felicitatis amiſſæ, vltra gradum, quem quiſque naturaliter eliceret: & hoc iuxtà delicti grauitatem, quod quiſque commiſit. Quò fit vt eadem triſtitia, quatenus connaturaliter ſequitur ad bonum amiſſum, ſpectet ad pœnam damni; quatenus verò eadem obedientialiter inditur ab igne tartareo, ſpectet ad pœnam ſenſûs, ad quam per ſe, & ex primaria intentione diuina talis triſtitiæ augmentum ordinatur; vt Gregorius *cit.* dixit: *Res corporea incorpoream exurit, dum ex igne viſibili ardor ac dolor inuiſibilis trahitur: vt per ignem corporeum mens incorporea etiam incorporeâ flammâ crucietur.* Cõfir. hic modus ſaluat neceſſitatem, quâ damnati coguntur de amiſsâ felicitate ſemper cogitare; nec non proportionem ſeruat cum præmio ſupernat. beatit. Quia non eſt in poteſtate damnati impedire actionẽ ignis obedientialiter cõcurrentis ad apprehenſionem, triſtitiamve de amiſſa felicitate æterna: & ſicut Deus ad præmiandos beatos vtitur lumine gloriæ vt inſtrumento cõnaturali, & intellectu ac voluntate eorumdem, vt inſtrumento obedientiali ad præmium æternandum; ita è conuerſo, ad puniendos damnatos vtitur igne tartareo vt inſtrumento obedientiali, & intellectu ac voluntate eorumdem vt inſtrumento connaturali ad eorum miſeriam perpetuandam. Et ſicut non eſt in poteſtate beati, ab actu beatifico ceſſare; ita nec eſt in poteſtate damnati, vel ad punctum temporis ab actu pœnali ſe liberare.

Triſtitia in dæmonibus ſpectat ad pœnam damni, & ſenſus.

Confirm.

Saluantur dno.

92. *Obiic. 1.* Obiicies 1. Apprehenſio & triſtitia ſunt actus vitales: actus autem vitales nequeunt ab extrinſeco principio fieri: igitur nequeunt apprehenſio & triſtitia in damnatis ab extrinſeco igne tartareo produci. *Reſp.* diſt. minor. nequeunt actus vitales fieri ab extrinſeco principio totaliter, concedo; partialiter, nego: conſtat in actibus vitalibus intellectûs & voluntatis, ad quos præter principia vitalia intellectûs & voluntatis, effectiuè ad eorum actus cõcurrũt ſpecies & habitus. Non .n. contra rationẽ actûs vitalis eſt, vt ad illum effectiuè concurrat principium extrinſecum, ſed vt ad illum non concurrat principiũ intrinſecũ vitæ: cùm .n. de ratione actus vitalis cognitiui ac appetitiui ſit, vt per eum principium vitæ actiuè tendat in ſuum obiectum, repugnat, illum totaliter produci à principio extrinſeco.

Reſp.

93. *Obiicies 2.* Obiic. 2. Repugnat, Deũ vt cauſam particularem producere id, ex quo infallibiliter ſequitur odiũ ſui: ſed ex apprehenſione pœnarum inferni, earumque triſtitiâ infallibiliter ſequitur in dãnatis odiũ Dei: igitur. *Reſp.* diſt. maior, repugnat, Deum vt cauſam particularem producere id, ex quo infallibilitate antecedente, & ex natura ſua ſequitur odiũ Dei, concedo; ex quo infallibilitate tantùm conſequenti, & ex libera determinatione voluntatis creatæ, nego: ex apprehenſione autem & triſtitiâ pœnarũ infernalium non ſequitur odium Dei infallibilitate antecedente; nam, adhuc eâ poſitâ, poſſet vi libertatis creatæ non ſequi odium Dei, ſed tantùm infallibilitate conſequenti ex libera determinatione voluntatis creatæ.

94. *Prima diffic. ſolitaria.* Superſunt aliquæ diffic. Prima. In quo eſſentialiter conſiſtat dæmonum, reliquorumque damnatorum infelicitas. Reſpondent *Thomiſtæ* in apprehenſione pœnarum: contrà *Scotiſtæ*, in triſtitia, ſeu noliſcione pœnarum, qui eſt actus voluntatis. Fundam. vtriuſque ſent. contrariorum eadem eſt ratio. At in ſent. *Thomiſt.* beatitudo conſiſtit in apprehenſione obiecti beatifici; in ſent. *Scotiſt.* in actu voluntatis: ergo eadem erit ratio de oppoſita infelicitate. In ſent. mea, ſicut beatitudo eſſentialiter conſiſtit in vtroque actu viſionis & amoris Dei, vt *ſeq. to.* ita & oppoſita infelicitas in vtroque actu apprehenſionis & triſtitiæ de obiecto beatifico amiſſo.

95. *2. difficultas. Fundam. verius.* Secunda. An infelicitas diuinitus eſſe queat cum viſione & amore beatifico. Affirmat *Mayro. in 4. diſt. 49. q. 2 fine.* Verùm oppoſita ſent. verior eſt. Fundam. infelicitas damnatorum eſſentialiter includit apprehenſionem amiſſionis felicitatis æternæ: repugnat igitur, vt quis actu fruatur Deo, & ſimul apprehenſionem habeat amiſſionis felicitatis æternæ. Niſi quis dicat, poſſe quempiam frui Deo ad tempus, & ſimul habere apprehenſionem futuræ amiſſionis felicitatis æternæ. Tunc enim iſte ſimpliciter eſſet infelix ex apprehenſione futuræ amiſſionis felicitatis æternæ, & ſimul actu frueretur Deo, vi præſentis viſionis & amoris beatifici. Quo pacto non inficior, iſta duo diuinitùs ſimul cohærere poſſe. Cæterùm an hic dicendus eſſet infelix, non arbitror: nam ſuprema infelicitas, qualis eſt damnatorum, excludit actualem poſſeſſionem ſummi boni: nec tamen dicendus foret beatus, quia beatitudo requirit æternitatem eiuſdem beatit. vt *ſeq. to.*

96. *Apoſtrophe ad Angelos beatos.* Hæc habui, ô Beatiſſimi Spiritus, quæ de vobis, veſtriſque tam natiuis, quàm infuſis donis, dotibuſque, diuturnâ lucubratione præmeditata, aſſiduâ Patrum & Scholaſt. lectione obſeruata, publicis priuatiſque doctiſſimorum virorum diſputationibus diſcuſſa, ederem. Vos, ſi quid verè rectèque dictum in iis agnoſcitis, Deo, & vobis, quorum patrocinio hic labor à me ſuſceptus eſt, adſcribite. Si quid verò falſum, ſi quid minùs cautè rectèque prolatũ eſt, meæ ignorantiæ ac imbecillitati imputatote. Vnũ à vobis pro hoc qualicumque in vos impenſo labore efflagito, veſtrũ apud Cæleſtem Numen patrocinium.

FINIS. IN-

Digitized by Google

INDEX
DISPVTATIONVM ET SECTIONVM
HVIVS TOMI SECVNDI.

DISPVTATIO I. De Angelorum existentia.

QVàm certum sit dari Angelos?

DISP. 2. De principio productiuo Angelorũ.

Sectio. *An omnes Angeli sint à Deo immediatè producti.* à nu. 1

An virtus principalis creandi communicari possit creaturæ? 13

An saltem communicari possit creaturæ virtus instrumentalis connaturalis creandi? 48

An creatio communicari possit creaturæ obedientialiter? 61

An creatio actiua sit in Deo? 70

An creatio re ipsa distinguatur à termino creato? 92

Quid sit creatio? 117

An creationi repugnet quatenus dependentia ab alio vt à causa intrinseca? 134

An quodlibet ens possit esse terminus creationis. 160

An quod est naturaliter creabile sit diuinitus generabile. 174

An creatio fieri possit in tempore. 192

An creatio re ipsa distinguatur à conseruatione. 208

Quid sit annihilatio. 230

An possit creatura eleuari ad annihilandum. 259

An Angeli fuerint ante hunc mundum corporeũ. 270

In quo loco creati fuerint Angeli. 299

DISPVT. 3. De substantia Angelorum.

Sect. *An Angeli sint incorporei.* 1

An sit possibilis natura intellectualis essentialiter ordinata ad componendum vnum cum corpore sub ratione motoris & mobilis. 15

An possibilis sit in Angelo compositio purè spiritualis ex materia spirituali. 25

An Angeli realiter componantur ex essentia & existentia. 45

An Angeli sint naturâ suâ incorruptibiles. 100

An Angeli possint solo numero multiplicari. 119

An de facto omnes Angeli differant specie. 161

DISPVT. 4. De Assumptione corporum.

Sect. *An Angeli assumant corpora, & ex qua materia, & qua virtute, & per quam vnionem illis vniantur.* à nu. 1

An possit Angelus propriâ virtute formare corpus humanum, vel alterius perfecti animantis. 14

An Deus possit, & de facto aliquando corpus assumpserit. 21

An anima separata valeat corpora assumere. 34

An Angelus in corpore assumpto opera vitæ exercere valeat. 54

DISPVT. 5. De loco Angelorum.

Sect. *An Angeli necessariò sint in aliquo determinato loco secundùm propriam substantiam.* 1

Per quid Angeli sint in loco formaliter. 30

An hæc Angeli locabilitas sit formaliter diuisibilis. 69

An Angelus naturaliter possit esse in pluribus locis simul. 84

An Angelus possit propriâ voluntate esse in loco minore maximo. 95

An sphæra Angeli sit determinata quoad minimum locum diuisibilem. 109

An Angelus esse possit in loco punctuali. 118

An possint plures Angeli esse in eodem loco simul. 131

DISPVT. 6. De motu locali Angelorum.

Sect. *An Angeli verè moueantur localiter.* à nu. 1

An motus localis Angelicus sit aliquid intrinsecè inhærens Angelo. 9

An si Angelus esset physicè vnitus corpori, moueri posset sine intrinseca mutatione sui ad motum solius corporis. 24

An possit Angelus motu discreto de extremo ad extremum sine medio moueri. 46

Qualis & quotuplex sit motus Angelicus. 73

An Angelus in puncto constitutus possit localiter moueri. 86

DISPVT. 7. De potentia motiua Angelorum.

Sect. *Quanta sit potentia motiua Angelorum?* 1

An & quomodo potentia motiua distinguatur à substantia & reliquis potentijs Angeli. 15

DISPVT. 8. De actu intelligendi, & potentia intellectiua Angeli.

Sect. *An actus intelligendi distinguatur à substantia Angeli.* à nu. 1

An proximum principium intelligendi re ipsa distinguatur à substantia Angeli. 13

An in Angelis sit intellectus agens & possibilis. 43

Quodnam sit adæquatũ obiectũ intellectus Angelici. 60

An intellectus & voluntas Angeli specie differant ab intellectu & voluntate animæ rationalis. 70

DISPVT. 9. De medio cognitionis Angelicæ.

Sect. *An nudus intellectus Angelicus absque intrinseca determinatione ex parte obiecti sufficiens sit ad cognoscendum quodcumque obiectum.* 1

An intellectus Angelicus cognoscat seipsum & reliquas proprietates naturæ, absque obiectiuo concursu earum. 27

An possit intellectus Angelicus propriam essentiam non solùm per seipsum immediatè, sed etiam per speciem à se distinctam naturaliter intelligere. 46

Per quid intellectus Angelicus determinetur ad intelligenda obiecta extra se. 56

An Angelus propriâ virtute species sibi comparet è rebus. 80

An species intelligibiles habeat Angelus à natura ipsa congenitas, an à Deo immediatè infusas. 94

Quo pacto species determinent intellectum Angelicum ad notitiam obiecti. 113

An species possit esse plurium rerum distinctè representatiua? 119

An sit producibilis species representatiua infinitorum obiectorum. 141

An quo superior est Angelus, eò per vniuersaliores species intelligat? 182

Quo pacto Angeli superiores intelligant per species vniuersaliores? 192

DISPVT. 10. De cognitione Angelorum respectu immaterialium.

An Angelus naturaliter cognoscere possit Deum quidditatiuè per propriam speciem distinctè eius essentiam representantem. à nu. 1

DISPVT. 11. De cognitione Angelorum respectu rerum materialium.

Sect. *An Angeli cognoscant futura contingentia ex causis naturalibus.* 1

Digitized by Google

An & cur futura libera naturaliter ignorentur ab Angelo. 15
Cur Angelus futura contingentia, quorum species habet, certò præcognoscere non possit. 41
DISPVT. 12. De cognitione secretorum cordium.
Sect. *An Angelus propriâ virtute certo & intuitivè cognoscat nostra aut alterius libera cordis secreta?* 1
Quænam sint secreta cordis, quæ Angelus naturaliter cognoscere non potest. 36
DISPVT. 13. An Angeli propriâ virtute cognoscere valeant obiecta supernaturalia.
DISPVT. 14. De modo & proprietatibus cognitionis Angelicæ.
Sect. *Qualis sit cognitio Angelica?* 1
An ex frequentatis actibus naturalibus intellectus & voluntatis gignatur in Angelis habitus acquisiti? 14
DISPVT. 15. De locutione Angelorum.
An & quâ ratione Angeli se invicem alloquantur.
DISPVT. 16. De illuminatione Angelorum.
Sect. *An Angeli inferiores illuminentur à superioribus.* 1
Quid sit illuminatio, & quo pacto à locutione discriminetur? 17
An illuminatio Angelorum fiat de omnibus rebus supernaturalibus. 33
Quo pacto fiat huiusmodi illuminationes in Angelis. 46
Nonnulla dubia circa illuminationes Angelorum. 56
DISPVT. 17. De voluntate Angelorum.
Sect. *An & qualis voluntas sit in Angelis.* 1
An Angelus necessariò seipsũ diligat quoad exercitiũ. 3
An Angelus naturaliter diligat Deum dilectione necessariâ quoad exercitium. 20
An Angelus saltem viribus proprijs liberè diligere possit Deum dilectione perfecta amicitiæ. 42
DISPVT. 18. De perfectione Angelorum quoad esse supernaturale.
Sect. *An Angeli creati fuerint in beatitudine naturali.* 2
An Angeli creati fuerint in beatitudine supernaturali. 15.
An Angeli creati sint in gratia & iustitia habituali. 27
An Angeli gratiam iustificantem acceperint ex proprijs meritis, an omnino gratis? 58
An Angeli supernaturalia dona acceperint iuxta quantitatem perfectionum naturalium. 96
An & quo pacto Angeli supernaturalem beatitudinem sibi promeruerint. 106
De numero & serie instantium Angelicorum aliisq; difficultatibus ex ijs emergentibus. 132
Quot actibus & boni præmium, & mali pœnam meruerũt. 140
Quales fuerint actus quibus boni præmiũ meruerũt. 143
An aliquod maius donum gratiæ habuerint Angeli boni in via, quod non habuerunt mali. 145
An omnes Angeli mali statim post primum instans simul peccarint? 146
An Angeli mali post commissum peccatum habuerint paratum auxilium pœnitendi. 147
An cõtinuatio primi peccati aliaque post primum commissa, vsque ad detrusionem ad inferos, fuerint in Angelis malis meritoria essentialis pœnæ positiuæ ignis & cruciatus. 152
An Angeli mali quò excellentioris fuerunt naturæ, eò maiorem sibi pœnam meruerint. 156
An tantumdem pœnæ promeriti sint mali quantum præmij boni. 157
DISPVT. 19. De custodia & tutela Angelorum.
Sect. *An singuli homines singulos habeant Angelos ad suam tutelam destinatos.* 2
A quo tempore, & quousque tutelares Angeli nostri curam gerant. 19
An Angeli in custodiam hominum deputati sint ex infimo ordine vltimæ hierarchiæ. 33
An quilibet homo præter Angelum bonum, habeat etiam malum sibi peculiariter deputatum. 42
An quilibet homo in quocumque statu constitutus suum habeat peculiarem Angelum custodem. 51
An Christus habuit Angelum custodem. 56
An Deipara habuerit Angelum in sui custodiam. 60
An omnes homines, etiam infideles, præsciti, & peccatores, proprium habeant Angelum tutelarem. 65
An Adamus & reliqui homines in statu innocentiæ habuissent Angelum custodem. 72
An homo in pura natura constitutus habiturus fuisset Angelum custodem. 75
An singulis Regnis & communitatibus sint tutelares Angeli deputati, & ex quo ordine. 92
Quæ officia præstet tutelaris Angelus erga suum clientem. 106
DISPVT. 20. De peccato Angelorum.
Sect. *An condi potuerit creatura suapte natura impeccabilis.* 1
An Angelus peccare potuerit venialiter. 24
An Angelus peccare potuerit in primo instanti suæ creationis. 47.
Quodnam fuerit primum peccatum Angelorum. 92
An motiuum superbiæ Angelorum fuerit æqualitas diuinæ naturæ. 102
An motiuum superbiæ Angelorum fuerit vnio hypostatica cum persona Verbi. 118
An motiuum superbiæ Angelorum fuerit inordinatus appetitus beatitudinis supernaturalis. 132
An motiuum superbiæ Angelorum fuerit inordinatum desiderium beatitudinis naturalis, vel prælationis supra alios. 142
An Lucifer fuerit omnium Angelorum supremus. 160
DISPVT. 21. De pœna dæmonum.
Sect. *Quas pœnas propter peccatum incurrerunt Angeli.* 1
Quænam sit causa huius obstinationis in dæmonibus. 18
De nonnullis difficultatibus circa dæmonum obstinationem & tristitiam. 54
Quo pacto dæmones torqueantur ab igne corporeo. 72

ERRATA TOMI II.

Disp.	num.	versu.	lege
1.	4.	9.	gradus
	31.	26.	infirma
2.	250.	antepenul.	non se habet vt pars subiectiua
9.	41.	penult.	primo modo monet
	184.	2.	tam veterum
	189.	8.	in quo Leo.

APPROBATIO.

TOmus iste secundus CVRSVS THEOLOGICI R. P. FRANCISCI AMICI Societatis IESV Magni Theologi, vt multigena eruditione plenus vtiliter recudetur. Actum Duaci 4. Aug. an. 1640.

FRANCISCVS SYLVIVS S. Theol. D. & eiusd. Regius ac ordin. Professor.

APPROBATIO.

DOctissimi ac Reuerendi Patris FRANCISCI AMICI Societatis IESV Theologi Cõmentaria, De Naturâ Angelorum eorumque proprietatibus, docta sunt & curiosa, varijsque conceptibus solidis dotata; cedent ad honorem eorum, quorum ministerio hæreditatem speramus salutis, si lucem videant. Actum Antuerpiæ 24. Febr. 1637.

Gaspar Estrix Canonicus & Plebanus ac librorum Censor. Antuerp.

INDEX

INDEX LOCVPLETISSIMVS
OMNIVM, QVÆ IN HOC TOMO II. CONTINENTVR;

Prior numerus Disputationem; posterior, vel qui solus est, eiusdem Disput. numeros, designat.

Actio, Actus, Actiuitas, &c. Agens.

ACTVS liber consideratur: in se, & in causa; vt in causa non potest per speciem intuitiuam repræsentari, potest vt in se. d. 12 n.13. Ordo actus ad obiectum est intrinsecus actui, obiectum verò extrinsecum. n. 18.

Assensus, dissensus, prosecutio, fuga, sunt intrinseca perfectiones actus. d.12.n.19.

Actus liber productus, non quà talis, sed vt ens mouet necessario ad cognitionem sui. d.12. n.24. Actus liberi producti absque concursu alterius possunt sui speciem producere, non item potentia motiua & species intelligibilis sine actuali concursu substantiæ. n.25. Actus intell. naturaliter non cognoscuntur ab Angelo. n.38.

Idem actus inuariatus quoad intrinseca accedente rationis aduertentia fit formaliter liber. 44. Non potest cognosci vt effectus, & ignorari vt causa. 48.

Actus quomodo speciem sui producat. 5.18.19.

Ad actum moraliter bonum sufficiunt vires naturales. 21.13. Actus ex proprio obiecto boni, redduntur mali ex mala circumstantia finis. 14. Actus intrinsecè ordinatus ad malum, non potest sine tali ordine produci. 21. Nullus actus minuit vel auget, aut vllo modo intrinsecè immutat vim ipsam productiuam potentiæ, à quâ proficiscitur. 29. Quâ ratione actus vitalis fieri possit à principio extrinseco. 92.

Angelus non potest in assumpto corpore opera vitæ exercere. 4.55.

Actus intellectus & voluntatis prærequiritur in artifice vt formale principium dirigendi & applicandi potentiam executiuam ad hoc vel illud opus exercend. 2.17. Nullum agens intellectuale operatur immanenter per substantiam à se distinctam. Agens increatum operatur per suammet substantiam, creatum verò per qualitatem. Agens habens actionem immanentem identificatam cum propria substantia, est actus purus. Nulla actio transiens potest esse quoad independentiam à subiecto perfectior actione immanente eiusdem agentis. 43. Agens per actionem immanentem perficit seipsum; per transeuntem aliud à se. Non potest perficere aliud à se perfectius, quàm seipsum. Nullum agens nisi actus purus potest producere extra se actionem transeuntem independentem à subiecto. 44.

Agens creatum non potest habere aliam actionem transeuntem substantialem, quàm productionem formæ materialis. Potest habere actionem transeuntem perfectiorem immanente quoad entitatem, non quoad independentiam à subiecto. 2.47.

Vnde dicatur actio immanens, vel transiens. Actio est actus potentiæ actiuæ, vt actiuæ. Formaliter importat egressum à potentia. 2 76.

Quidquid Arist. docet de actione transeunte in communi, verificandum est de quâlibet in particulari. 2.75. Non omnis actio subiectiuè est in agente. 81.

Sola immanens est in agente. Actiua non est in Deo subiectiuè. 82.

Contra rationem actus vitalis est totaliter produci à principio extrinseco. 21.21.

Actus non potest esse naturalis & supernaturalis. 18.74. Actus naturalis non repugnat simul esse cum libero: aut cum supernaturali. 75.

Actus per se primò ex modo tendendi diuersi, nequeunt subordinari eidem potentiæ. 7.19.

Agens corporeum potest agere in spiritum indirectè. 6.42.

Actus perfectè reflexus immediatè originatur à directo. 9.35.

Actio transmutat formaliter; potentia effectiuè. 42.

Quomodo distinguatur actio à termino. 2.108.

Actio quâ Deus simul cum causâ produxit effectum, est essentialis dependentia à Deo & à causâ 2. 109.

Deus non potest producere actus vitales sine essentiali respectu ad causam secundam. 120.

Actio in animâ rationali, altera quâ producitur in se, altera quâ vnitur materiæ organizatæ. 163.

Distinctio inter conseruatiuam & productiuam. 216.

Inuariatâ actione quâ res primò producitur, res producta sufficienter conseruatur in suo esse per illam. 219. Actio dupliciter distinguitur à conseruatione. 222.

Idem formaliter respectu eiusdem non potest esse agens & patiens. 3.42.

Vide Eductio, Creatio, Operatio.

Accidens, Adami, Amor.

Quomodo accidentia existant. 3.80.

Accidentia recipiuntur in subiecto tamquam in proprio centro & receptaculo: non postulant subiectum vt ab eo recipiant esse simpliciter. 9.162.

Possant in eodem subiecto in infinitum augeri, non aucta virtute sustentatiua eiusdem. 160.

Plura in eodem subiecto non requirunt plures concursus sustentatiuos. 170.

Non repugnat vt accidens substantiæ spiritualis sit formaliter diuisibile. 5. 78. Repugnat naturaliter extensum subiectari in subiecto inextenso. 5.127. & 6.86.

Qualis inhærentia sit de essentia accidentis habentis absolutam entitatem. 2.166. Accidens vbicumque existit debet inhæsiuè existere. 14.22.

Repugnat accidens esse connaturale ac principale principium creandi. 2. 45. Duplex perfectio in accidente distinguitur. 2.47.

Accidens spirituale non potest esse connaturale subiecto corporeo. 21.85.

Accidentia materialia quam causalitatem exerceant in materiam ac in formam. 2.159. Quæ accidentia creari possint. 166.

Adam habuit Angelum custodem. 19.73.

In statu innocentiæ peccare non potuit venialiter. 20. 32. Nec fuit perfectè beatus beatitudine naturali. 18.11.

Amicitia sup. reminentia quænam? 3.165.

Amor præcisus amicitiæ erga se non potest esse malus. 20.100.

Ad contrahendum spirituale matrimonium & amicitiam cum Deo non necessariò requiritur consensus creaturæ antecedens sed subsequens. Ad contrahendam tamen hanc amicitiam in peccatore necessarius est consensus antecedens. 18.92.93.

Visio & amor beatificus non impelleret necessariò voluntatem ad meritum naturâ præcedens beatitudinem. 119.

Vide Dilectio.

Angelus.

Fide certum est dari angelos naturâ intellectuales & hominibus superiores. 1. 1. Non potest naturaliter demonstrari dari has substantias. Nec ex motu celorum. 3. Nec ex perfectione Vniuersi. 6. Nec ex arreptitiis & magicis incantationibus. 7. Nec ex velocissimâ translatione corporum per aërem ad malum finem factâ. 1.9.

Angelus numquam cessat à cognitione propriæ naturæ. Quare difficilè dimittat quod semel deliberatè elegit. 2.10.

Implicat essentia Angeli actu repræsentatiua omnium intelligibilium: 9.69. est eiusdem ordinis naturalis cum obiectis quæ potest naturaliter cognoscere. 70.

Fide certum non fuisse ab æterno creatos. 2.270.

Digitized by Google

In triplici tempore potuerunt angeli creari. 271. Fuerunt conditi in mundi exordio cum reliquis creaturis corporeis. 275.
Ratio Cassiani de productione angel. ante creationem mundi impugnatur. Quare Moyses mentionem angel. non fecerit. 280.
Sent. de creatione angel. ante reliquas creaturas fuit communior inter Patres Conc. Later. 283. Conditi fuêre eo durationis puncto, quo cælum & terra. 293.
Qua ratione angelus dicitur principium operum Dei. 297.
Angeli creati sunt in empyreo. 304. Non peccaturi deputati fuêre ad orbes vertendos. 305.
Omnes natura incorporei & immortales. 34
Angelus non omnem perfectionem hominis habet in se, nisi qua proportionatur naturæ angelicæ. 9.92.
Quò est superior naturâ eò perfectiorem habet intellectum. 185.
Mouendo corpus cur non fatigetur. 4.52.
Nulla datur in angelo potentia nisi volitiua, intellectiua, & locomotiua. 5.50.
Maior perfectio angeli arguitur ex hoc quòd possit pro libitu præsentiam in ordine ad locum variare. 105.
Angelus est limitatæ perfectionis, perfectioris tamen naturæ, quàm cetera viuentia. Non eget motu locali ad perfectionem sibi comparandam. Nequit operarari naturaliter nisi sit præsens. 6.4. Mouetur à seipso. 5.
Angelus natura sua incorruptibilis. 3.102. Ab intrinseco inannihilabilis; annihilabilis ab extrinseco. 106. Qualiter Angeli propiùs accedant ad diuinam actualitatem. 157. Nihil in se materiale admittunt. 3.158.
Angeli boni Platoni dicuntur dæmones, mali cacodæmones. 19.9.
Discrimina inter bonum & malum angelum. 48.
Quomodo vnus angelus alteri resistere dicatur. 98.
Quadruplex angelorum status distinguitur. 20.27.
Angelus non cogitur omnia intendere propter vltimum finem, d. 20. n. 45.
Non omne naturale statim exigitur ab angel. 12.35.
Differentia inter bonos & malos angelos circa coniecturas. 14.5.
Angelus in sent. S. Tho. & Caiet. est inflexibilis. 18 68. In 1. instanti creationis se ad gratiam iustificantem præparasse probabile est, probabiliùs oppositum. Ad operandum non eget successu temporis. 75. In 1. instanti creationis gratis accepit gratiam habitualem. 76.
Angeli meruerunt sibi gloriam per actus fidei, spei, & charitatis. Ad merendum gloriam egerunt morâ temporis. 18 82. Non omnes habuerunt fidem euidentem in attestante; sed angelorum caput solum: antequam fidei mysteria acceptarent debuerunt rationes credibilitatis examinare: viatores non statim poterant esse certi de veracitate angeli proponentis. 83. In 1. instanti suæ creationis comparantur homini adulto quoad expeditum vsum rationis. 91. Dona supernat. acceperunt iuxta quantitatem naturalium nullo discrepante. 18. 98. & 20.160.
Angeli in sent. August. creati sunt æqualis felicitatis geometricè, non arithmeticè. 18. 103. Supernaturalem beatit. condignis meritis sibi meruerunt. Augustinus angelos æquiparat hominibus, in gloriâ promerendâ. 106.
Meritum angel. ex Caiet. duplex; inchoatum seu viæ, consummatum seu in termino. 18.110.
Angeli potuerunt sibi promereri beatit. per opera subsequentia beatit. de facto id accidisse negandum. 112.
Meritum angel. iuxta legem statutam non potuit naturâ præcedere beatitudinis præmium, potuit absolutè. 116. Potuit angelus vno actu plus mereri, quàm multis homo. Maiorem gratiam habuerunt angeli initio creationis, quàm multi viri sancti post diuturna merita. 123.
Angeli per obsequia hominibus in beatitudine præstita merentur sibi gloriam accidentalem, non essentialem. 18.126.
August. intellige, cùm dixit angelos prius res vidisse in Verbo, quàm in proprio genere: ex August. omnes initio creati sunt æqualis felicitatis. 127. Perfectio naturalis angel. est certo termino limitata, non autem supernaturalis: naturalem potest angelus in instanti acquirere, non supernaturalem. 128.
Angeli boni aliquod maius donum habuerunt, quod non habuerunt mali: 18. 145. non statim post meritum fuerunt extra viam termini non vltimati. 150. Quod in hominibus est mors, in angelis est peccatum. 148.
Plures simul ingrediuntur corpus energumeni. 37. Angelos esse incorporeos non est de fide; oppositum dicere temerarium est. 10.
Patres asserentes angelos corporeos esse explicantur. 13.
Quare Concilium angelos depingendos affirmarit. Quâ ratione affirmari possit angelos esse corporeos. 14. In angelo non requiritur materia spiritualis vt receptaculum specierum intelligibilium. 38. Qua ratione omnes concedant angelos esse naturâ suâ incorruptibiles. 102.
Sent. affirmans angelos esse ab intrinseco inannihilabiles est communis apud Patres. 107. Nequit formare assensum falsum de re cognita vt verâ. 15.16.
Angeli mali numquam beatitudinem meruerunt, sicut nec boni demeruerunt. 18.139. Non omnes simul peccarunt. Nec statim post instans creationis peccarunt. 146. Post peccatum non habuerunt paratum auxilium pœnitendi. 148. Nec poterant amissum regnum recuperare; poterant minorem pœnam sensus mereri: 150. à peccato cessare, vel per suspensionem actus, aut per conuersionem ad obiectum disparatum, non per condignam pœnitentiam. 155. Quò excellentioris fuerunt naturæ; eò maiorem pœnam sibi promeruerunt. 18.56.
Angelus malus omnis generis homines impugnat. 19.42. Singulis homines præter angelum bonum etiam malum habent deputatum. 44. Tantum tentant, quantum Deus permittit. Deputantur à Lucifero, vt homines ad malum impellant: permittuntur à Deo in finem bonum: Vnus malus angelus pluribus simul destinatur hominibus, Peculiarem curam habebis post diem iudicij eos puniendi, quos in vita tentauit. 48. Victus recedit ab homine ad tempus tantùm. 50. Quomodo obtenebret intellectum humanum. 19.115.
Angelos multiplicari posse solo numero. 3.130. 133. De facto specie tantùm differre nonnulli censent. 162. Quamuis speciem numero multiplicatam esse verisimilius est. 164.
Quid obstet quò minùs angeli solâ specie differant. Angel. multitudo in tres diuiditur hierarchias. Hierarchia in tres choros. Munia angel. diuersa: arguunt diuersas naturas. 167.
Angelos excedere cælorum numerum in sent. Arist. probabilius: 169. An hominibus numero pauciores, an æquales; an omnes materiales substantias excedant, coniectura potiùs quàm probabili ratione assequi valemus: maximam esse multitudinem fides docet. 3.173.

Anima.

Anima separata intelligit seipsam absque obiectiuo concursu substantiæ, non coniuncta corpori. 9.14.
Animæ notitia per propriam essentiam & per distinctam speciem est naturaliter debita. 52.
Anima rationalis virtualiter tantùm continet gradum corporeum: 21.77. naturaliter & propriè creatur: Qua ratione pendeat à materiâ. Quomodo possit sine materiâ naturaliter existere? 2.161.
Anima cur nequeat aridum membrum mouere. 4.45. Nullum nisi humanum corpus organicè mouere potest, idq; mediâ informatione. 46. Separata quomodo corpora moueat: & in corpore glorioso dotem agilitatis exerceat. 52.
Anima rationalis præter vnionem informatiuam habet virtualem extensionem ad corpus. 5.46. Ad variationem spatij non variat suam localem extensionem. 46. Licet sit indiuisibilis, diuisibilem tamen habet præsentiam ad corpus. Anima non desinit informare totum corpus quoties informat nouam partem materiæ vel amittit antiquam. 73.
Cur animæ materiales maiorem habent sphæram locabilitatis quàm spirituales. 5.97.
Anima rationalis non est præsens corpori immediatè per suam substantiam. 104.

Annihilatio, Antichristus.

Angelus an sit annihilabilis. Annihilabilitas duplex. 3.114.
Res non potest annihilari eo, quo producitur instanti. 2.42. Angelus potest & annihilari, & creari in tempore. 200. Res

creata

creata in tempore, à Deo annihilari non potest nisi per determinatum tempus. 2.203. *Ad annihilationem quid requiratur.* 239. *Ad veram annihilationem requiritur destructio termini creati.* 246.
Destructio accidentis quando annihilatio. 249.
Potestas annihilandi supponit liberam potentiam cessandi à conseruatione creatiua. 2.264.
Antichristus *habebit Angelum custodem.* 19.67.
In omnibus apparitionibus diuinis Angelus in persona Dei, personam assumebat. 4.27.
Apparere *& assumere quomodo distinguantur.* 28.
Assimilatio *obiecti aliunde prouenire nequit, quàm ab obiecto, vel ab aliquo gerente vicem obiecti.* 9.6.

Assumptio corporum.

Angelos corpora assumpsisse certum est. 4.2. *Corpora hæc sibi efformant ex aëre condensato. Colores non necessariò veri.* 4.
Angelis virtus innata sufficit ad assumenda corpora. Efficiunt corpora per virtutem motricem. 4.
Assumpto corpori vniri hypostaticè, erroneum. 8. *Corporibus assumptis non vniri probabilius est. Assumptio corporum saluatur per præsentiam localem.* 9. *Ad assumptionem propriam non necessarium vt corpus formetur ab assumente.* 12.
Quidnam sit corpus assumere? 4.13. *&* 27.
Num Angelus possit formare corpora animantium tam perfectorum quàm imperfectorum. 17. *Angelum imperfecti animantis corpus posse producere indubitatum: Quo pacto.* 14.
Immediata productio corporis perfecti animantis angelo non competit. 17. *Potest tamen id efficere per applicationem propriarum causarum.* 18. *In corpore humano necdum animato nequit prolibitu apparere.* 20.
Non implicat Deum corpus assumere. 25. *Numquam Deus assumpsit corpora localiter.* 27.
Quomodo ad assumptionem formaliter requiratur suiipsius repræsentatio. 29.
Cur Deus non assumat corpora, quæ mouet? 31.
Anima separata num queat assumere corpora. 434. *&* 41.
Corpus collocari posse in spatio indiuisibiliter. 5.20.
Angelus non potest opera vitæ exercere in assumpto corpore: Quo pacto audiat, videat, loquatur, &c. 456.
Angelus an generare possit. Vide Dæmon.
Cur angelus in assumpto corpore non baptizet validè. 4.62. *Nequit operari opera supra naturam.* 65.
Corpora ab Angelis assumpta cur gladio findi nequeant. 4.4. *Corpora assumpta à verò internoscuntur.* 5.
Vide Operatio.
Audiens *angelus non fertur immediatè ad conceptum ipsum directum Angeli loquentis. Actus directus loquentis quomodo cognoscatur?* 15.35.
Auditio angeli in quo sita: est perfectior humanâ. Auditio est actus perceptiuus signi & signati. Auditio & visio quo pacto distinguantur. 39.
Auditio angeli physicè à Deo, moraliter à loquente inchoatur. 15.40.
Auditio Dei non excitatur physicè à creatura. Quomodo ad auditionem angeli Deus physicè excitet. 41.
Audire est proprius actus eius qui per auditionem percipit audibile. 47.
Vide Locutio Angelorum.
Auxilia *infallibilia ad operandum nulli habitui debentur.* 20. 18. *Ex negatione auxiliorum supernat. necessariò tantùm sequitur negatio omnis actus supernat. non positio actûs peccaminosi.* 21.43.

Baptismus, Beatitudo.

Baptismus *non est ianua ad omnem gratiam, sed sacramentalem dumtaxat.* 19. 25. *Ab angelo in corpore assumpto collatus validus non est contra Scotum.* 4.62.
Beatitudo naturalis *eatenus sita est in cognitione & dilectione Dei, quatenus omne malum circa Deum excludit: stare potest cum aliquo malo non tamen circa Deum versante.* 17.17.
Angeli creati naturaliter beati, imperfectè. 18.9.
Creatura intellectualis sine speciali auxilio Dei non potest assequi perfectam felicitatem naturalem. 10. *Beatitudo nulla via habet veram rationem beatitudinis absque speciali dono gratiæ.* 18 12.
In cognitione intuitiua sui & abstractiua Dei partialiter consistit naturalis beatitudo angeli. 14 2.
Angelos malos sine supernat. beatit. creatos fuisse, est certum. Idem de bonis sentiendum. 18.18.
Beatitudo non in solâ potentia immediatè, sed etiam in substantiâ angeli & animæ recipitur. 7.10.
Quomodo beati cognoscant Deum per modum actûs puri. 8.73.
Vide Meritum. Visio Dei.

Cælum, Calor, Causa.

Cvr cælum non dicatur assumptum ab angelo. 4.12.
Calor *non constat ex gradu materiali & spirituali, quo dæmones vruntur.* 21.77.
Modum operandi diuinæ sapientiæ est mediis causis secundis. 16. 13. *Nulla causa creata continet suos effectus quoad esse indiuiduale.* 11.38.
Causa animata, & inanimata dupliciter ad agendum determinari potest. 11 8.
Causa non continet effectum in esse intentionali. 9.45.
Causa quoad primam sui productionem nequit pendere à suo effectu: Causæ non possunt esse sibi inuicem causæ quoad primum sui esse: Causa quoad sui conseruationem potest à suo effectu pendere. 18.70.
Causæ 2. attingunt ens vt ens per se secundo. 2. 32. *Materialis & formalis non possunt seipsis nullo intercedente medio distincto causare suum effectum.* 114.
Causalitas formæ respectu materiæ, distinguitur à causalitate creationis eiusdem materiæ. 152.
Eâdem actione quâ primò causa producit effectum, potest eumdem conseruare. 228.

Character, Charitas, Christus.

Vtrùm character absque præuiâ dispositione sit instrumentum ad Christi corpus conficiendum. 253.
Charitatis *habitus est instrumentum connaturale ad amorem beatificum: nullam habet præuiam actionem distinctam ab ea qua cum voluntate ad productionem illius concurrit.* 2.53.
Christus *non habuit charitatem reliquasq; virtutes infusas proprio merito.* 18 69.
Christi anima quoad dona naturalia fuit omnium perfectissima: Ipsi ratione vnionis hypost. collata sunt maiora dona supernat. quàm omnibus Angelis simul: hæc longo interuallo superarunt dona naturalia eiusdem. Quoad dona naturalia superior est quolibet homine, inferior quocumque Angelo. 102.
Meritum Christi dignum fuit, vt acceptaretur pro omnibus hominibus, quouis loco & tempore existentibus. 125. *Christus non meruit sibi essentialem beatitudinem animæ:* 129. *non fuit Angelorum redemptor, sed glorificator.* 148.
Notitiâ internarum cogitationum hominis Christus suam diuinitatem probabat. 126.
Christus in primo instanti conceptionis habuit præceptum à Patre de morte subeunda. 20.82. *Potuit gloriam animæ habere titulo meriti, & vnionis hypost.* 18.78.
Christus non habuit Angelum custodem. Christo omnes angeli fuerunt peculiares ministri. 19.56. *Habuit malum angelum assistentem.* 59. *Quomodo verum sit Christum per Angelos paternis legibus fuisse subiectum.* 19.58.
Humanitas Christi existit existentia creata. 379.

Cogitatio, Cognitio.

Cogitatio *ad bonum & malum indifferens est debita & connaturalis naturæ intellectuali.* 20.74.
Quâ ratione cogitatio circa bonum morale fiat congrua, vel non congrua. Cogitatio præcedit volitionem, aut nolitionem. 21. 23.
Obiecta quæ potest Angelus cognoscere naturaliter sunt infinita. 969.
Cognitio angeli est perfectior cognitione hominis. 78. *Est adæquatus effectus intellectus & speciei simul.* 114. *Est similitudo formalis obiecti:* 115. *Est tota vitalis, sed non totaliter: Vt*

cognitio

Digitized by Google

cognitio sit vitalis non est necesse vt tota producatur à principio vitali. 9.118.
Cognitio intuitiua non necessariò præcedere debet abstractiuam. 10.10.
Cognitio beata repræsentat Deum infinitum vt pura tendentia. 15. *Quid sit cognitio intuitiua, quid abstractiua.* 19. *Duplicem cognitionem habent angeli in Verbo.* 23.
Angelus cognoscit quodcumque singulare ordinis naturalis existit. 11. 1. *Dupliciter possunt futura contingentia ab angelo cognosci.* 3. *Possunt omnes effectus à quâcumque causâ naturali dependentes antequam sint in eorum causis præcognosci. d.*11.*n.*6.*&* 7.
Possunt angeli naturaliter pestem & hominum ægritudines præcognoscere: 9. *& cuiuscumque bruti vitæ periodum, non hominis.* 10.
Dupliciter potest cognitio non habere plenam aduertentiam obiecti. 20. 37. *Quomodo angelus reddatur certus, id quod actu cognoscit, esse præsens, præteritum, vel futurum.* 11.65.
Aliud est cognitionem mouere ad speciem sui in intellectu imprimendam, aliud ad sui reflexam intellectionem eliciendam. 12. 27. *Angelus cognoscit actus necessarios alterius angeli, quibus se cognoscit & diligit. Cognoscit sensationes tam externas, quàm internas hominis quoad physicam entitatem, in causa, in seipsis.* 36.
Quomodo cognoscat abstractiuè affectiones alterius. 40. *Si cognosceret actus intellectûs alterius, cognosceret peccata illa vt peccata formaliter, quæ consummantur in intellectu.* 41. *Qui cognoscit actus practicos intellectûs alterius, facilè cognoscet electionem.* 42.
Non potest idem actus cognosci vt effectus, & ignorari vt causa: Cognitio imperata potest esse principium alterius actus liberi. n. 48.
Angelus naturaliter cognoscit quidquid in sua entitate est naturale: 13. 1. *Absentiam subsistentiæ creatæ in humanitate Christi, non modum quo humanitas subsistit:* 10. *Vnionem, quâ anima Christi in resurrectione fuit reunita corpori:* 11. *Desitionem panis & vini in Eucharistia: Non modum existendi corporis Christi.* 12.
Angelus non potest naturaliter cessare à cognitione propriæ essentiæ: hæc est angelo fundamentum cæterarum: 14. 1. *Iuuat non impedit cognitionem reliquorum obiectorum: Angelus numquam cessat à naturali cognitione abstractiua Dei.* 2.
Cognitio angelica circa quæ sit discursiua. 3.
Angelus cognitione propriæ essentiæ sufficienter excitatur ad reliqua obiecta cognoscenda. 15. 28. *Cognitio duplicem habet respectum: Sub quo respectu sit locutio.* 33.
Potest aliquas veritates naturales cognoscere angelus unus, quas non cognoscit alius. 16. 25.
Cognitio naturalis in angelo præcessit cognitionem supernaturalem. 18. 21.
De fide est cognitionem beatam angeli distingui ab eius substantiâ. 8. 5. *Obiectum quod potest angelus cognoscere est omne intelligibile. Cognitio obiecti infiniti, quæ se habet vt ratio in quâ, necessariò est infinita.* 8 6.
Angelus seipsum cognoscit specie expressa qua. Quando requiritur species expressa in qua. 9. 54. *Angelus & anima separata respectu propriæ essentiæ non producit verbum.* 55.
Cum cognitione propriæ substantiæ potest esse in angelo cognitio indifferens in eodem instanti durationis: Angelus habens naturalem cognitionem sui, & liberam alterius obiecti, non potest in primo, sed 2. instanti natura peccare. 20.89.
Non omnis congrua cognitio ad bonum etiam morale est speciale donum Dei distinctum à beneficio creationis. 21.23.
Cognitio intellectus indirecta respectu sui est solùm abstractiua. 9. 42.
Vide Intellectio.
Colores *plures cur non possunt esse simul in eâdem superficie.* 5. 151.

Compositio, Conatus, Concursus.

Duplex compositio ex Caiet. subiectiua conceptuum, obiectiua rerum, quid vtraque. 14.11.
Ad perfectam compositionem non requiritur vt extremum vtrumque perficiatur. 19.88.
Composita post primam rerum productionem generantur. 2.165.
Compositio ex humanitate, & Verbo non est naturalis. Habet vnum tantùm extremum perfectibile. 39.
Non est possibilis natura intellectualis essentialiter ordinata ad componendam vnum cum corpore sub ratione motoris & mobilis. 16. *Quare anima rationalis aut alia forma essentialiter ordinetur ad componendum vnum cum materiâ.* 19.
In angelo non est possibilis compositio purè spiritualis ex materiâ spirituali. Quò tendat compositio ex materiâ & formâ. 31.
Conatus *malorum angel. pendet à quantitate virtutis naturalis. Conatus bonorum pendet à quantitate virtutis supernaturalis.* 18. 161. 163.
Concursus *generalis Dei non requiritur ad complendam causam secundam in actu primo.* 11. 50.
Discrimen inter concursum subiectiuum, & effectiuum. 9.171.
Quomodo causa naturalis possit concurrere ad creationem? 2.159. *Concursus creatiuus essentialiter est independens à subiecto.* 190. *Quando Deus concursum vnius generis possit supplere per concursum alterius.* 191. *Deus efficienter concurrit cum quâlibet causâ.* 2.154.
Conditio *nihil ponit in esse subiectiuè, bene tamen obiectiuè.* 20. 108.
Connaturalior *modus operandi ponendus est in angelis: & est per principium intrinsecum.* 18. 77. *Connaturale est angelo operari secundùm totum posse principij operatiui.* 81. 100. *&* 104.
Conseruatio *libera actus indeliberati post aduertentiam rationis est extrinseca actui.* 12. 45. *Conseruatio supponit esse præexistens.* 2.205.
Res per conseruationem non continuò accipit primùm esse cum nouitate essendi, bene tamen accipit continuò primum esse. 225.
Consilium *malum quid dat est auctor mali secuti.* 20.80.
Contingenti *in facto videndum est non quid potuerit esse, sed quid fuerit.* 20.145.
Continuum *non habet partes actu distinctas.* 9 180.
Conuersionem *inter & creationem discrimen.* 2.157.
Corpus *non potest perfici ab angelo.* 3. 22. *&* 23. *Quà corpus est, essentialiter petit esse quantum.* 7. *Plura corpora cur pugnent in eodem loco.* 5.21.
Corruptibile *simpliciter & propriè non dicitur per solam non repugnantiam.* 3.107. *& seqq.*

Creatio, Creatura.

Creatio vt sic, est tantùm productio rei ex nihilo. 2. 156. *Naturalis vna, altera supernaturalis.* 160. *Quod est naturaliter creabile, non est diuinitus generabile: & cur?* 177. *Falsum est solam substantiam spiritualem esse naturaliter creabilem.* 180. *Quidquid est naturaliter creabile, est ens per se existens.* 185. *Potest res diuisibilis creari successiuè in tempore non per instantia interpolata.* 195.
Creatio rei indiuisibilis potest fieri in tempore. 199. *In creatione æternâ potuit saluari distinctio inter creationem & conseruationem.* 207. *Creatio non distinguitur re ipsâ à conseruatione.* 216. *Quomodo sit ac dicatur productio totius esse rei.* 253.
Angeli omnes initio temporis ex nihilo à Deo condi ti sunt cum reliquis mundi partibus. 2.3. *Non solùm prima intelligentia, sed reliqua omnes sunt immediatè producta à Deo: Potentia creandi communicari non potest creaturæ.* 5.
Creatio est actio transiens propria Dei, quæ creaturæ communicabilis non est: Ex modo tendendi independenter à subiecto est omnium perfectissima: 2.15. *Est potentialis constans ex essentiâ & existentia, & componitur cum termino vt cum immediato subiecto.* 18.
Creare solius causæ primæ est, quæ sola per se primo in omni effectu attingit ens vt ens: 32. *Quòd creatio sit ex nihilo, tantùm probat virtutem creatiuam non posse limitari ex parte subiecti, non ex parte termini producibilis:* 331.
Formalis terminus creationis est ens vt ens: 31.
Potest dari virtus creatiua altioris ordinis finita excedens quamlibet virtutem eductiuam etiam infinitam ordinis inferioris. 288.

Digitized by Google

tametsi prava consuetudo diuturno habitu radicata non sinebat eos ad peccati malitiam reflectere. *Dixi quando sine peculiari circumst. occurrunt:* Nam cum tali circumst. ea occurrere possunt, vt propter inuincibilē ignor. penitus à culpa excusent, sicut multi existimarunt, mendacium etiam iuratum tempore vrgentis necessitatis licitum esse.

22. *Quenam fideles.* Dico 2. Christi fideles tenentur sub præcepto scire omnia fidei Christianæ mysteria in symbolo contenta: *S. Tho. 2.2.q.2.art.7.& 8. Schol. in 3. dist.25.* qui etiam docent, non satis esse, hæc implicitè, sed necessarium esse ea explicitè nosse: quia nullus potest se ad finem dirigere, nisi finis, & eorum, quę ad finem necessaria sunt, notitiam habeat: sed mysteria fidei continent finem, & ea quæ ad finem necessaria sunt. Catholici disputant, an

23. inter fideles dari possit ignorantia inuincibilis mysteriorum Fidei etiam eorum, quæ ad salutem necessaria sunt, absque culpa: & an hoc ipsum præceptum sciendi, quæ ad salutem necessaria sunt, obliget etiam infideles. hæc tomo 4. loco proprio.

24. *Quenam vnusquisq;* Dico 3. Vnusquisque tenetur scire ea, quæ ad proprium officium ritè obeundum censentur necessaria: *S. Tho. 1.2.qu.76.art.2.* nam qui operatur aliquid absque sufficienti notitia eorum, exponit se manifesto periculo errandi, quia applicat se ad opus absque regulâ directiuâ operis, quę est practica notitia eorum. Vnde peccat confessarius, si absque sufficienti notitia eorum, quæ ad hoc sacramentum ritè ac rectè exercendum necessaria sunt, accedat: doctor, vel iudex, si absque notitia eorum, quę ad casus, litesque definiendas necessaria sunt, aliquid definire attentet: medicus, si ad vulnera morbosque curandos absque sufficienti notitiâ accedat. Nec solùm necessaria est cognitio eorum, quæ ad officium ritè obeundum in communi necessaria sunt, sed & eorum, quæ ad singulos actus sui muneris rectè exercēdos necessaria sunt, quando vniuersalis scientia ad actum in indiuiduo rectè exercendum non sufficit. quia omne debibitum sciendi est in ordine ad opus in indiuiduo exercendum: ergo quoties ad id vniuersalis scientia non sufficit, adhibenda particularis.

Ratio

25. Maior difficultas est ad dignoscendum, quando ignorantiâ eorum, quæ ad proprium officium exercendum necessaria sunt, censeatur culpabilis.

26. *Regula infallibilis de ignor. iuris, facti* Dico 1. omnem ignor. cuius nulla nec in vniuersali, nec in particulari præcessit suspicio, reputari inuincibilem, atque adeò inculpabilem, tam iuris, quàm facti. Ignorantia .n. quæ nequit humanâ diligentiâ superari, est inuincibilis: at ignorantia rei, cuius nulla præcessit dubitatio, est huiusmodi: quia nisi cogitatio de re, cuius ignorantiâ laboramus, nobis occurrat, non erit in nostra potestate illam expellere, vt patet; cùm nec prima rei cogitatio in nostra sit potestate; nec voluntas sine prævia cognitione operari possit.

27. *De sufficiente diligentia, regula triplex* Dico 2. Eam ignorantiam censeri probabilem, atque adeò ad culpam non imputari, ad quam superandam sufficiens adhibita est diligentia. Quæ diligentia sufficiens sit, vt dignoscatur,

28. Prima regula sit eius, qui indoctus est, & propriæ prudentiæ non fidit: debet enim viros doctos ac peritos in eâ materiâ, de quâ dubitat, consulere; quorum consilium sequens ad amplius non tenebitur; nec ignorātia illi ad culpā imputabitur.

29. 2. Regula sit eius, qui doctus est, & materiæ, de quâ agitur, peritus; scitque leges & rationum momenta perpendere. Hic eam adhibeat diligentiam, qua iuxta rectam rationem sibi probabiliter suadere possit, se suo muneri ac conscientiæ satisfeciſſe, nec se ad amplius moraliter teneri: quamdiu autem ad hoc signum moralis certitudinis non peruenit, semper dubitare potest, an sufficientem adhibuerit diligentiam.

30. 3. Regula sit eius, qui nec defectu doctrinæ, quâ caret, potest propriæ conscientiæ fidere; nec vrgente necessitate, viros doctos consulere. Is, si negotij grauitas poscat, recurrere tenetur ad Deum, vt illum illuminet; & per actus contritionis se ad diuina lumina concipienda disponere: præsertim si res, de quâ agitur, grauis sit, & in notabile bonum, aut malum sui, vel aliorum vergere possit. Eadem doctrina applicanda est ignorantiæ facti, vt illa censeatur inuincibilis, vel probabilis, cuius vel nulla dubitatio facti præcessit, vel si qua præcessit, sufficiens iuxta aliquam ex tribus assignatis regulis adhibita est diligentia.

An, & qua ignorantia sit causa peccati?

31. *Dupliciter potest ignorantia esse causa peccati;* HActenus de ignor. secundùm se, an & quâ ratione possit esse peccatum; nunc de ignor. quà est causa peccati; vno modo vt remouens prohibens, quia remouet scientiam, quæ peccatum prohiberet; alio modo vt moraliter influens in malitiam actûs, ostendendo implicitè saltem malitiam peccati, nec non debitum inducendo acquirendi scientiam, quæ peccatum prohiberet. Primum habet ignorantia, quà priuatio scientiæ: secundum habet ratione implicitæ & imperfectę notitiæ de peccati malitiâ. Quò fit, vt non omnis ignorantia sit causa moraliter influens in malitiam; omnis tamen possit esse causa remouens prohibens peccatum, aut saltem physicam entitatem peccati. Ratio: sola illa moraliter influit in malitiam, quæ secum affert debitum, oppositam scientiam comparandi, quâ peccatum euitari possit: hæc est sola, quę ob operante vinci potest; quæ enim vinci non potest, nullum inducit debitum oppositam scientiam comparandi. Vt autem sit causa remouens prohibens, sufficit, vt priuet subiectum scientiâ, siue cum debito acquirendi illam, vti vincibilis; siue absque debito, vti inuincibilis. Ratio: vt possit ignorantia esse causa remouens prohibens peccatum, habet formaliter quà occultat malitiam actus, quæ si cognosceretur, non committeretur; at omnis ignorantia eam occultat vel totaliter & inculpabiliter, vt inuincibilis; vel non totaliter & culpabiliter, vt vincibilis.

32. *Aliqua ignor. causa peccati.* Dico 1. Aliqua ignorantia est causa peccati, vt remouens prohibens. ex 1. Cor. 2. *Si cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent.* Ignorantia, quam de Christo habuerunt Iudæi, remouit ab eis scientiam veri Messiæ, quæ peccatum crucifixionis prohibuisset: quia cū malitia peccati de se maximè idonea sit ad retrahēdū hominem à peccato, plerūque nō cōmitteretur, si plenè cognosceretur. *Fund.*

33. *Nulla inuincibilis influens* Dico 2. Nulla ignorantia inuincibilis & antecedens potest esse causa moraliter influens in malitiam peccati. Fundam. nulla ignor. potest esse causa moraliter influens in malitiam, nisi aliquo modo ostendat malitiam, vel inducat debitum cōparandi oppositam scientiam de malitia: at nulla ignorātia inuincibilis & antecedens ostendit malitiam, vel inducit id debitum: cùm definiatur illa, quæ nulla humanâ industriâ vinci potest; ac proinde quæ nullum debitum in operante inducit.

34. *Nulla remouens prohibens.* Dico 3. Nulla ignoran. inuincibilis seu antec. potest esse causa remouens prohibens peccatum quoad esse formale peccati, sed tantùm quoad esse physicum: contra *Caiet. 1.2.q.76.art.1.* asserētem,

Digitized by Google

ignorantiã esse causam peccati non quidem quoad deordinationem & imputabiliter, sed quoad contrarietatem ad virtutem, & non imputabiliter. Vbi procul dubio loquitur de ignor. inuincibili & antec. nam vincibilis seu cõsequens est causa peccati, etiã quoad deordinationem & imputabilitatem.

35. *Fund.* Assertio cõmunis prob. Non potest ignorantia esse causa remouens prohibens peccatum quoad esse formale peccati, nisi remouendo scientiã, quæ prohiberet peccatum quoad esse formale: sed repugnat, ignor. inuincibilem remouere eam scientiam: nam vt scientia, quę per inuincib. ignor. remouetur, prohibere posset peccatum quoad esse formale, deberet supponere actum, ex tali ignor. factum, esse peccatum: implicat autem, talem actũ esse peccatum: nam actus ex ignor. inuincibili factus, procedit sine vllâ cognitione, etiam implicitâ & iuterpretatiuâ malitiæ: ergo non procedit voluntarius respectu malitiæ talis actûs: implicat autem esse peccatum, & non esse voluntarium respectu malitiæ peccati: hoc est vt scientia simpliciter tollat peccatum, debet supponere illud esse peccatum: ergo vt tollat peccatum ex ignor. inuincibili factum, debet supponere illud ex tali scientia factum, esse peccatum. Nec sufficit, vt tollat actum, qui si ignorantiâ non excusaretũr, esset peccatum: hoc. n. solùm probat, esse causam remouentem prohibens peccatum quoad esse physicũ: nam vt tolleret actum quoad esse formale peccati, deberet, dum fieret talis actus, esse peccatum: respectu .n. illius dicitur ignorantia causa remouens prohibens, quod ex tali ignorantia fieret.

36. Dices. Si quis furaretur rem sacram, sciens esse alienam, inuincibiliter tamen ignorans esse sacram, quam si sciret, non furaretur; ea ignorantia esset causa remouens prohibens peccatum quoad esse physicum, & formale: remouet. n. scientiã, quę non solùm prohiberet materiale sacrilegium, quod fuit inuincibiliter ignoratum, sed etiam formale furti, quod fuit expressè cognitum.

Conf. Confirm. non posset scientia in tali casu prohibere materiale sacrilegij, quin etiam prohiberet formale furti.

37. *Resp.* Resp. neg. min. Etenim eius tantùm ignorantia dicitur per se causa remouens prohibens, quod opposita scientia per se prohiberet: at in tali casu scientia per se tantùm prohiberet materiale sacrilegij non formale furti: id. n. tantùm per se prohiberet scientia, quod non fuisset cognitum: nam quod fuit cognitum, & nihilominus volitum, non potest per se à superueniente scientiâ prohiberi, cùm prohiberi potuisset ab ipsâ scientiâ, quâ fuit cognitum. Vbi igitur solum materiale sacrilegij non fuisset cognitum, illud tantùm per se prohibuisset superueniens scientia, atque adeò illius tantùm ignorantia foret per se causa remouens prohibens. Ratio: ignorantia non est causa remouens prohibens actum per seipsam, sed mediante scientia, quæ si adesset, actum immediatè prohiberet: ergo illius tantùm potest ignorantia esse per se causa remouens prohibens, quod opposita scientia immediatè prohiberet: hoc autem, vt patet, est

Ad Confir. quod non fuit cognitum. Ad confir. concedo non posse in tali casu prohiberi sacrilegium, quin simul prohibeatur & furtum: nego, furtum prohiberi per se, sed tantùm consequenter: quod non sufficit, vt dicatur per se effectus ignorantiæ. Si. n. posset separari furtum à sacrilegio, prohiberetur sacrilegium, non prohibito furto.

38. Hinc constat ignorantiam, quæ necessitatis est, non voluntatis, hæc est inuincibilis prorsus, carere peccato actuali, sit ignorantia iuris naturalis, diuini, vel facti sit, perinde est (quidquid *Calui. lib. 2. Instit. c. 2. n. 25.* & *Lutherus* obganniant.) Ratio huius catholicæ veritatis est, quia ignorantia causat inuoluntarium. *Nemo vnquam ignoranter peccauit*, ait Chrysost. *hom. 15. ad Rom.* & Christus Ioan. 9. fine: *Si cæci essetis, non haberetis peccatum*, & c. 15. *Si non venissem. & locutus fuissem eis, peccatum non haberent; nunc autem excusationem non habent de peccato suo.* Et August. *lib. 3. de lib. arb. c. 19. Non tibi deputatur ad culpam, quod inuitus ignoras, sed quod negligis quærere, quod ignoras.* Quod quis non cognoscit, velle non potest; cùm voluntas nequeat in incognitum ferri. Alioqui merus casus esset, rectè operari, vel malè, prout contingeret, actionem esse conformem, vel difformem legi naturali, vel positiuæ. Non esset voluntatis meritum, vel demeritum, sed fortunæ: imò quod probabilissima ratione & authoritate ageret quis, etsi nollet agere, si sciret malum esse, nihilominus peccatum esset, ac si sciret malum esse. Præterea daretur perplexitas, quâ quis necessariò peccaret, vtramuis partem contradictionis eligeret, quando inuincibili ignorantiâ iudicaret bonum esse, ac debere fieri, quod reipsa malum est. Nam hoc si feceris, peccas per Aduers. Si non feceris, etiam peccabis, quia operaberis contra conscientiam, quæ dictat faciendum. *Dices* ex August. *Epist.* *Obijcies* 105. *ad Sixt. Inexcusabilis est omnis peccator, vel reatu originis, vel additamento propriæ voluntatis siue qui nouit, siue qui ignorat, siue qui iudicat, siue qui non iudicat: quia & ipsa ignorantia in eis, qui intelligere noluerunt, sine dubio peccatum est: in eis autem, qui non potuerunt, pœna peccati:* (vnde concludit) *ergo in vtrisque non est iusta excusatio, sed iusta damnatio.* Resp. mens huius Doctoris clarissima est superiùs, vbi habet: *Si ergo istos inexcusabiles dicit, qui inuisibilia illius per ea, quæ facta sunt, conspicere potuerunt, nec obedierunt veritati, sed iniqui & impij permanserunt. Neque enim non cognouerunt Deum, sed cognoscentes Deum, non vt Deum glorificauerunt: quanto magis inexcusabiles sunt qui ex lege eius instructi confidunt seipsos ducos esse cæcorum* &c. Cùm igitur dicit August. ignorantiam in ijs, qui non potuerunt intelligere, esse pœnam peccati, intelligit de ignorantia, non iuris naturalis, sed legis: de qua damnata est Baij propositio hęc: *Infidelitas negatiua purè in his, in quibus Christus non est prædicatus, peccatum est.* Intabis: Idem *Epist.* 154. sic habet: *Si quis bonum putauerit esse, quod malum est, & fecerit, hoc putando vtique peccat: & ea sunt omnia peccata ignorantiæ, quando quisque benè fieri putat, quod malè fit.* Resp. loquitur ibi de ignorantia vincibili, ne Apostolo contradicat, & sibi: cùm in fine epistolę respondet ad quæst. an debeat Christianus famis necessitate victus Idolothyto vesci; his verbis: *Aut certum est, esse Idolothytum, aut certum est, non esse; aut ignoratur: si certum est esse, melius christiana virtute respuitur: si autem vel non esse scitur, vel ignoratur, sine vllo conscientiæ scrupulo in vsum necessitatis assumitur.* Constat hæc August. doctrina ex *lib. 3. de lib: arb. cap. 18. Quis peccat in eo, quod nullo modo cauere potest? Non tibi deputatur ad culpam, quod inuitus ignoras. Nam illud, quod ignorans quisque non rectè facit, & quod rectè volens facere non potest, ideò dicuntur peccata, quia de peccato illo libera voluntatis originem ducunt.* Ergo non addunt nouam culpam actualem, nec reatum æternæ pœnæ: quippe *vsque adeò peccatum voluntarium malum est, vt nullo modo sit peccatum*, nouum & actuale, *si non sit voluntarium* nouum & actuale: *lib. de verâ relig. c. 14.* Non negamus cum August. cæterisque Eccles. Doctoribus,

Ignorantia necessitatis carere peccato actuali

Resp. mentẽ August. clariss.

Digitized by Google

tibus, ignorantiam etiam inuincibilem, posse esse iustam pœnam peccati, vel originalis, vel actualis, iuxta illud *August. lib. 3. de lib. arb. ca. 18. Illa est pœna peccati iustissima, vt amittat vnusquisq; quo benè vti noluit, cùm sine vlla posset difficultate, si vellet: ideſt autem, vt qui sciens rectè non facit, amittat scire quid rectum sit. Et qui rectè facere cùm posset, noluit, amittat posse cùm velit.* Negamus cum ijsdem Doctoribus, ignorantiam inuincibilem posse habere rationem culpæ, cùm nequeat habere rationem voluntarij, nedum liberi, ad peccatum essentialiter requisiti.

39. *Ignor. consequès causa peccati vtroque modo.*

Dico 4. Ignorantia consequens seu vincibilis non solùm est causa peccati, vt moraliter influens, sed etiam vt remouens prohibens: Est communis. Fundam. ignor. consequens, quà vincibilis, non occultat totaliter malitiam actus: ergo ex ea parte, est causa moraliter influens in peccatum, per modum proponentis, quo modo omnis cognitio dicitur moraliter influere in actum volũtatis: quia verò eadem ignor. occultat malitiam in seipsa & in propria specie, quæ, si fuisset expresè cognita, prohibuisset peccatum, ex hac parte est causa remouens prohibens peccatum.

40. *Ignor. concomitans non est causa peccati vt remouens prohibens.*

Dico 5. Nulla ignor. concomitans est causa peccati vt remouens prohibens, quamuis aliqua sit causa vt moraliter influens in peccatum. Prior pars prob. ea ignor. est causa remouens prohibens peccatum, cuius opposita scientia, si adesset, prohiberet peccatum: sed concomitans non est huiusmodi: siue .n. adsit, siue absit opposita scientia, semper id committeretur peccatum: dicitur .n. concomitans, quia tantùm comitatur actum peccati, & non est causa remouens prohibens illius: & qui cum tali ignor. operatur, non dicitur operari ex illa, quia particula *ex* causalitatem importat, sed cum illa, quod parem simultatem significat.

41. *Aliqua est causa vt moraliter influens.*

Posterior pars constat: interdum .n. ignor. concomitans respectu operantis est inuincibilis siue anteced. & tunc nequit esse causa moraliter influens in peccatum: cùm nequeat ignorantia moraliter influere in peccatum, nisi ratione implicitæ cognitionis, quam de malitia secum inuoluit. Interdum verò eadem ignor. respectu operantis est vincibilis & conseq. & tunc, quia non occultat totaliter malitiã, moraliter influit in illud per modũ proponentis. Exemplum primi: occidit quis inimicum, inuincibiliter putans esse feram; quem occidisset, si sciuisset; ignor. est concomitans & inuincib. proinde non influens moraliter per modũ proponentis in homicidiũ. Exemplũ secundi: occidit quis inimicum, vincibiliter putãs ferã: quem occidisset, si sciuisset, ignor. est cõcomitãs, sed vincibilis & cõseq. respectu occidẽtis, proinde moraliter influens per modũ proponẽtis in peccatũ homicidij. Cæterùm hoc interest inter vnius & alterius ignor. effectum: quòd prior effectus nullo pacto in ratione homicidij tribuitur operanti, imò nec habet rationem homicidij & peccati formaliter, sed tantùm materialiter: quia in ratione homicidij talis actus fuit inuincibiliter ignoratus. Posterior verò effectus tribuitur operanti; etiam in ratione homicidij & peccati formaliter, quia vt sic non fuit inculpabiliter ignoratus. Vnde talis homicida incurreret pœnas homicidij, non alter.

42. *Quanam ignorantia excusat à peccato, quæ non.*

Ex dictis infertur: omnis ignorantia inuincibilis, & antecedens excusat totaliter à peccato, quia occultat totaliter malitiam illius: Nulla consequẽs seu vincibilis excusat totaliter à peccato: quia nulla talis occultat totaliter malitiam. Omnis tamen consequens minuit peccatum; quia si non totaliter, saltem ex parte occultat malitiam: vnâ tantùm exceptâ ignor. affectatâ, seu volitâ propter ipsum peccatum: hęc .n. aggrauat, non minuit peccatum, quia qui ex tali ignor. operatur, affectat ignorantiam, vt liberiùs peccet; quæ est circumstantia aggrauans, & signum maioris affectûs erga peccatum. Dixi *propter ipsum*: si .n. eadem ignor. non sit volita, vel affectata primariò & directè propter ipsum peccatũ, sed propter aliũm finem, tunc non aggrauat, sed minuit peccatũ: quia, cęteris paribus, semper leuiùs peccat, qui minùs cognoscit malitiã.

DISPVTATIO XXI.

De causis exterioribus peccati.

1. *Extrinsecà causa peccati duplex*

Discussis intrinsecis causis peccati, discutienda extrinseca duplex; directa, quæ ad peccatum vnà cum voluntate immediatè concurrit; indirecta, quæ tantùm allicit, suadet, instigat: vt extrinseca obiecta, quà ad peccandum alliciunt; diabolus & homo, quà suadent & instigant ad peccandum, obiecta proponendo, rationibus suadendo, præcipiendo, comminando, interiorem phantasiam immutando. Causa exterior directa peccati nulla creata esse potest: quia nulla creatura immediatè cõcurrere potest cũ voluntate peccatoris ad actũ peccati, nisi solus Deus.

De solo Deo est controuersia.

SECTIO PRIMA.

An Deus sit causa peccati?

2. Etvulgata est Libertinorũ, Caluinist. Lutheræresis, qui Deum faciunt authorem peccati: & licèt nomen authoris peccati vsurpare non audeant, rem expresè docent, sc. quæcunque peccata ab hominibus fiunt, fieri non solùm Deo permittente, sed etiam volente, mandante, instigante, operante, ab æterno prædefiniente, vt constat ex *Calvin. lib. 1. Instit. cap. 17. n. 5. 7. & 11. & cap. 18. n. 1.* vbi irridens Scholast. distinctionem *de agere & permittere: Absurdum* (inquit) *videtur, volente ac iubente Deo excaecari hominem, qui mox cæcitatis suæ pœnas daturus est. Tergiuersando itaque effugiunt, Dei tantùm permissu, nõ etiam voluntate hoc fieri.* Et n. 2. *Quantum ad arcanos motus spectat, quod de corde Regis prædicat Salomon flecti huc, vel illuc, prout Deo visum est, ad totum certè humanum genus extenditur, tantumque valet ac si dixisset, quidquid animis concupimus arcana Dei inspiratione ad suum finem dirigi.* Et lib. 3. cap. 23. nu. 8 *Cadit igitur homo, Dei prouidentiâ sic ordinante.* Eandem hæresim docuerunt *Cerdoniste, Marcioniste, Manichæi, Priscillianiste, Albigenses*, quorũ primus author putatur *Simon Magus*. Verùm tanto his nequiores sunt hęretici nostri temporis, quãto maiori cum impietate, non in malum Deum, malorum omnium principium, vt illi, sed in bonum verumque Deum omnium peccata referunt; quorum primus *Irenæo teste apud Bellarm. lib. 2. de statu pecc. cap. 1.* Florinus fuit.

3. *Hæresiarch. princeps Magus*

4. *Probant 1.*

Probant hęretici hũc errorem. 1. ex Scripturis, quibus videtur Deus ab æterno decreuisse, quæ in tempore fiunt mala: *Genes. 45. Non vestro consilio*, loquitur Ioseph de suâ à fratribus venditione, *sed Dei voluntate huc missus sum:* & cap. 50 *Nolite timere, num Dei possumus resistere voluntati?* Actor. 2. *Hunc*, nempe Christum, *definito consilio & præscientia Dei traditum per manus iniquorum affigentes inter-*

tes interemistis : & cap. 4. *Conuenerunt facere quæ manus tua, & consilium tuum decreuerunt fieri.*

5. Probant 2. 2. Probant ijs testimonijs, quæ ostendunt Deum creare impios, vt in eorum punitione ipsius iustitia reluceat : *Omnia propter semetipsum operatus est Dominus, impium quoque ad diem malum.* Sapien. 14. dicuntur creaturæ factæ in odium & tentationem hominum: *Quoniam creatura Dei in odium facta sunt, & in tentationem animabus hominum, & in muscipulam pedibus insipientium.* Rom. 9. *An non habet potestatem figulus facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam ?* 3. Afferunt Scripturæ loca, in quibus dicitur Deus peccata præcipere, ad eaque homines impellere. 2. Reg. 16. *Dominus præcepit Semei vt malediceret Dauid.* 3. Reg. 22. imperat Deus spiritui malo, vt decipiat Achab: *Decipies & prævalebis: vade & fac ita.* Psal. 43. *Declinasti seminas nostras à via tua.* Psal. 14. *Conuertit cor eorum, vt odirent populum eius.* Psal. 118. *Inclina cor meum in testimonia tua, & & non in auaritiam.* Psal. 140. *Non declines cor meum in verba malitiæ.* Matt. 16. *Et ne nos inducas in tentationem.* Ioan. 13. *Dixit Christus Iudæ, quod facis fac citò.* 4. Proferunt authoritates, quibus dicitur Deus homines excæcare, indurare, decipere, tradere in reprobum sensum. Exod. 7. 8. 9. *Induravit Dominus cor Pharaonis.* Iob 12. *Qui commutat labium veracium, & doctrinam senum aufert, qui immutat cor principium & decipit eos, & errare eos faciet quasi ebrios.* Isa. 63. *Quare errare nos fecisti de vijs tuis, indurasti cor nostrum, ne timeremus te ?* Ierem. 20. *Seduxisti me Domine: & seductus sum.* Ioan. 12. *Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaias, excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum.* Roma. 1. *Tradidit eos Deus in reprobum sensum, vt faciant quæ non conueniunt.* Et cap. 9. *Cuius vult miseretur, & quem vult indurat.* 5. Probant ex Augustin. qui videtur huic errori fauere, *lib. de correp. & gra. cap. 7.* vbi apertè testatur, Christum elegisse Iudam ad effundendum sanguinem suum: *Cùm* (inquit) *audimus, nonne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est, illos debemus intelligere electos per misericordiam, illum per iudicium. Illos ergo elegit ad obtinendum regnum suum, illum ad effundendum sanguinem suum.* Et *lib. de gra. & lib. arb. cap.* 20. docet, hominum voluntates ita esse in Dei potestate, *vt eas quo voluerit, quãdo voluerit faciat inclinari, vel ad beneficia quibusdam præstanda, vel ad pœnas quibusdam ingerendas;* intelligit ibi pœnas, peccata ipsa; sic enim subiungit : *Nam inuenimus aliqua peccata etiam pœnas esse aliorum peccatorum, sicut sunt vasa iræ, quæ perfecta dicit Apostolus in perditionem: sicut est indurat ratio Pharaonis, cuius & causa dicitur ad ostendendam in illo virtutem Dei.* infrà loquendo de Semei maledicente Dauidi ex mandato Dei: *Eius* (inquit) *voluntatem proprio vitio suo malam in hoc peccato, iudicio suo iusto & occulto inclinauit.* Et *cap.* 21. sic concludit: *Satis quantum existimo, manifestatur operari Deum in cordibus hominum ad inclinandas eorum voluntates quocunque voluerit, siue ad bona pro sua misericordia, siue ad mala pro meritis eorum.* 6. Confirmant : *Deus omnia operatur secundùm consilium voluntatis suæ: Ephes.* 1 Igitur nihil boni, aut mali fit, absque consilio & voluntate ipsius. Confirmatur, nihil fit Deo nolente : ergo omnia, atque adeò etiam peccata, fiunt Deo volente.

10. *Catholica sententia : Nullum peccatum fit volente Deo sed tantùm permittente.*

Vera sent. docet, non modò Deum causam & authorem peccati non esse, quod ne ipsi quidem nostri temporis Nouatores negant, sed nec vllum peccatum, ipso volente, aut decernente, sed tantùm permittente, fieri. Quam doctrinam etsi irrideat Caluinus, certè nõ Antiquissimi Patres: Tertullia. lib. aduersus Hermog. *Iam ergo malum ab ipso, qui est mali si non author, quia non effector, certè permissor, quia Dominator.* Chrysost. homil. 8. in epist. 2. ad Timoth. in 2. p. Morali: *Hoc solùm scio, quòd Deus omnia præuidet, quòd liberi arbitrij conditi sumus, quod alia quidem operatur, alia verò permittit: quòd nihil mali vult fieri: quòd non ex sola ipsius voluntate fiunt omnia, sed ex nostra quoque; mala omnia ex nostra tantummodo, bona omnia ex voluntate nostra & ipsius adiutorio.* Augustin. 13. de Trinit. cap. 12. *Modus autem iste quo traditus est homo in diaboli potestatem, non ita debet intelligi, tanquam hoc Deus fecerit, aut fieri iusserit, sed tantùm permiserit.* Fulgent. lib. 8. ad Moni. cap. 13. *Posset peccatum aliquod ex prædestinatione Dei esse, si posset aliquis hominum iustè peccare, nullus autem hominum iustè peccat, quamuis eum iustè Deus peccare permittat;* Damas. lib. 2. de Fide c. 29. *Dicitur igitur prima præcedens voluntas, & acceptatio ex ipso existens. Secunda verò voluntas, sequens & permissio ex nostra causa existens:* Et paulò pòst: *Malaneque antecedenter vult, neque consequenter vult : sinit tamen arbitrium ad illa liberum.* Hugo de S. Victore lib. 1. de Sacra. p. 5. cap. 27. *Magis Deus potestatem tribuit solam, non voluntatem, quia licet & ipsius permissione sit, quòd malum possint, ex inspiratione tamen eius non est, quod malum volunt.* Concilium Trid. sess. 6. can. 6. *Si quis dixerit, non esse in potestate hominis, vias suas malas facere; sed mala opera, ita vt bona, Deum operari, non permissiuè solùm, sed etiam propriè & per se &c. Anathema sit.*

11. *Veritas hæc ex sacris oraculis prob.*

Probatur 1. apertè dicitur Deus non velle, sed odisse peccata; nec ea præcipere, vel ad ea homines impellere : Psal. 5. *Non Deus volens iniquitatem tu es.* Ezech. 18. *Nunquid voluntatis meæ est mors impij?* Habacuc 1. *Mundi sunt oculi tui, ne videant malum, & respicere ad iniquitatem non poteris.* At quomodo, si ex se ea vellet, definiret, præciperet, executioni mandaret ? Sapien. 11. *Nihil odisti eorum, quæ fecisti.* & 14. *Odio est Deo impius & impietas eius.* At quo pacto, si tantopere, vt ea executioni mandaretur procuraret ? vel quo pacto non diceretur Deus odisse eos, eorumque mortem voluisse, quos ex se independenter ab eorum voluntatibus, æterno prædefinitiuoque decreto ad peccata destinasset, ad eaque varios præparasset modos ac media, quibus homines impellerent? Eccles. 15. *Nemini mandauit impiè agere,* Ierem. 19. *Ædificauerunt excelsa Baalim quæ non præcepi: nec locutus sum, nec ascenderunt in cor meum.* Vbi vt ostendat Propheta, quàm alienum sit à voluntate Dei, vt velit peccata, non solùm ait, ea Deum non præcipere, sed ne quidem cognoscere. *Ignorare enim se dicit Deus,* ait hîc Hierony. *quæ indigna reputat suâ notitiâ, iuxta illud* Lucæ 13. *Nescio vos. Discedite à me operarij iniquitatis.* Si autem Deus peccata indigna reputat suâ notitiâ, quâ ratione ea ex se velle poterit ? Iacob. 1. *Nemo cùm tentatur dicat, quoniam à Deo tentatur, Deus enim intentator malorum est : ipse autem neminem tentat.* Eccles. 15. *Non dicas, ille me implanauit.* At quæ maior implanatio, quàm homines ad peccata prædestinare, ad eaque impellere, ac necessitare? Eandem veritatem vnanimi consensu tradunt Patres.

12. 1. Ratio.

Prob. 2. rationibus. 1. Deus sub grauissimis pœnis peccata prohibet : igitur non potest illa ex se velle : quia voluntas, vt peccata fiant, pugnat cum aliâ, ne eadem fiant : prior per aduers. necessitat ad peccandum; ergo non admittit simul voluntatem, ne peccata fiant, quia hæc deberet supponere in homine potentiam vitandi peccata, quæ prohibentur: sed posità primâ voluntate in Deo, non remanet in

net in homine potestas vitandi peccata, quæ prohibentur: igitur hæc voluntas pugnat cum prima. Confirm. mentiretur Deus, si reuerà vellet peccata, quæ sub tot tantisque pœnis prohibet. quid enim aliud est mentiri, quàm aliud signo ostendere, quã mente teneas? Sed externâ prohibitione vt signo manifestat Deus internam suam voluntatem. ergo.

13. *Ratio S. Thomæ.* 2. *S. Tho. 1. 2. q. 79. art. 1.* Peccatum est recessus & auersio à Deo vt ab vltimo fine: implicat, Deũ velle recessum & auersionem à seipso: qui in omni opere seipsum vt vltimum finem intendit; sicut seipsum necessariò diligit. 3. Implicat summum bonum velle summum malum: igitur implicat Deũ velle peccatum: quod est summum malum, cùm sit contra summum bonum. Antec. est adeò lumine naturali notum, vt illud nec Gentiles Philosophi latuerit, vt de *Trismegist. Platone, Maximo Tyrio refert Bellar. lib. 2. de statu pecc. cap. 9.* & prob. repugnat infinitæ sanctitati, admittere in se aliquid mali, nõ minùs quàm infinitæ sapientiæ, admittere aliquid falsi. Sed voluntas peccati est mala, cùm sit disformis naturæ intellectuali vt sic. At, *inquit Caluin.* ista voluntas in Deo honestatur ex fine, ad quem peccata dirigit, quæ est sua ipsius gloria. Sed *contrà*, quia nequit medium per se malum honestari ex fine bono: alioqui etiam homo licitè posset ordinare medium malũ in finem bonum. 4. Sequeretur Deum esse authorem peccati. Etenim dupliciter potest quis esse author peccati, vno modo vt causa moralis, instigando, præcipiendo, impellendo: alio, vt causa physica, liberè operando vt causa proxima particularis entitatem peccati. At per hæreticos Deus instigat, præcipit, impellit, & vt causa particularis proxima libera atque antecedente volũtate concurrit ad entitatem peccati: ergo est author peccati. Confirm. ne Deus sit author peccati, solùm per hos obstat, quia Deus bonâ intentione facit quod homines & dæmones malâ voluntate exequuntur. Cæterùm omnia præstat, quæ verus author peccati præstaret. Sic. n. *Calu. lib. 2. Instit. cap. 4. n. 2.* concludit: *Idem ergo facimus Deo, Satanæ, homini assignari, videmus non esse absurdum: sed varietas in fine, & modo facit, vt illic inculpata Dei iustitia reluceat, Satana hominisque nequitia cum suo opprobrio se prodat.* At finis bonus non cohonestat medium malum, nec intentio bona rectificat electionem malam: igitur Deus esset verus peccati author, contra illud *Fulgent. lib. 1. ad Moni. cap. 19. Non est Deus author, cuius est vltor.*

14. *3. Ratio.*

15. *4. Ratio contra Nouatores ipsos.*

Caluinus

Fulgẽtius.

16. *5. Ratio.* Quinta. Sequeretur Deum tantùm peccare, non homines: per istos enim Deus ex se ante vllam præuisionem, efficaciter decreuit, vt homines peccarẽt; at hoc decreto posito, non est ampliùs in libera potestate hominis, non peccare: igitur peccatum non homini, sed Deo adscribi debet: quia vbi nulla libertas, nullum est peccatum, quod adeò verum existimat *August. lib. de vera relig. cap. 14.* vt ab hac veritate neminem discrepare dicat. Nec tantùm loquitur de libertate oppositâ coactioni, sed etiam de oppositâ necessitati. Maior est *Caluini lib. 3. cap. 23. n. 7. Decretum horribile, fateor: inficiari tamen nemo poterit, quin præsciuerit Deus, quem exitum esset habiturus homo, antequam ipsum conderet, & ideo præsciuerit, quia decreto suo sic ordinarat.* Minorem concedit *Caluin. n. 8. Non dubitabo igitur cum Augustino simpliciter fateri, voluntatem Dei esse rerum necessitatem, atque id necessario futurum esse, quod ille voluerit. & n. 9. excusabiles peccando habere volunt reprobi, quia euadere nequeunt peccandi necessitatem, præsertim cùm ex Dei ordinatione sibi injiciatur huiusmodi necessitas. Nos verò indemne-*

gamus ritè excusari, quandoquidem Dei ordinationi, quæ se exitio destinatos conqueruntur, sua constet æquitas, nobis quidem incognita, sed illa certissima. Unde constituimus nihil illos sustinere mali, quod non iustissimo Dei iudicio infligatur. Verùm hæc responsio sicut non tollit ab homine necessitatem peccandi, cum quâ pugnat peccatum; ita, velint impiè, nolint isti hæretici, admittere coguntur Deum, non hominem esse authorem peccati.

17. *6. Ratio.* Sexta. Sequeretur, nos peccando mereri posse, quo quid absurdus? Sequela prob. semper licitum est, voluntatem nostram quoad omnia diuinæ conformare, vt *disp. 15. sect. 5.* sed voluntas diuina nostra peccata vult absolutè & efficaciter, vt in eorum punitione ipsius iustitia reluceat: igitur licitè possumus velle peccare, vt in punitione diuina iustitia exerceatur. Consequ. patet: nam ideò Deus iustè potest peccata velle, ad eaque nos impellere, quia illa velle potest propter honestum finem: ergo licitè etiam & meritoriè propter eundem finem ea velle possumus & nos, quia sic ea volendo conformabimur diuinæ voluntati, quæ est prima regula omnis honestatis.

18. *Vlt. ratio.* Vltima. Sequeretur, eodem omninò modo Deum operari in nobis bonum ac malum, salutem ac damnationem, nempe antecedente suâ voluntate, nullâ nostrâ libertate, ad vtrumque nos prædestinando ac prædeterminando: cùm tamen aliter de voluntate saluandi, aliter de voluntate damnandi Scriptura loquatur: illam enim vniuersalem erga omnes, & ex se Deum habere deprædicat: *Vult omnes homines saluos fieri: & neminem perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti:* hanc verò non nisi de peccatoribus, & occasione captâ ab ipsorum peccatis Deus habere dicitur, iuxta illud: *Perditio tua Israël, tantummodo in me auxilium tuum.* Vnde hæc hæresis damnata est *in Trident.* quoad prædestinationem ad peccata in *Arausic. 2. Can. 25. an. 529. sub Felice IV.* his verbis: *Aliquos ad malum diuina potestate prædestinatos esse non solùm non credimus, sed etiam si sunt, qui tantum malum credere velint, cum omni detestatione in illis Anathema dicimus.*

1. ad Tim. 2. *2. Petri 3.* *Oseæ 13.*

19. *Rationum fucus* Alias etiam rationes hæretici afferunt, cur non Deus, sed homo peccet, etiamsi Deus hominem ad peccandum prædeterminet atque necessitet. 1. iustè potest Deus velle vnum peccatum in pœnam alterius. 2. Deus non non est subiectus legibus, sicut homo. Verùm prima ratio deficit in primo peccato Angeli & hominis; quod nullum aliud supponebat, nec in pœnam alterius intendi poterat. Secunda non soluit difficultatem: licet enim Deus non teneatur lege superioris, tenetur tamen lege suæ sapientiæ, à cuius dictamine recedere, esset à se ipso recedere. Quis non videt, contra dictamen diuinæ Sapientiæ esse, etiam propter bonum finem, hominem ad peccandum cogere ac necessitare? Huc enim est contra rationem peccati, quod liberè, non necessariò petit fieri: nec posset homo ob talia peccata iustè puniri: nam teste *Arist. 3. Ethic. 5.* in ijs, quæ in nostrâ potestate non sunt, neque laudem, neque vituperium meremur: denique lumen creatum dictat, illicitum esse facere mala, vt eueniant bona: ergo & increatum, cuius participatio est creatum. Dicent hæretici: esto primum peccatum Adami non fuerit pœna peccati, quia liberrimum, nec à Deo volente instigante, prædefiniente factum, in pœnam tamen peccati illius grandis, perijt connaturaliter libertas arbitrij ad faciendum bonum, posuitque Deus singula & omnia posterorum peccata velle, mandare,

Obijciunt

Digitized by Google

mandare, operari, prædefinire, hominem instigare, omnemque ipsi imponere peccandi necessitatem, tantùm non coactionis; imò quantoslibet etiam concupiscentiæ prementis cogentisque stimulos subdere voluntati humanæ, vt ad illa consentiat spontaneè, & peccet. Verùm contra istorum impietatem militant septem adductæ rationes, quæ de homine in statu naturæ lapsæ intelliguntur, cui videlicet originis peccatum nihil naturale ademit, multò minùs innatam arbitrij indifferentiam & potestatem ad faciendum bonum, ipsi maximè propriam, vt homo est. Contra eandem declamat August. *lib. de duab. anim. c. 12. Summa iniquitatis & insaniæ esse, vt peccati reus quisquam teneatur, qui non fecit, quod facere non potuit*: & lib. 3. de lib. arb. c. 16, *Ex eo quod non accepit, nullus reus est: ex eo verò quod non facit, quod debet, iustè reus est. Debet autem, si accepit & voluntatem liberam, & sufficientissimam facultatem*, scilicet abstinendi à peccato, & bonum faciendi. Laudetur ille, *qui & velle præcepit, & posse præbuit, & non impunè velle permisit*. Et infrà: *Omninò non invenio, nec inveniri posse & prorsus non esse confirmo, quomodo tribuantur peccata nostra creatori nostro Deo*, tantùm abest, vt ad illa instiget & necessitet voluntatem: quoniam, vt idem August. ibid. c. 1. ait, *nulla culpa deprehendi potest, vbi natura, necessitasque dominatur*. & c. 18. *Sunt verò omni peccanti animæ duo ista pœnalia, ignorantia & difficultas* faciendi bonum, non necessitas; nisi fortè vt idem *ait lib. 8. confess. c. 5. dum consuetudini non resistitur, fit necessitas* moralis aliqua, *qua quasi catena ansulis quibusdam sibimet innexis obstrictam tenet voluntatem*. Vnde Iacob. 1. *nemo cùm tentatur dicat, quoniam à Deo tentatur: Deus enim neminem tentat*, tantùm abest vt instiget & necessitet ad peccandum; *Vnusquisque tentatur à concupiscentia sua abstractus, & illectus*, nullâ necessitate, vt experientiâ constat, & fide cuiuslibet seipsum consulentis ac percipientis, quòd à peccato possit abstinere, antequam peccet, & dum peccat, sæpe etiam non magnâ difficultate: ac proinde non instigari se à Deo ad peccatum in pœnam peccati originalis, multò minùs necessitari. Quod de iustis sibi persuadere longè horribilius est. quasi verò Deus virum iustum amicissimumque filium, in quo nihil damnationis est, nec originale peccatum, auxilio actuali ad non peccandum necessario simpliciter, destituat, & in peccati actualis ruinam impellat, ad vltionem peccati originalis, quantumuis condonati, tantumque Deus peccati ipsius noui author non sit, quia non inuitum præcipitat, sed volentem, licet vt velit necessitet. Quod nullus Tyrannorum etsi posset, faceret, scilicet innocenti vim, vt hic peccet, & sponte velit peccare, vt pœnas ille sumat; non liberâ sponte vt hic pœnas possit dare, sed necessariâ sponte, vt non possit non dare.

Hæretica impietas

Ab August. refellitur

Difficultas non est necessitas.

Ratio

20. *Coroll.* Deducitur, multa posse Deum ex se propriâ authoritate facere, quæ tamen vt fiant ab hominibus, facere non potest vt causa particularis. Potest enim ex se vt causa particularis homines occidere, proprijs bonis ac regnis priuare, eaque exequenda imperare hominibus, vt imperauit Abrahamo mortem proprij filij: non potest vt causa particularis cooperari cum homine priuatâ authoritate occidente, aut furante. Quia peccatum, aut priuatio bonorum facta authoritate Dei, est bona; facta authoritate priuatâ hominis, est mala. Dixi *Multa, non omnia*: quia sunt aliqua, quæ nullo pacto potest Deus vt causa particularis facere, vt mentiri, seipsũ odio habere, & similia, quæ per se & ab extrinseco sunt difformia respectu naturæ intellectæ.

21. Ad 1. argum. Resp. in his & similibus operibus considerandus est finis, quem Deus intendit; & media, quibus intentũ finem executioni mandat: vt in venditione Ioſephi, & morte Christi proximus finis fuit, exaltatio Ioſephi, & redemptio generis humani; media Ioſephi venditio, & Christi crucifixio à Iudæis facta. Primum fuit per se intentum, & æterno decreto independenter à voluntate hominum præfinitum, quia per se bonum: ſecundum verò tantùm permiſſum ex præſcientiâ futuri peccati: præuiſa enim prauâ voluntate futurâ, fratrum Ioſephum vendentiũ, & Iudæorũ Chriſtum crucifigentiũ, decreuit optimus Deus & hanc, & illam permittere ad maiorem & Chriſti, & Ioſephi gloriam. Quod egregiè expreſſit *S. Leo ſerm. 16. de paſſione* Domini. *Nunquid iniquitas perſequentium Chriſtum ex Dei eſt erta conſilio? non hoc planè de ſumma iuſtitia ſentiendum eſt, quæ multum dimerſum, multumque contrarium eſt ei, quod in Iudæorum malignitate præcognitum, & quod in Chriſti eſt paſſione diſpoſitum. Non inde proceſſit voluntas interficiendi, vnde moriendi, nec de vno ex-* Hæc S. Leo *itate ſpiritu atrocitas ſceleris, & tolerantia Redemptoris, non enim impias furentium manus immiſit in ſe Dominus, ſed admiſit: nec præſciendo quod faciendum eſſet, coegit vt fieret, cùm tamen ad hoc carnem ſuſcepiſſet vt fieret.* Tametſi ſecundum teſtimon. iuxta *Chryſ. hom. vlt. in Geneſ.* intelligi poſſit de ſolo Ioſepho: ſic enim ſcribit. *Ne timeatis, neque animi ſitis: Dei enim ſum ego, & Dominum meum imitor, & beneficia rependere ſtudeo his, qui non ferenda contra me fecerunt: ac proinde eius voluntati reſiſtere non poſſum, quin vobis ignoſcam.* Tertium teſtim. refert Suarez *lib. 2. opuſc. cap. 5.* ad varias perſonas: vt ſenſus ſit, *hunc deſinito conſilio* hominum, *& præſcientia Dei traditum* &c.

Soluitio argumentorũ.

22. *Ad argumentum 2.* Ad 2. argum. Reſp. ex his locis tantùm haberi, quod Deus præuiſâ impietate aliquorum, eos ad interitum deſtinauerit in oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ. Etenim, *non poteſt Deus*, inquit Auguſt. l. 3. contra Iulia. c. 18. tunc, *quemquam ſine malis meritis damnare, quia iuſtus eſt: licet poſſit ſine bonis meritis liberare, quia bonus eſt.* Teſtimonium Apoſtoli, interprete eodem Aug. epiſt. 105. ad Sixt. col. 2. ſupponit maſſam propter originale peccatum meritò damnatam: *Quia vniuerſa iſta maſſa meritò damnata eſt, contumeliam debitam reddit iuſtitia, honorem donat indebitum gratia.* Et colum. 7. *An non habet poteſtatem figulus luti ex eadem maſſâ, vtique meritò reliquæ damnatâ facere aliud vas in honorem indebitum propter miſericordiæ gratiam; aliud in contumeliam debitam propter iram iuſtitiam, & vt notas faciat diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ; ſic oſtendens quid eis largiatur, cùm id ſupplicium recipient vaſa iræ, quod pariter omnibus debebatur?*

23. *Ad argumentum 3. Ratio triplex* Ad 3. argum. Reſp. non eſſe nouum in ſcriptura *permiſſionem* appellari præceptum ac mandatum, exprimique ad modum imperij: lex repudij de dimittenda vxore *Deuteron. 24.* fuit pura permiſſio, *Matth. 19. Quoniam Moyſes ad duritiam cordis veſtri* permiſit *vobis dimittere vxores veſtras:* Cùm tamen hæc lex, *Marci 10.* appelletur *præceptum: quid vobis*, ait Chriſtus Phariſæis, *præcepit Moyſes?* quibus dicentibus: *permiſit libellum repudij.* reſpondit: *ad duritiam cordis veſtri ſcripſit vobis præceptum iſtud.* Eodem modo, *Quidergo*, inquiunt Phariſæi à Chriſto, *Moyſes* mandauit *dare libellum repudij? Quoniam ad duritiam cordis veſtri* permiſit *vobis dimittere vxores veſtras.* Cuius nuncupationis ratio prima eſt; quia ſemper in permiſſione

Digitized by Google

missione mali Deus intendit aliquod bonum, *nec sineret*, inquit Auguſt. in Ench. cap. 100. *Bonus fieri malè, niſi Omnipotens etiam de malo facere poſſet bene: Bene vtens & malis tanquam ſummè bonus ad eorum damnationem, quos iuſtè prædeſtinauit ad pœnam; & eorum ſalutem, quos benignè prædeſtinauit ad gloriam.* 2. quia ſemper Deus in permiſſione peccati offert ſuum generalem concurſum, & negat auxilium congruum, quo impediretur peccatum. Ratione cuius voluntatis dicitur Deus velle, non quidem peccatum, ſed permiſſionem peccati, quæ in ipſa oblatione generalis concurſus, & ſubtractione peculiaris ac congrui auxilij conſiſtit. 3. quia Deus ita permittit hominem labi in vnum peccatum, vt ſæpe viam occludat ad alia, tollendo occaſiones ad illa, & permittendo tantùm occaſiones ad hoc, idque ob aliquem finem ab ipſo intentum. Teſtimonia loco 3. adducta intellige permiſſiuè per ſubtractionem congrui auxilij, & oblationem generalis concurſus ad phyſicam entitatem peccati.

Quid permiſſio peccati?

24. *Ad 4. argu.* Ad 4. argu. Reſp. cum *S. Tho.* 1. 2. *q.* 79. *art.* 3 *excæcationem & indurationem* duo importare, motum animi inhærentis malo, & auertentis ſe à diuino lumine, & quoad hoc non tribui Deo; & ſubſtractionem gratiæ congruæ, ex qua ſequitur, quòd mens diuinitùs non illuminetur ad rectè videndum, nec cor emolliatur ad honeſtè viuendum. Quoad hoc Deus eſt cauſa obdurationis & excæcationis, vt manifeſtè teſtatur *Auguſt. ep.* 105. *ad Sixtum col.* 4. *nec obdurat Deus impartiendo malitiam, ſed non impartiendo miſericordiam*; & trac. 53. in Ioan. *ſic excæcat Deus, ſic obdurat deſerendo, non adiuuando, quod occulto iudicio facere poteſt, iniquo non poteſt.* Et rurſus: *hinc excæcantur & indurantur, quia negando diuinum adiutorium, non adiuuantur.* Hoc etiam modo dicitur Deus decipere, & in reprobum ſenſum tradere, nempe deſerendo, & non adiuuando lumine & adiutorio gratiæ ſpecialis. Quorum effectuum interdum Deus eſt cauſa in bonum ipſius excæcati, & indurati, vt in prædeſtinatis, quibus, *Rom* 8. *Omnia cooperantur in bonum*, vt à peccato, in quod cadere permittuntur, ſurgant feruentiùs, & viuant cautiùs: interdum in bonum aliorum, vt in reprobis, quorum excæcatio & obduratio Dei voluntate ordinatur in maius bonum electorum.

25. *Excæcatio & obduratio tripliciter accipitur.* Quoniam verò excæcare & indurare plus aliquid importat, quàm ſubtractionem auxilij efficacis, alioqui omnis peccans diceretur excæcari & indurari, nota *ex S. Tho.* 1. 2. *qu.* 79. *art.* 3. & 4. Excæcationem & obdurationem accipi, 1. pro cauſâ peccati, non quidem neceſſariâ, ſed infallibili, quia poſita talis luminis & gratiæ ſubtractione, infallibiliter ſequitur peccatum ex vi libertatis creatæ: 2. pro peccato ipſo: 3. pro effectu ſeu pœnâ peccati. 2. modo, ſola voluntas creata eſt cauſa excæcationis & obdurationis: primo & tertio, eſt cauſa Deus: 1. quidem ſubtrahendo lumen & auxilium congruum, quo ſubtracto infallibiter ſequitur peccatum: 3. per ſe volendo & intendendo mentis obcæcationem, & cordis obdurationem in pœnam præcedentium peccatorum, non vt dicit perſeuerantiam in malo, ſed vt dicit negationem luminis & ſubſtractionem gratiæ, & quorundam actualium auxiliorum, quibus ſolet ſubinde Deus peccatorum mentes excitare, relicto tantummodò illis auxilio ſufficienti, quod in hac vita nulli denegat, quo diſponere ſe poſſint, ſi velint, ad vberiorem gratiam impetrandam. Vnde ſic obdurati & excæcati ob maximam difficultatem & exiguum lumen, quod habent ad videndum rectèque agendum, dicuntur impotentes ad bonum, non impotentiâ antecedente, quæ tollat libertatem; ſed conſequente, quæ ſufficientem libertatem non tollit. Ex his patet ſolutio ad teſtimonia pro 4. prob. adducta: teſtimonium *Ioan.* explicari rectè poſſet de poteſtate conſequente; ex ſuppoſitione, quòd de illis prophetauerit *Iſaias*, poſt præuiſionem futuræ incredulitatis Iudæorum.

26. *Ad Auguſt. teſtimoniat* 1. Ad primum Auguſt. Reſp. intelligendum eſſe de electione Iudæ ad Chriſti ſanguinem fundendum, non antecedenter, ſed conſequenter: quia nimirum præuiſa ab æterno ipſius prauâ voluntate de traditione Chriſti, voluit eâ Deus vti ad opus redemptionis conſummandum. Quę potiùs ordinatio malæ voluntatis Iudæ ad id opus appellatur à b Auguſt. *Electio*, non voluntatis Iudæ ad peccandum, ſed malę voluntatis præuiſæ iam peccaturę, ad ſuum id opus conſummandum. Quod apertè colligitur ex præced. *ab illo quippe electus eſt qui nouit bene vti etiam malis, vt & per eius opus damnabile illud propter quod ipſe veneras, opus venerabile compleretur.* Vbi non dicit Deum elegiſſe voluntatem Iudæ, ſed eâ præuiſa peccaturâ vſum fuiſſe.

27. *Ad 2.* Ad 2. nego Auguſt. dicere, Deum hominum voluntates ad malum inclinare, ſed eas vitio ſuo malas in bonum ordinare: itaque non eas Deus facit malas, ſed eas ex ſe factas malas ordinat ad bonum. Cæterùm dicitur Deus indurare, in malum inclinare, velle peccata ſubſequentia in pœnam præcedentium, quoad culpam tantùm permiſſiuè; quoad priuationę boni, quam cauſat, etiam per ſe.

28. *Ad vlt.* Ad 3. Reſp. vt Deus dicatur omnia operari ſecundùm conſilium voluntatis ſuæ, non eſſe neceſſarium, vt æquali voluntate omnia velit, definiat, operetur: ſed aliqua ex ſeipſo antecedenter intendendo, prædeſtinando, operando; aliqua tantùm permittendo, non impediendo: ita Hieronym. *operatur*, inquit, *omnia Deus ſecundùm conſilium voluntatis ſuæ, non quo omnia, quæ in mundo fiant, Dei voluntate & conſilio peragantur, alioqui & mala Deo poterunt imputari, ſed quo vniuerſa, quæ facit, conſilio faciat & voluntate, quod ſcilicet & ratione plena ſint, & poteſtate facientis.* Ad Confirm. nego conſeq. nam inter *nolo* & *volo* medium eſt *permiſſio*, quod ſimul dicit volo concurrere cum creaturâ ad entitatem peccati concurſu generali, & nolo dare gratiam, quâ impediretur peccatum.

SECTIO II.

Cur Deus non ſit cauſa peccati?

29. *Hæc controu. eſt inter Cathol.* RAtio dubit. Deus vt cauſa prima liberè concurrit ad totam entitatem peccati; quia nihil eſt in effectu creato, quod actu non pendeat à liberâ voluntate Dei. Ergo eſt cauſa peccati: ideò enim creatura eſt cauſa peccati, quia liberè cauſat entitatem peccati.

30. *1. Sent.* Primaſent. admittit, Deum eſſe cauſam peccati; quia id in rigore ſermonis ſolùm importat facere actum peccati, non peccare; quod vltra hoc importat, facere quod non debet; Deus non indebitè agit, quia non tenetur actum peccati non cauſare; cùm nullis ſit legibus ſubiectus. Ita *Mayro. in* 2. *diſt.* 43. *qu.* 4. *Maior in* 1. *diſt.* 42. *quæſt. vn. Gabri. in* 2. *diſt.* 37. *quæſt. vn. art.* 3. *dub.* 1. *Ocha. in* 1. *diſtinct.* 47. licet hic recitatiuè tantùm, non aſſertiuè.

31. *Contra* Sed contrà: hæc propoſ. *Deus eſt cauſa peccati*, à Patribus negatur. Quia in rigore importat eſſe cauſam deformitatis peccati: in quo ſenſu, licet illam

Digitized by Google

illam concedat *Maior*, omnes negant; etiam cum illa limitatione, quòd non indebitè agat: nam ex peculiari modo, quo Deus concurrit ad actum peccati, non est causa peccati. Nec sat est, quòd agat nullis legibus subiectus; agit enim ex dictamine increatæ suæ sapientiæ, à quo difformari non potest. Nec minùs improbabile est, quod docet *Caiet.* in illud 2. Reg. 12. *Ecce ego suscitabo super te malum*, & 16. *Dominus præcepit ei, vt malediceret Dauid:* posse Deum esse causam peccati, non quà culpa, *sed quatenus est pœna peccantis, vel alterius:* nam vt ex præcedente sectione constat, nũquam licitum est, vti medio malo propter finem bonum.

32. 2. *Sent.* Secunda sent. est *Præpositui apud Ægid. in* 2. *dist.* 37. *qu.* 1. *art.* 3. quam secuti sunt *Duran. in* 2. *dist.* 37. *qu.* 1. *Aureol. dist.* 38. *art.* 1. & alij tempore Magistri, docentes, ideò Deum non esse causam peccati, quia non influit immediatè in actionem peccati, sed solùm mediatè, conseruando liberum arbitrium, quod de se sufficiens est ad operandum absque immediato concursu Dei. Actio autem peccati tribuitur tantùm causæ proximæ, à qua sola ad malum determinatur vis actiua ex propria libertate: cùm à Deo sit tantùm producta indifferens ad bonum & malum. Probat Durandus de omnibus causis 2. *in* 2. *dist.* 1. *quæst.* 4. Si Deus immediatè concurreret ad productionem effectuum causæ 2. aut concurreret eadem, aut distincta actione, qua creatura: non distincta; alterutra enim foret superflua, quia vnaquęque attingeret totum effectum: Non eâdem; implicat enim eandem numero esse à duobus agentibus, ab vnoquoque immediatè & perfectè, nisi in illis sit eadem virtus numero, vti est virtus spiratiua in Patre & Filio. *Confirmat:* Actio causæ 2. non excedit virtutem ipsius: frustra igitur ad illam ponitur aliud principium immediatè influens.

Fund. Duran.

33. *Contrà* 1. *Deus concurrit immediatè ad productionem effectuum cum causis* 2. Sed contrà: falsum est, Deum non concurrere immediatè ad productionem effectuum cum causis 2. Primò, alioqui non posset Deus, positis ad agendum prærequisitis, impedire actionem causę necessariæ, nisi destructa virtute agendi ipsius: at impediuit actionem combustiuam in igne Babyl. absque destructione virtutis combustiuæ: ignis enim habuit omnia requisita ad comburendum, cùm potuerit alia corpora eodem tempore comburere. Maior prob. causa naturalis necessariò determinata ad agendum, si habeat omnia requisita, necessariò agit, aut si non agit, aliquid illi deest, sc. concursus Dei, vbi cætera supponuntur adesse.

34. *Contrà* 2. 2. Si Deus non immediatè concurreret ad productionem effectuum cum causis 2. non haberet perfectum dominium in tales effectus: quia non posset illos immediatè destruere, nisi destructâ virtute productiuâ & conseruatiuâ illorum: à quâ immediatè conseruarentur: nequit .n. aliquid immediatè destrui, nisi per subtractionem actionis conseruatiuæ: vt si lumen penderet in conseruari immediatè tantùm à luminoso, posset à Deo destrui tantùm mediatè, destructâ virtute illuminatiua. 3. Si Deus non concurreret immediatè ad

35. *Contrà* 3. actus voluntatis, non posset assignari causa, cur potiùs hoc instanti produceretur hic actus numero, quàm alius: voluntas .n. creata non potest se determinare ad hunc actum numero, nisi sit determinatè pręcognitus, cùm nihil sit volitum, quin pręcognitum: nec intellectus potest præcognoscere hunc actum numero, antequã sit productus: voluntas igitur determinatur ad hũc numero actũ à Deo, per hunc numero concursum, singularizantem hunc numero actum ex infinitis, quos posset cum virtute primæ causæ hoc instanti produceret: vnde sat est, vt à Deo tantùm pręcognoscatur hic numero actus, à quo per singularem concursum indiuiduatur. 4. Sequeretur, dari ens creatum in- 36.
dependens à Deo, nempe effectum, qui immediatè tantùm penderet à causa 2. Propter quæ, opinio hęc erronea censetur. *Leg. Argent. in* 2. *dist.* 37. *ar.* 3.

37. *Ad fund. Dur.* Ad fundam. Durand. dico, Deum eâdem actione concurrere ad effectus causæ 2. quâ concurrit causa 2. nec cõcedenda actio independens à Deo, sc. quę ita esset à causa 2. vt non esset à Deo: non .n. tantùm effectus, sed & actio, quâ attingitur, est immediatè à Deo: ac proinde vna debet esse actio indiuisibiliter à Deo, & à creatura. Ad prob. neg. assumpt. quia causa 1. & 2. non cõcurrunt vt causę eiusdem, sed diuersi ordinis; vna vt vniuersalis, altera vt particularis, essentialiter subordinata primæ: Non repugnat autem eandem numero actionem proficisci à prima & 2 vnaquęque immediatè & perfectè in suo genere concurrente. Ad confirm. neg. antec. excedit .n. virtutem creatam, agere sine immediatâ dependẽtiâ à virtute increatâ, à qua nõ solùm in esse, sed etiã in operari creatura pẽdet.

38. 3. *Sent.* Tertia sent. est *Bannez* 1. *p. q.* 19. *art.* 10. *dub.* 1. §. *Primum, Aluar. lib.* 3. *de auxil. disp.* 24 *conc.* 2. *Nazar.* 1. *p. q.* 14. *art.* 3. *controu.* 2. §. *Quo modo cognoscat, & c. Thomist.* affirmantium, Deum nõ esse causam & authorem peccati, esto ad totum materiale peccati homines ab æterno prędestinarit, & in tempore eorum voluntates physicè prędeterminet: quia deformitas peccati non sequitur ad actum peccati, vt actus est, etiam in indiuiduo cõsideratum, sed vt procedit à voluntate creatâ deficiente: ex duobus principijs; altero, quòd nihil *Fund. duplex* possit Deus, nisi per decretum absolutum & efficax suæ voluntatis ad extra operari; altero, quòd nulla creatura quicquam agere possit, nisi physicè à Deo prædeterminata. Contrà: *Trident. sess.* 6. 39. *Contrà aduersari videtur Trident.* *can.* 6. definit, non eodem modo Deum operari mala, ac bona: ergo vtraque absoluto & efficaci suo decreto ab æterno, independenter à nostrâ voluntate, non prædefinit: nec ad vtraque in tempore exequenda nostram voluntatem physicè prædeterminat. Confirm. vtrumque opus tam bonum, quàm malum, saltem quoad materiale peccati infallibiliter sequitur ex absoluto decreto Dei; & physicâ præmotione: cùm ratio infallibilitatis vtriusque sit eadem, sc. decretum Dei absolutum, & prædeterminatio creaturæ physica.

40. *Contrà* 1. Neque dicas, Deum operari bona cum intentione vt fiant, mala verò cum intentione ne fiant: quia non potest Deus non habere intentionem, vt mala opera, saltem quoad materiale, nõ fiant, cùm ea ex se liberâ & antecedente suâ voluntate, independenter à nobis ab æterno prædefiniat: &, vt in tempore fiant, nostras voluntates præmoueat, non secùs ac ad opera bona. Nec obstat, quòd in operibus malis Deus non prędefiniat deformitatem, sicut in bonis honestatem: nam nec creatura, dum proponit peccare, intendit formalem deformitatem peccati, sed tantùm materiale. Et tamen dicitur indirectè saltem velle ipsam deformitatem, ex eo quòd liberè vult illud, cum quo coniuncta est deformitas & malitia peccati. Igitur, si Deus

41. *Secundò* prædefinit id, cum quo coniuncta est deformitas, indirectè dicetur velle & prędefinire ipsam. 2. etiã formale peccati Deo esset tribuendum: coniuncta .n. est inseparabiliter deformitas peccati cum actu odij Dei: igitur qui definit, & pręmouet ad actum odij, prædefiniret, & pręmoueret ad ipsam. 3. hæc

42. *Tertiò* voluntas pugnaret cum eâ, quam Deus habet de prohibendis

prohibendis peccatis. Repugnat.n. Deum absolutâ voluntate definire materialem actum furti, ad eumque exercendum creaturam præmouere,& simul antecedente suâ voluntate prohibere, ne talis actus furti à creatura exerceatur.

43. *Aduers. resp.* Respondent, Deum prędefinire actum furti, ad eumque creaturam præmouere, quà actus est, & simul illum prohibere, quà furtum est, quia quà furtum est, à Deo non est, sed à voluntate creatâ: à Deo est solùm quà actus est, qui rectè potuit circa obiectum exerceri. Sed contrà: Deus dicitur prædefinire, & præmouere ad actum per auxilium, quod prębet ad actum exercendum: at hoc nō est indifferens, vt eo voluntas vti possit ad bonum & malum, seu ad bonum quo vitet malum, sed determinatum ad vnū, cui proportionatur, & à quo specificatur, v.g. ad actum odij vel furti; quod eatenus quà actus tantùm est, posset esse à Deo, quà odium vel furtū, à creatura; quatenus posset creatura præmota auxilio ad actum odij vel furti, elicere alium actum. siue vt tribui possit Deo solus actus, creaturę verò malitia, deberet auxilium, quo Deus præmouet ad actum peccati, esse tale, vt eo creatura, non solùm vti posset ad hunc actum in specie, sed etiam ad alium: Nam eatenus illi tribui potest malitia, quatenus præmota auxilio ad hunc actum, elicere posset alium, quo vitaret istū.

44. *Contrà*

45. Nec dici potest, quòd creatura elicere posset hunc actum, ad quem habet auxilium, sed absque deformitate: nam actus non potest exerceri ingenere, sed in specie & in indiuiduo, sicut nec datur auxilium ad actum in genere, sed in specie & in indiuiduo. Si igitur habet auxiliū ad actum odij, non poterit exercere hunc actum in specie absque deformitate, quam hic actus in specie necessariò inuoluit: vt igitur id possit, debet posse elicere alium actum in specie, atque adeò auxilium esse indifferens ad alios actus specie diuersos; non determinatum ad vnum. Nec dici potest, voluntas præmota ad actum odij, euitare posse malitiam per cessationem ab omni actu: quia nequit præmota in sensu composito per aduers. cessare ab actu, ad quem præmouetur, alioqui frustrari posset absolutum decretum Dei. 4. cùm decretū Dei sit efficax, & antecedat nostram voluntatem non solùm æternitate, sed etiam causalitate, debet, ne frustrari possit, includere medium, quo id, quod decernit faciendū, infallibiliter exequutioni mandetur: Hanc autem infallibilitatem tale medium habere non potest, nisi vel ex præuisione, vel ex naturâ suâ: ex præuisione in hâc sent. non habet: nam decretum Dei ponit ante omnem præuisionem nostri futuri consensûs: Ex natura sua habere non potest, nisi ita prædeterminet voluntatem ad vnum, vt nullam relinquat indifferentiam ad oppositum: si enim relinqueret eam indiffer. posset voluntas ex suâ libertate oppositum facere, atque adeò irritum facere diuinum decretum.

46. *Quarè hæc sent. difficilè saluat libertatem creatam.*

47. *Ad primum fundam.* Ad 1. fund. aduers. concedo, nihil Deum operari posse extra se, nisi per absolutum decretum, quando operatur solus & independenter à voluntate creaturæ; nego tamen, quando operatur cum creaturis liberis: quia tunc ad saluandā libertatem in creaturis nō operatur per decretum absolutum omnino independenter à voluntate creaturæ, sed per decretū cōditionatum depēdenter à libertate creatâ, si ipsa cooperari voluerit. Quoad 2. falsū est,

48. *4. Sent. modificatiua præcedentis* nihil posse operari creaturā nisi physicè præmotā. Quarta sent. vt saluet libertatem in creatura, docet, quòd quamuis Deus prædeterminet creaturā ad actum peccati, id tamen facit ex suppositione, quòd præuiderit creaturam ad talem actum forę determinandam, si ex seipsâ absque prædeterminatione operari posset: refert *Suarez. tract. 5. de act. human. disp. 6. num. 22.* tacito auctorū nomine.

49. *Contrà* Sed contrà: vel talem actum Deus videret in libertate creatâ: at cùm illa sit essentialiter indifferens, implicat in eâ certò videre effectum futurum, ante ipsius determinationem: Vel illum videret in liberâ determinatione creaturę ex hypothesi, quòd si posset absque physicâ prędeterminatione operari, ad talem actum & non ad alium liberè se determinaret. At neque hoc modo illum certò videre potest. Quia quando hypothesis est simpliciter impossibilis, vt est in hac sent. nihil certi ex eâ videri potest; nec in ipsâ sufficiens causa effectus supponi; nec effectus absque sufficiente causa videri, quia nullus videri potest, nisi per causalitatem à causa promanans. Cùm igitur voluntate absque prædeterminatione, non sit per aduers. sufficiens causa & principium alicuius effectus, implicat certò videri, quid ipsa sub ea hypothesi operatura esset. Tum quia ad summum hic modus saluat conditionatam tantùm libertatem creaturę, quæ non sufficit, vt illi præsens peccatum imputetur: cùm nulli imputentur, quæ liberè sub conditione esset facturus, sed quæ liberè de facto facit. Hæc.n. fuit hæresis *Massilien.* toties ab *August.* impugnata. Alioqui, vt rectè infert *Suarez*, ad culpam imputari posset homicidium amenti, ex hypothesi, quòd illud liberè fuisset commissurus, si fuisset rationis compos. Et contrà, esto quis ex se liberè esset homicidium patraturus, nulli adhuc licet, illum ad id cogere ac determinare.

50. *5. Sent.* Quinta sent. affirmat, ideò Deum non esse causam peccati, quia licet concurrat ad totam physicam entitatem peccati, non tamen ad moralem malitiam; quæ in priuatione consistit, quia non concurrit, nisi ad id, quod habet rationem entis.

51. *Contrà* Sed contrà: esto malitia moralis in priuatione consistat, vt tamen quis dicatur causa priuationis, sufficit vt sit causa formæ, cum quâ coniuncta est priuatio; sic sol qui est causa caloris in aquâ, est etiam causa priuationis frigiditatis in eâ. Deus, qui est causa substantiæ Angeli, est causa incorporeitatis eius: nec creatura alio modo est causa priuationis moralis, quę est in actu, quàm causando entitatem positiuam peccati. Quia qui causat formam, censetur causare omnia, quę per se consequuntur formam: sed ad talem actum, hîc & nunc ex talib. circumst. productum, per se consequitur priuatio oppositæ rectitudinis debitæ: igitur qui causat actum, per se censetur causare priuationem, per se consequentem ad talem actum.

52. *Deus concurrit vt causa naturalis.* Sexta sent. affirmat, ideò Deū non esse causam peccati, etsi concurrat ad entitatē peccati: quia ad illud non concurrit vt causa moralis, sed vt naturalis; peccatum verò non tribuitur nisi causæ morali: Deus ergo non est, nec dicitur causa peccati: Ita *Can. libr. 2. de locis Theol. cap. 4. ad 8. & rel. de sacra. p. 4 post. 6. concl. Soto l. 1. de natu. & gra. c. 18. fine, Veg. l. 2. in Triden. c. 15. Suar. in opu. l. 2. c. 3. Vasqu. 1. 2. disp. 129. c. 7. Lessi. opus. de gra. c. 4. n. 12.* quæ sent. probabilissima; apertè colligitur ex *Bonau. in 2. dist. 37. ar. 1. qu. 1. ad 5. Scot. qu. vu. §. Ad solut. & §. Ad argu. quarta, Ægid. qu. 1. art. 3. Gregor. qu. vn. ar. 3. ad 8. Rubi. qu. 2. art. 2. Conra. 1. 2. qu. 79. art. 1. §. Subiungit,* & *§. Quare.* Probo, peccatum non adscribi, nisi causæ morali. Peccatum est actio moralis, quotiescunque autem ad eandem actionem moralem concurrunt duę causę, illi soli tribuitur, à quâ liberè procedit concurrente moraliter, non

53. *Cui non tribuitur peccatum.*

ter, non à quâ procedit cõcurrente naturaliter, vt patet: si ad homicidium simul concurrant sanus & insanus, id non tribuitur insano, sed sano; quia ab hoc, non ab illo, liberè committitur. Ratio: actio non dicitur moralis ex physicâ entitate, hæc .n. tota conseruari potest absque moralitate, sed ex modo procedendi liberè & regulatiuè à suo proximo principio. Igitur illi tantùm causæ tribuitur actio moralis, à qua proximè procedit liberè.

54. *Sed causa moralis*

Prob. Deum non concurrere cum voluntate creatâ ad actum peccati per modum causæ moralis proximæ, sed per modum naturalis. Quando duæ causæ concurrunt ad eandem actionem, illa concurrit per modum causę moralis proximę, quę proximè determinat concursum indifferentem ad vnam potiùs actionem, quàm ad aliam, vel quoad speciem vel quoad exercitium, ex liberâ electione vnius actionis præ aliâ: illa verò vt causa proxima naturalis, quæ ad talem actionem concurrit vt proximè determinata ab alterâ causâ. Sed creatura est, quę concursum primæ causæ indifferenter sibi oblatum determinat potiùs ad actionem malam, quàm ad bonam: Deus hîc & nunc non concurrit nisi vt proximè determinatus à voluntate creatâ: nam cum eâ ad actionem peccati concurrit vt causa 1. vniuersalis, cuius munus est cõcurrere ad exigentiam causarum 2. particularium: seu iuuare secundas ac complere in ratione proximi principij operatiui, non extrahendo illas à proprio modo operandi: atqui causæ 2. liberæ naturaliter postulant ad operandum compleri per concursum ad vtramque partem indifferenter oblatum, relictâ eis liberâ determinatione ad vtrãque partem: igitur Deus ita concurrit cum illis. Confirm. eodem modo ex parte Dei producitur actus peccati, quando liberè elicitur à creatura, ac quando per inuincibilem inaduertentiam necessariò cõtinuatur ab eâdem: sed quando sic continuatur, definit esse liber, ac peccaminosus: ergo proximam rationem liberi accipit à creaturâ: alioqui tali casu adhuc actus esset liber per ordinem ad Deum liberè conseruantem.

55. *Confir.*

56. *Modus hic esse possibilis prob.*

Quòd hic modus concurrendi sit possibilis, & de facto, ostendo. Possibile est Deum ab æterno hoc decretum fecisse: *Volo concurrere cum omnibus creaturis liberis ad quoscunque actus seu bonos, seu malos* (loquor de bonitate morali intra ordinem naturæ) *ad quos creaturæ ipsæ liberè se determinare voluerint*: ita vt vi huius decreti non magis Deus alligauerit suam potentiam ad concurrendum cum creaturâ ad actum bonum, quàm ad malum, sed quantum ex se fuit, ad vtrumque indifferenter suum concursum obtulerit, suamque potentiam vi decreti quodammodo alligauerit voluntati creatæ, vt ea vteretur ad quamcunque partem voluerit, relinquendo illi plenam libertatem ad hanc, vel illam partem se determinandi: eo modo, quo infundens habitum supernat. in volũtate creatâ, relinquit illi plenam potestatem ad vtendum, vel non vtendum eo. Hoc decreto posito, Deus non concurrit vt causa proximè libera determinans creaturam ad actum peccati, sed potiùs vt determinatus à creaturâ; hoc .n. est obiectum talis decreti, decernentis concursum dependenter à liberâ determinatione creaturę, & cum eâ concurrentis ad quodcunque ipsa liberè voluerit concurrere, & non aliter. Vnde non fuit tale decretum absolutum & præueniens actualem vsum liberi arbitrij, sed conditionatum & concomitans liberum vsum ipsius. Per hoc decretum saluatur primò libertas creaturæ: cũ libera determinatio, & quasi

57. *Saluat libertatem creaturæ,*

inflexio diuini concursûs ad bonum, vel malum relinquatur ipsi creaturæ. 2. cur Deus non sit causa peccati; quia concurrit ad malum, vt causa naturalis proximè determinatus à creatura pro suâ libertate hîc & nunc se determinante ad actũ malum: eo modo quo habitus, indifferens ad plures actus, determinatur à voluntate ad hunc potiùs, quàm ad alium. Vnde sicut actio, quà moralis nõ tribuitur habitui, eâdem indiuisibili actione concurrenti cum voluntate, sed voluntati: ita nec peccatum Deo, eâdem indiuisibili actione cõcurrenti cum creaturâ ad actum peccati, sed creaturæ.

58. *Et Dei perfectioni.*

Neque in tali decreto inuoluitur imperfectio. Est .n. simpliciter liberum, quia potuit illud Deus ab æterno nõ facere, licet fuerit debitum, & quodammodo necessarium ex suppositione, quòd voluerit condere creaturas liberas, easque liberas in suis operationibus conseruare. Quòd autem posito hoc decreto, debeat Deus ad instar causę naturalis necessariò concurrere cum creaturâ ad omnem actionem, ad quam ipsa se determinare voluerit, nullam arguit in Deo imperfectionem, sed summã sapientiam, quâ vult modulo nostro se accommodare, vt libertatem in nobis conseruet. Sicut nec imperfectionem arguit, quòd in cõcurrendo cum creaturâ ad hunc potiùs actum, quàm ad aliũ, velit quodammodo ab ipsâ creaturâ dependere: nã hoc tantùm prouenit ex sapientissimâ dispositione ipsius ad saluandam perfectissimo modo libertatem in suis creaturis. Neque ex eo quòd liberè ab æterno se determinauerit ad concurrendum in tempore ad actum peccati cum creaturis iuxta exigẽtiam earũ, dici potest causa peccati: nã hoc spectat ad munus supremi prouisoris, prouidere rebus omnibus de sufficiẽti auxilio ad quascũque actiones à propriâ naturâ requisitas, neq; ex eo quòd præuideat pleraſq; creaturas suo auxilio abusuras, tenetur se priuare iure ac munere supremi prouisoris.

59. *Aduers. plerique id putant*

Præterea putandum non est, hoc decretum indistinctè, confusè, in generali tantùm ab æterno suum concursum creaturis obtulisse; sed maximè distinctè, in particulari, cum omnibus circumstantijs, quibus exercetur in tempore. Solùm dicitur indifferens, quia non fuit oblatus ad vnam tantùm partem, sed ad vtramque simul, ad singulas tamen distinctè. Etenim potitâ scientiâ cõditionatâ, quâ Deus, antequam vllum conderet liberum decretum, præuidit quid vnaquæque creatura, in quâlibet dispositione & circumstantijs posita, esset liberè operatura, distinctissimè & in particulari præparare potuit suum concursum singulis creaturis, in quibuscunque circumstantijs positis, in ordine ad quoscunque actus siue bonos, siue malos, ad quos eædem creaturæ liberè se determinare voluerint: interim non negato eis concursu ad oppositos actus, ad quos præuidit illas non se determinaturas, vt saluetur proxima libertas operandi in tempore, quo creatura actu operatur. Qui concursus non lædit, sed conseruat libertatem creaturæ: quia non est præueniens, sed concomitans liberum nostrum vsum, quia non est oblatus, nisi dependenter á libera determinatione creaturæ, quæ sicut determinauit sibi hunc concursum, ita determinare sibi poterat oppositum, in quo casu Deus vi sui decreti oppositum dedisset.

60. *Ita explicat S. Thomas.*

Hic modus concurrendi Dei cum creaturis liberis, colligitur ex S. Tho. 1. 2. *qu.* 80. *art.* 1. *ad* 3. verbis: *Deus est vniuersale principiũ omnis interioris motus humani: sed quòd determinetur ad malum consilium voluntas humana, hoc dirèctè est ex voluntate humanâ. Si autem Deus ex se prædeterminaret* voluntatem

voluntatem ad actum peccati, non ipsa voluntas, sed Deus determinaret illam ad malum; cùm ex se voluntas non posset liberè habere talem determinationem, nec ea habita, in sensu composito posset actum peccati non committere.

61. Scotus. Idem colligitur ex *Scoto* cit. *Quod effectus non rectus causetur, hoc non est propter causam 1. qua, quantum est ex se, rectè causaret, si secunda causaret, sed propter defectum causæ 2. quia in potestate suâ habet concausare causæ 1. vel non causare.* Et §. *ad argum. Dicitur quod etsi peccatum sit à voluntate creata, non tamen est à Deo, quia Deus non primò deficit.* Quibus verbis apertè supponit in Deo decretum conditionatum concurrendi cum voluntate creatâ, dependenter à libera determinatione ipsius ad quamcunque partem ipsa voluerit: alioqui non esset in proxima potestate ipsius caucausare, vel non concausare cũ causa prima. Modũ cõcurrendi

62. Gregorius. Dei eundem supponit *Gregor.* cit. ad 8. *Deus sequitur determinationem voluntatis, non quod determinatio voluntatis sit aliqua entitas distincta à voluntate & actu eius, quæ primò fiat à voluntate: nec etiam intelligendo, quod prius naturâ voluntas agat actum, quàm Deus; sed ad hunc sensum dico, Deum sequi determinationem voluntatis, quoniam ideò Deus agit illum actum, quia eum voluntas agit: & non ideò quia Deus agit, ideò voluntas agit: & ideò magis propriè dicitur Deus coagere voluntati in talem actum causandi, quàm voluntas dicatur coagere Deo.*

63. Conradus. Gabriel. Idem colligitur ex *Conra.* 1.2. *quæst.* 79. *art.* 1. §. *Subiungit*: vbi doctrinam Scoti cit. approbat & sequitur. Eundem docet *Gabriel in* 2. *dist.* 37. *qu. vn. art.* 1. *Nihil efficienter vult diuina voluntas voluntatem creatam velle, nisi quod vult voluntas creata. ad hoc enim determinat se diuina voluntas dando voluntati creatæ libertatem: siquidem nihil aliud est dare libertatem voluntati, nisi dare ei facultatem eliciendi, & non eliciendi, & ad quemlibet actum, quem elicere voluerit, velle sibi coagere.* Ex Eccles. 15. *Deus ab initio*

64. Eccles. 15. *constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui.* Et paulò pòst: *quod placuerit ei, dabitur illi, quoniam multa sapientia Dei, & fortis in potentia.* Ac si diceret, per Dei sapientiam & potentiam non stat, quo minùs detur ei, quod placuerit illi, vel concursus ad bonum, vel concursus ad malum. Explicat *S. Tho.* 1. *p. qu.* 22. *ar.* 2. *ad* 4. ideò dictum esse, hominem relictum esse in manu consilij sui, quia *ei non præfigitur virtus operativa determinata ad vnũ.*

65. Thomist. Ad hanc doctrinam reuoco commune responsũ Thomist. *ex S. Tho.* 1.2. *qu.* 79. *art.* 2. ideò Deum non esse causam peccati, quia peccatum est defectus ordinis ab vltimo fine: defectus autem non reducitur in causam efficientem, qualis est Deus, sed in deficientem, qualis est creatura: sicut claudicatio non reducitur in virtutem motiuam, sed in curuitatem & defectum tibiæ. Quia per creaturam, non per Deum stat, quo minùs actio virtuosa

66. producatur. Eodem modo explicantur alij, qui dicunt, propterea Deum non esse causam peccati, quia concurrit ad illud concursu generali, creatura particulari, in quo propriè est peccatum, cùm generalis sit indifferens ad bonum & malum. Non enim intelliges de concursu in actu 2. nam hic particularis est indiuiduus, cùm nihil sit physicum in actu peccati, ad quod Deus non concurrat; sed in actu 1. quà consideratur vt inclusus in libertate creatâ in actu 1. considerata, vel præparatus in omnipotentiâ Dei, quam vi sui decreti alligat libertati creatæ ad quoscunque effectus.

67. *Obijcies* 1. Concursus Dei non distinguitur à concursu creaturæ in actu peccati: igitur nequit creatura determinare sibi illum ad actum peccati: quia nequit creatura determinare sibi concursum Dei ad hunc potiùs actum, quàm ad alium, nisi per suam determinationem; ergo determinatio creaturæ præcedit concursum Dei: ergo concursus creaturæ distinguitur à concursu Dei, quod falsum est. Antec. prob. ante determinationem voluntas creata est indifferens, ex se non exigens hunc potiùs concursum, quàm alium.

68. *Creatura determinat sibi concursum Dei, per ipsam determinationem concomitantem concursum Dei.* Resp. neg. conseq. Ad prob. neg. creaturam determinare sibi concursum Dei ad peccatum, vel ad quemcunque alium actum per determinationem præuiam ad concursum Dei, sed per ipsam concomitantem concursum Dei. Sicut enim determinat sibi concursum habitus indifferentis ad plures actus, ad hunc potiùs, quàm ad alium, non præuia ac distinctâ determinatione, sed eâdem concomitanti & formali, quâ seipsam, potentiam, habitum simul determinat; ita & simul potentiam Dei, quæ vi decreti assistit voluntati creatæ, non minùs quàm habitus ipsi inhærens, ad omnes actus, ad quos ipsa voluerit liberè se determinare. Vnde concedo, voluntatem creatam ante suam determinationem, esse indifferentem ad hunc, vel illum concursum: determinare sibi hunc potiùs, quàm aliùm sua libera determinatione. Posita n. coniunctione omnipotentiæ Dei, vi decreti diuini cum voluntate creata in ordine ad omnes actus, ad quos ipsa voluerit se determinare, eo ipso quòd liberè se determinat ad hunc actum, determinat sibi concursum ad hunc actum. Cùm vi decreti diuini non minùs voluntas creata habeat in sua libera potestate concursum potentiæ diuinę, quàm concursum potentiæ propriæ.

69. *Obijcies* 2. Deus liberè offert creaturæ suũ concursum ad actum peccati: ergo liberè concurrit ad actum, ergo est causa libera proxima actus. Resp. *Resp.* liberè offert antecedenter, concedo: liberè offert consequenter, nego. Rursus, liberè offert antecedenter absolutè, nego; conditionatè dependenterque à voluntate creata, vi cuius proximè applicatur ad opus, concedo.

70. *Obijcies* 3. Causa 2. non agit nisi applicata & præmora à prima: cùm sit essentialiter subiecta & subordinata primę: ergo nequit determinare concursum Dei. Quia determinare, est agere; ergo si posset determinare, posset agere ante applicationem & prę̃motionem Dei. Resp. neg. antec. de *Resp.* applicatione & præmotione anteced. Ad prob. dico, essentialem subiectionem subordinationemque causæ 2. ad primam saluari per concomitantem & cooperatiuam motionem; vt rectè *Conrad.* 1. 2. *q.* 79. *art.* 1. §. *nota:* vbi etiam docet, quòd quando dicitur, causa prima priùs attingit effectum, quàm secunda, non intelligatur de prioritate causalitatis aut naturæ, sed de prioritate perfectionis & independentiæ, quia perfectiùs, intimiùs, seu vt *S. Thom.* loquitur, profundiùs attingit effectum, quia attingit illum secundùm rationem entis, quæ in quouis effectu creato essentialiter imbibitur.

71. *Inter concursum Dei & creaturæ solum reperitur prioritas & posterioritas mutua rationis.* *Obijcies* 4. Creatura determinat concursum Dei. Ergo concursus creaturæ est prior concursu Dei. Resp. nullam esse prioritatem, aut posterioritatem realem, vel naturæ, vel causalitatis inter concursum Dei, & creaturæ, cùm sit vnus & idem indiuisibilis: esse mutuam rationis. Idem enim vt liberè procedens à creatura, determinat concursum Dei; & vt sic est ratione prior seipso, vt procedente à Deo. Idem verò concursus, vt naturalis quem præexigit libera determinatio creaturæ, est

prior

Digitized by Google

prior seipso, vt procedēte à creatura. Rursus idem concursus creaturæ, quà sine concursu Dei esse non potest, est posterior subsistendi consequentiâ concursu Dei: & vice versa, concursus Dei, quà sine concursu creaturę esse potest, est prior subsistendi consequentiâ concursu creaturæ: nam licet hic numero concursus nequeat esse sine concursu creaturæ, cùm sit essentialiter idem, absolutè tamen concursus Dei esse potest absque concursu creaturæ, quia Deus in agendo non pendet à creatura, sicut creatura à Deo.

72. *Objcies* 5. Voluntas creata est potentia essentialiter indifferens; ergo eget determinatione ad agendum. Confirm. ita res se habet ad essendum, sicut se habet ad operandum; sed non potest res esse, nisi Deus efficaciter velit vt sit: ergo nec agere, nisi Deus efficaciter velit, vt agat. Resp. Dist. antec. voluntas creata est potentia indifferens actiuè, concedo; passiuè, nego. Sola indifferens passiuè eget determinatione ad operandum, nam indifferens actiuè ex se habet vim effectiuè se applicandi ad vtramque partem cum solo generali concursu concomitante causæ 1. Ad confir. nego maior. Nam vt res sit, pendet à solo Deo, vt operetur, pendet etiam à virtute operatiua creaturę: & potest operari, etiamsi Deus non efficaciter & absolutè ex se velit vt operetur, sed tantùm conditionatè & dependenter ab ipsâ creaturâ, in quâ supponitur sufficiens virtus à Deo collata, quæ cum solo concursu indifferenter oblato poterit actiuè se determinare ad operandum.

Voluntas creata est potentia indifferens actiuè, non passiuè.

73. *Objcies* 6. Peccatum est sub perfecto dominio Dei, ergo est proprius effectus ipsius: igitur Deus est moralis causa peccati. Resp. Peccatum esse sub perfecto dominio Dei, non morali, sed physico, & effectum physicum, quia & illud impedire potest, negando concursum ad actum, vel dando congruum auxilium, quo euitaretur peccatum; & permittere, sinendo creaturas suos motus agere. Non est sub dominio morali Dei quoad esse, nec effectus moralis, quia nec illud immediatè per seipsum, nec per creaturam moraliter causare potest, liberè ipse inchoando actionem; vt causa proxima libera: hoc .n. dicit imperfectionem repugnantem Deo: manet tamen sub dominio morali Dei quoad ordinabilitatem: quia postquam commissum est, ordinare illud potest ad varios fines, variaque bona, quę ex illo iuxta suam sapiętiam elicere potest.

Peccatum est sub perfecto dominio Dei physico,

Et moraliter quoad ordinabilitatem

74. *Objcies* 7. Peccatum non est contra, aut præter voluntatem Dei, implicat .n. Deum prębere suum concursum nolentem: ergo est iuxta, aut secundùm voluntatem Dei, ac proinde moralis effectus ipsius. Resp. peccatum non esse contra, aut præter voluntatem Dei permittentem; esse contra, aut præter intendentem; quia Deus non intendit, licet permittat peccatum. Qnæ voluntas permissiua sufficit, vt peccatum simpliciter fiat; non vt sit moralis effectus Dei, quia id requirit, vt fiat voluntate absoluta; non conditionata, dependēte, quoad liberam determinationem actus, à creatura.

75. *Objcies* 8. Esse morale in peccato, est aliquid reale positiuum: quidquid est reale positiuum est à Deo: igitur esse morale peccati est à Deo. Resp. Est à Deo physicè, concedo; moraliter, nego. Etenim siue esse morale in peccato sumatur pro intrinseco ordine actus ad obiectum dissonum, siue pro extrinsea tantùm denominatione dissonantiæ, neutrum est à Deo moraliter, sed tantùm physicè, seu fundamentaliter, ratione physicę entitatis; in qua ratio moris, quæ à causa libera proxima desumitur, fundatur.

Objcies 9. Deus vt causa prima ex se determinat voluntatem creatam ad hunc actum peccatiśn indiuiduo, cùm non possit voluntas ad hunc seipsam determinare, igitur est moralis causa peccati. Resp. Dist. Antec. determinat ex se absolutè, independenter ab omni determinatione creaturæ, nego; dependenter à determinatione creaturæ, concedo. Explico: determinatio ad hanc rationem indiuidualem actus supponit determinationem ad hanc rationem speśficam actus. Deus non determinat creaturam ad hunc actum peccati in indiuiduo per hunc concursum in indiuiduo, nisi supposità determinatione eiusdē creaturæ, quoad rationem specificam peccati: quâ supposità, Deus vt causa 1. supplens defectum causæ 2. quæ nequit sibi actum in indiuiduo determinare, determinat illum ad talem actum numero. Hoc autem non sufficit, vt Deus dicatur causa peccati, aut indiuiduationis peccati: hoc .n. requirit, vt absolutè, nulla factâ suppositione, creaturam determinet ad actum peccati. quoniam hæc ipsa determinatio quoad rationem indiuiduam peccati reducitur vt ad causam moralem in voluntatem creatam, quæ liberè determinando se ad hanc specificam rationem peccati, naturaliter exigit aliquam rationem indiuiduam, sub quâ producatur actus peccati. 76. *Ratio*

Instabis: vt ens sit auctor operationis, sufficit vt sit libera causa illius quoad esse indiuiduale: Christus .n. fuit auctor actûs, quo mortem à Patre præceptam executus est: At talis actûs Christus non fuit causa libera, nisi tantùm quoad esse indiuiduale; nam quoad esse specificum fuit causa necessaria, siquidem quoad esse specificum non poterat illum non exequi, alioqui potuisset peccare. 77. *Instas*

Resp. Neg. antec. Etenim vt agens sit auctor operationis, debet esse libera causa ipsius entitatis, saltem quoad exercitium: At Deus non est libera causa actionis peccaminosę neque quoad exercitium, vti Christus fuit libera causa actûs moriendi quoad exercitium. Quia Deus non concurrit ad indiuiduationem actûs peccati vt primò determinans proximè, sed proximè determinatus à creatura: nam priùs ratione creatura suâ libertate se determinat ad specificam entitatem actus, & consequenter ad aliquam indiuiduationem saltem vagam, quam Deus positâ liberâ determinatione creaturæ, & suo decretò de concurrendo ad omnem actum, ad quem creatura voluerit, necessariò determinatam prębet. Vnde exercitium actûs peccaminosi non inchoatur à Deo, ne quidem quoad esse indiuiduale, sed à creatura: nam ab illo inchoatur, à quo primò proximè determinatur. Christus fuit libera causa proxima quoad exercitium actûs moriendi. Nam etsi non posset simpliciter præceptum non exequi, potuit tamen illud non exequi hoc vel illo tempore, ex hoc vel illo motiuo: & consequenter quoad exercitium actûs moriendi, Christus fuit perfectè liber; quia à nullo determinatus ipse se liberè quoad exercitiū determinauit. 78. *Resp.*

Christus liber proximè ad actum

Objcies 10. Si Deus non est causa moralis actûs mali; neque erit causa moralis actûs boni; quia neque respectu actûs boni concurrit vt causa proximè libera, sed tantùm remotè prępărando concursum indifferentem ad oppositos actus; & cooperando cum creaturâ liberè se determinante ad bonum. Resp. neg. simpliciter sequel. licet .n. Deus ex vi modi, quo vt causa 1. vniuersalis proximè concurrit cum creaturâ ad actus bonos, non fit causa moralis, vt argu. concludit, & *Ruhio in 2. dist. 37. q. 2. ar. 2.* est tamen causa moralis, tum quia ad illos concursum prębet cum intentione vt fiant: cuius 79. *Deus causa moralis actus boni.*

Digitized by Google

Ex eo quod creatio sit ex nihilo subiecti habet pro termino à quo non ens simpliciter, & pro termino ad quem ens simpliciter. 2.37

Creatio Angeli an differat à creatione materiæ. 38. *Est actio transiens independens à subiecto inhæsionis: necessariò supponit in creante perfectionem actus puri; in agente, à quo dimanat, actionem immanentem independenter à subiecto inhæsionis: Creatio non est accidentalis actio immanens.* 43

Ad instrumentum creandi non requiritur virtus infinita. d. 2. n. 51. *Vna eademq; indiuisibilis actio specificat virtutem instrumentalem & principalem in creatione.* 57

Creatio est actio simplicissima & indiuisibilis. 59. *Actiua vna, passiua altera: quà passio non est in Deo.* 70. *Actiua est in termino creato;* 2.74

Habet suum terminum extra creantem. 76 *Qua ratione creatio sit immediata actio intellectus, & voluntatis diuinæ: non consistit in volitione & imperio diuino.* 78 *Si esset diuinum velle, ab æterno Deus fuisset Creator.* 83 *Actiua quâ ratione distinguatur à passiuâ: dicit transcendentalem respectum ad principium creans: simul cum termino emanat à principio creante. Passiua dicit transcendentalem respectum ad terminum creatum: est formalis & immediata communicatio termini creati.* 2.84

Actio creatiua solam non repugnantiam ad existendum supponit. d. 2. n. 34

Creatio est extrinsecum complementum virtutis creatiuæ: 85 *Ex naturâ rei distinguitur à re creata.* 99 *Non fit per aliam creationem.* 108 *Quomodo se ad terminum habeat.* 111 *Subiectatur in termino, & qua ratione id fiat.* 115 *Non est aggregatum ex Deo & creaturâ:* 117 *Non est relatio predicamentalis:* 124 *Quâ ratione dicatur mutatio cũ eâ convenat:* 125 *Est respectus trãscendentalis, nec potest fundare relationem predicamentalem. Repugnat creationi quacumque dependentia à subiecto inhæsionis.* 140 *Non à causa formali intrinsecâ.* 143

Quare dicantur creari virtutes supernat. 2.142

Creatura *dupliciter considerari potest.* d. 3. n. 117. *Creaturarum tres ordines in hoc Vniuerso.* 162 *Creatura naturaliter exigens præsentiam maiorem & maiorem in infinitũ, implicat.* 5.23 *Suâ naturâ impeccabilis condi non potest.* 20.7

Implicat creatura intellectualis, cuius appetitus rationalis non inclinet ad omne bonum. 9 *Qua sibi ipsi sit finis vltimus, & prima regula in operando.* 10 *Naturaliter petens coniungi cum vltimo fine immutabiliter; Dupliciter potest coniungi.* 20. 11

Implicat creatura ab obiecto extra Deum necessitata vel vel quoad exercitium, vel quoad specificationem: 12 *Rationalis absque libertate.* 14 *Impeccabilis circa legem, & finem naturalem.* 15 *Eo instanti quo producitur operari potest.* 20.52

Distantia inter Deum & creaturam desumitur penes excessum perfectionis quo Deus excedit creaturam. Quodlibet ens creatum finitè distat à non ente. 2.21 *Non minus implicat communicari creaturæ virtutẽ infinitam, quàm supremum ordinem virtutis iuxta gradum totius entis creati.* 2.36

Creatura non requirit virtutem infinitam; vt per potentiam obedient. attingat effectum creationis: Qua ratione creatura per virtutem obedient. attingere debeat effectum creationis. 2.63 *Vt per potentiam obedient. attingat creationem non est necesse vt habeat proportionem cum ipsa independentia actionis à subiecto.* 2.68

Potest creatura grauem tentationem sine gratia superare in singulis instantibus distributiuè, non in omnibus collectiuè. 18.154

Creatura vt creatura dicit perfectam subiectionem ad Deum Creatorem: quæ non potest annihilari in aliquo tempore, neque in æternitate poterit: 2.204

Per conseruationem est in continuo fieri: 227. *Non potest obedientialiter immediatè elevari ad annihilandum.* 261 *Potest Deus immediatè vti creatura ad annihilandum absque eo quod vtatur illa ad creandum.* d. 2. n. 269.

Custodia, Custodes Angeli.

Angeli custodes sunt hominum. d. 19. n. 1.

Singuli homines singulos habent custodes. An custodes præcedentium fiant custodes sequentium. n. 4. *Singuli habent certum custodem.* n. 5. *Ab Angelis custodiri homines asserunt antiqui Philos. Eius descriptio ex Apuleio.* 9 *Persona publica duos habent sibi deputatos.* n. 14. 15. *Religionum fundatores duos habent.* n. 16. *Sacerdoti rem diuinam facienti assistit angelus, non alius à proprio tutelari. Quomodo singulis altaribus suus deputatus sit Angelus.* 18 *Angeli ab ortu nativitatis, non ante, hominum curam suscipiunt.* n. 21

Duo monstrosè inseparabiliter colligati distinctos habent custodes. 19. 24

Non habent curam hominum in altera vita. 26 *Erga existentes in purgatorio aliquem custodiæ effectũ exercent.* 27 *Exercent hominum curam vsque ad terminum vitæ.* 30. 32 *Dicuntur suos alumnos deserere permittendo peccata, non auferendo custodiam.* n. 31. *Angeli deputati in custodiam priuatorum hominum sunt ex infimo ordine postremæ hierarchiæ.* d. 19. n. 35. *Electi præstantiores habent eiusdem ordinis tutelares, & inter electos ij, qui excellentiores in gloria futuri sunt.* 36 *Angeli officium homines custodiendi non à naturâ, sed diuinâ ordinatione habent.* n. 37. *Omnes mitti possent in custodiam hominum, licet non omnes de facto mittantur.* 38

Angeli non habent alios Angelos tutelares. n. 51 *Henoch & Elias adhuc sub tutela angel. sunt.* 54

Sancti viatores habent Angelos custodes. 64 *Omnes homines habent Angelum custodem etiam infideles, præscii, peccatores, Antichristus.* 19. 67

Angel. custodia in pura natura non fuisset perpetua. 85 *Angelus ordinatur ad custodiam hominum vt pars est politica non physica Vniuersi.* n. 87

Singula Regna & communitates suum habent Angelum 93 *Angeli Regnorum præsides ex altiori sunt ordine* 100.

Idem Archangelus præest Regno aut communicati qui Regi aut Superiori vt publica est persona. 101

Singulis rerum speciebus suus est Angelus deputatus. 105

Quæ officia tutelaris præstet erga suum clientem. 19. 106 *Quomodo intellectum illuminet dupliciter explicatur.* 114 *Angeli non sunt conscij omnium, quæ ad clientes suos spectant.* 116 *Angelo non est nota alumni sui prædestinatio vel reprobatio: Aliquorum tamen nota est.* 118 *Secreta cordis nostri non patẽt tutelari, nisi nosipsi velimus.* 119 *Angeli lætantur de bonis suorũ alumnorum, nequaquam tristantur de eorumdem malis.* 120

Qui alios custodit, non debet ipse custodia egere. n. 52 *Custodia quam de hominibus habent Angeli ad beatit. ordinatur.* 53 *Angeli omnes nostræ saluti aduigilant,* 19. n. 12

Dæmones, Damnati.

Dæmon omnis generis homines impugnat. 19. 42 *Possunt pestem & hominum ægritudines prædicere.* 11. 9 *Bruti vita periodum præcognoscere, non hominis.* 11. 10

Dæmones incubi, & succubi per se nec generare, nec prolem in seipsis possunt concipere. 4. 57. *Potest tamen illorum opera fieri generatio transportato alibunde semine.* d. 4. n. 59

Dæmones superiores non possunt illuminare inferiores: 16. 27 *Habent ardens desiderium in homines dominandi.* 20. 159

Digitized by Google

20.159. *Consecuti sunt pœnam iuxta proportionem donorum naturalium*: 18. 100. *Operibus malis non augent sibi pœnam essentialem, sed tantùm accidentalem.* 18.n.126.

Quali amore dæmones Deum ferantur. 17. 15. *Ex amore sui desiderant non esse, sub conditione ad vitandas pœnas*: 17.16. *Per se non sunt priuati vllâ naturali perfectione in pœnam damni: Imminutæ sunt vires naturales in dæmonibus aliquo modo.* 21. 2.

Dæmones in pœnam peccati priuati sunt sempiterna visione Dei & omnibus donis supernatur. Non possunt elicere vllum actum supernat. Ex certa lege Dei sunt extra viam & statum consequendi beatitudinem supernaturalem. 21.3.

Probabilius est habitum siue actum fidei infusæ non remanere in dæmonibus: 21. 5. Credunt & contremiscunt. *quomodo? Quam fidem Augustinus agnoscat in dæmonibus.* 21.6. *Qua ratione S. Thomas*: 7. *Propter peccata contraxerunt pœnam perpetuæ obstinationis.* 21.9.

Dæmones potentia physica & antecedente possunt actum aliquem moraliter bonum operari, nequeunt morali. 21. 13.

Voluntas dæmonis est omni auxilio gratiæ destituta.

Moraliter impotens ad honestè rectè, operandum 14.

Qua ratione Patres absolutè affirment non posse dæmones honestè operari: Quomodo Scotus velit dæmones honestè operari posse: 21. 15.

Duplici ex capite dicuntur peccare. 21. 17. *Potuerunt ab initio ex defectu perfectæ considerationis vltimi finis peccare: Potuerunt ab eodem peccato adueniente pleniore notitiâ vltimi finis cessare.* 32.

Damnati possunt interdum actus ex genere tantum bonos, vitiatos tamen ex aliqua circumstantia mala elicere. 53. *Dæmones sunt capaces præcepti de non malè operando.* 68.

Dæmon potest semper habere perfectam aduertentiam ad malum quod operatur. 21. 69. *Torquetur ab igne corporeo:* 72.

Quâ ratione possit tristari: non est combustionis capax: 80. *Propter necessariam apprehensionem ignis diuinæ iustitiæ vindicis ad alia obiecta expeditè conuerti non possunt.* 21.86.

Vide Pœna, Damnati, Ignis infernalis.

Dæmones *quomodo cognoscant supernaturalia.* 13.8.

Habent naturalem dilectionem sui & Dei *auctoris naturæ.* 20.89. *cognitâ Christi diuinitate destiterunt à voluntate, quâ ipsius mortem anteà determinatè procurabant,* 21.32.

In Damnatis *quare fides infusa repugnet.* d.21.n.8.

Cur manere possit character in damnatis, non habitus infusus fidei: Quidquid est naturaliter acquisitum per proprios actus manet in dãnatis: Manent species actuũ supernaturalium: Non manent habitus supernaturales, moraliter comparati per actus supernaturales. 21 8

Homines damnati obstinati sunt in malo. 21, 33. *Per quid saluetur necessitas qua damnati coguntur de amissa felicitate semper cogitare.* 91.

Damnatus non potest vel ad punctum temporis ab actu pœnali se liberare: 91. *Moraliter tantùm ad malum determinatur.* 15.

Homines damnati in assumptis corporibus non intelligunt in instanti nec sine discursu. d.21.n.33.

Delectatio *quâ ratione per se consequatur ad rei optatæ consecutionem. Dæmone causaliter tantùm admittere possunt interdum aliquam delectationem.* 21.63.

Vide Beatitudo, Gaudium.

Demereri *non potest anima in instanti separationis eiusdem à corpore.* d.21.n.34.

Demeritum *potest simul esse cum pœna vltima, non autẽ meritum cum præmio vltimo-* 18.131. *Instans demeriti malorum Angelorum non est duplex, inceptionis & continationis, sed vnum.* 136.

Demeriti continuatio in angelis malis fuit demeritoria pœna essentialis vsque ad terminum viæ. 18.153.

Dependentia, Deus.

Dependentia *sola à subiecto tollit rationem creationis.* d.2 n.147. *Ex dependentiâ creationis à causa formali intrinsecâ non sequitur actionem creatiuam materiæ toties variari, quoties variatur forma substantialis materiæ: Subiectiua dependentia formæ materialis à materiâ tollit creationem.* 2.252.

Independentia à subiecto immediatè fundatur in entitate rei. d.3.n.35. *Dependentia à causa efficiente est mediâ actione, quæ essentialiter terminatur ad rem existentem vt existentem.* 3.63.

Deus, Diuina essentia, Creator.

Deus *nequit distinctè & quidditatiuè repræsentari per speciem*: 10.8. *Scotus docet possibilem esse speciem diuinæ essentiæ quæ ipsam distinctè repræsentet.* n.3.

Deus dicitur esse in loco dupliciter: 5.60. *Est in loco suam essentiam:* n.108.

Deus connaturalitatis iure tenetur suas creaturas in esse semel communicato conseruare. 19. 37.

Quæ sunt Dei *propria nequeunt fieri propria & naturalia creaturæ.* d.20.n.20. *Essentia diuina non est intelligibile proportionatum nisi à proprio intellectu.* d.12.n.26

Deus vt actus purus specificat visionem beatam vt rationem quâ. d.13n.6.

Cur Deo tribuatur actus bonus. 20.n.74. *Deus non est auctor peccati etiamsi primam cogitationem ad bonum & malum indifferentem immiserit.* 71. *Est auctor primæ cogitationis hominis peruenientis ad vsum rationis*: Nõ *tenetur operari iuxta cõnaturalitatem maiorem creare*: 20. 78. *Intelligit seipsum specie expressa* quâ, *&* in quâ. 9.51.

Deus omnis passionis expers est: 2.70. *Immediatè per suũ velle & imperium producit res ad extra.* 78. *Creat immediatè per suum velle & intelligere practicum: Se solo conseruat effectum quem simul cum causa secunda produxit.* 79. *Vt actus diuinus dicatur se aliter habere debet terminus ipse mutari.* 2.n.80.

Creator *secundùm Patres ex tempore dicitur. Per diuinũ velle cum respectu ad creaturam in tempore producendã dicitur Deus ab æterno voluisse creaturas* 83. *Quando* Deus *se solo conseruat effectum quem simul cum causa 2. produxit, conseruat illum distinctâ actione à priori, quâ illum simul cum causa 2. produxerat.* 2.109.

Imperfectionem creaturæ Deus superare potest virtute suâ per aliquid illi supernaturaliter additum. 189. *Quâ ratione dicatur die septimo ab opere quieuisse.* 2.223.

Differentia.

Differentia *debet proportionari generi.* d.2. n. 172. *Non desumitur ex formâ.* 3.n.43.

Dilectio Angeli, Discursus.

Angelus semper & necessariò seipsum diligit actu singulari & determinato. d.17.n.6. *Duplex amor in Angelo.* n.7. *Bonum creatum non impeditiuum maioris boni necessitat ad dilectionem sui.* n.9. *Cur homo in hac vita non sit in continuo actu dilectionis erga se, bene in alterâ.* d.17.n.10. *In angelo dilectio sui naturalis, nec naturalem, nec supernat. dilectionem* Dei *impedit.* d.17.n.13

Quæ obiecta necessariò quoad exercitium diligantur. 18

Angelus Deum amat amore concupiscentiæ necessario tum quoad specificationem, tum quoad exercitium: amore amicitiæ libere secundùm vtramque rationem: 17.27.

Amore amicitiæ non diligit plus seipsum, quàm Deum signatè & positiuè; bene negatiuè: 41. *Potest viribus proprijs cum solo generali cõcursu Dei sibi naturaliter debito perfecto amore amicitiæ naturalis diligere Deum super omnia.* 17.51. *Cogitatio congrua diligendi* Deum *vt auctorem naturæ in angelo non est beneficiũ à creatione distinctum.* 7.53.

Licet

Digitized by Google

Licet seipsum necessariò diligat, Deum liberè. amor erga Deum est perfectior appretiatiuè amore suiipsius. 54.
Amorem Dei naturalem & supernat. dari variè prob. 55.
Cur amor naturalis non sit tanti valoris quanti est timor supernaturalis. 63.
Deus vt finis naturalis, & vt supernaturalis diuersos actus dilectionis specificat. d.17.n.64.
Angeli non omnes constantes perstiterunt in dilectione naturalis amicitiæ erga Deum. 18.7. *Angelus magis necessariò sibi diligit esse naturale propriæ naturæ, quàm esse supernaturale gratiæ.* 18.53.
Ad cognitionem propriæ substantiæ necessariò sequitur actus dilectionis sui. & Dei auctoris naturæ. 20.88.
Actus angeli quo se dilexit quatenus malus fuerit: nõ reducitur ad peccatum luxuriæ. 1001. *Connaturalius est Angelo priùs naturâ moueri ad naturalem dilectionem sui & Dei.* 20.78. *Vide* Amor.
Discurrere *necessariò includit duos actus: Necessitas discursus vnde oriatur.* 14.3. *Causalis transitus & successiuus quid?* 6. *Discurrere non est tantum intelligere plura vt connexa.* d.14.n.7.

Distantiâ, Desitio.

In quacumque distantia angeli tam superiores quàm inferiores inter se loquuntur. 15.n.49.
Ens tantum distat à non ente quanta est ipsa perfectio entis: Distantia inter ens & non ens desumi debet ex formali excessu perfectionis, quo vnum extremum excedit alterum: Distantia inter Deum & creaturam desumitur penes excessum perfectionis, quo Deus excedit creaturam. 2.21.
Contradictoria non sunt omnia æquè distantia: Magis distant Deus & angelus, quàm angelus & non angelus: Angelus & Deus per infinitum, angelus & non angelus per finitum excessum distant. Maior est distantia inter Deum & non Deum, quàm inter angelum & non angelum. 2.23.
Inter vim creatiuam & eductiuam arguitur infinita distantia. 2.25.27.
Desinere *non potest res in instanti, in quo est.* 2.201.
Dispositio *naturalis non causatur à forma substantiali quoad primam sui productionem, sed quoad conseruationem.* d.18.n.71. *Nulla materialis dispositio produci potest à phantasmate in intellectu agente.* d.2.n.53.
Distinctionis *numericæ ratio an sit necessario materia:* d.3.n.139. *Modus triplex assignatur.* 141.
Euidens signum distinctionis inter duo ex natura rei. 2.99. *Omnis distinctio ex natura rei est realis, aut modalis: Euidenter colligitur creationem modaliter distingui à termino.* 107.
Quæ distinguantur realiter. 2.226.
Ad distinctionem realem quid requiratur necessario. 3.74.
Vnde oriatur distinctio rationis, essentiæ ab existentiâ in creatura. d.3.n.76.
Dolor *versatur circà malum præsens:* d.21.n.80. *Consequens apprehensionem amissæ beatitudinis pertinet ad pœnam damnati tamquam proprietas.* 57.
Christus miraculosè verum admisit dolorem. 21.63.
Dona *naturalia non sunt Deo motiuum ad conferenda dona supernaturalia.* 18.99.
Angeli dona supernat. acceperunt iuxta quantitatem naturalium. 18.98. & 21.60. *Christi animæ ratione vnionis hypost. collata sunt maiora dona supernat. quàm omnibus angelis simul.* 18.102. *Angeli boni aliquod maius donum habuerunt quàm mali.* 18.145.
Durare *quo modo res potest per vnum punctum temporis, potest per totum tempus:* 2.218.
Duratio *sola connotatione temporis distinguitur à re durante.* d.2.n.224.

Ecclesia, Edi:ctio, Effectus.

Ecclesiæ Auctoritas iudicat de vero sensu Scripturæ. 2.285. *Quale fundam. habuerit definiendi productionem angelorum cum reliquis creaturis.* d.2.n.288.
Eductia *vis ad educendum effectum infinitum requiritur in suo ordine infinita.* d.2.n.30.
Non omnis potentia eductiua ex modo tendendi de necessitate est ad omne educibile. n.35.
Vide Actio. Operatio.
Illud per se primò fit quod per se ad actionem non præsupponitur. 2.n.31. *Potissima ratio in effectu educibili non est dependentia à subiecto: Sed est entitas actus educibilis.* 38.
Effectus *futuri naturales & contingentes quomodo possint cognosci in causis præsentibus.* 11.40. *Effectus non est purus actus, sed immersus potentialitati:* 2.19. *Numquam solet contingere idem in multis causis liberè agentibus.* 18.80.
Effectus per eamdem productionem potest accipere primum esse, & in eodem conseruari. 2.217.
Elcuatio, *altera in actu secundo, altera in actu primo.* 2. n.268.
Elias *adhuc sub tutela Angeli est.* 19.141.

Esse, Existentia, Eucharistia.

Inter ens & non ens nulla est proportio. d.2.n.22.
In ratione non entis simpliciter, ita est non ens non homo, quàm non Angelus. 2.n.34.
Ens quoad essentiam supernaturale, cognosci debet lumine supernaturali. 13.3.
Ens vt ens independenter à quocumque habet vt sit intelligibile. 15.15.
Qua ratione res per se existat? 2.184.
Qua ratione implicet rem per se existentem naturaliter fieri existentem in alio obedientialiter. 2.186. *Quâ ratione existentia creata ex naturâ rei distinguatur ab essentiâ in sent. Scoti.* 3.59. *Quâ ratione essentia possibilis re ipsa non distinguatur ab essentiâ actuali. Quodcumque esse, debet habere primam originem à Deo.* 61.
Existentia hominis non minùs quàm eius essentia possibilis fuit ab æterno. 67. *Essentiæ rerum antè existentiam nullomodo mutiplicantur.* 68. *Quare dicantur essentiæ rerum obiectiuæ & potentiâ logicâ realiter esse.* 3.n.134. *Qua ratione existentia creata distinguatur ab actuali essentia.* 74. *Verbum, Esse, quomodo supponat pro actuali existere.* 87.
Existentia non est de conceptu quidditatiuo essentiæ creatæ. d.3.91. *Existentia quid.* 97. *Essentiæ creatæ ab æterno non habuerunt reale esse essentiæ.* d.3.n.63.
In Eucharistia *non manet solæ grauitas & leuitas accidentium.* 8.n.25. *Cur Christi corpus in Eucharistia veniatur accidentibus.* 4.13.
Corpus Christi in Euchar. non est definitiuè. 5.23. *Cur possit esse sub speciebus maioribus in infinitum.* 5.23.
Angelus naturaliter cognoscit desitionem panis & vini in Eucharist. Non cognoscit modum existendi Corporis & Sanguinis Christi. 13.12.
Quâ ratione panis & vinum concurrant ad productionem Corporis & Sanguinis Christi: Respectu productionis Christi sunt termini à quo positiui connotati. 2.65.
Quâ ratione verba sacramentalia attingant substantiam Corporis & Sanguinis Domini. 2.64.
Productio noua substantiæ sub speciebus Eucharistiæ desinente sub illis Corpore Christi est vera creatio. 147.
Quâ ratione saluetur naturalis incorruptibilitas quantitatis Euchar. deficiente Corpore Christi cum illa. 183.
Quare substantia panis & vini non annihiletur in Sacramento. d.2.n.251.
Excellus *formalis vnius extremi supra aliud vnde desumatur.* d.2.n.24.
Vide Distantia.
Excitatio *mentalis est vitalis motus intellectus aut voluntatis.* d.15.n.25. *Excitatio audientis est complementum locutionis extrinsecum.* d.15.n.44.

Digitized by Google

Extremum *non potest ad aliud ordinari, nisi perficiatur in se.* d.3.n.17.

Falsitas, Fides.

Falsitas *est difformitas cognitionis cum re in seipsa existente.d.*14.10. *Intellectui in angeli non potest esse falsitas circa res naturales. num.* 9. *Potest tamen esse falsitas circa ea quæ probabiliter tantùm cognoscit. n.* 10. *Falsitas & veritas reperitur etiam in compositione & diuisione virtuali.* d.14.n.11.

Fidem *angeli non omnes habuernnt euidentem in attestãte; Sed angelorum caput solum: antequam fidei mysteria acceptarent, debuerunt rationes credibilitatis examinare.* 18.82.

*Fides implicat etiam cum visione intuitiua Dei de eodem obiecto. d.*18. *n.*116. *Actus fidei non pugnat cum merito & iure ad gloriã; pugnat cum possessione ad gloriã.*130. *Vide* Virtutes infusæ, Habitus.

Fides viatoris & Angeli inferioris credenti superiori quomodo differant.d. 6.n. 29. *Obiecta credita habitu fidei in via omnes beati æqualiter vident.* 41. *Habitus fidei per se est ordinatus ad disponendũ viatorem ad cõsequendam beatitudinem per actus meritorios.d.*21.*n.*5

An in dæmonibus sit fides infusa. Vide Dæmones.

Filij *Dei qui dicantur in Scriptura.* 3.n.14.

Finis *vltimi perfectio essentialiter importat perfectionem primi principij.*20.10. *Vide* Voluntas.

Formæ *plus recur non possunt esse in eâdem materiâ.*5.151.

Forma *distinguitur ab vnione, quâ materia vnitur, item à generatione quâ producitur.* 2.173.

Futura contingentia.

*Species representatiua futurorum contingentium nequit esse connaturalis angelo. d.*11.*n.* 37. *Species futurorum connaturalium non sunt connaturales angelo* 40. *Cur Angelus futura contingentia quorum habet species, certò præcognoscere non possit.* 42. *Species futurorum contingentium in angelo complentur per extrinsecum concursum Dei.* n.53.

Cur futurum secundùm suum de articulatum esse, nõ præteritum naturaliter possit cognosci. n.57. & 59.

Cur angelus etiam longo exprimento nequeat futura prædicere. d.11.n.63.

Qnomodo possit futura & interna coniectare. 14.4.

*Duplex futurum contingens : dupliciter ab Angelo cognosci potest.*11.3. *Habet obiectiuam veritatem.* 18.

Potest Angelus omnes effectus à quâcumque causa naturali dependentes antequam sint in eorum causis præcognoscere. 11.6. & 7. *Futura cognoscere habitu, & variabiliter non arguit infinitatem & immutabilitatem cognitionis:* 22. *contingentia non cognoscuntur à Deo ex solâ eminentia sui increati luminis:*18. *quæ pendent ex libero arbitrio non possunt ab angelo natiua virtute certo cognosci.* 11.15.

Non potest res futura fieri præterita, quæ numquam fuit præsens: Potest res præterita iterùm fieri futura, priusquam fiat præsens. 6.56.

Gaudium, Generatio, Genus.

Gaudium *per se consequens præmium beatit. pertinet ad ipsam vt proprietas.* 21.57.

Angelus in assumpto corpore per se generare nequit. 4. 57. *Potest tamen effectum generationis causare, asportato aliunde semine.* 4.59.

In quo sensu Arist. docuerit quod genitum est, non esse æternum: 2.10. *Quâ ratione in sent. Arist. ponantur generationes ab æterno.* 2.10.

*Vt aliquid generetur seu educatur de potentiâ materiæ debet posse dependere à materiâ.*2.184. *Vide* Dæmones.

Genus *non desumitur ex materiâ.* d.3.n.43.

Gloria, Gratia.

Gloriam *cur possumus condignè mereri, non autem gratiam.* d.18.n.95.

Vide Beatitudo, Visio beatifica.

Gratiam *cur condignè mereri non possimus.* 18.95. *Gratia habitualis non minùs beatum quàm creaturam constituit amicum, & filium ad optiuum Dei.* 18.112.

Gratia habitualis quid sit: perfectior est entitatiuè visione beatifica: 18. 43. *Est obiectum amoris concupiscentia & amicitiæ Dei erga nos.* 17.63.

Nihil opponitur gratiæ nisi quod opponitur amicitiæ Dei: gratia est amicitia erga Deum. 21.84.

Implicat gratia habitualis, & peccatum mortale in eodem instanti simul. d. 20.*n.*84. *Gratia non tollit à voluntate creata antecedentem potestatem peccãdi. Quomodo intrinsecè inhæret subiecto:* 20.85. *Est forma physicè incompossibilis cum peccato non ratione decreti diuini.* 20.86. *Vide* Operatio gratiæ.

*Angeli omnes in gratia habituali creati fuere:*18.34. *per se non requirit dispositionem in subiecto, & cur:* 90.

*Maiorem gratiam habuerunt Angeli initio creationis quàm multi S. Viri post diuturna merita. d.*18.*n.*123.

Habitus, Homo.

Implicat habitus naturalis virtute continens omnia obiecta quæ Angelus potest naturaliter cognoscere. d.9.n. 74. *Duplex est habitus acquisitus, intellectualis & moralis: Intellectualis etiam duplex, speculatiuus & practicus.*14.18. *Angeli circa quæ habeant habitum speculatiuum.*19. *Dantur in Angelis habitus intellectuales acquisiti opinionis & fidei naturalis: n.* 13. *Et practici acquisiti circa res naturales agibiles.* 24.

*Dantur in bonis habitus virtutum acquisitarum, sicut & in malis vitiorum ex frequentatis actibus geniti:*25. *acquisiti non sunt ad operandum simpliciter, sed facilè.* 26. *Angeli non sunt capaces habitus in ordine ad quæ habent perfectas species.* 14.28.

*Habitus infusi quid sint, & quomodo corrumpantur.*21.3. *Potest habitus supernaturalis mouere potentiam ad actum directum & reflexum.* 9.36.

Nullus habitus immutat immediatè voluntatem, nec vllus exigit auxilia infallibilia ad operandum. 20.18.

Nullus habitus possibilis est qui liberam voluntatem creaturæ predeterminet ad non peccandum venialiter, & simul possit peccare mortaliter. d.20.n.31.

Henoch *adhuc sub tutela Angeli est.* d.9.n.54.

Homines *succedunt angelis malis quoad gloriam, non est tamen necessarium, vt illis etiam succedant quoad eumdem gloriæ gradum : in sent. Palud. succedunt quoad eosdem gloriæ gradus.* 18.105. *Multi homines excedunt multos angelos in gloriæ magnitudine.* 126.

*Homines nulla ratione sunt inflexibilis naturæ.*21.33. *Omnes in statu naturæ lapsæ Angelũ habent custodẽ.*19.67

Homo *in statu innocentiæ eguisset angel. custodia, etiam non supposito casu aliorum angel.*19.73. *In statu puræ naturæ ex vi præsentis decreti non habuisset custodem:* 78. *Ex vi alterius decreti fuisset ea custodia in ordine ad opera, & beatit. naturalem.*79. *Hæc tamen custodia erga homines in purâ naturâ non fuisset perpetua.* 85. *Dupliciter vnus homo deputatur in custodiam aliorum angel.* d.19.n.13.

Vide Custodia Angelorum.

Homo ex perfectiore modo cognoscendi arguitur perfectior bruto. d. 2.*n.* 47. *Quare homo fuit creatus post omnes substantias corporeas.* 2.296.

Ignis infernalis, Illuminatio.

Ignis infernalis *non solâ apprehensione spiritus rebelles cruciat.* d.21.n.72.78.

Explicatio metaphorica de igne inferni non admittitur à Scholasticis. 73.

Ignis gehennalis est eiusdem speciei ac naturæ cum nostrate. Quare Patres aliquando ignem gehennalem vocent immaterialem. Cur ignis præceteris elementis ad torquendos spiritus sit assumptus à Deo. 74.

Deus non imprimit spiritui qualitatem qua capax fiat ignei ardoris formaliter cruciantis. 21.76.

Digitized by Google

Ignis inferni non torquet realiter spiritus per calorem spiritualem in ipso existentem. 77.
Qua ratione spiritus terqueri dicantur ab igne videndo tantùm & aspiciendo: n.79. Ignis non torquet spiritus causando in illis tristitiam: 80. nec obedientialiter producēdo in illis qualitatem spiritualem illorum substantiam fœdantem. 81. Ignis torquet spiritus per modum carceris vel per modum obiecti: concurrendo vt instrumentum diuinæ iustitiæ ad actum tristitiæ quam aliàs haberent. 86.87.
Qua ratione saluetur cur potius igne Deus, quàm alio elemento vtatur in vindictam Angelicæ superbiæ. ibid.
Quâ ratione eâdem pœnâ carceris saluetur inæqualitas pœnæ pro vniuscuiusque delicti grauitate. 88. *Ignis acriùs debet quàm per modum carceris spiritus torquere, & id quomodo contingat.* 90. *Vide* Pœna, Damnati.
Illuminatio *est quædam species locutionis.* 16.1.
Angeli inferiores illuminantur à superioribus. 3.
Deus sæpè illuminat homines per angelos: 15.
Intellectum nostrum illuminant dupliciter. 19.114.
Illuminatio de quibus esse possit: Potest superior aliqua à se visa in Verbo manifestare inferiori, sed extra Verbum. 16.16. *Illuminatio plus dicit quàm manifestationem ignotæ veritatis.* 18. *Angelus superior illuminare potest inferiorem de rebus naturalibus illi ignotis. n.* 19. *Duplex illuminatio, naturalis & supernat.* 16.23.
Illuminatio vniuersaliter sumpta quid? importat manifestationem veritatis & lumen confortatiuum. Illuminatio & locutio quomodo differant. 16.24.
Quo pacto inferiores manifestent aliqua superioribus sine illuminatione: Ad actum illuminatiuum necessariò requiritur confortatio intellectus. 26. *Dæmones superiores non possunt illuminare inferiores.* 16 27.
Illuminatio quæ fit inter Angelos beatos, est supernaturalis quoad modum: d.16.n.31. De rebus purè naturalibus non est propriè illuminatio: Hæc respectu intellectus rudioris, non potest dici illuminatio, respectu intellectus sapientissimi: 32. *De quibus rebus fiant. n.33. Quæ requirantur ad veram & propriam illuminationē.* 34.
Dupliciter superior de iis quæ videt visione beatâ illuminat inferiorem: 16. *n.35. illuminatus dupliciter potest esse certus de veritate sibi manifestatâ.* 16.38
Deus illuminat Angelum producendo in illo conceptū veritatis, vt à se testata. n.48. Superior Angelus illuminās concurrit effectiuè cum inferiore ad illuminationē eius per modum artis iuuantis naturam. 54
Illuminationes angel. ad diem solū iudicij durabunt. 56.
Illuminatio non eo ipso quod fiat vni, fit omnibus angelis. 57. *Probabilius nunc fit à Christo immediatè.* 58.
Probabile est plerumque omnes Angelos primi ordinis suprema hierarchiæ immediatè illuminari à Christo. d.16. n.59. Vide Locutio.
Imago *non est eiusdem perfectionis entitatiuæ cum imaginato. d.10.n.17. Duplex esse distinguitur in omni imagine siue naturali siue artificiali.* 9.n.44.

Immobilitas, Impeccabilitas.

Voluntas diuina est immobilis circa obiectum quod semel eligit. d.21.n.28.
Quale obiectum possit immobilitare voluntatem creatam erga seipsum: Voluntas angeli non potest immobiliter adhærere vlli obiecto creato. 36.
Quomodo immobilitas appetitus non debet proportionari intellectui. 39. *Duplex est voluntatis immobilitas ad malum & impotentia ad bonum. Voluntas dupliciter potest fieri moraliter immobilis à malo.* 42. *Angeli ex Damasc. immobiles sunt nō naturâ, sed gratiâ. d.21.n.35*
Impeccabiles *facti sunt Angeli boni per intuitiuam visionem Dei: Confirmatio in bono reducitur in gratiam Dei.* 21.35.
Impeccabilitas ex quadruplici capite oriri potest: 20.8. *per gratiam fieri non potest nisi per vnionem hypost. vel per visionem beatam. d.20.n.18.*
Impetus *localis potest communicari subiecto absq; successiuâ connotatione spatij. d.6.n.44.*

Impotentia, Impossibile, &c.

Impotentia *ad peccandum duplex. d.20.n.30.*
Moralis impotentia ad agendum quid? Voluntas dæmonum est solùm secundum quid impotens ad operandum opus moraliter bonum. Vnde hæc impotētia? d.21.n.44.
Qua impotentia ad bonum & obstinatio in malo sufficiat in dæmonibus. 52. *Subiectum quomodo dicatur physicè impotens ad actum. d.20.n.85.*
Angelus non potest affectu complacentiæ ferri in impossibile sub ratione impossibilis. 20.n. 05.
Voluntas potest ferri in impossibile apprehensum sub hypothesi possibile. 107. *Potest angelus ex suppositione quod sit possibile esse angelum manere cum esse Dei id appetere affectu ad peccatū sufficiente.* 113. *Etiam circa impossibile potest esse meritum vel demeritum.* 114. *Quid apud PP. & Arist. dicatur simpliciter impossibile.* 21.15.
Ex Incarnatione *potuit peccatū angel. occasionari. d.20.* 126. *de facto tamen id nequaquam accidit. n.127.*
Incarnatio fuit prædestinata dependenter à peccato Adæ præuiso scientiâ conditionatâ. 20.126.

Vide Vnio hypostatica.

Angelis non fuit à principio reuelatum mysterium Incarnationis cum omnibus circumstantijs, quibus fuit peracta, quas primùm post eius executionem cognouerunt. d.18.n.144.
Impossibilitas *sumitur penes mutuam exclusionem formalem vnius ab alio: indiuisibilis est.* 2.24.
Inconstantiæ *vitium non cadit in diuinam voluntatem: Omne creatum vertibile & inconstans est.* 21.40.
Incorruptibilitas *duplex. d.3.n.101.*

Vide Angelus.

Indiuiduatio *vnde desumatur in angelis. d.3. n.158. Indiuidualis gradus quomodo sit proprietas gradus specifici.* 3.160.
Indiuisibile *commensurari diuisibili per extrinsecam, non per intrinsecam subiectionem. d.6.n.92.*
Potest indiuisibile dum est in motu partim esse in termino à quo, partim in termino ad quem. 84. & 94.
Qua ratione res indiuisibilis fiat diuisibilis. d.2.n.199.
Infantes *qui sine Baptismo decedunt non sunt habituri post diem Iudicij angelos custodes.* 19.89.
Infelicitas *damnatorum consistit in vtroque actu apprehensionis & tristitiæ de obiecto beatifico amisso. d.21.n.* 94. *Infelicitas diuinitus non potest esse cum visione & amore beatifico. n.95.*

Vide Damnati.

Inflexibilitas, Instans.

Moralis inflexibilitas duplex est: vna tollit libertatem, altera tantùm difficultat voluntatem ad oppositum actum: d.21.n.30. Vnde sit. 21.n.43.
Qua ratione Laurentius Iustinianus doceat angelum esse inflexibilem. 21,38.
Instantibus *tribus absoluitur totum negotium bonorum angel. Primum fuit formaliter & virtualiter indiuisibile: in quo nihil meruerunt, sed tantùm acceperunt merendi principia: Secundum diuiditur in duo instantia inceptionis & consummationis meriti: vtrumque fuit virtualiter diuisibile: Tertium glorificationis mensuratur æternitate participata. d.18.n.132.*
In eo instanti in quo pura creatura meretur, debet posse peccare in sensu diviso. 135.
In instanti meriti, boni habuerunt potentiam meritum non continuandi; mali non habuerunt potentiam à demerito resurgendi. 18.136.
Duplicia instantia durationis & naturæ. 20.76.
Potuit in vtroque primo instanti peccare nullâ factâ suppositione: 77.
Naturale est Angelo habere in primo instanti creationis

Digitized by Google

tionis potentiam perfectè liberam: n. 78. Connaturaliùs petit habere in 1. instanti notitiam determinatam ad vnum: n. 88. In 1. instanti creationis potuit mereri: 81. Et habere præceptum de actu bono eliciendo: Erant puri viatores: 82. De facto in 1. instanti creationis non potuerunt peccare: cur? 20.n.84.

Instantaneus motus. Vide Motus.

Instrumentum.

Instrumentum non debet in virtute propriâ continere effectum. 2.51. Ad instrument. creandi non requiritur virtus infinita: Actio instrumenti obedient. eadem est cum agente principali, sicut & alterius cuiusque instrumenti. Vtrùm maior virtus instrument. requiratur ad producendos plures effectus quàm pauciores. Instrumentum requirit proportionem cum principali agente & cùm effectu. 2.51.

Connaturaliter nõ requirit præuiam actionem distinctam ab actione agentis principalis. 2.53.

Lumen gloriæ est connaturale instrum. ad producendum visionem gloriosam: Habitus charitatis est instrum. cõnat. ad amorem beatif. Vtrùm character absque præuiâ dispositione sit instrumentum ad Christi corpus conficiendum. Primarius instrumenti finis qualis. Essentialis ratio instrumenti consistit in fine primario; Qui cessare non debet ex cessatione finis secundarij. 2.53.

Virtutem instrum. connatura. creandi communicari non posse creaturæ dupliciter prob. Instrumentum princip. esse in eodem ordine cùm causa principali. 2.54.

Virtus instrum. eductiua distinguitur à principali per minorem tantùm proportionem cum entitate effectus educibilis. d 2.n.58. Instrumentum naturale in operando non excedit seipsum in essendo quoad independentiam à subiecto. 60. Obedientiale est voluntaria potentia agentis intellectualis. 67. Quid sit instrumentum obedientiale in sententia S. Thomæ. d.2.n.69.

Intellectus, Intellectio, Intentionale.

Intellectus increatus omnem rationem cognoscendi habet à se. 11.37.

Quomodo angelus reddatur certus, id, quod actu cognoscit esse præsens, præteritum, vel futurum. 65.

Essentia diuina non est intelligibile proportionatum nisi à proprio intellectu. 12. n. 26. Intellectio non causatur ex productione speciei, sed ex libero vsu speciei cum potentia. 27. Creatura intellectualis habet physicum & morale dominium supra suos actus. 12.32.

Intelligibilitas fundatur in entitate. 13.4.

Intelligere componendo vel diuidendo, quid? 7. Ratio cur intellectus noster in affirmando aut negando egeat compositione plurium conceptuum formalium. 8. In intellectu angeli nõ potest esse falsitas circa res naturales: 9. Potest esse falsitas circa ea quæ probabiliter tantùm cognoscit. 14.n.10.

Angelos esse intellectuales prob. 8. n. 1.2.3. Angelus intelligit se, & alia à se intellectione distinctâ. Obiectum quod potest cognoscere est omne intelligibile. n.6.

Intellectus distinguitur realiter à substantiâ angeli, sicut & omnes potẽtiæ rationales à naturâ intellectuali creata: 8.n.23.31.41. Agens, & possibilis quid sit: n.43.53. Agentis munia: Possibilis officia. 43. Necessitas ponendi intellectum agentem in anima rationali: Agens & possibilis non distinguuntur. n.44.58.

In angelis intellectus agens & possibilis non datur: d. 8. n. 52. Agens illuminat intellectum possibilem, n. 55. Agens ex Arist. Lux est. 56.

Etsi Deus infudisset animæ species rerum adhuc in ea esset intellectus agens, non sic in angelo. 8.58.

Intellectus & voluntas vnius angeli specie differt ab alterius specie diuersi. 8.89. Intellectus & voluntas Angeli & animi rationalis habent idem obiectum genericum, non specificum. d.8.n.90.

Nequit nudus intellectus Angeli absque intrinseca determinatione ex parte obiecti vllam eiusdem à se distincti notitiam sibi parere. d.9.n.5.26. Intellectus est indifferens ad hoc vel illud obiectum percipiendum. n.6. Angelus non eget obiectiuo concursu substantiæ ad intelligendam propriam substantiam. Intellectus angeli à propria substantia habet vltimam rationem specificam & indiuidualem. n.8.

Intellectiuum & intelligibile possunt coalescere in vnam, continentem perfectionem vtriusque. 9.19. Intellectus naturalis non solum est incompletus in ratione specificâ & proximâ, sed etiam generica & remotâ respectu obiecti supernat. n. 20. Intellectus angeli est virtualis species suæ propriæ substantiæ: 23. Ad cognoscendas intuitiuè naturales proprietates suæ naturæ eget obiectiuo concursu earum: n.31. Ad se implicitè & indirectè cognoscendum, non eget obiectiuo concursu sui. 9.33.

Intellectio Angeli est virtualiter reflexiua sui. n.34. Angelus nõ potest propriam essentiam naturaliter per speciem distinctam intelligere. 47.

Deus intelligit se specie expressa qua & in qua. 51.

Angeli intellectus non omnia intelligit actu quorum species habet: d. 9. n. 112. Non potest determinari à propria essentia ad omnia obiecta intelligenda. 9.68. Eius obiectum est omne verum naturale: 69. Non debet continere totam perfectionem obiecti intelligilis: 71. Quò perfectior est intellectus eò per vniuersaliores species intelligit, eò etiam clarius & plura actu simul intelligit. 9. 184. Intellectus angeli superioris speciei differt ab intellectu inferioris. 187. Nullus angelus res omnes materiales intelligit vnica specie. 9.n.197.

Intellectualitas est supremus gradus entis: Non reperitur in homine in gradu perfecto & consummato. 1.4.

Nequit intellectio totaliter produci à principio extrinseco. 15.15.

In quo sensu Aristot. concesserit Intelligentias cœlorum, motrices æternas & immobiles. 2.9. Intellectiones sunt organicæ in homine, & independentes à materiâ subiectiuè: Pendent à speciebus intelligibilibus. 2.161.

Intellectualitas solam immaterialitatem sequitur. d. 3. num. 8.

Vide Actio, Operatio, Cognitio.

Intentionaliter *substantialiter continere aliquid. est eminenter continere. d. 9. n. 72. Esse intentionale adæquatè continere debet totum esse naturale obiecti. 149.*

Quantum crescit obiectum in esse reali, tantum crescit virtus representatiua in esse intentionali. 176. Intentio non confert primam speciem malitiæ. 20.136. Esse intentionale proprium speciei est diuersum ab esse intentionali obiecti. 9.40.

Iudicium *non habetur formaliter ex vi representationis speciei. d.11.n.46.*

Angelus habet difficultatem ferendi iudicium de rebus probabilibus, non de probabilitate. 14.26. Iudicium practicum non est diurnum post & ante liberam electionem. d.21.n.29.

Lex, Libertas.

ANgelus poterat sine speciali auxilio non modo potentia physica, sed etiam morali, legem naturalem seruare ad longum tempus, non in æternum: Per obseruantiam legis naturalis non meretur præmium supernaturale. 17.56.

Quidquid per se proxime requiritur ad actum liberum latere debet angelum. 12.n.42.

Liberum *in actu 2. componitur ex actu intellectus radicaliter, formaliter ex actu voluntatis. 12.43.*

Naturale est angelo habere in proximo instanti creationis potentiam perfectè liberam. d.20.78. Quare prima operatio naturalis rei productæ tribuatur producenti, non libera. n.73.

Libertas quoad exercitium quid? 20.n.81.

Præceptum non impletur actu naturali, sed libero. 83.

Liber-

Digitized by Google

Libertas radicalis est ex cognitione indifferente. 20. 33. & 44. *Quid antecedenter impediat aut tollat libertatem operantis.* 21. 46. *Qua ratione vehemens tentatio inopinata tollat in homine præsentem libertatem: Clara visio Dei tollat libertatem, item virtus diuina.* 21. 46.

Locabilitas, Locus.

Discrimen inter vbi & locabilitatem. d. 5. n. 44.
Præsentia localis superaddit locabilitati puram connotationem corporis indistantis. 66.
Locabilitas Angeli formaliter est diuisibilis. 73
Effectus primarius formalis locabilitatis Angelica non est subiectum extendere, sed locare. 77
Quælibet pars locabilitatis locat totum angelum in spatio: Vbi est vna pars locabilitatis nõ sunt alia in ordine ad spatium, secus in ordine ad subiectum. 79
Singuli certam habẽt locabilitatis sphæram: quò perfectior, eò requirit maiorem sphæram. 95. *Nullus est qui de facto totum vniuersum naturali suâ locabilitatis sphæra sibi vindicet.* 96. *Nullum est absurdum, de facto dari aliquem, cuius sphæra locabilitatis sit semidiameter totius concaui lunæ.* 99. *Duplex locabilitas Angeli assignatur.* n. 107. *Non est determinata extensionis.* d. 5. num. 115.

Vide Præsentia.

Locus *alius actualis realis, alius imaginarius:* 5. 28.
Quid requiratur vt quis dicatur in loco. 5. n. 27. & 12.
Esse in loco sumi potest dupliciter. 9.
Angelus necessariò est in aliquo loco determinato secundùm propriam substantiam: 5. n. 10. *Non est realiter præsens vbicumque potest operari, & cur:* n. 13.
Non est in loco circumscriptiuè. d. 5. n. 18. *Quid sit esse definitiuè in loco.* 21.
Cur corpus possit respondere loco modo indiuisibili, Angelus nequeat esse præsens modo diuisibili. 20.
Ad formalem rationem loci duo requiruntur. 41. *Angeli non sunt in loco per nudam substantiam aut vbi, sed per locabilitatem: liberè variant locum:* 42.
Dici possunt esse in loco per solam operationem transeuntem in locum. d. 5. n. 49.
Angelus incompletè est in loco per præsentiam, completè per operationem transeuntem: n. 53. *Vt sit in loco per contactum physicum requiritur aliquid proportionale tactui corporis ad locum.* 57.
Deus dicitur esse in loco dupliciter. d. 5. n. 60.
Non potest angelus naturaliter esse in pluribus locis inadæquatis & inter se distantibus. 5. n. 82. 87. *Cur non possit esse in extremis nisi simul sit in medio, cùm operari possit in extremis & non in medio.* 93. *Potest propriâ voluntate esse in loco minore maximo.* n. 103. *Sphæra angeli non est determinata quoad minimum locum diuisibilem.* 112.
Non repugnat Angelum esse in puncto. n. 113. *Eadem virtus quæ in angelo sufficit ad locandum se in spatio adæquato sufficit ad locandum se in spatio minore in infinitum.* 117.
Angelus naturaliter potest esse in loco punctuali, quoad solam essentiam intrinsecam & incompletè, non autem quoad operationem extrinsecam & completè. 5. 124.
Quid sit locus adæquatus intensiuè. 5. n. 131. *Possunt plures angeli etiam potentia naturali esse simul in eodem loco.* 5. 142.
Angelus non pendet à conditionibus loci circumscribentis, sed definientis. 6. 67. *Locus & tempus non concurrunt ad intrinsecam indiuiduationem actionis, & cur?* 2. 229.

Locutio.

Quo pacto angelus in assumpto corpore loquatur? 4. n. 9. & 56. *Locutio asinæ Baal qualis.* n. 63.
Locutio est propriæ cognitionis manifestatio. 15. 1. *Angelos se mutuo alloqui certum est ex Scripturâ & Patribus.* n. 2. *Modus per signa sensibilia ad placitum, vel scripturæ virtute loquentis impressa, vel vocis formata in aere exploditur.* n. 3. *Per signa intellectualia reijcitur:* n. 4. *Per immediatam productionem conceptus loquentis in audiente refellitur:* 10. *Per impressionem speciei representatiuæ propriæ conceptus reijcitur:* 11. *Nec placet per obiectiuum concursum cõceptus loquentis cum intellectu audientis ad eumdem conceptum intra audientem exprimendum:* n. 12. *per liberam protensionem speciei loquentis ad intellectum audientis medio radio spirituali, imaginarius est:* 22. *Per ordinationem conceptus vnius ad alium absque productione speciei in audiente non sufficit.* 15. n. 23.
Locutio Angelica in quo constat. 15. 32.
Si Angeli loquerentur per signa intellectualia naturalia, nullus loqui posset quin ab omnibus audiretur. n. 6.
Medium non est capax locutionis spiritualis. n. 14. *Loqui quid? Proprium est intellectus.* 24.
Locutio absoluta intellectus in quo consistat? 15. 32. *Est perfectio respectiua:* 33. *quomodo sit libera.* 34.
Dupliciter est actus directus in loquente. n. 36.
Locutio angeli non est excitatiua physicè sed connotatiua excitationis alterius: Angelus loquitur etiam Deo: 37.
Locutio angeli in quo completè saluetur. 15. 43.
Quomodo creatura & Deus inuicem loquantur. 48.
In quâcumque distantiâ Angeli tam superiores quàm inferiores inter se loquuntur: n. 49.
Animæ separatæ loquuntur inter se & cum angelis, secus corpori coniunctæ: Angeli naturaliter non loquuntur ad animas corpori coniunctas. 50. *Locutio Angelica primariò est de conceptibus, secundariò de rebus: de quibus?* d. 15. n. 51.

Vide Illuminatio.

Lucifer *Deum æmulatur in deputandò sibi ministros ad impugnationem hominum.* d. 19 n. 47. *Primum peccatum Luciferi cuius rei fuerit appetitus:* d. 20. n. 148. 152. *Solo numero differebat à Michaele:* n. 157. *Fuit primus inter angelos negatiuè solum.* d. 20. n. 166.
Lumen gloriæ *necessario ducit intellectũ beati ad* Deum *& ad omnia visibilia in Deo.* 16. 40.
Beati virtute finitâ luminis gloriæ attingunt Deum *actũ purum.* d. 2. n. 28.
Quodcumquè lumen naturale inferioris est ordinis comparatum cum supernaturali. d. 2. n. 39. *Lumen gloriæ est connaturale instrumentum ad producendum visionem glorioſam: Nullam præuiam actionem distinctam habet ab actione quâ cum intellectu beati visionem Dei producit:* 53.
Propriè non attingit Deum obiectiuè: efficit tantùm, non percipit: 55. *inhæsiuè pendet à subiecto.* d. 2. n. 60.

Vide Visio beata.

Luxuriæ *peccatum quid? eo angeli peccare nec potuerunt.* d. 20. n. 10.

Maria Virgo, Materia, Meritum.

Deipara suum habuit Angelum custodem. 19. 61. *Mariæ anima fuit omnium post animam Christi quoad dona naturalia perfectissima.* 18. 102.
Materia *duplex.* 3. 154. *An angeli ex eâ compositi.* 158.
Materiale *non potest esse naturaliter productiuum rei spiritualis.* d. 9. n. 88. *Naturaliter creatur materia prima.* d. 2. n. 164. *Habet propriam existentiam, & quare?* d. 3. n. 78.
Mentiri *quid?* d. 15. n. 16. *Quomodo in Angelis sint mendacia.* n. 36.
Meritum *quoad dignitatem conatus à supernaturali, non à naturali virtute pendet.* 18. 164.
Angeli non potuerunt de condigno primam gratiam iustificantem quoad primam eius infusionem mereri. 18. 69.
Meriti principiũ non cadit sub meritum. Meritum condignum est causa moralis impetratoria. 70. *Primus actus angel. non fuit meritorius gratiæ iustif.* 72. *Anlus in 1. instanti creationis potuit mereri.* 20. 81. *Re-*

Digitized by Google

pugnat meritum sine libertate quoad exercitium. 81.
Angeli meruerũt sibi gloriã per actus Fidei, Spei, & Charitatis: ad merendam gloriam egerunt mora temporis. 18.82.
Mereri gratiam habitualem praeiudicat perfectioni maiori. 90. Gloriam cur possimus condigne mereri, non autẽ gratiam. 95. Angeli supernaturalem beatitudinem condignè meruerunt. 106.
Principium merendi in operibus beatitudinem subsequentibus non foret beatitudo, sed gratia. Potuerunt sibi beatitudinem promereri per opera eam subsequentia; de facto id non accidit. 112.
Meritum Angelorum ex Caietano duplex; inchoatum seu viae, consummatum seu termini. 18.110.
Meritum Christi non accipiebat condignitatem valoris à visione beatâ, sed à persona Verbi. 18.118.
Opera meritoria sufficit vt sint libera quoad circumstantias: Ad meritum necessaria non est libertas peccandi: Nec necessariò requiritur fides. 113.
De ratione merentis est esse in viâ ad praemium. Meritum Angel. fuit eiusdem rationis cum merito hominis: connaturaliter postulat exerceri iuxta conditionem personae merentis: ita se habuit ad mercedem sibi, sicut meritum Christi ad mercedem alijs conferendam. 18.114.
Meritum Angel. iuxta legem statutam non potuit naturâ praecedere beatitudinis praemium, potuit absolutè: necessarius fuit actus fidei infusa. 18.116.
Implicat meritum consummatum Angelorum naturâ tantùm praecessisse beatitudinis praemium. 121.
Meritum angel. non solùm causalitate, sed etiam duratione praecessit beatitudinis praemium: De ratione merentis vt sic est vt sit in actuali tendentiâ ad praemium. 18.122.
Meritum angel. intensiuè aequalet, aut superat, etsi meritum hominum multitudine actuum maius sit. 18.123.
Meritum Christi dignum fuit vt acceptaretur pro omnibus hominibus quouis loco & tempore. 125.
Angeli per obsequia hominibus in beatitudine praestita merentur sibi gloriam accidentalem. 126.
Meritum & praemium non repugnant simul. 128.
Angeli mali numquam beatitudinem meruerunt, sicut nec boni demeruerunt. n.139. Boni pluribus actibus gloriam sibi meruerunt: 141. Per obseruantiam tam legis naturalis quàm supernat. 142. Quibus actibus in vniuersum. d.18.n.143.
Michael est dux & Princeps caelestis exercitus; is fuit ab initio suae creationis. 20.150. Suâ naturâ omnium angel. nobilissimus fuit negatiuè: Imò etiam positiuè nobilissimum fuisse defendi potest per perfectionem indiui dualiter diuersam illi collatam, qua non fuerit in Lucifero. 20.168.

Modus, Motus.

Modus est imperfectissimum omnium entium: Non potest habere vim sustentandi formam entitatiuam: 5.126. Ex se nullam habet realitatem. d.2.n.115.
Qui modi creari non possint: 2.167.
Quâ ratione actu subiectiuè pendent à materiâ. 173.
Modi habent propriam existentiam. d.3.n.81.
Motus terminus intrinsecus est impetus impressus, qua est qualitas actu mouens. 5.64.
In motu semper subiectum occupat spatium maius se. ibid.
Motus angelorum habet partes extensiuas in ordine ad spatium. d.5.n.75.
Effectus formalis primarius motus localis est transferre mobile de vno loco ad alium. n.77.
Motus localis non est pura actio. 126. Est forma suâ naturâ diuisibilis omni dimensione. Non potest naturaliter recipi in subiecto in quo non possit secundùm omnes suas partes subiectari: nec potest recipi in lineâ & superficie. 5.128.
Angeli verè mouentur localiter; d.6.n.3. Non egent motu locali ad perfectionem sibi comparandam. 6.4. Mouetur à seipso. 6.5.
Motus localis est perfectio connaturalis angelo. 6.4.
Quomodo idem possit esse motum & mouens simul. 6.6.
Definitio motus quomodo intelligenda. 6.8.
Dupliciter potest angelus per locum moueri. 6.15. Nequit localiter moueri absque intrinsecâ mutatione. Nequit mobile fieri praesens loco per solam operationẽ receptam in loco: Quid sit subiectum localiter moueri. 6.16.
Motu corpore non necessariò mouetur angelus cũ illo. n.17.
Vt moueatur per successiuum contactum locorum praeter motum intrinsecum, necessariò est operatio extrinseca in locis ipsis successiuè producta. 6.18.
Potest Angelus moueri motu intrinseco absque operatione extrinseca; Non potest successiuè operari in diuersis locis extra sphaeram sine motu intrinseco. 6.19. Contactus locorum est solum complementum motus localis angeli. n.20.
Per motum localem nihil intrinsecum reale accrescit mobili quod post motum maneat. n.21. Etiamsi angelus esset physicè vnitus corpori, non posset moueri motu corporis absque motu sibi intrinsecè inhaerente. 6.33.
Discrimen inter denominationem motus, & alias. 36
Quid sit moueri per se, & moueri per accidens. 38. Punctum non potest moueri localiter. n.26.39
Duo effectus formales in motu nequeunt se parari à motu locali. 6.n.30. & 43. Potest impetus localis communicari subiecto, absque successiua connotatione spatij. 44.
Non potest naturaliter Angelus quouis modo se mouere de extremo ad extremum sine medio, potest tamen motu discreto & instantaneo. 6.55. & 61. Transire de extremo ad extremum sine medio est contra limitatum modum operandi substantiae finitae: 6.58. Varia motus angelici differentia: 6.65.73. Instantaneus non potest locare mobile sub maiori spatio, quàm mobile ipsum naturaliter occupare possit in quiete: Motu instantaneo angelus simul occupat spatium à quo mouetur & spatium ad quod mouetur, illud extrinsecè, hoc intrinsecè. 64. Nisi angelus sit substãtialiter praesens in tota sphaera non potest naturaliter agere in extremis non agendo in medio: praesens in tota sphaera potest agere in extremis non agendo in medio. 65. Ad continuitatem motus sufficit continuitas spatij. 6.74.
Motus cõtinuus Angeli constat ex partibus diuisibilibus, discretus ex mutationibus indiuisibilibus: Ad motum discretum dua saltem mutationes necessariae sunt. 6.75. Ante motum successiuum angelus necessariò quiescere debet. 77.
Dupliciter potest incipere mutatio instantanea angeli post quietem intrinsecè & extrinsecè. Potest angelus in tempore breuiori & breuiori in infinitum per plures mutationes instantaneas moueri de caelo ad terram. 6.78.
Motus discretus vnius angeli differt à motu discreto alterius in velocitate. 6.n.79.
Non potest angelus in puncto constitutus localiter moueri motu instantaneo. 81.
Motus localis essentialiter requirit distantiam inter terminum à quo & ad quem. n.82.
Inter sphaeram palmarem precedentem, & aliã immediatè subsequentem datur distantia requisita ad motum. 82.
Motus localis essentialiter dicit desitionem termini à quo. 83.
Nequit motus localis in puncto receptus esse indiuisibilis subiectiuè, diuisibilis terminatiuè. 6. 86. Probabilius est angelum constitutum in puncto moueri posse motu successiuo. 6.93. Mobile dum mouetur semper est in spatio maiore se. 94.
Quantitas potẽtiae motricis desumitur ex obiecto ad quod se extendit, & ex velocitate quâ mouet. 7.1.
Corpus subditur potentiae motiuae angeli naturaliter. 7.2.
Potest vnus angelus ab alio fortiori moueri. Motus localis est

Digitized by Google

est solum imperatiuè liber. n.7.8.
Motus successiuus angeli habet terminum velocitatis, non sic motus discretus. n.10.
Mutatio instantanea perfectionem sumit ex spatio quod trajcit. 7.12.
Tarditas in motu non semper oritur ex resistentia. 13.
Potentia motiua distinguitur tam à substantia, quàm ab intellectu & voluntate angeli. 7.n.18.
Motus naturalis præuenit liberum. d.20.n.40.
Motus surreptitiuus ducit in nobis originem à sensibus: Eius causa adæquata est notitia absque plena aduertentia rationis. 20.42.
Motus ne in vacuo quidem potest esse infinitè velox: Implicat motus in instanti: Ex infinita velocitate motus non arguitur virtus infinita in mouente: Potest dari virtus motiua altioris ordinis finita, quæ excedat in infinitum quãcumque vim motiuam ordinis inferioris. 2.29.

Natura, Negatio, Notitia.

NAtura *priùs operatur circa id ad quod est ab intrinseco determinata, quàm ad quod est ab extrinseco.* 18.73.
Naturalia *quæ pendent à causis creatis, procedunt ex imperfectioribus ad perfectiora, non supernaturalia vel naturalia, quæ immediatè pendent à Deo.* 18.94.
Nequit natura supplere individualem perfectionem suarum proprietatum. 9.31. *Res naturales prius complentur intrinsecè, quàm operentur extrinsecè.* 18.79.
Negatio *non plus negat, quàm affirmet affirmatio.* 2.21.
Qua ratione negationes cum suis terminis negatis præsupponantur ad omnipotentiam Dei. 3.93.
Notitia *quâ solum tenditur ad obiectũ in propria natura existens.* 8.6. *Quid sit notitia intuitiua.* 9.50.
Vide Cognitio, Intellectio.

Obiectum, Obstinatio, Operatio.

DVplex *obiectum potentiæ adæquatum, aliud intensiuè & naturaliter, aliud extensiuè & supernat.* 8.64
Adæquatum intensiuè & naturaliter, & specificatiuum intellectus angeli est omne ens intra ordinem naturæ: 65.
Etiam Deus vt auctor naturæ est obiectum naturale intellectus angeli. 67. *Obiecta intellectus angeli infinita, non specificant infinitè.* n.69.
Naturale obiectum intellectus angeli & cuiuscumque alterius naturæ creabilis est ens intelligibile per modum potentialis: 71. *Duplex obiectum in quauis notitia.* 74
Obiectum extensiuum intellectus angeli, est quodcumque obiectum etiam ordinis supernaturalis & actus puri. d.8.n.75.
Obiectum debet cognosci lumine specificato ab ipso obiecto cognoscibili. 13.3.
Duplex munus obiecti respectu intellectus. 9.117.150.
Obiectum dupliciter existit in potentia cognitiua quoad esse intentionale. 150. *Quantum crescit obiectum in esse reali, tantum crescit virtus speciei representatiua in esse intentionali.* 9.69.176.
Obliuio *quid sit? non cadit in dæmones.* 21.71.
Obstinatio *in dæmonibus* 31 *in malum commissum:* 2. *in committendum: & quæ causa vtriusque.* 21.9.& 18.
Statim ac anima peccatrix à corpore separatur, obstinatur in malo; 21.34. *Non quia est immobilis intellectio obiecti mali: nec voluntas inflexibilis:* 33.
Nec obstinatio pendet ab actu eiusdem in instanti separationis elicito: 34. *nec debet referri in intrinsecam naturam angel.* 29. *Nec est negatio concursus generalis:* 25. *Nec potest Deus esse particularis causa odij sui:* n.21. & 93.
Obstinatio quid sit? 42. *Negatiua in malo obstinatio quid? Voluntas damnatorum est physicè obstinata in malo contradictoriè opposito omni bono supernat.* d. 21.n.43.
Vide Pœna, Damnati.
Operatio *gratiæ de lege ordinariâ supponit operationem naturæ.* 18.72. *Operatio naturalis de lege ordinariâ præcedit operationem supern.* n.73. *Operari ab intrinseco principio supponit perfectum statum in operante.* num. 78.
Quare prima operatio naturalis rei productæ tribuatur producenti, non libera. 20.73.
Nullam operationem potest angelus in corpora exercere nisi localem. 5.50. *Operatio transiens non est angelo ratio tangendi locum nisi vt includens substantialem præsentiam ipsius.* 55. *Cur operari possit in extremis, & non in medio, nec esse possit in extremis nisi simul sit in medio.* 5.93.
Vide Motus, Locus.
Operatio rei alicuius eo instanti esse potest, quo res producitur. 20.52. *Operatio naturaliter recta potest esse simul cum actu moraliter bono vel malo.* 17.15. *Duplex est operatio angeli, intellectiua vna, altera motus localis.* d.3.n.36.
Peccatum *locum non inficit.* d.2.n.303.
Peccatum angeli in puræ naturæ potuit auferri per formam incompossibilem, nempe contritionem perfectam naturalem. 17.62. *Angeli mali non omnes simul peccarunt: nec statim post instans creationis peccarunt;* 18; 146. *Post peccatum non habuerunt paratum auxilium pœnitendi. Quod in hominibus est mors, in angelis est peccatum:* 148. *Post commissum peccatum non poterant amissum regnum recuperare, poterant minorem pœnam sensus mereri:* 150. *Poterant à peccato cessare vel per suspensionem actus, aut per conuersionem ad obiectum disparatum, non per condignam pœnitentiam.* 18.155.
Peccatum pugnat cum amore amicitiæ, non concupiscentiæ. 20.17. *Error non necessariò præcedit peccatum præter errorem imprudentiæ.* n.22. *Qui mortaliter peccare potest, potest venialiter.* n.33.
Positâ cogitatione indifferente adhuc liberè sequitur peccatum. 72. *Potuit angelus in 1. instanti peccare nullâ factâ suppositione: Quid requiratur ad peccandum.* 77
Non magis ex tali cogitatione indifferente sequi potest peccatum in angelo, quàm ex quauis alia occasione. 79.
Angeli de facto in primo instanti creationis non potuerunt peccare impotentiâ consequente: 84.
Et hoc quidem connaturalius. 88. *Ex cognitione propriæ substantiæ non potest peccare.* 88.
Plura peccata commisisse angelo in viâ ferè certum est ex Patribus. 20.92. *Primum peccatum angel. fuit superbia.* 94. *Non potuit peccare angelus nisi per inordinatum affectum ad bona spiritualia.* 96. *Non ex affectu pusillanimitatis.* 20.77.
Transgressio diuinæ legis dupliciter potest ad peccatum concurrere. 98.
Quinque motiua circa peccatum primum angel. 20.102.
Quomodo peccator vellet non peccasse. 110.
Primum peccatum angel. non fuit ex motiuo æqualitatis diuinæ naturæ: 116.
Motiuum quo de facto angelus peccauit, erat in potestate angeli. 127 *Angeli peccarunt inordinato appetitu supernaturalis beatitudinis.* 134.
Primum peccatum Luciferi cuius rei fuerit appetitus. 148
Peccatum reliquorum angel. quale fuerit. 159.
Probabile est primum peccatum etiam actu continuo perseuerare in dæmonibus. d.21.n.10. *Peccata quæ in statu damnationis committunt dæmones non imputantur illis ad pœnam.* 21.66.
Primum peccatum angel. fuit inordinatus appetitus propriæ excellentiæ. 10. *Peccatum non abstulit à dæmonibus liberum arbitrium.* 11.
Angelus potuit peccare venialiter. n.27.
In statu beatitudinis venialiter non potest. n.28.
Sicut vicè versâ dæmon numquam peccat venialiter, sed semper mortaliter. 29. *Nullus angelus in viâ de facto peccare potuit venialiter, & vnde id factum?* 31. *In statu*

Digitized by Google

Statu pura naturæ de facto venialiter peccassent. 20.3.

Perfectio, phantasma, Pœna.

Perfectio *speciei alia formalis, alia materialis.* 3.155. *Cũ quâ perfectione res produci postulet?* 3.160.

Perfectio vniuersi cur numericam multiplicationem requirat. 3.164. *Alia physica, alia politica.* 166.

Maior perfectio est operari ab intrinseco principio, quàm idem principium actu præternat. mereri. 18.78.

Perfectiuitas *non potest esse perfecta ratio intrinsecè ordinabilitatis vnius rei ad aliam.* 3.20.

Perfectio vnde desumatur. d.3.n.32.

Phantasma *non actiuè, sed exemplariter concurrit ad productionem speciei intelligibilis:* 8.89.

Vt eleuatum solum producit cum intellectu agente speciem intelligibilem: A duplici materialitate eleuari potest. 90.

Phantasma expressum est connaturale instrumentum intellectus agentis ad speciem intelligibilem producendam: Nullam prauiam actionem habet in intellectu agente: Nec habilitat intellectum ad speciem intelligibilem recipiendam. 2.52.

Pœna *angeli mali eò fuit maior, quò excellentioris fuit naturæ.* 18.156.

An pœna actualis angel. malorum æqualis fuerit præmio bonorum non est certum. 159. *Pœna tam actualis quàm potentialis malorum est maior præmio bonorum.* 162.

Pœna tam priuatiua quàm positiua maior angelorum superiorum quàm inferiorum. 18.165.

Dæmones in pœnam peccati pœnam tum sensus tum damni incurrerunt. 21. 1. *Integra pœna damni essentialiter saluatur in solâ priuatione beatitudinis amissæ: quæ habet veræ & propriæ rationem pœnæ dãni in paruulis.* 56. *Pœna damni est inæqualis in dæmonibus specie differentibus; æqualis in dæmonibus numero tantùm discretis.* 60.

Dæmones cessare non possunt à pœnis quas patiuntur: In quo principaliter pœna dæmonum consistat. 64.

Quam pœnam ob peccata in statu damnationis commissa dæmones contrahunt. 66.

Pœnæ purgatorij non consistunt solùm in locali vel intentionali detentione animarum. Præferuntur pœnis quibuscumque huius vitæ. 89. *Quæ sit maxima pœna quam damnati patiuntur.* 22.90. *Vide* Ignis.

Potentia, Præceptum.

Potentia obedientialis est vera & realis causa subiectiua accidentium supernaturalium. 2.141.

Qua ratione implicet rem per se existentem naturaliter, fieri existentem in alio supernaturaliter, & obedientialiter: Eleuatio obedientialis non mutat intrinsecam rei entitatem. 2.186

In nulla re creata est positiua potentia ad sui nõ esse. 3.107

Tantum se extendit potentia, quantum se extendit eius formale obiectum. 2.31.

Potentia intellectiua continet obiecta intelligibilia solùm intentionaliter, & secundùm rationem genericam. 36.

De ratione potentiæ actiuæ vt sic non est transmutare seipsam: sed aliud à se. 2.81

Omnes potentiæ rationales à naturâ intellectuali creatâ distinguuntur. 8.23.41.

Similiter potentia substantiarum materialium. 8.25 31.

Distinguuntur item realiter potentia sensitiua ab anima. 8.28. *Potentiæ producuntur ab ipsâ substantiâ.* 35.

Inter angelum & animam non est disparitas quoad potentiarum distinctionem. 42. *Cuilibet potentiæ passiuæ naturali respondet in rerum naturâ potentia actiua naturalis.* 59.

Omnis potentia naturæ intellectualis creabilis essentialiter est immersa potentialitati. 71. *Vna potentia non potest eleuari ad percipiendum obiectum alterius potentiæ.* 76.

Potentiæ intellectrices angeli differunt specie à potẽtiis intellectricibus hominis: sunt adæquatæ proprietates naturæ intellectualis: 86.

Etiam potentia motiua angeli differt specie, à potentia motiua animæ rationalis. 94

Potentiæ sunt sensitiuæ non sunt proprietates adæquatæ naturæ, sicut potentia intellectrices. 8.91.

Potentia sustentatiua infinitorum accidentium non necessariò est infinita. 9.156. *Discrimen inter potentiam obedientialem sustentatiuam & actiuam.* 9.58.

Potentia motiua angeli distinguitur à substantia & reliquis potentijs eiusdem. 7.17.

In quo differat potentia sustentatiua naturalis à sustentatiua obedientiali. 9.159. *Qualibet potentia creata continet infinitos effectus reales remotè & inchoatè.* 9.179 *Potentia formalis & actus virtualis, & contrà non implicant.* 6.6. *Potentia motrix deseruit angelis ad assumenda corpora.* 4. 6. *Potentia motiua non mouet formaliter, sed efficienter, & cur?* 4. 42. *Potentiæ in Angelo quæ?* 5.50.

Potentia obedient. subiectiuè naturalis est, supernaturalis terminatiuè: quomodò eam cognoscat angelus. 13. 9.

Potentia externa in operando pendent ab actuali influxu animæ. 15.19.

Proxima operandi potentia in quo consistat? 20. 90.

Potentia appetitiua quid? Intellectiua bonum etiam delectabile respicit: tendit ad ens vt ens. 20.9.

Vide Instrumentum.

Præcepti de non malè operãdo dæmones sunt capaces. 21.68

Quâ ratione homo sit capax præcepti vitandi omnia venialia. 69. *Angeli non minùs quàm homines præceptum habuerunt credendi mysteria fidei.* 20. 82.

Prædeterminatio, Prædicatio, Præmium, &c.

Magis infallibile est sequi peccatum ad physicam prædeterminationem, quàm ad notitiam indifferentem: Creatura ex se non magis exigit prædeterminari physicè ad bonum, quàm ad malum. 20.72.

De duobus quæ sunt idem realiter quæ ratione oppositum vnius non possit de altero prædicari. Quæ ratione possit prædicari negatio singularitatis de natura humana Petri. 3.90.

Præmium *est vltimus terminus & fructus laborum.* 18.114

Solum vltimum præmium non potest esse simul duratione cum merito. 124. & 130. *Aliquod præmium vltimum gloriæ antecessit merita Christi, vt fuit præmiũ angel.* 125. *Præmium bonorum angel. consistit in augmento gratiæ & gloriæ propriis meritis acquisito.* 18.162.

De ratione præmij aut damni non est de eâ cogitare, vel dolere aut lætari. 21. 56. *Quale præmium accidentale percipiant beati ex liberis actibus honestis.* 66.

Præsentia *localis superaddit locabilitati puram connotationem corporis indistantis: non est negatio.* 5.66

Maior perfectio angeli arguitur vt pro libito possit modo maiorem, modò minorem præsentiam intra suam sphæram producere. 5.105.

Præterita *angelus quæ cognoscat? Res præteritæ quomodo sint determinatè præsentes?* 11. 57. *Quorum præteritorum species debeantur angelo quem nunc Deus crearet?* 11. 59. *Vide* Futura.

Principia *semper existentium quæ sint per Arist. In quolibet genere vnum semper assignandum principiũ, quod sit causa cæterorum sub eo genere contentorum.* 2.8.

Ab vno principio possunt plura immediatè causari, quando est eminenter plura, vti est Deus. 2.12

Productio *quæ est ex nihilo reducitur ad genus creationis.* 2.144.

Productio substantiæ non præcedit productionem accidentium. 241.

Implicat productiuum vt quod pendere à producto. 2.116.

Proprium *est quod ita conuenit vni, vt non conueniat alteri: Importat negationem non tantùm actus, sed etiam aptitudinis.* 12.14. *Naturalis proprietas ac potentia est eiusdem ordinis cum sua causa principali.* 2.54.

Quali-

Digitized by Google

Qualitas, Quantitas.

QVa ratione angelus in corpore assumpto diuersas qualitates exprimat. 4.4.

Per quid aliqua qualitas constituatur afflictiua : Quę sit disconueniens natura. 21.

Qualitas à Deo producta non potest opponi amicitiæ erga ipsum. 84. *Qualitas quando apprehendatur vt disconueniens natura: Nulla est qualitas naturalis, quæ non sit alicui subiecto connaturalis.* 21.85.

Quantitas *eadem inuariata intrinsecâ entitate potest esse in minori spatio per condensationem.* 5.108.

Immediatum subiectum omnium accidentium est quantitas: non est immediatum subiectum suipsius. 2.81.

Vide Corpus & Continuum.

Relatio, Repræsentans.

Respectus *nouus non potest consurgere vbi nulla supponitur mutatio. d.* 2.80. *Relatio filiationis ad Patrem gignentem fundatur in vnione.* *n.* 121.

Representans *rem vt præsentem modus distinctus est à modo representandi rem vt præteritam.* 11.51.

Implicat representatiuum actu infinitum. Discrimen inter repræsentatiuum, & intellectiuum. 71.

Continentia eminentialis per se non sufficit ad representandum distinctè obiectum. *d.* 11. *n.* 28. 30.

Scientia, Scriptura, Secreta cordis.

Scientia *infusa est naturalis proprietas scientiæ beatæ.* 16. 33.

Scripturæ *vnus & idem locus potest plures sensus habere omnes à Spiritu S. intentos.* 2.285

Secreta *cordis libera alterius homo potest cognoscere abstractiuè. d.* 12. *n.* 1. *Cognitio secretorum cordium est propria Dei.* 2.6.

Possunt cordium secreta representari per proprias species naturales: n. 10. *Non sunt altioris ordinis : nec libera intrinsecè, sed extrinsecè : Modus essendi ipsorum non excedit modum essendi speciei ea representantis.* 12.14.

Cur secreta cordium non possint ab angelo cognosci variæ variorum rationes. 12.15. *Ratio proxima vera ob quam nequeat angelus aliorum secreta naturaliter cognoscere.* 12.29.31.

Ratio remota & radicalis. 32. *Dupliciter sunt indebitæ angelis completæ species secretorum cordium.* 33. *Cognitio interna cur occulta.* 12.47.

Secreta cordis nostri non patent tutelari, nisi nopspsi velimus. 19.119. *Circa secreta cordium eadem est ratio in angelis quæ in hominibus.* 14.27.

Significatio *naturalis fundatur in ratione naturalis imaginis cum imaginato, vel in connexione causæ cum effectu.* *d.* 15. *n.* 6.

Species.

Species representatiua futurorum contingentium nequit esse connaturalis angelo: Species angelis infundit Deus iuxta naturalem exigentiam obiectorum: Res præsentes non possunt alias species de futuris producere quàm abstractiuas & indeterminatas. 11.37.

Species rerum non possunt connaturaliter competere angelo à se independenter à rebus quarum sunt species. 38.

Species non pendet ab obiecto actu existente. 43. *Iudicium non habetur formaliter ex vi representationis speciei.* 46.

Quorum obiectorum species completas & incompletas concreauit Deus Angelis ab initio ? 11.54.

Eas species Deus indidit angelis quales res ipsæ producerent si possent. 55.

Cur Angelo habenti speciem incompletam futuri contingentis, cùm primum extiterit debeatur concursus ad intuitiuam cognitionem illius. 56. *Angelus habet species incompletas omnium præteritorum, quæ sunt intra sphæram naturalis obiecti: Species semel infusæ angelo numquam corrumpuntur.* 57.

Triplex genus specierũ in angelis: Hæ omnes sũt finitæ. 64

Datur species expressa de facto naturaliter representans voluntatem liberam angeli. n. 12. *Species per se representat intrinsecam entitatem actus.* 45.

Species & habitus ab illis producti in potentia cogitantis & volentis latent Angelum. 12.46.

Angelus intelligit sine compositione & diuisione ea quæ per vnam speciem intelligit. 14.7.

Species intelligibiles in angelis quid faciant ? n. 22. *Species per se non inclinant ad iudicandum.* 14.29. *Angeli non abstrahunt species à rebus, sed eas accipiunt concreatas.* *d.* 8. *n.* 53.

Quæ species debeantur angelo naturaliter. 8.69.

Species impressa est virtualis imago sui quâ & indirecta, non qua & directa. 9.43.

Quò superior est angelus eò per vniuersaliores species intelligit. 184. *Nullus est angelus qui res omnes materiales intelligat vnicâ specie :* 197. *Angelus non habet species de omnibus obiectis, quæ potest naturaliter intelligere.* 72. *Species concurrit ad intellectionem effectiuè, non formaliter.* 75.

Species non sibi è rebus comparant angeli. 86.

Non possunt species à rebus abstrahi nisi rebus ipsis ad productionem earum actiuè concurrentibus : 88.

In angelis sunt immediatè à Deo concreatæ. 96.

Sunt connaturales angelo passiuè, non actiuè. 101.

Species est similitudo virtualis obiecti. *n.* 115.

Potest vna esse representatiua plurium rerum : 129.

Representatiua infinitorum obiectorum implicat : 148.

Nequit species representare infinita quin ipsa infinita sit: 149.173. *Continere debet totum obiectum naturale in esse intentionali.* 9.49.10. *n.* 13.

Quilibet angelus habet speciem representantem infinita indiuidua accidentium inchoatè & remotè. 9.175.

Non potest species altioris ordinis representare infinita ordinis inferioris. 177.

Nullus est angelus qui de facto res omnes materiales intelligat vnicâ specie. 197.

Duplex *vniuersalitas specierum in angelis. Angeli non habent species rerum possibilium : habent species completas indiuiduorum existentium incorruptibilium, corruptibilium incompletas.* 9.196.

Impossibilis est species distinctè & quidditatiuè representans diuinam essentiam, contra Scotum. 10. *n.* 8. 13.

Dabilis est species finita representans Deum infinitum vt principium puræ tendentiæ. Discrimen inter speciem, quæ est pura tendentia ad obiectum, & quæ in se illud exprimit. *n.* 15.

Species expressa est ratio in quâ *cognoscitur obiectum, impressa est pura ratio cognoscendi : Sola expressa est vitalis similitudo intelligibilis obiecti. n.* 18. *Species quæ principium similitudinis expressæ* quâ *Dei, non est debita viatori.* *d.* 10. *n.* 21.

Species intentionales ordinantur ad perficiendam rem cuius sunt species. 5. *n.* 51.

Species intuitiua potest representare obiectum secundùm omnes conditiones indiuiduales, etiamsi obiectum actu non existat. 11.21.

Species potest esse perfectior suo obiecto in modo illud representandi: 24. *Eadem inuariata in se nequit representare futurum abstractiuè, & præsens intuitiuè.* 31.

Species est causa necessaria & in determinanda potentia independens ab obiecto existente vel non existente. 32. 34. *Specierum specificatiuum adæquatum est modus ipse representandi obiectum.* *d.* 11. *n.* 35

A quo producantur immediatè species præteritorum actuũ supernat. Species non possunt concurrere ad actum, cuius potentiam in subiecto non supponunt. 21.8.

Specificatio, *formalis altera & intrinseca; altera connotatiua tantùm.* *d.* 2. *n.* 258.

Spiritus *non repugnat aliqua diuisibilitas.* 5.75.

Subiectiua *potentia infinitorũ accid. nõ est infinita.* 9.156

Substan-

INDEX

Subordinari *libertati agentis quid?* 15.8.
Finis quis? 16.4.
Substantia *spiritualis cõponitur ex actu & potentiâ.* 2.18
Omnes substantiæ simplices completæ creantur. 160.
Eadem respectu diuersorum corruptibilis, & incorruptibilis: spiritualis de facto immortalis, & incorrupt. 2.182
Habet ex se maiorem habilitatẽ ad motũ sine corpore: 3.18
Substantia est indifferens ad hanc vel illam operationem:
Substantia angeli per speciem determinatur ad operandũ obiectiuè, non subiectiuè. 8.32. *Nequit ab intellectu & voluntate separata intelligere & velle.* 8.38.
Angelus non eget obiectiuo concursu substantiæ vt intelligat propriam substant. 9.8. *Substantia naturalis perfectior est accidente supernaturali in ratione entis, non ordinis.* 3.33.
Subsistens *vt res dicatur sufficit illam non pendere ab alio vt subiecto.* 2.158.
Subsistentia concurrit ad creationem propriæ naturæ in genere causæ formalis intrinsecæ. 159. *Nec potest vlteriori termino terminari.* 3.47
Superbia *primum peccatum angel. fuit.* 20.94.
Supernaturale *obiectum duplex.* 13.1. *Ens quoad essentiam supernaturale cognosci debet lumine supernat. quod est proprium Dei. n.* 3. *Et petit cognosci per species supernat. Nequit condi creatura, cui connaturale sit cognoscere supernaturalia. n.* 5. *Naturale & supernat. desumuntur penes intrinsecum esse effectus.* 13.14.

Tentatio, Terminus, &c.

Tentatione *in graui homo constitutus, si speciali auxilio Dei destituatur, est moraliter impotens ad eã superandam.* 21.14. *Qua ratione vehemens tentatio inopinata in homine tollat præsentem libertatem.* 46. *Cur tentationibus consentimus.* 21.15.
Terminus *ad quem debet in mõ remanere.* 20.109.
Terminus est ratio specificans potentiam. 2.31. *Terminus existens variè accipitur.* 3.88. *Terminus ad quem annihilationis & à quo creationis eodem modo se habent:* 2.155. *Terminus per se mutationis, alter intrinsecus & formalis, alter causalis.* d.2.n.257.
Timor *est circa malum absens.* d.21.n.80.
Traditio *est veritas à Deo immediatè reuelata.* 3.11.
Transitus *de contradictorio in contradictorium sine vlla mutatione extremorum fieri non potest.* 2.102. *Nec ad eum sufficit lapsus temporis.* 103.
Tristitiam *nullam possunt beati admittere.* 21.63. *Quale sit obiectum tristitiæ in anima coniunctâ: Quale in separatâ.* 80. *Tristitia dæmonum spectat ad pœnam damni, & sensus.* 21.90.

Via, Virtus, Visio, Vita.

Vacuum *motum infinitè velocem non capit* 2.29. *nec induci potest ab angelo naturaliter.* 7.4.
Angeli in primo instanti erant puri viatores. 20.82.
Mora viæ Angel. vnius diei artificialis fuit. 18.133.
Via bonorum & malorum angelorum non fuit quoad omnia eadem. 137. *Boni non statim post meritum fuerunt extra viam termini vltimati.* 18.150
Virtus *supernat. merendi componitur ex virtute naturali vt ex conditione sine qua non, ex virtute supernat. vt ex forma præbente condignitatem.* 18.164. *Angeli initio suæ creationis acceperunt virtutes Theologales & omnes morales angelicæ naturæ proportionatas:* 45. *Infusæ angelis eiusdem rationis specificæ sunt cum infusis hominum.* 18.50.
Visio *beata vt ratio quâ specificatur ab actu puro.* 13.6.
Non variatur circa obiectum primarium. 16.21.
Duplex genus obiectorum secundariorum in Verbo. 41.
Quâ ratione clara visio Dei tollat libertatem. 21.46.
Visio vt species expressa est, attingit Deum actum purum: Non vt effectus est; & respondet intellectui: 2.55. *Obedientialiter.* 61.
Visio est actio potentiæ visiuæ connaturalis instrumentô hominis: pendet ab organo. 2.60.
Vitæ *innariabilis actualis operatio aliqua in quolibet viuente datur.* 14.2.
Concursus vitalis debet immediatè à suo principio vitali procedere. 9.15. *Viuens producit viuens ex viuente potentia existente, sicut animal ex animali potentia existente,* d.2.n.41.
Vnio *hypostatica fuit producta ex potentia obedientiali humanitatis.* 3.70.
Vnio quæ in primo instanti producitur à Deo & à causa 2. simul immediatè post conseruatur à solo Deo. 2.152
Vnitas *quomodo sit passio adæquata entis.* 8.92.
Vniuersum *hoc necesse est ponere quoad omnes gradus entis perfectum: in assimilatione ad suum principium.* 1.4.
Quâ ratione vniuersi partes fuerunt à Deo productæ. 2.276. *Triplex ordo Vniuersi assignatur:* 5.148.

Voluntas, & eius actus.

Velle & imperium diuinum est principium creandi: sunt immediatè actiones intellectus & voluntatis, quâ tales formaliter. 2.78.
Cur voluntas soli Deo subiecta sit. d.12.n.33.
Voluntas bonorum angelorum circa actus bonos liberos non est ab intrinseco determinata. 14.25.
Voluntas non mouet nisi potentias proprij suppositi. 15.25.
Discrimen inter habitum charitatis & propriam voluntatem in angelo. 17.40.
In angelis est voluntas eaq; libera. 17.1.
Volitio naturalis in angelis præcessit volitionem supernaturalem. 18.72. *Voluntas angeli est ad dilectionem sui determinata ab intrinseco, ad dilectionem supernaturalem Dei ab extrinseco: Voluntas prius operatur vt natura, quàm vt voluntas* 18.73. & d.20.89. *Implicat obiectum extra Deum ipsam necessitans:* n.12.
Volitio boni spiritualis non ex obiecto, sed ex modo potest esse mala. Primus effectus inordinatus in angelo ad bona spiritualia non potest esse nolitionis, sed volitionis. 20.97.
Vt voluntas feratur in aliquid sibi conueniens requirit notitiam comparatiuam. Angelus appetendo esse Dei appeteret destructiuum sui, errans contrà prima principia. 106
Voluntas potest ferri in impossibile apprehensum sub hypothesi possibile. 20.107. *Per electionem ad ea tendimus quæ cognoscimus possibilia secundùm se.* 112.
Voluntas dupliciter potest ad bonum honestum determinari, ab intrinseco & ab extrinseco. Ab intrinseca natura dupliciter: dupliciter & ab extrinseco obiecto. 20.8.
Vt Voluntas liberè operetur nõ est necesse vt præcedat actus quo velit se velle: sufficit si præcedat notitia indifferens obiecti. 20.59.
Quâ ratione obiectum moueat voluntatem. 21.50. *Voluntas dæmonis numquam de facto benè, sed semper malè operatura est.* 51.
Electio per quid fiat formaliter libera; quid sit. 29. *Nullus actus voluntatis concurrit cum eadem voluntate ad alium actum comproducendum. Actus liberè productus à voluntate libera ab eâdem conseruatur.* 21.30.
Voluntas creata dæmonis non intendit quod anteà non intendebat sine reali mutatione facta in ipsa. d.12. num.20.
Actum voluntatis implicat perseuerare, non perseuerante notitia à qua originatur. d.18.n.117.

FINIS.

BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE LYON

Digitized by Google

R. P. FRANCISCI

AMICI

CONSENTINI E SOCIETATE IESV

S. THEOL. DOCTORIS,

AC PROFESSORIS IN COLLEGIIS

AQVILANO,

NEAPOLITANO, GRÆCENSI, VIENNENSI,

NVNC VNIVERSITATIS GRÆCENSIS CANCELLARII,

CVRSVS THEOLOGICI.

TOMVS TERTIVS,

DE VLTIMO FINE HOMINIS,

ACTIBVS HVMANIS, PECCATO, GRATIA,

IVSTIFICATIONE ET MERITO.



BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE LYON

ANTVERPIÆ,
Apud GVILIELMVM LESTEENIVM, via vulgo Hoochstraet dicta,
sub Pellicano aureo, M. DC. L.

Cum Privilegio Cæsareo & Regio.

Digitized by Google



Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO,

D. IOANNI MARCO

EPISCOPO SECCOVIENSI,

COMITI AB ALDRINGEN,

S. CÆS. MAIESTATIS CONSILIARIO,

ET IN EXCELSO INTERIORIS AVSTRIÆ REGIMINE

LOCVMTENENTI;

ILLVSTRISSIMI ET REVERENDISSIMI PRINCIPIS

ARCHIEPISCOPI SALISBVRGENSIS,

PER VTRAMQVE STYRIAM ET DECANATVM NEOSTADIENSEM,

VICARIO GENERALI &c.

DOMINO AC PATRONO CLEMENTISSIMO.

HONESTVM quidem est, non degeneres Orbis augmento filios relinquere, & breuitatem vitæ posterorum ætate compensare, ILL.^MI AC R.^MI PRINCEPS: honestius tamen, quia diuinum, ingenij aliquo fœtu duraturis post longam memoriam temporibus prospicere, ac velut singulis cum Sole annis, cum Orbe sæculis in prole ingeniosa renasci. Hâc siquidem parte, quâ *libris* velut ingenij *liberis* operam damus, DEVM imitamur. Qui Sapientiam ab æterno parturijt DEVS est. *Nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram; ante omnes colles ego parturiebar*, ait ipsa DEI sapientia. *Prou.* 8.

D. Epiphanius illa verba citati capitis: *Dominus possedit me*, vertit: *Dominus instar pulli exclusit me*. Bellè! miram volucrem, altissimi volatus aquilam exclusit Dominus, *in initio viarum suarum antequam quidquam faceret*, æternam sapientiam. Quod ipsi Ethnici Poëtæ intellexisse videntur, cum Palladem è Iouis cerebro natam commenti sunt. *Pulchrum* (ait Clemens Alex. initio Stromatum) *& honestum esse existimo, ijs etiam qui posteà futuri sunt, bonos filios relinquere*. Sed vt inter homines magna est non tantùm parentum, sed & fœtuum varietas; ita inter scriptores, & scriptorum opera. Commune vtrique habent, quod *Suum cuique pulchrum* sit, etiam cum pulchrum non est. In hunc sensum S. Ambr. lib. 8. Ep. 63. *Vt filij etiam deformes delectant, sic etiam scriptorem indecores sermones sui palpant*. Verbo, quidquid nostri ingenij est, qualecumque est, amatur vt pars nostri. Ego de hoc meo fœtu non pri-

Digitized by Google

mum quidem nato; sed inter cæteros *primo renato* nolim decernere qualis sit; hoc dico esse *bisgenitum*; id est, *regeneratum ex aqua & Spiritu sancto*. Abluit recognitio siquos nævos, siquod vitium *Vitia & peccata* in primo partu contraxerant. Cultior prodit *regeneratus*. *Gratia* priori aliquid accessit gratiæ; si sperare licet à Spiritu sancto.

Hunc ergo primogenitum meum inter *regeneratos Tibi* ILL.^MI ET R.^MI PRINCEPS dico, consecro; id est, in *Tuum* ablego contubernium, vt inter eos versetur, quibus tantus Princeps familiaris est. Non negabis spero hospitium secundo, qui primo tam humaniter concessisti *Tomo* nempe *Cursus mei Theologici de Pœnitentia* ILL.^MÆ *Celsitudini Tuæ* inscripto. Nunquam illum pœnituit ab Academia publica ad priuatum literati Principis transisse Lycæum. Imò humanitas quâ illum excepisti, hunc sibi etiam deberi fecit. Iam tum enim frater fratri annuebat *Pœnitentia Vitijs* suo veluti obiecto materiali, vt *Tibi* committeretur vterque fœtus cum *Gratia*. Et quia illum tam benè habuisti, huic commisi, vt referret *gratiam* pro vtroque: aut vt melius dicam; fateretur se *gratiam* referre conari quidem, non tamen posse. Magnis enim *gratias* referre non possumus, possumus velle. Atque vt hoc momentum non impulerit, cui tot titulis debebatur quàm *Tibi*? Si spectem ingenium & doctrinam, *Tua* me censura ab aliorum censuris absoluet: si authoritatem, nemo mihi ogganniet *Te* approbante, quem Magni Principes magnum esse publicè testati sunt. Et Augustissimus quidem Cæsar Ferdinandus III. dum *Te* suum *Consiliarium*, suum Græcij *Locumtenere*: Ill.^mus verò & Reu.^mus Archiepiscopus Salisburgensis, dum per vtramque Styriam, & Neostadiensem Decanatum *Vices* agere; id est, alterum se esse voluit. Solent etenim magni in terris soles habere Parhelios, cum quibus cursus suos partiantur, vt omnia eodem illustrent tempore, quæ possent ipsi quidem per se, sed tantùm successiuè. Non es nisi ad summa natus, qui maximorum Atlantum suppar Hercules negotiorum molem succollas. Æquissimum oportet esse *Te* rerum libripendem, cui æquipondium bilancis *Augusta* committitur. Prudentissimum oportet esse *Te*, cui à singulari prudentia clarus *Princeps Salisburgensis vices* suas delegat. Et verò prudentiam singularem arguit illa in rebus summis gerendis non impar dexteritas, quæ *Tibi* apud infimos æquè ac summos *Te* dignam conciliat æstimationem. Felicissimè susceptis conatibus sui respondent euentus; quando tractandis Reipub. negotijs prudentum adhibetur solertia, quæ sibiipsi excidere nescit. Claruerunt huius laude prudentiæ *Fratres* etiam *Tui*, alter *Togâ*, *Sago* alter *Illustrissimus*; ille *Tripolitanus Episcopus*, *suffraganeus Argentinensis*, *& Ferdinando Tertio*, cum necdum Cæsar bellicam expeditionem susciperet, in castris comes, ac *in spiritualibus Generalis Vicarius*: iste pro magno Cæsare, & fide Catholica magnus *Copiarum ductor*, itaque claruerunt, vt etiam eum posthumi cineres multorum accendant desideria. Pat incedis *Fratribus Tuis*, quà licet pro DEI, & pro *Cæsaris* causa solicitus; quamquam in hoc superior etiam videare, quod multorum votis citò nimium subtractas *Fratrum Tuorum* virtutes, vnà cum *Tuis* in *Te* superstite liceat intueri. Quid dicam de illa *Tua* in tanta Fortuna summa animi modestia & humanitate, ex qua passim audis *Princeps affabilis*. Nimirum quasi pro Fortunæ gradu modus virtutum debeatur, ita inter cæteros non

vis

vis Principatu magis excellere, quàm modestiâ. Plusquam humana certè est ista moderatio, non vti felicitate quantum possis, & dignitatis terminos modestiæ arbitrio definire. Iam verò in Societatem nostram merita communia, priuata in Collegium Græcense Academicum, & in personam meam beneuolentiæ singulatis signa attendam, pridem *Tibi* debebatur hic partus, nisi expectasset maturitatem. Quidquid denique in *Te* vel suspicio, vel suspicor, motiuum mihi est, vt *primum meum regeneratum*, non ad alterius, quàm *Tuum* mittam conturbernium, id est, literarium velut quoddam Musæum, vbi optimorum authorum *libri*, ingeniorum *liberi* pridem cum gaudio hospitantur. Soles enim, scio, à publicis curis liber, ad negotiosum otium secedere, & doctis *Tuis* conuictoribus laudatissimam operam impendere. Benè hospitantur liberi apud eos, qui alienos habent pro suis. Ne verò inculcum esse existimes, ego pro illo spondeo. *Reuerendissimus* es, *reuerebitur* Te pro merito, vt gratus sit pro contubernio. *Illustrissimus* es *luce Tua* tam aliena irradias quàm propria. Mutuabitur à *Te lucem* sicubi ea destitutus est. Et quia etiam humanissimus es amabit *Te* polliceor amore *Amici* vel *Amicitiæ*. *Gratiam* si ad Te non attulerit, apud *Te* spero reperiet. Admitte PRINCEPS ILL.^mi ET R.^mi, ad *Te* multis titulis properantem, & domi Tuæ inter cæteros locum assigna, ama, foue. Ita opto ex Archid. Academico Collegio nostro Græcensi anno M. DC. XLVII.

Illustrissimæ ac Reu.^mæ Celsitudinis Tuæ
Deuotissimus in Christo seruus

FRANCISCVS AMICVS.

Digitized by Google

INDEX
DISPVTATIONVM
ET SECTIONVM HVIVS OPERIS.

DISPVTATIO 1. De fine in Communi.

Sect. *Quid & quotuplex sit finis eiusq; causalitas ratione causandi.* pagg.
An finis sit obiectum formale voluntatis. 4
An bonitas finis sit adaequatum motiuum voluntatis. 5
An omnes actus voluntatis sint propter finem. 8
An actiones diuinæ sint propter finem. 10

DISPVT. 2. De vltimo fine hominis.

Sect. *An detur vltimus finis totius humanæ vitæ.* 13
In quo vltimus finis & beatitudo obiectiua sita. 14
An beatitudo nostra formalis sit aliquid increatum. 15
An consistat in actu, an in habitu. 17
An beatitudo nostra formalis & quinis actus illam à solo Deo produci possit. 19
In qua operatione mentis essentialiter consistat beatitudo nostra formalis. 27
An in assecutione solius essentiæ diuinæ absque personis. 36
An & vnde habeat beatitudo nostra vt sit æterna. 39
An æternitas sit de essentia beatitudinis formalis. 41
An beatus suspendere possit actum amoris erga Deum. 42
An saltem id possit posito præcepto prohibente. 44
An beatus ex vi visionis beatificæ sit ab intrinseco impeccabilis. 46
Quodnam sit proximum obiectum in Patria. 47
An detur appetitus naturæ ad beatitudinem supernat. 49
De perfectionibus animæ gloriosæ essentialem beatitudinem comitantibus. 52
De perfectionibus naturalibus corporis glorioſi. 58
De dotibus supernaturalibus corporis glorioſi. 59
Quæ oblectamenta percepturi sint beati ex vsu sensuum. 71

DISPVT. 3. De voluntario & inuoluntario.

Sect. *Quid sit voluntarium & quotuplex.* 75
An possit esse absque omni actu voluntatis. 77
An possit esse absque omni actu intellectus. 78
An ad voluntarium interpretatiuum requiratur, vt voluntas non solùm possit sed etiam debeat agere. 79
An possit voluntas circa suos actus necessitari. 81
An voluntas cogi possit circa suos actus. 83
An circa actus imperatos externarum facultatum. 85
An metus, & concupiscentia causent inuoluntarium. 87
An ignorantia causet inuoluntarium. 89

DISPVT. 4. De obiecto humanæ voluntatis.

Sect. *An id obiectum sit tantùm bonum.* 91
An possit voluntas velle malum sub ratione mali aut nolle bonum sub ratione boni. 92
An eodem actu feratur in finem & media. 93

DISPVT. 5. De motiuo voluntatis.

Sect. *An voluntas operari possit circa suum obiectum absque prauia cognitione illius.* 95
An voluntas ferri possit in obiectum sola cognitione sensitiuâ apprehensum. 97
Qualem obiecti notitiam requirat vt operari possit. 99
A quo moueatur efficienter voluntas. 101
Quo pacto voluntas moueat potentias sibi subiectas. 105

DISPVT. 6. De modo quo voluntas moueatur.

Sect. *Catholica doctrina de libero arbitrio exponitur & contra hæreticos stabilitur.* 106
An libertas consistat, vt positis omnibus ad operandum prærequisitis, possit operari & non operari in sensu cõposito. 112
An sola voluntas sit potentia formaliter libera. 118
Qualis cognitio necessaria sit vt volũtas liberè operari possit. 122
An determinetur à practico iudicio rationis. 124
An actualem libertatem exerceat quando operatur. 124
An detur intrinsece agere secundum rationem. 126

DISP. 7. De variis diuisionibus actuum voluntatis. 128

DISP. 8. Quibus actibus voluntas fertur in finem. 129

DISPVT. 9. De electione.

Sect. *Cuius potentiæ actus sit electio: an voluntas ferri possit in medium minùs vtile relato vtiliori.* 132
An & quos actus voluntas habere possit circa impossibilia cognita vt impossibilia. 133

DISPVT. 10. De consilio comenta & vtili. 135

DISPVT. 11. De imperio.

Cuius potentiæ sit actus: an sit sui ad seipsum. 136

DISP. 12. De bonitate & malitia actuum humanorum in genere.

Quid sit actio humana & an recurrat cum morali. 138
Quid sit esse morale in actibus humanis. 139
Quid sit bonitas & malitia moralis. 142

DISPVT. 13. An & quid sit bonitas & malitia moralis obiectiua.

DISPVT. 14. De bonitate & malitia formali actuum humanorum.

Sect. *Vnde actus humani desumant suam primam & specificam bonitatem vel malitiam.* 146
Quale voluntarium requiratur in actu, vt specificam bonitatem vel malitiam desumat ex obiecto. 148
An bonitas & malitia moralis sit intrinseca physicæ entitati actus humani. 150
An possit idem actus de bono fieri malus & contrà. 153
An actus humani bonitatem & malitiam desumant ex circumstantijs diuersam ab eo, quam ex obiecto habent. 155
An debeant circũstantiæ esse præcognitæ vt conferant bonitatem vel malitiam actui. Quale voluntarium ad cõtrahendam bonitatem vel malitiã circumstant. requiratur. 158
Quæ circumstantiæ tribuant nouam speciem bonitatis vel malitiæ. 159
An omnis circumstantia quæ de se apta est conferre nouam speciem, sit etiam apta conferre primam. An species moris ex circumstantijs desumpta sit accidentalis an substantialis actui humano. 161
An sint aliquæ circumstantiæ quæ specificam malitiam non tribuunt nisi vt expresè intentæ. 162
An actus humanus aliquam speciem moris desumat ex fine diuersam ab ea quam ex obiecto habet. 164
An detur actio humana singularis indifferens quoad bonitatem & malitiam moralem. 168

DISP. 15. De regulis extrinsecis actuum humanorum.

Sect. *Quibus regulis conformari debeat actus humanus vt rectus sit.* 172
An voluntas teneatur sequi rationem errantem. 173
An licitè operari possit ex conscientia dubia. 175
Quã quisque teneatur de rebus agendis opinionẽ sectari. 177
An voluntas humana conformari debeat cum diuina vt recta sit. 181

DISP. 16. An tota bonitas & malitia actus exterioris deriuetur ex bonitate & malitia actus interioris. 184

DISPVTAT. 17. De malitia peccati.

Sect. *Quid sit peccatum.* 188
Quænam sit ratio formalis constitutiua peccati vt difformis naturæ rationali. 189
Quid sit hoc positiuum in actu, in quo consistit formalis ratio peccati commissionis. 194

Quæ

Digitized by Google

Quæ & qualis sit priuatio, quam includit peccatum. 196
An omne peccatum ideo formaliter sit peccatum, quia aliquâ lege prohibitum. 199
An peccatum eo ipso quòd est contra rationem creatam sit offensiuum Dei. 200
An omne peccatum necessariò supponat aliquem errorem vel inconsiderationem in intellectu. 205
Qualem aduertentiam per se requirat peccatum. 205
Qualem consensum requirat morosa delectatio. 206
DISPVT. 18. De specificatione & diuisione peccatorum in communi.
DISPVT. 19. De inæqualitate peccatorum.
An omnia peccata sint æqualia quoad malitiam. 212
An omnibus peccatis æqualis pœna damni in alia vita respondeat. 213
DISPVT. 20. De subiecto peccatorum.
An ignorantia, quæ in intellectu consummatur, sit formaliter peccatum; & quorum detur culpabilis ignorantia. 215.
DISPVT. 21. De causis exterioribus peccati.
Sect. *An Deus sit causa peccati.* 219
Cur Deus non sit causa peccati. 223
DISPVT. 22. De diuisione in peccatum commissionis & omissionis.
An peccatum omissionis essentialiter discriminetur à peccato commissionis. 229
An & quinam actus incompossibiles cum obseruantia præcepti sint mali malitiâ omissionis. 231
Quando omissio imputetur ad culpam. 233
DISPVT. 23. De peccato veniali & mortali.
Sect. *An ex natura sua discriminentur, & vnde.* 236
Quo pacto se habet ad peccatum mortale priuatio gratiæ & amicitiæ diuinæ. 242
An malitia peccati mortalis sit infinita. 245
An condignè mereatur pœnam infinitam. 250
An veniale per se condignè mereatur pœnam æternam. 252.
An veniale fieri possit mortale & contrà. 254
An qui capax peccati mortalis sit capax venialis. 258
An qui est capax peccati venialis sit capax mortalis. 260
An pecc. quod homo primò cõmittit, possit esse veniale. 261
DISPVT. 24. Quid sit macula in anima post peccatum actuale relicta.
DISPVT. 25. De peccato originali.
Sect. *An sit aliquod pecc. ex Adam transfusum.* 268
An peccatum originale sit propriè culpa. 271
Quid sit peccatum originale. 275
An traducatur ad omnes homines. 282
Quas pœnas ex eo natura humana contraxit. 284
DISPVT. 26. De necessitate gratiæ.
Sect. *Quid, quotuplex gratia, in quo statu necessaria.* 291
An status puræ naturæ sit possibilis. 294
An requiratur speciale auxilium Dei ad cognoscendas veritates naturales, ac supernaturales. 301
Quid possit humanum arbitrium ex solis viribus naturæ in ordine ad actus virtutum moralium. 306
An possit liberum arbitrium sine speciali auxilio vincere, omnes, aut saltem aliquas tentationes contra præcepta naturalia pronocantes. 318
An homo lapsus viribus proprijs diligere possit Deum vt finem naturalem. 324
An possit homo sine gratia omnia legis præcepta seruare. 332.
An possit sine gratia habituali mortalia vitare. 333
An præter gratiam habitualem homo indigeat alio auxilio ad bene operandum & perseuerandum. 336
An necessaria gratia ad bene operandum, tentationesq; vincendas in statu integræ naturæ: quid in puræ statu. 338.
An possit homo viribus proprijs ad gratiam se disponere 341.
DISPVT. 27. Quid & quotuplex sit gratia. 349
DISPVT. 28. De gratia actuali.
Sect. *An detur, quid, quotuplex.* 350
Quid sit gratia adiuuans, seu cooperans. 355
Quid auxilium sufficiens vt ab efficaci distinguitur. 356
An auxilium sufficiens ad salutem consequendam cõcedatur omnibus viatoribus. 560
Quo pacto sint omnibus viatoribus sufficientia auxilia ad salutem præparata. 366
An primum auxilium sit supernaturale & indebitum naturæ. 369
DISPVT. 29. De gratia habituali.
Sect. *An sit quid creatum nobis inhærens.* 373
An sit de fide hæc dona in nobis esse per modum qualitatis permanentis? 376
An gratia habitualis reipsa distinguatur à charitate. 378.
Qualis participatio naturæ diuinæ sit gratia habitualis. 381.
An gratia habitualis effectiuè concurrat cum qualibet virtute infusa ad actus supernaturales producendos. 388.
An cum gratia habituali infundantur omnes virtutes supernaturales tam Theologicæ, quàm morales. 389
An præter virtutes supernaturales cum gratia infundantur dona habitualia à virtutibus distincta. 391
An virtutes infusæ actiuè dimanent à gratia. 393
An infusio virtutum subsequatur infusionem gratiæ. 394
An habitus infusi in sui productione pendeant à suis virtutibus, & actus effectiuè à suis habitibus. 395.
DISPVT. 30. De causis gratiæ habitualis.
An gratia habitualis produci possit ab agente creato. 397.
Quænam sit immediatum subiectum gratiæ. An gratia requirat aliquam dispositionem ex parte subiecti. 399
An requirat dispositionem ex parte efficientis. 400
Qualis debeat esse proxima dispositio ad eam. 401.
DISPVT. 31. De effectu formali positiuo gratiæ habitualis.
Sect. *An hæc suâ naturâ reddat subiectum, iustum, sanctum filium adoptiuum Dei, dignum amicitiâ, & gloriâ eiusdem.* 402
An gratia habitualis necessariò reddat subiectum iustum actu à Deo dilectum speciali dilectione amicitiæ. 406
An libera dilectio Dei sit prior, infusione gratiæ habit. 409
An gratia habitualis essentialiter petat actualem collationem gloriæ, & liberationem inferni. 410
DISPVT. 32. De effectu formali negatiuo gratiæ habitualis, qui est excludere peccatum ab eodẽ subiecto.
Sect. *An gratia habitualis essentialiter secum afferat abstersionem peccati mortalis.* 412
An delere possit peccatum absque voluntaria retractatione peccatoris. 414.
DISP. 33. An præter gratiam habitualem sit alia forma peccati mortalis abstersiua?
Sect. *An possit peccatum mortale abstergi sola extrinseca condonatione Dei?* 421.
An visio beata & lumen gloriæ sit forma suapte naturâ abstersiua peccati? 424.
An sit alia forma à gratiâ & visione beatâ, distincta, suâ naturâ abstersiua peccati mortalis hoc statu commissi? 428.
Quæ formâ in purâ naturâ fuisset peccati abstersiua. 439
DISPVT. 34. An possit aliquis sine peculiari reuelatione Dei esse certus de sua iustificatione. 442
DISPVTATIO 35. De merito.
Sect. *An inter nos & Deum proprium meritum intercedat.* 446
Quas conditiones requirat meritum ex parte operantis? 452.
An ad meritum condignum requiratur promissio ex parte retribuentis? 453

An omnis

An omnia opera bona Iustorum sint condignè meritoria apud Deum? 457
Quanam res cadant sub meritum. 462
An quodlibet opus meritorium accipiat totum, & eiusdem perfectionis valorem, qui est in gratia habituali. 464.
An opera bona physicè, an tantùm meritoriè augeant gratiam, reliquosque habitus infusos. 467
An quolibet actu meritorio augeatur gratia & charitas, caterique habitus infusi. 466
An opus meritorium augeat gratiam toto tempore quo durat? 471
An quolibet actu meritorio virtutis infusæ augeantur omnes habitus supernaturales. 474

APPROBATIO.

SApientissimi Doctoris R. P. FRANCISCI AMICI Societatis IESV Commentaria de vltimo fine hominis, de medijs ad eum conducentibus, & impedimentis ab eo auertentibus, digna censeo quæ prælum videant: est enim in illis circa magnas difficultates clara resolutio, & mira eruditio ac rationi sacrarumque litterarum veritati consona, multumque vtilitatis allatura legentibus. Actum Antuerpiæ 24. Febr. 1637.

Gaspar Estrix Plebanus & lib. Censor.

APPROBATIO DOCTORVM.

HIc tomus de VLTIMO FINE HOMINIS, *Actibus humanis*, &c. à Religiosissimo Doctore FRANCISCO AMICO Societatis Iesu accuratâ methodo & ordine digestus, magna doctrinæ perspicuitate contextus, & rationum soliditate, & Scripturæ Sacræ, & Sanctorum Patrum, & Scholasticorum antiquorum auctoritate suffultus est; quare eundem vtiliter denuò recudendum censuimus. Datum Duaci die 22. Februarij 1647.

Georgius Coluenerius S. Th. D. & eiusdem Regius Ordinarius Professor, Collegiatæ Ecclesiæ S. Petri Præpositus, & Duacensis Academiæ Cancellarius, & librorum Censor.

TOmus hic de VLTIMO FINE HOMINIS, &c. à R. P. FRANCISCO AMICO Societatis IESV Theologo iterum elaboratus auctusque, & magna iudicij maturitate è veterum recentiorumque scriptis concinnatus, vtiliter recudetur. Duaci 25. Martij anno 1647.

FRANCISCVS SYLVIVS S. Theol. Doct. & eiusdem Regius Ordinariusque Professor.

HIc R. P. FRANCISCI AMICI è Societate IESV cursus Theologici tomus tertius, facili methodo, ac stylo conscriptus; in quo sanè cùm vniuersa materia de VLTIMO FINE, *Actibus humanis, peccato & gratia* doctè, solidè & exquisitè pertractetur, disputetur ac discutiatur; dignus est qui in lucem edatur magno Theologorum bono. Ita censui infra script. 21. Martij anno 1647.

VALENTINVS RANDOVR Sacræ Theol. Doct. & eiusdem Regius Ordinariusque Duaci Professor.

Digitized by Google



R. P. FRANC. AMICI

E SOCIETATE IESV

CVRSVS THEOLOGICI

TOMVS TERTIVS,

DE VLTIMO FINE

ACTIBVS HVMANIS, PECCATO, GRATIA,

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE LYON

PROOEMIVM.

CONSIDERATO, in 1. Tomo, Deo secundùm se, & in 2. vt principio creaturarum, præsertim Angelorum, idem considerandus erit vt vltimus finis earumdem. Quo pacto proponitur vt scopus & meta, ad quam dirigendæ sunt humanæ operationes, vt ad eum tandem, tamquam ad supremum felicitatis portum, ad quem omnis intellectualis creatura aspirat, emenso mortalitatis pelago, appellentes æternùm conquiescamus. Ordimur autem ab vltimo fine hominis, quoniam hic est primus motor humanæ operationis: nam sicut se habent prima principia in speculabilibus, ita vltimus finis in operabilibus. Quia verò finis assequibilis est medijs actibus liberis creaturæ rationalis, agendum consequenter erit de actibus humanis, quibus tamquam remis ad vltimum æternæ felicitatis portum prouehimur. Et quia non sat est homini ad æternam felicitatem remiganti, cognoscere media, quibus ad eam peruenire valeat, sed necesse quoque est, non ignorare impedimenta, ad quę tamquam ad syrtes & scopulos animi nostri cimbula allisa naufragium facere posset, necessarium etiam erit, de peccatis tam propriâ quàm capitis actione contractis, quę nos à consecutione ęternæ beatitatis vel remorantur, vel omnino arcent, disputare. Demum quia finis, quem orthodoxa fides inquirendum nobis proponit, sua celsitudine & maiestate longo interuallo antecellit intellectualis creaturæ capacitatem ac virtutem; quippe qui in clarâ diuinæ naturæ visione consistit, disputandum erit de gratiâ diuinâ, quæ tamquam aura secundè aspirans, creatam naturam in altum supernaturalitatis prouehit iugi afflatu, & vela humanarum operationum propellens, tandem animum rationalem in æternitatis portu felicissimè constituit. Atque vel hinc apparet, quanta sit huius doctrinæ siue vtilitas, siue necessitas; vtpote quæ hominem de rebus ad salutem necessarijs edoceat, & ad vltimum beatitudinis terminum perducat: vt vnde is dono creationis sumpserat egressum, eòdem impulsu gratiæ beatissimum compleat regressum.

Digitized by Google

DISPVTATIO PRIMA

De fine in communi.

1. ORDO doctrinæ poscit, vt ante disputationem de vltimo fine hominis, disputatio præmittatur de natura & proprietatibus finis in communi. De quo inquiri potest: 1. Quid sit: 2. Quotuplex sit: 3. An sit vera causa realis: 4. Quæ eius causalitas ratióue causandi: 5. An sit formale obiectum voluntatis: 6. An sit adæquatum obiectum eiusdem: 7. An quiuis actus voluntatis sit propter finem: 8. An Deus in omni sua actione agat propter finem.

SECTIO PRIMA.

Quid, & quotuplex sit finis, eiusque causalitas ratióue causandi.

2. DICO 1. Finis est, quod mouet voluntatem gratiâ sui, & cętera propter ipsum. Paulò aliter finem describit *Philos. 2. Phys. cap. 3. & 7. Finis*, inquit, *est, cuius gratiâ cetera fiunt.* Quę descriptio solam continet causalitatem finis: nostra autem, vltra causalitatem, addit proprium subiectum circa quod illam exercet. Dicitur, *Quod mouet voluntatem:* nam finis primariam suam causalitatem exercet in voluntate. Quod inde constat, quoniam finis cum bono recurrit: bonum autem obiectum est voluntatis: igitur primariam suam causalitatem exercet in voluntate. Conseq. elucet; quia nequit obiectum immediatam ac primariam suam causalitatem exercere, nisi circa potentiam, cuius est obiectum. Nam etsi illam exercere possit circa alias potentias, circa eas tamen non nisi mediâ potentiâ, cuius est proprium obiectum, 3. exercere potest. Dicitur, *gratiâ sui:* Per hoc enim explicatur propria finis causalitas, quæ est mouere voluntatem ad operandum intuitu ipsius finis. Per quod discriminatur à reliquis causis, quæ suam causalitatem exercent circa effectus à se distinctos: solus namque finis causalitatem habet circa se ipsum, mouendo agens intellectuale ad causandum se ipsum secundùm esse reale. Per vltima verba declaratur causalitas finis circa media, quæ appetuntur propter ipsum finem: qui non solùm mouet agens ad appetitionem sui, sed etiam ad appetitionem eorum, quæ ad ipsum consequendum conducunt. Cùm enim causalitas finis sit mouere agens ad producendam sibi realem existentiam; cumque ad realem existentiam finis producendam necessaria sint media, consequenter mouendo agens ad realem existentiam sui, mouet etiam ad adhibenda media causatiua sui. Propter quod finis dicitur primus in intentione, quia est primus, qui mouet agens intellectuale ad appetitionem sui, eorumq; quæ ad sui productionem conducunt. Contrà verò dicitur vltimus in executione, quia vt sic est terminus & effectus mediorum, à quibus causatur in esse reali, & quę vicissim ipse causat in esse intentionali. Per eadem vltima verba assignatur discrimen inter causalitatem finis & mediorum: nam finis mouet agens propter se & gratiâ sui, media verò propter finem & gratiâ alterius. Cuius causalitatis discrimen expressit Aristot. 1. Ethic. cap. 2. *Finis*, inquit, *est, quem propter ipsum, & propter quem alia volumus: quia finis est scopus quem in omni nostra operatione intendimus.* *Aristot.*

Quid sit finis. Arist.

Qua causalitas finis circa media

4. *Discrimen causalit finis & mediorum*

Dico 2. Finis est duplex, *qui* seu *cuius*, & *cui*. 5. Finis *qui* est quod mouet voluntatem ad illum per consentanea media consequendum. Finis *cui* est subiectum, seu persona intellectualis, cui ipse finis *qui* appetitur & procuratur: qui respectu prioris finis est magis vltimatus & intentus ab ipso operante, quia ad ipsum vltimatè terminatur intentio operantis, amaturq; amore amicitię. Hinc 6. oritur difficultas, an vterque veram habeat rationem finis. Negant aliqui finem *qui* seu *cuius* veram habere rationem finis, sed potiùs medij, eò quòd ordinetur ad aliud, ameturque intuitu alterius, quod est proprium mediorum. Nec refert, quòd alia amentur propter ipsum: nam etiam medium proximum amatur propter remotum: quia contra rationem medij non est, vt alia amentur propter ipsum, modò ipsum vltimatè ametur propter aliud. Alij contrà docent, solum finem *qui* habere veram rationem finis: alioqui creatura intellectualis amando sibi vltimam beatitudinem, ipsa foret sibi vltimus finis, & non Deus, quia amaret Deum vt finem *qui* seu *cuius*, se ipsam verò vt finem *cui*.

Finis qui & cui

Dicendum tamen est, vtrumque veram participare rationem finis. Est communior Doctorum 7. sententia: cuius vnicum fundamentum est, quoniam vterque intenditur per modum vnius integri finis. Quod enim intendit medicus, non est vel solum subiectum, vel sola forma sanitatis, sed sanum, quia medicus vel ægrotus intendit sanitatem in subiecto. Quod igitur mouet adæquatè voluntatem, est totum ex subiecto & sanitate constitutum. Tametsi si hi duo fines inter se comparentur, finis *cui* sit magis vltimatus, præsertim quando finis *Qui* comparatur ad finem *Cui* vt perfectio accidentalis ipsius. Hinc soluitur fundamentum primæ: quia medium non intenditur & 8. amatur vt perfectio subiecti, sed vt pura dumtaxat ratio assequendi finem, quo assecuto cessat mediorum applicatio. At finis *qui* intenditur & amatur vt perfectio subiecti, cum quo integrat vnum completum finem *qui*, ab operante vltimatè intentum: ad quem obtinendum consentanea media adhibentur. Soluitur fundam. secundæ, per 9. distinct. anteced. Etenim creatura intellectualis amando sibi vltimam beatitudinem, ipsa sibi foret finis *cui*, concedo: finis *qui*, nego. non enim est contra rationem vltimi finis, vt ametur & appetatur propter creaturam, tamquam propter finem *cui*, sed vt ametur & appetatur propter creaturam, tamquam propter finem *Qui*. Ratio, quia quando amatur & appetitur propter creaturam tamquam propter finem *Cui*, amatur & appetitur tamquam summum bonum & perfectiuum ipsius creaturæ, quæ est propria perfectio vltimi finis.

Vterque habet rationē finis Cui magis vltimatus

Ad fund. prima.

Ad fund. 2.

Quando

Digitized by Google

Quando verò amatur & appetitur propter creaturam, tamquam propter finem *qui*, amatur & appetitur tamquam medium ad perfectius bonum consequendum, quod est contra rationem vltimi finis.

10. *Vltimus finis ordinatur ad creaturam vt finem cui:*

Non est igitur contra rationem vltimi finis, ordinari ad creaturam, tamquam ad finem *cui*, nam hoc est ordinari in ratione sūmi perfectiui, quod est proprium vltimi finis: est autem contra rationem vltimi finis, ordinari ad creaturam tamquam ad finem *qui*; nam hoc est ordinari vt minùs perfectum ad magis perfectum, quod vltimo fini repugnat. Dicitur autem Deus, vt summum bonum summumque perfectiuum ordinari ad creaturam vt finem *cui*, non per intrinsecum ordinem ipsius ad creaturam, sed creaturæ ad ipsum. Eo modo, quo idem Deus vt omnipotēs dicitur ordinari ad creaturas possibiles, nō per intrinsecū respectum ipsius ad creaturas, sed per dependentiam creaturarum ab ipso. Quia sicut creaturę in esse pendent à Deo, vt omnipotente; ita in perfici ab eodem vt summo bono, atque adeò vt vltimo fine. Cęterùm eadem creatura respicit Deum, non solùm vt finem *qui* perfectiuum sui, sed etiam vt finem *cui*, non quem perficiat, sed cuius perfectionem manifestet. Comparatur enim creatura ad Deum, vt medium manifestatiuum gloriæ & bonitatis ipsius: cuius gloriæ & bonitatis manifestationem principaliter intendit Deus in omnibus suis operibus, iuxta illud Prouerb. 16. *Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus.* Eluescit hinc, hæreticos nostri sæculi non penetrare in Deo perfectionem vltimi finis, cùm negant, licitum esse, Deum amare amore concupiscentiæ, aut sperare ipsum vt summum bonum nobis, seu operari spe mercedis, quę Deus ipse est. Certum enim est, cùm Deus sit vltimus finis creaturarum, idem ac principium, ipsum amari posse, ac sperari debere, vt vltimus finis est earundem, maximè ipsarum perfectiuus, & *merces magnanimis*; nec propterea arguit in Deo intrinsecum ordinem ad creaturam, sed potiùs in creatura intrinsecum ordinem ad Deum in ratione finis, sicut & principij; in Deo autem perfectionem termini maximè perfectiui creaturæ, quæ est Deo finis *Cui* secundarius, sicut est obiectū scientiæ & potentiæ diuinę secundarium: & hanc perfectionem vltimi finis, qui nobis sit bonus & appetibilis, adimi Deo minimè posse.

Quomodo

Prouer. 16.

Licet amare finē vlt. amore concup.

11. *Diuisio finis qui Aristot. S. Tho.*

Dico 3. Finis *qui*, seu *cuius gratiā* subdiuiditur in finem *quo*, & in finem *qui*. Hanc diuisionem *cum Philosopho* tradit *S. Thomas* 1. 2. *q.* 1. *art.* 8. Finis *qui* est res ipsa, quæ propter sui bonitatem mouet agens ad sui consecutionem. Finis *quo* est ipsa adeptio possessioque, qua finis *qui* immediatè attingitur & possidetur: vt pecunia, inquit S. Thomas, est finis *qui*, mouens appetitum auari ad consecutionem sui: ipsa verò adeptio seu possessio est finis *quo*. Vterq; autem finis, *qui & quo*, mouet per modum vnius integri & completi boni; licet principaliùs finis *Qui*, minùs verò principaliter finis *Quo*, quia hic est propter illum, non contrà.

12. *Subdiuisio*

Dico 4 Finis *qui* diuiditur in vltimum simpliciter, & in vltimum in certo genere. Prior est Deus, qui est vltimus simpliciter, quia vltra Deum non est vlterior finis excogitabilis. Cùm enim finis idem sit quod bonum; cumque nullum bonum excogitabile sit Deo perfectius, non poterit alius finis vlterior Deo excogitari. Posterior est bonum, quod in quouis negotio ab intellectuali creatura tamquam vltimum in ea serie intēditur. vt sanitas à medico, scientia à studioso, dignitas ab ambitioso.

13. *Finis est vera causa realis Arist.*

Dico 5. Finis est vera causa realis. Est omnium ferè Doctorum *cum Arist.* 2. *Phys. c.* 3. *& 7. & 1. Ethic. c.* 1. *& alibi.* Fundam. Illa est vera causa realis, quæ habet effectus reales: finis habet effectus reales; igitur est causa realis. Minor, in qua tantùm est difficultas, *prob.* Effectus causę finalis sunt actus ipsi, quibus amamus & intendimus finem, nec non quibus finem ipsum executioni mandamus: atqui hi sunt reales, vt per se patet; ergo. Nec obstat, quòd ijdem actus sint in genere causæ efficientis, effectus voluntatis: quia non repugnat, eamdem rem, eademque causalitatem esse effectum & causalitatem plurium causarum: eadem quippe forma, eademque eductio est effectus & causalitas agentis, simul & materiæ sustentantis. Confirm. finis influit in effectum, alliciendo sua bonitate voluntatem ad illum quoad esse reale causandum: igitur est vera causa realis.

14. *Obiecies Conf.*

Obiecies. Finis non habet esse reale, sed tantùm intentionale in intellectu operantis: igitur non potest esse causa realis. Confirm. sæpè causa finalis est aliquod impossibile, vt quando impossibile, apprehensum vt possibile, mouet voluntatem ad amorem sui: implicat autem, impossibile causare effectum realem. *Resp.* neg. conseq. Etenim finis non causat nisi vt bonum; bonum autem non causat nisi vt intentionaliter existens in intellectu: quia causat alliciens voluntatem ad amorem & desiderium sui: voluntas autem non fertur nisi in præcognitum. Quamuis ratio mouendi voluntatem non sit ipsum esse cognitum, sed bonitas in cognitione relucens, quæ tenet se ex parte obiecti: habet enim se cognitio ad finem, vt conditio applicans tantùm bonitatem obiecti, ad quam fertur voluntas, non autem vt ratio finaliter mouens. An autem efficienter concurrat cum voluntate ad actum, constabit ex *disp.* 5. *sect.* 4. Ad confirm. disting. minor. Implicat impossibile apprehensum vt impossibile; realiter causare, concedo; apprehensum vt possibile, nego. Ratio: quòniam, vt dictum est, finis non causat nisi vt bonum apprehensum; & quia non solùm apprehendi potest vt bonum id quod re ipsa bonum est, sed etiam quod re ipsa bonum non est, ideò non solùm potest voluntatem mouere bonum reale, sed etiam non reale & impossibile, modò apprehendatur vt possibile; nam respectu voluntatis, quę non fertur nisi in cognitum, perinde se habet bonum reale ac non reale, modò apprehendatur vt reale.

Resp.

15. *Potest impossibile apprehensum vt possibile realiter causare*

16. *Ratio causādi est Bonitas cognita: cognitio conditio*

Dico 6. Ratio causandi in fine est bonitas cognita. Fundam. quia finis est obiectum voluntatis: voluntas autem non mouetur ad amandum & desiderandum, nisi à bonitate cognita: igitur ratio causandi in fine est bonitas cognita. Notanter dixi, *Bonitas cognita* non, vt cognita: nam cognitio non concurrit vt ratio formalis, sed tantùm vt conditio ad causandum finaliter.

17. *Causalitas finis non distinguitur à causalitate efficientis*

Dico 7. Causalitas finis realis est, haud tamen realiter distincta à causalitate efficientis. Quòd sit realis, patet, quia terminat ad effectum realem: omnis autem causalitas, quæ terminatur ad effectum realem, realis est. Quòd non sit realiter distincta à causalitate efficientis, *prob.* quia nulla potest talis distincta causalitas assignari: & aliunde non repugnat, eamdem causalitatem esse diuersarum causarum. Patet de idea, cuius causalitas realis est, realiter tamen non distincta à causalitate efficientis: eadem quippe causalitas, vt est ab artifice, est causalitas efficientis; vt est ab idea dirigente artificem ad opus idendum, causalitas est idea.

Digitized by Google

ideæ. Eadem igitur causalitas, vt est à voluntate, erit causalitas efficientis; vt est à fine sua bonitate alliciente voluntatem ad amorem & desiderium sui, erit causalitas finis, quæ & metaphorica motio dicitur, non quidem vt distinguitur à reali motione, sed à physica causalitate ceterarum causarum. *Dices* causalitas Ideæ non constituit distinctum genus causæ ab efficienti; ergo nec causalitas finis. Consequentia probatur: non minus agens intellectuale vt agat, eget directione Ideę, quàm motione finis: sicut non minus directio ideæ est diuersa causalitas ab actione, quam motio finis à productione effectus: ergo si illa non constituit diuersum genus causę, sed reducitur ad eandem causam efficientem, neq; hæc constituet diuersam, sed reducetur ad eandem. Resp. potuisse Ideam constituere diuersum genus causę ab efficienti, cùm in ea nec desit propria ratio causandi, quę est practica veritas operationis, quam, mediante notitia, idea ostendit artifici; nec peculiaris modus causandi, quæ est directio intellectus ad opus efficiendum: sicut in fine est & ratio bonitatis ab intellectuali agente cognita, & motio voluntatis eiusdem ad effectum producendum: Cæterum placuisse Authoribus hanc potiùs, quàm illam diuersum genus causæ ab efficienti constituere, ob maiorem diuersitatem, quam in causando ab efficienti finis habet. Negari enim non potest maiorem diuersitatem in causando habere finem respectu efficientis, quàm habeat Idea respectu eiusdem efficientis. Nam finis causat mouendo voluntatem ad effectum producendum, idea verò regulando intellectum ad opus efficiendum. Maior autem est diuersitas in motione voluntatis respectu productionis effectus, quàm in directione intellectus respectu effectionis operis, cùm illa includat modum causandi vtriusq; potentiæ, intellectus & voluntatis: est enim ratio finis bonitas cognita; hęc tantùm intellectus, ipsa scilicet intellectualis directio à practica veritate ideæ causata. Est & alia ratio discriminis inter causam finalem & idealem: nam intimius in productione causæ efficientis intellectualis includitur directio Ideæ, quàm motio finis: cùm non possit agens intellectuale opus producere, nisi actu dirigatur ab idea, quippe cum opus suum producat aspiciendo ad ideam, instar cuius opus format: possit autem effectum producere, etiamsi actu non moueatur à fine, modò fuerit à fine antè præmotum.

Obiectio

Cur idea non constituat diuersum genus causæ ficti finis

SECTIO II.

An finis sit obiectum formale voluntatis.

18. IN omni obiecto duo sunt consideranda, ratio materialis, & ratio formalis. Materialis est, quę solùm terminat actum potentiæ, cuius est obiectum. Quæ adhuc est duplex: altera, quæ in se ipsa à potentia non attingitur, nisi tantùm denominatiuè, & ratione alterius; vt substantia respectu visus, quę solùm denominatiuè, & ratione coloris, qui tantùm terminat visum, dicitur videri. Altera, quæ attingitur quidem in se ipsa à potentia, non tamen est ratio motiua & applicatiua potentię ad operandum: vt in scientia, conclusio per se quidem attingitur ab intellectu, non tamen est ipsius motiua & applicatiua ad intelligendum; sed principium, cui conclusio ipsa inmittitur, ipsum est motiuum. Formalis est, quæ non solùm terminat, sed etiam mouet & applicat potentiam ad operandum; quæque vnitatem & specificationem tribuit actibus. Quo fit, vt in omni actu reperiri debeat ratio ipsa formalis, cùm nequeat potentia ad operandum applicari, nisi à suo formali obiecto, vt rectè docuit *S. Thomas* 1. 2. *q.* 1. *ar.* 1. Secùs verò est de obiecto materiali: quod quia ad operandum non mouet, non necessariò in omni actu potentię reperiri debet idem: vt in omni actu Fidei infusæ reperiri debet auctoritas Dei reuelantis; quia hæc vt ratio formalis mouet intellectum fidelis ad omnem assensum fidei eliciendum, non item obiectum materiale, quę sunt obiecta omnia credibilia, quę varia sunt & diuersa inter se. Controuersia igitur est, an Finis ad voluntatem comparetur vt obiectum formale.

Duplex ratio materialis in obiecto.

S. Thom.

19. Prima sent. negat. Est *Scoti in* 1. d. 1. q. 3. §. *Quantum ad* 1. Ockam *q.* 1. *dub.* 1. Indicant *Mayronnus q.* 3. *& Aureolus q.* 3. *ar.* 1. *in fine.* Fundamentum: quia potest aliquod bonum appeti à voluntate, & non sub ratione finis, aut medij ad finem: ergo finis non est formale obiectum voluntatis. Conseq. *patet*, quia repugnat, potentiam operari absque obiecto suo formali; igitur si potest voluntas appetere aliquid, & non sub ratione finis, aut medij ad finem, finis non est obiectum formale ipsius. Antec. prob. potest proponi aliquod bonum voluntati, & non diligibile propter se, nec propter aliud: atqui potest circa tale bonum voluntas elicere aliquem actum: sed talis actus nec erit circa finem, cùm non sit propter bonitatem in se; nec circa media, cùm non sit propter bonitatem ad aliud, ergo poterit voluntas versari circa bonum, & tamen non versari circa illud tamquam circa finem. Confirm. 1. possibile est, aliquem ex conscientiâ erroneâ iudicare, se teneri ad diligendum aliquid, idque nec propter se, nec propter aliud: aut igitur tunc poterit illud diligere, & habetur intentum; aut non poterit diligere, & necessariò peccabit: hoc autem non est admittendum, cùm peccatum debeat esse liberum. 2. potest voluntas actu complacentiæ ferri ad impossibile: sed talis actus non esset propter aliquem finem, cùm finis non moueat nisi apprehensus vt possibilis: igitur finis non est formale obiectum voluntatis. 3. Fuga est actus voluntatis: sed fuga nequit esse propter aliquem finem; quia cùm finis moueat propter aliquam bonitatem, nequit mouere ad fugam, quę versatur circa malum.

Scotus Occham Mayronnus Aureolus

20. *Conf. primò*

Secundò

Tertiò

21. Secunda sententia affirmat. Est *S. Thomæ* 1. 2. *q.* 1. *ar.* 1. *Gregorij in* 1. *dist.* 1. *q.* 1. *ar.* 1. *& Schol. ibidem.* Quæ vera est & sequenda: eamque docuit *Aristot.* 3. *Ethic. c.* 4. *&* 5. cuius vnicum fundamentum est: quoniam Finis est, in quo tamquam in sui perfectiuo rationalis appetitus vltimò quiescit, vel simpliciter vt in fine vltimo, in quo tamquam in optimo simpliciter conquiescit; vel in vnaquaque serie, in qua non quiescit donec attingat vltimum & perfectissimum in illa: ad quod consequendum ordinat media: igitur finis est formale obiectum voluntatis. Conseq. constat: nam formale obiectum est, quod potentia in quauis sua operatione intendit. Anteced. patet experientiâ, qua constat, voluntatem in quauis sua operatione numquam quiescere, donec attingat vel vltimum simpliciter, vel in certo genere, quod operando intendit. Cuius ratio à priori desumitur ex natura ipsa voluntatis, quę cùm sit essentialiter appetitus boni, nihil appetere potest, nisi sub ratione boni. Sicut quia oculus essentialiter est appetitus visibilis, nihil appetere potest, nisi

S. Thom. Gregorius Aristot.

Finis comparatur ad voluntatem vt obiectum formale

sub

sub ratione visibilis. Sed bonum idem est quòd finis; ergo quidquid voluntas appetit, appetit sub ratione finis, vel in ordine ad finem.

22. *Dices:* Bonum non solùm reperitur in fine, sed etiam in medijs: ergo ex eo quòd voluntas sit appetitus boni, non sequitur quòd nihil appetere possit nisi sub ratione finis. Resp. neg. conseq. *Bonitas medij est appetibilis respectiuè ad finem.* Etenim cùm bonitas medij sit appetibilis non propter se, sed respectiuè ad finem, quatenus ad illum consequendum conducit, non potest appeti medium, nisi propter finem. Vnde in ipsa electione medij includitur respectus ad finem. Et ideò dixi, *quidquid appetit voluntas, appetit sub ratione finis, vel in ordine ad finem.* Confirm. Omne bonum aut est appetibile propter se aut pròpter aliud. Primum est finis ipse formaliter, secundum includit essentialem respectum ad finem; ergo cùm nihil possit voluntas appetere nisi sub ratione boni, quidquid appetit, necessariò appetit propter finem vel in se, vel in medijs.

23. *Ad Fund. prima.* Ad fundam. 1. sent. *neg. antec.* Ad cuius probationem *neganda maior*: repugnat enim, proponi aliquid vt bonum, & non diligibile, vel propter se vel propter aliud: nam hoc ipso quod proponitur sub aliqua ratione boni, sub qua tantùm potest esse voluntatis obiectum, necessariò proponi debet vel vt bonum in se, vel vt bonum in ordine ad aliud: ergo necessariò diligibile vel vt finis, vel vt medium ad finem. Vnde implicat, dari bonum præscindens à bono finis & à bono medij; quia non potest dari bonum, quod non participet aliquam bonitatem; cùm nequeat dari effectus formalis absque forma. Ergo hoc ipso quòd aliquid proponitur vt bonum & appetibile, necessariò proponi debet vt bonum in se, vel vt bonum in ordine ad aliud. *Confirm.* Vt aliquod bonum moueat vt finis, non est necesse vt moueat propter se signatè & reflexè, sed sat est si moueat propter se exercitè & directè, non mouendo propter aliud. Quo pacto contradictoriè opponitur bono ad aliud: nam hoc ipso quòd mouet propter aliquam bonitatem non ordinatam ad aliud, necessariò & exercitè monet propter bonitatem in se; quia illa bonitas, propter quam mouet, necessariò concipi debet in ipso obiecto, quod proponitur vt appetibile. Ergo eo ipso quòd non proponitur vt appetibile propter aliud, exercitè mouet propter bonitatem in se, atque adeò mouet vt finis, & gratiâ sui, cuius est monere propter bonitatem in se, non relatam ad aliud,

24. 25. Ad 1. confirm. negandum, in eo casu re ipsa hominem teneri, cùm nemo re ipsa teneatur ad impossibile; teneri tamen ex conscientia erronea: sicut ex eadem conscientia teneretur volare, qui ad id erroneè iudicaret se obligari. Ceterùm nego, hunc in tali casu non liberè peccaturum: quia posset & deberet in eo casu conscientiam deponere, vel propriam rationem, vel aliquem doctum virum consulendo. Ad 2. negandum, appetitum ferri posse ad impossibile, nisi sub ratione possibilis: & tunc ad illud ferri posset vel sub ratione finis, si sub tali hypothesi illud appeteretur propter se; vel sub ratione medij, si appeteretur propter aliud. Ad realem autem causalitatem finis sufficit, si tantùm apprehendatur vt possibilis: quia finis non causat, nisi obiectiuè alliciendo voluntatem, ad quod sufficit esse obiectiuum intentionale apprehensum vt possibile. Ad 3. nego, fugam à fine causari non posse; quia finis non solùm mouet ad prosecutionem eorum quæ ad ipsum conducunt, sed etiam ad fugam eorum quæ ab ipso abducunt; sicut virtus non solùm inclinat ad prosequendam honestatem sui obiecti, sed etiam ad remouenda impedimenta, quæ operantem ab illa retardant.

26. *Non potest appetitus ferri ad impossibile sub ratione impossibilis.*

27. *Ad tertiam conf.*

Ex dictis colligitur, verum esse, quod *S. Thomas* docuit 1. 2. *q.* 1. *ar.* 1. nullam esse actionem humanam, quæ non sit propter finem, vt hinc probaret, vltimum finem esse obiectum humanæ voluntatis. Nam si finis est formale motiuum voluntatis, nullaque potentia operari potest sine suo formali motiuo, à quo ad operandum applicatur, consequens est, vt nulla sit actio humana, quæ propter aliquem finem non exerceatur. 28. *Omnis actio humana exercetur propter finem.*

SECTIO III.

An bonitas finis sit adæquatum motiuum voluntatis.

RATIO dubitandi est, quoniam voluntas non solùm mouetur à bonitate finis, sed etiam à bonitate mediorum. Igitur bonitas finis non est adæquatum motiuum voluntatis: siquidem adæquatum motiuum potentiæ est illud, quo mediante potentia tendit ad omnia sua obiecta materialia: atqui voluntas non tendit ad media mediante bonitate finis, sed mediante ipsa bonitate mediorum, vt condistincta à bonitate finis; igitur bonitas finis non est voluntati adequata ratio tendendi ad omnia sua obiecta materialia. *Confirm.* Ita se habet finis respectu mediorum, sicut principium respectu conclusionis: sed ex eo quòd intellectus assentitur veritati conclusionis propter veritatem principij, non tollitur, quin conclusio suam habeat veritatem condistinctam à veritate principij: ergo ex eo quòd voluntas appetat bonitatem mediorum propter bonitatem finis, non sequitur, quin media suam habeant bonitatem condistinctam à bonitate finis. In oppositum verò est, quoniam obiectum voluntatis est bonum: bonum autem ex *Arist.* 2. *Phys. c.* 3. *&* 5. *Met. c.* 2. est idem quod finis: ergo adequatum motiuum ipsius est finis. Confirm. nam ex eo *S. Thomas* 1. 2. *q.* 1. *ar.* 1. probat omnes actiones humanas esse propter finem, quia finis est adequatum motiuum ipsius: alioqui si ab alio quàm à fine moueri posset voluntas, non omnes actiones ipsius essent propter finem. Ob has rationes est

29. *Rat. dub.* *Conf.* 30. *Arist.* *S. Thomas.*

Prima sententia affirmans, adæquatum obiectum voluntatis esse solam bonitatem finis, est *Caietani* 1. 2. *q.* 1. *ar.* 1. §. *Ad hoc dicitur: Conradi in fine corporis, Medinæ ibidem* §. *Rursus*, vers. *Respondetur ad* 2. *Suarez* 1. *tom. Met. disp.* 23. *sect.* 6. *& de actibus hum. tract.* 1. *disp.* 1. *sect.* 4. Fundamentum est: quia medium vt medium nullam habet bonitatem in se condistinctam à bonitate finis, propter quam appeti possit, sed tota ratio appetibilitatis ipsius est bonitas extrinseca finis, à qua extrinsecè informata media mouet voluntatem ad ea appetenda: igitur nullo modo medium potest esse formale obiectum seu motiuum voluntatis, sed tantùm terminatiuum & materiale, & vt *Medina* loquitur, per accidens. Probant autem, quoniam variato tantùm fine, nulla facta variatione mediorum, variatur vtilitas mediorum ad finem; vt idem cibus, qui antea erat vtilis, fit noxius & inutilis, variata tantùm dispositione subiecti. Signum igitur est, nullam aliam bonitatem habere medium, quàm bonitatem ipsam extrinsecam finis: alioqui si aliquam bonitatem haberet à finis bonitate condistinctam, propter quam esset appetibile, 31. *Caietanus. Conradus. Medina. Suares. Fundam.*

Digitized by Google

petibile, retineret illam, adhuc finis bonitate sublata. Pro eadem sententia citatur *Aureolus apud Gregorium in 1. dist. 1. q. 1. ar. 2.*

32. *Finis est obiectum voluntatis principale. Vasquez. Curiel.*

Secunda sententia negans, finem esse adæquatum obiectum voluntatis, sed tantùm primarium & principale, est *Vasquez 1. 2. disp. 1. c. 2.* & re ipsa idem sentit *Alphonsus Curiel 1. 2. q 1. ar. 1. dub. 2. §. 5.* qui tantùm verbis discrepare videtur ab opinione Vasquez. Nam etsi versu, *Ideò aliter*, affirmet finem esse adæquatum obiectum voluntatis, *quia etiam ea*, inquit, *quæ sunt ad finem, habent rationem finis respectu actuum voluntatis, quibus appetuntur, non solùm quia terminant eos, sed etiam quia sua bonitate mouent, vt appetantur propter eam.* Explicans tamen suprà, versu, *Neque obstat*, proprium modum, quo finis & medium mouet voluntatem, expressè concedit, finem mouere vt obiectum primarium, medium verò vt obiectum secundarium, quia mouet in ordine ad finem. Nec ipsius modus loquendi placet, dum ait, media habere rationem finis respectu actuum voluntatis, quibus appetuntur: quia licet media appetantur propter vtilitatem quam in se habent, non tamen appetuntur propter se, quæ est propria motio finis; sed propter aliud, quod est proprium mediorum. Est igitur sententia Vasquez non solùm quoad rem, sed etiam quoad modum loquendi ceteris præferenda: eaque apertè colligitur ex *S. Thoma 1. 2. q. 8 ar. 2.* vbi docet, voluntatem extendere se ad finem, & ad ea quæ sunt ad finem, tamquam ad proprium obiectum: quia *Ratio*, inquit, *boni, quod est obiectum voluntatis, inuenitur non solùm in fine, sed etiam in his quæ sunt ad finem*, licet finis appetatur propter se, media verò propter finem. Sicut principia intelliguntur per se, conclusiones verò per principia: & lux cernitur per se ipsam, color autem per lucem: vtrumque tamen terminat & mouet potentiam, hoc visiuam, illud intellectiuam: quamuis vnum absolutè, alterum dependenter ab alio. Eamdem sent.

33. *Sent. sequenda S. Thom.*

Gregorius. sequitur *Greg. in 1. dist. 1. q. 1. ar. 2. in fine.*

34. *Media vt media concurrunt aliquo modo ad specificationem actus.*

Fundamentum huius sententiæ est ratio adducta pro priore parte dubitandi, quam ampliùs sic explico. Media etiam considerata vt media, non se habent in serie intentionis humanæ, vt pura obiecta materialia: ergo aliquo modo concurrunt vt motiuum formale voluntatis. igitur adæquatum motiuum formale voluntatis non est sola bonitas finis. Vtraque conseq. constat, cùm non sit alius modus concurrendi cum voluntate nisi vel vt obiectum materiale, vel vt obiectum formale: atqui media vt media concurrunt cum voluntate humana in ipsa serie intentionis, & non vt obiecta purè materialia; ergo vt obiecta formalia, atque adeò integrant aliquo modo formale motiuum voluntatis. Antec. probo. Illud tantùm se habet vt obiectum purè materiale, quod nullo modo concurrit ad specificationem actus: atqui media vt media concurrunt aliquo modo ad specificationem actus; igitur non concurrunt vt obiecta purè materialia. Maior constat tum inductione: ideò enim hæc vel illa res adæquatè dilecta propter Deum, non specificat actum dilectionis erga Deum, quia concurrit vt materiale obiectum, cuius motiuum formale est sola bonitas increata: Ideò hæc vel illa res exequenda propter præceptum superioris, non specificat actum obedientiæ, quia concurrit vt obiectum materiale, cuius formale est solum præceptum & voluntas superioris: Ideò hoc vel illud obiectum credendum propter auctoritatem Dei, non discriminat actum fidei infusæ, quia concurrit vt obiectum purè materiale, cuius adæquatum motiuum formale est sola auctoritas Dei reuelantis: Tum ratione: quia quod concurrit vt obiectum purè materiale, non concurrit vt participans vim motiuam obiecti, quæ sicut sola est ratio applicandi potentiam ad opus, ita sola est ratio specificandi ipsius actus. *Minor prob.* nam in serie intentionis est electio specie distincta ab intentione, à qua distingui non potest per ordinem ad bonitatem finis, nam hæc respicitur ab vtroque actu; ergo per ordinem ad bonitatem mediorum, quam expressè respicit electio, & non intentio.

Inductio. *Ratio.*

35. *Differentia electionis ab intentione.*

Dices, distingui electionem ab intentione, non per ordinem ad diuersam bonitatem, sed per ordinem ad eamdem diuerso tantùm modo participatam. Etenim intentio tendit ad bonitatem finis, vt intrinsecè in ipso existentem; electio verò ad eamdem, vt extrinsecè communicatam medijs.

Conf. Confirm. Actus charitatis erga proximum specie discriminatur ab actu charitatis erga Deum, non per diuersam bonitatem, cùm eadem bonitas increata Dei, sit vtriusque actus specificatiua, sed per diuersam applicationem eiusdem increatæ bonitatis. Nam eadem increata bonitas terminat actum charitatis erga Deum immediatè & directè; actum verò charitatis erga proximum terminat mediatè & indirectè, seu in obliquo. Itē actus directus & refloxus eiusdem obiecti differūt specie, non per diuersum motiuum formale, sed per diuersam applicationem eiusdem motiui formalis: nam in actu directo applicatur immediatè & directè, in actu verò reflexo mediatè & indirectè.

36. *Contrà.*

Sed contrà: nam quòd ratio formalis participetur intrinsecè vel extrinsecè ab obiecto, est omnino materiale, & per accidens ad specificationem actus: quia quod formaliter mouet potentiam ad operandum, est ratio ipsa formalis secundùm se: eodem enim actu fidei creditur auctoritas Dei propter se, quę est intrinseca & essentialis sibi, & quodcumque aliud obiectum propter eamdem auctoritatem Dei, extrinsecè illi applicatam.

Confir. Confirm. Si tota ratio appetendi media, esset bonitas finis, non magis appeteretur vnum medium, quàm aliud: quia bonitas finis æquè se diffundit in omnia media; ergo si vnum medium magis appetitur quàm aliud, id aliunde prouenire non potest, quàm quia in vno apprehenditur maior bonitas vtilis, quàm in alio.

37. *Ad Conf.*

Ad confirm. nego actum charitatis erga proximum non discriminari ab actu charitatis erga Deum per diuersam bonitatem, sed tantùm per diuersam applicationem eiusdem bonitatis. Nam proximum & immediatum obiectum actus charitatis erga proximum, est bonitas supernaturalis participata: proximum autem & immediatū obiectum actus charitatis erga Deum, est bonitas ipsa supernaturalis Dei imparticipata. Item, proximum & immediatum obiectum actus reflexi, est actus ipse directus: proximum verò & immediatum obiectum actus directi, est obiectum ipsum, quod respectu actus reflexi se habet tantùm remotè & indirectè. Si igitur in medijs nulla esset bonitas, præter bonitatem finis extrinsecè tantùm communicatam, non posset electio discriminari ab intentione, cùm idem esset vtriusque actus formale motiuum, ac proinde specificatiuum.

38. *Prob. 2. à priori.*

Secundò id ipsum probo. In medijs est bonitas vtilis ad finem: atqui hęc distinguitur à bonitate finis; ergo sola bonitas finis non est adęquatum obiectum voluntatis. Maior patet. Minor probatur:

Digitized by Google

probatur: nam bonitas finis, siue sit honesta siue delectabilis, est absoluta & appetibilis propter se, bonitas verò medij est respectiua & appetibilis propter aliud: ergo non potest bonitas medij esse eadem ac bonitas finis. *Confirm.* Confirm. nam bonitas mediorum consistit formaliter in hoc, quòd sit affectiua finis: sed vis affectiua finis est intrinseca medijs: vt in medicina, vis effectiua sanitatis est intrinseca medicinæ; non enim medicina vtilis est ad sanitatem, eiusque effectiua propter bonitatem ipsam sanitatis sibi extrinsecè à sanitate communicatam: quia cùm per hanc virtutem medicina sit causa sanitatis, nullaque causa virtutem causandi mutuetur ab effectu, non poterit hanc bonitatem causandi sanitatem medicina habere ab ipsa sanitate. Ex quo etiam sequeretur, quòd vna medicina non esset efficacior alia, nec vnum medium vtilius alio ad finem consequendum.

39. *Obiectes* 1. esto, in medijs sit bonitas vtilis, illa tamen non mouet, nisi vt mota & applicata à bonitate ipsa finis: ergo non est per se obiectum formale voluntatis, nam obiectum formale est, quod per se mouet potentiam cuius est formale obiectum. *Confirm.* Confirm. nam ad summum, bonitas mediorum comparata cum bonitate finis, erit obiectum materiale voluntatis: comparatur enim bonitas mediorum ad bonitatem finis, vt pars materialis ad formalem; cùm non causet, nisi vt informata bonitate finis. 40. *Resp.* Resp. neg. conseq. nam ex eo quòd bonitas mediorum non moueat, nisi vt mota & applicata à bonitate finis, non sequitur, quòd non sit obiectum formale voluntatis, sed solùm quòd non sit obiectum formale principale, quod vltrò *concedo*. Sicut ex eo quòd color non moueat visum, nisi vt illustratus à lumine, non sequitur quòd non sit obiectum formale illius; & ex eo quòd reuelatio in fide non moueat intellectum ad assensum, nisi in virtute primæ veritatis, non sequitur, quòd non sit obiectum formale, sed solùm quòd non sit obiectum formale primarium ac principale. Vnde ad prob. conseq. disting. antec. de ratione obiecti formalis est, vt per se, hoc est per virtutem intrinsecam, moueat potentiam, concedo: per se, hoc est independenter ab alio, tamquam à primo & principali mouente, nego. Porrò media mouent voluntatem per bonitatem intrinsecam, quam habent ad finem consequendum, non tamen independenter à fine, tamquam à primo & principali 41. *Ad Confir.* mouente. Ad Confirm. neg. bonitatem mediorum habere se vt rationem purè materialem respectu bonitatis finis: nam licet non moueat, nisi vt mota à bonitate finis, posita tamen motione finis, tamquam principalis mouentis, ipsa bonitas mediorum per se mouet voluntatem vt vtilis ad finem consequendum.

42. *Obiectes* 2. Si media mouerent voluntatem per bonitatem distinctam à bonitate finis, sequeretur, diuersa media circa eumdem finem specificare diuersas electiones. Consequens est falsum; cùm omnes electiones mediorum circa eumdem finem sint eiusdem speciei. *Sequela prob.* etenim, si non sola bonitas finis, sed etiam mediorum mouet voluntatem ad electionem ipsam mediorum; igitur non sola bonitas finis, sed etiam mediorum specificat electionem: nam illud specificat actum potentiæ, quod mouet potentiam ad operandum; cùm illud det ordinem actui ad suum motiuum formale. 43. *Resp.* Resp. neg. min. nam quando media diuersas afferunt vtilitates ad eumdem finem consequendum, electiones talium mediorum sunt diuersæ, saltem specie incompleta & non vltimata. *Diuersa sit electiones quando media diuersam afferunt vtilitatem.* Nam esto, omnes electiones conueniant in vltima & completa specificatione, desumpta à bonitate finis, virtualiter saltem intenta, discrepant tamen in proxima & incompleta specificatione, desumpta ex ipsa bonitate mediorum, quæ immediatè & proximè ab electione intenditur. Neque enim repugnat, duas res conuenire in vltima & completa specificatione vltimati termini, & simul differre in proxima & incompleta immediati termini. Sicut nonnulli putant, potentias intellectiuas Angeli & hominis conuenire in vltima specificatione, desumpta ex obiecto intelligibili, quod respectu vtriusque potentiæ in hac sententia est idem; & simul differre per ordinem ad diuersum subiectum, à quo tales potentiæ tamquam proprietates dimanant.

Obiectes 3. auctoritatem *S. Thomæ* 1. 2. *q.* 1. *ar.* 44. *Obiectes 3. S. Thomas.* 1. qui, vt probet, omnes humanas actiones esse propter finem, assumit hanc propositionem: *Obiectum voluntatis est finis & bonum.* Vt autem hæc propositio intentum concludat, supponere debet, adæquatum obiectum voluntatis esse solam bonitatem finis: alioqui si non sola bonitas finis, sed etiam mediorum esset adæquatum obiectum voluntatis, dari posset actio humana, quæ non esset propter bonitatem finis, sed tantùm mediorum: sicut quia adæquatum obiectum visus non est solus color, sed color & lux simul, non omnis visio est colorati, cùm dari possit visio solius lucidi. *Resp.* Vt assumpta propositio intentum concludat, sufficit vt bonitas finis sit tantùm primarium & principale obiectum, propter quod omnes suos actus voluntas operetur. Nam siue voluntas operetur immediatè mota à bonitate finis, siue à bonitate mediorum, semper principaliter & vltimatè operatur propter ipsum finem: nam etiam quando vult media, vult illa propter bonitatem finis. Vnde in omni actu finis amatur vel propter se, vel vt terminus mediorum. 45. *Resp.*

Ad posteriorem rationem dubitandi, duplex 46. bonum, seu obiectum motiuum voluntatis distinguendum est, alterum primarium, secundarium alterum. Primarium est idem quod finis, de quo *cit. loco Aristot.* Secundarium reperitur etiam in medijs. Iuxta hanc distinctionem optimè procedit ratio S. Thomæ, vt in 3. obiect. explicatum est. Siquidem primarium obiectum reperiri debet in omni actione humana: nam omnis actio humana incipit à fine, & terminatur ad finem, tamquam ad primarium suum obiectum. Ratio verò est, quoniam obiectum primarium est, à quo principaliter mouetur potentia ad operandum, ac proinde reperiri debet in omni actu potentiæ: sicut quia obiectum principale visus est lux, illa in omni actu visiuæ potentiæ reperiri debet. *Dices.* Obiectum primarium est vnum: fines autem proximi sunt plures: non igitur finis potest esse obiectum primarium voluntatis. Resp. duplex distingui obiectum primarium, alterum respectu potentiæ in ordine ad omnes suos actus; & hoc semper est vnum, quod respectu voluntatis est finis vltimus, quem semper voluntas humana implicitè saltem intendit in omni suo actu. Alterum respectu vniuscuiusque seriei actuum: & hoc potest esse multiplex iuxta multiplicem seriem actuum humanorum. Concedo igitur, fines proximos esse plures, non respectu voluntatis simpliciter, respectu cuius omnes comparantur vt media ad finem vltimum, sed respectu diuersorum actuum, respectu quorum vnusquis- 47. *Duplex primarium.*

que

que comparatur vt primarium in vnaquaq; serie.

48. *Ad Fund. oppositá.* Ad fundam. oppositę sent. neg. antec. Ad cuius probationem neg. conseq. Etenim ex eo quòd, sublata bonitate finis, tollatur bonitas mediorum, solùm sequitur, bonitatem mediorum non appeti propter se, sed propter bonitatem finis, ex cuius amore & desiderio appetuntur media. Vnde variatâ dispositione subiecti cui medium appetitur, variatur bonitas vtilis eiusdem medij ad subiectum.

SECTIO IV.

An omnes actus voluntatis sint propter finem.

49. *Negant Heruaus. Greg. Gabriel. Ferrar. Vasquez. Prob.* PRima sent. negans, est *Heruai quodlib. 1. q. 8. ar. 2. circa finem, & quodlib. 2. q. 1. ar. 2. in Resp.* ad argum. ad 5. *Gregorij in 1. dist. 1. q. 1. ar. 2. Gabrielis in 2. dist. 38. q. unica, ar. 1. Not. 2. & dist. 1. q. 5. ar. 1. Ferrar. 1. contra Gentes c. 75. §. 5. causalitas finis: Vasquez 1. 2. disp. 3. c. 2.* Prob. 1. Actio propter finem supponit intentionem finis: ergo saltem intentio finis non est propter finem. Conseq. constat, quia intentio non procedit ex intentione, alioqui idem procederet ex se ipso. *Antec.* prob. quia operari propter finem, est moueri ad operandum aliquid ex amore & desiderio finis: nam particula *propter* designat propriam causalitatem finis, quæ alia non est, quàm amor & desiderium, mediante quo finis mouet agens ad operandum aliquid propter se ipsum prætentum & præamatum. Confirm. *Aristot.* Finis ex *Arist.* est, *cuius gratiâ aliquid fit*; idem autem est *gratiâ cuius*, & amore cuius fit: sed amor finis non fit amore eiusdem finis, alioqui procederetur in infinitum: sed mediante amore finis fit aliquid distinctum à fine, & amore eiusdem finis. *Heruaus. Vasquez.* Ex quo colligit *Heruaus & Vasquez*, solam electionem mediorum causari à fine, quia tantùm media appetuntur amore & gratiâ finis.

50. *Prob. 2.* Secundò. Ita se habet finis in agibilibus, sicut principium in speculabilibus: ergo ita se habet velle ad finem, sicut assentiri ad principia: sed non assentimur principijs propter ipsa principia, sed conclusioni propter principia; ergo nec volumus finem propter finem, sed media propter finẽ prætentum & præamatum. 3. Si amor finis esset propter finem, etiã bruta agerent propter finem, nam etiam bruta feruntur ad bonũ delectabile sibi conueniẽs. *Confirm.* nam bruta non solùm apprehendũt bonũ quod est delectabile, sed etiam vt delectabile formaliter: tum quia apprehendunt illud vt conueniens propriæ naturæ; tum quia appetitus brutorum conuenit cum appetitu sensitiuo hominis, non solùm in obiecto materiali, quod est bonum delectabile, sed etiam in obiecto formali, quod est ipsa conuenientia obiecti cum propria natura. Atqui appetitus sensitiuus hominis non solùm fertur in bonum delectabile, sed etiam in ipsam conuenientiam obiecti delectabilis; ergo etiam appetitus brutorum. 4. Fruitio, cùm non sit actus consecutiuus finis, sed supponat consecutionem finis, non est propter finem; ergo datur actio humana, & non propter finem. *Confirm.* nam fruitio est proprietas naturalis, necessariò resultans ex fine assecuto & obtento; ergo non est actio propter finem, nam hæc debet esse libera. 5. Actus indeliberati sunt actus humani, quia sunt ab homine ex præuia cognitione, & tamen non sunt propter finem, vt aperte docet *S. Thomas* 1. 2. *q.* 1. *ar.* 1. *ad* 3. ergo non omnes actus humani sunt propter finem. 6. Interdum finis est ipsa actio agentis, vt contemplatio ipsa veritatis; ergo tunc actio non distingu tur à fine: implicat autem, vt causalitas finis recurrat cum ipso fine, alioqui idem esset causa & effectus respectu eiusdem.

Conf. 51. *Prob. 3.* 52. *Prob. 4.* 53. *Prob. 5.* *S. Thomas.* 54. *Prob. 6.*

Secunda sent. affirmans, est *Suarez tom. 1. Met. d. 23. sect. 3. & de actibus hum. tract 1. disp. 2. sect. 1. & 2. Alphonsi Curielis 1. 2. q. 1. ar. 1. dub. 2.* Pro cuius controuersiæ explicatione, distinguendum est 1. duplex genus operationis humanæ, alterum liberæ, alterum necessariæ. Libera operatio est, quæ procedit à principio libero, & à *S. Thoma* 1. 2. *q.* 1. *ar.* 1. appellatur operatio humana, vt condistinguitur à reliquis operationibus hominis, quę vel communes sunt cum alijs rebus, vel etiam si sint propriæ hominis, vt discurrere, admirari, &c. non sunt propriæ secundùm peculiarem modum operandi hominis, qui est operari per liberum dominium & indifferentiam ad vtrumlibet. Necessaria est, quæ vel ex defectu cognitionis, vel ex perfectione & plenitudine obiecti, à voluntate procedit absque dominio & indifferentia ad vtrumlibet. Distinguenda est 2. duplex series actuum humanorum circa finem; alia quoad intentionem, alia quoad executionem. Finis enim non solùm mouet agens ad desiderium sui, & electionem mediorum, quo pacto finis dicitur primus in intentione, quia est id à quo incipit consultatio & inquisitio mediorum; sed etiam ad realem executionem tam mediorum, quàm sui ipsius: qua ratione finis dicitur postremus in executione, quia est id ad quod vltimò terminatur realis executio agentis. 2. Notandum, dupliciter posse actionem creaturæ esse propter finem: vno modo vt proficiscitur ab ipsa creatura, & subsistat immediatæ directioni & ordinationi ipsius: alio modo vt proficiscitur à Deo, & subsistat immediatæ directioni & ordinationi Dei: quo pacto omnes operationes naturalium causarum dicuntur esse propter finem à Deo præintentum. His prænotatis

55. *Suarez. Curiel.* *Duplex genus operationis humanæ.* *S. Thomas.* 56. *Duplex series actuum circa finem.* 57. *Dupliciter actio creaturæ est propter finem.*

Dico 1. Omnis actio humana deliberata est propter aliquem finem. Est *S. Thoma* 1. 2. *q.* 1. *ar.* 1. *& 3. contra Gentes c.* 2. Fundamentum est: quoniam omnis actio humana deliberata, aut est immediatè circa finem, per desiderium & amorem in intentione; vel per adeptionem & fruitionem in executione, aut immediatè circa media: ergo omnis actio humana deliberata est propter aliquem finem: Antec. *patet* à sufficienti partium enumeratione. Conseq. prob. nam quæ versatur circa media, procedit ex amore & desiderio finis; atque adeò proprijssimèest propter finem. Quæ autem immediatè versatur circa finem, vt est primus amor & intentio, procedit ex præcognitione finis vt amabilis propter se: hoc autem sufficit, vt talis actio dicatur esse propter finem. Minor est *S. Thoma* 3. *contra Gentes c.* 2. vbi docet, agere propter finem, esse agere ex præconceptione finis: & prob. quia non solùm habemus Deum pro fine, quãdo diligimus creaturam propter Deum, sed etiam quando diligimus Deum propter ipsum Deum: ergo à pari, non solùm habemus sanitatem pro fine, quando appetimus medicinam propter consequendã sanitatem, sed etiam quando immediatè appetimus sanitatem propter ipsam sanitatem. Cuius ratio est, quia bonitas finis vt præconcepta allicit agens ad amandum ipsum

58. *S. Thomas. Fundam.* *S. Thomas.* *Ratio.*

propter

propter se: sed hæc est propria causalitas finis; nam causalitas finis, vt conditinguitur à causalitate efficientis, non potest explicari, nisi per huiusmodi allectionem & tractionem, quatenus sua bonitate allicit & trahit voluntatem, vt se ipsum amet propter se ipsum; nam ipsum amare, est quoddam operari propter finem: vnde quatenus est quoddam fieri, est causalitas finis; quatenus est terminus ipsius fieri, est effectus finis. Confirm. 59. *Conf.* nam particula *propter* non solùm designat rationem extrinsecam finis, vt cùm appetimus media propter bonitatem finis, quæ extrinseca est mediis; sed etiam rationem intrinsecam, quæ est bonitas ipsa intrinseca finis, quę præconcepta immediatè mouet voluntatem ad amorem sui: quem *S. Thom.* S. Thom. 3. *contra Gentes* loco cit. initio, appellat *impetum agentis in finem.*

60. *Actio necessaria voluntatis est aliquo modo propter finem.* *Dico* 2. Etiam actio necessaria voluntatis est propter finem, vel vt subsitat directioni primi agentis, vt sunt actiones indeliberatæ, ex defectu cognitionis, quæ ex directione & ordinatione Dei tendunt ad certum aliquem finem, naturæ operantis consentaneum; vel vt subsitat directioni ipsius agentis creati, vt est amor Dei necessarius in patria, qui quamuis necessariò, propriè tamen tendit in Deum propter Deum. Fundam. est, quoniam tendere ad finem propter bonitatem finis, præscindit à tendere ad finem liberè, vel necessariò, & solùm importat tendere ad finem propter bonitatem ipsam finis, cognitam vt appetibilem propter se: sed beatus tendit ad bonitatem Dei, cognitam vt amabilem propter se; ergo, esto ad illam tendat necessariò, quia tamen tendit vt ad appetibilem propter se, verè & propriè dicitur operari propter finem. Confirm. 61. *Conf.* Beatus verè & propriè amat Deum propter Deum: ergo verè & propriè operatur, propter Deum, tamquam propter finem. Antec. *patet*; nam beatus verè & propriè mouetur ad amandum Deum, propter ipsum Deum cognitum vt summè bonum. Conseq. prob. nam amare Deum propter Deum, est operari ipsum actum amoris propter bonitatem Dei, cognitam vt appetibilem propter se: ergo amare Deum propter Deum, est operari ipsum amorem propter Deum, tamquam propter finem, cùm bonum & finis reciprocentur.

62. *Caietanus* Aliter probant alij, amorem beatificum esse propter Deum, tamquam propter finem, vel quia radicaliter, seu vt *Caietanus* loquitur 1. 2. *q.* 1. *ar.* 1. *in fine*, *participaliter* est ipsa actio libera viæ, à qua pendet meritoriè: vel causaliter & imperatiuè, quia imperat multos actus liberos erga Deum in patria: idque asserunt, vt saluent illam *S. Thom.* S. Thomæ propositionem, *omnes actiones humanas*, hoc est liberas, *esse propter finem.* Ceterùm ad *Aliorum explicatio reijcitur* hanc S. Thomæ propositionem saluandam, necesse non est ad huiusmodi diuerticula confugere. Nam, vt prædicta propositio saluetur, sufficit, vt omnis operatio humana libera sit propter finem: esto amor beatificus non sit operatio libera. Quia, cùm dicta propositio sit indefinita, non est necesse vt saluetur in sensu vniuersali negatiuo, vt nimirum sola operatio libera sit propter finem; sed in sensu dumtaxat vniuersali affirmatiuo, vt scilicet omnis operatio humana libera sit propter finem. Nam hanc propositionem assumit S. Thomas ad probandum, quòd omnis operatio humana viatoris sit propter aliquem finem, de qua operatione ibi tantùm est sermo.

63. *Ad primũ prima.* Ad 1. argum. oppositæ sent. neg. antec. etenim vt quis operetur propter finem, sufficit, vt operetur aliquid ex fine præconcepto per bonitatem amabilem propter se. Vnde *concedo*, particulam *propter* propriam designare causalitatem, seu virtutem causandi finalem, quę est bonitas ipsa finis ad finalizandum concurrens per attractionem suæmet bonitatis amabilis propter se. Ad confirm. descriptio illa finis, *Cuius gratia & amore aliquid fit*, duplicem habere potest explicationem: 1. vt ex amore actuali ipsius aliquid fiat, & hæc tantùm competit fini in ordine ad media: 2. vt *gratiâ finis* idem sit, quod bonitate seu amore non actuali, sed causali finis, aliquid fiat; & tunc prædicta descriptio competit fini etiam in ordine ad 1. actum amoris & intentionis erga ipsum finem. Sicut cùm dicitur, efficiens est virtute cuius aliquid fit, *vi virtute* non solùm supponi potest pro ipsa causalitate & actione efficientis, vi cuius effectus proximè fit, sed etiam pro ipsa virtute productiua effectus. *Ad conf.*

Ad 2. nego min. & retorqueo argum. nam sicut propter veritatem principiorum non solùm assentimur conclusioni, sed principijs ipsis; non enim assentimur principijs propter assensum principiorum, sed propter ipsam veritatem principiorum, simplici notitia apprehensam: ita propter bonitatem finis non solùm appetimus media, sed etiam ipsum finem. *Dices.* Sicut se habet simplex notitia principiorum ad causandum cum intellectu, ita amor & desiderium finis ad finalizandum cum voluntate: sed non possunt principia cum ipso intellectu causare, nisi vt apprehensa; ergo nec finis cum voluntate finalizare, nisi vt desideratus & amatus. Resp. disting. min. non possunt principia cum intellectu causare ipsum assensum, nisi vt apprehensa, concedo; non possunt causare simpliciter, nisi vt apprehensa, nego; nam possunt causare ipsam primam apprehensionem. Pari modo, non potest finis causare electionem mediorum, quæ respondet assensui principiorum, nisi vt desideratus & amatus, concedo: non potest causare simpliciter, nego; quippe qui causare potest primum desiderium sui, propter bonitatem tantùm præconceptam. 64. *Ad secundum.* 65. *Dices.* *Resp.*

Ad 3. neg. *sequela.* Ratio discriminis, quoniam bruta etsi cognoscant bonum delectabile sibi conueniens, non tamen cognoscunt illud vt sibi conueniens formaliter, atque adeò vt formaliter appetibile propter se, quod est cognoscere illud vt finem. Quòd autem nequeant bruta cognoscere bonum delectabile cum tali respectu conuenientiæ amabilitatis propter se, patet: nam hoc est proprium rationis conferentis vnum cum alio. Vnde solùm dicuntur bruta cognoscere finem materialiter, quia tantùm cognoscunt id quod est bonum, non tamen cum ordine & respectu conuenientiæ ad propriam naturam. Ad confirm. nego, 67. *Ad conf.* bruta apprehendere delectabile vt delectabile formaliter, sed tantùm materialiter; & vt sic ad illud ferri. Ad priorem probat. nego, bruta apprehendere delectabile vt conueniens proprię naturæ formaliter, hoc est secundùm formalem conuenientiam, quam habet cum propria natura, sed tantùm materialiter, apprehendendo illud quod cum propria natura habet cõuenientiam. Quemadmodum apprehendũt obiectum disconueniens propriæ naturæ, non formaliter secundùm relationem ipsam disconuenientiæ, sed tantùm materialiter, apprehendendo illud quod est propriæ naturæ disconueniens. Ad posteriorem nego, appetitum sensitiuum hominis ferri in bonum delectabile formaliter secundùm formalem conue- 66. *Ad 3. Bruta solùm feruntur in finem cognitum materialiter.*

nientiam;

Digitized by Google

nientiam, quam habet cum propria natura sensitiua, sed tantùm materialiter, non secùs atque appetitus ipse brutorum: nam in hoc appetitus sensitiuus hominis non discriminatur ab appetitu brutorum; sed tantùm in eo, quòd appetitus sensitiuus hominis ob coniunctionem cum natura rationali, est regulabilis à ratione, semper tamen intra sphæram sui obiecti.

68. *Ad 4. Finis mouet ad fruitionem. Aristot.* Ad 4. nego antec. nam finis non solùm mouet ad consecutionem sui, sed etiam ad fruitionem & delectationem, & ad omnem actum circa se. Nec obstat id, quod *Arist.* 1. *de Gener. tex.* 55. dixit, *Adepto fine cessare motum:* nam id tantùm dixit de motu qui dirigitur ad consequendum finem, non autem de motu qui dirigitur ad ipsum finem perfectiùs possidendum. Ad confirm. Propter huiusmodi argumentum negat *P. Suarez*, fruitionem esse propriè propter finem. Sed *contrà* est: quia non minùs ex vltimo fine clarè viso sequitur amor in Deum, quàm ex fine iam obtento sequatur fruitio. Sed ea necessitate non obstante, amor beatificus est operatio propter finem, ipso etiam *Suarez* fatente; ergo etiã fruitio erit operatio propter finem iam obtentum. Quare cùm dicitur, fruitio naturaliter sequitur finem obtentum, si *nè naturaliter* importet necessariò, cõcedo, neque id repugnat actioni propter finem. Si verò *nè naturaliter* importet modum emanationis absque præuia cognitione, nego fruitionem hoc modo naturaliter sequi ad finem iam obtentum: quia cùm sit actus voluntatis, & à voluntate nihil produci queat nisi voluntariè, ex præuia cognitione obiecti, non poterit fruitio nisi voluntariè, quamuis necessariò, à voluntate produci, cùm nullus actus produci possit à sua potentia, nisi iuxta naturam suæ potentiæ. Ad 5. constat ex dictis. Ad 6.

69. *Ad conf. Suarez.*

Ad argu. in forma

70. *Ad 5. & 6.* resp. nullum esse absurdum, interdum finem non distingui ab actione operantis, nisi tantùm formaliter. Est enim finis, ratione obiectiuæ bonitatis: est autem actio operantis, ratione physicæ dependentiæ ab ipso operante. Nam eadem actio considerata in ratione obiecti, mouet vt finis; considerata vt effectiuè procedens à voluntate operantis, est ipsius operatio. Neque implicat, vt finis secundùm esse obiectiuum & intentionale, sit causa sui ipsius secundùm esse naturale & executiuum: imò hęc est propria causalitas finis, mouere agens propter bonitatem apprehensam ad causandum se ipsum in executione.

Sæpè finis non distinguitur ab actione operantis.

71. *S. Thomas Actio voluntatis vt imperata, est finis eiusdem voluntatis.* Hinc meritò dubitari potest, an actio voluntatis vt elicita, an tantùm vt imperata, possit esse finis voluntatis. Ad quam dub. respondet *S. Thom.* 1. 2 *q.* 1. *ar.* 1. *ad* 2. impossibile esse, vt actio voluntatis, quatenus elicita, esse queat finis eiusdem voluntatis, sed tantùm vt imperata. Quę responsio verissima est: quoniam, vt idem docet, impossibile est, vt primum appetibile sit ipsum velle voluntatis: at si actus elicitus voluntatis esset finis eiusdem voluntatis, primũ appetibile voluntatis esset velle ipsius voluntatis: igitur impossibile est, vt velle elicitum voluntatis sit finis eiusdem voluntatis. Maior constat: nam omne velle necessariò supponit aliquod appetibile; cùm omne velle, sit alicuius obiecti velle; sicut omnis visio est alicuius visibilis visio: igitur impossibile est, vt velle sit primum voluntatis appetibile, cùm necessariò supponat appetibile prius se, cuius est velle. Minor prob. nam velle elicitum, necessariò habere debet suum obiectum: aut igitur hoc obiectum erit res aliqua, aut idem ipsum, aut aliud velle à se distinctum. Non res aliqua: alioqui non ipsum velle, sed res ipsa esset voluntatis finis; nam finis est obiectum voluntatis. Non idem ipsum: quoniam, vt probatum est, ipsum velle nequit esse primum appetibile respectu sui, ergo necessariò erit aliud distinctum velle; atque adeò tale velle distinctum, erit imperatum à primo velle. Implicat igitur, vt velle quatenus elicitum, sit finis voluntatis, non autem quatenus imperatum. Deducitur 1. non solùm actus internos pertinẽtes ad ordinem intentionis, sed etiam actus externos spectantes ad ordinem executionis, esse propter finem: quoniam vtrique actus causantur à voluntate mota à bonite finis præconcepta, vel immediatè & elicitiuè, vt actus interni, vel mediatè & imperatiuè, vt actus externi. 2. Actiones, quæ ab hominis voluntate non pendent, non dici esse propter finem respectu hominis, sed tantùm respectu Dei, vt actiones vitæ vegetantis, quæ ab hominis voluntate non pendent, non dicuntur respectu hominis esse propter finem: quia id tantùm dicitur ab aliquo propter finem fieri, quod ab ipso ex præconcepta bonitate finis ad finem ipsum ordinatur: nequit autem illa actio, quæ ab agente non pendet, ab ipso agente in finem ordinari.

72. *Etiã actus externi executionis sunt propter finem:*

Si à voluntate pẽdent

Concludo igitur, agere propter finem esse, moueri ab intrinseco propter finem præcognitum ab agente. Excluduntur insensitiua, quæ non agunt propter finem, quia non cognoscunt finem, quantumuis agantur ab Authore in finem, quem ipsè cognoscit. Non est autem necessaria libertas, sed sola requiritur præcognitio mediorum ad finem: quæ relatio formaliter à sola spirituali intelligẽtia rationis vsum habente, attingi potest, nullo modo ab appetitu sensitiuo, nec à puero rationis inope, perfectè verò ab intelligentia libera, in qua nullus defectus cognitionis, perfectissimè à Beatis, in quibus defectus libertatis non obest, quo minus in ipsis causalitas finis repetiatur perfectissima, cùm proportionem illam medij cum fine, seu rationis respectum percipiant clarissimè. Proinde libertas, vel necessitas actionis merè materialiter se habet ad agendum propter finem: cognitio ipsius relationis medij ad finem se habet formaliter principaliter. Quæ cognitio formalis cùm desit in brutis & amẽntibus, ea dici non possunt agere propter finem, nisi materialiter & metaphoricè: propriè dici possunt agi in finem ab Authore naturæ sensitiuæ, respectum illum medij ad finem præcognoscente: sicut inanima aguntur simpliciter in finem, vt sagitta in scopum à sagittante: hoc tamen discrimine, quod insensitiua finem nulla ratione percipiant, sensitiua ipsum saltem materialiter cognoscant.

73. *Actionis propter finem enucleatio*

SECTIO V.

An actiones diuinæ sint propter finem.

74 *Actio immanens* Dvplex est genus diuinarum actionum, immanentium vnum, transeuntium alterum. Immanentium aliæ essentiales, communes toti sanctissimæ Trinitati, vt velle & intelligere: aliæ notionales personarum propriæ, vt generare, & spirare. Transeuntes sunt omnes operationes diuinæ ad extra, quibus creaturas Deus produxit, easque in suo esse conseruat. De vtrisque controuertia. 1. Sent. affirmat, omnes operationes diuinas, tam immanentes quàm transeuntes, esse propter finem. Est *Pauli Soncinatis* 5. *Met. q.* 2. quoniam ad veram causalitatem finalem nil aliud requiritur,

Transiens

75. *Prima sèt. Soncinas*

Digitized by Google

quiritur, quàm metaphoricè moueri ad amandum finem, vel aliquid propter finem: sed Deus metaphoricè mouetur ad amandum suam bonitatem, & cætera propter ipsam; igitur omnes actiones diuinæ sunt propter finem. Maior prob. nam in hoc discriminatur causalitas finis à causalitate efficientis, quòd causalitas efficientis sit realis, realiter distincta ab ipso efficiente; causalitas autem finis sit metaphorica, ratione tantùm distincta à fine. Minor constat, quoniam Deus amat suam bonitatem, & reliqua propter ipsam, metaphoricè tantùm motus à sua bonitate. 2. Sent. docet, nullam actionem diuinam, neque immanentem neque transeuntem, esse propter finem. Fundam. quoniam agere propter finem, est distincta actione moueri ad operandum propter finem: sed Deus non mouetur distincta actione ad operandum propter suam bonitatem, nulla quippe distincta ratione, sed omnia per se ipsum operatur Deus; igitur nulla actio diuina, neque immanens neque transiens, est propter finem. 3. Sent. affirmat, Deum agere propter finem, qui sit finis creaturarum, non autem propter finem, qui sit finis sui ipsius. *Est Durandi in 2. dist. 1. q. 6.* Fundam. prioris assert. quidquid Deus producit, producit vt volitum propter suam bonitatem præcognitam: sed quidquid producit volitum propter suam bonitatem præcognitam, producit illud propter suam bonitatem, tamquam ptopter finem eius, quod sic volitũ producitur; ergo quidquid Deus producit, producit propter se tamquam propter finem ipsius producti. Fundam. poster. assert. Finis est perfectiuus eius, cuius est finis: perfectiuum autem semper perfectius est eo cuius est perfectiuum: atqui non datur aliquid perfectius Deo, igitur nequit Deus agere propter aliquid quod sit ipsius finis. Confirm. finis non est boni possessi, sed possidendi; ergo nequit Deus operari propter se ipsum tamquam propter finẽ sui, cùm nihil magis à Deo possideatur, quàm ipse Deus à se ipso. 4. Sent. docet, secundùm actiones transeuntes Deum verè & propriè agere propter finem, non secundùm immanentes: Hæc sent. communior est inter recentiores, quam pauci Scholastici attingunt *in 2. dist. 1. verior quoque & sequenda.* Pro cuius explicatione

76. *Secunda sent. Fundam.*

77. *Tertia sent. Fundam. prioris*

Fund. post.

Conf.

78. *Quarta sent. probabilior.*

79. *Nulla actio diuina ad intra est propter finem:*

Dico 1. Nulla actio diuina ad intra est propter finem. Colligitur *ex S. Thoma 1. p. q. 19. ar. 5.* vbi vniuersaliter negat, volũtatis diuinę assignari posse causam, cõ quòd non distincto actu vult quæcumque vult. Fundam. quoniam vt aliqua actio sit propter finem, debet re ipsa distingui à fine: nulla autem actio diuina ad intra re ipsa distinguitur à bonitate diuina, igitur nulla actio diuina ad intra est propter finem. Maior prob. nam causalitas finis est realis: de ratione autem causalitatis realis est, re ipsa distingui à causa, cuius est causalitas; est enim causalitas realis dependentia effectus à sua causa; nequit autem idem realiter dependere à se ipso. Vnde qualis est distinctio inter causalitatem & causam, talis erit dependentia effectus à causâ. Cùm igitur nulla actio diuina ad intra re ipsa distinguatur à bonitate Dei, nulla poterit habere rationem realis causalitatis finalis; atque adeò nec esse propter finem, cùm idem prorsus sit esse causalitatem finis, & esse propter finem. Minor constat: nam neque actio diuina essentialis, neque notionalis, re ipsa distinguitur à bonitate diuina. Non essentialis, vt per se patet, cùm hæc in Deo non sit elicita, sed subsistens, & prorsus identificata cum ipsa substantia Dei. Non notionalis: quia licet notionalis processio passiua realiter distinguatur à principio producente, haud tamen realiter distinguitur à bonitate ipsa Dei, à qua distingui deberet, vt esset realis causalitas finis, nam finis est bonitas ipsa Dei. *Dices*: Spirator producit Spiritum sanctum, non solùm ex præconcepta bonitate naturæ, quæ à processione Spiritus sancti non distinguitur, sed etiam ex præconcepta bonitate personarum producentium, quæ à processione Spiritus sancti re ipsa distinguitur: ergo licet processio Spiritus sancti re ipsa non distinguatur à bonitate naturæ, re ipsâ tamen distinguitur à bonitate personarum Patris & Filij producentium: ergo licet processio Spiritus sancti non sit realis causalitas finalis bonitatis naturæ, erit tamen realis causalitas bonitatis personarum producentium, ex quarum præconcepta bonitate procedit. Resp. distin. 1. consequens quoad 2. partem. Productio Spiritus sancti re ipsa distinguitur à bonitate personarum producentium, secundùm esse naturale ipsarum, concedo; secundùm esse intentionale & obiectiuum, secundùm quod mouet voluntatem Patris & Filij ad spirandum, nego. Nam secundùm hoc esse intentionale & obiectiuum omnes diuinæ personæ sunt in singulis personis: quia sicut singulę personæ habent eamdem cognitionem & amorem essentiæ, personarum, & creaturarum; ita in singulis personis sunt omnes diuinæ personę secundùm esse intentionale & obiectiuum; alioqui aliquod obiectum intelligeret & amaret vna persona, quod non intelligerent & amarent reliquæ. Confirm. Finis non causat, nisi secundùm esse intentionale & obiectiuum, quod habet in intellectu producentis: atqui secundùm hoc esse persona Patris & Filij non distinguitur à persona Spiritûs S. nam quælibet persona diuina habet perfectam notitiam & amorem omnium personarum: igitur nequit productio Spiritûs S. per modum finalizationis distingui à Patre & Filio, etiamsi ab illis distinguatur per modũ productionis; ac proinde esse possit realis productio, non autem realis finalizatio. Instabis: Deus amat se propter se, ergo amat se vt finem. *Resp.* disting. antec. amat se propter se tamquam propter veram causam finalem, nego; tamquam propter rationem amandi, *concedo*. Quare neg. conseq. nam vt amet se propter se, tamquam propter finem, requiritur distinctio amoris à fine, tamquam effectus à causa.

80. *Obijcies*

81. *Resp. Productio S. Spiritus distinguitur à bonitate producentium re ipsa, secundùm esse naturale*

Confirm.

Instas

Resp.

Dico 2. Omnis actio diuina ad extra est propter finem. Fundam. quoniam omnis actio diuina ad extra producitur ex amore bonitatis diuinę præconceptæ, distinguiturque realiter ab ipsa: sed quidquid producitur ex amore bonitatis præconceptæ, distinguiturque realiter ab ea, est realis effectus finalis ipsius; igitur omnis actio diuina ad extra est propter bonitatem Dei, tamquam propter finem. Nec obstat, quòd in nobis non solùm actio transiens, sed etiam immanens, ipse scilicet amor finis, à quo proximè causatur actio transiens, realiter distinguatur à fine; in Deo autem non nisi actio transiens realiter distinguatur à bonitate diuina. Nam hoc non tollit, quin actio ipsa transiens, quæ realiter distinguitur à bonitate Dei, sit propter finem; sed solùm quòd actio immanens, quæ non distinguitur à Deo, non sit propter finem: sicut ex eo quòd in nobis non solùm actio transiens, sed etiam immanens distinguatur à principio producente, in Deo autem non nisi actio transiens distinguatur à potentia productiua, non sequitur, quòd actio diuina transiens, non sit vera causalitas

82. *Omnis actio transiens est propter finem*

83. *Dices*

Resp.

causalitas Dei producentis, sed solùm quòd actio immanens non sit ipsius vera causalitas.

84. *Deus operatur ad extra propter finem creaturarũ;*

Dico 3. Deus non solùm operatur ad extra propter finem qui sit creaturarum, sed etiam propter finem qui sit suimet ipsius, contra Durandum. Fundam. prioris assert. Deus producit creaturas propter suam bonitatem, vt perfectiua est earumdem creaturarum: igitur operatur propter finem qui est finis ipsarum creaturarum. Nam operari propter finem qui sit finis alterius, est operari propter finem qui sit perfectiuus alterius; quia finis idem est quod bonum, bonũ autem id quod perfectiuum: igitur operari propter finem qui sit alterius finis, est operari propter finem qui sit alterius perfectiuus. Sic operatur medicus sanitatem, vt finem ægroti. Nisi quòd Deus operatur creaturas, vt ipsemet sit finis earum vel immediatè, vt respectu intellectualium; vel mediatè, vt respectu rationè carentium, quæ Deum vt finem immediatè non attingunt, sed solùm mediante proximo fine, ad quem à Deo diriguntur. Fundam.

85. *Et sui ipsius Ratio*

poster. assert. quoniam *Deus vniuersa propter semetipsum operatus est*; igitur in omni sua actione intẽdit Deus se ipsum vt finẽ sui. Quoniam Deum in omni actione se ipsum intendere vt finem sui, est perfectio nullam inuoluens imperfectionem; ergo concedenda est Deo, cui vtpote actui puro concedenda est omnis perfectio imperfectionem non inuoluens. Antec. prob. nam Deum in omni actione se ipsum intendere vt finem sui, est in omni actione manifestationem suæ gloriæ, & communicationem suæ bonitatis, tamquam extrinsecam perfectionem, propriæ bonitati conducentem, intendere. Sicut cùm Princeps actum liberalitatis exercet, habet se ipsum suamque bonitatem, quam talis actus cõdecet; vt finem. Vnde tandem *in fine corp.* concedit *cit. loco Durandus*, Deum hoc modo se ipsum vt finem intẽdere, non quidem sub ratione vtilis, cùm omnis vtilitas sit ad supplendum aliquem defectum, qui in Deum cadere non potest; neque sub ratione delectabilis, non (vt *Durandus* ipse opinatur) eò quòd delectabile spectet tãtùm ad bonum sensibile, cùm reperiatur etiã in bono intelligibili; ad omne namque bonum, naturæ conueniens, sua sequitur delectatio; sed quia in Deum nulla ex extrinseco bono propria delectatio cadere potest. intendit igitur se ipsum Deus solùm sub ratione honesti, quatenus condecens & honestum est, Deum creaturis se communicare, & ex tali communicatione honorem & reuerentiam à creaturis sibi debitam intendere. Vnde fit, vt non modò Deus intendat se ipsum vt finem *qui*, sed etiam vt finem *cui*. Intendit autem se ipsum vt finem *qui*, quatenus per extrinsecam communicationem intẽdit suam bonitatem, vt manifestãdam & honorandam à creaturis. Intendit se ipsum vt finem *cui*, quatenus eamdem communicationem & manifestationem suæ bonitatis, & gloriam inde resultantem, vult & amat vt debitam & condecentem suæ bonitati,

86. *Deus sibi finis qui & cui*

Isa. 42. iuxta illud: *Ego Dominus, hoc est nomen meum, gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam sculptilibus.* Sunt igitur creaturæ media ad diuinam bonitatẽ maiestatemque manifestandam: hęc per creaturas manifestata, est finis *qui* à Deo intentus, ipse autem Deus est finis *cui* talis bonitas per creaturas manifestata & glorificata intenditur. Vnde eadem diuina communicatio est simul finis *qui* creaturarum & Dei: creaturarum, vt vtilis & perfectiua intrinsecè earum; Dei, vt honorifica, & extrinsecè tantùm perfectiua.

Ad fundam. 1. sent. neg. maior, si metaphoricè sumatur, vt ab arguente sumitur, vt opponitur reali; conced. si metaphoricè sumitur, prout sumi debet, & à reliquis Philosophis & Theologis sumitur, vt cõdistinguitur contra motionem causæ efficientis. Et tunc negandum est, in eo motionem finis distingui ab efficiente, quòd motio finis distingui non debeat ab ipso fine, distingui autem debeat motio ab efficiente: nam in ratione realis causalitatis motio finis conuenit, cum motione efficientis, cùm non minùs vna quàm alia sit in suo genere vera causalitas. Solùm autem dicitur causalitas finis metaphorica motio, quia non causat efficiendo, sed tantùm alliciendo, trahendoque sua bonitate agentem ad efficiendum aliquid propter ipsum. Ad fundam. 2. *nego*, agere propter finem, esse actione immanente distincta, vt arguens in argumento assumit, ad operandum moueri; sed sufficere, vt agens actione distincta transeunte moueatur ad operandum propter bonitatem finis præconceptam.

87. *Ad Fund. prima*

Cur causalitas finis sit metaphorica motio

88. *Ad fund. secunda*

Ad fundam. poster. assertionis sententiæ, quod tantùm est contra nos, Resp. 1. falsam esse vniuersaliter maiorem; constat de sanitate, quæ finis est ægroti, cùm tamen non sit perfectior illo. Resp. 2. duplicem esse finem, alterum intrinsecè perfectiuum, alterum extrinsecè tantùm perfectiuum. Esto igitur, finis intrinsecè perfectiuus subiecti, sit melior eo cuius est finis, quod tamen, vt probatum est, vniuersaliter verum non est; nego tamen, finem extrinsecè tantùm perfectiuum, semper esse meliorem eo, cuius est extrinsecè perfectiuus; cùm non repugnet, interdum esse imperfectiorem eo, cui intenditur vt finis. Ceterùm finis, quem in omni sua operatione Deus intendit, non est intrinsecè, sed tantùm extrinsecè perfectiuus Dei: est enim suæ bonitatis ac maiestatis manifestatio, nec non honor & gloria à creaturis exhibenda; quæ omnia extrinsecè tantùm Deum perficiunt. Ad confirm. Resp. ex ea tantùm sequi, non posse Deum operari propter se possidendum secundùm aliquam perfectionem intrinsecam, non autem secundùm aliquam perfectionem extrinsecam, nempe secundùm manifestationem suę bonitatis, & extrinsecam gloriam, honoremve à creaturis exhibendum.

89. *Ad fund. tertia*

Finis alter intrinsecè, alter extrinsecè perfectiuus

Ad conf.

DISPVTATIO II.

De vltimo fine hominis.

HActenus de fine in communi, superest vt de vltimo fine hominis agamus; qui duplex est, alter respectu vniuscuiusque negotij & actionis humanæ, & dici potest vltimus secundùm quid; alter respectu totius humanæ, imò & cuiuscumque creaturæ, tam ratione vtentis, quàm non vtentis, qui dicitur vltimus simpliciter. Dari autem vltimum finem respectu cuiuscumque actionis humanę, euidenter constat hoc discursu. Datur in quauis serie negotiorum certa aliqua operatio, quam in ea serie primariò intendimus: ergo datur finis vltimus respectu cuiuscumque actionis humanæ. Anteced. constat experientiâ. Conseq. manifestè deducitur. Quæuis actio humana necessariò inchoari debet ab aliquo bono, obiectiuè alliciente agens, ad desiderium sui, & desinere in consecutionem eiusdem

1. *Finis vltimus simpliciter, & vltimus in certo genere.*

Digitized by Google

eiusdem boni: ergo tam in ordine intentionis, quàm in ordine executionis, dandum est aliquod primum vnde incipiat intentio, & vltimum in quod terminetur actio, alioqui si nec daretur primum in intentione, quod habeat rationem mouentis, nec vltimum in executione, quod habeat rationem termini, nec inchoari posset intentio, nec perfici & consummari actio. His de vltimo fine secundùm quid prænotatis, vberiùs disputandum de vltimo fine simpliciter. Vide sectionum indicem initio.

SECTIO I.

An sit vltimus finis totius humanæ vitæ?

2. *Affirmat fides.* ASsertio affirmans est fide certa, & constans omnium, etiam Gentilium Philos. consensu, qui quamuis errauerint in constituendo vltimo fine; quippe qui alij in diuitijs, alij in voluptatibus, alij in honoribus, alij in externis, alij in internis animi bonis, alij alijs in rebus vltimam hominis felicitatem collocabant; omnes tamen cõueniebant, dari vltimum finem, quem omnes tanquam vltimam ac summam nostram perfectionem expetimus, nostrisque actionibus intendimus. Prob. 1. 3. *Prob. 1.* Vnaquæque res creata habet suũ finem, ad quem naturæ propensione, ac certa operatione determinatè tendit; ergo etiam homo suum finem habere debet, ad quem ex naturæ propensione inclinet, & quem secundùm rectam rationem in suis operibus intendere debeat: alioqui peioris conditionis esset homo, quàm ceteræ res creatæ, cùm finis sit summa perfectio rei, in qua tamquam in optimo conquiescit. 2. Experimur in nobis appetitum ad bonum; sed finis & bonum, *teste Philos.* idem sunt; ergo est aliquis humanæ vitæ finis, ad quem homo ordinatus est. Conseq. constat, quoniam natura nihil operatur frustrà: esset autem hic appetitus ad bonum frustrà, si nullus esset humanæ vitæ finis vltimus. *Confirm.* Confirm. quælibet potentia habet optimum sui perfectiuum, in quo perfectè quiescit, vt sensus optimum sensibile, intellectus optimum intelligibile; ergo etiam appetitus rationalis habere debet optimum appetibile, in quo tamquam in vltimo sui perfectiuo quiescat: alioqui frustrà nobis datus esset talis appetitus ad maius & maius bonum semper appetendum, nisi possibile esset optimum appetibile, quod eius capacitatem explere posset. 5. *Prob. 3.* Euidens est lumine naturæ, dari primum agens intellectuale, quòd omnia operetur propter aliquem finem, cùm hoc sit commune omni agenti intellectuali, & imperfectionem non inuoluat: sed naturali etiam lumine constat, hunc finem, quem primum agens in suis operationibus intendit, non esse aliquid à se ipso distinctum; igitur euidens est naturaliter, dari aliquem finem vltimum rebus omnibus creatis communem. Minor prob. quia nequit Deus vt finem intendere, nisi quod est optimum; ergo non potest aliud à se distinctum, vt finem vltimum creaturarum intendere. Conseq. prob. quia Deus operando non intendit vtilitatem propriam, cuius capax non est, sed vtilitatem & commodum creaturarum quas producit, & suæ tantùm bonitatis communicationem ac manifestationem.

6. *Dices.* *Dices*, hoc discursu non solùm probari, Deum esse finem hominis, sed cuiuscumque creaturæ, etiam irrationalis: hoc autem falsum est, quia non potest aliquid esse finis alicuius, nisi ab eo cognosci possit, quod soli competit naturæ intellectuali. *Confirm.* Maior prob. nam finis non mouet, nisi allicien-do; non allicit autem nisi vt cognitus, ergo non potest esse finis eius à quo cognosci non potest. Confirm. nam finis est obiectum voluntatis, ergo non potest esse nisi naturę intellectualis. 7. *Resp.* Resp. dupliciter posse aliquid esse finem alicuius, vno modo tamquam id ad quod propria operatione se ipsum dirigit; atque hoc modo Deus est finis solius creaturæ intellectualis, quia sola creatura intellectualis potest se ipsam ad Deum, tamquam ad finem propria actione dirigere ac mouere. Alio modo tamquam id ad quod ab alio dirigitur, sicut scopus est finis sagittæ, vt à sagittante directæ; & hoc pacto Deus est finis omnium creaturarum, quatenus omnes creaturas dirigit, immediatè quidem ad proprios fines, ad quos illę propria operatione tendunt, vltimatè verò ad manifestationem suæ gloriæ, ad quam manifestandam creaturæ tendunt ea ipsa operatione, qua tendunt ad proprios fines, quatenus illa subsłat directioni primi agentis. *Deus est finis etiam omnium creaturarũ.* Eadem quippe actione lapis ex propensione propriæ naturæ tendit ad centrum, tamquam ad proprium finem, & ex directione primi agentis tendit ad Deum tamquam ad finem vltimũ: sicut eadem actione, in genere efficientis, ignis pendet ab igne producente, & à Deo primo agente. Cùm enim causalitas finis re ipsa coincidat cum causalitate efficientis, eadem actione quælibet res creata pendet à Deo in genere causæ efficientis, & finalis, quatenus per eamdem actionem illi communicatur esse, & simul dirigitur ad manifestandam diuinam bonitatem: manifestant autem creaturæ diuinam bonitatem formaliter, per ordinem quem dicunt ad diuinam bonitatem, cuius sunt participationes: sicut effectus artificiosus manifestat sapientiam artificis, per ordinem quem ad artificem importat. *Leg. S. Tho. 3. cont. Gent. à cap.* 18. Vnde 8. constat, Deum non modò sub ratione efficientis, sed etiam sub ratione finis immediatè concurrere cum quouis fine creato ad finalizandum: quia cùm actio finis & efficientis sit eadem realiter, & Deus immediatè concurrat cũ quolibet agente ad communicandum esse effectui; sequitur, vt immediatè etiam concurrat cum quolibet fine ad dirigendum effectum ad suum proprium finem, quem per propriam operationem consequitur. *Deus immediatè concurrit cum fine ad finalizandum.*

Ex his duplex oritur dubium: Primũ, An quidquid appetit homo, necessariò appetat propter vltimum finem. 9. *Dubit.* Negat *Scotus in 4 dist. 19 q. 10. §. Ex his sequitur:* tũ quia possumus appetere aliquid, non referendo illud ad vltimum finem; non possumus autem velle aliquid propter vltimum finem, nisi id ad vltimum finem referamus: tum quia dum mortaliter peccamus, volumus aliquid quod est cõtra vltimum finem; ergo non quidquid appetimus, appetimus propter vltimum finem, quia non possumus appetere propter vltimum finem, quod vltimo fini opponitur: sicut non possumus appetere propter sanitatem, quod sanitati opponitur. *An quod appetit homo, appetat propter finem vlt. negat Scot.*

Affirmat *S. Thomas* 1. 2. *q.* 1. *art.* 6. *& in 4 dist.* 49. 10. *Affirmant Scholast.* *q.* 1. *art.* 3. *qu.* 4 *ad* 2. *&* 3. & cum eo reliqui ferè Scholast. Laborant in assignanda ratione. Pro qua nota, vltimũ finem, *ex Caiet. cit. loco*, sumi dupliciter: vno modo formaliter, pro bono adæquatè satiante appetitum rationalem, non considerando in qua re, vel subiecto, hoc bonũ consistat: alio modo materialiter, pro hac vel illa re, in qua tale bonum, vel secundùm rem ipsam, vel secundùm apprehensionem nostram, consistat. Propositũ dubium

Digitized by Google

non est de vltimo fine secundùm poster. rationem, sed priorem, considerato tantùm in communi secundùm formalem rationem boni ac finis vltimi. Hanc assignat rationem *S. Thomas*; quidquid appetimus, appetimus sub ratione alicuius boni veri, vel apparentis: omne autem bonum, eo ipso quòd bonum est, suapte natura refertur ad beatitudinem, quæ est bonum consummatum & perfectum; quia omne bonum inchoatum & imperfectum suapte natura ordinatur ad bonum consummatum & perfectum, sicut pars ad totum: est autem beatitudo formaliter sumpta, aggregatio omnium bonorum, ergò qui appetit aliquod bonum, partem aliquam beatitudinis appetat necesse est. Vnde in ipso amore boni particularis includitur amor beatitudinis in cõmuni, sicut in amore partis includitur amor totius. Quod adeò verum est, vt etiam qui peccat, aliud peccando non quærat, quàm vel vt consequatur bonum quo careat, vel vt careat malo quod patitur. id quod expressit *August. tract. de Epicureis & Stoicis, c. 3. Nã & qui bonus est, ideo bonus est vt beatus sit, & qui malus est, malus non esset, nisi inde se beatum esse posse speraret.* Ceterùm dicitur peccator cõstituere sibi vltimum finem in re creata, non quòd in ea perfectè quiescat tamquam in vltimo fine, sed quia amorem ipsius præfert amori Dei, in quo vera beatitudo consistit; hoc est, spectato actu quo mortaliter peccat, ita se gerit ac si creaturam pro vltimo fine intenderet, ex creaturę amore amicitiam cum Deo dissoluens: atque adeò virtualiter & interpretatiuè dicitur in ea sibi vltimum finem constituere, finem operis potiùs quàm operantis; finem secundùm quid, non simpliciter.

Omnia appeti propter vlt. finem formaliter sumptum

11. *peccator in re creata finem vlt.*

Est autem inter actum bonum & malum notandum discrimen, quòd per actum bonum homo nõ solùm intendit vltimũ finem formalem, sed etiam vltimum finem materialem. Quia cùm actus sit referibilis in Deum tamquam in vltimum finem, qui exercet illum, non solùm intendit finem formalem, sed etiam virtute intendit finem ipsum materialem, nempe Deum, ad quem actus bonus ducit. Per actum verò malum intendit quidem peccator vltimum finem formalem, cùm etiam per illum intendat aliquod bonum delectabile, quod est pars beatitudinis formalis; non tamen intendit vltimum finem materialem, cùm peccatum auertat ab vltimo fine materiali, qui Deus est, nisi fortè, *Vt S. Thomas docuit cit. loco in 4.* similitudinem aliquam vltimi finis materialis. Quod expressit *August. lib. 2. Confes. cap. 6.* his verbis: *Nam & superbia celsitudinem imitatur, cùm tu sis vnus super omnia Deus excelsus. Et ambitio quid nisi honores quærit & gloriam, cùm tu sis præ cunctis honorandus vnus & gloriosus in æternum? Et sæuitia potestatum timeri vult; quis autem timendus, nisi vnus Deus? Et blanditia lasciuientium amari volunt: sed neque blandius est aliquid tua charitate; nec amatur quidquam salubriùs, quàm illa præ cunctis formosa & luminosa veritas tua. Et curiositas affectare videtur studium scientiæ, cùm tu omnia summè noueris. Ignorantia quoque ipsa atque stultitia, simplicitatis & innocentiæ nomine tegitur, quia te simpliciùs quidquam non reperitur. Et ignauia quasi quietem appetit: quæ verò quies certa præter Dominum? Luxuria satietatem atque abundantiam se cupit vocari: tu autem es plenitudo & indeficiens copia incorruptibilis suauitatis. Effusio liberalitatis obtendit vmbram, sed bonorum omnium largitor affluentissimus tu es. Auaritia multa possidere vult, & tu possides omnia. Inuidia de excellentia litigat: quid te excellentiùs? Ira vindictam quærit: te iustiùs quis vindicat? Timor insolita & repentina exhorrescit rebus, quæ amantur, aduersantia, dum præcauet securitati: tibi enim quid insolitum, quid repentinum? aut quis à te sepurat quod diligis? aut vbi nisi apud te firma securitas? Tristitia rebus amissis contabescit, quibus se oblectabas cupiditas, quia ita sibi nollet, sicut tibi auferri nihil potest. Ita fornicatur anima, cùm auertitur abs te, & quærit extra te ea, quę pura & liquida non inuenit, nisi cùm redit ad te. Peruersè te imitantur omnes, qui longè se à te faciunt, & extollunt se aduersum te. Sed etiam sic te imitando, indicant, creatorem te esse omnis naturæ: & ideo non esse quo à te omnino recedatur.* Ex quibus sequitur, actum bonum per se pertinere ad veram beatitudinem, vel vt proximè, vel saltem vt remotè disponentem, aut certè vt remouentem impedimenta ad illam; actum verò malum nullo modo ad veram beatitudinem pertinere, cùm potiùs nos ab illa remoueat.

12. *Per actum bonum homo intendit vlt. finem etiam materialem:*

At per malum, solum formalem.

Hæc Augustinus

Ex his patet ad vtramque rationem Scoti, quia non est necesse, vt qui hoc modo beatitudinem appetit, bonum particulare, quod appetit, ad illam actu referat; cùm nec peccatum veniale sit referibile in Deum; nec necesse est, vt omne quod appetit, in ordine ad veram beatitudinem appetat tamquam medium consecutiuum illius; quia bonum particulare non appetit in ordine ad veram beatitudinem, quę est Deus, sed in ordine ad apparentem, quæ est bonum satians, vt apprehensum tantùm. Sic non repugnat creaturam esse finem peccantis mortaliter vltimum simpliciter, apparentem.

13. *Ad rationes Scoti.*

2. Dubiũ, An possit homo libera operatione cõstituere sibi plures fines vltimos simpliciter. Resp. *cũ S. Tho. 1. 2. q. 1. art. 5.* negatiuè, quia finis vltimus debet totaliter explere appetitũ rationalem, ita vt nihil ei amplius expetendum supersit. Hæc enim est ratio vltimi finis, vt in eo vltimò sistat & terminetur capacitas rationalis appetitus: at hoc ipso quòd quiesceret in pluribus, in nullo quiesceret taliter & tamquam in vltimo, cùm vnusquisque relinqueret appetitum ad vlteriorem finem & bonum appetendum. Confirm. nam vltimus finis est bonum se solo sufficiens: non esset autem bonum se solo sufficiens, si relinqueret appetitum ad vlterius bonum; nam hoc ipso ad explendum appetitum indigeret alio bono, & consequenter non esset se solo sufficiens.

14. *Non potest homo liberè constituere sibi plures vltimos fines.*

Confirm.

SECTIO II.

In quo vltimus finis & beatitudo obiectiua hominis consistat.

15. *Beatitudo, obiectiua & formalis.*

DVplex finis seu beatitudo distingui solet, altera obiectiua, formalis altera. Illa extrinseca est, & a creatura intellectuali supposito distincta; hæc intrinseca, & forma accidentalis inhærens creaturæ. Obiectiua præsupponitur ad formalem, tamquam specificatiuum ad suum specificabile. In hac sectione de obiectiua, in sequentibus de formali disputabimus. Est autem obiectiua res ipsa, cuius possessione beamur.

16. *Antiquata opinio de bono creato.*

Perantiqua fuit Philos. opinio, quam *Arist. 1. Ethic. à cap. 4. & August. 19. de Ciuit. à cap. 1. & S. Thomas 1. 2. tota q. 2.* referunt, obiectiuam hominis beatitudinem consistere in aliquo bono creato; quod triplex cùm sit, animi, corporis, & fortunæ, in aliquo istorum, vel in omnibus simul illam consistere aiebant. Fundamentum, quia homo

Fundam.

non

Digitized by Google

non solùm animo conitat, sed etiam corpore: igitur ad consummatam hominis beatitatem non solùm pertinet bonum animi, sed etiam corporis. Corpus autem cùm non nisi materialis boni sit capax, materiale bonum ad consummatam hominis beatitatem pertinebit. Vnde *Aristl lib. cit. c.* 8. ad beatitudinem hominis pertinere ait bona externa. Confirm. 1. Perfecta beatitudo excludit omnem miseriam: indigentia autem externorum bonorum est aliqua miseria; igitur. 2. Homo in pura natura constitutus posset esse beatus, & non per bonum increatum, cuius in eo statu non esset capax; ergo per bonum creatum.

Conf. 1.

Conf. 2.

17. *Obiectiua beatitudo consistit in solo Deo. Ratio à priori.*

Catholica sent. omnium Theolog. calculo firmata, est, obiectiuam beatitudinem hominis consistere in solo Deo, bono increato: quoniam in eo bono tamquam obiecto & fine nostra beatitudo consistit, in cuius assecutione quiescit appetitus humanus: solus autem Deus est talis; ergo in solo Deo tamquam in obiecto & fine consistit nostra beatitudo. Maior patet ex ipsa beatitudinis definitione, quæ est *bonum quietans & satians*; ergo illud tantùm erit bonum beatificans, in cuius assecutione quiescit & satiatur humanus appetitus. Minor prob. nam illud tantùm bonum quietat & satiat humanum appetitum, quod in se omne omninò bonum claudit: nullum autem bonũ, præter increatum, omne omninò bonum in se claudit, cùm omne bonum, præter increatum, sit limitatum atque finitum in certa specie boni. Maior prob. nam illud bonum quietat atque satiat humanum appetitum, quod possessum non relinquit illum cum vlteriori tendentia ad aliud bonum: illud autem bonum non relinquit humanum appetitum cum vlteriori tendentia ad aliud bonum, quod in se vno continet quidquid potest humanus appetitus desiderare. Cùm enim hic intra obiectum suę sphæræ claudat omnem rationem boni, illud tantùm obiectum poterit ipsum quietare, quod in se continet omnem omninò rationem boni; quod quamdiu non attingit, semper manet in continua tendentia ad vlterius bonum.

18. *Confirm.*

Dices: Appetitus humanus est finitus, ergo satiari potest bono finito. Confirm. Alioqui neque satiari posset bono increato possesso per actum finitum, quia adhuc manet in potentia ad perfectiorem actum. Resp. appetitum humanum esse finitum subiectiuè, infinitum obiectiuè; ac proinde satiari non posse, nisi bono increato, quod solum est infinitum. Ad confirm. nego sequelam. Ad probat. concedo, appetitum humanum manere in potentia obedientiali ad perfectiorem actum circa obiectum increatum clarè visum; nego tamen, manere inquietum & inexpletum. Quia perfectior actus non affert Beato perfectiorem bonitatem ex parte obiecti, sed perfectiorem dumtaxat modum ex parte appetentis; eadem quippe obiectiua bonitas relucet omnibus Beatis: appetitus autem intellectualis principaliter satiatur bonitate obiecti; nam bonitatem ipsam actus appetit propter bonitatem obiecti, quatenus est possessio & consecutio ipsius.

Appetitus humanus est finitus subiectiuè, infinitus obiectiuè.

Ratio.

19. Pro solutione argum. oppos. it. opin. nota, nos hîc tantùm disputare de beatitudine obiectiua vltima & perfecta hominis vt homo est, de qua etiã disputabant antiqui Philosophi, dũ absolutè pronuntiabant, illam consistere in aliquo bono creato: hanc verò nos dicimus consistere in ipso obiecto increato: nam hoc tantùm perfectè satiare potest humanum appetitum, quo homo constituitur vt homo est. Quo posito, adhuc duplex fieri potest quæstio: Prima, An perfectio corporis pertineat ad perfectam beatitudinem hominis, & num possit perfecta beatitudo hominis saluari cum miseria corporis, & indigentia externorum bonorum. Secunda, Cuius beatitudinis capax esset homo in pura natura constitutus. Ad 1. quæst. resp. 20. pertinere integraliter, non autem essentialiter: etenim Christus etiam in summis cruciatibus corporis, & extrema penuria rerum omnium, erat vt homo essentialiter beatus: & quilibet purus homo esset essentialiter beatus, etiamsi cum clara visione Dei, in qua beatitudo hominis essentialiter consistit, æternis cruciaretur tormentis. Ratio prioris: quia sicut corpus integrat hominem, ita & beatitudo corporis, hominis beatitudinem. Ratio posterioris: quia sicut beatitudo formalis essentialiter consistit in coniunctione cum summo bono, ita obiectiua in ipso summo bono vitaliter nobis coniuncto. *Dices:* Sicut corpus essentialiter integrat hominem, ita & beatitudo corporis, hominis beatitudinem. Rep. nego conseq. quia corpus connenit cum anima in ratione partis essentialis ad cõstituendum vnum physicum compositum: at beatitudo obiectiua corporis non conuenit cum beatitudine obiectiua animæ ad constituendum vnum obiectum beatificum; quoniam obiectum beatificum propriè dicitur respectu appetitus intellectualis; alioqui, vt rectè infert *Aristl.* 1. *Eth. c.* 9. etiam respectu bonis & equi daretur obiectũ beatificum. Ad 2. quæst. resp. hominem in pura 21. natura constitutum, capacem esse beatitudinis tantùm imperfectæ; eo tamen modo, quo in eo statu beatitudinis capax esset, non posse esse beatum, nisi in bono increato per naturalem atque imperfectam possessionem illius, quæ sita esset in abstractiua cognitione Dei, & naturali dilectione eiusdem, cum practica operatione virtutis, qualem de facto in homine posuit *Philos.* 10. *Eth. c.* 8.

Sup. ex dict.

Ad primũ Perfectio corporalis pertinet ad beatitudinẽ integraliter.

Discrimen

Aristotel.

Resp. ad secundum.

Aristotel.

Nec refert, quod beatitudo illius status esset valdè imperfecta, cum repugnantiâ carnis & spiritus, plurimâ ignorantiâ, peccandi pronitate, libidine, pudore, mortalis vitæ miserijs, ac proinde homo aspiraret ad perfectiorem felicitatem, irrito semper appetitu, nil inquam refert, quin potuerit homo dici & esse beatus pro ratione status ipsi maximè naturalis, quantumuis imperfectissimè beatus. Cùm enim homo natura sua, aut sibi relictus sit nihilum existentiæ, nec ipsius naturæ sit debita existentia, multò minùs ipsius naturæ existenti erit debita felicitas alia ab ea, quam sibi potest vt proprietatem acquirere, abstractiuam scilicet Dei cognitionem, & amorem, nec perfectiorem Deus necessariò infunderet, quam natura non exigeret, supernaturalem scilicet quoad modum, vel quoad substantiam. Ius igitur supremi Dominij ac perfectionem nulla imperfectione mixtam Deo negat, qui beatitudinem, quantumuis imperfectam, in pura natura non constituit possibilem. Constituit illam possibilem Augustinus, licet illam de facto à Philosophis adstructam impugnarit.

Beatitudo naturalis imperfecta

ab Aug. egmto.

SECTIO III.

An beatitudo nostra formalis sit aliquid increatum?

PRIMA sentent. affirmat: Est *Hugonis de S. Victore tom.* 3. *Opusc. de Sapientia animæ Christi*, qui id tantùm asserit de anima Christi, intuente 23. *Sentent. Hugonis.*

Digitized by Google

essentiam Dei per ipsam visionem increatam Dei, sibi formaliter communicatam per modũ speciei expressæ: idque vt saluet, quo pacto iuxta Apost. ad Colos. 2. in Christo inhabitet *omnis plenitudo diuinitatis*. Idem asserit de omnibus Beatis *Ioan. de Ripa apud Capreol. in 3. dist. 14. q. 1. initio, ar. 2. & apud Gaiet. 3. p. q. 9. ar. 2. initio, & alij apud Gregor. dist. 7. q. 2. ar. 2.* Potissimum fundam. *Ioan. de Ripa* est, quoniam beatitudo nostra formalis consistit in clara visione essentiæ diuinæ: hęc autem nequit visione creata ab intellectu creato videri, sed visione ipsa increata, communicata creaturæ per modum speciei expressæ, & actus vitalis. Idem asserit de amore beatifico. Minorem probat 1. quia per visionem creatam non saluatur visio intuitiua Dei; in omni quippe visione, quę realiter distinguitur à visibili, obiectum videtur in ipsa visione tamquam in specie & imagine. Igitur si visio, qua Beati Deũ intuentur, realiter distinguitur à Deo viso, non poterit talis visio esse intuitiua, sed abstractiua & ænigmatica; ac proinde Beati nõ videbunt Deum in se ipso *sicuti est*, contra Scripturam. 2. Non saluaretur obiectiua apparentia infinitatis Dei in intellectu Beatorum: nam apparentia obiectiua non excedit formalem, cùm sit effectus formalis ipsius; ergo si visio, qua Beati Deum vident, est creata, & consequenter finita, non poterit per eam Deus apparere obiectiuè infinitus intellectui Beatorum. Confirm. quia obiectum apparens, non est obiectum ipsum realiter existens, sed intentionaliter expressum in sua specie atque imagine. Quod inde constat, quia variata apparentia formali, variatur obiectiua, alioqui si obiectiua esset res ipsa secundùm se, non variaretur obiectiua, variata formali. 3. Sequeretur, creaturam non beari in ipso Deo vt in obiecto beatifico, sed in re creata. Sequela probatur: nam destructo per impossibile Deo, & conseruata visione creata de eodem Deo in intellectu Beati, adhuc Beatus foret Beatus, non secùs ac nunc; cùm eodem modo Deus obiectiuè apparerit intellectui Beato tunc, atque apparet nunc. 4. Si visio Dei esset creata, sequeretur, quòd non posset æqualem cognitionem naturalem habere summus atque infimus Beatus, vterque habens omnia naturalia paria. Sequela probatur: nam quò intellectus creatus intensiùs versatur circa vnum actum, eò remissiùs efficitur circa reliquos, alioqui non tot, quin plures actus intensiores elicere posset, quod repugnat eius finitudini & limitationi. 5. Non repugnat, Deum communicari intellectui creato per modum speciei impressę, ergo nec per modum speciei expressę. Antecedens plerique de facto admittunt, concedendo, diuinam essentiam per modum speciei impressę communicari intellectui Beatorum. Consequentia verò probatur, quia minùs repugnat Deum communicari per modum actus, quàm per modum habitus; sed species impressa est habitus, expressa actus; ergo. 6. Non repugnat, Deum communicare suam personalitatem naturę creatæ, ergo nec suam intellectionem intellectui Beatorũ. Antecedens est de fide. Consequentia probatur, quia maius est, communicare propriam personalitatem alterę naturæ, quàm propriã intellectionem intellectui creato; quia per illam facit vnum per se cum creatura, ratione cuius creatura dicitur verè & propriè Deus, quod non facit per intellectionem creaturę communicatam.

Secunda sent. negat. *Est S. Thoma 1.2 q. 3. ar. 1. Capreoli, Gregorij, Caietani locis cit.* & reliq. Scholast. *in 4. dist. 49.* Vnde oppositam sent. *temerariam* appellat *Curiel 1.2. q. 3. art. 8. q. sua 4. §. 5. Medina & Vasquez d. 7. c. 2.* grauioris notæ illam insimulant, multis variis Scripturis & Concilijs: à Synodo Constantinop. 6. vbi *actione 18. ex verbis Leonis I. qua habentur Epist. 10. ad Flauian. Episc. Constantinop. c. 4.* ita habetur: *Agit vtraque forma cum alterius communione quod proprium est; Verbo scilicet operante, quod Verbi est, & carne exequente, quod carnis est: nec enim in quoquam vnam dabimus naturalem operationem Dei & creaturæ.* Et clariùs paulò post: *Iuxta quam rationem & duas naturales voluntates & operationes confitemur.* Atqui si anima Christi eadem visione & dilectione, qua Deus se ipsum cognoscit & diligit, cognosceret & diligeret, non duæ, sed vna foret in Christo operatio, contra Concilij confessionem. Quòd si hoc de anima Christi verum est, à fortiori de quocumque Beato verum erit.

Prob. 2. Hęc veritas hac vnica ratione: Beatitudo nostra formalis sita est in operatione vitali, qua Deum videmus & diligimus: de ratione autem operationis vitalis est, vt vel sit eadem cum principio vitę quod per ipsam operatur, vel saltem vt ab ipso principio vitę actiuę promanet: neutrum autem conuenire potest visioni increatę respectu intellectus creati; ergo beatitudo nostra formalis consistere non potest in visione increata nobis cõmunicata. Maior apertè colligitur ex illis Ioan. *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te.* Minor subsumpta patet; nam neque visio increata cõstituere potest vnum identicè cum intellectu creato, neque ab ipso actiuè procedere. Minor assumpta prob. tum à poster. nam vitaliter operando spiritus consumimus, vt patet ex animalis lassitudine: spiritus autem non consumũtur patiendo, sed agendo. Neque dicas consumi spiritus, quia non solùm patimur recipiendo, sed etiam agimus producendo in nobis actus vitales: quibus tamen productis non tendimus ad obiecta per actiuam inclinationem ipsorum ad obiecta, sed per passiuam dumtaxat receptionem eorum in nobis. Nam si hoc esset, posset quis diu in eodem actu absque vlla consumptione spirituum & lassitudine perseuerare, cùm tamen oppositum experientiâ constet. Ergo signũ est, nos non tendere ad obiectum passiua tantùm informatione actus, sed actiua tendentia vitalis potentię ad obiectum; ita vt nil aliud sit vitalis operatio, quàm actiua tendentia potentiæ ad obiectũ, qua cessante cessat obiecti perceptio. Tũ à priori: quoniã videre, & appetere nil aliud formaliter importãt, quàm actiuam tendentiam videntis atque appetentis ad obiectum. Videre enim idem est, quod se ipsum ad visibile mouere: sicut appetere est se ipsum erga appetibile mouere. Vide dicta *Tomo 1. disp. 9. sect. 10.* Confirm. ex *S. Thoma 2.2. q. 23. art. 2. in corp.* de ratione amoris est vt sit voluntarius; nihil enim diligere possumus nisi voluntariè: voluntarium autem essentialiter importat actiuam tendentiam voluntatis ad obiectum; est enim ipsa actiua inclinatio voluntatis ad bonum pręcognitum: igitur implicat, vt sit vitalis operatio, & non actiuè procedat à principio vitæ, cuius est vitalis operatio, aut saltem sit eadem identicè cum ipso principio vitę. Ad fundam. Hugonis, nego, ex cit. verbis Apost. aliquid in ipsius sententiæ fauorem colligi: non enim verba illa intelliguntur de plenitudine diuinitatis inhabitantis in Christo, per intrinsecam cõmunicationem propriorum actuum vitalium cognitionis & amoris increati, sed de plenitudine diuinitatis inhabitantis in Christo personaliter, per communicationem propriæ personæ, vt explicat Augustin. *epist. 57. ad Dardanum circa finem.*

Ad

Prob. 1. Synod. Constantinop. 6. clarissimè prior ẽ sent. damnat

Ioan. de Ripa fund.

24. *Probat 1.*

Secundò.

Confirm.

26. *Tertiò.*

27. *Quartò.*

28. *Quintò.*

29. *Sextò.*

30. *2. Sent. negans vera*

31. *Prob. 2. Beatitudo formalis est quid creatum.*

Ioan. 17.

Actus vitales important actiuã tendentiam operantis ad obiectũ.

32. *Confirm.*

33. *Ad fund. Hugonist*

Digitized by Google

34. *Ad fund. Ioan. de Ripa.* Ad fund. *Ioan. de Ripa, neg. minor.* Ad 1. probat. neg. sequela: Duplex enim distinguitur visio, altera expressiua obiecti in se, altera tantùm adductiua seu inclinatiua potentiæ ad obiectum secundùm se. Per priorem videtur obiectum in ipsa visione intentionaliter expressum; per posteriorem videtur in se ipso realiter existens. Ceterùm visio, qua Beati Deum cernunt, non est expressiua obiecti in se, sed adductiua tantùm potentiæ ad obiectum secundùm se; atque adeò per illam non videtur Deus in ipsâ intentionaliter expressus, sed in se ipso realiter existens.

Duplex visio obiecti.

35. *Ad 2. probat.* Ad 2. pari modo neganda sequela. Ad prob. nego apparentiam obiectiuam non excedere formalem, quando formalis est tantùm ratio *quâ*, & pura tendentia ad obiectum. Duplex enim est apparentia obiecti, altera realis, quando obiectum per se ipsum apparet intellectui, præsuppositâ vnione vitali intellectus cum ipso obiecto: altera intentionalis, quando obiectum non per se ipsum, sed media specie sui apparet intellectui. Deus autem obiectiuè apparet intellectui Beatorum, non per aliquam speciem aut imaginem sui, sed immediatè per se ipsum, posita tantùm vnione vitali, quæ est visio ipsa vitaliter vnions intellectum Beati cum ipso obiecto increato secundùm se. Patet ad confirm. cum sua prob. nam tunc variatur obiectiua apparentia variatâ formali, quando formalis non est pura tendentia & vnio vitalis potentiæ cum suo obiecto, sed adæquata causa formalis, & ratio expressiua ipsius obiecti in se ipsa, tamquam in propria & naturali imagine. Nam tunc, quia tota ratio, cur obiectum appareat potentiæ, est visio ipsa continens in se intentionaliter obiectum, variatâ, variatur obiectum ipsum secundùm esse apparens & intentionale: secùs quando visio est pura vnio vitalis ad obiectum; quia tunc visio non est totalis & adæquata ratio obiectiuæ apparentiæ rei quæ videtur.

Apparentia obiecti alia realis, alia intentionalis.

36. *Ad conf.*

37. *Ad 3. probationem.* Ad 3. prob. neg. sequela, eiusque prob. quia cùm visio beatifica non contineat Deum expressiuè & intentionaliter, sed sit pura tendentia ad obiectum, quod per se ipsum immediatè terminat potentiam, Deo per impossibile non existente, nõ amplius videretur obiectũ ipsum beatificũ, cuius oppositũ immeritò docet *Vasquez* 1. 2. *d.* 7. *in fine.*

Vasquez.

38. *Ad 4.* Ad 4. Primò idem dici posset in opposita sententia: nam quamuis intellectus creatus non produceret visionem increatam, deberet tamen per illam attendere ad obiecta quæ per eam sibi repræsentarẽtur: quę attẽtio minueret virtutẽ ad reliquos actus naturales. 2. respõdet (*Capreol. loco cit. ar.* 3. *ad arg. loco* 3. *contra* 1. *concl. addũla*; ad 1. neg. sequel. quoniã cognitio matutina, cùm non fiat per speciẽ, sed immediatè per obiectum ipsum beatificũ, non impedit cognitionem vespertinã, quæ est per propriam speciem rei. Sed contrà: nam siue cognitio sit per propriam speciem, siue per obiectũ ipsum, semper requirit determinatã attentionem potentiæ, quæ minuitur circa reliquos actus, quò magis potentia occupatur circa vnum. Resp. 3. & *dico*, quòd quamuis ex vna parte minuatur virtus potentiæ ad plura obiecta in Verbo attendentis, ex alia tamen parte eadem virtus augetur: quia quantò minuitur de virtute naturali, tantò augetur de supernaturali: etenim lumen gloriæ non solùm roborat potentiam ad cognoscenda obiecta in Verbo cognitione matutinâ, sed etiam in proprio genere cognitione vespertina; eò quòd omnis virtus inferior, ex coniunctione cum superiore perficitur intra suum gradum, vt constat de appetitu sensitiuo, qui per coniunctionem cum intellectiuo hominis,

Capreolus resp. 2.

Contrà.

39. *Respõdeo 3.*

euadit intra suum gradum perfectior. Ad 5. negãda consequentia. nam species impressa est principium purè effectiuum, expressa verò est actus vitalis: potest autem Deus se communicare vt principium purè effectiuum, non autem vt actio vitalis, quoniam hęc essentialiter postulat actiuam dependentiam ab intrinseco principio vitæ, quod per ipsam operatur. Quâ de causa neque potest Deus se cõmunicare vt principium effectiuum vitale; nam etiam hoc postulat dependentiam à principio radicali vitæ, quod per illud tamquam per suum intrinsecum & connaturale instrumentum operatur. Ad 6. neg. consequentia ob eamdem rationem: nam intellectio ex natura sua postulat actiuam dependentiam, vel identitatem cum principio ipso intelligente: quam dependentiam non postulat persona à natura quam terminat, vel sustentat.

40. *Ad quintũ.*

41.

SECTIO IV.

An beatitudo nostra formalis consistat in actu, an in habitu?

42. CVm beatitudo formalis consistat in coniunctione creaturæ intellectualis cum summo bono; cumque coniunctio creaturæ intellectualis cum summo bono duplex esse possit, habitualis & actualis, meritò in litem vocatur, in quanam ex his formaliter consistat. Porrò habitualis coniunctio cum summo bono adhuc duplex esse potest, vel per vnionem essentiæ cum Deo, vel per vnionem potentiæ cum obiecto increato.

43. *Prima sent.* Prima sent. affirmat, beatitudinem nostram formalem principaliter consistere in habituali coniunctione animæ cum bono increato; minùs verò principaliter in actuali operatione potentiarum eiusdem animæ cum obiecto increato. Est *Henrici Quodlib.* 13. *q.* 12. *& Bonau. in* 4. *dist.* 49. *art.* 1. *q.* 1. *ad vlt.* quorum ille habitualem hanc coniunctionem animæ ad Deum explicat per intimum illapsum & circuminsessionem diuinitatis in animam, exemplo ignis penetrantis profundè se cum ferro: ratione cuius penetrationis profundæ nihil apparet in ferro nisi ignis, cuius candore & ardore totum ferrum candet & ardet. Ita ratione talis illapsus & circuminsessionis diuinitatis in animam, nihil apparet in anima nisi Deus, cuius increata luce lucet, & ardore charitatis ardet. Hic verò huiusmodi habitualem coniunctionem explicat per habitum de genere qualitatis, qui sit principium operationis, per quam vltimò, minùs tamen principaliter completur nostra formalis beatitudo.

44. *Probat Henricus.* Quòd autem de ratione beatitudinis sit huiusmodi diuinitatis illapsus in ipsam essentiam animæ, probat *Henricus*: Quia non solùm potentia, sed essentia ipsa animę beatificabilis est; nam etiam ipsa essentia animæ habet appetitum innatum ad bonum increatum, atque adeò per illud perfectibilis est: beatitudo autem est completa & adæquata satietas totius appetitus intellectualis naturæ; igitur illa non solùm consistit in coniunctione potentiarum cum obiecto increato, sed etiam ipsius animæ essentię cum Deo summo bono. Quòd verò hæc ipsa habitualis coniunctio essentiæ animæ cum Deo, principaliùs ad nostram beatitudinem spectet, probat *Henricus*: tum quia per eam beatificatur essentia, per operationem verò potentia, quæ est accidens animæ: tum quia per hanc Deus perfectiùs coniungitur nobis, quia intimius & immediatiùs, nempe per ipsammet essentiam

45. increatam,

Digitized by Google

increatam, nullo medio creato intercedente; cum potentijs verò solùm extrinsecè, & mediante operatione creata. Ceterùm notat *Bonau.* habitum vt principium operationis pertinere ad beatitudinē, quia beatitudo est summa perfectio; igitur includit habitum vt principium sui. Probat autem pertinere principaliter, quoniam habitus est perfectior actu. 2. Sent. negat. *Est S. Thomæ* 1. 2. *q.* 3. *art.* 2. *Scoti in* 4. *q.* 2. *§. Ad quæstionem*, &c. & Scholast. ibid. *Arist. lib.* 1. *Eth. c.* 7. 8. 9. *&* 10. *& lib.* 10. *c.* 6. 7. *&* 8. in quibus locis beatitudinem collocat in operatione, nullius habitus mentione facta. Pro cuius explicatione,

Bonauent.

46. *2. Sententia verior S. Thom. Scot. Arist.*

47. *Beatitudo formalis nō consistit in solo habitu. Henricus. Bonauent.*

DICO 1. Nequit beatitudo nostra formalis essentialiter saluari in sola coniunctione habituali ad bonum increatum. Est omnium, *quod nec ipse Henricus & Bonau. negant*, sed tantùm affirmant, habitualem coniunctionem ad beatitudinem requiri vt quid principalius. Fundamentum est, quoniam in ea coniunctione cum summo bono nostra beatitudo formalis essentialiter consistit, qua habita, rationalis appetitus quiescit: sed nulla coniunctio habitualis cum summo bono est huiusmodi; ergo. Maior est ipsa beatitudinis definitio: nam quamdiu rationalis appetitus non quiescit, nondum assecutus est suam beatitudinem, quę in eo formaliter consistit, vt perfectè satiet atque expleat appetitum rationalem, tollendo ab eo omnem potentialitatem ad vlteriorem perfectionem, cuius est capax. Minor prob. quia nulla coniunctio habitualis vnit vltimò appetitum rationalem cum obiecto beatifico; atque adeò nulla coniunctio habitualis tollit potentialitatem ad vlteriorem perfectionem, cuius appetitus ipse rationalis est capax.

48. *Confirm.*

Confirm. nam maior coniunctio habitualis creaturæ cum Deo excogitari non potest, quàm per vnionem hypostaticam; sed hęc non sufficit ad perfectè beandum appetitum rationalem, quia posset natura humana hypostaticè vniri Deo, & adhuc esse in potentia ad beatitudinem essentialem; cùm non implicet, animam Christi esse vnitam Deo hypostaticè, & eo non frui; ergò nequit formalis beatitudo creaturę intellectualis essentialiter consistere in habituali coniunctione ipsius cum Deo.

49. *Nulla habitualis coniunctio animæ cū Deo spectat essentialiter ad formalem beatit.*

DICO 2. Nulla habitualis coniunctio animæ cum Deo spectat essentialiter ad formalem nostrā beatitudinem. Fundam. quoniam id non spectat essentialiter ad formalem nostram beatitudinem, quo sublato, adhuc integra manet nostra formalis beatitudo: atqui sublata quacumque habituali cōiunctione animæ cum Deo, adhuc integra manet formalis nostra beatitudo; igitur nulla habitualis coniunctio animæ cum Deo spectat essentialiter ad formalem nostram beatitudinem. Maior patet, quia nihil est intimius rei, quàm propria sui ipsius essentia; igitur si potest integra beatitudo nostra formalis quoad essentialia saluari absque habituali coniunctione subiecti cum bono ipso increato, talis coniunctio non erit de essentia beatitudinis nostræ formalis. Minor prob. nam formalis nostra beatitudo essentialiter consistit in assecutione vltimi finis, & perfecta possessione Dei, quatenus obiectum beatificum est: atqui totum hoc haberi potest absque vlla coniunctione animæ cum Deo. Minor constat, nam assecutio vltimi finis, quæ est formalis possessio Dei, quatenus obiectum beatificum est, haberi potest per actus intellectus & voluntatis, independenter à quacumque præuia & antecedēte coniunctione habituali creaturæ cum Deo; nam quidquid fieri potest per habitum, suppleri potest efficienter à Deo; neque habitus alio modo ad formalem nostram beatitatem concurrit, quàm efficienter. Maior prob. quoniam beatitudo formalis est perfecta possessio & assecutio beatitudinis obiectiuæ; sed hæc essentialiter consistit in vltimo fine, & obiecto ipso beatifico; ergo in ea dumtaxat essentialiter consistit beatitudo nostra formalis, quæ est perfecta assecutio & possessio beatitudinis obiectiuæ.

50. *Explicatur magis ratio fund.*

Etenim dupliciter potest creatura intellectualis habitualiter coniungi cum bono increato, vel secundùm essentiam, vel secūdùm potentiam: neutra autem coniunctio pertinet essentialiter ad formalē beatitudinem. Maior constat, nam secundùm hanc duplicem dūtaxat rationem creatura intellectualis coniungibilis est cum Deo; etenim secundùm essentiam cōiungibilis est cum Deo, vel per modum obiecti diligibilis & filiationis adoptiuæ, medio dono gratiæ sanctificantis, aut alterius qualitatis supernaturalis cum Deo diligente, & adoptante; vel per modum naturę suppositabilis, media vnione hypostatica, cum aliqua persona diuina supposita. Secundùm potentiam verò coniungibilis est per modum principij intellectiui & appetitiui, medio habitu luminis gloriæ & charitatis cū Deo obiecto intelligibili & appetibili. Minor prob. nam vtrâque habituali coniunctione sublatâ, tam ex parte essentiæ per gratiam & vnionem hypostaticam, quàm ex parte potentię per habitum luminis, & charitatis infusæ, adhuc posset creatura perfectè beari per formalem coniunctionem cum obiecto ipso beatifico, media visione atque dilectione Dei.

51. *Confirm.*

Confirm. quoniam si talis coniunctio habitualis creaturæ cū Deo necessaria esset ad beatitudinem formalem, nullus nisi solus animus Christi Domini esset perfectè beatus, quia nullus nisi animus Christi habet summam coniunctionem habitualem cū Deo: beatitudo autem consistit in summa coniunctione creaturæ cum Deo, tamquam cum bono beatifico, non quidem quoad intensionem, sed quoad speciem coniunctionis, quia debet tollere omnem potentialitatem ad vlteriorem perfectionē obiectiuam, cuius capax est subiectum ipsum beatificabile: alioqui non constitueret illud in vltimo & perfectissimo statu beatifico. Cùm igitur gratia non attingat eam coniunctionem substantiæ creatę cum Deo beatificante, quam attingit vnio ipsa hypostatica, nullus nisi solus animus Christi erit perfectè beatus.

52. *Dices.*

Dices: Ad beatitudinem essentialiter requiritur amicitia Dei erga Beatum: hęc autem nō nisi per donum gratiæ habitualis haberi potest, cùm hęc tātùm, *teste Trid. sess.* 6. *c.* 7. sit vnica causa formalis amicitiæ nostrę erga Deum, & Dei erga nos. *Resp. neg. min.* nam hęc non solùm habetur per donum gratiæ, sed etiam per ipsam visionem Dei, in qua saltem partialiter beatitudo nostra formalis consistit, quia cùm amicitia, *auctore Philos.* 8. *Eth.* fundetur in similitudine naturæ; cumque duplex sit naturæ similitudo nostri ad Deum, vna per participationem proprietatis diuinæ, quę habetur per gratiam, mediante quâ, *Petro* teste, *diuinæ efficimur consortes naturæ*; altera intentionalis per imaginē intellectualem, nō solùm Deus amat nos amore amicitiæ per donum gratiæ, sed etiam visionis beatæ. Ceterùm Trident. *cit. loco* tātùm loquitur de amicitia Dei erga puros viatores quæ per donū gratiæ habitualis tantùm habetur, vt suo loco constabit.

Resp.

Duplex similitudo inter creaturam & Deum.

2. Petri 1.

Trident.

53. *Beatitudo formalis solùm consistit in operatione naturæ intellectualis.*

DICO 3. Beatitudo nostra formalis essentialiter consistit in sola operatione naturę intellectualis. Colligitur ex *Ioan.* 17. *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum. &* 1. *Ioan.* 3. *Videbimus eum sicuti est.* Ratio; quoniam in ea perfectione

Prob. à priori perfectione essentialiter consistit beatitudo nostra formalis, quæ est vltima assecutio & possessio beatitudinis obiectiuæ: hæc autem est sola operatio; nam sola operatio vnit vltimò subiectum beatificabile cum obiecto beatificante. Maior prob. nam in ea perfectione essentialiter consistit beatitudo nostra formalis, quæ non relinquit in nobis vlteriorem tendentiam ad beatitudinem obiectiuam: hoc autem sola præstat operatio, quoniam vltra hanc non datur vlterior coniunctio subiecti beatificabilis cum obiecto beatificante. 54. *Dices:* Vltima perfectio præsupponit essentialiter primam; ergo vltima coniunctio per actum, præsupponit essentialiter primam per habitum. *Dices* *Resp.* Resp. præsupponit essentialiter primam ad vltimam prærequisitam necessariò, concedo; ad vltimam prærequisitam tantùm connaturaliter, nego. Coniunctio autem per habitum non nisi connaturaliter prærequiritur ad vltimam cognitionem per actum; nam fieri potest vltima coniunctio per actum absque prævia coniunctione per habitum; sola autem nuda substantia cum potentia rationali creaturę, & virtus supernaturalis operatiua Dei, essentialiter prę supponitur ad formalem beatitudinem, illa vt subiectum beatificabile, hæc vt virtus beatificans.

55. Ex his constat, beatitudinem integrari ex operatione creata nobis inhęrente, & obiecto increato extrinsecè terminante: vtrumque enim essentialiter includit nostra beatitudo, principaliùs tamen obiectum, quia in obiecto, non in actu primariò & vltimatè quiescit appetitus rationalis; nam actum ipsum appetit propter obiectū. Quocirca si vnum separari posset ab alio, potiùs eligeret obiectum sine actu, quàm actum sine obiecto: vnde hoc amat amore amicitię & propter se; illud amore concupiscentiæ, & propter aliud: suam quippe beatitudinem amat Beatus propter Deum, quem supra se ipsum & supra cetera omnia diligit. *Leg. Ægid. in 2. dist. 5. q. 2. ar. 2. §. Hac ergo: Aureol. in 4. dist. 49. ar. 1. & Vasquez 1. 2. disp. 8. in fine.* *Beatitudo principaliùs dicit obiectum quàm operationem*

56. Ad fundam. *Henrici*, in primis *nego*, Deum illabi in essentias Beatorum distincto illapsu, quo in eas illabitur in hac vita. Etenim dupliciter Deus illabitur in essentias Beatorum in patria; vno modo per conseruationem, qua attingit & penetrat totum esse quod in illis est: alio modo per gratiam, ratione cuius dicitur Deus habitare in illis tamquam in proprio tęplo, tum quia producit & conseruat in illis peculiarem participationem suæ naturę, tum quia eos diligit peculiari amore amicitię, efficiendo illos proportionatū obiectum suæ amicitiæ; tum quia illos promouet ac protegit specialibus auxilijs tamquam filios adoptiuos in ordine ad actus supernaturales. At hæc omnia præstat Deus in animis iustorum in hac vitâ; ergo nullo peculiari illapsu illabitur Deus in essentias Beatorum in patria, quo non illabatur in essentias iustorum in via. Nec refert, quòd gratia in patria dicatur euadere perfectior: quoniam non euadit perfectior intrinsecè, sed tantùm extrinsecè ratione visionis beatę, reddentis illam inamissibilem respectu subiecti in quo est. Nec est alius modus, quo Deus illabatur in essentias iustorum. 57. *Resp. 2.* 2. Esto, Deus peculiari illapsu illabatur in essentias Beatorum, adhuc talis illapsus ad formalem beatitudinem necessarius non est; nam formalis beatitudo essentialiter cōsistit in vitali assecutione & possessione obiecti beatifici. Vnde concedo Henrico, non solùm potentiam, sed etiam essentiam ipsam animæ rationalis esse beatificabilem: nego eam esse beatificabilem per huiusmodi illapsum, vel aliam quamcumque habitualem coniunctionem cum Deo, sed per solam vitalem attingentiam obiecti beatifici, quâ non solùm beatur potentia, sed etiam essentia animæ: quoniam, *vt ex Philos. suppono*, ad actum vitalem, cognoscitiuum & appetitiuum non solùm concurrit potentia, sed etiam substantia ipsa viuentis, vt principalis causa & forma perceptiua obiecti. Vnde nego, per operationem vitalem beari solam potentiam, & non essentiam ipsam viuentis. Nego etiam, Deum vniri substantiæ Beatorum immediatè per suam essentiam, nullo medio creato intercedente: nam implicat, creaturam de nouo fieri peculiari modo vnitam Deo, absque medio in ea de nouo producto; implicat namque, de non vnitā fieri peculiari modo vnitam, absque aliqua mutatione, non Dei, qui capax non est; ergo creaturæ. *Per operationem beatificam potentia, & essentia beatur*

58. Ad fundam. Bonauen. concedo beatitudinem esse summam perfectionem, non in genere entis, sed assecutionis & vitalis attingentię obiecti beatifici. Est enim hæc summa perfectio beatitudinis metienda non simpliciter & secundùm se, sed respectiuè & ratione subiecti beatificabilis: summa autem perfectio respectu subiecti beatificabilis, non est summa simpliciter & secundùm se, sed in genere operationis & vitalis attingentiæ obiecti beatifici: nam cùm beatitudo formalis sit propter obiectiuam, in quâ vltimò quiescit appetitus creaturæ rationalis; ea erit summa in ratione beatitudinis formalis, quæ perfectissimè vnit appetitum rationalem cum beatitudine obiectiua. Hęc autem non est habitus, sed actus: nam hic tantùm vnit perfectissimè appetitum beatificabilem cum obiecto beatificante, quia vnit vltimò, vitaliter & immediatè: vltimò, vt ab eo tollat tendentiam ad vlteriorem vnionem; vitaliter, vt per eum percipiat & fruatur obiecto ipso beatifico: nam sine perceptione non habetur fruitio; sine fruitione autem, saltem exercita, non saluatur completus & essentialis conceptus beatitudinis: alioqui beatitudo reperiri posset in lapide, nam etiam lapis vniri potest Deo substantialiter per vnionem hypostaticam: immediatè, vt sit perfectissima vnio vitalis, qualis non esset vnio mediante verbo, aut specie expressa creata; quia hæc non ducit intellectum immediatè ad obiectum in se ipso existens, sed in verbo ipso creato expressum. *Ad fundam. Bonau. Beatit. summa perfectio in genere vitalis attingi*

SECTIO V.

An Beatitudo nostra formalis, & quinis actus vitalis à solo Deo produci possit?

59. HÆc quæstio concernit operosam illam difficultatem de actibus vitalibus, an in sua ratione formali includant actualem dependentiam à proprio principio vitę, tam in genere efficientis, quàm sustentantis. Vnde qui negatiuam quæstionis partem sequuntur, fundantur in natura horum actuum, quorum essentia petit actualem dependentiam tum effectiuam, tum subiectiuam à suo principio vitali: Contrà verò, qui affirmatiuam, opposito nituntur fundamento, videlicet saluari horum actuum naturam absque illa dependentia.

60. Nota, Actus vitales triplicis esse generis, iuxta triplicem ordinem vitę, intelligentis ac volentis, sentientis, & vegetantis. Et sanè quantum ad actus vitæ vegetantis, verior, communiorq; sent. est, eos quoad totam entitatem intrinseci termini nutritionis & generationis, absq; vlla repugnantia fieri posse ab extrinseco principio, nihil ad eos influente *Ordo triplex vitæ actuumque vitalium.*

propria

propria potentia vitali nutritiua ac generatiua: cùm nihil hi actus includant, quod essentialem dependentiam poscat à propria potentia vitali nutritiua, aut generatiua. Etenim totum illud substantiæ accrementum, quod per nutritionem; vel geniti natura, quæ per vitalem seminis decisionem acquiritur, fieri potest à Deo, nullum influxum præbente propria potentia nutritiua, aut generatiua: tametsi in eo euentu animal non diceretur seipsum nutrire ac vegetare, vti nec aliud generare. Neque tales actus denominari possent vitales, cùm non fierent ab intrinseco principio vitæ; neque ipsa principia vitæ denominari vegetare, aut generare per alterius causæ extrinsecam actionem: cùm vegetare ac generare dicant actiuum motum vitæ vegetantis ac gignentis in terminum à se productum. Vnde etiamsi Deus in substantia à se solo producta suppleret totum illud, quod proprius genitor per suam generationem produxisset, non diceretur talis substantia filius talis hominis, defectu solius generationis tanquam rationis fundandæ: etsi posset tam accrementum, quàm substantia à solo Deo producta per nouam actionem conseruatiuam actiuè dependere à tali homine, fieriq; actus vitalis ipsius, & filius ac genitus. Ob hanc rationem non dicitur Christus secundùm naturam humanam habuisse Patrem in terris, sicut dicitur habuisse Matrem: quoniam etiamsi Spiritus S. in natura humana Christi suppleuerit totum id, quod proprius Parens per generationem dedisset, quia tamen illam ab homine non accepit media generatione virili, nullius viri, sed fœminæ dumtaxat filius dicitur. Sola ergo controuersia est de actibus vitalibus vitæ intelligentis, volentis, ac sentientis.

Prima dubitatio

An Actus vitales beatifici de facto in Beatis à solo Deo producantur?

61. *Affir.* PRima sent. affirmat: *Ockamus in 1. dist. 1. qu. 2. Conc. 2. & in 2. qu. 19 Conc. 3. Mayoronus in 3. dist. 12. quæst. 1. Rubio dist. 14. quæst. 2. §. ad cuius euident. Conc. 3. & in 4. dist. 49. qu. 2. art. 2. Conc. 4. Marsil. in 3. quæstion. 10. art. 2. Conclu. 4. Gabriel in 1. distinct. 1. quæstione 2. artic. 2. Conc. 4. & ipsius supplem. in 4. dist. 49. quæst. 2. art. 3. dub. 2. Camerac. apud Maiorem in 4. dist. 49. quæst. 2. Probabilem illam censent. Richardus in 4. dist. 49. art. 3. quæst. 1. Palud. ibid. qu. 1 art. 3. ad finem. Maior in 3. dist. 14 quæst. 2. circa medium*, licet de facto oppositum doceat *in 4. dist. 49. quæst.* Probant 1. Ex illo

62. *Probant* Psal. 83. *Gratiam & gloriam dabit Dominus.* At solus Deus producit gratiam, ergo & gloriam. Per gloriam autem hic significari nostram formalem beatitudinem, quâ Deum in Patria perfectè possidemus, docet in hunc locum Augustinus, qui illam cum Apost. *Coronam Iustitiæ* appellat. 2. Multà ex Concilio Arausi. 2. & August. Deus operatur in nobis sine nobis: Hæc autem ex eodem Concilio & August. sunt, prima sancta cogitatio intellectus, & pia affectio voluntatis, quas Deus operatur in nobis sine nobis: ergo solus Deus producit in no-

63. bis actus vitales. 3. Beatitudo est forma supernaturalis omniũ perfectissima: ergo à solo Deo producitur. Anteced. constat, nam in ea consistit suprema nostra felicitas, quæ est summa perfectio creaturæ rationalis. Conseq. prob. quia si quod est imperfectius, cuiusmodi sunt habitus infusi, à solo Deo producitur: à fortiori quod in genere super-

64. naturali est omnium perfectissimum. 4. Nequit beatitudo nostra formalis, nisi per creationem produci, implicat autem, creaturam creare: ergo implicat, creaturam formalem suam beatitudinem producere. Maior prob. nulla forma supernaturalis continetur in potentiâ naturali subiecti, cùm nulla forma altioris ordinis contineri possit in potentia ordinis inferioris: ergo nulla forma supernaturalis educi potest de potentia subiecti: atque adeò necessariò creari debet: cùm inter creationem & eductionem non detur medium. 5. Si beatitudo 66. actiuè produceretur à Beato, liberè posset ab ea cessare, cùm liberè cessare possimus ab omni operatione, cuius ipsi causa sumus. 6. Si beatus suam beatitudinem sibi produceret, seipsum bearet: consequens est falsum, nam solius Dei est beare, iuxta cit. *Gioriam dabit Dominus.* 7. Beatitudo est præ- 67. mium nostrum essentiale; de ratione autem præmij essentialis est, vt totum conferatur à præmiante, alioqui qua parte illud esset à recipiente, non esset præmium: nam ex ea parte, qua esset à recipiente, non esset donum præmiantis, sed operatio, & perfectio ipsius recipientis. 8. Si Beatus actiuè ad suam 68. beatitudinem concurreret, quò nobilioris esset intellectus & voluntatis, eò æquali cum lumine gloriæ & habitu charitatis perfectiorem sibi beatitudinem produceret.

Secunda sent. negat: *quæ communior est ac verior.* 69. Fundam. nam saltem actus vitalis connaturaliùs *Sent. negtenenda* producitur concurrente potentiâ vitali: cùm igitur beatitudo nostra formalis sit operatio vitalis (est enim actus intellectus & voluntatis, qui sunt maximè vitales) connaturaliùs elici postulat ab intrinseco principio vitæ: cùm omnis operatio in Beatis ponenda sit connaturaliori modo, quo potest. Ad 1. Arg. oppositæ sent. neg. conseq. nam 70. aliquid includit gloria, ratione cuius nequit à solo *Resp. ad 1.* Deo produci, quòd non includit gratia. Gloria enim, cùm sit vitalis operatio naturæ intellectualis, includit connaturalem saltem respectum ad intrinsecum principium actiuum vitæ, quem non includit gratia, quæ est forma non vitalis. Et esto gratia sit forma vitalis, vt nonnulli putant, de quo infra, cùm de gratia habituali erit disputatio, adhuc illa à solo Deo produci posset, non autem hæc: quoniam illa ad summum esset vitalis tantùm habitualiter & in actu 1. vt sunt potentiæ vitales: hæc autem est vitalis formaliter & in actu 2. quam solam vitalitatem Deus supplere nequit, vt infrà constabit. Cæterùm dicitur Deus non solùm largitor gratiæ, sed etiam gloriæ, esto gratiæ solus Deus sit productor, non autem gloriæ: tum quia etiam gloriam solus Deus in ipsa gratia tanquam in semine & radice producit; vnde August. gloriam appellat *gratiam pro gratia:* tum quia licet ad gloriam nos ipsi actiuè concurramus, principalis tamen 71. Author solus Deus est. *Ad 2.* Resp. disting. ma- *Ad 2.* ior. solus Deus producit huiusmodi actus sine nobis liberè concurrentibus, concedo, sine nobis 71. physicè influentibus, nego. Citatum autem Con- *Ad 3.* cilium, & Augustinus intelligendi sunt iuxta priorem partem distinctionis. Ad 3. Neg. conseq. imò *Perfectio forma ex connaturali modo procedendi* ex eo quod beatitudo est forma accidentalis omnium perfectissima, non debet à solo Deo produci; siquidem perfectio formæ non tantùm desumenda est ex ipsius entitate, sed etiam ex connaturali modo procedendi à suo principio; connaturalis autem modus procedendi beatitudinis à suo principio, est, vt actiuè ab illo procedat: ergo vt sit forma in suo genere vndequaque perfecta, non tantùm debet à Deo, sed etiam ab ipsa creatura produci, alioquin careret connaturali perfectione procedendi ab intrinseco suo principio vitæ. Ad probationem, negatur consequentia, ob rationem

assigna-

Digitized by Google

assignatam. Nam esto habitus infusi sint imperfectiores beatitudine, beatitudo tamen postulat produci à creatura, non autem habitus: quoniam habitus infusi sunt principia actuũ supernaturalium: principia autem prærequiruntur ad operationem: ergo non possunt saltem connaturaliter, produci per operationem creaturæ. Beatitudo autem est actus vitalis secundus creaturę: actus autem vitalis secundus connaturaliter saltem produci postulat à principio vitali intrinseco, completo per habitum infusum. Ad 4. neg. maior. ad prob. con-
73. *Ad 4.* ced. nullam formam supernaturalem contineri in potentia naturali subiecti; contineri tamen in potentia obedientiali, ex qua omnis forma supernaturalis, quæ siue à Deo tantum, siue à Deo simul cum creatura producitur, educitur. Alioqui nullum actum supernaturalem posset creatura producere: & consequenter ad omnes actus virtutum supernaturalium creatura passiuè tantum se haberet: quod esset destruere omne meritum supernaturale, quod in libertate, quæ in actiua potentia essentialiter consistit, necessariò fundatur. Ad 5.
74. *Ad 5.* Neg. sequela, eiusque prob. non enim à quacunq; operatione, cuius nos causa sumus, liberè cessare possumus, sed ab ea dumtaxat, cuius libera causa sumus, alioqui cessare possemus ab actibus vitę vegetantis. Beatitudo autem non liberè, sed necessariò à beatis producitur, vt infra constabit. Ad 6.
75. *Ad 6.* Neg. sequela: nam ille modus loquendi denotat, quòd creatura sit principalis causa suę beatitudinis: quod falsum est, cùm creatura sit solùm instrumentum obedientiale ad suam beatitudinem pro-
76. ducendam. Ad 7. Minor ad summum vera est;
Ad 7. quando præmium non includit saltem connaturaliter actiuum concursum ipsius subiecti præmiandi: cuiusmodi est beatitudo, quæ, vt vitalis operatio, connaturaliter saltem postulat actiuum influxum ipsius beati. Cæterum nego, beatitudinem non esse donũ Dei: nam licet ad illam actiuè concurrat creatura, principalis tamen causa est solus Deus, medio lumine gloriæ, & habitu charitatis,
77. *Ad 8.* quorum tantùm Deus est Author. Ad 8. Neg. sequel. nam, vt prob. *tomo 1. disp. 9. sect. 16.* perfectior beatitudo non desumitur ex perfectiore potentia beati, sed ex perfectiore lumine gloriæ, eo quòd potentia beati non concurrit ad illam secundùm suum proprium modum specificum, sed tantùm genericum, in quo omnes beati vniuocè conueniunt. Cuius signũ est, quoniam beatitudo non participat proprium modum operandi creaturę, sed Dei: nam tam visio, quàm amor beatificus, tendit ad Deum per modum actus puri, & per modum obiecti immediate diligibilis propter se, qui sunt proprij modi operandi Dei.

Secunda dubitatio

An saltem de possibili Beatitudo nostra formalis ac reliqui Actus vitales à solo Deo produci possint?

78. TRipliciter intelligi potest hæc difficultas. 1. an à solo Deo beatitudo produci possit sub ratione operationis vitalis formaliter: 2. sub ratione operationis vitalis aptitudinaliter. 3. Sub ratione puræ qualitatis. Primo modo implicat ex terminis à solo Deo produci. Fundam. quia implicat, operationem esse vitalem, & actiuè non procedere ab intrinseco principio vitæ: igitur implicat, beatitudinem nostram formalem, & quemcunq; actum potentiæ vitalis à solo Deo produci sub ratione operationis vitalis. Antecedens constat: quoniam operatio non habet vt sit vitalis formaliter à principio vitali extrinseco, alioqui omnis actio creata esset vitalis, cùm omnis actio creata procedat à Deo principio extrinseco vitæ. Nec à subiecto vitali recipiente & sustentante tantùm, alioqui species & habitus recepti in potentijs vitalibus, essent vitales. Nec ab obiectis ipsis, quorum sunt expressiones & inclinationes; nam sæpè ea vitalia non sunt: nequit autem quod vitale non est, vitalitatem formaliter conferre. Habet igitur operatio, vt sit vitalis, formaliter à principio intrinseco vitæ actiuè influente. Implicat igitur, actum esse vitalem, & ad eum actiuè non influere intrinsecum principium vitæ. Confirm. repugnat, motum ab extrinseco tantùm principio impressum, esse vitalem animalis: ergo repugnat, intellectionem aut volitionem ab extrinseca tantùm causa productam, esse vitalem homini. Conseq. prob. nam sicut à motu sublata tantùm actiua dependentia ab intrinseco principio vitę, desinit esse vitalis: ita sublata tantùm ab intellectione aut volitione actiua dependentia ab intrinseco principio vitæ, desinit esse & denominari vitalis.

Vitalis actio sine principio vitæ implicat.

Quoad 2. sensum, *Scotus in 3. dist. 13. quæst. 4. §. ad 3 qu. & quodlib. 15. §. sed hic: Greg. in 1. dist. 42. qu. 1. art. 2. Conc. 2. Palai. in 4. dist 49. disp. 1. §. hæc sunt: Vega lib. 6. in Trident. cap. 8. Soncinas 9. Metaph. qu. 20. ad 4.* & alij affirmant, inter quos *Zuniga de Trinit. disp. 1. dub. 8. mem. 2.* Idem tamen Author. *dub. 9. mem. 2.* docet, nullum actum vitalem potentiæ cognoscitiuæ atque appetitiuæ produci posse absq; concursu sustentatiuo principij vitalis: putat enim actum vitalem esse modum, de cuius essentia est, actu modificare subiectum, in quo est. Fundam. est: quoniam Deus eminenter continet omnem efficientiam causę creatę; ergo supplere potest omnem efficientiam ipsius. Conseq. patet: nam ideò supplere potest illuminationem solis, productionem specierum, & cuiuscunq; alterius creatæ causæ actionem, quia eminenter continet illas. Antec. prob. nam Deus eminenter continet omnem rationem entis: ergo & omnem efficientiam, quæ in aliqua ratione entis fundatur. Confirm. Deus eminenter continet omnem vim productiuam causæ creatæ; ergo & omnem efficiẽtiam eiusdem. Antec. constat: quoniam Deus se solo producit, vel saltem producere potest omnem vim productiuam causæ creatæ: non posset autem illam producere, nisi eminenter contineret. Conseq. prob. quia qui eminenter continet totam vim productiuam causæ, continet etiam totam efficientiam eiusdem. Vt quoniam obiectum continet totam vim actiuam speciei, continet etiam totam efficientiam eiusdem. Similiter quia lumen eminenter continet totam vim productiuam caloris, continet etiam totam efficientiam eiusdem: quia efficientia fundatur in virtute productiua. Igitur qui perfectè continet totam virtutem productiuam, continet etiam totam productionem.

79. *An sub ratione operationis vitalis aptitudine?*

Fundam. affir.

Confir.

Ratio

Quoad 3. sensum, communiter Thomistæ affirmant, posse operationem vitalem sub ratione puræ & absolutæ qualitatis à solo Deo produci. Ita *Capreol. in 2. dist. 37 qu. 1. art. 3. ad 1 Cajet. 1. p. qu. 26. art. 3. & 1 2 qu. 29. art. 1 fine & 3. p. qu. 9. art. 1. §. ad huius qu. Ferar. 3. con gen. c. 54. §. ad 1. in solut. 4. Sotus in 4. dist 49. qu. 2. art. 4. §. Cajet. quidem: Molina 1. p. qu. 12. art. 2. disp. 1. Conc. 3. & art. 5. disp. 1. Conc. 1. Curtel 1. 2 qu 3. art. 8. qu. sua 4. §. 6. versus ad 1. Suarez de Trinit. lib. 2. c. 10. n 7. & in metaph. disp. 48. sect. 2. n. 9.* Nituntur eodem fund. quo Authores præced. sent. Quòd autem talis actus à solo Deo productus non conferret suum effectum formalem potentiæ vitali, est, quia

80. *An sub ratione puræ qualitatis?*

natura

natura operationis vitalis postulat, vt actiuè procedat à suo principio vitali, vt illi effectum formalem tendendi intentionaliter in obiectum conferat. Quare etiamsi talis actus à solo Deo productus haberet omnia, quæ habet actus à potentia ipsa vitali elicitus, defectu solius actiuę productionis à potentia vitali, non tribueret illi suum effectum formalem intentionaliter tendendi in obiectum.

81. *Neuter sensus placet: Non prior:* Sed neutra sent. placet. Non prior: quia implicat intellectum intelligere, aut voluntatem appetere per intellectionem aut volitionem à solo Deo productã. Quare si nequit intellectus & volitio à solo Deo produci sub ratione operationis vitalis formaliter, sequitur, non posse per illas aut intellectum intelligere, aut volũtatem appetere, & consequenter eas produci sub ratione operationis vitalis aptitudinaliter. Sequela prob. nam nil aliud est, intellectum intelligere, & volũtatem appetere, quàm intellectum & voluntatem vitaliter circa sua obiecta operari: igitur si nequeunt hæ operationes vt vitales à Deo produci, non poterunt per eos intellectus & voluntas vitaliter circa sua obiecta operari: cùm nequeat potentia vitaliter operari per operationem, quæ non sit vitalis: sicut nequit potentia sensitiua sensibiliter operari per operationem, quæ non sit formaliter sensitiua.

82. *Respondent* Respondent Authores contrariæ sent. vitalitatem in operatione non esse sumendam ex physica dependentia actiua à principio, quod per eam vitaliter operatur, sed à formali & intentionali tendentia ad obiectum, per quam principium ipsum vitæ formaliter ab intrinseco se mouet ad obiectum cognoscendum, appetendumuè. *Confir. 1.* Confirm. 1. vitalitas operationis in eo formaliter consistit, vt per illam viuens ab intrinseco formaliter se moueat, & perficiat in eo genere vitæ, in quo præsupponitur radicaliter viuens. Sed intellectus & voluntas præsupponuntur radicaliter viuentes in genere vitæ intellectiuæ, & per intellectionem & volitionẽ ab intrinseco formaliter se mouent & perficiunt in genere vitæ intellectiuæ actualis, nam per eas ab intrinseco se mouent & perficiunt, tanquam per formalem attingentiam obiecti, in qua *Confir. 2.* actualis vita intellectiua consistit. Confirm. 2. In Deo est perfectissima vitalitas intellectiua; sed in Deo vitalitas intellectiua non consistit in actiua motione principij vitalis, sed potius in attingentia formali intentionali obiecti intelligibilis & appetibilis: ergo neq; in nobis vitalitas intellectiua consistit in actiua motione potentiæ ad obiectum, sed in formali attingentia intentionali obiecti intelligibilis & appetibilis.

83. *Contrà* Sed contrà: tum quia, vt probatum est, operatio non dicitur vitalis ab obiecto, ergo neque ab ipsa formali attingentia in obiectum: sed sicut dicitur vitalis formaliter ab ipso intrinseco principio vitæ, ita per ordinem ad idem constituitur formaliter vitalis. Tum maximè: quoniam repugnat, potentiam vitalem mouere se intentionaliter ad obiectum percipiendum appetendumuè absque actiuo conatu & tendentia ipsius: cùm ipsa intentionalis tendentia potentiæ ad obiectum, nil aliud sit, quàm actiua motio & applicatio, seu conatus ipsius potentiæ in obiectum. Si autem cognitio, vel appetitio produceretur à solo Deo, non posset potentia per eas actiuè se mouere & applicare ad obiecta intentionaliter attingenda; sed actiuè tantùm moueretur & applicaretur à Deo, formaliter dumtaxat ab ipsis actibus à Deo productis. Non igitur saluaretur vitalis motio & intentionalis tendentia in obiectũ à se, sed tantùm ab alio: atque adeò non diceretur potentia actiuè se mouere & applicare ad obiectum, sed tantùm passiuè, & ab ipsis actibus formaliter. Vnde ad 1. Confirm. neg. parẽ 2. minoris, eiusq; prob. nempè per intellectionem & appetitionem, intellectum & vôluntatem ab intrinseco se mouere & perficere in genere vitæ intellectricis per intellectionem & appetitionem à solo Deo productas: cùm in eo casu passiuè tantùm se haberent intellectus & voluntas ad ipsam intentionalem tendentiam & attingentiam obiecti: ac proinde nõ possent in eo casu obiectum percipere atq; appetere, cùm in ipsa intentionali tendentia & attingentia obiecti includatur actiua motio & applicatio potentiæ vitaliter tendentis atq; attingentis. *Ad 1. conf.* *Ad 2.* Ad poster. disting. Minor: vitalitas intellectiua in Deo non cõsistit in actiua tendentia actus ad obiectum à Deo realiter distincta, cõcedo; cùm in Deo actus vitales absoluti non sint eliciti & inhærentes, sed inproducti & subsistentes: non consistit in actiua tendentia & attingentia obiecti realiter cũ Deo vitaliter intelligente ac vidente identificata, nego. Nam licet in Deo actus vitalis non distinguatur à potentia vitali; est tamen vitalis formaliter per ipsam actiuam tendentiam potentiæ in obiectum cum Deo realiter identificatam.

84. *Nec posterior sensus* Nec placet posterior sent, 1. quia est contra S. Thom. 1. *p. qu.* 34. *art.* 1. *ad* 2. vbi definiens verbum, quod est actus ipse intelligendi, ait esse *aliquid ab alio emanans*. Et in corpore, definiens conceptum mentis, docet, illum in sua ratione includere, vt ab alio procedat. ex quo concludit, verbum in diuinis propriè non dici essentialiter, sed personaliter; eo quòd personaliter sumptum includat processionem ab alio. *Et qu.* 4. *de veritate art.* 2. *ad* 5. *Omne*, inquit, *intelligere in nobis propriè loquendo est dicere*: Dicere autem essentialiter importat actiuam habitudinem dicentis ad verbum dictum: ergo intelligere in nobis non solùm importat intentionalem attingentiam obiecti, sed realem & actiuam productionem termini. Quia *nec aliter*, inquit, *possumus intelligere, nisi huiusmodi conceptionem exprimendo*. Idem docet 2. 2. *qu.* 23 *art.* 2. de actu voluntatis, de cuius ratione docet esse, vt à voluntate operantis procedat. Vnde contra naturam amoris ait esse, vt ab extrinseco tantùm principio procedat: quia de ratione amoris est, vt sit voluntarius: de ratione autem voluntarij est, vt ab intrinseco principio operantis procedat.

85. *Resp. 1.* Resp. aduersarij: hæc omnia de intellectione & amore verificari sumptis completè, secundùm omnes suas naturales proprietates, inter quas potissima est, vt actiuè procedant à principio intrinseco vitę, non autem sumptis tantum essentialiter. Nam etsi intellectio & volitio non dicant essentialiter actiuam dependentiã ab intrinseco principio vitę, illam tamen tanquam proprietatem sibi debitam naturaliter postulant. Sed contrà: tum quia S. Thomas hanc actiuam depẽdentiam actus vitalis à potentia vitali ponit in ipsa definitione actus vitalis, in qua non nisi quod ad essentiam pertinet, ponitur; tum quia ait, implicare contradictionem, vt sit amor, & non à voluntate, quia amor essentialiter dicit, vt sit voluntarius: si autem actiua dependentia amoris à voluntate ad essentiam amoris non pertineret, posset absq; contradictione sine tali dependentia produci. 2. Si posset entitas actus vitalis quoad omnia intrinseca à solo Deo produci, sequeretur, illum vnitum potentiæ vitali, ei conferre suum effectum formalem. Consequens non admittitur ab ijs, cum quibus disputamus. Sequelam

Contrà *Contrà secundò* 86.

Digitized by Google

lam probo: nam vel ideò in tali casu actus vitalis non conferret suum effectū formalem, quia actiua productio potentiæ vitalis requiritur vt ratio formalis, qua potentia attingit suum obiectum; vel quia saltem est conditio necessariò prærequisita, vt potentia per suum actum possit obiectum attingere. Atqui neutrum dici potest. Non primum: quoniam potentia per id formaliter attingit obiectum, quod est formalis attingentia obiecti: atqui non productio, sed terminus ipse productionis est formalis attingentia obiecti. Nam formalis attingentia obiecti, est ipsa intentionalis tendentia potentiæ in obiectum: potentia autem non tendit intentionaliter in obiectum per productionem actus, sed per ipsam entitatem actus, quæ est formalis expressio, vel vitalis inclinatio in obiectum; cùm productio sit tantùm dependentia actus à potentia producente. Non secundum: quia posito, quòd actiua dependentia actus à potentia non requiritur, vt ratio formalis attingendi obiectum, non apparet, ob quam aliam rationem illa requiri possit, nisi vt vnio actus cum potentia, per quam possit suum effectum formalem illi conferre: ad hoc autem sufficit vnio formalis, mediante qua vniri posset actus à solo Deo productus cum potentia vitali. Cæterum omnino gratis diceretur, non sufficere vnionem formalem, sed requiri effectiuam in eo casu inter actum & potentiam: cùm in eo casu per actum à solo Deo productum, & sibi vnitum, potentia haberet totum id, quod per actum à se productum habere potuisset. Nam haberet actum secundùm omnem intrinsecam perfectionem vitalitatis, eumq; per superadditam vnionem sibi intrinsecè inhærentem: & ex alia parte productio non requiritur vt ratio formalis attingendi obiectum, sed vt vnio tantùm actus cum potentia.

87. *Contrà tertiò* 3. Beatitudo nostra formalis, & quicunq; actus potentiæ cognoscentis atq; appetentis dicit essentialem respectum ad intrinsecum principium cognoscens & appetens, tanquam proprius effectus ipsius: ergo neq; in ratione qualitatis seu entitatis à solo Deo producibilis est. Consequ. clara est, quia etiam vt qualitas seu entitas est, includit huiusmodi respectum intrinsecum. Igitur quocunq; modo producatur, implicat, vt producatur sine tali respectu: alioqui non produceretur eadem, sed alia specie qualitas seu entitas, cùm talis respectus non distinguatur ab ipsa entitate actus, Antec. prob. quoniam actus vitalis potentiæ cognoscentis atque appetentis, est ipsum actuale exercitium potentiæ in suum obiectum, est enim ipse actiuus conatus & attentio potentiæ in obiectum, quæ sine actiuo influxu potentiæ in actum, ac proinde sine essentiali respectu actus ad potentiam, tanquam effectus ad propriam causam intelligi nequit. *Confir.* Confir. de facto vitalitas horum actuum non distinguitur ab ipsa entitate actuum, cùm sit vna eademq; indiuisibilis entitas, & potentia ipsa vitalis non tendit per hos actus in obiectum, nisi quà vitales formaliter sunt: ergo implicat, vel eos secundùm eandem entitatē à solo Deo produci; vel per eos à solo Deo productos potentiam vitaliter tendere in suum obiectum; cùm nec potentia vitaliter possit in suum obiectum tendere, nisi per actum vt vitalem, & à se productum; nec vitalitas actus à solo Deo produci; cùm hæc essentialem respectum dicat ad intrinsecum principium vitæ; tanquam interna motio

88. *Dices* & proprius conatus ipsius. *Dices* 1. Libertas non est intrinseca actui libero: ergo nec vitalitas actui vitali. Resp. neg. consequ. quoniam libertas nequit saluari, nisi in potentia; liberum enim est, quod potest operari & non operari: hoc autē non competit actui, qui dum est, non potest non esse, sed potentiæ, quæ dum operatur, potest non operari, non quòd pro eodem instanti possit simul operari & non operari, sed quòd pro eo instanti, pro quo posuit suum actum, potuit pro eodem eundem actum non ponere. Vitalitas autem maximè competit actui: est enim ipsum exercitium vitæ ab intrinseco perficiens viuentem vltra perfectionem, quam à generante accepit.

89. *Dices* 2. potest Deus producere actum vitæ vegetantis quoad totam suam intrinsecam perfectionem; ergo & actum vitæ cognoscentis atque appetentis. *Resp.* Resp. neg. consequ. quoniam in entitate actus vitę vegetantis nullus includitur intrinsecus respectus ad principium vegetans, tanquā ad propriam causam, vti includitur in entitate actus vitæ cognoscentis atque appetentis: idque ex eo, quòd actus vitæ cognoscentis atque appetentis sit ipse actiuus vitalisque conatus, & attentio potentiæ ad obiectum, non per ipsam productionem formaliter, quæ est sola dependentia actus à potentia, sed per entitatem ipsam actus. Actus verò vitæ vegetantis solùm dicit vel intrinsecum incrementum viuentis, vel substantię genitę, quę non nisi ratione solius productionis dicunt respectum ad principium vegetans. Vnde hi actus dici possunt vitales tantùm extrinsecè, ratione productionis, qua variata, non dicuntur amplius vitales: actus autem vitæ cognoscentis & appetentis sunt vitales intrinsecè, ratione suæ entitatis, cùm ratione suæ entitatis sint vitales tendentiæ & inclinationes in obiectum, vt supra probatum est.

90. *Dices* 3. Potest principium vitale actiuè seipsum mouere per nouum influxum solùm conseruatiuum actus à solo Deo producti: ergo non repugnat potentiam vitalem per huiusmodi actus à solo Deo productos, & à se actiuè tantùm conseruatos vitaliter tendere in suum obiectum. *Contrà* Sed contrà; potentia vitalis cognoscitiua & appetitiua nō tendit in obiectū formaliter per actionem, qua suum actum producit vel conseruat, sed per entitatem ipsam actus producti. Atqui nisi entitas ipsa actus producta sit à potentia vitali, nequit per eam vitaliter in obiectum tendere. Maior constat antè. Minor prob. nam vel entitas actus à solo Deo producti, & à potentia vitali tantùm conseruati, esset eadem cum entitate actus, quem Deus vnà cum potētia vitali produceret, vel diuersa. Si eadem: vel illam haberet vi nouę actionis conseruatiuæ: & contrà est, quoniam actio purè conseruatiua non mutat entitatem rei, quam conseruat: non enim actio conseruatiua, qua Deus post instans generationis se solo cōseruat ignem ab igne productum, mutat entitatem ignis conseruati, sed eandem entitatem, quam ignis habuit in instanti generationis ab igne producēte & Deo simul, se solo Deus conseruat. Vel illam haberet vi nouę actionis potentię vitalis producentis eandem entitatem, quam actus ipse accepisset à Deo & potentia vitali simul: & tunc non tantùm vi nouæ actionis conseruatiuæ, sed etiam vi noui termini, & qualitatis vitalis producę, potentia vitaliter se moueret in obiectum. Si diuersa; cùm potentia cognoscitiua & appetitiua ad obiectū non se moueret per actum, vt actio formaliter est, sed vt qualitas est, si hæc esset diuersa ab ea, quam potentia ipsa sibi produceret, non posset per eam vitaliter in obiectum se mouere, cùm non posset vitaliter in obiectum se mouere, nisi per qualitatem, quæ sit ipse actiuus conatus potentiæ vitalis in obiectū; qualis conatus

implicat

Digitized by Google

implicat, vt sit actus à solo Deo productus, & à potentia tantùm conseruatus.

91. *Actualis dependentia à causâ creatâ supp. pleri nequit à Deo.* Ad fundam. secundi & 3. modi. Resp. imprimis ex eo argum. probari, Deum supplere posse omnem actionem causæ creatæ, quod falsum est: cùm actio causæ creatę sit actualis dependentia ab ipsa causa creata, quæ à Deo suppleri nequit. Disting. igitur illud antec. Deus eminenter continet omnem efficientiam causę creatæ: nam verum tantùm illud est de continentia mediatâ, non de immediata. Etenim etsi Deus non omnem efficientiam causæ creatæ immediatè supplere possit, cùm nequeat immediatè supplere actionem ipsam creaturæ, illam tamen supplere potest mediante causa & virtute creata. Quare licet nequeat Deus se solo reproducere actionem causę secundæ, potest tamen illam reproducere mediante ipsa causa secunda. Ratio: quia actio essẽtialiter inuoluit influxum causæ cuius est actio. Vnde aperta est implicantia, quòd talis actio sit à solo Deo: quoniam simul esset, & non esset à causâ creatâ: esset, quia inuoluit influxum causę creatę; non esset, quia à solo Deo produceretur. Eodem modo resp. ad prob. antec. nempe Deum continere omnem rationem entis mediatè, vel immediatè: nulla quippe ratio entis est, quam Deus saltem mediatè efficere non valeat.

Ad confirm. Ad confirm. conced. Deum cõtinere omnem vim productiuam creaturæ, non tamen eò modo, quo continet omnem efficientiam eiusdem, quoniam vim productiuã continet immediatè, efficientiam autem vel mediatè, vel immediatè. Ratio: nulla vis productiua creata importat actualem dependentiam à creatura: efficientia autem importat actualem dependentiam à creatura, cùm sit actuale exercitium virtutis creatæ: Vnde illam non repugnat à solo Deo produci; repugnat autem hanc. Ex prob. conseq. tantùm sequitur, Deum mediatè, non autem immediatè continere omnem efficientiam virtutis productiuæ. Neque allata exempla sunt ad rem: nam nec obiectum supplet eandem numero actionem speciei, nec lumen eandem numero actionem calefactiuam caloris, sed aliam numero diuersam: hic autem disputo, an eadem numero actio causæ creatæ suppleri possit à Deo. Ceterùm, quia non hoc ipso, quòd actus vitę cognoscentis atque appetentis nequeat ab extrinseca causa fieri, ad illum intrinseco principio vitæ non influente, sequitur, illum non posse in extrinsecum subiectum produci; cùm possit in alienum subiectum produci ab ipsomet intrinseco principio vitæ, ab eoque diuinitus cõseruari; examinandum est, an in extrinsecum subiectum produci possit.

Tertia dubit. *An actus vitalis produci possit ab ipso principio vitæ in extrinsecum subiectum?*

91. *Affirmant.* PRima sent. affirmat. Est eorum, qui docent, hos actus à Deo produci posse sub ratione qualitatis: & à fortiori eorum, qui absolutè asserũt, hos actus à solo Deo produci posse. Fundam. quoniam ex tali productione nulla sequitur contradictio: quia cùm hi actus non sint modi, qui essentialiter pendent à subiecto, quòd modificant, sed perfectæ ac nobiles entitates, non secus ac reliqua accidentia ab anima realiter distincta, poterunt diuinitus in alieno subiecto produci, & extra proprium principium vitæ conseruari, non minùs quàm reliquę entitates accidẽtales. Confirm. possunt tales actus creari, ad eorum creationem concurrente propria potentia vitali: ergo & in alieno subiecto produci: antecedens constat à paritate aliarum entitatum accidentalium, quibus creatio non repugnat: quin illam nonnulli concedũt ipsis modis, modo non sint ipsę actuales dependentiæ ab agente. Conseq. prob. quia quòd creatur, est extra omne subiectum: proinde si eiusmodi actus possunt creari, fieri poterunt extra proprium subiectum; ergo & in alieno subiecto per eductionem: nam si possunt actione creatiua extra omne subiectum, poterunt actione eductiua fieri extra proprium in alieno subiecto, quia quod fieri potest extra omne subiectum, nulli essentialiter addicitur tanquam proprio, proinde fieri poterit in quocumque.

Confirm.

Secunda sent. negat. Est eorum, qui censent hos actus esse modos, certum sibi subiectum vendicantes, quorum tota essentia consistit in actuali modificatione proprij subiecti: Ita *Zuniga de Trinit. disp. 1. d. 8. mem. 2.* qui quamuis putet, hos actus à solo Deo fieri posse, negat tamen, eos in alieno subiecto posse produci, cùm sint modi essentialiter addicti proprio subiecto. 93. *Negat Zuniga*

Dicendum, contradictionem implicare, huiusmodi actus extra proprium subiectum produci, aut creari: probatum enim suprà, hos actus esse ipsum actuale exercitium potentiæ cognoscentis & appetentis circa suum obiectum: si autem produci possent vel in alieno subiecto, vel per creationem, desinerent esse actuale exercitium potentiæ cognoscentis atque appetentis. Minor prob. nam esse actuale exercitium potentię cognoscentis atque appetentis in suum obiectum, nil aliud est, quàm per hos actus potentiam actu conari in suum obiectum: nequit autem potentia actu conari in suum obiectum per actum extra se, vel creatione productum. Minor quoad priorem partem elucet: quoniam hic potentiæ conatus non est tantùm productiuus actus, sed simul etiam perceptiuus obiecti: implicat autem, vt potentia cognoscitiua vel appetitiua suum obiectum percipiat per actum extra se productum: cùm talis obiecti perceptio non solùm fiat per actiuam productionem actus, sed etiam per passiuam formalemque informationem eiusdem; cùm nequeat obiectum à potentia vitaliter percipi, nisi fiat ipsius prospectui intentionaliter præsens, quod sine passiua informatione actus, qui est ipsa formalis obiecti repręsentatio, intelligi nequit. Quoad poster. partem prob. quoniam si posset talis actus creari, posset non esse actuale exercitium suæ potentiæ; proinde desineret quoad propriam essentiam, quę in actuali exercitio suæ potentiæ consistit. sequela probatur; quia quod creatur non est in subiecto, proinde nequit esse actuale exercitiũ proprij principij ac subiecti; quod exercitium solùm habetur per passiuam informationem vnionemque actus cum subiecto. 94. *Verius, quia est actuale exercitium*

Dices. Esto hoc actuale exercitium in obiectum potentia non habeat per ipsam creationem actus, posset tamen illud habere per vnionem actus creati, quemadmodum corpus esto effectum formalem animationis non habeat ab anima rationali, mediante creatione, habet tamen illum mediante vnione, qua anima rationalis creata vnitur corpori: ita & hic actus à Deo, & à suo principio vitali creatus, vniri posset eidem principio vitali, eique actuale exercitium in obiectum cõferre. Sed contrà: nam hinc sequeretur, illum non fore actuale, sed aptitudinale dumtaxat exercitium potentiæ in suum obiectum: tum quia ille posset creatus proprio subiecto non vniri, cùm vnio sit distincta à creatione, 95. *Obijcis.* *Resp.*

Digitized by Google

creatione, & creatio possit esse sine vnione termini creati, vt constat de anima rationali: tum quia, hoc ipso quod talis actus esset creatus, à nullo subiecto penderet essentialiter, proinde essentialiter conseruari posset extra omne subiectum; & consequenter desineret esse actuale exercitium suæ potentiæ in obiectum.

Quarta dubitatio.

An huiusmodi Actus producantur & vniantur actione & vnione distincta?

Fund. negatiuæ sent.

PRima sentent. negat, eos produci atque vniri actione & vnione distincta. Ita nonnulli apud *Vasquez* 1. 2. *disp.* 9. *cap.* 4. & 5. quia nisi dicamus, hos actus indistinctâ actione produci, atque vniri, vix saluare possumus, quo pacto illi à solo Deo produci nequeant, atque extraneo subiecto vniri. Nam ideò possunt actus vitæ vegetantis à solo Deo produci, externoque subiecto vniri, quia distincta actione producuntur, distinctoque nexu cum suo principio vitæ copulantur. Et ratio est: quia quæ distincta actione producuntur, vel vnione copulantur, non dicũt per seipsa immediatum respectum ad principium producens, vel subiectum sustentans, sed solùm mediatum, mediante actione, & vnione distincta, quibus variatis, non variatur intrinseca entitas termini producti, vel vniti: igitur si huiusmodi actus distincta actione, & vnione producuntur, atque vniuntur, poterunt quoad totam suam intrinsecam entitatem manere inuariati, esto varietur actio ab hoc principio, & vnio in hoc subiecto. Contrà verò, si dicamus, hos actus produci, atque vniri seipsis actione, atque vnione indistincta, seipsis immediatè respicient & proprium principium producens, & propriũ subiectum receptans: nõ secus atque ipsamet actio, & vnio, quæ quia seipsis essentialiter respiciũt & proprium principium producens, & propriũ subiectũ receptans, nequeunt fieri vel actio alterius causæ, vel vnio alterius subiecti. Hęc sent. olim mihi arrisit, quam docũi 1. *tomo disp.* 9 *n.* 68. & priori edit. huius 3. confirmabã 1. Non implicat qualitas, quæ seipsa, nulla media actione, aut nexu distincto, & producatur à proprio principio vitæ, & ei immediatè vniatur. Atqui per talem qualitatem meliùs saluatur & essentialis connexio actus cũ suo principio, & immanẽtia eiusdẽ cũ proprio subiecto; ergo de facto asserenda est. Minor clara est: nã per eã nõ modo saluaretur connexio naturalis, sed etiam essentialis: nec solùm in ratione vitalitatis, sed etiã in ratione entitatis, cùm in hac sentẽtia vitalitas reipsa non distinguatur ab entitate actus vitalis. Quo fit, vt illa à quouis alio principio, quàm ab intrinseca vita cognoscente atque appetente producta, vitalis non esset, ea vitalitate, quam postulat principium cognoscitiuum atque appetitiuum, quæ est ipsum formale exercitium vitę radicalis, seipso essentialiter respiciens proprium principium vitæ, & in ratione efficientis, & in ratione recipientis. 2. sicut dantur quędam accidentia, quę nulli proprio subiecto sunt addicta, sed æquè esse possunt cũ quocunque: quędam, quę proprium in specie subiectũ sibi vendicant: Quędam, quę non nisi certum ac singulare subiectum sibi determinant: ita sunt quędam accidentia, quę nullã causam efficientem sibi propriam naturaliter vendicant, vt quę à pluribus causis æquè produci possunt: quędam, quę saltem naturaliter certam causam postulant; quędã verò, quæ nõ nisi ab vna determinata causa essentialiter produci possunt. Tales sunt actiones vitales, potẽtiæ cognoscentis atque appetentis, quæ ob intimam connexionem, quàm habent cum suis potentijs vitalibus, non modò naturaliter, verùm etiam essentialiter tales sibi efficientes causas determinant. Atqui tales non essent, nisi seipsis nulla media actione, atque vnione & producerentur, & vnirentur cum suo proprio principio vitæ. 3. Actus vitæ cognoscentis atque appetentis sunt essentialiter immanentes: igitur essentialiter sibi determinant & proprium principium, à quo producantur, & proprium subiectum, in quo recipiantur: non possunt autem essentialiter sibi determinare & proprium principium, à quo producantur, & proprium subiectũ, cui vniantur, nisi & producantur, & vniantur seipsis, nulla media actione, nexuq; distincto.

Placuit olim.

Confirm. 1.

Confirm. 2.

Confirm. 3.

Secunda sentent. affirmat, eos produci & vniri actione & vnione distinctâ. Est *Vasquez supràcit.* & à fortiori eorum, qui docent, eos produci posse extra subiectum, & in ratione qualitatis. Quæ sent. videtur probabilior, hoc fund. Quòd ad huiusmodi actus non solùm influant principia intrinseca intellectus & voluntas, sed etiam extrinseca habitus & species: Atqui hęc influunt per actionem & vnionem distinctam; ergo & illa. Maior constat: nam ad cognitionem semper influit species intelligibilis obiecti, cuius est repręsentatio; & nonnunquam etiam habitus, vel acquisitus naturalis, si cognitio sit naturalis; vel infusus supernat. si sit cognitio supernat. sicut ad volitionem supernat. semper concurrit vel habitus infusus supernat. vel auxilium illi æquiualens. Minor prob. nam ab ea tantùm causa iuxta priorem sent. hi actus & producuntur, & seipsis vniuntur, nulla media actione, nexúve distincto, cuius sunt formale exercitium vitæ: Atqui hi actus non sunt formale exercitium vitæ respectu habitus, aut speciei, cùm nequeant esse formale exercitiũ vitæ respectu principij nõ vitalis, cuiusmodi sunt habitus & species. Conseq. prob. quia si actio, qua huiusmodi actus producũtur vel ab habitu, vel à specie, est distincta ab ipsa entitate actuum, etiã actio, qua ijdem actus producuntur ab intrinseco principio vitæ, erit distincta ab eadem entitate actuum. Nam tota entitas actus producti reipsa attingi debet & à potẽtia vitali, & à specie intelligibili, vel habitu, cũ sit indiuisibilis actio. Si autẽ eadem entitas à potẽtia vitali produceretur actione indistincta, à specie verò, vel habitu actione distincta, non posset tota entitas actus reipsa attingi à specie, vel habitu: quia cùm actio speciei, vel habitus sit reipsa distincta ab actione, qua idẽ actus producitur à potentia vitali; quippè cùm hęc nõ distinguatur ab entitate actus, illa verò distinguatur, nõ poterit totam entitatem actus attingere. Quin neque ipsa potentia vitalis reipsa poterit attingere totã entitatem actus, si hæc distinctâ actione à specie & habitu, indistinctâ verò actione à potẽtia vitali producatur. Ratio: quia, vt actio reipsa attingat totã entitatem termini, debet totam entitatem termini in ratione viæ & formalis cõmunicationis continere: quemadmodũ vt causa attingat totam entitatem effectus, debet totã entitatem effectus in ratione virtutis productiuæ continere. Confir. 1. Quando duæ causę partiales influunt in eundem indiuisibilem effectũ, non influunt duabus actionibus distinctis, sed vnâ indẽq; indiuisibili indistinctâ, vi cuius totus effectus indiuisibiliter attingitur: idq; ex eo, quia si influerent duabus actionibus distinctis, non posset tota entitas indiuisibilis effectus qualibet actione attingi. Confirm. 2. Quia, vt demonstro *tom.* 2. *disp.* 2. *n.* 99. euidens signum realis distinctionis est, quando duo ita se habent, vt vno inuariato, possit variari alterum:

Fund. negatiuæ sent.

Affirmatiua certior fund. potiss.

Ratio à priori

Confirm. 1.

Confirm. 2.

Digitized by Google

alterum: ita se habent actio, quâ vitalis actus producitur, & entitas ipsa actus: ergo distinguuntur. Minor prob. quia potest Deus eundem cognitionis actum producere media specie intelligibili, aut sine illa; eundemque actum volitionis medio habitu, vel absque illo: igitur inuariata entitate actus cognitionis & volitionis, variari poterit productio
100. earundem. Conseq. patet, quoniam implicat, eandem entitatem actus successiuè fieri posse ab alijs causis dependentem, absque intrinseca variatione dependentiæ eiusdem actus à causis, à quibus fit successiuè dependens; cùm implicet per vnum eúdemque intrinsecum respectum successiuè dependere à diuersis causis; quippe cùm dependentia effectus à causa nil aliud sit, quàm actualis respectus ipsius effectus ad causam, ad quam manere nō potest, mutata intrinseca eius dependentia à causa. Si igitur variari potest hic vel ille respectus depẽdentię actus ab hac, vel illa causa, inuariata entitate ipsa actus, talis respectus ex natura rei distinguetur ab entitate actus. Vnde ex eo, quòd hęc numero entitas fieri potest actione eductiuâ, vel creatiuâ, *tom.* 2. ostendi, hanc entitatem distingui à creatione & eductione. Antec. prob. nã entitas huius cognitionis, aut volitionis non respicit essentialiter hoc, vel illud principium extrinsecum, vti respicit suum principiũ vitale intrinsecũ: æquè enim fieri posset ab hoc vel illo habitu, ab hac vel illa specie, vel à Deo supplente concursum habitus, vel speciei. Nã ex eo quòd hęc entitas cognitionis, aut volitionis non sit formale exercitium huius, vel illius causæ extrinsecę, nō petit essentialiter fieri ab hac, vel illa causa extrinseca, vti essentialiter petit fieri ab hoc, vel illo principio intrinseco vitæ, cuius est actuale ac formale exercitium vitæ.

101. *Ad fund.* n. 92. Vnde ad fund. 1. sent. nego, nō posse saluari essentialem connexionem actus vitæ cognoscentis & appetentis cum suo principio cognoscente atque appetẽte, nisi dicamus, eos seipsis nulla media actione distincta à suo principio cognoscente & appetente produci: Cùm hæc ipsa essentialis connexio saluari possit ex eo, quòd hi actus etiam vt termini & qualitates, ab ipsa actione distincti, sunt actuale & formale exercitium suarum potentiarum in sua obiecta: quin, vt suprà probatum est, non sunt formale exercitiũ vitæ cognoscentis atque appetẽtis, ratione actionis formaliter, cùm per hanc fiant tantùm depẽdentes à suis potentijs, sed ratione termini & qualitatis productæ, ratione cuius sunt actualis conatus, vitalis motio, & attentio in obiecta; ac proinde non tantùm ratione productionis, sed etiã ratione termini producti, essentialiter postulant influxum propriæ potentiæ, sine quo nequeunt intelligi vt actualis conatus, & vitalis motio, atque attentio in obiectum. Qui influxus ab alio, quàm à proprio principio suppleri nequit: alioqui ab alio, quàm à proprio principio vitæ produci possent vt vitales, cùm, vt suprà prob. vitalitas reipsa non distinguatur ab ipsa entitate actus. Nec est eadẽ ratio de actibus vitæ vegetantis: quoniam hi non sunt formale exercitium vitę, ac proinde vitales formaliter, ratione termini producti, ratione cuius tantùm sunt vel accrementum propriæ substantiæ, vel alia diuersa numero substãtia; sed ratione actionis pręcisè: quâ sublatâ, non remanent amplius vt actuale ac formale exercitium sui principij vitalis.

102. *Ad confir.* 1. Ad 1. confirm. quidquid sit, an talis qualitas indistincta actione seipsa producibilis non repugnet, de facto tamen, actus vitales nō esse tales qualitates, sat probabiliter ostendit & formatus à nobis discursus, & paritas cæterarum qualitatum, quę natura sua petunt distincta actione produci. Ad 2. neg. minor subsump. siquidem, possunt actus vitales vitæ cognoscentis atque appetentis, nō solùm ratione actionis, sed etiam ratione termini & qualitatis productæ, certum sibi vitæ principium essentialiter determinare, à quo producantur, & cum quo copulentur. Ad 3. neg. minor. 103. *Ad 2.* *Ad 3.*

An vnio, qua cognitio, vel appetitio vniuntur intellectui, vel appetitui, reipsa distinguatur ab actione, qua eadem cognitio & appetitio producuntur? *Quinta dubit.*

PRima sent. affirmat: sequitur ex doctrina eorũ, qui docent, hos actus esse vitales per solã tendentiam formalem, eosq; produci posse extra subiectum, & per creationem. Nam hi cohærenter tenentur dicere, eos in alieno subiecto, vel per creationẽ productos, vniri posse proprio principio vitę vnione distincta ab actione, qua vel producti fuerunt extra subiectum, vel per creationẽ, eique conferre suos effectus formales vitæ cognoscẽtis atque appetentis. Confirm. nam omnis qualitas vnitur subiecto vnione distincta ab ipsa actione, qua fit, vt inductione constat in cæteris qualitatibus. 104. *Sent. affir.* *Confirm.*

Secunda sent. negat, hos actus vniri intrinseco principio vitæ vnione distincta ab ipsâ actione, qua producuntur. Apertè sequitur ex nostris principijs. Etenim si huiusmodi actus vnirentur vnione distinctâ ab actione, quâ fiunt, non essent actuale, sed aptitudinale exercitium vitæ: siquidem vt fierent actuale exercitium vitæ, egerent vnione distinctâ ab ipsa actione, quâ fiũt. Ideò enim albedo, & quæuis forma à subiecto realiter distincta, non est actuale, sed aptitudinale exercitium sui effectus formalis, quia ad illum exercendũ eget vnione distinctâ: contrà verò ideo quiuis modus est actuale, non aptitudinale exercitium sui effectus formalis, quoniam ad illum exercẽdum non eget vnione distinctâ ab actione, quâ fit. Vnde vlteriùs sequeretur, quòd sicut quæuis alia forma, quæ nõ est ipsũ actuale exercitium sui effectus formalis, separari posset à suo subiecto, ita & hi actus, contra ea, quę suprà dicta sunt. Confirm. quoniã ex nostrâ sent. implicat, hos actus fieri absque actiuo influxu proprij principij vitalis: ergo vt vniãtur suo principio non indigent vnione distincta ab ipsa actione, qua fiunt. Conseq. prob. nã actio, qua huiusmodi actus petunt essentialiter fieri, est essentialis vnio ipsorum cum proprio subiecto, ergo nõ egent aliâ distinctâ vnione. Antec. prob. nam actio, quâ hi actus petũt essentialiter fieri, est actio essentialiter immanens, seu ab intrinseco principio vitæ manans, & in eodẽ immanens: idque ex eo, quòd sint qualitates, per quas debet intrinsecum principium vitę circa suum obiectum operari. 105. *Negatiua verior; quia eductio est vnio* 106. *Confirm.* 107.

Ad 1. sent. rationem 1. de cæteris qualitatibus Resp. 1. probabile esse, neque eas egere vnione ab eductione distinctâ, vt suo copulentur subiecto. 2. disparem esse rationẽ: quoniam reliquæ qualitates non sunt actuale exercitium sui effectus formalis: quippe quæ diuinitus possunt extra omne subiectum per creationem produci, vt de facto multi censent de quantitate, & qualitatibus Eucharisticis. *Ad rationem 1.*

An notitia, vel appetitio vnius obiecti fieri possit notitia vel appetitio alterius obiecti? *Sexta dubit.*

RESp. negatiuè. fundam. quoniam tam notitia, quàm appetitio, est actualis & vltima determinatio vitæ cognoscentis atque appetentis circa suum obiectum, non secus ac productio est actua- 108. *Responsio negatiua*

lis &

Digitized by Google

lis & vltima determinatio virtutis productiuæ circa suum effectum; & vnio actualis & vltima determinatio extremi vnibilis. Vnde sicut repugnat, vt vel productio vnius causæ & effectus, fiat productio alterius causæ & effectus, vel vnio vnius extremi fiat vnio alterius extremi: ita, vt notitia, vel appetitio vnius obiecti fiat notitia, vel appetitio alterius. Confirm. nam vel notitia & appetitio huius obiecti fieret notitia & appetitio alterius obiecti seipsa, vel media alia notitia & appetitione distincta. Non seipsâ: quia cùm ipsa sit actualis expressio & attingentia huius obiecti, nequit sine destructione sui fieri actualis expressio & attingentia alterius obiecti: sicut quia productio est actualis attingentia huius effectus, & vnio actualis nexus huius extremi, nequit sine destructione sui fieri actualis attingentia alterius effectus, vel actualis nexus alterius extremi. Non notitiâ vel appetitione distinctâ: nam tunc non prior notitia, vel appetitio, sed alia numero, vel specie distincta esset notitia vel appetitio huius obiecti. Adde, quòd prior notitia, vel appetitio non esset actualis & vltima, sed aptitudinalis tantùm determinatio potentiæ in obiectum.

Confirm.

Septima dubit.

An saltem hæc notitia vel appetitio fieri & conservari possit per aliam attingentiam?

109. *Responsio negatiua.*

RESP. negatiuè, quia notitia vel appetitio est actuale exercitium attingendi obiectum per ipsammet vitalem expressionem & tendentiam in obiectum: quòd autè est essentialiter tale non eget superaddito, vt fiat tale. Cæterum, quia notitia & appetitio non est ipsum actuale exercitium attingendi obiectum per productionem & eductionem, sed per ipsum terminum & qualitatem productam, atque eductam, potest hæc notitia vel appetitio alio distincta eductione produci, quæ tamen semper sit dependens à proprio principio suæ. Vnde sicut vnio, quia est actuale exercitium vniendi se extremis, & extrema inter se; ideò nec eget vnione distincta, vt vel seipsam, vel alia à se inter se vniat. contrà verò, quia notitia vel appetitio non est actuale exercitium eductionis vel productionis sui, eget distincta productione vel eductione sui. at pari modo, quia est actuale exercitium attingendi vitaliter obiectum, non eget distincta attingentia, vt obiectum attingat: est enim notitia & appetitio vitalis seu intentionalis attingentia obiecti, non ratione productionis, vel eductionis, sed ratione termini producti seu educti, vt suprà prob. Imo esto, non sit exercitium vniendi se subiecto formaliter, est tamen exercitium vniendi se subiecto virtualiter & eminenter, ex eò quòd sit actuale exercitium & vitalis conatus potentiæ in obiectu, quod sine actuali exercitio sui effectus formalis intelligi nequit. Vnde etiâm non produceretur actione vel eductione distinctâ, adhuc ad vnionem sui cum subiecto, non egeret vnione distinctâ: quia hic effectum formalem non habent tales actus formaliter per eductionem à se distinctâ, sed per seipsos ex eo quòd sint qualitates essentialiter immanentes & vitale ac formale exercitium suarum potentiarum in obiectum.

Actuum materialium par ratio.

Infertur, quòd actibus spiritualibus intellectus & voluntatis ducta intelligenda etiam esse de materialibus phantasiæ & appetitus sentitiui circa sua obiecta. Nam cùm hi actus sint actuale & vitale exercitium suarum potentiarum in obiecta proinde non minus, quàm illi nequeunt extra proprium subiectum, vel à solo Deo, vel per creationem produci, ne quidem per potentiam obedientialem.

SECTIO VI.

In qua operatione mentis essentialiter consistat beatitudo nostra formalis.

110. *Celebris controu.*

DEterminato, quòd beatitudo nostra formalis consistat in actu vitali nostræ mentis, determinandum vlterius est, in quo mentis actu, intellectúsne, an voluntatis, an vtriusque simul ea essentialiter consistat. Ne autem de nomine certemus, statuendum est 1. quid nomine beatitudinis formalis intelligatur: 2. in quo sensu de illa disputandum. Beatitudinis nomen duplicitèr vsurpari solet: 1. pro cumulo & aggregatione omnium bonorum, vt illam Anselmus *libro de Similitud. cap.* 47. definit *sufficientiam omnium commodorum*: Boetius *lib. 3. de Consolat. prosa 2. statum omnium bonorum aggregatione perfectum*; Tullius 3. *Tusculan. secretis malis omnibus cumulatam bonorum complexionem.* In quo sensu beatitudo includit etiam accidentalia, quæ potius faciunt ad connaturalem statum, quàm ad essentiam ipsius: multa enim faciunt ad connaturalem statum rei, quæ tamen ad ipsius essentiam non spectant, vt proprietates & accidentia, quæ rem consequuntur & perficiunt. 2. Strictius, pro formali quiete saltem possessione summi boni, per se completè satiantis appetitum naturæ intellectualis. Et in hoc sensu disputatur à Scholast. quoniam cùm beatitudo formalis sit assecutio obiectiuæ, cum actum essentialiter importat formalis, qui per se est assecutio obiectiuæ. Hinc inter varias sententias

Beatitudinis nomen duplicitèr vsurpatur.

Ratio

Minus probabilium prima est *Palud. in 4. dist. 49. q. 3. art. 2.* distinguentis duplicem beatitud. alteram contemplatiuam, positam in solo actu intellectus Deum contemplantis; alteram actiuam, positam in solo actu dilectionis Dei: Alteram *Gerardi in 1. dist. 1. q. 1. art. 2. ct 3.* beatitudinem collocamus in fruitione, quæ duplicem includit voluntatis actum, dilectionem & delectationem. Harum prior falsò distinguit in partia duplicem visionem Dei, alteram speculatiuam, qua Deum solum contemplamur; alteram practicam, qua Beati voluntas mouetur ad Deum ipsum diligendum. Eo enim eadem visio, qua Deum contemplamur, sufficiens est, Beati affectum erga Deum mouere: nam licet illa sit speculatiua, est tamen simul practica, mouens necessariò voluntatem ad dilectionem Dei. Posterior sententia deficit, excludendo ab essentiali beatitudine actum intellectus, superfluit, ad beatitudinem essentialiter requirendo delectationem, ad actum dilectionis Dei consequentem. Tres aliæ superstites sunt principales sententiæ diligenter examinandæ.

Palud. sent.

Gerard. sent. rejiciuntur.

Visio est speculatiua & practica.

111. *S. Thom.*

Prima essentialem beatitudinis statum ponit in solo actu intellectus. Est *1. 2. qu. 3. art. 4. & 8. & 1. p. qu. 26. art. 2. & 3. contra Gent. cap. 25. 26. & 37. & Themist. quam sequuntur Durandus in 4. dist. 49. q. 4. Molina 1. 2. qu. 12. cap. 1. disp. 2. §. Vt verò Valquez 1. 2. disp. 1. cap. 3. Curiel 1. 2. q. 3. dub. 3. Suarez d. 1. cap. 3. Conink. 1. 2. q. 3. dub. 4. Arriaga q. 3. Salmanticenses in 4. dist. 49. disp. 1. & communiter.*

Prob. 1. ex Ioan. 17. *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum.* Quem locum de vita æterna, actuum nostra sanctificatione intelligunt Patres: inter quos Augustin. *1. de Trinit. cap. vlt.* vbi de visione Dei loquens, *Ista*, inquit, *est summum bonum nostrum. Matth. 5. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Et 1. Ioan. 3. similes*

Prob. 1.

miles ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Similitudo autem Deitatis, in qua, Scriptura teste, beatitudo nostra consistit, in actu visionis, non amoris, posita est: nam visio, non amor assimilat nos obiecto. 2. Ex testimonijs Patrum: sed quæ vim habent, duo sunt Augustini. Primũ est citatũ. alterum *in Psal.* 90. *ad finem*: vbi, *Tota*, inquit, *merces nostra visio est*. Igitur in solo actu intellectus formalis nostra beatitudo essentialiter consistit. *Prob. 2. Augus.*

112. 3. rationibus. Prima est. In ea operatione consistit essentia nostræ beatit. quæ est formalis adeptio & consecutio obiecti beatifici: sola autem visio intuitiua Dei est adeptio & cõsecutio obiecti beatifici; ergo. Maior clara est: quoniam cum beatitudo formalis sit propter obiectiuam, quę nobis per formalem vitaliter coniungitur, ea operatio erit essentialis beatitudo nostra, quę est perfecta assecutio & possessio obiecti beatifici. Minor prob. nam Deus est bonum nostrum beatificum assequibile per modum obiecti: obiectum autem eâ potentiæ operatione adipiscitur & possidetur, qua eidem potentiæ fit intentionaliter præsens, eaque mediante toti supposito: sola autem visione intuitiua Dei, Deus fit nostræ potentiæ, eaque mediante toti supposito intentionaliter præsens; igitur sola visio intuitiua Dei est perfecta adeptio & possessio obiecti beatifici. Minor subsump. patet: nam sola visio intuitiua, cùm sit formalis expressio obiecti, ponit obiectum intra potentiam intelligentis intentionaliter præsens. Amor enim vel præcedit præsentiam obiecti, mouens per modum desiderij ad consecutionem illius; vel supponit præsentiam ipsius, & solùm tendit in illud per modum delectationis. Minor assump. prob. nam eo actu potentiæ possidetur obiectum, quo obiectum ipsum natum est attingi, & quasi teneri à potentiâ. Sicut eo actu potentiæ sensitiuæ possidetur obiectum sensibile, quo obiectum ipsum sensibile natum est attingi, & quasi teneri à sensu. Vnde licet lux vel odor appetatur ab appetitu sensitiuo, ab eo tamen attingi aut possideri non dicitur, sed à visu & odoratu; quoniam ab his potentijs, non ab illa, secundùm specificam eorum rationem hæc obiecta nata sunt apprehendi, & vitaliter possideri. 2. De ratione formalis beatitudinis est, vt vnà cum beatit. obiectiua integret vnum obiectum totale beatificum: hoc autem nequit competere actui voluntatis. Maior patet, quoniam beatitudo formalis est finis *quo*, obiectiua verò est finis *qui*: ex fine autem *quo* & *qui* constituitur vnus totalis & integer finis appetibilis propter se. Minor prob. quoniam integrum obiectum beatificum est primum volitum, in quod tendit voluntas: nullus autem actus voluntatis potest esse primum volitum, in quod ipsa tendat, igitur nullus actus voluntatis potest esse beatitudo formalis. Maior constat, nam quidquid operatur voluntas, operatur propter suam beatit. consequendam, tamquam propter finem primò ac principaliter intentum: igitur primum eius volitum est sua beatitudo. Minor prob. quoniam omnis actus voluntatis præsupponit obiectum, in quod feratur: ergo nullus actus voluntatis potest esse primum volitum ab ipsâ voluntate, sicut quia omnis intellectio præsupponit aliquod intelligibile, non potest intellectio esse primum intelligibile ab ipso intellectu. 3. Amor vt amor ex naturâ suâ indifferens est vt feratur in rem præsentem vel absentem, ergo ex naturâ suâ non est assecutio & possessio obiecti; nam hæc postulat actum suapte natura assecutiuum obiecti. Anteced. prob. quoniam amor includitur tam in desiderio quod est de re absente, quàm in delectatione quæ est de re præsente. Confirm. nam vel amor est possessio obiecti, vt abstrahit à desiderio & delectatione: & non; quia vt sic abstrahit ab obiecto præsente & absente. Vel vt contractus ad desiderium: & multò minùs, quia vt sic est ad absens. Vel vt contractus ad delectationem: atqui vt sic supponit assecutionem obiecti per actum intellectus. Ergo sub nulla ratione potest esse assecutio obiecti. 4. Beatitudo collocanda est in operatione omnium præstantissimâ: hæc autem est sola visio clara Dei. Maior constat ex naturâ beatit. quæ cùm sit summa perfectio naturæ intellectualis, constituenda est in præstantissimâ operatione eiusdem. Minor prob. nam ea operatio est præstantior, cuius potentia est perfectior: atqui perfectior est intellectus quàm voluntas, tum quia est in operando independentior, cùm nequeat operari voluntas sine intellectu, possit autem intellectus sine voluntate. Tum quia habet obiectum abstractius, quia tendit ad verum, quod abstractius est bono: intelligimus enim etiam quæ non sunt nec esse possunt, velle autem non possumus nisi quæ sunt vel esse possunt. Tum ex modo operandi, nam intellectus producit intentionaliter obiectum intra se, propter quod dicitur intelligendo fieri omnia: voluntas autem solùm fertur ab obiectum per vitalem impulsum atque tendentiam. Tum quia illa potentia est nobilior, ad cuius actum nobilior concurrit habitus: sed lumen gloriæ, concurrens ad visionem Dei, nobilius est charitate, concurrente ad actum charitatis. Minor prob. nam ille habitus est perfectior, qui ob sui perfectionem nequit competere subiecto imperfecto: lumen gloriæ ob sui perfectionem nequit competere viatori, cui tamen competit charitas: igitur lumen gloriæ est perfectius charitate. Confirm. Perfectius est quod perfectum distinguit ab imperfecto, quàm quod est vtrique commune: sed lumen gloriæ distinguit comprehensorem à viatore, quos non distinguit charitas, quæ est vtrisque communis: ergo. 5. In ea operatione collocanda est beatitudo, quæ perficit essentialem gradum naturæ intellectualis: hic autem non est appetitiuus, sed intellectiuus: nam intellectiuus est nobilior, prior vt causa appetitiui, appetitiuus ignobilior posterior, & consequens intellectiuum, tamquam proprietas essentiam. Maior prob. nam beatitudo cùm sit summa perfectio naturę intellectualis, debet summum eiusdem naturæ gradum perficere.

Prima ratio fund. *Hic controuersia.* *Secunda ratio.* *Tertia ratio.* *Confirm.* *Quarta ratio.* *Confirm.* *Quinta ratio.*

6. In ea operatione constitui debet essentia beatitudinis, ex quâ emanant omnes proprietates status beatifici: atqui ex visione Dei emanant omnes proprietates status beatifici. Maior constat, quoniam essentia rei est adæquatum principium & radix omnium proprietatum quę sunt in re. Minor prob. quoniam ex visione sequitur amor, ex amore delectatio, ex delectatione fruitio, ex fruitione reliquæ dotes ac perfectiones status beatifici, tam animi quàm corporis. 7. In ea operatione essentialiter consistit felicitas Beatorum, in cuius priuatione consistit essentialis pœna damnatorum: sed hęc, omnium Theolog. calculo, consistit in priuatione visionis Dei: ergo & illa in visione eiusdem. 8. In ea operatione ex Durando locanda est essentialis beatitudo, quę intenditur propter se, non autem quæ intenditur propter aliud: solus autem actus intellectus intendi tur propter

Sexta ratio. *Septima ratio.* *Octaua ratio.* *Durandus.*

Digitized by Google

propter se, non autem actus voluntatis: igitur in solo actu intellectus &c. Maior liquet, quoniam beatitudo est perfectio intenta propter se, & cætera propter ipsam. Minor prob. Ita se habet appetitus naturalis ad formam naturalem, sicut appetitus intellectiuus ad formam intelligilem: sed omnis actus appetitus naturalis finaliter ordinatur ad acquirendam aliquam perfectionem rei naturalem, vt descensus & quies lapidis in centro, per se ordinantur ad acquirendam perfectionem ipsi lapidi conuenientem: ergo etiam actus appetitus intellectiui est propter aliquam perfectionem, apprehensam per intellectum, naturæ intellectuali conuenientem. 9. Quando finis est aliqua res exterior, tunc ea operatio est finis vltimus, quâ primò rem ipsam consequimur: sed finis noster est Deus; ergo ea operatio erit finis vltimus, quâ primò Deum consequimur: hæc autem est visio, non amor; igitur. Maior constat in ijs, qui sibi vltimum finem constituunt in pecuniâ, quorum finis vltimus non est amor pecuniæ, sed actio illa quâ primò pecuniam possident.

Nona ratio.

114. Secunda sentent. beatitudinem collocat in solo actu voluntatis. Est *Scoti in 4. dist. 49. q. 3. §. Ad argum. princip. & q. 4. & 5. & in Report. q. 4. Rubionis in 4. dist. 49. q. 1. art. 2. concl. 4. Lychetti in 4. dist. 1. q. 2. §. Deinde, versu Resp. & in 3. dist. 31. q. vnica §. Ad aliam inst. & quodlib. 13. §. In isto art. Bachonis in 1. dist. 1. q. 1. art. 5.* Cæterùm cùm plures sint actus in voluntate Beati, in solo actu amicitiæ erga Deum Scotus collocat essentiam beatit. eo quòd hic sit omnium perfectissimus, & finis reliquorum. Hæc primum fundam. habet in Scripturâ, in qua vita æterna, quę beatitudinem importat, appellatur *gaudium, Matth. 25. Ioan. 16.*

B. Sent. Scoti.

Ratio fundamentalis.

Prob. 2. rationibus: quarum prima. In eâ operatione essentialiter consistit beatitudo, quæ est perfecta possessio & assecutio obiecti beatifici: hęc autem est sola operatio voluntatis. Minor prob. quoniam possessio non dicit solam præsentiam rei, sed etiam tentionem & comprehensionem ipsius: solius autem voluntatis est obiectum comprehendere ac tenere. *Maior syllog. est S. Thoma 1. 2. q. 4. art. 3. ad 1. Comprehensio*, inquit, *nihil aliud nominat, quàm tentionem alicuius rei, quæ iam præsentialiter habetur; sicut aliquis consequens aliquem, dicitur eum comprehendere, quando tenet eum. Et hoc modo*, ait, *comprehensio requiritur ad beatit.* Minor prob. nam per illam operationem obiectum tenemus, per quam illud nostrum perfectè facimus: at hic est amor; quia per amorem transferimus dominium nostrum in amatum, & facimus illud quasi alterũ nostrum. 2. Beatitudo formalis est illa, quæ attingit obiectum beatificum, vt beatificum est: hæc autem est sola operatio voluntatis: nam sola operatio voluntatis attingit Deum sub ratione boni, cùm intellectus illum attingat sub ratione tantùm veri. Deus autem est obiectum beatificum sub ratione boni, quæ immediatiùs attingit rationem vltimi finis: hæc autem est sola operatio voluntatis; quoniam sola hęc immediatè attingit rationem summi boni, quæ est ratio ipsa constitutiua finis. 3. Beatitudo constituenda est in actu, qui sit summè appetibilis: hic autem est actus solius voluntatis. Maior constat, quoniam beatitudo formalis integrat vnam completam & totalem beatitudinem cum obiectiuâ: sed hæc consistit in obiecto summè appetibili; ergo & illa in actu summè amabili. Minor prob. tum quia voluntas magis appetit suam, quàm alterius potentiæ perfectionem: tum quia Beatus potiùs eligeret carere visione, quàm amore Dei. 4 Beatitudo est præmium correspondens merito: ergo in ea potentia reponenda est, cui per se conuenit mereri: hæc autem est sola voluntas; nam sola voluntas, cùm sit libera, est principium merendi: ergo in solo actu voluntatis collocãda est beatitudo. 5. Beatitudo est operatio omnium nobilissima: sed hæc est operatio solius voluntatis. Minor prob. tum quia ea operatio est nobilior, cuius potentia est perfectior: atqui perfectior est voluntas; quoniam hæc sola est libera, primum mouens, & principium meriti. Tum quia ea potentia est perfectior, quæ perfectiori modo tendit in obiectum: atqui perfectiori modo in obiectum tendit voluntas quàm intellectus: quia voluntas tendit per vnionem cum obiecto in esse reali, intellectus autem per vnionem dumtaxat in esse intentionali. Tum quia illa operatio est perfectior, ad quam perfectior concurrit habitus: sed ad actum voluntatis concurrit habitus charitatis, qui perfectior est lumine gloriæ, auctore *Paulo*. Tum quia illa operatio est perfectior, quæ est generatione posterior: nam quæ sunt generatione posteriora, sunt intentione priora: quæ autem sunt intentione priora, sunt simpliciter perfectiora, quia semper intentio tendit ad perfectius, quia tendit ad illud tamquam ad finem. Tum quia visio Dei ordinatur ad amorem, non autem contrà: *Peruersus enim*, inquit Anselmus, *ordo est, amare ad intelligendum; rectissimus, intelligere ad amandum.* Tum demum, quoniam Seraphini, qui sunt in supremo gradu intellectricis naturæ, denominantur ab amore, non à cognitione. Confirm. ex Bachone. In ea operatione essentialiter consistit vltima nostra felicitas, quę in aliam operationem referibilis non est, & ad quam reliquæ omnes referibiles sunt: talis est fruitio, quæ in nullam aliam operationem referibilis est, sed ad ipsam omnes referibiles sunt. nam sola ipsa diligitur vt finis vltimus *quo*, reliquæ verò vt media ad ipsam perfectè consequendam.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

1. Cor. 13.

Anselmus

Tertia sentent. essentiam beatitud. constituit in vtroque actu intellectus & voluntatis. Hęc multò plures habet Patronos: *Hugonem Vict. in 7. cap. Dionys. longè post med.* qui completam Beatorum felicitatem in duobus consistere docet, in lumine, & dulcedine. Per *lumen*, intelligit visionem; per *dulcedinem*, amorem Dei; nec vnum sine alio perfectè beare. *Si illuminaris*, inquit, *& non satiaris, magnum bonum est, sed non plenum. Si satiaris, & non illuminaris, magnum item bonum est, sed non perfectum. Alens. 3. p. q. 23. memb. 1. ad 1. Henric. in Sum. art. 49. q. 6. ad 1. Ægid. quodlib. 3. q. vlt. Bonauent. in 4. dist. 49. art. 1. q. 4. & 5. Richard. art. 1. q. 6. Aureol. art. 2. Argent. q. 3. art. 2. concl. 3. & 4. Bassol. q. 2. Maior. q. 1. Marsil. q. 13. art. 3. concl. 4. Ocham. in 1. dist. 1 q. 2. in fine, Gregor. in 1. dist. 1. q. 2. art. 1. ad 8. Supplem. Gabriel. in 4. dist. 49 q. 2. art 2. dub. 3. in solut. 3. dub. Cordub. lib. 1 q. 42. Vega lib. 7. in Trident. cap. 3. Henriquez de vlt. fine homin. cap. 10. initio, Valent. 1. 2. disp. 1. q. 3. punct. 4. §. Mihi de hac q. Suarez de actibus hum. tract. 1. disp. 7. sect. 1. concl. 3. Idem sentire videtur Molina 1. p. q. 12. ar. 1. disp. 2. concl. 5. & q. 26.* quia tamen eadem 1. p. loco cit. expresè fatetur, se cũ ijs sentire, qui in visione potiùs, quàm in amore beatitudinem ponunt, non potest in his locis loqui de beatit. essentiali, sed tãtùm de integrali, quo pacto etiã accidentalia complectitur. Cęterùm discrepant hi auctores, in quo actu principaliùs reponẽda sit. *Henricus, Richardus, Argentina,*

115. *5 Sent. probabilior Hugo Victorinus.*

Ocha.

Digitized by Google

Argentina, Aureolus, Maior q. 3. & Corduba, in actu voluntatis; eò quòd hic perfectiùs attingit obiectum beatificum, quia attingit illud sub ratione boni & vltimi finis formaliter. *Henriquez* & alij in actu intellectûs; eo quòd hic in genere naturæ perfectior est actu voluntatis. Pro cuius sentent. explicatione,

116. *Beatitudo sita in vtroque actu S. Thom.*

Dico 1. Beatitudo in vtroque actu intellectus & voluntatis essentialiter consistit. Ab hac assert. non videtur alienus S. Thom. qui 1. 2. *q.* 4. *art.* 8. *ad* 3. ad beatit. requirit dilectionem Dei: *Perfectio charitatis est essentialis beatitudini quantum ad dilectionem Dei.* Vnde quando negat, ad beatit. essentialiter concurrere actum voluntatis, explicari potest vel de amore concupiscentiæ, vel de delectatione amorem consequente. Eamdem problematicè defendit Philos. *Ethic. c.* 8. *& lib.* 10. *c.* 5. *in fine.* Cuius verba sunt: *Siue igitur vna siue plures sint perfecti & beati viri operationes,* &c. Eadem colligitur ex Scriptura, & Patribus, qui modò beatitudinem assignant in actu intellectus, modò in actu voluntatis. *Aristot.*

Prob. 1 Clementina Benedictus XII.

Prob. 1. ex Clementina *Ad nostrum, de Hæreticis; & ex Extravag. Benedicti XII. relata à Supplem. Gabr.* in vtraque enim Decretali animarum beatitudo definitur consistere tam in visione, quàm in fruitione diuinæ essentiæ. Et quauis in his Decretalibus solùm principaliter sanciatur, quòd lumen gloriæ sit necessarium ad beatit. & quòd animæ iustorum statim post mortem, si nihil ijs superfit purgandum, beandæ sint: negari tamen non potest, quin Pontifices definiendo has veritates, obiter hanc assert. confirment. Quocirca *Argentinas, Supplem, Corduba, Vega,* & alij censent, post dictas Decretales non posse ampliùs oppositam sent. probabiliter defendi: quibus etiam assentitur *Valentia* §. 2. *est.* His accedit auctoritas Catechis. Rom. circa illa: *Credo vitam æternam:* vbi, *Solida,* inquit, *beatitudo, quam essentialem communi nomine licet vocare, in eo sita est, vt eam videamus, eiusque pulchritudine perfruamur.* Quo quid pro nostra sent. clarius? in quâ auctoritate ne ipsũ quidem nomen *essentialis* beatitudinis omissũ est. *Catechism. Roman.*

117. *Prob. 2. Prima ratio*

Prob. 2. rationibus ductis ex naturâ beatit. Prima sit. Beatitudo formalis, vt omnes fatentur, est perfecta assecutio & possessio beatif. obiectiuæ: sed hæc essentialiter requirit vtrumque actum, intellectus & voluntatis. Minor prob. nam tunc perfectè comprehenditur, & possidetur obiectum, quãdo ijs actibus tenetur quibus obiectum ipsum natum est teneri: atqui obiectum beatificum vtroque actu intellectus & voluntatis aptum est teneri; igitur vterque concurrit ad perfectam & completam assecutionem obiecti beatifici. Maior syllog. ex qua reliqua pendent, prob. tum

à pari

à paritate obiecti sensibilis, quod tunc perfectè comprehenditur ac possidetur, quando ijs actibus attingitur, quibus natum est attingi. Non enim perfectè comprehenditur pomum solâ visione, quippe cùm natum sit etiam odoratione & gustatione attingi.

à priori.

Tum à priori: nam obiectum assequi & possidere, est illud adæquari potentiæ, secundùm propriam rationem obiectiuam ipsius: ergo quando plures sunt potentiæ, plures quoque respondent rationes obiectiuæ, saltem *sub quibus,* in obiecto ipso; cùm nequeant potentiæ specie diuersæ eamdem rationem obiectiuam *sub qua* respicere in obiecto. Ergo quando obiectum natum est per diuersas rationes obiectiuas adæquari diuersis potentijs, non perfectè possidetur, donec per actus diuersarum potentiarum attingatur: nam quamdiu non est comprehensum & possessum per actum vnius potentiæ, nondum est assecutum secundùm eam rationem obiectiuam, secundùm quam ex se natum est talem potentiam terminare. Confirm. nam obiectum beatificum ex se aptum est intellectum terminare sub ratione veri intelligibilis, voluntatem verò sub ratione boni appetibilis: ergo non perfectè assequimur & possidemus illud, quamdiu non attingimus secundùm vtramque rationem. *Confirm.*

Secunda. Beatitudo est perfecta satietas naturæ intellectualis: hæc autem nequit saluari in solo actu intellectus aut voluntatis. Minor prob. quia non minùs natura intellectualis beatificabilis est per operationem intellectus, quàm per operationem voluntatis. Nec satisfacit *Scoto,* qui *q.* 3. *cit.* §. *Ad quæst.* distinguens duplicem beatit. alteram naturæ, alteram potentiæ, concedit beatitudinem potentiæ essentialiter consistere in vtroque actu; cùm neutra potentia sit immediatè beatificabilis actu alterius potentiæ: negat autem, beatitudinem naturæ in vtroque actu consistere, sed in vno omnium præstantissimo. Non inquam satisfacit, quia cùm non solùm potentiæ, sed etiam natura sit per vtramque operationem immediatè beatificabilis, (ad vtramque enim operationem immediatè concurrit natura vt princeps causa vitæ) & perfectio vnius operationis non contineatur in aliâ, non poterit perfectè satiari natura operatione vnius tantùm potentiæ. Confirm. nam perfecta satietas tollit omnem potentialitatem ad vlteriorem coniunctionem cum obiecto beatifico: non tolleret autem, si ea in vnâ tantùm operatione consisteret. Ideò concedit *Scotus in* 4. *dist.* 49. *q.* 1. *art. vlt. circa finem,* quòd si beatus videret tantùm, & non amaret Deum, nec eius visione oblectaretur, illum non fore beatum: putat enim, vt *præced. art.* docuerat, beatit. essentialiter consistere in visione, connotando amorem & delectationem, vt proprietates necessariò consequentes. Sed *contrà:* nam si ideò tota essentia beatit. in sententiâ Thomist. in visione consistit, quia sola visio est consecutio obiecti beatifici, nec actualis relatio causæ ad effectum consequentem facit ad assecutionem obiecti formaliter, vt per se patet (nam antequam consequatur ista relatio causæ ad effectum, intelligitur obiectum perfectè assecutum) non poterit talis connotatio seu relatio effectus consequentis ad beatit. essentialiter pertinere. Verùm dupliciter posset hæc ratio eludi: 1. concedendo, beatit. explere omnem appetitum naturæ intellectualis, consideratam non tantùm essentialiter, sed etiam integraliter secundùm omnes proprietates quas includit. 2. concedendo, beatit. explere omnem appetitum, sed aliquem formaliter vt intellectiuum, aliquem causaliter vt volitiuum. Sed contra primum, quia de conceptu essentiali beatit. est, vt sit bonum sufficiens & adæquatè satians: igitur præciso omni accidente, debet ex se apta esse satiare omnem appetitum naturæ intellectricis. Nam ideò perpetuitas, aduersario etiam fatente, est essentialis beatitudini, quia non potest sine perpetuitate rationalem appetitum perfectè quietare. Contra secundum, quoniam de ratione beatit. non est potentiâ, sed actu satiare rationalem appetitum: ergo si de ratione beatit. est, totaliter explere omnem rationalem appetitum, de ratione eiusdem erit actu, non potentiâ illum totaliter explere. Anteced. prob. quoniam, *vt ostensum sect.* 4. beatitudo consistere non potest in habitu, sed in actu. Igitur de ratione beatit. nõ est causaliter & in actu 1. sed formaliter, & in actu 2. rationalem appetitũ totaliter explere.

Ratio 2. *Scotus reiicitur* *Confirm.* *Scotus reiicitur* *Thomistarũ sententia* *Dicés 1.* *Secundò.* *Contra 1.* *Contra 2.*

Tertia ratio. Beatitudo essentialiter includit mutuam *Tertia ratio*

Digitized by Google

mutuam amicitiam perfectissimam inter creaturam & Deum: hæc autem vtrumque actum visionis & dilectionis includit. Maior est *S. Thomæ* 1. 2. q. 4. *art.* 8. ad 3. & ratio est, quoniam beatitudo est summa familiaritas, quæ inter Deum & creaturam puram esse potest, quia fundatur in summa & perenni communicatione bonorum; ea enim mediante, fit Deus Beatis obiectum perfectissimæ familiaritatis: igitur includit mutuum amorem actualem ex vtraque parte: alioquin non esset perfecta familiaritas; & consequenter summa communicatio, quæ inter amicos esse potest. Minor prob. nam mutua amicitia saltem postulat habitualem amorem ex vtraque parte: ergo actualis perfectissima, qualis est inter Deum & Beatos, actualem postulat ex vtrâque parte amorem. Igitur beatitudo essentialis non solùm includit actualem amorem Dei erga Beatum, sed etiam Beati erga Deum.

S. Thom.

4. *Ratio.* Quarta ratio. Beatitudo se ipsâ formaliter excludere debet inimicitiam cum Deo: non posset autem inimicitiam cum Deo se ipsâ formaliter excludere, nisi in vtroque actu, visionis & amoris, essentialiter consisteret. Maior constat: nam beatitudo, cùm sit formaliter opposita summæ miseriæ, debet se ipsâ formaliter excludere inimicitiam cum Deo, in quâ summa miseria consistit. Minor prob. nam vel beatitudo consistit in sola visione, vel in sola dilectione: neutra per aduersarios seorsim sumpta excludit formaliter inimicitiam cum Deo. Non visio: nam etsi hæc in mea sent. excludit peccatum, in quo miseria consistit, non minùs quàm gratia ipsa; non tamen illud excludit in sent. Thomist. Nam *Sotus in 4. dist. 15. q. 1. art. 2. ad finem, & alij apud Vasquez disp. 11. cap. vlt.* concedunt, cum visione beatâ habituale peccatum, quod *ex Trident. sess. 6. cap. 7.* est inimicitia nostri ad Deum, stare posse. Vnde posset per hos Auctores in peccato existens de potentia absoluta assumi ad Deum clarè videndum, denegato illi omni concursu ad amorem eliciendum. In quo casu homo fieret essentialiter beatus, manens inimicus & offensus Deo: quoniam in sent. aliquorum Thomist. præsertim Soti, quam veram puto, nequit peccatum ne de potentia quidem absolutâ condonari, absque voluntariâ retractatione peccatoris: ergo si Deus assumeret peccatorem ad claram visionem sui, absque præuio actu retractatiuo peccati, & simul negaret illi concursum ad amorem beatificum, talis homo fieret beatus, quia haberet essentialem formam beatit. & tamen maneret inimicus Deo, quia maneret cùm peccato habituali nondum retractato. Respondet citato loco Vasquez, in eo casu deleri peccatum, eò quòd videnti clarè Deum, debita esset dilectio Dei, quæ si denegaretur, statim tolleretur à Beato debitum illam habendi. Sublato autem debito dilectionem habendi, non ampliùs carentia illius imputaretur ad peccatum: ac proinde deleretur macula peccati; quoniam hæc non est simplex tantùm negatio amicitiæ sed priuatio, quæ tollitur sublato debito habendi formam oppositam. Tollitur autem debitum habendi dilectionem Dei à Beato per ipsam visionem, cui de necessitate debita est dilectio Dei. Sed contrà: quia in sent. ipsius, quam ego sequor, nequit deleri peccatum, nisi formâ suapte naturâ opposita peccato: sola autem visio per ipsum non est forma suapte naturâ opposita peccato, nisi per ordinem ad dilectionem, quâ formaliter tollitur auersio, & ponitur conuersio ad Deũ: ergo. Nec sufficit, quòd visio Dei sit talis naturæ cui debita sit dilectio, ad hoc vt solâ visione dicatur peccator formaliter iustificari: alioquin solâ cognitione congruâ fidei, cui debita esset contritio, per ipsum formaliter iustificaretur peccator. Nec refert, quòd visionem Dei necessariò sequatur dilectio, ad congruam verò cognitionem fidei contritio tantùm liberè sequatur: quia non minùs ex suppositione congruæ cognitionis fidei, quàm visionis intuitiuę Dei, peccator infallibiliter erũperet in dilectionem Dei; nisi quòd ex vi prioris erumperet infallibilitate consequenti; ex vi verò posterioris infallibilitate etiam antecedenti, quod ad casum non facit: siquidem vtraque infallibilitas tolleret debitum habendi dilectionem ex parte subiecti; cùm non minùs debita sit dilectio congruæ cognitioni fidei, quàm intuitiuæ visioni Dei. Adde, quòd nisi actu ponatur dilectio, non ponitur forma opposita peccato actu, sed tantùm aptitudine, quòd non sufficit, quia contrarium non tollitur nisi per oppositum contrarium. Neque inimicitiam cum Deo formaliter excludit sola dilectio Dei: quoniam, vt suppono ex disputandis, dilectio creaturæ erga Deum non necessariò secũ affert dilectionem amicitię Dei erga creaturam, in qua mutua dilectione essentialiter consistit amicitia: proinde sola dilectio creaturæ erga Deum non est sufficiens ad ponendam amicitiam inter Deum & creaturam; atque adeò ad expellendam formaliter inimicitiam inter Deum & creaturam. Est igitur vterque actus, & visionis & dilectionis, necessarius ad mutuam amicitiam inter Beatum & Deum; visionis, vt per eam creatura fiat obiectum amicitiæ diuinæ; dilectionis, vt per eam creatura mutuò diligat dilectione amicitiæ Deum.

Sotus Vasquez

Trident.

Ratio Sotus.

Respondet Vasquez.

Sed contrà.

Amicitia creaturæ erga creatorem non mutua.

Quinta ratio. Beatitudo est adoptiua filiatio, qua Deus rationalem creaturam sibi adoptat: sed hęc requirit mutuum actum, tam ex parte adoptantis, admittendo adoptatum ad bona ipsius adoptantis; quàm ex parte adoptandi, subijciendo se in filiale obsequium parenti adoptanti. Nequit autem Beatus per solum actum visionis subijcere se in filiale obsequium Deo adoptanti, cùm hoc essentialiter postulet actum voluntatis.

Rat. 5. Beatitudo est adoptiua filiatio.

6. Beatitudo est perfecta hæreditas & participatio beatitudinis increatæ; sed hęc essentialiter includit vtrumque actũ, & intellectus, quo se Deus comprehendit; & voluntatis, quo se perfectè diligit. Minor prob. nam beatitudo increata est, quâ maior excogitari non potest: nisi autem vtrumque actum essentialiter includeret, non esset quâ maior excogitari non posset; cùm maior beatitudo esset, quæ vtrũque actũ includeret. Maior ostend. etenim sicut Deus, vt Patres definiunt, est, quo maius ac pręstantius excogitari non potest: ita quæuis eius perfectio, saltem in eo genere in quo concipitur, debet esse, qua maior ac pręstantior excogitari non potest. Confirm. nam dilectio saltem accidentaliter integrat beatit. at perfectius est, vt ea formaliter & essentialiter, quàm accidentaliter increatam beatit. integret, sic enim perfectior pręstantiorque concipitur: ergo.

Sexta. Est perfecta hæreditas.

Confirm.

7. Beatitudo, vt passim docent Patres, est quoddam spirituale matrimonium inter creaturam & Deum, sed ad matrimonium essentialiter requiritur traditio dominij ex parte vtriusque coniugis: igitur sola visio aut sola dilectio ad beatit. non sufficit. Conseq. prob. nam per visionem solus Deus tradit creaturæ dominium in sua bona; per dilectionem sola creatura tradit dominium sui in Deum: neutra igitur sufficit, sed vtraque necessariò requiritur. Antec. constat, quia dominium nõ traditur,

Septima. Est spirituale matrimonium.

Digitized by Google

ditur, nisi actu voluntatis: ergo nõ potest creatura solo actu visionis dominium sui in Deum tradere.

118. *Obijcies* 1. Si beatitudo deberet se ipsâ formaliter explere omnem appetitum creaturę intellectualis, beatitudo hominis non solùm ponenda esset in intellectu & voluntate, sed etiam in inferioribus potentijs sensitiuis, nam etiam illæ sunt capaces alicuius boni. Resp. neg. sequel. quia beatitudo formalis est assecutio obiectiuæ: hæc autem cùm consistat in solo bono increato, illæ tantùm potentiæ erunt capaces beatit. formalis, quæ sunt capaces obiectiuæ: hæ autem sunt solæ potentiæ rationales. 2 *Obijcit* Durandus. Beatitudo formalis est operatio omnium optima ac perfectissima: ergo impossibile est, vt ea consistat in duplici operatione diuersę speciei, cuiusmodi sunt operatio intellectus & voluntatis. Conseq. probat, quia inter operationes specie differentes, impossibile est esse æqualitatem, sed vna necessariò deficit à perfectione alterius, & consequenter non erit optima. Confirmat Scotus 1. Beatitudo obiectiua est vna numero; ergo & formalis. 2. vna est potentia, quæ in naturâ intellectuali perfectissimè attingit obiectum, ergo vna est operatio, qua tale obiectũ perfectissimè attingitur: ergo in ea tantùm saluatur essentialis beatit. 3. quotiescumque vnum est causa alterius, implicat vt vtrumque concurrat ad constituendam vnam essentiam: sed visio est causa dilectionis, ergo implicat, vt vtraq; concurrat ad eamdem essentiam beatit. constituendam. *Resp.* beatit. formalem esse optimam & perfectissimam operationem, non simplicitate, sed totalitate & aggregatione. Vnde nihil obstat, quò minùs illa consurgat ex duplici operatione specie diuersa: nam quamuis alterutra earũ necessariò sit alterâ perfectior, vtraque tamen est perfectissima; atque adeò perfectior alterutrâ seorsim sumptâ. Ad 1. confirm. neg. conseq. quoniam beatitudo obiectiua debet esse summum atque infinitum bonum, ac proinde vnum numero: beatitudo formalis est bonum creatum, atque adeò multiplicabile numero, & specie. Ad 2. neg. vlt. consequ. quia beatitudo formalis non debet consistere in operatione omnium perfectissima simplicitate, sed aggregatione; quia consistere debet in operatione adæquatè satiante omnem appetitum naturæ intellectualis: quod prestare non potest vna tantùm operatio omnium perfectissima, cùm vna potentia non beatificetur operatione alterius. Ad 3. quidquid sit de min. de qua infrà, neg. maior. constat in composito physico, cuius materia est causa formæ, & vice versâ, & tamen vtraque concurrit ad constituendam vnam essentiam physicam.

119. *Dico* 2. Actus voluntatis, quem essentialiter includit beatitudo, non est amor cõcupiscentiæ, quo summum bonum nobis adeptum amamus, nec delectatio, quæ ad visionem vel dilectionem Dei necessariò consequitur, sed solus amor amicitiæ, quo Deum summum bonum propter se ipsum diligimus. Assertio hæc partim est contra *Richardum*, qui ad essentiam beatit. ex parte voluntatis requirit omnes actus; partim contra alios, prȩter amorem requirentes delectationem, amorem consequentem: & prob. Is tantùm actus integrat essentialiter formalem beatit. ex parte voluntatis, qui est assecutio solius beatit. obiectiuæ: solus autem amor amicitiæ ex parte voluntatis est assecutio beatit. obiectiuæ. Minor constat, nam solus amor amicitiæ tendit ad Deum propter solam bonitatem Dei: reliqui verò actus tendunt ad Deum priore aliquo actu assecutum ac possessum, vt amor concupisc. tendit ad Deum, & delectatur de Deo, quatenus viso & amato: ita vt ratio formalis obiectiua, ad quam iste amor tendit, non sit sola bonitas Dei, sed etiam visionis & dilectionis, vt Deum nobis coniungentis, tamquam summum bonum nostrum. Maior prob. nam is tãtùm actus integrat essentialiter beatit. formalem, qui nobis immediatè coniungit obiectiuam. Confirm. Sicut visio non integrat essentialiter beatit. ex parte intellectus, quatenus reflexiua sui est, sed quatenus directa notitia Dei est, quia vt reflexiua supponit obiectum beatificum assecutum sub ratione summi veri: ita amor non integrat essentialiter beatit. ex parte voluntatis, quatenus est sui reflexiuus, sed quatenus directè tendit in Deum, quia vt reflexiuus supponit Deum assecutum & possessum sub ratione summi boni. Vnde non assequitur illum sub nouâ ratione obiectiuâ increatâ, quâ non fuerat anteà per actum directum assecutus.

120. *Obijcies* 1. Is actus potior est in beatitudine, qui potior est in perficiendo Beatum: at potior est in perficiendo Beatum amor concupiscentiæ, quàm amor amicitiæ. Maior constat, quoniam beatitudo est summa perfectio Beati. Minor prob. nam amor concupiscentię tendit ad Deum vt bonum nostrum; amor verò amicitiæ tendit ad Deum vt bonum ipsius Dei: atqui maior perfectio nostra est, Deus dilectus vt bonum nostrum, quàm vt bonum ipsius Dei. Resp. neg. min. Etenim illud est bonum maius nostrum, quod nos immediatiùs & proximiùs coniungit Deo: immediatiùs autem & proximiùs nos coniungit Deo amor amicitiæ, qui nullo medio creato tendit in ipsam bonitatem Dei, quàm amor concupisc. qui in Deum tendit mediante actu creato. Neque ex eo, quòd per amorem concupisc. Beatus intendat Deum vt bonum suum, fit vt talis actus sit perfectior: nam perfectior actus desumitur ex perfectiori obiecto ad quod tendit. Cùm igitur obiectum, ad quod tendit amor amicitiæ, sit perfectius, quàm obiectũ ad quod tendit amor concupisc. perfectior erit amor amicitiæ, quàm amor concupisc. ac proinde magis perfectiuus Beati.

Obijcies 2. Beatitudo est formaliter quietatiua appetitus intellectualis: non est autem formaliter quietatiua, nisi ratione delectationis: ergo delectatio pertinet essentialiter ad beatit. Maior patet, nam beatitudo debet se ipsâ formaliter explere totam capacitatem appetitus intellectualis, tollendo ab ipso omnem potẽtialitatem ad vlteriorem perfectionem, cuius est capax. Minor prob. tum quia delectatio est ipsa vitalis quies appetitus intellectualis: ergo sine delectatione non est beatitudo formaliter quietatiua, sed ad summum fundamentaliter, & originatiuè. Tum quia absque delectatione Beatus maneret in potentia ad vlteriorem perfectionem. Resp. concessâ maiore, neg. minor: & disting. duplex delectatio in beatit. altera de consecutione finis, altera de ipso fine. Prior distinguitur ab ipso actu consecutiuo, atque adeò à beatit. ipsa, quę essentialiter consistit in assecutione finis. Posterior non distinguitur ab ipsa formali consecutione finis, sed est ipsamet consecutio finis, quę quatenus est assecutio summi boni præsentis, atque in se ipso existentis, Beatum summè delectat; tum quia omnis operatio consentanea naturę operantis, est delectabilis operanti: tum quia amor amicitiæ, quem essentialiter includit beatitudo, est ipsamet formalis complacentia & delectatio de bonis Dei. Ex his patet ad vtramque prob. min. nam beatitudo est formaliter quietatiua appetitus

Digitized by Google

appetitus intellectualis per delectationem de obiecto beatifico, quæ non distinguitur ab ipsâ complacentiâ & amore amicitiæ; non autem per delectationem de consecutione ipsâ finis, nam hæc est accidens beatitudinis, consequens ipsam beatit. formalem. Nec formalis beatit. tollere debet omnem potentialitatem à subiecto, sed solam potentialitatem ad beatit. obiectiuam.

Obiicies 3. *Obiicies* 3. Beatitudo est vltima perfectio naturæ intellectualis: sed delectatio de ipsa consecutione finis est vltima perfectio naturæ intellectualis; ergo pertinet ad beatit. essentialiter. Resp. beatit. esse vltimam perfectionem circa obiectum beatificum, delectatio autem, etsi sit vltima, non est tamen immediatè circa obiectum beatificum, sed circa bonum creatum. *Obiicies* 4. Si in amore amicitiæ erga Deum partialiter consisteret nostra beatitudo, sequeretur, viatorem iustum diligentem Deum amore amicitiæ, esse partialiter beatum. Sequela prob. quia amor viæ est eiusdem rationis cum amore patriæ. Resp. neg. sequel. ad prob. esto amor viæ, de quo suo loco, sit eiusdem perfectionis specificæ, quæ desumitur ex obiecto, cum amore patriæ; nego tamen, esse eiusdem perfectionis, quæ desumitur ex alijs proprietatibus ad beatit. essentialiter spectantibus: cuiusmodi sunt præsentia obiecti beatifici, necessitas, & perpetuitas, siue inamissibilitas amoris beatifici: quæ proprietates, cùm essentialiter requirantur ad beatit. ijsque careat amor viæ, non poterit amor viæ esse beatificus, sed tantùm meritoria dispositio ad beatit. Neque hinc *inferas*, beatitudinem patriæ non differre specie à beatit. viæ, tum quia cùm amor viæ careat essentialibus rationibus ad beatit. requisitis, nec dici poterit specie conuenire cum amore beatifico patriæ in ratione beatit. sed in ratione dumtaxat amoris amicitiæ vt sic. Tum quia præcipua pars essentialis beatit. consistit in actu intellectus, qui in patriâ & viâ non solùm in ratione beatit. sed etiam in ratione actus specie differunt.

Obiicies 4.

Respondeo

Respondeo

112. *Beatitudo in genere naturæ, principaliùs in visione.* *Dico* 3. Beatitudo considerata in genere naturæ, principaliùs consistit in visione; considerata verò in genere moris, principaliùs in amore: simpliciter tamen dicenda est principaliùs consistere in visione. Assertio quoad priores duas partes est *Aureoli cit. art.* 5. Quoad tertiam est contra ipsum, qui docet simpliciter dicendum esse, beatit. principaliùs consistere in amore. Fundam. primi est. In eo actu principaliùs consistit beatitudo in genere naturæ, qui perfectior est in genere assecutionis obiecti beatifici: atqui perfectior est in genere assecutionis obiecti beatifici visio; ergo principalior est visio, quàm amor, in beatit. Maior patet, nam in eo actu principaliùs consistit beatitudo formalis in genere naturæ, qui perfectiùs coniungit beatit. obiectiuam cum potentia beatificabili: etenim cùm beatitudo formalis sit propter obiectiuam, ea in genere naturæ est perfectior, quæ perfectiùs assequitur obiectiuam, in qua vltimatè nostra beatitudo consistit. Minor prob. nam visio vi suâ independenter à quacumque aliâ potentiâ trahit obiectum intra potentiam intelligentis, illudque facit obiectiuè præsens de non præsente simpliciter. Amor verò vi suâ non trahit obiectũ intra potentiam amantis, nec facit illud de non præsente simpliciter præsens, sed supponit illud factum præsens per actum intellectus, eique tantùm vnitur vnione affectiuâ.

Prob.

Dices *Dices*: Illa est perfectior assecutio obiecti, quæ obiectum attingit secundùm perfectiorem rationem: sed amor secundùm perfectiorem rationem attingit obiectum, quia attingit illud secũdùm rationem boni, visio autem secundùm rationem veri: perfectior autem est ratio boni, cùm sit ipsa ratio finis formaliter, perfectiua naturæ appetentis, quàm ratio veri, quæ est tantùm ratio adæquatiua rei cũ intellectu. Resp. neg. minor. duplex .n. est ratio in obiecto, altera *quæ*, altera *sub qua*. Illa se tenet ex parte obiecti, hęc ex parte modi tendendi potentiæ ad obiectum; vt in colorato, ratio *quæ* terminans tam visionem corpoream, quàm intellectualẽ, est ipsa ratio coloris; nam tam visus quàm intellectus cognoscit ipsam rationem coloris: ratio *sub qua* illum cognoscit visus, est visibilitas; ratio verò *sub qua* illum cognoscit intellectus, est intelligibilitas. Pari modo in obiecto beatifico bonitas ipsa finis *quæ* perfectiua naturæ appetentis, terminat tam actum intellectus, quàm actum voluntatis, sub diuersa tamen ratione formali *sub qua*: nam actum intellectus terminat sub ratione veri & intelligibilis; actum verò voluntatis sub ratione boni & appetibilis. Negandum igitur est, visionem non attingere rationem ipsam bonitatis *quæ* constitutiuam vltimi finis & obiecti beatifici, quamuis sub aliâ ratione formali *sub qua*: alioquin si aliqua ratio formalis *quæ* propria voluntatis esset in obiecto, quę non cognosceretur ab intellectu, ea à voluntate appeti non posset; cùm hęc nullam in obiecto rationem appetere possit, nisi vt præcognitam.

Resp. *In obiecto beat. ratio quæ, alia sub qua.*

Fundam. secundi est. Ea operatio perfectior est in genere moris, quę magis de honestate participat: ea autem operatio magis de honestate participat, quæ conformior est recto rationis dictamini: conformior autem est recto rationis dictamini amor, quàm visio. Minor prob. nam ea operatio conformior est recto dictamini, quę secundùm rectum dictamen est eligibilior: eligibilior autem est secundùm rectum dictamen amor, quàm visio Dei: nam id ratio recta magis eligendum iudicat, quod redundat in maius bonum saltem extrinsecum Dei, quàm in bonum intrinsecum nostrum; cùm extrinsecum bonum Dei præferendum sit cuicumque intrinseco bono nostro, cùm illud sit finis vltimus omnium operum Dei. Magis autem redundat in bonum extrinsecum Dei amor, quàm visio Dei: nam ille est actus per se elicitus in obsequium Dei, hæc autem est operatio per se elicita in bonum nostrum. Vnde si daretur optio, deberet Beatus eligere potiùs priuationem visionis, quàm amoris Dei. Confirm. Illud est maius & perfectius in genere moris, cuius oppositum est magis fugiẽdum: magis autem fugiendum est odium Dei, quod opponitur amori, quàm error, qui opponitur visioni. *Dices*: Id redundat in maiorem gloriam & extrinsecum bonum Dei, quod magis manifestat bonitatem Dei: id autem magis manifestat bonitatem Dei, quod in se est maius bonum: quia res Dei bonitatem manifestant per ipsam bonitatem, quam in se ipsis participant. Igitur si visio Dei est in se ipsa perfectior, magis redundabit in gloriam & extrinsecum bonũ Dei; atque adeò non solùm erit perfectior in genere naturę, sed etiam in genere moris, & appetibilitatis. Confirm. nam visio Dei, est clara notitia excellentię diuinæ, in quâ formaliter consistit extrinseca gloria & fama Dei, quæ est clara cum laude notitia. Resp. neg. vniuers. minor. ad prob. nego, res manifestare bonitatem Dei solùm per bonitatem quam res ipsæ participant, sed etiam per modum, quo res fruntur & exercentur in peculiare obsequium Dei. In maiorem namque gloriam Dei cedit quicumque vel minimus actus voluntatis in

112. *Beatitudo in genere moris, principaliùs in amore.*

Confirm.

Dices

Confirm.

Resp.

Dei

Digitized by Google

Ratio Dei obsequium exhibitus, quàm quælibet perfecta cognitio. Quia ille actus cedit in maius obsequium personæ, qui magis voluntariè in ipsius obsequium exhibetur: nam cùm voluntas sit principium donandi, & amor ipse sit primum donum, id habet rationem maioris doni ex parte donantis, quod habet rationem maioris voluntarij. Et licet amor patriæ sit necessarius, est tamen intrinsecè voluntarius, in quo essentialis ratio doni fundatur.

Ad conf. Ex his patet ad confirm. nam licet maior bonitas Dei manifestetur per visionem; tamen in maius bonum & extrinsecam gloriam Dei redundat amor, qui in eius obsequium exhibetur, quàm visio, quę est tantùm physica manifestatio glorię maiestatisque Dei.

123. *Simpliciter principaliùs in visione sita.* Fundam. tertij est, quoniam beatitudo simpliciter dicta, importat bonum perfectiuum nostri: igitur in eo actu dicenda est principaliùs consistere, qui magis est perfectiuus nostri. Cùm igitur visio Dei sit magis perfectiua nostri, quàm amor eiusdem, in ea dicenda est simpliciter principaliùs consistere. *Dices*: Si perfectior est actus intellectus quàm voluntatis, quilibet actus intellectus erit perfectior quolibet actu voluntatis: vnde actus fidei in via erit perfectior amore patriæ. Concedit totum discursum *Vasquez disp. cit. c.* 8. ego nego sequelam. Ratio, quia potest genus nobilius contrahi per differentiam ignobiliorem; & vice versa, genus ignobilius per differentiam nobiliorem. Atque adeò poterit actus ex suo genere nobilior esse imperfectior aliquo actu ex suo genere ignobiliore, & è conuerso.

Vasquez

124. *Solutio argument.* Ad argum. 1. sent. Scripturæ resp. duplici ex causa sæpè Scripturam potiùs actu intellectus, quàm voluntatis, beatitudinem explicare. 1. quia in eo actu principaliùs consistit, 2. quia visio Dei præcedit, ad eamq; necessariò sequitur amor beatificus. Vnde quãdo Philippus Christo dixit Ioannis 14. *Domine ostende nobis Patrem, & sufficit nobis*, non exclusit à Patris manifestatione amorem, sicut nec exclusit manifestationem reliquarum diuinarum personarum, quæ obiectum beatificum essentialiter integrant. Cæterùm, vt ostendat Scriptura, non in solo actu intellectus nostram beatitudinem adequatè consistere, interdum illam explicat nomine gaudij, quod voluntatis actum importat. Ad priorem auctor. Augustini, resp. appellare solã visionem *summum præmium nostrum*, non vt illam condistinguat ab amore; nam eamdem iuxta Scripturæ phrasim *gaudium & delectationem* ibidem appellat, sicut lib. 8. de Ciuitate c. 8. *fruitionem*: sed vt illam condistinguat à cognitione abstractiua, quâ Deum videbimus in specie humanâ in fine mundi iudicantem, vt textum legenti constabit. Ad poster. resp. illum loqui de beatit. obiectiuâ, non formali: subdit enim: *Et ipsum magnum visum, hoc est,* (explicatio est ipsius August.) *Dominus noster Iesus Christus ipse qui humilis visus est, ipse videbitur magnus, & gratificabit nos.*

Ioannis 14

Ad auct. August.

Ad rationem 1. Ad 1. rationem 1. sent. neg. min. Ad prob. neg. obiectum adæquatè adipisci & possideri sola operatione, quâ fit intentionaliter presens, sed etiam quâ affectiuè vnitur potentię: nam per hanc operationem completur possessio, & quasi manu tenetur obiectum. Nego autem, amorem supponere consecutionem obiecti omnino completam, sed in suo dumtaxat genere, nempe in genere veri & intelligibilis, & ab vna tantùm potentiâ, non autem in ratione boni & appetibilis, & ab omnibus potentijs, à quibus consequi & possideri aptum est.

Ad 2. Ad 2. nego minorem. Ad prob. disting. maior: Integrum obiectum beatificum constitutum ex beatit. formali & obiectiua, est primum volitum, in quod tendit voluntas in viâ, concedo; in quod tendit voluntas in patriâ, nego. Quia primus actus, quem voluntas in patria elicit in Deum, est ipse amor amicitiæ, qui integrat obiectum beatitudinis. Nequit autem primus actus esse primum obiectum eiusdem actus, potest autem esse primum obiectum alterius actus; igitur nequit constituere ex obiecto beatifico, & actu beatificante intendi in patria, potest autem in via: quia in viâ actus quo beatificus amor intenditur, distinguitur ab ipso amore beatifico, vt per se patet. Quod autem dicitur, quidquid operatur voluntas, operatur propter suam beatit. consequendam; verissimum est: sed aliqua operatur per modum intentionis, vt sunt ea quę operatur in viâ; aliqua per modum adeptionis seu assecutionis, vt sunt ea quæ operatur in patria. Ad 3. Resp. amorem, qui integrat essentialiter beatit. non esse quemcumque, sed qui est circa bonum præsens in se clarè visum, qualis non est amor boni absentis & per modum desiderij. Vnde ad confirm. dico, amorem, beatitudinis essentiam integrantem, esse amorem contractum ad amorem amicitiæ erga Deum propter se dilectum, qui licet supponat partialem assecutionem obiecti beatifici per actum intellectus, haud tamen supponit integram ac totalem assecutionem, quę completur actu voluntatis. 4. Ratio cum omnibus suis prob. solùm cõfirmat nostram assertionem 3. nempe beatit. principaliùs cõsistere in actu intellectus, qui perfectior est in genere entis actu voluntatis. Ad 5. nego minorem: etenim adæquatum constitutiuum intellectricis naturę non est solus gradus intellectiuus, sed etiam appetitiuus; cùm non minùs natura intellectualis postulet principium appetendi, quàm intelligendi. Nec ordo prioritatis & posterioritatis, quo gradus isti à natura exiguntur, tollit essentialitatem, vt patet in homine, in quo gradus sensitiuus præexigitur ad rationalem, vterque tamen essentialis est homini. Neque etiam obstat ignobilitas vnius gradus præ alio; nam sensitiuus est ignobilior rationali, vterque tamen est essentia hominis. Nego autem, intellectiuum esse causam physicam appetitiui, sed tantùm logicam, quatenus ex vno infertur alius: sicut in Deo vnum attributum est ratio alterius. Et esto, gradus intellectiuus sit physica causa appetitiui, adhuc non tollitur, quin vterque sit essentialis naturæ intellectrici, vt ex sequenti resp. constabit. Ad 6. neg. minor. Ad prob. est, amor effectiuè sequatur ad visionem, haud tamen sequitur vt proprietas & accidens, supponens naturam, sed vt compars formaliter constituens essentiam: sicut forma sequitur ad materiam, & materia ad formam, non vt proprietas ad naturam iam constitutam, sed vt compars constituens physicam essentiam compositi. Ad 7. neg. minor. Quod attinet ad Patres & Scholast. dico eos damnatorum pœnam explicasse per priuationem visionis, non quòd in ea adequatè, sed quòd principaliùs consisteret pœna damnatorum. Ad 8. neg. minor: vterque enim actus, tam visionis quàm amoris beatifici, intenditur propter se. Nam hoc est de essentiâ actus beatifici, non ordinari ad alium actum beatificum tamquam ad finem, visio enim etsi prerequiratur ad amorem beatificum tamquam presentans obiectum ipsum beatificum, non tamen ordinatur ad amorem vt ratio formalis obiectiua, in quam ferri debeat amor ipse beatificus, sed vt pura conditio, vel ad summum vt comprincipium illius. Sicut

Ratio dis. criminis

Ad tertiam

Ad confir.

Ad 4.

Ad 5.

Ad 6

Ad 7.

Ad 8.

nec

Digitized by Google

nec vice versâ amor est propter visionem, sed vterque propter obiectum ipsum beatificum, ad quod ordinatur vt vltima assecutio & possessio, vnusquisque in suo genere; alter vt assecutio veri intelligibilis, alter vt assecutio boni appetibilis. Etenim sicut in beatitudine ipsâ obiectiuâ est duplex assequibilitas, ita in formali duplex quoque est assecutio. Neganda igitur est paritas de appetitu naturali, cuius actus per se ordinatur ad formam naturalem acquirendam; nam hic datus est à naturâ ad naturalem conseruationem rei: amor verò beatificus non est institutus propter visionem, sed propter obiectum ipsum beatificum. Ad 9. distinguo de fine: nam quando is est res exterior, quæ nata est consequi per operationem exteriorem, tunc ea operatio est vltimus finis, quâ primò res ipsa adipiscitur, & perfectè possidetur, vt constat in pecuniâ: secùs, quando res exterior nata est consequi obiectiuè per vitales actus operantis; quia tunc non perfectè adipiscitur & possidetur per actum vnius tantùm potentiæ.

Ad 9.

125. *Ad argum. 2. sentent.* Ad argumenta 2. sent. Ad auctorit. Scripturæ, beatitudinem explicantis nomine *gaudij*, resp. hoc argumẽto tantùm probari, ad beatit. requiri actum voluntatis, non tamen solum, iuxta primam assert.

Ad 1. Ad 1. rationem nego, solam operationem voluntatis esse perfectam assecutionem obiecti: nam illa est perfecta assecutio obiecti, quæ obiectum attingit secundùm omnem rationem obiectiuam quâ attingibile est: hæc autem est vtraque operatio tam intellectus quàm voluntatis. Nec est eadem ratio de tentione materiali: quia cùm obiectum huius tentionis non sit natum teneri nisi tentione manuum, non comprehenditur nisi solâ manuum tentione. Obiectum verò beatificum, cùm sit aptum teneri tentione obiectiuâ intellectus & voluntatis, vtriusque potentiæ actu teneri debet, vt adæquatè possideatur. Ad 2. nego minor. Ad prob. nego obiectum beatificum beare secundùm rationem boni & finis formaliter, sed secundùm rationem boni & finis fundamentaliter. Nam ratio boni & finis formaliter dicit solam relationẽ conuenientię rei ad subiectum, cui dicitur bona, quæ in Deo respectu creaturæ est tantùm rationis. Id autem, in quo talis relatio fundatur, est Deitas ipsa infinitè perfecta, quæ non solùm est obiectum voluntatis, sed etiam intellectus, licet pro diuersa ratione *sub qua*, intellectus, sub ratione veri & intelligibilis, voluntatis sub ratione boni & appetibilis. Ad confirm. nego fundamentum bonitatis & vltimi finis, quod tantùm beat, immediatiùs attingi à volũtate, quàm ab intellectu.

Ad 2.

Ad 3. Si maior intelligatur, quòd beatitudo debet consistere in actu, qui solùm sit præ ceteris appetibilior, neganda est; si verò intelligatur, quòd beatitudo debet consistere in actu, qui ita sit ceteris appetibilior, vt etiam sit perfectè satiatiuus, tunc falsa erit minor; nam hic non est aut solius voluntatis, aut solius intellectus, sed vtriusque simul. Cõfirm. nam sicut beatitudo obiectiua non consistit in obiecto, quod solùm sit ceteris appetibilius, sed quod sit etiam perfectè satiatiuum, ita & beatitudo formalis. Cęterùm falsum est, voluntatem magis appetere suum, quàm alterius potentiæ actum, si alterius potentiæ actus sit perfectior, vti est visio. Ratio, quia voluntas est appetitus vniuersalis totius suppositi: vnde illum actum magis appetit, qui magis suppositum perficit, cùm per se ordinetur ad appetendam perfectionem totius suppositi. Quòd autem Beatus potiùs eligeret carere visione, quàm amore, non probat amorem esse nobiliorem visione in genere naturæ, sed tantùm in genere moris: quia cùm Beatus debeat præferre maius bonum suum, etiam minori bono Dei, & amor sit maius bonum extrinsecum Dei, etiamsi visio in genere entis sit perfectior amore, deberet Beatus amorem præferre visioni. Ad 4. neg. conseq. nam sufficit, vt præmium respondeat eidem supposito operanti: vt patet in prędmio humano, quod non semper respondet eidem potentiæ, quæ fuit principium merendi. Ad 5. neg. maior: nam beatitudo debet formaliter consistere in operatione, quæ sit perfectè assecutiua obiecti beatifici, & completè satiatiua appetitus rationalis: hæc autem ex vtroque actu intellectus & voluntatis integratur; tametsi, comparando vtrumque actum inter se, perfectior sit actus intellectus in genere naturæ, perfectior verò actus voluntatis in genere moris. Atque hoc tantùm probant instantiæ in eâ ratione allatæ. Nam ex eo quòd voluntas sit libera, principium meriti, & primum mouens quoad exercitium, tantùm sequitur, illam esse perfectiorem intellectu in genere moris. Cęterùm intellectus est primum mouens quoad specificationem, & independenter à voluntate: quia nisi intellectus voluntatem moueat per obiecti propositionem, non poterit voluntas intellectum reliquasque potentias quoad exercitium mouere. Idem probat argumentum ductum ex habitu charitatis. Negandum quoque est, intellectum Beati in patria non ferri in obiectum beatificum secundùm se, nam fertur per puram tendentiam, & solam rationem *qua*, quæ immediatè tendit ad obiectum secundùm se. Illa autem propositio, *Quæ sunt generatione posteriora, sunt simpliciter perfectiora*, non est vniuersaliter vera: nam proprietates sunt generatione posteriores, & tamen non sunt naturâ, ad quam consequuntur, perfectiores. Est igitur amor posterior generatione, nõ quia est simpliciter perfectior, sed quia visionem essentialiter supponit, est enim amor vitalis inclinatio in bonum præcognitum. Tandem nego, visionem ordinari ad amorem, tamquam ad rationem obiectiuam, sed vel ad puram cõditionem, vel ad summum ad comprincipium sui. Anselmus autem loquitur de rectitudine moris, non autem de perfectione entis ac naturæ. Ad illud de Seraphinis dico, eos denominari potiùs ab amore, non quòd sit perfectior scientiâ, sed quia perfectiùs eas subijcit & subordinat Deo. Cùm enim tota Angelorum Respublica distributa sit secundùm diuersa officia, ea virtus in hac distributione potior habenda est, quę Angelos Deo perfectiùs subijcit ac subordinat: hæc autem est charitas, quæ est primum mouens in executione. Ad confirm. disting. illa maior: In eâ operatione consistit vltima nostra felicitas, quę in aliam operationem non est referibilis tamquam in obiectũ & finem beatificum, concedo, quo pacto nec visio in fruitionem, nec fruitio in visionem referibilis est, sed vtraque in Deum vltimum finem beatificum *qui*: quæ in aliam non est referibilis tamquam principium, seu ratio applicatiua obiecti beatifici, nego. hoc enim pacto visio refertur ad fruitionem, tamquam principium & ratio applicatiua obiecti beatifici. Quare nego, solam fruitionem diligi vt finem vltimum *quo*; nam etiam visio diligitur vt finis vltimus *quo*, omnis quippe operatio, quæ est formalis assecutio finis *qui*, diligitur vt finis *quo*; atqui non solùm fruitio, sed etiam visio est formalis assecutio beatifici finis *qui*: igitur non solùm fruitio, sed etiam visio diligitur vt finis vltimus *quo*.

Ad 4.

Ad 5.

Quæ sunt generatione posteriora, an simpliciter perfectiora.

Anselmus.

Ad confirm.

Confirm.

SECTIO

SECTIO VII.

An beatitudo nostra formalis essentialiter consistat in assecutione solius essentiæ diuinæ absque personis.

126. SEnsus quæst. non est, an Beatus essentiam diuinam assequi valeat absque personis; de hac enim controu. disp. *Tomo* 1. *disp.* 9. *sect.* 18. sed, an, quod de facto essentialiter beat, sit visio & dilectio solius essentiæ diuinæ; esto essentia diuina nec videri nec diligi valeat sine personis, ita vt licet visio & dilectio personarum sit necessariò connexa cum visione & dilectione essentiæ, illa tamen ad beandum concomitanter se habeat, quo pacto se habet visio & dilectio creaturarum. Nam licet Deus nequeat se ipsum cognoscere & diligere, non cognitis & dilectis creaturis possibilibus, non tamẽ ipse beatur cognitione & dilectione creaturarum, sed sui ipsius. Nam etiam si per impossibile, nullas videret aut diligeret creaturas, adhuc esset perfectissimè beatus sola visione & dilectione sui.

Prima sent. Scoti affir. fund. potiss. Prima sent. affirmat, obiectum essentiale beatit. esse solam essentiam diuinam. Ita *Scotus in* 1. *dist.* 1. *q.* 2. §. *Quantum ad istum art. Lichet. ibid. Mayron. q.* 5. *in fine: Fauent. disp.* 11. *c.* 3. *&* 4. Fundam. quia essentiale obiectum beatit. est summum bonum: sola autem essentia diuina est summum bonum; ergo. Maior patet: nam essentiale obiectum beat. est illud, quod non relinquit appetitum in potentiâ ad vlterius bonum. Hoc autem, vt constat, est solùm illud, quod in se vno continet omne bonum. Minor prob. nam sola essentia à relationibus præcisa continet omnem perfectionem, vel formaliter, qualis est omnis perfectio simpliciter simplex, aut eminenter, qualis est perfectio in certo genere.

Confirm. 1. Confirm. 1. nam vel relationes diuinę formaliter sumptę nullam dicunt perfectionem, vel si dicunt, ea eminenter continetur in essentiâ, à qua relationes diuinæ resultant.

Confirm. 2. 2. Nam si quam perfectionem haberent relationes diuinæ, quam non haberet essentia, aliquam perfectionem acciperet essentia à relationibus, atque adeò essentia non esset infinitè perfecta, quippe cui fieri posset additio nouæ perfectionis relatiuę.

Prob. 2. Prob. 2. Ad perfectam beatit. necesse non est, diuinam essentiâ videre sub omnibus modis, quibus visibilis est: ergo nec illam videre sub triplici hypostasi relatiua. Conseq. *constat* à pari. Antec. prob. nam nec necesse est, illam videre sub omnibus modis, quibus illa ad extra communicabilis

Confirm. 1. est; nec sub omnibus attributis; alioquin comprehenderetur. Confirm. 1. Nullus Beatus videt omnes creaturas, nec omnia attributa in Deo: sed creaturæ in Deo sunt ipsa creatrix essentia. Maior quoad 1. partem est communis. Quoad 2. prob. quoniam attributa in Deo cognoscuntur per ordinem ad perfectiones creatas possibiles: ergo si nullus Beatus cognoscit omnes creaturas possibiles, nec omnia diuina attributa cognoscere poterit.

Confirm. 2. Confirm. 2. Nullus Beatus intuetur omnes ideas diuinas: sed non minùs ideæ, quàm relationes sunt necessariæ & intrinsecę Deo.

Prob. 3. Prob. 3. Deus est obiectum beatificum, quatenus est vltimus finis: est autem vltimus finis quatenus est primum principium creaturarum: est autem primum principium creaturarum ratione essentiæ, non ratione relationum; ergo est obiectum beatificum ratione essentiæ, non ratione relationum. In hac argum. sola minor assumpta probanda. Eam sic probo. Ideò Deus est finis creaturarum, quia est principium productiuum earum; eãdem enim productione & communicat illis esse, & se ipsum constituit vt vltimum finem earum: ergo eatenus est vltimus finis creaturarum, quatenus est principium earumdem. *Urget* 4. Scotus. Pater priùs origine, quàm gignat Filium, est perfectè beatus, sed non nisi cognitione & dilectione essentiæ: igitur obiectum beatificum Patris est sola essentia. Minor prob. tum quia in illo priori Pater habet essentiam nondum alteri communicatam: quippe cùm in illo priori nondum sit per originem communicata Filio & Spiritui S. Tum quia, si Pater non bearetur solâ cognitione essentiæ, aliquam perfectionem reciperet à personis productis, & consequenter non omnem perfectionem absolutam, qualis est beatitudo, haberet Pater à se. Tum quia sequeretur, aliquam perfectionem absolutam, ipsam scilicet beatit. esse posteriorem perfectionibus relatiuis, quia semper obiectũ est prius cognitione quam specificat. Tum quia quęlibet persona diuina intelligit intellectu vt est in se, non autem vt est in alijs personis: ergo quælibet persona diuina intelligit essentiam vt est in se, non autem vt est in alijs personis. Conseq. prob. quia ad intelligẽdum non minùs requiritur intelligibile, quàm intellectus: ergo perfectum intelligens, qualis est Pater æternus, non minùs requirit intelligibile, quàm intellectum, in se ipso existens. Confirm. Pater est perfectè Deus, antequam Filium gignat: ergo est perfectè beatus, antequam eundem generet. Conseq. constat, nam beatitudo est perfectio essentialis Deo, quà Deus est. Antecedens probatur: totam Deitatem communicat Pater Filio, ergo totam Deitatem habet Pater à se antequam Filium gignat, alioquin non posset illam communicare Filio.

Prob. Scotus 4.

Confirm.

Prob. 5. 5. Ratio formalis beandi est sola essentia diuina: ergo sola essentia diuina essentialiter beat. Conseq. constat, nam solâ ratione formali obiectiuâ manente, manet actus essentialis circa illam. manente enim formali specificatiuo, manet essentiale specificatum: vt manente solâ ratione formali visibilitatis in obiecto visibili, manet visio circa suam rationem formalem. Antec. prob. nam personalitates diuinæ non habent rationem summi boni, atque adeò rationem quietatiui appetitus intellectualis, nisi ratione essentiæ: nam ab eo obiectum beatificum habet rationem summi boni, à quo habet rationem summè perfecti: hoc autem non habet à relationibus, quæ non sunt perfectæ simpliciter, sed secundùm quid, & in certo genere, sed ab essentiâ, quæ est perfecta simpliciter, & in omni genere.

127. *1. Sent. communior neg.* Secunda sent. negat, solam essentiam diuinam absque personis, esse adæquatum obiectum essentiale beatit. Est communior, quam docent *Aureol. in* 1. *dist.* 1. *q.* 1. *art.* 1. *&* 2. *Ocham. q.* 5. *Bacho. q.* 2. *Caiet.* 2. 2. *q.* 2. *art.* 8. *Bannez* 1. *p. q.* 12. *art.* 7. *d.* 2. *Zumel ibid. q.* 2. *con.* 5. *Molina qu.* 12. *art.* 8. *disp.* 4. *Vasquez* 1. 2. *disp.* 13. *cap.* 2. *Suarez de act. hum. tract.* 1. *disp.* 5. *sect.* 3. *Granad.* 1. *p. tract.* 5. *disp.* 4. *& alij.* Cęterùm *Aureolus, Molina, & Suarez* etsi putent, relationes pertinere ad obiectum primarium beatit. quia integrant illud tamquam modi subsistendi per se constituentes obiectum ipsum beatificum *vt quod*; adhuc tamen docent, solam essentiam sufficienter beaturam, si sola videretur à personis præcisa.

128. *De fide cõcl.* DICO 1. De facto adæquatum atque integrum obiectum

Digitized by Google

obiectum beatit. non est Deus tantùm vt vnus, sed etiam vt trinus. In hac assert. tamquam de fide certâ, omnes conueniunt: quippe quæ ex illis verbis 1. Ioan. 3. *Videbimus eum sicuti est*, apertè deducitur. Eamque definit Eugenius IV. in decreto de vnione Latinorum cum Græcis, vbi animas hinc discedentes, & à peccatis perpurgatas, docet *in cælum mox recipi, & intueri clarè Deum trinum & vnum, sicuti est.*

119. Dico 2. De facto diuinæ relationes pertinent ad obiectum primarium atque essentiale beatit. Hæc non est adeò certa, cùm oppositum teneantur docere Auctores primæ sent. Eam tamen non obscurè colligo sic: Scriptura & Pōtifex assignant cit. locis integrum obiectum beatit. atqui non assignant, nisi obiectum primarium & essentiale; ergo. *Prob. 1.* Minor prob. nam si cum ipso obiecto primario assignare etiam voluissent secundarium, nō tantùm assignassent Deum vnum & trinum sicut est, sed etiam creaturas in Deo ipso visas; nam etiam hæ pertinent ad obiectum secundarium beatitudinis. *Dices* Video responderi posse, assignari integrum obiectum beatit. constans ex naturâ diuinâ tamquam ex parte essentiali, & ex relationibus tamquam ex parte substantiali. Etenim licet obiectum essentiale beatit. sit sola natura diuina, quæ sola ad beandum sufficeret, relationes tamen integrant obiectum essentiale subſtantialiter: creaturæ verò *Sed contrà.* sunt tantùm obiectū accidentale beatit. Sed contrà: nam hæc distinctio gratis fingitur, cùm nullum in cit. verbis fundamentum habeat, nec vllus Pater eam vel leuiter insinuauit, cùm tamen pro obiecto beatitudinis semper & vbique assignent *Prob. 2.* Deum vnum & trinum. Prob. 2. ratione. Beatitudo est assecutio Dei vt in se ipso existentis: non esset autē assecutio Dei vt in seipso existentis, nisi esset assecutio essentiæ subsistentis in tribus personis. Minor clara est, quia Deus non solùm constituitur essentiâ absoluta, sed triplici hypostasi relatiua, Deus enim non solùm importat Deitatem, sed Deitatem in triplici hypostasi subsistentem. Igitur qui assequeretur solam essentiam, non assequeretur Deum vt in se ipso existentem. Adde, quòd neque, in meâ sent. assequeretur adæquatam essentiam Dei: nam, *vt probo Tom. 1. disp. 19. sect. 5.* adæquata essentia Dei constituitur non solùm ex perfectionibus absolutis, sed etiam relatiuis. Maiorem ostendo: nam beatitudo est perfectè quietatiua appetitus intellectualis; sed hic non posset perfectè quiescere in solâ visione essentiæ, cùm adhuc maneret in potētiâ ad vlteriorem perfectionem subſtantialem Dei cognoscendam. Vnde talis visio vti non tolleret omnem potentialitatem creaturę erga Deum, ita non perfectè quietaret appetitum videntis: quia hic non quietatur, *Confirm. 1.* nisi suo actu & operatione assequatur, quidquid subſtantialiter Deum constituit. Confirm. 1. Si vna tantùm foret in Deo persona, non quietaretur appetitus intellectualis, visâ tantùm naturâ absque personâ, ergo nec quietaretur nunc, visâ tantùm naturâ absque triplici personâ. Conseq. patet: cùm non minùs, imò altiori atque ineffabiliori modo subsistat nunc Deus in tribus personis, quæ esset causa excitandi maius desiderium in Beato, quàm si subsisteret in vnâ tantùm personâ. Antec. prob. quia semper maneret in homine videnti naturam diuinam sine personalitate, ardens desiderium videndi etiam cum naturâ personalitatem. Sicut si hominis beatitudo consisteret in humanitate Christi videndâ, numquam ipsius appetitus quiesceret, nisi cum humanitate simul videret personalitatem Verbi, in quâ subsistit. Confirm. 2. Quantò magis diligitur persona, tantò ardentius sui desiderium in amante excitat cognoscendi ac diligendi omnia quæ sunt ipsius amati propria: sed Deus summè & intensiuè, & appretiatiuè iuxta ipsius capacitatem à Beato diligitur; ergo eò ardentius in eo desiderium excitaretur videndi diligendique personalitates Dei proprias. Confirm. 3. Fecunditas ac communicabilitas est de essentia naturæ diuinæ: ergo qui videret naturam diuinam simul videret fecunditatem & communicabilitatem illius. Visa autem fecunditate & communicabilitate illius, non posset Beatus rationabiliter non appetere videre modum ac terminos huius fecunditatis & communicabilitatis: igitur non posset Beatus rationabiliter quiescere in sola visione essentiæ diuinæ. *Confirm. 2.* *Confirm. 3.*

120. Atque hęc assertio procedit, posito quòd Beatus videndo solam essentiam, confusè & abstractiuè sciret, esse in Deo tres hypostases relatiuas, quas ipse non clarè videret. Cęterùm posita hypothesi quòd Beatis videndo solam essentiam, nullo modo sciret esse in Deo tres reales hypostases, in eo casu dico, Beatum perfectè quieturum in solâ essentiâ visâ & dilectâ: & in hoc sensu veram puto primam sententiam. Fundament. nam tunc quiescit intellectualis appetitus, quando assequitur obiectum beatificum secundùm omnem perfectionem, quâ saltem putatiuè iudicat in se ipso formaliter & adęquatè constitui: atqui in eo casu intellectualis appetitus assequeretur Deum secundùm omnem perfectionem, quā saltem putatiuè iudicaret, illum in se ipso formaliter & adæquatè constitui; igitur in eo casu perfectè quiesceret. Maior prob. nam omnis inquietudo intellectualis appetitus originatur ex priuatione alicuius perfectionis nondum perfectè assecutæ, quæ aliquo modo cognoscitur, & nondum perfectè possidetur: ergo hoc ipso, quòd intellectualis appetitus non cognosceret, supereſse in Deo vltra perfectionem essentiæ, aliam perfectionem obiectiuè possidendam, non maneret inquietus cum desiderio vlterioris perfectionis assequendæ. *Si beatus videndo essentiam non sciret hypostases perfectè quiesceret in illâ.*

Dices: Repugnat beatitudini error: ergo repugnat in eo casu hominem esse beatum, quia haberet erroneum iudicium, quòd in Deo, prętet perfectiones absolutas essentiæ, non essent perfectiones relatiuæ personarum. Respondeo neg. consequentiam. Etenim dupliciter posset tunc homo iudicare, in Deo, prętet perfectiones absolutas, non esse relatiuas: vno modo actu positiuo, alio modo tantùm negatiuo, non iudicando in Deo esse alias perfectiones videndas. 1. modo repugnat beatitudini, non 2. nam hoc 2. modo nullum formaret Beatus iudicium falsum de Deo. Nec sola visio essentię sine personis dici posset falsa: quia licet illa personalitates non repręsentaret, naturam tamen repræsentaret vt esset in se, licet non adæquatè secundùm omnes perfectiones, quas ipsa à parte rei includit: sicut conceptus animalis non est falsus, esto non sit adæquatus secundùm perfectionem omnem, quam à parte rei existens includit. Infero, hominem fore beatum, si essentiam videret sine attributis, negatiuè saltem iudicando in Deo non esse alias perfectiones intrinsecas videndas: secùs, si iudicaret in Deo esse alias perfectiones intrinsecas, quas non esset intuitiua cognitione assecutus. *Dicet.* *Resp.* *Coroll.*

121. Ad fundam. 1. sent. ditting. maior. Essentiale obiectum beatitudinis est summè bonum in vno tantùm *Ad fund. primæ.*

Digitized by Google

tantùm genere perfectionis, nego; in omni genere perfectionis, concedo. Ad minorem nego, essentiam sine personis esse summum bonum in omni genere perfectionis, sed tantùm absolutæ, non autem respectiuæ, quàm formaliter habet essentia à personis. Ad prob. min. nego, essentiam sine personis continere omnem perfectionem formaliter: non enim formaliter continet perfectiones relatiuas. Nam esto illas contineat eminenter, non tamen continet formaliter, quo pacto excitarent in Beato desiderium se ipsas videndi formaliter, si tantùm abstractiuè, non autem intuitiuè cognoscerentur. *Dices:* Pari modo creaturæ visæ, vt eminenter in Deo contentæ, excitarent in Beato desiderium se ipsas formaliter videndi: erga etiam creaturæ integrant obiectum essentiale beatitudinis. Resp. neg. antec. quia creaturæ secundùm esse formale proprium non constituunt Deum, sicut constituunt relationes. Id autem tantùm integrat obiectum beatificum, quod constituit intrinsecè Deum. Ex dictis patet ad 1. confirm. negandum, relationes diuinas ab essentia præcisas nō dicere perfectionem, & quidem infinitam in suo genere. Ad 2. nullum est absurdum, imò necessariò fatendum, essentiam diuinam aliquam perfectionem, nempe relatiuam, formaliter habere à personis, quam non habet à perfectionibus absolutis. Nego tamen inde sequi, vel essentiam non esse infinitè perfectam in genere perfectionis absolutæ, secundùm quam implicat excogitari perfectiorem; vel illi fieri additionem nouę perfectionis. Nam esto ex perfectione absolutâ non habeat essentia vt sit relatiua formaliter, sicut neque ex omnipotentiâ vt sit sapiens, aut ex sapientiâ vt sit immensa: non tamen dicetur per additionem nouæ perfectionis fieri relatiua: cùm non minùs sint proprię perfectiones ipsius relationes, quàm attributa; nec minùs cum ipsa identificentur relationes, quàm perfectiones absolutæ. Ratio, quia additio propriè fieri dicitur per aliquid extrinsecum, vel ex naturâ rei distinctum ab eo cui additur. Quòd autem concepta Deitas solùm secundùm perfectiones absolutas, non dicat relatiuas, non magis absurdum est, quàm quòd eadem concepta secundùm vnum attributum, non dicat explicitè aliud. Nam hoc non arguit imperfectionem in ipsâ naturâ diuinâ, quæ in vnâ simplicissimâ entitate vtrumque includit, sed limitationem in nostris conceptibus, quorum singuli non repræsentant quidquid natura ipsa à parte rei includit. Vnde tota hęc additio fit per nostram rationem, vno conceptu concipientem naturam præcisam à relationibus, alio verò conceptu relationes præcisas ab essentiâ, quas superaddi fingimus naturæ, distincto actu conceptę secundùm solas perfectiones absolutas. Ad 2. disting. antec. Non est necessarium ad beatit. diuinam essentiam videre sub omnibus modis, quibus in se ipsâ constituitur intrinsecè, nego; quibus communicabilis est extrinsecè, concedo. Etenim sicut sola ea pertinent ad obiectum beatificum, quę constituunt intrinsecè Deum: ita sola visio eorum essentialiter spectat ad beatit. quę sunt intrinseca Deo. Ad probat. antec. concedo, ad beatit. non esse necesse videre omnes modos quibus Deus communicabilis est ad extra, cùm tales modi sint extrinseci Deo: nego necesse non esse, videre omnes modos quibus cōmunicabilis est ad intra; aut videre omnia attributa Dei: nam hęc sunt intrinseca Deo. Nego, inde sequi comprehensionem Dei: nam hæc, *vt cum S. Thoma definiui Tom. 1. disp. 10. sect. 1.* non consistit in solâ cognitione extensiuâ obiecti, sed maximè in intensiua adæquante quoad claritatem totam intelligibilitatem obiecti. Vnde etiamsi totus Deus à quolibet Beato videatur, quia tamen nō videtur eâ claritate, qua Deus ipse secundū suâ intelligibilitatem postulat videri, non comprehēditur.

Creatura non integrant obiectum essent. beatit.

Ad confirm. 1.

Ad 2. Confirm.

Ad 2. Ad beatit. non est necesse videre omnes modos quibus Deus communicabilis est ad extra.

S. Thomas.

Ad 1. confirm. cōcedo maiorem quoad 1. partem: nam creaturæ secundùm proprium esse ipsarum non sunt intrinsecæ Deo, & consequenter secundùm proprium esse ipsarum nō sunt ipsa creatrix essentia. Nego quoad 2. partem: nam attributa sunt intrinseca Deo. Ad prob. esto attributa vt virtualiter distincta cognosci debeant cum respectu ad creaturas, nego tamen eum, qui cognoscit omnia attributa in Deo, cognoscere debere omnes creaturas possibiles distinctè, & secundùm proprium esse singularum: tum quia non est necesse, eas intuitiuè cognoscere, sed tantùm abstractiuè sub ratione aliquâ communi. Tum maximè, quoniam attributa in Deo non sunt concipienda cum respectu ad diuersas perfectiones specificas creatas, sed cum respectu tantùm ad diuersas perfectiones genericas, per ordinem ad quas concipiuntur diuersa attributa virtualiter distincta in Deo. Ad 2. confirm. disting. maior. Nullus Beatus videt omnes ideas diuinas, quoad rationes intrinsecas & subiectiuas, quas dicunt in Deo, negandum; quoad rationes extra Deum, concedo. Cæterùm idea, cùm sit vitalis imago obiecti, non repręsentat illud nisi soli intellectui, cuius est vitalis imago: ac proinde, etiamsi Beatus videat ideas diuinas quoad omnem rationem realem, quam dicunt in Deo, non tamen per illas videt res ideatas. Ad 3. arg. nego, Deum esse finem vltimum formaliter, vt principium est creaturarum: est enim Deus principium creaturarum, vt omnipotens; est finis vltimus, vt bonus, tam bonitate absolutâ, quâ amabilis est in se ipso, quàm bonitate respectiuâ, quâ amabilis est vt bonum nostrum. Est Deus bonus, non propter vnum vel alterum attributum, sed propter integritatem omnium perfectionum, quibus in suo esse adæquatè constituitur. Ad probat. minoris, neganda est illa causalis: Ideò Deus est finis creaturarum, quia est principium productiuum earum; cùm hęc sit tantùm inadæquata & partialis causa. Atque hoc tantùm probat subiuncta probatio. Ad 4. Scoti, neganda minor: est enim æternus Pater perfectè beatus non solâ cognitione essentiæ, sed etiam personarum; cùm sit beatus cognitione & dilectione comprehensiuâ, quę nō solùm se extendit ad essentiam, sed etiā ad personas.

Ad confirm. 1.

Beati vident ideas in Deo quoad rationes intrinsecas.

Ad 3. Deus non est vlt. finis formaliter, vt est principium creatur.

Ad argum. Scoti.

Ad 1. probat. minoris, distinguo de priori *in quo* & *à quo*. Est autem prioritas *in quo* prioritas durationis, prioritas verò *à quo* prioritas originis; quæ stare potest cum simultate durationis, vt patet in sole & lumine: sol enim est prior origine lumine, in omni tamen duratione simul cum illo. Concedo igitur, Patrem esse priorem origine Filio & Spiritu S. non tamen duratione: quia verò cognitio intuitiua, præsertim diuina, mensuratur obiecto, vt existente; existentia autem semper appellat signum durationis *in quo*, ideò etiamsi Pater sit prior origine Filio & Spiritu S. quia tamen cum hac prioritate semper habet simultatem durationis in quolibet signo *in quo*, est beatus non solùm cognitione essentiæ, sed etiam personarum. *Lege Ocham. cit. & nostri 1. Tomi disp. 22.*

Prioritas in quo, à quo dist.

Ad 2. probat. inprimis idem argum. soluendum est Scoto: nam saltem beatitudo Patris perficitur ex cognitione personarum, atque adeò hanc saltem

Ad 2. prob.

Digitized by Google

Pater licet cognoscat personas, non accipit ab illis rationem cognoscendi.

saltem perfectionem haberet Pater à personis productis. Quare neg. sequela: nam Pater cognoscendo diligendoque personas productas, non recipit ab illis rationem ipsam cognoscendi ac diligendi; hanc enim habet Pater à se ipso, solùm enim personæ productæ concurrunt ad cognitionem & dilectionem Patris, vt puri termini, quo pacto concurrunt etiam creaturæ possibiles, à quibus tamen non dicitur aliquam perfectionem accipere: quia licet illas cognoscat & diligat, non tamen ab illis accipit rationem cognoscendi & diligendi; cùm ipsa diuina essentia sit Patri ratio intelligendi & diligendi omnia. *Ad 3. prob.* Ad 3. prob. resp. 1. nullum esse absurdum, aliquam perfectionem absolutam sub vnâ ratione esse posteriorem relatiuis, licet sub aliâ sit prior. sicut inter ipsas perfectiones absolutas, cognitio sub ratione repræsentantis obiectum est prior volitione; sub ratione tamen comprehensionis, est posterior volitione: quia vt comprehensio cognoscit etiam volitionem, atque adeò præsupponit illam per modum obiecti. Ratio est, quia cùm omnis prioritas & posterioritas, exceptâ originis, in diuinis sit tantùm rationis, per analogiam ad creata, potest eadem perfectio increata concipi prior & posterior per analogiam ad diuersas rationes creatas. Vide *Tom. 1. disp. 22. sect. 2.* Resp. 2. neg. sequelam: nam tunc obiectum est prius cognitione, quando illam in aliquo genere causæ specificat: in nullo autem genere causæ, personę diuinę specificant cognitionem diuinam: nam quidquid realitatis requiritur ad illas cognoscendas, habet diuina cognitio ex se. Vnde tantùm personæ diuinæ concurrunt ad cognitionem diuinam, vt puri termini: ad quod sufficit simultas cognitionis & termini, vt constat in relationibus mutuis, quarum vna non est prior alterâ, sed simul cum alterâ, quia neutra causat alteram in aliquo genere causæ. *Ad 4 prob.* Ad 4. prob. neg. conseq. quoniam intellectus requiritur ad intellectionem, vt principium vitale; de cuius ratione est vt sit intrinsecum intelligenti: obiectum verò solùm concurrit vt terminus, de cuius ratione non est vt sit intrinsecum intelligenti, nisi secundùm esse intentionale, quo pacto non solùm personæ diuinæ, sed etiam creaturæ ipsæ sunt intrinsecæ cognitioni Patris. *Ad confirm.* Ad confirm. disting. antec. Est Pater perfectè Deus, antequam Filium gignat, anterioritate durationis, & *in quo*, nego; antequam Filium gignat anterioritate originis, & *à quo*, concedo, & sensus est: Pater habet diuinitatem, atque adeò beatitudinem à se absque vllâ origine & communicatione ab alio, quin potiùs cum virtute & fœcunditate eam communicandi alijs. Hoc autem non tollit, quin simul in quolibet signo *in quo* illam habeat per actiuam originem alijs personis à se productis communicatam; ac proinde in quolibet signo *in quo* illam in alijs personis cognoscat. *Ad 5.* Ad 5. concedit Caietanus simpliciter antecedens: sed meliùs est distinguendum: Sola essentia est ratio formalis beandi, nego: sola essentia est ratio formalis beandi principalis, concedo. Esto igitur, relationes non sint principalis ratio beandi, sunt tamen ratio beandi minùs principalis, constituentes vnam rationem formalem adæquatam beandi, consurgentem ex essentiâ & relationibus. Vnde esto, personalitates non habeant rationem summi boni simpliciter, habent tamen rationem cõplentis, ac personaliter constituentis summum bonum. Cùm igitur ratio beandi sit Deus vt in se ipso existens, quidquid concurrit ad Deum constituendum, habet rationem beandi, licet principaliùs essentiâ, minùs principaliter relationes. Nam eum ordinem seruat obiectum in beando, quem seruat in essendo; cùm beet secundùm integritatẽ & perfectionem sui esse: sed in essendo principalior est essentia quàm relationes; ergo etiam in beando. Ex his patet ad replicam in argumento factam: nam, esto à relationibus Deus non habeat vt sit simpliciter perfectus, habet tamen vt sit personaliter perfectus.

Essentia ratione magis principal. beat.

SECTIO VIII.

An & vnde habeat, vt beatitudo nostra sit æterna?

131. De fide est, beatit. esse æternam. Matth. 25. Lateran.

CErtum fidei dogma est, beatitudinem esse æternam, ex illo Matthæi 25. *Iusti autem ibunt in vitam æternam.* Quod etiam definitur in Concilio Lateran. sub Innoc. III. *Omnes mortales resurgent, vt recipiant secundùm merita sua, vel cum diabolo pœnam perpetuam, vel cum Christo gloriam sempiternam:* contra *Orig. lib. 3. Periarch. cap. 2. ad finem*, opinantem, tam ex Beatis aliquos aliquando propter eorũ demerita damnandos, quàm ex damnatis aliquos aliquando propter eorum merita in alia vita facta, beandos. Sola controu. est, an hanc æternitatem habeat beatitudo ex se, an ex extrinseca tantùm voluntate Dei. *Origenet.*

1. Sent. Probat. 1. Scotus. Prima sent. affirmat, hanc æternitatem habere ab extrinseca tantùm voluntate Dei. Est *Scoti in 4. dist. 49. qu. ô. §. Hic duo: & §. De secundo: Supplem. Gabr. qu. 2. art. 3. dub. 7. Vasquez 1. 2. disp. 21. cap. 2.* Primum fundam. Scoti est. Beatitudo est accidens: ergo non potest esse immutabilior subiecto cui ineſt: atqui subiectum cui ineſt, contingenter à Deo conseruatur; ergo etiam beatitudo, atque adeò non est ex se ipsâ æterna. Confirm. *Confirm.* Nequit accidens habere perfectiorem mensuram quàm substantia: sed substantia Angelica mensuratur æuo: ergo nequit beatitudo, quæ est accidens, mensurari æternitate, quæ est mensura perfectior æuo. 2. Fundam. Beatitudo liberè pendet *1. Fund.* à voluntate Beati, ergo non est suapte naturâ æterna. Conseq. constat, quia quod liberè pendet à voluntate operantis, amitti potest. Anteced. prob. nam beatitudo est actus voluntatis: voluntas autem essentialiter est potentia libera: ergo quidquid operatur, liberè operatur. 3. Fundam. *Prob. 3.* Vel beatitudo consistit in visione, vel in dilectione Dei: neutra est suapte naturâ æterna: ergo. Minor prob. nam visio & dilectio Dei sunt eiusdem rationis in viâ & in patriâ: sed visio & dilectio Dei non sunt in via suapte naturâ æternæ, vt patet in Paulo, qui Deum vidit & dilexit in transitu: ergo nec in patriâ erunt suapte naturâ æterna. 4. Fundam. Vasquez. Quælibet res creata habet *Fundam. Vasquez.* intrinsecam potentiam vt possit corrumpi: ergo quælibet res creata est ab intrinseco corruptibilis: non igitur beatitudo nostra formalis potest esse ab intrinseco incorruptibilis & æterna. Prior conseq. patet, nam quelibet res denominatur potent ab intrinseca potentiâ. Antec. prob. nam quælibet res creata habet intrinsecam potentiam, secundùm quam subijcitur omnipotentiæ Dei.

131. 2. Sententia. Secunda sentent. distinguit beatitudinem, quâ beatitudo, & quâ operatio est formaliter: sub priori ratione docet, beatit. naturâ suâ esse perpetuam, non sub posteriori. Est *Curielis 1. 2. qu. 5. art. 4.* Fundam. prioris partis assert. est: quoniam *Curielis. Fund. prioris partis.*

Digitized by Google

niam beatitudo est bonum perfectè quietãs appetitum rationalem: appetitus autem naturaliter desiderat retinere bonum quod habet: ergo si beatitudo non esset suapte naturâ perpetua, non posset reddere appetitum rationalem de suâ beatit. securum, atque adeò illum perfectè quietare. Fundam. posterioris. Actio vt actio à proximo suo principio habet vt desinere non possit: sed proximum principium actionis beatæ, neque ex se, neque ratione subiecti habet vt desinere non possit. Minor prob. nam proximum principium actionis beatæ, & intellectus, vt eleuatus per lumen gloriæ, & in actu primo constitutus per diuinam essentiam, tamquam per speciem intelligibilem. Sed totum hoc neque ex se, neque ratione subiecti hominis vel Angeli habet, vt desinere non possit, quia neque ex se, neque ratione subiecti postulat perpetuò conseruari: quia cùm sit aliquid supernaturale indebitum subiecto naturali, nequit suapte naturâ postulare, vt in eo perpetuò conseruetur. Confirm. Cui non est debitum accidens quoad fieri, neque est debitum quoad conseruari: sed intellectui creato non est debitũ lumen gloriæ quoad fieri; ergo neque quoad conseruari.

Fund. posterioris partis.

Confirm.

Tertia sent. absolutè docet, beatitudinem, & quà beatitudo, & quà operatio est, esse ab intrinseco immutabilem, ac proinde æternam. Est *S. Thomas 1. 2. qu. 5. art. 4. & 1. p. q. 10. art. 5. ad 1. & 3. cont. gent. cap. 62. Caiet. Ferrar. Bannez, Medina & Zumel locis cit. Capreoli in 4. dist. 49. qu. 1. art. 1. concl. 2. Rubionis q. 5. art. 1. concl. 2. Soti q. 3. art. 4. concl. 2.* & aliorum, quæ probabilior est & sequenda. *Nota:* rem non denominari ab intrinseco potentem vel defectibilem per solam potentiam obedientialem, quam habet vt est subiecta Deo, ad omne id quod contradictionem non inuoluit: alioquin per huiusmodi potentiam quæcumque res creata denominari posset simpliciter potens respectu cuiuscumque effectus, cùm quęuis res creata habeat potẽtiam obedient. ad quemcumque effectum cõtradictionem non inuoluentem; sed denominari ab intrinseco potentem, vel defectibilem seu corruptibilem, per ordinem ad potentiam naturalem. An igitur beatitudo sit ab intrinseco corruptibilis vel incorruptibilis, non est indagandum ex potentiâ obedient. qua, vt res creata, subijcitur omnipotentię Dei, sed ex potentiâ aliquâ naturali, à quâ naturaliter corrumpi vel non corrumpi valeat. Quare si nullam habeat beatitudo potentiam naturalem, à quâ naturaliter corrumpi valeat, etiamsi non careat obedientiali quâ corrũpi supernaturaliter possit, non propterea non dicitur suapte naturâ incorruptibilis & æterna, quoniam hęc denominatio non desumitur â potentiâ obedient. sed à naturali. Porrò beatit. nullam habere potentiam naturalem, à qua naturaliter corrumpi possit, sic probo. Omnis potentiâ naturaliter corruptiua beatit. aut esset corruptiua per introductionem oppositæ formæ, aut per cessationem beatificę actionis: neutra potentia datur respectu beatit: igitur beatitudo est suapte naturâ incorruptibilis, atque adeò æterna. Maior constat, nam dupliciter potest aliquid naturaliter corrumpi, vel per expulsionem & incompossibilitatem, vel per cessationem actionis conseruatiuę. Minor quoad 1. partem prob. nam forma oppositа beatitudini vel est error circa Deum, vel peccatum contra Deum: neutrum est possibile, stante beatit. implicat namque vt Beatus videns clarè Deum, errare possit circa Deum, vel peccare contra Deum: nam visio ipsa Dei non permittit: vt Beatus vel erret circa Deum, cùm sit participatio cognitionis diuinæ, vel peccet contra Deum; igitur. Prob. quoad 2. partem. Potentia, quæ conseruat beatit. est ipsa potentia Beati, eleuata per lumen gloriæ, & habitum charitatis: atqui impossibile est, vt Beatus cessare velit ab actione beatifica. Minor prob. nam eatenus posset Beatus ab actione beatifica cessare, quatenus posset hanc cessationem apprehendere sub ratione boni: implicat autem, vt cessationem beatit. Beatus apprehendat sub ratione boni; non enim potest sub ratione boni apprehendere cessationem illius operationis, in cuius exercitio videt omnem rationem boni: vt enim posset ab illâ cessare, deberet posse aliquam rationem boni in eius cessatione apprehendere: si autem posset aliquam rationem boni in cessatione talis operationis apprehendere, non omnem rationem boni in exercitio illius apprehenderet.

Beatitudo non habet potentiam illam naturalem.

Beatus non potest cessare ab actione beatifica.

Nec *dicas*, posse voluntatem à tali actione cessare ad exercendam suam libertatem: tum quia non potest libertas præualere contra bonum infinitũ, infinitè alliciens voluntatem ad amorem sui: tum quia in hoc casu exercitium libertatis non potest apprehendi vt bonum, cùm non possit apprehendi vt bonum quod est destructiuum totius boni, cuiusmodi est beatitudo. Vt enim exercitium libertatis Beatum monere possit, apprehendi debet vt malus bonum, quàm sit visio ipsa beata. *Lege Ferrar. Ferrar. lib. 3. cont. gent. cap. 62. §. Sexto.*

Dices.

contrà

Ferrar.

Ad primum Scoti, neg. vlt. conseq. Etenim ratio corruptibilitatis vel incorruptib. non desumitur ab extrinseca potentia Dei, à qua omnia liberè conseruantur, sed ab intrinseca potentia, qua caret beatitudo non minùs quàm substantia ipsa spiritualis. Ad confirm. nego antec. si accidens sit ordinis supernat. qualis est beatitudo, quę sicut est participatio beatit. increatæ quoad esse, ita & quoad immutabilitatem & incorrupt. quæ tamquam passio consequitur ad esse: vnde à Patribus appellatur *participata æternitas*. Ad 2. neg. antec. Ad prob. nego, voluntatem esse tantùm potentiam liberam, cùm etiam necessaria sit iuxta obiecti applicationem. In formâ, concedo, voluntatem esse potentiam essentialiter liberam; nego, tamen esse adæquatè liberam. Ad 3. neganda minor. Ad cuius probat. neganda paritas: nam beatitudo patriæ non habet contrarium, sicut habet beatitudo viæ, in quâ, ratione status, charitas pro contrario habet peccatum, quod non habet in patriâ. Visio autem intuitiua Dei transiens, qualem secundùm aliquos habuit Paulus, pro contrario in viâ habebat meritum, quod saltem connaturaliter pugnat cum visione intuitiua Dei.

135.

Ad primũ Scoti.

Ad confirm.

Ad 2. Voluntas etiam potentia necessaria.

Ad 3.

Ad fundamentum Vasquez, neg. vtraque consequentia: quia res creata non dicitur ab intrinseco corruptibilis vel incorruptibilis per potentiam obedientialem, sed per naturalem. Vide *Tom. 2. disp. 3. sect. 5.*

Ad fund. Vasquez.

Ad secundum fundamentum Curielis, neganda minor, eiusque probatio: falsum quippe est, accidens supernaturale in subiecto naturali, in quo nullum habet contrarium, suapte naturâ perpetuitatem non postulare: vt constat de charactere, qui ex communi sent. fundata in Concil. Florent. & Trident. est accidens supernat. suapte naturâ perpetuum & indelebile. Etenim quodlibet ens hoc ipso quòd est, naturâ suâ petit esse, quia quodlibet ens naturaliter inclinat ad sui conseruationem & perpetuitatem. Nec refert, quòd accidẽs supernaturale sit indebitum subiecto; nam hoc tantùm probat, huiusmodi accidens non esse debitum

Ad fund. Curielis.

Florent. Trident.

Omnis res producta ab intrinseco petit conseruari.

Digitized by Google

debitum subiecto, non autem quòd ipsum semel productum, non petat ab intrinseco conseruari, sicut cunctæ res creatę ex suppositione quòd sunt.

Confirm. Confirm. nam neque res antequam sunt, petunt fieri, & tamen factæ ab intrinseco postulant conseruari. Esto igitur hæc accidentia supernat. indebita sint subiecto, producta tamen, si nullum habeant contrarium, ab intrinseco postulant conseruari, non minùs quàm cetera entia creata.

Ad confirm. Ad confirm. concedo, accidens supernat. quod indebitum est subiecto quoad fieri, esse etiam indebitum quoad conseruari; nego tamen, non esse debitum ipsi accidenti supernat. nam hoc semel productum ab intrinseco postulat conseruari, si nullum habeat in subiecto contrarium, cùm non tantùm habenda sit ratio subiecti, sed etiam accidentis: nam etiam accidens habet suum esse, ratione cuius ab intrinseco postulat semel productum conseruari, licet ipsum esse accidentis supernat. indebitum sit subiecto.

SECTIO IX.

An æternitas sit de essentia beatitudinis formalis?

136. *Prima sent. Scot. &c. Fundam.* PRima sent. negat. Est *Scoti in 4. dist. 49. q. 6. De tertio, & seq. Durand. q. 6 num. 7. Rubionis 9. q. 5. Ocham q. 14 ad 6. dubit. Supplem. Gabr. q. 2. art. 3.. dubio 7. ad 3.* Fundam. Scoti est. Si æternitas esset de essentiâ beatit. ideò esset, quia de essentia ipsius est, Beatum certum ac securum reddere de perennitate suæ felicitatis: atqui hoc non est de essentiâ beatit. Minor prob. quia non potest esse de essentiâ beatit. quod præsupponit beatitudinem: sed certitudo de perennitate beatit. præsupponit beatit. est enim actus reflexus distinctus à beatit. quo Beatus peculiari reuelatione cognoscit suam beatit. à Deo perpetuandam.

Confirm. Confirm. nullus actus, qui non tendit immediatè ad obiectum ipsum beatificum, potest esse de essentiâ beatit. actus autem, quo Beatus certus redditur de perennitate beatit. non tendit immediatè ad Deũ, sed ad ipsum actum beatificum; cùm sit actus reflexus ipsius: non igitur potest esse de essentia beatit.

Prob. 2. Prob. 2. Eiusdem naturæ est operatio vnius anni, & perpetua; ergo si perpetua beat, etiã vnius

3. Gabr. anni operatio beabit. Probat 3. Gabriel. Beatitudo est in concupiscibili, securitas verò in parte irascibili, ergo non potest esse de essentiâ illus.

2. Sent. probabilior & Tho. &c. Secunda sent. affirmat. Est *S. Thom. 1. 2. qu. 5. art. 4. & 30. contra gent. cap. 62. Caiet. Ferrar. ibid. Soti in 4. dist. 49. qu. 3. art. 4. Medina in cit. art. Curielis ibid. concl. 2. Vasquez disp. 21. cap. 2.* quæ probabilior est, & amplectenda. Pro cuius explicatione,

137. *Explicatur* DICO 1. De essentia beatit. est æternitas. Fundam. quia de essentiâ beatit. est, vt perfectè quietet appetitum rationalem: non posset autem appetitum rationalem perfectè quietare, nisi esset æterna. Maior constat ex ipsâ definitione beatit. Minor prob. nam quamdiu Beatus non est certus de æternitate suæ beatit. manet anxius & dubius de suâ felicitate: repugnat autem, veram felicitatem coniunctum habere timorem & anxietatem eam amittendi: nam quantò magis illa diligitur, tantò maior esset timor & anxietas illam amittendi.

Dices. Nec ipsa felicitas sufficiens est, tollere timorem & anxietatem de suâ amissibilitate, sicut sufficiens est, tollere tristitiam de amissione cuiuscumque alterius boni: quia cùm ipsa sit infinitum bonum, continens in se eminenter omne aliud bonum, sufficiens erit, tollere tristitiam de amissione cuiuscumque alterius boni, quia omne aliud bonum eminenter continetur in ipsâ: ipsa verò cùm sit infinitum bonum, in alio bono contineri non potest; non enim contineri potest in alio bono infinito, quia bonum infinitum est tantùm vnum; non in alio bono finito, quia bonum infinitum in finito bono contineri non potest: quo fit, vt possit beatitudo stare cum actuali tristitiâ ex priuatione alterius boni, vt patet in Christo, qui cum priuatione rerum omnium, & summâ tristitia, erat perfectè beatus: non autem stare potest cum timore & anxietate amissionis suimet ipsius. *Legatur Augustin. 13. de Trinitate cap. 8. & 11. de Ciuit. cap. 11.* vbi apertè docet: *Neque enim sicut vita quamdiucumque fuerit, ita aterna vita veraciter dici poterit, si finem habitura sit.* & paulò pòst: *Verè perfecteq; beata vita non nisi aterna est.* & cit. loco *de Trinit.* ita concludit: *Nullo modo igitur esse poterit vita veraciter beata, nisi fuerit sempiterna.*

Contrà *Potest beatitudo stare cum actuali tristitia ex priuatione alterius bon.*

138. *De essentia beatitudinis est æternitas mente concepta, Vasquez.* DICO 2. De essentiâ beatit. non est tantùm æternitas in re, sed etiam mente concepta, contra *Vasquez* opinantem, esse verè beatum illum, qui errore deceptus putaret, suam beatitud. aliquando desituram, modò re ipsa futura sit æterna: quia *de ratione beatit.* inquit, *non est, vt actu timorem pellat, sed vt possit pellere:* quia, cognita veritate, ex se sufficiens esset, omnem timorem & anxietatem pellere.

Probatur. Nostra assertio prob. oppositò fundam. nam de ratione beatit. est, actu quietare appetitum rationalem; non potest autem actu quietare appetitum rationalem, nisi actu cognoscatur ipsius æternitas & perpetuitas. Minor patet: quoniam appetitus rationalis non quietatur actu, nisi obiecto actu cognito. Maior prob. nam de ratione beatit. non est tantùm habitu, sed etiam actu beare: alioquin posset essentia beatit. in solo habitu saluari.

Confirm. Confirm. quoniam de ratione beatit. est, vt perfectissimè & vitali modo beet, atque adeò vt actu beet; nam hic est perfectissimus & vitalis modus: actu autem non bearet, si actu ipsius æternitas non cognosceretur.

Dices. *Dices.* Si quis cognosceret suam beatit. fore æternam, quæ tamen re ipsâ æterna non foret, adhuc esset beatus, saltem pro eâ duratione pro quâ illam apprehenderet vt æternam.

Resp. S. Thomas. Resp. neg. sequel. Etenim de ratione beatit. est, vt docet *S. Thomas 1. 2. qu. 5. art. 4.* vt nullum admittat malum: error autem est maximum intellectus malum. Igitur si beatitudo includeret errorem, repręsentando se ipsam vt æternam, quæ re ipsâ æterna non esset, vera beatitudo esse non posset: nam, vt optimè *August. 11. de Ciuit. cap. 11. non minùs nescientes error: quam scientes timor beatos esse non sinit.*

S. August.

139. *Ad fund. Scoti.* Ad fundam. Scoti, & ad probat. neganda minor: falsum quippe est, Beatum actu reflexo, aut distincto à beatit. cognoscere æternitatem suæ beatit. sed eodem prorsus actu directo, quo cognoscit Deum in se ipso, simul cognoscere liberam Dei voluntatem, suę beatit. perennitatem decernentem.

Ad confirm. Atque hinc patet ad confirm. falsum enim est, actum, quo quis certus fit de æternitate suæ beatitudinis non tendere immediatè in Deum; cùm eodem actu, quo cognoscit Deum, cognoscat decretum Dei, suæ beatit. perennitatem decernentis.

Ad 2. Ad 2. concedo, eiusdem naturæ & speciei esse beatitudinem vnius anni, atque æternam

Digitized by Google

æternam in ratione physicæ operationis, non autem in ratione beatit. quæ, præter physicam operationem, includit peculiarem effectum in ordine ad naturam intellectualem, vt illius appetitū perfectè expleat. Ad 3. Gabrielis, neg. antec. & conseq. Nam cùm securitas, quam de suâ beatit. Beatus habet, non sit actus à beatit. distinctus, sed sit ipsemet actus beatificus, quatenus connotat decretum Dei de continuandâ suâ beatit. non erit in distinctâ potentiâ beatitudo, & ipsius securitas. Et esto sit in distinctâ potentiâ, adhuc non tollit, quin possit ad integrandam beatit. essentialiter concurrere: patet de visione & dilectione, quę licet sint in distinctis potentijs, adhuc tamen beatitudinem essentialiter integrare possunt.

Ad fund. Gabriel.

SECTIO X.

An Beatus suspendere possit actum amoris erga Deum?

140. *Negat 1. sent. Henr.*

PRima sent. negat, etiam de potentiâ absoluta. *Henrici Quodlib. 12. qu. 5. Ægidij Quodlib. 5. qu. 6.* Fundam. Henrici est, quia implicat, vt quæ pendent ab vno tertio necessariò causante, vnum sine alio causetur: sed visio Dei, quatenus practica est, & dilectio eiusdem, pendent ab eodem obiecto necessariò causante vtrumque: implicat igitur, vt causetur vna sine alia. Nec obstat, quòd visio reipsa distinguatur ab amore: nam etiam relatiuum reipsa distinguitur à suo correlatiuo, & tamen implicat, vnum esse sine alio. Fundam. Ægidij. Visio ipsa practica Dei includit actum voluntatis, quia non potest intellectus practicè iudicare, obiectum esse diligendum, nisi per intentionem voluntatis ad iudicandum prædeterminetur: sed talis intentio est virtualis saltem amor obiecti: igitur implicat, intellectum practicè intelligere obiectum, & illud virtualiter saltem non amare.

Fund. Ægidij.

2. sent. affirm.

Secunda sent. affirmat, etiam de potentiâ ordinata, & naturalis. *Scoti in 1. dist. 1. q. 4. §. Negatiua, & in 4. dist. 49 qu. 6. §. Hic duo. ad 3. Gabr. in 1. dist. 1. qu. 6. & Supplem. in 4. dist. 49. qu. 2. ar. 3. dub. 5. dicto 4. Idem affirmant Ocham. in 1. dist. 1. qu 6. concl. 5. & in 4. qu. 14 ar. 3. dicto 6. Mayron. in 1. dist. 1. qu. 7. & Rubio qu. 5. & 6.* posito quòd amor beatificus actiuè eliceretur à voluntate creata: nam cæterùm ipsi putant, amorem beatificum actiuè produci à solo Deo, vt hoc modo saluent necessitatem amoris beatifici. Eidem sent. fauet *S. Thom. de Verit. q. 22. art. 6.* vbi docet, voluntatem respectu cuiuscumque obiecti, & in quouis statu posse exire & non exire in actum volendi. Probat Scotus 1. Noua necessitas agendi supponit nouum principium intrinsecum in agente: sed ex eo quòd Beatus clarè videt Deum in patriâ, nullum nouum principium intrinsecum superadditur ipsius voluntati in ordine ad amorem beatificum producendum, quod non habebat in viâ: ergo nec noua necessitas agendi illi superadditur. Maior constat: nam per id est necessitas agendi, per quod est ipsum agere: ergo per id est noua necessitas agendi, per quod est nouum agere. Minor prob. nam intrinsecum principium, per quod voluntas creata elicit amorem beatificum, est habitus charitatis; sed hic est idem in via & patria: ergo si in viâ non necessitat, nec necessitabit in patriâ. Neque clara visio beatifici obiecti præbet necessitatem eliciendi amorem beatificum: tū quia hæc non est ratio agendi, sed sola conditio, sine qua voluntas non eliceret actum amoris: tum quia, esto sit ratio agendi, non est tamen ratio agendi principalis, sed secundaria: ratio autem agendi secundaria non præbet necessitatem agenti principali, quia illum nō determinat ad agendum, sed potiùs agens ipsum principale determinat agens secundarium. 2. Omnis potentia sicut habet vnum obiectum primum, sic vnum modum tendendi ad illud: ergo eumdem modum seruabit respectu cuiuscumque obiecti, in quo per se includitur primum eius obiectum: igitur si respectu vnius obiecti est libera, erit respectu omniū, quia semper est eadem essentialis potentia. Nec diuersa præsentia obiecti visi, & non visi, variat essentialem modum agendi potentiæ, vt illam de liberâ mutet in necessariam: cōparatur enim notitia obiecti ad voluntatem, sicut approximatio passi ad agens: atqui melior approximatio passi ad agens non causat necessitatē agendi, sed maiorem dumtaxat intensionē actus, vt patet in calore & calefactibili.

Prob. 1. Scot.

Prob. 2.

Tertia sent. affirmat de potentia absoluta, negat verò de ordinata & naturali. Est *S. Thomæ 1. 2. quæst. 4. a. 4. & 1. p. qu. 82. a. 2. Caiet. locis cit. Durandi in 4. dist. 48. qu. 2. & dist. 49. q. 8. n. 16. Aureoli in 1. dist. 1. art. vlt. propos. 2. Argent. qu. 2. concl. 3. & 4. Capreoli qu. 3. a. 1. concl. 5. Maioris in 4. dist. 49. qu. 6. Soti qu. 3. a 4. §. Hinc fit Vasquez 1. 2. disp. 16. cap. 2. Aurelis ibid. qu. 5 a. 4. §. 8.* & communis reliquorum. Pro cuius explicatione,

3 sent communis

141. *Potest Beatus de pot. abs. videre & non diligere Deum.*

Dico 1. Non implicat de potentia absoluta, Beatum videre, & non diligere Deum; implicat autem, diligere, & non videre Deum. Prior pars assert. prob. Visio est prior amore, ab eoque realiter distincta & independens: ergo potest diuinitus separari. nam Deus separare potest quamcumque entitatem absolutam, à quacumque aliâ entitate absolutâ, à quâ essentialiter non pendet. Confirm. Potest Deus coagere cum intellectu Beati ad visionem, non coagendo cum voluntate eiusdē ad amorem sui. Posterior pars est contra *Argent. in 1. dist. 1. qu. 1. a. 4. & Rubionem qu. 4. §. Hoc præmisso*, putantes, posse de potentia absolutâ Beatum Deum diligere, & non videre. Quorū fundam. quia actus diligendi distinguitur ab actu intelligendi, vt res absoluta ab absolutâ: igitur poterit vnus diuinitus ab alio separari. Sed nostra assertio prob. hoc fundam. Implicat, voluntatem incognitum amare: igitur implicat, Beatum Deum non visum diligere. Anteced. apertè docet *Augustin. 10. de Trinit. cap. 1. initio.* Et prob. quia voluntas non amat, nisi vitaliter allecta & attracta à bonitate obiecti: obiectum autem non allicit & attrahit voluntatem, nisi vt cognitum & vitaliter repræsentatum. Confirm. Nulla potentia agere potest, nisi circa suum obiectum: obiectum autem voluntatis est bonum vt cognitum & intentionaliter præsens. Quia cùm voluntas sit potentia immanenter operatiua, nequit operari, nisi circa obiectum immanenter atque intentionaliter seu vitaliter præsens. Hinc soluitur instantia, cur possit agens agere in subiectū loco disiunctum. non possit autem ferri in obiectum incognitum: quia nimirum voluntas non fertur in obiectum, nisi ab illo allecta & attracta: nequit autem allici attrahique, nisi vitali atque immanente repræsentatione obiecti: agens autem vt agat in subiectum, nō requirit vt ab ipso alliciatur & attrahatur. Confirm. quoniam implicat, vt dictum est, voluntatem operari, nisi in obiectum intentionaliter repræsentatum: nequit autem obiectum intentionaliter voluntati repræsentari, nisi per cognitionem, à quâ tantùm voluntas apta est moueri: cognitio autem,

Implicat diligere & non videre

Prob. 1.

Augustin.

Ratio

Instabis

Resp.

Confirm.

cùm

cùm munus repræsentandi obiectum exerceat in genere causæ formalis, nequit per aliam formam vel genus causæ suppleri. Ad fundam. Argent. & Rubio. neg. conseq. nam licet actus diligendi distinguatur vt res absoluta ab absolutâ, ab actu intelligendi, illum tamen essentialiter supponit, tamquam vitalem approximationem obiecti, sine quâ impossibile est voluntatem operari.

Ad Argentinæ & Rubionis fund.

142. *Implicat, Deum clarè videri, & simul odio haberi*

Dico 2. Implicat, Beatum Deum clarè videre, & simul odio habere. Est contra *Ocham. in* 1. *dist.* 1. *qu.* 6. *concl.* 5. *& in* 4. *qu.* 14. *a.* 3. *dicto* 5. *& contra supplem. Gabri. loco cit. dub.* 5. *dicto* 2. *Maiorem q.* 6. putantes, posse Beatum clarè videre Deum, eumque odio habere. si sciat ab ipso aliquando se beatitudine priuandum, & in æternum puniendum. *Fundam.* eorum est, quia posset in eo casu Beatus apprehendere Deum vt malum & incommodum sibi, quia apprehenderet illum vt punitorem vltoremque sui, atque adeò illum odio prosequi posset. Nostra tamen assertio prob. hoc fundam. Implicat, bonum sub ratione boni odio haberi: atqui Beatus intuens Deum nequit illum cognoscere nisi sub ratione boni: nequit igitur illum odio habere. Maior constat: nam sicut implicat, malum sub ratione mali diligi, ità bonum sub ratione boni odio haberi. Minorem probo: quoniam qui videt clarè Deum, videt illum vt est in se, quia visio intuitiua Dei, tendit ad Deum vt est in se; sed in se nullam habet rationem mali, sed infinitam rationem boni: ergo cognosci non potest sub ratione mali, ac proinde apprehendi vt obiectum odibile.

Implicat, bonum sub ratione boni odio haberi.

Confirm. Confirm. nam ipsa ratio vltoris cognoscitur à Beato vt perfectio Dei, non minùs quàm ipsa ratio præmiatoris: ergo licet à Beato apprehendatur vt sibi mala, tamen apprehenditur vt bona Deo. Sed Beatus videns clarè Deum, plus diligit Deũ quàm se ipsum: ergo non potest sub eâ ratione odio habere Deum, alioqui plus diligeret se ipsum quàm Deum, quia præferret bonum suum bono Dei, amoremque sui amori Dei. Ad fundam. *Ochami & Gabrielis* concedo, in eo casu Beatum apprehendere Deum vt malum & incommodum sibi; nego tamen, illum odio habere posse: quia in eo statu Beatus plus diligit Deum quàm se ipsum: & consequenter potiùs diligit rationem punitoris vt perfectionem Dei, quàm illam odio prosequatur vt malam & incommodam sibi.

Ad fund. Ochami & Gabrie.

143. *Beatus necessario diligit quoad exercitium*

Dico 3. Beatus necessariò diligit Deum, nec potest, quantum est de se, ipsum non diligere, tam quoad specificationem, quàm quoad exercitium. De necessitate quoad specificationem constat ex præcedente assertione, in qua probatum est, non posse Beatum videntem clarè Deum, odio habere.

Prob. 1. De necessitate quoad exercitium Prob. 1. In ipso amore beatifico, & visione intuitiuâ Dei, Beatus apprehendit omnem rationem boni; ac summam suam felicitatem: contrà verò in cessatione talis actus nullam apprehendit vel apprehendere potest rationem boni; igitur impossibile est, vt quantum est de se, Beatus possit actum beatificum suspendere, & à tali exercitio cessare. Conseq. constat, nam eatenus posset suspensionem sui actus beatifici velle, quatenus talem actum suspensionem apprehendere posset sub aliqua ratione boni; cùm nihil velle possit voluntas, nisi sub ratione boni, cùm essentialiter sit appetitus boni. Antec. prob. quia cùm omnis ratio boni includatur in actu beatifico, repugnat, vt in suspensione ipsius apprehendi possit aliqua ratio boni: alioquin non omnis ratio boni in exercitio talis actus cõtineretur. Quòd autem in tali actu omnis ratio boni contineatur, patet: quia talis actus includit ipsam beatit. obiectiuam, cum qua integrat vnum totalem finem *qui*: atqui in beatit. obiectiua continetur omnis ratio boni, vel formaliter, vt sunt perfectiones intrinsecæ Deo; vel eminenter, cuiusmodi sunt perfectiones creatæ. Prob. 2. Ad hoc vt possit voluntas ab actu amoris beatifici resilire, debet posse superare vim motiuam, quam ad alliciendam voluntatem ad sui amorem habet obiectum beatificum: implicat autem, voluntatem creatam superare posse vim motiuam, quam obiectum beatificum habet ad alliciendam voluntatem ad sui amorem: igitur implicat, voluntatem creatam à beatifico amore resilire posse. Maior constat: nam quantò fortiùs obiectum allicit, tantò maior vis in voluntate requiritur ad illi resistendum: vt patet in obiecto sensibili, quod quantò fortiùs allicit appetitum, tantò maior vis in eo requiritur ad illi resistendum: vnde sæpè necessaria est gratia diuina ad remouendum appetitum ab obiecto sensibili efficaciter alliciente. Minor prob. quia vis allectiua obiecti beatifici est infinita, est enim bonitas ipsa increata Dei per se ipsam obiectiuè præsens voluntati: vis autem resistendi volũtati creatæ finita est: igitur implicat, voluntatem creatam ab amore beatifico resilire posse.

Prob. 2.

144. *Ad fund. prima.* Ad fund. 1. sent. disting. minor, de necessitate simpliciter, vel de necessitate connaturalitatis: & quantũ est ex parte ipsius volũtatis creatæ; conced. de necessitate connaturalitatis; neg. de necessitate simpliciter. Nec est eadẽ ratio de relatiuis, quorum vnum includitur in conceptu terminatiuo alterius. *Ad* 2. Ad 2. neg. antec. eiusque prob. alioquin si ad omne practicũ iudiciũ præcedere deberet actus volũtatis, determinantis intellectum ad iudicandum, cùm vice versâ ad omnem actum voluntatis præcedere debeat practicum iudiciũ, sequeretur dari actum voluntatis absque præuio iudicio practico, nempe illum actum, qui determinaret intellectum ad primum iudicium practicum. Vt igitur euitemus hoc absurdum, negandum est, ad omne iudicium practicum præcedere debere actum voluntatis.

Ad Scoti argum. Ad 1. Scoti pro 2. sent. adductũ, conced. min. de nouo principio efficiente, negãdà de nouo principio alliciente, quod est Deus clarè visus. Etenim agens intellectuale non solùm ad operandum determinatur à principio efficiente, sed etiam ab alliciente, & tantò magis ab hoc, quantò nobiliori modo mouet vltimus finis, vti mouet obiectum beatificum, quàm efficiens. Ad prob. min. neg. solum habitum charitatis esse principium amoris beatifici, sed ad summum illum esse principium in genere causæ efficientis; præter hanc autem, assignanda est in Beatis causa finalis, quę est Deus ipse diligibilis propter increatam suam bonitatem clarè visam. *Dices:* Neque hoc genus causæ finalis & obiectiuæ additur de nouo Beatis in patria, nam etiam illud habebant in viâ, quia etiam in viâ volũtas creata alliciebatur à bonitate increatâ Dei ad ipsum diligendum. Resp. addi diuerso modo repræsentatum: nam in viâ bonitas increata allicit voluntatem creatam, vt abstractiuè repræsentata in suis effectibus; in patria verò vt intuitiuè, cognita in se ipsâ, qui modus repręsentandi redundat in ipsam rationem formalem obiectiuam: quoniam per cognitionem abstractiuam bonitas increata mouet & allicit voluntatem creatam, vt in alio præluceens, per intuitiuam verò, vt in se ipsâ existens: maiorem autem vim ad alliciendum habet bonitas increata in se ipsâ visa, quàm in alio præluceens, vt per se elucet.

Dices *Resp.*

Ad 2. nego, voluntatem semper seruare eumdem *Ad* 2.

Digitized by Google

dem modum tendendi respectu cuiuscumque obiecti. Constat 1. de voluntate diuina, quę respectu sui seruat modum tendendi necessarium, respectu creaturarum modum tendendi liberum: & respectu earumdem vt possibiles diligit necessariò dilectione simplicis complacentię, vt existentes verò liberè. 2. Quia voluntas in operando pendet ab obiecto finaliter mouente: ergo sicut variari potest obiectū, ita & finalis motio ipsius: aliter enim mouet obiectum cognitum secundùm omnem rationem boni, & secundùm nullam rationem mali; aliter cognitum secundùm determinatam rationem boni, & secundùm aliquam rationem mali, saltem ardui ac difficilis. Vnde nego diuersam repræsentationem obiecti non posse variare modum operandi voluntatis de libero in necessarium, & vice versâ. Falsum quippe est, repræsentationem obiecti comparari ad voluntatem, vt approximationem passi ad agens. Nam ex approxim. passi non augetur vis operatiua agentis, sicut ex meliore repræsent. obiecti augetur vis operatiua voluntatis, quæ integratur ex virtute actiuâ potentiæ, & allectiuâ obiecti. Nec refert, quòd etiam passum integret principium operatiuum in genere causę materialis: nam ex maiori approxim. passi non crescit vis receptiua subiecti, sicut ex meliore repręsent. obiecti crescit vis allectiua finis. Neque etiam refert, quòd voluntas sit vna potentia essentialiter: quia licet sit vna formaliter, est tamen duplex virtualiter, ob duplicem modum, quo apta est moueri ab obiecto. Cùm enim in operando pendeat ab obiecto, sicut potest ab illo dupliciter moueri, & secundùm omnem rationem boni, & nullam rationem mali; & secundùm determinatam rationem boni, & aliquam rationem mali: ita duplicem habet operandi modum, necessarium, & liberum. Nec demum refert, quòd obiectum voluntatis sit vnum: tum quia non est vnum vnitate numerica, sed formali: tum quia esto sit vnum vnitate numerica, non valet consequentia ab vnitate obiecti ad vnitatem modi operādi circa obiectum: quia sicut potest vnum idemque obiectum aliter & aliter repræsentari voluntati, ita potest voluntas circa illud aliter & aliter operari. Modus namque operandi voluntatis sequitur modum repræsentationis obiecti. Ad auctorit. S. Tho. respondet Capreolus, illum tantùm loqui de actu, cuius cessatio apprehendi potest sub aliqua ratione boni, cuiusmodi nō est actus beatificus, vt ex dictis constat. Responsio hęc colligitur *ex qu.* 24. *de verit. art.* 8. *ad* 2. *In potestate liberi arbitrij est, non vti habitu, tamen potest hoc ipsum quod est non vti habitu, sibi proponi sub specie boni, quod de gratiâ in Beatis accidere non potest.* Hæc S. Doct. quo nihil clarius. Eodem modo *S. Thomam explicat Ferrarius 3. con. Gent cap. 62. circa finem*, vt tantùm loquatur de actu voluntatis, qui sequitur ad notitiam abstractiuam quam Beati de Deo formant extra verbū. Nam sicut talis notitia subest potestati Beati, ita & actus voluntatis ab ea regulatus.

A priori

Ad S. Tho. resp. Capreolus

SECTIO XI.

An saltem possit Beatus cessare ab amore beatifico, posito præcepto prohibente.

145. *1. sent. Vasquez. Fundam.*

PRima sent. absolutè negat, posse tale præceptum imponi Beato: *Vasquez 1. 2. disp. 16. c. 3.* Fundam. quoniam principium visionis beatæ est lumen gloriæ, cuius efficacitas non subest potestati Beati: stante autem visione clara Dei, necessariò sequitur & amor amicitiæ in Deum, & concupiscentiæ erga ipsam visionem Dei. Maior prob. quia nequit Beatus prohibere, ne lumen minùs intensè feratur in visionem, quàm ipsum ex se aptum est ferri: ergo eius efficacitas non subest potestati Beati. Minor patet, quoniam, stante visione clarâ Dei, nulla apparet ratio boni in cessatione actus amoris. Confirm. nequit voluntas ab obiecto vel ab actu cessare, nisi aliqua appareat ratio mali: sed stante visione Dei, nulla in obiecto beatifico, vel in exercitio actus circa ipsum, apparere potest ratio mali: ergo nequit voluntas ab eo cessare.

Secūda sententia

Secunda sent. docet, non posse tale præceptum imponi Beato, stante in eo iudicio de diligendo Deo, posse tamen illud imponi sublato practico iudicio de diligendo Deo, quod iudicium potest Deus auferre superstite clarâ visione Dei. *Capreoli in 1. dist. 1. q. 3. a 2. ad argum. Adami ad confirm.* sexti: *Ferrar. 3. con. Gen. cap. 62. §. Ad casus.* Fundam. prioris partis est, quoniam, stante iudicio practico de diligendo Deo, necessariò sequitur amor in ipsum Deum, alioquin, stante practico iudicio de diligendo Deo, posset Beatus simul habere iudicium de non diligendo Deo, quia non potest suspendere amorem erga Deum, nisi iudicando, Deum non esse diligendum: implicat autem, Beatum simul habere practicum iudicium de diligendo & non diligendo Deo: ergo neque tale iudicium suspendere, est in potestate Beati, sicut nec in potestate intellectus est, suspendere assensum conclusionis euidenter notæ, & intellectui applicatæ. Fundam. poster. partis est: quoniam sublato tali iudicio, & alio formato, nempe quòd Deus non sit hîc & nunc diligendus, potest Beatus Deum non diligere. An autem possit Deus tale iudicium, superstite visione, Beato tollere, affirmat *Capreolus*, non explicat *Ferrariensis*.

Prob. 1. pars

Prob. 2. pars

Tertia sent.

Tertia sent. simpliciter affirmat, posse tale præceptum imponi, & Beatum teneri ad illud seruandum: *Adami apud Capreo. loco cit. Ochami in 1. dist. 1. qu. 6. concl. 4. & in 4. q. 14. a 3. dicto 5. vbi* docet, non solùm posse Deū imponere præceptum Beato cessandi ab amore sui, sed etiā ipsum odio habendi: quia tūc odium Dei non esset malum, sed bonum, vtpote à Deo præceptum. Verùm quoad odium Dei, prędicta sententia est omnino improbabilis: cùm nec Deus præcipere possit odium sui, vtpote per se malum, quod Deus velle non potest; nec stante clarâ visione Dei Beatus possit odio habere Deum, cùm, stante clara visione Dei, nulla ratio mali, quæ ad odium necessaria est, in Deo apparere possit. Pro explicatione plures actus distinguendi sunt in Beato. Primus est, visio ipsa Dei; secundus, amor amicitiæ erga Deum; tertius, amor concupiscentię, quo Beatus diligit Deum vt bonum suum; quartus, delectatio & fruitio de ipsâ beatitudine. Non disputo hîc de actibus, quos extra Verbum Beati exercent erga Deum: nam sicut illos liberè exercent, ita à fortiori possunt ex præcepto eos non exercere: sed solùm de actibus, quos Beati exercent ex vi visionis beatificæ. Atque de his omnibus videndum est, an possit imponi præceptum, ne à Beato exérceantur.

Varij actus in Beato

146. *Non potest Beato imponi præceptum vt cesset à clara visione Dei*

Dico 1. Non potest Beato imponi præceptum, vt cessēt à clara visione Dei. Fund. quia clara visio Dei necessariò producitur à lumine gloriæ, quod in agēdo, nō subest potestati creaturę: implicat autem, præceptum imponi de re seruatu impossibili, vt per se patet, cùm omne præceptum ordinetur ad executionem rei præceptę. Maior prob. quia cùm lumen gloriæ per se ordinetur ad supremam creaturę

Digitized by Google

creaturæ intellectualis felicitatem, ad quam per modum naturæ omnes necessariò ferimur, debuit etiam extrinsecum principium illius, quod est lumen gloriæ à quo illa principaliter pendet, esse ad eam producendam determinatū, omni qua posset determinatione. Quod autem in operando nostrę non subest potestati, à nobis impediri non potest, atque adeò cessatio illius erit nobis impossibilis.

147. *Beato potest imponi præceptum de non amando Deo amore concupiscentiæ.*

Dico 2. Stante clara visione Dei, potest Beato imponi præceptum de non amando Deo amore concupiscentiæ. Fundam. quia Beatus videns clarè Deum, plus diligit Deum quàm se ipsum, suamque beatit. quippe qui res diligit vti diligibiles sint: posito autem præcepto prohibente, ne Beatus diligeret Deum vt bonum suum, suamque beatit. cessatio talis amoris apprehenderetur vt conformis diuinæ voluntati, atque adeò vt maius bonum & obsequium Dei quàm ipse positiuus amor sui, suæque beatitudinis; nam id cedit in maius obsequium & extrinsecum bonum Dei, quod ipsius voluntati conformius est; ergo Beatus ex vi summę charitatis, qua supra se ipsum diligit Deum, posito præcepto prohibente, statim cessaret ab amore sui suęque beatit. vt se diuinæ voluntati conformaret, eique morem gereret. Eadem ratio est de fruitione seu delectatione, quæ est actus, quo Beatus de sua adepta beatit. gaudet. Hinc vlteriùs addo, non solùm posito præcepto prohibente, sed quouis diuinæ voluntatis nutu, statim Beatum ab amore beatifico sui suæque beatit. cessaturum, vt morem diuinæ voluntati gereret, cuius executionem magis diligit, quàm quoduis bonū proprium suum.

Idem de fruitione & delectatione.

Dices. *Dices:* Nequit Deus Beato præcipere, vt se ipsum odio habeat, ergo neque vt actum suæ beatit. suspendat. Conseq. constat, quia Beatus plus amat suam beatitudinem quàm se ipsum, quia maius bonum est sua beatitudo quàm suum esse. Antec. prob. nam omne ens essentialiter inclinat ad sui amorem: implicat igitur, vt possit Beatus se ipsum odio habere. *Resp.* Resp. neg. antec. potest. n. quis elicito & indirecto odio habere se ipsū, quatenus est substratum malorum, vel impedimentum maioris boni & gloriæ diuinæ. Posset igitur Beatus odio habere suam beatit. quatenus impeditiuam maioris obsequij, & extrinseci boni, atque gloriæ diuinæ. Probatio antec. vera tantum est de amore innato, & elicito directo.

148. *Et præceptum de non diligendo Deo amore amicitiæ.*

Dico 3. Stante clara visione Dei, potest imponi Beato præceptum de non diligendo Deo amore amicitiæ. Hæc non est apud me ita certa; eam tamen ex præced. sic deduco. Præceptum de non diligendo Deo reddit cessationem dilectionis Dei vt maius obsequium, & extrinsecum bonum Dei: igitur potest tale præceptum à Deo Beato imponi. Antec. constat: nam maius obsequiū Dei est, quod eius voluntati magis conforme est: atqui in eo casu Dei voluntati magis conformis est cessatio, quàm exercitium amoris Dei, vt per se patet. Conseq. prob. nam eatenus non posset tale præceptum videnti Deum imponi, quatenus non posset à vidente Deum cessatio amoris Dei apprehendi vt maius obsequium, & bonum ipsius Dei: igitur si, eo posito, potest cessatio amoris Dei apprehendi vt maius obsequium & bonum Dei, quàm ipsius amoris exercitium, non est vnde tale præceptum implicet.

149. *Ex virtute obedientiæ, necessariò cessaret.*

Dico 4 Posito præcepto de non diligendo Deo, Beatus cessaret ab amore Dei, eiusque cessationem continuaret ex motiuo obedientiæ erga Deum. Fundam. quia summum studium & desiderium Beati est, conformare se perfectissimè Deo: sed posito præcepto de non diligendo Deo, non posset Beatus perfectiùs se Deo conformare, quàm talem amoris cessationem elicere ex motiuo obedientiæ erga Deum, vt cui vno actu obsequi non posset, obsequeretur alio actu virtutis. *Petes*: an hoc Beatus faceret liberè, an necessariò. *Respondet Rubio in 4. dist. 49. q. 6. ar. 1. concl. 3.* liberè: sed verius dicendum est, Beatum, posito præcepto, necessariò cessaturum ab actu amandi Deum. Eadem quippe necessitate Beatus obedit Deo posito præcepto, qua illum diligit præcepto non posito: *Ratio.* Quia Beatus necessariò conformat se diuinæ voluntati præcipienti, ergo quâ necessitate illum diligit non posito præcepto, eâdem illi obedit posito præcepto. *Rubio rejicitur.*

Maior difficultas est, an possit videnti Deum imponi præceptum, vt non solùm cesset ab amore Dei, sed ab omni positiuo actu voluntatis circa Deum, posito quòd impossibile non sit, voluntatem suspendere posse omnem actum circa obiectum sibi propositum. Resp. Neque contra hoc me apertam videre implicantiam, quin affirmatiua pars conformior est dictis: quia tunc Beatus cessationem ab omni actu apprehenderet vt maius obsequium & bonum Dei. *Alia difficultas.*

150. *Obiicies* 1. Si posset Beato imponi præceptum ad cessandum ab amore beatifico, imponi etiam posset præceptum ad cessandum à visione Dei, nam eodem modo per habitum charitatis voluntas Beati necessitatur ad amandum, sicut intellectus per habitum luminis ad videndum Deum. Resp. neg. sequelam. Nam ad hoc vt potentia, quę necessariò fertur ad obiectum, cesset ab illo, aliqua fieri debet mutatio vel ex parte potentiæ, vel ex parte obiecti; posita autem voluntate Dei prohibentis, ne Beatus diligat Deum, fit mutatio obiectiua respectu voluntatis diligentis, non fit autem mutatio obiectiua respectu intellectus videntis: igitur potest voluntas, posito præcepto, cessare ab amādo Deum, quem anteà necessariò amabat: non potest autem intellectus cessare à videndo Deum quem anteà necessariò videbat. Maior patet: nam manentibus omnibus inuariatis vt antè, manet eadem necessitas vt anteà. Minor prob. nam obiectum voluntatis Beati, quatenus actu amicitiæ fertur in Deum, est bonum magis acceptum Deo: sed posito præcepto de non amando Deo, magis acceptum est Deo cessatio amoris quàm amor. Obiectum verò intellectus Beati, quatenus fertur in Deum, est Deus vt intelligibilis: per nullum autem præceptum Deus, vel cessatio visionis Dei fit magis intelligibilis quàm ipsa visio Dei: ergo posito præcepto, potest voluntas cessare ab amando, quem anteà necessariò amabat, non potest autem intellectus cessare à videndo, quem anteà necessariò videbat. *Obiicies* 2. Non potest Beatus cessare ab amore Dei, nisi propter aliquod motiuum; ergo implicat, cessare ab omni actu. Cōseq. patet: quoniam nequit voluntas propter aliquod motiuum moueri, nisi positiuo actu. Nam moueri propter aliquod motiuum, est intendere motiuum: intendit autem voluntas motiuum positiuo actu tendentiæ in illud. Anteced. prob. tum quia nequit operari voluntas, cùm sit essentialiter appetitus rationalis, nisi propter aliquod motiuum: tum quia cessando Beatus ab amore Dei, non cessaret nisi propter ipsum Deum, cùm ex vi visionis Dei Beatus determinetur ad operandum semper propter Deum: ergo hoc ipso quòd cessaret ab amore Dei, haberet pro motiuo ipsum Deum. Implicat igitur, Beatum cessare ab omni actu positiuo erga Deum. Resp. disting. antec. Non po- *Resp. Obiic. 1. Resp. Obiic. 2. Resp.*

test

Digitized by Google

test cessare ab amote Dei, nisi propter aliquod motiuum formaliter & expresè intentum, nego; virtualiter & interpretatiuè tantùm volitum, concedo: ad hoc autem non est necessarius positiuus actus voluntatis, sed sufficit interpretatiuus. Ex quo patet ad prob. antec. vtraque enim vera tantùm est de motiuo virtuali & interpretatiuo. Nam licet operari propter Deum expresè dilectum, secundùm se sit perfectior modus operandi, posito tamen præcepto de cessando ab omni actu, perfectior modus esset, operari propter Deum interpretatiuè tantùm dilectum; quia hic modus tunc esset conformior diuinæ voluntati, atque adeò eligibilior à Beato. *Obijcies* 3. Deus clarè visus infinitè allicit voluntatem ad sui amorem: nequit autem voluntas finita resistere obiecto infinitè allicienti: igitur nequit Beatus Deum clarè visum non amare. Resp. disting. maior. Deus clarè visus infinitè allicit voluntatem ad amorem sui, nullo posito præcepto, concedo; posito præcepto de non amando Deo, nego. Quia Deus clarè visus eatenus voluntatem allicit ad amorem sui, quatenus id conforme est diuinæ bonitati atque voluntati, cui Beatus summè se confotmare desiderat: posito autem præcepto, non est ampliùs diuinę voluntati conforme, Deum diligere: igitur posito præcepto, non ampliùs Beatus allicitur ad amandum Deum actu positiuo & expresso.

Obijc. 3. *Resp.* *Ratio.*

150. Ad fund. 1. sent. conced. minor eiusque prob. nullo posito præcepto; neganda, præcepto posito. Ad confirm. neg. minor: nam posito præcepto, amoris diuini exercitium non est ampliùs bonum, sed malum; non ex se, sed ex extrinseco præcepto Dei. Sicut celebratio Missæ tempore interdicti mala est, non ex se, sed ex præcepto superioris prohibentis.

Ad fund. prima.

Ad fundam. secundæ esto, stante iudicio de diligendo Deo, nequeat Beatus Deum non diligere, negandum tamen est, posito præcepto, non posse Beatum tale iudicium mutare. Nam sicut, posito præcepto, mutatur obiectum de bono in non bonum: ita potest Beatus mutare iudicium. Nec est eadem ratio de intellectu in præbendo assensum conclusioni euidenter notæ; quia intellectus, cùm non sit ab intrinseco liber, non est ex se aptus, relicto vno vero euidenter noto, conuertere se ad aliud, nisi ex imperio voluntatis: at voluntas cùm sit ab intrinseco libera, ex se apta est, relicto vno bono, ad aliud se mouere.

Ad fund. secunda.

151. Difficultas est, an in tali casu necesse esset mutari visionem beatificam. Ratio dubitandi, quoniam Beatus per eamdem visionem videt Deum, & simul iudicat Deum esse diligendum: igitur si, mutato obiecto per præceptum, mutandum est practicum iudicium, mutanda quoque erit visio beatifica. Hoc tamen non obstante, negandum est, mutandam esse necessariò visionem beatificam, sed tantùm superaddendum esse nouum iudicium distinctum, quo Beatus iudicaret, hîc & nunc, posito præcepto, cessandum esse ab amore beatifico. *Dices:* Remanet eadem visio; ergo idem iudicium, quo Beatus ante præceptum iudicabat Deum esse diligendum: ergo simul manent duo iudicia opposita, quibus Beatus iudicat Deum esse diligendum, & Deum non esse diligendum. Resp. neg. conseq. nam primum iudicium non est oppositum secundo, eo quòd primum est de diligendo Deo, tacitè sub intellecta hac conditione, si Deus aliter non præceperit, siue, si cessatio ipsa amoris diuini non fuerit diuinæ voluntati conformior.

Alia difficultas *Resp.* *Dices.* *Respondeo.*

SECTIO XII.

An Beatus ex vi visionis beatificæ sit ab intrinseco impeccabilis?

153. DOgma fidei est contra *Orig. suprà sect.* 8. Beatos numquam de facto peccaturos. Constat ex ijsdem Scripturæ & Concil. testimonijs, quibus definitur beatit. æternitas. Implicat namque quodcumque peccatum cum beatit. iuxta illud Apocalyp. *Et non intrabit in eam aliquid coinquinatum, & mendacium.* At vnde Beati habent vt de facto numquam sint peccaturi; ex donóne aliquo intrinseco, an ex sola extrinseca voluntate Dei, eos semper protegente, & à malo præseruante?

Scholastica concertatio.

Prima sent. docet, Beatos numquam peccaturos ex sola voluntate extrinseca Dei, perpetuò actum fruitionis conseruantis: qua voluntate stante, repugnat Beatum potentiâ proximâ exire in actum peccati, quoniam nulla causa 2. præuenta à prima ad vnum oppositum, potest potentiâ proximâ exire in aliud oppositum. Est *Scoti in 4. dist. 49. q. 6. §. Dico ergo: Ochami in 2. q. 19. litt. L. & in 4 qu. 14. versus finem, Ad primum: Supplem. Gabriel. in 4. dist. 39. q. 2. art. 3. dubio* 6. Fundam. quia eadem essentialiter est potentia Beati nunc, quæ erat antea; ergo quantum est de se, potens est in omnem effectum, in quem poterat anteà: ergo in tantùm in statu beatitudinis non peccat, in quantum extrinsecè impeditur à Deo continuò conseruante actum beatificum. Vnde si Deus sineret Beatos, suos motus agere, possent de facto peccare. Quare concedit hanc propos. Gabriel: *Beatus non est simpliciter impeccabilis*, quia potest peccare in sensu diuiso, diuidendo scilicet à voluntate Dei extrinsecè conseruante; non autem in sensu composito, quia stante voluntate Dei ad vnum, nequit voluntas in oppositum ferri.

Prima sent. *Prob.* *Gabriel*

154. Secunda sent. affirmat, Beatos non solùm peccare non posse ab extrinseca voluntate Dei, sed etiam ab intrinseca beatitudine, à qua determinantur ad bonum semper operandum: *S. Thoma 1. 2. q. 4. art. 4. & q. 5. art. 4. & 1. q. 62. art. 8. & lib. 4. cont. gent. cap. 92. Caiet. & Ferrar. locis cit. Durandi in 2. dist. 7. q. 1. & reliquorum*, quos sequitur *Vasquez 1. 2. disp. 18. q. 2.* quæ verior est & sequenda; eamque colligo *ex Augustin. 22. de Ciuit. c. vlt.* vbi, *Aliud*, inquit, *est esse Deum, aliud participem Dei: Deus natura peccare non potest, particeps vero Dei ab illo accipit vt peccare non possit.* Igitur Beatus peccare non potest, quia Dei particeps est: est autem Beatus Dei particeps ratione beatitudinis: igitur ratione beatitudinis, quæ intrinseca est Beato, Beatus peccare non potest. Non igitur sola extrinseca volùtate Dei impeccabilis est. Prob. Ea necessitate remouemus impedimenta destructiua finis, quâ necessitate diligimus finem: sed Beatus necessariò & ab intrinseco diligit finem beatificum: ergo necessariò & ab intrinseco remouet impedimenta destructiua finis beatifici: quodlibet autem peccatum est destructiuum finis beatifici: igitur quodlibet peccatum Beatus necessariò & ab intrinseco vitat. Est igitur Beatus ab intrinseco impeccabilis. Maior elucet. Minor assump. prob. Beatus necessariò diligit Deum ratione visionis beatificæ, quæ intrinseca est Beato. Minor subsump. prob. nam duplex est peccatum, mortale, & veniale: vtrumque autem est contra beatit. Quantum ad mortale, constat: nam hoc formaliter destruit

2. Sent. vera. Beatus peccare non potest ratione doni intrinseci. *Prob. à priori.* *Augustin.*

Digitized by Google

destruit vtrumque actum, & dilectionis & visionis beatificæ, vtrique enim opponitur contradictorie. Nam dilectioni opponitur ex parte ipsius Beati diligentis Deum, per dilectionem enim Beatus conuertitur ad Deum, contrà verò per peccatum mortale creatura auertitur à Deo: visioni autem opponitur ex parte Dei diligentis Beatum, hoc pacto: visio beata est terminus amoris amicitiæ, quo Deus diligit Beatum; quia cùm sit quædam intentionalis participatio naturæ diuinæ, & amicitia ex *Aristot.* Arist. fundetur in similitudine naturę, in communicatione talis perfectionis consistit amor amicitiæ, quo Deus diligit Beatum. Ex alia verò parte Deus necessariò odit peccatum, quia sicut necessariò diligit quidquid est actu bonum, ita necessariò odit quidquid est actu malum, cùm nequeat Deus esse suspensus, sed vltimò terminatus ad quodlibet obiectum, vel per modum amoris, si sit bonum, vel per modum odij, si sit malum. Nequit autem Deus odio habere peccatum, nisi subtrahendo à peccatore terminum suæ amicitię, quæ in Beato, præter gratiam habitualem, est ipsa visio Dei. Igitur si posset videns Deum habere peccatum mortale, simul amaretur & non amaretur amore amicitiæ à Deo. Amaretur ratione visionis, quæ est terminus amicitiæ diuinæ: non amaretur, ratione subtractionis eiusdem visionis, quæ subtractio esset terminus odij Dei. Prob. quoad peccatum veniale: nam etsi hoc non opponatur amicitię, opponitur tamen familiaritati Dei; quia opponitur feruori charitatis ex parte committentis, & perfectæ cõmunicationi ex parte Dei: sed Beatus ratione visionis Dei non modò necessariò diligit amorem beatificum, & qualemcumque communicationem Dei, sed feruorem ipsum charitatis, & perfectissimam communicationem Dei: igitur Beatus est ab intrinseco impeccabilis, etiam venialiter. Minor prob. nam Beatus ratione visionis non solùm diligit necessariò Deum, sed etiam diligit necessariò Deum secundùm totum feruorem & intensionem qua illum diligere potest; ergo non solùm diligit necessariò amorem beatificum quoad substantiam ipsam amoris, sed etiam quoad modum feruoris & intẽsionis, cum qua repugnat peccatum veniale. *Confirm.* Confirm. Nihil potest ratione visionis Beatus velle, nisi quod referibile est in Deũ tamquam in vltimum finem: sed peccatum veniale non est referibile in Deum tamquam in vltimum finem, quia nulla culpa vt sic, per se referibilis est in Deum. *Dices:* Si Beatus ratione beatit. non solùm necessariò odit ea quæ opponuntur amicitiæ, sed etiã quę opponuntur familiaritati, ac perfecto feruori charitatis, non solùm erit determinatus ad numquam peccandum, sed etiam ad semper operandum id quod perfectius est. Vnde sequeretur, tolli omnem libertatem in Beatis: quod falsum est, alioquin non fuisset in Christo libertas ad meritum sufficiens. Resp. neg. sequel. nam etsi Beatus ratione beatitudinis sit determinatus ad semper nolendum id cuius oppositum inuoluit culpam, non tamen vi eiusdem est determinatus ad semper volendum id quod est perfectius. Etenim ratione beatitudinis Beatus determinatur tantùm ad conformandum se diuinę voluntati: conformat autem se Beatus diuinę voluntati, etiamsi in ijs quæ culpam non inuoluunt, eligat quod est minùs perfectum: nam hoc ipsum liberè eligere minùs perfectum in ijs quæ nullam inuoluũt culpam, est conforme diuinę voluntati, quæ vt libertatem conseruet in Beatis, hanc liberam electionem relinquit in plena potestate ipsorum. Hæc autem intelligenda sunt de ijs quę Beati operãtur extra Verbum, non autem quę operantur ex vi visionis in Verbo; nam sicut ad ea nullam habent libertatem quoad substantiam operationis, ita neque quoad modum intensionis. Ad Fund. 1. sent. nego Beatum solùm ab extrinseca voluntate Dei esse impeccabilem, sed etiam ab intrinseca beatitudine, à qua intrinsecè determinatur ad numquam peccandum. Vnde quamuis remaneat eadem potentia remota in patria, quæ fuit in via, non tamen remanet eadem potentia proxima: nam in viâ non erat potentia beatificata per visionem intuitiuam Dei, ratione cuius beatificationis aliter operatur in patria, atque operabatur in via.

Ad Fund. prima

SECTIO XIII.

Quodnam sit proximum obiectum delectationis in patria.

DVplex est delectatio in patriâ; altera, quæ capitur ex bonis Dei, quatenus bona Dei sunt; & huius obiectum est Deus quatenus sibi bonus est, pertinetq; ad amorem amicitiæ: altera, quæ capitur ex bonis ipsius Beati, pertinetque ad amorem concupiscentię, cuius obiectum hîc inquirimus; nam de priore nulla est cõtrouersia, quin obiectum sit Deus, quatenus sibi bonus est; hoc enim postulat amor amicitiæ. Prima sent. affirmat, esse visionem, Deum verò non nisi remotè concurrere ad delectationem, quam Beati de sua beatit. percipiunt: *Durandi in 1. dist. 1. q. 2. & in 4. dist. 49. q. 5. Mayroni in 1. dist. 1 q. 2. in fine. Probat 1. Durandus.* Illud tantùm est immediatum obiectum delectationis, quod potest esse proprium bonum eius qui delectatur: sed neque Deus neque res vlla supposito distincta potest esse propriũ bonum hominis beati, nisi ratione operationis, qua res ipsa attingitur; ergo nec Deus nec res vlla supposito distincta est immediatum obiectum delectationis Beatorum. Maior constat, quia nullus delectatur de bono, nisi quatenus illud existimat aliqua ratione suum: quoniam, vt docet Philos. 8. *Ethic. amabile quidem bonum, vnicuique autem proprium.* Minor prob. quia nulla res supposito distincta potest esse bonum nostrũ, nisi ratione alicuius effectus, quem in nobis causat. Sic sol dicitur bonus frigescenti non secundùm se, sed ratione caloris quem in illo causat. Sic vinum dicitur bonum potanti ratione gustationis: similiter cibus, & reliqua supposito distincta, dicuntur bona nostra, ratione alicuius effectus vel operationis nobis inhærentis. Confirm. nam amor concupiscentiæ fertur in rem vt conueniẽtem concupiscenti: est autem res conueniens concupiscenti per aliquid cõcupiscenti inhærens. 2. Sicut se habent desiderium & delectatio ad bonum, ita timor & tristitia ad malum: sed tristitia, quam habent damnati, non est de Deo immediatè, sed de carentia visionis diuinæ; ergo delectatio, quam habent Beati, non est de Deo immediatè, sed de visione Dei. Confirm. Idem est obiectum desiderij in via & delectationis in patria: sed immediatum obiectum desiderij in via non est Deus, sed aliqua operatio coniungens nobis Deum. Minor constat, nam obiectum desiderij est aliquod futurum: Deus autem non est futurus, est autem nobis futura ipsius visio: igitur eius visio, & non ipse, immediatè erit obiectum delectationis nostrę in patriâ.

156.

Prima sent.

Prob 1.

Durand.

Philosophus

Prob. 2.

Confirm.

Secunda sent. docet, immediatum obiectum delecta-

157.

2. sent.

Digitized by Google

delectationis concupiſc. Beatorum eſſe Deum, nullo autem pacto viſionem, niſi tantùm vt conditionem neceſſariò requiſitam, quatenus nimirum illa neceſſaria eſt ad repræſentandum obiectum, de quo tantùm proximè Beatus delectationem capit: *Caietanus. Caiet. 2.2.q.17.a.5.§. Ad rat. Curiel. 1.2.q.4.a.1. Curiel.* *dubio 1.§.4. concl. 2.* Citantur alij, qui tamen non loquuntur de obiecto delectationis concupiſc. ſed *Prob. 1.* amicitiæ. Prob. 1. Illud tantùm eſt obiectum concupiſc. in patriâ, in quo vltimò quieſcit animus concupiſcentis: hoc autem eſt Deus, non operatio aliqua inhærens Beato. Maior patet, nam obiectum concupiſc. eſt vltimus finis concupiſcentis, in quo tãquam in ſummo bono eius appetitus conquieſcit. Minor prob. quia nulla res creata quietare poteſt concupiſcentis appetitum: quæuis autem operatio Beato inhærens eſt res creata; igitur.

Prob. 2. Secundò. Si viſio vnà cum ipſo Deo conſtitueret vnum obiectum totale delectationis, totum obiectum delectationis non eſſet aliquod increatum, ſed conſtitutum ex creato & increato. Vnde ſequeretur, obiectum ſpei non eſſe aliquid increatum, atque adeò ſpem ipſam non eſſe Theologicam virtutem. Sequela prob. nam idem eſt obiectum deſiderij in via, & delectionis in patria.

Confirm. Confirm. Aut viſio requiritur vt obiectum materiale, aut vt formale amoris concupiſc. Non primo, quia viſio diſtinguit actum concupiſ. ab actu amicitiæ; nullum autem obiectum materiale diſtinguit actum vnius virtutis ab actu alterius. Si ſecundo, ergo in ratione obiecti ſimpliciter dicendum eſt, obiectum delectationis & ſpei in patria eſſe aliquid creatum: nam vnumquodq; obiectum denominatur ſimpliciter tale in aliquo genere à ſua ratione formali, per quam in eo genere conſti-

Prob. 3. tuitur. 3. Illud eſt obiectum delectationis *vt quod* in patriâ, quod eſt obiectum viſionis beatificæ: ſed hoc eſt Deus, non viſio; ergo Deus, non viſio eſt obiectum delectationis in patria. Maior patet, quia nihil poteſt eſſe amatum, niſi præcognitum: ergo nihil poteſt eſſe obiectum delectationis *vt quod* in patria, niſi ſit viſum *vt quod* viſione beata. Minor prob. nam viſio non eſt præcognita, niſi tantùm *vt quo*: ſolus autem Deus per viſionem præcognoſcitur *vt quod*: igitur ſolus Deus eſt obiectum *vt*

Confirm. *quod* delectationis in patria. Confirm. Prior eſt actus directus quàm reflexus: ergo prior eſt viſio vt directa, quàm vt reflexa: ſed viſio vt directa habet pro obiecto ſolum Deum; vt reflexa, includit etiam ſe ipſam: atqui vt directa includit ſufficiens obiectum delectationis; ergo ſuperfluè ad obiectum delectationis ſuperadditur viſio, tamquam

Prob. 4. ratio formalis integrans. 4. Bruta, cùm feruntur ad obiecta, non delectantur de operationibus quibus ad obiecta tendunt, ſed de ipſis obiectis; alioquin ſi delectarentur de operationibus, illas reflexè perciperent; ergo etiam Beati cùm tendunt ad obiectum beatificum, non delectantur de ope-

Prob. 5. ratione, ſed de obiecto ipſo. 5. Ita ſe habet cognitio rei turpis ad obiectum delectationis prauæ: ſicut cognitio rei honeſtæ ad obiectum delectationis honeſtæ: atqui obiectum delectationis prauæ ſe habet vt pura conditio: ergo etiam cognitio rei honeſtæ ad obiectum delectationis honeſtæ. Minor prob. quoniam delectatio moroſa eſt peccatum mortale: non poteſt autem eſſe peccatum mortale ratione cogitationis, nam hæc mala non eſt, ſed indifferens, & ad ſummum inutilis & otioſa: ergo obiectum delectationis moroſæ non eſt cogitatio, ſed res ipſa cogitata.

158. Tertia ſent. docet, obiectum delectationis concupiſc. in patria non eſſe aut ſolam viſionem, aut ſolum Deum, ſed conſtitutum ex vtroque, ex Deo tamquam fine *qui*, & ex viſione tamquam fine *quo*: *Gregor. in 1. diſt. 1.q.3.ar. 1. ad 1. rat.* affirmantis, viſionem eſſe partialem cauſam delectationis: *Capreoli q.1.a.1. concl. 5. & ad argum. contra 5. concl.* Nec refert, quòd ad 1. doceat, viſionem eſſe conditionem obiecti fruibilis: nam ſimul ibidem affirmat, totale obiectũ fruitionis eſſe vtrumque, Deum & viſionem: Deum, vt obiectum principale; viſionem, vt obiectum minùs principale. Eſt igitur viſio conditio reſpectu obiecti, ſine qua non eſſet nobis delectabile, & ſimul pars integrans obiectum: hoc eſt, viſio nõ tantùm eſt id ſine quo non exiſteret, aut applicatum non eſſet obiectum ſicut pura conditio delectationis; ſed etiam eſt id in quod tendit actus, vel ſine quo exiſtere non poteſt modus tendendi delectationis; ergo viſio eſt partiale obiectum delectationis, non pura conditio: ſicut reuelatio eſt conditio, mediante qua nobis prima veritas applicatur, & ſimul ratio *ſub qua* obiecto reuelato aſſentimur: *Aureoli q.2.ar.1.* propoſit. 3. vbi duplicem diſtinguit delectationem, alteram de obiecto beatifico, quam docet eſſe eſſentialem beatit. alteram de viſione ipſa: *Vaſquez 1.2. diſp. 15. à cap. 3.*

3. Sent. tenenda. Obiectum delectationis concupiſcentiæ eſt conſtitutũ ex viſione vt fine quo, & Deo vt fine qui.

Hęc probabilior eſt, & ſequenda, eaque apertè colligitur ex *S. Tho. 1.2.q.11. art.3. ad 3.* vbi, *Finis,* inquit, *dicitur dupliciter: vno modo ipſa res, alio modo adeptio rei: quæ quidem non ſunt duo fines, ſed vnus finis in ſe conſideratus, & alteri applicatus. Deus igitur eſt vltimus finis, ſicut res quæ vltimò quæritur; fruitio autem ſicut adeptio huius vltimi finis. Sicut igitur non eſt alius finis Deus, & fruitio Dei: ita eadem ratio fruitionis eſt, quâ fruimur Deo, & quâ fruimur diuina fruitione.* Hęc S. Thom. quo nihil pro hac ſent. clarius. Prob. 1. Si ſola viſio eſſet obiectum amoris concupiſc. in patriâ, ſpes non eſſet virtus Theol. ſi ſolus Deus amor concupiſc. non differret ab amore amicitiæ. Prior ſequela prob. nam idem eſt obiectum deſiderij in viâ, & delectationis in patriâ: ergo ſi obiectum delectationis in patriâ eſt ſola viſio, idem erit obiectum deſiderij in viâ; atque adeò ſpes, quæ per huiuſmodi deſiderium tendit ad beatitudinem ſperandam, non erit virtus Theolog. quoniam hęc pro immediato obtecto habet Deum, à quo Theologica denominatur. Nec refert, quòd viſio immediatè verſetur circa Deum, vt ſpecificet virtutem Theolog. nam etiam cultus verſatur immediatè circa Deum, & tamen non ſpecificat virtutem Theolog. ſed moralem Religionis: eo quòd ad ſpecificandam virtutem Theol. requiritur, vt obiectum ipſum, quod immediatè ſpecificat, ſit Deus. Prob. poſterior ſequela: nam per hoc formaliter differt amor concupiſc. ab amore amicitiæ, quòd ille diligit Deum formaliter vt bonum concupiſcenti, hic vt bonum Deo. Deus autem eſt bonus nobis formaliter media operatione nobis inhęrente: ergo operatio ingreditur formale obiectum amoris cõcupiſc. nam id ingreditur formale obiectum, quod facit obiectum ipſum differre formaliter. Maior conſtat ex ipſâ definitione amoris concupiſc. & amicitiæ. Minor prob. nam Deus eſt bonus nobis, quà perfectiuus noſtri: ſeu mediâ operatione, quâ vitaliter nobis coniungitur. Neque dicas, eſſe bonum nobis media operatione vt conditione tantùm: nã conditio non diligitur, ſed ſolùm eſt id ſine quo obiectum non diligeretur, vt patet in amore amicitiæ: in amore concupiſc. viſio Dei eſt ratio integrans obiectum ipſum diligibile: nam Beatus non

S. Thom. Luculẽtum teſtim.

Prob. 2.

Idem eſt obiectum deſiderij in viâ, & delectationis in patriâ.

ſolùm

Digitized by Google

solùm amore concupiscentiæ diligit Deũ vt bonũ suum, sed & ipsam beatitudinem, quę integrat vnum finem perfectiuum sui. Prob. 2. Obiectum delectationis concupiscentię est omne id, quod est bonum & perfectiuum concupiscentis: hoc autem non est sola visio, aut solus Deus, sed vtrũque: quia potentia non solùm perficitur per actum, sed etiam per obiectum; vtrumque enim est propria perfectio ipsius; actus vt forma vitaliter inhęrens, obiectum vt forma intentionaliter terminans, in quâ potentia principaliter quiescit. Confirm. Si per impossibile posset potentia aut videre suum obiectum sine visione, aut habere visionem sine obiecto actu terminante, vtroque modo perficeretur: in 1. casu, solo obiecto terminante; in 2. solâ visione inhærente: ergo vtrumque est bonum perfectiuum concupiscentis, & actu concupiscentiæ formaliter intenditur: licet principaliter obiectum, minùs principaliter visio, quâ obiectum attingitur.

Prob. 2. à priori.

Confirm.

159. Ad primum primæ sent. disting. Minor. Nulla res supposito distincta fieri potest bona alteri, nisi ratione operationis inhærentis, tãquam boni totalis, falsa est (nam posita operatione, etiam res ipsa sit bona operanti, per modum obiecti proportionati) tamquam boni partialis, aut conditionis sine quâ non, *vera est*; sed non ad mentem arguentis. Eadem distinctio cadit supra probationem minoris. Nam non solùm gustatio, sed vinum ipsum, gustatione positâ, fit bonum potanti. Dispar est ratio de sole, qui non nisi ratione caloris dicitur bonus frigescenti: quia sol nullo modo concurrit vt obiectum medio calore, vel sensatione ad terminandam operationem tactus, sicut concurrit vinum media gustatione, & quodlibet obiectum medio actu vitali ad terminandam potentiam, ad quam comparatur vt proprium obiectum; quia sol non comparatur ad tactum frigescentis vt obiectum, quod medio calore in eo producto terminet ipsius potentiam, sed vt pura causa productiua caloris, qui solùm media sensatione terminat potentiam tactuam frigentis. Ad confirm. eodem modo resp. non tantùm operationem, sed rem ipsam mediante operatione fieri bonam, & conuenientem concupiscenti. Ad 2. neg. maior. cùm enim Deus secundùm se sit optimus, & maximè conueniens naturæ intellectuali, habet vt possit esse immediatum obiectum desiderij & delectationis: contrà verò, cùm secundùm se non sit malus, non habet vt ex se possit esse immediatum obiectum timoris ac tristitiæ, sed tantùm ratione pœnæ, aut mali, quod infert. Quam responsionem insinuat *Durandus*, & malè impugnat. Ad confirmationem, neg. minor. ad probationem, disting. minor: non est Deus futurus secundùm se, concedo; respectu nostri, nego: respectu quorum non solùm est futura visio, sed Deus ipse vt obiectiuè præsens secundùm se.

Ad primum primæ sent.

Ratio

Ad confir.

Durandus

160. Ad primum secundæ sent. conced. maior de obiecto principali *quod*, neganda de obiecto minùs principali *quo*, cuiusmodi est visio respectu amoris concupiscentiæ. Ad 2. disting. primum conseq. totum obiectum *quod* non est aliquid increatum, nego; totum obiectum constitutum ex obiecto *quod* & *quo* simul, non est aliquid increatum, concedo. Vt autem totum obiectum dici possit simpliciter increatum, sat est, vt obiectum ipsum principale *quod* sit increatum: atque hoc sufficit ad specificandam virtutem Theologicam: vt constat de fide, cuius obiectum principale *quod* est increatum, licet minùs principale *sub quo* sit creatum, nempe ipsa reuelatio, quæ ex probabiliori sent. integrat obiectum formale fidei. Ad confirmationem dico, visionem esse quidem rationem formalem, sed minùs principalem & *sub qua*, à qua nequit totum obiectum denominari in suo genere simpliciter tale, sed secundùm quid: nec actum concupiscentiæ adæquatè distingui ab actu amicitiæ per solam visionem, sed per bonitatem increatam, vt aptam causare in Beato visionem creatam. Est igitur adæquatum obiectum amoris concupiscentiæ Deus, vt nobis coniunctus per visionem beatificam, cuius principalis pars est Deus vt aptus per suam increatam bonitatem causare in nobis visionem; minùs verò principalis, & vt ratio *qua*, est visio ipsa, quæ à Beato diligitur vt ratio vniens nobis summum bonum, in ordine ad quod diligitur vt via: vtrumque autem vltimatè diligitur vt bonum ipsius concupiscentis, per quod formaliter distinguitur ab amore amicitiæ, quo & Deus, & visio ipsa diligitur propter Deum. Ad 3. maior conced. de obiecto visionis reflexæ; neganda de obiecto visionis directæ. Eadem enim visio tendit ad Deum directè, & ad se ipsam reflexè; & prout tendit ad se ipsam reflexè, non solùm habet pro obiecto Deum, sed se ipsam, atque adeò vt sic potest esse obiectum amoris concupiscentiæ. Ad probationem minor. si *vt quo* significet, quòd visio nullo modo sit ratio cognita, sed sola ratio cognoscendi, falsa est; nam est ratio cognita à se, quà reflexa: Si significet, quòd sit tantùm cognita vt pura tendentia & via ad Deum, vera est; sed nihil contra nos, nam hoc sufficit, vt sit obiectum amoris concupiscentiæ. Ad confirmationem disting. minor subsumpta: conced. visionem, vt directa cognitio est, includere sufficiens obiectum delectationis amicitiæ, quod est bonitas ipsa increata Dei secundùm se: nego, vt sic illam includere obiectum delectationis concupiscentiæ, in quo semper includitur ratio aliqua creata. Ad 4. nego antecedens: nam etiam bruta delectantur de rebus vt sibi coniunctis per vitales operationes: ad quod sufficit interior eorum sensatio, quâ iudicant de rebus sensatione apprehensis, & non est propriè reflexa, quia non reflectitur supra se ipsam, sed fertur in exteriores sensationes integrantes vnum obiectum cum rebus ipsis. Delectantur igitur bruta de suis operationibus, non reflexè & abstractè, sed exercitè & concretè. Ad 5. neg. minor. ad prob. disting. minor: non potest esse peccatum mortale rationis solius cogitationis, concedo; ratione cogitationis & rei cogitatæ simul, nego.

Ad 3. Visio tendit ad Deum directè, & ad se reflexè.

Ad confir.

Ad 4.

Ad 5. Peccatum mortale est ratione rei cogitatæ.

SECTIO XIV.

An homo habeat appetitum naturalem ad beatitudinem supernaturalem?

161. Dixi, *ad beatitudinem supernaturalem*: quia ad naturalem, nulli est dubium, quin creatura intellectualis naturalem inclinationem habeat; nam omne subiectum naturaliter inclinat ad perfectionem sibi maximè commensuratam, qualis est beatitudo naturalis. De supernaturali, quam in clarâ visione Dei & amore beatifico etiam dixi, controu. est.

Sola controu. de beat. supernat.

Digitized by Google

Prima sent. affirm. Prima sent. affirmat. Est *Henrici in Summ. art. 4. qu. 5. in corp. Scoti qu. 1. Prologi, §. Ad primum, & in 4. dist. 49. quæst. 9. & 10. Durandi quæst. 8. num. 8. Palud. qu. 7. art. 1. Soti qu. 2. art. 1. concl. 1. & lib. 1. de naturâ, cap. 4. §. At verò: Valentia 1. 2. disp. 1. q. 5. punct. 1.* Eidem fauet *S. Thom. 3. cont. gent. cap. 51. & 57.* vbi docet, vnicuique inesse naturalem appetitum videndi Deum. *Prob. 1.* Omne perfectibile seu aptum perfici à perfectiuo, dicit naturalem inclinationem & appetitum ad illud, sicut ad conseruandam perfectionem quam possidet; ergo naturaliter inclinat ad consequendam illam, quando non possidet: sed homo, vtpote perfectibilis à visione & amore beatifico, naturaliter inclinat ad conseruandam supernaturalem hanc beatit. dum illam possidet; ergo & ad eam consequendam, dum non possidet: idem .n. est appetitus & inclinatio in bonum præsens, & *Prob. 2.* in bonum absens. 2. Appetitus rationalis naturaliter respicit omne bonum aptum perficere naturam intellect. at beatitudo supernat. est apta eam perficere: ergo. Maior prob. nam appetitus intellectualis est potentia vniuersalis; ergo respicit bonum vniuersale, atque adeò quidquid aptum est perficere suppositum intellectuale. Anteced. constat: tum quia est appetitus & inclinatio totius suppositi: ergo quantum se extendit perfectibilitas suppositi, tantùm se extendit ipsius appetitus. Tum quia sequitur apprehensionem intellectus: sed hęc est ad omne intelligibile; ergo *Prob. 3.* ille ad omne appetibile. 3. Homo intellectu & voluntate respicit supernaturalem beatit. sed intellectus & voluntas sunt potentiæ naturales hominis, seu proprietates ab eius essentiâ manantes: ergo homo potentia & appetitu naturali supernaturalem respicit beatitudinem. Maior liquet, quia ijs potentijs homo respicit beatit. quarum actibus illam assequitur: sed actibus intellectus & voluntatis illam assequitur: ergo. *Prob. 4.* 4. Homo creatus est *ad Genes. 1. imaginem & similitudinem Dei, Genes. 1.* Sed imago imitatur suum prototypon: ergo sicut Deus naturali appetitu inclinat ad se ipsum videndum & *Prob. 5.* diligendũ, ita & homo. 5. Vnaquæque res suapte naturâ inclinat ad aliquod determinatum bonum, tamquam ad proprium finem in quo vltimò conquiescat, vt terra ad centrum, ignis ad concauum lunæ. Ergo etiam homo naturaliter inclinabit ad aliquod determinatum bonum, in quo tamquam in proprio centro & fine vltimò conquiescat. At hoc aliud esse non potest, quàm clara visio & amor beatificus Dei: quia in nullo alio bono, quàm in Deo clarè viso & dilecto, appetitus noster conquiescit, *August.* iuxta illud *August. lib. 1. Confess. cap. 1. Quia fecisti nos ad te, inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te.* *Prob. 6.* 6. Posita supernaturali notitia fidei, homo naturaliter appetit beatitudinẽ supernaturalem: ergo naturali appetitu inclinat ad illam: quia notitia supernaturalis non ponit, sed supponit appetitum; ergo si tali notitia posita, homo naturaliter appetit beatitudinem supernaturalem, supponitur in eo naturalis appetitus ad illam. *Prob. 7. August.* 7. ex *August. lib. de Prædest. Sanct. cap. 5. ad finem,* vbi, *Posse*, inquit, *habere fidem, sicut posse habere charitatem, natura est hominum. Habere autem fidem, quemadmodum habere charitatem, gratia est fidelium.* Ergo posse habere supernaturalem beatitudinem, naturæ est hominum, licet habere illam, gratiæ sit Beatorum.

162. *Secunda sent.* Secunda sent. docet, esse in homine naturalem appetitum videndi & diligendi Deum, vt est tantùm prima causa & auctor effectuum naturalium, non vt est obiectum & auctor beatitudinis supernaturalis. *Conradi 1. 2. qu. 3. art. 5. & Ferrariensis 3. contra Gent. cap. 51. §. Quantum.* Fundamentum, quia ex *S. Thom. 1. p. q. 12. art. 1. & 3. contra Gentes cap. 50.* homo ex cognitione effectuum naturaliter desiderat videre causam: ergo est in homine naturalis appetitus videndi Deum &c. alioquin inane foret tale desiderium in homine. *Prob. S. Thom.*

Tertia sent. negat, intellectualem creaturam habere naturalem, sed tantùm obedientialem appetitum ad beatitudinem supernat. *Capreol. qu. 1. Prologi ad argum. contra 6. concl. Cajet. 1. p. qu. 1. art. 1. §. Ad euidentiam, Medin. 1. 2 qu. 3. art. 8. §. Ex hac doctrin. Vasquez disp. 22. cap. 2. Suarez de actib. human. tract. 1. disp. vlt. & aliorum*, quæ vera est & sequenda. Pro cuius declaratione distinguendus est duplex appetitus, innatus vnus, elicitus alter. Innatus est ipsa propensio seu inclinatio naturę ad bonum seu perfectiuum sui: estque duplex; actiuus, qui suum perfectiuum sibi producit; passiuus, qui formam perfectiuam in se ipso recipit. Elicitus est actus ex cognitione productus, quo natura intellectualis bonum apprehensum sibi cõueniens appetit. De vtroque videndũ, an sit naturalis respectu beatit. supernat. *Tertia sent. probabilior.* *Appetitus, innatus: elicitus:*

DICO 1. Nullus est appetitus naturalis innatus in homine ad beatitudinem supernaturalem. Probatur 1. Implicat, esse appetitum naturalem ad actum quoad substantiam supernaturalem, & talem appetitum non esse quoad substantiam supernaturalem. Sed beatitudo supernaturalis est actus quoad substantiam supernaturalis: ergo implicat, in homine esse appetitum naturalem ad beatitudinem supernaturalem. Minor prob. ille actus est quoad substantiam supernaturalis, qui est extra totius naturæ sphæram, quique à nullo principio naturali produci exigive potest: talis est beatitudo supernaturalis, quę à nullo principio naturali produci exigive potest; alioqui si à principio naturali produci exigive posset, ea naturalis & debita esset creaturæ, ad eamque producendam necessarium non foret lumen gloriæ, contra Concil. Vienn. vt refertur in Clement. *de Hæreticis, Ad nostrum*, vbi definitur, ad videndum clarè Deum necessarium esse lumen gloriæ, animam eleuans ad Deum videndum, eoque beatè fruendum. Maiorem primi syllogysmi sic ostendo. Nequit appetitus seu inclinatio esse naturalis respectu alicuius actus, nisi ad illum per se ordinetur: omnis autem appetitus vel inclinatio per se ordinata ad actum supernat. quoad substantiam, necessariò est supernaturalis: igitur si in homine esset appetitus naturalis ad actum supernat. quoad substantiam, necessariò esset supernaturalis: hoc autem implicat, cùm nequeat supernaturale fieri proprium rei naturalis; vt mox. Maior constat; alioqui si appetitus diceretur naturalis ex eo tantùm, quia eleuari diuinitus posset ad aliquem actum, esto non esset per se ad illum ordinatus, quælibet res dici posset habere naturalem appetitũ & inclinationem ad quodcumque implicantiam non inuoluens: nam quælibet res diuinitùs eleuari potest ad quodlibet implicantiam non inuoluens. Vnde quælibet substantia creata haberet naturalem appetitũ ad vnionem hypostaticam, & quælibet creatura intellectualis ad dona gratiæ, & habitus infusos. Minorem probo: nam ideò habitus infusus est supernaturalis, quia per se ordinatur ad actum supernat. quoad substantiam. Ratio: quia quod per se ordinatur ad aliquid, *Homo non habet naturalem appetitum innatum actiuum vel passiuũ ad beatitudinem supernat.* 163. *Inductio à priori.*

Digitized by Google

aliquid, specificatur ab illo: quod autem specificatur ab aliquo, trahitur ad eumdem ordinem cum ipso specificante: ergo si beatitudo specificans est in ordine supernat. etiam appetitus ab eâ specificatus erit in ordine supernat. *Dices*, appetitum hominis non esse per se ad beatit. supernat. sed ad beatit. vt sic, abstrahentem à naturali & supernat. ergo neque appetitus ad eam debet esse supernaturalis. Sed contrà: nam saltem deberet esse per se ordinatus ad vtramque beatitudinem: vnde eodem modo inclinaret ad beatit. supernat. sicut ad naturalem; eodemque modo intra suam sphæram clauderet beatitudinem supernaturalem. Sicut visus intra suam sphæram claudit eodem modo album ac nigrum; & voluntas bonum honestum, iucundum & vtile.

Dices.

Resp.

164. Probatur 2. Nequit esse appetitus & inclinatio naturalis ad actum excedentem propriam virtutem naturalem: sed beatitudo supernat. excedit propriam virtutem hominis: tum quia, quod est proprium Dei, excedit quācumque virtutem creaturæ: beatitudo supernat. est propria Dei, dicit enim modum cognoscendi per modum actus puri, & diligendi Deum immediatè propter ipsum Deum, qui est modus operandi solius Dei. Tum quia quod essentialiter postulat principium supernat. excedit propriam virtutem naturalem: beatitudo supernat. essentialiter postulat principium supernat. lumen gloriæ, vel aliquid æquiualens, sine quo illa fieri nequit: ergo excedit virtutem naturalem. 3. Qui habet appetitum & inclinationem ad finem, habet appetitum & inclinationem ad media sine quibus finis acquiri non potest: ergo si homo habet naturalem appetitum & inclinationem ad beatit. supernat. habebit etiam appetitum ad gratiam sanctificantem, & habitus infusos, sine quibus supernaturalis beatitudo acquiri non potest. Falsum autem est, hominem habere naturalem appetitum & inclinationem ad gratiam sanctificantem, & habitus infusos: ergo. Antec. prob. tum quia qui dat inclinationem ad finem, dat etiam ad media necessaria ad finem. Tum quia finis est perfectior medijs: ergo qui habet naturalem inclinationem ad finem, à fortiori habebit etiam ad media. Minor prob. alioquin debita nobis essent dona gratiæ, & consequenter gratia non esset gratia: nam gratia excludit omne debitum, etiam connaturalitatis.

Prob. 2. ex defini. appetitus natur.

Prob. 3.

165. Dico 2. Neque in homine est appetitus naturalis innatus ad intuendum Deum, vt est causa prima & auctor effectuum naturalium. Fund. quia etiam hæc cognitio est propria Dei, atque adeò indebita creaturæ. Cùm enim sit clara visio Dei, tendit ad Deum per modum actus puri, qui est proprius modus cognoscendi solius Dei. Atque hæ rationes non solùm probant, nullum esse in homine appetitum naturalem innatum actiuum, sed neque passiuum ad beatitudinem supernaturalem: quia etiam passiuus specificatur ab actu, quem naturaliter respicit: nec excedi debet à forma, quam naturaliter respicit: demum quia non solùm appetitui innato actiuo, sed etiam passiuo repugnat, vt gratia vel gloria sit connaturaliter debita.

Concl. 2.

166. Dico 3. In homine est tantùm appetitus. & potentia obedientialis tam actiua quàm passiua, ad beatit. supernat. Fundam. quia de facto est in homine capacitas ad supernat. beatit. sed hæc non est naturalis; ergo obedientialis. Maior est de fide, quâ constat, hominem eleuari ad videndum clarè Deum sicuti est, eumque diligendum dilectione beatifica. Consequentia constat: nam inter capacitatem naturalem & obedientialem non datur alia capacitas, quæ sit congenita homini: nam quam Scotus appellat potentiam neutram, nos cum reliquis Scholasticis obedientialem appellamus: quam Caiet. 1. *p. qu.* 1. *art.* 1. §. *Ad euidentiam* definit; *aptitudo rei ad hoc, vt in ea vel cum ea fiat quidquid faciendum ordinauerit Deus.* Præter hanc autem potentiam, & naturalem, nullam aliam agnoscit in creatura potentiam *citato loco Caietanus.*

Est in homine potentia obedient. actiua & passiua ad beatitudinem.

Caiet.

167. Dico 4. Non potest in homine esse appetitus elicitus naturalis circa beatit. supernat. ex motiuo supernat. potest ex motiuo naturali. Assertio hæc intelligi potest, vel suppositâ fide de beatitudine supernat. vel ante fidem: vt si homo naturali discursu veniret in hanc cogitationem, quòd posset Deus secundùm suam essentiam in se ipso clarè videri, an tunc posset actu elicito naturali talem visionem, in qua supernaturalis beatitudo principaliter consistit, appetere. De vtroque statu procedit nostra assertio. De posteriori constat: etenim cùm cognitio illa, ex quâ homo naturali discursu iudicaret, posse Deum secundùm suam essentiam in se ipso clarè videri, foret naturali discursu comparata, motiuo supernat. niti non posset. Cumque voluntas appetere obiectum non valeat, nisi sub motiuo sub quo illud ab intellectu proponitur, non posset ille actus appetendi beatitudinem esse ex motiuo supernaturali: vnde non posset talis actus esse per modum efficacis intentionis; nam hæc supponit infallibilem certitudinem obiecti consequendi, quæ non habetur nisi per fidem infusam, sed simplicis dumtaxat complacentiæ ex notitia incerta naturali discursu comparata. De priori statu; positâ fide infusâ de beatitudine supernaturali, probatur; nam posito actu fidei de beatitudine supernaturali bonis operibus consequenda, non posset voluntas efficaciter & per modum intentionis illam appetere, nisi adiuta principio aliquo supernaturali, eleuante illam ad eliciendum actum circa obiectum & motiuum supernaturale. Alioqui, cùm actus circa motiuum supernaturale necessariò debeat esse supernaturalis, vt suppono, si posset viribus proprijs talem actum elicere, posset viribus proprijs actum supernaturalem producere. Posset autem ex motiuo aliquo naturali supernaturale obiectum beatitudinis appetere, quia posset illud sub ratione boni naturalis, quod in omni motiuo supernaturali includitur, appetere.

Concl. vlt.

Prob. De statu ante fidem

Prob. de statu ante fidem

168. Ad 1. argumentum primæ sentent. maior de perfectiuo eiusdem ordinis, vera; de perfectiuo altioris ordinis, falsa est. Itaque non naturaliter, sed obedientialiter appetitus inclinat ad retinendam perfectionem supernaturalem, dum illam possidet. Ad 2. pariter vera maior de bono eiusdem ordinis, falsa de bono altioris ordinis. Ad probat. concedo, appetitum rationalem esse potentiam vniuersalem, sed intra sphæram boni dumtaxat naturalis. Ex his patet ad priorem probationem antec. Ad posteriorem nego, apprehensionem intellectus creati naturaliter ferri ad omne intelligibile, sed ad intelligibile tantùm naturale. Ad 3. disting. maior. homo intellectu & voluntate, vt potentiæ naturales sunt, respicit beatitudinem supernat. nego; vt potentiæ obedientiales sunt, concedo. Hoc est, respicit beatitudinem supernat. intellectu & voluntate per auxilium & concursum sibi debitum, nego; per auxilium & concursum sibi indebitum, concedo. Ad prob.

Ad primum.

Ad 2.

Ad 3.

Digitized by Google

maioris concedo, ijsdem potentijs nos beatitudinem respicere, quarum actibus illam assequimur: nego tamen ijsdem potentijs eodem modo consideratis, sed consideratis secundùm concursum & auxilium illis indebitum; ac proinde non quâ potentiæ naturales, sed quâ obedientiales sunt. Itaque concedo, hominis potentias ratione principij, à quo fluunt, esse naturales; nego eas esse naturales ratione actuum supernat. ad quos eleuantur. Nam potentia dicitur naturalis vel supernat. non tam ex principio à quo fluit, quàm ex actu quem producit, quia ab actu potentia sortitur vltimam suam specificationem. Esto igitur intellectus & volũtas hominis ratione principij à quo dimanant, sint naturales potentiæ, ratione tamen actuum, ad quos eleuantur, sunt obedientiales: quia potentia semper naturaliter respicit principium; actum autem non semper naturaliter respicit, sed solùm quando est eiusdem ordinis & perfectionis cum ipsa potentia. Ex his soluta manet quædam obiectio Soti, qua contendit, ideò appetitũ hominis ad beatit. supernat. esse naturalem, quia oritur ex principijs naturæ: nã licet ille sit naturalis respectu principij à quo oritur, est tamen obedientialis respectu formæ quam producit ac recipit. Potentia autem magis spectatur in ordine ad formam & actũ quem producit, vel recipit, quàm in ordine ad subiectum & principium à quo producitur. Ad 4. distinguenda est duplex imago, altera perfecta, quę perfectè imitatur suum prototypum; altera imperfecta, quæ imperfectè tantùm suum prototypum imitatur. Concedo, hominem conditũ esse ad imaginem & similitudinem Dei, sed imperfectam, quę perfectè Dei similitudinem non assequitur, sed tãtùm imperfectè & diminutè secundùm gradũ vitę intelligentis, non attingendo proprium modum cognoscendi & appetendi Dei. Ad 5. neg. minor. Etenim bonum, ad quod tamquam ad vltimum finem suapte naturâ naturaliter inclinat homo, nõ est visio clara Dei, sed cognitio abstractiua, & amor naturalis eiusdem, vt docuit *Arist. lib. 1. Ethic. cap. 8. & lib. 10. cap. 5. in fine.* Auctoritas August. explicanda est suppositâ fide, sc. *inquietum est cor nostrum*, donec ad claram Dei visionem perueniat: nullâ suppositâ fide, homo prudenter quiesceret in abstractiuâ tantùm cognitione primæ causæ. Ad 6. disting. antec. Positâ supernat. notitiâ fidei, homo naturaliter appetit beatit. actu efficaci, & ex motiuo supernat. sub quo nobis fides illam appetendam proponit, nego; inefficaciter, & ex motiuo naturali, concedo. Ad auctorit. August. resp. ex eâ tantùm colligi, esse in homine inchoatam & remotam capacitatem ad beatit. supernat. qualis non est in reliquis amantibus, intellectualis vitæ expertibus; non autem proximam & completam, vti nec ad fidem & charitatem supernat. est in nobis proxima & completa capacitas, sed inchoata tantùm & remota. De hoc appetitu inchoato & remoto explicandus est S. Tho. cùm docet, illum inesse omnibus hominibus.

Ratio

Ad Soti obiect. respondet.

Ad 4. Homo est conditus ad similitudinem Dei, sed imperfectam.

Ad 5.

Ad 6.

Ad Aug.

169. Ad fundam. 2. sent. disting. antec. Homo ex cognitione effectuum naturaliter incitatur ad cognoscendam causam modo sibi proportionato iuxta suæ naturæ capacitatem, concedo; modo indebito supra naturę capacitatem, nego: nisi fortè desiderio inefficaci per modum simplicis dumtaxat complacentiæ. Neque *Dicas*, naturalis est homini cognitio abstractiua Dei, ac primæ causæ, ergo naturalis est ei cognitio intuitiua eiusdem: quia quando cognitio intuitiua obiecti variat essentialiter modum operandi cognoscentis, vti variat cognitio intuitiua Dei, quæ ad obiectum tendit per modum actus puri, non valet argumentari ex vnâ cognitione ad aliam. Nec propterea esset in statu putæ naturę appetitus naturalis hominis inquietus: quia cùm in eo statu homo non certò cognosceret, posse Deum in se ipso clarè videri, nullam haberet causam inquietudinis, sed prudenter quiesceret in solâ cognitione abstractiuâ primæ causæ. Sicut paruuli hinc cum solo peccato originali decedentes, nullam ex priuatione supernaturalis beatitudinis tristitiam capiunt, vel quia eam certâ fide non cognoscunt, vel quia existimant sibi non deberi.

Ad fund. 2.

Dices.

Sed contrà.

SECTIO XV.

De perfectionibus animæ gloriosæ essentialem Beatit. comitantibus.

MVltæ perfectiones statum Beatit. comitantur, quæ illum vndequaque perfectum reddunt. Sunt autem hę duplicis generis; aliæ, quę ad animam, aliæ quę ad corpus spectant. Illarum quędam essentialem beatit. prędecedunt, quędam sequuntur: & subdistinguuntur in eas, quę Beatis omnibus communes sunt, quęque ab ipsa essentiali Beatit. tanquam proprietates emanant; & in eas, quæ non nisi certis quibusdam Beatis communicantur, & sunt quædam quasi stemmata seu insignia, quibus ornantur Beati in prędium quorundam actuum, quos in hac vita exercuerunt, quę aureolę dicuntur & essentiali præmio, quæ aurea nuncupatur, superadduntur.

De perfectionibus ad animam spectantib.

DE HABITIB. SVPERNAT. INFVSIS.

DIco 1. Essentialem Beatit. animi comitantur habitus supernaturales infusi omniũ virtutũ, tum intellectualium, quàm moralium, vnâ fide exceptâ. Est communis Scholast. *in 4. dist. 44. & 49.* Fundam. Quia status Beatitudinis debet esse perfectus: perfectio autem status postulat, vt Beati sint ab intrinseco instructi ijs omnibus principijs, quæ ad omnes actus, quos in eo statu elicere possunt, necessaria sunt; cùm igitur in eo statu Beati elicere possint actus supernat. omnium virtutum, excepto actu fidei supernat. qui statui Beatit. visionis, & fruitionis, non congruit, debent omnes Beati habere habitus supernat. infusos, qui sunt proportionata principia, & potentię commensę talibus actibus. Minor constat: quia perfectio status postulat, vt creatura rationalis, quoad fieri potest, connaturaliori modo operetur; videlicet intrinseco principio instructa: nam Deus etiam viatoribus infundit habitus supernat. vt connaturaliùs valeant actus virtutum supernat. quibus gloriam promerentur, elicere. Conseq. prob. quia status beatificus non impedit, quo minùs Beati elicere possint actus aliarum virtutum, tum intellectualium, vt abstractiuę cognitionis Dei, & abstractiuæ atque intuitiuæ cognitionis creaturarum extra Verbum; tum moralium, tam erga Deum, quàm erga proximum, cùm status beatificus non destruat, sed perficiat naturam. Quare pręter lumen gloriæ, seu principium visionis beatæ, infunditur lumen supernat. quod vnà cum speciebus infusis, & intellectu sit completum principium cognoscendi res tam naturales, quàm supernaturales extra Verbum, quale lumen habuit etiam Christus in hac vita, & Angeli beati.

170. *De habitib. virtutum intellect. moralium.*

DE

DE HABITIBVS ACQVISITIS.

171. *De naturalibus in hac vitâ acquisitis.*

GRauis cõcertatio, an in Beatis maneat scientia naturalis, proprijs actibus hîc comparata. Negant *Herueus q. 6. prologi ad 1. q. Capreol. q. 1. art. 2. ad 4. 2. loco: Gabriel in 3. dist. 31. art. 3. dub. 3. Medina 1. 2. q. 67. art. 2. Molina 1. p. q. 1. art. 2. disp. 3. in fine: Valentia q. 1. puncto 3. §. quintus. Zumel q. 1. concl. 2. Fasolus dub. 8. Granad. dis. 4. Gillius lib. 1. tract. 2. cap. 8. Lessius*, licet sub dubio *lib. 2. de summo bono c. 19.* Probant 1. quia id negat Apost. *Siue scientia destruetur:* 2. est essentialiter imperfecta, constans ex conceptibus confusis, & alienis à naturis rerum: 3. foret essentialiter otiosa & inutilis, cùm nunquam proditura esset in actum: nam quæcumque per hanc confuso conceptu intelligerent, ea claro & distincto cognoscere possent per scientiam infusam. 1. Cor 13.

Conf. Confirm. Ideò in Beatis non manet fides, quia est notitia obscura; ergo nec scientia naturalis, quia obscura, dubia, incerta.

Affirmat S. Thom. &c. Affirmant *Caiet. 1. p. q. 1. art. 2. §. quoad 2. Bannez dub. 3. Henriquez de vlt. fine c. 1. S. Thom. 1. p. q. 89. art. 5. & 1. 2. q. 67. art. 2. illic asserens in fine corp. quòd habitus scientiæ, secundùm quod est in intellectu, manet in animâ separatâ.* hoc est, secundùm quod est in phantasia, per ordinem ad cuius conuersionem in hac vita intelligentia pendet, corrumpitur ad corruptionem organi. Pro explicatione,

172. *Errorei habitus tolluntur*

DICO 2. Manent in Beatis habitus intellectuales acquisiti, quoad principia, & Conclusiones ex eis euidenter deductas; & probabiliter illatas; non quoad falsas & erroneas: quia cùm falsitas & error sit maximum creaturæ rationalis malum, non debet manere in eo statu, qui est omnium perfectissimus, alioqui perfectior fuisset status innocentiæ, in quo nullus futurus fuisset, vel in intellectu error, vel in voluntate defectus, vt communiter docent Scholastici cum *Augustin. lib. 14. de Ciuit. c. 10. & 26.* qui nullum in eo statu agnoscebat malum, sed cum tranquilla deuitatione peccati summam in carne sanitatem, & in tota anima tranquillitatem.

Conf. Confirm. Non minùs animi Beatorum purgabuntur omni malo & defectu, quem hîc cõtraxerunt, quàm eorum corpora: at hæc resurrectura sunt absque vllo defectu, quem hîc contraxerunt; ergo & eorũ animę. Quoad priores duas partes, id colligitur ex Danielis 12. vbi docti fulgere dicuntur *quasi splendor firmamenti:* ob scientias infusas, quas communes habent cum alijs, & ob acquisitas, quas hinc asportarunt: & docet Hieronym. *Epist. 103. ad Paulin. ad finem: Discamus in terris, quorũ scientia nobis perseueret in cælo.*

Perseuerãt scientia acquisita

Prob. 1. à poster. Prob. 1. Patres & Scholastici, vt ostendo *tom. 6. disp. 21.* concedunt Christo naturalem scientiam proprijs actibus acquisitam, per abstractionem specierum intelligibilium ex phantasmatibus, in phantasiam ministerio sensuum tum internorum, tum externorum transmissis, natiua virtute intellectus agentis. Quæ species cùm non abstrahantur immediatè ab ipsis naturis rerum, sed accidentium, quæ sola sensus immutare possunt, nequeunt esse species quidditatũ propriæ, sed alienæ. 2. Hæc scientia est aliquis intelligentiæ ornatus ac decus; nec imperfectio quam includit, repugnat statui Beatorum; cùm fuerit in Christo viatore, & perseuerat in eodem perfectè Comprehensore, nec sit ratio, cur illam debuerit post resurrectionem à se dimittere: nam si potuit in eo esse ante resurrectionem, absque imperfectione repugnante statui beatifico, quem etiam mortalis in animo pleno iure possidebat, cur non etiam post? cùm imperfectio, quam hæc scientia includit, non tam videatur repugnare corporis, quàm animi beatitudini: tum quia de facto in Angelis Beatis est fides naturalis, quâ vnus credit alteri attestanti, quæ ipse credens nescit. Multa enim sunt, quę nouit vnus, non nouit alter, vt *Daniel. 10.* dicitur, *Princeps Regni Persarum*, id est, Angelus Regni custos & præses, *diebus 21. restitisse Angelo Danielis*; eo quòd, vt cum *Gregorio 17. moral. c. 7. S. Thomas* interpretatur *1. p. q. 113. art. 8.* Angelus ille nesciebat voluntatem Dei de liberandis Iudeis, quæ nota erat Angelo Danielis, vt cõstat ex eius verbis: *Veni, vt docerem te, quæ uentura sunt populo tuo in nouissimis diebus.* Tum quia multa de futuris actionibus liberis Angeli beati probabiliter coniectant: vti Angelus Persarũ probabiliter coniectabat multos ex Persis conuertendos ad verum Deum; si populus Dei diu mansurus fuisset apud illos, *propter bonum eorum exemplum & prædicationem* de rebus ad Dei religionẽ spectantibus.

Dices. Hinc sequitur, in intellectu beato esse posse errorem & falsitatem, iudicando hanc esse voluntatem Dei, quæ non est; vel aliquem effectum esse futurum, qui futurus non est. *Dices!* Resp. neg. sequel. *Resp.* Nam quando Beatus per medium probabile format iudicium de re, quam ignorat, nõ format illud de re ipsa, quòd ita sit, vel non sit; sed de medio, quod rem probabiliter, vel nõ probabiliter ostendat, esse, vel non esse. Quod iudicium semper est verum, etiamsi non conformetur rei secundùm se, quia non cadit in existentiam, vel non existentiam rei, sed in probabilitatem medij, quod naturâ suâ probabilem connexionem habeat cum existentia, vel non existentia rei.

173. *Ad argum. ex Apost.* Ad 1. oppositę sent. Resp. Apost. loqui tantùm conditionatè, vt sensus sit, etiamsi scientia destruenda foret, non tamen charitas cessatura est: constat ex verbis antecedentibus, *sine linguæ cessabunt*, cùm tamen linguæ gloriosi corporis organo formatæ non sint cessaturæ. 2. explicari potest de scientia fidei, quæ ob sui certitudinem, sæpe scientia nuncupatur, Ioan. 11. *Scio, quia quæcumque poposceris à Deo, dabit tibi Deus:* & *Scio, quia resurget in resurrectione in nouissimo die.* *Ad 2.* Ad 2. esto talis scientia sit imperfecta, ea tamen imperfectio non repugnat statui beatifico. *Ad 3.* Ad 3. nego, illam fore otiosam & inutilem: quia cùm actus talis scientię non pugnent cum statu beatifico, poterunt Beati in actum 2. exire, vti Christus exibat mortalis, non obstante clara & distincta scientia tam beata, quàm infusa, quam de eisdem rebus habebat. *Ad confirm. Cur in Beatis non manet fides supernat.* Ad confir. neg. ideò precisè non manere fidem diuinam in Beatis, quia eius obscuritas pugnat cum statu beatifico, alioqui nec cũ eo manere posset fides naturalis, & notitia probabilis, quin nec abstractiua cognitio de Deo; nam etiam hæc est obscura præ intuitiuâ eiusdem. Ratio vera est, quia cùm mysteria fidei cognoscantur intuitiuâ notitiâ in Verbo, vt effectus contenti in Deo tanquâ in causâ, etiã clarè attestãte, implicat, eadem simul cognosci in Deo vt obscurè reuelante (vt prob. *tom. 4. disp. 11. sect. 2.*) proinde habitus fidei esset inutilis, nec prodire posset in actum, stante clarâ visione Dei, quę de se æterna est & inuariabilis. *Dices 1.* Saltem prodire posset in actu respectu aliarum reuelationum, quas Deus per totam æternitatem extra visionem gloriosam communicaturus est Beatis. *Dices 1.* 2. posset hic habitus manere in Beatis ad eliciendum actum fidei, quem habent de extremo die iudicij, quem ex *Matth. 24. nemo scit neque Angeli*, sed tantùm credunt propter reuelationem à Christo Ecclesiæ factam.

Digitized by Google

Resp. ad 1. Resp. ad 1. negando, Deum alias veritates communicaturum Beatis per reuelationes obscuras, sed claras & euidentes per lumen infusum, id exigente statu beatifico, in quo sicut communicat se Deus clarè, vti est in se, ita & reliqua extra visionem sui: *Instabis*: cur eadem claritas & euidentia non seruatur in Beatis, respectu reuelationum, quas ipsimet Beati cõmunicaturi sibi sunt inuicem? *Resp.* Resp. ad conseruandam perfectam libertatem & dominium, quod Beati supra secreta cordis habent, vt quando, quæ, quomodo velint, illa alijs communicent, siue clarè per immediatam manifestationẽ conceptus directi, siue obscurè, per solam manifestationem conceptus reflexi. *Ad 2.* Ad 2. Resp. nõ esse propter hunc actum, qui peracto die iudicij, cessaturus est, in intellectu Beatorum; confirmandum habitum fidei infusæ: præsertim cùm possint Beati in Verbo videre iudicium futurum, seu modum ipsum, quo Christus tanquam supremus Iudex tam ergà prædestinatos, quàm ergà reprobos, vsurus est: esto non videant determinatè tempus, quo futurum est hoc iudicium: idque tantùm testatur Christus latere Angelos.

174. *Manet memoria actuum* Infertur 1. Beatos habere quidem notitiam rememorativam de actibus fidei diuinæ, quos in hac vita exercuerunt, non tamẽ posse circa eorum obiecta actum fidei elicere. Primum patet, quia retinent species rememorativas actuum, quos in hac vita exercuerunt. Secundum sequitur ex dictis: quia cùm eorum obiecta videant in Deo clarè attestante per visionem beatificam, non possunt eadem credere fide obscurâ. 2. manet in Beatis habitus infusus spei, non quoad principalem actum sperandi beatit. sed quoad secundarium fruendi & quiescendi in beatit. adeptâ. Ratio primi, quia cessat desiderium consequendi bonum, bono ipso adepto: igitur beatit. adeptâ, cessat desiderium illdam consequendi, qui est principalis actus spei. Ratio secundi: quia per eundem habitũ potentia tendit per desiderium in assecutionem boni futuri, & per gaudium & delectationem in fruitionem boni præsentis. Cùm igitur status beatificus exigat, vt omnes actus à Beatis eliciantur per principium intrinsecum completum; cumq; principium intrinsecè completum potentiæ Beati ad quiescendum per actum fruitionis in bono assecuto, sit habitus spei, sequitur, hunc mãsurum in Beatis, non propter actum principalẽ sperandi, sed propter actum secũdarium in adeptâ beatit. vitaliter quiescendi.

Habitus spei infusus

Noui habitus qui? Infertur 3. Beatos acquirere nouos habitus ex frequentatione actuum, ad quos eliciendos intuitiuas species non habent, non eorum, ad quos intuitiuas habent. Fundam. habitus acquisiti aliud in meâ sent. non sunt, quàm species ipsæ ex frequentatis actibus in intellectu relictæ, quæ magis ac magis perfectæ potentiam facilitant ad consimiles actus eliciendos. Quia verò species intuitiuæ certò probent summam in suo genere circa propria obiecta claritatem ac facilitatem, nequeũt per species ab actibus relictas, quoad claritatem & facilitatem perfici. Licet de actibus intuitiuis rememorativas species acquirant: nempe totam claritatem & facilitatem, quam per species ab ijs actibus relictas habere possent, habent per proprias species intuitiuas obiectorum. Contrà verò, cùm species abstractiuæ obiectorum natæ sint quoad claritatem magis ac magis perfici, Beatus ex frequentatione eorum actuum, ad quos eliciendos intuitiuas species non habet, habitum comparat magis ac magis ad consimiles actus potentiam facilitantem. *Dices*: Etiam species intuitiua obiecti potest intensior semper fieri, ac proinde clarior, adeoque magis facilitare potentiam ad actum eliciendum. Resp. 1. Potest fieri intensior ad exigentiam obiecti; nego: nam quando species quoad suam intensionem & claritatem, est adæquata intelligibilitati obiecti, quod repræsentat, vt sunt omnes species intuitiuæ infusæ, non possunt amplius intendi, clariores que fieri ad exigentiam obiecti, cùm iam supponatur, quoad intelligibilitatem adæquatum. Potest fieri intensior præter obiecti exigentiam, concedo. Quæ maior intensio & claritas speciei non magis facilitat circa obiectum, cùm nequeat obiectum ex parte sui clariùs repræsentari. Resp. 2. Species propria intuitiua obiecti, potest fieri intensior & clarior per augmẽtum maioris intensionis & claritatis eiusdem generis, concedo; diuersi, nego. Quia igitur intensio & claritas, quam præbet propria species intuitiua obiecti, est diuersi generis ac rationis ab intensione & claritate, quam præbet species actuum eiusdem obiecti; nequit illa per hanc intendi ac perfici: cùm illa sit propria & directa species ipsius obiecti, hæc directè tantùm sit species actus, indirectè verò obiecti.

Resp. 1.

Resp. 2.

DE GAVDIO BEATORVM.

175. *Gaudium primum* TRiplex est gaudium in Beatis. 1. de bono Dei, quatenus Deus sibi ipse summè bonus beatusq; est. Quod gaudium pertinet ad amorem amicitiæ, quo summo impetu Beati rapiũtur in Deum quippe quem, clarâ visione increatæ ipsius bonitatis determinati, necessariò amãt super omnia amabilia. Atque hoc gaudium tanto interuallo superat quodlibet aliud, quod ijdem Beati de rebus alijs capiunt; quanto ipsa increata bonitas superat cæteras alias bonitates, scilicet infinito. 2. de Deo, *Secundum* quatenus ipsimet Beatis bonus æternumque fruibilis est, ab eoq; vllo amissionis metu; quod gaudium consequitur amorem ipsum concupiscentiæ, quo Deum amant vt summum bonum, vltimumq; finem sibi; à quo gaudio nequeunt Beati cessare, quippe cùm nequeant cessare ab amore illius obiecti, in quo summa elucet bonitas, & nulla appareat ratio mali. 3. de bono aliorum Beatorum, quod *Tertium* partim spectat ad amicitiam Dei, quatenus bonũ aliorum Beatorum amatur propter Deum, & tanquam bonum Dei: sicut cùm bonum filij, aut seruiens amatur tãquam bonum Patris, ac Domini: partim ad amicitiam Beatorum, quatenus eorum bonum amatur propter ipsos, & tanquam bonum ipsorum, licet semper cum ordine ad Deum vt fontem omnium bonorum. Eoq; maius est hoc gaudium, quò maius excellentiusque est bonum ipsum, quod Beato amatur. Vnde quia bonũ, quod Christo amatur, est omnium maximum atque excellentissimum, & post hoc quod eius Matri amatur, idcirco gaudium amorem Christi cõsequens, *Ordo gaudij & charitatis* est omnium maximũ: post hoc est gaudium, quod consequitur ex amore B. Virginis, tum Beatorum, iuxta proportionem, quâ bonum vnius excedit bonum alterius. Semper tamen gaudium, quod Beatus de summo bono à se possesso capit, est maius quocunque gaudio, quod de bono Beatorum capit; præter id quod de Christi ac Matris bono percipit: eo quòd sicut charitas est ibi perfectissimè ordinata, vt nimirum super omnia diligatur Deus tanquam principium & fons omnium bonorum; tum Christus vt Saluator omnium; & post ipsum eius Mater, tanquam redemptionis cooperatrix; deinde ipse Beatus supra cæteros: ita & gaudium,

Digitized by Google

gaudium, quod de bono Dei capitur, est omnium maximum; huic proximum est, quod de Christi bono, tertium, quod de Virginis beatitate; 4. quod de suamet felicitate percipit Beatus; 5. quod de beatit. reliquorum iustorum capit: idque eò est maius, quò magis bonum vnius excedit bonum alterius. Quod gaudiū eleganter describit August. de Spiritu c. 64. & Anselmus in prologio c. 25. his ille verbis: *gaudium verò quale aut quantum, vbi tale ac tantum bonum inuenitur? Cor humanum, cor indigens, cor inexpertum, eruptum, imò obrutum erumnis; quantum gauderes, si his omnibus abundares? interroga intima tua, si capere possunt gaudium suum de tanta beatit. tua. Sed certè, si quis alius, quem omnino sicut te ipsum diligeres, eandem beatit. haberet, duplicaretur gaudium tuum, quia non minùs gauderes pro eo, quàm pro te ipso. Si verò duo, vel tres, vel multò plures haberent id ipsum, tantumdem pro singulis, quantum pro te ipso gauderes, si singulos, sicut te ipsum, amares. Ergo in illa perfecta charitate innumerabilium Beatorum, Angelorum & hominum, vbi nullus minùs diliget alium, quàm seipsum, erit gaudium innumerabile. Si ergo cor hominis de tanto suo bono vix capiet gaudium suum, quomodo capax erit tot & tantorum gaudiorum in illa perfecta felicitate? Vbi sicut vnus quisque plus amabit sine cōparatione Deum, quàm seipsum, & omnes alios secum: ita magis gaudebit absq; æstimatione de Dei felicitate, quàm de sua, & omnium aliorum suorum.* Ad hoc accedit infallibilis certitudo de inamissibilitate tanti gaudij. Etenim si quò diuturnius est bonum, quod possidemus, eò magis crescit gaudium, quod de illo capimus, quantum crescet illud gaudium, quod de tanto bono possesso, nunquam amittendo, sed æternùm fruendo capiemus?

Gaudij elegans descriptio ab August.

DE DOTIBVS ANIMI GLORIOSI.

176. *Dotes tres*

TRes agnoscunt Scholastici dotes, *visionem, comprehensionem, & fruitionem*: Quæ tribus correspondent virtutibus Theologicis, Fidei, Spei, & Charitati: Dicuntur autem dotes sumpta metaphora à matrimonio carnali, in quo solet sponsa dotari, cùm ad sponsi domum introducitur, tum ad sublevanda matrimonij onera, tum ad sponsæ ornatum, vt gratior speciosiorque appareat suo sponso. Vnde constante matrimonio dotis fructus ad maritum pertinet, seruata eius proprietate & dominio apud vxorem, ad quam, soluto matrimonio reuertitur, vt definitur L. *dotis fructus*: ff. *de iure dotium*. Describitur autem dos à *S. Thom. in* 4. *dist.* 49. *qu* 4 *art.* 1. *Perpetuus ornatus animæ & corporis vitæ sufficiens in æterna beatitudine iugiter perseuerans.* Conuenit hæc dos spiritualis cum corporali: Primum in eo, quòd sicut corporalis datur sponsæ ad eius temporalis vitæ perpetuam sustentationem & ornatum L. 1. & 2 ff. *de iure dotium*: ita spiritualis datur animę sponsæ Christi ad eius immortalis & æternæ vitæ perpetuam sustentationem atque ornatum. 2. Quòd sicut terrestris sponsa mediante dote corporali, disponitur ad carnale matrimonium, quod in mutuâ corporum sponsi & sponsæ coniunctione, ita cœlestis sponsa, mediante dote spirituali, disponitur ad matrimonium spirituale, quod in mutua animorum sponsi & sponsæ copulatione consistit. 3. Quòd sicut dos temporalis interdum datur sponsæ à Patre sponsæ, interdum ab ipso sponso, ob peculiarem affectum & amorem erga sponsam; ita dos hæc spiritualis dici potest physicè quidem dari à Patre sponsæ, quæ est tota S. Trinitas, à qua omnia dona ad extra indistincta voluntate, & actione procedunt; meritoriè verò ab ipso sponso Christo, è cuius meritis omnia supernat. dona ad nos deriuantur. 4. quòd sicut dos temporalis non solet assignari sponsæ, nisi quando introducitur in domū sponsi, omnisque donatio facta ante nuptias non sortitur vim dotis, nisi per ordinem ad matrimonium, vt colligitur ex *L.* 15. *C. de donat. ante nuptias*: ita dos spiritualis non datur animæ beatæ, nisi quando introducitur in domum sponsi, omnisque liberalis donatio à sponso antè facta, nō dicitur dos, nisi matrimonio spirituali secuto. Quo fit, vt dona supernat. quę anima iusti in hac vita recipit, nō habeant rationē dotis, nisi quando per cœlestem gloriam introducitur in domū æterni sponsi.

Conueniētia quadruplex.

Cæterùm difficultas est, an huiusmodi animæ gloriosę dotes consistant in actib. vel habitib. *Paludanus in* 4. *dist.* 49. *qu.* 8. *art.* 3. *Lessius lib.* 2. *de summo bono c.* 20. & alij magis propriè consistere putāt in actibus tum beatificę visionis, tum amoris concupiscentiæ, quo Beatus Deum amat vt bonum sibi; tū amicitiæ, quo eundem diligit propter ipsum. *S. Thomas* verò *in* 4. *dist.* 49. *q.* 4. *art.* 2. *Richard. art.* 3. *q.* 7. & *alij* in habitibus, luminis gloriæ, charitatis, & securitatis, quatenus sunt principia visionis, comprehensionis, & securitatis. Quam sent. vt probabilem refert *Palud.* Verùm & mihi videtur longè aliâ probabilior: quia actus potiùs habeat rationem matrimonij, quàm dotis: cùm sint ipsa spiritualis copulatio animę cum Deo sponso: dos autem, cùm sit quidam ornatus disponens sponsam ad matrimonialem copulam cum sponso, non potest propriè in actu ipso copulationis, sed in aliquo habitu copulationem præcedente consistere. 177. *Dotes sita in habit.*

Infertur 1. in Angelis beatis non esse propriè dotes, tametsi in eis sint res quę dicuntur dotes. Secundum constat: quia in Angelis beatis sunt habitus luminis gloriæ, charitatis, & securitatis, siue hic sit distinctus habitus à duobus prioribus, siue non. Primū prob. quia dos propriè est inter sponsam & sponsum, inter quos requiritur conformitas eiusdem naturæ specificæ, quæ non est inter Angelos & Christum, neque secundùm naturam humanam, neque diuinam, vti est inter homines & Christum secundùm naturam humanam. 2. neque dotes esse propriè in Christo, sed quid excellentius. Ita *S. Thom. in* 4. *dist.* 49. *q.* 4. *art.* 3. contra aliquos. Secundum patet; quia eędem perfectiones, quę in Beatis dicuntur dotes, lōgè perfectiori modo sunt in Christo. Primum prob. nā vel in Christo sunt propriè dotes, quatenus est sponsus Ecclesiæ, quam proprio sanguine sibi copulauit. Et contrà est: quia dos non est propriè sponsi, sed sponsæ, cui datur ad vitę sustētationem, & corporis ornatum: & licet vsus dotis sit sponsi, proprietas tamen & dominium, à quo propriè dos denominatur, est sponsæ. Vel quatenus Christus ratione humanitatis dici potest sponsa æterni Patris. Et contrà est, quia inter Christum vt hominem, & Deum Patrem non est conformitas naturæ specificæ, quā matrimonium requirit. vel ratione diuinitatis: Et contrà est: quia inter sponsam & sponsum prętet conformitatē in eadem natura specifica, requiritur & numerica distinctio naturarū, & sponsę ad sponsum subiectio, & noua introductio sponsę in domum sponsi, Christus autem ratione naturę diuinæ nec numericè distinguitur à Patre, nec est illi subiectus, nec per visionem & amorem beatificum de nouo introducitur in ipsius domum, cùm ratione naturę diuinæ sit æquè Dominus & possessor increatæ felicitatis, ac ipse Pater. *non in Angelis, nec in Christo.*

DE

DE AVREOLIS.

177. *Aureola* EST aureola præmium accidentale collatũ Beatis, propter opera excellentis victoriæ, quę in hac vita exercuerunt: Iuxta triplicem victoriam, quam de triplici hoste perfectè triumphato, Mundo, Carne, Diabolo, ex hac vita Beati reportant, de mundo per Martyrium, de carne per Virginitatem, de diabolo per doctrinam & prædicationem, illũ à se, & à cordibus aliorum expellendo: triplex *Martyrum* assignatur Aureola: Prima Martyrum: 2. Virginũ: 3. Doctorum. Prima insinuatur *Matth.* 10. *Qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo:* & *Apocal.* 2. *Amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum.* Secunda indicatur *Virginum* *Apocal.* 14. *Et cantabant canticum quasi nouum ante sedem, & ante quatuor animalia, & seniores, & nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia.* Tertia promittitur, tum *Daniel.* 12. *Doctorum* *Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ.* Tum *Matth.* 5. *Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur.* Dicitur Aureola in comparatione ad *Aurea* auream Coronam, quæ Beatis datur in præmium essentiale: aurea enim Corona appellatur, tum quia datur in præmium legitimè certantibus, iuxta illud 2. *ad Timoth. vlt. Bonum certamen certaui; in reliquo reposita est mihi Corona iustitiæ;* tum *Corona* quia Corona est signum Regiæ potestatis, quâ Beati donabuntur, dum participes effecti potestatis Christi cum illo æternum regnabunt: tum ad denotandam, ratione circularis figuræ, summam perfectionem, quam præmium essentiale includit, & felicem regressum creaturæ rationalis ad suum principium per visionem & amorem beatificum.

178. *Martyr S. Ioan. Euãg.* Aureola martyrij tria requirit, mortem actu secutam, vel quæ naturaliter secutura fuisset, si miraculosè à Deo impedita non fuisset; causam, propter quam mors infertur; & voluntatem mortem perferendi. Defectu primi non dicuntur Martyres, qui tantùm cupiunt fieri martyres, vel qui lethalia vulnera non accipiunt, ex quibus nata sit sequi mors. Contrà vetò fuit verus Martyr Euangelista Ioannes, vti illum ecclesia celebrat, qui in dolium feruentis olei immissus, miraculosè liberatus fuit. Quid si idem Apost. postea fuisset pro Christi nomine occisus, an duplicatam promeritus fuisset Aureolam? Resp. cum Palud. *in* 4. *dist.* 49. *q.* 8. *art.* *Bis Martyr Sebastianus* 4. affirmatiuè, vti de facto duplicem Martyrij Aureolam promeruit S. Sebastianus, ob duplicem pro Christi fide mortem à Tyranno perpessam, vt idem Author docet. Nec est eadem ratio de Virgine, aut Doctore, quibus vna tantùm debetur Aureola, etiamsi post mortem resuscitatus iterum Virginitatem seruet, aut alios doceat. Quia illa debetur propter mortem causâ fidei perpessam: qui igitur duplicem mortem pro fide patitur, duplicem meretur Martyrij Aureolam. Aureola autem Virginitatis debetur propter Virginitatem in tota hac vita seruatam; Aureola doctrinæ propter multos ad iustitiam in eadem vita eruditos: Vnde siue longo, siue breui tempore quis Virginitatem seruet, aut alios ad iustitiam erudiat, siue semel in tota sua vita, siue iterum resuscitatus, vnicam habebit Aureolam, perinde ac si ipsius vita morte non interrupta diutiùs producta fuisset. Quamuis non desint qui dicant, cuilibet actui Virginitatis suam deberi Aureolam. Ita *Maior in* 4. *dist.* 49. *qu.* 13. Verùm sent. hæc improbabilis est. Causa quæ ad *Causa Martyrij* Martyrium requiritur, est fides Christi explicita, vel implicita velut pro ipsius doctrina, Ecclesiâ, catholicâ, eiusq; immunitate, aut pro quacunque virtute mortem perferre. Defectu cuius non est Martyr, qui in bello, licet contra hæreticos, occumbit, non tamen religionis causa, sed vel tuendi Regni, vel alio politico titulo. 3. Requiritur *Voluntas virtualis* voluntas, saltem virtualis: vnde qui dormiens in odium fidei à Tyranno occiditur, si numquam pro fide Christi moriendi voluntatem habuit, Martyrij Aureolam non consequitur; secus si ante somnum voluntatem moriendi pro Christi fide habuit. *Dices:* ergo innocentes non sunt Martyres. *Quid de Innocentib.* Resp. neg. conseq. nam hæc voluntas solùm requiritur in adultis: in infantibus sicut no requiritur voluntas, vt effectum Baptismi fluminis accipiant, ita, neque vt sanguinis. Ex quo infertur, fore Martyrem adultum perpetuò amentem, qui propter Christũ à Tyrano occideretur, cùm sit par ratio de hoc, & de infante rationis vsûs experte.

179. *Virginitas non perit corporis corruptione sine consensu* Aureola Virginitatis requirit perpetuam incorruptionem Corporis, peculiari proposito vsque ad finem vitæ seruatam. Ita *S. Thom. in* 4. *dist.* 49. *qu.* 5. *art.* 3. *ad* 1. *qu.* Vnde solæ illam consequuntur, quę toto vitæ tempore Virginitatem seruant cum proposito numquam nubendi. Ideò hanc Aureolam sibi non promeruit Abel, qui præceptum habebat nubendi, si vixisset; sicut nec filia Iephte, quæ suam Virginitatem fleuit. Non est autem necessarium Virginitatis seruandæ votum, sed sufficit simplex propositum: sicut nec illa amittitur, si corporis integritas violenter auferatur. Vnde infert *ibid. ad* 4. non amittere Virginitatis Aureolam, etiamsi oppressa concipiat & pariat. De Eunuchis idem *ad* 7. docet, eos Virgin. Aureolam promereri, si propositum habeant Corporis incorruptionem seruandi, etiamsi facultatem generandi haberent. Quid si Virgo à proposito seruandi Virginitatem semel deflectat, quæ tamen postea, resumpto proposito, Virginitatem, seruet vsq; ad finem vitæ? Affirmat *S. Th. ibid.* ad 1. *qu.* talem Virginitatis Aureolam promerituram. Quia Virginitas mentis contrario proposito interrupta, reparari potest; secùs Virginitas corporis aut ipsius Aureola. Addit Palud. cit. nec Aureolam eam amittere, quæ contra suam voluntatem oppressa corporis integritatem perdidit, si post factum consensit, & posteà proposito resumpto Virginitatem seruat vsque ad mortem, eo quòd consensus posterior non fuit causa prioris actus; & aliunde sola mutatio interioris propositi non tollit Virginitatem, si iterum resumpto proposito seruetur. Ex quo infertur, Virginitatem non amitti, nisi hæc duo simul concurrant, & corporis corruptio, & consensus in illam.

180. *Doctoris Aureola requirit tria* Aureola Doctoris tria requirit. 1. vt quis actu doceat; non n. Corona debetur potenti certare, sed actu certanti: Non est autem necesse, vt qui docet sit Prælatus, vel in Theologia graduatus, modò doceat quæ ad salutem spectant. 2. Non cuicunque doctrinæ Aureola debetur, sed quæ ad salutem dirigitur, iuxta illud *Daniel.* 12. *Qui eruditi multos ad Iustitiam*, siue voce & prædicatione, siue scripto & lectione. 3. Vt id rectâ fiat intentione, propter vtilitatem animarum, & gloriam Dei, secus si ob gloriam propriam, & vanam sui æstimationem. Addit *Palud.* nisi hæc opera ab initio facta sint recta intentione, per subsequentem pœnitentiam ad Aureolam non reuiuiscere, cùm opera mortua per nullam pœnitentiam reuiuiscere valeant. Confirm. nam sicut hæc eadem per subsequentem pœnitentiam non reuiuiscunt ad aureolam

siue

Digitized by Google

siue præmium essentiale, ita neque ad Aureolam, quæ supponit Auream, tanquam præmium accidentale subsstantiale, & accessorium principale.

Nulla Angelorum

Infertur 1. Angelis non competere Aureolas Martyrij & Virginitatis, cùm incorporei sint & immortales: nec Aureolam doctrinæ propriè; licet doceant homines, vel in assumptis corporibus, vel per internas illuminationes, disponendo phantasmata: id .n. faciunt nullo labore, propter quem hæc Aureola datur. 2. esse in B. Virgine Aureolam Virginitatis. Nec obstat, quòd in ea ob fomitis extinctionem non fuerit interior carnis & spiritus pugna; quæ nec in Eunuchis est. Sat est, vt vel ex obiecto ea pugna sit, ait Palud. vel, vt S. Thomas cit. loco ad 2. in B. Virgine fuit pugna exterior ab hoste illata, qui nec Filium Dei reuerituit est. Non est in B. V. Aureola Martyrij; quia non debetur, nisi propter mortem pro Christo perpessam. Virgo, etsi pro Christo summè doluerit, adeò vt Patres dixerint, nisi singulari miraculo à Deo conseruata fuisset, eam non potuisse, propter acerbitatem doloris, in morte Christi, viuere: Verùm quia mors illa ex vehementia doloris nata sequi, non inferebatur ab extrinseco Tyranno ad Christi fidem, vel aliquam virtutem pernegandam, sed solùm causabatur ab intrinseco amore, quo Christum prosequebatur, non potuit habere rationem Martyrij, licet acerbiùs illam excruciauerit, quàm quodcunque tormentum quemlibet alium Martyrem. Quo fit, vt in præmio essentiali omnes Martyres superauerit. Aureolam Doctoris promerita videtur. Virgo, cùm probabile sit, eam multas veritates, quas à Filio acceperat, Apostolos, & Ecclesiam docuisse: Ex alia parte non videtur, cùm munus publicè docendi, eo quòd prælationem importet, fœminis non competat 1. ad Timot. 2: *Docere mulieri non permitto, sed esse in silentio.* A qua lege exempta non fuit Deipara, sicut nec à lege Sacramenta ministrandi.

Deipara sua Virginitatis

Non Martyrij

Nec Doctoratus

181. *In Christo excellentius aureolâ*

Infertur 3. In Christo non esse propriè Aureolam, sed aliquid excellentius. Ita *S. Thom. loco cit. ad* 4. Quia Aureola importat aliquid diminutiuum, quod non plenè & perfectè possidetur, sed tantùm participatiuè per imitationem alterius, in quo plena ac perfecta ratio excellentis victoriæ reperitur. Quia igitur in Christo non est ratio perfectæ victoriæ participatiuè per imitationem alterius, in quo ratio ipsa excellentis victoriæ reperiatur, sed est ipsissima plenitudo victoriæ, per cuius participationem, & imitationem reliqui omnes constituuntur, ac dicuntur victores, iuxta illud *Ioan. 16. Confidite, ego vici mundum*: idcirco in Christo non est propriè Aureola, sed aliquid excellētius. Cōfirmat *Richard. in 4. dist. 49. art 5. q. 5.* quia Aureola propriè dicitur illud præmiū, quod à Principe datur militi, in signum victoriæ ex bello reportatæ. Christus verò Aureolam non accipit ab alio tanquam à Principe, cùm sit ipse Princeps, qui suis militibus Aureolas distribuit. Infertur 4. Non esse Aureolam Virginitatis in paruulis statim post baptismum morientibus, contra *Maior. in 4. dist. 49. qu. 13.* Quia hęc non debetur, nisi actu certantibus. 5. In statu innocentiæ futuram non fuisse Virginitatis Aureolam; ita *S. Thom. loco cit. art. 3. qu. 1. ad 3.* cùm in eo statu futurus non fuisset carnis fomes, & consequenter nec pugna inter carnem & spiritum: Nec futura fuisset pugna extrinseca ab hoste illata, propter peculiarem protectionem, quam Deus de natura humana in eo statu perseuerante habuisset.

Nulla infantium

Nec in statu innocentiæ

182. Superest potissima difficultas, in quo formaliter consistant huiusmodi Aureolę. *S. Thom. in 4. dist. 49. qu. 5. art. 1.* docet, eas consistere in peculiari gaudio, quod Beati habent de suis heroicis operibus, quibus perfectam victoriam de mundo, carne, & Diabolo ex hac vita reportarunt. Quod gaudium ait esse distinctum à gaudio, quod ijdem de sua beatit. & coniunctione cum Deo percipiunt: nam hoc dicitur Aurea, spectatque ad pręmium essentiale saltem vt proprietas consequens: Illud Aureola diminutiuè, quasi nihil possit addi præmio essentiali, quin sit illo longè inferius, pertinetque ad præmiū accidentale. Addunt Richar. *in 4. dist. 49. art. 5. qu. 4. Palud qu. 8. art. 4. Maior qu.* 13. & alij; præter gaudium internum, produciin corpore Beati aliquod signum externum manifestatiuum gaudij interni. Idque colligitur ex verbis Auguſt. 22. *de Ciuit. c. 20. Nescio quo autem modo sic afficimur amore Martyrum beatorum, vt velimus in illo Regno in eorum corporibus videre vulnerum cicatrices, quæ pro Christi nomine pertulerunt, & fortasse videbimus. Non enim deformitas in eis, sed dignitas erit, & quadam quamuis in corpore, non corporis, sed virtutis pulchritudo fulgebit. Nec ideo tamen si aliqua Martyribus amputata, & ablata sunt membra, sine ipsis membris erunt in resurrectione mortuorum, quibus dictū est, capillus capitis vestri non peribit. Sed si hoc docebit in illo nouo sæculo, vt indicia gloriosorum vulnerū in illa immortali carne cernantur, vbi membra, vt præciderentur, percussa, vel secta sunt, ibi cicatrices, sed tamen eisdem membris redditis, non perditis apparebunt.* Verùm contra hanc sent. facit: quia tale gaudium naturaliter consequitur ad eiusmodi heroica opera; nec .n. Beati possunt de eis non gaudere: at præmium debet esse aliquid superadditum operi, in signum honoris à præmiante collatum; non censetur autem distinctum præmium illud, quod per se & ex natura sua opus meritorium consequitur.

In quo sita aureola

Sent. Aug.

Non in solo gaudio

183. *Sed & qualitate distincta*

Quare dicendum est, Aureolam ex parte animi consistere in aliquâ qualitate spirituali, ab accidentali gaudio distincta, expressiua illius victoriæ, quam Beatus cōtra hostem ex hac vita reportauit; subiectata in ipsa subsstantia animæ, mediante quâ redditur præ alijs illustrior, ac magis conspicuus in Regno, propter maiorem cum Christo capite conformitatem: ex parte verò corporis in aliqua qualitate corporea, suo etiam modo manifestatiua illius victoriæ, quam Beatus de triumphato hoste retulit, subiectata in ea parte corporis, quæ fuit vna cùm anima proximum instrumentum ad talem victoriam reportandam, mediante quâ corpus redditur præ alijs clarius, illustrius, ac venerabilius: quippe in quo præfulget singularis conformitas cum glorioſissimo corpore Capitis Christi. Quam sent. insinuat *Lessius lib. 2. de summo bono. c.* 21. Eaque conformior est *Auguſt. cit.* Prob. 1. à paritate characterum, qui in animis fidelium indelebiliter imprimuntur, in signum perpetuum vel spiritualis potestatis participationis Sacerdotij Christi, quam Sacerdotes in Sacramento Ordinis accipiunt; vel militiæ, & vexilli Christi, sub quo per baptismum, & Confirmationem, tanquam strenui ac fideles milites conscribuntur. 2. Exemplo terrenorum Principum, qui solent externo aliquo ſtēmate condecorare eos, quos volunt præ alijs sui Regni Proceribus, ob specialia eorum merita & obsequia sibi præstita, honorare. Neque enim putandum est, minùs Christum in suo Regno honoraturum suos milites, qui speciali titulo sunt ipsum in hac vita strenuè fortiterque secuti; vt constat ex *Matth. 10. Omnis qui confitebitur me coram hominibus,*

Prob. 1.

Secundò

Digitized by Google

hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo.

Tertiò Tertiò quod debeat tam anima, quàm corpus peculiari signo ac stemmate insigniri, facilè prob. quia cùm hoc stemma debeatur in præmium excellentis victoriæ ab hoste reportatę; cumque ad hanc non solùm concurrat animus, fortiter imperando, sed etiam corpus strenuè exequēdo, vtrumque speciali titulo meretur à Christo honorari. In cuius signum voluit ipsemet in suo glorioso corpore vestigia suorum vulnerū retinere. Atque hęc de aureolis & præmijs accidentalibus animorum.

SECTIO XVI.

De perfectionibus naturalibus Corporis glorioſi.

De supernatur. postea DVplex perfectio in corpore glorioso: vna naturalis, quæ consistit in integritate naturæ cum suis omnibus partibus & ornamentis, tam integralibus, quàm accidentalibus: Altera supernaturalis, quæ naturalem supponit, eique superadditur, vt corpus sit animę gloriosę proportionatum. *Dico* 1. Corpora gloriosa resurrectura sunt

184. *Corpora integra resurgent* integra quoad omnes suas partes, tam integrantes, quàm ornantes. Ita Scholastici cum Mag. *in 4. dist. 44.* & colligitur ex Lucæ 21. *Et Capillus de capite vestro non peribit*: Si autem capillus de capite iusti non peribit, multò minùs peribūt aliæ partes corpus integrantes, vel ornantes. Est enim argum. à minori ad maius, quasi Martyribus suis Christus dicat, vt *homil. 35. in Euang.* ratiocinatur B. Greg. *Cur timetis, ne pereat, quod incisum dolet, quando & illud in vobis perire non potest, quod incisum non dolet?* Et ratio id etiam demonstrat: tum quia in illo Regno omnia futura sunt perfecta. Etenim si in statu innocentiæ omnia hominum corpora futura fuissent perfecta; quantò magis in statu beatit. cælestis? tum quia ibi omnis honestus & laudabilis appetitus manet perfectè expletus, vt ex Augu*Duran.*st. refert Durand. *in 4. dist. 44. qu. 2.* honestè autem & laudabiliter beati appetunt perfectam suorum corporum integritatem. Tum quia, vt ad *Philip. 3.* Christus reformabit corpora Beatorum *configurata corpori claritatis suæ*: Sed Christi corpus resurrexit integrum quoad omnes suas partes, *A priori ex fine.* tam integrantes, quàm ornantes. Tandem, Beatus per resurrectionem perducitur ad vltimam suam perfectionem consequendam: igitur debet quoad omnem perfectionem sibi naturaliter debitam restaurari; alioqui non perduceretur ad vltimam perfectionem, quam naturaliter exigit.

Etiam quoad humores Infertur 1. Corpora Beatorū resurrectura etiam cū suis humoribus 4. cū sint de integritate corporis. Vnde si aliqua fuerūt in hâc vitâ aut defectuosa, aut monstrosa, resurrectura sunt integra, omni defectu emendato atque correcto: *Neque enim*, in*Augusst.* quit Augusst. in Enchir. c. 87. *& monstra, quæ nascuntur & viuunt, quamuis cito moriantur, aut resurrectura negabuntur, aut ita resurrectura credenda sunt, ac non potius correcta emendataque natura:* & paulò post: *Ita cætera, quæ singuli quique partim vel amplius, vel minus aliquid habendo, vel quadam nimia deformitate monstra dicuntur; ad humanæ naturæ figuram resurrectione reuocabuntur. Ita vt singula anima singula sua corpora obtineant nullis cohærentibus, etiam quæcunque cohærentia nata fuerunt: sed seorsim sibi singulis sua membra gestantibus, quibus humani corporis completur integritas.* Confirmat exemplo *Confirm.* creati artificis lib. 22. *de Ciuit. c. 19. Si enim statuam potest Artifex homo, quam propter aliquam causam deformem fecerat, conflare, & pulcherrimam reddere, ita vt nihil inde substantiæ, sed sola deformitas pereat, ac si quid in illa figura priore indecenter exstabat, nec partilitati partium congruebat, non de toto, vnde fecerat, amputare, atque separare, sed ita conspergere vniuersa atque miscere, vt nec fœditatem faciat, nec minuat quantitatem. Quid de omnipotenti Artifice sentiendum? Ergone non poterit quasque deformitates humanorum corporum non modo vsitatas, verum etiam raras atque monstrosas, quæ huic miseræ vitæ congruunt, abhorrent autem ab illa futura felicitate sanctorum, sic auferre ac producere, vt quascunque earum faciunt etsi naturalia, tamen indecora excrementa substantiæ corporalis, nulla eius diminutione tollantur? Ac per hoc infert, non est macris pinguibusue metuendum, ne ibi etiam tales sint, quales si possent, nec hic esse voluissent.* Nec refert, quòd aliqua membra nullum sint actum in Beatis habitura: nam vt Tertullianus lib. de Resurr. *liberabuntur membra ab officijs, sed non ideò non erunt necessaria:* eo quòd membra non solùm sunt propter actum, sed etiam propter integritatem & perfectionem naturę. An autem etiam corpora damnatorum resurrectura sint integra, defectibus emendatis atque correctis? Affirmant S. *Thom. in 4. dist. 44. qu. 3. art. 1. ad 1. qu. Palud. qu. 1. art. 3.* Negat *Durand. qu. 2.* dubiam hanc quęst. reliquit *Augusst. in Enchir. c. 101. & 102.* vbi, postquam dixerat. *Resurgent Sanctorum Corpora sine vllo vitio, sine vlla deformitate, sicut sine vlla corruptione, onere, difficultate:* de reproborum subiungit: *Vtrum sanè ipsi cum vitijs & deformitatibus suorum corporum resurgant, quicunq; in eis vitiosa & deformia membra gestarunt, inquirendo laborare quid opus est? neque enim fatigare nos debet incerta eorum habitudo, vel pulchritudo, quorum erit certa & sempiterna damnatio. Nec moueat, quomodo in eis erit corpus incorruptibile, si dolere poterit; aut quomodo corruptibile, si mori non poterit.* Illud autem vt certum, & ab omnibus absque dubio admissum docet cit. loco S. Thomas, saltem membra, quæ eis obtruncata fuerunt, cum corporibus resurrectura; vt in eis etiam in alia vita puniantur, quæ in hac fuerunt scelerum instrumenta.

Tertull. *Quid de damnatis?*

185. *De costâ Adami.* Infertur 2. Costam Adami, ex qua Euæ corpus procreatum fuit, non resurrecturam in corpore Adami, sed solùm in corpore Euę. Ita S. *Thom. qu. 1. art. 2. qu. 4. ad 2.* quia illa costa non fuit de integritate indiuidui corporis Adami, sed fuit ordinata ad multiplicationem speciei. Vnde sicut semen non resurgit in generante, sed in genito; ita nec costa Adami in corpore ipsius, sed Euę. Vnde sicut viri ex Adamo descendentes, nati sunt cum vna costa minùs, fœminæ contrà cum vna costa plus; ita resurrecturi sunt. Idem dicas de Christo, qui humanitatem assumpsit alijs viris similem.

De spiritib. animalib. 3. Cū sanguine resurrecturos spiritus tā vitales, quàm animales: nam etiam hi sunt de integritate corporis humani, tum ad sanguinem fouendum, vt vitales, tum ad sensationes exercendas, vt animales. Vnde proprias habent in corpore humano sedes, illi arterias, hi neruos. Ne igitur maneant hæc vasa contra natiuam inclinationem absque vllo humore perpetuo vacua, debent spiritibus, qui sunt proprij ipsorum humores, repleri. Cæterum erunt huiusmodi spiritus in corporibus glorioſis incorruptibiles, non minùs quàm corpora ipsa.

De sudore &c. 4. Ea excremēta, quę nō sunt ad naturę ornatū, cuiusmodi sunt sudor, sputum, vrina, & reliquæ fœces, non habere locum in corporibus glorioſis: secùs

Digitized by Google

secùs excrementa, quæ naturam adornant, vt sunt pili, capilli, vngues; sunt enim hæc vt folia, quæ arborem exornant, & flores ac fructus protegunt ac defendunt. 5. In resurrectione cum sensibus internis reparandas esse eas omnes species & phantasmata, quæ in hâc vitâ Beatus acquisiuit, tum ad ornatum potentiarum, tum ad complementum specierũ intelligibilium, quas ex huiusmodi phantasmatibus intellectus agens Beati hîc existens abstraxit: nec non ad reminiscentiam eorum obiectorum, quæ per huiusmodi species sensibiles in hac vita cognouit: Beatus.n. non tantùm habet spiritualem reminiscẽtiam intelligibilium actuum & obiectorum: Sed & materialem suorum sensibilium actuum, quos elicuit, & obiectorum, quæ mediantibus actibus hîc cognouit.

Des species. phantas.

186. *Iuuenes resurgent*

Dico 2. Omnes Beati resurgent in ætate iuuenili: Est communis *Scholast. in* 4. *dist.* 44. ex illo *ad Ephes.* 4. *Donec occurramus omnes in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi:* Atqui Christus surrexit in ætate iuuenili; ergo etiam nos. Ostensum .n. est, Beatos resurrecturos absque omni defectu naturæ: hæc autem ex *S. Thom. in* 4. *dist.* 44. *qu.* 1. *art.* 3. *ad* 1. *qu.* dupliciter deficit, vel quia nondum peruenit ad vltimam perfectionem sibi competentem, vel quia ab ea recessit. Priori defectu laborat homo ante iuuentutem: posteriori post iuuentutem, cùm per senium incipit deficere, à perfectione sibi debita recedendo. Perfecta igitur ætas est iuuenilis, media inter adolescentiam & senectutem; & ad quam terminatur ætatis augmentum, & à quo incipit eiusdem decrementum. Confirm. In ea ætate Deus homines recreabit, in qua illos creauit; sed creauit in iuuenili protoparentes; ergo in eâdem eos reliquosque recreabit.

187. *Varia statura, color &c.*

Dico 3. Non omnia corpora Beatorum resurgent in eadem statura, figura, aut colore, sed diuersa, in ea videlicet, ad quam vnusquisque peruenturus fuisset in ætate perfectâ iuuenili, naturâ non errante. Est etiam communis ex *August. in Enchir. c.* 90. *Nec illud est consequens, vt ideo diuersa sit statura reuiuiscentium singulorum, quia fuerat diuersa singulorum, aut macri cum eadem macie, aut pingues cum eadem pinguedine reuiuiscant. Sed si hoc est in consilio Creatoris, vt in effigie sua cuiusque proprietas, & discernibilis similitudo seruetur, in cæteris autem corporis bonis æqualia cuncta reddantur: ita modificabitur illa in vnoquoque materies, vt nec aliquid ex ea pereat, & quod alicui defuit, ille suppleat, qui etiam de nihilo potuit, quod voluit, operari. Si autem in corporibus resurgentium rationabilis inæqualitas erit, sicut est vocum, quibus cantus implentur, hoc fiet cuique de materia corporis sui, quod & hominem reddat æqualem Angelicis cœtibus, & nihil inconuenientis eorum inferat sensibus. Indecorum quippe aliquid ibi non erit, sed quidquid futurum est, hoc decibit, quia nec futurum est, si non decebit.* Quibus duo Augustinus docet; vnum est, non ideo Beatorum corpora in diuersa statura esse resurrecturæ, quia diuersam habuerunt, dum hic viuerent, staturam; aliqui & pueri in statu puerili, & gygantes in gygantea, & nani cum sua pusilla statura resurgerent, quod indecorum foret; cùm hi sint defectus naturæ, vel nondum perfectionis terminum attingentis, vel à recto tramite deuiantis, qui omnes in resurrectione omnipotentis arte corrigentur, non minus quàm cæteri defectus ex quibus extrinsecâ causâ prouenientes, vt pallor & macies ex infirmitate, diuturnoque labore contracta, teter color ex nimia solis adustione causatus, vt in Æthiopibus. Alterum est, conseruandam fore in corporibus glorioſis propriam vniuscuiusque effigiem, ac discriminabilem figuram, correctis emendatisque defectibus, qui aut vitio errantis naturæ, aut quâcũque extrinseca causa in humana corpora irrepserunt: habebit enim se Deus in resurrectione hominũ, vt sapiens Artifex in reformanda aliqua statua, aut pictura, in qua siue defectu instrumenti, siue iniuria temporum aliquis defectus acciderit, illam ad debitam perfectionem iuxta ideam artis reducendo. Fundam. hęc diuersitas ac discretio in statura, effigie, cęterisque individualibus accidentibus pertinet ad perfectionẽ speciei, quę summopere commendat artem & sapientiam Creatoris; vbi ex infinitis penè hominibus, nullus reperitur alteri per omnia similis: hoc enim proximè arguit infinitam illam exemplabilitatem Dei ac multiplicem in effigiandis creaturis ideam, quæ nullis potest terminis exhauriri.

Hæc Aug.

August. suprà

SECTIO XVII.

De Perfectionibus supernaturalibus corporis glorioſi.

188. *Dotes gloriæ*

QVatuor distinguunt Scholast. *in* 4. *dist.* 44. & 49. in corporibus glorioſis perfectiones supernat. quas & dotes appellant, impassibilitatem, subtilitatem, agilitatem, claritatem: ex 1. Cor. 15. *Seminatur in corruptione, surget in incorruptione.* En impassibilitas. & infrà: *oportet corruptibile hoc induere incorruptibilitatem, & mortale hoc induere, immortalitatem:* vt ęterno præmio frui, vel æterna pœna puniri possit, ex S. Thom. 4. *con. gen. c.* 85. Corpora Beatorum resurrectura sunt etiam impassibilia; non reproborum: quæ ęternum dolebunt numquam moriendo. Pergit ibid. Apost. *Seminatur in ignobilitate, surget in gloria:* En claritas, quam ad Philip. 3. declarans, *Reformabit,* ait, *corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ.* Quam dotem & Christus Matth. 13. expressit his verbis: *Tunc iusti fulgebunt sicut sol in Regno Patris eorum:* & Spiritus S. iustis pollicetur Sap. 3. *Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent. Seminatur,* pergit Paulus, *in infirmitate, surget in virtute:* En agilitas; & Isaiæ 40. *Qui sperant in Domino mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquilæ, current & non laborabunt; ambulabunt, & non deficient.* Tandè dos subtilitatis insinuatur. *Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale. Spirituale corpus intelligitur,* inquit August. c. 6. de fide Symb. *non quasi corpus vertatur in spiritum, & spiritus fiat: sed quod ita spiritui subditum est, vt cœlesti habitationi conueniat, omni fragilitate ac labe remota in cœlestem puritatem ac stabilitatem mutatæque conditionis:* siue vt Damas. lib. 4. de fide c. vlt. *Spirituale corpus est, corpus infatigabile, cibo, somno, potu non indigens, animale contra, crassum, mortale, cibo, somno potuque indigens.* Has glorioſi corporis dotes 4. describit B. Laur. Iustin. lib. de discipl. & perfect. monastice c. 23. his verbis. *Decorem quippe immortalitatis induet, omni deposita corruptibilitate. Nullum sui patietur detrimentum, nullamue membrorum diminutionem: non dolorem, nec de suscepta gloria posse resurrectionem sentiet amissionis timorem. Semper hilaris, semper iucunda erit, quia erit de æternitate secura. Nimis quoque claritate fulgebit, ita vt solis septies viri splendorem: non autem luminis sui in tremium se venerabili aspectui, sed ineffabili quodam modo conformabit, clarificabitque. Erit vota eius substantia*

Impassibilitas

Claritas

Agilitas

Subtibilitas

Laurent. Iustin. elegans descriptio

Digitized by Google

substantia corporeis oculis visibilis, adeo vt viscerum, caterorumq; membrorum harmonia conditoris declaret magisterium admirandum. Tanta insuper agilitate erit prædita, vt in momento in omnibus obtemperet imperio spiritus præsidentis, absque retardatione, & sine vlla grauedine ibi se diuertet, vbi impetus spiritus diriget se. Denique cum in hac vita degit, & perigrinatur ad omnia, animalis natura est, post vero resurrectionis gloriam tota spiritualis efficietur, ita vt omne solidum ei sit penuium. Non claustris teneri poterit inclusa, non vinculis religata, non restricta custodibus, sed liberam ingrediendi & regrediendi vbique recipiet facultatem. Nunc quoque cum sit passibilis, & variis ægritudinibus, diuersisque casibus subiecta videatur, in tantum vt non pretereat temporis momentum, in quo propria non flagelletur necessitate, vel fragilitate: tunc omni fatigatione semota, incorruptibilitate, & impassibilitate vestietur. Tunc quodam ineffabili repleta gaudio læta cantabit. Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? gloria quippe, & honore, & immortalitate, & æternitate circumamicta suo inhærebit Authori, sine deformitate, sine læsione, & absque macula in mensuram ætatis plenitudinis Christi reformata per omnes ipsius sensus multimodis exuberabit deliciis.

Christus dotes 4. habuit

Has 4. dotes non solùm habuit Christus in suo corpore immortali post resurrectionem, sed etiam eas ostendit ante resurrectionem in suo corpore mortali; impassibilitatem, *cùm ieiunasset 40. diebus & 40. noctibus*, Matth. 4. & cùm sacramentaliter in vltima cœna comederetur: subtilitatem, cùm nasceretur ex Virgine, Virginitatis claustro inuiolato; Agilitatem, cùm incederet supra mare: Claritatem cùm transfiguraretur in monte.

189. Porrò hunc numerum dotium supernat. colligunt Scholastici ex perfecta dispositione, quam debet habere corpus glorioſum animæ beatæ perfectè subordinatum. Nam sicut anima vnitur corpori, vt forma informans, tribuens illi esse, vt principium internarum, & externarum sensationum, & tanquam motor mobili: ita vt corpus glorioſum sit idoneum animæ beatæ informanti, disponi debet per dotem impassibilitatis, per quam sit incapax omnis contrariæ qualitatis, immortale & æternum: Vt autem corpus fiat idoneum animæ vt motori, debet habere in se agilitatem, per quam fiat habile ad quemcumque velocissimum motum: ita dos subtilitatis tollit impedimentum ad omnem localem motum. Quatenus verò vnitur animæ vt instrumentum sensationum, requirit dotem claritatis. Aliter hunc numerum assignat Bonauent. *in 4. dist. 49 p. 2. art. 2. qu. 1.* iuxta quaternarium causarum numerum. Nam 1. secundùm causam finalem dotatur corpus propter gloriam animæ, quæ consistit in perfecta cognitione, & vnione affectiua. Ad cognitionem requiritur spiritualitas & luminositas: quia cognoscens debet esse spirituale, & habere lumen: quibus in corpore respondet subtilitas & claritas. Vnio amoris est liberalis & fortis: liberalitati respondet agilitas, fortitudini impassibilitas. 2. secundùm causam efficientem. Nam anima vt perfectio influit in suum corpus, illud viuificando vitâ immortali: vt motor, illud mouendo motu infatigabili. Vt autem influat vitam, debet in eo esse lucis abundantia & claritas quæ est dispositio ad vitam. Vt influat vitam immortalem, debet in eo esse impassibilitas, quæ est dispositio ad immortalitatem. Vt illud moueat motu infatigabili, debet esse subtilitas vt ei nihil resistere possit: debet etiam nihil habere, per quod possit motum ab anima impressum retardare: ac proinde requirit agilitatem. 3. secundùm causam formalem: quia cùm corpus nostrum participet naturam corporis cœlestis, & elementaris, sicut in hac vita dominatur natura elementaris, ita in alia natura cœlestis, quæ est natura lucis. Hæc autem habet proprietates 4. claritatem, quia illuminat; impassibilitatem, quia à nullo corrumpitur; agilitatem, quia statim cedit; penetrabilitatem, quia corpora diaphana absque eorum corruptione pertransit. 4. Secundùm causam materialem. Nam corpus humanum est compositum ex elementis 4. ex quibus quadruplicem contrahit defectum: ex aqua humida & passibili, passibilitatem & corruptionem: ex terra opaca, obscuritatem: ex igne animalitatem, quia calor humidum radicale continuò consumendo, perpetua indiget alimonia: ex aëre qui facilè cedit, & mutatur, infirmitatem. Hi autem defectus 4. debent per oppositas virtutes remoueri, corruptibilitas per impassibilitatem &c. Apostolo concinit Augustinus à Bonauent. citatus: *aberit à corporibus nostris omnis deformitas, omnis tarditas, omnis infirmitas, omnis corruptio. Deformitas per claritatem, tarditas per agilitatem, infirmitas per subtilitatem, corruptio tolletur per impassibilitatem.* Vltimò concordat ratio: quia dotes sunt virtutes superadditæ naturæ, illã quoad suos defectus corrigẽtes, atque animo perfectè subijciẽtes.

Quaternarius colligitur

Ex causâ finali

Efficiente

Formali

Materiali

IN QVO IMPASSIBILITAS SITA.

190. *Passio perfectiua Beatorum*

IMpassibile dicitur quod passionis est incapax: passio autẽ duplex est, altera perfectiua subiecti; altera subiecti corruptiua. Porrò corpora Beatorũ non dicuntur impassibilia respectu prioris passionis, sed respectu posterioris. Quia id tantum est ab eis auferendum, quod imperfectionem, non quod perfectionem includit. Erunt igitur glorioſa corpora capacia nouarum ac nouarum sensationum, nec non sensibilium specierum receptionis, tam ab extrinsecis obiectis, quã ab intrinsecis actibus externorum sensuũ in internas potentias producibiliũ. Cùm hæc omnia sint ad actualem vitã sensitiuam, necessaria; in quâ vita Beatorũ corpora perficientur. *Dices:* sicuti in eo statu nõ exercebũt Beati actus vitæ vegetantis, non enim nutrientur, augebuntur, generabunt, qui sunt actus vitæ vegetantis: ita nec actus vitæ sentientis. Resp. neg. conseq. quia priores actus vel sũt perfectiui subiecti quoad intrinsecam substantiam & quantitatem, vt nutritio & augmentatio; vel corruptiui subiecti quoad eandem intrinsecam substantiam & quantitatem, vt generatio: & consequenter vel supponunt, subiectum non esse in vltima sua perfectione naturali, vel ab ea recedere posse, per decisionem propriæ substantiæ: vtrumque autem est contra perfectionem status beatifici. Posteriores verò, cùm solùm perficiant subiectum quoad actus accidentales circa propria obiecta, supponunt illud & quoad intrinsecam substantiam, & quoad debitam quantitatem in sua vltima perfectione constitutum, solumque illud accidentaliter perficiunt. Perfectissimus verò status corporis glorioſi est, vt semper sit in vltimâ suâ perfectione; quæ consistit in actuali operatione vitæ sentientis (sicut vltima perfectio animi rationalis sita est in actuali operatione vitæ intelligentis) cùm autem nulla operatio sensitiua perfectè & adæquatè expleat corporis appetitum, nulla formaliter, aut eminenter contineat omne bonum, cuius capax est corpus, scilicet nec visio perfectionem auditionis, nec sensus internus perfectiones externorum, aut cõtrà; nec vnum obiectum visibile perfectiones omnium.

Necessaria statui

Digitized by Google

nium visibilium, &c. cùm vnumquodque sit limitatæ perfectionis, non poterit beatitudo corporis consistere vel in vna tantùm operatione vitæ sentientis, cùm hæc non expleat capacitatem reliquorũ sensuum; nec in multis sensationibus, quarum singulæ saltem sint adæquatę suis potentijs, & cum eis perpetuò coniunctæ, sed in multis ac varijs iuxta multitudinem ac varietatem obiectorũ, ad quę ipsa vita sensitiua successiuè se extendere potest. Sumpta igitur hîc impassibilitate pro incapacitate passionis corruptiuæ, quæ fit cum susceptione contrariæ qualitatis, & destructione propriæ, per quam subiectum dicitur pati, dum per actionem assimilatiuam agentis trahitur ad terminos ipsius agentis, & extrahitur extra terminos proprios; quæstio est, per quid corpora glorioſa fiant impassibilia, seu incapacia contrariç qualitatis corruptiuæ subiecti.

191. *Corruptiua nulla cur? 1. sent.* Prima sent. affirmat, beatorum corpora fieri impassibilia per carentiam primarum qualitatum, quæ sunt principia actionis & passionis: his enim è corpore sublatis, non solùm cessabit intrinseca pugna, quàm hę qualitates inter se exercent, sed etiam extrinsecus conflictus, per sublationem intrinseci principij passiui. Ita nonnulli apud S. Thom. *in 4. dist. 44. qu. 2. art. 1. ad 1. qu.* Sed contrà, *Contrà* tum quia ex hac sent. sequitur, corpora Beatorum non fore in suo statu & perfectione naturali; cùm enim istæ qualitates sint naturales proprietates mixti, si corpora ijs priuanda forent, carerent perfectionibus sibi naturaliter debitis. Tum quia, vt rectè *Duran. qu. 4. n. 11.* adhuc eo concesso, non sequitur intẽtum. Nam adhuc sublatis primis qualitatibus, manet in mixto passiuum principium recipiendi peregrinas formas, cùm harum receptiuum principium, sit ipsa substantia mixti. Vnde solùm in hac sent. tolleretur passibilitas & pugna intrinseca, non extrinseca necessitas recipiendi ab extrinseco agente contrarias qualitates.

2. Sent. Secunda sent. affirmat, impassibilitatem in corporibus glorioſis nil aliud esse, quàm assistentiam extrinsecam Dei non coagentis cum causis secundis, ad corruptionem, vel alterationem talium corporum; eo prorsus modo, quo Deus non coëgit cum igne Babylonico ad comburenda corpora *Obijc.* trium puerorum. Quòd si obijcias: hoc modo explicatam impassibil. non esse aliquid intrinsecè inhærens corpori glorioſo, & consequenter hanc non esse propriè ipsius dotem, cùm dos propriè debeat esse in ipso dotato: alioqui etiam corpora damnatorum dicerentur per dotem immortalitatis incorruptibilia; nam etiam hęc per extrinsecam assistentiam Dei conseruantur, ne ab extrinsecis agentibus corrumpantur, vti etiam post diem iudicij conseruabuntur elementa, ne se mutuò cor- *Respondent* rumpant. Respondent 1. de ratione dotis non esse, vt intrinsecè inhęreat dotato, vt patet in dote corporali, quę datur sponsæ ad ipsius ornatum & vitæ sustentationem. 2. Esto assistentia Dei non sit intrinseca corpori glorioſo, est tamen intrinsecum ius ad illam habendam; siquidem corpora Beata ratione suorum meritorum talem assistentiam exigunt: Sicut esto dos ipsa corporalis non sit intrinseca dotato, est tamen intrinsecum ius ad dotem, sibi ad ornatum, & vitę sustentationem assignatam: ac defectu talis iuris, proprijs meritis acquisiti, non dicuntur corpora damnatorum habere dotem incorruptionis & immortalitatis, cùm illam non exigant in bonum sui, sed potiùs contra ipsorum voluntatem corpora à Deo conseruantur ad pœnam ęternam. Eodem modo respondent ad instantiam de elementis. Hanc sent. docent Scotus *in 4. dist. 49. qu. 13. §. Dico ergo: Maior qu. 7. Duran. dist. 44. qu. 4 supplem. Gabrielis qu. 2. art. 2. conc. 7.* quam etiam sequi videtur *Argent. in 4. dist. 49. art. 1.* dum illam explicat per sublationem ordinis subiectionis corporis glorioſi respectu cuiuscunque agentis, operantis actione corruptiua. Fundam. quoniam per eam saluantur omnia, quę de corporum glorioſorum impassibilitate dicuntur, absque difficultate, & entium multiplicatione. Confirm. nam per solam extrinsecam *Confir. ex Augustì.* assistentiam Dei, & subtractionem diuini concursus seruantur incorruptibilia damnatorum corpora: ergo & impassibilia corpora Beatorum. Id colligunt ex Augustì. *epist. 146. ad Consentium*, vbi glorioſam impassib. explicat exemplo ignis Babylonici, qui puerorum corpora non combussit, non per qualitatem corporibus inhærentem, sed per solam diuini concursus subtractionem.

Sed contrà: 1. quia non videtur hæc sent. do- 192. tem impassib. iuxta scripturæ sensum, & Patrum *Contrà 1. Sent.* mentem explicare, qui illam passim per intrinsecam perfectionem corpori superadditã explicant. Vnde Paulus illam explicat metaphorâ ductâ ab indumento, quod corpori adhæret, eique superadditur. *Oportet*, inquit, *corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc immortalitatem.* Et *1. Cor. 15. Augustì.* Augustinus Epist. 56. ad Dioscorum eandem explicat per sanitatem & vigorem, ab anima in corpus redundantem: *Tam potenti*, inquit, *natura Deus fecit animam, vt ex eius plenissima beatitudine, qua in fine temporum Sanctis promittitur, redundet etiam in inferiorem naturam, quod est corpus, non beatitudo, qua fruentis & intelligentis est propria, sed plenitudo sanitatis, id est incorruptionis vigor.* Nec locus in contrarium citatus fauet aduersarijs: tum quia talem modum ibi Augustinus, non assertiuè, sed permissiuè tantùm refert: tum quia contrarium ibid. scribit: *Quòd si quisquam dicit, non carni trium illorum virorum additam contra ignem incorruptionem, sed ipsi igni detractam corrumpendi facultatem, quid veremur, ne carnem facere nequiuerit, non posse corrumpi, qui fecit ignem non posse corrumpere? Nam si illud non de carnis, sed de ignis mutatione intelligitur, multò est mirabilius, simul enim & hominum corpora non vrebat, ne posset nocere, & ligna fornacis vrebat, vt posset ardere:* Et paulò post: *Valet igitur diuina potentia de ista visibili atque tractabili natura corporum, quibusdam manentibus, auferre, quas voluit, qualitates: ac per hoc valet etiam membra mortalia, forma lineamentis manentibus, corruptione verò mortalitatis exortua, stabili vigore firmare, vt absit labes, adsit effigies: adsit motio, absit fatigatio, adsit vescendi potestas, absit esuriendi necessitas.* His Augustinus varium modum insinuat, quo corpora puerorum seruata fuerunt incorrupta. Quo fit, vt inde nihil certi pro vtraque sent. colligi possit.

2. Quia hæc sent. etsi sufficienter, haud tamen *Contrà 2. cundò* dignè iuxta beatifici status excellentiam, explicat impassib. Confir. corpora iustorum in statu innocentię futura fuissent impassibilia tantùm ab extrinseca protectione Dei: ergo perfectiùs in statu beatifico: sc. ab intrinseca & inhęrẽte perfectione. Vnde Augustì. lib. 22. de Ciuit. c. vlt. *Prima*, in- *Augustì.* quit, *immortalitas fuit, quam peccando Adam perdidit, posse non mori, nouissima erit, non posse mori.*

Tertia sent. collocat impassib. corporum glo- 193. rios. in aliquo intrinseco. Ita S. Thom. *in 4. dist. Sent. vera* 44 *qu. 2. art. 1. Richar. dist. 49 art. 4 qu. 2. Valudanus dist. 44 qu. 2. art. 3. Capreolus qu. 2. art. 3. Scotus dist. 49. qu. 4. art. 5. Suarez in 3. p. tomo 2. disp. 48.*

Digitized by Google

sect. 3. Lessius lib. 3. de summo bono c. 4 & alij. Tota difficultas est in assignandâ proximâ causâ huius impassib. S. Thomas censet eam prouenire ex dominio, quod anima beata habet in suum corpus. *Forma enim*, inquit qu. 1. ad 2. *ligat potentiam materiæ determinando ipsam ad vnum; secundùm quod dominatur super eam: & quia in rebus corruptibilibus non perfectè dominatur forma per materiam, non perfectè potest ligare ipsam, quin recipiat interdum per aliquam passionem, dispositionem contrariam formæ: sed in sanctis post resurrectionem omnino anima dominabitur supra corpus: nec illud dominium aliquo modo poterit auferri, quia ipsa erit immutabiliter Deo subiecta, quod non fuit in statu innocentiæ: & ideò in corporalibus illis manet eadem potentia ad formam aliam, quæ nunc inest quantum ad substantiam potentiæ, sed erit ligata per victoriam animæ supra corpus, vt nunquam in actum passionis exire possit.* Quod perfectum dominium animæ supra corpus Sotus tribuit informationi, idque confirmat cit. autho. Augustini: *tam potenti natura Deus fecit animam, vt ex eius plenissima beatitudine redundet etiam in corpus.* Verùm hic modus communiter reijcitur: cùm hæc informatio non sit aliud, quàm vnio animæ beatæ cum corpore: atqui non apparet, vnde sola hæc vnio possit eam virtutem habere, vt corpus, quod vnit, reddat omnis contrariæ qualitatis incapax, cùm non tollat potentiam passiuam: nec videatur specie differre ab vnione, quâ anima informat corpus passibile. Nam adæquatum munus huius vnionis, est, connectere partes ad faciendum vnum compositum substantiale.

Proxima causa impassib. *Ex S. Th.* *Soti modus* *Reijcitur*

Modus Richar. Palud. Capre.

Richardus, Palud. Capreo. hanc impassib. referunt ad qualitatem supernat. ex beatit. animæ in corpus redundantem, & per modum habitus in eo intrinsecè inhærentem: quam Richar. sic definit: *Est qualitas in corpore ex redundantia beatitudinis animæ causata, corpus prohibens ab omni passione suæ perfectioni contraria.* Intelligitur à beatit. causari, non physicè, sed moraliter. Hunc modum insinuat S. Thom. qu. cit. art. 2. *ad* 1. *qu.* his verbis: *Dicendum, quod corpus gloriosum erit omnino subiectum animæ glorificatæ, non solùm vt nihil in eo sit, quod resistat voluntati Spiritus, quia hoc fuit etiam in corpore Adæ: sed etiam, vt sit in eo aliqua perfectio effluens ab anima glorificata in corpus, per quam habile reddatur ad præditam subiectionem, quæ quidem perfectio dos glorificati corporis dicitur: & 1. p. qu. 97. art. 1.* vbi triplicem distinguit modum incorruptibilitatis, ex parte materiæ, vt sunt Angeli materia carentes, & corpora cœlestia, quæ materiam habent ad vnam tantum formam addictam; ex parte formæ, quia scilicet rei corruptibili per naturam inest aliqua dispositio, per quam totaliter à corruptione prohibetur; atque hoc modo fiunt incorruptibilia corpora in statu gloriæ; & ex parte causæ efficientis: quo pacto homo fuit incorruptibilis in statu innocentiæ. Eundem modum sequuntur Palud. Capreolus, Suarez. Verùm hic modus communiter impugnatur, eo quòd non sit intelligibilis talis qualitas, quæ tot ac tam varios effectus præstet, prohibendo, ne corpus, in quo est, ab extrinseco agente calefiat, frigefiat, humectetur, exsiccetur, impellatur, scindatur &c. Confirm. quoniam hæc deberet esse varia in varijs corporis partibus inhærens, cùm alia deberet esse, quæ carnis; alia, quæ ossis; alia, quæ nerui, cæterarumque heterogenearum partium temperamentum contra extrinseca agentia conseruaret: quia cùm hæc qualitas non ageret liberè, sed necessariò, eadem semper contraria prohiberet: igitur non posset in vna parte corporis prohibere vnum temperamentum, quod permitteret & conseruaret in alia, velut conseruando in cerebro temperamentum frigidi & humidi, idemque prohibendo in corde, & vitalibus spiritibus. Præterea non apparet, quo pacto ea resistere possit extrinseco impellenti ac scindenti. Cæterùm hæc argumenta impossibilitatem talis qualitatis heterogeneæ non probant, sed difficultatem ostendunt.

Impugnatur *Confir.*

194. *Modus per concursum effectiuum*

Vltimus modus hanc impassib. explicandi, est per concursum effectiuum, quo Beatorum corpora, eorumque natiuum temperamentum ita potenter atque efficaciter contra quascunque peregrinas impressiones, contrariasque qualitates conseruetur, vt à nullo naturali agente, cuiuscunque virtutis atque efficacitatis sit, corrumpi, vel alterari valeat. Non enim potest forma per formalem tantùm resistentiam, sed etiam per effectiuam in subiecto conseruari, vti conseruatur calor in aqua à proximo igne efficienter conseruante contra contrarium frigus. Consimili modo posset natiuum temperamentum in corpore glorioso effectiuè conseruari contra quæcunque extrinseca agentia, ponendo tam efficacem influxum, quo illud conseruetur, nec ab extrinseco agente superari valeat. Hoc fieri posset 1. a solo Deo: 2. Actiuè etiam concurrente intrinsecâ virtute corporum, per qualitatem à Deo superadditam, aut per ipsamet corpora, & natiuum temperamentum eorum, tanquam instrumentum obedientiale eleuatum ad omnes extrinsecas qualitates contrarias effectiuè impediendas. Prior modus asseritur à Lessio. At non rectè saluat id quod scripturæ, Patres, Scholastici docent, hanc esse virtutem ex beatit. animæ in corpus redundantem. Nam reuera hæc actiua conseruatio iuxta priorem modum explicata non differt ab actione conseruatiuâ, qua Deus sola sua virtute conseruat incorruptibilia etiam corpora damnatorum, cùm tamen plus aliquid dicat hæc actiua conseruatio in corpore glorioso, quàm in damnato.

Etiam ab intrinseco

195. *Saluat intrinsecam impassib. &c.*

Præferendus est igitur posterior modus Suarez, qui meliùs saluat omnia, quæ de hac dote scribuntur: 1. quo pacto per hanc actiuam resistentiam corpus glorioſum dicatur intrinsecè impassibile & immortale, & non tantùm extrinseca protectione Dei, vt in statu innocentiæ, quod tantum erat impassibile & immortale per extrinsecam remotionem impedimentorum. 2. quo pacto iuxta Augustinũ 22. de Ciuit. c. vlt. etiamsi velit corpus glorioſum, non possit ab extrinseco agente corrumpi, aut pati: quia nimirum hæc actiua conseruatio sui, suique natiui temperamenti, siue sit à qualitate distincta, siue ab ipsomet corpore vel temperamento obedientialiter eleuato, non fit liberè à voluntate Beati, sed necessariò dependenter tantùm à libera voluntate Dei, vtentis corpore Beati vel qualitate infusa tanquam instrumento ad huiusmodi effectiuam conseruationem, contra omnes contrarias qualitates. Quo fit, vt si corpus glorioſum seipsum proijciat in ignem, nihil plus sit ab illo passurum, quàm à solaribus radijs. 3. Qua ratione, stante hac efficaci conseruatione, nullum agens naturale valeat alterare corpus glorioſum, eiusque natiuum temperamentum dissoluere, etiamsi Deus à nullo agente naturali subtrahat suum concursum: quia nimirum nullum agens naturale valet inducere suam formam in subiectum, nisi ab illo contrariam expellere possit: nequit autem agens à subiecto, in quod agit, contrariam formam expellere, nisi illud actiuitate superet: quia iuxta Philosophorum axioma,

Digitized by Google

axioma, *actio non sequitur, nisi à proportione maioris inæqualitatis.* Cùm igitur glorioſi corporis actiua ſui, ſuique natiui temperamenti conſeruatio ſit potentior, & efficacior quacunque contrarij naturalis agentis efficientia, nullum naturale agens poterit in corpus glorioſum corruptiuè agere. Dixi, *corruptiuè*: nam perfectiuè poteſt: non enim corpora glorioſa effectiuè reſiſtunt, niſi agentibus corrumpentibus, non autem perficientibus: quo pacto ſenſus glorioſi corporis alterantur à ſuis obiectis alteratione perfectiua.

196. *Effectiua reſiſtentia*

Vna in hoc modo ſupereſt difficultas, de effectiuâ reſiſtentiâ reſpectu impellentis: nam ſæpè corpori glorioſo impulſus ab extrinſeco agente violentus non eſt, aut contra animæ beatæ voluntatem, vt ſi velit ab Angelo velociùs moueri, quàm à ſeipſo moueri poſſit: cùm tamen iuxta hunc modum non poſſet: quia hæc actiua reſiſtentia in Beato non fit liberè, ſed neceſſariò. Vnde nequit attemperari, vt aliquādo impellenti reſiſtat, quandò ſcilicet impellit contra Beati voluntatem: aliquandò non reſiſtat, quando nimirum impellit iuxta Beati deſiderium. Præterea ſi neceſſariò reſiſtit, vel talis reſiſtentia excedit virtutem cuiuslibet Angeli: Et contrà eſt, tum quia hinc ſequeretur, maiorem virtutem reſiſtitiuam fore in minimo Beato, quàm ſit virtus impulſiua in ſupremo Angelo: tum quia hæc virtus reſiſtitiua non foret inæqualis in omnibus iuxta inæqualitatem meritorum. Ad hanc diffic. ſoluendam, dico effectiuam reſiſtentiam reſpectu extrinſeci impellentis in corpore glorioſo non fore neceſſariam, ſed liberam, proinde illam attemperari poſſe imperio & voluntate Beati. Cur autem ſola ponatur libera, ea eſt ratio: quia extrinſecus impulſus aliquando poteſt eſſe violentus, & contra voluntatem Beati: aliquando perfectiuus, & iuxta Beati voluntatem: igitur debet Beatus aliquando illum admittere, vt iuxta ſuum votum celeriori motu moueatur: aliquando non admittere, ne violenter contra ſuam voluntatem ab extrinſeco motore impellatur. Paſſio verò natiui temperamenti corruptiua, nunquam poteſt eſſe perfectiua corporis: ac proinde fruſtra reſiſtentia in corpore contra talem paſſionem poneretur libera, cùm nunquam oppoſitum ſit à Beato exercendum. Cæterùm, quia etiam ex libera reſiſtentia reſpectu extrinſeci impellentis propoſita duo illata ſequuntur, nimirum & illam fore in quouis minimo Beato maiorem quacunque virtute impulſiua ſupremi Angeli, & non futuram æqualem, iuxta inæqualitatem meritorum, ideò Reſp. conced. vtrumque, ac neg. id eſſe abſurdum; cùm hæc actiua reſiſtentia non ſit à virtute naturali, ſed ſupernat. ſaltem quoad modum, corpori communicata, eique in tali ſtatu debita.

Libera.

Maxima

Æqualis impaſſib.

Quòd autem hæc perfectio impaſſib. à S. Tho. ac Theologis dicatur quoad rationem poſitiuam inæqualis in corporibus glorioſis, æqualis tantùm quoad rationem negatiuam, intelligendum eſt, remotè ac radicaliter, ratione meritorum, à quibus moraliter cauſatur: nam proximè & formaliter conſiſtit in actiua conſeruatione proprij temperamenti contra quaſcunque contrarias qualitates: atque vt ſic non eſt maior in vno, quàm in alio, cùm in omnibus debeat eſſe æque efficax contra quęcunque corrumpentia: ſolùm poſſet eſſe inæqualis in virtute, in qua talis actiua reſiſtentia fundatur, ſi ea ponatur in qualitate ſuperaddita: ſed cùm talis qualitas non propter alium finem ponatur, quàm propter huiuſmodi actiuam reſiſtentiam, & hæc debeat eſſe æqualis in omnibus, non eſt, cur virtus ſuperaddita, in qua illa fundatur, debeat eſſe inæqualis: cùm talis exceſſus in ipſa virtute ſit fruſtraneus, & ad nihil deſeruiens. Dixi, *ſi ponatur in qualitate ſuperaddita:* nam ſi ponatur in ipſo corpore glorioſo obedientialiter concurrente ad actiuam conſeruationem ſui, ſuique natiui temperamenti, contra omnia agentia corrumpentia, multò minùs poterit dici perfectior in vno, quàm in alio, niſi quatenus corpus vnius Beati ſupponitur naturaliter perfectius alio, quod ad propoſitum non facit: cùm maior illa naturalis glorioſi corporis perfectio non proueniat ex beatit. animi (quod tantùm Theologi intendunt, cùm dicunt, hanc perfectionem eſſe inæqualem in corporibus glorioſis) ſed ex ipſa natiua conſtitutione corporis, quam inæqualitatem habent etiam damnatorum corpora.

DE DOTE SVBTILITATIS.

197. *Virtus penetratiua corporum*

SVbtilitas in præſenti ſumitur pro virtute penetratiua corporum: vnde idem eſt corpus glorioſum habere dotem ſubtilitatis, atque habere virtutem penetrandi ſe cum alijs corporibus, & conſequenter cum eis eundem locum occupandi. Inde tranſlatum eſt ad potentias cognoſcitiuas, vt acutus viſus dicatur, qui minutiſſima quæque videt: acutus intellectus, qui intimas ſecretaſque rerum proprietates ac formalitates introſpicit ac dignoſcit. Controuerſiæ ratio eſt,

Videtur impoſſibilis.

Quia non videtur poſſibilis hęc mutua corporum penetratio in eodem loco: quod ſic *oſtendo.* Implicat corpus eſſe quantum, & non occupare ſpatium ſibi commenſuratum: ergo implicat corpus eſſe quantum, & penetrare ſe cum alio corpore in eodem ſpatio. Conſeq. conſtat: nam ſi corpus quantum neceſſariò poſtulat ſpatium ſibi commenſuratum, non poterit in eodem ſpatio ſimul admittere aliud corpus eiuſdem quantitatis: alioqui vel neutrum occuparet ſpatium ſibi commenſuratum, vel vnum tantùm, vel vtrumque ſimul. Non vtrumque ſimul, cùm ſpatium non ſupponatur commenſuratum vtrique, ſed vni tantùm. Non vnum tantùm: quia tunc alterum nullum occuparet ſpatium. Multò minùs neutrum. Prob. antec. Occupare ſpatium, eſt effectus formalis quantitatis ab ea inſeparabilis: ergo implicat, corpus eſſe quantum, & ſpatium ſibi commenſuratum non occupare, cùm nequeat effectus formalis à ſua forma in proprio ſubiecto poſita ſeparari: Implicat enim albedinem eſſe in ſubiecto apto, & illud non reddere album, cùm effectus formalis aliud non ſit, quàm forma ipſa in ſubiecto capaci poſita. Antec. prob. de eſſentia quantitatis eſt, habere partes extra partes: ſi autem poſſet vna quantitas eſſe in eodem ſitu cum alia, partes vnius quantitatis non eſſent extra, ſed intra partes alterius quãtitatis, proinde deſtrueretur eſſentia quantitatis. Confirm. 1. Implicat, vnam partem eiuſdem quantitatis penetrare ſe cum alia parte eiuſdem quantitatis, ergo & vnam quantitatem cum alia, cùm ſit eadem ratio partis ad partem eiuſdem quantitatis, & quantitatis ad aliam quantitatem. Antec. prob. nam fieri poſſet, vt omnes partes eiuſdem quantitatis ſe ſimul penetrarent: ac proinde manere poſſet quantitas ſine vlla extreitate partium, quod implicat. 2. Ita ſe habet quantitas permanens quoad ſitum, ſicut quantitas ſucceſſiua quoad durationem: implicat autem, vt quantitas ſucceſſiua habeat ſuas partes ſimul quoad durationem, cùm de eſſentia ipſius ſit prius & poſterius: ergo

Ratio

Difficul.

Confirm. 1.

Confirm. 2.

Digitized by Google

ergo & quantitas permanens suas partes simul quoad situm: cùm de essentia huius sit, pars extra partem. 3. De essentia quantitatis est, vt vna pars distet ab alia: ergo de essentia eiusdem erit, vt vna sit situaliter distincta ab alia: alioqui si essent simul situ, vna non distaret ab alia. Propter has rationes Durandus *in* 4. *dist.* 44. *qu.* 6 censet impossibilem hanc corporum penetrationem. Quam sent. vt probabilem defendit Palud. *in* 4 *dist.* 44 *qu.* 3. *art.* 3. consequenter negant hi dotem subtilitatis hoc modo explicatam competere corporibus gloriosis: quia sicut nulla qualitas tolleret ab eis quantitatem, ita nulla qualitas redderet ea cum alijs corporibus penetrabilia. Quare *Duran. qu.* 5. *& Palud. art.* 2. dotem subtilitatis ponunt in puritate sensitiuarum operationum, vt nihil eas vel leuiter offuscare possit, nec crassities, nec impuritas spirituum animalium; sicut modò. *Corpus quod corumpitur aggranat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem.* Sap. 9.

Tertiò

Duran. Palud.

198. *Sent. minùs consona fidei*

Verùm hæc Durandi sent. quatenus negat, possibilem esse diuina virtute corporum penetrationem, communiter reijcitur vt falsa, improbabilis, minùs consona mysterijs fidei: Credimus enim, Christum inuiolato Virginitatis claustro prodijsse ex Matris vtero: In Eucharistia integrum eius corpus cum tota sua quantitate manere sub speciebus: Immoto lapide ex sepulchro exijsse; clausis januis intrasse ad discipulos *Ioan.* 20. cœlos penetrasse, ad Heb. 4. Durandi responsiones sunt 1. potuisse corpus Christi vel fieri præsens ex vno loco in alio, non transeundo medium, vti è cœlo fit præsens in hostia, medio non pertransito: vel ita sui corporis figuram attenuare, vt per quamlibet intermedij corporis rimam transire potuerit: vel demum corpus ipsum, per quod transit, diuidi, vt cùm cœlos ascendit, vel partes intermedij corporis dilatari, vt cùm ex vtero matris, illæso Virginitatis claustro, prodijt: at non satisfaciunt: quia sunt extortæ, & contra Patrum sensum, qui ex allatis mysterijs supponunt corporum penetrationem diuinâ virtute possibilem: sunt indignæ corpore glorioso: sunt æquè difficiles captu: pugnant cum dote impassib. cùm admittitur mutatio organicæ figuræ, quæ est intrinseca corpori glorioso. Demum corporum penetratio videtur admittenda in inferno, vt possit omnia dānatorū corpora intra se capere.

Responsiones

Extortæ

Ad rat. dub.

Quare ad rationem dubit. neg. antec. nam corpus Eucharisticum cum tota sua quantitate nullum occupat spatium. Quod quia negat Durandus, inexistere cum sua quantitate, à Doctoribus graui censura notatur, vt ostendo *tom.* 7. *disp.* 19. *n.* 100. Ad prob. antec. nego actualem occupationem spatij esse effectum formalem quantitatis: quę est apta ad occupandum spatium; occupare autem spatium immediatè est à modo extensionis localis, quâ separatâ, pariter separatur ipsius effectus formalis, qui est actualis loci occupatio, manente quantitate vt fundamento tantum remoto & mediato. Pari modo de essentia quantitatis non esse, habere partes extra partes situ positas, ac loco distantes, sed entitatiuè, & in ordine ad se. Quosit, vt non repugnet, esse partes situ indistinctas, & loco indistantes, & nihilominus distinctas inter se, & entitatiuè distantes, quarum entitas vnius non sit entitas alterius, & vna non sit vnita immediatè omnibus, sed immediatè vni, mediatè cæteris. Cæterum cùm dico, partes quantitatis entitatiuè distingui inter se, non intelligo de distinctione propriâ, & ex naturâ rei, sed per designationem: puto enim partes quantitatis ex natura rei inter se non distingui, vt in Philosophia docui. Ad 1. confirm. neg. antec. ad prob. conced. in eo euentu mansuram quantitatem absque extreitate situali partium, cum sola extreitate entitatiua earundem, quæ tantùm est de essentia quantitatis. Ad 2. Si cōparatio fiat inter extensionem localem quantitatis permanentis, & actualem successionem quantitatis ad tempus, conced. paritas: quod sicut ab actuali successione quantitatis successiuæ nequit separari successiua correspōdentia partium ad tempus; ita nec ab extensione locali actualis correspondentia ad spatium. Si verò cōparatio fiat inter ipsam actualem successionem ad tempus, & quantitatem permanentem secundùm se, neg. paritas. Et retorq. argum. nam sicut ab ipsa qualitate successiua separari potest actualis successio & correspondentia ad tempus, potest enim calor successiuè productus, in instanti produci, & conseruari: ita & à quantitate permanente actualis correspondentia ad locum, & conseruari in spatio indiuisibili. Ad 3. patet ex dictis, de essentia quantitatis non esse, habere partes situaliter, sed solum entitatiuè distantes. Quæ entitatiua distantia in eo consistit, vt vna pars non sit immediatè vnita omnibus, sed immediatè vni, mediatè cæteris.

Ad 1. Confirm.

Ad 2.

Ad 3.

Essentia quantitatis

199. *Modus penetrationis quis à*

Posita ergo possibilitate penetrationis corporum, indagandus est modus, ratione cuius gloriosa corpora possidere dicantur subtilitatis dotem. Conueniunt fere omnes, hanc penetrationem fieri non posse per qualitatem, aliquam corpori adhærentem: quia cùm ista qualitas non tolleret quantitatem, ratione cuius corpora dicuntur impenetrabilia, non posset reddere corpus cum alio penetratiuum: nam perseuerante eadem forma, necesse est, vt perseuerat idem effectus formalis.

1. *Sent.* 1. sent. dotē subtilitatis collocat in assistentia extrinseca Dei, efficienter ponentis corpus penetratiuè cum alio corpore, & in iure intrinsecè debito corpori, vt informato ab hac anima, ad coëxistendum in eodem loco cum alio prohibitu ipsius animæ Ita Scotus *in* 4. *dist.* 49. *qu* 16. §. *Resp. ergo ad qu. Maior qu.* 9. *supplem. Gabr. in* 4. *dist.* 44. *qu.* 2. *p* 4. *art.* 2. *conc.* 2. *&* 3. vbi hanc dotem definit, *ius corpori glorioso a Deo debitum, prout informatur ab hac anima beata ad coexistendum in eodem loco cum alio non glorioso corpore pro libito animæ suæ. Quod ius habet*, inquit, *corpus gloriosum à Deo effectiuè, ab anima meritoriè, à voluntate Beati determinatiuè.*

2. *Sent.* Secunda sent. addit, hanc virtutem actiuam coëxistendi cum alio in eodem loco, esse intrinsecam corpori. Ita Bonau. in 4. dist. 49. art. 3. qu. 1. Richar. art. 4. qu. 5. §. *qui vult* Suarez 3. p. tomo 2. disp. 48. sect. 5. qui hanc virtutē non ponit in qualitate superaddita corpori, sed in ipsa entitate corporis, quatenus per modum instrumenti Dei obedientialiter concurrit ad hunc effectum penetrationis cum alio, idque ad libitum Beati. Quam sent. probabilem censet *Lessius lib.* 3 *de summo bono c.* 7. *in fine.* Quia meliùs saluatur dos subtilitatis per virtutem intrinsecam, quàm per assistentiam extrinsecam. Tertia sent. quę est Lessij loco cit. hanc corporum penetrationem explicat per solum concursum Dei conseruantis duo corpora in eodem spatio simul, naturaliter indebitum: sicut cùm ponit duo accidentia contraria in summo in eodem subiecto simul, aliud Deus non facit, quàm continuare suum concursum conseruatiuum vtriusque naturaliter eis indebitum: Ita cùm duo corpora Deus conseruat in eodem spatio simul, nihil de nouo ponit, vel aufert. Fundam. quia exclusio alterius corporis ab eodem spatio, non est conditio

3. *Sent.*

Fund.

corpori

Digitized by Google

corpori essentialis, sed tantùm connaturalis: quam Deus impedit, hoc ipso, quòd ponit suum concursum conseruatiuum vtriusque in eodem spatio: nam sicut ponere potest concursum eorum in eodem spatio simul, ita & terminos vtriusque concursus simul.

Non satisfaciunt

Sed nulla ex his sent. ostendit modum, quo possit corpus quantum existere in eodem spatio cum alio corpore quanto, quod est aduers. Achilles. Dicere autem, quòd excludere aliud corpus ab eodem spatio non sit de essentia corporis quanti, est petere principium, nam hoc erat probandum. Et augetur difficultas: quoniam exclusio alterius corporis ab eodem spatio videtur includi in ipso effectu formali quantitatis, qui est, commensuratum sibi spatium occupare. Nec est eadem ratio de duobus accidentibus in eodem subiecto coëxistentibus: quia in subiecto potest diuinitus suppleri virtus sustentatiua ad ea recipienda, quæ illi naturaliter deerat. At non potest diuinitus suppleri spatium, quod vnumquodque corpus essentialiter petit occupare: quia hoc non est aliquid reale, quod sit virtute diuina supplebile, & aliunde vnumquodque corpus petit occupare spatium sibi commensuratum. Eadem ratio est, cur possit Deus conseruare accidens extra omne subiectum, quia potest supplere concursum sustentatiuum, quem proprium subiectum illi præbebat: at non potest conseruare corpus extra spatium, vel simul in spatio alterius, quia spatium non respicit corpus per aliquē realem influxum, quem Deus sua virtute supplere possit. Nec virtus actiua, quam 2. sent. superaddit corpori glorioso, emollit difficultatem: nam sicut hæc non tollit à corpore quantitatem, quæ est radix impenetrabilitatis cum alio corpore in eodem spatio simul, ita nec soluit aduersariorum fundamentum.

200. *Penetratio fit per sublationem extensionis localis.*

Quarta igitur sent. omniū probabilissima, hanc penetrationem fieri censet per sublationem extensionis localis è corpore glorioso: hâc enim sublatâ, tollitur è corpore proxima & formalis causa localis impenetrationis. Nam ratione huius corpus est formaliter impenetrabile cum alio corpore: igitur eâ sublatâ, poterit corpus glorioſum in eodem spatio quodcunque aliud corpus, absque vlla formali resistentia admittere. Hic modus præcipuè fundatur in mysterio Eucharistiæ, in quo est corpus Christi cum omnibus suis accidentibus connaturalibus, & consequenter etiam cum sua quantitate, sublatâ tantùm locali extensione, (quam solùm retinet in cœlo, vbi naturaliter existit) ratione cuius esset formaliter impenetrabile cum alio corpore: habet & positiuum modum per quem ad instar spiritus indiuisibiliter existit totum in tota & totum in quauis parte Hostiæ. Corpus autem glorioſum præter priuationem extensionis localis, necesse non habet ad penetrandum se cum alio corpore, habere positiuum modum, quo ad instar spiritus indiuisibiliter existat: sed sufficiet, si tantùm priuetur proxima & formali causa impenetrationis. Potrò hic modus, posito mysterio Eucharistiæ, non solùm est intellectu facilis, sed meliùs etiam saluat subtilitatis dotem: quia per hunc modum corpus glorioſum nullam habet cum quolibet alio corpore resistentiam; proinde ad libitum potest cum quouis alio corpore se penetrare: nam Deus illi assistit, vt quotiescunque voluerit cum alio corpore ad suum velocissimum cursum peragendum se penetrare, auferat illi extensionem localem, quæ erat proximum impedimentum ad obuiantia corpora penetranda. Quo cursu peracto, statim poterit per extensionem localem, vel à corpore naturaliter resultantem, vel à Deo productam, se ad pristinam naturalem præsentiam reducere. Hunc modum explicat S. Thomas, *in 4 dist. 44. quæst. 2 art. 2. ad 6. qu.* his verbis: *Corpus glorioſum habet ex natura sua qualitates, quæ sunt nata immutare tactum, sed tamen, quia corpus est omnino subiectum spiritui, in potestate eius est, vt secundùm eas immutet tactum, vel non immutet, similiter etiam secundùm naturam subiecti competit, vt resistat cuilibet alteri corpori transeunti, ita quod non possit esse cum eo simul in eodem loco, sed miraculosè hoc potest diuina virtute contingere ad nutum ipsius, quod sit cum alio corpore in eodem loco, & sic non resistat ei transeunti.* Hunc modum indicant Lessius cit. & Cornel. à Lapide in 1. Epist. ad Cor: in c. 15. vers. *surget corpus spirituale:* conanturque illum colligere ex Epiphanio hæresi 64. & Damas. lib. 4. de fide c. 28. sed frustrà vt patebit vtrumque perlegenti.

Saluat subtilitatis dotem.

Insensibilitatem Euch.

Per hunc modum saluatur etiam, quo pacto possit corpus glorioſum ab alio non videri, nec tangi; quia cùm ad visionem requiratur, vt obiectum sui speciem in oculum transmittat; cumque hanc speciem, naturaliter saltem corpus transmittere non possit, nisi sit extensum loco, non poterit corpus glorioſum locali extensione priuatum, naturaliter saltem videri. Similiter tactus, cùm naturaliter prærequirat corpus tangibile loco extensum, non poterit extensione locali spoliatum, naturaliter saltem tangi. *Obijcies* 1. Hic modus est contra dotem impassibilitatis, quam habet corpus glorioſum, cùm reddat illud mutabile secundùm perfectionem intrinsecam sibi naturaliter debitam, cuiusmodi est localis extensio. Resp. neg. antec. nam quando mutatio est perfectiua subiecti, non est contra impassibilitatem ipsius: hæc autem mutatio est perfectiua corporis glorioſi, cùm reddat illud in suo motu expeditum. Confirm. nam idem modus absque vlla imperfectione conceditur glorioſo corpori Christi existenti in venerabili Eucharistiæ Sacramento: ergo à fortiori absque vlla imperfectione concedi poterit glorioſis corporibus reliquorum Beatorum. Nec est eadem ratio modi asserentis, corpus glorioſum penetrari cum alio corpore per attenuationem & variationem propriæ figuræ organicę: nam hic modus ponit mutationem in organica figura, quæ est maxima humani corporis perfectio, quam non tollit hic noster modus, vt constat de corpore Sacramentali quod seruata debita membrorum organizatione, priuatur sola extensione locali, vt in 7. tomo.

Impassibilit.

Confirm.

Obijcies 2. Per hunc modum corpus glorioſum non fit intrinsecè subtile & penetrabile, sed tantùm extrinsecè per virtutem assistentis Dei, contra dicta de impassibilitate. Resp. fieri subtile & penetrabile extrinsecè efficienter ab ipsa virtute extrinseca assistrice Dei; fieri autem subtile & penetrabile formaliter per ipsam priuationem extensionis localis, intrinsecè sibi inhærentem, quæ in libera Beatorum potestate est, potest poni, vel non poni; sicut & localis extensionis restitutio.

Obiec. 2.

Resp.

201. *Infer. 1.*

Infertur 1. cur hanc dotem subtilitatis non possideat corpus glorioſum necessariò ac permanenter, sed liberè & transeunter; quia nimirum non semper perfectio est, carere propria extensione locali; sed quando necessarium est ad aliquem finem à Beato intentum, velut ad superandam corporum obuiantium in motu locali resistentiam, vel ad subtrahendum se ab oculis, tactuue aliorum.

Infer. 2.

2. Quare hæc dos subtilitatis à Theologis concedatur solùm respectu aliorum corporum non

Digitized by Google

glorioſorum: nempe quia non decet, nec vlla eſt neceſſitas, vt vel corpus glorioſum penetret ſe cum alio corpore glorioſo, vel vna pars corporis glorioſi cum alia parte eiuſdem: ſed potiùs rectus ordo & ſtatus poſtulat, vt in illo Regno ſingula corpora ſuam naturalem præſentiam, ſuamque propriam & adæquatam ſedem ab aliorum Beatorum corporum conditis tam poſſideant, ſintque inter ſe inuicem & viſibilia, & tangibilia, tum ad maiorem laudem & gloriam conditoris, tum ad maiorem oblectationem & voluptatem eorundemmet Beatorum. Contrà verò ſempiternus inferni horror poſcit, vt nullum corpus in eo ſtatu propriam & adæquatam ſedem poſſideat, ſed omnia confusè ac penetratiuè exiſtant, ad maiorem damnatorum confuſionem & triſtitiam.

202. *Quid ad. nata corpora?* Hinc non leuis emergit difficultas; nam ex hoc noſtro modo ſequitur, dum corpora damnatorum ſe mutuò in inferno penetrant, quod neceſſarium eſt, vt ea omnia infernus poſſit, qui terræ centrum aſſignatur, intra ſe capere, locali extenſione priuari: Ex quo vlteriùs ſequitur, ea non poſſe ab igne tangi, vel vllam externi ſenſus paſſionem ſentire: quod eſt ab eis omnem pœnam exterioris ſenſus tollere. Sequela prob. nam hæ omnes ſenſationes ſupponunt extenſionem localem tanquam conditionem neceſſariò prærequiſitam. *Reſp.* *Reſp.* neg. poſter. ſequel. Eſto enim corpus locali extenſione ſpoliatum non ſit exterioris ſenſationis naturaliter capax, eſt tamen capax ſupernaturaliter, vt probo *tomo 7. diſp. 21. ſect. 1.* proinde adhuc extenſione locali priuata damnatorum corpora poterunt & ab igne, & à quolibet alio obiecto, tanquam ab inſtrumento diuinæ iuſtitiæ vindice torqueri. Cæterùm neceſſe non eſt, vt & omnia corpora damnatorum, & ſemper ſint inter ſe penetrata, ſed modò hęc, modò illa iuxta ordinem diuinę iuſtitię, quem ibi Deus in puniendo ſeruat: interim à tormentis nunquam ceſſando ſiue ea penetrata, ſiue impenetrata exiſtant.

QVID AGILITAS GLORIÆ?

203. *Definitur* AGilitatem definiunt Scolaſtici, *habilitatem in carpore ad promptè mouendum ſe eo motu locali, cuius principium eſt anima.* Dicitur, *cuius principium eſt anima:* ad differentiam eius motus, cuius principium eſt corpus ſecundùm naturam prædominentis Elementi: hic enim motus eſt neceſſarius, & determinatus ad certum locum, conſequens naturam prędominantis elementi, qui reperitur etiam in corpore ab anima ſeparato: ille verò eſt liber, indifferens ad varia loca, conſequens apprehenſionem, quę variari poteſt. Conueniunt omnes, corpora Beatorum reſurrectura cum dote Agilitatis, quam manifeſtè oſtendunt Paulus 1. ad Cor. 15. *Seminatur corpus in infirmitate, ſurget in virtute.* Iſaias c. 40. *Qui ſperant in Domino mutabunt fortitudinem, aſſument pennas ſicut aquilæ,* Sap. 3. *tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent.* Eandem confirmant Hilarius in Pſal. 138. *Si ſumpſero pennas meas diluculo,* vbi ſic ſcribit: *Meminit & alibi dicens, cùm de ſpiritualium indefeſſa iam æternitate tractaret: pennigerabunt tanquam aquilæ naturam euolandi in cœlum in reſurrectionis demutatione ſumpturi:* Aug. 13. de Ciuit. c. 18. *Ipſis,* inquit, *animis perfectiſſimè beatis,* (intellige præſtabit Deus) *vt quamuis terrena, tamen incorruptibilia corpora, vbi volunt, ponant, & quò volunt, agant ſitu motuque facillimo:* Anſelmus lib. de ſimilitud. c. 52. *Verum,* inquit, *præſtabunt viribus quicunque ſupernis meruerint ciuibus aſſociari: in tantum vt nullatenus illis quiſquam obſiſtere valeat, velſi mouendo quid, aut euertendo voluerit à ſuo ſtatu, quin illico cedat. Nec in eo, quod dicimus, maiori laborabunt conatu, quàm nos modo in oculorum noſtrorum motu.* Accedit ratio: *Ratio manifeſta* quia ſtatus beatificus requirit, vt corpus ſit perfectè habile ad omnem perfectionem, quam voluerit Beatus ſibi acquirere: atqui perfectio eſt, vt poſſit Beatus pro ſua libertate localiter ſe mouere, tum ad alios Beatos viſendos; non enim in cœleſti illa communitate deerunt obſequioſę viſitationes, ac mutuę inuitationes, præſertim cùm probabile ſit in cœleſti illa Patria vnumquemque Beatum propriam ſibi aſſignatam poſſeſſurum ſedem, propinquiorem, vel remotiorem à Chriſti throno, ſecundùm meritorum diuerſitatem, vt quò quiſque illi in ſanctitate & gloria erit coniunctior aut minùs coniunctus, eò futurus ſit ei ſede ac loco propinquior, aut remotior iuxta illud Ioan. 14. *In domo Patris mei manſiones multæ ſunt:* vt non ſolùm intelligatur de diuerſitate manſionum quoad beatit. animæ, ſed etiam corporis: quod indicat Sotus *in 4. diſt. 49. qu. 4. art. 7. ad finem.* Tum ad hęc *Sotus* ſublunaria corpora interdum videnda, quę permanſura ſunt ęterna ſaltem quoad orbes cœleſtes, & 4. elementa, licet multò perfectiora ac lucidiora, juxta illud Apocalypſis 22. *Vidi cœlum nouum & terram nouam;* per terram intellige reliqua etiam elementa. Dotabitur igitur corpus glorioſum Agilitatis dono, quo valeat ſuum motum celerrimè ac ſine fatigatione perficere. Confirm. Erunt in corporibus glorioſis manus & pedes, quæ ſunt organa ad motum localem: ergo ne maneant perpetuò otioſa, debebunt aliquando in actum exire.

204. Duplex de hac dote controuerſia eſt: 1. an ea tantùm ſit ad motum progreſſiuum: 2. in quo illa formaliter conſiſtat. Quoad 1. Durandus *in 4. diſt. 44 qu. 7.* putat, eam ſolùm eſſe reſpectu motus organici ac progreſſiui: Quaſi non aliam potentiam motiuam habitura ſit anima in corpore glorioſo, quàm habet nunc in mortali. Communis ſent. affirmat, fore in Beatis potentiam ad motum ſimplicem delatiuum, quo valeant ſua corpora per aëra vno quaſi impetu mouere ac librare ad inſtar ſpiritus: tum quia id indicant citata oracula: tum quia id Patres expreſsè docent: audiantur Anſelmus, qui *cit. lib. de ſimilit. c. 51.* agilitatem corporum glorioſ. ait æquandam agilitati Angelorum: *Velocitas,* inquit, *tanta nos comitabitur, vt ipſis Angelis Dei æquè celeres ſimus, qui è cœlo ad terras, & è converſo dicto citiùs delabuntur:* & paulo poſt ita concludit: *Ergo cum iſtis omnino par velocitas nobis erit, quibus ſicut promiſſa eſt, illorum æqualitas merit.* Quam velocitatem explicat exemplo radij ſolaris & ocularis: quorum ille ſtatim ab oriente pertingit ad vltimas occidentis plagas: hic ad cœlum vſque ſtatim pertingit. Laurentius Iuſtin. *de diſciplina Monaſtica c. 23. de agilitate corp. glor.* hæc habet: *Tanta agilitate erunt præditi, vt in momento in omnibus obtemperent imperio ſpiritus præſidentis, abſque retardatione, & ſine vlla grauedine ibi ſe diuertent, vbi impetus ſpiritus diriget ſe.* Tam demum; quia hæc dos erit donum naturæ corporum diuinitùs ſuperadditum: motus autem progreſſiuus ſeu organicus eſt eis maximè naturalis. Ad fund. Durandi, nego, non aliam potentiam motiuam habituros Beatos poſt reſurrectionem, quam habent nunc in corpore mortali.

Durand. Fund. *Dabitur motus ſimplex delatiuus.* *Iuſtinian.* *Ad fund. Durand.*

205. Quoad poſter. difficul. *Scotus in 4. diſt. 49. qu. 14.* agilitatem ex parte animæ collocat in ipſa potentia motiua naturali, qua ſuum corpus glorioſum tam motu progreſſiuo, quàm ſimpliciter delatiuo mouere

In quo ſita agilitas

Digitized by Google

mouere potest, ex parte verò corporis, in remotione omnium impedimentorum, quę vtrumque motum retardare possunt, vt sunt humores crassi & viscosi, qui in iuncturis, neruis, & musculis adhærescentes motum impediunt. Eandem sent. sequitur supplem. *in 4. dist. 44. qu. 2. p. 2.* Fundam. *Scoti fund.* Scoti est. Anima separata habet virtutem, qua seipsa de loco ad locum mouere potest: sed hic motus in anima separata non est organicus: ergo habet anima potentiam motiuam naturalem non organicam: igitur qua ratione potest per hanc potentiam seipsam naturaliter mouere, poterit & proprium corpus, remotis ab eo impedimentis. Maior patet: alioqui anima esset pessimæ conditionis, quàm corpora, quæ potentiam habent seipsa ad proprium locum & centrum mouendi. Minor prob. Quia cùm anima separata non habeat organa, non poterit organicè se mouere, sed instar Angeli, vno impetu se de loco in locum transferendo. Quòd si potest seipsam tali motu naturaliter mouere, non est ratio, cur non possit & suum corpus sibi vnitum. Cæterum hanc potentiam Scotus non distinguit ab ipsa potentia organica, per quam se, & suum corpus organicè in hac vita mouet. Cur autem hic semper organicè suum corpus moueat, eam assignat rationem: quia vna pars magis dispositа recipit motum priùs, quàm alia: quod est mouere organicè, mouendo partem remotiorem mediante propinquiori: Quòd si haberet omnes partes corporis æquè dispositas, etiam in hac vita anima inorganicè suum corpus moueret: cùm non habeat defectum virtutis, sed dispositionis.

Impugnant Hanc sent. impugnant aliqui Recentiores: 1. Quia ex ea sequeretur, Beatos non habituros perfectiorem potentiam motiuam in Patria, quàm habuerunt in via: imò posse virtute aliqua humana è suo loco diuelli, nec posse suum corpus glorioſum sursum tollere, sicut nec potest modò. Verùm hi non legerunt totam quæst. Scoti: vbi expressè docet, hanc potentiam motiuam in Beatis intendi, fierique perfectiorem. Quod probat exemplo potentiæ visiuæ, quæ resumpto corpore glorioso in Beato intenditur, vt possit absque vlla læsione ac difficultate quodlibet visibile intueri: similiter, inquit, *potest potentia motiua in anima intendi ad gradum perfectum, qui sufficiat ad mouendum corpus illud sine fatigatione: nec tamen erit noua potentia, sicut nec noua virtus visiua intensa in Beato, & non Beato* *Impug.* *est alia potentia visiua.* Hæc Scotus. 2. Illam alij impugnant: quoniam si hanc potentiam haberet anima mortali corpori vnita, posset illud inorganicè mouere: cùm tota anima sit in quauis parte corporis. Verùm ratiè respondet Scotus, nimirum deesse nunc ex parte corporis remotionem impedimentorum, quæ sunt grauitas, & crassi humores, qui huiusmodi motum in hac vita impediunt.

Resp. Scotus

Sent. Scoti Scotus *in 4. dist. 49. qu. 4. art. 7. post 1. concl.* dotem Agilitatis ponit in extrinsecâ virtute Dei Beatis assistentis; vt iuxta libitum eorum concurrat ad omnem motum, quo se mouere voluerint. Quamquam si daretur virtus intrinseca corpori, eam non putat superfluam Scotus. Verùm dissplicet 1. Quòd hanc dotem constituat in extrinseca tantùm virtute Dei Beatis assistentis. 2. quòd si esset intrinseca, ea potiùs ponenda foret in corpore, quàm in anima, quòd infra impugnabitur. S. Thomas *in 4. dist. 44. qu. 2. art. 3.* *Palud. qu. 4. art. 1. qu. 7.* dotem Agilitatis collocant in qualitate intrinseca, corpori causata ex animi glotia. Rich. dist. 49. a. 4. q. 7. illam ponit partim in anima, qua fiat potetior ad mouendũ; partim in corpore, qua reddatur habile mouerì.

S. Thomas
Palud.
Richar.

Dico 1. Agilitas in Beatis non solùm se tenet ex parte corporis, sed maximè ex parte animæ, eique intrinseca, ac naturali ipsius virtuti superaddita. Quòd maximè se teneat ex parte animæ, colligitur ex cit. testim. Augustini. *Ipsis*, inquit, *animis perfectissimè beatis, vt quamuis terrena, tamen incorruptibilia corpora vbi volunt, ponant, & quò volunt agant situ motuq; facillimo.* Accedit ratio: quia non anima per corpus, sed corpus per animam mouetur. Atqui si hęc virtus esset in corpore tantùm, non corpus per animam, sed anima per corpus moueretur; nam ab eo inciperet motus, in quo virtus motiua esset, quia prius corpus moueret se, quàm suum motum communicaret animæ. Quemadmodum hostia consecrata mouendo seipsam deorsum, priùs moueret se, quàm Christi corpus sacramentaliter sibi vnitam: nam hoc moueret mediante motu, quo primo seipsam moueret: Confir. Si hæc virtus esset tantùm in corpore, illa esset determinata ad vnum, vel per modum grauitatis ad locum deorsum; vel per modum leuitatis ad locum sursum: quia cùm non moueret liberè, sed naturaliter, neque posset vna eademque virtus naturaliter simul inclinare ad motum sursum, & deorsum, non nisi ad vnum naturaliter inclinare posset. 206.

Se tenet ex parte animæ

Quòd etiam se teneat ex parte corporis, constat: quia etsi non debeat corpus, sed animus motum producere, debet tamen corpus illum recipere, eoque moueri, quò animus impulerit: ne igitur corpus naturali sua ponderositate motui ab animo impresso resistat, debet reddi habile, non solùm ad illum recipiendum, sed etiam ad illi non resistendum. Quòd autem hæc virtus sit intrinseca ex parte animi, eiusque naturali virtuti superaddita, prob. tum quia sola virtus naturalis non sufficit ad explicandum motum, quem scripturæ & Patres corporibus glorioſis tribuunt: igitur præter naturalem potentiam animæ & corpori congenitam, debet esse aliqua virtus eis diuinitùs superaddita. Tum quia, quod per intrinsecam virtutem fit, connaturaliùs fit: ergo si talis motus fieri potest per virtutem Beatis intrinsecam, ita dicendum erit, cùm semper Deus, præsertim in statu beatifico, res disponat vt connaturaliùs agant: nam hoc requirit perfectio illius status. Confirm. quia cùm possit Deus vel sola sua extrinseca virtute, vel cum intellectu & voluntate Beati ad claram sui visionem, amoremque beatificum concurrere, ad perfectiorem connaturaliorem que modum agendi, indit illis intrinsecas qualitates, quibus huiusmodi potentiæ eo intrinseco instructę connaturaliùs perfectiusque suos actus eliciant.

Et corporis:

Intrinsecè addita

Dico 2. Virtus, quæ ex parte animæ superadditur, vel est augmentum potentiæ motiuæ, si hæc augmenti capax est, vel qualitas aliqua in substantia naturalis, indebita naturaliter animę; quæ vero ex parte corporis, est tum continua subministratio purissimorum spirituum; tum negatio diuini concursus, ne naturalis corporis grauitas actiuitate suâ impediat impulsum corporis delatiuum. Prior pars patet: quia si potentia motiua animæ est intensibilis, & augmenti capax, rectè poterit per augmentum virtutis motiuę hæc agilitatis dos ex parte animæ explicari: quia cùm hic motus non fit diuersæ rationis ab eo, quem anima separata naturali sua virtute producere potest, non requiret principium productiuum diuersum, sed sufficiet idem principium intra suam speciem auctum atque intensum. Atque iuxta hunc modum probabilis est sent. Scoti. Si verò potentia motiua non est augmenti capax, tunc fieri debet per qualitatem, in substantia 207.

Augmenti potentia motiua

Vel qualitas:

Digitized by Google

substantia quidem naturalem, cùm similis virtus motiua naturaliter competat Angelis: cùm tamen virtus supernat. in substantia nulli creaturæ naturaliter competere possit, *vt* 1. *tomo disp.* 9. 5. 6. ostendo, tamen naturaliter animæ indebitam ac supernat. quoad modum. Etenim cùm anima rationalis naturam habeat Angelo imperfectiorem, non poterit illi æqualis virtus motiua competere, cùm nulla proprietas excedat naturam, cuius est proprietas. Cùm igitur per hanc dotem Agilitatis homines Beati similes futuri sint Angelis in pernicitate motus, consequens est, vt hæc virtus sit illis naturaliter indebita, ac supernat. quoad modum.

Sublatio grauitationis.

Posterior pars prob. quia ex parte corporis nil aliud requiritur, nisi hęc duo: Primum, vt tollatur impedimentum, quæ est ipsa actiua nutatio grauitatis, per quã corpus actu resistit motui sursum. Suppono autem, corpora non resistere motui contrario per suas virtutes formaliter, sed actiuè, producendo in se impulsum, quo formaliter contrario motui resistunt: quod inde constat, quia elementa in proprio loco non grauitant, nec leuitant, cùm tamen retineant naturalem grauitatem, & leuitatem: atqui si formaliter grauitarent, aut leuitarent per suas virtutes, etiam in proprio loco nutarent. Porrò hæc actiua corporis nutatio sufficienter tollitur per solam diuini concursus substractionem: vnde necesse non erit, tollere naturalem ipsam grauitatem. Ita intellige August. *lib.* 22. *de Ciuit. c.* 11. vbi videtur huius impedimenti remotionem ponere in sublatione naturalis grauitatis. *Itane* inquit, *Deus omnipotens, qui ipsa creauit elementa, terreno corpori graue pondus auferre non poterit, vt in eodem elemento habitet viuificatum corpus, in quo voluerit viuificans spiritus?* Intelligit autem de pondere non grauitante in actu 2. grauitante in actu 1. nam hoc tantum modo impedit formaliter motum sursum.

Concursus diuini

Spiritus purissimi

Secundum, vt sit corpus dispositum per purissimos nobilissimosque spiritus ab omni fæce & sordore purgatos, qui neruos & musculos immediata organa motus, perfectissimè habilitent ad omnem motum promptissimè exercendum. Neque huiusmodi spiritus erunt in corporibus gloriosis fluxiles ac corruptibiles, vt in nostris mortalibus corporibus, sed consistentes ac perpetui, sicut est corpus ipsum. Quòd autem in nobis per motum localem aliasque sensationes huiusmodi spiritus pereant ac consumentur, non prouenit ex natura motus localis vt sic, siquidem ille est etiam in Angelis & anima separata, in quibus nulli sunt spiritus; nec ex natura sensationum, nam hæ essentialiter tantùm requirunt potentiam, & obiectum debitè approximatum, vel loco ipsius speciem; sed ex fluxibilitate & corruptione, quam ex ipso corpore mortali participant; & in corpore glorioso oriuntur cum consistentia & incorruptibilitate. Lege *sinistra* 3. *p. tomo* 2. *disp.* 47. *in fine.*

208. *Infer.* 1. Infertur 1. per dotem agilitatis Beatos velociùs sua corpora deorsum moturos, quàm per suammet naturam grauitatem. Quia hæc virtus superaddita est perfectior in ratione mouendi ad omnem partem, quàm sit ipsius naturalis grauitas: cùm sit quædam participatio Angelicæ virtutis. *Infer.* 2. Hanc virtutem inæqualiter Beatis infundi, iuxta inæqualitatem meritorum: tametsi Scotus putet hanc inæqualitatem non esse in hac dote necessariam, cùm hæc non tam pendeat ex meritis Beatorum, quàm ex natura status beatifici, cui illa est debita. Sed oppositum probabilius est; constabitque à paritate dotis Claritatis, quæ infunditur inæqualis, iuxta inæqualitatem meritorum, vt colligitur ex 1. *ad Cor.* 15. Tertiò, Beatos per hanc virtutem non solùm mouere posse propria corpora, sed etiam alia à se distincta, vel illa impellendo, vel secum trahendo, sicut ea mouent Angeli. Sed quanta erit hæc virtus respectu aliorum corporum Anselmus *de similit. c.* 52. *in fine*, putat esse tantam, vt per eam Beatus valeat totam terræ molem commouere, si velit. Quod tamen probabile non videtur: cùm nec Angeli eam commouere valeant: & principales mundi partes è proprijs sedibus dimouere, sit solius Dei, à quo totius vniuersi ordo pendet. *Infer.* 3.

QVID DOS CLARITATIS?

209. *Claritas varia:* CLaritas trifariam sumitur. 1. Pro eo quod aptum est ad seipsum manifestandum, propter perfectionem & puritatem suæ speciei, sicut lumen ob puritatem & perfectionem suæ naturæ, aptissimum est ad seipsum manifestandum. 2. pro aptitudine recipiendi in se lumen, quo pacto dicuntur clara, tersa ac polita corpora, quę apta sunt in se lumen recipere ex incidentia radij solaris, vel alterius corporis luminosi: 3. Pro ipsa qualitate luminosa corpori intrinsecè inhęrente, quomodo dicitur clarus sol, & quodlibet aliud corpus intrinsece lucidum. Conueniunt Doctores, corpora Beatorum post resurrectionem futura primo & secundo modo clara: tum propter puritatem & perfectionem complexionis & temperamenti, excludentis omnem extraneam qualitatem, ac proinde erunt perfectè manifestatiua sui: tum propter aptitudinem ad recipiendum lumen ex incidentia radiorum aliorum corporum lucidorum, cùm sint perfectè tersa ac polita. Difficultas tantùm est de tertio modo, an sint futura clara per aliquam lucem sibi inhęrentem. Potissima ratio dubitandi: quoniam lux & color repugnant in eodem subiecto simul; cum illa requirat corpus perspicuum opacitate terminatum: cùm igitur corpora Beatorum futura sint colorata, est enim color maxima humani corporis perfectio, quam Augustinus ponit in ipsa definitione pulchritudinis, à quo 22. *de Ciuit. c.* 19. sic definitur, *Omnis corporis pulchritudo est partium congruentia cum quadam coloris suauitate,* non poterunt simul esse simul colorata & interna luce clara: quoniam vt possent esse interna luce clara, deberent esse diaphana & transparentia, vt corpus vnius Beati non impediat visionem corporis alterius Beati: proinde carerent terminatione & opacitate ad intuendum colorem necessaria: atqui oculus magis delectatur videre colorem, & figuram corporis humani, cùm hęc sit propria forma & pulchritudo ipsius, quàm lucem, quę communis est etiam cum corporibus inanimatis. Vnde magis delectamur videre faciem hominis congruis lineamentis, coloribusque formatam, quàm ipsam lucem solis, vel alterius luminosi corporis fulgorem. Adde, quòd lux ipsa in corpore glorioso existens, præsertim si sit summè intensa, vt communiter ponitur, reuerberaret oculos Beatorum, & non permitteret ab eis propriam figuram & colores distinctè videri. *An vera?* *Ratio dub.* *Pulchritudo definitur*

210. *Sent. remedo* Propter has rationes Scotus *in* 4. *dist.* 49. *qu.* 15. etsi non neget, corpora gloriosa fore lucida luce inhærente, si talis lux cum nativo colore & figura ex proprio temperamento consurgente sit compossibilis; de hac tamen compossibilitate videtur subdubitare. Bonauentura verò *in* 4. *dist.* 49 *p.* 2. *art.* 2. *quæst.* 1. *& Gabriel dist.* 44. *qu.* 2. *p.* 3. *conc.* 5. etsi concedant, corpora Beatorum fore luminosa luce

Digitized by Google

luce in se recepta, negant tamen illam recipi in interioribus partibus corporis, sed tantùm in superficie: idque Bonauentura explicat exemplo carbonis, qui aduenientè igne, fit luminosus, non amittens suum natiuum colorem, quem habet ex terrestri materia: *sic*, inquit, *corpus resurgens per naturam suam habet colorem, & claritas luminis superinduet ipsum, sicut ignis carbonem.* Vnde negat, corpora glorioſa fore peruia & transparentia: ac proinde etiam negat, internam harmoniam corporis glorioſi patescere oculis corporeis aliorum Beatorum; quod tamen Patres passim concedunt, vt infra constabit; sed tantum oculis mentis. Fundamentum ipsius est: quoniam si corpora Beatorum forent peruia & transparentia, lucem intus recipientia, non possent eorum organicę partes distinctè ac dearticulatè videri. Reliqui Scolastici *in* 4. *dist.* 44. & 49. vnanimiter docent, corpora Beatorum resurrectura clarâ claritate interna, nec tantùm in extima superficie, sed in internis etiam partibus, ita vt tota harmonia & compositio corporis humani pateat oculis singulorum. Cum qua interna luce & claritate stabit, vt natiui singulorum colores, effigies, & figuræ tam totius corporis, quàm singularum partium distinctè ac dearticulatè ab omnibus videantur, cùm id omnipotentiæ Dei minimè difficilè sit: & alioqui hanc claritatem exigit perfectio illius status. Etenim si Moyses in hac vita mortali ex sola conuersatione cum Angelo, qui loco Dei illi apparebat, tantam claritatem contraxit in facie, vt ex splendoris magnitudine cornuta videretur Exod. 24. *ita vt*, 2. ad Cor. 3. *non possent intendere Filij Israel in faciem Moysi propter gloriam vultus eius*, quam propterea debebat Moyses velare. Qualem claritatem putandum est, contractura corpora Beatorum ex intima conuersatione cum Deo, clarè se Beatis manifestante? quantam lucem ex beatitudine animę in corpus redundaturam? quam sent. confirmant oracula sap. 3. *Fulgebunt Iusti.* Danielis 12. *Fulgebunt quasi splendor firmamenti, & quasi stellæ in perpetuas æternitates.* Matth. 13. *Tunc Iusti fulgebunt sicut sol in Regno Patris eorum.* 1. ad Cor. 15. *Seminatur in ignobilitate, surget in gloria:* ad Philip. 3. *Reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ.*

Claritas erit interna.

S. Scriptu.

211. Accedunt Patres. Cyrillus Hierosolymitanus catecheſi 18. circa medium. *Iusti* inquit, *splendebunt vt sol, & tanquam Luna, & sicut splendor firmamenti. Et præuidens istam hominum incredulitatem Deus vermibus paruulis æstate lucidum dedit corpus, vt ex apparentibus crederetur id, quod expectamus: qui enim partem potest præstare, poterit & totum: & qui fecerit, vermis vt lumine splendeat, multo magis illustrabit hominem iustum.* Augustinus 22. de Ciuit. c. vltimo: *Omnia membra & viscera incorruptibilis corporis, qua nunc videmus per vsus necessitatis varios distributa, quoniam tunc non erit ipsa necessitas, sed plena, certa, secura, sempiterna felicitas, proficient in laudibus Dei. Omnes quippè illi, de quibus iam sum locutus, qui nunc latent harmonia corporalis numeri, non latebunt, intrinsecùs, & extrinsecùs per corporis cuncta dispositi, & cum cæteris rebus, qua ibi magna atque mirabiles videbuntur, rationales mentes in tanti Artificis laudem rationalis pulchritudinis delectatione succedunt.* B. Gregorius lib. 18. in Iob c. 27. explicans versiculum illum. *Non adæquabitur ei aurum vel vitrum*, hæc scribit: *Quid ergo aliud in auro, vel vitro accipimus, nisi illam supremam Patriam, illam beatorum Ciuium societatem, quorum corda sibi inuicem & claritate fulgenti & puritate translucent:* & paulò post: *patebit corporalibus oculis ipsa etiam corporis harmonia, sicque vnusquisque tunc erit conspicabilis alteri, sicut nunc esse non potest conspicabilis sibi:* & infrà. *Sed quamuis in ea Sancti omnes tanta claritate fulgeant, tanta perspicuitate transluceant &c.* Anselmus in Elucid. fine, interrogatus Magister, qualia corpora habituri sint Iusti, respondet, *immortalia & incorruptibilia, vt splendidum vitrum pellucida.* B. Laurent. Iustin. ita lib. de discipl. c. 23. de hoc scribit: *Nimia quoq; claritate fulgebit, ita vt solis septies transcendat splendorem. Non autem lumine suo intuentium se reuerberabit aspectum, sed ineffabili quodam modo confortabit, clarificabitq;, adeò vt viscerum, cæterorumque membrorum harmonia conditoris declaret magisterium admirandum.*

Cyrill.

Auguſt.

Gregor.

Anſel.

Iuſtinia.

212. Accedit ratio, ducta à glorioso corpore Christi, quod exemplar est reliquorum: nam vt in hac mortali vita *per omnia voluit fratribus assimilari, vt Pontifex fidelis ad Deum fieret*, Hęb. 2. ita in beatâ futurus est nobis persimilis, vt singularem suam erga Iustos charitatem ostendat: At corpus Christi non est tantùm lucidum ab extrinseco fulgore, sed ab intrinsecâ luce, & claritate inhærente, vt ex Apoc. 21. dicitur, *Ciuitas Dei non egere sole & luna, quia lucerna eius est agnus.* Id confirmat ipsius transfiguratio, in quâ claritatē in facie discipulis ostendit, non ab extrinseco luminoso corpore, sed ab intrinseco per redundantiam ab intrinsecâ animi beatitudine. Nec ratio dubit. aliud probat, quàm naturalem repugnantiam simul coniungendi in eodem corpore colorem & lucem in summo, ob contrarias dispositiones, quas in subiecto requirunt. Illam autem Deus facilè superare potest, vt reipsâ superat in corpore glorioso Christi. Negandum præterea, lucem impedire, quin distinctè & dearticulatè videantur omnes & singulæ partes organicæ cotporis glorioſi: nam potest Deus ita lucis fulgorem attemperare, vt propriā vniuscuiusq; membri figuram & colorem non impediat, vti attemperauit in transfiguratione lucem, qua Christi *facies sicut sol resplenduit.* Matth. 17.

Ratio.

Ad rat. dub.

213. Porrò hæc claritas non erit in omnibus corporibus Beatorum æqualis, sed maior aut minor, iuxta exigentiam meritorum, 1. *Cor.* 15. *Alia est Claritas solis, alia claritas lunæ, & alia claritas stellarum: stella enim à stella differt in claritate, sic & resurrectio mortuorum.* Addit Richar. *in* 4. *dist.* 49. *a.* 4. *qu.* 6. hanc non esse æqualem in omnibus partibus eiusdem corporis, eo quòd aliquæ maiorem, minorem aliæ, ad sui pulchritudinem claritatem requirunt. Docet Sotus, credibilius esse, quòd minimus Beatorum sole fulgentiùs splendebit: nam si cœlorum lux, inquit, propter statum filiorum Dei augenda erit, ratio expoſcit, vt Beati ipsi cœlorum luce micantiùs splendeant. Quod attinet ad gradum certitudinis huius sent. de fide est, quod notat Sotus *in* 4. *dist.* 49. *qu.* 4. *art.* 8. *conc.* 1. corpora Beatorum futura clara ac lucida: cùm id expresè promittant diuina oracula, & Patrum. Modus de fide non est: probabiliſſimè tamen ex illis deducitur, hanc claritatem fore intrinsecam & inhærentem ipsis corporibus; non superficie tenus, sed & in ipsâ profunditate, & viscetibus, vt tota humani corporis harmonia in laudem & gloriam conditoris patefiat, etiam corporis oculis.

Claritas inæqualis

Certitudo sent.

Tres supersunt de hac dote difficultates; 1. an hæc lux, qua Iustorum corpora fulgebunt, futura sit eiusdem speciei cum cœlesti nostrate. 2. An ea visibilis sit ab oculo non glorificato. 3. an in potestate Beati sit, hanc alijs occultare.

214. Quoad 1. Richard. *in* 4. *dist.* 49. *art.* 4. *quæst.* 6. §. *ad argum.* quem sequuntur *Suarez tomo* 2. *de Incarn.*

Digitized by Google

Lux diuersæ speciei

Incarn. disp. 48. sect. 2. & Lessius lib. 3. de summo bono c. 5. putat, claritatem futuram diuersæ speciei à cœlesti nostrate, in quam sent. inclinat etiam Sotus loc. cit. concl. 2. Fund. Claritas beatorum corporum causatur à beatitudine & intellectuali claritate animæ: at hæc est diuersę speciei à claritate intellectuali naturali: ergo & claritas corporis ab ea proficiscens. Confir. nam claritas beatorum corporum habet aliquas proprietates, quas non habet claritas solis, aut quęcunque alia cœlestis claritas: nam primò illuminat quodcunque subiectum, siue rarum, siue densum, siue opacum, siue penuium & transparens. 2. Illuminat, & non calefacit. 3. non est lux pertinens ad ordinem naturæ, sed ad statum gloriæ. S. Thomas *in 4. dist. 44. qu. 2. art. 4. ad 2. qu. & in solut. primi*, & alij censent, lucem beatorum corporum esse eiusdem speciei cum luce cœlorum: quia hanc lucem scriptura nobis explicat per lucem solis; si autem esset alterius speciei, ea per lucem solis nobis non notificaretur: *sicut qui dicit*, inquit, *canem esse in cœlo, nihil notificat ei, qui non nouit, nisi canem, qui est animal.* Verùm vtraque sent. incerta est: & rationes vtriusque facilè solui possunt. Neque exemplum de cane cœlesti & terrestri ad rem facit: nam hi æquiuocè tantùm & in solo nomine conueniunt. vnde neuter est ad alterius naturam manifestandam idoneus. Lux autem beatorum corporum etiamsi futura sit alterius speciei, vniuocè tamen conueniet cum nostrate. Probabilior sent. S. Thomę: cùm nulla sit necessitas asserendi, lucem beatorum corporum futuram diuersæ speciei à nostrate: & argumenta contrarię sent. facilè solui possint.

Affirmant.

Negat. S. Thom.

Probabilius.

215. *An visibilis lux?*

Quoad 2. difficul. Richardus loco cit. censet, lucem illam futuram oculo non glorificato inuisibilem: probat ex August. 22. *de Ciuit. c. 19.* vbi ait, quòd *claritas in Christi corpore, cùm resurrexit, ab oculis discipulorum potiùs abscondita fuisse, quàm defuisse credenda est: non. n.* subiungit, *eam ferret humanus atque infirmus aspectus, quando ille à suis ita deberet attendi, vt posset agnosci.* Confirmat: quia si potuisset hæc claritas ab oculis discipulorum videri, eam illis Christus ostendisset, sicut illis ostendit dotes subtilitatis, quando ingressus est ad eos ianuis clausis; agilitatis in Ascensione; imò & similitudinem claritatis in transfiguratione. Huic sent. concordat supplem. *in 4. dist. 44. qu. 2. p. 3. dub. 1.* S. Thomas loco cit. *Scotus in 4. dist. 49. qu. 15. § ad 1. Argentinas in 4. dist. 49. art. 1. Suarez* & alij putant, eam esse visibilem ab oculo non glorificato. Et sanè in sent. S. Thomæ, & eorum, qui censent illam fore naturalem & eiusdem speciei cum nostrate, certum est: quidquid .n. comprehenditur sub naturali obiecto alicuius potentiæ, in illud potest talis potentia; ergo si lux illa comprehenditur sub naturali obiecto potentię visiuæ, poterit hæc etiam non glorificata in illam tendere. In sent. eorum, qui docent, hanc lucem futuram diuersę speciei, difficilius est probatu. Id tamen probat Suarez: quia licet sit diuersę speciei, non erit tamen quoad substantiam supernaturalis, cùm sit corporea; neque quoad modum, cùm non appareat, qualis sit iste modus. Confirm. nam eatenus non posset talis lux ab oculo non glorificato videri, quatenus propter naturalem actiuitatem, & reuerberationem, non posset ab humano & infirmo oculo, vt Augustinus ait, intendi: at talis lux non agit actione naturali, ob quam solùm nequiret ab oculo non glorificato videri; sed tantùm actione intentionali, quæ oculum non lædit, sed demulcet. Vnde probabile putãt hi Authores, huiusmodi lucem ad maiorem confusionem videndam in extremo iudicio ab oculis corporeis damnatorum.

Affirmant.

Negant.

Suarez probat

216. *At cur lux Christi discipulis inuisa?*

Hæc Suarez ratio cum suâ confirm. etsi probet, lucem hanc non fore extra naturale obiectum potentię visiuæ, haud tamẽ saluat, cur noluerit Christus post resurrect. illam discipulis ostendere, quibus tamen alias sui corporis dotes ostendit. Nam si talis lux agit actione solùm intensionali, quæ oculum demulcet, potuisset absque vlla læsione ab oculis non glorificatis discipulorum videri. Quapropter hic discursus potiùs ostendit, hanc lucem fore eiusdem naturæ cum nostrate: ac proinde, quia naturâ suâ petit agere vtraque actione, naturali, & intentionali, non potuit ab oculis non glorificatis, absque læsione & reuerberatione naturaliter videri. Neque Christus voluit extraordinario miraculo vti, vt sui corporis claritas ab oculis non glorificatis videretur, suspendendo actionem naturalem, relictâ intentionali. Nec est par ratio de dotibus subtilitatis & Agilitatis: his .n. potuit Christus absque nouo miraculo vti. Nam etsi suspendere actionem naturalem lucis, ne intuentium oculos offendat, sit debitum oculis glorificatis, ac proinde respectu illorum miraculum dici non possit; est tamen miraculum, illam suspendere respectu oculorum non glorificatorum, cùm respectu illorum talis suspentio debita non sit. At verò corpus glorioſum suis dotibus subtilitatis & Agilitatis vti, nullum dicit miraculum, cùm talis vsus sit debitus corporibus gloriosis. *Dices.* Christus post resurrectionem sub varijs figuris se discipulorum oculis ostendit: at hoc fuit nouum miraculum respectu discipulorum, quia impediuit ne propria ipsius figura & effigies visibiles species in oculos transmitteret. Resp. disting. duplex miraculum: 1. accommodatum hominibus viatoribus, 2. non accommodatum hominibus viatoribus. Qua distinctione posita, concedo, Christum fuisse vsum miraculo viatoribus accommodato, ex aliquâ necessitate, nempe eos ad fidem, â qua deflexerant, reducendi, vel cum ijs familiariter agendi; non autem miraculo viatoribus non accommodato, cuiusmodi fuisset, ostendere dotem suę Claritatis, cuius visibilitas non nisi oculis glorificatis debetur: & ex alia parte nulla fuit necessitas, illam discipulis ostendendi. Iuxta aliam sent. quæ docet, illam corporum claritatem diuersę fore rationis à nostrate, dicendum est, illam non posse ab oculo non glorificato videri, nisi vel temperetur intermediâ aliquâ nube, vti legimus temperatam fuisse claritatem corporis Christi in transfiguratione *Matth. 17.* eandemque temperandam, respectu oculorum damnatorum in vltimo die Iudicij, iuxta illud *Matth. 26. Amodo videbitis Filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli*; vel oculum ipsum non glorificatum extraordinario aliquo auxilio fore roborandum, Legendus Sotus citatus.

Miraculum viatorib. accommodatum.

217. *Lux beato obedit.*

Quoad 3. difficul. docent communiter Theologi cum S. Thom. loco cit. *ad 3. qu.* in potestate Beati esse ab alijs videri, vel non videri: alioqui, vt ipse infert, corpus glorioſum non esset instrumentum perfectè obediens & proportionatum principali agenti, qui est animus Beati. Cæterum difficultas est, quo modo sit in potestate Beati ab alijs videri, vel non videri. S. Thomas videtur id explicare per ipsam Claritatem, quę ad liberum imperium animæ se oculis intuentium manifestet, vel occultet. Verùm contrà arguit Scotus: nulla qualitas corporea in agendo pendet ex imperio voluntatis: igitur non poterit claritas corpori glorioſo

Quo pacto?

Digitized by Google

rioso inhærens ex mero imperio animę beatæ modò transmittere, modò non transmittere species
Resp. sui in intuentium oculos. Quare dicendum est, hanc mutationem immediatè non fieri ex imperio animæ, sed ex subtractione diuini concursus ad imperium animæ beatæ: Nam ab illo immediatè pendet actionis desitio, in cuius potestate est ipsa actio: at actio immutatiua visus non est in potestate animæ immediatè, sed Dei: nisi dicamus illam specialiter pendere ab ipsâ etiam animâ; quod temerè & sine fundamento dicitur: igitur desitio eiusdem immediatè pendet à solo Deo ad imperium Beati.

SECTIO XVIII.

Quænam oblectamenta percepturi sint Beati ex vsu sensuum?

218. *Erit vsus sensuum* COnstans est Patrum & Scholast. sent. Beatos non priuandos in suis corporibus glorioſis vsu & exercitio suorum sensuum. Nam etsi de vsu aliquorum sit controuersia, de qua infrà, vniuersaliter tamen nemo negat, eos aliquorum saltem sensuum vsum habituros, ex eisque oblectamenta percepturos. Nam sicut illi in hâc vitâ fuerunt doloris & tristitiæ participes, ita & in alia fient beatitudinis consortes, vt rectè Nazianz. orat. 10. loquens de Fratre suo Cæsario: *post etiam aliquanto,* inquit, *cùm cognatam carnem à terra, qua & dederat, & in fidem acceperat, receperit: tum demum eam quoque ad gloriæ cœlestis hæreditatem secum admissuram: & quemadmodum ob naturæ coniunctionem erumnarum ipsius particeps fuerat, sic etiam iucunditates suas cum ipsâ communicaturam, totum videlicet corpus in seipsum absumentem, & cum eo vnum effectam, & spiritum & mentem & Deum, absorpto nimirum à vita, eo quod mortale & caducum erat.* Augustinus *de Spiritu & anima c. 64. ibi erunt,* inquit, *bona corporis & animæ, qualia oculus non vidit, nec auris audiuit, nec cor hominis cogitauit.* Anselmus de similit. c. 57. *In illa futura vita delectatio quædam ineffabilis Beatos inebriabit, & inæstimabili dulcedine sui totos eos inenarrabili abundantia satiabit. Quid dixi,* subiungit, *totos? oculi, aures, nares, os, manus, guttur, cor, secur, pulmo, ossa, medulla, exta etiã ipsa, & cuncta singillatim. singulaque membra eorum in communi tam mirabili delectationis & dulcedinis sensu replebuntur, vt vere totus homo torrente voluptatis Dei potetur, & ab vbertate domus eius inebrietur.* Quod vlteriùs explicat accommodato exemplo ferri igniti: quod sicut, vt c. 56. scribit, *omni sui parte continet ignem, sic in se Beati voluptatem.* Laurentius Iustinianus *de disciplina monasticę c. 23. circa finem. Gloria quippe & honore, & immortalitate, & æternitate circumamicta* (nempe hominis substantia) *suo inhærebit authori, sine deformitate, sine læsione, & absque macula in mensuram ætatis plenitudinis Christi, reformata per omnes ipsius sensus, multimodis exuberabit delicijs. Delectabitur oculus in amabili Redemptoris aspectu; harmonia cœlorum melodica cantica Ciuium supernorum non mediocriter mulcebunt auditum; fragrans quoque suauitas cœlestium odoramentorum mira liquefactione resperget odoratum: indicibilis etiam dulcedo omnium delectabilium melliflua quadam & iucunda satietate oris saginabit palatum. Ipse demum tactus sibi congruis abundabit delicijs, quas experti norunt.* Quorum omnium optimam reddit rationem: *Fas etenim,* inquit, *non est, vt in illa cœlorum gloria quidquam vacet à Dei laude: quin potius iustum est, vt cuncta corporis membra suum modo proprio efferant conditorem, quatenus sicut ab ipso sumpsere principium, ita & in illo deducant suæ beatitudinis finem, vt sit Deus omnia in omnibus.*

Nazianz. *Augustin.* *Anselm.* *Iustinian.*

Accedit ratio à Nazian. insinuata, vt etiam sensus sit consolationis & felicitatis particeps, qui fuit doloris & tristitiæ consors. Secunda est: quia omnes potentiæ Beati erunt in Patriâ in statu perfectissimo: at perfectissimus status potentiæ est, vt semper sit coniuncta cum suo obiecto perfectiuo: omne .n. perfectibile naturaliter appetit coniungi cum suo perfectiuo: cùm igitur obiectum sit perfectiuum sensûs, & sensus perfectibilis ab obiecto, semper in Patria erit coniunctus cum suo obiecto, tanquam perfectibile cum suo perfectiuo. Confirm. 1. nam ob eandem rationem omnes potentię spirituales Beati erunt in cœlesti Patria semper coniunctæ cum suo obiecto tanquam cum suo perfectiuo. 2. Omnes sensus corporis damnatorum continuo à suis obiectis sensibilibus torquebuntur: ergo & omnes sensus corporis Beatorum à suis obiectis recreabuntur. Atque hæc de sensibus in communi: desiendendum est ad singulos. 219. *Ratio Nazian.*

Dico 1. Visus in corpore glorioso habebit suam delectationem ex obiecto visibili sibi proportionato. Assertio hęc est certa: quia in corpore glorioso manebit potentia visiua: neque in eo statu deerunt obiecta tali potentiæ proportionata; & aliunde actus talis potentiæ nullam inuoluit deformitatem beatifico statui repugnantem: ergo non est illi negandus. Maior constat in corpore glorioso Christi, qui post resurrectionem seipsum & alios videbat. Confirm. In corpore glorioso manent omnes proprietates consequentes corpus organicum: at potentia visiua est proprietas consequens corpus organicum: quod ipsum glorioſum est proportionatum obiectum potentiæ visiuæ; & quidem tanto iucundiorem delectationem causabit, quanto quoad pulchritudinem & venustatem superabit reliqua corpora: quin imò corpora tam cœlestia, quàm terrestria in meliorem statum mutanda, magnam parient oculis voluptatem. Quo circa primum obiectum visibile omnium venustissimum est Corpus Christi; dein corpus gloriosæ Matris; tum reliquorum Beatorum; demum ipsa corpora cœlestia, præsertim Cœlum Empyreum, quod est perpetua sedes Beatorum, ob singularem splendorem, quem tum ex seipso, tum ex continuâ refulgentiâ tot glorioſorum corporum habet, mirè oculos oblectabit. Adde, Deum ad votum cuiusque Beati producturum in ipsius oculos species visibiles quarumcunque rerum, quas Beatus videre concupierit: quibus speciebus instructus oculus videbit res non minus clarè & dearticulatè, quàm si eas realiter præsentes haberet. Posset etiam quis Anselmo authore *in Elucid. fine* opinari, conseruandam esse terram post peractum iudicium, *odoriferis floribus, liliis, rosis, violis immarcessibiliter perpetuò duraturam* ad oculos Beatorum oblectandos. Verùm hæc est contra Scolast. in 4. dist. 47. vbi docent, peracto iudicio nullum præter hominem mixtum permansurum, sed sola pura elementa in melius commutata cum cœlestibus orbibus splendidioribus effectis: alioqui deberet Deus continuo miraculo huiusmodi mixta construere, ne propter intrinsecam contrarietatem corruperentur. legend. *S. Thom. in 4. dist. 47. qu. 2. art. 1.* 220. *Oculus satiabitur visu* *Corporum glorios.* *Non florum*

Vltimò, quòd actus huius potentiæ nullam inuoluat deformitatem statui beatifico repugnantem, patet: nam & delectatio, quam hic actus gignit, per se honesta est; & non exercetur actione *Nulla deformitas*

corruptiuâ,

Digitized by Google

Nec molestia

corruptiuâ, sed perfectiuâ potentiæ, cùm nec corpora Beatorum, nec cœlestia, vel terrestria actura sint in oculos glorificatos actione naturali, sed tantùm intentionali, per solam specierum immissionem. Vnde etiamsi obiectum sit intensissimè lucidum, quia tamen non aget actione naturali, calefaciendo, vel alterãdo, sed intentionali, speciem sui producendo, nullã causabit oculis molestiam.

221. *A visu non cessabit.*

DICO 2. Numquam oculi Beatorum cessabunt ab exercitio videndi aliquod obiectum delectabile; sicut nec oculi damnatorum ab exercitio videndi aliquod obiectum contristatiuum. Ratio, quia dupliciter potest potentia visiua à suo actu videndi cessare, vel oculos claudendo, cùm .n. sit potentia necessaria, quæ receptis speciebus ab obiectis transmissis, necessariò elicit actum videndi, non poterit in præsentia obiectorum ea non videre, nisi ipsorum specierum receptionem impediat, oculos claudendo. At Beatus nunquam suos oculos claudet, cùm nec illos claudet per somnum, qui in statu beatifico futurus non est, nec ad ipsius Beati libitum; cùm nulla fingi possit rationabilis & honesta causa oculos in eo statu claudẽdi. Quin etiamsi Beatus suos oculos clauderet, adhuc visibiles species ab obiectis productę in eorum pupillam propter palpebrarum transparentiam reciperentur. Vel defectu obiectorum visibilium: at in Patria numquam deerunt obiecta visibilia: nam saltem locus ipse, in quo Beati perpetuo habitabunt, amœnissimus est ac lucidissimus; & corpora ipsa Beatorum erunt intuentium oculis semper præsentia. Cæterum etsi successiuè semper erunt in actu videndi aliquod obiectum, nullum tamen determinatum continuò videbunt: nam etsi hoc non repugnet, non est tamen connaturale oculo, qui dum vnum obiectum videt, propter limitatam virtutem à priori videndo cessare debet.

222. *Auditus delectationes*

DICO 3. Non carebit auditus sua propria delectatione ex obiecto audibili percepta. Est communis *Scholast. in 4. dist. 49.* solus dubius *Bonau. p. 2. huius distin. art. 3. qu. 1.* vbi duorum tantùm sensuum, visus & tactus obiecta concedit in Beatis: quia hæc duo tantùm obiecta sunt per se coniuncta cum corpore glorioso, nempe color obiectum visus, & lenitas obiectum tactus; ac proinde hi duo tantùm sensus habebunt in Patria proportionata obiecta. De sono, inquit, est dubium, an sit futurus in Patria. Verùm nostram assert. docent Anselmus, & Laur. Iustin. citati. Et fundamentum habet ex Scrip. vbi frequens mentio fit de cantu, vt *in Apoc. c. 5.* & alibi ad significandum, in Patria fore vocum concentum, ac musicum sonum. Nam in Patria futuræ sunt voces, glorioſi corporis organo formatę, vt infrà ostendam: ergo erit obiectum Auditus. Nec erit ratio negandi alia obiecta eiusdem sensus, cuiusmodi est musicus concentus, cùm hic maximè faciat ad perfectionem & oblectationem huius sensus. Confir. ex illo psal. 149. *Exultationes in faucibus eorum.* Quo loquendi modo insinuat nobis scriptura, in Patria fore laudem etiam vocalem, gutturis organo expressam. Quia non solùm Deus laudandus est ab homine animo, sed & corpore, cùm non solùm homo constet animo, sed & corpore.

Ratio

Confirm.

223. *Olfactus gustus delectationes*

DICO 4. Probabile quoque est, futurum in Beatis perpetuum obiectum olfactus, & gustus: ac proinde hos etiam sensus suas oblectationes ex proportionatis obiectis percepturos. Est contra *Bonauent. cit.* qui vtrumque obiectum negat in Beatis. Quoad obiectum gustus videtur contra *S. Thom. 4. con. gent. c. 83.* vbi negat, in futurâ vitâ esse vsum ciborum, & venereorum. Verùm explicari potest de vsu ciborum, non autem de qualitate aliqua ciborum saporem supplente. Est igitur assertio quoad vtrumque obiectum communiter recepta. Legendi *Suarez 3. p. tomo 2. Disp. 47. sect. 6. Lessius lib. 3. de summo bono c. 8.* Eamque expresse tradunt citati Patres Anselmus & Iustin. Accedit ratio. 1. Etiam hi sensus sũt honestæ oblectationis capaces: igitur ea priuandi non erunt. 2. Sæpè hi fuerunt mortificationis consortes: ergo debent consolationis fieri participes. Sicut quia ijdem sensus in damnatis fuerunt in præsenti vita inhonestæ voluptatis consortes, fient in futura doloris & tristitiæ participes.

224. *Difficultas 1.*

Verùm contra nostram assert. est duplex difficultas, 1. Quâ vtitur S. Thomas & Bonauent. sapor, eademque ratio est de odore, necessaria tantùm sunt propter indigentiam, quæ in Patria cessat. Nam sapor requiritur propter gustum, gustus autem propter indiuidui conseruationem, vt reparetur humidum radicale, quod à natiuo calore continuò absumitur: odor ad cerebrum confortandum, quod ex assidua mentis fatigatione debilitatur: in Patria autem neutram ob causam hæc obiecta necessaria sunt. Confirm. Eatenus huiusmodi voluptates honestæ ac licitę sunt, quantenus ordinantur ad proprij indiuidui conseruationem: ergo cùm in Patria hic finis cesset, eæ licitæ non erunt: cùm nunquam licitum sit, vti delectatione pro fine, quam natura adhibuit pro medio. 2. hæc obiecta non agunt in sensus actione intentionali perfectiuâ, vti visibile, & audibile, sed naturali, alterando organum per qualitatem: qui modus agendi pugnat cum impassibilitate corporis glorioſi, quod à nulla qualitate alterari potest alteratione corruptiuâ per susceptionem qualitatis in se. Confir. nã odor immittitur ab obiecto odorifero per exhalationem corpusculorũ, quæ odoriferam qualitatem deferunt ad potentiam olfactiuam: qui modus corruptibilitatem supponit in corpore odorifero. At nullum corpus corruptibile concedendum est in Patria: ergo.

Confir.

Diffic. 2.

Confir.

225. *Ad primum*

Ad 1. Resp. in Patria cessaturam intrinsecam causam, propter quam huiusmodi oblectationes sunt à naturâ institutæ; mansuram extrinsecam, ad quam finaliter dirigendæ; quę est gloria Dei, propter quam Beatus omnes suas operationes exercet. Ex quo patet ad Confirm. nam eatenus hæ delectationes sunt honestæ honestate proximâ naturali, quatenus ordinantur ad conseruationem proprij indiuidui: cæterum fieri possunt honestæ honestate remotâ ac supernat. per directionem ad Deum vltimum finem.

Ad conf.

Ad poster.

Ad 2. Primò multi negant maiorem; putant .n. omnia obiecta per se in suos sensus agere actione intentionali, esto in hac vita simul etiam agant actione naturali. In qua sent. facilè saluatur, quo pacto omnes sensus corporum Beatorum percipiant sua obiecta absque vlla alteratione corruptiua sui. 2. Esto hęc obiecta in sensus non agant actione intentionali productiua specierum, sed naturali productiua qualitatis immutatiuę organi: adhuc negandum est, per hanc actionem quicquam pati sensum Beati: eo quòd talis actio non sit corruptiua qualitatis organicæ, sed solùm productiua qualitatis obiecti. Ad Confir. nego, odorem semper immitti per exhalationẽ corpusculorũ odoriferam qualitatem in sensum olfactus deferentium, sed posse dari qualitatem odoriferam, quæ organo olfactus inhærens sit cum eo conprincipium ad quamcunque odoris sensationem eliciendam.

Ad confir.

Sicut

Digitized by Google

Sicut etiam dabilis est qualitas sapida, quæ gustus organo inhærens, sit cum ipso conprincipium ad quemcunque saporem percipiendum, quem Beatus pro suo libitu percipere voluerit. Nam si hanc virtutem habuit manna, quod olim Angelorum ministerio Deus præparauit filijs Israel in deserto: vide Lorin. in Sap. c. 16. v. 20. quātò magis credendum est, id habiturum manna cœleste, virtute Dei præparandum in faucibus Beatorum in futura vita?

226. *Tactûs volup.* D I C O 5. Percepturi sunt Beati ex attactu aliorum corporum, præsertim glorioſorum, honestam delectationem. Hanc admittit cit. loco Bonauen. Suarez, Lessius, ex Ansel. & Iustin. nam hæc etiam sensatio est perfectio corporis humani statui beatifico non repugnans. *Confir.* Damnati ex ignis aliorumque corporum attactu percepturi sunt dolorem: ergò è conuerso Beati ex attactu glorioſorum corporum percepturi sunt decentem oblectationem. Ex his infertur, etiam sensus internos in Beatis percepturos suam oblectationem, per suos actus, quos exercebunt.

227. *Lingua beatorum* D I C O 6. Futuræ sunt in Patria linguæ, quibus Beati mutuò sesé allocuturi sunt. Assertio est communiter recepta. Quia naturale est homini, animo & corpore constanti, non solùm locutione mentali, sed etiam vocali, internos suos conceptus posse alijs manifestare: Neque obijcias ex 1. *ad Cor.* 15. in Patria linguas cessaturas: quia nō loquitur ibi Paulus absolutè, sed ex suppositione, quod etiamsi deberent linguę cessare ádhuc nunquam cessatura esset charitas. At difficultas est, quâ linguâ locuturi sint inter se Beati. Resp. vel eos locuturos omnibus linguis, quarum perfectam notitiam à Deo infusam habebunt: vel certè, quod probabilius videtur, noua lingua à Christo instituta. Nam sicut Christus erit vnicus Princeps cœlestis Regni, ita verosimile est, eundem esse institutorem nouæ linguæ, quâ omnes Beati inter se, & cum Christo collocuturi sint: sic. n. perfectius seruabitur conformitas & subordinatio cœlestis Regni, vt omnes ipsius ciues non alio idiomate, quàm ab ipso supremo Principe Christo instituto loquantur.

Veteres & nouæ

228. *Sedes beat.* D I C O 7. Perpetua sedes Beatorum erit totum cœlum Empyreum, non secundùm conuexum, sed concauum, intra quod probabile est futurum aliquod corpus spirabile, per quod vocalis sonus, & species visibiles glorioſorū corporum ad sensus Beatorum deferri queant. Primam partem docet S. Thomas 1. *p. qu.* 66. *art.* 3. & reliqui Theologi contra *Caiet. apud Molin. de oper. sex dierum* disp. 3. qui cœlum Empyreum negat, eo quòd nullum sit in scriptura fundamentum illud asserendi. Verùm nostra sent. non obscurè colligitur ex Clemente 1. qui refert (vt habetur apud Molin.) Petrum Simoni Mago respondisse, *vnum esse cœlum superius, quo continetur etiam visibile firmamentum, illudque esse perpetuum & æternum cum his, qui habitant ibi: illud autem visibile in consummatione sæculi resoluendum esse, & transire, vt illud cœlum, quod est antiquius & excelsius, post iudicium sanctis & dignis appareat.* Eandē docent Basilius *homilia* 1. *Hexam. Erat sanè status quidam mundi generatione superior abstractis illis à concretione materia potentijs mundo præstantioribus, pro decoro accommodatus, temporis etiam conditione anterior, æternus nimirum ac perpes,* (æternum intellige à parte post.) *Creaturas autem in ipso Creator omnium atque opifex perfecit, lucem spiritualem eorum beatitudini accommodans, qui Dominum amant, naturas rationis vi maximè præditas atque inuisibiles, omnesque Beatorum mentium ordines, quot quot nostra mentis quantamlibet dixeris fa-*

Cœlum empyreum

culitatem exuberant. Gloſſa in 1. Gen. *In principio &c.* & censetur Strabonis: *Cælum, inquit non visibile firmamentum, sed Empyreum, id est igneum vel intellectuale, quod non ab ardore, sed à splendore dicitur, quod statim repletum est Angelis.* Consentiunt Beda apud S. Tho. cit. alij que patres apud Molin. Quę veritas fundamentum habet in scripturis, quę cœlum appellant sedem & habitationem Dei, in qua se Beatis manifestat psal. 2. *Qui habitat in cœlis:* psal. 10. *Dominus in Cœlo sedes eius* & 102. *Dominus in cœlo parauit sedem suam* Matth. 5. *Et glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est: vt sitis Filij Patris vestri, qui in cœlis est.* Et passim alibi.

229. *A cœlis, quæ videntur, distinctum* Quod autem hoc Cœlum, quod Deus tanquam regiam sedem & thronum Maiestatis suæ elegit, in quo speciali modo gloriam suam Beatis manifestaret, in eoque cum eis perpetuò habitaturus esset, intelligatur cœlum aliquod ab his, qui videntur, distinctum, non obscurè colligi potest ex illo psal. 113. *Cœlum Cœli Domino*, hoc est Hebręorum more, cæteris excelsius ac perfectius. Adde, quòd reliquos cœlos cum terrâ Deus dedit ad vtilitatem, & delectationem hominum, supremo tantùm sibi, & amicis suis in perpetuum domicilium reseruato. Quia cùm debeant corpora Beatorum locum occupare, & locorum dignissimus sit supremum cœlum, sublimitate, claritate, amplitudine perfectione reliquos superans, hoc debuit à munificentissimo Deo pro amicorum domicilio constitui. Confir. Eadem erit sedes glorioſi corporis Christi, & reliquorum Beatorū; at sedes glorioſi corporis Christi est supremum cœlum; ergo & reliquorum Beatorum. *Maior* est de fide, scripturâ promittente, iustos vnà cum Christo regnaturos *Matth. 26. Marci 14. Luca 23. Ioan. 14. vado parare vobis locum:* & suprà cap. 12. *vbi sum ego, illic & minister meus erit.* Apoc. 21. describitur sedes Dei, & Beatorum: *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis: & ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus. Et c. 22. sedes Dei & Agni in illa erunt, & serui eius seruient illi, & videbunt faciē eius, & nomen eius in frontibus eorum, & regnabunt in sæcula sæculorum.* Conc. Trident. sess. 25. *c. de Inuocatione Sanctorum*, statuit venerandos esse sanctos *vnà cum Christo in cœlo regnantes.* Bulla Pij IV. in formulâ professionis fidei. *Minor est* etiam de fide ad Eph. 4. *Qui descendit, ipse est, & qui ascendit super omnes cœlos:* cum corpore suo, Marci vlt. *Et Dominus quidem Iesus assumptus est in cœlum, & sedet à dextris Dei:* & Act. 1. *Cumque intuerentur in cœlum euntem illum* &c. Quòd autem hoc cœlum in quod Christus ascendit, sit omnium supremum apertè ostendit citata authoritas Pauli.

Ratio tot. uincens

Describitur sedes Dei & beat.

230. *Secundùm totum Empyr.* Secunda assert. pars, quòd habitatio Beatorum futurum sit totum cœlum Empyreum, videtur esse contra eos, qui vel putant Empyreum secundùm supremam partem esse quadratū, iuxta illud *Apoc.* 21. *Et ciuitas in quadro posita est:* vel non nisi eam partem à Beatis habitandam, in qua tanquam in regio throno Christus sedet conspicuus omnibus. Assertio prob. 1. quia cùm vnusquisque Beatus in cœlo suam habeat sedem, proprijs meritis ac virtuti proportionatam, à sede aliorum condistinctam, hoc. n. facit ad maiorem dignitatem & amplitudinem regni, eiusque ciuium: cumque multitudo Angelorum ac Beatorum sit penè innumerabilis, vastissimus requiritur locus ad innumerabiles amplissimasque sedes singulis assignandas. Credendum etenim est, adæquatam sedem vnicuique Beato assignandam, non esse solùm eam, quam corpus glorioſum sua quantitate occupare

Ratio 1.

Digitized by Google

potest, sed longè ampliorem iuxta merita & virtutem ipsius. Sed quid de Angelis putandum, qui quò perfectioris sunt naturę, eò ampliorem sphæram suę locabilitati commensuratam occupabunt? quòd si præter spatium propriæ locabilitati commensuratum, habebit quisque aliud, ad quod pro suâ libertate se transferre poterit, non occupando proprias aliorum sedes, quàm immensa oportet esse illa spatia? nisi dicamus, Empyreum secundùm totam suam amplitudinem & rotunditatem incolendum à Beatis, vix poterunt, tot tantæque sedes singulis Beatis distribui. certè si quadratum sit, non nisi secundùm vnam partem habitari poterit. Leg. Caiet. *in 3 p. qu. 52. art. 5. & Suarez in comment.*

Ratio 2. *cit. art.* Secunda ratio: cùm Empyreum à Deo conditum sit, vt perpetua sedes ac regio Beatorum, indecorũ foret, si aliqua pars ipsius maneret ęternùm priuata habitatoribus, propter quos condita est. Sicut indecorum foret, nec artificis sapientiam commendaret, si aliqua pars domus esset, quæ nunquam esset habitabilis. Cùm igitur Deus, vt optimus Artifex, nihil frustra condiderit in hoc cœlesti palatio, quod ab origine mundi Beatis præparauit, sed omnia iuxta numerum sedium Beatorum adaptauerit, credendum est, nihil in eo fore superfluum, nihil vacuum, nihil inhabitatum.

231. *Difficultas* Vna in hac sent. superest difficultas: si totus globus cœli Empyrei à Beatis inhabitabitur, quo pacto poterunt qui oppositam partem cœli incolent, Christi aliorumque Beatorum corpora, qui aliam oppositam eiusdem cœli partem habitabunt, corporeis oculis videre? cùm vix credibile sit, ad tantum spacium oculum corporeum se extendu-

Soluitur 1. rum. Verùm hæc solui potest 1. Si dicamus, in ea parte cœli, in qua ordinaria Christi sedes est, collocari homines Beatos cum suis corporibus, singulis propriâ sede assignatâ, iuxta vniuscuiusque merita, vt quantò quis alios meritis excedit, tantò propinquiorem Christo ampliorem̃que sedem habiturus sit: in alia verò parte Angelos, qui ad videndum Christi, ac Beatorum glorioſa corpora corporeis oculis non indigent, sed mentis, qui ad videndum localem prȩsentiam non requirunt, sed intentionalem tantùm, quam habere possunt etiam

Soluitur 2. loco distantissimi. 2. Si dicamus, corporeos oculos Beatorum ita roborari, vt absque vlla difficultate valeant Christi, aliorumque Beatorum corpora, quantacunque distantia dissita intueri: præsertim cùm ad obiectum intuendum non requiratur, vt obiectum sit realiter præsens, sed sufficiat, si tantùm propria species ipsius habeatur, vt *suprà* & 1. tom. disp. 9. sect. 3. à nobis fusè explicatum est. Ad hoc etiam deseruit pernicissimus motus, quo prædita sunt Beatorum corpora, vt ex quacunque distantia breuissimo tempore possint se inuicem inuisere ac sibi ipsis præsentia fieri.

Dixi, *ordinaria Christi sedes:* nam putandum non est, Christi corpus, semper manere fixum in vno cœli situ, sed interdum spatiari, ac sedem ex vno loco in alium mutare, iuxta illud *Apoc.* 14. Hi, nempe Virgines, *sequuntur Agnum quocunque ierit:* pari modo Beatos frequenter ex vno loco ad alia commigrare ad inuicem visendos, & mutuæ charitatis officia exercenda: Christum̃que ipsum propinquiùs accedentes externis obsequijs adorare, iuxta illud *Apoc.* 4. *Procidebant viginti quatuor seniores ante sedentem in throno & adorabant &c.*

232. *Non connexa pars sedes beat.* Tertia pars, quòd cœlum Empyreum non sit futura habitatio Beatorum secundùm partem conuexam, sed secundùm concauam, videtur contra S. Thom. 3. *p. qu. 57. art. 4.* docentem, corpus Christi esse supra omnes cœlos, iuxta illud *Eph.* 4. *Ascendit super omnes cœlos*: & *Heb.* 7. *Excelsior cœlis factus*, ita vt, Caiet. interprete, *planta pedis eius sit supra superficiem conuexam supremi cœli:* Quia quantò corpus perfectius participat bonitatem diuinam, tantò est loco superius: sed Corpus Christi cœteris corporibus perfectius participat bonitatem diuinam; ergo constitui debet super omnes cœlos. S. Thomam sequitur *Suarez 3. p. tomo 2. disp. 51. sect. 1. aliiq;* Thomistæ. Nostra tamen assertio est *Durandi in 3. dist. 22. qu. 8. n. 7. Lessij lib. 3. de sum. bono c. 8. & c.* imò & *S. Thomæ in 3. dist. 22. qu. 3. art. 3. qu. 1. Ad primum* inquit *dicendum, quòd non dicitur ascendisse super omnes cœlos, quia extra cœlum Empyreum sit, sed quia in altissimam partem cœli Empyrei ascendit.* Atque iuxta hunc locum explicandus est prior citatus, quamuis ęgrè, propter responsionem ad primum. Assertio prob. 1. *Sed cõtra* quia congruentius est corpori glorioso, esse intra cœlum in pleno ac splendido loco, quàm extra, vbi nihil, nisi priuatio corporis, & infinita inanitas, omnis lucis expers. 2. Vix potest in conuexâ su- *Prob. 2.* perficiè cœli assignari diuersitas locorum, ob diuersitatem meritorum vnicuique debita: cùm ibi non possit assignari vna sedes altior alia, sed omnes eiusdem distantię à centro terræ. At, inquies, ille locus erit dignior, qui est Christi throno propinquior. Sed contrà, nam saltem in ipsa sede Christi non potest assignari peculiaris dignitas localis ordinis: nam in quacunque parte extimâ illius superficiei thronus Christi locetur, eandem habebit dignitatem in locali ordine: Contrà verò si locetur intra cœlum, poterit assignari vnus locus naturâ suâ altior, ac proinde in situali ordine dignior alio.

Tertiò, multa in contraria sent. admittenda *Prob. 3.* sunt miracula sine necessitate. Etenim cùm inter vnum corpus & aliud in extima cœli superficie constituta, nullum intermediet corpus spirabile, per quod transmitti possint species visibiles vnius corporis ad oculos alterius, & species soni loquentis ad aures audientis, necessaria erunt continua miracula ad transmittendas species visibiles atque audibiles ad oculos, & aures sine medio distantes. Paulum intellige, quòd Christus ascenderit supra *Ad arg.* omnes cœlos visibiles, vel etiam supra Empyreum, quòd in Empyreo occupet supremum locum, ad quem quò propinquiùs reliqui accedunt, eò sunt meritis & gloria digniores. Ad rationem resp. sufficere, vt corpus glorioſum collocetur in supremo loco mundi, quod est cœlum Empyreum.

Quartã partẽ, quòd debeat ibi esse aliquod cor- 233. *Corpus spirabile intra Empyreum* pus spirabile, per quod species visibiles & audibiles vnius corporis Beati ad alios deferãtur, docet Lessius, idque rationi maximè congruit: quia cùm ad hoc munus exercendum non sint idonei ipsi cœli, quippe qui, teste Iob. 37. *solidissimi quasi ære fusi sunt*, debebit per aliud corpus spirabile instar aëris intra Empyreum contentum hoc munus prȩstari. Putandum igitur est, cœlum Empyreum tribus constare partibus, infima, media, ac suprema. Infima, quæ adhuc in duas diuiditur partes, in- *Diuiditur* ferioremconcauam, qua inferioribus cœlis connectitur, & supremam conuexam, in qua tanquam in fundamento insistunt corpora Beatorum: media, quæ amplissimo suo ambitu includit totum illud spacium, quod inter conuexam superficiem infimæ, & concauam supremæ interiacet. Atque hoc spacium verosimiliùs dicimus, repletum esse corpore spirabili instar auræ suauissimę, temperatissimæ, ac lucidissimæ, mediante quo & voces Beatorum audiri, & corpora glorioſa videri naturaliter

Digitized by Google

raliter valeant: & per quod Beati ipsi pro sua libertate & oblectatione ambulare spaciarique possint: Suprema, quæ secundùm superficiem concauam sit veluti fornix ac tectum huius Regij Palatij, à Deo fabricati in perpetuum domicilium Beatorum: secundùm extimam superficiem terminat totum vniuersum, vltra quod nullum est corpus, aut spacium reale; sed infinita capacitas recipiendi infinita corpora realia, quam tamen Deus adæquatè replet per attributum suæ immensitatis. Quod cœlum tantò suâ amplitudine ac perfectione superet reliquos, quantò est cœteris altius, & propter nobiliorem finem, vsumque conditum. Atque hæc balbutiendo de cœlestibus illis gaudijs atque oblectamentis, *quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt*, dicta sint.

DISPVTATIO III.

De voluntario & inuoluntario.

DEclarato vltimo fine hominis, declaranda sunt media quibus ipsum assequimur, & sunt actus humani, seu qui nostræ subsunt libertati: libertas autem formaliter sita est in voluntate, ad cuius imperium totum animi regnum gubernatur: & voluntas prior est quàm libera potestas (est .n. voluntas principium ex præuia cognitione operatiuum; libera verò potestas superaddit in vtramque partem operandi indifferentiam) ideò priùs de *voluntario*, quod antecedit *liberum*, & desumitur à potentiâ ex præuia cognitione operante, eiusque oppositio *inuoluntario*, disputandum.

SECTIO I.

Quid sit voluntarium, & quotuplex.

1. *Arist. definit.* VOluntarium ex *Arist. 3. Ethic. cap. 1.* est, *cuius principium est in eo qui agit, particularia cognoscente, in quibus actio consistit.* Quam Aristoteles tradit de *spontaneo*, de *voluntario* definitionem omnes admittunt. Eam probat ibid. Voluntarium opponitur inuoluntario: at inuoluntarium est, *cuius principium extrinsecum est agenti*: igitur voluntarium erit, cuius principium intrinsecum est agẽti. Vnde *Damascen. lib. 2. de Fide cap. 24.* voluntarium definit esse, cuius principium & causam continet is, qui agit: quia voluntarium est opus agenti maximè connaturale: opus autem eò magis connaturale est agenti, quò à principio magis intrinseco promanat: igitur voluntarium erit illud, quod ab intrinseco principio procedit. Hinc tamen non excluditur exttinsecum principium Deus, cuius concursus ad omnem creatum effectũ necessarius est.

Ab opposito

Ratio

2. *Voluntariũ dicitur respectu principij ex præuia cognitione operantis.* Quia verò voluntarium dicitur tãtùm respectu principij ex præuia cognitione operantis, non poterit opus esse voluntarium, nisi sit præcognitum. Vnde opus ex ignorantia factum, voluntarium nõ est, teste Philos. loco cit. quia actiua causa voluntarij est appetitus rationalis, qui non agit nisi circa præcognitum. Vt igitur opus sit voluntarium, hoc est ab appetitu rationali causatum, requirit præcognitionem sui in agente: vnde si quę fuerit circumstantia ignorata, respectu illius non erit opus volũtarium, quia respectu illius non erit causatum ab appetitu, qui non operatur nisi in præcognitum. Duo igitur ad voluntarium requiruntur: 1. vt sit à principio intrinseco; 2. vt fiat ex præuia cognitione eius quod agitur. Vtrũque expressit Arist. supra.

3. *Deducitur* 1. non fore actum volũtarium illum, qui à solo Deo produceretur, quia nõ esset à principio intrinseco. *Leg. S. Tho. 1. 2. qu. 6. ar. 1. & 2. q. 23. ar. 2.* *Deducitur* 2. non solùm actus indeliberatos voluntatis, qui dicũtur *motus primo-primi*, esse voluntarios, quia licet necessariò, voluntariè tamen producuntur à principio intrinseco cum cognitione, quamuis imperfecta, obiecti, & omnium in quibus actio ipsa consistit; sed etiam esse voluntarium primum actum voluntatis: nã etiam hic fit à principio intrinseco cognoscente, contra *Caiet. 1. 2. qu. 9. art. 4. fine*, docentem, primum actum voluntatis non esse voluntarium, *quia non est*, inquit, *à voluntate vt applicante se ad volendum, sed ab exteriori agente Deo, eâ ratione, quâ motus grauis dicitur à generante.* Confirmat, alioquin in actibus voluntatis procederetur in infinitum, nisi deueniretur ad vnum qui voluntarius non sit: sed falsum est, primum actum voluntatis esse tantùm ab extrinseco agente Deo; ac necessariò deueniendum ad primum actum voluntatis, qui voluntarius non sit, vt euitetur processus in infinitũ: sufficit .n. deuenire ad primum actum intellectûs, qui voluntarius non sit, sed merè naturalis. *Deducitur* 3. voluntarium comparari vt effectus ad causam, volitum vt obiectum ad potentiam: inter obiectum autem & effectum hoc interest, quòd effectus pẽdet in suo esse à causa, obiectum verò non pendet in suo esse à potentiâ. Discriminis ratio sumenda est ex diuerso modo, quo causa tendit in effectum, & potentia in obiectum. Causa .n. in effectũ tendit communicando illi esse: potentia in obiectum fertur vel cognoscendo illud, si sit cognoscitiua; vel appetendo, si appetitiua: cognitio autem, vel appetitio, cùm sint actus immanentes, nihil reale ponunt in obiecto, nisi extrinsecam denominationem voliti & cogniti. Voluntarium igitur effectiuè pendet à principio appetente: quæ dependẽtia, si fuerit immediata, facit volũtarium elicitum, cuiusmodi est actus ipse appetendi & volendi; si mediata, facit voluntarium imperatum, qualis est omnis alius actus ab actu volendi distinctus, & ab eo aliqualiter dependens. Dico, *aliquo modo dependens*: actus .n. vegetationis & nutritionis, & quicumque voluntatis imperio non subditur, vt prima cognitio finis, quæ non procedit ex alia cognitione, cùm sit ipsa prima cognitio, voluntarij, atque adeò humani dici non possunt, eò quòd, etiam nolentibus nobis, huiusmodi actus exerceãtur: Quòd si amor beatificus dicitur voluntarius, id ideò est, quia ille suum esse recipit à voluntate, tamquam à causa immediatè producente, etiamsi ab illa necessariò procedat. Vegetatio autem & nutritio nulla ratione ab humanâ voluntate effectiuè pendent, vnde nullo pacto comparantur ad voluntatem, vt ad causam aliquo modo influentem. Obiectũ verò nullo modo pendet à potentia, quia non comparatur ad illam vt effectus ad causam, sed vt terminus extrinsecus. At, *inquies*, appetitio est volita, cùm non possit voluntas appetere obiectum, nisi simul appetendo suam volitionem per quam ad obiectũ tendit: sed appetitio non comparatur ad voluntatem vt terminus extrinsecus, sed vt effectus ad causam: ergo falsum est, volitum comparari ad potentiam vt terminum extrinsecum. Resp. appetitionem non esse formaliter volitam, tametsi dici possit formaliter voluntaria; quia volitum propriè com-

3.

4. *Actus indeliberati, sitt voluntarij: imò primus actus voluntatis.*

Caietanus reijcitur.

5. *Discrimen inter volitũ & voluntarium.*

A priori

6. *Prima cognitio finis voluntaria non est.*

7. *Dices*

Appetitio non est formaliter volita, est voluntaria.

Digitized by Google

comparatur ad potentiam vt obiectum, medio actu distincto: appetitio autem non comparatur ad voluntatem vt obiectum, medio actu distincto, sed vt actus ipse formalis & exercitus volendi & appetendi. Vnde dici potest volitus tantùm virtualiter & exercitè, cùm tamen sit formaliter voluntaria. Adhuc tamen vt formaliter volùtaria, & virtualiter volita, diuerso modo comparatur ad volùtatem: nam primo modo comparatur ad illam vt effectus ad causam, secundo modo vt terminus virtualis ad potentiam. *Dicitur* 4. spontaneum cõparari ad causam ex solâ naturali inclinatione & complacentia ad obiectum tendentem: cùm tamen voluntarium non excludat omne extrinsecum cõcurrens ac moraliter cogens. Declaro exemplis. Pontifex ex solâ complacentiâ honestatis, à nullo rogatus, sponte Petrum adoptat in Cardinalem: contrà Episcopus, ab amicis rogatus, & pænè coactus, beneficium confert Paulo, voluntariè quidem, non sponte. Et mercator tempestatis vi cõpulsus, voluntariè, haud tamen sponte, merces suas in mare proijcit. Ex quo infertur, omne spontaneũ fore voluntarium, non contrà; quia omne spontaneũ effectiuè pendet à voluntate, non tamen omne voluntarium effectiuè pendet à voluntate, nullo extrinseco suadente ac moraliter cogente.

3. *Discrimen inter volũtarium & spontaneũ.*

Quotuplex voluntarium?

Multiplex est voluntarium, aliud liberum, aliud necessarium; aliud perfectum, aliud imperfectum; aliud directum & explicitum, aliud indirectum & interpretatiuum. Liberum est, *quod ita procedit à suo principio, vt positis omnibus ad procedendum requisitis, adhuc possit non procedere:* quam definit. colligo ex Philos. 3. Ethic. cap. 1. vbi docet, *quorum principium in ipso* (supple agente) *est, ea quoque agere vel non agere in ipso situm esse.* Vnde malè Almainus *tract. 1. Moral. cap. 1.* voluntarium cum libero confundit; nam liberum includit voluntarium, tamquam inferius superius: vnde implicat dari liberum sine voluntario. Quocircà audiẽdus non est Medina, qui docet liberum separari posse à voluntario; liberum enim includit voluntarium, additque indifferentiam ad oppositum: *Voluntarium necessarium est illud, quod positis omnibus prærequisitis, ita procedit, vt non possit non procedere.* quod adhuc est duplex, alterum necessarium ex imperfectione potentiæ naturâ sua determinatæ ad vnũ; tale est voluntarium quod reperitur in brutis, & in quolibet appetitu sensitiuo respectu sui obiecti, ad quod, posita sufficiente cognitione, necessariò fertur: alterum ex perfectione obiecti adæquantis capacitatem potentiæ, atque adeò obiectiuè determinantis illam ad prosecutionem sui; talis est amor beatificus.

9. *Liberum:*

Necessariũ duplex.

10. *Quodnam perfectius?*

Controuersia nonnulla est, quodnam ex his voluntarium sit perfectius, liberúmne, an necessarium? Et quidem de necessariò ex determinatione potentiæ, nulla est difficultas, quin illud sit imperfectius libero, quod expresè docuit *S. Thom. 1. 2. qu. 6. ar. 2.* quia voluntarium eò dicitur perfectius, quò perfectiorem finis cognitionem sequitur; sed voluntarium, quod necessitatem sortitur ex determinatione potentiæ, sequitur imperfectiorem cognitionem finis, quia sequitur cognitionem finis materialiter tantùm cogniti: sola igitur controuersia est de voluntario necessario, & libero ex determinatione obiecti.

11. *Hoc in genere naturæ: illud in genere moris.*

In quâ re dicendum, vtrumque in suo genere perfectum, & solùm se habere vt excedens & excessum. Nam si loquamur de perfectione in genere naturæ, perfectius est necessarium quàm liberum; eo quòd necessarium est operatio elicita secundùm totam virtutem & plenam cognitionem obiecti: per quod differt à voluntario imperfecto, quod licet sit operatio elicita secundùm totum conatum potentiæ appetitiuæ, non est tamen operatio elicita secundùm plenam cognitionem obiecti. Voluntarium verò liberum perfectius est in genere moris, cùm sit capax meriti & demeriti, laudis & vituperij, cuius non est capax voluntarium necessarium. Cæterùm aduerte, cùm *S. Thomas 1. 2. q. 6. ar. 2.* voluntarium perfectũ appellat illud, quod est cum deliberatione finis, atque adeò solùm liberum ait esse perfectum, non excludere necessariũ ex perfecta determinatione obiecti, sed solùm necessariũ ex imperfectione cognitionis & potentiæ: nam inter hæc tantùm sit ab ipso in eo art. comparatio. Adde, quòd de hoc tãtùm volũtario in scientia morali habetur ratio, nam hoc tãtùm est capax meriti & demeriti, virtutis & vitij, in ordine ad quæ ratio voluntarij à Theologo consideratur.

12. *Indirectum non est id quod in causâ.*

Voluntarium indirectum non est in meâ sent. idem, atque voluntarium in causâ: nam possum directè per causam tendere ad effectum, & tunc effectus secutus ex causâ erit mihi voluntarius directè: vt si media potione venenata procurem mortem Petro, mors Petri ex potione, tamquam ex causâ secuta, dicitur mihi directè, non indirectè voluntaria, quia directè est à me per talem causam intenta. Est igitur voluntarium indirectũ effectus secutus ex causâ à nobis positâ, cum præuia aliqua cognitione operis secuturi, absque primaria intentione illius. Explico. Voluntarium indirectum, vt nomen ipsum præsefert, semper est opus aliquod mediatè terminans actum voluntatis, alioquin si immediatè terminaret, esset directum; ergo semper debet esse effectus aliquis secutus ex causâ directè vel indirectè volitâ; & quia nullum opus est mihi voluntarium, nisi aliquo modo pendeat ex meâ voluntate, ideò debet talis effectus sequi ex causâ à me positâ. Vnde si causa ponatur ab alio independenter à meâ voluntate, etiámsi effectus secutus mihi placeat, non erit mihi ne indirectè quidem voluntarius, sed tantùm volitus. Quia verò ad voluntarium necessariò requiritur cognitio, nisi præcedat cognitio aliqua de effectu ex causâ secuturo, non poterit mihi talis effectus esse voluntarius, ne indirectè quidẽ; nam eâ ratione, quâ opus est voluntariũ, debet esse prægnitũ: quocircà si effectus ex causâ secutus nullâ viâ fuit mihi cognitus, nullâ ratione erit mihi voluntarius. Talis fuit ebrietas ex nimio haustu vini secuta Noë.

13. *Ad id satis est si implicitè cognoscatur.*

Ex quo sequitur, non imputari nobis ad culpam effectus malos, qui sequuntur ex causâ à nobis posita, si nulla ratione illi præuisi fuerunt. Necesse tamen non est, vt opus indirectè voluntarium, sit à nobis explicitè cognitum, sed sufficit, si tantùm implicitè cognoscatur. Nec opus est, vt cognoscatur certò & infallibiliter secuturum, sed sat est, si tantùm probabiliter cognoscatur futurũ. Tandem vt voluntarium indirectum discriminetur à directo, non debet esse primaria voluntate intentum: nam, vt suprà, sola causę immediatio nõ facit voluntarium indirectum, si aliunde effectus sit primariò intentus. Aut ergo debet esse secundariâ voluntate intentus, aut tantùm permissus, hoc est neque intentus, neque positiuè non intentus, sed negatiua quadam permissione indirectè tãtùm volitus in causa, imò etiam positiuo actu nolitus in se, & solùm intentus in causâ. *Declaro* exemplo. Comedit quis cibos nimiùm calidos, ex quâ comestione præuidet probabiliter secuturam nocturnam pollutionem: si is comedit eo primario

Et sit effectus permissus in causâ

14. *Vulgare exempl. de pollutione*

fine,

Digitized by Google

fine, vt sequatur nocturna pollutio, iam hæc erit directè voluntaria per causam: si primario fine vt oblectet naturam; secundario verò, vt sequatur pollutio, iam pollutio erit indirectè voluntaria & culpabilis. Quòd si tantùm sistat in oblectatione naturæ, permissiuè se habendo ad consecutionem nocturnæ pollutionis, imò etiam positiuè illam nolendo, adhuc nocturna pollutio secuta erit indirectè voluntaria in causâ: tametsi hoc postremo modo positiuè nolita non imputetur ad culpam distinctam ab ea quę committitur in ipsâ comestione. Supponit autem hæc doctrina, nõ omnem effectum malum indirectè voluntarium, esse nobis culpabilem: *Dices*: Omne voluntarium est aliquâ 15. *Dices.* ratione volitum: ergo impossibile est, vt si futura pollutio non est volita, sit nobis voluntaria. Resp. *Resp.* sub eâ ratione, quâ effectus est voluntarius, est etiam volitus. Cùm igitur futura pollutio sit voluntaria permissiuè in causâ, etiam in causâ erit permissiuè volita, cum quâ permissiuâ volitione in causa non repugnat positiua nolitio in se: vt patet in Deo, qui permissiuè vult peccata in causâ, positiuè nolendo ea in se.

SECTIO II.

An possit esse voluntarium absque omni actu voluntatis.

16. *Negant Henricus Vasquez* PRima sent. negat: *Henrici quodlib. 12. q. 2. 4. Alberti in 2. dist. 35. a. 3. ad argum. contra 2. defin. peccati, Capreoli q. 1. a. 1. concl. 2. Conradi 1. 2. q. 71. a. 5. Caietani q. 6. a. 3. Gabr. in 2. dist. 41. ar. 3. dub. 3. Vasquez 1. 2. disp. 92. cap. 2.* Prob. 1. Voluntarium 17. *Prob. 1.* est illud, quod actiuè procedit à voluntate; implicat autem, aliquid actiuè procedere à voluntate absque positiuâ actione ipsius: igitur implicat, esse voluntarium absque omni actu voluntatis, quemadmodum implicat, aliquid actiuè procedere à sole absque positiuâ actione solis. 2. Omne voluntarium aut est formale, aut virtuale: neutrum potest esse absque omni actu positiuo voluntatis. De formali patet. De virtuali prob. nam fundatur in aliquo formali; ideò .n. volo aliquid virtualiter, quia volo aliquid formaliter in quo aliud virtualiter continetur. 3. Voluntarium nequit saluari in 19. *Prob. 3.* solo actu 1. cùm actus 1. non minùs sit principium inuoluntarij quàm voluntarij: ergo necessariò requiritur actus 2. implicat autem, esse actum 2. voluntatis sine actu voluntatis; cùm nihil sit magis ipsius, quàm actus secundus. 4. Nequit saluari meritum in solâ negatione actus indebiti: ergo nec 20. *Prob. 4.* demeritũ in solâ negatione actus debiti; igitur nullum datur voluntarium absque omni actu. 5. Omnis negatio fundari debet in aliquâ affirmatione: 21. *Prob. 5.* sed pura omissio actus debiti non potest in aliqua affirmatione fundari; ergo possibilis non est. 6. Si 22. *Prob. 6.* posset voluntarium esse absque omni actu voluntatis, fieri posset variatio absque vllâ mutatione: quod implicat. Posset homo ex non peccatore fieri peccator absque vllâ sui mutatione: vt si currente præcepto de diligendo Deo, nullum eliciat actum, sed cum eâdem aduertentiâ rationis perseueret toto tempore præcepti, tunc de non peccatore fit peccator absque vllâ mutatione sui; nam ponitur perseuerare cum eâdem omnino aduertẽtiâ rationis: ergo si neque ex parte voluntatis vllum elicit actum, mutatur de non peccatore in peccatorem 23. absque intrinseca variatione sui. 7. Implicat, voluntatem velle absque vllo motiuo; cùm sit potentia *Prob. 7.* rationalis: implicat velle ex aliquo motiuo absque positiuo actu: quia motiuum debet intendi; nec potest intendi, nisi positiuo actu voluntatis.

Secunda sent. affirmat; quæ multò plures gra- 24. uioresque habet patronos, S. Thomam 1. 2. q. 6. ar. *Affir. S. Thom. &* 3. & q. 71. art. 5. quem immeritò pro se citat *Vas-* *plures.* *quez, Richard.* in 2. dist. 35. a. 1. q. 1. *Durand. q.* 2. *Aureol. art.* 3. *Ægid. q.* 1. *a.* 2. *Herua. quodlib.* 7. q. 25. *Argent. in* 2. *dist.* 35. q. 1. *ar.* 1. *concl.* 2. *Rubio q.* 1. §. *His præmissis. Ocham in* 3. *qu.* 10. *ad* 1. *dub. &* q. 13. *ad* 2. *dub. Marsil.* in 2. q. 16. *ar.* 4. *ad* 1. & q. 21. *a.* 2. *concl.* 4. *Palat. in* 2. *dist.* 35. *disp. vn. Maiorem dist.* 42. *q.* 2. *Medin.* 1. 2. *q.* 71. *a.* 5. *Curiel. ibid. dub.* 1. §. 3. *concl.* 1. *Syluium* 1. 2. *qu.* 6. *ar.* 3. *Suarez de act. hum. tract.* 2. *disp.* 1. *sect.* 5. & *tract.* 5. *disp.* 3. *sect.* 2. *Almain. tract.* 1. *cap.* 1. *Valent. disp.* 2. *q* 1. *punct.* 1. *in fine.* Eamdem sententiam probabilem censet *Gabriel* *Gabriel.* cit. Fundam. Potest voluntas circa quodcumque 25. obiectum creatum sufficienter propositum suspen- *Fund.* dere omnem actum: sed talis suspensio est voluntaria virtualiter & interpretatiuè: ergo dari potest voluntarium absque omni actu voluntatis. Minor constat, tum quia talis suspensio est sufficiens ad contrahendum peccatum omissionis: nam si occurrente præcepto de diligendo Deo, voluntas aduertens nullum eliciat actum circa Deum, fit transgressor præcepti; nequit autem peccatum contrahi sine aliquo voluntario. Tum quia non minùs liberum est voluntati ipsum non agere, quàm agere; vtrumque enim, teste *Philos.* 3. *Eth. cap.* 1. & 5. in nostrâ situm est potestate, nam ideò ipsum agere liberum est voluntati, quia respicit principium influens cum antecedẽte potestate ad oppositum: sed etiam ipsum non agere respicit principium non influens cum antecedente potestate ad oppositum. Maior prob. quia nulla apparet implicantia, quin possit voluntas circa obiectum creatum sufficienter propositum nullum elicere actum, neque positiuè volendo, neque positiuè nolendo, sed negatiuè tantùm se habendo. *Dices*, implicantiâ esse 26. quia nequit volũtas esse absq; omni actu: vnde hoc *Dices* ipso quòd suspendit actum, circa vnum obiectum, necessariò elicere debet actũ circa aliud obiectum: qui actus quia incõpossibilis est cũ actu præcepto, suspensio ipsa actus præcepti dicitur volũtaria, indirectè ex actu positiuè incompossibili cum actu præcepto. Sed contrà, tum quia non apparet hæc *Resp.* implicantia. Nam vel esset ex parte obiecti, vel ex naturâ ipsâ voluntatis, quæ nequit esse absque vllo actu. Non ex parte obiecti, quia nullum obiectum in particulari, præter Deum clarè visum, necessitat voluntatem ad exercitium actus. Non ex naturâ ipsa voluntatis, quia voluntas non minùs est libera ad non operandum, quàm ad operandum: ergo quantum est ex naturâ ipsius voluntatis, poterit ab omni actu cessare. Tum quia ex hoc non colligitur, quòd talis actus per se requiratur ad voluntarium virtuale & interpretatiuum, sed ad summum concomitanter: quia si per impossibile talis non eliceretur à voluntate, adhuc saluaretur voluntarium interpretatiuum per respectum ad voluntatem cum potestate ad oppositũ, vt suprà: ergo ad summum talis actus requiritur ex conditione & naturâ voluntatis, quæ non potest ab omni actu cessare, non ex naturâ voluntarij interpretatiui & virtualis vt sic, quod per se saluari posset absque omni actu formali voluntatis. Confirm. 27. nam si quis, currente præcepto de contritione, ad- *Confirm.* uertens nullum per impossibile eliciat actum voluntatis, erit verus præcepti transgressor: non potest autem esse verus præcepti transgressor, nisi

per voluntarium saltem interpretatiuum: igitur ad id non requiritur positiuus actus voluntatis. Et ratio est, quia illa omissio, seu non actio eo modo quo est, à voluntate non agente est, ac proinde est effectus priuatiuus illius.

28. *Voluntarium directum & interpretatiuum*

Ad primum 1. sententiæ, concedo, id quod procedit à voluntate formaliter & directè, non posse absque positiuâ actione procedere: nego de eo quòd procedit interpretatiuè & indirectè. Quare exemplum de sole dupliciter accipi potest: 1. vt directè causante lumen, quo pacto comparatur voluntati formaliter & directè operanti: 2. vt indirectè causante tenebras, quo modo comparatur voluntati interpretatiuè & indirectè operanti. Atque hoc 2. modo exemplum fauet nostræ sent. sicut .n. sol dicitur indirectè causare tenebras, ex eo quòd non causat positiuè lumen: ita dicitur voluntas indirectè causare omissionem actus, ex eo quòd non causat positiuè actum præceptum.

29. *Ad 2.*

Ad 2. neg. minor, eiusque prob. non.n. voluntarium indirectum & interpret. reduci debet ad directum & formale; sed sat est, vt tamquam ad causam reducatur ad liberam voluntatem non operantem, cum potestate & debito operandi. nam in eo casu voluntas ita se gerit, ac si positiuè nollet actum præceptum. Ad 3. disting. consequ. requiritur actus 2. formalis, nego; virtualis & interpretatiuus, concedo. Pari modo disting. minor: nam quâ ratione est actus 2. voluntatis, eâdem est actus ipsius voluntatis; si formalis, formaliter & directè; si interpretatiuus, interpretatiuè & indirectè.

30. *Ad 3. Ad interpretatiuum sufficit actus secundus virtualis*

31. *Ad 4. A priori*

Ad 4. neg. consequ. plura .n. requiruntur ad meritum, quàm ad demeritum: quia *meritum*, auctore Dionysio, *ex integrâ causâ, demeritum ex singulis defectibus:* ad meritum requiritur, vt honestas ipsa obiecti intendatur propter se; aliter non est actus virtutis, nec consequenter meritorius; quia virtus, *ex Arist.* est propter ipsam honestatem: nequit autem honestas obiecti intendi propter se, nisi actu positiuo. Ad demeritum non est opus, vt malitia ipsa obiecti intendatur, cùm nemo intendens malum, operetur: sed sufficit si tantùm præuideatur, & nõ impediatur per productionem actus debiti.

32. *Ad 5.*

Ad 5. nego, omnem negationem aut malitiam moralem debere fundari in aliquâ affirmatione physicâ, aut morali formali; sed sufficit si reducatur ad ipsam liberam voluntatem, tamquam ad propriam causam moralem, quæ liberè aduertens instantis præcepti obligationem, non operetur, cùm possit & debeat.

33. *Ad 6.*

Ad 6. dico, fieri mutationem non physicam, sed moralem in subiecto transgrediẽte præceptum. Etsi .n. pura omissio nullum ponat actum positiuum in voluntate, posità tamen debitâ aduertentiâ rationis, sola omissio actus debiti, tali tempore facta, est moralis mutatio voluntatis, quia est contra debitum operandi, quod hîc & nunc voluntas habet ab extrinseco præcepto superioris. Quæ mutatio non est in volũtate ante tempus currentis præcepti, etiamsi præcedat plena aduertentia rationis: quia sicut ante hoc tempus non est morale debitum in voluntate, ita nec cessatio ab operatione est moralis mutatio voluntatis.

Omissio actus debiti est moralis mutatio voluntatis.

34. *Ad 7. Implicat, voluntatem velle absque omni motiuo saltem virtuali.*

Ad 7. Implicat; voluntatem velle absque vllo motiuo saltem virtuali & interpretatiuo, concedo; absque vllo formali, nego: Implicat, velle ex aliquo motiuo formali absque actu positiuo, concedo: implicat, velle ex motiuo virtuali & interpret. absque actu positiuo, nego. Ad probat. cõcedo, motiuum debere aliqua ratione à voluntate intendi, saltem virtualiter, interpret. & indirectè: Sic intenditur hoc ipso, quòd voluntas, dum potest & debet, non operatur. Confirm. nam in transgressione non debet malum positiuè & directè intendi, sed tantùm præuideri.

An possit esse voluntarium absque omni actu intellectus?

35. *S. Thomas pro affirm.*

PRo parte affirm. est *S. Tho.* 1. 2. q. 6. art. 3. ad 3. qui eodem modo ad voluntarium requirit actum intellectus, sicut actum volũtatis: sed actus voluntatis non requiritur expressè & formaliter, sed tantùm interpretatiuè & virtualiter, quatenus voluntas, cùm possit & debeat operari, non operatur: ergo nec actus intellectus requiritur, nisi interpretatiuè & virtualiter, quatenus non consideret ea quę deberet considerare.

36. *Ratio pro parte neg.*

Pro parte negante est; quia nullum voluntarium, ne virtuale quidem & interpret. intelligi potest absque sufficienti propositione obiecti: igitur nullum intelligi potest absque aliquo actu ex parte intellectus: quia ad intellectum spectat, proponere obiectum. Anteced. prob. omne voluntarium saltem supponit voluntatem proximè potentem ad illud causandum: sed voluntas non est proximè potens ad causandum voluntariũ absque actu intellectus: quia nequit operari, nisi circa prægognitum. Maior prob. nam omne voluntarium est effectus voluntatis; effectus supponit causam proximè potentem ad causandum: igitur voluntarium supponit actum ex parte intellectus. Pro explicatione,

37. *Ad voluntarium non requiritur aduertentia rationis formalis:*

Dico, ad voluntarium non requiri expressam & formalem aduertentiam rationis, sed sufficere virtualem & interpretatiuam, sine quâ implicat esse voluntarium. Prima pars assert. prob. nam licet expressa & formalis aduertẽtia sit necessaria ad voluntarium ad actum virtutis requisitũ, eo quòd illius honestas non contrahitur, nisi per expressam tendentiam ad honestatem ipsam obiecti; non est tamen necessaria ad voluntarium requisitum ad actum vitij, cuius malitia contrahitur per quamcumque præuisionem. Confirm. nam si ad omne voluntarium requireretur expressa & formalis aduertentia rationis, nullum daretur peccatum ex ignorantiâ vincibili, quia ad hoc non præcedit expressa & formalis aduertentia, sed tantùm implicita & virtualis malitiæ moralis.

38. *Sed sufficit virtualis*

2. pars prob. ea aduertentia sufficit ad causandum volũtarium, quæ sufficit ad tollendam omnimodam ignorantiam ex parte obiecti; ad hoc quippe requiritur aduertentia, vt tollat à voluntate ignorantiam obiecti, circa quod operari debet: sed ad hoc sufficit quęcumque aduertentia, siue implicita & in causâ, siue confusa & in genere, siue dubia & scrupulosa: nã omnis aduertentia ex prædictis enumeratis aliquam obiecti notitiam affert.

39. *Sine qua implicat voluntarium*

3. pars constat: quia implicat, voluntatem operari absque vllâ obiecti notitia; igitur implicat, esse voluntarium absque vllâ rationis aduertentiâ: voluntarium .n. est ipsa operatio voluntatis: igitur si implicat, voluntatem operari absque vllâ notitiâ obiecti, implicabit voluntarium absque nullâ rationis aduertentiâ. Iuxta hanc doctrinam explicandus est *S. Thomas*, pro negatiuâ parte citatus.

40. *Corollariũ primum.*

Deducitur 1. ad contrahendum aliquod peccatum in particulari, non esse necessariam distinctam notitiam ipsius peccati in particulari, sed sat esse confusam & in genere. Vt si quis dubitet, an proijciendo lapidem occidat laicum, an Clericũ, & de facto proijciendo occidat Clericum, contrahit sacrilegium, quia talis circumstantia fuit saltem in con-

Digitized by Google

in confuso præuisa. Item si quis dubitet, an faciendo aliquid, peccet mortaliter, etiamsi ignoret in particulari quodnam mortale sit, faciendo incurrit illud mortale, cuius malitiam de facto contrahit; quia per illam cognitionem confusam virtualiter & interpretatiuè voluit quodcumque peccatũ in particulari. Quòd si de facto illud non sit peccatum, tunc contrahit malitiam peccati in communi.

41. *Coroll. 2.* 2. Contrahere peccatum transgressionis præcepti de audiendâ Missâ illum, qui tempore præcepti inuincibiliter obliuiscitur præceptum, si talis obliuionis culpabilem causam dedit: quia in tali casu transgressio præcepti fuit præuisa in causâ culpabilis obliuionis.

42. *Coroll. 3.* 3. Peccare mortaliter illum, qui dubitat, an peccatum, cuius periculo se exponit, sit mortale, an veniale, nisi probabiliter putet illud esse veniale, & ex tali probabili iudicio operetur.

SECTIO III.

An ad voluntarium interpretatiuum requiratur, vt voluntas non solùm possit, sed etiam debeat agere.

43. *1. Sent. affirm.* PRima sent. affirmat: *Caiet. 1.2. qu. 6. a. 3. & qu. 19. a. 9. fin. Medina cit. qu. 6. a. 3. Curiel. ibid. dub. 2. §. 3. Syluij ibid. concl. 3. Vasquez disp. 24. c. 3.* qui docent, vt omissio aliqua, vel effectus ex omissione secutus dicatur voluntarius omittenti, requiri, vt omittens ex præcepto teneatur non omittere, alioqui omissio, & effectus secutus ad summum est volitus. *Prob. 1.* *Prob. 1.* ex *S. Thom. 1.2. qu. 6. a. 3.* affirmante, non semper quod sequitur ex defectu actionis, reduci tamquam in causam, in ipsum agens, ex eo quòd non agit, sed solùm tunc cùm potest & debet agere. 2. Ex oppositâ sent. sequitur, omnia

44. *Prob. 2. ab absurdo* peccata hominum & Angelorum esse Deo voluntaria: Sequuntur .n. ex negatione auxilij efficacis, quod Deus dare posset creaturæ ad euitanda peccata: quod absurdum ex hac sent. non sequitur, quia cùm Deus non teneatur dare auxilium efficax, quo pacto euitentur, peccata ex negatione talis auxilij secuta non dicuntur voluntaria Deo. 3.

45. *Prob. 3. à priori* Quia voluntarium debet reduci ad causam per se, aut physicè, aut moraliter influentem: est .n. effectus voluntatis ex præcognitione operantis: sed effectus ex omissione secutus non potest reduci ad causam per se, nec physicè influentem; cùm nequeat voluntas per omissionem, quæ in purâ negatione consistit, physicè influere in effectum: nec ad causam moraliter influentẽ; quia qui non debet, quamuis possit, non dicitur causa euentûs ex omissione secuti. Cæterum inter Vasquez & reliquos

46. *Vasquez* cit. hoc interest, quòd Vasquez putet, solum effectum ex omissione secutum non dici voluntarium omittenti, nisi ex præcepto teneatur non omittere: Reliqui neque omissionem ipsam dici volũtariam, nisi tantùm ei, qui debet non omittere: sic submersio nauis ex omissione actionis directiuæ secuta, in sent. Vasquez, non dicitur voluntaria, nisi nautæ, qui tantùm dirigere tenetur; ipsa verò omissio dirigendi nauem dicitur voluntaria omnibus, etiam ijs, qui dirigere non tenentur. Fundam. eius: semper omissio sequitur ex causâ expressè volitâ, vt omissio gubernandi nauim viatoribus, est ex aliqua actione incõpossibili cũ ipsâ directione nauis; quę omissio dicitur omnibus voluntaria, quia reducitur ad voluntatem tanquam ad causam remotè saltem influentem.

47. *Secunda sent. distinguit omissionem & effectum. Suarez.* Secunda sent. docet, semper omissionem, & effectum per se connexum, esse voluntarium omittenti, siue ex præcepto teneatur omittere, siue non: effectum verò, qui per accidens sequitur ex omissione, non esse voluntarium omittenti, nisi ex præcepto teneatur non omittere: est *Suarez. de actib. hum. tract. 2. disp. 1. sect. 5.* Exquâ sent. infert, nullum effectum positiuum ex omissione secutum esse voluntarium omittẽti, nisi ex præcepto teneatur non omittere; sic submersio nauis secuta ex negatione auxilij eorum, qui subuenire non tenentur, non est voluntaria ijs, qui auxilium non præstant, cùm possint: Quia nauis submersio est effectus positiuus per accidens secutus ex negatione auxilij. Fundam. quia quando effectus non *Prob.* sequitur per se ad omissionem, nequit esse effectus voluntatis, ac proinde voluntarius. Vt igitur sit voluntarius omittenti, debet omittens ex præcepto teneri non omittere. Anteced. prob. quia quod per accidens sequitur ad omissionem non est per se connexum cum ipsa: ergo nec potest dici effectus voluntatis; quæ non est causa nisi eius, quod per se ab ipsâ pendet: at nullus effectus per accidens per se pendet à voluntate, ergo nisi talis effectus moraliter connectatur medio præcepto cum voluntate, non poterit dici voluntarius respectu voluntatis omittentis. 3. Sent. absolutè negat, 48. tale debitum necessarium esse in omittente, vt omissio, vel quicumque effectus, ex ea secutus dicatur voluntarius omittenti; sed sat esse, vt voluntas tantùm possit non omittere, & omittat ex præcognitione euentus futuri: ita *Hieronym. ab Angelo in suis moral. cap. 6. in exposit. textus* 4. sequitur, *& cap. 10. init. concl. 2. Valent. 1. 2. disp. 2. qu. 1. punct. 1.* Quæ probabilior est; Pro cuius explicatione, *Tertia sent. sequenda*

49. DICO 1. Vt omissio sit voluntaria omittenti, non necessariò supponit debitum in omittente. Prob. 1. Voluntas est perfectè libera in actu primo, libertate contradictionis ad agendum, & non agendum independẽter à quocumque debito: Ergo independenter à quocumque debito potest in actu 2. agere, & non agere: Ergo sicut agendo dicitur voluntariè agere, ita non agendo dicitur voluntariè non agere, cùm non minùs ipsum non agere hîc & nunc pendeat à voluntate nolente agere, quàm ipsum agere. Confirm. Aliquid plus di- 50. cit voluntas, dum actu omittit, quod non dicit, dum actu non omittit: sed hoc non potest esse, nisi omissio ipsa voluntaria, interpretatiuè pendens hîc & nunc à voluntate omittentis, à quâ anteà non pendebat. Maior prob. Quia dum voluntas actu omittit, denominatur omittere, quæ anteà non denominabatur: ergo à formâ, quæ anteà non erat, & nunc est, cùm omnis denominatio debeat esse à formâ. Minor. ostendo. Hęc forma nequit esse nuda voluntas, quia hæc semper est eadem, nec sola cognitio, quam omittens habet de actu omittendo: hęc .n. cùm sit forma positiua, nõ potest conferre denominationem negatiuam, omittentis: Igitur erit ipsa omissio actus hîc & nunc interpretatiuè pendens à voluntate. *Explico* rem exemplo: In die profesto quis, in quo nullum habet *De missa omissione.* debitum audiendi sacrum, iudicat hîc & nunc honestum & meritorium esse audire sacrum, quod tamen voluntariè & liberè non audit, verè dicitur hic omittere sacrum. Igitur omissio sacri independenter à debito, voluntaria est omittenti: Voluntarium .n. est, quod procedit ab intrinseco principio cognoscente. Nempe ratio voluntarij formaliter importat dependentiam à voluntate expressè, vel inter- *Plus dicit voluntas dum actu omittit quàm dum actu non omittit.* *A priori*

Digitized by Google

vel interpretatiuè operante, quę prior est & præsuppositа ad omne debitum: non enim omissio est volũtaria formaliter, quia supponit debitum actus oppositi, sed quia est à voluntate liberè non agente: nec debitum facit, vt omissio sit voluntaria, sed tantùm vt sit culpabilis: quia comparatur ad voluntatem vt regula; à quâ actus non desumit rationem voluntarij (hæc .n. formaliter consistit in dependentiâ à voluntate ex præcognitione agente, vel non agente) sed tantùm proximam normam moris. Prob. 2. Si omissio esset voluntaria dependenter à debito, tanquam à conditione, sequeretur, quòd nec omissio expressè volita esset voluntaria independenter à debito: Quod etsi concedant aduersarij, nemo non iudicat absurdum. Talis .n. omissio procederet à voluntate, medio actu positiuo, à quo non solùm moraliter & interpretatiuè, sed etiam physicè & formaliter denominaretur voluntaria. Ex quo confit. Voluntarium interpret. æquiualet expresso & formali: Ergo si omissio, quæ procedit à voluntate medio voluntario expresso & formali, dicitur voluntaria, etiam quę procedit medio interpret. dicetur interpretatiuè voluntaria. Prob. 3. A paritate voluntatis diuinæ, cui non minùs est voluntaria negatio alterius mundi, quàm productio huius: & tamen nullum debitũ habet Deus creandi alium mundum: quem non minùs dicitur Deus liberè non produxisse, quàm liberè produxisse hunc: adeoque omissionem rei indebitæ posse esse voluntariam est de essentiâ voluntatis vt sic.

51. *Prob. 2. ab absurdo*

Confir.

52. *Prob. 3.*

53. *Dices* 1. Voluntarium est per influxum voluntatis, seu formalis ipsa dependentia à voluntate: omissio est pura negatio, ergo non potest esse volũtaria: Quia quod non est capax actualis influxus voluntatis, non est capax voluntarij: Pura negatio, cùm sit nihil, non est capax actualis concursus voluntatis, ergo nec voluntarij. Resp. disting. duplex voluntarium, & influxum voluntatis: concedo, omissionem non posse esse voluntariam influxu directo & formali: Nego, non posse esse voluntariam influxu indirecto & interpretatiuo.

Dices

Resp.

54. *Dices* 2. Omissio actus suo modo existit independenter à voluntate: Quia cùm sit negatio actus non pendet à voluntate, vt sit: Ergo non potest esse voluntaria. Nam id tantùm potest esse voluntarium, quod potest à voluntate pendere. Resp. nulla negatio pendet à voluntate sub ratione negationis, seu in esse simpliciter, cùm omnis negatio sub ratione negationis simpliciter præcedat voluntatem, tanquam terminus à quo, posse tamen à voluntate pendere sub ratione negationis perseuerantis, seu in conseruari: quia sicut in potestate voluntatis est, ponere actum, ita in potestate eiusdem est, tollere negationem actus, atque adeò efficere, vt negatio ipsa actus non perseueret sub ratione negationis. Sicut negatio mundi, sub ratione negationis simpliciter, non pependit à diuina voluntate, quia sic ipsam præcessit per modum termini à quo: pependit tamen ab ipsâ sub ratione negationis perseuerantis, quia potuit illa per totam æternitatem conseruari sub ratione negationis, si Deus per oppositam actionem non sustulisset illam. Eà igitur ratione; quâ negatio actus, non pendet à voluntate, non potest esse voluntaria; potest sub ratione perseuerantis negationis, sub quâ pendet à voluntate; quia vt sic tolli potest à voluntate, liberâ positione actus. Infer: ergo negatio actus semper comparatur ad voluntatem eodem modo; nec est ratio, cur potiùs nuuc dicatur voluntaria & dependens à voluntate, quàm anteà: Nam idem manens idem inuariatum quoad omnia, semper denominatur eodem modo. Antec. prob. negatio effectus, quamdiu manet vt negatio, semper comparatur eodem modo ad suum principium; cùm inter negationem & actum non detur medium, vt potè contradictoriè oppositа. Resp. neg. antec. Ad prob. dico posse negationem mutari essentialiter, per transitum contradictorium, qui fit per positionem actus oppositi: Aut accidentaliter & denominatiuè, per connotationẽ principij proximè potentis, & interpretatiuè agere nolentis. Concedo, quòd non possit negatio, manens negatio, aliter essentialiter comparari ad suum principium, quàm anteà: nego quòd non possit comparari aliter, quàm antea, accidentaliter & denominatiuè; quia potest nunc aliquid connotare in principio, quod non connotabat anteà, ratione cuius connotationis, nunc dicitur voluntaria, quæ anteà non dicebatur. Velut omissio sacri in die profesto, non vesperi, sed manè; non semper, sed quando intellectus actu cogitat de honestate auditionis sacri, negatio auditionis sacri comparatur ad voluntatem, tamquam ad causam proximè potentem, & interpretatiuè audire nolentem; ac proinde tunc, & non anteà voluntaria dicitur.

Negatio sub ratione negationis perseuerantis pendet à voluntate, non simpliciter.

55. *Instabis.*

Resp.

DICO 2. Vt euentus ex omissione sequutus sit voluntarius omittenti, nullum per se postulat debitum in omittente, sed solam præuisionem euentus futuri; tametsi tale debitum postulet, vt euentus sit moraliter imputabilis omittenti. Fundam. prioris partis: quia qui vult causam, moraliter vult effectum cum causâ connexum: Sed omissio est aliquo modo causa euentus futuri, quia sine eâ non sequeretur euentus: Igitur cui voluntaria est omissio, est etiam voluntarius euentus ex tali omissione secutus. At probatum est, omissionem independenter à debito, esse voluntariam interpretatiuè omittenti: ergo eidem erit etiam interpretatiuè voluntarius euentus ex omissione secutus; adhuc nullo supposito debito in omittente, sed solâ præuisione euentus futuri. Fundam. poster. partis: quia vt euentus sit moraliter imputabilis omittenti, supponit in omittente culpã; culpa autem nulla esse potest in eo, in quo nullum est debitum omittendi. Debitum .n. facit, vt honestas, quæ est in actu positiuo, sit regula & norma operanti, iuxta quam ille debeat operari. *Dices*: actus v. g. audiendi Sacrum independenter à debito habet honestatem cultus diuini: ergo si omissio illius independenter à debito, est voluntaria omittenti, independenter etiam à debito erit praua: tantam .n. prauitatem habet omissio actus, quantam honestatem habet ipse actus: nimirum omissio negat, quod actus ponit. Resp. neg. conseq. eiusque 1. prob. aliud .n. est, omissionem negare honestatem actus, aliud contrahere prauitatem oppositam actui. Primum est verum, secundum falsum: nam ad 1. sufficit sola negatio honestatis actus: Ad 2. requiritur debitum exercendi actum; nisi enim sit debitum exercendi actum, omissio illius negabit quidem honestatem oppositi actus, non tamẽ contrahet prauitatem oppositam actui. Nec sequitur, quòd si productio actus est honesta, omissio actus erit praua, sed solùm quod non sit honesta honestate actus omissi.

56. *Vt euentus sit voluntarius postulat solam præuisionẽ futuri:*

57. *Postulat debitum vt sit imputabilis.*

58. *Dices.*

Resp.

DICO 3. Etiam effectus per accidens ex omissione secutus, si fit præuisus, voluntarius est omittenti, independenter à debito, tametsi in communi vsu loquendi non dicatur voluntarius, nisi ei, qui habet debitum non omittendi. Assertio sequitur ex preced. præceptum .n. non facit, sed supponit

58. *Effectus per accidens secutus, si præuisus volũtarius est.*

Digitized by Google

ponit voluntariam: igitur si, posito præcepto, effectus per accidens ex omissione secutus est voluntarius omittenti, etiam ante præceptum est voluntarius eidem, licet ad culpam non imputabilis. Ratio: voluntarium dicitur, quod aliquo modo à voluntate pendet, siue positiuè influente, siue negatiuè se habente, siue immediatè, & per se, siue mediatè, & per accidens. Nam quinis ex his modis sufficiens est, vt effectus secutus habeat esse dependenter à voluntate. Confirm. voluntarium vnum est immediatum, quod immediatè pendet à voluntate: alterum, quod tantùm mediatè, seu mediante alio voluntario siue formali, siue interpretatiuo. Effectus autem ex omissione per accidens secutus, etsi non sit voluntarius immediatè, vti est omissio ipsa, ex quâ sequitur; est tamen voluntarius mediatè mediâte scilicet omissione ipsâ. Nec refert ad rationem voluntarij simpliciter, quòd non sit per se cum omissione connexus: nam sufficit vt eâ mediante à voluntate pendeat. Nam qua ratione effectus secutus pendet à volũtate ex precognitione operante, eâdem dicitur voluntarius; cùm voluntarium sit ipsa deprndentia à voluntate ex præuiâ cognitione operãte. Licet talis effectus, in communi vsu loquendi, non dicatur voluntarius nisi ei, qui debitum habet non omittendi.

Prob.

60. Voluntariũ duplex.

61. Ad primum 1. sent. resp. S. Thom. solùm loqui de voluntario, secundùm imputabilitatem: hoc .n. tantùm attendit moralis Theologia, de quâ cit. loco disputatur. Ad 2. Respondetur 1. ideò peccata non esse voluntaria Deo, quia sunt contra voluntatem præceptiuam. Sed contrà: quamuis ea dici possint inuoluntaria respectu voluntatis antecedentis & præceptiuæ, dici tamen possunt voluntaria respectu voluntatis consequentis & absolutę, qua negat auxilium efficax, quo ea de facto vitarentur. Siclicet proiectio mercium sit inuoluntaria proijcienti respectu voluntatis anteced. quâ nollet eas proijcere, respectu tamen volũtatis conseq. & absolutę est simpliciter voluntaria. Respondetur 2. ideò peccata non dici voluntaria Deo, quia ea non necessariò sequuntur ex negatione auxilij efficacis, quippe quæ possunt non sequi ex vi auxilij sufficientis, quod Deus omnibus offert. Confirm. voluntarium dicitur respectu eius, qui proximè influit in opus: hic autem non est Deus negatione auxilij efficacis, sed creatura ratione suæ proximæ libertatis. Sed contrà: peccata non solùm dicuntur voluntaria proximè committenti, sed etiam ei qui impedire tenetur: vt peccata filiorum & subditorum, non solùm dicuntur voluntaria filijs subditisque committentibus, sed etiam Patribus, & superioribus, qui impedire tenentur.

Ad primum primæ

61.

Ad 2.

64. Respondeo 3. peccata dici voluntaria Deo, non quidem positiuè, cùm nullo actu positiuo ea intendat: sed permissiuè, non impediendo, cùm posset, ob altiorem finem, quem in eâ permissione ipse intendit: quod ipsum admittere tenentur aduersarij, præsertim *Vasquez*, qui docet, quando effectus sequitur ex positiuo influxu causæ, esse illi voluntarium, etiam si illum impedire non teneatur: vt pollutio ex comestione secuta, si sit prævisa, est voluntaria comedenti, etiamsi comedens non teneatur comestionem omittere. Pari ratione peccata erunt voluntaria Deo, quia sequuntur ex positiuo influxu, quem Deus hic & nunc præbet ad physicam entitatem peccati. Nam licet talis influxus non sit ad moralitatem ipsam peccati, quæ tota est à creaturâ, est tamen ad physicam entitatem peccati, ad quam per se consequitur moralitas ipsa peccati.

64. Resp. 3. Possunt peccata dici voluntaria Deo sine absurdo.

Confirm. nam Deus præuidet, quòd si hîc & nunc præbeat suum concursum, creatura peccabit; non secùs ac homo si comedat polluetur. Ergo non minùs est voluntarium peccatum Deo, quàm pollutio comedenti, esto neuter teneatur ab actione cessare. Ratio: absurdum esset peccata esse voluntariâ Deo, in quantum aliquo modo possent illi imputari, sed ex eo quòd illa sint tantùm permissiuè voluntaria, nullo pacto possunt ei imputari: tum quia multa peccata possunt esse voluntaria nobis, & tamen non imputari, vt periurium Christiano ad firmandum contractum à gentili iuramentum petenti: peccata meretricum principi permittenti: Tum quia illi tantùm potest peccatum imputari, qui est in culpâ: at potest aliquis esse causa permissiua voluntaria peccati absque culpâ: igitur potest alicui peccatum esse voluntarium, & non imputari. Maior constat: potest enim quis absque culpâ, imò cum merito permittere aliquid, vnde alius occasionem peccandi sumat: vt cùm Deus permittit nos tentari ad meritum, ex quo tamen nos occasionem ad peccandum sumimus. Ex his à fortiori sequitur effectum secutum ex remotione prohibentis esse volũtarium remouenti prohibens; contra Vasquez putantem, submersionem nauis non esse voluntariam remouenti temonem, quo nauis submersio prohibita esset: nam hic sufficientem adhibet causam, vt sequatur effectus.

Confirm. 65.

Ratio

Effectus secutus ex remotione prohibentis, est voluntarius remouenti

Ad 3. nego euentum ex omissione secutum in eo, qui nullum habet debitum non omittendi, reduci non posse ad voluntatem omittentis, tanquam ad causam moralem, non quidem formaliter, sed interpretatiuè influentem: quippe quæ ita se gerit ac si formaliter influeret. Nec debitum reddit omissionem voluntariam, sed dependentia à principio intrinseco ex cognitione operante, quod ad debitum præsupponitur: hoc tantùm reddit illam culpabilem, dum facit actum oppositum practicâ regulâ operantis. Ad fundam. 2. sent. nego, solum effectum per se connexum cum omissione esse voluntarium, sed quidquid mediante omissione accipit esse. Cùm enim vountarium formaliter consistat in dependentia à voluntate ex cognitione operante, tantum aliquid habet de voluntario, quantum habet de dependentiâ à voluntate: quidquid autem non esset, nisi voluntas omitteret, habet dependentiam à voluntate. Atqui effectus per accidens cum omissione connexus, non haberet esse, nisi voluntas omitteret: ergo etiam effectus per accidens ex omissione secutus, pendet à voluntate, atque adeò est illi voluntarius.

66. Ad tertium

67. Ad fund. secundi

SECTIO IV.

An & quo pacto possit voluntas circa suos actus necessitari, & cogi.

HActenùs de voluntario: disputandum de Inuoluntario, eiusque causis. Quatuor autem sunt quæ possunt inuoluutarium causare, vis, metus, concupiscentia, ignorantia. Cùm .n. voluntarium sit à principio intrinseco cum cognitione, impediri potest, ex parte principij, si causetur ab extrinsecâ vi, metu, aut concupiscentiâ: & ex parte cognitionis, defectu cuius nequit actus esse voluntarius. Terminorum notionem præmitto.

Necessarium est, quod est determinatum ad vnum sine facultate ad oppositum: quo pacto voluntas beati est determinata ad amorem Dei sine facultate ad oppositum; opponiturq; libero, quod est in-

68. *Quatuor causæ inuoluntarij.*

69. *Quid necessarium.*

Digitized by Google

est indifferens ad vtrumlibet. Quocirca necessitari idem est, ac determinari ad vnum, sublatâ potentiâ ad oppositum. *Violentum*, vt definiuit Arist. 3. Eth. 1. est *cuius principium est extrinsecum, nullam vim conferente passo.* Quod non modò intelligi debet negatiuè se habente; alioquin dona supernaturalia essent nobis violenta, quia infunduntur à principio extrinseco, nullam vim seu inclinationem ad ea conferente subiecto: sed etiam positiuè obluctante, vt rectè *Scotus in 4. dist. 29. §. ad quæst.* dicturque propriè de inanimatis: cui opponitur, naturale, quod est à principio intrinseco naturæ. *Coactum & inuitum* propriè dicuntur de animatis, & opponuntur *Spontaneo, ac voluntario*: quamuis hęc sæpè à Doctoribus confundantur. Ex his constat, *necessarium* stare posse cũ *Spontaneo & coacto*: nam *necessarium* tam esse potest à principio intrinseco, quàm extrinseco. *Violentum* stricte sumptum latiùs patet, quàm *inuitum* & *coactum*: siquidem *violentum* est contra impetum & inclinationem naturæ vt sic: *coactum* verò & *inuitum* contra inclinationem naturæ cognoscentis. Præterea potest voluntas creata circa suos actus necessitari, ex parte obiecti, quo modo beati necessitantur ad amandum Deum ex clarâ visione eiusdem: Alio modo ex parte principij: Hic modus præcipuè disputatur.

70. *Quid violentum*

71. *Quid coactum & inuitum.*

72. *Dupliciter voluntas necessitatur*

Prima sent. negat, posse voluntatẽ ad suos actus effectiuè producendos à Deo necessitari, licet possit ad actum recipiendum: *Rubio. in 2. dist. 25. q. 2. a. 1. concl. 2.* Fundam. Ita se habet voluntas ad suũ actum eliciendum, sicut causa naturalis ad suum effectum producendum: implicat autem, causam naturalem suum effectum contingenter producere; ergo implicabit, voluntatem creatam suum actum naturaliter elicere. Confirmat. Non minùs voluntas est determinata ad suum actum, propriũque modum agendi, quàm graue ad motum deorsum, & leue ad motum sursum: sed implicat, graue se ipsum sursum, aut leue deorsum mouere: ergo & voluntatem se ipsam necessariò mouere.

73. *Prima sent. Rub.*

Confirm.

74. Quòd autem possit voluntas subiectiuè necessitari ad actum recipiendum, probat: Omnis causa totaliter contentiua effectus, potest necessitare subiectum talis effectus capax: Deus est causa totaliter contentiua actus voluntatis creatæ: ergo.

75. *Secunda*

Secunda sent. affirmat, voluntatem necessitari posse, solo extrinseco imperio Dei, quo posito absque aliâ mutatione intrinsecâ necessitatur ad actũ imperatum: non secus ac posito imperio voluntatis, executiua ad actum exequendum. Prob. 1. Nõ minùs subditur imperio Dei volũtas creata, quàm res naturalis: sed hæc posito imperio Dei statim necessitatur ad actum exequendum, vt aqua ad calefaciendum, ignis ad frigefaciendum: ergo & voluntas ad suos actus. 2. Non minùs subordinatur Deo voluntas creata, quàm appetitus sensitiuus, & quælibet potentia sentiens voluntati imperanti: at posito efficaci imperio voluntatis, appetitus, & quælibet potentia sensitiua necessitatur ad actum exequendum: ergo & voluntas ad actum imperatum à Deo. 3. Non minùs efficax est imperium Dei ad necessitandam voluntatem ad actum exequendum, quàm imperium voluntatis ad necessitandum se ipsam ad actum à se ipsâ imperatum: at posito imperio voluntatis voluntas necessitatur ad actum à se ipsâ imperatum: igitur. 4. Imperium Dei est per se efficax; ergo non eget aliquo superaddito, vt fiat efficax: igitur, eo tantùm posito, necessariò sequitur effectus imperatus. Antec. prob. maior. n. perfectio est imperij diuini, vt per se ipsum sit productiuum effectus imperati, quàm per aliquid superadditum; at imperio Diuino concedenda est omnis perfectio, quæ imperfectionem non inuoluit: ergo.

Prob. 1.

76.

77.

78.

Tertia sent. docet, voluntatem creatam necessitari posse ad suos actus eliciendos, non tamen solo extrinseco imperio Dei. Hæc est communior inter Scholast. Pro declaratione totius controu.

79. *Tertia probabilior.*

DICO 1. Non repugnat, voluntatem creatam ad suos actus eliciendos effectiuè à Deo necessitari. Prob. assignando duplicem modũ, quo id fieri possit. Primus est per qualitatem superadditam; alius per concursum actualem determinatum ad vnum. Prior modus est *Aureoli in 2. dist. 23. art. 4.* & aliorum. Prob. quia non implicat qualitas, quæ posita sufficienti notitiâ obiecti, voluntatem efficienter necessitet ad actum circa tale obiectum, impellendo illam impulsu superante vim resistiuam voluntatis: etenim cùm vis resistiua voluntatis finita sit, superari poterit virtute finitâ. Posterior modus prob. nam potest Deus actuali concursu prævenire voluntatem ad vnum: sed, tali concursu posito, voluntas necessitatur ad actum: quia implicat actualis concursus absque termino: sed terminus talis concursus est ipse actus voluntatis: ergo implicat poni actualem concursum Dei, & actum voluntatis non sequi. Maior prob. hoc. n. non repugnat voluntati, vt natura quædam est, etsi illi repugnet vt libera est. nã ex eo quòd actualis concursus Dei præueniat liberam determinationem voluntatis, non tollit, quin ipsa voluntas eodem concursu simul concurrat ad suum actum vitalem. Sicut quando concursus speciei intelligibilis præuenit concursum potentię intellectiuæ, nõ tollit, quin ipse intellectus eodem concursu simul concurrat ad actum cognitionis. Et quando voluntas ipsa priùs ratione se determinat ad actum, non tollit, quin Deus eodem cõcursu vt causa prima ad eumdem actum simul concurrat. quia vnus idemque indiuisibilis concursus est Dei, & creaturæ: & eatenus dicitur priùs ratione incipere à creaturâ, quatenus creatura se ipsam per illum ad actum determinat: contra verò priùs ratione dicitur incipere à Deo, quatenus Deus per illum creaturam ad actum determinat. Idem igitur physicus concursus Dei oblatus creaturæ dependenter ab ipsius libertate relinquit illam liberã; datus indepẽdenter à libertate ipsius necessitat illã ad vnũ.

80. *Duplex modus quo voluntatem creatam effectiuè necessitari non repugnat.*

81.

Ratio omnium

DICO 2. Repugnat, volũtatem creatam ad suos actus effectiuè necessitari solo imperio extrinseco Dei. Fundam. quia extrinsecum imperium Dei vti non mutat intrinsecè potentiam, ita nec variat intrinsecum modum operandi eiusdem. Igitur si ante imperium Dei voluntas creata non erat ad vnum determinata, sed indifferens ad vtrumlibet, nec tali imperio posito, erit determinata ad vnum, sed manebit, vt anteà, indifferens ad vtrumque. Confirm. Repugnat voluntatem detetminatam ad vnum, solo extrinseco imperio Dei, fieri liberam & indifferentem ad vtrumque: ergo pariter repugnabit, voluntatem indifferentem ad vtrumque, solo extrinseco imperiò Dei, fieri determinatam ad vnum. Ratio: quia, *liberum*, dicit potentiam cum oblatione concursus indifferentis ad vtrumque; *necessarium* verò potentiam cum oblatione concursus determinati ad vnum. Quamdiu igitur non fit variatio in potentiâ, vel in oblatione concursus, principium manet eodem modo operatiuum. Igitur solum extrinsecum imperium Dei non mutat voluntatem de libera in necessariam, nisi fiat vatiatio vel in potentiâ, vel in ipsâ oblatione concursus, vt qui antè offerebatur indifferens determi-

82. *Repugnat voluntati necessitari effectiuè solo imperio extrinseco Dei.*

83.

A priori

Digitized by Google

terminandus à voluntate, offeratur determinatus ad vnum.

84. *Obiicies* 1. Solo imperio Dei posito beati cessant
Obiicies 1. amare, quod antea necessariò amabant: ergo solo imperio Dei posito, voluntas viatoris necessario
Resp. 1. diligit, quod antea non necessariò diligebat. Resp. 1. disting. antec. Solo imperio Dei posito, & à beatis cognito, concedo antec. nego conseq. quia tunc voluntas beatorum mutatur saltem obiectiuè per cognitionem imperij diuini. Solo imperio
2. Dei posito, & à beatis non cognito nego antec. 2. Concesso quòd ab vtrisque imperium Dei cognoscatur, neg. conseq. quia viatores non necessariò exequuntur imperium Dei, vti illud exequuntur beati; ob connexionem cum Deo vltimo fine clarè cognito. *Obiicies* 2. Imperium Dei efficax necessariò offert concursum determinatum ad vnum.
85. *Obiicies 2.* Ergo necessitat voluntatem. *Resp.* conced. totum: non enim est contra nos, qui solùm contendimus, non posse voluntatem creatam necessitari ad suos actus effectiuè, solo extrinseco imperio Dei, nulla facta mutatione in potentia, nec in concursu; in casu autem posito supponitur voluntas necessitari per concursum determinatum ad vnum.

86. *Dupliciter potest voluntas ex parte obiecti necessitari.* DICO 3. Dupliciter potest voluntas creata ex parte obiecti ad suos actus necessitari, 1. per propositionem obiecti continentis omnem rationem boni, & nullam rationem mali: 2. Per propositionem obiecti finiti quidem, sed cum omnimodâ determinatione obiectiuâ ad exercitium actus, & sine vllâ indifferentiâ ad oppositum actum, vel suspensionem actus. *Primus modus* Primum constat ex disp. de beatitud. vbi prob. beatos obiectiuè necessitari ad
87. *Secundus* diligendum Deum. Secundum prob. Implicat voluntatem ferri in incognitum, vt infrà: si autem voluntas posset esse libera circa obiectum propositum secundùm omnimodam determinationem obiectiuam ad exercitium actus, & absque vllâ indifferentia ad oppositum, vel suspensionem actus, ferri posset in incognitum. Quia si obiectum proponatur voluntati solùm secundùm bonitatem, quæ est in ipso exercitio actus, & nullo modo secundùm contrarietatem, vel suspensionem actus ferri non posset vel ad oppositum actum, vel ad suspensionem actus, quin ferretur in incognitum, quia ferretur in id, quod vi cognitionis non est voluntati propositum. *Confirm.* Confirm. Omnis indifferentia subiectiua voluntatis radicatur & supponit indifferentiam obiectiuam intellectus. Igitur impossibile est, vt voluntas maneat indifferens ad vtramque partem obiecti, si obiectum ipsum cum huiusmodi indifferentia non proponatur volùtati.

88. *Ad fund. primæ.* Ad fund. primæ sent. neg. conseq. Quia quod est determinatum ad vnum, non potest positis omnibus ad agendum requisitis, suam actionem suspendere, nisi ipsius vis intrinseca ad vnum determinata essentialiter mutetur, & fiat indifferens ad vtrumque, cùm ad operandum contingenter necessariò requiratur virtus ad vtrũque indifferens. Potest autem, quod est ad vtrumque indifferens, per aliquid superadditum determinari ad vnum, atque adeò necessitari, absque eo quòd virtus ipsa intrinseca essentialiter varietur, sed solùm accidentaliter per superadditam qualitatem, vel præuenientem concursum. Confirmatio adducta so-
89. *Ad confirm.* lùm probat, non posse voluntatem circa suos actus effectiuè necessitari absque vlla intrinseca mutatione: sicut nec potest graue absque vllâ intrinseca mutatione ad motum sursum se ipsum mouere. At sicut potest graue, posita intrinseca qualitate, ad motum sursum impelli: ita potest voluntas, posita intrinseca qualitate, ad suos actus naturaliter moueri. De poster. parte sent. constabit infrà. 90.

Ad 1. secundæ, neg. minor; si nulla intelligatur *Ad primum secundæ.* facta mutatio in re ipsa, vel in concursu ipsius in ordine ad effectum producendum. Cæterùm in exemplis allatis intelligitur mutatus concursus debitus aquæ ad frigefaciendum, & igni ad calefaciendum; in concursum calefactiuum indebitum aquæ, & frigefactiuum indebitum igni. Sicut .n. cum concursu frigefactiuo sibi debito aqua necessariò frigefacit: ita cum concursu calefactiuo indebito necessario calefacit. Ad 2. disting. Minor. 91.
Statim sequitur actus imperatus; nulla facta varia- *Ad 2.* tione in concursu ipso potentiæ executiuæ in ordine ad effectus, nego: posito .n. imperio voluntatis, statim anima, quæ est principium vniuersale concurrens cum suis potentijs ad omnes actus earum, concurrit concursu determinato ad vnum tantùm. Vnde ille concursus, qui ante imperium erat indifferens ad vtrumque, posito imperio, determinatur ad vnum. Atque hoc modo concurrit Deus cum creatura; posito enim efficaci imperio suo, concurrit cum creatura concursu determinato ad actum tantùm imperatum. Eodem modo resp. ad 3. Ad 4. disting. antec. Imperium Dei est 92.
efficax per se ipsum efficienter, concedo: formali- *Ad 4.* ter; nego. Neque esse efficax per se ipsum formaliter est maior perfectio: sicut non est maior perfectio Dei, posse se ipso formaliter supplere omne genus causæ: præstantius enim est aliqua non continere formaliter, sed solùm eminenter ob imperfectionem, quam inuoluunt. Talis est concursus creatus, quo voluntas formaliter determinatur ad vnum, qui nequit in Deo contineri formaliter, sed tantùm eminenter; ideò supplebilis est à Deo efficienter, non formaliter.

An voluntas cogi possit circa suos actus?

DVplex est genus actuum; alij eliciti, alij im- 93.
perati. Eliciti sunt qui ab ipsâ voluntate im- *Actus elicit. imperati* mediatè producuntur. Imperati, alij ab ipsâ, & in ipsâ volũtate vi præcedentis imperij eiusdem producti, vt actus contritionis imperatus ab actu pœnitentiæ: Alij eliciti ab alijs potentijs, imperati tantùm à voluntate. Hic de actibus ab ipsâ, & in ipsâ productis, siue sint ab eâ tantùm eliciti, siue etiam imperati, disputo iuxta duplicem sent. 1. supponendo actus voluntatis non posse ab extrinseco principio produci; 2. supponendo posse: Iuxta priorem,

DICO 1. Implicat voluntatem quoad actus in 94.
ipsa manentes cogi: *S. Thomæ* 1. 2. q. 6. a. 4. *Silui* *Implicat voluntatem quo ad actus in ea manentes cogi.* *ibid. Scoti in* 4. *dist.* 29. *q. vn. §. Ad quæst. Duran. in* 2. *dist.* 24 *q* 3 *n.* 14 *Ægid. dist.* 25. *q.* 1. *a.* 4. *ad* 2. *Argent. q.* 1. *a.* 4. *Gabrielis q. vn. ar.* 3. *dubio* 1. *reliq. ferè scolast.* Fundam. quia cogi, est ad oppositum eius, ad quod naturalis appetitus inclinat, impelli, seu contra proprium naturæ impetum impelli: Nequit voluntas ad oppositum eius ad quod naturalis ipsius appetitus inclinat, impelli: Illud enim tantùm id potest, quod est tantùm determinatum ad vnum: atqui voluntas æqualiter inclinat ad vtrumque oppositorum: cùm enim sit potentia essentialiter indifferens, æquè primò est ad vtrũque oppositum. Confirm. Ideò nequit lapis cogi ad motum deorsum, quia ad illum naturaliter inclinat: ergo nequit voluntas ad vllum oppositorum cogi, cùm ad vtrumque naturaliter inclinet. Prob. 2. Non po- 95.
test impulsus ille esse coactus, qui procedit ab in- *Prob. 2.*
trinseco principio se ipsum actiuè mouente. Sed

iuxta

Digitized by Google

iuxta priorem sent. omnis impulsus volũtatis procedit ab ipsâ voluntate actiuè se mouente ad obiectum: igitur nullus impulsus voluntatis potest ei esse coactus, cùm nihil sit magis cõnaturale, quàm propria operatio ab intrinsecâ vi producta. Ex his colligo, non solùm actus à voluntate liberè, sed etiam necessariò elicitos, spontaneos esse, ac voluntarios voluntati elicienti. Quia semper eliciuntur ab ipsâ cum cognitione: ideò semper illi sunt à principio intrinseco agente & cognoscente, atque adeò naturales.

96. *Actus necessarij naturales.*

97. *Obijc. 1.* *Obijcies* 1. quando actus necessariò producitur ex parte principij, producitur ab extrinsecâ vi impellente & determinante volũtatem ad vnum contra naturam ipsius, quę postulat se ipsam ad actum determinare. Resp. disting. antec. Producitur ab extrinsecâ vi tantùm, nihil coagente voluntate, *nego*: actiuè coagente voluntate, concedo. Vt autem actus sit violentus vel coactus voluntati, requiritur, vt nullo pacto ad illum actiuè coagat voluntas: implicat autem, vt actus voluntatis fiat ab extrinseco principio, nullo pacto ad illum actiuè coagente voluntate: igitur implicat, vt fiat actus voluntatis, & non fiat spontaneè ac volũtariè. Nec est contra inclinationem volũtatis, vt natura quędam est, ab extrinseco determinari; quia semper cum extrinsecâ determinatione manet intrinseca cognitio obiecti & actiuus cõcursus ipsius in actũ: quę omnia reddunt actũ formaliter voluntarium.

Resp. *Quid sit esse volentum.*

98. *Obijcies 2.* *Obijcies* 2. Potest voluntas à se ipsà liberè determinata ad vnum, extrinsecè impelli & determinari ad oppositum: ergò tunc actus erit violentus contra impetum elicitum voluntatis. Resp. neg. antec. quia nequit voluntas ad oppositum actum determinari, nisi ex præuiâ cognitione illius, actiuè ipsâ coagente, ac proinde spontè ac voluntariè operante. Et quia repugnat, duos actus oppositos simul elicere, hoc ipso quòd voluntariè elicit vnum, voluntariè cessat ab alio. Aut certè si nollet ab illo cessare, vtrumque voluntariè conseruaret; atque adeò neuter illi esset inuoluntarius.

Resp.

99. *Obijcies 3.* *Obijcies* 3. Multos actus contra propriam inclinationem elicit voluntas: igitur non quiuis actus à voluntate elicitus, est illi voluntarius. Antec. constat 1. de peccato, quod teste *S. Thoma*, 1.2.*q.* 71. *a.* 2. est contra naturam. 2. De actu ipso nolitionis, tristitiæ, & odij contra se ipsum: omnes namque hi actus sunt contra inclinationem naturæ: quia sunt noluntarij; sunt pœnales & afflictiui, vt patet in dæmone, qui cessare vellet ab actu tristitiæ, & tamen non potest: est igitur illi talis actus violentus, quia contra impetum elicitũ voluntatis. Resp. neg. antec. ad 1. proba. dico, peccatum esse contra naturam, qua illa inclinat ad bonum honestum rationi consentaneum, non quà inclinat ad bonum delectabile naturę conforme. Voluntas autem non est tantùm ad bonum honestum rationi conforme, sed ad quodcumque bonum naturæ consonum: est enim appetitus vniuersalis inclinans ad bonum totius suppositi. Ad 2. nego actus nolitionis, tristitiæ & odij contra se ipsum, esse inuoluntarios, sed solùm esse inuoluntaria seu nolita obiecta ipsa, quorum huiusmodi actus sunt fugæ & auersiones: quia non minùs est voluntaria fuga & recessus à malo, quàm prosecutio & accessus ad bonum: ergo non minùs est voluntaria nolitio ipsa mali, quàm volitio boni. Quocirca nego, eos esse contra inclinationem voluntatis, quia hæc non solum inclinat ad prosequendum bonum, sed etiam ad fugiendum malum. Ad vtramque instan. Resp. Hos actus esse voluntarios respectu obiecti, non respectu voluntatis, nec non esse pœnales & afflictiuos, non respectu ipsorum, cùm potiùs ipsi voluntatem perficiant, sed obiectiuè & respectu amissionis boni, de qua capitur dolor & tristitia. Vnde nego, dæmonem nolle suam tristitiam, quam de obiecto tristi concipit, sed solùm nolle obiectum ipsum triste: quia nolendo obiectum triste, necessariò vult suam tristitiam, cùm nil aliud sit tristitia, quàm nolitio obiecti tristis: si enim nollet actum tristitiæ, non nollet obiectum triste. Inferes: ergo saltem esset dæmoni violenta apprehensio obiecti tristis, quam positiuè nollet. Resp. ita sit: Hæc enim obiectio concernit difficultatem de actibus elicitis ab alijs potentijs, de quâ infrà.

Actus tristitia, nolitionis odij contra se, non sunt inuoluntarij. sed eorum obiecta.

100. *Dices.* *Resp.*

Atque hæc iuxta veriorem sent. quæ affirmat, actus voluntatis nõ posse ab extrinseco principio produci: implicatior difficultas est iuxta oppositam, quæ asserit, posse. *Gabriel in* 2. *dist.* 25. *q. vn. art.* 3. *dub.* 1. *propo.* 5. non audet concedere, Deum creatam voluntatem cogere posse, vt inuita velit: nam etiam si Deus infunderet voluntati actum volendi & nolendi eiusdem obiecti, adhuc tamẽ per illos non diceretur quis inuitus velle: ille. n. tantùm diceretur inuitus velle, qui eodem actu volẽdo nollet, & nolendo vellet: quod implicat, cùm nequeat, vnus idemque actus esse volitio, & nolitio simul. *Vasquez* 1,2. *disp.* 26. *cap.* 2. multa in hãc sent. pronuntiat: 1. voluntatem nudè consideratam, ratione solius inclinationis innatæ, quam habet ad actum eliciendum, vel recipiendum, non posse cogi aut vim pati, etiamsi à solo Deo reciperet actum volendi, vel nolendi. Quia licet talem actum reciperet ab extrinseco, ipsa vim actiuè nõ conferente, quia tamen per internum impetum non obsisteret, quod ad rationem violenti necessariò requiritur, non posset dici per actus cogi aut vim pati. 2. Docet, si voluntas interno aliquo impetu elicito nollet actum, ex. gr. contritionem, & Deus illam infunderet, eo casu voluntatem cogi atque vim pati. Quia quamuis hic actus non esset contra impetum innatum voluntatis, esset contra elicitum, ac violentus. 3. Censet impossibile, vt Deus voluntati infunderet duos actus contrarios, ex. gr. amoris & odij de eodẽ obiecto simul: quia impossibile est, vt idem obiectum sub eâdem ratione apprehendatur bonum & malum; ideò vt circa eamdem rem, eodem modo consideratam, sit amor & odium simul; quia amor circa bonum, odium circa malum versari debet. Quòd si loco amoris infunderetur odium, deberet etiam infundi alia cognitio, & consequenter cum priori cognitione tolleretur etiam amor; ideò odium non erit violentum voluntati, nec secundùm impetum innatum, vt per se constat, nec secundùm elicitũ, qui nullus in volũtate supponitur. Quòd si actus amoris & odij in eâdem voluntate simul esse possint, tunc putat Vasquez, nullum actum fore violentum voluntati, sed tantùm vnum fore violentum alteri, quà esset contra naturalem inclinationem, quam forma habet ad expellendam oppositam ab eodem subiecto. Pro qua sent.

101. *Implicatior difficultas.* *Gabriel.*

102. *Vasquez.* *Ratio*

103. *Ratio*

104. *Vasquez.*

105. *Nequit voluntas cogi in actu recipiendo.*

Dico 2. Nequit voluntas cogi, & si solus Deus in ipsa infunderet actus; & cogi posset in receptione habitùs. Primum probo: nam si qua esset ratio, cur talis actus esset violentus voluntati, esset, quia posset Deus se solo infundere actum contra impetum elicitum voluntatis, ex. gr. cõtritionem, quam volũtas positiuo actu nollet: at eo casu actus cõtritionis non esset violentus voluntati: eo quòd cum ipso necessariò infundenda esset practica cognitio, quâ intellectus apprehenderet, bonum esse

hîc &

Digitized by Google

hîc & nunc conteri; cùm voluntas ferri non possit in incognitum: atqui cognitio hæc pugnat cum actu nolendi contritionem: & consequenter eâ positâ, voluntas necessariò cessaret ab actu nolendi contritionem; & contritio non esset ampliùs violenta. Minor prob. quia sicut actus contritionis præsupponit notitiam, quâ intellectus apprehendat, hîc & nunc bonum esse conteri: ita actus nolendi contritionem supponit notitiam: quâ idem intellectus apprehendat, hîc & nunc non esse bonum conteri. Sed hæ duæ cognitiones implicant simul: igitur implicant simul cõtritio, & actus nolendi contritionem. Minor colligitur ex doctrina *Vasquez in 3. dicto*, vbi propterea putat impossibile, in eadem voluntate simul esse actum amoris & odij, quia hi duo actus oppositas supponunt apprehensiones de eodem obiecto. Confirm. quamuis stante practicâ notitiâ de conterendo hîc & nunc, voluntas non necessitetur ad actum eliciendum: quia posset imperare intellectui, vt depositâ practicâ notitiâ de conterendo, iudicium formaret de non conterendo; eâ tamen perseuerante, nõ posset voluntas actu nolitionis in contritionem ferri. Nam sicut, stante practica notitia de bonitate obiecti, implicat voluntatem actu odij in illud ferri: ita, stante practicâ notitiâ de contritione hîc & nunc elicienda, implicat actu nolitionis in illam tendere; & cum actu contritionis à Deo infusæ perseuerare actum nolendi contritionem: ideò implicat, voluntatem cogi, & si à sõlo Deo actus infundatur. *Probo* secundum: cum infusione habitûs non est necesse infundi practicam notitiam, quâ hîc & nunc apprehendatur vt bonus & conueniens supposito; alioqui potest voluntas actu explicito illum nolle: igitur eo casu habitus esset contra impetum elicitum voluntatis, illi violentus & inuoluntarius.

106. *Confirm.*

107. *Posset cogi tu receptione habitûs.*

108. Vltimò controuertitur, an saltem voluntas cogi possit negatiuè ab operis cessatione. Affirmant communiter recentiores, *Medina, Vasquez & alij* 1.2.*q.*6.*a.*4. moti hoc argum. Potest Deus humanæ voluntati congrua cogitatione excitatæ denegare concursum ad operandum: sed in tali casu voluntas cogeretur negatiuè ab operis cessatione: nam negatiua coactio est, quando quis cogitur ab eâ actione cessare, quam secundùm impetum internum naturalem erat productus: vt si cogatur lapis deorsum tendens à motu cessare, talis cessatio erit violenta lapidi, quia contra naturalem impetum, quem productus fuisset.

Negatiua coactio voluntatis.

109. Verùm id vniuersaliter non prob. Nam quemadmodum, vt operatio sit coacta, non sufficit vt sit à principio extrinseco operante, sed requiritur præterea, vt sit contra internum impetum passi: ita vt negatio operationis sit violenta, non sufficit, vt sit tantùm à principio extrinseco negante concursum debitum virtuti effectrici, sed præterea requiritur, vt talis negatio sit contra internum impetum principij operantis: atqui negatio concursus debiti voluntati, congrua cogitatione excitatæ, non esset contra vllum internum impetum voluntatis, cui concursus denegaretur: ergo talis negatio non foret illi violenta. Maior constat à pari: alioquin eadem ratione dici posset, omnes formas ab extrinseco receptas sine passi renitentia fore violentas: quod suprà ex communi sent. reiecimus. Minor prob. quia talis negatio non esset contra impetum elicitum voluntatis, quia supponimus voluntatem nullo actu elicito optare concursum ad actum, ad quem concursus ipse negatur. Nec contra impetum innatum: nam adhuc congrua cogitatione posita, voluntas de se indifferens est ad actum, & negationem actus, non minùs quàm antea. Vnde sicut si ex se illum non eliceret, negatio actus non esset ei violenta; ita nec si ab extrinseco illi denegetur: nam quantum ad internum impetum eodem modo se habet voluntas ad negationem actus ab extrinseco, atque ab intrinseco. Quia congrua cogitatio non mutat innatum impetum & inclinationem voluntatis; non enim dicitur congrua per aliquid physicum, quod voluntatem mutet, siquidem eadem numero cogitatio potuit esse non congrua voluntati; sed dicitur cõgrua ex suppositione ipsiusmet consensus futuri præuisi.

Contra internum impetum principij operantis

Ratio

10. Dico 3. tunc negatio concursus debiti est violenta causæ, quando causa ab interno principio est determinata ad actum, vel per appetitum innatum, vt negatio concursus ad calefaciendum est violenta igni, ab intrinseca forma determinato ad calefaciendum: vel per impetum elicitum, vt quando ad negationem concursus præcedit in causa elicitum imperium ad actum eliciendum, cuius concursus negatur. His enim tantùm casibus negatio concursus est contra internum impetum, vel innatum, vel elicitum causæ. Deducitur, tam negationem concursus ad motum lapidis deorsum descendentis, quàm negationem concursus ad amorem beati erga summum bonum clarè visum necessariò tendentis, quàm negationem concursus ad actum odij, quod elicito actu voluntas sibi imperauerat, esse violentam: quælibet enim negatio ex prædictis est contra internum impetum causæ ad actum iam determinatæ. Infertur: ergo nec esset violenta voluntati negatio omnis concursus: quia sicut ad singulos actus non nisi liberè tendit; ita absque vlla violentia posset ad quemlibet actum illi concursus denegari. Resp. neg. sequel. quamuis enim voluntas considerata in ordine ad hunc, vel illum actum liberè operetur; considerata tamen in ordine ad totam collectionem actuum necessariò operatur; quia non potest saltem moraliter esse sine aliquâ operatione, tametsi esse possit sine hâc, vel illâ in particulari.

Corell.

Dices

Resp.

An voluntas cogi possit circa actus imperatos externarum facultatum?

11. Dico 1. voluntas humana cogi potest in actibus imperatis externarum facultatum: *S. Tho.* 1.2.*q.*6.*a.*4. *Egidy in 2. dist.* 25. *q.*1.*a.*4. *ad* 2. & *reliq.* Quia possunt, externæ facultates, quæ in suis actibus subduntur imperio voluntatis, à potentiori vi extrinsecâ impelli ad exercendos actus oppositos ijs, quos ipsæ ex imperio voluntatis exercituræ erant. Vt si potentia progressiua hominis extrinsecâ vi impellatur ad motum, quæ tamen ex imperio voluntatis quiescere debebat: aut si quis violenter arrepta mea manu alium percutiat, tales motus dicuntur violenti seu coacti; quia sunt ab extrinseco principio, contra positiuum impetum volũtatis, quibus non modò patiens vim non confert, sed etiam renititur ac positiuè resistit. Vt autem motus sit simpliciter violentus, non sufficit, vt sit contra imperium inefficax voluntatis. sed *requiritur* 1. vt sit contra imperium efficax, hoc est tale, quod ex se effectum habiturum esset, nisi vis extrinsecùs illata esset. Etsi enim exterior motus contra inefficax imperium voluntatis causet inuoluntarium seu violentum secundùm quid, non tamen causabit violentum simpliciter. Nam sicut ad violentum simpliciter requiritur, vt passum positiuè resistat; ita requiritur, vt voluntas efficaciter reni-

Potest voluntas cogi in actibus imperatis externarum facultatum

12.

13. *Ad motum violentum simpliciter requiritur* 1.

14.

Digitized by Google

tatur: vnde sicut inefficax imperium non est resistentia simpliciter, sed secundùm quid; ita nec potus tali resistentiæ oppositus erit violentus simpliciter, sed secundùm quid: tanta enim est violentia, quanta est resistentia passi. 2. Vt motus ab extrinseco illatus non possit à passo impediri: quia si potest à passo impediri, & non impediatur, non erit illi violentus, sed indirectè & permissiuè voluntarius. Vnde si ad posse adiungatur debitum impediendi, non solùm erit voluntarius, sed etiam culpabilis: vt accidit Virgini, quæ cùm valeat stupenti obsistere, dum non obsistit, est illi stuprum indirectè voluntarium, ac ideò culpabile. 3. Vt recipiatur in eodem passo: non enim esset mors filij violenta patri, quia illa non recipitur in patre. Colligitur hæc conditio ex definitione ipsa violenti, *quod est ab extrinseca principio, nullam vim conferente passo*: at passum mortis non est pater, sed filius: est igitur filio, non patri, est violenta mors.

115. *Requiritur 2.*

116. *Requiritur 3.*

DICO 2. Potest motus esse naturalis externæ & inferiori facultati, violentus autem internæ & superiori potentiæ; contrà verò violentus externæ & inferiori potentiæ, naturalis & voluntarius superiori principio: simpliciter dicendus est naturalis, aut violentus per respectum ad potentiam superiorem voluntatis. Exemplum primi sit auditio, aut delectatio sentientis appetitus, contra internum impetum elicitum voluntatis. Implicat enim auditionem esse violentam auditui, aut delectationem appetitui: quia implicat, aliquid esse violentum passo, & ab eo actiuè produci: nam violentum est, ad quod passum nullam vim confert: poterunt autem esse violenta voluntati, quia exerceri possunt contra impetum elicitum ipsius. Exemplum secundi: abscissio manus ad seruandum totum corpus, est violenta manui; combustio corporis ad seruandam animam est violenta corpori: vtraque tamen voluntaria est animæ, à qua liberè eligitur propter maius bonum. Ratio tertij, quia per respectum ad illud debet operatio dici simpliciter naturalis, aut violenta, quod principale est in operante; at hæc est voluntas, quæ vt potentia vniuersalis respicit bonum totius suppositi; non facultas aliqua inferior, quæ solùm respicit bonum particulare proprium. Ex his *collige*, nullam operationem vitalem esse violentam propriæ potentiæ vitali, etiamsi exerceatur contra voluntatis imperium; vt si quis inuitus cogatur videre, audire, vel intelligere: erit quidem tunc visio, auditio, intellectio coacta & inuoluntaria voluntati, non potentiæ visiuæ, auditiuæ, intellectiuæ: quia huiusmodi actus, cùm sint vitales, actiuè producuntur à suis principijs vitalibus, ac proinde illis violenti esse non possunt.

117. *Motus naturalis externæ facultati, violentus interna & contrà.*

118. *Nulla operatio vitalis violenta.*

Grauior concertatio, an possit creatura vim pati à suo creatore. Negant *Caiet. 1.p.q.82 a.1.§.circa hanc, Conrad. 1.2.q.6.a.4.* quos ex parte sequitur *Alphon. Curiel ibid. dubio 1. §. 2.* quatenùs docet, omnem rem creatam, atque adeò voluntatem ipsam humanam, vt natura quædam, non vt principium liberum est, naturaliter inclinare ad obediendum Deo; quia verò hæc inclinatio maior est in quâlibet re, quàm inclinatio ad proprium bonum, ideò quidquid creatura patitur obediendo Deo, non est illi violentum, esto sit contra ipsius priuatam inclinationem, quia non est contra principalem inclinationem eiusdem creaturæ, quam habet ad obediendum Deo. Probat 1. ex August. *lib. 26. con. Faust. c. 3.* vbi loquens de inclinatione, quam creaturæ omnes ad obediendum Deo habent, ita scribit: *Deus creaturarum & conditor omnium naturarum, nihil contra naturam facit: id enim erit cuique rei naturale, quod ille fecerit, à quo est omnis modus, numerus, ordo naturæ.* 2. Creatura magis subordinatur Deo, quàm appetitus inferior superiori: at appetitus inferior non dicitur cogi & vim pati, si imperio voluntatis ex vno affectu mutatur in alium: ergo nec creatura, si ex imperio Dei recipit aliquid contra priuatam sui ipsius inclinationem.

119. *Negant*

120. *Prob. 1. August.*

121.

Tertiò. Nulla creatura potest resistere Deo; ergo nec vim pati à Deo: Is enim tantùm potest vim pati, qui resistere potest. 4. Ideò cùm graue ascendit sursum ad replendum vacuum, vim non patitur, quia mouetur secundùm principalem inclinationem, quam habet ad bonum vniuersale naturæ conseruandum: ergo neque cùm creatura mouetur ad obediendum Deo contra priuatam inclinationem, vim patietur.

122.

123.

Affirmat *Vasquez 1. 2. disp. 25. cap. 4. & Medina eit. Quæ sent. probabilior est & amplectenda.* Fundam. quia potest Deus imprimere aliquid creaturæ, quod sit contra impetum innatum, vel elicitum ipsius. Nec vera est distinctio illa data de duplici inclinatione, alterâ ad bonum proprium, alterâ ad obediendum Deo. Nam si in creaturâ esset peculiaris inclinatio ad obediendum Deo, diuersa ab inclinatione, quam eadem creatura habet ad proprium bonum sibi commensum, sequeretur esse in creatura potentiam per se primò ordinatam ad formas supernat. vel saltem ad perfectionem abstrahentem à naturali, & supernat. quia per huiusmodi inclinationem creatura per se primò ordinaretur ad recipiendum omnem effectum, quem Deus posset in ea producere; inter quos multi sunt in ententitate supernaturales: & consequenter talis potentia esset in suâ entitate supernaturalis, potentia enim per se primò specificata ab actu supernat. non potest esse naturalis: hoc autem esset supernaturalia cum naturalibus confundere.

124. *Potest creatura vim pati à suo Creatore.*

Ad 1. argum. Resp. Auguſt. loqui de ijs tantùm quæ Deus in creaturis operatur secundùm potentiam ordinatâ & legem ab ipso præscriptâ; non de ijs, quæ facere potest potentiâ absolutâ. Ad 2. distinguo *ut Magis*; hoc est promptiùs obedit creatura Deo quàm appetitus inferior superiori, concedo; quia creatura obedit Deo despoticè; appetitus inferior obedit appetitui superiori politicè, non coactus, sed persuasus à voluntate media intrinseca propositione obiecti, quod voluntas proponit appetitui media phantasia, à qua proximè appetitus sensitiuus regitur, mouendo illam, vt tale obiectum appetitui repræsentet, quale voluntas ipsa illi persuadere desiderat: *Magis*, hoc est cum maiori inclinatione, nego. Cùm enim appetitus superior moueat inferiorem media propria obiecti notitia, quod illi media phantasia proponit, mouet illum vitaliter, atque adeò connaturaliter, & ab intrinseco; & consequenter maiori inclinatione obedit voluntati quàm creatura Deo, cui sæpè obedit contra propriam inclinationem.

125. *Ad primum prima.*

126. *Ad 2. Magis obedit appetitus inferior superiori quàm creatura Deo, non despoticè, sed politicè*

Ad 3. disting. antec. Nulla creatura resistere potest Deo, quin effectum à Deo imperatum recipiat, concedo: quin illum recipiat cum interna renitentiâ subiecti, nego: cùm enim ipsa efficere non possit, quin effectum à Deo imperatum recipiat; efficere nec valet, vt illum recipiat cum naturali inclinatione, si proprię naturæ contrarius sit.

127. *Ad 3.*

Ad 4. nego, cùm sursum ascendit graue ad vacuum replendum, vim non pati; sicut etiam cùm manus abscinditur ad conseruandum reliquum corpus, vim patitur: quamuis talis abscissio dicenda sit absolutè voluntaria, quia est iuxta principalem

128. *Ad 4. Ascensus grauis ad vacuum prohibendum est violentus.*

Digitized by Google

cipalem inclinationem suppositi. Ita cùm sursum ascendit graue ad vacuum impediendum, talis ascensus est violentus graui, naturalis tamen toti Vniuerso, cuius inclinatio est ad se ipsum conseruandum per partium vinculum.

SECTIO V.

An causetur inuoluntarium metu, concupiscentiâ, ignorantiâ.

129. *Ratio dub.* RAtio dubit. quia quæ metu fiunt, sunt à principio intrinseco cognoscente singula: ergo nequeunt esse inuoluntaria: nam inuoluntarium est, quòd fit ab extrinseco principio, passo vim non conferente. *Confirm.* Confirm. repugnat aliquid simul esse voluntarium, & inuoluntarium: siquidem repugnat aliquid simul esse ab intrinseco principio, & non esse ab intrinseco principio. Hoc nō obstante,

130. *Metus causat Inuoluntarium.* DICO 1. Metus causat aliquod inuoluntarium: *Aristot. 3. Ethic. 1. S. Tho. 1. 2. qu. 6. a. 6. & reliq. scholast. in 4. dist. 29.* Probatur *Arist.* à poster. Quia quæ metu fiunt, tristitiam adferunt, tristitia autem signum est inuoluntarij: & quòd ea nobis displicent: Quæ nobis displicent, vt sic voluntaria esse non possunt: voluntaria enim sunt, quæ nos ipsi eligimus: eligimus, quę nobis placent.

131. *Hoc est secundùm quid.* DICO 2. Inuoluntarium, quod metus causat, non est inuoluntarium simpliciter sed secundùm quid. Vnde opus metu factum, est magis voluntarium, quàm inuoluntarium. Hanc expresè docent *cit. loco Philos. Mixta igitur huiusmodi actiones cùm sint, spontaneis tamen magis sunt similes: Quippe cùm eligenda sint tunc, cùm aguntur, finis verò actionis in occasione sit. S. Thom. cit. loco, & reliqui scholast. in* 4. *dist.* 29. quibusdam iurisperitis exceptis. *A priori* Ratio colligitur ex Philos. Illud est magis & simpliciter tale, cui actu conuenit esse tale: Illud est tale secundùm quid, cui tantùm in potentiâ conuenit esse tale: Vnumquodque enim denominatur simpliciter tale ab eo, quod est actu, non ab eo, quod est potentiâ. At operi metu facto conuenit ratio voluntarij actu, inuoluntarij verò potentiâ: Quia voluntarium est dependentia effectus à voluntate efficaciter operante, quæ dependentia actu conuenit operi metu facto; ratio verò inuoluntarij conuenit eidem operi per respectum ad voluntatem conditionatam, quæ respectu voluntatis efficacis se habet vt voluntas in potentiâ, cùm non sit simpliciter operans. Opus autem denominatur simpliciter voluntarium, aut inuolun. ex voluntate actu

132. *Potest idem opus esse voluntariū, & inuol.* operante, aut non operante. Quòd autem possit vnum idemque opus simul esse voluntarium & inuolun. inde constat: Quia potest opus, quod assumitur vt medium ad aliquod malum vitandum, per se spectatum esse malum, & consequenter displicere assumenti, & simul esse medium necessarium, ad euitandum maius malum, atque adeò ex hac parte eidem assumenti placere. Vt proiectio mercium, quatenùs tempore tempestatis est medium ad euitandam mortem, bona est, eaque à proijciente amatur: quatenùs verò est incommoda proijcienti, mala est, eaque displicet. Igitur potest vnum idemque opus simul esse voluntarium, quatenùs absolutâ voluntate imperatur; inuoluntarium, quatenus conditionata voluntate illud idem non eligeretur, si periculum non immineret.

133. *Voluntariū & inuol. supra opus* Aduerte autem, voluntarium & inuolunt. non cadere supra actus *velo*, & *nollem*, à voluntate immediatè elicitos, sed supra opus ipsum externum. Si n. considerentur actus interni, vterque est voluntarius, & nullo modo inuoluntarius, quia vterque est iuxta naturalem voluntatis inclinationem, quam habet ad prosequendum bonum, & fugiendum malum. Vnde neuter actus est alteri oppositus: Siquidem actus, *nollem*, non cadit supra actum, *velo*: Sicut nec actus *velo*, supra actum *nollem*, sed vterque supra opus externum sub diuersis circumstantijs spectatum. Hinc inuoluntarium, aliud efficax sub conditione, hoc est, quod voluntas non efficeret, nisi posità conditione: Vt proiectio mercium, quas sublatâ circumstantiâ imminentis mortis, mercator non proijceret: Aliud inefficax sub conditione: hoc est, quod etiam conditione sublatâ voluntas efficeret: talis est obseruatio legis Christianæ metu pœnæ æternæ, quam, adhuc sublatâ circumstantiâ pœnæ æternæ, Christianus seruaret: alioqui si animum haberet non seruandi legem, nisi illi imposita esset pœna, ęqualiter peccaret, quia seruaret legem timore seruili cum seruilitate: Tametsi non teneatur habere positiuum actum seruandi legem, etiamsi illi pœna imposita non esset, sed solùm tenetur non elicere positiuum actum in oppositum. quod vt melius intelligatur, *externum cadunt.*

134. *Duplex inuoluntarium.*

Notandum dupliciter posse metum ad opus concurrere, 1. antecedenter, vt quando metus est causa operis aliàs non faciundi, vti concurrit metus vrgentis mortis ad proiectionem mercium: hoc modo moueri ad legem diuinam seruandam metu pœnæ, semper est peccatum. 2. Concomitanter & adhuc dupliciter, vno modo vt metus sit causa impulsiua, non autem motiua & finalis operis: Sic Christianus seruat legem diuinā metu pœnæ æternæ compulsus, non tamen finaliter propter illam, ita vt si pœna impota non esset legem non seruaret. 2. modo, vt ne impulsiuè quidem metus sit causa operis: Sic multi viri iusti mouentur ex sola honestate virtutis, & amore Dei, nullo metu pœnæ, ad diuina præcepta seruanda. Prior modus concomitantiæ aliquod cauiat inuoluntarium in opere, aliàs ex naturâ suâ arduo, quamuis meritum non tollat. Posterior verò nullum causat inuoluntarium, sed potius auget voluntarium, quia agens non mouetur ex metu, voluntarium minuente, sed ex concupiscentia, voluntarium augente. Ex his patet ad rationem dubit. nam dicitur opus metu factum esse inuoluntarium, non qua procedit ab intrinseco principio, sic enim est voluntarium simpliciter; sed quatenùs est contra actum elicitum conditionatum voluntatis, quæ idem opus sub alijs circumstantijs nollet. Ad Confir. resp. actum dici voluntarium & inuolun. respectu diuersorum actuum: Nec omne inuolun. esse à principio extrinseco, sed posse esse inuoluntarium quod est contra aliquem internum impetum elicitum voluntatis.

135. *Dupliciter metum concurrere ad opus.*

136. *Ad rationē dubitandi.*

Confirm.

Deducitur 1. nullum metum per se excusare à peccato: Quia sicut non tollit voluntarium simpliciter, ita nec liberum simpliciter ad peccatum requisitum. Dixi *per se:* quia potest metus, quando grauis est, adeò iudicium turbare, vt non sinat illud liberè operari. Est autem metus grauis, qui & *cadens in constantem virum* dicitur, præconcepta opinio mortis, aut alterius notabilis mali, proprię, vel propinquorum personæ, famæ, aut fortunis probabiliter imminentis. Quare ad grauem metum non sufficit quæuis leuis suspicio mali, sed requiritur aut præsens, aut probabilis futuri mali coniectura. Cæterùm vt metus censeatur grauis, aut leuis, non solùm habenda est ratio mali, quod imminet, sed etiam personæ & probabilitatis: nam

137. *Nullus metus per se excusat à peccato.*

Metus grauis

Digitized by Google

qui leuis est viro constanti & forti, merito censebitur grauis imbecillo ac muliebri.

138. *Contractus non irritat*

Deducitur 2. omnes contractus graui metu celebratos, quantum est ex vi consensus ad contractum requisiti, validos esse: Quia sicut metus non tollit voluntarium simpliciter, ita nec liberum simpliciter: nam qui metu operatur, ita operatur, vt valeat simpliciter non operari, ac proinde liberè operatur. *Dixi, quantum est ex vi consensus:* nam ex iuris dispositione sicut omnis contractus iniusto metu extortus, modò non sit iuramento firmatus, irritus est: ita reliqui etiam iusto metu graui initi eadem iuris dispositione rescindi possunt: eo quòd ad contrahendum, iura perfectam requirant libertatem, quam quicumque grauis metus impedit.

An concupiscentia causet inuoluntarium?

139. *Concup. sc. antecedens, & consequens*

SVmitur hîc, *concupiscentia*, pro aliquo motu appetitus sensitiui; & (quamuis propriè importet actum concupiscentis) pro quouis motu appetitus, etiam irascentis, excepto metu. Duplex autem à *S. Thoma* 1. 2. *q.* 77. *a.* 6. distinguitur concupiscentia: *Antecedens* & *consequens.* hæc non est causa, sed effectus voluntarij; quamuis eadem fieri possit antecedens & causa voluntarij quoad perseuerantiam operis. *Antecedens est* causa vel occasio voluntarij.

140. *Nullo modo causat inuoluntarium. Prob.*

DICO 1. Concupiscentia nullo modo causat inuoluntarium: *Arist.* 3. *Ethico. cap.* 1. *fine S. Thom.* 1. 2. *q.* 6. *a.* 7. *& reliq. scholast.* Fundam. concupiscentia inclinat voluntatem ad opus: ergo non causat inuoluntarium: quia voluntarium est ipsa inclinatio voluntatis ad opus: Antec. prob. concupiscentia est causa, vt obiectum delectabile efficaciùs ab intellectu apprehendatur, & ideò vt intensiùs à voluntate ametur: nam propter connexionem appetitus inferioris cum superiore, ad quemlibet motum appetitus inferioris excitatur superior, ad meliùs efficaciusque apprehendendum id, quod appetitur & apprehenditur ab inferiori. Quò autem efficaciùs repræsentatur obiectum, eò crescit inclinatio & propensio voluntatis ad illud.

141. *Confirm. à signo.*

Idipsum confirmat *Arist.* quia quæ inuiti agimus, molesta nobis sunt, quæ verò ex cupiditate, iucunda. Hinc eruitur discrimen inter metum & concupisc. metus auertit voluntatem affectu saltem conditionato ab obiecto, quod tanquam medium assumitur ad euitandum maius malum; & impellit ipsam ad medium, quod secundùm se est malum, & solùm bonum prout assumitur hîc & nunc ad euitandum maius malum. Concupiscentia contrà allicit volũtatem ad opus & inclinat ad obiectum, quod secundùm se est delectabile, & conforme naturali inclinationi ipsius. *Dices* tam timidus, quàm incontinens, agit contra aliquod propositum voluntatis: ergo tam timor quàm concupiscentia causat aliquod inuoluntarium. Antec. constat, nam potest idem obiectum placere ex affectu concupiscentiæ & displicere ex affectu virtutis; ergo poterit actus concupiscentiæ esse inuoluntarius secundùm quid. Respondet *cit. loco S. Tho. ad* 2. eum, qui per concupisc. agit, dum actu concupiscit, mutare antiquum propositum; quo sibi tale obiectum ex affectu virtutis displicebat: in eo verò, qui ex metu operatur, dum operatur, manere repugnantiam, quâ sibi displicet id quod operatur: nempè concupiscibile mouet voluntatem per intrinsecam bonitatem & cõformitatem, quam habet ad ipsius naturalem inclinationem. Obiectum timoris solùm mouet voluntatem vt vtile ad maius malum vitandum: cùm alioqui ex se malum sit. Quo fit, vt intellectus concupiscentis intrinsecâ bonitate obiecti allectus, omittat in actu concupisc. considerare deformitatem, quam illud habet in ordine ad rectum dictamen rationis. Obiectum timoris, cùm sit per se malum, difficile intellectum auertit à consideratione malitiæ, quam in se habet: atque adeò semper cum efficaci voluntate operis exequendi manet efficax & conditionata voluntas illud non exequendi. Hinc *colligitur,* quâ ratione possit concupiscentia esse causa alicuius inuolũtarij indirectè: tùm quia per concupisc. sæpè trahimur ad operandũ contra antiquum propositum: quod est operari inuoluntariè virtualiter & indirectè. Tùm quia, cessante passione, plerumque dolemus de ijs, quę suadente passione egimus.

142. *Is qui per concupisc. agit, mutat propositum.*

143. *Concupisc. causa inuol. indirecte & virt.*

144. *Auget voluntarium.*

DICO 2. Concupiscentia auget voluntarium, & minuit liberum: Est contra *Conrad.* 1. 2. *q.* 6. *a.* 7. *& Vasquez d.* 28. *cap.* 2. Quorum fundam. quia quò magis consensus voluntatis est ab extrinseco, eò minùs est voluntarius: sed quò magis voluntas ex passione mouetur, eò magis mouetur ab extrinseco, quia passio est extrinseca voluntati. Maior prob. quia voluntarium est à principio intrinseco cum cognitione: ergo quantò magis voluntas mouetur ab extrinseco, tantò minùs mouetur à se ipsâ. Confirm. 1. Magis spontaneè mouetur, qui à se ipso mouetur, quàm qui aliorum precibus. 2. Nequit minui liberum, quin minuatur voluntarium; cùm voluntarium & liberum se habeant vt superius & inferius: non potest autem minui species, quin minuatur genus in specie essentialiter inclusum: Sed per concupisc. minuitur liberum, ex *S. Tho.* 1. 2. *q.* 77. *a.* 6. vbi docet, concupisc. antecedentem minuere peccatum, quia minuit rationem voluntarij ad peccatũ requisiti: ergo per eandem minuitur voluntarium simpliciter. Nostra tamen assertio apertè colligitur ex *S. Tho.* 1. 2. *q.* 6. *a.* 7. vbi docet, concupiscentiam causare voluntarium. Quod autem aptum est causare aliquid, aptum est augere illud. Eandem assert. sequuntur *Medina, Sylnius cit. loco, Valentia disp.* 2. *q.* 1. *punc.* 5. *Suarez de act. hum. tract.* 2. *disp.* 3. *sect.* 3. *Nauarrus in summa, praludio* 6. *num.* 8. & reliqui. Fundam. Voluntarium est ipsissima inclinatio voluntatis in obiectum: ergo quo crescit inclinatio voluntatis in obiectum, eo crescit voluntarium: sed per concupisc. crescit inclinatio voluntatis in obiectum: quia concupis. auget rationem ipsam delectabilis in obiecto, illud meliùs efficaciusque applicando intellectui ac voluntati: auctâ eâ augetur inclinatio voluntatis in illud: voluntas enim naturali impetu fertur in bonum: ergo eò intensiùs fertur in illud, quò meliùs efficaciusq; fuerit apprehensum.

Contra est Vasquez.

145. *Fundam.*

146. *Minuit liberum*

Quòd autem concupiscentia minuat liberum, constat: quia liberum essentialiter consistit in indifferentia voluntatis ad obiectum, secundùm quam voluntas non magis inclinat ad vnam partem, quam ad aliam obiecti: ergo quò magis crescit inclinatio voluntatis ad vnam partem obiecti, eò minuitur inclinatio ad oppositam, & indifferentia ipsa voluntatis, seu ratio liberi.

147. *Ad fund. Contr. Vasq.*

Ad fundam. oppositę sent. neg. minor: Ad prob. resp. quòd licet passio sit extrinseca voluntati, obiectum tamen ipsum, per passionem efficaciùs applicatum, est intrinsecum voluntati, quia concurrit media cognitione, quæ est intrinseca voluntati, & consequenter etiam voluntario, vt ex eius definit. constat. Est autem passio causa seu occasio melioris applicationis obiecti per modum excitationis: insurgens enim in appetitu sensitiuo, per sympathiam

Digitized by Google

pathiam mouet intellectum ad efficaciùs repræ-
148. sentandum idem obiectum voluntati. Ad 1. con-
Ad 1. Con firm. firm. conced. antec. quando alienæ preces ad vo-
luntarium concurrunt, merè extrinsecè, non ap-
plicando meliùs obiectum voluntati per nouam
rationem suasiuam: Secus quando alienæ preces
concurrunt mutando intrinsecè obiectum per no-
uas rationes suasiuas; quia tunc voluntas non mo-
uetur ab extrinseco, sed ab intrinseco obiecto, pre-
cibus meliùs applicato: & preces solùm se habent
149 vt ratio extrinsecè applicans. Ad 2. nego antec. po-
Ad 2. test enim minui liberum circa vnam partem obie-
cti, & augeri voluntarium circa aliam, ad quam
voluntas per concupis. inclinat: Vt, insurgente ira-
cundiâ, augetur voluntarium circa inimicum odio
prosequendum, & minuitur liberum circa eun-
dem diligendum, seu non odio prosequendum:
hoc ipso enim quòd augetur voluntarium circa v-
nam partem obiecti, minuitur indifferentia, &
consequenter libertas, quę in indifferentiâ ad vtrã-
que partem obiecti consistit. Ad prob. antec. pri-
mò neg. maior. Nam voluntarium & liberum ha-
bent se potiùs vt subiectũ & accidens: idem quip-
pe actus physicè inuariatus mutari potest de ne-
cessario in liberum, & vice versâ, vt patet in moti-
bus primò primis, qui accedente debitâ aduerten-
tiâ rationis, de necessarijs fiunt liberi. 2. Neg. mi-
nor assump. non enim repugnat, minui speciem,
& augeri genus, quando sumuntur penes diuersa:
ratio enim liberi attenditur penes indifferentiam
voluntatis ad vtramque partem obiecti; voluntа-
rium verò penes inclinationem ad vnam tantùm
150. partem. *Dices:* per concupisc. minuitur cognitio;
ergo & voluntarium, quod ex cognitione essentia-
liter pendet. Antec. prob. intellectus passione alle-
ctus non attendit ad omnes circumstantias, quæ
Per concu- sunt in obiecto, Resp. minui cognitionem ex vnâ
piſc. minui- parte obiecti, ac voluntarium circa eandem par-
tur cogni- tem obiecti; augeri ex alia parte, circa quam auge-
tio & an- tur & voluntarium. Hinc sequitur, per concupisc.
getur minui peccatum, quia minuitur ratio liberi, quam-
uis augeatur ratio voluntarij. De hoc voluntario
libero interpretare *S. Tho.* cùm *cit. loco* dixit, con-
cupisc. antecedentem minuere peccatum, quia
minuit rationem voluntarij, nempe liberi.

151. Ex hoc principio deducitur hæc vniuersalis re-
Consensus gula ad multos conscientię casus definiendos: Nul-
blanditijs lus consensus, blanditijs aç suasionibus extortus,
extortus, irritat vel inualidat contractum, nec ad restitutio-
non irritat nem tenetur, qui illum blanditijs extorquet, si
contractũ, fortè ex eo aliquod damnum passus est consen-
modò fraus tiens, modò fraus & dolus absint. Prior pars regu-
absit. læ prob. blanditiæ, non minuunt, sed augent vo-
luntarium: & per blanditias nulla infertur iniuria
consentienti, quę sola ex iuris dispositione est cau-
sa, vt contractus graui metu celebratus sit irritus,
vel irritandus, & ad restitutionem obliget, etiam
leui metu factus. Ratio, cur per blanditias iniuria
non inferatur, est, quia iniuria infertur per læsio-
nem alicuius iuris: blanditiæ ad nullum ius læden-
dum ordinantur, sed potiùs ad perficiendum. Me-
tus autem semper ordinatur ad lędendum aliquod
ius eius, cui incutitur: nam timidus metu læsionis
talis iuris, nolens eligit, quod aliàs non eligeret.

152. Ex hac regula colligit *cit. loco Nauarrus*, testa-
Corell. duo. mentum vxoris, blando sermone à marito procu-
ratum, esse validum, cùm tamen illud metu fa-
ctum ipso iure sit irritum: & *S. Thomas* 2. 2. *q.*
10. *art.* 12. Gentiles & Infideles esse ad fidem tra-
hendos, non metu ac minis, sed blanditijs ac sua-
sionibus. Posterior pars regulæ constat, nam sem-
per fraus & dolus coniunctam habent aliquam ig-
norantiã; quæ, vt mox constabit, voluntariũ tollit.

An ignorantia causet inuoluntarium?

DIcitur ignorantia causa operis vt remouens
prohibens, quia remouet scientiam; quæ si 153.
adesset, non fieret opus, quod ignoranter fit: vt
ignorantia, qua Iudęi Christum crucifixerunt, fuit
causa crucifixionis, 1. *ad Corinth.* 2. *Si cognouissent,*
numquam dominum gloriæ crucifixissent. Porrò ig-
norantia triplex est. *Antecedens*, quæ & *inuincibi-* *Ignorantia*
lis, seu probabilis dicitur, est, quæ omnino antece- *Antecedens*
dit nostram voluntatem, & per nos tolli non po-
tuit, cùm nullo pacto fuerit in nostra potestate il-
lam tollere, quia nullo modo fuit nobis voluntaria:
vt cùm quis ignoranter occidit Filium, quem si
cognouisset, non occidisset. *Consequens*, quæ & *Consequens*
culpabilis seu *vincibilis* dicitur, est, quæ per nos tol-
li potuit, & debuit: vt ignorantia illa, qua Iudæi
occiderunt Christum, fuit consequens & vincibi-
lis; quia poterant ac debebant illam tollere ac vin-
cere oppositâ scientiâ. Hæc eadem, quæ respectu
voluntatis est consequens, respectu operis potest
esse antecedens: quia si opposita scientia adesset,
opus non fieret: Si Iudæi Christum cognouissent,
illum nõ crucifixissent. Interdum est *concomitans*, *Concomi-*
quia etiamsi opposita adesset scientia, adhuc opus *tans*
fieret: vt cùm quis ignorans occidit inimicum,
quem si cognouisset, adhuc occidisset. *Concomi-*
tans autem est, quæ nec est voluntaria, nec causa
operis: nam siue adsit, siue non adsit opposita scien-
tia, opus nihilominus fieret.

DICO 1. Ignorantia *Antecedens* omninò tollit 154.
voluntarium, & aliquo modo est causa inuolun- *Antecedens*
tarij. Primum *patet*, quia quod ex ignorantiâ an- *tollit volũ-*
teced. fit, non est neque in se, neque in causa voli- *tarium.*
tum: ergo nullo modo voluntarium: quia volu-
tarium est effectus voluntatis, quæ non agit nisi
volendo. Antec. prob. quia quod ex ignorantia fit;
non cognoscitur: ergo non potest esse volitum in
se: neque in causâ, seu in ignorantiâ ipsâ; quæ vo-
luntaria non est. propterea enim dicitur antece-
dens, quia antecedit omnem actum voluntatis
etiam implicitum & indirectum. Prob. secundum: 155.
quia licet quod ex tali ignorantia fit, non sit dire- *Et aliquo*
ctè nolitum, quia non potest voluntas directè nol- *modo causa*
le, quod ignorat; est tamen nolitum indirectè, & *est inuolun-*
in causa: quia propter hoc, vt suppono, adhibet *tarij.*
moralem diligentiam, ne per ignorantiam sequa-
tur effectus, quem re ipsa nollet: igitur effectus, ex
tali ignorantia secutus, est aliquo modo inuolun-
tarius, quia est contra internum impetum volun-
tatis, quo talem effectum nollet.

DICO 2. Ignorantia *Consequens* causat volun- 156.
tarium simpliciter: tametsi interdum causare pos- *Consequens*
sit inuoluntarium secundùm quid. Primum *Prob.* *causat vo-*
quia licet effectus, ex ignorantia consequente se- *luntarium*
cutus, non sit voluntarius directè & in se, cùm non *simpliciter.*
sit directè, & in se cognitus; est tamen voluntarius
indirectè & in causa, quæ est ignorantia ipsa dire-
ctè, vel indirectè volita. Secundum ostendo, quia 157.
potest qui ex hac ignorantia operatur, actu saltem *Interdum*
inefficaci nolle effectum ex tali ignorantia secu- *Inuolunta-*
tum: atque adeò potest illi talis effectus esse in- *rium secun-*
uoluntarius secundùm quid: Cuius signum est *dùm quid.*
tristitia ex eo secuta. *Dixi saltem inefficaci*, quia si
efficaciter nollet effectum, moralem adhiberet
diligentiam, quâ adhibitâ, ignorantia non esset am-
pliùs consequens, sed antecedens: nam hoc ipso
quòd adhibita morali diligentia, non tolleretur ac
vinceretur per oppositam scientiam, non esset

Digitized by Google

ampliùs vincibilis, atque adeò consequens; sed inuincibilis & antecedens.

158. *Numquam concomitans causat Inuoluntarium*

Dico 3. Nunquam ignorantia concomitans causat inuoluntarium, neque directè, neque indirectè. Etenim qui cum tali ignorantia operatur, nec habet formalem & directam nolitionem operis quod ignoranter fecit, quia per ignorantiam fuit illi tale opus occultatum: neque virtualem & indirectam, velut si sciret, nollet; alioqui non esset talis ignorantia concomitans, sed vel antecedens, vel consequens. Quod etiam confirmat *Arist. 3. Eth.* 1. à signo: quia quæ per hanc ignorantiam fiunt, facta pœnitentiam non adferunt. Vbi etiam differentiam ponit inter *ignoranter agere & agere ex ignorantia.* Ignoranter agit, qui per ignorantiam concomitantem operatur. Agit ex ignoranti, qui ignorantiâ antecedente operatur, quia agit ex illâ, tanquam ex causa remouente prohibens: cùm tamen ignorantia concomitans nullo pacto sit causa operis; nam eâ positâ vel sublatâ, semper opus fieret. Vt si quis occidat inimicũ putans esse feram, quem nihilominùs occidisset, si sciuisset illum esse inimicum.

159. *Nec voluntarium directè, potest indirectè.*

Dico 4. Nulla ignorantia concomitans causat voluntarium directè, licet interdum causare possit voluntarium indirectè. Prior pars patet, nam quælibet occultat obiectum, in quod nequit voluntas actu proprio & directè ferri. Posterior prob. quia interdum contingit, hanc esse directè, aut saltem indirectè volitam: & consequenter effectus inde secutus non erit omninò non voluntarius, sed voluntarius saltem indirectè: vt si quis, sufficiente diligentiâ non adhibitâ, tegulas è tecto proijciendo inimicum occidat, talis occisio est indirectè voluntaria.

160. *Dices.*

Dices: Talis effectus neque est voluntarius in se, cùm occultetur voluntati per ignor. neque in causâ, quia ignorantia concomitans licet sit voluntaria, non est tamen causa operis, nam etiam sine illâ opus fieret.

Resp.

Resp. esse voluntarium in causâ, non quidem in ipsâ ignorãtiâ, sed in proiectione tegulæ, quæ hîc & nunc sub talibus circumstantijs facta, est volita, & quidquid ex illa moraliter sequi potest.

161.

Notanter in conclusione addidi, *interdum*: nam sæpe huiusmodi ignorantia nullum causat voluntarium: quod tunc accidit, quando ignorans moralem adhibet diligentiam, ne vllum ex sua actione sequatur damnum. Vt si quis, antequam tegulas proijciat, omnem adhibeat diligentiam, in quo casu inimici occisio ex tali proiectione secuta, non

162. *Instabis.*

esset voluntaria proijcienti. *Instabis:* Si ille sciret, adhuc occideret suum inimicum: ergo semper est

Resp.

occisio inimici indirectè saltem voluntaria. Resp. dupliciter posse talem hominem ad inimicum occidendum esse dispositum: vno modo habitualiter, quo pacto ad præsentem culpam homicidij nil refert: nam bonitas, vel malitia actus non pendet ex habituali, sed ex actuali voluntate: pendet enim ex eâ, quatenùs est principiũ elicitiuum, aut imperatiuum actus: habitualis autem voluntas nihil elicit vel imperat in ordine ad præsentem occisionem inimici. Vnde illa conditionalis, *si scirem, facerem:* sicut nihil ponit in esse, quia nullum ponit actum in operante, qui sit efficax principium operis, ita nil refert ad operis qualitatẽ. Secundo actualiter, actu tamen conditionato, vt si interno actu diceret, *vtinam hac tegula inimicum meum interficirem.* At neque hoc modo actus homicidij, contingenter secutus, erit voluntarius, quia licet hic actus internus habeat malitiam homicidij, externus tamen effectus homicidij non censetur voluntarius, sed solùm volitus, per modum obiecti, non per modum effectus. Quia ille actus internus non est principium externi homicidij, cùm non sit per modum efficacis & absoluti imperij, sed conditionati & imperfecti desiderij, quod vt tale nihil influit in opus externum.

Ratio

Vt explicetur mens S. Doct. docentis, ignor. 163.
concomitantem non causare voluntarium; nec accusare, nec excusare à culpa, dicendum, ignor. concomitatem causare volũtarium, & consequenter accusare hominem, quatenus illa coniungitur eum consequente: excusare verò, seu potiùs non accusare, quatenus nectitur cum antecedẽte: Concomitans .n. necessariò debet cum alterutra connecti: si cum antecedente, nec accusat, nec excusat à culpa, licet aliunde actus, cum tali ignorantia factus, supponatur culpabilis: si coniungitur cum consequente, tum & causat voluntarium, & accusat hominem ex tali ignor. operantem: hoc tamen non habet formaliter vt concomitans est, sed vt consequens est. Quę doctrina vt clarior fiat, 164.

Ignorantia cõcomitans causat voluntarium.

Scito, ignorantiam cõparari e vel cum voluntate, quatenus est illi voluntaria, aut inuoluntaria; quo pacto distinguitur tantum in antecedẽtem, & consequentem: nam hoc modo considerata vel antecedit omnem actum explicitũ, & implicitum voluntatis, vel saltem consequitur actum implicitum voluntatis. Prior dicitur antecedens, eo quòd antecedat actum volũtatis, quo illa fieret voluntaria: Posterior dicitur consequens; eo quòd consequitur actum voluntatis, mediante quo fit voluntaria. Vel comparatur ad actum voluntatis, non quo ipsa fiat volita, sed cuius ipsa sit causa per modum remouentis prohibens: & sic distinguitur in anteced. & concomitantem. Nam vel illa est causa actus, & dicitur antecedens, nimirum causalitate: vel non est causa actus, quia nimirum ea posita, vel sublata, adhuc fieret actus, & dicitur concomitans. Est autem ignorantia causa actus, non positiua & per se, cùm sit pura negatio, sed per accidens & remotiua prohibentis, quia remouet oppositam scientiam, quæ actũ prohiberet. Cùm enim actus humani proximè regulentur à scientiâ, eâ remotâ, remouentur actus: & consequenter ignorantia, quæ tollit scientiam, est causa moralis, actus, tanquam remouens prohibens. Quo fit, vt ignorantia anteced. semper sit inuincibilis: consequens semper vincibilis, atque adeò culpabilis: Comitans stare potest cum vtraque: Ex quo colligitur, omnes actus, factos ex ignor. antecedente, suapte naturâ irritos atque inualidos esse defectu voluntarij. Quę doctrina valde notanda est in actibus humanis.

Ignorantia dupliciter cõsideratur

Actus ex Ignor. inuincibili naturâ irriti

DISPVTATIO IV.

De obiecto humanæ voluntatis.

1. *Explicatio causæ prior explic. effectûs.*

EXplicata ratione voluntarij & inuoluntarij in communi, explicanda est ratio voluntarij & inuoluntarij in actibus voluntatis in particulari. Sed antequam de actibus ipsis, qui effectus sunt voluntatis, disputetur, præmittenda est disputatio de naturâ, obiecto, & modo operandi ipsius; cùm hæc sint causa eorum, quę de illis dicam. Hunc ordinem seruat *S. Doctor* 1. 2. *vbi de actibus humanis*: cuius methodum nos in hoc & reliquis tomis, quoad fieri poterit, sequemur.

SECTIO

Digitized by Google

SECTIO I.

An obiectum motiuum voluntatis sit tantùm bonum?

2. Obiectum volunt.

VOluntas sumi potest dupliciter. 1. Pro potentiâ: 2. pro actu ipso prosecutionis, quo in suum obiectum fertur. In hac disp. voluntatem capimus primo modo. In qualibet autem potentiâ duplex distinguitur obiectum; materiale, seu terminatiuum; & formale, seu motiuum. Præsens controu. non est de obiecto materiali voluntatis, quod est tam bonum, quàm malum: vtrumque enim terminat potentiam volitiuam, illud medio actu prosecutionis; hoc medio actu fugæ: sed de obiecto motiuo, seu formali, an sit tãtum bonum.

Materiale

Formale

3. 1. Sent. negat.

Prima sent. negat, obiectum adæquatè motiuum voluntatis esse tantùm bonum, sed etiam malum: Est aliquorum recentiorum, qui pro se citant *Valentiam in* 1. 2. *disp.* 2. *q.* 3 *punc.* 1. vbi ait, extra controu. esse, voluntatem versari tam circa bonũ actu prosecutionis, quàm circa malum actu fugæ. *Prob.* 1. *ex S. Doct.* 1. 2. *q* 8. *a.* 1. ad 1. docente, voluntatem sumptam pro potentia versari circa opposita, sumptam verò pro actu tantùm circa bonum. 2. Implicat potentiam operari circa obiectum materiale, quin simul opetetur circa formale: at interdum voluntas operatur circa malum per odium, & detestationem. non operando circa bonum. Igitur malum est obiectum etiam formale voluntatis. Minor prob. nam sæpè voluntas fertur in malum absque vlla cognitione boni, vt cùm ex malo præsenti causatur in nobis repentina tristitia: sine cognitione autem nequit voluntas circa obiectum operari. Confirm. 1. Malum vt præcisum à bono est sufficiens mouere voluntatem ad actum fugæ: ergo non est necessarium aliud motiuum: nam si esset necessarium, maximè esset ad inclinandam voluntatem ad actum fugæ. Antec. prob. malum per se est destructiuũ suppositi: ergo per se est motiuum voluntatis ad fugam & detestationem sui. 2. Ita se habet voluntas ad bonum & malũ, sicut intellectus ad verum & falsum: sed potest intellectus per dissensũ ferri in falsum, absque eo quòd per consensũ feratur in verũ: ergo poterit volũtas actu fugæ & detestationis ferri in malum, absq; eo quòd actu prosecutionis feratur in bonũ.

Prob 1.

4. Prob. 2. Ratione

5. Confirm. 1.

6. Confirm. 2.

7. Obiectum motiuum voluntatis est tantùm bonum.

Secunda sent. affirmat, tantùm bonum esse obiectum motiuum voluntatis: Conradi 1. 2. *q.* 1. *a.* 1. *§. Nota: Medina ibid. §. Rursus. Suarez in Metaph. disp.* 23. *sect.* 5. & apertè colligitur ex *S. Tho.* 1. 2. *q.* 1. *a.* 1. vbi ex eo probat, omnes actiones humanas esse propter finem, quia omnes causantur à proprio obiecto voluntatis: Proprium autem obiectum voluntatis est finis & bonum. Si autem posset aliquis actus voluntatis non esse propter bonum, qualis est in sent. aduers. fuga mali, ille non esset propter finem, quia malum non potest esse finis voluntatis: ergo non omnes actiones humanæ essent propter finem. Idem docet *Scotus in* 4. *dist.* 49. *q.* 10. *§. Resp. actus nolendi nunquam est, nisi in virtute alicuius volitionis: ideo enim nolo aliquid, quia volo aliud.* Quod priùs docuerat *in* 2. *dist.* 6. *q.* 2. *§. in ista quæstione:* idque auctor. *Anselm.* 2. sequitur ex sent. eorum, qui docent, adæquatum obiectum voluntatis esse bonum: nullus enim actus voluntatis reperiri poterit, qui non sit propter bonum: quia adæquatum obiectum, potentiæ est illud, circa quod potentia semper operatur.

Hæc sent. probabilior est & sequenda: quam Probo 1. nequit voluntas detestari malum, nisi cognitum vt disconueniens proprio supposito: ergo nequit malum fugere, nisi mota à bono, cui malum aduersatur. Antec. constat: nam quamdiu malum non cognoscitur vt disconueniens proprio supposito, non potest illud voluntas detestari: sicut quamdiu non cognoscitur bonum vt conueniens proprio supposito, non potest à voluntate appeti. Quia sicut nihil potest voluntas appetere, nisi vt conueniens proprio supposito: ita nihil detestari, nisi vt disconueniens eidem: & hoc idcò, quia voluntas essentialiter est appetitus, de ratione cuius est appetere conuenientia, & fugere disconuenientia naturæ. Conseq. prob. Nam posito quòd voluntas nequeat detestari malum, nisi præcognoscat illud vt aduersatiuum bono, ad quod essentialiter ordinatur, non mouebitur ad malum detestandũ, nisi propter bonum, quod in fuga mali necessariò debet præcognoscere. Quia ab illo obiecto potentia principaliùs mouetur, ad quod principaliùs ordinatur: at principaliùs voluntas ordinatur ad bonum, cui malum detestandum aduersatur: nam ad bonum ordinatur primò & per se; ad malũ autem detestandũ cõsequenter, & per accidens. Vnde eatenùs illud detestatur, quatenus aduersatur bono. 2. Nulla potentia operari potest, nisi mota à suo proprio specificatiuo: at proprium specificatiuum voluntatis est bonum suppositi: ergo nequit malũ detestari, nisi propter bonum: & ad detestandum malum moueri debet ab ipso bono, cui malum aduersatur. Minor est commune axioma, quia voluntas est quidam appetitus: omnis autem appetitus specificatur ab aliquo bono, ad quod appetendum per se ordinatur. Vnde voluntas specificatur à bono proprij suppositi, ad quod appetendum, procurandúmve per se ordinatur. Confirm. quia malum cùm sit contrarium & destructiuum boni, non potest specificare potentiam, quia nequit potentia specificari ab oppositis formis. Maior prob. nam nec potentia visiua operatur, nisi mota à visibili, quod est specificatiuum ipsius; nec auditiua, nisi ab audibili, nec intellectiua, nisi ab intelligibili; ergo nec appetitiua nisi ab appetibili; quod est bonum proprio supposito cõueniens; patet à pari: appetitus. n. naturalis lapidis non deserit locum sursum, nisi propter locum deorsum, à quo principaliter mouetur; nec appetitus naturalis ignis locum deorsum, nisi propter locum sursum, à quo principaliter mouetur. Tum quia nulla potentia operari potest extra suum proprium obiectum: at proprium obiectum potentiæ est proprium specificatiuum ipsius. Cùm igitur proprium specificatiuum voluntatis sit bonum, nequit extra illud operari. Vnde etiam quando fugit malum, fugit propter bonum.

8. Prob. 1.

9. Prob. 2.

10. Confirm.

Inductio

A priori

Ex his deducitur, neque indifferens, esse motiuum voluntatis: quia indifferens non est voluntatis specificatiuum: nam ratio motiua potentiæ debet esse positiua, cùm mouere debeat potentiam ad actum positiuum: sed ratio indifferentis non est ratio positiua, sed negatiua: igitur nec motiua, nec specificatiua ipsius. *Dices*, adæquatum motiuum voluntatis non est tantùm bonitas finis, sed etiam mediorum: ergo adæquatum motiuum eiusdem non erit tantùm bonum, sed etiam malum. Antec. constat ex ijs, quæ *suprà disp.* 1. *sect.* 3. Consec. prob. nam non obstante, quòd voluntas per se ac principaliter ordinetur ad finem, adhuc moueri potest à medijs: ergo non obstante, quod voluntas per se & principaliter ordinetur ad bonum adhuc moueri

11. Indifferens non est motiuum voluntatis.

12. Dices

Digitized by Google

moueri poterit à malo. Resp. neg. conseq. Quia media continent aliquam bonitatem conditam à bonitate finis, quæ dicitur bonitas viilis, per quam mouere possunt voluntatem ad prosecutionem sui. Est enim voluntas essentialiter appetitus: appetitus autem moueri potest à quocumque bono, quod propriæ naturæ conuenit, vel ad illud consequendum conducit. Malum autem non potest mouere voluntatem, nisi in virtute boni, cùm nil possit mouere voluntatem, quæ essentialiter est appetitus perfectibilitatis, nisi ad ipsam cõparetur vt perfectiuum: cuiusmodi non est malum.

Media habent bonitatem distinctam à bonitate finis.

13. Ad 1. argum. 1. sent. Resp. cùm *S. Thomas* docet, voluntatem versari circa opposita, intelligere circa opposita materialiter. In quo sensu loquitur etiam *Valentia*, cùm ait, extra controu. esse, voluntatem ferri ad bonum & malum; alioqui extra controu. non est, vt ex contrariâ sent. constat, voluntatem ferri ad bonum & malum formaliter.

Ad 1. prima

14. Ad 2. neg. minor, eiusque prob. nam etiam quando appetitus ex præsenti malo tristatur, non tristatur absque aliquâ præuia notitia boni, cui tale malum aduersatur. Ratio: quia nequit detestari illud, nisi præcognoscat illud, vt disconueniens bono proprij suppositi: atque adeò necessariò præcedere debet notitia boni, cui præsens malum detestandum aduersatur. Ad 1. confirm. neg. antec. Ad prob. dico, hoc ipso quòd malũ est destructiuum boni proprij suppositi, atque vt sic cognitum monere debeat appetitum ad fugam sui, necessariò mouere in virtute boni, cui aduersatur, cùm illud sit principale motiuum, in virtute cuius malum voluntatem inclinat ad sui detestationem.

Ad 2.

Ad conf. 1.

16. Ad 2. resp. etiam intellectum ferri in falsum, per actum dissensus in virtute veri, cui opponitur: nam neque intellectus dissentire potest falso, nisi, illud cognoscat vt contrarium vero: atque adeò in virtute veri illi dissentit. Atque hæc de voluntate vt potentia: supereſt de voluntate vt actu.

Ad secundam

An possit voluntas velle malum sub ratione mali, aut nolle bonum sub ratione boni?

17. PRima sent. affirm. Est *Nominal. Ochã. in 3 q. 13. du. 3.* dubius est *Scotus in 1. dist. 1. q. 3. §. ad argu. & in 2. dist. 43. q. 2.* quod postea retractauit, & oppositum absolutè docuit *in 4. dist. 49. q. 10. §. resp.* Probat 1. Ocham. Si non posset voluntas viatoris velle malum sub ratione mali, non posset circa quodcunque obiectum sibi propositum mereri & demereri: consequens est falsum: nam exceptis Christo, eiusque Matre ex speciali priuilegio, viator potest circa quodcumque obiectum sibi propositum mereri vel demereri per oppositos actus. Sequelam probat: Proponat intellectus voluntati hanc propos. *Deos falsos colere, malum est*, aut potest voluntas hoc velle, aut non. si potest; Igitur potest velle malum cognitum vt malum. Si non potest; ergo nequit circa hoc obiectum peccatum commissionis committere, quia id nequit nisi volendo, quod intellectus proponit vt malum.

Prima sent.

18. *Prob. 1. Ocham*

19. Ex hoc fundam. colligit, posse voluntatem nolle, seu odisse bonum vt bonum, quia potest circa quodcumque obiectum sibi propositum mereri. aut demereri. Ergo si proponatur illi bonum honestum, poterit illud velle, vel nolle, seu amare vel odisse; igitur poterit nolle & odisse bonum cognitum & iudicatum vt bonum. Vt autem saluet auctoritates Patrum, docet, bonum & malum bifariam accipi, vno modo pro bono honesto & delectabili: alio pro omni volibili & nolibili à voluntate. Concedit autem, posse voluntatem nolle bonum, & velle malum primo modo: negat posse secundo: quia nollet quod vult, & vellet quod non vult. *Probat* 2. Scotus *cit. loco, in* 2. quia hæc sententia melius saluat discrimen inter peccatum patratum ex infirmitate, quod committitur alliciente passione: ex ignorantiâ, quod committitur errante ratione: ex malitia, quod committitur ex mera voluntatis libertate, eligentis malum vt malum, quod propterea peccatum in Spiritum S. appellatur. 3. cùm quis odit inimicum, vult illi malum sub ratione mali. Igitur malum potest esse obiectum prosecutionis. Antec. constat, quia obiectum odij teste *S. Thoma* 1. 2. *q.* 29. *ar.* 1. est malum vt malum, sicut obiectum amoris est bonum vt bonum. 4. cùm quis ex duobus malis eligit minus, vult malum vt malum. Antec. constat, quia in talibus obiectis nihil est vel appareret, nisi malum: ergo nõ potest moueri nisi à malo. 5. Tam damnati, quàm multi homines in hac vitâ vellent non esse; sed non esse, est malum. 6. Voluntas est essentialiter libera; ergo potest ad exercendam suam libertatem velle malum vt malum. 7. in quodcunque inclinat habitus, inclinare potest & potentia, in qua est habitus, quia hic non operatur sine illâ: sed habitus iniustitiæ inclinat in malum vt malum, seu in actum iniustitiæ vt sic: ergo in idem inclinare potest voluntas, in quâ talis habitus est.

Ad 2. sensum torquet Patres

20. *Probat Scotus 2.*

21. *Tertiò*

22. *Quartò*

23. *Quintò*

24. *Sextò*

25. *Septimò*

Secunda & vera sent. Negat, posse voluntatem velle malum sub ratione mali, aut nolle bonum sub ratione boni: est *S. Thoma* 1. 2. *q.* 8. *art.* 1. & reliqu. *cum Arist.* 1. *Ethic. cap.* 1. vbi docet in omni actione & allectione semper bonum aliquod intendi; approbatq; dictum illud antiquorũ, *bonum esse quod omnia expetunt:* aliàs falsum, si daretur actio aut electio, in quâ malum intẽderetur; esset ve aliquis, qui bonum non expeteret, sed odio haberet. Eandem sent. docent *Dionysius, Augustinus, Anselmus*, ex quibus desumptum est illud axioma: *nemo intẽdens malum, operatur.* At malũ intendens operaretur, qui appeteret malum sub ratione mali. Nec satisfacit *Ocham. glossando*, obiectum voluntatis esse bonum & malum, non quod re ipsâ, vel in apprehensione apparet, sed quod voluntas ipsa amplectitur, vel repudiat: Nam vt ex Patribus constat, ideò nemo intendens malum, operatur, quia malũ est contra inclinationem naturæ; hoc autem habet malum ex se, vt præcedit saltem in apprehensione operantis. Prob. 2. voluntas est appetitus rationalis naturæ congenitus, ad expetenda ea, quæ sunt propriæ naturę conuenientia, & repudianda ea, quæ sunt eidem disconuenientia: at malũ, est propriæ naturæ disconueniens; bonum vt bonum, est eidem conueniens: nequit igitur voluntas aut appetere malum sub ratione mali, aut repudiare bonum sub ratione boni: quia nulla potentia ferri potest extra obiectum, ad quod est à naturâ ordinata. Maior Prob. quia nõ potest naturâ exigere potentiam, quæ inclinet ad destructionem sui: ergo non potest congenerare sibi appetitum, qui inclinare possit ad malum vt malum: alioqui inclinare posset natura per potentiam ad destructionem sui: nam potentiam sibi producere non potest, nisi ex inclinatione ad obiecta, ad quæ mediante potentiâ ipsa tendit: est enim potentia instrumentum, mediante quo natura ipsa tendit ad obiecta, ergo producere nequit appetitum, qui inclinet ad malum sub ratione mali. Confirm. Ita se habet appetitus rationalis in natura cognoscitiua, sicut appetitus naturalis in quâuis aliâ: at implicat, appetitum naturalem in natura non cognoscitiua inclinari ad aliquid

Ad Ocham Gloſſam.

27. *Prob. 2. ratione*

Minor. conseq. clara.

28. *Confirm.*

Digitized by Google

aliquid disconueniens propriæ naturæ: Implicat aquam appetitu naturali inclinare ad caliditatem, ignem ad frigiditatem, terram ad motum sursum, aërem ad motum deorsum: ergo & appetitum rationalem ad malum propriæ naturæ sub ratione mali. Maior prob. quia sicut appetitus naturalis datus est naturæ, vt per eum tendat ad ea quę sunt sibi conuenientia ita appetitus rationalis datus est naturæ intellectuali, vt per eum tendat ad ea, quæ sunt sibi conuenientia: hoc solo discrimine, quòd natura non cognoscitiua appetitu naturali solùm tendat ad ea, quæ re ipsa sunt conuenientia: natura verò cognoscitiua appetitu rationali etiam ad ea quæ tantùm apparenter sunt sibi conuenientia. Quod discrimen oritur ex eo, quòd natura cognoscitiua medio appetitu rationali tendit ad finem sibi debitum vt apprehensum: natura verò non cognoscitiua per appetitum naturalem tendit ad finem sibi debitum, vt à parte rei existentem. At sæpè apprehensio proponit appetitui vt naturæ conueniens, quod re ipsa conueniens non est: nunquam autem potest apperitui naturali apparere vt conueniens, quod re ipsa conueniens non est; quia appetitus naturalis non fertur ad perfectionem sibi debitam, prout apprehenditur, sed prout à parte rei existit.

29. *Ad fund. Ochami* Ad 1. Ochami nego sequel. Ad prob. nego, vt voluntas circa tale obiectum propositum vt malum demereri possit, necesse esse, vt illud velle possit sub ratione mali, sed sub aliquâ ratione apparentis boni commodi, aut delectabilis. Ad 2.

30. *Ad arg. Scoti* Scoti Resp. discrimen inter peccatum ex malitia, & reliqua ex infirmitate & ignorantiâ, optimè saluari ex eo, quòd peccatum ex malitia sit peccatum commissum à sola libertate voluntatis, nullo præcedente vel errore in intellectu, vel passione in appetitu; non quòd voluntas amplectatur malum sub ratione mali, sed cognoscens esse malum, adhuc illud vult sub aliqua ratione commodi, vel delectabilis, vti fuit peccatum Angelorum, qui quamuis cognouerint, illud fuisse malum & contra diuinam voluntatem, adhuc amplexi sunt sub motiuo propriæ excellentię, nullo præcedente vel errore in intellectu, vel passione in appetitu sentiente, quo carent Angeli. Ad 3. disting. antec.

31. *Ad 3 Voluntas vult malum vt malum, respectu personæ cui vult, non respectu sui.* Qui vult alteri malum, vult malum vt malum respectu illius cui malum intendit, concedo: vult malum vt malum respectu sui, vel alterius personæ, propter quam mouetur ad tale malum alteri desiderandum, nego. Est igitur malum alteri concupitum obiectum materiale: formale verò est bonum commodum seu delectabile sui, aut alterius personæ, propter quam tale malum alteri concupiscitur. Vnde ad prob. antec. concedo, obiectum odij esse malum respectu personæ, cui desideratur; nego esse malum respectu personæ, propter quam illud alteri desideratur. In quo differt ab amore, cuius obiectum non modò est bonum respectu personæ, propter quam desideretur, sed etiam respectu personæ, cui bonum ipsum desideratur. *Dices.* Hinc sequitur, nullum dari actum odij: nam actus odij est, qui intendit malum alteri, vt malum alteri est. Resp. Nullum dari actum odij simpliciter, nego: nullum dari actum odij, qui simul non sit actus amoris, concedo. Idem quippe actus dicitur & odium respectu personæ, cui malum intenditur; & amor respectu sui, vel alterius personæ, propter cuius commodum tale malum alteri intenditur. Sicut idem actus dicitur amor concupiscentiæ respectu boni, quod amatur, & simul amicitiæ respectu personæ, cui amatur. Ad 4. nego antec. Qui enim ex duobus malis eligit minus, non eligit illud formaliter vt malum, sed vt remotiuum maioris mali: esse autem remotiuum maioris mali est aliquod bonum, ac proinde eligitur formaliter vt bonum. Vnde ad prob. antec. nego, in talibus obiectis nihil esse, vel apparere nisi malum; nam est vel apparet remotio grauioris mali, quod est aliquod bonum. Ad 5. disting. Maior. Tam damnati, quàm multi peruersi homines in hac vita desiderant non esse formaliter vt non sint, nego; vt sint liberi à præsenti miseria, propter quam desiderant non esse, concedo. Liberari autem à præsenti miseria, quam patiuntur, est aliquod bonum, quod damnati, & peruersi homines in hac vita præferentes bono proprij esse, potiùs optant carere proprio esse, quàm præsentem miseriam pati. Ad 6. neg. conseq. quia libertas supponit obiectum proportionatũ, circa quod versetur: cùm igitur malum vt malum non sit obiectum prosecutionis; sicut nec bonum vt bonum obiectum fugæ, repugnat voluntatem exercere suam libertatem actu prosecutionis circa malum vt malum, vel actu fugæ circa bonum vt bonum. Ad 7. neg. Minor. Ad prob. nego, habitum iniustitiæ inclinare in actum iniustitiæ formaliter, sed tantùm materialiter; formaliter verò inclinare in aliquod cõmodum vel vtile ipsius operantis. Quia habitus iniustitiæ gignitur ex actibus iniustitiæ: qui non tendunt ad læsionem iuris, quatenus est alteri mala formaliter, sed quatenus est operanti bona: atque adeò formalis ratio, sub qua talis læsio iuris operantem mouet, non est mala, sed bona bonitate commodi; licet sit mala, & vt sic non intendatur formaliter ab operante malitia inhonestatis.

32. *Ad 4.*

33. *Ad 5.*

34. *Ad 6.*

35. *Ad 7.*

SECTIO II.

An eodem actu voluntas feratur in finem & media?

36. TItulus supponit, voluntatem ad vtrumque ferri posse: certum namque est, potentiam ferri posse in quodcumque, in quo ratio sui obiecti reperitur: at tam in fine, quàm in medijs reperitur ratio boni, quæ est proprium voluntatis obiectum. Sola igitur difficultas est, an eodem actu ad vtrumque simul feratur. Prima sent. negat, *Rubio. in 1. dist. 1. q. 1. a. 1. Arimin. ibid. a. 2. Marsil. q. 4. a. 1. dub. 1. Vasquez 1. 2. disp. 33. cap. 2.* Prob. 1. Volitio mediorum causatur à volitione finis: implicat autem eundem actum causari à se ipso: igitur implicat eundem actum simul esse finis & mediorum. Minor prob. nam nihil aliud est mediũ esse volitum propter finem, quàm volitionem medij causari à volitione finis. 2. Electio & voluntas, auctore *Philos. 3. Ethic. c. 2.* sunt actus diuersæ rationis, cùm vnus sit circa media, alter circa finem: igitur nequit idem actus esse finis & mediorum. 3. Si quis posset vno actu ferri in media & finem, posset vno actu detestari malum propter finem, atque adeò vno actu simul velle finem, & nolle malum propter finem: implicat autem, vt idem actus sit volitio & nolitio simul, odium & amor; aliàs idem actus esse posset gaudium & tristitia; metus & spes. 4. Sæpe voluntas eligit media, nihil cogitando de fine, vt cùm ex præteritâ volitione finis eligit media præsentia: non potest autem voluntas actu velle finem, nisi actu de illo cogitet, cùm nihil velle possit nisi præcognitum.

37. *Negant* *Prob. 1.*

38. *Prob. 2.*

39. *Tert. ò*

40. *Quarto*

Igitur

Digitized by Google

Igitur electio non necessariò est volitio finis.

Secunda sent. affirmat: *Est communior.* Eamque 41. expressè docent *S. Tho.* 1. 2. *q.* 8. *a.* 3. *Caietan. Conrad. Medin. Valent. Sylvius ibid. Bonav. in* 2. *dist.* 38. *dub.* 4. *circa text. Richard. a.* 3. *q.* 4. *Ægid. q.* 2. *a.* 3. *Durand. q.* 3. *Palat. q.* 2. *Mayron. in* 1. *dist.* 1. *q.* 3. *Capreol. q.* 1. *ad argum. Gregorij, Ocham. q.* 1. *dub.* 2. *Gabriel q.* 1. *art.* 1. *notab.* 2. *inclinat Scotus in* 2. *dist.* 38. *q. vnica.* Pro cuius explicatione,

Affirmant verè.

42. Nota, dupliciter posse voluntatem in finem & in media ferri: vno modo vt inuicem connexa, in finem vt acquisibilem per media, & in media vt assecutiua finis: alio modo absolutè, in vnumquodque per se, in finem propter bonitatem, quã habet in se, sine relatione ad media, & in media sine relatione ad finem. Proposita controu. non est in 2. sensu, in quo certum est, voluntatem distinctis actibus ferri in finem, & in media absolutè sumpta; sed in primo. In quo adhuc certum est, & vltrò concedit Vasquez, non posse voluntatem intendere finem, vt acquisibilem per media, quin saltem virtualiter & in obliquo velit finem. quia hoc modo intenditur finis cum ordine ad media & media cum ordine ad finem. Impossibile autem est, quando vnum intenditur cum ordine ad aliud, vt voluntas velit vnum, quin etiam velit aliud, saltem virtualiter & in obliquo. Quare tota difficultas est, an non tantùm virtualiter & in obliquo; sed etiam formaliter, & in recto voluntas volendo finem acquisibilem per media, velit etiam media: & contrà, volendo media vt assecutiua finis, velit finem non tantùm virtualiter & in obliquo, sed etiam formaliter & in recto. Proquo

Vasquez.

43. Dico Tametsi plerumque voluntas intendendo finem virtualiter, tantùm & in obliquo intendat media, & contrà, eligendo media, virtualiter tantùm, & in obliquo intendat finem: Potest tamen, & de facto interdum in vtrumque fertur formaliter & in recto. Prior pars constat experientia. Sæpè enim intendimus finem vt assequendum per media in communi & confusè tantùm cognita: tunc autem non possumus directè & formaliter velle media. Contrà verò sæpè eligimus determinata media, vt vtilia ad finem consequendum, non intendendo expressè finem, nisi per modum termini obliquè terminantis ipsam electionem mediorum. Posterior pars assert. prob.

Plerumque voluntas intendendo finem virtualiter tantùm, & in obliquo intendit media:

44. Quotiescunque duo ita se habent; vt vnum sit ratio formalis primaria, propter quam cognoscatur, vel appetatur alterum, vtrumque potest vno eodemque actu cognosci, vel appeti directè & formaliter: ita se habent finis & media in ordine ad appetibilitatem: igitur possunt vno eodemque actu voluntatis appeti directè & formaliter. Maior patet: nam quando duo se habent vt ratio formalis & materialis seu primaria & secundaria, ambo coalescunt in vnum obiectum totale per se terminatiuum actus secundùm vtramque rationem: nam tunc actus æquè primò cadit in vtramque obiecti rationem, in vnam tanquam in rationem materialem seu secundariam, in aliam tanquam in rationem formalem & primariam. Vt constat de visione, quæ æquè primò cadit in colorem & lucem; in illum tanquam in rationem materialem & secundariam, in hanc tanquam in formalem & primariam. Similiter intellectus beati vno actu visionis gloriosæ fertur in creaturas, tanquam in obiectum secundarium & materiale, & in Deum tanquam in obiectum formale & primarium; eodèque actu voluntas eiusdem beati fertur in creaturas propter Deum, & in Deum tanquam in rationem primariam diligendi creaturas. Quia potest voluntas vnico actu expressè & directè ferri in totum id, in quod expressè & directè fertur intellectus: cùm non minùs efficax & vniuersalis sit voluntas erga suum obiectum, quàm sit intellectus erga suum. Atqui potest intellectus vnico actu expressè & directè ferri in vtrumque: ergo & voluntas. Totus hic discursus colligitur *ex S. Th.* 1. 2 *q.* 8. *a.* 3.

Et eligendo media, virtualiter & in obliquo intendit finem.

Paritas visionis

Ratio

S. Thom.

45. *Dices.* Si hoc esset; semper, & non interdum, voluntas vnico actu tenderet in finem & in media, quia semper finis proponitur vt ratio formalis volendi media, & media vt ratio materialis volibilis propter finem: vt semper visus vnico actu fertur in colorem & lucem. Resp. neg. sequel. Ad prob. Dico, vt voluntas vnico actu directè tendat ad vtrumque, non sat esse, vt quomodocunque vnum proponatur vt ratio volendi alterum; nam adhuc cum ista connexione proponi potest vnum vt directè volibile, alterum verò vt indirectè tantùm volibile & tanquam terminus alterius: sed necessarium esse, vt vtrumque simul proponatur directè volibile. Quod tunc fit, quando vtrumque proponitur per modum vnius obiecti, ex duplici ratione materiali & formali, seu secundariâ & primariâ constituti: secùs quando vnumquodque proponitur per modum obiecti ad alterum relati. Nec est par ratio de visu respectu coloris & lucis. Nam color nullo modo, saltem naturaliter terminare potest per se visionem, nisi vt informatus luce. At possunt mediâ per se primò etiam naturaliter terminare actum volitionis propter intrinsecam bonitatem, quam habent in ordine ad finem: & vice versâ, finis per se primò terminare actum volitionis propter intrinsecam bonitatem, vt assequibilem per media. Confirm. Sicut potest intellectus dupliciter ferri in principia & conclusiones: vno modo directè & per se in vtrumque, in principia tanquam in rationem formalem, in conclusiones tanquam in materialem assentiendi: alio modo directè & per se primò in vnum, indirectè verò & terminatiuè in aliud. Ita voluntas in finem & media. Quia quando plura participant intrinsecè rationem formalem obiecti cum aliquâ subordinatione ad inuicem, potest potentia duplici modo ferri in illa, vel directè, & per se primò ad omnia per modum vnius obiecti; vel directè, & per se primò in vnum cum relatione & respectu ad aliud: secùs quando vel non omnia participant intrinsecè rationem formalem obiecti, vel vnum non est terminatiuum potentiæ, nisi vt includens formaliter aliud. Ex his constat dupliciter posse voluntatem ad finem tendere: vno modo via resolutionis, vt cùm ex intentione finis tendit ad media: alio modo via compositionis seu generationis, vt cùm ex electione mediorum tendit ad finem consequendum. Prior modus dicitur resolutiuus, quia tendit à causa ad effectum: omnis autem processus à causa ad effectum, dicitur resolutiuus, quia omnis effectus per se resoluitur in suas causas. Posterior dicitur compositiuus, quia procedit per effectus ad causam: omnis autem effectus componitur ex suis causis. Nec obstat, quòd viâ generatiuâ media sint etiã causa finis, ac proinde dici posset processus resolutiuus: quia licet sint causa efficiés quoad executionem respectu finis, sunt tamen effectus quoad intentionem respectu eiusdem finis: & quia inter causas potissimũ locum obtinet finis, simpliciter talis processus dicendus est compositiuus.

Ratio

46. *Confirm.*

47. *Voluntas ad finem tendit resolutiuè.*

Compositiuè.

Ad Primum 1. sent. nego omnem volitionem mediorum causari à volitione finis, sed tantùm eam, quæ distinguitur realiter à fine. Ad prob. maioris

48. *Ad arg. 1.*

Digitized by Google

maioris nego, nil aliud esse, medium esse volitum propter finem, quàm volitionem medij causari à volitione finis: vt patet in actu increato, quo Deus vult vnum propter aliud, non propter causalitatem volitionis vnius à volitione alterius, sed quia non vellet vnum nisi propter aliud, vnde particula, *propter*, in causâ finali per se tantùm importat causalitatem obiectiuam, vt vnum sit ratio vel causa volendi aliud, quod stare potest cum omnimodâ identitate actus. Ad 2. distinguo. Intentio & electio sunt actus diuersæ rationis obiectiuè, concedo; nam etiam quãdo coalescunt in vnum actum distinguuntur formaliter penes diuersa obiecta, quæ respiciunt: idem quippe actus, vt intentio, respicit finem; vt electio, media. Sicut idem motus, vt respicit agens, dicitur actio; vt respicit subiectum, dicitur passio. Sunt diuersæ rationis subiectiuè, nego, nisi quando fiunt distinctis actibus. Ad 3. conced. sequel. Neque vllum est absurdum, vt idem actus comparatus ad diuersa, sit volitio & nolitio, amor & odium. Sicut cùm quis vult bonum amico, propter ipsum amicum: talis volitio respectu boni, quod amatur, dicitur amor concupiscentiæ: respectu personæ, quæ amatur, dicitur amor amicitiæ. Item cùm quis vult malum inimico, vel propter bonum proprium, vel alterius personæ: idem actus respectu inimici est odium; respectu sui vel alterius personæ, propter quam tale malum inimico intenditur, dicitur & est amor. Nec est par ratio de gaudio & tristitia, metu & spe: quia cùm isti actus supponant in obiecto rationes oppositas, & nullo modo inter se subordinatas, non possunt in vnum actum coalescere. Volitio autem & nolitio, amor & odium, sæpe in obiecto supponunt rationes mutuò subordinatas. Ad 4. concedo, in tali casu voluntatem actu & formaliter non ferri nisi tantùm ad media, & ne indirectè quidem nec in obliquo ad finẽ: quia nullo modo in eo casu cognoscitur finis. Sed solùm dicitur volũtas in eo casu virtualiter ferri in finem, quatenùs causat præsentem electionem mediorum, vt anteà mota ab intentione finis. Cæterùm vt possit voluntas vno actu formaliter ferri in media & finem, debet vtrumque actu cognosci, atque ab intellectu proponi.

49. *Ad 2.*

50. *Ad 3.*

51. *Ad 4. potest voluntas actu & formaliter ferri tantum in media.*

DISPVTATIO V.

De motiuo voluntatis.

1. CVM non semper voluntas sit in actu sed interdum in potentiâ, iure quærimus, quodnam sit motiuum voluntatis, quod illam de potentiâ reducat in actum, vel de vno actu in alium. Quod S. Thomas indagat in 1.2 q. 9. Multa autem sunt voluntatis motiua. Primum est voluntas ipsa, quæ se ipsam efficienter mouet de potentia ad actum. 2. est intellectus, qui illam mouet per obiecti propositionem. 3. est obiectum ipsum, quod voluntatem inclinat, vel ad prosecutionem, vel ad fugam sui. 4. est appetitus sensitiuus, qui propter connexionem & sympathiam cum rationali, sæpè illum inclinat ad idem obiectum prosequendum. 5. est Deus, qui per modum extrinseci principij, illam efficienter mouet ad omnes actus. Potissima difficultas est de cognitione seu obiecti propositione. Primò an absque vllâ obiecti cognitione voluntas ad operandum moueri queat. 2. an moueri queat solâ cognitione sensitiuâ. 3. An simplici duntaxat apprehensione obiecti, an opus sit iudicio, vel imperio. 4. In quo genere causæ notitia, seu obiecti propositio voluntatem ad operandum moueat.

Varia voluntatis motiua.

SECTIO I.

An voluntas operari possit circa suum obiectum absque præuiâ cognitione illius?

PRima sent. affirmat: Est *Argen. in 1. dist. 1. q. 1. a. 4. Rubio. q. 4. §. hoc præmisso*, qui etiam putat, posse actum voluntatis aliquo tempore naturaliter conseruari absque cognitione: *Bonuent. in opusc. de mystica Theol. q. vn.* qui non solùm de possibili, sed etiam de facto hunc modum operandi concedit extasim patienti: *Palud. in 4. d. 49. q. 1. ar. 2. in solut. 1. argum. post 2. concl.* licet oppositum doceat *in 3. dist. 18. q. 1. art. 2. §. Si dicatur, & dist. 28. q. 2. ar. 3. §. Si dicatur, & in 4. dist. 49 q. 3. ar. 1.* Pro quâ etiam citatur *Gerson alphab. 66. littera* O, quem videre non libuit. Prob. 1. *Bonau. ex Psal. 33. Gustate & videte, quoniam suauis est Dominus.* Gustare autem ad volũtatem, videre ad intellectum pertinet. Cùm igitur Scriptura hortetur, Deum priùs esse gustandum quàm videndum, priùs ad Deum in hac Mysticâ Theologiâ cõsurgimus per amorem, quàm per cognitionem. 2. ex *Dionys. cap. 1. de mysticâ Theol.* vbi Timotheum adhortatur, vt sepositâ omni cognitione de Deo, illi solo affectu adhæreat: *& cap. 7. de Diuinis nomin.* docet, quòd licet in humanis priùs debeat mens intelligere, quàm amare, in experimentali tamen cognitione diuinorum priùs debet Deum sentire amando, quàm cogitando. 3. Potest Deus amorem ex præuiâ cognitione productum, sine cognitione conseruare: ergo etiam sine cognitione producere: quia si tota essentia amoris saluari potest in conseruatione absque cognitione, eadem saluari poterit in productione. Antec. prob. Non minùs in fieri pendet visio corporea ab obiecto visibili præsente, quàm volitio ab obiecto volibili cognitõ: sed potest visio corporea cõseruari absque obiecto visibili præsente: ergo & volitio absque obiecto volibili cognito. 4. Cognitio est sola conditio approximans obiectũ voluntati, vt circa illud debitè approximatum naturaliter operari possit: sed Deus supplere potest omnem conditionem. Maior constat, quia cognitio non integrat vnum cum obiecto volibili, sed habet se, vt pura conditio repræsentans tantùm obiectum voluntati. Vnde sicut potest Deus efficere, vt ignis comburat subiectum sibi non approximatum, ita vt voluntas tendat ad obiectum sibi per cognitionem nõ repræsentatum. Minor prob. quia Deus supplere potest quidquid est extra essentiam rei: quælibet autem conditio est extra essentiam rei. Confirm. Cognitio non est voluntati ratio percipiendi obiectum, cùm voluntas non sit potentia perceptiua, sed tantùm inclinatiua: Ergo siue adsit cognitio siue non, voluntas eodem modo se habet ad suum obiectum. 5. Voluntas vult suum actum, mediante quo tendit ad obiectum: sed suum actum non vult præuiâ cognitione. Confirm. Potest voluntas delectari de cognitione directâ non cognitâ per aliam reflexam: ergo & de quocunque obiecto non cognito. Nam ita se habet cognitio directa, non cognita per reflexam, sicut quodcumque aliud obiectum, nullâ notitiâ cognitum. 6. Potest Deus eleuare voluntatem ad producen-

2. *1. sent. affirm.*

3. *Prob. 1.*

4. *Prob. 2.*

5. *Prima ratio.*

6. *Secunda*

Confirm.

7. *Tertia*

Confirm.

8. *Quarta*

Digitized by Google

producendam gratiam, & quemcumque alium effectum absque præuiâ cognitione, vt quodcumq; ens actiuum ad quemcũque effectum possibilem: ergo & ad producendum actum amoris absque præuiâ cognitione. Quia non est maior ratio, cur eleuari possit ad quemcũque alium effectum, etiâ supernaturalem sine præuiâ cognitione, & non possit ad suum proprium actum, cum quo maiorem habet proportionem.

9. *Negant Schol. implicitè vel expresè* Secunda sent. negat, etiam de potentiâ absolutâ. *Quæ verior est & communior*, expresè docent *Henric. quodlib. 1. q. 15. S. Thom. 1. p. q. 82. a. 4. ad. 3. & 1. 2. q. 3. a. 4. ad. 4. Durand. in 1. dist. 3. in 2. p. dist. q. 4. num. 14. & 17. Ægid. in 2. dist. 38. q. 2. dubit. 1. later. Paludan. cit. precipuè dist. 28. Ocham in 2. dist. 25. ad 15. Bernard. de Gannaco apud Capreol. in 2. dist. 25. q. vn. ar. 3. ad argum. contra 1 concl. ad 1. Henrici, quam sequitur ibid. Capreol. Gabriel in 2. dist. 25. q. vn. a. 3. dubit. 3. propos. 2. & 4. Ferrar. 3. con. gen. cap. 89. §. ad euidentiam: Medina 1. 2. q. 9. a. 1 §. posita notitia: Vasquez ibid. disp. 35. Suarez in Metaph. disp. 23. Sect. 7.* & apertè tradit *Arist. 3. de anima tex. 54.* vbi docet, appetibile non mouere appetitum, nisi vt intellectum vel imaginatum. *Prob.* 1. ex Auguſt.

10. *Prob. 1. Auguſt. Anſel.* 10. *de Trinit cap. 1. sub initium: Rem*, inquit, *prorsus ignotam amare omnino nullus potest:* Anſel. *in Monol. cap.* 48. probat neminem se ipsum amare posse, nisi se ipsum intelligat, vt inde probet, neque Spiritum S. qui procedit vt amor, produci posse nisi ex notitiâ sui. Quam doctrinam omnes ferè Patres supponunt. Ex quâ formatũ est commune illud axioma, *nihil volitum, quin præcognitum.* 2. *Prob.* ratione ductâ ex proprio modo operandi potentiæ appetitiuæ. Etenim proprius modus operandi potentiæ appetitiuæ est, vt se ipsam ad obiectum prosequendum, aut fugiendum moueat, ab obiecto ipso priùs vitaliter mota & excitata: impossibile autem est, vt ab obiecto vitaliter moueatur & excitetur, nisi mediâ cognitione: eo quòd nullum obiectum potest vitaliter mouere potentiam, nisi fit intra ipsum appetentem expressum. Cùm igitur nequeat obiectum intra appetentem exprimi per actum ipsius potentiæ appetitiuæ, cuius tantùm est inclinari ad obiectum iam expressum, exprimendum necessariò erit per actum potentiæ cognoscentis, cuius est, obiectum exprimere intra ipsum appetentem. Maior prob. nam per hoc essentialiter appetitus vitalis discriminatur à naturali, quòd vitalis non se moueat, nisi motus & illectus ab obiecto: naturalis verò quòd mouearur, non motus & illectus à termino. Confirm. 1. De ratione actus volitionis est, vt sit voluntarius & spontaneus: seu vt procedat à principio intrinseco cum cognitione, vt ex defin. à Philos. assignatâ constat. Maior patet, quia de ratione actus volitionis est, vt procedat à principio intrinseco per vitalem inclinationem ad bonum propriæ naturæ conueniens.

Axioma Patrum

11. *Prob. ratione.*

12. *Confirm. 1.*

Philos.

13. *Confirm. 2.* 2. Implicat, vt intellectus ferat iudicium de obiecto non apprehenso, ergo vt voluntas appetat bonum non cognitum: nam ita se habet obiectum apprehensum ad actum iudicij, sicut obiectum cognitum ad actum voluntatis: nam sicut apprehensio repræsentat intellectui obiectum, circa quod ferri debet per iudicium, ita cognitio obiectũ voluntati, circa quod inclinari debet per volitionem.

14. *Ad argumenta opposita.* Ad 1. oppositæ sent. Resp. eo loco Prophetam fideles adhortari, vt ad Deum accedant, & gustent, ac videant, *quàm suauis sit Dominus*, vt ex verbis præced. cõstat. Accedimus autem ad Deum non solùm affectu, sed etiam notitiâ, cùm Deum ipsum credimus, sicut oportet. Post notitiam & delectationẽ monet, vt seriò consideremus *quàm suauis sit Dominus*; hoc enim significat, *videant*, vt feruentiori chatitate ad ipsum redeamus. Ad 2. ijs locis Dionysium excludere notitiam de Deo, quæ tãtùm habetur per cognitionem naturalem à creaturis emendicatam, non quæ infunditur iustis per mentis illustrationes: respectu cuius omnis alia scientia ignorantia potiùs dicenda est: Vel certè eam scientiam excludere, quę per positiuas perfectiones creatas Deum explicat, non quę per negationes rerum creatarum illum conatur attingere, quam ipse *indoctam sapientiam* appellat. Cùm autem dicit, in rebus diuinis nos debere per amorem incipere, non excludit notitiam ad amorem inchoandum necessariam, sed eam quę ex feruentiori affectu erga Deum nasci solet, & experimentalis scientia dicitur. Ad 1. rationem, nego antec. Ad prob. neg. Maior. Visio enim solùm pendet ab obiecto visibili in genere causæ efficientis remotæ; volitio pendet ab obiecto cognito in genere causæ formalis obiectiuę: Potest à Deo suppleri genus causæ efficientis, non formalis: ideò conseruari poterit visio, absente visibili: non volitio, absente cognito: sicut nec conseruari potest visio absente obiecto intentionaliter expresso, à quo pendet in genere causę formalis: ita visio comparatur volitioni in ordine ad obiectum vitaliter expressum. Ad 2. neg. minor. falsum quippe est, Deum supplere posse omne genus conditionis, vt constat de conditione intimæ præsentiæ requisitæ inter duo extrema ad vnum componendum. Nec est eadem ratio de approximatione subiecti ad agendum naturaliter requisitâ, & de approximatione, obiecti per cognitionem ad vitaliter appetendum: nam illa solùm requiritur in genere causæ purè efficientis; hæc in genere causæ vitaliter appetentis. Ad efficiendum non requiritur, nisi vt mediâ actione causæ communicetur esse effectui: ad vitaliter appetendum essentialiter requiritur, vt appetibile ipsum sit per cognitionem approximatum appetenti. Cùm nil aliud sit appetitio, quàm volitio ipsius appetibilis; quod nisi cognoscatur, appeti non potest. Cęterùm non repugnat vt appetitus diuinitùs eleuetur ad producendum ipsum appetibile: implicat vt ipsum incognitum appetat. Vnde nego Deum supplere posse quidquid non intrat formaliter essentiam rei. Nam sæpe aliquid non intrat essentiam rei, sine quo tamen essentia rei fieri nequit, vt patet de intimâ præsentia, quæ essentiam compositi non intrat, cùm sit pura conditio, sine eâ tamen implicat compositum fieri.

15. *Ad 2. Dionys.*

16. *Ad primã rationem.*

17. *Ad 2. Non potest Deus supplere omne genus conditionis.*

Ad Confirm. neg. conseq. Licet enim cognitio non sit voluntati ratio percipiendi obiectum, est tamen ratio vitaliter approximandi obiectum: sine cuius vitali approximatione impossibile dixi, voluntatem vitali appetitu elicito in illud ferri. Ad 3. dico, eo modo quo voluntas vult suum actum, illum præcognoscere: vult illum implicitè, & virtualiter, & eo modo præcognoscit: quia dum ponitur obiectum appetendum, cum ipso obiecto implicitè etiam & virtualiter proponitur appetendus actus, tanquam via ad obiectum. Ad confirm. Resp. posse voluntatem de cognitione delectari formaliter & expresè; & tunc necessaria est cognitio reflexa, quâ directa cognoscatur & repræsentetur per modum obiecti: vel virtualiter & implicitè; & tunc sufficit cognitio directa, quæ explicitè repræsentat obiectum, implicitè & virtualiter se ipsam. Ad 4. neg. conseq. quia productiò gratiæ vel alterius rei, ad quam voluntas obedientialiter eleuaretur, non esset per modum vi-

18. *Ad confir.*

19. *Ad tertiũ.*

20. *Ad confirm*

21. *Ad Quartam.*

talis

Digitized by Google

talis inclinationis ad obiectum, sed per modum puræ productionis effectiuæ: cognitio autem est necessaria voluntati, non simpliciter, sed ad producendum vitaliter, qui est proprius modus voluntatis. Vnde posset voluntas eleuari ad producendum suum obiectum absque vllâ cognitione, non ad illud appetendum seu vitaliter circa illud operandum, cùm vitalis intellectio desit à priori.

SECTIO II.

An voluntas ferri possit in obiectum solâ cognitione sensitiuâ apprehensum?

22. *Negant* PRima sent. negat: *est Henri. quodl. 1. q. 15. & quodl. 10. q. 10. Marsil. in 2. q. 16. a. 1. initio & corol. 3. Caiet. 1. 2. q. 10. a. 3. & q. 77. a. 1. Medina q. 10. a. 3. fine comment. Valentia ibid. pun. 3. §. & prima: Vasquez disp. 35. fine & disp. 37. c. 2. fine, Suarez in Metaphys. disp. 23. sect. 7. num. 8. & c.* Probat 1.

23. *Probat 1. Caiet.* Caiet. si posset voluntas in obiectum solâ cognitione sensitiuâ apprehensum ferri, posset homo absque rationis vsu mereri & demereri: hoc implicat, sc. esse actum liberum absque rationis vsu, cùm indifferentia voluntatis radicaliter pendeat ex indifferentiâ obiectiuâ, quæ absque rationis vsu esse non potest: quia cognitio sensitiua est determinata ad vnum absque indifferentiâ ad oppositum. Probant alij 2. Dum sensus versatur circa bonum sensibile, necessariò circa idem versatur intellectus: ergo nequit voluntas moueri ex cognitione sensitiuâ, quin simul & immediatiùs ex intellectiua. 3. Voluntas & sensus non sunt in eodem subiecto: voluntas .n. est in anima, sensus in corpore: nequit igitur sensus voluntatem mouere: alioquin quâ ratione moueret voluntatem existentem in distincto subiecto, mouere etiam posset voluntatem existentem in distincto supposito. 4. Si posset bonum sensibile sensu apprehensum mouere voluntatem ad sui appetitionem, posset etiam ens sensibile mouere intellectum ad sui intellectionem: id nequit ens sensibile: ergo. 5. Cognitio sensitiua non est proportionata appetitûs rationalis regula, quæ repræsentat bonum vniuersale: & est sola notitia intellectiua (non sensitiua, quę tantùm repræsentat bonum particulare ℣ sensitiuæ naturæ consentaneum) Nam voluntas est appetitus totius suppositi: ergo eius obiectum est bonum vniuersale totius suppositi à sola intellectione repræsentabile.

24. *Probant 2.*

25. *Prob. 3.*

26. *Prob. 4.*

27. *Prob. 5.*

28. *Confirm. 1.* Confirm. primò, quamdiu obiectum non repræsentatur potentiæ secundùm rationem formalem, secundùm quam ab illâ respicitur, nequit appeti à potentiâ, cùm nequeat potentia ferri extra rationem formalem sui obiecti. At ratio formalis, quâ obiectum respicitur à voluntate, est ratio boni vniuersalis: vt constat ex essentiali discrimine voluntatis, quæ non determinatur ad vnam rationem boni, vt appetitus sensitiuus, sed est indifferens ad omnem. 2. Nequit appetitus sensitiuus moueri ab obiecto ratione apprehenso: ergo nec voluntas ab obiecto sensu cognito. 3. Nequit intellectus intelligere ens sensibile mediâ cognitione sensus: ergo nec voluntas illud velle. Secunda Sent. affirmat: *Rubio. in 1. dist. 1. q. 4. § hoc præmisso. concl. 4. Conrad. 1. 2. q. 10. a. 3. fine comment.* sequitur ex sententiâ eorum, quos disputatione 37. *cap. 1. citat Vasquez*; docet *Azor. 1. instit. Mor. lib. 1. c. 20. §. Ottano*: nempe posse appetitum sensitiuum

29. *Confirm. 2.*

30. *Confir. 3.*

31. *Affirmant*

mouere voluntatem absque præuia cognitione intellectiua, per solum nexum & radicationem potentiarum in eadem anima. Certum .n. est in sent. horum, non moueri voluntatem ab appetitu sensitiuo absque vlla cognitione, cùm fateantur impossibile esse, voluntatem ferri in incognitum: ergo mouebitur mediâ cognitione sensitiua: cùm non sit alius modus.

Pro explicatione, distinguenda triplex notitia sensitiua: Vna sensuum externorum: 2. sensûs communis: 3. phantasiæ seu æstimatiuæ. Præsens controu. non est de 1. & 2. cognitione, sed tantùm de 3. hæc .n. tantùm, propter immediatam connexionem cum appetitu sensitiuo, vim habet repræsentandi obiectum sensibile sub ratione boni conuenientis appetenti, sub quâ tantum ratione cognitio est regulatiua appetitûs, qui essentialiter est inclinatio ad bonum appetentis. 32.

Dico .1. Non repugnat, voluntatem immediatè moueri ab obiecto apprehenso solâ cognitione sensitiua æstimatiuæ facultatis. Hæc est *S. Doct. 3. cont. Gent. cap. 10. & 1. 2. q. 4. a. 1. ad. 3.* sed præcipuè *q. 10. a. 3. ad 3. voluntas non solùm mouetur à bono vniuersali apprehenso per rationem, sed etiam à bono apprehenso per sensum.* Nec satisfacit Caiet. dicens, bonum particulare sensu apprehensum mouere voluntatem non secundùm se, sed vt substat bono vniuersali cognito per rationem: nam per hoc non tollitur, quin simul voluntas moueatur etiam à bono particulari per sensum apprehenso. Quod in Thomist. sent. qui cum *S. Tho. 1. p. q. 86. a. 1.* docent, intellectum non cognoscere singularia sensibilia, est certum, cùm in hac sent. nequeat bonum particulare sensibile vt sic, repræsentari voluntati per rationem, quæ in hac sent. ad particularia sensibilia non descendit: ergo si voluntatem mouet, vt constat, repræsentatur per se cognitione sensitiuâ. Impediat ergo Deus omnem notitiam intellectualem de bono particulari sensibili, & maneat sola cognitio sensus: tunc poterit voluntas moueri à bono solâ cognitione sensitiuâ apprehenso, maneret .n. obiectum repræsentatum sub eâdem ratione formali boni sensibilis, sub quâ anteà, quia cùm accedit intellectualis cognitio de eodem obiecto, non variatur prior per sensum, sed superadditur noua, secundum aliam rationem formalem: quâ non obstante, prior repræsentatio per sensum, apta est per aduers. mouere voluntatem ad appetendum tale bonum sensu repræsentatum. 33. *Procul dubio S. Tho. ita sentit.* *Et Thomistæ.*

Ne dicas, cognitionē intellect. requiri vt conditionem essentialiter requisitam. Contrà .n. tunc conditio essentialiter requiritur, quando sine illâ obiectum nequit eâ ratione apparere voluntati, quâ illam allicit, & mouet: at sine notitiâ intellect. potest obiectum sensibile apparere voluntati in ratione boni particularis, quâ aptum est mouere illam solâ cognitione sensûs. Non enim fit apparens voluntati sub ratione boni particularis formaliter per notitiam intellect. sed sensûs: quia per notitiam intellectûs, aduersarijs fatentibus, fit tantùm apparens sub ratione boni vniuersalis. 34. *Dices* *Contrà*

Ratio: Quotiescunque obiectum fit intra sphæram potentiæ, certum est posse potentia circa illud operari. At bonum delectabile sensu apprehensum fit intra sphæram potentiæ volitiuæ: Obiectum .n. voluntatis est bonum cognitum, honestum, vtile, delectabile cùm ipsa sit appetitus vniuersalis, respiciens omne bonum, cuius suppositū est capax: ergo vbi primùm aliquod bonū sub 35. *Prob. 2. Fund.*

Digitized by Google

ratione boni fuerit cognitum quâcunque cognitione, statim *fit* intra sphæram voluntatis: quia cognitio est tantùm conditio approximans ei obiectum: ergo sit intellectiua, sit sensitiua, modò approximet obiectum voluntati aliquâ ratione, quâ respicitur ab ea, poterit voluntas circa illud versari. Confirm. quod mouet voluntatem ad operandum, non est cognitio, sed bonitas cognitione repræsentata: at eadem bonitas delectabilis repræsentatur cognitione intellectiuâ, & sensitiuâ. Licet .n. bonitas sensibilis per intellectum repræsentetur modo intelligibili & abstracto, per sensum modo sensibili & concretè, diuersitas ista non variat rationem obiectiuam, sed solam subiectiuam *sub quâ*: quæ appetitum non allicit ad obiectum prosequendum, vt mouet obiectiua *quæ*, seu ratio bonitatis obiecti, quæ eadem est per vtramque cognitionem repræsentata. Sic eadem ratio coloris, ac lucis est, quæ terminat cognitionem intellectiuam, & visiuam, licet sub diuersâ ratione *sub quâ*; lux .n. visum terminat sub ratione visibilitatis, intellectum sub ratione intelligibilitatis. Tandem hæc sent. meliùs saluat continuam pugnam, quam inter partem superiorem & inferiorem experimur: *Non enim quod volo*, hoc est quod iudico *bonum, hoc facio: Sed quod nolo malum, hoc ago*. Quia alliciente obiecto delectabili, per sensum proposito ex vnâ parte; ex aliâ dissuadente nobis idem obiectum ratione, oritur inter corpus & animam acris pugna, à quâ non nisi gratiâ Dei sperabat Apostolus, se posse liberari.

37. *Confirm.*

Ad Rom. 7.

38. *Implicat voluntatẽ mereri aut demereri sic.*

Dico 2. Implicat voluntatem mereri, aut demereri circa obiectum solâ cognitione sensitiuâ apprehensum. Fundam. meritum & demeritum essentialiter requirunt notitiam honestatis, & malitiæ in obiecto: nulla autem cognitio sensitiua repræsentare potest rationem honestatis, vel oppositæ malitiæ in obiecto: ergo. Maior est certa, quia meritum est actio elicita circa obiectum vt conforme naturæ rationali: sicut demeritum est actio elicita circa obiectum difforme naturæ rationali: in qua conformitate, & difformitate consistit formaliter honestas, & inhonestas moralis. Minor Prob. nulla cognitio sensitiua se extendit ad hanc conformitatẽ, vel difform. qui .n. cognoscit conformitatem & difform. inter duo extrema, oportet vt cognoscat extrema ipsa: implicat autem, sensum cognoscere naturâ rationalem vt sic: cùm nequeat sensus cognoscere obiectum spirituale: igitur nequit cognitio sensitiua repræsentare conformitatem, aut difform. obiecti cum natura rationali.

39. *Confirm.*

Confirm. Cognitio sensitiua est tantùm proportionata regula appetitûs sensitiui, cuius per se tantùm est regulatiua: at sensitiuus non est capax honestatis moralis: ergo nec cognitio sensitiua est illius repræsentatiua: quia non est repræsentatiua, nisi eius rationis, cuius capax est appetitus, cuius per se est regulatiua. Minor Patet: alioqui bruta essent capacia honestatis, moralis, meriti, præmij.

40. *Ad Caiet. argu.*

Ad argum. 1. Caie. Res. neg. sequel. Plus .n. est liberè, adhuc plus meritoriè & demeritoriè in obiectum ferri, quàm simpliciter ferri. Imò debuit *Caietanus* esse memor sui, qui dum 1. 2. *q.* 74. *a.* 4. concedit in appetitu sensitiuo humano, etiam per per se considerato ex proprio modo operandi, vt condistincto à modo voluntatis, peccatum veniale, eo quòd, ait, *sensualitas secundùm se habet tantum libertatis, vt sufficiat ad peccatum veniale*; non debuit hic absolutè pronunciare vt impossibile, nullum actum posse esse liberum absque rationis vsu, cùm illum de facto *cit. loco* tribuat appetitui sensitiuo humano independenter à quocumque actu rationis, à quo non est appetitus sensitiuus immediatè regulabilis. Argum. 2. ad summum probat de facto, & iuxta ordinatum modum operandi harum potentiarum, non de possibili & extraordinario modo operandi Dei cum ijsdem. Quanquam neque id ipsum probat de facto: licet .n. operante sensu circa sensibile, circa idem necessariò oporteat intellectus, priùs tamen naturâ potest voluntas moueri ab obiecto per sensum repræsentato, quàm per intellectum. Priùs .n. natura sensus cognoscit sensibile, quàm intellectus; cùm non possit intellectus illud cognoscere, nisi priùs ab illo mediante phantasmate expresso, quod est actus ipsa phantasiæ, abstrahat speciem intelligibilem, per quam illud intelligat. Ad 3. nego conseq. phantasia .n. est in diuersa parte corporis ac appetitus sensitiuus: & hoc non obstante, illa mouet appetitum. Et potentia motiua etiã sit in organo corporeo tanquam in proprio subiecto; tamen mouetur à voluntate existente in animâ. Vt igitur vna potentia moueat aliam, non est necesse, vt sint in eodem subiecto, sed satis est vt eadem anima tanquam principale agens agat cum quâlibet potentiâ ad omnem actum: sic .n. vna potentia mouet aliâ mediante animâ, quæ simul operatur cum vtraque potentiâ. Nec est eadem ratio de potentiâ existente in distincto supposito, quia cum illâ nullam habet connexionem, vel in essendo, vel in operando, quam habet vna potentia cum aliâ in eâdem animâ radicata; multò etiam maiorem, si statuamus potentias organicas subiectatas partialiter in animâ.

41. *Ad secundam.*

42. *Ad tertiã.*

43. *Ad quartã.*

Ad 4. Nego sequel. quia obiectum cum potentia cognoscitiua concurrit actiuè, bonum cum appetitu concurrit allectiuè: & quia obiectum sensibile non est proportionatum actiuum respectu actus intellectus; cùm hic sit spiritualis, illud materiale; non potest naturaliter intellectus immediatè moueri à sensibili: potest autem voluntas, quia hæc, *vt infrà*, non mouetur actiuè ab obiecto cognito, sed à seipsâ, ab obiecto tantũ allectiuè & finaliter.

44. *Dices.*

Dices. Quare non potest intellectus proponere appetitui sensitiuo bonum sensibile eâ ratione, quâ illud proponitur à sensu? Ratio dubit. quia sicut appetitus rationalis ferri potest in obiectum appetitûs sensitiui, eo quòd ille vt potentia superior, continet obiectum huius vt potentiæ inferioris: ita intellectus, potẽtia cognoscitiua superior, continet obiectum sensûs potentiæ cognoscitiuæ inferioris: Igitur proponere poterit appetitui sensitiuo obiectum sensibile eâ ratione, quâ illi proponitur à sensu. Resp. discrimẽ sumendum esse ex diuerso modo continendi: potentia .n. cognoscitiua continet obiectum vt repræsentabile & expressibile per actum vitalem proprium: Appetitus continet obiectum, vt sibi propositum & repræsentatum per actum vitalem alterius potentiæ cognoscentis: at nulla potẽtia vitalis cognoscens ferri potest in obiectum, nisi per actum vitalem proprium, & sibi proportionatum in eodem genere vitæ, in quo est ipsa potentia: potest vitalis appetitiua ferri in obiectum, etiamsi illud non sit repræsentatũ per actum cognoscitiuę eiusdem ordinis & vitę cum ipsâ: igitur potest appetitus rationalis superior continere obiectum sensitiui inferioris eâ ratione, quâ continetur ab ipso appetitu inferiori; non potest potentia cognoscitiua superior, continere obiectum cognoscitiuæ inferioris eâ ratione, quâ continetur à cognoscitiuâ inferiore. Maior patet: nam cognoscitiua non alio modo continet obiectum, quàm per actum vitalem proprium: nec alio modo potest illud appetitui proponere, quàm mediante suâ ipsius

45. *Resp.*

Minorẽ pars 1.

Pars 2ª

Digitized by Google

sius vitali cognitione. Appetitus autem non continet obiectum, vt sibi repræsentatum per actum vitalem proprium, sed per alienum potentiæ cognoscentis. Minor quoad 1. partem prob. nequit cognoscitiua obiectum percipere, & ad illud vitaliter tendere nisi per actum sibi maximè connaturalem, & ab intrinseco elicitum; qui necessariò est eiusdem vitæ cum principio eliciente. Quoad 2. partem sic ostend. Non debet obiectum repræsentari appetitui per actum ipsius appetitus; nec debet cum ipso appetitu concurrere per modum formę intrinsecę, sed solùm extrinsecę: ergo actus, quo tale obiectum appetitui repræsentatur, non necessariò debet esse eiusdem vitæ cum ipso appetitu, sed sufficit si repræsentet obiectum aliquâ ratione, contentâ intra sphæram ipsius appetitûs. At cognitio sensitiua repręsentare potest obiectum secundùm rationem boni sensibilis, quę continetur intra sphæram obiecti appetitus rationalis. Contrà verò cognitio intellectiua non potest repræsentare obiectum secundùm bonitatem sensibilem, sed tantùm intelligibilem, cuius non est capax appetitus sensitiuus. Ratio: appetitus immediatè fertur ad obiectum cognitione repræsentatum, quia non fertur ad illud nisi vt cognitum: in mea autem sent. obiectum quod cognitione repræsentatur, non est res ipsa à parte rei existens, sed vt intentionaliter expressa, media specie ipsius obiecti intra ipsam potentiam cognoscentem: igitur cùm obiectum sensibile exprimatur ab intellectu, media specie intelligibili, & actu spirituali, non poterit repręsentari secundùm bonitatem sensibilem, sed intelligibilem. Ad 5. cõcedo, cognitionem sensitiuam non esse proportionatam regulam adęquatè respectu appetitus rationalis; hæc .n. est sola intellectiua, quę proponere potest omnem atque vniuersam rationem boni: nego tamen non esse illi proportionatam inadæquatè; nam hæc potest esse quæcumque cognitio repræsentans aliquam rationem boni. Cùm .n. voluntatis obiectum sit omne bonum, quæuis cognitio repręsentans aliquod bonum, erit ipsius regula, saltem inadæquata. Neque putandum est, voluntatem ita ferri ad bonum in communi & in abstracto, vt non magis feratur ad singula bona particularia, & in cõcreto: quia vt sic sunt magis perfectiua suppositi; seu magis coniungibilia cum suppositо: quo fit, vt semper voluntas appetat bonum in ordine ad existentiam realem. Ad 1. confirm. concedo, quamdiu obiectum non repræsentatur potentiæ sub aliquâ ratione formali, quâ ad eâ respicitur, non posse potentiam in illud ferri: nego tamẽ esse necessarium, vt repræsentetur sub adæquatâ ratione formali. vt .n. potentia ferri possit in obiectum, sufficit, vt aliqua ratio formalis illi repræsẽtetur: patet de visiua, quæ vt ferri possit in obiectum, non est necesse, vt in illo sit tota ratio visibilitatis, sed sufficit ratio lucis. Ex his patet ad minor. eiusque prob. quæ solùm probat, voluntatem non determinari ad vnam tantùm rationem boni, sed ferri posse ad quamcunque; non tamen quòd per quemcunque actum ferri debeat ad omnem rationem boni. sicut .n. ferri potest ad bonum honestum, absque eo quòd feratur ad delectabile; ita ferri potest ad delectabile, absque eo quòd feratur ad honestum: & ad bonum particulare, absque eo quòd explicitè feratur ad vniuersale. Ad 2. nego conseq. quia potest potentia superior continere, quod continet inferior, non contrà: igitur potest voluntas moueri à bono apprehenso per sensum, quia hoc continetur sub bono cognitio per rationem, quod est adæquatum motiuum voluntatis: at bonum cognitum per rationem, non continetur sub bono cognitio per sensum, quod tantùm est motiuum appetitûs sensitiui. Ad 3. neg. conseq. quia cognitio concurrit cum potentiâ cognoscitiuâ ad obiectum percipiendum in genere causæ formalis vitalis intrinsecæ, de cuius essentiâ est, actiuè procedere ab ipso principio perceptiuo vitali, in eodem genere vitæ cum ipso principio perceptiuo, eique intrinsecè inhærere: obiectum cum appetitu concurrit in genere causæ finalis & formæ extrinsecæ, obiectiuè tantum allicientis: Finis seu forma obiectiuè mouens, non debet esse in eodem genere vitæ cum ipso mobili, eique intrinsecè inhęrere: tametsi actus ipse, quo appetitus ad obiectum vitaliter mouetur, debeat esse illi intrinsecus, & eiusdem vitæ cum potentiâ ipsâ.

Prob. Pars 1.

Pars 2.

Ratio

Ad quintum. cognitio sensitiua est regula respectu appetitus rationis inadæquatè.

Ad primã confirm.

Ad confir. 2.

Ad conf. 3.

SECTIO III.

Qualem obiecti notitiam requirat voluntas, vt operari possit?

QVadruplex notitia in nobis. 1. est simplex obiecti apprehensio, quâ cognoscitur obiectum vt bonum & conueniens, vel vt malum & disconueniens, non absolutè, sed respectiuè ad appetentem: bonum .n. aut malum non mouet ad prosecutionem, vel fugam sui, nisi apprehensum vt conueniens, vel disconueniens ipsi appetenti. Vnde 3. *de anima c.* 3. dicitur intellectus speculatiuus non mouere appetitum, quia non proponit obiectum vt bonum, aut malum appetenti, sed vt bonum, aut malum secundùm se. 2. Iudicium, quo obiectum ipsum apprehensum iudicatur ita esse in se, sicut apprehensum est à nobis. 3. Practicum iudicium de prosecutione, vel non prosecutione obiecti. 4. Imperium, quo intellectus intimat voluntati vt obiectum practicè iudicatum vt prosequendum, vel non prosequẽdum, actu prosequatur, vel non prosequatur. Quod explicari solet verbis imperatiuis, *fac hoc, fac illud: ama, odie habeto.* Difficultas est, quisnam ex his actibus requiratur, & sufficiat ad mouendam voluntatem.

50. *Quadruplex notitia Prima* *Aristot. Secunda* *Tertia* *Quarta*

Prima sent. opinatur ad mouendam voluntatem necessarium esse imperium, nec sufficere iudicium de prosecutione, aut conuenientiâ obiecti, & multo minùs sufficere simplicem boni apprehensionem: *Medin. 1. 2. q. 9. a. 1.* quia vnusquisque practicè iudicat virtutem esse prosequendam, cùm tamen non omnes virtutem prosequantur. Igitur solum practicũ iudiciũ absque imperio non sufficit.

51. *Sent. 1.* *Fundam.*

Secunda sent. vniuersaliter putat, necessarium esse iudicium, nec sufficere solam simplicem obiecti apprehensionem: *Herua. in 2. dist. 25. q. 1. fine, Bellarm. lib. 3. de gra. & libero arb. cap. 8. Valent. 1. 2. q. 9. qu. sua 4. punct. 1. Suarez in Metaph. disp. 23. sect. 7. n. 9.* Inclinat *Palatius in 2. dist. 5. disp vn. § Iam verò.* tamen hi non explicant, quodnam sit necessarium, iudiciumne de conuenientiâ aut disconu. obiecti, an etiam de prosecutione aut fugâ obiecti. Prob. 1. ex *S. Tho. 1. 2. q. 9. a. 1. ad 2. sicut imaginatio formæ sine æstimatione conuenientis vel nocui, non mouet appetitum sensitiuum: ita nec apprehensio veri sine ratione boni & appetibilis:* qui propterea ibid. cum *Arist. 3. de anima* docet, intellectum speculatiuum non mouere, sed practicum. Secundò ex *Aristotele tertio de animâ cap. 3.* vbi ait, non moueri nos ad aliquid timendum vel sperandum, nisi aut cùm opinamur, illud esse malum atque terribile, aut tale, cui sit confidendum.

52. *Sent. 2.*

53. *Prob. 1.*

54. *Prob. 2.*

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE LYON

Digitized by Google

Cæterùm si solâ imaginatione illa fuerint apprehensa, perinde docet mouere, ac si in picturâ aliquâ ea legeremus. Et *cap.* 7. tunc ait, appetitum prosequi aut fugere, cùm intellectus affirmat aut negat esse bonum, aut malum. Et alibi docet, intellectum speculatiuum ad opus non mouere, sed tantùm practicum. 3. Quamdiu non accedit practicum iudicium de conuenientiâ, aut disconu. obiecti, nequit voluntas esse certa, quod illud, quod proponitur sit bonum, aut malum appetenti. Nam sola simplex apprehensio de conuenientiâ, aut disconu. obiecti, indifferens est, vt id quod proponitur, existimetur ita esse, aut non esse, vt proponitur: sicut qui apprehendit, astra esse paria, non est certus; nisi accedat iudicium. Confir. aliàs posset quis odisse beatitudinem in communi, quia posset illam apprehendere vt malam. 4. Voluntas est potentia de se indifferens ad sequendam vnam, vel alterâ obiecti partem. ergo debet ab intellectu determinari, vt ad vnam se applicet: non per simplicem apprehensionem: adhuc .n. ea positâ, manet indifferens: ergo per practicum iudicium rationis.

55. *Fundam. primum*

Confirm.

56. *Fundam. secundum.*

57. *Tertia sent.* Tertia sent. docet, solam apprehensionẽ de conuenientiâ, aut disconuenientiâ obiecti sufficere ad inclinandam voluntatem: *Scot. in 2. dist. 6. q. 1. §. ad argum. 1. & 3. Lyche. ibid. Argent. in 2. dist. 25. q. 1. a. 2. ad 1. Capreo q. vn. a. 3. ad argum. Scot. con. 1. concl. ad 4. versu, Dicitur 3. Marsil. q. 16. a. 1. conclu. 1. & 2. Maior. q. 1. §. 2. arguitur & §. 3. arguitur & in 2. d. 38. q. 1. §. 4. Gabriel. dist. 25. q. vn. a. 3. dub. 2. ad. 2. Vasquez. 1. 2. disp. 44. cap.* 2. Quia tamen non ad omnes volũtatis actus sola simplex apprehensio boni conuenientis sufficiens est, adhuc controuersum est, ad quos actus illa sufficiat; ad quos verò necessarium sit practicum iudicium rationis.

58. *Simplex propositio obiecti, sufficit mouere voluntatẽ.* Dico 1. Sola simplex propositio obiecti, apprehensi vt conuenientis vel disconuenientis appetenti, est de se sufficiens mouere voluntatem ad operandum. Fundam. Voluntas est appetitus naturaliter inclinatus ad bonum suppositi: ergo vbi primum illi per cognitionem sufficienter proponitur, moueri potest ad illud appetendum: at per solam simplicem notitiã obiecti, apprehensi vt conuenientis appetitui, sufficienter illi proponitur vt bonum suppositi: nam per simplicem notitiam apprehenditur obiectum secundùm positiuam rationem boni, non apprehensâ incertitudine, & dubietate, quæ in tali cognitione in ordine ad rem ipsam apprehensam, includitur: at incertitudo & dubietas non impediunt appetitum, ne feratur in suum obiectum, nisi vt cognita: quia sicut nihil mouere potest appetitum, nisi vt cognitum: ita nihil retardare potest eundem à suo obiecto prosequendo, nisi vt cognitum. Maior Prob. quia cùm simplex notitia, sit tantùm directa apprehensio obiecti, proprio suppositi conuenientis aut disconuenientis, per se non repræsentat conformitatem, vel difformitatem, quam ipsa habet cum obiecto apprehẽso: hoc .n. est munus distinctæ notitiæ reflexæ. quà intellectus reflectendo se supra priorẽ notitiam cognoscit in illâ conformitatẽ, vel diffor. cum obiecto apprehenso. Igitur ex vi simplicis apprehensionis non repręsentatur obiectũ tanquam bonũ certum vel dubium, sed vt bonum vel malũ proprij suppositi pręcisè: hoc autẽ sufficit, vt appetitus ferri possit in illud. Vt .n. potentia in suum obiectum ferri possit, sufficit vt illi repræsentetur secundùm formalem rationem, quâ respicit & inclinat in illud: hęc in appetitu est ratio boni, suppositi cõuenientis: igitur, eâ tantùm repręsentatâ, sufficienter proponitur obiectum voluntati. *Dicere* autem, quòd obiectiua certitudo de bonitate, vel malitia obiecti sit conditio necessariò requisita, vt volũtas moueri possit à suo obiecto, est omninò improbabile; Tum quia absque illâ appetitus bonorum mouetur à bono sensibili: cùm enim ipsa haberi non possit, nisi per reflexam notitiam collatiuam simplicis apprehensionis, cum obiecto secundùm se; in brutis, quæ reflexam cognitionem habere nequeunt, esse non potest. Scio, aduersarios recurrere ad instinctum naturalem, & ideò vlteriùs refutatur hęc responsio. Tum quia est contra experientiam, quâ sæpe experimur nos sine prævio iudicio, imò interdum contra iudicium, ab obiecto allici & moueri, vt accidit in actibus indeliberatis, & motibus primo primis. Si autem ad omnem motum voluntatis necessarium esset iudicium, non posset voluntas contra actuale iudicium de retrahendo consensu aliquamdiu in illo persistere: alioqui deberent esse duo iudicia contraria simul, alterum de retrahendo consensu, alterũ de continuando consensu. Tum quia formale motiuum voluntatis est bonum, proprio suppositio conueniens: ergo, illud tantum per simplicem apprehensionem propositum sufficienter mouere poterit volũtatem. Ex his à potiori sequitur, nonesse ad omnẽ actum voluntatis necessarium imperium: quia imperium supponit iudicium; & ex *S. Tho. 1. 2. q. 17. a. 1.* est actus intellectus pręsupponentis actum voluntatis, in virtute cuius ille imperat: Ergo saltem ad hunc primum actum voluntatis, qui ad imperium prærequiritur, non est necessarium imperium.

59. *Dices.* *Contrà*

60. *Non est necessarium imperium ad omnem actum voluntatis.*

61. *Sola simplex apprehensio non est sufficiens ad liberos motus voluntatis*

Dico 2. sola simplex apprehensio obiecti, vt conuenientis, vel disconuenientis appetenti, non est sufficiens ad liberos motus volũtatis. Fundam. quia ad liberum motũ non sat est, cognoscere obiectũ conueniens, aut disconueniens proprio suppositio, sed necessarium cognoscere vtramque partem contrarietatis, vel contradictionis, tum per cõparationem ad inuicẽ, tum relatè ad ipsum operantem: hoc autem, vt patet, non est munus simplicis apprehensionis, sed perfecti iudicij, cõparantis vnam partem obiecti cum aliâ, nec non cum operante ipso, tanquam cum perfecto domino actionis eliciendę. Quòd autem ad exercitium libertatis hoc sit necessarium, Prob. tum quia bruta essent libera, cùm sępe idem obiectum apprehendant conueniens & disconueniens proprię naturę: tum quia actualis libertas cõsistit in electione vnius prę alio, dependenter ab ipsa potestate operantis: cùm non exerceatur libertas nisi inter opposita duo. Ergo necessariò præcedere debet comparatiua cognitio vnius eligibilis præ alio per ordinem ad potestatem operantis.

62. *Ad actum liberum necessariũ est iudiciũ, non imperium.*

Dico 3. Ad omnem actum liberum voluntatis necessarium est iudicium, non imperium. Primum probatũ; sc. ad omnem actum liberum necessariam esse notitiã eligibilitatis vnius rationis præ alia: sed talis notitia est formale iudicium, quo vna ratio iudicatur eligibilior alterâ. Secundum prob. si quâ ratione necessariũ esset imperium à iudicio distinctum, esset ad determinandam voluntatẽ ad vnam obiecti partem: atqui ad hoc necessarium non est. Tùm quia eadem voluntas indifferens est ad imperandũ & non imperandũ: ergo sicut potest absque prævio imperio sibi ipsi imperare: ita poterit absque imperio quemcunque alium actum elicere. Tùm quia ex innatâ suâ libertate potest ad vtramlibet obiecti partem se ipsam determinare per vim actiuam: nam libertas essentialiter consistit in virtute actiuè indifferente ad vtramlibet.

63.

Vltimò

Digitized by Google

64. *Quæstio* Vltimò quæri potest, an sicut ad omnem motum deliberatum necessarium est iudicium, ita ad omnem motum indeliberatum necessaria sit simplex tantùm apprehensio. *Resp.* negatiuè; potest enim etiam ad aliquod imperfectum iudicium sequi aliquis indeliberatus motus in voluntate.

65. *Ad fund. primu* Ad fundam. 1. sent. neg. conseq. Quòd enim non omnes virtutem sequantur, esto omnes illam sequendam iudicent, non est ex defectu imperij, ad actum voluntatis necessariò requisiti, sed ex innatâ libertate voluntatis, nolentis sequi rectum rationis dictamen, idq; ob difficultates, quas in prosequenda virtute experitur. Ad primum 2. ex S. Tho. Resp. tantùm colligi ad permouendum appetitum non sat esse simplicem notitiam boni, vel mali absolutè, sed requiri, vt illud apprehendatur vt bonum, aut malum respectu proprij suppositi: nisi enim apprehendatur vt bonum, aut malum ipsi appetenti, non poterit ab illo appetitus ad prosecutionem vel fugam moueri, quia ad prosecutionem, vel fugam non mouetur, nisi à bono vel malo proprio. Ad 2. Resp. Arist. in 1. & 3. *loco cit.* intelligi eo modo, quo *S. Thom.* de simplici notitiâ boni vel mali absolutè. Quod confirmat exemplum de picturâ, ab ipso allatum: quando enim apprehendimus bona, vel mala secundùm se, consideramus illa ac si depicta legeremus in tabellâ, quæ propterea nihil nos mouent; mouent autem, cùm illa apprehendimus vt nobis profutura, vel obfutura. Totum autem hoc apprehendere simpliciter possumus absque vllo iudicio: quod licet necessarium sit ad motum deliberatum, non tamen ad indeliberatū, vt patet in brutis, quę etiam sine tali iudicio timent & appetunt. Secundus locus explicandus est, vel de prosecutione & fugâ deliberatâ, ad quam antecedere debet affirmatio & negatio per iudicium rationis: vel de affirmatione & negatione virtuali, qualis necessariò includitur in simplici apprehen. boni vel mali. Ad 1. fundam. concedo, quamdiu non accedit formale iudicium, non posse voluntatem esse certam reflexè & signatè: hoc autem ad motum indeliberatum voluntatis necessarium non est, ad quem sufficit, si illi tantùm proponatur sub positiuâ ratione boni, & sub nullâ reflexâ & signatâ ratione incertitudinis ac dubietatis. Ad exemplum de astris apprehensis, vt paribus, Resp. intellectum per simplicem apprehens. nec esse dubium, nec certum, sed abstrahere ab vtroque, & solùm apprehendere paritatem ipsam astrorum: incipere autem esse dubium per sequentem operationem, quâ reflectendo se supra priorem, nescit, an illa conformetur obiecto secundùm se. Ad confirm. Resp. 1. implicare, beatitudinem apprehendi posse vt malam, non minùs quàm ipsam rationem boni apprehendi posse vt malam: Cùm nihil aliud sit beatitudo, quàm aggregatio omnium bonorum. 2. dato per impossibile, quòd beatitudo apprehenderetur vt mala, nullum fore absurdum, illam à sic apprehendente odio haberi. Sicut dicere tenentur aduersarij, quòd si illa iudicaretur vt mala, odio haberi posset; imò ad eam odio habendam posset voluntas ipsa imperio cogi: quia non fertur in obiectum, nisi vt ab intellectu propositum: ergo posito, quòd hic erraret proponendo bonum, vt malum, vel malum vt bonum, voluntas posset bonum odisse, & malum amasse. Ad 2. fundam. neg. conseq. Nam aut ita voluntas determinatur à practico iudicio rationis ad vnum, vt adhuc maneat indifferens ad oppositum; & sic verè non determinatur; Aut ita, vt nullo pacto maneat indifferens ad alterum; & talis determinatio tollit voluntatis actualem libertatem; quia cùm hoc iudicium sit actus intellectus, ad operationem voluntatis prærequisitus, si eo posito, non posset, voluntas oppositum, non esset ipsa formaliter libera, quia liberum est (vt infrà) quod positis omnibus ad operandum prærequisitis, potest etiam non operari.

66. *Ad 1. 2. S. Thom.*

67. *Arist.*

68. *Ad primum fundam.*

69.

70. *Implicat beatitudinem apprehendi vt malam.*

71. *Ad 2.*

SECTIO IV.

A quo moueatur efficienter voluntas?

NOn quærimus hîc causam efficientem primam, sine cuius generali influxu nullus effectus producibilis est; sed proximam. Cæterùm quæ cum voluntate ad actus concurrunt, sunt obiectum, cognitio, & nonnunquam appetitus sensitiuus. Controuersia est, quodnam ex his sit principium efficiens, vel totale, vel partiale actuum voluntatis. Prima sent. opinatur, totale principium effectiuū volitionis, vt & intellectionis esse phantasma irradiatum ab intellectu agente, passiuè tantùm se habente voluntate: *Est Goffredi relati à Scoto in 2. dist. 25. q. vn. §. dicitur hic*, & ab alijs. Fundam. Implicat mouens & motum esse idem subiecto: idem mouere seipsum; idem respectu eiusdem esse in actu quâ mouens: & in potentiâ, quà motum. In parte autem intellectiuâ nihil præter phantasma potest esse à voluntate distinctum subiecto: ergo &c. Confirmatur 1. Materia & efficiens 2. *Phis.* 37. non coincidunt in idem numero; ergo nec agens & patiens. 2. mouens realiter refertur ad mobile: sed eiusdem ad se ipsum non est realis relatio. Verùm hæc sent. exploditur: cùm quia nequit phantasma corporeum esse totalis causa actus spiritualis: qualis est intellectio & volitio: tum quia non saluat libertatem: Hæc enim dicit perfectum dominium supra suos actus, quod saluari nequit in potentiâ purè passiuâ; quę non potest pro libito in actum exire; quia in se non continet virtutem producendi actum. Nec potest libertas saluari efficiendo, vt ab extrinseco agente determinetur, vel impediendo, ne agens actum producat: ad vtrumque enim requiritur aliqua vis actiua: nempe impedire actum agentis, est illi resistere, ne agat: efficere, vt ab extrinseco agente determinetur ad actum, est aliquid agere, per quod agens fiat præsens passo, illudque reducat de potentiâ ad actum: ad neutrum sufficit vis passiua, quæ tantùm nata est recipere ac pati.

72. *Causa efficiens proxima quæritur*

73. *Prima sent.*

Prob.

Confir. 1.

2.

74. *Reijcitur libertas non potest saluari in potentiâ purè passiuâ*

Secunda sent. docet, actiuum principium totale actuum volūtatis esse obiectum cognitum; principium determinatiuum eorundem esse voluntatem: *Ægid. in 2. dist. 25 q. 1. a. 3. dubit. 2. later. Argent. q. vn. a. 1.* Distinguunt autem hi duas propos. *voluntas determinat se: & voluntas actuat se.* Primam concedunt, secundam negant: quia putant, totam actiuitatem esse ab obiecto, solam determinationem esse à voluntate. Est autem determinatio, nostra actio aliqua à voluntate effectiuè elicita, sed vel cessatio ab actu causato ab vno obiecto, & permissio causalitatis ab alio obiecto, vel modus recipiendi actum causatum ab obiecto, nempe sponte & voluntariè; cùm nihil possit in voluntate recipi, nisi voluntariè. Priorem vocant consensum negatiuum, quia permittit voluntas, se actiuè moueri ab vno obiecto, cessando ab actu circa aliud obiectum. Posteriorem appellant affirmatiuum, quia sponte & voluntariè voluntas recipit in se actum, quo positiuè vult obiectum. Per hoc quòd voluntariè

75. *Secunda sent.*

Digitized by Google

tariè desistit à priori actu, & voluntariè recipit posteriorem, saluant libertatem in vtroque consensu, negatiuo, & affirmatiuo. Vnde concedunt hanc propos. *voluntas mouet se ipsam:* quia licet non moueat se ipsam actiuè, mouet tamen se ipsam determinatiuè, modo explicato.

76. *Reijcitur, quia totam actiuitatem ponit in obiecto*

Sed hæc sent. refutanda vt præcedens; quia implicat saluari libertatem, nisi in potentiâ actiuâ, quę possit se ipsam reducere ad actum. In hac sent. tota actiuitas est ab obiecto: at obiectum non liberè, sed necessariò agit: vnde quoties proponitur obiectum secundùm oppositas rationes, vel necessariò agit secundùm vtramque, & sic oppositi erunt actus simul in voluntate: vel tantùm agit secundùm partem efficaciùs propositam: & sic voluntas non erit libera circa aliam partem. Nec poterit voluntas facere, vt intellectus efficaciùs proponat alteram partem; quia hoc non posset, nisi per actum, quo præciperet intellectui, vt efficaciores rationes excogitaret pro alterâ parte; cùm autem ex se nullam habeat actiuitatem, non poterit hoc intellectui præcipere. Eodem modo nec desistere posset ab actu causato ab vno obiecto, vt moueri possit ab alio, nisi imperando intellectui, vt cesset à propositione vnius, & incipiat proponere aliud: alioqui, stante eadem propositione obiecti, sicut non potest obiectum non mouere, ita nec voluntas non moueri. Nec saluat libertatem in modo recipiendi actum, quia actus necessariò causatur ab obiecto, eoque causante, non potest voluntas illum non recipere, nisi resistendo, ne ille causetur ab obiecto: quę resistentia nequit absque aliquâ actiuitate intelligi. Nec talis actus reduci potest ad aliquem actum priorem liberum, quo liberè fuit tale obiectum applicatum: quia vt talis actus esset liber, debuisset actiuè procedere à voluntate. Implicat igitur, voluntatem se ipsam determinare, & nullum actum in se ipsâ producere; cùm nequeat voluntas se ipsam determinare, nisi per liberam actus productionem. Tandem non saluat rationem spontanei ac voluntarij, quod debet ab intrinseco principio cognoscente actiuè procedere; cùm tamen hæc sententia totam actus actiuitatem reducat ad obiectum extrinsecum.

77. *Nec saluat libert. in recipiendo*

Nec rationem spontanei

78. *Tertia sententia*

Tertia sent. affirmat, actus indeliberatos, & motus primos totaliter causari à notitiâ obiecti; deliberatos à solâ voluntate: *Marsil. in 2. q. 16. ar. 3. concl. 2.* vbi hunc ordinem constituit. Primò, intellectus, qui per ipsum à voluntate non distinguitur, repræsentat obiectum vt bonum. 2. Talis repræsentatio naturaliter inclinat volũtatem, producendo in eâ complacentiam erga bonum repræsentatum. 3. Voluntas inclinata per complacentiam ad bonum repræsentatum, liberè potest in se ipsâ producere, vel non producere actum acceptationis: Ad actum fugæ primò intellectus repræsentat obiectum malum. 2. Talis repræsentatio necessariò causat in voluntate displicentiam. 3. Voluntas liberè potest in se ipsâ producere, vel non producere actum fugæ. Fundam. Quia notitia boni naturaliter inclinat voluntatem ad complacentiam: vt notitia mali ad displicentiam. Igitur superfluum est, præter notitiam obiecti, ponere causam talis complacentiæ, vel displicentiæ ipsam voluntatem. Nam illam non produceret liberè; quia ex *August.* non est in nostrâ potestate, *ne visis tangamur*: nec necessariò; producit enim illam vt voluntas, ergo liberè. Sed contrà: hæc sent. non saluat rationem voluntarij & spontanei, quod est ab intrinseco principio produci. Prætereà sæpè idem actus indeliberatus, accedente solâ aduertentiâ rationis, ex necessario fit liber. Demum falsum est, voluntatem nihil producere, nisi liberè producat: patet tum de voluntate diuinâ, quę Spiritum S. producit, & si non liberè: tùm de voluntate beatorum, quæ actum dilectionis beatificæ necessariò producit. Quòd volũtas, non visio Dei producat dilectionem beatificam constat, alioqui necessarius non esset habitus charitatis in voluntate, quia hic non est necessarius ad recipiendum, sed ad eliciendum charitatis actum, vt patet in viâ: atridem habitus charitatis viæ manet in patria.

79. *Fundam.*

80. *Contrà.*

81. *Quarta sent.*

Quarta sent. censet, omnes actus voluntatis tam necessarios, quàm liberos produci ab ipsa voluntate, licet non solâ, sed vnà cum obiecto, vel notitiâ obiecti, ita vt ex vtroque integretur vnum integrum principium; *est Palud. in 4. dist. 49. q. 3. a. 1. Herua. in 2. dist. 25. q. 2. Mayro. q. vn. concl. 3. Gregor. q. vn. concl. 2. Gabri. q. vn. a. 4 dub. 3. Maior. q. 3. ad 3. & q. 4. conc. 4. Caiet. 1. part. q. 27. a. 3. § quinque & q. 80. a. 2. § quoad 2. Conrad. 1. 2. q. 9. ar. 1. Medin. ibid. concl. 2. Mascaren. de auxiliis disp. parte 4. à num. 12.* Licet *Hernaus, Mayro. Caiet.* doceant, obiectum ipsum actiuè concurrere cum voluntate; Reliqui non obiectum, sed ipsius notitiam: nam sæpè obiectum est absens, vel impossibile. Addunt *Hernaus & Caiet.* obiectũ ad actum concurrere quoad specificationem, voluntatem quoad exercitium. Quia vt *Hernaus* explicat vt actus sit talis speciei, reducitur ad obiectum, quod efficiendo actum dat illi speciem. Quòd autem exerceatur hîc & nunc reducitur ad voluntatem, quæ liberè producit suos actus.

82. *Prob. 1. ex Arist.*

Prob. 1. ex *Arist. 3. de anima cap. 8.* vbi distinguit mouẽs immotum, quod ait esse bonum appetibile: & mouens motum, quod docet esse appetitum: sed appetitus effectiuè mouet se ad actum: ergo & appetibile cognitum effectiuè mouet voluntatem ad eundem. 2. Ex *August. 15. de Trinit. c. 23. amor de scientiâ procedens, & cap. 26.* de amore increato ait, *qui de vtroque, de gignente mente, & de genitâ notitione, tanquam de Parente, ac prole procedit; & ad simplicia. lib. 1. q. 2. ante med.* vocatio, quæ in sent. August. est obiecti notitia, appellatur bonæ voluntatis effectrix. Igitur amor procedit ex obiecti notitiâ. 3. Prob. rationibus. 1. Si sola voluntas esset effectiua causa suorum actuum, omnes ipsius actus essent eiusdem speciei; nam actio vt actio, speciem sumit ab agente: igitur si sola est causa actiua respectu omnium suorum actuum, omnes ipsius actus erunt eiusdem speciei. 2. Si sola voluntas esset causa suorum actuum, fieri posset in incognitum: quia si sola esset causa volitionis, cognitio non esset necessaria; nam hæc eatenùs est necessaria, quatenus est causa volitionis. 3. Verbum increatum est principium amoris increati per modum efficientis; vt fide constat: ergo verbum creatum erit causa efficiens amoris creati: subsistentia enim adiuncta causæ, non variat causalitatem illius de vno genere in aliud; ergo si Verbum subsistens producit amorem subsistentem in genere efficientis, verbum non subsistens producet amorem non subsistentem in eodem genere: sed verbum mentis nihil aliud est quàm obiectum ipsum cognitum & intentionaliter expressum: ergo. 4. Obiectum effectiuè concurrit cum intellectu ad actum intellectionis; ergo etiam cum voluntate ad actum volitionis. 5. Si cognitio non concurreret effectiuè ad actum volitionis, dilectio Dei esset eiusdem speciei in viâ & in patriâ: & qui haberet actum charitatis in viâ, esset partialiter saltem beatus, quia haberet partialem beatit. quæ in

83. *2. ex Aug.*

84. *Prob. 3. 1. ratio.*

85. *Ratio 2.*

86. *Ratio 3.*

87. *Ratio 4. à pari*

88. *Ratio 5.*

dilectione

Digitized by Google

dilectione Dei consistit. Sequela prob. nam quorum principia & subiectum atque obiectum sunt eadem, actus quoque sunt ijdem: sed subiectum & obiectum dilectionis Dei sunt eadem in viâ & patriâ; nam idem Deus secundùm se terminat dilectionem viæ & patriæ, ergo si principium quoque est idem, non poterit vnus actus distingui ab alio. 6. Intellectus mouet voluntatem imperio: sed imperium mouet efficienter. Confirm. nam stante imperio ex parte intellectus, nulla remanet libertas in voluntate ad contradicendum: ergo signum, est, imperium efficienter mouere voluntatem: alioqui adhuc eo posito posset voluntas contradicere.

89. *Ratio 6. Confirm.*

90. *Ratio 7.* 7. Si sola voluntas esset efficiens causa suorum actuum, sequeretur, illam fore infinitæ virtutis. Nam potentia, quæ vt proxima causa principalis est productiua perfectiorum effectuum in infinitum, est perfectionis infinitæ: talis esset voluntas, si sola esset causa suorum actuum: Quia ferri potest in obiecta perfectiora & perfectiora in infinitum: & quò perfectius est obiectum, eò perfectior est actus, cùm actus speciem sumat ex obiecto.

91. *Quinta sent.* Quinta sent. affirmat, voluntatem effectiuè à se ipsa tantùm moueri; ab obiecto solùm in genere causæ finalis, vel formalis obiectiuæ: *Henric. quodl. q 9. 5.* qui tamen docet, non repugnare interdum ab obiecto, vel ab aliquo dono infuso causari in voluntate aliquod pondus, seu impulsum, non quo simpliciter velit, sed quo efficaciùs velit: Est *Scoti in 2. dist. 25. q. vn. §. Dico ergo, & ad 1. Richard. in 2. dist. 38. a. 2. q. 2. Rubio. dist. 25. q. 2. a. 2. Bacho. a. 2. §. 2. Valent. 1. 2. q. 9. qu. sua 4 punct. 1. Vasquez disp. 36. c. 3. Suarez in Metaph. disp. 18. sect. 7. num. 49. Medin. cit.* qui etsi probabiliorem censeat præcedentem sent. hanc tamen putat probabilem. Est *Capreol. in 2. dist. 24. q. vnica a. 3 ad 1. contra 1. concl. versu 2. dicitur: Ferrar. 1. con. Gen. cap. 44. §. circa istam propos.* Hi tamen duo excipiunt primũ actum circa finem, quem dicunt à solo Deo produci: ita *Capreol. in 2 dist. 25. q. vn. ar. 3. ad 8. con. 5. concl. & dist. 25. a. 3. ad 1. Henrici contra 2 concl. & Ferrar. 3. con. Gen c. 89. §. ad euiden huius rat.* quatenus docet, primum actum produci à Deo vt à principio *Quod*; à voluntate vt à principio *Quo. sed falsò* hic actus excipitur, alioqui voluntarius non esset.

92. *Probabilior absque exceptione* Quæ sent. *probabilior est & sequenda:* eaque apertè colligitur ex *S. Tho. 1. 2. q. 9. a. 1 fine corp.* vbi; *intellectus*, inquit, *mouet voluntatem sicut præsentans ei obiectum suum. Et q. 22. de verit. a. 11. ad 5. intellectus regit voluntatem non quasi inclinans eam in id, in quod tendit, sed sicut ostendens ei, quo tendere debeat.* Et *1. p. q 82. a. 4.* docet diuerso modo intellectum moueri à voluntate; & voluntatem ab intellectu: ille enim à voluntate mouetur per modum agentis: hæc ab intellectu per modum finis.

93. *Prob. 1. à paritate appetitus naturalis* Prob. 1: Ita se habet appetitus vitalis ad suum proprium actum eliciendum; sicut naturalis ad suam propriam operationem producendam. At appetitus naturalis ad producendam suam operationem non mouetur efficienter à fine seu termino, ad quem per propriam operationem dirigitur: nec lapis mouetur efficienter à centro, ad quod tanquam ad proprium finem per motum deorsum tendit; nec ignis à loco sursum, ad quem ascendit, sed vterque à se ipso. Maior prob. quia non minùs appetitus vitalis inclinat ad suum obiectum, quàm naturalis ad suum terminum: nec minùs naturalis pendet à suo termino, quàm vitalis à suo obiecto, tanquam à specificante. Igitur si naturalis est sufficiens principium mouendi se ipsum ad terminum, absque effectiuo cõcursu termini, etiam vitalis erit sufficiens principium mouendi se in obiectũ, absque effectiuo concursu obiecti. Prob. 2. Nihil est in actu voluntatis, quod reduci non possit in voluntatem, vt in totale & completum principium ipsius: ergo superfluè ponitur alia proxima causa respectu eiusdem actus; & frustra multiplicantur principia, vbi vnum sufficit. Antec. ostendo. Nam in actu voluntatis nihil aliud est, quàm aut vitalis inclinatio seu impulsus ad bonum, aut vitalis auersio seu fuga à malo: Sed totum hoc reduci potest ad voluntatem vt in causam sufficientem & adæquatam: Quia voluntas essentialiter est quædam inclinatio & propensio in actu 1. in bonũ proprię naturæ conueniens: ergo apta est in se ipsâ causare inclinationem seu impulsum in actu 2. ad bonum eiusdem naturæ proprium. Cùm. n. essentialiter sit appetitus boni conuenientis propriæ naturæ, statim ac illud per cognitionem proponitur, apta est se ipsam ad illud inclinare, absque alio principio effectiuo proximo. Confirm. ideò ad actum intellectus præter influxum potentiæ, requiritur influxus obiecti, quia in actu intellectus est expressio obiecti, quę reduci non potest in potentiam; cùm intellectus non contineat virtualiter obiecta, quæ potest cognoscere: cùm autem in actu voluntatis non sit, nisi vitalis impulsus in obiectum, qui optimè reduci potest in voluntatem, tanquam in appetitum per se ad bonum propensum, non erit alius effectiuus cõcursus necessarius.

94. *Prob 2. à priori*

Confirm.

Ex dictis intellige 1. voluntatem moueri ab intellectu quoad specificationem, non quoad exercitium: quia nimirum mouet voluntatem proponendo illi obiectum, à quo actus voluntatis specificatur; non mouet illam efficienter, quod esset mouere illam quoad exercitium. Cæterùm, cùm dicitur intellectus proponere voluntati obiectum, non est intelligendum, quod illi proponat obiectum vt cognoscendum, cùm voluntas non sit cognoscitiua, sed proponit illi vt volendum.

95. *Voluntas mouetur ab intellectu quoad specificat.*

2. Quâ ratione voluntas mouetur ab appetitu sensitiuo: duobus videlicet modis; vno, mediâ cognitione sensitiuâ proponente obiectum sensibile, à quo voluntas ipsa immediatè mouetur, iuxta ea quæ docuimus supra sect. 2. altero per sympathiam & connexionem potentiarum in eadem anima radicatarum. Explico. Dum anima ipsa mouetur per appetitum sensitiuum in bonum sensibile, eadem per intellectum idem bonum proponit voluntati: quæ eò efficaciùs fertur in illud, quò propter efficaciorem motum appetitus sentientis efficaciùs fuit ab intellectu propositum.

96. *Ab appetitu sensitiuo duobus modis.*

Ad fundam. primæ, neg. Maior. Ad probat. disting. antec. Implicat idem mouere se ipsum esseque in potentiâ & in actu respectu eiusdem; concedo, respectu diuersorum, nego. Cæterùm voluntas non est in potentia & in actu, nec mouens & mota respectu eiusdem, sed respectu diuersorum: In actu virtuali respectu volitionis formalis producendæ; & simul in potentiâ, non ad actum virtualem, sed formalem volitionis recipiendum: est etiam mouens ratione actus virtualis, & simul mota ratione volitionis formalis, sicut aqua est in actu virtuali ad reparãdam sibi frigiditatem amissam, & simul in potentia formali ad formalem frigiditatem recipiendam: mouetque se ipsam ratione frigiditatis virtualis ad frigiditatem formalem recipiendam: ratione cuius receptionis dicitur mota. Ad 1. Confirm. antecedens intellige de agente transeunter producente: hoc enim tantùm nequit coincidere idem numero cum passo: non de agente immanenter operante. Ad 2. nego vniuersaliter,

97. *Ad fund. 1. Idem in potentiâ & actu respectu diuersorum.*

98. *Ad 1. conf.*

99. *Ad 2.*

Digitized by Google

uersaliter, inter mouens & motum debere intercedere respectum realem; rectè tamen inter effectum & causam: quo pacto inter voluntatem & volitionem intercedit realis respectus causæ & effectus: solùm enim inter causam & effectum de necessitate debet realis distinctio, quæ ad realem respectum requiritur, intercedere. Secunda sent. cum suis prob. refutata manet ex dictis. Ad fund. tertiæ

100. *Ad fund. tertia,*

distinguo. Maior. Notitia boni naturaliter inclinat voluntatem per modum finis, & causæ formalis obiectiuæ, concedo; per modum efficientis, nego. Ipsa enim voluntas sufficienter per modum efficientis se ipsam inclinat ad complacentiam, vel displicentiam obiecti, idque vel naturaliter, si absit plena aduertentia rationis, quo pacto intelligitur *August.* cùm dicit, in potestate nostrâ non esse,

101. *Operatur voluntas vt voluntas & si non liberè operetur.*

ne visis tangamur: vel liberè, si adsit perfectum iudicium. Cæterùm falsum est, voluntatem non operari vt voluntatem, nisi liberè operetur: alioqui amorem beatificum, quem necessariò elicit, non operaretur vt voluntas. Ratio: operari vt voluntatem, est operari circa præcognitum: sed voluntas non tantùm liberè, sed etiam necessariò operari

Confirm.

potest circa præcognitum. Confir. principium Spiratiuum in diuinis producit Spiritum S. formaliter vt volens: & tamen non liberè, sed necessariò illum producit. Igitur potest voluntas operari vt voluntas, esto non liberè, sed necessariò operetur.

102. *Ad primum quarte,*

Ad 1. argum. quartæ, neg. conseq. solùm enim *cit. loco Arist.* assignat principia ad appetendum requisita, non determinãdo, in quo genere vnumquodque ad actum requiratur. Ex quo soluitur obiectio *Comment. 3. de anima, comment. 54.* vbi docet, scientiam esse causam desiderij, nempe finalem seu formalem obiectiuam, non autem efficientem. Ad 2. ex August. Resp. ab eo tantùm assignari principia requisita ad actum volitionis, non

103. *Ad Augustini auct.*

autem ab ipso determinari, in quo genere ea requirantur. Nec refert, quod ibidem asserat, amorem procedere ex scientiâ: nam verbum, *procedere*, sumitur ibi pro causari, quod commune est ad causari effectiuè & finaliter. Ad 2. locum concedo, amorem increatum originari à Verbo increato, non ratione obiecti, aut notitiæ, sed spirationis actiuæ, ratione cuius constituit vnum principium Spiratiuum cum Patre, *vt 1. To. disp. 19. sect. 3. & disp. 27. sect. 5.* docui. Ad 3. eo loco August. tantùm velle vocationem, quâ congruè à Deo vocamur, esse causam bonæ nostræ voluntatis. An autem sit causa Physica, an moralis, non definit, cùm ad id ipsius institutum eo loco non spectet, vbi solùm intendit, nos nihil meritorium posse operari, nisi priùs à Deo vocemur, eiusq; gratiâ præueniamur. Nec refert, quòd illam vocet effectricem bonæ voluntatis: intelligi enim potest vel de causâ effectiuâ morali, vel etiam de Physicâ, ratione concursus, quem congrua vocatio secum aduehit.

104. *Ad 1.*

Ad rationes resp. Ad 1. neg. sequel. Ad prob. nego, actionem specificari ab efficiente, sed à fine vel à termino, à quo sumit ordinem & specificationem. Ad 2. nego sequel. eiusque Prob. nam licet cognitio non sit necessaria voluntati vt efficiens, est tamen necessaria vt finis, qui non causat nisi vt

105. *Ad 2.*

106. *Ad 3.*

præcognitus. Ad 3. nego conseq. Ad probat. conced. solam subsistentiam adiunctam causæ non variare genus causæ: secus quando subsistentia affert peculiarem rationem causandi. Cæterùm subsistentia Verbi increati secum affert Spirationem actiuam, ratione cuius Verbum est productiuum

107. *Ad 4.*

amoris increati. Ad 4. neg. conseq. quia aliquid est in cognitione, quod reduci non potest in solam potentiam intellectiuam, nempe expressio & delineatio huius, vel illius obiecti, vt suprà. At nihil est in volitione, quod reduci non possit in voluntatem: si quid enim est, est specificatio ipsa actûs: at hæc commodè reduci potest ad obiectum in genere causæ specificantis formalis obiectiuæ.

108. *Dices. Resp.*

Dices: Cur non eodem modo reduci posset specificatio cognitionis ad obiectum? Resp. quia obiectum debet vi cognitionis fieri intentionaliter præsens: hoc autem fieri nequit, nisi obiectum ipsum producatur in esse intentionali per actum cognoscentis. Quo fit vt cognitio quatenùs est repræsentatio obiecti, non solùm pendeat ab obiecto specificatiuè, sed etiam effectiuè, quia debet obiectum ipsum quoad esse intentionale in se continere: id non potest continere, nisi ipsa sit effectiuè

109. *Ad 5.*

ab obiecto vel ab eius specie producta. Ad 5. de veritate *maioris disputo tomo 4. de Charitate*: interim *neg. sequel.* Esto enim ad actum volitionis notitia obiecti effectiuè non concurrat, concurrit tamen finaliter seu formaliter obiectiuè. Et quia diuerso modo ad actum charitatis concurrit Deus visus in patriâ, & cognitus in viâ: ideò potest ex hac parte actus charitatis in viâ discriminari ab

110. *Ad 6. ad confir.*

actu charitatis in patriâ. Ad 6. neg. minor. Ad Confirm. Resp. ideo stante efficaci imperio intellectûs, voluntatem determinari ad actum imperatum, quia tale imperium includit actum ipsius voluntatis, quo se ipsam determinauit ad subsequentem actum eliciendum. Sicut stante efficaci intentione finis, necessitatur ad electionem mediorum: quia per antecedentem actum intentionis, determinat se ad subsequentem actum electionis. Ad 7.

111. *Ad 7.*

neg. sequel. cuius prob. maior vera tantùm est de potentiâ, quæ est proximè productiua actuum semper perfectiorum quoad entitatem. Cæterùm voluntas est productiua actuum perfectiorum & perfectiorum, solùm quoad specificationem. Perfectio enim entitatiua actus desumitur ex intensione eiusdem actus: hæc autem in actibus voluntatis perfectioribus in infinitum quoad specificationem non crescit, sed limitatur ad certum gradum, quem nequeunt naturales actus voluntatis excedere. Maior Prob. quia cùm specificatio actus non desumatur ex principio producente, à quo tantum desumitur intensio actus, sed ex obiecto terminante; possitque perfectius obiectum perfectiorem conferre specificationem actui, in sua entitate & intensione imperfectiori, vt inductione constat, non sequitur ex productione actuum perfectiorum quoad specificationem infinita virtus potentiæ, sed tantùm infinitudo obiectorũ, potentium conferre perfectiores semper specificationes actibus, quoad entitatem & intensionem finitis.

112. *Conf.*

Confirm. actus voluntatis non solùm dicitur perfectior specificatiuè quoad bonitatẽ, sed etiam quoad malitiam: & tamen ex eo quòd possit voluntas perfectiores & perfectiores actus specificatiuè quoad malitiã, contra nobiliores in infinitum personas exercere; nulla in eo sequitur infinitas; cùm tota hæc malitia quoad specificationem refundatur in actum ex obiecto solùm terminante. Ergo neque ex eo, quòd possit eadem voluntas perfectiores actus, erga nobiliores personas atque obiecta elicere, vlla sequetur in ea infinitas: cùm non minùs specificatio quoad bonitatem, quàm quoad malitiam, desumatur ex obiecto solùm terminante.

113. *Discrimen inter intellectum & voluntatẽ.*

Ex his manifestum fit discrimen inter intellectum & voluntatem. Nam cùm ille debeat totum obiectum exprimere, & medio eius concursu intra se inten-

Digitized by Google

se intentionaliter producere, non solùm efficit illud quoad specificationem, sed etiam quoad entitatem: quia debet producere illud in esse intentionali secundùm totum esse, quod habet in esse naturali; cùm esse intentionale obiecti substitui debeat loco esse naturalis eiusdem: & consequenter, quo crescit obiectum in esse naturali, eo crescere debeat obiectum in esse intentionali, per actum ipsius intelligentis productum. Quocirca si solus intellectus, vt causa principalis proxima producere posset infinitos actus repræsentatiuos perfectiorum obiectorum, esset infinitæ virtutis. Voluntas autem, cùm non debeat producere obiectũ, sed solùm vitalem impulsum in illud, cumque hic vitalis impulsus variari possit quoad specificationem obiectiuam, non variato eodem impulsu quoad entitatem intensiuam, secundùm quam tantùm causatur à voluntate, ex infinitâ productione actuum perfectiorum quoad specificationem obiectiuam, non sequitur infinita virtus productiua in voluntate. Quia obiectum ad actum intellectus concurrit per intrinsecam communicationem sui secundùm esse intentionale; ad actum voluntatis solùm extrinsecè per extrinsecam duntaxat terminationem.

Ratio à priori

SECTIO V.

Quo pacto voluntas moueat potentias sibi subiectas?

114. HActenus disputatum de modo, quo voluntas ab intellectu, alijsque potentijs mouetur. Disputandum quo pacto ipsa reliquas potentias sibi subiectas moueat. Porrò eæ tantùm potentiæ subijciuntur voluntati, quæ in operando ab ipsius imperio pendent, cuiusmodi sunt omnes

115. potentiæ sensitiuæ, nec non intellectiua.

Prima sent. 1. Sent. voluntatem mouere potentias sibi subiectas, actiuè cum illis ad proprias eorum operationes concurrendo. Hanc vt probabilem defendit *Franc. Lyche in 2. dist. 42. §. posset etiam:* Ad quam inclinare videtur *Scotus ibid. §. dico ergo: & dist. 25. q. vn. ad 1. principale.* Probatur 1. Quò efficaciùs voluntas vult alicuius potentiæ sibi subiectæ operationem, eò talis operatio producitur intensior: ergo voluntas actiuè concurrit ad illam:

116. *Prob. 1. experientiâ* nam illa maior intensio nequit esse à potentiâ propriâ, quin illa semper agit vniformiter, quia agit vt potentia necessaria secũdùm totum suum posse:

117. *Prob. 2.* ergo est à voluntate. 2. Agens inferius perfectiùs agit coagente superiore: sed voluntas est agens superius respectu potentiarum sibi subiectarum: ergo, illa coagente, istæ perfectiùs agunt: nequeunt autem istæ perfectiùs agere, nisi illa actiuè concurrat. 3. Agens diuersarum operationum, si circa

118. *Prob. 3.* vnum & idem agat, fortiùs & perfectiùs agit, quã si circa diuersa simul agat, nam virtus vnita fortiùs & perfectiùs agit. Ergo si anima secundùm omnes suas potentias agat circa idem fortiùs & perfectiùs aget, quàm si circa diuersa secundùm diuersas potentias ageret. Igitur si voluntas operatur circa idem, circa quod operatur alia potentia, circa

119. *Prob. 4.* illud anima perfectiùs aget. 4. Voluntas est principium vniuersale respectu omnium potentiarum, sibi subiectarum: de ratione autem principij vniuersalis est cum omnibus causis particularibus sibi subiectis actiuè concurrere.

120. *Secunda sent.* Secunda sent. est, voluntatem actiuè tantùm mouere potentiam motricem; cæteras applicare tantùm ad opus exequendum: *Medin. 1. 2. q. 9 a. 1.* *Prob.* Fundam. potentiæ, quæ voluntati subijciuntur, sunt partim passiuæ, vt potentia motrix; partim actiuæ, vt reliquæ: ergo solam motricem voluntas mouet actiuè; quia cùm non possit talis motus reduci in potentiam motiuam, quæ actiua non est; neque in aliam, cùm nulla alia, præter voluntatem, cum illâ concurrat, necessariò reducendus erit in voluntatem: quæ reliquas mouebit applicatiuè; quia cùm sint actiuæ, non egent nisi solà applicatione, vt operentur. Confir. tum ex *Arist. 3. de anima cap.* 10. vbi appetitum vocat potentiã loco motiuam. Tum quia Angelus per voluntatem mouet cælum; ergo & anima per voluntatem mouet suum corpus, reliquasque potentias sibi subiectas. *Confirm. 1.* *2.*

121. Tertia sent. docet, nullam potentiam moueri à voluntate actiuè, sed tantùm imperio, & quoad solam applicationem: *Ægid. in 2. dist. 25. q. 1. a. 4. Caiet. 1. 2. qu. 9. ar. 1. Conrad. ibid. Valent. punct. 1. Vasquez disp. 34. cap. 3. & aliorum: Quæ probabilior est & sequenda.* Fundam. omnes potentiæ voluntati subiectę sunt ex se actiuæ: ergo vt operentur non egent nisi imperio & applicatione voluntatis, cui in vsu & exercitio suarum operationum subduntur: quia frustra eiusdem effectus plures multiplicantur causæ, quando vna tantùm sufficit. Antec. probo quia nihil est in quâlibet operatione cuiusque potentiæ voluntati subiectæ, quod reduci non possit in ipsam potentiam executiuã tanquam in proximam causam sufficienter productiuam. Nam ratio liberi, quæ sola reduci nequit, nisi ad voluntatem, non est perfectio intrinseca actui, sed extrinseca duntaxat denominatio à voluntate liberè imperante & applicante. 2. Superfluum est in

122. *Prob. 2.* eodem supposito plura admittere principia vniuersalia in causando: sed anima est vniuersale principium agendi cum omnibus potentijs: est. n. principale ac substantiale viuens in homine ipsa anima, quæ per actus vitales, omnium potentiarum vitalium maximè viuit: Non potest autem viuere, nisi vitaliter operando; nec vitaliter operari, nisi actiuè concurrendo cum suis potentijs vitalibus ad actus vitales; cùm de ratione vitæ actualis sit actualis influxus ipsius à principio viuente, vt ex *disp. 2. sect. 5.* constat: vt igitur actus potentiarum vitalium sint vitales ipsi animę, debent ab ipsâ animâ actiue procedere. Igitur superfluè, præter animam, admittitur voluntas vt vniuersale principium agendi cum

123. omnibus potentijs sibi subiectis in homine. 3. Aliàs voluntas etsi potentia particularis limitata ad certum modum operandi, deberet eminenter continere perfectiones omnium potentiarum; etiam intellectûs, cuius tamen perfectio excedit perfectionem volũtatis. Sequela prob. quia si voluntas concurreret vt principium vniuersale cum omnibus potentijs, non concurreret vt instrumentum, sed vt causa principalis, non vniuoca, vt patet: ergo æquiuoca, atque adeò vt causa eminentialis. Maior prob. nam cõcurrere per imperium & potestatiuè, actiuè applicando singulas sibi subiectas, est concurrere vt causam principalem. Confirm. implicat ipsam concurrere cum intellectu ad omnes eius actus: cùm non possit saltem ad primum actum concurrere; eo quòd ad nullum actum concurrere valeat, ad quem aliquis actus intellectus non præcesserit, cùm nequeat operari nisi in præcognitum.

Prob. 3. Voluntas nõ obtinet eminenter perfectiones omnium potent. *Confirm.*

Cæterùm applicat voluntas potentias sibi subiectas ad opus, tum directione intellectûs proponentis modum practicè applicandi potentiam: tum proprio actu illas vltimò ad opus applicando. Qui actus dicitur *Vsus actiuus*, quo posito statim sequi-

124. *Voluntas applicat potentias sibi subiectas ad opus dupliciter*

tur

tur operatio potentiæ, idque ex vi radicationis potentiarum in animâ, quæ cum potentiâ concurrit ad actus ipsius. ex eo .n. quòd per voluntatem vult, vt intellectus intelligat, aut oculus videat, statim anima per intellectum intelligit, & per oculum videt. Vnde applicatio, altera actiua, quæ est actus voluntatis, quo anima per voluntatem vult; altera passiua, quæ est actio potentiæ executiuæ, ex imperio voluntatis; eadem .n. operatio est effectus executiuæ, vt elicita à potentia; & simul formalis applicatio potentiæ ad opus, vt à voluntate imperata.

125. *Primus actus intellectus non cadit sub imperium.* Porrò primus actus intellectûs nõ cadit sub voluntatis imperium: quia nihil cadit, nisi quod est præcognitum. Habet hoc imperium sola voluntas supra potentias executiuas; quia ex *S. Tho.* 1.2.q.9. *a.* 1. inter potentias, sola volũtas habet pro obiecto bonum vniuersale suppositi, cùm singulæ habeant particulare. Ad quam potentiam spectat finis vniuersalis, ad eandẽ spectat mouere potentias ad fines particulares sub vniuersali cõtentos. Igitur ad volũtatẽ spectabit, mouere potẽtias ad sua obiecta particularia, cõprehẽsa sub bono vniuersali suppositi.

126. *Ad primũ prima.* Ad 1. primæ neg. conseq. Ad prob. resp. Maiorem intensionem operationis reduci tum ad potentias executiuas, quæ sicuti in operando, ita in modo ipso operandi intensè vel remissè, pendent ex imperio voluntatis: vnde nego, eas semper operari secundùm vltimum posse: tum maiorem intensionem reduci ad animam vt ad principium actiuum vniuersale, quod concurrit cum singulis

127. *Ad secundum.* potentijs ad suas operationes. Ad 2. neg. vtraque minor. Non enim maior perfectio operandi executiuæ prouenit ex actiuo concursu voluntatis, sed tum ex actiuo concursu animæ vt principij vniuersalis; tum ex meliori applicatione executiuę ad

128. *Ad tertium* opus, per efficacius imperium voluntatis. Ad 3. Verùm est argum. etsi voluntas imperatiuè tantùm concurrat cum potentijs, eas perfectiùs ad opus applicando. Ad 4. nego voluntatem esse vniuersale principium in exequendo, sed tantùm in imperando. Ad fundam. secundæ, nego, potentiam

129. *Ad quartum.* motricem esse potentiam tantùm passiuam. Vnde

130. *Ad fund. 2. Ad 1. Confirm.* ad 1. confirm. nego Arist. eo loco negare potentię motrici actiuitatem: quin potiùs oppositum ex eo colligitur: ait .n. animal esse quod mouetur: Quo verò appetitus mouet tanquam organo, esse quid

Ad 2. corporeũ. Ad 2. nego antec. Angelus enim mouet cælum per potentiam motiuam distinctam à voluntate. *Leg. tom. 2. disp. 7. sect. 2.*

DISPVTATIO VI.

De modo, quo voluntas mouetur.

SECTIO I.

Catholica doctrina de libero arbitrio exponitur, & contra hæreticos stabilitur.

1. *Fundam.* PRÆMITTENDA hæc quæstio tanquam fundamentum eorum, quæ in hoc tomo de operibus meritorijs & demeritorijs, disputanda sunt. Etenim cùm nihil meritorium, aut demeritorium absque libero actu voluntatis esse queat: nec appareat, quo pacto voluntas maneat libera, ac sui actus domina, si gratiâ efficaci ad operandum præmoueatur, nempe nequit diuina voluntas, quæ dono suæ gratiæ hominem ad operandum præuenit, frustrari; frustrari autem posset, si humana voluntas, diuinâ gratiâ efficaciter præmota, adhuc libera maneret, ac domina sui actus, quippe quę posset gratię non consentiendo, diuinam voluntatem frustrare. Præterea, cùm tota natura humana lapsu primi parentis sit dono iustitiæ originalis, quo ad bonum dirigebatur ac roroborabatur, destituta, non videtur de se ampliùs potens ad bonum honestum operandum, sed tanquam tibia ex susceptο vulnere semel curua effecta, semper in suis operationum gressibus claudicabit. *Ratio dubitandi de veritate.*

2. *Libertas à coactione.* Potissima inter catholicos & hæreticos nostri sæculi controuersia est, an post naturam lapsam præter libertatem à violentiâ, & coactione, sit in homine libertas à necessitate. Libera à violentiâ & coactione dicuntur, quæ sponte, nulla cogente vi operantur, etiamsi necessariò operentur, nec possint non operari: siue id accidat ex imperfectâ cognitione finis, vt cùm brutum fertur in pabulum; siue ex perfectâ cognitione finis, vt cùm Beatus rapitur in Deum clarè visum super omnia diligendum. Libera à necessitate dicuntur, quæ non tantùm sponte, sed etiam cum dominio & potestate sui actus operantur, ita, vt non solùm nulla vi cogente, verùm etiam nulla vi ad vnum prædeterminante, sed cum pleno dominio & potestate ad vtrumque operantur. Nemo hactenus negare potuit, inesse homini etiam in statu naturæ lapsæ libertatem à coactione & violentiâ, vt apertè fatetur Caluinus *lib. 2. Institut. c. 2. n. 7. liberi*, inquit, *arbitrij hoc modo dicetur homo, non quia liberam habeat boni æquè ac mali electionem: sed quia malè voluntate agit, non coactione:* & lib. 2. aduersus Pighium: *si coactioni*, ait, *opponitur libertas, liberum arbitrium esse & fateor, & constanter asseuero.* Idem teste *Bucero* de concordia doctrinę fatetur *Lutherus.* Quin implicat, vt volitio à coactione libera non sit; nam qui cogitur, non vult: implicat autem, vt volendo non velimus, & vt voluntas non sit voluntas: nam qui vult, hoc ipso quod vult, non potest non sponte velle, cùm à nullo cogi possit, vt velit, nisi à seipso. Vnde August. *lib. de duab. animab. c.* 10. *Omnis* inquit, *qui volens facit, non cogitur.* Ergo sola controuersia inter nos & hæreticos esse potest, an præter libertatem à coactione, sit in homine libertas à necessitate. Negant pertinaciter hæretici: Affirmant constanter Catholici. *Alia à necessitate*

3. *Luculentiss. Spiritus S. testimonia* Probant 1. ex 1. Eccl. 15. *Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui, adiecit mandata & præcepta sua: Si volueris mandata seruare, conseruabunt te. Apposuit tibi aquam & ignem, ad quod volueris, porrige manum tuam. Ante hominem vita & mors, bonum & malum: quod placuerit ei, dabitur illi. Ecce*, inquit Augustinus lib. de gratia & libero arb. cap. 2. *apertissimè videmus expressum liberum humanæ voluntatis arbitrium.* sc. liberum à necessitate. Nam quid est, hominem relinqui in manu consilij sui? Posse hęc agere, vel non agere; agere vnum, vel agere alterum: non est solum esse liberum à coactione. Hoc testimonio cum duobus sequentibus vtitur Concilium Senonense can. 15. Eo conuictus Caluinus respondet *lib. 2. institut. c. 5. n.* 18. illud intelligi tantùm de homine in statu innocentiæ condito. *Caluinus conuincitur.*

4. *Testim. alterum* Sed quid illa post primi parentis lapsum, *Gen.* 4. à Deo Caino facta correptio? *Nonne si bene egeris, recipies: si autem malè, statim in foribus peccatum aderit? sed sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius.* En etiam post personale peccatum, Cain suo domina-

Digitized by Google

dominabatur appetitui, appetitusque sub ipsius potestate erat; liber erat ad illum compescendum, vel non compescendum. alias quo pacto quis sui dominus erit, cuius dispositio non subest ipsius potestati? aut qua ratione dici poterit ipsius potestati subesse, si in eius libertate non est, alterutram partem eligere; si ad vnam, sublatâ omni facultate ad oppositam, is necessitetur? 2. Hanc libertatem *Tertium* Eccl. c. 31. explicat: *Qui potuit transgredi, & non est transgressus; facere mala, & non fecit.* Quod intelligi nequit de homine integro, cùm is in statu innocentiæ legem transgressus sit: ergo de lapso, qui retinet natiuam facultatem præ duobus alterutrum *Quartum* eligendi. 3. Concordat Paulus 1. ad Cor. 7. *Non habens necessitatem, potestatem autem habens voluntatis suæ:* exclusâ necessitate, libertatem constituens in dominio propriæ voluntatis, & potestate illam pro libitu applicandi vel non applicandi ad operandum. 4. Hanc libertatem efficaciter ostendunt *Quintum* promissiones, quæ nobis sub conditione vitam æternam spondent; Iere. 4. *Si abstuleris offendicula tua à facie mea, non commoueberis:* Matth. 19. *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata:* Et implicitè innoluunt pactum inter Deum & hominem, pactum autem libertatem requirit ex parte eius, qui illud seruare debet: Nam si Deus vitam æternam nobis promitteret sub conditione operum, quæ in liberâ potestate non essent, nobis illuderet, ad bonum non excitaret. Rectè Trident. sess. 6. c. 5. *cùm in sacris,* inquit, *litteris dicitur, convertimini ad me, & ego convertar ad vos, libertatis nostræ admonemur: cùm respondemus: Converte nos Domine ad te, & convertemur: Dei nos gratia præueniri confitemur,* eamque in nostrâ esse potestate. Præterea, si ad mandata seruanda impotentes sumus, ad quid exhortatio, monitio, iussio, minæ, prohibitio? *vt sint,* inquit Caluinus lib. 2. Instit. c. 5. n. 5. *& reprobis in testimonium, vbi ad Domini tribunal ventum fuerit; & Iustis ad virtutem stimulus.* At quo id pacto, si nec in illorum facultate, nec in horum potestate est, ea exequi, aut vitare? *Quid illud,* inquit Augustin. cit. *quod tam multis locis omnia mandata sua custodiri & fieri iubet Deus? quomodo iubet, si non est liberum arbitrium?* 7. Addo; si bona, aut mala opera, quibus Deus præmium aut pœnam rependit, à nostrâ non pendent libertate, sed à præcurrente necessitate, quo pacto Deus dicetur nostram expectare voluntatem, vt præmium vel pœnam retribuat? 2. Reg. 24. quando misit Gad ad Dauidem, vt propter peccatum, quod in numerando populo commiserat, è tribus propositis pœnis, vnam sibi eligeret, aut famem, aut gladium, aut pestem, cuius liberam electionem Deus reliquit voluntati ipsius: *Nunc ergo,* inquit Propheta, *delibera: & vide, quem respondeam ei, qui me misit, sermonem* seu vt 1. Paralip. 21. *Trium tibi optionem do, vnum quod volueris, elige, & faciam tibi.* Porrò si Deus ex se statuerat, vnam ex his tribus pœnam infligere, eamque necessariò necessitate antecedente executioni mandare, quid opus erat, optionem dare Dauidi, vt ipse sibi quam voluerit, pœnam eligeret? optio non datur, nisi de ijs, quæ ex eligentis potestate pendent. Si autem electio illius pœnæ non pendebat ex potestate Dauidis, sed ex voluntate Dei, quam antecedente necessitate statuerat executioni mandare, cur illius electionem optionemue reliquit voluntati Dauidis? nisi solùm ad illudendum.

6. Conc. Trid. instar omnium sit Catholicis. Eadem veritas prob. ex Concilijs, definitione Pontificum, Patribus: Conc. Trident. sess. 6. c. 5. & can. 4. vbi docet, *liberum hominis arbitrium à Deo motum & excitatum, dissentire posse, si velit:* Atque pacto in ipsius liberâ potestate esset, diuinæ gratiæ dissentire, si à præmotus atque excitatus opposita non posset, aut impediretur quò minus posset; quæ veritas antea definita fuit in concilio Constanc. sess. 8. vbi inter Wicleffi errores est damnatus 27. hic: *Omnia de necessitate absolutâ eueniunt.* Accedit authoritas Pij V. & Gregorij XIII. qui damnant has duas propositiones: *Quod voluntariè fit, etiamsi necessariò fiat, liberè tamen fit:* &, *sola violentia repugnat libertati hominis naturali.* E Patribus græcis Basilius ser. de lib. arb. ait: *Quod in hominis* *Basil.* *potestate situm est, liberum arbitrium in eligendo & non eligendo situm est.* Nazianz. *in* 1. *Apolog.* docet, liberum arbitrium parem in vtraque partem motum habere. Nyssenus lib. 9. de Philosop. c. 3. *Nyssen.* *Necesse,* inquit, *est, eum, qui consultat, dominum esse actionum. Si enim non fuerit dominus actionum, ex superfluo consultat: si verò hoc ex necessitate assistit in rationali liberum arbitrium, aut non erit rationalis, aut dominium suarum actionum obtinebit: dominari autem actionum, omnino liberi arbitrij est.* Cyrillus *Cyrill.* lib. 9. in Ioan. c. 10. *rationali creaturæ liberam potestatem creator largitus est, & suæ voluntatis habenas vnicuique commisit, vt in eo sit, quidquid probauerit eligere.* Damascenus lib. 2. fidei c. 26. *In nostra po-* *Damasc.* *testate sunt ea, quæ liberum est nobis vel facere, vel non facere.* Et lib. 3. c. 14. *Enimverò cùm voluntatem dicimus non eam coactam ac necessitate constrictam, sed liberam dicimus: nam si rationis particeps est, vtique & libera.* E latinis Clemens Romanus *Epist.* 3. *Clem.* *de officio Sacerd.* quæ est tomo 1. *Concil. circa medium* sic scribit: *Liberi enim sumus arbitrij. Nam si hoc esset, vt videntes ea, iam non haberent in potestate aliud facere, quam audierant, vis erat quædam naturæ, per quam liberum non esset, ad aliam migrare sententiam. Aut si rursus ex audientibus nullus omnino reciperet, & hoc naturæ ius erat, quæ vnum aliquid fieri cogeret, & alteri parti non daret locum. Nunc autem quia liberum est animo, in quam velit partem declinare iudicium suum, & quam probauerit, eligere illam: constat euidenter ineße hominibus arbitrij libertatem.* Tertullianus lib. 2. aduer. Marcio. *Tota libertas in* *7.* *vtramque partem homini concessa est, vt sui dominus* *Tertull.* *constanter occurreret & bono sponte seruando, & malo sponte vitando.* Cypria. lib. 1. Epist. 3. ad Cor- *Cypri.* nel. seu ep. 55. *qua est ad Cornel. penult. Homo libertati suæ relictus, & in arbitrio proprio constitutus, sibimet ipsi vel mortem appetit, vel salutem:* Hilarius *Hilar.* in comment. Psal. 2. *Vnicuique nostram libertatem vitæ, sensumque permisit, non necessitatem in alterutrum affigens:* Auguſt. lib. 2. con. Fauſt. c. 5. *Et li-* *Auguſt.* *berum voluntatis arbitrium, quo vel bene, vel malè vtimur, propter tuſtum iudicium Dei ab omni necessitate vindicemus:* Et lib. de verâ Relig. c. 14. *Si necessitate id feciſſet, nullo peccati vinculo tenerentur.* Proſp. *Proſper.* ad capitula Gallorum ſent. 6. *Qui dicit quod liberum arbitrium in homine nihil ſit, ſed ſive ad bonum, ſive ad malum prædeſtinatio Dei in hominibus operetur, non eſt catholicus. Arbitrium enim hominis gratia Dei non abolet, ſed adolet & ab errore in viam reuocat ac reducit, vt quod ſua libertate erat prauum, ſpiritu Dei agente ſit rectum.* Et de vocat. Gent. lib. 1. c. 8. *Nec quia ſpiritu Dei agitur, ideò ſe putet liberum arbitrium non habere, quod ne tunc quidem perdidit, quando diabolo voluntate ſe dedit, à quo iudicium voluntatis deprauatum eſt, non ablatum. Quod ergo non interfectum eſt per vulnerantem, non tollitur per medentem: vulnus ſanatur non naturâ remouetur.* Anſel. *Anſel.* lib. de concord. præſcientiæ & prædeſt. c. 1. *Voluntatis arbitrium, vt rectitudinem deſerat, nullâ co-*

gitur

Digitized by Google

gitur necessitate, quamuis mortis impugnetur difficultate. Licet enim necesse sit, aut vitam, aut rectitudinem relinquere, nulla tamen necessitas determinat, quam seruet, aut deserat: nempè sola voluntas determinat ibi quod teneat, nec aliquid facit vis necessitatis, vbi operatur electio sola voluntatis. Bernar. lib. de gra. & lib. arb: Est verò ratio data voluntati, vt instruat illam, non vt destruat; destrueret autem si necessitatem ei vllam imponeret, quo minùs liberè pro arbitrio sese volueret, siue in malum consentiens appetitui, siue in bonum gratiam sequens. Et infrà: Manet etiam post peccatum liberum arbitrium, etsi miserum, tamen integrum.

Bernard.

Libertas à coactione notior

Quòd si quando Patres liberum arbitrium explicant per libertatem à coactione, id per rationem nobis notiorem explicant: ita August. lib. de duab. anim. c. 10. Voluntas est animi motus cogente nullo ad aliquid, vel non amittendum, vel adipiscendum.

Prosp.

Propter contra Collat. c. 19. Liberum arbitrium est, rei sibi placitæ spontaneus appetitus. Damasc. lib. 2. fidei. c. 26. In nostrâ potestate sunt ea, quæ liberum est nobis, vel facere, vel non facere, hoc est omnia quæ vltro ac sponte facimus. Anselmus lib. de concordiâ c. 1. Sed voluntas non cogitur, aut prohibetur vlla aliâ re, quia sic ex libertate fit, quod fit ex voluntate, & paulò superius. Necessitas videtur sonare coactionem, vel prohibitionem. Cæterum verissimum est, quod coactum est, liberum non est: non contrà, quod coactum non est, eo ipso liberum est. Omne liberum est spontaneum, non omne spontaneum est liberum.

Anselm.

9. Augustinus gratiam necessariam agnoscit, nō necessitatē.

Neque Caluino fauet Augustinus, quem pro suo errore stare contendit lib. 2. Instit. cap. 2. n. 8. Nam cit. locis & toto *lib. de gra. & lib. arb.* probat dari in homine lapso liberum arbitrium, nec illi præiudicare gratiam diuinam: Reuelauit nobis, inquit c. 2. per scripturas suas sanctas esse in homine liberum voluntatis arbitrium. Idque ostendit 1. Quia ipsa diuina præcepta homini non prodessent, nisi haberet liberum voluntatis arbitrium, quo ea faciens ad promissa præmia perueniret. 2. Quod omnia mandata sua custodiri & fieri iubeat Deus: quomodo autem iubet, si non est liberum arbitrium? Vnde cùm ibidem, & alibi docet, sine gratia Dei nihil posse liberum arbitrium, non dicit, per gratiam humanum destrui arbitrium, sed illam necessariam esse, vt liberè possit operari ea, quæ ad salutem consequendam necessaria sunt: Imò ad liberum arbitrium probandum adducens illud. 2. ad Cor. 6. adhortamur vos, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis: vt quid, inquit, eos rogat, si gratiam sic susceperunt, vt propriam perderent voluntatem? Libertatem intelligit: nam voluntarium aut spontaneum perdi per gratiam Dei nemo somniauit. Tandem concludit, nec gratiam Dei solam, nec liberū arbitrium solum, sed vtrumque simul ad salutem cooperari. Obijciens autem sibi c. 15. cur Deus iubet, si ipse daturus est? vel quare dat, si homo facturus est? quia, inquit, dat quod iubet; cùm adiuuat, vt faciat, cui iubet: semper est autem in nobis voluntas libera, sed non semper bona: quia mirum & quando benè, & quando malè operatur, semper libera est, licet non possit benè operari in ordine ad salutem, nisi priùs gratiâ præueniatur.

10. Obijcit Caluinus.

At obijcit Caluinus August. in Enchir. cap. 30. Quid boni operari potest perditus homo, nisi quantum fuerit à perditione liberatus? Nunquid libero voluntatis arbitrio? & hoc absit: nam libero arbitrio malè vtens homo & se perdidit, & ipsum: Sicut enim qui se occidit, vtique viuendo se occidit, sed se occidendo non vixit, nec seipsum potest resuscitare, cùm occiderit: ita cùm libero peccaretur arbitrio, victore peccato amissum est & liberum arbitrium: à quo enim quis deuictus est, huic & seruus addictus est. Resp. Augustinum non negare liberum arbitrium, sed libertatem à miseriâ & peccato (quâ libertate fruebatur homo ante peccatum) à quo nisi per gratiam liberetur, non poterit liberè operari opera salutis: Vnde, subdit, ad iusta faciendum liber non erit, nisi à peccato liberatus, esse iustitiæ cœperit seruus. Ipsa est vera libertas propter recti facti lætitiam, simul & pia seruitus propter præcepti obedientiam. Ipsum explicat Anselmus Dial. de lib. arb. c. 11. Si bene discernas, quando non habet præfatam rectitudinem sine repugnantia & seruus est, & liber. Nunquam enim est eius potestatis, rectitudinem capere, cùm non habet; sed semper est eius potestatis seruare, cùm habet. Per hoc, quia redire non potest à peccato, seruus per hoc; quia abstrahi non potest à rectitudine, liber est. Sed à peccato & eius seruitute, non nisi per alium potest reuerti. A rectitudine verò, non nisi per se potest auerti: & à libertate suâ nec per se, nec per aliū potest priuari. Semper enim naturaliter liber est ad seruandam rectitudinē, si eam habet: etiam quando, quam seruat, non habet. Negat igitur Augustinus homini libertatem se à morte peccati suscitandi, postquam se ipsum per peccatum occidit, & opera salutis exercendi, antequam per gratiam à seruitute peccati liberetur; quod omnes catholici fatentur: non autem quod gratiâ sanati, liberè non operemur: nam etsi in nostrâ potestate non sit, gratia præueniri, in nostrâ tamen libertate est, gratiæ consentire aut dissentire: solus enim Deus per suam gratiam præstat vt bene agere possimus; vt verò velimus, ait l. 6. 1. ad simpl. q. 2. & suum esse voluit, & nostrum, quod voluerimus, id est posse bene agere, solus ipse præstat.

Augustin. defenditur

Negat libertatem à miseria.

11. Arist. Magist.

Eadem veritas prob. à Philosophis & Theologis, qui vnanimi consensu illi cum Arist. 3. Eth. c. 5. hi cum Magistro in 2. dist. 24. & 25. expressè affirmant, in homine esse libertatem non solùm à coactione, sed etiam à necessitate: Si agere inquit ille, cùm honestum sit, in nostra est potestate, non agere quoque, cùm turpe sit, in nobis erit collocatum. Si item non agere, cùm honestum sit, in nobis est: agere quoque, cùm turpe sit, erit nostræ facultatis. Plura infrà n. 27. Ex quo colligit, in nostra potestate esse, vt boni vel mali simus. Liberum verò arbitrium, inquit iste dist. 24 c. 5. est facultas rationis & voluntatis, qua bonum eligitur gratia assistente, vel malum eâdem desistente. Et dicitur liberum, quantum ad voluntatem, qua ad vtrumlibet flecti potest: & dist. 25. c. 9. Est namque libertas triplex, à necessitate, à peccato, à miseria. A necessitate, & ante peccatum, & post aque liberum est arbitrium. Sicut enim tunc cogi non poterat, ita nec modo. Ideoq; voluntas merito apud Deum iudicatur, qua semper à necessitate libera est, & nunquam cogi potest. Vbi necessitas, ibi non est libertas; vbi non est libertas, nec voluntas, & ideò nec meritum. Hæc libertas in omnibus est tam in bonis, quàm in malis. Hæc Magister.

12. S. Thom. notat grauiter &c.

S. Thomas qu. 6. de malo, art. vn. corp. Dicendum, inquit, quod quidam posuerunt, quòd voluntas hominis ex necessitate mouetur ad aliquid eligendum; nec tamen ponebant, quod voluntas cogeretur. Hæc autem opinio est hæretica; tollit enim rationem meriti & demeriti in humanis actionibus. Non enim videtur esse meritorium, vel demeritorium, quod aliquis sic ex necessitate agit, quod vitare non possit. Est etiam adnumeranda inter extraneas philosophiæ opiniones, quia non solùm contrariatur fidei, sed subuertit omnia principia philosophiæ moralis. Si enim non sit liberum aliquid in nobis, sed ex necessitate mouemur ad volendum, tollitur deliberatio, exhortatio, præceptum, & punitio, & laus, & vituperium, circa quæ moralis philosophia consistit.

Digitized by Google

consistit. Hæc ibi: & in 2. dist. 25. art. 1. ad 3. *Determinatio*, ait, *actionis & finis in potestate liberi arbitrij constituitur: vnde remanet sibi dominium sui actus:* & 1. con. gen. c. 88. *Liberum arbitrium dicitur respectu eorum, quæ non necessitate quis vult:* & infrà: *Homo per hoc quod habet liberum arbitrium, dicitur suorum actuum dominus.* Legantur reliqui Scholast. loco cit. & Fr. Syluius 2. p. *Resolut. varia.* verbo, *liberum arbit.* & fusiùs tertia. Quin teste Bellar. lib. 4. de gra. & lib. arb. c. 5. suum de libero arbitrio

Lutherus errorem retractauit Lutherus, his verbis: *Homo habet ex propria virtute liberum arbitrium ad faciendum, vel omittendum opera externa per legem & pœnas adactus:* item: *Voluntas humana est vis libera, vt facere possit iustitiam carnis, seu iustitiam ciuilem, vbi*

Melanct. *lege, & vi agitur. Hæc*, inquit & Melanchthon, *est libertas voluntatis, quam Philosophi rectè tribuunt homini.* Præterea: *concedendum est*, ait, *quod scriptura Apostolica tribuat homini, etiam nunc post lapsum libertatem aliquam eligendi, quæ sunt subiecta rationi.*

13. *Ratio prima Catholica huius veritatis.* Probatur rationib. Prima (vt cum Arist. notat S. Thomas) ex contrariâ sent. sequitur 1. tolli meritum & demeritum, præmium & pœnam in actionibus humanis. Qui enim in libetà potestate non habet id, quod agit, non agere, vel id quod non agit, agere, nec laude ac præmio, si id honestum fuerit; nec vituperio ac pœna, si id turpe fuerit, dignus erit: cùm nequeant ad laudem vel vituperium imputari, quæ in præcurrente necessitate consistunt. Siue enim voluntas ad ea actiuè, siuè non actiuè concurrat, modò ita concurrat, vt in potestate ipsius non sit non concurrere, vel ita non concurrat, vt in potestate eiusdem non sit, concurrere, perit fundamentum meriti ac demeriti: quia siue voluntas velit, siue non velit, semper id fiet, quod ex necessitate determinatũ est. Confirm. ideo pueri & amentes non laudantur, aut vituperantur in suis actionibus, quas nec apprehendimus tanquam iniurias nobis illatas, quia non liberè agunt, etiamsi spõtaneè & sine vlla coactione agant.

Secunda Sequitur 2. tolli omnem de rebus humanis deliberationem & consilium; quod frustra adhibebitur: nam siue adhibeatur, siue non, fient illæ vel non fient; non ex nostrâ deliberatione, sed ex antecedente necessitate, quam per consilium euitare

Tertia nequimus. Sequitur, 3. hominem in suis appetitionibus non differre à bruto: quod etiam ab intrinseco principio determinatum spontaneè & sine coactione, vel prosequitur obiectum apprehensum vt sibi conueniens; vel fugit obiectum apprehensum vt sibi disconueniens. Ergo homo non solùm spontaneè, sed etiam liberè agit, cum potestate prosequendi, vel non prosequendi obiectum.

Quarta 4. Certum est hominem peccare, & à rectâ ratione aliquando deflectere: nec minùs euidens, peccatum non esse peccatum, nisi ex liberâ procedat voluntate: teste August. lib. de verâ Relig. c. 14. vt in hac veritate fatenda *nulla Doctorum paucitas, nulla indoctorum turba dissentiat:* ac concludente: *Si necessitate id faceret, nullo peccati crimine teneretur.* Et lib. 1. retract. c. 9. *Quis peccat in eo, quod nullo modo cauere potest? peccatur autem: cauetur igitur potest.* Cui concors Ansel. *lib. de concordiâ* & c. 1. *sicut*, inquit, *non vult necessitate, ita non est peccatum voluntatis necessitate.*

14. *Quinta experientia manifesta.* Prob. 5. quis non experitur in libertate ipsius esse, ex duobus aut pluribus propositis medijs, ita vnum eligere, vt in potestate ipsius sit illud ipsum refutare, vel alterum, aut nullum ex propositis eligere? Quis sæpe non experiatur, postquam diu in vno, vel altero medio eligendo hæsitauerit ac fluctuauerit, propriâ determinatione accedẽte, seipsum ad vnum potiùs quàm ad aliud eligendum inflectere? Vt meritò concilium Senonense decreto 15. dixerit, adeò euidenti experimento, liberum arbitrium notum esse omnibus, vt summo omnium consensu vel ab ipsis gentilibus fuerit contrarius error explosus. Exemplum accipe ex cit. testim. 2. *Regum* 24. & 1. *Paralip.* 21. vbi Dauid cum internâ tristitiâ hæsitationem ac fluctuationem sibi sustulit per liberam pestis electionem. Hâc experientiâ persuasus Cicero, teste August. *lib. 5. de Ciuit. c. 9.* manifestius putauit, hominem in *Cicero Augustus.* suis actibus libertatem, quàm Deum de rebus prouidentiam habere; & hanc quia cum hominis libertate concordare nequiuit, maluit homines facere liberos quàm Deum prouidentem. *Atque ita*, inquit Aug. *dum vult facere liberos, facit sacrilegos.*

Prob. 6. Bifariam potest voluntas in suis actibus 15. necessitari: ex parte obiecti, vel subiecti. Non ex *Sexta* parte obiecti; cùm nequeat obiectum voluntatem necessitare, vel ad eius prosecutionem, nisi contineat omnẽ rationem boni, vel ad fugam & odium, nisi contineat omnem rationem mali: quo pacto necessitamur quoad specificationem ad felicitatem & bonum in communi, quod odisse non possumus; & ad infelicitatem & malum in communi, quod diligere nequimus: *Beati*, inquit Aug. 106. cap. in Enchir. *Sic esse volumus, vt esse miseri non solùm nolimus. sed nequaquam prorsus velle possimus:* At nullum obiectum particulare in hac vitâ tale est. Neque ex parte subiecti: nam si quod ex parte subiecti voluntatem hominis necessitaret, aut esset aliqua qualitas ita illam ad vnum prædeterminans, vt tollat facultatem ad oppositum: aut concursus Dei, naturâ præueniens & inchoans concursum creaturę, cui ipsa resistere non possit: neutro autem modo voluntas humana in agendo necessitatur: cùm nulla sit causa talis necessitatis, vt sect. seq. constabit, & alioqui vtilius sit homini, & magis iuxta naturam ipsius, vt possit sine qualitate sic prædeterminante, aut sine concursu naturâ sic præueniente, vt tollat facultatem ad oppositum, vi suæ liberæ facultatis operari, cum solo concursu comitanti Dei.

Prob. 7. Voluntas est facultas actiua, potens 16. seipsam ad vtrumlibet flectere ac determinare, vel *Septima à priori* ad actum, aut suspensionem actus; vel ad actum, aut oppositum ipsius: idque vel ex se cum solo concursu comitanti Dei omnibus parato, si actus sint intra ordinem naturæ; vel cum gratia præueniente & concursu comitanti supernaturali Dei, si actus sint supra ordinem naturæ. (Neque enim ab hæreticis negatur talis libertas ante peccatum Adami, cùm essentialiter dicat potestatem cum dominio ponendi vel non ponendi actum.) At talis facultas non est per peccatum sublata: Nam peccatum non abstulit ab homine naturalia; & hæc est naturalis proprietas hominis: quam, vt *August.* dixit *lib. de Spiritu & lit. c. 34.* cum ipsa natura per creationem accipimus; & *Bern. de gra. & lib. arb. Solum liberum arbitrium sui omnino defectum seu diminutionem non patitur, quod in ipso potissimum æternæ & incommutabilis diuinitatis substantiæ quædã imago impressa videatur.* Tum quia ipsam habuit homo vi creationis in statu innocentiæ, & habuisset, etiamsi in puris naturalibus conditus fuisset. Tum quia implicat vt homo suam libertatem sortiatur per aliquod extrinsecum & superadditum voluntati quod amittere possit. Nam etsi multa extrinseca & superaddita requirat, vt possit liberè operari,

Digitized by Google

rari, ipsam tamē formalem facultatem liberè operandi non potest ab aliquo extrinseco ac superaddito naturæ ac voluntati habere: ista enim facultas debet esse vitalis, seipsam potens ab intrinseco mouere, ad quodcunque voluerit, imò vita ipsa maximè intrinseca agenti libero. Constat aliunde peccatum originis non abstulisse ab homine, vti nec ab Angelis, nisi dona gratuita naturę superaddita: tum quia peccatum personale non aufert ab homine, nisi gratiam, & dona illam consequentia: tum quia sola ea dona aufert peccatum, quæ homini promittuntur in prēmium, si se à peccato immunem seruauerit: at Deus non promittit homini in præmium, ipsam naturam, aut proprietates naturam consequentes, sed dona supernaturalia gratiæ & gloriæ, cùm semper præmium debeat esse aliquid diuersum à naturâ, & ab omnibus ijs, quæ præmiando sunt naturaliter debita: denique ea tantùm nobis peccatum aufert, quæ Christus nobis suis meritis restituit: at Christus non naturam, aut proprietates naturæ debitas, sed dona gratiæ & gloriæ naturę indebita suis meritis nobis restituit: *Etenim Christus*, inquit August. Epist. 90. & 105. *non pro nullis, vt homines conderentur, sed pro impijs mortuus est, vt viuificarentur.*

17. *Peccatum abstulit sola gratuita*

18. *Non regulam rationis*

Confirm. 1. Defacto peccatum non abstulit ab homine naturalem regulam rationis ac natiuam facultatem discernendi bonum à malo, vt experimur: ergo nec liberam potestatem ac natiuam virtutem eligendi bonum vel malum: tum quia libertas non minùs constat ex regula rationis obiectum indifferenter proponentis, quàm ex facultate ipsa electiua boni vel mali à ratione indifferenter propositi: cùm ad libertatem non minùs sit necessaria indifferentia obiectiua ex parte intellectûs, quàm subiectiua ex parte voluntatis. Qua de causa arbitrium nuncupatur *liberum*, inquit Magister in 2. dist. 24. c. 5. *quantum ad voluntatem, qua ad vtrumque flecti potest arbitrium, quantum ad rationem, cuius est facultas vel potentia illa, cuius est discernere inter bonum & malum.* Ergo si ea non est quoad regulam rationis ex parte intellectus, nec erit quoad liberā electionem ex parte voluntatis per peccatum sublata. 2. Adhuc post casum primi Parentis manet in nobis voluntas vt potentia sponte & actiuè operatiua suorum actuum: cùm implicet actum esse voluntarium & à voluntate non procedere actiuè: ergo etiam nunc manet libera ad suos actus eliciendos: non enim necessitatur ab obiecto; cùm illud indifferenter ei proponatur, tam sub ratione boni, quàm sub ratione mali, neque à Deo, cū Deus, conseruet libertatem in homine, vt iustè possit illi prēmium, vel pœnam rependere: & alioqui Deus sinat creaturas suos motus agere, iuxta propriam naturam & inclinationem: ergo si humana voluntas suâpte naturâ inclinat, vt actiuè seipsam ad vtrumlibet determinet, permittitur à Deo, vt sic operetur: nec aliunde deest Deo modus, ita coagendi cum creaturâ, vt propriam libertatem in suis actibus seruet.

Nec vim electiuam

19. *Confir. 2.*

20. *Voluntas vt natura.*

Hic intellige 1. discrimen inter voluntatem, quà natura, & quà libera est: Vt natura dicit ea, quæ necessariò habet, nec potest non habere, vel ad quæ naturaliter est determinata: vt esse potentiam & inclinationem ad bonum personę conueniens; posse agere, & posse non agere: ita August. lib. de natu. & gra. c. 47. *Quod audire possumus, vel non possumus, in nostrâ potestate non est, sed in naturæ constitutione. Quod verò audimus, vel non audimus, hoc est propriæ voluntatis*, intellige quà libera est: *Item non est in nostra potestate, posse odorari, vel non posse, sed in nostrâ potestate est, hoc est, in liberâ voluntate, odorari, vel non odorari:* Similiter motum primo primum voluntas elicit vt natura, quia non elicit illos vt domina sui actus, sed vt determinata ab obiecto. Item in voluntatis potestate non est, non amare felicitatem & bonum in communi quoad specificationem; vel non odisse miseriam & malum in communi quoad specific. ad hæc n. ita est voluntas à seipsa vt naturâ determninata, vt nequeat ad oppositum se determinare. Voluntas Beati circa Deum clarè visum non operatur vt libera, sed vt natura, non modò quoad specific. cùm non possit Deum odisse; verùm etiam quoad exercitiū, cùm non possit actum beatifici amoris suspendere. In hâc verò vitâ etiamsi non possit felicitatem & bonum in communi odisse, non tamen illud necessariò amat quoad exercitium: eo quòd in exercitio huius amoris non relucet omnis ratio boni, vti relucet in exercitio amoris beatifici. Itaq; voluntas vt libera dicit ea, quæ in ipsius dominio & potestate sunt. Ideò voluntas dæmonis etsi ob vehementem & continuam apprehensionem pœnarum, & iacturæ felicitatis æternæ ac perpetuum odium contra Deum, semper ad malum sit determinata, ad illud tamen non determinatur vt natura, sed vt voluntas libera, quippe cùm possit si velit: vires omnes colligendo ab illo desistere, vt probo *to.* 2. *Disp.* 21. *Sect.* 2.

Vt libera.

21. *Potentia necessaria*

Intelligendum 2. discrimen inter potentiam necessariam & liberam. Necessaria, quia non agit vt domina sui actus, suique determinatiua, sed vt ad vnum determinata à natura, agit quantum potest, quia nec sibi parcere, nec vllam partem suarum virium continere valet, multò minùs totum actum suspendere, positis omnibus ad agendum prærequisitis. Libera verò, quia agit vt domina sui actus, suiq; determinatiua, ferè nunquam agit, quantum physicè potest, sed quantum sibi placet ac libet, difficultatem defugiens, suoq; conatui parcens, ac seipsam plerumq; ad eam contradictionis, aut contrarietatis partem determinans, in qua maius bonum honestum, vel delectabile relucet, cùm nulla potentia sine motiuo agere possit: & vbi plus mali delectabilis relucet, quàm boni honesti in exercitio libertatis, ægrè se applicat ad bonum honestum & minùs voluntariè vires exerit, nolenti, similis ita vt ex tota virtute non velit. Sequitur discrimen inter libertatem physicam & moralem. Physica est, quæ habet omnia antecedenter requisita ad agendum in vtramq; partem contradictionis, vel contrarietatis, adeò vt si voluntas vellet omnes suas vires adhibere, posset in actum exire, verùm eâ difficultate antecedente premitur, vt nunquam sit cum eâ in actum proditura, non quòd physicè non possit, sed quia non vult, nec moraliter possit tantam difficultatem superare. Ita quiuis physicam libertatem habet seipsum præcipitem dandi è turri ad specimen suæ libertatis dandum simulque ad difficillima peragenda: attamen ob inuictissimam difficultatem nemo vnquam quantùm est hominum sanæ mentis id attentaturus est. Moralis libertas est, quæ non solùm habet omnia ad agendum in vtramq; partem prærequisita, sed nulla etiam premitur inuincibili difficultate quæ illam ab agendo, vel non agendo absterreat. Quæ propterea moralis potentia dicitur, quia morem facit per frequentatos actus: contrà verò physica dicitur, quia in naturam voluntatis cadens, necessaria est quoad actum primum, nunquam in secundum proditura. Vnde sicut multiplex distinguitur gradus libertatis moralis,

Libera

Libertas physica,

Moralis

iuxta

Digitized by Google

iuxta maiorem, aut minorem facilitatem operandi intra eandem latitudinem moralis libertatis; ita & multiplex libertas physica, iuxta maiorem, aut minorem difficultatem ab operando absterrentem intra eandem latitudinem physicæ libertatis. Nam quædam libertas physica est, quæ nunquam proditura est in actum, vt in exemplo suprà allato: quædam, quæ peruictâ difficultate proditura est aliquando in actum, vt seipsum ad incommoda huius vitæ declinãda interficere. Hinc quæstio, an ad peccandum sufficiat libertas physica, an requiratur etiã moralis, decidenda infrà disp. 26. sect. 5. ex occasione alterius, an possit liberum arbitrium sine speciali auxilio superare graues tentationes contra præcepta naturalia. Cæterum hæc quæstio intelligitur solùm de libero arbitrio iuxta suas vires naturales considerato: alioqui viribus gratiæ adiutum, nulla est difficultas siue tentatio, quam superare non valeat.

Gemina quæstio reijcitur.

22. *Æquilibriũ libertatis*

Intelligendum 3. Supremum libertatis gradum dici posse, æquilibrium quoddam; quando voluntas, non minus ad vnam, quàm ad alteram partem inclinat, quæue facillimo nutu ac determinatione in alterutrã partem flecti, attolli aut deprimi possit instar bilancis: scilicet cùm paria vtrinq; rationum ponderamenti præstò sunt, nullusq; ab appetitu excitatur cupiditatum impulsus. Hoc indifferentiæ æquilibrium etiam in naturâ lapsâ experiebatur Dauid, qui è tribus pœnis sibi à Deo propositis hęsitabat, quam potissimum eligeret. Quo fit, vt quantum ab illo æquilibrio recedimus, ad vnam partem magis inclinati, tantum à supremo libertatis gradu deflectamus, non tamen libertatem ad meritum & demeritum requisitam amittamus. Vnde minima visa est peccandi libertas in Adamo; maxima honestè operandi facultas: imparia siquidem maximè erant rationum momenta ad peccandum & non peccandum. A peccato absterrere poterant exitij terror à Deo incussus, perpetuę mortis timor, priuatio æternę felicitatis, communis posterorum ruina: ad peccatum allicere affectus vxori complacendi nullâ antecedente sensûs aut appetitûs passione, nullâ præcurrente ambitionis instigatione, nisi quam libera voluntas vltrò excitauerat. His etiam excitatis, adhuc erat validissimis munitus præsidijs, intrinsecis & extrinsecis, gratię & naturę, vt summâ facilitate posset, si voluisset affectum gulę vel vxori complacendi, aliumue superbię superare. Contrà verò in homine lapso magna est ad peccandum libertas, ob plurima incentiua, tum intrinseca naturę, tum extrinseca mundi allicientis, & dęmonis instigantis; minor libertas ad honestè operandum. In homine tamen, & recto, & lapso sufficiens libertas ad vtrumlibet & fuit, & est. Nam sicut in illo tot munimenta ad bonum non tollebant sufficientem libertatem ad malum: ita in hoc tot incentiua ad malum non tollunt sufficientem libertatem ad bonum: nimirum libertas non consistit in ipsa indiuisibilitate æquilibrij, quasi vtrumque genus actuum bonorum & malorum, æquali cum indifferentiâ debeat posse; alioqui nec in primo homine fuisset libertas ad vtrumlibet, cui defuit hoc indifferentiæ æquilibrium ad bonum & malum: sed habet libertas diuersos intra eandem indifferẽtiæ latitudinem gradus. Vnde sicut quantalibet difficultas ad peccatum non extinxit in natura integrâ indifferentiam ad malum, ita nec difficultas ac bonum euellet à naturâ lapsâ indifferentiam ad bonum. Dicat ergo catholicus, liberum arbitrium per peccatum primi hominis, inductâ ignorantiâ, solutâq; concupiscentiâ, attenuatum, inclinatum, debilitatum; perditum, aut extinctum non nisi hæreticus dixerit, cùm apex libertatis, scilicet vis actiua determinandi se ad vtrumlibet, perire, aut extingui non possit, stante appetitu rationali, cuius illa est distinctiua ratio à brutali: qui brutalis est à natura ad vnum duntaxat determinatus; quâ de causâ Bern. *de gra. & lib. arb.* libertatem ait esse *inamissibilem.*

Adami Libertas:

Hominis lapsi

Intelligendum 4. Vnde facilitas, aut difficultas operandi, vel non operandi humanę libertati proueniat sc. ex duplici capite. 1. ex perfectiori vel imperfectiori obiecto, eiusq; meliori, aut non meliori applicatione 2. ex causa efficaciori, vel minùs efficaci cum eâ coagente: nempe ex duplici causâ voluntas in operando pendet, obiectiuâ, & coëffectiuâ: ex obiectiuâ pendet vt ab alliciente & inuitante. Cum .n. nequeat operari, nisi propter aliquod bonum, quod vt ipsam moueat, debet esse prægnitum, eiq; vitaliter repræsentatum; quò bonum est perfectius, viuaciusq; voluntati repræsentatum, eò ipsam allicit magis & inuitat vehementiùs, atq; adeò ad operandum magis facilitat. Ex coëffectiuâ pendet: quò .n. causa coagens & coadiuuans est efficacior & virtuosior, eò voluntatem ad operandum impellit fortiùs, ac magis facilitat. Notanter excluſi omnem aliam causam materialem & formalem (nam finalis recurrit cum obiectiuâ, cùm semper obiectum voluntatem moueat vel vt finis, vel vt medium ad finem) quia nec materialis nec formalis facilitat, aut difficultat voluntatem ad operandum. Quod patet 1. si .n. causa formalis (eadem ratio est de materiali) facilitaret, aut difficultaret voluntatem ad operandum, sequeretur, quò perfectiores intensioresq; habitus supernat. haberet homo, eò maiorem promptitudinem sentiret ad opera supernat. cùm tamen in infantiâ baptizatus, non maiorem promptitudinem ad hęc opera experiatur, quàm qui non baptizatus peruenit ad vsum rationis. Sequela prob. cùm habitus supernaturales sint qualitates inhęrentes animę eiusq; potentijs, non possunt suos effectus formales illis non communicare. Igitur si facilitas proueniret ex causâ formali, non posset voluntas informata habitib. supernatural. maiorem facilitatem ad opera supernat. non sentire, quàm sentit alius, qui his non informatur. Itaque qui intensiores acquisitos habitus habet, maiorem quidem ad operandum facilitatem experitur, non tamen per ipsum effectum formalem, quem habet ab habitû intensiori, sed per operationem ipsam in genere causæ efficientis. Patet, tum quia illam non experitur, quando actu non operatur; habeat licet effectum formalem intensiorem. Tum quia facilitas, vel difficultas dum est tantùm in actu 1. per modum formæ informantis, non sentitur à potentiâ: ideò non potest potentiam facilitare, vel difficultare: vt .n. sentiatur debet experimento aliquo potentiæ innotescere; innotescit, autem ipso actu operandi. Quare semper facilitas vel difficultas sentitur per actum 2. operationis. Confir. ita se habet facilitas vel difficultas in actu 1. respectu voluntatis ad operandum, sicut extrinseca adiumenta, vel impedimenta ad eandem facilitandam, vel difficultandam: at hæc non facilitant, vel difficultant, nisi actu voluntati proposita: ergo nec illa, nisi eidem repræsentata. Ex hac nostra sent. reijcitur illorum opinio, qui censent, habitus acquisitos facilitare potentias tantùm formaliter per modum formæ informantis.

23. *Facilitat ex obiecto, applicatione, efficaciâ causæ.*

A posteri.

Habitus effectiui.

A priori

Conf.

Ex his *intelligitur* 5. quo pacto gratia libertatem 24.

Digitized by Google

Gratiæ ac concupiscentiæ discrimen in facilitando.

facilitet ad bonum, & concupiscentia ad malum. gratia ad bonum facilitat non modò perfectius bonum voluntati obiectiuè proponendo, clariusq; repræsentando, sed etiam effectiuè, suâ virtute & efficacitate voluntatem mouendo & cum eâ agendo, non tamen illi libertatem adimendo: etsi n. ei æquilibrium tollat, quod in indiuisibili consistit, libertatem tamen, quæ in facultate ad vtrumlibet etiam cum difficultate constat, non tollit. Concupiscentia facilitat ad malum, tantùm obiectiuè voluntatem alliciendo & inuitando ad bonum delectabile contrarium honesto, libertatem non adimendo, sed minuendo, quantum minuit de æquilibrio, in quo perfectissima libertas sita videtur. Quanquam si consideretur gratia solùm secundùm vires morales, quas habet ad persuadendum bonum, quod voluntati proponit; non secundum vires physicas, per quas cum voluntate effectiuè concurrit ad bonum amplectendum, non est inter ipsam, & concupiscentiam discrimen. Nam vtraque proponendo bonum, voluntatem moraliter allicit & inuitat, illa ad honestum, hæc ad delectabile. Verùm præter vires morales, habet gratia vires physicas, quibus voluntatem moraliter inclinatam iuuat ad bonum prosequendum: licet non sit eadem gratia, quæ intellectui persuadet, & voluntatem physicè iuuat ad actum eliciendum: nam illa consistit in aliquâ piâ & sanctâ cogitatione, quæ ad actum voluntatis actiuè non concurrit.

Liberum arbitrium attenuatũ, non extinctum.

Atque hæc est vis & natura liberi arbitrij, hactenus à nobis explicati, per peccatum quidem attenuati & infirmati, minimè verò extincti: quod concupiscentia ad malum non necessitat: neque gratia destruit, sed instruit; non adimit, sed adiuuat, vt possit, quod proprijs viribus non audet, nec potest; & monet, vt ab eo petat, qui supplere potest, quod propriæ virtuti deest. Quam veritatem si cum sanctis scripturis in vero sensu intellectis, Patribus, & Doctoribus agnoscere voluisset Caluinus, tot tragedias in ecclesia Dei non excitasset: nec absurdè confudisset seruitutem peccati, & necessitatem ad peccandum. Nam etsi per peccatum primi hominis facti sumus serui peccati, cui liberè seruimus, dum victor peccatum dominatur in nobis, verumtamen gratiâ per Christum datâ ita roboramur ad bonum, vt liberè velimus, & possimus à seruitute peccati nos liberare: non quidem eâ libertate, quâ liberantur Beati, qui non tantùm à seruitute peccati, sed etiam à radice peccandi per amorem beatificum fiunt felicissimè liberi, ad peccandum omninò impotentes; sed libertate viatoris; quæ etsi à peccato nos liberat, vt peccato liberè victo, peccato non seruiamus, à radice tamen peccati non liberat; quia non tollit potentiam peccandi, quæ ad meritum & demeritum, præmium & pœnam necessaria est. Hæc contra hæreticos stabilia sint.

SECTIO II.

An libertas creata consistat, vt positis omnibus ad operandum prærequisitis, voluntas possit operari & non operari, in sensu composito.

25. Prima sent.

NEgant assertores Physicæ prædeterminationis, si composito fiat inter prærequisita ad operandum, & negationem actus, vel productionem oppositi actus: Concedunt, si composito fiat solùm inter prærequisita ad operandum, & potentiam operandi & non operandi. *Leg. Aluarez lib. 12. de Auxil. disp. 115.* Prob. Inter requisita ad operandũ, est motio Dei, quâ positâ, implicat voluntatem componere cum non actu, vel cum opposito actu; etsi cum eâdem motione stet potentia ad non actum, vel oppositum actum, ita vt vel sublatâ motione componere possit cum non actu; vel aliâ succedente, cum opposito actu. Huius implicantiæ duplex assignant fundamentum.

Potissimum fund.

Primum fundam. Subordinatio causæ 2. ad primam

Primum ductum ex essentiali subordinatione causę 2. ad primam. Implicat causam 2. inchoare actionem non præmotam à causâ 1. implicat autem, causam 2. prę motam à primâ non operari, vel contrarium actum operari: igitur implicat, positis omnibus ad operandum prę requisitis, voluntatem non operari vel contrarium actum operari: cùm inter prę requisita ad operandum sit diuina prę motio: quę per aduers. est vltimum complementum potentiæ, sine quo non est proximè & completè potens. Minor prob. hæc motio est instrumentum Dei ad quemcunque effectum creatum producendum; sicut motus artificiosus est instrumentum artificis ad effectum artificiatum ab ipso artifice attingendum: implicat autem, Deum frustrari effectu, ad quem ipse efficaciter mouet; cùm sit infinitæ efficacitatis, ac proinde nulla creatura ei resistere valeat: valeret autem ei creatura resistere, si eâ positâ, adhuc non operaretur, vel contrarium actum operaretur. Maiorem deducunt. *Si* posset creatura actionem inchoare à Deo non præmota, posset independenter à Deo se ad operandum applicare; ergo ipsa esset primum determinatiuum sui: hoc verò repugnat essentiali subordinationi creaturæ: quæ in eo consistit, vt sicut Deus est primus in essendo, ita & in agendo: aliàs creatura esset prima in agendo, si priùs naturâ actionem inchoaret, Deus subsequeretur. Inchoat autem priùs naturâ & causalitate Deus actionem creaturæ per physicam motionem, quo inchoante implicat creaturam non subsequi eandem actionem seu à Deo præmotam non operari, vel oppositum actum operari.

26. Secundum fundam. Natura voluntatis creatæ.

Alterum fundam. deducunt ex naturâ creatæ voluntatis: Voluntas creata essentialiter est indifferens ad vtrumlibet, seu libera: implicat autem ex principio indifferente, vt indifferente determinatam actionem prodire: indifferens .n. vt indifferens dicit indeterminationem: implicat indeterminatum, vt indeterminatum agere; actio .n. est forma determinata, quæ determinatam supponit agendi virtutem. Si autem, positis omnibus ad agendum prærequisitis, non ageret, vel oppositum ageret, non ageret formaliter vt determinata, sed vt indifferens, quia non ageret actum, ad quem supponitur determinata, sed non actum vel oppositum, ad quæ non supponitur determinata; cùm nequeat voluntas ad opposita simul determinari. Vt igitur possit voluntas agere, vt priùs naturâ ad vnum determinata, debet, positis omnibus ad agendum prærequisitis, non componere cum non actione, vel cum oppositâ actione: supponunt .n. quod implicet, vt se ipsam primò determinet voluntas, ne sit sui primum determinatiuum: ac proinde debere determinari à Deo: positâ autem determinatione ad actum à Deo, si adhuc voluntas componeret cum non actu, vel cum opposito actu, ageret non vt determinata à Deo, sed vt indifferens, vel vt determinata à se. Confirm. 1. Inter prærequisita ad mundum creandum est æternum decretum Dei: igitur si hæc definitio libertatis

Confir. 1.

Digitized by Google

tatis intelligenda est in sensu composito prærequisitorum cum omissione actionis, Deus non liberè, sed necessariò initio temporis mundum creasset. 2. Efficax imperium intellectus est vnum ex prærequisitis, vt voluntas agere possit: & tamen, eo posito, non potest ipsa non agere.

Confir. 2.

27.

Sent. affir. vera & amplectēda

Affirmant verò reliqui physicæ prædeterminationis impugnatores, nempe libertatem voluntatis creatæ sitam esse, vt positis omnibus ad operādum antecedenter requisitis, adhuc componere possit cum non actu vel oppositio actu. Quæ sent. verior est. Prob. 1. ex Arist. 3. Eth. cap. 5. vbi sic libertatem describit: *In quibus in nostrâ potestate situm est agere, situm est etiam non agere: & in quibus non agere, simili modo etiam agere.* Vbi eodem prorsus modo comparat, *non agere, ac agere*, cum potestate operandi. idem 9. *Metap. tex.* 12. potentiam definit, *cui nihil addendum tollendumue sit, vt agere, vel non agere possit*: At per aduers. non eodem modo voluntas præmota ad actum esset potens ad non actum, vel oppositum, ac ad actum: nam ad actum esset proximè potens, vt potè ad quem esset vltimò completa; ad non actum, vel ad oppositum actum solùm remotè, cùm ad ea non esset vltimò completa, sed aliquid esset vel tollendum, nempe ipsa præmotio, vt posset actu non agere; vel aliquid addendum, nempe alia præmotio, vt posset actum oppositum agere. In eodem sensu eam defin. intellexerunt *S. Thom. in eū. cap. Eth. sect.* 11. vbi, *si operari*, inquit, *est in nostrâ potestate, oportet etiam quod non operari sit in nostrâ potestate. Si enim non operari, non esset in potestate nostrâ, impossibile esset nos non operari: ergo necesse esset nos operari, & sic operari non esset in nobis, sed in necessitate.* Eodem modo docet, *si non operari est in potestate nostra, & ipsum operari in nostra potestate sit*, necesse est. Vnde vniuersaliter concludit, *quod in quibuscunq; rebus affirmatio est in nobis, & negatio*: Et è conuerso. Et *q. 22. de verit. a. 6. sic* scribit. *Secundò est voluntas indeterminata respectu actus, quia circa obiectum determinatum potest vti actu suo, cùm voluerit vel non vti: potest enim exire in actum volendi respectu cuiuslibet, & non exire.* Palud in 3. *dist.* 18. *q.* 1. *a.* 3. *Liberum arbitrium intelligimus illud principium, per quod habemus dominium nostrorum actuum, non solùm sicut communiter dicitur, quod omne agens dominatur suo passo, quia tunc omne agens esset liberum, quod falsum est: sed sic in potestate habentis tale principium est exire in actum, vel non exire, & exire in actum aliquem, vel in eius oppositum.* Capreol. *in* 1. *dist.* 6. *a.* 3. *ad argum. con.* 4. *concl. fine*, vbi asserens prædictam liberè agentis definitionem, quòd positis omnibus ad agendum prærequisitis in potestate ipsius sit agere, vel non agere, docet illam non differre ab eâ, quam S. Thomas de agente libero tradit. *Deza in* 1. *dist.* 38. *a.* 4. *ad* 3. *Gregorij*, affirmat, potentiam liberam esse, quæ positis omnibus ad agendum requisitis, potest agere & non agere, *Sed non ex suppositione*, inquit, *quod agat.* Quæ exceptio apertè declarat, se non loqui sensu composito tantùm cum potentiâ non agendi: hæc .n. manet etiam dum agit, sed componente cum non actu, cum quo tantùm implicat componere ex suppositione quòd agat, cùm implicet causam non agere, dum agit. *Conrad.* 1. 2. *q.* 75. *a.* 1. *ad* 2. vbi docet; causam liberam sufficienter, hoc est cum omnibus in actu 1. requisitis, non ex necessitate sequi effectum, *quia motus eius est in ipsius potestate, & potest agere, & non agere, vt dictum est, eius actus.* Quod docuerat *q.* 1. *a.* 2. *not.* 3. Sotus *lib.* 1. *de nat. & gra. cap.* 16. qui definitionem in hoc sensu expressè admittit,

Prob. ex Arist.

S. Thom.

Antiquior. Thomist.

Palud.

Capreol.

Deza

Conrad.

Sotus

his verbis: *illa enim causa libera est, quæ positis omnibus requisitis ad agendum, potest agere & non agere.* Et paulò post obijciens sibi motionem Dei, quæ ex sent. Thomist. est vnum ex prærequisitis ad agendum, Respondet: *at quamuis ille concursus sit prærequisitus, nihilo secius, illo posito, tunc etiam est in facultate voluntatis agere, & cessare: aliàs*, inquit, *nullus dabitur requisitorum numerus, quibus positis, voluntas possit agere & non agere, atque adeò neque erit libera. Nam ante Diuinum concursum non potest agere; & quando ille adest, vt isti aiunt, non potest non agere. Solutio ergo dubitationis est, quòd illo tunc temporis momento, quo Deus mecum concurrit sum liber, vt tunc agere rennam.* Quo nihil pro hâc sent. clarius. Nec te moueat, quòd idem subdat, nos liberè moueri, *in sensu diuiso*, non, *in sensu composito*: quia non accipit sensum compositum sicut aduersarij componendo voluntatem cum motione: dixerat .n. eâ positâ, adhuc in facultate voluntatis esse, agere, & cessare; sed componendo voluntatem cum actu 2. voluntatis. Hoc autem cùm includat liberam determinationem ipsius, eius libertati non repugnat; quia est necessitas consequens, non antecedens. Scholastici ferè omnes definitionem admittunt in sensu, qui componat prærequisita ad operandum cum non actu, vel oppositio actu. Refero æquiualenter omnes in oppositâ propos. quam tota Parisiensis Academia damnat, & habet in fine Magister sent. sub Titulo *errores de voluntate sine lib. arb.* num. 4. sc. *quòd, voluntate existente in tali dispositione, in qua nata est moueri, & mouente sic disposito, quod natum sit mouere, impossibile est, voluntatem non velle.* Hæc vt errorem ibi damnatur: & cùm sit directè oppositæ sententiæ aduers. apertè declarat, nostram sent. communem fuisse eo tempore inter Scholast. teste ipso Caluino *lib.* 2. *institu. c.* 3. *nu.* 10. vbi disputans de modo, quo Deus voluntatem ad operandum mouet; *voluntatem*, inquit, *monet, non qualiter multis seculis traditum est & creditum, vt nostra postea sit electionis, motioni aut obtemperare, aut refragari, sed illam efficaciter efficiendo.*

Clarissimè

Scholastici omnes

Censura Academiæ Parisiensis contra primam sent.

Caluinus testis luculentus.

Prob. 2. auct. Patrum. Primus sit Clemens Alexand. l. 2. strom. pag 5. fine: *in nostra potestate est parere, & non parere Deo vocanti*: eodem modo, sc. positis ad operandum requisitis. Chrysost. hom. 22. in Genes. col. 2. *verùm quia in nostra voluntate totum posti gratiam Dei relictum est, ideò & peccantibus supplicia proposita sunt, & bona operantibus retributiones.* Methodius apud Epiph. *hæresi* 64. *in nobis enim situm est, credere & non credere; in nobis rectè facere & peccare; in nobis bona facere & mala facere.* Idem docent Nemesius *lib. de natura hom. cap.* 35. *Cyrillus Alex. lib.* 8. *in Iulian. col. penult.* Damascenus *lib.* 2. *Fidei. c.* 30. *Caterum*, inquit hic, *virtus ex Deo naturaliter data est, & ipse omnis boni principium & causa est, & sine eius cooperatione & auxilio impossibile est, nos aut bonum velle, aut agere. At in nobis est immanere virtuti & sequi Deum, nos ad illam vocantem, aut deserere virtutem.* Hieronymus *in cap.* 49. *Isaiæ post init. Hæc autem vniuersa dicuntur, vt liberum hominis arbitrium monstraretur. Dei enim vocare est, & nostrum credere: nec statim si nos non credimus, impossibilis Deus est: sed potentiam suam nostro arbitrio derelinquis, vt ipse voluntas præmium consequatur.* Et Epist. ad Ctesiph. aduersus Pelag. *multo post init.* arguit: *ergo nequaquam vltrà orare debemus, nec illius clementiam flectere, vt accipiamus quotidie, quod semel acceptum in nostra est potestate?* Augustin. de prædest. & gra. cap. 9. *ita*, inquit, *inter se, atque homines Deus tempora officiaque distribuens*

28.

Prob. 2. ex Patribus.

Digitized by Google

distribuens ordinauit, vt vocatione ipsius bonorum principia sumeremus, vocati autem atque illuminati vias mandatorum eius boni ingenij intelligentia nosceremus, & eas libero vel eligeremus, vel relinqueremus arbitrio. Et de actis cum Felice lib. 2. cap. 4. *Habet vnusquisque in voluntate aut eligere quæ bona sunt, & esse arbor bona; aut eligere quæ mala, & esse arbor mala.* Prosper de vocat. gen. lib. 2. c. 12. *Vt quod non potest nisi cooperante spiritu Dei fieri, eorum meritis deputetur, quorum id potuit voluntate non fieri.* & c. 28. *ipsum velle sic donat, vt etiam à perseueraturis illam mutabilitatem, quæ potest nolle, non auferat.*

29. Conc. Senon. Prob. 3. ex Concilijs. Senonense sub Clement. VII. an. 1527. contra Luther. *decreto 15. de libero arb.* docet, posse liberum arbitrium etiam cum vltimo complemento ad agendum constitutum, Diuinæ motioni resistere, ac proinde non agere. Trident. Tridentinum sess. 6. cap. 5. & Can. 4. arbitrium cum Diuinâ gratiâ concilians docet, adhuc eâ positâ, quæ est vltimum ad operandum complementum, illud *posse dissentire si velit.* Nemo intelligat libertatem indicari verbis cit. quasi diceret Concilium: *Voluntas potest velle, si velit, quia consentire est velle; potest nolle, si nolit, quia dissentire est nolle*: nullus enim tam absurdus Theologus fingi possit, qui velut arcanum dogma è cathedrâ doceat, oculum videre posse si videat; posse non videre, si non videat: multò minùs tale fidei oraculum à Concilio expectandum fuit, quod risum moueret.

30. Ex his arguo: Concilia & Patres cùm docent, positis omnibus ad operandum prærequisitis, inter quæ vltimum complementum est Diuina motio, adhuc in nostrâ potestate esse, operari & non operari, vel operari oppositum, in eo sensu accipiunt potestatem non operandi, vel operandi oppositum, quo accipiunt potestatem ipsam operandi: sed potestatem operandi (aduersarijs fatentibus) accipiunt in sensu composito cum ipsa motione: ergo in eodem sensu accipiunt potestatem non operandi, vel operandi oppositum. Maior Prob. Tum quia aliàs turpiter æquiuocarent in eadem vocula, *potestatem*: modò illam accipiendo in sensu composito cum motione & reliquis ad operandum prærequisitis, modò in sensu diuiso ab eadem motione & reliquis ad operandum requisitis. Tum quia in eo sensu, præsertim à Concilijs illa accipitur, in quo ab hæreticis, quorum dogmata Concilia damnant, negatur: sed ab hæreticis non negatur potestas proximè operandi cum motione, sed potestas non operandi cum eâdem motione; vt Caluin. constat ex Caluini verbis cit. *non qualiter* &c. Tum quia in eo sensu illam accipiunt Concilia & Patres, in quo proxima libertas operandi saluatur; sed hæc non saluatur (vt mox ostendam) nisi in sensu composito motionis & reliquorum ad operandum prærequisitorum cum actu, vel non actu, aut oppositio eius: & non tantùm cum potentiâ operandi & non operandi. Confirm. Confir. per hæc verba, *liberum arbitrium à Deo motum & excitatum posse dissentire*, Concilium non definit, componi posse dissensum cum assensu, cùm id esse impossibile nemo non videat: nec definit remotam & incompletam potentiam dissentiendi componi posse cum remotâ & incompletâ assentiendi, cùm expressè componat potentiam dissentiendi cum potentiâ à Deo præmota & excitatâ, quæ est proxima & completa ad consensum, & de quâ cum hæreticis est controuersia; qui stante diuinâ motione ad assensum negant potentiam exire posse in actum dissensûs. Superest, vt definiat, posse completam & proximam potentiam dissentiendi componi cum proximâ & completâ assentiendi: quâ tantùm compositione saluatur actualis libertas in assensu; & hanc libertatem cit. loco Concilium adstruere intendit contra hæreticos.

Prob. 4. rationibus. Prima. Si, positis omnibus ad operandum antecedenter requisitis, voluntas non posset componere cum non actu, vel cum oppositio actu, sequeretur, voluntatem non manere æquè potentem ad non actum, vel oppositum actum, ac ad ipsum actum: hoc præiudicat ipsius libertati. Sequela Prob. ad actum manet proximè potens & vltimò completa: ad non actum verò, vel ad oppositum actum manet tantùm remotè potens; siquidem ad actum ponendum habet omnia requisita, non habet omnia requisita ad ponendam negationem actus vel productionem oppositi actus: nam ad ponendam negationem actus requiretur sublatio motionis; ad ponendam productionem oppositi actus requiritur oppositio motio. Quod hoc præiudicet humanæ libertati, sic ostendo: nec in potestate voluntatis est, tollere à se motionem, quam de facto habet, nec, eâ sublatâ, aliam ad oppositum actum necessariam, habere; sed nec absque sublatione motionis, possibile est, voluntatem cessare ab actu: nec absque aliâ motione possibile est, exire in oppositum actum: igitur non manet in operando proximè libera. Proxima .n. libertas, est facultas ad opposita proximè potens, ac ad operandum expedita: si tantùm ad actum, non ad non actum, vel ad oppositum actum (nisi tantùm remotè, idque independenter à liberâ potestate voluntatis) non manebit in operando libera. Quòd in potestate voluntatis non sit, motionem, quam habet, à se remouere, euidenter deducitur. Cùm .n. illa priùs naturâ inchoet operationem, & illâ inchoante, impossibile sit, voluntatem non subsequi, implicat vt voluntas motionem à se remoueat. Quòd nec in potestate eiusdem sit, habere aliam motionem ad oppositum actum necessariam, non minùs manifestè colligitur. Cùm .n. nihil per aduers. efficere possit voluntas, nisi à Deo præmota: vel vt aliam præmotionem habeat, debet aliquid efficere: & sic ad illud debet etiam præmoueri: quâ præmotione positâ, eodem modo impossibile erit, voluntatem componere cum non actu, vel cum oppositio: Vel, sat erit sola cessatio ab omni actu: & neque hoc erit in potestate voluntatis; quia vt cesset ab omni actu, debet nullâ motione præueniri: hoc autem non est in potestate voluntatis, sed Dei, qui sicut per aduers. liberè præmouet vnum, ita liberè non præmouet alium.

31. *Prima ratio.*

Non est in potestate voluntatis tollere à se motionem.

Secunda. Ex oppositâ sent. sequeretur, eodem modo fore proximè liberum ad videndum, diligendumque Deum amore beatifico hominem viatorem, ac est liber quiuis homo præmotus ad aliquem actū, ad cessandum ab illo, vel ad oppositum eliciendum, ideò .n. præmotus ad actum, est liber ad non actum, vel ad oppositum, quia cessante præmotione, vel aliâ succedente, independenter à voluntate præmoti, potest homo cessare ab actu, vel oppositum elicere. At succedente lumine gloriæ, independenter à voluntate viatoris, potest viator videre & amare Deum amore beatifico ergo. 3. Sequeretur voluntatem creatam fore proximè liberam ad actum odij, dum actu exerceret amorem Dei; & contrà fore proximè liberam ad actum amoris, dum actu exerceret odium contra Deum. Vnde & Beati essent proximè liberi ad odio habendum, & dæmones ad amādum Deum: nam illa sublatâ visione & dilectione beatificâ, odio

32. *Secunda ratio.*

Tertia ratio.

Digitized by Google

odio habere; & hi sublatâ apprehensione pœnarum & odio Dei, Deum diligere possent. 4. Sequeretur causam liberam non discriminari a necessaria: eodem .n. modo impossibile est, ignem positis omnibus ad calefaciendum prærequisitis componere cum non calefactione, licet possit cum non calefactione componere, si aliquod ad calefaciendum prærequisitum remoueatur. ergo si voluntas, positis omnibus ad operandum prærequisitis, ideò tantùm libera manet, quia potest aliquod ad operandum prærequisitum tolli, quo sublato, actu cessare potest ab operatione, non discriminabitur à causa necessariâ.

Quarta

33. Ex quo vlteriùs sequitur, non posse in sent. aduers. saluari illam Concilij propositi. *Liberum arbitrium adhuc à Deo motum & excitatum dissentire posse:* siquidem cum efficaci motione non manet ipsum posse simpliciter ad dissensum: nam hoc non tantùm constituitur naturâ facultate animæ, sed æquè essentialiter ipsâ motione Dei, si hæc ponatur prærequisita: vtraq; enim essentialiter per ipsos constituit posse creatum simpliciter. Vnde sicut non saluatur posse creatum sine generali concursu Dei; non .n. dicitur homo simpliciter posse intelligere, aut amare aliquod obiectum, si Deus non offerat illi ad tale obiectum intelligendum & amandum generalem suum concursum; & non minùs per aduers. est ipsa interna motio Dei necessaria ad posse creatum simpliciter, quàm generalis concursus, quin per ipsos generalis concursus non distinguitur ab intrinsecâ motione. Ita si sine hoc non dicitur homo simpliciter posse, nec sine illo dicetur. Quòd autem ad posse simpliciter non sufficiat sola natiua facultas animæ, sed requiratur etiam generalis concursus, vel interna motio Dei, prob. Nam in Christo, & in quouis beato manet tota natiua facultas ad peccandum licet impedita, non minùs quàm in homine internâ motione Dei ad bonum excitato manet natiua facultas ad dissentiendum & peccandum. At defectu solius concursûs generalis vel internæ motionis ad peccandum, non dicitur Christus nec quiuis beatus posse simpliciter peccare: igitur defectu solius internæ motionis ad dissentiendum, non dicetur homo, posse simpliciter, dissentire aut peccare; quia dum habet præmotionem ad consensũ, non potest habere præmotionem ad dissensum, neque in ipsius potestate est, illam habere. Confir. sine præuiâ spiritûs motione, non est in homine posse ad credendum, sperandum, diligendum, & pœnitendum sicut oportet, vt definit *Triden. Sess. 6. Can. 3.* At non minus per aduers. est necessaria physica præmotio ad dissentiendum. Ergo sine eâ non est in homine contrariâ præmotione ad consentiendum excitato, *posse simpliciter ad dissentiendum.*

34. *Ad fund. oppos.* Ad fundam. oppositæ sent. neg. talem præmotionem physicam necessariam esse ad actus voluntatis eliciendos; sed ad summum necessariam esse moralem ad actus supernat. producendos: cum quà non repugnat negatio actûs, vel productio oppositi actûs, vt suppono. Vnde ad 1. rationem, ductam ab essentiali subordinatione causæ 2. ad primam. Resp. eam optimè saluari per motionem concomitantem. Cùm in eo consistat, vt non possit secunda in actum exire, nisi coagente & cooperante primâ, è cuius influxu essentialiter pendet, & cuius cooperatione formaliter causa 2. applicatur ad operandum à primâ. Nec alia præuia motio necessaria est, vt expressè docuit *Caiet. 1. p. q. 19. a. 8. §. primò disting.* vbi distinctâ duplici motione, præuiâ & concomitante, sic concludit: *Non oportet, cùm aliquis vult aliquid, seu cùm sol illuminat, primam causam præuiâ motione cooperari, sed sufficit, & exigitur, eam intrinsecè cooperari, tali electioni, vel illuminationi. Et hoc quia cooperatio in vnoquoque est secundùm naturam vnius cuiusque.* Dè hac motione intelligendi sunt graues Auctores, cùm docent, causam 2. non posse agere, nisi motam & applicatam à primâ, motione sc. & applicatione concomitanti seu formali; non antecedente. Vt autem Deus cum quâuis causâ dicatur primus in agendo, sicut est primus in essendo, sufficit, vt sit primus in producendâ & conseruandâ virtute actiuâ causæ 2. Ex eo autem, quòd voluntas creata, positis omnibus ad operandum prærequisitis, vi propriæ libertatis se ipsam ad operationem determinare valeat, non dicitur simpliciter & absolutè primum determinatiuum sui, & multò minùs primum simpliciter: quia hoc importat determinatiuum ab alio independens, quod soli Deo competit. Voluntas etsi vi suæ libertatis se ipsam determinare valeat, non tamen absque condeterminatione causæ 1. à quâ in determinando se ipsam essentialiter pendet.

Ad primam rationem. Subordinatio causæ 2. ad primam saluatur per motionem cõcomit.

Caiet.

Voluntas non potest se determinare absq; condeterminatione causæ 1.

35. *Ad 2. rat. Indifferentia passiua, actiua.* Ad 2. ration. disting. duplex indifferentia, vna passiua, altera actiua. Conced. ex indifferente passiuè non posse determinatam actionem prodire: Negatur, ex indifferente actiuè determinatâ actionem prodire non posse. Quia quod est indifferens actiuè, habet virtutem in vtramque partem agendi cum dominio se ipsam ad alterutrum applicandi. Est enim libertas creata participatio increatæ, quæ sicut ex indifferente actiuè se ipsam ad alterutram partem determinare potest: ita creata ex indifferente actiuè se ipsam ad alterutram partem determinare valet dependenter a generali concursu causæ 1. Quod autem est indifferens passiuè nullam habet ex se virtutem agendi, ac proinde vt in alterutram partem determinari possit, eget extrinsecâ determinatione. Cæterùm vt actio, sit determinata, necesse non est, vt supponat virtutem determinatam ad vnum, sed sat est, supponere virtutem vi propriæ libertatis potentem se determinare ad vnam, vel alteram partem determinatè. Ad 1. *Confirm. concedo*, vnum ex prærequisitis ad mundum creandum fuisse æternum decretum Dei: *nego* eo posito liberè Deum mundum in tempore creasse, sed necessariò, non simpliciter, sed ex suppositione immutabilis sui decreti. Quæ responsio est *S. Doctoris. 1. p. qua. 19. art. 3. corp.* & ad 1. *Suppposito*, inquit, *quod velit: non potest non velle: quia non potest voluntas eius mutari.* Ad 2. disting. minor. aut id imperium subsequitur actum voluntatis; & tunc eo posito non potest voluntas non agere; hæc tamen necessitas libertati non obest; quia consequitur liberum actum voluntatis, quo agere decreuit: aut antecedit omnem actum voluntatis; & tunc nego, eo posito non posse voluntatem non agere. Quare genus requisitorum ad agendum vnum est antecedens, alterũ consequens voluntatis consensum. Primum visum est obesse libertati, si eo posito agere non possit, & talis esse physica præmotio & quodcunque ad operandum antecedenter requisitum. Secundum libertati non obest, esto eo posito non possit voluntas non agere, quia supponit liberum consensum ipsius. Tale est æternum decretum Dei ad mundum condendum: nec non efficax intentio finis in ordine ad media eligenda & exequenda, vel quodcunque imperium voluntatis ad subsequentem actũ exercendum.

Ad 1. Confirm.

Ad secundam.

Duplex genus requisitorum ad agendum distinguitur.

Infertur

Digitized by Google

36. *Antecedens necessitas obest libertati.* Infertur 1. non posse dici liberam illam potentiam, quæ non habet omnia in actu 1. requisita ad agendum, vel non agendum, ex parte potentiæ, obiecti, conditionis antecedentis: ita vt solus defectus sit ex parte voluntatis, si actus non sequatur. Vnde siquid deest, sine quo nequit voluntas in actum exire, neque in potestate ipsius sit, illud habere, non dicetur libera: cùm non possit libera esse aut dici, cuius in proxima potestate non est, actum elicere, vel non elicere; nec saltem in proximam potestatem seipsam reducere: at hoc ipso quòd non habet omnia ad agendum, vel non agendum requisita, neque in ipsius facultate est, ea sibi comparare, non erit in ipsius proxima potestate agere, vel non agere. Cùm adhuc vt valeat proximè agere, vel non agere, egeat aliquo, quod habere vel non habere in ipsius potestate non est. Huic tamen libertati non obstat necessitas consequens; *Non consequens actū.* hæc n. supponit libertatem, & fundatur in actu libero, qui dum est aut fit, necesse est ipsum esse aut fieri, non necessitate antecedente, tenente se ex parte potentiæ, cùm ex parte potentiæ potuerit non esse; sed necessitate consequente, tenente se ex parte ipsius actus, ex suppositione quòd sit: quâ suppos. factâ, implicat non esse: vt fusè declarat *Anſel. lib. de concordiâ præſcien. & prædeſt. Quod vult libera voluntas, & poteſt, & non poteſt non velle, & neceſſe eſt, eam velle. Poteſt namq; non velle, antequam velit, quia libera eſt: & cùm vult, non poteſt non velle, ſed eam velle neceſſe eſt: quoniam impoſſibile illi eſt, id ipſum ſimul & velle, & non velle. Opus verò voluntatis, cui datum eſt, vt quod vult, fiat, & quod non vult, non fiat, voluntarium ſine ſpontaneum eſt:* (accipit hîc voluntarium & spontaneum pro libro) *quoniam ſpontaneâ voluntate* (hoc est liberâ) *fit: & neceſſarium eſt, quia quod fit, non poteſt ſimul non fieri. Sed hanc neceſſitatem facit voluntis libertas, qua priùs quàm ſit, eam cauere poteſt.* Hæc Anſel. c. 1. In quâ consequente necessitate fundatur infallibilis præscientia Dei, qui ex suppositione, quòd liberæ actiones sint futuræ, eas ab æterno necessariò præsciuit, absque vllâ læsione libertatis: non secus ac absque læsione eiusdem ex suppositione, quod sint futuræ, necesse est, eas esse futuras: quia vt sic inuoluunt necessitatem consequentis futuritionis: cùm implicet rem, quæ ponitur futura, non esse futuram; non minùs quàm implicat rem, quæ ponitur præsens, aut præterita, non esse præsentem, aut præteritam.

37. *Gratia præueniens antecedenter complet libert.* Infertur 2. voluntatem creatam non esse liberam seu expeditam ad opera supernaturalia meritoria salutis, antequam gratiâ præueniatur. Sicut est libera & expedita ad opera naturalia, ad quæ habet potentiam completam, ita definitur à Trident. *Seſ. 6. c. 5. Neque ſine gratiâ Dei mouere ſe ad iuſtitiam coram illo liberâ ſuâ voluntate poteſt.* Fundam. voluntas creata sine gratia non est sufficiens & completa causa operis supernat. cùm n. gratia à Concilijs dicatur ad opera supernat. dare simpliciter posse, non tantùm facilè posse (vt contra Pelagium definiunt, voluntas non potest simpliciter elicere actum supernat. sine gratiâ, seu in sensu diuiso à gratiâ; aliàs posset sine potentiâ, quæ est gratia: ergo si voluntas sine gratiâ non possit simpliciter elicere opera supernat. nec sine gratiâ est libera proximè ad opera supernat. Hoc est nequit ea potentia esse libera, quæ non est sufficiens & completa causa sui actus, cuius nec in potestate est, habere ea, quæ ad sufficientem & completam causam prærequiruntur. Certè nulla potentia potest sufficienter attingere effectum, quem in suâ virtute effectrice non continet. At voluntas in suâ virtute effectrice non continet opus supernat. vtpotè altioris ordinis atque entitatis: imò nec in nostra potestate esset, gratiâ actuali præueniri; initium n. salutis esset ex nobis, contra illud Oseæ 13. *Perditio tua Iſrael; tantummodò in me auxilium tuum.* Et 1. Cor. 4. *Quis te diſcernit?* discerneret autem seipsum homo à malsâ perditionis ad statum salutis, si in eius potestate esset, gratiâ Dei præueniri, quâ de statu perditionis transiret ad statum salutis. Vnde *Araus. 11. Can. 3. 4. & 6. & Trid. ſeſſ. 6. c. 5.* definiunt, iustificationis exordium sumendum esse à gratiâ Dei vocante atque excitante, quæ nullis nostris præcedentibus meritis datur. Leg. infrà *Diſp. 26 ſect. 2.*

38. *Status innocentiæ indigus gratia.* Infertur 3. cùm homo in omni statu ad opera supernat. indiguerit gratiâ, ipsum nec in statu innocentiæ fuisse liberum expeditè ante gratiam ad eiusmodi opera: tametsi copiosiore egeat nunc, quàm egerit tunc, ob naturæ corruptionem. Primum docet *Arauſic. 11. can. 19. Natura humana etiamſi in illa integritate, in qua eſt condita, permaneret, nullo modo ſeipſam, creatore ſuo non adiuuante, ſeruaret.* Loquitur de adiutorio supernat. quod tantùm negabat Pelagius, non de adiutorio & concursu naturaliter debito, quod admittebat ille. Ratio: opera supernat. excedunt vires naturæ vt constat: igitur in omni statu sunt extra sphæram potentiæ naturalis: nam in omni statu natura est eadem quoad vires actiuas intrinsecas; & vires naturales in statu innocentiæ non erant diuersæ nisi extrinsecè, quatenus per donum extrinsecè superadditum appetitus inferior non erat rebellis superiori. Cæterùm ratio superior tam in cognoscendo, quàm in appetendo erat intrinsecè naturalis, non minùs quàm nunc, adeoque improportionata operibus supernat. ad quæ exercenda egebat gratiâ adiuuante & eleuante potentiâ à Deo producendâ. Quod nùc egeat copiosiore, Prob. natura humana in pœnam peccati protoparentis dono iustitiæ originalis spoliata, naturalem defectum contraxit se, rebellionem appetitûs inferioris a superiore, quam superare potest, solâ copiosiore Dei gratiâ, quâ non indigebat, quando iustitiæ originalis dono omnia interna hominis erant pacata, & veluti in tranquillissimo Regno constituta: *Vbi,* vt *Auguſt.* Auguſt. lib. 14. de Ciuit. c. 10. *Nil inerat quod carnem, animumue hominis feliciter viuentis offenderet, vbi amor erat imperturbatus in Deum; & ex hoc amore grande gaudium, non deſiſtente quod amabatur, ad fruendum erat deuitatio tranquilla peccati, quâ manente, nullum omnino aliunde malum, quod contriſtaret irrumpebat* seu vt idem alibi, *ſumma erat in carne ſanitas, in animo tranquillitas.*

39. *Cum gratiâ stat libertas ad opera ſupernat.* Infertur 4. voluntatem instructam gratiâ manere liberam ad opera supernat. Hanc fidei veritatem definit *Trident. Seſ. 6. c. 5. & can. 4.* Auguſt. passim tum *lib. de ſpiritu & lit.* c. 34. sic exprimit: *Nemo habet in poteſtate, quid ei veniat in mentem: ſed conſentire vel diſſentire, propria voluntatis eſt.* Ratio: etsi opus supernat. principaliter pendeat à gratiâ, propter quod illud Deo tribuitur; gratia tamen vt opus fiat vitaliter & liberè requirit cooperationem vltimam liberi arbitrij volentis, aut nolentis se per gratiam ad opus determinare. Nam, vt Auguſt. de gra. & lib. arb. c. 2. *Quid præcepta & gratia Dei prodeſſent homini, ſi eius liberum tollerent arbitrium?* cùm nullum præmium debeatur homini, nisi propter ipsius libera merita: nequeant autem merita esse libera, vbi nullum liberum est arbitrium, à quo procedant. Neque hoc quidquam derogat

Digitized by Google

derogat vel dignitati gratiæ, vel Deo Authori. Non gratiæ: etsi enim hæc ad suum effectum, ad quem datur, producendum in exercitio requirat liberam arbitrij cooperationem: ipsa tamen gratia est, quæ & vires præbet voluntati, vt simpliciter possit, & alliciendo præstat, vt seipsam ad opus voluntas determinet, operiq́ue proportionem dat cum præmio, reddendo illud supernaturale, & eiusdem ordinis cum præmio. Voluntas duntaxat facit, & quidem adiuta & inclinata à gratiâ, vt opus sit liberum; cùm in negotio salutis, nec gratia sola, nec voluntas sola, vt Augustin. dixit, sed vtrumque simul requiratur, iuxta illud Apostoli, *Non ego, sed gratia Dei mecum. Potuit dicere, per me,* inquit Bernar. de lib. arb. longiùs à fine, *sed quia minus erat, maluit dicere, mecum, præsumens se non solùm operis esse ministrum per effectum, sed & operantis quodammodo socium per consensum.* Determinat igitur gratia opus quoad specificationem: liberum arbitrium idem opus determinat quoad exercitium: ita vt gratiæ, non libero arbitrio tribuatur simpliciter opus. Est enim gratia veluti præclara quædam machina in manu pueri, quam leui digito mouere possit; ita vt puer non multum laudis referat, si illam moueat: plurimum vituperij, si ex desidiâ nolit eam mouere: maxima verò laus sit Architecti, qui machinam ita aptè concinnauit, vt possit etiam à puero facilè moueri. Hoc etiam discrimine, quòd machina non trahat nec inclinet manum pueri ad motum: gratia verò trahit & inclinat liberum arbitrium ad exercitium, licet non necessitet determinando. Talem gratiam docet Ecclesia Filios suos à Deo poscere, non quâ possint velle seu cooperari, *nam quid prodest,* ait Augustin. lib. de grat. & lib. arb. c. 15. *si quod possumus, nolumus?* sed quâ velint, hoc est tam aptam congruamq́ue, vt eâ vti, seu eam monere quasi rotam cum facilitate, vel difficultate ipsis placeat. Nec derogat Authori gratiæ, tali modo gratiam suam conferre creaturę suę, vt minimè noceat eius libero arbitrio. Quin maximè ipsius commendat artem, vt quod ipse efficaciter vult, infallibiliter fiat, etiam non sublatâ potestate contradicendi in creaturâ: *non*, inquit cit. loco Augustin. *vt noleus velit, sed vt ex nolente fiat liberè volens*, quod Deus efficaciter decreuit fieri. Nam quis illius regis non commendet sapientiam; qui cùm possit necessitare suos Consiliarios ad propriam sententiam sequendam potiùs illos mirâ quâdam suauique arte alliciendo, liberè volentes ad suum trahit sensum? ita Deus, cùm possit voluntates nostras necessitare ad id, quod ipse efficaciter decreuit, mirâ quâdam potiùs vtitur arte, vt nos liberè volentes in ipsius veniamus sententiam. Sic enim non solùm infallibiliter executioni mandatur quod ipse decreuit, sed etiam inuiolatus seruatur proprius modus operandi creaturæ, quæ vt rationalis postulat liberè operari.

Liberū arbitrium determinat se potiùs quàm gratiam ad exerc.

Gratia machina aptissima

40. *Obijcis*, quando ex adiutorio gratiæ determinantis ad speciem, & ex libero arbitrio determinante ad exercitium, vna numero completur potestas agendi, non videri, vtri tribuendum sit actûs illius exercitium. Certum quidem est, suspensionem exercitij tribuendam soli libero arbitrio, cùm sit sola ac totalis causa deficiens, quæ si non deficeret, nulla deficeret. Exercitium verò actûs supernat. S. Augustin. eidem videtur tribuere, vbi asserit, *alios Angelorum per liberum arbitrium cecidisse, alios pariter per liberum arbitrium stetisse, adiuuante illo qui superbis resistit:* de corep. ca. 11. in statu verò naturæ lapsę iustos per gratiam Christi stare, non per liberum arbitrium: proinde videtur asserere, quòd si vsus gratiæ seu exercitium pendeat à libero arbitrio, vt in Angelis bonis, actus non tribuatur gratiæ, quantumuis copiosę: vt autem actus tribui possit gratię Christi, gratia determinare debeat liberum arbitrium ad exercitium, etiamsi ad illud necessitare deberet, nec possit manere sub applicatione liberi arbitrij. R. 1. quæstionem hanc esse de modo loquendi, à quo grauissimi de fide nodi pendere non debent, quando de re per fidem constat. Certum in re est, effectū seu actum, qui à pluribus causis inadęquatis pendet, posse tribui cuilibet causarū, dūmodo nulli earum tribuatur adæquatè ac soli, maximè si causa sit coefficiens. Ita Angeli boni per liberum arbitrium steterunt inadęquatè, minimè exclusâ gratiâ, coëfficiente principaliter actum supernat. Iustum in naturâ lapsâ per liberum arbitrium inadęquatè stare, maximè inclusâ gratiâ, principaliter coëfficiente, catholica veritas est. Absolutè, simpliciter, ac principaliter nec Angeli steterunt per liberum arbitrium, nec iustus in naturâ lapsâ stat, sed ambo per gratiam.

Quæstio de modo loquendi

Peri gratiâ stet t Angelus, stat iustus.

Resp. 2. Etsi liberum arbitrium determinet seipsum ad exercitium, possitq́; esse totalis causa deficiens, ipsi non est tribuendus actus physicè, sed moraliter, maximè si imperatus sit: ex. gr. quando quis propriâ impulsus libertate oculos præbet, vt videat; manus impellit, vt vulneret, pedes vt ambulet; nemo dicet, liberum arbitrium videt, vulnerat, ambulat; etsi moraliter ipsi soli tribuatur visio, læsio, ambulatio, quia est sola ac totalis causa moralis. Multò minus quis dicet, nulli adscribi debere nisi voluntati, quòd homo videat, vulneret, ambulet; quasi verò potentia visiua non efficiat vt videat, motiua vt ambulet; omnia quę imperat libertas, sola ipsa efficiat, alteri causę quantumuis principaliter efficienti, effectus nullus adscribi possit; cęterę omnes causæ se habeant, vt ratio sine quâ non, conditiones &c. Potentia supernat. seu principale auxilium, sine quo nil fit, nec fieri potest, non sit idem ac *quo* fit, licet non sit *quo* determinans ad exercitium; gratia supernat. non efficiat in actu supernaturalitatę, sed sit ratio sine quâ natura non eliceret supernaturalitatem. Quasi verò actus supernaturales à dormiente Adamo in statu innocentiæ eliciti per gratiam supernat. nulli causæ adscribi possint, quia non libero arbitrio liberè imperanti. Stultus nil efficiat, ac nullus actus ei adscribi possit, quia caret libero arbitrio. quasi verò instrumentis demum, quibus vtitur liberum arbitrium, quantumuis nobilissimis, diuinisq́ue, nil sit tribuendum, totum actum sibi illud arroget effectusq́ue imperatos, quia determinat ad solum exercitium volendi: solus dux pugnet, vincat, triumphet, quia vno nutu imperat: Soli mandato pugnandi tribuenda sit victoria, nulla pugnacissimis militibus: quasi verò milites non efficiant potiùs vt Rex pugnet, vincat, triumphet: quando currendum est ad brauium, & Princeps dat puero equum optimum, non currat equus, nil agat princeps; nulli nisi puero adscribenda sit victoria, quia sola calcaria molliter ac liberè equo admouet, vt ipse rapiatur. Certè Augustinus, quòd steterint Angeli boni, ita adscripsit libero arbitrio, vt magis gratiæ adscripserit, *quâ amplius adiuti ad eam beatitudinis plenitudinem peruenerunt, vnde se nunquam casuros certissimi fierent. lib. 12. de ciuit.* Dei cap. 9. alioqui si id libero arbitrio magis quàm gratiæ adscribendum putasset, eorum quoque libero arbitrio magis quàm gratiæ tribuisset, quòd se meliores

41. *Lib. arbitrium est causa effic. moralis, vt vitalis max imè*

Digitized by Google

liores fecissent, quod ibidē & alibi cōstanter negat.

42. *Gratia simpliciter tribuitur opus supernat.*

Dices. Si opus supernat. tribueretur potiùs gratię, eiusque Authori, quàm libero arbitrio, eo quòd gratia eiusque Author sit principalis causa illius: pari ratione opus peccaminosum tribuetur potiùs concupiscentiæ & dæmoni, quàm libero hominis arbitrio, eo quòd concupiscentia & dæmon sint principalior causa peccati, illa intrinsecùs persuadendo, hic extrinsecùs instigando, non secus ac gratia, & Deus Author gratiæ ad opus bonū. Resp. neg. sequel. Nam gratia & Deus ad opus supernat. non solùm concurrunt moraliter suadendo, vti ad opus peccaminosum. concurrunt concupiscentia & dæmon; sed etiam effectiuè, attingendo ipsam entitatem actus, eique dando intrinsecam condignitatem & proportionem ad præmium: ratione cuius effectiui concursus opus supernaturale tribuitur potissimùm gratię & Authori gratię. Quanquam negari non potest, etiam concupiscentiæ tribui peccatum iuxta illud Iacobi 1. *Concupiscentia cùm conceperit, parit peccatum:* Sicut & libero arbitrio opus supernat. non quoad specificationem, sed quoad vitale exercitium & moralitatem, quam non à gratiâ, sed à libero habet arbitrio. Ratio: quando ad eundem effectum concurrunt plures causæ, ille vnicuique tribui potest iuxta suum modum, & rationem quâ ab illis procedit.

Non fit concupiscentia peccatum.

Concupiscentia est causa moralis impulsiua.

Concludo ex doctrinâ August. determinationem voluntatis ad exercitium, quod physicè est à voluntate, moraliter tribui causę libertatem impellenti ad seipsam determinandum: quo in genere causæ impulsiuę, magnum momentum habet apud August. concupiscentiæ pondus, quod auget voluntarium, & liberum minuit; *Ideo S. Iacob.* peccatum adscribit illi potiùs, quàm libertati. si autem quis dicitur moraliter per concupiscentiam peccare, & labi, licet per liberum arbitrium physicè & verè peccet & labatur potiore ratione dici debet per gratiam stare, quæ concupiscentiæ præponderat in statu naturæ lapsæ; nimirum *vbi abundauit delictum, ibi superabundat gratia*, quæ de concupiscentiâ triumphat. Itaque determinatio ad exercitium actus supernat. ita est à libero arbitrio, vt eam ipsi donet in verâ æstimatione sapientum gratia Christi, vim concupiscentiæ vincens; nec aliter dicere quis potest, quàm Apostolus: *Abundantiùs omnibus laboraui; non ego, sed gratia Dei mecum:* Ipsi victoria de concupiscentia adscribenda est, non mihi. Vnde sicut in naturâ lapsâ homo per concupiscentiam abstractus & illectus cadit, ita per gratiam Christi stat, quæ non tantùm dat vires supernaturales, sed concupiscentiam superat; nec cadit per liberum arbitrium tantùm, vt mali Angeli, qui nullo concupiscentiæ pondere lapsi sunt, nec stat per liberum arbitrium gratię habitibus instructum cum ordinarijs auxilijs tantùm, sed per vberiora auxilia actualia, quæ concupiscentiam vincunt. Angeli autem, quia & pauciora habuerunt incitamenta ad malum, & plura ac maiora naturæ adiumenta ad bonum, ipsorum arbitrio tribuitur peccatum, quemadmodum & ipsorum arbitrio, adiuuāte gratiâ, cū ordinarijs auxilijs tribuitur bonum.

SECTIO III.

An sola voluntas sit potentia formaliter libera?

43. *Prima sent.*

PRima sent. negat absolutè, voluntatem esse liberam, sed aliam potentiam à voluntate & intellectu distinctam: cuius munus est, rationi & voluntati imperare, easque regere ac mouere. Cuius actus, non est directè discernere, ac velle, sed reflexè discernere, velle, & velle se velle, qui actus præcedit intellectum & voluntatem, estque eorum regulatiuus & motiuus: Est *Alenſ. 2.p.q.72. me.2 a.* 1. Fundam. proprius actus liberi arbitrij est electio: electio nec est rationis, nec voluntatis, sed tertiæ potentiæ: nam rationis actus in solâ cognitione consistit; voluntatis in solâ tendentiâ ad finem; liberi verò arbitrij est electio eorum, quæ sunt ad finem. Hanc sent. confutat *S. Tho. q.24. de verit. a.6.* hàc ratione: Eiusdem potentiæ est, tendere in obiectum, & in id quod est ratio obiecti: sed ratio appetendi media est finis: ergo eiusdem potentiæ est tendere in media & finem. Præterea eiusdem facultatis immaterialis est directè tendere in obiectum, & reflectere se supra suum actum: ergo eiusdem est velle obiectum, & velle se velle. Vnde ad fundam. Alensis, neg. minor. ad prob. neg. maior. nam nec intellectus est, tantùm simpliciter cognoscere, sed etiam iudicare, & reflectere se supra suum iudicium; nec voluntatis est, tantùm ad finem tendere, sed etiam media eligere, & reflectere se supra ipsum eligere; cùm sit proprium potentiæ immaterialis, reflectere se supra suum actum.

Alensis.

Reijcitur à S. Thom.

Fundam. Alensis

44. *Secunda sent.*

Secunda sent. negat, solam voluntatem esse formaliter liberam, sed etiam intellectum, & quidem per prius & principaliùs, quàm voluntatem: *Duran. in 2. dist. 24 q.3 Palud. in 4. dist. 49 q 3. a. 1. §. Vnde dicendum.* Probat 1. Illa potentia est per prius & principaliùs libera, per cuius actum habemus per prius & principalius dominium actuum, vt patet: talis est intellectus, non voluntas: cùm .n. per duos actus cæterorum dominium habeamus, nempe per notitiam connexionis volibilium ad per se & necessariò volibilia, contingentis quātum ad quodlibet determinatè, licet necessariò quantum ad aliquod indeterminatè; & per volitionem, quâ volumus necessariò alterum indeterminatè, licèt liberè hoc vel illud determinatè. sed tale dominium per prius & principalius habemus per notitiam præcedentem, quàm per actum voluntatis subsequentem, quia ex primo regulatur secundus; non è conuerso 2. Illa potentia est per prius & principaliùs libera, cuius actus est per prius & principalius in nostrâ potestate, vt patet: talis est intellectus, non voluntas: primi .n. actus qui sunt in nostrâ potestate, sunt iudicium conclusionum medij eligendi, & ipsa electio. At inter hos actus prius est iudicium conclusionum pertinens ad intellectum, à quo regulatur electio, quàm electio pertinens ad voluntatem. Ipsa .n. necessariò determinatur ad id, quod liberè conclusum est ab intellectu, cùm nequeat voluntas respuere quod intellectus proponit finaliter eligendum: Quare tota libertas electionis continetur in libertate iudicij conclusiui 3. Sicut se habet cognoscens ad viuens, ita liberum ad cognoscens: sed cognoscens est viuens, & secundùm id, quod cognoscit, viuit: ergo liberum est cognoscens; & secundùm id, quod est liberum, cognoscit: at per voluntatem non cognoscimus, sed per intellectum: igitur nec per voluntatem sumus liberi, sed per intellectum 4. Potentia, quæ magis est indifferens ad oppositа, est magis libera; libertas .n. formaliter consistit in indifferentiâ ad oppositа. Intellectus est talis: nam potentiæ rationales, 9. *Metaph.* sunt ad oppositа: & intellectus est magis rationalis, quàm voluntas; quia ille est rationalis per essentiam; hæc per participationem. 5. Illa potentia est magis libera, quæ minùs

Secunda sent.

Prob. 1.

Durand.

Probant 2.

Prob. alij 3. apud Durand.

Prob. 4.

Prob. 5.

Digitized by Google

minùs pendet in operando ab aliâ: nam liberum est gratiâ sui, 1. *Metaph.* sed intellectus minùs pendet in operando â voluntate, quàm voluntas ab intellectu: quia ille operari potest sine voluntate; non hæc sine intellectu. 6. Alij: Sicut libertas est in actu, quia egreditur à potentiâ liberâ; ita est in potentiâ, quia egreditur à naturâ liberâ, sed intellectus egreditur ab eâdem naturâ liberâ, à quâ egreditur voluntas. ergo est æquè liber. 7. Non minùs intellectus est liber ad iudicandum hoc vel illud, quàm voluntas ad volendum hoc vel illud. Ergo si voluntas est libera quia potest hoc, vel illud velle, etiã intellectus erit liber, quia potest hoc vel illud iudicare. 8. Sicut voluntas necessariò fertur ad bonũ in communi, liberè ad quodlibet bonum; ita intellectus necessariò fertur ad verum in communi, liberè ad quodlibet verum. Sed non obstante quòd voluntas necessariò fertur ad bonum in communi, dicitur libera, ex eo quòd liberè ferri potest ad bonum in particulari. Igitur non obstante quòd intellectus fertur necessariò ad verum in communi, dicetur liber, ex eo quòd liberè ferri potest ad verum in particulari.

Probant 6. apud Capreol.

Prob. 7.

Prob. octauum.

45. *Tertia sent.* Tertia sent. docet, libertatem non consistere in nudis potentijs intellectûs & voluntatis, sed in certis actibus vtriusque, quibus dominium habemus cæterorum. *Herua. quodl. 1. q. 1.* Fund. primus actus, qui est in nostrâ potestate, est deliberatio, vel conclusio ipsa deliberationis; soli .n. actus deliberati sunt in nostrâ potestate.: sed neutrum horum est in nostrâ potestate per nudas potentias: quia deliberatio, vel conclusio deliberationis, non potest esse actus voluntatis elicitus, sed imperatus: at voluntas non potest imperare vnum actum, nisi per alium elicitum: ergo libertas, per quam in potestate est deliberatio vel eius conclusio, fundatur in actibus à voluntate, & intellectu elicitis, per quos cæteri imperantur.

46. *Sent. vera & fidei cõformis &c.* Quarta sent. docet, solam voluntatem esse liberam formaliter, intellectum non nisi inchoatiuè & radicaliter, quatenùs ad actum liberum voluntatis præcedere debet obiectiua indifferentia iudicij: *Henric. quodl. 1. q. 16. S. Tho. 1. p. q. 83. a. 3. & 4. & q. de verit.* cit. *Bonau. in 2. dist. 25. p. 1. a. 1. q. 2. 3. & 6. Scot. q. vn. §. Dico, Bach. q. 1. Gabrie. q. vni. a. 2. conci. 1. ad 2. Palat. disp. vn. Richar. dist. 14. a. 1. q. 3. Capre. q. vn. a. 1. concl. 3. & 4. & ar. 5. ad argu. cont. 2. 3. & 4. concl. Argent. a. 3 concl. 2. Conra. 1. 2. q. 1. a. 1. §. Ex his patet:* & scholasticorum communis, quam non solùm censeo veram, sed etiam principijs fidei

Prob. 1. conformem. Prob. 1. ex S. Scripturâ, quæ semper arbitrij libertatem explicat per ordinem ad voluntatem, *Eccles.* 15. *Deus ab initio constituit hominẽ & reliquit illum in manu consilij sui:* subdit *adiecit mandata & præcepta sua, si volueris mandata seruare, conseruabũt te. Appositi tibi aquã & ignem, ad quam volueris, porrige manum tuam.* In quem locum Augustinus *lib. de gra. & lib. arb. c. 2. Ecce,* inquit, *apertissimè videmus expressum liberum humanæ voluntatis arbitrium,* & 1. ad Corinth. 7. *potestatem habens suæ voluntatis.* Quem locum Augustinus ibid. affert ad id probandũ; quod innumera Scripturæ loca. 2. Ex Triden. sess. 6. cap. 5. vbi de homine liberè ad gratiam cooperante inquit, *illam,* nempe gratiam, *abijcere potest: neque tamen sine gratia Dei mouere se ad iustitiam coram illo liberâ suâ voluntate potest:* non libero suo intellectu. *can.* 4. liberum arbitrium declarat per actum volutatis *posse dissentire, si velit. can. 7. & can.* 9. per voluntariam hominis præparationem & dispositionem: *Si quis dixerit solâ Fide impium iustificari & nulla ex parte necesse esse cum sua voluntatis motu præparari, atque disponi.* &c. 3. Probant Patres: Athenagoras in Apolog. ad Antoni. *liberi arbitrij in ipsis quoque Angelis videlicet in vtramque partem constituerat Deus, sicut & in hominibus.* Basilius *in hom. Quod Deus non est auctor malorum; fine,* inquirens vnde iniquus sit homo, *ex ipsius,* inquit, *liberâ voluntate.* Macarius *Ægyp. hom.* 15. *vt in voluntate hominis situm sit ad bonum, vel malum conuerti:* non in intellectu. Damasce. *lib. 3. Fidei c.* 14. *libera potestas nihil aliud est nisi voluntas.* Ambros. *lib. 1. de Iacob. c. 3. non est quod cuique nostram adscribamus culpam, nisi nostræ voluntati. Nemo tenetur ad culpam, nisi voluntate propriâ deflexerit.* August. *cit. lib. de gra. & lib. arb.* ex Scripturâ probat, liberum arbitrium in voluntate consistere, cuius tantùm est liberè velle aut nolle. *Et lib. de verâ Relig. ca.* 14. *vsque adeò peccatum voluntarium est malum, vt nullo modo sit peccatum, si non sit voluntarium.* Et lib. de duab. anim. c. 10. *Non igitur nisi voluntate peccatur.* Nec retractat *lib. 1. Retract. c.* 15. vt legenti patet. Ex his aucto. colligitur opinionem, quæ negat in voluntate esse libertatem, esse erroneam: cùm illa per euidentem conseq. contradicat Scripturis, Concilijs, Patribus. licèt non sit vllâ erroris notâ digna opinio, quæ formalem libertatem in vtrâque potentiâ, intellectu & voluntate collocat; cùm illis expressè non aduersetur.

Prob. 3. hæc veritas est Patribus

Augustin. apertè

Oppositæ sent. Censura.

47. *Prob. 4. rationib. Prima*

Prob. 4. rationib. 1. Si intellectus esset liber formaliter, posset esse peccatum absque voluntatis consensu; contra allegata: cum enim aliunde sit in operando prior, & à voluntate independens, per solum actum ipsius ante consensum voluntatis ponerentur omnia ad peccatum requisita, scilicet libera tendentia liberæ facultatis intellectiuæ ad obiectum rationi difforme: Eodem modo meritum in solo actu intellectus independenter à consensu voluntatis consũmaretur; contra Script. & Patres: qui sicut demeritum ita & meritum soli ad scribunt voluntati: *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Si vis perfectus esse, vade, vende, qua habes.* Ratio 2. Ex sent. Durandi, nullam libertatem esse in voluntate, sed in solo intellectu demonstro: posito practico iudicio de eligendo medio, voluntas nõ potest in oppositũ, sed necessitatur ad illud eligendũ, vt ipse fatetur c. 7. quia nequit volũtas respuere, quod sibi ab intellectu proponitur eligẽdũ. Ac concludit, totam libertatem electionis, in quo tantùm actu per ipsũ voluntas est libera, cõtineri in libertate iudicij. 3. Illa tantũ potentia est libera formaliter, quę cęteris potẽtijs imperat, eas immediatè ad opus applicando: at sola voluntas ipsis imperat, illius .n. tantùm potentiæ est cæteras facultates ad operandum applicare, cuius est vniuersale totius suppositi bonum procurare: & hoc solius voluntatis est; cùm cętere potentiæ tantùm respiciant bonum particulare sibi proprium. Nempe ad illam potentiã spectat, singulas facultates ad opus applicare, cuius obiectum est bonum vniuersale sub se complectens omnia bona singularum potentiarum. Confir. Repugnat naturaliter in eodem supposito esse duo formaliter libera: alioqui non posset naturaliter inter eam & reliquas potentias seruari perfecta subordinatio: dum .n. vnum principium vellet vnum, alterum vellet oppositum: at probatum est, voluntatẽ esse formaliter liberam: ergo solam. 4. Formalis libertas in Deo consistit in solâ voluntate, & non in intellectu: ergo etiam in creaturâ: in hoc .n. nullum inter Deum & creaturam assignari potest discrimen, aduers. fatentibus. Antec. probo: Deus habet practicum iudicium

Matt. 19.

Secunda ratio. Durand.

Tertia ratio.

Voluntatis est procurare bonum totius suppositi.

Confirm.

Quarta ratio. Formalis libertas in Deo consistit in solâ voluntate.

Digitized by Google

euidens de rebus omnibus. Igitur non potest tale iudicium in Deo esse liberum. Deus .n. non potest non habere summam conformitatem intellectûs cum rebus omnibus; cùm hęc sit perfectio simpliciter simplex. Antec. Prob. tale iudicium est maxima perfectio in Deo, & fundatur in rebus possibilibus, vel sub conditione pręuisis; Sed nulla conformitas intellectûs cum rebus possibilibus, vel sub conditione prævisis potest esse libera in Deo: alioqui posset Deus non habere scientiam possibilium, aut futurorum conditionalium. Confirm. alioqui res fierent absolutè futurę non vi electionis, sed iudicij antecedentis electionem: nam vi illius actûs res fiunt absolutè futurę, vi cuius determinantur ad esse futurum: at posito in hac sent. iudicio, de futuritione rerum, non potest non sequi electio de rerum futuritione. 5. Illa tantùm potentia est formaliter libera, quę positis omnibus ad agendum prerequisitis, in suâ potestate habet, agere, vel non agere; vt sect. 2. At sola voluntas est talis: quia ex proprio obiecto, & modo tendendi ad illud, nō determinatur ad vnū; à quo obiecto & modo determinatio vel indeterminatio potentię sumenda. Sola autem voluntas est, quę à nullo obiecto in particulari, extra Deum clarè visum, determinatur, sed quouis proposito tendere potest ad oppositum: quia nullum in particulari extra Deum clarè visum, est tale, vt non possit apprehendi sub ratione mali, saltem apparentis: solùm autem illud determinat ad vnum, in quo nulla apprehendi potest ratio mali. Omnis alia potentia determinatur à proprio obiecto, & consequenter ad modum tendendi ad illud: & quia de reliquis est certum, probatur de intellectu.

Confirm.

Quinta

Voluntas à nullo obiecto in particulari extra Deum clarè visum determinatur.

48. Intellectus, quantum ad præsentem difficul. duos potest habere actus circa obiectum, alterum primæ apprehensionis, alterum iudicij: sed ad neutrum eliciendum est liber formaliter, non ad primum: quia liberum essentialiter supponit cognitionem; includit .n. voluntarium, quod est à principio intrinseco cognoscente singula; sed prima apprehensio nullam supponit cognitionem de obiecto apprehenso, cùm sit prima cognitio. Non ad secundum: posita .n. veritate, aut falsitate obiecti, non est in potestate intellectûs aliter iudicare, ac propositum obiectum postulat. Quia non potest idem obiectum simul esse verum & falsum, cùm veritas in indiuisibili consistat: vnde si obiectum proponitur vt verum, non potest intellectus illi dissentire: nec si proponitur vt falsum, potest illi assentiri. Contra verò quia obiectum voluntatis est bonum; & potest eadem res simul esse bona & mala respectu diuersorum, poterit voluntas in idem ferri actu prosecutionis, aut fugæ: Quia autem modus tendendi potentiæ ad obiectum, proportionatur obiecto, si obiectum ex naturâ suâ determinat potentiam ad vnum, modus tendendi potentię ad obiectum est necessarius & determinatus ad vnum; si potentiam relinquit indifferentem ad vtrumlibet, modus tendendi potentię erit indeterminatus. Hinc sequitur, intellectum determinari ab obiecto quoad specificationem, & exercitium; quia quantum est ex se, non potest intellectus cohibere assensum, si obiectum proponitur vt verum, vel dissensum, si proponitur vt falsum. Dices sæpè intellectus manet suspensus ad vtrumlibet, vt accidit in ijs, quæ solâ fide, aut probabili coniecturâ proponuntur cognoscenda; ergò saltem in ijs est liber. Resp. nego conseq. ad libertatē .n. nō sufficit quæuis indifferentia, sed illa quæ, positis omnibus ad operandum requisitis, inter quę est perfecta obiecti propositio, adhuc relinquit potentiam indifferentem ad vtrumlibet. Vnde in casu posito vel intellectus determinabitur necessariò ad id, quod probabilius apparet, vel necessarium erit voluntatis imperium inclinantis intellectum ad vnam partem obiecti. Quâ de causâ Theologi ad assensum Fidei supernat. ponunt in voluntate peculiarem habitum pię affectionis, qui inclinet intellectum, *vt m 4. to.* explicatur. Confirm. duplex tantùm est modus tendendi in obiectum, vnus per modum naturæ; alter per modum appetitus. Prior est necessarius & determinatus ad vnum, quia non potest natura esse indifferens in suâ operatione. Alter si ponantur reliqua prærequisita, est liber, quia fertur per modum electionis. At intellectus non est potentia appetitiua, sed cognoscitiua. Igitur nequit in obiectum ferri per modum electionis, sed naturæ determinatę ad vnum.

Intellectus ad nullum actum eliciendum est liber formaliter.

Poteſt eadem res simul esse bona & mala respectu diuersorum.

Dices Resp. Ad libertatem non sufficit quæuis indifferentia.

Duplex modus tendendi in obiectum.

49. *Intellectus est liber inchoatiuè.*

Prob. hinc, intellectum esse liberum inchoatiuè & radicaliter: ipse .n. inchoat formalem libertatem voluntatis, proponendo obiectum cum perfectà indifferentiâ ad vtrumlibet, sine quâ non posset voluntas formalem libertatem exercere. Cùm enim hęc consistat in posse ferri ad vtrumlibet; & nequeat voluntas in incognitum ferri; vt liberè ferri possit ad vtrumlibet, necessariò debet illi proponi obiectum cum indifferentiâ ad vtramque partem. Vnde ad liberum arbitrium vtraque potentia requiritur, intellectiua & volitiua simul; illa præsuppositiuè & radicaliter, hæc effectiuè & formaliter.

Ad argum. secundæ sent. Ad 1. Durandi, nego Minor. ad probationē, dico, nos per intellectum solùm habemus dominium actuum inchoatiuè & radicaliter, per voluntatem completiuè & formaliter. Ad 2. neg. Minor. ad prob. concedo, iudicium conclusiuum medij eligendi, esse prius electione in ratione proponentis; non in ratione liberi. Concedo etiam, ab eo regulari electionem non in ratione liberi & efficientis, sed proponentis & dirigentis: nego à iudicio determinari voluntatem ad actum electionis, nisi in virtute actus voluntatis præsuppositi. Ad 3. Omne liberum est cognoscens, concedo, quia facit sensum identicum, nempe omne quod est liberum, est etiam cognoscens; libertas enim essentialiter præsupponit cognitionem: Secundùm omne illud, quod est liberum, cognoscit, nego; quia facit sensum formalem, nec est necessarium ad libertatem, vt eodem principio proximo quo sumus liberi, cognoscamus; sed sufficit, vt eodem remoto, quod est anima. Ad 4. Conced. Maior de indifferentiâ effectiuâ, neg. de quâuis aliâ; quia ea tantùm indifferentia est de ratione libertatis, quæ constituit potentiam dominam sui actus: hæc est sola effectiua oppositorum actuum; per hanc .n. homo continet oppositos actus sub suo dominio. De quâ neg. Minor. intellectus enim non est indifferens ad assentiendum, vel dissentiendum eidem obiecto, positis omnibus ex parte obiecti, sicut indifferens est voluntas, etiam omnibus ex parte obiecti positis. Propositio Aristot. *Potentiæ rationales sunt ad oppositа*, intelligenda est in suo genere, vt nimirum quælibet potentia rationalis habeat indifferentiam sibi proportionatam, intellectus in genere proponentis, voluntas in genere mouentis. Ad 5. conced. Maior de independentia in ratione mouentis, in quo sensu falsa Minor: nam in ratione mouentis intellectus pendet à voluntate; non enim potest in actum exire, absque imperio voluntatis. Excipe primum actum, in quo intellectus

50. *Ad 1. secundæ. Durand.*

Ad secundum.

Ad tertiū.

Ad quartū.

Aristot. exponitur

Ad 5.

Digitized by Google

lectus ad imperio voluntatis non pendet, ideò illum necessariò elicit. Nego de quâcunque aliâ independentiâ, siue in ratione proponentis, siue regulantis ac dirigentis: quas verò concedimus intellectui: nulla tamen ex his libertatem arguit, nisi tantùm inchoatam & radicalem. Cæterùm Aristot. propositio, *liberum est gratiâ sui*, intelligitur de independentiâ in ratione mouentis: ille enim simpliciter operatur gratiâ sui, qui operatur vt dominus sui actûs; seu independenter effectiuè, & quoad exercitium actûs. Ad 6. negat Capreolus consequi. Nam possunt ab eadem causâ æquinocâ, qualis est natura intellectualis respectu suarum potentiarum plures effectus specie diuersi egredi; sicut ab eadem naturâ egrediuntur potentia ipsa cognoscitiua, & appetitiua specie differentes. Licet igitur intellectus & voluntas prodeant ab eâdem naturâ immateriali, potest tamen vna proficisci vt libera, altera vt necessaria, sicut ab eâdem naturâ proficiscitur intellectus agens, potentia necessaria. Nec est opus, naturam esse liberam formaliter, vt producat potentiam liberam, sed sufficit, esse tantùm liberam virtualiter. Cur formalem libertatem tribuat voluntati, non intellectui, desumitur tum ex diuerso fine, ad quem istæ potentiæ ordinantur, tum ex diuerso modo operandi circa obiectum. Ad 7. nego antec. voluntas enim est libera ad volendum hoc vel illud intrinsecè & formaliter; intellectus est liber ad iudicandum hoc vel illud extrinsecè & denominatiuè ab actu libero voluntatis: quatenùs explicito, vel implicito actu voluntatis, applicatur ad hoc, vel illud iudicandum. Ad 8. neg. Maior. intellectus enim non modò necessariò fertur ad verum in communi, sed etiam ad verum in particulari, modò sit sufficienter propositũ. Quòd si interdum non necessariò fertur, id non habet ex propriâ libertate, sed ex insufficientiâ obiecti propositi. Voluntas etsi necessariò quoad specificationem feratur in bonum in communi, quia hoc continet omnem rationem boni, depuratam ab omni ratione mali, liberè tamen fertur ad bonum particulare, etiam sufficienter propositum, præter Deum clarè visum.

Ad sextum. Capreolus. Ad septimũ Ad octauũ

51. Ad fundam. 3. Ad fundam. tertiæ neg. Minor., eiusque prob. constat in Angelis, in quibus præcedente tantùm practicâ notitiâ ex parte intellectûs, potuit primus actus deliberationis à voluntate elici, absque alio actu imperante. 2. Esto deliberationis actum præcedant alij per modum imperij: falsum est in illis, & non in eorum potentijs libertatem consistere. Nam esto illi prærequirantur, non tamen vt principium libertatis, sed vt præuiæ dispositiones. Sicut licet ad actum deliberatum voluntatis prærequiratur practicum iudicium, non in eo tamen, sed in voluntate libertas consistere dicitur: quia libertas importat principium operandi, vel non operandi, quod soli conuenit potentiæ, nõ actui.

52. Super suum motum se reflectere nõ sufficit libertati. *Infertur* 1. absurdiùs dicere quempiam, libertatem creatam in hoc sitam, vt possit voluntas non tantùm appetendo se mouere, sed etiam super motum suum se reflectendo velle mouere; & quia in omni rationali motu semper adest expresse vel tacitè huiusmodi super se reflexio, semper etiam in omni rationali motu seu consensu suo voluntatem mouere se ac dominari sui: & hanc reflexionem pueros, bruta, & insensata deficere, quippe quæ impetu concitantur & refrænantur, non iudicio, nec approbante motum vel quietem suam voluntate: & in hac reflexione propriè sitam esse potestatem mouendi se. Contra hoc est: nam ex eo, quòd intellectus possit finis ac mediorum proportione expensâ, iudicataque, etiam de proprio suo iudicio iudicare, num rectè iudicauerit, super motum suum se mouendo ac reflectendo, nemo hactenus somniauit, intellectum ex eo capite esse liberum: quia positis omnibus ad reflectendum prærequisitis tam necessarius est actus reflexus, quàm necessarius erat ipse directus, positis omnibus ad directè intelligendum prærequisitis. Ita ex eo quòd voluntas possit, repræsentatâ per intellectum suâ volitione, ipsam volitionem suam velle, super motum suum se mouendo ac reflectendo, nemo fingat voluntatem ex hoc capite esse liberam, si positis omnibus ad reflectendum prærequisitis, tam necessaria est volitio reflexa, quàm necessariam fingit directam, positis omnibus ad directè volendum prærequisitis. Si autem repræsentatâ per intellectum volitione directâ fingas voluntatem posse suspendere volitionem reflexam, ita vt ipsâ actu suspensâ nihil sequatur absurdi, libertatem collocas in actu reflexo, peccati quoque rationem ac meriti; nullam in actu directo. Cæteroqui absurditas est in his terminis; potestas mouendi se sita est in reflexione voluntatis, non in actu directo; si actus reflexus non magis sit in potestate, quàm directus, positis omnibus ad reflectendum prærequisitis: Certè non magis dominatur voluntas volens necessariò suam volitionem, quàm necessariò volens obiectum. Scio plura requiri ad motum voluntatis reflexum, quàm ad directum: ad reflexum enim prærequiritur ipse directus voluntatis motus, & intellectio reflexa super suum, ac voluntatis motum directum: quæ reflexio deficit bruta puerosque, non tantùm libertas seu potestas domina actus.

53. Indifferentia iudicij est tantùm radicalis libertas *Infertur* 2. Nec dicendum, actum voluntatis, quotiescunque oritur cum indifferentia iudicij proponentis in eodem obiecto diuersas rationes boni & mali, semper esse liberum; quasi verò quidquid antecedat, comitetur, subsequatur actum voluntatis, dummodo iudicij indifferentiam non adimat, possit cum libertate stare, vt falsò putat *Bannez 1. p. qu. 19. art. 10. §. tertium docum.* Nam contra est tum *Trident. sess. 6. cap. 5. & can. 4.* vbi Triden. Lutherum & Caluinum docentes, Deum necessitare hominum voluntates in suis actionibus, sanctè damnans, negat id ipsum, nempe voluntatem à Deo necessitari, sed liberè in suis actibus moueri: non quia Deus relinquit homini indifferentiam iudicij, quod vltro concedunt hæretici, sed quia voluntatem ita mouet, vt ipsa possit motionem abijcere; verè supponens necessitandam, si ita ipsam moueret, vt dissentire non posset, non obstante indifferentiâ iudicij. Tum ratio: quia Ratio potest Deus necessitare voluntatem, manente indifferentiâ iudicij, quis hoc neget? at necessitaret non cogendo voluntatem; nam ad suos actus, ad quos influit, nequit voluntas cogi, cùm eos voluntariè ac spontaneè, non coactè eliciat. Ergo necessitare deberet Deus voluntatem, vel per qualitatem prædeterminantem, quam nemo iudicauit simpliciter impossibilem, sed noxiam indifferentiæ voluntatis seu libertati, vel per immediatam efficientiam, voluntatem rapiens ad coagendum, nihil præuium actioni in voluntate ponendo; nimirum per aduers. in ordine ad libertatem eodem modo se habet physica prædeterminatio, ac immediata efficientia: Sicut enim hæc priori tate naturæ voluntatem præueniendo, rapit illam ad coagendum, quia cùm eadem sit Dei & voluntatis creatæ efficientia, si illa natura præuenit voluntatem Prædeterminatio necessitaret.

Digitized by Google

tatem, voluntas eam necessariò sequitur; ita physica prædeterminatio suâ efficientiâ naturâ præueniendo voluntatis efficientiam, cùm debeat applicare voluntatem ad agendum, non ipsa applicari à voluntate, rapit voluntatem, vt hæc ab eâ physicè præuenta infallibilitate antecedente sequatur ipsius efficientiam, cùm pariter sit vna eademque ipsius, & physicæ prædeterminationis indiuisibilis actio. Potest itaque necessitari voluntas per qualitatem aliquam prædeterminantem, & Deus liberè ipsam necessitare: quia qualitas illa erit Deo libera, & voluntati necessaria.

54. *Indifferentia voluntatis est forma libertatis*

Infertur 3. Præter indifferentiam iudicij, quæ est tadix libertatis, requiri indifferentiam voluntatis velut formam libertatis, vt homo dicatur liber formaliter, & hâc per qualitatem prædeterminantem sublatâ, maneat licet indifferentia iudicij, tolli formaliter libertatem, actumque dici simpliciter necessarium: hanc tamen indifferentiam voluntatis stare non posse sine indifferentia iudicij, quam supponit priorem: ideò enim ait S. Thomas cæteriquè Doctores, voluntas liberè agit, quia intellectus proponit illi obiectum sub indifferentiâ, hoc est, si obiectum non proponeretur cum indifferentia iudicij, voluntas circa illud non posset exercere suam indifferentiam appetendi, quam exercet, si indifferentia iudicij præsupponatur, & Deus voluntatem non prædeterminet. Siquidem liberum arbitrium est vis electiua, quę positis omnibus ad eligendum prærequisitis in sensu composito, potest eligere vtrumlibet. Hanc vim eligendi negat *Caluinus lib. Instit. c. 2. n. 7.* vbi ait, *hominem liberi arbitrij dici, non quia liberam habet boni aquè ac mali electionem, sed quia malè voluntate agit.* & c. 3. n. 10. *nostræ electionis non est, motioni aut obtemperare, aut refragari, sed illam efficaciter efficit Deus.* Hanc verò tribuit libero arbitrio Ecclesia & Augustinus, asserens passim, voluntatem ita à Deo moueri, vt nostræ electionis sit, motioni refragari, vel obtemperare; agere & non agere, nostræ electionis esse; virtutes & vitia esse in nostra potestate, non tantùm in nostrâ voluntate. Absurdum nempè est dicere, quod quidquid est in voluntate, id ipsum sit in potestate & electione. Pariter enim quis diceret, quidquid est in potentia visiuâ seu in oculo, suppositâ indifferentiâ iudicij ad videndum, esse in potestate & electione oculi, quia nisi esset in oculo, non esset in potestate nec electione oculi. Aliud ergo est, esse in voluntate, aliud in potestate voluntatis: nam esse in potestate, est esse in dominio: visio est in oculo, non autem in potestate seu dominio oculi, quia oculus à visione abstinere liberè non potest: & motus primò primi sunt in voluntate, non tamen in potestate voluntatis, quia non cadunt sub eius electionem & dominium, nec procedunt à voluntatis indifferentia.

Caluinus impugnatur.

55. *Libertas actus est denominatio extrinseca.*

Infertur 4. Actum voluntatis esse formaliter liberum nihil aliud esse, quàm ipsum oriri à voluntate, vt indifferenter operante, & ex indifferentiâ iudicij; proinde non esse formam intrinsecam superadditam entitati actûs, sed solam denominationem extrinsecam. Idem quippe voluntatis assensus de obiecto obscæno, qui non est à voluntate indifferente, quamdiu non connotat indifferentiam iudicij, idem statim ac iudicij indifferentiam connotat, simul connotat indifferentiam voluntatis, estque hâc ipsa connotatione liber, qui sine hâc erat necessarius, nec variatur intrinsecè. Quocirca determinare ad exercitium liberè, vel necessariò, non est diuersus in actu, nec quoad rem, nec quoad modum intrinsecum actui, sed mera connotatio proximi dominij, quod voluntas habet in actum exercendum, vel suspendendum, & completur per aduertentiam rationis: quæ si plena est, dicitur ille assensus delectatio morosa & peccaminosa; secus, si plena non sit. Cæterum siue voluntas operetur cum indifferentia iudicij, siue non, actus voluntatis idem est, eademque numero actione producitur, liber primùm, deinde necessarius, dummodo non feratur in nouam aliquam rationem obiectiuè relucentem: siquidem non necessariò voluntas tendit in omne id, quod aduertit ratio. Proinde siue voluntas seipsam determinet ad exercitium, vt dum actus est liber, siue ipsam obiectum determinet ad exercitium, vt cùm idem actus est necessarius, eadem est intrinseca actûs perfectio, (quod attendere deberent, qui virtutem determinandi se ad exercitium, aut ad speciem actus, æstimant infinitam, & repugnare creaturę) libertas igitur formaliter sumpta non est perfectio physica, sed moralis, ad quam denominatio extrinseca sufficit.

Nota diligenter.

SECTIO IV.

Qualis cognitio necessaria sit, vt voluntas liberè operari possit?

56. *Non quacunq; cognitio sufficit vt voluntas liberè operetur.*

PAuca de hâc controuers. Scholastici, cùm tamen illius decisio sit apprimè necessaria ad notitiam libertatis. Ad quam certum 1. nõ quamcunque cognitionem sufficere, vt patet in motibus, quos primo primos vocant, in dormientibus, in pueris; à quibus multi exercentur volũtatis actus, non sine aliquâ cognitione, cùm nihil sit volitum quin præcognitum; in ijs tamen nulla est actualis libertas defectu perfectę cognitionis. 2. Certum, nec simplicem apprehensionem, nec quodlibet iudicium ad actualem vsum libertatis sufficere: cùm .n. omnes admittant aliquos actus necessariò elici à voluntate, etiam prœuio iudicio, non quodlibet iudicium constituit illam in actu 1. perfectè indifferentem: at quale iudicium debet esse, vt ipsa cum dominio suæ operationis operari valeat?

Nec quodlibet iudicii obiecti

57. *Prima sent.*

Prima sent. affirmat, necessarium esse iudicium de indifferentiâ obiecti liberè à voluntate imperati. Sequitur ex sent. eorum, qui docent, ad liberè operandum, necessarium esse imperium: quod definit S. Thom. 1. 2. q. 17. ar. 1. actum rationis supposito actu voluntatis, in cuius virtute ratio mouet imperando exercitium actus. Igitur vt voluntas liberè operetur, moueri debet à practico iudicio rationis, ab ipsamet liberè imperato. Sed contrà 1. vt voluntas liberè imperet intellectui id iudicium formandum de indifferentiâ obiecti, alio egeret iudicio: quod rursus vt moueret voluntatem, elici deberet ex alio imperio voluntatis, & sic in infinitum: aut certè si voluntas ad liberè imperandum intellectui, non eget iudicio à se liberè imperato, nec egebit illo ad reliquos suos actus liberè exercendos. 2. Voluntas diuina liberè mouetur ad operandum extra se, & non ex iudicio à se liberè imperato: ergo nec creata: quia in hoc conueniũt; cùm hoc requiratur ad libertatẽ vt sic. Antec. prob. in intellectu Dei, independenter à voluntate eiusdem, præcedit perfectissimum iudicium de omni re, necessarium, practicum, dictamen euidens de eligibilitate, vel non eligibilitate rerum, nullo pacto pendens à voluntate: quicquid .n. spectat ad notitiam practicã, quę aliquo modo est causa rerũ,

Prob.

Contrà 1.

Contrà 2.

cuiusmodi

cuiusmodi est practicum dictamen de rebus eligibilibus, præcedit liberum decretum Dei: ac proinde est perfectio necessaria in Deo.

Secunda sent. Secunda sent. docet, sufficere practicum iudicium de indifferentiâ obiecti antecedens voluntatis actum. Contrà: licèt id sit necessarium, non est sufficiens; cùm etiam in motibus primò primis, sæpè præcedat, & in dormientibus; qui iudicant obiectum esse malum, & contra rationem, cùm tamè in somno nullus peccet. Quare vltra indifferētiam obiecti requiritur aliquid, defectu cuius voluntas non est sufficienter ad liberè operandum cōstituta.

Reijcitur.

58. *Necessaria cognitio obiectiuè indifferens,* Dico 1. Vt voluntas liberè operari valeat, necessariò est cognitio obiectiuè indifferens ad oppositas rationes contrarias, vel contradictorias: Est *S. Thom. 1. 2 qu. 6. ar. 2. ad 2.* vbi, *Ex hoc,* inquit, *quòd ratio deliberans se habet ad oppositа, voluntas in vtrumque potest.* Fundam. Vsus libertatis cōsistit in quodam arbitrio & electione vnius præ alio: ergo vt voluntas vti possit suâ indifferentiâ, oportet præcedat cognitio obiectiuè indifferens ad plura. Constitui enim debet illa in actu 1. perfectè potens ad electionem faciendam: Nec potest ita constitui, nisi per cognitionem obiectiuè indifferentem, cùm nequeat operari nisi ex præuiâ cognitione: ergo nec indifferenter operari, nisi ex præuiâ cognitione: ergo nec indifferenter operari, nisi ex præuiâ cognitione obiectiuè indifferente.

ad rationes contrarias & contradict. Dixi, *ad oppositas rationes contrarias vel contradictorias*, propter duplicem libertatem, quam habet voluntas, contrarietatis scilicet & contradictiōnis. Nam sicut ad exercendam libertatem contrarietatis, necessaria est cognitio obiectiuè indifferens ad oppositas rationes contrarias, boni & mali; ita ad exercendam libertatem contradictionis, necessaria est cognitio obiectiuè indifferens ad oppositas rationes contradictorias, ad actum & non actum. Cessatio enim ab actu vt sit libera, debet esse, non physica tantùm, sed moralis & voluntaria, ex præuiâ cognitione, quâ apprehendatur hîc & nunc moraliter exercenda.

59. *Vt subiectas electioni.* Dico 2. Præter hanc obiectiuam indifferentiam, necessarium est ad vsum libertatis, diuersas rationes per cognitionem obijci vt subiectas quoad electionem potestati cognoscentis. *Prob. 1. à posteri.* *Prob.* 1. obiectiuam indifferentiam diuersarum rationum habent dormientes, pueri, amentes, nullum libertatis vsum: At vapores, qui sensum communem ligant in somno, etiam impediunt, ne diuersæ rationes ab intellectu propositæ, obijciantur vt subiectæ quoad electionem potestati cognoscentis: humiditas in pueris prædominans, impedit, ne eædem rationes obijciantur vt eligibiles ab ipsis: læsio organi, ex cuius operatione pro hoc statu pendet animus rationalis in operari, impedit in amentibus, ne diuersæ rationes à cognitione repræsententur cum subiectione ad electionem voluntati: *Prob. 2. à priori* nec est alia ratio assignabilis. *Prob.* 2. Libertas consistit in potestate eligendi vnum præ alio, vt patet. ergo ad vsum libertatis requiritur cognitio, saltem indirecta talis potestatis. Nam 1. si per impossibile aliquis inuincibiliter apprehenderet, se non habere potestatem cessandi à visione alicuius obiecti, talis visio, vel cessatio à tali visione, non esset illi libera, nec ad meritum vel demeritum imputabilis; non defectu potestatis, quam re ipsâ haberet, sed defectu apprehensionis talis potestatis. 2. Vt actus sit liber, debet vt liber esse voluntarius elicienti: ergo vt liber debet saltem indirectè ab eliciente cognosci: voluntarium .n. essentialiter pendet ex cognitione. Antec. ostend. actus, quà liber est, imputabilis est ad laudem vel vituperium operanti, vt patet: ergo quà liber est, præcognosci debet. Quia vt actus sit imputabilis operanti, debet ab operante elici tanquam ipsius proprius: nequit sic elici, nisi præcognoscarur vt proprius: nequit præcognosci vt proprius, nisi indirectè saltem præcognoscatur vt liberè ab ipso operante producibilis.

60. *Electio sit libera in se, & operanti* Confirm. 1. actus liber essentialiter consistit in electione vnius præ alio, vt clarum est: ergo præcedere debet apprehensio eligibilitatis vnius rationis præ aliâ. Nam, vt electio sit libera, non sufficit, vt sit libera in se, sed etiam sit libera operanti; vt probat data hypothesis, si quis inuincibiliter putet, se non habere liberam potestatem ad actum, actus non esset liber operanti, defectu solius apprehensionis liberæ potestatis Nec dici potest, sufficere cognitionem obiectiuè indifferentem ad oppositа; nam cum hâc stare potest subiectiua necessitas & determinatio ad vnum, vt patet in dormientibus, pueris, amentibus. Igitur nequit esse libera operanti electio, nisi præcognoscatur saltem indirectè vt libera ab ipso operante, per apprehensionem liberę potestatis: & quousque cognitio non attingit oppositas rationes cum hâc subiectione eligibilitatis vnius præ aliâ ad liberum arbitrium, non est sufficiens regula liberæ electionis. *Inferes:* ergo etiam ille, qui inuincibiliter putat, se habere libertatem ad aliquid, ad quod nullam habet potentiam, erit circa illud liber. *Dices Resp.* Resp. neg. Conseq. libertas .n. essentialiter pendet simul ex cognitione obiectiuè indifferente, ex eligibilitate vnius præ alio, ex potentiâ ad operandum, & non operandum subiectiuè indifferente. Esto igitur in illo essent omnia ex parte cognitionis requisita, non tamen omnia ex parte potentię. Confirm. 2. ideo voluntas non est libera ad eligendum hunc actum numero, sed tantùm in specie, quia non præcognoscit hunc actum numero præ alio, sed tantùm hunc actum in specie.

61. *Coroll. 1. de Beatit.* *Infertur* 1. homines necessariò appetere beatitudinem in communi quoad specificationem, non quoad exercitium. Primum prob. beatitudo in communi repræsentari non potest obiectiuè indifferens quoad vtramque rationem boni & mali, cùm complectatur solam rationem boni, excluſa omni ratione mali: ad libertatem autem necessaria est obiectiua indifferentia secundùm vtramque rationem. Secundum patet: nam illa quoad exercitium reptæsentari potest obiectiuè indifferens; cùm ipsum exercitium actûs repręsentari possit sub ratione boni & mali saltem ardui ac difficilis: Ac proinde potest illa beatitudo quoad exercitium non diligi. 2. Non omnes, ne quoad specificationem quidem diligere beatitudinem materialiter, & in particulari consideratam, quà visio & amor beatificus est: *S. Th. 1. 2. qu. 5. art. 8.* Quia beatitudo in particulari considerata, potest ab aliquo apprehendi sub ratione mali, ac proinde odio haberi: ita Deum sibi inimicum apprehendunt dęmones, & consequenter omnia eius dona vt mouentia ad odium Dei: licet enim visio & dilectio beatifica considerata secundùm se nequeat odio haberi, cùm nullam in se contineat rationem mali; considerata tamen sub aliquâ circumstantia & dispositione subiecti, potest odio haberi. Quod beatitudini in communi consideratæ accidere non potest: quia abstrahit ab omni circumstantiâ & materiâ particulari, ratione cuius apprehendi posset sub aliquâ ratione mali, & complectitur puram rationem boni, completè satiantis appetitum ra- *Coroll. 2.*

Digitized by Google

Coroll. 3. Nullum libertatis vestigium est in brutis.

tionalem. 3. Nullum libertatis vestigium esse in brutis, contra *Caiet. & Molin. p. p. qu. 14. art. 13. disp. 12.* Esto enim interdum apprehendant obiectum secundùm oppositas rationes propriæ naturæ conuenientes & disconuenientes: non tamen apprehendere possunt illud vt propriæ potestati & electioni, quam bruta supra proprias operationes non habent, subiectum. Vnde quando brutum ex duobus obiectis vnum prosequitur, altero relicto, non prosequitur illud liberè & electiuè ex præuiâ cognitione, quâ illud apprehendat vt propriæ electioni subiectum, sed necessariò & determinatè ex præuia cognitione, quâ illud apprehendit hîc & nunc sibi conueniens, aliud hîc & nunc sibi disconueniens: quâ cognitione posita sicut necessariò fertur ad prosequendum conueniens, ita ad fugiendum disconueniens. Eadem ratio est quando prosequitur magis conueniens, relicto minùs conueniente.

An *voluntas determinetur à practico iudicio rationis.*

62. Quæritur de determ. quoad exercitium.

CErtum est voluntatem quoad specificationem determinari ab intellectu: ita vt non possit voluntas hunc vel illum actum in specie elicere, nisi habeat hoc vel illud obiectum repræsentatum mediâ cognitione, circa quod versetur. Controuersia est de determinatione quoad exercitium, an practicũ iudicium rationis voluntatem ita determinet ad id, quod proponit exequendum, vt ipsa non valeat oppositum velle.

Affirmant

Affirmant Paluda. in 4. dist. 49. qu. 3. art. 1. §. Sed dicendum: Durand. in 2: dist. 24. qu. 3. n. 17. Medin. 1. 2. quæst. 9. art. 1. in confirm. 2. conclus. 2. dubij, Bellarm. lib. 3. de grà. & lib. arb. cap. 5. propos. 6. &c. Quia nihil potest voluntas velle, nisi ex præcedente iudicio rationis: illius enim obiectum est bonum apprehensum & iudicatum vt conueniens: ergo si iudicium est indeterminatum, & ipsa erit indeterminata; si determinatum, determinata: cùm determinatio vel indeterminatio voluntatis pendeat à determinatione vel indeter. iudicij: at vltimum iudicium practicum est omninò determinatum: concludit enim hîc & nunc pensatis omnibus, hoc esse eligendum. Ergo voluntas necessariò eligit, quod vltimum iudicium practicum eligendum concluſit: quia si posset voluntas contra practicum iudicium operari, aut sine iudicio velle, eligere posset aliquid non iudicatum; & daretur electio sine præuio iudicio, aut posset voluntas sine suo obiecto operari.

Fundam.

Negant Henricus. Scotus.

Negant Henric. *quodlib. 1. quæst. 16. circa finem, Scot. in 2. dist. 25. q. 5. §. Contra concluſ.* & §. Dico ergo: *Argent. q. vni. a. 2. concluſ. 1. Gregor.* q. 5. ad 1. *con. 2. concluſ. Marſil. q. 16. a. 4.* ad 1. *Maior* q. 1. §. resp. neg. *Palac. disp. vn. §. Secundo fine;*

Mayronus. Suar. &c. Nota

Mayron. dist. 14. Suarez in Metaphy. disp. 19. sect. 6. &c. Pro conciliatione vtriusque sent. *Nota* practicum iudicium rationis, alterum præcedens omnem actum liberum voluntatis, vt præcedit in Deo perfectissimum iudicium de rebus omnibus operabilibus: Alterum subsequens liberum actum voluntatis, quo tale iudicium imperatum fuit.

63. Concl. concilians sententias.

DIco nullum iudicium rationis præcedens liberum actum voluntatis determinare posse voluntatem, determinare illam tamen posse practicum iudicium sequens actum voluntatis, quo tale iudicium fuit imperatum. Colligitur

S. Thom.

ex S. Thom. 1. 2. q. 12. a. 1. vbi docet, intellectum per iudicium seu imperium mouere voluntatem ad exercitium actûs in virtute ipsius voluntatis vt primi mouentis: &

Hernæus.

ex *Hernæo in 2. dist. 25. q. 2. ad 2.* & clariùs ex *Capreol. dist. 24 q. vni. ar. 3. ad argu. Durand. contra 2. 3. 4. concluſ. ad 4.* affirmante, omne iudicium liberum ad formalem electionem requisitum præsupponere aliam priorem electionem saltem interpretatiuam; aut certè causari à voluntate volente aliquem finem, qui est principium consilij & totius deliberationis. Prior pars assert. prob. alioqui tolleretur formalis libertas in voluntate. Si enim practicũ iudiciũ precederet omnem actum liberum voluntatis, eoque posito voluntas non posset in oppositum, nulla remaneret in voluntate formalis libertas. Posterior constat: posito enim actu libero, quo voluntas liberè imperauit practicum iudicium de medio eligendo, tale iudicium determinat quidem voluntatem ad vnum, sed dependenter ab ipsâ voluntate, atque adeò eius libertatem non tollit. Nam illa tantùm determinatio libertatem tollit, quæ voluntatem determinat independenter ab ipsâ, quæ ab *Anſel. lib. de concordiâ præſci. & prædeſt.* dicitur *necessitas antecedens.* Quę verò determinat voluntatem dependenter ab ipsa, ipsius libertatem non tollit, cùm fundetur in ipsâ liberâ determinatione voluntatis: & ab Anſel. dicitur, *Necessitas consequens*, siue *ex suppositione.* Iuxta hanc assert. sent. prima loquitur de practico iudicio, supposito libero actu voluntatis tale iudicium imperantis. Secunda de iudicio, nullo tali supposito.

Capreolus.

Prob. prima pars:

Secunda

Anſelmus.

Conciliatur vtraque sententia.

64. Ad fund. primæ sent.

Vnde ad fundam. primę sent. resp. esto nihil eligere possit voluntas, nisi ex præcedente iudicio rationis, nego ipsam ab illo determinari, nisi quando præcedit ex imperio voluntatis intendentis obiectum iudicatum. Ad 1. conseq. disting. Maior. quando iudicium est indeterminatum quoad specificationem, voluntas manet indeterminata quoad specificationem: & contrà, quando id determinatum quoad specificationem, ipsa etiam, verissimum est, quia voluntas quoad specificationem pendet ab intellectu obiectum proponente mediante iudicio. Falsum est, quando iudicium independenter à voluntate est determinatum quoad exercitium, manere etiam determinatam voluntatem quoad exercitium. Nam quoad exercitium voluntas non pendet ab intellectu, sed à se ipsâ efficienter se determinante ad quamcunque propositi obiecti partem voluerit. Quod autem dicitur de vltimo iudicio, quod semper concludit, hîc & nunc pensatis omnibus eligendum esse hoc: vel tale iudicium supponit liberum actum voluntatis, quo posito tale iudicium necessariò est vltimum, sed in virtute antecedentis actûs liberi ipsius voluntatis; vel non supponit: & tunc non est vltimum necessariò, sed contingenter; quia ita voluntas sequitur illud, vt possit non sequi, vel sequi oppositum. Nego autem tunc voluntatem ferri in incognitum, vel in non iudicatum: nam hoc ipso quòd voluntas nollet tale iudicium sequi, imperaret intellectui, vt aliud iudicium formaret; ac proinde primum non fuisset vltimum. Quare accidit, vt tale iudicium sit vltimum ex libertate voluntatis illud sequentis, non ex naturâ suâ.

SECTIO V.

An voluntas actualem suam libertatem exerceat, quando operatur?

65. Prima sent. neg.

NEgant *Ocham in 1. dist. 38. §. resp. Gabriel. q. vni. a. 1. not. 6. & concl. 1. & 3. & in 2. dist. 25. q. vn. a. 1. not. 1.* Et docent, voluntatem suam liber-

Digitized by Google

libertatem exercere vel in instanti immediatè antè, in quo potuit actum non producere, vel in instanti immediatè pòst, in quo potest ab actu cessare: quia impossibile est, vt dum voluntas operatur, possit pro eo instanti non operari: igitur impossibile est, vt voluntas actualem libertatem exerceat in instanti, in quo operatur: actualis .n. libertas est potentia exercendi oppositos actus. Antec. prob. si dum operatur, posset pro eodem instanti non operari, posset pro eodem instanti simul ponere duo contradictoria, nempe operationem, & non operationem, quia quod est possibile poni potest in actu. Confirm. ad præteritum nulla est potentia: ergo postquam voluntas produxit suum actum, non potest illum non produxisse. Igitur implicat, dum producit actum, posse illum non producere: alioqui efficere posset, vt quod fuerit, potuerit non fuisse.

Fund. *Confirm.*

66. *Secunda sent. vera Suarez &c.*

AFFIRMANT *Scot. in 1. dist. 39. q. vn. §. quantũ ad 1. & in 2. dist. 5. q. 2. §. resp. versu, arguitur 3. & alibi: Lychet. in 1. dist. 39. §. de 2. Herua. quodlib. 1. q. 1. ar. 1. & ar. 2. Ad 6. dubium, Mayron. in 1. dist. 38. q. 1 ar. 1. ad 1. Gregor. q. 1. ar. 3. Maior. q. vn. fine §. teneamus: Medin. 1. 2. q. 10. art. 4. §. sed istorum. Victor apud ipsum, Suarez in Metaphys. dist. 19. sect. 9.* quæ vera est & fidei principijs cõformior. Cuius oppositam sent. Heruæus *erroneam* appellat: quam tamen censuram, me iudice, non meretur. Prob. 1. Deus fuit ab æterno in electione mundi liber: sed non fuit liber ante æternitatem, quà ante æternitatem potuerit mundum non eligere, quia nulla datur ante æternitatem duratio, in quâ Deus potuerit mundum non eligere: nec post æternitatem, quà potuerit post æternitatem ab electione mũdi cessare: nam implicat, Deum mutare decretum, quod semel fecit: ergò fuit liber, quatenus in eodẽ instanti æternitatis ita mundum elegit, vt pro eodem instanti potuerit mundum non eligere. Igitur potest libertas exerceri in eodem instanti, in quo voluntas operatur. 2. Si voluntas non exerceret suam libertatem quando operatur, nunquam posset illam exercere. ideo .n. per aduers. nequit voluntas, quando operatur, liberè operari, quia ex suppositione quòd operatur, non potest non operari: at hæc ratio semper militat. Nam in tribus temporibus potest voluntas exercere suam libertatem, vel in ipso instanti, in quo operatur, vel immediatè ante quàm operetur, vel immediatè post ipsam operationem: sed in quolibet tempore militat eadem ratio, quæ in instanti in quo operatur. Nam immediatè antè, ex suppositione quòd non operatur, necessariò non operatur: immediatè post ex suppositione quòd continuat vel non continuat eandem operationem, necessariò illam continuat, vel non continuat. Igitur perit omnis ipsius libertatis vsus.

Prob. 1. *Prob. 2.*

67. *Dices.*

DICES actualem libertatem potentiæ liberæ saluari in eo, quòd successiuè possit oppositos actus exercere. Vnde hoc ipso, quòd ex non operante in vno instanti fit operans in alio, aut contrà, saluatur actualis libertas ipsius. Sed contrà: hoc ad vsum libertatis non sufficit, nisi ipsum actuale exercitiũ libertatis liberè ponatur: alioqui si actus oppositi, qui successiuè ponuntur, necessariò ponantur, non erunt liberi: quia sola successio non reddit actus liberos, si alioqui ipsi liberè à creaturâ non ponuntur. Posito autem quòd voluntas non liberè ponit suam operationem, quando illam producit, nunquam posset oppositos actus liberè ponere: quod probo. Nam antè, ex suppositione quòd actum nõ ponat, necessariò illum in instanti non ponit: ex suppositione quòd illum in eodem instanti ponat, necessariò illum in eo instanti ponit: Immediatè autem pòst, ex suppositione quòd illum conseruet, vel non conseruet, necessariò conseruat, vel non conseruat. Ratio: quia vsus libertatis non consistit, vt oppositi actus successiuè ponantur: nam etiam actus naturales, possunt successiuè poni, sed vt liberè ponantur, quando à causâ producuntur: in sent. autem aduers. quodlibet oppositorum, quando exercetur, necessariò exercetur; nec potest in alio tempore liberè exerceri: nam hoc ipso quòd exerceretur, necessariò exerceretur. Ex quo multa in Theologiâ sequuntur absurda.

Contrà *Contrà*

Vsus libertatis in quo situs.

Nam 1. tolleretur ratio meriti, quòd actualem libertatem essentialiter requirit. Quando .n. quis non meretur, necessariò non meretur; quando meretur, necessariò meretur: quando à merito cessat vel illud continuat, necessariò ab illo cessat, vel illud continuat. 2. Tolleretur ratio culpę quæ pariter vsum libertatis essentialiter postulat. Quando enim quis non peccat, necessariò non peccat: quando peccat, necessariò peccat: quando à peccato cessat, necessariò cessat. 3. Posset quis, habens perfectissimam contritionem de omnibus peccatis, damnari. Ex. gr. sit aliquis in actuali peccato: immediatè post de illo & reliquis conteratur, & statim post moriatur; hic in aduers. sent. non saluabitur: siquidem actus contritionis non fuit liber. Non enim potuit exerceri antè, quia repugnabat, illum simul cum peccato exerceri. Neque fuit liber pòst, vel per liberam conseruationem, vel per liberam cessationem: quia immediatè pòst, subiectum non est ampliùs in viâ merendi, aut demerendi. Contrà verò posset quis in peccato mortali existens non damnari: Sit enim aliquis in dilectione Dei super omnia, & immediatè pòst peccet mortaliter, post quod immediatè succedat mors: tale peccatum non poterit imputari committenti, cùm non fuerit liberum neque in instanti, in quo commissum est, neque immediatè pòst, cùm statim succedat mors, quæ tollit à subiecto capacitatem meritoriè retractandi commissum peccatum. Igitur non poterit propter illud damnari. 4. Sequeretur, non potuisse Angelos in primo instanti suæ creationis mereri, aut demereri, contra aduers. admittentes potuisse, vt constat ex *Gabr. in 2. dist. 4. art. 3. dub. 1. & dist. 5. art. 3. dub. 1. & Ocham. in quodl.* apud ipsum. Sequela prob. meritum aut demeritum non potuit esse liberum in Angelo ante instans creationis, quia nondum erat: neque pòst ob rationes iam assignatas.

58. *Absurda ex contraria sent. primũ* *Secundum* *Tertium* *Quartum* *Gabriel. Ocham.*

Prob. 3. Tunc agens liberè agit, quando ita agit, vt pro eadem duratione possit, non quidem coniunctim, sed diuisim non agere: sed voluntas ita operatur: quando enim ponit suam operationem in aliquo instanti, habet potentiam non ponendi illam pro eodem instanti, non coniunctim, sed diuisim. Maior prob. vsus libertatis non consistit, vt agens possit simul oppositos actus in eodem instanti ponere, cùm hoc sit impossibile; sed in eo, vt ita ponat vnum, vt potuerit pro eodem instanti alterum, non simul, sed disiunctim ponere. Vnde in eodem instanti durationis disting. duo instantia naturæ, in quorum altero voluntas præsupponitur indifferens ad operandum & non operandum: in altero determinata ad operandum per ipsam operationem actu positam. Et licet in 2. instanti naturæ non sit ampliùs libera ad ponendam, vel non ponendam pro eodem instanti suam operationem, cùm iam supponatur eam posuisse: est

69. *Prob. 4. à priori.* *Disting. duo instantia naturæ.*

Digitized by Google

tamen libera in 1. instanti naturæ, in quo supponitur indifferens, & nondum actu determinata per suam operationem.

70. *Ad fund. oppositæ.* Ad fundam. oppositæ sent. disting. antec. impossibile est, vt dum voluntas operatur, possit pro eodem instanti non operari coniunctim, & in sensu composito, concedo; disiunctim & in sensu diuiso, nego. Vnde neg. conseq. actualis enim libertas non consistit in potentiâ exercendi oppositа simul & coniunctim, sed seorsim & diuisim. Ad prob. antec. neg. sequel. nam cùm actualis libertas non consistat in potentiâ exercendi oppositа coniunctim, sed diuisim; nequit ad actum reduci, vt potentia simul operetur & non operetur: quia *ly posse non operari*, dum actu operatur, intelligitur per ordinem ad idem instans, non in sensu componente simul cum operatione, sed in sensu diuidente ab ipsâ operatione. *Ad confirm.* dico, vt operatio aliqua dicatur simpliciter libera, non requiri, vt ex suppositione quòd sit, non possit non esse; alioqui nulla operatio Dei ad extra dici posset simpliciter libera, quia nulla ex suppositione quòd est, potest non esse; sed requiri, & satis esse, vt simpliciter potuerit non esse; comparata non ad esse, quod iam habet extra causam, sed ad causam vt in priori naturæ indifferente ad illam producendam vel non producendam pro eodem durationis instanti. Vnde illæ propositiones; *ad præteritum non est potentia: voluntas postquam produxit suum actum, non potest illum non produxisse:* si sumantur in sensu composito & ex suppositione esse iam habiti, verissimę sunt: quia vt sic inuoluunt determinationem ad vnum: si in sensu diuiso, & non ex suppositione esse iam habiti, sed simpliciter & per ordinem ad causam indifferenter operantem, sunt falsæ; quia vt sic inuoluunt indifferentiam ad esse per ordinem ad causam in priori naturæ indifferentem consideratam.

An causa prima necessariò agente, secunda agere liberè posset?

71. *Sensus duplex.* DVPLEX sensus propositæ hypothesis. 1. si causa 1. ex necessitate naturæ ageret secundùm totam virtutem. 2. si non plus ageret, quàm de facto agit, necessariò tamen ageret. Iuxta priorem nulla difficultas: cùm .n. virtus Dei sit infinita, si ex necessitate ageret secundùm totum posse, infinitâ efficacitate omnes causas secum ad coagendum traheret, ac proinde nullam in eis relinqueret libertatem. Sola concertatio est iuxta 2. an agente causâ 1. finito concursu cũ causis 2. vti nunc agit; necessariò tamen adhuc maneret in nobis libertas.

72. *Prima sent. affir.* AFFIRMANT *Capreol. in* 1. *dist.* 38. *q. vn. in prob. conc.* 4. *Caieta.* p.p. *q.* 14 *a.* 13. *quoad* 1. *& seqq. Et qu.* 19. *ar.* 8. §. 2. *disting. Ferrarien* 1. *con. gen. cap.* 67. §. Ad euiden. 2. *duby. Gabriel in* 1. *dist.* 38. *q. vn. ar.* 2. *concl.* 3. *Palac. disp. vn. concl.* 8. *Bannez p.p. q.* 19. *ar.* 8. *contl.* 7. *Zumel p.p. q.* 14. *a.* 13. *q.* 4. *concl.* 4. *& q.* 19. *a* 8. *q.* 2. *concl.* 8. *Molin. p.p. q.* 14. *a.* 13. *disp.* 11. *Valent. ibid. pun.* 5. *§. neque vero: Vasquez.* p.p. *disp.* 100. *cap.* 3. *Suarez in Metaph. disp.* 19. *sect.* 3. Prob. 1. ex

Prob. 1. S. Thomas. S. Tho. p.p. qu. 14. ar. 13. ad 1. *Vbi, Licet*, inquit, *causa suprema sit necessaria, tamen effectus potest esse contingens, propter causam proximam contingentem: sicut germinatio plantæ est contingens, propter causam proximam contingentem, licet motus solis qui est causa prima, sit necessarius.* Idem docet 1. *con. gen. c.* 67.

Prob. 2. ratione: Prima rat. 5. *& q.* 2. *de verit. a.* 14. *ad* 5. & alibi. Prob. 2. Ex eo quòd Deus necessariò præberet hunc influxum, quem de facto præbet, causis secundis, non extraheret eas à connaturali modo operandi ipsarum; nec fortiùs, nec intensiùs moueret volũtatem, quàm reipsâ mouet. ergo adhuc relinqueret eam in operando liberam, stante .n. eodem modo intrinseco operandi, cum ijsdem principijs formaliter influentibus. staret eadem operandi libertas. *Confirm.* Confir. Repugnat causam liberam necessariò operari, nullâ factâ intrinsecâ variatione in principio operãdi ipsius. Posito autẽ eodẽ concursu, qui nũc est, nulla fieret intrinseca mutatio in causa 2. liberâ. 2. Non minùs nunc causa 1. ex immutabili decreto necessariò concurrit cum causis liberis, quàm concurreret in eo casu ex necessitate naturæ: sed non obstante hâc necessitate decreti, nihil demitur de libertate causæ 2. ergo nec tunc. *Ratio 2.* *Tertia* 3. Habitus & cognitio in opinione eorum, qui docent, cognitionem actiuè concurrere cum voluntate, necessariò operantur: ergo nec obstante necessitate causæ 1. volũtas liberè operabitur. *Tertia* 4. Ex vnâ præmissâ necessariâ & aliâ contingente non sequitur conclusio necessaria, sed contingens: ergo ex causâ 1. necessariâ, & 2. liberâ non sequitur actio necessaria, sed libera. *Confirm.* Confirm. Influxus causæ 1. & vniuersalis modificatur in causa 2. & particulari iuxta naturam particularis: ergo etsi influxus causæ 1. esset necessarius, si secunda esset libera; illius influxus modificarerur iuxta conditionem causæ 2. particularis. *Quinta* 5. Causa 1. liberè agente, causa 2. naturalis necessariò agit: ergo è conuerso, primâ necessario agente, secunda liberè ageret. Ita .n. se habet prima liberè agens ad secundam naturaliter agentem; vt prima necessariò agens ad secundam liberè agentem. *Sexta Dionys.* 6. Bonum ex Diony. est ex integrâ causâ; malum ex quocumque defectu: ergo ex solâ causa necessariâ, & aliâ liberâ non sequitur effectus necessarius, sed liber. *Confir.* Confirm. ex causa 1. rectè, & secunda obliquè operante, sequitur effectus obliquus & defectuosus: ergo ex primâ necessariâ, & secundâ liberâ sequetur effectus contingens & liber. *Probat* 7. Vasquez. Si Deo necessariò operante, non posset voluntas liberè operari, vel esset, quia Deus necessariò illam vocaret cogitatione necessitante: contrà; sola visio beata potest necessitare voluntatem creatam. Vel quia deberet Deus necessariò cum illâ cooperari, vt natura causæ 2. postulat: at hoc modo non tolleret, sed conseruaret eius libertatem. Vel demum necessitaret illam, prædefiniendo omnes eius actus: at hoc facere non posset: nam nec nunc, dum liberè nobiscum operatur id facere potest saluâ libertate. *Septima Vasquez.*

73. *Secundæ sent. neg.* NEGANT *Scot. in* 1. *dist.* 2. *q.* 2. §. ostenso & *ad* 1. argum. & *dist.* 8. *q.* 5. *contra*: & dist. 38. §. *quantum ad* 1. & in 2. *dist.* 1. *q.* 3. §. *sequentes: Lychet. in* 1. *dist.* 2. *qu.* 2. §. ostensum: *Mayro.* in 1. *dist.* 38. *q.* 1. §. *secunda: Fauenti. in* 1. *dist.* 39. *disp.* 53. Fundam. Scoti. *Fundam. Scoti* Causa, quæ non mouet, nisi mota, si necessariò mouetur, necessariò mouet. Voluntas non mouet, nisi à Deo mota: ergo. *Confir.* Confir. Causa 1. priùs naturâ attingit effectum, quia intimiùs & independentiùs quàm secunda: sed, attingente Deo prius naturâ effectum, non potest secunda eundem non attingere; cùm vna sit vtriusque indiuisibilis actio. *Notandum.* Nota propositam hypothesim intelligi dupliciter. 1. vt nulla mutatio fieret in concursu causæ 1. nec quoad entitatem, nec quoad modum. 2. vt saltem in modo concausandi fiat mutatio in concursu causæ 1.

74. *Prima conclusio. Prob.* DICO 1. Si nulla saltem in modo concausandi in eâ hypothesi intelligeretur in concursu causę 1. facta mutatio, adhuc illâ necessariò operante, secunda

Digitized by Google

cunda liberè operari posset. Fundam. nullâ factâ mutatione in concursu primæ, nec in entitate, nec in modo coagendi cum voluntate, nulla fieret mutatio in principio ipso intrinseco operandi. Implicat, vt principium intrinsecum eodem modo se habeat quoad omnia ad operandum requisita, & nihilominus ex libero fiat necessariò operans

Confirm. libertas voluntatis creatæ non desumitur à libertate increatæ: eâ enim liberè operante, potest creata necessariò operari; sed à libertate ipsius creatæ: ergo si hæc maneret inuariata quoad omnia ad agendum requisita, etiamsi causa 1. variaretur de liberâ in necessariam, non propterea variaretur secunda; quæ non est formaliter libera libertate primæ, sed suâ propriâ, quæ semper manet inuariata, quamdiu manent inuariata omnia ad agendum prærequisita, per ordinem ad quæ constituitur causa 2. formaliter libera.

75. *Concl. 2.* DICO 2. Si in hypothesi intelligeretur facta mutatio in concursu primæ causæ saltem in modo oblationis & coagendi cum voluntate, vt qui nunc offertur dependenter in concausando à voluntate offerretur independenter ab eâdem, rectè sequeretur, operante Deo necessariò, necessariò voluntatem operaturam. *Fundam.* Fundam. libertas creaturæ non solùm pendet ex entitate concursus causæ 1. sine quo nulla creatura est potens ad operandum; sed etiam ex modo, quo talis concursus nobis offertur, & quo nobiscum ad actus concausandos concurrit. Ergo etiamsi nulla fiat mutatio in entitate concursus, vt fortior intensiorque offeratur, si tantùm mutatio fiat in modo ipso offerendi & concurrendi cum voluntate, vt qui nunc offertur dependenter à voluntate, in eâ hypothesi offerretur independenter ab eâ, tolleretur libertas. Antec. prob. vt voluntas sit libera, non solum debet habere omnia ad operandum, vel non operandum prærequisita quoad entitatem, sed etiam quoad modum ea ad operationem applicandi, vel non applicandi. Ergo si sola mutatio fiat in modo concurrendi, etsi nulla fiat in entitate concursus, tollitur libertas. Antec. Prob. potentia libera est, quę positis omnibus ad operandum requisitis, in potestate habet operari, vel non operari. Vnde si idem numero concursus naturâ præueniat voluntatis cooperationem, tollit libertatem, quia tollit potestatem liberè illum applicandi: nam tunc applicatio concursus ad actum non esset in nostrâ potestate. Quod sic *ostendo*. Vna eademque indiuisibilis actio est causæ primæ & 2. ergo implicat, illam poni vt actionem primæ, & non poni vt actionem secundæ: quod n. indiuisibile est, non potest partim ab vnâ poni, partim ab aliâ causâ non poni. Ergo si vt actio primę ponitur independenter à liberâ applicatione voluntatis, eadem vt est nostra cooperatio, non poterit esse nobis libera. Quod enim ponitur independenter à voluntate, inchoat actionem independenter à liberâ applicatione & determinatione voluntatis; proinde tunc ratio applicandi & determinandi voluntatem ad actum, non esset ab ipsâ liberâ potestate, sed à concursu causæ 1. præuenientis, non tempore, sed naturâ cooperationem voluntatis. Vnde esset quidem voluntatis cooperatio simul duratione cum concursu causæ 1. posterior tamen naturâ illo. *Confirm.* Confirm. ideò Physica prędeterminatio confutatur, quia illa, licet simul tempore, priùs tamen naturâ præuenit cooperationem arbitrij: cùm libertas priùs naturâ debeat ad actum se determinare: nec sufficit vt physicè tantùm & tempore sit simul cum concursu causæ 1.

76. *Si idem cõcursus præueniat voluntatis cooperationem, tollit libertatem.*

* *Dices*; nequit explicari hæc naturæ prioritas in actione indiuisibili: prius n. naturâ est, quod est causa alterius; posterius quod causatur ab alio: at nec actio causæ 1. causat actionem secundæ, nec actio secundæ causat, vel causatur ab actione primæ, sed vtraque simul causatur à Deo, & à creaturâ. Resp. hanc naturæ prioritatem, & posterioritatem in vna eademque actione causæ 1. & 2. non saluari physicè, cùm neutra alteram physicè causet, vel causetur, sed tantùm moraliter: eo modo quo saluatur in indiuisibili actione procedente à liberâ voluntate, & ab habitu cum eâdem ad eundem actum simul cooperante. Hæc moralis naturæ prioritas, & posterioritas explicatur per hanc causalem: Ideò Deus cum voluntate concurrit, quia voluntas concurrit: Non contrà: Ideo voluntas concurrit, quia Deus concurrit. Tametsi aliâ ex parte voluntas ita pendeat ex diuino concursu antecedenter oblato, & concomitanter influente, vt sine eo inchoare liberam suam actionem non valeat. 77. *Dices.* *Prioritas & posteriõritas in eadem act. õnẽ causa 1. & 2. saluantur moraliter.*

Vlterius verò inquiri potest; quid absolutè, posità tali hypothesi, futurum esset, necessariòne, an liberè voluntas operatura esset? Resp. hoc absolutè definiri non posse, sed iuxta qualitatem hypothesis. si hypothesis ponatur, quòd Deus necessariò ageret ex necessitate naturæ antecedenter ad suam voluntatem: Tunc eo necessariò agente, non posset voluntas creata liberè agere: quia tunc necessariò futura esse mutatio in concursu causæ 1. Nam cùm ille non penderet à voluntate Diuina, sed tantùm à naturâ Dei, non posset offerri voluntati attemperatiùs quoad modum agendi dependenter à liberâ voluntate. Sin hypothesis ponatur, quòd Deus necessariò quidem, sed dependenter à suâ voluntate operaretur: à quâ necessitaretur ad concurrendum cum creaturis, iuxta earum exigentiam: vt nonnulli docent, ex suppositione quòd Deus operatur ad extra, necessariò operari id, quod tanquam melius sibi ab intellectu proponitur: Tunc dicendum Deo necessariò operante, nos liberè operaturos. Nam in tali hypothesi Deus offerret suum concursum accommodatum nostræ voluntati, ac proinde in modo inchoandi actionem dependenter à nobis, vti de facto offertur nunc. Et fortè hoc modo aliqui ex antiquis posuerunt Deum agentem necessarium, non ex merâ necessitate naturæ antecedenter ad omnem ipsius cognitionem & volitionem, sed dependeret à suâ cognitione & volitione, à quâ tamen necessariò determinaretur ad suum concursum prębendum, iuxta naturalem exigentiam causarum 2. 78. *Vlterior quæstio.* *Ratiõ hypothesis.*

Iuxta hanc doctrinam sententię Thomist. & Scotist. conciliantur. Nam prima solùm procedit iuxta priorem assert. iuxta quam explicandus est S. Doctor & reliqui. Secunda iuxta posteriorem, quam solum probat fundam. Scoti cum suâ confirm. Vnde ad 1. Rationem, concedo antec. si Deus agendo necessariò, prębberet hunc eundem concursum, quem de facto prębet, inuariatum non solùm quoad entitatem, sed etiam quoad modum coagendi cum voluntate. Pari modo vera erit confirmationis *Maior*, si nulla fiat quoad entitatem modumue concurrendi cum voluntate mutatio: secus si mutatio fiat quoad modum. Ad 2. neg. Maior, si comparatio fiat inter modum, quo nunc Deus necessariò nobiscum concurrit ex suppositione sui decreti, & quo concurreret ex merâ necessitate naturę, antecedenter ad omnem suæ voluntatis actum. Quia nunc licèt necessariò concurrat 79. *Thomist. & Scotist. sententiæ conciliantur.* *Ad 1. rationem prima sent.* *Ad confir.* *Ad 2.*

Digitized by Google

currat ex suppositione sui immutabilis decreti; tamen accommodatè concurrit, offerendo concursum dependentem in applicatione à nostrâ voluntate. Quo pacto non concurreret, si tantùm ageret ex purâ necessitate naturæ. Conced. si comparatio fiat inter modum, quo nunc nobiscum concurrit, & quo concurreret ex necessitate tantùm suæ voluntatis: quia tunc necessitaretur ad præbendum concursum iuxta exigentiam causarum secundarum. Ad 3. Neg. conseq. nam habitus vel cognitio, & si necessariò agant, tamen agunt dependenter à liberâ voluntate quia agunt vt causæ subordinatę illi in agendo. Ad 4. Distinguo. consequens: Ex causa 1. necessariâ, & 2. liberâ, vt libera formaliter, non sequitur effectus necessarius, sed liber, concedo: ex 1. necessariâ, & 2. liberâ tantùm materialiter, necessariâ formaliter, non sequitur effectus necessarius, sed liber, nego. Effectus .n. comparati debet ad suam causam, vt proximè & formaliter constitutam: operante autem Deo ex necessitate naturæ, causa 2. non esset formaliter libera, sed necessaria: igitur non posset effectus ab illâ procedere vt à liberâ, sed necessariâ formaliter. Sicut si præmissa contingens concurreret cum intellectu, non vt contingens, sed vt necessaria; non inferret cum aliâ præmissâ necessariâ conclusionem contingentem, sed necessariam. Ad confirm. antecedens est verum, quando influxus causæ 1. tribuitur secundę iuxta exigentiam ipsius. Ad 5. Concedo totum, si Deus necessariò agendo agat cum causâ liberâ iuxta exigentiam ipsius, sicut agit cum causâ naturali. Cęterùm libera potest liberè & necessariò agere, eodem concursu diuerso modo sibi oblato, dependenter in applicatione à sua potestate, vel independenter. Causa naturalis non nisi naturaliter agere potest: cùm non sit capax liberæ actionis, vti est capax actionis naturalis causa libera. Ad 6. distinguo. Consequens. Ex causâ necessariâ & liberâ formaliter sequitur effectus liber, concedo: ex necessariâ & liberâ tantùm materialiter, necessariâ formaliter sequitur effectus liber, nego. Ad confirm. neg. Conseq. Nam in antecedente sumitur causa recta & defectuosa formaliter; in consequente necessaria & libera tantùm materialiter. Cæterùm sicut ex causa recta & defectuosa tantùm materialiter, non necessariò sequitur actio defectuosa: ita ex causa 1. necessariâ, & 2. liberâ tantùm materialiter non sequitur actio libera. Ad 7. in tali casu necessitas effectus nostræ voluntatis oriretur ex modo, quo concursus causę 1. illi offerretur independenter à liberâ applicatione ipsius. Cæterum falsum supponit *Vasquez*, non posse Deum absque læsione voluntatis creatæ, ipsius actus prædefinire. *vt 1. to. disp. 14. sect. 5.*

Ad tertiam

Ad quartâ

Ad Confir.

Ad quintam rat.

Ad sextam

Ad confir.

Ad septimâ

Ad fund. & Confir. Scoti.

Fundam. Scoti cum sua Confir. solùm procedit iuxta 2. assert. factâ nimirum per hypothesim mutatione in concursu causæ 1. quoad modum inchoandi actionem independenter à voluntate, non iuxta primam. Alioqui si suam opinionem Scotus fundet, vt videtur, quòd causa 2. in quouis statu non mouet, nisi vt prius naturâ à Deo mota, etiam de facto tolleretur à nobis libertas: quia nec de facto voluntas moueret, nisi vt prius naturâ à Deo mota. Quare falsum est; causam 2. non mouere, nisi vt à Deo priùs naturâ motam, sed sufficere, vt moueat simul tempore & naturâ cum Deo ipso mouente.

80. *Radix contingentiæ totius vniuersi*

Ex dictis definiri potest radix contingentiæ totius vniuersi, sc. sola voluntas Diuina, quæ ita hunc mundum produxit, vt potuerit illum non producere: generaliter enim illa est radix contingentiæ, quę est causa, vt ita aliquid sit, vt potuerit non esse: aut contrà. Si verò quæras radicem contingentię humanorum actuum; remota est diuina voluntas, quę nos libero arbitrio prędditos creauit, concursumq; suum ita voluntati attemperauit, vt in nostrâ potestate sit operari, vel non operari. Proxima est voluntas humana, quę positis omnibus ad operandum prærequisitis, ita operatur, vt possit non operari. Primum prob. illa est remota radix contingentię, quæ est causa proximæ radicis contingentię: sola Dei voluntas est causa proximæ radicis conting. actuum human. ergo. Secundum constat: illa enim est proxima radix conting. quę est proxima causa vt res sint vel non sint: At proxima causa, vt humanæ operationes sint vel non sint, est hominis libertas, à quâ illę proximam sortiuntur libertatem: ergo.

totius vniuersi.

Humanorũ actuum.

DISPVTATIO VII.

Varia diuisio actuum voluntatis.

1. HACTENVS de voluntate & modo operandi ipsius: nunc de varijs ipsius actibus. Quia verò voluntas duplex habet obiectum, bonum vt prosequatur, & malum vt fugiat; explicanda est duplex series actuum, quos circa illud exercet.

2. *Prima diuisio actuum prosecutionis, & fugæ.*

Potissima diuisio, quæ radix est cæterarum, est in actum prosecutionis & fugæ, seu amoris & odij: obiectum illius est bonum; huius verò malum. In quâ nota ex *Caietan. 1. 2. q. 8. ar. 3. ad 3.* omnem actum odij, fugæ, tristitiæ, & vniuersaliter circa malum, in se claudere virtualiter, vt principium & radicem sui, oppositum actum boni, seu amorem oppositi boni; ideo .n. odi, fugio, & tristor de malo, quia amo & volo oppositum bonum; quod est prima radix, cur odi & fugio malum. Ex quâ doctrinâ vlteriùs colligitur, posse eundem actum respectu diuersorum simul esse, velle & nolle, amorem & odium, prosecutionem & fugã: vt patet in actu contritionis, qui simul est fuga & detestatio peccati, & amor seu charitas Dei: contrà verò odium personæ, simul est displicentia & fuga personę, & desiderium seu prosequutio eorum, quę sunt illi mala: quo fit vt tales respectus non causent in actu essentialem diuersitatem in specie infimâ, cùm duę species infimæ simul nõ coalescant in vnam entitatem physicam actus. Hoc tamen intellige, quando tales actus comparantur ad diuersa obiecta; quando .n. comparantur ad idem; distinguuntur essentialiter, vt amor personę ab odio inimicitię eiusdem personę, & amor concupiscentię circa rem à fuga & detestatione eiusdem rei.

3. *Secunda in amorem amicitiæ, & concupisc.*

Secunda diuisio est, in amorem amicitię & concupiscentiæ; obiectum illius est bonum personę, vt bonum personæ est, ad quã amor amicitiæ seu beneuolentię tendit: Obiectum huius, est bonum, quod alteri concupiscitur tanquam fini *Cui*. Hæc diuisio est S. *Tho. 1. 2. qu. 26. ar. 4.* & *Caiet. ibid.* cum quo *nota*, hanc non tam esse amoris, quàm amatorum: idem quippe amor secundùm diuersos respectus dicitur amicitiæ & concupisc. amicitiæ, quà refertur ad personam; concupiscentię, quà refertur ad bonum, quod personæ concupiscitur: non .n dari potest amor, qui sit aut solius amicitiæ, aut solius

Digitized by Google

lius concupisc. sed quilibet amor vtrumque respectum simul inuoluat, necesse est; cùm nec amari possit persona, quin aliquod bonum illi ametur; nec bonum aliquod concupisci, quin alicui personæ concupiscatur.

4. *Tertia in odium inimicitiæ & abominationis.* Tertia diuisio est, in odium inimicitiæ & abominationis: illud opponitur amori amicitiæ, & versatur tantùm circa personam: hoc respondet amori concupiscentię, & versatur circa rem malam; quam nollemus personæ ex affectu beneuolentię. Vbi acutè notat *Caiet. 1.2. qu. 19. art. 1.* discrimen: nam tam amor amicitię, quàm concupisc. vniformiter se habet ad suum obiectum scilicet per modum prosequutionis & complacentiæ: odiū verò inimicitię & abominationis difformiter; odium .n. inimicitiæ ad personam se habet per modum fugæ & auersionis; ad malum per modum prosequutionis & complacentiæ: odium abominationis contrà ad personam se habet per modum prosequutionis; ad malum per modum fugæ & detestationis: cùm .n. amo sanctitatem amico, ad vtrumque tam ad sanctitatem, quàm ad amicum feror affectu complacentiæ: cùm odi inimicum desiderando illi malum, ad inimicum feror affectu fugæ & displicentię: ad malum, quod illi desidero, affectu prosecutionis: placet .n. malum inimici, idque ex personæ displicentiâ. Tandem cùm odi malum alicui affectu abominationis, respectu personę habeo affectum prosecutionis: respectu mali affectum fugæ: detestor .n. malum amico ex complacentiâ amici. Ex his infertur, nullum dari odium abominationis, quin simul virtualiter & implicitè adiunctum habeat affectum beneuolentiæ: quia omne malum, quod detestor, ex affectu alicuius personę detestor. Pari ratione, nullum dari odium mali concupiti absque affectu inimicitiæ: quia omne malum, quod concupiscо, alicui concupiscо.

5. *Coroll.*

6. *Dices Resp.* *Dices:* ergo etiam cùm mihi malum concupiscо, ex affectu inimicitię mihi concupiscо. Resp. nego conseq. affectus enim inimicitię requirit, vt malum quod concupiscitur, non concupiscatur sub ratione boni, vel remotionis maioris mali, cuiusmodi est affectus, quo mihi vel amico malum concupiscо, sed vt concupiscatur sub ratione mali, quà malum est personæ, quo modo non possum mihi malum concupiscere.

7. *Quarta* Quarta diuisio est, in actum circa bonum præsens & futurum. Circa 1. versatur fruitio seu delectatio: circa 2. si sit sub nostrâ potestate, desiderium: si sub alterius, cuius auxilio adiuuari confidimus, spes. Hic nota discrimen: amor enim versatur circa bonum, vt sic, abstrahens à bono præsenti & futuro: reliqui actus assignati versantur circa bonum aut præsens, vt delectatio, fruitio, gaudium; aut futurum, vt desiderium & spes.

8. *Quinta diuisio* Quinta diuisio est, in actum circa malum præsens & futurum. Circa illud versatur tristitia: circa hoc timor vel metus, qui semper coniunctus est cum aliquâ credulitate mali non futuri: alioqui quando euidenter cognoscitur malum futurum, non ampliùs timetur, sed desperatur. Cęterùm cùm duplex sit amoris obiectum, persone, quę amatur & boni, quod personę amatur; duplexque obiectum odij, persona, quę odio habetur; & res ipsa, quę detestatur; delectatio & tristitia, quatenus sunt actus ab amore & odio distincti, non versantur immediatè circa personam, sed circa rem concupitam, aut detestatam: delectamur enim de bono concupito, non de personâ cui concupiscimus, nisi quatenus persona respici potest, vt res quędam delectabilis. Tristamur non de personâ, quam odio habemus, nisi quatenus illam apprehendimus vt malum nostrum, sed de re ipsa, quam detestamur.

9. *Vltima in actum circa finem, & circa media.* Vltima diuisio est, in actum circa finem, & circa media. Prior respicit rationem boni per se diligibilis, posterior rationem boni vtilis diligibilis propter aliud. Porrò specifica diuersitas in his actibus desumenda est ex proximo obiecto formali, circa quod versantur. Cùm autem formale obiectum voluntatis sit bonum, ex diuersâ ratione boni desumenda est specifica diuersitas eorum. Cùm verò bonum voluntatis sit duplex, finis, & mediorum, non solùm ex diuersâ ratione finium, sed etiam mediorum desumenda erit specifica diuersitas actuum voluntatis. His vniuers. fundamentis descendo ad particulares actus voluntatis.

DISPVTATIO. VIII.

Quib. actib. voluntas fertur in finem.

1. *Voluntas quid?* TRIBVS actibus voluntas fertur in finem, voluntate, intentione, fruitione. *Voluntas* est affectus simplicis complacentiæ, quo appetitus rationalis fertur in obiectum vt amabile propter se. Intentio est actus, quo eadem voluntas fertur in finem vt assequibilem per media. Fruitio est delectatio de fine iam adepto, pertinens ad potentiam appetitiuam. Primum actum elicit voluntas ex præuiâ cognitione finis amabilis propter se contra *Capreol. in. 2. dist. 24. qu. vn. a. 3. ad 8. contra. 5. concl. & dist. 25. a. 3.* ad 1. *Henrici contra 2. concl.* putantem, illum produci à solo Deo, passiuè tantùm se habente voluntate. Fundam. nostræ assert. quia hic actus est vitalis & voluntarius, non minùs quàm reliqui voluntatis: sed de ratione vitalis & voluntarij est, vt procedat à principio intrinseco cognoscente. Nec est necesse, vt semper hic actus sit necessarius, quippe qui liberè potest à voluntate elici, si eliciatur ex cognitione perfectè indifferente & quoad specificationem, & quoad exercitium. *Capreolus.*

2. *Intentio quid?* *Intentio* est actus solius voluntatis præsupponentis directionem intellectus. Est contra *Bonauent. in 2. dist. 38. a. 2. q. 2.* existimantem, esse actum vtriusque potentię intellectus & voluntatis simul. sed contra: tum quia ex *Arist. 6. Ethic. 12.* & ex Sacris oraculis, Intentio est idem, quod propositum: *vt secundùm electionem*, inquit Paulus ad Rom. 9. *propositum Dei maneret.* Propositum autem ad solam voluntatem spectat, vt constat ad *Ephes. 1. Secundùm propositum voluntatis suæ.* Tum quia vt optimè S. *Thom. 1.2. q. 12. a. 1.* eius potentiæ est intendere, cuius est in finem se mouere: at solius voluntatis est in finem se mouere, igitur & tendere. Maior prob. nam intendere est in finem se mouere: ergo eius potentiæ est intendere, cuius est in finem se & reliquas potentias mouere. Datur autem intentio finis etiam non vltimi simpliciter sc. cùm detur finis secundùm quid, datur & motus vitalis in illum, qui est intentio. Ex his sequitur 3. hunc actum semper esse liberum & quoad exercitium, & quoad specificationem: quia supponit notitiam collatiuam mediorum cum fine, & finis cum medijs, ex quâ originatur perfecta libertas: quòd autem sit liber vtroque modo, Prob. quia tendit in finem assequibilē per media, ratione quorum potest, etiam finem vltimum propter difficultatem

Digitized by Google

tatem mediorum odisse: in quo differt à simplici voluntate, quę quia in obiectum fertur per modum simplicis duntaxat complacentiæ, non potest, saltem in plerisque, circa vltimum finem esse libera quoad specific. sed tantum quoad exercitium: quia ad primum actum voluntatis non proponitur finis vt assequibilis per media, sed absolutè diligibilis propter intrinseçam bonitatem sui. Controuertitur, An intētio actiuè concurrat ad actum electionis. Affirmant *Gregor. in* 1. *dist.* 1. *qu.* 1. *ar.* 2. *in* 1. *confir.* 1. *concl.* & *Vasquez* 1. 2. *disp.* 37. *nu.* 21. Probat Vasquez, quia per electionem non appetuntur media vt absolutè bona propter se, sed vt vtilia; ergo non sufficit nuda voluntas ad eam eliciendam. Quia hæc noua ratio vtilis, propter quam media ipsa appetantur, postulat in voluntate intentionem finis, cuius est influere & mouere ad electionem. *Negant* alij *probabiliùs*. Quia nuda voluntas sufficit ad electionem eliciendam, præsuppositâ tantùm intentione finis. Neque ad nouam rationem vtilem necessaria est noua causa influens, cùm eiusdem facultatis sit appetere finem, & media propter finem.

4. *An concurrat actiuè*

5.

Fruitio est delectatio de fine adepto, pertinetque ad potentiam appetitiuam, vt ab amore distinguitur: Est S. *Thom.* 1. 2. *q.* 11. *ar.* 1. *Caiet. ibid.* &c. *contra Scotum in* 1. *dist.* 1. *q.* 4. qui illam ponit in amore: nec non contra Sotum, qui illam collocat in visione. Prob. *ex Durand. in* 1. *dist.* 1. *quæst.* 1. *num.* 7. Eiusdem potentię est moueri ad terminum, & quiescere in termino: solius autem potentiæ appetitiuæ est, moueri per desiderium ad bonum habendum: ergo eiusdem erit quiescere in bono habito; quiescimus autem in bono habito, cùm eius fructum delectando & fruendo cum quadam suauitate capimus. Quo clarum fit fruitionem propriè sumptam esse tantùm vltimi finis simpliciter, cùm ex Augustino, creaturis fruēdum non sit, sed vtendum: Nec posse esse fruitionem finis in spe habiti nisi imperfectam.

6. *Fruitio quid sit*

Dubitatur 1. An fruitio seu delectatio sit actiuè à voluntate. Negant *Scotus in* 3. *dist.* 15. *q. vn.* §. *aliter: & in* 4. *dist.* 49. *quæst.* 7. §. *Resp. &* §. *dico: Ocham. in* 1. *dist.* 1. *qu.* 3. *art.* 2. *Gabriel qu.* 3. *art.* 2. qui putant, vel illam actiuè produci ab obiecto, passiuè tantùm se habente voluntate, vt *Scotus*; vel ab actu voluntatis, vt reliqui. Addit tamen *Gabriel* discrimen inter delectationem intellectualem & sensitiuam, quòd illa sit ab actu voluntatis, hæc à cognitione sensitiua. Quod putat esse de mente Scoti. Probant 1. Tristitia non est actiuè à voluntate, sed ab obiecto tristi: ergo nec fruitio est à voluntate. Antec. prob. tum quia nemo se ipsū contristat: tum quia si esset operatio, esset nolitio; at Deus & beati possunt summè nolle tristari; nō possunt: ergo tristari non est idem quod nolle. 2. *Si* delectatio esset effectiuè à voluntate, in potestate ipsius esset delectari & non delectari: at id in potestate voluntatis non est, quia præsente obiecto necessariò delectamur, vel tristamur.

7. *Negāt fruitionem esse actiuè à voluntate*

Probant 1. *à pari*

2.

8. *Affirmant Aureol. in* 4. *dist.* 1. *in* 2. *parte dist. art.* 1. *Argent. qu.* 1. *art.* 2. *Mayron. in* 1. *dist.* 1. *qu.* 2. *Gregor. qu.* 2. *art.* 2. *concluſ.* 1. *Maior qu.* 6. *concl.* 2. *Caiet.* 1. 2. *qu.* 31. *art.* 4. *&* 1. *parte qu.* 64. *art.* 3. *Conrad.* 1. 2. *qu.* 32. *art.* 1. §. *Nota tamen: Ferrari.* 1. *cont. Gent. cap.* 9. §. *circa prob. Vasquez* 1. 2. *disp.* 14. *cap.* 2. *Quæ sent. verior est:* & colligitur ex *S. Thom.* 1. *con. Gen. cap.* 9. vbi delectationem & gaudium appellat operationes appetitus & volūtatis. Fundam. Delectatio est actus vitalis ac maximè spontaneus: est enim, vt illam *cit. loco* definit *S. Thom. quædam voluntatis quietatio in suo volito*. De ratione autem actus vitalis ac spontanei est, vt procedat ab intrinseco principio vitæ.

Affirmant Aureol. &c.

Fundam.

Ad 1. argum. neg. antec. eodem enim modo tristitia est actiuè à voluntate sicut & delectatio, cùm vterque sit actus vitalis & spontaneus. Ad 1. prob. neg. assump. Ad 2. dico, tristitiam esse nolitionem, sicut delectatio est volitio: omnis enim prosecutionis actus est volitio: vt omnis actus fugę est nolitio. Deus & beati nolendo non tristantur, quia tristitia est de malo apprehenso vt proprio; quale Deus nullum apprehendere potest, nec tristari: Beati verò ratione status tristitiæ capaces non sunt. Ad 2. neg. sequel. Nam esto in potestate voluntatis non sit non delectari, vel non tristari præsente obiecto delectabili vel tristi, de quo mox: haud tamen rectè sequitur, delectationem à voluntate effectiuè non procedere: nam nec in potestate voluntatis est, amorem beatificum non elicere, & tamen amor beatificus actiuè procedit à voluntate.

9. *Ad 1. oppositę. Tristitia est voluntatis nolitio*

10. *Ad 2.*

Dubitatur 2. An delectatio & tristitia sint actus liberi. Affirmat *Vasquez cit.* disp. cap. 1. Quia per huiusmodi actus mereri ac demereri possumus: Per nullum autem actum necessarium mereri & demereri possumus. Maior prob. Quia delectari de gloriâ Dei, est actus meritorius, vt tristari de peccato, quà offensa Dei est: & contrà delectari de peccato, vt tristari de bono proximi vel Dei, actus demeritorij. Negant *Caiet. cit. Mayron.* & alij. Pro dubij explicatione, Nota 1. hanc controuer. tantùm esse de delectatione & tristitia, quas in hac vitâ elicimus; non de delectatione, quam beati de vltimo fine clarè viso, & de tristitiâ, quam damnati de amissâ beatit. in aliâ vita eliciunt. 2. Non esse de obiecto delectabili, tristi, antequam voluntati applicetur. Sicut enim liberum est voluntati, sibi obiectum delectabile, aut triste applicare, vel non applicare; ita liberum erit de ijsdem delectari, aut tristari. Sed controu. est, an ijs applicatis, in potestate voluntatis sit, ijs delectari aut tristari. 3. Dupliciter posse obiectum voluntati applicari: vno modo per solum actum intellectus, quo delectabile aut triste obiectum cognoscatur tantùm. Alio modo, per actum amoris, quo delectabile diligitur, & per actum fugę, quo triste repudiatur.

11. *Affirmant Vasquez*

12. *Nota* 1.

13. *Nota* 2.

14. *Nota* 3.

Dico 1. Voluntas non necessariò delectatur, aut tristatur de obiecto per cognitionem tantùm applicato. Fundam. nullum obiectum in hac vita voluntatem necessitat ad sui prosecutionem, & fugam; ergo à fortiori, neque ad delectationem, vel tristitiam: quia delectatio supponit amorem, & prosecutionem obiecti; tristitia odium & fugam: ergo si non necessitet ad amorem & odium, nec necessitabit ad delectationem & tristitiam. Antec. prob. nullum obiectum in hac vita continet, vel omnem rationem boni; vel omnem rationem mali: at illud tantùm obiectum voluntatem necessitat vel ad exercitium amoris, quod continet omnem rationem boni, vel ad exercitium odij, quod continet omnem rationem mali, qualis est amissio æternæ felicitatis.

15. *Prima Cōcluſio.*

Prob.

Dico 2. Voluntas necessariò delectatur de obiecto sibi applicato per amorem, sicut necessariò tristatur de obiecto sibi applicato per fugam & detestationem, nisi expressè nolit de ijs, etiam per amorem & odium sibi applicatis delectari & tristari: Prior pars prob. ipse amor est delectatio inchoata, vt est actualis & exercita obiecti complacentia; ideò hoc ipso quòd quis vult amare, implicitè

16. *Secunda Concluſio.*

Digitized by Google

plicitè & virtualiter vult de obiecto delectari; vt qui vult inchoationem rei, implicitè & virtualiter vult complementum eiusdem. Vnde amor connaturaliter secum affert delectationem, sicut fuga tristitiam. *Confir.* Confirm. non per quamcunque obiecti cognitionem potest liberè operari, sed per illam tantùm, quæ perfectè repræsentat obiecti indifferétiam: at non semper cognitio, quæ perfectè repræsentat obiectum quoad indifferentiam amabilitatis, repræsentat illud quoad indifferentiam delectabilitatis: ergo tunc liberè voluntas poterit ferri ad obiectum per amorem, necessariò verò per delectationem. Posterior prob. cùm delectatio sit distinctus actus à dilectione, & non sit de obiecto infinito, sicut & tristitia cùm sit distinctus actus à fuga, & non sit de obiecto infinitè malo, poterit voluntas suspendere tam delectationem, quàm tristitiam circa obiectum per amorem & fugam applicatum. 17. *Secunda pars prob.*

18. *Dices.* *Dices*: Stante intentione finis nullo modo potest voluntas omittere electionem mediorum: ergo stante dilectione obiecti, nullo modo potest voluntas cohibere actum delectationis. *Resp.* Resp. neg. conseq. quia media sunt volita ipso actu intentionis, quę est prosecutio finis assequibilis per media, atque adeò in ipso actu intentionis est simul volita electio mediorum; at in ipso amore non est necessariò volita delectatio, nisi tantùm connaturaliter & inchoatiuè: vnde poterit voluntas perseuerare in vno, & cessare ab alio. Quia verò voluntas non solum delectari potest de obiecto, sed etiam de actu circa obiectum; quod inde patet, quia sæpè tristatur de obiecto & delectatur de actu ipso tristitię, vt constat de pœnitente, qui tristatur de peccato, & delectatur de tristitia circa peccatum; videndum est, an sicut necessariò delectatur de obiecto, quod amat, & necessariò tristatur de obiecto, quod odit, nisi expresse delectari & tristari nolit; ita necessariò etiam delectetur de dilectione ipsa, quà obiectum diligit. Et quidem de dilectione virtuali & implicitâ dubium non est, quia hęc est ipsa explicita delectatio obiecti; quæ simul est implicita & virtualis delectatio actus circa obiectum, sed difficultas est de expressa & formali. Pro quâ

19. *Tertia Conclusio.* Dico 3. Voluntas non hoc ipso quòd delectatur de obiecto, quod amat, expresse delectatur de actu ipso amoris. Fundam. ad expressam delectationem de actu, opus est distinctâ cognitione reflexâ de actu ipso vt amabili & delectabili; ad quam non necessariò voluntas mouet intellectum. Id intellige tantùm de delectatione & tristitia appetitûs rationalis, nõ sensitiui; qui sicut necessariò delectatur de obiecto apprehenso vt bono, ita necessariò tristatur de eodem apprehenso vt malo; cùm necessariò feratur in obiectum debitè approximatum.

20. *Negat Aureol. affirm. S. Thomas* *Dubitatur* 3. an delectatio differat à gaudio. Negat *Aureol. in 1. dist. 1. in 2. p. dist. fine*, cui videntur delectatio, complacentia, lætitia, gaudium, amor, dilectio, esse synonima, & sola nominum impositione differre. Affirmat S. *Tho.* 1. 2. q. 31. a. 3. cui magis assentior. Fundam. eius: gaudium est tantùm de ijs, quæ consequuntur rationem; delectatio etiam de ijs, quę consequuntur sensum; vnde bruta dicuntur delectari, non gaudere: & constat gaudium esse speciem delectationis, minusque latè patere. S. *Doctori* lætitia, exultatio, iucunditas videntur significare idem ac gaudium, per ordinem ad diuersos affectus, quos causat. Dicitur lætitia, quà cor dilatat; exultatio, quà ab internis per signa prosilit ad externa; iucunditas à peculiaribus signis lætitiæ.

21. *Tristitia differt à dolore.* *Dubitatur* 4. An tristitia differat à dolore. Affirmat S. *Tho.* 1. 2. q. 35. a. 2. nam dolor causatur ex apprehensione sensus externi; tristitia ex appreh. interioris siue intellectûs, siue æstimatiuę facultatis: ita n. se habent dolor & tristitia, sicut delectatio & gaudium: quia sicut delectatio causatur ex apprehensione exterioris boni, gaudium ex appreh. boni interioris; ita dolor ex appreh. exterioris mali, tristitia ex appreh. interioris.

22. *Differentia actuum* *Dubitatur* 5. quâ ratione differat Intentio, desiderium, Spes, Fruitio. Resp. Fruitio differt à reliquis, quia versatur circa bonum præsens, reliqui circa futurum: Intentio à desiderio & spe, quia est solùm circa finem assequendum per media: desiderium & spes esse possunt etiam de medijs, spes addit respectum ad alterum, auxilio cuius speramus aliquid consequi; desiderium quatenùs est sub nostrâ potestate, vel aliquo modo potest nobis contingere.

23. *Intentio electioque vnus actus* *Dubitatur* 6. An & quando intentio finis sit idem actus cum electione mediorum. Resp. 1. voluntatem attingere posse finem per affectum simplicis complacentiæ, nullo nec implicito respectu ad media; sicut etiam ferri potest in media materialiter propter absolutam ipsorum bonitatem, nullo respectu ad finem. 2. quando voluntas tendit in media formaliter, ita vt ratio volendi media sit ipse finis; tunc est vera electio, & vnicus actus formaliter continens intentionem. 3. quando finis intenditur formaliter seu efficaciter, eodem actu semper tendit in media distinctè, vel confusè. 4. intentio, quæ respicit attingitq; confusè media, distinguitur realiter ab electione, quæ fertur distinctè in medium hoc vel illud, cùm prior actus sit causa posterioris.

24. *Grauior difficul.* *Dubitatur* 7. An eodem actu voluntas intendere possit finem distinctè, & eligere medium distinctè? constat quòd hæc sit sufficiens ratio multiplicandi actus; & quòd hic vnus realiter, sit æquiualenter & formaliter duplex. Resp. affirmatiuè; & addo: Volens aliquem finem arduum, cuius assequendi media pendent ab alienâ voluntate, aut varijs auxilijs, prudenter suspendit intentionem finis efficacem, donec inuento congruentiore medio per vnum actum & intendat finem & eligat tale medium, nec finem velit nisi per tale medium. *Ratio clara* Quia si quis finem arduum intenderet efficaciter per media confusè, exponeret se periculo vel mutandi intentionem, cognitâ mediorum difficultate, quod esset leuitatis; vel agendi obfirmatiùs ad superandum difficultatem, quod esset temeritatis: Præsertim si finis ille acquiri debeat vt præmium ab athletâ. Hoc n. casu nullus Princeps intendit efficaciter coronam alicui, nisi præuiderit distinctè medium, eligatq; eodem actu, quando facilitas medij partialiter mouet voluntatem; ita vt nollet finem efficaciter, nisi posset facilè sic acquiri: tunc ratio intendendi est ipsa ratio eligendi: intendit. n. quia eligit; & eligit, quia intendit: nec intenderet, si non eligeret; nec eligeret, si non intenderet. Ita se gerunt plerumq; prudentissimi hominum, & Deus ipse circa prædestinationem Christi & hominum, vt suo loco dictum. Finis est formalis causa obiectiua quasi generica electionis: medium est formalis causa quasi specifica intentionis, seu finis dat genus actui, medium speciem. Non debet autem dici intentio vera causa electionis, cùm sit vnicus actus; & vera causalitas non nisi inter duo realiter distincta intercedat; sed bonitas finis intenta est

causa

Digitized by Google

causa formalis seu ratio appetendi medium; & congruitas medij electa est ratio partialis mouens ad intendendum finem: siue idem actus secundùm rationem genericam directè tendit in finem, indirectè in media; secundùm rationem specificam directè in media, iudirectè in finem. Electionis nomen non accipio hic strictè vt sit tantùm eorum, quæ per nos solos aguntur, sed eorum etiam, quæ aliquo modo sunt in nostrâ potestate, seu mediatè, seu immediatè; siue in re, siue in opinione nostrâ; ita vt electio sit actus efficax. Leg. S. Tho. 1. 2. qu. 13. ar. 4. cum suo Caiet.

DISPVTATIO IX.

De Electione.

1. HVcvsqve de actibus versantibus circa finem: modò de versantibus circa media. 1. de Electione, qui potissimus est circa media; est n. vt *Arist. define* 3. *Ethic. cap.* 2. eorum quæ ad finem spectant, & quo ex præconsiliatis vnum præ alio seligimus ad finem efficaciter consequendum: Electio non est finis formaliter, quia nemo cõsultat de fine; licet detur electio finis materialiter: ita sanitas, quæ finis est ambulationis potest esse medium respectu studiorum.

Aristoteles.

2. *Primum dubium.* *Quæritur* 1. Cuius potentiæ actus sit electio. Ratio difficul. est 1. auctoritas Philos. dubitantis, 6. *Ethic. cap.* 2. *Electio vel appetitivus intellectus vel appetitus intellectivus est.* 2. est auctorit. *Nysseni* 3. *Philos. cap.* 4 asserentis, electionem esse quid mixtum ex consilio & appetitu. 3. Electio peculiari titulo includit rationem, quam non includunt reliqui actus voluntatis; cùm tamen omnes actus voluntatis præsupponant rationem à qua dirigantur; ergo non solùm dicit illâ præsuppositiuè, sed etiam formaliter. Cõmunis tamen sent. quam docent. S. *Thom.* 1. 2. *q.* 13. *a.* 1. *Henric. quodl.* 1. *qu.* 16. *&* reliqui Scolast. *in* 1. *dist.* 1. & *in* 2. *dist.* 24. *&c.*

Ratio dubit. 1. 2. 3.

Electio est actus voluntatis. Electio est actus voluntatis, rationem peculiariter connotans; ita expresse *Aristot.* 3. *Ethic. cap.* 2. vbi electionem appellat propositum cum ratione, additque esse maximè virtuti affinem, & per eam nos non verum aut falsum dicere, sed bonos aut malos dici, quæ sunt proprietates solius actus voluntatis. Ratio ex ipso nomine constat, *& cit. loco Arist.* Electio est vnius præ alijs selectio: at nunquam censemur vnum præ alijs seligere, nisi voluntatis consensus accedat; ante quem non censetur peracta electio. Confir. electio proprièimportat actum, quo amplectimur medium ab intellectu iudicatum idoneum ad finem consequendum. Vnde ipsæ virtutes morales, quæ circa voluntatis actus versantur, habitus electiui dicuntur.

Prob.

Confirm.

4. *Controu. expeditur.* Dicitur electio præ alijs voluntatis actibus peculiari titulo rationem connotare? Eo quòd maximè ratio eluceat in ipsa inquisitione & collatione mediorum, tum inter se, tum cum fine ipso: & quia electio supponit hanc mediorum inquisitionem, collationemve.

Quomodo Electio peculiarem ordinem ad rationem importat.

5. *Obiic.* *Obijcies* eiusdem potentiæ est syllogizare & concludere; solius autem intellectus est in practicis syllogizare: cùm igitur electio sit quædam conclusio operabilium, solius rationis erit eligere.

Resp. Resp. *cum S. Tho.* 1. 2. *qu.* 13. *ar.* 1. *ad* 2. distinguo Maior. Eiusdem potentiæ est, syllogizare & concludere sententionaliter, concedo; electiuè, nego. Quod n. ratio discurrendo & iudicando concludit esse faciendum, (quæ conclusio sententia vel iudicium dicitur, quod intellectus profert de re facienda) voluntas consentiendo eligit. Ex dictis infertur, electionem reperiri etiam in Deo, absque vllâ imperfectione discursus & inquisitione mediorum; in Angelo sine discursu, non tamen absque mediorum inquisitione; in homine, cum discursu & cum inquisitione mediorum: quia electio, vt electio, ex suo conceptu non dicit nisi liberum consensum vnius præ alio: ergo saluari potest formalis conceptus electionis absq; vlla imperfectione, atque adeò in Deo. Ad 1. Rati. dubit. *Resp.* eo loco *Arist.* nihil determinare voluisse, cùm id determinauerit antèà. Ad 2. dici à Nysseno electionem esse quid mixtum ex consilio & appetitu, non æquè primò; sed ex vno formaliter, ex alio connotatiuè. Ad 3. constat ex dictis.

6. *Electio reperitur in Deo, Angelis.*

7. *Ad rat. dubit.* 1.

2.

3.

Quæritur 2. An voluntas ferri possit in medium minùs vtile relicto vtiliori? Prima sent. negans Gregor. *in* 2. *dist.* 40. *art.* 2. *ad* 1. *Capreol. in* 2. *dist.* 25. *art.* 3. *ad* 2. *con.* 1. *concl.* 3. 4. *dicitur*, *Conradi* 1. 2. *qu.* 13. *art.* 6. *§. nota* 5. *Vasquez disp.* 43. *cap.* 2. ad quam inclinare videtur *S. Doctor* 1. 2. *q.* 13. *art.* 6. *ad* 3. vbi docet, vt inter duo media æqualiter proposita, voluntas in alterutrum flecti possit, excogitandum esse in eo conditionem aliquam, quâ alteri præstet. *Probat* Vasquez 1. ex *Arist.* 3. *de anima cap.* 11. vbi concludit, voluntatem in consultatione sequi quod majus est. Et 3. *Ethic.* cap. 3. *quod autem ceteris ex consultatione præstulimus, id eligibile est.* Vbi particula *præ* non durationis antecessionem, *interpretes S. Thom.* sed præstantiam vnius præ alio denotat. 2. ex *Damasc.* 2. *fidei cap.* 22. vbi docet, electionem sequi iudicium de meliori bono. 3. Nequit electio esse nisi ex iudicio consultationis; nequit hoc esse de minori aut æquali bono; ergo nec electio de minori aut æquali bono esse poterit. Maior constat ex defini. electionis, quæ ex *Arist. Nyssen. Damasc.* est appetitus eius, quod præiudicatum est. Minor prob. intellectus ex consultatione non iudicat seu concludit eligendum quod æquale, aut minùs vtile est, sed quod vtilius. Confir. nequit voluntas contra iudicium rationis eligere; alioqui eligere posset contra id, quod præiudicatum est, quod est contra definitionem electionis. Igitur nequit contra iudicium rationis minùs vtile eligere. 4. Minùs vtile, licet absolutè & secundùm se bonum sit, respectiuè tamen ad magis vtile, quoddam malum est: sed tam consultatio, quàm iudicium procedit de medijs inuicem collatis; & vt sic proponuntur voluntati eligenda: ergo si voluntas eligeret minùs vtile, vtiliore relicto, eligeret malum.

Secundum dubium.

8. *Negant. Vasquez.*

9. *Prob.* 1.

3. *Ratio.*

Confirm.

10. *Prob.* 4.

Secunda sent. affirmans, verior & communior inter Schol. quam expresse docent *Henric. quodlib.* 1. *qu.* 6. *fine. Richard. in* 2. *dist.* 38. *a.* 2. *qu.* 4. *præcipuè ad* 3. *Maior q.* 1. *§. ad* 1. *illorum: Mayron dist.* 24. *Argenti. dist.* 25. *qu.* 1. *art.* 2. *Marsil. qu.* 16. *art.* 4. *ad* 7. *Medina* 1. 2. *qu.* 13. *art.* 6. *§. ad huius*: quamuis ille putet, voluntatem determinari posse ad minus bonum imperio intellectus. *Valen. ibid. de elect. pun.* 3. *fine*; *Suarez in Metaph. disp.* 19. *sect.* 6. *nn.* 13. *ad quam inclinat Caiet.* ibid. Prob. 1. quando Deus eligit aliquid ad extra producere, non necessariò eligit quod melius & vtilius est ad finem consequendum: ergo neque creatura: hoc n. est de ratione libertatis vt sic, abstrahentis à creatâ & increatâ; nec est ratio, cur potiùs hoc competat libertati

11. *Secunda sent. verior.*

Prob. 1. *efficacissimo argum. à libertate Dei*

Digitized by Google

bertati increatæ, quàm creatæ. Antec. prob. quando Deus ad consequendum finem redemptionis humanæ, vsus est medio Incarnationis omnium excellentissimo, vti potuit medio minùs vtili atque excellenti: ergo non necessariò Deus cùm aliquid ad extra producit, eligit quod melius & vtilius est ad finem consequendum. Idem argum. fieri potest de electione mediorum, quibus creaturas intellectuales dirigit ad finem supernat. consequendum: quippe quas præstantioribus medijs ad eundem finem consequendum dirigere posset.

12. *Respondet Vasquez.* Respondet Vasquez, disparem esse rationem de Deo & creaturâ, quia Deus non eligit vnum comparatiuè ad aliud, licet cognoscat excessum vnius præ alio, non tamen secundùm talem excessum proponit voluntati eligendum, sed absolutè. Et hoc ideò, quia Deus eligit absque vllâ indigentiâ, nos contrà semper ex aliquâ. Sed contrà: falsum est, Deum non eligere vnum medium comparatiuè ad aliud, vt constat ex Patribus, qui dicunt, Deum eligisse medium Incarn. ad redimendum hominem tanquam omnium excellentissimum, licet potuerit aliud eligere. Tum quia eligere vnum comparatiuè ad aliud, nihil aliud est, quàm velle vnum iudicatum vt vtilius & conducibilius ad finem consequendum; at Deus elegit medium Incarn. iudicatum, vt vtilius & conducibilius ad redemptionem humanam: quia tale iudicium in Deo est necessarium, & præuenit omnem actum liberum: quòd autem Deus eligat absque vllâ indigentiâ, creatura verò semper ex aliquâ indigentiâ, nil refert, quin creatura, vt Deus liberè eligere possit, medium ad finem minùs conducibile: quia necessitas eligendi media proximè & immediatè oritur tantùm ex intentione finis, quæ tam in Deo, quàm in creatura præsupponitur ad electionem: ergo si, intentione non obstante, potest Deus eligere medium ad finem minùs conducibile, idem poterit creatura.

Contrà.

A priori.

13. *Explicatur.* Id autem intellige, quando medium ex se sufficiens est ad finem consequendum, aut nisi electio de medio præstantiore virtualiter includatur in ipsâ intentione finis. Tunc. n. ex vi præcedentis intentionis necessitatur voluntas ad aliud medium sufficiens, aut præstantius eligendum; quia non potest voluntas, stante efficaci intentione finis, eligere insufficiens aut dubium relicto sufficiente ac certo: ergo nec eligere minùs vtile ac præstans, stante intentione de consequendo fine modo præstantiore.

14. *Prob. 2. à priori.* Prob. 2. hæc sent. Nulla est necessitas, vt ex duobus medijs eligatur præstantius: omnis. n. necessitas aut est absoluta, aut ex aliquâ suppositione: Neutra necessitate cogimur: non absolutâ: absolutè. n. voluntas cessare potest ab intentione finis, atque adeò ab omni electione medij. non ex suppositione: nam vel ista necessitas esset ex suppositione intentionis finis, vel iudicij proponentis vnum vt præstantius & eligibilius alio. Non ex suppositione intentionis: quia non est necesse, vt voluntas intendat taliter finem, vt ex vi intentionis includat virtualiter electionem medij præstantioris. Nam dupliciter potest voluntas finem intendere 1. vt consequendum meliori modo, quo potest: & sic necessitatur quidem ad præstantissimum medium eligendum, non tamen ad sic finem intendendum: quia non necessitamur ad consequendum finem secundùm omnem perfectionem & modum possibilem. 2. modo ad consequendum finem simpliciter: & ex vi huius cogimur ad medium sufficiens, non ad melius & præstantius. Neque ad tale medium eligendum necessitamur ex vi iudicij proponentis vnum vt eligibilius alio: quia iudicium ex se non determinat voluntatem, nisi in virtute actûs voluntatis præcedentis: alioqui voluntas non esset formaliter libera, si positis omnibus ad agendum requisitis, ac proinde iudicio ipso, quòd non est voluntatis actus, sed prærequisitum ad illum, ipsa non possit non agere.

15. *Iudicium non determinat nisi præcedat actus volun.* Quòd autem non necessariò præcedere debeat aliquis voluntatis actus, vi cuius iudicium determinet voluntatem ad eligendum præstantius medium, patet. Quia vel hic actus esset intentio finis: at probatum est, voluntatem non necessariò intendere finem assequibilem omni meliori modo quo potest, sed tantùm sufficienti: vel esset actus, quo voluntas post intentionem finis applicat intellectum ad consultandum de medijs: at neque vi huius iudicium determinat voluntatem ad eligendum medium, quod vi consultationis indicatum est conducibilius ad finem consequendum. Hic. n. actus non necessariò applicat intellectum ad excogitandum medium præstantius, illudque voluntati proponendum, vt actu eligendum, sed potest applicare illum ad excogitandum medium tantùm sufficiens, illudque voluntati proponendum vt actu eligendum. Confirm. potest voluntas 16. ex duobus medijs propositis neutrum simpliciter eligere, & consequenter nec finem velle, vt patet: ergo potest eligere minus, & finem velle secundùm determinatam perfectionem: nam quâ libertate potest omnia media cum fine ipso reijcere, eâdem poterit medium minùs vtile cum fine velle. Ex dictis à fortiori sequitur, posse voluntatem ex duobus medijs æqualiter propositis alterutrum pro suâ libertate eligere.

17. *Ad S. Tho. Caietanus Resp.* Ad argum. 1. sent. Ad *S. Tho.* rectè respondet *Caiet.* id eum non dixisse, vt definiret voluntatem ex duobus æqualibus alterutrum eligere non posse; id. n. argum. non postulabat: sed vt tantùm difficultati satisfaceret. Arist. & Damascenus de electione locuti sunt iuxta consuetum modum operandi hominum, qui plerumque eligunt, quod vtilius & præstantius est ad finem consequendum. Id. n. satis est ad doctrinam moralem, quæ solùm considerat ea, quæ plerumque accidere solent, non quæ rarò & extra consuetum morem fieri possent.

18. *Ad 1. rat. Iudicium consultationis non est tantùm de medio vtiliore.* Ad 1. rationem, 1. nego conseq. esto enim electio esse nequeat nisi ex iudicio consultationis, nec id esse possit nisi de vtiliori medio, electio non necessariò erit de vtiliori medio: quia voluntas non necessariò eligit, quod intellectus iudicat vtilius: modò iudicet sufficiens ad finem consequendum. 2. nego, iudicium consultationis esse tantùm de medio vtiliore; est etiam de medio minùs vtili; vtrumq; n. intellectus iudicat, & vtrumque relinquit voluntatis libertati, ad quam tantùm spectat vltima determinatio, cùm intellectûs non sit vltimò determinare, sed proponere.

19. *Definitio electionis.* Ad confirm. concedo, voluntatem non posse contra omne rationis iudicium eligere; posse contra iudicium de vtiliore medio. Definitio autem electionis, non est appetitus eius, quod iudicatum est vtilius, sed quod simpliciter iudicatum est ad finem vtile.

20. *Ad 2. Medium minùs vtile potest eligi vt correlatiuum finis assequendi.* Ad 2. esto minùs vtile eligi non possit, vt dicit priuationem maioris vtilitatis respectu vtilioris medij, eligi tamen potest, vt dicit positiuam vtilitatem respectu finis consequendi; hoc est, non vt correlatiuum medij vtilioris, sed vt correlatiuum finis assequendi.

Tertium dubium. *Quæritur* 3. An, & quos actus voluntas habere possit circa impossibilia cognita vt impossibilia?

21. *Negant* Prima sent. negat, voluntatem per se habere posse vllum

vllum actum prosecutionis circa impossibile simpliciter, nisi sit coniunctum cum obiecto possibili & appetibili per se; posse tamen habere actum prosecutionis per se circa impossibile secundùm quid. Est autem impossibile simpliciter, quod ex naturâ suâ, & non ex aliquâ suppositione repugnat, vt hominem esse Angelum. Impossibile secundùm quid est, quod ex aliquâ suppositione, & non ex naturâ suâ repugnat, vt non esse quod fuit, viuere quod mortuum est. Est *Caiet. 1. p. qu. 63. ar. 3. §. his stantibus, Conrad. 1. 2. qu. 13. art. 5. ad 1. Valen. ibid. pun. 1.* Probat Caiet. primum: impossibile simpliciter non potest habere rationem boni conuenientis appetenti: ergo nequit per se appeti. Antec. prob. quod est impossibile simpliciter, non est aptum coniungi cum ipso appetente; proinde nec potest habere rationem boni conuenientis appetenti, nec esse perfectiuum ipsius. Quantum ad hoc 1. dictum eandem sent. docent *Bonauent. in 2. dist. 5. art. 1. qu. 2. Maior dist. 6. qu. 1. §. alia est.* Probat secundum: damnati odio habentes Deum, non modò vellent Deum non esse ipsorum punitorem, quod est impossibile secundùm quid, sed ipsum simpliciter non esse, quod est impossibile simpliciter: ergo licet impossibile simpliciter non possit appeti per se, potest tamen appeti vt coniunctum cum aliquo appetibili per se. Probat tertium: experientiâ constat, nos velle non peccasse, aut mortuum non esse nostrum amicum, quæ tamen sunt impossibilia ex suppositione. Igitur possumus impossibilia secundùm quid & ex suppositione appetere per se.

22. *Probat primũ Caiet.*

23. *Probat secundum.*

24. *Probat tertium.*

25. *Distinguit Ferrar. &c.*

Secunda sent. docet, posse quidem nos habere affectum circa impossibile simpliciter, non tamen sufficientem ad rationem meriti vel demeriti, sicut illum habere possumus circa impossibile secundùm quid. Est *Ferrari. 3. con. Gen. cap. 109 § pro horum sol. Herua. 1. 2. dist. 5. qu. 1. ar. 3. §. ad cuius euid. Capreol. dist. 4. qu. vn. ar. 3 ad argum. contra 2. concl. ad 2.* Ad quam inclinare videtur *S. Thom. qu. 16. de malo ar. 3. ad 9.* vbi docet, voluntatem impossibilium non esse voluntatem auersionis & conuersionis, in qua peccatum & meritum consistit. Fundamentum Ferrarien. implicat voluntatem pleno ac deliberato consensu velle, quod cognoscit impossibile simpliciter: cognoscit enim illud vt impossibile sibi vniri, sibi dare esse, seipsum perficere; cùm nequeat appetentem perficere; nisi dando illi aliquod esse. Esse autem nullum dare potest, quod cum appetente coniungi non potest.

Fundam.

26. *Sent. vero similior*

Tertia sent. affirmat, circa quodcunque impossibile posse esse voluntatem, non quidem efficacem, sed inefficacem, sufficientem tamen quoad meritum & demeritum: est *Scot. in 2. dist. 6. qu. 1. §. resp. ad qu. Mayron. dist. 5. qu. 3. Rubio qu. 1. §.* quantum ad 3. *Gabriel. dist. 6. qu. vn. ar. 3. dub. 2. Soti in 4. dist. 14. qu. 2. ar. 1. fine & dist. 17 q. 2. ar. 1. ad 2. Medin. 1. 2. qu 13. ar. 5 Vasquez disp 42 cap 4.* Fundam. est authoritas *Philos. 3. Ethic. cap. 2.* vbi ait, impossibilium esse voluntatem, non electionem, quæ efficacem supponit voluntatem, tantùm eorum, quę in nostrâ sunt potestate: voluntas autem, videlicet inefficax, est etiam eorum, quę in nostrâ non sunt potestate. Pro quæst. solutione *nota*, impossibile adhùc cognitum vt impossibile apprehendi posse dupliciter 1. secundùm ipsam rationem formalem impossibilis. 2. secundùm aliquam rationem possibilis, non quam in se habet, sed quam ex hypothesi fingitur habere.

27. *Nota*

28. DICO, nullum affectum prosecutionis posse voluntatem elicere circa impossibile consideratum secundùm rationem formalem impossibilis, siue sit impossibile per se, siue per accidens: posse tamen illud appetere apprehensum sub statu & hypothesi possibili, non quidem efficaciter, sed inefficaciter & affectu simplicis duntaxat complacentiæ, sufficiente tamen ad meritum & demeritum: ita *Maior cit.* Cuius prima pars patet: quia impossibile, consideratum formaliter vt impossi. nullam dicit rationem boni conuenientis appetenti. At nihil potest voluntas appetere, nisi sub ratione boni conuenientis appetenti: Igitur circa impossi. vt impossi. nequit formaliter ferri affectu prosecutionis. Secunda prob. siue .n. sit impossibile simpliciter & per se, sine secundùm quid & per accidens, semper consideratum vt impossi. formaliter, excludit rationem boni conuenientis appetenti, atque adeò formalem rationem appetibilitatis. Tertia ostend. impossibile apprehensum sub statu & hypothesi possibili, apprehenditur sub aliqua ratione boni conuenientis appetenti, quia sub eo statu & hypothesi, obiectiuè spoliatur intrinseca ratione impossibilis, & induitur extrinseca ratione possibilis: igitur potest voluntas in illud vt sic apprehensum ferri affectu aliquo complacentiæ; quia ferri potest in quodcunque bonum apparens: & sub ea hypothesi impossibile apparet sub aliquâ ratione boni apprehensi. Confir. tota ratio cur impossibile apprehensũ vt impossi. non possit per se appeti, est, quia vt impossi. nullam includit rationem boni conuenientis appetenti: ergo si sub hypothesi apprehenditur aliqua ratio boni apparentis, poterit per se appeti; cùm voluntatis obiectum sit bonum, reale & apparens. Quarta pars constat: voluntas .n. efficax, est voluntas executiua mediorum ad bonum apprehensum reipsa consequendum: sed quando bonum apprehensum non est re ipsâ consequibile & vt tale cognoscitur, non potest voluntas applicare media ad illud consequendum. Igitur non potest circa illud esse nisi inefficax, & per modum simplicis complacentiæ. Quintam probo: circa tale impossi. apprehensum sub hypothesi possibili, voluntas ferri potest, aut actu bono & conformi recto dictamini rationis aut actu malo & difformi eidem: nam circa tale obiectum sic consideratum ferri potest ex plenâ aduertentiâ rationis: ergo si talis actus erit conformis rectæ rationi, erit bonus & meritorius; si difformis, malus & demeritorius: velut si quis affectu simplicis complacentiæ vellet dare Deo aliquod bonum, si posset; aut contrà, ab eo tollere aliquam perfectionem, si posset.

Voluntas prosequitur impossibile vt tale.

29.

30. *Sine sit impossibile per accidens*

31. *Potest illud appetere vt possibile*

32. *Sed inefficaci complacentiâ,*

34. *Sufficienti tamen ad meritũ &c.*

Obycies. Voluntas impossibilium est voluntas conditionata; sed hæc non existit actu, sed existeret, si possibile esset obiectum: solùm autem actu existit iudicium, quòd volitio existeret, si tale obiectum possibile esset; vel ad summum existit approbatio talis voluntatis conditionatę, in quâ approbatione saluatur ratio meriti vel demeriti: *Ita Valentia.* Resp. voluntatem impossibilium dici conditionatam, non ex parte ipsius voluntatis, quę actu est circa obiectum apprehensum sub hypothesi possibili, sed ex parte obiecti, quia obiectum in quod fertur, non est absolutè, sed conditionatè: Falsum namque est, circa impossi. apprehensum vt possibile, esse tantùm iudicium de volitione, quæ esset, vel solam approbationem talis volitionis: cùm sit actualis complacentia de ipso obiecto apprehenso sub hypothesi possibili: nam eo modo quo obiectum apparet bonum & conueniens, appeti potest: at sub ea hypothesi impossibile apparet

35.

36. *Voluntas impossibilium cõditionata ex parte obiecti.*

voluntati

Digitized by Google

voluntati bonum & conueniens, non quidem absolutè, sed ex suppositione: ergo appeti potest simplici complacentiâ, quæ quatenus actu existit, conditionata dici non potest.

37. *Ad Caiet.* Ad 1. Caiet. quod tantùm est contra nos, disting. antec. imposs. per se non potest habere rationem boni conuenientis appetenti absolutè, concedo; ex suppositione apprehensâ, nego. Sicut nec imposs. per accidens potest habere rationem boni conuenientis appetenti, nisi ex suppositione apprehensâ. Ad prob. antec. impossibile per se non appetitur, quatenus apprehenditur vt impossibile coniungi cum appetente, sed quatenus ex hypothesi apprehenditur vt possibile coniungi

38. *Ad Ferrar.* cum eodem appetente. Ad fundam. *Ferrari. pro* 2. sent. distinguo antec. implicat voluntatem pleno & deliberato consensu velle imposs. vt imposs. concedo; velle imposs. apprehensum vt possibile, nego. Et rursus subdist. *vt pleno & deliberato consensu.* Nam si dicit plenitudinem consensus in ratione prosecutionis, concedo voluntatem non pleno consensu velle imposs. apprehensum vt possibile, quia non vult illud consensu absoluto & efficaci, quod est pleno consensu velle: si dicit plenitudinem consensus in ratione tantùm liberi, nego: quia potest velle illud ex perfecta cognitione, *Scotus explic.* ac plenâ aduertentiâ & deliberatione: quod Scotus appellat velle ex electione, hoc est, ex plenâ libertate: Vnde alioqui occasionem sumpserunt attribuendi Scoto, quòd ipse non solum circa impossibilia concesserit simplicem voluntatem, sed etiam electionem.

cut in speculatiuis nunquam quæstio instituitur de principio, quod in quauis scientia supponitur, sed de conclusionibus ex principio deducibilibus; ita in practicis consultatio nunquam instituitur de fine, sed de medijs ad finem conducentibus. Quòd si interdum consultatio fit de fine, non fit de illo, quà finis est, sed quà medium est formaliter, velut de sanitate non consultat medicus, respectu cuius est finis formaliter, sed Christianus respectu cuius est medium ad vitam æternam consequendam. Hinc deducitur, consilium esse tantùm eorum, quæ in nostrâ sunt potestate: cùm enim consilium sit practica regula eorum, quæ agenda sunt à voluntate, voluntas autem agere non possit, nisi quę in suâ sita sunt potestate, consilium esse nequit, nisi de ijs, quę ex nostra pendent libertate, imperio, directione.

3. *Nec nisi eorum, quæ in nostrâ sunt potestate.*

Dico 2. Consensus, est actus voluntatis, consequens actum consilij, quo voluntas consentit in ea, quæ ratio iudicauit eligenda. Dicitur *Consensus*, quia per hunc actum voluntas cum ratione ipsâ consentit in media per inquisitionem inuenta. Vnde *S. Bonauent. in 2. dist. 38. ar. 2. q. 2. fine*, illum appellat concordiam voluntatis & rationis ad vnum aliquid faciendum; rationis vt arbitrantis & iudicantis, voluntatis vt prœoptantis. Postquam .n. intellectus excogitauit media ad finem consequendum apta, eaque eligenda iudicauit, voluntas eadem approbat & amplectitur: hæc approbatio dicitur consensus, quia voluntas simul cum ratione consentit in eadem media eligenda.

4. *Consensus est actus voluntatis:*

Dubitatur, an consensus sit actus reipsa ab electione distinctus? Resp. non necessariò; siue vnicum sit medium, quod intellectus proponit ad finem, siue multa: potest .n. vnum è multis eligendum proponere, & voluntas statim illud eligere: qui actus, quatenus est vnius præ alio selectio, electio dicitur; quatenus verò est de eadem re cum ratione consensio, consensus nominatur. De facto tamen sæpe accidit, vt voluntas priùs tempore, aut ratione in media inquisitione excogitata actu complacentiæ consentiat, quàm illa efficaciter eligat ad finem; & tunc consensus reipsâ distinguitur ab electione; quæ consensum ipsum consequitur.

5. *Non necessario ab elect. distinctus*

6.

Dico 3. Vsus est actus voluntatis potentias efficaciter applicantis ad opus exequendum. Colligitur ex *August. 10. de Trinit. cap. 11.* vbi, *vti*, inquit, *est assumere aliquid in facultatem voluntatis.* Fundam. Vsus actiuus, quem hîc tantùm definimus, est quædam actiua applicatio potentiæ: vti .n. aliquo, est illud ad operandum applicare: at solius voluntatis est, potentias sibi subiectas ad operandum applicare. Nec refert, quòd etiam ratio potentias applicet dirigendo, nam vsus applicationē importat exequutiuā & exercitam, quæ solius voluntatis est propria. *Diuiditur* autem vsus in actiuum, & passiuum. Actiuus, est actus voluntatis potentias ad operandum applicantis. Passiuus, est ipsa operatio exequtricis potentiæ, quatenus respicit voluntatem actiuè vtentem & applicantem. Porrò vsus non est de fine, sed de medijs. Fine .n. non vtimur, sed fruimur. quod eleganter expressit August. *lib. 10. de Trinit. cap. 10. fruimur cognitis, in quibus voluntas ipsis propter seipsa delectata conquiescit. Vtimur vero eis, quæ ad illud referimus, quo fruendum est.* Quòd si interdum vtimur vno fine in ordine ad alium, tunc non vtimur illo vt fine, sed vt medio. Neque vsus dici potest operatio, quâ ipsum finem formaliter consequimur, quia vsus non est quælibet operatio; sed quâ me-

7. *Vsus est actus vol. potentias efficaciter applicantis.*

8. *Actiuus, passiuus:*

Est de medijs.

DISPVTATIO X.

De consilio, consensu, & vsu.

1. *Consilium definitur*

Dico 1. Consilium, est *inquisitio cum certo iudicio eorum, quæ ad finem consequendum idonea censentur:* Dicitur *inquisitio*, hoc est, excogitatio mediorum, tum cum fine, tum inter se collatorum. Cùm .n. in medijs multa sit incertitudo, quippe quæ circa singularia contingentia versantur, acri opus est inquisitione, vt ea tandem seligamus, quæ ad intentum finem consequendum idonea sunt. Dicitur *cum certo iudicio*: quia cùm consilium sit quędam practica regula voluntatis, quâ proximè mouetur ad opus inchoandum, & voluntas ad opus non moueatur, nisi præcedat certa sententia, & iudicium de reipsa operabili, ad consilium non sufficit inquisitio mediorum, sed necessarium quoque est iudicium, quo intellectus vltimam sententiam proferat de medijs ad finem consequendum aptis. Vnde Consiliū definitur à *Cice. lib. 1. de inuent. rei facienda, vel non facienda excogitata ratio.* Duo igitur includit consilium; Inquisitionem, quę discursu peragitur, & iudicij certitudinem de mediorum vtilitate. Quoad 1. reperitur tantùm in creatura; quoad 2. cùm perfectionem dicat absque imperfectione, reperitur etiam in Deo, iuxta illud Ephes. 1. *Qui operatur omnia secundùm consilium voluntatis suæ.*

2. *Non est de fine.* Dicitur, *eorum quæ ad finem consequendum idonea censentur*: quia consilium non est de fine, nisi quando de fine dubitatur, sed de medijs, quæ finis intentionem supponunt, cuius consequendi desiderio mota voluntas imperat intellectui; vt idonea media exquirat ad illum consequendum. Vnde si-

Digitized by Google

dium ad finem consequendum applicatur: vt sumptio medicinæ ad sanitatem. Operatio autem, quâ finem formaliter consequimur, non est quâ medium ad finem applicamus, sed ipsa finis consequutio, qui dicitur finis *Quo*, qui simul cum reipsâ assequutâ integrat vnum finem totalem *Qui*, quod constat ex ipsa nominis significatione: Ex vsu namque vtilitas deriuatur, quæ mediorum, non finis est propria. Ex his *deducitur* 1. non modò voluntatem vti potentijs à se distinctis, sed etiam seipsa, quatenus per præcedentem actum seipsam applicat ad subsequentem eliciendum. 2. vsum actiuum voluntatis partim præcedere, partim subsequi electionem mediorum. Præcedit quà intellectum applicat ad media inquirenda; quæ mediorum inquisitio præcedit electionem, dicturque passiuus vsus per ordinem ad voluntatem actiuè vtentem intellectu ad media exquirenda: subsequitur, quà post mediorum electionem potentias executrices applicat ad opus exercendum.

9. *Voluntas seipsa vtitur:*

10. *Vsus præcedit, subsequiturq; elect.*

De quo vsu controuertitur, an distinguatur ab electione. Negat *Vasquez* 1.2. *disp.*47. *cap.*2. Fundam. vt potentia exequutiua brutorum ad opus moueatur, non eget distincto actu ab eo, quo ipsius appetitus in obiectum fertur: ergo nec potentia executiua hominis, vt ad opus applicetur, eget distincto actu ab eo, quo ipsius voluntas medium eligit ad opus exequendum. Affirmant *Caiet. Conrad. Medin.* 1.2. *q.* 16. *art.*4. Fundam. per electionem voluntas tendit in media ordine intentionis, per vsum verò tendit in media ordine exequutionis: prior ordo comparatur ad 2. sicut imperfectum ad perfectum. Non potest autem per eundem actum voluntas comparari ad duo, quorum vnum se habet vt imperfectum, alterum vt perfectum. Ego cum *Valentia* 1.2. *qu.*16. *puncto* 3. distinguo: absolutè non repugnat, eodem actu voluntatem simul ferri in medium executiuum finis, & in potentias ipsas, eas ad opus applicando, quia potest vnico actu ferri in totum id, quod illi ab intellectu proponitur: Potest autem illi ab intellectu proponi simul medium vt executiuum finis, & potentia vt executiua operis: igitur vi talis actus non solùm eligitur medium, sed simul etiam applicatur potentia ad opus: Spectato tamen ordinario modo operandi voluntatis humanæ, distincto actu eligit medium ab eo, quo potentias applicat ad opus: tum quia per electionem voluntas directè tendit in medium vt executiuum finis; per vsum verò in potentias vt executiuas operis: tum maximè, quia post electionem, necessarium est practicum iudicium directiuum voluntatis ad opus ipsum exequendum secundùm omnes indiuiduas circumstantias, distinctum à priori, electionem præcedente: cùm nil velle possit voluntas, nisi præcognitum. Illud autem iudicium, quod electionem præcedit, non proponit media secundùm omnes indiuiduas circumstantias, & difficultates exercitè superandas, sed abstracta quadam ratione vt consentanea tantùm fini præintento: tamen non nisi post tale iudicium sequitur actiuus ac liber vsus voluntatis, efficaciter applicans executrices potentias ad opus exequendum, cùm nulla executiua possit suam operationem inchoare, nisi mota à voluntate medio actiuo vsu ipsius. Primum n. mouens humanorum actuum quoad executionem, est voluntas, cuius imperio posito, necessariò sequitur passiua applicatio executiuarum: quæ ex *Arist.* 1. *Politi. cap.* 3. non policitè, sed despoticè obediunt voluntati; vno excepto appetitu sensitiuo, qui ei politicè obtemperat: quia hic immediatè mouetur ab imaginatione, quâ stante nequit voluntas imperare; ne appetitus sensitiuus in obiectum non feratur, cùm in illud non liberè, sed necessariò feratur: licèt possit voluntas vel animum ad alia applicando, obiecti attentionem minuere, vel imperare, vt phantasia omnino cesset ab obiecti apprehensione, nisi talis apprehensio causetur ex aliquâ reali alteratione corporis: quia tunc, sicut non est in potestate voluntatis, talem alterationem tollere, ita nec illius apprehensionem ex phantasia remouere: hęc n. necessariò mouetur ab obiecto. Vnde, stante alteratione in corpore, phantasia necessariò mouebitur ad appreh. illius: sicut, stante specie in oculo, oculus necessariò mouetur ab appreh. obiecti, cuius speciē in se habet.

11. *Negat ab electione distingui*

12. *Affirmant*

13. *Distinguo*

Voluntas eligit medium actu distincto.

Appetitus sensitiuus politicè obtemperat voluntati.

Ad fundam. *Vasquez* Resp. ideò bruta præter affectum, quo ipsorum appetitus in obiectum fertur, nullum alium actum requirere, quo ipsorum executrices potentiæ applicentur ad opus; quia cùm sint agentia necessaria & imperfecta, sufficienter manent ad opus applicata vi prioris actus. Homines verò, cùm sint agentia libera, possunt, etsi non necessariò, pluribus actibus ad medium, & ad potentias tendere. *Ad* fundam. aliorum, nego non posse vnico actu voluntatem ferri in duo, quorum vnum se habeat vt imperfectum, alterum vt perfectum: præsertim quando hæc proponuntur vt inuicem connexa, vti proponuntur medium, vt executiuum finis & potentia vt applicatiua medij ad opus exequendum.

14. *Bruta solo affectu in obiectum tendunt.*

15. *Ad fund. Caiet.*

DISPVTATIO XI.

De Imperio.

QVÆRITVR 1. cuius potentiæ actus sit imperium? Prima sent. affirmat, esse actum voluntatis: *Henrici quodl.* 9. *qu.* 6. *Scoti in* 2. *dist.* 6. *q.* 1. *§. resp. & §. ad argu. & quodl.* 17. *§. de* 2. *dico: & quodl.* 18. *§. de* 2. *princip. Ocha. in* 3. *qu.* 12 *art.* 4. *concl.* 3. *Aureo. in* 1. *dist.* 42. *p.* 1. *art.* 2 *propos.* 2. *Ioan. Medina tra.* 6. *de orat. qu.* 2. *& videtur Bonau. in* 3. *dist.* 17 *art.* 1. *q.* 1. *ad* 3. Fundam. eius potentiæ est imperare, cuius est cæteras potentias ad operandum impellere: nam imperare est potentiam sibi subiectam ad operandum mouere: At solius voluntatis est, cæteras potentias ad operandum impellere: nam eius tantùm est potentias ad operandum impellere, cuius est dominium supra cęteras potentias habere: sola autem voluntas dominium habet suprà cæteras potentias: igitur solius voluntatis est, reliquas potentias impellere, seu imperare. Confirm. nam imperare correspondet obedire: at obedire is tantùm potest, qui potest præcepto superioris astringi: nequit autem voluntas à reliquis potentijs præcepto astringi; possunt autem reliquæ à voluntate, quia subduntur tanquam superiori, non voluntas potentijs; cùm sola dominium habeat supra cæteras, nulla supra voluntatem. Hæc sent. videtur Augustin. *lib.* 8. *confess. cap.* 9. vbi scribit: *Nam in tantum imperat, in quantum vult, & in tantum non fit quod imperat in quantum non vult. Quoniam voluntas imperat, vt sit voluntas, nec alia, sed ipsa.* Igitur imperare est proprium voluntatis.

1. *Primum dubium:*

3. *Probant esse actum volunt.*

2. *Confirm.*

3. *Ex August.*

Secunda sent. docet, Imperium esse actum solius intellectus. Videtur *Barth. Medin.* 1.2. *q.* 17. *ar.* 1. quia imperare est loqui, ac denunciare aliquid faciendum

4. *Affirmant esse solius intell.*

Digitized by Google

faciendum: & hoc opus solius intellectûs. 5. *Confirm. 1.* *Confirmat* 1. lex naturalis est quoddam imperium: at ipsa non est, nisi lumen naturale, quod *signatum est super nos*, & ad intellectum pertinet: ergo & imperium. 6. *Confir. 2.* 2 Non tenemur conformari voluntati superioris; sed præcepto eiusdem: nam etiamsi sciamus voluntatem superioris, non tenemur illam exequi; sed imperium eiusdem: ergo imperium non est actus voluntatis, sed intellectus. 3. Potest superior præcipere aliquid, absque voluntate vt illud fiat: tunc autem erit verum imperium absque actu voluntatis. 7. *Confir. 3.* Eandem sent. colligit ex *Arist. 1. Polit. cap. 3.* vbi imperium tribuit rationi. *Arist.*

8. *Vtrumque actum involuit* Tertia sent. asserit, Imperium essentialiter involuere vtrumque actum, intellectûs formaliter; voluntatis præsuppositiuè: illum per modum intimationis & denunciationis; hunc per modum motionis & impulsus: Est *S. Tho. 1.2 qu. 17. art. 1. Caiet. Sylui ibid. & qu. 58. art. 4. fine. Conrad. cit. qu. 17. art. 1. Vasquez disp. 49 cap. 2. Valent. ibid. punct. 1.* &c. *Quæ probabilior est & sequenda.* Prob. 1. vt rectè *Caiet.* ad imperium tria essentialiter concurrunt, ordinatio alicuius ad aliquid, intimatio, motio: vt cum dicitur *diligite Deum*, ordinatur aliquis ad diligendum Deum, idque illi intimatur, & ad hoc ipsum faciendum ab imperante impellitur. 9. *Ad Imperium concurrunt, ordinatio, intimatio, & motio.* Ad rationem spectant ordinare & intimare, seu denunciare: quod est quoddam loqui, & ad intellectum pertinet. Voluntatis est, potentias ad operis exercitium impellere. 10. *Confirm.* Confirm. neuter actus ad imperium per se sufficit: sola .n. voluntas superioris, nisi intimetur, non habet vim mouendi moraliter, & obligandi subditum ad opus exequendum. Sola operis intimatio, nisi adsit voluntas obligans & impellens ad opus, vim præcepti & imperij non obtinet. Sola autem voluntas habet vim mouendi; quia ipsa tantùm est primum mouens in regno animę. 11. *Prob. 2. à paritate legis* Prob. 2. Lex, quia non solùm est directiua, sed etiam obligatiua, vtrumque actum essentialiter requirit, intellectûs vt dirigentis & intimantis; voluntatis vt obligantis: ita quia imperium non solùm est ordinatiuum & intimatiuum, sed etiam obligatiuum & impulsiuum ad opus, non solùm requirit actum intellectus vt ordinantis & intimantis, sed etiam voluntatis vt obligantis & impellentis. Imò lex ipsa non est aliud, quàm imperium quoddam legislatoris, scripto intimatum & denunciatum.

12. *Quis actus rationis?* Difficultas nonnulla est, quinam actus rationis imperium cõstituant. *Barthol. Medina*, præter enumeratos actus, agnoscit in intellectu practico alios, vt *Orare* seu *petere, promittere, imperare:* igitur peculiaris actus intellectus practici imperium dicitur siue præceptum, qui actus in nullo prædictorum trium continetur: *ex S. Tho. 2 2.q 83. art. 1. ad 3.* vbi ad argum. respondet, *quòd illi tres actus pertinent ad rationẽ speculatiuã: sed vlteriùs ad rationem practicam pertinet, causare aliquid per modũ imperij, vel per modum petitionis.* Vasq. *cit. disp. c. 3. fine*, Imperium reducit ad actum iudicij, quo intellectus in seipso exprimit affectum suæ voluntatis, quæ expressio dicitur intimatio, ac si quis exteriùs diceret, *Ego habeo desiderium huius rei.* Hæc autem desiderij expressio communis est imperio, orationi & suasioni. Est tamen interea discrimen, non in modo expressionis, sed in affectu connotato, non secũdùm se, sed vt est à tali personâ. Nam expressio affectûs inferioris facta superiori ad impetrandum aliquid, est oratio. Expressio affectûs facta amico, est suasio. Expressio affectus superioris facta inferiori, vt aliquid fiat, est imperium. 13. *Vasquez Imperium reducit ad actum iudicij.*

Hæc sent, vel ex eo mihi magis prob. quòd naturam imperij saluat, non multiplicatis actibus in intellectu. Est igitur imperium actus iudicij, quo intellectus practicè iudicat, hîc & nunc hoc esse faciendum ex voluntate superioris, quam mediante denunciatione insinuat; quę insinuatio est actus locutionis, quo intellectus alteri significat, hanc esse voluntatem superioris. Cęterùm cùm *S. Thom.* assignat alios actus in intellectu practico, non assignat illos vt distinctos in ratione exprimendi obiecta, sed tantùm in ratione moraliter causandi aliquid; & causandi vim actus illi habent in virtute actus voluntatis, quem includunt. 14. *Prob. vtA sent.* 15. *S. Thom.*

Ad fundam 1. sent. nego, eius potentię esse imperare, cuius tantum est ad operandum impellere: sed potiùs cuius est, impellere ordinando & intimando: hoc autem non est solius voluntatis, sed voluntatis & intellectus simul. Ex his patet ad prob. maioris. Ad confirm. disting. Minor subsump. Nequit voluntas à reliquis potentijs astringi independenter ab ipsâ, *concedo*; in virtute alicuius actus ipsius, *nego*. Imperat autem voluntas intellectui, non propriè, & completè, cùm ipsa vim non habeat insinuandi atque intimandi, quod imperium propriè dictum requiritur, sed tantùm mouendi & impellendi. Ad Augustinum dico, illum loqui de imperio incõpletè & partialiter sumpto, prout dicit motionem & impulsum absque intimatione. 16. *Ad fund. primę* 17. *Ad conf.* *Ad Augus.*

Ad fundam. secundæ sent. nego, imperare esse tantùm loqui, sed loqui cum practica motione ad opus exequendum: quod non est solius intellectûs, sed etiam voluntatis. Ad 1. confirm. nego legem naturalem, quatenus habet rationem imperij, dicere solùm actum intellectus, sed supponere actum voluntatis diuinę volentis vt fiat, quæ per rationis dictamen nobis intimatur. Quam voluntatem lex ipsa naturalis nobis insinuat: aut certè supponere aliquid æquiualens, in cuius virtute lex naturalis obligat: quę est intrinseca honestas operis, & necessaria connexio illius cum naturâ rationali, quà rationalis est. Secunda confir. tantùm probat, imperium non saluari in solo actu voluntatis, sed requiri etiam actum intellectus, superioris voluntatem intimantis, quod vltrò concedimus. Ad 3. nego, fore verum & proprium imperium illud, quod careret voluntate imperantis, sine quâ non posset habere vim mouendi, licet illud semper obliget, quamdiu non certò scitur, imperantem non habere voluntatem obligandi: nam tunc obligat ex præsumtâ voluntate. Cæterùm Arist. cit. nil aliud docet, quàm quòd animus imperet corpori: & esto, expresè doceat, rationem imperare, per rationem intelligitur vtraque potentia. Sæpe .n. ab Arist. voluntas appellatur potentia rationalis, ad differentiam appetitus sensitiui. 18. 19. *Ad conf. 1.* 20. *Ad 2.* 21. *Ad 3.* *Arist.* *Alterum dubium*

Quæritur 2. An detur Imperium sui ad seipsum? Prima sent. affirmat: Est *S. Thom. 1.2 qu. 17. art. 3. & 5. ad 2. & 2.2. qu. 83. art. 1. & ferè Thomist.* Fundam. hoc imperium est necessarium ad operandum; multi .n. rectè iudicant virtutem esse bonam & amplectendam, cùm tamen non omnes illam amplectantur. Igitur præter practicum iudicium, quo iudicatur hic & nunc obiectum esse prosequendum aut fugiendum; necessarium est imperium, quo efficaciter potentia applicetur ad imperatum exequendum. At poni debet actus, quo stante, implicet non sequi actionem exequutiuam operis: ergo. Confirm. implicat, posito imperio, non sequi actionem exequutiuam rei imperatæ. At non implicat, posito practico iudicio non 22. *Affirmant Prob. 1.*

Digitized by Google

23. sequi actionem executiuam rei iudicatæ. Prob. 2.
Prob. 2. ex *Arist. 6. Ethic. 10. & 11. & S. Thom. 2. 2. q. 47. ar. 8.* Prudentia tres habet actus: Bene consiliari; de consiliatis rectè iudicare; de iudicatis præcipere seu imperare; at non solùm est præceptiua aliarum, sed etiam proprij subiecti, in quo est. Igitur, præter iudicium, necessarium est præceptum siue imperium sui ad se ipsum: alioqui, præter iudicium, non esset in prudentia necessarius actus præceptiuus respectu proprij subiecti.

24. Secunda sent. negat, necessarium esse imperium sui ad seipsum: Est *Almai. trad. 3. de virt. moral. cap. 2. Vasquez 12. disp. 49. cap. 4. & Adriani apud ipsum.* Quę sent. probabilior est & sequenda.
Negant ve rius
Fundam. fundam. nullam aliam ob rationem ponitur imperium, nisi ad determinandum eum, cui imperium ipsum imponitur, vt rem imperatam exequatur: sed posito tantùm practico iudicio rationis, & actiuo vsu voluntatis, potentię exequutrices necessariò determinantur ad opus exequendum. Igitur non est sui ad seipsum necessarium imperium, à practico iudicio rationis, & actiuo vsu voluntatis distinctum. Maior asseritur ab aduers. & prob. Eatenùs requiritur imperium, quatenus is, cui imponitur, non est determinatus ad opus imperatum exequendum. Minor prob. cùm eadem anima vt principale operans, sit illa, quæ per exequutrices potentias debet opus per voluntatem decretum exequi, non indigebit ad hoc ipsum opus exequendum distincto actu ab eo, quo per vsum decreuit, hoc ipsum exequi: nam per eundem actum, quo anima per voluntatem se determinauit ad opus exequendum, eadem manet determinata ad idem opus exequendum per potentias executrices, quę in exercitio operis pendent
25. à voluntate, tanquam à primo mouente. Confirm.
Confir. 1. 1. imperium est actus intellectûs insinuans actum voluntatis alteri exequendum: At talis insinuatio sui ad seipsum necessaria non est. Nam insinuatio fit, vt voluntas imperantis innotescat illi, qui debet rem imperatam exequi: Volente autem animâ operari per actum voluntatis, necessaria non est insinuatio voluntatis eiusdem animæ, vt per potentias exequutrices tem decretam operetur. Neque talis insinuatio necessaria est potentijs executiuis, quæ non sunt eius capaces, nec possunt eam percipere; nec imperanti obedire: nec capax imperij esse potest quod non est capax obedientiæ.

26. Secundò ideò vnius ad alterum requiritur imperium, quia is, cui debet imperium imponi, non
Confir. 2. supponitur absque imperio ad opus ipsum imperatum exequendum per se determinatus: vnde debet imperio ipso determinari, & cogi ad opus imperatum exequendum: sed potentiæ exequutiuæ, cùm in imperando pendeant ab animâ, vt à principali mouente, virtute eiusdem actus anima mouetur ad operandum vt principale agens, & potentiæ ipsæ vt instrumenta animæ coniuncta.
27. 3. Vt executrices applicentur ad operandum, duo
Confirm. 3. requiruntur, & directio ex parte intellectus, & motio ex parte voluntatis: at directionem habent mediante practico iudicio, motionem mediante actiuo vsu; quia cùm hic sit efficax, implicat illum poni, & non poni passiuum vsum potentiarum executiuarum. Igitur frustra præter practicum iudicium rationis, & actiuum vsum voluntatis, requiritur distinctum imperium. Ex his patet, qui actus imperari possint, nempe omnes, & soli ij, qui voluntati subiecti sunt, quales sunt omnes actus sensitiuæ facultatis, non autè vegetatiuę.
28. Ad fundam. 1. sent. nego antec. Ad prob. di-
Ad fund. 2. co, quòd multi iudicent virtutem esse bonam & amplectendam, & nihilominus illam non amplectentur, non esse defectum imperij, sed vsus, qui per aduers. distinguitur ab imperio: cùm imperium principaliter dicat actum intellectûs insinuantis & intimantis peculiarem actum voluntatis ab vsu distinctum. Ad confirm. concedo, posito tantùm practico iudicio, non necessariò sequi executionem rei iudicatæ: necessariò autem sequi, posito practico iudicio simul cum actiuo vsu voluntatis. Ad 2. Resp. actum præceptiuum prudentiæ in ordine ad proprium subiectum, esse practicum iudicium cum actiuo vsu voluntatis, qui largo modo dicitur imperium seu præceptum: sicut dicitur voluntas imperare intellectui, non propriè, quia imperium propriè sumptum dicit insinuationem voluntatis ad alterum directam, sed largè sumpto imperio pro solâ efficaci motione voluntatis. Ad confir. 29. Ad 2.

DISPVTATIO XII.

De bonitate & malitia humanorum actuum in genere.

HACTENVS de actibus humanis quoad esse physicum; de ijdem disputandum superest quoad esse morale. Quæ matetia eò vtilior est, quò immediatiùs ad mores regulandos dirigitur. Subministrat enim nobis vniuersalia principia humanę vitæ, quibus conscientias rectè dirigere possimus. Sed ante disp. de bonitate & malitia actuum hum. in particulari, præmittenda est disp. de bonitate & malitia morali in communi. 1.

Quæritur 1. Quid sit actio humana. Resp. non quæcumque hominis actio, humana nuncupatur, sed ea dumtaxat, quę non solùm quoad substantiam, sed etiam quoad modum procedendi, est hominis propria. Dupliciter enim potest actio esse hominis propria, prout homo distinguitur à reliquis animantibus: vno modo, quoad substantiam actionis; alio, quoad modum ipsum procedendi à suo proximo principio. Priori modo, omnis actio, quæ proficiscitur ab homine, vt homo est, est hominis propria, vt intelligere, admirari, videre. Posteriore verò, ea tantùm actio dicitur hominis propria, quæ procedit ab homine cum dominio. Homo enim non solùm differt à reliquis animantibus quoad proprias operationes, sed etiam quoad modum eas producendi, cum plenâ potestate & dominio eas producendi, vel non producendi. Prior actio dicitur hominis, non humana, quia non adæquatè condistinguitur ab omni actione, quæ non est hominis propria: igitur actio humana dicitur tantùm ea, quę liberè & cum dominio ab homine procedit; nam hæc tantùm, ex *S. Thom. 1. 2. q. 1. art. 1.* est hominis propria: tum quia homo adęquatè per eam distinguitur à reliquis animantibus: tum quia ea actio est magis propria operantis, quæ magis ipsius imperio & dominio subijcitur. 2. Prima dubit. Dupliciter actio est hominis propria.

Quæritur 2. an actio humana recurrat cùm moralî? Responsio pendet ex eo, an sola actio libera sit humana? Dubij ratio est, quia dilectio beatifica est actio humana, ea tamen libera non est; atque adeò nec moralis, quæ, vt infrà, in libera fundatur. Nam actio humana est, quæ procedit cùm plenitudine potestatis operantis, finem aliquem intendentis: 3. Secunda dubit.

Digitized by Google

intendentis: at dilectio beatifica procedit cùm plenitudine potestatis ipsius beati, præstantissimum finem, qui Deus est, intendentis: procedit.n. ex pleno iudicio rationis & summo conatu voluntatis propter Deum amabilem propter se.

4 *Actio humana re currit cum morali.*

Dico tamen actionem humanam recurrere cum morali, ac esse solam actionem liberam. Fundam. actio humana est, per quam homo non solùm quoad substantiam, sed etiam quoad modum quo illa procedit à suo proximo principio operãdi, distinguitur ab operãdi modo creaturæ irrationalis cuiuscumque: hæc autem est omnis, & sola operatio libera: ideo dico, dilectio beatifica non est actio humana, defectu libertatis: nec.n. actio humana est, quæ procedit ex quacunque plenitudine iudicij & potestatis, sed quæ ex plenitudine potestatis liberè operantis.

Dilectio beatifica nõ est actio humana.

SECTIO I.

Quid sit esse morale in actibus humanis?

5. *1. Sent.*

PRima sent. affirmat, esse ipsam essentialem aptitudinem, quâ actus humanus aptus est fieri à suo proximo principio, quod est voluntas ipsa à ratione & obiecto regulata: ideò non distinguit esse morale, ab esse physico actus, sed eadem prorsus differentia, qua actus constituitur in esse physico, docet etiam constitui in esse morali: *est Ferrar. 3. con. gen. cap. 10. §. Circa 3. Sylui 1. 2. qu. 18. a. 1. conol. 4. Conrad. 1. 2. q. 19. art. 1. videtur S. Thom. ibid.* vbi vocat bonum & malum, differentias per se actuum voluntatis: & *in 2. dist. 40. qu. 1.* *Prob. 1.* *ar. 1.* differentias essentiales: Prob. 1. quia esse morale dicit habitudinem actûs ad suum principium: hæc non est aliud, quàm essentialis aptitudo, quâ actus ipse aptus est à suo principio fieri.

2. 2 Ita se habet moralitas in actu humano, sicut vitalitas in actu vitali: sed vitalitas est essentialis habitudo, quâ actus vitalis aptus est fieri à suo principio vitæ: ergo moralitas est essentialis habitudo, qua actus humanus aptus est fieri à principio libero.

3. 3. Actus voluntatis dicitur moralis, quà voluntarius: omnis actus voluntatis essentialiter est voluntarius; ergo moralis.

6. *Sent. 2. Cõmunior*

Secunda sent. docet, esse morale, esse accidentale actui humano, considerato in esse naturæ: Est communior: *Henric. quodl. 13. qu. 10. Bonauent. in 2. dist. 41. art. 1. q. 6. Scot. in 1. dist. 17. q. 2. §.* Hoc tenendo: *Durand. in 2. dist. 38. q. 1. n. 6. & dist. 41. q. 3. Ægid. dist. 40. q. 2. art. 1. Capreol. ibid. qu. vn. fine, Caiet. 1. 2. q. 19. a. 1. Vasq. disp. 55. cap. 2. Suarez de actib. hum. tract. 3. disp. 1. sect. 2. dicto 2. Curiel. 1. 2. qu. 18. art. 1. dub. 1.* Hæc sent. negatiuè saltem intellecta, nempe quòd esse morale non sit essentiale actui, apud me est certa. Fundam. quia potest aliquis saltem actus, inuariatus quoad esse naturæ, variari quoad esse moris; & contrà. Igitur esse morale non est differentia essentialis actui vt sic: Consequentia patet: quia implicat manere actum absque propriâ essentiâ: Antec. probo. Nam potest actus saltem de non malo moraliter, accedente debitâ aduertentiâ rationis, fieri malus moraliter; vt cùm quis fertur in obiectum delectabile non aduertens malitiam cum eo coniunctam, postea aduertens perseuerat in eodem actu, inuariato quoad esse physicum; siquidem non variatur motiuum formale, à quo pendet physicum esse actûs: nam hæc est delectabilitas obiecti, quę perseuerare potest eadem ante & post debitam aduertentiam rationis; cùm tamen varietur quoad esse moris, quia ex non malo moraliter, fit malus moraliter. Igitur maior difficultas est, in quo formaliter consistat hæc forma moralitatis, per quam actus denominatur formaliter moralis. Alij illam ponunt in modo positiuo distincto ab actu, nempe in dependentiâ, quâ actio humana pendet à suo principio. Alij in denominatione extrinsecâ, ab ipsa scilicet voluntate liberè operante, vel à ratione practicè regulante. Alij in vtraque simul. Pro explicatione, *Nota*, controuersiam esse de actibus elicitis à voluntate, non de elicitis ab alijs potentijs, quarum actus dicuntur morales ab ipsis actibus voluntatis, à quibus imperãtur. Hoc adnotato,

Poteſt actus inuariat s quoad esſe naturæ, variari quoad esſe moris; & contrà

7. *Forma moralis quæ?*

8.

9. *Moralitas in actu non est modus:*

Dico 1. Moralitas in actu non est modus distinctus à physica entitate actus. Fundam. quidquid est in actu vt modus distinctus ab ipsa entitate actus, non pertinet ad moralem, sed ad physicam entitatem actus: quia quidquid est in actu vt modus distinctus, manere potest cum ipsa entitate actus, sublata omni moralitate ab actu: nempe dependentia actus à suo principio, in quâ dicitur formaliter consistere moralitas actus, est actio, mediante quâ actus humanus accipit esse à principio, à quo elicitur: nec enim alia assignari potest nisi per quam suum esse accipit: sed tota hæc dependentia manere potest, sublatâ omni moralitate ab actu: nam hæc depend. est via ad physicam entitatem actus; ergo quamdiu non mutatur physica entitas actus, non mutatur ipsa dependentia actus. Vnde non minùs manere potest hęc dependentia actus, variata moralitate actus, quàm ipsa entitas actus: cùm dependentia actus à suo principio spectet ad physicam entitatem actus, tanquam via ad suum terminum. Confirm. nam idem actus cum eadem dependentia à voluntate, ante rationis aduertentiam, non dicitur moralis; accedente rationis aduertentiâ, fit formaliter moralis. Igitur moralitas non consistit formaliter in ipsa dependentia actus à suo principio?

Confir.

10. *Sed denominatio extrinseca.*

Dico 2. esse morale in actu non saltem adæquatè per extrinsecam denominationem, vel à sola voluntate liberè operante, vel à sola ratione practicè regulante. Fundam. quia non intelligitur actus moralis completus in esse moris, si vel tantùm liberè à voluntate producatur, & à ratione non reguletur; vel si à ratione tantùm reguletur, & à voluntate non liberè producatur. Posterior pars constat in amore beatifico, qui quamuis procedat regulatus à visione beata, quæ practicè dictat Deum esse super omnia diligendum, quia tamen non liberè procedit à voluntate beati, non dicitur moralis, cùm non participet proprietates actus moralis, quę sunt meritum & demeritum, laus & vituperium; per nullum siquidem actum necessarium meremur aut demeremur, laudamur aut vituperamur. Quoad priorem prob. Si per possibile, vel impossibile liberè elici posset actus à voluntate, à ratione tamen non regulatus, talis actus non esset completè moralis, quia actus completè moralis essentialem habitudinem importat, tam ad voluntatem liberè operantem, quàm ad regulam morum: quæ non est sola voluntas, quæ tantùm est executiua regulę; sed ratio ipsa; cuius tantùm est, actus dirigere ac regulare per normam morum, quam ratio ipsa præscribit per ordinem ad operationes naturę rationali consentaneas.

11. *Tum à voluntate liberè operante, tum à ratione practicè regulante.*

Dico 3. Esse morale in actu adæquatè desumitur tum à voluntate liberè operante, tum à ratione practicè regulante. Hoc non est modus intrinsecus actui, sed extrinseca tantùm denomina-

tio, tum

tio, tum à voluntate liberè operante, tum à ratione practicè regulante. 1. pars sequitur ex dictis: cùm .n. ad actum moralem necessariò requiratur, vt sit & à voluntate liberè operante, & à ratione practicè regulante; nec alterutrum per se sufficiat ad completam rationem moralitatis; vtrumque necessariò requiretur. Quoad poster. prob. nam denominatio liberi in actu est à potentia liberè operante, cuius est, ita operari, vt possit non operari. Igitur nequit esse intrinseca actui: quia hic non liberè, sed necessariò est, dum est. Item esse regulatum in actu, est extrinseca denominatio à ratione regulante: importat .n. practicum dictamen rationis, quod extrinsecum est actui voluntatis: sicut esse artificiatum in opere artificioso est denominatio extrinseca ab arte regulante, quam connotat opus artificiosum vt sic. Cæterùm etsi vtraque ratio tam liberi, quàm regulati ad esse morale essentialiter requiratur: haud tamen ex æquo vtraque requiritur: nam ratio liberi requiritur fundamentaliter; ratio regulati specificatiuè & formaliter. Actus quippe humani quoad esse morale proximè specificantur à ratione, obiectiuè regulante, non autem à voluntate liberè operante: nam hæc in omni actu est eadem: illa est diuersa, iuxta diuersitatem obiectorum media ratione regulantium: hinc vnus actus poni potest in duplici specie morali, & duas habere bonitates aut malitias morales, vnam libertatem: & diuiditur actus moralis in bonum & malum quasi in inferiora.

12. *Dices*

Obijcies 1. Hæc habitudo est actui libero ratio, vt sit actualis tendentia voluntatis in obiectum morale: voluntas .n. per suam actionem actualiter tendit in obiectum morale; non per eam præcisè sumptam secundùm entitatem naturalem, aut libertatem; ergo prout includit eam habitudinem: quæ idcirco non potest esse extrinseca actui libero; nam ratio tendentiæ actualis in obiectum est intrinseca entitati actionis: nec potest ei conuenire per solam denominationem extrinsecam. Resp. 1.

13. *Resp.* 1.

neg. vniuers. antec. Constat in actu malo, cuius moralis malitia non est ratio per quam voluntas actualiter tendit in obiectum moraliter malum. Nam sæpe actus inuariatus quoad omnia intrinseca de non malo fit malus, per extrinsecam dumtaxat connotationem obiecti mali, vt cùm quis tendit in obiectum, de se quidem malum, malitiam tamen non aduertens; accedente postea rationis aduertentiâ, adhuc perseuerat in eadem rendentia, tunc mutatur actus de non malo in malum, inuariata eius tendentiâ in obiectum, solùm præuisâ eius malitiâ ab operante; non .n. vt malus sit actus, necesse est, vt malitia ipsa intendatur, sed vt tantùm præuideatur, siquidem nemo operans ad malum intendit. 2. Nego habitudinem, per quam actus dicitur completè moralis, adæquatè consistere in huiusmodi tendentia voluntatis in obiectum morale, dico terminatiuè cõpleri per ipsam regulam rationis practicè regulantis ac dirigentis: tum quia moralitas in actu desumenda est ex adæquatâ regulâ, quæ non est solùm obiectum, sed obiectum ratione regulatum: tum quia tendentia ipsa in obiectum completè intelligi non potest absque termino terminante ac specificante. Igitur completa ratio moralitatis integratur ex tendentiâ actus in obiectum morale, & ex obiecto vt ratione regulato.

14. *Habitudo moralis non consistit adæquatè in sola tendentia voluntatis in obiectum morale.*

15. *Obijcies* 2. Liberum est perfectio intra genus naturæ rationalis: ergo non potest in eo formaliter consistere esse morale, quod constituit aliud genus rerum, à genere naturę diuersum. Antec. prob. nam sicut quælibet natura habet proprium operandi modũ, quo perficitur in ordine ad proprium finem intra genus naturæ; ita & natura rationalis habere debet proprium modum operandi, quo perficiatur in ordine ad proprium finem intra genus naturę rationalis: hic autem alius esse non potest, quàm modus operandi liberè: nam hic èst proprius ipsius, vt condistinguitur ab omni alio ente non intellectuali. Resp. liberum sumi dupliciter, vno modo in actu 1. & vt sic spectat ad perfectionem naturalem voluntatis: quia vt sic conuenit illi naturaliter & necessariò, necessariò .n. voluntas est potentia libera. Altero modo in actu 2. & vt sic nego liberum esse perfectionem naturalem, sed motalem; quia conuenit illi non vt naturale, sed vt morale agens est; voluntas .n. duplicem habet modum operandi, vnum naturalem, quo perficitur intra ordinem naturæ; alium liberum, quo perficitur intra ordinem moris: & propter hunc duplicem modum operandi potest voluntas duplex genus perfectionis fundare, naturalis, & moralis: sicut intellectus, quà speculatiuus est, fundat perfectionem naturalem: quà verò practicus & directiuus, fundat perfectionem moralem, saltem incompletè & partialiter.

16. *Liberum in actu primo spectat ad perfectionem naturæ voluntatis.*

17. *Obijc.* 3.

Obijcies 3. Omnis effectus dicit intrinsecum ordinem ad principium, à quo est: ergo effectus liber intrinsecum dicit ordinem ad suum principium liberum. Igitur ratio liberi non est actui extrinseca. Resp. effectus dicit intrinsecum ordinem ad principium, à quo est, in quantum ab eo est: non, in quantum potuit ab eo non esse: nec .n. ordinatur ad causam, nisi in quantum ab eâ accipit esse: at nullum accipit esse à causâ, ex eo præcisè, quòd potuit à causâ non esse. Igitur effectus liber non dicit intrinsecum ordinem ad voluntatem, quatenus potuit ab eâ non esse, seu quà libera est formaliter; sed quatenus de facto ab eâ est, seu quà libera tantùm est materialiter: est .n. libera formaliter, quatenus ita agit, vt possit etiam nõ agere.

Resp.

18. *Obijc.* 4.

Obijcies 4. Ideo causa est libera effectiuè, quia in instanti, in quo producit effectum, potest antecedenter, & in sensu diuiso non producere: ergo pariter ideo effectus erit liber formaliter, quia in instanti, in quo est, potest antecedenter & in sensu diuiso non esse. Resp. nego conseq. quia ad liberum essentialiter requiritur, vt in eodem, in quo est potestas ad vnum, sit etiam potestas ad oppositum: in causâ autem ita est potestas ad producendum actum, vt in eadem sit etiam potestas ad oppositum. In actu verò ita est determinatio ad esse quando est, vt in eodem non sit potestas ad non esse, quia non pendet ab ipso, vt possit antecedenter & in sensu diuiso non esse, quando est, sed à causâ, quæ ita ponit illum in esse, vt potuerit antecedenter non ponere. Vnde tota hæc libertas est per extrinsecam denominationem à causâ.

Resp.

19. *Esse morale immediatè conuenit actibus voluntatis.*

Deducitur 1. Esse morale immediatè conuenire actibus elicitis voluntatis, mediatè verò imperatis aliarum potentiarum. ijs .n. actibus immediatè conuenit esse morale, quibus immediatè, conueniunt proprietates actus moralis; quæ sunt, meritum, demeritum, laus, vituperium, virtus, vitium: hæc autem immediatè competunt actibus elicitis à voluntate, mediatè verò imperatis aliarum potent. hi .n. eatenus sunt meritorij aut demeritorij, laudabiles aut vituperabiles, quatenus substant imperio voluntatis. 2. Esse morale diuidi in causale & formale. Causale est voluntas à practicâ ratione regulata, à quâ cæteræ causæ denominantur morales, vt habitus, obiecta, leges, circumstantiæ, quatenus cum

20. *Causale, formale:*

Digitized by Google

nus cum ipsa voluntate & ratione aliquo modo ad actus humanos concurrunt. Formale est peculiaris modus procedendi actûs humani à principio libero, practicâ ratione regulato, à quo proximè & formaliter actus denominatur moralis. 3. Esse formale morale rursus subdiuidi in esse morale denominatiuum seu accidentale, & in esse morale entitatiuum seu essentiale. Illud semper est aliquid distinctum ab esse morali, quod accidit illi tanquam accidens subiecto, vt præmium & pœna: hæc .n. extrinsecè tantùm & denominatiuè dicuntur moralia, tum ab extrinsecâ libertate præmiantis & punientis, tum à liberis actibus merentis & demerentis. Hoc verò est ipsum esse morale essentialiter, quod totũ destruitur, destructo ipso esse morali, cùm nullum habeat esse distinctum ab ipso esse morali, vt ius doctoratus, dominij, pecuniæ valor, obligatio ad pœnam, rescissio cõtractus, relaxatio voti, remissio offensæ, quæ nullum habẽt esse, nisi morale: vnde, eo destructo, totum eorum esse destruitur. Fundatur hoc esse morale semper in extrinsecâ denominatione voluntatis, liberè ius & valorem conferentis, aut ad pœnam obligantis, aut offensam relaxantis. Cùm .n. voluntas nil possit intrinsecè in alios influere, semper huiusmodi entia moralia, quæ à liberâ voluntate alterius pendent, consistunt in extrinsecâ tantùm denominatione voluntatis. 4. In Deo non esse actus morales per ordinem ad intra, sed tantùm per ordinem ad extra. Nam per ordinem ad se nullum Deus habet actum liberum, sed summè necessarium ac naturalem: vnde actus, quo seipsum, suasque diuinas personalitates diligit, quo Spiritum S. producit, est maximè necessarius ac naturalis; qui nequit esse moralis, vt suprà. In ordine verò ad creaturas existentes Deus multos habet actus liberos, à practicâ ratione regulatos, vt actus liberalitatis, fidelitatis, misericordiæ: igitur per ordinem ad extra Deus habet actus morales.

Accidentale, essentiale.

In Deo non est actus moralis per ordinem ad intra.

23. *Ad S Tho. Caietanus.* Ad argum. primæ sent. ad author. S. Thom. Resp. 1. illum intellig. de differentijs actus humani in esse morali, vt *Caiet. ibid. explicat: & se S. Doctor. cit. loco in* 2. Vocat autem illas, differentias essentiales iuxta modum loquendi Scholasti. *Ad* 1. 24. *Ad rat.* 1. Rationem, disting. Maior. esse morale dicit habitudinem tantùm aptitudinalem actus ad suum principium, nego: hæc .n. cùm sit remota, non proxima ratio moralitatis, non sufficit ad completam moralitatem. Dicit habitudinem formalem, concedo; hæc autem non est essentialis aptitudo actus ad suum principium, sed extrinseca dumtaxat denominatio à principio liberè operante ex practicâ regula rationis. *Ad* 2. Neg. maior. vitalitas .n. non competit actui vitali per extrinsecam denominationem, sed per intrinsecum respectum ad principium vitæ: quia est intrinseca & essentialis differentia ipsius physicæ entitatis actus vitalis: moralitas autem non est intrinseca differentia physicæ entitatis actûs humani, cùm possit existere tota entitas physica actus humani absque moralitate; non entitas actûs vitalis absque vitalitate & ordine ad principium vitæ. *Ad* 3. Disting. maior. actus voluntatis dicitur moralis, quatenus est voluntarius, sumpto voluntario pro spontaneo, nego; sũpto voluntario pro libero, concedo. Cæterùm primũ voluntarium est necessariũ actui humano, quoad physicam entitatem, non quoad moralitatẽ, vt patet in amore beatifico, qui maximè spontaneus est, quia tamen liber non est, moralis non dicitur, quia hæc denominatio desumitur à principio liberè operãte.

25. *Ad* 2.

26. *Ad* 3. *rat.*

27. *Dubium* 1. *Dubitatur* 1. An esse morale in commune contrahatur à bonitate & malitiâ tanquam genus à differentijs, an tanquam subiectum ab accidentibus? Aliqui partem 2. docent, moti hoc argu. *Fundam. Aduers.* Impossibile est, vt idem genus contrahatur à plurib. differentijs vltimis non diuidentibus idem genus in plures species atomas: sed esse morale contrahitur à plurib. differentijs vltimis, non diuidentibus idem genus in plures species atomas, vt cùm idem numero actus contrahitur ad duas honestates, vel malitias specificas; vt cũ quis ieiunat propter pœnitentiam, vel furatur propter fornicationem, in quolibet actu sunt duæ species vltimæ moralitatis, quarum vnaquæque apta esset constituere vnam speciem moralitatis ab aliâ distinctam. Hoc autem est contra naturam generis, quod per se postulat, vt non nisi per vnam differentiam vltimam ab vnaquaque specie contrahatur. Non est autem contra naturam subiecti, cùm per vnum tantùm accidens expleatur, ita vt possit idem numero plura accidentia admittere. Confirm. Implicat, destructa differentiâ per se constitutiua speciei, non totam speciem destrui: sed destrui potest differentia moralis constitutiua actus humani, non destructâ totâ specie & naturâ ipsius; vt cùm quis vult ebrietatem cum homicidio in eâ probabiliter præuiso, & deinde perseuerat in eodem actu volendi ebrietatem, homicidij inuincibiliter oblitus, desinit tunc actus in ratione homicidij, non in ratione ebrietatis. 28. *Confir.*

Alij, quibus magis *Assentior*, priorem partem probabiliorem censent. Quæ conformior est modo loquendi Scolast. & *Trid. sess.* 14. *cap.* 5. *& can.* 7. vbi distinguit circumstantias, quæ species peccatorum constituunt à circumstantijs, quæ species peccatorum non constituunt, sed tantùm adiacent illis per modum accidentium. Fundam. Exeo quòd plures bonitates, vel malitiæ esse possunt in eodem actu, non sequitur, quòd plures differentiæ vltimæ contrahant idẽ genus moralitatis, illud non diuidentes in plures species diuersas. Sicut ex eo, quòd plures formæ accidentales esse possint in eodem subiecto, non sequitur, quòd plures differentiæ accidentales vltimæ contrahant idem genus accidentis, non diuidentes illud in plures species distinctas. Quia licet plures bonitates, vel malitiæ respectu physicæ entitatis actu sint accidentia, respectu tamen moralitatis eiusdem actus sunt differentiæ, quæ contrahendo ipsum esse morale in communi, diuidunt illud in plures species distinctas. Nam species, quam differentia vnius bonitatis, vel malitiæ simul cum esse morali in communi constituit, non est illa species, quam alia differentia bonitatis, vel malitiæ cum eodem esse morali in communi in eodem actu existens, constituit. Honestas enim temperantiæ in actu ieiunij elicito propter pœnitentiam, licet sit in eodem actu physico, in quo est honestas pœnitentiæ, non tamen constituit cum ipso actu physico speciem moris, sed cum ipsâ moralitate in communi, quæ se habet vt genus ad vtramque honestatem: quæque cum singulis honestatibus tanquam cum differentijs vltimis constituit diuersas, distinctasque species moris. Nec obstat, quòd vna species moris non distinguatur physicè ab aliâ in eodem actu existente: nam sufficit vt distinguatur moraliter, per ordinem ad diuersum obiectum, & rationis dictamen. Confirm. Ita se habent duæ bonitates, vel malitiæ in eodem actu physico humano, sicut duo accidentia, dulcedo & albedo in eodem subiecto. Sed licet dulcedo & albedo non constituant diuersas species accidentium cum subiecto, constituunt

Esse morale contrahi à bonitate & malitia, vt genus à differentijs Trident.

Ratio

30. *Confir.*

tuunt tamen diuersas species accidentium cum ipso accidente in communi, quod tanquam genus vnaquæque differentia ad certam speciem atomam, ab alterâ condistinctam contrahit. Ergo licet moralis honestas ieiunij & honestas pœnitentiæ in eodem actu existentes, non constituant diuersas species honestatis ac virtutis cum ipsa entitate physica actus, ad quam comparantur vt accidentia ad subiectum; constituunt tamen diuersas species cum moralitate ipsa in communi, quam vnaquæque honestas, vel malitia contrahit ad certam speciem virtutis, aut vitij ab aliâ distinctam.

31. *Ad fund. oppos.* Ex his patet ad oppositam sent. quæ falsum supponit, nempe plures bonitates vel malitias solùm comparari ad entitatem actus vt accidentia ad subiectum, non ad moralitatem actus vt differentiæ ad genus, quod contrahendo diuidunt in varias species morales vltimas. *Ad* confirm. Nego, destructâ differentiâ constitutiuâ speciei moralis, destrui physicam entitatem actus, quæ tantùm est subiectum speciei moralis, dico destrui solam speciem ipsam moralem, quæ fundatur in actu, vt in exemplo adducto, destruitur species homicidij, destructâ differentiâ ipsius per inuincibilem oblivionẽ homicidij, remanente eadem physicâ entitate actus, vt subiecto alterius speciei moralis: sicut destructo vno accidente physico, destruitur tota species illius, remanente eadem substantiâ vt subiecto alterius accidentis. *Ad conf.*

33. *Dubitatur* 2. An ratio moralitatis vniuocè conueniat actui bono & malo. Ratio dubit. quia inter actus malos, alius est positiuus, vt commissio, alius priuatiuus vt omissio, cuius malitia consistit in purâ priuatione actus debiti: à positiuo autem & negatiuo nequit abstrahi vna ratio communis vniuoca. Hoc tamen non obstante, ad dubit. *resp.* affirmatiuè: quia licet ab actu positiuo & negatiuo vt sic nequeat ratio communis vniuoca abstrahi, abstrahi tamen potest ratio communis vniuoca sub ratione dicentis ordinem ad regulam morum. Quo modo tam actus positiuus, quàm priuatiuus connotant terminum positum, nempe voluntatem ipsam liberè operantem & rationem practicè dirigentem.

34. *Ratio moralitatis vniuocè conuenit actui bono & malo.*

SECTIO II.

Quid sit bonitas & malitia moralis?

35. *Differentia esse morales* EXplicato esse morali in communi, explicandæ sunt eius differentiæ, quæ sunt bonitas & malitia. Quæ adhuc considerari possunt dupliciter vel in communi, vt abstrahunt à bonitate & malitiâ, tam actuum, quàm obiectorum, & circumstantiarum: vel in particulari, vt contractæ ad bonitatem & malitiam actuum, obiectorum, & circumstantiarum. In hac sect. de his disputo in priori sensu; in posteriori sequentibus disp.

36. *Sent. 1.* Prima sent. docet, bonitatem moralem in communi acceptam consistere in perfectione absolutâ: quam aliqui ex sent. *Scoti in* 2. *dist.* 4. §. *de* 2. & *quodlib.* 18. §. *de* 1. explicant per aggregationem & integritatem eorum omnium, quæ enti morali vt sic debita sunt. Alij ex sent. *Caiet.* 1. 2. *q.* 71. *ar.* 6. §. *in eodem art.* & q. 72. *art.* 1. §. *ad quid.* declarant per aliquid intrinsecum absolutum in genere qualitatis: oppositam verò malitiam consistere vel in priuatione alicuius perfectionis debitæ enti morali, iuxta priorem sent. Scoti, vel iuxta posteriorem Caietani, in qualitate positiuè contraria. Fundam. sicut bonitas naturalis consistit in integritate eorum, quæ debita sunt enti naturali; bonitas enim naturalis hominis consistit in integritate eorum, quæ debita sunt homini, vt homo est, siue sint essentialia, siue substantialia, siue accidentalia: contrà verò malum naturale consistit, vel in priuatione alicuius perfectionis, siue substantialis siue accidentalis debitæ homini, vt homo est; vel in positiuâ aliquâ entitate dissentaneâ homini, quà homo est: Ita bonitas moralis consistit in integritate & plenitudine eorum omnium, quæ enti morali vt sic debentur: contrà verò malitia moralis consistit, vel in priuatione alicuius perfectionis enti morali debitæ, vel in positiuâ entitate enti morali dissentaneâ. 37. *Fundam.*

Secunda sent. affirmat, bonitatem vt abstrahit à bonitate actus, obiecti, & circumstantiarum, positam esse in conformitate ad legem, vel proximam rationis, vt *Scot. in* 1. *dist.* 17. *q.* 2. §. *quantum: & in* 2. *d.* 40. §. *de* 2. & *quodl.* 18. §. *de* 1. *Lychet. cit. dist.* 40. vel ad remotam diuinam, vt alij: vel ad vtramque simul, vt *Conrad.* 1. 2. *q.* 19. *art.* 1. *ad* 3. & *Medin. q.* 18. *ar.* 2. *concl.* 4. & *q.* 20. *ar.* 1. Oppositam malitiam consistere in difformitate ab eâdem lege, aut proximâ rationis, aut remotâ diuinâ, aut ab vtrâque simul. Fund. sicut omnis rectitudo desumenda est per conformitatem ad propriam regulam: ita obliquitas per difformitatem & deuiationem ab eâdem. Sed regula bonitatis moralis est lex, aut proxima rationis, aut remota diuina. Igitur bonitas moralis consistit in conformitate ad legem; opposita malitia in difformitate & deuiatione ab eadem lege. Maior constat inductione: rectitudo n. naturalis consistit in conformitate ad regulam naturæ; rectitudo artificialis in conformitate ad regulam artis: Igitur rectitudo moralis in conformitate ad regulam morum. Minor prob. ea est regula entis moralis, quæ præscribit modum entis moralis: hæc, vt patet, est lex vel proxima rationis, vel remota diuina. Confirm. posita conformitate ad legem, & omni alio sublato, ponitur bonitas moralis: sublatâ hâc solâ, & omni alio posito, tollitur bonitas moralis. 38. *Sent. 2.* 39. *Fund.* *Confirm.*

Tertia sent. censet, bonitatem moralem sitam esse in conformitate cum natura rationali vt sic: malitiam in difformitate cum eâdem quà rationalis est: Practicam rationem esse tantùm proximam regulam, quâ discernimus vel iudicamus, quæ ei consentanea, quæ dissentanea sunt, vt ea aut sequi, aut fugere debeamus. Quia verò humana ratio non valet omnia sine errore assequi, quin aliquando absque ipsius culpa iudicet vt consentaneum naturæ rationali, quod consentaneum non est, & contrà; ideò illud dici debet naturæ humanæ consentaneum, aut dissentaneum, non quod reipsa est tale, sed quod probabilis ac diligens ratio iudicat esse tale: Est *Vasquez* 1. 2. *disp.* 58. *cap.* 2. & *disp.* 73. *n.* 17. & *disp.* 95. *cap.* 9. *Suarez de actib. hum. tract.* 3. *disp.* 2. *sect.* 2. & *disp.* 3. *sect.* 3. *Coninc. de actib. hum. disp.* 2. *num.* 16. Fundam. Non ideò à priori mendacium, aut quoduis aliud peccatum est malum, quia illud vt malum iudicat ratio, sed quia reipsâ malum & dissentaneum est naturæ rationali, vt rationalis est. Igitur regula, penes quam desumenda est omnis rectitudo, & obliquitas moralis, non est ratio, sed natura, quà rationalis est. Confirm. loquendo etiam de ratione diuina: non ideò à priori mendacium, aut quodcunque aliud peccatum, malum est, quia ratio diuina iudicat esse malum, sed quia re ipsa malum est & dissentaneum naturæ intellectuali, ideò Deus iudicat illud esse malum. 40. *Bonitas moralis sita in confor. cum natura ration. malitia in difform.* 41. *Fund.* *Regula à priori* *Confirm.*

Digitized by Google

41. malum. Ratio: penes id sumi debet rectitudo vel obliquitas moralis, ad quod tanquam ad primam regulam & mensuram vltimò terminatur ens morale: hæc non est ratio, quæ solùm iudicat & ostendit rectitudinem & obliquitatem, sed natura intellectualis, quæ est vltimus terminus, & quasi primum exemplar, quod respicit ens morale vt sic. *A priori*

Conf. Confirm. sicut illud dicitur bonum, aut malum naturæ viuenti, ac sentienti, quod re ipsâ est conforme, aut difforme naturæ viuenti, ac sentienti vt sic: ita illud dicitur bonum, aut malum naturæ intellectuali, quod re ipsâ est conforme, aut difforme naturæ intellectuali vt sic.

42. *Conciliantur alia sent.* Hæc sent. sic explicata verior est: iuxta quam explicantur reliquæ. Nam secunda declarat bonitatem & malitiam moralem per ordinem tantùm ad regulam proximam & quoad nos: quam tertia sent. non negat, sed, præter hanc, addit regulam remotam & primam, quę est natura rationalis vt sic: quā nec secūda negare potest. Prima non ideò

44. assignat bonitatem moralem in integritate eorum, quæ debita sunt enti morali, vt excludat respectum conformitatis ad naturam ration. cùm hoc sit vnum ex prærequisitis ad bonitatem moralem, vt constat ex autho. quibus hęc sent. tribuitur: sed vt explicet fundamentum & primam radicē huius conformitatis, quę consurgit ex concursu omnium, quę ad illud constituendum concurrunt. Nisi .n. actus virtutis, vel obiectum honestum includat omnes circumstantias, quę ad obiectum honestum, vel ad actum virtutis constituendum requiruntur, non erit actus, aut obiectum honestum, ac proinde careat necesse est respectu conformitatis cum naturâ rationali, ex cuius defectu consurgit in actu, vel obiecto oppositâ difformitas cum naturâ ration. in quâ difform. malitia moralis consistit. Cæterùm hęc conformitas, vel difform. cum naturâ ration. non est relatio realis superaddita enti morali, vt includenti omnia, quę ipsum reddunt proximè capax talis conformitatis, vel diffor. Nec est ens rationis; cùm, nullo intellectu cogitante, aliqua sint conformia, aliqua difformia naturæ rationali; sed vltra ea, quę tanquam proximum fundam. requiruntur superaddit solam connotationem naturę ration. ab intrinseco exigentis taliter operari circa tale obiectum.

Conformitas vel diffor. non est relatio realis.

Nec ens rationis.

45. Vnde ad fundam. primæ sent. si intelligat bonitatem moralem etiam obiectiuè sumptam, consistere in sola integritate eorum, quę actui, & obiecto honesto debentur, pręciso omni respectu & connotatione naturę ration. cui hæc ipsa commensurari debent, vt honesta sint, falsum est: quia cùm hæc bonitas non sit absoluta, sed respectiua in ordine ad perficiendam naturam ration. iuxta capacitatem & exigentiam, quam habet ad operandum, vt rationalis est, nequit completa ratio ipsius saluari sine respectu & connotatione eiusdē naturę. Sicut nequit integra ratio bonitatis naturalis, quam accidēs habet ad proprium subiectum, saluari sine respectu ad illud. Ad fund. secundæ sent. neg. minor, si intelligatur de primâ regulâ bonitatis moralis: hæc .n. non est ratio diuina, vel humana, sed natura intellectualis, penes quam vltimò attenditur omnis ratio bonitatis, vel malitiæ moralis. Concedenda verò est, si intelligatur de regula tantùm proxima & indicatiua, penes quam non negamus quoad nos, & à posteriori desumi bonitatem, vel malitiam moralem. In quo sensu intellige August. *lib. 22. contra Faust.* cap. 27. *peccatum est dictum, vel factum, vel concupitum contra legem aternam*: intellige *S. Tho. 1. 2. qu. 19. art. 4.* vbi

Ad fund. 1.

Bonitas & malitia sūt respectiua.

46. *Ad fund. 2.*

August.

S. Thomas.

bonitatem & malitiam moralem explicat pe ordinem tum ad rationem, tum ad legem diuinam. *Ad* 47. prob. min. disting. Maior. Illa est prima regula bonitatis & malitiæ moralis, quæ præscribit modum indicatiuè, & per ordinem ad aliud, cui vltimatè commensurari debet, nego; quæ præscribit modum vt prima mensura & exemplar, cui vltimatè omnia commensurari debent, cōcedo. Porrò ratio, vel lex non præscribit modum vt prima mensura & exemplar bonitatis & malitiæ, sed vt indicans tantùm & dirigens ad instar Ideę, quę artificem dirigit per ordinem ad exemplar, quod solùm dirigit vt prima regula. *Ad* confirm. nego an- 48. *Ad conf.*
tec. Nam si loquamur de lege humana positiuâ, manere posset conformitas ad legem, & difformitas ad naturam ration. si lex præscriberet aliquid, quod esset dissentaneum naturæ ration. Tunc .n. operari iuxta legem, esset malum: cùm tamen, si bonitas desumeretur per conformitatem ad legem, in tali casu operari iuxta legem, esset bonum. Si verò loquamur de lege naturali, fieri posset, vt quis erroneè putaret aliquid esse iuxta legem natur. & simul contra exigentiam naturę ration. Tunc .n. operari iuxta legem natur. contra exigentiam naturę ration. esset malum. Quod est euidens signum, bonitatem & malitiam moralem spectandam esse penes conformitatem, vel diffor. ad naturam ration. tanquam ad primam regulam & exemplar.

Obiicies 1. Multa sunt bona moralia ex eo tan- 49.
tùm, quia sunt præcepta: ergo hęc saltem bonitatem, vel malitiam moralem habent per conformitatem, vel difform. ad legem pręcipientem. Resp. *Multa habent bonitatem moralem efficiēter à lege: formalē per cōform. ad naturam ration.*
Neg. conseq. licet .n. illa bonitatem moralem efficienter habeant à lege, formalem tamen habent per conformitatem ad naturam ration. cui tanquam primę regulę commetienda est omnis lex.

Obiicies 2. Si quis erronèe apprehenderet ali- 50.
quid esse iuxta legem diuinam, contra tamen exigentiam naturę ration. tenderetur potiùs se conformare cum lege diuinâ, quàm cum exigentiâ & regulâ naturæ ration. ergo bonitas moralis tanquam à primâ regulâ pendet à lege diuinâ. Resp. Neg. *Obiic. 2.* *Resp.*
conseq. ideò .n. in eo casu teneretur homo se conformare cum lege diuinâ, quia teneretur credere, quòd lex diuina esset certior & infallibilior regula ostensiua conformitatis operis præscripti cum naturâ ration. quàm propria ratio. Cùm .n. nequeat operari voluntas, nisi pręuiâ notitiâ practicè ostendente bonitatem, vel malitiam obiecti, concurrentibus duabus notitijs de eodem obiecto oppositâ dictantibus, tenetur homo se conformare notitiæ certiori & infallibiliori, qualis in prædicto casu esset notitia diuina.

Obiicies 3. Cùm ratio erroneè dictat, aliquid 51.
esse bonum, quod re verâ est malum & contra exigentiam naturæ ration. tale opus ex tali dictamine factum, esset bonum; contrà verò esset malum, si contra tale dictamen fieret: ergo bonitas & malitia moralis desumenda est penes rationem, non penes exigentiam naturæ ration. Resp. neg. *Obiic. 3.* *Resp.*
conseq. tunc .n. voluntas operando se conformaret naturæ ration. tanquam primę regulæ, saltem putatiuè: quia non tenetur se conformare cum suâ regulâ, nisi per rationem propositâ: & quia tunc ratio inculpabiliter proponeret aliquid vt conforme naturæ ration. licet re ipsâ conforme non esset, bonum esset tale opus eo tempore factum, non propter conformitatem cum ratione errante, sed propter conformitatem probabiliter putatam cum naturâ rationali.

DISPV-

Digitized by Google

DISPVTATIO XIII.

An & quid sit bonitas & malitia moralis obiectiua?

1. *Duplex quæst.*

DEclarata bonitate & malitiâ morali in genere, declarandæ sunt eius species, quæ sunt bonitas & malitia obiectiua, & formalis. Hæc est propria actûs; illa obiecti: quia verò obiectiua præcedit formalem, vt causa specificans suum specificatum, hîc de obiectiuâ, tum de formali disputo. 1. an sit concedenda obiectiua vt condistincta à bonitate & malitia formali?

1. *An sit obiectiua?*

2. *Negant Vasq. &c.*

Prima sent. negat: *Vasquez* 1.2. *disp.* 73 *nu.* 21. & eorum est, qui nullâ bonitatem & malitiam agnoscunt, præter eam, quę est in actu interiori voluntatis, à quo cætera tam obiecta, quàm externæ operationes donominantur extrinsecè bona, vel mala: Ita *Bonau. in* 2. *dist.* 42. *art.* 1 *qu.* 1. *ad* 3. *Albert. art.* 1. *Richard. art.* 1 *qu.* 1. *Durand. qu.* 1. *n.* 6. & 7. *Argenti. qu. vn. art.* 1. *Ocham in* 3 *qu.* 10. *ad* 3. *dub. Gabriel. qu. vn. art.* 2. Fundam. obiectum voluntatis sunt res externæ, aut externæ ipsæ operationes: neutræ sunt bonæ, aut malæ moraliter: ergo non datur obiectiua bonitas, aut malitia, distincta à bonitate, aut malitiâ actus interioris. Maior constat ex sufficienti partium enumeratione. Minor prob. Et primò de rebus. Nam res in se neque sunt bonæ, neque malæ moraliter, sed indifferentes, vt sint termini actuum bonorum, vel malorum moralium: Deus .n. indifferens est, vt terminet bonitatem amoris, vel malitiam odij. Item res aliena indifferens est, vt terminet actum restitutionis, qui bonus est, vel furti, qui malus est. Confirm. 1. bonitas & malitia moralis proximè fundatur in ipsâ ratione liberi; sed nulla est in rebus ratio liberi nisi per extrinsecam tendentiam voluntatis ad illas: Hæc autem non est in rebus, sed in actu voluntatis. 2. Si aliqua esset bonitas vel malitia moralis in obiectis distincta, possent ab illâ obiecta donominari bona, aut mala moraliter, independenter ab ipsa bonitate, & malitia actûs: cùm omne subiectum denominari possit à formâ sibi inhærente. 3. Vt actus voluntatis sit malus, non requirit malitiam in obiecto vt patet in odio Dei, quod de se malum est, etiamsi Deus optimus sit: ergo neque vt sit bonus, requirit bonitatem in obiecto. Prob. 2. Minor de operationibus ipsis externis, quę non solùm comparantur ad internos actus voluntatis, vt effectus imperati ad causam imperantem, sed etiam vt obiecta, ad quæ illi proximè tendunt. Quidquid .n. bonitatis, aut malitiæ est in actibus externis, totum illis deriuatur ab internis, quibus tantùm intrinsecè inest bonitas, aut malitia moralis, alioqui actus externus esset distinctum peccatum ab interno.

3. *Probant res esse indiffer.*

4. *Confirm. 1.*

5.

6.

7. *Probãt operationes externas esse indiffer.*

8. *Affirmant bonitatem & malit. obiec. S. Tho. &c.*

Secunda sent. affirmat: ita *S. Thom.* 1. 2. *qu.* 18. *art.* 2. & 5. & *qu.* 19 *art.* 1. *ad* 3. & *in* 2. *dist.* 40. qu. 1. *art.* 3. & *qu* 2. *de malo art.* 3. *Capreol. in* 2. *dist.* 42. *qu.* vn. *art.* 1. *concl.* 2. *Caiet.* 1 2. qu. 19. art. 1. *fine*, *Conrad. ibid.* ad 3. Medin. qu. 18. *art.* 2 *Curiel. ibid.* dub. 2. §. 3. Ferrari. 3. *con. Gen. cap* 10. §. *sed occurrit dub. Scot. in* 2. dist. 42. §. *ad quæst.* 2. & *fusius* quodlib. 18. §. *de* 1. & §. *de* 2. & §. *de* 3. *Ægid.* in 2. *dist.* 40. *qu.* 1. art. 2. & dist. 42. qu. 1. *art* 1. *dub. Later.* Rubio dist. 42 qu. 1. *art.* 1. *Arimin.* qu. *vn. concl.* 1. *Maior qu.* 1. *concl.* 1. & 2. Palat. *disp. vn.* §. *post hæc:* Almain. *tract.* 1. *de actib. hum. cap.* 14. Suarez *tract.* 3. *de actib. hum. disp.* 2 *sect.* 1. *Coninc.* disp. 3. dub. 2. Sylui. 1. 2. qu. 18. art. 2. & alibi: quæ sent. communior, probabilior, sequenda. Fundam. Omnis voluntatis actus præsupponit obiectum, ad quod feratur, & à quo specificetur: ergo tam actus moraliter bonus, quàm actus moraliter malus, supponere debet proportionatum obiectum, à quo & ille bonitatem, & hic malitiam desumat: igitur concedenda est obiectiua bonitas, vel malitia distincta à bonitate & malitia actus. Antec. patet. voluntas .n. non facit sibi obiectum, sed supponit, cùm non sit obiecti conceptiua, sed inclinatiua. Prior conseq. *constat*: nam omnis actus suam specificationem desumit ex obiecto, cui per intrinsecam habitudinem commensuratur. Est .n. obiectum, vt S. *Thom.* definit 1. 2. *qu.* 18. *ar.* 2. *ad* 2. forma actus, non quidem intrinseca, quia nõ specificat intrinsecè componendo, sed terminando habitudinem illius ad se, nec immediata, vt est visio respectu obiecti visi, sed mediata, quia non specificat immediatè denominando, sed terminando intrinsecam habitudinem actus ad se: à qua habitudine ille speciem habet: quo fit, vt non ex eadem forma immediata actus & obiectum denominentur bona, vel mala. Nam actus bonus, & aliquis saltem malus, denominatur ex intrinsecâ habitudine ipsius ad obiectum; à quâ tamen habitudine non denominatur bonum, vel malum obiectum. Posterior conseq. *prob.* cùm ista bonitas, vel malitia actûs pendeat ex obiecto, & obiectum non fiat formaliter bonum, aut malum per ipsam rationem proponentem; nam etiam ratio præsupponere debet obiectum conforme, aut difformæ naturæ rationali, illudque tantùm proponere voluntati; necessariò supponi debet in ipso obiecto.

9. *Sent. hæc prob.*

Quid sit obiectum.

Conced. obiectiua bonitas

Maior grauiorque difficultas est in explicando, quid hæc bonitas & malitia sit, quam actus in obiecto suppponit. Quam S. Thomas *cit. qu.* de malo, *primordialem*: Scotus, *bonitatem ex genere seu potentialem*; Ferrar. *naturalem*, appellant. Ratio difficult. Res sunt secundùm se indifferentes, vt potiùs terminent actum bonum, quam malum: nec vllam in se dicunt bonitatem, aut malitiam moralem, cùm hęc proximè fundetur in ratione liberi, quæ solis actibus voluntatis conuenit. Propter quod variè illam explicant Doctores, modò per conformitatem, & difform. cùm rectâ ratione & lege diuinâ: modò per conformitatem, & difform. cum naturâ rationali vt sic: modò per plenitudinem circumstantiarum, quæ ad honestatem requiruntur. Ego sic illam explico. Bonitas seu honestas obiectiua nil aliud est, quàm quædam proportio, seu conuenientia, quam res, & operationes ipsæ in ratione obiecti habent cum naturâ rationali ad terminandos liberos actus ipsius. Contrà verò malitia seu inhonestas obiectiua nil aliud est, quàm quædam improportio & disconuenientia, quam res seu operationes in ratione obiecti cum naturâ ration. habent ad terminandos liberos actus eiusdem. Res .n. considerari possunt, vel absolutè & in genere naturę, quà sũt ad se: vel respectiuè & in genere obiecti, quà aptæ sunt terminare liberos actus voluntatis; quo modo habent rationem moris, saltem terminatiuè & causaliter, quà aptę sunt causare morales actus naturę ration. specificando illos in genere moris. Porrò honestas obiectiua non consistit in bonitate absolutâ, quam res habent in genere naturæ, sed in bonitate respectiuâ, quam eædem res habent in genere obiecti, & moris causatiuè, quà aptæ sunt causare specificando

10. *Quæst. 2. quid sit bonitas & malitia obiectiua?*

11. *Explicatur*

Honestas obiectiua sita bonitate respectiua.

Digitized by Google

specificando moralitatem actuum huma. Quę bonitas à poster. & quoad nos explicatur per conformitatem ad rectam rationem & legem diuinam; à priori & secundùm se per conformitatem ad naturam rationalem vt sic; fundamentaliter per integritatem & plenitudinem omnium, quæ ad obiectiuam honestatem requiruntur: quam *Scotus in 1. dist. 17. q 2. §. quantum* appellat quendam *decorem*, ratione cuius obiectum dignum est, vt circa illud versentur liberæ operationes hominis. Aptitudo ad conuenientiam vel disconu. cum naturâ intellect. quà tali, non est formalis moralitas actus, sed fundamentalis: quia .n. aptus est conuenire vel disconuenire naturæ ration. aptus est regulari à ratione, & esse actus moralis: si reipsâ non reguletur, quantumuis sit aptus regulari, non est formaliter moralis, vt in dormiente, non defectu libertatis duntaxat, sed defectu etiam rationis, practicè ac firmiter regulantis. Quia etsi actus esset liber formaliter, aptusq; conuenire vel disconu. naturæ ration. & per impoſſ. non conueniret, nec disconu. non esset formaliter moralis: ergo actu conuenire, vel disconu. rationi, seu actu regulari practicè à ratione, est actualis ac formalis moralitas, formalisq; bonitas, vel malitia actûs, vt infrà.

Moralitas Fundam.

12. *S. Thomas*

Hanc explic. colligo ex S. *Tho.* 1.2.q.18. *art.* 5. vbi, *in actibus*, inquit, *bonum & malum dicitur per comparationem ad rationem: quia vt Dionysius dicit 4. cap. de diuinis nom. bonum hominis est secundùm rationem esse, malum autem, quod est prater rationem. Vnicuique enim rei est bonum, quod conuenit ei secundùm suam formam; & malum, quod est ei prater ordinem suæ formæ. Patet ergo, quòd differentia boni & mali circa obiectum considerata, comparatur per se ad rationem*, scilicet, *secundùm quod obiectum est ei conueniens, vel non conueniens*: & qu. 19. art. 1. ad. 3. *dicendum quòd bonum per rationem repræsentatur voluntati vt obiectum, & in quantum cadit sub ordine rationis pertinet ad genus moris, & causat bonitatem moralem in actu voluntatis.* Hæc S. Doctor, qui bonitatem, & malitiam moralem agnoscit in obiectis; quæ quà repręsentantur per rationem vt conuenientia vel disconu. naturæ rationali, habent rationem moris, causando in genere causę specificatiuæ bonitatem, vel malitiam moralem in actib. humanis. A S. Tho. non discordat *Scot.* in 2. dist. 40. § *de 2. & quodlib.* 18. §. *de 1.* & alibi.

Scotus non discordes.

13. *Ad fund. prima*

Ad fundam. 1. sent. disting. maior. Obiectum voluntatis sunt res vel operationes externæ, consideratę secundùm se & in genere naturę, nego; respectiuè & in genere obiecti, concedo. Quo pacto nego, eas non esse moraliter bonas, aut malas causaliter, esto non sint moraliter bonæ, aut malæ formaliter: sicut medicina dicitur intrinsecè sana causaliter; extrinsecè verò sana formaliter à sanitate existente in animali: & contra *Vasquez*, actus peccaminosus dicitur dissonus & difformis naturę ration. à dissonantiâ & difformitate obiecti cum naturâ ration. Igitur possunt res in ratione obiecti habere moralem bonitatem vel malitiam. Vnde ad 1. prob. min. concedo, res secundùm se & in genere naturę non esse bonas, aut malas moraliter, esse tamen bonas, aut malas moraliter in genere obiecti; nam Deus etsi secundùm se, imò & in ratione obiecti consideratus indifferens sit ad terminandum actum amoris, vel odij; idem .n. per rationem voluntati propositus potest amari, & odio haberi, absolutè tamen dicitur aptus potiùs vt ametur, quàm vt odio habeatur: Tum quia obiectum dicitur absolutè aptum, non per ordinem ad quoscunque actus, sed per ordinem ad actus naturæ rationali conformes; tum quia obiectum denominatur simpliciter aptum secundùm illam rationem, quæ ei conuenit intrinsecè & per se, non autem quæ ei conuenit extrinsecè & per accidens. Bonitas autem, secundùm quam Deus aptus est terminare actum amoris, intrinsecè & per se conuenit Deo; contrà verò malum, secundùm quod aptus est terminare actum odij, extrinsecè tantùm, & per accidens illi conuenit. Contrà verò malum, secundùm quod peccatum aptum est terminare odium, per se conuenit peccato; bonum autem per accidens. Eodem modo res aliena, vt restituenda proprio domino apta est terminare actum prosecutionis, inepta terminare actum fugæ & nolitionis: cõtrà verò, res vt eripienda inuito domino, potiùs apta est terminare actũ nolitionis, & fugæ, quàm prosecutionis & appetitus. Ad 1. conf. conced. *maior* de bonitate & malitiâ morali formaliter sumpta, neganda de eadem causaliter acceptâ. Hæc .n. non fundatur proximè in ratione liberi, sed in conformitate & diffor. ad principium liberum, cuius actus complet in ratione bonitatis, vel malitiæ moralis: hæc .n. non tantùm dicit esse liberum, quod habet à voluntate; sed etiam esse regulatum, quod primordialiter habet ab obiecto & per rationem practicè dictato. Ad 2. nego sequel. quia cùm hæc bonitas, vel malitia, quæ est in obiecto, non sit vniuoca formalis cum ea, quæ causatur in actu, sed æquiuoca, & causalis, nequit ab eâ obiectum denominari bonum, aut malum: sicut nec medicina denominatur formaliter sana à virtute causatiuâ sanitatis, sed tantùm causaliter. Ad 3. Nego antec. malitia .n. in actu supponit inhonestatem in obiecto vel in modo tendendi ad obiectum, à quâ actus completur in ratione malitiæ moralis; sic odium Dei malitiam suam desumit non ex obiecto, sed ex modo tendendi in ipsum. Qui modus respectu voluntatis se habet aliquo modo obiectiuè, quà præuidetur, & in illum sic pręuisum voluntas exercitè tendit. Ad 2. prob. min. nego, quidquid bonitatis & malitię est in actibus externis, deriuari ab internis; aliqua .n. bonitas & malitia per se primò est in actibus externis, quæ communicatur internis, nempe quæ sumitur ex obiecto, & circumstantijs, quæ, vt S. Tho. docet 1.2 *qu.* 20. *art.* 1. primò & per se est in actu externo, à quo deriuatur in internum: vt velle dare eleemosynam, ideò bonum est, quia opus ipsum externum bonum est, non contrà. Cęterùm negandum est, actum externum esse distinctum peccatum ab interno, esto distinctam habeat malitiam: quia externus facit vnum in genere moris cum interno, accipiendo ab illo esse liberi, & viciſſim dando illi esse difforme rationi: ad peccatum autem vtrumque per se requiritur.

14. *Ad confir. 1.*

15. *Ad secundam*

16. *Ad tertiam*

Non omnis bonitas & malitia in actibus externis, deriuatur ab internis.

Deducitur 1. obiectum, vt sit simpliciter honestum, & aptum causare moralem bonitatem in actu, quem terminat, includere aggregationem omnium circumstan. quę illud reddunt vndequaque honestum & consonum rationi. Nam sicut bonitas naturalis non solùm consurgit ex entitate essentiali, sed etiam ex accidẽtali: bonitas enim naturalis hominis non solùm consurgit ex entitate essen. animę & corporis, sed etiam ex entitate acciden. potentiarum, & organorum, cęterorumque quę hominem exornant atque perficiunt intra naturam hominis: ita bonitas moralis obiectiua non solùm consurgit ex honestate obiecti essen. sed etiam ex honestate & plenitudine circumstantiarum, quæ obiectum accidentaliter perficiunt atque exornant intra genus moris. Vnde vt obiectum sit

17. *Obiectum simpliciter bonum includit circumstantias*

Digitized by Google

ctum sit honestum simpliciter requirit plenitudinem omnium circumstan. vt autem sit simpliciter malum, sufficit defectus vniuscuiusque circumstantiæ, ex illo vulgato Dionisij, *bonum ex integrâ causâ malum ex quocunque defectu.*

18. *Honestas alia extrinseca ex præcipiente.* *Deducitur* 2. Hanc honestatem obiectiuam interdum esse intrinsecam obiecto, vt bonitas in Deo & in proximo, propter quam vterque est honestè amabilis: interdum extrinsecam, vt ieiunium positiua lege præceptum. Quamuis .n. omnis ferè lex aliquam supponat bonitatem vtilem ad finem in medio, quod præscribit, ea tamen necessaria non est, vt medium præscriptum habeat honestatem sufficientem ad specificandum actum virtutis, cùm sufficiat sola honestas, quam res præcepta habet ex voluntate superioris præcipientis. Eodem modo theologandũ est de malitiâ, quę interdũ intrinseca est obiecto, vt deformitas in culpâ, & priuatio debitæ perfectionis in pœnâ, ob quã vtraq; est honestè odibilis. Nam quamuis hæc, vt correctiua culpæ, bona sit, & honestè odio haberi non possit: vt tamen est afflictiua, malum est personæ, & vtsic honestè odio haberi potest. Interdum verò est extrinseca obiecto, quam vel ratio ipsa apprehendit in obiecto honesto, vèl ipsum obiectum honestum redditur malum ex aliquâ extrinsecâ circumstantiâ.

DISPVTATIO XIV.

De bonitate & malitia formali actuum humanorum.

SECTIO PRIMA.

Vnde actus humani desumant suam primam & specificam, bonitatem vel malitiam.

1. *Status quæst.* SVPPONO ex *dist.* 12 *sect. vlt.* Bonitatem & malitiam in actibus humanis nil aliud esse formaliter, quàm conformitatẽ, aut difformitatẽ cum naturâ ration. vt rationalis est; hoc .n. commune est omni bonitati & malitiæ morali, cùm respiciat naturam ration. vt primam regulam, penes quam attendenda est conformitas, vel diffor. moralis. Hoc ergo posito, vlteriùs inquirimus, vnde hæc formalis conformitas, aut diffor. causetur. Multa sunt, quę ad actus humanos moraliter causandos concurrunt, principium liberum, rationis dictamen, lex, obiectum, finis, circumstantię: de quibus disputandum, An, & quam bonitatem, vel malitiam causent in actib. humanis.

2. *Prima sent. Fund.* Prima sent. esse potest, specificam bonitatem actus humanos desumere ab ipsa naturâ ration. vt rationalis est. Fundam. Eadem est regula, & causa rectitudinis in actu: sed natura ration. vt rationalis, est regula moralis rectit. in actibus humanis: ergo eadem erit causa moralis rectit. in actibus. Minor constat ex dictis. Maior prob. tum à pari ex operibus artificiosis, quæ artificiosam rectit. desumunt ab ipsâ regulâ artis: tum à priori, nam regula mensurando & dirigendo opus, causat in illo rectitudinem, vel artificialem, si sit regula artis; vel moralem, si sit regula morum. Sed *contrà*:

3. licet natura ration. sit regula & mensura, ac proinde aliquo modo causa bonitatis moralis, non est tamen regula specifica, sed tantùm generica: proinde non poterit esse specifica, sed tantùm generica causa moralis rectit. in actibus humanis, sicut nec ars est causa specifica, sed tantùm generica rectitudinis artificialis in operibus artis: quorum specificá rectitudo desumitur ex proprio fine & vsu ad quem vnumquodq; opus artificiosum ordinatur. *Natura rationalis est regula bonitatis moralis generica.*

Confirm. in hac conformitate aut difform. cum naturâ ration. omnes actus humani, imò omnia entia moralia conueniunt: igitur non potest ab illâ specifica ratio bonitatis & malitiæ propria actuum human. desumi. Eâdem ratione constat, hanc specificam bonitatem desumi non posse à lege æterna Dei: nam etiam hæc est regula vniuersalis bonitatis moralis. 4. *Conf.*

Secunda sent. affirmat, hanc specificam bonitatem moralem desumi ex recto dictamine rationis. Fundam. Ex vario dictamine rationis deriuatur varia bonitas specifica in actus humanos. Confirm. actus conformis conscientiæ erroneæ, est moraliter bonus, etiamsi sit de obiecto malo: non igitur ab obiecto, sed à dictamine rationis actus humani desumunt suam bonitatem, vel malitiam: alioqui talis actus de obiecto malo, esset moraliter malus. Quia id quod dat specificam bonitatem, vel malitiam actui humano, non est res ipsa secundùm se, sed vt proposita & dictata per practicam rationem. Sed *contrà*: ratio non specificat actum ratione sui, sed ratione obiecti, quod proponit vt consentaneum, vel dissentaneum naturæ ration. id .n. quod formaliter & proximè confert bonitatem, vel malitiam actui, est obiectum ipsum honestum, vel inhonestum. Ratio autem est tantùm proxima regula dignoscendi proponendique honestatem, vel turpitudinem obiecti. Vnde concedo, ex diuerso rationis dictamine diuersam causari bonitatem specificam in actibus humanis: nego tamen, id formaliter prouenire ex diuersitate dictaminum, sed ex diuersitate obiectorum per dictamina propositorum. Ad Confirm. dico, talem actum, si quam habet bonitatem, eam non habere ex ratione errante, sed ex obiecto ipso practicè bono. Ad rationem disting. id quod dat specificam bonitatem vel malitiam, est res seu obiectum regulatum & dictatum à ratione tanquam à conditione sine quâ non, concedo; tanquam à ratione formali specificante, nego: hæc .n. non est ratio dictans, sed obiectum dictatum. 5. *Sent. 2. prob.* *Confir.* *A priori.* 6. *Ratio specificat obiectũ ratione obiecti.* 7. *Ad confirm.* *Ad rat.*

Tertia sent. asserit, specificam bonitatem, vel malitiam actus humanos accipere ex circumstantijs, genericam ex obiecto. Hæc tribuitur *Scoto, in* 2. *dist.* 2. *qu. vn.* §. *ad solut. & in* 2. *dist.* 40. §. *de* 2. *& quodlib.* 18. §. *de* 1. & §. *nota*: quibus in locis bonitatem & malitiam ex obiecto appellat genericam, ex circumstantijs verò specificam: quia tam bonitas, quàm malitia desumpta ex obiecto, est ad instar generis potentialis, contrahibilis per bonitatem & malitiam circumstantiarum, tanquam per differentias. Idem docet *Gabriel in* 2. *dist.* 20. *qu. vn. art.* 1. Sed neque hæc sent. vera est, neque à Scoto intenta. Primum patet; nam bonitas & malitia, quę sumitur ex circumstantijs, est accidentalis actui humano: quippe quæ adesse & abesse potest, integrâ manente specie actus humani. Sunt .n. circumstantiæ accidentia actûs supponentes illum constitutum in ratione specificæ bonitatis aut malitiæ. Sicut .n. idem actus in esse naturæ habet aliquas perfectiones, sine quibus manere potest integer quoad essentiam naturalem: ita in esse moris habet aliqua, sine quibus manere potest integer 8. *Sent. 3.* *Fund.* 9. *Reijcitur.*

quoad

Digitized by Google

quoad essentiã moralem: hæc sunt circumstantiæ, vt & ex nomine constat: Circumstantię.n. ideò dicuntur, quia circũstant actum, non constituunt essentialiter. Secundum facilè constabit Scotum attentè legenti. Non .n. cùm ipse bonitatem ex obiecto vocat bonitatem ex genere, intelligit bonitatem genericam, sed specificam, sumpto nomine *generis* pro specie. Quo loquendi modo vtitur etiam *S. Tho.* 1 2. *qu.* 18. *art.* 2. *& in* 2. *dist.* 26. *art. vlt.* Neque cùm dicit, bonitatem ex obiecto esse alterius contrahibilem per bonitatem ex circumstantijs tanquam per differentias, intelligit differentias specificas & essen. sed tantùm acciden. vt colligitur ex *cit. loco in* 2. *dist.* 7. vbi distinguit triplicem bonitatem moralem in actibus: Primam ex obiecto, quam vocat *ex genere*: Secundam ex circumstantijs, quam appellat *virtuosam*: Tertiam *meritoriam*, seu *gratuitam* ex diuinâ acceptatione in ordine ad præmium. Et quidem *prima bonitas moralis ideo*, inquit, *potest dici ex genere, quia est quasi materialis respectu omnis boni vlterioris in genere moris. Nam actus transiens super obiectum, est quasi formabilis per quamcunque aliam circumstantiam moralem, & ita quasi potentialis non omninò extra genus moris, sicut sunt ipse actus in genere naturæ, sed in genere moris, quia iam habet aliquid de illo genere, puta obiectum conueniens actui.* Eandem doctrinam repetit *quodl.* 18. §. *nota.* Collige, Scotum illam appellare bonitatem ex genere, quæ capax est accipere quamcunque vlteriorem, siue moralem ex circumstantijs, siue gratuitam & meritoriam ex diuinâ acceptatione.

10. *Quid Scotus per bonitatem ex genere?*

Quarta & vera sent. docet: Primam & specificam bonitatem, vel malitiam actus humanos desumere ex obiecto cõsentaneo, vel dissentaneo naturæ rationali vt sic: *Est S. Tho.* 1. 2. *qu.* 18. *art.* 3. *&* 4. & omnium ferè Theolog. Fundam. sumitur ex vulgato Arist. principio: actus specificari ab obiectis, non solùm in esse naturæ, sed etiam in esse moris: quia actus in suo esse siue naturali, siue morali commensuratur per ordinem ad obiectum, cuius est inclinatio & tendentia. Igitur per habitudinem ad illud accipit suam specificationem: cùm nil aliud sit, actum specificari ab obiecto, quàm ipsius esse commensurari per ordinem intrinf. & habitudinem ad obiectum. Vnde si obiectum, cui actus commensuratur, est honestum, ipse actus honestus; si inhonestum, & ipse inhonestus sit necesse est.

11. *Specifica bonitas vel malitia actus desumitur ex obiecto.*

Quid sit actum specificari ab obiecto.

Dices. Hoc ad summum verum erit, quando obiectum est intrinsecè honestum, vel inhonestum; non quando est honestum, vel inhonestum extrinseco tantùm præcepto, vel prohibitione superioris: tunc .n. bonitas vel malitia moralis actus non desumitur ex obiecto, quod ex se supponitur indifferens, sed ex præcepto extrinf. vel prohibitione superi. Resp. etiam tunc specificam bonitatem, vel malitiam actûs desumi ex obiecto, non secundùm se, sed quatenus præcepto exrrinf. aut prohibitione superi. reponitur in determinatâ specie virtutis aut vitij. Nam, vt optimè *Caiet.* 1. 2. *qu.* 96. *art.* 4. *fine*, lex præcipiendo seu statuendo, facit de actibus indifferentibus virtuosos, vel vitiosos, dum sub aliquâ virtute, aut vitio actum determinat. præcipiendo .n. abstinentiam, ponit actum sub virtute temperantiæ, & oppositum sub vitio intemperantiæ. Cuius signum est, quia actus præcepti, non specificantur iuxta specificationem præceptorum, sed obiectorum, quę præcipiuntur, vel prohibentur. Actus .n. religionis diuinâ humanaque lege præceptus, non confert duplicem bonitatem: sicut nec mendacium naturali diuinaque lege prohibitum, duplicem malitiam. Quòd actus ab obiecto accipiat primam bonitatem, aut moralem malitiam, patet: quia ante hanc nulla supponitur in actu nisi naturalis, seu fundamentum moralitatis, quod habet actio; quatenus liberè procedit à suo principio. Confirm. eadem actio vt præscindens ab obiecto, & considerata tantùm vt liberè procedens à suo proximo principio, nondum concipitur determinata ad bonitatem, vel malitiam moralem, sed ad vtramque indifferens. Igitur prima bonitas, vel malitia moralis illi aduenit ex ordine ab obiectum. Vnde cùm *S. Tho. in* 2. *dist.* 36. *art. vlt. & Scot. dist.* 40. §. *de* 2. & alij Schol. docent, primam bonitatem actum accipere ex libertate operantis, non debent intelligi de bonitate morali, sed de naturali & fundamento moralis, quæ dici potest generica respectu moralis ex obiecto, vt illam appellat S. *Tho.* 1. 2. *qu.* 18. *art.* 4. Cæterùm obiectum considerari potest dupliciter: 1. in esse naturæ secundùm suam physicam & transcendentem bonitatem. 2. in esse moris secundùm proportionem aut oppositionem cum naturâ rationali, quam proximè habet ex practico dictamine rationis. Porrò actus bonitatem, vel malitiam moralem non desumit ex obiecto considerato in esse naturæ, sed in esse moris.

13. *Actus ab obiecto accipit primã bonitatem.*

Confir.

14. *Obiectum considerat. dupliciter.*

Deducitur, ex eodem obiecto moralem bonitatem malitiamve vltimò desumere habitus studiosos, & vitiosos. Dixi, *vltimò*: proximè .n. & immediatè habitus specificationem sumunt ex actibus, ad quos producendos ordinantur; mediatè ex obiectis, ad quę habitus ordinantur medijs actibus, quos producunt. Quia etiam habitus vltimatè commensurantur obiectis, ad quæ medijs actibus inclinant. *Petes*, cur non etiam potentia dicitur moraliter bona, ex innatâ inclinatione & habitudine ad actus, & obiecta honesta? *Resp.* Tum quia potentia est indifferens tam ad actus & obiecta bona, quàm actus & obiecta mala: habitus virtuosus est determinatus tantùm ad actus & obiecta honesta, sicut vitiosus ad actus & obiecta inhonesta. Quapropter virtus ab *August. lib.* 2. *de lib. arb. cap.* 19. definitur, *Qualitas mentis, quâ rectè viuitur, & nemo malè vtitur.* Tum quia innata inclinatio potentiæ ad actus & obiecta honesta cùm non distinguatur ab entitate potentiæ, spectat ad naturalem constitutionẽ principij operantis, ac proinde nequit ad moralem, quę liberis tantùm actibus acquiritur, pertinere.

15. *Ex obiecto bonitatem desumunt vltimò habitus.*

16. *Potentia nõ dicitur moraliter bona, quia indifferens.*

Obijcies 1. Actus externus, ex. gr. solutio mercedis, non habet obiectum à se ipso distinctum: ipsa .n. est obiectum actûs interni, & tamen non ordinatur ad obiectum à se distinctum. Ergo non omnis actus humanus sumit bonitatem vel malitiam ab obiecto. Neg. antec. omnis .n. actio exterior vltimatè ordinatur ad ius compensandum, tuendumve, quod respectu actionis se habet vt obiectũ. Nam actio externa, aut versatur circa Deum, aut circa proximum, aut circa operantem: quæ circa Deum, pro obiecto habet externum cultum & honorem Dei, qui eâ actione aut tribuitur Deo, aut lęsus reparatur: quę circa proximum pro obiecto habet ius aut legale; quod tali actione adæquatur, vt sunt omnes actiones perfectæ iustitiæ; aut morale, vt sunt reliquæ actiones imperfectæ ac potestatiuæ iustitiæ, quales sunt omnes virtutes ad alterum; à perfecto debito, æqualitate aut iurium alteritate deficientes: quæ versatur circa operantem, pro obiecto habet aut conseruationem propriæ naturæ; aut moderationem propriarum

17. *Actus exterior habet obiectum à se distinctũ.*

Resp.

Caiet.

Digitized by Google

rum passionum: hæ sunt actiones temperantiæ ac fortitudinis: quarum illę ordinantur ad moderandas passiones concupiscibilis, hæ ad moderandas passiones irascibilis. Vnde ad prob. antec. nego, actum externum non ordinari ad aliud obiectum à se distinctum, quod est ius alterius, vel proprium, quod simul cum actione externâ est obiectum actus interni.

18. *Obijcies* 2. Ex his sequeretur, actum internum accipere suam bonitatem & malitiam ab externo, cùm tamen potiùs externus bonitatem vel malitiam accipiat ab interno. Resp. in diuerso genere, internus bonitatem & malitiam sumit ab externo in ratione obiecti specificantis: externus verò ab interno in ratione formæ morale esse conferentis.

In diuerso genere interna sumit bonitatẽ ab externa, & vicissim.

19. *Obijcies* 3. Hinc sequeretur, non esse idem specificatiuum actus interni & externi, ac proinde eos non facere vnum in ratione moris: nam interni specificatiuum est actio externa cum obiecto, externi solum obiectum. Resp. nego sequel. ad prob. dico, actionem externam pro adæquato obiecto non solùm habere rem externam, sed seipsam in facto esse, & vt terminum sui ipsius.

Externa pro obiecto habet etiam se ipsam in facto esse.

20. *Obijcies* 4. Actus internus bonus aut malus ex obiecto, contrahi potest vlteriori bonitate & malitia essentiali ex fine: ergo bonitas, quam habet ex obiecto, non est specifica, sed generica. Nam specifica bonitas est, quę vlteriori bonitate essentiali contrahi non potest. Antec. constat; bonitas .n. actus pœnitentiæ contrahi potest vlteriori bonitate charitatis, si ad Deum vt ad vltimum finem referatur. Resp. nego antec. bonitas .n. ex fine extrinsecus non est essentialis, sed acciden. bonitati ex obiecto: nam sine illâ hæc existere potest.

21. *Obijcies* 5. Propositum rectè viuendi est actus honestus, cùm tamen in nullâ sit specie virtutis: ergo non omnis bonitas ex obiecto est specifica. Resp. neg. minor. non .n. contra specificam rationem actus obstat obiecti vniuersalitas, vt constat de actu scientię metaphysicæ, cuius obiectum est ens vniuersalissimum, cùm tamen certum sit, illum esse in specie infimâ scientiæ. Ita hic actus, *volo rectè viuere*, erit in aliquâ specie infimâ virtutis innominatæ, licet ipsius obiectum vniuersalissimum sit.

Propositum rectè viuẽdi est species virtutis innominatæ.

SECTIO II.

Quale voluntarium requiratur in actu, vt specificam bonitatem vel malitiam desumat ex obiecto?

22. HÆc difficultas de actu interno voluntatis per se agitatur: de externo non nisi per denominationem ab interno: quia sicut voluntarium formaliter & intrinsecè competit soli interno, ita & differentiæ ipsius non competunt, nisi interno.

23. Prima sent. docet, sufficere tantùm virtuale & interpretatiuum de honestate, vel malitiâ obiecti: *est Medin. 1. 2. qu. 18. art. 9. concl. 5. & qu. 19. art. 7. §. vlt.* vbi docet, vt quis exerceat actum misericordiæ, vel cuiuscunque virtutis, satis esse, vt in actu exercito feratur in obiectum, quod re ipsa est rationi conforme, esto in actu signato illius honestatem non intendat. Prob. 1. Sufficit, vt ab obiecto malo actus accipiat malitiam; nec est necesse, vt expressè intendatur obiecti malitia, tum quia nemo intendens ad malum, operatur: tum quia alioqui nunquam quis peccaret ex ignorantia vincibili: quia cùm hæc occultet malitiam obiecti, non posset illam voluntas expressè intendere. At non minùs efficax est obiectum bonum ad communicandam bonitatem, quàm malum ad communicandam malitiam actui humano: ergo si vt hoc communicet malitiam, non requirit voluntarium expressum, nec illud requiret, vt communicet bonitatem. 2. Aliàs pauciissimi exercerentur actus studiosi, præsertim ab idiotis & rudibus, qui huiusmodi formalitates, dum operantur, non intendunt; imò quotiescunque tenderent ad obiectum honestum, si non tenderent propter honestatem virtutis, peccarent, cùm non detur actus in individuo indifferens. 3. Vt actus sit bonus & conformis vltimo fini, non est necesse, vt expressè eliciatur propter honestatem vltimi finis: ergo neque vt sit bonus & conformis fini proximo, est necesse vt eliciatur propter honestatem finis proximi. 4. Actus eleemosynæ etiamsi non expressè eliciatur propter honestatem misericordię, habet formalem conformitatem cum naturâ rationali, vt sic: tùm quia non habet difformitatem; nec inter hęc datur medium; tum quia ratio dictat, talem actum esse bonum & conformem naturæ rationali: ergo moraliter bonum & virtuosum. 24. *Prob. 1.* 25. 26. 27.

Secunda sent. affirmat, ad actum virtutis non solùm requiri, vt expressè eliciatur propter honestatem obiecti, sed etiam propter rationis dictamen, tanquam propter partiale obiectum: *Est Ocham. in 3. qu. 13. lit. E,* & ad 2. *Gabri. dist. 23. qu. 1. art. 1. præcipuè in Coroll. 5.* qui etiam requirunt, vt actus virtutis efficiatur ab actuali iudicio Prudentię, vt à causâ partiali, vt *Ocham. docet qu. 12. art. 4.* post 1. *concl. & qu. 13. lit. E, & ad 2. Gabri. notab. 4. & in Corol. 5.* Fundam. est. Quidquid tendit in vnum propter aliud, necessariò tendit in vtrumque tanquam in obiectum: voluntas tendit in bonum honestum propter rationem dictantem; ergo necessariò tendit in vtrumque vt in obiectum. Maior constat inductione: ideò qui diligit proximum propter Deum, qui adorat imaginem propter prototypum, tendit in vtrumque vt in obiectum, quia tendit in vnũ propter aliud: nempe in quidquid tendit voluntas, necessariò tendit vt in proprium obiectum, cùm non possit aliter tendere. Minor prob. quia vt actus sit virtuosus, necessariò debet ferri in obiectum vt à ratione dictatum. 28. *Sent. 2.* *Fund. Gabriel.* *Ratio*

Tertia sent. ad actum moraliter bonum, præter expressam relationem in finem proximum, requirit actualem relationem in finem vltimum: *Rubio. in 2. dist. 41. qu. 1. art. 2. concl. 1. Grego. dist. 26. qu. 1. art. 1. § item Ansel.* Probat. 1. *Gregor. ex August. 21. de ciuit. cap. 16.* vbi ait, tunc vitia victa deputanda esse, cùm Dei amore vincuntur, & *lib. 4. con. Iul. cap. 3.* docet, nulla infidelium opera esse bona, quia non fiũt ex charitate. 2. Rubio: quia ille tãtùm actus est moraliter bonus, qui est in debitis circũstantijs constitutus: sed inter circumstantias actui morali debitas, potissima est intentio vltimi finis. 29. *Sent. 3.* 30. *Prob. ex August. Gregor.* 31. *Prob. 2. Rubio*

Quarta sent. docet, ad actum virtuosum necessariò requiri, & sufficere voluntarium expressum & actuale de ipsâ honestate obiecti; ad actum malum sufficere quodcunque voluntarium: Est S. *Tho. 1. 2. qu. 29. art. 1. ad 3.* vbi ex illo Diony. *Bonum ex integra causa, malum ex singulis defectibus,* colligit ad actum bonum requiri, vt non tantùm sit obiecti boni, sed propter ipsum bonum: ad actum malum sufficere, si tantùm sit obiecti mali, etiamsi non sit propter ipsum malum: *Almai. de circumst. actuum moral. cap. 6. Vasquez disp. 73. cap. 7. Suarez tract. 3. disp. 4. sect. 1. Conne disp. 3. dubio 4. &c.* communiter. 32. *Sent. 4.* *S. Thom. Diony.*

Dico

Digitized by Google

33. *Ad actum moral. malum sufficit quodcunq; voluntarium.*

Dico 1. Ad actum moraliter malum sufficit quodcunque voluntarium interpretatiuum & indirectum, etiam ex ignorantia vincibili. Fundam. Vt malum actionem humanam inficiat, non requirit, vt sit per se volitum, sed sufficit, vt sit tantùm præuisum sequuturum ex ipsâ operantis actione: est. n. extra obiectum amantis vt sic: cum nequeat esse obiectum amoris, sed odij. vnde nunquam male operans tendit ad malum, sed ad bonum, cui est adiunctum malum: ergo ad malum contrahendum non requiritur voluntarium expressum, sed sufficit indirectum & implicitum: voluntarium .n. sequitur cognitionem? igitur; si ad contrahendam malitiam non requiritur expressa cognitio illius, sed sufficit implicita, etiam ex ignorantiâ vincibili, à fortiori nec requiritur voluntarium expressum & directum, sed sufficit & implicitum & indirectum.

34. *Ad moral. bonum requiritur voluntariũ directum.*

Dico 2. Ad actum moraliter bonum, non sat est voluntarium indirectum, virtuale & interpret. sed necessarium est directum, formale, & expressũ de honestate obiecti. prob. 1. ex Arist. 2. Ethic. 4. vbi ad actum studiosum tres requirit conditiones: prima vt *scienter*: 2. vt *ex electione & propter ipsam virtutis honestatem*: 3. vt *stabiliter & firmiter* fiat. Idem repetit *ls. 6. ca.* 10. prob. 2. ex Patribus.

Prob. 2. Augustin. Augustin. *præfat. in Psal.* 31. *colu.* 3. *init. bonum*, inquit, *opus intentio facit, non valde attendas, quid homo faciat, sed quid cùm facit, aspiciat.* Anselm. *dial. de lib. arb. post med.* iustitiam definit, rectitudinem voluntatis propter se seruatam, & homini liberum arbitrium donatum esse, vt rectitudinem seruet propter ipsam rectitudinem: Bernard. *serm.* 40. *in Cant. init. Duo*, inquit, *in intentione necessaria requiruntur, res & causa, id est, quid intendas & propter quid*; nec vnum sine alio sufficere testatur, sed vtrumq; bonum & honestum esse oportere, vt actus bonus & honestus sit: Idem passim docent reliqui Patres in illud Matth. 6. *Si oculus tuus fuerit simplex &c.* per oculum intelligentes mentis intentionẽ, ex quâ totius operis honestas pendet.

Anselm.

Bernard.

35. *Prob. 3. ratione.*

Prob. 3. Quando in obiecto sunt plures honestates, propter quas est appetibile, non omnes specificant actum voluntatis, etiamsi omnes sint virtualiter & indirectè volitę, sed illa duntaxat, cuius gratiâ actus elicitur: nam in ieiunio est honestas temperantiæ, quâ moderatiuum est passionum; debiti amoris erga se ipsum, quâ est conseruatiuum propriæ sanitatis; religionis, quâ quidam cultus debitus Deo; penitentiæ, quâ satisfactoriũ propriorum peccatorum: At non hoc ipso, quòd illud exercetur intuitu vnius honestatis cum præuisione tantùm reliquarum, contrahit honestates omnium virtutum, sed illius duntaxat, cuius intuitu illud exercetur. ergo honestas obiecti non confert bonitatem actui, nisi vt expressè volita: nam si ad contrahendam honestatem obiecti sufficit voluntarium indirectum, virtuale & interpret. actus ieiunij contraheret honestates omnium virtutum, quæ in ieiunio exercendo præuiderentur: si quidem ad id voluntarium sufficit præuisio honestatis, quæ connexa est cum obiecto, vel actu, qui liberè exercetur: & cum actu ieiunij connexæ sunt omnes prædictæ honestates. Confirm. 1. Ideò per actum malum contraho malitias omnium vitiorum, quas connexas video cũ obiecto vel actu, quem liberè exerceo, quia sufficit voluntarium indirectum & interpret. quod erga tales malitias habeo hoc ipso quòd præuideo illas connexas cum tali actu quem liberè exerceo. Igitur si consimile voluntarium sufficeret ad contrahendam obiecti honestatem, eodem modo contraherem omnium virtutum honestates, quas connexas præuideo cũ obiecto, vel actu, quem liberè exerceo. 2. Hinc vlteriùs sequeretur, peccatorem per quemlibet actum, quem liberè exercet, reconciliari cum Deo: quia cùm in quolibet actu virtutis coniuncta sit ordinabilitas actûs in Deum, vt in finem vltimum, si ad contrahendam honestatem obiecti sola præuisio ipsius sufficeret, hoc ipso quòd peccator exercendo quemlibet actum virtutis, præuideret ordinabilitatem talis actûs in Deum vt in finem vltimum, contraheret honestatem charitatis, atque adeò per quemlibet actum virtutis extra sacramentum reconciliaretur cum Deo.

36. *Confir. 1.*

37. *Confir. 2.*

38. *Ad mor. bonum sufficit tendentia in honestatem obiecti.*

Dico 3. Ad actum moraliter bonum, non requiritur vt vltra honestatem obiecti, actus feratur in honestatem rectæ rationis expressè tale obiectũ dictantis, vel vt ab eâ effectiuè pendeat. Fundam. Actus suam bonitatem non desumit formaliter à rectâ ratione, sed ab obiecto; est. n. ratio regula ostendens tantùm, non conferens bonitatem vel malitiam, vt ex dictis patet: ergo vt sit moraliter bonus, non requiritur vt expressè feratur in honestatem rectæ rationis: nam eatenus deberet in illam ferri, quatenus deberet ex illâ bonitatem accipere: Igitur si nullam debet ex illâ bonitatem accipere, non est cur in illam ferri debeat. Quòd autem neque sit necesse, vt actus honestus effectiuè pendeat à ratione, siue ab actuali iudicio prudentię, prob. tum quia, vt *ex disp. 5. sect. 4. constat*, nullus actus voluntatis effectiuè pendet ab actu intellectûs. tum quia esto ab illo effectiuè penderet, non tamen ex eâ depend. formaliter actus moralem bonitatem acciperet: nam ad summum, actus quoad bonitatem moralem pendet à ratione vt à causâ regulante & dirigente, non vt ab efficiente; nam dependentia vt à causa efficiente spectat ad constitutionem naturalem, non ad moralem actus. Vnde si talis concursus suppleretur à Deo, remanẽte concursu regulatiuo & directiuo rationis, adhuc actus esset moraliter bonus, eodem prorsus modo, ac si ab illo actiuè penderet.

39. *Et virtualis in vltimum finẽ.*

Dico 4. Vt actus sit moraliter bonus, non requiritur, vt actualiter referatur ad vltimum finem, sed sufficit si tantùm virtualiter: quæ virtualis relatio in eo consistit, vt nulla opponatur conditio vltimo fini repugnans. Fund. alioqui omnis actus bonus deberet esse actus charitatis erga Deum, cùm ipsa actualis relatio operationis in Deum vt in vltimum finem, sit ipsissimus charitatis actus in Deum. Vnde vlteriùs sequeretur, per quemlibet actum moraliter bonum, Christianum peccatorẽ statim à culpa emundari; cùm nullus actus possit esse moraliter bonus, nisi actualiter eliciatur propter vltimum finem: hic est emundatiuus à culpâ, & reconciliatiuus cum Deo; præsertim si sit efficax & obedientialis, vt cohærenter dicere tenentur aduersarij, qui ad actum moraliter bonum requirunt omnem perfectionem, cuius ille capax est.

Prob. 1.

40. *Prob. 2. à Priori*

Prob. 2. Actus humanus moralem bonitatem desumit tantùm à proximo obiecto, ad quod tendit, & à circumstantijs, obiectum proximè cohonestantibus: alioqui cùm multa sint obiecta & circũstantiæ honestæ, ad quas posset referri, nullus esset moraliter bonus, nisi ad hæc omnia actu referretur: finis autem vltimus non est obiectum, aut proxima circumst. sed tantùm remota actûs; cùm nullus teneatur, quando operatur, actu cogitare de illo.

41. *Confirm.*

Confirm. Vt actus sit moraliter bonus, sufficit si per honestatem intrinsecam quam à proximo obiecto & circumstatijs accipit, se ipso exercitè

Digitized by Google

In finem actus bonus seipso exercitè refertur: exercitè referatur in vltimum finem. Refertur autem, hoc ipso quòd bonitatem moralem participat. Sicut omne ens hoc ipso quod entitatem realem participiat, se ipso exercitè refertur ad primum ens, cuius est participatio. Stet igitur catholica hæc sententia, nempe dari actus moralium virtutum, sicut & Theologicarum, nullo charitatis motiuo informatos, cosq; intra naturæ limites bonos, nullâ peccati contaminatione pollutos, etsi in Deum propter se dilectum non referantur.

Etiam sine motiuo charit. Quis .n. catholicus censeat, ita extinctam abitrij libertatem, vt in nullo prorsus opere possit se rectę rationi, & legis regulæ conformare? aut quæ ratio, lex, regulaue vetat, ne quis eleemosynam det, aut ne reddat alteri quod suum est, ex solo motiuo misericordiæ & iustitiæ? aut quænam humana ratio, lex, aut regula præscribit, ne omittat quis eleemosynã, aut actum iustitiæ referre in Deum propter se dilectum, sub pœnâ peccati? consulat seipsam natiua rationis lux, an qui non peccat omittendo eleemosynam & motiuum charitatis, peccet dando elemosynam ex motiuo misericordiæ, quia omittit motiuum Diuinæ charitatis.

42. *Ad primũ prima* Ad 1. argum. 1. sent. concedo, positis debitis requisitis, non minùs efficax esse obiectum bonum ad communicandam bonitatem, quàm obiectum malum ad communicandum malitiam. Cæterùm plures conditiones requirit obiectum bonum, vt suam bonitatem, quàm obiectum malum, vt suam malitiam actui communicet. Ad 2. Nego simpliciter primam seq. nam quoad actus honestos supernat. immediatè dirigimur à Deo, qui est talium principalis Author per internas mentis illustrationes & affectus. Idem iudiciũ esto quoad actus honestos naturales difficiliores: quoad naturales faciliores, nullum erit absurdum, eos frequentiùs exerceri à doctis, ob meliorem notitiam naturalem, quam de modo illos exercendi habẽt: hic tamen frequentior numerus bonorum actuum in doctis compensatur pauciore numero malorum actuum internorum in rudibus, qui sicut minùs ad interna apti sunt, ita minùs frequenter per internos actus delinquunt. Concedo secundam seq. iuxta sent. quæ negat dari actum indifferentem in indiuiduo; de quo infrà. Ad 3. Nego conseq. quia finis vltimus non est obiectum proximum: actus autem, vt sit bonus moraliter, elici debet propter honestatem finis proximi, non remoti & vltimi. Ad 4. Actum Eleemosynæ & quamcunque actionem externam suâpte naturâ ordinatam ad bonum alterius, considerari 1. materialiter per ordinem ad obiectum, seu terminum, ad quem ponendum, vel tollendum per se ordinatur: 2. formaliter, & vt constituit vnum cum actu interno voluntatis. Primo modo semper habet conformitatem cum naturâ rationali, quia vt sic non includit, nisi habitudinem ad bonum, quod ponit, vel ad malum, quod tollit. 2. modo iudicandus est ex motiuo, intuitu cuius talis actio externa à voluntate exercetur: nam si illud erit bonum, actio quoque externa bona erit: sin malum, etiam externa actio, vt constituit vnum cum internâ, mala erit; vt sic .n. bonitatem, vel malitiam sumit ab actione internâ. Ex his patet ad prob. antec. Ad fundam. 2. sent. disting. Maior. quidquid tendit in vnum propter aliud tanquam propter motiuum & rationem formalem volendi, necessariò tendit in vtrumque tanquam in obiectum, concedo: sic tendit voluntas in proximum propter Deum, & in imaginem propter prototypum: quidquid tendit in vnum propter aliud tanquam propter conditionem applicantem tantùm motiuum ipsum formale volendi, necessariò tendit in vtrumque tanquam in obiectum, nego: quo tantùm pacto tendit voluntas in obiectum propter rationem dictantem. Ad 1. argum. 3. sent. 47. *Ad 1. tertia.* Resp. Augustinum loqui de bonitate meritoriâ: loquitur .n. contra Pelagianos, qui contendebant, nos actibus bonis naturalibus mereri regnum cælorum. Cæterum ad actionem meritoriam plura requiruntur, quàm ad actionem moraliter tantùm honestã; de qua itantũ honestate disputo. Leg. Aug. *cit. lib. 4. con. Iulia. c. 3. & passim.* vbi opera vult vocari bona, quà sunt æternæ vitæ meritoria: cætera æternùm mortua nulliusq; momẽti. vnde de gentilium operib. *nam & ipsi*, inquit, *homines erant, & vis illa naturæ inerat eis, quâ legitimũ aliquid naturæ rationalis & facit & sentit*, etiã de vltimo fine Deoq; propter se diligẽdo nil cogitans. & de spiritu & litera c. 28. & de patiẽtia c. 26. *Si quis*, inquit, *non habẽs charitatẽ in aliquo schismate constitutus, ne Christũ neget, patitur tribulationẽ. angustias, famem &c. nullo modo ista culpanda sunt, imò verò, & hæc laudanda patientia est*, etsi ad Deum propter se dilectum non referatur, & *cit. cap. 28. de spir.* scribit: *Sicut non impediunt à vitâ æternâ iustũ quædam peccata venialia, sine quibus hæc vita non ducitur: sic ad salutem æternam nihil prosunt impio aliqua bona opera, sine quibus difficillimè vita cuiuslibet pessimi hominis inuenitur*: etiamsi hæc propter Deum, cuius fide caret impius, facta non sint. Ad rationem, conced. illum 48. *Ad rationem.* actum esse moraliter bonum, qui est debitè constitutus cum circumstantijs obiectum proximè cohonestantibus. At nego, vltimum finem esse circumstantiam proximè cohonestantem obiectum virtutis, sed tantùm remotam.

SECTIO III.

An bonitas & malitia moralis sit intrinseca Physicè entitati actus humani?

PRima sent. negat: sequitur ex doctrinâ eorum 49. *Negat Vasquez.* qui docent, posse eundem actum inuariatum quoad omnia intrinseca de bono fieri malum, & contrà. Specialiter illam docet *Vasquez disp. 55. c. 2. & disp. 95. à cap. 9.* putans, bonitatem & malitiã in actu esse solam extrinsecam denominationem desumptã tum à libertate deliberante, & ratione aduertente, tum ab obiecto consentaneo, vel dissentaneo naturæ rationali. Fundam. Implicat, eandem actionem esse in duplici specie substantiali: at potest actio humana esse in duplici specie morali peccati: igitur nequit esse bona aut mala per aliquid intrinsecum substantiale. 2. Potest eadem actio intrinsecè inuariata fieri de bonâ mala, & contrà: aut saltem de non bonâ bona; & de non malâ mala; accedente tantùm debitâ rationis aduertentiâ, vel noua circumstantiâ in obiecto. Igitur nequit bonitas & malitia esse intrinseca actui. impossibile .n. est, variari effectum formalem, non variatâ formâ: igitur si forma bonitatis & malitiæ moralis est aliquid intrinsecum in actu, impossibile est illum variari, non variato intrinseco in actu. Antec. prob. idem numero affectus, qui erga obiectum honestum, non aduertente ratione erat non bonus, fit aduertente ratione bonus: & contrà, idem numero affectus, qui erga obiectum turpe, non aduertente turpitudinem ratione, erat non malus; fit aduertente ratione malus. Confirm. Si quis, nullo subeunte dubio de interdicto, Missam inchoat ex honesto affectu

50. *Fund. 1.*

51. *Fund. 2.*

52. *Confirm.*

Digitized by Google

affectu religionis, etiamsi postea, subeat cogitatio de interdicto, potest inchoatam Missam ex eodem affectu religionis absoluere: contrà verò, si quis Missam inchoet cum probabili dubio interdicti, si postea interdictum auferatur, ille idem affectus, qui antea ex circumst. interdicti erat malus, sublato interdicto fit bonus, aut saltem non malus.

53. *Affirmant alij.* Secunda sent. affirmat, esse intrinsecam, sed saparabilem à substantiâ actus. Distinguit .n. hæc in actu duo: vnum, quo attingitur obiectum materiale; alterum, quo formale. Primum docet esse substantiale & inseparabile ab actu, cùm sit ipsa substantia actus; secundum accidentale & separabile ab actu, coniungiturque cùm illo vel vt pars componens vnum actum moralem physicè cum illo, vel vt modus cùm fundamento. Fundam. sicut in obiecto distinguitur ratio materialis, & formalis, quæ ex intentione operantis possunt inuicem separari; ita in actu respondere debet aliquid circa materiale, & aliquid circa formale à parte rei distinctum & separabile.

54. *Distinguitur.* Tertia sent. affirmat, saltem bonitatem moralem esse intrinsecam & inseparabilem ab actibus humanis à voluntate elicitis, eosque non solùm constituere in esse moris, sed etiam in esse naturæ; *Ægid. in 2. dist. 40 qu. 2. art. 1. Ocham. in 3. qu. 10. ad 4. dub. & qu. 12. art. 1. concl. 3. Gabri. dist. 23. qu. 1. art. 1. not. 4. circa med. Conradi 1. 2. qu. 19. art. 1. Curiel. qu. 18. art. 1. dubio 2. concl. vlt. Ferrari. 3. con. Gen. c. 10. §. circa 3. Suarez tract. 3. de actib. hum. disp. 4. sect. 2. Coninc disp. 3. dubio 8.* & aliorum. Pro explicatione, disting. duplex bonitas & malitia: vna aptitudinalis & inchoata; altera formalis & completa. Illa spectatur tantùm penes obiectum & motiuum formale conforme, aut difforme naturæ rationali. Hæc penes omnia requisita ad actum completè moralem.

55. *Duplex bonitas & malitia.*

56. *Aptitud. honestas est intrinseca actui interiori.* Dico 1. Bonitas seu honestas aptitudinalis, desumpta ex obiecto, est intrinseca & inseparabilis ab entitate physica actus interioris virtutis. Fundam. Ex præced. sect. constat, vt actus sit honestus & studiosus, non sat est, vt tendat in obiectum honestum quomodocunque, sed necesse est, vt tendat in illud, propter ipsius honestatem expresè volitam, tanquam propter motiuum formale. At motiuum formale intrinsecam confert specificationem actui: id namque actum specificat, quod expresè terminat tendentiam ipsius ad se: & actus voluntatis consistit in ipsa vitali tendentiâ voluntatis ad obiectum; quod expresè terminando facit, vt sit talis, & non alia specifica tendentia: specificatio autem est intrinseca & inseparabilis ab actu: est .n. ipse transcendentalis ordo actûs in obiectum, non aptitudinalis, sed actualis actus: ergo implicat, aut manere actum sine actuali tendentia & specificatione obiecti, aut manere tendentiam actus in obiectum absque specificatione obiecti: ergo honestas obiecti seu motiuum formale propter se intentum necessariò confert actui studioso intrinsecam inseparabilemq; honestatem ac specificationem in ratione studiositatis.

57. *Dices* *Obijcies.* Si aliquam bonitatem haberent actus humani ex obiecto ab ipsis inseparabilem, illam retinerent, etiamsi necessariò à voluntate elicerentur: ac proinde etiam sublatâ ab ipsis ratione liberi, possent esse laudabiles, vel culpabiles; meritorij, vel demeritorij: teste .n. S. *Thom. 1. 2. qu. 21. a. 2. & 3.* hæ sunt passiones conseq. actû in quantû bonum vel malum. *Resp.* neg. sequel. ad S. Tho. dico, laudabilitatem, & culpabilitatem, rationem meriti & demeriti, esse passiones actus humani immediatè consequentes illum, non in quantum bonum, aut malum simpliciter, sed in quantum bonum, aut malum liberum. Sic .n. concludit *in art. 3. Sic igitur patet, quod actus bonus vel malus habet rationem laudabilis vel culpabilis secundùm quod est in potestate voluntatis, rationem verò rectitudinis & peccati secundùm ordinem ad finem: Rationem verò meriti & demeriti secundùm retributionem iustitiæ ad alterum.* Quare licet à ratione liberi actus nullam habeat bonitatem vel malitiam moralem; has .n. formaliter habet ab obiecto; habet tamen fundamentum moralitatis, sine quo nulla bonitas aut malitia ex obiecto dici potest moralis.

Resp. Ratio meriti sequitur actum vt bonum liberum.

58. *Honestas formalis est extrinseca interiori.* Dico 2. Bonitas seu honestas formalis & completa, non est intrinseca, sed extrinseca & separabilis à physicâ entitate actûs interioris virtutis. Fundam. formalis & completa bonitas includit rationem liberi, vt fundamentum moralitatis: constat ex disp. 12. s. 1. at hæc extrinseca est separabilis à physica entitate actus interioris virtutis: potest .n. vnusidemque actus à principio liberè fieri propter honestatem obiecti, immediatè verò post necessariò conseruari propter eandem obiecti honestatem: & contrà, necessariò fieri, liberè conseruari: vtroque casu separatâ formali & completâ honestate à physica entitate actus interioris virtutis: nam ex eo quòd mutatur principium de libero in necessarium, vel de necessario in liberum non necessariò mutatur formale specificatiuum actus: ergo manere poterit aptitudinalis honestas actus, quæ desumitur ex motiuo formali honestatis, mutatâ formali & completâ honestate actûs, quæ desumitur fundamentaliter ex ipsâ ratione liberi. Antec. prob. motiuum formale actus pendet tantùm à cognitione illud ostendente, quæ non necessariò variatur, variatâ libertate voluntatis: quia licet libertas voluntatis variari possit ex variatione cognitionis, non tamen ex solâ variatione illius, sed etiam ex variatione potentiæ per physicam determinationem ad vnum. Igitur variata libertate voluntatis, non necessariò variatur ipsius cognitio, seu formale motiuum actus virtutis: quod est ipsa honestas obiecti, quæ manere potest eodem modo applicata voluntati, sicut antea; ac proinde eodem modo specificare poterit actum, sicut antea. nam specificatio actus non pendet à voluntate liberè operante, sed ab obiecto sufficienter per cognitionem voluntati applicato, & ab ipsa voluntate simpliciter operante. Quia specificatio consistit in ipsa actuali tendentia in obiectum propter se intentum. Hæc æquè à voluntate esse potest, siue liberè, siue necessariò operetur. Nam ex eo quòd liberè operatur, solùm connotat potuisse non operari: actus autem suam specificationem à voluntate non habet, ex eo quòd illa potuit non operari, sed ex eo quòd de facto operatur circa tale obiectum. Hæc de bonitate actus interioris: aliter de malitiâ eiusdem.

Ratio

59. *Malitia inter. aptitud. est intrinseca.* Dico 3. Malitia actus interioris ne aptitudinaliter quidem est necessariò intrinseca, & inseparabilis à physica entitate actus. Fundam. Vt malitia actum inficiat, non est necesse, vt ab operante intendatur, sed sufficit, si tantùm præcideatur vt connexa cum ipsâ liberâ operatione agentis, & non impediatur, quando potest & debet impediri: nulla .n. malitia est per se expetibilis, nisi ratione alicuius boni vtilis, aut delectabilis cum ipsâ connexi: sed illa tantùm ratio obiectiua specificat intrinsecè actum, quæ propter se ab operante intenditur: seu quæ est causa motiua potentiæ ad actum: ergo. Confirm. idem numero actus inuariatus

60. *Confir.*

quoad

quoad physicam entitatem, fieri potest de non malo malus,& contrà,in eo,qui defectu perfectæ aduertentiæ absque libertate ac proinde absque culpa tendebat in obiectum inhonestum, aduenientе postеà perfectâ aduertentiâ obiectiuæ inhonestatis liberè perseuerat in eadem volitione obiecti absque intrinseca variatione actûs; quia tunc potest idem actus perseuerare ex eodem motiuo,& ex non malo fieri malus moraliter ex solâ aduertentiâ inhonestatis obiectiuæ. Contrà verò, qui anteà ex perfectâ aduert. liberè ac proinde culpabiliter ferebatur in obiectum inhonestum, poterit postеà recedente perfectâ aduert. necessariò, ac proinde sine culpa perseuerare in volitione eiusdē obiecti ex eodē motiuo, quo anteà: nā motiuū, ex quo anteà in obiectū inhonestū ferebatur,non erat ipsa inhonestas formaliter, sed aliqua vtilitas, vel delectabilitas: ergo malitia non necessariò est intrinseca physicæ entitati actus.

Non necessariò

61. DIXI, *non necessariò*. Nam, an sit aliquis actus intrinsecè malus per ordinem ad malitiam obiectiuam per se intentam, dicam infrà, vbi de malitia peccati:nunc de actibus potentiarum à voluntate distinctarum,An in ijs sit aliqua bonitas, vel malitia intrinseca.

62. *In quibusdam actibus potentiarum est malitia intrinseca, nō bonitas.*

DICO 4. In quibusdam actibus potentiārum à voluntate distinctarum,est aliqua malitia moralis, aptitudinalis & inchoata intrinseca & inseparabilis à physicâ entitate actûs: in nullo tamen actu alterius potentiæ à voluntate est bonitas moralis, quæ ab eodem actu inuariato substantialiter separari non possit. Primum prob. hęresis & mendacium, quę sunt operationes intellectûs; mollities & bestialitas, quæ sunt actiones externarum potentiarum;sunt ita intrinsecè malæ ac fœdę,camque cum natura rationali vt sic, habent oppositionem, vt nullâ ratione honestari valeant, aut cum illâ conformitatem habere. Vnde nec Deus dispensare potest, vt illæ honestè exerceantur.Quin etiam ab amente factæ talem difformitatem aptitudinalem includunt.Secundum ostend. nulla est actio alterius potentiæ à voluntate tam honesta, quæ inuariata physicè reddi non valeat ex circumstantiâ illicita & mala. Dupliciter .n. potest actio externa ex proximo obiecto honesta reddi mala: 1. ex coniunctione cum actu interno voluntatis ordinantis illam ad malum finem:sic actio externa eleemosynæ ex suo proximo obiecto honesta, ordinari potest actu interno ad finem inanis gloriæ: 2. ex aduentu nouæ circumstantiæ inficientis externam actionem ex suo obiecto bonam: vt restitutio gladij facta furioso tempore furoris. In vtroque casu actio externa manens eadem physicè mutatur de bona in malam: quod accidere non potest actui interno voluntatis: nam accedente noua circumstantia mala in obiecto bono,non potest manere idem affectus internus, qui anteà erat, erga obiectum bonū: potest autem,accedente noua circumstantia mala in obiecto bono, manere eadem physica actio externa, quæ antea erat circa obiectum bonum. Actus.n. bonus internus, est ipsa physica & vitalis tendentia seu inclinatio in honestatem propter ipsam, quæ necessariò tollitur, accedente mala circumstantia; nam illa consurgit ex integritate & plenitudine omnium: sublato autem termino seu motiuo necessario, tollitur habitudo, quæ essentialiter pendet ab illo. Actio verò externa bona non est vitalis & expressa tendentia in honestatem obiecti (hoc .n. est proprium voluntatis) sed physica tantùm & materialis trāslatio rei in alterū:quę actio physicè non variatur, siue fiat cum debitis circūstantijs, siue non.

63. *Actio externa ex proximo obiecto honesta, fit mala dupliciter.*

Ratio differentiæ

64. *Ad 1. sent. fund. 1.*

Ad 1. fundam. 1. sent. 1. nego duplicem speciem moralem inferre duplicem speciem physicam in actu humano, sed duplex duntaxat accidens metaphysicum,quia differentia moralis, quà moralis, non est essentialis actui quoad physicam entitatem ipsius, sed accidentalis, nec cum ea componit speciem moralem, sed cum esse morali, quod subiectatur in physica entitate actus tanquam accidens in subiecto. 2. nego,actionem esse non posse in duplici specie respectiua. Constat tum de visione corporea diuersos specie colores repræsentante: tùm de intellectione Angelicâ diuersa obiecta exprimente; tum de accidente proprio respectiuo,quod duplicem habet respectum specificum transcendentalem, alterum ad terminum,quem respicit, alterum ad subiectum, cuius est proprium: tùm in probabili sent. affirmante posse voluntatem moueri ad actum eliciendum ex duplici motiuo totali & adæquato: nam in tali casu actus elicitus habebit duplex esse specificum,ex duplici motiuo specificante. Ratio est:

Ratio

Quia non implicat, vnam eandemque rem intrinsecam habere habitudinem ad plures terminos specie diuersos, eosque respicere vt diuersos: Atque adeò esse in duplici specie respectiua. Implicat autem esse in multiplici specie absolutā: quia implicat, rem habere plures formas absolutas totales, quarum vnaquæque conferat vltimum & completum esse specificum. Ad 2. patebit infrà.

65. *Ad fund. secunda.*

Fundam. 2. sent. est omninò improbabile. Quia implicat, voluntatem tendere ad obiectum materiale, & vi eiusdem actus simul non tendere ad formale; quod est ratio & motiuum volendi materiale.Atque ideò si cessat à formali,necesse est vt etiam cessет à materiali; eadem enim indiuisibili tendentia fertur ad vtrumque. Vnde neg. paritas. Nam ratio materialis & formalis in ordine ad intentionem operantis,non sunt inseparabiles, quia potest operans pro sua libertate moueri ad eandem rationem materialem propter aliam & aliam rationem formalem. Volitio autem rationis materialis, & volitio rationis formalis sunt inseparabiles in vno eodemque actu. Cùm nequeat actus tendere in vnam,nisi propter aliam.

Implicat separari tendentiam ad materiale, à tendentia ad formale.

66. *Ad 3. sent.*

Tertia sent. si intelligat, bonitatem moralem constituere actum in esse naturæ essentialiter, falsa est; si tantùm substantialiter,vera. Quia licet bonitas aptitudinalis, desumpta ex obiecto & motiuo formali, sit intrinseca & substantialis actui considerato in esse naturæ, non est tamen illi essentialis: actus enim in esse naturæ includit tantùm habitudinem ad principia naturæ, quæ sunt voluntas operans, cognitio proponens, & obiectum terminans. Igitur actui in esse naturæ non est bonitas moralis essentialis, sed accidentalis; non physicè, cùm nequeat re ipsa separari ab illo;sed metaphysicè, quia saltem potest separari ratione. Eadem enim intrinseca tendentia actus considerata per habitudinem ad voluntatem, vt simpliciter producentem, ad rationem vt præcisè proponentem, ad obiectum cum præcisione ordinis ad rationem practicè regulantem, pertinet ad physicam constitutionem actus. Eadem verò considerata per respectum ad voluntatem liberè & ex electione operantem, ad rationem practicè regulantem, ad obiectum cum positiuo ordine ad rationem practicè dirigentem, pertinet ad essentialem constitutionem actus virtutis: quia vt sic concipitur per ordinem ad principia moralia virtutis, cui essentialis est bonitas aptitudinalis ex obiecto.

Bonitas mor. constituit actum in esse naturæ substantialiter.

SECTIO

Digitized by Google

SECTIO IV.

An possit idem numero actus de bono fieri malus, & contrà.

67. *Potest idem actus exterius physicè inuariatus ex bono fieri malus, & contrà.*

COnueniunt omnes, eundem actum externum physicè inuariatum ex bono fieri posse malum, & contrà; vt eadem externa actio eleemosynæ incipere potest ex recto fine, & continuari ex malo: & contrà. Eadem comestio externa carnis, quæ ante horam 12. noctis diei Iouis non erat mala, post 12. incipit esse mala. Contrà verò ante 12. noctis diei sabbati erat mala, post 12. eiusdem noctis potest esse non mala propter accessum; & recessum nonę circumstantiæ. Dixi *physicè inuariatum*; moraliter.n. necesse est variari per coniunctionem cum interno actu voluntatis, cum quo facit vnum in esse moris. Sola igitur controuersia est de actu interno, an physicè inuariatus mutari possit moraliter de bono in malum, & vice versâ.

68. *Affirmant de interno.*

Prima sent. affirmat: *Durand. in 2. dist. 40. q. 3. num. 4. Rubio. dist. 40. qu. 2. ar. 2. & in 1. dist. 48. qu. 2. art. 1. in confirm. 2. concl. Capreol. in 2. dist. 40. fine, Caiet. 1. 2. qu. 19. art. 1. Medin. ibid. concl. 3. Vasquez disp. 56. cap. 2. Sylui 1. 2. qu. 20. art. 6.* Fundam. iactum est *sect.* prœced. sc. potest quis inchoare actionem bonam v. g. missam ex motiuo honesto, & eandem, accedente circumstantia mala v. g. interdicto, continuare ex eodem motiuo honestatis. Quid enim hoc prohibet? cùm bonitas & malitia moralis videantur accidentia actus interni in genere naturæ spectati vt est elicitus: ergo manens idem in genere naturæ poterit fieri de bono malus, & contrà: 2. Potest idem numero actus de non libero defectu aduertentiæ, fieri liber, accedente debita aduertentia: & conuerso, qui modò erat liber, recedente debita aduertentia, fieri non liber: igitur potest idem numero actus, saltem de non bono fieri bonus, vel de bono non bonus; aut contrà: bonitas .n. & malitia moralis pendet à libertate: at potest ratio liberi in actu variari, inuariata substantia actus: ergo. 3. Ita se habet bonum & malum in actu voluntatis, sicut verum & falsum in actu intellectus: sed potest idem numero actus intellectus inuariatus substantialiter de vero fieri falsus, & contrà: vt hoc iudicium per aliquod tempus continuatum, *Petrus currit*, verum erit, Petro currente; falsum Petro non currente. Maior prob. à S. Tho. 1. 2. q. 19. a. 1. sicut verum & falsum sunt per se obiectum intellectus, ita bonum & malum sunt per se obiectum voluntatis.

Prob. 1. Casus est

69. *Prob. 2.*

70. *Prob. 3.*

71. *Negant alij.*

Secunda sent. negat: *Conrad. 1. 2. qu. 19. a. 1. & q 20. ar. 6. Palat. in 2. dist. 40. disp. vn. fine, Suarez tr. 3. de actib. hum. disp. 8. sect. 2. Coninc. disp. 3. dub. 8. Ocham. in 3. qu. 10. dub. vlt. Gabriel. in 2. dist. 4. q. vn. art. 2. concl. 3. & 4. & in 3. dist. 23 qu. 1. art. 1. not. 4.* Hi tamen duo postremi distinguunt duplicem bonitatem in actu interiori voluntatis, vnam intrinsecam quam habet ex obiecto, alteram extrinsecam quam habere potest ex alio actu imperante voluntatis. Quoad priorem docent, actum interiorem voluntatis esse immutabilem, nec variari posse de non bono in bonum, aut contrà: quoad posteriorem posse eundem numero interiorem ex non bono & indifferenti, fieri bonum: quia prior bonitas est intrinseca & essen. ac proinde inseparabilis ab actu: posterior extrinseca & acciden. vtpote illi conueniens ex coniunctione cum actu imperante. Quæ coniunctio cùm sit extrinseca actui imperato, separari poterit ab illo, eodem actu substantialiter immutato.

Ratio discriminis

Pro explic. recolenda est duplex bonitas & malitia moralis in actu, præced. sect. explicata, aptitudinalis ex obiecto, actualis seu formalis ex libertate. Hinc duplex quæstio: 1. An idem actus interior voluntatis liberè elicitus ex bono, aut non bono & indifferenti fieri possit malus; & contrà. 2. An idem actus interior voluntatis defectu libertatis non bonus, fieri possit bonus, accedente tantùm libertate; & contrà, An actus defectu libertatis non bonus, fieri possit malus, sola libertate accedente. His adnotatis,

72. *Nota dupl. quæst.*

1.

2.

73. *Nullus actus interior voluntatis liberè elicitus fieri potest ex bono malus aut contrà.*

Dico 1. Nullus actus interior voluntatis liberè elicitus fieri potest ex bono malus, aut ex malo bonus. Colligitur ex *S. Thom. 1. 2. qu. 20. art. 6. & ex Richar. in 2. dist. 40. art. 2. qu. 1.* qui dum solùm quærunt de actu exterioti, an ex bono fieri possit malus, de interiori supponere videntur vt certam negatiuam partem. Vnicum fundam. vtriusque affert. est; vt actus sit bonus, elici debet propter ipsam honestatem obiecti, tanquam propter motiuum formale vt sect. 2. Implicat autem, voluntatem moueri propter ipsam honestatem obiecti, tanquam propter motiuum formale; quando cum ipsa honestate obiecti coniuncta est aliqua circumstantia mala: Igitur implicat, actum interiorem voluntatis ex bono fieri malum, aut contrà: nam vt actus fiat ex bono malus, debet posse idem numero actus elicitus ex motiuo honestatis, accedente noua circumstantia obiectiua mala, perseuerare ex eodē motiuo honestatis, quo fuit antè elicitus: vt autem fiat ex malo bonus, debet posse idem numero actus elicitus ex obiecto quidem bono, propter aliquam tamen circumstantiam adiunctam malo, sublata circumstantia mala perseuerare ex solo motiuo bono; quo etiam antè, stante circumstantia mala, elicitus fuit. Igitur si nequit voluntas propter ipsam honestatem obiecti, tanquam propter motiuum formale moueri, quando cum ipsa honestate obiecti est coniuncta aliqua extrinseca circumstantia mala, non poterit actus vel ex bono fieri malus, vel ex malo bonus; cùm in vtroque casu deberet voluntas moueri ex honestate obiecti tanquam ex motiuo formali, etiamsi illi adiuncta esset circumstantia mala. Minor ostend. Vt honestas moueat voluntatem vt honestas est formaliter, debet mouere vt conformis est medio dictamine rationis naturæ rationali vt sic; sed honestas, quæ coniunctam habet aliquam circumstantiam malam, non potest voluntatem mouere vt conformis est medio dictamine rationis naturæ rationali vt rationalis. Tum quia non potest recta ratio practicè proponere voluntati, vt naturæ ration. conforme illud obiectū, quod licet aliàs bonum, adiunctam tamen habet malam circumst. cùm bonum debeat esse ex integra causa. Tum quia, vt honestas moueat voluntatem, formaliter vt honestas, debet virtualiter voluntatem mouere, quà dicit exclusionem omnis malæ circumst. ab eodem obiecto, quia vt sic mouet vt conformis medio practico dictamine rationis naturæ ration. vt sic: ergo accedente malâ circumst. implicat vt moueat voluntatem, sicut anteà mouebat, vt virtualiter excludens omnem circumst. malam ab eodem obiecto: Vel contrà implicat, vt, præsente circumst. malâ, honestas moueat vt virtualiter excludens omnem circumst. malam.

In minore difficultas

Nota

65. *Dices.* Cur non posset voluntas moueri ex *Dices* honestate

honestate obiecti præcisè, esto cum eâ coniuncta sit extrinseca circumst. mala? Siquidem hæc non tollit honestatem intrinsecam obiecti, à qua tantùm moueri posset voluntas. Resp. in moralibus huiusmodi præcisionem non habere locum: sed hoc ipso quod cum obiecto bono coniungitur mala circumst. totum obiectum moraliter censeri malum, & consequenter non posse circa tale obiectum versari operationem honestam, propter honestatem obiecti formaliter: nequit .n. voluntas intendere obiectum, nisi vt à practica ratione iudicatum honestum: nec practica ratio tale obiectum proponere vt honestum, & dignum, circa quod versetur operatio naturæ ration. vt sic: ergo nec voluntas poterit circa illud versari intuitu honestatis, vt honestas est formaliter.

Resp. Si obiecto bono coniungitur circumst. mala, totum moraliter malum.

76. *Actum ex obiecto indifferentem non fieri bonum, nouæ honestate obiecti.*

Dico 2. Implicat eundem numero actum ex obiecto indifferente, à voluntate liberè elicitum, fieri bonum, accedente tantùm nouâ honestate obiectiuâ; posse tamen ex obiecto indifferente, liberè elicitum, reddi malum, nouâ tantùm mala circumst. accedente. Prior pars constat: quia vt actus sit bonus, elici debet propter honestatem obiecti formaliter: at talis actus non est elicitus propter ipsam: nam nec fuit elicitus antè, cùm antè obiectum non fuerit nisi indifferens: nec postea: quia vt honestas, de nouo accedens obiecto, moralem bonitatem communicet actui, debet intendi propter se: quod fieri nequit absque substantiali variatione ipsius actûs, qui essentialiter consistit in vitali tendentia in obiectum: vnde variato obiecto & motiuo formali, necesse esset variari actum. Posterior pars prob. vt malitia obiecti inficiat actum, sufficit vt tantùm præuideatur: ergo hoc ipso, quòd obiecto

77. *Fieri malũ accedente mala circumst.*

indifferenti accedit noua circumst. mala, actus ex indifferenti redditur malus, absque intrinsecâ mutatione ipsius: nam præuisio nouæ circumst. cùm se teneat ex parte cognitionis tantùm, non variat physicè actum, qui physicè tantùm pendet ex influxu voluntatis: cùm possit voluntas perseuerare in eodem actu elicito propter motiuum indifferens, quod non pugnat cum præuisione nouæ circumst. malæ, vti cum eâ pugnat motiuum honestum. Hæc vera in sent. concedente actus in individuo indifferentes; in negante, dicendum, solum actum defectu aduertentiæ non malum, accedente aduertentia obiectiuę malitiæ fieri malum: & contrà, actum ex aduertentiâ obiectiuæ malitiæ malum, fieri non malum defectu solius aduertentiæ eiusdem: cùm non possit actus voluntatis esse non malus, nisi vel defectu debitę aduertentię & libertatis, vel ex indifferentia obiecti.

78. *2. Quæst.*

Quoad 2. quæst. distincta duplici necessitate, 1. ex defectu debitæ aduertentiæ, vt accidit in motibus primò primis, & in actibus elicitis à pueris & amentibus: 2. ex perfectione & plenitudine obiecti.

79. *Non fieri ex non bono bonum accedente tantùm libertate.*

Dico 3. Implicat eundem actum defectu aduertentiæ necessariò elicitum, fieri ex non bono bonum, accedente tantùm libertate & aduertentiâ rationis. Fundam. Vt actus sola libertate fiat ex non bono bonus, supponitur habere moralem bonitatem ex obiecto: hanc .n. libertas non confert: at actus defectu aduertentiæ necessariò elicitus, non potest habere illam: nequit .n. ex obiecto honesto accipere honestatem, nisi feratur in illam vt expressè cognitam volitamq; vt motiuum formale excitans potentiam: nequit autem actus defectu aduertentiæ necessariò elicitus, ferri in honestatem obiecti expressè cognitam: nam defectu aduertentiæ nequit obiectum cognosci, vt honestum formaliter, seu vt conforme, medio dictamine rationis, cum naturâ rationali vt rationalis est: quæ sola cognitio ad libertatem sufficit, quia comparatiua & virtualiter reflexa. Implicat igitur, actum accipere honestatem ex obiecto, & simul defectu aduertentię esse necessariò elicitum.

80. *Confir.*

Confirm. nam vt actus sit honestus, non sufficit vt ad honestatem tendat tantùm materialiter, sed necesse est, vt ad illam tendat formaliter, tanquam ad motiuum formale, quod debet expressè cognosci, vt moueat ad operandum: seu ad illam cognitam vt talem per respectum ad omnes suas causas & terminos, inter quos est recta ratio & natura rationalis, per conformitatem ad quas obiectum habet honestatem. Ex eodem principio deducitur, non

81. *Actum honestum in amente non conseruari.*

posse actum honestum ex plena aduertentia & libertate elicitum, in amente conseruari quoad moralem bonitatem ex obiecto. Nam ab eadem cognitione actus voluntatis pendet in conseruari, à qua pendet in fieri; ergo si nequit actus in fieri moralem bonitatem accipere ex obiecto insufficienter cognito quoad formalem honestatem, nequibit eandem, quoad eandem ex obiecto insufficienter cognito in amente, conseruare.

82. *Actum ex non malo fieri malum accedente libert.*

Dico 4. Idem actus defectu aduertentię necessariò elicitus, ex non malo fieri potest malus, accedente sola rationis aduertentia, & voluntatis libertate. Fundam. Vt actus accipiat malitiam ex obiecto, sufficit vt quocunque modo tendat in illud: ergo qui aliquo modo ante debitam aduertentiam rationis tendebat in obiectum malum, accedente solâ rationis aduertentiâ obiectiuam malitiam ostendente, & voluntatis libertate malitiam non impediente, actus ex non malo defectu libertatis & aduertentię, fit malus.

83. *Eundem ex non bono completè fieri bonum completè, & contrà.*

Dico 5. Potest actus ex perfectione & plenitudine obiecti necessario elicitus, ex non bono completè moraliter, fieri bonus completè moraliter: & contrà, ex bono completè moraliter, fieri non bonus completè moraliter, accedente tantùm voluntatis libertate. Vt si beatus eundem actum dilectionis Dei continuaret, sublata visione beata, idem actus dilectionis inuariatus substantialiter ex non bono completè moraliter (nam hoc includit rationem liberi) fieret bonus completè moraliter, solâ voluntatis libertate accedente; & contrà, si viator eundem actum dilectionis Dei, quem hîc liberè eliciebat, necessariò continuaret in patria, idem actus ex bono completè moraliter, fieret non bonus completè moraliter. Fundam. Hic *Fund.* actus supponitur habere totam bonitatem moralem, quam ex obiecto habere posset, & solùm ad complementum illi deest ratio liberi: seu pura denominatio extrinsecam quæ variari potest, inuariatâ substantiâ actûs. Eadem ratio esset, si inuariata plena cognitione de honestate obiecti, variaretur tantùm modus producendi voluntatis de libero in necessarium. Nam tunc idem actus liberè elicitus propter honestatem obiecti, & necessariò conseruatus propter necessarium modum producendi potentiæ, transiret ex bono completè moraliter, in non bonum completè moraliter; & contrà, si necessariò elicitus, liberè postea ab eadem potentia conseruaretur.

84. *Ad primũ oppositæ.*

Ad 1. argum. 1. sent. neg. posse voluntatem eundem actum ex honesto motiuo inchoatum, ex eodem continuare, accedente circumstantiâ malâ; hæc .n. tollit ab obiecto honestatem, quæ desumitur per ordinem ad omnes circumstantias, & conformitatem ad rectam rationem, quæ in eo casu practicè

Digitized by Google

practicè iudicaret, obiectum non esse prosequendum: sublato autem motiuo honestatis, repugnat manere eundem actum, qui à motiuo essentialiter pendet. Ergo bonitas & malitia moralis intrinseca non sunt accidentia actus interni, sed essentiales differentiæ ex toto cõplexo circumstantiarum indiuisibiliter sumptæ: licet bonitas & malitia moralis extrinsecè completa per libertatem & aduertentiam rationis sint accidentia actus interni etiam separabilia. A fortiori etiam constat, non posse voluntatem eundem actum ex turpi motiuo inchoatum, sublatâ malâ circumst. continuare ex motiuo honesto. Hoc n. ipso, quòd actus mutat motiuum, mutat substantiam, quæ ex motiuo pendet. Ad casum de missa inchoatâ ante prohibitionem & continuatâ post prohibitionẽ. Resp: vel prohibitio peruenit ad notitiam celebraturi, & eo ipso mutatur obiectum de licito in illicitum, ac proinde mutari etiam debet celebrantis affectus. Vel non peruenit in notitiam celebraturi, & iam non mutatur obiectum in mente operantis, esto muteturin re; proinde nec mutari debet affectus operantis, qui in obiectum non fertur, nisi vt cognitum. Cæterum, vt mutetur obiectum in mente opetantis, sufficit si de illo tantùm dubitetur; nam hoc ipso prudentia dictat, non esse in tali dubio operandum, ne operans exponat se periculo errandi. 2. argum. ad summum probat de bonitate, & malitia completa & actuali, non de incompleta & aptitudinali, quæ à libertate non pendet, sed ab obiecto. Vnde nego, bonitatem & malitiam moralem pendere à libertate vt à forma specificante, sed tantùm vt à fundamento essentialiter prærequisito. Ad 3. concedo, bonum & malum esse per se obiectum voluntatis, sicut verum & falsum sunt obiectum intellectus: nego tamen, eodem modo bonum & malum specificare actum voluntatis, sicut verum & falsum actum intellectus: hæc enim specificant actus intellectus in ratione veri & falsi formaliter per ordinem ad res ipsas secundùm se; illa actus voluntatis per ordinem ad res vt conformes, vel difformes rectæ rationi. Hinc fit, vt quamuis motiuum formale, à quo tantùm pendet essentialiter actus vtriusque potentiæ, sit diuersum à re in se ipsâ existente, nihilominus actus intellectûs dicatur falsus ex eo, quòd non conformetur obiecto secundùm se, esto conformetur motiuo immediato, quod in actu opinionis, in quâ tantùm potest esse veritas vel falsitas, est aliqua ratio probabilis, vel extrinsecum testimonium dicentis: actus verò voluntatis semper dicatur bonus saltem putatiuè, quamdiu conformatur motiuo immediato, diligenti ratione proposito, esto non conformetur obiecto secundùm se.

84. *Ad casum*

85. *Ad secundũ*

86. *Ad tertium*

Non ita bonum & malum specificant actum, vt verum & falsum:

87. *Potest actus intell. inuariatus de vero transire in falsum, & cõtrà, non actus volunt. &c.*

Ex quo vlteriùs sequitur, posse actum intellectûs, inuariatum substantialiter, de vero transire in falsum, & contrà; non posse autem actum voluntatis de bono transire in malum, aut contrà: quia cùm ille in ratione veri & falsi formaliter non solùm pendeat à motiuo immediato, sed etiam ab obiecto in se ipso existente, potest manere idem substantialiter, manente motiuo immediato, à quo tantùm essentialiter pendet; mutato tantùm obiectò in se ipso, à quo non pendet essen. sed tantùm connotatiuè, & in ratione veri & falsi formaliter. Non potest autem actus voluntatis, immutatus substan. fieri de bono malus; quia in ratione boni & mali non pendet ex obiecto remoto & mediato, quæ est res in se ipsa existens, sed tantùm ex proximo & immediato, quæ est res vt cognita; à qua ipse essentialiter pendet non solùm in ratione boni & mali, sed etiam entis; ac proinde, illo variato, necesse est, variari actũ substantialiter.

88.

Dixi, saltem *putatiuè*: nam hoc tantùm sufficit, vt actus voluntatis in ordine ad operantem dicatur bonus, vel malus simpliciter, quod tamen non sufficit in ordine ad cognoscentem, vt actus intellectûs dicatur verus, vel falsus simpliciter, ex eo tantùm quòd conformatur obiecto immediato: quia hic ordinatur ad repræsentandas res secundùm se, ille principaliter ad mores & appetitum rectificandum. Ad quod sufficit, vt voluntas sequatur, quod diligenti ratione propositum videtur recto appetitui, & naturæ rationali congruere. Cæterùm debuit *Durand.* cuius argu. solui, sui esse memor, qui *in 3. dist. 19. q. 1. n. 7.* apertè docet, non posse vnum eundemque actum interiorem voluntatis, ne successiuè quidem, ex inordinato & malo, fieri ordinatum & bonum.

Ratio à priori

Contra Durand.

SECTIO V.

An omnes actus humani bonitatem & malitiam desumant ex circumstantijs, diuersam ab eâ quam ex obiecto.

89.

CIrcumstantia, vt vox ipsa indicat, est accidens actûs humani, quod adesse & abesse potest, saluâ specificâ bonitate & malitiâ actus. Vnde circumstare dicitur, non constituere vel integrare actum: sicut accidens physicum circumstat & adiacet, non constituit vel integrat subiectum.

90. *Septem circumst. actus*

Septẽ enumerantur, *quis, quid, vbi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando*, ex *Tullio in suâ Rhetor. Arist. 3. Ethic. 1.* partitionis ratio ex *S. Thom. 1. 2. q. 7. a. 3.* Circumstantia dicitur quasi extra substantiam actûs, illam aliquo modo attingens: scilicet tripliciter: Primò secundùm se; & hoc vel immediatè, vt intensio & remissio, & sic datur circumst. *quomodo*: vel mediante extrinseca mensura, & sic dantur *vbi*, & *quando*, illa vt mensura loci, hæc temporis. 2. ex parte effectus; *quid*. 3. ex parte causæ, aut finalis; & sic datur *cur*: aut efficientis principalis, *quis*: aut instrumentalis, *quibus auxilijs*.

91. *Quis.*

Cæterùm circumstantia *quis*, non significat personam ipsam operantis, nam hæc spectat ad substantiam actus, qui sine agente esse non potest, sed conditionem duntaxat personæ, vt si religiosa, si voto obstricta, si matrimonio iuncta, si libera, si serua sit. Quæ conditiones quando variant moraliter actum, sunt in confessione exprimendæ, vt suo loco.

92. *Quid.*

Quid non importat effectum quoad substantiam: hic enim ad actum internum concurrit vt obiectum specificans, ad externum verò vt subiectum & substratum moralitatis, quæ ab interno in externum actum deriuatur: sed importat *quantum*, vel *quale*, aut effectum secundarium cum primario coniunctum.

93. *Vbi.*

Vbi locum denotat, priuatum vel publicum, profanum vel sacrum. Vnde loci sacri circumstantia, quamuis ex Caiet. omne peccatum per accidens aggrauet, tamen sola illa ad sacrilegij speciem trahit, quæ aut sanctitati loci directè opponuntur, vt actio furandi, voluntaria seminis effusio, violenta humani sanguinis aspersio: aut eius immunitatem violant, vt violenta hominis è loco sacro extractio.

94. *Quibus auxilijs.*

Quibus auxilijs, instrumentum significat, quod aliquo modo ad effectum moraliter confert. Dixi *moraliter*: nam quæ physicè tantùm

Digitized by Google

sicè tantùm concurrunt, vt quòd hostem quis albo, vel nigro percusserit baculo, ad morales circumst. non spectant: quia actus non immutant in ordine ad morale iudicium. *Cur* finem importat, non primarium & intrinsecum, hic enim cum obiecto, quod non ad circumstantias, sed ad essentialia principia actûs spectat, reciprocatur; sed secundarium & extrinsecum, quem vltra finem, operi intrinsecum, sæpe intendit operans. Vnde finis operantis dici solet, vt condistinctus à fine operis.

95. *Cur,*

96. *Quomodo,* *Quomodo* importat modum actioni intrinsecum, vt intensè vel remissè, velociter vel tardè, fortiter aut lentè actum producere. Hæc .n. omnia actum moraliter variant in ordine ad morale iudicium.

97. *Quando.* *Quando* Tempus significat, diuturnum aut breue, diurnum aut nocturnum, professum aut festum, quod non trahit peccatum ad distinctam speciem sacrilegij, vti trahit locus: quia tempus non est capax intrinsecæ ac permanentis sanctificationis, cùm sit ens successiuum: locus, cùm sit permanès, capax est illius. Hinc fit; vt qui peccat die festo, non committat diuersum specie peccatum ab eo, quod cõmittit die professo. Reijcitur *quoties*: hæc .n. non est circumstantia cùm circa eundem actum non versetur, sed sit ipsa actuum multiplicatio. Et licet semper peccatorum multiplicatio aggrauet subsequens peccatum, hæc tamen grauitas immediatè oritur ex circumst. *quomodo*, quatenus subsequens peccatum; virtute præcedentium, committitur cum maiore cognitione, inclinatione & malitiâ.

98. *Reijcitur quoties*

99. *1. Sent.* Prima sent. docet, solos actus exteriores, non interiores, bonitatem aut malitiam ab obiecto diuersam, ex circumst. desumere: *Durand. in 2. dist.* 38 *qu.* 1. *n.* 2. *Contra.* 1. 2. *qu.* 19. *art.* 2. *Prob.* 1. Nihil potest dare bonitatem aut malitiam actui interno, nisi sit volitum: at hoc ipso quòd est volitum, non est ampliùs circumstantia, sed transit in conditionem obiecti: nullam igitur desumit actus internus ex circumst. &c. 2. Bonitas obiecti integratur ex singulis bonitatibus partialibus circumstantiarum: ergo bonitas circumst. non distinguitur à bõnitate obiecti: quia vt distinguatur, non debet illam constituere, sed supponere constitutam, eique tantùm aduenire. Antec. prob. quâcumque circumst. ab obiecto sublatâ, tollitur tota bonitas obiectiua, velut si ab obiecto liberalitatis auferas circumst. personę dantis, vel accipientis, aut quantitatem rei datę, tollis obiectum liberalitatis, quod ex his integratur. 3. Continuatio actus, & quantitas obiecti, sunt circumstantiæ actûs: sed neutra confert bonitatem aut malitiam actui interno voluntatis. Non prima: quia si continuatio tribueret bonitatem actui, correspondere illi infinitus valor, nempe in singulis instantibus certus gradus; in infinitis, quæ sunt in qualibet parte temporis, infinitus. Non secunda: quia si quantitas obiecti tribueret bonitatem actui, actus qui ferretur in obiectum infinitum, contraheret infinitam: ea .n. proportione crescit bonitas aut malitia in actu, qua crescit quantitas bonitatis aut malitiæ in obiecto. Vnde actus, quo quis vellet dare eleemosynam infinitam, infinitæ esset bonitatis; contrà verò actus, quo quis furari vellet pecuniam infinitam, infinitæ esset malitiæ.

Prob. 1.

100. *Prob.* 2.

101. *Prob.* 3.

102. *2. Sent. Bonitas triplex in actu vol.* Secunda sent. affirmat actus, etiam interiores bonitatem vel malitiam desumere ex circumst. aliquo modo diuersam ab ea, quam desumunt ex obiecto: *S. Thom.* 1. 2. *qu.* 18. *art.* 3. & communis Scholast. Nec ab eâ discrepat *Scotus*, vt constat ex 2. *dist.* 7. *qu. vn.* §. *ad solut.* & *quodlib.* 18. §. *de* 1. vbi triplicem distinguit bonitatem moralem: Primam *ex obiecto*, quam vocat primam in genere moris, eò quòd nullam aliam in genere moris præsupponit, nisi solam bonitatem naturæ, quam habet ab efficiente: Quam etiam appellat genericam: *quia sicut*, inquit cit. quodl. *genus est potentiale respectu differentiarum, sic bonitas ex obiecto est prima in genere moris præsupponens solam bonitatem naturæ, & capax omnis bonitatis specificæ in genere moris*: Secundam ex circumstantijs, quam vocat specificam & virtuosam, quia determinat primam ex obiecto, tanquam differentia genus: Tertiam *gratuitam & meritoriam* in ordine ad retributionem diuinam: primam docet præsupponi ad 2. secundam ad 3. non contrà. Cui triplici bonitati correspondet triplex malitia in actu, ex obiecto, ex circumstantijs, ex demerito. Vnde ex his intellige *Scot. in* 2. *dist.* 40. §. *de* 2. vbi cùm dixit, primam bonitatem moralem actus desumendam esse ab efficiente libero; per primam, non intellexit specificam & intrinsecam actui, sed genericam & extrinsecam quæ communis est actibus bonis & malis, & solùm est fundamentum bonitatis & malitiæ moralis. Pro sent. explicatione,

Prima

Secunda

Tertia

103. *Omnes actus habent circumst.* *Temeritas est hanc negare*

DICO 1. Omnes actus humani tam externi, quàm interni habent aliquas circũst. à quibus aliquam desumunt bonitatem vel malitiam, diuersam ab eâ, quam ex obiecto habent: ex *Trident. sess.* 14. *cap.* 5. & *Can.* 7. vbi definit in confessione explicandas circumst. quę peccati speciem mutant, sine quibus nec peccata ipsa à pœnitentibus integrè exponi, nec iudicibus innotescere possunt. Quòd loquatur de circumstantijs etiam internorum peccatorum, constat ex eodem, ibid. definiente, recensenda esse omnia peccata, etiamsi occultissima sint: ergo supponit etiam interna habere circumstantias, quæ species non mutant: doctrina à paritate rationis constat de actibus bonis. Fundam. nulla est actio humana, tam externa, quàm interna, quæ præter specificam bonitatem, aut malitiam ex obiecto, non habeat aliquam bonitatem, aut malitiam ex adiunctis, quæ adesse, & abesse potest, saluâ specificâ ex obiecto, vt patet in intensione & continuatione actus, in paruitate aut magnitudine obiecti: nam siue actus charitatis sit intensus, siue remissus, siue per vnam aut duas horas continuatus, siue ad plures, siue ad pauciores homines extendatur, semper erit eiusdem bonitatis specificæ, non indiuidualis, ex circumstantijs desumptæ; aliter enim intra eandem speciem bonitatis, in ordine ad regulam rationis; penes quam proximè desumitur omnis diuersitas siue specifica, siue indiuidualis actuum, comparatur actus charitatis intensus, ac remissus, furtum 10. atque 1000. florenorum. Confirm. bonitas, vel malitia ex obiecto primò transfert actum à non esse morali ad esse morale, primoque illum constituit in determinata specie bonitatis, vel malitiæ: bonitas verò vel malitia ex circumstantijs non primò transfert actum à non esse morali ad esse morale, sed supponit illum in aliqua specie bonitatis, vel malitiæ iam constitutum, & solùm perficit illum accidentaliter. Huius rationem assignat *S. Thom.* 1. 2. *qu.* 18. *art.* 3. quia sicut res naturales non totam perfectionem sibi debitam habent ex formâ, quâ essentialiter constituuntur in esse specifico, sed ex superadditis accidentibus: ita actiones morales non totam perfectionem sibi debitam habent ex obiecto, sed ex adiunctis circumst. quę sunt quędam accidentia ornantia & perficientia actiones.

Prima ex obiecto

Trident.

104. *Fund.*

105. *Confir.*

S. Thomas

106. *Circumstantiarum alia*

Nota duplex genus circumst. quædam quæ se tenent ex parte actus, & reperiuntur in omni

actione

Digitized by Google

actione morali, quę dici possunt transcendentales, vt intensio, remissio, maior aut minor scientia, maior aut minor libertas, duratio &c. Quædam ex parte obiecti, vt maior vel minor quantitas eleemosynæ, maior vel minor indigentia subiecti, circumstantia loci, temporis, personæ, quę etiam

107. reduci potest ad circumst. obiecti. Prioris generis circumstantię semper bonitatem aut malitiam augent intra eandem speciem moralitatis: sunt enim quędam moralitates eiusdem bonitatis & malitię: Posterioris verò generis aliquando augent illam intra eandem speciem, quando nimirum spectant ad idem obiectum virtutis au vitij, vt maior aut minor quantitas in actu eleemosynę, aut furti: Aliquando extendunt illam ad perfectionem accidentalem diuersę speciei, quando scilicet circumstantię vnius virtutis aut vitij concurrunt ad actum alterius virtutis aut vitij, vt circumst. loci, temporis, aut personę sacrę extendunt actum misericordię ad perfectionem accidentalem religionis, cuius istę sunt proprię circumst. Nam ita se habet augmentum bonitatis & malitiæ actus ad bonitatem & malitiam eiusdem, sicut circumstantiæ obiecti virtutis aut vitij ad obiectum eiusdem virtutis aut vitij, cuius actum perficiunt vel inficiunt: sed aliquæ circumstantiæ virtutis aut vitij non differunt specie ab obiecto virtutis & vitij; aliquę differunt tanquam accidentia specie diuersa ab obiecto alterius virtutis aut vitij: igitur & augmentum ipsum bonitatis & malitiæ, quod conferūt, aliàs specie non differt à bonitate & malitia, obiecti cui additur; aliàs est diuersum specie.

Ex parte actus,

Alia ex parte obiecti

Ratio dif. criminis

108. Dico 2. Possunt interdum circumstantiæ integrare vnum obiectum totale, vel transire in motiuum & obiectum principale: quo tempore desinunt esse circumstantię, & fiunt obiectum partiale, vel totale tribuens primam speciem bonitatis vel malitiæ actui. Fundam. Quod respectu vnius actus est circumstantia, respectu alterius potest esse obiectum, aut totale, aut partiale: at omne obiectum tribuit primam speciem bonitatis vel malitiæ, aut totalem, si sit totale; aut partialem, si sit patriale: & hoc ipso quòd confert primam speciem bonitatis vel malitię, desinit esse circumstantia, quia hæc supponit actum in aliqua specie morali constitutum eique adueuit tanquam accidens extra essentiam. Maior prob. Quantitas doni ad

109. actum liberalitatis, & certa quantitas qualitasque cibi ad actum temperantiæ, concurrunt vt obiectum partiale, ex quo integratur obiectum totale liberalitatis, & temperantiæ: quæ tamen ad actum misericordiæ, quæ pro obiecto essentiali habet solam inopiam subiecti, concurrunt vt purę circumstantiæ. Præterea quando quis ex solo motiuo conditionis personæ sacrę mouetur ad dandam eleemosynam; conditio hæc, quæ alioqui in eo, qui ad eleemosynam faciendam principaliter mouetur ex affectu indigentiæ subiecti, est circumstantia, in hoc est obiectum & motiuum formale conferens primam speciem virtutis religionis, & primò transferens actum à non esse virtutis, ad esse virtutis. Nam honestas obiecti non confert suam bonitatem actui, nisi propter se intentam; potest autem quis actu elemosynæ intendere solam honestatem personæ sacræ: igitur potest eo actu, solam religionis honestatem contrahere, quę cùm sit prima, nullam aliam moralem honestatem supponens in actu, dabit primam speciem honestatis: atque adeò potest interdum circumstantia conferre specificam bonitatem actui, quando nimirum transit in obiectum

Prob.

Quod respectu vnius actus est circumstantia, respectu alterius potest esse obiectum.

Ad primū 1. sent. conced. nil posse conferre bonitat. aut malitiā actui, nisi sit volitū, vel vt obiectū primarium, vel vt secundariū: circūstantiæ autē vt conferant bonitatem actui, sufficit, vt sint volitæ vt obiecta secundaria. Ad 2. Nego, honestatem obiecti integrari ex honestatibus circumstantiarum, vt ex obctis partialibus, quorum quolibet sublato, auferretur specifica honestas obiecti, sed solùm vt ex conditionibus acciden. quarum quâlibet sublatâ, adhuc integra manet specifica honestas obiecti. Ad prob. antec. patet ex dictis, illas non esse circumst. sed obiecta partialia respectu obiecti liberalitatis. Ad 3. Neg. minor, ad 1. prob. neg. sequel. ad prob. nego esse vlla instantia, aut partes in tempore: sed esse vnam continuam quantitatem successiuam finitam, ad cuius proportionem crescit quantitas valoris & meriti in actu. Ad 2. Prob. nego sequel. eiusque prob. non enim quantitas perfectionis in actu crescit iuxta quantitatē perfectionis obiecti, sed principij: Cùm actus non accipiat perfectionem ab obiecto per informationem, sed per terminationem habitudinis ad illud; & habitudo non ab obiecto, sed à principio producatur, principium autem finitum cùm sit, nempe voluntas & cognitio creata, non poterit communicare actui habitudinem infinitam, sed finitam ad obiectum infinitum: posse verò actum finitum ferri in obiectum infinitum, præsertim quando actus est pura tendentia in obiectum, qualis est omnis affectus voluntatis in suum obiectum; constat de amore beatifico erga Deum. Quare actus ordinem tantùm, non quantitatem perfectionis sumit ab obiecto.

110. *Ad primum prima*

111. *Ad 2. Honestas obiecti integratur ex honest. circumstant.*

112. *Ad 3.*

113. *Quantitas perfectionis in actu crescit iuxta quantitatē perfectionis principij, non obiectiv*

Dices 1. Actus terminatus ad obiectum infinitum est in infinitum melior quocunque terminato ad quodcunque finitum: ergo est in bonitate infinitus, alioqui deueniri posset ad actum terminatum ad obiectum finitum, quo melior ipse non esset. 2. actus, quo anima Christi obtulit suam humanitatem Verbo vnitam in holocaustum æterno Patri, fuit infinitus: ergo etiam quantitatem perfectionis desumit ex obiecto. Resp. ad 1. disting. antec. est melior ratione obiecti connotati, concedo; ratione habitudinis ad obiectum, nego: cùm enim habitudo actus ad obiectum infinitum sit finita, poterit dari actus cum maiori habitudine ad obiectum finitum. Nam hęc non proportionatur obiecto, sed principio, à quo producitur.

114. *Dices 1.*

2.

115. *Resp. ad 1.*

Ad 2. disting. antec. fuit infinitus ratione habitudinis & tendentiæ ad obiectum, nego: illa enim fuit finita producta à principio finito: fuit infinitus ratione doni oblati, concedo. Actus autem, quo quis desideraret conferre, vel auferre infinitam pecuniam, nec esset infinitus ratione habitudinis, nec ratione obiecti, quia cùm non sit possibile, non potest reddere actum infinitum sub ratione donationis; quia hęc non infinitatur, nisi à dono infinito sub ratione effectus actu collati ab eo, qui plenè possidet illud. Quod *dico* propter B. Virginem, quę Christum obtulit, & sacerdotes, qui quotidiè offerunt in sacrificium Deo: quia tamen illi non possident, nisi sub determinato valore à Christo concesso, eorum actio non est in ratione oblationis infinita. Instabis, actus virtutis pendet à solâ voluntate operantis, cùm totus sit liber, non ab effectu sequuto; ergo siue effectus infinitus re ipsa ponatur, siue non, debet affectus conferendi illum habere eandem bonitatem, quam habet affectus ipse actu conferens donum infinitum. Resp. disting. antec. actus virtutis pendet à sola voluntate operantis in ratione habitudinis &

116. *Ad 2.*

Oblatio B. Virginis, & sacerdotum, non fuit infinita sub ratione donationis.

117.

Actus virt. pendet à

Digitized by Google

vol. in ratione tendentiæ, non donationis.

tendentiæ ad obiectum concedo; in ratione donationis seu collationis, nego. In hoc enim pendet ab effectu ipso, actu collato, & quia sub hac tantùm ratione donandi infinitum donum, voluntas est infinita; est enim infinita, quâ facit vnum cum dono infinito; sola voluntas dandi infinitum donum, præsertim quando illud est impossibile, infinita non est; quia non includit donum infinitum tamquam effectum ipsius operantis, quo pacto constituit vnum actum humanum cum illo, sed tamquam extrinsecum obiectum, cum quo non facit vnum.

SECTIO VI.

An debeant circumstantiæ esse præcognitæ, vt conferant bonitatem vel malitiam actui humano.

118. *Ratio 1. dub.*

PRima ratio dubit. intensio est circumstantia actûs, quæ confert illi bonitatem vel malitiam, absque eo, quòd sit ab operante præcognita: cùm n. pendeat ex libero influxu voluntatis, non potest, antequam existat, præcognosci, in quo gradu futura sit. 2. Personę conditio est prima circumstq̃ tamen vt bonitatem vel malitiam conferat, non necessariò præcognoscenda est. *Patet* 1. in eo, qui ignorans se esse in gratia, actum elicit meritorium & dignum vita æterna. 2. in eo, qui inuincibiliter ignorans æternas pœnas, mortaliter peccando contrahit malitiam reatus, pœnæ æternæ. 3. actus Christi fuissent infiniti valoris, etiamsi ignorasset, se esse personam increatam. 4. violatio voti in persona religioso esset sacrilega, esto inuincibiliter ignoraret, se esse religiosum.

119. *Ratio 2. dub.*

120. *Certa sent. affirmat.*

Communis tamen & certa sent. est, non posse circumstantias bonitatem aut malitiam actibus conferre, nisi præcognoscantur. Hanc à circumstantijs debent actus humani contrahere voluntariè: at nequeunt, nisi ipsæ bonæ vel malæ præcognoscantur: nam bonitatem vel malitiam voluntariè contrahere, est, illam contrahere per actum elicitum à principio intrinseco cognoscente bonitatem & malitiam obiecti. Maior prob. hanc. n. contrahunt actus humani imputabiliter; at id non possunt, nisi illam præcognoscant: nihil enim est operanti imputabile, nisi quod in ipsius est potestate; quod ab ipsius libera pendet voluntate; quod est præcognitum.

121. *Ad 1. rat. Intensio actus cognoscitur cõfusè. & per modũ actus*

Ad 1. rationem dubit. neg. minor. Ad prob. non potest intensio actus præcognosci determinatè & per modum obiecti, concedo; confusè & per modum actus, *nego*: scilicet per maiorem vel minorem conatum, quem in se ipso exercet operans, exercitè & per modum actus experimentaliter cognoscit intensionem, vel remissionem sui actus: & hoc sufficit ad tribuendam bonitatem vel malitiam actui: hic enim maior vel minor conatus liberè intenditur ab operante, dum fortiùs, vel lentiùs ad operandum liberè se applicat.

122. *Bonitas vel malitia alia in ordine ad operantem;*

Pro solutione secundæ rationis, disting. duplex bonitas vel malitia in actu: altera virtutis aut vitij in ordine ad operantem; altera meriti aut demeriti, satisfactionis vel offensæ in ordine ad retribuentem. Prior necessariò requirit notitiam sui, vt contrahatur ab actu, cùm vtraque debeat esse libera: non enim censemur studiosè, aut vitiosè operari, nisi liberè, & aduertenter operemur.

123. *Altera ad*

Posterior etsi semper fundetur in operatione liberâ merentis, aut demerentis, satisfacientis aut offendentis, non tamen qui debet vel meritum ad præmium, vel satisfactionem propter offensam acceptare, mouetur ex sola bonitate libera actûs studiosi, sed maximè respicere solet ad dignitatem personæ promerentis, aut satisfacientis: constat in principe creato, qui cæteris paribus libentiùs remunerat nobilioris, quàm ignobilioris personæ actiones, libentiusque acceptat satisfactionem personæ dignioris, etiamsi dignitas ignoraretur à promerente, vel satisfaciente. Quia potest remuneranti placere non solùm quod est bonum liberum & studiosum in actione, sed etiam quod est bonum naturale seu personale, etiamsi necessariũ sit. *retribuentis*

124. *Ad 2. rat. dub.*

Ex his ad 2. rationem disting. minor. conditio personæ non est præcognoscenda, vt conferat bonitatem meritoriam, vel satisfactoriam in ordine ad præmiantem, vel condonantem, concedo; quia potest hic ad præmiandum, vel ad condonandum non solum moueri propter liberam bonitatem actionis, sed etiam propter necessarium valorem refusum ex dignitate personæ: quæ etiam ignorata ab operante, communicat suam bonitatem & valorem actioni, quia illam necessariò communicat: non est præcognoscenda, vt conferat bonitatem virtutis, nego. Vnde primum, 2. 3. exemplum solùm probant de bonitate meriti & satisfactionis in ordine ad præmiantem, non de bonitate virtutis in ordine ad operantem: nam nec præmium, nec pœna debent ab operante præcognosci, vt operans illa promereri possit. Ad 4. exemplum, nego, in eo casu personam sacram incurrere malitiam sacrilegij: quia cùm hæc sit imputabilis operanti, non incurritur, nisi præcognoscatur. Quo fit vt conditio personæ non tribuat actioni honestatem virtutis, aut turpitudinem vitij, nisi aliquo modo transeat in obiectum: vt autem tribuat dignitatem personalem, sufficit vt tantùm concurrat per modum suppositi operantis. *Ad exempla.*

125. *Conditio persona transeat in obiectum.*

SECTIO VII.

Quale voluntarium ad contrahendam bonitatem vel malitiam circumstantiarum requiratur?

126. *Ad contrahendam malitiam circumst. sufficit volunt. interpret.*

QVoad malitiam certum est, sufficere voluntarium indirectum & interpretatiuum: nam si hoc sufficit ad contrahendam malitiam ex obiecto, à fortiori sufficiet ad contrahendam malitiam ex circumstantijs; an vt aliquæ circumst. specificam malitiam tribuant, expressum requirant voluntarium, infrà. Sola controuersia nunc de bonitate. De quâ,

127. *Prima sent.*

Prima sent. affirmat. sufficere indirectum & interpret. est quorundam recen. & à fortiori eorum, qui docent, hoc ipsum sufficere ad contrahendam bonitatem ex obiecto, contra quos disputo *sect.* 2.

128. *Prob. 1.*

Prob. 1. Bonitas ex circumst. est extra substantiam, tam specificam, quàm indiuid. actûs: est. n. accidens actûs, quod adesse & abesse potest, saluâ integrâ substantiâ subiecti: at non esset extra substantiam saltem indiuid. si esset directè & expressè volita: non enim potest aliquid esse directè & expressè volitum, nisi per physicam & realem tendentiam actus in ipsum volitum; omnis autem tendentia physica realis pertinet ab substantialem constitutionem actûs: vnâ enim & indiuisibili tendentiâ voluntas fertur in obiectum, & in omnes circum-

Digitized by Google

circumstantias ipsius; quod totum illi ab intellectu proponitur. 2. vt circumstantiæ *quomodo, & quando* conferant bonitatem actui; non est necesse, vt expresse & directè intendantur. Non enim potest quis expresse & directè intendere intensionem, vel continuationem sui actus, nisi reflexè præcognoscat illam: at nemo, cùm actum producit, experitur se reflexè cognoscere intensionem sui actûs, aut directè ferri in durationem eiusdem.

129. *Prob. 2.*

130. *Prob. 3.* Tertiò. Voluntas non solùm dicitur velle per expressam & directam tendentiam in volitum, sed etiam per interpretatiuam; at hæc sufficit, vt bonitas circumstantiarum tribuatur operanti: qui enim vult obiectum, censetur velle quidquid est cum illo coniunctum. 4. Aliquod debet esse discrimen inter voluntarium requisitum ad contrahendam bonitatem essent. ex obiecto, & accidentalem ex circumst. prior enim contrahitur ex motiuo formali honestatis; posterior ex concomitantibus ipsum formale. Ergo si ad illam requiritur voluntarium directum & expressum, ad hanc sufficiet interpretatiuum & indirectum.

131. *Prob. 4.*

132. *Ad bonitatem requiritur voluntarium directum.* Secunda sent. requirit voluntarium directum & expressum: *Suarez de actib. hum. tract. 3. disp. 5. sect. 2. num. 4.* quæ probabilior est. Fundam. vt honestas obiecti conferat actui interno suam honestatem, debet expresse intendi: ergo vt honestas circûstantiæ conferat eidem suam, debet expresse intendi. vel enim circumstantia auget honestatem actus intra eandem speciem homogeneè, vel extendit illam ad aliam accident. heterogeneam: sed ad vtrumque augmentum requiritur voluntarium expressum. Quoad 1. prob. Nam si illud est homogeneum, debet esse eiusdem rationis cum eo, cui additur; alioqui non augeret illud homogeneè. At illud est voluntarium directum & expressum: ergo etiam hoc, quod ei additur. Prob. quoad 2. quando enim honestas circumstantiæ est alterius rationis quasi specificæ ab ipsa honestate obiecti, non necessariò coniungitur cum ipsa, cùm pertineresoleat ad honestatem alterius virtutis, vt conditio personæ sacræ in paupere, est conditio pertinens ad virtutem religionis: nequit autem conditio personæ sacræ conferre honestatem actui misericordiæ, nisi expresse & directè volita: nam quando circumstantia pertinet ad honestatem alterius virtutis, non necessariò voluntas intendens honestatem illius virtutis, intendit honestatem circumstantiæ alterius virtutis; vt in exemplo adducto; non eo ipso, quo voluntas intendit honestatem misericordiæ & circumstantiarum eius, intendit honestatem spectantem ad religionem. Igitur, vt præter honestatem misericordiæ actus contrahat honestatem circumstantiæ Religionis, debet illam expresse intendere: alioqui non posset contrahendo honestatem miseric. non contrahere honestatem Relig. quam præuidet coniunctam cum persona pauperis: si sufficeret voluntarium interpretatiuum.

Augmentũ honest. homogeneum

Heterog.

133. *Bonitas ex circumst. spectat ad constitutionẽ individ. actus.* Ex his *sequitur* 1. Bonitatem ex circumstantijs spectare ad constitutionem individualem huius vel illius actûs humani, aut homogeneam, si honestas circumst. sit eiusdem rationis cum honestate obiecti; aut heterogeneam, si sit diuersæ, contra *Curiel. 1. 2. qu. 18. art. 3. dub. 1. concl. 2. Sequitur* 2. hanc bonitatem esse inseparabilem ab hoc numero actu, quia cùm non sit à parte rei distincta à bonitate ex obiecto, quæ intrinseca est & substantialis actui, in esse moris & naturæ, implicat separari ab actu, non destructâ substantiâ actus. 3. Bonitatem ex circumst. esse accidens actûs humani, non

134. *Est inseparabilis ab hoc actu.*

135. *Et accidens metaph.*

physicum, sed metaph. nec respectu huius, vel illius actûs sed actûs in specie & in individuo vagè sumpti: quia saluari posset actus in tali specie virtutis, & in individuo eiusdem speciei, sine hâc vel illâ circumst. fit enim actus charitatis intensus, remissus, cum hâc, cum illâ circumst. elicitus, semper erit eiusdem speciei & in aliquâ individuatione, contentâ sub eâdem specie charitatis.

actus in specie & individuo vagè

Ad Primum 1. sent. nego bonitatem ex circumstantijs esse extra substantialem individuationem huius, vel illius numero actûs, licet sit extra substan. individ. actûs individualis vagè sumpti. Ad prob. concedo bonitatem ex circumst. esse accidens metaphys. de cuius ratione est, vt sit separabile ab hoc numero actu, tantùm per intellectum, vt ex Philos. suppono. Ad 2. quod circumstantiam *quomodo*, Resp. Illam non necessariò ab operante intendi debere per modum obiecti, sed per modum actus & exercitè, hoc ipso quo operans volens & aduertens conatur elicere actum feruentem. Eadem ratio est de circûstantia *quando*: nam vt illa conferat maiorem bonitatem quasi extensiuam actûs, sufficit vt operans & volens aduertens perseueret in eodem actu: hoc enim ipso expresse exercitè vult perseuerantiam actus.

136. *Ad 1 prima*

137. *Ad 2. Circumstantia quomodo intenditur per modum actus non obiecti.*

Ad 3. neg. minor. esto enim volitio per imputationem sufficiat ad contrahendã malitiam, non sufficit ad contrahendã honestatem; quia plura requiruntur ad actum bonum, quàm ad malum; alioqui eodem modo contraheret moralem honestatem ille, qui videns, se hîc & nunc teneri ad non exercendum actum prohibitum, esto illum non positiuè, sed tantùm permissiuè nollet, ac contraheret, qui aduertens, se hîc & nunc teneri ad exercendum actum præceptum, circa quod tantùm negatiuè se haberet. Vnde concedo, eam voluntatem sufficere ad malitiam, non ad bonitatem.

138. *Ad 3.*

Ad 4. neg. conseq. discrimen enim requisitum ab bonitatem essent. ex obiecto, & accidentalem ex circumst. saluatur per hoc, quòd in obiectum tendit primariò, in circumstantias secundariò.

139. *Ad 4.*

SECTIO VIII.

Quæ circumstantiæ tribuant nouam speciem bonitatis vel malitiæ?

CErtum est, non omnes tribuere nouam speciem bonitatis, aut malitiæ ab obiecto diuersam, sed sæpe eam intra eandem speciem tantùm augere. Difficultas est in assignandâ certâ regulâ, qua possimus huiusmodi circumstantias dignoscere. S. Thomas 1. 2. *quæst.* 18. *art.* 10. & 11. hanc assignat regulam. Circumstantia, quæ per se considerata & ab omni alia seiuncta, sufficiens est dare bonitatem vel malitiam actui humano; siue transferre actum de vna specie bonitatis, vel malitiæ in aliam, tribuit speciem bonitatis aut malitiæ, ab obiecto diuersam: quæ de se sufficiens non est eam conferre, nisi vt determinata ab aliâ circumstantiâ & conditione obiecti, cui est adiuncta, non tribuit nouam speciem, sed eandem auget intra eundem gradum specificum: Hæc n. circumst. nullum per se affert determinatum ordinem conformitatis, vel diffor. ad rationem, sed est de se indifferens & indeterminata: at omnis species bonitatis vel malitiæ moralis desumitur per illum ordinem: Igitur illa circumst. non est de se apta conferre nouam determinatam speciem bonitatis vel malitiæ, sed tantùm augere illam intra

140. *Regula*

141. *Circumst. quæ non tribuit speciem ab obiecto diuersam.*

141. *Posterior pars regulæ clara.*

Digitized by Google

eundem gradum specificum, quam ex obiecto supponit & à quo determinatur. Talis est circumstantia *quomodo*, & *quid*, prout importat maius & minus. Nunquam enim istæ tribuunt bonitatem vel malitiam ex se, sed vt coniunctæ cum aliâ circumstantiâ, vel obiecto, à cuius bonitate vel malitiâ determinantur ad eandem specificam augendam. Maior enim vel minor quantitas in furto ex se non affert malitiam nisi supposita circumst. *alieni* in obiecto. Vnde quamtumcunque augeatur quantitas furti, nunquam transfert illud ad aliam speciem peccati, nec nouum ordinem difformitatis affert contra rationem, sed auget tantùm illud intra eundem gradum specificum, quem ex obiecto supponit. Nec refert, quòd quantitas furti transferat peccatum de veniali in mortale, quę videntur pluſquam specie distingui: hæc enim diuersitas non oritur proximè & immediatè ex quantitate furti, sed ex virtuali contemptu Dei vltimis finis, quem secum affert furtum graue: in quo peccatum mortale distinctum est à veniali, vt disp. 23. sect. 1.

143. *Prior pars regulæ. Si per se sufficiet dare bonit. vel mal. tribuit speciem diuersam.* Prior pars regulæ constat ex oppositio principio. Circumstantia enim quæ per se considerata, & ab omni aliâ, saltem per rationem seiuncta, sufficiens est dare bonitatem vel malitiam actui humano, de se affert determinatum ordinem conformitatis, aut difformitatis ad rationem: ergo de se apta est conferre nouam speciem bonitatis, vel malitiæ ab obiecto diuersam.

144. Dixi, *saltem per rationem ab omni alia seiuncta:* nam etiamsi aliqua circumstantia, nequeat nouam speciem bonitatis, vel malitiæ actui conferre, nisi aliâ suppositâ: vt in adulterio circumstantia iniustitiæ nequit malitiam inhonestatis contra sacramentum matrimonij conferre, nisi suppositâ malitiâ fornicationis; per se tamen considerata & ratione seiuncta à circumst. fornicationis, est de se apta nouam malitiam conferre, quia peculiarem ordinem difformitatis de se affert contra rationem, peculiaremque oppositionem ad distinctam virtutem. Vnde actum transfert de vnâ specie peccati in aliam in confessione necessariò aperiendam. Eadem ratio est de circumst. loci sacri in peccato furti, quæ malitiam sacrilegij non confert, nisi suppositâ malitiâ furti: Adhuc tamen per se considerata, & ratione seiuncta à peccato furti, nouam affert difformitatem ad rectam rationem. Quod inde patet, quia etiam seiuncta ab omni aliâ circumstantia mala, adhuc tribuit eandem speciem sacrilegij, vt in eo qui propriam coniugem cognosceret in loco sacro, vel qui ad profanos vsus sacris vestibus & vasis vteretur. Vtraque enim actio sacrilega est contra cultum loco, rebusque sacris debitum; esto neutra supponat aliam circumstantiam malam.

145. *Obijcies 1.* *Obijcies* contra 1. partem regulæ. 1. inde sequeretur, in quolibet peccato duas esse malitias specie diuersas, alteram ex obiecto, alteram ex circumstantia inobedientiæ, quâ omne peccatum est contra præceptum Dei: licet enim hæc coniungatur cum omni peccato, per se tamen considerata nouam affert difformitatem ad rectam rationem.

146. *Obijcies 2.* Secundò sequeretur, duplicem speciem malitiæ contrahere eum, qui contra liberalitatem duplici excessu delinqueret, & ex parte dantis, si vltra facultatem; & ex parte recipientis, si vltra necessitatem, largiatur: quilibet enim excessus per se sumptus affert specialem difformitatem, ad rectam rationem: cùm per se sumptus aptus sit conferre integram speciem prodigalitatis.

147. *Obijcies 3.* Tertiò. Si plures circumstantiæ specie diuersæ tribuunt actui plures malitias specie diuersas; plures numero distinctæ tribuent eidem plures numero distinctas. Resp. ad 1. argum. neg. sequel. hæc enim circumstantia, vt infrà, non tribuit specificam malitiam actui, nisi vt directè intenta. 148. *Resp. ad 1.*

149. *Ad 2. Is qui duplici excessu contra liberalitatem delinquit, duplicem contrahit malitiam partialem.* Ad 2. concedo, eum, qui duplici excessu contra liberalitatem delinquit, duplicem contrahere malitiam, sed partialem, spectantem ad vnam totalem prodigalitatis, quę ex vtrâque circumstantia dantis & accipientis consurgit. Vnde & concedo, quemlibet excessum afferre nouam difformitatem contra rationem, sed partialem, & intra eandem speciem vitij, sufficientem tamen ad contrahendam malitiam prodigalitatis. Hoc enim est discrimen inter actum virtutis & vitij, quòd vitiosus actus statim contrahit malitiam obiecti, etiamsi non omnes circumstantię illud integrantes ad actum concurrant: virtuosus non contrahit bonitatem obiecti, nisi omnes circumstantiæ obiectum cohonestantes concurrant. Vnde vnà tantùm circumstantia honestâ sublatâ, vel turpi addita, nequit obiectum virtutis conferre actui bonitatem. Quo fit, vt obiectum virtutis per se nequeat nisi integram speciem suæ honestatis conferre: obiectum vitij conferre possit etiam partialem: quia bonum ex integrâ causa, malum ex singulis defectibus. Dixi *per se:* posset enim aliqua circumst. ad integram honestatem virtutis requisita ab operante inculpabiliter ignorari: & tunc virtus conferret speciem tantùm partialem suæ honestatis. Ad 3. *neg. conseq.* specifica enim diuersitas sumitur ex obiecto, cùm obiectum sit ratio specificandi actum, numerica distinctio ex actu; cùm possint plures numero actus versari circa idem numero obiectum. Igitur quotiescunque ex parte obiecti concurrunt plures circumstantiæ specie diuersæ, refundunt in actum plures bonitates, vel malitias specie diuersas: at non quotiescunque ex parte obiecti concurrunt plures circumstantię numero distinctæ, refundunt in actum plures bonitates, vel malitias numericas, quia licet illæ in obiecto sint numero distinctæ, in actu tamen, ex quo numerica distinctio desumitur, sunt vnum. 150. *Ad 3. Ratio discrim.*

151. *Contra poster. partem regulæ.* *Obijcies* 2. Contra 2. partem regulæ. Magis & minùs, multùm & parum constituunt obiectum intemperantiæ: scilicet quantitas cibi & potus certa modusque sumendi. Ergo non semper circumstantiæ *quomodo*, & *quid* augent tantùm bonitatem, vel malitiam intra eandem speciem aliunde constitutam, sed interdum illam primò conferunt & constituunt: omnis enim circumstantia, quę est apta constituere obiectum vitij, est etiam apta conferre speciem talis vitij.

152. *Obiectum intemperantiæ formaliter est recessus à termino per rationem constituto.* Resp. Neg. antec. obiectum enim intemperantiæ formaliter non est multum aut parum, magis aut minùs, sed recessus à termino per rationem constituto, vt porportionato commensuratoque comedentis dispositioni. Qui recessus formaliter consistit in indiuisibili. Vnde primus recessus, qui à tali termino ratione præfixo, fieri intelligitur, constituit formaliter vel obiectum intemperantię, si fit per excessum; vel insensibilitatis, si fit per defectum: quia verò hic recessus, cùm sit in materia diuisibili, semper est diuisibilis, quatenus cum eodem indiuisibili recessu connectitur *quid*, vel *quomodo*, simul auget eandem speciem malitiæ. vnde semper circumstantia *quid*, vel *quomodo* supponit obiectum intemperantiæ constitutum per primum recessum indiuisibilę à medio rationis, atque adeò speciem ipsam intemperantiæ, vel insensibilitatis, deriuatam à primo recessu, camque tantùm auget.

SECTIO

Digitized by Google

SECTIO IX.

An circumstantia, quæ de se apta est conferre nouam speciem, sit apta conferre primam?

153. HActenus indagatæ circumstantiæ aptæ conferre nouam speciem bonitatis vel malitiæ, ab obiecto diuersam. Vlteriùs indagandũ, an omnis, quę apta est conferre nouã speciem, possit primam.

154. *Ratio dubit.* Nam multę circumstantiæ sunt aptæ ad constituendam nouam speciem, quæ essentialiter supponunt alias circumstantias, tribuentes primam speciem bonitatis vel malitię: vt in adulterio circumstantia violationis tori coniugalis essentialiter supponit circumstantiam fornicationis, tribuentem primam speciem malitiæ actui adulterij: in actu misericordiæ filij erga parentem, supponitur circumstantia personæ gignentis, quę tribuit primam speciem pietatis: & quę essentialiter supponit aliam, ipsa non potest tribuere suam, nisi aliâ priore suppositâ.

155. DICO 1. Nulla circumstantia, apta constituere nouam speciem malitiæ, per se tribuere potest primam, si essentialiter supponitaliam. Fundamentum. vt mala circumstantia tribuat suam malitiam actui, sufficit vt tantùm præsupponatur coniuncta cum alia, vel obiecto à voluntate intento: vt enim malum tribuat suam malitiam, non debet intendi, sed tantùm præuideri: quando verò circumstantia, vt tribuat suam speciem moralitatis actui, non pendet ab intentione operantis, non potest tribuere illam, nisi eo ordine, quo illam à parte rei includit: igitur si illam posteriori ordine naturæ à parte rei includit, quàm aliam, non poterit priori ordine naturę illam actui conferre. Sic adulterium non potest conferre speciem iniustitię, quin priùs tribuat speciem fornicationis, quę ad malitiam adulterij se habet vt priùs subsistendi

156. consequentiâ. Dixi, *per se*: nam per accidens, si prima malitia, quæ ex natura rei præsupponitur ad secundam, inculpabiliter ignoretur, tunc circumstantia, quæ apta est conferre secundam, confert primam malitiam. Nulla .n. malitia moralis contrahitur, nisi saltem præcognoscatur: ergo quæ inculpabiliter non fuit præcognita, non potuit actum inficere.

157. *Concl. affir. de bonitate, ex opposito principio.* DICO 2. Omnis circumst. apta constituere nouam speciem honestatis, tribuere potest primam, etiamsi essentialiter præsupponat aliam. Nempe vt bonum tribuat suam bonitatem actui, non sufficit vt tantùm præuideatur, sed debet expresè intendi. At potest voluntas in obiecto intendere vnam circumst. & non aliam: quia non semper agens tenetur intendere omnem honestatem quæ est in obiecto, vt cùm eleemosynam tribuit pauperi sacerdoti, non tenetur ex vtroque motiuo misericordiæ, & religionis illam tribuere, sed ex alterutro tantùm, & tunc vel erit actus misericordiæ, si ex motiuo miseriæ subleuandæ; vel actus religionis, si ex motiuo personæ sacrę, mouebitur. Quando verò circumstantia, vt tribuat suam speciem moralitatis pendet ab intentione operantis, non necessariò tribuit illam eo ordine, quo re ipsa illam continet, sed quo ab operante intenditur. Igitur si potest operans actu intendere posteriorem bonitatem, non intentâ priore, posterior illa tantùm dabit speciem honestatis, atque adeò primam: sic qui parenti indigenti subuenit, moueri potest ex solo motiuo indigentiæ, non paternitatis: & tunc contrahet primam honestatem misericordiæ, non pietatis. Et qui ex præcepto ecclesiastico ieiunat, moueri potest ex solo motiuo obedientiæ, non temperantiæ: & tunc contrahet primam honestatem obedientiæ, non temperantiæ. Non enim ad hæc præcepta seruanda tenemur operari ex proprio motiuo virtutis, in quâ à legislatore proximè constituuntur, sed possumus ex quocunque alio honesto motiuo moueri: præcepta enim solùm obligant ad materiale, non ad formale virtutis, nisi quando formale ipsum virtutis cadit sub præcepto, vt est motiuum dilectionis Dei in actu contritionis.

158. *Circumst. bona non tribuit speciem honest. actui nisi transeat in motiuum saltem secundarium.* Deducitur numquam circumstantiam bonam tribuere speciem honestatis actui humano, nisi transeat in motiuum saltem secundarium: Contrà verò malam tribuere speciem malitiæ actui, etiamsi nõ transeat in motiuum, modò sit præuisa.

SECTIO X.

An species moris ex circumstantijs desumpta sit accidentalis, an substantialis actui?

159. *Sensus quæst. Conradi.* PRæsens controuersia non est de specie in esse naturæ, sed in esse moris: vnde nihil ad rem *Conrad. 1.2. qu. 18. art. 3.* definit omnem speciem desumptam ex circumstantijs esse accidentalem actui humano, considerato in esse naturæ.

160. *Prima sent.* Prima sent. vniuersaliter docet, omnem speciem, ex circumst. desumptam, esse accidentalem actui humano: est *Medin. 1.2. q. 7. art. 1. & qu. 18. art. 10.* Fundam. circumstantia est accidens actûs humani: alioqui non differret ab obiecto, quod solùm præbet speciem substantialem actui: nullum autem accidens conferre potest speciem substan. ei, cuius est accidens: cùm sit extra omnem substantialem constitutionem subiecti: igitur nequit circumstantia conferre speciem substan. actui. *Fund.*

161. *Confirm. 1.* Confirm. 1. Circumstantia, vt ex nomine constat, solùm circumstat, non constituit actum in esse moris: at hoc ipso, quòd præberet illi speciem substan. moris, non circumstaret, sed constitueret illum in tali specie, quam tribueret. 2. Siqua circumst. conferret speciem substan. actui, esset illa quæ confert primam: sed hęc non est: nam si hæc tribuat primam speciem actui ex obiecto indifferenti, talis species non erit actui substantialis, sed accidentalis: omnis .n. species moralis, quæ innenit actum ex obiecto constitutum in aliqua specie moris, aduenit illi accidentaliter: at indifferentia est aliqua species moris: igitur prima species bonitatis, vel malitiæ tali actui aduenies, accidentaliter aduenit.

162. *Confirm. 2.*

163. *Secunda sent.* Secunda sent. affirmat, omnem speciem moralem ex circumstantijs desumptam, esse essentialem actui interiori, non exteriori: Est *Caiet. 1.2. qu. 18. art. 4. Et 10.* Probat 1. *ex S. Tho. eãdem qu. ar. 6. ad 2.* affirmante, circumstantiam finis accidere quidem actui exteriori, non interiori: vt cùm quis furatur, vt fornicetur; fornicatio est circumstantia respectu actus exterioris furti, non autem respectu interioris, furtum intendentis. 2. nequit circumst. dare speciem actui nisi transeat in rationem obiecti; sed omne obiectum dat speciem essentialem actui, quia omne obiectum est specificatiuum actûs. *Ratio*

164. *Sententia verior & sequenda* Tertia sent. asserit, solam circumst. quæ tribuit primam speciem moris actui, transire in rationem obiecti, eique speciem essen. moris tribuere: Reli-

Digitized by Google

quas verò, quæ non tribuunt primam, transire quidem in rationem obiecti, & tribuere speciem essen. actui respectu speciei, quam constituunt, manere tamen circumstantias respectu alterius speciei cui aduenium. Ex. gr. Coniux agnoscit suam in loco sacro: circumstantia loci in hoc casu tribuit primam speciem sacrilegij actui coniugali & transit in obiectum specificans essentialiter actum, & constituens illum in specie sacrilegij. Furatur quis, vt fornicetur: circumstantia fornicationis superaddit quidem nouam speciem peccati actui furandi, non primam, quia inuenit illum constitutum in specie furti: tribuit tamen nouam, quia fornicatio de se affert nouam difformitatem à priore diuersam. Igitur respectu prioris speciei furti, cui species fornicationis aduenit, circumstantia fornicationis comparatur vt circumstantia, & accidens morale illi adiunctum: respectu verò speciei fornicationis, quam formaliter constituit, comparatur vt obiectum specificans, & reponens actum furti sub noua specie morali fornicationis: Est *Vasquez* 1. 2. *disp.* 53. *cap.* 1. & 2. & communior inter Recent. S. Tho. *qu.* 2. *de malo art.* 6. vbi ait, circumstantiam respectu actus considerati secundùm vnam speciem moris esse circumstantiam; respectu alterius quam constituit, circumstantiam dici non posse. Et exemplum affert de adulterio, & sacrilegio: quorum illud comparatum cum actu in specie fornicationis constituto, est circumstantia; comparatum cum eodem in specie adulterij considerato, est obiectum. Hoc comparatum cum furto dicitur circumstantia; comparatum cum specie sacrilegij, quam constituit, est obiectum.

Exemplis declaratur.

165. *Prima pars prob.* Huius *sent.* prior pars patet: circumstantia. n. quæ tribuit primam speciem moris, non requirit actum in aliquo esse morali constitutum, sed illum in tali esse primò constituit. Nec potest esse accidens respectu illius esse, quod primò constituit. Accidens. n. est extra constitutionem rei: ergo circumstantia tribuens primam speciem moris non potest esse accidens, & circumstantia actûs in esse morali. Quod primò rem cõstituit, nõ accidit.

166. *Dices.* Albedo primò constituit hominem in esse albi; & tamen est accidens hominis. Igitur potest aliqua forma primò constituere rem in aliquo esse, & tamen esse accidens illius. Resp. dist. ing. minor. albedo accidit homini in esse hominis, concedo; accidit homini in esse albi, quod formaliter constituit, nego. Posterior pars prob. Circumstantia. n. quæ non tribuit primam speciem, accidit quidem speciei, quam constitutam reperit, ac proinde respectu illius manet circumstantia: non tamen accidit speciei, quam formaliter constituit, ac proinde respectu illius non manet circumstantia, sed transit in obiectum specificans.

167. *Posterior pars prob.*

168. *Sic actus exterior habet malitiam ex obiectô & circũst. quæ aduenit ex fine inter erit. acciden.* Ex his sequitur, quid dicendum de actu exteriori: nam si his habet bonitatem, vel malitiam ex obiecto, & circumstantijs proprijs, bonitas vel malitia, quæ illi aduenit ex fine actus interioris, à quo exterior imperatur, erit illi accidentalis, habebitque rationem circumstantiæ: si verò nullam habet, sed illam primò accipit à fine actûs interioris, cum quo facit vnum in esse moris, tunc erit illi substãtialis, transibitque in rationẽ obiecti. Exemplum primi sit: si actus externus eleemosynæ ordinetur ad satisfactionem peccatorum: bonitas pœnitentiæ, quæ est finis actus interioris: erit accidentalis actui exteriori eleemosynæ habenti bonitatem ex obiecto & circumstantijs proprijs. Exemplum secundi: si externa deambulatio ordinetur ad cultum Deo exhibendum, bonitas diuini cultus, qui est finis actus interioris, erit substantialis deambulationi; illam. n. primò constituit in esse moris, cùm nullam ex se moralitatem deambulatio habeat.

169. *Ad fund. prima* Ex his patet ad fundam. 1. sent. conced. circumstantiam esse accidens actûs humani respectu esse moralis, quod supponit: *nego* esse accidens respectu esse moralis, quod constituit, respectu cuius est obiectum specificas. Ex his patet ad 1. confirm.

170. *Ad 2. conf.* Ad 2. neg. maior & minor: nec enim sola circumst. quæ tribuit primam speciem moris, tribuit speciem substantialem, sed etiam quæ tribuit secundam, tribuit substantialem respectu illius esse moralis, quod constituit. Falsum præterea est, circumstantiam tribuentem primam speciem moris, non tribuere substantialem. Ad prob. min. nego assump. respectu bonæ circumst. Nam esto indifferentia sit species moralis, de qua infrà: illa tamen accessu nouæ speciei bonitatis necessariò destruitur in actu humano: quia vt honestas circumstantiæ communicet suam bonitatem actui, debet intendi: repugnat autem vt eodem actu simul intendatur indifferentia obiecti, & honestas additæ circumstantiæ: quia honestas postulat vt intendatur propter ipsam honestatem: vnde virtualiter excludit omne aliud motiuum non pertinens ad honestatem. Concedo assumptum respectu malæ circumst. nam hæc non necessariò destruit indifferentiam in actu indifferente ex obiecto: quia nec obiectum indifferens excludit per se malam circumst. nec malitia excludit per se indifferentiam obiecti, cùm non debeat hæc propter se intendi, sed tantùm præuideri. Vnde posità sent. quòd dari possit actus per se indifferens in indiuiduo, nullum erit absurdum concedere, malam circumstantiam non conferre primam speciem moris actui per se indifferenti ex obiecto, sed tribuere tantùm primam speciem malitiæ.

171. *Ad 1. secunda* Ad primum 2. ser. Resp. S. Thomam se iuxta nostram sent. explicare *cit. qu. de malo:* vt finis non sit circumstantia, sed obiectum actus interioris respectu illius speciei, quam constituit; est autem sola circumstantia respectu illius speciei, cui aduenit.

172. *Ad 2. pari modo* Ad 2. Non posse circumst. conferre speciem actui humano, nisi transeat in obiectum respectu illius speciei, quam constituit; non respectu illius, quam supponit; respectu cuius non comparatur vt obiectũ specificans, sed vt concomitans circumst.

SECTIO XI.

An circumstantiæ aliquæ specificam malitiam non tribuant, nisi vt expressè intentæ?

173. *Ratio dubit. vtrimq;* RAtio dubit. quia vt malum tribuat suam malitiam actui, non debet expressè intendi: vnde circumstantia loci sacri tribuit specificam malitiam sacrilegij, etiamsi non intendatur. In contrarium verò est: vt auersio à Deo & trangressio ab eius lege in quouis peccato inclusa tribuat specificam malitiam, à malitia obiecti diuersam, non sufficit vt sit tantùm præuisa & interpretatiuè volita, sed debet expressè intendi.

174. *Prima sent.* Prima sent. vniuersaliter affirmat, circumstantias non specificare peccata, nisi expressè intendantur: *Caiet.* 1. 2. *q.* 72. *ar. vlt. & qu.* 76. *ar.* 4. & 2. 2. *qu.* 53. *ar.* 2. Fundam. Vt circũstantia specificet *Fund.*

actum

Digitized by Google

actum, debet transire in rationē obiecti: obiectum autem non specificat, nisi per se intendatur.

175. *Contrà* Sed contrà: circumstantia loci sacri specificat furtum in ratione sacrilegij, etiamsi non intendatur, sed tantùm præuideatur, vt ipse *Cajet. cit. loco* 2. 2. concedit. Quo argumento conuictus fatetur, malle se in hac re discipulū esse, quàm magistrum.

176. *Secunda sent.* Secunda sent. vniuersaliter negat, vt circumstantiæ peccata specificent, debere expressè intendi: sed sat esse, si tantùm interpretatiuè & virtualiter sint volitæ. *Fund.* Fundamen. Vt malum specificet actum peccati sufficit, vt sit voluntarium; sit autem voluntarium per solum consensum interpretatiuum: ergo. Sed contrà: huic sent. obstant exempla pro poster. ratione dubit. adducta. Auersio .n. à Deo & trāsgressio ipsius legis in quouis peccato inclusa, non specificant peccata; reponendo illa in specie odij Dei & inobedientię specialis, nisi vt expressè intenta: alioqui in quolibet peccato præter malitiam obiecti essent speciales malitiæ odij Dei, & inobedientię specialis.

177. *Contrà*

178. *Tertia sent.* Tertia sent. docet, circumstantias generales, quæ in omnibus peccatis per se includuntur, non tribuere specificam malitiam, nisi vt expressè intentas; Cæteras verò, quæ generales non sunt, nec in omnibus peccatis per se includuntur, specificam malitiam tribuere interpretatiuè tantùm volitas: *Medin. 1. 2. qu. 72. art. vlt. Curiel. qu. 73. art. 8. dub. 5. §. 2. & 3.* Fundam. circumstantia non confert nouam speciem malitię, nisi afferat nouam deformitatem contra rationem: at generales per se in omnibus peccatis inclusæ, non afferunt nouā deformitatem contra rationē, nisi vt expressè volitę.

179. *Contrà* Sed contrà: tum quia nocumentum spirituale, quod quis ad peccandum inductus incurrit, est circumstantia generalis per se inclusa in quolibet peccato, ad quod committendum proximus inducitur: cùm tamen per eos authores specificet peccatum scandali, etiam non expressè intentum: Tum quia assignanda est ratio, cur solæ circumst. generales non specificent, nisi vt expressè intentæ. *Instantia* Nec ratio pro fundamento adducta vera est: auersio enim à Deo, & trangressio ab eius lege importat peculiarem deformitatem diuersam ab ea, quam affert obiectum ipsum, ex. gr. furtum, aut fornicatio, quamuis à parte rei non distinctam à malitia obiecti: prior enim reducitur ad speciem odij, posterior ad inobedientiæ, cùm tamen malitia obiecti sit ab vtraque diuersa.

180. *Quarta sent.* Quarta sent. asserit, eas circumstantias non specificare peccata, nisi vt expressè intentas, quorum oppositæ circumstantiæ bonæ non specificant oppositos actus virtutis, nisi vt expressè intentæ. Vt quia bonum alterius non specificat actum amoris, nisi vt expressè volitum: nec oppositum malum alterius specificabit oppositum actum odij, nisi vt expressè volitum. Vt quia præceptum superioris non specificat actum obedientiæ specialis, nisi vt expressè intentum, nec opposita transgressio eiusdem specificabit oppositum actum inobedientiæ, *Fund.* nisi vt expressè intenta. Fundam. peccata adequatè opponuntur virtutibus oppositis: igitur si virtutes oppositæ non desumunt specificam bonitatem ex circumstantijs, nisi vt expressè intentis; nec peccata specificam malitiam ex oppositis circumst. nisi vt expressè intentis. Sed contrà; nulla 181. *Contrà* est virtus, quæ non expressè intendat honestatem sui obiecti, vt illam contrahat: at non omne peccatum expressè intendit malitiam sui obiecti, vt illam incurrat: igitur ex aliâ radice oritur, cur aliquæ circumstantiæ, vt specificam malitiam tribuant actui, directum postulent voluntarium.

182. *Quinta Vasquez vera* Quinta sent. *Vasquez 1. 2. disp. 101. cap. 5. & 6.* Distinguentis duplex genus peccatorum, alterum eorum, quorum malitia primariò consummatur in actu externo, ex quo secundariò deriuatur in internum, vt homicidium, furtum, adulterium, blasphemia, detractio, contumelia, mendacium, & huiusmodi. Alterum eorum, quorum malitia primariò consummatur in actu interno, à quo secundariò deriuatur in externum, vt odium, inuidia, inobedientia, scandalum, ingratitudo &c. Prioris generis peccata docet, specificam malitiam desumere ex obiecto & circumst. etiam indirectè & interpretatiuè volitis. Vnde siue quis scienter, siue ignoranter ignorantia culpabili, tam iuris, quàm facti, tam iuris naturalis, quàm positiui aliquid ex his commiserit, per se illius specificam malitiam contrahet: quia tota malitia horum consistit in ipso opere externo, quod siue scienter, siue ignoranter culpabiliter terminet actum voluntatis, semper terminat illum sub eadem ratione delectabilitatis, ex qua consurgit malitia peccati in actu: ignorantia .n. culpabilis solùm occultat deformitatem obiecti, sub qua non fertur peccantis affectus: voluntarium autem est tantùm fundamentum. Peccata verò posterioris generis affirmat, specificam malitiam non nisi ex obiecto & circumst. expressè volitis desumere. Cùm .n. malitia eorum consequatur ex interno affectu voluntatis, & per diuersum voluntarium indirectum & interpretatiuum varietur internus affectus voluntatis, consequens est, vt etiam varietur specifica malitia peccati, quæ ex tali affectu interno pendet.

183. *Explicatione vltèr. indiget Conf.* Hæc sent. vera est, sed explicandum, vnde oriatur specifica illa malitia in actu interno expressè terminato ad circumst. quæ non est in actu interpretatiuè tantùm ad eandem terminato: & vnde proueniat, vt in cæteris peccatis expressus affectus in obiectum non variet specificè malitiam. Ratio dubit. Omnis malitia specifica in peccatis primariò desumitur ex obiecto: vnde igitur aliqua habent, vt ab obiecto non accipiant malitiam, nisi per expressum voluntarium? Recurrere ad naturam talium, est aperta petitio principij; Confir. etiam hæc peccata, quorum malitia consummari dicitur in affectu interno, habent obiectum, & ab illo per voluntarium interpretatiuum desumunt genericam saltem malitiam: vt peccatum inobedientiæ pro obiecto habet præcepti contemptum, à quo generalem saltem malitiā accipit per voluntarium interpret. in quouis peccato inclusum. Cæterùm cur hæc eadem obiectiua malitia per voluntarium expressum fiat specificè diuersa ab eâ, quæ ab eodem obiecto contrahitur per voluntarium interpret. non redditur ratio: cùm tamen in reliquis peccatis eadem sit malitia deriuata ex obiecto interpretatiuè, atque expressè volito. In hac igitur controuersia,

184. *Malitia eorum peccatorum, qua consummātur in affectu interno desumitur ex obiecto, & modo tendendi.* *Dicendum est.* Ideo peccata, quorum malitia consummatur in affectu interno, non contrahere specificam malitiam ex circumst. nisi vt expressè intentis, quia malitia talium non desumitur ex solo obiecto, sed etiam ex modo tendendi in obiectum: at hic modus variatur essentialiter per voluntarium interpret. & expressum. Igitur in his peccatis non est eadem malitia deriuata ex obiecto & circumst. interpretatiuè, atque expressè volitis: quia malitia deriuata ex obiecto & circumst. expressè volitis supponit modum tendendi essentialiter diuersum à modo tendendi per voluntarium interpret, igitur hæc malitia

consequens

Digitized by Google

consequens ex vno modo tendendi est essentialiter diuersa à malitia alterius modi tendendi in idem obiectum. Maior prob. nam variato tantùm modo tendendi de indirecto & interpret. in directum & expressum circa idem obiectum, vel circumst. variatur essentialiter peccatum: vt constat in peccatis odij, inobedientiæ specialis, & similibus. Minor prob. Voluntarium expressum & directum in his peccatis inducit nouam deformitatem in actu essentialiter diuersam ab ea, quam inducit voluntarium interpret. inducit enim vel formalem contemptum præcepti, aut beneficij, vt in peccato inobedientiæ & ingratitudinis; vel formalem displicentiam personæ, vt in odio, inuidia, scandalo. Qui formalis contemptus præcepti vel displicentia personæ, non est in voluntario interpret. & indirecto, quia hoc non tendit in contemptum, vel malum personæ, sed in res ipsas prohibitas. In reliquis verò peccatis, quia tota malitia desumitur ex obiecto & circumst. & non ex modo tendendi in illas, etiamsi varietur modus tendendi in obiectum ex indirecto & interpret. in directum & expressum, non variatur essentialiter malitia peccati. Illustratur hic discursus practicis exemplis. Furatur quis rem alienam, statim contrahit malitiam iniustitiæ contra proximum: quæ semper est eadem, siue interpretatiuè, siue expresè intendatur: nam malitia hæc adæquatè consummatur in acceptione rei alienæ. Non est autem eadem malitia, si furtum committat in odium proximi: quia tunc ex modo tendendi superadditur displicentia personæ, quæ in priori actu non erat. Frangit quis ieiunium præceptum ob gulæ intemperantiam, contrahit malitiam intemperantiæ, quæ eadem est siue directè, siue indirectè intendatur. Non est autem eadem, si ieiunium frangatur in contemptum præcepti: quia tunc ex modo tendendi superadditur contemptus superioris. Et licet etiam cum priori malitia sit coniunctus virtualis contemptus superioris, hic tamen virtualis contemptus specie differt à contemptu formali eiusdem superioris: quia cùm contemptus tendat in personam per modum iniuriantis, & iniuria maximè diuertificetur ex modo irrogandi illam, vt patet in rapinâ, & contumeliâ, quę teste *S. Thom. 2. 2. qu. 66. ar. 4. & qu. 72. art. 1.* solùm in modo irrogandi iniuriam, differunt à simplici furto, & peccato occultè lædendi proximum; contèptus formalis specie differt à virtuali.

185. *Illustratur exemplis.*

Ratio

186. *Confirm.* Confirm. semper homo grauiter peccat, etiam in materia leui quando per expressum contemptum peccat: At tunc grauitas peccati desumi nequit ex obiecto: quia illud, præciso contemptu, non nisi leuem refunderet malitiam in actum; ergo desumi debet ex modo ipso tendendi in obiectum; cùm non sit aliud caput, ex quo talis grauitas desumatur. At modus tendendi in obiectum maximè consistit in voluntario expresso, vel interpret. directo vel indirecto: ergò ex diuerso tantùm voluntario in peccatis internis diuersa oritur malitia.

187. *Infertur 1.* Ex dictis *infertur* 1. Speciale peccatum scandali, quod opponitur correctioni fraternę, ex *S. Thom. 2. 2. qu. 43. art. 3.* non incurri, nisi quando expressa voluntate aliquid dicitur, vel fit, vt ex dicto, vel facto trahatur proximus ad animæ ruinam. Alioqui in omni dicto, vel facto, quod proximo est actiua occasio peccandi, duplex interueniret malitia; peccati, ad quod proximus inducitur; & spiritualis ruinę, quam proximus peccando incurrit. 2. Non incurri speciale peccatum ingratitudinis, eodem teste 3. p. qu. 88. ar. 4. nisi quando peccatum committitur in contemptum susceptę beneficij; aliàs solùm est circumstantia aggrauans peccatum. 3. Pari modo odium Dei, & speciale peccatum inobedientię non incurri, nisi ex directa disciplicentia Dei, & expressa voluntate illi non parendi.

188 *Infertur 2.*

189. *Infertur 3.*

190. *Ad rat. dubit.* Ex dictis patet ad vtramque rationem dubit. nam priora peccata consummantur in actione externa, ad quorum malitiam contrahendam sufficit quodcunque voluntarium: Posteriora in actu interno, & modo tendendi in obiectum, qui essentialiter variatur per solam variationem voluntarij interpret. & indirecti in expressum & directum.

191. *Dices* *Resp.* *Dices.* Etiam reliqua peccata, commissa propter ipsam malitiam formaliter, mutant speciem: ergo non est hoc peculiare internorum. Resp. Nego antec. si solùm fiant propter malitiam peccati, secùs si fiant in contemptum virtutis: quia tunc, præter malitiam propriam, additur noua species formalis contemptus virtutis, quæ malitia spectat ad peccata interna.

SECTIO XII.

An actus speciem moris desumat ex fine diuersam ab ea, quam ex obiecto?

192. *Quæstio de fine operantis:* SVmitur hîc Finis, non pro fine intrinseco, qui dicitur finis operis, & non differt ab obiecto, de quo suprà, sed pro extrinseco, qui dicitur finis operantis, & numeratur inter circumstantias. Qui quoniam peculiarem habet difficultatem, & modum causandi à reliquis circumstantijs diuersum, peculiaris de illo sit quæstio.

193. *Qui est circumst. actûs.* *Suppono* autem ex dictis, prædictum finem non solùm esse circumstantiam actus exterioris, sed etiam interioris, quatenus aduenit illi in aliqua specie morali ex obiecto constituto: de quo præcipua difficultas est, an aliquam speciem moris tribuat actui, diuersam ab ea, quam tribuit obiectum; quadrupliciter. n. potest finis extrinsecus comparari ad actum humanum. 1. vt finis malus ad actum moraliter malum ex obiecto, vt cùm quis vult furari, vt fornicetur. 2. vt finis bonus ad actum ex obiecto bonũ, vt cùm quis vult ieiunare, vt pauperibus subueniat. 3. vt finis malus ad actũ ex obiecto bonum, vt cùm quis eleemosinam tribuit vt laudetur. 4. vt finis bonus ad actum ex obiecto malũ, vt cùm quis furatur, vt indigenti succurrat.

Comparatur ad actũ hum. finis extrinsecus quadrupl.

194. *Primo casu* In 1. casu non semper finis malus tribuit speciem malitiæ diuersam à malita obiecti, sed sæpe contrahit cum illa vnam specie malitiam, tanquam differentia cum genere: auth. *S. Thom. 1. 2. qu. 18. art. 7. & qu. 2. de malo. art. 6.* quia sæpe malitia ex fine per se contrahit malitiam ex obiecto: Vel contrà, malitia ex obiecto malitiam ex fine, tanquam differentia specifica genus; vt cùm quis fornicatur, vt adulteretur: malitia adulterij per se contrahit malitiam fornicationis, tanquam differentia genus, quia potest esse fornicatio sine adulterio non contrà. Vel cùm quis irrogat iniuriam loco sacro, vt furetur, malitia sacrilegij contrahit malitiam furti, quia malitia sacrilegij supponit malitiam furti, non contrà. Vnde in neutro actu est duplex malitia, sed vna constituta ex malitia obiecti & finis, aut contrà, tanquam ex genere & differentiâ per se.

195. *In secundo* In 2. casu ratio dubit. quia repugnat, actum accipere duas species bonitatis, alteram ex obiecto, alteram

cto, alteram ex fine: cùm .n. species bonitatis non solùm constituat actum in esse moris, sed etiam in esse naturæ: si idem actus acciperet duas species bonitatis, aliam ex obiecto, aliam ex fine, fieret in duplici specie naturæ, quod repugnat.

196. *In tertio* In 3. casu ratio dubit. quia si actus sumeret speciem moris ex fine, idem actus simul esset bonus ex obiecto, & malus ex fine, quod implicat. Vnde vlterius sequeretur, eundem actum, quà bonum, fore meritorium; quà malum, demeritorium. Maior prob. nam circumstantia finis, cùm sit extrinseca, non tollit intrinsecam honestatem obiecti, ac proinde, non tollit quo minùs illam

197. communicet actui. Idem inconueniens sequitur ex 4. casu. Nam malitia obiecti non tollit honestatem finis, aut contrà: ac proinde idem actus erit

198. malus ex obiecto, & bonus ex fine.

Prima concl. Dico 1. Omnis finis, qui peculiarem deformitatem affert contra rectam rationem, tribuit actui humano diuersam specie malitiam ab ea, quam tribuit obiectum. Dixi, *qui peculiarem deform. affert*, vt excluderem finem, qui peculiarem deform. non affert diuersam ab obiecto, sed modificat tantùm malitiam obiecti, vt si quis furetur à diuite, vt maiorem pecuniam auferat. Pro explic. assert. *Notandus ex S. Tho.* 1.2 *q.* 18 *a.* 7. duplex finis: alter, ad quem per se ordinatur obiectum actus exterioris, vt adulterium ad fornicationem: alter ad quem tantùm ordinatur per accidens, vt furtum ad fornicationem. De hoc 2. nulla difficultas, quin semper finis tribuat nouam speciem malitiæ diuersam à malitia obiecti. De primo prob. nam intrinseca illa ordinatio non tollit, quin finis peculiarem difformitatem afferat contra rectam rationem, opponaturque diuersæ virtuti, quàm opponitur obiectum, quod ad talem finem per se ordinatur. Igitur non tollit, quin diuersam specie malitiam ab obiecti malitia tribuat: nequeunt .n. vitia diuersis specie virtutibus opposita eandem specie malitiam tribuere; cùm hæc per oppositionem ad virtutes discriminentur. Antec. probo: quia sicut ordinatio hæc non tollit peculiarem difform. à fine, diuersam à diffor. obiecti, alioqui non esset casus nostræ conclusionis, ita nec tollit oppositionem ad diuersam virtutem. Vnde ad rationem dubit. nego malitiam finis contrahere malitiã obiecti, aut contrà, vt differentia genus, sed dico vnãquamque constituere speciem ab altera distinctam. Quo fit, vt in eo actu duo sint peccata specie diuersa. Cæterum illa contractio non est generis & differentiæ, sed diuersarum specierum sibi mutuò subordinatarum: quæ quia similitudinem gerit cum generica & specifica contractione, dicitur contractio generis & differentiæ.

199. *Alius finis ad quem per se ordinatur obiectum actus exterioris, alius ad quem per accidens.*

200. *Actus contrahit honestatem finis remoti* Dico 2. Non repugnat, eundem actum, præter honestatem obiecti proximi, contrahere honestatem finis remoti, non solùm per extrinsecam ordinationem & imperium, sed etiam per intrinsecam habitudinem ad honestatem finis remoti. Assertio quoad actum exteriorem, est certa: idem .n. actus eleemosynæ, præter honestatem sui obiecti, accipere potest honestatem pœnitentiæ, ad quam tanquam ad finem interno actu voluntatis ordinatur. Quia externus actus facit vnum in genere moris cum interno, à quo per moralem communicationem accipit quidquid habet actus ipse internus, atque adeò ipsammet habitudinem actûs ad finem, quam internus habet. Sola controu. de actu interno, an præter honestatem sui obiecti proximi, accipere possit honestatem finis remoti.

Ratio de externo.

Et quia dupliciter illam accipere potest, vel per extrinsecam ordinationem actus imperantis, vel per intrinsecam habitudinem ad ipsam finis honestatem, quoad vtrumque assertio controuersa est. *Vasquez* 1. 2. *disp.* 51. *ca.* 5. negat illam quoad vtrumque, *Suarez trac.* 3. *de actibus hum. disp.* 4. *sec.* 3. *num.* 5. *& disp.* 6. *sec.* 3. *num.* 4. *&* 11. negat illam quoad posteriorem modum, cõcedit quoad priorem: cum quo consentiunt alij communiter, quorum fundamenta afferemus infrà.

201. *Etiam interne per extrinsecã ordinationem actus imperantis.* Ego veram assert. censeo quoad vtrumque modum. Et quidem quoad priorem contra *Vasquez* sic probo. Vt vnus actus communicet suam bonitatem vel malitiam alteri, sufficit, *Vasquez* fatente, moralis coniunctio inter illos: sed inter vnum actum internum imperantem, & alium internum imperatum intercedit moralis coniunctio: ergo & moralis communicatio bonitatis vel malitiæ vnius in alium. Maior patet: propterea .n. inter actum externum & internum est moralis communicatio bonitatis vel malitiæ vnius in alterum, quia inter eos est moralis coniunctio. Minor prob. actus .n. imperans facit vnum moraliter cum imperato in ratione mouentis & moti, ordinantis & ordinati; nec non in ratione liberi, non quidem proximè, nam vnusquisque actus proximam libertatem accipit à voluntate eliciente; sed remotè, quia actus imperans est causa motiua & applicatiua voluntatis ad actum imperatum eliciendum: Et consequenter sicut imperatus habet esse à voluntate mediante actu imperante, mouente, & applicante: ita & remotam rationem liberi: nam nisi imperans applicaret voluntatem ad operandum, imperatus non haberet à voluntate, & consequenter nec remotam rationem liberi. Præterea ad eundem finem ordinatur actus imperans & imperatus, ille intrinsecè, hic extrinsecè & per denominationem ab imperante: at hæc moralis coniunctio sufficit ad participandam bonitatem vel malitiam vnius ab alio, vt patet tum in actu interiori respectu exterioris; tum in actione domini imperantis respectu actionis serui obedientis, quæ remotè tantùm pendet in ratione liberi ab imperio domini, cùm tamen censeatur facere vnam actionem moralem cum imperio domini.

202. Hanc sent expressit *S. Tho.* 1. 2. *q.* 17. *ar.* 4. vbi docet, ex actu imperante & imperato fieri vnum actum moralem, nec intelligi potest de solo actu imperato exteriori, tum quia *art.* 5. docet, etiam actus voluntatis posse esse imperatos, quos tamen ab hac vniuersali regula faciendi vnum in esse moris cum actu imperante non excipit, quam regulam tradiderat art. 4. Tum quia *Conrad. art.* 4. expressè testatur, regulam intelligendam esse, etiam de actibus imperatis voluntatis; & *Caiet. qu.* 18. *a.* 6. docet, actus imperatos, etiamsi sint eliciti à voluntate, numerari inter actus exteriores, qui faciunt vnum moralem cum interiore. Idem docet reliqui interpretes; & *Ocham. in* 3. *qu.* 10. *dub. vlt. Gabriel in* 2. *dist.* 41. *quæst. vnica, art.* 2. *& in* 3. *dist.* 23. *quæst.* 1. *art.* 1. *notabili* 4. & alij.

203. *Et per intrinsecam habit. ad remoti finis honestatem.* Eadem assertio quoad poster. modum prob. contra *Suarez* & reliquos Recent. Non repugnat, voluntatem eodem actu moueri propter duo motiua diuersarum virtutum: ergo non repugnat, eundem actum, præter honestatem obiecti proximi, contrahere honestatem intrinsecam finis remoti: nulla enim alia assignabilis est repugnantia. Antec. prob. 1. non repugnat, voluntatem ferri in idem obiectum materiale propter plura motiua totalia, vt *ipse Suarez docet.* 3. *p. tom.* 1. *disp.* 5. *sect.* 4.

Voluntas eodem actu mouetur propter duo motiua.

Igitur

Digitized by Google

Igitur non repugnabit, vno actu ferri in idem obiectum materiale propter honestatem obiecti proximi, & finis remoti: idem docet *Vasquez de actu adorationis 3. p. to. 1. disp. 96. cap. 5.* posse voluntatem vno actu adorationis ferri in Christum, ex duplici titulo diuersarum virtutum, latriæ & hyperduliæ; quorum quilibet sufficiens est per se distinctam specie virtutem constituere. Nec refert quòd isti tituli conueniant in deferendo eundem honorem Christo: eodem enim modo possunt honestas obiecti proximi, & remoti conuenire in aliqua ratione communi. 2. Non repugnat, eundem actum contrahere honestatem in ordine ad plures circũstantias honestatis numero distinctas: quando idem obiectum intenditur propter plures numero distinctas: ergo nec in ordine ad plures specie diuersas. Sola enim specifica diuersitas non videtur afferre tantam repugnantiam.

204. *Prob. 2.*

205. *Prob. 3.*

Tertiò quando honestas obiecti proximi subordinatur honestati finis remoti, vt honestas iusti belli honestati iustæ victoriæ, potest vno actu voluntas intendere vtramque honestatem, & iusti belli, & iustæ victoriæ: Igitur etiam quando tales honestates subordinatę non sunt, vt honestas eleemosynæ & religionis, poterit eadem voluntas vno actu vtrampque honestatem intendere, & eleemosynæ & religionis simul: quia quod facit connexio rerum, facere potest ipsa intentio operantis.

206. *Prob. 4.*

Quartò. Potissima ratio negandi hanc opinionem, est, quia ex ea sequitur, eundem actum esse in duplici specie, non tantùm morali, sed etiam physica: at hoc nullum est absurdum: tum quia id expressè concedit *S. Tho. 1. 2. qu. 1. art. 3. ad 3. & qu. 18. art. 10. ad 3.* vbi docet, non repugnare, eundem actum esse in pluribus speciebus moralibus disparatis. Tum quia cùm hæc specifica diuersitas sit respectiua & penes terminos extrinsecos, non repugnat cum vnitate physica actus, vt constat exemplis suprà adductis: licet .n. motiua specificătia sint diuersa, entitas tamen specificata est vna, æquiualens omnibus motiuis: sicut virtus actiua specificata à pluribus effectibus specie diuersis, est vna æquiualens omnibus.

207. *Contra 1. partem assert.*

Obijcies. Si posset actus imperatus participare moralitatem actus imperantis, posset actus dilectionis Dei participare malitiam actus imperantis, quia posset quis sibi imperare actum dilectionis Dei ad temporales dignitates ambitiosè obtinendas: tunc .n. actus dilectionis Dei vitiaretur ab actu ambitionis imperante. Consequens est falsum, quia dilectio Dei nulla potest malitia, ne venialis quidem peccati vitiari, quia cùm sit affectus diligendi Deum super omnia, per se repugnat cum quolibet peccato. Resp. Disting. duplicem actum dilectionis Dei: vnum perfectissimum, quo quis ne in minimis quidem velit Deum offendere: & hunc repugnat imperari à quocunque actu malo. Alterum non ita perfectum, quo quis tantùm velit illum non offendere grauiter, & hunc non repugnat imperari ab actu venialiter malo, ab eoque venialem malitiam participare.

Resp.

208. *Dices*

Potest quis eodem actu mereri.

Dices, hinc sequeretur, posse quempiam eodem actu simul mereri & demereri: mereri, quà bonus est bonitate intrinseca; demereri, quà malus est malitia participata, & extrinseca. Resp. Hoc nullum esse absurdum, quia meritum & demeritum saluatur penes diuersa: sic idem actus externus eleemosynæ imperatus à duplici intentione bona & mala, vt stat sub vna est bonus & meritorius, vt stat sub alia, est malus & demeritorius,

209. *Obijcies* 2. Vt actus humanus contrahat honestatem obiecti, debet ferri in ipsam honest. propter se: sed actus qui tendit ad honest. obiecti proximi propter honest. finis remoti, non fertur in honest. obiecti proximi proprer honest. obiecti proximi, sed propter honest. finis remoti: igitur non contrahit honest. obiecti proximi, sed solam finis remoti, propter quam appetit honest. obiecti proximi. Confir. honestas obiecti proximi comparatur ad honest. finis remoti, tanquam medium ad finem: sed actus non desumit speciem honestatis à medio, sed à fine; à quo principaliter mouetur. Resp. æquiuocationem esse in *tò propter ipsam honestatem*: sensus .n. non est, vt non possis vnam honestatem expressè volitam velle etiam propter aliam, cùm vna honestas non repugnet alteri: sed sensus est, vt honestas non sit indirectè & interpretatiuè tantùm volita, sed directè, & expressè, in seipsa. Cùm hoc autem stare potest, vt eandem velle possis propter aliam, eodem modo directè & expressè volitam. Ad confirm. aliqui censent, inter quos est *Vasquez disp. 51. cap. 3. Suarez trac. 3. disp. 6. sec. 2.* Electionem nullam bonitatem sumere ex medio, sed tantùm ex fine: quia medium comparatur ad finem vt obiectum materiale ad formale: tota .n. ratio appetendi medium est honestas finis; licèt honestas medij appetatur materialiter: ad totam specificationem sumit actus ab obiecto formali. Alij inter quos est *Curiel 1. 2. qu. 18. art. 6. dubio 1. concl. 1. Conin. de actib. supernat. disp. 3. dub. 9.* docent electionem non solùm accipere bonitatem à fine, sed etiam à medio. Quæ opinio conformior est nostris principijs. Pro qua,

Contra posterioris partem assert.

Confir.

Resp.

Fund. ipsorum

Electio accipit bonitatem à fine & medio

Nota, quod sapienter notauit *Conine.* dupliciter posse eligi medium honestum ad honestum finem consequendum, vno modo materialiter, alio formaliter, propter honestatem ipsam, quæ vt vtilis ad finem consequendum eligitur. 1. modo, electio nullam habet honestatem, nisi finis: Quia honestas obiecti non refunditur in actum, nisi vt intenta. 2. modo, præter honestatem finis, habet etiam honestatem medij, quæ licet intendatur propter finem, tamen per se & directè intenditur vt vtilis ad finem consequendum.

211. *Dupliciter potest eligi medium honestum ad honestũ finem.*

Explico. Eligit quis temperatè viuere ad castitatem consequendam, temperantia materialiter concurrit ad virtutẽ castitatis: quod .n. ad hanc confert, nõ est honestas temper. sed materialis subtractio cibi & potus. Eligit quis ipsam tẽperantiæ honestatem, vt Deo placeat; iam ipsa honestas temperantiæ, non materialiter & concomitanter, sed formaliter & per se confert ad finem consequendum: siquidem non ipsa materialis subtractio cibi & potus, sed formalis honestas temperantiæ Deo placet: ac proinde ipsa honestas eligitur vt medium ad finem consequendum, & consequenter electio non solùm habet honestatem ex fine, sed etiam ex medio. Quia ad contrahendam honestatem obiecti, sufficit eam directè & expressè intendere, vt talis honestas est formaliter; esto, ipsa intendatur propter aliam honestatem.

211.

Ratio suprà tradita

Nota, dupliciter posse honestatem medij intendi, vno modo purè propter honestatem finis, adeò vt si finis honestus nõ esset, nec medij honestas eligeretur, & tũc honestas medij se habet merè materialiter ad honestatẽ finis, à quo tantùm in eo casu electio sumeret honestatem. Alio modo, etiam propter ipsam honestatem medij, licet minùs principaliter, sufficienter tamen ad eligendam honestatem medij, etiamsi finis honestus non intenderetur: & tunc electio ab vtroque sumit bonitatem, licet principalius à fine. Vnde ad fundam.

213. *Duplicitèr potest honestas medij intendi.*

Digitized by Google

oppositæ sent. nego, quando medium appetitur, quà honestum est formaliter, comparari ad finem vt materiale ad formale, sed vt formale minùs principale ad formale magis principale: ex quo sequitur, principalem speciem honestatis electionem sumere ex fine, minùs verò principalem ex medio. Ad prob. neg. assump. nam licet principalis ratio appetendi medium sit honestas finis, non tamen illa est totalis. Falsum autem est in posteriori modò, honestatem medij non appeti formaliter, sed tantùm materialiter. Cæterum si *τὸ appeti propter se*, dicat appeti propter se tantùm, concedo honestatem medij non appeti propter se; at hoc necessarium non est, vt illa refundatur electioni: si verò dicat appeti in se & expresè, quà talis honestas est; nego, honestatem medij non appeti propter se.

214. *Motiua disparata sunt duplicis generis.* *Obijcies* 3. Repugnat, voluntatem ferri in obiectum propter plura motiua disparata: vt actu charitatis diligere Deum propter ipsum, & simul ipsum amare vt bonum sibi: ergo repugnat eundem actum participare plures honestates ex diuersis obiectis disparatis. Resp. Motiua disparata esse duplicis generis: alia, quorum vnum excludit aliud, vt in casu proposito de amore Dei, vt amabilis propter se, & vt bonum ipsi amanti: & in talia motiua repugnat, voluntatem vno actu simul ferri. Alia sunt quorum vnum non excludit formaliter aliud, vt eleemosynam dare propter honestatem misericordiæ, & simul religionis, vel alterius virtutis: & in talia motiua non repugnat, voluntatem vno actu simul ferri.

215. *Obijc. 4.* *Obijcies* 4. Non potest vna virtus se extendere in obiectum alterius: vt nec habitus extra sphæram sui obiecti: ergo non potest virtus actûs imperantis se extendere in obiectum actûs imperati, aut contrà: nam virtus vnius est distincta à virtute alterius actûs, adeoque obiectum ab obiecto: nequit igitur vnus idemque actus elici à duplici virtute, actûs imperantis, & imperati simul: quia nequit actus produci à virtute, quæ non se extendit in obiectum talis actûs: sicut nequit potentia producere actum, in cuius obiectum non se extendit, cùm nequeat potentia, vel habitus producere actum, nisi per ordinem ad obiectum: ergo nequit idem actus ab vtrâque virtute bonitatem sumere: bonitatem enim sumit à virtute mediante obiecto, in ordine ad quod ipse à virtute producitur.

216. *Resp.* Resp. concesso antec. & 1. conseq. negatur secunda. Vt enim actus vnius virtutis simul producatur ab alia virtute, non est necesse vt virtus producens talem actum se extendat ad obiectum alterius virtutis, sed sufficit, si in eodem actu possit esse honestas proprij obiecti, in ordine ad quod possit illum producere. Cùm igitur duæ virtutes concurrunt ad eundem actum, neutra se extendit in obiectum alterius, quia neutra producit illum secundùm honestatem obiecti alterius virtutis, sed secundùm honestatem obiecti proprij. Vt cùm in sent. *Vasquez* latria & hyperdulia producunt eundem actum adorationis Christi; vel in sent. *Suarez* voluntas mouetur ad eundem actum ex duobus motiuis diuersarum virtutum; neutra virtus se extendit in obiectum & motiuum alterius, sed vnaquæque in suum: quia vnaquæque eundem producit ex motiuo proprio, ac proinde illi communicat honestatem sui motiui, non alterius virtutis.

Vasquez. Suarez.

217. *Sent. communior tenenda* Dico 3. Repugnat, actum ex proximo obiecto honestum propter malum finem elicitum, desumere ex proximo obiecto bonitatem. S. *Thom.* 1. 2. *qu.* 20. *art.* 6. & *quæst.* 2. *de malo art.* 4. *ad* 2. *Et in* 2. *dist.* 40 *quæst. vnica, art.* 4. *Capreol. qu. vnica art.* 1. *concl.* 3. *Duran. qu.* 3. *Argent. qu.* 1. *ar.* 1. *Rubio. qu.* 2. *fine, Gabriel. qu. vnica, art.* 2. *Gregor. quæst.* 1. *art.* 2. *concl.* 1. *Bonau. dist.* 41. *art.* 1. *qu.* 1 *ad* 1. *Richar. dist.* 38. *ar.* 3. *qu.* 4 *ad* 5. *Ægid. q.* 2. *ar.* 3. *ad* 3. *Conrad.* 1. 2 *q.* 20. *ar.* 6. *Medin. ibid. Curiel qu.* 18. *art.* 6. *dub.* 1. *concl.* 2. *Almain. trac.* 1 *c.* 12. *Suar. de actib. hum. trac.* 3. *disp.* 8. *sec.* 1. *Syluj* 1. 2. *cit. loco*, & communior Scolast. quatenus dicunt, non posse vnum eundemque actum esse bonum & malum simul.

218. *Fundam.* Fundam. Vt obiectum suam honestatem refundat in actum, debet vt honestum formaliter intendi: vt sect. 2. nequit autem obiectum honestum vòlitum propter malum finem intendi vt honestum formaliter: igitur nequit actus, ex proximo obiecto honesto propter malum finem elicitus, bonitatem sumere ex obiecto proximo. Minor prob. quando enim obiectum honestum intenditur propter malum finem, intendi non potest propter conformitatem, quam habet cum natura rationali, in qua confor. consistit honestas formaliter: velle enim obiectum propter conformitatem cum natura rationali, & velle propter malum finem non sese compatiuntur in ordine ad voluntatem, vno actu tendentem ad vtrumque, quia sunt motiua, quorum vnum contradictoriè excludit aliud: nam ordinatio ad malum finem, quod est motiuum, propter quod voluntas tendit in medium honestum, non compatitur in eodem actu motiuum conformitatis cum natura rationali: cùm ordinatio ad malum finem formaliter excludat illam conform. Dixi, *in eodem actu*: quia non repugnat, vno actu voluntatem ferri in obiectum honestum propter ipsius honestatem; & alio actu extrinsecè ordinare præcedentem actum in finem malum: nam tunc præcedens actus elicitus propter honestatem obiecti, manet cum sua bonitate intrinseca, & solùm extrinsecè participat malitiam actûs ordinantis.

In minore difficultas

219. *Potest vno actu voluntas ferri in honestum vt sic, & alio ordinare actum in finem malum.*

220. *Caietan. contrà est* Contra hanc assert. opinatur *Caiet.* 1. 2. *qu.* 18. *art.* 9. §. *Ad* 2. *dicitur*, & 2. 2. *qu.* 33. *art.* 2. *ad* 3. & *tom.* 1. *opusc. trac.* 31. *in resp.* 14. vbi docet, posse eundem numero actum habere substantialem bonitatem ex obiecto & simul malitiam ex circumstantia finis: non posse tamen eundem esse meritorium & demeritorium simul: quia nullus peccando meretur æternam vitam: *est, enim*, inquit, *tanta vis peccatum veniale, vt tollat ab actu, quem efficit, meritum æternæ vitæ.* Probatur 1. hæc Caietani opinio: mala circumst. finis adiuncta obiecto honesto non tollit intrinsecam honestatem ipsius: ergo nec tollit, quin illam possit actui humano communicare: quia obiectum necessariò communicat suam honestatem actui humano, in ipsum tendenti: ergo non potest illam non communicare si illam in se habeat. Antec. prob. quando circumstantia mala non opponitur virtuti, cui extrinsecè tantùm adiungitur, non tollit honestatem illius; cùm non tollat plenitudinem omnium, quæ ad talem virtutem requiruntur. Confirm. cùm quis restituit alteri debitum ex affectu iustitiæ, etiamsi in tali casu admisceat malam circumst. oppositam alteri virtuti, exercet verum actû iustitiæ.

221. *Prob. 1.* *Conf.*

Secundò. Actus obiecti honesti propter malum finem, elicitur ab habitu illius virtutis, cuius specificatiuum est proximi obiecti honestas; non .n. potest assignari aliud, à quo eliciatur: igitur participiat honestatem illius: quia nullus actus potest à virtute elici, quin participet honestatem illius. 3. Potest honestas virtutis vt sic esse medium ad malum finem consequendum: nam ad vanam

222. *Prob. 2.*

223. *Prob. 3.*

gloriam

Digitized by Google

gloriam non potest conducere medium virtutis, nisi vt intentum propter se, siue quà reddit operantem laude & gloria dignum. 4. Ex oppositâ sent. sequeretur, paucos actus virtutis exerceri: cùm in omni ferè actu humano aliqua misceatur mala circumst. 5. Posse adultum beatitudinem consequi absque proprio merito: vt si accedens ad baptismum cum attritione ex malo fine peccati venialis, statim moreretur. Hic .n. ex vnâ parte accipere gratiam baptis. quæ non impeditur per pecc. ven. ex aliâ attritio ex fine venialis vitiata, non esset meritoria æternæ gloriæ. Eadem ratio esset de eo, qui martyrium subiret ex vanâ gloriâ.

224. *Prob. 4.*

225. *Prob. 5.*

226. Resp. ad 1. neg consequ. ad prob. dico, obiectum honestum non cuicunque actui in ipsum tendenti suam honestatem communicare, sed illi dumtaxat, qui in ipsum tendit propter ipsius honestatem: repugnat autem actum, qui proximum obiectum ordinat in malum finem, tendere in obiectum propter ipsius honestatem. Ad confir. neg. assump. si mala circumst. ad actum iustitiæ se habeat formaliter: secùs si tantùm concomitanter. Habet autem se formaliter, quando est obiectum eiusdem actus, quo eligitur obiectum honestum: habet se concomitanter, quando est obiectum alterius actus distincti: tunc .n. actus sequens malus non tollit intrinsecâ honestatem præcedentis actus boni. Ad 2. nego antec. cùm .n. obiectum formale virtutis sit honestas propter se intenta, non potest concurrere ad actum, qui non tendit ad honestatem propter se. Ad prob. Dico, talem actum elici vel à sola voluntate, si nullus sit circa tale obiectum acquisitus habitus, vel ab illo habitu, qui fuit à similibus actibus genitus. Ad 3. nego antec. hoc .n. ipso, quòd obiectum assumitur vt medium ad malum finem, non assumitur vt honestum formaliter, sed materialiter: quia non assumitur vt conforme naturæ rationali. Ad prob. Resp. vt medium virtutis conducat ad vanam gloriam, sufficit vt operantem reddat laude & gloriâ dignum apparenter & putatiuè apud homines, quibus interna non parent. Ad 4. nego sequel. plerumque .n. tales malæ circumst. admiscentur actibus ex obiecto bonis, tantùm concomitanter: quo modo non tollunt honestatem intrins. ab obiecto communicatam. Ad 5. nego sequel. Nam eo ipso, quo quis attritionem elicit ob malum finem, non elicit illam propter honestatem, quam attritio ex proprio obiecto habet; neque ex auxilio supernat. ex quo elici debet, vt sit sufficiens dispositio ad gratiam baptis. nam auxilia supernat. non dantur ad actus malos: ac proinde iste non reciperet gratiam baptis. sed ad summum, characterem & baptismum informem, *de quo to. 7.* Eadem ratio foret de illo, qui martyriũ subiret ex vana gloria. Quanquam peculiari Dei prouidentiâ credendum est, nunquam permitti, vt tales pro fidei protestatione moriantur absque vero actu virtutis.

Ad 1.

Ad conf.

227. *Ad 2.*

228.

229.

230.

231. Dubitari potest, an saltem actus exterior possit esse bonus ex proximo obiecto, & simul malus ex fine remoto. Negat Gregorius. Affirmant alij. Sed distinguo. Nam si actus exterior velut eleemosynæ, imperetur ab vno tantùm actu malo, ex. gr. ab intentione inanis gloriæ, non poterit simul esse bonus & malus formaliter: licet possit esse bonus materialiter, & malus formaliter. Ratio primi est, quia actus exterior, vt sit bonus vel malus formaliter, pendet ab actu interiori, cum quo constituit vnum actum humanum: ergo non potest simul esse bonus & malus formaliter, si ab vno tantùm actu imperetur: sicut nullum subiectum potest ab eadem forma oppositas denominationes accipere. Nec dici potest formaliter bonus ex proximo obiecto, formaliter malus ex fine per voluntatem illi extrinsecè adiuncto: quia bonitas formalis præter honestatem obiecti, essentialiter importat tanquam fundamentum rationem liberi, quam actus exterior accipit ab interiore: cum qua ratione liberi simul accipit bonitatem, vel malitiam actus interioris. Ratio secundi est quia hæc denominatio desumitur tantùm ex externa pauperis subleuatione, quæ adhuc manet, adiunctâ extrinseca circumstantia mali finis.

Si actus exterior imperetur ab vno malo, erit bonus materialiter & malus formaliter.

232. *Imperatus ab intentione bona, & mala, formaliter bonus, & malus.*

Si verò idem actus exterior imperetur à duplici intentione, quarum vna sit bona, altera mala; poterit quà informatur ab intentione bona, dici formaliter bonus; quà à mala, formaliter malus. Quod expressè docuerunt *Conrad. Almai. vit.*

233. *Ex prox. obiecto malo elicitus propter finem bonum, malus.*

Dico 4. Repugnat, actum ex proximo obiecto malo elicitum propter finem bonum, ab eo honestatem desumere. Fundam. repugnat intentionem bonam impellere ad eligenda media mala: nam qui vult honestatem finis propter se, quo modo debet esse volitus finis, vt tribuat honestatem intentioni, non potest velle illam vt causam electionis malæ: vellet autem honestatem vt causam electionis malæ seu non honestam, si posset ex intentione finis honestè impelli ad electionem malam: nempe intentio essentialiter inuoluit ordinem ad electionem mediorum, vt causa ad effectum: nec potest voluntas impelli ad electionem malam, nisi quà electio mala virtute continetur in intentione, vt effectus in causâ: nimirum vt honestas finis communicetur intentioni, debet esse volita vt conformis rectæ rationi: at volita vt causa electionis malæ, non est volita vt conformis rectæ rationi. Ex his constat in eo casu electionem malam non habere, nisi vnam tantùm speciem moris, nempe malitiæ medij mali; non bonitatis à fine, nec malitiæ, quam ex se nullam habet, nisi quam contrahit ex ordine ad ipsum medium: Est contra aliquos opinantes, in eo casu finem tribuere diuersam specie malitiam a malitia medij: quia sicut liberalitati opponuntur duo vitia, alterum per excessum, quod prodigalitas dicitur; alterum per defectum, quod dicitur auaritia: Ita misericordiæ, alterum per defectum, quod deficit à medijs ratione præscriptis ad benefaciendum; alterum per excessum, dum transgrediens ad alia prohibita extenditur. Sed neganda paritas: tam .n. excessus, quàm defectus contra liberalitatem, diuersam affert specie difformitatem. At verò subleuatio pauperis ex re furtiua nullã affert difformitatem specie diuersam à difformitate furti, nec malitiã diuersam.

234.

215. *Intentio finis honesti non minuit malitiam electionis malæ obiectiuè.*

Dubitari hîc solet, an intentio finis honesti minuat saltem malitiam electionis malæ. Resp. obiectiuè non minuere; cùm eadem sit malitia furti ex suo obiecto considerata, siue ordinetur ad bonum finem, siue non: minuere tamen posse ratione aliarum circumst. quæ sæpe cum malitia furti misceri solent. Ex dictis patet ad rationes dub. vt ad casus.

SECTIO XIII.

An detur actio humana singularis indifferens quoad bonitatem & malitiam moralem?

236. *Satus quæst.*

QVæstio non est de indifferentia abstrahente à bonitate & malitia vt sic, de hâc .n. disp. 4. satis definitum est, tale indifferens non esse obiectum voluntatis

Digitized by Google

voluntatis, quæ non nisi bonum vt bonum prosequi, nec nisi malum vt malum auersari potest: sed de bonitate & malitia morali, seu comparatiuè tantùm ad naturam ration. vt rationalis est. Cæterùm sicut potest dari obiectum bonum & consentaneum naturæ sensitiuæ, malum verò & dissentaneum rationali; & contrà: Ita nunc quæritur, an dari possit actio humana bona & consentanea naturæ sensitiuæ, ac proinde sufficiens obiectum voluntatis prosequentis, cuius obiectum non solùm est bonum naturæ rationalis, sed etiam sensitiuæ; indifferens verò respectu rationalis vt sic, respectu cuius neque bonitatem dicat, neque malitiam. Scholastici ferè conueniunt, dari actum indifferentem quoad bonitatem & malitiam secundùm speciem, quæ desumitur ex obiecto; eo quòd datur obiectum, quod ex se neque bonitatem, neque malitiam dicat: vt ire in campum, nisi addatur aliqua circumst. per quam determinetur ad bonitatem vel malitiam, ex se neutram dicit. Sola igitur controuersia est, an detur actio humana indifferens in indiuiduo: cui non modò ex obiecto, sed neque ex circumst. vlla debeatur bonitas, vel malitia. Notanter addidi *humana*, vt excludere indeliberatam, quę non solùm est indifferens quoad bonitatem & malitiam, sed quoad ipsam indifferentiam moralem, quæ fundatur in ratione liberi. De qua tantùm indifferentia hîc disputo. Dixi *quoad bonit. & malit. moralem*: vt abstraherem à quæst. de indifferentia quoad meritum & demeritum.

237. *Datur obiectum indifferès quoad bonit. & malit. in specie.*

Celebris controu.

238. *1. Sens.*

Affirmans

Prima sent. affirmat, dari actionem humanam singularem indifferentem, nec bonam, nec malam moraliter: *Bonan. in 2. di. 41. art. 1. q. 3. Scot. quodl. 18. §. de 1. & §. de 2. & in 2. dist. 41. Lychet. ibid. Rubio. dist. 40. q. 1. art. 2. Ocham. in 1. dist. 1. q. 1. ad 1. dub. & in 3. q. 10. ad 4. dub. Gabriel. in 2. dist. 41. q. vn. art. 2. concl. 1. Palat. dist. 40. disp. vnic. Almain. tract. 1. moral. cap. 14. §. quantum ad: Vasquez 1. 2. disp. 52. à cap. 2.* Discrepant tamen hi, quænam actiones sint indifferentes: *Gabriel* eas tales docet, quæ eliciuntur circa obiectum bonum, non vt à ratione dictatum, vt si elemosynam facias, non quia recta ratio dictat, sed ex propriâ libertate: *Bonau.* eas tantùm, quæ ad honestum finem non diriguntur ex imbecillitate naturæ, non ex negligentiâ operantis: Plerique alij eas, quæ ad honestum finem non diriguntur tempore, quo operans non tenetur ad talem finem eas dirigere.

Quanam sint actiones indifferentes.

239. *Prob. 1. ex Hieronym.*

Prob. 1. ex Hieron. 11. *inter August. Epist. col.* 9. vbi scribit: *neque enim indifferentia sunt inter bonum & malum, sicut Philosophi disputant. Bonum est continentia, malum est luxuria. Inter vtrumque indifferens, ambulare, digerere alui stercora, capitis naribus purgamenta proijcere, sputis rheumata iacere: hoc nec bonum nec malum est. Siue enim feceris, siue non feceris, neque iustitiam habebis, nec iniustitiam.*

240. *Prob. 2.*

Prob. 2. Datur obiectum natura sua indifferens, quod nec honestatem, nec malitiam inuoluit: ergo potest circa illud, vt tale operationem exercere: sed talis operatio nec erit bona, vt per se patet: nec mala: non enim esset mala ex obiecto, quia illud nullam includit malitiam: nec ex priuatione ordinis ad finẽ honestum; cùm non semper homo teneatur suas operationes in finem honestum dirigere, sed solùm illas non exercere propter finem malum. 3. Iuxta hanc sent. multa vitantur peccata venialia, quæ non vitantur iuxta oppositam. Qui enim veram putat oppositam, hoc ipso quòd tales actiones absque ordine ad honestum finem exercet, venialiter peccat, quia operatur contra propriam conscientiam, quâ sibi persuasit tales actiones esse malas. Contrà verò, qui hanc sent. putat esse veram, tales exercendo non peccat, quia practicè iudicat, illas non esse malas. Ergo saltem censenda est pro conscientia tutior.

241. *Prob. 3.*

Quartò. Si opposita sent. esset vera, omnes actiones, honesto fine carentes, essent sufficiens materia confessionis, vt sacramentalis absolutionis beneficium susciperetur: quod est ridiculum. 242. *Prob. 4.*

Secunda sent. negans, dari actionem humanam singularem indifferentem, nec bonam, nec malam moraliter: *S. Thom. 1. 2. qua. 18. art. 9. Caiet. Sylui. Conrad. Medin. Curiel. Valent. ibid. punct. 9. Alber. in 2. dist. 40. art. 4. Ægid q. 2. art. 3. fine: Durand. q. 1. à nu. 6. Argent q. vn. art. 2. concl. 1. Richar. art. 2. q. 3. Capreol. q. vn. art. 1. concl. 1. Maior. dist. 41. q. 1. concl. 6. Suarez de act. lib. hum. tract. 3. disp. 9. se. 3. &c.* 243. *2. Sent: Negans*

Prob. 1. ex August. *lib. 2. de peccat. meritis & remissione cap.* 18. vbi scribit: *Quanquam voluntas mirum si potest in medio quodam ita consistere, vt nec bona, nec mala sit. Aut enim iustitiam diligimus, & bona est; & si magis diligimus, magis bona est; si minùs, minùs bona est: aut si omninò non diligimus, non bona est. Quis verò dubitet dicere, voluntatem nullo modo iustitiam diligentem non modò esse malam, sed etiam pessimam voluntatem? Si ergo voluntas aut bona est aut mala, & vtique malam non habemus ex Deo, restat, vt bonam voluntatem habeamus ex Deo.* 244. *Prob. 1 ex August.*

Fundam. Thomist. quo etiam vtitur S. Doctor; omnis actus, à deliberata voluntate procedens, vel ordinatur ad debitum finem, & sic erit bonus; vel non ordinatur ad debitum finem, & eo ipso erit malus. Homo enim quà rationalis, ex suppositione quòd operatur, naturali præcepto tenetur suas operationes dirigere in finem naturæ ration. consentaneum. Non igitur datur actio humana deliberata in indiuiduo indifferens: quia non datur medium inter ordinari & non ordinari ad debitum finem. 245. *Fund. Thom. potiss.*

Confir. Confirm. sicut enim Deus singulis rebus rationis expertibus natiuas propensiones indidit, vt ad suos fines naturaliter dirigerentur; ita homini cum naturâ rationali moralem impressit determinationem, seu præceptum, quò seipsum, suasque operationes in finem, naturæ rationali consentaneum dirigeret.

Fundam. Caiet. Omnis actus otiosus est malus: Omnis actus deliberatus, debito fine priuatus, est otiosus: Ergo. Maior est Christi *Matt.* 12. vbi de verbo otioso inquit, *homines reddent rationem in die iudicij.* Eadem est ratio de opere otioso, imò tantò maior, quantò opera excedunt verba. Minor constat: otiosum enim dicitur, quidquid debito fine caret. *Confirm.* Qui sine vlla necessitate aut vtilitate sua bona dissipat, peccat prodigalitate: ergo qui sua opera exercet absque vlla sui, vel proximi vtilitate. Nam si bona externa tenemur rationabiliter expendere, quantò magis opera, quæ sunt bona interna, tenemur ex honesto fine exercere? Fundam. *Durand.* Si daretur actus in indiuiduo indifferens, daretur habitus ex actibus indiffer. genitus indifferens. Implicat hic habitus; cùm omnis habitus determinet potentiam ad bonum, vel ad malum; per hoc enim differt habitus à potentia; quòd habitus est determinatus ad vnum; potentia indifferens ad vtrumlibet. 246. *Fund. Caietani.* *Confir. à fortiori.* 247. *Fund. Durandi.*

Inter has oppositas sent. mihi olim affirmatiua plausibilior, & verior visa: eamque docui in Italia an. 1613. in Vniuersitate Græcensi an. 1630. Et mihi maximè persuadebat tertium argum. quasi magis faueret conscientiæ, & humanæ imbecillitati. Re tamen maturiùs perpensâ, negatiuam sent. cum S. Thom. August. reliquisque, tanquam ve- 248. *Ab affirm. ad negatiuã sent. accedit Auctor*

Digitized by Google

riorē, & conſcientię tutiorē amplectendā cenſeo.

249. *Ad fund. Thomiſt.* Tota difficultas eſt in aſſignando ſolido fund. hactenus enim aſſignata non videntur conuincere. Nam primum de naturali præcepto, quod habet homo, quoties operatur, ſuas operationes in altiorem finem dirigendi, facilè negant authores contrarię ſent. ſufficit enim, vt dum homo operatur, non operetur ex malo fine. Eodem modo negant, verbum otioſum eſſe illud, quod ſolùm caret debito ordine ad altiorem finem: Vnde & negant paritatem de bonis externis, & actionibus humanis: illa enim neceſſaria ſunt ad ſuſtentationem vitæ; non hæ. Multò minùs concludit fundam. Durandi. Nam vltrò authores alterius ſent. talem habitum indiffer. cum *Scoto* admittunt. Vnde conſequenter negant, omnem habitum determinare tantùm ad bonum, vel malum, ſed etiam ad indifferens. Et cùm dicitur, quòd ſola potentia ſit indifferens, concedendum, de indifferentia tantùm virtutis operatiuæ circa plures actus & obiecta, in quæ ferri poteſt. Quo modo non eſſet indifferens talis habitus; cùm eſſet ab intrinſeco determinatus ad ſolos actus & obiecta indifferentia. Eſſet igitur indifferens, non quia inclinaret ad plura, ſed quia determinaret ad vnum, quod per ſe eſſet indifferens.

250. *Caietani,*

251. *Durandi.*

252. *Fundam. authoris pro ſent. negante.* Fundamentum aſſigno ex modo operandi: Quidquid voluntas appetit, vel appetit vt finem, vel vt medium; ſi vt finem, vel vt delectabilem tantùm, & actio erit mala: Si vt mediū; vel eſt per ſe malum, & electio erit mala: aut indifferens, & tunc honeſtatem, vel malitiam ſortietur ex fine. Vnde vel electio erit mala, ſi finis erit malus; vel electio bona, ſi finis bonus: igitur omnis actio humana neceſſariò erit bona, aut mala.

253. Probo 1. quòd quidquid voluntas appetit propter ſolam delectationem, tanquam propter finem, neceſſariò eſt malum & actio mala ex ſola carentiâ finis melioris: nam operari contra finem & inſtitutum naturæ, eſt malum: eſt enim indirectè operari contra legem & ordinem, quem Deus indidit rebus: nempe natura à Deo ordinata eſt per propenſionem intrinſecam vt per naturalem legem ad ſuos fines, & hoc ipſo, quo quis in ſuis operationibus non ſeruat hunc ordinem, indirectè operatur contra legem Dei. At operari propter ſolam delectationem eſt operari contra finem & inſtitutum naturæ: natura enim non intendit operationem propter delectationem; ſed contrà, aſperſit enim natura in operatione delectationem, vt medium ad operandum allectiuum. Quia id finaliter intendit natura, quod per ſe ordinatur ad conſeruationem ipſius in ſpecie, vel indiuiduo: At non delectatio, ſed operatio per ſe ordinatur ad conſeruationem naturæ: præciſâ .n. delectatione à comeſtione, adhuc comeſtio per ſe ordinatur ad conſeruationem proprij indiuidui. Non inficior, poſſe abſque peccato intendi delectationem in operatione incluſam, non vt finem, quo tantùm pacto non licet, ſed vt medium ad finem operationis meliùs conſequendum. Vnde licet condire cibos ad faciliùs comeſtionis finem adipiſcendum.

254. *Natura intendit delectationem propter operationem, non contrà.*

255. *Obiic. 1.* *Obiicies* 1. Sunt aliquæ operationes per ſe tantùm ordinatæ ad oblectandum, vt viſio pulchri ad oblectandos oculos, olfactio odoris ad oblectandas nares, muſica ad aures recreandas; ergo ſaltem iſtæ poterunt propter ſolam delectationem licitè exerceri. *Reſp.* nulla operatio ad ſolam delectationem, vt ad vltimum finem ordinatur, ſed vltrà ſemper tendit ad finem commodum & vtilem naturæ. Ita viſio pulchri, auditio concentus finaliter ordinantur ad excitandos exhilarandosque ſpiritus, qui deſeruiunt ad operationes humanas obeundas: Olfactio odoris ordinatur ad cerebrum confortandum.

Reſp.

256. *Obiic. 2.* *Obiicies* 2. Talis actio non eſt mala malitia commiſſionis, quia hæc deſumitur ex obiecto poſitiuè malo: quod hic non eſt poſitiuè malum, ſed indifferens: nec eſt mala malitia omiſſionis, quia hæc contrahitur per ſolam negationem actûs debiti: qui autem intendit delectationem, non omittit, ſed committit actum. Reſp. eſſe malam malitiâ omiſſionis, non actûs, ſed ordinis debiti actui. Duplex .n. eſt omiſſio, & actûs debiti, & ordinis actui debiti: ſicut duplex eſt debitum, vnum obligans ad entitatem actûs, alterum ad ordinationem actûs in finem debitum.

Reſp.

257. *Inter bonū & malum, nullum datur obiectū indifferens reſpectu voluntatis.* Probo 2. quod implicitè ſupponebatur ſc. præter obiectum honeſtum & delectabile, non dari indifferens, quod voluntas poſſit appetere: quidquid .n. appetit, neceſſariò appetit vt bonum: bonum cùm triplex tantùm ſit, honeſtum, delectabile, & vtile; quidquid appetit, neceſſariò appetere debet propter vnum ex his bonis. At nullum ex his poteſt reſpectu voluntatis eſſe indifferens ad bonitatem & malitiam moralem, ſed neceſſariò vel erit bonum rationi conſonum, vel malum rationi diſſonum: nam nequit bonum honeſtum eſſe indifferens, cùm ex ſe ſit rationi maximè conſentaneum. Nec poteſt eſſe indifferens bonum delectabile, quà delectabile eſt formaliter; quia ſemper includit negationem ordinis debiti à naturâ præſcripti. nec poteſt eſſe indifferens bonum vtile: quia cùm hoc non appetatur, niſi vel vt conducens ad bonum honeſtū, vel ad delectabile, aut erit bonū ex fine honeſto, aut malū ex fine delectabili.

A ſufficienti partium enumeratione.

258. *Quid de operat. vtilib?* Vna ſupereſt difficultas in quâ ſe maximè fundant authores contrariæ ſent. multæ ſunt operationes humanæ non neceſſariæ, ſed tantùm vtiles & commodæ naturæ, vt deambulare, vel manus fricare ad frigus depellendum; oris, nariumq; purgamenta proijcere ad naturam ſubleuandam: Hæc .n. & ſimilia nec honeſta ſunt, cùm non ſint ad naturam conſeruandam neceſſaria; nec mala, cùm ex obiecto ſuo nullam habeant malitiam: erunt igitur indifferentia. *Verùm* cùm hæc ipſa naturæ commoda à voluntate appeti non poſſint, niſi vel propter puram delectationem, quam ſecum afferunt; ſic non erunt indifferentia, ſed mala; quia ſemper malum eſt, operari propter ſolam operationis delectationem: vel propter bonitatem vtilem, quam afferunt naturæ, illam meliùs conſeruando in ſuo eſſe, & ſic erunt bona & honeſta: operari propter illa, quà vtilia ſunt naturæ, non erit actio indifferens, ſed honeſta: quod *probo* 1. ex *Auguſt. lib.* 3. *Hypogneſt. col.* 3. vbi de his operibus ſic ratiocinatur: *Eſſe fatemur liberum arbitrium omnibus hominibus, habens quidem iudicium rationis, non per quod ſit idoneum, qua ad Deum pertinent, ſine Deo aut inchoare, aut certè peragere: ſed tantùm in operibus vitæ præſentis tam bonis, quàm etiam malis. Bonis dico, qua de bono naturæ oriuntur: id eſt, velle laborare in agro, velle manducare & bibere, velle habere amicum, velle habere indumenta, velle fabricare domum, vxorem velle ducere, pecora nutrire, artem diſcere diuerſarum rerum bonarum, velle quidquid bonum ad præſentem pertinet vitam.* En quo pacto Auguſt. opera naturæ commoda & vtilia numerat inter opera honeſta huius vitæ. Cùm .n. illa diſtinguat ab operibus malis, neceſſariò numerat inter opera bona, cùm in ſent. ipſius non detur opus indifferens. Nec dici poteſt, hæc ab Auguſt. appellari bona opera,

259. *Bona eſt honeſtas, ſi natura commoda.*

Prob. ex Auguſt.

Digitized by Google

na opera, quatenus exercentur ex altiori fine, cùm ea vocet bona naturæ. 2. *ex S. Tho.* 1.2.*q.*109.*art.*

160. *Prob. 2. ex S. Thom.* 2. vbi hæc opera ab Auguſt. aſſignata appellat bona per virtutem naturæ facta. Idem docet *in* 2.*diſt.* 40. *qu. vn. art.* 5. *fine corp.* vbi comedere & bibere ſeruato modo temperantiæ, ludere, ſeruato modo eutrapeliæ, vocat opera bona virtutis. 3. ratione:

161. *Fund. Bonum naturæ eſt verum bonum* bonum naturę eſt verum bonum per ſe à natura intentum: vnde ad illud procurandum non ſolùm impellimur à natura, ſed ſæpe admonemur & obligamur à virtute, maximè quando illud iudicatur neceſſarium, aut valde conducens, ad vitæ conſeruationem. Ergo etiam quando illud non iudicatur neceſſarium, aut valde conducens, ſed tantùm commodum & vtile naturæ, honeſtè poſſumus vel propter hunc tantùm finem operari.

161. *Confirm. à fortiori* Confir. licitè & honeſtè poſſumus hæc naturæ commoda alijs procurare & intendere; ergo & nobis, quibus arctiori vinculo tenemur, quàm alijs vitam conſeruare. Antec. patet: quia non ſolùm honeſtè operamur, dum proximo ſuccurrimus extremè, aut grauiter indigenti, ſed etiam dum commoda naturæ amicis liberaliter elargimur; ergo non ſolùm honeſtè operamur, dum proprię naturæ, quaſi extremè aut grauiter laboranti ſubuenimus, ſed etiam dum commoda iuxta prudentię præſcriptum illi procuramus.

163. *Obijc. 1.* *Obijcies* 1. Si opera ob ſolum naturæ commodum facta, eſſent bona, poſſent eſſe obiectum virtutis, materiæ voti & iuramenti: quin in viris iuſtis eſſent meritoria æternæ gloriæ, *contra Auguſt. lib.* 4.*con. Iulian. cap.* 3. vbi hęc appellat opera præſentis vitæ, & virtutes non veras, eo quòd carnalibus delectationibus, vel commodis & emolumentis temporalibus deſeruiant; & *contra Proſper. in collat. cap.* 19. & *Petrum Diaco. lib. de Incarnat. cap.* 6. qui hæc vocant opera temporalis vitæ, quæ tota eſt damnationis & mortis; occupationes humanas, à quibus liberamur per Chriſtum ſaluatorem, vt ab eis auerſi æterna conſideremus. Reſp. Concedo, omnia opera facta propter conſeruationem, vel vtilitatem naturę eſſe obiectum virtutis: *nego*, omnia eſſe materiam voti & iuramenti: quia hæc debet eſſe de meliori bono. Nego etiam, hæc opera in iuſtis eſſe meritoria æternę glorię: quia ad meritum æternæ vitæ plus requiritur, vt *ſuo loco*. Citati Patres huiuſmodi opera damnant, vel vt exercita propter puram delectationé, vel vt impediunt nobiliores actus virtutū gloriæ meritorios.

Reſp. Non omnia opera facta propter conſeruationem naturæ, ſunt materia voti. Nec meritoria vitæ æternæ.

264. *Obijc. 2.* *Obijcies* 2. Bonum honeſtum formaliter conſtituitur per conformitatem ipſam ad naturam rationalē, vt rationalis eſt: bonum vtile, naturę commodum non conſtituitur per illam, ſed potiùs per conformitatem ad naturam ſenſitiuam: nam per ordinem ad id conſtituitur bonum, ad quod conſeruandum conducit; ſcilicet ad naturam ſenſitiuam: ergo vtile non poterit eſſe honeſtum. Reſp. neg. minor. *Ad* prob. diſting. antec. vtile per ordinem ad id conſtituitur bonum, ad quod tantùm immediatè conſeruandum conducit, *nego*; ad quod mediatè ſaltem, concedo. Ita vtile etſi immediatè ordinetur ad commoditatem naturæ ſenſitiuæ, mediatè etiam ordinatur ad conſeruationem & honeſtatem naturæ ration. hæc .n. conſeruatio naturæ ſenſitiuæ conformis eſt & conſentanea rationali, proinde mediatè etiam eſt conſeruatiua illius. Vt cibi largitio facta pauperi immediatè ordinatur ad ſubleuandam naturam pauperis, mediatè ad naturā rationalem largientis; quatenus largitio cibi conſentanea eſt naturæ largientis, ab eaq; præſcripta.

Reſp. Bonum vtile naturæ commodū, mediatè etiam ordinatur ad conſeruationem & honeſtatem naturæ rationalis.

Obijcies 3. Honeſtas obiectiua non communicat bonitatem actui humano, niſi vt expreſsè intenta: ſed poteſt voluntas tendere in honeſtum, non propter honeſtatem expreſsè intentam, ergo tunc ſaltem actus erit indifferens: cùm nequeat eſſe malus ex obiecto, nullam habente malitiam; nec bonus, cùm non feratur in bonitatem expreſsè volitam. Reſp. nego, poſſe voluntatem deliberatè operando, non expreſsè intendere bonum: quod vel erit honeſtum, & actus honeſtus; vel tantùm delectabile, & actus malus: vel vtile, & hoc vel à voluntate intenditur propter bonum honeſtum, & actus erit honeſtus; vel propter bonum tantùm delectabile, & actus erit malus, nullus indifferens. 265. *Obijc. 3.*

Obijcies 4. Poteſt voluntas ex ſuâ libertate deliberatè tendere in obiectum indifferens; ergo actus in indiuiduo indifferens non repugnat. Reſp. nego antec. non enim poteſt pro ſua libertate operari circa obiectum non ſuum: indifferens verò non eſt obiectum voluntatis, cùm non ſit bonum. 266. *Obijc. 4.* *Reſp.*

Ex his conſtat, qua ratione verbum otioſum ſit malum & peccatum; ſc. à Patribus definitur, *Quod abſque vtilitate loquentis & audientis profertur.* Vt in *cit. loc. Matth.* definiunt Hieron. & Anſel. vel vt Origenes *hom.* 1. in *Pſ.* 38. *Quod neque boni neque mali aliquid agit.*: Vel vt Baſilius *in regulis breuior. interrog.* 23. *Quod ad propoſitum vſum non facit.* Vel vt Chryſoſt. in eundem hom. 43. *Quod rei propoſitæ non conuenit, nihilque confert vtilitatis.* Vel vt Gregor. *hom.* 8. in *Euangelia, & in Paſtorali admonit.* 15. *Quod careat rectitudine aut iuſta neceſſitatis, aut pia vtilitatis.* Vel vt Bernard. *ſerm. de triplici cuſtod. Quod nullam habet rationabilem cauſam.* Ergo ſicut verbum otioſum in ſententia horum Patrum, illud tantùm dicitur, quod nullam habet honeſtatem aut iuſtæ neceſſitatis, aut piæ vtilitatis: Ita factum otioſum dicetur illud, quod nullam habet honeſtatem aut iuſtæ neceſſitatis, aut piæ vtilitatis. Hoc autem eſt omne illud, quod nullam vel propriæ ipſius operantis naturæ, vel alteri vtilitatem affert: ſed tantùm exercetur ob puram dicentis, aut operantis delectationem. Ergo quidquid aliquam affert vel ipſi operanti, vel alteri vtilitatem, vti ſunt omnia opera naturæ commoda, otioſa & mala non ſunt, ſed potiùs bona & honeſta. 267. *Qua ratione verbū otioſum ſit malum.* *Quid factum otioſum.*

Ad primum argumentum primæ ſententiæ; Reſp. primò, Hieronymum explicari poſſe de indifferentia Theologica, quoad meritum & demeritum: non de morali, quoad bonitatem & malitiam moralem. Secundò Hieronymo opponimus Auguſtinum, aliosque Doctores. 268. *Ad 1. Hieron.*

Ad ſecundum: datur obiectum indifferens ſecundùm ſe, *tranſeat*; reſpectu tamen voluntatis, debet eſſe determinatum ad aliquod bonum honeſtum, delectabile, vel vtile. Vtile autem bonitatem & malitiam ſortitur ex fine honeſto, vel delectabili, propter quē voluntas bonum vtile eligit. 269. *Ad 2.*

Ad tertium nego ſequelam. Opera enim quæ aduerſarij numerant inter actus indifferentes, à nobis numerantur inter honeſtos: cùm non careant honeſtâ operantis vel alterius vtilitate. Ex his patet ad quartum. 270. *Ad 3.*

Ad fundamentum Gabrielis, nego, ad honeſtatem actionis neceſſarium eſſe, vt illa ſignatè eliciatur à voluntate, quia recta ratio dictat; ſed ſufficit, ſi tantùm exercitè eliciatur illa, quam recta ratio dictat. Ad fundam. Bonaventuræ, nego, ad honeſtatem actionis neceſſarium eſſe, vltra honeſtatem, quam habet propter commoditatem, vel vtilitatem naturæ, ad altiorem finem referri. 271. *Ad Gabr.* *Ad Bonau.*

Digitized by Google

DISPVTATIO XV.

De regulis extrinsecis actuum humanorum.

1. HACTENVS honestatem humanorum actuum indagaui ex principijs intrinsecis quę sunt obiectum, finis, circumstantię, in ordine ad quæ actus virtutis desumit honestatem intrinsecam. Supereſt vt eandem bonitatem inuestigem per ordinem ad principia & regulas extrinsecas.

SECTIO PRIMA.

Quibus regulis conformari debeat actus humanus, vt rectus sit?

2. *Duplex actuum regula extrinseca.*

DVplex assignatur à S. Thom. 1.2. *qu.* 19 *art.* 3. *&* 4. actuum humanorum regula extrinſ. immediata & proxima, quæ est ratio creata: mediata & remota, quæ est ratio increata, quam *legem æternam* appellat. Præterea alia est regula siue lex præcipiens, quæ aliquam honestatem in obiectum inducit. Proponens alia, siue indicans, quæ aliunde obiecti honestatem, vel malitiam præsuppositam operanti ostendit.

3. *Actus studiosus conformandus legi præcipienti*

DICO 1. Actus studiosus non solùm conformari debet legi præcipienti, sed etiam proponenti. Primum constat: quia cùm lex præcipiens causet honestatem obiecti, nisi actus eliciatur conformis legi præcipienti, non erit rectus studiosus, quia non erit conformis rectitudini obiectiuæ, ex qua pendet rectitudo formalis in actu.

4. *Et proponenti*

Secundum prob. quamuis lex proponens non causet rectitudinem obiecti, illam tamen aliunde præsupponens voluntati ostendit: ergo nisi illi actus conformetur, rectus & studiosus esse non poterit. Qui .n. deuiat à regulâ rectitudinem indicante, deuiat à rectitudine. Est autem hæc regula, practicum dictamen rationis, quod natura intellectualis in operando sequi tenetur.

5. *Objc. 1.*

Objcies 1. Non minùs lex præcipiens, quàm proponens extrinseca est obiecto: ergo vel neutra, vel vtraque rectitudinem causat in obiecto. *Resp.* nego conseq. quamuis .n. vtraque sit extrinseca, vna tamen ponit rectitudinem in obiecto ex præcepto, quod imponit: altera tantùm indicat. Fundatur hæc rectitudo obiecti ex præcepto deriuata, in debito & obligatione naturali, quam habet subditus exequendi voluntatem superioris, sibi per præceptum sufficienter insinuatam.

Resp.

6. *Objc. 2.*

Objcies 2. Prima regula actionum human. non est dictamen rationis, sed natura ration. ergo non penes illam, sed penes hanc attendi debet conformitas & rectitudo actionis humanæ. *Resp.* prima & radicalis regula, cui conformanda est actio honesta, est natura ration. illa tamen non est formalis & proxima; hæc .n. est dictamen rationis, mediante quo vt proximâ & notiori regulâ diiudicamus, quænam actiones sint consentaneæ, quæ dissentaneæ naturæ rationali. Vnde hoc ipso, quòd actio est conformis iudicio rectæ rationis, est etiam conformis naturæ rationali: est enim ratio velut index & arbitra conformitatis.

Resp.

7. *Pendet à lege æternâ*

DICO 2. Actus virtutis non solùm pendet à lege æternâ Dei, sed etiam à regulâ rationis creatæ. Assertio est S. Doct. art. cit. & communis. Prob. quoad 1. part. lex æterna est prima & certissima regula omnis bonitatis: eatenus enim ratio creata est regula humanæ rectitudinis, quatenus ex *S. Thom. cit. qua.* 19. *art.* 4. ab increatâ lege deriuatur. Vnde *August. lib.* 22. *con. Faust. cap.* 27. peccatum definit *dictum, factum, vel concupitum contra legem æternam Dei.* Ergo actus virtutis maximè pendet à lege æterna Dei.

8. *Et à regula rationis creatæ*

Prob. quoad 2. part. non potest voluntas æternæ legi Dei conformari, nisi conformetur proximæ regulæ rationis, mediante quâ illa nobis innotescit: Et tenetur homo non operari suas actiones propriæ naturæ difformes: ergo tenetur non operari contra dictamen propriæ conscientiæ: quia operatio humana pendet ex iudicio rationis, tanquam ex regulâ obiecti conformitatem vel difformitatem proponente: ergo si velit conformari obiecto honesto, debet non difformari à iudicio rationis, huiusmodi honestatem proponente. Ergo si non potest homo contra dictamen propriæ conscientiæ rectè operari, vt rectè operetur, sequi tenetur illius ductum.

9. *Objc.* *Conf.*

Objcies Actus virtutis ex solo obiecto habet bonitatem, ergo non pendet ex lege æternâ Dei, vel ex dictamine propriæ cõscientiæ. Si .n. per impossibile non esset lex æterna Dei, dictans de tali actu virtutis, adhuc temperatè viuere esset actus studiosus. Præterea *Aristot. 6. Ethic.* 2. docet, practicum iudicium tunc esse verum, quando consentaneum est appetitui recto; ergo non contrà, tunc appetitus est rectus, quando practico iudicio consentaneus est. *Resp.* distin. antec. Si sermo sit de dependentiâ intrinsecâ & à priori, verum est, actum virtutis à solo obiecto rationi conformi habere hanc bonitatem: nam ad illud tantùm per habitudinem intrinsecam conformatur: si verò sermo sit de dependentiâ arguitiuâ, & à posteriori, falsum est, actum virtutis non dependere à lege æterna Dei, & dictamine propriæ rationis. Quia cùm actus virtutis ferri nequeat in obiectum bonum, nisi illius bonitas proponatur mediâ regulâ certa: hæc autem cùm sit lex æterna Dei, & dictamen propriæ conscientiæ; consequens est, vt ex rectitudine earum regularum à posteriori & arguitiuè pendeat actus virtuosi rectitudo, quia ex rectitudine illarum colligitur bonitas & rectitudo huius. Vnde tam lex æterna Dei, quàm iudicium propriæ conscientiæ se habet ad actum virtutis, vt regula obiecti bonitatem proponens, illa vt prima & remota, hæc vt 2. & proxima. Quare ad confirm. adhuc eo impossibili dato, actus virtutis esset rectus per conformitatem ad obiectum naturæ rationali consentaneum. Nam obiectum virtutis in ratione proportionis, cum naturâ rationali, prius est & independens à lege æternâ Dei: Prius enim est, tale obiectum suâ naturâ proportionem habere cum naturâ rationali, quàm illud vt tale cognosci & proponi à lege æternâ Dei: sicut prius est, obiectum delectabile proportionem habere cum naturâ sensitiua, quàm illud vt tale cognosci: & obiectum intrinsecè malum, puta mendacium, prius est, esse difforme naturæ rationali, quàm illud vt tale cognosci, & prohiberi lege æternâ Dei.

Resp. *Rectitudo actus pẽdet arguitiuè & à poster. à lege æterna & dictamine propriæ rationis.*

10. *Ad confirm.*

11. *Nequit Deus in præceptis, qua prohibent obiecta intrinsecè mala, dispensare.*

Hinc oritur, vt nequeat Deus in præceptis, quæ prohibent obiecta intrinsecè mala, dispensare: quia vt illa sint talia, non pendent à lege æternâ Dei. Nempe vt obiectũ sit conforme naturæ rationali habet

Digitized by Google

habet ex propriâ essentiâ: quæ ratione præcedit cognitionem Dei; sicut obiectum ratione præcedit notitiam sui: ergo antequam illud cognoscatur à Deo, supponitur conforme, aut difforme naturæ rationali. Esto igitur quòd illud per impossibile vt tale non cognosceretur à Deo, modò vt tale proponeretur à ratione creatâ, voluntas in illud tendens esset bona & honesta, quia tenderet in obiectum naturæ rationali consentaneum. Sicut è conuerso, etiamsi mendacium non esset æternâ lege prohibitũ, adhuc voluntas creata tendens in illud cognitũ vt difforme naturæ ration. esset mala.

12. *Illicita sũt desideria obiecti intrinsecè mali, sub conditione si à Deo prohibitum non esset:*

Ex hac regula colligo, illicita esse ea omnia desideria, quæ feruntur in obiecta intrinsecè mala, sub conditione si à Deo prohibita non essent, cuiusmodi sunt velle mentiri, falsum iurare, si mendacium, aut periurium non essent diuina lege prohibita: contrà verò non esse illicita sub conditione ea, quę feruntur in obiecta, extrinsecâ tantùm prohibitione mala: vt velle die veneris carnes comedere, die festo sacrum non audire, si prohibita non essent. Quia vt actus voluntatis non sit malus, ferri debet in obiectum omni malitia & difformitate depuratum: sed ea, quæ sunt intrinsecè mala, adhuc spoliata malitiâ prohibitionis extrinsecæ, retinent difformitatem intrinsecam propriam: ergo appetere illa sub tali conditione non licet. Cęterùm appetere illa sub conditione, si intrinsecè mala non essent, non est appetere illa, sed alia; quia hoc ipso quòd amittunt malitiam intrinsecam, amittunt propriam essentiam: quę verò mala sunt per extrinsecam tantùm prohibitionem, licet illa desiderare sub conditione, si prohibita non essent, quia præcisa malitia prohibitionis extrinsecę, nullam in se habent difformitatem cum rectâ ratione.

Non obiect. extrinsecâ tantùm prohibitione mali.

13. *Ad Arist. de iudicio practico.*

Ad Philos. dico eam prob. procedere à poster. quâ optimè colligitur, illud iudicium practicum esse verum, quod est conforme appetitui recto. Cæterùm à priori, ideo practicum iudicium est verum, quia est conforme appetibili honesto secundùm se; tametsi vt appetitus sit rectus, necesse non sit, semper illum conformari iudicio practico vero: potest enim appetitus esse rectus, & iudicium practicum falsum; vt cùm iudicium ex ignorantia inuincibili proponit obiectum vt bonum, quod reuerâ est malum: nam tunc satis erit, vt appetitus rectus sit, si conformetur obiecto, quod per diligentem rationem proponitur vt bonum, esto in se malum sit.

14. *Ex ignorantia inuincibili.*

Hinc soluitur alia difficultas. Nam quando iudicium practicum ex ignorantia inuincibili proponit obiectum vt bonum, quod reipsâ malum est, appetitus sequens tale iudicium, bonus est, cùm tamen ille conformis non sit æternæ legi Dei, qui de tali obiecto oppositum iudicium habet. Ad quod dico, vt vera sit vniuersaliter doctrina tradita, quòd sicut non est necesse, vt appetitus sit rectus, illum conformari cum obiecto reipsâ consentaneo naturæ ration. sed solùm cum eo per diligentem rationem proposito vt tali: Ita, vt idem sit rectus necesse non est, vt conformetur cum æternâ lege Dei, vt talis est in se, sed vt talis credita per proximum iudicium practicum rationis. Cùm .n. non innotescat nobis, nisi mediante iudicio proximo practico rationis, cuius immediatum ductum sequi tenemur, eadem ignorantia, quæ nos excusat à conformitate cum obiecto reipsâ malo, excusabit nos à difformitate cum primâ regulâ æternâ Dei, aliter obiectum proponente, quàm ratio errans proponit.

SECTIO II.

An voluntas teneatur sequi rationem errantem?

15. *Rationis iudicium quadruplex*

QVia sæpe contingit, vt humana ratio in proponendis obiectis, veritatem non assequatur; idque vel ex ignorantia inculpabili, vel culpabili; explicandum, an tali casu voluntas ductum rationis errantis sequi teneatur. Est autem quadruplex rationis iudicium: Falsum, quod erronea conscientia dicitur: probabile, dubium, & scrupulosum, quod probabilis, dubia, atque scrupulosa conscientia dicit consueuit.

16. *Conscientia est actus intellectus practici.*

Quod ad nominis significationem attinet, *Conscientia* ex S. *Doct.* 1. *p. qu.* 79. *art.* 13. importat actum intellectus practici: cuius est testificari, ligare, instigare, accusare, remordere, reprehendere; hæc .n. omnia consequuntur applicationem practicæ cognitionis, vel scientię circa ea, quæ egimus. Nam vel huiusmodi cognitionis applicatio fit ad recognoscenda ea, quę commisimus vel omisimus; & sic dicitur testificari, iuxta illud ad *Rom.* 9. *Testimonium mihi perhibente conscientia mea:* vel circa ea, quæ acturi sumus: & sic dicitur ligare & instigare: vel circa ea, quæ fecimus quatenus illa iudicamus esse benè, vel malè facta: quo pacto dicitur excusare, accusare, remordere, reclamare: quamuis, vt *ibid. S. Tho.* interdum nomen *Conscientia* tribuitur habitui, sicut solet nomen *actus* tribui principio. Vnde à Basilio vocatur *naturale indicatorium*, à Hieron. *scintilla rationis inextinguibilis*, à Damasceno *lux intellectus nostri.*

17. *Duran. obijcit.*

Contra hanc nominis explicationem insurgit *Duran. in* 2. *dist.* 39. *qu.* 5. *nu.* 6. Si conscientia importaret actum intellectûs proctici, iudicantis aliquid esse bonum, impossibile esset eâ stante voluntatem in oppositum ferri; cùm nequeat voluntas ferri in aliquid, nisi propositum sub ratione boni: stante autem actuali iudicio de aliquo, quod sit bonum, impossibile est, vt oppositum iudicetur bonum. Igitur conscientia non importat actum, sed habitum. Sed *contrà*: si *Conscientia* importaret habitum, non posset deponi: habitus .n. cùm sit instar potentiæ, non deponitur. At interdum *Conscientia* deponitur: ergo *Conscientia* non habitum, sed actum importat. Ad fundam. Duran. dico, dupliciter posse voluntatem contra practicum iudicium actuale operari: 1. tale iudicium contemnendo, & oppositum temerè formando: 2. etiam stante tali iudicio, posse voluntatem imperare intellectui, vt oppositum efficaciùs proponat. Neque enim impossibile est, idem sub diuersis rationibus vt bonum, & malum simul proponi.

18. *Contrà: non importat habitum.*

DICO 1. Voluntas tenetur se conformare cum ratione erroneâ, proponente obiectum prauum sub ratione boni ex ignorantiâ inuincibili. Assertio censetur *de fide* ex illo ad *Rom.* 14. *fine: Omne quod non est ex fide, peccatum est:* id est, vt plerique Patres exponunt, & refertur *cap. litteras, de restitut. spoliat.* omne quod fit contra conscien. peccatum est. Fundam. voluntas non fertur in obiectum, nisi vt à ratione propositum & iudicatum: ergo si ex ignorantia inuincibili obiectum malum iudicatum est bonum, tenetur tali iudicio se conformare; alioqui faciendo contra illud, exponeret se manifesto periculo transgrediendi legem Dei, quæ per rationem nobis intimatur: sic peccaret subditus contemnendo legem superioris, etiam

19. *Voluntas rationi erroneæ inuincibiter conformanda.*

Digitized by Google

Ratio falsò illi intimatam. Semper enim in huiusmodi transgressione interuenit formalis, aut virtualis contemptus legis diuinæ: contrà verò, semper voluntas sequendo talis rationis ductũ, est honesta; quia mouetur ex motiuo putato inuincibiliter honesto.

20. *Obijcies* 1. Iudicium erroneum non deriuatur ex lege æterna Dei: ergo non obligat, vt sequamur illud. Confirm. Præceptum inferioris non obligat, quando proponit aliquid contra præceptum superioris: ergo ratio errans proponens aliquid contra præceptum Dei non obligat. *Resp. cum S. Thom. 1. 2. q. 19. art. 5.* Iudicium erroneum non deriuari à Deo reipsà, deriuari putatiuè. Item præceptum inferioris non obligare, quando proponit aliquid, quod scitur esse contra præceptum superioris: obligare, quando id quod proponit, inuincibiliter creditur esse præceptum superioris. Hinc constat, cuius virtutis sit ille actus, qui circa tale obiectum versatur: est enim illius, ad quam spectat proximum obiectum, quod per talem rationem proponitur: vt si ratio errans proponat aliquid pertinens ad virtutem temperantiæ, actus circa illud erit temperantiæ: actus contra illud erit intemperantiæ.

Iudicium erroneum deriuatur à Deo putatiuè.

21. *Obijc. 2.* *Objcies* 2. Si actus conformis conscientiæ erroneæ est bonus: ergo licebit de illo mihi complacere. *Resp.* possum mihi de illo complacere, prout rectè factus est ex motiuo putatiuè honesto: quamuis non liceat ampliùs de illius obiecto, mihi iam noto vt malo, complacere, nec circa illud actum elicere. Sicut licet mihi complacere de actu elicito circa obiectum anteà nõ prohibitum, non tamẽ licet vel circa illud actum elicere, vel de eò post prohibitionem complacere. Quia complacentia circa obiectum honestum vt sic semper est licita: at actus circa obiectum malum inuincibiliter repræsentatum vt bonum, est honestus; ergo illius complacentia licita est.

Resp.

Ratio

22. *Dices:* Si licet mihi de actu circa obiectum malum, inuincibiliter repræsentatum vt bonum, complacere, licebit etiam illum alteri, obiecti turpitudinem inuincibiliter ignoranti, consulere. *Resp.* neg. sequelam. Aliud enim est, mihi complacere in illo, prout rectè à me, vel ab alio factus est; aliud, illum alteri consulere; nam quamuis ille malus non sit turpitudinem inuincibiliter ignoranti, est tamen malus mihi ipsius turpitudinem scienti. Ergo sicut non licet mihi illum facere, ita nec alteri consulere, nam quicumq; consulit, est causa eius, quod consulit. Possum in multis mihi licitè complacere, quæ vt fiant, causam licitè dare non possum: v. licet mihi de pollutione in somno secutâ ad effectum sanitatis complacere; causam vt ea sequatur, dare non possum.

Dicit

Resp.

23. *Obijc. 3.* *Objcies* 3. Si quis habeat erroneã conscientiam, quâ putet peccatum esse Deum diligere, Deum diligendo non peccaret. Implicat enim Deum diligere, & eadem dilectione Deum offendere: ergo operari contra erroneam conscientiam non est peccatum. *Resp.* Posse aliquem contra quamcunque virtutem peccare, faciendo contra illud quod conscientia erronea tãquam bonum & honestum falsò dictat; impossibile tamen esse, ex eâdem conscientiâ erroneâ peccari contra virtutẽ charitatis: eo quòd ipsius munus est, diligere Deum propter Deum: At hoc ipso quòd aliquis putat, peccatum esse diligere Deum, non potest illum ex affectu charitatis diligere: atque adeò implicat, actũ charitatis ex erroneâ conscientia intrinsecè depranari. *Dixi intrinsecè:* nam extrinsecè per actum distinctum imperantem ordinantemque illum ad malum finem peccati venialis, non repugnat, vt *disputatione præcedente, sectione 12.*

Impossibile est ex conscientia erronea peccari contra virtutem charitatis.

Deducitur 1. quotiescunque conscientia erroneè proponit aliquid sub præcepto sequendum vel fugiendum, eodem vinculo & obligatione nos teneri illud sequi, vel fugere, quo illud sequendum, fugiendumve proponitur. 24. *Corell.*

Deducitur 2. Non posse Deum dispensare, vt licitè possimus contra conscientiam agere. Fundam. contra conscientiam agere est intrinsecè malum: quia est operari circa id, quod cognoscitur malum. Confirm. sicut stante præcepto, vel prohibitione, implicat licitè operari contra tale præceptum, vel prohibitionem: ita stante erroneâ conscientia obligante, vel prohibente aliquid, implicat illud licitè fieri. Quo fit, vt non possit quis contra conscientiam mandatum superioris exequi: quia nemo potest contra præceptum Dei, quod erronea conscientia dictat, superioris iussum implere; quod colligitur ex cap. *litteras, de restit. spoliat.* vbi statuit Pontifex, coniugem conscium de inualiditate matrimonij, etiamsi ad reddendum debitum per iudicis excommunicationem compellatur, debere potiùs excommunicationem humiliter sustinere, quàm contra Deum in hoc iudici obedire. At poterit, inquies, subditus ad superioris præceptum conscientiam deponere, eique obedire. Sed contrà; stignorantia est inuincibilis, vt supponitur, nec debet, nec potest deponi. 25. *Non potest Deus dispensare vt licitè possimus contra conscientiam agere.* *Nemo potest contra propriam conscientiam mandatum superioris exequi.*

DICO 2. Voluntas tenetur nec se conformare cum ratione errante ex ignorantia vincibili, nec contra illam operari. Explico. Quando ratio proponit voluntati obiectum malum sub ratione bonî ex ignorantia vincibili, puta esse mentiendum propter mortem vitandam: nec potest voluntas tale iudicium sequi mentiendo, nec contra illud operari non mentiendo. Assertio communis est & sub alijs terminis proponi solet, nempe conscientiam errantem ex ignorantiâ vincibili non obligare, vt eam sequamur, obligare ne contra eam faciamus. 26. *Etiamsi sit erroneè vincibiliter ratio, voluntas ei conformanda.*

Assertio sic explicata patet quoad 1. par. si non talis ratio proponat voluntati aliquid tanquam ex præcepto faciendum, quod reipsâ malum est, puta mentiri ad propriam, vel proximi vitam tuendam, cùm talis error proueniat ex ignorantia culpabili; quæ à peccato non excusat, voluntas illam sequens erit mala, quia est circa obiectum malum, quod ratio poterat, & tenebatur scire. Quoad 2. prob. Nam stante iudicio, peccatum esse non mentiri ad tuendam propriam vel proximi vitam; peccatum erit non mentiri. 27.

Objcies 1. Si conscientia erronea ex ignorantia vincibili ita obligat operantem, vt nec eam sequi, nec contra eam agere possit, sequitur talẽ esse perplexũ, & neutrã partem sine peccato agere posse. *Resp.* stante tali consciẽn. verũ esse, neutrã partem absq; peccato nos agere posse: quia tamẽ illa, cùm procedat ex ignor. culpabili, deponi potest, & debet, non sequitur, nos simpliciter & absolutè esse perplexos; quia potest talis cõsciẽ. deponi; vt infrà. 28. *Stante conscien. erronea ex ignor. vincibili non sumus absolutè perplexi.*

Objcies 2. Voluntas tendens in obiectum bonum, putatum malum, est mala: ergo tendens in obiectum malum, putatum bonum, erit bona: quia non fertur in obiectum secundùm se, sed vt à ratione propositum. *Resp. cum S. Doct. 1. 2. qu. 19. art. 6. ad 1.* Bonum ex integrâ causâ, malum ex quocunque defectu. Cùm igitur ad bonitatem actus studiosi non solùm requiratur, vt obiectum proponatur sub ratione boni & honesti, sed etiam secundùm regulas prudentiæ, quæ dictat non esse 29. *Objc. 2.* *Resp. S. Thomæ.*

obiectum

obiectum voluntati proponendum, nisi examinatis circumstantijs, eiusque honestate cum omnibus suis regulis collata, esto illud proponatur tanquam bonum & honestum, non poterit suam honestatem actui humano tribuere. Arqui fieri poterit, *inquies*, vt dum tale obiectum proponitur, nulla actu pulset animum dubitatio de obiecti malitia: ergo in tali casu illud sequî, nulla erit culpa.

30. *Dices*

Resp. Resp. si operans ex tali ignorantiâ culpâ suâ in hoc incidit, vt quando operatur, nullum habeat de obiecti turpitudine dubium, non excusari omnino à peccato, saltem si illud probabiliter futurum præuidit: sicut nō excusatur à peccato, qui probabiliter præuidens se in ebrietate multa contra rationem facturum, culpâ tamen suâ in eam incidit: excusari verò, si in huiusmodi ignorantiam propriâ culpâ non incidit. Quod contingere potuit, si quando dubitatio de obiecti malitia animum pulsauit, decreuit obiectum iuxta prudentiæ regulas diligenter examinare; & deinde absque sua culpa talis propositi oblitus est: vel certè moralem diligentiam adhibuit, & de turpitudine obiecti certus factus est, sed tempore, quo operabatur, nulla subijt animum de obiecti turpitudine suspicio. Nam tunc ignorantia illa reputatur inuincibilis. Cæterùm etiamsi culpa sua factum sit, vt dum operatur, nullum habeat de obiecti turpitudine dubium, nihilominus ille non peccat, dum actu operatur, conscientiâ tunc non reclamante, sed quando probabiliter præuidit, se ex tali ignorantiâ operaturum, & ad eam tollendam diligentiam non adhibuit.

31. Hinc soluitur alia quęstio. Vtrum necessarium sit, actu adesse iudicium conscientiæ, contra quod quis operatur, vt dicatur agere contra conscien. An satis sit, illud tempore præcessisse, & virtualiter tantùm perseuerare per oppositum iudicium nondum reuocatum. Dico vt quis dicatur contra conscien. operari, debet illa tunc, quando actu operatur, aliquo modo, vel per plenum iudicium, vel saltem per dubitationem reclamare: alioqui, vt egregiè intulit *Vasquez disp. 60. cap. 3.* omnia opera infidelium essent mala, & contra iudicium propriæ conscientię, quod semel dictauit, omnia opera referenda esse ad falsos Deos.

Vt quis contra conscientiam operetur, debet illa tunc reclamare.

32. *Dubium solmitur* Ex dictis oritur dubium: Quod sit in tali casu maius peccatū, operari iuxta, an contra conscien. Verùm facilis solutio. Cùm. n. probatum sit, conscientiam obligare ratione præcepti, sub quo rem sequendam, vel vitandam proponit, illud erit maius peccatum, quod maiori præcepto aduersatur: cumque maius interdum præceptum sit, sub quo rem sequendam proponit, interdum verò minus, quàm sit illud, quod erroneę conscien. aduersatur, interdum maius, interdum minus peccatum erit contra, quàm iuxta conscien. agere: vt cùm erronea conscien. dictat mentiendum esse ad vitam tuendā, maius peccatū est agere contra, quàm iuxta conscien. quia agendo contra, fit contra præceptum charitatis, quo quis tenetur suam, vel proximi vitam defendere, quando licitè potest: agendo verò iuxta, fit contra virtutem veracitatis, quæ est minor, quàm charitatis.

33. *Coroll.* Colligitur etiam discrimen inter conscientiam errantem ex ignorantia vincibili; & errantem ex inuincibili. Nam operans ex dictante inuincibili, aliquod esse veniale, quod reipsa est mortale, peccat venialiter: Contrà operans ex dictante vincibili, aliquod esse veniale, quod reipsa est mortale, peccat mortaliter. Quia erronea ex ignor. inuincibili solùm obligat operantem pro qualitate culpæ, quam voluntati proponit: erronea ex vincibili operantem obligat etiam pro qualitate culpę, quæ reipsa est. Eo quòd vincibilis ignor. non excusat à culpa, & consequenter si reipsa culpa mort. est, etiamsi operās putet venialem, peccat mortaliter.

Ratio discrim.

SECTIO III.

An voluntas licitè operari possit ex conscientiâ dubiâ.

34. *Quid conscientia dubia.* DVbia conscien. est, quę in neutram partem contradictionis inclinat, sed in vtramque suspensa hæret, nulli determinatè assensum præbens. Differt à probabili, quæ vni, vel vtrique adhęret parti per determinatum assensum. Est dubium, alterum exercitum, vt si adductis vtrinque rationibus, in neutram partem intellectus inclinet alterum signatum, vt si reflexo actu intellectus iudicet, hoc esse dubium. Vt autem quis dicatur operari ex conscien. dubia, sat est habere dubium exercitum. Parum enim refert, vt operatio licita vel illicita sit, iudicium reflexum de dubio rei operabilis. *Subdiuiditur* dubium in practicum, quo quis anceps est in operis exercitio, ignorans, an illud hîc & nunc licitum sit; speculatiuum, quod à praxi abstrahit, & in purâ consistit mentis dubietate; à quo tamen practicum pendet.

Duplex dubium.

35. *Practicum, speculatiuum:*

Rursus dubium *subdistinguitur* in dubium iuris, cùm quis dubitat, an lex lata sit, ex quâ pendet, an operatio licitè exerceri possit: & facti, cùm quis dubitat, an opus factum sit, vt an hominem occiderit, nec ne: ex quo facto pendere solet honestas, vel turpitudo alterius actionis distinctæ: vt ex dubio validitatis matrimonij pendet honestas, vel malitia concubitûs. His explicatis,

36. *Iuris, facti.*

37. *Non licet operari praxicè dubitantem.* DICO 1. Illicitum est operari ex conscientia practicè dubitante, An illud liceat nec ne. Assertio communis & certa, ex illo *ad Rom. 14. quod non est ex fide, peccatum est.* Vbi notanter dixit Apost. *omne quod non est ex fide*, non *omne quod est contra fidem, peccatum est*: vt includeret non solùm opus factum contra conscien. sed etiam opus non procedens ex certo testimonio & fide conscientiæ. Fundám. qui operatur ex conscien. dubia, exponit se periculo faciendi quod in se malum & peccatum est. Vnde qui sic operatur, non agit iuxta leges prudentiæ, & amicitiæ: quarum altera dictat, non esse operandum, vbi de obiecti honestate non constat; Altera præscribit, ne amicus operetur aliquid, quod possit amicum offendere. Vnde qui sic operatur, apertè conuincitur, plus amare opus, quod operatur, quàm Deum, cuius legis transgressioni sic operando se exponit.

Fundam. assert.

38. *Potest operari speculatiuè tum dubius.* Quare sic operans peccat pro qualitate dubij, cum quo operatur, & in ea specie peccati, de qua dubitat. Notanter dixi *practicè dubitante*: quia potest quis licitè operari cum conscien. speculatiuè dubiâ, modò illa practicè certa sit de honestate operis, quòd hîc & nunc sibi faciendum proponit. Quia regula voluntatis non est notitia speculatiua, quæ in solâ obiecti veritate sistit, sed practica, quæ omnium circumst. qualitatem perpendit: & quia potest ex occurrente circumstātiarum obiectum, quod secundùm se & speculatiuè consideratum apparet dubium, reddi practicè certum, circa quod hîc & nunc operari licitum sit, propterea huius tantùm dubij habenda est ratio.

Dices. Omnis notitia practica deducitur ex speculatiuâ; ergo impossibile est, speculatiuâ conscię. existente

Digitized by Google

existente dubiâ, formare iudicium practicè certum; hoc .n. elici debet ex principio speculatiuè certo. Resp. me non negare, omnem practicam certitudinem deduci ex principio speculatiuè certo: Neque .n. cum *Nauar. cap. Si quis, dist. 7. n. 61.* & alijs existimo, posse aliquem esse in genere dubium, & in particulari certum, nullâ factâ in obiecto, vel circumstantijs variatione: sed quia interdum diuersa sunt principia, ex quibus dubitatio speculatiua, & practica certitudo desumitur, ideò potest quis ex vno principio habere de opere, quod est facturus, speculatiuum dubium; ex alio practicam certitudinem. Vt si sacerdos ægrotus consideratâ qualitate morbi, quo laborat, speculatiuè dubitet, an sibi liceat ab horis canonicis cessare: accedente consilio medici, vel confessarij, practicè sit certus, id sibi licere. Vbi apparet ex alio principio pendere speculatiuum dubium, ex alio practicam certitudinem.

Nemo in vniuersali dubius, & in particulari certus, nulla variatione.

40. *Tenetur quisque amplecti partem in qua nullum apparet peccatum*

Hinc *deducitur*, vnumquemque teneri, relictâ conscien. dubiâ de peccato, semper amplecti partem, in quâ nullum apparet peccatum, etiam cum temporali damno proprio vel alieno. Quia operari cum dubiâ conscien. peccati, semper est peccatum: at propter nullum temporale commodum licet operari, quod peccatum est: ergo.

41. *Tutior pars contradict. amplectenda.*

DICO 2. Conscientia existente dubia de vtraque parte contradictionis, semper amplectenda est quæ tutior ac securior apparet. Ex regula iuris: *in dubijs tutior pars eligenda est*: quæ traditur *cap. ad audien. de homicid.* & *cap. inuenis, de sponsalib.* quam Theologi & Canonistæ admittunt. Tutior autem pars ea censenda est, in quâ aut nullum peccatum esse potest, aut omnibus pensatis minus eligitur, in casu quo in alterutrum necessariò sit incidendum. Fundam. semel concesso, quòd dubiâ conscien. operari non licet, necessariò sequitur, in dubio tutiorem partem esse eligendam: cùm recta ratio dictet ex duobus malis semper eligendum esse minus: Quod etiam in malis pœnalibus prudens ratio dictat, & sagax ac discreta natura exequitur, dum potiùs eligit brachium, quàm caput impendenti ictui obijcere. Quo fit, vt si malum æquè dubium sit, & grauitas vtrimque æqualis censeatur, & in alterutrum necessariò declinandum sit, in potestate agentis sit alterutrum eligere.

42. *Eligendum ven. certum, potiùs quàm mort. dubium.*

Ex eàdem regulâ longè probabiliùs puto, eligendum potiùs esse veniale certum, quàm mortale dubium: 1. quia operari cum dubio mortalis est mortale: operari verò cum certitudine venialis, est tantùm veniale: 2. quia qui eligit veniale certum, præ mortali dubio, minori se exponit periculo: 3. quia eligibilior est contra amicum leuissima offensa certa, quàm grauis dubia.

43. *Ex duobus malis eligere minus ad vitandum maius, non peccat.*

Cæterùm cùm dicimus, aliquem ex duobus malis eligere debere minus, ad vitandum maius, nolumus affirmare, in eo casu sic operantem peccare, minùs tamen, quàm si eligeret maius ad vitandum minus; sed nullo pacto peccare. Quare sic operans debet sibi certum iudicium formare, quo existimet, licitum, sibi esse in tali casu operari, id quod aliàs sibi licitum non esset. Quia debet homo omni tempore posse sine peccato operari, cùm nil tam in nostra potestate sit, quàm peccatum: ergo in nullo casu, aut tempore debet homo non habere potestatem malum non operandi. Quæ doctrina vera est, etiam in eo, qui propriâ culpâ in tales angustias incidit: modò in tali statu constitutus de præteritâ negligentiâ doleat, & quantum in se est, faciat, vt minus malum eligat.

Ratio

44. Neque huic doctrinæ de eligenda in dubio parte tutiore, obstant illæ regulæ iuris in sexto: *cum sunt partium iura obscura, reo fauendum est potiùs, quàm actori: Odia restringi, & fauores conuenit ampliari: In pœnis benignior est intepretatio facienda.* Nam illæ, vt rectè notarunt *Panormit. Syluest.* v. *Dubium qu. 4. Angel. eodem* v. *Armill.* v. *Dubitatio, Vasquez* 1. 2. *disp. 66. cap.* 1. &c. intelligendę sunt de pœna purè pœnali, quæ nullum habent annexum præceptum, cuius transgressio vergat in detrimentum salutis. Vnde *Nauar. cap. Si quis dist. 7. n. 34.* quamuis vniuersaliter putet, hanc regulam, *in dubio tutiorem partem esse eligendam*; extra casus à iure expressos, esse tantùm sub consilio, tamen *n. 42. ex sent. S. Tho. quodl. 8. art. 13.* docet, illam in casibus, animi salutem concernentibus, esse præceptum; & ratio sumi potest ex diuersitate materiæ, circa quam hęc iura versantur. Nam quando illa concernunt materiam purè pœnalem, optimè possunt, & debent in dubijs secundùm partem fauorabiliorem pro reo eligi, quia nullum est periculum peccandi: & ex alia parte, naturalis ratio dictat, standum esse pro reo, qui ab actore impetitus in iudicio, in quo nemo ante sufficientem probationem præsumitur obnoxius, pro suâ libertate pugnat: Prętерquam in causâ matrimonij, libertatis, testamenti, dotis, in quâ, *vt notat Glossa*, fauendum est potiùs actori. At verò quando illa concernunt materiam, cui subesse potest peccatum, oppositū in dubijs eligibilius est, ne exponamur periculo faciendi, quod reipsâ peccatū est.

Regulæ iuris explicatur.

45. *Quæcumque causa non sufficit vt dubium ponatur.*

DICO 3. Non potest quis ex quâcunque causâ, dubiâ conscien. depositâ, oppositum operari. 1. non potest illa ad libitum operantis deponi, si ex probabili coniecturâ concepta fuit. Vnde falsò docuit *Caiet. 1. 2. qu. 19. art. 5. quem sequitur Nauar. c. Si quis, dist. 7. num. 115.* posse aliquem, erroneâ conscien. ad libitum depositâ, oppositum operari. *Fundam.* non minùs exponitur periculo peccandi, qui erroneâ conscien. temerè depositâ, oppositum operatur; quàm qui operatur cum dubiâ. Quare attende ad qualitatem rationis, ex quâ dubium conceptum fuit: si illud ex leui causa, vel propriâ voluntate conceptum fuit, poterit solâ voluntate operantis deponi: Si ex coniecturâ probabili & discretâ, non poterit absque nouâ ratione oppositâ probabili, ad conceptum dubium expellendum sufficiente, deponi. Quia non possumus licitè operari, nisi dubio prudenter deposito.

Fund. assert.

46. *Non potest subditus ad solum præceptum superioris dubium deponere.*

Ex his sequitur, non posse subditum, ad solum præceptum superioris, conceptum dubium deponere: quia præceptum non mutat naturam obiecti, vt illud de illicito reddat licitum; sed eà suppositâ, solùm iniungit pœnam ad id exequendum. Vt igitur subditus licitè prudenterque ad præceptum superioris dubiam conscien. deponat, formandum ei est oppositum iudicium, vel propter superioris doctrinam & prudentiam, cui fidere possit; vel propter Doctorum authoritatem, quorum consilio superior præcepit. Vel denique excogitanda est ipsi noua ratio, quæ dubium in fauorem superioris determinet: alioqui perseuerante dubio non licet subdito præceptum exequi contra conceptum dubium. Quæ regula seruanda est in omni conscientia dubiâ, vt licitè quis operari possit.

47. *Dubium*

Cæterùm quia sæpe contingit, assensum pro parte minùs tutâ esse valdè tenuem & dubium; ex oppositâ esse valde vehementem: *Dubitatur*, an quilibet assensus sufficiat ad exequendam partem minùs tutam, non obstante vehementi dubio ex oppositâ. Negat *Corduba lib. 3. qu. 5.* licitum esse cum tenui assensu, & vehementi dubio operari.

48. Affirmat

Digitized by Google

Sufficit quilibet assensus ad exequendam partem minùs tutam.

Affirmat *Vasquez* 1.2.disp.67. cap.2. tametsi Corduba opinionem in praxi sequendam absolutè censet:non quòd tenuis assensus contra vehemens dubium non sufficiat, sed quia vix ille percipi potest, quando in oppositum graues vrgent rationes.

49. Hæc sent. cum limitatione probabilis est. Ita. n. se habet tenuis assensus ad forte dubiũ,vt probabilis ad probabiliorẽ: sed potest quis cum probabili assensu contra probabiliorem rectè operari, vt infrà: ergo & cum tenui assensu contra forte dubium:Nec est necesse,vt quis rectè operetur, omnem formidinem oppositæ partis excludat: sicut necesse non est, vt probabilis assensus oppositæ partis probabilioris formidinem excludat: Sat .n. est (vt infrà) practicam formidinem expellere, certò iudicando, licitum sibi esse cum tali assensu operari. Quòd autem in praxi *Corduba* doctrina sequenda sit, optimè probat ratio *Vasquez*: tenuis .n. assensus cum vehementi dubio vix percipi potest: nisi autem assensus certò ac determinatè ab operante percipiatur, non licebit illi operari:quia sine certo ac determinato assensu non possumus iudicium formare, id nobis absque peccato licitum esse. Quę hactenus dixi,intellige de conscientiâ verè dubiâ;nam de scrupulosâ,alia est regula.

50. Corduba praxim probat Vasquez.

51. Quid sit scrupulus.

Est autem *Scrupulus*, inanis suspicio ex leuibus orta causis,quâ quis putat,esse peccatum,quod reuerâ, non est. Solet hic prouenire vel ex ignorantia:& tunc, quoad fieri potest, consulendi docti, quorum iudicio acquiescas. Quòd si ij consuli non possunt,faciat scrupulosus quantum in se est, moralem diligentiam adhibendo: & tunc quod melius occurrit,applicet ad opus sine hęsitatione, & non peccabit. Vel ex naturalis ingenij conditione,timiditate,melancholico humore,aut dæmonis suggestione:& tunc standum erit iudicio prudentis confessarij. Ante omnia caueat scrupulosus, ne cum practico dubio operetur,existimando,id esse peccatum; sed cùm ad opus sese applicat, expellat omne dubium,certò credens, id sibi licere. Vnde expedit,illi imponere,vt interdum contra scrupulum agat: & ipse suadere sibi debet, sæpe sibi licitum esse,quod alijs non liceret. Ad sedandam animi passionem,regula assignatur, vt quidquid manifestè peccatum non apprehendit, imò si de eo iurare non possit, quòd euidenter sit peccatum, absque vlla cunctatione peragat. Imò notat *Nauarr.* sæpe eos ex vehementi imaginatione ductos videri sibi iurare posse:de quo tamen in pacatâ & tranquillâ conscientia ne dubitant quidem. Ex quo concludo, necessarium interdum esse contra scrupulos agere ad conscientiam sedandam.

Regula scrupul.

SECTIO IV.

Quam quisque teneatur de rebus agendis opinionem sectari?

52. Quid opinio:

OPinio, teste *S. Doct.*1. *p. qu.*79. *ar.*9.*ad* 4.& 2.2. *qu.* 1. *art.*4.& *qu.*2.*art.*1. est actus intellectus declinantis in vnam partem contradictionis cum formidine alterius. Differt à *dubietate*, quæ est actus intellectûs in neutram partem inclinantis. Opinio alia tutior,in quâ sequendâ nullum est periculum peccandi: alia minus tuta,in quâ sequendâ est periculum peccandi. Inter opiniones, improbabilis est,quę nec probatos habet authores & leuibus nititur rationibus:probabilis, quę pluribus nititur fundamentis,quamuis non ita insolubilibus:vel quæ fauorabilior est bonis moribus,rebus fidei,religioni,pietati,libertati: vel quam affirmant Doctores authoritate & scientiâ in materiâ, de quâ agitur,præstantiores:Probabilior, aut quæ consuetudine recepta est,aut quę nititur regulâ fidei,vel ratione, cui opposita sent. licet communis, aptè respondere non possit:Communis, nõ quam, teste *Nauar. in sum. cap.* 27. *n.* 289. plures absque rationum examine sequuntur authores, sed quam octo,vel decem classici Doctores rem ex professo tractantes docent. Opinio enim non tam ex numero authorum,quàm ex pondere authoritatis,& rationum momentis iudicanda est communis,

Tutior, minùs tuta:

Probabilis, improbabilis:

Probabilior

Cõmunis.

57. Potest opinio esse probabilior & minùs tuta; & contrà.

Porrò non eo ipso, quòd aliqua opinio probabilior est, tutior censenda erit:potest .n. esse probabilior & minùs tuta;& è conuerso: Vt quę asserit, non esse accipiendum aliquid vltra mutuum ratione lucri cessantis, licet minùs probabilis sit, tutior est. Demum potest opinio esse probabilis, non solùm per medium intrinsecum,ortum ex naturâ,causis,effectibus, proprietatibus, & absurdis rei,de quâ agitur; sed etiam per medium extrinsecum,ductum ab authoritate Doctorum.

54. Duplex diffic.

Difficultas est 1. an semper teneamur tutiorem opinionem in rebus agendis eligere, vel saltem probabiliorem, relicta minùs probabili. 2. an vir doctus possit opinionem propriæ oppositam, solâ auctoritate probabilem docere & in praxim redigere. Circa 1. diffic. *Sylvester v. opinio, Caiet. in sum. eod. v. Sotus lib.* 3. *de iust. qu.* 6. *art.* 9. *ad* 4. *Nauarr. c. Si quis,de Pœnit. dist.* 7. *à n.* 57. *& in sum. cap.* 27. *à n.* 285. *Cordubalib.* 2. *qua.*3.docent nos semper teneri ad operandum iuxta probabiliorem opinionem; quia qui sequitur probabilem relictâ probabiliore, exponit se periculo peccandi eligendo minùs certum pro magis certo: quamuis non semper teneamur operari partem tutiorem. Quia non tenetur homo de tebus agendis maiorem certitudinem habere, quàm quæ humano modo haberi potest: hæc est probabilior opinio, ideoq; optima regula actionum humanarum. Addunt *Caiet.* & *Nauar.* eum, qui iuxta probabiliorem opinionem operatur, debere omnem formidinem & dubietatem oppositæ partis deponere, & certò credere, id quod operatur, licitum esse: alioqui peccaret, qui cum dubio & formidine oppositæ partis operaretur, etiam sequendo opinionem probabiliorem, eo quòd numquam licet cum dubio operari.

55. An tutior opinio eligenda?

Barthol. Medina 1. 2. *qua.*19.*art.* 6. *§. Certè argum. Vasquez disp.* 62. & ferè recentiores docent, nos nec tutiorem, nec probabiliorem opinionem semper sequi teneri, sed tutâ conscientiâ interdum operari posse cum solâ opinione probabili. *Fund.* Quia probabilis opinio est, quam sine vllo errore ac reprehensione sequi possumus.

56.

57. Non licet operari ex opin. improbabili practicè dubitatâ:

57. DICO 1. Nunquam licitum est, operari ex opinione improbabili putatâ, aut practicè dubitatâ, nisi in casu perplexitatis, in quo alterutra necessariò sequenda est. Ratio primi est; quia qui sic operatur, imprudenter operatur. Cùm talis regula, inter omnes humanas, sit imperfectissima; nec multùm à dubiâ discrepans. Siquidem ratio improbabilis non sufficienter tollit periculum peccandi, & consequenter nec dubium. Quia verò nulla regula nobis applicari potest ad humanas actiones dirigendas, nisi mediâ cognitione, quæ interdum ex ignor. inuincibili applicat voluntati vt regulam probabilem, quæ probabilis non est; propterea dixi, *ex opinione improbabili putatâ*. Nam qui inuincibiliter putaret, illam esse probabilem, excusaretur à peccato, iuxta eam operando. Non solùm autem illicitum est, operari ex opinione improbabili

Digitized by Google

probabili expresse, sed etiam implicitè, & sub dubio creditâ: non secùs ac qui operaretur cum conscientia dubia de ipso dubio.

58. *Nisi in casu perplexitatis.* Secundum constat ex ijs, quæ de dubiâ conscientia præced. sect. ficut .n. in casu perplexitatis ad euitandum maius malum, licet eligere minus, vel æquale; ita cùm alterutra opinio improbabilis necessariò nobis sequenda est, licebit ad declinandam vnam, alteram æquè vel minùs improbabilem eligere. Ex his constat, non posse aliquem operari ex opinione iam antiquatâ, quam vel contraria consuetudo, vel lex aliqua, vel communis Doctorum consensus abrogauit.

59. *In materia facti amplectenda via certa, si res momenti agitur:* Dico 2. In materiâ facti, in quo agitur de bono vel malo spirituali, vel temporali notabili, nobis vel alteri impendente, amplectenda semper est via certa, relictis opinionibus incertis, quando ex eâ commodè operari possumus. Assertio cum oppositâ limitatione adeò mihi certa est, vt oppositam omninò existimem improbabilem. Appello factũ, liberam applicationem à nobis faciendam, ex qua pendet notabile bonum, vel malum, nobis, vel alteri futurum: vt ex applicatione talis remedij pendet salus, vel mors ægroti. In hoc & simili casu pronuncio, semper operandum esse viâ certâ: *Fund.* quia charitas obligat, vt quotiescunque commodè possumus nobis, vel alteri viâ certâ subuenire, ne vel in notabile malum incidamus, vel insigne bonum amittamus, non sequamur opinionem incertam, in qua periculum est non assequendi quod intendimus. Et quamuis charitas non semper obliget ad subueniendum proximo, posito tamen, quòd illi subuenire volumus, tenemur, quoad fieri potest, certâ viâ illi succurrere, ne illum periculo notabilis damni exponamus.

60. *Limitatur concl.* Limitaui conclus. *quando ex ea cõmodè nobis, vel alteri subuenire possumus.* Interdum .n. ea esse potest in sequendâ viâ certâ difficultas, vt non teneamur cum tantâ difficultate ex eâ nobis, vel alteri subuenire. Et tunc licitum erit, omissâ viâ certâ, *Ratio* operari ex opinione probabili incertâ: quia difficultas reddit actum moraliter impossibilem. Vnde sicut quando via certa est physicè impossibilis, licitum est operari ex opinione probabili, vt probabiliter saltem nobis, vel alijs succurramus: ita quando via certa, ratione difficultatis est moraliter impossibilis, licitum erit vti viâ probabili.

61. *Qualitas boni & mali attendenda* Cæterùm ijs casibus semper attendenda est, grauitas difficultatis, qualitas boni, vel mali, cuius periculo exponimur; genus obligationis, quo nobis, vel alteri subuenire tenemur; & iuxta hæc pensandum erit, quæ & quanta debeat esse difficultas, quæ nos excuset ab amplectendâ opinione probabili, relictâ viâ certâ. Siquidem nec quęuis difficultas excusat; nam si leuis est, superari debet; nec respectu cuiuscunque boni vel mali; quia si agitur de periculo salutis æternæ, adhiberi debet omnis humana industria, vt peruictâ quâcunque difficultate, sequamur viam certam. Præterea si obligatio erit ex iustitiâ, & non ex solâ charitate, maius erit debitum superatâ quâcunque difficultate, operari ex viâ certâ.

62. *Etiam si de reuerentia sacramenti agatur. Fund.* Dico 3. In materiâ facti, in quo agitur de periculo committendi sacrilegium contra reuerentiam sacramentis debitam, tenemur operari viâ certâ, relictâ opinione probabili incertâ. Quia in materiâ facti, quando factum, quod ex actione sequi timetur, non pendet ex opinione probabili, sed vel ex naturâ rei, vel ex institutione alterius, contra prudentiam est, relictâ viâ certâ, operari ex opinione tantùm probabili; at sacramenti irritatio, & consequenter, irreuerentia contra res sacras, quæ ex actione sequi timetur, non pendet ex opinione probabili; sed ex voluntate Christi: quòd .n. Baptismus requirat aquam elementarem, vel sufficiat artificialis; Eucharistia panem ex tritico, vel sufficiat ex speltâ: pœnitentia requirat attritionem realem, vel sufficiat tantùm putata, non pendet ex probabili opinione, sed ex Christi institutione: hoc est, si reipsâ Christus in tali materiâ hęc sacramenta non instituit; probabilis opinio, quâ quis sibi persuadeat, illam materiam esse probabilem, non facit vt ipsa suffieiat ad sacramentum conficiendum: nec ex illâ opinione euitatur sacramenti irritatio, nec irreuerentia; nec tollitur periculum mali, quod timetur. At prudentia dictat, eam actionem in praxi adhibendam, quâ tollatur periculum mali, quando illa commodè adhiberi potest. Igitur contra prudentiam erit, in tali casu, relictâ viâ certâ, operari ex opinione tantùm probabili. *Dices* nec hoc periculum tollitur, cùm 63. operamur ex opinione minùs tutâ; quod tamen *Dices* sæpe licitum est. *Resp.* *Resp.* neg. maior. periculum .n. quod ex opinione minùs tuta timetur, est periculum operandi contra propriam conscien. hoc autem cauetur eo ipso, quòd operamur ex opinione probabili: nam sic operamur ex recto dictamine conscientiæ. Nec refert, quòd sæpe Deus oppositum habeat de eâdem re dictamen: quia Deus non obligat nos ad operandum ex dictamine, quod ipse habet de rebus, sed ex dictamine, quod nos ipsi probabiliter habere possumus. Periculũ autem, quod timetur ex opinione probabili conficiendi sacramentum, est ipsa sacramenti irritatio, quæ non cauetur ex nostrâ probabili.

Instabis: sæpe ex opinione minùs tuta timetur 64. damnum proximi, quod pet probabilem non cauetur. Sed contrà: quia non minùs ex ea timetur *Instas* *Contrà* damnum ipsius operantis: vnde poterit periculum vnius compensari periculo alterius. Periculum verò irritandi sacramentum, quod timetur ex opinione minùs tuta conficiendi sacramentum, nullo alio periculo compensari potest.

Contra hanc assert. Vasquez 1.2. disp. 63. cap. 2. 65. putat, præcisa obligatione charitatis, qua vnus- *Oppositum opinatur Vasquez.* quisque tenetur certiori via, qua potest, de remedio salutis proximo prouidere, nullum esse peccatum, conficere sacramentum ex materia aut forma probabili; relicta certa. 1. quia qui sic operatur, prudenter operatur: prudentia .n, neminem *Prob. 1.* obligat, vt semper cum euidentia operetur.

Secundò. Si hæc nostra doctrina esset vera, 66. nulli confessario liceret sacramentum Pœnitentiæ *Prob. 2.* impendere ei, qui cum sola attritione cognita ad id accederet. Cùm .n. hoc in opinione positum sit, an sufficiat sola attritio cognita, ne periculo sacramentum exponat, deberet tutiorem viam eligere.

Tertiò. Propter periculum irritandi sacramen- 67. tum, nec liceret ex probabili tantùm opinione in *Prob. 3.* casu necessitatis, vel vtilitatis illud conficere: cùm nulla necessitas, vel vtilitas operantem à sacrilegio excuset. Sed hæc argumenta tanti non sunt, vt communem sententiam labefactent.

Ad 1. nego non imprudenter operari, qui sic 68. operatur. Quamuis .n. prudentia non semper *Ad primum Resp.* obliget, vt cum euidentia operemur, quando tamen æquè bene via certa operari possumus, contra prudentiam est, relicta via certa, operari ex incerta, præsertim in materia graui, qualis est administratio sacramentorum.

Ad 2. neg. sequel. nam post *Trid. sess. 14. cap. 4.* 69. sententia, quę docet, solam attritionem ad sacram. *Ad 2.*

Pœnit.

Digitized by Google

Pœnit. sufficere, est ita certa, vt non possit in dubium reuocari: cùm illa per euidentem consequentiam ex doctrinâ Concilij deducatur, vt 8.to.

70. *Ad 3.* Ad 3. neg. *sequel.* nam necessitas, vel vtilitas potest licitum reddere actum, qui alioqui licitus non esset. Ita confiteri Sacerdoti probabili, vbi commodè haberi potest certus, non licet: quod tamen licebit, si certus commodè haberi non possit. Præterea illicitum est, adhibere remedium probabile infirmo, vbi commodè certum haberi potest: non est illicitum, adhibere probabile, vbi commodè certum haberi non potest. Cùm .n. ex vna parte vrgeat necessitas, vel vtilitas recipiendi sacram. ex aliâ, commodè via certa haberi non possit, non temerè illud viâ probabili conficietur. Quæ doctrina vera est, etiam in materiâ & formâ dubiâ, quando certa haberi non potest, appositâ expressâ, vel tacita cõditione, præsertim in casu necessitatis.

Licet in casu necess. vel vtilit. sacram. viâ probabili conficere.

71. *In materia iuris quid illo casu liceat?* Dico 4. In materia iuris, vbi oppositæ sunt opiniones, an aliquod præceptum obliget necne; vel an aliquid facere sit peccatum necne; non semper tenemur sequi partem tutiorem, sed possumus operari ex opinione probabiliori. Assertio communis est & ferè certa inter recent. & antiq. cit. quia iura non obligant nisi humano modo cognita: inter morales autem cognitiones, in quibus euidens haberi non potest, probabilior opinio est perfectissima: ergo licitum erit, eâ vti pro regulâ operationum. Nec semper tenetur homo tutiorem partem sequi: quamuis enim hoc in dubio verum sit; quia in dubio nullam videt homo rationem, ex quâ ad agendum moueatur, atque adeò temerè operatur, si relictâ tutiore eligat minùs tutam: vbi tamen probabiles sunt ex vtraque parte opiniones, non temerè quis operatur, eligendo probabiliorem, tutiore relictâ: quia ad operandum ex tali opinione, sufficienti mouetur ratione. Nec semper homo operari tenetur iuxta tutiorem: hoc enim esset grauissimum onus: nec iura ad id nos obligant, habitâ ratione humanæ imbecillitatis.

72. Aduertit *Caiet.* quem sequitur *Nauar. cap. Si quis, dist. 7. à num. 58. & in sum. cap. 27. num. 288.* eum, qui relictâ parte tutiore, eligit probabiliorem minùs tutam, debere à se expellere omnem formidinem oppositæ partis, & certò iudicare hanc partem, quam ipse sequitur, esse veram. Hæc limitatio non placet *Vasquez disp. 62. cap. 5.* Nam hoc ipso, quòd opinio est, oppositæ partis formidinem non excludit, alioqui non tam esset opinio, quàm moralis euidentia. Verùm quamuis necessarium non sit, vt speculatiuâ formidinem de veritate oppositæ partis expellat: necessarium tamen est, vt practicam formidinem & dubium de oppositio peccato deponat, certò credendo, licitum fi- bi esse, ex tali opinione operari, etiamsi speculatiuè formidet de veritate oppositæ partis. Et de hac practica formidine intelligendi sunt citati authores. Notanter dixi, *non semper nos teneri secundùm tutiorem opinionem operari:* nam ratione alicuius notabilis damni spiritualis, vel temporalis, quod ex ea opinione minùs tuta sequi potest, interdum tenemur ad operandum ex opinione probabili tutiore, relicta probabiliori minùs tuta. In his .n. casibus certiori via, qua possumus, tenemur ex debito charitatis nobis, vel alijs prouidere.

Qui relicta parte tutiore, eligit probabiliorem minùs tutam, debet à se expellere formidinem practicam oppositæ, non speculatiuam.

73.

74. *Dices.* *Dices:* Si propter periculum damni, quod ex minùs tuta sequi potest, tenemur eligere tutiorem, propter idem periculum semper tenebimur tutiorem partem sequi: quia operari ex minùs tuta, semper est periculũ transgrediendi legẽ. Resp. neg. sequel. dubliciter .n. potest ex actione timeri peccatum: vno modo, quòd actio, quam ex probabiliori minùs tuta eligimus, sit peccaminosa & præcepti transgressiua. Alio modo, quòd ex ea secuturum timetur peccatum, vel damnum spirituale, aut temporale distinctum. Primo modo numquam actio conformis probabiliori timeri potest vt peccaminosa. Nam eo quòd conformis probabiliori, recta est, & conformis legi, quæ hominem non obligat nisi media cognitione: Cognitio autem probabilior inter morales est perfectissima regula: ac proinde operatio humana, quæ tali regulę innititur, non poterit esse nisi recta. Quando verò ex actione timetur peccatum, vel damnum aliquod distinctum, tenemur sequi viam certam, relicta incerta & minùs tuta, ne damnum illud vel peccatum ex actione sequatur. *Resp.*

Grauior difficultas, an possimus non solùm operari ex opinione probabiliori, sed etiam ex probabili minùs tuta. Negant ferè omnes antiqui Theologi, sed cum recentioribus, 75.

76. *Licitè possumus in quibus sequi possumus opinionem probabiliorem, sequi probabilem minùs tutam.* Dico, licitè in ijs, in quibus sequi possumus opinionem probabiliorem, sequi etiam posse probabilem minùs tutam. Fundam. Hęc notitia est sufficiens regula humanarum operationum: ergo si aliunde non tenemur tutiorem partem sequi, licitè illam ad nostras operationes dirigendas adhibere possumus. Nec propterea temerè operabimur: tum quia talis opinio conformis est rectæ rationi, eamque sine errore speculatiuè sequi possumus: ergo etiam practicè: tum quia idem ferè dubium, quod est in opinione probabili, esse potest in probabiliori: igitur maior illa probabilitas, quæ dubiũ omninò non excludit, non potest hominem obligare, vt sub peccato illam sequatur.

77. Dixi, *in ijs in quibus possumus probabiliorem minùs tutam sequi:* nam in ijs, in quibus tenemur sequi partem certam, sicut non licet, relicta probabiliori minùs tuta, sequi incertam minùs tutam: ita nec licebit, relicta probabiliori, sequi probabilem minùs tutam. Nam eadem ferè proportio est opinionis probabilioris ad certam, ac probabilis ad probabiliorem. Hinc à fortiori constat, ex duabus æquè probabilibus, licitum esse vtramlibet amplecti.

78. *Possunt Doctores opinionem probabilem minùs tutam sequendam consulere:* Deducitur 1. posse Doctores opinionem probabilem minùs tutam, non solùm in praxi sequendam consulere, sed etiam ex cathedra docere, quando ex ea nullum damnum moribus futurum timetur: imò *Nauar. cap.* Si quis, *dist. 7. à n. 66.* monet aliquando debere Doctorem contra propriam opinionem probabiliorem, minùs probabilem alijs consulere, quando probabiliorem consulendo, monitus illam amplexurus non esset.

79. *Aduocatus pro causa minùs probabili patrocinari.* Deducitur 2. posse Aduocatum pro causa minùs probabili sui clientis patrocinari: modò, vt adnotat *Vasquez disp. 64. cap. 1.* clientem non decipiat, certam sententiam illi pollicendo, sed debet ei totam veritatem aperire. Nec talis patrocinatio censenda erit iniusta, eo quòd videatur contra probabiliorem causam oppositæ partis. Nam sicut vnusquisque potest suam probabilem causam contra probabiliorem defendere: ita poterit aduocatus illam in fauorem sui clientis defendere. *Ratio* Quia munus aduocati non est, ex probabiliori causa sententiam adiudicare, sed rationes & iura, quæ susceptæ causæ fauent, fideliter iudici proponere.

80. *Obiic. 1.* *Obiicies* 1. Non potest iudex sententiam ferre in fauorem causæ minùs probabilis: 2. nec quæuis priuata persona rem sibi retinere, quam probabiliùs putat

Digitized by Google

3. lius putat esse alterius. 3. Cõtrà verò potest iudex in damnum alterius capite damnare illum, quem certò nouit esse innocentem: ergo nec potest quis sequi opinionem probabilem contra probabiliorem: nec semper tenetur operari via certa, relicta probabiliori incerta, ad euitandũ damnum tertij.

81. *Resp. ad 1.* Resp. ad 1. non posse iudicem in ferenda sententia minùs probabilẽ opinionem sequi: quia munus iudicis est secundùm allegata & probata iudicare. Ergo dum de iure inter litigantes disceptatur, non potest iudex rem adiudicare illi, qui minus ius in rem probatur habere. Quod adeò verum est, vt etiãsi iudex tanquam priuata persona certò sciat, rem esse illius, cuius ius minus apparet secundùm allegata & probata, nihilominùs adiudicare illam debet ei, cuius ius in iudicio maius probatur. Quamuis in eo casu possit & debeat iudex omnem viam tentare, vt ius illius quem certò nouit esse verum dominum rei, probabilius in iudicio appareat. Vnde constat, quid præstandum sit iudici, quando vtriusque litigantis ius æquè probabile in iudicio apparet. Tunc .n. vel res adiudicanda erit possidenti, si ab alterutro possideatur; vel æqualiter diuidenda, si à neutro possideatur. Nunquam poterit pro suo arbitratu vni tantùm rem adiudicare: nisi fortè in casu, quo vt priuata persona certò nouit, rem esse illius in cuius fauorem illam in æquali iure probatam adiudicat. Hæc seruanda sunt iudici in causa ciuili: in criminali semper eligenda est opinio fauorabilior reo, & quæ in iuris æquitate potiùs, quàm in rigore fundetur. Ad 2. nego, non posse priuatam personam tuta conscientia rem sibi retinere, si probabilem habeat coniecturam, illam esse suam, etiamsi probabilius existimet illam esse alterius: tum quia etiamsi alter habeat ius probabilius, tamen possessor habet ius possessionis: tum quia nemo tenetur spoliare se iure suo: sed qui habet ius probabile in rem, habet aliquod ius: ergo non tenetur se illo spoliare. Vnde qui litigat etiamsi certò sciat, se ius minùs probabile habere in rem, de qua litigatur, non tenetur ante iudicis sententiã iure se abdicare.

Non potest Iudex rem adiudicare illi qui minus ius in rem probatur habere.

82. *Quid quãdo vtriusque ius æquè probabile in iudicio apparet?*

83. *Ad 2. Potest priuata persona rem retinere, etiam probabilius existimet illam esse alterius.*

84. *Ad 3.* Ad 3. respondet *Lessius lib. 2. de iust. cap. 29 dub.* 10. teneri iudicem in tali casu potiùs officium relinquere, quàm innocentem damnare: eo quòd innocentem occidere, sit ita intrinsecè malum, vt nequeat per extrinsecam circumstantiam honestari. Eiusdem sent. fuisse Scotum testatur *Sotus in 4. dist. 18. qu. 2. art. 5. ad 5. argu.* Contrà verò docet S. Thom. 2. 2. *qu. 64. art. 6. ad 3.* posse iudicem secundùm allegata & probata innocentem damnare: quia, vt ait *qu. 67. art. 2.* ad iudicem pertinet iudicare, quatenus fungitur publica potestate: vnde non debet iudicium ferre ex scientia priuata, sed ex publica, quæ illi per communes leges & publicos testes innotescit. Nec talis sententia est intrinsecè mala, quia honestatur ratione publicæ vtilitatis; præstat .n. publico bono damnare innocentem secundùm allegata & probata, quàm eundem liberare, quando iuridica via liberari non potest. Hæc sent. mihi olim placuit, quam docui in prima editione; re tamen maturiùs examinata, contrariam puto probabiliorem, ob rationem, quam in 5. *to. de Iust. disp. 36. sect. 4. n. 51.* assigno, quo lectorem remitto: nec puto damnum vitæ innocentis compensari bono, quod reip. obuenit per huiusmodi legum, nulla admissa epijkia, rigidam obseruantiam.

85. *Iudex secundùm allegata & probata innocentem damnare non debet.*

86. *De peccato reseruato aut cõsura.* *Obijcies* 4. Si iura non obligant, nisi humano modo cognita, qui secundùm probabilem opinionem putat se censuram, aut casum reseruatum non incurrisse, non tenebitur, tutiorem partem sequendo, absolutionem procurare. Resp. dupliciter posse aliquem opinari, se aliquod peccatum reseruatum, aut censuram habere, vel de facto, vel de iure. De facto, si certus aliquando fuit, se censuram, aut casum reseruatum contraxisse; dubitat tamen an à tali censura, vel peccato sit absolutus, debet tutiorem partem eligere, petendo absolutionem ab habente potestatem, ne se periculo exponat salutis æternæ. Sicut qui peccatum mortale commisit, esto probabiliter putet, se ab illo fuisse absolutum, si tamen certus non est, debet, tutiorem partem eligendo, illud confiteri. Quia quando opiniones versantur circa factum, non pendet factum ex opinione, vt illud sit, vel non sit, sed independenter ab omni opinione, aut est, aut non est: & quia ex debito charitatis quilibet tenetur certiori via, qua potest, propriæ saluti prouidere, præsertim quando commodè potest, in tali casu debet tutiorem partem sequi. De iure autem potest quis opinari, an ex vi alicuius constitutionis vel legis censuram, vel peccatum reseruatum incurrerit. Et in hoc duplicem reperio dicendi modum: primum asserentem, posse tuta conscientia existimare se censuram, aut casum reseruatum non incurrisse. Qui modus fundari potest in eo, quia leges ad pœnam vel censuram non obligant, nisi perfectè cognitæ: qui autem secundùm vtramque partem probabiliter opinatur, se censuram vel casum non incurrisse, non perfectè cognoscit earum obligationem. Nec qui legem condidit obligare intendit, nisi perfectè legis obligationem scientes. Neque dicas, nec teneri tutiorem partem eligere eum, qui dubitat, an censuram contraxerit. Nam qui dubitat, nulla potest ratione moueri, ob quam practicè putet, se censuram non incurrisse, sicut potest, qui probabili ratione existimat, eam non incurrisse. *Alter modus* est, in hac iuris probabilitate tutiorem partem amplectendam esse. Fundari autem potest in eo, quod ad contrahendam censuram non semper requiratur contrahentis cognitio: cùm censura ferri possit etiam in absentes, & ignorantes, & leges ipsæ Ciuiles priuare possint iurisdictione etiam ignorantes. Ergo ad huiusmodi effectus & pœnas contrahendas non requiritur perfecta contrahentis cognitio. Hoc autem non contingit in peccato, quia cùm sit voluntarium & liberum, contrahi non potest absque perfecta notitia contrahentis. Iuxta hunc modum qui probabiliter opinatur, se suspensionis, excommunicationis, aut irregularitatis pœnam contraxisse, cùm eam contrahere potuerit etiam ex imperfecta notitia, ne se periculo exponat irritum faciendi Pœnitentiæ sacramentum, si absoluere attentauerit; aut iniuriam inferendi rebus diuinis, si excommunicatus, aut irregularis sacramentum administret, debet, præsertim si commodè potest, absolutionem petere, & interim vitato scandalo à sacris abstinere. Vterque modus probabilis est, sed posterior tutior.

Resp. De facto

Ratio

87. *Resp. De iure*

Primus modus

Secundus modus

88. DICO 5. Licitùm est contra propriam, iuxta aliorum opinionem operari, quando improbabilis non iudicatur. Hanc assert. docent *Medina & Vasquez*: A qua non discedit *Nauar. loco cit.* eaque communis est inter recent. Dupliciter autem potest quis, alienam opinionem sequendo, formare sibi certum iudicium, quòd secundùm eam operando non peccat: 1. iudicando illam per principia extrinseca & authoritatem Doctorum æquè probabilem, ac suam. sicut .n. potest intellectus sola fide grauis viri firmiter credere, cuius ipse oppositum

89. *Duplex sensus*

Primus

Digitized by Google

tum solâ ratione ductus iudicat verum: ita potest authoritate grauium Doctorum motus existimare, opinionem esse æque probabilem, ac oppositam, quam ipse per intrinseca principia tenet: 2. potest quis contra propriam, ex aliorum opinione tanquam minùs probabili, etiam per extrinseca principia putatâ, operari. Vt si quis iuxta propriam opinionem existimet, in probabili periculo notabilis damni eligendam esse partem tutiorem: alij verò contrà putent, etiam in probabili periculo notabilis damni, licitè posse iuxta minùs tutam opinionem operari.

Secundus

Assertionem in vtroque sensu veram puto. Fundam. quia semel posito, quòd cuique liceat ex opinione probabili minùs tutâ, relictâ probabiliori, operari, licitum erit, contra propriam probabiliorem, iuxta aliorum minùs probabilem operari. Nam licitum est, imò & aliquando debitum, contra proprium, aliorum subdi consilio. Licitum etiam est, ex opinione probabili minùs tutâ interdum operari: ergo licitum erit contra propriam iuxta aliorum sententiam operari, modò illi improbabilis non existimetur. Vniuersalis regula: quotiescunque opinio alterius non iudicatur improbabilis, & rationi, consuetudini, vel legi contraria (nam contra hæc non possunt priuata aliorum iudicia præualere) in praxim contra propriam redigi potest.

Vtrúq; verus

Vniuers. regula

90. *Confessarius debet absoluere iuxta pœnitentis probabilem opinionem.*

Deducitur 1. Confessarium semper posse, & debere contra propriam opinionem pœnitentem absoluere, quando ille probabili ductus putat, aliquid sibi licitum esse, quod confessarius iuxta suam putat illicitum. Quæ doctrina non modò vera est de confessario ordinario, vt opinantur *Sylvester, Conradus, Ioan. Medina, Corduba, & c.* sed etiam de delegato, quod expressè docet *Sotus in* 4. *dist.* 18. *q.* 2. *art.* 5. ad 5. Et colligitur ex *Angelo* v. *Confessio* 4. *n.* 3. *& Nauar. cap. Si quis à n.* 66. dum absolutè pronunciant, confessarium absoluere debere pœnitentem contra propriam, iuxta probabilem aliorum opinionem. Ratio *Soti:* quia in tali casu pœnitens est benè dispositus: ergo non potest sacerdos absolutionem iustè illi denegare. Nam non solùm ordinarius tenetur ex iustitiâ absolutionis beneficium pœnitenti ritè dispositio impendere, sed ipse etiam delegatus ex tacitâ promissione, quâ hoc ipso, quòd pœnitentem ad confessionem admisit, seipsum obligauit ad illum absoluendum, si dispositum inuenerit. Alioqui grauissimo onere pœnitentem obstringeret ad iterum sua peccata alteri confitenda.

91. *Potest medicus dare medicinã. nocituram:*

Deducitur 2. posse Medicum, aliorum opinionem sequutum, dare ægroto medicinam, quam ipse priuatâ suâ opinione probabiliter putat illi nocituram.

92. *Non iudex contra propriam quam probabiliorem putat sententiam ferre.*

Postrema difficultas est de iudice: An possit contra propriam, quam probabiliorem putat, ex ex aliorum opinione sententiam ferre. Affirmant aliqui. *Distinguit Vasquez* 1. 2. *disp.* 64. *cap.* 2. de iudice supremo, & non supremo. Negat de supremo; quia hoc ipso, quòd ille constitutus est supremus iudex, iudicio ipsius committitur omnium causarum decisio. Affirmat de non supremo. De vtroque negandum videtur. Quia ad iudicem vt sic per se spectat, iudicium ferre iuxta ea, quæ secundùm allegata & probata, probabiliora in iure & facto apparent.

SECTIO V.

An voluntas humana conformari debeat cum diuina, vt recta sit?

93. COntrouersia non est de cõformitate subiectiuâ & in essendo, sed de obiectiua & in volendo, quæ dici solet conformitas in volito. Quod cùm sit duplex, materiale & formale, de vtroque est difficultas, an voluntas, vt recta sit, conformari debeat diuinæ, non solùm in volito formali, seu in ratione volendi, sed etiam in volito materiali, seu in obiecto ipso volito. Duplex autem potest esse conformitas voluntatis nostrę cum diuina, altera negatiua, vt non sit positiuè difformis: altera positiua, vt positiuo actu sit illi conformis. Quæ adhuc subdiuiditur in efficacem seu absolutam, & inefficacem seu conditionatam. Præterea duplex voluntas in Deo: vna absoluta & efficax, quâ ex se vult aliquid independenter à nobis, quæ dici solet antecedens: altera simplex, & conditionata, quâ vult aliquid dependenter à cõditione, quæ ex nostrâ liberâ voluntate dependet: & dici solet voluntas consequens.

Duplex cõformitas voluntatis cum diuina

94. *Prima sent. affirm. de volito omni.*

Prima sententia affirmat, humanam voluntatem debere conformari cum diuinâ actu positiuo, quoad omnia obiecta ab ipsâ volita, quando illa nobis innotescunt: *Aureol. in* 1. *dist.* 48 *art.* 1. *Argent. art.* 4. *Gregor. ibid. Gabriel. qu. vn. in can. Missæ lect.* 68. & 69. &c. Fundam. lex amicitiæ obligat, vt quidquid vnus amicus vult, velit & alter: ergo lex amicitiæ, quæ inter nos & Deum intercedit, obligat nos ad conformandam voluntatem cum diuinâ quoad omnia, quæ ipse vult voluntate beneplaciti, siue sit voluntas antecedens, siue consequens. Antec. prob. ex communi Philos. prolõquio, *amicorum idem est velle & nolle.* Addunt aliqui ex his, si volita sint pœnalia, non obligari nos ad non dolendum, vel ad non desiderandum oppositum voluntate conditionatâ, ex suppositione quòd non præcesserit peccatum, & ex cuius occasione Deus voluit, quæ volũtate consequ. decreuit.

95. *Secunda sent. affir. de volito anteced.*

Secunda *sententia* docet, nos solùm teneri, voluntatem cum diuina conformare quoad ea, quæ Deus vult voluntate antecedente, non quæ consequente: *Bonauent. in* 1. *dist.* 48. *qu. vlt. Ocham. ibid. Mayro. dist.* 45. *qu.* 5. &c. Fundam. quæ Deus vult voluntate consequente, plerumque sunt mala pœnæ, à Deo volitâ occasione peccati, quæ nolle possumus ex motiuo honesto pietatis, vel alterius.

96. *Tertia negat de materiali.*

3. *Sententia* absolutè asserit, nos non teneri cum diuinâ voluntate conformari in volito materiali, sed tantùm in volito formali: *Est S. Thom.* 1. 2. *qu.* 19 *art.* 10. *Caiet. Conrad. Medin. ibid. concl.* 3. *Durand.* in 1. dist. 48. *qu.* 2. *num.* 14. &c. Pro explicatione, *Nota* dupliciter voluntatem conformari posse diuinæ vno modo executiuè, quod est illi conformari in genere causę efficientis; efficiendo quod ipsa vult nos velle: Alio modo solùm obiectiuè, & in genere causę materialis, vel finalis, volendo idem obiectum, quod ipsa vult, & propter eandem rationem & finẽ, propter quam ipse vult.

97. *Duplex conformitas nostra voluntatis cum diuina.*

98. *Tenemur conformari diuinæ, quâ absolutè vult nos velle:*

DICO 1. Omnes tenemur conformari voluntati diuinæ, quâ absolutè vult, nos aliquid velle. Fundam. nam ratione supremi dominij, quod Deus habet in creaturas & ratione naturalis subiectionis, quam creaturę habent ad Deum, oritur, vt quotiescunque Deus absolutè vult aliquid per creaturam fieri, debeat creatura naturaliter illi obedire;

Digitized by Google

obedire; igitur hoc ipso, quòd Deus, absolutè vult, nos aliquid velle, naturali obligatione tenemur illi obedire, eiusque voluntati conformari, absque alio distincto præcepto. Ipsa .n. voluntas diuina absoluta naturaliter secum adfert tale præceptum: quod adeò verum est, vt ipsâ sententia damnationis acceptandâ teneatur creatura diuinę voluntati se conformare, non repugnando, tametsi de illâ tristari, & sub conditione velle possit, ne talem sententiam Deus tulerit. Nam hoc non est diuinę voluntati repugnare: siquidem hic affectus non fertur in voluntatem diuinam absolutè, & ex suppositione quòd tale obiectum velit, quo pacto licitè ferri non posset, sed conditionatè, videlicet vt Deus talem voluntatem non habuerit, vel defectu conditionis appositæ, vel vt liberaliter sibi offensam condonauerit: sicut potest reus desiderare, vt vel conditio suæ damnationis non fuerit posita, vel ne mortis sententia sit secuta, sed potiùs culpæ condonatio, ex liberâ principis voluntate.

99. *Dices:* nulla voluntas superioris, quantumuis absoluta, nisi externo præcepto intimetur, obligat: ergo nec voluntas Dei, nisi externo præcepto manifestata. Resp. neg. consequentiam. Nullus .n. superior creatus habet supremum dominium supra voluntates subditorum, sicut Deus: cui naturali iure tenemur obedire statim ac nobis ipsius absoluta voluntas innotescit: non minùs ac naturali subiectione tenetur potentia executiua imperium voluntatis exequi.

Dices

Resp.

100. DICO 2. Non tenemur conformari diuinę voluntati, quâ conditionatè tantùm vult, si nos ipsi velimus. Fundam. quando hoc modo Deus vult, liberum nobis relinquit ipsum velle, & nolle: igitur non tenemur ipsius voluntati conformari: eatenus enim tenemur illi conformari, quatenus naturali debito tenemur ipsius voluntatem in nobis adimplere. Sed quando liberum nobis relinquit ipsum velle, & nolle, adimpletur in nobis diuina voluntas, si alterutrum liberè eligamus: igitur non tenemur ad alterutram partem determinatè, sed licitè possumus vnam, vel alteram aut neutram velle: nam totum hoc includit voluntas Dei conditionata; quæ non est antecedens nostram, & ex se prædefiniens obiectum, vt fiat; sed tantùm concomitans nostram, & offerens concursum, si velimus illum acceptare ad opus exequendum. Vnde illa absolutè tantùm vult, vt possimus velle, non vt actu velimus. Talis est in Deo voluntas consiliatiua, quâ vult nos perfectiora velle; non absolutè, sed dependenter à nostrâ libertate, si nos ipsi velimus. Talis est omnis alia voluntas, quâ nobiscum concurrit ad omnes actiones, ad salutem non necessarias.

Non quà conditionatè vult, si velimus.

101. Confirm. Deus non solùm conditionatè vult bona ad salutem non necessaria, sed ipsam etiam peccati remissionem: cùm tamen nemo teneatur exequutiuè se conformare diuinæ voluntati permittenti peccatum, alioqui teneretur peccatum committere. Atque hæc de conformitate voluntatis cum diuinâ quoad executionem obiecti voliti, & in genere causę efficientis.

Confirm.

Diuid. quæst.

102. De conformitate verò obiectiuâ, & in genere causæ materialis circa quam & finalis propter quâ, nota illam posse esse duplicem: alteram erga voluntatem diuinâ, vt in suo volito adimpleatur: alteram erga volitum siue materiale, siue formale.

103. DICO 3. Nunquam licet difformari à diuina voluntate in adimpletione sui voliti, quamuis non teneamur positiuè conformari vt adimpleatur. Primum prob. talis affectus est intrinsecè malus, atque adeò nullo tempore, aut circumstantiâ bonus & licitus. Difformari .n. diuinę voluntati in adimpletione sui voliti, est velle vt non adimpleatur; hoc est apertè ei repugnare; quod est contra naturalem reuerentiam & subiectionem, quam debet creatura Deo vt supremo domino.

Non licet difformari diuinæ

Secundum ostendo: nulla extat lex aut præceptum, quo explicitè & signatè teneamur positiuè conformari cum diuinâ voluntate in adimpletione sui voliti. Dixi *explicitè & signatè*: implicitè .n. & exercitè tenemur, quoties obligamur ad opus diuinâ voluntate præceptum: quia dum explicitè tenemur conformari operi præcepto, implicitè etiam conformari tenemur voluntati præcipienti.

104. *Etsi non teneamur positiuè conformari.*

Obiicies contra 1. partem assert. 1. licitum est, difformari diuinæ voluntati permittenti; ergo & in adimpletione sui voliti. Licitum .n. est desiderare, ne voluntas Dei permissiua peccati adimpleatur; vt licitum est conari, ne peccatum permissum sequatur. Resp. neg. antec. aliud .n. est, difformari diuinę voluntati permittenti, aliud difformari permisso: posterius licet, quia illud non est volitum à Deo, sed tantùm permissum, & non impeditum. Prius nunquam licet: nam difformari voluntati diuinę permittenti, est difformari illi offerenti concursum ad operandum; & neganti auxilium, quo peccatum impediretur: hęc .n. duo tantùm per se dicit voluntas permissiua: huic autem difformari est per se malum; quia totum hoc bonum est & intentum per se à Deo antecedenter ad nostram voluntatem. Concedo, licitum esse desiderare, imò & conari, ne voluntas diuina permittens adimpleatur in permisso, non autem in permissione ipsâ: quia hæc tantùm dicit oblationem concursus indifferentis ad operandum bonum vel malum, & negationem auxilij efficacis, quo peccatum euitaretur. Hæc autem cùm sint bona, & à Deo volita independenter à voluntate nostrâ, non licet oppositâ absolutè desiderare.

105. *Licet difformari permisso à diuina voluntate, non voluntati Dei permittenti*

106. *Obiicies* 2. Licet desiderare, ne Deus talem, vel talem voluntatem habuerit: vt constat. Ergo licebit desiderare, ne diuina voluntas adimpleatur in suo volito nam cui licet desiderare, ne voluntas sit, licebit desiderare, ne adimpleatur. Resp. neg. conseq. desiderare .n. ne diuina voluntas adimpleatur, est desiderare, ne dum illa est, suum consequatur intentum, sed potiùs irritetur, suoque fine frustretur: quod est per se malum. Desiderare autem, non quidem absolutè (hoc .n. non licet) sed conditionatè, & simplici affectu, ne Deus ex suâ libertate illam habuerit, non est per se malum: quia non est desiderare aliquid contra voluntatem Dei; hoc .n. supponit illam esse, & insuper dicit velle illi repugnare, ne adimpleatur: sed potius est, simplici affectu desiderare, vt Deus aliter ex suâ libertate voluerit, quàm de facto voluit. Quod nullam irrogat diuinæ voluntati iniuriam: nam totum negotium remittit diuinæ libertati. Ad prob. disting. assump. cui licet desiderare, ne voluntas absolutè sit, licebit desiderare, ne adimpleatur, concedo: cui licet desiderare, ne voluntas sub conditione sit, & dependenter tantùm à Deo, licebit desiderare, ne adimpleatur, nego. Neque hoc est plus desiderare, sed minùs: quia non est desiderare, ne voluntas Dei simpliciter sit, sed conditionato affectu, ne fuerit; non absolutè, sed dependenter à Deo, vt aliter voluerit, quàm de facto voluit.

Obiic. 2.

Resp.

107. DICO 4. Nunquam licet humanâ voluntatem difformari diuinæ in volito formali, seu in ratione volendi; licebit difformari in volito materiali, *formali.*

Nec licet difformari in volito

affectu

affectu simplici & conditionato. Prior pars assert. est communis, quam expressè docet *S. Thom.* 1.2. *qu.* 19. *art.* 10. Quia volitum formale in Deo semper est aliqua honestas: cùm nihil possit Deus velle nisi sub ratione honesti: quia est regula honestatis per essentiam: at nunquam licet ab honestate discrepare. Honestas enim vt sic, non potest licitè nobis displicere, neque per seipsam; cùm nihil habeat malitiæ: neque vt impedimentum maioris honestatis, cùm nulla honestas opponatur alteri; quia semper vna iuuat alteram. In hoc enim fundatur axioma, *omnes virtutes esse inter se connexas:* quia honestas vnius conducit ad honestatem alterius. Imò, vt docet *S. Thom.* ibid. *ad.* 1. actus humanus eo ipso quòd honestus est, conformatur voluntati diuinæ in volito formali: quia honestas creata suâ naturâ ordinatur ad increatam, cuius est participatio.

Omnis actus humanus honestus conformatur voluntati diuinæ in volito formali

108. *Corol.* *Deducitur*, non modò nulli licere diuinæ voluntati difformari in volito formali, verùm etiam vnumquemque teneri in operando illi se conformare in volito formali: vnusquisque tenetur in operando honestatem intendere, quæ suâ naturâ ordinatur ad increatam, quam Deus in omni suo actu intendit: Intendendo .n. in omni actu seipsum vt finem vltimum; in seipso intendit omnem honestatem vt participabilem à creaturis: atque adeò in omni actu honesto creatura conformatur diuinæ voluntati in volito formali: & quia semper tenetur propter honestatem operari, semper operando tenetur diuinæ voluntati in volito formali positiuè se conformare.

109. *Dices* *Dices*: Deus vult pœnam peccatori, quatenus est illi mala, quia vult illam vt pœnam formaliter. Igitur nequit peccator de pœnâ tristari, quatenus mala est, alioqui discordaret à voluntate diuinâ in volito formali. *Resp.* neg. conseq. nam Deus vult pœnam peccatori ex motiuo iustitiæ vindicatiuæ: Peccator non tristatur de pœnâ ex motiuo iustitiæ vindicatiuæ; quo pacto non licet; sed ex motiuo proprij incõmodi, quod respectu diuinæ volũtatis non est volitum formale, sed materiale; à quo licet discordare ex honesto motiuo, vt mox constabit.

110. *Licet difformari in volito materiali affectu simplici & condit.* Posteriorẽ assert. partẽ docet Aug. enchi. c. 101. *aliquando bona voluntate homo vult aliquid, quod Deus non vult, tanquam si bonus filius Patrem velit viuere, quem Deus bona voluntate vult mori.* Et confirmat exemplo Christi, qui, non obstante præcepto Patris de morte subeundâ, aliud desiderauit, quam Pater absolutè decreuerat, vt constat ex Matth. 26. *Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste: verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu.* Ratio: difformari à voluntate diuinâ in volito materiali, affectu simplici & conditionato, non repugnat cum ipsâ; & alioqui habere potest honestum motiuum. Antec. quoad 1. par. prob. hic affectus non tendit in obiectum à Deo volitum, illud simpliciter nolendo, quo pacto nunquam licet, sed sub conditione, si Deo placuerit: quo pacto non est contra, sed iuxta voluntatem ipsius; non formalem, cùm potiùs formalis sit oppositа, contra quam non tendit simplex & conditionatus affectus; sed virtualem, quæ esse potuisset, si Deus ex suppositione aliter voluisset: in quam dumtaxat voluntatem simplici & conditionato affectu tendebat voluntas humana Christi, quando aliud appetebat, quàm Deus decreuerat. Posteriorem antec. partem ostendo: non repugnat, ex diuerso motiuo formali honestatis idem obiectum simul esse volitum, & nolitum: vt idem iudex ex motiuo publicæ iustitiæ vult mortem rei, quam ex motiuo priuati boni nollet: & Deus ex motiuo iustitiæ vult damnationem peccatoris; quam ex motiuo misericordiæ nollet, vt constat ex medijs, quæ illi offert, vt eam vitet.

111. *Dices* *Dices:* Non potest cognitio, discordans à primâ regulâ veritatis in cognito materiali, esse vera: ergo nec affectio, discordans à prima regula honestatis in volito materiali, esse bona. *Resp.* veritas consistit in conformitate actûs cum obiecto secundùm se: bonitas in conformitate affectûs cum obiecto in ordine ad finem: potest idem obiectum per ordinem ad diuersos fines honestos habere plures honestates; imò in ordine ad alium esse bonum, in ordine ad alium esse malum: & consequenter potest voluntas conformari obiecto secundùm vnam bonitatem, esto idem non conformetur secundùm aliam, præsertim quando secundùm aliam non tenetur conformari: alioqui ad bonitatem actûs non sufficeret, quia hæc debet ex integrâ causâ consurgere. Non potest autem idem obiectum habere plures veritates, siue veritatem in ordine ad vnum, falsitatem in ordine ad aliud: nam veritas obiectiua est ipsa entitas rei, quatenus assequitur sua principia, vt latiùs in Metaphysica explicaui. *Resp. dispar ratio*

112. *Si cui sua damnatio reuelaretur.* *Deducitur*; si Deus alicui suam damnationem reuelaret, hic teneretur illi positiuo actu non resistere; posset de illâ tristari, & quantum est de se, illam nolle; teneretur rectè operari, & à peccatis, quantum in se esset, abstinere, non secus ac si nulla ei facta esset reuelatio. Nam licet Deus velit reprobationem, non tamen vult peccata, quia reprobationem vult dependenter à peccatis; ergo, etiam stante certâ scientiâ reprobationis, semper teneretur vitare peccata; cùm hoc non sit contra diuinam voluntatem, quæ nunquam peccata vult. Non posset Deum orare, vt vel sententiam damnationis mutaret, vel donum finalis perseuerantiæ conferret, quamuis posset efficaciora auxilia, quibus peccata vitaret, postulare. Ratio: quia orare, vt Deus sententiam mutet, est orare, vt Deus in suo decreto mutetur: quod non minùs est impium quàm impossibile. Ob hanc rationem non licet pro damnatis orare. Eademque ratio foret de reprobis viatoribus, si de illis certò constaret. Quod non obscurè docuit *August.* 21. *de Ciuit. cap.* 24. *Denique si de aliquibus ita Ecclesia certa esset, vt qui sunt illi, etiam nosset, qui licet adhuc in hac vita sint constituti, tamen prædestinati sunt in æternum ignem ire cum diabolo: tam pro eis non oraret quàm nec pro ipso.* Liceret tamen ijs, abundantiora auxilia gratiæ ad peccata euitanda à Deo precari: hæc .n. supponimus non omnia esse à Deo talibus hominibus denegata. *Cur pro damnatis ornre non liceat.* *Hæc Aug.*

113. *Abulensis Fund.* Vltimum superest; esto non teneamur in volito materiali cum diuinâ voluntate conformari, an saltem laudabile sit, cum eâ semper concordare, *Abulens. apud Medin.* 1. 2. *q.* 19. *art.* 10. docet, aliquando peccatum mortale esse, conformari diuinæ voluntati in volito materiali. quia voluntas Dei est, vt peccator careat gratiâ habituali: peccaret autem qui de priuatione gratiæ sibi complaceret. Præterea Iudæi Christum crucifigentes conformabantur voluntati diuinæ in volito materiali circa mortem Christi, cùm tamen eorum voluntas fuerit mala. Oppositа tamen sent. *probabilior* est: quin, vt ex *Ansel.* notat *Vasquez* 1. 2. *disp.* 72. *cap.* 5. bona pars futuræ facilitatis consistet in hâc perfectâ conformitate nostræ voluntatis cum diuinâ. Vnde ad 1. rationem in oppositum,

114. *Laudabile est se diuina voluntati quoad omnia conformare* Resp. ideò peccatorem, qui de priuatione gratiæ sibi

115.

Digitized by Google

Ad Fund. Abulen. tiæ sibi complacet, peccare, quia quamuis voluntas Dei sit, supposito peccato, hominem gratiâ priuari; eius tamen voluntas non est, vt in peccato, ac in priuatione gratiæ persistat. Cæterùm, supposito peccato, de priuatione gratiæ nobis complacere, non vt in ea perseueremus, sed illam tanquam pœnam à Deo inflictam, donec de peccato perfectè conteramur, sustineamus, tantùm abest vt peccatum sit, vt potiùs sit laude dignum.

116. *Ad 2.* Ad 2. ideò voluntatem Iudæorum non fuisse diuinæ conformem, quia non conformabatur in volito materiali & formali simul: quod vtrumque necesse est vt voluntas sit recta. Iudæi nec in volito formali, quod erat humani generis redemptio; nec in materiali, quod erat mors Christi, non vt à ipsis illata, sed vt à Christo patienter susceptа, conformabantur. Ex dictis constat ad fundam. 1.

117. *Ad Fund. prima,* sent. Lex amicitiæ non obligat, actu conformari cum voluntate amici, sed solùm actu ab illâ non

118. difformari. Ad fundam. 2. Falsum est, nos teneri positiuo actu conformari diuinæ voluntati antecedenti, vel non posse ab eâ in volito materiali, conditionato affectu discordare.

DISPVTATIO XVI.

An tota bonitas & malitia actûs exterioris deriuetur ex bonitate & malitia interioris?

1. *Actus exterior dupliciter consideratur* HACTENVS de bonitate & malitiâ actuum interiorum, vlteriùs disputo de bon. & mal. exteriorum. Porrò actus exterior considerari potest 1. vt obiectum interioris, quo modo præcedit illum: cùm debeat vt obiectum per actum intellectûs priùs apprehendi, quàm terminare valeat actum voluntatis. 2. vt actus exercitus & elicitus ex imperio voluntatis. In 1. sensu est disp. 13. vbi de bonitate & mal. obiectiuâ, quæ vt causa primordialis specificans præcedere debet actum interiorem voluntatis. Disputo nunc in 2. sensu: hic quia coniunctus est cum primo, de ipso aliquid dicam. Omnes conueniunt,

2. hanc bon. vel mal. non habere actum exteriorem vt seiunctum ab interiori, sed vt coniunctum, & vt facientem vnum in esse moris cum illo. Adhuc tamen controuertitur, an totam bon. vel mal. quam exterior habet vt coniunctus cum interiori, habeat deriuatam ab illo, an à seipso. Per exteriorem intellige hîc, actum à voluntate non elicitum, sed imperatum, siue externarum potentiarum, siue internarum, dummodo non voluntatis.

3. 1. *Sent.* Prima sent. affirmat, totam bonitatem & mal. formaliter & primariò conuenire soli actui interiori volũtatis, exteriori tantùm denominatiuè & secundariò per extrinsecũ communicationem ab interiori: Est *Bonauen. in 2. dist. 42. a. 1. qu. 1. Alber. a. 1. Richar. art. 1. qu. 1. Ægid. qu. 1. art. 1. Duran. qu. 1. Argen. ar. 1. Gabri. ar. 2. cõcl. 1. Palat. disp.* vn. *Ocha.* in 3. *qu.* 10. ad. 3. *dub. Ferrar.* 3 con. Gen. c. 10. §. *circa* 3. *Contra: Medin.* 1. 2. *qu.* 20. *art.* 1. *Suarez* de

Fund. *act. hum. tract.* 3. *disp.* 10. *sect.* 1. Fund. eatenus actus humanus in ratione actûs est bonus, aut malus moraliter, quatenus est libera tendentia in bonum vel malum: cùm ratio liberi sit fundamentũ totius moralitatis: at solus interior voluntatis formaliter & primariò est libera tendentia in bonum & malum; cùm sit immediata ratio quâ voluntas tendit liberè in bonum vel malum: exterior est tendentia tantùm extrinsecè & secundariò per coniunctionem cum interiori. Igitur solus interior in ratione actûs formaliter & primariò est bonus aut malus: cùm solus sit formaliter & primariò liber; atque adeò tota bonitas aut malitia moralis actus deriuatur ex interiori voluntate.

4. *Confir. 1.* Confirm. 1. si exterior haberet bonitatem vel mal. distinctam à bon. & malitia interioris, quoties voluntas exiret in actum exteriorem malum, committeret duo peccata: hæc n. multiplicantur ad

5. *Confir. 2.* multiplicationem malitiarum. 2. ex oppositâ sent. sequeretur, posse hominem simul habere contritionem internam, & peccatum externum. Et consequenter simul esse in gratiâ & in peccato. Ex. gr. præcipitet se homo, & dum præceps ruit, conteratur: is simul erit contritus, & peccator per externum motum liberum præcipitationis, qui cum internâ contritione perseuerat. 3. Sequeretur externas operationes brutorum, & naturales actiones

6. *Conf. 3.* rerum proximo nociuas, prout pendent à liberâ applicatione humanâ, esse formaliter peccata: cùm non minùs per illas, quàm per exteriores nostras liberè malum proximò inferamus. Vnde actio naturalis veneni liberè ab homine propinati, & naturalis actio combustiua ignis in damnum proximi applicata, esset formaliter peccatum.

7. 2. *Sent.* Secunda sent. docet, actum exteriorem habere bonitatem & mal. distinctam à bon. & malitiâ interioris: Est *Scot. quodl.* 18. §. *de* 3. *Aureo.* in 2. *dist.* 42. *art.* 1. *Rubio. qu.* 1. *ar.* 1. *concl.* 2. *Gregor. concl.* 5. & ad 5. *Maior. qu.* 1. *concl.* 1. & 2. prob. 1. ex Aug. 13. *Prob. 1.* de Trinit. c. 5. *quamuis*, inquit, *& sic miser esset, minus tamen esset, si nihil eorum, quæ perperam voluisset, habere potuisset. Mala enim voluntate vel solâ quisque miser efficitur, sed miserior potestate, quâ desiderium mala voluntatitis impletur.* Si igitur peccator in sent. August. fit miserior actu peccati interioris & exterioris simul, quàm interioris tantùm sequitur, exteriorem propriam habere malitiam: fit enim peccator miserior augmento culpæ.

8. *Prob. 2.* 2. Quæ distinctis præceptis prohibentur, distinctas habent malitias: at actus exterior & interior distinctis prohibentur præceptis, vt constat de præcepto 6. & 7. Decalogi, quo prohibentur actus fornicationis & furti: & de nono & 10. quo prohibentur interiores eorumdem peccatorum.

9. *Prob. 3.* 3. Bonitas moralis est integritas eorum, quæ ex rectâ ratione actui conueniunt; sed alia est integritas eorum, quæ conueniunt exteriori, & eorum, quæ interiori. Aliæ n. circumstantiæ debentur exteriori, ac interiori. Igitur alia est bonitas moralis exterioris, ac interioris: alia malitia siue priuatiua, quæ consistit in carentia debitarum circumstan. siue contraria, quæ in circumstantiâ positiuè oppositâ honestati consistit, conuenit actui exteriori, ac interiori.

10. 3. *Sent. Vasquez docet* 1. Tertia sent. Vasquez 1. 2. disp. 73. tria docentis: 1. malitiam moralem, quam externa actio habet ex proximo obiecto & circumstantijs, intrinsecè, formaliter, per se primò conuenire actui exteriori, & ex eo secundariò deriuari in interiorem: ex. gr. occisionem in ratione obiecti & actûs, posito solùm voluntario ex parte voluntatis, vt fundamento moralitatis, per se primò esse malam malitiâ homicidij; secundariò ex eâ deriuari malitiam in interiorem. 2. Malitiam ex fine primariò con-

11. *Docet 2.* uenire actui interiori, & ex eo secundariò deriuari in exteriorem, quando finis non est operatio interna, sed alterius, vel res tantùm: ex. gr. cùm quis intendit

Digitized by Google

intendit laudem hominum, quæ est operatio distincta ab operante, vel res tantùm, & non operatio propria. Tunc malitia ex eo fine desumpta, primariò conuenit actui interiori, secundariò exteriori. Si finis sit operatio operantis, vt fornicatio, tunc malitia ex tali fine, primariò conuenit actui externo, secundariò interno, ob rationem assignatam. 3. Omnem bonitatem intrinsecè & primariò conuenire actui interiori; extrinsecè verò & secundariò exteriori.

Docet 3.

11. *Primum prob.* Primum sic probat: Illa actio moralis primariò & per se, & non ratione alterius est mala, quæ primariò prohibetur, aut prohiberi potest, lege positiuâ aut naturali; vt constat: sed actio exterior, vt relata tantùm ad suum obiectum & circumstantias, primariò prohibetur, aut prohiberi potest. Contrà verò illa actio est secundariò mala, quæ secundariò & ratione alterius prohibetur, aut prohiberi potest: at actio interior occidendi secundariò prohibetur propter externam occisionem: Tum quia omne præceptum tam humanum, quam Diuinum primariò cadit in actionem externam, vt constat ex formâ prohibendi: non.n. prohibetur velle furari, aut velle occidere, nisi consequenter; sed furtum & homicidium: Tum quia illa actio est primariò mala, quæ est primariò difformis naturæ rationali; illa secundariò mala, quæ secundariò difformis: Sed actio exterior primariò, interior secundariò difformis est naturæ rationali: non enim ideò furari est malum, quia velle furari est malum: sed contrà, ideò velle furari malum est, quia furari est malum.

13. *Secundum prob.* Secundum probat: finis est proprium obiectum voluntatis: igitur malitia ex eo desumpta, est propria ipsius: actui exteriori non nisi secundariò conuenit, quando finis est res tantùm, vel operatio alterius. Quia etiam si operatio alterius sit primariò mala, quia tamen nostra intentio non facit vnum in esse moris cum operatione alterius, non eâ malitiâ, quâ mala est operatio alterius, erit mala nostra intentio. Quod inde patet: quia potest actio alterius non esse mala ex ignorantiâ, aut defectu libertatis, & tamen nostra intentio circa talem actionem semper est mala, vt cùm ad blasphemandum inducimus amentes. Vnde cùm suademus alteri homicidium, malitia primariò est in suasione, vel occasione, quam alteri ad occidendum prebemus. Tertium ostendit: quia omnis bonitas moralis completur in expresso affectu honestatis: hic autem affectus est ita proprius actûs interioris, vt non possit, nisi extrinsecè & denominatiuè conuenire exteriori. Ideo censet, malitiam peccatorum, quæ consummantur in affectu interno, non posse nisi solis actibus internis primariò conuenire.

14. *Tertium prob.*

15. Quarta sent. est *Caiet. 1. 2. qu. 20. art. 2. §. ad 4. dub.* docentis, bonitatem & malitiam finis intrinsecè & primariò conuenire actui interiori, secundariò & extrinsecè exteriori per communicationem ab interiori: bonitatem & malitiam, in ratione actûs exerciti, intrinsecè & primariò conuenire exteriori: secundariò & denominatiuè interiori. Idem quippe externus, exempli gr. fornicatio, vt obiectum & finis causat in interiori malitiam formalem, eandem communicat actus interior exteriori denominatiuè & secundariò. Contrà verò, fornicatio considerata vt actus exercitus ex proprio obiecto & circumstantijs, est mala formaliter & primariò: & hanc malitiam communicat interiori denominatiuè tantùm & secundariò: ac proinde exterior causatur, quoad bonitatem & malitiam finis: causat quoad bonit. & malitiam actûs obiecto & circûstantijs proprijs.

16. *Bonitas ex obiecto prius conuenit actus externo.* Dico 1. Actus externus consideratus in ratione obiecti, habet suam bonitatem & malitiam obiectiuam independenter ab actu interno, cui bonitatem vel malitiam formalem communicat diuersæ rationis ab eâ, quam habet in se. Primum constat ex disp. 13. Quia omne obiectum, qua obiectum est formaliter, supponi debet ad actum: cùm sit specificatiuum actûs, quod supponi debet ad specificabile, vt causa ad causabile: ergo ad actum bonum supponi debet obiectum bonum; ad actum malum, obiectum malum. Nam vt se habet obiectum vt sic ad actum vt sic; ita obiectum tale ad actum talem: ergo si obiectum vt sic supponi debet ad actum vt sic, obiectum tale supponi debet ad actum talem. Confirm. actus voluntatis specificatur ab obiecto vt cognito: cognitum necessariò præcedit actum volitionis, quem specificat: ergo vt obiectum bonum specificet actum bonum, vel vt obiectum malum specificet actum malum, debet præcognosci, ac proinde præsupponi vt bonum, vel malum.

17. *Communicat bonitatem formalem interno:* Quòd actus externus, consideratus in ratione obiecti, communicet formalem bonitatem, vel malitiam interno, prob. Internus eatenus dicitur bonus vel malus, quatenus liberè tendit in obiectum bonum vel malum: ergo internus formalè bonitatem, vel malitiam in ratione obiecti habet ab externo, siue per expressum, siue per interpretatiuum voluntarium, iuxta *disp. 14. sect. 2.*

18. *Diuersam ab externo:* Quod hæc bonitas & malitia formalis interioris, sit diuersæ rationis à bonit. & malit. exterioris, in ratione obiecti considerati, prob. bonitas, & malitia, quæ est in actu, est per modum formæ moralis liberè dependentis à volûtate: In obiecto est per modum termini & causæ primordialis specificantis: vnde in actu est completa moraliter: in obiecto est tantùm inchoatiuè & radicaliter iuxta disputata *disp. 13.*

19. *Bonitas ex fine prius conuenit actui interi. Fund.* Dico 2. Bonitas & malitia finis intrinsecè & primariò conuenit soli actui interiori; exteriori non nisi extrinsecè & secundariò: Est S. Tho. 1. 2. *qu. 20. art. 1. & 2.* quia finis est obiectum solius voluntatis: nec enim causat nisi alliciendo appetitum mediâ cognitione suæ bonitatis realis vel apparentis; & ab hâc nulla potentia præter voluntatem apta est moueri: ergo bonitas & malitia ex fine deriuata non potest conuenire actibus aliarum potentiarum, nisi mediante actu voluntatis; atque extrinsecè & secundariò. Finis enim non deriuat suam bonitatem vel malitiam in actum, nisi mediâ propriâ causalitate; seu alliciendo potentiam, mediâ cognitione suæ bonitatis ad prosequutionem sui. Igitur nequit illam communicare, nisi actui voluntatis. Quòd bonitas vel malitia finis extrinsecè & secundariò communicetur actibus aliarum potentiarum, constat: actus enim reliquarum pendent ex imperio voluntatis, quo voluntas communicat suam bonitatem, vel malitiam faciendo vnum actum moralem completum cum illis. Ex quo sequitur, vt actibus intellectus, qui liberum id imperium præcedunt, nihil bonitatis vel malitiæ possit voluntas communicare.

20. *Actus exterior in ratione exerciti habet bonit. intrinsecam.* Dico 3. Actus exterior consideratus in ratione actus exerciti seu eliciti per ordinem ad proprium obiectum & circumstantias, habet bonitatem vel malitiam formalem intrinsecam, distinctam à bonitate & malitia interioris, non tamen sufficientem ad denominandum exteriorem simpliciter virtuosum, aut vitiosum, nisi vt coniun-

Digitized by Google

ctum cum interiori virtutis, aut vitij; non tantùm defectu libertatis, sed etiam virtutis, & vitij. Prima pars prob. ideò interior est formaliter bonus vel malus in ratione actus, quia per modum inclinationis elicitæ liberè tendit in bonum vel malum vt patet: at etiam exterior, posito libero imperio voluntatis, liberè tendit per modum elicitæ & exercitæ inclinationis in bonum vel malum, quod vt proprium obiectum & circumstantias respicit: nam per modum exercitæ actionis physicè tendit ad bonum vel malum communicandum: quæ physica tendentia fit moralis per liberum imperium voluntatis, vt per fundamentum. Ita actio eleemosynæ physicè tendit ad communicandum bonum pauperi: contrà occisio ad inferendum malum proximo: vtraque actio ex physica fit moralis, accedente libero imperio voluntatis, vt fundamento. Nec obstat, quòd imperium sit extrinsecum actui externo eleemosynæ, vel homicidij: quia ratio liberi non debet esse intrinseca actui, cùm nec illa sit intrinseca actui interno voluntatis, & consistat in denominatione extrinsecâ à voluntate liberè operante.

21. Confirm. 1. Vbi est distincta conformitas, vel difformitas ad rectam rationem, ibi est distincta bonitas vel malitia: sed in actu exteriori est distincta conformitas, vel difformitas ad rectam rationem; aliam quippe dicit elargito eleemosynæ, & occisio, quàm volitio interna subueniendi, aut occidendi: hæc enim est conformis, vel difformis, quia est libera appetitio boni, vel mali illa, quia est libera & exercita collatio boni, vel illatio mali.

22. Confirm. 2. Illa actio est per se bona, vel mala, quæ per se est capax præcepti: quia præceptum supponit bonitatem vel malitiam moralem in actu, quem præcipit, vel prohibet. Sed actio exterior est per se capax præcepti: præcepta enim ordinariè dantur de actibus externis, de internis non nisi vt principia sunt externorum.

Et per se est capax præcepti.

23. *Vasquez nõ satisfacit*

Vasquez *cit. disp. 73. nu. 49.* Negans actiones externas cadere sub præceptum, vt bonas & secundùm modum virtutis; sed solùm secundùm substantiam actionis, quà seruari potest, etiam ex malo fine: actiones verò externas malas prohiberi, etiam vt malas; non satisfacit: quia hoc non prouenit ex eo, quòd vtraque actio per se non cadat sub præceptum secundùm bonitatem vel malitiam, quam ex proprio obiecto de circumstantijs habet, sed quia bonitas exterioris remotè pendet à bonitate interioris, cum quo facit vnum, in ratione liberi, & bonitatis moralis completæ.

24. Cæterùm nota, non omnes actiones exteriores esse bonas, aut malas ex proprio obiecto & circumstantijs, sed eas duntaxat, quę suâ naturâ ordinantur ad bonum, aut malum proprio supposito, vel alteri communicandum: non quę ex genere sunt indifferentes, fiuntq; bonæ aut malæ solùm ex fine extrinseco, ad quem ex libero imperio voluntatis extrinsecè ordinantur.

25. *Primaria ratio virtutis & vitij competit inter. actib. volunt.*

Secunda pars assert. prob. ijs enim actibus primariò competit ratio virtutis & vitij, quibus primariò competit ratio ipsa moris: at ratio moris primariò competit actibus internis: principaliter enim desumitur per ordinem ad regulam rationis, à quâ primariò regulantur interni: ij namque actus primario regulantur à regulâ rationis, qui immediatè subijciuntur ipsi regulæ: hi sunt soli actus voluntatis, vt patet.

26. *Obijcies* 1. Vt actus sit moraliter bonus, debet esse propter bonitatem expressè intentam: actus exterior non est propter bonitatem expressè intentam; cùm bonitatem intendere sit solius voluntatis: ergo nullo modo dici potest moraliter bonus. Resp. Maior vera de bonitate morali primariâ, qualis est illa, quæ immediatè desumitur à regulâ morum, & competit solis actibus internis: non de morali secundariâ, quæ desumitur per ordinem ad obiectum & circumstantias, quæ competit actibus externis.

27. *Obijc.* 2. Actus, qui tendit in obiectum bonum, non intendendo bonitatem illius, non desumit ab illo bonitatem, sed manet indifferens ad bonitatem & malitiam: sed externus licet tendat in obiectum bonum, non intendit bonitatem illius: ergo non desumit ab illo bonitatem, sed ad summum manet indifferens. Resp. Maior vera de actu interno voluntatis, non de externo. Quia actus dicitur indifferens, qui vlterioris perfectionis intra suum genus est capax: actus internus tendens in obiectum bonum, intra idem moralitatis genus est capax vlterioris perfectionis: ergo hoc ipso, quòd illam aptus est habere, & non habet, dicitur indifferens: Actus externus, cùm talis perfectionis capax non sit, non dicetur indifferens, si illam non habeat, dummodo habeat omnem illam, cuius intra suum genus ex proprio obiecto & circũstantijs est capax. Atque hoc iuxta opinionem, quę concedit actus indifferentes interiores.

Actus exter. tendens in obiect. bonum, dicitur bonus.

28. *Bonitas exterioris est diuersa ratione ab interiori.*

Dico 4. Hæc bonitas & malitia actus exterioris non est eiusdem, sed diuersæ rationis à bonitate & malitia interioris: vtraque tamen complet vnam bonitatem, vel malitiam cum bonitate vel malitiâ interioris. Prior pars prob. bonitas & malitia interioris est per modum vitalis appetitionis, & intentionalis seu grammaticalis attingentię obiecti boni vel mali: bonitas & malitia exterioris, est per modum physicæ & realis tendentiæ in bonum aut malum, reipsâ proprio, vel alteri supposito communicandum. Vnde prior bonitas vel malitia per se tantùm terminatur ad bonum vel malum obiectiuũ; posterior ad reale. Quo fit vt illa per se non requirat bonum vel malum in re, sed tantùm in cognitione: hæc autem nisi attingat id in re, non dicitur bona vel mala, bonitate vel malitia sibi propriâ. Item bonitas vel mal. interior est vel per specificationem intrinsecam vel saltem per connotationem obiectiuæ bon. aut malitiæ: exterior est per realem communicationem boni aut mali.

29. *Vtraq; complet vnam*

Posterior pars prob. vtraque actio tendit ad finem bonum vel malum completè operandum, interior per modum vitalis inclinationis & tendentiæ, exterior per modum realis executionis: illa imperãdo, hæc exequẽdo: illa principaliter inchoando, hæc integraliter perficiendo & complendo.

30. *Actus exterior ex obiecta & circumst. bonus addit bonit. moralem interiori secundariam*

Deducitur 1. actum exteriorem ex proprio obiecto & circumstantijs bonum, aut malum, addere bonitatem aut mal. moralem interiori non primariam, & ex se sufficientem ad constituendum actum formaliter virtuosum aut vitiosum; sed secundariam, & vt complementum requisitum ab actu interiori virtutis, aut vitij, perficiens & consummans illum in ratione actùs humani; non essentialiter, cùm in ratione bonitatis essen. aut malitiæ, virtuosæ aut vitiosæ sit ex se completus: sed integraliter eo modo, quo humanum membrum dicitur non essentialiter, sed integraliter perficere hominem. Quia cùm externus ex proprio obiecto & circumstantijs habeat bonitatem vel mal. condistinctam à bon. & malitiâ interni, faciẽdo vnum cum illo, communicat illi suam bon. vel mal. sicut vicissim internus, faciendo vnum cum externo, communicat illi suam bon. vel mal. Quod autem

Fund.

hæc ex-

Digitized by Google

hęc externi non sit primaria & propria virtutis aut vitij, prob. primaria bonitas aut malitia moralis virtutis aut vitij est illa, quæ pendet ex libera potestate operantis; seu quâ reddimur digni laude aut vituperio: at bonitas & malitia externi etiam contra nostram voluntatem impediri potest. Vnde non potest in eo consistere ratio virtutis aut vitij, nisi secundaria & integralis.

31. *Externus ex obiecto bonus addit meritum accid. interno.* 2. Actus externus ex obiecto bonus, aut malus, addit nouum meritum, aut demeritum, & consequenter nouum præmium, aut pœnam interno actui bono, vel malo, non essentialem, sed accidentalem. Est communior: quia omnis bonitas vel mal. moralis est digna aliquo præmio aut pœna: sed actus externus, ex obiecto bonus vel malus, addit bonitatem vel mal. distinctã à bonitate & malitiâ interioris. Quòd non addat præmium aut pœnam essen. prob. quia inuoluntarium non potest esse meritorium aut demeritorium præmij aut pœnæ essen. sed quando externus bonus vel malus omittitur, vel defectu potentiæ, vel opportunitatis operandi, talis omissio est inuoluntaria: igitur. Maior prob. ratio meriti aut demeriti fundatur in voluntario libero: quia opus non est meritorium, aut demeritorium, nisi sit imputabile operanti: siue nisi illud ita producat, vt potuerit non producere, aut contrà.

Minor patet

32. Cæterùm difficultas est, quid sit hoc præmium vel pœna accidens. respondens actui externo bono, vel malo. Non satisfaciunt, qui dicunt, illud esse peculiarem lætitiam aut tristitiam, quam beati vel damnati concipiunt de externis operibus bonis aut malis, quæ in vita egerunt, Quia præmium vel pœna debet esse aliquid à præmiante vel puniente taxatum vltra id, quod naturaliter consequitur ad opus bonum vel malum. At lætitia vel tristitia naturaliter consequitur ad opus bonum vel malum. Quare dico, præmium accidentale, quod Deus retribuit beatis, ob actus externos propter Deum elicitos, esse singulare decus, quod per modum stemmatis Deus imprimit beatis in recognitionem præteritorum actuum: quod & peculiare gaudiũ parit beato, dum videt hoc speciali titulo se à Deo honorari, & simul affectum venerationis excitat in alijs, vt propter hoc speciale donum magis illum honorent: ad eum modum, quo *S. Augustin. 22. de ciuit. cap. 20.* docet, & sequitur *S. Thom. 3. p. qu. 54. art. 4.* Martyres in ijs membris, in quibus vulnera pro Christo accepere, quandam claritatem seu splendorem, in signum & præmium exceptorum vulnerum à Deo accipere, qui peculiare gaudium parit martyribus, & simul venerationis affectum excitat in beatis. Id confirmant insignia cicatricum, quæ Christus in signum exceptorum vulnerum in suo corpore glorioso retinere voluit. Oppositio modo putandum est de damnatis, eos peculiarem pœnam in ijs membris accipere, quę immediata causa fuere actuum externorum malorum, quę specialem tristitiã causabit damnato, & simul affectum cõemptus & exprobrationis in alijs damnatis excitabit.

Præmium accid. externis respondet insigne per modũ stemmatis impressum beatis.

Exterior non dicitur bonus bonitate formali, si ab interiori ordinetur in malum finem.

34. Deducitur 3. actum exteriorem non dici bonum bonitate formali, si ab interiori ordinetur in malum finem, etiamsi non amittat proximam bonitatem ex obiecto & circumstantijs proprijs: vt actus eleemosynę, ordinatus in vanam gloriam, desinit esse bonus bonitate formali, & fit malus malitiâ formali propter circumstantiam finis mali. Quia actus exterior integrat vnum actum humanum cum interiore, & ratio virtutis seu bonitatis moralis primariò competit internis. igitur, sublata bonitate morali interni, nequit externus dici moraliter bonus; quia hæc denominatio primariò pendet à bonitate interioris.

35. *Dices*: Actus internus virtutis imperatus ab interno vitij, ex. gr. amor Dei imperatus ab ambitione, non amittit suam moralem bonitatem: ergo nec externus ex obiecto & circumstantijs bonus, imperatus ab interno malo, amittet suam. Resp. neg. conseq. quia licet imperatus internus sub vnâ ratione faciat vnum cum imperante, sub aliâ tamen est actus per se moraliter completus, cùm habeat suam libertatem distinctam à libertate actûs imperantis, nec non obiectum & regulam rationis diuersam: atque adeò vt sic consideratus habet suam bonitatem distinctam à bonitate, vel malitiâ actûs imperantis. Externus verò in ratione moris est essentialiter incompletus, pendetque ab interno, non solùm in ratione liberi, sed etiam in ratione regulati; ac proinde nequit dici moraliter bonus, si internus imperans sit malus.

Internus virtutis imperatus ab interno vitij, non amittit moralem bonitatem.

36. Deducitur 4. In quo sensu sit vera hęc causalis: actus internus est bonus aut malus, quia externus est bonus aut malus, non contrà; vera est non secundùm eandem bonitatem & mal. sed diuersam: quia externus est bonus aut malus bonitate & malitiâ diuersæ rationis ab eâ, quę communicatur interno: nam hæc est bonitas & malitia moralis primaria & formalis, illa secundaria & causalis: & quia hanc primariam & formalem habet internus per æquiuocam communicationem ab externo. Cęterùm loquendo de bonitate & malitiâ primariâ virtutis & vitij, oppositа causalis est vera: Ideò actus externus est virtuosus aut vitiosus, quia internus est virtuosus aut vitiosus.

Coroll. 4.

Ideò vera causalis

37. Ex dictis conciliantur sententię. primam intellige de bonitate & malit. primariâ, quę solùm actui interiori conuenit, ex quo deriuatur in exteriorem, cum quo constituit vnum actum humanum completum. Cęterùm fundamentum illud, ideò actus est moraliter bonus aut malus, quia est liber, ne intelligas formaliter, sed fundamentaliter: cùm neque actus ipse interior sit bonus aut malus formaliter, quia liber, sed quia regulatus per rationem versatur circa tale obiectum & circumstantias. Eodem modo neque actus externus est bonus aut malus formaliter, quia liber, sed quia communicatiuus est bonitatis, aut malitiæ.

Conciliantur sententia.

38. Ad 1. confir. *Gregorius, Gabriel* &c. concedunt sequelam: quia cùm alia sit malitia interioris & exterioris, qui vtramque committit, duplex contrahit peccatum. Sed neg. sequel. nam malitia exterior, sicut & bonitas, facit vnam cùm interiori: est n. integrale complementum illius, & in ratione peccati & virtutis essentialiter pendens ab interiori, cui primaria & essentialis notio virtutis & vitij competit. Ad 2. neg. sequel. actus n. externus eatenus est peccaminosus, quatenus est imputabilis; est autem imputabilis dependenter ab interno libero, quo retracto, si externus non sit ampliùs in potestate operantis, non poterit habere rationem peccati: nam hoc essentialiter supponit rationem liberi. Ad 3. neg. sequel. licet n. naturales operationes rerum & brutorum quoad actiuam applicationem, pendeant à nostra libertate, sintque nobis imputabiles & peccaminosæ, non tamen quoad earum passiuum vsum; quia vt sic non pendent proximè à nostrâ libertate: sed à facultate necessariâ operatiuâ rerum, vel brutorum.

Ad 1. conf.

39. *Ad 2.*

40. *Ad 3.*

41. Secundã sent. intellige iuxta nostras assert. quas ipsius argumenta confirmant. Eodem modo intellige tertiam, præter assertum 3. negans in actibus ex-

Digitized by Google

bus externis omnem bonitatem : nam licet in eis non sit bonitas primaria virtutis, quę in affectu interno consummatur, est tamen secundaria & complementum illius, quæ consistit in communicatione bonitatis alicuius.

DISPVTATIO XVII.

De malitiâ peccati.

1. DECLARATA boniiare & mal. morali in communi, declaranda bonitas & malitia moralis contracta ad propriam differentiam virtutis & vitij. Quia tamen prior consideratio bonitatis contractæ ad virtutem, de qua *S. Thom. 1.2. à qu. 55. vsque ad 71. exclusiuè*, facilior est; & si quid habet difficultatis, commodiùs attingetur infrà, cùm de gratiâ habituali, eâ relictâ, tantùm posteriorem de peccati malitiâ, quæ molestior est, explicandam nunc aggredior. De quâ *S. Thomas à qu. 21. vsque ad 90. exclusiuè*.

SECTIO PRIMA.

Quid sit peccatum?

2. PEccatum ex *August. lib. 22. con. Faust. cap. 27. est factum vel dictum, vel concupitum contra æternam legem.* Est autem lex æterna ibid. *Ratio diuina, vel voluntas Dei ordinem naturalem conseruari iubens perturbari vetans.* Hâc defini. comprehenduntur peccata oris, operis, & cordis, ad quæ omnia reducuntur. Nota, peccatum multiplicem habere respectum: ad subiectum, in quo est; ad finem, à quo deuiat; ad principium, à quo liberè producitur; ad legem, quam transgreditur; ad Deum, quem offendit; ad pœnam, quàm incurrit; ad præmium quo priuat. Ratione primi respectus, dicitur malum; & quidem per *August. in Enchir. cap. 24.* primum creaturę rationalis. Nam inter duplex malum, pœnæ & culpę, culpa est primũ, ad quod sequitur malum pœnæ, vt effectus ad causam, seu proprietas ad essentiam. Est autem peccatum malum creaturæ rationalis, quia ipsius naturæ aduersatur: *omne quippe vitium eo ipso, quòd vitium est, contra naturam est*, inquit *August. lib. 3. de lib. arb. cap. 13.* Contrà verò virtus est bonum creaturæ ration. quia est iuxta ipsius naturam, quam rectè disponit in ordine ad id, ad quod naturaliter inclinat. Est .n. virtus teste *Philos. 7. Phys. tex. 17. Dispositio perfecti ad optimum.* Vnde vt calor dicitur malus aquæ, quia ipsius natnræ aduersatur; & frigus bonum, quia ei commensuratur, eamque rectè disponit ad ea, ad quæ naturaliter inclinat: Ita peccatum est malum creaturæ ration. quia eius naturæ aduersatur: & virtus est bonum eidem, quia ei proportionatur, eamque rectè disponit ad ea, ad quę naturaliter inclinat. Aduersatur autem peccatum naturæ rationali, vt sic: quia dum omne peccatum est contra rationem, quæ est propria forma hominis, dicitur ipsius naturæ aduersari. Esto, vitium nullum nec peccatum expellat formaliter rationem, aut rationis vsum à natura, sicut calor expellit frigus ab aquâ; nec rationalis natura habeat necessariam cõnexionem naturalem cum bono honesto, quam habet frigus cum aquâ, adhuc contrariatur naturæ rationali; nam peccatum ad naturam rationalem comparatum magis ei aduersatur in æstimatione morali, quàm calor aquæ: quia illa generosiorem habet inclinationem ad virtutem contrariam vitio, quàm aqua ad frigus contrarium calori: hæc enim inclinatio necessaria est, illa cum libertate ac dominio actuũ contrariorum; ideò capax vlterioris inclinationis seu facilitantis habitus, qui indifferentiæ dat, pondus. Nec obstat, quòd sit inclinatio seu facilitas cum difficultate: nam inclinatio ad virtutem est intrinseca, imò identificata ipsi potentiæ rationali: difficultas est tantùm connexa per appetitûs sensitiui impressionem ac radicationem in eâdem naturâ. Cæterum peccatum non est contra naturam sensitiuam hominis, iuxta id Rom. 1. *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in legem peccati.* Quin & dici potest secundùm inclinationem naturæ sensitiuæ hominis, & in voluntate dari naturalis inclinatio ad bonum sensibile, cui est annexa malitia. Non tamen id est secundùm præcipuam inclinationem hominis vt homo est, quæ ad bonum rationis tota est. Potentia verò ad peccandum dici debet potiùs naturalis impotentia, cùm naturam non perficiat, nec ipsi bene conueniat, sed perfectionem limitatam creaturæ sequatur, vt cæteræ imperfectiones. Hinc tamen non excluditur, quin aliqua peccata peculiari titulo dicantur esse contra naturam; vt mollities, sodomia, bestialitas; quia sunt contra finem generationis, per se à natura intentæ.

Quid lex æterna.

Multiplex peccati respectus.

Ad subiectum;

Et dicitur malum:

Aduersans naturæ ration.

Non sensitiua

4. Dicitur etiam peccatum malum creaturæ rationalis, quia priuat illam bono virtutum, tum acquisitarum, quas saltem minuit quoad exercitium: tum infusarum, quas exceptâ Fide & Spe, quæ solis actibus oppositis, hæresis & desperationis, corrumpuntur, demeritoriè expellit, vt testatur *S. Thomas prima 2. quæst. 71. art. 4.*

5. Ratione respectus 2. nempe deuiationis à fine, peccatum dicitur propriè peccatum: quod ex *S. Thom. 1. 2. qu. 21. art. 1.* propriè consistit in actu deuiante à debito ordine ad finem, propter quem agitur. Cùm enim opponatur rectitudini; rectitudo autem sit actus, qui procedens ab aliquâ regulâ in finem, ab extremis non declinat; peccatum est actus, qui ab aliqua regulâ in finem tendens ab extremis declinat. Duplex est regula, *naturalis*, & *rationalis*. Naturalis est ipsa natura, quæ per innatam inclinationem tendit in finem, & tunc quæ procedunt ab hâc virtute per naturalem inclinationem in finem, ab extremis non declinando, dicuntur recta, quia seruant ordinem principij actiui in finem. Quæ verò deuiant à fine, dicuntur peccata, quasi obliquationes à fine; vnde monstra, quæ deuiant à fine à naturâ intento, quę est perfectio geniti, dicuntur peccata.

Ad finem à quo deuiat

Vt à regulâ rationali

6. Regula rationalis est ipsa ratio creata vt lex proxima; & increata vt remota, quæ per practicum dictamen est directiua humanorum actuum in supremam beatitudinem, quę est vltimus finis creaturæ rationalis. Actus igitur, qui ab hac regulâ in finem dirigitur, ab extremis non deuiando, dicitur rectus: qui ab hâc obliquatur, deuiando à fine vltimo, dicitur peccatum.

7. Dixi, *à fine vltimo*: quia ad peccatum non requiritur, vt ab omni fine, etiam proximo deficiat, vt rectè *S. Thom. 1. 2. qu. 21. art. 1. ad 2.* Et constat in peccatis naturæ, in quibus actus generationis non deficit à fine proximo, qui est productio alicuius entis, sed tantùm à fine vltimo, qui est perfectio geniti. Vnde à fortiori hoc verum erit in actibus voluntatis, quæ semper agit propter finem,

A fine vltimo:

Digitized by Google

finem, quem propria operatione consequitur. Sufficit igitur ad rationem peccati, vt deuiet à fine vltimo; hoc ipso quòd ad beatitudinem, quam omnes etiam malè operantes intendunt, non est ordinabilis: Ratione cuius inordinabilitatis, peccatum dicitur auersio ab vltimo fine.

8. *Ad principium* Ratione respectûs 3. ad principium, à quo peccatum liberè producitur, dicitur culpa, quæ rationem imputabilitatis importat. Nam ille tantùm defectus imputatur operanti, qui à liberâ ipsius potestate pendet. Culpari enim vel laudari nihil aliud est, vt *S. Thom. qu. cit. art.* 2. docet, quàm actûs malitiam vel bonitatem alicui imputari; imputantur autem ea, quæ ex liberâ pendent potestate. Vnde in hoc differt peccatum à culpâ: quòd peccatum reperitur etiam in agentibus naturalibus; culpa non nisi in liberis. Quo fit, vt magis se extendat peccatum quàm culpa, & malum quàm peccatum: omnis enim culpa est peccatum, omneque peccatum est malum, non contrà.

Peccatum latiùs patet quã culpa.

9. *Ad legem* Ratione respectûs 4. ad legem, quam transgreditur, dicitur peccatum transgressio, præuaricatio, iniustitia, iniquitas, inobedientia, contemptus, qui immediatè respicit legem; mediatè legislatorem.

10. *Ad Deum* Quintum respectum dicit peccatum ad Deum, quem offendit: ratione cuius dicitur offensa & iniuria Dei, impietas, peccatum Theologicum, virtuale odium, contemptus, inimicitia Dei. Hoc est maximum in peccato: ratione cuius malitiæ peccatum dicitur euehi in ordinem diuinum obiectiuè, nec posse pro illo à puro homine condignè satisfieri. Offendit autem Deum, quà virtualis contemptus ipsius: postponens illum creaturis, in quibus peccans virtualiter & interpretatiuè constituit sibi vltimum finem: dum ita diligit illas, vt præ amore illarum, contemnat amittere Deum vltimum finem. Vnde August. teste 21. *de ciuit. cap.* 26. Christo terrena ac temporalia præposuisse conuincitur, qui salutaria præcepta contemnens, committit illicita: ac proinde, vt idem *lib.* 3. *de lib. arb. cap.* 24. *sibi ipse vult esse bonum summ sicut sibi est Deus.*

11. *Ad pœnam* Sextum respectum dicit peccatum ad pœnam, quam incurrit; ratione cuius dicitur reatus, qui formaliter est dignitas ad pœnam, à supremo iudice Deo taxatam. Septimum ad præmium, quo subiectum priuat: ratione cuius dicitur demeritum. peccatum enim non solùm meretur pœnam, quam moraliter causat, sed etiam demeretur præmium, quod Deus decreuerat dare, si rectè operati fuissemus. Est autem præmium, alterum gloriæ eiusque accrementi, quod Deus reseruat in alia vitâ: alterum gratiæ eiusque augmenti, cæterarumque virtutũ supernaturaliũ, quod in hac vitâ retribuit.

12. *Ad præmiũ*

13. Vnde eò maiorem, vel minorem grauitatem sumit peccatum, quò maiori, vel minori ex scientiâ, libertate, & intensione horum committitur. Grauissimum peccatum fuit Angelorum, quod ex plenâ scientiâ horum omnium & libertate omnium commissum est: grauius viri doctioris, quàm rudioris; & fidelis, quàm infidelis, qui plenam horum notitiam non habet: cæteris paribus, illud est grauius, quod perfectiori opponitur virtuti. Quam regulam tradit S. *Doctor* 1. 2. *qu.* 73. *art.* 4. Nam quò maiori opponitur virtuti, eò maiori priuat honestate: non quòd omnia peccata opposita virtuti nobiliori, sint grauiora omnibus peccatis oppositis virtuti ignobiliori: datur enim peccatum oppositum virtuti ignobiliori, quod est grauius peccato opposito virtuti nobiliori, vt sodomia, quæ opponitur temperantiæ, est longè grauior furto, quod opponitur iustitiæ virtuti nobiliori: hæresis, ac desperatio, quæ opponuntur fidei & spei, sunt grauiora odio contra proximum, quod opponitur charitati, virtuti omnium nobilissimæ. Quare regulam intellige, cæteris paribus, vt maximum peccatum contra virtutem nobiliorem, sit grauius maximo contra virtutem ignobiliorem. Quia sæpè vna virtus plures habet actus specie diuersos: nec quodlibet peccatum contra talem virtutem, adæquatè opponitur omnibus actibus talis virtutis, sed vni tantùm; cùm oppositio actuum non exerceatur, nisi circa idem obiectum proximum. Quando autem plures sunt actus specie diuersi, plura sunt obiecta proxima; atque adeò fieri potest, vt peccatum contra ignobiliorem virtutem opponatur perfectissimo actui talis virtutis. Contrà verò peccatum contra nobiliorem virtutem, opponatur infimo actui talis virtutis, & consequenter aliquod peccatum contra inferiorem virtutem, erit grauius aliquo contra superiorem virtutem.

Regula ad cognoscendum quodnam peccatum sit grauius.

Ratio

14. *Alia regula ad idem cognoscendũ.* Aliam regulam tradit *Mayron. in* 4. *dist.* 14. *qu.* 4. ad dignoscendũ, quodnam peccatum ex duobus, eidem virtuti per excessum & defectum oppositis, sit grauius. Vbi duplices distinguit virtutes, alias ad moderandos actus, ad quos natura de se prona est: alias ad intendendos actus, ad quos natura de se remissa est. Hoc posito, vniuersaliter affirmat, priori virtuti oppositum peccatum per excessum, esse grauius: posteriori verò virtuti grauius esse peccatum per defectum. Vt quia temperantia est ad moderandos affectus circa delectationes tactus, ad quas natura de se procliuis est, peccatum intemperantiæ, quod per excessum committitur, grauius est peccato insensibilitatis, quod committitur per defectum. Contrà verò, quia fortitudo ordinatur ad intendendos actus circa pericula mortis, quę natura humana nata est fugere, timiditas, quæ est peccatum per defectum, grauior est audacia, quæ est peccatum per excessum. Quia quò magis peccatum contrariatur fini, ad quem principaliter ordinatur virtus, eò est grauius: finis, ad quem principaliter ordinatur virtus imposita ad moderandos affectus, ad quos natura propendet, est vt natura retrahatur à nimietate affectuum. Contrà verò, principalis finis, ad quem ordinatur virtus imposita ad intendendos actus, quos natura refugit, est intensio talium actuum.

Ratio regulæ

Atque his vt certis præmissis, in certamen reuocanda quæ controuertuntur: potissimùm 15.

SECTIO II.

Quænam sit ratio formalis constitutiua peccati vt dissormis naturæ rationali?

NOn consideramus hîc peccatum sub alijs respectibus, quos includit, sed tantùm sub respectu difformitatis cum naturâ rationali, quâ rationalis est, nam hic est primus respectus malitiæ, quem peccatùm includit, primaque ratio ac fundamentum cæterorum. Vnde hanc malitiam peccatum includit in omni statu, siue puræ naturæ, siue eleuatæ per gratiam ad finem supernat. siue in natura integrâ, siue lapsâ, siue cum cognitione vltimi finis, siue absque illâ semper actus peccaminosus est dissormis naturæ rationali: cùm tamen non in quolibet statu, saltem imaginabili, sit offensa & iniuria Dei; nec eandem habeat respectu peccatoris rationem maculæ. Nam nec in statu puræ naturæ, haberet eandem rationem maculæ;

16. *Prima malitia peccati*

Digitized by Google

culæ; nec in statu inuincibilis ignorantiæ vltimi finis, foret offensa & iniuria Dei: cùm tamen in quouis statu siue reali, siue imaginario semper sit actus difformis naturæ rationali, vt rationalis est: quia in nullo statu fingi potest peccatum, quin liberè procedat ab intrinseco principio creaturæ rationalis cum cognitione malitiæ, quam includit: alioqui non esset peccatum. Cæterùm cùm duplex sit peccatum, omissionis, & commissionis, præsens controuersia non est de malitiâ peccati omissionis (de quâ liquidò constat, eam consistere in priuatione oppositi actûs debiti) sed commissionis, quæ semper positiuo actu contrahitur, & fœditate suâ etiam speculantium intellectus torquet.

17. *Commissionis.*

18. *1. Sent. in priuatione*

Prima sent. affirmat formalem rationem constitutiuam peccati commissionis consistere in priuatione rectitudinis debitæ actui: *Est Mag. in 2. dist. 34. c. 3. & dist. 35. c. 4. & 10. Alen. 2. p. qu. 94. Henr. quodl. 1. qu. 25. Alber. in 2. dist. 34. art. 1. 2. & 3. & dist. 36. art. 2. Bonau. dist. 34. ar. 2. qu. 2. Richar. ar. 1. qu. 1. & dist. 35. art. 1. qu. 1. Scot. dist. 37. qu. vn. §. ex ista sol. Liche. ibid. Duran. dist. 34 qu. 2. Ægid. qu. 1. ar. 1. & 2. Argen. ar. 1. Rubi. dist. 35. qu. 1. ar. 2. concl. 3. & 5. Aureo. ar. 2. Gregor. ar. 1. concl. 1. Marsil. qu. 21. ar. 1. ad 1. Maio. dist. 37. qu. 1. §. sed quia, Capreo. dist. 35. ar. 3. ad arg. Greg. con. 1. concl. & dist. 36. & 37. ar. 3. ad 1. Aureo. Gabri. dist. 35. qu. vn. art. 2. qui citat Ocha. Palat. dist. 34 disp. vn. concl. 1. & dist. 37. §. iam verò: Almai. de act. hum. tract. 3. c. 17. Ferrar. 3. con. gen. cap. 9 §. ad 3. Conra. 1. 2. qu. 71. art. 6 & qu. 79. art. 1. initio comment. Sylui. 1. 2. qu. 71. ar. 6. qu. 2. Valen. 1. 2. qu. 18. disp. 2. qu. sua 13. pun. 3. & qu. 71. disp. 6. q. sua 1. pun. 1. Molin. 1 p. qu 5. disp. vn. §. malum: Suarez. de act. hum. tract. 5. disp. 6 sect. vn. nu. 18. Grana. in 1. 2. contro. 6. tract. 1. disp. 1. sect. 2.*

19. *Potiss. fundam.*

Fundam. est Patrum Authoritas, qui peccatum appellant absentiam boni, priuationem corruptionemque virtutis, ordinis defectum, nihil. Vnde illud comparant morbo corporis, qui sanitatis defectus est, tenebris, quæ sunt lucis priuatio, morti, quę est vitæ corruptio: docentque solum peccatum omnipotentiæ Dei subiectum non esse, eiusque vniuersalem concursum subterfugere, ex illo *Ioan. 1. Et sine ipso factum est nihil*, id est peccatum. Quia cùm sit nihil, non potest esse terminus omnipotentiæ diuinæ, quæ semper ad reale terminatur; nec eius indiget concursu, qui non datur, nisi ad ens reale. Vnde *peccatum*, inquit *Augustinus*. *August.* tract. 1. in Ioan. *non per ipsum factum est: & manifestum est, quia peccatum nihil est, & nihili fiunt homines cùm peccant.* Idem 11. de Ciuit. cap. 9. fine: *Mali nulla natura est, sed amissio boni mali nomen accepit.* Loquitur de malo culpę Angel. & in Enchir. cap. 11. *Quid autem aliud est, quod malum dicitur, nisi priuatio boni? nam sicut corporibus animalium nihil est aliud, morbis, vulneribus affici, quàm sanitate priuari: ita etiam & animarum quacunque sunt vitia, naturalium sunt priuationes bonorum.* Et cap. 12. inde probat, peccatum esse malum, quia adimit corrumpitque bonum: *cùm verò corrumpitur, ideo malum est eius corruptio, quia eam* (nempe naturam) *qualicunque priuat bono. Nam si nullo bono priuat, non nocet. Nocet autem adimendo bonum.* Et cap. 24. peccatum appellat *primam priuationem boni creaturæ rationalis: hoc primum*, inquit, *est creaturæ rationalis malum, id est prima priuatio boni*: & de naturâ boni cap. 3. & 4. docet, omne malum aut esse corruptionem boni, aut speciei, aut ordinis. Dionysius cap. 4. de diuinis nom. *sicut morbus defectus est ordinis*; ita peccatum boni. Basil. hom. in Marty. Iulit. col. vlt. *peccatum anima est ægritudo: peccatum mors est animæ, alioqui immortalis.* Idem repetit Orat. 12. *de mœrore fine.* Ansel. de casu diab. cap. 26. *malum quod est iniustitia, semper nihil est: malum verò, quod est incommoditas. aliquando, sine dubio est nihil, vt cæcitas: aliquando est aliquid, vt tristitia & dolor.* Vbi semper malum culpæ appellat *nihil*: licet malum pœnę aliquando esse possit aliquid. Ex cap. 27. *cur ergo quæris vnde venit iniustitia, quæ nihil est?* idem super Ephes. 2. *sicut iustitia est vita animæ: sic peccatum mors eius.* Damasc. 2. de fide c. 4. *nihil aliud est malum*, (loquitur de malo culpę) *nisi boni priuatio: quemadmodum & tenebræ luminis & carentia.* Idem passim docent reliqui Patres tam Græci, quàm Latini disputantes contra Manichęos. Idque colligunt ex Scripturâ, in qua peccatum appellatur *recessus à lege, auersio à Deo, nihil.* De quo multi explicant illud 2. Corin. 12. *nihil sum*, hoc est peccator sum.

Anselmus. *Damascen.* *Paulus.*

20. *Prob. 2. ration. 1.*

Prob. 2. rationib. 1. Malum in communi consistit in priuatione perfectionis debitæ: ergo malum morale in priuatione perfectionis moralis debitæ. Antec. est *S. Thom. 1. p. qu. 48. art. 1.* &c. Malum enim in communi excludit omne bonum: sed omnis entitas positiua est aliquod bonum, cùm ens & bonum conuerrantur. Conseq. prob. malum morale continetur sub malo in communi, tanquam species sub genere: impossibile autem est, speciem positiuam contineri sub genere priuatiuo: cùm nequeat differentia positiua contrahere genus priuatiuum: sicut nec differentia priuatiua genus positiuum: quia differentia debet proportionari generi. Confirm. Omne malum aut est malum simpliciter, aut naturæ, aut artis, aut culpæ. Sed priora tria consistunt in priuatione, ergo & quartum. Maior est *S. Thom. 1. 2. qu. 21. art. 1.* omne enim malum vel importat quamcunque priuationem boni, & sic constituit malum simpliciter; vel priuationem ordinis ad finem debitum, & tunc aut finis est debitus operationi, ex propensione naturæ tendentis ad certum finem, & tunc actio tali ordine priuata, dicitur monstrum & peccatum naturæ: aut ex Idea artificis, operantis ex regula artis, & talis actio priuata ordine ad suam regulam, dicitur error & peccatum artis: aut demum finis est debitus actioni ex regulâ morum, à ratione præscriptâ, & tunc dicitur culpa, quæ supra peccatum & errorem addit imputabilitatem, quia committitur ex electione ab agente libero contra regulam rationis, quam tenetur sequi. Minor Prob. quodlibet malum ex tribus prioribus, vel importat priuationem boni simpliciter, vel determinatam priuationem boni, nempe debiti ordinis ad finem.

21. *Confirm. à pari*

22. *Ratio 2. nullum ens sibi malum*

2. Omnis entitas positiua est in se bona: est natura sibi bona: nullum ens sibi malum: at nullum peccatum est in se bonum: tum quia à peccato tanquam à forma voluntas denominatur mala: ergo non potest esse in se bonum; implicat namque, formam denominare subiectum oppositâ denominatione: tum quia peccatum displicet Deo: nulla autem entitas displicet Deo. Nihil quippe eorum, quæ facta sunt, odit Deus. Igitur nequit peccatum formaliter consistere in entitate positiua.

23. *Ratio 3. Confirm.*

3. Omnis entitas creata immediatè fit à Deo: peccatum non fit à Deo: Deus .n. esset author peccati, cùm nulla alia ratione homo sit author peccati, nisi quia illud immediatè producit. Confir. omnis entitas positiua continetur in Deo tanquam in primo ente: ergo si peccatum formaliter consistit in entitate positiuâ, peccatum continetur in Deo. 4. In quolibet peccato commissionis est

24. *Ratio 4.*

conuersio

conuersio ad bonum commutabile, & auersio à bono incommutabili: at formale peccati non consistit in conuersione ad bonum commutabile, quod est positiuum: sed in auersione à bono incommutabili, quod est priuatiuum. Nam præcisâ ipsâ per intellectum ab actu peccaminoso solâ auersione, tollitur formale peccati, eâque tantùm posità, ponitur. 5. Peccatum commissionis & omissionis vniuocè conueniunt in formalitate peccati: ab vtraque .n. præscindi potest ratio perfectè communis: quod sic ostendo: in ratione malitiæ & difformitatis cum naturâ rationali ambo conueniunt: nec vnum est difformius alio: vel dependenter ab alio. At formalitas peccati omissionis certò est quid priuatiuum, seu priuatio actus debiti: ergo & commissionis: quia implicat, à positiuo & priuatiuo præscindi vnam rationem perfectè communem. 6. Peccatum habituale commissionis, quod in nobis relinquitur ex actuali, consistit in priuatione perfectionis debitæ: ergo & actuale: cùm habituale sit terminus actualis: terminus autem habet in facto esse, quidquid habet eius fieri; cùm nil aliud sit fieri rei, quâ res ipsa in produci. Antec. prob. habituale ex actuali relictum, præter priuationem sanctitatis & conuersionis ad Deum, nil positiuum dicit: omni .n. positiuo pro scripto, completè intelligitur quis habitualiter peccator per solam priuationem sanctitatis & conuersionis debitæ. 7. Peccatum originale consistit in solâ priuatione perfectionis debitę: nam præter priuationem sanctitatis debitę in primâ origine, nil positiuum ex peccato protoparentis transfunditur in posteros: ergo & personale: vtrumque .n. habet veram rationem peccati.

25. *Ratio 5.*

26. *Ratio 6.*

27. *Ratio 7.*

28. *2. Sent. in positiuo radicaliter.* Secunda sent. docet, malitiam moralem peccati commissionis radicaliter consistere in positiuo, formaliter & completiuè in priuatione perfectionis debitę, ita vt neutrum sine altero sufficiat ad completam & formalem rationem peccati commissionis. Pro hac sent. referuntur *Capreol. & Ferrar. locis cit.* Sed falsò: quidquid .n. positiuum est in peccato ab his appellatur materiale & substratum peccati; sola priuatio vocatur formale. Illam indicare videtur *Suarez de act. hum. tract. 3. disp. 7. sect. 4.* Quam sequuntur quidam recentiores: quia ex vnâ parte actus positiuus peccati, ex. gr. odium Dei, ratione suæ positiuæ entitatis infert priuationem perfectionis debitę: atque adeò ratione suæ positiuę entitatis est moraliter malus, saltem radicaliter & inchoatiuè, cùm moraliter bonus esse non possit, qui intrinsecè petit priuationem perfectionis debitę. Ex aliâ parte nequit malum vt sic intelligi absqu formali priuatione alicuius boni debiti. Igitur vtrumque per se formalem rationem peccati constituit.

Potiss. Fund.

29. *Confirmant* Confirm. ex definitione peccati, *ab August. lib. 22. con. Faust. cap. 27. sc. dictum vel factum, vel concupitum contra legem æternam Dei.* Nam per *dictum vel factum*, explicatur ratio positiua peccati: per *to contra legem Dei*, ipsa formalis priuatio completiua peccati.

30. *3. Sent. in positiuo formaliter* Tertia sent. docet, malitiam moralem peccati commissionis formaliter consistere in solâ ratione positiuâ. Hanc sent. inter antiquos expresè docuerunt *Mayron. in 2. dist. 43. qu. 3.* & *Caiet. 1. 2. qu. 18. art. 5.* & *qu. 71. art. 6.* & *qu. 72. art. 1.* & *qu. 79. art. 1. §. ad euidentiam.* Qui quamuis in peccato duplicem distinguat malitiam, priuatiuam, quam appellat malitiâ simpliciter, per quam peccatum est sub genere mali simpliciter, & positiuam desumptam ex obiecto positiuè contrario rationi, quam appellat malitiam moralem, per quam peccata sunt sub genere mali moralis, & positiuâ specie differunt inter se, & vtramque doceat esse de ratione peccati: apertè tamen fatetur *cit. qu. 71. §. in eodem articulo*, priuatiuam non se habere ad peccatum formaliter, sed consecutiuè, quâ consequitur id formaliter constitutum in ratione moralis per malitiam positiuam voluntariam ex obiecto desumptam: Et *qu. 22. §. ad euidentiam*, & *§. ad rationem*, malitiam priuatiuam vocat *comitantem*, non formaliter constituentem peccatum. Et manifestè sequitur ex eius doctrina, quam tradit *cit. qu. 72. §. ad euidentiam*, nempe peccatum esse vnum per se: quod non esset, si ex vtraque malitia constitueretur. Igitur cùm docet, vtramque malitiam ad peccatum pertinere, intellige *positiuam*, essentialiter & constitutiuè, *priuatiuam*, accidentaliter & consecutiuè.

Inter recentiores hanc sent. docent Bannez 1. 1. *p. qu. 49. art. 2. Medin. 1. 2. qu. 71. art. 6. §. impugnatis: Zumel disp. 7. Vasquez disp. 95. cap. 9. Curiel qua. 71. art. 6. dub. 1. concl. 4.* quam teste *Medina* secutus est *Canus*, & colligitur ex principio *S. Thom. 1. p. qua. 48. art. 1.* ad 2. & 3. *contra Gen. cap. 9.* & *1. 2. qu. 18. art. 5.* ad 2. & *qu. 72. art. 1. Sylue ibid.* & alibi, nempe malum non specificare actum peccati, vt dicit priuationem rectitudinis, sed vt importat positiuam rationem boni saltem apparentis. Quia id quod specificat peccatum, est quod intenditur ab operante; non intenditur rectitudinis priuatio; cùm nemo malum intendens operetur, sed bonum, cui annexa est rectitudinis priuatio. Et hoc ideò, quia specificatio in actibus humanis debet esse voluntaria & per se intenta. Ex quo principio, quidquid sit de veritate illius, apertè sequitur, specificatiuum peccati commissionis esse rationem positiuam. Nec obstat, quòd *quæst. 71. art. 6.* explicans definitionem peccati, dicat substantiam actus humani pertinere ad materiale peccati, deordinationem à lege ad formale. Nam per substantiam intelligit physicam, non moralem entitatem peccati: per deordinationem à lege, non tantùm intelligit priuationem ordinis ad finem debitum, quæ est passio consequens peccatum, sed etiam positiuam speciem peccati, quæ est proximum fundamentum deordinationis, & comparatur ad priuationem, non vt genus ad differentiam, sed vt subiectum ad accidens. Vnde *qu. 18. art. 5. ad 2.* priuationem, quæ in actu peccati includitur, ait esse consequentem: quia nimirum non pertinet ad essentiale constitutiuum ipsius, sed solùm ad proprietatem consequentem: Et *qu. 79. art. 2. ad 3.* priuationem boni ait pertinere ad speciem actus consequenter, & non quasi differentiam specificam.

31. *Manifestè colligitur ex S. Tho. princip.*

Eadem sent. colligitur ex *Arist.* qui in *prædicamentis cap. de oppositis*, docet bonum & malum opponi contrariè, non contradictoriè. *Hieron. in cap. 2. Mich. paulo post medium*, explicans verba, *fugitis nemine persequente*, refert opinionem eorum, qui docebant malitiam peccati esse nihil, & eam improbat. Eamque docet *August. lib. de perfectione iustitiæ ratiocinatione 4.* citandus.

32. *Ex Arist. doctrina Hieronym. Augustin.*

DICO 1. Formalis ratio primò constitutiua peccati commissionis vt difformis naturæ rationali non est priuatio rectitudinis debitæ actui. Prob. 1. Moralis dissonantia in actu deriuatur ex obiecto: sed ratio primò constitutiua obiecti vt dissoni rationi, non est priuatio perfectionis debitę, sed positiua difformitas cum natura rationali: si enim obiectum esset difforme naturæ rationali

33. *Formalis ratio constitutiua peccati cõmissionis nõ est priuatio.*

Digitized by Google

tionali primò & per se per priuationem ordinis, vel circumstantiæ debitę, non discriminaretur ab obiecto indifferenti. Conseq. est falsum; nam aliud est, obiectum esse indifferens, aliud dissonum & difforme rationi: Primum vel nullam, vel diuersam deriuat moralem difformitatem in actum ab ea, quam deriuat obiectum rationi difforme. Secundum semper communicat actui difformitatem, & longè diuersam ab ea, quam communicat obiectum indifferens. Sequel. prob. si obiectum non constitueretur difforme naturæ rationali per rationem positiuam, sed per priuationem ordinis vel circumstantiæ debitæ, tota dissonantia obiecti consisteret in huiusmodi priuatione ordinis, vel circumstantiæ debitæ. At hanc priuationem ordinis & circumstantiæ habet obiectum indifferens: ergo indifferens non discriminaretur à difformi: consequenter nec actus vnius ab actu alterius.

34. Nec dici potest, discriminari in eo, quòd obiecto difformi est debitus positiuus ordo honestatis, qui debitus non est obiecto indifferenti. Nam in obiecto nullum est debitum, sed solùm in voluntate, quæ tenetur non operari circa obiectum carens ordine honestatis: At maius debitum habet voluntas, non operandi circa obiectum difforme, quam circa obiectum indifferens; hoc autem maius debitum in voluntate saluari non potest, si vtrumque obiectum constituatur formaliter in esse difformis, & indifferentis per solam priuationem debiti ordinis: nam in vtroque eadem esset priuatio debiti ordinis.

35. *Confirm.* Confir. hæc ratio vrgeri potest in actu indifferenti, & difformi: indifferens .n. non discriminaretur à difformi, si ratio malitiæ moralis in actu formaliter cõsisteret in priuatione rectitudinis seu ordinis debiti actui: quia eadem reperitur in vtroque actu: at longè diuersa malitia est in actu & obiecto difformi, quàm in indifferenti: ergo non constituitur moraliter malum per eam priuationẽ.

36. *Caiet. contra Scotum optimè* Prob. 2. ex *Caiet. qu. 72. cit. art. 1. §. ad euiden.* si malitia peccati formaliter consisteret in priuatione rectitudinis debitæ, sequeretur, duo extrema vitia eidem virtuti mediæ opposita, ex. gr. intemperantiam & insensibilitatem respectu temperantiæ, non posse specie inter se distingui, cùm non possint respectu eiusdem specie habitùs plures specie priuationes distingui, quia priuationes non distinguuntur specie, nisi penes oppositas formas, quibus priuant. Cùm igitur rectitudo & honestas virtutis mediæ sit vna specialissima & indiuisibilis, non poterunt per habitudinem ad illam plures specie priuationes, ac peccata, quæ in priuatione talis honestatis formaliter consistant, distingui.

37. *Summa solutionis.* Variè hoc argu. soluere conantur. Summa. In qualibet virtute media plures specie honestates actuales reperiri posse, vel per ordinem ad diuersas materias, vel per ordinem ad diuersum modum attingendi idem medium formale virtutis: & quia peccatum non est priuatio honestatis habitualis, sed actualis, posse per ordinem ad diuersos actus eiusdem virtutis plures specie priuationes, ac peccata distingui. Diuersus .n. est specie actus iustitiæ, quo bona temporalia & honorem, famamque proximo restituimus (consequenter diuersum est specie peccatum, quo illa & hanc lædimus) tum ex diuersitate dictaminum rationis, tum præceptorum, quibus ea prohibentur. Item diuersus est specie actus, quo medium virtutis attingimus per recessum ab vno, ac ab altero extremo; v. g. quo per actum temperantiæ abstinemus à superfluis delectationibus, & quo non refutamus naturæ necessarias. Et in virtute liberalitatis diuersus est specie actus, quo moderatè bona nostra elargimur, & quo eadem prudenter retinemus, quando & vbi oportet. Priori actui aduersatur auaritia, posteriori prodigalitas.

Exempla

Sed contrà: vbi nulla est diuersitas vel motiui formalis, vel modi ipsum applicandi, nulla est specifica diuersitas in actibus: At nulla est diuersitas talis in virtute media: igitur nec specifica in eius actibus: atque adeò nequeunt per ordinem ad diuersos specie actus diuersa distingui peccata, eidem virtuti opposita. Maior prob. forma specificatiua actus est vel motiuum formale, vel modus diuersus ipsum applicandi: illud .n. tantùm est specificatiuum actus, quod est motiuum & inclinatiuum potentiæ ad actum: hoc autem est solùm motiuum formale, vel modus diuersus illud applicandi: cætera non mouent, nec inclinant potentiam ad actum, sed extrinsecè tantùm terminant actum. Minor prob. motiuum formale virtutis est indiuisibile, indiuisibiliter recedens ab vtroque extremo: ergo non potest in illud cadere diuersitas: quia hæc supponit distinctionem aliquam, cùm nequeat idem esse diuersum à seipso. Antecedens ostendo. Motiuum formale virtutis est medium ab omni extremo vitioso recedens: est .n. honestas virtutis positiuè excludens omne extremum vitiosum, & includens omnes circumstantias virtuosas ad propriam materiam pertinentes. Nequit igitur saluari motiuum virtutis mediæ in solo recessu ab vno extremo, nisi simul recedat ab altero, & ab omni, quod ipsius honestati opponitur: ac proinde nequit huiusmodi motiuum mouere ad actum virtutis, solùm prout recedit ab vno extremo, quin simul moueat prout etiã recedit ab altero: quia non mouet, nisi vt indiuisibiliter consistens in medio, quia vt sic tantùm est motiuum virtutis.

38. *Contrà. Nulla diuersitas motiui formalis.*

Quod est recessus ab vtroq; extremo:

Eâdem ratione prob. nullam posse esse diuersitatem in eodem motiuo formali attingendi. Si quę.n. esset, esset prędicta diuersitas per excessum, vel per defectum: sed tota hæc diuersitas materialis est, in nullam redundans rationem formalem motiui. Vnde nego, solam diuersitatem materialis obiecti sufficere ad specificam diuersitatem actus. In exemplis allatis semper cum diuersitate materiali nectitur formalis. Aliud .n. ius violatur per lęsionem bonorum, aliud per lęsionem famæ. Nec obstat dictaminum diuersitas: omnia .n. illa tendunt ad idem virtutis motiuum constituendum. Nec sunt diuersa penes intrinsecum motiuum virtutis, quod proponunt; illud .n. est vnum ab vtroque extremo indiuisibiliter recedens, sed penes extrinsecos terminos connotatos, qui sunt extrema ipsa vitiosa, à quibus vt ab extrinsecis terminis recedit medium ipsum virtutis. Nec etiam obstat diuersitas præceptorum: nam cùm hæc tantùm dentur de actibus externis & materialibus, dari possunt ad vitandum vnum extremum vitiosum, & non aliud. Negandum item est, posse per vnum actum virtutis attingi medium, prout recedit ab vno extremo vitioso, & non ab altero: cùm non possit virtuosè attingi, nisi vt positiuè excludens omnem malitiam; quia non potest honestas virtutis mouere, nisi vt diligenter examinata prudenti iudicio rationis.

39. *Nec in motiuo formali attingendi.*

Ad exempla.

Probatur 3. conclusio: Sequeretur, peccatum commissionis non discriminari à peccato omissionis. Hoc .n. constituitur formaliter priuatione oppositi actus debiti: ergo si & illud vnum non discriminatur ab alio. Vnde omissio actus charitatis erga Deum tempore debito non differret ab odio eiusdem:

40. *Sequela absurda prob.*

Digitized by Google

eiusdem: nam odium Dei in hac sent. non constituitur formaliter, nisi priuatione oppositi actûs charitatis debiti ex suppositione, quòd voluntas operari velit circa Deum. Dices, discriminari in eo, quòd peccatum omissionis dicit determinatè priuationem oppositi actûs, cuius est omissio: commissionis verò, ex. gr. odium Dei non dicit determinatè priuationem actus charitatis, sed honestatis seu rectitudinis actûs vagè sumpsi: quia per quemlibet actum bonum potuit odium Dei euitari. Sed contrà: hinc sequeretur, longè grauius fore peccatum omissionis charitatis Dei, quàm positiuum odium Dei. Nam in hac sent. peccata grauitatem sumunt à priuatione rectitudinis, quam important: priuatio autem eò est peior, quò maiore rectitudine priuat: ergo grauius esset peccatum omissionis charitatis erga Deum, quàm positiuum odium erga eundem. Illud .n. importat priuationem actûs charitatis in Deum, qui est omnium perfectissimus; hoc priuationem cuiuscunque actûs virtuosi. Vnde vlteriùs sequeretur, posse odium Dei de facto deleri quocunque actu virtutis: quia deleri potest oppositâ rectitudine, cuius priuatione formaliter constituitur: ergo si formaliter constituitur priuatione rectitudinis cuiuscunque, quâcumque rectitudine deleri poterit. Denique fac per impossibile, eundem actum esse odiū Dei & amorem Dei & omnis alterius honestatis, reuerà actus ille malus est, tamē in eo nulla erit negatio bonitatis, nec oppositæ odio, nec alterius.

Dices

Contrà

41. *Sed sitæ est illæ in positiuo tantū. Prob. 1. con. 2. sent.*

DICO 2. Formalis ratio peccati commissionis non consistit in positiuo & priuatiuo simul, sed in positiuo tantùm. Prob. 1. contra, 2. sent. sequeretur, peccatum non esse vnum per se definibile per genus & differentiam propriam, contra *S. Thom.* 1. 2. *qu.* 72. *ar.* 1. vbi ait, peccata propriè distingui specie inter se secundùm obiecta. Idem autem est distinctiuum & constitutiuum rei. ibid. *Caiet. §. ad euid.* Sequel. probo: cùm genus & differentia comparentur ad inuicem, vt perfectibile & perfectiuum intra idem perfectionis genus, debent esse mutuò proportionata, vt vnum perfici, & alterum perficere valeat intra idem perfectionis genus. Talia non sunt positiuum & priuatiuum. Cùm .n. vnum sit ens, alterum sit negatio entis, non poterunt inuicem comparari vt perfectibile & perfectiuum intra idem genus: nec vt genus & differentia ad constituendum vnum per se. Hæc probatio procedit tantùm contra 2. sent. sequens etiam contra primam. Prob. 2. Illa ratio primò rem constituit, quæ primò illam adæquatè ab omni aliâ distinguit: at sola ratio positiua actum peccaminosum ab omni alio primò adæquatè distinguit: solâ .n. hæc desumpta ex obiecto dissono rationi primò & adæquatè distinguit actum ab omni alio non peccaminoso; nam ratio positiua, vt ratione antecedens priuationem est dissona & difformis naturæ rationali; est lege naturali & diuina prohibita; Deo displicens & pœnâ digna: ergo vt ratione præcedens priuationem, est sufficiens ad primò constituendum peccatum in ratione difformitatis & dissonantiæ cum natura rationali.

42. *Prob. 2. con. 1. & 2.*

43. *Conf.*

Confir. si priuatio rectitudinis complet essentialiter peccatum, vel complet illud vt differentia genus, vel vt forma materiam: at neutro modo priuatiuum potest complere positiuum: ergo solùm complet illud, vt proprietas naturam, supponendo illud essentialiter constitutum in ratione difformitatis cum naturâ rationali. Vnde licet priuatio rectitudinis afferat malitiam supra positiuam, talis malitia non est illi essentialis, sed accidentalis: quia fine illa potest peccatum intelligi difforme naturæ rationali, & sufficienter ab omni alio distinctum.

44. *Prob. 3. conā sent. à positiuo mali physici.*

Probatur 3. quoad poster. partem contra 1. sent. Multa mala physica formaliter consistunt in positiuo; ergo multa moralia formaliter consistunt in positiuo; sicut .n. se habet malum physicum ad naturam physicam, ita morale ad liberam: ergo si potest malum physicum opponi naturæ physicæ per rationem positiuam, poterit malum morale opponi naturæ liberæ per rationem moralem positiuam. Antec. prob. frigus est malum igni, calor aquæ, leuitas terræ, grauitas aëri, dolor sensui, error intellectui, habitus vitiosus voluntati, non per priuationem, sed per rationem positiuam; ipsa .n. ratio positiua frigoris, caloris, leuitatis, grauitatis, doloris, erroris, habitus vitiosi, est contraria igni, aquę, terræ, aëri, sensui, intellectui, voluntati; de dolore expresè docuit *Ansel. eit.* de omnibus sic prob. si huiusmodi qualitates essent malæ alteri naturæ, non per rationem positiuam, sed per priuationem, quà priuant naturas, quibus dicuntur malæ, perfectione debitâ; sequeretur, non plus mali habere subiectum, si haberet cum priuatione propriæ perfectionis formam contrariam, quàm si haberet solam priuationem proprię perfectionis sine vllâ formâ oppositâ. Consequēs est apertè falsum: plus .n. mali habet sensus, si simul cum priuatione propriæ perfectionis, habeat positiuam qualitatem doloriferam; & intellectus cum priuatione scientię, positiuum errorem; & voluntas cum priuatione virtutis, positiuum habitum vitij, quàm si solam haberent priuationem perfectionis debitæ. Sequel. prob. si huiusmodi qualitates non sunt malæ subiecto per positiuam entitatem, sed per priuationem oppositarum formarum, non plus mali ponerent in subiecto, ponendo suas entitates; quàm ponendo priuationes oppositarum formarum. Quò fit, vt si cum suis positiuis entitatibus manerent oppositæ formæ in eodem subiecto, nullo modo tales entitates essent malæ subiecto.

Inductio.

45. *Prob. 4.*

Prob. 4. posterior pars; si, quidquid positiuum, siue physicum siue morale, est in peccato, bonum est, posset illud à solo Deo fieri: nam Deus potest esse immediata causa omnis boni etiam solus. Consequens non est admissum ab aduersarijs.

46. *Dices*

Contrà

Dices. Non posse à solo Deo peccatum produci, non ratione positiuæ entitatis, quam vt substratum supponit, sed ratione priuationis, quam adnexam habet. Sed contrà: hæc priuatio consistit in carentia finis & ordinis actui debiti, quem ex suppositione, quod agens liberum agit, dare debet actui, quem producit. At posset Deus positiuam rationem peccati ordinare in altiorem finem & ordinem: ergo in eo casu actus peccati non careret debito fine & ordine: ergo si aliunde ratio positiua nihil habet mali in peccato, posset à solo Deo produci. Vnde posset Deus se solo producere odium sui, actum mendacij (posito quòd posset vitales actus solus producere) qualitatem ad peccatum inclinantem, illam ordinando ad bonum finem: si .n. hæc ratione positiuæ entitatis sint bona, producta per ordinem ad honestum finem, debito fine & ordine non carerent.

Hæc cōmunior negant Theologi.

47. *Confirm.*

Confir. odium est offensiuum Dei, non tam propter priuationem oppositę honestatis, quæ est in actu dilectionis, quàm propter positiuum respectum & habitudinem, quam dicit contra Deum; quà tendit in Deum affectu destructiuo; & formaliter per liberam tendentiam & inclinationem positiuam contra Deum. Nam per id odium primariò, per se, formaliter intenditur malum Dei:

Digitized by Google

priuatio oppositæ rectitudinis non tam est malum Dei, quàm nostrum: nec est per se & formaliter intenta: quod .n. per se intenditur tenet se ex parte obiecti, quod primariò habetur odio inimicitiæ; priuatio tenet se ex parte actus.

SECTIO III.

Quid sit hoc positiuum in actu, in quo consistit formalis ratio peccati commissionis?

DVo positiua sunt in actu peccati, entitas physica, quæ est subiectum moralitatis, & moralitas, quæ vt forma reponit actum in genere moris. Omnes conueniunt hoc positiuum, in quo præcedente sect. dixi consistere formale peccati commissionis, non esse entitatem physicam actûs: Tum quia hæc, vt condistincta à moralitate, non est mala, sed bona bonitate transcendentali, vti sũt cætera entia physica: habet enim omnia requisita ad completam rationem actus vt sic, quod est esse bonũ bonitate physicâ & transcendentali. Tum quia peccatũ non est sub genere physico, sed morali: ergo nec eius formalitas & ratio constitutiua saluari poterit in esse physico, sed morali: cùm ratio specifica proportionari debeat genericæ.

48. *Controu. de esse morali, an sit intrinsecum actui pecc.*

49. *1. Sent.* Prima sent. docet, id esse morale cõsistere in intrinseco ordine reali addito actui naturali, eique inhærente terminato ad obiectũ rationi dissonum: ita *Curiel 1. 2. qu. 71. art. 6. dub. 1. concl. 4.* & *qu. 72. art. 1.* & colligitur ex *Caiet. quæst. 71. art. 6* &. *Medina ibid.* qui absolutè affirmant, formalem rationem peccati consistere in positiuo intrinseco. Fund. peccatum commissionis de formali importat positiuam tendentiam voluntatis, & conuersionem ad obiectũ rationi dissonũ: sed hęc est difformis naturæ rationali vt sic, ac proinde moraliter mala: igitur. Secunda sent. affirmat, hoc positiuum peccati cõmissionis formaliter consistere in extrinsecâ denominatione oppositionis actûs cum naturâ rationali vt sic, desumptâ ex obiecto extrinseco rationi difformi. Est *Vasq. 1. 2. disp. 95. c. 9. & 10.* Fund. peccatũ contrahitur ad esse peccati per differentiam moralem: sed totum genus moris consistit in extrinseca denominatione ab obiecto consono vel dissono rationi: Confirm. manere potest quidquid reale & intrinsecum est in actu, variatâ tantùm malitiâ: vt si actus, qui antea fiebat ab vtente ratione, perseueret in amente: vel qui fiebat ab amente, perseueret in sano cum plenâ rationis aduertẽtiâ. Tertia sent. distinguit duplex genus peccatorũ, alterum eorum, quæ sunt per se mala: alterum eorum, quæ sunt tantùm mala ex extrinsecâ lege prohibente. Priorum malitiam docet, consistere in positiuo respectu reali actus ad obiectum rationi dissonum: Posteriorum in solo respectu rationis: Est *Mayro. in 2. dist. 43. q. 3. in fine.* Quia in ijs, quę sũt intrinsecè mala, malitia est intrinseca obiecto, eaque intrinsecè refunditur in actum. In ijs, quæ sunt tantùm entrinsecè mala, malitia non est intrinsecè in obiecto, cũ illi adueniat ex extrinsecâ lege prohibente: nec possit intrinsecè refundi in actũ, nisi id quod obiectũ intrinsecè habet in se.

50. *2. Sent. Vasquez qui Canũ citat.*

Fund.

51. *Confir.*

52. *3. Sent.*

Fund. esse potest

53. *Positiua malitia peccati cõmissionis vniuersaliter saluari non potest in intrinseco respectu actus ad obiectum rationi dissonum.*

DICO 1. Positiua malitia peccati commissionis vniuersaliter saluari non potest in intrinseco & reali: respectû actûs ad obiectum rationi dissonum. Prob, non semper voluntas intendit in obiecto malitiam, quam in ipso aduertit: nequit autem actus habere ordinem intrinsecum ad malitiam obiecti, nisi intendat illam: ergo non semper actus peccati habet realem ordinem ab obiectum rationi dissonum. Maior constat, præcipuè in ijs, quæ ideò sunt mala, quia prohibita: in hæc enim ferri potest voluntas, non propter malitiam extrinsecam, quam habent à lege prohibente, sed propter vtilitatem intrinsecam, quam habent ex se; quia posset in ea ferri, non aduertens inuincibiliter malitiam legis prohibentis, quam posteà aduertens, non cogitur pristinam intentionem mutare: non enim cogitur, ea velle propter malitiam extrinsecam à lege prohibente refusam, sed propter cõmoditatem intrinsecam, propter quam anteà volebat. Minor prob. tum exemplo allato, in quo perseuerat idem actus inuariatus quoad omnia intrinseca ante & post aduertentiam legis. Sed ante illam nullum habebat ordinem intrinsecum realem ad obiectum rationi dissonum, cùm nullo modo terminaretur ad illud vt rationi dissonum; & factum sit dissonum per prohibitionem extrinsecam, quæ anteà inuincibiliter ignorabatur. Cæterùm actus, qui nullo modo terminatur ad obiectum, non potest habere ordinem intrinsecum ad illud. Tum quia actus eatenus habet ordinem intrinsecum ad obiectum, quà est voluntaria inclinatio & tendentia in illud: quæ esse nequit, nisi voluntas voluntariè actu elicito intendat illud. Sicut enim lapis mouet se ad centrum per motum in se productum, qui dicitur tendentia & inclinatio actualis in centrum: Ita voluntas mouet se in obiectum, per vitalem motum in se elicitum, qui dicitur tendentia & inclinatio voluntaria in obiectum. Respondent: vt actus voluntatis dicat realem ordinem intrinsecum ad obiectum, sat esse, si ad illud quocunque modo terminetur, siue expresè & formaliter, siue interpretatiuè & virtualiter. Sed contrà: exemplum allatum probat, hoc non sufficere: actus enim qui ante aduertentiam malitiæ, nullum realem ordinem dicebat ad obiectum vt rationi dissonum, post illam terminatur ad idem obiectum vt rationi dissonum, absque nouo ordine reali superaddito: alioqui non esset idem numero actus, qui anteà erat. Ergo non sufficit vt actus voluntatis dicat realem ordinem ad obiectum, vt quocunque modo terminetur ad illud, sed terminari debet ad illud, vt per se intentum. Quia eatenus voluntas dat actui ordinem intrinsecum ad obiectum, quatenus eo mediante appetit illud: cum enim voluntas sit potentia appetitiua, non potest intrinsecè suum actum in obiectum ordinare, nisi appetendo illiud: at non semper voluntas, appetit obiectum sub ratione mali: igitur non semper dat suo actui ordinem intrinsecum in obiectum rationi dissonum.

A priori

54. *Respondent Aduersarij*

Contrà

Vt actus dicat realẽ ordinem ad obiectum, debet ad illud terminari vt per se intẽtum.

A priori ratio.

Obijcies. Nostra ratio solùm probat, non posse actum voluntatis habere ordinem realem in obiectum malum explicitum & expressum, non autem implicitum & interpretatiuum. Idem .n. ordo intrinsecus qui ad bonum vtile est explicitus, ad malitiam cum eo coniunctam est implicitus & interpret. Resp. fateor semper ad malitiam obiecti, quando est præuisa, esse voluntarium saltem implicitum & interpret. & consequenter in actu esse ordinem implicitum & interpret. in obiectum malum: quia cùm ordo non distinguatur ab actu, eo modo est ordo in obiectum, quo actus est in obiectum. Nego tamen, hunc ordinem esse per tendentiam intrinsecam vitalem in malitiam, sed per extrinsecam duntaxat connotationem. Idem igitur ordo realis est per intrinsecam vitalem tendentiam in bonum vtile & per extrinsecam connotationem malitiæ. Hoc autem non sufficit, vt actus dicatur malus per ordinem intrinsecum realem in obiectum malum: hoc enim

55. *Semper in actu est ordo implicitus & interpret. in obiectum malum præuisum.*

Digitized by Google

hoc .n. non importat solam connotationem obiecti mali, sed vitalem tendentiam in illud. Cum tamen non omnis actus malus, sit malus per tendentiam intrinsecà in malum. Instas: Actus intellectus non solùm dicit ordinem intrinsec. realem ad motiuum formale assensus, sed etiam ad obiectum materiale; ergo etiam actus voluntatis. Resp. neg. conseq. nam actus intellectûs effectiuè causatur ab obiecto, quoad rationem formalem motiuam, & materialem terminatiuam: quia nequit terminari ad rationem realem in obiecto, nisi illam in seipso intentionaliter exprimat: nequit eam exprimere, nisi ipsâ actiuè concurrente cum intellectu: omnis autem effectus realem intrinsec. ordinem importat ad suum principium actiuum. At verò actus voluntatis actiuè tantùm producitur à voluntate, vt motâ finaliter ab obiecto. Finis autem non mouet agens secundùm omnem rationem in obiecto inclusam; ac proinde voluntas vt mota ab obiecto tanquam à fine, non ordinat actum intrinsecè ad obiectum secundùm omnem rationem in obiecto apparentem.

56. *Actus intellectus effectiuè causatur ab obiecto, quoad rationē form. motiuam, & mater. terminatiuam.*

57. *Nec saluantur malitia extrin. denomin. dissonantia ab obiecto.* DICO 2. Positiua malitia peccati commissionis non potest vniuersaliter saluari per extrinsecam tantùm denominationem dissonantiæ ab obiecto rationi dissono. Assertio constat in ijs actibus, qui per tendentiam intrinsec. moralem feruntur in obiectum vt malum. In his .n. malitia moralis non consistit in extrinseca denominatione ab obiecto rationi dissono, sed in liberâ ac morali tendentia actûs in obiectum dissonum. Prob. libera ac moralis tendentia actûs in obiectum vt malum & læsiuum alterius, est moraliter mala & difformis rectæ rationi, quæ non solùm dictat, neminem esse re ipsâ lædendum, sed nec id ipsum actu voluntatis expetendum. Igitur non tantùm læsio est mala per modum obiecti extrinsecè refundentis malitiam in actum, sed actus ipse per modum moralis tendentiæ in ipsam læsionem.

58. *Sed sita illa in connotatione extrinseca dissonantiæ.* DICO 3. Positiua ratio formalis peccatorum, quæ malitiam in obiecto expressè non intendunt, consistit in connotatione extrinsecæ dissonantiæ obiecti cum natura rationali vt sic. Positiua ratio formalis eorum, quæ malitiam obiecti expressè intendunt, consistit in morali tendentiâ actûs in obiectum rationi dissonum. Assertio sequitur ex 1. & 2. concl. Prob. in prioribus nulla est forma positiua intrinseca, quæ denominare possit actum positiuè malum intrinsecè: quidquid .n. intrinsecum est in prioribus actibus, conseruari potest absque malitiâ morali, si malitia obiecti inuincibiliter occultetur. Igitur recurrendum est ad formam positiuam extrinsec. quia tales actus sunt moraliter mali; non per formam intrinsec. ergo per extrinsecam (cùm non possit inter hæc duo assignari medium) hæc autem alia esse non potest quàm dissonantia obiecti cum naturâ rationali: quia nullum aliud est caput, vnde denominatio moralis malitiæ in actu desumi possit. Confir. obiectum est prima radix & primordialis origo bonitatis & malitiæ in actu: ergo ab eo desumenda est denominatio moralis malitiæ in actu, quando nulla assignari potest intrinseca ex parte actus.

59. *Prob.*

Confirm.

60. *Alia sita in morali tendentia &c.* In posterioribus verò actibus non solùm reperitur forma moralis extrinseca, nempe dissonantia ipsa obiecti, quæ liberum actum voluntatis ad se terminat, sed etiam forma intrinseca, quæ potest actum ipsum intrinsecè malum denominare, nempe libera & moralis tendentia actus in obiectum rationi dissonum. Igitur in his actibus positiua malitia formalis peccati commissionis non consistit in extrinseca tantùm forma connotata, sed in intrinseca & morali tendentia ad talem formam naturæ rationali dissentaneum.

Hoc sic ostendo. Hæc malitia essentialiter differt à malitia priorum pecc. non ex parte dissonantiæ obiectiuæ: ergo ex parte modi tendendi ad obiectum dissonum: non .n. est aliud caput differendi. Minor prob. eadem dissonantia obiectiua est in eo, qui transgreditur legem, propter transgressionem ipsam legis, & qui propter aliud motiuum legem transgreditur: & tamen alia est malitia in primo, ac in 2. vt qui omittit ieiunare tempore præcepti propter transgressionem præcepti, ac qui propter solum motiuum intemperantiæ. In vtroque obiectiua transgressio est eadem, nempe ieiunij præcepti violatio, & tamen malitia vtriusque actûs est diuersa: prioris .n. actûs malitia est specialis inobedientia: posterioris intemperantia: igitur malitia horum actuum desumi nequit ex solo obiecto. Confir. contra *Vasquez* qui disp. 101. cap. 6. docet, positiuam malitiam peccatorum, quę consummantur in affectu interno, vt sunt peccata odij, inuidiæ, ingratitudinis, specialis inobedientiæ, consistere in ipso expresso affectu, & intrinsecâ tendentiâ actus in tale obiectum. Vnde infert, variato affectu expresso & directo in implicitum & indirectum circa idem obiectum, variari essentialiter peccatum: aliud .n. est specie peccatum, quo quis transgreditur legem ex expresso contemptu legis, & quo non ex expresso contemptu.

61. *A priori*

62. *Confir. Ad hominē*

Vltimò prob. sæpe in obiecto vel nulla est malitia, vel non tanta, quanta in actu peccaminoso: ergo nequit tunc tota malitia peccati desumi per denominationem ab obiecto: quia nequit ab obiecto maior malitia desumi, quàm quæ in illo supponitur. Antec. constat in ijs peccatis, quę in obiectum tendunt per expressum contemptum vel honestatis virtutis, vel superioris præcipientis. In his .n. nulla supponitur malitia in obiecto, sed tota est in actu expressè contemnente honestatem virtutis, vel superioris præceptum: quia nimirum aliter tendit in obiectum honestum, quàm ratio ipsa dictat, esse tendendum: Eadem ratio est de ijs peccatis, quorum tota malitia desumi non potest ex solo obiecto: vt qui ex contemptu rem leuem præceptam transgreditur, graviter peccat, non ratione rei præceptæ, quæ leuis est, sed ratione modi tendendi in rem præceptam, per expressum contemptum præcepti. Confir. 1. malitia horum peccatorum desumitur ex contemptu: contemptus non est in obiecto, sed in contemnente, ratione actûs, quo iniuriosè tendit in obiectum. Ergo malitia horum peccatorum non desumitur ex obiecto, sed ex liberâ & morali tendentia in obiectū.

63. *Prob. vlt. Assertio*

64. *Conf. hæc ratio 1.*

2. Ex eo desumenda est morali malitia in his, quod ratio dictat esse dissentaneum rationi: Hoc non est obiectum, sed libera tendentia in obiectum: ex parte enim obiecti non est nisi honestas, quæ terminat liberum contemptum operantis: ergo ex parte obiecti nihil mali potest ratio apprehendere; sed tantùm in ipso actu ex modo, quo tendit in obiectum ex se bonum & honestum.

65. *Confir. 2.*

3. Ab eo formaliter desumenda est malitia peccati, quo tantùm variato variatur ipsa: ab eâ enim formâ desumitur effectus formalis, quâ tantùm variatâ, variatur ipse: sed variatâ tantùm liberâ tendentiâ, voluntatis de virtuali & interpretatiuâ in expressam & formalem; vel contrà, variatur malitia horū peccatorum, quorum prauitas consummatur in affectu interno: nam variata tantùm liberâ tendentiâ ex virtuali & interpretatiua, quam

66. *Confir. 3.*

Digitized by Google

quisque contra legislatorem habet, dum ex passione vel ignorantia vincibili contra legem peccat, in expressam & formalem, quam habet, qui eandem legem ex contemptu præcipientis transgreditur, variatur malitia de vnâ specie in aliam: cùm prior non sit in specie inobedientiæ specialis, in qua est posterior. Ergo ab illâ tantùm sumenda horum malitia.

67. *Objcies* Hæc intrinseca tendentia actus in obiectum dissonum, est tantùm physica: seu pertinet ad physicam entitatem actus: producitur enim per influxum eandemque physicam actionem, quâ entitas actus. Ergo nequit in eâ consistere formalis ratio peccati, quæ sita est in esse morali. *Resp.* neg. antec. intrinseca enim tendentia actus in obiectum rationi dissonũ est etiam moralis; & formalis ratio constitutiua peccati commissionis, quà moralis. Est physica, quà dicit respectum ad principia physica, nempe ad voluntatem, vt præcisè producentem: ad rationem, vt præcisè proponentem: ad obiectum, vt præcisè terminans. Eadem moralis dicitur, quà dicit ordinem ad principia moralia, nempe ad voluntatem ex electione operantem: ad rationem practicè de honestate vel malitia obiecti dictantem; ad obiectum propositum, vt conforme vel difforme naturæ rationali, ex practico dictamine rationis.

68. *Dices*: actus est malus, quà liberè procedit à voluntate, versaturque circa tale obiectum ratione regulatum: sed hoc totũ extrinsecũ est actui; ergo & malitia. *Resp.* dist. maior. actus est malus, quà liberè procedit à voluntate vt fundamento moralitatis, concedo; vt ratione formali, nego. Est. n. ratio liberi fundamentum, non formalis ratio bonitatis aut malitiæ, cùm sit communis vtrique, & indifferens ad vtrumque. Rursus disting. actus est malus, quà versatur circa tale obiectum ratione regulatum, vt circa terminum extrinsecè terminantem, concedo; vt circa terminum malitiam formaliter communicantem, nego. Quando. n. in obiecto nulla est difformitas, sed summma honestas, non potest malitia in actu desumi ex obiecto terminante, sed ex modo tendendi voluntatis ad tale obiectum, modo suprà explicato.

69. Deducitur 1. non omnem moralitatem esse extrinsecam actui: constat in omnibus actibus studiosis, quorum bonitas consistit in intrinseca tendentia eorum in obiectum honestum: & in peccatis, quæ in obiecti malitiam expressè feruntur.

2. Omnem moralitatem cõpleri per extrinsecũ; patet: hęc. n. tendentia intrinſ. actûs in obiectum, vt sit moralis & condistincta à physicâ tendentiâ eiusdem, debet connotare principium liberum, practicum dictamen rationis, obiectum conforme aut difforme naturæ rationali, ratione regulatum: quæ sunt extrinseca actui omnia, vt constat.

70. 3. Completam moralitatem actûs fundamentaliter non consistere in vna tantùm ratione, sed in pluribus, formaliter tamen in vna tantùm consistere: quia illa in actu desumitur à pluribus formis & cõnotatis extrinsecis & intrinſ. & licet formę, quę ad illam requiruntur, sint plures, respectus tamen conuenientiæ vel disconuenientię cum sua regula, in quo formaliter consistit omnis moralitas, est vnus, qui in actu humano consurgit ex plenitudine omnium requisitorum.

71. 4. Deducitur responsio ad alias sent. 1. solùm probat de ijs peccatis, quæ in malitiam obiecti directè feruntur. 2. de ijs, quę ad malitiam obiecti indirectè tantùm & interpretatiuè tendunt. 3. non rectè distinguit: versari. n. potest voluntas actu expresso, tam circa obiecta extrinsecè mala, quàm circa intrinsecè mala actu indirecto & interpretatiuo. Ergo peccatum habere potest positiuum respectum ad obiecta intrinsecè mala, & extrinsecè praua: & contrà, respectum rationis ad obiecta extrinsecè mala, & praua intrinsecè.

SECTIO IV.

Quæ & qualis sit priuatio, quam includit peccatum?

ETsi priuatio non sit ratio constitutiua peccati, quia tamen includitur in illo, saltem vt proprietas consequens ad ipsius constitutionem, explicandum quæ, & qualis hæc priuatio sit sc. priuatio alia physica seu perfectionis physicæ: moralis alia seu perfectionis moralis. Quæritur, vtram peccatum includat priuationé, & cuius perfectionis. 72. *Duplex priuatio, Physica, Moralis*

Prima sent. docet, peccatum dicere priuationem perfectionis naturalis debitæ. Indicant Patres, *Augustin. in Enchir. c.* 11. vbi appellat peccata priuationes naturalium bonorum: sequitur *Magister in* 2. *dist.* 34. *cap.* 3. Fundam. peccatum est contrarium naturæ, vt testatur S. *Tho.* 1. 2 *qu.* 71. *art.* 2. *Augustin. libr.* 3. *de lib. arb. cap.* 13. omne aûtem contrarium de se corruptiuum est alicuius perfectionis: ergo peccatum est corruptiuum perfectionis naturalis. Sed contrà 1. hoc apertè contradicit Dionysio, & Patribus affirmantibus, omnia naturalia post peccatum manere integra. Quia omne peccatum personale, de quo nunc disputo, est actus, aut omissio actûs: sed neutrum est naturalis perfectionis corruptiuum. Non omissio, cùm sit pura priuatio actûs; nisi fortè dicatur corruptio naturalis perfectionis debitæ, quia priuat subiectum perfectione oppositi actûs debiti. In quo sensu explicari possunt Patres, cùm peccatum vocant corruptionem priuationemque naturalium bonorum. Verùm hoc ad summum verificabitur de peccato omissionis, non commissionis: hoc. n. non tollit, sed ponit actum, qui licèt sit malus moraliter, est tamen perfectus physicè, quia perficit naturam physicè, non moraliter. De actu malo constat; quòd nullam physicam perfectionem à subiecto tollat, nisi fortè oppositum actum bonum, incompossibilem cum malo. Contrà 2. cùm non semper teneatur voluntas oppositum actum bonum operari, & tam actus malus, quàm bonus sit naturalis & physica perfectio subiecti, dici non potest, quod subiectum priuet perfectione naturali debitâ, sed ad summum morali. Vnde ad fundam. huius sent. Resp. peccatum esse contrarium naturæ, non physicè, sed moraliter, vt ibidem S. Thomas. 73. 1. *Sent.* 74. *Contrà* 1. *Peccatum non dicit priuationẽ perfectionis naturalis.* *Actus bonum naturale non corrumpit* *Secundò*

Secunda sent. affirmat, peccatum includere priuationem perfectionis habitualis debitæ. Quia priuat subiectum gratia habituali, & reliquis virtutibus tam naturalibus quàm supernaturalibus. 75. 2. *Sent. Fund.*

Sed contrà: Tum quia hæc priuatio non includitur in peccato veniali, quod est verum peccatum, naturæ rationali difforme: neque hanc priuationem dicit peccatum per se in omni statu commissum; non in pura natura, non à gentili ante habitum acquisitum & infusum, non à Christiano post corruptos habitus per præcedens peccatum. 76. *Peccatum non includit priuationem perfectionis habitualis.*

3. Sent. docet, hanc priuationem in peccato inclusam, esse carentiam rectitudinis oppositi actûs, quem voluntas ex suppositione quòd operatur, tenetur elicere. Sed contrà: nam si voluntas nullum posset operari actum bonum, posset malum, vt 77. 3. *Sent. Priuatio in peccato, non est carentia oppositi actus.*

multi

multi concedunt in dæmonibus, talis actus à voluntate elicitus esset malus, & consequenter alicuius perfectionis priuationem includens, cùm tamen non includeret priuationem rectitudinis actûs boni: quia nulla potest esse priuatio, vbi non est potentia ad oppositam formam: cùm priuatio sit negatio in subiecto apto ad formam oppositam.

78. *4. sent. cum maiori*

4. Sent. asserit priuationem, quam per se in omni statu commissum importat peccatum commissionis, esse carentiam debiti ordinis ad regulam rationis, quam agens liberum operando sequi tenetur: est communior: docet *Scot.* in 2. *dist.* 37. *qu. vn. §. ista quæst.* Pro cuius explicatione,

79. *Nota dupl. difficult.*

Nota in præsenti controu. duplicem inuolui difficultatem, alteram, cuius perfectionis priuationem per se importet peccatum: alteram, in quo subiecto proximo illa sit. Alij, vt *Gabriel in* 2. *dist.* 31. *qu. vn. art.* 2. *post.* 6. *concl. & Ocham apud ipsum*, immediatè illam collocant in voluntate: alij in solo actu, & ex his alij in eodem actu singulari & indiuiduo, vt apertè sequitur ex sent. eorum, qui docent, posse vnum eundemque numero actum ex bono fieri malum, & ex malo bonum: alij in eodem actu in genere tantùm considerato, vt *Scot. proximè cit.* alij in voluntate & actu simul.

Suotus.

80. *Priuatio in peccato cõmissionis est carentia perfect. naturalis &c.*

Dico. Priuatio, quam per se importat peccatum commissionis, non est carentia alicuius perfectionis naturalis, aut habitualis acquisitæ, vel infusæ, aut rectitudinis oppositi actus debiti, (vt constat ex sentẽtijs refutatis) sed rectitudinis & ordinis moraliter debiti, non actui, sed voluntati, ad

81.

suam legem & regulam prohibentem: prob. hanc tantùm priuationem importat per se in omni statu commissum, etiam in quo voluntas impotens esset ad rectè operandum. nam tunc teneretur voluntas non tollere moralem ordinem seu rectitudinem, quam habet ad suam legem prohibentem, per solam negationem omnis actûs legi difformis. Duplicem .n. tenetur voluntas habere conformitatem cum suâ regulâ; positiuam, per positiuum actum legi conformem; negatiuam, per negationem omnis actûs legi difformis. Posteriorem semper tenetur habere; cùm hæc tollatur per actum rationi difformem, quem nunquam licet habere: Priorem certo tempore; cùm illa tollatur per omissionem actûs honesti, quem non semper voluntas tenetur habere, sed certo tẽpore, quando ille est in præcepto. Prior cõformitas tollitur peccato commissionis; posterior, omissionis. Prior est priuatio positiuæ rectitudinis & honestatis oppositi actus, quem voluntas certo tempore elicere tenetur: posterior est priuatio negatiuæ tantùm rectitudinis seu ordinis, non quidem in actu, quia ad illam seruandam nullus necessarius est actus, sed in voluntate, quâ voluntas tenetur non habere actum positiuum malum, quo hæc negatiua & moralis rectitudo, seu ordo cum regula prohibente tolleretur.

82. *Constat 1.*

Hinc Constat 1. hanc priuationem non esse in eodem actu indiuiduo aut singulari, cùm nequeat idem numero actus successiuè esse capax rectitudinis & obliquitatis, seu honestatis & malitiæ, vt

83. *Constat 2.*

suprà. 2. Neque esse priuationem rectitudinis seu ordinis debiti actui in genere, contra *Scot. loco cit.* in casu .n. quo voluntas non haberet potentiam ad rectè operandum, actus malus ab ipsà elicitus non posset dicere priuationem ordinis seu rectitudinis debitæ actui in genere: quia tunc non haberet voluntas debitum operandi vllum actum bonum, sed solùm non operandi actum malum: & per hanc tantùm liberam non operationem actûs mali conseruaretur debita conformitas, quam voluntas conseruare tenetur; erga suam legem prohibentem, 3. Quo pacto hæc priuatio debitæ rectitudinis & conformitatis ad regulam prohibentem, non fit in actu, sed in voluntate. Sicut .n. illa non ponitur per actum, sed per liberam duntaxat negationem actûs, legi ac regulæ difformis: ita nec conseruatur per positionem actûs, sed per negationem tantùm mali actûs. Confir. idem est immediatum subiectum priuationis, & oppositæ formæ: sed immediatum subiectum rectitudinis, & conformitatis ad regulam prohibentem, non est actus, sed voluntas; nam hæc conformitas non seruatur positiuo actu: ergo nullus positiuus actus erit immediatum subiectum huius conformitatis: eatenus .n. actus est immediatum subiectum coniormitatis cum lege, quatenus eo mediante seruanda est conformitas cum lege: ergo voluntas erit immediatum subiectum priuationis rectitudinis.

84. *Constat 3.*

Confir.

Argumenta sectionis secundæ soluuntur.

AD Argu. primę sent. Resp. Primarium institutum Patrum fuisse confutare hæresim Manichæorum, qui duos fingebant Deos: vnum bonum, principium bonorum; alterum malum, principium malorum. Contra quos demonstant, hoc ipso, quòd natura est, bonam esse, & à Deo conditam: *malum* non esse naturam, sed corruptionem naturæ; pro naturâ intelligentes, non actum accidentalem, qualis est peccatum; sed rem subsistentem, qualem intelligebant Manichęi naturam malã, vt apertè colligitur ex *August. to.* 7. *lib. de perfect. iustitiæ, ratioc.* 4. vbi: *iterum*, inquit, *quærendum est, quid est peccatum, actus, an res? respondemus, peccatum quidem actum dici & esse, non rem.* Vbi dum rem opponit actui, pro re intelligit naturam subsistentem. Cæterùm occasione huius erroris Patres de peccato etiam disputasse, ex ijsdem constat, illudque per priuationem corruptionemue sæpe definiuisse. Sed id fecerunt 1. vt per notiora nobis illud explicarent: sic .n. homines, qui plerumque metu proprij damni à malo abducuntur, magis ad illud vitandum mouentur. Eodem modo scriptura illud describit per *recessum & elongationem* à Deo, vt illius damnum & grauitatem magis apprehendamus. 2. quia Patres peccatum considerarunt, non vt nos, ex primâ ratione sui cõstitutiuâ, sed secundùm alias, præsertim maculæ: quo pacto illud formaliter includit priuationem debitę pulchritudin, vt infrà.

85. *Ad auctoritatem PP.*

Nullam naturam malam declarant

86.

87. *Ad Ioan. 1. Augustin.*

Locus *Ioan. cit.* per *nihil*, intelligitur nulla res, vt sensus sit, sine ipso nulla res facta est. Sic *August. lib. de natura boni* c. 24. *sine ipso*, inquit, *factum est nihil*, id est, *non est factum sine ipsa aliquid.* Vnde cùm alibi *nihil* accipit pro peccato, interpretandus est, non de *nihilo* entis simpliciter, sed de *nihilo* virtutis & meriti; quod continet peccatum, & homines efficit *nihil*, hoc est vacuos & inanes meriti ac virtutis.

88. *Malum in communi est ad inferiora analogum.*

Ad 1. ration. Resp. malum in communi, prout abstrahit à physico & morali, absoluto & respectiuo, non esse vniuocum, contrahibile per inferiora vt per differentias perfectè præcisas, sed ad summum analogum analogiâ proportionis, confusè inuoluens omnia inferiora, quæ partim sunt priuatiua, vt mala physica absoluta, & moralia omissionis, partim positiua, vt cætera physica respectiua, & moraliia commissionis.

89. *In naturâ & arte datur malum priuatiuum & posit.*

Ad Confir. neg. vniuers. Minor, sicut .n. in natura & arte datur duplex malum, alterum absolutum,

Digitized by Google

lutum, quod est priuatio perfectionis debitæ in subiecto: alterum respectiuum, quod est alteri contrariè oppositum: ita non omne malum naturæ vel artis, est priuatiuum. Respectiuum .n. semper est positiuum, seipso impropriationatū alteri. nam tam in operibus naturæ, quàm artis, malum contingit per defectum & excessum. 1. consistit in priuatione. 2. in positiuo. Ad 2. distinguo. Maior: omnis entitas positiua est bona transcendentaliter, concedo; moraliter, nego. Ita peccatum quà bonum transcendentaliter, placet Deo, & ad illud positiuè concurrit: displicet quà malum moraliter, cuius ipse non est causa, sed creatura: vt mox.

90. *Ad 2.*

91. *Ad 3.* Ad 3. concedo omnem entitatem realem immediatè esse à Deo, quà physica entitas est: nego, quà entitas moralis est. Peccatum autem non est formaliter peccatum, quà physica, sed quà moralis entitas est. Vide disp. 21. sect. 2.

92. *Dices.* Vel quà moralis entitas peccatum reduplicat aliquid reale, vel non reale: si reale, ergo illud est à Deo, à quo omne reale sit oportet. Si non reale; ergo peccatum pro formali reduplicat non reale, quod intenditur. Resp. reduplicare rationem realem, non ex physicâ entitate actûs, sed ex modo procedendi actûs, à proximo principio libero in obiectū ratione regulati, desumptam; seu modum tendendi liberum in obiectum rationi dissonum: nam omnis moralitas formaliter reduplicat liberum modum tendendi voluntatis in obiectum practicâ ratione regulatum: quo tantùm posito, aut sublato, ponitur, aut tollitur moralitas in actu. Hoc autem habet peccatum à solâ voluntate & ratione creatâ, non à Deo: Ab illo .n. actus humanus habet liberum modum tendendi in obiectum practicâ ratione regulatum, à quo proximè elicitur liberè sc. à sola voluntate & practicâ ratione creatâ: nam Deus per suum antecedens & æternum decretum ita suam omnipotentiam cum voluntate creaturæ coniunxit in ordine ad actus naturales, vt quoties, & quoscunque actus illa operari veller, Deus ad illos, & cum illâ concurreret, ad eum modum, quo habitus concurrit ad actum voluntatis dependenter à libertate voluntatis. Quo fit, vt ex vi talis coniunctionis suæ omnipotentiæ, Deus non liberè, sed necessariò concurrat, ad instar causæ naturalis, cum voluntate creata ad omnes ipsius actus naturales: cùm vltimam determinationem & applicationem diuini concursus, per æternum decretum creaturæ indifferenter oblati, relinquat libertati creaturæ.

Quid sit peccatum quà morale positiuum:

93. *Quà bonum à Deo est: quà malum, à creaturâ solâ.* Hinc fit, vt actus peccati nullam moralitatem desumat à concursu diuino, à quo physicè tantùm procedit, sed solùm à voluntate & ratione creatâ, à qua tantùm liberè producitur. Sicut nullam moralitatem desumit actus ab habitu simul cum voluntate coagente, sed à sola voluntate liberè habitum ad operandum determinante. Quia igitur peccatum, quà physicum, bonum est; quà morale, malum est; quoad esse physicum à Deo est, quoad esse morale à solâ voluntate creatâ. Vt disp. 21.

94. Confirm. multa sunt, quæ Deus vt causa physica & vniuersalis producere potest, quæ vt moralis & particularis non potest. Ita nequit Deus vt causa moralis particularis producere habitum erroneum, vel vitiosum ad malum inclinantem, quos tamen vt causa physica & vniuersalis simul cum creaturâ potest. Vbi vides, eandem entitatem habitus vitiosi, vel erronei, quà physica entitas est, à Deo produci posse; quà moralis, non posse.

95. *Ad confir.* Ad confir. concedo omnem entitatem positiuam contineri in Deo, aut formaliter, si nullam dicat imperfectionem; aut eminenter, si aliquam involuat: vt ratio moralis positiua, quæ constituit peccatum in esse peccati, maximam involuit. Continetur autem eminenter, quà physicum & bonum est, vt continetur habitus erroneus ac vitiosus: quia quidquid physicum reale est in illis, producere potest Deus; quidquid morale est producere non potest, quia vt sic tantùm ista entia sunt mala. Cæterùm ipsa moralitas horum actuum physicè producitur à Deo, quà ab ipso producuntur omnia principia, quæ ad huiusmodi moralitatem exercendam necessaria sunt.

96. *Ad quartū. In peccato commissionis conuersio non distinguitur ab auersione.* Ad 4. nego, in peccato commissionis conuersionem distingui posse ab auersione actuali, quæ est contrarietas ad legem & voluntatem diuinam: hæc .n. non distinguitur à conuersione ad obiectum, legi & voluntati diuinæ positiuè contrarium. Quia hæc auersio formaliter consistit in denominatione sumptâ ab obiecto rationi ac legi contrario: à quo præscindi nequit dissonantia ad legem, si obiectum sit terminus actûs humani, nec ab actu, vt ad id terminato, contrarietas ad legem.

97. *Dices* *Contrà* *Dices*, etiam in obiecto distingui rationem, terminatiuam conuersionis, & terminatiuam auersionis actûs ad se. Sed contrà: ratio terminatiua conuersionis est obiectum ijs circumstantijs vestitum, quibus formaliter opponitur legi, à quo præscindi nequit positiua auersio à lege: si .n. ab obiecto præscindas circumstantiam spectantem ad esse morale, non sumitur id positiuè completum in ratione obiecti: nec sumus in casu: qui est, an obiectum completum per omnes circumst. intelligi possit terminare actum humanum quoad conuersionem, non auersionem, defectu priuationis ad auersionem formaliter requisitæ. Sicut .n. hæc opinio constituit conuersionem actualem in positiuo, auersionem in priuatiuo; ita rationem terminatiuam conuersionis in .positiuo, terminatiuam auersionis in priuatiuo.

98. *Ad 5.* Ad 5. neg. maior. Malitia .n. omissionis saluatur in purâ priuatione actus debiti: malitia commissionis in actu positiuè difformi naturæ rationali: A priuatiuo autem & positiuo nequit abstrahi ratio vniuoca perfectè communis, sed ad summum analoga proportionalis, quę intrinsecè involuat inferiora: ad prob. maior. nego ita se habere vniuocè, sed tantùm analogicè in ratione difformitatis cum naturâ peccatum commissionis, & omissionis: vnum enim se habet per positionem actûs, aliud per negationem omnis actus.

99. *Ad 6.* Ad 6. nego antec. Nam etiam peccatum habituale, consideratum in ratione peccati, vt difformis & oppositi naturæ rationali, consistit in ratione positiuâ, nempe in actu præterito moraliter perseuerante: etiamsi .n. nullam inferret subiecto priuationem, actus peccaminosus semel commissus, & nunquam retractatus, moraliter in subiecto perseuerans denominaret illud peccatorē. Quamuis idem peccatum, consideratum sub ratione maculæ & inimicitiæ Dei, involuat formaliter priuationem pulchritudinis debitæ animæ & conformitatis, seu amicitiæ cum Deo vltimo fine: De, quibus infrà. Ad probat. antec. neg. assumptum, eiusque prob. Priuatio enim sanctitatis nequit intelligi vt mala moraliter & peccaminosa subiecto, nisi vt voluntaria eidem; seu quà proprio actu malo eiusdem, illa fuit virtualiter saltem & interpretatiuè volita. Ad 7. Pariter nego peccatum originale consistere in solâ priuatione sanctitatis posteris in primâ origine debitæ. Cùm enim id sit verum & proprium peccatum, vt infrà; & de ratione

100. *Ad 7. Neque peccatum originale consistit in sola priuatione sanctitatis.*

veri.

Digitized by Google

veri & proprij peccati sit esse voluntarium ei, cuius est peccatum; vt priuatio sanctitatis in posteris habeat veram rationem peccati, debet illis esse voluntaria, non voluntate propriâ personali, per quam nihil ad tale peccatum cooperati sunt; sed alienâ capitali: igitur id inuoluit rationem positiuam, licet extrinsecam, nempe voluntarium capitis, quâ aliquo modo fuit voluntarium posterorum: tametsi priuationem sanctitatis dicat intrinsecè. Nec refert quòd ratio voluntarij, quæ est ratio positiua, sit extrinseca; quia hæc non necessariò debet esse intrinseca actui, vt patet in actu externo, qui dicitur voluntarius ab actu extrinseco voluntatis. Ad argu. secundæ sent. patet ex dictis. Cæterùm definitio peccati ab *Augustin.* tradita, & à Theologis admissa, optimè explicatur de contrarietatè positiuâ ad legem, quam peccatum commissionis ex obiecto rationi dissono habet.

101. *Ad arg. sent. 2.*

SECTIO V.

An omne peccatum ideo formaliter sit peccatum, quia est aliqua lege prohibitum?

102. DE facto nullum est peccatum, quod aliquâ lege saltem diuinâ prohibitum non sit, atque adeò quod malitiam ex tali prohibitione non accipiat. Controuersia est, an omnem malitiam peccatum habeat ex lege prohibente, adeò vt si nulla esset lex prohibens, nullum foret peccatum.

103. *Prima sent. affirm.* Prima sent. affirmat: *Albert. in 2. dist. 35. art. 3. ad argu. Bonauen. dub. 4. circa tex. Ægid. qu. 1. art. 1. §.* Tertia def. *Ocham. in 2. qu. 19. ad 3. & 4. dub. Almai. trac. 3. moral. cap. 16. fine: Conrad. 1. 2. qu. 21. art. 6. ad 4. Curiel. dub. 2.* & videtur *S. Tho. 1. 2. qu. 71. art. 6.* ad 4. vbi explicans illud axioma, *aliqua sunt mala, quia prohibita: aliqua verò prohibita, quia mala:* docet, illud intelligendum de prohibitione per ius positiuum, non naturale, quod primariò continetur in lege æterna, secundariò in naturali iudicio rationis humanę, per ordinem ad quam omne peccatum, ideò est malum, quia prohibitum.

104. *Prob. 1.* Prob. 1. ex illis ad Rom. 4. *per legem cognitio peccati: & peccatum non cognoscebam, nisi lex diceret. Et lex iram operatur. Vbi non est lex, nec prauaricatio.* Vbi Paulus peccatum agnoscit ex lege; quâ sublatâ, ait, tolli & peccatum, nomine *prauaricationis* significatum. Idem colligitur ex Ioan. Epist. 1. cap. 3. vbi peccatum appellatur *iniquitas* seu contrarietas ad legem: vt. n. æquitas, est æqualitas legę præscripta: ita iniquitas est contraria æquitati.

105. *Prob. 2. ex Patrib.* 2. Ex *Augustin.* qui *lib. 22. con. Faust. cap. 27.* peccatum definit per contrarietatem ad legem, vt per rationem essentialem. *lib. 2. de pecca. meritis cap. 16 neque (inquit) peccatum erit, si quid erit, si non diuinitus iubeatur, vt non sit.* Ambros. *lib. de Paradiso cap. 8. quid est,* inquit, *peccatum, nisi legis prauaricatio?* 3. Peccatum est malum morale: hoc formaliter consistit in deuiatione à regulis morum: sicut malum artificiale in deuiatione à regulis artis. At regulę morum sunt leges: Igitur peccatum formaliter consistit in deuiatione à lege.

106. *Prob. 3. ratione*

107. *Prob. 4.* 4. Ad peccatum ex S. *Tho. 1. 2. q. 87. art. 1.* per se consequitur reatus pœnæ: sed reatus pœnę consequitur ex prohibitione: ergo peccatum essentialiter supponit legem prohibentem.

108. *2. sent. negat.* Secunda sent. negat: *Scot. in 3. dist. 37. qu. vn. §. Sed ista quæst. & §. Ad quæst. Richar. art. 1. qu. 5a. Rubio qu. 1. art. 2. concl. 1. & 2. Gabriel. qu. vn. art. 2. Palat. disp. 3. Duran. in 1. dist. 47 qu. 4. nn. 8. 16. & 22. Gregor. in 2. dist. 34. art. 2. concl. 2. Sot. lib. 2. de iustitia qu. 3. art. 8. Almai. 3. moral. cap. 16. Caiet. 1. 2. qu. 100. art. 8. ad 2. rat. & fine: Medin. ibid. & qu. 18. art. 1. ad vlt. arg. & qu. 16. art. 4. Vasquez 1. 2. disp. 97. cap. 4. Suar. de act. hum. trac. 3. disp. 7. sect. 1.*

109. *Axioma receptiss. Non ideò omne pecc. formaliter est pecc. quia lege prohibitum.* Quæsent. longè probabilior, fundatur in axiomate, *aliqua peccata sunt mala, quia prohibita: aliqua prohibita, quia mala.* Igitur datur peccatū, quod ante legem prohibentem est malū, & ideò prohibetur. *Augustin. lib. 1. de lib. arb. ca. 3.* consentit Euodio asserenti, adulterium non ideò esse malum, quia lege vetatur, sed ideò lege vetari, quia malum est.

110. *Prob. 1. Ex manifestis absurdis, in oppos. sent.* Prob. 1. si omnia peccata sunt mala, quia lege prohibita, potuisset Deus absolutà potentiâ nulla peccata prohibere; quo posito, nullum fuisset peccatum, vt Deum odisse, proximum læsisse, contra propriam conscientiam agere, quod implicat: nullâ enim lege prohibente, hæc fuissent contra rectam rationem & dissentanea naturæ rationali, vt sic; mala moralia, ac peccata. Antec. patet: nam non ideo hæc de facto apprehenduntur vt mala, & contra rectam rationem, quia sunt lege diuinâ prohibita: quia posset talis lex siue per possibile siue per impossibile inuincibiliter ignorari, aut saltem posset aliquis in aliquo casu illam inculpabiliter obliuisci: cùm tamen nunquam hæc apprehendi possint non contraria rationi: sed ideò sunt mala, quia apprehenduntur vt dissentanea naturæ rationali.

111. Cæterùm aliqui concedunt sequelam, nullum tunc fore peccatum. Expressè *Ocham cit. ad 3. dubium* docet, omnes actus humanos, qui nunc ex lege prohibente censentur mali; ipsum odium Dei, potuisse à Deo præcipi, ac meritoriè exerceri. Verùm hoc ex terminis apparet absurdum.

112. *Respondet* Apparentiùs respondet *Curiel*, hæc necessariò à Deo prohiberi ex suppositione quòd sunt futura, & necessariò ex ea suppos. esse mala & peccata, respectu creaturæ rationalis. Sed contrà: si hęc non sunt ex se mala, sed fiunt mala ex solâ voluntate Dei prohibente, nullâ necessitate cogitur Deus ad ea prohibenda: quia non cogitur ad prohibendum vt malum, quod ante ipsius voluntatem non supponitur malum. *Contrà*

113. Confirm. 1. Ideò quę non sunt ex se mala, Deus non necessariò prohibet, quia ante ipsius prohibitionem non supponuntur mala, vt constat: sed nullus actus humanus in hac sent. ante prohibitionem Dei supponitur malus: ergo nullus necessitat Deum ad illum prohibendum.

114. *Confirm. 2.* 2. Ideò Deus aliqua necessariò, aliqua liberè prohibet, quia ex parte prohibendorum præcedit ratio necessitans Deum ad prohidendum vnum potiùs, quàm aliud: sc. malitia moralis, intrinseca in vno, & non in alio: quam solam Deus necessariò odit. Nec enim per aduersarios, Deus æquè ad omnia prohibenda determinatur.

115. *Sent. à priori* Prob. 2. Malitia moralis consistit in difformitate tū natura rationali vt sic: ex sect. 2. 3. at sunt aliquę operationes ex se independenter à quacunque voluntate Dei, difformes naturæ rationali vt sic: ita mendacium, & odium Dei, habent difformitatem intrinsecam moralem necessariam cum natura rationali, vt calor oppositionem intrinsecam physicam necessariam cum naturâ aquæ. Nempe vt natura aliqua sit possibilis, non pendet à voluntate Dei, sed à diuino exemplari, & omnipotentiâ eiusdem, quæ ratione præcedunt liberam voluntatem Dei: ita, vt aliquæ operationes sint ei debitæ, vt conformes, & proportionatæ; aliæ indebitæ, vt difformes & improportionatæ, non

pendet

pendet à voluntate Dei, sed ab intrinsecâ exigentiâ talis naturæ possibilis. Vt enim risus sit physicè debitus homini, improportionatus equo; contrà hinnitus proportionatus equo, indebitus homini, non pendet ex liberâ voluntate Dei physicè proportionantis, vel improportionantis illum cum naturâ hominis aut equi, sed ex intrinsecâ naturâ hominis & equi, physicè exigentis vnam operationem, vt sibi commensam, & respuentis aliam, vt sibi impropriam. Ita, vt talis operatio sit moraliter proportionata, vel improportionata naturæ rationali vt sic, non pendet ex libera voluntate Dei, illam moraliter proportionantis, vel improportionantis cũ naturâ, sed ex intrinsecâ naturâ rationali exigente has perfectiones, vt sibi moraliter proprias; illas respuẽte, vt sibi moraliter incõmensas.

116. Vnde sicut, sublata prohibitione Dei, adhuc maneret natura rationalis cum exigentia earundem operationum moralium in homine: ita, omni lege sublatâ, maneret eadem honestas & malitia earum, quę sunt ab intrinseco honestæ, vel turpes. Ideò falsò *Medina* 1.2.*q.*19 *art.*4. putat, in eo casu forè peccatum, quà ab intrinseco supponitur difforme naturę rationali: & non fore peccatum, quà non supponitur prohibitum à Deo. Si.n. ratione moralis difformitatis, in qua ratio peccati consistit, non pendet à prohibitione Dei, eâ sublatâ, adhuc maneret sub formali ratione peccati.

117. *Dices*: Impossibile est, vt aliqnid sit peccatum & non sit contra legem naturalem, seu dictamen rationis creatę: ergo impossibile est, vt aliquid sit peccatum, & non sit contra legem æternam Dei. Cùm hęc sit intimatio legis ęternæ; & intimatio includat imperium legislatoris, cuius est promulgatio. igitur omne peccatum eò est peccatum, quo est contra legem Dei. Resp. concedo, omne peccatum esse contra legem naturalem & æternam iudicantem, non contra imperantem, quę sola est lex propriè dicta. Sub alijs terminis resp. omne peccatum esse contra dictamen siue creatum, siue increatum, vt contra conditionem & proximam regulam proponentem obligationem; non contra dictamen, tanquam contra legem & primam regulam per se immediatè obligantem. Ratio.n. siue creata siue increata non obligat per se immediatè, sed mediante obiecto, quod prosequendum vel fugiendum proponit. Vt autem argum. faueat aduersarijs, debet peccatum esse contra dictamen rationis tanquam contra legem propriè dictam, non tanquam conditionem & regulam, obligantem proximè proponentem. Siquidem ipsi contendunt, nullum actum habere rationem peccati, nisi ex lege diuina prohibente per se immediatè tribuente malitiam actui. Ratio autem creata vel increata, quæ tantùm proponit obligationem, non tribuit, sed supponit malitiam in actu.

Dices

Resp. cum Gregor. cit.

118. *Resp. 2.*

119 Ad 1. & 2. argu. 1. sent. Resp. 1. omnes authoritates intelligi, de facto nullum esse peccatum, quod non sit lege diuina prohibitum, secundùm omnes circumstantias, quas includit, inter quas potissima est prohibitio Dei, ratione cuius omne peccatum de facto includit generalem inobedientiam contra Deum. 2. Intelligi posse de lege naturali & æternâ, non inducente per se nouam obligationem, sed ostendente tantùm malitiam obiecti, & naturale debitum hominis illud vitandi. Vnde rectè sequitur à posteriori, sublatâ lege naturali seu dictamine rationis obiecti malitiam ostendente, tolli peccatum, non per se, sed respectu nostri, qui peccati malitiam à posteriori non cognoscimus, nisi medio dictamine rationis. Iuxta

Ad 1. sent.

hunc sensum explica S. Tho. Ad 3. Concedo malum morale consistere in deuiatione à regulis morum; nego regulas morum esse tantùm leges, cùm sint ipsa etiam natura rationalis. Quo fit, vt hâc tantùm manente, & reliquis legibus sublatis, adhuc ratio peccati maneret, quia maneret deuiatio à primâ regulâ, quæ est natura rationalis, in ordine ad quam reliquę leges obligant. Ad 4. neg. minor. Cùm .n. reatus pœnæ sit tantùm dignitas, seu ordinabilitas, non actualis ordinatio, seu destinatio ad pœnam consequi potest ad peccatum, etiam nullâ suppositâ prohibitione actuali, sed tantùm possibili. Sicut præmiabilitas per se consequitur ad actum bonum esto, nullus sit, qui illum actu præmiet.

121. *Ad 3.*

122. *Ad 4.*

SECTIO VI.

An peccatum eo ipso quòd est contra rationem creatam, sit offensiuum Dei?

123. *Negatiua sent. fund.*

PRima sent. negat: quam apud nullum expresè reperi. Fundam. implicat Deum offendi, nisi cognoscatur: at dari, aut saltem fingi ad breue tempus posset inuincibilis ignorantia Dei: ergo peccatum non eo ipso, quòd est contra rationem creatam, est offensiuum Dei. Nam eo casu esset contra rationem creatam, quia cognosceretur esse contra proprium dictamen rationis; & non esset offensiuum Dei, qui inuincibiliter à peccante ignoraretur. Confirm. 1. Peccatum vt offensa Dei, addit nouam malitiam, quam non dicit, vt est contra rationem creatam: ergo non eo formaliter est offensiuum Dei, quo est contra rationem creatam. Non enim posset vna malitia ab alia præscindi, si vna essentialiter includeretur in alia. Sicut, quia eo formaliter quòd est homo, quo est rationalis, non potest vnum separari ab alio. Antec. prob. peccatum vt offensa Dei, addit malitiam generalis inobedientiæ, & virtualis saltem contemptûs Dei, postponentis illum creaturis, quam malitiam non dicit peccatum, quod est contra rationem creatam præcisè. 2. Si peccatum ex eo præcisè quod est contra rationem creatam, est offensiuum Dei: ergo vt sic fuit à gentilibus cognitum: à quibus sicut fuit cognitum, vt est contra rationem creatam, ita fuisset cognitum, vt est offensiuum Dei. Hoc autem negat *S. Tho.* 1.2.*qu.*71. *art.*6. ad 5. vbi docet peccatum vt est contra rationem tractari à Philosopho morali; vt offensiuum Dei, à Theologo.

124. *Conf. 1.*

125. *Conf. 2.*

126. *2. sent. affir.*

Secunda sent. affirmat: *Caiet.* 1.2.*q.*71. *art.* 6.§. *in eodem ex. Medin. ibid.* §. *in solut. quinti: Conrad. ibid. ad* 3. & *art.*2. *ad* 4, & *qu.*72. *art* 4. ad 1. *Vasquez disp.*96. *cap.*2. *Curiel. dub.*3. pro quâ citat *Victoriam*: Et colligitur ex *S. Tho.* 1.2.*q.*19. *art.*4. & *q.*21. *art.*2. ad 4. & *qu.*72. *art.*4. ad 1. & q.73. *art.* 7. *ad* 3. quibus in locis docet, peccatum hoc ipso, quòd est contra rationem, includere auersionem à Deo, in quâ ratio offensæ consistit: quia cùm ratio humana sit quædam participatio rationis diuinę, quidquid est contra rationem creatam, est contra legem increatam. Hæc sent. communis est & probabilior. Quæ dupliciter defendi potest: vno modo sustinendo, quòd ipsa præcisa contrarietas ad rationem creatam, sit offensa Dei, adeò vt si in tali actu Deus inuincibiliter ignoraretur, adhuc peccatum contra rationem creatam, esset Dei offensiuum. Hâc viâ illam defendunt nonnulli apud Curiel. fundam, actu esse contra Deum finem naturalem,

Ratio S. Thomæ

127. *Duplex modus defendendi sent.* 2.

turalem, non addit nouam malitiam diſtinctam ab ea, quam actus dicit, vt eſt contra rationem creatam: atque adeò vt illam contrahat, non requirit diſtinctam cognitionem, & conſequenter, diſtinctum voluntarium ab eo, quod requirit, vt ſit contra rationem creatam.

128. *Poſterior probabilior. Implicat Deũ offendi ſi nullo pacto cognoſcatur.*

Alio modo, ſuſtinendo quòd notitia rationis creatæ non poſſit ſaltem implicitè & virtualiter præſcindere à notitiâ Dei. Qui modus facilior eſt & probabilior: Implicat .n. Deum offendi malitiâ formalis offeſæ, ſi nullo pacto cognoſcatur. Offenſa .n. formalis debet eſſe volũtaria; ea non eſt, niſi aliquo modo cognoſcatur perſona, quæ offenditur. Confirm. nequit homo offendere Deum, niſi per affectum illum formaliter, aut virtualiter contemnat, & poſtponat amori creaturarum: hoc autem neceſſariò ſupponit aliquam notitiam Dei. Vnde falſum eſt, peccatum vt offenſam Dei formalem non addere malitiam, ratione ſaltem diuerſam ab eâ, quam idem dicit, vt eſt contra rationem creatam: addit .n. formalem, aut virtualem contemptum Dei. Nec refert, quòd per peccatum commiſſum cum ignorantia inuincibili Dei vel offenſionis Dei, adhuc Deus rationabilem haberet cauſam offenſionis, propter quod iuſtè puniret, ſicut dominus ſeruum, etiam propter peccata ab ipſo commiſſa cum inuincibili ignorantia, eo quòd illa diſpliceãt domino; id nõ refert: rationabilis .n. cauſa indignationis paſſiuæ eſt, non tantùm offenſa formalis, quę non contrahitur, niſi ex cognitione perſonæ offenſæ, ſed etiam offenſa materialis, quæ contrahitur ex quâuis malitiâ & deformitate actûs peccaminoſi: nam quæuis malitia eſt ſufficiens & iuſta cauſa, vt propter illam indignetur Deus, licet non quæuis ſit ſufficiens, vt offendatur malitiâ formalis iniurię, cùm hęc eſſentialiter requirat notitiam perſonę, quę offenditur.

Peccatum vt offenſa Dei addit malitiam ratione diuerſam, ab ea, quam dicit, vt contra rationem creatam.

129. *Difficultas tollitur*

Ex eo quòd peccatum cognoſcatur eſſe contra rationem creatam, neceſſariò cognoſci eſſe contra Deum, oſtendo. 1. quia qui cognoſcit peccatum eſſe contra rationem creatam, cognoſcit illud eſſe contra moralem inclinationem & exigentiam naturæ rationalis, vt patet: ergo neceſſariò cognoſcit illud eſſe contra Deum. Quia qui cognoſcit aliquid eſſe contra opus artificiatum, neceſſariò cognoſcit illud eſſe contra artem, quâ tale opus factum eſt; atque adeò contra artificem, qui tale opus fecit. Sed natura rationalis cognoſcit ſe vt opus diuinâ arte factum; ergo quidquid cognoſcit eſſe contra ſeipſam, neceſſariò cognoſcit eſſe contra diuinam artem, quâ facta eſt; atque adeò contra ipſum artificem. Maior conſtat; artificiatum .n. dicit ordinem ad artem, quâ factum eſt; & ars ad artificem, in quo eſt. Minor prob. quia natura rationalis neceſſariò cognoſcitur vt effectus ab intellectuali agente productus, ac proinde ab artifice per Idæam artemque formatus: Ex *S. Tho.* 1.2. *qu.* 71. *art.* 2. ad 4. & *Auguſt. lib* 3. de *lib. arb. c.* 15. *Ambro. in* 2. *cap. Rom.* qui in verba, *gentes quæ legem non habent* &c. *ipſa ergo*, inquit, *natura proprio iudicio creatorem ſuum agnoſcit, non per legem, ſed per rationem naturæ: opus enim opificẽ cernit in ſe.*

Ratio ſumpta ex S. Thom. Auguſt. Ambroſ.

130. *Ratio 2. ex S. Thom.*

2. Qui cognoſcit peccatum eſſe contra rationem creatam, cognoſcit illud eſſe contra legem creatam: ratio .n. creata naturaliter cognoſcitur vt lex quędam creata dirigens & obligans hominem in ſuis operationib. ergo cognoſcit illud eſſe contra legem increatam, atque adeò contra ipſum legiſlatorem increatum. Lex .n. creata in conceptu ſuo fert ſecum notitiam legis increatę, cuius eſt participatio, ſicut quilibet effectus creatus fert ſecum notitiam entis increati, à quo originatur: ex *S. Tho.* 1.2. *qu.* 19. *art.* 4. Tertiò. Qui cognoſcit peccatum eſſe contra rectam rationem creatam, cognoſcit illud eſſe contra vltimum finem, ad quem recta ratio creata naturaliter ducit: ergo naturaliter cognoſcit illud eſſe contra Deum vltimum finem creaturæ rationalis, ac proinde cognoſcit illud vt offenſiuum ipſius vltimi finis.

131. *Ratio 3.*

132. *Ratio 4. Impoſſ. peccare contra rationem creatam nõ offendere Deum.*

4. Vt creatura peccando Deum offendat, non eſt neceſſe, vt illum euidenter cognoſcat cognitione diſtinctâ, ſed ſufficit, ſi tantùm confusè de illo dubitet. Qui enim dubitat ne ſuâ actione offendat quempiam, & ab actione non ceſſat, virtualiter & interpret. vult illius offenſam. At impoſſibile eſt, vt homo, peccando contra rationem creatam, confusè ſaltem & implicitè non dubitet, ſe etiam contra Deum peccare: quia impoſſibile eſt, cognoſcere effectum vt effectum, & de cauſâ ſaltem non dubitare: ſicut impoſſibile eſt, cognoſcere cauſam vt cauſam, & effectum aliquo modo non cognoſcere. Sed homo dum peccat, cognoſcit ſuam naturam & rationem, contra quam peccat, vt effectum; quia cognoſcit ſe ſuamque rationem vt quid creatum. Ergo impoſſibile eſt, vt ſaltem de Deo non dubitet ſub ratione cauſæ ac principij, à quo ipſe originem ducit. Nec dici poteſt cognoſci neceſſariò Deum, & nõ neceſſariò cognoſci, illum peccatis offendi: ſicut enim neceſſariò cognoſcitur peccatis offendi legem naturalé rationis; ita neceſſariò cognoſcitur ijſdem lædi legem increatã Dei, cuius lex naturalis eſt intimatio. Nec obſtat, quòd *to.* 1. *diſp.* 2. dixerim, dari poſſe in paucis & ad tempus inuincibilem ignorantiam de Deo: Nam id tantùm conceſſi extra tempus, quo quis actu peccat, non intra tempus peccati: cùm enim nequeat eſſe peccatum, niſi illud actu cognoſcatur eſſe contra regulam creatam rationis, eo ipſo peccator admonetur, vt vlteriùs cogitet, an idem ſit etiam contra aliquam regulam increatam: quæ cogitatio non neceſſariò animum pulſat extra tempus peccati.

133. *Ad 1. ſent. Confirm. 1.*

Ad fund. ſent. 1. conſtat ex dictis. Ad confir. 1. concedo offenſam formalem Dei addere ſupra peccatum, quâ præcisè eſt contra rationem, diuerſam malitiam, ſed inſeparabilem, etiam ratione ſaltem implicitâ à peccato adæquatè ſumpto; quod vtramque malitiam eſſentialiter inuoluit. Vnde illa propoſitio: *Peccatum eo eſt offenſiuum Dei, quo eſt contra rationem*, intelligenda eſt in ſenſu formali, non immediato, quaſi ſola contrarietas ad rationem creatam, præciſo omni reſpectu ad Deum, ſit offenſa Dei: ſed in ſenſu formali mediato, vt ipſa contrarietas ad rationem creatam, quatenus inuoluit virtualem ſaltem reſpectum ad Deum, ſit formalis offenſa Dei.

Senſus formalis mediatus

134. *Ad conf. 2.*

Ad Confirm. 2. concedo conſeq. teſte *Paulo Rom.* 1. vbi de Philoſophis Gentilibus loquẽs, eos *inexcuſabiles* appellat: eo quòd cùm Deum ex creatis effectibus cognouiſſent, non ſicut Deum glorificauerunt. Nec contrarius eſt *S. Thom.* qui dum docet, peccatum ſolùm à Philoſopho tractari, vt eſt contra rationem, non negat illud à Philoſopho cognoſci, vt eſt offenſiuum Dei, ſed tantùm vult ſcientificam conſiderationem ipſius non pertinere ad Philoſophum, ſed ad Theologum.

135. *Eo ipſo quòd peccatum eſt contra finem ſupernatur. eſt contra naturalem.*

Diſputari hic ſolet, an peccatum contra finem naturalem, eo ipſo ſit etiam contra finem ſupernaturalem, & è conuerſo. Affirmant aliqui. Negant alij, ſaltem primam partem quæſtionis. Ego puto, peccatum eo ipſo quòd eſt contra finem ſupernaturalem, eſſe etiam contra naturalem. Quia finis

naturalis

Digitized by Google

naturalis essentialiter includitur in fine supernaturali: & consequenter qui deuiat à fine supernaturali, deuiat à naturali iu supernaturali incluso: At non eo ipso, quòd peccatum est contra finem naturalem, est contra finem supernaturalem, quia supernaturalis non includitur in naturali. Vnde potest quis peccare contra finem naturalem, inuincibiliter ignorando supernaturalem. In quo casu erit offensa & voluntaria deuiatio à naturali, non à fine supernaturali. Non quòd possit quis manere coniunctus cum fine supernaturali, & separatus à naturali; coniunctio enim cum fine supernaturali, essentialiter supponit coniunctionem cum naturali, & rectitudo vnius rectitudinem alterius. Vnde siquis per gratiam coniunctus cum fine supernaturali peccaret contra finem natur. inuincibiliter ignorando finem supernat. non solùm amitteret coniunctiouem cum naturali, sed etiam cum fine supernat. amittendo gratiam. Sed in eo tantùm sensu dicitur peccans contra finem natur: non peccare contra supernat. quia illum inuincibiliter ignorando, non censeretur formaliter offendere, quà supernaturalis est, nec ab illo moraliter & per se immediatè separari, sed tantùm physicè & consequenter, quà separatus à fine naturali, separaretur etiã à supernat. cum quo nequit manere coniunctus, destructa coniunctione cum fine naturali. Vnde priuatio gratiæ in tali casu haberet solam rationem pœnæ. An tale peccatum deleri possit sine gratiâ habituali, infrà.

SECTIO VII.

An peccatum necessariò supponat errorem vel inconsiderationem in intellectu?

136. *Ratio dubit.* CVm peccatum sit malum & contrarium naturę rationali vt sic; & voluntas, quę suo actu peccat, nequeat ferri in malum cognitum vt propriæ naturę contrarium, meritò dubitatur, an omne peccatum necessariò supponat iudicium erroneum in intellectu, quo proponatur vt bonum, quod bonum non est: quodque sit prima radix & origo peccati. Nam si proponatur vti proponi debet, sc. vt malum, impossibile videtur, vt in illud ferri possit voluntas; cùm nequeat voluntas ferri, nisi in aliquam rationem boni: Cumque peccatum in seipso bonum non sit, necessariò effici videtur, vt ad peccatum præcedere debeat error, quo proponatur vt bonum, quod reipsâ bonum non est.

137. *Affirmant* Prima sent. affirmat: Est *Alen. 2. p. q. 112. me. 4. S. Tho. de verit. qu. 24 art. 8. & qu. 16. de malo. art. 2. & 1. 2. q. 77. art. 2. Caiet. Conra. Medi. ibid. Vasquez disp. 128. cap. 5. Bonau. in 2. dist. 22. art. 2. qu. 1. Ægid. dist. 24. qu. 2. art. 1. Duran. in 2. dist. 5. qu. 1. nn. 11. & dist. 39 qn. 1. & in 3. dist. 36 qu. 2. fine: Palud. ibid. qu. 3. fine: Richar. art. 1. qu. 1. ad 6. Capre. qu. vn. art. 3. ad 1. Scoti con. 1. concl. Pet. Sot. de ratio. medendi pecc. lect. 2. fine.* Cæterùm discrepant in explicando errore; alij illum ponunt in solâ inconsideratione eorum quæ voluntatem possent à peccato retrahere: alij in iudicio falso, appetendum esse vt bonum, quod reipsâ bonum non est: alij in imperio consequente practicum iudicium.

138. *Probant 1. sent.* Prob. 1. ex *Arist.* qui 3. *Eth.* 1. asserit, Prauum ignorare quid agendum, abstinendumue sit; vnde axioma, *Omnis peccans est ignorans:* & *lib. 7. c. 3.* docet, incontinentem semper agere ex inconsideratione particularis propos. licet .n. sciat per vniuersalem, omne malum esse fugiendum, passione tamen victus non subsumit in practico syllog. pro minore, *hoc est malum*: vt cum ratione practicè concludat, *ergo est fugiendum*: sed aliam propos. *hoc est delectabile*, vt cum passione inferat, *ergo est amplectendum.* 2. Scriptura & Patres plerumque peccatum reeducunt, vt ad radicem, ad defectum considerationis: Ierem. 12. *Desolatione desolata est omnis terra, quia nullus est qui recogitet corde. Prouer. 14. errant qui operantur malum.* Matt. 15. *Sinite illos, caci sunt & duces cæcorum.* Augustl. *lib. 2. de pecc. meritis cap. 17. Ignorantia & infirmitas, vitia sunt, quæ impediunt voluntatem, ne moueatur ad faciendum opus bonum, vel ab opere malo abstinendum.* De prædest. & gra. cap. 4. *Eum dicitur Deus indurare & excæcare, quem illuminare noluit.* Ansel. in *epistola ad Hebr. cap. 9. Ignorantia quodlibet peccatum dici potest, quia excæcat cor, & errare facit hominem.* 139. *Prob. 2. Peccator excus.*

140. 3. Qui hunc errorem ponunt in defectu solius considerationis, vt *Vasquez*, sic probant. Nequit voluntas amplecti obiectum delectabile, relicto honesto, nisi illud ab intellectu efficaciùs proponatur: nam licet voluntas non necessitetur ab obiecto efficaciùs proposito, quia posset imperare intellectui, vt efficacius proponat oppositum; nunquam tamen ferri potest in obiectum inefficaciùs propositum. Igitur semper in eo qui peccat, præcedere debet efficacior notitia boni delectabilis, quàm honesti. 141. *Probant 3. ratione*

142. *Prob. 4.* 4. Qui errorem collocant in practico iudicio falso, sic philosophantur. Vt voluntas amplecti possit opus peccaminosum, debet illud ab intellectu proponi, vt bonum, cùm nequeat voluntas ferri in malum: ergo antequam peccet amplectendo opus vt bonum, errat intellectus proponendo illud vt prosequendum. 143. *Prob. 5.* 5. Qui illum constituunt in imperio, sic ratiocinantur. Omnis electio voluntatis necessariò supponit efficax imperium intellectûs, quod explicatur his verbis, *fac hoc faciendum tibi est hoc:* ad quod illa necessariò sequitur: quia non stat, intellectum efficaciter imperare, & voluntatem rem imperatam non amplecti: igitur ad actum peccati supponi debet efficax imperium intellectûs; quod cùm sit de re illicitâ & malâ, necessariò est erroneum.

144. *Negant* Secunda sent. negat: Est *Rubi. in 3. disp. 36. qu. 2. art. 1. concl. 2. & ad 2. & Coroll. 1. Mayro. in 2. dist. 24. Argent. dist. 25. qu. vn. art. 2. Bacho. dist. 29 qu. vn. art. 3. Marsil. qu. 16. art. 5.* præsertim *Coroll. 2 post 2. concl. Palat. dist. 39. disp. 1. §. 2. Ocha. in 3. qu. 12. ar. 1. concl. 4. & art. 4. concl. 3. & 4. Almai. tract. 3. Moral. cap. 4. Suarez de actib. hnm. tract. 5. disp. 5. sect. 1.*

145. *Probant 1.* Prob. 1. ex Script. & Patr. qui aliquos peccare dicunt, ex malitiâ & scienter: Lucæ 12. *qui cognouit voluntatem Domini sui, & non fecit secundum voluntatem eius, vapulabit multis:* Iacob. 4. *Scienti bonum facere & non facienti, peccatum est illi*, Aug. in Psalm. 68. versic. *Fiat mensa illorum coram ipsis in laqueum: Ecce*, inquit, *norunt muscipulam & pedem mittunt, & tenenda colla subiciunt.* Et in Psalm. 123. versic. *forte vinos deglutissent. Hi sunt* (inquit) *qui vini absorbentur, qui sciunt malum esse, & lingua consentiunt.* 2. Inter articulos Parisijs damnatos, *apud Magist. sent. fine*, error de libero arbitrio tertius est, quòd existente rectâ ratione voluntas peccare non possit. 3. Angelus & Adamus peccarunt, nullo præcedente errore: in Angelo .n. nullus potuit esse error præsertim ante peccatum: nec in Adamo: nam error est pœna peccati. 4. Alioqui nullum foret discrimen inter peccatum ex ignorantia; & ex malitiâ, quod scienter committitur: ergo solum peccatum ex ignorantia præcedit error. 146. *Probant 2.* 147. *Prob. 3. ratione* 148. *Prob. 4.*

Tertia

Digitized by Google

149. 3. *sent. media inter vtramque.* Tertia sent. media docet, per se necessarium non esse, vt peccatum præcedat error vel ignorantia; esse tamen necessarium, vt saltem comitetur, vel subsequatur, ex voluntatis deordinatione: *Henric. quodl. 1. qu. 17. & quodl. 10. qu. 10. Scot. in 3. dist. 36. q. vn. §. secundus art. Gabri. q. vn. art. 2. in 2. p. art. concl. 3. & art. 3. dub. 3. & in 2. dist. 22. quæst. 2. art. 3. dub. 3.* Cæterum *Henricus* vult, quòd statim ex deordinatione voluntatis sequatur error in intellectu, ita vt simul tempore sint, licet priùs naturâ sit peccatum. *Scotus* contendit, peccatum esse causam erroris intellectûs, quâ vel intellectum auertit à consideratione rectâ, quam ipse *excæcationem primatinam* vocat: vel est occasio, vt intellectus sibi acquirat habitum imprudentiæ, quo redditur promptior ad inquirenda media apta ad malum finem. voluntas. n. finem malum eligens, imperat intellectui, vt inquirat media ad illum. Ex quâ inquisitione intellectus acquirit sibi habitum imprudentiæ, quem errorem in agibilibus, & *excæcationem positiuam* appellat: Fundam. est scriptura & Patres, qui sæpe docent, hominum mentes peccatorum malitiâ obcæcari: *Sapientiæ 2. Excæcauit illos malitia ipsorum.* August. in Psal. 2. versic. *loquetur ad eos in ira sua: Quanquam possit*, inquit, *ira Dei rectè intelligi etiam ipsa mentis obscuratio, quæ consequitur eos, qui legem Dei transgrediuntur.*

150. *Discrepant in explic. deordin.*

Fund. sent.

151. Pro explic. nota 1. posse ignorantiam vel inconsiderationem peccatum præcedere, necessariò; vel non necessariò, sed tantùm connaturaliter, spectato naturali modo operandi voluntatis.

152. *Duplex ignorantia vel error, practicus.* 2. Ignorantia vel error, alter speculatiuus, de quo nihil ad præsentem difficul. alter practicus: qui adhuc duplex; alter consistens in difformitate iudicij cum rebus agibilibus; vt si vnâ iudicetur eligibilior alia, quæ tamen non est; vel eligibilis ex rectâ ratione, quæ re vera non est: alter in difformitate, non cum rebus, sed cum appetitu rationali, vt etiamsi fornicatio iudicetur non eligibilis ex recto appetitu, adhuc tamen hîc & nunc iudicatur eligenda, non quia conformis est appetitui recto, sed quia conformis est concupiscentiæ, & appetitui sensitiuo. Prior dicitur propriè error, quia difformatur rebus, quarum est practicum iudicium. Posterior dicitur propriè imprudentia, & à *Scoto & Gabri.* appellatur error in agibilibus seu in moralibus, qui contra regulas prudentiæ iudicat eligendum, quod ex recta ratione cognoscitur non eligendum.

153. *Non necessariò præcedit peccatum error practicus.* Dico 1. Non necessariò ad peccatum præcedit error practicus. Fundam. potest intellectus habere plenam notitiam omnium eorum, quę à peccato auocare possunt, nec non practicum iudicium de malitia peccati, contra rationem & legem diuinam: & adhuc voluntas ex innata sua libertate in illud ferri sub ratione aliqua delectabili: quia nullum obiectum creatum necessitare potest voluntatem. igitur nullo præcedente errore vel ignorantia, peccare potest. 154. *Dices*, præcedere iudicium erroneum, quo falso intellectus iudicat, amplectendum esse peccatum. Sed contrà: nam hoc iudicium potest esse verum, si sit, vti esse potest, de prosequutione peccati secundùm rationem delectabilem, vel vtilem v. g. committendum est furtum, quia vtile; exercenda est fornicatio, quia delectabilis. Neque ad actum peccati necessarium est iudicium comparatiuum, quo iudicatur, eligibilius esse peccatum, quàm oppositum eius, sed sufficit iudicium absolutum, quo practicè iudicetur, hîc & nunc eligendum esse peccatum, vt rem vtilem, aut delectabilem. Imò per alium actum iudicari potest simpliciter eligibilius esse oppositum. Hęc .n. est vis libertatis creatę, vt quia à nullo obiecto creato necessitatur, possit ex duobus propositis, eligere quod iudicatum est minùs eligibile. Vnde *Basilius hom. quod Deus non est author mal. fine 1. colu.* radicem peccati tribuit voluntati: *Principium* (inquit) *ac radix est peccatum, quæ in nobis potestas est, & arbitrij libertas.* Eandem assertionem confirmant rationes & authoritates secundę sententiæ.

155. *Sed error moralis imprudentiæ,* Dico 1. Ad omne peccatum necessariò prędere debet moralis error imprudentię. Fundam. ad omne peccatum necessariò prerequiritur iudicium practicum, saltem virtuale & implicitum de eligendo obiecto malo. Nam vel obiectum eligitur, qua malum est formaliter, vt cùm ex odio personæ eligitur medium vt malum & noxium personæ: & tunc prędit expressum iudicium de eligendo obiecto malo: Vel eligitur, quà delectabile & vtile, cum implicita saltem & confusa notitia malitię cum obiecto connexę, vt cùm eligitur celebratio sacri cum dubio interdicti: & tunc præcedit virtuale saltem & implicitum iudicium de eligendo obiecto prohibito. Nam idem iudicium, quod est formale & explicitum de celebrando sacro, stante dubio de interdicto, est simul virtuale & implicitum de eligendo obiecto prohibito.

Iudicium de eligenda malo.

156. De hoc errore moralis imprudentiæ explicantur Scripturæ, Patres, Theologi, cùm docent, omnes peccantes errare. Appellant .n. illum stultitiam & imprudentiam: Vnde *Basil. homil. in Psalm. 37. versic. putruerunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ: insipientiam* (inquit) *stultum suum factum nominat ab insipientiâ procedens: omne enim peccatum per stultitiam fit.* Et immediatè pòst docet, peccatum ex imprudentiâ oriri: contrà verò virtutem ex prudentiâ *sed & ea* (inquit) *quæ per prudentiam fiunt, sanitatem animæ gignunt imprudentia verò & vulnera & cicatrices operatur.* De hoc errore explicant *S. Thom. Capreolus cit. ad 2. & Medina.*

157. *Et inconsideratio eorum, quæ à peccato retraherent.* Dico 3. Spectato naturali & ordinario modo operandi voluntatis creatæ, ad quodlibet peccatum non solùm præcedit moralis error imprudentiæ, sed aliqua etiam inconsideratio eorum, quę possunt à peccato voluntatem retrahere. Fundam. cõnaturalis modus operandi volũtatis est, vt sequatur quod efficaciùs ab intellectu proponitur: quia cùm voluntas sit appetitus naturæ intellectuali datus ad bonum suppositi procurandum, in illud connaturaliter fertur, quod vt maius bonum suppositi ab intellectu proponitur. Ergo defectus considerationis est causa, quo minùs opposita honestas virtutis, vt maius bonum creaturæ rationalis efficaciùs viuidiusque ab intellectu apprehendatur. Quæ si apprehenderetur, procul dubio voluntas, spectato connaturali modo operandi ipsius, relicto peccato, in oppositam virtutem, vt in obiectum efficaciùs propositum, tenderet. Iuxta hanc assertionem explicari possunt Scripturæ & Patres, qui plerumque, non quid voluntas ex innatâ suâ libertate possit, sed quid de facto iuxta naturalem ipsius modum agendi, operetur, loquuntur.

158. *Cuius erroris radix moralis est in voluntate.* Dico 4. Prima radix moralis huius erroris, vel inconsiderationis, quæ aliquo modo est causa, vel occasio peccati, non est in intellectu, sed in voluntate: quamuis physica radix illius præcedat in intellectu. Iuxta hanc assertionem conciliantur multi authores, quorum aliqui radicem huius erroris vel inconsiderationis reducunt in negationem primæ cogitationis congruæ, quæ in quolibet negotio præuenit omnem liberum vsum voluntapis;

Digitized by Google

tis; estque occasio moralis defectus in voluntate, vt *Vasquez* 1. 2. *disp.* 128. *cap.* 6. alij contrà, primam radicem referunt in voluntatem, vt *Henric. Scotus, Gabriel, & Suarez citati:* alij partim in intellectum, partim in voluntatem, vt *Caietanus quæst.* 77. *art.* 2. §. *ad hoc dicitur.*

159. Prior pars assert. prob. Quocunque errore vel inconsiderantiâ positâ, semper in potestate voluntatis est, præcipere vt intellectus meliùs excogitet ea, quæ possunt à peccato auocare, nisi talis error, vel inconsideratio sit inuincibilis, quia tunc neque defectus, ex tali ignorantia in voluntate sequutus, est culpabilis. Solet autem occasio huius defectus plerumque in voluntate esse aliqua passio, vel nimia occupatio in rebus temporalibus, quæ hominem auocat à seriâ consideratione eorum, quæ à peccato retraherent: non semper tamen hic defectus est peccatum, nisi quando voluntas probabiliter existimat, defectu talis considerationis se in peccatum lapsuram. Nec committit distinctum peccatum, quando postea defectu talis considerationis actu peccat: nam subsequens peccatum facit vnum moraliter cum voluntate negligendi ea, quę poterant à tali peccato retrahere. Committit autem peccatum ob solam negligentiam considerationis cum probabili conscientiâ lapsus futuri, etiam peccato non subsequuto: sicut qui in die festo proponit non audire sacrum, etiamsi postea audiat, committit peccatum. Etsi non duplex, sed vnum committat peccatum, qui proponit sacrum non audire, & non audit. Quando omittit considerare, nullo apprehenso periculo futuri lapsus, non peccat; quia talis omissio non est per se mala.

160. *Physica in intellectu.* Posterior pars assert. prob. Negari non potest, quin si præcessisset congrua cogitatio in intellectu, quæ voluntatem ad bonum allexisset, sicut præcessit cogitatio, quæ illam ad malum pellexit, voluntas allecta honestate boni efficaciùs propositi non omisisset considerare ea, quæ illam à peccato auocassent. Hæc autem cogitatio, cùm sit prima, quæ in quouis negotio inchoando occurrere solet, atque adeò independens à voluntate, non potest esse moralis, sed tantùm physica radix peccati subsequentis.

161. *Ad 1. sent.* Authoritates & rationes primæ sent. intellige iuxta 2. & 3. nostram assert. falsum est, quod *Vasquez, & Buridanus apud Almai. cit.* docuit, non posse voluntatem ex duobus obiectis propositis eligere quod minùs efficaciter proponitur. Nam licet hoc verum sit, spectato connaturali modo operandi voluntatis creatę, absolutè tamen falsum est, vt suprà ostendi. Reliqua argu. quę probant, ad peccatum præcedere iudicium erroneum de eligibilitate obiecti, explica de iudicio erroneo contra mores & appetitum rectum, non contra veritatem rerum.

162. *Ad secunda sent. arg.* Argumenta autem sententiæ 2. solùm probant de errore contra veritatem rerum; at error contra mores debuit etiam præcedere peccatum Angelorum; & protoparentum; neque hic error censeri potest pœna peccati, sed per se requisitus ad peccatum, licet moralem radicem habeat in ipsâ voluntate, vt suprà explicatum est.

163. *Ad tertia arg.* Argumenta sententiæ 3. explicanda sunt cum *Scoto* loco citato de obscuritate & cæcitate tum actuali, tum habituali, quæ ex frequentatis actibus erroneis, qui occasione peccati exercentur, in intellectu acquiruntur.

SECTIO VIII.

Qualem aduertentiam per se requirat peccatum?

CErtum est 1. peccatum aliquam requirere malitiæ aduertentiam, vel saltem debitum aduertendi ad ipsam malitiam: voluntarium .n. ex rationis aduertentiâ essentialiter pendet, & culpabile. Hinc constat, non sufficere aduertentiam physicæ entitatis, nisi etiam aduertatur malitia actûs: peccatum .n. debet esse voluntarium, quà peccatum, & qui aduerteret ad obiectum, non ad malitiam ipsius, eliceret actum voluntarium circa obiectum, non circa malitiam. Idem accidit, quando quis non aduertit ad circumstantiam obiecti: tunc .n. licet actus sit voluntarius respectu obiecti, non est tamen voluntarius respectu circumstantiæ obiecti: vt occidens clericum, non aduertens esse clericum, erit tantùm homicida, non sacrilegus. 164. *Peccatum requirit malitiæ aduertentiam; vt sit voluntarium.*

Certum est 2. aliam aduertentiam requirere peccatum mortale, aliam veniale; alioqui nullum foret veniale ex subreptione: hoc .n. vt condistinguitur à veniali ex genere, committitur ex defectu perfectæ aduertentiæ; ideoq; dicitur ex subreptione, quia subrepit, ratione non plenè aduertente, & committi solet etiam in materiâ graui. 165. *Aliam mortale, aliam veniale.*

Indubitatum 3. ad quodcũque peccatum committendum non satis esse aduertentiam remotam & habitualem, sed requiri proximam & actualem, vt .n. fit actu voluntarium, debet ipsius malitia hîc & nunc esse actu cognita. Si antea cognita fuerit, non hîc & nunc, poterit actus denominari malus ex præteritâ aduertentiâ, vt homicidium præuisum in ebrietate committendum, denominabitur moraliter malum, ex præuisione, per ordinem ad quam dicitur voluntarium, non tamen ex præsente voluntate, à qua proximè fit sine sufficienti aduertentiâ malitię. Hinc sequitur, non sat esse, habere liberam potentiam ad cognoscendam malitiam peccati: quia ad contrahendam actualem malitiam peccati, requiritur actualis libertas: hæc autem essentialiter postulat actualem aduertẽtiam rationis. 166. *Proximam tamen & actualem.*

Dices. Hoc ipso, quo voluntas est libera ad cognoscendam malitiam peccati, habet debitum cognoscendi illam: ergo eo ipso quòd illam non cognoscit, imputabitur illi talis omissio ad culpam. Resp. verum esse antecedens, quando voluntas est libera proximè: falsum, quando est libera tantùm remotè. Fit autem voluntas libera proximè ad operandum, per notitiam aliquam rei operandæ, cùm nil velle possit nisi præcognitum. Vt igitur habeat debitum cognoscendi malitiam peccati, quod operatur, debet proximè posse velle cognoscere malitiam illius. Vt id possit proximè velle, debet habere aliquam notitiam, vel saltem dubium de malitiâ illius; cùm nequeat voluntas applicare intellectum ad aliquod obectum considerandum, nisi præcedat confusa saltem notitia illius. Ideò enim prima obiecti notitia non est in potestate voluntatis, quia primam notitiam nulla præcedit cognitio. Vnde cùm nos ipsos ad distinctam notitiam de obiecto habendam excitamus, præcedere debet confusa saltem notitia illius. 167.

Certum est 4. vt voluntas habeat proximum debitum aduertendi ad malitiam peccati, non sat esse, illam esse intrinsecè coniunctam cum physicâ entitate actûs, quem liberè exercet. Quod .n. proximè mouet voluntatem ad operandum, non est 168.

obiectum

Digitized by Google

obiectum secundùm se, sed vt cognitum: ergo nihil obligat voluntatē ad considerationem sui, nisi
169. sit cognitum. 5. Ad incurrendam malitiam peccati, non est necessaria clara & distincta notitia de malitia peccati. Multi .n. sunt, qui dum peccant, non attendunt ad iniuriam, quam peccando Deo inferunt, vt ferè Gentiles, nec ad specificam malitiam peccati, nec ad vllam formalem: cuius signum est, quia si illam aduerterent, nullo pacto illam vellent; vt qui firmum habent propositum potiùs moriendi, quàm vel leuiter Deum offendere: cùm tamen nemo dubitet, eos incurrere offensam Dei & specificam rationem peccati. His certis,

170. *Sufficit aduertentia mali in cōmuni, aut periculi &c. Fundam. regula.*

Dico 1. Ad contrahendam specificam malitiam totamque grauitatem peccati, sufficit quæcunque aduertentia mali in communi aut periculi, quæ præuio diligenti examine intellectum ducere posset in distinctam notitiam malitiæ, totiusque grauitatis peccati. Regulæ fundam. ad contrahendam malitiam peccati, sufficit voluntarium indirectum & interpretatiuum; vt supra: sed ad id voluntarium illa aduertentia sufficit. Qui .n. aduertit, subesse posse malum, aut periculum peccandi actioni, quam exercet, & contemnit illud, indirectè & interpretatiuè vult malum, quod tali actioni subest, & quidquid ex tali actu aptum est sequi: alioqui si nollet, operam daret, ne tale malum sequeretur, diligenter examinando causas & circumstantias. Confirm. vnusquisque naturali iure tenetur, quotis aduertit esse periculum peccandi, non se exponere periculo, sed diligenter causas circumstantiasque periculi examinare. Quod si omittat, cùm possit, imputatur illi ad culpam totum malum, quod, examinatis diligenter causis,

171. *Quid si intellectus partem malitiæ cognoscat?*

euitare potuisset. Dixi, *quæ præuio diligenti* &c. nam si per eam aduertentiam præuio diligenti examine, intellectus duci non posset in totam malitiam, sed in partem tantùm, homo non contraheret totam grauitatem peccati, sed eam dumtaxat, in cuius notitiam ex tali aduertentia diligenter examinatâ duci potuisset. Vt si quis dubitans, num talis dies sit festus, omittat, examinare circumstantias, per quas peruenire posset in notitiam festi, omittens sacrum incurrit transgressionem præcepti Eccles. de audiendo sacro. Verùm si cum præcepto audiendi sacrum tali die coniuncta sit etiam excommunicatio, in cuius notitiam peruenire non potuisset: Tunc cum malitia transgressionis præcepti de audiendo sacro non incurritur inobedientia Prælati, tale sacrum sub pœna excommunicationis præcipientis, quia illud tantùm malum imputatur operanti, quod fuit in proximâ potestate ipsius, post diligens examen, vitare: sed malum, quod post diligens examen cognosci non potest ab operante, non est in proximâ potestate operantis vitare: ergo non potest illi imputari: imputatio .n. supponit proximam libertatem principij, cui tribuitur. Confir. alioqui Infideles non solùm punirentur propter mala, quæ liberè sequuntur ex voluntarijs actionibus ipsorum, sed etiam propter mala, quæ sequuntur ex non voluntarijs: vt sunt transgressiones multorum præceptorum diuinorum, quæ inuincibiliter ignorant.

Ratio

172. *Aduertentia ad mortale plena & perfecta. Assertio communis.*

Dico 2. Aduertentia, ad peccatum mortale requisita, debet esse plena & perfecta, per firmum iudicium de malitia actus, vel periculo illius. Fundam. peccatum mortale, cùm sit grauis offensa Dei, & irreparabile damnum creaturæ rationalis, separans illam, quantum est ex se, perpetuò à Deo, requirit plenum consensum voluntatis, qui esse nequit absque plenâ aduertentiâ, & firmo iudicio de malitiâ, vel saltem de periculo malitiæ. Non intelligo requiri plenam aduertentiam de malitiâ actûs extensiuè, seu specificâ grauitate ipsius: hoc .n. esset contra primam assert. sed de malitiâ in communi, vel de periculo ipsius.

173. *Dices.* Esto imperfecta aduertentia non sit sufficiens ad mortale, est tamen sufficiens ad pleniùs deliberandum de malitiâ peccati: ergo non excusatur à mortali, qui imperfectè aduertens in materiâ graui, consensum præbet, quia potuit & debuit perfectè considerare. Confir. Ignorantia vincibilis, esto, cum difficultate vinci possit, à mortali non excusat; ergo nec defectus plenæ aduertentiæ. Resp. id ipsum imputari ad culpam venialem; idem .n. aduertentiæ defectus, qui consensum in opus à mortali excusat, excusat etiam omissionem pleniùs operis mali circumstantias considerandi. Nam eadem difficultas, quæ voluntatem impedit, quo minùs expeditè possit consensum in opus malum cohibere, impedit etiam, ne expeditè possit pleniùs de malitiâ operis deliberare. Ad Confir. neg. conseq. qui .n. laborat ignorantiâ vincibili, potest perfectè aduertere se teneri ad illam vincendam; nec propter difficultatem illam excusabitur. Contrà verò, qui habet imperfectam aduert. non potest perfectè aduertere se teneri, vel cōsensum cohibere, vel pleniorem aduert. comparare.

174. *Ad veniale semiplena & imperfecta.*

Dico 3. Aduertentia ad veniale sufficiens, est quæcunque semiplena & imperfecta notitia, per imperfectum & semiplenum iudicium de malitiâ actûs, vel de periculo illius. Hanc aduert. explicat *Caiet. in sum.* v. *delectatio*, exemplo illius, qui primùm è somno euigilans, nondum sui perfectè compos, consensum præbet in pollutionem. Quod .n. tali casu facit semi-somnus rationem ligans, ne illa perfectè aduertere, & iudicare possit malitiam actus, facere potest in perfectè vigilante passio. Ita qui vehementi passione absorptus consensum in opus malum præstat, peccat venialiter tantùm. Fundam. ad veniale sufficit quicunque semiplenus & subreptitius consensus, cùm sit leuis offensa; & aliàs quæcunque aduertentia, etiam imperfecta & semiplena sufficit ad prohibendum liberum consensum in opus cognitum vt prauum.

175. *Triplices motus distinguunt Theologi in nobis*

Deducitur 1. nullum motum primò primum imputari ad peccatum; omnes secundò primos ad veniale; secundò secundos ad mortale, si materia sit sufficiens. primò primi omnem rationis aduertentiam præueniunt; primò secundi primis succedunt, fiuntque cum aliquâ, licet imperfecta aduert. & voluntatis deliberatione. Improbabilis est sent. docens, motus etiam primò primos nobis imputari ad culpam, saltem venialem, eo quòd præueniri potuerunt, ne insurgerent, vitando omnes occasiones, mentemque pijs commentationibus occupando. Nam cùm hic modus operandi excedat humanam industriam, non obligat: quia homo non obligatur ad operandum, nisi moraliter, seu humano modo possibili. 2. Nullum in somno

176. *Nullum in somno pecc.*

contingit peccatum, ne veniale quidem. Est communis sent. *S. Tho. 1. p. q. 84. art. 8. & in 4. dist. 9. qu. 4.* Fundam. in somno nullum potest esse iudicium ad liberum consensum sufficiens: deficiente autem libertate, deficit peccatum, quod libertatem essentialiter requirit. Maior prob. iudicium ad libertatem sufficiens, debet esse ex suo genere certum, & de se sufficiens ad intellectum certificandum de bonitate, vel malitiâ obiecti: nec potest esse tale, nisi eliciatur per ordinem ad ea principia, ex quibus pendet humana certitudo; sc. à sensibus, à quibus abstrahuntur species, quæ sunt humanæ

Digitized by Google

manę cognitionis principia. Cùm autem in somno sensus, præsertim communis, qui virtualiter continet omnes externos, sint propter vapores sopiti, non poterit iudicium rationis suam certitudinem, ad proximam libertatem requisitam, à sensibus, à quibus omnis certitudo humani iudicij in hâc vitâ pendet, desumere.

177. *Consensus in pecc. est in ratione superiori*

Deducitur 3. Omnem consensum in peccatum esse in ratione superiori: quia nullus ei præbetur consensus, nisi consultis rationibus æternis, in ordine ad quas dicitur ratio superior. Eadem .n. ratio creata, quà in operando consulit rationes æternas, dicitur superior; quà temporales, inferior. Ratio æterna est quæcunque lex naturalis, vel positiua diuina, vel humana, aut quęuis ratio honesta secundùm virtutem: ratio temporalis est quæuis commoditas vel vtilitas ad naturæ delectationem pertinens. Dicitur homo in peccatum consentire ex ratione superiore, quando post considerationem alicuius rationis æternę consensum præbet. Cùm igitur probatum sit, ad consensum in peccatum necessariò præcedere actualem malitię cognitionem, quæ haberi non potest, nisi ex consideratione alicuius rationis æternę, cui omnis peccati malitia opponitur (omne .n. peccatum eatenus peccatum est, quatenus rationi æternę opponitur) efficitur, vt omnis consensus in peccatum sit in ratione superiori. Quòd si *S. Doctor. 1.2.q.74. art.7. cum Auguſt.* docet, solum consensum in delectationem, esse ex ratione inferiore; contrà verò solum consensum in operationem esse ex ratione superiore, interpretandus est *cum Caiet. ibid.* vt tantùm loquatur secundùm appropriationem, quo pacto ea, quæ sunt communia naturæ diuinæ, tribuimus personis. Et hæc in eo sita, quòd quando duo inter se ordinata iudicanda occurrunt, vltimum superiori, præambulum verò attribuitur inferiori. Cùm igitur ratio superior, & inferior sint duo tribunalia, quorum supremum est ratio superior, & operatio sit vltimum, in quod ex practico iudicio dandus est consensus, delectatio verò sit quid præuium ad operationem, rectè iudicium, & consensus in operationem attribuitur rationi superiori, iudicium verò & consensus in delectationem rationi inferiori.

178.

Appropriatio quid?

SECTIO IX.

Qualem consensum requirat peccatum morosæ delectationis?

179. HActenus de aduertentia & consensu ad peccatum in genere, nunc de consensu morosæ delectationis, quæ est specialis difficultas. Dicitur morosa delectatio, non à morâ temporis, sed à morâ deliberationis: quia cùm ratio perfectè aduertit illicitam delectationem, illam non reprimit, cùm debeat, sed vel positiuè consentit, vel negatiuè illam permittit: hic consensus esse potest, & durare per solum instans, licet deliberatio semper fiat in tempore, cùm fiat prœuio discursu, qui tempus requirit. Est morosa delectatio illa, quæ consequitur ad obiectum, vel actum turpem cogitatum. Consensus ad talem delectationem, quando est plenus, semper est peccatum mortale, etiamsi abstrahat ab operis exequutione, & sistat in operis cogitati delectatione. Dixi *quæ consequitur ad obiectum vel actum turpem cogitatum:* nam quæ consequitur ad cogitationem ipsam, est licita; potest .n. quis delectari de cogitatione fornicationis, non de fornicatione cogitatâ: quia illa sistit in veritate cognitionis; de quâ delectari non est malum: hæc verò tendit in delectationem rei cogitatæ; quę mala est. Eodem modo delectari de visione pulcri aspectus, siue de aspectu pulcro, vt nobis coniungibili per visionem tantùm, non est malum, saltem mortale: est autem mortale, delectari de aspectu pulchro, vt nobis coniungibili per osculum, vel tactum impudicum. Ad punctum controuersiæ,

Quid sit morosa delectatio?

180. Distinguendus est consensus, expressus, & interpretatiuus: Vterque plenus, & semiplenus, siue perfectus, & imperfectus. Certum est, ad peccatum mortale requiri consensum plenum & perfectum, *ex sect. praced. Iacob. 1. Peccatum cùm consummatum* per voluntatis consensum *fuerit, generat mortem.* Ad veniale sufficit semiplenus, an sufficiat interpretatiuus, vel requiratur expressus ad mortale morosæ delectationis contrahendum?

181. *Duplex consensus, expressus & interpret.*

Difficultas superest

182. *1. Sent.*

Prima sent. docet, saltem ad p. m. non sufficere consensum interpret. quo quis negatiuè tantùm se habet erga motus sensualitatis, eos non reprimendo; sed requiri expressum, quo positiuè in illos consentiat: Videtur *Alens. 2. p. q. 108. me. 7.* sequitur *Sotus in 4. dist. 12. q. 1. ar. 7. post 1. concl. Palatius in 2. dist. 24. disp. 2. concl. 6.* Limitant, dum non sit periculum consentiendi; tunc .n. tenemur sub mortali eos reprimere: nam tali casu eos non reprimere, est virtualiter consentire. In alio sensu hanc sent. docent *Caiet. in sum. v. delectatio, Armil. eod. v. nn. 2. Nauar. in sum. cap. 16.* Si videlicet illos desinas reprimere, non ex complacentiâ delectationis, sed ex contemptu, illos paruifaciendo. Fund. hæc obligatio fundatur in præcepto negatiuo, *Non concupiſces*; sed præceptum negatiuum impletur solâ negatione actus prohibiti: igitur non tenemur ad positiuum actum reprimendi, sed ad negatiuum tantùm non consentiendi. Confir. huiusmodi motus non sunt intrinsecè mali; alioqui neque ex honestâ causâ admitti possent: igitur non tenemur illos positiuè reprimere: quia quod non est intrinsecè malũ, absque culpâ permittitur.

Fundam. sent.

183. *2. Sent. affirm.*

Secunda senten. affirmat, sufficere quemcunque consensum implicitum & interpret. etiam secluso periculo consensûs: Est *Henri. quodl. 6. qu. 32. S. Tho. 1.2.q.74. art. 6. & de verit. q. 15. art. 4. ad 10.* licet contrarium doceat *qu. 7. de malo ar. 6. ad 6.* vbi tales motus permittere, solùm ait esse veniale: *Bonauen. in 2. dist. 24. p. 2. art. 2. quæſt. 2. Alber. art. 13. Ægid. edd. dist. p. 2. qu. 2. ar. 2. Richar. art. vlt. qu. 4. Gabr. qu. vn. art. 3. dub. 2. Rubio. disp. 28. qu. 1. art. 2. & 3. Syluest. v. delectatio, qu. 1. Conra. Medin. 1.2 qu. 74. art. 6. Vaſquez. disp. 108. cap. 2. & reliq. Schol.*

184. *Consensus interpret. sufficit ad mortale morosa delect.*

Prob. 1.

DICO 1. Solus cõsensus interpret. sufficit ad cõtrahendum mortale morosę delectationis, si adsint cætera requisita. Assert. oppositam omninò censeo improbabilem, & in praxi nullo modo securam. Prob. 1. Si absque peccato mortali possemus has turpes delectationes, ex quacunque causa in nobis insurgentes, negatiuè permittere, possemus etiam absque mortali in eas positiuè consentire: eatenus .n. possemus absque mortali illas permittere non reprimendo, quatenus ex se non sunt notabiliter difformes naturæ rationali; alioqui teneremur illas sub mortali reprimere. Igitur absque mortali possemus in illas positiuè consentire. Quia consensus non habet maiorem malitiam, quàm obiectum, in quod fertur: si obiectum non habet notabilem malitiæ deformitatem, neque consensus in id illam habebit. 2. Hæ delectationes habent annexam notabilem deformitatem contra naturam rationi. vt fictum quia delectatio, cùm sit proprietas naturaliter

185. *Prob. 2. à priori. Et triplicè capite*

Digitized by Google

naturaliter consequens operationem, eandem habet malitiam, quam habet operatio ipsa; at operationes huiusmodi habent notabilem deformitatem contra naturam rationalem, cuiusmodi sunt omnes actus libidinosi: tum quia tales delectationes naturâ suâ ordinantur vt præuiæ dispositiones ad effectum notabiliter malum & diformem, qui est pollutio: tum quia notabiliter opponuntur honestati castitatis: ideò ex triplici capite repugnant.

186. *Possunt hi motus esse interpret. voluntarij in causa.*

DICO 2. Tametsi nũquam possunt hi motus, ne interpretatiuè quidem, esse volũtarij in se, absque peccato, ob rationes præced. assert. assignatas; possunt tamen absque mortali esse interpretatiuè voluntarij in causâ. Fundam. propter summam facilitatem, quâ solent hi motus in nobis insurgere; si etiam in causâ interpretatiuè voluntarij essent illiciti, multis commoditatibus licitis & honestis deberemus nos priuare: quod nec vita, nec victus humanus patitur. Vnde deberent confessarij ab excipiendis confessionibus, & Doctores à legendis libris, & medici à medendis corporibus abstinere, ne tales motus, occasione harum operationum, insurgerent. Ad cognoscendum igitur, quando huiusmodi motus in causâ præuisi, in eaque tantùm indirectè voluntarij, sint liciti, vel illiciti, notandæ

187. *Regula 1.* sunt tres regulæ. 1. Quoties causa, ex quâ hi motus originantur, est mortalis, & ipsi imputantur ad mortale; vt ex solâ curiositate, alterius sexûs obscœna aspicere vel tangere. Ratio: effectus sortitur

188. *Regula 2.* malitiam causæ: ergo si causa, ex quâ oriuntur, est culpa mortalis, etiam ipsi erunt mortalia. 2. Quoties causa est tantùm culpa venialis, motus inde secuti imputantur solùm ad veniale; vt curioseâ aspicere pulchros aspectus, iocosa verba proferre, alios ioci causâ tangere &c. Hæc intellige, quando hæ actiones non cohonestantur aliquâ necessitate, & ex iis præuidentur tales motus futuri: quando .n. vel illi non præuidentur, vel iustâ necessitate cohonestantur, neque ad veniale imputantur; vt mox. quia cùm effectus malitiam desumat ex causâ, si causa non habet nisi malitiam venialis, neque effectus aliam habebit. 3. Quoties causâ; ex

189. *Regula 3.* quâ tales motus sequuntur, honesta est, ad nullum imputantur peccatum: vt si ex necessaria lectione, ex confessione, ex membri curatione, illi sequantur, modò periculum consensûs absit, & propter ipsos causa non applicetur. Quia quando effectus

Ratio eãdem. non habet malitiam, nisi ex causa, si causa nullam habet, neque effectus habebit.

190. *Indirect. causã dare homicidio peccatum.* Deducitur, cur etiam indirectam causam dare homicidio, semper sit peccatum: indirectam autem causam huiusmodi motibus dare, nullum, aut saltem non distinctum sit peccatum à causæ applicatione, ex qua tales motus sequuntur: 1. ob damnum, quod homicidium per se infert: 2. maximè ob summam facilitatem, qua hi motus sine vlla culpa, & rationis aduertentia, naturali quadam sequela & inclinatione in nobis insurgunt.

191. *Nõ est pecc. non reprimere motus contemptus causa.* Constet, opinionem *Caiet.* asserentis, non esse peccatum, hos motus non reprimere, contemptus causa, non esse improbandam, vt recentiores improbant. Nam inter alios modos motus hos reprimendi, est, illos contemnere, & ab incepta actione honesta non cessare. Ad fund. alterius sententiæ

192. Resp. obligationem hanc non fundari in præcepto negatiuo de non consentiendo tantùm in huiusmodi motus, sed etiam de illis non admittendis; Vnde per *Vi præcepti negatiui.* *non concupisces*, non solùm prohibetur consensus in tales motus, sed etiam motus ipsi. Vnde ex eodem præcepto tenemur illos repellere, quo tenemur non concupiscere: quia ex vi præcepti ad vtrumque obligamur. Sicut ex vi præcepti negatiui, *non occides*, non solùm tenemur non occidere, sed etiam omnem causam tollere, quę nos ad occidendum impellere possit. Ergo vniuersaliter ex vi præcepti negatiui vnusquisque tenetur posse tollere omnem causam, quæ illum posset adducere ad committendum actum prohibitum inducere.

193. *Ad confir.* Ad confirm. dico, hos motus de se quidem esse malos & rationi difformes; ob summam tamen facilitatem, & modum, quo insurgunt, videlicet naturaliter, & plerumque sine vllâ, aut saltem non plenâ aduertentiâ rationis, possunt ex aliquâ necessitate, vel honestâ causa permitti, non quidem vt excitati perseuerent, sed vt insurgant: quia in solâ persecutantiâ habent moralem deformitatem, propter aduertentiam, & libertatem, quæ illis accedit: non in excitatione, quia plerumque excitantur per modum naturalis defectus. Hinc discrimen, quando illi excitati permittuntur perseuerare, & quando tantùm permittuntur insurgere in causâ præuisi: nam in 1. casu permittuntur vt mali moraliter per aduertentiam rationis, & libertatem, saltem interpretatiuam voluntatis: in 2. casu permittuntur, non vt mali moraliter, sed vt defectus quidam naturaliter consequentes ex pœnalitate naturæ.

Naturalis defectus

Discrimen maximum

194. Hinc elucet quàm meritò ac sanctè à Pio V. & Gregorio XIII. damnatæ sint hæ propositiones: *Prauæ desideria quibus ratio non cõsentit, & quæ homo inuitus patitur, esse prohibita præcepta*; nõ concupisces: *Concupiscentia sua lex membrorum, & prauæ eius desideria, quæ inuiti sentiunt homines, sunt veraliqui inobedientia. Peccat homo etiam inculpabiliter in eo, quod necessario facit*: sũt .n. ipsi Lutheri & Caluini errores: ex quibus infert, præceptũ: *Non concupisces*, in cœlo tantùm implendum, & solius primi hominis peccatum liberum fuisse, cæterorum peccata personalia, solùm esse peccata, quia ex origine illius libera & propriè dicta voluntatis ortum sunt. Contra quos cum Catholicis insurgit *August. lib. 3. de lib. arb. c. 18. Quis peccat in eo, quod nullo modo cauere potest?* Quis Tyrannus prohibuit id, à quo quis non possit abstinere? perijsse libertatem, seu indifferentiam peccandi, & à peccato abstinendi, & nihilominus datum esse à Deo præceptum abstinendi, & ni homo abstineat ab eo, à quo abstinere non potest, æternas ipsi pœnas à Deo Op. M. infligi, sine blasphemiâ cogitari non potest. Dices definitio hæc: *peccatum est voluntas retinendi, vel consequendi, quod iustitia vetat, & vnde liberum est abstinere*, tradita *lib. de dumb. anim. cap.* 11. limitatur ab August. ad peccatum solum proparentis: ergo in naturâ lapsâ non est liberum abstinere à peccato. Resp. 1. anteo, falsum esse; cùm vbique clamet, nullum esse peccatum, quod voluntarium ac liberum non est: *quanquam*, ibid. subdit, *si liberum non sit, voluntas non est*, proinde nec peccatum est, *quod*, vt testatur de vera Relig. cap. 14. *vsque adeo voluntarium malum est, vt nullo modo sit peccatum, si non sit voluntarium: & hoc quidem ita manifestum est, vt nulla doctorum vanitas, nulla indoctorum turba dissentiat.* 2. Esto verum: id tamen intelligi, fuisse liberum Adamo à peccato abstinere, indifferentiâ perfectâ & sine difficultate, nobis verò indifferentiâ imperfectâ & cum difficultate. Contra eosdem hæreticos insurgit ratio: quod quis inuitus patitur, voluntarium non est, nedum liberum: quod autem ad rationem peccati non pertineat voluntarium, est damnata propositio 46. siquidem ad eos concupiscentiæ motus nihil confert voluntas, multò minùs libera voluntas; vbi autem nulla

Ipsissimi hæret. errores.

Dices

Resp. 1.

Resp. 2.

rem nulla voluntas, nullum peccatum. Confirm. Sin peccata personalia parentum eatenus essent peccata, quatenus ab origine peccati proficiscerentur, non haberent distinctam culpam ab illo, ac proinde nec distinctam promererentur pœnam: atque ita pœna infligitur ijs, qui cum solo originali, alia ijs, qui cum personalibus moriuntur: habent igitur distinctam culpam, quæ sine libertate esse non potest, vtinam primum Adami peccatum absque ipsius libertate esse potuit: multò minùs rationem culpæ habere possunt motus necessarij appetitus sensitiui.

Confirm.

DISPVTATIO XVIII.

De specificatione & diuisione peccatorum in communi.

QVÆRITVR. à quo specificentur peccata? Secundò, ex quibus peccata suam specificationem desumere possint, obiectum, finis, priuatio oppositæ rectitudinis, præceptum, pœna, circumstantiæ.

1. *Sex ad actum humanum concurrūt.*

2. *Peccata nō specificantur à circumst.*

Primò certum est, peccata non specificari à circumstantijs, manentibus vt circumstantijs, quia cùm hæ sint extra rationem essentialem actus humani, non possunt specificam malitiam, quæ ad rationem essentialem moralitatis pertinet, peccatis conferre. Quòd si circumstantiæ actui malitiam conferunt, ipsam cōferunt vt transeunt in rationem obiecti, saltem respectu illius speciei, quam actui conferunt, vt cōstat ex disp. 14. sect. 5. & 10.

3. *Neque ob ordine ad pœnam.*

Secundò certum est, non specificari à pœna: Tum quia possunt diuersa specie peccata eadem pœna, & contrà, eadem specie peccata diuersis pœnis puniri: Tum quia pœna est posterior peccato, illudque supponit vt causam. Neque dici potest, peccatum specificari ab ordine ad pœnam: debent enim pœna præcognosci: quia peccatum vt sic debet esse voluntarium; quod non est sine cognitione malitiæ, vel termini, à quo malitia sumitur: at vt pœna incurratur, non necessariò debet præcognosci: quia non debet esse voluntaria. Nec refert, quòd pœna excommunicationis non contrahitur, nisi vt præcognita: quia hæc non fulminatur nisi in contumaces, quorum peccatum non contrahitur, nisi suppositâ cognitione præcepti per excommunicationem expressi.

4. *Cōdignitas pœnæ est proprietas pecc. consequens.*

Dices. Saltem condignitas pœnæ est de essentiâ peccati. Confirm. peccatum augetur per condignitatem ad pœnam: cæteris enim paribus, grauius est peccatum, quòd grauiorem habet annexam pœnam. Resp. condignitas pœnæ est tantùm proprietas peccati: sicut condignitas præmij est proprietas consequens actum virtutis. Idcò enim peccatum est dignum pœnâ, quia est malum, & difformenaturæ rationali. Ad confirm. dico, peccatum augeri per condignitatem ad pœnam, à posteriori, vt à signo, quo ex perfectiori proprietate, perfectior arguitur essentia; ita ex condignitate ad maiorem pœnam maior grauitas peccati. Et à priori: sic nunquam pœna vt pœna formaliter auget peccatum, sed quà transit in rationem obiecti; est enim terminus tantùm culpæ, vt correctiua illius, vnde non debet necessariò cognosci. Vt autem transit in rationem obiecti, & cognoscitur, aggrauat malitiam, augendo in peccato voluntatem priuationem boni, quo pœna priuat. Tandem cùm finis & obiectum coincident in idem, sola controuersia est de reliquis tribus. De his.

Augetur dupliciter

Prima sent. docet, peccata specificari per ordinem ad diuersa præcepta, à quibus vnitatem vel diuersitatem sumunt. Et quantùm ad ea peccata, quæ ideò sunt mala, quia prohibita, hanc sent. vt rationabilem iudicat S. Thom. *qu. 2. de malo art. 6.* Et prob. 1. *ex Ambr. lib. de Paradiso, relato à Magistro in 2. dist. 35. cap. 1.* vbi peccatum definit, *legis præuaricationem, & cælestium mandatorum præceptorum.* 2. Peccatum dicit contrarietatem ad legem; quia ad rationem creatam & increatam: ergo ex diuersitate legum est diuersitas essentialis peccatorum. Contrarietas enim ad legem est essentialis. 3. Peccata, quæ ideò sunt mala, quia prohibita, ante præceptum nullam habent malitiam; ergo totam sortiuntur ex præcepto. 4. Nulla reddi potest ratio, cur potiùs furtum, & voluntaria humani seminis, ac sanguinis violenta effusio, quàm aliud peccatum in loco sacro commissum, præter propriam speciem, habeant speciem sacrilegij, nisi quoniam hæc tria, vltra prohibitionem naturalem, prohibentur præcepto Ecclesiastico, non reliqua. Confir. ex *Nauar. in Sum. cap. 11. nu. 4.* Multiplicatio numerica præceptorum super eandem rem præceptam causat numericam multiplicationem malitiæ in actu: qui enim omittit ieiunium, vel sacrum duplici præcepto Ecclesiastico præscriptum, duplicem incurrit numero malitiā in confessione explicandā: ergo à fortiori multiplicatio specifica specificam &c.

Prob. 1.

6.

7.

8.

9. *Confirm. à fortiori*

Secunda sent. affirmat, peccata specificari ex priuatione debitæ rectitudinis oppositæ virtutis, quā priuant: Est *Scoti in 2. dist. 37. qu. vn. §. ex ista sequitur. Gabriel. dist. 35. qu. vn. ar. 3. dub. 2.* & omnium, qui formalem malitiam peccati collocant in priuatione debitæ rectitudinis oppositæ virtutis. Fundam. ab illo sumitur specificatio rei, à quo sumitur constitutio eiusdem, cùm specificatiuum & constitutiuum sit idem: sed peccata constitutionem sumunt à priuatione debitæ rectitudinis oppositæ virtutis: ergo ab eadem sumunt specificationem: vnde ad priuationes rectitudinum oppositarum sumitur etiam diuersitas peccatorum.

10.

11. *Peccata omiss. specificantur per priuationem oppositæ rectit.*

Tertia sent. docet, peccata omissionis specificari per priuationem oppositæ rectitudinis, quā priuant: peccata commissionis per ordinem ad obiecta & materiam, circa quam versantur; atque adò ex diuersitate obiectorum diuersas oriri malitias in actibus humanis: Est S. *Thom. 1. 2. qu. 18. ar. 2.* & *qu. 72. art. 1.* & *art. 6. ad 2. Caiet.* &c. qui formalem malitiam constitutiuam peccati commissionis collocant in positiuo. Quæ sent. apertè sequitur ex nostris principijs: Cuius prior pars constat: quia cùm peccatum omissionis consistat, in priuatione actus debiti, nequit eius malitia in alio consistere, quàm in priuatione oppositæ rectitudinis, quā priuat. Vnde ex diuersitate actuū virtutum, qui debebant elici, diuersificantur hæc peccata. Posterior prob. illud specificat peccatum, quod peccator aliquo modo intendit vt vltimum terminum & formam sui actus: hoc autem est solum obiectum. Illud enim est vltimus terminus & forma actus humani, in quo agens liberum voluntariè sistit, vt in termino *quod*: ita sistit peccator in ipso obiecto rationi dissono; vltra quod non progreditur, vt in terminum *quem*, licet vltra progrediatur, vt terminum & finem *cui*, nempe in se ipsum, vel in alterum, cui obiectum illud appetit. Maior prob. specificatiuum debet dare vltimam

12.

13. *Pecc. commiss. per ordinem ad obiecta*

speciem

Digitized by Google

speciem & formam actui: nequit eam dare, nisi sit vltimus terminus intentionis operantis, cùm id specificatiuum non specificet actum, nisi interpretatiuè saltem intentum, quia non specificat, nisi per modum termini voluntarij.

14. *Ex diuersitate obiectorum diuersa malitia*

Constat tertia pars sent. cum .n. bonum & malum sint per se obiecta voluntatis, sicut verum & falsum sunt per se obiecta intellectus: id quod per se diuersificat obiectum in ratione mali, per se etiam diuersificat actus volũtatis in ratione peccati. Nec refert, quòd malum ab operante non intendatur: nam si intendatur id, cui annexa est malitia peccati, hæc erit saltem interpretatiuè intenta, quod sufficit ad specificandum actum peccati.

15. *Non à causa impulsiua:*

Deducitur 1. non posse peccata specificari à causa impulsiua, quæ, teste *August. in Psal.* 29. sunt amor malè inflammans, & timor malè humilians. Fund. causa impulsiua est principium tantùm impellens ad peccandum, non terminat peccatum, saltem vt obiectum *quod*. Vnde ex eadem causa impulsiua interdum plura originantur peccata: interdum contrà, ex pluribus impellentibus specie diuersis idem committitur peccatum. 2. Tria sunt in

16. *Neque ex diuersitate præceptorũ,*

præcepto, Imperium præcipientis, Res præcepta, Finis propter quem superior præcipit. Peccata non specificantur ex diuersitate præceptorum ratione imperij: tum quia alioqui quodcunque peccatum, iure diuino, naturali, & humano prohibitum, plures specie diuersas contraheret malitias, ex diuersitate imperiorum, Diuini, naturalis, & humani, quę plus quàm specie differunt inter se. Tum quia, qui transgreditur præceptum, nisi id faciat in contemptum præcipientis, non conuertitur, vt in terminum & finem suę operationis, in imperium præcipientis, sed in rem prohibitam: at quod actum specificat, est id, quod operans respicit vt finem.

17. *Nec finium præcipientis*

Nec specificantur ex fine præcipientis: quia, quod specificat actum, debet esse aliquo modo intentum: at finis præcipientis non intenditur à subdito operante, sed tantùm res præcepta: id .n. tantùm à subdito intenditur, quod præcepto exprimitur, scilicet medium, quod ad finem præcipientis conducit, non exprimitur finis. Vt cùm Ecclesia præcipit ieiunium, aut eleemosynam, vt his actibus fideles satisfaciant pro suis peccatis, vel reddant Deo cultum Religionis, finis Ecclesiæ est pœnitentia fidelium, vel religio in Deum: ad quem finem non tenentur fideles, sed solùm ad actum ieiunij, vel eleemosynæ, qui tantùm ab Ecclesia præcipitur. Dixi, *non specificari ex fine præcipientis*, nam benè specificari possunt ex fine rei præceptæ, quia cùm hic finis sit intrinsecus operi præcepto, vt in ieiunio & eleemosyna, honestas temperantiæ & misericordiæ specificat actum, hinc axioma: *Finis non cadit sub præceptum*, nępe extrinsecus præci-

18. *Sed ex diuersitate motiuorum in præceptis hinc lusorum*

piẽtis, sed intrinsecus operis. Demum peccata specificari ex motiuo præcepti, constat: hoc .n. est, quod subditus intendit vt terminum & finem suæ operationis. Est autem hoc motiuum, finis intrinsecus operi præcepto, aut debito, à quo specificantur peccata, vel per priuationem operis præcepti, vel per positiuam dissonantiam actus vetiti. Nam præceptum positiuũ violatur peccato omissionis, quod specificatur priuatione actûs præcepti: præceptum verò prohibens, seu negatiuum violatur peccato commissionis, quod specificatur positiuâ dissonantiâ prohibiti actûs.

19. *Dices*

Dices. Esto peccata specificam malitiam non desumant ex præceptis, penes diuersa imperia, & iura præcipientium, desumunt saltem genericam ab illis: quod inde patet, quia omne peccatum continet malitiam generalis inobedientię, quæ essentialiter est contra imperium & ius præcipientis: cùm ergo ista iura & imperia sint essentialiter diuersa, consequens fit, vt in peccato prohibito, præcepto naturali, diuino, humano, plures sint malitiæ generalis inobedientię, essentialiter diuersæ. *Resp.*

Resp. hæc obiecta non conferre suas speciales malitias, nisi per se intenta, vt constat ex disputatione 14. *sectione* 11. Vnde solùm conferunt genericam malitiam inobedientiæ, in qua omnia præcipientium imperia conueniunt.

20. *Commissa in contemptum præcipientis specificantur ex diuersitate iuris.*

Deducitur 3. peccata commissa in contemptum præcipientis, specificari ex diuersitate iuris, quod habet præcipiens vt sic. Fundam. hæc peccata pro vltimo fine & termino voluntario habent contemptum imperij, seu iuris præcipientis: igitur ex diuersitate imperij seu iuris læsi, aut contemptus desumitur specifica ratio horum. Diuersificantur autem hæc iura in præcipiente iuxta diuersitatem subiectionis subditi ad præcipientem. Alia est subiectio creaturæ ad Creatorem; alia filij ad patrem; alia serui ad dominum; alia ciuis ad Regem, alia Religiosi ad Prælatum. Singulę enim diuerso nituntur fundamento, ex quo hæc iura consurgunt. Quo fit, vt duplicem ad minimum malitiam contrahat peccatum in cõtemptum præcipientis; alteram contra rem præceptam; alteram contra ius præcipientis. Dixi *ad minimum:* quia interdum in præcipiente multiplicantur iura, quæ eodem actu peccati læduntur. Vt si rex præcipiat filio, iure regio & patrio, contemptus præcepti triplicem habet malitiam, rei vetitæ, & duplicis iuris læsi; sicut expressus contemptus præcepti superioris in Religioso quadruplicem continet malitiam; rei præcepto vetitæ, fracti voti obedientiæ, geminæ potestatis, tum iurisdictionis, quam prælati Religionum habent à Pontifice; tum acceptatæ promissionis, quâ Religiosus se subiecit superiori. Verùm non censetur Superior sub diuersis iuribus, rem præcipere, nisi id exprimat: nec à subdito contrahitur malitia omnium, nisi expresè intendat contemptum omnium.

Duplex malitia peccati in contemptũ

21. *Vniuersalis regula ad dignoscendam specif. diuersitatẽ peccat. ex diuers. præceptorum.*

Deducitur 4. Præcepta, quæ inducunt diuersa motiua formalia ad diuersas virtutes pertinentia, specificant diuersa peccata: ex. gr. prohibens furtum simpliciter, inducit motiuum iustitiæ: prohibens furtum in loco sacro, inducit motiuum religionis de cultu sacris rebus debito, vt furtum duplicem contrahat malitiam, iniustitię & sacrilegij: Fractio ieiunij præcepto Ecclesiastico præscripti, & simul à confessario in satisfactionẽ sacramen. duplicem continet malitiam, contra temperantiã & pœnitentiam. Præcepta quæ motiuum idem diuerso iure proponunt, non specificant diuersa peccata: sic præceptum diuinum & humanum prohibent idem homicidium, sub eodem motiuo iustitiæ: proinde qui occidit, peccat vno tantùm peccato iniustitiæ. Porrò hæc diuersitas motiuorum eruenda est vel ex diuersitate materiarum, quas leges præscribunt, vel ex diuersitate virtutis, sub cuius motiuo eandem sępè materiam iura præcipiunt, vt constat de furto prohibito in loco sacro. Sunt verò præcepta numero tantùm diuersa, quæ rem præcipiunt, aut prohibent sub eodem motiuo formali, esto à diuersis imponantur: quia non specificantur ab imperio, & iure præcipientis, nisi fiant in contemptum ipsius, sed à proximo fine præcepti. Quando igitur sub eodem motiuo formali præcepti eodem actu distincta iura personarum violantur, multiplex contrahitur numero malitia: Quando verò non nisi vnius personæ, aut

Regula

21. *Regula vniu. ex numeric á diuers. præcept.*

Multiplex numero malitia:

Digitized by Google

virtutis, licet distinctis vetitum præceptis, ius violatur, vna tantùm contrahitur numero malitia: ex. gr. Vetat lex, ne quis alterum violet in iure matrimoniali, quod habet in propriam coniugem: vetat lex, ne coniux alterum violet de fide promissâ; si coniugatus rem habeat cum coniugatâ, vno actu contrahit malitiam duplicem numero, & violans ius matrimoniale alterius, & coniugis. Prohibet lex, ne occidas: vno actu occidis duos, duas numero contrahis malitias, ratione duorum iurium, quæ violas. Contrà verò præcipit Ecclesia sacrum die Dominico, & festo S. Petri; ieiunium feriâ sextâ, & vigiliâ S. Matthæi: incidit sacrum S. Petri in diem Dominicum, & peruigilium S. Matthæi in feriam sextam, omittens sacrum aut ieiunium tali die, quo per duplex numero præceptum præscribitur, non duas, sed vnam numero contrahit malitiam: nameâ omissione vnum tantùm ius violatur, religionis in Deum, omissione sacri; temperantiæ, omissione ieiunij.

Vnica violatio sacri ac ieiunij.

23. Dices etiam hic duplex ius violatur, Dei & Sancti, in cuius cultum sacrum vel ieiunium præcipitur. Resp. neg. antec. sacra enim & ieiunia in honorem sanctorum prescripta, primariò referuntur in Deum, vt in authorem Sanctorum: atque adeò principaliter violatur ius Dei. Item debes Paulo centum: promittis, te illa suo tempore restituturum. Omittis; non duplicem iniustitiæ & infidelitatis, sed vnam iniustitiæ contrahis malitiam; quia fidelitas non obligat sub mortali, nisi ratione iuris, quod promittens in promissarium transfert: at promittens Paulo suo tempore centum, aliàs iustitiæ titulo debita, te restituturum, nullum ius in Paulum transfers distinctum à iure, quod habet in eadem. Contrà verò, diuersam contrahis specie malitiam si promisisti Deo, te suo tempore illa Paulo restituturum, quia hæc promissio facta Deo inducit nouum debitum Religionis, distinctum à debito iustitiæ, quo eadem centum debes Paulo.

Vnica restitutionis omissio.

24. *Obijcies* præcepta seu tituli Religionis, solo numero multiplicati circa cultum diuinum, obligant sub distinctis numero peccatis: vt si quis voueat sacrum festo S. Petri, quod aliàs audire tenetur titulo religionis: vel si sacerdos habens votum castitatis ratione ordinis sacri, nouo titulo religiosæ professionis obstringatur ad illud seruandum; tam ille sacrum omittens eo festo, quàm iste votum castitatis frangens, duplex peccatum numero distinctum committit; ille contra præceptum Ecclesiæ & votum; iste contra duplex votum castitatis, ratione Ordinis, & Religiosæ Professionis. Resp. neg. antec. præcepta .n. seu tituli virtutis Religionis, solo numero multiplicati, non obligant, nisi sub vno numericè peccato; vel certè si sub distinctis, titulos etiam specie multiplicant; ac obligant sub diuersis specie peccatis. Religio .n. vel est multiplex specie virtus, vt probabile censet *Suarez To. 1. de Relig. lib. 3. cap. 8.* vel certè plures habet actus specie diuersos, de quibus plura possunt specie præcepta dari, quæ ratione diuersorum specie motiuorum, sub diuersis specie peccatis obligent. Hoc confirmo: qui frangit quater, vel quinquies à se renouatum votum, vno actu non incurrit quadruplicem, aut quintuplicem, sed vnam numero malitiam: esto iterata illa renouatio multiplicet titulos numero distinctos circa eandem virtutem. Contrà verò, qui in festo S. Petri omittit sacrum votiuum, duplicem vno actu incurrit malitiam, specie etiam diuersam, alteram contra præceptum Ecclesiæ, quod ad sacrum audiendum, obligat sub vno specie actu Religionis, qui est Deum colere; alteram contra votum obligans sub alio specie actu religionis qui est promissa Deo seruare, & dicitur actus fidelitatis. Hinc patet ad 1. exemplum. Ad 2. dico, si castitas sacris ordinibus annexa, sub voto seruanda est ab ordinato, tunc Religiosum sacerdotem, præter peccatum luxuriæ contra temperantiam, non committere nisi vnum numero peccatum sacrilegij, cùm non sit, nisi eiusdem promissionis & voti repetiti violatio. Quòd vna promissio fiat causâ ordinis, alia Religiosæ professionis; non sat est ad specificandos actus: qui non specificantur à causâ impulsiuâ, sed à motiuâ, quæ in vtroque est eadem, promissio facta Deo. Si castitas is ordinibus annexa, seruanda est ex præcepto Ecclesiæ, vt probabilius puto, & colligitur ex modo, quo illa ordinando iniungitur; non in forma promissionis, ab ipso faciendæ, vti fit à Religiosis; sed in formâ præcepti, *castitatem* Deo *adiuuante seruare oportebit*: tunc dico, præter peccatum luxuriæ contra temperantiam, specie distinctum à Religioso sacerdote committi, alterum contra fidelitatem Deo promissam ratione voti, alterum contra præceptum Ecclesiæ ratione ordinis sacri.

26. *Ad 1. ad 2. exemplum.*

Castitas ordinibus annexa seruanda ex præcepto caremo. Rom. Subdiac.

Ad 1. argum. primæ sent. Resp. *Ambrosium* explicandum de malitiâ genericâ peccati: omne .n. peccatum est contra legem diuinam, vt illud definit *August. lib. 22. con. Faust. cap. 27. dictum vel factum, vel concupitum contra legem æternam*; & includit malitiam generalis inobedientiæ: rectè igitur traditur definitio per contrarietatem ad legem & inobedientiam Dei, cùm in quolibet peccato includatur. Ad 2. neg. conseq. vt .n. cõstat ex *disp. 14. sect. 11.* istæ circumstantiæ non conferunt specificam malitiam actui, nisi vt expressè intentæ. Ad 3. dico, obiecta illa malitiam ex præceptis sortiri efficienter, formaliter à motiuo vitij, sub cuius materiâ vi præcepti reponuntur. Habent .n. legislatores hanc potestatem ad publicum bonum conseruandum, vt statim ac præcipiunt, vel prohibent aliquid, faciant illud necessariam materiam virtutis aut vitij. Ad 4. resp. potiorem rationem esse, quia hæc tria tantùm, ad debitum honorem sacris locis conseruandum, fieri ibi prohibentur. Legislatores .n. hoc ipso quòd ad seruandũ cultum sacris locis debitum, talia prohibent, faciunt illa necessariam materiam religionis. Ad conf. neg. antec. eiusque prob. Nec exemplum *Nauarri* de Religioso Franciscano, qui si omittat ieiunium die Veneris, in quem simul incidit ieiunium Eccles. duplex committit peccatum, contra regulam, & præceptum Eccles. intentum probat: illa .n. præcepta inducunt diuersa motiua ad diuersas virtutes spectantia, præceptum regulæ ad Religionem, præceptum Eccles. ad temperantiam. Quo fit, vt peccata sint specie diuersa, non ratione præceptorum, sed motiuorum diuersorum in præceptis inclusorum. Ad fund. secundæ constat. Quæ hîc desideras de circumstantijs, vide disp. 14.

27. *Ad 1. primæ.*

28. *Ad 2.*

29. *Ad 3.*

30. *Ad 4.*

31. *Ad conf.*

32.

Quæritur 2. quænam sint diuisiones peccatorum? Prima diuisio peccati est in spirituale & carnale. Hanc ex *B. Grego* 31. *Moral. cap.* 31. tradit *S. Tho.* 1. 2 *qu.* 72. *ar.* 2. sumiturque ex materiâ, circa quam peccata versantur, quæ vel est spiritualis animam immediatè pertinens, vel corporea pertinens ad corpus, vt sunt omnes inordinatæ delectationes corporis, quæ sunt obiecta sensuum exteriorum, præsertim gustus & tactus: & peculiari nomine à *B. Greg. cit. loco* carnalia peccata dicuntur. Hæc diuisio est adæquata diuiso; ideo non in species infimas, sed subalternas: quia sub quolibet membro

33. *Peccatum aliud spirituale, aliud carnale.*

24. *Obiec. contra regulam vlt. 1. exemp. 2.*

25. *Resp.*

Ratio omnium: Religio multiplex specie virtus.

Digitized by Google

membro diuidente plures peccatorum species continentur, vt per se patet.

34. *Peccata alia contra Deum, alia contra seipsum, alia contra proximum.*

Secunda diuisio est in peccatum contra Deum, se ipsum, & proximum. Hanc *ex Isido. de sum. bono* tradit *ibid. artic.* 4. S. Doctor; sumitque ex obiecto, à quo peccata specificantur; & propterea essentialem appellat, quia obiectum est essentiale specificatiuum peccatorum. Estque adæquata diuiso, cùm nullum possibile sit peccatum, quod in vno ex his tribus membris non contineatur. Cæterùm etsi omne peccatum contra proximum, sit contra seipsum, & Deum: & omne contra seipsum, sit contra Deum, cùm sit contra regulam rationis creatæ, & increatæ, atque adeò contra seipsum, & Deum: tamen sunt quædam immediatè contra Deum, vt hæresis, odium, blasphemia: quædam immediatè contra seipsum, vt quæ sunt contra temperantiam, & fortitudinem: quædam immediatè contra proximum, vt quæ sunt contra iustitiam. Et enim sicut diuersis virtutibus ordinamur in Deum, nos ipsos, & proximum; ita diuersis peccatis deordinamur à Deo, à nobis, & à proximo. *Dices.* In nullâ bonâ diuisione debet vnum membrum diuidens contineri in alio: at omne peccatum contra proximum, est contra seipsum, & omne contra seipsum, est contra Deum.

35. *Dices*

Resp.

Resp. dist. maior. in nullâ bona diuisione debet vnum membrum diuidens contineri in alio adæquatè, concedo; inadequatè, nego. Cæterùm hæc peccata distinguuntur ab inuicem, non secundùm malitias, in quibus cõueniunt, & vnum includitur in alio, sed secundum speciales deformitates, quibus discriminantur, & vnum excluditur ab alio.

36. *Peccatum commissionis, omissionis.*

Tertia diuisio est in peccatum omissionis, & commissionis. Hæc sumitur per oppositionem ad diuersa præcepta, affirmatiuum & negatiuum: illud opponitur præcepto affirmatiuo; hoc negatiuo, estque adæquata diuiso: nam omne peccatum est contra aliquam legem: omnis lex, vel præcipit, vel prohibet aliquid. Contra legem præcipientem peccatur omissione actûs præcepti: contra prohibentem peccatur commissione actus prohibiti. Hanc non esse diuisionem adæquatam, tanquam probabile docet *Almai. tract. 3. moral. cap.* 26. & citat *Dionys. Cisterc.* Fundam. dabile est peccatum, quod neque sit omissio, neque commissio; quia posset voluntas conari ad eliciendum actum malum, quem non eliceret vel defectu concursus diuini, qui ei negari posset; vel ratione internæ resistentiæ ex passione, vel habitu resistente voluntati ad talem actum conanti. Sed talis conatus, cùm sit circa obiectum malum, erit malus: non omissio, quia supponimus nullum esse præceptum affirmatiuum; nec commissio, quia commissio est actus; conatus non est actus, sed antecedēs actum: potest autem esse nisus ad actum, & non sequi actus: sicut potest esse impetus in lapidem, & non sequi motus in lapide.

37. *Non esse adæquatam probant.*

38. *Contrà Respondeo.*

Contrà Resp. talem conatum voluntatis, cùm necessariò sit aliquid à voluntate distinctum, ab eâque circa obiectum malum liberè productum, cùm adesse & abesse possit; nec à voluntate aliud, quàm actus produci possit, necessariò erit actus ipsius; atque adeò commissio contra obiectum, contra quod est voluntarius nisus & conatus. Etenim non solùm actus directus, quo directè tendimus in obiectum malum, est malus: sed etiam reflexus, quo in directum malum tendimus, est malus. Talis conatus esset actus reflexus, quo voluntas tenderet in actum directum malum, proinde esset actus commissionis malus. Nec refert quòd

39.

directus impediri posset, vel per substractionem diuini concursus, vel per aliam causam: quia cùm distinguatur à reflexo, & in reflexo sit sufficiens malitia, in illo, adhuc directo non sequuto, saluatur peccatum commissionis. Exemplum de impetu impresso lapidi, non secuto motu in lapide, potiùs confirmat nostram sent. licet .n. ad talem impetum non sequatur motus in lapide, ipse tamen impetus est actus ab imprimente productus: ergo à pari, licet ad conatum voluntatis non sequatur actus directus, ipse tamen nisus est actus liberè à voluntate productus; qui cùm non sit omissio, erit commissio, cùm sit positiuus actus circa obiectum seu actum malum.

40. *Peccatum cordis, oris, operis.*

Quarta est, in peccatum cordis, oris, & operis: Est *Hieron. in* 43. *Ezech. fine:* vbi, *tria* (inquit) *generalia delicta monstrantur, quibus omne mortalium subiacet genus. Aut enim cogitationibus, aut sermone, aut opere peccamus.* Quem sequitur *S. Tho. cit. ar.* 7. Quæ diuisio, vt rectè *ibid. Caiet.* dupliciter accipi potest, vel vt generis in subiectas species, & sic est diuisio peccati in internum, quod sola mente consummatur, & in externum, quod partim ore, partim opere perficitur; & est adæquata: Vel vt totius in partes integrales: quo modo illam accipit *cit. S. Tho.* & sic est diuisio vnius eiusdemque peccati in suos gradus & partes completiuas: vt vnum idemque peccatum homicidij concipitur affectu, proditur ore, verbis proximum iuriosis lacessendo, & opere tandem consummatur.

41. *Per excessum, per defectum.*

Quinta; in peccatum per excessum, & defectum: Est *S. Tho. qu. cit. ar.* 9. *Arist.* 2. *Ethic. cap.* 6. 7. & 8. docentis, dupliciter contra virtutem peccari posse, per excessum, & per defectum. Cùm .n. virtus in medio consistat, omnis recessus, qui necessariò erit vel per excessum, vel per defectum à tali medio, vitiosus sit oportet. Hæc diuisio per se tantùm conuenit peccatis, quæ opponuntur virtutibus in medio consistentibus: analogicè accommodari potest virtutibus, quæ excessum vitiosum non habent. Contra quas peccari potest, vel actu commissionis, qui dici potest excessus; vel actu omissionis, qui dici potest defectus. Vt contra charitatem in Deum, quæ excessum non habet, peccari potest vel positiuo actu odij, qui dicitur excessus, vel priuatiuo actu omissionis, qui dicitur defectus. Quo pacto accepta diuisio est adæquata diuiso: quia nulla est virtus, contra quam peccari non possit vel commissione, vel omissione; nullum autem est peccatum, quod non sit contra aliquam virtutem: igitur nullum est peccatum, quod non sit vel commissionis, vel omissionis.

42. *Ex ignorantia, ex passione, ex malitia.*

Sexta diuisio est in peccatum ex ignorantia, ex passione, & ex malitia: quam S. *Thom.* 1. 2. *qu.* 76. 77. & 78. desumit ex causis intrinsecis, quæ voluntatem ad peccandum inducere solent, & quæ tres sunt. Aut enim peccatum contingit ex defectu rationis, non considerantis ea, quæ à peccato retraxissent, & dicitur ex ignorantia; quæ causa est peccati, non influens, sed remouens prohibens, sc. scientiam, quæ peccatum prohibuisset. De qua ignor. infrà *disp.* 20. *sect.* 3. Aut peccatum contingit ex passione appetitus allicientis voluntatē ad peccandum, tripliciter. 1. distractione, quatenus per vehementem apdlicationem animi ad obiectum sensibile, voluntas redditur minùs potens tum ad imperandum intellectui, vt oppositas rationes meliùs consideret, efficaciusque proponat; tùm ad resistendum ipsi obiecto sensibili; ideo dicitur peccatum ex infirmitate: Cùm .n. omnes potentiæ animasticæ radicentur in eâdem substantiâ animæ,

43. *Triplicitèr allicit appetitus voluntatem ad peccandum.*

quò

Digitized by Google

quò magis per vnam potentiam anima applicatur ad vnum obiectum, eò minùs potens redditur ad reliqua; ipsa .n. anima cum singulis potentijs concurrere debet, vt causa vniuersalis cum particulari. Secundò obiecti propositione, quatenus intellectus sequens iudicium imaginationis, obiectum sensibile efficaciter proponentis illud efficaciùs voluntati proponit, quàm oppositum obiectum honestum. Tertiò in mea sententia appetitus sensitiuus allicit voluntatem medio obiecto sensibili sensu proposito.

44. *Pec. ex malitiâ* Aut demum contingit peccatum à voluntate committi, nullâ vel stimulante passione, vel ratione ignorante: & tunc dicitur peccatum ex malitia. Quod eò grauius est, quò ex maiori scientia & deliberatione procedit. Cæterùm aliud est, peccatum esse ex ignorantia, aliud ignorantiæ: nam priori modo ignorantia est causa peccati: posteriori modo vel est effectus peccati, vel peccatum ipsum, cùm nimirum ignorantia ipsa est peccatum, de quo *disp. 20. sect. 2.*

45. Nota diuisionem hanc non esse adæquatam simpliciter, sed respectu peccatorum, quæ originantur ex causis intrinsecis. homo enim non modò peccare potest ex intrinseca ignorantia, passione, aut malitia, sed etiam ex extrinsecâ suggestione dæmonis, aut alterius: at nulla est causa intrinseca, ex quâ peccare potest homo, quæ ad vnam ex illis tribus non reuocetur.

46. *Peccatum mortale, veniale.* Septima, in peccatum mortale, & veniale. Hæc diuisio cum *S. Tho. 1. 2. qu. 88. ar. 1.* traditur ab omnibus Theol. & recurrit cum diuiso: omne .n. peccatum aut est notabiliter difforme, aut non notabiliter difforme rationi: & sumitur ipsa ex principali effectu, quem peccata causant in animâ, quæ est priuatio gratiæ habitualis, vel non priuatio: quę priuant gratiâ habituali, dicuntur mortalia: quę eâ non priuant, venialia. Cùm .n. gratia habitualis sit vita animæ, peccatum eâ priuans, dicitur mortale; eâ non priuans, dicitur veniale, seu veniabile, ex *Ambro. lib. de Parad. c. 14. medio, & cap. 15. initio*, quasi dignum venia: quia dum non extinguit principium vitæ, quę est gratia diuina, potest per oppositum actum ex gratiâ, vt ex vitâ, procedentem, illius damnum reparari. Sicut morbus, qui non extinguit principium vitæ corporalis, potest actione vitali curari: at lethalis qui extinguit principium vitæ corporalis, non patitur actione vitali damna sua resarciri: extincto enim principio vitæ, cessat omnis actio vitalis, quâ morbus curari posset. Vnde peccatum mortale dicitur naturâ suâ irreparabile, quia quantum est de se, nũquam potest damnum, quod infert animæ, reparari: cùm nulla actio, quæ non procedit ex principio vitæ, possit extinctam vitam restituere.

47. *Personale, originale.* Octaua diuisio est in peccatum personale, & originale. Personale est, quod propriâ actione personali peccatoris, originale verò, quod aliena operatione, aliquo modo pertinente ad peccatorẽ, tanquam capitis ad membrum, committitur. Vtrumque subdiuiditur in actuale, & habituale. Actuale est, quod vel actione singulari personæ peccantis, vel originariâ capitis, moraliter membra continentis, patratur; habituale est, quod ex actuali personali, vel ex actuali originali in peccatore deriuatur; in eoque tanquam propria macula, donec remittatur, perseuerat. Atque hæc de diuisionibus peccatorum in communi: infrà singillatim de præcipuis membris diuidentibus.

DISPVTATIO XIX.

De inæqualitate peccatorum.

QVÆRITVR 1. An omnia peccata sint æqualia quoad malitiam? Celebris fuit *Stoic.* opinio, quam refert *Cicero in Paradoxis*, peccatum vnum alio maius esse non posse: quia omnes virtutes sunt pares: peccatum est recessus à virtute: recessus cùm in indiuisibili consistat, idem videtur in omni peccato; atque adeò omnia peccata paria. Etsi possit vnum censeri grauius alio, non ratione grauioris iniuriæ, sed ratione multitudinis peccatorum, quæ in vno peccato includuntur: vt qui patris vitam violat, violat eum, qui procreauit, aluit, erudiuit, in sede, domo, in republicâ collocauit. *Iouinianus* consequenter docuit, æqualem pœnam omnibus peccatis in inferno respondere. 1. *Stoici affirmant:* *Eos sequitur Iouin.*

Verùm catholica sent. quam Incarnata veritas *Ioann. 16.* apertè Pilato dixit, *qui tradidit me tibi, maius peccatum habet*, affirmat, esse inter peccata inæqualitatem. Vnde hæc; controuersia est non modica. *S. Tho. 1. 2. qu. 18. art. 8. ad 1. & qu. 73. ar. 2.* hanc inæqualitatem assignat ex parte priuationis: & distinguit priuationem, vnam in fieri, quæ aliquid habet de oppositâ forma, quâ priuat: velut vmbra, quę non omni luce priuat, sed sempet aliquid retinet de luce: alteram in facto esse, quæ nihil retinet de oppositâ formâ, vt tenebrę, quæ omnem lucem negant. Inter has est discrimen, quòd quia prior non priuat totâ formâ oppositâ, suscipere potest magis & minùs; & vna priuatio dici potest maior aliâ, prout vna magis vel minùs subiectum priuat oppositâ formâ. Posterior, quia totam formam negat, non potest dici maior vel minor. Priuatio ergo, quę peccatorum inęqualitatem constituit, non est priuatio in facto esse, sed in fieri, quę non tollit totum ordinem rationis. 2. *Catholici negant.* 3. *Priuatio duplex* *Ratio S. Thom.*

Sed meritò hanc rationem impugnat *Vasquez disp. 99. cap. 3.* Tum quia priuatio, quam importat peccatum, est in facto esse; sc. priuatio rectitudinis oppositi actus virtutis seu ordinis, quę rectitudo, cùm indiuisibilis sit, tota negatur per actum peccati. Nec dici potest, vt *S. Tho.* dicere videtur, priuatio, nõ esse consũmata & in facto esse, quia cum ipsa manet physica entitas actus peccati. Nam physica entitas actûs, non est forma opposita, qua peccati malitia priuat: alioqui sequeretur, quò actus esset intensior circa obiectum dissonũ, eò fore peccatum leuius, quò nihil absurdius: quia quò maior est entitas physica paccati, eò minor est priuatio: Tum quia priuatio non constituit formaliter peccatum: ergo non potest saltem specifica inæqualitas peccatorum ex eo desumi. 4. *Meritò impugnatur*

Durand. in 2. dist. 42. qu. vlt. docet, peccata diuersę speciei inæqualitatem malitiæ sortiri ex parte finis & mediorum, à quibus nos deordinant. Vnde quia deordinatio à fine peior est deordinatione à medijs, grauiora sunt peccata immediatè commissa contra finem, vt infidelitas, blasphemia, odium contra Deum &c. quàm commissa contra media, vt furtum: grauiora, quę immediatè deordinant à proximò, qui dicitur finis sub fine; vt grauius est homicidium furto: quia illud immediatè deordinat nos à proximo; hoc tantùm à rebus exterioribus, quæ sunt media ad finem. Comparando verò 5. *Peccata cõparantur inter se secundum diuersas species.*

Digitized by Google

Et secundũ eandem:

do verò peccata eiusdem speciei inter se, vnum est grauius altero, vel quia est intensius, vel quia est magis voluntarium, vel quia plures circumstantias virtutis corrumpit. Hæc opinio vera est, sed insufficiens ad explicandam inæqualitatem omnium.

6. *Neutra æquali malitia.*

Licet enim peccata, contra vltimum finem immediatè commissa, sint grauiora; non omnia tamen, quæ sunt contra vltimum finem, sunt eiusdem grauitatis, sed multa specie diuersa, atque adeò inæquali inter se malitiâ. Idem dicendum de peccatis contra proximum, aut eius exteriora bona commissis; nam etiam circa hæc diuersa specie peccata committi possunt.

7. *Inæqualitas pecc. sumenda ex diuersa oppos. ad naturam rationalem vt sic.*

Quare dicendum est, inæqualitatem peccatorum sumendam esse ex diuersa oppositione ad naturam rationalem, quà rationalis est: quę diuersa oppositio in peccatis omissionis sumitur ex diuersitate actûs debiti; in peccatis commissionis sumitur, vel ex diuersitate obiecti rationi dissoni, vel ex modo tendendi ad obiectum, vel ex damno, quod alteri per talem actum infertur, vel denique ex paucitate, aut pluralitate circumstantiarum, quæ per peccatũ violantur: exempla cogitare facile est.

8. *Regula duplex*

Huc spectant regulæ *ex S. Thom. & Mayr.* ad grauitatem peccatorum dignoscendam assignatę *disp.* 17. *sect.* 1. Ea peccata, cęteris paribus, esse grauiora, quę nobilioribus virtutibus opponuntur: & quę magis opponuntur fini, ad quem virtus principaliùs ordinatur: vt quia temperantia principaliùs ordinatur ad reprimendos nimios affectus circa delectationes sẽsûs, ad quas natura de se prona est, grauius peccatum est contra hanc virtutem per excessum, quàm per defectum delinquere. Contrà verò, quia fortitudo principaliùs ordinatur ad intendendos affectus circa pericula mortis, quę homo naturaliter refugit, grauius peccatur contra hanc virtutem per defectum, quàm per excessum.

9. *Stoicæ Resp.*

Ex his ad fundam. Stoicor. falsum est, virtutes pares esse inter se: & concesso, peccata contra illas commissa esse æqualia; adhuc posse tesse inæqualia, vel ex modo illas transgrediendi, vel ex pluribus aut paucioribus circumstantijs; concedo, peccatum esse recessum à virtute; nego hunc æqualem esse in omni peccato: maior enim est recessus à virtute nobiliori, quàm ab ignobiliori, & ab eadem virtute magis recedit ille, qui plures violat circumstantias, quàm qui pauciores.

10. *Quæstio altera*

Quæritur 2. An omnibus peccatis æqualis pœna damni in alia vita respondeat? Dixi *pœna damni*: certum enim est, pœnam sensûs futuram inæqualem ex *Apocal.* 18. *quantum glorificauit se, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum & luctum.* De pœna damni, quæ in priuatione gratię & beatitudinis supernaturalis cõsistit, duę oppositę sentẽtię sunt.

11. *1. Sent. affirmat*

Prima affirmat, pœnam damni, quę auersioni peccati correspondet, futuram esse æqualem in omnibus damnatis. *Duran. in 4 dist.* 22. *q.* 1. *Palud. qu.* 1 *concl.* 2. *Capreo. qu.* 2. *ar.* 3 *ad argu. Duran. Vasquez disp.* 100. *cap.* 5. Fundam. homo ratione peccati non dicitur carere gratiâ, & consequenter gloriâ in aliquo determinato gradu, quia nullum habet debitum decedendi ex hâc vitâ cum aliquo determinato gradu gratiæ, sed solùm cum gratiâ simpliciter: ergo non potest priuatio gloriæ, seu pœna damni, esse maior in vno, quàm in alio.

Fund.

12. *2. sent. neg. probabilior.*

Secunda sent. pronuntiat, pœnam damni futuram esse inæqualem, ersi non in omnibus, saltem in plerisque. Fundam. cùm hæc pœna sit omnium maxima, si cæteræ futurę sunt inæquales, multò magis hanc oportebit esse inæqualem: alioqui tanta foret in Iudâ, quanta in puero non baptizato. Hęc sent. probabilior, difficile tamen, saltem in omnibus, huius inæqualitatis radicẽ assignare est.

13. *Soti modus*

Sotus in 4. dist. 16. *qu.* 1. *ar.* 1. radicem huius inæqualitatis reducit ad inæqualitatem maculę peccati, quę sicut inæqualis est in singulis adultis, ita & pœna damni illi respondens. Quòd si quæras: in quo hæc pœnæ inæqualitas consistat? Respondet, in hoc, quia quò illa ex pluribus peccatis grauioribusque maculâ orta est, eò acerbiùs damnatos affligit. Quòd si ei obijcias, hoc tantùm probare maiorem pœnam sensûs, ad quam afflictio spectat. Respondet; ex maiori vel minori afflictione perpenditur maior vel minor pœna damni, ex quâ tanquam ex causâ saltem partiali ortum habet illa afflictio. Etenim si illa non cruciat pueros in limbo, cruciat autem damnatos in inferno, procul dubio inæqualis est in pueris, ac in damnatis.

14. *Reijcitur.*

Sed hic modus non prob. afflictio enim non ad damnum, sed ad sensum spectat; nec oritur immediatè ex pœnâ damni, alioqui etiam oriretur in pueris non baptizatis, in quibus est pœna damni: oritur ergo immediatè ex apprehensione, seu ex pœnâ damni apprehensâ vehementiùs ab vno, quàm ab alio: & consequenter ex æquali pœna dãni inæqualis afflictio sensûs oriri posset. Velut si duo ciues æquali pœnâ exilij mulctarentur, in vno maior afflictio esse posset, quã in alio, si vnus vehementiùs, quàm alius talem pœnam apprehẽderet.

15. *Almaini explicatio*

Almai. tract. 3. *Moral.* cap. vlt. opinatur, hanc pœnæ inæqualitatem sumendam esse per respectum ad diuersa & inæqualia peccata, propter quę infligitur. Quia priuatio visionis Beatificæ in tantum habet rationem pœnæ, in quantum dicit ordinem ad propriam culpam, quo præciso, non esset pœna; ergo idem malum eò erit maius in ratione pœnæ, quò propter plura & grauiora peccata infligitur. *Contrà:* Tum quia ex hoc modo sequeretur, non posse duos, qui imparia peccata commiserunt, pari pœna puniri. Cùm enim pœna eo sit formaliter pœna, quo respicit culpam, eodemque gradu crescat pœna, quo culpa, tanta erit pœna, quanta culpa, ob quam infligitur. Tum quia etiam pœna sensûs dicit ordinem ad culpam: & tamen illa non est maior, vel minor propter maiora, vel minora peccata, propter quę infligitur, sed propter maiorem, vel minorem disconuenientiam, quam habet cum subiecto, cui infligitur. Ratio est: licet pœna connotet in obliquo culpam, propter quam infligitur, in recto tamen dicit malum ipsum positiuè, aut priuatiuè contrarium naturæ, cui infligitur. Vnde potest, crescente culpâ, non crescere pœna ratione mali, quod in recto dicit: Et contrà, crescere pœna, non crescente culpâ.

16. *Improbatur*

17. *Scot. explicat. Probat*

Scotus in 4. dist. 50. *qu.* 6. *§. ad* 1. *quæst.* inæqualitatem pœnæ damni sumit ex inæqualitate culpæ; ita vt qui graniorem commisit culpam, maioris boni carentiam subeat. Quantò actus peccati cum maiori conatu elicitur, tantò maiorem rectitudinem oppositus actus virtutis habet; & per consequens tantò ad maius præmium hominem ordinat: Igitur qui grauiùs peccat, maiori bono se priuat. Vlteriùs: quò actus peccati est grauior, eò actus debitus oppositę virtutis est perfectior: & consequenter quo grauius quis peccat, eò maiori præmio, quod per oppositum actum virtutis promereri debebat, priuatur. Contrà: Tum quia inde sequeretur, duos inæqualiter peccantes contra eandem virtutem æqualem subire pœnam damni v. g. contra liberalitatem procul dubio grauiùs delinquit qui ex auaritia, quàm qui ex prodigalitate peccat: cùm tamen vterque priuetur æquali præmio debito

De actib. specie diuersis:

18. *Acutè magis quam verè*

bito liberalitati: Tum quia falsum est, quò actus peccati est intẽsior, eo actũ oppositæ virtutis debere esse intẽsiorem. Nam esto ex suppositione quòd homo operetur, teneatur elicere oppositum actum virtutis, non tamen eâ intensione, quâ peccat.

19. *Supplementum.* *Supplem.* in 4. dist. 44. *quæst.* 3. *art.* 1. *not.* 2. hanc inæqualitatem pensat ex maiori, vel minori beatitudine, ad quam per merita, vel per gratiam erat quis ordinatus: Ex quo infert 1. maiorẽm pœnam damni contrahere, qui plura merita acquisiuit in vitâ, & postea per peccatũ mortale damnatus est, quàm qui pauciora habuit merita; eo quòd maior beatitudo debeatur illi, quàm isti. 2. maiorem pœnam damni deberi paruulis in lege Euangelica sine baptismo defunctis, quàm in lege veteri: eo quòd per Baptismum ad maiorem gratiam, & gloriam ordinentur, quàm per Circumcisiõnem. 3. maiorem esse pœnam damni in adultis, quàm in paruulis; nonne quia adulto debetur priuatio gloriæ quæ respondet gratiæ Baptismi, & meritis, quibus eam debebat conseruare & augere? Contrà est

20. *Impugnatur à Vasquez vnico fundam.* *Vasquez*: sequeretur, eum, qui nunquam merita, vel gratiam habuit, nulla pœna damni mulctari. Quòd si dicas, inquit, fuisse ad gloriam destinatum virtute sacramenti, quod debebat suscipere: huic obstat: quia sacramentum solùm determinat gradum gloriæ in paruulis, non in adultis, qui debent proprio actu recipere sine vlla determinata dispositione sacramentum.

21. *Hic modus probabilissimus.* His non obstantibus, hunc modum, quem docuit *Alen.* 3. *par. qu.* 57. *me.* 3. *in c.* sic confirmo: Pœna damni nil aliud est, quàm priuatio debitæ beatitud. sed hæc non est futura æqualis in adultis damnatis: potest. n. esse debita adulto, de facto, ex suppositione totius gratiæ, quam de facto ex meritis, & susceptione sacramentorum sibi comparauit: vel de iure seu quasi de iure posita lege diuinâ, quo modo ea tantùm beatitudo est debita adulto, quæ respondet gratiæ, quam tenetur virtute sacramentis aut eius voti & obseruantiâ præceptorum, sine quâ gratia ita susceptа, in finem vitæ conseruari non posset: Neutra autem beatitudo æqualis est in omnibus adultis, vt patet: ergo nec priuatio illius, in quâ pœna damni consistit.

22. *Contra Vasquez.* Vnde nego, dari posse aliquem, qui nullâ pœnâ damni puniri debeat. si. n. loquamur de paruulis, sicut illis determinatus erat gradus gratiæ, virtute sacramenti suscipiendus, & gloriæ; ita illis determinata respondet pœna damni. Si de adultis baptizatis: vel illi habuerunt merita, quibus respondeat gloria, & sic debetur illis pœna damni iuxta carentiam beatitudinis respondentis gratiæ baptis. quam tenebantur conseruare per obseruantiam præceptorum ad salutem necessariorũ, & præterea meritis per gratiam vltra eam obseruantiam acquisitis. Si verò post amissionem gratiæ baptis. nulla habuerunt merita, debent non modò priuari gloriâ debitâ gratiæ baptis. sed etiam debitâ gratiæ, quę acquisita fuisset obseruantiâ præceptorũ, quæ ad conseruandam gratiam baptis. vsque ad extremum vitæ necessaria fuisset. Adultus verò infidelis decedens sine baptismo priuatur beatitudine debitâ gratiæ, quam debebat aut virtute sacramenti per sufficientem & necessariam dispositionem, aut per votum illius suscipere ab illo tempore, quo illam potuit & debuit per sufficientem dispositionem à Deo recipere: nec non debitâ gratiæ, quæ responsura fuisset obseruantiæ præceptorum, quæ necessaria fuisset ad conseruandam gratiam ab eo tempore, quo illam vel per baptismum, vel per votum accepisset, vsquę ad postremũ vitæ. Vnde ad argum. *Vasquez* cõcedo, iuxta meliorem dispositionem posse adultum maiorem gratiam per sacramentum recipere: verùm aliqua est dispositio, sine quâ effectus sacramenti suscipi non potest: & iuxta gratiam vi talis dispositionis susceptam, mensuratur priuatio gloriæ, & pœna damni in adulto infideli sine baptismo decedenti. Item aliqua est obseruantia præceptorum, sine quâ gratia baptismo aut eius voto susceptа, conseruari in finem vitæ non potest; & huius etiam priuationem gratiæ, & gloriæ contrahit infidelis. *Ad Vasq.*

23. *Ad fund. prima.* Ad fundam. primæ sent. patet: tum quia licet homo non teneatur absolutè cum tantâ, vel tantâ gratiâ è vitâ discedere; Ex suppositione tamen meritorum, quæ per actus virtutis acquisierat, tenebatur cum illis mori. sicut. n. tenebatur præsentem gratiam, per merita acquisitam, in finem vitæ conseruare; ita & cum illis meritis decedere: Tum quia non solùm paruuli decedunt cum determinato gradu gratiæ virtute sacramenti acceptæ, & consequenter qui sine sacram. gratiâ moriuntur, contrahunt determinatam pœnam damni, sed etiã omnes adulti Christiani tenentur cum eâ saltem gratiâ decedere, quæ acquisita fuisset per obseruantiam præceptorum ad salutem necessariorum à tempore, quo cœperunt esse præcepti capaces ad eam vsque ætatem, in quâ decesserunt. sicut. n. toto illo tempore quisque fidelis tenetur per obseruantiam præceptorum à peccato se immunem seruare, ita tenetur cum gratiâ baptis. ex tali obseruantia auctâ decedere. Adulti verò infideles decedere tenentur cum eâ gratiâ, quam vel in re, vel in voto sacramenti, sufficienti dispositione suscepturi fuissent; nec non cum eo augmento gratiæ, quod acquisituri fuissent per obseruantiam præceptorum ad salutem necessariorum, quorum quisque in suo statu capax fuisset. 24.

DISPVTATIO XX.

De subiecto peccatorum.

1. *Peccati subiectum voluntas:* DICO 1. Voluntas est subiectum cuiuscumque peccati. *S. Thom.* 1. 2. *q.* 74. *art.* 1. quem rectè explicat Caiet. ibid. Fundam. omne peccatum est voluntarium: est enim actus liber; liberum essentialiter supponit voluntarium, vt species genus: ergo est in voluntate, vt in proprio subiecto. Sicut ratio voluntarij subiectiuè non est, nisi in voluntate; vt actus ipse voluntatis, quo peccatum intenditur.

2. *Dices*: Potest esse peccatum absque vllo actu elicito voluntatis, vt cùm quis non reprimit motus libidinosos in appetitu sensitiuo, quos reprimere debet, vel omittit sacrum, cui interesse tenetur, negatiue tantùm se habendo: ergo non omne peccatum subiectiuè est in voluntate. Resp. hæc peccata quâ ratione sunt voluntaria, esse in voluntate; non actu expresso, sed interpretatiuo.

3. *Potentia voluntati subiecta:* DICO 2. Non sola voluntas, sed omnis potentia, quæ subest imperio voluntatis, est subiectum peccati: *S. Thom.* 1. 2. *qu.* 74. *art.* 2. Ratio: (vt *disp.* 16.) malitia formalis non solùm reperitur in actibus interioribus voluntatis, sed & in exterioribus externarum potentiarum: Imò ex his sæpe deriuatur malitia formalis in actus interiores voluntatis; & fit, vt subiectum malitię formalis sint alię etiam potentiæ, in quibus primaria peccati consummari

Digitized by Google

consummari potest: vt in intellectu, hæresis & quicunque error, aut culpabilis ignorantia; in appetitu sensitiuo, libidinosę delectationes; in ore, mendacium ac praue locutiones: in externis membris, deformes operationes: licet hæc omnia ratione voluntarij primariò sint in voluntate.

4. *Non independenter à libero consensu. Voluntas subiectum omnis voluntarij.*

D I C O 3. Nulla potentia distincta à voluntate potest esse principium consummati peccati, independenter à libero consensu voluntatis: *S. Thom. q. 7. de malo art. 11. ad 15. venialia non sunt sicut in subiecto, in corpore, sed in anima*; & communis contra *Caiet. 1. 2. q. 74. a. 4.* asserentem, appetitum sensitiuum propter coniunctionem cum appetitu rationali participare vestigium libertatis, quod sufficiens est ad peccatum veniale, independenter à consensu voluntatis, non ad mortale: ita explicat S. Thom. qui *art. 3.* concedit, in appetitu sensitiuo posse esse peccatum nempe veniale, negat *art. 4.* posse esse mortale: quia libertas, quam appetitus inferior ex coniunctione cum rationali participat, etsi sufficiens sit ad veniale, non tamen ad mortale. Probat *Caiet.* sicut vires cognoscitiuæ sensitiuæ animæ rrtionalis excedunt in cognoscendo vires cognoscitiuas Brutorum, vt patet, inquit, in cogitatiuâ & reminiscentiâ, collatiuam vim particularium habentibus; ita vires appetitiuæ sensitiuæ eiusdem excedere debent vires appetitiuas brutorum per hoc, quod istæ appetũt cũ quàdam libertate, illę necessariò & naturaliter.

5. *Fundam.*

Hęc tamen *Caiet.* sent. meritò ab omnibus reijcitur, & nostra docetur. Fundam. si in appetitu sensitiuo posset esse peccatum, homo peccare posset, etiam renitente & obluctante voluntate: quia cùm appetitus inferior participet propriam libertatem, distinctam à libertate appetitûs superioris, poterit, insurgente passione, non obedire voluntati, huiusmodi passionem refutanti. Consequens est contra Patres, & Concilia, *Trident. sess. 5. in decreto de pecc. orig. fine*, vbi docet, concupiscentiam, quæ ad agonem nobis relicta est, non consentientibus nocere non posse: noceret autem non consentientibus, si ea, voluntate adhuc reluctante, venialiter peccare posset.

6. *Contra Caiet.*

Respondeat pro *Caiet.* quis, in tali casu hominę simul mereri per actum volũtatis, & demereri per actum appetitus. Sed contrà 1. concupiscentia nõ esset relicta tantùm ad agonem, sed etiam ad peccatum; eaque nobis non consentientibus, imò & reluctantibus, noceret: 2. nullus motus potest nobis ad laudem vel vitium imputari, nisi acceptetur à voluntate, quæ est primum mouens in homine: 3. sequeretur, posse appetitum sensitiuum circa idem obiectum mereri, circa quod volũtas demereretur, si voluntas consentiret in obiectum turpe, quod appetitus refutaret. 4. sequeretur, omnes motus naturales appetitûs sentientis circa obiectũ turpe, ante vllã aduertentiã rationis, esse venialia.

7. *A priori manifestè:*

Ratio: appetitus sensitiuus est potentia naturalis determinata ad vnum, mediâ cognitione sensitiuâ, proponente obiectum secundùm determinatam rationem boni delectabilis: vnde sicut cognitio sensitiua, à quâ tantùm vt à proportionatâ regulâ mouetur appetitus sensitiuus, non proponit obiectum sub aliquâ ratione mali moralis, cùm potentia sensitiua non habeat vim comparandi illud cum regulâ rationis, penes quam omnis ratio bonitatis, vel malitiæ moralis desumitur: ita nec appetitus sensitiuus, talem cognitionem sequens, habere poterit vllam libertatem; cùm omnis indifferẽtia subiectiua radicaliter originetur ex indifferẽtiâ obiectiuâ cognitionis, vt patet de subiectiuâ volũtatis, quę originatur ex obiectiuâ intellectûs.

8. *Ad Caiet.*

Vnde ad rationes *Caiet.* nego appetitum sensitiuum ex coniunctione quam habet cum appetitu rationali in homine, vllum participare libertatis vestigium: ita disponente naturâ, vt penes eam tantùm potentiam resideat omnis operandi libertas, quæ potissima est in homine, & à qua meritum & demeritum, vita & mors dependet. Neque obstat, quòd appetitus non obediat voluntati despoticè, sicut obediunt reliquæ potentiæ exteriores, sed politicè tantùm: nam hoc non prouenit ex libertate, quæ in illo sit, sed quia ad obiectum mouetur motu animali, mediâ cognitione sensitiuâ: potentia autem cognoscitiua non statim ab obiecto cessat, præsertim quando illud per physicam corporis alterationem animum pulsat, sed pedetentim aliò intentionem diuertendo. Hinc fit, vt non statim voluntatis imperium appetitus exequatur. Nego etiam, vllum esse discursum interiori hominis cogitatiuæ: nam esto, in ea sit debita specierum coordinatio, vt meliùs deseruiat intellectui, nullus tamen propriè discursus, qui in deductione vnius ignoti ex alio noto consistit.

9. *Ad S. Tho.*

Ad *S. Tho.* vel dici potest cum *Vasquez disp. 104. cap. 5.* illum non negasse in appetitu sensitiuo dependenter à consensu voluntatis peccatum mortale quoad esse moris, sed solùm quoad principalem effectum, quem in animâ causat, quæ est priuatio gratiæ, quę in solâ animâ rationali subiectatur; vel certè negasse mortale potiùs, quàm veniale in appetitu sensitiuo, propter actualem deordinationem ab vltimo fine, quam mortale includit.

An ignorantia, qua in intellectu consummatur, sit formaliter peccatum, & quarum rerum detur culpabilis ignorantia?

10. Dvpliciter potest, ex *S. Tho. 1. 2. q. 74. art. 5.* peccatum in ratione consummari, vno modo circa obiectum proprium, omittendo cognoscere, quę ratio potest & debet scire: Alio circa directionem aliarum potentiarum, quas in ordine ad proprios actus dirigere tenetur, vt potentia vniuersalis directiua: in vtroque actu contingere potest defectus in ratione; & de vtroque defectu tria examinanda. 1. An ignorantia sit peccatum secundùm se, an solùm ratione negligentiæ, quam quis in comparandâ scientiâ debitâ committit. 2. An sit peccatum speciale distinctum ab eo, cuius ignorantia ipsa est causa. 3. quę regula assignari possit ad cognoscendum quando ignorantia sit peccatum. Certum n. non semper esse peccatum.

Dubium 1. — 2. — 3.

11. *Ignor. esse pecc. affir.*

Quoad primum, duæ sunt sent. Prima affirmat, ignorantiam secundùm se esse peccatum, & non tantùm effectum peccati ex negligentiâ causarum: videtur *Alen. 2. p. q. 112. mem. 1. Alber. in 2. dist. 22. art. 7. Bonauent. ar. 2. q. 2. Richar. art. 2. q. 2. Marsil. q. 15. art. 2. Almas. tract. 1. moral. cap. 5.* &c. Fundam. illud est secundùm se peccatum, quod secundùm se præcepto prohibetur: sed ignorantia secundùm se præcepto prohibetur, non solùm negligentia addiscendi: Nec obstat, quòd ignorantia opponatur scientię, quę est virtus intellectualis, & non moralis: nam & hæresis opponitur fidei, quæ est virtus intellect. 2. sent. docet, ignorantiam secundùm se non esse peccatum, sed effectum dumtaxat peccati, eo modo quo mors animę & corporis: esse peccatum solam negligentiam, quâ quis omittit scire ea, quę scire tenetur: *S. Tho. 1. 2. qu. 76. art. 2. Caiet. ibid. Duran. in 2. dist. 22. qu. 3. Syluest. v. ignoran. qu. 3. Cordu. lib. 2. qu. 6. prop. 2. Vasquez 1. 2.*

12.

Negant

Digitized by Google

disp. 118. cap. 3. Fundam. ignorantia propriè dicta opponitur scientiæ habituali, non actuali; peccatum non opponitur formæ habituali, sed actuali: est enim priuatio rectitudinis debitæ actui: igitur ignorantia est peccatum ratione actualis inconsiderantiæ.

13. *Ignor. habitualis est effectus peccati:* Dicendum, ignorantiam habitualem non esse peccatum, sed effectum peccati; actualem verò non solùm esse peccatum ratione negligentiæ adiunctę, sed etiam ratione sui. Prior pars prob. ignorantia habitualis oritur ex actuali, vt effectus ex causa: nec ex se habet vnde peccatum dicit possit: non ex naturâ suâ; quæ nullam dicit moralem difformitatem contra naturam ration. nec semper, & in quolibet illa est peccatum, sed ad summum quando, & in quo vrget præceptum: nec habere potest rationem peccati ab intrinseco præcepto: præcepta .n. non dantur de scientiâ habituali, sed actuali, in ordine ad rectè operandum, ad quod non habitualis, sed actualis necessaria est scientia.

14. *Actualis peccatum est ex negligentia & ratione sui.* Posterior pars prob. quando actus est in præcepto, non solùm negligentia, sed etiam omissio ipsa actus præcepti peccatū est: qui .n. omittit tępore præcepti actum contritionis, non solùm peccat negligendo præceptum, sed etiam non eliciendo contritionis actum. Cùm ergo scientiæ præceptum currit, non solùm negligentia, sed priuatio seu omissio ipsa scientię est peccatum: quia non solùm negligentia addiscendi, sed priuatio ipsa scientiæ opponitur prȩcepto. v. g. currente prȩcepto fidei diuinę, non solùm negligentia addiscendi mysteria fidei, sed & voluntaria ignorantia eorum est mala, & opposita prȩcepto fidei. Colligitur ex *S. Tho. qu. 76. art. 2. ad 3. sicut in peccato transgressionis, peccatum non consistit in solo actu voluntatis, sed etiam in actu volito, qui est imperatus à voluntate: ita in peccato omissionis, non solùm actus voluntatis est peccatum, sed etiam ipsa omissio, in quantum est aliqualiter voluntaria. Et hoc modo ipsa negligentia sciendi, vel etiam ipsa inconsideratio est peccatum.* Ita & *Sylnius ibid.* dilucidè: & sic intellige authores primę sent. vt solùm affirmare voluerint, ignorantiam actualem esse peccatum, vt patet ex eorū scriptis.

15.

16. *Dubium 2.* Quoad 2. dubium, *Caietanus & Corduba cit. loc.* eis opinantur, ignorantiam ratione negligentiæ opponi virtuti studiositatis. Quia omne peccatum debet opponi alicui virtuti morali: cùm igitur scientia sit virtus intellectualis, ignorantia debet opponi virtuti studiositatis, cuius est, appetitum sciendi moderari, cui per excessum opponitur vitium curiositatis, per defectum vitium innominatum; quod communi nomine appellatur negligentia. Contrà autem *Vasquez* 1. 2. *disp.* 119. *cap.* 2. contendit, ignorantiam non esse speciale peccatum alicui speciali virtuti oppositum, sed trahi ad eam speciem peccati, cuius opposita virtus ignoratur: vt ignorare quę pertinent ad virtutem iustitiæ, est peccatum iniustitiæ: ignorare quæ spectant ad virtutem charitatis, est peccatum contra charitatem. Ex quo colligit, vitium prȩcipitationis, quod à *S. Tho.* 2. 2. *qu.* 53. *art.* 2. connumeratur inter vitia opposita prudentiæ, & est defectus consilij; sicut inconsiderantiam, quę est defectio iudicij, & inconstantiam, quæ est defectus imperij, non opponi speciali virtuti prudentiæ, quia hæc non est virtus moralis electiua, sed intellectualis; sicut ars ex *Arist. 6. Eth. cap. 2. & 3.* virtuti autem intellectuali non opponitur speciale peccatum moris; alioqui etiam arti opponerentur oppośita vitia. *Confirmat*: si ignorantia opponeretur virtuti studiositatis, sequeretur grauius peccare eum, qui ex ignorantia, quàm qui ex scientia peccaret: quia ille contra duplicē virtutem, hic contra vnā tantū, contra quā defectu scientię peccatur, delinqueret.

17.

18. *Hæc controuersia facilè soluitur distinctá duplici ignor.* Dico: vna ignorantia opponitur scientiæ seu appetitui sciendi propter ipsam scientiam: altera opponitur scientiæ propter alios actus virtutum, quorum scientia est practicè directiua. Primo modo ignorantia opponitur virtuti studiositatis, cuius est appetitum moderari circa studium sciendi vt sic: sumpta secundo modo, opponitur virtuti illi dumtaxat, cuius transgressionis est causa, vel per omissionem, vt qui negligit scire præcepta ad actum virtutis obligantia; vel per commissionem, vt qui negligit examinare circumstantias operis, quo defectu transgreditur præceptū negatiuum. Iuxta hanc distinct. conciliantur vtraque sent.

19. Ad fund. *Vasquez*, cōcedo, virtuti intellectuali vt sic non opponi vitia & defectus morales, quia hi non opponuntur, nisi virtuti morali; opponi autem virtuti intellect. quà intellectualis in operando pendet à recto appetitu, à quo imperatur: vt sic .n. participat rationem virtutis moralis. Sic fidei virtuti intellect. opponuntur vitia leuitatis, & incredulitatis. Arti nullum vitium morale opponitur, quia in dirigendo à recto appetitu nō pendet. *Ad confirm.* neg. sequel. studiositas .n. est virtus generalis habens pro materiâ scientiam vt sic, quæ est regula omnium humanarum operationum: transgressio autem virtutis generalis non tribuit nouam speciem malitiæ, nisi vt expressè intenta, vt patet in virtute generali obedientiæ in omni præcepto inclusa. *Studiositas qua?*

20. *Dubium 3.* Pro declar. dubij 3. recolenda diuisio ignorantiæ, in vincibilem, quę humanâ diligentiâ vinci potest; & inuincibilem, quæ nullâ humanâ industriâ superari potest. alia, quæ probabilis dicitur; & æquialet inuincibili; est illa, quæ licet humanâ diligentiâ vinci potuerit, non tamen debuit, eo quòd probabili ratione ita iudicatum est, vltra quam nemo tenetur inquirere: cui opponitur improbabilis, quando improbabili ratione iudicatū est ita esse, quæ à peccato non excusat. Porrò inuincibilem non obligare, compertum est: cùm nemo teneatur vltra id, quod humana diligentia consequi potest. Sola controuersia de vincibili, quæ & quando obliget: certum est non obligare, nisi accedat debitum, cùm nulla potentia obligetur ad actum 2. nisi ex debito. His adnotatis, *Ignor. multiplex*

21. *Quando teneantur scire omnes.* Dico 1. Omnes tenentur scire vniuersalia iuris naturalis principia, cuiusmodi sunt omnia præcepta decalogi, quando sine peculiari circumstantia occurrunt. Ita Theologi docent, neminem naturalis iuris ignorantia laborare posse, cùm illud sit cum natura inditum. Rom. 2. *Gentes, qua legem non habent, naturaliter ea, qua legis sunt, faciunt: eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostēdunt opus legis scriptum in cordibus suis.* Vbi Anselmus, *opus legis est non occidere, non mœchari, non furari, non concupiscere, non falsum testimonium dicere, Patrem & Matrem honorare, & his similia facere, vnumque Deum Creatorem omnium credere, & hæc omnia naturalis ratio scripsit in cordibus gentilium.* Vnde Doctores docent, non posse de illis dari ignorantiam inuincibilem, saltem pro toto tempore vitæ, non obstante quâcunque praua consuetudine. Nec obstat, quòd multa peccata contra Decalogum olim apud varias nationes legantur fuisse licita, vt apud Gallos latrocinium, apud Lacedęmones adulterium: nam nec talis ignorantia, omninò à culpa immunis fuit, quia subinde eorum conscientia peccati turpitudine exstimularetur; tametsi

Digitized by Google

tametsi prava consuetudo diuturno habitu radicata non sinebat eos ad peccati malitiam reflectere. *Dixi quando sine peculiari circumst. occurrunt:* Nam cum tali circumst. ea occurrere possunt, vt propter inuincibilē ignor. penitus à culpa excusent, sicut multi existimarunt, mendacium etiam iuratum tempore vrgentis necessitatis licitum esse.

22. *Quenam fideles.* Dico 2. Christi fideles tenentur sub præcepto scire omnia fidei Christianæ mysteria in symbolo contenta: *S. Tho. 2.2.q.2.art.7.& 8. Schoolast. in 3. dist.25.* qui etiam docent, non satis esse, hæc implicitè, sed necessarium esse, ea explicitè nosse: quia nullus potest se ad finem dirigere, nisi finis, & eorum, quę ad finem necessaria sunt, notitiam habeat: sed mysteria fidei continent finem, & ea quæ

23. ad finem necessaria sunt. Catholici disputant, an inter fideles dari possit ignorantia inuincibilis mysteriorum Fidei etiam eorum, quæ ad salutem necessaria sunt, absque culpa: & an hoc ipsum præceptum sciendi, quæ ad salutem necessaria sunt, obliget etiam infideles. hæc tomo 4. loco proprio.

24. *Quenam vnusquisq;* Dico 3. Vnusquisque tenetur scire ea, quæ ad proprium officium ritè obeundum censentur necessaria: *S. Tho. 1.2.qu.76.art.2.* nam qui operatur aliquid absque sufficienti notitia eorum, exponit se manifesto periculo errandi, quia applicat se ad opus absque regulâ directiuâ operis, quę est practica notitia eorum. Vnde peccat confessarius, si absque sufficienti notitia eorum, quæ ad hoc sacramentum ritè ac rectè exercendum necessaria sunt, accedat: doctor, vel iudex, si absque notitia eorum, quę ad casus, litesque definiendas necessaria sunt, aliquid definire attentet: medicus, si ad vulnera morbosque curandos absque sufficienti notitiâ accedat. Nec solùm necessaria est cognitio eorum, quæ ad officium ritè obeundum in communi necessaria sunt, sed & eorum, quæ ad singulos actus sui muneris rectè exercēdos necessaria sunt, quando vniuersalis scientia ad actum in indiuiduo rectè exercendum non sufficit. quia omne debitum sciendi est in ordine ad opus in indiuiduo exercendum: ergo quoties ad id vniuersalis scientia non sufficit, adhibenda particularis.

Ratio

25. Maior difficultas est ad dignoscendum, quando ignorantia eorum, quæ ad proprium officium exercendum necessaria sunt, censeatur culpabilis.

26. *Regula infallibilis de ignor. iuris, facti* Dico 1. omnem ignor. cuius nulla nec in vniuersali, nec in particulari præcessit suspicio, reputari inuincibilem, atque adeò inculpabilem, tam iuris, quàm facti. Ignorantia. n. quæ nequit humanâ diligentiâ superari, est inuincibilis: at ignorantia rei, cuius nulla præcessit dubitatio, est huiusmodi: quia nisi cogitatio de re, cuius ignorantiâ laboramus, nobis occurrat, non erit in nostra potestate illam expellere, vt patet; cùm nec prima rei cogitatio in nostra sit potestate; nec voluntas sine præuia cognitione operari possit.

27. *De sufficiente diligentia, regula triplex* Dico 2. Eam ignorantiam censeri probabilem, atque adeò ad culpam non imputari, ad quam superandam sufficiens adhibita est diligentia. Quæ diligentia sufficiens sit, vt dignoscatur,

28. Prima regula sit eius, qui indoctus est, & propriæ prudentiæ non fidit: debet enim viros doctos ac peritos in eâ materiâ, de quâ dubitat, consulere; quorum consilium sequeps ad amplius non tenebitur; nec ignorātia illi ad culpā imputabitur.

29. 2. Regula sit eius, qui doctus est, & materiæ, de quâ agitur, peritus; scitque leges & rationum momenta perpendere. Hic eam adhibeat diligentiam, qua iuxta rectam rationem sibi probabiliter suadere possit, se suo muneri ac conscientiæ satisfecisse, nec se ad amplius moraliter teneri: quamdiu autem ad hoc signum moralis certitudinis non peruenit, semper dubitare potest, an sufficientem adhibuerit diligentiam.

3. Regula sit eius, qui nec defectu doctrinæ, 30. quâ caret, potest propriæ conscientiæ fidere; nec vrgente necessitate, viros doctos consulere. Is, si negotij grauitas poscat, recurrere tenetur ad Deum, vt illum illuminet; & per actus contritionis se ad diuina lumina concipienda disponere: præsertim si res, de quâ agitur, grauis sit, & in notabile bonum, aut malum sui, vel aliorum vergere possit. Eadem doctrina applicanda est ignorantiæ facti, vt illa censeatur inuincibilis, vel probabilis, cuius vel nulla dubitatio facti præcessit, vel siqua præcessit, sufficiens iuxta aliquam ex tribus assignatis regulis adhibita est diligentia.

An, & qua ignorantia sit causa peccati?

HActenus de ignor. secundùm se, an & quâ ratione possit esse peccatum; nunc de ignor. quà est causa peccati; vno modo vt remouens prohibens, quia remouet scientiam, quæ peccatum prohiberet; alio modo vt moraliter influens in malitiam actûs, ostendendo implicitè saltem malitiam peccati, nec non debitum inducendo acquirendi scientiam, quæ peccatum prohiberet. Primum habet ignorantia, quà priuatio scientiæ: secundum habet ratione implicitæ & imperfectę notitiæ de peccati malitiâ. Quò fit, vt non omnis ignorantia sit causa moraliter influens in malitiam; omnis tamen possit esse causa remouens prohibens peccatum, aut saltem physicam entitatem peccati. Ratio: sola illa moraliter influit in malitiam, quæ secum affert debitum, oppositam scientiam comparandi, quâ peccatum euitari possit: hæc est sola, quę ob operante vinci potest; quæ enim vinci non potest, nullum inducit debitum oppositam scientiam comparandi. Vt autem sit causa remouens prohibens, sufficit, vt priuet subiectum scientiâ, siue cum debito acquirendi illam, vti vincibilis; siue absque debito, vti inuincibilis. Ratio: vt possit ignorantia esse causa remouens prohibens peccatum, habet formaliter quà occultat malitiam actus, quæ si cognosceretur, non committeretur: at omnis ignorantia eam occultat vel totaliter & inculpabiliter, vt inuincibilis; vel non totaliter & culpabiliter, vt vincibilis.

31. *Dupliciter potest ignorantia esse causa peccati.*

32. *Aliqua ignor. causa peccati.* Dico 1. Aliqua ignorantia est causa peccati, vt remouens prohibens. ex 1. Cor. 2. *Si cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent.* Ignorantia, quam de Christo habuerunt Iudæi, remouit ab eis scientiam veri Messiæ, quæ peccatum crucifixionis prohibuisset: quia cū malitia peccati de se maximè idonea sit ad retrahēdū hominem à peccato, plerūque nō cōmitteretur, si plenè cognosceretur. *Fund.*

33. *Nulla inuincibilis influens* Dico 2. Nulla ignorantia inuincibilis & antecedens potest esse causa moraliter influens in malitiam peccati. Fundam. nulla ignor. potest esse causa moraliter influens in malitiam, nisi aliquo modo ostendat malitiam, vel inducat debitum cōparandi oppositam scientiam de malitia: at nulla ignorātia inuincibilis & antecedens ostendit malitiam, vel inducit id debitum: cùm definiatur illa, quæ nulla humanâ industriâ vinci potest; ac proinde quæ nullum debitum in operante inducit.

34. *Nulla remouens prohibens.* Dico 3. Nulla ignoran. inuincibilis seu antec. potest esse causa remouens prohibens peccatum quoad esse formale peccati, sed tantùm quoad esse physicum: contra *Caiet. 1.2.q.76.art.1.* asserētem,

Digitized by Google

ignorantiã esse causam peccati non quidem quoad deordinationem & imputabiliter, sed quoad contrarietatem ad virtutem, & non imputabiliter. Vbi procul dubio loquitur de ignor. inuincibili & antec. nam vincibilis seu cõsequens est causa peccati, etiã quoad deordinationem & imputabilitatem.

35. *Fund.* Assertio cõmunis prob. Non potest ignorantia esse causa remouens prohibens peccatum quoad esse formale peccati, nisi remouendo scientiã, quæ prohiberet peccatum quoad esse formale: sed repugnat, ignor. inuincibilem remouere eam scientiam: nam vt scientia, quę per inuincib. ignor. remouetur, prohibere posset peccatum quoad esse formale, deberet supponere actum, ex tali ignor. factum, esse peccatum: implicat autem, talem actũ esse peccatum: nam actus ex ignor. inuincibili factus, procedit sine vllâ cognitione, etiam implicitâ & interpretatiuâ malitiæ: ergo non procedit voluntarius respectu malitiæ talis actûs: implicat autem esse peccatum, & non esse voluntarium respectu malitiæ peccati: hoc est vt scientia simpliciter tollat peccatum, debet supponere illud esse peccatum: ergo vt tollat peccatum ex ignor. inuincibili factum, debet supponere illud ex tali scientia factum, esse peccatum. Nec sufficit, vt tollat actum, qui si ignorantiâ non excusaretur, esset peccatum: hoc. n. solùm probat, esse causam remouentem prohibens peccatum quoad esse physicũ: nam vt tolleret actum quoad esse formale peccati, deberet, dum fieret talis actus, esse peccatum: respectu. n. illius dicitur ignorantia causa remouens prohibens, quod ex tali ignorantia fieret.

36. Dices. Si quis furaretur rem sacram, sciens esse alienam, inuincibiliter tamen ignorans esse sacram, quam si sciret, non furaretur; ea ignorantia esset causa remouens prohibens peccatum quoad esse physicum, & formale: remouet. n. scientiã, quę non solùm prohiberet materiale sacrilegium, quod fuit inuincibiliter ignoratum, sed etiam formale furti, quod fuit expressè cognitum. *Confirm.* ndn posset scientia in tali casu prohibere materiale sacrilegij, quin etiam prohiberet formale furti.

37. *Resp.* Resp. neg. min. Etenim eius tantùm ignorantia dicitur per se causa remouens prohibens, quod opposita scientia per se prohiberet: at in tali casu scientia per se tantùm prohiberet materiale sacrilegij non formale furti: id. n. tantùm per se prohiberet scientia, quod non fuisset cognitum: nam quod fuit cognitum, & nihilominus volitum, non potest per se à superueniente scientiâ prohiberi, cùm prohiberi potuisset ab ipsâ scientiâ, quâ fuit cognitum. Vbi igitur solum materiale sacrilegij non fuisset cognitum, illud tantùm per se prohibuisset superueniens scientia, atque adeò illius tantùm ignorantia foret per se causa remouens prohibens. Ratio: ignorantia non est causa remouens prohibens actum per seipsam, sed mediante scientia, quæ si adesset, actum immediatè prohiberet: ergo illius tantùm potest ignorantia esse per se causa remouens prohibens, quod opposita scientia immediatè prohiberet: hoc autem, vt patet, est quod non fuit cognitum. *Ad Confir.* Ad confir. concedo non posse in tali casu prohiberi sacrilegium, quin simul prohibeatur & furtum: nego, furtum prohiberi per se, sed tantùm consequenter: quod non sufficit, vt dicatur per se effectus ignorantiæ. Si. n. posset separari furtum à sacrilegio, prohiberetur sacrilegium, non prohibito furto.

38. Hinc constat ignorantiam, quæ necessitatis est, non voluntatis, hæc est inuincibilis prorsus, carere peccato actuali, sit ignorantia iuris naturalis, diuini, vel facti sit, perinde est (quidquid *Calui. lib. 2. Instit. c. 2. n. 25.* & *Lutherus* obganniant.) Ratio huius catholicæ veritatis est, quia ignorantia causat inuoluntarium. *Nemo vnquam ignoranter peccauit*, ait Chrysost. *hom. 15. ad Rom.* & Christus Ioan. 9. fine: *Si cæci essetis, non haberetis peccatum*, & c. 15. *Si non veniissem. & locutus fuissem eis, peccatum non haberent; nunc autem excusationem non habent de peccato suo.* Et Augustin. *lib. 3. de lib. arb. c. 19. Non tibi deputatur ad culpam, quod inuitus ignoras, sed quod negligis quærere, quod ignoras.* Quod quis non cognoscit, velle non potest; cùm voluntas nequeat in incognitum ferri. Alioqui merus casus esset, rectè operari, vel malè, prout contingeret, actionem esse conformem, vel difformem legi naturali, vel positiuæ. Non esset voluntatis meritum, vel demeritum, sed fortunæ: imò quod probabilissima ratione & authoritate ageret quis, etsi nollet agere, si sciret malum esse, nihilominus peccatum esset, ac si sciret malum esse. Præterea daretur perplexitas, quâ quis necessariò peccaret, vtramuis partem contradictionis eligeret, quando inuincibili ignorantiâ iudicaret bonum esse, ac debere fieri, quod reipsa malum est. Nam hoc si feceris, peccas per Aduers. Si non feceris, etiam peccabis, quia operaberis contra conscientiam, quæ dictat faciendum. *Dices* ex Augustin. *Epist.* 105. *ad Sixt. Inexcusabilis est omnis peccator, vel reatu originis, vel additamento propriæ voluntatis, siue qui nouit, siue qui ignorat, siue qui indicat, siue qui non indicat: quia & ipsa ignorantia in eis, qui intelligere noluerunt, sine dubio peccatum est: in eis autem, qui non potuerunt, pœna peccati:* (vnde concludit) *ergo in vtrisque non est iusta excusatio, sed iusta damnatio.* Resp. mens huius Doctoris clarissima est superiùs, vbi habet: *Si ergo istos inexcusabiles dicit, qui inuisibilia illius per ea, quæ facta sunt, conspicere potuerunt, nec obedierunt veritati, sed iniqui & impij permanserunt. Neque enim non cognouerunt Deum, sed cognoscentes Deum, non vt Deum glorificauerunt: quanto magis inexcusabiles sunt qui ex lege eius instructi confidunt seipsos duces esse cæcorum* &c. Cùm igitur dicit Augustin. ignorantiam in ijs, qui non potuerunt intelligere, esse pœnam peccati, intelligit de ignorantia, non iuris naturalis, sed legis: de qua damnata est Baij propositio hęc: *Infidelitas negatiua purè in his, in quibus Christus non est prædicatus, peccatum est.* Inttabis. Idem *Epist.* 154. sic habet: *Si quis bonum putauerit esse, quod malum est, & fecerit, hoc putando vtique peccat: & ea sunt omnia peccata ignorantia, quando quisque benè fieri putat, quod malè sit.* Resp. loquitur ibi de ignorantia vincibili, ne Apostolo contradicat, & ibi: cùm in fine epistolę respondet ad quæst. an debeat Christianus famis necessitate victus Idolothyto vesci; his verbis: *Aut certum est, esse Idolothytum, aut certum est, non esse; aut ignoratur: si certum est esse, melius christiana virtute respuitur: si autem vel non esse scitur, vel ignoratur, sine vllo conscientiæ scrupulo in vsum necessitatis assumitur.* Constat hæc Augustin. doctrina ex *lib. 3. de lib. arb. cap. 18. Quis peccat in eo, quod nullo modo caueri potest? Non tibi deputatur ad culpam, quod inuitus ignoras. Nam illud, quod ignorans quisque non rectè facit, & quod rectè volens facere non potest, ideò dicuntur peccata, quia de peccato illo libera voluntatis originem ducunt.* Ergo non addunt nouam culpam actualem, nec reatum æternæ pœnæ: quippe *vsque adeò peccatum voluntarium malum est, vt nullo modo sit peccatum*, nouum & actuale, *si non sit voluntarium* nouum & actuale: *lib. de verâ relig. c. 14.* Non negamus cum Augustin. cæterisque Eccles. Doctoribus,

Ignorantia necessitatis caret peccato actuali

Obijcies

Resp. mentē Augustin. clariss.

Digitized by Google

tibus, ignorantiam etiam inuincibilem, posse esse iustam pœnam peccati, vel originalis, vel actualis, iuxta illud *August. lib. 3. de lib. arb. ca. 18. Illa est pœna peccati iustissima, vt amittat vnusquisq; quæ benè vti noluit, cùm sine vlla posset difficultate, si vellet: ideſt autem, vt qui sciens rectè non facit, amittat scire quid rectum sit. Et qui rectè facere cùm posset, noluit, amittat posse cùm velit.* Negamus cum ijsdem Doctoribus, ignorantiam inuincibilem posse habere rationem culpæ, cùm nequeat habere rationem voluntarij, nedum liberi, ad peccatum essentialiter requisiti.

39. *Ignor. consequès causa peccati vtroque modo.*

Dico 4. Ignorantia consequens seu vincibilis non solùm est causa peccati, vt moraliter influens, sed etiam vt remouens prohibens: Est communis. Fundam. ignor. consequens, quà vincibilis, non occultat totaliter malitiam actus: ergo ex ea parte, est causa moraliter influens in peccatum, per modum proponentis, quo modo omnis cognitio dicitur moraliter influere in actum volũtatis: quia verò eadem ignor. occultat malitiam in seipsa & in propria specie, quæ, si fuisset expresè cognita, prohibuisset peccatum, ex hac parte est causa remouens prohibens peccatum.

40. *Ignor. concomitans non est causa peccati vt remouens prohibens.*

Dico 5. Nulla ignor. concomitans est causa peccati vt remouens prohibens, quamuis aliqua sit causa vt moraliter influens in peccatum. Prior pars prob. ea ignor. est causa remouens prohibens peccatum, cuius opposita scientia, si adesset, prohiberet peccatum: sed concomitans non est huiusmodi: siue .n. adsit, siue absit opposita scientia, semper id committeretur peccatum: dicitur .n. concomitans, quia tantùm comitatur actum peccati, & non est causa remouens prohibens illius: & qui cum tali ignor. operatur, non dicitur operari ex illa, quia particula *ex* causalitatem importat, sed eum illa, quod param simultatem significat.

41. *Aliqua est causa vt moraliter influens.*

Posterior pars constat: interdum .n. ignor. concomitans respectu operantis est inuincibilis siue anteced. & tunc nequit esse causa moraliter influens in peccatum: cùm nequeat ignorantia moraliter influere in peccatum, nisi ratione implicitæ cognitionis, quam de malitia secum inuoluit. Interdum verò eadem ignor. respectu operantis est vincibilis & conseq. & tunc, quia non occultat totaliter malitiã, moraliter influit in illud per modũ proponentis. Exemplum primi: occidit quis inimicum, inuincibiliter putans esse feram; quem occidisset, si scisset; ignor. est concomitans & inuincib. proinde non influens moraliter per modũ proponentis in homicidiũ. Exemplũ secundi: occidit quis inimicum, vincibiliter putãs ferã: quem occidisset, si sciuisset, ignor. est cõcomitãs, sed vincibilis & cõseq. respectu occidẽtis, proinde moraliter influens per modũ proponẽtis in peccatũ homicidij. Cæterùm hoc interest inter vnius & alterius ignor. effectum: quòd prior effectus nullo pacto in ratione homicidij tribuitur operanti, imò nec habet rationem homicidij & peccati formaliter, sed tantùm materialiter: quia in ratione homicidij talis actus fuit inuincibiliter ignoratus. Posterior verò effectus tribuitur operanti; etiam in ratione homicidij & peccati formaliter, quia vt sic non fuit inculpabiliter ignoratus. Vnde talis homicida incurreret pœnas homicidij, non alter.

42. *Quanam ignorantia excusat à peccato, quæ non.*

Ex dictis infertur: omnis ignorantia inuincibilis, & antecedens excusat totaliter à peccato, quia occultat totaliter malitiam illius: Nulla consequẽs seu vincibilis excusat totaliter à peccato: quia nulla talis occultat totaliter malitiam. Omnis tamen consequens minuit peccatum; quia si non totaliter, saltem ex parte occultat malitiam: vnâ tantùm exceptâ ignor. affectatâ, seu volitâ propter ipsum peccatum: hęc .n. aggrauat, non minuit peccatum, quia qui ex tali ignor. operatur, affectat ignorantiam, vt liberiùs peccet, quæ est circumstantia aggrauans, & signum maioris affectûs erga peccatum. Dixi *propter ipsum*: si .n. eadem ignor. non sit volita, vel affectata primariò & directè propter ipsum peccatũ, sed propter alium finem, tunc non aggrauat, sed minuit peccatũ: quia, cęteris paribus, semper leuiùs peccat, qui minùs cognoscit malitiã.

DISPVTATIO XXI.

De causis exterioribus peccati.

1. *Extrinseca causa peccati duplex*

Discussis intrinsecis causis peccati, discutienda extrinseca duplex; directa, quæ ad peccatum vnà cum voluntate immediatè concurrit; indirecta, quæ tantùm allicit, suadet, instigat: vt extrinseca obiecta, quà ad peccandum alliciunt; diabolus & homo, quà suadent & instigant ad peccandum, obiecta proponendo, rationibus suadendo, pręcipiendo, comminando, interiorem phantasiam immutando. Causa exterior directa peccati nulla creata esse potest: quia nulla creatura immediatè cõcurrere potest cũ voluntate peccatoris ad actũ peccati, nisi solus Deus.

De solo Deo est controuersia.

SECTIO PRIMA.

An Deus sit causa peccati?

2. Peruulgata est Libertinorũ, Caluiniſt. Luther. hæresis, qui Deum faciunt authorem peccati: & licèt nomen authoris peccati vsurpare non audeant, rem expresè docent, sc. quæcunque peccata ab hominibus fiunt, fieri non solùm Deo permittente, sed etiam volente, mandante, instigante, operante, ab æterno prædefiniente, vt constat ex *Caluin. lib. 1. Instit. cap. 17. n. 5. 7. & 11. & cap. 18. n. 1.* vbi irridens Scholast. distinctionem *de agere & permittere: Absurdum* (inquit) *videtur, volente ac iubente Deo excæcari hominem, qui mox cæcitatis suæ pœnas daturus est. Tergiuersando itaque effugiunt, Dei tantùm permissu, nõ etiam voluntate hoc fieri.* Et n. 2. *Quantum ad arcanos motus spectat, quod de corde Regis prædicat Salomon flecti huc, vel illuc, prout Deo visum est, ad totum certè humanum genus extenditur, tantumque valet ac si dixisset, quidquid animis concupimus arcana Dei inspiratione ad suum finem dirigi.* Et lib. 3. cap. 23. nu. 8. *Cadit igitur homo, Dei prouidentiã sic ordinante.* Eandem hæresim docuerunt *Cerdoniſtæ, Marcioniſtæ, Manichæi, Priſcillianiſtæ, Albigenſes*, quorũ primus author putatur *Simon Magus*. Verùm tanto his nequiores sunt hęretici nostri temporis, quãto maiori cum impietate, non in malum Deum, malorum omnium principium, vt illi, sed in bonum verumque Deum omnium peccata referunt; quorum primus *Irenæo* teste *apud Bellarm. lib. 2. de statu pecc. cap. 1.* Florinus fuit.

3. *Hæresiarch. princeps Magus*

4. Probant hęretici hũc errorem, 1. ex Scripturis, quibus videtur Deus ab æterno decreuisse, quæ in tempore fiunt mala: *Genes. 45. Non vestro consilio*, loquitur Ioseph de suâ à fratribus venditione, *sed Dei voluntate huc missus sum*: & cap. 50 *Nolite timere, num Dei possumus resistere voluntati?* Actor. 2. *Hunc*, nempe Christum, *definito consilio & præscientia Dei traditum per manus iniquorum affligentes* inter-

Probant 1.

Digitized by Google

tes interemistis : & cap. 4. *Conuenerunt facere quæ manus tua, & consilium tuum decreuerunt fieri.*

5. Probant 2. 2. Probant ijs testimonijs, quæ ostendunt Deum creare impios, vt in eorum punitione ipsius iustitia reluceat : *Omnia propter semetipsum operatus est Dominus, impium quoque ad diem malum.* Sapien. 14. dicuntur creaturæ factæ in odium & tentationem hominum: *Quoniam creatura Dei in odium facta sunt, & in tentationem animalibus hominum, & in muscipulam pedibus insipientium.* Rom. 9. *An non habet potestatem figulus facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam?* 3. Afferunt Scripturæ loca, in quibus

6. dicitur Deus peccata præcipere, ad eaque homines impellere. 2. Reg. 16. *Dominus præcepit Semei vt malediceret Dauid.* 3. Reg. 22. imperat Deus spiritui malo, vt decipiat Achab: *Decipies & prævalebis: vade & fac ita.* Psal. 43. *Declinasti semitas nostras à via tua.* Psal. 14. *Conuertit cor eorum, vt odirent populum eius.* Psal. 118. *Inclina cor meum in testimonia tua, & & non in auaritiam.* Psal. 140. *Non declines cor meum in verba malitiæ.* Matt. 16. *Et ne nos inducas in tentationem.* Ioan. 13. *Dixit Christus Iudæ, quod facis fac*

7. *cito.* 4. Proferunt authoritates, quibus dicitur Deus homines excæcare, indurare, decipere, tradere in reprobum sensum. Exod. 7. 8. 9. *Induravit Dominus cor Pharaonis.* Iob 12. *Qui commutat labium veracium, & doctrinam senum aufert, qui immutat cor principium & decipit eos, & errare eos faciet quasi ebrios.* Isa. 63. *Quare errare nos fecisti de vijs tuis, indurasti cor nostrum, ne timeremus te?* Ierem. 20. *Seduxisti me Domine, & seductus sum.* Ioan. 12. *Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaias, excæcauit oculos eorum, & induravit cor eorum.* Roma. 1. *Tradidit eos Deus in reprobum sensum, vt faciant quæ non conueniunt.* Et cap. 9. *Cuius vult miseretur,*

8. *& quem vult indurat.* 5. Probant ex August. qui videtur huic errori fauere, *lib. de correp. & gra. cap. 7.* vbi apertè testatur, Christum elegisse Iudam ad effundendum sanguinem suum: *Cùm* (inquit) *audimus, nonne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est, illos debemus intelligere electos per misericordiam, illum per iudicium. Illos ergo elegit ad obtinendum regnum suum, illum ad effundendum sanguinem suum.* Et *lib. de gra. & lib. arb cap. 20.* docet, hominum voluntates ita esse in Dei potestate, *vt eas quo voluerit, quãdo voluerit faciat inclinari, vel ad beneficia quibusdam præstanda, vel ad pœnas quibusdam ingerendas;* intelligit ibi pœnas, peccata ipsa; sic enim subiungit : *Nam inuenimus aliqua peccata etiam pœnas esse aliorum peccatorum, sicut sunt vasa iræ, quæ perfecta dicit Apostolus in perditionem: sicut est indu-*

ratio Pharaonis, cuius & causa dicitur ad ostendendam in illo virtutem Dei. infrà loquendo de Semei maledicente Dauidi ex mandato Dei: *Eius* (inquit) *voluntatem proprio vitio suo malam in hoc peccato, iudicio suo iusto & occulto inclinauit.* Et *cap. 21.* sic concludit: *Satis quantum existimo, manifestatur operari Deum in cordibus hominum ad inclinandas eorum voluntates quòcunque voluerit, siue ad bona pro sua mise-*

9. *ricordia, siue ad mala pro meritis eorum.* 6. Confirmant : *Deus omnia operatur secundùm consilium voluntatis suæ: Ephes.* 1 Igitur nihil boni, aut mali fit, absque consilio & voluntate ipsius. Confirmatur, nihil fit Deo nolente : ergo omnia, atque adeò etiam peccata, fiunt Deo volente.

10. *Catholica sententia : Nullum peccatum fit: volente Deo sed tantùm permittente.* Vera sent. docet, non modò Deum causam & authorem peccati non esse, quod ne ipsi quidem nostri temporis Nouatores negant, sed nec vllum peccatum, ipso volente, aut decernente, sed tantùm permittente, fieri. Quam doctrinam etsi irrideat Caluinus, certè nõ Antiquissimi Patres; Tertullia. lib. aduersus Hermog. *Iam ergo malum ab ipso, qui est mali si non author, quia non effector, vertè permisser, quia Dominator.* Chrysost. homil. 8. in epist. 2. ad Timoth. in 2. p. Morali: *Hoc solùm scito, quòd Deus omnia præuidet, quòd liberi arbitrij conditi sumus, quod alia quidem operatur, alia verò permittit quòd nihil mali vult fieri: quòd non ex sola ipsius voluntate fiunt omnia, sed ex nostra quoque; mala omnia ex nostra tantummodo, bona omnia ex voluntate nostra & ipsius adiutorio.* August. 13. de Trinit. cap. 12. *Modus autem iste quo traditus est homo in diaboli potestatem, non ita debet intelligi, tanquam hoc Deus fecerit, aut fieri iusserit, sed tantùm permiserit.* Fulgent. lib. 8. ad Moni. cap. 13. *Posset peccatum aliquod ex prædestinatione Dei esse, si posset aliquis hominum iustè peccare, nullus autem hominum iustè peccat, quamuis eum iustè Deus peccare permittat*; Damas. lib. 2. de Fide c. 29. *Dicitur igitur prima præcedens voluntas & acceptatio ex ipso existens. Secunda verò voluntas sequens & permissio ex nostra causa existens:* Et paulò post: *Mala neque antecedenter vult, neque consequenter vult : sinit tamen arbitrium ad illa liberum.* Hugo de S. Victore lib. 1. de Sacra. p. 5. cap. 27. *Magis Deus potestatem tribuit solam, non voluntatem, quia licet & ipsius permissione sit, quod malum possunt, ex inspiratione tamen eius non est, quod malum volunt.* Concilium Trid. sess. 6. can. 6. *Si quis dixerit, non esse in potestate hominis, vias suas malas facere; sed mala opera, ita vt bona, Deum operari, non permissiuè solùm, sed etiam propriè & per se &c. Anathema sit.*

Probatur 1. apertè dicitur Deus non velle, sed odisse peccata; nec ea præcipere, vel ad ea homines impellere : Psal. 5. *Non Deus volens iniquitatem tu es.* Ezech. 18. *Nunquid voluntatis meæ est mors impij?* Habacuc 1. *Mundi sunt oculi tui, ne videant malum, & respicere ad iniquitatem non poteris.* At quomodo, si ex se ea vellet, definiret, præciperet, executioni mandaret? Sapien. 11. *Nihil odisti eorum, quæ fecisti.* & 14. *Odio est Deo impius & impietas eius.* At quo pacto, si tantopere, vt ea executioni mandaretur procuraret? vel quo pacto non diceretur Deus odisse eos, eorumque mortem voluisse, quos ex se independenter ab eorum voluntatibus, æterno prædefinitiuoque decreto ad peccata destinasset, ad eaque varios præparasset modos ac media, quibus homines impellerent? Eccles. 15. *Neminj mandauit impiè agere,* Ierem. 19. *Ædificauerunt excelsa Baalim quæ non præcepi : nec locutus sum, nec ascenderunt in cor meum.* Vbi vt ostendat Propheta, quàm alienum sit à voluntate Dei, vt velit peccata, non solùm ait, ea Deum non præcipere, sed ne quidem cognoscere. *Ignorare enim se dicit Deus*, ait hîc Hieron. *quæ indigna reputat suâ notitiâ, iuxta illud* Lucæ 13. *Nescio vos. Discedite à me operarij iniquitatis.* Si autem Deus peccata indigna reputat suâ notitiâ, quâ ratione ea ex se velle poterit? Iacob. 1. *Nemo cùm tentatur dicat, quoniam à Deo tentatur, Deus enim intentator malorum est : ipse autem neminem tentat.* Eccles. 15. *Non dicas, ille me implanauit.* At quæ maior implanatio, quàm homines ad peccata prædestinare, ad eaque impellere, ac necessitare? Eandem veritatem vnanimi consensu tradunt Patres.

11. *Veritas hæc ex sacris oraculis prob.*

Prob. 2. rationibus. 1. Deus sub grauissimis pœnis peccata prohibet : igitur non potest illa ex se velle : quia voluntas, vt peccata fiant, pugnat cum aliâ, ne eadem fiant : prior per aduers. necessitat ad peccandum; ergo non admittit simul voluntatem, ne peccata fiant, quia hæc deberet supponere in homine potentiam vitandi peccata, quæ prohibentur; sed positâ primâ voluntate in Deo, non remanet in

12. 1. Rat.

Digitized by Google

net in homine potestas vitandi peccata, quæ prohibentur: igitur hæc voluntas pugnat cum prima. Confirm. mentiretur Deus, si reuerà vellet peccata, quæ sub tot tantisque pœnis prohibet. quid .n. aliud est mentiri, quàm aliud signo ostendere, quã mente teneas? Sed externâ prohibitione vt signo manifestat Deus internam suam voluntatem. ergo.

13. *Ratio S. Thoma.* 2. *S. Tho.* 1.2.*q.*79. *art.*1. Peccatum est recessus & auersio à Deo vt ab vltimo fine: implicat, Deũ velle recessum & auersionem à seipso: qui in omni opere seipsum vt vltimum finem intendit; sicut seipsum necessariò diligit. 3. Implicat summum bonum velle summum malum: igitur implicat Deũ velle peccatũm: quod est summum malum, cùm sit contra summum bonum. Antec. est adeò lumine naturali notum; vt illud nec Gentiles Philos. latuerit, vt de *Trismegist. Platone*, *Maximo Tyrio refert Bellar. lib.*2. *de statu pecc. cap.*9. & prob. repugnat infinitæ sanctitati, admittere in se aliquid mali, nõ minùs quàm infinitæ sapientiæ, admittere aliquid falsi. Sed voluntas peccati est mala, cùm sit difformis naturæ intellectuali vt sic. At, *inquit Calui.* ista voluntas in Deo honestatur ex fine, ad quem peccata dirigit, quæ est sua ipsius gloria. Sed *contrà*, quia nequit medium per se malum honestati ex fine bono: alioqui etiam homo licitè posset ordinare medium malũ in finem bonum. 4. Sequeretur Deum esse authorem peccati. Etenim dupliciter potest quis esse author peccati, vno modo vt causa moralis, instigando, præcipiendo, impellendo: alio, vt causa physica, liberè operando vt causa proxima particularis entitatem peccati. At per hæreticos Deus instigat, præcipit, impellit, & vt causa particularis proxima libera atque antecedente volũtate concurrit ad entitatem peccati: ergo est author peccati. Confirm. ne Deus sit author peccati, solũm per hos obstat, quia Deus bonâ intentione facit quod homines & dæmones malâ voluntate exequuntur. Cæterùm omnia præstat, quæ verus author peccati præstaret. Sic .n. *Calui. lib.* 2. *Instit. cap.*4. *n.*2. concludit: *Idem ergo facimus Deo, Satanæ, homini assignari, videmus non esse absurdum: sed varietas in fine, & modo facit, vt illic inculpata Dei iustitia reluceat, Satanæ hominisque nequitia cum suo opprobrio se prodat.* At finis bonus non cohonestat medium malum, nec intentio bona rectificat electionem malam: igitur Deus esset verus peccati author, contra illud *Fulgent. lib.* 1. *ad Moni. cap.* 19. *Non est Deus author, cuius est vltor.*

14. *3. Ratio.*

15. *4. Ratio contra Nouatores ipsos.*

Caluinus

Fulgẽtius.

16. *5. Ratio.* Quinta. Sequeretur Deum tantùm peccare, non homines: per istos enim Deus ex se antè vllam præuisionem, efficaciter decreuit, vt homines peccarẽt; at hoc decreto posito, non est ampliùs in libera potestate hominis, non peccare: igitur peccatum non homini, sed Deo adscribi debet: quia vbi nulla libertas, nullum est peccatum, quod adeò verum existimat *August. lib. de vera relig.* cap. 14. vt ab hac veritate neminem discrepare dicat. Nec tantùm loquitur de libertate oppositâ coactioni, sed etiam de oppositâ necessitati. Maior est *Caluini lib.* 3. *cap.* 23. *n.* 7. *Decretum horribile, fateor: inficiari tamen nemo poterit, quin præsciuerit Deus, quem exitum esset habiturus homo, antequam ipsum conderet, & ideo præsciuerit, quia decreto suo sic ordinârat.* Minorem concedit *Calui.n.* 8. *Non dubito igitur cum Augustino simpliciter fateri, voluntatem Dei esse rerum necessitatem, atque id necessariò futurum esse, quod ille voluerit.* & *n.* 9. *excusabiles peccando haberi volunt reprobi, quia euadere nequeunt peccandi necessitatem, præsertim cùm ex Dei ordinatione sibi iniciatur huiusmodi necessitas. Nos verò inde negamus ritè excusari, quandoquidem Dei ordinationi, qua se exitio destinatos conqueruntur, sua constet æquitas, nobis quidem incognita, sed illa certissima. Vnde constituimus nihil illos sustinere mali, quod non iustissimo Dei iudicio infligatur.* Verùm hæc responsio sicut non tollit ab homine necessitatem peccandi, cum quâ pugnat peccatum; ita, velint impiè, nolint isti hæretici, admittere coguntur Deum, non hominem esse authorem peccati.

17. *6. Ratio.* Sexta. Sequeretur, nos peccando mereri posse, quo quid absurdus? Sequela prob. semper licitum est, voluntatem nostram quoad omnia diuinæ conformare, vt *disp.* 15. *sect.* 5. sed voluntas diuina nostra peccata vult absolutè & efficaciter, vt in eorum punitione ipsius iustitia reluceat: igitur licitè possumus velle peccare, vt in punitione diuina iustitia exerceatur. Conseq. patet: nam ideò Deus iustè potest peccata velle, ad eaque nos impellere, quia illa velle potest propter honestum finem: ergo licitè etiam & meritoriè propter eundem finem ea velle possumus & nos, quia sic ea volendo conformabimur diuinæ voluntati, quæ est prima regula omnis honestatis.

18. *Vlt. ratio.* Vltima. Sequeretur, eodem omninò modo Deum operari in nobis bonum ac malum, salutem ac damnationem, nempe antecedente suâ voluntate, nullâ nostrâ libertate, ad vtrumque nos prædestinando ac prædeterminando: cùm tamen aliter de voluntate saluandi, aliter de voluntate damnandi Scriptura loquatur: illam enim vniuersalem erga omnes, & ex se Deum habere deprædicat: *Vult omnes homines saluos fieri: & neminem perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti:* hanc verò non nisi de peccatoribus, & occasione captâ ab ipsorum peccatis Deus habere dicitur, iuxta illud: *Perditio tua Israël, tantummodo in me auxilium tuum.* Vnde hæc hæresis damnata est *in Trident.* quoad prædestinationem ad peccata in *Arausic.* 2. *Can.* 25. *an.* 529. *sub Felice IV.* his verbis: *Aliquos ad malum diuina potestate prædestinatos esse, non solùm non credimus, sed etiam si sunt, qui tantum malum credere velint, cum omni detestatione in illis Anathema dicimus.*

1. ad Tim. 2. *2. Petri* 3. *Osee* 13.

19. *Rationum fucus* Alias etiam rationes hæretici afferunt, cur non Deus, sed homo peccet, etiamsi Deus hominem ad peccandum prædeterminet atque necessitet. 1. iustè potest Deus velle vnum peccatum in pœnam alterius. 2. Deus non non est subiectus legibus, sicut homo. Verùm prima ratio deficit in primo peccato Angeli & hominis; quod nullum aliud supponebat, nec in pœnam alterius intendi poterat. Secunda non soluit difficultatem: licet enim Deus non teneatur lege superioris, tenetur tamen lege suæ sapientiæ, à cuius dictamine recedere, esset à se ipso recedere. Quis non videt, contra dictamen diuinæ Sapientiæ esse, etiam propter bonum finem, hominem ad peccandum cogere ac necessitare? Hoc enim est contra rationem peccati, quod liberè, non necessariò petit fieri: nec posset homo ob talia peccata iustè puniri: nam teste *Arist.* 3. *Ethic.* 5. in ijs, quæ in nostrâ potestate non sunt, neque laudem, neque vituperium meremur: denique lumen creatum dictat, illicitum esse facere mala, vt eueniant bona: ergo & increatum, cuius participatio est creatum. Dicent hæretici: esto primum peccatum Adami non fuerit pœna peccati, quia liberrimum, nec à Deo volente instigante, prædefiniente factum, in pœnam tamen peccati illius grandis, perijt connaturaliter libertas arbitrij ad faciendum bonum, posuitque Deus singula & omnia posterorum peccata velle, mandare,

Obijciunt

Digitized by Google

mandare, operari, prædefinire, hominem instigare, omnemque ipsi imponere peccandi necessitatem, tantùm non coactionis; imò quantoslibet, etiam concupiscentiæ prementis cogentisque stimulos subdere voluntati humanæ, vt ad illa consentiat spontaneè, & peccet. Verùm contra istorum impietatem militant septem adductæ rationes, quæ de homine in statu naturæ lapsæ intelliguntur, cui videlicet originis peccatum nihil naturale ademit, multò minùs innatam arbitrij indifferentiam & potestatem ad faciendum bonum, ipsi maximè propriam, vt homo est. Contra eandem declamat August. *lib.* de *duab.* anim. c. 12. *Summa iniquitatis & insania esse, vt peccati reus quisquam teneatur, qui non fecit, quod facere non potuit*: & lib. 3. de lib. arb. c. 16. *Ex eo quod non accepit, nullus reus est: ex eo verò quod non facit, quod debet, iustè reus est. Debet autem, si accepit & voluntatem liberam, & sufficientissimam facultatem*, scilicet abstinendi à peccato, & bonum faciendi. Laudetur ille, *qui & velle præcepit, & posse præbuit, & non impunè nolle permisit.* Et infrà: *Omnino non inuenio, nec inueniri posse & prorsus non esse confirmo, quomodo tribuantur peccata nostra creatori nostro Deo*, tantùm abest, vt ad illa instiget & necessitet voluntatem: quoniam, vt idem August. ibid. c. 1. ait, *nulla culpa deprehendi potest, vbi natura, necessitasque dominatur.* & c. 18. *Sunt reuera omni peccanti animæ duo ista pœnalia, ignorantia & difficultas* faciendi bonum, non necessitas; nisi fortè vt idem *ait lib.* 8. *confess. c.* 5. *dum consuetudini non resistitur, fit necessitas* moralis aliqua, *qua quasi catena ansulis quibusdam sibimet innexis obstrictam tenet voluntatem.* Vnde Iacob. 1. *nemo cùm tentatur dicat, quoniam à Deo tentatur: Deus enim neminem tentat*, tantùm abest vt instiget & necessitet ad peccandum; *Vnusquisque tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus*, nullâ necessitate, vt experientiâ constat, & fide cuiuslibet seipsum consulentis ac percipientis, quòd à peccato possit abstinere, antequam peccet, & dum peccat, sæpe etiam non magnâ difficultate: ac proinde non instigari se à Deo ad peccatum in pœnam peccati originalis, multò minùs necessitari. Quod de iustis sibi persuadere longè horribilius est: quasi verò Deus virum iustum amicissimumque filium, in quo nihil damnationis est, nec originale peccatum, auxilio actuali ad non peccandum necessario simpliciter, destituat, & in peccati actualis ruinam impellat, ad vltionem peccati originalis, quantumuis condonati, tantumque Deus peccati ipsius noui author non sit, quia non inuitum præcipitat, sed volentem, licet vt velit necessitet. Quod nullus Tyrannorum etsi posset, faceret, scilicet innocenti vim, vt hic peccet, & sponte velit peccare, vt pœnas ille sumat; non liberâ sponte vt hic pœnas possit dare, sed necessariâ sponte, vt non possit non dare.

Hæretica impietas

Ab August. refellitur

Difficultas non est necessitas.

20. *Coroll.* Deducitur, multa posse Deum ex se propriâ authoritate facere, quæ tamen vt fiant ab hominibus, facere non potest vt causa particularis. Potest enim ex se vt causa particularis homines occidere, proprijs bonis ac regnis priuare, eaque exequenda imperare hominibus, vt imperauit Abrahamo mortem proprij filij: non potest vt causa particularis cooperari cum homine priuatâ authoritate occidente, aut furante. Quia occisio, aut priuatio bonorum facta authoritate Dei, est bona; facta authoritate priuatâ hominis, est mala. Dixi *Multa, non omnia*: quia sunt aliqua, quæ nullo pacto potest Deus vt causa particularis facere, vt mentiri, seipsũ odio habere, & similia, quæ per se & ab extrinseco sunt difformia respectu naturæ intellectæ.

Ratio

21. *Solutio argumentorũ.* Ad 1. argum. Resp. in his & similibus operibus considerandus est finis, quem Deus intendit; & media, quibus intentũ finem executioni mandat: vt in venditione Ioseph, & morte Christi proximus finis fuit, exaltatio Ioseph, & redemptio generis humani; media Ioseph venditio, & Christi crucifixio à Iudæis facta. Primum fuit per se intentum, & æterno decreto independenter à voluntate hominum præfinitum, quia per se bonum: secundum verò tantùm permissum ex præscientiâ futuri peccati: præuisa enim prauâ voluntate futurâ, fratrum Ioseph venditiũ, & Iudæorũ Christum crucifigentiũ, decreuit optimus Deus & hanc, & illam permittere ad maiorem & Christi, & Ioseph gloriam. Quod egregiè expressit *S. Leo serm.* 16. *de passione* Domini. *Nunquid iniquitas persequentium Christum ex Dei est orta consilio? non hoc planè de summa iustitia sentiendum est, quia multum diuersum, multumque contrarium est id, quod in Iudæorum malignitate præcognitum, & quod in Christi est passione dispositum. Non inde processit voluntas interficiendi, vnde moriendi, nec de vno extitit spiritu atrocitas sceleris, & tolerantia Redemptoris, non enim impias furentium manus immisit in se Dominus, sed admisit: nec præscendo quod faciendum esset, coegit vt fieret, cùm tamen ad hoc carnem suscepisset vt fieret.* Tametsi secundum testimon. iuxta *Chrys. hom. vlt. in Genes.* intelligi possit de solo Ioseph: sic enim scribit. *Ne timeatis, neque anxij sitis: Dei enim sum ego, & Dominum meum imitor, & beneficia rependere studeo his, qui non ferenda contra me fecerunt: ac proinde eius voluntati resistere non possum, quin vobis ignoscam.* Tertium testim. refert Suarez *lib.* 2. *opusc. cap.* 5. ad varias personas: vt sensus sit, *hunc definito consilio* hominum, *& præscientia Dei traditum* &c.

Hæc S. Leo

22. *Ad argumentum* 2. Ad 2. argum. Resp. ex his locis tantùm haberi, quod Deus præuisâ impietate aliquorum, eos ad interitum destinauerit in ostensionem iustitiæ suæ. Etenim, *non potest Deus*, inquit August. l. 3. contra Iulia. c. 18. fine, *quemquam sine malis meritis damnare, quia iustus est: licet possit sine bonis meritis liberare, quia bonus est.* Testimonium Apostoli, interprete eodem Aug. epist. 105. ad Sixt. col. 2. supponit massam propter originale peccatum meritò damnatam: *Quia vniuersa ista massa meritò damnata est, contumeliam debitam reddit iustitia, honorem donat indebitum gratia.* Et colum. 7. *An non habet potestatem figulus luti ex eadem massâ, vtique meritò reteteque damnatâ facere aliud vas in honorem indebitum propter misericordiæ gratiam; aliud in contumeliam debitam propter iræ iustitiam, & vt notas faciat diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ; sic ostendens quid eis largiatur, cùm id supplicium recipient vasa iræ, quod pariter omnibus debebatur?*

23. *Ad argumentum* 3. *Ratio triplex* Ad 3. argum. Resp. non esse nouum in scriptura *permissionem* appellari præceptum ac mandatum, exprimique ad modum imperij: lex repudij de dimittenda vxore *Deuteron.* 24. fuit pura permissio, *Matth.* 19. *Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri* permisit *vobis dimittere vxores vestras:* Cùm tamen hæc lex, *Marci* 10. appelletur *præceptum: quid vobis*, ait Christus Pharisæis, *præcepit Moyses?* quibus dicentibus: *permisit libellum repudij*, respondit: *ad duritiam cordis vestri scripsit vobis præceptum istud.* Eodem modo, *Quidergo*, inquirunt Pharisæi à Christo, *Moyses* mandauit *dare libellum repudij? Quoniam ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras.* Cuius nunçupationis ratio prima est; quia semper in permissione

Digitized by Google

missione mali Deus intendit aliquod bonum, *nec sineret*, inquit Auguſt. in Ench. cap. 100. *Bonus fieri malè, niſi Omnipotens etiam de malo facere poſſet bene: Bene vtens & malis tanquam ſummè bonus ad eorum damnationem, quos iuſtè prædeſtinauit ad pœnam; & eorum ſalutem, quos benignè prædeſtinauit ad gloriam.* 2. quia ſemper Deus in permiſſione peccati offert ſuum generalem concurſum, & negat auxilium congruum, quo impediretur peccatum. Ratione cuius voluntatis dicitur Deus velle, non quidem peccatum, ſed permiſſionem peccati, quæ in ipſa oblatione generalis concurſus, & ſubtractione peculiaris ac cõgrui auxilij conſiſtit. 3. quia Deus ita permittit hominem labi in vnum peccatum, vt ſæpe viam occludat ad alia, tollendo occaſiones ad illa, & permittendo tantùm occaſiones ad hoc, idque ob aliquem finem ab ipſo intentum. Teſtimonia loco 3. adducta intellige permiſſiuè per ſubtractionem congrui auxilij, & oblationem generalis concurſus ad phyſicam entitatem peccati.

Quid per miſſionem peccati?

24. *Ad 4. argu.* Ad 4. argu. Reſp. cum *S. Tho.* 1. 2 *q.* 79. *art.* 3. *excæcationem & indurationem* duo importare, motum animi inhærentis malo, & auertentis ſe à diuino lumine, & quoad hoc non tribui Deo; & ſubſtractionem gratiæ congruæ, ex qua ſequitur, quòd mens diuinitùs non illuminetur ad rectè videndum, nec cor emolliatur ad honeſtè viuendum. Quoad hoc Deus eſt cauſa obdurationis & excæcationis, vt manifeſtè teſtatur *Auguſt. ep.* 105. *ad Sixtum col.* 4. *nec obdurat Deus impartiendo malitiam, ſed non impartiendo miſericordiam*; & trac. 53. in Ioan. *ſic excæcat Deus, ſic obdurat deſerendo, non adiuuando, quod occulta iudicio facere poteſt, iniquo non poteſt.* Et rurſus: *hinc excæcantur & indurantur, quia negando diuinum adiutorium, non adiuuantur.* Hoc etiam modo dicitur Deus decipere, & in reprobum ſenſum tradere, nempe deſerendo, & non adiuuando lumine & adiutorio gratiæ ſpecialis. Quorum effectuum interdum Deus eſt cauſa in bonum ipſius excæcati, & indurati, vt in prædeſtinatis, quibus, *Rom* 8. *Omnia cooperantur in bonum*, vt à peccato, in quod cadere permittuntur, ſurgant feruentiùs, & viuant cautiùs: interdum in bonum aliorum, vt in reprobis, quorum excæcatio & obduratio Dei voluntate ordinatur in maius bonum electorum.

25. *Excæcatio & obduratio triplicitèr accipitur.* Quoniam verò excæcare & indurare plus aliquid importat, quàm ſubtractionem auxilij efficacis, alioqui omnis peccans diceretur excæcari & indurari, nota *ex S. Tho.* 1. 2. *qu.* 79. *art.* 3. & 4. Excæcationem & obdurationem accipi, 1. pro cauſâ peccati, non quidem neceſſariâ, ſed infallibili, quia poſita talis luminis & gratiæ ſubtractione, infallibiliter ſequitur peccatum ex vi libertatis creatæ: 2. pro peccato ipſo: 3. pro effectu ſeu pœnâ peccati. 2. modo, ſola voluntas creata eſt cauſa excæcationis & obdurationis: primo & tertio, eſt cauſa Deus: 1. quidem ſubtrahendo lumen & auxilium congruum, quo ſubtracto infallibiter ſequitur peccatum: 3. per ſe volendo & intendendo mentis obcæcationem, & cordis obdurationem in pœnam præcedentium peccatorum, non vt dicit perſeuerantiam in malo, ſed vt dicit negationem luminis & ſubſtractionem gratiæ, & quorundam actualium auxiliorum, quibus ſolet ſubinde Deus peccatorum mentes excitare, relicto tantummodò illis auxilio ſufficienti, quod in hac vita nulli denegat, quo diſponere ſe poſſint, ſi velint, ad vberiorem gratiam impetrandam. Vnde ſic obdurati & excæcati ob maximam difficultatem & exiguum lumen, quod habent ad videndum rectè, queagendum, dicuntur impotentes ad bonum, non impotentiâ antecedente, quæ tollat libertatem; ſed conſequente, quæ ſufficientem libertatem non tollit. Ex his patet ſolutio ad teſtimonia pro 4. prob. adducta: teſtimonium *Ioan.* explicari rectè poſſet de poteſtate conſequente; ex ſuppoſitione, quòd de illis prophetauerit *Iſaias*, pott præuiſionem futuræ incredulitatis Iudæorum.

Ad primum Auguſt. Reſp. intelligendum eſſe de electione Iudæ ad Chriſti ſanguinem fundendum, non antecedenter, ſed conſequenter: quia animirum præuiſâ ab æterno ipſius prauâ voluntate de traditione Chriſti, voluit eâ Deus vti ad opus redemptionis conſummandum. Quę potiùs ordinatio malæ voluntatis Iudæ ad id opus appellatur ab Auguſt. *Electio*, non voluntatis Iudæ ad peccandum, ſed malę voluntatis pręuiſæ iam peccaturę, ad ſuum id opus conſummandum. Quod apertè colligitur ex pręced. *ab illo quippe electus eſt qui nouit bene vti etiam malis, vt & per eius opus damnabile illud propter quod ipſe venerat, opus venerabile compleretur.* Vbi non dicit Deum elegiſſe voluntatem Iudæ, ſed eâ prævisa peccaturâ vſum fuiſſe.

26. *Ad Auguſt. teſtimonia 1.*

Ad 2. nego Auguſt. dicere, Deum hominum voluntates ad malum inclinare, ſed eas virtute ſuâ malas in bonum ordinare: itaque non eas Deus facit malas, ſed eas ex ſe factas malas ordinat ad bonum. Cæterùm dicitur Deus indurare, in malam inclinare, velle peccata ſubſequentia in pœnam præcedentium, quoad culpam tantùm permiſſiuè; quoad priuationẽ boni, quam cauſat, etiam poſitiuè.

27. *Ad 2.*

28. *Ad vlt.* Ad 3. Reſp. vt Deus dicatur omnia operari ſecundùm conſilium voluntatis ſuæ, non eſſe neceſſarium, vt æquali voluntate omnia velit, deſiniat, operetur: ſed aliqua ex ſeipſo antecedenter intendendo, prædeſtinando, operando; aliqua tantùm permittendo, non impediendo: ita Hieron. *operarur*, inquit, *omnia Deus ſecundùm conſilium voluntatis ſuæ, non quo omnia quæ in mundo fiant, Dei voluntate & conſilio peragantur, alioqui & mala Deo poterunt imputari, ſed quo vniuerſa, quæ facit, conſilio faciat & voluntate, quod ſcilicet & ratione plena ſint, & poteſtate facientis.* Ad Confirm. nego conſeq. nam inter *nolo* & *volo* medium eſt *permiſſio*, quod ſimul dicit volo concurrere cum creaturâ ad entitatem peccati concurſu generali, & nolo dare gratiam, quâ impediretur peccatum.

SECTIO II.

Cur Deus non ſit cauſa peccati?

29. *Hæc concluſio eſt inter Cathol.* RAtio dubit. Deus vt cauſa prima liberè concurrit ad totam entitatem peccati; quia nihil eſt in effectu creato, quod actu non pendeat à liberâ voluntate Dei. Ergo eſt cauſa peccati: ideò enim creatura eſt cauſa peccati, quia liberè cauſat entitatem peccati.

30. *1. Sent.* Primaſent. admittit, Deum eſſe cauſam peccati; quia id in rigore ſermonis ſolùm importat facere actum peccati, non peccare; quod vltra hoc importat, facere quod non debet; Deus non indebitè agit, quia non tenetur actum peccati non cauſare; cùm nullis ſit legibus ſubiectus. Ita *Mayro. in* 2. *diſt.* 43. *qu.* 4. *Maior in* 1. *diſt.* 42. *quæſt. vn. Gabri. in* 2. *diſt.* 37. *quæſt. vn. art.* 3. *dub.* 1. *Ocha. in* 1. *diſtinct.* 47. licet hic recitatiuè tantùm, non aſſertiuè.

31. *Contra* Sed contrà: hæc propoſ. *Deus eſt cauſa peccati*, à Patribus negatur. Quia in rigore importat eſſe cauſam deformitatis peccati: in quo ſenſu, licet illam

Digitized by Google

illam concedat *Maior*, omnes negant; etiam cum illa limitatione, quòd non indebitè agat: nam ex peculiari modo, quo Deus concurrit ad actum peccati, non est causa peccati. Nec sat est, quòd agat nullis legibus subiectus; agit enim ex dictamine increatæ suæ sapientiæ, à quo difformari non potest. Nec minùs improbabile est, quod docet *Caiet.* in illud 2. Reg. 12. *Ecce ego suscitabo super te malum*, & 16. *Dominus præcepit ei, vt malediceret Dauid:* posse Deum esse causam peccati, non quà culpa, *sed quatenus est pœna peccantis, vel alterius:* nam vt ex prædedente sectione constat, nũquam licitum est, vti medio malo propter finem bonum.

32. 2. *Sent.* Secunda sent. est *Præpositiui apud Ægid. in* 2. *dist.* 37. *qu.* 1. *art.* 3. quam secuti sunt *Duran. in* 2. *dist.* 37. *qu.* 1. *Aurtol. dist.* 38. *art.* 1. & alij tempore Magistri, docentes, ideò Deum non esse causam peccati, quia non influit immediatè in actionem peccati, sed solùm mediatè, conseruando liberum arbitrium, quod de se sufficiens est ad operandum absque immediato concursu Dei. Actio autem peccati tribuitur tantùm causæ proximæ, à qua sola ad malum determinatur vis actiua ex propria libertate: cùm à Deo sit tantùm producta indifferens ad bonum & malum. Probat Durandus de omnibus causis 2. *in* 2. *dist.* 1. *quæst.* 4. Si Deus immediatè concurreret ad productionem effectuum causæ 2. aut concurreret eâdem, aut distincta actione, qua creatura: non distincta; alterutra enim foret superflua, quia vnaquęque attingeret totum effectum: Non eâdem, implicat enim eandem numero esse à duobus agentibus, ab vnoquoque immediatè & perfectè, nisi in illis sit eadem virtus numero, vti est virtus spiratiua in Patre & Filio. *Confirmat.* Actio causæ 2. non excedit virtutem ipsius: frustra igitur ad illam ponitur aliud principium immediatè influens.

Fund. Duran.

33. *Contrà 1. Deus concurrit immediatè ad productionem effectuum cum causis 2.* Sed contrà: falsum est, Deum non concurrere immediatè ad productionem effectuum cum causis 2. Primò, alioqui non posset Deus, positis ad agendum prærequisitis, impedire actionem causę necessariæ, nisi destructa virtute agendi ipsius: at impediuit actionem combustiuam in igne Babyl. absque destructione virtutis combustiuæ: ignis enim habuit omnia requisita ad comburendum, cùm potuerit alia corpora eodem tempore comburere. Maior prob. causa naturalis necessariò determinata ad agendum, si habeat omnia requisita, necessariò agit, aut si non agit, aliquid illi deest, sc. concursus Dei, vbi cætera supponuntur adesse.

34. *Contrà 2.* 2. Si Deus non immediatè concurreret ad productionem effectuum cum causis 2. non haberet perfectum dominium in tales effectus: quia non posset illos immediatè destruere, nisi destructâ virtute productiuâ & conseruatiuâ illorum: à quâ immediatè conseruarentur: nequit. n. aliquid immediatè destrui, nisi per subtractionem actionis conseruatiuæ: vt si lumen penderet in conseruari immediatè tantùm à luminoso, posset à Deo destrui tantùm mediatè, destructâ virtute illuminatiuâ. 3. Si Deus non concurreret immediatè ad

35. *Contrà 3.* actus voluntatis, non posset assignari causa, cur potiùs hoc instanti produceretur hic actus numero, quàm alius: voluntas. n. creata non potest se determinare ad hunc actum numero, nisi sit determinatè pręcognitus, cùm nihil sit volitum, quin pręcognitum: nec intellectus potest præcognoscere hunc actum numero, antequã sit productus: voluntas igitur determinatur ad hũc numero actũ à Deo, per hunc numero concursum, singularizantem hunc numero actum ex infinitis, quos posset cum virtute primæ causæ hoc instanti produceret: vnde sat est, vt à Deo tantùm pręcognoscatur hic numero actus, à quo per singularem concursum indiuiduatur. 4. Sequeretur, dari ens creatum independens à Deo, nempe effectum, qui immediatè tantùm penderet à causa 2. Propter quæ, opinio hęc erronea censetur. *Leg. Argent. in* 2. *dist.* 37. *ar.* 3. 36.

37. *Ad fund. Dur.* Ad fundam. Durand. dico, Deum eâdem actione concurrere ad effectus causæ 2. quâ concurrit causa 2. nec cõcedenda actio independens à Deo, sc. quę ita esset à causa 2. vt non esset à Deo: non. n. tantùm effectus, sed & actio, quâ attingitur, est immediatè à Deo: ac proinde vna debet esse actio indiuisibiliter à Deo, & à creatura. Ad prob. neg. assumpt. quia causa 1. & 2. non cõcurrunt vt causę eiusdem, sed diuersi ordinis; vna vt vniuersalis, altera vt particularis, essentialiter subordinata primæ: Non repugnat autem eandem numero actionem proficisci à prima & 2 vnaquæque immediatè & perfectè in suo genere concurrente. Ad confirm. neg. ãtec. excedit. n. virtutem creatam, agere sine immediatâ dependẽtiâ à virtute increatâ, à qua nõ solùm in esse, sed etiã in operari creatura pẽdet.

38. 3. *Sent.* Tertia sent. est *Bannez* 1. *p. q.* 19. *art.* 10. *dub.* 1. *§. Primum, Aluar. lib.* 3. *de auxil. disp.* 24. *cone.* 2. *Nazar.* 1. *p. q.* 14. *art.* 3. *controu.* 2. *§. Quo modo cognoscat, & c. Thomistæ* affirmantium, Deum nõ esse causam & authorem peccati, esto ad totum materiale peccati homines ab æterno prędestinarit, & in tempore eorum voluntates physicè prędeterminet: quia deformitas peccati non sequitur ad actum peccati, vt actus est, etiam in indiuiduo cõsideratum, sed vt procedit à voluntate creatâ deficiente: ex duobus principijs; altero, quòd nihil possit Deus, nisi per decretum absolutum & efficax suæ voluntatis ad extra operari; altero, quòd nulla creatura quicquam agere possit, nisi physicè à Deo prædeterminata. Contrà: *Trident. sess.* 6. *can.* 6. definit, non eodem modo Deum operari mala, ac bona: ergo vtraque absoluto & efficaci suo decreto ab æterno, independenter à nostrâ voluntate, non prædefinit: nec ad vtraque in tempore exequenda nostram voluntatem physicè prædeterminat. Confirm. vtrumque opus tam bonum, quàm malum, saltem quoad materiale peccati infallibiliter sequitur ex absoluto decreto Dei; & physicâ præmotione: cùm ratio infallibilitatis vtriusque sit eadem, sc. decretum Dei absolutum, & prædeterminatio creaturæ physica.

Fund. duplex

39. *Contrà aduersari videtur Trident.*

Neque dicas, Deum operari bona cum intentione vt fiant, mala verò cum intentione ne fiant: quia non potest Deus non habere intentionem, vt mala opera, saltem quoad materiale, nõ fiant, cùm ea ex se liberâ & antecedente suâ voluntate, independenter à nobis ab æterno prædefiniat: &, vt in tempore fiant, nostras voluntates præmoueat, non secùs ac ad opera bona. Nec obstat, quòd in operibus malis Deus non prędefiniat deformitatem, sicut in bonis honestatem: nam nec creatura, dum proponit peccare, intendit formalem deformitatem peccati, sed tantùm materiale. Et tamen dicitur indirectè saltem velle ipsam deformitatem, ex eo quòd liberè vult illud, cum quo coniuncta est deformitas & malitia peccati. Igitur, si Deus prædefinit id, cum quo coniuncta est deformitas, indirectè dicetur velle & prędefinire ipsam. 2. etiã formale peccati Deo esset tribuendum: coniuncta. n. est inseparabiliter deformitas peccati cum actu odij Dei: igitur qui definit, & pręmouet ad actum odij, prædefiniret, & pręmoueret ad ipsam. 3. hæc voluntas pugnaret cum eâ, quam Deus habet de prohibendis

40. *Contrà 1.*

41. *Secundò*

42. *Tertiò*

Digitized by Google

prohibendis peccatis. Repugnat.n. Deum absolutâ voluntate definire materialem actum furti, ad eumque exercendum creaturam præmouere, & simul antecedente suâ voluntate prohibere, ne talis actus furti à creatura exerceatur.

43. *Aduers. resp.* Respondent, Deum prædefinire actum furti, ad eumque creaturam præmouere, quà actus est, & simul illum prohibere, quà furtum est, quia quà furtum est, à Deo non est, sed à voluntate creatâ: à Deo est solùm quà actus est, qui rectè potuit circa obiectum exerceri. Sed contrà: Deus dicitur prædefinire, & præmouere ad actum per auxilium, quod præbet ad actum exercendum: at hoc nō est indifferens, vt eo voluntas vti possit ad bonum & malum, seu ad bonum quo vitet malum, sed determinatum ad vnū, cui proportionatur, & à quo specificatur, v.g. ad actum odij vel furti; quod eatenus quà actus tantùm est, posset esse à Deo, quà odium vel furtū, à creatura; quatenus posset creatura præmota auxilio ad actum odij vel furti, elicere alium actum. siue vt tribui possit Deo solus actus, creaturæ verò malitia, deberet auxilium, quo Deus præmouet ad actum peccati, esse tale, vt eo creatura, non solùm vti posset ad hunc actum in specie, sed etiam ad alium: Nam eatenus illi tribui potest malitia, quatenus præmota auxilio ad hunc actum, elicere posset alium, quo vitaret istū.

44. *Contrà* Nec dici potest, quòd creatura elicere posset hunc actum, ad quem habet auxilium, sed absque deformitate: nam actus non potest exerceri in genere, sed in specie & in indiuiduo, sicut nec datur auxilium ad actum in genere, sed in specie & in indiuiduo. Si igitur habet auxiliū ad actum odij, non poterit exercere hunc actum in specie absque deformitate, quam hic actus in specie necessariò inuoluit: vt igitur id possit, debet posse elicere alium actum in specie, atque adeò auxilium esse indifferens ad alios actus specie diuersos; non determinatum ad vnum. Nec dici potest, voluntas præmota ad actum odij, euitare posse malitiam per cessationem ab omni actu: quia nequit præmota in sensu composito per aduers. cessare ab actu, ad quem præmouetur, alioqui frustrari posset absolutum decretum Dei. 4. cùm decretū Dei sit efficax, & antecedat nostram voluntatem non solùm æternitate, sed etiam causalitate, debet, ne frustrari possit, includere medium, quo id, quod decernit faciendū, infallibiliter exequutioni mandetur: Hanc autem infallibilitatem tale medium habere non potest, nisi vel ex præuisione, vel ex naturâ suâ: ex præuisione in hâc sent. non habet; nam decretum Dei ponit ante omnem præuisionem nostri futuri consensùs: Ex natura sua habere non potest, nisi ita prædeterminet voluntatem ad vnum, vt nullam relinquat indifferentiam ad oppositum: si enim relinqueret eam indiffer. posset voluntas ex suâ libertate oppositum facere, atque adeò irritum facere diuinum decretum.

45. Ad 1. fund. aduers. concedo, nihil Deum operari posse extra se, nisi per absolutum decretum, quando operatur solus & independenter à voluntate creaturæ, nego tamen, quando operatur cum creaturis liberis: quia tunc ad saluandā libertatem in creaturis nō operatur per decretum absolutum omnino independenter à voluntate creaturæ, sed per decretū cōditionatum dependenter à libertate creatâ, si ipsa cooperari voluerit, quod 2. falsū est, nihil posse operari creaturā nisi physicè præmotā.

46. *Quarta sent. difficilè saluat libertatem creatam.* Quarta sent. vt saluet libertatem in creatura, docet, quòd quamuis Deus prædeterminet creaturā ad actum peccati, id tamen facit ex suppositione, quòd præuiderit creaturam ad talem actum fore determinandam, si ex seipsā absque prædeterminatione operari posset: refert *Suarez tract. 5. de act. human. disp. 6. num.* 22. tacito auctorū nomine.

47. *Ad primum fundam.* Sed contrà: vel talem actum Deus videret in libertate creatâ, at cùm illa sit essentialiter indifferens, implicat in eâ certò videre effectum futurum, ante ipsius determinationem: Vel illum videret in liberâ determinatione creaturæ ex hypothesi, quòd si posset absque physicâ prædeterminatione operari, ad talem actum & non ad alium liberè se determinaret. At neque hoc modo illum certò videre potest. Quia quando hypothesis est simpliciter impossibilis, vt est in hac sent. nihil certi ex eâ videri potest; nec in ipsâ sufficiens causa effectus supponi, nec effectus absque sufficiente causa videri, quia nullus videri potest, nisi per causalitatem à causa promanans. Cùm igitur voluntate absque prædeterminatione, non sit per aduers. sufficiens causa & principium alicuius effectus, implicat certò videri, quid ipsa sub ea hypothesi operatura esset. Tum quia ad summum hic modus saluat conditionatam tantùm libertatem creaturæ, quæ non sufficit, vt illi præsens peccatum imputetur: cùm nulli imputentur, quæ liberè sub conditione esset facturus, sed quæ liberè de facto facit. Hæc.n. fuit hæresis *Massilien.* toties ab *Augus.* impugnata. Alioqui, vt rectè infert *Suarez*, ad culpam imputari posset homicidium amenti, ex hypothesi, quòd illud liberè fuisset commissurus, si fuisset rationis compos. Et contrà, esto quis ex se liberè esset homicidium patraturus, nulli adhuc licet, illum ad id cogere ac determinare.

48. *4. Sent. modificatissima præcedentis* Quinta sent. affirmat, ideò Deum non esse causam peccati, quia licet concurrat ad totam physicam entitatem peccati, non tamen ad moralem malitiam; quæ in priuatione consistit, quia non concurrit, nisi ad id, quod habet rationem entis.

49. *Contrà* Sed contrà: esto malitia moralis in priuatione consistat, vt tamen quis dicatur causa priuationis, sufficit vt sit causa formæ, cum quâ coniuncta est priuatio; sic sol qui est causa caloris in aquâ, est etiam causa priuationis frigiditatis in eâ. Deus, qui est causa substantiæ Angeli, est causa incorporeitatis eius: nec creatura alio modo est causa priuationis moralis, quę est in actu, quàm causando entitatem positiuam peccati. Quia qui causat formam, censetur causare omnia, quę per se consequuntur formam: sed ad talem actum, hic & nunc ex talibus circumst. productum, per se consequitur priuatio oppositæ rectitudinis debitæ: igitur qui causat actum, per se censetur causare priuationem, per se consequentem ad talem actum.

50. *5. Sent.*

51. *Contrà*

52. *Deus concurrit vt causa naturalis.* Sexta sent. affirmat, ideò Deū non esse causam peccati, etsi concurrat ad entitatē peccati: quia ad illud non concurrit vt causa moralis, sed vt naturalis; peccatum verò non tribuitur nisi causæ morali: Deus ergo non est, nec dicitur causa peccati: Ita *Cam. libr. 2. de locis Theol. cap. 4. ad 8. & rel. de sacra, p. 4. post. 6. concl. Soto l. 1. de natu. & gra. c. 18. fine, Veg. l. 2. in Triden. c. 15, Suar. in opu. l. 2. c. 3. Vasqu. 1. 2. disp. 129. c. 7. Less. opus. de gra. c. 4. n. 12.* quæ sent. probabilissima; apertè colligitur ex *Banan. in 2. dist. 37. ar. 1. qu. 1. ad 5. Scot qu. vu. §. Ad solut. & §. Ad argu. quarta, Ægid. qu. 1. art. 3. Gregor. qu. vn. ar. 3. ad 8. Rubi. qu. 2. art. 2. Contra. 1. p. qu. 79. art. 1. §. Subiungit, & §. Quare.* Probo, peccatum non adscribi, nisi causæ morali. Peccatum est actio moralis, quotiescunque autem ad eandem actionem moralem concurrunt duæ causæ, illi soli tribuitur, à quâ liberè procedit concurrente moraliter, non

53. *Cui non tribuitur peccatum.*

ter, non à quâ procedit cõcurrente naturaliter, vt patet: si ad homicidium simul concurrant sanus & insanus, id non tribuitur insano, sed sano; quia ab hoc, non ab illo, liberè committitur. Ratio: actio non dicitur moralis ex physicâ entitate, hæc. n. tota conseruari potest absque moralitate, sed ex modo procedendi liberè & regulatiuè à suo proximo principio. Igitur illi tantùm causæ tribuitur actio moralis, à quâ proximè procedit liberè.

54. *Sed causa morali*

Prob. Deum non concurrere cum voluntate creatâ ad actum peccati per modum causæ moralis proximæ, sed per modum naturalis. Quando duæ causæ concurrunt ad eandem actionem, illa concurrit per modum causę moralis proximę, quę proximè determinat concursum indifferentem ad vnam potiùs actionem, quàm ad aliam, vel quoad speciem vel quoad exercitium, ex liberâ electione vnius actionis præ aliâ: illa verò vt causa proxima naturalis, quæ ad talem actionem concurrit vt proximè determinata ab alterâ causâ. Sed creatura est, quę concursum primæ causæ indifferenter sibi oblatum determinat potiùs ad actionem malam, quàm ad bonam: Deus hîc & nunc non concurrit nisi vt proximè determinatus à voluntate creatâ: nam cum eâ ad actionem peccati concurrit vt causa 1. vniuersalis, cuius munus est cõcurrere ad exigentiam causarum 2. particularium: seu iuuare secundas ac complere in ratione proximi principij operatiui, non extrahendo illas à proprio modo operandi: atqui causæ 2. liberæ naturaliter postulant ad operandum compleri per concursum ad vtramque partem indifferenter oblatum, relictâ eis liberâ determinatione ad vtrãque partem: igitur Deus ita concurrit cum illis. Confirm. eodem modo ex parte Dei producitur actus peccati, quando liberè elicitur à creatura, ac quando per inuincibilem inaduertentiam necessariò cõtinuatur ab eadem: sed quando sic continuatur, desinit esse liber, ac peccaminosus: ergo proximam rationem liberi accipit à creaturâ: alioqui tali casu adhuc actus esset liber per ordinem ad Deum liberè conseruantem.

55. *Confir.*

56. *Modus hic esse possibilis prob.*

Quòd hic modus concurrendi sit possibilis, & de facto, ostendo. Possibile est Deum ab æterno hoc decretum fecisse: *Volo concurrere cum omnibus creaturis liberis ad quoscunque actus seu bonos, seu malos* (loquor de bonitate morali intra ordinem naturæ) *ad quos creatura ipsa liberè se determinare voluerint*: ita vt vi huius decreti non magis Deus alligauerit suam potentiam ad concurrendum cum creaturâ ad actum bonum, quàm ad malum, sed quantum ex se fuit, ad vtrumque indifferenter suum concursum obtulerit, suamque potentiam vi decreti quodammodo alligauerit voluntati creatæ, vt ea vteretur ad quamcunque partem voluerit, relinquendo illi plenam libertatem ad hanc, vel illam partem se determinandi: eo modo, quo infundens habitum supernat. in volũtate creatâ, relinquit illi plenam potestatem ad vtendum, vel non vtendum eo. Hoc decreto posito, Deus non concurrit vt causa proximè libera determinans creaturam ad actum peccati, sed potiùs vt determinatus à creaturâ; hoc. n. est õbiectum talis decreti, decernentis concursum dependenter à liberâ determinatione creaturę, & cum eâ concurrentis ad quodcunque ipsa liberè voluerit concurrere, & non aliter. Vnde non fuit tale decretum absolutum & præueniens actualem vsum liberi arbitrij, sed conditionatum & concomitans liberum vsum ipsius. Per hoc decretum saluatur primò libertas creaturæ: cũ libera determinatio, & quasi inflexio diuini concursûs ad bonum, vel malum relinquatur ipsi creaturæ. 2. cur Deus non fit causa peccati; quia concurrit ad malum, vt causa naturalis proximè determinatus à creatura pro suâ libertate hîc & nunc se determinante ad actũ malum: eo modo quo habitus, indifferens ad plures actus, determinatur à voluntate ad hunc potiùs, quàm ad alium. Vnde sicut actio, quà moralis nõ tribuitur habitui, eâdem indiuisibili actione concurrenti cum voluntate, sed voluntati: ita nec peccatum Deo, eâdem indiuisibili actione cõcurrenti cum creaturâ ad actum peccati, sed creaturæ.

57. *Saluat libertatem creaturæ.*

Neque in tali decreto inuoluitur imperfectio. Est. n. simpliciter liberum, quia potuit illud Deus ab æterno nõ facere, licet fuerit debitum, & quodammodo necessarium ex suppositione, quòd voluerit condere creaturas liberas, easque liberas in suis operationibus conseruare. Quòd autem posito hoc decreto, debeat Deus ad instar causę naturalis necessariò concurrere cum creaturâ ad omnem actionem, ad quam ipsa se determinare voluerit, nullam arguit in Deo imperfectionem, sed summã sapientiam, quâ vult modulo nostro se accommodare, vt libertatem in nobis conseruet. Sicut nec imperfectionem arguit, quòd in cõcurrendo cum creaturâ ad hunc potiùs actum, quàm ad aliũ, velit quodammodo ab ipsâ creaturâ dependere: nã hoc tantùm prouenit ex sapientissimâ dispositione ipsius ad saluandam perfectissimo modo libertatem in suis creaturis. Neque ex eo quòd liberè ab æterno se determinauerit ad concurrendum in tempore ad actum peccati cum creaturis iuxta exigẽtiam earũ, dici potest causa peccati: nã hoc spectat ad munus supremi prouisoris, prouidere rebus omnibus de sufficiẽti auxilio ad quascũque actiones à propriâ naturâ requisitas, neq; ex eo quòd præuideat pleraſq; creaturas suo auxilio abusuras, tenetur se priuare iure ac munere supremi prouisoris:

58. *Et Dei permissionem*

Præterea putandum non est, hoc decretum indistinctè, confusè, in generali tantùm ab æterno suum concursum creaturis obtulisse; sed maximè distinctè, in particulari, cum omnibus circumstantijs, quibus exercetur in tempore. Solùm dicitur indifferens, quia non fuit oblatus ad vnam tantùm partem, sed ad vtramque simul, ad singulas tamen distinctè. Etenim posità sciẽtiâ cõditionatâ, quâ Deus, antequam vllum conderet liberum decretum, præuidit quid vnaquæque creatura, in quâlibet dispositione & circumstantijs posita, esset liberè operatura, distinctissimè & in particulari præparare potuit suum concursum singulis creaturis, in quibuscunque circumstantijs potitis, in ordine ad quoscunque actus siue bonos, siue malos, ad quos eædem creaturæ liberè se determinare voluerint: interim non negato eis concursu ad oppositos actus, ad quos præuidit illas non se determinaturas, vt saluetur proxima libertas operandi in tempore, quo creatura actu operatur. Qui concursus non lædit, sed conseruat libertatem creaturæ: quia non est præueniens, sed concomitans liberum nostrum vsum, quia non est oblatus, nisi dependenter á libera determinatione creaturæ, quæ sicut determinauit sibi hunc concursum, ita determinare sibi poterat oppositum, in quo casu Deus vi sui decreti oppositum dedisset.

59. *Aduers. plerique id putant*

Hic modus concurrendi Dei cum creaturis liberis, colligitur ex S. Tho. 1. 2. *qu.* 80. *art.* 1. *ad* 3. verbis: *Deus est vniuersale principiũ omnis inferioris motus humani: sed quòd determinetur ad malum consilium voluntas humana, hoc directè est ex voluntate humanâ.* Si autem Deus ex se prædeterminaret voluntatem

60. *Ita explicat S. Thomas.*

Digitized by Google

voluntatem ad actum peccati, non ipsa voluntas, sed Deus determinaret illam ad malum; cùm ex se voluntas non posset liberè habere talem determinationem, nec ea habita, in sensu composito posset actum peccati non committere.

61. Scotus. Idem colligitur ex *Scoto* cit. *Quod effectus non rectus causetur, hoc non est propter causam* 1. *qua, quantum est ex se, nelle causaret, si secunda causaret; sed propter defectum causæ* 2. *qua in potestate sua habet concausare causa* 1. *vel non causare.* Et §. *ad argum. Dicitur quod etsi peccatum sit à voluntate creata, non tamen est à Deo, quia Deus non primò deficit.* Quibus verbis aperte supponit in Deo decretum conditionatum concurrendi cum voluntate creatâ, dependenter à libera determinatione ipsius ad quamcunque partem ipsa voluerit alioqui non esset in proxima potestate ipsius causa causare, vel non concausare cũ causa prima. Modũ cõcurrendi

62. Gregorius. Dei eundem supponit *Gregor.* cit. ad 8. *Deus sequitur determinationem voluntatis, non quod determinatio voluntatis sit aliqua entitas distincta à voluntate & actu eius, quæ primò fiat à voluntate: nec etiam intelligendo, quod priùs naturâ voluntas agat actum, quàm Deus; sed ad hunc sensum dico, Deum sequi determinationem voluntatis, quoniam ideò Deus agit illum actum, quia eum voluntas agit: & non ideò quia Deus agit, ideò voluntas agit: & ideò magis propriè dicitur Deus coagere voluntati in talem actum causandi, quàm voluntas dicatur coagere Deo.*

63. Conradus. Gabriel. Idem colligitur ex *Conra.* 1. 2. *quæst.* 79. *art.* 1. §. *Subiungit*: vbi doctrinam Scoti cit. approbat & sequitur. Eundem docet *Gabriel in* 2. *dist.* 37. *qu. vn. art.* 1. *Nihil efficienter vult diuina voluntas voluntatem creatam velle, nisi quod vult voluntas creata. ad hoc enim determinat se diuina voluntas dando voluntati creatæ libertatem: siquidem nihil aliud est dare libertatem voluntati, nisi dare ei facultatem eliciendi, & non eliciendi, & ad quemlibet actum, quem elicere voluerit, velle sibi coagere.* Ex Eccles. 15. *Deus ab initio*

64. Eccles. 15. *constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui.* Et paulò pòst: *quod placuerit ei, dabitur illi, quoniam multa sapientia Dei, & fortis in potentia.* Ac si diceret, per Dei sapientiam & potentiam non stat, quo minùs detur ei, quod placuerit illi, vel concursus ad bonum, vel concursus ad malum. Explicat *S. Tho.* 1. *p. qu.* 22. *ar.* 2. *ad* 4. ideò dictum esse, hominem relictum esse in manu consilij sui, quia *si non præfigitur virtus operativa determinata ad vnũ.*

65. Thomist. Ad hanc doctrinam reuoco commune responsũ Thomist. *ex S. Tho.* 1. 2. *qu.* 79. *art.* 2. ideò Deum non esse causam peccati, quia peccatum est defectus ordinis ab vltimo fine: defectus autem non reducitur in causam efficientem, qualis est Deus, sed in deficientem, qualis est creatura: sicut claudicatio non reducitur in virtutem motiuam, sed in curuitatem & defectum tibiæ. Quia per creaturam, non per Deum stat, quo minùs actio virtuosa

66. producatur. Eodem modo explicantur alij, qui dicunt, propterea Deum non esse causam peccati, quia concurrit ad illud concursu generali, creaturæ particulari, in quo propriè est peccatum, cùm generalis sit indifferens ad bonum & malum. Non enim intelliges de concursu in actu 2. nam hic particularis est indiuiduus, cùm nihil sit physicum in actu peccati, ad quod Deus non concurrat; sed in actu 1. quà consideratur vt inclusus in libertate creatâ in actu 1. considerata, vel præparatus in omnipotentiâ Dei, quam vi sui decreti alligat libertati creatæ ad quoscunque effectus.

67. *Obiicies* 1. Concursus Dei non distinguitur à concursu creaturæ in actu peccati: igitur nequit creatura determinare sibi illum ad actum peccatis quia nequit creatura determinare sibi concursum Dei ad hunc potiùs actum; quàm ad alium, nisi per suam determinationem; ergo determinatio creaturæ præcedit concursum Dei: ergo concursus creaturæ distinguitur à concursu Dei, quod falsum est. Antec. prob. ante determinationem voluntas creata est indifferens, ex se non exigens hunc potiùs concursum, quàm alium.

68. *Creatura determinat sibi concursum Dei, per ipsam determinationem comitantem concursum Dei.* Resp. neg. conseq. Ad prob. neg. creaturam determinare sibi concursum Dei ad peccatum, vel ad quemcunque alium actum per determinationem præuiam ad concursum Dei, sed per ipsam concomitantem concursum Dei. Sicut enim determinat sibi concursum habitus indifferentis ad plures actus, ad hunc potiùs, quàm ad alium, non præuia ac distincta determinatione, sed eâdem concomitanti & formali, quâ seipsam, potentiam, habitum simul determinat; ita & simul potentiam Dei, quæ vi decreti assistit voluntati creatæ, non minùs quàm habitus ipsi inhærens, ad omnes actus, ad quos ipsa voluerit liberè se determinare. Vnde concedo, voluntatem creatam ante suam determinationem, esse indifferentem ad hunc, vel illum concursum: determinare sibi hunc potiùs, quàm alium sua libera determinatione. Posita ne coniunctione omnipotentiæ Dei, vi decreti diuini cum voluntate creata in ordine ad omnes actus, ad quos ipsa voluerit se determinare, eo ipso quòd liberè se determinat ad hunc actum, determinat sibi concursum ad hunc actum. Cùm vi decreti diuini non minùs voluntas creata habeat in sua libera potestate concursum potentiæ diuinæ, quàm concursum potentiæ propriæ.

69. *Resp.* *Obiicies* 2. Deus liberè offert creaturæ suũ concursum ad actum peccati: ergo liberè concurrit ad actum, ergo est causa libera proxima actus. Resp. liberè offert antecedenter, concedo: liberè offert, consequenter, nego. Rursus, liberè offert antecedenter absolutè, nego; conditionatè dependenterque à voluntate creata, vi cuius proximè applicatur ad opus, concedo.

70. *Resp.* *Obiicies* 3. Causa 2. non agit nisi applicata & præmota à prima: cùm sit essentialiter subiecta & subordinata primæ: ergo nequit determinare concursum Dei. Quia determinare, est agere; ergo si posset determinare, posset agere ante applicationem & præmotionem Dei. Resp. neg. antec. de applicatione & præmotione anteced. Ad prob. dico, essentialem subiectionem subordinationemque causæ 2. ad primam saluari per concomitantem & cooperatiuam motionem; vt rectè *Conrad.* 1. 2. *q.* 79. *art.* 1. §. *nota:* vbi etiam docet, quòd quando dicitur, causa prima priùs attingit effectum, quàm secunda, non intelligatur de prioritate causalitatis aut naturæ, sed de prioritate perfectionis & independentiæ, quia perfectiùs, intimiùs, seu vt *S. Thom.* loquitur, profundiùs attingit effectum, quia attingit illum secundùm rationem entis, quæ in quouis effectu creato essentialiter imbibitur.

71. *Inter concursum Dei & creaturæ solum reperitur prioritas & posterioritas mutua rationis.* *Obiicies* 4. Creatura determinat concursum Dei. Ergo concursus creaturæ est prior concursu Dei. Resp. nullam esse prioritatem, aut posterioritatem realem, vel naturæ, vel causalitatis inter concursum Dei, & creaturæ, cùm sit vnus & idem indiuisibilis: esse mutuam rationis. Idem enim vt liberè procedens à creatura, determinat concursum Dei; & vt sic est ratione prior seipso, vt procedente à Deo. Idem verò concursus, vt naturalis quem præexigit libera determinatio creaturæ, est

prior

Digitized by Google

prior seipso, vt procedēte à creatura. Rursus idem concursus creaturæ, quà sine concursu Dei esse non potest, est posterior subsistendi consequentiâ concursu Dei: & vice versa, concursus Dei, quà sine concursu creaturę esse potest, est prior subsistendi consequentiâ concursu creaturæ: nam licet hic numero concursus nequeat esse sine concursu creaturæ, cùm sit essentialiter idem, absolutè tamen concursus Dei esse potest absque concursu creaturæ, quia Deus in agendo non pendet à creatura, sicut creatura à Deo.

72. *Obijcies* 5. Voluntas creata est potentia essentialiter indifferens; ergo eget determinatione ad agendum. Confirm. ita res se habet ad essendum, sicut se habet ad operandum; sed non potest res esse, nisi Deus efficaciter velit vt sit: ergo nec agere, nisi Deus efficaciter velit, vt agat. Resp. Dist. antec. voluntas creata est potentia indifferens actiuè, concedo; passiuè, nego. Sola indifferens passiuè eget determinatione ad operandum, nam indifferens actiuè ex se habet vim effectiuè se applicandi ad vtramque partem cum solo generali concursu concomitante causæ 1. Ad confir. nego maior. Nam vt res sit, pendet à solo Deo, vt operetur, pendet etiam à virtute operatiua creaturę: & potest operari, etiamsi Deus non efficaciter & absolutè ex se velit vt operetur, sed tantùm conditionatè & dependenter ab ipsâ creaturâ, in quâ supponitur sufficiens virtus à Deo collata, quæ cum solo concursu indifferenter oblato poterit actiuè se determinare ad operandum.

Voluntas creata est potentia indifferens actiuè, non passiuè.

73. *Obijcies* 6. Peccatum est sub perfecto dominio Dei, ergo est proprius effectus ipsius: igitur Deus est moralis causa peccati. Resp. Peccatum esse sub perfecto dominio Dei, non morali, sed physico, & effectum physicum, quia & illud impedire potest, negando concursum ad actum, vel dando congruum auxilium, quo euitaretur peccatum; & permittere, sinendo creaturas suos motus agere. Non est sub dominio morali Dei quoad esse, nec effectus moralis, quia nec illud immediatè per seipsum, nec per creaturam moraliter causare potest, liberè ipse inchoando actionem; vt causa proxima libera: hoc .n. dicit imperfectionem repugnantem Deo: manet tamen sub dominio morali Dei quoad ordinabilitatem: quia postquam commissum est, ordinare illud potest ad varios fines, variaque bona, quę ex illo iuxta suam sapiētiam elicere potest.

Peccatum est sub perfecto dominio Dei physico;

Et morali quoad ordinabilitatem

74. *Obijcies* 7. Peccatum non est contra, aut præter voluntatem Dei, implicat .n. Deum prębere suum concursum nolentem: ergo est iuxta, aut secundùm voluntatem Dei, ac proinde moralis effectus ipsius. Resp. peccatum non esse contra, aut præter voluntatem Dei permittentem; esse contra, aut præter intendentem; quia Deus non intendit, licet permittat peccatum. Quæ voluntas permissiua sufficit, vt peccatum simpliciter fiat; non vt sit moralis effectus Dei, quia id requirit, vt fiat voluntate absoluta; non conditionata, dependēte, quoad liberam determinationem actus, à creatura.

75. *Obijcies* 8. Esse morale in peccato, est aliquid reale positiuum: quidquid est reale positiuum est à Deo: igitur esse morale peccati est à Deo. Resp. Est à Deo physicè, concedo; moraliter, nego. Etenim siue esse morale in peccato sumatur pro intrinseco ordine actus ad obiectum dissonum, siue pro extrinsea tantùm denominatione dissonantiæ, neutrum est à Deo moraliter, sed tantùm physicè, seu fundamentaliter, ratione physicę entitatis; in qua ratio moris, quæ à causa libera proxima desumitur, fundatur.

76. *Obijcies* 9. Deus vt causa prima ex se determinat voluntatem creatam ad hunc actum peccati in indiuiduo, cùm non possit voluntas ad hunc seipsam determinare, igitur est moralis causa peccati. Resp. Dist. Antec. determinat ex se absolutè, independenter ab omni determinatione creaturæ, nego; dependenter à determinatione creaturæ, concedo. Explico: determinatio ad hanc rationem indiuidualem actus supponit determinationem ad hanc rationem specificam actus. Deus non determinat creaturam ad hunc actum peccati in indiuiduo per hunc concursum in indiuiduo, nisi supposità determinatione eiusdē creaturæ, quoad rationem specificam peccati: quâ supposità, Deus vt causa 1. supplens defectum causæ 2. quæ nequit sibi actum in indiuiduo determinare, determinat illum ad talem actum numero. Hoc autem non sufficit, vt Deus dicatur causa peccati, aut indiuiduationis peccati: hoc .n. requirit, vt absolutè, nullâ factâ suppositione, creaturam determinet ad actum peccati. quoniam hanc ipsa determinatio quoad rationem indiuiduam peccati reducitur vt ad causam moralem in voluntatem creatam, quæ liberè determinando se ad hanc specificam rationem peccati, naturaliter exigit aliquam rationem indiuiduam, sub quâ producatur actus peccati.

Ratio

77. Iostabis: vt agens sit auctor operationis, sufficit vt sit libera causa illius quoad esse indiuiduale: Christus .n. fuit auctor actûs, quo mortem à Patre præceptam executus est: At talis actûs Christus non fuit causa libera, nisi tantùm quoad esse indiuiduale; nam quoad esse specificum fuit causa necessaria, siquidem quoad esse specificum non poterat illum non exequi, alioqui potuisset peccare.

Instat.

78. Resp. Neg. antec. Etenim vt agens sit auctor operationis, debet esse libera causa ipsius entitatis, saltem quoad exercitium: At Deus non est libera causa actionis peccaminosę neque quoad exercitium, vti Christus fuit libera causa actûs moriendi quoad exercitium. Quia Deus non concurrit ad indiuiduationem actûs peccati vt primò determinans proximè, sed proximè determinatus à creatura: nam priùs ratione creatura suâ libertate se determinat ad specificam entitatem actus, & consequenter ad aliquam indiuiduationem saltem vagam, quam Deus posità liberâ determinatione creaturæ, & suo decreto de concurrendo ad omnem actum, ad quem creatura voluerit, necessariò determinatam prębet. Vnde exercitium actûs peccaminosi non inchoatur à Deo, ne quidem quoad esse indiuiduale, sed à creatura: nam ab illo inchoatur, à quo primò proximè determinatur. Christus fuit libera causa proxima quoad exercitium actûs moriendi. Nam etsi non posset simpliciter præceptum non exequi, potuit tamen illud non exequi hoc vel illo tempore, ex hoc vel illo motiuo: & consequenter quoad exercitium actûs moriendi, Christus fuit perfectè liber; quia à nullo determinatus ipse se liberè quoad exercitiū determinauit.

Resp.

Christus liber proximè ad actum

79. *Obijcies* 10. Si Deus non est causa moralis actûs mali; neque erit causa moralis actûs boni; quia neque respectu actûs boni concurrit vt causa proximè libera, sed tantùm remotè prępărando concursum indifferentem ad oppositos actus; & cooperando cum creaturâ liberè se determinante ad bonum. Resp. neg. simpliciter sequel. licet .n. Deus ex vi modi, quo vt causa 1. vniuersalis proximè concurrit cum creaturâ ad actus bonos, non sit causa moralis, vt argu. concludit, & *Rubio in 2. disp. 37. q. 2. ar. 2.* est tamen causa moralis, tum quia ad illos concursum prębet cum intentione vt fiant:

Deus causa moralis actus boni.

cuius

cuius signum est, quia multos actus moraliter bonos exequendos proponit sub præcepto. Contrà verò ad malos concursum præbet cum intentione, quantum est de se, ne fiant: vnde illos antecedenter prohibet. Tum quia ad actus moraliter bonos vltra generalem concursum plerumque præbet aliquod auxilium, quod non præbet ad actus malos; ad quos se habet merè permissiuè, illos non impediendo. Tum quia in actibus moraliter bonis Deus est causa moralis complacens, cuiusmodi non est in actibus malis: in quibus licet sibi complaceat quoad entitatem physicam, non tamen sibi complacet quoad malitiam. Propter has rationes Tridentinum *session. 6. can. 6.* definit, non eodem modo Deum operari opera mala ac bona. Atque hæc de actibus moralibus bonis: nam quoad supernaturales Deus peculiari titulo est causa illorum, non solùm excitando ac prę̃mouendo voluntatem ad illos, sed etiam speciali concursu gratiæ suæ illos adiuuando.

80. *Obijcies* 11. Qui præbet gladium furenti peccat: ergo etiam Deus præbens concursum creaturæ, illo ad peccatum abutenti. Resp. 1. non semper, qui gladium præbet furenti, peccat; potest .n. illum præbere ad euitandam propriam mortem, vel maius malum: ita Deus ad euitanda maiora mala, ne scilicet homines de acceptis donis ingrati fiant, vel minùs cauti reddantur, permittit peccata. 2. Diuersa est ratio de causa particulari, cui non incumbit vniuersalis prouidentia omnium rerum; & ideò quantum potest, semper tenetur vitare mala; atque de causâ vniuersali, cui ex proprio munere & officio incumbit generalis prouidentia rerum omnium; atque adeò licitè & honestè potest propter maius bonum vniuersi mala permittere: sicut & terreni Principes solent propter maius bonum reipublicæ mala permittere, quæ tamen priuatæ personæ permittere non licet.

81. *Obijcies* 12. Deus est per se causa liberi arbitrij: liberum arbitrium est per se causa peccati: igitur Deus est per se causa peccati; nam quod est causa causæ, est causa causati. Resp. neg. conseq. ad prob. conced. antec. quando causatum non est tale ex peculiari modo, quo à suâ causâ proximâ procedit: peccatum autem est malum morale ex peculiari modo, quo procedit à suâ causâ proximâ, liberè contrà regulam rationis; vt sic nõ procedit à Deo, qui solùm potentiam contulit indifferentem ad bonum & malum; sed à creatura, quę collatâ potentiâ potiùs vtitur ad malum, quàm ad bonum.

82. Ex dictis infertur, an concedenda sit hæc propositio, *Deus est causa seu auctor potentiæ peccandi.* Negant absolutè quidam apud *Magist. in 2. dist. 44. cap. 1.* distinguunt *S. Thom. ibid. qu. 1. ar. 1. Bonauent. ar. 1. qu. 1. &c.* vt concedenda tantùm sit quoad positiuam perfectionem; neganda quoad defectum, quem importat: nam posse peccare supponit defectum, quem creatura ex se habet independenter à Deo quà est ex nihilo. Vnde sicut non à Deo, sed ex se habet, quòd sit ex nihilo, ita hunc defectum vt peccare possit, non ex Deo habet, sed ex se. Absolutè illam concedunt *Scotus in 2. dist. 44. Duran. qu. 1. Argen. qu. vni. ar. 3. Gab. qu. vnica, art. 2. Vasquez 1. 2. disp. 129. cap. 10.*

83. *Deus est causa & auctor potentiæ peccandi, ex limitatione perfectionis* *Quæ sent. probabilior* est. Ex eo enim quòd creatura est finitæ perfectionis, habet, vt possit moraliter deficere peccando: & Deus est causa limitatę perfectionis simul & defectibilitatis creaturæ. Nam quod est causa alicuius positiuæ perfectionis, est simul causa limitationis ipsius, ac proinde negationis vlterioris perfectionis in tali limitata perfectione inclusæ: vt quod est causa frigoris, est simul causa negationis caloris in frigore inclusę. Cùm igitur defectibilitas rectè operandi, quam importat potentia peccandi, sit negatio maioris perfectionis in creatura, Deus, qui est causa limitatæ perfectionis in creatura, est simul causa, vt non sit maioris perfectionis, ac proinde vt impeccabilis non sit. Confir. peccabilitas non est malum morale, sed pura negatio maioris perfectionis indebitæ, quæ necessariò conuenit creaturę: malum enim morale essentialiter consistit in actione liberâ. Nullum igitur est absurdum, absolutè concedere, Deum esse causam potentiæ peccandi. *Confirm.*

DISPVTATIO XXII.

De diuisione in peccatum commissionis & omissionis.

HACTENVS de peccatis in communi, eorum diuisionibus in genere, causis intrinsecis, extrinsecis, deinceps de præcipuis diuisionibus peccatorum in specie, in quibus præcipua membra explicabimus. Prima diuisio est hæc: de quâ quęruntur plura. 1.

An peccatum omissionis essentialiter discriminetur à peccato omissionis? *Quæstio 1.*

PRima sent. negat: ita *Caiet. 1. 2. q. 72. a. 6. Conra. ibid. Valent. disp. 6. q. 2. pun. 2. Suarez de act. hum. trac. 5. disp. 3. sec. 1.* & videtur *S. Thom. 1. 2. loco cit.* vbi docet, peccata omissionis & commiss. differre tantùm materialiter ex naturali specie actus, non formaliter in ordine ad finem & motiuum, à quo procedunt. Quod confirmat exemplis. Auarus ex eodem motiuo furatur, & non restituit, quæ debet. Gulosus, ex eodem motiuo gulæ superflua comedit, & debita ieiunia frãgit: hęc sunt peccata cõmissionis, & omiss. contra iustitiã, & tẽperantiam. 2. *Negant*

Idem cohærenter docent qui rationem constitutiuam peccati commissionis collocant in priuatione oppositi actus debiti. Fundam. ab eâdem priuatione oppositę rectitudinis debitę, vtrumque peccatum specificatur; hoc solo discrimine, inquit *Valentia*, quòd peccatum omiss. dicit defectum voluntarium perfectionis actualis debitę absolutè; commissionis verò defectum perfectionis actualis debitæ ex hypothesi, quòd quis operari velit circa materiam pertinentem ad hanc, vel illam virtutem. Cæterùm non negant citati authores, aliquando hęc peccata specie differre inter se, vt apertè *Suarez*; sed solùm negant, specie differre, quà omissio & cõmissio sunt formaliter. Cùm .n. omne peccatum iuxta hanc sent. in priuatione debitæ rectitudinis consistat, nec semper omissio & commissio dicant priuationem eiusdem rectitudinis, non semper hęc peccata sunt eiusdem speciei: quia verò interdum possunt dicere priuationem eiusdem rectitudinis, ideò interdum possunt specie conuenire inter se, non tamen quà omissio & commissio formaliter sunt: alioqui vel semper conuenirent, vel semper differrent. 3. *Fund. positiss.* *Ratio*

Secunda sent. affirmat: *Medin. 1. 2. loco cit. Vasq. ibid. in expos. cit. ar. 6. Curiel. dub. 2. §. 2.* & omnium qui docent, formalem rationem peccati commissionis consistere in ratione positiua. Vnde mitor 4. *Affirmant probabilius*

Digitized by Google

Caiet. qui idem nobiscum sentit, vt *suprà disp.* 17. affirmare hîc, peccatum omiss. non differre essentialiter à peccato commiss. Quare hæc 2. sent. nostris principijs conformior est, & amplectenda.

5. *Nota diligenter* Nota tamen, controuersiam non esse de omissione & commiss. ratione malitiæ, quam hæc peccata habere possunt ab aliquo fine vel circumstantiâ extrinseca: sic enim ordinata ad vnum finem conuenire possunt in eâdem malitiâ desumptâ ex eodem fine: sed de omissione & commiss. respectu suorum specificatorum per se, quà omissio & commissio sunt formaliter: in hoc sensu peccata

6. *Prob. 1. induct.* omissionis & commiss. discriminari essentialiter inter se, Prob. 1. inductione per omnia peccata, quę per modum omissionis & commiss. eidem virtuti opponuntur: vt omissio credendi res fidei, & positiuus actus discredendi; omissio sperandi, quando tenemur, & positiuus actus desperandi; omissio diligendi Deum, & positiuum odium contra eundem, specie differunt inter se: vt omissio diuini cultus, & positiua irreuerentia contra res sacras, quæ sunt contra Religionem: & sic de singulis virtutibus.

7. *Prob. 2. à priori* 2. Peccatum omissionis in esse peccati formaliter constituitur solâ priuatione actus debiti: peccatum commissionis positiuâ dissonantiâ contra rationem desumpta ex obiecto, vel modo tendendi in obiectum: at hæc specie differunt inter se: nam vna est pura priuatio perfectionis debitę, altera positiua contrarietas ad virtutem & naturam rationalem vt sic: quæ non possunt esse eiusdem speciei: sicut nec priuatio scientię & positiuus error; aut carentia frigiditatis, & positiuus calor oppositus: & vniuersaliter nulla priuatio perfectionis debitæ, & contraria forma positiuè oppositæ alicui subiecto, possunt esse eiusdem speciei: cùm differant tanquam non ens & ens, quæ in vnam, eandemque speciem conuenire nequeunt. Maior primi syllog. quoad poster. partem, etsi negetur ab aduers. qui putant omne peccatum, etiam commissionis, formaliter constitui priuatione rectitudinis debitæ, ex ijs tamen, quæ concedunt, sc. peccata omissionis & commiss. contra eandem virtutem, quæ diuerso modo opponuntur, vt exemplis attulimus, non esse eiusdem speciei, euidenter conuincitur vt vera hoc argumento:

8. *Conuincitur vt vera* Aliqua saltem peccata omissionis, & commiss. contra eandem virtutem sunt diuersę speciei: at nequit hæc specifica diuersitas oriri ex sola priuatione, sed ex positiua contrarietate ad virtutem & naturam rationalem vt sic. Nam priuatio, quæ per aduers. constituit vtrumque peccatum contra eandem virtutem, est priuatio actualis rectitudinis, quæ vel absolutè vel ex hypothesi inesse debebat opposito actui virtutis, contra quam omissione vel commissione peccatur. ex. gr. quod per ipsos constituit tam peccatum omissionis dilectionis Dei, quàm positiuum odium contra eundem, est priuatio actualis rectitudinis, quę vel absolutè, vel ex hypothesi quòd voluntas volebat circa talem materiam operari, inesse debebat actui dilectionis Dei; nisi quòd in primo casu rectitudo dilectionis

Duplex absurdum Dei debebat inesse absolutè, in 2. tantùm conditionatè, & ex hypothesi. At inter has priuationes aut nulla reperiri potest specifica diuersitas: aut si reperitur, sequitur peccatum omissionis contra eandem virtutem esse grauius quàm commissionis: quod est maximum absurdum: sic. n. grauiùs quis peccaret omittendo credere, sperare, diligere Deum, quando deberet, quàm positiuè discredendo, desperando, Deum odio habendo. Minor sic ostend. vel constituit peccatum omissionis & commiss. contra charitatem Dei priuatio eiusdem rectitudinis, quę vel absolutè, vel ex hypothesi oppositio actui dilectionis Dei inesse debebat; & sic nulla erit specifica diuersitas inter ea: vel constituit peccatum omissionis Charitatis Dei carentia actualis rectitudinis, quæ debebat inesse actui dilectionis Dei; constituit peccatum commissionis odij Dei carentia alterius actualis rectitudinis, quę ex suppositione debebat inesse alteri actui charitatis specie distincto ab ipsâ dilectione Dei, ex. gr. actui charitatis erga proximũ: & tunc manifestè sequitur, grauius esse peccatum omiss. quàm commissionis contra charitatem Dei, quia id dicit priuationem actualis rectitudinis dilectionis Dei, quæ longè perfectior est rectitudine actualis dilectionis proximi, cuius priuatione constituetur odium Dei: & sic peccatum omissionis contra eandem virtutem quamcumque esset grauius peccato commissionis: quod absurdum deglutit *Rubio in* 2. *disp.* 35. *qu.* 3. vel omnia peccata omissionis & cõmiss. contra eandẽ virtutem essent eiusdẽ rationis.

9. *Responsio 1.* Respondebis: saluari hanc specificam diuersitatem inter peccatum omissionis & commiss. 1. quia omissio est priuatio perfectionis debitæ absolutè, commissio tantùm ex hypothesi. 2. quia commissio dicit priuationem maioris perfectionis actualis, quàm omissio: cùm. n. quælibet virtus habeat plures actus specie diuersos, commissio, quæ opponitur perfectiori actui, erit grauior omissione, quę opponitur actui imperfectiori eiusdem virtutis. 3. Saluari posset ex diuerso modo tendendi omissionis & commiss. contra eandem virtutem.

10. *Contra resp. 1.* Contra primam respons. hoc potiùs facit, vt omissio contra eandem virtutem sit grauior, quàm commissio; cæteris. n. paribus, grauius est peccare contra id, quod obligat absolutè, quàm quod obligat tantùm ex hypothesi, vt patet.

11. *Secundam* Contra 2. tùm quia hęc specifica actuum diuersitas non in quauis virtute reperitur, cùm tamen contra quamcunqe virtutem reperiatur specifica diuersitas omissionis & commiss. patet in fide Theologicâ, cuius actus omnes sunt eiusdem speciei, ab eodem motiuo authoritatis Dei specificati; cùm tamen omissio credendi res fidei, & commissio easdem discredendi, specie differant inter se. Tum quia potiùs omissio opponitur perfectiori actui virtutis, quàm commissio. Nam omissio est priuatio illius actus virtutis, qui cadit sub præceptum: sub præceptum semper cadit perfectior actus, à quo virtus principaliter denominatur. Vt cùm charitas Dei præcipitur, non præcipitur actus dilectionis proximi, sed Dei; quia hic est potissimus actus, à quo ipsa simpliciter denominatur charitas Dei. Contrà verò, commissio est priuatio illius tantùm honestatis, quæ sat fuisset ad euitandũ peccatum contra talẽ virtutẽ. Hæc est quæcunq; minima honestas, quæ in actu talis virtutis reperiri potest.

12. *Tertiam* Contra 3. resp. cùm hic diuersus modus tendendi contra eandem virtutem non sit per Aduers. aliquid positiuum (nil. n. positiuum per ipsos ingreditur formalem rationem peccati) sed potiùs aliquid priuatiuum, atque hoc aliud esse non possit, quàm priuatio actualis rectitudinis eius virtutis, contra quam omissio, & commissio tendunt, non erit hic modus à cæteris impugnatis diuersus: nam omnis modus tendendi malus constitui debet in sent. aduers. per priuationem alicuius perfectionis debitæ: hæc alia esse non potest, quàm priuatio tendentiæ oppositæ honestatis.

13. *Ad fund. prima.* Ad fundam. 1. sent. neg. assump. Ad S. Thom. multæ

multæ respons. nulla satisfacit: Germana videtur illa, quæ ex principio, quod tradit 1.*p.qu.*48.*art.*1. *ad* 2. & tertio *con.gen. cap.* 9. & 1. 2. *qu.*18. *art.*5. *ad* 2. *& qu.*72.*ar.*1. *& alibi*, colligitur, nempe, id quod specificat peccatum, non esse priuationem, sed positiuam rationem, quam peccator peccando intendit. Quia id quod specificat peccatum, debet esse à peccatore intentum: nam hoc tantùm dat speciem moris actibus humanis: priuatio cùm non intendatur (nemo enim malum intendens operatur) nequit speciem moris actui humano conferre. Igitur quod peccatum omissionis specificat, non est priuatio actus debiti, sed positiua ratio, quam peccator intendit, vt finem suę operationis: & quia hanc rationem potest peccator in vtroque actu omissionis & commissionis intendere, ideò omissio & cõmissio per se non necessariò in ratione moris specie differunt inter se, nisi per ordinem ad diuersos fines. Hoc tantùm probant exempla de auaro & guloso: quæ quantum ad peccata omissionis voce sunt omissio, re commissio. Nam non restituere tempore debito, & præceptum ieiunium frangere, sunt peccata commissionis: alienum inuito Domino retinere, est continuatum furtum: pluries in die, vel alios cibos, quàm præceptum ieiunij præscribit, comedere, est committere, non omittere contra virtutem temperantiæ. Cæterùm an hic S. Doctoris discursus intentum concludat, alij examinent: cùm non sit necesse vt malitia actum in ratione moris specificet, per se intendi, sed sufficiat præuideri.

Ratio S. Thom.

Hæc de mente S. Thom.

Quæstio 2. remissiuè

Quæritur 2. An possit esse omissio absque omni actu positiuo voluntatis?

14. *Fund. positiuus.*

Hæc difficultas expedita est *disp.* 3. *sect.* 3. vbi affirmatiuam partem, tãquam probabiliorem *cum S. Thom. &c.* sequuti sumus. Quoniam omittere est non agere actum debitum: at potest voluntas liberè non agere actum debitum, absque eo quòd vllum actum positiuum exerceat, sed tantùm prænideat, se debere exercere, & non exerceat. Minor est *Arist.*3.*Eth. cap.*5. docentis, non minùs in potestate voluntatis esse, non agere quàm agere, cùm vtrumque pendeat ex libertate ipsius. Cùm igitur ex alia parte ad peccati malitiam contrahendam, non requiratur positiuus actus, quo illius malitia intendatur, sed sat sit, eam tantùm præuidere, & præuisam non impedire; poterit voluntas culpabiliter omittere, nullum actum positiuum exercendo, sed solùm prænidendo instantis præcepti obligationem, & ab omni actu cessare.

Quæstio 3. *An, & quinam actus impossibiles cum obseruantia præcepti sint mali malitia omissionis?*

15. *1. Sent. Fund.* PRima sent. negat, vllum actum incompossibilem cum executione præcepti, esse malum malitiâ omissionis. Est *Duran. in* 2. *dist.* 35. *qu.* 2. Fundam. peccatum, quod opponitur determinato præcepto, si non consisteret in determinato actu, non esset determinatum: sed actus incompossibiles cum executione præcepti non sunt determinati; cùm possint djuersi actus tempore præcepti exerceri. *Confirm.* Confirm. 1. Nullus peccat faciendo quod non est intrinsecè malum, vel prohibitum: sed multi actus incompossibiles cum executione præcepti, nec sunt intrinsecè mali, nec prohibiti. 2. quia nemo iudicat, hos actus esse in confessione explicandos: ergo non sunt mali.

16. *2. Sent.* Secunda sent. extremè contraria affirmat, omnes actus incompossibiles cum obseruantiâ præcepti esse malos malitia omissionis: *Capreol. in* 2. *distinct.* 35. *qu. un. ar.* 3. *ad* 2. *argu. con.* 2. *concl. Valen.* 1, 2. *disp.* 6. *qu.* 1. *pun.* 4. *Grana. ibid. contro.* 6. *tract.* 2. *disp.* 3. *sect.* 3. Fundamentum omnis actus hoc ipso quòd incompossibilis est cum executione præcepti, si voluntariè ponitur, est moralis causa saltem indirecta omissionis: ergo est peccatum ex mala circumstantia effectus & temporis. Antec. prob. eo posito, infaillibiliter sequitur omissio actus præcepti. 2. Si hi actus non essent moralis causa indirecta omissionis, ideò esset, quia supponerent omissionem præcepti moraliter factam per efficax propositum omittendi. At hoc non impedit, quo minùs actus externus incompossibilis cum executione præcepti, etiam propter alium finem positus, sit talis causa: vt enim aliquid sit moralis causa effectus, sufficit. vt ex illo reipsa sequatur effectus, etiamsi idem sequatur ex alijs causis: nam de ratione causæ non est, vt ab eâ solâ sequatur effectus: sed posito quocunque actu incompossibili cum executione præcepti, omissio infallibiliter sequitur: esto ab alijs sequatur; ergo.

Prob. 1.

17. *Prob. 2.*

Confirm. 1. alioqui sequeretur, si duo homines simul disploſis bombardis hominem interficerent, neutrum illorum fore causam homicidij, quia quocunque illorum non displodente, sequeretur homicidium. 2. qui præbet alteri malum consilium, etiamsi ex tali consilio non sequatur effectus, peccat: ergo qui ponit actum incompossibilem cum executione præcepti; etiamsi omissio non sequatur ex vi talis actus, peccat peccato omissionis. 3. alioqui sequeretur eum, qui voto castitatis obstrictus semel statuit illud non seruare, non peccare vxorem ducendo; nec peccare sacerdotem, qui in longa nauigatione semel decreuit horas canonicas non recitare, breuiarium in mare proijciendo: nam in vtroque casu omissio præcepti secuta fuisset ex solo proposito non adimplendi præceptum.

18. *Confir. 1.*

19. *Confirm. 2.*

20. *Confir. 3.*

Tertia sent. docet, non omnes actus incompossibiles executioni præcepti, sed eos tantùm, qui sunt causa, vel occasio omittendi præceptum, esse malos malitia omissionis; non reliquos, qui concomitanter tantùm se habent cum omissione. *Medin,* 1.2. *qu.*71. *art.*5. *§. pro expos. & seq. Curiel. ibid. dub.* 2. §. 2. *Vasquez disp.* 93. *cap.* 2. *Suarez de actib. hum. tract.* 5. *disp.* 3. *sect.* 3. Adhuc inter hos concertatio est, an, posito quòd quis semel efficaciter statuit, non seruare præceptum ex. gr. audiendi sacrum, nulla actio post hanc voluntatem secuta sit causa omissionis; an verò illa sola quæ per se primò eligitur, & stare non potest cum auditione sacri. Hanc poster. partem sequitur Vasquez. Quia causa omittendi præceptum externum, non est solum propositum internum, sed etiam opus externum, quod simul cum executione præcepti esse non potest: quia propositum internum nequit esse causa omissionis externæ, nisi mediante opere externo, quo reipsâ impediatur præcepti executio. Priorem partem amplectuntur reliqui, docentes, quando propositum continuatur vsque ad tempus præcepti, nullam actionem posteà secutam, esse causam omissionis: hęc enim adæquatè sequitur ex proposito efficaci interno omittendi, post quod actio comitanter tantùm se habet ad omissionem præcepti.

21. *3. Sent.*

DICO 1. Actus, qui est moralis causa omissionis præcepti, est malus eâdem malitiâ omissionis. Fundam. quod est causa mali, est malum: omissio præcepti est mala; ergo actus, qui est moralis causa omissionis præcepti, est malus. Maior prob. ideò actio furandi & occidendi est mala, quia est causa mali,

22. *Minor cum conseq. constat*

Digitized by Google

mali, quod per huiusmodi actiones alteri infertur. Confir. actio specificatur ab obiecto: sed actus, qui est causa omissionis, habet pro obiecto saltem indirectè & interpretatiuè omissionem præcepti: ergo ab illâ, vt ab obiecto indirectè & interpretatiuè volito specificatur.

23. Dico 2. Non omnis actus incompossibilis cum obseruantia præcepti est malus malitiâ omissionis.

De maiore hoc propos. Fundam. non omnis actus incomposs. cùm obseruantiâ præcepti, est causa moralis omittendi præceptum: at solus actus, qui est causa moralis omittendi præceptum, est malus malitiâ omissionis: eatenus enim actus ille est malus malitiâ omissionis, quatenus est moralis causa illius: quia cùm ex se nullam malitiam supponatur habere, totam desumit ex omissione actus præcepti; nec desumere potest, nisi aliquo modo sit causa ipsius.

Est tota controu. cum auct. 2. sent. Maior prob. Ille actus non est moralis causa omissionis, qui nec directè, nec indirectè est volitus, propter omissionem præcepti; cùm omnis causa moralis debeat saltem indirectè esse volita. At non omnis actus incompossibilis cum obseruantiâ præcepti, est directè vel indirectè volitus propter omissionem præcepti: sed ille directè, qui expressè eligitur vel vt finis ad præceptum omittendum ex. gr. cùm quis propter ludum omittit sacrum: vel vt medium, cùm quis vt omittat sacrum, tempore sacri vadit cubitum: Ille indirectè est volitus vt moralis causa omissionis præcepti, qui præuisus impediturus obseruantiam præcepti, nihilominus est positus; vt cùm quis prouidens equitationem impedituram auditionem sacri, nihilominus equitat: potest aliquis actus incompossibilis cum obseruantia præcepti, nec vt finis, nec vt medium expressè eligi propter omissionem præcepti, vt patet. quòd possit neque indirectè eligi, prob. ille actus, qui supponit omissionem præcepti moraliter factam, & expressè eligitur propter alium finem, esto sit incompossibilis cum obseruantiâ præcepti, non est indirectè volitus, vt moralis causa omissionis præcepti: vt cùm quis expressè decreuit omittere sacrum, vt maneat domi ad pluuiam vitandam, & postea eligit studere, vel rosarium recitare: isti actus, esto sint incompossibiles cum auditione sacri, non sunt moralis causa omissionis ipsius, nec indirectè voliti propter illam. 2. possunt tales actus

24. *Prob 2. cõcl.* esse materia voti, vt si quis voueat quoties tali die domi manet, se recitaturum officium, vel operam daturum studio: tunc ex suppositione, quòd maneat domi, tenebitur officium recitare, vel studere: nequit autem actus malus esse materia voti: igitur tales actus non sunt mali. Confirm. Ideo votum ad rosarium recitandum domi tempore sacri, nullâ positâ efficaci voluntate de manendo domi, non obligat, quia recitatio rosarij tali tempore facta est moralis causa omissionis sacri, ac proinde mala: ergo è contrario, si postea efficaci voluntate de manendo domi, votum recitandi rosarium obligat, recitatio rosarij nõ est moralis causa omissionis sacri, nec mala; alioqui non obligaret.

25. Dico 3. Etsi non necessariò omissio includere debeat, vt moralem causam sui; actum externum, cùm illa possit esse moraliter completa absque vllo actu externo, qui sit moralis causa sui, moraliter tamen loquendo semper completur actu aliquo externo. Prior pars prob. potest omissio totaliter ac completè causari à solo actu interno voluntatis: ergo non necessariò includere debet, vt moralem causam sui, actum externum: eatenus. n. non esset absque actu externo, quatenus non posset absque eo completè causari. Antec. prob. potest

Fundam. partis 1. voluntas expressè intendere omissionem præcepti propter motiuum purè internum, vt velle omittere sacrum propter odium Dei: talis omissio sacri solo actu interno perfectè completur: tum quia in tali casu quilibet externus supponeret omissionem solo interno perfectè consummatam: tum quia post talem voluntatem omittẽdi quiuis actus externus ex suo obiecto bonus posset esse materia voti: nam posset quis hâc expressâ voluntate omittendi positâ, vouere actum externum ex obiecto bonum, vt manere domi ad vitandas rixas, vel ad studendum: ergo actus externus, post expressam voluntatem omittendi, concomitanter tantùm se habet ad omissionem. Si. n. eâ voluntate positâ, aliquis actus externus esset moralis causa completiua omissionis, non posset esse materia voti, cùm nequeat actio praua esse materia voti.

Dices: quando præceptum seruari debet actione externa, eius omissio necessariò completur actione aliqua externa. Sed contrà: quoniam ad omissionem, siue sit præcepti interni, siue externi, nullus actus positiuus per se necessarius est: nam omissio essentialiter tantùm dicit negationẽ actus debiti: posita autem sola negatione actus externi debiti, nullo posito actu externo positiuo, ponitur negatio actus debiti, atque adeò omissio. 26. *Dices.* *Resp.*

Posterior asser. pars prob. moraliter loquendo, semper omissio causatur ab aliquo actu externo, qui solet esse aut finis, aut medium, aut occasio saltem indirecta omissionis. Plerumque. n. voluntas omittit præceptum propter commodum, vel actionem externam directè, aut indirectè volitam. 27. *Fund. partis poster.*

Ad fund. primæ sent. neg. maior, si intelligatur de actu determinato quoad esse physicum, vt argu. intendit. Patet in præcepto negatiuo de non occidendo, cui diuersi actus quoad esse physicum opponi possunt. Ratio: possunt diuersa media assumi ad eundem finem prauum consequendum: sed diuersa media vt sic sortiuntur eandem malitiam finis. Nego tamen hinc sequi, contra determinatum præceptum, non esse determinatum peccatum: quia peccatum non dicitur determinatum contra præceptum quoad esse physicum, sed quoad esse morale, per ordinem ad eandem actus debiti omissionem. Cæterùm non repugnat, vt constat ex nu. 8. diuersa peccata etiam in esse moris eidem præcepto opponi, ex diuerso modo tendendi contra illud. Ad 1. confirm. Resp. omnes actus, qui sunt causa omissionis, virtute prohiberi eâdem prohibitione, quâ prohibetur omissio ipsa. Nam qui præcipit actum, virtute prohibet omnes actus, qui possunt esse moralis causa talis omissionis. 28. *Possunt plures actus diuersi quoad esse physicum eidem præcepto opponi.* 29. *Omnes qui sunt causa omiss. virtute prohibentur prohibitione, quâ omissio.*

Ad 2. dico, nõ necessariò tales actus in cõfessione explicandos, quia includuntur in ipsâ omissione actus præcepti: quia cùm huiusmodi actus non contineant malitiam, saltem grauem, vt supponimus, distinctam à malitiâ omissionis, cum quâ faciunt vnum, explicato principali actu omissionis, intelliguntur virtualiter explicati omnes actus, qui fuerunt moralis causa ipsius. Sicut explicato homicidio, explicata censentur omnia media ad illud exequendum adhibita, nisi aliquod peculiarem contineat malitiam.

Ad fundam. secundæ sent. neg. antec. Ad prob. nego ex quocunque actu incompossibili cum obseruantia præcepti sequi omissionem præcepti, sed solùm ex illo, qui fuit causa moralis illius. 30. *Ad 1. secundæ*

Ad 2. nego, ad causam moralem sat esse, vt ex eâ sequi possit effectus, sed vt ex eâ reipsâ sequatur: quando autem supponitur effectus ex aliâ causâ totaliter & moraliter sequutus, licet ex eâ sequi potuerit, 31. *Ad 2.*

Digitized by Google

potuerit, de facto tamen ex illâ non sequitur.

32. Ad 1. confir. neg. sequel. in allato exemplo
Ad conf. 1. vterque explodens est moralis causa vel partialis, vel totalis homicidij Aliud quippe est, duos vt tales causas simul concurrere ad eundem effectum causandum, aliud supponere effectum totaliter causarum, vt esset, si in exemplo allato vnus explo-
33. deret in hominem, ab alio iam interfectum: nam
Ad 2. conf. tunc secundus non diceretur homicida, nisi fortè mentaliter; aut etiam nullo modo, si exploderet in illum iam cognitum vt mortuum, & alio fine indifferenti. Ad 2. neg. conseq. nam qui consulit malum, intendit illud, esto per accidens non sequatur: qui autem ponit actum post omissionem moraliter causatam ex alio fine, non intendit omissionem. Nec dici potest in eo casu omissio per accidens impedita: nam id tantùm dicitur per accidens impediri, ad quod posita fuit causa, vt sequeretur, & aliunde fuit impeditum. Quod dici non potest de actu post omissionem moraliter causatam ex alio fine posito. Præterea consilium non est de re præteritâ, sed futurâ: vnde semper manet vt causa moralis per se impulsiua ad malum. Nec sat est, quòd alter nunquam sit consilio ad malum vsurus, quia saltem vti potest. Nec est par ratio de actu, ex quo non est secuta omissio, licet sequi potuerit: quia cùm talis actus supponat omissionem vt moraliter præteritam, si non fuit causa præteritę, nec esse poterit futuræ. Consilium autem, cùm sit de re futurâ, & res futura quamdiu non transit in præteritam, semper sit in liberâ potestate hominis, semper poterit homo dato consilio ad malum vti. Ad 3. nego sequel. qui enim
34. post expressam voluntatem non seruandi votum
Ad 3. castitatis, vxorem ducit, aut post voluntatem non recitandi horas canonicas, Breuiarium proijcit, non solùm ponit actum incompossibilem cum obseruantia actus debiti, sed etiam adimit sibi potestatem, vt non possit, etiamsi postea velit, votum aut præceptum seruare. Vnde fateor; si quis post expressam voluntatem non seruandi præceptum, poneret impedimentum, quo sibi potestatem adimeret seruandi præceptum, peccaret is distincto peccato. Quod tunc accidit, quando inter propositum omittendi, & tempus præcepti, est aliqua temporis distantia, in qua posset homo moraliter mutari.

35. *Quæritur* 4. An prædicti actus, qui exercentur
Quæstio 4. tempore præcepti, non solùm contrahant malitiam omissionis, sed etiam malitiam contra illam virtutem, in cuius materiâ versantur. ex. gr. studet quis tempore sacri, init contractum die festo: an studium tali tempore non solùm opponatur præcepto audiendi sacrum, sed etiam virtuti studiositatis de studendo tempore debito: & talis contractus non solùm opponatur præcepto de non contrahendo die festo, sed etiam iustitiæ de non exercendo tales actus tempore prohibito. Affirmant plerumque Authores, qui docent, omnes actus incompossibiles cum obseruantia præcepti, esse malos. Negant alij.

36. Dicendum iuxta iacta principia, eos omnes, &
Soli actus sunt mali malitia omiss. & contra virtutem in cuius materia versantur, qui sunt causa moralis omissionis. solos actus esse malos, non tantùm malitiâ omissionis, sed etiam malitiâ contra virtutem, in cuius materiâ versantur, qui sunt moralis causa omissionis. Fundam. in tantum hi actus contrahunt malitiam contra virtutem, in cuius materiâ exercentur, in quantum sunt moralis causa omissionis: nam si ijdem actus vel alio tempore, vel eodem, sublato tantùm præcepto, cum ijsdem prorsus circumstantijs exercentur, nullam contraherent malitiam, sed potiùs honestatem eius virtutis, in cuius materiâ exercerentur. Confirm. In tantum contrahunt malitiam contra virtutem, in cuius materiâ versantur, in quantum includunt circumstantiam repugnantem tali virtuti; & in tantum hanc includunt, in quantum sunt moralis causa omittendi actum debitum talis virtutis: secus, qui non sunt moralis causa omittendi actum.

Quòd actus, qui sunt moralis causa omissionis 37.
præcepti, contrahant etiam malitiam contra eam virtutem, in cuius materiâ versantur, Prob. quælibet virtus non solùm attendit ad circumstantias omnes debitas proprio obiecto, sed etiam ne includat circumstantiam repugnantem alicui alteri virtuti: ergo hoc ipso, quòd obiectum vnius virtutis includit circumstantiam repugnantem obiecto alterius virtutis, tale obiectum redditur malum ex tali circumstantiâ adiunctâ: ac proinde actus circa tale obiectum non solùm erit malus malitiâ omissionis, sed etiam oppositâ virtuti, cuius regulam de non operando cum præiudicio alterius virtutis transgreditur.

Dices: si huiusmodi actus non solùm essent ma- 38.
Dices li, malitiâ omissionis, sed etiam contra virtutem, in cuius materiâ versantur, deberent in confessione explicari, quod nemo facit. Sequela prob. qui omittit sacrum propter actionem seruilem die festo prohibitam, non solùm teneretur confiteri peccatum omissionis, sed etiam transgressionis de non laborando die festo. Resp. concedo huius-
Resp. modi malitiam contra materiam virtutis, cuius regulam transgreditur, esse necessariò in confessione explicandam, quando est grauis, vt in exemplo allato constat; secus quando est leuis.

Quando omissio imputetur ad culpam? *Quæstio 5.*

PRima sent. *S. Thom. 1. 2. qu. 71. art. 5. ad 3. &* 39.
2. 2. qu. 79. art. 3. ad 3. & qu. 2. de malo art. 1. *1. Sent.*
ad 11. docentis, omissionem imputari ad culpam, non quando apponitur causa omissionis, sed quando incipit præceptum obligare. Fundam. sicut *Fund.*
præceptum affirmatiuum non obligat ad semper, sed pro determinato tempore: ita omissio, quæ affirmatiuo præcepto opponitur, non imputatur ad culpam, nisi pro tempore, quo præceptum ipsum obligat. Ex quo colligit *cit. loco* 2. 2. ei, qui ante tempus præcepti culpabilem dedit causam omittendi, & posteà tempore præcepti non habet in suâ potestate, præceptum seruare, vel quia dormit, vel quia ebrius est, non imputari ad culpam omissionem, quando causam apposuit, sed quando fuit tempus præceptum seruandi: quia causa omissionis non est omisio: licet omisio in somno, vel ebrietate secuta non imputetur ad culpam, nisi propter causam præcedentem, ex quâ tantùm habet vt sit voluntaria. Quam sent. explicant *Thomistæ*, vt nolit *S. Thom.* docere, tunc omittentem distinctum peccatum committere, quando rationis compos non est; nam vbi non est noua libertas, nec distinctum peccatum esse potest: sed committere illud idem peccatum actu exteriori, quod in causâ omisit actu interiori. Ex quo colligunt, per talem omissionem in somno, vel ebrietate sequutam, omittentem non mereri nouum gradum pœnæ distinctum abeâ, quam promeritus est, cùm causam dedit; sicut nec contrahere, nouum gradum malitię, à priori peccato distinctum: ita *Caiet. 2. 2. qu. 150. art. 4. § ad horum enid. & qu. 154 art. 5. Sotus in 4. dist. 12, qu. 1. art. 7. post 3. concl. Medin. 1. 2. qu. 71. art. 5. Cordub. lib. 2 qu 23. §. Si autem ignor.*

Digitized by Google

ignor. Valen. 1. 2. disp. 6. qu. 1. pu. 4. §. Tertiò quari, Suarez de actib. humanis tract. 5. disp. 3. sect. 4.

40. 2. Sent. Secunda sent. *Alen. 2. p. qu. 113. mem. 7. Palud. in 4. dist. 9. qu. 3. concl. 1. Gabri. in 2. dist. 41. qu. vni. art. 3. dub. 3. Vasquez 1. 2. disp. 94. cap. 2. &c.* affirmantium, peccatum omissionis committi, & ad culpam imputari, quando apponitur causa omissionis: in qua causę appositione saluatur tota eius malitia: omissionem verò in somno, vel ebrietate secutam, nullo pacto esse vel dici peccatum, seu malum in genere moris, ne extrinsecâ quidem malitiâ ex precedente voluntate deriuatâ, sed effectum duntaxat peccati. Quam doctrinam extendunt ad omnia opera, quę dum fiunt, non sunt in

Fund. potestate operantis. Fundam. sicut omittere præceptum, est peccatum omissionis; ita dare causam omissioni, est peccatum contra idem præceptum, & in genere moris eandem habet malitiam, quam omissio ipsa exercita. Ergo licet nondum sit omissio in genere naturæ, quæ est priuatio actus præcepti; est tamen tota omissio in genere moris; cùm omissio in genere moris nil aliud sit, quàm peccatum constitutum malitiâ omissionis. Igitur omissio in genere moris incipit imputari, quando datur causa; nam idem est culpam omissionis imputari, & peccatum omissionis committi.

41. Dissensio de modo loquendi. Verùm hæc dissensio potiùs est de modo loquendi, quàm de re. Cùm enim Authores primæ sent. non asserant, omissionem aut quodlibet peccatum in somno, vel ebrietate secutum imputari ad distinctam culpam, etiamsi longo tempore à priori voluntate, quę causam dedit futurę omissionis, interrupta sit: neque nouam pœnam, aut gratiæ priuationem mereri, id quod solus *Marsil. in 2. qu. 21. art. 2. concl. 4.* ausus est asserere, posse nimirum quempiam in somno gratiam diuinam amittere, ac proinde nouam culpam contrahere: de solo nomine superest controuersia, an omissio in somno vel ebrietate secuta, cuius causam multò antè omittens dedit, nuncupanda sit effectus peccati, an peccatum, quatenus cum præcedente voluntate facit vnum in genere moris. Vt exequutio medij cum precedente intentione finis facit vnum opus morale, habetque eandem malitiam cum illâ, etiamsi actu non influat in externam executionem medij. Quapropter,

42. Posterior modus placet DICO 1. Probabilior est hic posterior modus, quo interdum vsus est *S. Thom. 2. 2. qu. 154. art. 5. fine corp.* vbi docet, pollutionem nocturnam in somnis secutam non esse peccatum, sed sequelam precedentis peccati. Fund. ratio culpę essentialiter exigit rationem liberi: ergo ad rationem culpę actualis exigitur præsens libertas actualis; nec poterit actus in somno, vel ebrietate secutus denominari peccetum actuale à libertate preterita: quia quod actu non est, non potest actu denominare subiectum tale formaliter. Confirm. ideò conceptus & partus, ex peccaminoso concubitu secutus, non dicitur peccatum formaliter, quia in illum non refunditur actualis libertas, esto ea refundatur in causam, ex quâ illi naturaliter sequuntur. Ideò etiam mors longo post tempore ex propinato veneno, vel nimiâ cibi sumptione occasionata, non dicitur formaliter peccatum, sed effectus peccati secutus ex liberâ applicatione cibi, aut veneni. Respondent, ideò huiusmodi effectus non

43. Resp. Aduersarij denominari peccata formaliter, quia non pendent immediatè & directè ex liberâ voluntate operantis, sicut pendent cæteri effectus in somno, vel ebrietate secuti. Sed contrà: pollutio, quam *Caiet. 2. 2. qu. 154. art. 5. & Sotus cit.* in somno secutam

Contrà contendunt esse formaliter peccatum, non quidem imperatiuè, sed executiuè, vt *Caiet.* loquitur, eodem modo est extra liberam potestatem hominis, postquam apposita est causa, atque est mors, aut morbus ex noxia, nimiaque sumptione cibi occasionata. Quòd autem illa, adhuc positâ causâ, subsit nostræ libertati, quia saltem vigiles possumus illam impedire; solùm probat, quòd subsit potestati vigilantis, non dormientis, cui tamen, per Aduers. effectus ex præcedente voluntate secutus imputatur ad culpam. Ergo in hoc saltem seruatur paritas inter hos effectus & illos: sicut. n. appositâ causâ, hi effectus naturaliter sequuntur virtute solius nutritiuæ facultatis: ita, appositâ causâ somni vel ebrietatis, omissio præcepti naturaliter sequitur virtute solius nutritiuę facultatis, impedientis liberum rationis vsum, ne possit homo currentis præcepti debitum adimplere.

44. Reipsa sequatur omissio DICO 2. Licere omissio, aut quiliber effectus in somno, vel ebrietate secutus, non habeat rationem peccati formaliter, nc extrinsecè quidem per extrinsecam libertatem à præteritâ voluntate deriuatam, haud tamen dicitur quis propriè, & in communi vsu loquendi omittere, aut tale peccatum cõmittere, nisi re ipsâ omissione, vel commissione secutâ: atque hoc tantùm voluit *S. Tho.* cùm docuit, omissionis culpam non imputari, nisi tempore precepti, quoad denominationem omissionis formaliter, quia non denominatur simpliciter, omissio, nisi re ipsa præcepti transgressio sequatur. Sicut nec quis denominatur simpliciter homicida, vel adulter per solam voluntatem efficacem occidendi, vel adulterandi. Propter quod *S. Thom. cit. loco ad 3.* dixit, eum, qui casu à somno, quem vt culpabilem causam omissionis apposuit, excitatus preceptum impleret, nõ peccare peccato omissionis: quia videlicet omissio importat realem, & non tantùm mentalem præcepti transgressionem. Ob eandem rationem non incurrit quis pœnam excommunicationis, vel irregularitatis homicidio impositam, qui tantùm culpabilem dedit causam homicidij: quam tamen incurrit, si causâ culpabiliter positâ, effectus etiam in somno, vel ebrietate sequatur.

45. Dices *Dices.* Completur causa, saltem quoad denominationem extrinsec. culpę, ab effectu etiam in somno, vel ebrietate sequuto: ergo è cõtrario, effectus in somno, vel ebrietate causatus complebitur, saltem quoad extrinsec. denomin. peccati, à causâ culpabili præcedente. Resp. omissio vel homicidium significatur per modum causę efficacis liberè effectum habentis: causa cùm soleat plerumque tempore effectum precedere; poterit ipsa & effectus per modum vnius significari, etiam tempore causalitate interruptâ. Peccatum, cùm includat rationem liberi formaliter, non poterit denominari peccatum formaliter, non subsistente actuali fundamento, quod est actualis libertas causæ.

Resp. disparatio

46. *Obijcies* 1. Potest quis rationis expers gratiam recipere ac mereri; ergo etiam gratiam amittere ac mereri. Antec. prob. tum de illo, qui dispositus confessarium petiuit, & in phrenesim lapsus sacramentaliter absoluitur. Tum de illo, qui inter gentiles desiderio patiendi martyrium iuit cubitum, & in somno propter fidem ab Ethnicis occisus est: nam hic meretur laureolam martyrio promissam. Resp. nego posse quempiam mereri, & consequenter gratiam recipere virtute proprij operis extra statum libertatis. Ad exemplum, concedo eum, qui post debitam dispositionem vsum rationis amisit, gratiam sacramen. recipere, si ei conferatur. Nego hunc gratiam recipere ex proprio opere

De martirio inter dormiendũ

extra

Digitized by Google

extra statum libertatis facto, sed virtute sacramenti, cuius est gratiam conferre ex opere operato cuicunque subiecto rectè dispositio. Idem dicendum de laureolâ datâ ex priuilegio martyrij propter fidem Christi occiso inter dormiendum.

47. *Obijcies* 2. Hinc sequeretur, vulnus per sagittam inflictum, non esse peccatum, sed effectum duntaxat peccati. quia neque in potestate sagittantis est, vt sagitta semel emissa hominem non vulneret. Imò sequeretur, nec actum externum homicidij, aut fornicationis esse formaliter peccatum: quia cùm actio exterior incipiat per motum in tempore, & omnis actio pro eâ duratione, quâ est, non possit non esse; sequeretur, quòd pro aliquo tempore neque actio exterior esset in potestate operantis, ac proinde peccaminosa. Resp. concedo, vulnus ab emissa sagitta inflictum non esse peccatum formaliter, sed effectum peccati. Nego, actionem externam actu coniunctam cum voluntate interna non esse in potestate operantis, atque adeò formaliter malam, si circa obiectum turpe versetur. Nam quamuis illa incipiat in tempore, pro quo dum est, necessariò est, quia tamen tempus, quo illa incipit, est indeterminatum, in infinitum minus, & minus, ideò dicenda est simpliciter esse in potestate operantis, quia post quodlibet tempus minus & minus in infinitum, liberè potest à voluntate interrumpi. Quin ipsa etiam actio interna voluntatis est hoc modo libera: nam quamuis illa incipiat intrinsecè in instanti, continuatur tamen in tempore, & pro illo tempore, quo continuatur, non potest non continuari, ex suppositione.

De sagittâ vulnus ferente

48. *Obijcies* 3. Ex *Soto*, interdum ipsum dormire est peccatum, vt cùm miles contra præceptum ducis dormit tempore, quo vigilare debet. Ergo etiam effectus in somno secutus, qui in vigilia culpabilem habuit causam, erit peccatum. Resp. neg. somnum in milite esse peccatum, sed applicationem tantùm ad somnum: sicut motus, quo se quis præcipitem dat, solùm est peccatum, cùm liberè incipit à voluntate præcipitantis, non in decursu præcipitij, in quo non est in potestate.

An dormire sit peccatū

49. *Obijcies* 4. Si effectus in somno secutus non esset malus, neque causa in vigiliâ data esset mala: quia causa non est mala nisi per ordinem ad effectum malum. Resp. neg. sequel. licet n. effectus in somno secutus non sit malus formaliter per modum actûs humani, quòd tantùm nos negamus, est malus obiectiuè, & per modum effectus, in ordine ad quem causa dicitur mala.

Caput rei.

50. *Obijcies* 5. Arist. 3. *Eth. ca.* 5. docet, ebrios duplici pœnâ esse puniendos secundùm leges, si in ebrietate aliquod malum commiserunt, & quia se inebriarunt, & quia malum commiserunt. Ergo non solùm est peccatum dare causam mali, sed etiam quæ ex tali causa sequuntur. Resp. *Arist.* tantùm docere, legislatores punire non solùm ebrietatem, quæ culpabilis est, cùm sit in nostrâ potestate, sed etiam effectus ebrietate secutos; quia licet in se non sint formaliter peccata, sunt effectus peccati, & possunt simpliciter impediri impediendo causam. Eâdem ratione lex Eccles. punit tales effectus censurâ, aut alia cõdigna pœna; quia sunt subiecti legi humanæ, quæ solùm attendit effectum externum ex culpabili causa secutum.

Resp.

51. *Obijcies* 6. Effectus malus, etiam inaduertenter factus ab eo, qui operatur ex habitu vitioso, non retractato, imputatur ad peccatum ex voluntate præcedente non retractatâ: ergo non requiritur præsens voluntas. Resp. nego, effectum extra statum libertatis secutum ex habitu vitioso nondum retractato imputari ad culpam, quando fit: quia tunc sicut caret omni libertate, ita malitiam habere non potest, sed quando fuit præuisus in causâ, aut secundùm se distinctè & in specie, aut saltem confusè & in genere.

Resp.

52. *Obijcies* 7. Fideles huiusmodi effectus in somno, vel ebrietate secutos in confessione explicant: non explicarent, nisi iudicarent esse peccata. Resp. explicant, non quia in se peccata sunt, sed quia explicando effectum, meliùs explicant causam, in quâ tantùm peccatum contraxerunt, vel quia sæpe illi explicandi sunt propter restitutionem, vel censuram annexam. Simpliciter nullum est debitum illos explicandi, modò quis rectè sciat malitiam causæ explicare.

Resp.

53. Ad argu. illud primæ sent. ductum à paritate intentionis, Resp. nec intentionē finis deriuare suā malitiam in actum exteriorem, nisi sit cum illo virtualiter saltem connexa; vt quoties exterior inchoatur ex intentione finis, etiamsi continuetur sine actuali voluntate finis. Instas: ergo actio exterior liberè cœpta, & necessariò continuata habebit eandem malitiam, cùm liberè incipit, ac cùm necessariò continuatur: sicut actus externus habet eandem malitiam finis ab initio propter illum elicitus, etiamsi postea propter illum non continuetur. Resp. neg. conseq. actio enim exterior cœpta ex intentione finis, potest deinde continuari per eandem voluntatem communem, per quam fuit & inchoata actio exterior, & intentus finis; at actio exterior liberè cœpta, non potest necessariò continuari mediâ causâ morali communi. Causa enim communis, quæ se mouet per intentionem ad finem, & per executionem ad media, est voluntas, quæ semper manet eadem cum actione exteriori, dum illam liberè mouet. Dum actio ex liberâ fit necessaria, non ampliùs pendet à liberâ voluntate, & consequenter non continuatur mediâ causâ communi. Vnde potior est ratio, vt intentio finis, etiam actu non existens, communicet malitiam actui exteriori mediâ voluntate communi, quàm voluntas præterita libertatē actui necessariò; quia hîc nulla remanet causa, quæ moueat ad actionem liberam & necessariam.

Ad argumentum primæ sent.

54. *Instas*

Resp.

55. Infertur 1. cùm omissio fit priuatio actus debiti, ex maiori vel minori perfectione actus debiti desumenda erit grauitas & malitia specifica omissionis: considerandæ insuper obligatio legis: cæteris enim paribus, grauior est omissio actus sub arctiori vinculo præcepti; quamuis obligatio legis non semper tribuat specificam malitiam peccato, nisi fiat in contemptum legis: considerandæ aliæ circumstantiæ, ex quibus augeri vel minui solet grauitas peccati; nam grauior est omissio positiuè ac directè intenta, quàm indirectè tantùm volita. 2. cæteris paribus, grauiùs semper peccat, qui committit, quàm qui omittit contra eandem virtutem. Qui enim committit, contrariè; qui omittit, priuatiuè tantùm se opponit virtuti. Præterea grauiùs peccat, qui committit contra virtutem, quando tenetur illam exercere, quàm qui omittit quando non tenetur illam exercere. Ille enim duo committit peccata: omissionis, non exercendo actum virtutis, quem tenebatur exercere; & commissionis, positiuè contra eandem virtutem agendo: vt qui discredit, desperat, Deum odit, quando tenetur credere, sperare, Deum diligere, grauiùs peccat, quàm qui discredit, desperat, Deum odit, quando non tenetur credere, sperare, Deum diligere.

Vnde sumitur grauitas omiss.

56. *Infertur 2.*

57. 3. An qui ex culpabili causa incidit in morbum, in quo

Infertur 3.

Digitized by Google

in quo multa debeat præcepta Eccles. omittere, talium præceptorum omissiones imputentur illi ad culpam? si huiusmodi omissiones fuerunt actu præuisę, & causa morbi fuit directè intenta, imputantur ad culpam, quia saltem illę sunt indirectè volitæ in causa. Si verò non fuerunt actu præuisæ, non imputantur ad culpam, etiamsi potuerint & debuerint præuideri. Quia præcepta affirmatiua non obligant cum tanto rigore, vt ad ea seruanda semper teneamus vitare omne impedimentum, quod nos posset ab illorum obseruantia impedire: sicut obligant præcepta negatiua, quorum transgressio est intrinsecè mala. 4. Incipit peccatum omissionis, quando exercendus erat actus præceptus: si in instanti determinato, in eo incipit eius omissio: si in instanti indeterminato, omissio incipit, quando primum omittens aduertit, se probabili periculo exponi omittendi actũ præceptũ, nisi tunc illum exerceat: si præceptum obligat in tempore, etiam omissio incipit in tempore. Fundamentum: tunc incipit omissio, quando exercendus eret actus præceptus.

Resp. ad quæst.

58. *Infertur* 4.

DISPVTATIO XXIII.

De peccato veniali & mortali.

SECTIO PRIMA.

An peccatum veniale & mortale ex natura sua discriminentur?

1. *Tripliciter peccatum dicitur veniale.*

TRIFARIAM, ex *S. Tho.* 1. 2. *q.* 88. *art.* 2. peccatum dicitur veniale. 1. ab euentu, quia contingit illud veniam consequi: quo pacto omne peccatum fit veniale per condignam pœnitentiam, cui tantùm opponitur impœnitentia. 2. à causâ, quo modo omne peccatum ex ignorantiâ, etiam vincibili, vel passione commissum, dicitur veniale, quasi veniâ dignum, iuxta illud 1. *ad Timoth.* 1. *Misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci*: cui opponitur peccatum ex malitiâ. 3. ex intrinsecâ naturâ: quia reatum pœnæ æternæ non inducit, nec mortem affert animę: cui opponitur mortale. In hâc 3. significatione hîc de veniali disput. Quod adhuc est duplex, alterum ex genere seu ex obiecto, vt verbum otiosum, mendacium iocosum, alterum ex imperfectione, vel voluntarij; & dicitur peccatum ex surreptione, estque actus ex imperfectâ deliberatione factus: vel ex defectu materiæ; & est, qui circa leuem materiam versatur. Difficultas est, an veniale siue ex genere, siue ex surreptione discriminetur ex naturâ suâ à mortali.

Quid ex surreptione.

Potissima diffic.

2. *Error*

Prima sent. seu error fuit Stoicorum, qui referente *Cicer. Parad.* 3. omnia peccata faciebant paria, nullum inter veniale & mortale discrimen. Quem errorem, testibus *Hieron. l. 2. con. Iouin. fine*, & *August. lib. de har. c.* 82. secutus est *Iouinianus*: postea renouarunt *Wicleffus*, & hæretici nostri temporis, ex diuerso fundam. *Stoicorum* fundam. peccare, est à linea rectę rationis recedere: hic recessus, indiuisibilis cùm sit, ac proinde æqualis, sequitur omnia peccata esse æqualia.

Stoicus

3. *Hæretic. Fund.*

Fund. *Wicleffi* &c. omnia peccata esse mortalia, quia sunt contra legem Dei, quamuis fidelibus & prædestinatis non imputentur nisi ad venialia, infidelibus autem & reprobis ad mortalia. Sic Caluin. *lib. 2 instit. cap. 8. fine: Habeant Filij Dei omne peccatum mortale esse, Sanctorum delicta venialia esse, non ex suâpte naturâ, sed quia ex Dei misecordiâ veniam consequuntur.* Et *lib. 3. c. 4. nu. 28. Peccati stipendium pronunciamus esse mortem*, Rom. 6. *& animam, quæ peccauerit, morte dignam.* Caluini fundam. duplex, tum Scriptura; Ezech. 18. *Qui offenderit in vno, factus est omnium reus.* Iacob. 2. *Qui soluerit vnum de mandatis istis minimis, minimus vocabitur in regno cælorum*, Matth. 5. seu non idoneus regno cælorum, in quo, teste *August. lib. 1. de serm. Do. c.* 16. non nisi magni esse possunt. Tum quia in quouis præcepto non tam attendendum est, quid præcipiatur, quàm quis sit, quid præcipiat. Cuius maiestatem vel in minimâ re offendere, summum scelus est, cùm diuinæ authoritati derogetur.

Primum

Secundum

Secunda sent. affirmat, de facto dari peccata mortalia, quæ mortem afferunt cum reatu pœnæ æternę, & venialia, quæ nec mortem afferunt, nec reatum pœnæ æternæ inducunt: id tamen ex natura sua non habere, sed ex misericordia Dei, qui decreuit, non omnia peccata nobis esse mortifera, cùm tamen, spectatâ naturâ peccati, omnia debuissent esse mortifera, & gratiâ ac amicitiâ Dei nos priuare: est *Gerson. 3. p. tract. de vita spir. lect. 1. Almai. tract. 3. Moral. cap. 20. Roffen. art. 32. con.* Luther. Conuenit hęc sent. cum præced. quòd neutra agnoscit discrimen ex natura rei inter mortale & veniale, sed vtrumque affirmat suapte natura esse dignum morte & pœna æterna; discrepat in eo, quòd illa affirmet, de facto omnia peccata afferre mortem infidelibus & reprobis; contrà fidelibus & prædestinatis nulla peccata mortem afferre; idque ex solâ non imputatione & misericordiâ Dei; hæc doceat, de facto aliqua peccata respectu cuiuscunque subiecti ex diuinâ misericordiâ mortem non afferre, cùm tamen, spectatâ eorum naturâ, essẽt mortifera respectu cuiuscũque subiecti.

4. *2. Sent:*

Prob. Omne peccatum, quatenus est offensa Dei, est dignum quacunque pœna, etiam infinitâ, dignum inimicitia & odio Dei: 1. quia iustè potuit Deus quodlibet peccatum, vt offensiuum sui, æterna pœna punire; at hoc esset mortale, quia afferret mortem animæ: quòd non prohibuerit, fuit ex eius misericordiâ. 2. quodlibet peccatum veniale coniunctum in inferno cum mortali, ex sent. ex. *S. Tho. &c.* punitur pœna æterna, idque condignè & ex naturâ rei. 3. Eligibilior est quæcunque pœna, etiam æterna, quàm quodcunque vel leue peccatum. 4. Nequit homo proprijs viribus à veniali resurgere sine speciali auxilio Dei; sed quamdiu manet peccatum, manet pœna peccato debita: igitur veniali per se debita est pœna æterna; cùm non teneatur Deus speciale auxilium ad resurgendum à veniali conferre. 5. Nullus purus homo cum quâcunque gratiâ condignè potest pro veniali satisfacere: ergo est infinitæ malitiæ, aut saltem altioris ordinis, quàm possit quâcunque satisfactione inferioris ordinis compensari: ergo est dignum pœnâ infinitâ: quia semper manet in persona offensa ius ab offendente exigendi maiorem & maiorem pœnam, donec sibi plenè satisfiat. Antec. prob. quodlibet peccatum, vt est offensa Dei, grauitatem sumit à persona offensa, quæ cũ sit infinita & increati ordinis, etiam offensa erit infinita & ordinis increati, ac proinde nulla satisfactione puri hominis seu ordinis creati compensabilis. Confirm. ab eadem persona specificatur vtraque offensa, vt sic: sed mortalis ex eo præcisè, quod est contra personam increatam, meretur

5. *Fundam. offensa Dei est digna pœna infinita &c. Prob. 1.*

2.

3.

4.

5.

6. *Confirm.*

retur pœnam æternam, & privationem amicitiæ diuinæ: ergo etiam venialis. Maior prob. vtraque est contra Deum, licet vna grauis, altera leuis; sed leuitas non distrahit offensam extra ordinem sui specificatiui, quod est personæ offensa: vt furtum in parua materia non distrahit actum à specie furti, sed solùm minuit illum intra eandem speciem.

7. *Sententia vera.* Tertia sent. docet, discrimen inter peccatum mortale & veniale esse ex natura rei, & non ex sola extrinseca lege & voluntate Dei. Est *S. Tho. 1. 2. quæst. 88. art. 1. & 2. Scot. in 2. dist. 21. qu. 1. §. Dico: & reliquorum* Scolastic. eamque ex professo docent *Tho. Valden. to. 2. de Sacra. c. 154. 155. & 156. Vega in Trid. lib. 14. c. 13. & 16. Castro v. peccatum hæres. 11. Pet. Soto de discrimine venialis lect. 6. Sotus in. 4. dist. 15. qu. 2. art. 1. Bellar. toto l. 1. de statu pecc. Medin. 1. 2. qu. cit. art. 1. Vasquez disp. 142. cap. 2. Curiel ibid. art. 1. dub. 1. & 2. Suarez de act. hum. tract. 5. disp. 2 sect. 4.* & cæteri ferè recentiores.

8. *Contra errorem primum stant Concilia* Cōformior hęc Scripturis, Cōcilijs, Patrib. denitum. n. est in *Triden sess. 6. c. 11. & Can. 23.* dari aliqua peccata, quæ ex naturâ suâ leuia sunt & quotidiana, quæque cum sanctitate & iustitiâ non pugnant. *Mileuit. 2. sub Innoc. 1. an. 416.* Sanctorum, ait, esse illam vocem, *dimitte nobis debita nostra*, quâ venialia peccata sibi à Deo dimitti petunt: *Can. 7. & 8.* Item in Bulla Pij V. renouatâ à *Grego. 13.* damnatur hęc propos. 21. *Nullum est peccatum ex naturâ suâ veniale, sed omne peccatum meretur pœnam æternam.* Eadem sent. manifestè colligitur ex sacra Scriptura, in quâ quædam peccata dicuntur *generare mortem*: Iacob. 1. 16. excludere à regno, Ephes. 5. 5. *Non habere hæreditatem in regno Christi & Dei*: Reddere nos inimicos Dei, *Rom. 5. 6. Iacob. 4. 4.* Qædam nec à iustitia, nec ab amicitia Dei, nec à cæleſti regno nos excludere, Prouerb. 24. *Septies in die cadet iustus, & resurget, impij autem corruent in malum.* Iacobi 3. *In multis offendimus omnes.* 1. Ioan. 1. *Si dixerimus, quoniam peccata non habemus, ipsi nos seducimus.*

9. *Scriptura*

10. Confir. Scripturâ constat, quædam peccata, etiam à prędestinatis commissa, fuisse in illis mortalia. 1. de peccato protoparentis, *Genes. 2. Quācūque die comederis ex eo, morte morieris.* Quam comminationem Patres, præsertim *August. lib. 13. de Ciuit. Dei cap. 12.* non solum intelligunt de morte corporis, sed etiam animi. 2. de peccato Dauidis, quod in eo fuisse mortale, constat ex Nathan & *Psal. 50.* quem composuit ad veniam impetrandam. 3. constat de peccato Petri: quod in illo mortiferum fuisse, testātur ipsius lacrimæ, & sancti omnes, præcipuè *August. tract. 66. in Ioan. fine*, vbi de illo sic scribit: *Namque ante mortem & resurrectionem Domini & mortuus est negando, & reuixit plorando. Sed mortuus est, quia superbè præsumsit, reuixit autem, quia benignè ille respexit.* 4. constat de peccato Magdalenæ, quod fuisse in illā mortale, ostendunt ipsius lacrymæ, & modus, quo fuit à Christo remissum, *Luca 7. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multū.* Si igitur ad remittēda peccata prędestinatis requiritur dilectio Dei, non solo titulo prædestinationis illa remittuntur.

11. *Patres* Eadem sent. colligitur ex Patribus, qui id discrimen nunquam assignant per ordinem ad fideles, vel infideles; prædestinatos, vel reprobos; sed per ordinem ad naturam peccatorum; imò sæpè docent, peccata Fidelium, cæteris paribus, esse graviora peccatis infidelium, propter maiorem cognitionem, excellentioraque beneficia à Deo accepta: vnde graviora esse peccata post baptismum, quàm ante, commissa. *August. lib. de nat. & gr. ca. 38. fine*, loquens de venialibus, in quæ solent incidere iusti, ita ratiocinatur: *Quia sæpè in leuissimis, & aliquando in causis obrepit peccatum, & iusti fuerunt, & sine peccato non fuerunt.* Et de spir. & litt. *cap. 28. Sicut enim non impediunt à vita æterna iustum quædam peccata venialia, sine quibus hac vita non ducitur. Et lib. 14. de Ciuit. ca. 9.* de his naturâ venialibus intelligit illa 1. Ioan. 1. *Si dixerimus quoniam peccata non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est: Non enim*, inquit, *qualiumcumque hominum vox est, sed maximè piorum, multumque iustorum atque sanctorum.* Supponit igitur venialia stare cum iustitiâ & sanctitate: *in Enchi. c. 64.* discrimen ponit inter crimen & peccatum, quòd omne crimen sit peccatum, non contrà; quia crimen, vt definit *tract. 45. in Ioannem, Est peccatum graue, accusatione & damnatione dignissimum.*

August. instar omnium.

Prob. hæc sent. rationib. 1. datur inter homines aliqua offensa naturâ suâ dissoluens amicitiam, alia non dissoluens: ergo etiam perfimilis offensa datur inter hominem & Deum. Nam quâ proportione vnus homo alium offendit, eâdem proportione homo offendit Deū, sc. leuiter, vt ipsius offensa non sit digna inimicitiâ Dei, nec mortē afferat. 12. *Prob. vlt. rationibus. Prima ratio.*

2. Si omnia peccata suâpte naturâ essent mortalia, non posset Deus illa non odisse odio inimicitiæ in quocunque subiecto, fideli, infideli, prædestinato, reprobo, illa forent; Deus. n. quæ est ipsius rectissima voluntas, necessariò amat, vel odit res, iuxta amabilitatem & odibilitatem earum: ergo si omnia peccata ex se sunt digna dissolutione amicitiæ Dei, in quocunque erunt, eam dissoluent. 13. *Secunda.*

Ad fundam. Stoic. neg. minor: tum quia eò recessus à ratione est maior, quò longiùs ab illa recedit: magis quippe à ratione recedit, qui occidit proximum, quàm qui iocosè mentitur: tum quia peccata non solùm distinguuntur per recessum à ratione, sed per accessum ad obiectum positiuè dissonum: & quia non omnia obiecta sunt æquè dissona, non omnia peccata sunt æquè difformia. 14. *Ad Stoicos fundam.*

Ad 1. fund. Caluini, Resp. Scripturas intelligendas esse de mortalibus, ex contextu & Patrum expositi. locum vlt. intelligit *August. lib. 1. de serm. Do. cap. 17. & 18.* de mandatis veteris legis, quæ comparatione nouę legis minima dicuntur, colligitur ex textu, vbi Christu ad vetera præcepta de non occidendo, furando, &c. addit alia obseruatu difficiliora de non irascendo, de non concupiscendo rem, vel vxorem alienam: aut certè minima à Christo appellari præcepta, de vitandis actibus internis odij, concupiscentię, & oris contra proximum, quæ à Pharisæis, eo quòd in lege expressa non erant, minimi fiebant. Quæ expositio magis quadrat textui. 2. Fundam. tantùm verificatur de peccato, quo directè contemnitur lex, aut legislator; leuissimus. n. contemptus legis, grauissimum est peccatum: non de peccato, quo res minima præcepta violatur: vt patet in legibus humanis, contra quas vel minimam in contemptum legislatoris transgredi, grauis fit legislatori iniuria. 15. *Ad primū Caluini.* 16. *Ad secundum fund.*

Ad fundamentum secundę sent. neg. antec. Ad 1. prob. Resp. concedo, Deum iustè, quantum est ex parte sua, quemlibet torquere posse ęternâ pœnâ propter veniale tantùm, ratione supremi dominij quod habet in creaturas; imò etsi nullum commiserit peccatum: nego, id iustè fieri posse, quantum est ex parte culpę: culpa. n. vt iustè puniatur, proportionatam exigit pœnam; pœna quatenus excederet culpam, non esset illi debita, nec haberet rationem pœnę, quæ ordinem dicit ad culpam, vt proprietas illi commensa; sed potiùs haberet rationem tormenti, quod Deus vt supremus 17. *Ad fund. 2. prob. 1.* 18. *Deus eo casu non desineret esse misericors, sed misericordiam minùs ostenderet.*

Digitized by Google

mus Dominus non iniustè potest cuilibet creaturæ, etiam innocentissimę infligere: ex *Scoto in 4. dist. qu. 1. §. in ista qu.* vbi, *Omnino iniustum esset*, inquit, *pœnam æternam infligere pro illo, cui secundùm se debetur pœna temporalis:* Intelligit, *iniustum*, non ratione Dei infligentis, sed ratione culpæ, ob quam infligitur: vt docet *Vega in Trident. lib. 14. cap. 16.*

19. Ad mino. conced. eo casu veniale fore mortale, non ex naturâ intrinsecâ, sed ex præcepto extrinseco Dei, & ratione pœnę appositæ. Eo modo quo leuia peccata sub grauibus pœnis à Prælatis prohibita, fiunt mortalia, ex adiuncto præcepto & graui pœnâ. Vnde si subditus inuincibiliter superioris præceptum & pœnam ignorando, talia committeret, non peccaret mortaliter: vt nec homo, committendo leue peccatum, si inuincibiliter ignoraret præceptum & grauem pœnam priuationis gratiæ diuinæ impositã. Nec refert, quòd eo casu veniale afferret mortem animæ: quia illam non afferret ex natura sua, sed ex voluntate extrinseca Dei.

20. *Ad secundam.* Ad 2. resp. id esse per accidens: cùm .n. in inferno nullum peccatum sit remissibile, quia remitti nequit sine proprio actu retractatiuo peccatoris, medio auxilio gratuito per Christum, cuius capaces non sunt damnati; & durante peccato, durare debeat pœna, quæ ad peccatum connaturaliter consequitur; fit, vt per accidens talis pœna æterna, ratione incapacitatis subiecti, debeatur veniali.

21. *Ad 3.* Ad 3. prob. eligibilior est quæcunque pœna, quàm vel minima culpa, quia culpa consistit in actione voluntariâ; pœna in perpessione mali extrinsecùs illati; nec sunt facienda mala, ad euitanda incommoda: nam patienter pœnam sustinere, est actus virutis; semper autem præstat, hominem virtuosè agere quàm peccare.

22. *Ad 4.* Ad 4. concedo, hominem iustum non posse à veniali resurgere absque speciali auxilio Dei, sed illi iure adoptionis & amicitiæ tale auxilium esse debitum: lex enim Filiationis & amicitiæ in gratiâ diuinâ fundatæ postulat, vt leues offensæ condonentur. Confir. iustus ratione gratię iustificantis habet intrinsecum ius ad visionem Dei: at non potest homo veniali maculatus videre Deum: igitur ex intrinseco iure, quod habet ad claram visionem Dei, postulat habere principium emundandi se à veniali. Qure nego, Deum lege amicitię, & titulo Patris adoptantis, non teneri huiusmodi auxilium conferre iustis; licèt iure supremi dominij possit illud negare. Proportionali modo, lege naturalis amicitiæ teneretur Deus prouidere de auxilio ad ad veniale delendum, homini in purâ naturâ venialiter tantùm peccanti.

23. *Ad 5. responderi possit 1.* Ad 5. resp. 1. disparem esse rationem de satisfactione, ac de pœna: cùm .n. satisfactio ordinetur ad resarciendam offensam personæ lęsæ per modum obsequij, non erit condigna, si offeratur à persona inferioris conditionis, quàm sit persona læsa: Pœna cùm tantùm ordinetur ad correctionem culpæ delinquentis, non debebit habere tantam dignitatem, vt possit compensare offensam læsæ. Hoc modo defendi posset, offensam venialem esse eiusdem ordinis, licèt leuiorem, cum offensa mortali, quam opinionem hactenus secutus sum.

Contrà Sed contrà: licet pœna non debeat habere dignitatem resarciendi offensam, si tamen offensa sit maior, quàm possit ab offendente dignè compensari, semper poterit ab offenso maior & maior pœna pro offensa exigi: nam ideò Deus iustè pro mortali exigit æternam pœnam, quia offensa mortalis contra Deum est maior, quàm possit ab offendente compensari: ergo iustè etiam posset pro veniali æternam pœnam exigere, si eius offensa in Deum esset maior, quàm posset ab offendente resarciri.

24. *Resp. 2. Stante hoc fund. nequit negari ante.* Resp. igitur 2. neg. antec. alioqui vix saluari potest, quo pacto veniale non sit natura sua digna æterna pœna. Quoniam verò fundam. quo nitebar, aliam sent. sequens, erat, quia licet veniale sit leuis offensa Dei, est tamen eiusdem ordinis cùm mortali; vtrumque lædens eandem personam, à quâ offensa sumit ordinem, idęò sicut nullus purus homo potest pro mortali condignè satisfacere, ita nec pro veniali; propterea hoc fundam. euerto, & quòd in eodem ordine offensæ non sit veniale & mortale, sic Probo. Diuersum est specificatiuum venialis & mortalis in ratione offensæ: ergo in ratione offensæ non sunt in eodem ordine: specificatiuum enim est, quod mediâ specificatione tribuit ordinem specificato: igitur quæ habent diuersi ordinis specificantia, nequeunt esse eiusdem ordinis specificata: vt actus naturalis & supernaturalis sunt diuersi ordinis in ratione entis, quia habent diuersi ordinis specificatiua. Antec. probo: Id specificat peccatum sub ratione offensæ, in quod immediatè cadit formalis aut virtualis contemptus in peccato inclusus; id est Deus secundùm se; id verò, in quod immediatè cadit contemptus inclusus in peccato veniali, non est Deus secundùm se, sed aliquid creatum: Maior constat: nam eatenus peccatum dicitur offensa Dei, quatenus est formalis aut virtualis contemptus ipsius; cùm nequeat alio modo Deus à creaturâ offendi: igitur illud specificat peccatum sub ratione offensæ, quod immediatè à peccatore contemnitur, aut formaliter, aut virtualiter. Minor prob. illud peccator immediatè contemnit, à quo recedit, & quod propter bonum creatum deserit: Sed per mortale homo recedit à Deo, eumque propter creaturas deserit: per veniale solùm recedit à feruore illum diligendi: At Deus, & feruor diligendi Deum, differunt vt increatum & creatum: ergo non potest contemptus vnius esse eiusdem ordinis cum contemptu alterius; nec offensæ in diuersis contemptibus fundatæ. Ergo poterit purus homo condignè satisfacere pro veniali, esto non possit pro offensâ mortali. Nam eatenus ipse pro mortali non potest, quatenus in ratione iniuriæ est in ordine increato, contra personam increatam: venialis offensa cùm non sit ordinis increati, immediatè contra personam Dei, poterit condignè ab homine iusto resarciri.

25. *Ratio cur non est in eodem ordine offensa mortale & veniale.*

Hic difficultas

26. Confirm. Offensa sumit ordinem & specificationem à bono, quod immediatè lædit; sed venialis immediatè tantùm lædit bonum creatum, feruorem scilicet chrritatis erga Deum: igitur ab illo sumit ordinem & specificationem. Maior prob. alia est offensa, quæ lædit personam principis, alia quæ tantùm lędit externa ipsius bona. Tum à contrario: aliam specificationem habet actus charitatis, qui immediatè attingit Deum; aliam actus religionis, qui tantùm mediatè & vt finem *Cui*: ergo alium ordinem & specificationem habet offensa mortalis, quæ immediatè contemnit ac deserit Deum, aliam venialis, quæ immediatè tantùm contemnit & deserit bonum extrinsecum Dei: nec est dicenda simpliciter offensa Dei, imò aliqui absolutè negant, esse vllo modo offensam & contemptum Dei, vt *Bonau. in 2. dist. 45. art. 2. q. 1. Argen. in 4. dist. 16. q. 1. art. 4.* ad 2. & 3. *&c.* sed potiùs est offensa secundùm quid, non immediata, sed mediata, & tantùm bonorum externorum Dei, non ipsius Dei. Nec refert 1. quòd veniale displiceat Deo: Deo enim displicet omne peccatum, enim

Pete. veniam non dicitur simpliciter offensa Dei

Digitized by Google

etiam quà versatur circa res creatas. Nec refert 2. quòd sit contra legem, & voluntatem Dei: nam dicitur contra eo modo, quo est offensa, non ipsius Dei, sed bonorum externorum Dei. Nec refert 3. quòd veniale sit dispositio ad mortale: vt .n. docet S. Tho. 1.2.q.88.a.4. ad 4. non est dispositio proxima & eiusdem, sed remota & diuersi generis.

28. *Contra hãc rationem* *Obijcies* 1. Sicut mortale immediatè est contra amicitiam Dei, mediatè contra Deum: ita veniale immediatè est contra familiaritatem Dei, mediatè contra Deum: sicut .n. mortale dissoluendo amicitiam cum Deo deserit & contemnit Deum, vt amicum & vltimum finem: ita veniale lædendo amicitiam, & tollendo perfectam familiaritatem cum Deo, contemnit & deserit Deum, vt intimum familiarem: igitur est eadem paritas in vtroque.

Resp. Resp. nego paritatem: qui enim contemnit habere Deum vt amicum, omninò recedit à Deo, ac proinde deserit Deum: qui non vult habere Deum vt intimum familiarem per feruentiores actus virtutum, non recedit simpliciter à Deo, ac proinde non deserit simpliciter Deum, sed tãtùm à modo habendi Deum per intensiorem ac feruentiorem coniunctionem cum ipso. Sicut qui non videt Deum, omninò separatur à visione Dei: qui remissiùs videt Deum, non separatur simpliciter à Deo viso, sed tantùm à modo clariori videndi Deum. Quo fit, vt prior modus separationis à Deo immediatè specificetur ab ipso separato, quia per talem modum deseritur Deus secundùm se vt vltimus finis creaturæ: posterior specificatur tantùm à modo habendi se cum Deo: quia per talem modum non deseritur Deus secundùm se vt vltimus finis creaturæ, sed tantùm deseritur modus feruentiùs coniungendi se cum Deo vltimo fine.

29. *Obijcies* 2. Omnis actus suam specificationem & ordinem desumit ab vltimo specificatiuo: sed vltimum specificatiuum offensę venialis est Deus: quia licet veniale immediatè sit contra feruorem charitatis erga Deum, mediatè tamen est contra Deum, quatenus est contra ipsius voluntatem: ergo vltimatè specificatur ab ipso Deo.

Resp. Resp. neg. minor. illud enim tantùm specificat peccatum in ratione offensæ, quod est terminus contemptus & iniuriæ; seu quod per peccatum deseritur: Deus per veniale non deseritur; ac proinde secundùm se non specificat veniale in ratione offensæ. Id quod per veniale læditur, est feruor charitatis, seu modus creatus, non simpliciter, sed perfectiori modo coniungendi creaturam cum Deo. Ad prob. minor. nego, ex eo præcisè peccatum esse contemptiuum & iniuriosum Deo, quia est contra ipsius voluntatem; nam etiam peccatum vt est contra proximum, vel contra ipsum peccantem, est contra voluntatem Dei, sed quia est formaliter desertiuum Dei vltimi finis.

30. Maior supereſt difficultas de peccatis, quæ dicuntur venialia defectu parfectæ aduertentiæ & deliberationis: hæc enim possunt esse immediatè contra Deum, vt odium indeliberatum Dei: ergo saltem hæc erunt in eodem ordine offensæ cum mortali: omnis enim actus imperfectus reducitur ad ordinem actus perfecti: ergo saltem pro istis non poterit purus homo condignè satisfacere.

31. *Neque venialia defectu deliberationis sũt in eodem ordine cum mortali.* Verùm etiam hæc habent offensam diuersi ordinis à mortali, ac pro his potest condignè à puro homine satisfieri. Quia licet offensa horum ex genere suo sit altioris ordinis, quàm sit offensa ex proprio obiecto venialis, ex defectu tamen aduertentiæ & libertatis sit eiusdem ordinis cum veniali: defectu enim aduertentiæ & libertatis homo per hęc non constituit sibi simpliciter vltimum finem in creatura, recedendo à creatore: nec separatur ab vltimo fine; in quâ voluntariâ separatione consistit offensa & virtualis contemptus Dei, sed solùm elongatur à feruore charitatis, ac proinde solùm incurrit offensam inferioris ordinis.

Ad arg. Resp. negando, hæc peccata moraliter censeri contra Deum immediatè, sed solùm contra modum operandi circa Deum: nam ea tantùm moraliter censentur esse immediatè contra Deum, quæ separant ab ipso Deo; quæ non separant, solùm censentur cõtra modum operandi circa Dẽũ: quia hi actus propter imperfectum modum, quo fiunt, non censentur simpliciter humani, sed secundùm quid. Ad prob. dico, citatum principium intelligi de actu imperfecto, qui versatur circa idẽ specificatiuum, circa quod versatur actus perfectus. Vnde licet tale peccatum consideratum secundùm speciem, ex obiecto desumptam, reducatur vt imperfectum ad eandem speciem mortalis; in ratione tamẽ offensę, in quâ attenditur iniuriosa separatio ab vltimo fine, nõ reducitur: quia hæc separatio, cùm sit indiuisibilis, non suscipit magis & minùs, vt minùs quis separetur à Deo per veniale, quàm per mortale, sed vel omninò separatur & erit mortale, vel non separatur, & erit veniale.

32. *Resp.* *Ratio*

Iuxta hanc sent. dicendum, ad veniale extra sacramentum delendum, non esse necessariam contritionem, vel amorem Dei super omnia, sed sufficere solam attritionem. Quod conformius est *Trident. sess.* 14 *cap.* 5. docenti, venialia multis alijs remedijs, quàm sacramentali confessione, expiari posse: quia cùm veniale non auertat à Deo, sed tantùm à feruore operandi circa hanc, vel illam materiam, vt deleatur, non est necesse, vt homo per contritionem conuertat se ad Deum, à quo per veniale non fuit auersus, sed sat erit, si tantùm per attritionem illud detestetur. Quo actu & simul compensatur feruor, cuius defectus per veniale incurritur, & restituuntur peccanti peculiaria auxilia, quæ circa virtutem, contra quàm venialiter peccauit, fuerunt iusto in pœnam peccati sublata. Cęterùm quo pacto venialia sint materia absolutionis, cùm ante illam per dolorem, ad sacramentum confessionis necessariò requisitum, supponantur delęta, explico to. 8. In 6. explico, an attritio, quæ sufficit ad delendum veniale, sufficiat ad condignè pro eo satisfaciendum, quà offensa Dei est.

33. *Ad veniale extra sacramentum delendum sufficit Attritio.*

SECTIO II.

Vnde desumenda sit differentia inter peccatum mortale & veniale?

PRimò certum est, mortale non distingui à veniali, ex eo quòd illud ad æternam, hoc ad temporariam pœnam obliget. Adhuc enim saluaretur discrimen mortalis à veniali, etiamsi Deus nullum ad pœnam obligaret, vti de facto ad nullam nouam pœnam obligat peccata damnatorum in eo statu commissa. Neque huic sent. fauent *Scotistæ* opinantes, habituale consistere in destinatione ad pœnam, aut æternam, si mortale; aut temporalem, si veniale. Nam esto hoc opinentur de habituali, haud tamen de actuali: eo quòd in habituali nil putent se posse assignare præter destinationem ad pœnam, cùm in actuali assignari possit actus rationi difformis. 2. Certum est, mortale non distingui à veniali, quòd mortale æternâ, veniale temporali pœnâ sit dignum: quamuis .n. hoc discrimen reipsa intercedat,

34. *Tria certa*

35.

Digitized by Google

intercedat, non est à priori, sed à posteriori, supponens aliud primò discriminans vnum ab alio. Nam ideò mortale est pœnâ æternâ dignum, veniale temporali, quia illud est suâ naturâ diuersum ab hoc, vt rectè S. *Thomas quæst. 7. de malo art. 1.*

36. Tertiò certum est, nec mortale per se primò distingui à veniali ex eo, quòd mortale notabiliter aduersetur rationi & legi naturali, non veniale. Tum quia hæc regula dignoscẽdi est tantùm à posteriori. Tum quia in sent. eorum, qui admittunt ignorantiam inuincibilem Dei, dari posset peccatum notabiliter aduersum rationi & legi naturali, & tamen non esse mortale: quia mortale (vt infrà) includit virtualem saltem contemptum Dei vltimi finis, qui nequit esse cum inuincibili ignorantiâ eiusdem. His ergo præmissis,

37. Prima sent. *Scoti in 2. dist. 21. q. 1. §.* Dico, *Rubio. qu. 1. art. 1. Argen. qu. 1. art. 1. ad 1. Gabrie. in 2. dist. 22. qu. 1. art. 3. dub. 1. & in 4. dist. 16. qu. 5. art. 1. not. 1.* affirmantium, in eo mortale à veniali differre, quòd mortale sit contra præceptum, veniale contra consilium. Fundam. facere contra consilium, est peccatum; non mortale, quia non obligat, sed veniale: non n. licet contra consilium vouere, aut propositum habere: ergo nec contra illud agere. Qui n. vouet, se contra consilium acturum, ponit obstaculum Spiritui S. ad maius bonum, quod per se est malum: eodem modo qui habet propositum non ingrediendi Religionem, vel non pœnitendi tempore, quo non tenetur, peccat; non mortaliter, ergo venialiter. Contrà: sicut consilium ad nullum peccatum obligat: ita nec contra illud agere, vllum erit peccatum: 1. *Corinth. 7. De virginibus præceptum Domini non habeo, consilium autem do:* & paulò pòst *si nupserit virgo, non peccauit.* Ratio: non tenetur homo in suis actionibus sequi, quod perfectius est. Ideò votum contra consilium est peccatum, quia vanum, cùm careat debitâ materiâ melioris boni, in quâ omne votum, vt obliget, fundari debet. Propositum agendi contra consilium, non est peccatum, nisi fiat ex aliquo prauo fine, vt si molit aliquis Religionem ingredi, aut pœnitentiam agere, quando non tenetur propter bonum finem, à quo tantùm pensanda est bonitas, aut malitia talis actûs, cùm ex proprio obiecto sit indifferens. Neque obicem ponere in ijs, ad quæ non tenemur, aliquod est peccatum.

38. *Nullum peccatum agere cõtra Consilium.*

39. *Cur votum contra Consilium sit malum.*

40. Secunda sent. docet, mortale esse contra finem, veniale contra media: *Ægid in 2. dist. 42. qu. 1. ar. 4. Caiet. Contra. 1. 2. qu. 88. ar. 1. Palat in 2. dist. 42. disp. vn. §. quarto si, & in 4. dist. 16. disp. 2.* ad hanc sent. reducuntur *Albertus in 2. dist. 42. art. 3.* & alij dicentes, mortale esse contra finem, veniale autem præter finem. Sed contrà: etiam contra media potest peccari mortaliter, vt violare iustitiam & castitatem, quæ sunt media necessaria ad finem vltimũ consequẽdum. Sicut potest peccari venialiter contra vltimum finem, vt odio indeliberato Dei.

Albertus

Contrà

41. Tertia sent. asserit, mortale esse contra legem; veniale præter legem: *Alen. 2. p. q. 106. mo. 1. §. contra quintam def. ad 3. Bonan. in 2. dist. 42. art. 2. qu. 1. S. Tho. 1. 2. qu. 88. art. 1. ad 1.* Et *qu. 7. de malo art. 1. ad 1. Medin. 1. 2. q. 88. art. 1. post sol. vlt. argu. con. 6. concl. Palat. cit.* & videtur *Mag. in 2. dist. 35. cap. 1.* vbi à definitione peccati, *dictum vel factum vel concupitum*, excludit veniale. Probat *Medina* sent. 1. Non potest quis ad vitam ingredi, nisi seruando mandata, iuxta illud *Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata:* sed qui venialiter peccat tantùm, habet vitam gratiæ: ergo seruat mandata: tantùm non facit contra mandata. 2. Qui diligit Deũ, mandata eius seruat, iuxta illud 1. *Ioannis 4. Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, & fratrem suum oderit, mendax est:* Sed qui peccat tantùm venialiter, diligit Deum, quia veniale non pugnat cum charitate Dei: ergo seruat eius mandatũ de diligendo proximo. 3. *Plenitudo legis est dilectio; ad Rom. 13.* vnde qui *proximum diligit, legem implet*, Paulo teste: sed qui tantùm venialiter peccat, diligit Deum & proximum, saltem habitualiter; ergo legem implet; quamdiu enim quis habitũ charitatis non amittit, legem implet. Igitur qui venialiter peccat, agit præter legẽ, non contra.

42. *Non potest quis ad vitam ingredi, nisi seruando mandata, iuxta illud Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata: sed qui venialiter peccat tantùm, habet vitam gratiæ: ergo seruat mandata: tantùm non facit contra mandata. 2. Qui diligit Deũ,*

43. *mandata eius seruat, iuxta illud 1. Ioannis 4. Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, & fratrem suum oderit, mendax est:* Sed qui peccat tantùm venialiter, diligit Deum, quia veniale non pugnat cum charitate Dei: ergo seruat eius mandatũ de diligendo proximo. 3. *Plenitudo legis est dilectio; ad Rom. 13.* vnde qui *proximum diligit, legem implet*, Paulo teste: sed qui tantùm venialiter peccat, diligit Deum & proximum, saltem habitualiter; ergo legem implet; quamdiu enim quis habitũ charitatis non amittit, legem implet. Igitur qui venialiter peccat, agit præter legẽ, non contra.

1. *Ioan. 4.*

44.

45. Contrà: licet peccatum veniale non sit contra legem simpliciter, vt adnotarunt *Petrus Soto lect. 6.* de discrimine mortalis, *Curiel 1. 2. qu. 88. art. 1. dub. 3. concl. 2. Suarez de actibus humanis tract. 5. disp. 2. sect. 5. dub. 1.* eo quòd lex simpliciter dicta stat pro suo principali significato, quod est lex conseruatiua charitatis; negari tamen non potest, veniale esse contra aliquam legem, vt docuerunt *Duran. in 2. dist. 42. qu. 6. ad 1. Maior dist. 21. qu. 2. ad 2. Vega in Trident. lib. 14. cap. 13. &c.* Tum quia venialia tam ex surreptione, quàm ex leuitate materiæ, prohibentur eâdem lege, quâ mortalia deliberata, & ex grauitate materiæ: inter venialia ex genere, mendacium prohibetur propriâ lege, *Leuit. 19. Eccles. 7. ad Coloss. 3.* Tum quia omnia venialia sunt contra dictamen rectæ rationis, atque adeò contra legem naturalem, quę in eo consistit. Argumenta in contrarium adducta solùm probant, venialia non esse contra legem simpliciter, quę principaliùs importat legem charitatis, vel charitatis necessariò conseruatiuam.

Contrà

Veniale peccatum est etiam contra aliquã legem.

46. Quarta sent. docet, mortale includere contemptum Dei vltimi finis, mortemque afferre animæ: veniale nec Dei contemptum includere, nec mortem animę afferre: *S. Thom. 1. 2. qu. 88. art. 1. & 2. Sylu. ibid. Bonau. in 2. dist. 42. art. 2. qu. 1. Duran. qu. 6. Richar. in 4. dist. 16. art. 2. qu. 2. Capreo in 2. dist. 43. qu. 1.* &c. communis est.

47. Dico 1. Potissimum discrimen est, quòd mortale includit virtualem saltem contemptum Dei vltimi finis; veniale non includit. In hoc ferè omnes conueniunt; licet discrepent in proximo discrimine; cùm omnes fateantur, excepto *Adria. quodlib. 7. qu. 3.* cum, qui mortaliter peccat, interpretatiuè seu appretiatiuè diligere creaturam supra Deum. Difficultas est in explicando huiusmodi contemptu: Tum quia non semper quis, intensiùs diligendo creaturam, peccat; sæpe n. mater intensiùs diligit filium, quàm Deum, cùm non peccet: Tum quia, esto peccet, Deum non contemnit; sicut nec dux imperatorem, quia proprium filium plus diligit. Nota, amorem posse esse maiorem dupliciter; *intensiuè, & appretiatiuè:* item alium amorem esse debitum, alium non debitum.

Discrimen inter mort. & veniale

48. *Ratio dub. duplex*

49. Dico 2. Virtualis contemptus Dei vltimi finis, proprius peccati mortalis, in eo consistit, vt homo præferat amorem creaturæ amori creatoris, & præ amore illius non curet dissoluere amicitiam & coniunctionem cum Deo, cum quo tenetur esse coniunctus, vt cum vltimo fine, quem tenetur diligere super omnia, iuxta illud *Matth. 10. Qui amat Patrem, aut matrem plus quàm me, non est me dignus.* Est autem Deus vt vltimus finis diligibilis super omnia, quia cùm sit summum bonum; non est in aliud maius bonum reducibilis, ac proinde non est propter aliud bonum, sed propter seipsum, in quo est omne bonum, diligibilis. Et hoc ipso, quòd homo diligit creaturam supra Deum, deserit Deum vt vltimum finem, & constituit sibi vltimum finem

Virtualis contemptus Dei quid sit

Digitized by Google

nem creaturam, propter quam deserit Deum: ex *August. lib. 3. de lib. arb. cap. 24. Vnde hæc auersio, nisi dum ille, cui bonus est Deus, sibi ipse vult esse bonum suum, sicut sibi est Deus?* Hæc est summa iniuria & contemptus creatoris sc. affectu & virtute priuare Deum perfectione vltimi finis, & illam tribuere creaturæ; quod, iudice *August. lib. 83. qu. qu. 3. summa peruersitas est.* Porrò hic amor, quo tenemur diligere Deum super omnia, non necessariò debet esse omniũ maximus intensiuè, sed tantùm appretiatiuè, qui in eo positus est, vt nullius alteriùs rei amorem admittat, qui sit contrarius & corruptiuus amoris Dei. Veniale virtualem contemptum Dei vltimi finis non includit; hoc .n. ipso quòd amicitiam & coniunctionem cum Deo vltimo fine non dissoluit, per illud peccator Deum non deserit, quod est illum contemnere, seu nolle habere vt vltimum finem; seu velle vt vltimum finem habere creaturam, præferendo amorem ipsius amori Dei. Vnde qui venialiter tantùm peccat, habet hanc virtualem voluntatem, quòd tale peccatum non committeret, nec quodcunque aliud, si amicitiam cum Deo dissolueret. Quo fit, vt offensa venialis non cadat immediatè in Deum, quia per veniale non deseritur Deus; sed in modum impeditiuum & retardatiuum feruoris charitatis circa Deum.

50. *Amor Dei maximus appretiatiuè quis?*

51. *Ad rationẽ vtramque dub.*

Patet ad rationes dubit. amor .n. erga Deum debet esse maximus appretiatiuè: & contemptus, quem mortale includit, est per moralem dumtaxat imputabilitatem, fundatam in debito, quod creatura rationalis habet ex suppositione, quâ operatur, non operari contra amorem vltimo fini debitum. Exemplum de duce id confirmat: si .n. currat casus, in quo relinquendus sit in periculo aut filius, aut imperator, si præ amore filij relinquat in periculo mortis imperatorem, contemnit præ vitâ filij vitam imperatoris. Igitur currente casu, in quo aut relinquendus sit amor creaturæ, aut deserendus Deus vt vltimus finis, si deseritur Deus præ amore creaturæ, contemnitur.

52. *Omnes in hoc conueniunt.*

Dico 3. Aliud discrimen est, quòd mortale tollat vitam animæ, quæ est gratia; veniale non tollat: imò ex hoc propriè dicitur mortale, quia inducit mortem animæ, & irreparabile est, dum tollit principium vitæ, seu gratiæ, sine quo nullus actus animę potest esse meritorius, & reparatiuus vitæ supernaturalis: veniale est veniâ dignum, & reparabile per vires gratiæ, quia dum non tollit gratiam, quæ est principium meriti, potest anima elicere actum meritorium & satisfactorium, per quem cõsequatur remissionem culpæ. Cùm enim mortale sit auersio & inimicitia Dei, ex *Triden. sess. 6. cap. 7.* nequit stare cum gratiâ, quæ est amicitia Dei respectu eiusdem: veniale cùm non sit auersio & inimicitia Dei; non pugnat cum gratiâ.

Ratio discrimen.

53. *Aliud discrimen*

Ratio discr triplex

Ex hoc discrimine sequitur aliud, quòd mortale suâ naturâ affert mortem secundam, quæ est priuatiæ gloriæ æternę, & pœna sensus quoad durationem infinita: veniale non nisi pœnam temporalem, & priuationem quorundam auxiliorum specialium ad tempus, donec remittatur. 1. quia mortale est contemptus & immediata offensa Dei, cuius condigna pœna est perpetua gloriæ priuatio, & pœna sensus ęterna; veniale non item. 2. mortale tollit gratiam, & consequenter ius ad gloriam, sine gratia homo est impotens ad pristinum statum vitæ resurgere: idque quantum est de se constituit hominem in perpetuâ morte & damnatione æterna: Veniale cùm gratiam non tollat, non reddit hominem impotentem resurgendi ad pristinum statum feruoris. 3. cùm mortale constituat vltimum finem in re creatâ, quantum est de se, reddit hominem culpę, atque adeò pœnæ perpetuò obnoxium. Vnde *B. Grego. cit. à S. Tho. 1. 2. qu. 87. art. 3. in fin.* inquit, *est, quod qui in suo æterno peccauit contra Deum, in æterno Dei puniatur.* Homo in suo æterno peccat, quando vltimum finem sibi in creaturâ constituit: hoc .n. ipso habet virtualem voluntatem æternùm peccandi: quia cùm nequeat à vero vltimo fine separatus, à peccato resurgere, hoc ipso quòd voluntariè vltimum finem in creaturâ sibi constituit, virtualiter vult in peccato æternùm manere.

54. *Deformitas mortalis ex contemptu Dei, est diuersa ab ea, quæ ex proprio obiecto & circũst.*

Deducitur 1. Hanc duplicem deformitatem, quam habet peccatum mortale ex contemptu Dei, & priuatione gratiæ, esse diuersam ab ea, quam habet ex proprio obiecto & circumstantijs: Tum quia sunt per ordinem ad diuersos terminos; nam prior est immediatè contra Deum, vnde reducitur ad speciem odij Dei: posterior est contra propriam charitatem, reducituŕque ad speciem odij contra seipsum: reliquę deformitates, ex proprio obiecto & circumstantijs desumptę, sunt contra alias virtutes. Tum quia potest offensa contra Deum, in mortali inclusa, augeri, non auctâ malitiâ circa proprium obiectum: nam maior offensa Dei est in eodem peccato adultęrij commisso à fideli, qui maiorem notitiam habet Dei vltimi finis, quàm ab infideli, qui minorem habet: offensa .n. crescit ex cognitione personę offensę: licet malitia ex proximo obiecto sit eadem in vtroque: quia fieri potest, vt notitia proximi obiecti sit eadem in vtroque.

55. *Coroll. 2. Iuxta nostra principia. Fund.*

2. Nullum in hoc statu naturę eleuatæ ad finem supernat. datur mortale, quod non priuet hominem gratiâ, & pœnam ęternam inducat. Nequit .n. peccator dum actu peccat, habere inuincibilem ignorantiam Dei, authoris saltem naturę: igitur nequit grauiter delinquere contra rationem creatam, quin simul offendat Deum authorem saltem naturæ; & consequenter quin priuetur gratia, si fortè illam habeat, vt esset puer baptizatus, & absque notitiâ Dei finis supernat. educatus: hic .n. cùm primùm mortaliter peccaret, offendendo Deum finem naturalem, amitteret gratiam, & pœnam æternam incurreret. Ratio: tam pœna æterna, quàm priuatio gratię, vt habet rationem pœnæ, correspondet mortali, vt est auersio & offensa Dei: nec est necesse ad incurrendam pœnam, vt cognoscatur; modò cognoscatur culpa, pro quâ imposita est pœna: cùm igitur tam priuatio gratiæ, quàm pœna æterna imposita sit mortali, vt est auersio & offensa Dei, etiam vt authoris naturæ, eâ cognitâ, vtraque pœna contrahitur.

56. *Iuxta alios.*

Contrà verò, qui admittunt ignorantiam inuincibilem Dei, etiam vt authoris naturæ, concedant, aliquem grauiter contra rationem creatam delinquere, absque eo quòd vel priuetur gratiâ, si fortè illam habeat, vel pœnam æternam incurrat: nam offensa Dei non incurritur, nisi voluntariè; voluntaria non est nisi persona, quæ offenditur, aliquo modo cognoscatur: priuatio gratiæ, & pœna æterna non debetur peccato, nisi ratione auersionis & offensæ contra Deum, per Theol. cum *S. Thom. 1. 2. q. 87. art. 4.* Quia pœna debet proportionari culpæ: pœna æterna, cùm sit infinita quoad durationem, nec non priuatio gratiæ & glorię infinita obiectiuè, cùm priuet de obiecto infinito, respondere debet culpæ ex parte infinitatis, non ex parte finitatis. Est autem culpa infinita obiectiuè ex parte auersionis & offensæ Dei, non ex parte conuersionis, secundùm quam finita est, vti finitum est obiectum, quod lædit.

Ratio vtriq; vsque

Digitized by Google

57. *Dices.* Omnis actus hoc ipso, quòd est malus, & contra rationem, & deordinationem habet ab vltimo fine: sicut è conuerso, hoc ipso, quòd est bonus & conformis rationi, suâ naturâ ordinatur ad vltimum finem: ergo ad contrahendam malitiam contra vltimum finem sufficit notitia obiecti mali. Resp. dist. Antec. eo ipso quòd actus est malus, habet deordinationem ab vltimo fine per modum physicæ negationis, concedo; per modum moralis priuationis, nego: ad hoc enim necessaria est cognitio aliqua vltimi finis, cùm nulla malitia contrahi possit, nisi aliqua præcedat notitia; eodem modo neque actus honestus dicit virtualem ordinem honestatis ad vlt. finem, nisi præcedat notitia.

58. *Diuisio analogi* Deducitur 3. Diuisionem peccati in mortale & veniale esse analogi in sua analogata, si considerentur in ratione offensę; cùm veniale non sit directa & immediata offensa Dei, nec contemptus Dei, sed boni tantùm extrinseci Dei: esse vniuoci in sua vniuocata, si spectetur ratio deformitatis sumptę ex obiecto & circumstantijs; nam in ea ratione conueniunt vniuocè, solùm differunt secundùm magis & minùs intra eandem speciem. Eadem enim est species malitiæ furti grauis ac leuis; violationis ieiunij notabilis, & non notabilis.

59. *Quomodo dignoscatur mortale à veniali.* Regulę ad dignoscendum mortale à veniali, omnes reducuntur ad hanc vnam: Quando peccatum notabiliter lædit Dei, proximi, vel suijpsius charitatem, est mortale; quando leuiter, veniale. Cum charitate comprehendo mediâ omnia ad charitatem conseruandam necessaria, vel vtilia. Ratio: sicut omnia bona opera reducuntur ad charitatem Dei, proximi, & suiipsius, iuxta illud

60. *Matt. 22. In his duobus mandatis vniuersa lex pendet & Prophetæ:* ita omnia peccata aut sunt contra charitatem Dei, aut proximi, aut suiipsius, aut contra media ad eam seruandam necessaria, vel vtilia. Quando peccata sint notabiliter, quando leuiter læsiua charitatis, consulenda ratio, à qua vt à proxima regula proponente & indicante, hęc omnia pendent, ponderatis circumstantijs, fine, verbis legis præcipientis, aut prohibentis.

SECTIO III.

Quo pacto se habeat ad peccatum mortale priuatio gratiæ & amicitiæ diuinæ?

61. PRima sent. negat, priuationem gratiæ & amicitiæ diuinæ in mortali habere se per modum culpæ, aut primò constituentis, aut saltem integrantis, sed per modum purę pœnæ consequentis: Est eorum, qui negant, maculam originalis, vel personalis formaliter includere eam priuationem.

Potissimum fund. Priuatio .n. gratiæ & amicitiæ diuinę supponit mortale in ratione mortalis adæquatè constitutū: Nam ideò homo priuatur gratia & amicitia Dei, quia mortaliter peccauit: ergo peccatum mortale prędcedit priuationem gratię & amicitię Dei; ergo non potest eâ formaliter constitui: nulla .n. ratio pertinet ad constitutionem rei, quam constitutā supponit: ergo illa priuatio pertinet ad pœnam.

62. *Confir.* Confirm. 1. Priuatio gratiæ non est à peccatore, sed à Deo: ab eo enim est subtractio gratiæ, à quo est conseruatio gratiæ: cùm subtractio sit suspensio concursus conseruatiui: ergo ea priuatio, cuius Deus est auctor non habet rationem culpę, sed pœnæ inflictę. Solùm peccator demeritorię causat priuationem gratię, quatenus suo peccato meretur, vt Deus illam subtrahat.

63. *Confirm. 2.* 2. vel peccatum mortale est omissio; & eius malitia adæquatè consistit in priuatione actus præcepti: vel est commissio; & eius malitia formaliter consistit in dissonantia positiua, desumpta vel ex obiecto dissentaneo naturę rationali, vel ex modo tendendi actus in obiectum: ergo ea priuatio se habet tantùm consequenter, supponens in ratione culpæ mortale adæquatè constitutum.

64. Secunda sent. affirmat, mortale includere priuationem gratię & amicitię diuinę, etiam per modum culpæ. Hanc docere tenentur, qui docent, mortale habituale includere priuationem gratiæ & amicitiæ diuinę, per modum culpę & maculę animam maculantis, cùm habituale non sit aliud quàm actuale moraliter perseuerans.

65. *Duplex effectus quasi formalis priuationis gratiæ.* Nota 1. duplicem effectum quasi formalem priuationis gratię, & coniunctionis cum Deo vltimo fine; alterum in ordine ad Deum, alterum in ordine ad peccatorem. Prior est, deserere debitum finem, cum quo tenetur homo esse coniunctus. Posterior est, priuare seipsum bono & ornamento sibi debito. Hic disputo de priori, an ille quà à Deo auertit, habeat formalem rationem culpæ: de posteriori verò disputatione sequenti. Nota

66. 2. Sicut duplex est coniunctio creaturæ cum Deo vltimo fine, altera perfecta per gratiam habitualem, quæ perfecto modo coniungit cum vltimo fine & amico supernaturali: altera imperfecta, quę imperfecto modo coniungit cum Deo tantùm fine naturali per actus honestos morales: ita duplex est priuatio, altera perfectæ coniunctionis & amicitię cum Deo, quæ fit per carentiam gratiæ: altera imperfectę, quæ fit per priuationem moralis honestatis & conformitatis, quâ creatura rationalis tenebatur esse coniuncta, cum Deo fine naturali. Posteriorem includit mortale in quouis statu commissum, quia in quouis statu creatura rationalis tenetur seruare moralem conformitatem cum Deo fine naturali per actus moraliter honestos: Priorem priuationem includit mortale in hoc statu naturę eleuatæ ad finem supernaturalem, in quo tenetur conseruare etiam coniunctionem supernaturalem per gratiam habitualem cum eodem Deo fine supernaturali. De vtrâque dicendum est, an sit formaliter culpa, & constituat mortale in ratione peccati mortalis.

Duplex priuatio amicitiæ cum Deo.

77. DICO 1. Mortale in omni statu includit priuationem debitę coniunctionis cum Deo vltimo fine: includit enim auersionem à Deo vltimo fine: *Fund.* quę est ipsa voluntaria priuatio eius coniunctionis: nam mortale in omni statu est conuersio creaturæ ad obiectum notabiliter rationi dissonum, cum virtuali desertione Dei vltimi finis: Quia homo per mortale præfert amorem creaturę amori creatoris: in hac prælatione consistit virtualis contęptus & iniuria Dei, in quà & mortale formaliter.

68. DICO 2. Hæc priuatio debitę coniunctionis creaturę rationalis cum Deo vltimo fine, quam in omni statu mortale includit, non est tantùm pœna, sed etiam culpa. Nam in omni statu creatura rationalis habet naturale debitum seruandi coniunctionem cum Deo vltimo fine: ergo voluntaria separatio à Deo vltimo fine est culpabilis: omnis enim debiti transgressio est dissentanea naturę rationali vt sic; & culpabilis, cùm sit contra propriam regulam operandi. Antec. prob. creatura rationalis tenetur conseruare coniunctionem cum Deo nomine creationis, conseruationis, gubernationis, charitatis tam erga Deum, quàm erga seipsam. Confirm. si filius titulo generationis & educationis habet naturale debitum conser-

Fund.

Creatura rationalis multis nominibus tenetur conseruare coniunctionem cum fine vlt.

uandi

Digitized by Google

uandi coniunctionem cum proprio parente; & subditus titulo directionis & gubernationis cum suo superiore: à fortiori creatura rationalis propter tot titulos habebit naturale debitum &c.

69. D I C O 3. Hæc malitia priuationis non consistit in positiuo, sed in priuatiuo, in ipsa scilicet priuatione obiectiuæ coniunctionis cum Deo vltimo fine, quæ debebat inesse actui ex hypothesi, quòd homo operari volebat. Quemadmodum actus honestus includit virtualem saltem coniunctionem obiectiuam cum Deo vltimo fine; id est, mediatè saltem & virtualiter respicit Deum vt obiectum & fontem totius honestatis: ita actus hoc ipso quòd malus est dicit priuationem huius virtualis coniunctionis obiectiuæ cum Deo vltimo fine & fonte totius honestatis: hoc enim est dicere priuationem moralis honestatis. Vnde siue sit omissio, siue commissio, eadem erit in vtroque priuatio: nam hæc non desumitur ex obiecto & fine proximo, à quo tantùm desumitur specifica malitia, sed ex fine vltimo, quà est virtualis auersio & separatio ab illo, eadem in omissione & commissione; consistens in interpretatiua voluntate omittendi, vel committendi potiùs aliquid, quàm habere Deum pro vltimo fine. His explicatis, malitiam auersionis in peccato mortali non consistere in aliquo positiuo, sed priuatiuo,

Explico

70. Facilè prob. nam hæc malitia consistit in priuatione positiuę perfectionis debitæ; vt malitia omissionis, proinde in priuatiuo: virtualis .n. cõiunctio obiectiua cum Deo vltimo fine, quę debebat inesse actui, cuius priuatio est auersio à Deo vltimo fine, est perfectio positiua: sc. ipsa moralis honestas actûs virtualiter respiciens Deum vltimum finem & obiectum omnis moralis honestatis. Confir. Ita se habet auersio à Deo vltimo fine, sicut auersio à recta ratione creata: sed hęc consistit in priuatiuo, sc. in priuatione debitę conformitatis cum recta ratione, vt cum proxima regula, quæ debebat inesse actui; & est perfectio positiua, nempe respectus honestatis actus ad rectam rationem, vt ad proximam normam honestatis.

Prima pars concl. prob.

Confirm.

71. Hanc priuationem esse carentiam virtualis coniunctionis obiectiuæ, quæ debebat inesse actui ex hypothesi, quòd homo operari volebat, prob. eius perfectionis hæc auersio est priuatio, quæ debebat inesse actui: hæc erat aliqua honestas; at quæuis dicit virtualem coniunctionem obiectiuam cum Deo vltimo fine & obiecto omnis honestatis, vt probatum est; ergo. In quolibet .n. actu bono est duplex respectus, alter expressus & formalis ad proximum obiectum honestum; alter implicitus & virtualis ad finem vltimum, cui omnis actus, vt honestus sit, conformari debet. Huic duplici bonitati duplex malitia respondet in actu malo; altera est priuatio honestatis obiecti proximi, altera est priuatio virtualis coniunctionis & obiectiuæ conformitatis cum vltimo fine. Prior priuatio in sent. eorum, qui omne peccatum collocant in priuatiuo, constituit primò peccatum in esse morali: in meâ, quæ peccatum commissionis, in esse morali, collocat in positiuo antecedente priuationem obiectiuę honestatis, priuatio hæc non constituit primò peccatum in esse morali, sed supponit illud primò constitutum per aliam rationem positiuam antecedentem, solumque auget malitiam illius. Posterior priuatio in omnium sent. id constituit primò in esse peccati Theologici, & auersionis à Deo vt ab vltimo fine; cùm alia ratio prior non constituat positiua enim antecedens, quam auersio consequitur, non est formalis aut virtualis auersio à Deo, cùm in multorum sententiæ esse possit absq; auersione à Deo, si inuincibiliter ignoraretur Deus.

Secunda prob. facilè

Explicatur

Duplex bonitas

Et malitia

D I C O 4. In hoc statu mortale, præter priuationem obiectiuę coniunctionis cum Deo fine naturali, includit priuationem obiectiuę coniunctionis & perfectæ amicitię supernat. cum Deo fine & amico supernat. ex *Triden sess. 6. cap. 7. ex iniusto peccator fit iustus, & ex inimico fit amicus.* Vbi eodem modo peccatum appellat inimicitiam Dei, ac iniustitiam sc. formaliter. Fundam. in hoc statu creatura rationalis non solùm habet debitum conseruandi se coniunctam cum Deo fine naturali, sed etiam cum Deo fine & amico supernat. ergo voluntaria priuatio talis coniunctionis & dissociationis amicitiæ cum Deo, est mala: omnis .n. debiti trãsgressio est dissentanea naturæ rationali, ac proinde mala. Antec. prob. si non haberet homo id debitum, posset hanc coniunctionem & amicitiam absque peccato expresè nolle: sicut quia non habet debitum conseruandi se in statu virginitatis, potest absque peccato illam expresè nolle. Non potest hanc coniunctionem expresè nolle: ergo.

72. *Fund.*

73. Confirm. 1. ideò tenetur adultus sibi baptismum procurare ac suscipere, & defectu illius per actum contritionis se in statu gratiæ ponere, vt se cum Deo fine & amico supernat. coniungat. Ideò, cæteris paribus, grauiùs peccat, qui primò peccat stolam innocentiæ amittendo, quàm qui peccat post amissam: primum .n. peccatum tollit coniunctionem supernat. cum Deo fine & amico supernat. quam non tollit secundũ, cùm supponat sublatam.

Confirm. 1.

Grauius peccat, qui primò peccat stolam innocentiæ amittendo,

74. 2. Hæc supernat. coniunctio creaturę cum Deo per gratiam habitualem, est perfecta amicitia eius cum Deo; ex *Triden.* sed tenetur conseruare hanc supernat. amicitiam cum Deo: Igitur voluntaria priuatio huius erit culpabilis. Ex eadem ratione constat, huiusmodi malitiam, quam mortale in hoc statu includit, consistere in priuatiuo: sc. in priuatione supernat. amicitiæ cum Deo; quæ amicitia est perfectio positiua, seu gratia habitualis: ergo carentia illius in priuatiuo consistit.

Confirm. 2.

75. *Obijcies* 1. Hæc voluntaria separatio ab vltimo fine non est distinctum peccatum à conuersione ad obiectum notabiliter rationi dissonum: sed conuersio ad id obiectum est quid positiuum, in nostra sent. ergo separatio à Deo consistit in positiuo. Maior prob. debitum conseruandi obiectiuam coniunctionem cum Deo vltimo fine, non est diuersum à debito, quod creatura habet nunquam malè operandi: ergo nec peccatum contra vnum debitum est diuersum à peccto contra aliud.

Obijcies 1.

Ma. prob.

76. Confir. 1. Debitum quod habet creatura rationalis conseruandi moralem conformitatem cum recta ratione, non est distinctum à debito, quod habet nunquã malè operandi. ergo nec debitũ &c.

Confirm. 1. à pari.

77. 2. Si hoc debitum conseruandi obiectiuam coniunctionem cum Deo vltimo fine esset distinctum à debito rectè operandi, obligaret creaturam ad illud seruandum independenter ab omni debito non malè operandi: hoc falsum est; illud .n. perfectè seruatur ex eo præcisè, quod seruatur debitum non malè operandi.

Confirm. 2.

78. 3. Omne debitum datur de actibus, non de habitibus: coniunctio siue amicitia creaturæ rationalis cum Deo vltimo fine & amico, est per modum habitus, non actus: ergo non cadit sub distinctum debitum à debito non malè operandi.

Confirm. 3.

79. 4. Valet hæc causalis: ideò homo per mortale auertitur à Deo, quia conuertitur ad obiectum notabiliter rationi difforme; ergo tota malitia auersionis à Deo, quæ in mortali includitur, fundatur in

Confirm. 4.

Digitized by Google

cõuersione ad obiectũ notabiliter rationi difforme.

80. *Respondeo.* Resp. neg. maior. vtraque .n. malitia est separabilis ab alterâ: posset esse malitia cõuersionis ad obiectũ notabiliter difforme rationi, absque malitia auersionis seu desertionis Dei vltimi finis: nã si per possibile vel impossib. creatura rationalis cõuerteret se ad obiectum notabiliter rationi difforme cum inuincibili ignorantia Dei vltimi finis, contraheret malitiam conuersionis absque malitia auersionis; quæ cùm fit per modum virtualis contemptûs & iniuriæ Dei, non contrahitur, sine vlla cognitione vltimi finis. Confirm. qui sic peccaret, non mereretur pœnam æternam, quę ex communi sent. respondet auersioni, non conuersioni: sicut nec amitteret gratiam, si fortè illam haberet. Contrà verò potest malitia auersionis separari à malitia conuersionis: vt si quis expresso actu nollet coniunctionem & amicitiam cum Deo vltimo fine, ad nullam creaturam se conuertendo. Potest etiam vna malitia augeri alterà non auctâ, vt *ex præced. sect.* constat. Ad prob. maior. nego, debitum conseruandi coniunctionem cum Deo vltimo fine esse idem formaliter cum debito nõ malè operandi: alioqui non maiorem malitiam contraheret, qui malè operaretur cũ inuincibili ignorantia vltimi finis, ac qui operatur cum notitia vltimi finis. Vt enim fit diuersum debitum formaliter, sufficit vt sit per ordinem ad diuersum ius, quod peccato lædit: at diuersum ius lędit per conuersionẽ ad furtum, ex. gr. quàm per auersionẽ à Deo in conuersione furti inclusam; esto, hæ duæ malitiæ sint in eodem actu furti simul coniunctæ: nã per cõuersionem ad furtũ lædit ius creaturæ, per auersionem à Deo lædit ius vltimi finis.

Pœna æterna respondet auersioni.

81. *Ad prob. maior.*

82. *Ad conf. 1.* Ad 1. confirm. nego, non esse diuersum debitũ conseruandi moralem conformitatem cum recta ratione, & non malè operandi: vbi .n. diuersa iura, sunt ibi diuersa debita seruandi iura illæsa. At ius legis naturalis, quod est rectum dictamen rationis, est diuersum ab alijs, quæ peccato lædunter: vt in furto lędit ius proximi, & est iniustitia; & ius rationis, & est generale peccatum inclusum in omni actu malo, licet peculiarem malitiam nõ tribuat, nisi expresse intenta, vti cęterę circumstantię generales, quæ non propterea quòd reperiantur in omni actu malo, non conferunt malitiam saltem genericam. Confirm. cęteris paribus, grauiùs peccat, qui magis aduertenter peccat; quia magis lædit ius rationis seu legis naturalis, quàm qui minùs aduertenter, cùm alioqui malitia ex parte obiecti sit eadem in vtroque actu.

83. *Ad 2.* Ad 2. neg. sequel. quando .n. debitum est generale, essentialiter inclusum in quouis particulari, non obligat independenter à particularibus: quia igitur debitum conseruandi coniunctionem cum Deo vltimo fine est generale, essentialiter inclusum in singulis debitis particularibus, non obligat independenter ab illis. Sicut quia debitum conseruandi moralem conformitatem cum lege naturali est generale, essentialiter inclusum in quauis lege particulari, non obligat independenter à legibus & præceptis particularibus.

84. *Ad 3.* Ad 3. concedo, omne debitum esse tantùm de actibus immediatè; nego, non posse esse etiam de habitibus mediatè; sicut datur debitum de actu contritionis immediatè; mediatè de habitu gratiæ per actum acquirendo: Ita datur debitum de non malè operando immediatè; mediatè de conseruandâ coniunctione cum Deo vltimo fine, & conformitate cum recta ratione.

85. *Ad 4.* Ad 4. si *tò ideò* sumatur formaliter, neg. antec. non .n. ideò formaliter peccator auertitur à Deo, quia conuertitur ad obiectum dissonum, sed quia separatur à Deo. Sicut non ideò formaliter motus localis est derelictio termini à quo, quia est acquisitio termini ad quẽ, sed quia est derelictio termini à quo: Si *tò ideò* sumatur causaliter, cõced. ante. & neg. cõseq. licet .n. ex cõuersione ad obiectũ dissonũ causetur auersio à Deo, ipsa tamen auersio diuersã habet malitiam à conuersione. Sicut licèt derelictio termini à quo causetur ex acquisitione termini ad quem, ipsa tamẽ diuersum habet respectũ & formalitatem ab acquisitione termini ad quẽ, vt diuersi sũt termini.

86. Hactenus probatum, priuationem coniunctionis cum Deo tam fine naturali, quàm supernat. ineludi in mortali, etiam formaliter & sub ratione culpæ: inquirendum, an sit distincta à contemptu & offensa Dei, prior vel posterior illâ: non disputo de peccatis, quibus homo expresse vellet eam priuationem vel contemptum Dei: in huiusmodi .n. illud est priùs, quod expresse intenditur; sed de peccatis, quibus tantùm indirectè & interpret. homo vult eam priuationem & contemptũ.

87. DICO 5. Hęc priuatio coniunctionis cum Deo vltimo fine non distinguitur à contemptu & offensa contra Deum, nisi tanquam explicitum ab implicito: estque prior contemptu, vt causa formalis suo effectu formali. Prior pars prob. ipsa voluntaria desertio & auersio à Deo vltimo fine, est contemptus interpret. & virtualis offensa Dei: per ipsam .n. creatura rationalis interpretatiuo & virtuali affectu præfert creaturam creatori, dum præ amore illius non curat deserere creatorem, & quantum est de se, illum priuare perfectione vltimi finis, eamque in creatura, ad quam conuertitur, constituere. Quòd distinguantur vt explicitum ab implicito, constat: quia rectè iste contemptus Dei explicatur per voluntariam derelictionem seu auersionem à Deo & conuersionem ad creaturam, vt per suam definitionem.

Prima pars prob.

Hic ipse Dei contemtus interpret.

88. *Secũda pars prob.* Posterior pars prob. voluntaria derelictio Dei vltimi finis concipitur per modum causæ formalis moralis; contemptus & iniuria per modum effectûs formalis moralis ex ea resultantis. Vode valet hęc causalis; ideò peccator cõtemnit Deum, quia deserit illum: non contrà; ideò deserit, quia contemnit, nisi quando expresse deserit, vt contemnat; tunc .n. contemptus est prior & per modum finis in intentione peccantis. Ratio: prior illatio est à formâ ad effectum formalem; posterior verò ab effectu ad suam causam formalem.

89. *Dices.* DICES. Contemptus Dei est quid positiuum; derelictio quid priuatiuum: nõ igitur idem. *Resp.* Resp. contemptus & offensa Dei est quid positiuum ex nostro modo concipiendi; ex se est sola priuatio debitæ coniunctionis cum Deo.

90. DICO 6. Interpretatiua auersio & derelictio Dei est consequens ad specificam malitiam obiecti. Fundam. ideò creatura peccando auertit se à Deo, quia conuertit se ad creaturam: non contrà; ideò conuertit se ad creaturam, quia auertit se à Deo. Igitur conuersio ad creaturam est ratione prior, & moralis causa auersionis à Deo.

Dices. Nulla causa producere potest effectũ in suo genere perfectiorem se: sed malitia auersionis est in suo genere perfectior malitiâ conuersionis: ergo non potest ab illa causari. *Resp.* Resp. Maior vera de verâ causâ, non de impropriâ & metaphoricâ, qualis est conuersio respectu auersionis. Vnde S. Tho. 3. *p. q.* 88. *art.* 1. *corp.* docet, auersionem, quæ est in mortali, ex conuersione causari *quodammodo*, apertè indicans non propriè, sed impropriè.

Ad fun-

91. *Ad fund. 1. Priuatio coniunctionis cum Deo duplex*

Ad fundam. sent. 1. vna est priuatio coniunctionis obiectiuæ, quę debebat inesse actui opposito virtutis, & hęc non supponit, sed constituit formaliter mortale in esse mortalis, quia primò auertit à Deo vltimo fine & obiecto totius honestatis, quam priuationem includit omne mortale in quouis statu commissum: Altera est priuatio coniunctionis cum Deo per modum habitûs, quæ debebat inesse non actui, sed animæ: hanc includit mortale in hoc tantùm statu commissum: & de ipsa procedit potissimùm obiectio, quòd ea non sit peccatum, sed pœna dumtaxat peccati: Verùm illa vel consideratur, vt est physica subtractio à Deo, inflicta in pœnam peccati, & sic non est peccatum, sed pœna peccati: vel consideratur vt est quidam effectus interpretatiuè volitus à peccatore; sic habet rationem peccati, & ratione præcedit eandem priuationem, vt est physica subtractio à Deo in pœnam. ideò .n. Deus subtrahit gratiam, quia peccator interpretatiuè vult talē subtractionem, iuxta illud, *non deserit Deus, nisi deseratur.*

Subdistinguitur

92. *Priuatio gratia iterum dupliciter spectatur*

Adhuc autem talis priuatio gratiæ considerari potest, vel exercitè & reipsâ actu ex peccato secuta; vel in ratione termini tribuentis suam malitiam actui per modum obiecti specificantis, & denominantis illum malum eâdem malitiâ, quâ malum est obiectum. 1. modo est effectus peccati actualis, & habet rationem maculæ animam spoliantis debita pulchritudine, & sub hoc respectu, quâ effectus secutus ex peccato, est mala; quia licet vt sic peccatum non constituat, (illâ enim per impossibile non secutâ, adhuc fuisset peccatum) vt tamen facit vnum moraliter cum peccato, ex quo secuta est vt ex causa, integrat vnum peccatum moraliter: sicut actualis omissio facit vnum peccatum moraliter cum voluntate omittendi, & quiuis actus externus cum voluntate & proposito interno. 2. modo constituit formaliter mortale in ratione auersionis à Deo fine supernaturali. Cùm enim gratia sit habitualis coniunctio & amicitia cum Deo fine & amico supernaturali, quam creatura rationalis in hoc statu tenetur conseruare, voluntas interpretatiua carendi tali coniunctione, erit mala, non malitiâ positiuâ; ergo priuatiuâ.

93. *Voluntas interpret. carēdi gratiâ est mala*

Quòd sit mala, patet: Tum quia formalis voluntas carēdi coniunctione & amicitia cum Deo, est mala: ergo etiam interpretatiua: in moralibus enim voluntas interpretatiua æquiualet formali: & malitia interpretatiuæ reducitur ad malitiam formalis. Tum quia omnis voluntas carendi formâ debitâ, est mala, cùm sit contra debitum, quod creatura rationalis tenetur seruare. Ex duplici autem debito tenetur creatura rationalis seruare gratiam & amicitiam cum Deo, tum ex amore, quem debet vltimo fini, tum ex amore erga seipsam.

94. *Malitia priuatiua*

Quòd sit mala malitiâ priuatiua, prob. eam malitiam confert obiectum actui, quam habet in se: at voluntaria carentia debitæ amicitiæ & coniunctionis cum Deo amico & fine supernaturali, non habet positiuam, sed priuatiuam malitiam: est enim mala formaliter, quâ voluntaria priuatio positiuæ formæ perfectionis debitæ. Confirm. sicut voluntaria omissio actus præcepti, quia non habet in ratione obiecti aliam malitiam, quàm priuationis actus debiti, illam tantùm confert actui omittendi: ita quia voluntaria carentia coniunctionis cum Deo fine supernaturali non habet aliam malitiam in ratione obiecti, quàm priuationis positiuæ formæ debitæ, eam tantùm confert voluntati carendi.

Confirm.

95. *Dices*

Dices. Hæc voluntaria carentia debitę coniunctionis non distinguitur à positiua malitia conuersionis ad obiectum rationi dissonum; quæ est positiua: Resp. neg. maior. Tum quia, prima est separabilis ab altera, casu quo quis peccaret cum inuincibili ignorantia finis supernaturalis. Et malitia auersionis à Deo fine supernaturali, separabilis est à malitiâ conuersionis, casu quo quis propter solùm odium Dei expresè nollet hanc coniunctionem. Tum quia sunt penes diuersos terminos, habentque malitias & pœnas diuersas. Vna enim auertit à Deo fine & amico supernaturali, altera conuertit ad creaturas: vna habet malitiam obiectiuè infinitam, & in ratione offensæ supremam; estque ipse virtualis contemptus Dei, à pura creatura incompensabilis; altera habet malitiam omninò finitam, estque à pura creatura condignè compensabilis: vni respondet pœna quoad durationem infinita; alteri finita.

Resp:

Patet ad prob. antec. quâ solū probatur, actualis priuatio gratiæ, quà physicè est à Deo, non esse peccatum, sed pœna peccati; non vt est voluntaria carentia à peccatore interpretatiuè volita: vt sic enim specificat peccatum in ratione obiecti, & simul est complementum peccati cōstituens vnum moraliter cum voluntate carendi: sicut omissio actus præcepti, & quilibet externus simul specificat internum in ratione obiecti, & complet cum illo vnum integrum actum humanum peccati ex his etiam patet ad vtramque confirmationem.

96. *Ad prob. antec. n. 61.*

SECTIO IV.

An malitia peccati mortalis sit infinita?

97. *Affirmant*

PRima sent. affirmat: *Bonau. in 3. dist. 20. art. 1. qu. 3. in 2. rat. Richar. in 3. dist. 20. quæst. 4. Ioan. Medin. Cod. de satisfact. qu. 1. Almay. tract. 3. Moral. cap. 20. fine, Coninc. de Sacra. disp. 2. nu. 21. & disp. 10. dub. 2.* fauent *Alen. 3. p. qu. 1. me. 6. art. 2. S. Tho. 3 p. qu. 1. art. 2. ad 2.* Et *in 3. dist. 20. qu. 1. art. 2. Capreo. in 4. dist. 15. qu. vn. art. 1. conc. 1.* sed maximè omnium *Caiet. 3. p. qu. 1. art. 2 §. Ad alteram, Medina ibid.* qui offensam mortalis appellant infinitam in genere mali; sicut, inquiunt, linea infinita esset quantitas infinita: licèt quia non esset infinita in genere entis, non diceretur infinita simpliciter. Ita offensa Dei est malum infinitum, quia tamen non est infinita in genere entis, non dicitur infinita simpliciter, sed secundùm quid.

98. *Probant 1.*

Prob. 1. Peccatum, quod condignè meretur pœnam infinitam, est infinitum: mortale condignè meretur pœnam infinitam; id est æternam, quæ extensiuè & quoad durationem est infinita. Maior prob. peccatum, quod condignè meretur pœnam vnius anni, est alicuius malitiæ; quod condignè meretur pœnam centum annorum, est grauioris malitiæ: ergo quod condignè meretur pœnam æternam; erit infinitæ malitiæ. Confir. Rectè ex proprietate colligitur essentia rei: condignitas ad pœnam est proprietas culpæ: rectè igitur ex condignitate ad infinitam pœnam colligitur infinitas culpæ. 2. Illud peccatum est infinitum, quod priuat bono infinito: malitia .n. peccati mensuratur ex carentia boni quo priuat: mortale priuat bono infinito; tum quia priuat Deo obiecto infinito: tum quia priuat gratia & gloria maiori & maiori fine termino, quam posset viator oppositis actibus virtutum acquirere. 3. Illud peccatum est infinitum, quod infert, vel aptum est inferre damnum infinitum: mortale id infert, destruendo in cruce

Confirm:

99. *Prob. 2. & deinceps*

100.

Digitized by Google

vitam Christi; vel aptum est inferre: quia naturâ suâ est aptum priuare gratiâ & gloriâ infinitâ, imò & personalitate increatâ hypostaticè vnitâ naturæ creatæ: & quia quantum est de se, est contristatiuum Dei, ac proinde priuatiuum increatæ felicitatis, quâ Deus in seipso felix est. Maior prob. malitia peccati non solùm attenditur penes carentiam boni, quo actu subiectum priuat, sed quo aptum est illud priuare sicut valor meriti mensuratur ex dignitate præmij, quod dignũ est mereri.

101. 4. Mortale coæstituit vltimum finem in creaturâ: ergo est infinitę malitiæ: quia transfert perfectionem vltimi finis, quæ in Deo est infinita, ad creaturam, ad quam vt vltimum finem peccator se conuertit: igitur quantum est de se priuat Deum
102. infinita perfectione vltimi finis. 5. Quò dignior est persona, quæ offenditur, eò grauior est offensa: Deus est infinitæ dignitatis: ergo offensa contra illum erit infinita. *Confir.* Confirm. Quò magis distat offendens ab offenso, eò magis crescit offensæ grauitas: creatura infinitè distat à creatore: ergo offensa
103. creaturæ in creatorem crescit infinitè. 6. Illa offensa est infinita, quæ excedit quascunque offensas personarum digniorũ & digniorum in infinitum: talis est offensa irrogata Deo; datis .n. offensis contra personas creatas digniores in infinitum, semper offensa mortalis contra Deum esset grauior. Maior probatur: offensa, quæ grauitate sua excedit quascunque etiam infinitas, est maior quâcunque assignabili finitâ; quia non potest esse finita, alioqui assignabilis esset aliqua, quâ illa maior non esset; nec infinita syncategorematicè; tum quia offensa mortalis est actu tota simul, infinitum syncateg. partim est actu, partim potẽtia. Tum quia vna sola offensa mortalis excederet actu infinitas contra personas creatas: sed offensæ actui infinitæ includerent malitiam actu infinitam; ergo offensa contra Deum, quæ excederet actu infinitas, esset actu
104. infinita. 7. Illa offensa est infinita, quæ nulla potest finitâ satisfactione maiori in infinitum condignè compensari: offensa mortalis est talis. Confir. solâ potuit satisfactione Christi condignè compensari simpliciter infinitâ: satisfactio enim puri hominis, etiam habentis gratiam accidentalem infinitam,
105. non fuisset condigna. 8. Malitia mortalis excedit malitias infinitorum venialium; nam in ratione offensæ grauius est vnum mortale, quàm infinita venialia: & eligibilius est committere infinita venia-
106. lia, quàm vnum mortale. 9. Saltem peccatum, quo quis vellet destruere Deum, si posset, est infinitæ malitię: Voluntas .n. occidendi vnum hominem, est mala vt vnum; voluntas occidendi centum homines, est mala vt centum; voluntas occidendi infinitos, est mala infinitè. Sed voluntas destruendi Deum, est peior voluntate occidendi infinitos homines: ergo si illa infinitè mala, à fortiori & hæc
107. erit infinitè mala. 10. Opus à personâ infinitâ, est *Prob. 10.* infiniti valoris & obsequij, vt patet in Christo: ergo offensa contra personam infinitam, est infinitæ grauitatis & iniuriæ. Non .n. minùs ad offensam concurrit persona offensa, quàm ad obsequium & meritum persona merens: ergo si vna confert infinitum valorem actui, alia conferret infinitam iniuriam.

108. Secunda sent. negat, mortale esse infinitæ malitiæ. *Negant* *Scot. in 3. dist. 20. qu. vn. §. contra ea, & in 4. dist. 15. qu. 1. §. de 2. & §. quantum,* vbi docet, contritionem puri hominis sua naturâ esse condignam satisfactionem pro mortali, imò Christi satisfactionem fuisse finiti valoris, quæ tamen fuit condigna pro omnibus offensis. *Palud. in 3. dist. 20. qu. 2 art. 2.* vbi docet, posse hominem cum gratiâ condignè pro mortali satisfacere: *Mayro. in 4. dist. 15 qu. 1. art. 2. Argen. qu. vn. art. 1. & reliq. Schol. tam in 3. dist. 20. quam in 4. dist. 15.* Ex recentioribus illam docent *Sotus in 4. dist. 19. qu. 1. art. 2. ad 1. Medin. 1. 2. qu. 87. art. 4.* licet contrarium docere videatur *3. p. loco cit. Vasquez 3 p. disp. 2. cap. 2. Suarez 3. p. disp. 4. sect. 3. & de act. hum. tract. 5. disp. 2. sect. 3. Grenad. 1. 2. contr. 6. tract. 3. disp. 5. &c.* Nota 1. malitiam peccati con- 109.
siderari posse, in ratione offensæ & iniuriæ illatæ Deo; vel in ratione mali seu damni quod infert vel ipsi peccatori, vel alteri. Ratione vtriusque quæri potest, an malitia mortalis sit infinita.

110. *Infinitas peccati non considerat. in genere entis.* Nota 2. Hanc infinitatem in peccato non esse considerandam in ratione entis: Nullus .n. ex ijs, qui mortali concedunt infinitam malitiam, concedit illam infinitam in genere entis, sed in genere mali, quod mortaliter causat, vel in genere moralis æstimabilitatis consurgentis ex aliquo fundamento, quod proximam causam præbet intellectui prudenter iudicandi & æstimandi illud infinitum in genere mali moralis. His positis,

111. DICO 1. Mortale in genere offensæ & iniuriæ illatæ Deo, est infinitum ratione ordinis, in quo constituitur, licet finitum intra eundem ordinem. *Prima pars prob.* Prior pars prob. Illud est infinitum ratione ordinis, quod est supremum in tali ordine, & excedit infinitos alios ordines perfectiores infra se: tale est peccatum mortale in genere offensę & iniuriæ illatę Deo: vt constat ex 5. & 6. argu. Quò .n. dignior est persona, quę offenditur, eò grauior est offensa: ergo si persona est infinitæ ac supremæ dignitatis, etiam offensa erit infinitę ac supremę grauitatis, saltem quoad ordinem. Nam sicut infinitum in genere entis dicitur illud, quod est supremum in ratione entis, & excedit quæcunque alia entia perfectiora in infinitum: ita infinitũ in ratione ordinis dicitur illud, quod est supremum in tali ordine & excedit quoscunque alios ordines sub eadem lineâ perfectiores in infinitum. Ex his Maior roboratur: Illud est ordine infinitum, quod nullum habet eiusdem ordinis supra se, & infra se infinita. Etenim talis ordo actu & categorematicè superat infinitos ordines: id nequit, nisi sit infinitus alioqui dari posset ordo aliquis sub eâdem lineâ quem ipse non superaret. Maior patet: ordo .n. offensæ, qui est in mortali, desumitur ex personâ increatâ, qui ordo actu est in quolibet mortali.

112. *Dices* 1. Offensa vnius mortalis, etiam secundùm rationem offensæ contra Deum est grauior aliâ; ergo non omnis offensa mortalis in ratione offensę contra Deum, est suprema; alioqui non *Offensa mortalis est grauior alia quoad speciem offensæ ex proximo obiecto & circũst.* posset dari vna grauior aliâ. Resp. offensam vnius mortalis esse grauiorem aliâ quoad speciem tantùm offensæ, quæ desumitur ex proximo obiecto & circumstantijs; non quoad ordinem, qui desumitur ex personâ increatâ, quæ offenditur. Non igitur repugnat, variari malitiam specificam desumptam ex proximo obiecto, inuariato ordine desumpto ex personâ offensâ increatâ.

113. *Dices* 2. Visio & dilectio beata in ratione formæ beatificantis non habent aliam perfectiorem se; & infra se habent perfectiores cognitiones & dilectiones in infinitum, & tamen non sunt ordine infinitæ: ergo nec peccatum in ratione offensæ erit ordine infinitum, esto supra se non habeat grauiorem offensam quoad ordinem, & infra se infinitas offensas graviores. Resp. 1. neg. Anteced. nam etiam visio & dilectio beata, quia in ratione formæ beantis creatæ sunt supremæ, habentes infra se cognitiones & dilectiones perfe- *Etiam visio & dilectio beata sunt ordine infinitæ*

ctiores

ctiores in infinitum, sunt in tali ordine infinitæ.

114. 2. Meliùs neg. conseq. visio enim & dilectio beata in ratione formæ beantis non sunt simpliciter supremæ; nam supra creatam datur increata: supra offensam verò contra Deum nulla datur offensa grauior: ac proinde hæc in ratione offensæ est simpliciter suprema, non habens supra se aliam ordine grauiorem, atque adeò est infinita quoad ordinem grauitatis. Infinitum enim dicitur illud, quod in suo ordine non habet aliud superius & perfectius se. Nec sufficit ad infinitum simpliciter, excedere infinita imperfectiora se, sed etiam requiritur ab alio perfectiore se in eodem ordine non excedi. Sicut esto Angelus excedat infinitas naturas imperfectiores se, quia tamen exceditur ab alijs naturis perfectioribus se, non est in suo ordine infinitus. Instabis: ad infinitum ordinem simpliciter sufficit, vt nullus sit alius perfectior ordo creatus dabilis, esto detur perfectior ordo increatus; sicut ad infinitum ens simpliciter sufficit, vt nullum sit dabile ens perfectius creatum, esto detur perfectius increatum. Resp. negando assump. Ad prob. disting. de duplici infinito, alterum est, quod solùm eminenter continetur in Deo, cuiusmodi esset infinita quantitas, infinita qualitas corporea: alterum, quod formaliter continetur in Deo, qualis esset infinita substantia, infinitum intellectiuum, infinita cognitio. De posteriori infinito esset eadem ratio, ac de infinitate ordinis: quod, quia daretur perfectior substantia, perfectius intellectiuum, perfectior cognitio increata; nulla creata substantia, nullum creatum intellectiuum, nulla creata cognitio esset simpliciter infinita: infinitum enim simpliciter est illud, quo in eâ ratione, in quâ supponitur infinitum, non sit aliud perfectius. De priori infinito, non esset eadem ratio: quia cùm non contineretur formaliter in Deo, intelligi posset in eo genere summum: quia igitur ordo offensæ contra Deum non continetur in Deo, continetur autem ordo beatitudinis, ille erit summus simpliciter, atque adeò infinitus: hic nec simpliciter sumus, nec infinitus.

Supra creatam increata.

115. *Instas*

Infinitum aliud continetur in Deo eminenter, aliud formaliter.

116. *Urges:* Obiectum beatificum est idem respectu beatitudinis creatę & increatæ: ergo idem erit ordo vtriusque: quia ordo sumitur ex obiecto. Resp. esse idem, sed non eodem modo cum actu beatifico concurrens: Nam cum actu beatifico creato concurrit vt obiectum purè extrinsecum: cum increato vt terminus intrinsecus & omninò identificatus. Cæterum diuersus ordo non solùm sumitur ex diuerso obiecto, sed etiam ex diuerso modo concurrendi & specificandi actum, vt patet in valore morali meritorum Christi refuso ex persona verbi, & valore physico personę Verbi, qui constituunt diuersos ordines ob diuersas coniunctiones cum personâ Verbi: quia quando obiectum est intrinsecum actui, communicat illi eandem prorsus bonitatem ac dignitatem, quam habet in se; secus quando concurrit tantùm extrinsecè; tunc .n. non communicat illi eandem bonitatem ac dignitatem, sed proportionalem, mediante ordine actûs ad se.

Obiectum beati aliter concurrit cum actu beati creato ac increato.

117. Posterior pars assert. prob. illud intra eundem ordinem est finitum, quod intra eũdem ordinem potest magis perfici, vt constat ex naturâ finiti: sed offensa contra Deum intra eundem ordinem offensæ contra Deum potest magis perfici: maior .n. est offensa contra Deum odium formale & expressum, quàm virtuale & interpret. & circa idem obiectum maior est iniuria illata Deo à fideli, quã ab infideli, & ab Angelo, quàm ab homine. Ratio à priori: offensa in ratione offensæ crescit, crescẽte cognitione personalis dignitatis, quæ offenditur: sed cognitio personalis dignitatis diuinæ, quæ peccato offenditur crescere potest in infinitum: ergo etiam offensa. Maior prob. offensa est actus voluntatis, quo offendens formaliter, aut virtualiter contemnit dignitatem personæ offensę: at eò magis contemnitur dignitas personæ, quò magis illa cognoscitur: eò .n. magis offensa est volũtaria; eoque magis iniuriosa. Confirm. Solus ille 118. qui cognoscereet infinitè Deum, offenderet infinitè Deum: ergo omnis alius, qui cognoscit finitè Deum, offendit finitè Deum: omnis .n. alius, qui cognoscit finitè Deum, in ratione offendentis, infinitè distat ab illo, qui Deum offendit, infinitè illũ cognoscens. Antec. prob. solus ille, qui cognosceret infinitè Deum, haberet infinitum affectum offendendi Deum: ac proinde solus ille haberet offensam infinitè intensam contra Deum.

Qui cognosceret infinitè Deũ, offenderet infinitè.

Ex dictis infertur, nullâ posse puri hominis satisfactione, etiam habentis infinitam gratiam accidentalem, offensam mortalem condignè compensari, sed necessariam fuisse satisfactionem hominis Deiz est contra *Caiet. Medin. 3. p. locis cit. & Vasq. disp. 2. cap. 3. 4. & 5.* docentes, posse purum hominem per actum contritionis pro offensa mortali condignè satisfacere, si aliunde posset viribus proprijs illam elicere. Quòd autem de facto non possit, non est ex defectu contritionis, sed quia nequit illam ábsque speciali auxilio Dei partem debiti condonantis, elicere. Fund. Corollarij: vt satisfactio sit condigna compensatio pro offensâ illatâ, debet esse in eodem ordine cum illâ: sola autem satisfactio Christi est in eodem ordine cum offensâ mortali illatâ Deo: sola in supremo ordine & serie actûs satisfactorij: quælibet puri hominis, etiam habentis infinitam gratiam accidentalem, est inferior ordine; ac proinde non eiusdem ordinis cum offensâ mortali, quæ in ratione offensæ est in supremo. Contrà: perfectior ordo, qui deest 120. satisfactioni puri hominis habentis infinitam gratiam accidentalem, compensari potest infinitâ dignitate gratiæ accident. refundentis totum suum valorem in opus satisfactorium: & actus charitatis puri hominis, etiam cum finita gratia iuxta primam resp. est eiusdẽ ordinis cum offensa mortali: quia vtraque est in suo genere ordinis supremi.

119. *Nullus purus homo potest pro offensa mortali condignè satisfacere.*

Dices 1.

Resp. ad 1. neg. antec. perfectio .n. & dignitas 121. ordinis, cùm immediatè desumatur à persona increata, est maior quacunque perfectione & dignitate proueniente ex gratia creata etiam infinita: quia secundùm moralem æstimabilitatem quilibet ordo increatus excedit quamcunque perfectionem creatam etiã infinitam. Ad 2. solùm iuxta priorem resp. cõcessum est, actum charitatis puri 122. hominis esse supremum in ratione formæ beatificantis, non in ratione actûs satisfacientis ac promerentis. Nam in hâc ratione habet alium actum, ordine superiorem se, nempe actum charitatis Christi, qui quoniam est à personâ increatâ, est superior ordine quocunque actu charitatis satisfactorio puri hominis. Vnde licet ratione obiecti, à quo vterque actus, Christi & puri hominis specificatur, sint eiusdem ordinis; ratione tamen personæ, à qua exhibentur, sunt diuersi ordinis. Et quia valor & dignitas satisfactionis non tam desumitur ex obiecto, quàm ex personâ satisfaciente, ideò in ratione actûs satisfactorij sunt diuersi ordinis. Sed de his plura tomo 6.

Respondeo ad primum.

Ad secundum.

DICO 2. Mortale ratione mali & damni, quod 123. infert vel peccatori, vel alteri, est infinitum. Fund. malum

Digitized by Google

malum & damnum, quod mortale infert peccatori, vel alteri, qui ad mortaliter peccandum inducitur, est infinitum: moraliter .n. causat pœnam damni & sensus quoad durationem infinitam: ergo quoad malum & damnum, quod naturâ suâ infert, est infinitum: nam quantitas mali mensuratur ex quantitate boni, quo peccato priuamur, vel ex quantitate mali, quod eodem incurrimus. Anteced. prob. *sect. seq.* vbi ostend. mortale esse moralem causam priuationis gloriæ quoad durationem infinitæ, & pœnæ sensûs æternæ.

124. *Peccatum quo proximus inducitur ad peccandū triplicem habet gradū.* Eâdem ratione constat, mortale esse infinitum ratione damni, quod causat in proximo, quando proximus inducitur ad mortale: Quod triplicem habet gradum: 1. quando ipsa ruina proximi non intenditur expressè, sed solùm interpretatiuè & virtualiter. 2. quando ruina proximi expressè intenditur. 3. omnium maximum peccatum est, quando non solùm ruina proximi expressè intenditur, sed præterea moraliter adimitur proximo potestas, ne possit à ruina vnquam resurgere, vt quando inductus proximus ad mortale committendum, statim occiditur.

125. *Dices.* Damnum seu boni priuatio, quam per peccatum incurrimus, non est mala moraliter, cùm sit à Deo in pœnam peccati inflicta: ergo nequit ex eâ peccatum suam malitiam desumere. Resp. Priuationem eam boni, non esse moraliter malam, vt est à Deo physicè: esse autem moraliter malam vt est voluntariè ab homine: nam contra debitum charitatis erga se, vel erga proximum est, priuare se, vel proximum infinito bono debito, vt patet ex *sectione 3. huius disp.*

126. DICO 3. Peccatum occisionis Christi cum verâ cognitione Christi commissum, est infinitum ratione damni illati. Fundam. humana vita Christi est infinitę dignitatis & valoris à personâ Verbi: ergo qui scienter illam destruit, infert infinitum damnum; dissoluendo humanum compositum infinitè dignificatum à Verbo: licet enim non destruat vnionem hypostaticam inter partes humanitatis & Verbum, destruit tamen vnionem naturalem inter partes essentiales humanitatis; quâ dissolutâ, Verbum non ampliùs dignificat humanitatem: proinde destruitur infinita illa dignitas moralis, quæ ex personâ increatâ Verbi communicabatur humanitati. igitur tale peccatum est infinitum ratione damni illati: actus enim exterior constituit vnum opus morale cum interiori: si exterior in ratione damni est infinitus denominat totum actum constantem ex interiori & exteriori infinitum in ratione damni, esto in ratione malitiæ præcisæ, vt distinctæ à damno infinito, non sit infinitum.

Suppon. de Incarnat.

127. DICO 4. Peccatum non accipit malitiam ex quocunque damno, quod posset simpliciter subiecto causare, sed ex damno duntaxat boni debiti. Fundam. omne peccatum est transgressio alicuius debiti: ergo vbi nullum est debitum, nulla potest esse transgressio. Quo fit, vt etiamsi mortale, suâ naturâ priuare posset subiectum infinitâ gratiâ & gloriâ, imò & vnione hypostaticâ cum Deo, de facto tamen non nisi eius priuationis malitiam contrahit, cuius oppositum bonum erat peccatori debitum; id est finitum, nempe finita gratia & gloria. Vnde priuatiua illa oppositio, quam habet mortale cum infinitâ gratiâ, gloriâ, & vnione hypostaticâ cum Deo, non est imputabilis peccatori, quia non est moralis oppositio cum formâ debitâ, sed tantùm physica.

Fundam.

128. DICO 5. Formalis ipsa malitia damni non contrahitur ex solo interiori affectu, quo quis vult, sed quo actu damnum infert. Fundam. formalis malitia damni consistit in formali priuatione boni iniustè sublati: sed hæc non contrahitur solo interiori affectu: hic .n. non infert damnum. Maior ostēd. in interiori affectu non est ipsa formalis malitia damni, neque formaliter, cùm hæc sit destructio boni debiti: nec causaliter proximè; cùm affectus internus non sit proxima, sed remota tantùm causa damni. Confirm. formalis malitia damni contrahitur per actionem proximè damnificatiuam: hæc autem non est interior actio voluntatis, sed exterior liberè à voluntate imperata, proximè & immediatè attingens ipsum damnum: interior est tantùm causa remota imperans. Maior prob. eatenus formalis malitia damni per peccatum contrahitur, quatenus peccatum integratur ex actione proximè damnificatiuâ: ergo hâc sublatâ, manente tantùm interiori affectu, non manet peccatum cum formali malitia damni, quæ causaliter tantùm continebatur in actione externa proximè damnificatiua, sed cum solâ malitiâ interioris affectûs, quæ est diuersę rationis à malitiâ formali damni. Nam licet actus internus suam bonitatem vel malitiam sumat ab obiecto externo; non tamen sumit eandem, sed aliam diuersę rationis, actui interno proportionatā. Velut eleemosyna externa est subleuatio egestatis: hanc autem bonitatem non communicat eleemosyna actui interno, sed aliam proportionalem: quia eleemosyna in actu interno non habet formalem bonitatem subleuandi egestatem: hanc .n. non habet intentionaliter tantùm volita, sed realiter egeno collata. Ita formalis malitia homicidij, est priuatio humanæ vitæ, quę non cōmunicatur interno actui occidendi, sed alia malitia proportionalis, interno actui propria: hanc .n. non habet homicidium vt volitum, sed vt patratū actu.

Fund. *Confirm.*

Cæterùm vt formalis malitia damni contrahatur, necesse non est, vt illud actu inferatur physicè à peccatore, sed sufficit, si tantùm moraliter. Vnde qui mortaliter peccat, suâ actione peccati moraliter sibi infert damnū æternæ damnationis. Dices: peccator nō actu sibi infert damnum æternæ damnationis: ergo illud formaliter per suam actionem non contrahit. Resp. Non infert sibi actu vi præsentis actionis peccaminosæ, nego. Nam sicut in præsenti actione peccati, vt in causa morali proximè continetur damnum æternæ damnationis: ita vi præsentis actionis peccator contrahit formalem malitiam æternæ damnationis. Sed contrà: ex dictis sequitur, nullum fore discrimē inter affectum inferendi damnum practicè possibile, & inter affectum inferendi damnum practicè impossibile. Vnde eiusdem malitię foret efficax desiderium occidendi hominem, quod est practicè possibile, & annihilandi Angelum, quod est practicè impossibile. Resp. neg. sequel. licet .n. non sit discrimen quoad formalem malitiam damni, quam neuter affectus contrahit; potest tamen esse discrimen quoad aliam malitiam ex obiecto desumptam. Quia licet obiectum non tribuat eandem malitiam formalem, sed proportionalem, actui interno propriam, diuersa tamen obiecta diuersam tribuunt malitiam proportionalem.

129. *Dices* *Resp.* *Contrà* *Resp.*

130. *Conciliantur sententia.* Ex dictis conciliari possunt Authores vtriusque sent. Qui cōcedunt, mortale esse infinitæ malitiæ, explicari possunt de duplici illâ infinitate ordinis & damni, quod mortale condignè infert. Qui negant, intellige de infinitate entitatiuâ, seu intensiuâ, vt apertè *Caiet. cit.* Cęterùm, an mortale dicēdum sit simpliciter infinitum, an infinitum secundùm

Digitized by Google

Quæstio de modo loquendi

dùm quid; posterior modus arridet, eo quòd ille sit frequentiùs à grauioribus Theologis vsurpatus, & quia infinitum simpliciter absolutè importat infinitatem secundùm omnem rationem in genere offensæ; non solùm ordinis, sed etiam essentiæ & intensionis.

131. Ex his patet ad argum. primæ sent. Quorum aliqua solùm probant infinitatem ordinis, quę nimirum desumuntur ex dignitate personæ offensæ, ex distantiâ personę offendentis, ex infinito excessu offensæ contra Deum supra offensas graviores contra personas creatas digniores in infinitum: Aliqua solùm infinitatem damni: Aliqua nullam: cuiusmodi sunt, quę desumuntur, vel ex bono infinito; quo mortale naturâ suâ aptum est subiectū remotè priuare, vel ex affectu, quo peccator inefficaciter, & per modum simplicis desiderij fertur ad destructionem obiecti infiniti.

132. *Ad singula prima. Vt peccatū mereatur pœnam infinitam in duratione sufficit quòd sit infinitum ordine.* Ad 1. Resp. Vt mortale condignè mereatur pœnam in duratione infinitam, sufficit vt sit tantùm infinitum ordine: hanc .n. solùm infinitatem arguit condignitas ad pœnam infinitam: hanc confirmat Maior, vt patet in hoc calculatorio argum. Obiectum finitum vt vnum requirit, vt perfectè cognoscatur, lumen intellectuale vt vnum: obiectum perfectum vt octo, requirit lumen intellectuale vt octo: ergo obiectum infinitum, requirit lumen intellectuale infinitum; nulla conseq. quia sufficit lumē finitum ordinis altioris ad intuendū obiectū infinitū, vt cōstat de lumine gloriæ, quod finitum quoad suā entitatem & intensionem attingere potest Deum obiectum infinitum. Idem argum. fieri potest de prēmio respectu meriti. Nam prēmium boni finiti, requirit meritum finitum quoad moralem bonitatem; ergo prēmium boni infiniti, requirit meritum quoad moralem bonitatem infinitum, nulla conseq. siquidem meritum finitum ordinis supernat. condignè, meretur præmium boni infiniti, qualis est clara visio Dei. Eodem modo resp. ad cōfirm. ex quâ tātùm arguitur

133. *Ad 2. &c.* infinitas p. mortalis quoad ordinem. Ad 2. cōcedo, mortale esse infinitum ratione damni, quod infert,

134. vt patet ex 2. assert. Ad 3. neg. peccatum suam malitiā desumere ex damno, quod posset in quocunque subiecto causare; sed tantùm ex damno, quod de facto moraliter causat: nō .n. accipit malitiam, nisi ex priuatione boni debiti, quod ex diuinâ ordinatione semper est finitum. Ad prob. patet ex 3. 4. & 5. assert. meritum non sumit suum valorem à prēmio, sed aliunde: vnde etiamsi non respondeat illi infinitum prēmium, non propterea desinit esse infinitum, si aliunde supponitur infinitum. Peccatum malitiam sumit ex damno boni debiti, quod infert: Vnde si hoc est finitum, etiam peccatum erit finitū. Aptior proportio esset inter peccatum, & pœnā respondentem peccato: ita .n. se habet demeritum ad pœnam, sicut meritum ad præmium: verùm ad merendum condignè pœnā infinitam sufficit offensa ordine tantùm infinita.

Disparatio meriti, & peccati

135. Ad 4. patet ex 5. asser. cùm enim peccator per mortale reipsâ non auferat à Deo perfectionem vltimi finis, nec auferre illam moraliter possit, nullus affectus, etiam formalis & expressus illam auferendi, mensurabitur ex quantitate damni, quod volūtas ipsa inferre vellet. Dices: ergo si Deus non puniret mortale æternâ pœnâ, non esset infinitè malum ex damno, quia tunc nullum inferret damnum. Sed neg. conseq. vt enim peccatum dicatur infinitum ex damno, sufficit vt sit per se moraliter illatiuum damni; hoc ipso, quòd illi tale damnum condignè debetur. Vrges: peccato est condignè debitum quodcunque damnum & priuatio boni possibilis. Sed negatur antec. nam illud duntaxat damnum seu malum est peccato moraliter debitum, quod fundatur in priuatione boni debiti.

Ad 5. ex eo tantùm sequitur infinitas offensæ 136. in ratione ordinis, non intensionis, aut essentialis malitiæ. Idem sequitur ex 6. argu. Ad 7. Ideo of- 137. fensa contra Deum nulla potest quācunque finitâ satisfactione, imò neque infinitâ puri hominis habentis infinitam gratiam accidentalem, condignè compensari, quia nulla satisfactio puri hominis æquiualet quoad ordinem, offensæ illatæ Deo: hæc .n. est in supremo ordine, non illa. Sola satisfactio hominis-Dei est in supremo ordine condigna satisfactio pro offensâ contra Deum. Ad 8. disting. 138. antec. malitia mortalis excedit ordine grauitatis, & eminenter infinitas malitias venialium, concedo; excedit formaliter & extensiuè, nego: cùm formaliter & extensiuè sit finita malitia, infinita tantùm eminenter & quoad ordinem offensę. Constat .n. ex 1. sect. offensam venialem non esse in eodem ordine cum mortali: eo quòd vna immediatè sit contra bona extrinseca Dei, altera immediatè contra Deum. Ad 9. patet ex 5. asser. Ad 10. constat 139. ex dictis, & clariùs ex sequenti corollario.

Euidenter deducitur, in mortali esse sufficiens 140. fundamentum æstimabilitatis infinitæ malitiæ & offensæ. Quod .n. maius, quàm quòd vel vna mortalis offensa in grauitate & malitia superet infinitas inferioris ordinis, contra personas creatas digniores in infinitum? quòd vel vna mortalis noxa excedat infinitas venialium? quòd, vt sequitur, eligibilius sit committere infinita venialia, quàm vel vnum mortale? quod nulla possit quācunque perfectiori, imò nec infinitâ puri hominis satisfactione condignè resarciri? quod non nisi infinita Christi satisfactione potuerit condignè compensari? quod condignè illatiuum sit infiniti damni? Omnia .n. cogunt prudentem intellectum æstimare offensam mortalem esse infinitæ grauitatis, esto illa adhuc in ratione offensæ non sit infinita, vel essentialiter & extensiuè, vel accidenteliter & intensiuè, sed tantùm ordine & eminenter, per comparationem ad quascunque alias offensas.

In mortali est fundamentū æstimabilitatis infinitæ malitiæ, nullum maius.

Dices. Si peccatum esset hoc modo infinitum, 141. sequeretur merita Christi non fuisse sufficientia pro omnibus peccatis totius humani generis. Nam pro quolibet peccato necessarius fuisset vnus actus Christi; sed actus Christi non fuerunt tot, quot sunt peccata generis humani, ergo nō sufficientia.

Resp. neg. sequel. Ad prob. neg. Maior: vnus .n. 142. actus Christi fuisset sufficiens pro omnibus peccatis simul. Nam licet offensa peccati mortalis sit in supremo ordine, cùm sit contra personam increatam; adhuc tamen meritum & satisfactio Christi est in altiori ordine in suo genere, quàm sit offensa in suo; & infinita simpliciter, idque ex diuerso modo. Etenim persona satisfaciens ad satisfactionem concurrit, intrinsecè præbendo se ipsam secundùm totam suam intrinsecam dignitatem: quia concurrit in genere causæ formalis intrinsecæ. Vnde si persona est infinitæ dignitatis, communicat actui infinitam dignitatem simpliciter in ratione valoris moralis. Ad offensam verò concurrit persona offensa, vt terminus tantùm extrinsecus virtualis aut formalis contemptūs: qui non communicat actui infinitatem simpliciter, sed solùm infinitatem ordinis: quia infinitas simpliciter, vel est physica, & hæc desumitur ex cognitione & affectu, qui in peccatore sunt finiti: Vel est moralis, & hæc non potest desumi ex termino, quia quando terminus

Satisfactio Christi est in altiori ordine in suo genere quàm sit offensa in suo

Diuerso modo operans, concurrit ad satisfact. & persona offensa ad offensam

terminus non facit vnum in esse morali cum actu, non communicat illi totam dignitatem, quam habet in se. Est igitur meritum Christi infinitum non solùm ordine, sed etiã intensione, non physicâ, sed morali desumpta ex intrinseca dignitate Verbi.

SECTIO V.

An peccatum mortale condigne mereatur pœnam infinitam?

143. SVPPONO 1. quodlibet peccatum per se condignè mereri pœnam sibi proportionatam: nam ex *S. Tho.* 1. 2. *q.* 87. *art.* 1. quicunque peccat, erigit se contra aliquem ordinem præscriptum, sub quo ipse continetur: iustum autem est, vt qui contra præscriptum ordinem insurgit, tantùm à principe illius ordinis deprimatur, quantòm se supra talem ordinem erexit, quòd est pœnam pati. Triplex autem est ordo, humanus, naturalis, Diuinus. Primum transgreditur creatura, violando legem humanam: 2. violando naturalem: 3. frãgendo diuinam: proinde triplicem pœnam incurrit peccator, vnam taxatam à lege humanâ, aliã à naturali, quæ est morsus conscientiæ; tertiam à diuinâ.

144. *Suppono* 2. 2. Reatum pœnæ distingui non solùm à pœna, sed etiam ab ordinatione ad pœnam: tum quia potuisset Deus peccatorem ad pœnam saltem sensûs non ordinare; cùm tamen, adhuc eâ ordinatione non positâ, peccator contraxisset reatum seu dignitatem ad pœnam sensûs. Tum quia pœnæ est causa Deus; non reatûs, qui est effectus immediatus peccati: reatus .n. est proprietas & effectus necessariò & immediatè consequens peccatum: pœna, vel ordinatio ad pœnam, est effectus pendens à liberâ voluntate legislatoris. Vnde licet ordinabilitas ad pœnam cõsequatur necessariò peccatum, non tamen actualis ordinatio, quia non pendet à peccato, sed à liberâ voluntate punientis. Cæterùm an reatus, qui medius est inter pœnam & culpam, separabilis sit à culpa, disputandum erit in octauo tomo, in materia de pœnitẽtia.

A priori

145. *Suppono* 3. 3. De facto cuilibet mortali taxatam esse à Deo pœnam æternam, atque adeò infinitam quoad durationem: ex illo 1. ad Corinth. 6. *Neque fornicarij, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt.* Vbi singulis peccatis assignat priuationem regni cælestis, intelligendo æternam, ex illo *Matth.* 25. *Discedite à me maledicti in ignem æternum.* Confirm. de fide est, quolibet mortali amitti gratiam, vt definit *Trident. sess.* 6. *Can.* 27. & 28. at de fide est, neminem absque gratia Dei saluari; nec remitti peccata, vt idem *Concil.* definit *cit. sess. cap.* 7. ex *Psal.* 118. *Longè à peccatoribus salus.* Sola difficultas superest, an quodlibet mortale condignè mereatur pœnam infinitam, intensiuè, extensiuè siue quoad durationem.

146. *Nullus Catholicus id sentit.* Prima sentent. negat, mortale condignè mereri pœnam infinitam, vel quoad intẽsionem, vel quoad durationem. Quam sent. proponit & refutat *Aug. lib.* 21. *de Ciuit. c.* 11. leges .n. humanæ adulterium momento temporis patratum, perpetuâ mente iustè puniũt: & peccatum *non temporis longitudine, sed iniquitatis & impietatis magnitudine metiendum est.*

147. *Probari posset* 1. Prob. hic error 1. August. in *Psal.* 71. verba; *ex vsuris & iniquitate redimet animas eorum*, sic scribit; *quæ sunt istæ vsuræ, nisi peccata, quæ etiam debita nominantur? vsuras autem appellatas puto, quia plus mali inuenitur in supplicijs, quàm commissum est in peccatis:* 2. condigna pœna est illa, quę proportionatur grauitati culpæ: sed grauitas culpæ mortalis est finita, siue consideretur quoad intensionem affectûs, siue quoad moram temporis. 2. *Ratione*

148. *Contrà* Contrà 1. si pœna mortali condignè debita, esset intensiuè, & extẽsiuè finita, sequeretur in peccatis puniendis, Deum non procedere vt iudicem, seruatâ æquitate iudicij inter pœnam & delictum, sed vt supremum Dominum, infligendo pœnam infinitè grauiorem culpâ: contra Apoc. 18. *Quantum glorificauit se, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum:* & cõtra Matth. 25. vbi Deus in ferendâ sententiâ mortis æternæ seruat iudicij formã, perpensis meritis causæ: *Esurijui enim, & non dedistis mihi manducare*, &c. cõtra Patrũ ac Theol. proloquium, *semper Deus punit citra condignum.*

149. 2. Sequeretur, mortale in condignitate pœnæ superari à multis venialibus: consequens est falsũ: sicut .n. quodlibet mortale in ratione offensæ excedit quotcunque venialia, etiam infinita: ita condigna pœna mortali debita excedit quotcunque pœnas condignè debitas quibuscunque venialibus, etiam infinitis. Sequela prob. si pœna mortali condigna est finita, nõ solùm quoad intensionem, sed etiã quoad extensionem, tot poterunt venialia multiplicari, vt tãdem in pœnæ condignitate adæquent, aut etiã superent pœnam cõdignã mortali.

150. Vnde dico, *loco cit.* August. solùm comparare malum, quod peccator peccando sibi, & proximo infert, & inter hęc duo mala longè maius esse, quod ipse peccator incurrit, quàm quod proximo infert: *Nam, verbi gratia, cùm homicida corpus tantùm hominis perimat, anima autem nihil nocere possit, ipsius & anima & corpus perditur in gehennâ.* Vbi peccati malitiam nõ considerat in ordine ad Deũ, à quo tãtùm mortale desumit ordinis infinitatem, sed in ordine ad proximum, à quo finitam accipit malitiam. Ad rationem concedo, culpam mortalem & quoad intensionem affectus, & quoad temporis moram, quo committitur, esse finitam; esse tamen infinitam ordine & moralĩ æstimabilitate, ratione offensæ contra Deum, cuius ratio potissimè attenditur in condignitate pœnæ. *Concludit August.* *Ad rationẽ*

151. *Sent. opposita extremè* Secunda sententia affirmat, quodlibet peccatum mortale condignè mereri pœnam infinitam & quoad extensionem, & quoad intensionem: *Almai. tract.* 3. *Moral. cap. vltimo*, eamque probabilem censet *Suarez tract.* 5. *de act. hum. disp.* 7 *sect.* 3. Prob. 1. mortale in ratione offensæ superat qualcunque offensas etiam infinitas ordinis inferioris; sed infinitè offensæ ordinis inferioris condignè mererentur pœnam infinitam, tam quoad extensionem, quàm quoad intensionem: cuilibet enim condignè respondet pœna determinata quoad intensionem & extensionem: ergo infinitis infinita: ergo à fortiori eadem pœna condignè respondet mortali. *Prob. 1. & deinceps.*

152. 2. Vna tantùm offensa mortalis in grauitate malitiæ excedit infinitas venialium: sed infinitæ venialium condignè merentur infinitam pœnam tam quoad extensionem, quàm quoad intensionem: ergo multò magis eandem condignè merebitur vna mortalis.

153. 3. In quolibet mortali sunt infinitæ partes intensionis, seu graduales qualitatis: sed cuilibet parti intensionis condignè respondet pœna determinata quoad intensionem, infinita quoad extensionem: ergo omnibus partibus simul condignè respondet infinita pœna quoad intensionem, & quoad extensionem. Minor prob. quælibet pars gradualis mortalis, quà peccaminosa est, meretur pœnam determinatam quoad intensionem;

quà

quà verò contra Deum est, eandem condignè meretur per totam æternitatem, ac proinde infinitam
154. extensiuè. 4. Mortale in ratione mali moralis est maius quocunque malo pœnæ; cùm eligibilius sit quodcunque malum pœnæ, quàm vel vnum peccatum mortale: ergo etiamsi malum pœnæ in infinitum augeatur, nunquam æquabit malitiam vnius
155. mortalis. 5. Nullam potest purus homo pro mortali condignam satisfactionem exhibere, etiamsi illa in infinitum augeatur; ergo mortale est dignum pœna infinitâ tam intensiuâ, quàm extensiuâ. Pœna.n. satispassionis resarcit defectum satisfactionis: ergo nulla satispassio est æqualis & condigna pro mortali. Confir. quamdiu offendens non exhibet condignam satisfactionem, semper est in offenso ius exigendi maiorem in infinitum: Igitur &
156. maiorem satispassionem. 6. *Semper Deus punit circa* *Prob. 6. ex Theol. proloquio.* *condignum*: ergo minori punit pœnâ mortale in inferno, quàm naturâ suâ punibile est.

157. Tertia sent. docet, mortale condignè mereri pœnam finitam quoad intensionem, infinitam quoad extensionem seu durationem: *S. Thomæ prima 2. quæst. 87. art. 4.* & communis Scholasticorum. Difficultas est non leuis in reddendâ ratione.

158. Prima. Illa pœna est condigna mortali, quæ de facto à Deo lata est: hæc est finita intensiuè, infinita extensiuè; non alia. Maior prob. Sapientissimus legislator, & iustissimus iudex in pœnis imponendis seruat proportionem æqualitatis pœnæ ad culpam, iuxta illud *Apocal. 18. quantum glorificauit se &c.* Confirm. Deus est iustus in puniendis peccatis, vt in præmiandis meritis: operans omnia perfectissimo sapientissimoque modo, qui est seruare proportionem pœnæ ad culpam, vt præmij ad meritum: quia cùm pœna sit perfectè correctiua & ordinatiua culpæ; ideoq; ei proportionata sit: quâ .n. parte pœna esset minor, non esset correctiua
Non à priori culpæ; quâ parte maior culpâ, excederet proportionem ordinis, quam seruare debet. Hæc ratio bona quidem, at radicem huius cõdignitatis, quam Deus in peccato supponit, non declarat.

160. Secunda. Illa pœna est condigna culpæ, quæ commensa grauitati culpæ: sed pœna finita intensiuè, & infinita extensiuè commensa est grauitati mortalis: quod est finitum in ratione malitiæ & offensæ contra Deum: ergo condignè proportionatur illi pœna finita intensiuè: idem in alia vitâ semper durat; durante culpâ, durat pœna correctiua culpæ: ergo eadem pœna respondet illi infinita extensiuè: ex *S. Tho. 1. 2. q. 87. ar. 4 ad 3.* vbi docet, pœnam infinitam quoad durationem non respondere mortali ex parte actûs, sed ex parte maculæ, quæ in inferno semper durat, & reatus ipse, vt proprietas maculæ. Contrà: hoc modo pœna æterna
161. non responderet mortali per se, & ratione intrinsecæ indignitatis & malitiæ, sed solùm ratione permanentiæ & perpetuitatis, eo modo quo (vt infrà) veniali coniuncto cum mortali in inferno respondet pœna æternâ. Vnde ex hac parte pœna mortalis non differret à pœna venialis per accidens coniuncti cum mortali. Confirm. adhuc manet difficultas, quænam pœna condignè respondeat mortali actuali. Ratio *eiusdem*,

162. Tertia *S. Tho. loco cit. corp.* Ideò mortali condignè respondet pœna finita intensiuè, infinita extensiuè, quia mortale est finitum ratione inordinatæ conuersionis; infinitum ratione auersionis à
163. Deo. Contrà: pœna intensiua non solùm respondet inordinatæ conuersioni, sed etiam auersioni à Deo vltimo fine, quæ est digna pœnâ non solùm damni, sed etiam sensûs. Sicut qui offendit Principem, non solùm est dignus, vt priuetur omnibus bonis à Principe acceptis, sed etiam vt puniatur aliquâ pœnâ sensus in propriâ personâ: sed auersio à Deo est infinita ex *eodem S. Thoma*: Igitur & pœna sensûs illi respondens.

Quarta *eiusdem S. Tho. eod. art. 4. ad 3. & art. 5.* 164.
corp. quæ simul est præcedentis rationis explicatio. *4. Ratio*
Ideò mortali ex parte auersionis condignè respondet pœna infinita, quia mortale de se est malum irreparabile: ergo naturâ suâ est æternum: ergo condignè respondet illi pœna æterna: quæ pœna consequitur culpam: ergo quando culpa naturâ suâ est æterna, etiam pœna illi correspondens erit æterna. Antec. prob. mortale tollit ordinè creaturæ eum Deo vltimo fine; qui est principium omnis rectæ ordinationis: sublato igitur ordine ad vltimum finem, aufertur principium omnis rectæ ordinationis. Sublato principio, nequit defectus cõtra tale principium reparari: quia omnis defectus reparabilis est à suo principio. Contrà: hæc ratio 165.
solùm probat, mortali respondere pœnam infini- *Contrà*
tam ratione perpetuitatis & permanentiæ, quam sublato principio ordinis, suâ naturâ affert subiecto, in quo est; non ratione actualis grauitatis & offensæ, quam Deo infert ipso momento, quò cõmittitur. Vnde si aliunde posset statim commissum deleri, non mereretur ratione suæ actualis offensæ contra Deum pœnam infinitam: cùm tamen illud solo momento durans, ratione offensæ cõtra Deum, excederet infinitas inferioris ordinis contra personas creatas in infinitum digniores.

Quinta omnium probabilissima, ex præcedente 166.
sect. constat sc. mortale ex eo præcisè quòd est *Probatio probabilissima.*
contra personam increatam, est infinitum in ordine offensæ, cùm in tali ordine & serie non habeat superius, & infra se infinitos excedat ordines offensarum. Ex eo verò, quòd eadem offensa procedat ex cognitione & voluntario finito peccatoris, est intra eundem ordinem tam quoad essentiam, quàm quoad intensionem finita, cùm possit & & quoad essentiam variari, & quoad intensionem augeri ac minui: erga ex eâ parte, quâ est infinitum, condignè illi respondet pœna extensiuè infinita; quâ verò parte est finitum, condignè illi respondet pœna intensiuè finita: ratione infinitudinis, adæquat ordinis infinitatem; ratione finitudinis, intensionis finitatem. Confirm. si pœna sensûs condi- 167.
gnè respondens mortali esset intensiuè infinita, omnia mortalia forent æqualia inter se: quia infinitum vt infinitum non potest esse altero maius aut minus; nec condignitas vnius maior vel minor condignitate alterius; cùm pœna vt passio propria consequatur culpam.

Ad 1. argu. secundæ sent. disting. Maior: of- 168.
fensa vnius mortalis superat infinitas ordinis infe- *Ad argumenta secundæ sent.*
rioris, altitudine ordinis, concedo; intensione seu extensione malitiæ, nego. Sicut .n. vna mortalis altitudine ordinis excedit infinitas ordinis inferioris; ita contrà, malitiæ intensione & extensione exceditur. Respondet autem infinita pœna intensiua infinitis offensis ordinis inferioris ratione infinitatis malitiæ intensiuæ vel extensiuæ; & quia vna offensa mortalis finitam habeat malitiam intensiuam, finita illi respondet pœna intensiua.

Dices. Infinitudo ordinis offensæ mortalis æquiualet infinitati intensiuæ & extensiuæ infinitarum inferioris ordinis: ergo si infinitis inferioris ordinis respondet infinita pœna intensiua, eadem respondebit vel vni mortali. Resp. fat esse, vt propter huiusmodi æquiualentiã respondeat offensæ mortali pœna sensûs & damni, infinita tantùm extensiuè.

Digitized by Google

siuè. Eodem modo resp. ad 2. offensam vnius mortalis excedere infinitas venialium tantùm ordinis altitudine & grauitate, non extensione, vel intensione malitiæ. Ad 3. concedo, cuilibet parti intensionis mortalis respondere determinatam pœnam proportionalem quoad intensionem. Hinc tamen non sequitur, pœnam respõdentem infinitis partibus proportionalibus intensionis mortalis, esse infinitam. Sicut n. infinitæ partes proportionales intensionis mortalis non faciunt infinitam, sed finitam malitiam: ita nec infinitæ partes proportionales intensionis pœnæ illis respondentes, facient infinitam, sed finitam pœnam quoad intensionem.

170.

171. *Ad 4. Resp. 1.* Ad 4. hoc argum. fieri etiam posset contra veniale; eligibilior enim est quæcunque pœna, etiam infinita intensiuè, quàm vel vnum veniale: quia eligibilius est, secundùm virtutem, quodcunque malum pœnæ, quàm vel minimum malum culpæ: cùm nullum faciendum sit malum propter quodcunque incommodum vitandum. 2. disting. conseq. quodcunque malum pœnæ, etiam si in infinitum augeatur, nunquam æquabit malitiam vnius mortalis in ratione pœnę correctiuæ culpæ, nego; in ratione moralis & voluntarię eligibilitatis, concedo.

Resp. 2. in formâ

172. *Ad 5.* Ad 5. nego consequen. non n. est eadem ratio de satisfactione, & satispassione. Nam cùm satisfactio naturâ suâ tendat ad compensandum honorem iniuriâ sublatum personæ offensæ, tantę dignitatis & moralis æstimationis debet esse, quantę dignitatis & moralis æstimationis fuit honor à persona offensa sublatus: & quia hic censetur eiusdem ordinis cum personâ offensâ increatâ: cùm nulla persona creata sit ordinis increati, nulla satisfactio est condignè compensatiua honoris Deo per mortale sublati. Satispassio verò, quia naturâ suâ non tendit ad compensandum honorem à personâ offensâ sublatum, sed solùm ad deprimendum offendentem, quantum ipse contra præscriptum ordinem, quem seruare debebat, se erexit; cumque peccator per mortale erexerit se contra ordinem, quem erga vltimum finem seruare debebat, condigna satispassio illius erit, perpetua separatio ab vltimo fine, & talis pœna sensûs, quę ex morali æstimatione sufficiat ad compensandam delectationem, quam peccator ex peccato contra ordinem ad vltimum finem percepit, iuxta *cit. Apocal. quantum se glorificauit, & in deliciis fuit, tantùm date illi tormentum & luctum.* Hæc verò delectatio ratione cõtemptûs Dei, quem annexum habuit virtualem saltem, eandem pœnam finitam intensiuè, meretur infinitam extensiuè. Ad prob. conseq. nego, satispassionem supplere defectum satisfactionis in ordine ad resarciẽdum honorem sublatum personæ offensæ, sed solùm in ordine ad correctionem & depressionem offendentis infra ordinem, supra quem peccando voluntariè se erexit. 173. *Ad conf.* Ad confir. antecedens est tantùm verum, quando offendens est in statu, vt possit satisfacere: in quo peccator, in termino positus, non est; quia satisfactio debet fieri à personâ gratâ, vt sit accepta offenso. Ratio est, quia ius exigendi satisfactionem supponit in offendente proximum debitum satisfaciendi: vbi autem non est proxima potentia satisfaciendi, nec proximum debitũ esse poterit. Disting. etiam conseq. Est in Deo, vt in supremo Domino ius exigendi maiorem satispassionem à peccatore, concedo: vt in iudice, seruante proportionem satispassionis correctiuę culpæ cum culpâ, nego. 174. *Ad 6.* Ad 6. concedo totum, vt n. de facto Deus puniat citra condignum, sufficit vt minorem pœnam sensus statuerit, quàm de facto peccatum ex se condignè mereatur: quod fieri poterit, & si peccatum ex se finitam pœnam sensus condignè mereatur, vt per se patet. Cæterùm ne puta, Deum post latam legem citra condignũ peccata punire, alioqui Deus in lege semel statutâ mutabilis esset: sed quia cùm adhuc, seruatâ proportione æqualitatis pœnæ ad culpam, maiorem potuerit pœnam decernere, minorem de facto propter suam clementiam decreuit, quàm peccatum naturâ suâ postulat.

SECTIO VI.

An peccatum veniale per se condignè mereatur pœnam æternam?

PRima sent. affirmat: Est eorum, qui inter veniale & mortale nullum ex naturâ rei agnoscunt discrimen. Fundam. veniale est aliqua offensa Dei; omnis offensa Dei est digna pœnâ æternâ: omnis n. offensa ordinem sumit ex personâ offensâ: Igitur offensa contra Deum, quantumuis leuissima, est in supremo ordine offensæ, ac proinde æternâ pœnâ digna. 2. Maior est offensa vnius venialis contra Deum, quàm infinitæ inferioris ordinis cõtra personas creatas: sed hę ex se condignè merentur pœnam æternam: ergo quęlibet offensa venialis ex se condignè merebitur pœnam æternam. 3. Quodlibet opus bonum in gratiâ factum condignè meretur præmium æternum: ergo quodlibet opus malum pœnam æternam: à paritate rationis. Antec. prob. ex *Trid. sess. 6. can. 32.* quodlibet opus bonum factum in gratiâ condignè meretur vitam æternam. 4. Veniale coniunctum in inferno cum mortali condignè punitur æternâ pœnâ: non, nisi ex se æternâ pœnâ dignum esset; alioqui non iustè puniretur æternâ pœnâ.

175. *1. Sent. Prob. 1. & deinceps* 176. 177. 178.

Secunda sent. veniale per se quidem mereri pœnam æternam, per accidens ratione gratiæ, cũ quâ reperitur coniunctum, mereri pœnam temporalem. Quo fit, vt quando coniungitur cum mortali, per se illi debeatur pœna æterna. Hanc impugnat *Mayron. in 4. dist. 21. q. 2.* Fundam. implicat, idem subiectum esse dignum pœnâ & gloriâ æternâ simul: at non repugnat veniale esse simul cum gratiâ in eodem subiecto. Igitur implicat, veniali coniuncto cum gratiâ deberi pœnam æternam: alioqui idem subiectum ratione gratiæ esset dignum gloriâ æternâ; ratione peccati venialis esset dignum pœna æterna.

179. *2. affinis præcedenti.*

Tertia sent. negat, veniali siue per se, siue per accidens, siue separato, siue coniuncto cum mortali deberi pœnam æternam, sed tantùm temporalem. Quo fit, vt etiam in inferno coniuncto cum mortali debeatur pœna temporalis: *Scot. in 4. dist. 21. qu. 1. §. In illa qu. Mayro. ibid. qu. 2. Rubio quæst. 2. art. 2. concl. 1. Maior. q. 1. concl. 2. Gabrie. dist. 16. q. 5. art. 3: dub. 2. Almai. tract. 3. Moral. cap. 23. Veg. lib. 14. in Triden. cap. 16. Ioan. Medin. cod. de confess. tract. 2. Tit. De confit. venial.* Prob. 1. veniali per se debetur pœna temporalis; ergo etiam coniuncto cum mortali: quia ex illâ coniunctione non euadit mortale, sed manet veniale. 2. Si veniale coniunctum cum mortali puniretur pœna æterna, nullum esset à veniali discrimen quia vtrumque æternâ pœnâ puniretur: adhuc tamen cum mortali coniunctum veniale in infinitum distat à mortali. 3. Si veniale coniunctum cum mortali puniretur æterna pœna, sequeretur multa venialia æquali pœna in inferno

180. *3. Sent.* 181. *Prob. 1. & deinceps* 182. 183.

puniri,

Digitized by Google

puniri, ac punitur vnum mortale. Cùm enim pœna intensiua sensus mortali debita sit finita; tot multiplicari possent venialia, vt æquarent, vel etiam excederent pœnam vnius mortalis. 4. Peccator pro
184. mortalibus in hac vita remissis, in inferno punitur pœna temporali, ergo etiam pro venialibus in hac vita non remissis: vtraque n. pœna est temporalis. Antec. ostend. pœna, quæ post mortale remissum remanet luenda, est finita; ergo siue ea in hac vitâ siue in inferno soluatur, non manet amplius
185. luenda. 5. Semper Deus punit citra condignum, vt semper præmiat vltra condignum. Si autem veniale coniunctum cum mortali in inferno æternâ pœnâ puniret, illud in infinitum vltra condignum puniret, vt per se patet.

186. Quarta sent. docet, veniale per se tantùm mereri pœnam temporalem, per accidens coniuncto in inferno cum mortali deberi pœnam æternam: *Alen.* 4. *p. q.* 15. *me.* 3 *ar.* 3. §. 4. *S. Tho.* 1. 2. *qu.* 87. *ar.* 5. *ad* 3 *de malo q.* 7. *ar.* 10 *& in* 4. *dist.* 21. *qu.* 1. *ar.* 2. *ad* 3. *qu. Bonau. in* 4. *dist.* 21. *p.* 1. *art.* 1. *qu.* 1. *ad vlt. Richar. art.* 2. *qu.* 3. *Duran. qu.* 2 *Capreo. qu.* 1. *ar.* 1. *conc.* 2. *Sot. dist.* 19. *qu.* 1 *art.* 4. *Caiet. Conr. Medin. Curie.* 1. 2. *qu.* 87. *ar.* 5. *Vasqu. disp.* 141 *cap.* 2. *Suar. de act. hum. tract.* 5. *disp.* 7. *sect.* 4. *&c.* Nota, posse veniale
187. coniungi cum mortali in alia vita: 1. modo non remissum, neque quoad culpam, neque quoad pœnam: 2. modo remissum quoad culpam, non quoad pœnam: quo pacto coniunguntur alia mortalia, quæ fuerunt in hac vita remissa tantùm quoad culpã, de quibus ead. ratio est, ac de venialibus, nõ remissis quoad pœnã. De vtrisq; est controuersia.

188. Dico 1. Veniale neque quoad culpam, neque quoad pœnam remissum coniunctum cum mortali punitur æterna pœna in inferno. Probat Suarez: si veniale coniunctum in inferno cum mortali puniretur pœna temporali, etiam mortale non remissum, ratione inordinatæ conuersionis puniretur pœna temporali sensus: nam etiam mortali non remisso, ratione conuersionis, per se tantùm debetur pœna finita sensus: ergo si ideò veniali coniuncto cum mortali debetur pœna finita, quia per se illi debetur pœna finita, etiam mortale non remissum punietur pœna finita sensus, cùm etiam mortali non remisso ratione conuersionis debeatur pœna finita sensus. Nec obstat coniunctio conuersionis cum auersione in eodem mortali: sicut nec obstat coniunctio venialis cum mortali in eodem
189. supposito. Sed contrà: pœna sensus non solùm respondet mortali ratione conuersionis ad creaturas, sed etiam ratione auersionis à Deo, cui debetur pœna sensus infinita extensiuè: nam etiam auersio in mortali est digna aliquâ pœnâ sensus, & non finitâ quoad durationem, cùm sit debita offensæ infinitæ ac supremæ in ratione ordinis; ergo infinitâ extensiuè. Non igitur est eadem ratio de veniali & mortali, ratione conuersionis: nam veniali considerata omni malitiâ, quam intrinsecè includit, non debetur nisi pœna finita: at verò conuersioni mortalis cõsiderato omni respectu, quem intrinsecè includit, non debetur tantùm pœna temporalis: nam licet hæc illi debeatur per respectum ad obiectum dissonum creatum, debetur tamen pœna æterna per respectum ad auersionem & contemptum vltimi finis. Funda. igitur ex *S. Tho. cit. qu. de malo*, & *in* 4. *loco cit.* Nulla culpa remittitur sine gratia: nullius autem gratiæ capaces sunt damnati, cùm in inferno nulla sit redemptio: igitur nullum peccatum remittitur in damnatis: quãdiu autem perseuerat culpa in subiecto, perseuerat reatus & pœna. Igitur si culpa venialis in damnatis semper perseuerat in ratione culpæ, semper in eis perseuerabit & pœna, culpæ veniali debita, æterna, non per se & ratione suæ malitiæ præcisè, sed per accidens ratione coniunctionis in eodem supposito cum mortali, ratione cuius veniale redditur irremissibile, atque adeò in æternum punibile. Maior prob. ad remissionem cuiuscunque peccati requiritur, saltem de facto & ex parte peccatoris aliquis actus retractatiuus, qui absque speciali auxilio elici non potest, & ex parte Dei aliqua condonatio ad remittendam offensam, sibi per peccatum illatam. Igitur nulla culpa remittitur absque gratia. Consequ. probat *S. Tho.* nihil inordinatum in rerum natura relinquit Deus, cùm sit contra perfectionem vniuersi, quam ipse per se intendit: cùm igitur culpa non possit, nisi per pœnam ordinari, si illam perpetuò in inferno perseuerantem sine pœna relinqueret, relinqueret aliquid in hoc vniuerso perpetuò inordinatum. Nec est eadem ratio de peccatis, quæ damnati committunt, cùm tamen illa Deus nouâ pœnâ essentiali non puniat: quia illa committunt in termino, in quo sicut non sunt amplius capaces noui præmij, ita nec nouæ pœnæ. Confirm. Vel cum solutione pœnæ temporalis remittitur veniale coniunctum in inferno cum mortali, vel non remittitur. Si remittitur, vt docent illi, qui habituale collocant in solâ destinatione ad pœnam; 1. falsò nituntur fundam. sc. habituale esse solam destinationẽ ad pœnam. 2. sequitur, peccatum remitti absque vllo actu retractatiuo peccatoris, imò cum continuo affectu & obstinatione ad illud; siquidem omnes damnati manent perpetuò obstinati ad omnia peccata, quæ commiserunt. 3. cùm nullum peccatum sine gratiâ remitti possit, sequitur, aliquam gratiam conferri damnatis, quibus venialia remittuntur. Si verò soluta pœna, adhuc perseueret culpa: iam manet aliquid inordinatum in rerũ natura.

191. *Confirm.*

192. Dico 2. Peccatum remissum quoad culpam, & non quoad pœnam, non punitur nisi temporali pœnâ in inferno: sicut etiam mortalia remissa in hac vita quoad culpam, puniuntur pœnâ temporali: *Durand. loco cit.* hoc sensu admitto 3. sentent. *Scotist.* quamuis ipsi loquantur de venialibus, adhuc in hac vita quoad culpam non remissis: hæc est contra plerosque authores 4. sent. qui expressè docent, venialia etiam remissa tãtùm quoad culpã in inferno puniri æternâ pœnâ, sicut & mortalia. *Aperta sent. Durand.*

193. Prob. 1. Ad soluendam pœnam non requiritur status gratiæ, sed sufficit vt illa soluatur iuxta præscriptum & sententiam iudicis: vt patet tum in legibus humanis, quę ad soluendam pœnam non requirunt, vt reus sit reconciliatus cum offenso, tum in diuinis; damnati n. condignè soluunt pœnam æternam sibi propter peccata à Deo impositam, esto sint in statu inimicitiæ: ergo etiam condignè soluere possunt pœnam temporalem pro peccatis in hac vita quoad culpam remissis. Confirm. Deus in his pœnis exigendis non intendit, nisi vt culpa delinquentis corrigatur: Corrigitur iam remissa per solutionẽ pœnæ tẽporalis relictæ. *Prob. 1. assertio*

194. 2. Nulla hîc interuenit remissionis gratia, cuius damnati capaces non sunt: soluere n. totam pœnã à iudice taxatam, nulla est gratia, vel remissio: at damnati pro peccatis quoad culpam in hac vita remissis soluunt totam pœnam, à summo iudice Deo taxatam. Igitur nulla illis fit gratia, aut remissio. Ex alia parte non sequitur, quòd culpa adhuc in inferno perseuerans non ordinaretur condignâ pœnâ; cùm iam nulla sit culpa. Sola autem pœna, ex culpâ iam condonatâ relicta, nõ est ordinabilis *Prob. 2.*

190. *Funda. S. Thom. solidum*

Digitized by Google

& corrigibilis per aliam pœnam, sed tantùm soluenda iuxta iudicis sententiam: ergo illa soluta, non est cur alia solui debeat. Nec est eadem ratio de satisfactione, quæ non acceptatur ab offenso, nisi fiat à persona grata: quia satisfactio per se primò dirigitur ad resarciendum per modum obsequij honorem sublatum à persona offensa, cui vt sit grata, prouenire debet à persona amica. Pœna autem per se primò dirigitur ad corrigendam culpam delinquentis. *Dices.* Non soluit homo in hac vita pœnas ex peccatis remissis relictas in peccato existens; ergo nec in alia. Resp. concesso antec. de quo *in* 8. *to.* neg. cõseq. homo .n. in hac vita non est in statu tantùm satispatiendi, sed etiam satisfaciendi & merendi; satisfactio autem & meritum per se postulant suppositum gratum: in inferno homo est in statu purè satispatiendi. Vnde maior est ratio, cur ibi potiùs, quàm hîc, existens in peccato soluat pœnas ex peccatis remissis relictas: ita, sapienter disponente Deo, vt nullum opus in hac vita nobis valeat ad remissionem pœnæ, quin etiam nobis valeat ad præmium. Hoc dictum sit de satisfactione ex operе operātis, nõ operato Christi.

295. *Non soluit homo in hac vita pœnas ex peccatis remissis relictas in peccato existens.*

196. *Ad fund. 1.* Ad fund. primæ, neg. minor ad prob. disting. antec. omnis offensa immediatè contra personam, ordinem sumit à persona, quæ offenditur, concedo: quæ immediatè non est contra personam, sed contrà bona extrinseca personę, ordinem sumit à persona, nego. Talis est offensa venialis *ex sect.* 2.

297. *Vna offensa venialis nõ excedit infinitas cõtra personas creatas.* Ad 2. neg. maior: quia cùm offensa venialis non sit immediatè contra Deum, sed tantùm contra bona extrinseca Dei, non eleuatur supra ordinem offensarum contra personas creatas, sed potiùs continetur intra hunc ordinem: ac proinde vna venialis non excedit infinitas contra personas creatas.

198. *Ad 3.* Ad 3. neg. conseq. quodlibet .n. opus bonum factum in gratia accipit ab ipsa gratia condignitatem ad vitam æternam. Cùm enim gratia sit perfectissima participatio naturæ diuinę in ratione essendi, quodlibet opus ab ipsa condignificatum, fit proportionatum meritum vitæ æternæ: nam qui participat naturam diuinam, dignus est vt participet operationes naturę diuinæ, cuiusmodi sunt visio & dilectio beatifica, quę vita ętèrna nominantur. At veniale ex nullo capite habet, vt per se dignum sit pœnâ æternâ. Non ex se, quia cùm non sit immediatè contra Deum, non tollit amicitiam & coniunctionem cum Deo; nec potest ex se esse dignum pœnâ æternâ: alioqui tale peccatum committens simul esset dignus vitâ æternâ, & pœnâ æternâ. Nec ex subiecto, in quo est: licet enim ex subiecto fiat per accidens irremissibile, quando coniungitur in inferno cum mortali, hoc non fit, quia subiectum communicat venialì indignitatem mortalis, sicut gratia communicat operi bono dignitatem ad gloriam; sed quia, cùm nequeat absq; gratia remitti, & subiectum in termino existẽs non sit capax gratiæ, non poterit in inferno remitti.

199. *Ad 4.* Ad 4. disting. maior: veniale coninnctum in inferno cum mortali condignè punitur æternâ pœnâ per se, & ratione offensę præcisè, nego; per accidens ratione incapacitatis subiecti, concedo. Vnde neg. absolutè minor, quę priorem sensum reddit. Ad prob. neg. sequel. vt .n. veniale æterna pœna iustè puniatur, sufficit vt ex quocunque capite sit dignum ętèrnâ punitione.

200. *Ad 2. sent.* Secunda sent. quatenus asserit, veniali per se & ratione offensę præcisè deberi pœnam ętèrnam, confutata est: quà docet, per accidens ratione gratiæ, cum qua sæpe coniungitur, illi deberi pœnam temporalem, falsa est: cùm ea per se illi debeatur. Non .n. ab ipsâ gratiâ, cum quà in eodem subiecto coniungitur, habet vt sit leuis offensa Dei, eiusque amicitiam non dissoluens, propter quæ illi temporalis pœna respondet, sed per se & ratione sui: ergo solùm per accidens debita est illi pœna æterna.

201. *Ad tertiam* Ad 1. tertię, neg. conseq. ad prob. concedo, veniale coniunctum cum mortali non euadere mortale, atque adeò neque coniunctum cum mortali per se, sed solùm per accidens condignè mereri pœnam æternam; euadere tamèn irremissibile, non ratione intrinsecę malitiæ, sed defectu capacitatis subiecti non admittentis gratiam, quę ad remissionem venialis necessaria est. Ad 2 neg. sequel. etiamsi .n. vtrumque ętèrnâ pœnâ in inferno puniatur, tamen mortale per se & ratione intrinsecæ malitię, veniale ratione incapacitatis subiecti. Ad 3. nullum absurdum, multa venialia per accidens in inferno puniri æquali, aut etiam maiore pœnâ sensûs, quàm vnum mortale, cùm in hâc pœnâ conueniant. Sicut .n. conueniunt in finitudine & ordine malitię, ob quam talis pœna imponitur, quę est inordinata conuersio ad obiectum creatum, quæ in vtroque reperitur: ita & in pœnâ tali conuersioni respondente. Vnde si à mortali separaretur auersio, manente solâ conuersione ad obiectum creatum, vti esset in casu, quo quis cum inuincibili ignorantia vltimi finis conuerteretur ad obiectum notabiliter rationi dissonum, deberetur illi sola pœna temporalis sensus, vti debetur veniali: nam in eo casu mortale desineret esse mortale, quia hoc formaliter dicitur propter contemptum Dei, qui cessaret ignorato inuincibiliter Deo. Differunt tamen mortale & veniale in hac eadem pœna sensus: quia mortali hæc finita intensiuè, per se debetur infinita extensiuè: multis venialibus coniunctis in inferno cum mortali, per se tantùm debetur pœna finita intensiuè, per accidens infinita extensiuè.

202.

203. *Multa venialia per accidẽs puniuntur æquali aut etiam maiori pœna sẽsus, quam vnum mortale.*

Ad 4. neg. conseq. propter rationem in 2. asser. assignatam. Ad 5. neg. minor. vt enim Deus puniat citra condignum, veniale coniunctum in inferno cum mortali, sufficit, vt puniat illud minori pœnâ sensus, quàm ex se sit dignum, etiam si ratione incapacitatis subiecti illud ipsum puniat pœnâ sensus infinitâ extensiuè.

204.

Ex dictis sequitur, nullum peccatum, quà peccatum est formaliter, posse esse pœnam peccati: *S. Thom. 1. 2. qu. 87. art. 2.* Nam pœna est ordinatiua culpæ; ordinatur enim ad reparandum ordinem, quem culpa destruxit, subijciendo peccatorem potestati ordinantis: at nullum peccatum, quà peccatum est formaliter, est ordinatiuum culpæ, sed potiùs destructiuum ordinis; nullum .n. peccatum vt sic, subijcit, sed potiùs eleuat peccatorem supra potestatem ordinantis: igitur nullum, quà peccatum est formaliter, potest esse pœna peccati. Nam vna deordinatio non potest per aliam deordinationem ordinari. Confir. omnis pœna potest per se in vindictam peccati à iudice intendi: nullũ peccatum vt sic potest à Deo in vindictã peccati intendi.

205. *Fundam.*

SECTIO VII.

An veniale fieri possit mortale, & contrà?

206. *Trifariàm veniale fieri mortale.*

TRifariam, ex *S. Tho. 1. 2. qu. 88. art. 4.* intellige, veniale fieri mortale. 1. respectu eiusdem actus numero, qui de veniali successiuè transeat in mortale. 2. respectu eiusdem actus specie, vt quod ex genere suo est veniale, fiat ex circũstantia mortale. 3. respectu multiplicationis actuum, an scilicet

an scilicet plura venialia constituere possint vnum mortale. Quoad priores duas controuersias, de actu exteriori nullum est dubium, quin idem numero actus, vt eadem deambulatio propter varios fines imperata, possit ex veniali fieri mortalis, & vice versa; idem mendacium ex genere suo veniale, fieri ob malum finem mortale.

207. *Diffic. de actu interiori sec. & cessiuè*

DICO 1. Potest idem numero actus interior physicè inuariatus de veniali fieri mortale, & contrà: Est communior sent. & à fortiori omnium, qui docent, posse eundem actum ex malo fieri bonum, & ex bono malum. Prior pars constat in motibus subitis circa obiectum notabiliter difforme, qui à principio defectu plenæ aduertentiæ sunt venialia; accedente verò plena aduertentia, inuariati physicè fiunt mortalia. Non enim oportet ad cognitionis variationem, in his casibus variari voluntatis affectum: nam potest voluntas, adueniente perfecta notitia deformitatis obiecti, perseuerare in eodem affectu ex eodem motiuo elicito. Nec est eadem ratio de actu virtutis: qui vt sumat bonitatem ex obiecto, debet ipsam intendere propter se: at in motibus indeliberatis non intenditur propter se, cùm nondum plenè cognoscatur: igitur vt accedente perfectâ notitiâ honestatis, fiat actus virtutis, debet propter se illam intendere, atque adeò mutari in nouam & expressam tendentiam in obiectum, propter ipsius honestatem de nouo cognitam. Quæ tendentia cùm sit intrinseca actui, necessariò mutat intrinsecè & physicè actum. Actus verò peccati, cùm non debeat intendere deformitatem obiecti, ad hoc vt, accedente perfecta notitia deformitatis, fiat peccaminosus, necesse non est, vt deformitatem de nouo cognitam intendat, ac proinde vt physicè & intrinsecè mutetur, sed sat erit, si tantùm illam cognoscat; cùm possit voluntas perseuerare in eodem affectu & motiuo formali, sub quo antea ad obiectum ferebatur.

Actus virtutis non fit de bono malus, aut contrà, inuariatus physicè.

208. Cæterùm assertio est de ijs tantùm peccatis, quæ vt obiecti deformitatem contrahant, non debent expressè tendere in obiectum dissonum: quia cùm motiuũ horum sit per ordinem ad multa, non potest cognosci, nisi cognitione perfectâ, seu cõparatiuâ. Ac proinde non est idem motiuum formale totale, sub quo voluntas tendit ad hæc peccata cognita cognitione perfectâ, atque imperfectâ: Mutato autem motiuo formali, necesse est mutari physicam entitatem actus, quæ à motiuo formali essentialiter pendet. Motiuum verò formale aliquorum peccatorum plerumque est ratio delectabilis, relucens in obiecto, quæ, quia non pendet ex comparatione plurium rerum, potest tota cognosci cognitione imperfectâ.

209. *Potest interior de mortali fieri veniale.*

Posterior pars assert. prob. potest voluntas à principio ferri in obiectum notabiliter difforme cum plenâ aduertentiâ, & paulò pòst, insurgente vehementi passione, perseuerare circa idem sub eodem motiuo imperfectè cognito, quo casu, id quod erat mortale, fit veniale defectu perfectæ libertatis & moralis potentiæ cessandi à tali actu.

210. *Hic casus*

Plerique hanc doctrinam extendunt ad eos actus, qui in principio ferebantur ad obiectum veniale sub circumstantiâ mortalis, quâ sublatâ, & remanente tantùm obiecto venialis, tales actus aiunt, ex mortalibus fieri venialia. Vt si quis ex plena aduertentia incipiat propter delectationem velle comedere carnem hora 11. noctis sabbati, & perseueret propter eandem in eâdem voluntate vsque ad horam 1. diei sequentis: idem actus voluntatis ante duodecimam erat mortalis, propter circumstantiam prohibitionis; post 12. sublatâ circumstantiâ prohibitionis, remanente tantùm motiuo delectationis fit veniale; & contrà pari modo, si quis primò conscientiâ erroneâ iudicet id quod committit esse mortale, quod reipsà est veniale; & deinde, errore sublato, iudicans esse veniale, adhuc perseueret in illo, eodem motiuo inuariato idem actus de mortali transit in veniale, & è conuerso.

211. *Non admittendus*

Hanc doctrinam in 1. casu non admitto; admitto in 2. casu, quando actus incipit circa obiectum veniale, aduenientè circumstantiâ mortalis, quòd idem actus transeat de veniali in mortale: quia noua circumstantia mortalis adueniens constituit obiectum mortalis, & consequenter actus circa illud erit mortale. Cùm igitur possit idem actus inuariatus, qui antea versabatur circa obiectum cognitum cum circumstantia venialis, versari circa idem cognitum sub circumstantia mortalis, potest idem actus physicè inuariatus fieri de veniali mortalis. Ratio prioris partis est: quia qui à principio cum plena aduertentia tendit in obiectum cognitum cum circumstantia mortalis, adhuc câ sublatâ, interpretatiuè manet in eodem affectu erga talẽ circũst. affectus verò immutatus manet cum eâdem virtute & intentione: quæ si anteà interpretatiuè se extendebat ad circumstantiam mortalis, etiam postea. Confir. ex vi talis affectus manet voluntas ita dispositа, vt si iterum eadem circumstantia mortalis rediret, à proposito obiecto nõ desisteret.

Ratiõ

212. *Dices à pari*

Dices. Eadem est ratio de illo qui primò vult obiectum cognitum cum circumstantia tantùm venialis; & deinde, eodem affectu inuariato, perseuerat in volendo eòdem obiecto cognito cum circumstantiâ mortalis. Nam etiam iste ex vi affectus est dispositus ad volendum idem obiectum cum circumstantia mortalis. Eadem quoque ratio erit de illo, qui committit mortale ex plenâ aduertentiâ, & deinde in eodem actu perseuerat cum semiplenâ, hic moraliter & interpretatiuè perseuerat in eodem affectu.

1.

2.

213. *Resp. discrimen prioris*

Resp. qui nondum actu voluit obiectum cum circumstantiâ mortalis, nondum censetur interpretatiuè & imputabiliter illum velle, esto ex vi talis actus sit habitualiter dispositus ad volendum illud, etiam cum circumst. mortalis. Quia nequit nobis ad peccatum personale imputari, nisi quod fundatur in aliquo actu nostro libero: alioqui imputarentur nobis peccata, quæ committeremus, si talis, vel talis occasio offerretur. Sed ille, qui primò vult obiectum cum circumstantia venialis, nondum actu voluit id cum circumstantia mortalis. Contrà verò, qui primò vult obiectum cum circumstantia mortalis, quâ sublatâ adhuc persistit in eodem affectu circa idem cum sola circumst. venialis, actu voluit eodem affectu omninò inuariato obiectum cum circumstantia mortalis. Igitur maior est ratio, vt huic imputetur, & non illi. Confirm. Intentio mala finis interpretatiuè & imputabiliter perseuerat in electione mediorum: Ergo à fortiori, affectus circa obiectum mortale interpretatiuè & imputabiliter perseuerat in eodem affectu inuariato circa obiectum veniale. Vnde nisi hic retractet priorem affectum, semper censetur moraliter perseuerare in illo.

214. *Secundi discrimen.*

Posterioris discrimen est: qui ob vehementem passionem amittit plenam aduertentiam circa obiectum notabiliter dissonum, etiamsi perseueret in eodem affectu physicè, haud tamen censetur perseuerare in eodem affectu moraliter, propter moralem impotentiam, quam ex vehementia passionis excitatæ experitur, cessandi à tali affectu.

Hoc intellige, quando passionis vehementia non fuit præuisa: nam quando est præuisa, tenetur vitare causam, ac proinde etiam quando est subitanea passione, peccat mortaliter: quia voluntariè se in eam passionem coniecit, & ex aliâ parte non est omnis rationis aduertentia destituta.

215. *Vlterior difficultas.* An idem actus numero possit esse venialis & mortalis simul? Negant aliqui, eo quòd inuolutas rationes contradictorie opponi censeant. Veniale est ab intrinseco principio reparabile, nec tollit gratiam & amicitiam cum Deo: contrà verò mortale. Affirmant alij, quia si mendacium ordinetur ad homicidium, non amittit suam malitiam ex obiecto venialem, licet acquirat aliam ex fine mortalem.

216. Dico 2. Non posse eundem actum esse mortale & veniale simul positiuè: debet enim quilibet actus continere proprietates vtriusque simul, vt sit venialis & mortalis simul; posse tamen eundem actum esse mortale positiuè, & veniale negatiuè: quia ad hoc sufficit, vt idem actus de facto positiuè contineat proprietates mortalis ratione finis: & idem considerato ratione obiecti contineant proprietates venialis, non actu & positiuè, sed potentiæ & negatiuè.

217. Dico 3. Nequit idem numero actus interior mutari ex genere moris, ex veniali fieri mortale, & è conuerso: contra *Vasquez 1.2. disp. 145. num. 5.* & *Caiet. qu. 88 art. 4. §. 1.* et S. Doctoris *1.2. qu. 88 art. 4.* vbi aperte negat, posse eundem actum moraliter ex veniali fieri mortale, licet possit idem actus physicè. Ratio: actus in esse moris principaliter pendet à ratione regulante, ex disp. 13. sed alia est ratio regulans, à qua discordat venialè, & à qua mortale: regula enim à qua discordat mortale, est dictamen de conseruanda charitate vltimo fini debita: regula, à quâ veniale, est dictamen de conseruando tantùm feruore charitatis erga vltimum finem. Vt autem actus moraliter maletur, sufficit, vt connotet diuersam regulam, à quâ discordat: quæ connotatio cùm sit extrinseca physicæ entitati actus, non est necesse, vt illum physicè mutet. Ex his constat, veniale etiam specie, & genere in esse moris differre à mortali, sicut differunt hæc dictamina, à quibus actus in esse moris specificantur.

218. Dico 4. Potest veniale ex genere, fieri mortale ex fine, vel ex circumstantia: non, mortale ex genere, fieri veniale ex fine, vel ex circumst. tametsi fieri possit veniale ex surreptione: *S. Doctor. 1.2. q. 88. art. 4. 5. & 6. prob. prima pars:* potest veniale ex genere, assumi vt medium ad mortale, vt mendacium ad homicidium: vel si quis adeò amet obiectum ex genere veniale, vt in eo vltimum finem collocet: ita vt paratus sit propter illud etiam graue præceptum transgredi: hæc autem voluntas seu affectus non sufficit, vt sit tantùm habitualis, sed debet esse actualis, quia non imputantur nobis ad peccatum, quę faceremus, sed quæ actu facimus. Tale igitur peccatum erit veniale ex genere *negatiuè* tantùm, mortale ex fine, siue ex affectu positiuè. De quo explica *August.* relatum dist. 25. cap. *Vnum oratium:* vbi, *nullum*, inquit, *peccatum est adeò veniale, quod non fiat criminale, dum placet.* Nunquâ autem ex sola intensione affectus, aut diuturnitate moræ veniale ex genere, fieri potest mortale: maior n. intensio, aut duratio non mutat naturam actus: & ex aliâ parte nullum extat præceptum naturale, aut positiuum, quo certa intensio circa obiectum creatum sub mortali nobis prohibeatur. Alioquì cùm talis intensio sit nobis ignota, semper essemus dubij, an ad eâ deueneremus, imò sæpe peccaremus mortaliter, exponendo nos periculo eâ attingendi.

Veniale ex genere fit mortale ex fine & circumst.

219. *non mortale ex genere venialè ex fine,* Prob. secunda pars: vt recte *S. Tho. qu. cit. ar. 6.* mortale & veniale ex genere, differunt vt perfectum & imperfectum in genere peccati: at imperfectum potest per additionem fieri perfectum, nequit perfectum per additionem fieri imperfectum: igitur non potest mortale ex genere per additionem circumstantiæ venialis, fieri veniale, quin remaneat mortale: nam malitia venialis addita mortali, non tollit malitiam mortalis, sed auget potiùs illam: & extendit ad finem venialis. Tertia pars ostend. nullum actum peccati in suo genere mortale, quod defectu perfectæ aduertentiæ & libertatis fieri non possit venialè: igitur mortale ex genere fieri potest veniale ex surreptione, defectu plenæ aduertentiæ & deliberationis.

220. *etsi fiat venialè ex surreptione*

221. *Assertio communis* Dico 5. Nulla multiplicatio venialium attingere, vel adæquare potest grauitatem vnius mortalis: probat *S. Tho. 1.2. qu. 88 art. 4.* primò ex parte pœnæ sensûs mortali debitæ, quæ infinita est quoad durationem, ad quam pœnam nulla venialium multiplicatio pertingere potest, nam quantumuis ea multiplicentur, non merentur nisi pœnam finitam.

eod. art. ibid.

222. 2. Ex parte pœnæ damni, quæ est carentia diuinæ visionis, quæ teste *Chrysost.* apud *S. Doct. cit.* est cunctis grauissima: nulla autem venialia possunt subiectum in æternum priuare visione Dei, quia cùm non tollunt gratiam, nec ius tollunt & conditionem ad gloriam. 3. Ex parte offensę contra Deum. Cùm enim mortale auertat ab vltimo fine, præferendo illi amorem creaturæ, grauissimam infert iniuriam Deo, plus estimando creaturam, quàm creatorem: venialè, cùm ab vltimo fine non auertat, neque illum amorem creaturæ præferat, leuissimam, & in infinitum distantem iniuriam infert Deo: nec est directa offensa Dei, quia non recipitur immediatè circa Deum, sed circa media.

223. *Veniale & mortale analoga in offensâ*

224. 4. Ex parte effectus. Mortale n. infert mortem animæ irreparabilem, solumque illius coniunctionem cum principio vitæ, & vltimo fine; ita vt anima peccato mortua, & principio vitæ supernat. priuata, nunquam ex se ad vitam gratiæ resurgere valeat, sicut corpus ab animâ seiunctum, ex se nunquam ad pristinam vitam resurgere valet; venialè hanc mortem infert animæ, nec coniunctionem cum intrinseco principio vitæ & vltimo fine soluit: vt possit anima coniuncta cum intrinseco principio vitæ & vltimo fine, vitalia opera supernat. exercere, & per ea se ad pristinum charitatis feruorem restituere. 5. Omnia venialia non possunt coalescere in vnam culpam grauiorem; cùm sint culpæ diuersæ rationis, ac proinde ineptæ ad vnam grauiorem conflandam. Ergo si quælibet venialis ex se idonea non est tollere amicitiam cum Deo, nec subiectum priuare debitâ sanctitate, neque id efficere poterunt omnes venialès simul; cùm omnes simul non efficiant vnam grauiorem, sed tantùm illam pluries repetitam in suo genere extendant.

225. *à priori.*

226. *Superest difficultas.* Vna hìc difficultas: si verum est, ex pluribus venialibus non fieri vnum mortale, quo pacto qui singulis furtis peruenit ad notabilem quantitatem, tenetur restituere sub mortali. *Nauar. in sum. cap. 27. nu. 139.* opinatur eum, qui singulis minimis furtis deuenit ad notabilem quantitatem, in nullo furto peccare, nisi tantùm venialiter, teneri tamen sub mortali sublatum restituere, si cõtinuato tempore sine magnis intermallis ad notabilem quantitatem peruenit: sub mortali non teneri, si interpolatis & distinctis temporibus intra aliquot annos hęc furta committeret, etiamsi perueniret ad quãtitatem duplo maiorem eâ, quę ad mortale satis est:

quia

Fundam. posterioris partis. quia cæteris paribus, magis peccat qui capit, quàm qui retinet alienum: sed qui capit illa parua furta sine intentione perueniendi ad notabilem quantitatem, non plus peccat, quàm venialiter: ergo nec ea retinendo plus peccabit, quàm venialiter.

217. Hęc sent. quam sequitur *Lessius de iure & iust. lib. 2. cap. 12. dub. 8.* quoad vtramque partem *probabilis est, & in praxi tuta:* quia omnia illa parua furta per tam longum, & discontinuatum tempus facta, nō censentur notabile damnum inferre domino, eo quòd paulatim & insensibiliter per subtractionē paruæ materiæ facta sint. Oppositа sent. 218. *probabilior est:* quam docet *Ioan. Medin. cod. de restit. q. 10. §. currit hic, Sot lib. 5. de iure & iust. q. 3. ar. 13. ad 3. Pet. Nauar. l. 3. c. 1. n. 51. Couarr. l. 1 variar. c. 3. n. 12. pro quâ citat Maior in 4. di. 15. q. 25. & 26. Vasq. 1. 2. disp. 146. cap. 2.* & alij docentes, vltimū furtum, quod complet simul cum precedentibus materiam notabilem, esse mortale: licet .n. ex se sit materia leuis, coniuncta tamen cum alijs infert notabile damnum domino. Vnde si quis per vnicam actionem totum illud damnum inferret domino, peccaret mortaliter: ergo etiamsi per plures actiones illud inferat. Nam quòd damnum inferat per vnam, vel per plures actiones, parum refert; cùm eodem modo dominus notabiliter lędatur. Hoc autem non prouenit ex eo, quòd ex pluribus venialibus fiat vnum mortale, sed ex eo quòd postremum furtum simul cum precedentibus complet vnam notabilem quātitatem mortalis. Atque adeò qui illud vsurpat, peccat mortaliter, vsurpādo materiam notabilem mortalis: quia retinere rem alienam, & illam vsurpare inuito domino, est vnum & idem: igitur si mortaliter peccat retinendo, etiam vsurpando. Antec. prob. ideò retentio rei alienæ est peccatum, quia damnum infert domino: sed etiam vsurpatio damnum infert domino: igitur si retinere rem, quæ simul cum precedentibus constituit notabilem quantitatem, est mortale; erit etiam mortale vsurpare rem, quæ simul cum precedentibus integrat materiam notabilem.

Oppositа sententia probabilior est.

Fundam.

229. Quoniam verò hæc doctrina non in omnibus venialibus locum habet, vt postremum simul cum precedentibus constituat materiā notabilem mortalis; mendacium .n. licet millies repetitum, nunquam simul cum precedentibus integrat materiā mortalis, ad hoc dignoscendum, statuenda est hęc regula. Quotiescunque materia & obiectum venialis subsequentis continuari potest, & constituere vnum quid maius cum materia & obiecto precedentium, tunc vltimum veniale, quod cum precedentibus integrat materiam notabilem, fit mortale, quod alioqui esset veniale. Vt si materia notabilis furti, sint decem grossi, quando vsurpatur decimus, committitur mortale: intellig. quando fur ipse aduertit: alioqui si quando vsurpat decimum grossum, non aduertit se vsurpasse alios nouem, non peccat mortaliter, etsi teneatur sub mortali restituere statim, ac recordatur, se cum vltimo vsurpasse alios nouem. Eadem doctrina verificatur in materia intemperantiæ: vt si quis tempore ieiunij sæpiùs comedat in die, ita vt in tribus, vel quatuor ientaculis ieiunium notabiliter non violet, violet in quinto, in eo peccat mortaliter. Quēadmodum in materia voti, officij diuini, & similibus præceptis, in illa omissione, vel commissione peccatur mortaliter, quę simul cum precedentibus constituit materiam notabilem voti, officij diuini, aut alterius præcepti. Ex quo apparet maior probabilitas huius nostræ opinionis, & minor probabilitas precedentis, quæ asserebat, vltimum furtum simul cum precedentibus non cōstituere materiam mortalis: ex ea .n. sequeretur, neque in materia temperantiæ, voti, aut alterius præcepti, committi mortale ex pluribus omissionibus, aut commissionibus leuibus integrantibus vnam omissionem, vel commissionem grauem.

Regula.

230. *Eadem doctrina verificatur in materia intemperantiæ, voti, officij diuini &c.*

Infertur 1. peccare mortaliter illum, qui simul cum alijs infert notabile damnum, etiamsi singuli seorsim non nisi leue damnum inferant: Nec non singulos teneri ad restitutionem pro suâ dumtaxat portione, non pro toto ablato, nisi fortè qui fuit causa, sine quâ notabile damnum non fuisset illatum: tunc .n. tenetur ad totum sub conditione, si alij non srtisfecerint. 2. non peccat mortaliter, ac proinde neque ad restitutionem tenetur, qui leue aliquid suffuraretur ab illo, cui graue damnum ab alio illatum est: secus si illi notabile damnum non est illatum à singulis per se, sed ab omnibus simul. Ratio: quando notabile damnum est ab aliquo certo illatum, iam habetur certa persona, & à qua fieri debet restitutio: ex alia parte qui leue furtum furripit, non tenetur sub mortali illud restituere, cùm notabile damnum non inferat, nec tollat à domino rei ablatæ actionem in certam personam, quæ notabile damnum intulit. Vnde si fiat excōmunicatio in omnes, qui vineam aliquam depopulati sunt, si singuli per se leuem materiam furati sunt, omnes tenentur ad restitutionem sub pœnā latæ excommunicationis: Si verò aliqua, vel aliquę certæ personæ per se notabile damnum intulerint, & vnus, vel duo alij leuem materiam furti vsurpauerint, non tenentur sub pœna excommunic. ad leuem illam materiam restituendam. Eadem ratione, quando plures minimam quantitatem seorsim suffurando, notabile damnum intulerunt, antequam fiat notabilis damni compensatio, omnes tenentur sub mortali ad restitutionem illius minimæ quantitatis, quam singuli suffurati sunt. Postquam verò facta est ea compensatio, si vnus, vel alter supersit restituturus, non tenebitur sub mortali ad eam minimam quantitatem restituendam. Ratio: eatenus anteà sub mortali tenebatur ad eam restituendam, quatenus ex illâ simul cum alijs pendebat restitutio rei notabilis ablatæ. Cùm igitur notabilis res ablata sit restituta, non ampliùs tenebitur sub mortali ad eam minimam restituendam. Quam doctrinam non modò veram existimo in casu, quo singuli per se seorsim ab alijs, sed etiam in casu quo omnes simul furati sunt: licet .n. tunc singuli mortaliter peccauerint ratione notabilis damni, quod omnes simul intulerunt, reparato tamen postea notabili damno, non tenetur vnus, vel alter sub mortali paruam materiam restituere.

Coroll. 1. 231.

Coroll. 2. 232.

3. Cùm quis per singula furta ad notabilē quantitatem peruenit, quoties deinde ab eodem domino leuem materiam vsurpat, toties peccat mortaliter, quia toties virtualiter vsurpat totam materiā precedentem, ac proinde toties notabile damnum infert domino. Oppositum docet *Lessius cit.* Sed quid mirum, cùm ipse censeat, non peccare mortaliter, qui postremo furto simul cum precedentibus integrat materiam notabilem, etsi peccet mortaliter non restituendo?

Coroll 3. 233.

Tandem quod de singulis furtis respectu vnius domini dictum, dicendum etiam respectu diuersorum: sicut postremum furtum, quod simul cum precedentibus notabile damnum infert eidem, est mortale, & totum simul cum precedentibus restituendum: ita postremum furtum, quod simul cum precedentibus integrat notabilem quantitatem respectu diuersorum dominorum, est mortale:

Idem est respectu diuersorum dominorū. 234.

Digitized by Google

quia notabile furtum, à quocunque vsurpatum, semper ex genere suo est mortale: 1. quia sicut peccant mortaliter singuli, qui leuem materiam seorsim ab eodem furando, notabile inferunt damnum: ita mortaliter peccabit, qui notabilem materiam à diuersis vsurpat. 2. si quis notabilem quantitatem surriperet à multis, qui sua bona in eodem loco simul haberent, mortaliter peccaret: ergo etiamsi illam surriperet à multis, diuersis in locis sua bona habentibus: 3. ex opposita sententia sequeretur, posse aliquem totâ vitâ furto viuere.

235. *Requiritur moralis continuatio temporalis.* Cæterùm non displicet limitatio *Nauarri* de morali continuatione temporis ad hoc, vt omnia minima illa furta censeantur facere vnam notabilem materiam respectu vnius furti. Homines enim minùs ægerè ferunt, sibi auferri longo temporis interuallo, præsertim casu, quædam minima, etiam vsque ad notabilem quantitatem, quàm totam simul, vel per partes de industriâ. Cautè tamen aduertè, quod spectat tum ad debitum restituendi, tum ad grauitatem peccati discernendam, an is, qui talia furta commisit, ex habitu & praua consuetudine commiserit. Nam ferè semper hi furari solent ex virtuali intentione, quam habent alia & alia furandi; atque adeò semper eos peccare mortaliter, & ad restitutionem teneri, etiamsi per diuturnum tempus id faciant. Aduerte etiam, quod attinet ad notabilem quantitatem furti, maiorem requiri à diuersis, quàm ab eodem: quia minùs læditur vniuscuiusque bonum; maiorem ab amico & familiari, quàm ab extraneo; maiorem ab hero, quàm ab alio; maiorem à parente, quàm ab hero; maiorem à marito, quàm à parente. Quia in his nō tam supponitur displicere substantia rei acceptę, quàm modus accipiendi; vnde quoad substantiam supponitur in domino voluntas dandi rem suffuraram, si petatur. Notat *Nauarrus*, non peccare, saltem mortaliter, famulos, & multò minùs filios furandò à dominis, vel parentibus esculenta, quibus ipsi vescantur: secùs si ea furentur, vt vendant, vel donent alijs.

236. *Maior quantitas respectu harum personarum, quàm aliarum.*

237. *Ex contemptu legislatoris omne veniale fit mortale,* Supersunt duo alij modi, quibus in omnibus sent. veniale fit mortale. Prior est ex contemptu, non quidem ipsius venialis, sed legis, vel legislatoris. Hinc est, quod violatio præcepti de re minimâ facta in contemptum præcipientis, possit esse casus reseruatus; & materia excommunicationis, quę non cadit nisi in peccatum mortale.

238. Posterior modus est propter periculum incurrendi mortale; Quotiescunque .n. veniale ex natura sua secum trahit periculum prolabendi in mortale, illud committere, est mortale, etiamsi de facto homo non prolabatur in mortale: nam solùm se exponere probabili periculo committendi mortale, est mortale. Huic fundamento niti debet sententia, quæ asserit, non dari minimum in delectatione venerea, sed quantumcunque exiguam delectationem deliberatè quæsitam, non excusare à mortali. Cuius oppositam *Claudius Aquauiua nostræ Societ. Generalis anno* 1612. 24. *Apr.* sub præcepto obedientiæ, & pœna excommunicationis, & priuationis lecturæ, vocis actiuæ & passiuæ, nec non inhabilitatis ad quæuis officia, absque pœnis *Societatis* arbitrio infligendis, prohibuit, ne quis è *Societ.* publicè, aut priuatim, non modò vt veram & probabilem, sed ne vt tolerabilem doceret, aut alijs consuleret, vel sibi quoquo modo placere significaret. Ratio periculi, est maxima pronitas, quam appetitus sensitiuus habet erga has delectationes, & natura ipsa venereæ delectationis, summam cum sensu affinitatem & sympathiam habentis, vt nemo sine morali periculo fidere possit, certam in his delectationibus metam seruare, quin ad minimam illectus, sensim in maiorem prolabatur. Eandem sent. sed alio fundamento fusè probat *Feruan. Rebel. Societ.* Iesv *lib. 3. de Matr. q.* 19. *c.* 3.

& propter periculum mortalis.

SECTIO VIII.

An quicunque capax peccati mortalis, sit etiam capax venialis, & contrà?

PRima sent. negans *S. Tho.* 1. 2. *qu.* 89. *art.* 3. & 4. & *qu.* 7. *de malo art.* 7. & 9. *Caiet.* 1. 2. *cit. qu. art.* 4 *Contra. ibid.* docentium, nec primum hominem in statu innocentiæ, nec Angelum in vllo statu, peccare posse venialiter. Fundam. *S. Tho.* nihil appetere potest Angelus, nisi in ordine ad vltimum finem debitum, vel indebitum: nequit igitur in Angelo esse veniale; quia veniale est voluntarius defectus circa media: ergo si nequit Angelus deficere in medijs, quin deficiat à fine, nequit peccare tantùm venialiter. Antec. probat: Angelus omnia resoluit ad prima principia: primum principium in operabilibus est vltimus finis. Confir. de facto Angeli boni omnia appetunt in ordine ad finem debitum, qui est Deus; vnde omnes eorum actus sunt charitatis: mali omnia appetunt in ordine ad finem superbiæ, propter quod omnes eorum actus sunt mortalia peccata. 239.

Secunda sent. affirmans reliquorum Scholast. Pro explicatione, nota, dupliciter posse aliquem carere potentiâ ad peccandum venialiter: vno modo antecedenter & ex propriâ naturâ; quia nimirum omnis actus malus ab eo elicitus, necessariò est mortalis; alio modo consequenter, & ex diuinâ ordinatione, vt quamdiu ipse non peccet mortaliter per voluntariâ separationē ab vltimo fine, tamdiu illum Deus non permittat peccare venialiter. 240. *Dupliciter potest aliquis carere potentia ad peccandum.*

Dico 1. Quicunque est capax peccati mortalis, suâ naturâ est etiam capax venialis. Videtur contra *S. Tho.* & eò ipsius fundamentum tendere, vt probet, Angelum naturâ suâ nō peccare venialiter. hoc sensu rationem eius *Caietanus, & Contra.* interpretantur, licèt alij illum explicent de Angelo considerato tantùm in statu beatitudinis, vel damnationis, vel eum explica iuxta 2. assertionem infrà. 241.

Assertio prob. eadem potentia, quæ sufficit ad mortale in materia graui, sufficit ad veniale in materia leui. Ratio sumenda ex modo operandi potentię liberæ, quæ radicalem libertatem habet ex cognitione obiectiuè indifferente. Cognitio nō solùm potest esse obiectiuè indifferēs circa malū notabiliter difforme, sed & non notabiliter difforme, igitur quicunque liberè ferri potest in obiectum notabiliter rationi difforme, ferri etiam poterit in obiectum leuiter tantùm rationi difforme. 242. *Fundam. à priori.*

Confir. duplex est veniale, alterum ex genere, alterum ex surreptione; nihil autem repugnat, quò minùs Angeli committant veniale ex genere, puta mendacium, non referendo illud ad finem mortalis, sed ad indifferentem, vel ad finem solius venialis: quid .n. necessitat vt referat in finem mortalis? Loquimur de Angelo viatore, qui nondum vel per beatitudinem adhæret vltimo fini, propter quem omnia operatur, vel per damnationem auersus est ab vltimo fine, contra quem omnia operatur. Neque etiam repugnat in Angelo peccatum ex surreptione, vt fusè *to.* 2. *disp.* 20 *sect.* 2. 243.

Ad fundam. *S. Tho.* neg. antec. nulla .n. ratio cogit Angelum omnia appetere propter vltimum finem 244. *Nulla ratio cogit An-*

Digitized by Google

gelum appetere omnia propter vltimum finem.

finem debitum, vel indebitum. Ad prob. esto omnia Angelus resoluat vsque ad prima principia; nulla est necessitas, vt omnia appetat propter vltimum finem; cùm nullus finis necessitet voluntatem viatoris ad omnia propter illum appetenda. Ad Confirm. dispar est ratio de Angelis constitutis in termino beatitudinis, vel damnationis: nam illi propter claram visionem Dei omnia appetunt propter Deum: isti propter amissam beatit. & obstinationem in malo, omnia contra Deum.

245. DICO 2. Potestate consequente, & ex diuinâ ordinatione, neque Angelus viator, neque primus homo in statu innocentiæ, potuit priùs peccare venialiter, quàm mortaliter. Hæc est communis sent. Scholast. *Alen. 2. p. qu. 98. me. 4. art. 3. & qu. 103. me. 6. Alber. in 2. dist. 21. art. 10. Bonau. art. 3. qu. 1. Richar. art. 3. qu. 1. Duran qu. 4. Agid q. 2. art. 3. Argen. q. 1. art. 1. Rubi. qu. 1. art. 1. Capreo. q. 1. art. 1. Marsil. q. 14. art. 2. concl. 1. Palat. disp. 1. Medin. 1. 2. qu. cit. art. 3 & 4.* & ferè omnium recen. qui id expresè docent de primo homine in statu innocentiæ contra *Scot. in 2. dist. 21. qu. 1. §. dico, Gabrie. dist. 22. qu. 1. art. 3. dub. 3. Maior. quæst. 2. concl. 3.* ad quam inclinat *Almai. tract. 3. Moral. cap. 22.* licet *Maior* id solùm asserat de veniali ex genere, non ex surreptione. Assertio quoad 1. partè de Angelo viatore, probatur 1. de facto nullus Angelus viator peccauit solùm venialiter, nemo n. hoc asserit: at probabile est, in tantâ multitudine aliquem venialiter tantùm peccaturũ fuisse, si potestate consequente potuissent. 2. si aliquis dum erat in viâ, venialiter tantùm peccasset; cùm propter tale peccatum non meruisset priuari gloriâ; & ex aliâ parte nullum peccatum Deus impunitum relinquat, debuisset ante beatitudinem pœnitentiam agere; at nullum sanctum Angelum viatorem constat pœnitentiam egisse. 3. Id etiam confirmat allatus discursus *S. Tho.* attento enim connaturali modo operandi Angeli, connaturalius est, vt mortaliter, quàm vt venialiter tantùm peccet. Prob. quoad 2. partem de homine in statu innocentiæ. Cùm in illo statu nullum fuisset malum, sed plenitudo & affluentia omnium bonorum, vt testatur *August. 14. de Ciuit. ca. 10. deuitatio tranquilla peccati, quâ manente nullum omninò aliunde malum, quod contristaret, irrebuat*; repugnat, in eo statu hominem priùs venialiter, quàm mortaliter peccasse. Quia veniale non dissoluisset statum innocentiæ, sed mansisset cum illo; non n. dissoluisset amicitiam & coniunctionem cum Deo, quâ manente, mansisset originalis iustitia, quæ statum illum tranquillissimæ charitatis constituebat: at mortale dissoluisset statum innocentiæ, dissolutâ amicitiâ & coniunctione cum Deo. Si autem veniale mansisset cum statu innocentiæ, aliquod malum in eo statu esse potuisset, contra *August.* qui illum appellat, statum tranquillitatis, imperturbati amoris, syncerę societatis, beatitudinis ac felicitatis, expertem malorum, affluentem omnium bonorum: *In quo nec aberat quidquam, quod bona voluntas adipisceretur, nec inerat quod carnem animùmve hominis feliciter viuentis offenderet. Vbi nec mors metuebatur, nec vlla corporis mala valetudo, sed amor imperturbatus in Deum, & ex hoc amore grande gaudium non desistente, quod amabatur ad fruendum.* Mortale verò quia cũ illo statu manere non poterat, quin illum statim dissolueret, non repugnabat ab homine in eo statu committi. Quæ ratio non solùm probat de primis parentibus, sed de reliquis etiam posteris, si status ille, Adamo non peccante, perseuerasset: nam eadem fuisset ratio.

246. *Prob. prima pars.*

247. *Prob. posterior pars.*

Ratio.

DICO 3. Hanc moralem impotentiam consequentem venialiter peccandi non habuerunt Angeli in statu viæ, nec primi parentes in statu innocentiæ ex aliquo habitu inhærente: sed ex diuinâ dumtaxat gratiâ protegente, quæ ita illos in omnibus & singulis occasionibus præueniebat, extrinseca intrinsecaque impedimenta tollendo, rationem illustrando, affectum inflammando, vt non sineret, eos venialiter labi, quamdiu eorum mens fuisset per gratiam coniuncta Deo. Quia nullus habitus conferre potest moralem impotentiam consequentem, relictâ physicâ ac liberâ potentiâ antecedente peccandi. Impotentia n. moralis consequens includit liberam determinationem voluntatis: propterea enim dicitur consequens, quia consequitur liberam determinationem voluntatis; estque impotentia siue necessitas ex suppositione, quòd voluntas cum auxilio Dei liberè sit se determinatura ad non peccandum: quæ impotentia consequens stat cum antecedente potentia libera ad oppositum. Nullus autem habitus potest determinare infallibiliter voluntatem ad vnum, relicta libera potentia ad oppositum: nam determinare infallibiliter ad vnum non potest, nisi physicè ad illud necessitando, atque adeò tollendo potentiam antecedentem ad oppositum: nequit. n. habitus determinare potentiam ad exercitium actûs, nisi per modum causæ naturalis, cùm non sit principium liberum, sed necessarium agendi. Alioqui si physicè non necessitaret, posset voluntas oppositum facere; ac proinde infallibile non esset, eam ad illud se determinaturam.

248. *Moralis impotentia consequens venialiter peccandi vnde?*

Fundam.

Voluntatem liberè se determinaturam, & nihilominus ab habitu infallibiliter fore determinandam, quasi possit Deus infundere habitum tantæ intensionis, vt cum illo voluntas sit infallibiliter, liberè tamen, cooperatura, dici non potest: 1. quia talis habitus determinaret potentiam vno eodemque modo illam impellendo, cum eâdem semper intensione & efficaciâ, quia determinaret illam vt causa naturalis: at interdum daretur aliqua cognitio, quæ efficaciùs ex parte obiecti voluntatem ad se alliceret, quàm habitus ipse ad oppositum actum impelleret: quotiescunque autem cognitio superat ex parte obiecti allicientis impulsum habitûs, voluntas connaturaliùs sequitur impulsum cognitionis; cùm connaturaliùs illi sit operari iuxta maiorem impulsum, vel obiectiuum, vel subiectiuum. Confirm. ideò nequit eadem notitia supernaturalis respectu eiusdem voluntatis semper esse congrua & efficax, quia sæpe coniungitur cum aliquâ cognitione naturali, quæ efficaciùs mouet voluntatem ad oppositum, quàm notitia supernat. ad obiectum supernat. quæ n. vno tempore voluntatem reipsa mouet ad opus, alio tempore propter alias circumstantias & occasiones non mouet. 2. potest voluntas pro innata libertate contra quemcunque impetum habitûs operari, modò talis impetus illam non necessitet: igitur nullus est habitus, cum quo sit infallibiliter & liberè operatura.

249. *Infallibilitas liberæ nulla amittitur.*

1. ratio

250. *Confirm.*

2. ratio.

Hæc eadem ratio probat de venialibus ex surreptione. Dupliciter enim possunt hæc excitari: 1. quando appetitus sensitiuus imperium voluntatis præueniens contra debitum rationis in turpe obiectum consentit. 2. quando voluntas, defectu plenæ aduertentiæ, indeliberatè fertur in obiectum difforme naturæ rationali. Ad neutrum actum infallibiliter & cum libertate cohibendum sufficit habitus. Fundam. vt posset habitus infallibiliter appetitum sensitiuum, vel rationem cohibere, ne in obiectum

251. *Veniale ex surrept. duplex.*

Digitized by Google

in obiectum imperfectè cognitum ferri posset, deberet illum physicè, ac proinde necessariò prædeterminate, ne in tale obiectum ferri posset: cùm nequeat, nisi per modum causę naturalis, potè tiam
252. determinare. Rationes, quas contra 2. assert. proponunt *Scotus*, *Gabriel*, *Maior*, solùm probant, quòd absolutè potuerit tam Angelus in viâ, quàm homo in statu innocentiæ venialiter peccare, non autem positâ diuinâ ordinatione, quæ ex Patrib. & Scholast. colligitur. Falsum est, quod *Scotus cit. §. ad primum* docet, veniale simul cum aliquâ pœnâ ei respondente, de facto in statu innocentiæ esse potuisse, vt constat ex *Augustin. cit.*

An qui capax venialis, sit capax mortalis?

253. *Negat Dur.* PRima sent. negans videtur *Duran. in 4. dist. 15. qu. 2. n. 7.* ac probari 1. de pueris cum primùm ad vsum rationis perueniunt: 2. de amentibus: 3. de ijs qui primò è somno excitantur; hoc fundam. *Fund.* Ad mortale requiritur perfectum iudicium de difformitate obiecti; ad veniale sufficit quodcunque imperfectum. At pueri, amentes, & primò euigilantes, antequam propositi obiecti malitiam perfectè cognoscant, incipiunt illam imperfectè cognoscere, ita vt eo temporis interstitio valeant peccare venialiter, non mortaliter: vnde omnes fere concedunt, quòd qui primò è somno excitati pollutioni consentiunt, peccent venialiter, non mortaliter. Item amentes sunt capaces iudicij imperfecti: & pueri antequam sint capaces perfecti iudicij, habent imperfectum iudicium ad veniale sufficiens. Quod sic prob. pueri non statim perueniunt ad perfectum iudicium ad mortale requisitum, sed successiuè per organorum depurationem, humorumque exsiccationem: igitur antequam perueniant ad perfectum iudicium, attingunt imperfectum, quod inter perfectum iudiciũ & pon iudicium mediat. Confir. 1. tripliciter potest perfectum iudicium in adultis impediri. 1. defectu
254. *Confir. 1.* apprehensionis. 2. defectu discursus. 3. ex impetu concitatæ passionis: at ex his omnibus solet perfectum iudicium in pueris, amentibus, & primò è somno vigilantibus impediri, quo minùs perfectè iudicent, ac deliberent de propositi obiecti deformitate: in illis .n. nec est perfecta obiecti apprehensio, nec perfectus & constans discursus; & naturales passiones in omnibus his, ob defectum rationis, multùm vigent. 2. Ad mortale, præ-
255. *Confir. 2.* ter notitiam obiecti naturę rationali difformis, requiritur notitia Dei vltimi finis, vt suprà: sed pueri priùs incipiunt cognoscere obiectum rationi creatæ difforme, quàm Deum vltimũ finem: cùm hæc notitia sit difficilior, nec nisi lõgo discursu ex effectibus creatis, qui in pueris est valde debilis comparetur; at ratio creata dictans bonum, & prohibens malum, faciliùs cognoscitur: ergo pueri priùs fiunt idonei ad veniale.

256. *Affirmant* Secunda sent. affirmans *S. Thom. 1. 2. q. 89. ar. 6. q. 7. de malo art. 10.* ad 8. & in 2. dist. 42. q. 1. art. 5. ad 7. *Caiet. 1. 2 q. cit. art. 6. Conrad. ibid. Vict. præl. vlt. De eo, ad quod tenetur homo. p. 2. n. 11. Vasq. disp. 149. cap. 1. Curiel. 1. 2. q. cit. art. 6. dub. 1. §. 2. Suar. tract. 5. de act. hum. disp. 2 sect. 7. propos. 3.* Inter has sent. priorem publicè in Italia docui an. 1613. sed re maturiùs considerata, posteriorem longè probabiliorem mihi visa, eãq; tradidi hîc in Archid. Vniuersi.
257. *Libertas necessaria ad veniale, sufficit etiã ad mortale.* Græcensi an. 1630. Fundam. libertas necessaria ad veniale, sufficit ad mortale: necessaria .n. ad veniale est, quâ homo discernere valeat inter bonum & malum morale: sed qui discernere valet inter bonum & malum morale, est capax mortalis. Igitur qui est capax venialis, est capax mortalis. Maior patet; nam omne peccatum est deuiatio à bono honesto: igitur qui capax est venialis, debet posse discernere inter bonum & malum morale. Minor prob. qui discernere valet inter bonum & malum morale vt sic, discernere etiam valebit inter bonũ & malum morale notabiliter conforme, & difforme rationi: at hic eo ipso est capax mortalis; hoc .n. est deuiatio à bono honesto notabiliter rationi conformi. Prætereà qui nouit bonum vel malum morale, eo ipso nouit dictamen rationis illud præcipientis, hoc prohibentis, atque adeò confusè saltem nouit Deum authorem ipsius rationis dictantis, & naturę rationalis: nam per cognitionem effectûs cognoscimus causam. Confirm. Qui po-
258. *Qui potest honestè & meritoriè operari, potest mortaliter peccare.* test peccare venialiter, potest honestè & meritoriè operari: at hic potest mortaliter peccare: igitur qui potest venialiter peccare, potest mortaliter. Maior prob. 1. qui potest venialiter peccare, est capax sacramentalis confessionis: ergo & capax attritionis, quæ ad sacramentum id essentialiter requiritur. Attritio, teste *Trident. sess. 14. cap. 4.* est donum Dei, & Spiritûs S. impulsus, atque adeò actus studiosus & meritorius. 2. qui committere potest veniale, habere debet remedium quolibet tempore paratum cõtra illud: hoc autem est actus studiosus & meritorius: nam ad honestè & meritoriè operandum non solùm requiritur perfectum iudicium, sed etiam deliberata voluntas, quâ intendatur honestas ipsa propter se.

259. *Ad veniale sufficit iudicium imperfectum actuale, non potentiale.* Ad fundam. primæ sent. disting. secunda pars maio. Ad veniale sufficit iudicium imperfectum actuale, concedo; potentiale, nego. Etenim, vt rectè *Caiet.* licet ad veniale ex surreptione sufficiat iudicium imperfectum actuale, est tamen in eo, qui sic peccat, necessaria facultas perfectè iudicandi ac deliberandi: alioqui neque ad veniale posset illi imputari; cùm tale iudicum non sit sufficiens ad expeditè operandum, quod ad peccandum requiritur, vt patet in iudicio, quod in somno habemus. Peccat igitur quis ex surreptione, vel quia non præuenit, quando potuit & debuit, vel quia non reducit se in statum perfectæ libertatis, in quo expeditè posset peccato resistere.

260. Cęterùm, quia hoc absque maxima difficultate præstare non potest, non imputatur ei ad mortale. Vnde ad mino. concedo pueros, antequam perueniant ad facultatem perfectè iudicandi, peruenire ad facultatem iudicandi imperfectè: nego tamen, hanc imperfectam iudicandi facultatem ad veniale sufficere. De amentibus, nego, eos vllum habere iudicium sufficiens ad veniale. De primò è somno vigilantibus resp. ideò eos venialiter peccare, quia eo temporis interstitio possunt, licèt cum difficultate, se ipsos ad perfectum statum libertatis reducere, in quo expeditè possent peccato resistere.

261. *Ad conf. 1.* Ad 1. confir. resp. Ideò in adultis, impedito perfecto iudicio, non impediri principium peccandi, quia non impeditur facultas perfectè iudicandi ac deliberandi. At in pueris & amentibus, cum imperfecto iudicio non est facultas perfectè iudicandi ac deliberandi ad peccatum requisita.

262. *Ad conf. 2.* Ad 2. neg. minor. Ad prob. concedo, de notitiâ vltimi finis perfectâ: nego, de imperfecta & confusa, quæ ad peccandum contra vltimum finem sufficit: nam sufficit quęcunque notitia, quę peccatorem excitare potest ad obiectum meliùs examinandum. Suppono autem, quòd qui potens est cognoscere bonum honestum, vt conforme naturę rationali, & malum vt difforme eidem naturæ rationali,

Digitized by Google

tionali, potens quoque ſit, leui adhibito diſcurſu, peruenire in notitiam Dei Authoris talis naturæ.

SECTIO IX.

An peccatum, quod homo primò committit, poſſit eſſe veniale?

263. *Negant* PRima ſent. negans *S. Tho. 1. 2. q. 89. art. 6. Caiet. ibid. & ferè omnium Thomiſt.* Fundam. duplex.

Fund. 1. 1. vniuſquiſque ſub præcepto naturali tenetur, cùm primùm ad vſum rationis peruenit, conuertere ſe ad Deum vltimum finem, iuxta illud *Zachar. 1. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos;* ergo ſi non ſe conuertit, peccat mortaliter, cùm ſit tranſgreſſio præcepti grauis, quale eſt charitatis erga ſe, & Deum vltimum finem. Nequit igitur primum peccatum hominis, ad vſum rationis perueniens, eſſe veniale. Confirm. quod primum cogitandum occurrit homini, cùm primùm ad vſum rationis peruenit, eſt deliberatio ſui, ſuarumque actionum. Nam immediatus finis omnium concupiſcibilium eſt ipſe homo, ad quem naturaliter ordinantur omnia concupiſcibilia: quidquid .n. appetit homo, naturaliter appetit propter ſeipſum, ut ait Philoſ. *amicabilia ad alios veniunt ex amicabilibus ad ſe.* Igitur primus finis, qui ſimpliciter occurrit appetenti, eſt ipſe appetens: quia finis eſt prior in intentione, & ipſe puer eſt primò à ſeipſo amatus amore amicitiæ: ergo quod primò de facto occurrit puero, cũ primũ rationis vſum attingit, eſt ipſe, ad quem reliqua concupiſcibilia ordinantur.

264. *Confir.*

265. Cæterùm in hoc præcepto explicando, non vna eſt Thomiſt. ſent. Alij putant neceſſariam eſſe explicitam conuerſionem ad Deum. Alij ſatis eſſe exiſtimant implicitam, proponendo ſe rectè & honeſtè victuros. Alij neceſſariam cenſent cõuerſionem ad Deum finem ſupernat. eò quòd per talem conuerſionem debeat homo à peccato originali iuſtificari, ſi fortè in illo eſt, vti ſunt Gentiles, qui etiam ad hoc præceptum obligantur: iuſtificatio autem à peccato non ſit, niſi per dilectionem Dei finis ſupernaturalis. Alij contrà ſufficere putant conuerſionem ad Deum finem naturalem.

266. *Fund. 2.* 2. Nequit orginale eſſe cum ſolo veniali: poſſet autem eſſe, ſi primum hominis peccatum, ad vſum rationis peruenientis, eſſet veniale. Maior prob. poſſet homo in tali ſtatu ex hac vita decedere; & tunc nullus eſſet pro tali homine in alia vita locus: non infernus, quia hic tantùm eſt pro decedentibus in mortali: non limbus, quia hic eſt pro morientibus cum ſolo originali: non purgatorius, quia hic eſt pro ijs, qui in gratiâ moriuntur cum aliqua pœna temporali ſoluenda. *Confirm.* Concil. Florent. pro certo ſupponit, originale non poſſe eſſe cum ſolo veniali, dum proprio decreto Pontifex ait: *Illorum animas, qui in actuali mortali peccato, vel ſolo originali decedunt, mox in infernum deſcendere, pœnis tamen diſparibus puniendas.*

267. *Medina eandem ſent. probat 1.* Probat *Medina* 1. quia omnes tenemur legem naturalem acceptare, ſtatim atque illa nobis ſufficienter promulgatur: ſufficienter promulgatur, cũ primùm illam perfectè cognoſcimus: perfectè cognoſcimus, cùm primùm ad perfectum rationis vſum peruenimus. Igitur tunc tenemur illam acceptare; non ſtatim acceptamus, niſi proponamus illam ſeruare, & iuxta illius præſcriptum viuere. Igitur tunc tenemur nos ad Deum implicitè ſaltem conuertere.

268. *ſecundò.* 2. Si quis alterius curam gerat, quoad res ad ſalutem ſpectantes, mortaliter peccat, ſi cùm primùm poteſt, non ſtatim illi media ad ſalutem neceſſaria procuret: ergo multò magis peccabit, ſi ea ſibi, cũ primùm poteſt, nõ procuret.

269. *tertiò.* 3. Si nõ ſtatim, cùm primùm poteſt, tenetur homo ad Deum ſe conuertere, poſſet facere totum, quod debet, & nihilominus damnari: conſequens eſt contra axioma, *Facienti quòd in ſe eſt, Deus non denegat ſuam gratiam.* Sequela prob. ſi cùm primũ homo peruenit ad vſum rationis, non tenetur ad Deum ſe conuertere, vel poſitiuum aliquem actũ elicere, proponendo honeſtè viuere, ſed tantùm negatiuè ſe habere, poſſet facere totum quod debet, & propter originale damnari: hoc .n. ipſo, quòd nihil faceret contra legem naturalem, ſeruaret illam, ac proinde faceret totum quod tenetur facere, negatiuè tantùm ſe habendo erga illam. Hanc ſent. ſequuntur *Nauar. in ſum. cap. 11. nu. 7. & eap.* quando, *de Conſecrat. diſt. 1. notab. 2. nu. 15. Curiel 1. 2. qu. 89. art. 6. dub. 2. §. 2. concl. vlt.*

270. *Affirmant* Secunda ſent. affirmans *Durand. in 4. diſt. 4. qu. 7. nu. 5. Palud. diſt. 16. qu. 1. art. 1. fine,* & omnium ferè recentior. *Valent. 1. 2. diſp. 6. qu. 19. punct. 3. Vaſq. diſp. 149 cap. 2. Suar. de act. hum. tract. 5. diſp. 2. ſect. 8. & de charit. diſp. 5 ſect 5 nu. 2. Sanchez in Decal. lib. 2. cap. 33. Coninck de obiecto mater. charit. diſp. 24. dub. 3. concl. 1. Granad. 1. 2. controu. 6. tr. 4. diſp. 1. ſect. 3.* & c. Hęc ſent. longè probabilior eſt, quæ, vt ait *Valent.* non ſtatim in ipſa quaſi prima vigilia rationis, hominem vrget, & quaſi opprimit præcepto, tunc primò explendo. *Sent. ſuauior, diuinæ prouidentiæ conformior.*

271. *Fundam. potiſſ.* Fundam. vel tale præceptum cõuertendi ſe ad Deum, ſtatim atque homo ad vſum rationis peruenit, non eſt; vel eſto ſit, non ita obligat, vt non poſſit homo ante illius impletionem venialiter peccare. Prior pars antec. prob. vel iſta conuerſio deberet fieri ad Deum finem ſupernat. vel naturalẽ: non ad ſupernat. quia hæc ordinariè non fit, niſi præuia inſtructione aliorum, quæ, quia tempus requirit, poteſt intra illud puer interim venialiter peccare. Nec ad naturalem: nam vel hęc deberet fieri ad Deum explicitè cognitum vt finem naturæ, vel tantùm implicitè, per conuerſionem dumtaxat ad bonum in communi. Prior modus requirit inſtructionem aliorum; cùm non valeat in ea ætate puer proprio diſcurſu peruenire in diſtinctam notitiam finis naturalis, licèt valeat in notitiam confuſam, quæ ſufficiat ad peccandum contra vltimum finem. Poſterior modus non videtur neceſſarius, vt poſitiuo actu puer ſe conuertat ad bonum in communi, proponendo ſe honeſtè victurum: ſed ſat erit, ſi ſeruet præcepta, quæ ſuo tempore ſeruanda occurrunt: ſicut cùm primùm lex fertur certo tempore ſeruanda, non tenemur, cùm primùm illa nobis promulgatur, elicere propoſitum de illa ſeruanda, ſed ſufficit illam ſuo tempore ſeruare. *Confirm.* hęc conuerſio ad Deũ finem natur. explicitè, vel implicitè cognitum, ſufficiens non eſt ad iuſtificationem peccatoris à pec. originali, propter quam ab oppoſitâ ſent. talis cõuerſio aſſeritur: iuſtificatio .n. non fit, niſi per actum ſupernat. Poſterior pars antec. prob. eſto tale præceptum ſit, vt probabile eſt, propter debitum, quod creatura rationalis habet aliquando exercendi actum charitatis erga Deum, propter acceptа beneficia, non tamen ſtatim illud hominem obligat, cùm primùm vſum rationis attingit, ſed more humano ac morali poſt diſtinctam notitiam Dei, vel per inſtructionem aliorum, vel proprio diſcurſu comparatam: quæ cùm tempus requirat, poteſt interim puer venialiter peccare; præſertim cùm facilior ſit illa ætas ad veniale, ob iudicij & diſcurſus

Nota 272.

Digitized by Google

discursus defectum. Verùm esto tale præceptum obliget hominem statim atque rationis vsum attingit, adhuc posset ante completam obseruãtiam talis præcepti, venialiter peccare, vel ob negligentiam, vel ob aliam antecedentem circumstantiam.

273. *Ad primũ fund.* Ad 1. fund. oppositæ sent. patet: locus *Zachar.* non est ad rem; nam de conuersione ad Deum per pœnitentiam post peccatum personale, illum intelligit *Hieron.* vel etiamsi intelligatur de prima conuersione ad finem supernat. in eo tantùm ad summum præcipitur actus conuersionis ad Deum, non tempus, in quo talis conuersio exercenda sit.

274. *Ad conf.* Ad confir. esto quod primum occurrit homini in ea ætate cogitandum, sit deliberatio sui; nego tamen statim ac talis cogitatio occurrit, illum teneri ad eam statim exequendam, sed posse, cùm sit de re maximi momenti, illam differre post pleniorem instructionem; & interim posse hominem circa aliam materiam venialiter peccare.

275. *Ad secundũ* Ad 2. fund. neg. maior. Ad prob. dico, vel ad diuinam prouidentiam spectare, vt non permittat hominem in tali statu mori, vel certè in eo casu veniale coniunctum cum originali leui pœnâ sensus æternùm punitum iri: quia cùm subiectum, propter originale, non sit capax gratiæ, quæ ad remissionem peccati requiritur, & durante culpâ, necesse sit durare pœnam, tale peccatum æternùm puniretur, eo modo quo ijdem *Thomistæ* dicunt, veniale coniunctum cum mortali æternùm puniri. Cæterùm pro talibus destinatus locus esset limbus, qui communis est etiam ijs, qui cum solo originali moriuntur: sicut infernus non tantùm est pro morientibus cum solo mortali, sed etiam cum mortali & veniali simul. Ad confirm. resp. 1. non esse contra Concil. asserere, posse aliquem cum solo originali & veniali mori: quia quando definit eos, qui cum solo originali decedunt, in infernum descendere, non excludit eos, qui simul cum originali decedunt cum veniali, sed tantùm eos, qui decedunt cum mortali, siue solo, siue coniuncto cum originali: hoc .n. tantùm opponit ijs, qui cum solo originali decedunt. 2. Id decretum procedere iuxta ordinarium modum, quo solent animæ decedere. Licet enim possit homo breui tempore in hac vita esse cum solo originali & veniali, diu tamen durare non potest, quin labatur in mortale ob defectum gratiæ, & specialium auxiliorum, quibus non præueniuntur ij, qui sunt in originali. Ac proinde iuxta ordinarium modum omnes animæ, quæ damnantur, decedunt, vel cum solo originali, vel cum mortali.

276. *Ad confir.*

277. *Resp. 2.*

278. *Ad argum. Medina.* Ad 1. Medinæ, patet, non teneri nos positiuo actu legem acceptare, cùm primùm nobis promulgatur; sed sat esse, illi non contradicere, & suo tempore illam seruare. Ad 2. nego alterius curam gerentem, statim teneri illi media salutis procurare, præsertim, quando media supponunt notitiam finis supernat. sed posse post pleniorem instructionem de Deo, ea in tempus opportunius differre, nisi salus proximi periclitetur: quia tunc ex alio principio tenetur statim remedia salutis procurare. Sicut eo casu teneretur se ad Deum conuertere per actum dilectionis vel contritionis, quę tali casu obligat hominem, præsertim quando alia media per sacramenta haberi non possunt. Hic autem disputo solùm de conuersione ad Deum extra salutis periculum. Ad 3. neg. sequel. esto .n. Gentilis non statim atque ad vsum rationis peruenit, ad Deum se conuertat, si tamen seruet omnia præcepta naturalia, adiutus auxilio Dei, quod nulli mortali deest, tandem illuminabitur à Deo, vel per externam Euangelij prædicationem, vel per internas inspirationes, vt *Cornel. Act.* 10. antequam tamen plenè illuminatus ac perfectè instructus ad Deum se conuertat, poterit venialiter peccare.

279. *Alterius curam gerens non tenetur statim illi media salutis procurare.*

280.

Cæterùm cum *Valen.* 2.2. *disp.* 3. *qu.* 19. *pun.* 1. §. *primus, Coninc. de charit. disp.* 24. *dubio* 3. *concluſ.* 2. *Grana. cit. sect.* 4. *&c.* valde probabile existimo, post sufficientem instructionem de Deo, teneri hominem ad Deum se conuertere actu amoris, subijciendo se illi, eique gratias agendo pro tot tantisque collatis donis ac beneficijs. Vnde omnibus consulo, vt si qui hunc actum non fecerint, faciant, & illius omissionem Confessionis claubus subijciant. Nam si iure naturæ tenetur quicunque ab aliquo principe accepit vitam & suam ac suorum, nec non bona omnia, quibus in pœnam commissi dilecti priuari debebat, gratias illi agere, eique se submittere in recognitionem tantorum beneficiorum: quantò magis tenebitur homo statim atque sufficienter de Deo instructus fuerit, gratias illi agere, eique humillimè se submittere in recognitionem tantorum beneficiorum, quæ tam plenâ manu absque vllo suo merito ab ipso accepit? 281. *Post sufficientem instructionem de Deo tenetur homo ad Deum se conuertere.*

DISPVTATIO XXIV.

Quid sit macula in anima post peccatum actuale relicta?

EXTRA controuersiam est, transacto actu peccati, hominem verè denominari & esse peccatorem & maculatum, quamdiu præteritus actus non remittitur. Constat 1. ex modo loquendi Scripturæ, quæ peccatores & maculatos appellat eos, qui tantùm habitu sunt peccatores: Tob. 4 *Noli manducare & bibere cum peccatoribus.* Psal. 1. *Non resurgent impij in iudicio, neque peccatores in concilio iustorum.* Iosue 22. *Vsque in præsentem diem macula huius scelleris in nobis permanet.* Ephes. 5. *Vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam.* 2. Ex Baptismo & Pœnitentiâ, quæ vi formæ hominem emundant & absoluunt peccatis, nõ actualibus; quia qui ad hæc sacramenta cum actuali accedunt, eorum effectum non consequuntur; ergo ab habitualibus tantùm. Datur igitur, transacto actu peccati, aliquid, ratione cuius homo denominatur & est peccator, alioqui frustrà ad hęc sacramenta accederet. 1. *Transacto actu peccati homo verè est maculatus.* 2.

3. Non solùm homo denominatur & dicitur iustus & liberalis, quando actu iustè & liberaliter operatur, sed etiam ex præteritis actibus iustitiæ & liberalitatis: ergo non solùm dicetur homo peccator, quando actu peccat, sed etiam ex præterito actu peccati nondum condonato. Vnde solus *Rubio in* 4 *dist.* 14 *qu.* 2. *art.* 2. ausus est dicere, transeunte culpâ actuali, hominem non propriè & formaliter dici peccatorem, sed largè & virtualiter ratione pœnę tantùm, ad quam manet obligatus. Controuersia est, quid sit hæc macula in animâ? 3. *Ratio*

Prima sent. docet, maculam nil aliud esse in peccatore, quàm reatum & obligationem ad pœnam, ad quam manet obligatus, qui peccauit ex ordinatione diuina: quæ ordinatio ad pœnam, quà animæ disconueniens, dicitur macula: quà obligatio ad pœnam, dicitur reatus: quà actus diuinæ voluntatis ad pœnam ordinantis, dicitur offensa Dei: Deum .n. offendi, est Deum velle peccatum 4.

Digitized by Google

catum vindicare. Ita *Scotus in* 4. *dist.* 14. *qu.* 1. *art.* 1. §. *Dico*, *Rubio qu.* 2 *art.* 2. *Ocha. qu* 8. *ad* 1. *& 2. dub. Aureo. apud Capreo. in* 4. *dist.* 14. *qu.* 1. *ar.* 2. *in argu. con.* 3 *concl. Gabriel qu.* 1. *ar.* 1. *not.* 2. *Almai q.* 1. *ar.* 1. *Duran. in* 2. *dist.* 32 *qu.* 1. *n.* 5. *Ioan. Medina cod. de pœnit. tract.* 1. *qu.* 7. *Holcot qu. De imputabilitate peccati, ante* §. *Ad* 1. *principale.* Scoti fundam. transacto actu peccati, nihil manet in homine, à quo denominetur peccator, præter obligationem ad pœnam. Nam vel hoc esset habitus relictus ab actibus, vel priuatio gratiæ habitualis. Non primum, quia ille manere potest cum homine iustificato, cum quo tamen manere non potest macula. Nec secundum: alioqui non possent in eodem homine plures maculæ distingui: nam priuatio gratiæ est vna, quæ non diuersificatur; nec multiplicatur per plures actus peccati: sed ad diuersitatem, & multiplicitatem formarum, quibus priuat priuatio.

5. *Probat Scotus.*

6. *Confirm.* 1. Confirm. 1. Ita se habet peccator transacto actu peccati, sicut iustus transacto actu meriti: sed dato quòd Deus non ad quoscunque actus meritorios augeret habitus infusos, nihil, transacto actu meriti, maneret in iusto, quo denominaretur iustior, nisi actus diuinæ voluntatis ad maius præmium ordinantis: ergo nihil, transacto actu peccati, manet in homine, quo denominetur peccator, nisi actus diuinæ voluntatis ad pœnam ordinantis.

7. *Confirm.* 2. 2. In homine offendente principem creatum nihil manet post offensam, quo dicatur inimicus principi, nisi solus actus principis ordinantis offendentem ad pœnam offensæ condignam: ergo nihil in offendente Deum. 3. Auguſt. *lib. 6. con. Iulia. ca* 8. post actum peccati nihil agnoscit nisi reatum, quem ibidem ait, non manere in corpore, aut in animo eius, qui peccauit, sed in occultis legibus Dei, quæ scriptæ sunt in mentibus Angelorum.

8. *Confirm.* 3.

9. Hæc sent. vt suspecta, & minùs fidei principijs conformis, notata videtur in Bullâ Pij V. & Gregorij XIII. damnatâ propos. hâc: *In peccato duo sunt, actus & reatus; transeunte autem actu nihil manet, nisi reatus siue obligatio ad pœnam.* Sed quidquid sit de censurâ euidenti ratione hęc sent. refutatur:

10. *Homo non denominatur peccator formaliter ex ordinatione ad pœnam:* Falsum est, hominem denominari maculatum siue peccatorem formaliter, ex ordinatione ad pœnam: 1. quia, vt rectè *Caiet. infrà*, ordinari ad pœnam, est bonum, cùm sit correctiuum culpæ & à Deo directè intentum: nam ex *Dionys. cap.* 4. *de diuinis nom.* par. 4. *medio*, plecti non est malum, sed malum est fieri dignum supplicio: esse autem peccatorem, est malum, quia est esse dignum pœna. 2. actus diuinæ volũtatis ad pœnam ordinantis

Supponit culpam. supponit culpam, ob quam dignus est homo, vt ad pœnam ordinetur: igitur ab hâc, non ab illo

11. dicitur & est homo peccator. Quòd si respondeas, hominem ordinari ad pœnam ex culpa præterita. Contrà; si ex eâ dignus est homo, vt ordinetur ad pœnam, ex eâdem culpâ, & non ex ordinatione diuinâ denominabitur peccator. ideò. n. nunc homo manet ordinatus ad pœnam, quia nunc est dignus pœna, nunc est peccator; dignitas pœnæ est proprietas culpæ: nam, esto, de potentia absoluta manere possit debitum ad pœnam æternã cum remissione peccati, vt 8. *to. disp.* 5. *sect. vlt.* de potentia tamen ordinata semper debitum ad pœnam æternam supponit culpam præsentem. Nempe vt nunc de facto maneat homo ordinatus ad pœnam, non sufficit, vt fuerit peccator, alioqui etiam iustificatus de facto maneret ordinatus ad pœnam æternam, nam fuit peccator. Igitur ordinatio ad pœnam æternam supponit nunc hominem esse

12. peccatorem. Falsum præterea est, Deum offendi, nil aliud esse, quàm Deum velle peccatum vindicare. Ideò. n. Deus vult id vindicare, quia est offensus: ergo prior est offensa actiuè sumpta seu formalis aut virtualis contemptus Dei in actu peccatoris inclusus; ac passiuè accepta seu moralis lęsio diuinę Maiestat s, quà post punitur creaturę.

Offensa actiuè contemptus Dei,

Passiuè moralis lasio Dei.

Secunda sent. docet hominem denominari maculatum & peccatorem ex reali respectu relicto ex actu præterito peccati in animâ. Hanc *Almai.* tribuit *S. Tho.* sed immeritò, vt constat ex 1. 2. *qu.* 86 *ar.* 2. *ad* 1. *Dicendum quod post actum peccati nihil positiuè remanet in anima, nisi dispositio, vel habitus: remanet tamen aliquid priuatiuè, scilicet priuatio coniunctionis ad diuinum lumen.* In quâ priuatione cum respectu ad præteritum actum, vt ad causam constituit *S. Tho.* essentiam maculæ. Quòd si, præter priuationem gratiæ, requirat respectum ad præteritam culpam, non requirit respectum realem, sed rationis, ex *cit. loco ad* 1. Contra hanc sent. cuiuscunque sit, est: quia nihil reale intrinsecum in anima ex præterito actu cogitari potest, quod habeat rationem maculæ, & quod stare non possit cũ perfecta absterſione maculę. His improbabilib.

13. *Improbabilis altera:*

Tertia sent. affirmat maculam consistere in extrinsecâ denominatione ab actu præterito non retractato: ita vt non retractatio non sit forma denominans peccatorem, sed pura conditio requisita ex parte subiecti, sine quâ non posset denominari peccator. Est *Vasquez* 1. 2. *disp.* 139. *cap.* 5. Fundam. non solùm ex mortali, sed etiam ex veniali relinquitur aliqua macula in anima: sed macula venialis non potest consistere, nisi in extrinseca denominatione ab actu præterito non retractato: non. n. potest consistere in priuatione gratiæ, vel alicuius gradus illius, cùm veniale nullâ priuet gratiâ: ergo in sola denominatione extrinseca actus præteriti non retractati, cùm nihil aliud remaneat.

14. *Probabilis sent.*

Fund.

Quarta sent. maculam constituit in priuatione conformitatis ad legem per modum habitûs relictâ ex præterito actu: Est Curiel. 1. 2. *qu.* 86. *dub.* 2. §. 2. Fundam. in eo consistit macula & peccatum habituale, quod per modũ termini sequitur ex actuali: sed hoc est sola priuatio conformitatis ad legem: id. n. per modũ termini sequitur ex actuali, quod per modum actus constituit actuale, cùm terminus debeat in facto esse includere, quicquid actus dicit in fieri: sed quod per modum actus constituit actuale, est priuatio conformitatis ad legem. Confirm. duplex est priuatio in peccato, altera cõformitatis ad legem, altera sanctitatis debitæ: sed nequit macula in 2. priuatione consistere, hæc. n. est posterior & pœna prioris: nam homo priuatur gratia, quia est difformis legis.

15. 4. *Sent.*

Fund.

Quinta sent. maculam peccati collocat in priuatione sanctitatis debitæ cum respectu ad actum præteritum peccati, vt ad causam. Est *Mag. in* 4. *dist.* 18. *cap. vlt. Alens.* 1. *p. q.* 14. *fine*, *S. Tho.* 1. 2. *q.* 86. *Caiet. Conrad. Medin. Sylui*, *ibid. Bonauen. in* 4. *dist.* 18. *in Explic. Tex. dub.* 4. *Richard. ibid. in Explic. Text. fine dist. Capreol. in* 4. *dist.* 14. *q.* 1. *ar.* 3. *ad argum. cont.* 3 *concl. præcipuè ad* 6. *Scoti: Soti in* 4. *dist.* 15 *q.* 2. *art.* 2. *Mayro. dist.* 14. *q.* 2. *art.* 2. nisi quòd hic dicat, maculam potiùs consistere in respectu inimicitiæ ad Deum, quod re ipsa idem est.

16. 5. *Sent:*

Nota 1. aliud esse disputare, per quid tanquam per formam homo sufficienter constituatur habitualiter peccator; aliud in quo macula peccati formaliter consistat: nam aliquid explicitè & formaliter importat macula, quod non importat forma constituens hominem habitualiter peccatorem.

17. *Notanda pro explic.*

2. Tam de peccato habituali, quàm de macula

18. disputari

Digitized by Google

disputari, vel pro hoc tantùm statu naturæ humanæ ad finem supernat. per gratiam inhærentem eleuatæ, vel etiam pro statu puræ naturæ: de macula vtriusque status disputo, ad clariorẽ intelligentiã.

19. *Ad vberiorem doctr.* DICO 1. Homo sufficienter constituitur peccator ex præterito actu peccati nondum deleto, seu quod idem est, per extrinsecam denominationem à præterito actu peccati nondum retractato & cõdonato. *Fundam.* Fundam. posito tantùm præterito actu peccati nondum retractato, & quouis alio sublato, homo sufficienter constituitur peccator; actus .n. peccati semel à voluntate positus, & nunquam retractatus, censetur moraliter perseuerare per modum cuiusdam formæ, seu habitus moraliter inhærentis & denominantis hominem habitualiter peccatorem. Confirm. esse peccatorem per se nil aliud dicit, quàm hominem peccasse, & peccatum nondum retractasse, vel illi condonatum fuisse.

20. *Aperta sit. S. Thom.* DICO 2. Non saluatur formalis & adæquata ratio maculæ in solo respectu seu denominatione extrinseca ab actu præterito peccati nondum retractato seu condonato, sed ad completam rationem illius requiritur præterea priuatio alicuius perfectionis debitæ: *S. Tho.* qui *qu. cit. art. 1. ad 3.* ad maculam duo requirit, priuationem pulchritudinis seu nitoris, & respectum ad præteritum actum peccati, vt ad causam. Fundam. macula explicitè & adæquatè sumpta duo importat, priuationem debitæ pulchritudinis seu nitoris, & causam talis priuationis: neque vnum sine altero sufficit ad cõpletam naturam maculæ: tunc .n. dicuntur maculari corpora, quando ex positiuo contactu alicuius rei sordidæ amittunt debitum nitorem: nec solus contactus rei sordidæ, nec sola priuatio debiti nitoris, sed vtrumque simul constituit adæquatè maculam in corporibus: ita nec solus respectus ad præteritum peccatum, qui est quidam moralis contactus animæ cum re creatâ, ex cuius contactu vt rei sordidæ anima maculatur; nec sola priuatio debitæ pulchritudinis & nitoris, sed vtrumque simul constituit adæquatè maculam in anima: at in cuius formæ priuatione hæc macula consistit?

21. *Difficilior cõtrouersia.* DICO 3. Priuatio, quæ constituit peccatum in ratione maculæ, non est priuatio formę perficientis animam in ordine ad operari, sed in ordine ad esse: *S. Tho. 1. 2. qu. 89. art. 1. Macula importat aliquid manens in re maculata, vnde magis videtur pertinere ad detrimentum habitualis nitoris, quàm actualis.* *Fund.* Fundam. in eius formę priuatione consistit macula, in cuius opposita forma formaliter consistit animi pulchritudo: macula .n. priuatiuè opponitur pulchritudini: at animi pulchritudo non consistit formaliter in forma perficiente animam in ordine ad operari, sed in ordine ad esse: sicut .n. pulchritudo corporũ, ex cuius analogiâ translata est pulchritudo ad animam, non consistit in aliqua forma perficiente corpus in ordine ad operari, sed in ordine ad esse; potest namque corpus esse perfectum quoad operari, & nihilominus maculatum quoad esse: & contrà, imperfectum quoad operari, & nihilominus pulchrum & nitidum quoad esse: ergo pariter pulchritudo animi non consistit in forma perficiẽte animum quoad operari, sed quoad esse.

22. *Confirm.* Confirm. si Deus post remissionem peccati, restitueret animæ omnia principia supernaturaliter operatiua, solâ gratiâ, quę perficit animam in ordine ad esse, non restitutâ, adhoc anima maneret maculata coram Deo: contrà verò, solâ gratiâ, & nullo alio principio operatiuo restituto, anima diceretur pulchra & nitida coram Deo: ergo priuatio, quæ formaliter constituit maculam, non est priuatio principij operandi, sed essendi: macula .n. reddit animam inimicam Deo; ergo id tantùm cõstituit maculam, quod reddit animam inuisam Deo. Antec. prob. infrà: sc. sola gratia habitualis in homine puto viatore abstergit maculam peccati: Igitur ea sola posita tollitur macula; eaque tantùm non posita, non tollitur.

23. DICO 4. Macula in puræ naturę statu constituta fuisset per priuationem moralis conformitatis, quam creatura rationalis in eo statu tenebatur habere cum lege naturali, & Deo vltimo fine & authore naturæ. *Fundam.* Fundam. 1. non potuisset in eo statu alia priuatio assignari; homo .n. in eo statu, præter naturam & principia operandi debita naturæ, nullum aliud donum gratuitum accepisset, ex cuius priuatione dici potuisset maculatus; cùm tamen etiam in eo statu ratio maculæ saluari debuisset. 2. ea priuatio sufficiens est ad maculam constituendam: duo .n. requirit, & sufficiunt. 1. quòd sit priuatio formæ debitæ: 2. quòd sit priuatio formæ perficientis animam & ornantis illam quoad esse. Vtrumque habet priuatio moralis conformitatis cum lege naturali, & Deo vltimo fine & Authore naturæ: creatura .n. rationalis naturali debito tenetur conseruare moralem eam conformitatem; siquidem transgressio huius debiti est intrinsecè mala difformis naturę rationali. Tum verò hęc ipsa cõformitas est moralis pulchritudo & nitor animæ per modum habitûs in ea permanens: per quam manet anima moraliter recta & conuersa ad suam regulam & finem naturalem: sicut per oppositam difformitatem manet moraliter obliqua & auersa à suâ lege & fine naturali. *Requisita duo*

24. *Dices.* Hæc priuatio conformitatis ad legem & finem naturalem non est propria macula, sed peccati actualis: quod formaliter consistit in difformitate à lege & fine: ergo nequit macula consistere in huiusmodi priuatione: macula .n. distinguitur à p. actuali, vt effectus à causa. Resp. conformitas ad legem & finem naturalem, vna actualis, altera habitualis seu per modum habitûs permanentis. Prior consistit in actuali honestate, & conformitate actûs virtuosi ad regulam & finem naturalem: atque hanc priuationem conformitatis includit actuale, quod opponitur actui honesto. Posterior consistit in habituali rectitudine moraliter permanente, vel ex præteritis actibus moraliter honestis, vel ex ipsa rectitudine naturali quatenus suæ regulæ conformis à Deo condita est. Huius conformitatis priuationem includit macula, sc. cuiusdam formæ moralis habitualiter in anima perseuerantis, reddentis eã illam pulchram erga suam regulam. *Duplex est conformitas ad legem & finem naturalem.*

25. DICO 5. Macula in hoc statu naturæ, per intrinseca dona ad finem supernat. eleuatæ, non solùm includit priuationem moralis conformitatis ad legem & finem natur. sed etiam priuationem conformitatis ad legem & finem supernat. quæ est priuatio gratię habitualis: *S. Tho. 1. 2. qu. 86. art. 1.* vbi maculam ex actuali in anima relictam constituit in priuatione duplicis nitoris, alterius prouenientis ex refulgentia luminis naturalis; alterius prouenientis ex refulgentia diuini luminis sapientiæ & gratię. Fundam. 1. homo in hoc statu non solùm habet debitum conseruandi moralem coniunctionem & conformitatem cum lege & fine naturali, sed etiam cum lege & fine supernaturali: ergo ipsa priuatio conformitatis ad vtrumque constituit maculam. Ideò enim priuatio moralis conformitatis ad rectam rationem & finem naturalem in pura natura constitueret maculam, quia est priuatio pulchritudinis debitæ, perficientis ornantisque *Homo in hoc statu habet debitum conseruandi conformitatem cum lege & fine supernaturali.*

Digitized by Google

nantisque animam quoad esse naturale: sed priuatio conformitatis ad legem & finem supernat. est priuatio pulchritudinis debitæ in hoc statu animæ rationali, perficientis & ornantis illam quoad esse supernaturale: ergo etiam hæc constituit maculam in hoc statu naturæ eleuatæ per intrinseca dona ad finem supernat. Confirm. sicut in hoc statu peccatum in ratione offensæ, non solùm includit inimicitiam & contemptum Dei finis naturalis, sed etiam finis supernat. ita in ratione maculæ, non solùm includit priuationem pulchritudinis & nitoris prouenientis ex refulgentia luminis naturalis, sed etiam prouenientis ex refulgentia legis supernat. 2. Fundam. si priuatio gratiæ nullo modo esset in nobis culpa, sed tantùm pœna, sequeretur de facto gratiam habitualem non esse remissiuam peccati; consequens est contra *Triden. sess. 6. cap. 7.* vbi gratiam appellat vnicam causam formalem nostræ iustificationis: Et *Can. 11.* damnat eos, qui asserunt, iustificationem hominis fieri sola peccatorum remissione absque gratia & charitate. Sequel. prob. illa forma est remissiua peccati, quæ per se concurrit ad delendum peccatum: sed si priuatio gratiæ esset tantùm pœna peccati, gratia per se non concurreret ad remissionem peccati: ergo. Maior constat: quæ .n. per se non concurrit ad remissionem peccati, aliunde supponit causas adæquatè remissiuas peccati: ergo ipsa non est causa remissiua peccati, nec totaliter, nec partialiter: vnde tantùm concomitanter & per accidens se haberet ad remissionem peccati. Minor prob. Si priuatio gratiæ non est culpa, sed tantùm pœna in nobis, tota & adæquata ratio culpæ habitualis consisteret in actuali auersione à Deo & conuersione ad creaturas, moraliter in nobis perseuerante: ergo ad illam de facto extra Sacramentum delendam non concurreret gratia: peccatum .n. sufficienter & adæquatè deleretur per solam contritionem, quæ naturâ præcedit gratiam, vt moralis dispositio illius extra sacramentum: nam per eam formam sufficienter & adæquatè deletur peccatum, quæ illi per formalem incompossibilitatem adæquatè opponitur: sed si peccatum non includeret priuationem gratiæ, sola contritio adæquatè illi opponeretur: exclusâ .n. priuatione gratiæ vt culpâ, remanet in peccato tantùm actualis auersio à Deo & conuersio ad creaturas moraliter perseuerans; cui adæquatè opponitur actualis conuersio ad Deum, & auersio à creaturis, quæ in ipsa contritione includitur: ergo gratia tantùm materialiter se haberet in iustificatione extra sacramentum, nec esset remissiua peccati.

26. *Conf.*

27. *Priuatio gratia non est in nobis tantùm pœna, sed etiã culpa.*

28. *Aliter gratia non concurreret per se ad remiss. pecc.*

Ad hoc respondetur 1. conced. cum *Vasquez*, contritionem esse formam adæquatè oppositam peccato, de facto tamen non ab illa, sed à gratia, quæ in ratione causæ efficientis præcedit contritionem, deleri. 2. esto, deleatur à contritione, nullum inde sequi absurdum. 3. ad remissionem peccati non solùm requiri formam incompossibilem cum peccato, sed etiam voluntatem Dei remittentis & condonantis. Quia igitur potest poni forma incompossibilis peccato, non posità voluntate Dei condonantis peccatum, potest poni contritio, & nõ poni remissio peccati, donec ponatur gratia, quæ est terminus voluntatis diuinæ condonantis peccatũ.

29. *Triplex responsio*

Contra primum resp. sunt omnia argum. quæ contra *Vasquez* infrà vrgebo, & à fortiori militant contra resp. 2. vt infrà. Contra tertium: implicat, posità formâ in subiecto, naturâ suâ incompossibili cum altera, illam de facto non expelli: ergo si contritio suâ naturâ est incompossibilis cum habituali, implicat eâ posità non *tolli* peccatũ habit.

30. *Contra primam* 2. 3.

DICES. Contritio non est forma incompossibilis cum habituali, nisi quà includit voluntatem remissiuam Dei, quam voluntatem potest contritio non includere. Sicut, licet condigna satisfactio opponatur offensæ, nisi tamen includat voluntatem offensi condonantis & remittentis offensam, talis satisfactio non tollit de facto offensam ab offendente. Sed contrà: 1. quando satisfactio suâ naturâ est condigna offensæ. etiam si offensus nolit eam acceptare, adhuc offensa manet moraliter remissa, licet possit offensus non manere amicus offendenti. Cùm igitur contritio naturâ suâ adæquatè opponatur peccato; esto, Deus nolit illam acceptare, manebit deletum peccatum, licèt non maneat Deus amicus homini offendenti: quia peccatum censetur moraliter sublatum per formam suâ naturâ illi incompossibilem, non secùs ac tollitur à subiecto nigredo per albedinem illi incompossibilem. 2. implicat, Deum liberè producere formam in subiecto cum peccato incompossibilem, & simul nolle remittere peccatum: non .n. potest velle formam, & non simul velle quidquid forma ipsa per se includit; cùm non alio modo Deus liberè velit res, quàm eas producendo: ergo hoc ipso, quòd liberè producit formam talis naturæ, necessariò vult illam cũ tali effectu formali, qui est remittere peccatum. 3. implicat, sublatâ offensâ actiuâ per contritionem à peccatore, manere offensam passiuam, & odium in Deo. Sublata .n. offensâ actiuâ, non manet peccator obiectum dignum odio Dei. Repugnat autem, Deum odio habere obiectum, quod ex se odio dignum non est. Sicut è contrario implicat, Deum amare obiectum, quod ex se amore Dei dignum non est.

31. *Dices.*

32. *Contrà 1.*

2.

3. *Maximè.*

Nec dici potest, posse Deum odisse peccatorem propter offensam præteritam. Quidquid .n. sit de possibili, de facto nunquam Deus odit hominem propter offensam præteritam: ergo saltem de facto, sublatâ offensâ actiuâ per contritionem à peccatore, tollitur passiua, ac proinde odium ex parte Dei: sublato odio ex parte Dei, remittitur peccatum: remitti .n. peccatum à Deo, nil aliud est, quàm peccatum non ampliùs odio haberi à Deo.

33.

Concludo, si habituale nõ includit priuationem gratiæ vt culpam, de facto gratiam extra sacramentum non concurrere vt formam formaliter delentem peccatum: cùm illud supponat adæquatè deletum per contritionem, quæ gratiam naturâ præcedit. Hoc est contra *Trident. est.* docens, vnicam causam formalem nostræ iustificationis esse iustitiam, quam iuxta mensuram nostræ dispositionis in nobis recipimus, quæ alia esse non potest à gratia habituali.

34. *Conclusio*

Obijcies 1. Ex eo quòd macula in hoc statu consistat in priuatione conformitatis ad legem & finem supernat. non sequitur illam consistere in priuatione gratiæ, sed moralis conformitatis ad legem & finem supernat. vel ex præteritis actibus honestis supernat. per modum habitùs moraliter relicta; vel certè ex ipsa rectitudine supernat. gratiæ moraliter causata. Sicut .n. macula in purâ naturâ non consisteret in priuatione alicuius formæ physicæ, sed moralis conformitatis prouenientis ex ipsa rectitudine naturæ ad legem & finem naturalem: ita macula in hoc statu non consistet in priuatione alicuius formæ physicæ supernat, sed moralis conformitatis, prouenientis ex ipsa rectitudine gratiæ & donorum supernat. ad legem & finem supernat. Resp. neg. antec. Ad prob. neg. paritatem. Moralis enim conformitas ad legem & finem naturalem

35.

36. *Macula nõ consistit in sola priuatione moralis conformitatis ad finem supernat.*

Digitized by Google

naturalem non potest in pura natura consistere in ipsa natura, vel in aliqua perfectione physica debita naturæ, sed in morali tantùm conformitate ex præteritis actibus honestis per modum habitus moraliter perseuerantis, vel ab ipsa rectitudine naturæ, quatenus à Deo suæ regulę & fini naturali recta & conformis condita est. Quoniam natura, & quæuis perfectio naturalis, est tantùm subiectum conformitatis, vel diffor. ad legem, non ipsa formalis conformitas ad legem; gratia verò habitualis non est subiectum conformitatis, vel diffor. ad legem supernat. sed est ipsa formalis conformitas habitualis ad legem & finem supernat. Vnde implicat, gratiam habitualem simul esse cum p. mortali, quæ est difformitas ad legem, vt *suo loco*: Igitur in eius priuatione formaliter consistit macula in hoc statu; quæ forma cum macula formaliter pugnat, eique directè opponitur: hæc est ipsa formalis conformitas ad legem & finem debitum, quæ in hoc statu non solùm consistit in morali conformitate, sed etiam in physica per gratiam habitualem, quâ per modum habitûs permanenter conformamur fini supernaturali.

37. *Obiicies* 2. Priuatio gratiæ est à Deo, ergo non potest maculam constituere. Quia macula est peccatum: peccati causa Deus esse nequit. Antec. constat: nam ab eo est priuatio formæ, à quo est forma: sed à Deo est gratia: ergo à Deo est priuatio gratiæ. *Confirm.* Confirm. priuatio gratiæ est pœna peccati à Deo inflicta: ergo non potest constituere peccatum: pœna .n. est bona, & à Deo intenta; peccatum malum, & à Deo nullo modo intentum, sed solùm permissum. Antec. prob. ideò Deus subtrahit gratiam ab homine, quia peccauit. Resp. dist. antec.

38. *Priuatio gratiæ est à Deo physicè & consequenter, nō moraliter & antec.* est priuatio gratię à Deo physicè & consequenter, concedo; moraliter & antecedenter, nego. Deus .n. non subtrahit gratiam, nisi quia peccator, peccando contra Deum, interpretatiuè & virtualiter vult priuationem gratiæ, interpretatiuè volendo dissolutionem amicitiæ supernat. & cōiunctionis cum Deo fine & amico supernat. Quare priuatio gratiæ prior ratione est à peccatore moraliter quàm à Deo physicè. Vt autem illa moraliter est à peccatore, est peccatum: vt est physicè à Deo, est tantùm pœna peccati. Sicut vna eademque actio peccati, vt moraliter est à creatura, est peccatum; vt physicè est à Deo, non est peccatum.

39. Hinc patet ad confirm. *Vrgebis.* Si priuatio gratiæ priùs ratione est à peccatore; ergo non potest posterius ratione esse à Deo: quia non potest Deus subtrahere formam, quæ iam supponitur subtracta. Resp. neg. conseq. Ad prob. disting. conseq. non potest Deus subtrahere formam physicè, quæ tantùm supponitur subtracta moraliter, nego; quæ supponitur subtracta physicè, concedo: Deus autem subtrahit posteriùs ratione gratiam, quæ supponitur priùs ratione subtracta tantùm moraliter.

40. *Obiicies* 3. Ideò priuatio gratię est mala, quia est priuatio formæ debitæ: sed etiam habitus charitatis, & reliquæ virtutes infusę sunt debitæ: ergo etiam priuatio charitatis, & reliquorum est mala. *Priuatio charitatis & aliorum habituum supernat. non est macula.* Resp. si loquamur de pec. actuali, concedo priuationem charitatis, reliquarumque virtutum supernat. esse malam in ipsa priuatione gratiæ, vt in radice, cum qua omnes habitus infusi perduntur, exceptis Fide & Spe, quę non nisi oppositis actibus hęresis, & desperationis amittuntur. Si loquamur de macula, dico, solam priuationem gratię maculam constituere: quia sola est priuatio formę perficientis & ornantis animam in ordine ad esse: reliqui habitus in ordine ad operari.

41. *Obiicies* 4. Priuatio gratiæ est effectus peccati: igitur non potest illud constituere; cùm nullus effectus valeat suam causam formaliter constituere. *Priuatio gratiæ est effectus p. actualis, non ipsius macula.* Resp. disting. antec. priuatio gratiæ est effectus p. actualis, transeat: est effectus maculæ, nego: hanc .n. non consequitur, sed formaliter constituit: vt priuatio gratiæ in posteris est effectus peccati originalis, quod fuit in Adamo: eadem tamen non est effectus, sed peccatum ipsum in posteris ab Adamo contractum.

42. *Obiicies* 5. Inæqualiter in gratia constituti, si æqualia committant peccata, inæquales maculas nō contrahunt. Contrà verò æqualiter in gratia constituti, si inæqualia committant peccata, inæquales maculas contrahunt. Igitur ad rationem maculæ nihil per se confert priuatio gratiæ: nam si per se conferret ad priuationem maioris, vel minoris gratiæ, variaretur ratio maculæ. Anteced. prob. is dicitur magis maculatus, qui grauius; is minùs, qui leuius peccatum cōmisit, siue maiore, siue minore priuetur gratiâ. Qui enim Deum odit maiorem contrahit maculam, quàm qui furatur, esto ille remissiore, hic intensiore priuetur gratiâ. Resp. neg. 43. conseq. eiusque prob. ad maculam .n. concurrit præteritus actus peccati, vt positiua deformitas, illam specificando & denominando. Amissio autē gratiæ concurrit ad maculam, vt priuatio debitæ conformitatis. *Priuatio ad maculam constituendam concurrit indiuisibiliter.* Quādo autem priuatio tollit totam formam à subiecto, à qua denominabatur pulchrū & nitidum, ad maculam constituendam concurrit indiuisibiliter: quia concurrit tollendo à subiecto, non partem, sed totam pulchritudinem debitam. Vnde eodem modo se habet subiectum, quod priuatum est maiore pulchritudine, ac quod priuatū est minore: vtrumque .n. in ratione priuationis pulchritudinis se habent æqualiter. Quia in macula non habetur ratio termini à quo, qui deperditur, sed termini ad quem, qui acquiritur, qui est ipsa priuatio pulchritudinis debitæ. Vnde si in ratione priuationis vtrumque subiectum se habet æqualiter priuatum omni pulchritudine debitâ, etiamsi in vno maior, quàm in alio præcesserit pulchritudo, non propterea vnum erit magis maculatum, quàm aliud. Quod confirmari potest ex macula corporea. Qui enim ex pallore maculam contrahit, totam pristinam pulchritudinem amittendo, non dicitur magis, aut minùs maculatus ex amissione maioris, aut minoris pulchritudinis, sed ex maiore, aut minore pallore. Cùm igitur tota conformitas per peccatum ab anima auferatur, non dicitur vnus magis maculatus, quàm alius, ex maiore pulchritudine deperdita, sed ex respectu ad grauius peccatum; ex quo talis priuatio causata est.

44. Dico 6. Etiam veniale relinquit maculam in anima, quæ consistit in priuatione perfectæ conformitatis moralis, vel cum lege & fine tantùm naturali, quod fuisset in pura natura; vel etiam cum lege & fine supernat. vt in hoc statu naturæ eleuatę ad finem supernat. *S. Tho. 1. 2. q. 89. art. 1. & 3. p. q. 87. art. 2. ad 3.* Tametsi in priori loco dicat, maculam venialis esse impropriè maculam: quia propria macula consistit in priuatione habitualis, non actualis nitoris: & quia putauit, veniale nullo habituali nitore, sed tantùm actuali, qui consistit in feruore charitatis erga Deum, subiectum priuare. In posteriori loco absolutè concedit, ex veniali causari maculam in anima. Prob. veniale priuat animam aliquo nitore habituali, qui consistit in perfecta conformitate morali cum lege & fine, aut naturali, vt in pura natura; aut supernaturali, vt in hoc statu. Quia sicut per veniale aliquo modo de- 45. *Assere. Fundam.*

flectimus

Digitized by Google

flectimus & elongamur à perfecta conformitate morali, quâ tenemur seruare ad regulam & finem debitum: ita hæc priuatio perfectæ conformitatis moralis constituit formaliter maculam venialis.

In quo consistat macula venialis.

Consistit autem hæc macula non in priuatione perfectæ conformitatis actualis; quæ debebat inesse opposito actui virtutis; sed in priuatione perfectæ conformitatis habitualis, quæ erat in anima, vel ex frequentatis actibus feruentioribus per modum habitus moraliter relicta, vel ex ipsa rectitudine animæ & virium, aut naturalium, aut supernat. etsi n. post veniale maneat perfecta atque integra cõformitas physica ad legem & finem naturalem, vel supernat. non tamen integra conformitas moralis ad eandem legem & finem debitum: quia hæc non solùm pendet ex physica conformitate ad legem & finem debitum, sed etiam ex negatione cuiuscunque actualis difformitatis per modum habitûs perseuerantis. Est autem duplex difformitas: altera incompossibilis cum essentiali conformitate ad legem & finem debitum, qualis est difformitas mortalis. Altera compossibilis, vt difformitas venialis; quæ licet minuat, non tamen tollit essentialem eam conformitatem; non.n. ipsa tollitur, nisi per difformitatem mortalis.

46. *Vltima qu. quo modo macula includat præteritum pecc. à quo est causata.*

Dico 7. Macula non includit præteritum peccatum, ex quo sequuta est, constitutiuè, sed tantùm terminatiuè: *S. Thom. 1.2. qu.86. art. 1. ad 3. Macula non est aliquid positiuè in anima: nec significat priuationem solam, sed significat priuationem quandam nitoris animæ in ordine ad suam causam, quæ est peccatum. Et ideo diuersa peccata diuersas maculas inducunt.* Fundam. macula de formali solùm importat priuationem debitæ pulchritudinis & nitoris, causam autem non nisi connotatiuè & indirectè: macula enim priuatiuè opponitur pulchritudini & nitori: hæc sunt positiua: ergo macula directè & formaliter est quid priuatiuum. Dices, opponi contrariè. Contrà: formaliter negat pulchritudinem & nitorem subiecto debitum, licet connotet causam; ex quâ talis priuatio secuta sit. Confirm. in nobis est integra macula peccati originalis, cùm tamen in nobis non sit ipsum originale protoparentis, à quo hæc macula in nobis causatur: igitur macula directè & formaliter non constituitur præterito peccato, ex quo secuta est.

47. Dico 8. Macula includit priuationem conformitatis ad legem & finem naturalem, vel supernat. vt materiam; respectum ad præteritum peccatum, vt formam. ex *S. Tho. 1.2. q. 86. ar. 1. ad 3.* vbi docet, maculas distingui per ordinem ad diuersa peccata, à quibus inducuntur, sicut vmbras per ordinem ad diuersa corpora, à quibus causantur. Distinctiuum autem vnius ab alio in rebus se habet vt forma. Fundam. id se habet in quolibet constituto, vt materia, quod commune est etiam alijs; id vt forma, quod proprium est vnius, & discretiuum alterius: sed priuatio conformitatis ad legem & finem naturalem, vel supernat. est communis omnibus maculis; respectus ad tale, vel tale peccatum, vt ad causam & formam per se connotatam, est proprius vniuscuiusque, & discretiuus vnius maculæ ab alia. Sicut igitur vna macula in tali specie non constituitur per priuationem conformitatis ad legem & finem debitum, quæ communis est omnibus, sed per peculiarem respectum ad præteritum peccatum, à quo fuit inducta: ita vna specificè discriminatur ab alia, non per priuationem conformitatis, sed per respectum ad tale, vel tale peccatum, vt ad formam specificantem. Cæterùm hic respectus non est realis, sed rationis.

48. *Vnicum fundam. assert.*

Deducitur discrimen inter peccatum actuale, habituale, & maculam: & qua ratione in his includatur priuatio gratiæ, & conformitatis ad legem & finem debitum. Actuale commissionis ex primâ suâ malitiâ, quam ex obiecto, vel ex modo tendendi habet, dicit positiuam contrarietatem ad legem & finem debitum; vt maculatiuum subiecti, importat duplicem priuationem, alteram conformitatis actualis, quæ debebat inesse actui opposito virtutis, alteram conformitatis habitualis, quæ per modum habitus supponebatur inesse naturæ, per ordinem ad suam regulam & finem debitum ante peccatum. Sicut calor vt oppositus naturæ aquæ, non solùm dicit positiuam contrarietatem ad illam, sed etiam priuationem naturalis proportionis & dispositionis ad eandem naturam aquæ. Item actuale dupliciter includit priuationem gratiæ, vno modo vt terminum specificantem, alio vt complementum eiusdem actus peccati. Sicut voluntas omittendi dupliciter includit actualem omissionem, & vt terminum specificantem, & vt complementum actus omissiui. Hoc totum, quod per modũ actus includitur in actuali, per modum habitus moraliter perseuerantis includitur in habituali. Macula est effectus peccati actualis, & includit priuationem conformitatis, & gratiæ habitualis constitutiuè, cum solo respectu rationis ad actuale, vt ad propriam causam & formam per se connotatam.

49. *Discrimen inter pecc. actuale habituale, & maculam.*

50.

Dices. Dispar est ratio de omissione, quæ secuta ex voluntate omittendi complet vnum peccatum cum illa, & de priuatione gratiæ, quæ quia est à Deo, non potest integrare vnum peccatum cum voluntate peccandi. Sicut priuatio vitæ naturalis inflicta à iudice propter delictum, non integrat vnum delictum cum transgressione legis, sed est tantùm pœna illius. Resp. priuationem gratiæ non complere vnum peccatum cum voluntate peccandi, quà physicè est à Deo, sed quà moraliter est à peccatore, sicut obduratio & excæcatio, quà est à Deo, est tantùm pœna peccati, quà est à peccatore nolente illuminari, est peccatum, & constituit vnum actum peccati cum voluntate nolendi illuminari. vt enim *S. Tho. 1.2. qu. 79. art. 3.* causa subtractionis gratiæ, non est solus Deus, sed etiam peccator, qui obstaculum ponit, ne gratiam recipiat. Sicut causa subtractionis luminis non solùm est Sol, qui posito impedimento non illuminat, sed etiam is, qui fenestras claudit, ne lumen ingrediatur. Eodem modo resp. ad paritatem de priuatione vitæ naturalis: quæ est à iudice, est tantùm pœna, quà à delinquente interpretatiuè volita, in legis transgressione, facit vnum peccatum cum voluntate delinquendi, non minùs quàm omissio cum voluntate omittendi.

51. *Dices.*

Resp.

Ad fundam. sent. 1. neg. assump. transacto n. actu peccati, remanet priuatio gratiæ & conformitatis ad legem, & finem debitum. Manet etiam ipse actus peccati, non physicè, sed moraliter perseuerans, à quo potest homo denominari peccator. Ad prob. quia macula, non solùm constituitur ex priuatione gratiæ, sed etiam ex præterito actu peccati, vt ex forma per se cõnotata, tribuente vltimam rationem specificam, poterit vna priuatio per ordinem ad plura actualia distinguere plures specie, vel numero maculas.

52. *Ad fund. prima*

Ad 1. confirm. transacto actu meritorio, iustus denominatur iustior & sanctior, tum ex augmento gratiæ habitualis propter actum meritorium subiecto collato: tum propter meritum moraliter perseuerans: nam quamdiu illud per oppositum

53. *Ad 1. conf.*

Digitized by Google

actum peccati non tractatur, censetur moraliter
54. perseuerare. Ad 2. confirm. neg. antec. Etenim in offendente Principem, transacto actu offensę, manet eadem offensa, etsi non physicè, saltem moraliter perseuerans, quamdiu illa non remittatur, vel pro ea cõdigna satisfactio offenso non exhibeatur.

55. *Ad August. auctorit.* Ad August. Resp. illum *reatum* intelligere reatum culpæ qui recurrit cum peccato, non reatum pœnæ, qui consequitur ad peccatum. Cæterùm cùm dicit, illum non manere in anima, sed in occultis legibus descriptis in mentibus Angelorum, intelligit obiectiuè, non subiectiuè; vt colligitur ex ratione, quam subiungit, *Non est in animo, quia eius memoriam delenit oblivio.* Loquitur igitur de existentia maculæ obiectiua, quæ tamdiu dicitur manere in mente diuina, quamdiu illam in nobis non delet: Idem. n. in Scriptura est, Deum peccata videre, atque illa punire: Contrà verò idem est, ea non videre, atque condonare, ex *Aug. in Ps. 31. Cooperta sunt peccata, tecta sunt, abolita sunt, si texit peccata Deus, noluit aduertere: si noluit aduertere, noluit animaduertere, noluit punire: nolnit agnoscere: maluit ignoscere Nec sic intelligatis quod dixit, peccata cooperta sunt, quasi ibi sint, & viuant. Tecta ergo peccata quare dixit? vt non viderentur. Quid enim erat Deum videre peccata, nisi punire peccata?*

56. *Ad cæteras sent.* Ad secũdam sent. patet ex dictis. Ad fund. tertiæ, neg. minor. Ad prob. concedo, maculam venialis non consistere in priuatione gratię habitualis, sed in priuatione perfectę conformitatis moralis ad legem & finem debitum nrturalem, vel
57. supernat. Ad fund. quartę disting. maior: In eo consistit macula (quidquid sit de habituali) quod per modũ termini immediati & primarij sequitur ex actuali, nego; quod per modũ termini mediati & secundarij sequitur ex actuali, cõcedo. Duplex quippe terminus est in actuali: alter immediatus & primarius, immediatè & primariò constituens illud in ratione actualis; & hic est deformitas ipsa actus peccati ex obiecto, vel ex modo tendendi in obiectum desumpta. Alter mediatus & secundarius, qui non primariò, sed secundariò constituit illud in ratione actualis: atque hic est priuatio debitę perfectionis, quæ secuta ex positiua deformitatę peccati, constituit cum illa vnum actum humanum peccati. Porrò macula non consistit formaliter in eo, quod per modum termini immediati & primarij, sed quod per modum termini mediati & secundarij sequitur ex actuali, quod est priuatio gratiæ vt perfectionis debitæ in ordine ad esse. Quod de ipsa priuatione conformitatis ad legem & finem debitum tenetur concedere *Auriel.* Hæc. n. non est terminus ipse immediatus & primarius p. actualis, quod in eius sent. consistit in sola deformitate positiua, sed mediatus & secundarius, consequens ad positiuam deformitatem peccati, vt proprietas ad essentiam, & effectus ad causam: quia cùm macula distinguatur formaliter à p. actuali, non quidquid includit p. actuale, includit macula, saltem formaliter & constitutiuè: nam p. actuale, formaliter quà peccatum, constituitur positiuâ difformitate cum natura rationali; macula, quà macula formaliter, constituitur priuatione perfectionis debitæ cum respectu ad actũ prętęritum peccati, vt ad formam essentialiter cõnotatam. Eadẽ igitur positiua deformitas actuale p. ingreditur constitutiuè, maculam connotatiuè.

Duplex terminus distinguendus est in peccato actuali.

Ratio

58. *Ad confir.* Ad confirm. neg. minor. Ad prob. concedo priuationem gratiæ esse ratione posteriorem transgressione legis; nego esse posteriorem maculâ, cùm illam formaliter includat. Cęterùm idem argumentum fieri potest contra ipsum, comparãdo priuationem cum ratione positiua peccati, ad quã priuatio ipsa conformitatis ad legem & finem debitum consequitur vt proprietas ad essentiam, & effectus ad causam. Nego igitur, priuationem gratiæ, quà est voluntaria carentia perfectionis debitæ, esse pœnã, licet sit pœna quà est physica subtractio à Deo inflicta. Eadem igitur priuatio gratiæ respectu voluntatis, liberè se ptiuantis perfectione debitâ, est peccatum & macula; eadem respectu voluntatis diuinę physicè subtrahentis, est pœna. Priùs autem ratione est culpa, quàm pœna: quia priùs demeritoriè & moraliter est à voluntate creatâ, quàm physicè à diuina: nam ideò Deus physicè illã subtrahit, quia liberè illam creatura demeretur; nõ cõtrà; iuxta illud, *non priùs Deus deserit, quã deseratur.*

DISPVTATIO XXV.

De peccato originali.

SECTIO PRIMA.

An sit aliquod in posteros transfusum?

VNVM ex fundamentis Fidei est originalis peccati notitia: vt enim *August.* testatur *lib. de pec. orig. cap. 24 In causa duorum hominum, quorum per vnum vemndati sumus sub peccatò, per alterum redimimur à peccatis: per vnum præcipitati sumus in mortem, per alterum liberamur ad vitam, propriè Fides Christiana consistit.* Dicitur autem *originale*, non quòd sit origo cæterorum, sed vel quia origine seu naturali generatione transfunditur; vel quia à prima origine, hoc est, à primo Parente illud contrahimus. Quâ de causâ *Ignatius* antiquam impietatem, *Irenæus* chirographum, quod scripsit Adam; *Cyprianus* contagium mortis antiquæ; *Chrysost.* radicale peccatum; *Hieron.* primam primi Parentis pręuaricationem; *Dionys.* habitum dissimilitudinis à Deo homini ingenitum; *Franc. Mayronus* notam irregularitatis, quam omnis ex Adamo propagatus contrahens illegitimus fit ad assumptionem sacri ordinis Angelorum; Alij antiquam labẽ, hęreditariam maculam, chirographum mortis, mortẽ animę appellant.

1. *Christiana fidei præcipium fund.*

Huius Catholicæ veritatis primus impugnator
2. *Conuellitur à relig.* fuit *Pelagius*, eiusque discipuli *Cælestius & Iulianus*: qui docebant, Adamum sibi soli, non posteris, nisi tantùm exemplo, peccando nocuisse: neque mortem corporalem, quam omnes experimur, pœnam esse p. originalis, quod ex Adamo contrahimus, sed effectum dumtaxat ex conditione naturæ necessariò prouenientem. Adhuc enim Adamo non peccante, fuissemus cum ipso mortui. Quòd si infantes baptizentur, non est, inquit *Pelagius*, quòd peccati expiatione indigeant, sed vt regnum cœlorum consequantur, quod sine baptismo consequi non possunt, ex illo Ioan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.* Quòd si Pelagium interroges, quid fiet de infante ex hac vita sine baptismo decedente? Respondet, *referente Aug. l. 1. de peccato. meritis cap. 20.* illum consecuturum æternam felicitatem, & vitam beatam extra regnum cœlorum. Pelagiani à magistro discrepant, quòd Catholicis argumentis conuicti, admittebant nos mortem corporis ex

peccato

Digitized by Google

peccato Protoparentis traxisse; negabant, mortem animæ, in quâ teste *Triden. sess. 5. de pecc. orig.* hoc peccatum in posteris consistit, ab eodem contraxisse. Vtriusque hæresis impugnator fuit August. pluribus libris, vt quæ eius rempore orta est, ipso *lib. 3 de pecc. meritis cap. 7.* testante, *hoc de originali peccato apud Ecclesia fidem tanta constantia custoditum fuit, vt ab eis, qui dominica tractarent eloquia, magis certissimum proferretur ad alia falsa refutanda, quam id tanquam falsum refutari ab aliquo tentaretur.* Vtrumque errorem excitarunt nostri temporis hæretici; priorem Anabaptistæ, posteriorem Lutherani apud *Bellar. lib. 4. de Statu pecc. cap. 4.*

3. *Propugnatur ad August. acerrimè*

4. *Ex primo Parente pœna, & culpa in posteros propagatur. Ex Apost. traditione*

Catholica veritas est, Apostolica traditione, Diuinis oraculis, Conciliorum authoritate, SS. Patrum testimonio firmata, ex primo parente, non tantùm pœnam, sed etiam culpam in posteros propagari. Apostolica traditio, *Dionysio, Origene, Cypri. August. ecclesiis*, desumitur ex baptismo paruulorum: quorsum .n. infantes baptizantur, nisi vt renascantur ex aqua & Spiritu S. *Ioan. 3.* at certè per gratiam renasci non indiget, cuius generatio per peccatum corrupta non fuit. Commentitium autem est, quod Pelagius finxit, pueros non baptizari, vt peccari remissionem, sed vt regnum cœleste consequantur; 1. quia ob solum peccatum nobis cœlum clauditur: 2. forma baptismi quid aliud nobis, quàm internum animi lauacrum, quo à peccato emundamur, & vt *ad Rom. 6. in nouitate vitæ ambulemus*, significat? alioqui, vt *Conc. Milevit. 11. sub Innoc. I. can. 2.* & *Tridentinum sess. 5.* rectè deducunt, falsa esset forma baptismi, si in remissionem peccatorum non conferretur. Vnde *Act. 22.* Paulo recèns conuerso dictum est, *Exurge, & baptizare, & ablue peccata tua, innocato nomine ipsius.* Cùm igitur in infantibus nullum possit esse peccatum propria voluntate contractum, erit aliquod alienâ voluntate transfusum, quod originale nuncupatur. Confirmat hoc ipsum quorumdam priuilegium, qui in vtero matris leguntur iustificati. Nemo igitur nascitur iustus & sanctus coram Deo, sed iniustus & peccator, alioqui non esset speciale priuilegium in vtero matris sanctificari.

5. *Ex scripturarum oraculis 4. Testim. 1.*

Oracula sacra plurima sunt: 1. ex Iob 14. iuxta versionem 70. *Nemo mundus à sorde, nec infans, cuius est vnius diei vita super terram.* Quo quid illustrius pro hac veritate? profectò aliquod peccatum est, quod cum naturali generatione trahimus. Nec discrepat versio vulgata, *Quis poterit facere mundum de immundo conceptum semine? nonne tu qui solus es?* Sequitur enim hominem ab ipsa conceptione immundum esse. 2. Ex Psal. 50 *Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Hic versiculus* (inquit hîc Hierony.) *totius generis humani casum exponit. Sicut in Iob: Nec si vnius diei sit super terram, potest esse mundus à sorde peccati. Concipitur autem, & nascitur in originali peccato, quod ex Adam trahitur, sed baptismo per gratiam Christi purificatur. Quid est*, inquit August. *quod se dicit in iniquitate conceptum, nisi quia trahitur iniquitas ex Adam? etiam ipsum vinculum mortis cum ipsa iniquitate concretum est. Nemo nascitur nisi trahens pœnam, trahens meritum pœnæ.* Qui locus vt illustrior sit ad p. orig. probandum, nota, in Hebræo fonte singulari numero exprimi, vt expressit *August.* Quanquam aduertit in *Enchir. cap. 44.* in Scripturis sæpe numerum multitudinis pro singulari accipi, vt *Math. 2. Defuncti sunt qui quærebant animam pueri*; vnus Herodes: *Exo. 32. fecerunt sibi Deos aureos*; vnum vitulum. Contrà verò sæpe numerus singularis ponitur pro plurali: *nu. 21. Ora ergo ad Dominum, vt auferat à nobis serpentem: non ait*, inquit August. *serpentes, quos patiebatur populus.*

6. *Testimon. 2.*

3. Ad Rom. 5. *Sicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt.* Infrà: *Per inobedientiam vnius hominis peccatores constituti sunt.* Hoc ex August. efficacissimum est ad p. originale probandum. Si .n. per peccatum vnius constituti sunt peccatores, cùm nequeant peccatores constitui per peccatum alienum formaliter, constitui debent per peccatum primi hominis, non quà peccatum fuit in illo, sed quà per naturalem generationem transfunditur in posteros. Nec te moueat, quòd Apost. dixerit, *multi*: 1. quia vt August. *lib 6. con. Iulia. cap. 12. medio*, per *multos*, intelliguntur omnes, qui nascuntur ex Adam, qui verè sunt multi: *Quia possunt esse aliqua omnia, quæ non sunt multa, sicut omnia dicimus Euangelia, & tamen breui numero, id est quaternario continentur. Et rursus possunt aliqua esse multa, non tamen omnia; sicut multos dicimus credere in Christum, nec tamen omnes credunt.* Idem probat ex *Genesis 17.* vbi dicit Deus Abrahamo, *Patrem multarum gentium constitui te:* & *22. benedicentur in semine tuo omnes gentes. Easdem omnes multas, & easdem multas omnes esse monstratum est. Ita etiam cùm dictum est, per vnum in omnes transisse peccatum, & postea per vnius inobedientiam peccatores constitutos multos: ipsi sunt multi, qui & omnes*: 2. quia non omnes simpliciter ex Adamo constituti sunt peccatores; siquidem nec Eua, nec Christus, nec B. Virgo constituti sunt ex Adamo peccatores. Confirm. hæc August. expositio ex Scripturæ textu: *Si enim vnius delicto multi mortui sunt*: sc. omnes, qui ex Adamo nascuntur; *multi* idem est ac omnes: *Sicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem, sic & per vnius iustitiam in omnes homines in iustificationem vitæ.* Dixit ergo *omnes*, vt ostenderet, nullum esse peccatorem, qui non sit ex Adamo: nullum esse iustum, qui non sit ex Christo. Dixit *multos*, vt indicaret, non esse simpliciter omnes, cùm aliqui sint, qui ex peccato Adami peccatores non constituantur. Quòd si hunc locũ de ingressu peccati in hunc mundum, non per propagationem, sed per solam imitationem, intellexisset Paulus, non dixisset, vt *August. lib. 1. de pecc. meritis cap. 9.* aduertit, *Per vnum hominem*, sed per vnum diabolum peccatum in hunc mundum introisse. *De quo*, inquit, *legitur in lib. Sapientiæ 2. inuidiâ diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Nam quoniam ista mors sic à diabolo venit in homines, non quod ab illo fuerint propagati, sed quòd eum fuerint imitati, continuò subiunxit; imitantur autem eum, qui sunt ex parte eius. Proinde Apostolus cùm illud peccatum ac mortem commemoraret, qua ab vno in omnes propagatione transisset, eum principem posuit, à quo propagatio generis humani sumpsit exordium.* Vel certè si de ingressu peccati in hunc mundum per creaturam corpoream intellexisset Apost. potiùs dicere debuisset, *per vnam fœminam*, quàm *per vnum hominem*: eo quòd per Euam, non per Adamum peccatum per imitationem intrauit in hunc mundum, quam primùs imitatos est Adam. Nec potest *per vnum hominem* intelligi Eua; nam quamuis vox *homo* communis sit ad virum & fœminam, pronomen tamen *vnum* satis illam ad virum determinat. Præterea relatiuum *in quo omnes peccauerunt*, cùm de eodem loquatur Apostolus, apertè indicat, illum non de Euâ, sed de Adamo intellexisse.

7. *Testimon. 3.*

8. *Vrgetur locus contra Pelag.*

9. *Eodem modo Adam causa pecc. & peccati mortis*

Eadem veritas colligitur ex eo, quòd testatur Paulus, eodem modo Adamum fuisse causam peccati,

cati,& peccatum esse causam mortis, sc. vt peccatū non est causa mortis per imitationem; quia causa per imitationem non semper habet effectum, cùm non semper sit, qui illam imitetur: ad peccatum autem infallibiliter sequitur mors; ergo nec Adamus fuit causa peccati per solam imitationem, sed per veram propagationem & transfusionem. Adde particulam *per*, quæ eodem modo conuertitur cū homine & peccato, significare veram causam, qualis non est causa per imitationem, quæ tantū est occasio alijs, vt peccent, non causa vt peccatores sint.

10. Eandem veritatem deducit *August. lib. 4. cont. duas epist. Pelag. cap. 4.* ex illis: *In quo omnes peccauerunt*: sc. in Adamo, vt est communis Patrum expositio: ex eo .n. colligit Paulus, mortem in omnes transiisse. At quo pacto dici potest in alio peccare, qui solùm per imitationem peccat? aut quo modo hæc Pauli deductio verificaretur in paruulis, si in illos simul cum morte corporali non transit peccatum, cùm nequeant illi per imitationem in Adamo peccare? Restat igitur, vt cum August. cōcludam, *Vt in illo primo homine peccasse omnes intelligantur, quia in illo fuerunt omnes, quando ille peccauit. Vnde peccatum nascendo trahitur, quod nisi renascendo non soluitur.* Id ipsum confirmat locus ad *Ephes. 2.* vbi omnes dicimur *naturâ filij iræ*: sc. naturali generatione iniusti & inimici Deo. Idem probat
11. *August. lib. 1. de pecc. meritis cap. 14.* ex comparatione, quâ ad *Rom. 5.* Paulus comparat Adamum cum Christo: *Nam si sola* (inquit Aug.) *imitatio facit peccatores per Adam, cur non etiam per Christū sola imitatio iustos facit? sicut enim per vnius delictum in omnes homines ad condemnationem, sic & per vnius iustificationem in omnes homines ad iustificationem vitæ.* Sicut ergo Christus non imitatione, sed regeneratione iustitiā in suos filios effundit: ita Adam, qui, Paulo teste, forma fuit Christi futuri, non imitatione, sed generatione peccatum in suos posteros transmisit. Alioquin, vt *ibid. Aug.* si de similitudine eorum, qui exemplo peccandi, aut rectè viuendi ceteris præluxerunt, Paulus loqueretur, non cum Christo, sed cum Abele Adamum conferre debuisset. Quia sicut Adamus primus fuit, qui exemplo cæteros peccare docuit: ita Abel primus, qui ceteris honestè viuendi norma extitit.

12. Quartum oraculum sit *2. ad Corinth. 5. Si vnus*
4. *Testim.* *pro omnibus mortuus est: ergo omnes mortui sunt. Omnes itaque mortui sunt in peccatis*, inquit *Aug. lib. 20. de Ciuit. cap. 6. & Ansel.* in hunc locum, *Nemine*, inquit, *prorsus excepto siue originalibus, siue etiam voluntate additis.* Quæ Pauli deductio non posset de paruulis verificari, nisi ratione originalis: alioqui contra Paulum non essent illi mortui: consequenter, nec Christus pro illis mortuus esset.

13. Accedant Concilia. Primum Palæst. in quo Pe-
Concilium Palestin. lagius huius hæresis author ad illam detestandam compulsus est: quanquam aliter posteà suos discipulos docuit. Mileuit. II. sub *Innoc. I.* in quo, *Can.*
14. *Milevitan.* 2. hæc traditur de p. originali sententia. *Placuit, vt quicunque paruulos recentes ab vteris matrum baptizandos negat, aut dicit, in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lauacro expietur, vnde sit consequens; vt in eis forma baptismatis in remissionem peccatorum non vera, sed falsa intelligatur,* 15. *anathema sit.* Arausic. II. sub Felice IV. contra Se-
Arausican. mipelag. an. 529. in quo, *Can. 2.* sic definitur: *Si quis soli Adæ prævaricationem suam, & non eius propagini asserit nocuisse, aut certè mortem tantùm corporis, quæ pœna est peccati, non autem & peccatum, quod est mors animæ, per vnum hominem in omne genus humanum transisse testatur, iniustitiam Deo dabit, contradicens Apostolo dicenti, per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt.* Florentinum sub *Eugenio IV.* in quo sic Pontifex 16. *Florentin.* definit: *Illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato, vel solo originali decedunt, mox in infernum descendere, pœnis tamen disparibus puniōdas.* Trident. 17. *Tridentin.* *sess. 5. in decreto de p. orig.* vbi ad verbum repetit, & innouat decreta Mileuit. & Arausic. nisi quòd expressiùs addit, hoc Adę peccatum, quod origine est vnum, propagatione, non imitatione omnibus transfundi, illudque inesse vnicuique proprium. Patrum nulla in re tot ac tam illustria suppetunt 18. testimonia; Augustini copiosissima toto *lib. de p. orig. duobus ad Valerium de nuptijs, quatuor ad Boni-* *August fe-liciss. veri-tatem hanc corroborauit* *fac. cont. duas Epist. Pelag. sex ad Claudium aduersùs Iulia. tribus ad Marcell. de pecc. meritis & remiss.* quorum *tertio cap. 6.* loquens de p. orig. *Non aliud*, inquit, *ex quo Christi Ecclesia est constituta, diuinarum Scripturarum tractatores, & Christianarum disputationum scriptores senserunt, non aliud à Maioribus acceperunt, non aliud posteris tradiderunt.*

Ratio naturalis nulla afferri potest, cùm immedi- 19. *Ratio naturalis nulla.* atè id pendeat ex diuinâ reuelatione. Nam allata de morte corporali, quæ ex *Gen. 2. ad Rom. 6. & 1. ad Corinth. 15.* est pœna peccati, non probat in nobis esse peccatum per naturalem generationem transfusum, cui iustè debeatur pœna corporis: quamuis .n. primo parenti dictum sit, *Quocunque die comederis ex ea, morte morieris*: atque adeò illi mors in pœnam peccati iuncta fuerit: illa tamen iustè potuit nobis iniungi in pœnam peccati primi parentis, non vt in nobis transfusi, sed vt in illo dumtaxat existentis, cùm possit Deus iustè pœnā mortis infligere filijs ob peccata parentum: hāc igitur ratione sæpe vtuntur Patres, & Concilia, solùm vt probabili congruentiâ.

Ratio efficax sumenda est ex mysterio Redem- 20ª *Prob. ex myst. Redempt.* ptionis. Certum .n. est, Christum pro omnibus mortuum esse, *2. ad Corinth. 5. & 1. ad Timoth. 2.* etiam pro iniustis, *Rom. 5. Christus secundùm tempus pro impijs mortuus est*: 1. Petri 3. *Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis.* Igitur omnes peccatores sumus, cùm omnes Christi redemptione egeamus. Nec dici potest, Christū mortuum esse pro omnibus tam iustis, quàm iniustis. Nam vel mortuus est pro iustis, nihil illis conferendo: quod dici non potest: non .n. esset iustorum redemptor; vel aliquid sua morte illis conferendo: at hoc aliud esse non potuit, quàm peccatorum remissio, & ianuæ cœlestis reseratio. Igitur si omnes suâ morte redemit, omnes eramus sub peccati seruitute captiui.

DICES. Etiam Angelis, in nostra sent. Christus 21ª *Dices* suam gratiam & gloriam contulit, cùm tamen illi nunquam fuerint peccatores; ergo potuit nobis eam conferre, etiamsi nunquam peccatores extiterimus. Resp. 1. Christum non contulisse Angelis gratiam amissam, quę conferri non potest, nisi condonato peccato, ob quod tantùm gratia amittitur, sed gratiam perseuerantem, in qua gratis per Christum collatâ semper steterunt, nobis autem cōfert gratiam & sanctitatem in Adamo amissam, quę conferri non potest, nisi condonato peccato. *Resp. 1.* Resp. 2. Angeli boni, quia nunquam fuerunt pec- *2. retorquet argu.* catores, non indiguerunt, vt illis Christus ianuam cœli aperiret: nos autem, quia omnes peccatores sumus, indigemus, vt per Christum aperiatur ianua cœli. Si .n. aliquis non indiguisset remissione peccatorum, nec indiguisset vt sibi ianua cœli reseraretur:

Digitized by Google

raretur: At nemo est, qui non indiguit, vt sibi ea re-
feraretur, ergo nemo non indiguit remissione pec-
cati, vel personalis, vel originalis.

22. *Pr. ex necess. baptis.* Alia ratio sumitur ex necessitate baptismi, qui ex perpetuâ Ecclesiæ traditione applicari debet infantibus: qui quoniam nullum possunt propriâ voluntate peccatum cõmittere, necessariò habent aliquod peccatum per naturalem generationem ex primo parente transfusum, quod debeat expiari.

SECTIO II.

An peccatum originale sit propriè culpa?

23. *Negant* PRima sent. negat: *Rubio in 2. dist. 30. qu. 2. ar. 1. concl. 1. & 4. Mayro. dist. 31. art. 1.* docentium, originale esse tantùm reatum seu obligationem ad pœnam damni prouenientem ex culpa Adami. Idem reipsâ sentit *Durem. in 2. dist. 30. q. 2. & 3.* licet propter modum loquendi Scripturæ fateatur, absolutè dicendam esse culpam, *Sine modus loquendi sit proprius sine alienus.* Prob. 1. ex *August. lib. 3. de lib. arb. c. 19.* vbi p. originale distinguit contra proprium, *Sic non solùm peccatum illud dicimus, quod propriè vocatur peccatum (liberâ enim voluntate & ab ipsomet committitur) sed etiam illud, quod iam de huius supplicio consequatur necesse est.*

24. *Ratio 1.* 2. De ratione peccati est, vt sit voluntarium respectu eius, cuius est peccatum: originale non est nobis voluntarium: igitur non est propriè peccatum. Maior est Augustini. *l. 3. de lib. arb. c. 18. Quis enim peccat in eo, quod nullo modo cauere potest?* Minor constat; originale enim non contrahitur à posteris propriâ voluntate, sed naturali generatione; voluntarium autem est, quod propria voluntate contrahitur. 3. Illud tantùm *Arist. 3. Eth. c. 5.* habet rationem culpæ, quod dignum est reprehensione; at nemo propter culpam originalem dignus est reprehensione, sed miseratione: Igitur non est

26. *Ratio 3.* propriè culpa à posteris contracta. 4. Ita se habet demeritum Adæ erga posteros, sicut se habuisset meritum eiusdem erga eosdem, si præceptum seruasset: sed meritum Adæ non fuisset proprium meritum nostrum: ergo nec demeritum eius erit proprium demeritum nostrum. Confirm. Christus suppleuit id, quod Adam præstitisset: sed Christus non transfundit gratiam regeneratiuam per modum meriti seu mercedis in paruulos, sed per modum puræ hæreditatis, per Theol. Igitur & Adam illam transfudisset. 5. Arauf. & Trident. non appellant originale absolutè peccatum, sed peccatum quod est mors animæ: at mors animæ non est peccatum, sed effectus peccati, quia consequitur peccatum. Igitur originale non est propriè culpa. 6. Omnis culpa residet in anima; sed animam non trahimus ex Adamo per generationem, sed à Deo per creationem: ergo nullam ex Adamo culpam trahimus, à quo non nisi corpus per seminalem propagationem accipimus.

29. *Pecc. originale culpam esse.* Secunda sent. affirmans reliquorum Scholast. *in 2. dist. 20. 30. & 31.* & cum *S. Doct. 1. 2. qu. 81 ar. 1.* qui *in 2. dist. 30. q. art 2.* oppositam sent. appellat *errorem*, Palatius *in 2. dist. 30. disp. 1. §. hinc; hæreticum dogma*, Suarez *tract. 5. de act. hum. disp. 9 sect. 2. propos. 7.* confet, *hanc esse de Fide*, quæ indirectè saltem definitur in *Trident. sess. 5. in decreto* de p. orig. *Si quis per Iesu Christi Domini nostri gratiam, quæ in baptismate conferitur, reatum originalis peccati remitti negat, aut etiam asserit, non tolli totum id quod verum & proprium peccati rationem habet, sed illud dicit, tantùm radi aut non imputari, anathema sit.* vbi supponit Concilium id, quod per baptismum in paruulis tollitur, esse verè & propriè peccatum.

Apertè illam docet *Augustin. in Psal. 50. Nemo* 30.
nascitur nisi trahens pœnam, trahens & meritum pœnæ. Vbi distinguens pœnam à merito pœnæ, quod est ipsa culpa, manifestè ostendit, hoc peccatum non consistere in solo reatu & obligatione ad pœnam, sed in demerito, quod secùm trahit reatum & obligationem ad pœnam. Idem ibid. *Quid est quod se dicit in iniquitate conceptum, nisi quia trahitur iniquitas ex Adam? etiam ipsum vinculum mortis cum ipsa iniquitate concretum.* Catholicæ veritatis

31. *Catholica sent. ratio ex August.* Ratio: si nihil præter reatum ex Adæ peccato esset in paruulis, non iustè illi æterna pœna puniretur. Vt enim talis pœna iustè imponatur, supponere debet aliquam culpam propriam eius, qui punitur. Nam licet Deus iustè interdum pœna temporali huius vitę ad correctionem aliorum punire soleat peccata parentum in filijs, nunquam tamen pœnâ æternâ punit aliquem ob peccata aliorum, iuxta illud *Ezech. 18. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Filius non portabit iniquitatem Patris.* Quoniam perpetua exclusio à regno cœlesti de lege saltem ordinariâ est actus inimicitiæ Dei erga creaturam, qui necessariò supponit inimicitiam creaturę erga Deum: sola autem culpa reddit creaturam inimicam & inuisam Deo, moraliter auersam à Deo, in quâ morali auersione consistit inimicitia creaturæ erga Deum. Confirm. per hoc peccatum constituimur inimici & infensi Deo, *Rom. 5. Filijram, Ephes. 2.* solum peccatum Deus odit odio inimicitiæ. Quòd si interdum *August.* cæteríque Patres, præsertim *Chrysost.* in 5. cap. *ad Rom. hom. 10.* hoc peccatum appellant reatum pœnæ, illud explicant ab effectu nobis notiori.

32. *Duplex genus peccat.* Distinguo genus peccati, alterum actuale, alterum habituale, quod per modum maculæ spirituali inhæret animæ: illud in libera actione, vel omissione debitæ actionis; hoc in priuatione debitæ sanctitatis, per modum termini secutâ ex libera actione, vel omissione operantis, consistit. Conueniunt, quòd ambo sint propriè culpa, offensa, inimicitia Dei; fundenturque in voluntario, aliquâ ratione proprio eius, cuius est peccatum; sine quo voluntario implicat propria ratio culpæ. Differunt, quòd actuale in voluntario in actu, habituale in voluntario iam præterito, fundetur. Certum est, originale in nobis non esse actuale, cùm illud contrahant paruuli, qui nullum habent voluntarium in actu; sed tantùm habituale, per modum maculæ secutum ex actuali protoparentis, quatenus à Deo constitutus fuit caput omnium posterorum per naturalem generationem ab ipso descendentium. Pro cuius rei declaratione,

Suppono cum Scholast. *August. 16. de ciuitate,* 33.
cap. 27. Hieron. in 6. c. Osea, Deum pactum iniisse cum Adamo de transmittenda in posteros sanctitate & iustitia originali, quam ipse vt caput à Deo acceperat dependenter ab obseruantia præcepti de non comedendo ligno scientiæ boni & mali. Vnde sicut eo seruato iustitiã à Deo acceptam seruasset sibi, & transfudisset posteris meritorie, quia Deus, cuius tantùm est iustitiam in animam infundere, propter meritum ipsius illam posteris contulisset. Ita præcepto violato sanctitatem à Deo acceptam non solùm perdidit sibi, sed etiam posteris: quam Deus propter demeritum ipsius non solùm abstulit ab ipso, sed etiam à posteris, non creando posterorum animas cum eo dono, cum quo eas creasset, si ille Deo obediens fuisset.

Quare

Digitized by Google

Quare sicut talis priuatio sanctitatis, per modum maculæ secuta in Adamo ex actuali transgressione præcepti, fuit vera & propria culpa in ipso, ita eadem priuatio sanctitatis, vi pacti debitæ in primâ origine posteris, secuta per modum maculæ ex actuali peccato Adæ vt capitis posterorum, est vera & vropria culpa in posteris.

34 *Pecc. originale dicit priuationem debitæ sanctitatis, & rationem voluntarij respectu eius in quo recipitur;*

Hoc sic probo. Ad veram & propriam culpam habitualem per modum maculę secutam ex actuali, duo requiruntur, ex præced. disp. priuatio debitæ sanctitatis, & ratio aliqua voluntarij respectu eius, in quo talis culpa recipitur: vtrumque habet p. originale in posteris transfusum: nam sicut posito pacto inter Deum & Adam de transmittenda iustitia originali in posteros, debita nobis fuisset iustitia originalis, si ille pactum cum Deo seruasset: ita eo violato debita fuit nobis priuatio iustitiæ: Voluntaria autem priuatio debitæ sanctitatis est

35. vera & propria ratio maculæ. Deinde non est necesse vt sit nobis voluntaria voluntate propriâ personali, sed sufficit, vt sit nobis voluntaria voluntate originaria capitis, in quo vi pacti diuini fuimus omnes moraliter inclusi. Etenim hoc ipso, quòd Deus constituit Adamum caput hominum, non solùm in esse naturæ per seminalem propagationem, sed etiam in esse gratiæ per moralem obseruantiam præcepti, fecit vt voluntas ipsius interpretatiuè & virtualiter esset voluntas omnium nostrum, vt quidquid ipse faceret vt caput, censerentur interpretatiuè facere & membra, in ipso moraliter inclusa: ac proinde, ipso peccante, interpretatiuè peccauimus & nos, *Rom. 5. In quo omnes peccauerunt*; & Oseæ 6. *ipsi autem, sicut Adam transgressi sunt pactum:* Quemadmodum, & ipso promerente, interpretatiuè promeriti fuissemus & nos. Quo fit, vt sicut, ipso promerente, debita fuisset nobis iustitia per modum habitualis conuersionis ad Deum finem supernat. consequentis meritum interpret. nostrum in capite: Ita, eo peccante, debita nobis fuit priuatio iustitiæ per modum habitualis auersionis à Deo fine supernat. consequentis peccatum interpretatiuum nostrum in origine.

36. *Interpretatiuum voluntarium sufficit.*

Quòd hoc voluntarium interpret. in capite sufficiat, vt posteri contrahant veram offensam & inimicitiam cum Deo, & maculam animæ, probatur exemplo principis terreni, paciscentis cum milite de recipiendo illum & posteros eius in suam gratiam & amicitiam, si bene se gesserit in bello. In quo, illo malè se gerente, non solùm ipse, sed etiam posteri eius, iustam principis offensam & inimicitiam, nec non moralem maculam in propria persona incurrunt. Quòd si hoc potest princeps, à fortiori potuit & Deus: qui sicut est supremus dominus omnium, ita ius habet in voluntates omniũ sc. moraliter eas coniungendi cum voluntate vnius principij originantis omnes, præsertim in causa iustissima, in qua si fuissemus præsentes, non potuissemus prudenter non consentire. Nam pactum fuit de transmittendo in posteros dono omninò indebito naturæ, qualis erat iustitia originalis, quam vt Deus posteris communicaret, non aliud ex Adamo requisiuit, quam simplicem obseruantiam vnius præcepti: ad quod seruandum tot illum internis, externisque muniuit præsidijs. In quo contractu nos lucrari multum, perdere nihil poteramus. Lucrum erat iustitia originalis cum omnibus donis in hac & futura vita consequentibus; damnum sola priuatio eorundem donorum, quæ aliàs nobis vi naturalis generationis debita non fuissent. Vnde nihil de naturalibus donis per originale amisimus, sed tantùm supernaturalia, quæ nullo modo nobis debita erant, ac proinde nemo prudenter potuisset tale pactum refutare. Hocidem explicat *S. Thom.* exemplo membri humani participantis peccatum voluntatis: nam sicut manui communicatur homicidium, vt coniunctæ cum voluntate, à qua liberè mouetur ad actum homicidij: ita huic homini communicatur peccatum Adæ, vt moralitet coniuncto cum illo, tanquam cũ capite, à quo liberè mouetur per actum generationis. Pactum hoc Augustino notum *lib. 16. de Ciuit. c. 27. Testamentum primum, quod factum est ad hominem primum, profectò illud est:* Qua die ederitis, morte moriemini. Gen. 2. *quamobrem* (subiungit paulò pòst) *si etiam paruuli, quod vera fides habet, nascuntur non propriè* (seu propriâ voluntate) *sed originaliter peccatores, vnde illis gratiam remissionis, peccatorum necessariam confitemur; profectò eo modo, quo sunt peccatores, etiam prænaricatores legis illius, quæ in paradiso data est, agnoscuntur, vt verum sit vtrumque quod scriptum est, & vbi lex non est, nec prænaricatio, & prænaricatores æstimani omnes peccatores terræ.* En testamẽtum seu pactum Dei cum Adamo, & voluntates paruulorum coniunctæ interpretatiuè cum voluntate capitis, *quâ testamentum Dei dissiparunt.* Leg. reliqua: Et *Epist. 25. ad* Bonifac. *Cùm homo in seipso est ab eo, qui genuit, alter effectus, peccato alterius sine suâ consensione non tenetur obnoxius. Traxit ergo reatum, quia vnus erat cum illo, & in illo, à quo traxit, quando quod traxit admixtum est.* Denique quomodo peccatum originis *insit vnicuique proprium*, vt fides & *Trident.* asserit *sess. 5. de pecc. orig. c. 3.* intelligi nequit, nisi propriâ voluntate saltem interpretatiuâ ex illo Oseæ 6. *Ipsi sicut Adam transgressi sunt pactum; ibi prænaricati sunt in me:* hoc est in paradiso, vt inquit *Hieronym.* Alia prænaricatio venire in mentem nequit, nisi interpretatiua in pacto. Nemo hoc explodat ex eo capite, quòd nimis clara fit hæc doctrina, ideoque ab Augustino non videatur tradita. Contrà enim ex ipsa perspicuitate argui deberet, eam nimis obuiam, vt à Doctore tanto operosiùs explanaretur. Nemo dicat, quod per hoc pactum peccatum adstruere, sit purgare parentes, & culpare Deum, quasi propriâ voluntate peccatores constituat: cùm planè contrarium ex dictis constet; cumque Augustinus suam ignorantiam fateatur circa creationem animæ, traductionem peccati, pœnas paruulorum, nemo nolit Ecclesiam hæc doceri clariùs ab alijs SS. Patribus & Doctoribus.

tenda non credatur.

Pactum hoc non fugit intelligentiam August.

37. *Corell. 1. Adam solo non peccante, nullus originale fuit contracturus.*

Deducitur 1. Solo Adamo peccante, omnes originale fuisse contracturos; solo non peccante neminem originale fuisse contracturum. Fundam. solus Adam, non Eua, fuit nobis causa peccati: semper enim Scriptura, Concilia, Patres originale referunt ad vnum hominem: *Rom. 5. Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, in quo omnes peccauerunt:* 1. Corinth. 15. *sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Christo viuificabuntur.* Quoniam, vt ex *Genes. 2.* colligitur, Adæ impositum fuit præceptum de non comedendo ligno ante productionem Euę. Cùm igitur obseruantia talis præcepti fuerit inchoatio pacti ex parte Adę, probabile est, eodem tempore Deum ex parte suâ pactum compleuisse, promittendo se collatam iustitiam originalem seruaturum in ipso, & transfusurum in posteros, si ipse ex parte suâ pactum seruaret. Ratio: cum eo debuit iniri pactum de transmittendis bonis supernat. in posteros, ad quem spectabat cura posterorum, & in quo omnes vt in principio actiuo generationis continebamur. At

Æquum pactum de donis natur. at pœna sensus ignis & æterni posteris transmit-

ad Adam,

Digitized by Google

ad Adam, non Euam, spectabat cura posterorum, & in Adam, non in Eua continebamur vt in principio actiuo generationis: cùm ad patrem, non ad matrem spectet cura prolis, & in patre, non in matre vt in principio actiuo generationis contineantur filij. 2. Nil obstitura fuisse posteris peccata
38. *Coroll. 2.* aliorum parentum, si solùm Adam non peccasset: Est contra *S. Tho. qu. 5. de malo art. 4. ad 8. Scot. in 2. dist. 22. §. ad argu. Contra. 1. 2. qu. 81. art. 2. §. nota 3.* Ratio: pactum solùm fuit cum Adamo, vt ex Scripturis & Concilijs colligitur: esse autem tantùm physicum principium generationis, non sufficit ad transmittenda peccata in filios: alioqui omnia peccata parentum transmitterentur in filios.

39. *Coroll. 3.* 3. Pactum Dei cum Adamo, de transfundenda iustitia originali in posteros, alligatum fuisse tantùm præcepto de non comedendo ligno scientiæ boni & mali. Vnde etiamsi per alia peccata eam sibi amisisset, haud tamen illam amisisset nobis: ita ferè omnes Thologi. Ratio: Scripturæ nullius alterius præcepti mentionem faciunt: nec debemus ad alia illud extendere. Id. n. voluit Deus, vt facilius posset Adam acceptâ iustitiâ nobis promereri.

40. *Coroll. 4.* Deducitur 4. Etiamsi Adam retractauerit suũ peccatum, & amissam iustitiam, saltem quoad gratiam sanctificantem recuperauerit, non tamen illam posteris recuperasse: quia hoc non fuit in pacto, vt semel illam amissam posset recuperare posteris. Vnde licet in transgrediendo pacto gesserit vices omnium, in retractando tamen peccato non gessit vices omnium, sed illud retractauit vt priuata persona: vt reipsâ patet.

41. *Coroll. 5.* Deducitur 5. Necessariam fuisse notitiam huius pacti in Adamo, vt priuatio sanctitatis ex ipsius peccato in posteris secuta haberet rationem culpæ; *contra Vasquez 1. 2. disp. 133. cap. 1.* Fundam. vt priuatio sanctitatis ex actuali peccato secuta habeat rationem culpæ & maculæ habitualis, debet sub ea ratione, quâ culpa est, esse voluntaria: sed priuatio sanctitatis non habet rationem culpæ in nobis, quâ fuit priuatio sanctitatis personalis in Adamo, vt sic. n. non pertinuit ad nos, sed ad ipsum tantùm; sed quâ fuit priuatio sanctitatis capitalis spectantis ad totum genus humanum, vt sic. n. cõmunicata fuit nobis ea priuatio, quâ capitalis cõmissa voluntate interpret. posterorum: igitur vt talis debuit ab Adamo cognosci, vt nobis esset voluntaria voluntate capitis. Maior patet: si feratur præceptum, cui sit imposita pœna capitis transgredienti, & posteris eius, si quis ignoret, pœnam extendi ad posteros, illud transgrediens, contrahit malitiam priuationis propriæ vitæ, non vitæ posterorum, cùm illam inuincibiliter ignoret. Pari modo, si Adam ignorasset pœnam mortis spiritualis, impositam præcepto de non comedendo ligno, extendi ad posteros, illud transgrediendo, incurrisset malitiam priuationis vitæ spiritualis propriæ, non posterorum. Vnde talis priuatio potuisset in posteris esse pœna, non culpa, quia caruisset volũtario; cùm voluntarium personalæ Adæ vt priuatæ personæ non se extendisset ad voluntarium interpret. posterorum. Ratio: peccatum habituale cum ea tantùm malitia sequitur ex actuali, quam in illo supponit, cùm non aliunde suam malitiam desumat, quàm ex actuali. Igitur si in actuali Adæ, ignorato pacto, non fuisset malitia priuationis vitæ spiritualis posterorum, non potuisset talis malitia per modum habitûs communicari posteris. Vnde probabile est, *Gen. 2. In quocunque die comederis, morte morieris*, dictum esse Adæ, non tantùm vt personæ priuatæ, sed vt publicæ, gerenti vices omnium posterorum. Confirm. peccatum debet esse voluntarium voluntate sibi proportionata: cùm igitur originale sit totius generis humani, non sufficit, vt sit tantùm voluntarium voluntate capitali spectante ad omnes. Quo fit, vt hoc aliter fuerit in Adam, aliter in nobis: in illo fuit personale & capitale simul: personale, quâ commissum propria voluntate, quo pacto tantùm nocuit propriæ personæ; capitale, quâ commissum voluntate interpret. posterorum, quo pacto nocuit omnibus: in nobis est tantùm capitale, non actiuè, vt deriuabile in alios, vti fuit in Adam, sed passiuè, vt deriuatum ex capite ad membra moraliter coniuncta capiti. Hinc fit, vt in nobis priùs inficiat naturam, propter quod peccatum naturæ nuncupatur; tum personam: in Adam cõtrà, priùs inficit personam, deinde naturam, quia priùs nocuit sibi, quàm posteris. Præterea in illo fuit actuale & habituale simul: in nobis tantùm habituale & per modum maculæ. In illo fuit proprium quoad omnem rationem peccati: in nobis est proprium ratione solius priuationis sanctitatis debitæ, quæ sola, teste *Trid. sess. 5. de pec. orig.* vt mors animæ ineſt vnicuique propria: extrinsecum verò ratione peccati actualis existentis in capite, à quo extrinsecè tantùm denominamur peccatores. 42. *Confirm.* *Tridentin.*

Ad 1. argu. ductum ab Aug. Resp. August. cõparare p. personale cum originali, illudque appellare propriè peccatum, non proprietate excludente veram rationem culpæ ab ipso originali: nam adhuc illud appellat peccatum, quod appellare non posset, nisi aliquam culpæ rationem haberet; sed excludente tantùm primariam rationem culpæ, quæ in solo actuali reperitur: nisi enim præcedat actuale, impossibile est, vt sequatur vllum habituale, habituale. n. vt sit voluntarium, necessariò supponit actuale, in quo ratio voluntarij per se primò saluatur. Hinc tamen non sequitur, habituale in ratione maculæ esse peccatum per extrinsecam dumtaxat denominationem ab actuali: licet. n. ab actuali habeat rationem voluntarij, & positiuam rationem malitiæ, priuatiuam tamen deformitatem, & rationem maculæ, quæ in carentiâ debitæ perfectionis consistit, habet intrinsecam, quamuis causatam à p. actuali. 43. *Ad primum opposita.*

Ad 2. constat, qua ratione originale sit voluntarium, non voluntate personali subiecti contrahentis, sed capitis vicem omniũ gerentis, vt explicat August. *lib. 1. retract. cap. 15. Non eos proprietate voluntatis, sed origine reos teneri: omnis enim homo terrenus quid est origine, nisi Adam? Porrò autem Adam habebat vtique voluntatem, qua voluntate cùm peccasset, peccatum per eum intrauit in mundum.* Concedo igitur cum August. paruulos originale in seipsis propria voluntate vitare non posse; potuisse tamen voluntate capitis, in quo liberè peccarunt. Ad 3. cùm omne peccatum eatenus sit dignum reprehensione, quatenus est voluntarium, consequens fit, vt originale eatenus in nobis reprehensione dignum sit, quatenus est nobis voluntarium voluntate capitis; ac proinde solùm in capite est reprehensione dignum. Ad 4. pari modo sicut demeritum Adæ fuit nostrum originaliter, non personaliter: ita & eius meritum fuisset nostrum, non personaliter, sed tantùm originaliter: ac proinde sicut priuatio iustitiæ originalis est nobis voluntaria voluntate capitis, ita iustitia ipsa originalis fuisset nobis voluntaria voluntate eiusdem capitis vices omnium gerentis. 44. *Ad 2.* 45. *Ad 3.* 46. *Ad 4.*

Ratio huius est

Ad confirm. Resp. Merita Christi cum merito Adæ conueniunt, quia sicut Adam meruisset posteris iustitiam originalem, caput constitutum omnium: 47.

Digitized by Google

nium: ita Christus, vt caput omnium, promeruit omnibus amissam sanctitatem.

48. Differunt 1. merita Christi à meritis Adæ.

Differunt 1. quia Adam iustitiam originalem meruisset omnibus efficaciter; Christus amissam sanctitatem promeruit omnibus tantùm sufficienter. Quod discrimen non prouenit ex perfectiori merito Adæ, sed ex modo illam in posteros transfundendi. Adam .n. acceperat iustitiam communicandam posteris per naturalem generationem, absque nouo actu vel parentis communicantis, vel filij recipientis. Christus meruit omnibus amissam sanctitatem per modum voluntariæ regenerationis, quæ sine libera applicatione non communicatur. Et hoc ideò, (& est discrimen 2.) quia regeneratio supponit in regenerando peccatum, vel originale Protoparentis, vel personale proprium: Ad cuiustunque autem peccati deletionem requiritur aliquis actus retractatiuus; vel proprius, si peccatum sit personale; vel saltem alienus & implicitus, si peccatum sit originale. Generatio autem, quæ facta fuisset per iustitiam originalem, nullum supposuisset in posteris generandis peccatum, neque personale, neque originale, si Adam non peccasset: proinde nullo opus fuisset actu retractatiuo

Differunt 2.

Differunt 3.

ad illam recipiendam. 3. Adam promeruisset nobis iustitiam vt caput, cum quo nos ipsi in ea promeranda communicassemus; cùm non minùs voluntas Adæ fuerit nostra interpretatiuè in merendo, quàm in demerendo. Vnde sicut in demerendo communicauimus cum illo, quia omnes, eo peccante, peccauimus; ita & in promerendo, quia omnes, eo promerente, promeriti fuissemus. Christus verò ita promeruit nobis amissam iustitiam condonationemque peccati, vt in illo nec iustitiam, nec peccati condonationem promeriti nos ipsi fuerimus. Quo fit vt promerente Adam, iustitia originalis nobis debita fuisset non solùm per modum hæreditatis, sed etiam per modum meriti seu mercedis, non personalis, sed capitalis. Promerente autem Christo, nullo pacto nobis debita est sanctitas per modum meriti, aut mercedis, sed solùm per modum puræ hæreditatis: quia voluntas Christi nullo pacto fuit in promerendo voluntas nostra,

Ratio discriminis

sicut fuisset voluntas Adæ, quia potuerunt voluntates nostræ, nondum peccato infectæ, moraliter coniungi cum voluntate Adæ ad merendum, vel demerendum: non decuit easdem voluntates peccato Protoparentis infectas moraliter coniungi cum voluntate sanctissimâ Christi ad merendum. Vnde longè excellentiori modo Christus est caput nostrum quoad dona supernat. ac fuisset Adam Christus .n. ita est caput, vt nullo pacto cõmunicemus cum ipso in donis supernat. promerendis sed merè gratuitò ea nobis largitur; solumque sunt illi debita à Patre, ratione personalium meritorium: cum Adamo autem communicassemus in donis supernat. promerendis, ratione communis voluntatis, vices omnium gerentis. Vnde licet dicamur in Christo regenerari, viuificari, sanctificari, glorificari: hæc enim possunt in sola liberali communicatione iustitiæ fundari, non tamen dicimur in Christo mereri, ea ratione, quâ mereri diceremur in Adam, si pactum seruasset. In Christo mereri dicimur, vt ex *Triden. sess.* 14. *cap.* 8. colligitur, quà per Christum gratiam accipimus, vt per eam apud Deum mereamur. In Adam autem, si pactum non violasset, mereri diceremur, quà meritum ipsius fuisset interpretatiuè nostrum, propter coniunctionem nostrarum voluntatum cum ipso. Et quamuis etiam cum Christo Deus pactum fecerit de redimendo suis meritis genus humanum, longè tamen diuersum fuit hoc ab illo: nam cum Christo ita Deus pactus est, vt nostras voluntates cum voluntate Christi moraliter non coniunxerit, vt coniunxit cum voluntate Adæ. Quo fit, vt meritum Christi dicatur tantùm nostrum per modum principij seu causæ influentis, ex *Triden. sess.* 6. *cap. vlt.* meritum Adæ fuisset interpretatiuè nostrum etiam per modum causæ formalis, ratione nostrarum voluntatum cum ipso moraliter coniunctarum. Et licet æternus Pater respiciat ad merita nostra propter merita Christi, non tamen respicit meritum Christi vt nostrum formaliter, propter coniunctionem nostratum voluntatum cum voluntate ipsius, sed solùm quatenus illud voluntate Christi moraliter coniungitur cum meritis nostris, cum quibus meritum Christi facit vnum moraliter.

Ex hispanet ad conf num. 28.

Ad 5. neg. minor: habituale .n. quod per modum maculæ relinquitur ex actuali, est ipsa mors animæ formaliter. Sicut vita animæ, est ipsa sanctitas & iustitia habitualis, quâ anima per modum habitûs formaliter ad Deum conuertitur, Ezech. 18. *cùm fecerit iustitiam, ipse animam suam viuificabit:* ita mors spiritualis ipsius, est priuatio sanctitatis habitualis, per quam anima auertitur à Deo formaliter: *in iniustitia, quam operatus est, morietur:* ibid.

49. *Ad* 5.

Ad vlt. soluendum, nonnulli finxerunt, *Apollinaris apud S. Tho. 2. con. gen. c.* 86. *Luciferani, Tertull. apud August. lib. de hæres. cap.* 81. *&* 86. animam fieri ex traduce, hoc est, ex anima generantis per seminis decisionem traduci in genitum. Id .n. propriè traduci dicitur ex *S. Tho. in* 2. *dist.* 18. *q.* 2. *art.* 1. quod originatur ab alio per aliquam substantiæ ipsius separationem. Putabant igitur isti, referente *August. Epist.* 28. *ad Hieron.* animas posterorum non immediatè creari à Deo, sed per seminis decisionem traduci in nobis ex primâ animâ Adami, quæ sola fuit immediatè à Deo creata: non secus ac ex corpore Adæ per continuatam seminis propagationem traducitur in nobis illius corpus. Verùm hanc vt hæresim confutat *S. Tho.* 1. *p. q.* 118. *art.* 2. *& c.* damnatur quein *lib. Decret. causa* 32. *q.* 2. *cap. Moyses.* Ad argu. Resp. vt Adam suum peccatum in posteros traducat, necesse non esse vt simul cũ corpore traducat & animam, sed sat esse, si vi seminis, vt instrumẽti attingat vltimam dispositionem, naturaliter necessitãtem ad animæ productionem, eiusdemque cum corpore vnionem: ratione cuius vltimæ dispositionis, verè & propriè dicitur homo generare hominem, etiamsi ipsius partes non producat: sicut verè dicitur B. Virgo genuisse Deum hominem, etiamsi ipsius partes non produxerit. Ad argumentum igitur in forma, Disting. Minor: Non accipimus animam ab Adamo productiuè, concedo; dispositiuè, dispositione ad illius productionem vnionemque cum corpore necessitante, nego. Hoc autem sufficit, vt ab Adam contrahamus peccatum; hoc .n. ipso, quòd huic materiæ ab Adam vltimò organizatæ debetur anima rationalis, ex demerito Adæ creatur priuata gratiâ & iustitiâ sanctificante, cum quâ creari debuisset, si Adam pactum seruasset. Quæ priuatio physicè est à Deo, moraliter ab Adam, siue in genito ipso vt cõtento in Adam, vt in capite gerente vices omniũ.

50. *Ad* 6.

Ad argum.

In formâ dist. min.

Concludo: Dei Sapientia constituendo vnum caput humanæ naturæ, primariò intendit ipsum cõstituere quasi fontem gratiæ, qui per obseruantiam moralem præcepti, naturæ Diuinæ participationem transfunderet in posteros, sicut per propagationem physicam transmittebat in filios naturam humanam. Cùm .n. primus parens gratiam sibi

51.

nullo

Digitized by Google

nullo merito datam, potuerit posteris promereri, qui censebantur in lumbis eius contenti omnes, congruum non fuit, vt illam filijs distribueret nullo Parentis merito: multò minùs, vt illam filijs distribueret contra Parentis meritum. Consilium ergo diuinum fuit, vt capite vno promerente gratiam per obedientiam, interpretatiuè promererentur eam membra omnia & posteri, longè faciliùs quàm Angeli, qui propriâ voluntate & obedientiâ singuli conseruationem gratiæ debuerunt promereri. Vnde factum, vt plurimi eorum lapsi sint, hominum autem vno capite stante, omnes stetissent, & gratiam originis merito quasi suo sibi vendicassent; longè etiam glorioſiùs quàm Angeli, qui nullo merito singuli iustitiam originis acceperunt. Id nimirum spectat diuina æquitas ac bonitas, vt sua dona seu prę̃mia det gratis nemini, qui illa quocumque meliori perfectioriq́ue modo potuerit promereri. Ita nec gloriam corporis proprio filio Deus dare voluit gratis, quantumuis dotem connat. quia illam poterat sibi perfectiori modo promereri. Remuneratoris liberalissimi id proprium, vt merita vndequaque conquirat, quę prę̃mijs compenset: cùm intelligenti naturæ iucundius sit ac generosius, merito aliquo dona accipere, quàm gratis: Modò id maiori subiecti perfectioni non repugnet. Quod dico, propter Christum & Angelos, qui primam gratiam habitualem cum suis virtutibus iufusis non merito aliquo, sed gratis ante vllum meritum acceperunt: quia maior perfectio Christi, & Angelorum fuit, omnem actum supernat. connaturaliori modo & ab intrinseco principio elicere, quàm aliquem actum supernat. qualis fuisset actus meritorius primæ gratiæ habitualis, imperfecto ac minùs connat. modo ab extrinseco dumtaxat principio elicere, vt fusè *to. 2. disp. 18. sect. 3.* Vt igitur Deus Adæ filijs omnibus gratiam originis seu diuinæ adoptionis titulo meriti tribueret, sapientissimè rationem excogitauit facillimam, videlicet omnium posterorum voluntates in vno primi Parentis capite collocandi, eiq́; præceptum dandi leuissimum, ac nullâ difficultate implicitum. Quo seruato, promerente vno, omnibus ex merito debita fuisset iustitia, *vt suprà*. Verumtamen huic liberalissimo Remuneratoris pacto ex naturâ rei connexum erat, vt peccante vno capite, debita quoque membris esset priuatio iustitiæ. Certè supremo domino fingi dignius non potuit pactum, quàm in vno firmissimoq́ue Parentis capite infirmas filiorum voluntates omnes coniungere, & ab ipso prę̃cepti vnius facillimi obseruantiam requirere, & quidem negatiui: *Ex omni ligno Paradisi comede; de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas:* imposità, ad hoc facilius seruandum exitij pœnâ: *In quocunque die comederis ex eo, morte morieris:* omnibus ipsum prę̃sidijs internis, externisq́ue munire; prę̃mium ipsi proponere toti naturę omninò indebitum, nempe consortium diuinæ naturæ, ius ad gloriam, iustitiam originis, quam gratis acceperat, hę̃reditariâ posteris transfundẽdam. Quis nostrum huic pacto consensum non præbuisset, & quidem prudentissimè; quo lucrari gratiam & gloriam indebitam posset, nihil perdere? Damnum. n. erat sola priuatio eorũdem donorum, ad quæ natura non aspirasset; non pœna sensûs igniſq́ue æterni innocentes cruciatura, *vt infrà*. Quo pacto certum est, per peccatum originis nullas naturæ dotes amissas, nullas proprietates, nedum præstantissimam libertatis indifferentiam; suis viribus relictam esse naturam, donis dumtaxat gratuitis, nullaq́ue ratione debitis exutam, imò non omnibus, quæ fuit Dei miseratio infinita. Siquidem præstò fuit Dei decretum absolutum de seruanda natura in statu supernat. totiq́ue iam malè meritæ naturæ succurrit gratia Saluatoris, priore amissâ, longè maior in ratione doni, in plurimis etiam vberior, quâ naturalem appetitus sensitiui rebellionem frę̃nent. Hęc est noui capitis seu Christi gratia, refundentis in genus humanum, licèt indignissimum, auxilia sufficientia, quibus possint singuli perditam diuinæ adoptionis gratiam recuperare, imò etiam ad gloriam per pugnas & victorias sublimiorem aspirare. Gratiam Saluatoris quis satis æstimet? Promerente Christo, non fuit nobis debita sanctitas vllo pacto per modum meriti capitis, nec voluntas Christi in promerendo fuit nostra, qualis fuisset voluntas Adæ: ideò nec iustitia originis restituta est, sed effectus mali noxæ originalis in bonorum operum, ac meritorum materiam conuersi sunt.

Consilij Diuini de Angelis & Adam ratio profundior

SECTIO III.

Quid sit peccatum originale?

HOc Fidei mysterio *sicut nihil est* teste August. lib. de morib. Eccle. c. 22. *ad prædicandum notius, ita nihil ad intelligendum secretius:* cuius ipse veritatem se ignorare ingenuè fatetur, *Epist. 28. ad Hieron.* à quo instanter doceri petit. Ratio diffic. nihil videtur esse in paruulis, quod rationem culpæ habere possit: cùm nec propriæ culpę ipsi capaces sint, nec alieni peccati rei teneri possint. 52. *Vnum ex Fidei mysterijs explicatu difficillimum*

Primus error, qui Origeni tribuitur, est: originale non ab vno in omnes seminis propagatione deriuari, sed vnamquamque animam ex propriâ voluntate, quâ illud, antequam corpori vniretur, commisit, secũ trahere. Putauit. n. cum Platone, animas ante corpora creatas fuisse, ac pro ipsarum meritis, vel demeritis, quę antea habuerunt, varia in hoc mundo loca, conditiones, & officia per corpora sortitas fuisse: *lib. 2. Periar. cap. 9. Ita ergo possibile est intelligere, etiam antea fuisse vasa rationabilia & purgata, vel minùs purgata, id est, quæ se ipsa vel purgauerint, vel non purgauerint, & ex hoc vnamquodque vas secundùm naturam puritatis, aut impuritatis suæ locum, vel regionem, vel conditionem nascendi, vel explendi aliquid in mundo accepisse.* Idem repetit *lib. 3. cap. 1. & c.* Damnatus est in multis Concilijs, *Bracar. 1. Can. 6. Si quis animas humanas dicit priùs in cælesti habitatione peccasse, & pro hoc in corpora humana in terram deiectas, sicut Priscillianus dixit, anathema sit.* Repugnat Paulo *ad Roman. 5.* aienti, *per vnum hominem peccatum in hunc mundum* intrasse. 2. Illyrici asserentis, originale in nobis esse corruptionem substantialis imaginis Dei, in diaboli imaginem transformatæ. Quia totus homo pugnat cum lege, *ad Rom. 7. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuitatem me in lege peccati, quæ est in membris meis.* Confirm. ex *Aug. lib. 6. de Gen. ad lit. cap. 27.* affirmante, Adam perdidisse per peccatum imaginem Dei, quam per creationem acceperat. Hęc hæresis coincidit cum Manichæor. & apertè repugnat rationi. Nam substantialis imago Dei in homine est ipsa anima rationalis; quæ simplex cùm sit, indiuisibiliq́ue substantia, si amissâ substantiali imagine propriâ, transformata esset in substantialẽ imaginem diaboli, homo non esset ampliùs homo, sed diabolus; sicut substantia panis & vini conuersa in substãtiã corporis & sanguinis Domini, nõ est ampliùs

53. *Primus error de pecc. origin.*

54.

55. *Secundus Matthiæ Illyric.*

59.

Digitized by Google

pliùs panis & vinũ, sed Christi corpus & sanguis.

57. Ex loco Pauli contrarium potiùs elicitur: si.n. Apostolus in parte sensitiuâ sentiebat legem aduersantem legi mentis suæ; euidens est, in parte intellectiua permanere imaginem Dei, cui aduersatur lex partis inferioris. ideò dixerat, *condelector legi Dei secundùm interiorem hominem.* Augustinus de imagine substantiali naturę humanæ, quæ post peccatum integra mansit, sed de imagine accidentali gratiæ, quæ sola peccato deperditur, se explicat 2. *retract. cap.* 24. *Quod dixi Adam imaginem Dei, secundùm quam factus est, perdidisse peccato, non sic accipiendum est, tanquam in eo nulla remanserit: sed quod tam deformis, vt reformatione opus haberet.*

58. *Tertius error.* Tertius Lutheri, & Caluini docentium, originale esse ipsam naturæ corruptionem, siue concupiscentiam semper ad malum pronam, quæ remanet in iustificatis, licèt illis ad peccatum non imputetur: à Caluino *lib.* 2. *Instit. cap.* 1. *n.* 8. definitur, *hæreditaria natura nostræ prauitas & corruptio in omnes animæ partes diffusa, qua primum facit reos ira Dei, tum etiam opera in nobis profert, quæ Scriptura vocat opera carnis. Atque id est proprie quod à Paulo sapiùs peccatum nominatur:* à Melanct hone discribitur, *natiua propensio & quidam genialis impetus & energia, quâ ad peccatum trahimur, propagata ab Adamo in omnem posteritatem.* Error hic damnatur in *Triden. sess.* 5. *in decre. de pec. orig.* vbi definitur, per gratiam baptismalem tolli totum id, quod veram & proprìam peccati rationem habet, non tantùm radi, aut non imputari; concupiscentiam verò manere in baptizatis ad agonem, quæ verè & propriè peccatum non est; appellari autem ab Apost. quia ex peccato est, & ad peccatum inclinat. Ex August. *lib. de nupt. & concup. cap.* 23. *ipsa quidem concupiscentia iam non est peccatum in regeneratis.* Paulò pòst, *sic autem vocatur peccatum, quia peccato facta est, cùm iam in regeneratis non sit ipsa peccatum. Sic vocatur lingua locutio, quam facit lingua: & manus vocatur scriptura, quàm facit manus.* Ratio: concupiscentia est naturalis proprietas, necessariò consequens naturam humanam, quæ etiam fuisset in homine in purâ naturâ condito; peccatum est voluntarius defectus, qui potuit non esse.

Tridentin. ex profesſo damnat.

59. *Quartus error* Quartum errorem tertio addunt, qui volunt, originale prętер concupiscentiam includere prauos motus, qui excitentur in paruulis recens natis, imò in vtero existentib. Hoc quidem purum figmentum est, cùm nulli talis motus in paruulis naturaliter esse possint. Accedunt alij, qui volunt, originale per libidinem seu concupisc. vt veram causam vniuocam transfusionis, maximeque ex verâ naturâ rei propagari: nõ secus ac subinde cœcitas, podagra, aliaq́, vitia affectuum, corporumque parentum transfundũtur. Ex quo fit, vt si Adam concupiscentiam per gratiam tollere potuisset, nullum peccatum in posteros propagasset: sicut nec ille propagaret in filios, cui per miraculum concupiscentia adimeretur. Ex concupis. verò carnem captiuante, aiunt, in voluntatẽ peccati pernicię illatam, arcem mentis ita occupasse, vt indifferentiam libertatis, omnemq́; ad bonum faciendum abstulerit potestatem: hanc esse profundissimam naturę plagam, quam peccatum ex summa animi libertate profectum, inflixit: denique concupiscentiam esse partem p. originalis materialem, essentialem tamen, quæ nunquam expiatur: reatum verò culpæ, quem illa inuoluit, esse partem formalem, & in animâ existere: imò concupiscentiam & non aliam esse mortem animæ, quasi nullum aliud esset peccatum habituale, nec actuale. Conuincitur hic error 1. quia illud materiale peccati esset formale, etiam in iustificatis, formalissimaque auersio à Deo, imò actualis auersio staret cum gratiâ & conuersione ad ipsum Deum. Si enim quod amandum fruendumque summâ arbitrij libertate delegit Adæ volitio mala, id perseueranter ei libeat, ac libendo placeat toti naturæ, posteris ac paruulis, & hoc sit ipsissimum malum concupiscentiæ, non pæna, non effectus peccati seu fomes, sed peccatum atque inobedientia formaliter corporis animique, quis non intelligit concupiscentiam per istos esse affectum quendam actualem, ac peccatum perseuerans, quo voluntas hominis cum obiecto, quod malè placuit Adæ, hoc est cum se ipsa firmissimè colligata est, & peruerso sui amore subiugata, vt nullâ potestate naturali erigere se possit ad amandam morum honestatem? Vnde sic arguo: Concupiscentia animi est naturalis facultas positiuè auersa à Deo, & conuersa ad creaturas seu ad seipsum, sicut odium Dei, contemptus, inobedientia est positiua auersio à Deo: ergo concupiscentia animi esset peccatum positiuè formaliter, seu pondus actuale grauitans deorsum, seque continuò impellens. Hinc illa propositio damnata 47. *Voluntatis arbitrio, & ex habituali voluntate fit, vt paruulus discedens sine regenerationis sacramento, quando vsum rationis consecuturus erat actualiter Deum odio habeat, Deum blasphemet, & legi Dei repugnet.* Ad horrorem temperandum non est satis dicere, quòd reatus originalis expietur sacro fonte, aut non imputetur formale peccati: quia cùm post baptismum perseueret concupiscentia animi seu pondus actuale in creaturas, auersioq́; à Deo plus quàm habitualis, si concupiscentia essentialiter peccatum est, formale peccati esset cum ipsâ in animâ; imò personale peccatum esset, & voluntatis actus, seu grauitatio in peccatum, licèt non vltima volitio peccati, quę tamen volitio ex illâ necessariò sequeretur, ideò nec adderet nouum peccatum, nec augeret prius, seu habituale. 2. Si originale esset concupiscentia, vel cum ipsâ identificatum, in statu puræ naturæ, nullo Adamo peccante, fuisset originale, quia fuisset propagata concupis. 3. Si dicant statum puræ esse impossibilem, ac proinde iustitiam originis esse homini connaturalem, Deum arguunt crudelitatis, qui nullo inito cum protoparente pacto, propter peccatum vnius. infinitis posteris summè innocentibus, sine vllo voluntario peccato, nec interpretatiuo, pœnam inflixerit atrocissimam, vitiumq́; toti naturæ pessimum, detractâ primariâ dote iustitię. Si opponant ex Augustino lib. 3. de lib. arb. cap. 20. *vt meliores gigneret Adamus quàm ipse esset, non erat æquitatis.* Resp. ex eod. *lib.* 4. *con. Iulia. ca.* 8. *Nec libidinis tabe polluuntur, qui libidine bene vtuntur, quamuis generent libidinis tabe pollutos,* seu concupiscentia infectos, quasi signo peccati notatos, *ideoq́; regenerandos* ad tollendum peccatum, non signum peccati prętеriti. Ex quo infero, non fuisse æquitatis, vt Adam gigneret meliores, quàm ferat natura pura, cuius gratiam ex pacto perdiderat. Parumne est, gratuitis donis, ob vnius peccatum, totam hominũ naturã exui, nisi ei lethale vulnus tale infligatur, & innocentes innumeri infantes ęterno igni crementur? 4. Profitetur August. hoc solo se ab animarum creatione asserenda retardari, quòd non possit capere, quâ iustitiæ ratione innocẽs anima in tali corpore creetur, vbi peccatũ tale contrahere cogatur. Doctus iam ab Ecclesiâ animę creationem, nullus affirmabit iustum esse, vt anima recens creata à Deo id vulnus in naturâ suscipiat, priùs etiã

Conuincitur 1.

Conuincitur 2.

3.

4.

naturâ,

Digitized by Google

naturâ, quàm infundatur in corpus, nullâ suâ culpâ, nec voluntario interpret. si quidem formale peccati in voluntate peruersè creaturis affixâ, & a Deo auersâ positiuè consistat. Reuerâ meliùs esset non creari animas, quàm creari distortas, in malum præcipites, ad bonum morale omninò ineptas, à creatore refugas auersasq; toto pondere ac conatu naturali. Ille, qui iniquum fore Deum putat, si parvulorum voluntates protoparenti sapientissimo committat in pacto de bonis gratuitis, vt filiorum censeatur placitum, quod parentis beneplacitum foret (hoc ipsum certè in contractu ciuili vsuenit) quomodo is æquissimam sanctionem Dei æstimet, scilicet propter vnum parentis peccatum animas innumeras, non è traduce genitas, voluntate propriâ innocentes, etiam interpretatiuâ (vt aiunt) imò quorum voluntate nil potest fingi magis insons, omnes vltro creari deprauatas, infandè impias, tabificas, naturali integritate spoliatas, à Deo, qui vt prima veritas protestatur: *Filius non portabit iniquitatem Patris. Ezech.* 18. Discat ergo, qui ex alio nō vult, saltem ex August. concupiscentiam non esse peccatum: *Non enim*, inquit lib. 2. contra Iulianum cap. 3. *dicendum est peccatum, si ad illicita opera spiritum concupiscentia non trahat, & concipiat pariatq; peccatum.* Nec concupiscentiæ causam physicam quærat aliam, quàm naturæ puræ sibi derelictæ, ob peccatum primi parentis, vt causam moralem. Sicut per rectum concupiscentiæ vsum Adam sanctus transfudisset in posteros naturam cum sanctitate, si pacto stetisset: ita modò Adam lapsus per quemcunque concupiscentiæ vsum transmittit in filios naturam cum priuatione originalis iustitiæ: quam iustitiam merito suo perditam, gratis per Christum reddi, agnoscat genus humanum. Id volunt Scholastici cùm docent cōcupiscentiam esse materiale in peccato originis, seu concomitans, seu subsequens, non partem essentialem: id, quo peccatum deriuatur in prolem, quia est id, quo natura communicatur soboli. Est igitur libido habitualis, quę remanet post baptismū, causa originalis peccati in sobole, non principalis, nec radicalis, sed immediata & instrumentum dumtaxat transfundendi cum natura peccatum originis, seu priuationem iustitiæ. Moderata siquidem concupiscentia ad rationis præscriptum, non est peccatum; sed solutior vitium est, quo plerumque generatur natura, semper tamen cum priuatione iustitiæ. Hanc lucem veritatis qui tenet, nempe, concupiscentiam esse imperfectionem naturæ puræ, qualis est phantasię euagatio, rationi nō obediens despoticè, illam relictam vt pœnam peccati, quod fuit transgressio pacti diuini ex *Osea* 6. Sanctos Patres prę clarè explicabit ex. gr. *Iusti Parentes iustum filium non possunt generare, quia sine concupiscentiâ non possunt generare*; intellige *vò Quia* sonare connexionem concupiscentię generantis cum peccato protoparentis, & vltimi geniti per modum catenę vitiorum. Nam necesse non est, vt per inobedientiam actualem concupiscentiæ proles generetur, cùm possit quis vsu illius ad normam rationis generari. Igitur naturæ consentaneum non est, vt ex concupiscentiæ vsu peccatum contrahant omnes. Confutatis hæres. & errorib.

Concup. materiale peccati, non essentiale.

60. Sent. 1. Cathol.

Prima sent. docet, originale esse habitum seu qualitatem vitiosam, animam ad praua desideria inclinantem, media seminali propagatione ex Adam in posteros traductum: *Henri. quodl. 2. q. 11. Aureo. in 2. dist. 30. art. 2. Arimi. qu. 1. art. 2. Argen. in 3. dist. 3. qu. 1. ar. 1. Holcot de imputab. pec. ad 1. princip. Dried. lib. 1. de gra. & lib. arb. tract. 3. cap. 3. p. 4. consid. 4.* videtur etiam *Magistri in 2. dist. 31. cap. 3. & 4.* eamque probabilem censet *Gabriel in 2. dist. 20. qu. 2. art. 3. dub. 1.* Cæterùm istam qualitatem alij eorum requirunt vt materiale tantùm peccati; alij vt formale: alij ponunt causatam ex peccato Adæ; alij, vt *Arimin.* ex afflatu serpentis, qui decepit primos parentes, in pœnam peccati. Nonnulli illam collocant in appetitu sentiente, cuius consortio & quasi contactu anima ipsa inficitur: alij in anima ipsa causatam à qualitate existente in corpore. Fundam. est authoritas *Ambrosij*, seu potiùs *Glossa in 7. cap. ad Rom.* & Aug. *lib. 1. de nup. cap. 25.* quorum ille docet, hoc peccatum esse in carne, cuius cōsortio anima maculatur; hic originale appellat affectionem malæ qualitatis & languorem quendam. Verùm hæc qualitas fictitia est. Quis .n. credat, illam in tot annorum spatio, per tot generationes absumptam non esse? quo pacto corporea cùm sit, vim habeat maculandi animam, quæ spiritalis est? cur peccatum Adæ hanc vim habuerit causandi huiusmodi morbidam, vt vocant, qualitatem, & non cætera parentum peccata? Nec dici potest, illam à Deo fuisse creatam, alioquin non esset peccatum, sed pœna tantùm peccati; cùm nequeat Deus esse causa peccati. Et licet Deus sit physica causa priuationis sanctitatis, in quâ, *vt infrà*, consistit originale; non tamen vt sic illa est peccatum, sed quà fuit voluntaria priuatio formæ debitæ in primâ origine: quod de positiua ista qualitate dici non potest. Eodem modo nec illa habere posset rationem peccati, vt à serpente causata. Tandem pronitas ista ad malum & manet in renatis; à quibus tamen per gratiam baptismi tollitur quidquid habet rationem peccati, & salnari potest absque istâ morbidâ qualitate. *Ambrosius & August.* explicandi de qualitate non distinctâ ab ipsa concupiscentia, quæ vt destituta dono iustitiæ originalis, quo in officio continebatur, dicitur ab August. peccatum, quà est effectus peccati, & ab peccatū inclinat, vt se explicat.

Fund. potissimum.

61. Fabulosa qualitas

Ad fund.

61. Sent. 2.

Secunda sent. asserit, originale esse inordinatam conuersionem ad bonum commutabile per modum habitus, à peccato protoparentis in posteris deriuatam: Est *Petri de Tarantasia apud Bacho. in 2. dist. 32. q. 1. ar. 4.* quem ipse sequitur, in eo discrepans, quòd putet, hanc conuersionem causari à diabolo in animâ pueri, statim atque illa corpori vnitur, producendo intensissimum conuersionis actum in voluntate paruuli erga ipsum, qui actus statim relinquit in anima paruuli habitum, quo illa manet habitualiter in obsequium dæmonis conuersa.

63. Prob. 1.

Prob. 1. originale in posteris est p. habituale, deriuatum ex actuali, quod fuit in protoparente. At hoc non solùm includebat auersionem à Deo, sed etiam conuersionem ad creaturam: ergo etiam originale ex eo deriuatum; cùm habituale sit ipsum actuale, moraliter perseuerans per modum habitûs, includens totum id, quod dicit actuale.

64. Secunda

2. Nequit reperiri recessus à termino à quo absque accessu ad terminum ad quem: ergo nequit in posteris esse auersio à Deo absque conuersione ad creaturas. Confirm. omnis creatura debet habere aliquem finem, ad quem sit conuersa: sed homo existens in originali non habet pro fine Deum, à quo est auersus; ergo habebit pro fine creaturas: igitur conuersus erit ad creaturas.

65. Falsa

Hęc sent. aut intelligitur de conuersione habituali physicâ ad creaturas, & falsa est: talis .n. conuersio est per modum habitûs ex frequentatis actibus acquisita: nullus autem patrēs vim habet transmittendi

Digitized by Google

Aut communis sent.

mittendi talem habitum in filios; ergo nec Adam: Aut de conuersione morali per modum extrinsecę denominationis, ex actuali protoparentis in posteros deriuata: hoc modo non recedit à communi

66. sent. Scholast. quam infrà. Cæterùm modus, quo *Bacho* censet, hanc inordinatam cõuersionem produci à dęmone in anima paruuli, est omninò improbabilis & fictitius: 1. quia talis actus necessarius non est ad originale explicandum, vt infrà. 2. nequit actus vitalis, qualis esset ista conuersio à dęmone in anima pueri producta, ab extrinseco principiò causari. 3. non posset talis actus à dæmone productus habere rationem peccati.

67. *Ad primum sent. 2.*

Vnde ad 1. argum. concedo, ex actuali Adę deriuari in nos cum auersione habituali à Deo simul conuersionem moralem per modum extrinsecæ denominationis ad bonum commutabile, ad quod ipse vt caput posterorum peccando se conuertit: Nego tamen, eodem modo nobis communicari auersionem à Deo & conuersionem ad creaturas. Prior .n. non tantùm communicatur nobis moraliter, sed etiam physicè, posterior solùm moraliter & extrinsecè. Nam prior non solùm est moralis auersio per modum extrinsecæ denominationis, ex actuali auersione Adę nobis communicatâ, sed ipsa debitæ sanctitatis priuatio, quæ intrinsecè & physicè inhęret singulis: posterior est tantùm extrinseca denominatio ab actu pręterito Adæ, quà

68. *Ad 2.* fuit actus nostrùm omnium interpretatiuè. 2. argu. tantùm probat de accessu morali ad terminum ad quem per modum extrinsecę dumtaxat denominationis, non de accessu physico & intrinseco: quod vltrò concedimus. Cõfirmatio idem probat,

69. *3. Sent.* Tertia sent. originale collocat in reatu & obligatione ad pœnam: *Rubio. in 2. dist. 30. qu. 2. art. 2. concl. 4. Mayro dist. 31. art. 1. & c.* Verùm hęc impugnata manet ex *sect. 2.* & dicendis: obligatio .n. ad pœnam supponit aliquid, quod sit dignum tali pœnâ: ergo in eo potiùs consistit originale quàm in reatu consequente peccatum. Confirm. 1. hęc

Reijcitur. obligatio ad pœnam non conuenit paruulis extrinsecè per solam imputationem peccati primi parẽtis, sed intrinsecè, alioqui non essent intrinsecè ad pœnam obligati, ac proinde nec propriè peccatores & filij iræ dici possent, contra *Apost. ad Rom. 5. & ad Ephes. 2.* Confirm. 2. si ideò formaliter dicũtur paruuli originale ex Adam contrahere, quia propter illius demeritum obligantur ad pœnam: eâdem ratione dici possent alij filij, qui propter peccata parentum damnantur ad aliquam pœnam temporalem, contrahere ab illis originale.

70. *4. Sent.* Quarta sent. est *S. Tho. 1. 2. q. 82. art. 1.* affirmantis, originale esse inordinatam dispositionem naturæ, prouenientem ex dissolutione illius harmoniæ, in qua ratio iustitię originalis consistebat: quę pro materiali dicit ipsas animæ vires positiuè inordinatas, pro formali priuationem originalis iustitiæ. Sicut ægritudo corporis, quæ est quędam inordinata dispositio corporis, per quam soluitur humorum proportio, in quâ sanitas consistit, dicit priuationem proportionis & ipsos humores positiuè inordinatos. Hęc sent. si exponatur, vt nonnulli Thomistæ exponunt, quòd ad originale integrandum formaliter concurrat & positiua ipsa

71. *Reijcitur.* indispositio naturæ, & priuatio originalis iustitiæ,

Trident. falsa est, quia per baptismum tollitur, ex *Trident. sess. 5. decr. de pecc. orig.* quidquid habet veram & propriam rationem peccati, cùm tamen non tollatur hęc naturę inordinatio: & contra *S. Tho.* qui quęrens *art. 3.* an originale sit concupiscentia, respondet esse materialiter: intelligens per cõcupisc. nõ peculiarem animę potentiam, sed totius naturæ humanę inordinationẽ, quæ secuta est ex originali: formaliter, ait, esse priuationem iustitiæ originalis.

Placuit *S. Doctori*, vt rectè aduertit *Soto de nat. & grat. lib. 1. cap. 9.* concupiscentiam & reliquas animæ vires, quà pronitatem dicunt ad peccandũ, appellare materiale peccati, vt cum *August.* contra *Pelag.* indicaret, hanc inordinatam naturæ dispositionem fuisse effectum & pœnam originalis, quod *Pelagius* negabat; quem modum & Scholastici vsurpant. Cæterùm 3. *p. q. 69. ar. 1. cum August. 1. retract. cap. 15.* docet, in baptismo remitti originale, remanente concupiscentiâ ad luctam: ipsa igitur non pertinet ad formale originalis.

Quinta sent. *Alb. Pighij contron. 1. de pec. orig. Cathari. de casu hom. & p. orig. c. 8. & 9. Curie. 1. 2. q. 82. a. 3. dub. 4. concl. vlt. Grana. com. 6. de peccatis tract. 8. disp. 3. sect. 1.* affirmantium originale non esse aliquid physicè nobis inhærens ex peccato primi parentis deriuatum, sed vel esse ipsum p. actuale Adæ, quà fuit omnium posterorum, in naturâ & pacto inclusorum, vt *Pighius & Cathar.* docent; vel esse illud idem per modum habitûs moraliter in nos transfusum, vt *Curiel*, & *Grana.* censent.

73. 5. Sent.

74. *Vnicum fund. in quo illi conueniunt*

Fundam. nihil physicum est in paruulis, quod rationem culpæ habere possit. Si quid enim esset, esset physica priuatio iustitię originalis: at hæc non est culpa, sed pœna, quod sic probant: Hęc priuatio iustitię originalis in Adam fuit pœna, illi à Deo propter actuale inflicta, ideò .n. fuit originali iustitiâ priuatus, quia pactum violauit: ergo etiam in posteris est pœna: quia non alio modo priuatio iustitiæ est in nobis, quàm fuit in Adam, vt in capite; nam eadem illa, cum eâdem conditione deriuata est in nos vt in membra moraliter coniuncta capiti. Igitur si in illo fuit tantùm pœna, etiam in nobis erit tantùm pœna.

75. *Modus 1. Pighij Cathar.*

Probant Priores, originale in posteris esse illud idem, quod fuit in Adam vt in capite. 1. ex Paulo *ad Rom. 5.* omnes dicimur in Adam peccasse: nemo propriè peccare dicitur, nisi cùm peccati actum exercet: igitur cum primo parente eodem actu, quo ille peccauit, simul in eo inclusi peccauimus.

76. 2. Quod veram & propriam rationem culpæ habet, est solus actus liberâ electione elicitus: sed nullus talis actus est in posteris; ergo quod in illis veram & propriam rationem culpę habet, non est aliquid ipsis inhærens, sed ille idem actus ab Adam nomine omnium elicitus. Vnde reatus, priuatio iustitiæ originalis, & reliqua ex illo peccato in nos traducta, sunt effectus tantùm peccati, non peccatum formaliter.

77. *Modus 2. Curiel. Granad.*

Posteriores, originale esse illud idem, quod fuit in Adam per modum habitûs moraliter tantùm in nos transfusum, quod *Curiel* appellat priuationem conformitatis ad legem, quæ per modum termini moraliter resultauit ex actuali transgressione Protoparentis, in quo pręcessit vt in capite, ex quo deriuata est in nos vt in membra; *Granadus* priuationem actualis iustitiæ originalis ex actuali Adæ in nos transfusam, & moraliter perseuerantem, donec deleatur, probant 1. Originale in posteris re-

Probant 1. spondet habituali capitis, at illud non in priuatione iustitię habitualis, seu gratiæ sanctificantis, hæc .n. priuatio secuta est vt pœna in Adam & nobis: sed in priuatione iustitiæ actualis, quæ inesse debebat opposito actui virtutis, seu in priuatione conformitatis ad legem impositam, cõsistebat: ergo etiam originale in posteris, non consistit in priuatione iustitiæ habitualis, sed actualis, seu conformitatis ad legem impositam, per modum habitus moraliter ad

Digitized by Google

ter ad nos transfusa. Maior patet: originale in nos deriuatur ex habituali, quod ex actuali transacto mansit in Adam, hoc tantùm discrimine, quòd in illo dicebatur personale, quia ex actu personali; in nobis dicitur originale, quia ex actu originis seu capitis deriuatur. 2. Adam non habuit præceptum de conseruanda gratia & iustitia habituali, sed de seruanda tantùm lege sibi imposita: nec .n. præcepta dantur de habitib. sed de actib. ergo ipsius peccatum non potuit esse priuatio gratiæ seu iustitiæ habitualis, sed transgressio legis. Quia peccatum est transgressio alicuius debiti; vbi nullum debitum seu lex, nulla præuaricatio. 3. Si Deus non dedisset gratiam Adæ, nec posteris eius, & tamen obligasset illum, eiusque posteros, vti modò obligauit ad seruandum præceptum, adhuc contraxissemus originale, sicut modò contrahimus, & non per priuationem gratiæ, vt patet: igitur originale non consistit formaliter in priuatione gratiæ, sed in transgressione legis. 4. Potest ab vno numericè actu voluntatis, quo Rex vult aliquem equitem, & omnes ab ipso generandos nobilitare, resultare in omnibus filijs, ab ipso genitis, sua quæque nobilitas numero distincta, ac singulis propria. Ergo potest ab vno numericè peccato Adæ resultare in posteris, ab illo descendentibus, sua quæque macula numero distincta, ac singulis propria. Igitur non obstante, quòd peccatum Adæ fuerit vnum, potuerunt ab illo plures numero distinctæ maculæ in nos deriuari. Atque hoc modo saluat hic Author, quod *Trid. sess. 5. decr. de pec. orig.* docet, originale inesse vnicuique proprium.

78. *Secundò,*

79. *Tertiò,*

80. *Confirmat Granados exemplo*

Hæc sent. quoad priorem modum, notatur à recent. vt proximè accedens ad errorem Pelagij: Sanè non saluat definitionem Trident. de pec. orig. *Quod origine vnum, propagatione, non imitatione transfusum omnibus, inest vnicuique proprium.* Si.n. ea tantùm ratione dicimur peccatores, quia Adam vt caput omnium peccauit; & peccatum Adæ fuit vnum, ipsi tantùm inhærens: ita non posset hoc esse origine vnum, propagatione multiplex, & singulorum proprium. Nec ab aliquo peccato, singulis non inhærente, sed in Adam tantùm existente, possunt singuli dici peccatores peccato in se trãsfuso, & sibi inhærente. Confir. Concilium apertè distinguit originale prout præcessit in capite, & prout transfunditur & inest in membris: docetq; posteros dici peccatores, per peccatum in ipsos transfusum & inhærens. Præterea non saluat modum loquendi *Pauli ad Rom. 5.* vbi docet, peccato Adæ nos peccatores constitui, sicut iustitiâ Christi iustos. At non constituimur iusti iustitiâ Christi formaliter, sed iustitiâ nobis inhærente, vt *Trident. sess. 6. cap. 7. & can.* 10. ergo nec peccatores peccato Adæ formaliter, sed peccato nobis inhærente. Etsi .n. quis possit denominari à forma sibi extrinseca; nemo tamen peccator à peccato sibi extrinseco; sicut nec merens à merito alterius, nisi illud intrinsecè participet in se ipso; cùm nihil sit tam proprium nostrum, quàm peccatum, vel meritum.

81. *Pighij & Cathar. modus errori proximus*

82.

Posterior modus, etsi meliùs saluet modum loquendi Script. & Concil. cùm non affirmet, nos constitui peccatores ipso peccato Adæ formaliter, sed peccato in nos moraliter transfuso, tamen non ita propriè saluat verba Concilij. 1. quia ista moralis transfusio est tantùm per extrinsecam denominationem à peccato Adæ; quæ non ita propriè dicitur transfundi & inesse. 2. eodem modo docet Concilium, ex peccato Adæ transfundi in nos culpam, sicut & pœnas: sed pœnæ transfunduntur intrinsecè; ergo & culpa. 3. originale in nos transfusum, appellat mortem animæ: sed mors animæ est priuatio gratiæ & sanctitatis debitæ: vita .n. animæ est gratia & sanctitas habitualis. Nec satisfaciunt, si dicant, mortem animæ nõ solùm esse priuationem gratiæ & iustitiæ habitualis, sed etiam actualis; vita .n. est aliquid permanens, & per modum principij impartientis vitam omnibus operibus suppositi: quod conuenit iustitiæ habituali, non actuali: nec vlla priuatio iustitiæ seu rectitudinis actualis ex peccato Adæ per se in nos trãsfunditur. Nam eius rectitudinis priuatio transfunditur, quæ inesse debuisset in actu necessario ad seruandum præceptũ de ligno vetito: sed ad id seruandum nulla necessaria fuisset actualis rectitudo positiua, sed sola negatio actûs prohibiti; quia cùm præceptum sit negatiuum, ad illius obseruantiam nullus necessarius fuisset actus honestus positiuus, sed sola negatio actûs prohibiti. Igitur nulla priuatio rectitudinis seu iustitiæ actualis ex peccato Adæ per se in nos deriuatur: cumque hoc constet, & aliunde ex *Trident.* originale in nos transfusum consistere in priuatione gratiæ, quæ est mors animæ, necessariò intelligitur de priuatione iustitiæ habitualis.

83. *Curiel. Granadi Modum impugnãdo p iorem à fortiori refuto.*

84.

4. Concilium docet, per gratiam, quæ in baptismate confertur tolli non tantùm reatum originalis, sed totum id, quod veram & propriam peccati rationem habet. Sed per baptismum non confertur paruulis, nisi sola gratia habitualis, non autem actualis, cuius nondum sunt capaces: ergo forma formaliter delens originale in paruulis est sola gratia habitualis: quæ id non tollit efficienter, aut finaliter, vel materialiter; ergo formaliter, vt *idem sess. 6. cap. 7.* vbi vnicam causam formalem iustificationis, quæ per baptismum datur, ait esse iustitiam nobis inhærentem. Ergo priuatio eiusdem gratiæ est formaliter originale. quod sic prob. Si priuatio iustitiæ habitualis in nobis est tantùm pœna, & nõ ipsum peccatum & macula originalis formaliter, neque ipsa infusio iustitiæ habitualis in nobis erit formalis remissio originalis culpæ. Sequel. ostend. id formaliter tollit infusio gratiæ, quod priuatio ipsa formaliter ponebat: sed priuatio gratiæ habitualis solùm ponebat in paruulis pœnam, non peccatum formaliter: ergo nec infusio gratiæ tollit ab ipsis peccatum formaliter, sed pœnã tantùm peccati. Maior prob. gratia tollit peccatum in genere causæ formalis: ergo per formalem incompossibilitatem. sed si originale consisteret in solâ extrinsecâ denominatione ex peccato Adæ in nos moraliter deriuatâ, illi non opponeretur gratia formaliter, sed sola extrinseca non imputatio voluntatis diuinæ, quæ directam habet oppositionem cum extrinseca imputatione peccati Adæ in nobis; ergo per illam, & non per gratiam tolleretur formaliter originale: & ad iustificationem paruulorum gratia habitualis tantùm se haberet cõcomitanter & materialiter: sola voluntas Dei non imputantis nobis ad peccatum, quod antea imputabatur, se haberet per se & formaliter ad expellendum peccatum, vt quæ per se & adæquatè opponeretur originali; in sola extrinseca imputatione consistenti: ergo.

85. *Quartò, non propriè saluat verba Concilij*

86. *In hâc cõsequentia cardo controuersiæ vertitur*

Extrinseca non imputatio peccati orig. ipsum tolleret formaliter.

Dices, Requiri gratiam habitualem ad tollendum originale, vt terminum liberæ volitionis Dei non imputantis nobis ad peccatum, quod antea imputabatur. Sed contrà: hæc libera volitio Dei non imputantis nobis peccatum Adæ, quod antea imputabatur, saluari potest per quamcunque aliam mutationem ad extra: ergo posito, quòd gratia habitualis non concurrat formaliter ad delendum peccatum, sed illud adequatè deleatur per solam extrinsecam voluntatem Dei non imputantis,

87. *Non gratia habitualis*

Digitized by Google

putantis, gratia omnino materialiter & per accidens se habebit in iustificatione paruulorum, contra Concilium affirmans, gratiam in iustificatione paruulorum habere se vt vnicam causam formalem. Confirm. 1. etiamsi nequeat libera volitio Dei in iustificatione paruulorum saluari, nisi per infusionem gratiæ habitualis, adhuc talis infusio per accidens & concomitanter se haberet ad expulsionem originalis. Quando enim plura concurrunt ad eandem formam expellendam, id tantùm formaliter & per se illam expellit, quod per se, & formaliter adæquatè illi opponitur: ergo licet ad expellendum originale de facto non solùm concurrat voluntas Dei remittentis & non imputantis, sed etiam gratia habitualis; quia tamen sola voluntas Dei non imputantis per se adæquatè opponitur originali, illa tantùm, non gratia habitualis per se & formaliter illud expelleret: vnde gratia solùm se habet concomitanter: nam etiamsi illa non infunderetur, adhuc originale adæquatè expelleretur, per solam voluntatem Dei non imputantis. 2. Signum infusæ gratiæ in infantibus respondet signo contractæ priuationis gratiæ in eisdem. Sed per aduers. signum contractæ priuationis gratiæ in infantibus, est post contractum originale ex Adam: ergo signum infusæ gratiæ erit post condonatum peccatum ex Adam contractum. Ergo infusio gratiæ non delet peccatum ex Adam contractum, sed supponit illud deletum.

Contra Trident.

88. *Ad argum. n. 75.* Ad oppositæ sent. fundam. in quo Authores huius sent. conueniunt, patebit cùm vera sent. de pec. origin. explicabitur. Ad 1. argu. pro priore modo, disting. Maior. dicimur in Adam peccasse originaliter, seu causaliter, concedo; formaliter seu personaliter, nego. Cùm enim illud peccatum non fuerit elicitum voluntate nostrâ personali, sed tantùm nostrâ capitali, non potuit esse nostrum formaliter, seu personaliter, sed tantùm originaliter seu causaliter, quâ ex illo deriuatum est in nos habituale, quo formaliter constituimur peccatores. Vnde non dixit Apost. nos in Adam peccasse, sed peccasse: bene tamen dixit, peccatores nos constitui: quia peccasse denotare potest solum peccatum causale: peccare semper denotat personale: peccatorem esse seu constitui, semper denotat habituale. Ad 2. neg. simpliciter maior: habituale enim habet veram & propriam rationem culpæ, cùm tamen illud non consistat formaliter in liberâ actione, licet illam supponat vt causam. Homo n. postquam actualiter peccauit, non liberè, sed necessariò contrahit maculam, quæ veram habet rationem culpæ ex precedente actu causatam. Vt igitur originale habeat veram rationem culpæ in nobis, non est necesse, vt consistat in aliquo actu, sed sufficit, si sit per modum habitus causati ex aliquo actu ad nos causaliter pertinente.

Dicimur in Adam peccasse originaliter, non formaliter.

89.

90.

91. *Ad argum. n. 77.* Ad 1. argum. pro posteriori modo neg. minor. Habituale enim in Adam non solùm consistebat in priuatione conformitatis ad legem impositam, sed etiam in priuatione iustitiæ originalis: Cùm non minùs iustitia originalis, quàm conformitas ad legem positam fuerit perfectio, quam Adam seruare tenebatur. Vnde non minùs priuatio iustitiæ ex peccato Adæ in nos transfusa habet rationem culpæ originalis, quàm priuatio conformitatis ad legem: cum hoc discrimine, quòd illa pertinet ad nos subiectiuè & intrinsecè; hæc tantùm terminatiuè & extrinsecè, per modum formæ duntaxat connotatæ. Ad 2. concedo, Adam non habuisse præceptum expressum & distinctum de conseruanda sanctitate sibi & posteris, habuisse tamen implicitum, inclusum in ipso præcepto de seruanda lege sibi imposita: vt quisque in præcepto seruandi legem, implicitè simul accipit præceptũ de conseruãda sibi sanctitate. Quia non solùm tenemur conseruare moralem conformitatem, sed etiam physicam, quæ est per gratiam habitualem, ad Deum finem supernat. vt *præced. disp.* Cæterùm voluntaria priuatio sanctitatis, inclusa in ipsa voluntaria transgressione legis, non facit distinctum peccatum, nisi expressè intendatur: quia est circumstantia generalis inclusa in quolibet mortali, quæ nisi expressè intendatur, non præbet specificam malitiam distinctam. Ad 3. nego, in eo casu nos contracturos originale eo modo, quo nunc illud contrahimus, & à Concilijs explicatur, per transfusionem & inhærentiam in vnoquoque nostrum, sed per extrinsecam duntaxat & moralem denominationem ab eodem numero peccato, quod in Adam vt in capite, nomine omnium præcessisset. Sicut enim in eo casu habituale in Adam, ex actuali in ipso secutum, fuisset diuersæ rationis, consistens in sola priuatione conformitatis moralis ad finem, non in priuatione conformitatis physicæ ad enndem finem: ita & originale, ex eodem actuali Adæ in nos transfusum. Ad 4. distin. antec. Potest ab eodem actu, existente in voluntate Regis, resultare in multis sua quæque distincta nobilitas per denominationẽ extrinsecã, cõcedo; per veram transfusionem & inhærentiã in singulis, vt ex Concilijs ex peccato Adæ resultat sua quæque distincta macula originaria in posteris, nego.

Ratio citum de conseruanda sanctitate sibi & posteris.

92. *Adam habuit præceptum implicitum de conseruanda sanctitate sibi & posteris.*

93. *Ad 3.*

94. *Ad 4.*

Sexta sent. *sequenda*, docet, originale in posteris formaliter consistere in priuatione iustitiæ originalis, ex pacto debitæ posteris ab Adam per seminalem generationem propagatis: *S. Tho. 1. 2. qu. 82. ar. 2. & 3. de malo qu. 4. ar. 2. & in 2. dist. 30. q. 1. ar. 2. Caiet. Sylu. recen. Thomist. in hos ar. Capreo. in 2. dist. 30. art. 1. concl. 4. & ad argu. Duran. Sot. lib. 1. de nat. & gra cap. 9. Bonau. in 2. dist. 31. art. 1. qu. 2. Scot. dist. 30. qu. Et dist. 32. qu. vn. §. quo ad 1. Duran. dist. 31. q. 3. Ægid. dist. 30. qu. 1. ar. 5. Gabrie. in 2. dist. 30. q. 2. ar. 2. concl. 3. & in 3. dist. 3. q. 1. ar. 2. Palat. in 2. dist. 30. disp. 1. Vasquez 1. 2. disp. 132. cap. 8. Suarez de act. hum. tract. 5. disp. 9. sect. 2. propos. 6. & c.* expressè docuit Ansel. *lib. de conceptu Virg. cap. 26. hoc peccatum quod originale dico, aliud intelligere nequeo in ipsis infantibus nisi ipsam, quam supra posui factam per inobedientiam Adæ iustitiæ debitæ nuditatem, per quam omnes filij sunt iræ.* Quoniam verò iustitia originalis ex *S. Tho. 1. p. q. 95. art. 1.* tres habebat effectus in Protoparentibus, subdere mentem Deo, inferiores animi vires in officio continere, ne contra rationis & voluntatis imperium ad illicita ferrentur, & corpus ab omni corruptione immune seruare: Difficultas est, in cuius effectûs seu doni priuatione originale formaliter consistat. Suppono cum *S. Tho. cit.* iustitiam originalem inclusisse gratiam gratum facientem cum reliquis virtutibus & donis infusis, quæ nunc gratia habitualis includit: & primum effectum, nempe subdere mẽtem Deo, fuisse effectum solius gratiæ gratum facientis, vt *ibid.* testatur: reliquos duos, scilicet subdere vires inferiores rationi, & corpus immune seruare ab omni corruptione, fuisse effectus prouenientes à diuersis donis, quæ de facto gratia habitualis in hoc statu non includit; & puto fuisse per modum auxilij protegentis, & impedimenta remouentis, non per modum habitûs inhærentis. Quo posito vlteriùs indago, in cuius doni priuatione formaliter consistat originale peccatum in posteris.

6. Sent. omnium probabilissima.

95.

96. *S. Thomæ suppositum.*

Dicendum, illud formaliter consistere in sola priuatione

97.

Digitized by Google

P. originale formaliter consistit in sola priuatione gratiæ gratum facientis.

priuatione gratiæ gratum facientis seu sanctitatis habitualis, non in priuatione reliquorum donorum seu habituum infusorum, nisi tantùm radicaliter, quatenus omnes illi amissi sunt cum ipsa gratia sanctificante, quę est radix omnium donorum supernat. Fundam. In priuatione illius doni formaliter hoc peccatum consistit, quod est vita animæ, amicitia Dei, & perfecta conuersio ad ipsùm, vt ad finem supernatur. at hæc munia sunt solius gratiæ gratum facientis, vt infrà de gratiâ habituali: sola .n. gratia gratum faciens, est participatio naturæ diuinæ quoad esse, reliqua dona sunt tantùm participationes quoad operari, quod supponit esse, in eoque tanquam in radice fundatur. Maior prob. hoc peccatum appellatur à Concilijs, Patrib. Scripturis, mors animæ, inimicitia Dei, auersio ab vltimo fine, ratione cuius dicimur inimici, infensi, & auersi à Deo, & filij iræ. Igitur in priuatione illius doni formaliter consistit, quòd nos reddidisset amicos, & conuersos ad Deum amicum, & finem supernat. 2. In illius tantùm doni priuatione consistit originale, quæ per baptismum tollitur: sed per baptismum tollitur sola priuatio subiectionis in Deum: ergo in illius tantùm priuatione consistit peccatum originale. Maior est *Trident. sess. 5. decr. de pecc. orig.* docentis, per baptismum tolli quidquid veram & propriam habet rationem peccati. Minor prob. etiam post baptismum manet in baptizatis rebellio partis inferioris contra superiorem, nec non corporis mortalitas. Cùm tamen post baptismum nihil originalis p. maneat in renatis, vt *ibid. Concilium*. 3. Illud in nobis est p. originale, quod in Adam fuit habituale secutum ex actuali: sed hoc non fuit carentia debitę subiectionis appetitus inferioris ad superiorem, nec priuatio immortalitatis, vel alterius corporalis perfectionis, sed sola priuatio gratiæ & sanctitatis debitæ, quâ ipsius anima manebat perfectè vnita Deo fini supernaturali. Igitur hęc ipsa erit in nobis p. originale. Maior patet: nam sicut p. actuale Adę non solùm fuit personale ipsius, sed etiam, ratione pacti, capitale omnium: ergo sicut illud fuit causa particularis peccati habitualis in ipso, ita fuit causa capitalis p. habitualis in nobis. Minor prob. illud habuit rationem habitualis in Adam, quod illum immediatè auertit à Deo: hoc autem non fuit priuatio subiectionis appetitus inferioris ad superiorem, vel immortalitatis corporis, aut alterius perfectionis corporalis, sed solius perfectæ subiectionis in Deum, cui immediatè subijciebatur per gratiam sanctificantem, ex *Trident. sess. 5. & sess. 6. cap. 7.* vbi originalè in nobis explicat per priuationem iustitię & sanctitatis, quam Adam peccando sibi & nobis perdidit.

98. *Prob. 2.*

Trident.

99.

100. *Obycies* 1. Habituale in Adam secutum ex actuali, non solùm includebat priuationem gratiæ sanctificantis, & conuersionis ad Deum finem supernat. sed etiam conformitatis moralis ad legem & finem naturalem: ergo originale in nobis non solùm includit priuationem gratię sanctificantis, & conuersionis ad Deum finem supernat. sed etiam conformitatis moralis ad legem & finem natur. Resp. conced. totum. Probaui .n. tantùm, extribus illis effectibus, quos originalis iustitia in Adam includebat, solam priuationem subiectionis in Deum habuisse rationem p. habitualis in illo, & consequenter originalis in nobis: non nego, priuationem moralis conformitatis ad legem & finem natur. inclusam fuisse in p. habituali Adę, & consequenter in originali posterorum: cum hoc discrimine, quòd priuatio subiectionis in Deum communicatur nobis intrinsecè & subiectiuè; priuatio moralis conformitatis ad legem & finem natur. solùm extrinsecè per denominationem à peccato actuali Adæ, quà fuit omnium.

Priuatio moralis cõformitatis ad legem & finem naturalem inclusa fuit in peccato habituali Adami.

Obycies 2. Non solùm ab Adã transfundenda erat in posteros gratia, sed reliqui etiam habitus supernat. infusi: ergo originale non solùm consistit in priuatione gratię, sed reliquorum etiam habituum supernat. Resp. neg. conseq. in eius .n. tantùm doni priuatione originale consistit, quæ est formalis auersio & inimicitia Dei, & animæ mors, ex Concilijs, Patrib. Scripturis: at sola priuatio gratiæ, est formalis auersio, inimicitia Dei, & mors animæ. Confirm. si sola gratia per baptismum conferretur infantibus, totum originale in illis deleretur: contrà verò, si reliqui omnes habitus supernat. conferrentur, solâ gratiâ gratum faciente non collatâ, non deleretur originale: cùm in ijs maneret formalis auersio & inimicitia Dei vltimi finis supernaturalis, nec non animæ mors. 101.

Obycies 3. Saltem de possibili potuit originale consistere in sola priuatione alicuius habitus supernat. à gratiâ sanctificante distincti, si solum habitum à gratiâ distinctum Deus dedisset Adæ ex pacto transfundendum posteris. Tunc enim priuatio talis habitus in posteris ex peccato Adæ transfusa habuisset veram & propriam rationem culpæ orig. Hîc, & in Italiâ olim publicè docui, neque de possibili fieri potuisse, vt originale consisteret in priuatione alterius habitûs, quàm gratię sanctificantis: eo quòd nullus habitus à gratia sanctificante distinctus, est formalis conuersio, amicitia Dei, & vita animę. Cæterùm re maturiùs consideratâ, non video cur de possibili non potuerit originale in priuatione habitûs à gratia sanctificante distincti consistere, quamuis illud fuisset diuersæ rationis ab eo, quod nunc est. Ratio: sicut potuisset in Adam priuatio habitus à gratia distincti habere veram rationem p. habitualis, ex actuali in ipso relicti; ita & in nobis habere potuisset veram rationem originalis, ex eodem actuali Adæ, vt capitis in nos transfusi. Antec. patet: si datus fuisset Adæ habitus supernat. à gratiâ distinctus, sub præcepto conseruandus, actualis priuatio talis habitûs habuisset veram rationem p. actualis: ergo etiam habituale ex eo actuali in Adam relictum. Nempe idem fuisset originale ex actuali Adæ vt capitis in nos transfusum, & habituale Adę ex actuali in eodem relictum: ergo si illud fuisset verum peccatum personale in Adam, etiam fuisset verum peccatum originale in nobis. 101.

Potuit de possibili originale consistere in priuatione alterius habitus à gratia sanctificante

Dices. Talis priuatio non fuisset formalis auersio, inimicitia Dei, & mors animę: ergo non habuisset veram rationem p. mortalis, quale est originale. Nam de essentiâ mortalis est auersio, inimicitia Dei, & mors animę. Antec. prob. tale peccatum non fuisset priuatio conuersionis & amicitię Dei, aut vitæ animæ, cùm hæ sint tantùm proprietates gratiæ sanctificantis. Resp. disting. antec. Tale peccatum non fuisset auersio, inimicitia Dei, & mors animæ, per modum maculæ intrinsecè & physicè nobis inhęrentis, concedo: per modum maculæ extrinsecè & moraliter tantùm ex p. capitali Adæ denominantis, nego. Etenim cùm habitus, in cuius priuatione tale pecc. originale constitisset, non fuisset formalis conuersio, amicitia Dei, & vita animæ, non potuisset priuatio eiusdem esse per modum maculæ intrinsecè ac physicè inhærentis: fuisset tamen per modum maculę extrinsecè, ac moraliter ex peccato Adę nos peccatores denominantis: nam eadem priuatio habitus moraliter inclusisset pręteritum p. capitale Adæ, quod quia fuisset formalis auersio, inimicitia 103. *Dices* *Resp.*

Digitized by Google

micitia Dei, & mors animæ, ipsa etiam priuatio habitûs vt moraliter includens talem auersionem, inimicitiam Dei, & mortem animę tanquam causam, & formam per se connotatam, denominasset posteros auersos & inimicos Dei: sicut .n. prętritum peccatum Adæ denominat originale posterorum voluntarium; ita idem pecc. denominare potuisset originale posterorum, auersionem, inimicitiam Dei, & mortem animæ.

104. *Obiicies* 4. Si ideò originale contrahimus, quia in Adam peccauimus vt in capite, in quo fuimus omnes ex pacto Dei moraliter inclusi; cùm ille peccauerit comedendo lignum diuinâ lege prohibitum, pari ratione dici possemus in Adam vetitum lignum comedisse. Resp. 1. non deesse, qui hunc loquendi modum vsurpent. 2. respondet *S. Doctor q.* 4. *de malo art.* 6. *ad vlt.* comedere esse actum personalem, qui cum naturâ non communicatur, peccare potest esse actus naturæ, qui cum naturâ cõmunicatur, & ideò, qui naturam peccatricem ab alio accipit, dici potest in illo peccare. Sed contrà; vterque actus moraliter consideratus videtur spectare posse tam ad personam, quàm ad naturam.

105. *Non dicimur in Adam comedisse de ligno vetito.* Resp. 3. ideò nos dici posse in Adam peccasse, non in Adam comedisse, quia peccare significat actum voluntatis, in quà tantùm ex diuino pacto fuimus inclusi: comedere est actus sensûs externi, sub quo non fuimus vi pacti inclusi. Eatenus autem Adę peccatum dicitur nostrum, quatenus illius voluntas ex diuino pacto constituta fuit generalis voluntas omnium nostrum. Cùm ergo non fuerimus vi pacti in alia potentia Protoparentis inclusi, quàm in voluntate, quæ sola est principium meriti & demeriti, ac proinde principium transfundendi iustitiam, aut peccatum in posteros, solus actus voluntatis Adæ dici potest noster.

106. *Coroll.* 1. Deducitur 1. hoc peccatum in adulto extra Sacramentum de facto deleri non posse, nisi per actũ supernat. dilectionis Dei, ex *Trident. sess.* 14. *cap.* 4. vbi docet, iustificationem extra sacram. fieri per contritionem charitate perfectam. Fundam. cùm hoc peccatum consistat in priuatione gratię sanctificantis, quæ extra sacram. nulli de facto datur, nisi perfectè dispositio vltima dispositione, quę est vel contritio, vel dilectio Dei supernat. fit vt in adulto extra baptismum de facto deleri non possit, nisi actu dilectionis Dei supernat. Non est autem ad hoc delendum necessarius dolor, sed sufficit sola dilectio Dei, quia non est peccatum propria actione contractum, ad quod tantùm delendum necessarius est dolor; cum Baptismo autem sufficit

107. *Coroll.* 2. sola Fides & Spes veniæ consequendæ. 2. hanc carentiam iustitię & sanctitatis in paruulis non esse puram negationem, quo pacto fuisset in homine in pura natura condito, in quo carentia sanctitatis nõ habuisset rationem maculæ; sed esse priuationem, cùm sit negatio sanctitatis in subiecto, cui illa vi

108. *Coroll.* 3. pacti diuini cum Adam initi debebatur. 3. Id quod *Trident. sess.* 5. *decre. de pec. orig.* docuit; hoc peccatum, quod origine est vnum, inest vnicuique proprium: ex peccato .n. Adæ deriuatur in quemque nostrum priuatio illius sanctitatis, quam Adam acceperat ex pacto omnibus trãsfundendam. Quo fit vt eius posteri, non sint proximè digni pœnâ ex peccato Protoparentis, sed ex proprio, quod in vnoquoque trãsfunditur: quamuis hoc peccatum in nobis transfusum rationem voluntarij desumat ex pacto Protoparentis. Sicut ius ad gloriam non accepissemus proximè ex merito primi parentis,

109. *Coroll.* 4. sed ex iustitiâ, quam ab illo accepissemus, si pactũ seruasset. 4. quo pacto verum sit, originale non esse peccatum personæ, sed vitium & defectum naturæ: quia non est peccatum, quod per operationem personæ, quę illud contrahit, cõmittitur; sed defectus perfectionis, quæ naturę debebatur ex pacto Dei cum Adam: & quia hæc erat formalis amicitia & connersio ad Deum finem supernat. priuatio illius est formalis inimicitia & auersio à Deo fine supernat. ac proinde qui cum illà nascũtur verè & propriè dicũtur nasci inimici & auersi à Deo, & consequenter peccatores. 5. id quòd *S. Tho.* 1. 2. *q.* 82. *art.* 2. *&* 4. docuit, originale esse vnum numero in vnoquoque: quia sanctitas, quæ in vnoquoque ex merito Adæ transfundenda erat, futura fuisset vna numero in vnoquoque nostrum; ergo etiam priuatio, quæ ex opposito habitu indiuiduatur: Idem esse æquale in omnibus; quia iustitia, quę ex merito Protoparentis in posteros deriuanda erat, futura fuisset æqualis in omnibus, cùm nulla fuisset ratio illam maiorem transfundendi in vno, quàm in alio: sicut gratia, quæ per Baptismum ex meritis Christi confertur pueris, æqualis est in omnibus: ex quo etiam constat pœnã damni in omnibus pueris esse æqualẽ, quia priuatio ex opposito habitu pensanda est. Nec obstat, quòd in varijs varia, & inæqualis sit ad malum propensio; hęc.n. nõ nascitur, vt optimè *S. Tho.* 1. 2. *q.* 82. *art.* 4. *ad* 1. *&* *qu.* 85. *art.* 5. *ad* 1. ex inæqualitate p. originalis; cùm talis propensio inæqualis remaneat in renatis, in quibus deletum est totum id, quod habebat rationem peccati: sed oritur ex inæqualitate complexionis & constitutionis naturæ, quæ sicut in vnoquoque est diuersa, ita diuersa quoque est propensio ad malum ex ea prouenies. Natura enim fræno originalis iustitiæ, quæ æqualis fuisset in omnibus, destituta, iuxta propriam constitutionem & inclinationem fertur ad malum. Quæ diuersa propensio fuisset etiam in vnoquoque homine in pura natura condito.

110. *Coroll.* 5.

111. *Coroll.* 6. *Non traducitur in posteros per physicam actionem.* 6. Originale non traduci in posteros per physicam actionem: quia nihil reale ex vi naturalis propagationis ex primo parente in nos traducitur, quod habeat rationem peccati: corpus, enim quod natiuâ virtute seminis per continuatam generationem ab Adam traducimus, nec est originalis culpæ capax, nec qualitatem ex primo paaente contrahit, ex cuius contractu anima ipsa inficiatur. Fit igitur hæc originalis labis in posteros transfusio, solùm moraliter, quatenus ex Adæ voluntate, medio pacto Dei, pendebat originalis iustitiæ in posteros transfusio. Ita, eo peccante, deriuata est in illos debitæ iustitiæ priuatio. Vnde sicut infusio iustitiæ in posteris non fuisset mediâ actione physica, sed tantùm morali Protoparentis: ita priuatio eiusdem non est per actionem, aut subtractionem physicam, sed tantùm moralem demeritoriâ Adæ.

112. *Coroll.* 7. 7. In quo subiecto sit hæc originalis macula, nempe in anima, quæ sola capax est sanctitatis & iustitiæ. Idem enim est subiectum formæ & priuationis. Controuertunt de subiecto immediato: *Scotus in* 2. *dist.* 32. *q. vn.* §. *arg.* putat esse voluntatem: *S. Tho.* 1. 2. *qu.* 83. *ar.* 2. essentiam animæ; cui magis essentior. Illud enim est immediatum subiectum originalis maculæ, quod fuisset sanctitatis ab Adam transfundendæ; sed hoc est ipsa substantia animæ, in quâ recipitur gratia, vt infrà.

Subiectatur in essentia ipsa animæ.

SECTIO IV.

An originale traducatur ad omnes homines?

113. DIco: peccatum originale traducitur ad omnes homines, seminali via ab Adamo descendentes,

Digitized by Google

dentes, vnâ exceptâ Deiparâ; quam propriè redemptam à filio formaliter, ostendo *to.6 sect.* 10. quia habuit necessitatem, à propriâ voluntate independentem, incurrendi peccatum originale; à quo tamen per Christi merita liberata fuit, gratiâ maculâ præuertente, *ibid.n.* 379. quod non tantùm pia affectio, sed communis ecclesiæ sensus persuadet, cui accedit *Fr.Syluius.* 1.2.*qu* 81.*ar.*3.*concl.*2. & 4. quidquid aliqui opinati sint. Assertio quoad 1. par. est de fide. Diuina.n. oracula, quæ testantur hoc peccatum ex Adam traduci in posteros, eadem testantur traduci in omnes ab eo descendentes, *Rom. 5. per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt:* 1. Corint. 15. *sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur:* Ephes. 2. *eramus naturâ filij iræ, sicut & cæteri.* Eandem veritatem supponit institutio Baptismi, qui ad omnes seminali viâ ex Adam propagatos, nullo excepto, applicatur, principaliter ad delendum originale, vt constat in paruulis, in quibus aliud peccatum esse non potest, *vt in eis,* teste Trident. sess. 5. decr. de p. orig. *regeneratione mundetur, quod generatione contraxerant.* Ratio est: ex Scripturis & Concilijs colligitur, hoc peccatum contrahi per naturalem generationem, Iob 14. *quis potest facere mundum de immundo conceptum semine?* Psal. 50. *Ecce in iniquitatibus concepius sum, & in peccatis concepit me mater mea:* sed omnes seminali viâ ab Adam descendentes dicuntur naturali generatione propagari. Igitur omnes hoc peccatum contrahunt.

Quoad primam partem de fide.

184. DICO 2. Hoc peccatum non traducitur ad eos, qui extraordinariâ viâ de substantia Adæ producuntur. Hæc assertio colligitur ex præced. Si enim tantùm ij hoc contrahunt, qui naturali generatione ab Adam propagantur; qui extraordinariâ viâ de Adæ substantiâ producuntur, hoc non contrahunt. Eadem enim oracula, quæ testantur, hoc contrahi per naturalem generationem, implicitè ostendunt, non contrahi per miraculosam productionem. Ratio desumitur ex pacto, quod Deus pepigit cum Adam de transfundendâ iustitiâ tantùm in posteros ab ipso naturali generatione propagandos. Nam in ordine ad eos tantùm debuit in Adam esse moralis potestas transmittendi iustitiam originalem, in ordine ad quos habebat naturalem facultatem communicandi suam naturam; vt ipse naturalis amor gignendi bonos filios, acueret in ipso diligentiam transmittendi simul cum naturâ sanctitatem.

185. *Christus non contraxit orig. labem:* Deducitur 1. Christum duplici ex titulo non contraxisse originalem labem: 1. ratione naturalis filiationis diuinæ, cum quâ pugnat quodlibet peccatum. 2. ratione miraculosæ conceptionis, absque virili semine, ope solius Spiritûs Sancti peractæ.

186. *Nec Euam,* 2. Neque Euam contraxisse originale ex Adam, sed ex proprio suo peccato personali. Vnde si ipsa non peccasset, nullum ex Adam peccatum contraxisset, contra Cathar. *lib. de pecc. orig. cap. vlt. Coroll.* 9. Ratio: Eua non fuit viâ seminali, sed miraculosâ ex Adam propagata. Confir. sicut Eua non habuit iustitiam originalem ab Adam transfusam (probabile enim est illam habuisse immediatè à Deo) ita nec originale.

187. *Nec nati priùs ex Adam peccante posteà* Vna supererat difficultas de ijs, qui decisi ex lumbis Adæ accepissent moraliter ab ipso originalem iustitiam: vtrum peccante posteà Adam, ab eodem contraxissent originale, amittendo iustitiam originalem iam acceptam & transfusam. Resp. non fuisse contracturos. Ex *August. Epist. 23. ad Bonifac.* initio; *Sed ideò ex Adam traxit, quod sacramenti illius gratiâ solueretur, quia nondum erat anima separatim viuens,* id est, *altera anima. Iam itaque cùm homo in seipso est ab ea, qui genuit, alter effectus, peccato alterius sine sua consensione non tenetur obnoxius. Traxit ergo reatum, quia vnus erat cum illo, & in illo, à quo traxit, quando quod traxit admissum est. Non autem trahit alter ab altero, quando sua vnoquoque propria vita viuente, iam est vnde dicatur:* anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Ratio: eatenus originale ex Adam contrahimus, quatenus per naturam in ipso continebamur, quando ipse peccauit: ergo qui non continebantur in ipso, quando peccauit, sed separati erant per propriam naturam & voluntatem, non peccassent cum ipso peccante at qui originale ex Adâ trahit, supponitur cum illo peccasse. *Ratio ex August.*

Dices. Ergo neque originale contraxissent reliqui posteri propagandi ex filijs Adæ iam in originali iustitia constitutis: nam etiam illi fuissent extra lumbos Adæ, contenti tantùm in lumbis filiorum Adæ. Resp. neg. conseq. licet .n. reliqui posteri immediatè propagandi ex filijs Adæ in iustitia originali constitutis, non continerentur actu in lumbis Adæ, continebantur virtute. Nam quamdiu illi non fuissent actu decisi ex lumbis parentum, virtute censebantur contineri, non solùm in lumbis immediatorum, sed etiam mediatorum parentum. Idem quippe semen à patre in filio propagatum, semper manet semen patris, vt pars substantiæ ab ipso decisa; ac proinde in illo manerent virtute inclusi omnes ex illo propagandi. Confirmatur: quamdiu posteri ipsi non sunt per voluntatem personalem discreti à voluntate originali capitis, censentur moraliter manere in ipsa voluntate capitis, atque adeò cum ipso peccante peccare. Postquam verò sunt propriâ voluntate personali discreti à voluntate capitis, fiunt quodammodo sui iuris, atque adeò non potest amplius illis imputari peccatum capitis. Nam eatenus illud imputatur posteris, quatenus commissum fuit voluntate Adæ vices voluntatum posterorum gerentis: quas gerebat, quamdiu posteri non erant proprij iuris ac voluntatis effecti.

188. Concludo: originale non vnius esse tantùm, sed totius humani generis peccatum, voluntarium voluntate capitis, vices omnium gerentis, inficiens naturam, ex capite ad membra moraliter coniuncta deriuatum, per modum maculæ relictum ex peccato actuali, interpretatiuè omnium, ipsam mortem animæ formaliter, cuius vita est iustitia originalis, quâ per modum habitus ad Deum formaliter conuertitur anima; videlicet statim ac materiæ vltimò organizatæ debetur anima rationalis, creatur hæc priuata sanctitate ex demerito Adæ, cum qua sanctitate creari debuisset, si Adam pactum seruasset. Ita vt originale in posteris formaliter situm sit in priuatione iustitiæ originalis, ex pacto debitæ posteris, ab Adam per seminalem propagationem propagatis. Certè in hoc mysterio, in quo Augustinus Doctorum oculatissimus se torquet, Pelagianorum telis expositus, malit quilibet à Scholasticis doceri pactum Dei cum Adam, quàm ineptias de originis peccato effutire; nec pluris fecerit Doctorem vnum, qui ignorantiam mysterij ingenuè fatetur, quàm catholici dogmatis lucem præclaram: videlicet, quia Augustinus ad pactum de conferendâ, vel amittendâ posteris iustitiâ non recurrit, nemini doctorum eò sit recurrendum: quod est ab authoritate negatâ putidum argumentum. Nemo dicat, Deum eâdem liberalitate ac libertate, quâ iustitiam originis *Compendium de orig.*

ginis Adæ dederat, posteris eandem gratiam debuisse: (si enim gratia est, debita non est) multò minùs audeat quis asserere, gratiam naturæ innocenti connexam esse ex essentiâ rei. Certè Deus potuit habere meritorum Adę rationem in dandâ posteris gratiâ: præstantiusque est filio, gratiam accipere regiam ex merito parentis, vel auorum, quam nullo prorsus merito, aut ex necessitate naturæ, quæ tollit rationem gratię. Quòd si fatetur quis, potuisse primum hominem posteris gratiam originis promeruisse, concedat hoc etiam veritati, quòd potuerit ille eandem gratiam ex meriti defectu, & pacti violatione posteris perdidisse. Ita vindicatur Dei iustitia, nec læditur bonitas: quod est cum Scholasticis & Catholicis sapere.

SECTIO V.

Quas pœnas ex originali natura contraxit?

119. *Duplex pœnarũ genus ex originali cõtractum. Interna 4. Bedæ.*

DVplex pœnarum genus cum originali natura contraxit, vnum præsentis, futuræ vitæ alterum. Pœnæ huius vitę partim sunt internæ, partim externæ. Internas 4. ex Bedâ assignant Scholastici, ignorantiam, malitiam, infirmitatem, concupiscentiam. Partitionis rationem assignat S. Doctor 1.2. q. 85. ar. 3. hanc: animę potentiæ sunt 4. virtutis capaces; Ratio, in qua est Prudentia, quæ per originale, ordine ad verum destituta, ignorantiæ vulnus contraxit: Voluntas, in quâ est iustitia, quę ordine ad bonum spoliata, malitiæ vulnere sauciata est: Irascibilis, in quâ est fortitudo, quę ordine ad arduum destituta, vulnus infirmitatis excepit: Cõcupiscentia, quę destituta ordine ad delectabile rationi conforme, vulnus concupiscentiæ contraxit. Has enim omnes potentias originalis iustitia frenabat, ne in suum obiectum aliter quàm vniuscuiusque virtutis regula præscriberet, tenderent. Quo fit, vt eâ ob peccatum primi parentis subtractâ, totus homo, vt *Arausic. II. Can.* 1. dixit, secundùm corpus & animam sit in deterius cõmutatus.

Intellige rectè: gratuitis dumtaxat donis spoliatum Protoparentem, ciusque posteros ob originale, nullis naturæ dotibus exutum, nullum simile vulnus in naturalibus accepisse, quale esset impotentia videndi, ambulandi, appetendi bonum honestum connaturale &c. sed humana ratio, prudẽtię supernat. luce destituta, proprię ignorantię relicta est, vt cæca in tenebris occidente sole: voluntas diuinis habitibus exuta, quibus ad bonum increatum erigebatur, inclinationi suæ ad bona creata sibi proportionata est relicta, quę nimia propensio in rationali naturâ, & ad statum supernat. euectâ cùm sit mala, malitia dicitur. Irascibilis facultas, fortitudine seu concursu Dei gratuito ad opus virtutis arduum destituta, proprijs se viribus metiẽs, infirmam se mirata est. Appetitus sensitiuus fręno regiminis diuini subtracto, quo concursum negabat motibus contra rationem Author gratiæ, solutior iam in obiecta sensuum delectabilia rapitur, & per sympathiam, quę est radicatio appetituum geminorum in eadem anima & causâ principali, trahit consensum voluntatis in voluptatem rationi difformem. Hæc sunt concupiscentiæ, infirmitatis, malitiæ, ignorantiæ vulnera metaphoricè dicta, propriè imperfectiones naturâ consequentes; quales etiam sunt phantasię volubilitas, humorum cõtrarietas, respirandi inquietudo, excrementorum egestio, & sexcenta similia naturæ requisita. Regebat autem illas naturę facultates iustitia originalis quasi fræno, quod frænum erat habitus prudentiæ & virtutum, vel causæ primæ concursus ad excessum defectumve negatus, vt potentiæ illę in obiecta sua tenderent ex solo rationis præscripto.

Vulnera naturæ metaphoricè dicta 4.

120. *Ex 1. vulnere*

Ex primo vulnere ortum habent illa mala, quæ *August. 22. de Ciuit. cap. 22.* deplorat, nempe ignorantia rerum necessariarum, in infantibus fatuitas, cum quâ aliqui nascuntur, difficultas addiscendi in omnibus, vltimi finis mediorumq; ignoratio, difficultas assequendæ veritatis, tanta sui suorumque actuum ac potentiarum inscitia, naturalis mentis euagatio, & ad inutilia, etiam ipsâ nolente, curiositas, vt meritò Apost. dixerit, *Rom. 8 Vanitati creatura subiecta est non volens.* Ex 2. vulnere originatur prępostertus sui amor, quo vnusquisque quæ sua sunt semper quærit: summa in vitijs debellandis, virtutibusque acquirendis difficultas: profunda de rebus æternis obliuio. Contrà verò mira de rebus caducis sollicitudo, maxima in rebus omnibus humanæ voluntatis inconstantia, vt in hoc vno sit constantissima nullam in rebus seruare constãtiam: vniuscuiusque statûs ac proprij muneris tædium: moralis impossibilitas diu se sine gratiâ à mortalibus abstinẽdi; à venialibus. n. vix sine speciali Dei priuilegio potest quis longo tempore.

Ex 2. mala

121. *Ex 3. & 4.*

Ex tertio & 4. vulnere, inferiori parti hominis inflicto, procedunt somniorum illusio, vt *ipse somnus*, inquit August. cit. *qui propriè quietis nomen accepit, quis verbis explicet, sæpè somniorum visis quàm sit inquietus? & quàm magnis licet falsarum rerum terroribus, quas ita exhibet, & quodammodo exprimit, vt à veris eas discernere nequeamus, animam miseram sensusque perturbet?* Importuna phantasmata, quibus plerumque interni sensus animum, cælestia contemplantem, interturbant: Irascibilis appetitus imbecillitas, vt qui, *Basilio* teste, datus est homini tanquam miles armatus, vt rationi obediat, & quasi quidam animi nerus, fortitudinem roburque ad res benè gerendas subministrans, sæpè hominem ipsum, præter rationis ordinem, in trucem belluam conuertat: Concupiscibilis cum rationali appetitu intestinum bellum & continua pugna, quæ non nisi morte finitur.

122. *Ignorantia vulnus declaratur Catholicè.*

Cæterum ignorantiæ vulnus ita accipiat recta fides, vt nulla ratione imputetur ad culpam ignorantia, quę antecedit nostram voluntatem, & per tolli non potest, seu in nostrâ potestate non est, illam excutere. Siquidem ignorantia hęc, quę antecedens omnem actum volendi etiam indirectum, inuincibilis dicitur seu insuperabilis à voluntate humanâ, non modò tollit indifferentiam libertatis ad agendum, sed rationem etiam voluntarij: quia quod ex ignorantiâ antecedente fit, non est volitum, neque in se, cùm non sit cognitum; neque in causa, quæ est ipsa ignorantia, quam minimè volumus, cùm minimè illam cognoscimus. Imò ipsa est aliquo modo causa inuoluntarij: quia quod ex tali ignorantia fit, est nolitum indirectè & in causâ, cùm adhibeatur moralis diligentia, ne per ignorantiam sequatur effectus, quem reipsâ nollet voluntas. Igitur effectus ex tali ignorantiâ secutus, est contra internum impetum voluntatis, quo talem effectum nollet, ex. gr. peccatum, si illud cognosceret. Sic dicitur ignorãtia causa actus, non positiua, cùm sit pura negatio, sed remotiua prohibentis seu scientiæ, quę peccati actum prohiberet. Cùm enim actus humani proximè regulentur à scientiâ, eâ remotâ, remouentur actus: vel naturâ suâ irriti, inualidi, innocui sunt defectu voluntarij. Concupiscentiæ autem pondus ad delectabilia sensuum obiecta propendens minuit libertatis

Digitized by Google

Concupisc. pondus

bertatis indifferentiam, quæ in æquilibrio sita est: non tollit tamen ab appetitu rationali dominium actus sui. Sicut si te importunè oro, mihi consentias & beneficium præstes, indifferentiam tuæ voluntatis imminuo, dum rationibus aut precibus ipsam vrgeo; non auferò libertatem tuam, quin penes te sit potestas faciendi & non faciendi, & dominium actûs tui. Spectandi sunt appetitus duo, brutalis & rationalis in eâdem animâ vt in causâ principali radicati, cuius animæ vires limitatæ sunt; adeò vt si in bonum delectabile sensuum illas exerat solutiores, debiliores supersint, quibus in bonum rationi conforme feratur: distrahitur .n. ab obiectis sensuum animus, vt libertatem suam exercere: erga bonum honestum minùs placeat, quàm voluptatibus infimis frui. Sicut contrà experimur, intentum contemplationi animum functiones vegetandi, interdum etiam sentiendi deserere. Accedit quòd voluntas, vtpote sui actûs domina, nunquam agit, quantum potest, suis semper viribus parcens, difficultates ægrè superans. Hinc nonnullos actus elicere potest facilè, alios faciliùs, alios facillimè; plures potest difficilè, plurimos difficillimè.

123. *Variæ pœnæ corpor. s.*

His 4. vulneribus toti naturæ inflictis accedunt aliæ pœnæ corporis; quarum prima est inimica naturæ, & omnium terribilium extrema mors, quam fuisse pœnam peccati testatur Paulus *ad Rom. 5. 6. & 9.* cum quâ annexa est tanta humanæ vitæ brevitas, vt nonnulli Ethnici de naturâ conquesti sint, quòd illa liberalior fuerit in concedenda longiore vita quibusdam animantibus, quam ipsi homini, omnium animantium principi ac domino.

Mors.

Brevitas vitæ.

124. *Morbi.*

2. Loco numerantur tot morborum genera, quibus humanum corpus afflictatur, fames, sitis, sæuus tyrannus, qui sæpè homines, vt *August. cit.* testatur, *ad hoc perduxit, vt vrinam humanam, vel etiam suam biberent*; aut etiam esurientes matres suos proprios filios immani crudelitate absumerent. 3. loco est labor, ad quem homo vt auis ad volatum nascitur, vt in ei non nisi in sudore vultus sui pane vescendum sit. Hæ pœnæ internæ.

Fames.

Sitis.

Labor

125. Externæ sunt, habere Deum iratum: nascimur .n. omnes filij iræ: subijci imperio satanæ: priuari perfecto dominio, quod initio Deus in omnes animantes homini dederat, cùm *Genes. 1.* illum præposuit omnibus bestijs terræ, volatilibus cæli, & piscibus maris; exponi tot calamitatibus, quas cælũ, terra, elementa ipsa, quę ad humanam vitam condita sunt, perpetuò nobis minantur. Subdi repentinis casibus, ac fortuitis periculis, quę vndique occurrere, nosque obruere possunt. *De foro quidam*, inquit cit. loco Augustinus *rediens domum, sanis pedibus suis cecidit, & pedem fregit, & illo vulnere finiuit hanc vitam. Quid videtur sedente securius? De sella in qua sedebat, cecidit Heli Sacerdos, & mortuus est.*

126. *Dices.* Hęc mala per se consequuntur naturam humanam; ergo non possunt esse pœna p. originalis: pœna .n. semper est aliquid superadditum naturæ. Antec. ostendo: ex eo quòd natura humana sit composita ex anima & corpore, ex appetitu sensitiuo & rationali, naturaliter ex eâ oritur intestinum bellum, & cõtinua pugna atque rebellio partis inferioris contra superiorem. Ex eo quòd habet corpus, quod aggrauat animam, oritur difficultas veritatem assequendi, & virtutem exercendi; ex eo quòd constat ex contrarijs oppositisque elementis, nascuntur morbi, ægritudines, ac totius tandem compositi dissolutio. Confir. eadem mala, quæ sunt in naturâ lapsa, futura fuissent in purâ: sed in purâ naturâ non fuissent pœnæ, cùm in eâ nulla supponatur culpa; ergo neque illa sunt pœnæ in naturâ lapsâ. Resp. neg. conseq. potest .n. aliquid esse effectus naturæ, & nihilominus pœna ipsius, si homo potuisset & debuisset ex aliquo dono sibi gratis collato, huiusmodi mala vitare. Velut si aliquis infimæ sortis homo à Rege in filiũ adoptatus, cum pacto, vt si regem offendat, in pristinum redeat statum. Si is posteà, regem offendẽs in pristinum redeat statum; talis status esset illi pœna, etiamsi alioqui talis status ex propriâ conditione esset illi debitus. Sic homo adoptatus à Deo in Filium, & supra propriæ naturę exigentiam euectus ad statum, in quo hæc omnia mala, quæ alioqui sunt proprietates naturæ, superata fuissent cũ pacto, vt si Deum offenderet, ad proprium statum suæ naturæ rediret: offenso Deo, reditus ad proprium statum fuit illi pœna; quia potuit & debuit in eo statu, ad quem fuit per gratiam à Deo euectus, se ipsum & posteros omnes conseruare. Atque hæc de pœnis præsentis vitæ: de pœna verò vitæ futuræ infantibus cum originali decedentibus reseruatâ, non eadem est Scholast. sententia.

127. *Potest aliquid esse effectus naturæ & pœna ipsius.*

Prima est *Arimi. in 2. dist. 30. q. 3. & Dried. lib. 1. de gratia & lib. arb. tract. 3. cap. 2.* docentium, pueros propter solum originale, non modò priuandos esse clara visione Dei, sed etiam positiuâ pœnâ ignis puniendos. Probant 1. ex *August. lib. 5. cont. Iulia. cap. 8.* & clariùs *Serm. 14. de verb. Apost. post initium*: vbi expresè docet, paruulos cum originali ex hac vita decedentes in die iudicij ad numerandos esse inter eos, qui in sinistrâ positi damnãdi sunt in ignem æternum: nullum .n. inter dexteram & sinistram, seu regnum cœlorum & ignem æternum, medium locum agnoscit: ex *B. Gregor. lib. 9. Moral. cap. 12. alias 16.* vbi non solùm pro peccato personali, sed etiam pro originali, homines æternùm damnandos testatur. Eandem sent. docuit *Fulgent. lib. de Incarn. cap penul. & de fide ad Petrum cap. 27.* vbi, *Firmissime*, inquit, *tene non solùm homines iam ratione vtentes, verùm etiam parvulos, qui sine in vtero matrum vivere incipiunt, & ibi moriuntur, sine cùm de matribus nati sine Sacramento sanctæ Baptismatis de hoc sæculo transeunt, ignis æterni sempiterno supplicio puniendos.* 2. Vna erit omnium damnatorum sententia, *Ite in ignem æternum*: ergo cùm infantes die iudicij damnandi sint, nec aliam sententiam legamus, nisi quâ non solùm adiudicentur ad ignem æternum localiter, sed etiam pœnaliter, per verum cruciatum: cõsequens est, vt etiam infantes, ob solum originale, sint æterno igne cremandi. Hoc ipsum probat Parabola *Matthæi, & Lucæ* 3. de area ex paleâ & tritico constante: cuius triticum, pro electis significatum, congregandum est in horreum cœlestis vitæ: palea verò, significata pro reprobis, comburenda est igne inextinguibili. Cùm ergo infantes sine baptismo decedentes non sint cum electis ad cœlestem vitam congregandi, erunt cum reprobis igne cremandi.

De pœnis paruulorum sent. 1.

128. *Pr. 1. ex August.*

129. *Probant 2. ratione*

Secunda sent. est *Aureol. in 2 dist. 33. art. 2. Bellar. lib. 6. de statu peccati cap. 6.* qui etsi cum reliquis censeant, pueros pœnâ ignis minimè torquendos esse, nihilominus docent, illos ex perpetuâ priuatione summę felicitatis, ad quam erant destinati, positiuâ aliquâ tristitiâ esse cruciandos. Fundam. ex apprehensione priuationis æternę felicitatis naturaliter sequitur aliqua tristitia: sed tales infantes cognoscunt se priuatos esse æterna felicitate: ergo.

130. *2. Sent.*

Fund.

Tertia sent. est *Cathar. lib. de statu puer. sine baptis. Alb. Pighij*, affirmantium, infantes absque baptismo morientes post vltimum iudicij diem perpetuò victuros beatos, ac naturali felicitate semper fruituros.

131. *3. Sent.*

Digitized by Google

fruituros. Quorum animę etsi nunc teneantur in limbo, sicut olim SS. Patres, dic tamen communis resurrectionis, quando totum corpus Christi mysticum resurrexerit, æquum est, vt & ipsi naturali suâ perfectione potiantur: cùm non sit cõueniens, vt quidquam suo fine sibi debito fraudetur. Vnde paruulos ea manebit felicitas, quę digna est homine, vt homo est. Cognoscent ergo, quantum naturaliter cognoscere poterunt Deum, & substantias separatas perfectiùs, quàm nouerint vlli philosophi, cùm nullum habituri sint impedimentum, neque interius, neque exterius, quo minùs in æternũ viuentes in immensum proficere possint. Locum autem illis assignant conuexum terrę, qui locus est proprius homini; vbi perpetuò contemplabuntur opera Dei authoris & finis totius naturę. Addunt etiam probabile esse, eos non carituros Angelicis reuelationibus & visitationibus, etiam eorum, qui erunt in cœlis, qui sic recreabunt eos & solabuntur, vt prętер diuinæ Maiestatis visionem, nihil eis deesse videatur.

132. *Probat Catharinus.* Hanc sent. prætер rationem ex fine hominis ductam, probat *Cathar.* tum ex illo *Danielis* 12. *Et multi de his, qui dormiunt in terra pulueris, euigilabunt, alij in vitam æternam, & alij in opprobrium.* Cùm ergo, inquit, non dicat Propheta, *omnes qui dormiunt, sed multi de his qui dormiunt*, clarè indicat, superesse aliquos dormientium, qui nec in vitam, nec in opprobrium æternum euigilaturi sint. Tum quia cùm terra hæc in æternum mansura sit, & quidem purgatior ac pulchrior, iuxta illud *Apoc.* 21. *Et vidi cælum nouum & terram nouam*, incongruum videtur, locum talem fore perpetuò vacuum habitatore, nec non terrenos homines perpetuò carituros propriâ habitatione, quæ est terra. Nàm manere eos sub terrâ, minùs conueniens videtur eorum conditioni. Huc etiam allusisse videtur Propheta cùm dixit, *cælum cœli Domino, terram autem dedit filijs hominum.*

133. *4. Sent.* Quarta sent. reliquorum Scholast. communis, quæ media est inter citatas, duo asserit, & nullam pœnam neque externam ignis, neque internam tristitiæ ex priuatione æternę felicitatis causatam, debitam esse infantibus cum originali morientibus; neque illos post vltimum iudicij diem naturali beatitate donandos fore. Quoad 1. par. illam cum *Magist. in 2. dist.* 33. docent *Bonau. art.* 3. *qu.* 1. *&* 2. *S. Tho. ibid. qu.* 2. *ar.* 1. *& qu.* 5. *de malo ar.* 2. *&* 3. *Scot. q. vn. Duran. q.* 3. *Ægid. q.* 2. *ar.* 2 *Capreol. qu. vn. art.* 1. *Argent. ar.* 3. *Gabriel ar.* 2. *Palud. in* 4. *d.* 45. *qu.* 3. *ar.* 2. *Sot. lib.* 1. *de nat. & gra. cap.* 14. *Vasquez* 1. 2. *disp.* 134. *cap.* 3. eamque tradit *Innocen. III. cap. maiores*, his verbis: *pœna originalis peccati, est carentia visionis Dei; actualis verò pœna peccati est gehenna perpetua cruciatus*, & colligitur ex *Floren. in decreto*, vbi Pontifex definit, *Illorum animas, qui in actuali mortali peccato, vel solo originali decedunt, mox in infernum descendere, pœnis tamen disparibus puniendos.* Et quidem quoad pœnam sensus ab igne causatam, si vnum vel alterum excipias, omnes Doctores conueniunt.

134. *Fund.* Fundam. cùm originale sit culpa habitualis, non ex propriâ, sed ex alienâ voluntate contracta, formaliter consistens in priuatione debitæ sanctitatis & conuersionis ad Deum finem supernat. non meretur pœnam sensus, quæ soli debetur culpę actuali, sed tantùm pœnam damni, quæ respondet priuationi sanctitatis & habituali auersioni à Deo fine supernat. Nulla enim iustitia exigeret, vt si Rex pacisceretur cum milite de conferendo beneficio ipsi & posteris eius omninò indebito; quòd si postea miles delinqueret in Regem, transgrediendo pactum, deberent posteri non solùm beneficio priuari, sed etiam positiuâ pœnâ torqueri. Siquidem, teste *Philos. 3. Eth. cap.* 5. nemo dignus est obiurgatione, nisi propter vitia, quę à nostrâ propriâ pendent potestate. Cùm igitur pœna sensus sit quædam obiurgatio & increpatio, quâ increpatur persona ob commissum delictum, nemo dignus erit positiuâ pœnâ sensus propter peccatum ex alienâ voluntate contractum: cùm illud non tam sit peccatum personæ, quàm defectus naturæ, propter quem nemo iustè reprehenditur: Quocirca *S. Tho. qu.* 5. *de malo art.* 2. originale comparat habituali dispositioni, quâ quis habilis est ad peccandum. Vnde sicut nemo punitur ex eo, quòd habilis est ad furandum, sed ex eo, quòd actu furatur: quamuis indignus sit, vt ad dignitatem promoueatur. Ita nemo iustè punietur ob solam habitualem auersionem à Deo, tametsi ratione illius indignus sit, vt ad dignitatem diuinæ visionis promoueatur. Exterum quippe Sap. 12. *æstimat Deus à virtute sua*, condemnare pœnâ ignis aut cruciatu æterno, *qui non debet puniri*, cùm propriâ voluntate liberâ non peccauerint paruuli: licet id possit iure supremi dominij, quod in creaturas tam rationales, quàm irrationales habet. *Virtus enim*, quam in creaturas re ipsâ exerit, *Iustitiæ initium est*, præmij ac supplicij, quod in paruulos non cadit. Imò *hoc quod Dominus omnium est, parcit omnibus*, ipsi quoque Protoparenti nocentissimo. Catholicus certè non credet, iniquum fore Deum, si paruulorum voluntates Protoparenti amantissimo sapientissimoque committat in ordine ad pactum de bonis gratuitis, vt filiorum censeatur beneplacitum, quod parentis fuit; id enim in contractu ciuili vsitatum est; viderit autem, an sit æquissima Dei sanctio, vt propter vnum parentis peccatum, animas à se creatas, nec propriâ voluntate peccatrices, æternâ ignis pœnâ damnet, qui vt infallibilis veritas protestatur: *Filius non portabit iniquitatem Patris, nedũ pœnã.*

Originale p. compa-ratur habituali dis-positioni.

135. Maior difficultas est de pœna doloris, seu tristitiæ, quę per se consequitur ex apprehensione amissæ felicitatis. Hæc. n. tristitia non infligitur à Deo in pœnam originalis, sed naturaliter consequitur ex priuatione summi boni, ad quod homo ex ordinatione diuinâ destinatus erat: sicut filius ducis, cum quo Rex pepigit de conferendo illi & posteris eius iure ad regnum, si pacto stetisset, quamuis non sit dignus puniri aliquâ pœnâ per se à Rege intentâ, non tamen vitare poterit tristitiam, quæ per se ex apprehensione talis priuationis iuris ad regnũ consequitur. Propter quod *Aureolus & Bellar.* non putant absurdum, huiusmodi tristitia torqueri pueros sine baptismo morientes.

136. *Nullam tristitiam ex priuatione supernat. beatit. experiũtur pueri in limbo.* Communis tamen doctrina Scholast. est, à quâ recedere nulla cogit ratio, nulla tristitiam ex priuatione beatitudinis supernat experiri pueros in limbo existentes. Nam etiam illa est aliqua pœna sensus, & quædam obiurgatio, cuius non videntur digni pueri, quibus ob carentiam iustitiæ originalis sola debetur priuatio glorię & vitę supernat. non aliqua pœna sensus, aut priuatio perfectionis naturalis. Nam ex *Bonau. cit. qu.* 2. *corp.* sicut paruuli cum solo originali decedentes medium inter habentes gratiam & culpam actualem tenent locum; ita eorum status medius esse debet inter statum beatorum & damnatorum: nam status retributionis seu termini respondere debet statui vię. Cùm igitur illi communicare non possint cum beatis in participatione diuinæ visionis, quia tunc in nullo communicarent cum damnatis: visio enim beatifica

beatifica non stat saltem de potentiâ ordinata cum pœnâ sensibili; communicare debent saltem in carentiâ omnis afflictionis tam exterioris, quàm interioris: communicant autem cum damnatis in priuatione lucis tam spiritualis, quàm corporalis.

137. *Ratio Bonauent.* Cæterùm difficile est, assignare rationem; *Bonau.* hanc assignat; iusto iudicio Dei ita sunt inter beatos & damnatos medij constituti, vt nec illis apprehensio felicitatis amissæ tristitiam; nec consideratio cruciatuum, in quos poterant incidere, consolationem gignat. 138. *Scot.* *Scotus cit. dist. 33. qu. 2. §. & ſi quaratur*, hanc: vel illis cognitio amissæ beatit. denegatur, cùm sit cognitio supernat. indebita naturæ; vel si hanc habent non tristantur, quia sunt suâ sorte contenti, scientes, Deum ita de se disposuisse. *Durand.* Concordat *Duran.* quà docet, paruulis non baptizatis beatitudinis supernat. cognitionem denegari; cùm nec illam naturaliter habere possint; nec sit vlla causa, cur supernaturaliter infundatur, cùm potiùs cessura sit in maiorem ipsorum pœnam. *Vasquez,* *Vasquez loco cit.* totum hoc negotium ad diuinam refert prouidentiam, quę miris & inexplicabilibus modis ita disponere potest eorum affectum, vt nullam ex amissâ felicitate percipiant tristitiam.

139. *S. Thom. ratio omnium optima* *S. Tho. q. 5. de malo ar. 3. & in 2. dist. 33. qu. 2. ar. 2.* hanc rationem adducit: Ideò pueros cum originali in limbo existentes, etiamsi sciant se esse à cælesti regno excluſos, nullam concipere tristitiam, quia cognoscunt se ad illud adipiscendum nullam habere proximam aptitudinem vel proportionem: sicut rusticus non tristatur, quòd non sit summus orbis Monarcha electus, quia nullam ad talem dignitatem cognoscit se aptitudinem vel proportionem habere. Proxima autem aptitudo & proportio ad felicitatem supernat. non habetur, nisi per gratiam. Cùm igitur paruuli videant se omni omninò gratiâ carere, nec sciant modum, quo illâ careant; neque .n. est necesse, vt Deus hoc illis reuelet, erunt suâ sorte contenti: præsertim cùm ex alia parte sint cum diuina voluntate concordes. Intelligunt igitur se à cælesti regno excluſos, non propter demeritum proprium, quod nunquam habuerunt; nec propter demeritum alterius, quia necesse non est, vt illis originalis p. causa reueletur; sed propter carentiam diuinæ gratię, sine quâ clarè cognoscunt, neminem posse supernaturalem beatitudinem consequi.

140. *Probabile est, si ratio ſpectetur, paruulos poſt iudicij diem naturali beatit. donandos.* Posterior pars sent. quæ asserit paruulos sine baptismo defunctos, non fore post iudicij diem naturali beatitate donandos, est magis consona authoritati, quàm rationi. Cùm ratio potiùs suadere videatur, eos qui in viâ ad felicitatem vlteriorem esse non possunt, multò minùs in termino infelicitatis creari, ab omni dolore & molestiâ animi & corporis liberos, vitam victuros felicem, omni naturali iucunditate & oblectatione plenam; iucundo solis aspectu, cęlorumque atque astrorum splendore, ac totius mundi huius pulchritudine & amœnitate fruituros: naturalium quoque rerum scientiâ, & moralibus virtutibus præditos fore. Hæc .n. omnia debentur homini in purâ naturâ condito, & in vltimo termino posito, certè gaudij naturalis, potiùs quàm pœnæ. Cùm ergo per originale nihil sit de naturali perfectione humanę naturæ subtractum, nec tristitia de pœnâ damni debeatur per *S. Tho.* multò minùs pœna sensûs igniſque æterni; licet .n. natura ex amissione iustitiæ originalis sit in deterius commutata, ex *Arausic.* & *Trident.* hęc tamen in deterius commutatio, facta non est per subtractionem alicuius perfectionis naturalis; nam hæc, *teste Dionys.* post peccatum integra mansit; sed per subtractionem doni supernat. quod totam naturam humanam ad rationis normam componebat: ita hæc sent. si rationem spectes, probabilis est: quam sequuntur *Molin. 1. p. q. 23. art. 4. & 5. disp. 1. mem. 9. initio,* & *Suar. de act. hum. fine:* eamque probabilem cęlent *Medina 1. 2. q. 83. art. vlt. Curiel ibid. dub. 3. fine, & c.*

141. *Spectata authoritate probabilior est oppoſita sent.* Spectatâ tamen authoritate, probabilior est oppoſita sent. *Apocal. 20. Qui non est inuentus in libro vitæ scriptus*; hoc est, vt *Gloſſa interl.* interpretatur, qui non est ad fidem prędestinatus, *missus est in stagnum ignis.* Pueri non baptizati, cùm non sint ad fidem prædestinati, nec in libro diuinę prædestinationis scripti, mittentur in stagnum ignis. 142. *Aug.* 2. hâc apertè docuit *August. lib. 1. de origine anim. cap. 9.* his verbis: *Nam baptizatis parvulis nemo promittat inter damnationem, regnumque cœlorum quietis vel felicitatis cuiuslibet, atque vbilibet, quasi medium locum, hoc enim eis hæresis Pelagiana promisit,* & lib. 2. c. 12. *nouellos hæreticos Pelagianos iustissimè Concilium Catholicorum, & ſedis Apoſtolicæ damnauit authoritas, eo quod aut si fuerint non baptizatis paruulis dare quietis & salutis locum, etiam præter regnum cœlorum.* Eandem, vt suprà, docuit *Fulgent.* & *Gregor.* quos secutus est *Ansel. lib. de conceptu virg. & pecc. orig. cap. 22. fine:* vbi, *post diem,* inquit, *iudicij nullus erit Angelus, aut homo, nisi aut in regno Dei, aut in inferno.* Loquitur autem ibi non solùm de hominibus adultis, sed etiã de paruulis, sine baptismo defũctis.

143. *Patrum & Eccleſiæ conſenſus* 3. Accedit communis Patrum sensus, ac Ecclesiæ consensus, pueros non baptizatos tam in hac, quàm in aliâ vitâ esse sub potestate diaboli. Hoc .n. puerorum exorcismus & exsufflatio, teste *August. lib. contra Iulia. c. 2. & 8.* indicant, *est ergo,* inquit 1. de nupp. cap. 23. *hoc generi humano inflictum vulnus à diabolo, vt quicquid per illud nascitur cogat esse sub diabolo, tanquam de suo frutice fructum iure decerpat:* Cùm ergo paruuli per gratiam non generati, nunc sub potestate dęmonis degant in limbo, temerè dicentur post vltimum Iudicij diem à potestate illâ liberandi, cùm etiam tunc perseueratura sit causa captiuitatis.

144. *Reſpondet Catharus.* Respondeat quis, nunc pueros, baptismo non ablutos, sub tyrannide diaboli in inferno degere, iuxta *Florent. decretum,* nõ tamen perpetuæ subdi condemnationi mortis, quia & pro illis vltimo loco inimica mors destruetur, & pro ijsdem eijcietur diabolus foràs in die nouissimo, vt nihil iuris vlteriùs habeat in illos, ęternis ignibus in cẽtro terrę coërcendus; & consequenter paruulos ab eius tyrannide liberandos, non Redemptoris merito, cuius capaces non sunt, sed abscessu dæmonis nũc tyrannicè dominantis, eiusque relegatione per extremi Iudicis sententiam. Verùm hęc pièquidem, at gratis videntur asseri, cùm nulla afferatur vrgẽtior, contra Authoritatem contrariam, causa liberationis paruulorum à potestate dæmonis in die Iudicij, quo stabit potiùs tribunal iustitiæ, quàm misericordiæ, in quo lignum iudicatur vbicunque ceciderit, siue ad austrum felicitatis, siue ad aquilonem miseriæ, vt *Hieron.* exponit: ac nemo à potestate dęmonis, nisi per gratiam Christi, quę in futurâ vitâ nulli inimico conceditur, liberari posse videtur. Dicendi igitur pueri sine baptismo hinc 145. decedentes, etiam post diem iudicij sub potestate diaboli in loco subterraneo, quem limbum vocãt, vt in carcere fore, vbi nunc eorum animæ morantur, omni corporeâ luce priuati, non felices naturaliter: ex *August. lib. 1. de nuptijs cap. 23.* vbi ostendit, omnes vitio immundos, siue maioris, siue infantilis ętatis, sublugari potestati dęmonis; *Maiores quidem*

quidem pœnas vltimo iudicio quanto est immundior ipse passurus, verùtamen & quibus in illa damnatione tolerabilius erit, huic sunt subditi velut principi authorig peccati, quia nulla erit dānationis causa, nisi peccatum.

146. Vnde hanc sent. adeò certam censet *Bellar. cit. lib. cap.* 2. vt oppositam apertam hæresim Pelagianam pronunciet. Verùm, quod ad fidei certitudinem attinet, nimis rigida est hæc censura: cùm nullus ex Scholast. ausus sit hanc sent. vt hæreticam damnare. Quin illam ante *Cathar.* nonnulli docuerunt apud *Aureol.* quos tacito nomine refert; nec ipse illam damnat, licèt neutram audeat controuersiæ partem definire, eo quòd non habetur de hoc expressa authoritas. *Sotus lib.* 1. *de nat. & grat. cap.* 14. solùm improbabilem putat, alij piam & probabilem censent, vt *Medina & Curiel* 1. 2. *q.* 83. *art.* 4. Nec obstat *August.* hæresim Pelagianam illam appellans. Nam in sensu longè diuerso, ex *August. lib.* 2. *de orig. animæ cap.* 12. Pelagiani illam asserebant: sc. paruulos originalis peccati vinculo adstrictos non solùm in damnationem non ire, verùm etiam felicitate post mortem statim perfrui; post resurrectionem verò etiam regno Cœlorum potituros. In quo sensu aperta hæresis est.

147. *Pueris in limbo infunduntur species rerum naturalium: diligunt Deum naturali amore.*

Igitur hæc *Cathar.* opinio solùm est improbabilis, si authoritatem Patrum spectes: & quidem solùm quòd attinet ad loci situm, & potestatem dæmonis post diem iudicij. Vnde *Curiel*, qui contrariam nō improbabilem censet, quoad liberationem tamen puerorum à limbo illam asserere nō audet. Cæterùm quod attinet ad scientias rerum naturalium, & virtutes morales, omninò probabilius existimo, non solùm illis infundi ab authore naturæ statim atque hinc discedunt, species rerum naturalium, eorum capacitati proportionatas; verùm etiam illos naturali amore Deum diligere, quem vt naturalem datorem bonorum naturalium perfectiùs cognoscant, quàm quiuis naturalis philosophus vnquam cognouerit. Quod non solùm de naturali scientia docuit *Scot. cit. & S. Thom. q.* 5. *de malo art.* 3. *& in* 2. *dist.* 33. *q.* 2. *art.* 2. *& c.* sed etiam de amore naturali erga Deum docuit *Sotus*, cuius sent. ait fuisse *S. Doct.* & apertè colligitur ex *cit. q. de malo art.* 3. *ad* 4. vbi docet, pueros cum originali decedentes, quoad amissionem gloriæ perpetuò esse à Deo separatos, non tamen quantum ad participationem naturalium bonorum, quæ cognoscunt. Inter ea autem locum 1. tenet naturalis dilectio Dei authoris omnium naturalium bonorū. Apertiùs id docuit *cit. loco in* 2. *ad vlt.* vbi, *Dicendum* (inquit) *quod quamuis pueri non baptizati sint, separati à Deo, quantum ad illam coniunctionem, quæ est per gloriam: non tamen ab eo penitus sunt separati; imò sibi coniunguntur per participationem naturalium bonorum. Et sic etiam de ipso gaudere poterunt naturali cognitione & dilectione.*

148. Ratio id demonstrat: quoniam notitia rerum naturalium est debita naturæ intellectuali vt sic: cùm ergo animæ paruulorum sine baptismo decedentes illam propriâ industriâ acquirere non potuerint, debet illis ab auctore naturæ, qui nunquam in necessarijs deest, suppleri. Alioqui, vt *eit. qu.* 5. *de malo art.* 3. *corp.* arguit S. Thomas, melioris conditionis essent damnati, quàm paruuli cum solo originali defuncti; quantum ad nobiliorem sui partem, scilicet intellectum: nam illi naturali rerum notitia non carent, vt constat tum de Angelis reprobis, tum de hominibus, qui cum plena naturalium rerum notitia in actuali peccato decesserunt. Porrò ad naturalem cognitionem Dei, vt datoris bonorum naturalium, per se consequitur dilectio in voluntate, nisi illa fuerit proprio actu personali in peccato obstinata. Cùm igitur voluntas paruulorum non sit proprio actu personali in peccato obstinata, Deum naturaliter diliget, quem vt datorem bonorum naturalium naturaliter cognoscit. Vnde Scotus propter hanc naturalem Dei cognitionem, aliquam in illis naturalem beatitudinem agnoscit. Quibus etiam concedit, post futuram resurrectionem, corpora tam ab intrinseco, quàm ab extrinseco impassibilia, non quidem ex dote impassibilitatis, vti erunt corpora beatorum, sed ab extrinseca prouidentia Dei. Negat etiam illis omnem motum inordinatum fomitis, ita nimirum disponente diuina sapientia, vt fomes, qui nullum in illis in hac vita inordinatum motum excitauit, nec in alia sit excitaturus.

Mitissima S. Th. sent. demonstr.

149. *Obijcies*

Sed contra ea quæ dicta sunt: nam non minus homini in purâ naturâ conditio deberetur visio lucis corporeę, ratione potentiæ visiuæ, quàm cognitio rerum naturalium, ratione potentiæ intellectualis: ergo si per originale homo non priuatur cognitione rerum naturalium, nec priuari debet visione lucis corporeæ. Respondet *Palud. cit.* infantes post idem iudicij, adhuc in limbo existentes, fruituros luce corporeâ, quia poterunt esse in parte tam proxima superficiei terrę, vt eorum oculi illuminentur. Maximè cùm post diem iudicij terra futura sit sicut vitrum transparens. Sed hoc non videtur vero simile: quia terra non mutabit naturam suam, cuius naturalis conditio est, vt sit opaca, atque adeò incapax naturaliter luminis per intra receptionem.

150. *Resp. 1.*

Resp. igitur 1. hoc argu. tantùm procedere de homine, in purâ naturâ condito, non ad finem supernat. eleuato. Nam sicut huic obtingere poterat ius ad gloriam supernat. indebitam, si pactum seruasset: ita, pacto violato, incidere potuit & debuit in pœnam naturæ indebitam. Quia omne pactum, vt sit rationabile, non solùm exigit ex parte eius, qui illud seruaturus est, spem consequendæ perfectionis indebitæ, sed periculum amittendæ alicuius perfectionis debitæ: alioqui non tam esset pactum, quàm pura promissio sub conditione onerosa facta. Quando igitur Deus cum Adam pepigit de transfundenda in posteros iustitia originali, sicut ipse virtute fidelitatis seipsū obstrinxit ad dandam iustitiam originalem naturę indebitam: ita debuit Adam nomine posterorum seipsum obligare ad aliquam perfectionem naturalem amittendam, si pactum, non seruasset, vt ex parte vtriusque pacisscentis vera pacti conditio interueniret. Fuit autem hæc conditio ex parte Adæ, quâ se nomine omnium ad pactum seruandum obstrinxit, non solùm periculum amittendi posteris iustitiam originalem, & cætera dona supernat. naturæ indebita illam consequentia, sed etiam periculum incurrendæ perpetuæ seruitutis sub principe tenebrarum. Atque adeò debetur paruulis talis captiuitas ratione pacti cum Adam contracti. Hoc autem ita factum fuisse probabiliter colligimus ex omnibus citatis authoritatibus, quæ probant, infantes sine baptismo decedentes, perpetuò in limbo detinendos sub potestate diaboli. Licet hanc captiuitatem non percipiant infantes ipsi vt pœnam, sed vt conditionem sui status, in quo putant, se absque vllâ sui, vel aliorum culpâ fuisse à Deo procreatos. Alioqui si illam cognoscerent vt pœnam, non possent de amissâ libertate non tristari.

Ratio pacti

151. *Quid de ratione*

Dices: de ratione pœnę est, vt sit inuoluntaria: vt ea sit, debet esse cognita vt pœna à reo: ergo vt captiuitas sit pœna puerorum, debet illis esse cognita *pœna*

vt pœna.

Digitized by Google

vt pœna. Ad hoc rectè ait *S. Thom. qu. 5. de malo art. 3. ad 3.* ad pœnam sufficere, vt sit contra voluntatem habitualem, vel naturalem inclinationem patientis: vt si aliquis in pœnam delicti spoliaretur bonis, ipso ignorante, talis bonorum spoliatio haberet veram rationem pœnæ. Resp. 2. Deum aliquam lucem productum in limbo, in quo post vniuersalem resurrectionem perpetuò mansuri sunt infantes: à quâ luce poterunt eorum oculi perfectè illuminari.

Resp. 2. cum alijs auctor.

152. Ad 1. argu. primæ sent. Augustini explicatur de pœnâ damni: vel credi potest, quòd ab eâ sent. resilijsset, si animæ creationem agnouisset, de quâ ad extremum vsque vitæ dubitasse constat ex ipsius *Epist. 28. ad Hieron.* quam senex scripsit: *Cùm ad pœnas ventum est parvulorum, magnis (mihi crede) coarctor angustijs, nec quid respondeam, prorsus inuenio.* Quam quæst. frequenter dubius vertat præsertim *lib. 3. de lib. arb. c. 21.* vbi relatis 4. sent. de animarum origine: *An ex prima anima Adami propagentur omnes: An in singulis quibusq; nascentibus noua fiant: An in corpora nascentium iam alibunde existentes, vel mittantur diuinitus, vel inde sua sponte labantur:* fine concludit, nullam temerè affirmandam, nec tamen succensendum ei, *qui sua opinioni, humaniore fortasse dubitatione non cedit.* Fusiùs *lib. 9. de Gen. ad lit. à cap. 3.* vbi pro prima & 2. sent. (nã tertiam & 4. vt minùs probabiles excludit) multa adducit Scripturæ testimonia, quæ non minùs vni, quàm alteri sententiæ, ait suffragari. Tandè *cap. 23.* concludit: *His igitur, quantum pro tempore potuimus pertractatis, omnia paria, vel penè paria ex vtroque latere rationum, testimoniorumque momenta pronunciarem, nisi eorum sententiã, qui animas ex Parentibus creari putant, de baptismo parvulorum præponderaret. De quibus quid eis responderi possit, nondum mihi interim occurrit.* Cautè tamen monet *cap. 24. Si quos ista præoccupauit opinio, vt animas ex Parentibus credant propagari, quantum possunt seipsos considerent, & interim sapiant corpora non esse animas suas.* Ex quibus apparet, quàm fuerit Augustinus in hac re dubius, propter quod passim fatetur, si creentur animulæ istæ à Deo, quà ratione contrahant reatum, & quidem talem, vt cruciatus ignis æternos subire cogantur, se nescire; nec docere velle, quod nescit. Reatum culpæ citra pœnam sensûs facile est intelligere exemplo allato n. 134. proinde si ab Ecclesia doctus fuisset animarum creationem à Deo, & pœnam damni separatam à pœnâ sensûs, non fuisset cur *magnis coarctari angustijs* se diceret. Angustiæ n. oriri nõ possunt magnæ, vt quis capiat, si Rex paciscatur cum milite de conferendo beneficio ipsi & posteris indebito, dummodò seruet pactum, militem in Regem delinquente ac fœdifragum, iustissimum esse, vt filij ac posteri beneficio tali prorsus indebito priuentur; iniustum verò vt positiuâ pœnâ sensûs torqueantur: multò magis dubitabat Augustinus an iustum esset, vt animulæ ex Adam non decisæ, si à Deo creatæ, statim ac missæ essent in corpus, antequam libertate propriâ vllam culpam admisissent, æternis ignibus addicerentur. hinc illæ angustiæ, *cùm ad pœnas parvulorum*, non damni, sed sensûs, *ventum est.* Nullus modo Diuina fide illustratus, quòd animæ posterorum non sunt particulæ Adami peccatoris, sed creatæ à Deo solo, difficultatem soluet Augustino insuperabilem contra Dei bonitatem & iustitiam; sed in paruulis pœnam damni sat esse æquus arbiter iudicabit, maximè cùm ex Adam non sint decerptæ animæ, sed à manu innocentissimâ Creatoris piissimi prodeant. Quocirca ex traductione animarum inferri pœnas paruulorum cuilibet videri potest cõsequentiùs, quàm ex creatione earum immediatâ à solo Deo, & ita Augustino visum: non quòd animæ posterorum propagentur ex animâ Adæ, sicut ex ipsius corpore corpora posterorum; cùm hoc intelligi nequeat de animâ spirituali & indiuisibili substantiâ, vt de corpore, quod per decisionem partis propagatur in genito: Nec cẽsuerit *Augustinus* animam esse corpoream & carnis substantiam, cùm talem traductionem *errorem stultissimum* vocet *l. de haref. cap. 81.* Multò minùs crediderit animas hominum produci dependenter à corpore, vt brutales mortalesque. Superest, vt dubitauerit, an semen patris vel animâ matris concurrerit ad creationem animæ per vim creatiuam innatam, ratione cuius animas posterorum voluisset in lumbis Adæ, ac proinde ex ijs propagari ac decimari, vt pœnas paruulorũ saluaret. *l. cit. lib. 9. de Gene. c. 3.* Qui quantus sit error cõstat ex *to. 2. disp. 2.* Quis verus sit modus, quo propagatur originale, dixi *n. 50.*

Augustini angustia de pœnâ sensus non faciunt auctoritatem.

Et consequentior ad creationem anim.

153. Ad 2. Certè paruuli sue damnationis sententiã in die iudicij non sunt audituri aliam ab illâ, quam comminatus est Christus *Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu S. nõ potest introire in regnũ cælorum:* Augustino fauente *de l. arb. cap. 13. non. n. metuendum est ne vita esse potuerit media quadã inter rectè factum & peccatum, & Iudicis sententia media esse non possit inter præmiũ ac supplicium.* Parabola de aream, ex tritico & paleâ constante, solùm dirigitur ad adultos, qui ob sola actualia damnantur, vt patet.

Ad 2.

154. Ad fund. a. secundæ sent. patet ex dictis, ex priuatione supernaturalis beatit. nullam oriri tristitiã in infantibus: quia illã non apprehendunt vt pœnã peccati, sed vt puram conditionem sui statûs.

155. Ad argu. tertiæ: ad locum Danielis; terminum, *multi*, idem importare quod, *omnes*, vt *Augustinus & Theodor.* hîc testantur. Quin, si *Augustino, Ambros. Hieron.* credimus, hunc locum explicauit Christus *Ioa. 5. Omnes qui in monumẽtis sunt, audiẽt vocem Filij Dei, & procedent, qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ, qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicij.* Ad 2. nullum erit inconueniens, terram æternùm mansuram sine habitatore, vt nec aquã æternùm duraturam sine piscibus, aërem sine volucribus, terram sine animantibus, eo quòd post diem iudicij cessabũt omnes generationes & corruptiones, & consequenter mista. Remanebit igitur terra, cæteraq; elementa simul cum globis cælestibus immotis, vt opus, in quo beati singularem Dei sapientiam, summam bonitatem, specialẽ creatoris munificentiã perpetuò admirabundi cõtemplabuntur, gratiasque Deo continuò referent, ob tã insigne atque spectabile opus, in gratiã & habitationem ipsorum, dum in terris essent, conditum.

Danielis locus explicatur.

156. *Ad 2.*

157. Ad illud de naturali fine, quo frustraretur homo, si illum non esset aliquando consecuturus, dicendum est, nihil hoc continere absurditatis quidem in has angustias ipse, à lege deuiando, se conijcit. Quanquam dici non potest, hos naturali suo fine omninò frustrãdos: Nam, vt suprà cum S. Thoma & Scoto vidimus, habebunt naturalem cognitionem & dilectionem Dei finis & authoris totius naturæ: in quibus actibus, *teste Philos.* naturalis hominis felicitas consistit, licet non omni ex parte perfecta. Demum *cit. Psal.* intellige de filijs hominum mortalem vitam degentibus, cuiusmodi non erunt infantes post diem iudicij. Hæc de fine hominis, eiusque actib. qui cùm à Dei gratiâ pendeant, de ipsâ quantum per Sedem Apost. licet, disputandum.

Pœna damni facilis capitis ex pacto

Digitized by Google

DE DIVINA GRATIA

PROOEMIVM.



NON sat est homini ad æternam felicitatem properanti, vitijs peccatisque debellatis, moralibus exornari virtutibus, præceptis instrui, legibus dirigi: sed necessaria quoque est gratia Dei, quâ diuinæ consors factus naturæ, condignis operibus venalem mercetur beatitatem: cùm decretum sit, neminem nisi per opera gratuita & supernaturalia ad æternam beatit. admitti. Quo discamus, quanto labore nobis adnitendum sit, vt vel cum eodem auxilio gratiæ, gratiam consequamur, vel in nobis conseruemus: sine qua nullum opus nostrum Deo gratum acceptumque esse potest.

Opus Theolog. De Natura & necessitate gratiæ disputat *S. Thom.* 1. 2. *in sex vlt. quæst.* Opus planè Theologicum, in quo nihil cum morali Philosophia communicat Theologus, quippe quòd maxima ex parte pendet ex Concilijs & Patribus. Quorum Ductor & Antesignanus est *August.* de quo *Hormisda Pont. Epist. 70. ad Posses. Episc. fine* testatur, id de libero arbitrio & gratia Dei sanctam Romanam, hoc est, Catholicam Ecclesiam sequi, & assceuerare, quod in varijs libris, maximè ad *Hilar. & Prosp.* scripsit Augustinus. Opus periculi ac laboris plenum. Mirum .n. quantas gratia Dei susciauit hæreses. Nam si gratiæ nimium tribuas, statim liberum læditur arbitrium. Si libero plus æquo tribuis arbitrio, è vestigio gratiam tollis. Vnde valdè periculosum est, has inter syrtes securum adnauigare, vt in neutrum scopulum humani ingenij ratis impingat. Ita ergo erit creatum arbitrium cum diuinâ gratiâ conciliandum, vt & illud agnoscat, vnde propriam salutem sperare debeat; & hæc habeat, quod illi cooperari possit; neutrum .n. sine altero opus efficere poterit. Etenim tolle, *inquit Bernard.* liberum arbitrium, non est quod saluetur: tolle gratiam, non est vnde saluetur. Quare ita necessitas gratiæ est asserenda, vt liberi arbitrij cooperatio non tollatur: ita liberi arbitrij cooperatio confitenda, vt gratiæ necessitas non negetur. Est autem gratia, *ex Grego in Euang. hom.* 27. radix bonorum operum: ipsa .n. *ex Chrysost. hom. 7. 2. ad Timot. & 1. ad Corint. hom.* 40. rubiginem peccatorum tollit, animumque splendentem atque ignitum reddit, solisque radijs pulchriorem facit, ex deformi formosum, & ex infirmo sanum, facultatemq; præbet rectè operandi, *ex August. lib. de Spir. & lit. c.* 30. *& l.* 1. *ad Simpli. qu.* 2. Dealbat, *ex Hieron. l.* 1. *aduers. Pelag. c.* 3. Irradiat ac Deo similem reddit, *ex Nazian. ora. in sanct. lauacr.* Ipsa .n. interioris hominis pulchritudo est, & humanæ mentis candor, *ex August. epist.* 85. Pictura Dei, vt testatur *ex Ambr. l.* 6 *Hexam. c.* 8. Dei imago, *ex Irenæ. l.* 5. *aduer. hære. c.* 8. Vestis cœlestis pulchritudidis, *ex Macar. de l. arb.* Puritas à Christo, tanquàm à fonte riuus deriuatus, *ex Nyssen. de perfecta hom. formâ:* Prima stola & ros cælestis, *ex Hieron. l.* 3. *aduer. Pelag.* similitudo Dei & equus, quo ad Deum tendimus, nodusq; quo cum Deo coniungimur & innodamur, *ex alijs:* Copia Diuinæ essentiæ, *ex Nysse. hom.* 4. *in Cant.* Inscriptio Dei, *ex August. de spir. & lit. c.* 28. Lac maternum, *ex Isid. in* 1. *Reg. c.* 10. Nutrix omnium rerum, *Sapien.* 16. Fons aquæ salientis in vitam æternam, *Ioan.* 4.

Periculosum

Varia descriptiones Gratiæ.

DISPV-

Digitized by Google

DISPVTATIO XXVI.

De necessitate Gratiæ.

ANtequam diuinæ Gratiæ naturam, effectus & proprietates explicandas aggrediar, declaranda est ipsius necessitas; ac præmittenda multiplex ipsius notio; & varij status, in quibus liberum arbitrium creatum, gratiæ ope indiget. quo euidentius appareat diuina gratia, in omni statu creaturæ rationali necessaria,

SECTIO PRIMA.

Quid, quotuplex gratia, in quo statu necessaria?

1. GRatia, quæ teste *August. in Psal. 43. vers. A facie inimici, & persequentis,* inde dicta, quia gratis datur, iuxta *id Rom. 11. Si gratia iam non ex operibus; alioqui gratia non est gratia,* diuiditur in æternam & temporalem. Æterna, est dilectio Dei, quâ nos ante mundi constitutionem ab æterno dilexit, quaque nobis præparauit ea, quæ postea in tempore sine vllis nostris meritis contulit. Temporalis, est donum aliquod creatum naturę concessum, effectus & signum dilectionis increatæ. Subdiuiditur autem hęc in donum purè naturale gratis homini concessum, cuiusmodi est beneficium creationis, conseruationis, & cætera dona his annexa. Quam solam gratiam agnoscebat *Pelag.* referente *August. epist. 95. ad Innoc. & 105. ad Sixt.* & in donum supernaturale eleuãs naturam ad statum altiorem, ad quem ipsa proprijs viribus pertingere non valet. Cumque huic gratiæ repugnet, dari ex operibus, siue exigentiâ meritorum: multò magis destruit rationem gratiæ exigentia à naturâ: cùm natura seuerius exigeret gratiam, si ad gratiam diceret ordinem, & cum ipsa haberet connexionem connaturalem. Siquidem exigentia in natura esset physica, qua suas proprietates exigit: exigentia verò in operibus est tantùm moralis, ac longè minor; ergo si hæc pugnat cum gratia; multò magis & illa. Hoc est ex Apostolo, si gratia merito operum detur, non est gratia, quia gratis non datur: multò minùs erit gratia, si merito naturæ detur, quia minùs gratis daretur, cùm naturæ meritum sit strictius physicumque, meritum operum naturę sit morale. Imò si gratia posset exigi à natura, multò magis exigi posset ab operibus naturæ, id est exigentia physica non repugnaret morali, sed moralis accederet physicæ maxima cõgruitate. Explicatur. Si natura oculi exigit lumen ab Authore naturæ, hominem promereri lumen ab eodem nil vetat, imò congruum est, maximè, vt quę ornamenta exigit natura, merita operum naturæ ipsa impetrent, si fieri possint. Nec satis est ad rationem gratiæ, quod ex principijs naturæ rationalis non pullulet, vt ex aquâ frigus, aut ex pecore sanitas (hoc enim nec Caluinus, nec Lutherus, nec Pelagius somniarunt) siquidem præter exemplum luminis, quod ab oculo exigitur vt naturale bonũ, & ab oculo non pullulat, plures dantur proprietates naturales, quæ à naturâ non emanant effectiuè, cùm satis sit naturæ, illas exigere subiectiuè, sicut exiguntur à natura Angelica species intelligibiles: & anima rationalis infunditur naturalissimè corpori organizato, licèt ab ipsius dispositionibus non attingatur effectiuè: ac proinde ex eo quòd qualitas, aut res quæpiam superat omnes facultates naturę effectiuas, sicut lumen vim aëris, oculique effectiuam, non propterea ipsa non debet dici naturalis, multò minùs supernaturalis nũcupari debet: sed id, quod naturę nullâ ratione est debitum, nec exigi potest vllo naturæ titulo, vel merito operum naturæ, id supra naturam est, sicut est supernaturalis gratia. Hęc est gratia, quam negauit Pelagius, & astruxit Augustinus, scilicet quæ supra ordinem naturæ omnem, vel operum naturæ dignitatem est, quâ natura per nullum opus suum fieri potest digna, multò minùs sine operibus vllis moralibus est digna physicè. Hoc est quod *August. l. de pec. orig. c. 24.* concludit: *Non enim Dei gratia gratia erit vllo modo, nisi gratuita fuerit omni modo,* seu nullo modo debita.

Gratia aterna, temporalis:

Verus gratiæ conceptus primus.

2. Diuiditur autem gratia supernat. in supernaturalem quoad substantiã, & supernat. tantùm quoad modum. Illa est supra omnem ordinem & exigentiam naturæ creatæ, proinde toti naturę indebita. Hęc est ordinis naturalis quoad substantiam, solùm indebita naturę quoad modum, vel circumstantiam, quâ, vel in qua illa datur: nam sicut duplex datur genus actionum studiosarum; alterum purè moralium, alterum supernaturalium: ita duplex genus gratiæ concedendum est, aliud ordinis naturalis, aliud supernaturalis quoad entitatem: vt .n. ad exercendum quemlibet actum supernat. requiritur auxilium in entitate supernaturale; ita ad exercendum interdum actum virtutis moralis requiritur auxilium intra ordinem naturę vberius & efficacius, naturæ indebitum. Vt ad exercendũ actum virtutis moralis difficilem, quem liberum arbitrium solis viribus naturæ, & concursu tãtùm generali non eliceret, requiritur auxilium intra ordinem naturę abundantius. Quod auxilium, licèt ordinis naturalis, quia tamen indebitum est naturæ, hîc & nunc in talibus circumstantijs positæ, dicitur gratuitum, ac proinde inter dona gratię connumeratur: nam omne quod est naturæ indebitum, gratiosè illi donatur. Vnde non solum auxilium ordinis supernat. sed etiam naturalis indebitum naturæ, datur nobis per Christum: qui suis meritis promeritus est, quidquid vltra dona creationis & conseruationis gratiosè superadditur naturæ, secundùm Patres.

2. Gratia supernaturalis quoad substantiã, modumue

Ratio diuisionis

Auxilium omne indebitum naturæ, datur per Christum.

Vtraque gratia tam supernaturalis quoad modum, quàm quoad substantiam, subdiuiditur in habitualem & actualem. Habitualis quoad modũ tantùm supernaturalis, sunt tum habitus virtutum moralium, ex frequentatis actibus difficilioribus earundem, ex indebito auxilio ordinis naturalis geniti in anima, ad consimiles actus facilitantes: tum species efficaciores & viuaciores ordinis naturalis, earumque augmentum in ordine ad verum practicum naturale, supra debitum & exigentiam intellectûs naturalis. Habitualis quoad substãtiam supernaturalis, est qualitas ordinis diuini, animæ à Deo immediatè infusa, stabilis ac permanens: alia sanctificatiua, quæ seipsa formaliter hominem sanctificat, eumque ámicum, & filium Dei adoptiuum efficit: operatiua alia, quę hominem reddit ab intrinseco potentem in ordine ad actus in entitate supernaturales: & diuiditur iuxta virtutes supernat. quæ cum gratia sanctificante animæ infunduntur. Actualis supernat. tantùm quoad modum, vel est pia aliqua cogitatio & indeliberatus motus voluntatis, excitans & promouens animam ad opus aliquod honestum naturale, indebitus

3. Gratia habitualis, quoad modum,

Quoad substantiã

Sanctificatiua, operatiua.

Actualis supernat. quoad modum:

Digitized by Google

creaturæ hîc & nunc in talibus circumstantijs positæ; vel auxilium per modum concursus ad actum honestum naturale, eidem creaturæ indebitum:

Quoad substantiã. Actualis quoad substantiam supernaturalis, est pia cogitatio & indeliberata motio voluntatis ad opus honestum supernat. omni creaturę indebita: vel auxilium per modum concursus ad actum supernat. in entitate, omni creaturæ indebitum.

4. Discrimen gratiæ ordinis supernat. quoad modum. Ex his deducitur discrimen inter gratiam ordinis supernat. quoad modum, & quoad substantiam: illa .n. non oportet, vt sit toti naturæ creatæ, omnibusque indiuiduis sub ea contentis indebita; potest esse debita vni, & indebita alteri: Vt talis species cum tali auxilio ad exercendum actũ virtutis moralis, est debita intellectui & voluntati Angelicæ, indebita intellectui & voluntati humanę. Eadem cogitatio, idemque auxilium ad actum honestum moralem exercendum, est debitum homini in talibus circumstantijs posito; indebitum eidem in alijs. Vt homini in grauissimâ tentatione carnis constituto indebita est congrua cogitatio ad actum moralem virtutis castitatis; non homini naturaliter considerati castitatis pulchritudinem. Dixi, *Non oportet vt sit toti naturæ creatæ indebita.* Datur .n. aliqua gratia supernat. tantùm quoad modum, quę est toti naturę creatę indebita, vt est

Et quoad substantiã. notitia futurorum contingentium, & secretorum cordium. Gratia supernat. quoad substãtiam semper indebita est toti naturæ creatæ, omnibusque indiuiduis sub ea contentis: est .n. proprietas naturæ diuinæ: proprietas autem vnius naturę nequit fieri alteri propria, cùm de essentia proprietatis sit, fluere à determinatâ naturâ, vt a proprio principio. Gratia supernat. quoad modum tãtùm, non est proprietas naturæ diuinæ, sed eiusdem ordinis & entitatis cum naturâ creatâ, solùm illam excedens quoad modum intensionis, temporis, loci, vel alterius circumstantiæ, sub qua illa datur. Ex

Ratio differi. hoc discrimine oritur aliud: quòd gratia supernat. quoad substantiam euehit naturam ad altiorẽ ordinem simpliciter; supernaturalis quoad modum solùm iuuat & perficit illam intra eundem ordinem naturalem ciaca eos actus, quos ipsa cum solo ordinario concursu non esset operatura.

5. Vtraque actualis: Præuenions, Comitans Subsequens. Vtraque actualis tam supernat. quoad modum, quàm quoad substantiam subdiuiditur in præuenientem siue excitantem, quę est prima sancta ac pia cogitatio intellectûs, & motus indeliberatus voluntatis, quam, iuxta phrasim August. dicitur Deus operari in nobis sine nobis liberè, non sine physicè operantibus, & in Comitantem siue Operantem, & Subsequentem, quę solet esse opportunitas ipsa operandi & exequendi conceptum propositum mentis, vt fusiùs infrà. Ad vtrumque diuisionis membrum spectat gratia gratis data, quę ad vtilitatem Ecclesię à Deo infunditur: de quâ Apost. 1. *Corinth.* 12. vbi nouem genera gratię gratis datæ enumerat: & partitionem rectè explicat *S. Tho.* 1. 2. *qu.* 111. *art.* 4. *& 3. cont. Gent. cap.* 154. Cæterùm etsi vtraque, supernaturalis quoad modum, & substantiam, veniat nomine *Gratiæ*, cùm vtraque sit ex meritis Christi; nihilominus principale analogatum *gratiæ*, est supernaturalis quoad substantiam, de quâ potissimùm loquuntur *Patres & Concilia.* Ratio ex *S. Tho.* 1. 2. *qu.* 111. *art.* 1. *ad* 2. quia dona naturalia quoad substantiam, etsi careant debito mercedis & connaturalitatis respectu vnius, non tamen respectu totius naturæ creatæ. Idem .n. auxilium quoad modum supernaturale, quod est indebitum vni naturæ, vel indiuiduo eiusdem naturæ, est debitum debito connaturalitatis alteri naturæ, vel alij indiuiduo eiusdem naturæ. Dona supernat. quoad substantiam, carent omni prorsus debito, tam mercedis, quàm connaturalitatis respectu totius naturæ creatæ.

6. Gratiæ diuinæ necessitas, ex duplici capite. Gratiæ diuinæ necessitatem colligimus, tum ex fine, ad quem destinamur: tum ex imbecillitate naturæ humanæ, quę sæpè solet in arduis deficere. ex 1. capite sic arguitur. Finis, ad quem destinamur, supernaturalis est, atque adeò nobis naturaliter ignotus; ergo vt moueat nos ad sui desiderĩ & amorem, debet à nobis cognosci: requiritur ergo notitia supernat. & indebita finis, quę cùm non possit naturaliter, debet reuelatione haberi. Rursus sperari ac diligi, vti oportet ad salutem, nequit vltimus finis, nisi actibus supernat. Spei, & Charitatis: ergo necessaria supernat. dilectio, & spes, quarum illa Deum diligimus vt datorem bonorum supernat. hac eũdem nobis concupiscimus, vt finem vltimum per gratiam assequibilem. Ergo necessariò indigemus gratia & auxilio diuino ad finem supernat. siquidem media proportionari debent fini, & actus ab obiecto specificari. Ergo si finis supernaturalis est, actus, quibus illum assequimur, ac media supernaturalia sint oportet.

Ex 2. capite. Ex 2. capite diuinæ gratiæ necessitas sic infertur. Natura composita ex appetitu superiori & inferiori, sępè contra rationem efficaciùs trahitur ab obiecto delectabili sensu proposito: ergo vt ab eo retrahatur, & ad oppositum honestum conuertatur, indiget auxilio indebito, quo rationalis appetitus efficaciùs excitetur ad bonum rationi conforme: alioqui naturaliter semper appetitus sequitur, quod illi meliùs efficaciusque proponitur. Nec semper potest homo ad bonum honestum contra delectabile efficaciùs ptopositum seipsum excitare, sine extrinseco auxilio indebito: tum quia etiamsi id semel atque iterum præstet, non tamen semper: eo quòd sæpiùs præstando defatigatur, vt in maximis tentationibus superandis experimur.

Vt humanæ imbecillitati succurratur necesse igitur est, vt humanæ imbecillitati auxilio indebito succurratur. Tum quia, etsi possit seipsum excitare, non tamen semper valet seipsum efficaciùs excitare ad honestum, quàm de facto excitetur ab obiecto delectabili rationi difforme. Vnde tunc necessarium erit auxilium ab extrinseco indebitum, quod voluntatem excitet efficaciùs, quàm de facto illam excitat præsens obiectum delectabile. Cùm .n. homo natus sit naturaliter moueri ab obiecto efficaciùs proposito, nequeat autem interdum seipsum efficaciùs ad honestum excitare, vt possit contra delectabile operari, indiget speciali auxilio indebito, voluntatem efficaciùs ad honestum excitante, quàm præsens sensibile excitet ad delectabile. Adde, quòd ea, quæ futura sunt, non potest homo infallibiliter consequi; cùm sæpè illa pendeant ex varijs occasionibus, quas præuidere nequit. Vnde opus est aliquo dirigente, qui futuri ignarum infallibiliter dirigat ad consequenda ea, quæ ad propriam salutem spectant. Hæ duæ rationes probant necessitatem gratiæ supernat. quoad substantiam, & modum: sæpè .n. obiectum honestum, circa quod voluntas debet efficaciùs contra delectabile excitari, est ordinis naturalis. Cuius gratiæ necessitatem agnouerunt aliqui ex Gentilib. vt *Homer. apud Plutarch. in vita Coriol. fine, & Plutarch. ibid.*

7. Varietas. Multiplex status, in quo liberum arbitrium creatum constitui potest, & varias experiri vires ad difficultates superandas, declarandus est, vt sciamus, qualis quantaque gratia in quouis statu necessaria sit. Caiet. 1. 2. qu. 109. art. 2. quinque

enumerat

In quibus natura humana consider. Primus

enumerat status; Primus est purorum naturalium, in quo natura spectatur cum sola perfectione naturali intrinseca, & generali concursu Dei ad actus naturales, excluso omni dono gratuito superaddito naturæ, omnique culpâ ac pœnâ. In quo statu homo experiretur easdem planè difficultates, in subdendo apppetitum inferiorem superiori, quas experitur nūc in naturâ lapsâ, si nunc homo consideretur cum sola priuatione gratiæ & spoliatione iustitiæ originalis, præcisis habitibus vitiosis, qui ex frequentatione actuum malorum contrahuntur. Fundam. homo in puris naturalibus, & in natura lapsa, solùm differt, vt nudus & spoliatus. Vnde eædem passiones naturam cōsequentes, quæ in hoc statu ex priuatione iustitiæ originalis habent rationem pœnæ, in statu puræ naturæ haberent rationem solius proprietatis naturalis, fluentis ex natura, vt ex *præced. disp. sect. vlt.* constat: & consequenter in ordine ad eas superandas eandem difficultatem experiretur homo in purâ naturâ, quam experitur nunc in lapsâ, præcisâ gratiâ & culpâ, habitibusque vitiosis. De quo statu certum sit, complacentiâ Dei seu amoré tenuem, qualis est in grauibus peccatoribus, & Philosophis gentilibus, inefficacem ad mandata Dei seruanda, elicitumque vi cognitionis de Deo naturalis, seu vt Authoris naturę, posse oriri ex puræ naturæ viribus. Neque enim ita manca est natura hominis pura, vt in Authore suo sibi complacere non possit, proprijs viribus, vi cognitionis abstractiuę euidentis de Deo. De hoc statu vt minimum falsę sunt hæ Baij propositiones. *Liberum arbitrium non nisi ad peccandum valet: non valet ad vllum peccatum vitandum. Homo peccat etiam damnabiliter in eo, quod necessariò facit. In omnibus actibus peccator seruit dominanti cupiditati. Admisti nequit vsus arbitrij bonus, sine non malus.* Siquidem quod potest cognosci naturaliter bonum honestum, potest amari naturaliter: cùm non semper difficultas sensui molesta retrahat tanta, quin superari facilè possit. Pelagius hunc puræ naturæ statum, quoad intrinseca adstruxit: fassus eam quoque ad statum supernaturalem gloriæ eleuatam.

2. Secundus

2. Status est, naturæ integræ, siue status consonus naturæ rationali: qui supra priorem addit perfectam subiectionem tum mentis ad Deum authorem naturæ, tum partis inferioris ad superiorem, quem statum docet *Caiet.* esse medium inter *Medius* puræ naturæ, & iustitiæ originalis. Conuenit .n. cum statu 1. quia non euehit naturam ad finem supernat. sed solùm perficit illam intra limites naturæ, in ordine ad actus morales rationi conformes. Conuenit cum statu iustitiæ originalis in perfectâ subiectione partis inferioris ad superiorem, & mentis ad Deum finem natūr. Quare nec dici potest simpliciter naturalis; non enim est naturæ debitus; nec supernat. simpliciter, quia non euehit naturam ad finem supernat. sed dici posset supernaturalis quoad modum, quia licet sit indebitus naturæ humanę, omnibusque indiuiduis eius, est tamen debitus Angelicæ. De quo statu certum quoque est, incommutabiles regulas sapientiæ ac Iustitię diuinę cognitas lumine naturę perfectissimo, vel per fidem naturalem de Authore naturæ, auxilio supernat. quoad modum, sine gratiâ supernat. quoad substantiam, diligi posse constanter, castissimè ardentissimeque, non tamen sine auxilijs naturę superadditis, indebitisq; quę compescant omnem sensuum pugnam ad voluptates brutales animum retrahentem. Virtutes, quibus rectè viuitur, magna sunt bona, verissimum est:

Supernat. quoad modum

at virtutes morales ordinis naturalis dari possunt naturæ integræ, vt magna bona; imò acquiri in aliquo gradu à naturâ purâ possunt: sufficiēs robur ad non peccandū, & ad legem Dei implendam dare non possunt, nisi infundātur in gradu perfecto, & auxilia gratuita ordinis naturæ indebita.

Tertius

3. Status est, iustitiæ originalis, qui supra subiectionem partis inferioris ad superiorem, & mentis ad Deum finem naturalem, addit perfectam subiectionem corporis ad animum, & mentis ad Deum finem supernat. per dona supernat. & virtutes infusas, cum exclusione omnis molestiæ & imperfectionis, tam naturalis, quàm moralis; collocans naturam in statu perfectissimæ tranquillitatis & vnionis, quę cū Deo in hac vita esse posset. De quo statu liquet, nullā in primo homine fuisse illiciti cibi libidinem, vt nec veneris, nec propriæ excellentiæ, nisi quā libera spontę excitabat, voluptatis captandę causa; nulla ad malum titillatio intrinseca præcedebat voluntatem, sed sola extrinseca serpentis suasio. *Absit, vt beatitudo illa posset*, inquit Augustinus lib. 2. de nuptijs c. vlt. *aut in illo loco non habere quod vellet, aut in suo corpore sentire quod nollet* &c. Generosis deinde instructę habitibus supernat. ad amādum Auctorem gratiæ super omnia, nil aliud voluntati superandum vel impellendum erat nisi sua ipsius vis libera, vt amaret supernaturaliter; multò minùs debet voluntas exercere vires alienas, sed tantùm proprias minimasq; iungere viribus gratię allicientis: nec debet voluntas flectere ipsā gratiā ad exercitium, ad quod est maximè prona, sed debet liberum arbitrium flectere seipsum ad vsum gratiæ: nam voluntatis est consentire vel dissentire solo nutu: vtrumque pari naturæ motu siue ad amandum supernaturaliter, siue ad volendum naturaliter, dispari gratiæ impulsu, quę ad amandum stimulabat eleuabatque pendulam libertatem in actum micans, ad nolendum amare aut obedire nil conferebat.

Voluntas flectit seipsam ad vsū gratiæ

Quartus

4. Status est, naturæ lapsæ: in quo homo consideratur priuatus gratia & donis supernaturalibus, cum continua rebellione partis inferioris contra superiorem, & auersione mentis à Deo fine supernaturali, alijsque habitibus vitiosis, ex frequentatione peccatorum contractis; qui peculiarem addunt difficultatem ad opera honesta exercenda. Constet tamen per peccatum originis nihil de naturali humanę naturę proprietate subtractum, ex [illegible] adeò vt cōmutatio in deterius facta per peccatū sit ipsa subtractio doni supernat. quod totam naturam ad rationis normam componebat: Cæterùm propriæ dotes naturæ maneant.

Quintus

5. Status est, naturæ per gratiam reparatæ. Qui status licet non excludat omnes imperfectiones quarti status, addit tamen gratiam gratum facientem cum reliquis virtutibus supernaturalibus ac moralibus infusis; atque adeò peculiaria auxilia, quibus Deus suis filijs patrocinatur. In hoc statu complacentiam de Authore gloriæ, gratiæ, naturæ, etiam tenuissimam, si ex fidei cognitione trahat originem, supernaturalem esse nemo neget, cùm fidei diuinę actus supernat. supparem trahat actum voluntatis: nobiliùs .n. fidei cognitio extimulat liberum arbitrium, quàm obscura rationis lux: & sicut vterque actus & fidei & scientię de Deo simul esse possunt in eodem intellectu vel successiuè; ita voluntas geminos elicere actus vtrique lumini respondentes, amoris diuini naturalis & supernat. Qui duplex amor tam certus est, quàm duplex cognitio; naturalis adspirans ad Authorem naturę cognitum per effectus & dona naturalia,

supernaturalis sequens fidei cognitionem supernaturalem. Adeò vt qui naturalem negat possibilem, videri possit magis negare supernaturalem; cum Pelagio, & hunc ipsum naturalem seu naturę proprietatem nomine tenuis vocare supernaturalem.

12. *In omnib. indiget homo gratia diuina.* In quolibet ex his statu natura humana eget gratia diuina, etsi in vno magis, quàm in alio, prout imbecilliores vires. Maiori auxilio ad opus bonũ peragendum eget in primo, 4. 5. in quibus, præter gratiam ad frænandam concupiscentiam, eget auxilio ad actus supernat. & morales difficiles. In secundo & 3. etsi egeat gratia ad opera supernat. non tamen ad omnia opera moralia naturalia: ad ea n. exercenda non retardatur ab internà concupisc. quæ gratuito dono frænata, ab honestè operando non impediret. Omitto statum damnationis, & beatit. quia in illo homo non est capax gratiæ, quæ ordinatur ad salutem consequendam; in *Alij status tres.* statu beatit. etsi egeat gratia ad actus supernaturales quoad substantiam, qui in nullo statu elici possunt absque concursu supernat. quia tamen illa cõstituit statum beatit. nec ordinatur ad salutem, ad quam consequendam, de gratia cum Patribus & Concilijs disputant Theologi, ideò nullam de tali statu mentionem fecerunt: vt nec de statu animarum purgantium: quas, certũ est sæpè elicere actus supernat. Fidei, Spei, Patientiæ, Charitatis, ac virtutum supernat. ad quos non solùm egent gratia comitante supernat. sed etiam præueniente, & excitante, quâ non egent beati, cùm ad actus supernat. efficaciùs excitentur clarâ visione Dei, propter quem omnia operãtur, quàm excitari possint, quâcunque sanctâ cogitatione extra Verbum.

Reuocatur in dubium sententia, quæ vt Catholica supponitur à Scholasticis, scilicet,

An Deus potuerit creare humanam naturam sine supernaturali gratiâ & sine vllo peccato etiam originali; siue, An status purę naturæ sit possibilis:

13. RAtio dubij apparẽs est, ex essentiâ naturæ rationalis, quę quia rationalis est, ex intrinsecis principijs videtur exigere ab authore suo munificentissimo, posse consequi finem suum perfectissimum quasi proprium, sc. Deum clara visione fruibilem, qua solâ naturam beare ipse potest: neque illam visionem Deus suę liberalitati negare potest, nec suæ creaturę, si innocens est; ne naturam innocentem, quam beare spectat ad finem Auctorem, ipse miserijs damnet; quod repugnare videtur optimo modo operandi Dei, repugnantiâ etiam physicâ. Vnde Pelagius qui hanc essentialem exigentiam gratię & gloriæ in naturâ & *Pelagij est nulla agnoscere gratiæ dona indebita naturæ* debitum in Deo (sunt enim correlatiua) erroneè docuit, nulla in Adam & Angelis primò conditis agnouit dona, eorum naturis prorsus indebita; & consequenter omnem gratiam supernat. ab eis sustulit; cùm gratia è diametro pugnet cum debito & exigentiâ naturæ. Admisit quidem hic hæreticus præstantissimos habitus fidei, spei, & charitatis diuinę, eorumque actus, ac imprimis dilectionem Dei super omnia, cæterosque felicitatis diuinę ac gloriæ meritorios in Adam & Angelis, ipsorum naturis maximè consentaneos, ornatiuos, perfectiuos, facilitantes; eos tamen, quia credidit requiri ad integritatem naturę, nec spectare ad statum supernat. ad quem natura, proprijs debitisque sibi viribus relicta, non valeat aspirare, damnatus est ab Augustino & Ecclesiâ, vt hostis gratiæ diuinæ, quę gratis datur seu prout indebita naturæ. Si quis igitur in Adam & Angelis non agnosceret, nisi dona cum beneficio primę creationis connexa necessariò in naturâ (naturalia vocet aut supernat. perinde est: naturalia consequentiùs vocat Baius infrà propos. damnatâ 21.) gratiam supernat. quam Ecclesia in Adam & Angelis profitetur, euerteret. Et consequentiùs cum Pelagio diceret, *peccatum Adæ ipsi soli, non posteris nocuisse:* nec concipi posse naturam spoliatam donis connatur. sicut nec oculum luce, nec intelligentiam Angelorum speciebus intelligibilibus, propter vnius peccatum: multò minùs inflictum vulnus habituale in spirituali naturâ posterorum, qui nullum actuale vulnus acceperunt; imò nec cicatricem stare in eo, cui nulla actualis plaga inflicta est: cùm vulnus naturali modo vestigium sui relinquat in eo subiecto solo, quod actu fuit læsum; & habitus sortiatur subiectum idem, quod actus.

14. *Fund. Fidei de gratiâ & p. orig. iacitur, ex principijs Augustt.* Dicendum, naturam hominis, & Angelorum condi potuisse ex parte suâ & ex parte Creatoris, absque vllo peccato & dono gratiæ sanctificantis eiusque proprietatum; & hæc dona esse ipsorum naturis supernaturalia, vtpote extrinseci, superioris diuinique ordinis: consequens est à potiori, vt naturæ adimi potuerint, in pœnam vnius peccati, nullo præiudicio naturæ puræ illato: nullaque sit connexio naturæ cum gratiâ connaturalis, multò minùs essentialis gratiæ cum innocentiâ naturæ. Prob. 1. ex Augustt. qui dum statum naturæ puræ quasi reipsâ existentem expugnat contra Pelag. & Manich. de possibili planè admittit. De bono perseuer. c. 11. *Ignorantia & difficultas etiamsi essent hominis primordia naturalia non sic culpandus, sed laudandus esset Deus, sicut in eodem lib.* 3. sc. de lib. arb. c. 20. *disputauimus*, & infrà c. 12. *Sicut nunc vt ostenderem gratiam Dei non secundùm merita nostra dari*, multò minùs secundùm exigentiam naturæ, vt suprà n. 1. *secundùm vtrumque sensum hoc defendere malui; & secundùm nostrum, scilicet qui obstrictos originali peccato paruulos dicimus, & secundùm Pelagianorum, qui originale negant esse peccatum:* subdit: *ita & in 3. lib. de lib. arb. secundùm vtrumque sensum restiti Manichæis. siue supplicia, siue primordia naturæ sint ignorantia & difficultas, & tamen alterum horum teneo* de facto, alterum ergo de possibili. De lib. arb. lib. 3. c. 20. *Si anima talis esse cœpit, non solùm ante peccatum, sed ante omnem vitam, qualis alia post vitam culpabilem facta est, non parum bonum habet, vnde conditori suo gratias agat,* & infrà: *quòd si ita est, non erit nascentibus animis ignorantia & difficultas supplicium peccati, sed proficiendi admonitio, & perfectionis exordium. Non enim ante meritum boni operis parum est accepisse naturale indicium, quo sapientiam præponat errori & quietem difficultati, vt ad hæc non nascendo, sed studendo perueniat. quamquam enim in ignorantia & difficultate nata sit, non tamen ad permanendum in eo quod nata est, aliquâ necessitate comprimitur.* Et ca. 23. *Non enim metuendum est, ne vita esse potuerit media quædam inter rectè factum & peccatum & iudicis sententia media esse non possit inter præmium atque supplicium.* En natura sine peccato ac iustitiâ orig. concessa expresè ab Augustt. Prob. 2. authoritate Ecclesiæ ac Pontifi- *Pio V. Greg. XIII.* cum, qui dum Baij propositiones has damnant ordine. 55. *Deus non potuisset ab initio talẽ creare hominem, qualis hodie nascitur*, nempe sine iustitiâ originali. & 75. *Falsa est Doctorum sententia, primum hominem potuisse à Deo creari & institui sine institia naturali.* & 21. *Humanæ naturæ sublimatio & exaltatio in consortium diuinæ naturæ debita fuit integritati primæ conditionis, & proinde naturalis dicenda, est & non supernat.* & 23. *Absurda est eorum sententia, qui dicũt*

hominem

Digitized by Google

hominem ab initio dono quodam supernat. & gratuito supra cõditionem naturæ suæ fuisse exaltatum, vt Fide, Spe, & Charitate Deum supernaturaliter coleret: contradictorias earum, quæ sunt nostræ assertiones, aut de fide, aut fidei affines, orthodoxas saltem verasque declarant manifestè.

15. *Potuit natura ordinari ad naturalem cõtempl. & amorẽ Dei.*

Prob. 3. Potuit homo ad claram Dei visionem ac supernat. beatitudinem nõ ordinari: ergo creari sine vllo iure ad illam: quod ius est gratia supernat. radix operum meritoriorum gloriæ supernat. radix autem & fructus; meritum & præmium in eodem ordine sunt. Antec. prob. Potuit homo ordinari ad abstractiuam Dei contemplationem & dilectionem commensam suæ naturæ, & ad eam per auxilia ordinis naturalis aspirare; eâque pro modulo suo beari: cùm in his terminis, *cognitio Authoris naturæ, amor Authoris naturæ, dona gratuita naturalis ordinis*, nec vmbra sit contradictionis. Homo .n. in pura natura, sicut in lapsa, cognoscere potest demonstratiuè naturaliter suæ naturæ Authorem, vt summum bonum, & fontem bonorum omnium natur. ergo potest illum diligere, etiam obedientialiter, saltem quando nulla imperat naturę difficilia: cùm amor sequatur cognitionem boni & Authoris bonorũ. Nam si potest subditus ex fine honesto suo superiori obedire, quando difficilia non iubet, & qui beneficium accepit benefactorem amare: quantò magis poterit creatura suo Creatori obedire in re facili, eumq; vt suum benefactorem amare? quòd si à naturâ purâ diligi velit super omnia Deus, cùm non iubeat impossibilia, adderet vtique dona naturæ gratuita, quibus homo præceptum impleat, mens humana Authori naturæ subijciatur perfectè, appetitus sensitiuus rationali obtemperet, & omnia incommoda extrinseca à naturâ arceantur. Dices. Apud Patres nullum extat amoris naturalis vestigium: ergo hic est impossibilis. Resp. imò ex mente August. & PP. distinguũt *Arausic. II. & Trident.* amorem Dei & contritionem, *sicut oportet ad iustificationem*, ab alio: ergo intelligunt dari amorem Dei, quem iustificationis gratia non consequatur, scilicet naturalem, vt iam ex cognitione Dei naturali pullulat amor naturalis. Potest gentilis colere & amare Idolum amore naturali, & ex vi amoris difficultates superare plures: verum Deum & Authorem suum natura nullo amoris gradu poterit attingere? naturalis cognitio Dei tota in homine deberet extingui, ne ex illâ face voluntas vllum amoris igniculum conciperet. Cùm igitur manifestissimum sit, ordinem naturæ rationalis ad Deum vt principium & finem naturalem, nullam terminorũ pugnam dicere, sed omnimodam proportionem, quam dicit etiam naturalis cognitio Authoris naturæ, meritò damnata est hęc propos. 34. *Distinctio illa duplicis amoris, naturalis videlicet, quo Deus amatur vt Author naturæ, & gratuiti, quo Deus amatur vt beatificator, est vana.*

16. *Natura pura formam honesti adamat, ad herbicam virtutẽ non adspirat.*

Infero, in purâ naturâ hominem potuisse potentiâ etiam morali, sæpe in actum reducibili, cum solo concursu generali Dei, opera honesta facilia virtutum moralium exercere, vt velle à vitijs abstinere, quando nulla vel leuis tantùm vrgeret tentatio, amare virtutem simplici complacentiâ, colere amicos, superiores reuereri, parentes diligere, eisque in facilibus obedire, eleemosynas extremè indigentibus ex recto fine elargiri: cùm sæpe difficilius sit, ab his omnibus abstinere, quàm nonnulla exercere. Cùm enim rationis appetitus specificetur primariò à bono honesto seu conformi rationi, in ipsum maximè fertur voluntas per simplicem complacentiam, & affectum aliquatenus efficacem, vbi nulla, vel leuior, superanda est tentatio: vti defacto multi gentiles, qui nullam de Authore gratię fidei notitiam habent, ex solâ cognitione naturali Dei Authoris naturæ similia opera exercent. Heroica autem & ardua virtutũ opera, præsertim cum graui tẽtatione coniuncta constat non potuisse potentia morali, cum solo generali concursu Dei, sed opus fuisse auxilijs ordinis naturalis indebitis, quæ in eo statu, posito præcepto de his operibus exercendis, vnicuique præstò fuissent; non secus ac in hoc statu, posito præcepto de operibus supernat. exercendis, vnicuiq; præstò sunt auxilia ordinis supernat. naturæ indebita, excitantia & præmouentia ad felicitatem supernat. sicut illa intra ordinem naturæ hominem extimulassent & adiuuissent ad felicitatem natur. per opera honesta, etiam ardua virtutum moralium, assequendam: quæ tamen in hoc statu naturæ eleuatæ ad finem supernat. non sufficiunt, sed necessaria sũt auxilia ordinis supernaturalis, in quibus probandis, totus est Augustinus, sicut in euertendis Pelagius, qui meritum glorię supernat. in amore naturali Dei super omnia statuit, ipsumque haberi posse viribus naturæ debitis docuit: quorum primum horrent communiter Catholici, alterum impugnant plerique.

17. *Gratia supernat. esset minùs gratia quàm alter oculus*

Prob. 4. Si gratia supernat. sit debita naturæ, & cum ea connexa inseparabiliter ex naturâ rei, gratia primi hominis & Angelorum, non fuit magis gratia, quàm gemini oculi, geminæ aures, gemina brachia ab Authore naturæ data, nulla fuisset ex operibus: non nouum beneficium supra beneficium creationis: imò si gratia magis exigatur ad complementum naturæ, & liberi arbitrij, seu magis necessariò, quàm alter oculus, magis naturalis erit gratia sanctificans, quàm alter oculus, sine quo videre possum, si non æque benè, saltem sufficienter. Confirm. Debitum ex merito operum repugnat gratiæ per Apost. ergo debitum ex merito naturæ seu dignitate naturali repugnat gratiæ: hoc est, proportio inter opera naturæ & præmia gratiæ nulla est: ergo longè minor inter naturam, quę est radix operum, & gratiam: vel si est proportio inter naturam & gratiam, ita vt naturæ debita sit gratia; longè magis iunctis naturæ operibus erit debita gratia. Certè si naturæ radici debetur gratia, radici ac fructibus seu operibus actioni iure erit debita gratia. Et contrà, si debitum ex opere naturæ euertit gratiam, multò magis debitum naturę gratiam supernat. destruet. Si enim dignitas operum naturę cum naturâ ipsâ non aspirat ad gratiam supernat. multò minùs dignitas naturę sine meritis operum naturę ad gloriam supernat. spectabit. Vel si gratia & gloria non debetur operibus naturæ, multò minùs debetur soli naturæ: vel si deberur ipsi naturæ, multò magis operibus naturæ. Contrà ex August.

18. *Natura hum. non meretur gratiam nisi pra brutali.*

Dices: natura rationalis, quia imago Dei est, meretur gratiam. Resp. meretur gratiam non absolutè, sed conditionatè & comparatiuè ad naturam irrationalem: nimirum si Deus gratiam dare velit, ne hęc suo fine careat, irrationali naturâ rationalis est dignior, quia hęc capax gratiæ & gloriæ, cuius capax non est illa. Cæterum SS. Doctores millies pronunciant, gratiam nemini deberi, nec primo homini, nec vllius meritis, multò minùs naturæ; nec esse gratiã in naturâ liberi arbitrij, nec exigi à naturâ. Athan. lib. 1. con. Aria. *Disciplina quidem & gratia eius in nos collata magna haud dubiè sunt & supra hominem, vt est cælestis politia specimen, potestas contra dæmones, adoptio insq; filiorũ, & quod transcendit*

Gratia omni modo gratis datur

cendit suâ excellentiâ omnia charismata, Patris illa ipsiusque Verbi cognitio, & donatio Spiritus S. Cyrill. in Ioan. c. 9. *Misericors verè Dominus est, qui creaturam parvam atque abiectam secundùm naturam, magnam atque mirabilem suâ efficit bonitate.* & c. 13. *Ascendamus ad supernaturalem dignitatem per Christum, non tamen vt propriè sicut ille, sed vt similitudine illius per gratiam Filij Dei simus.* Et mox: *Creatura cùm serua sit, nutu solùm & voluntate Patris ad supernaturalia vocatur.* & c. 14. *gratia ad supernaturalem gloriam euolamus.* Et posteà immortalitatis bonum quo primus homo fuerat donatus, super naturam eius fuisse asserit. Præcipuè Aug. in Enchyr. c. 107. *Gratia nisi gratis sit, gratia non est,* & lib. de gra. Chri. c. 21. *Quomodo est gratia, si non gratis datur? quomodo est gratia, si ex debito redditur? quia* (vt c. 31. ait) *nisi gratuita non est gratia.* & l. de pec. orig. c. 24. *Non enim Dei gratia, gratia erit vllo modo, nisi gratuita fuerit omni modo.* Plura Fr. Sylvius p. 2. variarum, verbo, *Visio Dei.* Confir. quanta gratiæ intentio exigeretur à naturâ specificâ: quomodo augeretur per merita? cur qui nullum peccatum haberet, omnem gratiam non exigeret? Denique, quod supernaturale est naturæ, negari naturæ à Deo non posse, contradictio est. Quid. n. naturæ magis debitum, quàm quod ipsi ab Authore suo negari non potest? quid minùs gratia naturæ, quàm ipsa gratia, si debita est naturæ? Argues: amor supernat. est debitum naturæ naturalissimũ ex parte rationis, quæ iudicat, hanc esse naturalissimam obligationẽ arctissimamq; diligendi Deum super omnia: & ex parte appetitûs, eo quòd Deus sit finis hominis naturalis, etsi eum non nisi per auxilia supernat. consequi possit. Resp. neg. assump. amor. n. supernat. dictatur tantùm à fide supernat. vt debitum fidei connaturale, si peccatum nõ obstet: amor naturalis est debitum naturæ naturalissimum, & Deus finis naturalissimus, quem homo naturaliter appetit., non tamen assequitur quà naturalem, sed eminentiore modo, cùm natura elevata aspiret ad finem supernat. amore supernat. ideoque iudicat ratio, esse obligationem supernat. diligendi Deum vt finem supernat. si vires gratiæ suppetant; naturalem verò esse obligationem eundem diligendi, si vires naturæ sufficiãt; nullam esse obligationẽ diligendi finem naturalẽ super omnia, si auxilia desint ordinis naturalis naturæ indebita.

19. *Gratia esset minùs gratia quã creatio.*

Prob. 5. & imprimis, quod neque ex parte Dei, vel vt simpliciter operatiuus est ad extra (falsũ. n. est, vt 6. *to. disp.* 4. *ostend.* Deum necessariò ad extra producere, quod optimum est, seu optimo modo) vel ex suppositione, quòd naturam condiderit, ipsam necessariò debuerit ad statum supernat. euehere: alioqui non maiores gratias deberet natura Deo, quòd ipsam ad supernat. statum extulerit, quàm quòd ipsam non cœcam, non claudam, non surdam condiderit: neque iustitia originalis, gratia sanctificans, visio beata essent distinctum beneficium à creatione, sed catenatum: imò *integritas prima creationis non fuisset indebita humana natura exaltatio, sed naturalis eius conditio,* quæ est propositio Baij 27. damnata. Imò nullũ ens supernat. esset possibile, ipsa vnio hypostatica videretur alicui naturalis, quia naturæ maximè consentanea, ornatiua, perfectiua, cuius est capax natura: quin magis debita naturæ esset gratia, quàm creatio, quæ liberrima Deo est, quia positâ creatione, gratia esset Deo necessaria.

20. *Dices:* Gratia semper est gratia cõparata ad naturam, quæ ipsam nullo iure exigit; etsi non sit gratia comparata ad voluntatem diuinam condendi naturam, quæ Dei imago est, nec Deus potest illam imperfectam velle: adeò vt voluntati condendi naturam rationalem connexa sit necessariò voluntas largiendi gratiam; naturę tamen non est connexa necessariò gratia, sed gratis: quocirca *Aug.* 12. *de Ciuit. cap.* 4. simul coniungit in Deo decretum condendi naturam Angelicam, & largiendi gratiam: *Simul in eis condens naturam & largiẽs gratiam.* Resp. si gratia non est gratia comparata ad decretum de condenda natura, nec erit gratia cõparata ad naturam ipsam: ideò enim decretũ condendi naturam esset essentialiter connexum decreto de dignitate supernat. eidem naturæ conferendâ, quia dignitas supernat. esset naturæ ex intrinsecis essentialiter debita, non gratis danda, sed in ordinem naturæ redacta: hoc est natura ad dignitatem supernat. comparata, creataq; ad illam non esset à Deo gratis liberęq; euecta nouo beneficio à creatione distincto, contra Orthodoxam fidem, Aug. autem intelligitur de simultate non alicuius necessitatis, sed voluntatis ac liberalitatis, vt satis indicat verbum ipsum *largiens*, quòd non necessitatem ex parte Dei, sed liberalitatem importat.

Gratia supernat. est beneficium minimè connexum creationi ac conseruationi.

Inflabis: Gratiæ propriissimè dictæ non repugnant debita quælibet connaturalitatis, decentiæ, congruentiæ, æquitatis, dummodo non oriantur ex iure creaturæ: at nil connaturalius innocenti imagini Dei conditę naturaliter cum capacitate gratiæ, quàm gratia, participatio diuinæ naturæ, proprietatum Dei, visionis beatæ, vnionis hypostaticę. Resp. falsitas minoris nimiùm elucet, scilicet rationali naturæ supernaturale nihil esse, nec Deum ipsum esse supernaturalem, nec modos essendi, nec operandi proprios Deo vllos esse, quin naturę rationali competant, etiam & iure naturæ seu creaturæ, si ineat illi obligatio naturalissima arctissimaque colendi ac diligendi Deum vt finem supernat. & inclinatio naturalis ad Deum clarè videndum supernaturaliter (en terminos pugnantes) talis inclinatio & obligatio naturalis certè esset ius naturæ, aut plus quàm ius creaturę. Vrgebis: saltem nihil est congruentius, decentius, æquius respectu Diuinæ munificentiæ, quàm vt innocenti imagini, quę ad Deum velut ad finem suũ naturalem ordinata est, gratia supernat. ad illam assequendum detur: ergo Deus id debet sibi, si nõ creaturæ. Resp. nec Deus sibi ipsi, nec liberalitati, nec magnificentia, quę sunt maximè gratuitę operationis, debet quod congruentius decentiusque est; cùm id sit Deo dignissimum, quod liberrimũ. Si quis dicat, in Deo posse esse debitum, cuius nulla exigentia sit in creatura; sicut accidens supernat. exigit naturale subiectum, attamen subiectum natur. nõ exigit accidens supernat. Aduertat, nullam esse paritatem; quia Theologia non docet omnem exigentiam esse mutuam v. g. quòd si gratia exigat naturam, etiam natura exigat gratiam; sed docemur, correlatiuam esse exigentiam creaturæ, si sit debitum in Creatore, quocumque titulo, siue iustitiæ, siue munificentiæ, siue fidelitatis: hoc est non posse fingi in Deo ente perfectissimo debitum gratiæ, & in naturâ imperfectissimâ nullam exigentiam gratię. Simpliciter nil debet Deus suæ creaturæ, non existentiam, non potentiam, non operationem naturalem, quamuis exigat natura iam creata potentias & operationes naturales, si Deo placeat connaturali modo naturam conseruare: multò minùs debet Deus naturę supernaturalia, etiam non exigenti, cùm Dominus sit naturæ gratiæ, & vt ita dicam, munificentiæ suæ.

Quod nec Deus debet suæ liberalitati.

Sed adhuc instas: Si Deus sub nulla conditione

Digitized by Google

Promissio quò liberalior, eò liberior; liberrima Dei bonitati, æqualitati &c.

operis promisit naturæ beneficium, id non desinet esse gratia, licet naturæ debita à Deo, qui tenetur se promissione exsoluere: ergo quando secundùm immutabiles rationes diuinæ sapientiæ contingit, vt omninò deceat Deum magnificè cum suis creaturis agere, ne inconuenienter vel insipienter agat, nihil de gratiæ supernat. ratione tolletur. Resp. concesso antec. cùm promissio sit maximè gratuitæ, liberrima, etiam liberalissima, ideoque gratia promissa maneat gratia, naturæ minimè debita necessariò, multò minus extorta ab vllo Dei attributo; nego consequ. nam secundùm immutabiles leges diuinæ sapientiæ omninò decet, imò necessarium est infinito bono, vt profusionem sui ac magnificentiam ex libertate suâ limitet, vel ad dona naturæ, vel ad dona gratiæ supernat. illam extendendo plus minùs: proinde inconuenienter naturæ non ageret, si ipsam in ratione naturæ perficeret ac bearet, per contemplationem Dei abstractiuam, & amorem super omnia creata naturalem: imò sic conuenientissimè naturæ ageret, licet minùs conuenienter magnificentiæ suæ; insipienter nunquam; minimè verò, si non ordinasset naturam ad sui visionem supernat. Obijcis: ex sensu Ecclesiæ solùm repugnat gratiæ, vt sit debita naturæ, quasi proprietas inseparabilis: gratia amitti saltem potest per peccatum: ergo non est proprietas naturæ connexa vinculo arctissimo. Resp. sensus Ecclesiæ est, vt gratia sit extra totum ordinem naturæ, nec à natura exigi possit vt propria vllo modo. Certè si naturæ purè seu innocenti debita sit gratia necessariò, proprietas naturalissima est gratia supernat. potiorque proprietas, quàm frigus aquæ, quod non desinit esse vera proprietas, licet per calorem amitti possit, dum illud natura aquæ exigit sibi debitum.

22. Iterum argues: gratia non spectat ad naturam ex naturâ rei, sed ex constantiâ voluntatis diuinæ, quâ prius hominem ad imaginem suam condere statuit, deinde gratiam supernat. impertiri; adeò vt decernens liberrimè naturam, in ea quasi in causa decernat gratiam supernat. eadem libertate, vtrũque; scilicet naturam & gratiam liberrimè largiri simul decernat, decreto virtualiter duplici, quorum secundum de largiendâ gratiâ, gratuitum est maximè. Resp. si per modum vnius condita est natura, eique collata gratia indiui duo nexus, vtraque natura scilicet & gratia, æquè gratuita erit ac gratia, imò natura erit magis gratia, quia natura radix gratiæ; nullaque erit gratia sanctificans, quæ sit maius donum Dei, quàm natura fonsceterorum, vt proprietatum. An gratia sit proprietas naturæ indistincta, inamissibilis, inseparabilis, vt volebat Pelagius; an verò distincta, amissibilis, separabilis per peccatum, dummodo affirmetur esse necessariò connexa vt proprietas naturæ, parum interest: nec fortè pluris, quàm si disceptetur, an facultates animæ sint distinctæ à natura. Magis etiam ad catholicos accedit Pelagius, cùm fatetur, naturam ad felicitatem supernat. eleuatam omninò gratis, non necessariò, nec ex debito naturæ, nec ex connaturali immutabilique Dei decreto, sed per gratiam Dei extrinsecam, gratuitum scilicet liberrimumque Dei decretum, distinctum planè ac separabile à decreto condendi naturã: à quo statu supernat. vult infantes excidisse per peccatum protoparentis, ideoque egere baptismo, quo ad felicitatem supernat. acquirant ius nouum, non intrinsecam gratiam, cùm tales velit nasci infantes, qualis erat Adam ante præuaricationem.

Natura si radix gratiæ est magis gratia quàm gratia ipsa.

23. *Inflabis* acriùs: possunt Catholici, post Adæ peccatum etiam naturæ lapsæ gratiam Dei sufficientem debitam affirmare, nec denegari à Deo posse: ergo liceat naturæ purè atque innocenti, gratiam huiusmodi debitam ac necessariam affigere. Resp. omninò æquum est, naturæ ad finem supernat. iã ordinatæ, cui datum est mandatum supernat. de dilectione supernat. media necessaria non negari ab Authore gratiæ supernat. & gloriæ, qui impossibilia iubere non potest, sed cum mandato vires suppeditat sufficientes, ne frustrà & fictè iubeat. At fateatur quoque Catholicus, Deum posse puram naturam condere, ipsam ad statum supernat. non erigere, gratiam supernat. nullam largiri, posse nullam legem ferre, nullam iustitiam, aut misericordiam exercere, sed tantùm ius dominij, sicq; nulla omnino gratuita auxilia fore debita naturæ, nec hominem peccatutum in eo, quod vitare non poterit: alioqui dicere, Dei amorem supernat. esse naturæ purè debitum seu naturalem, non tamen esse proprietatem, nec naturalem actionem ex naturæ facultatibus fluentem, hoc ipsum est, multiplicare sententias inuicem destruentes: nam ista dilectio Dei est actio vitalis à voluntate liberoque arbitrio emanans, & voluntas est facultas naturæ: ergo amor supernat. erit naturalis actio ex naturæ facultate fluens, sicut visio ex oculo, qui obiecti luce verberatur: imò impossibilis erit amor Dei naturalior, quàm per gratiam supernat. certè tam essentialis erit, ac naturalis gratia innocenti creaturæ, quàm naturalis essentialisque eius priuatio peccatrici naturæ. Concludo: gratia sufficiens per Scholasticos, nullo iure, nulla connexione essentiali, nec naturali est debita naturæ, sed Deo soli vt supernat. legislatori consentanea, velut connaturalis effectus; nec absolutè Deo necessarius, neque ex conditione tantùm, quòd naturam rationalem creet, sed ex conditione, quòd naturam illam præcepto supernat. honestare velit, quod est, illam ad statum supernat. euehere: quo posito gratiam illi statui connaturalem ad præcepta seruanda denegare non potest, cùm impossibilia iubere non possit Deus: eaque ne iubeat debet bonitati suæ & æternæ legi; nil debet naturæ, nec creationem, nec præceptum dilectionis ipse, qui bonorũ creaturas non eget. Quare disting. propos. gratia est debita naturæ ordinatæ ad finem supernat. si sistat hic sensus, gratia est debita naturæ: turpis est terminorum pugna. Si intelligatur, gratia debita naturæ, prout ordinatæ ad finem supernat. seu ipsi ordini supernat. ad quem sublimatio naturæ est prima gratia Dei extrinsecumque decretum, radix & causa omnis intrinsecæ gratiæ, hoc est sentire orthodoxè.

Gratia sufficiens quo modo debita?

Ex conditione

24. Prob. 6. Si gratia fuisset naturæ Adæ debita, potuisset primus homo per vires naturæ debitas, imò per vires naturæ simpliciter, sine peccato esse, Dei mandata custodire, ad profectum omnium virtutum peruenire, seipsum quotidie sanctiorem reddere per vires proprias, sola natura sibi ad omnia sufficisset. Quæ enim vires Adæ magis propriæ, quàm quas Author naturæ non poterat negare? poterat gratiam Dei nullam agnoscere, nisi sibi debitam; propriam sibi gratiam omnem existimare, vt potentiam visiuam, auditiuam &c. pro nullâ gratiâ gratias agere, nisi vt de potentiâ visiuâ &c. opus heroicum quodlibet sibi tribuere, vt proprijs viribus patratum, nullâ peculiari Dei gratiâ: diceret Angelus bonus, ego per vires naturæ meæ debitas visionem beatam assecutus sum, meque à reprobis segregaui: quòd sanctus ac beatus sim, non est maior gratia Dei, quàm quòd creatus

Prob. assertio vlt.

sim,

sim, vtrumque pariter meum est: nullo modo potest mihi Deus gratiam & gloriam adimere, nisi velim. Neque hæc iactando peccaret, cùm verum diceret. Hæc autem cùm sint intoleranda, agnoscenda est in primo homine & Angelis, quantumuis innocentibus, gratia omninò indebita naturæ, quâ Deus ad nutum posset ipsos spoliare: cui gratiæ tribuenda sunt merita vt causæ principali, de qua gratia gratias agat æternas.

25. *Summa argum.* *Obiicies* 1. In statu puræ naturæ essent ingentes miseriæ: nec illa natura ad finem suæ felicitatis peruenire posset, quātumuis ad illum anhelaret; quia beatus non est, nisi qui habet omnia quæ vult, & nihil vult malè. Atqui natura innocens misera esse nequit; nec Deus permittere potest, vt quis sine culpa quidpiam mali patiatur, nec nisi connaturali modo creaturam rationalem condere potest, omnibus præfidijs instructam, quibus connaturalem finem suum assequatur, id postulante Dei sapientiâ, quæ non nisi perfecto operatur modo. scilicet, natura rationalis est capax beatitudinis supernat. gratiæ diuinæ, visionis beatæ: nec sine illa satiari ac beari potest: ergo Deus tenetur omnia hæc impertiri ex iustitiâ, vel liberalitate, si natura non peccauerit. *Resp.* 1. nil absurdum inferri posse, scilicet, Adam innocens erat capax vnionis hypostaticæ, ipsius naturæ maximè perfectiuæ: ergo iniuriam fecit illi Deus, ipsam sibi hypostaticè non vniendo; quid in consequentius? At inquies, Adam non erat indignus alienâ hypostasi, propriam nactus: pura natura esset indigna gratiâ supernat. Dei ad finem naturalem obtinendum. Sed contrà: nam esto haberet propriam hypostasim, quia tamen capax esset perfectioris, deberetur illi: sicut, esto natura pura haberet auxilia ordinis naturalis ad suum finem naturalem, quia tamen capax esset perfectiorum auxiliorum supernat. ad eundem finem, deberentur illi: neque enim vlla est indigentia auxilij supernat. ad naturalem finem, cùm media non sint superioris ordinis ad finem, sed fini commensa. 2. neg. maior. natura .n. potest maximè institui cum cognitione Creatoris naturali & amore naturali, cum bonâ voluntate & sapientiâ naturali, cum dilectione castissima æternæ legis naturalis, cum amore iustitiæ naturali, omnisque honestatis, seu cum integro virtutum moralium choro; & hanc felicitatem naturalem perfectissimam assequi sine verâ & supernat. gratia Dei, per sola auxilia ordinis naturalis vberiora, quæ Author naturæ inspiret, nec Philosophi negassent facilitare ad beatitudinem, quam in contemplatione & amore Authoris naturæ, honesti & summi boni collocarunt.

Resp. 1.

2. *Neg. maior.*

26. Vrges: amor Dei super omnia tantopere necessarius puræ naturæ ad felicitatem per veram supernat. gratiam inspirati debet: ergo sine gratia finem suum assequi natura non potest. *Resp.* neg. antec. nam auxilia ordinis naturalis ad amandum Authorem naturæ super omnia creata, non sunt impossibilia Authori naturæ; ideoque ipsam naturam beare potest pro modulo, in ratione naturæ, etsi ipsam non euehat supra se ad gratiam & visionem claram sui. Instabis: Pelagianus error est, asserere, Deum amari posse super omnia naturæ viribus, auxilijsue naturalibus, sicut oportet. *Resp.* sicut oportet ad salutem supernat. concedo: sicut & Pelagianus error est, nullum agnoscere pro hoc statu amorem supernat. nullas gratiæ vires supernat. nulla auxilia naturæ indebita ad amandum Deum super omnia, sicut oportet ad iustificationem: nulla etiam in statu possibili purę naturę agnoscere auxilia ordinis naturalis necessaria ad amandum Deum efficaciter super omnia. Catholici verò nullum homini tribuunt amorem Dei super omnia efficacem, nec de possibili in statu naturæ puræ, nec de facto in statu naturæ eleuatæ: vtrumque adscribunt auxilijs naturæ indebitis. Asserunt, Deum non posse dare præceptum de amando Deo naturaliter, vel supernaturaliter super omnia, nisi vires largiatur ordinis naturalis vel supernat. debitas præcepto, indebitas naturę. Fatentur quoque, præceptum de diligendo Authore naturæ super omnia esse naturale, seu ordinis naturalis, hoc est naturæ rationali conueniens, non omni proprium, nec necessariò essentialiter. Et consequenter ad præceptum datum, non antecedenter, naturale est naturæ rationali exigere vires ordinis naturalis ad præceptum moraliter implendum, sicut præceptū supernat. de diligendo Authore gratiæ exigit pro natura vires ordinis supernat. ad illud moraliter implendum, non tantùm physicè.

27. *Deus potest esse non dolosus, non misericors, non iustus.* *Resp.* 3. admissâ maiore, nempe in statu puræ naturæ futuras fuisse ingentes miserias necessariò, licet non maiores, quàm apud Turcas aut Sinas, qui tamen se suamque rempublicam beatam putant, & contenti essent sic æternùm viuere. Neg. minor, scilicet naturam sine culpa sic miseram condi non posse, aut Deum fore iniustum, si permittat creaturam innocentem quidpiam mali pati, licet futurus sit non iustus. Nempè sicut Deus potest esse non iustus, non misericors, non dominus, si nullam condat creaturam, in quam exerceat iustitiam, misericordiam, dominium: ita potest esse non iustus, non misericors, si creaturam instituat, in quam solùm exerceat dominij ius. Siquidem quam creaturam permittere potest manere nihilum creaturæ, eandem permittere potest existere miseram creaturā: nam ex eo quòd creaturæ sit absolutus dominus, nihil ei debet vllo titulo, nec ipsam creare, nec creatam beare: qui enim potest non creare, potest ad nihilum redigere, potest mutilare de potentia absoluti dominij: nec naturæ debet absolutè suas proprietates naturales, multò minùs felicitatem supernat. aut gratiam: imò gratiam non potest nisi titulo munificentiæ liberrimè conferre. Potest ergo vt dominus absolutus est, condere naturam, mancam, mutilam, imperfecto modo: non tantùm anhelantem ad imperfectam beatit. nullo modo obligatur operari perfecto modo, qui potest ius absoluti dominij in creaturam exercere, rationalem creaturam sine vllis appetitibus elicitis creare, multò magis suis illam appetitibus relinquere; imò nunquam potest perfectissimo modo operari (vtpote qui infinitum bonum est) quin imperfectionem aliquam relinquat creaturæ rationali. Ita potentiam peccandi seu deficiendi à gratiâ diuinâ in Angelis, Adam, Æuâ reliquit, tantam in eorum libero arbitrio leuitatem & inconstantiam, quam tollere poterat & confirmare in gratiâ: ecquis finxit creatorem eam tollere debuisse suæ munificentiæ, cùm tamen maximè potuerit, & maximum donum fuisset, vt in Christo, B. Virgine, Apostolis? Igitur nullo attributo absolutè debet, naturam creatam omnibus præfidijs instruere, vt assequatur finem naturalem, multò minùs vt supernat. si dominus absolutus est, vitæ & necis, felicitatis & miseriarum, quarum maxima physicè æstimatur ipsum non existere creaturæ, seu nihilum esse, quod tamen esse nihilum omnibus creaturis possibilibus permittit Deus, quia dominus est: quod qui negat, dominum Deum negat. Hinc damnatæ

Nota diligenter

sunt

Digitized by Google

sunt hæ propos. 78. 79. &c. *Omnes omninò iustorum afflictiones sunt vltiones peccatorum ipsorum: Vnde Iob & Martyres propter sua peccata passi sunt: Beata Virgo mortua est propter peccatum ex Adam contractum.* Sicut ergo Deus crudelitatem & iniustitiam nō spiraret, si animulas per Adam à se creatas, nulli peccato actuali obnoxias, æternis gehennæ incendijs damnaret, (esto iustitiam non exerceret, sed ius dominij in illas) ita multò minùs cogeret quempiam ad ineptias, ad blasphemias, ad Manichæismum, si puram naturam relinqueret in proprijs misericordijs, quæ maiores non essent, quàm Turcarum aut Sinarum modò, aut Romanorum olim triumphantium pacis artibus & belli laude. *Imperfectam beatit. assequitur natura*

Dices: Augustinus credit se torquere Pelagianos passim huiusmodi argu. *Si paruuli sunt innocentes, cur in miserijs nascuntur? sub creatore iustissimo eius imago in tenerâ ætate tanta mala nullo modo pateretur, nisi esset originale: Deus iustus si tanta paruulis mala nihil peccati contrahentibus irrogaret, magis esset iniustus. Si detractis peccatis miseria perseueret rectè deformari dicitur ordo vniuersi* l. 3. de lib. c. 9. *neminem sinit mali aliquid perpeti, quod non meretur: in ps.* 33. Ergo supponir statum puræ naturę, quasi miseriarum esse impossibilem absolutè: vel argumenta eius inania sunt. Resp. neg. conseq. & dico, argumenta hęc esse validissima, contra negantes originale pecc. & admittentes scripturas sacras, quarum fide constat certissimò, Deum seruare iustitiæ leges in generali præmiorum & suppliciorum distributione: nec enim contra Pelagianos leuiter disputat de statu aliquo possibili, sed grauissimè de statu reipsâ constituto, certoque prouidentiæ cursu, quem diuina oracula attestantur; scilicet, ex eo quòd indubitatum sit ex promissis Dei & Fide, hominem ad felicitatem à Deo creatum esse, à qua excidere non potuerit iuxta leges iustitiæ à Deo promulgatas nisi peccatum contraxerit, & nihilominus tanta patiantur mala recens nati infantuli, an non rectè inferatur ipsos peccasse. Hinc *l.* 1. *de lib. arb. c.* 6. asserit: *Summa ratio, cui semper obtemperandum, est illa, per quam mali miseriam, boni vitam beatam merentur*: & l. 1. leg. & proph. c. 5. *supplicia peccatorum de pulchritudine iustitiæ veniunt*, non de supremo domini iure: nimirum, *ordinatissimum est, decoriq; vniuersitatis maximè congruum*, nullo modo necessarium, *vt peccati dedecus emendet pœna peccati, sicque ordo à peccatore violatus restauretur.* Non ignorasse autem *August.* Deum posse potentiâ absolutâ affligere innocentem, patet ex l. 2. de ciuit. c. 7. *Scio ea posse defieere* in operando ac patiendo, vt in essendo, *quæ ex nihilo facta sunt*: & in ps. 70. *quis Deo dicerct, quid fecisti, si iustum damnaret?* & alibi passim. *Valida August. argu. contra hæreti.*

28. *Achilles* *Obyeies* 2. Impossibile saltem est, vt ordo naturalis exigat, carnem spiritui repugnare, appetitum sensitiuum rationali, inferiorem superiori, hominem inextinguibili bello secum luctari, absurdissimumque est cogitare victoriam partis inferioris de superiore prostratâ, naturalem esse; quip Authori naturæ imputentur omnia huius creaturę scelera. *Leg. August. lib.* 4. *de Ciuit.* Igitur status puræ naturæ est impossibilis etiam de potentiâ Dei absoluta, si ipsum vis esse statum naturalem. Resp. 1. hoc argum. est contra lumen rationis omnium gentium & sæculorum, Græcorum, Roman. Philosoph. qui statum naturæ puræ, cùm eleuatam non cognouerint, demonstrant esse naturalissimum, pugnamque illam appetituum naturalissimam, nec Deum peccasse illam condendo vnquam somniarunt; nec naturæ scelera Deo imputaruut: imò aliter condi posse, seu cum iustitiæ originalis fœnò, non existimarunt, qui per fidem id non cognouerunt; multò minùs putarunt naturam euehi posse ad statum supernat. cuius nullam habuerunt notitiam. Augustinus autem, exorto Euangelij lumine; postquam ex diuinis literis attestata affirmauit de diuina bonitate ac sapientiâ præclarissima quæque, demonstrat ethnicis, fuisse congruum maximè bonitati infinitæ, miserias purę naturę subleuare, ipsius innocentiam ad statum supernat. ac felicitatem euehendo, & auxilia ordinis supernat. dando ad finem illum, de quo per sacra oracula constat, assequendum. 2. Impossibile est, vt ordo naturalis exigat istam pugnam quasi perfectionem naturę propriam, concedo: impossibile est, spectato ordine naturali, vt natura in ista pugna contrariorum appetituum, sicut & qualitatum, sibi suęque imperfectioni proprię ac naturali relinquatur ab Authore naturæ, nego: natura siquidem non minùs naturaliter fert suas imperfectiones proprias, quàm exigit perfectiones proprias; gratuitum nihil exigit, cùm debitum non sit: si gratiam accipit, gratias habet. Imputandam verò Deo peruersitatem naturę, & quidquid scelerum ex illa creatæ libertatis institutione nascetur, blasphemia est: nam libertas arbitrij pro eo statu peccaret eatenus, quatenus moraliter posset propriū, inferiorem appetitum frænare suoque actui dominari; quatenus verò morale dominium actus sui non haberet rationalis natura, eatenus non peccaret nisi fortè materialiter, cùm naturę sensituę impetum sequeretur: multò minus peccaret auctor naturę purę, vt nec peccat in stultis. Instas: peccat homo sani iudicij, qui duos stultos ad mutuam necem irritat: ergo etiam Deus, qui eosdem in statu purę naturę ad luxuriam, incestus, homicidia &c. per concupiscentiam inflammaret. Resp. discrimen est, quòd homo debet honorem ac reuerentiam naturę suę, & in stultis maximè imperfectę, debet etiam misericordiam, cùm suptemi dominij ius in hominem homo non habeat; sed Deus, qui naturæ Dominus est, naturę nihil debet: si enim homo, quia brutorum Dominus licèt non supremus, brutis nil debet, ius vitæ & necis brutorum habet: quantò minùs debet creaturę quidpiam Creator supremus dominus? Concludo: si Deus vt absolutus Dominus, naturæ mandatum non det de Creatore super omnia diligendo: tunc homo non peccabit id agendo, à quo abstinere non poterit; vel id non agendo, quod prętare non potest. Potest Deus legem ferre de amore super omnia naturali tantùm, præmio naturali tantùm proposito, & tunc debita erunt precepto auxilia ordinis naturalis tantùm: repugnantia carnis ac spiritus est naturalis homini: ignorantia pariter, peccandi promitas seu infirmitas, libido, pudor ipsi coniunctus, mortalitatis miserię sunt planè naturales; relictę tamen in pœnam peccati originalis, etsi absque hoc peccato, vt propriæ imperfectiones ipsi naturę relinqui potuerint. *Contra primam rationis lucem* *Resp. in formâ* *Blasphemia* *Instas* *Resp. neg. pariter.* *Compendium doctrinæ*

29. *Obyeies* 3. August. *lib.* 22. *de ciuit. c. vlt. de corrept. & gr. c.* 10. 11. 12. &c. libero arbitrio primi hominis & Angel. tribuit potentiā naturalē nō peccandi, in accepta iustitia perseuerandi, merita habendi, à malis Angelis se discernendi: *in* 1. *liberum arbitrium, quod homini datum est, quando primum creatus rectus, potuit non peccare, sed potuit & peccare. Adam non opus habebat eo adiutorio, quod implorant isti, cùm dicunt, video aliam legem &c. Merita per quod habere potuit, per hoc perdidit, hoc est per liberum arbitrium.* In altero: *Mali Angeli per liberum arbi-*

trium

trium à Domino refuga facti: Cæteri per ipsum liberum arbitrium in veritate steterunt. Angeli sancti, cadentibus alijs per liberum arbitrium, per idem liberum arbitrium steterunt ipsi. Resp. nullibi aut primi hominis, aut Angelorum in primâ conditione soli libero tribuit arbitrio opus vllum supernat. æternæ vitæ meritorium, sed gratiæ, licèt non sine libero arbitrio, hoc est gratiæ vt principaliter operanti, libero arbitrio vt cooperanti. Vnde *lib. 12. de ciuit. c. 9.* docet, Authorem bonæ voluntatis in Angelis primò conditis fuisse Deum; *Confitendum est, cum debita laude Creatoris, non ad solos sanctos homines pertinere, verùm etiam de sanctis Angelis posse dici, quod charitas Dei diffusa sit in eis per Spiritum S. Alioqui,* ibid. infert, *meliores à seipsis quàm à Deo factis essent. At non potuerunt,* vt subinfert *seipsos meliores facere, quàm eos ille fecerat, quo nemo melius quidquam facit: profectò,* concludit, *& bonam voluntatem, quâ meliores essent, nisi operante adiutorio Creatoris habere non possent.* Et de correp. c. 10. *Si hoc adiutorium vel Angelo, vel homini, cùm primùm facti sunt, defuisset, quoniam non talis natura facta erat vt sine diuino adiutorio posset manere si vellet, non vtique suâ culpâ cecidissent, adiutorium quippe defuisset, sine quo manere non possent.* Et de Adam subdit: *Sine qua gratia, etiam cum libero arbitrio bonus esse non posset, sed eam tamen per liberum arbitrium deserere posset. Nec ipsum ergo Deus,* concludit, *esse voluit sine sua gratia, quam reliquit in eius libero arbitrio: quoniam liberum arbitrium,* pergit, *ad malum sufficit, ad bonum autem nihil est, nisi adiuuetur ab omnipotenti bono.* Tantum abest, vt in sent. August. liberum primi hominis arbitrium fuerit de se sufficiens ad supernat. felicitatem sibi comparandam; imò nullum opus eâ condignum elicere potuerit. Vnde infrè concludit: *Posset ergo permanere, si vellet, quia non decrat adiutorium, per quod posset, & sine quo non posset perseueranter tenere, quod vellet.* Ecce per quas vires liberum primi hominis arbitrium potuisset in sent. Aug. in bono, quod gratis acceperat, perseuerare. Idem confirmat in Enchir. c. 106. *Quamuis sine gratia nec tunc vllum meritum esse potuisset: quia etsi peccatum in solo libero arbitrio erat constitutum, non tamen iustitia retinenda sufficiebat liberum arbitrium, nisi participatione immutabilis boni diuinum adiutorium præberetur. Homo in Paradiso ad se occidendum, relinquendo iustitiam, idoneus erat per voluntatem, vt autem ab eo teneretur via iustitiæ, parum erat velle, nisi ille, qui eum fecerat, adiuuaret.*

Mens Aug. apprimè manifesta.

30. *An libero arb. tribuenda potestas non peccandi &c.*

Quando igitur Augustinus tribuit libero primi hominis arbitrio potentiam non peccandi, intelligendus est de potentiâ non peccandi contra præcepta negatiua, quę seruantur solâ omissione actus prohibiti; vel contra præcepta moralia distributiuè, non collectiuè, non autem de potentia non peccandi vel contra præcepta affirmatiua supernat. etiam distributiuè, vel contra præcepta affirmatiua moralia collectiuè sumpta: de quâ potentiâ intellige *cit. de correp.* non potuisse primum hominem sine adiutorio diuino perseueranter tenere bonum, quod acceperat. Atque hoc pacto solutum manet primum testim. 2. Intelligitur de gratia ad frænandam carnis concupiscentiam contra spiritum insurgentem, quæ in eo statu necessaria non erat, propter subordinationem appetitus inferioris ad superiorem, ex quo infert, potentiore gratia per Christum nunc opus esse, ad victoriam de concupiscentiâ reportandam. Tertium explica in suo genere, vt nimirum, cùm dicitur liberum arbitrium esse causa demeriti, intelligas de causâ deficiente morali principali, quæ est solum liberum arbitrium. Idem verò cùm dicitur causa meriti, intellige de causâ minùs principali: cùm non solùm ad meritum necessaria sit gratia ad impartiendam operi condignitatem ad præmium, sed etiam liberum arbitrium ad reddendum opus morale ac liberum: licèt illa ad meritum requiratur principaliùs, hoc minùs principaliter: cùm principaliùs in merito sit condignitas ad præmium, quàm libertas: quamuis vtraquè in suo genere sit principalis: vt enim condignitatis ad præmium sola causa est gratia; ita moralitatis & libertatis, solum liberum arbitrium; cùm nec gratia conferat actui rationem liberi, nec liberum rationem condignitatis. Dici etiam potest liberum arbitrium causa meritorum, quatenus illa conseruat, non perimendo per peccatum, cùm posset: non secus ac latro dicitur causa vitæ innocentis, quatenus conseruat illam, non auferendo cùm possit: ex *Anselm. lib. 1. Cur Deus homo c. 10. Dicitur,* inquit, *dare aliquid, quod non aufert quando potest; & facere esse aliquid, qui cùm possit, id ipsum facere non esse, non facit. Sic itaque,* concludit, *cùm Angelus potuit auferre sibi iustitiam, & non ablulit, & facere se non esse iustum, & non fecit, rectè asseritur ipse sibi dedisse iustitiam, & seipsum iustum fecisse.* Denum ad illud quod obijci ur de perseuerantia in accepta iustitia; vel intelligitur de perseuerantia, gratiæ adiutorio non excluso, vt constat, ex *cit. testim. de corrept.* vel de sola perseuerantia in accepto præcepto seruando, videlicet vt homo de vetito ligno non comedendo, ita Angeli de obedientia supremo Angelo præstanda, vt ego arbitror 2. *to. disp. 20. sect. 8.* præceptũ seruare potuerũt.

Liberum arb. causa demeriti, meriti

31. *De statu naturæ integræ vide sect. penultim.*

Instas: cùm dixissent Pelagius, ex solâ voluntate contingere, quòd homo non careat peccatis, aut iustè viuat, Augustinus sæpe admittit, quòd vera esset sententia Pelagij, si vires primæuas in creatione datas natura non perdidisset: atqui iustè viuere, est opera supernat. exercere. Ergo opera supernat. hominis integri tribuenda sunt soli voluntati. Resp. consequentia hæc est mera hæresis Pelagiana, & terminorum pugna, scilicet ex sola voluntate, ex sola natura, Adam potuisse iustè viuere & Angelos bonos gloriam supernat. adeptos esse. Longè enim aliter, vt suprà, sapit Augustinus: *Quid ergo?* inquit de corrept. c. 11. *Adam non habuit Dei gratiam? imò verò habuit magnam, sine qua etiam cum libero arbitrio bonus esse non posset: non potuerunt Angeli seipsos meliores facere: ipsi amplius aduti ad eam beatitudinis amplitudinem, vnde se nunquam casuros certissimi fierent, peruenerunt. Non ad solos sanctos homines, verùm etiam de sanctis Angelis dici posse, Charitas Dei diffusa est in eis per Spiritum sanctum: sine gratia nec tunc vllum meritum esse potuit: iustitiæ retinendæ liberum arbitrium non sufficiebat: Homo per liberum arbitrium idoneus erat ad seipsum occidendum, vt autem ab eo teneretur via iustitiæ parum erat velle, nisi adiuuaret ille, qui fecerat.* Vides, quàm apertè Augustinus non liberi arbitrij, sed gratiæ viribus tribuat actus supernat. pariter in natura integra ac lapsa? quis præterea dicat, liberum arbitrium tam robustum in Adam fuisse, vt per illud seu per concreatas ei vires posset, non modò stare, quemadmodum & cadere, verùm etiam iustitiam custodire ac perseuerare, æternùm. iustè viuere, bonum semper facere? Certè quàm parum, & quid valeat liberum arbitrium non adiutum gratiâ congruâ, cæteris licet sufficientibus, in ipso Adam peccante satis demonstratum est, ait August. qui Adam cùm præceptum vnicum facillimumque non impleuerit nec breui tempore, nullâ licet tentatione, quam liberè

Quàm parum p. sit liberum arb.

berè sibi non excitauit, pulsatus; sed ipsum fregerit ex solâ variabilitate ingenij, manifestum est, quod sine auxilio speciali impotens moraliter fuerit, ad omnia bona virtutis moralis, non tantùm supernaturalis. præstanda per mille annos vitæ, & ad omnes tentationes collectiuè superandas, quas voluptatis & curiositatis studio in seipso liberè excitare poterat, ex intrinseca indifferentia & mutabilitate. Vnde solùm in eo inter naturam integram & lapsam discrimen collocat Augustinus de bono perseuer. c. 7. Quòd natura integra absque difficultate & speciali adiutorio poterat diu ab acceptâ iustitiâ non cadere, & à Deo per transgressionem præcepti non recedere: lapsa autem non nisi cum difficultate per gratiam Christi abundantiorem potest. Audiatur Augustinus. *Qui non infertur in tentationem, non discedit à Deo. Non est hoc omninò in viribus liberi arbitrij, quales nunc sunt: fuerat in homine antequam caderet. Quæ libertas voluntatis in illius primæ conditionis præstantiâ quantum valuerit, apparuit in Angelis, qui diabolo cum suis cadente, in veritate steterunt, & ad securitatem perpetuam non cadendi peruenire meruerunt. Post casum autem hominis non nisi ad gratiam suam voluit pertinere, vt homo accedat ad Deum: neque nisi ad gratiam suam voluit pertinere, vt non recedat à Deo.* Ad gratiam igitur suam vult nunc Deus pertinere vt non tantùm ad ipsũ per bona opera accedamus, sed etiã ne per mala ab eo recedamus: citò: in naturâ autẽ integrâ potuit diu homo & Angelus integris arbitrij viribus à Deo non recedere per mala opera; non potuit autem eiusdem arbitrij viribus sine gratiâ ad Deum accedere quod est potuisse illos acceptum præceptum non violare, non autem per meritoria opera sine gratia ad eũ peruenire. leg. *Aug. ser.* 13. *de verbis Apost.* c. 11. cætera de naturâ pura n. 384.

Discrimen naturæ integræ lapsæque vide sect. 9.

SECTIO II.

An requiratur speciale auxilium Dei ad cognoscendas veritates naturales, ac supernaturales?

32. *Quid auxilium speciale?*

PEr speciale auxilium Dei intelligitur hic quæcunque mentis illustratio, specierum infusio, phantasmatum coordinatio, peculiaris diuinæ prouidentiæ directio, quâ quis speciali motione Dei adiuuetur ad verum cognoscendum. Et quidem certum est, requiri peculiare auxilium ac priuilegium ad cognoscendas veritates naturales futurorum cotingentium, & secretorum cordis; quia licet hæc naturalia sint quoad entitatem, sunt tamen supernaturalia quoad modum: indigent. n. peculiari reuelatione diuinâ & mentis illustratione, quæ indebita est omni naturæ creatæ. Sola igitur controuersia est de veritatibus purè naturalibus, quæ sine peculiari reuelatione, vel propriâ inuentione, vel aliorum doctrinâ sciri possunt: quæ duplicis sunt generis: aliæ naturales spectantes ad vniuersalem Philos. naturalem; aliæ morales pertinentes ad solam Philos. moralem. Ab his excludo 1. omnem veritatem Theologicam, siue illa in sola contemplatione veritatis consistat, siue ad praxim dirigatur: quia cùm necessariò pendeat ex aliquo principio reuelato, eget peculiari influxu fidei, à quâ omnis conclusio Theologica effectiuè pendet. Vt *to.* 1. *disp.* 1. *sect.* 4 Excludo 2. omnem finem extrins. ad quem ex intentione operantis quælibet veritas naturalis dirigi posset: tunc enim certum est, si illa directio sit ad finem supernat., requiri peculiare auxilium per Christum: quia talis directio specificatur à fine, ad quem dirigitur. 3. Excludo omne miraculum, quo posset Deus naturales scientias humano intellectui infundere. Licet tunc scientia esset naturalis quoad entitatem, naturalique viâ ab ingenio humano comparabilis, modus tamen censeretur supernaturalis. Vnde ratione talis modi requireret speciale auxilium & illustrationem Dei.

Veritates naturales?

DICO 1. In nullo statu humanus intellectus eget peculiari auxilio Dei ad quodlibet verum naturale cognoscendum: tametsi ad omne verum naturale collectiuè, & absque errore intelligendum, egeat peculari auxilio Dei, distincto à beneficio creationis. Omnes tamen veritates naturales sine vllo errore homo cognoscere potuisset in statu innocentiæ & iustitiæ originalis, ex vi illius peculiaris patrocinij, quo Deus humanam naturam in eo statu positam protegebat. 1. Partem probat *S. Doct.* 1. 2. *qu.* 109. *art.* 1. quia quæuis forma suâ naturâ potens est in omnem effectum sibi proportionatum: sed quodlibet verum naturale distributiuè sumptum est obiectum proportionatum intellectui humano: ergo poterit illud absque peculiari illustratione cum solo concursu generali primi mouentis intelligere. Minor constat: intellectus. n. humanus est virtus naturaliter ordinata ad verum naturale cognoscendum, sicut lux ad illuminandm, iuxta illud ad *Rom.* 1. *Inuisibilia Dei à creatura mundi, per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur; sempiterna quoque eius virtus & diuinitas.* 2. Pars prob. licèt tota collectio veritatum naturalium sit naturalis, & quoad entitatem non excedat vim potentiæ intellectiuæ naturalis, excedat vim potentiæ intellectiuæ naturalis, excedit tamen illam quoad impedimenta & conditiones, quas includit, vt omninò censeatur impossibile, humanum intellectum eas omnes absque errore sine speciali auxilio Dei attingere, tum propter imbecillitatem luminis naturalis, non valentis singula & omnia vera naturalia sine aliquo errore penetrare, præsertim cùm illa non cognoscat per species proprias, sed alienas, à sensibus emendicatas: tum propter profundas obscuritates & impedimenta, quibus naturales veritates obuoluuntur. Quare, vno excepto Adamo, qui has scientias à Deo infusas accepit, nullus hactenus eam perfectè acquisiuit. Quod non solùm est signum, eas non posse absque speciali auxilio comparari, sed nec Deum ad eas comparãdas hactenus suum præstitisse auxilium. Quæ doctrina non solùm vera est de homine lapso, sed etiam in purâ, atque integrâ naturâ constituto. Nam etiam in statu integræ naturæ poterat homo errare, & interdum fessus à studio cessare, & in alijs curis animum occupare: quamuis faciliùs in eo statu potuisset, & plures veritates naturales intelligere, & citiùs puriusque eas attingere; eo quòd nulla fuisset in eo statu passionum rebellio & pugna, quæ à contemplatione veritatis animum vehementer abducunt.

33. *Non eget ad quodlibet verum.*

Eget ad omne collectum.

Quid in statu innocentiæ?

Tertia pars constat: quia in statu innocentiæ, teste *Augustino* 14. *de Ciuit. cap.* 10. *Erat deuitatio tranquilla peccati qua manente, nullum omninò aliunde malum, quod contristaret, irruebat.* Ex quo infert *S. Doctor.* 1. *p. qu.* 94. *art.* 4. in illo statu nullum errorem esse potuisse, cùm error sit maximum malum naturæ intellectualis. Ex aliâ parte tranquillissima quies, & summa pacatio omnium passionum, cum perfecta subordinatione corporis ad animum, maximè conducebat ad naturales scientias capessendas. Non enim in eo statu homi-

Digitized by Google

nes nati fuissent cum scientijs, sed eas propriâ inuentione, vel aliorum instructione & disciplinâ comparassent, vt expresè ex *S. Doct.* 1. *p. qu.* 96. *art.* 3. Cæterùm hoc inter statum integræ naturæ, & statũ innocentię fuisset discrimen (vix vlli dubiũ esse potest) quòd sicut in statu integrę naturę contingere potuisset error, ita ad omnes scientias naturales sine errore in eo statu addiscendas opus fuisset peculiari prouidentiâ Dei, distinctâ ab eo dono, quo naturam humanam integram & rationi subiectam in eo statu conseruasset. In statu verò innocentiæ sat fuisset peculiaris illa protectio, quâ naturam humanam in eodem statu protegebat, nam in eâ protectione includebatur hæc deuitatio erroris.

34. *Obijcies:* Quòd huic occurrat talis cogitatio, quâ verum attingat, non est ex solo beneficio creationis, sed ex peculiari prouidentiâ Dei, qui ex certa scientia, & intentione hoc decreuit: aliàs enim concederetur omnib. ergo etiam ad singulas veritates naturales cognoscendas distributiuè requiritur peculiaris prouidentia Dei. *Resp.* Resp. ex eo quòd vna eademque cogitatio non occurrat omnibus, non est efficax argumentum, quòd illa ex peculiari prouidentia Dei proueniat, cùm prouenire possit ex naturali dispositione causarũ naturalium, tam internarum, quàm externarum. Nam sicut beneficiũ creationis non omnes æqualiter participant, sed maius alio participat, qui excellentiorem sortitus est naturam, nobiliusque ingenij temperamentum: ita non omnes eodem modo veritatem, & primam de rebus cogitationem formant. Adde assecutionem veritatis non consistere in primâ cogitatione, quę nobis naturaliter oboritur, sed in discursu, qui ex illâ ortum ducit. Non negauerim tamen, ad peculiarem prouidentiam Dei interdum spectare, quòd hic potiùs, quàm ille ad studia literarum applicetur, & dirigatur. Sæpè enim Deus ob suos occultos fines vnum potiùs, quàm alium ad talem artem, studiumve dirigit: In assequenda tamen veritate non eget peculiari auxilio, aut prouidentiâ Dei, distinctâ ab vniuersali concursu, quo vniuersas creaturas ad suos naturales fines dirigit.

35. D I C O 2. Potest intellectus humanus multas veritates practicas, non tamen omnes, absque speciali auxilio & illustratione Spiritûs S. cognoscere. Assertio communis est: etsi quoad 1. part. sit contra *Arim. in* 2. *dist.* 26. *quæst.* 1. *art.* 1. *concl.* 2. *Fund. Arimin.* qui vult, si posset homo absque speciali auxilio Dei cognoscere, quid agendum, quidve non agendum sit in ijs, quæ ad moralem vitam spectant, sequi, quòd vel ignorãtiæ vulnus ex peccato Adæ non cõtraxisset, vel à tali vulnere se seruaret. Concordat *Capreolus in* 2. *dist.* 28. *qu. vn. art.* 3. *ad argu. Grego. con.* 1. *concl. Confirm.* ex illo 2. *Corin.* 3. *Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis.* *Fund. nostra asser.* Fundam. assert. multę sunt veritates practicæ ad moralem scientiam spectantes, quę naturalem virtutem intellectus humani non excedunt: poterit igitur eas absque speciali motione Dei cognoscere. Vnde *Propheta Ps.* 4. interrogans in persona peccatorum, quis nobis ostenderet bona: non alium bonorum ostensorem assignat, quàm naturale lumen rationis, quo signata & illustrata est anima rationalis, quæ *tanquam denarius*, inquit hîc August. *signatur regis imagine.* Cui concordat *Paulus ad Rom.* 2. *Gentes quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt, eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex: qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis:* Leg. August. *lib. de Spir. & lit. cap.* 28. Confirm. vel loquimur de vniuersalissimis moralis scientiæ principijs, & de his eadem est ratio, ac de philosophiæ naturalis: vel de ijs conclusionibus, quæ immediatam connexionem habent cum huiusmodi principijs; & hę non minùs quàm speculatiuæ, ex vniuersalibus principijs naturali discursu eruuntur: quin tantò faciliùs istæ ex principijs practicis, quàm illæ ex speculatiuis deducuntur; quantò faciliùs cognoscit rusticus reddendum esse alteri depositum, quod ex hoc principio practico deducit, *Quod tibi vis, alteri feceris*; quàm terram esse rotundam, quòd ex alio speculatiuo infertur: *Omnes partes terræ æqualiter ad centrum tendunt.* Obseruandum tamen est, nos hic non loqui de cognitione morali, prout includit practicum imperium voluntatis, quod ad executionem operis extenditur, sed de practicâ duntaxat cognitione veritatis secundùm omnes suas morales circumstantias prout hic & nunc exequenda esset, abstrahendo tamen ab executione, vel practico imperio executionem intimante: de hac enim eadem est difficultas, ac de actuali executione operis honesti, de quâ *sect. seq.* *Confirm.*

36. Ex his facilè constat 2. pars assert. de quâ eadem, vel fortè maior est ratio, ac de veritatibus speculatiuis collectiuè sumptis, quas *assert.* 1. docui, ob multa impedimenta, quæ includunt, absque speciali auxilio Dei omnes sine vllo errore ab intellectu humano in hoc statu naturę lapsę non posse cognosci: *Timidæ enim sunt*, Sapien. 9. *mortalium cogitationes, & incertæ prouidentiæ nostræ. Corpus enim quod corrumpitur, aggranat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem.* *Ad Arimi. fundam.* Ad fund. *Arim.* non inficior, hominem per peccatum contraxisse vulnus ignorantiæ; multò.n. plura, & maiori cum facilitate & perspicuitate non modò quoad moralem, verumetiam quoad naturalem Philosophiam didicisset in statu innocentiæ, quàm de facto discit in statu naturę corruptę. Negari tamen non potest, quin aliquas veritates tam naturales, quàm morales sine peculiari auxilio Dei assequatur in hoc statu naturæ lapsę: alioqui non tantùm quoad dona gratuita supernat. sed etiam quoad perfectiones naturales, immutata fuisset per peccatum natura. Ad confirm. Paulum intellige, de cognitione excitante & immutante affectum ad opus meritorium æternæ gloriæ: in quo sensu illam exponit *Aurific.* 11. *can.* 7. vbi illam condistinguit ab operibus naturæ, & solùm docet, nos, iuxta Apost. idoneos non esse cogitare aliquid à nobis, quasi ex, nobis, *Quod ad salutem pertinet vitæ æternæ.* ita & *canon* 9. asserit, *Diuini muneris esse, cùm rectè cogitamus.* & 22. *Nemo habet de suo, nisi mendacium & peccatum. Si quis autem habet homo veritatem atque iustitiam, ab illo fonte est, quem debemus sitire in hac eremo.* Nota *τὸ veritatem*, non tam significare notitiam, excitantem ad opus meritorium, quàm opus studiosum dicendi verum, oppositum operi malo dicendi falsum. *Concilium Arausicanum.*

37. Paulò difficilior est *Canon* 4. *Mileuit.* II. in quo decernitur, gratiam Dei per Christum nos adiuuare, vt per ipsam nobis reueletur & aperiatur intelligentia mandatorum, vt sciamus quid appetere, quid vitare debeamus. Item nos habere gratiam per Christum tam ad scientiam, quæ teste Paulo inflat, quàm ad charitatem, quæ ædificat: *Cùm sit vtrumque donum Dei, & scire quid facere debeamus, & diligere vt faciamus.* In quo illud difficultatem facessit, quòd doceat, gratiam Christi necessariam esse ad scientiam, quę inflat. Scientia.n. quæ inflat, non est quę ad opus bonum mouet, sed potiùs *Mileuit.*

quâ,

Digitized by Google

quâ, *ad Rom.* 1. *Cùm dicerent se esse sapientes, stulti facti sunt.* Ergo ex mente Concilij, gratia Christi non solùm requiritur ad scientiam, quę ad præcepta Dei seruanda mouet, sed etiam quæ in solâ notitiâ naturalis veritatis consistit, hęc enim est
38. quæ inflat. Variè hic locus exponi solet. Mihi ea expositio prob. quæ docet, Concilium hîc loqui de notitia vniuersę legis tam naturalis, quàm supernat. quę peculiari eget reuelatione per Christum. Fuit enim hic *canon* sancitus contra *Pelagi.* qui, vt constat ex *Epist.* 90. *August.* asserebant, gratiam tantùm requiri ad cognoscendam legem, *siue naturaliter in corde conscriptam, siue in literis datam*, non ad implendam, ad quam sufficere putabant vires naturales liberi arbitrij. Ad hunc ergo errorem refellendum docet *Concilium*, gratiam Christi non solùm requiri ad notitiam legis, sed etiam ad implendam legem. Intelligi notitiam legis non solùm naturalis, sed etiam supernat. constat. *Quia per ipsam*, inquit, *nobis reuelatur & aperitur intelligentia mandatorum.* Notitia autem legis supernat. etli peculiari auxilio nobis communicetur, nil tamen obstat, quin possit esse nobis occasio superbiæ; sicut & reliqua dona gratuita. Noluit itaque Concilium docere, gratiam Christi requiri ad inflationem, quę est peccatum occasionatum ex scientiâ habitâ per Christum, sed ad scientiam ipsam, reuelatione nobis communicatam.

39. *Instat Gregorius 1.* Sed instat *Grego.* 1. Sancti veri cognitionem à Deo postulant, *Ps.* 118. *Gressus meos dirige secundùm eloquium tuum.* 142. *Notam fac mihi viam, in qua ambulem.* Sed oratio est signum necessitatis gratiæ, non n. à Deo petimus, quæ in nostra sunt potestate: ergo veri cognitio in nostra non est potestate. 2. *Secundò.* Ex notitia veri moralis acquiritur prudentia: nemo fit prudens sine peculiari dono Dei: ergo nec sine peculiari dono Dei cognoscere potest verum morale. Minor prob. perfecta prudentia semper connexa est cum reliquis virtutibus moralibus: quas nemo sine speciali auxilio Dei acquirere potest omnes; ergo nec prudentiam; nec verum morale. Resp. ad 1. Sanctos in suis orationibus non
40. *Ad 1.* postulare à Deo notitiâ veri naturalis, aut moralis, nisi quatenus ea affectum mouet ad opus bonum exercendum. Sic Dauid postulauit à Deo *dirigi, ne illius dominaretur iniquitas; vt in via Domini ambularet; vt iustificationes Dei faceret.* Ad 2. perfecta
Ad 2. prudentia non acquiritur quâcunque notitiâ veri moralis, sed tantùm practicâ & operatiuâ, ad quam an requiratur auxilium Dei per Christum, dicam *sect. seq.* Aliquam autem prudentiam ex speculatiuâ notitia multarum veritatum moralium, & practica memoria plurimarum operationum præteritarum, acquiri posse sine peculiari gratia per Christum, nullum est absurdum, præsertim cùm hæc qualiscunq; imperfecta & inchoata prudętia non necessariò debeat esse connexa cum reliquis omnibus virtutibus moralibus, nisi in gradu perfecto.

Altera pars quæst.

DE VERO SVPERNATVRALI.

41. DVplex distinguitur verum supernat. alterum quoad modum tantùm, alterum quoad substantiam. Illud, quia in entitate naturale est, & solùm dicitur supernaturale ex modo, quo fit, præter exigentiam naturæ; vt visus cæco restitutus, homo à mortuis resuscitatus, naturalis scientia immediatè à Deo infusa, cognosci potest absque speciali auxilio Dei. Vnde dęmones naturaliter cognoscebant vnionem inter animam & corpus Lazari resuscitati, Christi humanitatem in vtero Virginis miraculosè formatam; scientias naturales Adamo, Salomoni infusas: nam hæc omnia, cùm sint in entitate naturalia, continentur intra sphæram obiecti naturalis intellectûs creati. Sola igitur controuersia est de vero supernat. quoad substantiam. Quod dupliciter cognosci potest, euidenter, obscurè; & obscurè adhuc dupliciter, vel ex testimonio diuino, vel humano. His adnotatis,

DICO 1. Nullum verum supernat. quoad substantiam cognosci potest cognitione certa & infallibili, absque speciali auxilio per Christum. *S. Tho.* 1. 2. *qu.* 109. *art.* 1. *& Scholast.* paucis exceptis. Colligitur ex 2. *ad Corinth.* 3. vbi generaliter docet, nullam cognitionem ex nobis ipsis nos habere posse, sed omnem sufficientiam cogitandi ex Deo esse. Qui locus iuxta declarationem *Arausi.* II. intelligitur de ijs, quæ ordinantur ad salutem vitæ æternæ. Quod etiam docuit *Milevit.* II. *can.* 4. *August. lib.* 1. *de gra. Christi con. Pelag. & Cælest. cap.* 14. vbi loquens de actu fidei, quo ad Christum venitur: *Hoc*, inquit, *arbitrium potest esse solum si non venit, non autem potest nisi adiutum esse, si venit, & sic adiutum vt non solùm quid faciendum sit, sciat, sed quod scierit, etiam faciat.* Fundam. nullum verum supernat. quoad substantiam continetur in causis, vel
43. *Fundam. asser.* effectibus naturalibus: nequit igitur solis viribus naturæ ab intellectu creato cognosci, sed opus est auxilio aliquo ac lumine indebito: quidquid autem est indebitum naturæ, datur nobis per merita Christi: nam totum id datur nobis per merita Christi, quod fuerat peccato Adæ sublatum: cùm Christus sit perfectus restaurator omnium donorum, quæ peccato protoparentis nobis sublata fuerunt: at omnis perfectio indebita naturæ fuit nobis peccato protoparentis sublata, vt ex *præced. disp. sect. vlt.* constat: ergo. Confirm. dupliciter possumus
44. *Nequit cognosci euidenter.* verum supernat. cognoscere: euidenter, obscurè; certò tamen & infallibiliter: vterque modus excedit vim cognoscendi naturalem; ergo ad vtrumque requiritur lumen aliquod indebitum per Christum. Minor prob. prior modus cognoscendi euidenter, vel est intuitiuus per propriam speciem & notitiam; & hæc cùm sit obiecti supernaturalis erit quoad substantiam supernaturalis, atque adeò indebita naturæ: vel abstractiuus per proprium effectum, aut causam: at nullus datur effectus vel causa naturalis, quę euidenter nos ducat in notitiam veri supernaturalis, cùm nulla sit inter naturale & supernaturale euidens connexio.

Posterior modus cognoscendi verum supernat.
45. *Nequit obscurè certò* obscurè, sed certò & infallibiliter, haberi non potest, nisi per medium certum & infallibile. Hoc autem est sola authoritas Dei per internam illustrationem Spiritûs Sancti immediatè nobis applicata; cùm omne aliud medium extrinsecum, quale esse debet ducens in notitiam obscuram obiecti, sit naturâ suâ fallibile; ad hoc autem medium necessaria est gratia tum reuelationis, quam nec *Pelagius* negabat, qui alioqui ad omnia opera æternæ vitæ meritoria negabat auxilium distinctum à beneficio creationis; tum specialis luminis intellectum confortantis & eleuantis ad assensum fidei certum & infallibilem eliciendum. Prioris gratiæ necessitas colligitur ex eo, quòd cùm obiectum credendum sit supernaturale, non potest intellectus creatus ex aliquo effectu, aut causa naturali in illius notitiam deuenire: vnde necessaria est peculiaris reuelatio, quâ tale obiectum manifestetur.
Nisi reuelatione

Posterioris gratiæ necessitas manifestè arguitur
46. *Et speciali lumine* tum à posteriori. Certum n. est ex *Triden. sess.* 6. *ca.* 7. dari in nobis habitum fidei infusæ: quilibet habitus

bitus infusus ex *Milevit.* II. *can.* 5. & *Triden. sess.* 6. *can.* 2. *& SS. Patr. contra Pelag.* non datur tantùm ad facilè, sed ad simpliciter posse: ergo iste habitus datur nobis ad comproducendum vnà cum intellectu actum fidei. Porrò actus, ad quem necessariò prærequiritur habitus supernatur. necessario est quoad substantiam supernaturalis. Tum à priori ex motiuo ipso, quo talis assensus elicitur: est enim authoritas Dei reuelantis immediatè nobis per diuinam motionem applicata. Quæ cùm nobis obscura sit, nequit ad certum & infallibilem assensum intellectum mouere, nisi peculiari illustratione Spritus S. applicata. Confirm. sæpè eadem authoritas Dei cum ijsdem planè signis & argumentis externis credenda proponitur multis, cùm tamen vnus credat, cæteris non credentibus. Quod aliunde prouenire non potest, nisi quia sola authoritas Dei extrinsecùs tantùm applicata per motiua & signa humana, absque internâ motione Spiritus S. non est, ex *August. de prædest. Sanct. cap.* 6. *& epist.* 105. *ad Sixt.* apta mouere intellectum ad certum & infallibilem assensum fidei: alioqui cuicunque applicata ad eundem semper assensum moueret: sicut quia medium scientificum de se aptum est mouere intellectum ad assensum certum & euidentem, cuicunque applicatur, ad eundem semper assensum mouet.

47.

48. *Auxilium ad verum supernat. cognoscendum, requiritur ad modum & substantiã actus.*

Ex his constat 1. hoc auxilium, quod ad verum supernat. cognoscendum requiritur, non solùm requiri ad modum, sed ad substãtiam ipsam actûs: nam influxus supernat. quem necessariò requirit certa & infallibilis cognitio veri supernat. intrinsecè tendit ad ipsam entitatẽ & substantiam actûs: implicat autem influxum esse supernat. quoad substantiam, & terminum, ad quem influxus ipse per modum viæ & actionis tendit, non esse quoad substantiam supernat. cùm actio sit id, mediante quo communicatur esse termino. 2. Non solùm assensum fidei, sed affectum credendi, omnesque actus, qui talem assensum supernat. fidei præcedunt, ad eumque aliquo modo disponunt, esse ex peculiari directione Spiritus S. esto non omnes requirant influxum supernat. quoad substantiam: cùm non repugnet, aliquos ex his esse tantùm supernaturales quoad modum. Colligitur ex *Arausi. II. can.* 5. 6. & 7. & ex *Trident. sess.* 6. *cap.* 5. *& can.* 3. vbi omne salutis initium referunt ad peculiarem motionem Spiritûs S. Vnde *August. lib.* 2. *con. duas Ep. Pelag. cap.* 8. quidquid voluntatem præparat & disponit ad salutem, siue se teneat ex parte intellectûs, siue ex parte voluntatis, docet esse speciale donum Dei. Optimum exemplum *Act.* 16. de Lydia purpurariâ, *cuius Dominus aperuit cor intendere his, quæ dicebantur à Paulo.* Vbi ipsa mentis applicatio ad audiendum verbum Dei, tribuitur speciali dono Dei. Quia quidquid inchoat salutem, etiam remotè & dispositiuè, est à Deo; alioqui posset homo proprijs viribus suæ salutis initium inchoare, contra illud 1. *Corin.* 4. *quis te discernit?* & Oseæ 13. *tantummodò in me auxilium tuum.* Cùm igitur ij actus aliquo modo disponant voluntatem ad salutem, erunt ex peculiari auxilio per Christum. Supereſt

49.

Ratio

50. Alia controuersia. An possit intellectus creatus proprijs viribus absque nouo beneficio superaddito, probabiliter saltem & opinatiuè cognoscere aliquod verum supernat. Ratio dubit. verum supernat. est extra sphæram intellectûs naturalis: igitur nullo modo poterit viribus proprijs attingi.

51. *Duplex modus cognoscendi verum supernat.*

Disting. modus cognoscendi verum supernat. 1. ante factam reuelationem, v. g. Deum seipsum manifestaturum beatis in cælo, an aliquis probabiliter potuerit hoc asserere: 2. post factam reuelationem, an possit tali vero reuelato, assentiri viribus proprijs, saltem probabiliter. *modus cognoscendi verum supernat.*

52. *Ante reuelationem probabiliter*

Dico 2. Potuit intellectus angelicus, & humanus, viribus proprijs probabiliter tantùm & opinatiuè asserere aliquod verum supernat. antequam fuisset reuelatum. Fundam. inter vera supernat. non nulla sunt, quę connexionem habent cum veris naturalibus: igitur ea saltem probabiliter posset intellectus creatus viribus proprijs cognoscere: nam ea omnia viribus proprijs enunciare potest vt vera, in quorum notitiam aliquo modo per effectus & discursum natur. peruenire potest. Antec. constat allato exemplo. Quòd .n. Deus possit extraordinario auxilio in se ipso videri, multi censent esse naturaliter euidens, ex eo quòd Deus est aliquo modo viribus naturalibus ab intellectu creato attingibilis, vt *tom.* 1. *disp.* 9. *sect.* 2. Ex alia verò parte etiam iuxta principia naturalia probabile apparet, quòd animæ eorum, qui in hac vitâ honestè innocenterque vixerunt, habituræ sint in aliâ vitâ aliquod præmium. Igitur intellectus creatus naturali discursu probabiliter tantùm & opinatiuè enunciare potuisset, Deum se ipsum manifestaturum talibus animabus. Idem probabiliter asserere potuisset de pœnis æternis debitis animabus peccatricibus hinc decedentibus. Eadem probabilitate asserere potuisset futurum indicium, etsi has veritates ne probabiliter quidem asserere potuisset cum ijs omnibus circumstantijs, cum quibus nobis reuelatæ sunt: cùm multæ sint, quæ nullam habent, ne probabilem quidem cum effectibus & discursu naturali connexionem.

53. *Post reuelationem moraliter certò ex motiuo humano*

Dico 3. Post factam reuelationem alicuius obiecti supernat. potest intellectus creatus viribus proprijs illi assentiri, assensu moraliter tantùm certo ex motiuo humano, non infallibili & ex motiuo diuino: *S. Tho.* 2. 2. *qu.* 5. *art.* 2. vbi admittit in dæmonibus fidem naturalem circa mysteria reuelata iuxta illud *Iacob.* 2. *Dæmones credunt & contremiscunt.* & *ar.* 3. vbi concedit in hæretico assensum fidei acquisitæ in vnum artic. reuelatum, & non in alios: & *Alber.* in 3. *dist.* 23. *art.* 6. *Bonau. art.* 2. *qu.* 2. *&* 3. *Scot. qũ. vn.* §. *de* 1. *& ad* 1. *Richar. art.* 7. *qu.* 3. *ad* 3. *Duran. qu.* 6. *nu.* 8. *& in* 2. *dist.* 28. *qu.* 1 *Rubi. in* 3. *dist.* 23. *qu.* 1. *ar.* 2. *Ocha.* in 3. *qu.* 8. *Almai. qu* 3 *concl.* 1. 2. 3. *&* 4. *Capreo. dist.* 24. *art.* 3. *ad argu. Sc. con.* 2. *concl. Palat. in* 3. *dist.* 23. *disp.* 7. §. *secunda, & in* 2. *dist.* 28. *disp.* 2. *concl.* 1. *&* 2 *Caiet.* 1. 2. *qu.* 109. *ar.* 4. §. *obuiat: Sot. lib.* 2. *de nat. & gra. cap.* 8. *Veg. de iustific. qu.* 9. *ad argu. Bannez* 2. 2 *qu.* 5 *ar.* 2. *& qu.* 6. *art.* 1. *Molin. in concor. q.* 14 *art.* 13. *disp* 7. *Bellar. lib.* 6. *de gra. & lib. arb. cap.* 3 *Medin.* 1. 2. *qu.* 109. *ar.* 1 *ad vlt. arg. ad* 2. 3. 6. *&* 8. *Curiel. ibid. dub.* 3. §. 4. *concln. vl. Suarez to.* 1. *de gra. lib.* 1. *cap.* 10. & communis aliorum, contra *Vasquez* 1. 2. *disp.* 186. *nu.* 20. *& disp.* 201. *nu.* 8. Assensus ex motiuo humano in mysteria reuelata, alter purè naturalis, tam quoad substantiam, quàm quoad modum, nullo pacto disponens ad assensum fidei supernat. qualem assensum habent dæmones, & hæretici: Alter naturalis quoad modum, præparans intellectum ad assensum supernat. fidei infusæ. Assertio est de assensu purè naturali, qui nullo modo disponit intellectum ad assensum supernat. fidei Theol. propter rationes in 1. asser. adductas. Quamuis non desint ex *auth. cit.* qui assertionem intelligant etiam de assensu disponente ad assensum fidei Theologicæ. Assertio sic explicata,

54. *Duplex assensus ex motiuo humano in mysteria reuelata.*

55. *Prob. 1. asser.*

Prob. 1. ex *Ioan.* 5. *ipsa opera, quæ ego facio, testimonium*

monium perhibent de me. Et, *scrutamini scripturas; illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me.* Igitur qui videbat miracula à Christo facta in confirmationem alicuius veritatis ab ipso attestatæ poterat assensu naturali, moraliter tantùm certo, tali veritati assentiri: vt de facto assentiebantur dæmones, & quidem tanto certiori assensu, quantò perspicaciùs penetrant vim miraculorum, in quorum veritatem cogebantur assensum præbere; quam vim propter imbecillitatem luminis penetrare non valet homo; ideò adhuc ijs visis, non cogitur in eorum veritatem assensum præbere. Præterea sicut possumus conferendo vnam historiam humanam cum aliâ, multa fide naturali credere, de Arist. Plato. & reliquis antiquis: ita conferendo, quæ antè de Messia in Scripturis prædicta fuere, cum ijs, quæ de facto euenere, multa fide humanâ de Christo credere, nunquam tamen assensu certo & infallibili, vt credimus fide infusâ. De quâ *Ioan. 6. Nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à patre meo.* Ad Christum n. venire, teste *August. lib. de bono perseu. cap. 14. & alibi*, est in Christū credere. & *ad Ephes. 2. Gratia estis saluati per fidem, & hoc nō ex vobis, Dei enim donum est: Arausic. II. can. 6. & Trident. sess. 6. can. 3.* non posse hominem credere *vt oportet*, sine Spiritûs S. adiutorio. Quę particula, *vt oportet*, ita probat hanc 2. part. assert. vt priorem apprimè confirmet. Nam *credere vt oportet*, vt *Trident.* declarat, est ita credere, vt credenti *iustificationis gratia conferatur*, quod est credere assensu supernat. & infallibili ex testimonio primę veritatis Spiritûs S. illustratione immediatè applicato.

56. *Prob 2. ex August.:* 2. ex *August. de bono perser. cap. 14. Ex quo apparet habere quosdam in ipso ingenio Diuinum naturaliter munus intelligentiæ, quo moueantur ad fidem, si congrua suis mentibus vel audiant verba, vel signa conspiciant: & tamē si Dei altiore indicio à perditionis massâ non sunt gratia prædestinatione discreti, nec ipsa eis adhibentur vel dicta diuina vel facta, per quæ possent credere, si audirent vtique talia, vel viderent.* vbi *August.* ad munus naturalis intelligentiæ refert assentum fidei humanę in mysteria reuelata, si congruis verbis vel signis proponantur. aliàs sępè cōtra Pelag. & Semipelag. docet, quodcunque initium fidei Christianæ reducendum esse in peculiarem gratiam Mediatoris. Vnde *lib. 1. retract. cap. 23.* retractat sententiam, quā in expositione *Epist. ad Rom.* docuerat, *nostrum esse credere & velle, Dei autem dare credentibus & volentibus facultatem bene operandi.*

57. *Prob. 3. ratione* 3. Nihil est in tali obiecto supernaturale: igitur poterit intellectus creatus viribus proprijs assensu naturali in illud tendere, vt in quodcunque obiectum intra suam sphæram contentum; seu nihil habens supernaturalitatis. Antec. prob. duo sunt in tali obiecto; ipsum materiale, & motiuum formale, propter quod potest intellectus assentiri fide humanâ in mysteria reuelata: at neutrum est supernaturale. Non primum, 1. quia illud nn debet cognosci in se, sed solùm abstractè & confusè: vt hoc obiectum, *Deus est vnus & trinus*, vt credatur siue fide humanâ, siue diuinâ, sufficit vt cognoscatur tantùm abstractiuè & confusè, per simplicem duntaxat apprehensionem terminorum eo modo, quo Deum naturaliter cognoscimus vt vnum. 2. Quia materiale obiectum fidei non solùm apprehendi debet ab eo, qui assentitur, sed etiam ab eo, qui dissentit; cùm non nisi cognitis dissentire valeamus: sed potest naturaliter intellectus dissentire obiectis reuelatis: ergo naturaliter potest ea apprehendere. Neque secundum: nam vel illud est authoritas creata proponentis, & rationes humanæ, quæ obiectum materiale reuelatum reddunt euidenter credibile, vel signa & miracula, quæ in illius confirmationem fiunt: sed nullum horum excedit sphęram motiui naturalis, vt patet in hæreticò & dęmone, quorum ille propter hæc motiua naturaliter assentitur aliquibus articulis fidei, hic verò omnibus.

58. *Confirm.* Confirm. etiamsi authoritas Diuina possit immediatum motiuum fidei infusę & acquisitę, semper tamen sub diuerso respectu: illius motiuum est, vt immediate applicata per infallibilem motionem Spiritûs S. huius verò vt immediatè applicata per testimonium humanum, vel per signa externa, vel per lumen & discursum naturalē. Vnde semper proximum motiuum fidei infusæ est aliquis respectus supernat. nempè authoritas diuina, vt stat sub respectu ad illustrationem supernat. Spritûs S. proximum verò motiuum fidei acquisitæ est aliquis respectus naturalis; nempe ipsa authoritas diuina, vt stat sub testimonio humano, vel signis & miraculis externis, vel sub respectu ad lumen & discursum naturalem, quo applicata intellectui mouet ad assensum natur. fidei acquisitæ.

59. Cæterùm non inficior, talem assensum fidei humanæ interdum præberi ab intellectu hominis in mysteria reuelata ex peculiari directione Spiritûs S. vt *Act. 16.* de purpurariâ, cuius intellectus à Domino dirigebatur, vt attenderet ad verba Pauli: 1. quia plerumque in homine fides humana est prævia dispositio ad diuinam: 2. quia, cùm homo non habeat eam perspicacitatem & solertiam, quam habet dæmon, in penetrandis motiuis & rationibus naturalibus, eget plerumque directione aliquâ, sine quâ solus intellectus cum lumine tantùm naturali non posset talem assensum præbere. Hoc tamen nostræ assertioni non obstat, quæ vt sit vera, sufficit, vt aliquando saltem possit cum solo generali concursu Dei in tale obiectum ferri, etiamsi de facto in illud semper feratur ex peculiari motione Dei, non quidem vt simpliciter necessaria ad substantiam actûs, sed vel ad maiorem facilitatem & intensionem actûs, vel certè ad aliquam meriti congruitatem: quia cùm talis actus soleat esse dispositio & præparatio ad fidem diuinam; nulla autem dispositio queat, ne quidem de congruo esse meritoria doni supernat. nisi fiat ex peculiari auxilio Dei per Christum; probabile est, quòd de facto omnis actus fidei acquisitæ in mysteria reuelata sit ex peculiari auxilio Dei per Christum.

60. *Varia discrimina inter assensū Fidei infusę & acquisitæ. Primum* Ex dictis colliguntur discrimina inter assensum fidei acquisitæ & infusæ. 1. Assensus fidei acquisitæ semper est in substantiâ naturalis, etiamsi fiat ex peculiari directione Dei. Hæc enim directio non semper est ordinis supernat. sed naturalis, indebita tamen naturæ, in his circumstantijs positæ: cuiusmodi solet esse vel maior confortatio luminis naturalis ad melius penetranda motiua credibilitatis, vel coordinatio specierum ac phantasmatum ad mysteria reuelata faciliùs percipienda, vel directio ad finem supernat. ad quem omnis peculiaris directio Dei per Christum ordinatur. Assensus verò fidei infusę semper est in substantiâ supernaturalis, cùm ad illum semper concurrat principium supernat. ex parte efficientis, & motiui, quod est authoritas diuina per Spiritus S. illustrationem immediatè mouens. 2. Assensus fidei acquisitæ non habet eam certitudinem, quam habet assensus infusæ, ratione proximi motiui. Proximum n. motiuum huius, est authoritas diuina per infallibilem Spiritus S. excitationem intellectui humano applicata, illum immediatè mouens ad assensum prę-

61. *Secundum*

bendum, propter solam authoritatem Dei attestantis, lumine supernat. immediatè applicatam. Illius motiuum, est authoritas creata, & motiua humana, vel externa signa & miracula, aut etiam authoritas Diuina naturali tantùm discursu intellectui applicata. 3. Quod ex præcedente immediatè deducitur, est; quòd motiuum formale fidei acquisitæ non est naturâ suâ infallibile, nisi quatenus subsstat extrinsecæ prouidentiæ Dei, qui tali medio vtitur vt instrumento ad suam authoritatem per huiusmodi signa & motiua naturalia hominibus attestandam, vt euidenter credibilem. Motiuum verò formale fidei infusæ suâ naturâ est infallibile; est enim authoritas Diuina immediatè applicata per Spiritûs S. motionem, quæ est participatio Diuini luminis, quod est certius & infallibilius quolibet lumine & discursu naturali, quo eadem authoritas Diuina ad assensum fidei acquisitę applicatur. 4. Omnes assensus fidei infusæ sunt eiusdem speciei specialissimæ: cùm nitantur eodem motiuo formali authoritatis diuinæ, per illustrationem Spiritûs S. intellectui humano immediatè applicatæ: at non omnes assensus fidei acquisitæ sunt eiusdem speciei specialissimæ, sed varij iuxta varietatem motiuorum, ex quibus eliciuntur. 5. Omnes assensus fidei infusæ sunt æquè certi, excedentes quamcunque certitudinem non solùm fidei acquisitæ, sed cuiuscunque scientiæ naturalis. Assensus verò fidei acquisitæ non sunt æqualis certitudinis omnes, sed vnus alio certior, prout fuerit motiuum, ex quo elicitur; & lumen, quo motiuum ipsum applicatur. Vnde distingui solet certitudo fidei humanæ, suprema, media, infima: suprema, quæ tantam habet euidentiam credibilitatis, vt intellectum moraliter cogat ad assentiendum, nullumque relinquat dubitandi locum: vt *Romam esse, Aristotelem fuisse, mundum creatum esse ante eos, qui nunc viuunt.* Media, quæ licet non habeat tantam euidentiam credibilitatis, nullus tamen sanæ mentis de eâ dubitare potest; vt quòd ministri Ecclesiæ, dum sacramenta conficiunt, veram habeant intentionem: quòd matres diligant propris filios. Infima, quæ adhuc minorem habet credibilitatis euidentiam, vt plurimum tamen fallere non solet, vt quòd viri prudentes & sancti in dicendo non fallant, quòd filij diligant parentes, vxores maritos. Ex his constat, fidem humanam distingui ab opinione: opinio .n. semper est cum formidine oppositæ partis: at non omnis fides humana est cum formidine oppositæ partis, vt constat saltem de primâ fide, quæ supremam habet moralem certitudinem.

62. *Tertium.*

63. *Quartum.*

64. *Quintum.*

Triplex certitudo fidei humanæ.

Fides humana distinguitur ab opinione.

65. *Obijcies.* Hæc sent. videtur coincidere cum errore Pelag. & Semipelag. illi .n. asserebant, positâ reuelatione, posse intellectum creatum viribus proprijs absque vllo speciali auxilio mysteria reuelata credere: hi admittebant in mysteria reuelata fidem imperfectam, proprijs viribus elicitam, quæ præcederet fidem perfectam & infusam. Vterque error dānatur à *Conc. Arausi. 2. can. 6.* Resp. Longè alium fuisse errorem horum hæreticorum, vt constat ex *cit. Conc.* & *Augustin.* illos vbique impugnante. Priores .n. concedebant, fidem Christianam ad salutem necessariam, elici posse solis viribus naturæ: posteriores aliquod initium fidei, quod saltem esset moralis dispositio ad impetrandam fidem salutarem. Nostra sent. neque conuenit cum Pelag. cùm absolutè affirmet, fidem Christianam ad salutem necessarjam, esse purum donum Dei, nec cum Semipelag. cùm nullum admittat initium fidei, solius naturæ viribus inchoatum, quod aliquâ ratione sit moralis dispositio, ne remota quidem, ad fidem Christi saluti requisitam.

66.

Patet ad rationem dub. esto .n. obiecta reuelata sint supernaturalia, non tamen vt sic in illa ferri potest intellectus naturalis; sed vt stant sub motiuo & modo cognoscibilitatis naturalis. Sicut enim obiectum naturale, vt stat sub motiuo & modo cognoscibilitatis supernat. est cognoscibile supernaturaliter: ita obiectum supernat. vt stat sub motiuo & modo cognoscibilitatis naturalis, est cognoscibile naturaliter. Eadem quippe authoritas diuina, vt stat sub respectu luminis & applicationis supernat. est cognoscibilis supernaturaliter; vt stat sub respectu luminis & applicationis naturalis, per rationes & discursum naturalem est cognoscibilis naturaliter.

67. *Patet ad rationem dubitandi.*

SECTIO III.

Quid possit humanum arbitrium ex solis viribus naturæ in ordine ad actus virtutum moralium?

68. *Error Pelagij.*

PRimus error fuit Pelagij, ex *August. lib. de hæres. hær. 88.* & *lib. de Gra. Christi*, præcipuè *cap. Pelagij. 3.* & *4.* & alibi, affirmantis, humanum arbitrium se ipso sufficere, absque alio auxilio indebito ad omnia opera virtutum tam temporalis, quàm æterni præmij meritoria, seque ipsum perducere posse per opera condigna ad supernat. beatit. Distinguebat hic, ex *cit. cap. 4. Aug.* in homine hæc tria, *posse, velle, esse. Posse* in naturâ, *velle* in arbitrio, *esse* in effectu collocabat. Primum aiebat, ad Deum propriè pertinere, qui illud creaturæ suæ contulit: reliqua verò duo ad hominem referenda esse contendebat, quia de ipsius arbitrij fonte descendunt. Vnde posse omne bonum, solius Dei esse aiebat, qui hoc posse nobis donauit, & illud adiuuat suâ lege & doctrinâ: velle autem ac perficere, nostrum; quia illud pro libertate arbitrij in malum vertere possumus. Quod si interdum Cathol. argumentis coactus, gratiam concedebat, illam in lege tantùm & doctrinâ, quæ nobis quid faciendum, vel non faciendum sit, ostendit, collocabat; ad operandum nullam admittebat gratiam, nisi fortè ad faciliùs promptiusque operandum: vt colligitur ex *Milevit. 2. can. 4.* & *5.* & *variis Aug. locis.*

69. *Secundus error, Lutheri, Caluini.*

Secundus error huic oppositus est Lutheri & Caluini, qui omnem humano arbitrio, etiam ad peccandum libertatem adimentes, nullum bonum ex se operari posse contendunt; *liberi ergo arbitrij*, inquit hic lib. 2. inst. c. 2. n. 7. *hoc modo dicitur homo, non quia liberam habeat boni aquè ac mali electionem, sed quia malè voluntate agit, non coactione.* Inuehunturque contra vocabulum, *liberi arbitrij* quod Lutherus, *figmentum & titulum sine re*, Caluinus *cit. n. 8. seruum & inane nomen*, appellat. Quod nec sine ingenti periculo retineri posse ait: & contrà, magno Ecclesiæ bono futurum, si aboleatur. Fundam. tota posteritas ob peccatum primi parentis omnem suam libertatem amisit: vnde quidquid homo agit, ex necessitate agit, licèt ex se non nisi malum agere possit: si quid autem boni in ipso est, non ipsi vnà cum gratiâ, sed soli gratiæ adscribendum esse. Ex quo deducunt omnia opera infidelium, & eorum qui priuati sunt gratiâ, esse peccata. Ita *Caluin. cit. lib. 2.* & *cap. 3. ad 6.*

Fund. hæres.

70. *Veritas Orthodoxa.*

Orthodoxa veritas neque adeò humanum extollit arbitrium, vt necessitatem gratiæ saltem ad

opera

operæ salutis excludat: nec ita illud deprimit, vt liberam eius cooperationem ad quascunque honestas actiones neget: sed cum *August. lib. 2. de pecc. meritis cap.* 18. sic diuinam gratiam defendit, vt humanum non tollat arbitrium: sic liberum asserit arbitrium, vt diuinæ non præiudicet gratiæ.

72. Vterque error damnatus est: Prior in Concil. *Palæst. Milevit. II. Can.* 3. 4. & 5. *Arausi.* 2. *can.* 5. 6. & 8. & *Trid. sess.* 6. *can.* 1. 2. & 3. posterior in *Trid. can.* 4. 5. 6. 7. & 8. verùm prior confutatus fuit à Christo *Ioan.* 15. *Sine me nihil potestis facere:* & *ad Philip.* 2. *Deus est, qui operatur in nobis & velle, & perficere.* Quem locum sic vrget August. contra Pelag. *lib.* 1. *de Gra. Christi c.* 5. *Et vt scirent, quia non tantùm in eo, quod operari possint (hoc enim & in naturâ & in doctrinâ iam acceperant) sed etiam in eo quod operantur, diuinitus adiuuantur, non ait,* Deus est qui operatur in vobis posse, *tanquam ipsi iam velle & operari per se ipsos habeant, nec in his duobus adiutorio eius indigeant: sed ait,* Deus est qui operatur in vobis & velle & perficere. *Vel sicut in aliis & maximè Græcis codicibus legitur,* & velle operari. *Videte si non Apostolus gratia Dei futuros aduersarios sancto Spiritu tanto ante præuidit, & hæc duo, id est,* & velle & operari. *Qua ille ita nostra esse voluit, tanquam ipsa diuina gratia non adiumentur auxilio. Deum dicit in nobis operari.* Hæc August.

72. *Insignia scripti testimonia* Posterior error confutatur ijs Scripturæ testimonijs, quibus humana libertas asseritur. *Eccl.* 15. *Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui, adiecit mandata & præcepta sua, si volueris mãdata seruare, conseruabunt te &c.* & c. 11. *Beatus qui potuit transgredi, & non est transgressus facere mala, & non fecit.* A primo facilè se expedire putat *Calui. lib.* 2. *cap.* 5. *nu.* 18. negando, authorem esse indubitatæ authoritatis. 2. illum glossando de homine creato in naturâ integrâ, antequã peccaret.

73. Contra 1. respons. est, quia hic liber à *Trident. sess.* 4. *decr.* 1. numeratur inter Canonicos: & antiquissimi Patrum hoc libro vt Canonico vsi sunt, *Clemens Alex. lib.* 7. *Strom. Cypria. lib.* 3. *Epist. Ep.* 9. *Epiph. hær. Anoma. Ambros. lib.* 4. *de fide c.* 4. *August. lib. ad Oros. con. Priscillia, Cyrillus Alex. lib.* 5. *in Ioan. cap.* 5. Contra secundam verò est: 1. quia etiam post peccatum dictum est Caino Genesis 4. *Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius.* 2. homo per peccatum non potuit amittere id, quod est illi maximè connaturale, cuiusmodi est libertas ad operandum. vide *disp.* 6. *sect.* 1.

74. *Euidens ratio contra errorem priorem:* Tandem vterque error reijcitur. Prior sic: repugnat, potentiam viribus proprijs ferri in obiectum extra ipsius sphæram constitutum: Quodlibet supernat. cognoscibile, vt oportet ad salutem, est extra sphæram potentiæ naturalis: vt. n. obiectum supernat. attingatur, vt oportet ad salutem, attingi debet assensu certo & infallibili: hoc, *vt sect. præced.* repugnat intellectui naturali, qui naturaliter non mouetur ad mysteria fidei credenda, nisi ex motiuis humanis, vel diuinis humano, atque adeò incerto & fallibili modo applicatis.

75. *Contra posterior. experientiã,* Posterior confutatur tum experientiâ, quâ vnusquisque in se ipso euidenter experitur, posse non consentire, dum consentit, vel consentire, dũ non consentit. tum ratione: vnicuique cognitioni respondere debet proportionatus appetitus, *ex inductione:* sed in homine etiam lapso est vniuersalis cognitio intellectiua, proponens obiectum sub ratione vtilis & honesti, commodi & incommodi, boni & mali; Igitur respondere illi debet proportionatus appetitus vniuersalis, & indifferens ad omnes istas rationes in obiecto propositas. Vnde cũ

Ratio

sæpè non sit maior ratio, cur potiùs vna ratio trahat voluntatem ad se, quàm alia, ipsa voluntas erit, quæ potiùs ad vnam partem quàm ad aliam se determinat. At hoc est, esse liberum: ergo. Neque gratia tollit hanc indifferentiam à voluntate: *gratia enim & liberum arbitrium non discordant,* vt optimè *Ansel. de concordiâ gra. & lib. arb. multò post* initium, *sed conueniunt ad iustificandum & saluandum hominem.* Igitur

76. *Discrimen Cathol. & Caluin.* Catholica sent. longè differt ab errore Caluini, & c. hæretici. n. asserunt, dari impotentiam simpliciter libertatis, ac infirmitatem, quâ voluntas non est proximè & completè potens ad superandas tentationes passim occurrentes; nec præstò esse auxilium per Christum, quo superentur; nec Spiritum orationis, quo vires impetrentur: nullam esse pugnam, multò minùs victoriam tentationis ante fidem & gratiam supernat. nisi fortè victoriam talem, iuxta quam peccatum peccato superetur: imò in actu omni, quo legem quis seruare sibi videtur, ipsum teneri reum alicuius peccati: *Omnia opera infidelium esse peccata, & virtutes philosophorum esse vitia: infidelitatem puræ negatiuam esse peccatum:* Quę sunt propos. damnatæ 26. & 68. Addunt insuper liberum arbitrium nihil penitus posse ex amore honesti, nec seipsum amare, quà honestum est, nec opus vllum facere, quà bonum rationis; nec vnum digitum mouere, quà iustum est. Catholici verò affirmant, solam fidei absentiam non sufficere, vt infidelium opera sint peccata, cùm infidelitas siue negatiua, siue positiua non informet omnia opera infidelium, quæ proinde ex solo defectu fidei non sunt peccata, dummodò ex se non sint difformia naturæ rationali. Addunt, nullam esse talem arbitrij infirmitatem, quæ insolubilem inducat necessitatem succumbendi tentationi, quin præstò sint auxilia per Christum ordinis naturalis, vel supernat. sufficientia ad illam vincendam; aut inspiratio orandi, qua auxilia impetrentur: proinde ante fidem dari pugnam & victoriam tentationum aliquorum in infidelibus ex amore honesti. Quod inde patet, quoniam aliqua opera infidelium remuneratus est Deus, vt obstetricum *Exodi* 1. Nabuchodonosor *Danielis* 4. *& Ezech.* 24. in quem locum: *Et cùm in hoc mihi seruierit,* inquit in personâ Dei Hieron. *& meam contra Tyrum implenerit voluntatem, ideirco dabo ei terram Ægypti.* Eodem modo docet *August. lib.* 5. *de Ciuit. cap* 15. Deum remuneratum fuisse aliqua honesta opera Romanorum. Atqui nulla peccata remuneratur. Deus, cùm nullâ ratione possit peccatum esse meritum dignum præmio apud personam, quam ostendit. Clarissimum præterea est, quòd non tantùm peccatores grauissimi, sed gentiles quandoque ab homicidio, parricidio, stupro, incœstu abstinent, quia iustum est ab his abstinere, non solius timore pœnæ. Certè naturæ viribus potest homo hęc vitiorũ monstra horrere, quia iniusta sunt & rationi difformia: ergo & ipsum vitiorum horrorem amare, quia iustus horror est; siquidem odium iniustitiæ est formaliter vel, virtualiter amor iustitiæ. Quasi verò nulli gentiles legem aut sententiam tulerint ex amore iustitiæ: nec possit mater lac filiolo dare, quia pium; nec Pater patrimonium, quia iustum. Esto philosophi opus virtutis arduum aggredi non potuerint, nisi stimulo gloriolæ addito: nil tamen prorsus est rationi humanæ, quàm odisse, quod contra rationem est, & amare quod conforme rationi est, si non sit appetitui sensitiuo repugnans: vbi nulla difficultas amãdi rationem honesti, quis ita perditum credat liberum arbitrium, vt obiectum

Naturalis rationi amor honesti

Declaratur

ctum sibi maximè commensum amare non possit? non ita extincta, deprauata, amissa mens humana, quin possit iustitiæ pulchritudine delectari, velle sanari, dolere quod mandatis Dei facilius obedire non possit: imò si rationalis appetitus non posset honestatem appetere, sed solam voluptatem, esset in brutalem conuersus: quod est planè impossibile.

An humanum arbitrium solius naturæ viribus, excluso omnis auxilio indebito per Christum operari possit aliquod opus moraliter tantùm honestũ? Hæc controu. grauior inter Cathol.

77. Prima sent. negat: *Arim in 2. dist. 28. ar. 1. conel. 1. Maior. q. 1. concl. 2. Caprèo. dist. 29. ar. 1. Marsil. in 1. q. 20. ar. 3. prop. 4. & 5. & in 2. q. 17. ad argu. con. 2. suppos. ad 3. Alph. à Castro aduers. haer. lib. 7. v. gratia haer. 1. con. 3. Pet. Sot. de Sacram. pœnit. sect. 16. Vasquez 1. 2. disp. 190. & c.* at multos citat *Vasquez* pro hac sent. qui oppositum docent, vt *Alens. Albert. Abulens.* infrà.

78. Et distinguit *cap. 12.* auxilium ordinis supernat. quale requiritur ad opera supernat. in entitate; & ordinis naturalis indebitum naturæ, quod per causas naturales æternâ Dei misericordiâ nobis præparatur per Christum: hoc docet, non illud requiri ad singula opera moralia, omni ex parte perfecta: hanc gratiam ordinis naturalis collocans in congruâ cogitatione, in entitate quidem naturali, indebitâ tamen naturæ, quâ quis præuenitur & excitatur ad opus morale honestum efficiendum. Etenim cùm vi solius creationis conseruationisque homo non potiùs postulet cogitationem congruã, quàm non congruam, peculiare beneficium per Christum à creatione distinctum accipit, quoties congruâ cogitatione excitatus opus morale omni ex parte perfectum operatur. Et licet hæc cogitatio nobis applicetur per causas naturales, hæc tamẽ applicatio in Deum, qui peculiari suâ prouidentiâ tales causas ab æterno ordinauit, referenda est.

Duplex auxilij genus ex Vasq.

Auxilium ordinis naturalis.

79. Prob. 1. testimonijs Scripturæ. 1. Ioan. 15. *Sine me nihil potestis facere.* In quem *August. tract. 81. ne quisquam putaret saltem parum aliquem fructum posse à semetipso palmitem ferre, cùm dixisset,* hic fert fructum multum, *non ait,* quia sine me parum potestis facere, sed nihil potestis facere. *Sine ergo parum, sine multum sine illo fieri non potest, sine quo nihil fieri potest.* Secundum 1. *ad Corinth. 4. Quid habes quod non accepisti?* in quem locum *Anselm. Fecit Deus vt esses, & tu fecisti vt bonus esses: abiit. Si enim Deus dedit vt esses, & alius tibi dare potuit vt bonus esses, melior est ille qui dedit, vt bonus esses, quàm ille qui dedit, vt esses: sed nullus Deo melior: igitur à Deo accepisti & esse & bonum esse.* Eadem ferè docet Bernardus *de gra. & lib. arb.* ante medium. Tertium 2. *ad Corinth. 3. Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.* At ad omne opus bonum præcedit congrua cogitatio: ergo si illam ex nobis habere non possumus, à Deo expectare debemus. *Non enim,* vt docet August. *lib. 2. de bono perseuer. cap. 8. & 13. In potestate nostra est, cor nostrum & nostræ cogitationes. Quis enim,* inquit contra duas Epist. Pelagian. lib. 2. *cap. 8. potest bona cogitatione ad bonum cor præparare?* Quartum *ad Ephes. 2. Creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in ipsis ambulemus. Facti ergo sumus,* inquit hic Anselm. *& creati in operibus bonis, quia restitutione liberi arbitrij data est nobis libertas bene operandi, id est, facti sumus habiles ad bene operandum. Et hoc factum est in Christo Iesu, id est, in gratiâ eius, non in merito nostro. Quæ opera bona Deus prædestinando præparauit, præueniens arbitrium nostrum: omne namque bonum à gratiâ Dei sumit originem.* Quintum *ad Philipp. 2. Deus est qui operatur in nobis velle & perficere pro bona voluntate. Velle,* inquit hîc Hieronym. *operatur Deus in nobis suadendo:* suadet congruam cogitationem immittendo; sicut homo homini, consilium dando. Sextum *Sapient. 8. Et vt sciui quoniam aliter non possim esse continens, nisi Deus det.* Sed continentia est opus morale: ergo ad opus morale necessaria est gratia Dei. Cùm igitur non sit maior ratio, cur potiùs ad vnum opus morale, quàm ad aliud necessaria sit specialis gratia Dei, necessaria erit ad omne.

Prob. 1. Testimonijs Script. primum

80. *Sap. 8.*

81.

82.

Prob. 2. ex Concilijs. 1. sit Palesti. sub Innoc. I. in quo obiectum fuit Pelagio, referente *August. epist. 106. col. 3. & epist. 107.* ipsum dixisse, gratiam Dei & adiutorium non ad singulos actus dari, sed in libero arbitrio esse, vel in lege ac doctrinâ; vbi coactus est hanc propos. retractare, & oppositam vt Catholicam cum Concilio publicè profiteri, nempe, *gratiam Dei ad singulos actus fine nostris meritis dari.* Igitur nullus actus honestus, ad quem diuina gratia necessaria non sit. 2. Mileuitan. II. *sub eod. Innoc. can. 4.* vbi definitur, necessariam esse gratiam Dei per Christum ad cognoscenda, & obseruanda mandata, *Cùm sit vtrumque donum Dei, & scire quid facere debeamus, & diligere vt faciamus.* at multa mandata Dei seruamus solis actibus moraliter honestis: ergo. 3. Arausic. II. sub *Felice IV. can. 4.* vbi statuitur, voluntatem nostram à Domino præparari ad bene operandum: *& can. 9. quoties bona agimus, Deus in nobis atque nobiscum, vt operemur, operatur:* can. 20. *multa in homine bona fiunt, quæ non facit homo, nulla verò facit homo bona, quæ non Deus præstet, vt faciat homo:* can. 22. *nemo habet de suo, nisi mendacium & peccatum. Si quis autem habet homo veritatem atque iustitiam, ab illo fonte est, quem debemus sitire in hac eremo:* can. 23. *stultam voluntatem homines faciunt, non Dei, quando id agunt, quod Deo displicet. Quando autem ita faciunt quod volunt, vt Diuinæ seruiant voluntati, quãuis volentes agant, quod agunt, illorum tamen voluntas est, à quo præparatur:* at quando homo seruat præceptum ex honesto fine moraliter tantùm bono, facit voluntatem Dei.

Concil. Palest.

Milenitan.

Arausic. II.

88. Prob. 3. ex Patribus. Cyprian. apud August. 2. Retr. cap. 1. *In nullo gloriandum, quando nostrum nihil est.* Idem apud eundẽ epist. 47. ad Valent. col. 1. *Omnia quæ ad mores nostros pertinent, quibus recte viuimus, à Patre nostro, qui in cœlis est, sunt poscẽda, ne de libero præsumẽtes arbitrio, à diuina gratia decidamus.* Hieronym. *Epist. ad Ctesiphont. aduers. Pelag. medio* reprehendit Pelagium, quòd Dei auxilium negauerit ad singula nostra bona opera, & infrà: *Velle & currere meum est, sed ipsum meum sine Dei semper auxilio non erit meũ. Dicit enim idem Apostolus,* Deus est qui operatur in nobis & velle & perficere. *Et Saluator in Euang.* Pater meus vsque modò operatur, & ego operor: *semper largitor, semperque donator est. Non mihi sufficit, quod semel donauit, nisi semper donauerit.* Eadẽ docet *Dial. 1. aduers. Pelag. init.* respondens Attico opinanti, non ad singula opera necessariam esse gratiã: *Non est vt autumas, sed à me vtrũque dicitur, vt & Dei gratiâ sit, quod tales conditi sumus, & per singula opera illius adminiculo fulciamur.*

Cyprian.

Hieronym.

89.

Ambros. *Epist. 84. col. 3.* docens, ad omnia nostra bona opera requiri auxilium Dei, nec vllum esse tempus, vllumve momentum, quo pernicio sum nobis esse non possit, si Spiritus S. defuerit.

90. *Ambrosius.*

Sed maximè huius sent. fautor videtur *August.* qui vbique contra Pelag. defendit ad singula bona opera necessarium esse auxilium Dei per Christum: serm. 13. de verb. Apost. *Dicturus enim eras, hoc potest voluntas mea, hoc potest liberum arbitrium meum.*

91. *August.*

Locus 1. & deinceps.

Digitized by Google

meum. Quæ voluntas? quod liberum arbitrium? nisi ille regat; cadis; nisi regat, iaces. Et infrà confutans dicentem, adiutorium Dei requiri tantùm ad facilè, non ad simpliciter operandum: *Non sic est adiutorium Dei: non sic est adiutorium Christi: non sic est adiutorium Spiritus S. prorsus si defuerit, nihil boni agere poteris: agis quidem illo non adiuuante liberâ voluntate, sed malè.* Epist. 106. *col. 2. ante finem:* de Pelagio, 91. *aliquando*, inquit, *ita paribus momentis potestatem voluntatis æqua lance perpendit, vt aliquantum etiam ad non peccandum valere definiat. Quod si ita est, nullus locus adiutorio gratiæ reseruatur, sine quâ nos dicimus, ad non peccandum nihil voluntatis arbitrium valere.*

Epist. 89. ad Hilar. col. 1. *Valet itaq; liberum arbitrium ad opera bona, si diuinitus adiuuetur, quod fit humiliter petendo & faciendo: desertum verò diuino adiutorio, qualibet scientiâ legis excellat, nullo modo habebit iustitiæ soliditatem, sed inflationem impiæ superbiæ, & extiosum tumorem.* Lib. 2. de pecc. meritis c. 18. docet, bonam voluntatem non à nobis, sed à Deo esse. Alioqui longè melius esset quod à nobis habemus, quàm quod à Deo accipimus: siquidem à Deo tantùm accipimus voluntatem, quæ indifferens est ad bonum & malum, à nobis bonam haberemus voluntatem. Enchirid. cap. 30. *quid enim boni operari potest perditus homo, nisi quantum fuerit à perditione liberatus? nunquid libero voluntatis arbitrio? & hoc absit*, & paulò pòst: *ac per hoc ad peccandum liber est, qui peccati seruus est. Vnde ad iustè faciendum liberum non erit, nisi à peccato liberatus, esse iustitiæ caperit seruus, sed ista libertas ad benefaciendum vnde erit homini addicto & vendito, nisi redimat ille, cuius illa vox est, si vos filius liberauerit, tunc verè liberi eritis?* De corrept. & grat. c. 2. *intelligenda est gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum, quâ solâ homines liberantur à malo; & sine quâ nullum prorsus siue cogitando, siue volendo & amando, siue agendo faciunt bonum.* Lib. 4. *con. Iulia. c.* 3. fusè probat ex illis *ad Rom.* 14. *omne quòd non ex fide, peccatum est*; omnia opera infidelium esse peccata; quia ex malâ intentione. *Fulgen. de Incar. cap.* 12. docet, nos omnem sanctam cogitationem amisisse in primo homine, quam in secundo recuperauimus. Et ca. 24. *sicut caro nihil operari potest, si eam viuificare anima desinat: sic homo nihil bene velle potest, si ab eo gratia iuuamen abscedat:* Prosper *l. con. Collat. c.* 24. testatur gratiam Dei ad singulos actus dari: proinde contra *Cassia.* omnia merita sanctorum ad Deum referenda esse. *Greg. lib. 22. mor. c.* 10. docet, viros sanctos à Deo agnoscere quidquid in se boni inspiciunt, *eique de accepto munere debitores fieri, qui & præueniendo dedit eis bonum velle, quod noluerant; & subsequendo concessit bonum posse, quod volunt.*

Bern. l. de *Gra.* distinguit in libero arbitrio, *velle, velle* bonum, *velle* malum. Velle bonum tribuit gratiæ; velle simpliciter, & velle malum libero arbitrio: *Itaque liberum arbitrium nos facit volentes, gratia benevolos, Ex ipso nobis est velle, ex ipsa bonum velle. Quemadmodum aliud est timere simpliciter, aliud timere Deum. Aliud amare simpliciter, aliud amare Deum: Quippe timere & amare simpliciter quidem prolata affectiones, cum additamento autem virtutes significant. Ita quoque aliud est velle, aliud velle bonum: simplices nempè affectiones insunt naturaliter nobis, tanquam ex nobis, additamenta ex gratiâ.*

Prob. 4. rationib. 1. hæc prima cogitatio non est in nostrâ potestate, cùm præueniat omnem liberum vsum nostræ voluntatis: ergo quòd potiùs congruâ præueniamur cogitatione ad bonũ, quàm ad malum, est peculiare beneficium Dei à creatione diuersum. Nam beneficium creationis æquè benè saluatur siue congruâ, siue non congruâ cogitatione præueniamur. 2. Ad quodcunque opus bonum requiritur fides, vt ex illo: *Omne quòd non est ex fide, peccatum est*, probat *August. cit. lib. cont. Iuli. & epist.* 105. *ad Sixt. col.* 3. At fides est peculiare donum Dei: ergo ad quodcunque opus honestum requiritur peculiare auxilium Dei. 3. Si posset homo ex se bonum aliquod opus virtutis moralis facere, posset per illud initium aliquod gratiæ à Deo impetrare: Consequens est contra *Arausi. II. cano.* 4. & 6. damnans *Massili.* qui aiebant, adiutorium gratiæ nobis dari per opera, naturæ viribus facta. Sequela prob. opera ex solo fine moralis virtutis facta, sunt saltem de congruo meritoria apud Deum, vt constat de *Cornelio*, cuius eleemosynæ ex solo fine moralis virtutis factæ, fuerunt acceptæ Deo & impetratoriæ ipsius iustificationis exordij: *Actor.* 10. Et diuinę consonum est munificentiæ & liberalitati, vt facienti quod in se est, Deus non deneget suam gratiam. 4. Oratio est signum necessitatis gratiæ, vt contra Pelag. testantur August. *Epist.* 95 *ad Innoc. col.* 2. *ipsa* oratio *clarissima est gratia testificatio:* Hieron. *Epist. ad Ctesiph.* & cæteri Patres: at in singulis actionibus vtiliter Deum oramus, vt nos suâ gratiâ præueniat, vt Ecclesiæ mos est: igitur in singulis actionibus egemus gratia per Christum. Maior prob. frustra petimus, vt Patres Africani cum August. testantur *Epist.* 90. quæ in nostrâ sunt potestate. Quis enim vt ambulet, vt videat, vt comedat à Deo petit? Cõfirm. alioqui nullum foret Patrum ex oratione argumentum, ad probandam gratiæ necessitatem, si oratio extenderet se etiam ad ea, quæ in nostrâ sunt potestate: diceret enim Pelagius in nostra potestate esse salutem, nec tamen frustrâ nos pro eâ orare. 5. Si posset homo viribus proprijs, absque auxilio indebito, virtutis actum elicere, posset etiam dæmon contra Theologos: habet enim omnia naturalia integra. 6. Ad peccandum sufficit auxilium generale: ergo ad rectè operandum requiritur speciale: quia plus requiritur ad bene, quàm ad malè operandum: & ex *Trident. sess. 6. can.* 6. non eodem modo Deus est causa mali, ac boni operis: ergo plus confert ad bene, quàm ad malè operandum. 7. Sequeretur, posse hominem viribus proprijs veras virtutes morales sibi acquirere, *contra August. lib. 4. cont. Iulia. cap.* 3. virtus enim moralis acquiritur ex frequentatione actuum: sed quâ ratione potest homo viribus proprijs elicere vnum actum veræ virtutis moralis, poterit & plures eiusdem virtutis elicere; adeoque singularum moralium veros habitus comparare.

Secunda sent. affirmat, posse hominem viribus proprijs cum solo concursu generali efficere aliquod opus virtutis moralis. Ita *Magist. in 2. dist. 26. cap. 8. Alen. 4. p. qu. 24. me. 4. art. 3. §. 1.* ad argu. vbi distinguit triplex meritum, condignum, congruum, interpretatiuum: & hoc tertium docet, fieri posse ab homine solius naturę viribus; illudq; à Deo remunerari temporalibus bonis; *Alber. in 2. dist. 28. art. 1. ad vlt.* qui triplex bonum distinguit, bonum naturæ, ex genere, honestum politicum, docetque in hęc omnia posse liberum arbitrium viribus proprijs: *Bonau. art. & qu. vlt. Scot. dist. 28. §. contra & §. ad arg. & dist. 29 §. contra, & in 3. dist. 27. §. istis igitur: Richar. in 2. dist. 28. art. & qu. 1. Ægid. qu. 1. art. 2. & qu 2. art. 2. dub. 4. later. Duran. qu. 2. Argen. qu. vn. art. 1. concl. 1. & ad 1. & 5. Rubi. qu. 1. art. 1. & 2. & qu 2. art. 2. Mayro. concl. 1. & 2. Gabri. qu. vn. art. 2. concl. 1. Palat. dist. 29. disp. 2. §. sent. 1. Caiet. 1. 2. quæst. 109. art. 2. § ad quid.*

101. Prima ratio.

98. Fulgens.

Prosper.

99. Gregorius.

100. Bernardus.

97. Roman. 14.

96.

95.

94.

93.

92.

101. Quarta.

Confirm.

105. Quinta.

106. Sexta.

107. Septima

108. 2. Sent. longè probabilior & sequenda

102. Secunda.

103. Tertia.

104.

enid. Conrad. Medin. Curie. ibid. Almai. tract. 1. moral. cap. 16. Sot. lib. 1 de natura cap. 20 & lib. 2. c. 3. Abulen. in cap. 29. Matth. qu. 174 & 178. Vig. de iustif. q. 12. Molin. in concord. qu. 14. art. 13. disp. 5. Bellar. lib. 5. de gra. cap. 4 fine, & cap. 9. Suarez de prædest. lib. 2. à cap. 12. & to. 1. de gra. lib. 1. cap. 8. Syluj 1. 2 qu. 109. ar. 1. & 2. S. Doctor ibid. & de verit. qu. 24. art. 14 & in 2 dist. 28. qu. 1. art. 1. affirmãs,

Prædicul dubio S. Thomæ est sunt.

posse hominem in hoc statu naturæ lapsæ propriâ virtute aliquod bonum morale, naturæ humanæ proportionatum, vt agros colere, ædificare, & alia huiusmodi, cum solo auxilio Dei primi mouentis, licet non possit in totum bonum morale collectiuè, propter naturæ infirmitatem, quam ex peccato

109. Protoparentis contraxit. Per auxilium Dei, intelligit solum concursum generalem apertè 1. 2. q. cit. art. 1. & c. dum docet, absque hoc auxilio nullam creaturam siue corporalem, siue spiritualem posse in proprium actum exire: nam, vt cit. qu. de verit. ait, causa secunda non agit, nisi per virtutem causæ 1. & hoc verum est tam in naturalibus agentibus, quàm in voluntarijs. Quòd si interdum hunc eundem concursum generalem appellat gratiam & misericordiam Dei, vel intelligit peculiarem Dei prouidentiam, quâ hoc bonum naturæ humanæ proportionatum ordinat ad salutem æternam, vt cit. qu. de verit. vel generalem concursum, modo loquendi communi Scholasticis, appellantibus illũ, gratiam gratis datam, vt videre est in Alen. Albert. Bonau. Ægid. & c. & frequenter vsurpato à Patrib. Augustin. in Psal. 144. versic. & iustitia tua exultabunt. Attendamus ergo, inquit, gratiam Dei non solùm qua fecit nos, verumetiã qua refecit. & epist. 95. & si enim quadam nõ improbanda ratione dicitur gratia Dei, qua creati sumus. & paulò pòst: Vnde meritò & ista gratia dici potest, quia non præcedentium aliquorum operum meritis, sed gratuita Dei bonitate donata est. Hieron. lib. 1. aduers. Pelag. Ame, inquit, vtrumque dicitur, & vt Dei gratia sit, quod tales conditi sumus &c. Anselm. lib. de concord. cap. 1 Omnis, inquit, creatura gratia existit, quia gratia facta est. Bernardus de gratia loco cit. creationem appellat gratiam creantem, quam distinguit à gratia saluante,

Concursus Dei generalis sæpè appellatur gratia.

Modus loquendi cõmunis

110.

111. quę datur per Christum. Confir. idem auxilium Dei primi mouentis requirit S. Thom. tum ad cognoscendum quodcunque verum naturale, tum in homine constituto in natura integra respectu cuiuscunque boni moralis: cùm tamen in eius sent. homo tam in hoc statu intelligere possit quodcunque verum naturale, cum solo auxilio generali, quàm in natura integra sine speciali auxilio operari potuerit quodcunque bonum morale naturæ proportionatum. 2. cùm in sent. S. Thom. non detur actus in individuo indifferens, si potest homo

Confirm. 1.

112. *Confirm. 2.* propris viribus cum solo generali concursu Dei agros colere, ædificare, & similia opera facere, non poterunt hæc in ipsius sent. esse indifferentia, sed vel bona, vel mala moraliter: atqui hæc non sunt mala moraliter: tum quia ipse appellat bona naturæ proportionata: tum quia alioqui non respondisset quæstioni, quæ erat, *vtrum homo possit velle & facere bonũ absque gratia:* ergo erũt moraliter bona.

113. *Pius V. Greg. XIII.* Huic sent. maximum robur attulit Bulla Pij V. & Gregorij XIII. in quâ inter propos. damnatas est 7. *cum Pelagio sapit, qui boni aliquid naturalis, hoc est, quod ex naturæ solis viribus ortum ducit, agnoscit:* in proprio & rigoroso sensu intellecta, ad mmũ vt piarum aurium offensiua, vt concludit Põ. ifex.

114. Confirmant aliæ damnatæ 4. ordine 28. *Liberum arbitrium sine gratia & Dei adiutorio non nisi ad peccandum valet.* 29. *Pelagianus est error dicere, quod liberum arbitrium valet ad vllum peccatum vitãdum.* 38. *Omnis amor creaturæ rationalis aut vitiosa est cupiditas, quâ mundus diligitur, aut laudabilis illa caritas, quâ per Spiritum S. in corde diffusa Deus amatur.* 65. *Non nisi cum Pelagiano errore admisti potest vsus aliquis liberi arbitrij bonus, siue non malus: & gratiæ Christi iniuriam facit, qui ita sentit & docet.*

115. Prob. 1. ex diuinis oraculis. Primum, *ad Rom. 2. Cùm enim gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt:* vbi Paulus docet, Gentiles ductu naturæ seruare ea, quæ ad legem naturalem spectant; vt explicant Hieron. *Epist. 151. ad Agasiam q 8.* Chrysost. & c. approbat. Pius V. dãnata proposit. 23. *Cum Pelagio sentiunt, qui textum Apostoli* ad Rom. 2. *Gentes, quæ legem non habent, naturaliter quæ legis sunt faciunt, intelligunt de gentibus fidei gratiam non habentibus.* Nec obstat, quòd hic locus ab Augustin. *lib. 4. cont. Iulia. cap. 3.* intelligatur de Gentilibus ad fidem recèns conuersis: tum quia in sensu, de obseruantia legis ad salutem conducente, de quâ erat disputatio, non nisi de fidelibus explicare poterat, cùm nulla vitius, quæ fidei non innititur, ad salutem conducere possit: tum quia à priori expositione non abhorret, vt patet *lib. de Spiritu cap. 27.* vbi, *si autem,* inquit, *hi qui naturaliter quæ legis sunt, faciunt, nondum sunt habendi in numero eorum, quos Christi iustificat gratia, sed in eorũ potiùs, quorum etiam impiorum, vel Deum verum veraciter iustèq; colentium, quædam tamen facta vel legimus, vel nouimus, vel audimus, quæ secundùm iustitiæ regulam non solùm vituperare non possumus, verumetiam merito rectèq; laudamus.* Secundum; ad

Prob. 1. ex diuinis oraculis. 1.

116. Rom. 4. *Si enim Abraham ex operibus* (supple legis) *iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum:* supponit Paulus, Abraham habuisse aliqua bona opera ante fidem, quæ gloriam merebantur apud homines, non apud Deum: & ideò non potuisse ex illis apud Deũ iustificari. vbi Ansel. *Sicut,* inquit, *fides sine subsequentibus operibus bonis vacua est, ita quælibet opera bona ante fidem. Habet gloriam apud semetipsum, vel apud omnes, sed non apud Deum.* Liranus ibid. *Ideò talis iustitia nõ iustificauit Abraham, quia acquisita est & politica, quæ solùm reddit habentem laudabilem apud homines, non apud Deum, quia non facit eum dignum æterna vita.* Tertium *ad Philip.*

2. Oraculum

117. 3. Oraculum 3. vbi Apostolus aliquam iustitiam in se agnoscens proprio studio partam, quàm tamen collatam cum iustitia, quę cum fide per Christum infunditur, nihil ducebat; *Omnia,* inquit, *arbitror vt stercora, vt Christum lucri faciam, & vt inueniar in illo non habens meam iustitiam, quę ex lege est, sed illam, quæ ex fide est Christi Iesu.* Vbi Chrysost. *Rectè dixit,* non habens meam iustitiam, *id est, non illam, quam mihi meis laboribus ac sudoribus compararam, sed quam ex gratia inueni. Dei autem dona,* subdit paulò pòst, *longo interuallo antecedunt vtilitatem rectorum factorum, quæ ex nostro studio profecta sunt.*

Chrysost.

118. Prob. 2. ex Patrib. Basil. *in Hexam. hom. 9. col. 3. Sunt apud nos ipsę virtutes secundùm naturam, ad quas habendas affinitas animæ, non ex humana doctrina, sed ex ipsa natura nobis inesse videtur:* eodem modo docet, nos, naturâ duce, ad has virtutes comparandas, oppositaque vitia vitanda inclinari, sicut ad corporis sanitatem procurandam, oppositumque

Basilius.

119. morbum declinandum. Chrysost. *hom. 67. ad pop. Antioch Per hęc rursus ostendit, Deum sic hominem finxisse, vt possit per se virtutem eligere, ac vitium declinare:* vbi ad propriam arbitrij libertatem refert, posse virtutem exercere, aut vitium virtuti contrarium vitare. Damasc. lib. 3. fidei Ortho. c. 14. fine:

Chrysost.

120. *Damascen.* *Naturales sunt virtutes, & naturaliter, & æquè in omnibus*

Digitized by Google

nibus insunt, etsi non omnes æquè operemur ea, quę sunt
121. Hieronym. natura. Hieron. *tom. 6. in 1. cap. ad Galat.* verba: *Cùm autem placuit ei, qui me segreganit de vtero matris meæ &c.* sic discurrit: *Ex quo perspicuum sit, naturæ omnibus Dei inesse notitiam, nec quenquam sine Christo nasci, & non habere semina in se sapientię & iustitiæ, reliquarumque virtutum. Vnde multi absque fide & Euangelio Christi, vel sapienter faciunt aliqua, vel sanctè vt Parentibus obsequantur, vt inopi manum porrigant, non opprimant vicinos, non aliena diripiant, magisque iudicio Dei obnoxij fiant, quòd habentes in se principia virtutum, & Dei semina, non credunt in eo, sine quo esse non possunt.* id confirmat *in c. 2. col. 2. ante finem.* Vbi postquam cum Apostolo probasset, neminem ex operibus legis absque fide in Christũ iustificari: *E contrario dicendum,* inquit, *quadam legis etiam ab his fieri, qui ignorant eam: sed ideò non iustificari operatores eius, quia absque fide Christi fiunt* ex.gr. *non dormire cum viro dormitione mulieris, non adulterari, non rapere: sed magis honorare patrem & matrem, & cætera, quæ imperata sunt.* Supponit igitur, Gentiles aliqua opera legis ductu naturę facere, iis tamen non iustificari, non quia bona non sunt, (dixerat .n. paulò superiùs, *non tam legis opera damnantur, quàm hi qui tantùm ex operibus iustificare se posse confidunt*) sed quia sine fide in Christum facta sunt. Greg. *hom. 27 in Euang. init. Sunt nonnulli, qui diligunt proximos, sed per affectum cognationis & carnis, quibus tamen in hac dilectione sacra Eloquia non contradicunt: sed aliud est, quod sponte impenditur naturæ, aliud quod præceptis Dominicis ex charitate debetur obedientiæ.* vbi nota 1. dilectionem ex
122. Gregorius. affectu cognationis & affinitatis secũdùm carnem, bonam esse & honestam, quippe cui sacra Eloquia non contradicunt, quę tamen omni, quod malum est, contradicunt: 2. hanc dilectionem ex solo affectu carnalis cognationis elicitam sponte impendi à naturâ. Anselm. *lib. de concor. c. 3. col. 5. Sciendum*
123. Anselm. elegans similitudo *quia sicut terra innumerabiles herbas & arbores, sine quibus humana natura aliter aut etiam perimitur, sine omni hominis cura profert: illa verò, qua nobis ad vitã maximè sunt necessaria, non sine magno labore atque cultore, nec absque seminibus: ita corda humana siue doctrina siue studio sponte quasi germinant cogitationes & voluntates nihil vtiles saluti, aut etiam noxias: illas verò, sine quibus ad salutem animę non proficimus, nequaquam sine generis sui semine & laboriosa cultura concipiunt & germinant.* Semen boni operis ad salutem conducentis est fides, à quâ inchoantur opera salutaria: at præter ista agnoscit aliqua sponte à naturâ profecta, non vtilia saluti, nec illi contraria: quæ cùm indifferentia esse non possint, in doctrina Anselmi Augustini sectatoris, erunt necessariò bona bonitate morali.

124. Ad Augustinum intellig. Quoniam verò contra hanc sent. obijcitur acerrimus gratiæ propugnator August. vt apertiùs ipsius mens constet, Suppono 1. controuersiam ipsius cum Pelag. non fuisse, num liberum arbitrium propriâ virtute rectè operari possit vtcunque, sed ad salutem consequendam: in hoc sensu vbique illos impugnat, & Arausic. II. *Can. 6. 7. &*
125. Suppon. 1. *25.* non vtcunque negans, liberum arbitrium sine gratiâ rectè operari posse, sed *sicut oportet*, ad salutem consequendam. Quo fit, vt Augustinus negans libero arbitrio quodcũque opus bonum absque gratiâ, intelligi debeat iuxta intentum scopum, de quo erat cum Pelag. disputatio, nempè de opere bono ad salutem conducente, vt ipse declarat *lib. de perfect. Iustit. cpn. Caelest. col. 3.* vbi cùm ex illo 1. *ad Corinth. 7. virgo si nupserit, non peccauit,* hæretici probassent, posse hominem aliqu od o-

num opus facere absque gratiâ: *quasi pro magno,* inquit, *habendum sit, velle nubere, vbi de adiutorio di-* Augustin. *uina misericordia operosiùs disputatur.* Et *con. Iulia. lib. 4. cap. 3. fine: scio, nos illud bonum hominum, dicere illam voluntatem bonam, illud opus bonum, ne Dei gratiâ, quæ datur per vnum mediatorem Dei & hominum, nemini posse conferri, per quod solùm homo potest ad æternum Dei donum regnumq; perduci,* & paulò pòst illud tantùm appellat bonum, quod beatificum est, quodque ex solo Dei amore fit. 126. Suppon. 2. 2. In doctrinâ Augustin. aduersarijs etiam fatentibus, nullus datur actus in indiuiduo indifferens: vt apertè docuit *lib. 2. de pecc. meritis* cap. 18. *Quanquam voluntas mirum si potest in medio quodam ita consistere, vt nec bona, nec mala sit: aut enim iustitiam diligimus, & bona est, & si magis diligimus, magis bona est; si minùs, minùs bona est: aut si omnino non diligimus, non bona est.* Quo fit, vt si quod August. bonum, aut saltem non malum opus concedat libero arbitrio, illud neqneat de opere indif- 127. ferenti intelligi. 3. Interdum ab August. cæterisq; Suppon. 3. etiamsi bona opera ante fidem facta ad salutẽ non prosint, appellantur tamen dona Dei: non quia ea sint facta mediante gratiâ per Christum, qui teste *August. Epist. 105. col. 3.* non meruit nobis vitam & opera naturalia, sed vitam & opera supernat. *Christus non pro nullis, vt homines conderentur, sed pro impijs mortuus est, vt iustificarentur:* sed quia nihil boni à nobis fieri potest sine adiutorio saltem generali Dei. Ita de Palemone, qui ex intemperante factus est ex disp. Democratis temperans. *Epist. 130.* scribit: *Quanquam ergo ille non Deo fuerit acquisitus, sed tantùm à dominatu luxuriæ liberatus, tamen ne id ipsum quidem, quod in eo melius factum est, humano operi tribuerint, sed Diuino. Ipsius namque corporis, quod est infimum nostrum, si qua bona sunt, sicut forma, & vires, & salus, & si quid eiusmodi est, non sunt nisi ex Deo creatore ac perfectore naturæ, quanto magis animi bona donare nullus alius potest?* Vbi eodem modo opera sine fide facta, quæ vt ibidem docet, ad futuræ vitę immortalitatem non valent, agnoscenda sunt à Deo, sicut dona corporis; atqui dona corporis ex *August.* non agnoscimus per Christum, quippe qui non est mortuus, vt conderemur, sed vt iustificaremur, sed illa tantùm agnoscimus per gratiam Dei creatoris ac perfectoris naturæ. Ex his apertè constat, quòd 128. quando *August.* opera ante fidem appellat dona Dei, non intelligat dona gratuita per Christum, & omninò indebita naturę, sed dona Dei creatoris & prouisoris, vel vt ipse loquitur, *perfectoris naturæ*: atque adeò illa facta sunt sine speciali gratiâ per Christum, cum solo generali auxilio Dei. Hoc inde patet: primum enim donum, quod per gratiam Christi nobis datur est fides, quæ meritum inchoat, & salutem operari incipit: non opera fidem præcedentia, vt per ea fidem impetremus: vt *August.* docet 1. *retract. cap. 23.* Qua de causa fidem appellat initium, exordium, & fundamentum salutis: ab ea enim non ab operibus ipsam præcedentibus, incipit nostra salus. At incipit gratia Christi, vnde salutis ducitur exordium.

Iam verò quòd sępè August. docuerit, liberum 129. arbitrium cum solo auxilio generali Dei, absque speciali gratiâ per Christum, multa bona opera ante fidem infusam operari, manifestum fiet ex 130. *lib. de Spiritu cap. 28. verum tamen quia non vsque* Primus locus illustris *adeò in animâ humanâ imago Dei terrenorum affectuum labe detrita est, vt nullâ in eâ, velut lineamenta extrema remanserint, vnde merito dici possit etiam in ipsâ impietate vitæ suæ facere aliqua legis, vel sapere,*

ibid.

Digitized by Google

ibid. *illi qui Deum verum verâ pietate non colunt, habent tamen quedam opera bona in vitâ impiâ.* Et paulò inferius: *Nam & ipsi homines erant,* (loquitur de Gentilibus) *& vis illa naturæ inerat eis, qua legitimum aliquid anima rationalis & sentit, & facit: sed pietas, qua in aliam vitam transfert beatam & æternam, legem habet immaculatam & conuertentem animas, vt ex illo lumine renouentur, fiatq; in eis,* signatum est super nos lumen vultus tui Domine &c. Vbi sicut aliquod bonum opus morale absque gratia factum libero concedit arbitrio: ita è contrario, nullum bonum opus, quod ad vitam spectat beatam, eidem tribuit arbitrio, nisi illo lumine renouetur, quod animas conuertit ad Deum. Id paulò post concludit; *sicut enim non impediunt à vita æterna iustum quædam peccata venialia, sine quibus hæc vita non ducitur; sic ad salutem æternam nihil prosunt impio aliqua bona opera, sine quibus difficillimè vita cuiuslibet pessimi hominis inuenitur* Quo quid pro nostrâ sententia illustrius? *lib. 3. Hypog. col. 3 esse fatemur liberum arbitrium omnibus hominibus, habens quidem iudicium rationis, non per quod sit idoneum quæ ad Deum pertinent, sine Deo aut inchoare, aut certè peragere; sed tantùm in operibus vitæ præsentis tum bonis, quàm etiam malis. Bonis dico, quæ de bono naturæ oriuntur, id est, velle laborare in agro, velle manducare & bibere, velle habere amicum, velle habere indumenta, velle fabricare domum, vxorem velle ducere, pecora nutrire, artem discere diuersarum rerum bonarum, velle quidquid bonum ad præsentem pertinet vitam, quæ omnia non sine gubernaculo diuino subsistunt: imò ex ipso, & per ipsum sunt, vel esse cæperunt.* Cùm igitur hæc in doctrinâ Augustin. indifferentiâ esse non possint, erunt necessariò bona, ex honesto fine facta. Dicuntur tamen hæc opera diuino gubernaculo subsistere, quia egent generali auxilio Dei, quod etiam negabat Pelagius, vt ex Hierony. &c. colligitur. *Li. 1. ad Simplic. qu. 2. init.* non negat bona opera ante fidem, sed tantùm negat ea ad salutem conducere: *non se quis arbitretur ideò percepisse gratiam, quia bene operatus est; sed bene operari non posse, nisi per fidem perceperit gratiam. Incipit autem homo percipere gratiam, ex quo incipit Deo credere vel interna, vel externa admonitione motus ad fidem:* ibidem docet, nec Cornelium absque fide illa opera facere potuisse, quibus promeruit ad baptismum vocari. *Lib. 5 de ciuit. cap. 15.* docet, bona opera Romanorum, quia æternâ glorià digna non erant, quippe quę in fide Christi facta non fuerant, fuisse præmio temporalis gloriæ remunerata: sc. pietas in patriam, iustitia in ciues, libertas in dando consilio, obseruantia propriarum legum. Nec dici possunt hæc facta in sent. August. ex peculiari auxilio Dei per Christum, nullum .n. opus agnoscit ex speciali auxilio per Christum, nisi procedat ex fide Christi: hęc est prima gratia, quæ datur per Christum, & per quam operari incipimus vtiliter ad salutem: opera, quæ antecedunt fidem, modò appellat opera præsentis vitę, quia nihil conferunt ad æternam; modò peccata, quia quæ Christiana fides non dirigit, plerumque praua intentio deprauat. Interdum ea, quando rectè fiunt, vocat dona Dei, quia facta sunt cum ipsius generali auxilio, nunquam vocat dona per Christum: at nequit Deus præmio remunerari, nisi quæ bona sunt: cùm certissimum sit Deum remunerari non posse offensas contra se patratas, vt sunt peccata.

131. *Secundus*

132. *Tertius*

133. *Quartus*

Hinc Augustinus mentem apertè nobis explicarunt *Fulgent. lib. de Incarn. cap. 26. Quod si quibusdam cognoscentibus Deum, nec tamen sicut Deum glorificantibus, cognitio illa nihil prodest ad salutem, quo modo hi poterunt iusti esse apud Deum, qui hîc in suis moribus atque operibus bonitatis aliquid seruant, vt hoc ad finem Christianæ fidei, charitatisque non referant? Quibus aliqua quidem bona quæ ad societatis humanæ pertinent æquitatem, inesse possunt:* Prosper 26. *cap. con. Colla.* loquendo de operibus bonis non ordinatis ad salutem; *Quæ mortalem vitam honestare possunt, æternam autem conferre non possunt:* vterque aliqua bona opera humano concedit arbitrio, quæ ad præsentem dumtaxat, non ad futuram vitam conducunt: *cum Augustino Ansel. in 3. cap. 2. ad Cor.* verba: *Non quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis:* sic ratiocinatur: *cogitantes credimus, cogitantes loquimur, cogitantes agimus quidquid agimus. Quod autem attinet & ad pietatis viam & verum Dei cultũ, non sufficimus vel cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis ipsis, sed sufficientia nostra ex Deo est.* Quæ verba descripsit ex August *de bono perseuer. cap. 13.*

134. *Acerrimi Augustini sectatores.*

Prob. 3. rationib. 1. Quodlibet opus virtutis moralis, seclusâ graui tentatione, de quâ sect. seq. est proportionatum obiectum, non solùm physicè, sed etiam moraliter respectu appetitûs rationalis. Ergo ad illud efficiendum sufficit naturalis facultas arbitrij cum solo generali concursu, absque alio speciali auxilio Dei. omnis .n. facultas de se potens est cum solo generali concursu Dei ferri in omnem actum, sibi physicè & moraliter proportionatum. Antec. quoad physicam proportionem constat, quia cum quodlibet opus virtutis moralis sit ordinis naturalis, continetur intra sphæram obiecti naturalis, ac proinde est physicè proportionatum facultati appetitûs rationalis. Quoad moralem prob. appetitus rationalis suâ naturâ inclinat ad bonum morale, imò est ipsa aptitudinalis inclinatio ad bonum morale, quod respicit vt obiectũ sibi naturaliter commensum, sed omnis potentia, seclusis impedimentis, non solùm physicè, sed etiã moraliter potens est tendere in suum actum, ad quem est naturaliter ordinata: Ergo, seclusa graui tentatione, quæ sola posset moraliter impedire appetitum rationalem, potest liberum arbitrium viribus proprijs, absque speciali auxilio Dei, præstare aliquod opus moraliter honestũ. Confir. Non minùs voluntas naturaliter inclinat in bonum morale, quàm intellectus in verum naturale: at potest intellectus viribus proprijs, absque speciali auxilio cognoscere verum naturale: ergo poterit voluntas viribus proprijs, absque auxilio speciali, efficere bonum morale. 135. *Prima ratio à priori.*

Respondet Vasquez; appetitum rationalem naturaliter quidem inclinare in bonum morale, vt autem in illud actu inclinet, egere congruâ cogitatione, quâ illum efficaciter alliciat ad huiusmodi bonum reipsa prosequendum: congrua cogitatio nullo pacto est debita, nec ratione creationis, nec ratione conseruationis, cùm illęso dono creationis conseruationisve, illa negari possit. Nec obstat, quòd sępe excitetur à causis naturalibus: hæc .n. dispositio causarum fuit à Deo præparata, vt peculiare donum à creatione & conseruatione distinctum: cùm potuerit Deus saluo dono vtriusque, aliam dispositionem præparare, à quâ nulla præuisa fuisset congrua cogitatio excitanda. 136. *Respondet Vasquez.*

Confirm. Potest Deus quolibet tempore & occasione, illęso iure conseruationis, negare creaturę rationali congruam cogitationem ad bonum morale, relictâ tantùm illi sufficienti: ergo potest illam negare omni tempore & occasione. Antec. prob. 1. ratione conseruationis illa est indifferens tam ad congruam, quàm ad non congruam cogitationem: ergo, 137. *Confirm.* *Probat 1.*

Digitized by Google

ergo, illæso iure conseruationis, vtramlibet poterit illi Deus concedere vel negare: 2. nulla assignabilis est indiuidua cogitatio, quæ iure conseruationis debita illi sit. 3. si ei debita esset iure conseruationis aliqua congrua cogitatio ad bonum morale, debita etiam illi esset aliqua congrua cogitatio ad bonum morale excellens: at hæc non est illi debita, vt probabilior fert opinio: ergo nec ad bonum morale non excellens.

138. *Nequit illæso dono conserv. semper negari cõgrua cogitatio ad bonum morale.* *Ratio 1.*

Sed contrà. Falsum est, illæso dono conseruationis, posse vnicuique creaturæ rationali semper negari congruam cogitationem ad omne bonum morale. licet .n. possit vni, vel alteri ad aliquod tẽpus talis cogitatio negari, omnibus tamen & semper, absque læsione iuris conseruationis non potest. 1. quia contra naturalem constitutionem creaturæ rationalis est, vt in eâ semper causarum dispositione collocetur: à quibus nunquam sit congrua cogitatio ad bonum, sed semper ad malum excitãda. cùm .n. non minùs suâ naturâ inclinet ad bonum honestum, quàm ad delectabile, cùm per inclinationem ad vtrumque sit à natura per se instituta, contra naturalem constitutionem ipsius erit, vt in ea semper causarum dispositione collocetur, à quibus nulla vnquam sit congrua cogitatio ad bonum honestum, sed semper ad delectabile, & malum excitanda. Confirm. Contra naturalem inclinationem potentiæ intellectiuæ est, vt in ea semper causarum dispositione constituatur, in qua nũquam cognitione veri, sed semper cognitione falsi determinetur: ergo contra naturalem inclinationem potentiæ volitiuæ erit, vt in ea semper dispositione causarum constituatur, in qua nunquam congrua cogitatione ad bonum, sed semper ad malum præueniatur: cùm non minùs proprium sit potentiæ volitiuę ad bonum honestum, quàm intellectiuæ ad verum naturale, ferri. Nec minùs indifferens sit voluntas ad bonum & malum morale, quàm intellectus ad verum & falsum naturale.

139. *Confirmatur*

140. *Ratio 2.*

2. Positâ variâ constitutione creaturę rationalis, quam ordo & dispositio Vniuersi postulat, impossibile est moraliter, vt quod vni creaturæ idem causarum occursus est occasio ad malum, non sit alteri sępe occasio ad bonum: qui causarum occursus, non nisi violenter posset à Deo impediri. sæpe .n. ille naturaliter sequitur ex ipsa causarum constitutione. Cùm igitur impossibile moraliter sit, vt quâcunque causarum constitutione positâ, in tantâ rerum varietate, & creaturę rationalis diuersitate, non sequatur, vt idem interdum causarum occursus, qui vni est occasio ad malum, non sit alteri occasio ad bonum, & qui vni non congruam, alteri congruam cogitationem non excitet, erit etiam moraliter impossibile, vt nulli vnquam creaturæ rationali, in diuersâ causarum constitutione positæ, sit congrua cogitatio ad bonum morale naturaliter excitanda.

141. *Ad Vasq. iuxta 1. rationem.*

Ex his patet ad resp. Vasquez: nam vel non potuit Deus, illęso iure conseruationis, omnes creaturas rationales in ea causarum dispositione collocare, in quâ nulla vnquam naturaliter excitanda foret congrua cogitatio ad bonum morale, naturæ rationali proportionatum: Vel nulla fuit dispositio à Deo pręuisa, in quâ idem causarum occursus, qui vni creaturæ esset occasio ad malum, alteri non foret occasio ad bonum; & qui vni excitasset cogitationem non congruam, alteri non excitasset cogitationem congruam. Ad confir. neg. conseq. licet .n. possit Deus, illęso iure conseruationis, in quolibet instanti seorsim & distributiuè cõgruam cogitationem ad bonum morale denegare; non semper, & in omnibus instãtibus collectiuè. Sicut potest, illæso iure conseruationis, pro quolibet instanti seorsim & distributiuè negare intellectui cognitionem veri naturalis, non semper & in omnibus instantibus collectiuè. vt è contrario, homo in singulis instantibus seorsim & distributiuè habet potentiam moralem ad vitanda omnia venialia seorsim & distributiuè, quam non habet in omnibus instantibus collectiuè. nam de ratione creaturæ rationalis non est, vt vel semper, vel pro aliquo determinato tempore; sed vt aliquando operetur bonum morale propriæ naturæ commẽsum. Hinc patet, non necessariò assignandam esse congruam cogitationem determinatam, quę debita sit, sed sufficere aliquam vagè sumptam. Iuxta 2. rationem, neg. Antec. interdum .n. eadem causarum dispositio in vno excitat cogitationem non congruam, quæ alteri excitat congruam: quę sæpe impediri, illęso iure conseruationis, non potest. Vnde ad 1. prob. neg. posito tali causarum occursu, qui, vt probatum est, naturaliter sequitur ad quamlibet causarum dispositionem, posse illæso iure conseruationis, quod non solùm spectandum est absolutè, sed respectiuè ad omnes causas, à quibus aliquo modo creatura rationalis naturaliter dependet, cõgruam cogitationem ad bonum morale denegari. Eodem modo resp. ad 2. posito .n. tali occursu causarum, qui naturaliter postulat excitari congruam cogitationem, assignabilis est determinata cogitatio ad bonum, debita creaturę rationali, in tali dispositione causarum positæ; licet ea nobis nota non sit. Ad 3. naturalis dispositio causarum non est potens excitare quamcunque congruam cogitationem ad bonum, sed eam tantùm, quę naturaliter proportionata est tam physicè, quàm moraliter. Qualis non est congrua cogitatio ad bonũ morale excellens: hæc .n. efficaciter mouet ad bonum morale cum victoriâ alicuius grauis tentationis, quæ non est in potestate morali, vt sect. seq.

142. *Ad Confir. iuxta 1.*

143. *Iuxta 2.*

Ad prob. 1.

2.

Disparitas est

Prob. 2. ab absurdis; 1. sequeretur, hominem in purâ naturâ constitutum, nullum potuisse potentiâ morali, reducibili ad actum, opus bonum morale efficere: quia cùm in eo statu nullum fuisset præparatum auxilium indebitũ, quod per aduersi necessarium est ad quodlibet bonum morale præstandum, in eo statu homo nullum bonum opus morale efficere potuisset. Ex quo vlteriùs sequeretur, nullam legem naturalem esse Deum, Patriam, Parentes, Maiores, amicos, æquales, inferiores ab homine, potentia morali, ex honesto fine seruari potuisse, sed semper ex praui. Vnde nec Deus ipse potuisset ab homine in eo statu constituto vllum actũ virtutis moralis exigere: cùm exigere non possit, nisi quod ab homine pręstari potest: vt .n. constat ex principijs *Vasquez 1. 2. disp. 88. nn. 13. & disp. 43. cap. 2. & disp. 92. nu. 8.* non potest voluntas ferri in obiectum minùs efficaciter propositum, relicto obiecto efficaciùs proposito; ergo non posset homo in purâ naturâ constitutus, ne potentiâ quidem antecedente vllum actum virtutis moralis elicere: ad id .n. debuisset posse in seipso excitare congruam cogitationem antecedenter requisitam, efficaciùs proponentem bonum honestum, quàm delectabile: at eam non potuisset excitare, si excedat statum puræ naturæ, & in eo nullum auxilium naturę indebitum, fuisset homini prępparatum. *Dices*, in eo statu potuisse voluntatem imperare intellectui, vt efficaciùs proponeret rationes honestatis & virtutis. Sed contrà: cùm nõ haberet in eo statu intellectus paratum auxilium ad tales rationes efficaciùs proponendas, nõ posset

144. *Prob. 1. ex absurdis quæ ex oppositâ sent. 1. Absur.*

Dices

Contrà

Digitized by Google

voluntas illi imperare, vt eas efficacius proponeret. Cùm .n. talis obiecti propositio congruat voluntati; eamque ad bonum moueat: & omnis congrua cogitatio ad bonum mouens per aduers. sit distinctum beneficium à creatione & conseruatione, non posset homo in eo statu habere paratum auxilium ad illam: cùm in eo statu nullum haberet paratum auxilium ad vllum beneficium, ab ipsa creatione & conseruatione distinctum.

145. *Absurd. 2.* Sequeretur 2. neque Angelum in pura natura constitutum, potuisse vllum actum virtutis moralis elicere. Absurdum autem est, creaturæ tam excellenti negare naturalem facultatem eliciendi vllum actum, quantumuis facillimum virtutis moralis, cui propter præstantiam & nobilitatem naturæ, multi Thomistæ, *vt in 2. to. disp. 20. sect. 1. vidimus*, concedunt naturalem impeccabilitatem circa finem naturalem. *Tertium* 3. neque hominem in statu Innocentiæ potuisse, sine speciali auxilio indebito, opus aliquod virtutis moralis facere: quod vltrò concedit *Vasquez* 1.2. *disp.* 193. *cap.* 3. Absurditas ostenditur: nam propter perfectam subordinationem appetitûs inferioris erga superiorem, & mentis ad Deum, homo in eo statu magis inclinabat ad bonum honestum rationis, quàm ad bonum delectabile sensus: ergo potiùs illi debebatur cogitatio congrua ad bonum honestum, quàm ad bonum delectabile. Alioqui contra exigentiam illius perfectissimi status homo operatus fuisset. *Quartum* 4. neque hominem iustum cum gratia iustificante, & cæteris habitibus infusis, posse potentiâ morali opus aliquod morale efficere. nam etiam iustis, saluo dono iustificationis, potest negari omnis cõgrua cogitatio ad bonum honestum, relictâ tantùm illis cogitatione sufficienti, quâ tantùm antecedenter valeant illud efficere: cùm non minùs iusti cum habitu gratiæ sanctificantis reliquisque virtutibus infusis sint indifferentes, vt potiùs vnâ, quàm alterâ cogitatione præueniantur.

146. *Urges:* Nulla congrua cogitatio ad bonum honestum supernat. est debita iusto ratione iustificationis: ergo nulla ad honestum naturale est debita ratione creationis. Ita .n. se habet iustus ratione inhærentis iustitiæ ad honestum supernat. sicut homo purus ratione creationis ad naturale. Antec. prob. omnis congrua cogitatio ad bonum supernat. est distinctum beneficium à iustificatione, pro qua distinctæ agendæ sunt gratiæ: & nulla apta est excitari vel à causis naturalibus, vel ab habitibus *Ratio dis. criminis* infusis, sed à solo Deo. Resp. 1. neg. conseq. solus enim Deus est causa particularis, non tantùm vniuersalis congruę cogitationis supernat. sc. cùm nec illa sit apta excitari ab vlla causa naturali, vtpotè quæ in nulla tali continetur; nec ab ipsis habitibus infusis supernat. qui vt operentur, requirunt obiectum supernat. potentiæ, quam adiuuant, vitaliter approximatum, cùm nequeant ipsi sibi illud approximare, vtpotè qui operantur vt complementa intellectus & voluntatis, quæ obiectum supponũt approximatum vel per speciem impressam, vt intellectus, vel per expressam, vt voluntas, debet necessariò à Deo vt à causa particulari approximari: approximatur autem à Deo per cognitionem talis obiecti expressiuam, quam Deus pro- *Deus causa partic. congruæ cogita. supernat.* ducit in nobis, dicitur que à Concilijs illuminatio atque inspiratio, per quam Deus inspirat nobis bonum supernat. illud per cognitionem proponendo. Nam esto illud posset per speciem impressam supernat. nobis proponere, ad maiorem tamen liberalitatem & munificentiam mauult illud nobis proponere per speciem supernat. expressam, vt non solùm intellectus, sed etiam voluntas fiat proximè potens ad bonum supernat. amplectendum. Non est autem Deus causa particularis, sed vniuersalis congruæ cogitationis naturalis; quippe quæ apta est excitari per ipsas causas & obiecta naturalia, quæ ex se interdum apta sunt mouere intellectum ad efficaciorem cognitionem boni honesti rationi conformis, quàm delectabilis rationi difformis. At, inquies, hæc eadem ratio probat, 147. Deum esse particularem causam etiam cognitionis supernat. sufficientis; cùm nec ista produci possit, nisi à Deo vt causa particulari. Resp. non inficior, etiam hanc esse effectum Dei vt causæ particularis: attamen negandum est, esse distinctum beneficium ab ipsa iustificatione, in qua necessariò includitur. Cùm enim per iustificationem Deus tribuat creaturæ rationali completum posse ad opera supernat. cumque nequeat hoc posse esse completũ, nisi per obiectum supernat. cognitione expressum, necessariò cũ ipsa iustificatione Deus infundit cognitionem saltem sufficientem supernat. sine quâ creatura rationalis non est in actu 1. proximè potens ad actus supernat. At cognitio supernat. congrua non necessariò includitur in ipso posse supernat. cùm sine illa sit proximè completum in actu 1. habeatque quidquid ex parte sua ad operandum requiritur, solumque ad actum 2. desit libera determinatio voluntatis. Ex aliâ verò parte cùm talis cognitio nequeat excitari vel per causas naturales; vel per ipsos habitus infusos, quippe qui non sunt species obiectorum, sed complementa potentiarum, quæ supponunt obiecta, à quibus determinari debent, producetur necessariò à Deo, vt à causa particulari, tanquam beneficium distinctum ab ipsâ iustificatione, quæ ex se congruam cogitationem non postulat. contrà verò, quia congrua cognitio naturalis continetur in dispositione causarum naturalium, quæ sæpe aptæ sunt illam excitare cum solo concursu generali Dei, non erit effectus Dei vt causę particularis, sed vniuers. ac proinde nec distinctum beneficium à creatione & conseruatione, quę non solùm dicit entitatem creaturę rationalis cum omnibus intrinsecis potentijs, sed etiam extrinsecam dispositionem causarum natur. dependenter à quibus illa in hoc statu connaturaliter petit conseruari. *Etiam ineffacis supernat.*

Resp. 2. neg. antec. interdum .n. Deus saltem 148. mediatè & consequenter, non quidem debito iustitiæ, sed connaturalitatis, & moralis exigentiæ ex parte iusti tenetur congruam cogitationem supernat. illi infundere: quod sic ostendo. Quando causę naturales excitant in iusto congruam congitationem ad honestũ natur. resultat in tali bono ordinis natur. in excitato moralis exigentia, vt idem bonum per speciale auxilium eleuetur à Deo ad ordinem supernat. vt circa illud idem versetur eadem potentia iusti habitib. supernat. instructa: ac proinde in eo euentu Deus in tali congrua cogitatione excitanda non agit vt pura causa particularis, sed aliquo modo vt causa vniuersalis ac prima in genere supernat. cùm non agat à se solo determinatus, sed vt determinatus saltem mediatè & consequenter à causis 2. seu ab obiecto natur. honesto per congruam cognitionem excitato à causis natur. quod in eo euentu connaturaliter exigit per speciale auxilium euehi ad ordinem supernat. idque ex eo, quòd excitatum sit in iusto, qui ob inhærentem iustitiam connaturaliter poscit, vt id ipsum per speciale auxilium excitetur ad ordinem superiorem, in quo est ipse iustus; qui connaturaliter petit, ex suppositione quòd sibi sit excitatum obiectum *Quando congrua à iusto exigitur*

Digitized by Google

obiectum secundùm honestatem natur. sibi etiam excitari secundùm honestatem supernat. cui honestas natur. subordinatur, & ad quam actu attingendam est proximè dispositus per ipsam congruam cognitionem ordinis natur. Vnde sicut vim inferret Deus appetitui rationali, si illi congruam cognitionem negaret circa obiectum tanquam conforme naturæ rationali, quod congruâ cognitione sensitiuâ representaretur appetitui inferiori tanquam conforme naturæ sensitiuæ, quando conformitas sensitiuæ subordinatur conformitati rationali, qualis est conformitas ptocurandi medium conseruatiuum vitæ sensitiuæ, quæ simul est conformitas appetitus rationalis: ita aliquam vim inferret iusto, negando illi congruam cognitionem ad honestatem supernat. ad cuius subordinatam honestatem natur. est congruè excitatus: vt si negaretur congrua cognitio ad amandum Authorem gratiæ iusto, qui est congruè excitatus ad amandum Authorem naturæ.

149. *Distinctũ tamen beneficium*

Cæterùm semper agendæ sunt Deo gratiæ à iusto tanquam de distincto beneficio. Etsi enim Deus titulo connaturalitatis teneatur vel iusto congruè excitato ad honestatem natur. infundere congruam cognitionem ad honestatem supernat. vel cum cauis 2. natur. concurrere ad congruam cognitionem honestatis natur. quia tamen ad neutrum tenetur debito iustitiæ, quippe cùm vt absolutus dominus vtrumque absque iniuriâ negare posset; vtrumque agnoscendum erit vt distinctum beneficium, quod sine vlla iniuria nobis auferre potest. Sicut non tenetur creditor agnoscere vt distinctum beneficium debitum sibi præfixo tempore à debitore restitutum, quia id titulo iustitiæ sibi debetur: tenetur autem vt distinctum beneficium agnoscere id, quod vassallus à principe, vel seruus accipit à domino, etiamsi illud accipiat ob gratitudinem obsequij eis impensi, cùm id potuerit absque iniuriâ sibi denegari.

150. *Absurdum 5.*

Sequeretur 5. esse impotentes ad præcepta seruanda, tentationesque vincendas iustos, pariter ac obstinatos in peccato, contra Patres & Schol. affirmantes, maiorem impotentiam habere obstinatos ad legem seruandam, quàm iustos, qui & ratione iustitiæ inhærentis, & auxiliorum illis debitorũ, sunt moraliter potentes ad legem seruandam tentationesque superandas. Sequela prob. per Vasquez æquè iustis, ac obstinatis indebita est, quæcunque congrua cogitatio ad bonum; defectu cuius in sent. eiusdem liberum arbitrium dicitur moraliter impotens ad legem seruãdam. 6. Quamlibet creaturam intellectualem, quantumuis perfectam, propriæ virtuti, cum solo generali concursu, imò etiam cum gratia sanctificante & virtutibus supernat. relictam, non valere, nisi ad peccandum, cùm nullam ex se postulet congruam cogitationem ad bonum. Sequeretur 7. Initium humanæ salutis fundari in sola natura: id enim in hac sent. est congrua cogitatio indebita naturæ solùm quoad congruitatem: at hanc congruitatem formaliter, accipit à potentia naturali: cogitatio enim non fit congrua voluntati ex antecedente auxilio indebito naturæ, sed ex ipsa voluntate cum generali concursu sibi debito: seu quia voluntas cum solo auxilio generali sibi debito illi consentit, cui poterat non consentire: ergo totam congruitatem accipit cogitatio à libero arbitrio. Confirm. 1. Antequam talis cogitatio præuisa esset à Deo congrua, erat de se indifferens ad vtrumlibet; atque adeò debita naturæ intellectuali, cui iure creationis debita est aliqua prima cogitatio saltem indifferens, cùm nequeat sine aliqua cogitatione esse operatiua. Vt autem prima cogitatio naturalis, ex se indifferens, fiat congrua, non requirit nisi vt voluntas illi consentiat: voluntas autem cum solo concursu generali potest primæ cogitationi naturali, antecedenter indifferenti consentire. 2. Prima cogitatio ad bonum honestum morale, non est gratia formaliter quoad suam entitatem, nam secundùm eandem numero entitatem fuisset debita naturæ, si non præuisa fuisset, vti præuideri potuit, non congrua; sed est gratia formaliter secundùm congruitatem; hanc accipit formaliter à libero arbitrio per solas vires naturales: ergo vt gratia est formaliter originem ducit à natura; contra Scripturas, & Patres docentes, initium salutis fundari in sola misericordia & liberalitate Dei: Et licet hæc sent. saluet initium salutis aliquo modo esse à Deo, qui potiùs infundit homini cogitationem congruam, quàm incongruam: tamen admittit, idem initium salutis, per quod homo formaliter inchoat suam iustificationem, primò fundari in solo libero arbitrio, quod per solas suas vires naturales reddit illam congruam. Imò si per impossibile creatura intellectualis cum prima cogitatione naturali, cum qua deberet à Deo creari, præuisa sit consensura, talis nullo modo in salute inchoanda penderet à Deo, sed à solis viribus propriæ naturæ.

153. *Confirm. 2.*

Explicatur magis absurdum

154. *Dices.*

Dices. Etiam cogitatio quoad substantiam supernaturalis, in ratione congruitatis, formaliter pendet à voluntate creata, liberè illi consentiente, cùm ante liberum consensum non sit congrua, sed indifferens ad vtrumlibet. Sed contrà, 1. cognitio supernat. non fit congrua à voluntate per vires tantùm naturales, sed adiutâ viribus gratiæ, tum excitantis & præuenientis, quæ est ipsa cogitatio supernat. & motus supernat. indeliberatus voluntatis, qui illam proximè disponunt & præparant ad liberum consensum præstandum: tum comitantis, quæ est concursus supernat. voluntati gratis paratus, ad liberum consensum supernat. præbendum: 2. cognitio supernatur. non est tantùm gratia & auxilium indebitum naturæ quoad congruitatem, sed etiam quoad entitatem vel saltem quoad modum.

Contrà.

155. *Absurdum vlt.*

Sequeretur vlt. in hac sent. hominem à sola natura, independenter à quocunque auxilio indebito habere completum & proximum principium ad propriam salutem inchoandam: hoc, vt *sect. 9.* ostend. est contra Scripturas, Concilia, Patres, expressè docentes, non posse hominem solius naturæ viribus propriam salutem inchoare. Sequela Prob. homo, independenter à quocunque auxilio indebito, habet completam & proximam potentiam operandi bonum aliquod virtutis moralis. Sed id in hac sent. est initium salutis, cùm sit meritum de congruo impetratorium salutis. Maior. prob. homini naturaliter debetur cogitatio, saltem sufficiens ad bonum honestum morale, & concursus proximè paratus ad illud efficiendum: sed per huiusmodi fit homo completè & proximè potens ad actum moraliter honestum. Confir. posita potentia naturali, cum notitia tantùm sufficienti, & concursu generali ad bonum honestum morale, ponuntur omnia antecedenter requisita ad actum virtutis moralis: sed talis actus est initium salutis impetratoriũ: ergo homo ex se habet cõpletũ &c.

156. *Dicit Vasq.*

Respondebit Vasquez, hominem ex se habere tantùm potentiam antecedentem seu sufficientem, non consequentem seu efficacem ad salutem inchoandam: hanc in. habet per cogitationem congruam, quæ non est ei naturaliter debita. Sed contrà: *Contrà* quia Concilia & Patres negant homini potentiam

Sextum

151. *Absurdum 7.*

152. *Confirm. 1.*

etiam sufficientem & antecedentem ad salutem proprijs viribus inchoandam: 1. quia potentia consequens est, qua liberum arbitrium est actu operaturum: Concilia & Patres non solùm negant libero arbitrio potentiam, qua sit actu proprijs viribus salutem inchoaturum; sed etiam qua illam inchoare valeat; Eam sc. quam concedebat *Pelagius* libero arbitrio, consequentem & efficacem, anteced. & sufficientem: hanc, n. potentiam operandi salutem concedebat non tantùm ijs, qui illam actu erant operaturi, sed etiam ijs, qui illam nunquam erant actu operaturi. at hi non habent efficacem & conseq. potentiã ad illam, sed tantùm sufficientem & anteced. 2. eam potentiam negant Concilia & Patres ad salutem humanis viribus inchoandam, quam negant ad gratiam iustificationis consequendam: sed ad hanc non solùm negant potentiam efficacem & conseq. sed etiam sufficientem & anteced. nam etiam potentia antecedens ad gratiam iustificationis consequendam debet esse supernaturalis, cùm debeat esse principium actus supernat. quo ipsam iustificationis gratiam consequimur. Maior prob. eodem modo Concilia & Patres negant libero arbitrio potentiam ad vnum, atque ad aliud, vt constat ex *Trid. sess. 6. can. 3. & Arausicano can. 7. & 8.*

Pelagius potentiam operandi salutem concedebat omnib.

157. Confir. ex Concilijs & Patrib. maiorem impotentiam habet liberum arbitrium ad salutem, proprijs viribus inchoandam, quàm habeat, vel cum sola gratia sufficienti ad salutem consequendam, vel cum gratia efficaci ad eidem gratiæ resistendum; sed, ex ijsdem cum sola gratia sufficienti habet potentiam anteced. ad salutem consequendam; & cum efficaci potestatem anteced. ad gratiæ resistendum. Maior prob. absolutè docent, liberum arbitrium cum sola gratia sufficienti posse salutem consequi, dum docent, homines cum ea tantùm gratia, quæ datur omnibus, saluari posse; cùm tamen non omnibus detur gratia efficax; & cum gratia efficaci liberum arbitrium dissentire ac resistere posse, si velit, vt *Triden.* definit *sess. 6. can. 4.* cùm tamen absolutè negent, posse ipsum viribus proprijs salutem inchoare. Ergo maiorem impotentiam ad salutem, proprijs viribus inchoandam, agnoscunt in libero arbitrio, quàm in eodem agnoscunt vel cum sola gratia sufficienti ad salutem consequendam, vel cum efficaci ad gratiæ resistendum: sed hæc est tantùm consequens: ergo illa non solùm erit consequens, sed etiam antecedens. Sola n. consequens impotentia non sufficit, vt id dicatur absolutè impotens: alioqui vtrobique diceretur, absolutè impotens, cùm vtrobique cum potentia antecedente habeat impotentiam conseq.

158. *Ad argumenta sententiæ 1.* Ad argu. primæ sent. admisso Vasquez discursu de auxilio, altero ordinis supernat. altero ordinis naturalis, excedentis morales vires arbitrij creati, vt constat *sect. 1.* adhuc nego, semper congruam cogitationem, esse auxilium indebitum naturæ, sed solùm quando illa ex peculiari modo est homini indebita, vt infrà. Primum Scripturæ explicatur à *S. Tho. in 2. dist. 28. qu. 1. art. 1. ad 1. Rouan.* & alijs Schol. vel de concursu generali causæ 1. vel certè de opere ad salutem spectante, de quâ ibi Christus; vt similitudo palmitis in vite manentis, quæ quadrare non potest nisi iustis per gratiam cũ Christo cõiunctis, ex *Triden. sess. 6. c. 16.* ostendit: *& August. ibid.* Secundũ intelligi de donis ad salutem conducentibus, constat ex verbis anteced. *Quis te discernit?* quæ communiter à Patribus, & Schol. explicantur de discretione à massa perditionis ad salutem æternam: Aut de donis etiam naturalibus, de quibus nec nobis licet, iuxta Apost. absolutè gloriari, cùm bonum naturale, quod operamur, procedat tum ex facultate liberi arbitrij, tum ex concursu generali Dei, gratis & sine vllo merito nobis collatis. *Ansel. & Bernard.* explicandi vel de bono & velle meritorio, vel etiam de morali, contra eos, qui putabant ad id non requiri concursum generalem Dei. Bernardus distinguens *Velle* à bono *Velle*, illud tribuit libero arbitrio, non excluso generali concursu Dei; hoc soli gratiæ. Tertium explicat *S. Tho. loco cit.* vel de auxilio generali, sine quo non sumus ex nobis sufficientes aliquid cogitare; vel de cogitatione per fidem, vt August. lib. de bono perseu. cap. 13. *cogitantes*, inquit, *credimus, cogitantes loquimur, cogitantes agimus, quidquid agimus. Quod autem attinet ad pietatis viam & verum Dei cultum, non sumus idonei cogitare aliquid, tanquam ex nobismet ipsis, sed sufficientia nostra ex Deo est.* In eodem sensu Ansel. in *3. cap. 2. ad Corinth.* Quartum apertè loquitur de operibus procedentibus ex fide; præmiserat enim Apost: *Gratia enim estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum est, non ex operibus, vt ne quis glorietur: ipsius enim sumus factura, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ parauit Deus vt in illis ambulemus.* Vbi opera ex fide opponit operibus factis ante fidem: quorum illa tantùm ait esse per Christum, non hęc. Vnde nostra potiùs firmatur sent. siquidem non omnia opera negat arbitrio, sed quæ ex fide proceduut. Quintum intelligitur de *velle*, & *perficere*, quod salutem operatur, vt constat ex præced. *Cum metu & tremore vestram salutem operamini, Deus est enim qui operatur in vobis velle & perficere pro bona voluntate.* Eodem modo Hieron. *cit.* Sextum, cùm loquatur de continentia habituali, quę non vno, vel altero, sed multis, difficillimisq; e actibus comparatur, meritò eam sapiens à Deo peculiariter agnoscit, cùm actus morales difficiles non nisi peculiari auxilio efficere valeamus.

159. *Ad testimonia Scripturæ.*

160.

161.

162.

163.

164.

165. *Ad Cœlin. Palæstin.* Ad 2. cap. argu. ex Concilijs. Ad Palęsti. Resp. 1. Pelagium ex sent. *Hieron.* non solùm negasse gratiam ad actus meritorios, sed etiam concursum generalem ad actus merè naturales. Contra quem errorem coactus est fateri, ad singulos actus requiri adiutorium Dei. 2. Pelagio solùm obiectum fuisse, quòd negauerit adiutorium gratiæ ad singulos actus meritorios, de quibus erat controuersia, & propter quam fuit Concilio illud cõactum; vt *August. 1. Epist. cit.* arguit: *Natura humana, etiamsi in illa integritate, in qua condita est, permaneret, nullo modo seipsam, creatore suo non adiuuante seruaret. Cùm igitur sine Dei gratia salutem non posset custodire, quam accepit, quo modo sine Dei gratia potest reparare, quam perdidit?* in poster. Epist. sic: *Si ergo ista præpararet atque operaretur Deus hominis voluntatem, vt tantummodo legem suam atque doctrinam libero eius adhiberet arbitrio, nec vocatione illa alta atque secreta sic eius ageret sensum, vt eidem legi atque doctrinæ accommodaret assensum, procul dubio eam legere, vel intellegere legendo, vel etiam exponere, ac prædicare sufficeret; nec opus esset orare, vt Deus ad fidem suam in cordibus corda converteret, & conuersis præsentiæ perseuerantiam eiusdem gratiæ suæ largitate donaret.* Vbi apertè loquitur de operibus ex fide.

166.

167. *Milevitan.* Milevitanum manifestè de scientia reuelata, *Quia*, inquit, *per ipsam nobis reuelatur & aperitur intelligentia mandatorum:* Et de operatione ex charitate: *Vt ædificante charitate, scientia nõ possit inflare.*

168. *Arausican.* Arausic. de operibus ad salutem spectantibus, *Can. 6. & 25.* necessariam esse inspirationem Spiritus

Digitized by Google

ritus S. vt ea, inquit, *ſicut oportet agere valeamus*; & Trident. *ſeſſ. 6. Can. 3.* vbi addit, *Sicut oportet, vt iuſtificationis gratia conferatur.* Quòd ex Arauſ. homo de ſuo non habeat, niſi mendacium & peccatum; explica, vel de mendacio & peccato oppoſito virtuti & iuſtitiæ ſalutarj, de quibus ſuperiùs Concilium fuerat loquutum; & apertè *Anſel. lib. de concordia col. 2.* ſcribit: *Ipſa*, gratia, *ſemper adiuuat liberum arbitrium naturale, quod ſine illa nihil valet ad ſalutem*: vel certè, de homine ex ſe ſpectato vt creaturâ, ex ſe nihil & defectuoſa eſt, quia ex ſe non habet niſi non eſſe, quod per Patres eſt prima radix omnis defectibilitatis. Alioqui in ſenſu ab aduerſ. propoſito, damnata eſſet tum hâc propoſ. 28. *Liberum arbitrium ſine gratia & Dei adiutorio non niſi ad peccandum valet:* & vnus Pontifex alteri contradiceret in rebus Fidei. Ad vlt. *Arauſ.* quòd homines Dei voluntatem faciunt, quando honeſtè operantur: voluntas in Deo, altera ſpecialis, qua nos ad finem ſupernat. dirigit; altera generalis, qua vniuerſas creaturas ad ſuos fines naturales ordinat. Etſi Concilium loquatur, de voluntate Dei, dirigente ad finem ſupernat. *vt diuinæ ſeruiant voluntati*; tamen ſubſumpta ſc. quando homines ex honeſto fine morali ſeruant præcepta, facere voluntatem Dei, intelligenda eſt, de voluntate Dei dirigente nos immediatè ad finem natur. ita mûlta teſtimonia Pontificum, de operibus ad ſalutem æternam ſpectantibus: nam de his tantùm erat controuerſia contrà hæreticos.

Tridentin. 169. Pius V. Greg. XIII. 170. Duplex voluntas in Deo.

171. Ad arg. ex Patribus. Cyprianus. Auguſt.

Ad 3. caput argu. reſp. Cyprianum loqui tantùm de operibus meritorijs, ex Auguſt. qui dû illû citat Ep. 47. addit: *Quantû ergo potuimus, egimus cum iſtis & veſtris, & noſtris fratribus, vt in fide Catholica perſeuerent, qua neque liberum arbitrium negat ſine in vitam malam, ſine in bonam, neque tantum ei tribuit, vt ſine gratia Dei valeat aliquid, ſine vt ex malo conuertatur in bonum, ſine vt in bono perſeueranter proficiat, ſine vt ad bonum ſempiternum perueniat.* Vbi nota, liberum arbitrium incipere diuina gratia egere, cùm ex malo conuertitur in bonum, ex infidelitate ad fidem, in eoque proficiendo perſeuerat in finem, vt teſtatur *lib. 1. ad Simplic. q. 2. poſt init. Incipit homo percipere gratiam, ex qua incipit Deo credere, vel interna, vel externa admoniſione motus ad fidem.* Ad 2. & 3. Reſp. Hieron. apertè loqui de auxilio generali; ad eas n. actiones adiutorium gratiæ requirit, quæ in omnium confeſſione ſolo auxilio generali primi mouentis exerceri poſſunt: vt digitum extendere, manum mouere, ſedere, ſtare, ambulare, ſputa iacere, calamum temperare, &c. Idem de Ambro. prob. qui vniuerſaliter docet, omnia dona naturalia, ſupernat. ipſam naturalem notitiã creatoris, quam vniuerſæ creaturæ, *vt quædam paginæ ad omnium oculos ſemper patentes, & authorem ſuum nunquam tacentes, quarum proteſtatio doctrinam imitatur magiſtrorum, & eloquia Scripturarum*, à Deo eſſe agnoſcendã. Pari modo *lib. 2. in Luc. c. 3.* verba hæc: *Factum eſt autem cùm baptizatus eſſet omnis populus*, ſcribit; *videlicet vtique quia vbique domini virtus ſtudijs cooperatur humanis, vt nemo poſſit ædificare ſine domino, nemo cuſtodire ſine domino, nemo quidquam incipere ſine domino*, citans illud Apoſt. *ſiue manducatis, ſiue bibitis, ſiue quid facitis* &c. Fundam. putarunt, Pelagium non ſolùm negaſſe auxiliũ ſpeciale ad actus æternæ vitæ meritorios, ſed etiam concurſum generalem ad actus purè naturales: vt *Abulen. in cap. 19, Matth. q. 178.* Auguſt. apertè conſtat, vel explicitè, vel implicitè ſemper loquì de operibus ad ſalutem ſpectantibus, & de vitandis peccatis, non quomodocunque, ſed meritoriè. Vt cùm *Epiſt. 107.* dixit, nos liberum arbitrium ad bonum primi parentis peccato perdidiſſe, intellige ad bonum æternæ vitæ meritorium. Quòd interdum vdeatur hæc ipſa, quæ liberum arbitrium propriâ virtute exercet, appellare opera damnationis, mortis, & peccati, intelligitur, vt plurimùm. Licet n. poſſit ſine ſpeciali gratia per Chriſtum, vnum vel alterum bonum opus morale facere; diu tamen in illis perſeuerare, aut difficilia graues tentationes includentia exercere moraliter non poteſt, tum propter naturæ imbecillitatem: tum propter naturalem inconſtantiam & inſtabilitatem ad rectè operandum, cum perpetua ſenſus tenitentia. Vnde defectu talis gratiæ per Chriſtum, quam in doctrinâ Auguſt. non habent infideles, docet *vlt. loco lib. 4. cont. Iulia. cap. 3.* opera infidelium plerumque eſſe peccata: quia defectu fidei in Deum plerumque apponere ſolent prauum finem, opus deprauantem: & quia quod plerumque fit, ſemper fieri dicitur, omnia opera infidelium ab Auguſt. dicuntur peccata. Eodem modo ita intellige *Fulgen.* & cæt. Patres, vt ſolùm loquantur de velle, & operibus conducentibus ad vitam æternam.

172. Hieronym. Ambroſius. 173. 174. Auguſt. Abulen.

Ad 4. cap. rationum; Reſp. ad 1. neg. conſeq. eiuſque prob. non n. perfectè ſaluaretur beneficium creationis & conſeruationis cum omnibus ſuis naturaliter requiſitis, ſi nunquam voluntas creata congruâ cogitatione ad honeſtè operandum præueniretur: cùm n. ſit potentia rationalis ſuâ naturâ ordinata ad bonum rationis, naturaliter poſtulat, vt non ſemper ſuo fine fruſtretur: ac proinde poſtulat, vt interdum congruâ cogitatione, quâ ad finem natur. tendat, præueniatur. Vnde quamuis illa ſit diſtinctum beneficium à creatione & conſeruatione per ſe ſumptâ, non tamen reſpectiuè acceptâ cum omnibus ſuis naturaliter requiſitis. Ad 2. neg. maior: fides n. ſolùm requiritur ad opus æternæ vitæ meritorium. Paulum explicant, vt quidquid non procedit ex fide, hoc eſt ex dictamine conſcientiæ, peccatum ſit, *S. Tho. 1. 2. q. 19. art. 5. in arg.* &c. Auguſtinus licèt hoc teſtimonio vtatur in ſenſu in argu. adducto, explicandus eſt, vt plurimùm: vel certè per peccatum intelligit, ſuâ phraſi, opus ad ſalutem non conducens.

175. Ad rationem 1. 176. Ad 2.

Ad 3. neg. ſequel. eiuſque prob. Cornelij opera ideò fuerunt accepta Deo, nec non de congruo iuſtificationis meritoria, quia, vt docet *Auguſt. lib. 1. ad Simplic. qu. 2. poſt init.* proceſſerunt ex fide, quam Deus ille ante baptiſmum inſpirauit. An poſſit homo aliqua ante fidẽ facere, *diſp. 28. ſect. 5.* Cæterum etſi diuinæ munificentiæ cõlonum eſſet, opera naturæ viribus facta, præmio ſupernat. remunerari, non eſt conſonum diuinæ prouidentiæ ac iuſtitiæ, quæ proportionem inter opus meritorium & præmium poſtulat. Ad ſummum igitur hæc opera remunerantur Deus præmio temporali: vt, teſte *Auguſt. lib. 5. de ciuit. cap. 15.* opera bona Rom. amplitudine imperij, & glorioſo nomine.

177. Ad 3.

Ad 4. Reſp. nos vtiliter in ſingulis actionibus Deum orare, etiam in ijs, quæ in noſtrâ ſunt poteſtate: 1. ne illæ, quæ noſtra eſt imbecillitas, prauo fine inquinentur: 2. vt in ijs perſeueremus: 3. maximè, vt ad ſalutem conferant æternam. Ad 5. non deſunt graues authores, qui dæmonibus concedant opera bona moralia: vt, qui putant Angelum circa legem naturalem eſſe ſuâ naturâ impeccabilem; qui dæmonibus concedunt naturalem dilectionem Dei vt finis & authoris naturæ: Imò qui illis vtrumq; negant, aliquod opus bonum morale facilè concedunt: at quia has opiniones vt falſas

178. Ad 4. 179. Ad 5.

Digitized by Google

confutaui 2. to. disp. 21. neg. sequel. licet n. dæmones integrum habeant arbitrium, vt cætera bona naturalia, illud tamen habent in malum ita obfirmatum, propter continuum odium Dei, vt in nullum de facto prodeant opus, quod prauo fine odij Dei non inficiant. Quæ moralis impotentia non tollit sufficientem libertatem peccandi: quia liberè ipsam contraxerunt: & ea non obstante, liberè possent non malè operari: quamuis infallibile moraliter sit, eos propter peruersam voluntatem semper malè operaturos: nec peccata illis ad nouam pœnam imputentur; sicut nec bona opera beatis ad nouum præmium; cùm sint in termino, & diuina ordinatione vtrique incapaces vlterioris retributionis. Ad 6. neg. conseq. ad 1. prob. esto maius beneficium requiratur ad operandum bonum, quàm malum, illud tamen sæpe est debitum naturæ Sicut maius beneficium requiritur ad attingendum verum naturale, quàm falsum; quia tamen illud est debitum intellectui creato, non requirit speciale auxiliũ per Christum, sed sufficit auxilium commune primi mouentis. Ad 2. neg. minor. operis enim moraliter boni non solùm Deus est causa physica per concursum generalem, sed etiam moralis per suasionem & complacentiam, quo pacto non est causa operis mali. Ad 7. neg. sequel. Ad prob. neg. minor. Quia virtus non comparatur nisi per multos actus frequentatos circa eandẽ virtutem, circa quam sæpe occurrunt actus difficiles, quos elicere sine speciali auxilio Dei nõ possumus.

Ratio discriminis

180. *Ad 6.*

181. *Ad 7.*

SECTIO IV.

An possit liberum arbitrium sine speciali auxilio vincere omnes, aut saltem aliquas tentationes contra præcepta naturalia prouocantes?

182. *Tripliciter potest ab homine vinci tentatio.*

TRipliciter potest ab humano arbitrio vinci tentatio: 1. ex motiuo æterno & meritorio: 2. ex prauo & demeritorio: 3. ex naturali honesto. 1. modo nequit vinci tentatio sine gratia, *ex sect. præced.* contra Pelag. 2. qui vitio vitium vincit, non tam vincit, quàm vincitur maiori vitio, minori cedens: *Quoniam*, vt August. *lib. 3. con.* duas epistol. Pelag. cap. 4 *Carnalis cupiditas cupiditate aliâ non sanatur.* Sola controuersia de 3. modo, an possit tentatio contra præceptum naturale ex motiuo honesto morali, absque gratia superari.

183. *1. Sent.*

Prima sent. docet, nullam tentationem ab homine lapso vinci posse absque speciali auxilio per Christum: *Bellar. lib. 5. de gratiâ cap. 7.* & à fortiori eorum, qui putant, ad quodlibet opus morale requiri gratiam per Christum, quos citaui, *sect. præced.* pro 1. sent. Probat *Vasquez* 1. 2. *disp.* 189. *à cap.* 8. ex Scriptura, in qua omnis tentationis victoria tribuitur Deo, *Psal.* 12. *Interipiat à tentatione* 29. *Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus.* 117. *Impulsus euersus sum vt caderem, & Dominus suscepit me:* Matth. 6. *Ne nos inducas in tentationem.* 26. *orate ne intretis intentationem.* Quà orandi formâ docemur, in singulis tentationibus implorare diuinum auxilium: oratio n. necessitatis gratiæ est signum: cùm non petamus quæ in nostra sunt potestate. 2. Ex Concilijs: Arausic. II. can. 9. *Diuini muneris est cùm rectè cogitamus & pedes nostros à falsitate & iniustitia retinemus:* can. 14. *nullus miser de quacunque miseria liberatur, nisi qui Dei misericordia præuenitur.* Quæuis tentatio miseria dicitur, Rom. 7. *infelix ego homo, quis me liberauit de corpore mortis huius?* & can. 22. *Nemo habet de suo, nisi mendacium & peccatum.* Igitur, vrgente tentatione, non habet homo de suo, nisi succumbere & peccare. In Palæstino compulsus est Pelagius, ex *Aug. epist.* 106. has propos. acceptare sine ambagib. *Ad singulos actus gratiam Dei eiusque adiutorium dari: & quando contrà tentationes, concupiscentiasq; illecebras dimicamus, quamuis & illic habeamus propriam voluntatem, non tamen ex illa, sed ex adiutorio Dei nostram prouenire victoriam.* 3. Ex Pontificib. Innocen. I. *epistola* 25. ad Conc. Carthag. 91. apud Aug. ita scribit: *Quotidiana præstat ille remedia, quibus nisi freti confisique nitamur, nullatenus vincere humanos potuerimus errores. Necesse est enim, vt quo auxiliante vincimus, eo iterum non adiuuante vincamur.* Et *epist.* 26. apud August. 93. *cùm in omnibus diuinis paginis voluntati libera non nisi adiutorium Dei tegamus esse tribuendum, eamque cælestibus præsidijs destituam nihil valere,* &c. Idem paulò antè: *Homo diuinâ gratia priuatus, necesse est diaboli laqueis irretitus succumbat.* Cœlest. epist. 1. can. 9. postquam dixit, *auxilio Dei nos posse sine quo nihil possumus*, in confirm. adducit verba Zosimi Pont. *Quod ergo tempus est*, ait, *quo eius non egemus auxilio? in omnibus igitur actibus, cogitationibus, motibus adiutor & protector orandus est Deus. Superbum est enim, vt quidquam sibi humana natura præsumat, clamante Apostolo*, non est nobis colluctatio &c. 4. Prob. ex Patrib. Basil. *in moral. reg.* 62. *cap.* 3. *Quod debet vnusquisque data idonea occasione subtrahere se ab insidiantibus sibi aduersarijs, & quod si diuinitùs permissum sit, vt in tentationes incidat, precibus à Deo poscere debet facultatem, per quam illas possit sustinere.* Chrysost. *ad 1. epist. ad Corinth. hom.* 24. init. *sunt ergo tentationes, quæ ferri non possunt. Et, qua sunt hæ? omnes vt semel dicam.* Paulò post: *Nam ne illas quidem moderatas & mediocres propria virtute ferimus, sed in his quoque egemus auxilio, vt eas feramus.* Theophil. relatus à Glossa in illa 1. *ad Corinth.* 10. *Tentatio vos non apprehendat nisi humana: quamis*, inquit, *tentatio vires nostras exsuperat, nisi ille auxilietur nobis* &c.

184. *Prob. 1.*

185. *Prob. 2.*

186. *Prob. 3. Innoc. I.*

187. *Cœlesti.*

Zosim.

188. *Prob. 4. ex Patrib.*

189.

Author *operis imperf. in Matth. hom.* 37. hominem diuino auxilio destitutum comparat naui, quæ fracto gubernaculo ducitur, quò tempestas impellit, non quò ipsa vult. Idem docent Ambros. *in Ps* 43. & *epist.* 84. *Hieron. Dial. 2. con. Pelag.*

190.

August. lib. 22. de ciuit. cap. 23. vbi post recensita multa tentationum genera, etiam leuiorum, sic concludit: *Ne in hoc bello laborum periculorumque plenissimo, vel de viribus nostris speretur facienda victoria, vel victoribus nostris facta tribuatur, sed eius gratia, de quo ait Apostolus*, gratias autem Deo, qui dat nobis victoriam per dominum nostrum Iesum Christum; & *lib.* 50. hom. *hom.* 23. medio: *Nullum est peccatum, quod fecit homo, quod non possit facere alter homo, si desit rector, à quo factus est homo.* Idem docet vbi contra Pelag. testatur, liberum arbitrium non nisi ad peccandum valere. Prosper *ca.* 35. *con. collat. Quisquis igitur in tribulatione non deficit, ab illo se non dubitet adiuuari, ad quem quotidie corda vniuersorum fidelium clamant*, ne inferas nos in tentationem. 5. Ex quotidiano vsu tum orationis, quo Ecclesia à Christo edocta, etiam leuissimarum tentationum victoriam à Deo poscit: tum gratiarum actionis, quâ omnem quantumuis minimæ tentationis victoriam diuinæ adscribendam putat gratiæ. Alioqui, vt August. docet *epistol.* 107. orare non fingimus, si nos ipsos, non Deum credimus facere, quod oramus: Item gratias agere fingimus, si vnde illi gratias agimus, ipsum facere non putamus.

191.

192.

193. *Prob. 5.*

6. Probat

Digitized by Google

194. Prob. 6. Vasquez, vt sect. præced.

6. Probat Vasquez rationib. Potissima: cùm natura rationalis ad suos actus eliciendos non solùm egeat cooperatione causæ 1. vt cæteræ res creatæ, sed etiam peculiari motione ex parte intellectûs, qua ad hoc potiùs, quàm ad illud opus applicetur; cumque in eius potestate non sit, hat potiùs cogitatione, quàm alia præueniri, peculiare beneficium Dei erit, reipsa moueri ad resistendum tentationi ex motiuo honesto virtutis, media congrua cogitatione, quam Deus vel per seipsum, vel per causas naturales, ab eo dispositas & ordinatas excitat, indebitam naturæ, atque adeò per Christũ: saluo .n. libertate, & illęso iure creationis & conseruationis, potuisset Deus absque vlla iniuria & ingratitudine, vel aliter causas disponere, vel dispositas mille modis eas impedire, ne talis cogitatio in nobis excitaretur. 2. Si posset homo viribus proprijs aliquas tentationes contra præcepta naturæ vincere, posset perseuerantię donum sibi adscribere, (quod damnat *Triden. sess. 6. cap. 13.*) id .n. consistit, vt post iustificationem nullum committatur mortale: sæpe autem contingit, vt post iustificationem nullum aliud præceptum seruandum occurrat, quàm naturale.

195.

196. 2. Sent.

Secunda sent. affirmat, posse hominem lapsum sine gratia, cum solo auxilio generali vincere omnes tentationes, etiam graues, prouocantes ad transgressionem iuris naturalis: *S. Tho. in 2. dist. 28. q. 1. art. 2. Scot. qu. vn. & in repor. Lyche. ibid. Duran. qu. 3. Rubi. qu. 1. art. 1. Mayro. ibid. §. Secunda diff. Gabri. q. vn. a. 2. & 3. Abulen. in c. 19. Matt. q. 178.*

197.

Nec rectè de homine sine gratia tantùm habituali illos *Vasquez* explicat *disp. 189. cap. 1.* Aliqui .n. expressè docent, hominem id posse ex suis naturalib. vt *Scotus*, Lyche. Gabriel: aliqui addunt, posse, sed cum difficultate, vt *Rubio*, *Abulen.* Gabriel: quod non adderent, si intelligerent, id posse cum gratia actuali: nam hæc tollit, aut saltem minuit difficultatem. Alij ideò affirmant, posse hominem vincere omnes tentationes inclinantes contra præcepta naturæ, quia potest propria virtute in omne bonum morale: at ex ijsd. potest homo in omne bonum morale propria virtute, absque speciali auxilio indebito, vt *Duran. Gabriel &c.* vnde si qui ex *cit. auth.* ad id requirunt gratiam gratis datam, per hanc intelligunt auxilium generale; illam .n. dicunt necessariam omnibus causis 2. vt suos effectus agant, *vt S. Thom. Abulen.* apertè. Fundam.

198. Fundam.

potest homo viribus proprijs vitare singulas tentationes, etiam graues; ergo omnes. Quia omnes non plùs dicunt, quàm singulę; cùm nõ debeant vitari omnes simul coniunctim, sed seorsim & disiunctim. Antec. prob. nullum obiectum extra Deum clarè visum potest necessitare volũtatem ad suum consensum: ergo nulla tentatio quantumuis grauis tollit à voluntate facultatem illi resistendi.

199. 3. Sent.

Tertia sent. asserit, posse hominem lapsum vincere singulas tentationes graues ac vehementes, non omnes asquę speciali auxilio indebito per Christum: *S. Tho. 1. 2. qu. 109. art. 8. ad 1. & q. 24. de verit. art. 12. cor. & ad 12.* qui, vt testatur *Caiet. 1. 2. q. 109. ar. 8. §. nunc superest, & Ferrar. 3. con. gen. cap. 160. fine*, retractauit sententiam, quam *in 2. sent.* iunior docuerat: *Henri. quodlib. 5. q. 20. ar. 2. Bonau. in 2. dist. 28. ar. 2. qu 2. Egid. qu. 1. art. 4. dub. 1. later.* quamuis *qu. 2. art. 2. dub. 1. later.* doceat, de nulla tentatione sine gratia victoriam reportari posse, intellige de victoria Christiana & salutari, ne sibi contradicat: *Argen. q. vn. art. 1. ad 1. & 5. con. 1. concl. Palat. in 2. dist. 29. disp. 3. §. est igitur: Caiet. cit. Contra, ibid Ferrar. loco cit. §. Consider. 2. & ad 1. & §. si quaratur* eamque probab. putat *Molina in concor. q. 14. art. 13. disp. 19. me. 2.* & teste *Vasquez disp. 189. cap. 2.* multi suo tempore, & ante ipsum illa communis erat. Fundam. huius sent. idem ac præced. Confirm. victoria cuiuscunque tentationis incitantis ad transgressionem iuris naturalis, non est opus supernaturale excedens naturalem facultatem arbitrij creati, sed naturale illi commensum.

200.

201. 4. Sent. veriet.

Quarta sent. docet, posse hominem tentationes faciles & mediocres, non autem graues & difficiles propria virtute superare. Hæc communior hoc tempore: *Sot. lib. 1. de natura cap. 21. ad 2. Greg. Vega lib. 14. in Trid. cap. 17. & q. 12. de iustific. Staplet. lib. 2. de corrup. nat. cap. 13. Medina 1. 2. qu. 109. art. 2. ad 2. Molina in concor. q. 14. ar. 13. disp. 19. me. 6. Suarez lib. 1. de necess. gra. cap. 24. Valen. 1. 2. disp. 8. qu. 1. pu. 5.* post 2. asser. *in solu. 4. argu.* Fundam. hæ tantùm tentationes proportionantur viribus naturalibus arbitrij creati. Quoniam hæc controuersia principaliter pendet ex autho. Concil. & Patrum; qui passim docent, nos esse impotentes ad tentationem vllam sine gratia vincendam, decisio maximè pendet ex declaratione *impotẽtiæ*, quã dicimur habere.

202.

Nota, duplex impotentia, physica & moralis. Physica est, quę defectu alicuius principij, vel conditionis antecedenter requisitæ, est proximè ad operandum insufficiens, vt intellectus sine specie, voluntas sine præuia obiecti notitia. Moralis, quæ licet sit completa quoad omnia physica antecedenter requisita, ea tamen habet impedimenta ab operando retardantia & impedientia, vt spectato connaturali modo operandi ipsius, moraliter sit impossibile, vt exeat in actum, nisi maiore aliqua virtute roboretur: Rursus hęc duplex; consequens & antecedens. Consequens est, quæ tantùm ex ex suppositione & præscientia dicitur talis, vt ex suppositione & præscientia crastinæ quietis Petri, hodie & toto tempore præcedente Petrus dicitur moraliter impotens ad crastinum cursum, impotia consequente & ex suppositione, non antecedente & simpliciter. Antecedens dicitur ex aliquo impedimento antecedente, quod licet potentiam quoad physicum principium & conditionem physicè prærequisitam non tollat, ita tamen illam ad operandum debilitat ac retardat, vt moraliter ad operandum impossibiliter. Quæ moralis impossibilitas interdum est tanta, vt mereatur nomen impotentiæ simpliciter: potentia .n. quę spectato proprio ac naturali modo operandi ipsius, nunquam exit, neque exitura est in actum, etiamsi physicè possit, censetur moraliter ad operandum impotens: Interdum non est tanta, vt mereatur nomen impotentiæ simpliciter, vt quando cum ea adhuc voluntas interdum operatur, licet rarissimè & cum difficultate. Idque prouenit ex eo quòd voluntas vtpote sui actus domina, nunquam agit quantum physicè potest, sed quantum moraliter libet, minorem vel maiorem superare difficultatem, qua vinci liberè mauult plerumque quàm contrà niti, etsi physicè possit. Ita expressè Hierony. 1. & 3. *lib. con. Pelag. init. Neque enim quando dico, hominem posse esse sine peccato, si velit, aliquos fuisse contendo:* Ecce impotentia moralis, quæ nunquam reducitur ad actum: *Sed simpliciter posse esse, si velit:* Ecce potentia physica, quæ simpliciter in actum exire potest. *Aliud namque est esse posse, aliud est, esse. Possum esse medicus, sed interim non sum. Possum esse faber, sed nondum didici. Quidquid igitur possum, licet necdum sim, tamen ero, si voluero.* & Anlel. *dial. de lib. arb. cap. 5. Est & alia ratio, quam frequens habet vsus, cur inuitus & nolens & ex necessitate dicitur aliquis facere,*

203. Duplex impotentia ad operandum in homine.

Moralis duplex.

A priori

204. Hieronymi lib. 1.

Anſel. c. 3. & 6.

quod

quod tamen volens facit. Nam quod non nisi difficile facere valemus, & ideo non facimus, dicimus hoc nos facere non posse. Et Aristot. 1. *Cœli tex.* 3. *Impossibile dicitur dupliciter, aut simpliciter, quia non verum est dicere, quod factum vtique erit, aut quia non facile, neque cito, aut bene.* Et Scriptura, in qua impossibile dicitur, quod moraliter fieri non potest, *Iob* 5. *Qui dissipat cogitationes malignorum, ne possint implere manus eorũ quod ceperant.* Et Luc. 17. *Impossibile est, vt non veniant scandala.* Hæc explic. à posteriori.

Aristot.

206. *Quid sit potentia & impotentia moralis à priori*

A priori, voluntas est moraliter impotens ad tentationem superandam, quando cum tentatione non manet in homine moralis & expedita facultas efficaciùs applicandi oppositum obiectum bonum, quàm applicatum sit per tentationem obiectum malum. Contrà tunc moraliter potes, quando cum ipsa tentatione manet ea moralis & expedita facultas. Quia cùm voluntas in operando pendeat ab ipsa applicatione obiecti, cumque connaturalis modus operandi ipsius sit, eam obiecti partem sequi, quę efficaciùs proponitur; quoties tentatio tanta est, vt non modò actualem efficaciorem applicationem boni honesti, sed etiam aptitudinalem moraliter tollat, non manet in homine moralis potestas ad illam vincendã: cùm non maneat moralis & expedita facultas ad connaturalem & ordinarium modum operandi voluntatis. Porrò grauis tentatio non solùm tollit actualem cognitionem efficaciùs applicantem bonum honestum, cuius motiuo & amore tentatio vinci posset, sed etiam moralem facultatem ad tale bonum efficaciùs applicandum. Leuis verò & mediocris tentatio, etsi sæpe tollat actualem cognitionem efficaciùs applicantem bonum honestum, non tamen tollit moralem & expeditam facultatem illud honestum efficaciùs applicandi; quo possit connaturali modo superari tentatio: proinde nec tollit perfectam libertatẽ ad mortale sufficientem.

Ratio

206. *Tentationes mediocres ac leues non tollunt perfectam libertatem.*

Quia nimirum mediocris tentatio ad obiectum inhonestum claram magis vel minùs representationem honesti secum compatitur: cuius pulchritudo præ vitij turpitudine tanta est, vt indeliberatam sui complacentiam à voluntate extorqueat ac velleitates quasdam, ita vt animus necessariò sibi fateatur, mallem virtutis honestatem, quàm vitij inhonestatem, si par esset vtriusque iucunditas: vellem non tentari voluptate indecorâ: vellem amare virtutem vitio cõtrariam: vellem non velle peccatum. Isti similesque actus etiam indeliberati tantam vim habent, vt voluntati frænum injciant, quo exercitium peccati suspendat, ac cogitet de bono honesto efficaciùs applicando intelligentiæ, ac motiua virtutis cum terriculamentis vitiorum vndequaque conquirat, quibus cogitationem peccati excutiat & tentationem superet. Ita fit, vt imago vitij in mente imaginem virtutis attrahat ad comparationem quandam, cùm contraria circa idem nata sint fieri, & vtraque sui amorem excitet, pugnamque in animo, quæ tentatio dicitur, sed libertatem non euertit, nec indifferentiam eius expugnat quasi vi, nec vincit, nisi animus liberâ sponte se dedat per consensum deliberatum. Maior difficultas est de grauibus, quæ expeditam facultatem illam tollit: nam sine efficaciori applicatione obiecti honesti non videtur voluntas moraliter libera ad peccandum.

207. *Duplex libertas.*

Nihilominus libertas, altera perfecta ad mortaliter peccandum requisita; altera imperfecta ad mortaliter peccandum insufficiens. Graues tentationes nõ tollunt libertatem imperfectam, ad peccandum saltem venialiter sufficientem: tollunt perfectam ad mortale requisitam. Primum prob. quamdiu cum iudicio vnius partis manet iudicium alterius partis, licet tenue, manet libertas simpliciter tam quoad specificationem, quàm quoad exercitium. Sed cum quâcunque tentatione, etiam grauissimâ, semper manet aliquod iudicium, licet exile alterius partis propositi obiecti ad bonum inuitantis: si enim tentatio nullum prorsus relinquit iudicium oppositæ partis, non solùm moraliter, sed etiam physicè necessitat voluntatem, cùm nequeat absque aliquo iudicio liberè operari. Maior prob. voluntas non necessitatur simpliciter ad prosequendum obiectum efficaciùs propositum, vt *suprà* constat: ergo manente cum tentatione aliquâ applicatione, licet tenui, oppositi obiecti honesti, poterit voluntas absolutè illud sequi, non obstante efficaciori applicatione alterius partis obiecti mali, per tentationem propositi. Prob. secundum: ideò peccata ex vehementi passione commissa non imputantur ad mortale, etiamsi sint in materiâ graui, quia vehemens passio tollit perfectam libertatem ad mortale requisitam, tollendo perfectum iudicium oppositæ partis, nec non moralem, atque expeditam facultatem illud formandi. 2. mortale est actus perfectè liber: cùm. n. per illud homo virtualiter saltem contemnat Deum, priuetur sempiterna gloria, incurrat pœnam æternam, procedere debet ex plena libertate operantis. Non est autem actus perfectè liber, nisi procedat ex perfecto & connaturali modo ipsius principij operantis, qui est vt per moralem & expeditam facultatem valeat sibi omnia, quæ ad perfectum & connaturalem modum operandi ipsius requiruntur applicare.

Graues tentationes non tollunt libertatem imperfectã.

Tollunt perfectam ad mort. à poster.

A priori

208. Hanc moralem impotentiam antecedentem ad mortale ponunt ad minimum in homine lapso, destituto auxilio gratiæ, respectu cuiuscunque tentationis, tam grauis, quàm leuis, *Richardus in* 2. *dist.* 28. *art.* 2. *q.* 2. *ad* 1. *Gregor. ar.* 2. *ad* 1. *Bellar. lib.* 5. *de gra. cap.* 8. *in poster. resp.* Reliqui illam tantùm ponunt vel respectu omnium tentationum collectiuè, vel respectu singularum grauium distributiuè. Dixi, *Ad minimum:* aliqui enim saltem respectu singularum grauium, ponunt impotentiam physicam, vt ne venialiter quidem peccet, qui grauiter tentatus speciali auxilio non iuuetur.

209. Dico 1. Nequit homo lapsus absque auxilio speciali per Christum vincere omnes tentationes etiam leues contra præcepta naturalia, non defectu potentiæ physicæ, sed moralis; non consequentis, sed antecedentis, quæ cum morali potentiâ & libertate ad singulas saltem non graues non repugnat. Assertio communior. Fundam. impossibile est, hominem lapsum sine gratia totam legem naturalem implere; ergo repugnat, hominem lapsum sine gratia tentationes omnes, contra legem naturalem prouocantes, superare: lex enim naturalis impletur vitatis omnibus peccatis contra illam: vitantur hæc, quando tentationes, contra illam incitantes, superantur. Antecedens est Pauli *ad Rom.* 7. *Infelix, ego homo, quis me liberauit de corpore mortis huius?* vbi Ansel. *Hæc est*, inquit, *vox militis pugnantis & gementis in labore certaminis, cui gementi, & auxilium liberatoris imploranti respondetur, gratia Dei te liberabit à corpore mortis huius per Iesum Christum Dominum nostrum.* Et cap. 8. *Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem.* Quem locum omnes ferè Patres explicant de lege naturali, quæ infirmata per carnis concupiscentias, hoc est, carnalibus concupiscentijs tentationibusq; obseruatu impossibilis facta, impleri non poterat.

Nequit homo lapsus sine gratiæ totam legem naturalem implere.

poterat. *Quid enim*, inquit Chrysost. *illa lex volebat? quid autem imperabat? sine peccato vreßet: hoc igitur nobis per Christum præstitum est. Atque ipsum quidem obtinuisse & superauisse, illius fuit, victoria autem fructum cepisse, nostrum.* Ambrosius quærens, cuinam hoc impossibile erat? Respondet: *Nobis impossibile erat mandatum legis implere.* Hieronym. ibid. *Hic ostendit, quoniam lex per infirmitatem carnis non poterat impleri.* Anselmus: *Infirmabatur ipsa lex per carnem, id est, ab infirmis non poterat impleri per carnem, quia per Spiritum impletur. Lex enim infirmari intelligitur, eo quòd non impleatur, non quòd ipsa infirma sit, sed quòd infirmos faciat, minando pœnam, nec adiuuando per gratiam. Quæ infirmata esse per carnem dicitur, quia caro non implet, quod per Spiritum impletur, id est, per gratiam Spiritualem. Nam caro vbi non erat gratia, inuictissimè resistebat.*

210. *A par* Idem reliqui Patres. Prob. 2. idem anteced. Nequit homo in hoc statu naturæ lapsæ viribus proprijs, absque speciali auxilio, sine vllo errore penetrare omnes veritates practicas naturales, ex *sect.* 2. ergo nec à fortiori seruare totam legem naturalem, absque vllo defectu morali. nam plus requiritur ad seruandam, quàm ad cognoscendam practicè legem. Ad seruandam enim legem, præter practicam notitiam, requiritur etiam operatio, quę sæpe exercenda est contra inclinationem sensus, cuius ductum plerumque homo lapsus sequitur.

211. *Ab absurdo* 3. Si posset homo totam legem naturalem viribus proprijs implere, sequeretur, adultum gentilem, qui totam legem naturalem impleuit cum inuincibili ignorantia legis Christianæ, non posse iustè ad infernum damnari, quia ad illum non damnantur, nisi legis transgressores: nec posse sempiternâ gloriâ donari, cùm careat gratiâ habituali, sine qua nemo potest saluari.

212. *Hæc impotentia non est physica:* Quòd autem hæc impotentia non sit physica, patet: nam tota lex naturalis, omnesque tentationes contra illam, etiam collectiuè sumptæ, continentur intra obiectum naturale liberi arbitrij creati: vnde eadem lex, eædemque tentationes fuissent in pura natura. Confirm. si impossibilitas seruandi totam legem proueniret ex defectu potentiæ physicæ, nec singulas tentationes vincere possemus. Quia cùm hic defectus potentiæ physicæ consistat in negatione comprincipij, vel conditionis ex parte potentiæ ad operandum antecedenter requisitæ, cumque eadem potentia sit ad omnes & singulas tentationes, si non possemus omnes ex defectu potentiæ physicæ, nec possemus singulas. Quòd non sit impotentia moralis tantùm

213. *Non est moralis tantùm consequens, sed etiam antecedens.* consequens, prob. contra *Vasquez* 1. Impotentia consequens non tollit moralem potentiâ anteced. qua simpliciter dicimur potentes ad operandum: ergo si liberum arbitrium est impotens ad vincendas tentationes impotentiâ tantùm consequente, simpliciter dicetur potens ad eas vincendas. Hoc autem est contra Concilia & Patres, affirmantes *contra Pelag.* liberum arbitrium sine gratiâ esse simpliciter impotens ad tentationes vincendas, & præcepta naturalia implenda, ac quodcunque opus ad salutem conducens exercendum, quale est in sent. *Vasquez* omne opus morale bonum. Leg. *Prosper. con. Collato. cap.* 35. vbi reprehendens *Cassian.* ita scribit: *Atque ita in illius damnatæ sententiæ foueam cadat, qua dicitur, ideò nobis gratiam iustificationis dari, vt quod facere per liberum iubemur arbitrium, facilius possemus implere per gratiam, tanquam et si gratia non daretur, non quidem facile, sed tamen possemus etiam sine illa implere diuina mandata. Quod quia Catholici Pontifices dignum Anathemate censuerunt, vtendum nobis est, eo, quo vsi sunt testimonio, dicentes: de fructibus enim mandatorum Dominus loquebatur, vbi non ait: sine me difficilius potestis facere: sed ait:* sine me nihil potestis facere. *Hæc Prosper* Cùm igitur *Milevit. can.* 5. & *Triden. sess.* 6. *can.* 2. definiant, humanum arbitrium sine gratia esse impotens ad tentationes vincendas, non rectè explicantur de impotentiâ tantùm consequente; cùm hæc maneat cum potentiâ antecedente, per quam dicimur simpliciter potentes.

214. *Confirm.* *Confirm.* alioqui neque iustus cum gratiâ sanctificante, & habitibus supernat. infusis, in sent. *Vasquez*, esset simpliciter potens ad tentationes superandas; quia neque iusto ratione gratiæ sanctificantis, & habituum supernat. in sent, *Vasquez*, debetur congrua cogitatio ad tentationes superandas, cùm possit Deus, saluo dono iustificationis, omnem congruam cogitationem ad tentationes superandas iusto negare: cùm tamen nullus Theologus dixerit, iustum. cum gratia sanctificante & habitibus infusis non esse simpliciter potentem ad tentationes vincendas. 2. eam potentiam ad vincendas tentationes negant Patres & Concilia libero arbitrio, quam eidem concedebat Pelagius: Hic non consequentem, sed anteced. potentiam concedebat libero arbitrio, & omnibus, in ordine ad omnes tentationes contra totam legem naturalem superandas: hæc autem non est potentia consequens; hanc enim tantùm habent ij, qui de facto omnes tentationes superaturi sunt, sed antecedēs, quam habent etiam ij, qui de facto non sunt omnes tētationes superaturi, licet eas superare possint. *Confirm. 2.*

215. *Hæc impotentia est moralis antecedens.* Quòd autem hęc impotentia moralis sit antecedens, prob. hæc fundatur in naturâ ipsa & conditione humanæ voluntatis; quæ quia in operando regulatur ab intellectu, mediante sensu, variâ illi obiecta sensibilia varijs temporibus proponente, suâ naturâ instabilis est, vt moraliter sit illi impossibile, diu seruare eundem rectè operandi tenorem: ad eum modum quo *Arist.* dixit, impossibile esse, vt millies iacti tali semper eundem numerum reddant: additâ præsertim difficultate ex continua sensus resistentia, & connaturali modo operandi ipsius voluntatis, quæ semper sequitur obiectum, quod illi efficaciùs proponitur, cuiusmodi proponi solent obiecta delectabilia contra honesta: quę omnia cùm se teneant ex parte obiecti, fortiùs ad malum allicientis, & passionis acriùs ad malum incitantis, & potentiæ instabiliter operantis, antecedunt, non consequuntur determinationem voluntatis: Proinde reddunt illam antecedenter, & non tantùm consequenter, moraliter impotentem; quidquid enim antecedit determinationem voluntatis, & illam ad operandum vel impellit, vel retardat, spectat ad potentiam, vel impotentiam antecedentem.

216. *Non repugnat cum impot. morali antec. ad omnes tentationes non graues vincendas insufficiens libertas ad singulas.* Quòd cum hac morali impotentia antecedente ad omnes tentationes, saltem non graues, superandas, non repugnet sufficiens libertas, & moralis potentia ad singulas vincendas, prob. 1. à pari ex *Triden. sess. 6. can.* 23. iustus absque speciali priuilegio est impotens ad vitanda omnia venialia: cum quâ tamen morali impotentiâ stat libertas & moralis potentia ad singula vitanda: alioqui non peccaret iustus, si ad singula vitanda non haberet libertatem & moralem potentiam. Quare esto homo lapsus sit impotens ad omnes tentationes superandas, manere potest liber & moraliter potens ad singulas non graues superandas. 2. à priori: hęc moralis impotentia ad totum collectiuum non fundatur in defectu alicuius principij, aut conditionis

217.

tionis ad operandum requisitæ; vel in defectu proportionis obiecti cum principio operante; sed in difficultate honestè semper operandi circa varia obiecta difficilia, cum continuâ repugnantiâ sensus, & contra connaturalem modum agendi ipsius, connaturaliter tendentis, in obiectum efficaciùs propositum. Ex quibus omnibus fit, vt nisi voluntas extraordinario auxilio iuuetur, infallibiliter, propter suam naturalem in operando instabilitatem, defectura sit circa aliquod obiectum indeterminatè & vagè: cùm tamen hic idem defectus liberè in particulari exerceatur, quippe qui necessarius tantùm est in communi, quia nimirum, spectatâ naturâ & conditione voluntatis humanæ, infallibiliter est futurus: liber in particulari, quia semper voluntas creata vi suæ libertatis potest illum, & quemcunque alium in particulari vitare; eo modo, quo necessarium est, aliquem actum liberum circa aliquod obiectum in tota vita exercere, cùm tamen quilibet liberè exerceatur.

218. *In impotentia morali ad omnia peccata collectiuè vitanda non videri à Deo peccatum determinatè futurum.*

Ex dictis constat, in hac impotentia morali ad omnia peccata collectiuè vitanda non videri à Deo peccatum determinatè futurum, sed illud tantùm videri in seipso, & in libera determinatione futura voluntatis. Tum quia intuitus Dei est ita certus, vs oppositum implicet per omnem potentiam: ex vi autem impotentiæ moralis oppositum solùm implicat moraliter: ergo si Deus videret futurum peccatum in impotentiâ morali antecedenti, non videret illud secundùm omnem certitudinem possibilem, sed tantùm secundùm moralem, cui saltem metaphisicè non repugnat oppositum. Tum quia in impotentia morali non continetur determinatè hoc, aut illud peccatum futurum, sed vagè hoc, vel illud: igitur sistendo in ipsâ antecedente, non potest Deus certò videre hoc vel illud peccatum determinatè futurum.

219. DICO 2. Non potest homo lapsus sine speciali auxilio Dei superare quamcunque tentationem grauem, non defectu potentiæ physicæ, sed moralis. Fund. quod præcedens. Quælibet n. tentatio grauis æquiualet multis: sed non valet homo, ob instabilitatem & difficultatem operandi, diu seruare, præsertim cum continuâ repugnantia sensus, eundem rectè operandi modum; igitur nec illum seruare valebit in qualibet tentatione graui. Maior prob. tentatio non dicitur grauis ex vehementiâ tantùm passionis, sed præcipuè ex diuturnitate temporis, quo durat: intra illud igitur tempus, quo durat tentatio, etsi homo in singulis momentis sit moraliter potens ad illam superandam, non est tamen moraliter potens in omnibus momentis collectiuè. Vnde quò diuturnior est tentatio, eò impotentior est homo ad illam superandam. Quo fit, vt hæc moralis impotentia habeat latitudinem: maior est ad diuturniorem & vehementiorem passionem vincendam, minor ad breuiorem mitioremve: semper tamen tentatio dicitur esse talis, vt vel ob diuturnitatem moræ, quâ stimulat, vel ob vehementiam passionis, qua ad malum prouocat, eam causet in animo rectè operandi difficultatem, vt moraliter dic. possit impotens ad illam superandam. Quod tunc accidit, quàndo, spectatâ infirmitate operantis, instabilitate ipsius; connaturali modo operandi potentiæ, apta est illum prosternere, nisi altiori auxilio roboretur. Cæterùm adiuuat Deus hominem ad tentationes superandas, vel negatiuè, non permittendo, vt tentatio aut vehementiùs vrgeat, aut diutiùs duret, quàm vires humanæ ferre possint, iuxta illud 1. *Corinth.* 10. *Non patietur vos tentari supra id, quod potestis.* Vbi Ambrosius quærens, quomodo à Deo adiuuetur homo, si tantùm permittatur tentari, quantum potest: *Adiuuatur*, inquit, *planè, dum non plus permittitur ei imponi, quàm scitur ferre posse.* Et iuxta illud *Matth.* 14. *Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro: sed propter electos breuiabuntur.* Vel positiuè, inspirando congruas cogitationes, aut de rebus æternis, & supernat. aut de honestate ipsa virtutis, contra quam vrget tentatio, intellectum magis ac magis illustrando: quo fit, vt non semper hoc speciale auxilium ad superandas tentationes contra legem naturalem, sit ordinis naturalis, sed interdum supernaturalis iuxta motiua, quibus tentatus iuuatur ad tentationem superandam. Leg. *Ansel. lib. de concordiâ cap.* 3. *col.* 3. Quòd hæc impotentia sit moralis, patet ex dictis, & *Ansel. dial. de lib. arb. cap.* 5. *& 6. & de concordiâ cap.* 1. vbi affirmat, tantam esse humanæ libertatis vim, vt à nulla tentatione cogi, aut opprimi possit: *Impugnare namque*, inquit cap. 6. *potest inuitam voluntatem, expugnare nequit inuitam.* vt enim cum *S. Doctore* 1. 2. *qu.* 10. *art.* 2. Scholastici docent, nullum obiectum infra Deum clarè visum, creatam voluntatem necessitare omninò potest quoad exercitium actus; cùm nullum sit bonum, præter Deum clarè visum, in quo apprehendi non possit aliqua ratio mali, propter quam reijci; aut malum, in quo non possit apprehendi aliqua ratio boni, propter quam amplecti non possit. Excipio actum, quo Angelus seipsum naturaliter diligit, qui ob peculiarem rationem ipsius voluntatem ad sui exercitium necessitat. De quo *to.* 2. Cæterùm nota, hanc libertatem quoad tentationes graues, intelligi esse imperfectam, & sufficientem tantùm ad veniale, non perfectam & sufficientem ad mortale.

221. *Impotentia moralis*

DICO 3. Potest homo lapsus cum solo auxilio generali, potentia morali superare quamcunque mediocrem tentationem. ex *Ansel. locis cit.* qui hanc potentiam videtur concedere etiam respectu tentationis grauis, qualis est tentatio mortis ad vitandum mendacium: *Chrysost. cit.* qui explicans tentationem humanam, ait esse paruam, breuem, moderatam: eamque sine speciali auxilio, non tamen sine difficultate à nobis ferri posse. Requirit autem auxilium speciale, non vt simpliciter, sed vt facilè tolerari possit: *Quamobrem vt discas & videas, quod non solùm illas, quæ nostram superant potestatem, sed neque humanas licet facilè ferre absque diuino auxilio.* Ipsam approbant Pius V. & Gregorius XIII. dum damnant hanc propos. 30. *Non solùm fures hi sunt & latrones, qui Christum, viam & ostium veritatis & vitæ negant, sed etiam quicunque aliunde, quàm per Christum in viam iustitiæ, hoc est ad aliquam iustitiam conscendi posse dicunt, aut tentationi vlli sine gratiæ ipsius adiutorio resistere posse hominem sic, vt in eam non inducatur, aut ab ea superetur.*

222. *Sent. Ansel.*

Chrysost.

223. *Pij V. Greg. XIII.*

224. *Prob. 1.*

Fundam. mediocris tentatio est, quæ morales vires arbitrij creati non excedit, nec inuertit connaturalem modum operandi ipsius: ergo poterit ab ipso moraliter superari. Confir. potest interdum ex ipsis naturalibus causis excitari efficacior, atque viuidior cognitio oppositi boni, cõtra quod inclinat tentatio, quàm sit notitia ipsa mali, ad quod vrget tentatio: Ergo tunc non solùm moraliter poterit, sed actu etiam tentationem superare. Vt enim voluntas, efficaciori notitia boni delectabilis præuenta, tentationi succumbit; ita efficaciori, atque viuidiori notitia boni honesti excitata actu poterit tentationi resistere. Antec. prob. vrgente tentatione, talis potest esse naturalis aut moralis

220. *Deus iuuat hominem ad vincendas tentationes aut negatiuè aut positiuè*

ralis dispositio & inclinatio tum intellectus tum voluntatis, tum reliquarum causarum ad oppositum bonum, vt illud efficaciùs postulet repræsentari, quàm oppositum malum, ad quod inclinat
225. Prob. 2. tentatio. Prob. 2. Sæpe diuina motio vehementiùs nos allicit ad bonum honestum, maiori delectatione & mentis illustratione illud applicando; quàm tentatio ad bonum delectabile: at possumus sine auxilio speciali moraliter resistere motioni diuinæ; ad resistendum enim ei non egemus gratiâ: ergo etiam tentationi.

226. *Objicies.* Diuinæ motioni semper resistimus ex motiuo prauo, quod naturaliter præstare possumus; tentationi verò non nisi ex honesto, quod sine gratiâ præstare non possumus. Sed contrà: 1. vtrique resistere possumus solùm negatiuè, non consentiendo: in quo casu nulla esset disparitas. 2. diuinæ motioni resistere possumus ex motiuo honesto, naturæ humanæ accommodo: velut resistere possumus diuinæ motioni inuitanti nos ad Religionem ex motiuo honesto matrimonij, vel
227. propriæ vitæ diutiùs conseruandæ. Instas: sequeretur, dari motionem diuinam, cui moraliter resistere non valemus; vt datur tentatio, cui moraliter resistere non possumus. Resp. non inficior; at longè dispar est ratio de motione diuina, & tentatione.
Dari potest motio diuina adeò efficax, vt ei moraliter voluntas resistere non valeat. Semper enim efficaciora motiua suppetunt à naturâ ad resistendum diuinæ motioni, quàm ab eadem suppetant media ad resistendum tentationi. Nam illa sunt bona sensibilia sensu proposita; hæc bona honesta intellectu tantùm repræsentata: efficaciora his illa ad permouendam voluntatem: illa enim intuitiuè & per modum præsentis, hæc abstractiuè & per modum absentis repræsentantur.

228. *Prob. ex absurd.* Prob. 3. Sequeretur 1. nullâ peccata in puræ naturæ commissa aliquâ pœnâ digna fuisse: siquidem nullum ferè est peccatum, quod suadente aliquâ tentatione non committatur. Igitur si nulla tentatio sine speciali auxilio vinci possit, nullum in purâ naturâ fuisset peccatum pœnâ dignum. Nullâ enim pœnâ dignum est, quod caueri non
229. *Sequer. 2.* potest. 2. Si absque gratia non haberemus sufficientem libertatem ad tentationem vllam superandam, gratia potiùs nobis obesset, quàm prodesset: posita enim gratiâ, consensus in tentationem nobis imputatur, qui non imputaretur, si gratiam non
3. haberemus. 3. Christi passio plus hominibus nocuisset, quàm profuisset cùm multò plures sint, qui damnantur, qui si gratiam per Christum paratam non habuissent, multò pauciora peccata commisissent, quàm de facto commiserunt; atque adeò minorem luerent pœnâ, quàm de facto luût: quia si gratiam non habuissent, multi consensus in malum non fuissent illis ad culpam imputati.

230. *Dices*, idem absurdum sequitur ex nostra sent. multi .n. consensus in malum de facto nobis imputantur, qui non imputarentur, saltem ad mortale, si paratam gratiam non haberemus: cuiusmodi sunt omnes consensus in tentationes graues, ad quas superandas non habemus sine gratia sufficientes vires morales. Resp. cùm pauciſſimæ sint tentationes, quæ moralem potentiam ad resistendum nobis auferant, pauciſſimi erunt consensus in malum, qui de facto nobis imputantur, qui alioqui ad mortale non imputarentur, si paratam gratiam non haberemus. Contrà verò, cùm longè plures sint tentationes, quas etiam sine gratia in nostrâ sent. moraliter superare possemus, & consequenter earum consensus, etiam sine gratiâ nobis ad peccatum imputati fuissent; cumque multæ de facto tentationes, etiam graues cum gratiâ, nobis per Christum præparatâ, vincantur, quæ sine gratiâ non vincerentur, dicere non possumus in nostrâ sententia plus nobis gratiam obesse, quàm prodesse.

231. 4. Conch. Dico 4. Non semper requiritur peculiare auxilium ad vincendas tentationes contra præcepta supernat. nisi quando vincuntur ex motiuo ipsorum, vel alterius virtutis supernat. Posterior pars patet: quia quando grauior tentatio vincitur ex motiuo virtutis supernat. talis victoria supernat. est specificata ex motiuo supernat. ac proinde ad eam requiritur auxilium supernat. Prior pars prob. adhuc dupliciter vinci potest tentatio contra præceptum supernat. vno modo per solam negationem consensus, quo pacto nullum requiritur auxilium, ne quidem generale causæ 1. Qui modus licèt sufficiat ad non peccandum, non tamen sufficit ad merendum, quia ad meritum requiritur, vt intendatur honestas obiecti propter ipsam honestatem, quod sine aliquo actu fieri nequit: Alio modo ex motiuo indifferenti, aut honesto naturali, & neque tunc per se requiritur speciale auxilium.

232. Coroll. 1. Resoluitur, quare possit hæreticus, vel gentilis mortem, quæ est omnium grauissima tentatio, naturaliter sustinere; non possit Catholicus pro verâ fide mortem oppetere, vel grauem tentationem sine speciali auxilio superare. Nimirum illi non ex honesto fine virtutis, sed vel ex pertinacia, vel alio prauo motiuo, quod plus æstimant, quàm propriam vitam, mortem oppetunt: Catholicus non nisi honesto motiuo virtutis mortem subit, aut tentationem vincit, quæ ex *August. 21. de Ciuit. August. ca. 16.* non nisi verâ delectatione iustitiæ vincitur.

233. Petes. Cur potest infidelis ex motiuo prauo; non fidelis nec infidelis ex honesto mortem oppetere? Resp. potest motiuum prauum efficaciùs hominem mouere ad mortem subeundam, quàm amor propriæ vitæ ad vitam conseruandam: quod non potest moraliter motiuum honestum. Prauum .n. semper est aliquod obiectum sensu perceptum, & ab intellectu propositum vel vt naturæ delectabile, vel vt homini honorificum & gloriosum: motiuum honestum est bonum merè intellectuale, ab intellectu propositum propter solam honestatem virtutis. Fortiùs autem & efficaciùs mouet illud sensu apprehensum, quàm hoc purè intellectuale. Sensus .n. proponit obiectum clarè & intuitiuè, intellectus obscurè & abstractiuè: maximè quia homo magis apprehendit vt perfectiuum sui bonum, quod vel illum magis oblectat, vel magis gloriosum reddit coram alijs: bonum occultum est sola honestas virtutis, quæ tamen vt operationem reddat honestam, appeti debet propter se tantùm, licèt merè intellectuale bonum.

234. *Quando tentatio vincatur auxilio gratiæ.* 2. Deducitur regula dignoscendi, quando tentatio vincitur auxilio gratiæ. 1. quando vincitur ex motiuo supernat. 2. quando fuit grauis. 3. quando vincuntur multæ, etiam faciles ad longum tempus: cùm non soleat voluntas ob suam instabilitatem diu perseuerare in operibus bonis cum difficultate & resistentia sensus. 4. quando tentatus subdito & inopinato motu interiori, cuius causam nescit vnde sit, tentationem superat; iuxta illud *Ioan. 3 Spiritus vbi vult spirat: & vocem eius audis, sed nescis vnde veniat, aut quò vadat.* Simile quid narrat de suâ matre *August. lib. 9. confes. cap. 8.* quam adhuc puellam cùm eius ancilla meribibulam vocasset, hoc stimulo percussam repentè vino liberauit Deus, quod tot parentis minæ, toties intentatæ, curare non potuerant. 5. quoties tentatio efficaciùs stimulat ad malum, quàm virtus ad oppositum bonum.

num. Nam etsi hoc non sit infallibile signum gratiæ, est tamen valde probabile, & moraliter ferè certum, cùm non soleat naturaliter voluntas ferri, nisi in id, quod efficaciùs allicit.

235. *Catholicæ fidei pietas* Vltimò piè credendum est, nullam de facto ab homine vinci tentationem, siue grauem, siue lenem, absque aliquo vberiori auxilio per Christum, vel ad illam simpliciter, vel ad facilè & constanter vincendam. Id 1. certum est de electis, quibus *Rom. 8. omnia cooperantur in bonum*: vt fusè *to. 1. disp. 15. sect. 5.* Secundò probabile etiam est de reliquis tam fidelibus, quàm infidelibus. Cùm. n. omnes sint voluntate diuinâ antecedente ad salutem ordinati, ad quam consequendam præparata sunt omnibus à Deo sufficientia media, vt *latè 1. to. disp. 16. sect. 1. & infrà hoc to.* probabile est, eos ad quamlibet tentationem vincendam peculiariter à Deo adiuuari, ex vi huius antecedentis & vniuersalis voluntatis, quam Deus habet saluandi omnes, vt saltem cum minori pœnâ damnentur. Vnde si quæ hæroïca opera de antiquis leguntur, putandum est, ea non sine aliquo auxilio per Christum, ordinis saltem naturalis facta fuisse.

Nota

236. *Ad primū prima.* Ad 1. primæ sent. ex Scriptu. Resp. multiplici ex causa victoriam tentationum à Deo petendam esse, eique adscribendam: 1. vt sit proficua & salutaris, iuxta illud 1. *Corinth. 10. Sed faciet cum tentatione proventum.* De qua victoria loquuntur Scripturæ, Concila, Patres, vt constat ex *August. 21. de Ciuit. cap 16.* vbi, *Tunc*, ait, *victa vitia deputanda sunt, cùm Dei amore vincuntur, quem nisi Deus ipse non donat.* & ex Arausi. *can. 6. & 7.* vbi hanc victoriam limitat ad resistendum peccato, *vt oportet*, ad salutem consequendam. Iuxta quam limitationem intellige *can. 22.* vbi dicitur homo de se non valere nisi ad peccandum. Quæ propositio sumpta est ex *August. epist. 106. col. 2.* quam ipse temperauit *lib. de perfect. iusti. ratione. 3.* vbi non dixit: *Non nisi*, sed *parum est ad non peccandum voluntatis arbitrium, nisi adiuta sanetur gratia Dei. 2.* Quia multæ tentationes excedunt morales vires liberi arbitrij, vel quoad grauitatem, vel quoad diuturnitatē. 3. quia etiamsi sint leues, nostrisque viribus commensæ, sæpissimè tamen fieri solent diuturnitate molestæ, atque adeò moraliter insuperabiles. 4. quia certi non sumus, an de facto simus illas superaturi. 5. vt constanter in earum victoriâ perseueremus.

Concilium Arausican. *August.*

237. *Ad 2. 3. 4.* A 2. 3. 4. Resp. Concilia & Patrs loqui de victoria Christiana & salutari, vt constat ex August. & declaratione Concil. de hac enim erat cum Pelag. controuersia, qui omnem victoriam, etiam salutarem adscribebat libero arbitrio. Hoc propriè sonat, *Victoria*, ex August. & *S. Tho. in 2. dist. 28. q. 1. art. 2. ad 6. Dicendum quòd aliud est resistere peccato, & aliud victoriam de peccato habere. Quicunque enim vitat peccatum, peccato resistit: Vnde hoc potest fieri etiam sine gratia, nec oportet quòd tunc homo resistendo peccato mereatur præmium æternum. Sed ille proprie vincit peccatum, qui potest pertingere ad hoc, contra quod est pugna peccati: hoc autem non potest esse, nisi in eo, qui opus meritorium operatur. Vnde talis victoria viam æternam meretur, & sine gratia non fit.*

238. *Ad 5.* Ad 5. constat ex resp. ad 1. nos veraciter, & non fictè etiam pro leuibus tentationibus à Deo gratiam petere, eique de earum victoria gratias agere: eo quòd non pro quacunque victoria, sed salutari; nec pro vna, vel altera, sed pro omnibus vincendis gratiam petimus: Quoad gratiarū actionem, debemus etiam de rebus naturalibus, vt de terræ fructibus Deo gratias agere, vt rectè *Sotus.*

239. *Ad 1. ad 1.* Ad 1. rat. patet ex sect. 3. concedo enim naturam rationalem, præter cooperationem causæ 1. egere ad suos actus eliciendos motione ex parte intellectus; nego, omnem motionem ex parte intellectûs, etiam si congrua sit, esse peculiare beneficium per Christum, sed tantùm ea quæ aliquo modo ad salutem dirigitur. Ad 2. sequel. Idem. n. argu. fieri potest contra *Vasquez*: si nimirum post iustificationem nullum occurrat præceptum, nulla tentatio, vt si repentinâ morte iustus tollatur. Cæterùm semper donum perseuerantiæ est peculiare beneficium Dei, vel ex eo quòd prædestinatū permittat eo tempore mori, quo in gratia reperitur.

240. *Ad 2.*

241. *Ad fund. secunda.* Ad fund. sent. 2. neg. antec. & consequ. Nec. n. potest homo lapsus viribus proprijs vitare singulas tentationes graues, ob naturæ imbecillitatem, & instabilitatem seruandi vel ad breue tempus eundem rectè operandi modum, cum magna & continua sensus repugnantia, contra connaturalem modum operandi ipsius: nec si posset singulas distributiuè, posset omnes collectiuè, ob moralem impossibilitatem, quæ includitur in omnibus, & non in singulis. Prabatio antec. solùm concludit nullum obiectum extra Deum clarè visum physicè necessitare voluntatem; non de necessitate, morali respectu omnium, aut grauiorum tētationum.

242. *Ad fund. tertia.* Ad fundam. tertiæ. Resp. Non ideò victoriam grauium tentationum excedere vires humani arbitrij, quia semper est opus quoad entitatem supernaturale, sed tum quia superat modum connaturalem operandi ipsius: tum quia exigit modum operandi constantem ac stabilem ad aliquod tempus: qui modus, cum continua renitentia sensus, superat ordinarias ac motales vires voluntatis.

SECTIO V.

An homo lapsus viribus proprijs diligere possit Deum vt finem naturalem?

243. *Amor duplex* DIxi, *vt finem naturalem*, nam ad diligendum Deum vt finem supernat. requiritur auxilium & influxus in entitate supernaturalis. Duplex in finem natur. amor, amicitiæ, & cōcupiscentiæ: Ille tendit in Deum propter Deum; hic propter ipsum amantem. Rursus amor amicitiæ in Deum subdiuiditur in perfectum, qui bonum Dei amat super omnia, & obedientialis dici consueuit, eo quòd paratus sit in omnibus Deo obedire & obsequi: & imperfectum, qui vel simplex dumtaxat complacentia de bonis Dei, vel in quibusdam tantùm illi obedire paratus est.

244. *Affirm. non solùm de amore concupisc.* Prima sent. docet, hominem lapsum viribus proprijs diligere posse Deum finem natur. amore etiam perfectissimo amicitiæ: *S. Tho. in 4. dist. 17. q. 2. art. 1. qu. 1. ad 6. Scot. in 1. dist. 17 q. 2. §. Ad solut. & in 3. dist. 27. §. Istis & §. De tertio, & in 4. dist. 14. q. 2. §. De 2. princip.* Licet de actu perfectissimo negare videatur *quodlib. 17. §. De primò*, vbi tamen à quibusdam explicatur de perfectissimo amore Patriæ: *Lyche. in 3. loco cit. Duran. in 1. dist. 17. q. 2. Rubi. in 3 dist. 27. q. 1. Argen. in 1. dist. 27. q. 1. art. 2. & in 3 dist. 29 q. 1. art. 2. Mayro. in 1. dist. 17. q. 4. Ocha. in 3. q 8. art. 1. conc. 3. Gabri. in 3. dist. 27. art. 3. dubit. 2. Sot. in 4 dist. 17 q. 1. art. 5. ad argu. & 2. de natura cap 14. fine: Almas. tract. 2. de act. moral. cap. 9. & in 3 dist. 29. q. 1. dub. 2. propos. 1. Caiet. 1. 2. q. 109 art. 3. §. His præmissis*, sed clariùs *to. 1.* Opusc. *tract. 4. q. 1.* vbi non solùm affirmat, posse hominem viribus proprijs diligere Deum super omnia, vt author est naturæ, sed etiam vt beatitudo

Digitized by Google

tudo est Sanctorum: *Can. prælect. de pœnit. par.* 3. post 2. *propos.* probabilem censet *Molina in concord. q.* 14. *art.* 13. *disp.* 14. *memb.* 1. & sequitur ex sent. eorum, qui docent, posse puerum, cùm primùm ad rationis vsum pertingit, naturaliter in Deum conuerti, eaque conuersione iustificari.

245. *Probant 1. & deinceps* Prob. 1. Voluntas ferri potest in omne id, quod intellectus practicè iudicat esse prosequendum: id. n. iudicium per se ordinatur ad dirigendam voluntatem ad opus: at intellectus practicè iudicat, Deum esse super omnia diligendum: naturaliter. n. cognoscit, Deum esse summum bonum: ergo potest voluntas Deum super omnia diligere, ac summum bonum summè diligere. *Confirm.* Confirmat *Scot.* alioqui voluntas aut non esset libera, aut non esset recta; cùm non posset in omne id, quod intellectus 246. naturaliter iudicat esse faciendum. 2. Potuit Angelus in pura natura, & homo in statu innocentiæ cum solo auxilio generali diligere Deum super omnia, vt finem natur. vt infrà: at nullam perfectionem 247. naturalem amisit homo per peccatum. 3. Non minùs difficile est, assentiri mysterio S. Trinitatis, Incarnat. &c. quàm diligere Deum super omnia, vt authorem naturæ: at potest intellectus viribus proprijs ex motiuo naturali his omnibus assentiri, 248. ex *fid.* 2. ergo. 4. Vt quis diligat Deum super omnia, non est necesse, vt reipsa impleat omnia præcepta, quæ diligendo Deum adimplenda sibi proponit, vt sentire videtur *Soto lib.* 1. *de natura cap.* 22. §. *Igitur ad* nec. n. hoc necessarium est in dilectione supernat. alioqui nullus, qui post contritionem peccaret, consequeretur gratiam iustificationis: sed sufficit, si habeat absolutum propositũ, ea suò tempore seruandi, esto illa postea non seruet. At potest quis tempore, quo nulla vrget tentatio, aut peculiaris difficultas, Deum super omnia diligendo, efficaciter sibi proponere, se omnia præcepta suo tempore seruaturum. Quod cùm de actu dilectionis, saltem quoad substantiam, concedit *ibid. Soto*, iure illum inter authores huius sent. numerauit. 5. Sæpe quis cùm implicita voluntate perseuerandi in aliquo mortali, accedit ad confessionem cum efficaci proposito abstinendi se à reliquis: Sed tale propositum, cùm non sit integrum & sufficiens ad Sacramentum, elici non potest ex speciali auxilio per Christum. Igitur potest homo lapsus proprijs viribus elicere propositum vitandi omnia mortalia: posset enim illud peccatum, à quo abstinendi propositum non habet, non maiorem continere difficultatem, quàm reliqua, à quibus abstinendi naturale propositum habet: ergo si 250. potest propria virtute superare difficultatem circa *Probat 6. Scotus.* reliqua, à fortiori poterit circa illud vnum. 6. Politicus gentilis absque certâ spe præmij futuræ vitæ, de quâ dubitat, exponit se morti propter salutem patriæ, idque sine speciali auxilio, cùm solo generali concursu Dei: ergo à fortiori id poterit 251. Christianus propter cultum veri Dei. 7. Naturale est homini, ex duobus malis eligere minus: ergo, suppositâ fide, pro quâ deberet mori, poterit homo, ne æternam felicitatem amittat, æternasque pœnas incurrat, temporalem mortem subire, vt minus malum apprehensum: ergo multò magis poterit Deum super omnia diligere: potissima enim difficultas, quam in arduis actibus exercendis experimur, est amor propriæ vitæ & commoditatis: ergo si hunc propria virtute superare possumus, 252. multò magis quod minus est. 8. Si non posset homo Deum super omnia naturaliter diligere, euidenter cognoscere posset, se esse in gratia: Consequens est contra *Triden. sess.* 6. *cap.* 9. Sequela prob. cuidenter scire posset, se elicere actum dilectionis Dei super omnia: eumque ex speciali auxilio Spiritûs S. elicita, sit vltima & infallibilis dispositio ad gratiam, euidenter cognosceret, se esse in gratia. 9. Si voluntati creatæ ostendatur Deus clarè 253. visus, proscripto ab eâ omni habitu & auxilio in- *Prob. vlt.* debito, relicta tantùm cum generali concursu causæ 1. necessariò diliget Deum super omnia: ergo in eâ est naturalis appetitus ad talem actum: alioqui neque tali casu id posset: quia nequit cum solo generali concursu se extendere ad ea, ad quæ naturaliter non est propensa. ergo quoties non occurrit peculiaris difficultas, poterit talem actum elicere.

Secunda sent. negat, hominem lapsum absque 254. speciali auxilio diligere posse Deum, siue amore *Negant de vtroque amore* amicitiæ, siue concupiscentiæ, siue amore perfecto, siue imperfecto: *Gregor. in* 2. *dist.* 28 *qu.* 1. *art.* 1. *Marsil. qu.* 18 *art.* 2. *& in* 1. *qu.* 20. *art.* 3. post 5. *propos. Bellar. lib.* 6. *de gratia cap.* 7. *Vasquez* 1. 2. *disp.* 194. *cap.* 4. & à fortiori eorum, qui docent, non posse hominem lapsum sine speciali auxilio honestum opus efficere. Prob. 1. ex Scripturâ; 255. quæ dum de dilectione Dei mentionem facit, sine *Probant 1.* vlla restrictione illam refert ad peculiare donum Dei. *Ad Rom.* 5. *ad Galat.* 5. 1. *Ioan.* 4. &c. 2. ex 256. Concil. & Patrib. qui eodem modo, cùm de dilectione Dei loquuntur, nulla facta distinctione, illam appellant speciale donum Dei: Arausic. II. *can.* *Arausicani.* 25. *prorsus donum Dei est diligere Deum.* Addendo *prorsus*, omnem dilectionem Dei includit. Au- *August.* gust. *epist.* 107. *col.* 4. *ante med. Liberum arbitrium ad diligendum Deum primi peccati granditate perdidimus.* non dixit, ad perfectè, vel imperfectè, sed ad simpliciter diligendum: *lib. de gra. & lib. arb. cap.* 17. *& lib.* 2. *con. duas epist.* Pelag. *cap.* 9. *& lib.* 4. *con. Iulian. cap.* 3. *fine: Amor Dei, quo peruenitur ad Deum, non est nisi à Deo Patre per Iesum Christum cum Spiritu S.* Loquitur de amore creatoris, vt au- 257. thor est naturæ. 3. Rationib. 1. Dilectio Dei, etiam *Ratio 1.* vt authoris naturæ, est principium seruandi totam legem naturalem: nequit autem homo lapsus absque gratiâ seruare totam legem naturalem, vt constat: ergo nec Deum vt authorem naturæ diligere. Maior prob. legis adimpletio tribuitur dilectioni: *Ioan.* 14. *Qui diligit me, sermonem meum seruabit.* Rom. 13. *Qui diligit proximum, Legem implenit:* Et, *Plenitudo legis est dilectio.* 2. Nullum opus pietatis, 258. & religionis fieri potest absque speciali auxilio per *Secunda* Christum: ex *August. lib. de prædest. SS. cap.* 2. *Quod ergo pertinet ad pietatem atque religionem non sumus idonei cogitare aliquid quasi ex nobismetipsis.* At quilibet actus circa Deũ est pietatis & relig. potissimũ verò dilectionis Dei, ex Aug. *Epist.* 29. *Pietas est cultus Dei, qui precipuè diligẽdo exhibetur.* 3. Maioris 259. efficaciæ & meriti apud Deum est dilectio Dei, *Tertia* etiam vt finis naturalis, quàm timor pœnarum, aut turpitudinis peccati: sed timor hic ex *Trid. sess.* 14. *c.* 4. est donum Dei & Spiritûs S. impulsus, *Quo pœnitens adiutus viam sibi ad iustitiam parat:* ergo multò magis dilectio Dei, etiam vt finis naturalis: Maior prob. quò obsequium magis fit ex intuitu & amore eius, cui exhibetur, eò maioris est efficaciæ & meriti apud ipsum: igitur maioris efficaciæ & meriti erit apud Deum ea dilectio ipsius Dei, quàm timor ille, qui solùm fit intuitu nostri: ergo si hic ex *cit. Concil.* est sufficiens dispositio ad Dei gratiam impetrandam, multò magis erit illa. Vnde posset peccator per huiusmodi dilectionem suam salutem inchoare.

Tertia sent. affirmat, hominem lapsum diligere 260. posse Deum tam amore concupiscentiæ, quàm *Verior* amicitiæ,

amicitiæ, imperfecto tamen, non perfecto: *Aureo. in 1. dist. 17. art. 3. propos. 1. Egid. in 2. dist. 28. q. 1. ar. 2. dub. 1. later. Palat. in 3. dist. 27. disp. 4. Medin. 1. 2. q. 109. ar. 3. Suarez lib. 1. de necessitate Gratiæ cap. 30. concl. 2.* Pro explicatione controuersiæ,

261. DICO 1. Potest homo lapsus viribus proprijs diligere Deum, vt authorem & finem naturę, amore concupiscentiæ. Fundam. hic actus est circa obiectum rationali appetitui proportionatum, & nullam includit peculiarem difficultatem sensui repugnantem, vt patet. Confir. vnaquæque res in quouis statu naturaliter inclinat ad appetendum bonum sui perfectiuum: Sed Deus, vt principium bonorum naturalium est maximè perfectiuus hominis, etiàlapsi: non enim amisit natiuas potentias: ergo vt Deum diligat amore concupis. sperando ab eo bona temporalia, non eget peculiari auxilio.

262. *Duplex actus imperfectus benen.* DICO 2. Potest homo lapsus viribus proprijs actum duplicé, saltem imperfectum beneuolentiæ elicere erga Deũ, vt principiũ & finem naturę: alterũ, quo sibi cõplaceat de bonitate & perfectione Dei; alterũ, quo velit illi in suis actionibus placere.

263. Potest primum: quia ad illum exercendum sufficientia habet motiua, quæ sunt tum bonitas increata, per naturales effectus manifesta, quæ per se digna iudicatur, vt diligatur: cùm naturalia beneficia gratis collata. Si enim naturaliter diligimus homines propter huiusmodi, quantò magis Deum, propter perfectiones, quas in ipso cognoscimus; & innumera beneficia gratis collata? cùm vnusquisque à propria natura impellatur ad diligendum benefactorem. Nec talis actus vllam per se includit difficultatem, cùm exerceri queat tempore, quo nulla vrget difficultas.

264. *Difficilis secundus* De secundo maior est difficultas, propter propositum, quod includit, rectè honestéque operandi: non enim Deo placemus, nisi rectè honestéque operando. Aliquod tamen propositum saltem imperfectum & inefficax rectè operandi, quo illi placere optemus, viribus naturæ haberi posse, prob. Absolutum rectè operandi propositum habere possumus circa opera facilia virtutum moralium, quæ in nostram cadunt potestatem; conditionatum, & inefficax circa opera bona moralia difficilia, ex suppositione quòd illa difficilia non essent: si enim conditionatum propositum habere possumus circa rem impossibilem, à fortiori circa difficilem. Confirm. 1. Tota impotentia concipiendi tale propositum (vt infra) fundatur in operum exercendorum difficultate; quòd cum actu dilectionis in Deum id concipi debeat: igitur si tale propositum concipiatur vel tantùm de operibus honestis facilioribus; vel de difficilioribus, ex suppositione, si non essent difficilia, tollitur tota radix impotentiæ formandi simul cum actu dilectionis id propositum. 2. Possum habere hunc actum conditionatum & inefficacem: Vellem in omnibus placere Deo. Sed in hoc actu includitur conditionatum propositum exercendi omnia opera difficilia virtutum. At instat *Vasquez*, hoc verbum *Vellem*, non explicat aliquem affectum, qui in nobis actu sit, sed qui aliàs esset: ergo qui hoc modo fertur in Deum, nullum exercet actum in Deum. Sed contrà: ex dis. 9. num. 28. possumus circa impossibile, apprehentum vt possibile, exercere actum honestum: & vt *Vellem* explicat aliquem affectum, qui actu in nobis est, licet conditionatus & imperfectus.

Propositum duplex rectè operandi

265. *Conf. 1.*

266. *Conf. 2.*

267. *Difficilior controuersia.* Difficilior controuersia est de amore beneuolentiæ perfecto & obedientiali, includenti efficax propositum placendi Deo in omnibus. De quo duplex est quæstio: 1. An talis amor sit possibilis viribus naturæ physicè: 2. An possibilis sit etiam moraliter. *Vasquez 1. 2. disp. 195. cap. 2.* putat, viribus naturæ illum impossibilem esse etiam physicè: quippe qui omnẽ amorem amicitię in Deum, etiam vt auctorem naturæ, putat supernaturalem quoad substantiam: contra verò omnem amorem concupiscentiæ, quo Deum vt bonum nostrum, siue vt naturalem, siue vt supernat. finem nobis diligimus, docet esse naturalem quoad substantiam. Quo fit, vt omnis amor amicitiæ in Deum requirat principium supernat. à quo producatur; nullus amor concupiscentię requirat principium supernat. sed solùm auxilium indebitum ordinis naturalis. Atque adeò ille impossibilis est etiam physicè per vires naturę; hic verò solùm moraliter. 268. *Sent. Vasq.*

269. *Probat 1.* Probat 1. nullam duplicis amoris amicitię in Deum, scilicet naturalis & supernat. mentionem faciunt Scripturę, & Patres. Cùm facere debuissent, vt sufficienter nos in re tanti momenti instruerent. 2. Ex opposita sent. sequeretur, vel 270. amorem amicitię erga Deum finem natur. haberi in natura lapsa, sine gratia habituali, cum solo auxilio gratuito, vt in natura integra, quod est contra *S. Thom.* vel solo amore Dei finis naturalis, vt vltima dispositione hominem à peccato iustificari.

271. 3. Quicunque amor amicitiæ in Deum suâ natura pugnat cum macula peccati; igitur suâ natura emondat à peccato: ergo est vltima dispositio ad gratiam: ergo omnis amor amicitiæ in Deum est supernaturalis quoad substantiam: nihil n. potest hominem iustificare, & ad gratiam vltimò disponere, nisi sit quoad substantiam supernaturale. Antec. prob. amor amicitiæ in Deum quocunque modo consideratum, siue vt finem natur. siue vt supernat. & dolor de peccatis propter ipsum, dilectum ex complacentia ipsius, eiusdem omninò rationis & virtutis sunt, eodemque modo opponuntur statui peccati; cùm eodem modo conuertant animum ad Deum vt amicum, cui antea erat inimicus & auersus per peccata: at repugnat, hominem simul esse auersum à Deo, & conuersum in Deum: igitur omnis amor amicitiæ opponitur statui peccati, illudque per se destruit.

272. *Quartò* 4. Nequit distingui duplex affectus specie diuersus respectu obiecti, in quo non est assignabilis duplex ratio formalis; in quam affectus ipse tendat: sed in Deo summè diligibili amore amicitiæ, non est assignabilis duplex ratio, sub qua à nobis diligatur: nam amore amicitiæ non diligitur Deus vt bonus nobis, sed vt bonus sibi: Deus autem eodem modo est bonus sibi vnico attributo bonitatis, siue consideretur vt author naturę, siue vt largitor gratię: ex *Scoto in 3. dist. 27. §. Contra 1. vidam.* Confirmat. Ratio authoris naturę, & ratio authoris gratię in Deo sunt respectus rationis: qui non potest esse ratio specificandi actum realem. *Confirmat.*

273. DICO 3. Perfectus amor amicitię in Deum finem naturalem, est quoad substantiam naturalis, adeoque contentus intra sphæram facultatis naturalis creaturæ rationalis; proinde possibilis physicè ex solis viribus naturæ: ita *S. Doctor 1. 2. qu. 109. art. 3. ad 1.* distinguens amorem in Deum, alterum naturalem, prout est principium & author naturæ; alterum supernat. prout est principium, & obiectum beatitudinis supernat. Primum poterat homo in statu naturæ integræ, & Angelus in in puris naturalibus cum solo auxilio primi mouentis, vt docet *1. p. q. 60. ar. 5.* Secundum neque homo, neque Angelus potest, nisi per donum superadditum charitatis. Ita reliqui fere Schol. Pius V. & Gregorius

Digitized by Google

Pius V. Greg. XIII. gorius XIII. dum reprobant propositionem 34. *Distinctio illa duplicis amoris, naturalis videlicet, quo Deus amatur vt author naturæ, & gratuiti, quo Deus amatur vt beatificator est, vana est & cõmentitia, & ad illudendum sacris literis, & plurimis veterum testimonijs excogitata.* Hanc sent. confirmant

274. *Primum argu. prima vrgo sic* pleraque argu. pro 1. sent. primum, à priori: dictamen, *Deus est super omnia diligendus*, naturale est cuilibet intellectui creato: igitur actus voluntatis illi respondens, naturalis est voluntati: quidquid enim naturale est intellectui in cognoscendo, naturale est voluntati in appetendo; cùm naturale obiectum voluntatis sit omne id, quod potest intellectus naturaliter cognoscere: neutra potentia fluat vniuersalior alterâ in operando, cùm vtraque radicetur in eâdem substantiâ animæ. Antec. prob. dictamen, *Deus est super omnia diligendus*; deducitur ex duobus principijs, vno speculatiuo, *Deus est summè bonus:* ex quo elicitur hęc conclusio: *Ergo est summè amabilis:* altero practico, *Deus est communicatiuus omnium bonorum naturalium:* ex quo eruitur hæc alia: *Ergo est summè diligendus à creaturis:* quidquid enim creaturæ habent, ab ipso habent. At hæc duo principia naturaliter cognoscuntur à creatura rationali: ergo naturaliter ab illâ formatur hoc practicum dictamen. Confirm. Naturale

275. est intellectui creato hoc practicum dictamen, *Deus summè est colendus*, vt supremum principium & dominus omnium: ergo naturale est eidem hoc aliud: *Deus est summè diligendus*, vt primum principium communicatiuum omnium bonorum: Antec. constat manifestâ experientiâ, & inductione omnium nationum, quarum nulla est tam barbara, quæ summum cultum per publica sacrificia Deo siue vero, siue putato nõ censeat esse tribuendum.

276. *Arist. error* Quòd si *Arist. 8. lib. Ethic. cap. 7.* visus est negare amicitiam inter Deum & hominem: id non negauit ex eo, quòd putauerit Deum ab homine non esse diligendum, sed quia propter maximam distantiam, quæ inter nos & Deum intercedit, nemo se dignum ducit amicitiâ ipsius; vt nec rusticus amicitiâ Regis, aut stolidus amicitiâ sapientissimi. Cæterùm *eod cap.* docet, in amicitiâ, quam *supereminentia* vocat, quæ est inter inferiorem & superiorem, non eadem ab vtroque requirenda ac præstanda esse: *meliorem amari magis, quàm amare conuenit. Cùm enim pro dignitate amor extiterit, tunc quodammodo æqualitas fit, id quod esse amicitia videtur.* Itaque inter nos & Deum *Arist.* amicitiam negauit, quia non putauit, esse posse æqualitatem, in quâ perfectam amicitiam fundat: amandum à nobis Deũ non negat, sed potiùs affirmat, vtpotè optimũ; *Quem amari magis, quàm amare*, conueniat.

277. *Ad Vasq. argumenta resp.* Ad 1. argum. Resp. 1. esto, Eccles. scriptores nullam mentionem fecerint amoris Dei finis naturalis, & supernat. ad salutem satis nos instruunt, mentionem faciendo tantùm amoris supernat. qui solus ad salutem necessarius est. Scopus n. Scripturarum, & Patrum est, fideles instruere in ordine ad salutem, per media supernat. fini proportionata. Vnde Scripturæ de amore Dei loquuntur, qui à fide procedit, sine quâ, *ad Hebr. 11. impossibile est placere Deo*; & quæ *ad Galat. 5. per charitatem operatur.* Quòd si interdum afferunt ad hunc amorem excitandũ naturalia motiua, vt beneficia naturalia, ea non tam asserunt, vt motiua, quibus innitamur, quàm vt præuias dispositiones, quibus disponamur ad amorem supernat. faciliùs concipiendum. Adde quòd beneficia natur. ac motiua per fidem supernat. cognita certiore ac diuino lumine, parere possunt subordinatum commensumq;

amorem Dei super omnia supernaturalem ex parte principij modiq; firmissimè in Deum tendendi, licèt obiecta sint naturalia. Resp. 2. Implicitam & exercitã huius duplicis amoris à Patrib. & Concil. mentionem fieri, ex eo, quòd docent, illum debere esse talem, *sicut oportet*, ad salutem consequendam, vt *Arausic. II. can. 6. & 25. & Trident. sess. 6. can. 3.* dixerant: satis enim indicant, aliquem esse amorem Dei, qui non sit, *sicut oportet*, ad salutem. 278. *Resp. 2.*

Ad 2. concedo, ab homine lapso haberi posse amorem amicitię erga Deum finem naturalem, absque gratia habituali, cum solo auxilio speciali, sicut haberi poterat ab homine integro, & ab Angelo cum solo concursu generali: nego tamen, id vnquam *S. Thom.* negasse, sed tantùm docuisse, non posse illum ab homine lapso haberi sine gratia, vt causâ & principio roborante, non vt influente: alioqui neque illum sine gratia habere potuisset homo in natura integra, vel Angelus in puris naturalibus conditus: cùm tamen idem doceat, vtrumque potuisse, Deum vt finem naturæ super omnia diligere. 279.

Ad 3. neg. antec. eiusque prob. cùm enim isti amores procedant ex diuersis principijs, altero virtutis acquisitæ; altero virtutis infusæ, tendantque per diuersa motiua in obiectum, alter per motiuum naturale cognitum proprio discursu; alter per motiuum supernat. superiori lumine dictatum, nequeunt esse eiusdem rationis ac virtutis. Quo fit, vt non eodem modo opponantur peccato: cùm enim peccatum in hoc statu naturæ eleuatæ non solùm sit contra Deum finem natur. sed etiam finem supernat. non potest amor Dei finis naturalis peccatorẽ perfectè conuertere ad Deum, quia non conuertit illum ad Deum finem supernat. qui fuit per peccatum offensus: Et consequenter non potest esse dispositio ad gratiam; vt enim sit dispositio, præsertim vltima ad gratiam, debet perfectè peccatum retractare, perfectèque ad Deum offensum conuertere. Vnde non repugnat, talem amorem simul esse cum peccato habituali. Sicut probabile est de infantibus cum solo originali decedentibus, qui veram cognitionem Dei authoris naturæ, veramque dilectionem eiusdem super omnia post hanc vitam habebunt, vt ex communi sent. Scholast. affirmat *Suarez de actibus human. fine operis*, & *S. Thom. in 2. dist. 33. qu. 2. art. 2. ad 5.* cùm tamen ijdem maneant à fine supernat. in pœnam peccati originalis perpetuò auersi: quin multi Thomistæ idipsum affirmant de dæmonibus, vt 2. *to.* vidimus. Ad 4. neg. Min. licet enim vna sit bonitas, quâ Deus est bonus sibi, est tamen illa respectu nostri diuersa; quà author est naturæ, & quà largitor gratiæ: Et quia bonitas diuina non specificat affectum nostrum prout illa est in se, sed prout cognoscitur à nobis; cùm obiectum voluntatis sit bonum vt cognitum, ideò Deus specificat diuersos actus dilectus vt finis naturalis, & vt supernat. Sicut vna est sanctitas & excellentia, quâ Deus est Sanctus & excellens in se: quæ tamen cognita discursu naturali, quà supremum principium rerum naturalium, fundat virtutem Religionis moralis: Cognita verò notitiâ Fidei, quà supremum principium est rerum supernat. fundat virtutem Religionis supernat. Idem dicendum necessariò de reliquis virtutibus infusis, quæ respondent moralibus acquisitis, & versantur circa Deũ. Nisi velit *Vasquez* contra communem sent. *Scholast. S. Doctoris 1. 2. qu. 63. art. 3.* imò contra seipsum *ibid. disp. 86. cap. 6.* negare duplices virtutes morales, acquisitas & infusas. 280. *Ad 3. Amor finis natur. non cõuertit ad finem supern.* 281. *Ad 4.*

Cæterùm hanc naturalitatẽ, vel supernaturalitatem 282.

Discrimen actus natur. à supernat.

tatem actuum aliqui desumunt ex solo principio influente, vt ille actus sit naturalis, qui ex principio naturali; Ille supernat. qui oritur ex principio supernat. non autem ex motiuo. Putant enim circa idem motiuum formale Fidei, ex. gr. aut Spei, versari posse vtrumque actum tam naturalem, quàm supernat. eosque tàtùm differre penes principium naturale & supernat. influens: Ita *Molina in sua concord. disp.* 14. *memb.* 1. *& disp.* 32. quem sequitur *Coninck de act. supernat. disp.* 5. *dub.* 3.

283. *Non prob.* Quæ opinio mihi non prob. 1. quia tollit nobis viam dignoscendi actus supernat. ex motiuo supernat. 2. frustra in nobis darentur virtutes infusæ, si per solas vires naturales possemus earum formale motiuum attingere. *Dices*, non dari ad attingendum earum motiuum formale simpliciter, sed ad attingendum *sicut oportet ad salutem*, nempe actu supernat. Sed *contrà*: 1. attingere obiectum virtutis *vt oportet ad salutem*, est attingere illud ex motiuo supernat. & ex inspiratione & adiutorio Spiritûs S. vt *Trident.* docet *sess.* 6. *can.* 3. Sed ea inspiratio esse potest etiam ad actus supernat. tantùm quoad modum: ergo si in nobis sunt sufficientes vires attingendi obiectum sub motiuo supernat. non erunt virtutes infusę supernat. quoad substantiam necessariæ, sed sufficient potentię naturales cum auxilio indebito ordinis naturalis; siquidem cum ipso attingere possumus motiuum supernat. quod vnà cum auxilio indebito Spiritus S. sufficit ad actum meritorium, ac proinde ad actum vt oportet ad salutem. 2. Hoc ipso, quòd *Contrà 2.* actus ex nobiliori lumine & influxu tendit in obiectum, tendit sub diuersa ratione & respectu formali *sub quo:* ita sub ratione & respectu formali *sub quo* tendit visio spiritualis, & corporea ad eundem colorem. Addendum igitur, naturalitatem, vel supernat. actûs non desumi tantùm ex principio influente, sed etiam ex motiuo, quod debet esse supernaturale in re, vel in modo repræsentàdi per lumẽ fidei supernat. vt sit actus supernat. licet. n. circa idem motiuum honestatis versari possit temperantia naturalis & supernat. tamen eadem honestas longè nobilior diuiniorque affulget per fidem supernat. idque fidei lumen præbet virtuti motiuũ honestatis formale *sub quo* longè illustrius, quod specificat temperantiam supernat. actumque firmissimum: eadem honestas longè imperfectior apparet per cognitionem abstractiuam naturalem; & hoc naturæ lumen præbet virtuti motiuum honestatis formale *sub quo* longè debilius, quod specificat temperantiam naturalem actumque infirmum seu infirmam adhęsionem ad honestatem: & sic de reliquis virtutibus, quæ, vt supernaturales sint quoad substantiam, honestatem respiciunt per lumen fidei illustratam ac eleuatam ad ordinem supernat. quod lumen induit honestatem etiam naturalem nobiliore ratione & respectu formali *sub quo*. Non quòd actus fidei supernat. effectiuè eleuet actum voluntatis ad ordinem supernat. sed formaliter obiectiuè tantùm.

Punctum rei

284. *Ad confir. Scoti* Ad Confirm. esto rationes authoris naturæ, & gratiæ vt sic formaliter sumptæ, sint in Deo respectus rationis; nego, eas vt sic esse formalia motiua nostrorum actuum: dico formalia motiua nostrorum actuum esse fundamenta talium respectuum: quo pacto illa in Deo sunt rationes virtualiter diuersæ, per aptitudinem ad diuersos terminos, penes quos concipi possunt diuersæ.

285. *Contra Vasquez.* Ex his patet, non rectè docere *Vasquez*, omnem amorem amicitiæ, quo Deum diligimus propter se, esse quoad substantiam supernat. omnem concupiscentię, quo Deum nobis amamus, esse naturalem quoad substantiam. Siquidem amor amicitiæ, quo Deum diligimus vt finem natur. est quoad substantiã naturalis: amor concupiscentiæ, quo Deum nobis amamus vt finem supernat. est quoad substantiam supernaturalis, cùm sit actus Spei infusæ. Amor enim proximè & formaliter non specificatur à fine *cui*, sed à fine *qui*. Nam licet generica distinctio amoris amicitię & cõcupiscentiæ sumatur penes finem *cui*, & *qui*, vt omnis amor amicitiæ tendat in bonum amati, tanquam vt in finem *cui*; omnis concupiscentię in bonum concupitum, vt in finem *qui*, specifica tamen diuersitas sumenda est penes diuersas perfectiones & fines concupitos *qui*. Alioqui nunc foret specificus amor amicitiæ, quo bonum naturale ac supernat. nobis amamus: quia vnus est finis, *cui* hæc bona amamus, nempe nos ipsi: vnaque foret specifica dilectio amicitiæ, quâ idem bonum naturale ac supernat. proximo diligimus, vt fini *cui*. Licet igitur idem sit Deus, quem amore amicitiæ diligimus, quia tamen diuersæ sunt perfectiones, saltem quoad nos, & in esse cognito, quas Deo vt fini *cui* diligimus, diuersi erunt amores, alter naturalis, quo perfectionem naturalem; alter supernaturalis, quo perfectionem supernaturalem ei diligimus. Pari modo diuersus erit amor, quo nobis proximoque naturale, ac supernaturaleque bonum amamus. *Ratio*

D I C O 4. Non potest homo lapsus potentia morali, sine speciali auxilio, saltem ordinis naturalis, diligere super omnia Deum finem naturalem, amore perfecto amicitiæ: Est *S. Thom.* & communis recentiorum. Fundam. hic amor debet esse talis, vi cuius voluntas humana actu seruaret quodcunque præceptum naturale, actuque vitaret omne peccatum contra illud, vinceretque quamcunque grauissimam tentationem, ne Deum sic dilectum offenderet. Atqui *ex sect. præced.* constat, non posse hominem lapsum potentiâ morali, sine speciali auxilio Deum diligere tam perfecto amore. 286. *Maior hæc*

Maior probatur: perfectus amor Dei super omnia includit absolutum affectum placendi Deo in omnibus: Igitur vi huius affectûs homo est paratus quodcunque opus facere, aut malum sustinere, potiùs quàm vt Deum sic dilectum offendat: alioqui non esset absolutus affectus placendi Deo in omnibus, sed in ijs dumtaxat, quæ vi talis affectûs paratus esset actu prętare, non in ijs, quę vi eiusdem affectûs non esset paratus actu præstare. Antec. prob. propterea hic amor dicitur super omnia: non quia debet esse supra omnem conatum potentiæ; vel quia est ex complacentiâ solius bonitatis increatæ, quę, quia reliqua omnia bona superat, amor ipsius, ratione motiui formalis, dicitur amor super omnia; nam hunc amorem habere potest, qui tantùm simplici affectu sibi complacet de bonitate Dei: sed dicitur super omnia comparatiuè ad bona creata, quæ homo præ amore Dei paratus est omnia, etiam propriam vitam contemnere. Qui actus cùm sit omnium maximus, atque adeò difficillimus, nequit sine speciali auxilio ab homine lapso elici. Non est tamen opus, vt hæc comparatio fiat explicitè, sed implicitè & virtute, hoc ipso quo vi talis affectûs paratus est homo quodcunque facere, vel pati, potiùs quàm Deũ sic dilectum grauiter offendere. Confirm. Perfectus amor amicitiæ Dei finis natur. debet in suo ordine includere, quidquid in ordine supernat. includit perfectus amor amicitię Dei finis supernat. cùm sit eadem proportionis ratio: sed hic in suo ordine supernaturali 287. *Tantùm probanda.* 288. *Confirm.*

Digitized by Google

supernaturali includit absolutum affectum placendi Deo in omnibus, tam naturalibus, quàm supernaturalibus: ergo & ille in suo ordine includere debet absolutum affectum placendi Deo in omnibus naturalibus.

289. *Dices.* Non semper quis post perfectum amorem Dei super omnia actu seruat præcepta, aut vitat peccata, vel tentationes superat: ergo de ratione talis amoris non est, vt vi ipsius homo actu seruet quodcunque præceptum, aut peccatum, tentationem ve vincat. Resp. neg. *conseq.* non enim de ratione ipsius est, vt eo cessante sequatur præceptorum obseruatio, aut peccati tentationis ve victoria: Est tamen de ratione ipsius, vt dum actu durat, vi ipsius amans sit paratus hęc omnia præstare, & de facto actu præstaret, si, eo durante, seruanda occurrerent, alioqui non esset amor super omnia. Quia cùm hic amor sit causa obseruantię præceptorum per modum efficacis intentionis, & ad eam non necessariò sequatur electio, nisi ipsâ intentione actu perseuerante, non erit simpliciter necessarium, vt, cessante amore, sequatur præceptorum obseruantia, licèt sit necessarium, vt perseuerante actu amore super omnia, sequatur præcepti obseruatio, si tunc temporis obseruandum occurreret. Cæterùm nota, vt quis cum perfecto amore Dei finis naturalis absolutum propositum habeat seruandi totam legem naturalem, necessum non esse, vt explicitè legem cognoscat, sed sat esse, si amor, ex se sit talis, qui reipsa legis obseruantiam imperaret, si seruanda occurreret, quamdiu ipse amor actu esset.

Perfectus amor quis?

290. Deducitur 1. Non posse hominem potentia morali viribus naturæ elicere actum perfectę contritionis, vel attritionis naturalis de peccato commisso. Quia tam contritio, quàm attritio perfecta includit absolutum propositum saltem implicitum de cętero non peccandi, quamuis ex diuerso motiuo; ac proinde vterque actus includit affectum absolutum seruàdi quodcunque præceptum naturale, vincendique quodcunque peccatum & tentationem contra illud. 2. Homo lapsus ex se non habet perfectam & sufficientem libertatem, obligantem sub mortali, nisi speciali auxilio adiuuetur, ad perfectum amorem amicitiæ Dei finis naturalis. Idem dic de perfecta contritione, & attritione naturali. Nam ad eam sufficientem libertatem, non sufficit sola potentia physica, nec quæcunque moralis, sed requiritur facultas expedita ad ponenda omnia, quę ad connaturalem modum operandi potentiæ requiruntur. Quę expedita ad amorem Dei super omnia finis naturalis in homine lapso non reperitur, vt ex *praced. sect. constat.*

Non posse potẽtia morali viribus naturæ elici actum perfectæ contritionis:

291. 3. Non potuit Deus homini in pura natura condito præceptum de diligendo Deo super omnia imponere, nisi simul illi offerendo speciale auxilium. Fundam. homo lapsus, & in purâ naturâ conditus, quoad vires operatiuas intrinsecas, & impedimenta extrinseca, non differunt: nam potissima radix moralis impotentiæ in homine lapso, est discordia sensus à ratione, quæ eadem fuisset in purâ naturâ: nam hęc consequitur naturam humanam, ex oppositis compositam. Non inficior, potuisse homini in pura natura condito imponi præceptum ad amandum Deum super omnia finem naturalem, obligans illum sub veniali tantùm.

Potissima radix impotentiæ moralis in homine,

292. 4. Non potest dæmon potẽtia morali vllum actum amoris in Deum exercere, quidquid alij doceant. Fund. dæmones sunt in continuo odio Dei, à quo nequeũt moraliter cessare, tũ propter subtractionem peculiaris auxilij; tum propter cõtinuam ac vehementem apprehensionem, quam habent de Deo vt de ipsis vltore. Stante autem odio, nequeunt actum amoris in Deum exercere. Imputatur tamen illis hoc odium ad peccatum, etiamsi nequeant moraliter ab illo cessare: ex eo quòd liberè illud inchoarunt, cùm primùm peccarunt. Vnde censentur perseuerare in eodem numericè peccato, quod primò peccando inchoarunt: ex *S. Tho. 1. p. qu. 64 art. 2. ad 3. Dicendum, quòd adhuc manet in diabolo peccatum, quo primò peccauit.* Non est autem eadem ratio de reliquis operibus malis, quę continuò committunt: nam ad ea vitanda habent moralem & expeditam potentiam, cùm non nisi propriâ voluntate ad ea inducantur. Vnde peccant ea committendo, licèt ad nouam pœnam illis non imputentur; quia cùm sint in termino, non sunt ampliùs in viâ ad demerendum, sicut nec beati ad merendum. Sed vnde certum est eos semper malè operari, si interdum possunt non malè operari? Respondeo, hoc non certò, sed probabiliter tantùm constare, propter continuum odium Dei, ad quod probabile est, eos omnes suas actiones referre. Vt è contrario beati omnes suas actiones referunt in Deum, tanquam vltimum finem supernaturalem.

In dæmone.

294. 5. Perfecta dilectio Dei finis naturalis super omnia in hoc statu naturę lapsæ semper est dispositio ad iustificationem, non proxima, sed remota, non in statu naturæ integræ, vel in Angelo in pura natura condito. Idem dic de perfecta contritione, vel attritione naturali. Ratio primæ partis est: nequeunt in hoc statu hi actus elici absque auxilio speciali per Christũ: quod omne ordinatur ad salutem: nam per *August. Epist.* 105. Christus mortuus est, vt iusti essemus. Secunda pars est *Marsil. in 2. q.* 295. 18. *art. 2. & in 1. qu. 20. ar. 3. post. 5. propos. Almai. de act. hum. tract. 2. cap. 9. & in 3 dist. 27. qu. 1. dub. 2. propos. 1. Veg. de iustific. qu. 10. ad vlt.* & multorum recen. affirmantium, cum perfectâ dilectione Dei finis naturalis stare maculam mortalis. Quo fit, vt neque cum Sacramentis sit sufficiens dispositio ad gratiam. Quoniam dilectio Dei finis naturalis non est sufficiens retractatio peccati in hoc statu commissi: quod est contra Deum finem supernat. Vnde nisi dilectio vel contritio, virtute saltem se extendat ad Deum finem supernat. non erit sufficiens retractatio; ac proinde ne quidem cum Sacramento vltima dispositio ad gratiam. Confirm. vltima dispositio ad gratiam debet esse eiusdem ordinis cum formâ, ad quam disponit, vt inductione constat in omni proximâ dispositione. Ergo etiamsi dilectio Dei finis naturalis in hoc statu semper fiat ex peculiari auxilio supernat. quoad modum, adhuc non erit sufficiens dispositio vltima ad gratiam supernat. quoad substantiam.

Perfecta dilectio finis naturalis. dispositio ad iustific. Remota. Non proxima:

Oppositum huius 2. partis docent *Scotus in 4.* 296. *dist. 14 qu. 2 §. De secundo, Gabriel in 3. dist. 27 q. vn. art. 3. dub. 2. Caiet. to. 1. opusc. tract. 4 q. 1. fine, Sotus lib. 1. de nat. & gra. cap. 22 Et in 4. dict. 17. q 2. a. 5.* Quia perfecta dilectio Dei finis naturalis, saltem in hoc statu naturæ lapsæ, haberi non potest absque speciali auxilio gratiæ: ergo perfecta dilectio Dei finis naturalis est proxima dispositio ad gratiam. Sed contrà: non est necesse, vt hoc auxilium sit ordinis supernat. cuius ordinis requiritur, vt perfecta dilectio Dei sit proxima dispositio ad gratiam, quæ est ordinis supernat. quoad substantiam.

Tertia pars constat: in eo n. statu huiusmodi 297. actus exerceri potuissent solius naturæ viribus, absque speciali auxilio indebito: nullus autem actus solius naturę viribus sine vllo auxilio, saltem

Non in statu naturæ integræ.

Digitized by Google

quoad modum indebito elicitus, potest esse dispositio, ne quidem remota ad iustificationem; alioqui posset creatura proprijs viribus initium dare suæ iustificationi. Nec refert quòd idem fuisset actus quoad substantiam tunc ac nunc: quia nunc ad iustificationem non disponit consideratus secundùm suam entitatem, sed vt ordinatus ad salutem per auxilium ordinis naturalis ob merita Christi collatum. Sicut idem actus virtutis moralis hîc & nunc elicitus auxilio ordinis naturalis per Christum collato disponit remotè ad iustificationem, ad quam non disponit elicitus eodem auxilio, non per Christum collato, sed naturæ debito. Neque etiam fidelis, quoties legem naturalem adimplet erga patriam, parentes, amicos, æquales, inferiores, actu aliquantum difficili, toties actum fidei elicit, vt virtutem supernat. excitet. Habet ergo Deus auxilia etiam ordinis naturalis parata fidelibus, maximè quæ per sensus percipiuntur, & scientiam experimentalem claram pariunt: hæc auxilia plures virtutum moralium actus solent excitare in voluntate, & remotè disponere ad iustificationem: cumque Deus ad exigentiam honestatis naturalis excitare soleat honestatem supernat. superiore lumine fidei, consequenter ad tales actus virtutum moralium excitantur actus virtutum supernat. qui immediatè disponũt ad iustificationẽ.

298. *Ad argum. 1. sentent.* Ad argum. primæ sent. 1. & 2. solùm probant de potentiâ physicâ, non de morali. Nam propter rebellionem sensus à ratione, nequit homo lapsus huiusmodi actus sine speciali auxilio elicere: quam rebellionem quia non habebat homo in statu innocentiæ, nec Angelus in purâ naturâ, potuissent illos absque speciali auxilio elicere. Homo autem etsi per peccatum nihil amiserit naturale, amisit tamen donum iustitiæ originalis, quo potentiæ naturales roborãtur ad huiusmodi actus eliciendos.

299. *Ad Scoti confirmat.* Ad confir. concedo, voluntatem humanam post lapsum non esse perfectè liberam ad perfectissimum actum amoris erga Deum finem naturalem; non defectu potentiæ physicæ, sed moralis: nego tamen, propterea non posse esse rectam: tum quia licet hunc actum non possit viribus naturæ, potest tamen illum viribus gratiæ, quę semper illi assistit. Nec est necesse, vt quicquid potest intellectus naturaliter apprehendere, possit voluntas moraliter exequi; ob difficultatem, quam experitur voluntas, & non experitur intellectus: tum quia cùm actus amoris Dei super omnia finis naturalis sit voluntati humanæ moraliter impossibilis, non sequitur, quòd voluntas non sit recta, illum non eliciendo, cùm non teneatur, saltem sub mortali ad moraliter impossibile.

300. *Ad 3.* Ad 3. neg. Maior: assensus .n. in mysteria reuelata, ex aliquo motiuo humano, nullam inuoluit difficultatem, moraliter impossibilitantem intellectum ad talem assensum præbendum: vt includit perfectissima dilectio Dei finis naturalis.

301. *Ad 4.* Ad 4 *neg.* Minor: licet .n. dilectio Dei super omnia non pendeat ex futurâ obseruantiâ præceptorum, quia non oportet, vt talis dilectio semper duret, pendet tamen ex præsenti affectu, quo illa seruanda essent, si durante tali affectu occurrerent: cùm vi talis affectus debeat homo esse paratus actu seruare quodcunque præceptum naturale, si actu occurreret.

302. *Ad 5.* Ad 5. neg. conseq. licet .n. possit homo viribus proprijs concipere propositum seruandi aliqua præcepta facilia, non tamen seruandi omnia: nam in omnibus includuntur difficilia, quæ viribus proprijs nequit actu seruare, si actu occurrerent, quando actu Deus super omnia diligitur. Cæterùm nego, peccatum, à quo abstinendi propositum non habet pœnitens, continere minorem difficultatem, quàm continent cætera, à quibus abstinendi propositum habet: siquidem propter maiorem difficultatem, quam in se experitur, non habet propositum abstinendi ab illo.

303. *Ad 6.* Ad 6. nego, posse gentilem potentiâ morali, absque speciali auxilio ex puro motiuo virtutis, morti se exponere, nullum admiscendo prauum finem: idque propter naturæ corruptionem, quæ semper in operando quærit bonum, quod magis apprehendit vt sui perfectiuum.

304. *Ad 7.* Ad 7. Resp. naturale esse homini, ex duobus malis minus eligere, quando vtrumque aptum est eodem modo voluntati proponi. Cæterùm etsi amissio æternæ felicitatis longè maius malum sit, quàm temporalis vitæ, vrgente tamen mortis tentatione, maius malum atque efficacius apprehenditur amissio præsentis, vtpote malum præsens, & à sensu, qui non nisi in præsentia fertur, efficaciùs apprehensum, quàm futuræ vitæ. Et licet Christiano sit necessariò pro fide moriendum, nisi tamen speciali auxilio à Deo iuuetur, non poterit ex honesto motiuo efficaciter moueri ad mortem subeundam, ob summam difficultatem, quam sensus experitur in morte perpetienda: ratione cuius diffic. semper mors apprehenditur efficaciùs & vehementiùs, quàm quodcunque bonum honestum: Ad 8. neg. sequel.

305. *Ad 8.* eiusque prob. tum quia non omnis dilectio Dei super omnia, etiam ex speciali auxilio elicita, qualis est dilectio Dei finis naturalis, est vltima, atque adeò infallibilis dispositio ad gratiam: tum quia propter multas conditiones, quas requirit dilectio Dei super omnia, nõ possumus illam certò dignoscere à dilectione Dei imperfectâ.

306. *Ad 9.* Ad 9. Argu. tantum probat de potentiâ physicâ, quæ, sublatâ difficultate per claram visionem Dei, suâ naturâ prodit in actum perfectissimæ dilectionis. Cæterùm vt potentia morali in talem actum homo prodire valeat, non sat est, vt nulla ei difficultas occurrat, quando hunc actum exercet, sed præterea requiritur, vt vi talis actus homo sit paratus vincere quamcunque difficultatem, quæ circa quodcunque præceptum naturale possit ei occurrere: quod excedit morales vires hominis. *Nota*

307. Non est prætermittenda difficultas quæ hoc argu. tangitur. An possit voluntas solius naturę viribus elicere aliquem actum circa obiectum supernat. qualis est Deus clarè visus, ostensus voluntati relictæ cum solo concursu generali. Affirmat *Scotus*, & qui censent posse circa motiuum supernat. versari actum natur. Fundam. naturale est voluntati, amare quodcunque bonum sibi per cognitionem repræsentatum; eoque maiori amore in illud fertur, quo bonum est præstantius, cuiusmodi est omne bonum supernat. præsertim Deus in se ipso visus. At dicendum: voluntas relicta cum solo

308. *Voluntas relicta cũ solo concursu generali, necessariò diligeret Deum clarè visũ motiuo naturali.* concursu generali, necessariò diligeret Deum clarè visum, non ex motiuo supernat. sed naturali, incluso in ipso supernat. Ratio: cùm non possit per actum, proprijs viribus elicitum, extendere se ad obiectum extra suam sphęram, quale est omne supernaturale; & nihilominus necessariò diligeret Deum sibi clarè ostensum; sequitur, vt eo casu diligeret Deum amore naturali ex motiuo, propriæ virtuti commenso. Fateor hanc diffic. mèliùs solui in sent. eorum, qui affirmant, ad actum voluntatis necessariò cõcurrere actum intellectûs. Quia cùm notitia obiecti supernat. sit supernat. si hæc necessariò debet ad actũ voluntatis effectiuè concurrere, etiamsi voluntas non habeat aliud principium supernat. effectiuum, sufficit cognitio supernaturalis,

309.

Digitized by Google

pernat. vt per illam possit efficere actum supernat. circa obiectum supernat. nam ad supernaturalitatem effectus sufficit, vt vnum tantùm principium supernaturale concurrat.

310. Verùm ex eâ sent. sequeretur, non esse necessarios habitus infusos supernat. ex parte voluntatis, si sola cognitio supernat. sufficeret ad amandum obiectum supernat. actu amoris supernat. a cognitione effectiuè elicito: eatenus enim illi habitus infusi supernat. requiruntur, quatenus nequit voluntas per se attingere supernaturalitatem actus.

311. *Cognitio nè attingit supernaturalitatem actus voluntatis effectiuè* *Dices.* Requiri habitus infusos ad concurrendum cum voluntate ex parte voluntatis; cognitionem requiri, vt concurrat cum voluntate tantùm ex parte obiecti. Sed contrà: si cognitio efficienter concurrit cum voluntate ad actum ipsius, non potest concurrere ex parte obiecti, sed ex parte voluntatis, proinde superflui erunt habitus infusi. Sequela prob. obiectum non posset alium concursum cum voluntate habere, quàm co efficiendo cum ipsa actualem inclinationem & tendentiam supernat. in obiectum: hoc autem est proprium munus habitus infusi, sc. complere potentiam naturalem in eo, in quo deficit: & voluntas circa obiectum supernat. solùm deficit in ipsa supernaturalitate actus: duplex enim ratio est in actu voluntatis circa obiectum supernat. & ratio vitalitatis per modum actualis tendentiæ; & ratio supernaturalitatis: sed rationem vitalitatis per modum actualis inclinationis habet voluntas à se, vt talis potentia vitalis appetitiua est: ergo solùm indiget supernaturalitate: ergo si hanc habet à notitiâ supernat. frustra requirentur habitus supernat. Nec est eadem ratio de actu supernat. intellectus, ad quem præter speciem supernat. requiritur habitus supernat. Nam in actu supernat. v. g. visionis Dei, non solùm est ratio supernaturalitatis, sed etiam ratio expressionis obiecti, quæ esse non potest, nisi à specie. Ergo potest in actu supernat. intellectus, præter speciem intuitiuam obiecti supernat. requiri habitus supernat. tenens se ex parte potentiæ, complens illam in ratione potentiæ formaliter. At in voluntatis actu supernat. cùm præter vitalitatem, quam habet à voluntate, & supernaturalitatem, quam per aduersarios habet à notitiâ supernat. nulla alia ratio excogitari possit, superflui erunt habitus supernat. Siquidem nullum ponendum est principium, nisi propter aliquam rationem in effectu producendam.

312. Vrgebis. Species intuitiua obiecti supernaturalis non solùm producit in actu intellectus expressionem obiecti, sed ipsam supernaturalitatem actus: illi tamen additur habitus supernat. Ergo non obstante, quòd à notitiâ supernat. producatur in actu voluntatis ratio supernaturalitatis, adhuc ponendus erit habitus supernat. *Resp.* Resp. dispar ratio: cùm species in actu intellectus se teneat tantùm loco obiecti, exprimendo illud intentionaliter in actu, non ex parte potentiæ, etiam positâ specie supernat. obiecti, intellectus manet incompletus in ratione potentiæ: quæ cùm non possit compleri per concursum speciei, quia concursus speciei est ratione diuersus à concursu potentiæ, compleri debet per habitum supernat. cuius proprium est complere potentiam in ratione potentiæ formaliter. Notitia supernat. cùm nullam aliam rationem, præter supernaturalitatem producat in actu voluntatis; (actus enim voluntatis non est obiecti expressiuus, vt est actus intellectus) & per hanc supernaturalitatem voluntas compleatur in ratione principij effectiui, quo solo complemento indiget ad actum supernat. superflui erunt habitus supernat. qui ad aliud infusi non sunt, nisi ad complendam potentiam in ratione principij effectiui supernat. Confirm. obiectum erga voluntatem 313. *Duplex munus obiecti erga voluntatem.*
exercet munus terminandi vitalem eius impulsum voluntatis ad se, & eam alliciendi ad talem inclinationem. Primum præstat obiectum se ipso in genere causæ formalis terminatiuæ extrinsecæ. Secundum præstat etiam in genere causæ formalis extrinsecæ, manifestando se ipsum obiectiuè voluntati, mediâ cognitione, vt conditione sine qua non. Hoc ipso enim quòd obiectum mediâ cognitione, vt conditione, manifestat seipsum voluntati, allicit illam per suam bonitatem obiectiuè manifestatam. Igitur nullum effectiuum concursum exercet obiectum in actu voluntatis, sed tantùm formalem extrinsecum.

Ad argum. secundæ sent. Resp. ea ad summum 314. *Ad argum. secunda.*
probare impotentiam moralem: Scripturas, Concilia, Patres solùm loqui de dilectione Dei ad salutem conducente: cùm finis eorum sit, fideles instruere ad salutem: vt constat ex *Arauf. Trident.* quæ dum de dilectione Dei loquuntur, addunt, *sicut oportet*, ad iustificationis gratiam consequendam: & *Arauf. can.* 25. cùm dixit: *Prorsus donum Dei est diligere Deum*, subiunxit, *sicut oportet.* Eodem modo cùm August. omnem dilectionem tam perfectam, quàm imperfectam, tam Dei beatoris, quàm creatoris agnoscit vt speciale donum Dei, intelligit de dilectione supernat. saltem quoad modum. Ad 3. Illud rectè concludit de impotentiâ morali, & de dilectione perfectâ, quæ tantùm est principium seruandi totam legem naturalem. 315. *Ad 3.*
Ad 4. vera est maior de opere pietatis & religionis 316. *Ad 4.*
Christianæ, falsa de opere pietatis & religionis naturalis: alioquin nullum cultum tribuere potuisset Deo homo, vel Angelus in puris naturâ conditus: cùm tamen sit naturæ lumine notum, deberi cultum Deo, vt supremo rerum Domino. Autho. *cit.* intellige de pietate & religione Christianâ ad salutem disponente. Ad 5. neg. Maior: nam illi actus 317. *Ad 5.*
sunt maioris efficaciæ & virtutis apud Deum, qui fiunt ex speciali motione ipsius: timor autem, qui ex *Triden.* sufficiens est vel ad parandum viam ad *Tridentinus.*
iustitiam extra Sacramentum consequendam; vel ad gratiam in ipso Sacramento impetrandam, non est quicunque, sed *sicut oportet*, vt *sess. 6. can.* 3. nempe, qui ex peculiari impulsu Spiritûs S. concipitur. Ad prob. maio. antec. intellige, cæteris paribus: in proposito autem non sunt cætera paria, quia fit comparatio inter dilectionem naturalem, naturæ viribus elicitam, & timorem supernat. auxilio gratiæ conceptum.

SECTIO VI.

An possit homo sine gratia omnia legis præcepta seruare?

QVæstio est de præceptis, tam naturalibus, 318. *Vniuersalior doctrina*
quàm supernat. vna, an seruari possint sine gratia actuali; altera, an saltem sine habituali; ac primò quoad substantiam operis præcepti: 2. etiam quoad modum. Quoad substantiam seruatur, quando actu humano impletur, quod lex ipsa præcipit, siue actus ille, quo præceptum seruatur, sit honestus & virtuosus, siue non. Quoad modum verò seruatur, quando actus, quo præceptum impletur, elicitur ex honesto fine à legislatore intento. *Duplex obseruantia*
Qui duplex est, alter proximus, ex proximo obiecto virtutis:

Digitized by Google

cto virtutis: alter remotus, ex vltimo fine elicitus. Hanc distinct. approbant Pius V. & Gregorius XIII. in 57. propos. damnatâ; *Celebris illa doctorum distinctio Diuinæ legis mandata bifariam impleri, altero modo ad præceptorum operum substantiam: altero quantũ ad certum quendam modum, videlicet secundùm quem valeant operantem perducere ad regnum cælorum*, hoc est, *ad modum meritorium, commentitia est.* Cæterùm ad obseruantiam condignè meritoriam præceptorum, non solùm requiri gratiam actualem, sed etiam habitualem, certum ex *disp. de merito.* Solùm igitur in hac præsenti sectione inquiram, an ad seruanda omnia præcepta, siue quoad substãtiam, siue quoad modum virtutis, ex proximo obiecto desumptũ, requiratur aliqua gratia.

319. *Impotentia implendi præcepta* Præterea suppono contra Lutherum & Caluinum, nullum esse præceptum datum homini secundum eius vires seruatu impossibile moraliter, multò minùs physicè, ita vt gratia desit, quâ implere sufficiat præceptum, quando illud obligat, aut quando vult ipse homo implere. Catholica n. sententia, *Deus homini nil præcipit impossibile*, rectè tribuitur Augustino (cuius contraria Baij, dãnata est ordine 54.) *lib. de nat. & gra.* c. 69. *Firmissimè creditur, Deum iustum & bonum impossibilia non potuisse præcipere*: de peccat. meritis lib. 2. c. 6. *Dubitare non possum, nec Deum aliquod impossibile homini præcepisse.* idque colligit ex sacris script. *Vbi*, lib. & gra. & lib. arb. c. 2. inquit, *dicitur, noli hoc, noli illud, & vbi ad aliquid faciendũ vel nõ faciendum in diuinis monitis opus voluntatis exigitur, satis liberum demonstratur arbitrium.* Hinc illa *Triden.* oracula *sess. 6. c.* 11. *Deus impossibilia non iubet* &c. *Deus suâ gratiâ neminem deserit, nisi prius deseratur.* Idcirco grauius erraret, qui diceret, impotentiam implendi præcepta reperiri etiam in iustis: nam qui iustus est, non deseruit: ergo nec gratiâ actuali desertus est. *Nulla in iustis.* Alioqui si priùs naturâ quàm peccaret, desereretur quis auxilio gratiæ ad implendum præceptum necessario, nunquam peccaret, dum peccat: quia præceptum de non peccando esset seruatu impossibile. Qui autem necessariò peccat, non peccare non potest; quod est omne peccatum tollere, cùm non peccet quis, nisi possit non peccare, ex *August. lib. de duab. anim. c.* 12. *Summa iniquitatis & insaniæ est vt peccati reus quisquam teneatur, qui non fecit, quod facere non potuit.* Nulla proinde essent omissionis peccata, nulla commissionis, si liberum non sit ab ijs abstinere. *Hoc enim habemus in potestate, quod cùm volumus, possumus; præceptum verò idem nobiscum agit, vt quod iam est in potestate, faciamus: si nondum est in potestate, oremus nobis potestatem dari vt quod præceptum est faciamus: idem lib. 3 con. Maxim. c.* 14. Certè Tyrannorũ nullus fuit, nec erit, qui legem imponat ijs, qui eam obseruare non possint; & pœnas exigat, si impleta non sit; aut auxilia deneget ad implendum præceptum ab ipso latum necessaria, quæ in ipsius præcipientis solius potestate sint. *Nec in alijs.* Certè *nemo potest ad impossibile obligari*, Regula iuris in 6. *Iustè nobis instat præcepto, qui præcurrit auxilio*, ait Leo serm. 16. de Passio. *Deus possibilia mandauit, hoc nulli dubium est*, ait Hieron. 3. con. Pelag. *Quid enim ipsa diuina præcepta prodessent homini nisi haberet liberum voluntatis arbitrium, quo ea faciens ad promissa præmia perueniret?* ait August. *de gra. & lib. arb. cap.* 2. At quo pacto liberum habebit voluntatis arbitrium, si Deus deneget auxilia sufficientia, quibus præcepta implere possit? dicet quis, hunc præceptorum vsum esse, significari homini, vt si fortè possit, faciat, quod iubetur: si non possit, propriam infirmitatem doleat, & oret pro viribus impetrandis. Sed contrà: quid si nec adsit spiritus orandi, nec certò impetretur auxilium? nemo dicet, pedibus mutilo non frustra esse præceptum ambulandi, quasi verò significet, vt si possit, ambulet; si non possit, doleat; & petat vt possit, licet linguam non habeat, quâ id petere possit: cùm præcipiens, qui solus potest pedes dare, nolit vt ambulet. Licet igitur præcepta difficilia appareant peccatoribus, ijs tamen facilia fiunt, *cùm fortis & potens eorum voluntas præparatur à Domino, ex August. lib. 1. Retract. c.* 22. Cæterum præcepta diuina ex se difficilia non sunt, multò minùs impossibilia, attestante veritate: *Iugum meum suaue est: Matth.* 11. *Latum mandatum nimis:* Psalm. 118. *Mandata eius grauia non sunt. Ioan.* 5.

320. Dico primò. Ad nullum præceptum ex proximo obiecto virtutis implendum, requiritur necessariò gratia habitualis antecedenter, sed ad summum concomitanter, aut consequenter. Prima pars prob. nullus est actus ex proximo fine honestus, aut supernat. qui fieri non possit ab homine cum solo auxilio Dei: ergo nullus est actus præceptus, qui necessariò requirat gratiam habitualem antecedenter: non enim vt principium effectiuum operis præcepti, cùm omnis efficientia habitus supperi possit per auxiliũ actuale, ergo nullo modo. *Gratia hab. ad præceptum non est necessaria ex obiecto antecedenter.*

321. Secunda pars constat in præceptis de dignè fumendis sacramentis: quæ vt honestè & secundùm virtutem seruentur, requirunt vt circumstantiam condignè dispositionis, gratiam habitualem comitantem saltem probabiliter putatam. Excipio Sacramenta, quę instituta sunt ad primam gratiam conferendam; nequeunt enim hanc per modum condignę dispositionis prærequirere, sed ad summum exigunt consequentet tanquam effectum. Idẽ dicendum de præceptis condignè conficiendi sacramenta: nimirum quæ etiam, vt ex virtute impleantur, exigunt per modum condignæ dispositionis in ministro gratiam habitualem comitantem, probabiliter saltem putatam. *Sed concomitanter.*

Tertia pars vera est tum in præcepto charitatis & contritionis, quę gratiam postulant saltem consequenter: tum in præceptis de suscipiendis sacramentis baptismi & pœnitentię: quæ si dignè suscipiantur, gratiam conferunt. An dari possit sacramentum informe, ac præcepto charitatis & contritionis verè quis satisfaciat, si quantum est de se, conetur ad actũ, etiam si defectu alicuius circumstantię inuincibiliter ignoratæ illum non attingat, ac proinde gratiam non consequatur, *suo loco.* *Aut consequenter*

322. Hinc collige, reliqua præcepta honestè & secundùm virtutem seruari posse sine gratiâ habituali tam consequenti, quàm comitanti; vt patet tam de moralibus, quàm supernat. fidei & spei: nullus n. ex his actibus est vltima & proxima dispositio ad gratiam: nullum est debitum exercendi hos actus in statu gratię.

323. Dico 2. Ad seruandum præceptum quoad substantiam, cuius motiuum supernat. est, necessariò requiritur auxilium supernat. secus quando motiuum est naturale. Prior pars prob. cùm motiuum sit de essentiâ actûs, non potest elici actus, nisi attingatur ipsum motiuũ: at nequit motiuum supernat. attingi, nisi auxilio supernat. ex *præced. sect.* Quo fit, vt præcepta supernat. fidei, spei, charitatis, pœnitentię, & reliquarum virtutum infusarum, nequeant seruari absque speciali auxilio Dei: ex *Triden. sess. 6. can.* 3. asserente, priora 4. sine Spiritus S. inspiratione atque adiutorio seruari non posse, *vt oportet.* Posterior prob. quando motiuum non est supernat. attingi potest tota substan-

324. tia actus

tia actus præcepti absque auxilio supernat. ergo seruari potest tota substantia præcepti absque auxilio supernat. Hinc sequitur, quodlibet præceptum tam naturale, quàm diuinum, cuius motiuum supernat. non est, seruari posse quoad substantiam sine speciali auxilio.

325. *Possunt aliqua præcepta quoad substantiã actus seruari actione humanâ peccaminosa.*

Sequitur, posse aliqua præcepta quoad substantiam actus seruari actione humanâ peccaminosâ: sc. duo sunt genera præceptorum: alia, quorũ bonitas tota perficitur in actu interno: alia quorum bonitas consũmatur in actu externo. Prioris generis sunt, Deum diligere, sperare, de peccatis pœnitere, & cętera eiusmodi. Secundi sunt, ius suum alteri tribuere, eleemosynam largiri, pia loca inuisere, &c. Priora seruari non possunt, nisi ex honesto motiuo virtutis: quia tota substantia eorum consistit in ordine ad tale motiuum virtutis: est .n. expressus affectus talis honestatis. Vnde variato affectu, variatur ipsa substantia actus præcepti: ergo nequeunt hęc præcepta quoad substantiam impleri actione peccaminosâ, quę est affectus substantialiter diuersus ab affectu studioso, in quo illa consistunt. Posteriora seruari possunt quoad substantiam actione prauâ: quia id, quod primariò cadit sub præceptum in his actibus, est bonitas externę operationis, quę semper est eadem in ordine ad proximum obiectum & circumstantias, etiamsi mutetur affectus.

326. DICO 3. Non potest homo in hoc statu naturæ lapsæ potentiâ morali, absque speciali auxilio gratiæ intùs mouentis, seruare quæcunque præcepta naturalia difficilia, aut omnia longo tempore, sine dono gratiæ nõ solùm mouentis, sed etiam iustificantis; non quidem antecedentis, sed consequentis: quãuis possit aliqua præcepta naturalia faciliora, sine vllo auxilio indebito, proprijs viribus, quoad substantiam actûs seruare. S. *Thom.* 1.2. *qu.* 109. *ar.* 4. in quo docet, potuisse hominem in statu naturæ integrę omnia mandata legis, quantum ad substantiam operum sine gratiâ implere: in statu corruptæ non posse, neque quoad substantiam

327. omnia sine gratiâ sanante seruare. Ita *Medina hoc art.* Prob. quoad 1. part. præcepta difficilia dicuntur quę in sui obseruatione graues includunt tentationes: hæ non nisi speciali auxilio Dei superari possunt, vt 4 *sect.* Secundam partem nonnulli

328. *Non potest homo omnia mandata legis natur. diu sine gra. seruare.* putãt esse dogma fidei, ex *Mileni.* & *Araus.* contra Pelag. qui errabat, 1. posse hominem viribus naturę corã Deo iustificari, credendo, sperãdo, diligendo, pœnitendo: 2. posse eundem sine gratiâ vniuersam legem implere. Verùm censura mihi non prob. 1. quia hanc sent. sequuntur *Durand. Gabriel, Scotus in* 2. *dist.* 28. etsi hic §. *Ad qu.* doceat, non posse ho-

Non est dogma fidei minem in hoc statu longo tempore legem seruare, quin tandem vel iustificetur, vel in nouum incidat peccatum: id tamen non dixit propter impotentiam humani arbitrij, vt ipse testatur, sed quia non potest homo longo tempore legis præcepta seruare, quin tandem incidat in aliquod præceptum, cuius actu, si illud seruabit, de congruo saltem ad gratiam iustificantem se disponet, & sic iustificabitur: aut certè, illud non seruando, peccabit. Tale est præceptum charitatis naturalis erga Deum in sent. *Scoti.* 2. quia præcipua mens Concilij *Mileni* & *Arausi.* fuit, definire contra Pelag. non posse hominem absque gratiâ seruare legem & præcepta meritoriè, vt *sect.* 4. 5. & *in Epist.* 5. *August.* Patres

Illustre testimo. Africanorum apertè testantur, de ea tantùm gratia fuisse cum Pelagio controuersiam, *Qua prædestinati vocamur, iustificamur, glorificamur*: & hanc tantùm docent appellari gratiam iuxta doctrinam Apost. *Qua saluamur & iustificamur ex fide Christi.* 3. quia *cit. Patres* explicari possunt de vniuersâ lege tam naturali, quàm diuinâ simul, quę quia includit multa præcepta supernaturalia, seruari non potest absque speciali auxilio per Christum.

Assertio vel eo solo nomine mihi vera esse videtur, quia Patrum & Concil. doctrinæ valde consentanea & conformis: qui dum principalem propos. definiunt, hanc non obscurè subindicant, vt ex *præced.* constat. Contrà tamen videtur illud *Deuter.* 20. *Mandatum hoc, quod ego præcipio tibi, non supra te est, neque procul positum*: & ad Rom. 2. *Gentes, quæ legem non habent, naturaliter quæ legis sunt, faciunt.* Vtrumque vniuersa legem naturalem subindicat posse humanis viribus adimpleri. Verùm prius testim. *Abulen.* & *Lyra.* explicant, de facilitate non adimplendi legem, sed cognoscendi: alij de facilitate, quam Iudæi habebant ex Spiritu fidei & gratiæ illã seruandi. Nam licet legem natur. seruare non potuissent absque gratia, ea tamen ità singulis & omnibus parata erat, vt necesse non fuerit, vel *mare transfretare*, vel *ad cælum ascendere*, ad eam habendam, cùm propè fuerit, *In ore, & corde* vniuscuiusque. Posterioris testim. sensus non est, vt omnia, sed aliqua legis præcepta naturaliter seruari possint. ex eo .n. hoc ad sũmum colligitur.

329. *Dogma affine fidei.*

330.

Tertia asser. Pars, quòd non possint omnia legis natur. mandata longo tempore seruari sine gratia iustificante, non antecedente, sed consequente, prob. quia licet gratia habitualis non sit necessaria vt principium operis, ad hoc .n. sufficit actualis, ea tamen necessaria est per modum termini consequentis. Quia non patitur Deus, ad longum tem- *Ratio* pus spiritu contritionis & amoris in Deum priuari, qui diu ex peculiari auxilio per Christum omnia legis naturalis mandata seruauit. Imò hoc ipsum est signum, Deum velle talem hominem suâ gratiâ iustificare, quem diu ad legis natur. præcepta seruanda iuuit. Cùm hęc obseruantia sit quędam saltem remota dispositio ad gratiam; & dispositio semper ab agente conferatur cum intentione ad vltimam formam. Quarta pars assertionis constat ex *sectione* 3. & 4.

331.

SECTIO VII.

An possit homo sine gratia habituali mortalia vitare?

332. DVplex hîc error: Alter Manichæi, ex S. *Tho. qu.* 24. *de veri. art.* 12. arbitrantis, non posse hominem in hâc vitâ peccata vitare. Cuius hæresim diu sopitam excitarunt *Luther.* & *Caluin.* asserentes, homines fatali quâdam necessitate ad peccata impelli; omnia opera iustorum esse peccata, ea tamen Deum propter suam misericordiam prædestinatis non imputare: Alter Pelagij, ex *Augustin. lib. de hæres. hær.* 88. docentis, posse hominem in hac vita omnia peccata, etiam venialia proprijs viribus cauere; quin eò vsque proficere posse, vt nullam habeat maculam, neque rugam. Vterque damnatur à *Triden. sess.* 6. *Can.* 7. 23. 25.

Error

Pelagij

333. Statuendum 1. contra Pelag. neminem posse sine gratiâ à peccato resurgere, ac proinde non posse omne peccatum sine gratiâ vitari: 2. in nullo statu posse hominem omnia peccata sine gratiâ præcauere: nam in statu naturę elevatę saltem peccata omissionis contra præcepta supernat. sine gratiâ vitari non possunt, cùm non vitentur nisi obseruantiâ ipsorum, ex gratiâ supernat. In statu

Refellitur

pure

puræ naturę nequeunt vitari omnia peccata contra prȩcepta naturalia, absque gratiâ saltem actuali. Nam eadem ratio est de obseruatione vniuersæ legis naturalis, ac de vitatione omnium peccatorum contra illam. At prob. *sect. præced.* non posse hominem viribus proprijs totam legem naturalem seruare: ergo nec omnia peccata contra illam vitare. Vnde *Scot. in 2. dist. 28. qu. vn. §. contra hoc Duran. qu. 3. nu. 10. Gabri. qu. vn. art. 2. concl. 2.* cohærenter ad ea, quę de obseruatione totius legis naturę suprà docuerant, affirmant, posse hominem in hoc statu naturę corruptę sine gratia vitare singula, & omnia mortalia. Ex dictis autem constat, nec posse singula mortalia contra graues tentationes, sed tantùm faciliora sine peculiari auxilio vitare.

334. *Sola cõtro. superest.*

Ratio dub. pro affirmatiuâ parte

Quæritur: An possit in peccato existens, sine gratiâ habituali, non exclusâ actuali, quæ nulli viatori denegatur, prȩcauere omnia, & singula mortalia. Ratio dubit. pro parte affirm. est, quia homo per solum auxilium actuale, absque gratia habituali sufficienter constituitur potens ad euitandum quodcunque mortale: alioqui non esset absq; gratia habituali liber ad euitanda mortalia. Ratio dubit. pro negatiua est authoritas *S. Thom. 1. 2. qu. qu. 109. art. 8.* quem sequuntur recentiores, & multi ex antiquis *Schol.* dum affirmant, hominem existentem in mortali facilè labi in alia peccata: ex *Ierem. 23. Propheta & Sacerdos polluti sunt: idcirco via eorum erit quasi lubricum in tenebris; impellentur enim & corruent in ea.* Thren. 1. *Peccatum peccauit Hierusalem, propterea mobilis facta est.* Idem *Mileuit can 3.* definit sc. gratiam, quâ iustificamur, non solùm nobis dari ad remittenda peccata commissa, sed etiam in adiutorium, ne iterum committantur: Igitur aliquod adiutorium ad vitanda peccata deest illi, qui habituali gratiâ caret: *& Arausc. can. 13.* statuit, humanum arbitrium, peccato protoparentis infirmatum, non nisi per gratiam Baptismi, quæ est habitualis, reparari posse, ne videlicet in peccata labatur. Idem tradunt *Gregor. hom. 11. in Ezechi. colu. 6. Peccatum, quod per pœnitentiam citiùs non deletur, aut peccatum est, aut causa peccati simul & pœna peccati:* dum .n. per pœnitentiam non deletur, aliud ad se trahit: Et *author operis imper. in Matth. c. 21. Sicut nauis fracto gubernaculo illuc ducitur, quo tempestas appulerit: sic peccator diuinæ gratiæ auxilio per peccatum perdito.*

335. Dico, non posse hominem in mortali existentem diu à nouo mortali cauere, atque adeò non posse hominem sine iustitia habituali ad longum tempus mortale vitare. *S. Tho. cit. & 3. con. Gen. cap. 160.* & *qu. 26. de veri. ar. 12.* quem *cit. locis* explicant & sequuntur *Caiet.* & *Ferrar.* Intelligendus est de impotentia non physica, sed morali, quę oritur ex peccato commisso, & nondum retractato. Etenim qui est in statu peccati, priuatur vberiori auxilio tam externæ protectionis, qua peccandi occasiones vel omninò præpediuntur, vel certè minuuntur; quàm internæ inspirationis & excitationis, quâ Deus iustorum mentes vt propria templa sæpius visitat, eas lumine suæ gratię illustrando atque inflammando. Defectu cuius vberioris auxilij, quod Deus solis iustis iure filiationis tribuit, meritò dici potest homo instabilis factus, ac veluti nauis sine gubernaculo diuinę gratię, omnium tentationum ac passionum procellis expositus. Cum hac priuatione coniunctus est prauus affectus erga commutabile bonum, & inordinatum amorem sui, quem peccator vt vltimum finem in omni mortali virtualiter intendit. Cum hoc prauo affectu coniuncta est auersio ab vltimo fine vero, & charitate Dei. Quo fit, vt voluntas peccatoris inordinatè adhærens per affectum, saltem habitualem, bono creato, & auersa per virtuale odium à bono increato, occurrente tentatione naturaliter feratur in bonum commutabile, quod sibi constituit vt finem vltimum suarum actionum, spreto bono incommutabili, à quo iam per inordinatum amorem sui recessit: sicut qui affectus est erga aliquem finem, naturaliter eligit, quæ ad illum conducunt, nisi per assiduam rationis vigilantiam ab illo se subducat. Cùm igitur difficillimum sit, & moraliter ferè impossibile in tam variâ humanæ mentis occupatione, & negotiorum multitudine, semper assiduam rationis vigilantiam seruare, fit, vt moraliter non possit peccator diu sine nouo peccato perseuerare. Item qui sciens & volens in peccato perseurat, à peccato non retrahitur, vel propter offensam, quam peccando Deo infert, cùm iam sponte elegerit esse in continuâ offensa Dei; vel propter damnum, quod peccatum affert, cùm iam tale damnum per præcedens peccatum incurrerit. Vnde cùm nihil sit, quod illum à nouo peccato abducere possit, multa verò, quæ illum in noua peccata inducant, sequitur, vt moralem necessitatem contrahat in noua semper peccata incidendi.

Alius discursus illâ augens

336. Non est vna eademq; impotẽtia moralis euitandi omne mortale in quolibet peccatore: siquidẽ in vno potest esse maior quàm in alio, prout maior, vel minor. ad peccandum dispositio præcesserit. Vnde notat *Caiet. in cit. art. 8.* tripliciter posse aliquem esse in p. morali. 1. formaliter & scienter vt qui sciens & volens est in illo: 2. formaliter & scienter, non per se ratione mortalis expresse voliti, sed per accidens, ratione facti, cum quo coniunctum est formaliter mortale: vt qui ex ignorantiâ iuris non excusante, fecit contractum vsurarium: 3. ratione facti tantùm, vt qui diligenter, non tamen sufficienter se discutit: hic neque sciens neque volens est in mortalis. Primus dicitur esse in p. mortali, affectu: 2. affectu ex parte obiecti, per accidens ratione peccati ob ignorantiam: 3. facto tantùm. Inter hos pronior ad peccandum est primus, qui formaliter & scienter vult esse in peccato: nam sæpè illi necesse est, vt occurrat materia, ad quam vel est inordinatè affectus, vel alia, quę cum ea colligantiam habet. Ac proinde ex affectu erga vnum, sępè necesse est, propter connexionem labi in alia. Vt *August. lib. de vera relig. cap. 45. fine* dixit, quòd superbus necesse habeat, alijs inuidere; quia dum propriam excellentiam inordinatè quærit, oportet alterius excellentiæ, quę proprię derogat, inuideat. Pari modo qui affectus est ad fornicandum, facilè incidet in furtum, quo vt medio indiget ad fornicandum. Quia ratione praui affectus, & finis mali prȩconcepti, pronior est ad alia etiam peccata committenda: nam & caret prȩmeditatione assiduâ, nec à peccato abducitur vel propter offensam Dei, vel propter irreparabile damnum sui: siquidem ex suppositione præcedentis peccatis expresse voliti, vtrumque malum scienter vult. Qui verò erga peccatum affectus est 2. modo ratione obiecti, per se tantùm propensus est ad peccandum circa eam materiam, circa quam laborat culpabili ignorantiâ iuris, non circa alias, circa quas non habet prauum affectum, nec malum finem expresse præconceptum. Qui verò est in mortali 3. modo, non habet tantam difficultatem à nouo peccato prȩcauendi. Quamuis enim vt infensus Deo priuetur abundantiori

Tripliciter potest aliquis esse in peccato mortali.

Moralis impotentia ad peccata vitanda ratio

abundantiori auxilio, defectu cuius non est ita promptus & expeditus ad superandas occurrentes tentationes, ad mortale prouocantes, quia tamen nullum habet finem malum præconceptū, nullum habet prauum affectum ad peccatum, nec ex parte operantis, nec obiecti: ideò maiorem facilitatem habet hic ad peccata vitanda, quàm reliqui duo præcedentes.

337. *Varia solutiones: vera* Ad rationem dubit. vera ex varijs solutio est: non repugnat vt rectè *Fert. 3. con. gent. c.* 160. cum impotentia morali ad omnia collectiue (quæ oritur ex instabilitate voluntatis, quæ de se idonea non est diu seruare eundem operādi modum, præsertim cum continua sensus resistentia) potentia libera ad singula distributiuè; quia in singulis distributiuè non militat inconstantia voluntatis, quæ causatur ex varia propositione obiectorum, & nimia defatigatione in resistendo appetitui inferiori: quę, vt patet, longum tempus requirunt, vt voluntatem, etiam cum omnibus ad operandum sufficienter requisitis, moraliter necessitent ad aliquod peccatum.

338. *Obijcies* *Obijcies* 1. Eadem est potentia ad omnia collectiuè, & ad singula distributiuè: ergo si ad singula distributiuè peccator habet moralem potentiam, *Probat 1.* eandem habebit ad omnia collectiuè. Antec. prob. 1. in ordine ad potentiam non maiorem difficultatem dicit tota collectio, quàm singula distributiuè: quia tota collectio non includit nisi singula peccata successiuè à potentia vitanda. 2. valet hic modus argumentandi in potentia physica; ergo etiam in morali. Antec. prob. potentia progressiua, quæ potest in centum passus distributiuè, potest in eos- 2. dem collectiuè. 339. *Confirm. 1.* Confirm. 1. Valet hoc argu. Confirmati in gratiâ habent potentiam moralem ad euitanda singula mortalia distributiuè; ergo eandem habent ad euitanda omnia collectiuè. Ergo etiam valebit in non confirmatis: quia pariter habent omnia antecedēter requisita ad vitāda singula & omnia mortalia. 2. Si peccator haberet in toto collectiuo impotentiam moralem ad euitanda omnia mortalia, non peecaret formando hunc actum. *Nolo pro hac statu, in quo non sum potens moraliter, vitare omnia peccata mortalia collectiuè*, sicut non peccaret qui formaret hunc actum, *Nolo vitare omnia peccata venialia collectiuè*; eodem namque modo peccator ad illa, sicut iustus ad hæc, caret potentia morali ad omnia collectiuè. Vnde vlteriùs sequeretur, non fore reum voti, qui existens in mortali voueret se ab omni mortali in posterum abstenturum, si postea in aliquod mortale incideret: quia votum non tenet de ijs, ad quæ moralem potētiam non habemus. Sicut nec teneret votū de vitandis omnibus venialibus collectiuè. Resp. neg. 340. *Secundò* antec. 341. *Ad 1. prob.* eiusque 1. prob. Successiua .n. collectio peccatorum, præter peccata ipsa, importat determinatum tempus, in quo, supposstâ naturali inconstantiâ voluntatis, & praua dispositione peccatoris, moraliter est impossibile, vt toto eo tempore constanter homo seruet eundem rectè operandi modum: quod determinatum tempus non important peccata distributiuè sumpta; nec moralis impotentia constanter seruandi eundem modum rectè operandi exercetur penes actiones singulas distributiuè, sed penes omnes collectiuè. *Ad 2.* Ad 2. prob. neg. conseq. potentia .n. physica cùm sit naturaliter & ab intrinseco determinata ad vnum, semper seruat eundem modum operandi. Quo fit vt si termini, in quos illa apta est ferri, eodem modo sumantur in distributiuo, ac in collectiuo, necessariò seruabit eundem modum operandi. Potentia verò moralis, cùm sit ab intrinseco indifferens & variabilis, non semper seruat eundem operandi modum, sed illum pro libitu variat iuxta varia motiua, quæ illi successiuè ab intellectu & sensu proponuntur. Vnde etiamsi sint ijdem termini in distributiuo & in collectiuo, quia tamen in collectiuo, præter terminos, inuoluitur tempus determinatum, in quo illi attingendi sunt, talis forma argumentandi à distributiuo ad collectiuum valet in potentiâ physicâ, non in morali.

342. *Disparitas* Ad 1. confir. Resp. 1. in confirmatis in gratiâ potentia moralis ad euitanda singula mortalia non sumitur antecedenter & in actu 1. indifferens ad vtrumlibet, sed consequenter & determinata per actum 2. ex suppositione diuinæ præscientię. Quo fit, vt ex potentia morali ad singula mortalia in totâ vitâ cauenda, non sequatur moralis impotentia ad omnia collectiuè vitanda: quia non sumitur potentia vt formaliter variabilis: est .n. formaliter variabilis sumpta antecedēter & in actu 1. ad vtrumlibet indifferens, non sumpta consequenter & in actu 2. determinata ex suppositione. Verùm, quia hoc argum. fieri posset de potentiâ confirmatorum sumptâ antecedenter & in actu 1. Ideò

343. *Resp. 2.* Resp. 2. tali casu non sequitur impotentia moralis in toto collectiuo, quia ipsa tollitur à Deo per specialia auxilia continuata per totam vitam, quibus voluntas Confirmati in singulis occasionibus & actibus in bono firmata redditur moraliter potens, etiam ad omnia collectiuè: nam per moralem determinationem ad singulas actiones distributiuè exercendas; resultat etiam moralis determinatio & potentia ad omnes collectiuè exercendas. Ideò enim absque specialibus auxilijs voluntas est moraliter impotens ad vitanda omnia mortalia collectiuè, quia non supponitur determinata determinatione consequente ad vitanda singula distributiuè, sed potiùs indifferens: & quia moraliter non solet semper ad eundem modum operandi, maximè si difficultatē inuoluat, se determinare. inde oritur moralis impotentia ad omnia. *Ex indifferentia ad singula oritur moralis impotentia ad omnia.*

344. *Ad 2. Confirm.* Ad 2. neg. sequel. 1. quia etiamsi quis moraliter nequeat omnia mortalia vitare, non tamen ei licebit hunc actum formare, *Nolo omnia peccata vitare*: quia cùm talis impotentia oriatur ex defectu nostri, semper tenemur, quantum in nobis est, talem defectum superare. Qui autem haberet animum non vitandi omnia mortalia, complaceret sibi in tali impotentia & defectu culpabili. 2. qui existens in mortali eliceret hunc actum, *Nolo vitare omnia mortalia*, approbaret statum mortalis, in quo iaceret, cùm hæc impotentia proueniat ex statu mortalis, in quo voluntariè perseuerat, cùm possit cum Dei auxilio sibi præparato à peccato resurgere. Nec est eadem ratio de venialibus; quia cùm moralis impotentia hæc omnia vitandi non oriatur ex aliquo impedimento moraliter à nobis superabili, non hoc ipso, quo quis formaret hunc actum, *Nolo omnia venialia collectiuè vitare*, simul animum haberet perseuerandi in aliquo peccato, ex quo talis impotentia oriatur. Vnde neg. vltim. sequel. nempè non esse reum voti illum, qui existens in mortali voueret, se in posterum ab omni mortali abstenturum: 1. quia potest à mortali resurgere, atque adeò moralem potentiam ad reliqua vitanda sibi comparare: 2. licet habeat moralem impotentiam ad omnia collectiuè, habet tamen moralem potentiam ad singula distributiuè: & quia votum primariò cadit in singula distributiuè, non euitando singula distributiuè, ad quę habet moralem potentiam, fit reus & fractor voti: Cæterùm tale *Quid de voto vitandi omnia?*

votum

votum non teneret de omnibus venialibus: tum quia omnia vitare absque speciali priuilegio, quod Deus secundùm potentiam ordinatam nemini concedit, est simpliciter impossibile. Neque ad talem potentiam potest homo aliquo modo, etiam cum auxilio ordinario gratiæ, se disponere, sicut potest ad potentiam vitandi mortalia, surgendo à statu peccati. 2. multa venialia committuntur ex surreptione, supra quę cadere non potest votum: quia solùm cadit supra actionem perfectè liberam.

345. *Obycies.* *Obycies* 2. Non est gratia habitualis, quæ naturæ infirmitatem, ex quâ oritur impotentia moralis vitandi omnia mortalia collectiuè, sanat, sed actualis: hanc autem vnusquisque habet, etiamsi in mortali existat. *Prob.* 1. Maior prob. 1. quia gratia habitualis non est operatiua, infirmitas autem naturæ, cùm sit infirmitas ad operandum, non sanatur nisi per gratiam operantem: 2. sublatâ gratia habituali, & positâ tantum actuali, natura fit potens ad operandum: contrà verò, sublatâ actuali; & positâ tantùm habituali, natura est impotens ad operandum. Vnde ex *S. Tho.* 1. 2. *qu.* 109. *art.* 8. potuit homo in statu naturę integræ, sine gratiâ habituali vitare omnia mortalia contra legem naturalem; Et *Triden. sess.* 6. *can.* 22. definit, neque iustificatum sine speciali auxilio Dei in acceptâ iustitia perseuerare posse: 3. vt arguit *Duran. in* 2. *dist.* 28. *qu.* 3. *nu.* 9. non plus tollit priuatio quàm ponat habitus: sed gratia habitualis non ponit in animâ potentiam ad operandum bonum, sed solùm efficaciam & dignitatem ad merendum: ergo talis potentia remanet, etiam sublatâ gratiâ habituali. Minor prob. 1. quia id docet *Triden. sess.* 14. *cap.* 4. vbi definit, peccatorem ex Spiritûs S. impulsu nondum habitantis, sed tantùm mouentis, de præteritis culpis atteri posse: 2. si peccator gratiam actualem sibi præparatam non haberet, nunquam posset à peccato resurgere, quia non potest absque eâ gratiâ resurgere.

346. *Gratia habitualis sanat naturæ infirmitatē in ordine ad operandum radicaliter & consequenter.* Resp. Gratiam habitualem sanare naturæ infirmitatem in ordine ad operandum, non formaliter & per se, sed radicaliter & consequenter. Cùm .n. sit forma constituens subiectum amicum & filium adoptiuum Dei, secum affert omnia ea auxilia & quotidianas excitationes, quæ de lege ordinariâ debentur amicis & filijs Dei; & saltem cum eâ abundantiâ & perennitate, quâ cõceduntur iustis, denegãtur peccatoribus; qui ideò redduntur moraliter impotentes ad euitandum longo tempore mortale. Patet ad omnes prob. verum .n. est, infirmitatem naturæ in ordine ad operandum formaliter sanari per auxilia actualia, per quæ inspirantur piæ ac sanctæ cogitationes, & affectus indeliberati, quibus anima excitatur ac roboratur ad bonum operandum, & malum fugiendum. Hæc tamen omnia radicaliter habentur per gratiam habitualem. Ad Concil. *cit.* concedo, non posse iustificatum sine speciali auxilio in accepta iustitia perseuerare: doceo .n. requiri gratiam habitualem ad vitanda omnia mortalia, nec excludo auxilium speciale, sed tantùm affirmo, hoc non dari existenti in mortali. Ad rationem *Duran.* concedo gratiam habitualem formaliter non ponere, nisi efficaciam & dignitatem ad merendum; consequenter verò & radicaliter, ratione habituum supernat. & auxiliorum vberiorum, quę secum affert, ponere etiam potentiam perfectè operatiuam: quam sicut priuatio gratię consequenter tollit, ita oppositus habitus consequenter ponit. Ad Minor. concedo, existentem in mortali, non priuari omni auxilio gratiæ actualis, quia non priuatur auxilio sufficienti, priuari tamen in pœnam peccati auxilio actuali superabundanti, defectu cuius redditur moraliter impotens ad euitandum longo tempore nouum mortale. Hinc patet ad *vit. Triden.* quia cùm peccator non careat omni auxilio gratiæ, interdum excitatur aliquo impulsu Spiritûs Sancti.

347. *Ad* 1. 348. *Ad* 2. 349. *Ad* 3. 350. *Ad Triden.*

351. *Non potest iustus absq; speciali priuilegio, vitare omnia venialia.* Sequitur, non posse iustum absque speciali priuilegio, quod solùm B. Virgini concessum creditur, vitare omnia venialia. 1. pars definita est in *Triden.* 6. *sess. can.* 23. Ex *Eccl.* 7. *Non est homo iustus in terrâ, qui faciat bonum & non peccet.* *Prouerb.* 24. 1. *Ioan.* 1. *&c.* Fundam: auxilia, quibus de facto vitantur omnia venialia collectiuè, nulli iusto viatori debentur, cùm excedant ordinarium modum operandi cuiuscunque iusti viatoris: debent enim huiusmodi auxilia naturam à fomite sanare, ne sæpè contra rationem à sensu præuenta in peccata surreptitiè dilabatur. Qui modus operandi, vt per se patet, excedit ordinarium statum iusti viatoris. Scripturæ autem cùm vniuersaliter testentur, omnes quantumuis iustos & sanctos in hac vita peccare, nemo ab hac vniuersali lege eximitur, nisi B. Virgo, propter dignitatem diuinæ maternitatis, quæ vt fuit singulare priuilegium supra puras creaturas, ita debuit cum illo hoc aliud annecti, ne Regina Angelorum, haberet subditos sanctiores se; sc. Angelos, qui nec venialiter peccauerunt, vt *ex* 2. *Tomo* suppono.

Reginæ Angelis purior.

352. *Conciliatur libertas ad singula.* Cæterùm cum morali impotentia ad omnia collectiuè, non repugnat moralis libertas ad singula distributiuè: idque ob instabilitatem voluntatis in rectè operando: quæ infirmitas non est penes singula distributiuè, sed penes omnia collectiuè. Hæc enim includunt determinatum aliquod tempus, quod necessariò requirit operandi instabilitas. Nam instabilis dicitur, qui eundē operādi modum pro quolibet instanti ad certū tempus non seruat: Vnde necessariò requirit plura temporis momēta.

353. Conclusio nostra declaratur *Ioan.* 8. *Qui facit peccatum, seruus est peccati*, non eius tantùm, quod commisit, à quo qui deuictus est, huic & seruus addictus est, sed alterius & alterius, quorum necessitatem moralem incurrit, & miseram catenam trahit, nisi commissum detestetur: vt August. l. 8. confess. c. 5. *Suspirabam ligatus non ferro alieno, sed meâ ferreâ voluntate. Velle meum tenebat inimicus, & inde mihi catenam fecerat, & cõstrinxerat me.* Quippe *ex voluntate peruersa facta est libido; & dum seruitur libidini facta est consuetudo: & dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas*, moralis scilicet; *quibus quasi ansulis sibimet innexis, vnde catenam appellauit, tenebat me obstrictum dura seruitus.* Huc eiusdem interrogatio reuocatur *Epist.* 107. *Respondē, quomodo* per vires naturæ ad *declinandum à malo omni, & faciendum bonum* vita æterna dignum *liberum* moraliter *habemus arbitrium, quando erat sub potestate tenebrarum*, peccato mortali obnoxium? *Vndenos* sic *Deus eruit*, per gratiam vtique habitualem, *ipse vtique liberum* etiam moraliter *fecit*, quod ante non nisi physicè liberum erat, nedum per vires proprias, sed gratiæ sufficientis.

SECTIO VIII.

An præter gratiam habitualem homo indigeat alio auxilio ad benè operandum & perseuerandum?

354. *Duplex difficultas.* QVæritur 1. An etiam necessaria sit gratia actualis ad benè rectèque operandum; aut saltem, an possit cum solâ habituali bonum aliquod homo

homo præstare, quod sine illâ præstare non posset. 2. An auxilium speciale distinctum ab ordinario, quod præstatur à Deo omnibus iustificatis, necessarium sit ad finalem perseuerantiam.

354. *Prima* DICO 1. Homo iustificatus, præter gratiam habitualem, indiget tum ad opera supernatur. gratiâ actuali per modum concursus, & gratiâ excitante per modum principij moraliter adiuuantis: tum ad omnes, & singulos actus difficiles virtutum moralium auxilio aliquo præueniente. Est *S. Th.* 1.2. *q.* 109. *art.* 6. eo quòd per solum donum gratiæ habitualis infirmitas naturæ non perfectè sanatur. Intellige cum *Caiet. & Sot.* non de singulis operibus moraliter bonis, tentationibusque superandis, sed tum de omnibus operibus supernat. tum de moralibus difficilioribus, tentationibusq; grauioribus vincendis, vt *sect.* 3.4. ex Arauſ. *II. can.* 10. *Adiutorium Dei, etiam renatis ac sanctis semper est implorandum, vt in bono possint opere perdurare.* Triden. *sess.* 6. *can.* 22. *& cap.* 16. *Christus tanquam caput in membra, & tanquam vitis in palmites, in ipsos iustificatos iugiter virtutem* influit, *quæ virtus bona eorum opera semper antecedit, & comitatur, & subsequitur*; sc. auxilium præuenientis, & adiuuantis gratiæ; quarum illa antecedit ab bonum inuitando, hæc comitatur ad liberum consensum cum voluntate cooperandũ; subsequitur ad operis executionem impellendo. *Augusſ. de nat. & gra: cap* 26. *sicut oculus corporis etiam plenissimè sanus, nisi candore lucis adiutus non potest cernere: sic homo etiam perfectissimè iustificatus, nisi æterna luce iustitiæ diuinitus adiuuetur, rectè non potest viuere. Sanat ergo Deus, non solùm vt deleat quod peccauimus, sed vt præstet etiam, ne peccemus.*

Ita intellige S. Thom.

Concilia

Augusſ.

359. *Ratione prob. de actuali* Prob. de gratiâ actuali per modum concursus ad opera supernat. Etiamsi gratia habitualis per se ipsam, vel per suos habitus supernat. actiuè ad ea concurrat, adhuc opus est concursu supernat. Dei, vt causæ vniuersalis in ordine gratiæ. Vt enim nullus effectus naturalis fieri potest absque concursu naturali Dei; ita nullus effectus supernat. quoad substantiam fieri poterit absque concursu supernat. eiusdem. Prob. De gratiâ excitante per modum principij moraliter adiuuantis. Cùm hæc sit prima sancta cogitatio, & pia affectio, quę voluntatem quasi torpentem excitat & ad bonum impellit, esse nequit à gratiâ iustificante: quæ cùm sit habitus, ex se vim non habet excitandi, sed solùm cooperandi cum voluntate, quoties ab alio excitata operari voluerit, vt cæteri habitus. Eadem ratio probat ad opera moralia difficilia, tentationesque grauiores peruincendas, necessarium esse aliquod auxilium gratię præuenientis, saltem ordinis naturalis; quale necessarium est extra statum iustificationis: natura .n. per solam gratiam iustificantem non redditur propensior ad operandum, quàm foret sine illâ. Sequitur, præciso auxilio gratiæ mouentis, non magis esse ad bonum procliuem hominem iustum, quàm peccatorem; pariter enim carent proximo principio moraliad operandum, quo homo fit proximè potens, & ad bonum propensus. Cùm enim habitus non inclinet proximè potentiam ad operandum, nisi posità sufficienti excitatione ex parte intellectûs, hâc præcisâ, tam peccator, quàm iustus erunt æqualiter ad bonum propensi: eâ positâ, ex parte potentiæ habilior ad rectè operandum erit iustus, propter habitûs propensionem, seu inhærentis iustitiæ. Imò quia per iustitiam, & virtutes infusas est habitualiter conuersus ad bonum in communi, poterit cum eâdem cognitione boni moralis, naturaliter excitatâ, efficere aliquod opus moraliter bonum, quod cum eâdem cognitione extra statum iustificationis moraliter non posset: Iuxta 3. *can. Mileui.* quo definitur, gratiam, quâ per Christum iustificamur, non solùm valere ad remissionem peccatorum, quæ iam commissa sunt, sed etiam ad adiutorium, vt non committantur. Quia videlicet gratia iustificans non solùm valet, ne committantur peccata ratione auxiliorum actualium, quæ secum connaturaliter affert, sed etiam ratione sui, conuertendo subiectum habitualiter ad bonum, & per consequens habitualiter auertendo illud à malo.

357. *Prob. de excitante*

358. *Præciso auxilio gratiæ mouentis non magis est ad bonum procliuis homo iustus quã peccator.*

DICO 2. Ad finalem perseuerantiam in bono, præter auxilium de lege ordinata debitum iustis, requiritur vberius auxilium & specialis protectio Dei. *S. Doct. 1.2. q.* 109. *art.* 10. *&* videtur *Triden. sess* 6. *can.* 22. vbi definitur, iustificatum sine speciali auxilio non posse in acceptâ iustitiâ perseuerare. Quòd per speciale auxilium intelligat donum supra commune auxilium connaturaliter debitum iustis, constat *ex cap.* 13. ex quo iste canon desumptus est: vbi Concilium docet, hoc perseuerantiæ donum aliunde haberi non posse, nisi ab eo, qui potens est eum, qui stat, statuere, vt perseueranter stet. Vbi particula taxatiua, *nisi*, apertè denotat hoc donum excludere omnem ab homine iusto, cui confertur, connaturalem exigentiam, quam excludit commune auxilium debitum iustis ratione inhærentis iustitię. Fortè hac de causa idem *can.* 16. appellat illud *magnum perseuerantiæ donum.* Hoc confirmat quotidiana Sanctorum petitio, *Et ne nos inducas in tentationem.* Ex quâ colligunt Patres, hoc esse peculiare donum Diuinę largitatis; & ad illud impetrandum maximè valere assiduam orationem, quâ, *teste Triden. sess. 6. cap.* 11. iubemur petere, quod ex nobis non possumus, vt adiuuemur facere, quæ ex nobis non possumus.

359. *Secunda diffic.*

360. *Probatur ratione.*

Prob. 2. tale auxilium & protectio non debetur iusto ratione inhærentis iustitię, vel alterius supernat. habitûs: 1. quia de facto huiusmodi auxilium non datur omnibus iustis: nullo igitur iure ijs debitum est: aliàs .n. statim ac iustificati essent, iure connaturalitatis in bono confirmarentur: & donum confirmationis in gratiâ, quod Deus paucis concessit, non esset speciale priuilegium. 2. gratia viatoris est habitus subiectus libertati creaturæ, datus illi ad rectè operandum, dependenter à libero arbitrio; quod etiam per habitum gratiæ sanctificatum, manet mutabile ad oppositа. Est enim proprium gratiæ consummatæ comprehensoris, dari vt principium physicè operans independenter à liberâ voluntate beati, saltem circa primarium obiectum; vnde connaturaliter exigit continuam perseuerantiam in bono. Vt indicat *Trident. sess. 6. cap.* 13. *Formidare debent*, loquens de iustificatis, *scientes, quòd in spem gloriæ, & non dum in gloria renati sunt.* Alia ratio *S. Tho. cit. qu.* 109. *art.* 9. nullus habitus huius vitę aufert ab intellectu ignorantiam, vel ab appetitu rebellionem: ergo nullus hominem confirmat in bono. Potissima enim radix variabilitatis humani arbitrij, est ignorantia, & infirmitas: ratione illius sæpè malè eligimus; ratione huius, quæ bene elegimus, exequi plerumque non valemus. Confirm. perseuerantia, vt *cit. qu. art.* 10. definit *S. Tho.* est continuatio boni vsque ad finem vitę: ad hanc autem necessaria est peculiaris protectio Dei, qua & omnia extrinseca impedimenta, & occasiones ad malum prouocantes, tollantur, & interna auxilia ad bonum efficaciter inuitantia, iugiter conferantur.

A priori

361. *Probat S. Thomas.*

Definitur perseuer.

Obijcies 1. Quilibet iustus cum ijs duntaxat 362.

Digitized by Google

auxilijs, quæ sibi debentur ratione gratiæ Iustificantis, habet moralem & proximam potentiam perseuerandi in bono: cum quibus potest omnia & singula peccata mortalia vitare; ergo non requiritur vberius auxilium. Resp. iustum cum ordinario auxiliq habere quidem moralem eam potentiam in singulis occasionibus distributiuè, non in omnibus collectiuè: ad quod opus est vberiore auxilio gratiæ, vel interiùs mouentis per crebras congruasque cogitationes, vel exteriùs protegentis per remotionem occasionũ & impedimentorũ.

Iustus habet moralẽ potentiam ad perseuer. in singulis occas. distributiuè.

363. *Obiec.* 2. Iure filiationis, & hereditatis debetur iustis auxilium finalis perseuerantiæ. Confir. saltem hoc debetur prædestinatis, qui iure prædestinationis postulant finalem perseuerantiam in acceptâ iustitiâ. Resp. neg. antec. iure enim filiationis, & hereditatis ad gloriam, solùm debetur iustis, vt in singulis occasionibus possint perseuerare. Ratio: tam filiatio adoptiua, quàm hereditas viæ, est filiatio & hæreditas inchoata dependens à libero arbitrio mutabili creaturæ, non perfecta & consummata. Ad confirm. nego, in prædestinatis esse intrinsecum donum, tatione cuius connaturaliter illis debeatur hoc speciale auxilium ad finalem perseuerantiã. Dicitur autem tale auxilium illis debitũ, nõ ratione doni intrinsec. sed ratione decreti diuini, quod quia mutari nõ potest, ex necessitate suppositionis, illis tale auxilium confertur.

Prædestinatis debetur auxiliũ ad perseuer. ratione decreti.

364. *Obiec.* 3. Ex *Mileuit. can.* 3. vbi definitur gratia, quâ iustificamur, non solùm valere ad remissionem peccatorum, sed etiam ne iterum illa committantur: porrò iterum peccata non committere, est perseuerare. Sed gratia, quâ iustificamur, est habitualis. Resp. gratiam iustificationis ex se sufficientem esse ad perseuerandum; verumtamen ratione subiecti variabilis, dependenter à cuius arbitrio illa datur, non est moraliter & proximè potens ad talem effectum absque vberiori auxilio. Nec eodem modo Concilium voluit, eam valere ad remittenda, atque ad vitanda peccata: nam peccata remittit se solâ formaliter: præstat, ne peccata committantur, efficienter dependenter à liberâ cooperatione subiecti.

Gratia habit. virius intrinsec. sufficiens physicè

365. *Obiecies* 4. Sæpè accidit, vt vnus statim post iustificationem repentinâ morte rapiatur: alius post multa bona opera in peccatum incidens moriatur: at qui mortuus est in gratia, non accepit maius auxilium, quod non accepit ille, qui damnatus est. Resp. neg. minor. nam quod maius signum specialis protectionis Dei, quàm eo tempore hominem ad se vocare, quo dignus est paterna hereditate & gloriâ diuina? Neque.n. hoc peculiare beneficium spectandum tantùm est penes internas motiones, sed etiam penes protectionẽ extrinsecã, qua vel omnino tollantur, vel ita attemperentur pericula peccandi, vt non nisi viribus gratiæ & liberiarbitrij commensa occurrant.

Externa protectio peculiare beneficium

366. Hinc elucet, quantum hæc catholica sententia à Pelagij errore distet, qui volebat, hominem sine gratia solius naturæ viribus posse omnia Dei mandata seruare, remissionem peccatorum mereri, ab infidelitate ad fidem conuerti, fidei augmentum acquirere ac perseuerantiam; neque ad hoc orationibus indigere: interna gratia erat ei natura seu liber; arbitrij nuda facultas, nec aliam agnoscebat creatoris gratiam, nullis meritis datam, sine qua nihil æterna gloria dignum facere possimus, nullam Spiritûs S. inspirationem aut illuminationem, quæ voluntatem moueat, saltem necessariam absolutè (gratiæ genus aliquod ad faciliùs operandum requisijsse Pelagium probat Petauius *lib. vno de Pelag. hær. c.* 9.) nullum actualem impulsum, qui eius deiectas vires corroboret: externam duntaxat Christi gratiam prædicabat, legem scilicet, doctrinam, exempla Christi, quibus facultas arbitrij iuuatur, licet illa in ipsum velle nihil influant. Catholici contrà, præter habitualem gratiam, actualem agnoscunt, quæ intelligentiam intimè illustret, voluntatem permoueat, infirmasque eius vires corroborando, ipsam operandi virtutem, ipsamque operationem conferat, sic tamen vt ipsi gratiæ excitanti ac permouenti liberum arbitrium dissentire possit, eamque abijcere, si velit, iuxta *Trident. sess. 6. can.* 4. & 5.

Discrimen hæresis Pelag. & veritatis Cathol.

SECTIO IX.

An necessaria fuerit gratia ad benè operandum, tentationesque vincendas in statu naturæ integræ, quid in puræ statu?

367. PRima sent. docet, nullum opus virtutis moralis efficere, nullamque tentationem vincere potuisse hominem in statu naturæ integræ, absque speciali auxilio Dei: *Grego. in* 2. *dist.* 29. *qu.* 1. *art.* 1. *concl.* 2. *Capreo. ar.* 1. *concl.* 4. *Vasqu.* 1. 2. *disp.* 193. *ca.* 3. Fundam. Vasquez, vt *sect.* 3. natura rationalis, cùm sit indifferens ad bonum & malum, indiget extrinseca applicatione ad hoc, vel illud genus cogitationis. At iure creationis non debetur potiùs congrua, quàm non congrua ad bonum cogitatio ergo semper erit speciale beneficiũ à creatione distinctum congrua cogitatio ad bonũ. Confir. licèt voluntas humana, semel à Deo mota cogitatione congruâ, possit se ipsam mouere per consultationem & electionẽ ad alios actus; quia tamen omnis consultatio & electio in primum motum reuocari debet, ideò omnia opera bona, quę primus homo in illo statu integritatis naturæ fecit, à primâ illâ motione, quâ gratuitò à Deo prœuentus fuit, ortum habuerunt. Idem à fortiori isti authores docent de homine, & Angelo inpurâ naturâ conditis.

Fund. Vasqu.

Confirm.

368. Secunda sent. affirmat, potuisse hominem in statu naturę integræ per sua naturalia quodlibet bonum, suæ naturę proportionatum, operari, quale est omne bonum virtutis acquisitæ, diligere Deum super omnia, vt authorem & finem naturæ, implere omnia mandata legis naturalis, abstinere ab omnibus peccatis, illis contrarijs, atque in huiusmodi bono perseuerare: *S. Tho.* 1. 2. *qu.* 109 *art.* 2. 3. 4. 8. & 10. *Caiet. ar.* 2. & 4. *Sylui. cit. q. Duran. in* 2. *dist.* 29. *q.* 1. *Sot. lib.* 1. *de nat. & gra. c.* 6. à qua sent. vt *propos.* 2. affirmat *Sotus*, nullus Theolog. dissẽtit.

369. DICO 1. Homo in statu naturæ integræ nullum poterat opus ęternæ vitæ meritorium proprijs viribus efficere. *S. Doct.* 1. 2. *qu. cit. ar.* 2. &c. Fundam. opus æternę vitę meritorium excedit vires naturę creatę. Vt.n. illud sit meritorium, ordinari ac dirigi debet in finem supernat. quem viribus proprijs absque speciali auxilio creatura rationalis attingere nequit quocumq; in statu.

Sent. de fide: & cõmunis

370. DICO 2. Homo in statu naturæ integrę, præciso omni auxilio indebito, per solas vires naturales poterat singulas veritates naturales, tam speculatiuas, quàm practicas, non tamen omnes, sine speciali auxilio cognoscere. Assertionis 1. pars cõstat: quoniam si eas potest homo lapsus absque speciali auxilio, multò probabiliùs eas cognoscere poterat homo in statu naturæ integræ, in quo multò plura & aderant adiumenta, & aberant impedimenta ad eas singillatim cognoscendas.

Posterior

371. *Sine speciali auxilio non potuisset omnes veritates naturales cognoscere.*

Posterior prob. nam præcisa peculiari protectione, quâ Deus hominem in eo statu seruasset immunem ab omni malo, tam corporis, quàm animę, si à statutâ lege non deuiasset, ex vi illius status, quantumuis integri & perfecti, intellectus hominis remansisset eodem modo errori expositus sicut nunc. Nec naturæ integritas illum confirmabat in vero, sed tantùm ei subijciebat appetitũ inferiorem, vt cum facilitate ratio potuisset naturales veritates indagare: tamen in eo statu plures, citiùs, certiusque ob perfectam subiectionem appetitûs inferioris ad superiorem, veritates naturales cognoscere potuisset.

372. *2. pars concl.*

Dico 3. Homo in statu naturæ integræ absque speciali auxilio, cũ solo concursu generali, poterat & quodlibet bonum, etiam arduum virtutis acquisitæ efficere, & Deum super omnia vt authorem naturæ dilectione naturali diligere, & singula præcepta naturalia seruare, & quodcunque peccatum, tentationemve contra ius naturæ vitare: non tamen omnia aut bona virtutis moralis præstare, aut præcepta naturalia seruare, aut peccata tentationesve contra ius naturæ euincere. Prior pars est

373. *Prob. 1.* *Augustin. de bono perseu. ca. 7. Qui non infertur in tentationem, non discedit à Deo. Non est hoc omnino in viribus liberi arbitrij, quales nunc sunt: fuerat in homine antequam caderet.* Quòd loquatur de potentiâ, præcisâ gratiâ, constat ex sequ. *Quæ tamen libertas voluntatis in illius primæ conditionis præstantia quantum valuerit, apparuit in Angelis, qui diabolo cum suis cadente, in veritate steterunt.* Et paulò pòst, *Post casum autem hominis, non nisi ad gratiam suam Deus voluit pertinere, vt homo accedat ad eum; neque nisi ad gratiam suam voluit pertinere, vt homo non recedat ab eo.* Vbi apertè fatetur, id quod nunc gratiâ Dei præstare possumus, per vires arbitrij præstare potuisse primum hominem. Et *lib. 3. Hypogn. principio:* Pelagianis, qui dicebant, hominem per liberum arbitrium, vt per se sibi sufficientem implere quod velit, *Respondemus*, inquit, *neminem posse per se sibi*, id est, *per liberum arbitrium sufficere implere quod velit. Recte dicimus nisi Protoplastum solum potuisse, cùm voluntas liberi arbitrij fuisset sana eidem ante culpam.* Vnde cùm *lib. de correp. cap.* 11. docet, vt primus homo posset in bono perseuerare, habuisse ex adiutorio gratiæ, intelligendus est, vel de adiutorio originalis iustitiæ, quatenus sensum rationi subijciendo voluntatem potentem reddebat ad singula opera moralia distributiuè: vel certè de adiutorio gratiæ ad omnia collectiuè. Quæ posterior expositio magis quadrat textui. Docet enim, sine hoc adiutorio neque Angelum, neque primum hominem culpabiliter cecidisse, quia sine illo legem seruare non potuissent. Hoc autem intelligi non potest de lege naturali distributiuè accepta: nam ad illam distributiuè seruandam tam Angelus, quàm primus homo habebat etiam per aduersarios potentiam antecedentem, sufficientem ad culpabilem transgressionem. Intelligendus igitur est de vniuersa lege, prout etiam includebat præcepta supernat. quorum tantùm transgressio non fuisset primo homini, absque adiutorio gratiæ culpabilis.

374. *Prob. 2. prima pars rationis*

2. Ratio ob quam nunc homo eget peculiari auxilio per Christum ad singula hæc bona moralia ardua naturę proportionata, est, quia, præualente appetitu sensitiuo circa sensibilia, non permittitur ratio agere iuxta suam naturam circa obiectum honestum illud efficaciùs voluntati proponendo. Vnde ac honestè operandum contrà sensus inclinationem eget auxilio speciali, quo sensûs inclinatione repressâ, circa suum obiectum agere

finatur: remoto igitur impedimento ex parte sensûs, gratiâ per Christum collatâ in ordine ad opera moralia, homo statim ex se, absque alio auxilio indebito, fit moraliter potens ad operandum quodcunque bonum, suæ virtuti proportionatum. At hoc præstabat illius status integritas: ergo cum solo concursu generali, poterat homo in eo statu Deum authorem naturę super omnia diligere, tentationes etiam graues, non quidem internas, quæ in eo statu ob naturæ integritatem nullę fuissent, sed externas à dæmone propositas contra præcepta naturalia prouocantes, superare.

Posteriorem partem 1. colligo ex *Arauss. can.* 19. *Natura humana, etiamsi in illa integritate, in qua est condita, permaneret, nullo modo se ipsam creatore suo non adiuuante, seruaret.* Seruasset autem se ipsam, si absque peculiari adiutorio gratiæ potuisset singula & omnia præcepta iuris naturalis, tentationesque contra illa vitare: cùm enim præcepta supernat. sint positiua, non obligant ad semper, sed rarissimè, & non nisi in certis casibus. ergo singula & omnia præcepta naturalia, tentationesq; contra illa, superare potuisset saltem ad longum tempus, donec præceptum aliquod supernat. occurreret. 375. 2. *Pars concl. prob.*

Prob. 2. integritas illa status, seu mentis vigor, vt *Caiet.* loquitur, quamuis, subijciendo sensum rationi impedimentum tolleret, vt appetitus superior expeditè tenderet iuxta suam naturalem inclinationem in bonum honestum, non tamen tollebat intrinsecam variabilitatem, mutabilitatemve, quam homo habet ex eo quòd indifferens est ad vtrumlibet, etiam positis omnibus ad agendum requisitis: & ex eo quòd regulatur ab intellectu, varia motiua sibi proponente. Quo fit, vt opus esset ei nouum beneficium omninò gratuitum, & priori minimè debitum, quo in singulis occasionibus intrinseca illa creatæ voluntatis mutabilitas per continuata auxilia, & peculiarem protectionem Dei stabiliretur & quasi ad eundem operandi modum semper moraliter determinaretur, vt à peccato se immunem seruaret, saltem ad longissimum tempus. Dupliciter enim potest creatura rationalis ab intrinseco mutabilis in bono confirmari, aut per continuata auxilia & congruas cogitationes in singulis occasionibus oblatas, aut per claram visionem Diuinæ essentiæ: quod excedit exigentiam naturæ rationalis etiam integræ. 376. *Ratione prob.*

Confirm. non plùs præstitisset illa integritas naturæ in primo homine, quàm de facto præstat gratia sanctificans cum ordinario auxilio illi debito in homine lapso: quod enim tunc præstabat subordinatio sensûs ad rationem, amouendo impedimentum & motum indeliberatum sensualitatis, quæ rationem præuenit; præstat nunc gratia excitans, siue adiuuans, efficaciùs contra sensus inclinationem honestum proponendo. 377.

Dices. Hoc non tam est non posse, quàm actu non implere omnia præcepta: ergo licet homo in statu naturæ integræ actu non seruasset singula & omnia præcepta naturalia, dici tamen non potest, ea seruare non potuisse. Resp. cùm omninò infallibile sit, posità naturali mutabilitate creatę voluntatis, hominem sine illo speciali dono superaddito, aliquando incidere in aliquod peccatum, præceptique transgressionem incurrere, verè & propriè, moraliter loquendo, homo dici potest impotens ad ea omnia longissimo tempore seruanda: licèt magis potens quàm homo lapsus in hoc statu: sicut dicitur impotens peccatorum ad vitandum longo tempore nouum mortale; & iustus cum ordinario auxilio ad perseuerandum in bono. Hæc enim 378. *Potentia moralis ad singula, impotentia ad omnia etiã in statu naturæ integræ.*

Digitized by Google

moralis impotentia ad omnia opera honesta moralia collectiuè oritur ex intrinseca variabilitate voluntatis creatæ, quæ eadem fuisset in statu naturæ integræ, licet minor, propter subordinationem sensûs ad rationem.

379. *Ad sent. oppositas.* Ad fund. oppositæ sent. dico, non semper congruam cogitationem esse peculiare donum distinctum à conseruatione, præsertim quando illa non est ad obiectum supernat. nec datur intuitu finis supernat. & aliàs poterat ex causis naturalibus excitari. Vnde esto illa immediatè iu fundatur à Deo, non censetur distinctum donum à conseruatione, quia infunditur tanquam ab authore naturæ, supplente defectum causę 2. Nec obstat, quòd dono conseruationis illæso, infundere potuisset aliam non congruam: 1. quia esto possit aliquando negare congruam ad bonum morale, non tamen semper, saluo iure conseruationis, merito cuius creatura rationalis postulat aliquando honestè operari circa obiectum sibi proportionatum: 2. non propterea quòd Deus tribuat vni nobilius ingenium, cui saluo dono creationis, tribuere potuisset ignobilius, censetur illi distinctum à creatione donum conferre. Quia cùm homo sit naturaliter capax vtriusque cogitationis tam congruę, quàm non congruæ circa idem honestum, censebitur pertinere ad idem beneficium conseruationis, licet maius respectu illius, cui congrua cogitatio infunditur,

380. *Ad confir.* Ad confirm. si prima cogitatio congrua circa bonum virtutis moralis, non est distinctum donum à conseruatione, nec reliqua opera honesta moralia inde sequuta censenda erunt peculiaria dona gratię: cùm omnia illa fundentur in primâ cogitatione naturaliter homini debitâ.

381. *Longum & breue tempus distinguit naturam integrã lapsamque.* *Obiicies* 1. Ideò dixi *sect.* 5. non posse hominem lapsum viribus proprijs diligere Deum authorem naturæ super omnia, quia hic actus includit absolutum propositum & affectum seruandi totam legem naturalem, quam cùm seruare non valeat homo, nec talem actum proprijs viribus elicere valebit: at neque in statu integro potuisset homo totam legem naturalem sine speciali auxilio seruare: ergo nec Deum authorem naturę super omnia diligere. Resp. non ex eo tantùm: homo enim lapsus, viribus proprijs neque ea omnia præstare posset, si ad breue tempus tota lex naturalis seruanda occurreret: At in statu integro potuisset viribus proprijs totam legem naturalem seruare, tentationesque omnes contra eam vincere, ad breue saltem tempus, si seruanda occurrisset; ac proinde potuisset eo instanti, quo dilectionis actum super omnia erga Deum elicuisset, habere absolutum propositum illam seruandi, saltem pro breui tempore, quo illam seruare potuisset; etsi non ad longum

382. tempus. Infers: ergo potuisset viribus proprijs æternam salutem consequi: sicut post breue illud tempus, quo totam legem naturæ seruasset, mori: cùm igitur illi non fuisset debita pœna æterna, quia hæc non debetur, nisi mortaliter peccanti, debita fuisset æterna gloria. Resp. neg. sequel. vel enim talis homo conditus fuisset in statu integro simul cum gratiâ sanctificante, vt de facto conditus fuit; & tunc æternam gloriam consequutus fuisset, non per opera legis naturalis, viribus naturæ facta, sed per gratiam sanctificantem finaliter in eo perseuerantem. Vel conditus fuisset sine gratiâ: & tunc vel fuisset ordinatus ad finem duntaxat naturalem; & post talem obseruantiam legis naturalis, consequutus fuisset beatitudinem duntaxat naturalem, ad quam consequendam non opus est gratia, vel operibus ex gratia profectis, cùm illa consistat in sola cognitione & dilectione naturali Dei authoris naturæ. Vel ordinatus fuisset ad finem supernat. per actus supernat. consequendum: & tunc non permisisset Deus illum mori, antequam vel operibus ex auxilio gratię factis æternam gloriam, vel per transgressionem alicuius præcepti æternam pœnam, sibi promeritus fuisset. *Casus metaphys.*

383. *Obiicies* 2. ex sect. 6. non potest homo in hoc statu diu præcepta naturalia seruare absque gratiâ iustificante consequente: ergo nec in statu naturæ integræ. Resp. id ibi dictum, non quia obseruatio horum præceptorum quoad substantiam per se sit dispositio ad gratiam; sed quia qui diu ea seruat, & superat omnes tentationes contra illa, præuenitur peculiari auxilio Dei, sine quo non posset homo in hoc statu, neque quoad substantiam hæc ipsa præcepta naturalia contra omnes tentationes diu seruare. Quo fit, vt Deus tandem spiritum contritionis illi infundat, quo iustificetur: eo enim fine illum peculiari auxilio ad hæc præcepta seruanda præuenit. In statu verò naturæ integræ, quia connaturale fuisset homini absque speciali auxilio, pro aliquo tempore naturalia præcepta contra tentationes implere, non necessariò ad ea seruanda præueniri debuisset peculiari auxilio Spiritûs S. ac proinde talis obseruantia non fuisset certum signum, quòd Deus illi tandem suam gratiam collaturus fuisset, nisi fortè ea fuisset ad longum tempus, pro quo neque tunc potuisset homo sine peculiari auxilio illa seruare. Ratio autem quare Deus seruanti præcepta naturalia, ex speciali suo auxilio, collaturus tandem sit suam gratiam; non autem ea seruanti ex communi tantùm & generali concursu, omnibus creaturis debito, ea est: quoniam bene vtenti speciali auxilio Deus non denegat aliud vsque ad iustificationis gratiam. At verò bene vtenti auxilio generali non est infallibile, Deum collaturum auxilium speciale: alioqui posset homo viribus proprijs ad gratiam se disponere: de qua difficultate sectione sequenti. *Aliud discrimen naturæ integræ lapsęq;* *Nota*

384. *Quod supereſt de puræ naturæ ad n. 13. &c.* Dico 4. Homo in pura natura constitutus posset & singulas veritates naturales speculatiuas, & multas etiam practicas cum solo generali concursu primæ causæ cognoscere. Fundam. vires in pura natura, & in hoc statu lapsæ, præciso auxilio supernat. sunt eædem: sed in hoc statu potest homo cum solo auxilio generali singulas veritates naturales speculatiuas, & multas etiam practicas cognoscere: ergo & potuisset in statu puræ.

385. Dico 5. Posset homo in pura natura conditus quodlibet bonum morale facile, imò & illud quandoque actu efficere: quia tale bonum physicè & moraliter est proportionatum: non tamen posset vel omne bonum morale facile collectiuè, potentiâ morali, ex *sect.* 4. & 5. nec quodlibet difficile distributiuè potentiâ morali; quia tale bonum includit grauem tentationem, quam, *ex sect.* 4. non valet homo proprijs viribus superare. Non posset tamen in eo statu positus Deum super omnia diligere: quia hic actus pro quolibet momento elicitus includit difficultatem, ab homine sine gratiâ moraliter insuperabilem. Quare ad suauem Dei prouidentiam pertinuisset, abundantiora auxilia intra ordinem naturalis prouidentiæ homini conferre, vt non solùm physicè, sed etiam moraliter posset singula iura & præcepta naturalia seruare: quibus auxilijs indignum se reddidisset homo per mortale. Quo pacto potuisset homo à peccato resurgere, & à macula emũdari, infrà *disp.* 33. *sect. vlt.*

386. Infero 1. illud genus prouidentiæ peculiaris, quo creatura rationalis ordinaretur ad suum finem

Digitized by Google

Prouidentia peculiaris, qua creatura rationalis ordinaretur ad suum finem naturalem, non fuisset debita naturæ.

nem naturalem, proximè & moraliter consequendum, non fuisse debitum vllâ ratione naturę humanę, sed merè gratuitum, & solùm debitum ex suppositione diuini decreti, quo liberaliter statuisset illam ad suum finem natur. moraliter consequendum ordinare. Quod sic probatur. Nihil ex ijs, quæ vel ad intrinsecam constitutionem & requisita naturæ pertinent, per originale sublatum est: At ea auxilia, quæ nunc in statu naturę lapsæ complent potentiam moralem in ordine ad actus morales difficiles virtutum acquisitarum, & graues tentationes superandas, non sunt debita, nisi ex meritis Christi, ex *sect.* 4. igitur non sunt naturaliter debita, nec vllâ ratione à naturâ exiguntur; alioqui non darentur ex meritis Christi, intuitu quorum nihil datur, quod ad naturalem perfectionem debitam spectat: eo quòd, ex *August. epist.* 90. & 105. Christus non est pro nobis mortuus, vt conderemur, sed vt iusti & sancti essemus. Ratio: homini ex naturâ rationali, & sensitiuâ essentialiter constituto, illud tantùm auxilium debetur, quod consequitur connaturalem modum operandi talis naturæ: hic est, vt efficaciùs trahatur ad bonum delectabile mediâ cognitione sensitiuâ apprehensum, quàm ad bonum honestum mediâ intellectiuâ propositum. Cùm enim natura sensitiua plura habeat incitamenta ad bonum delectabile contra honestum, quàm rationalis ad honestum contra delectabile, fit, vt naturaliter efficacius auxilium postulet illa circa delectabile, quàm hæc circa honestum. 2. homini in pura natura condito cum mortali ex hac vita decedenti, debetur pœna æterna: sicut enim in tali statu decedens nunquam capax esset remissionis culpæ, cùm iam positus esset per mortem in termino extra viam, & statũ remissionis: ita nunquam esset in eo statu remissionis pœnæ capax. hæc .n. perseuerante, culpa iuxta leges iustitię vindicatiuæ remitti non potest.

387. *Homini in pura natura cum mortali decedenti debetur pœna æterna:*

388. *Non cum solo veniali*

Maior difficultas est, si homo in tali statu decederet cum solo veniali, aut sine vllo merito, vel demerito, velut infans ante vsum rationis. Alienum puto à diuina Clementia, cum, qui cum solo veniali decederet, punire pœnâ ęternâ, ac æternùm naturali felicitate priuare. Vnde opinor in tali casu Deum peculiari prouidentię genere cum eo vsurum fuisse, vt post temporalem pœnam, illi remissurus fuisset veniale; nec seueriorem futurum fuisse Deum puniendis in pura natura conditis, quàm nunc ad gloriam eleuatis. De eo autem, qui sine vllo vel merito vel demerito decessisset, idé prorsus iudico, ac de illo, qui cum aliquo merito: cùm .n. naturalis felicitas suâ naturâ debita sit naturæ rationali, hoc ipso quo illa propter culpam plectenda non esset, felicitatem velut propriam perfectionem sibi debitam consequuta fuisset, loquędo de naturali essentiali: nam de accidentali non dubito, quin perfectior felicitas intra gradum naturalis debita fuisset, ex iusto decreto Dei, illi, qui cum merito, quàm qui sine merito hinc discessisset: hoc .n. postulant leges iustitiæ distributiuę diuinæ, quæ sicut nullum malum relinquit impunitum, ita nullum bonum relinquit irremuneratum.

389. *Qui decessisset sine merito vel demerito*

390. *Naturalis felicitas*

Si roges, quænam futura fuisset hæc naturalis felicitas? Ex *Philos. lib.* 1. *Ethic. cap.* 8. & *lib.* 10. *cap.* 5. *fine*, existimo futuram fuisse naturalem contemplationem causę 1. & omnium attributorum Dei, quæ naturali lumine possunt ex productis effectibus cognosci, vnà cum naturali dilectione eiusdem: vtraque .n. esset perfectio intra limites naturæ; nam cuilibet naturę intellectuali naturaliter debita est abstractiua notitia causæ 1. Ad quam connaturaliter sequitur amor Dei, præsertim si subiectum sit omni passione liberum, vt est rationalis creatura constituta in termino naturalis felicitatis. Quæ licèt compara cum clarâ visione, & amore supernat. Dei, censenda sit imperfecta, comparata tamen cum tali natura, cui nulla perfectior naturaliter obtingere posset, putanda est perfectissima, quantum iuxta naturalem capacitatem ipsius esse potest: qua satiaretur naturalis appetitus rationalis ipsius, & prudens animi desiderium quiesceret, eo quòd feliciorem statum perfectioris vitæ à se possibiliter obtinendum non agnosceret. Quinam autem fuisset locus talibus creaturis naturaliter beatis assignatus; an sola anima à corpore seiuncta, an totum compositum beandum esset, nil certi statui potest.

391. *Fuisset perfectissima: recole dicta n.* 13.

SECTIO X.

An possit homo viribus proprijs ad gratiam se disponere?

392. PRima sent. affirmans, alioqui salus in nostra non esset potestate, contra *Eccles.* 15. *Ante hominem vita & mors, bonum & malum: quod placuerit ei, dabitur illi.* Hic error fuit Massilien. vt referunt *Prosper & Hilar. in Epist. ad August.* quorum author fuit *Cassian.* vt constat *ex lib.* 12. *de instit. Cœnob. cap.* 14. & *colla.* 13. affirmantium, contra *Pelag.* gratiam Dei absolutè nobis necessariam esse ad quęcunq; opera meritoria salutis; quatenus cõcedebant humanis viribus initium aliquod bonæ voluntatis, quod à nobis Deus, vt Cassianus *cit. coll. cap.* 13. docet, *Vel exigat, vel expectet, ne penitus dormienti, aut inerti otio dissoluto sua dona conferre videatur, occasiones quarens, quibus humana segnitiei torpore discusso, non irrationabilis munificentia sua largitas videatur, dum eam sub colore cuiusdam desiderij ac laboris impartit; & nihilominus gratia Dei semper gratuita perseueret, dum exiguis quibusdam paruisq; conatibus tantam immortalitatis gloriam, tanta perennis beatitudinis dona, inæstimabili tribuit largitate.* Quæ desideria & conatus non ideò requirebant, vt per se soli sine gratia sufficerent, & apud Deum ęternæ glotiæ meritorij essent, sed vt Deus homines ad sua dona accipienda strenuos faceret ac diligentes. Vt propterea illa non nisi, *Volentibus, petentibus, quærentibus, pulsantibus, laborantibus, desiderantibus, currentibus, impartiat.* Eiusdem erroris censentur è Græcis Chrysost. Cassiani Magister, ex *homil.* 27. *in Genes.* 17. *in Ioan.* & 12. *in Epist. ad Heb.* Augustinus, dum esset Presbyter, qui *li.* 1. *retract. c.* 24. ipsũ, quo putabat donum fidei esse à nobis, retractat: consentire videntur *Alen.* 1. *p. qu.* 28 *memb.* 3. *ar.* 1. & 3. p. *qu.* 61. *me.* 5. *ar.* 2. & 3 *ad penult. argum. Albert. in* 2. *d.* 28. *art.* 1. *S. Tho. in* 2. *dist.* 28. *qu.* 1. *art.* 4 *ad* 4. vbi docet, posse hominem, *Ad fidem habendam se preparare per id, quod in naturali ratione est*: exemplo hominis apud Barbaros educati, cui facienti quod in se est, Deus suam gratiam concedit: & *qu.* 14. *de verit. ar.* 11. *ad* 1. *Si aliquis ductum naturalis rationis sequeretur in appetitu boni, & fuga mali, certissimè est tenendum, quod ei Deus vel per internam inspirationem reuelaret ea, quæ sunt ad credendum necessaria; vel aliquem fidei predicatorem ad eum dirigeret: Scot. in* 4. *dist.* 14. *q.* 2. §. *de* 2. *Richar. in* 2. *dist.* 28. *ar.* 1. *q.* 2. & *q.* 3. *ad* 3. & 4. *Argen. in* 1. *dist.* 41 *q vn. ar.* 2. *ad* 2. & 3. *Mayr. in* 2. *dist.* 28 *q. vn. Bacho in* 1. *dist.* 41. *ar.* 2. §. 3. *Rubio in* 2. *dist.* 28. *q.* 1. & *qu.* 2. §. *Sed contra: Gabriel in* 1. *dist.*

Error Massilien. querundam.

393.

394. *Reipsa consentire videntur.*

Digitized by Google

in 1. *dist.* 41. *q. vn. ar.* 3. *& in* 2. *dist.* 27. *q. vn. ar.* 2. *concl.* 4. *& ar.* 3. *dub.* 4. *& dist.* 28. *q. vn. ar.* 2. *& 3. & in* 3. *dist.* 27. *q. vn. art.* 3. *dub* 2 *prop.* 2. *& in* 4. *dist.* 14. *q.* 1. *ar.* 2 *fine: Palat. in* 2 *dist.* 29. *disp.* 2. vbi cum *Soto*, 2. *de nat. & gra. cap.* 3. concedit remotam & indirectam dispositionem: *Durand. in* 2. *dist.* 28. *q.* 5. quà docet, posse hominem per bonum morale, solius naturæ viribus elicitum, ad gratiam se præparare, non tamen sine extrinsecâ prouidentiâ speciali Dei, qua omnia electorum opera ad ipsorum salutem diriguntur. *Alensis, Richar. Soto Pal.* hanc dispositionem viribus naturæ factam, appellant impropriam, remotam, indirectam, non necessariam. Reliqui cum *Scoto* illam vocant meritum de congruo, & ex diuinâ duntaxat acceptatione, quod gratuitam & liberalem donationem, cui tantùm repugnat meritum de condigno, non tollit. Fundam. axioma, *facienti quod in se est, Deus non denegat suam gratiam. Congruum enim est*, vt *Durand* ait in 1. dist. 17. qu. 2. num. 14. *vt benè vtenti bonis naturæ Deus det bona gratiæ.*

395. *Discrepant hi auctores*

396. *Speciales sententia Molinæ.*

Ex eodem fund. peculiarem sent. excogitauit *Molina in concordia qu.* 14. *art.* 13. *disp.* 10. docet enim facienti quod in se est ex viribus naturæ, Deum præstò esse per auxilia suæ gratiæ, vt tales conatus à nobis eliciantur, quales oportet ad salutem: *Non quòd eo conatu homo dignus efficiatur talibus auxilijs, vllaque ratione ea promereatur, sed quoniam id obtinuit nobis Christus ob sua merita, vt quoties ex nostris viribus naturalibus conaremur facere quod in nobis est, præsto nobis essent auxilia gratiæ, quibus ea vti oportet ad salutem efficeremus; vt ea ratione dum essemus in via, semper in manu liberi arbitrij nostri posita esset salus nostra, per nosq; ipsos staret, quod ad Deum non conuerteremur.* Vnde iuxta hanc sent. initium salutis non est simpliciter à nobis, sed à Christo, qui suis meritis obtinuit, vt ad opera bona naturalia auxilia supernat. nobis darentur. Quare opera bona naturalia dici possent supernaturalia quoad modum.

397. 1. *Fundamentum Massilienſ.*

Fundam. *Massilien.* 1. ductum ex sacris oraculis, in quibus modò salus æterna humano tribuitur arbitrio, modò adiutorio diuinæ gratiæ, *Zachar.* 1. *Conuertimini ad me, & conuertar ad vos.* Fine orati. Hierem. *conuerte nos Domine ad te & conuertemur*: Ezech. 18. *Facite vobis cor nouum & spiritum nouum.* Eze. 11. *Dabo eis cor vnum & spiritum nouum tribuam in visceribus eorum, vt in præceptis meis ambulent.* Prouerb. 16. *Hominis est animam præparare, & Domini gubernare linguam.* Matt. 11. *Venite ad me omnes qui laboratis; & ego reficiam vos.* Et tamen *Ioan.* 6. dicitur. *Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum.* Roman. 7. *Velle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio.* 1. Corinth. 15. *Gratia Dei sum id quod sum; & gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantiùs illis omnibus laboraui: non ego autem, sed gratia Dei mecum. Cùm dicit*, inquit *cit. cap* 13. Cassian. laboraui, *conatum proprij signat arbitrij. Cùm dicit*, non ego, sed gratia Dei, *virtutem diuinæ protectionis ostendit. Cùm dicit*, mecum, *non otioso neque securo, sed laboranti ac sudanti eam cooperatam fuisse declarat.* Confirmat: interdum Deus laudat bona desideria hominis, quæ tamen ipse non inspirat: vt 3. *Reg.* 8. laudat desiderium Dauid ædificandi templum Domino, quod tamen ipse non inspirauit; cùm ibidem subiungat, *verumtamen non tu ædificabis domum nomini meo.* Curautem Deus negasset opus; cuius ipse desiderium inspirasset? 2. Fundam. Humanum arbitrium in consequenda salute est liberũ, vt constat ex *cit.* autho. vbi salus humano tribuitur

398. 2. *Fund. ex libertate arbitrij*

arbitrio: at nihil potest ei tribui, nisi quod ab ipsius pendet libertate: nec potest in consequenda salute esse liberum, nisi illam in sua habeat potestate: id est quatenus propriâ virtute efficere potest, vt Deus sibi gratiam ad salutem necessariam conferat. Confir. 1. alioqui frustraneę essent adhortationes, monitiones, & orationes, quas sacrę litteræ nobis proponunt, & ad quas nos continuò excitant, si non solùm perfectio, sed etiam initium salutis à solo Deo penderet. 2. Alioqui Deus esset acceptor personarum, contra Petrum *Actor.* 10. *in veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente, qui timet eũ, & operatur iustitiam acceptus est illi.* Sequela prob. si Deus suam gratiam vni potiùs, quàm alteri nullis meritis ex parte ipsorum expectatis, tribueret, esset personarum acceptor. 3. Potest vnus salutis initium alteri impetrare, vt de S. Stephano docent Patres, qui suis precibus initium salutis Paulo impetrauit: ergo à fortiori poterit illud ipsum sibi impetrare, cùm efficacior sit pro se, quàm pro alijs oratio.

399. *Confirmatio triplex*

400.

401.

Secunda sent. negat, posse hominem viribus proprijs ad gratiam se disponere. Hæc sent. certa hoc tempore: ex antiquis docuerunt *Henric. quodlib* 8. *qu.* 5. *S. Tho.* 1 2. *q.* 109. *ar.* 6. *& qu.* 112. *ar.* 2. *&* 3. *Albert. in* 2. *dist.* 28. *ar.* 2. *Bonau. art.* 2. *qu.* 1. *Ægid. qu.* 1. *art.* 3. *Capreo. qu. vn. ar.* 1. *concl. vlt. Maior qu.* 1. §. *Ex dictis, & alij*: & à fortiori sequitur ex sent. quæ docet, nullum actum moraliter bonum humanum arbitrium absque speciali auxilio efficere posse: cùm enim nulla possit esse dispositio ad gratiam, nisi per actum bonum; si nullum actum bonum potest homo propriâ virtute efficere, non poterit viribus proprijs ad gratiam se disponere.

402.

403. *Duplex dispositio ad gratiam.*

Nota, dispositio ad gratiam est duplex: Physica physicè tantùm hominem habilitat, vt faciliùs & promptiùs cum gratia cooperetur, sublatis impedimentis, quæ illum poterant à cooperando impedire: Moralis aliquâ ratione Deum mouet ad gratiam conferendam, sine qua illam non conferret, siue illum moueat vt meritum condignum, siue vt congruum: siue ex naturâ ipsâ operis, siue ex lege & voluntate Dei. His adnotatis,

404. *Duplex gratia iustificans & initium iustific.*

DICO 1. Non potest homo viribus proprijs condignè se ad gratiam præparare: est de fide: in quâ Catholici conueniunt. Assertio definitur in *Trident. sess.* 6. quoad gratiam iustificantem *can.* 3. *sine præueniente Spiritûs S. inspiratione atque adiutorio hominem credere, sperare, diligere, aut pœnitere non posse sicut oportet, vt ei iustificationis gratia conferatur.* Quoad iustificationis exordium, definitur cap. 5. *iustificationis exordium in adultis à Dei per Christum Iesum præueniente gratia sumendum esse, hoc est ab eius vocatione, qua nullis eorum existentibus meritis vocantur.* Præterea *c.* 16. definit, nulla opera sine Christi gratia Deo grata & meritoria esse posse. Igitur nulla dispositio, gratiam præcedens, gratiæ meritoria est. Fundam. vt opus sit condignè meritorium, debet esse eiusdem ordinis cum præmio: ex *disp. vlt.* nullum opus ex purâ naturâ profectum est eiusdem ordinis cum gratia: ergo nec condignè meritoriũ gratiæ. Minor prob. opus ex pura natura profectum nullum habet ordinem intrinsecũ, nec extrinsecũ ad finem supernat. gratia semper habet ordinem saltem extrinsecum ex speciali affectu & prouidentia Dei ad finem supernat.

405.

406. *Apertè colligitur ex Arauſ. II.*

DICO 2. Non potest homo viribus proprijs de congruo ad gratiam se disponere. Censetur etiam de fide: & colligitur ex *Arausic. II. can.* 3. 4. 6. *&* 25. vbi contra *Massilien.* definit, gratiam Dei non conferri ad inuocationem humanam, sed ipsam gratiam

Digitized by Google

sam gratiam facere, vt gratiam ipsam inuocemus: nec Deum nostram expectare voluntatem, vt nobis suam gratiam conferat: nec gratiam conferri *credentibus, volentibus, desiderantibus, conantibus, laborantibus, vigilantibus, studentibus, petentibus, quærentibus, pulsantibus*, sed ipsam facere *vt credamus, velimus, desideremus*, &c. & quòd in omni opere bono non incipiamus, & posteà per Dei misericordiam adiuuemur, sed ipse nobis nullis præcedentibus bonis meritis, & fidem, & amorem sui
407. priùs inspirat. Et *can.* 7. definitur, nullum bonum per naturæ vigorem operari posse hominem, quod ad salutem pertinet. Atqui dispositio ad gratiam maximè ad salutem pertinet. In 9. & 20. statuitur, quoties bona agimus, Deum in nobis atque nobiscum, vt operemur, operari: sed dispositio ad gratiam est opus bonum ad salutem ordinatum: In 18. concedit, deberi mercedem bonis operibus, *sed gratia, quæ non debetur, præcedit, vt fiant*. In 22. docet, nihil de suo habere hominem, videlicet, quod
Trident. ad salutem spectat, nisi peccatum. Ex *Trid. sess.* 6. *cap.* 5. vbi definit, non posse hominem sine gratia
408. Dei liberâ voluntate coram Deo ad iustitiam se mouere. Neque ista saluant qui dicunt, opera bona moralia, naturæ viribus facta, ad gratiam solùm disponere vt meritum de congruo: nam non ideò Concilium damnat omnia opera ad salutem spectantia ante gratiam, quia sunt gratiæ meritoria: sed quia nullum opus bonum ad salutem pertinens potest homo sine gratia efficere: cùm tamen opus de congruo ad gratiam disponens, multum ad salutem pertineat: Siquidem ab eo sumeretur
Massilienſ. damnantur hoc Conc. iustificationis exordium. Neque Massilienses contendebant, bona opera, quæ gratiam præcedunt, de condigno vel de congruo ipsam promereri; sed tantùm volebant, illa præcedere tanquam initium aliquod imperfectum ex parte nostra, quod Deus deinde sua gratia iuuaret, proueheret, ac perficeret; vt *Cassian. cit. collat.* 13. *cap.* 13. non sub titulo alicuius meriti, siue de congruo, siue de condigno, sed sub colore desiderij ac laboris fatetur, Deũ gratiã homini impartiri, *Ne penitus dormienti, aut inerti otio dißoluto sua dona conferre videatur*. Nec vllius meriti mentio in tota illa collatione fit.

409. Eadem veritas deducitur ex *Ioan.* 6. *Nemo potest venire ad me nisi Pater, qui misit me, traxerit eum*. In quo ponderat August. *lib.* 1. *con. duas Epist. Pelag cap.* 19. verbum *Traxerit: Non enim ait*, duxerit: *vt illis aliquo modo intelligamus præcedere voluntatem. Quis trahitur si iam volebat? & tamen nemo venit, nisi velit. Trahitur ergo miris modis, vt velit ab illo, qui nouit intus in ipsis hominum cordibus operari, non vt homines, quod fieri non potest, nolentes credant, sed vt volentes ex nolentibus fiant*. Et lib. de Prædest. sanct. cap. 9. concludit: *Fides*, à qua ipse initium salutis inchoari putat, *& inchoata, & perfecta donum Dei est: & hoc donum quibusdam dari, quibusdam non dari, omnino non dubitet, qui non vult*
410. *manifestissimis sacris literis repugnare*. Ex Ioan. 15. *sine me*, inquit Christus, *nihil potestis facere*: vbi & August. *lib.* 2. *con. duas Epist. Pelag. cap* 8. *Non ait*, inquit, *sine me nihil potestis perficere, sed*, facere. *Nam si perficere dixisset, possent illi dicere, non ad incipiendum bonum, quod à nobis est, sed ad perficiendum, esse Dei adiutorium necessarium. Dominus enim cùm ait*, sine me nihil potestis facere, *hoc vno verbo initium finemque comprehendit*. Confirmat testimonio Apost. *ad Philipp.* 1. qui Domini sententiam exponens, *apertiùs*, inquit, *virumque distinxit dicens*; quoniam qui in vobis opus bonum cœpit,
411. perficiet. Ex 2. ad Corinth. 3. *non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est*. Quo vtitur *Arausic. can.* 7. *contra Massil.* ad probandum, omne salutis initium, quòd à primâ sanctâ cogitatione sumitur, soli Deo tribuendum esse: & *August. cit. con. duas Epist. Pelag.* *August.* à fortiori infert, nullum bonum desiderium, nullum voluntatis motum ad salutem spectantem à libero arbitrio esse posse. *Nam cùm minùs*, inquit, *sit cogitare quàm cupere, potest enim homo cogitare bonum, quod nondum cupit, & proficiendo postea cupere, quod antea non cupiendo cogitauit, quomodo ad id, quod minus est, id est ad cogitandum aliquid boni non sumus idonei tanquam ex nobis ipsis, sed sufficientia nostra ex Deo est: Et ad id quod est amplius, id est ad cupiendum aliquid boni sine diuino adiutorio idonei sumus ex libero arbitrio?*

Prob. ex Patrib. inter quos August. & qui Au- 412.
gust. doctrinam profitentur, acerrimè illam contra *Probatur ex Patribus.*
impugnatores gratiæ defendunt. Prosper integrum librum contra Cassia. *Collat.* conscripsit. In quo c. 26. docet, neminem propria virtute ad principia salutis eniti posse: *Sed agit hæc occulta & potens gratia Dei, quæ domitis terrenarum opinionum, & operum mortuorum fastibus, terrorem ebrute cordis exagitat, & desiderio veritatis inflammat, non vt inuitum hominem subigat, sed vt subiectionis cupidum faciat: nec vt ignorantem trahat, sed vt intelligentem sequentemque præcedat*, & lib. 2. de voca. Gent. cap 8. *Datur vnicuique sine merito, vnde tendat ad meritum, & datur ante vllum laborem, vnde quisque mercedem accipiat secundùm suum laborem*. Fulgentius *Epist.* 6. 413.
ad Theodo. cap. 7. *Huius gratiæ adiutorium semper est nobis à Deo poscendum: sed ne ipsum quod poscimus, nostris viribus assignemus: neque enim haberi potest ipse saltem orationis affectus, nisi diuinitus fuerit attributus. Vt ergo desideremus adiutorium gratiæ hoc ipsum quoque opus est gratiæ. Ipsa namque incipit infundi, vt incipiat posci: ipsa quoque amplius infunditur, cùm poscentibus datur*. & lib. 1. ad Monim. cap. 8. *Eadem operatio gratiæ meritum hominis bonum & initiat ad iustitiam, & consummat ad gloriam. Primò inchoans in homine voluntatem bonam*. Anselmus in 3. cap. 2. 414.
ad Corinth. *Non quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis*, mouet: *Attendant hæc verba, qui putant ex nobis esse fidei cœptum, & ex Deo esse fidei supplementum. Quis enim non videat, prius esse cogitare, quàm credere? nullus quippe credit aliquid, nisi prius cogitauerit esse credendum. Si ergo non sufficimus cogitare boni aliquid ex nobis; profectò nec credere sufficimus, quod sine cogitatione non possumus, sed sufficientia nostra, qua & credere incipiamus, ex Deo est*.

Bernardus *tract. de gra. & lib. arb. fine*, ex 2. ad 415.
Corint. 3. & Philippen. 2. ostendit, non solùm *Bernardus Augustin. Sectator*
opera, sed ipsum bonum velle & cogitare, atque omne salutis exordium à Deo esse, qui *immittendo bonam cogitationem nos præuenit; immutando malam voluntatem sibi per consensum iungit; ministrando & consensui facultatem, foris per apertum opus nostrum, internus opifex innotescit. A Deo ergo sine dubio nostræ fit salutis exordium, nec per nos nec nobiscum*. Vbi multa de effectibus gratiæ prosequitur scitu dignissima. Hyerony. præter Epist. ad Ctesiph. 416.
tres libros conscripsit aduersus Pelag. in quibus *Hyeronym.*
ostendit ad singula bona opera, ad salutem pertinentia, necessariam esse gratiam Dei.

Ambrosius *lib.* 10. *Epist. Epist.* 84. *post medium* 417.
hanc veritatem sic confirmat. *Vt ergo misericor- Ambrosius*
diam Dei quæramus, Dei misericordia est, qui ait: miserebor, cui misertus ero, & misericordiam præstabo, cui misericordiam præstitero. *Unde mirè per Ieremiam, idem Dominus manifestat, quod Dei gratiam*

Digitized by Google

tiam nemo præueniat merito suo. Et infrà: *Cooperatores nos esse oportet gratiæ Dei, vt illam excitantem, iuuantem, locupletantem, & quotidie prouehentem vigilanter, & sobriè subsequamur:* Non dixit: *Præueniamus.* 418. Gregorius *lib. 18. moral. cap. 25. Hominis quippe meritum superna gratia non, vt veniat, inuenit; sed postquam venerit, facit: atque ad indignam mentem veniens Deus dignam sibi exhibet veniendo, & facit in ea meritum, quod remuneret, qui hoc solùm inuenerat, quod puniret?* Quam sent. transcriptit Isidorus *lib. 2. sent.* cap. 5. *Idem* Grego. *lib. 33. moral. c. 25.* concludit: *Nemo ergo Deum meritis præuenit, vt tenere eum quasi debitorem possit, sed miro modo æquus omnibus conditor & quosdam præeligit, & quosdam in suis* 419. *prauis moribus iustè derelinquit.* Beda *in 3. cap. 2. ad Corinth. circa medium* sic hanc veritatem expressit. *Desiderare auxilium gratiæ, initium gratiæ est, de quo ait ille: & dixi: nunc cœpi: hæc est mutatio dexteræ excelsi.* 420. Damascenus lib. 2. Fidei cap. 30. initio: *Illud sciendum, virtutem quidem naturæ nostræ diuinitus inditam esse, Deumque ipsum omnis boni fontem atque authorem esse, nec citra ipsius opem atque auxilium fieri posse, vt bonum velimus, aut faciamus: cæterùm nobis liberum esse vel in virtute perstare. Deumque nos ad eam vocantem sequi, vel à virtute abscedere.* Intelligit per virtutem naturę inditam, non habitum virtutis, sed habilitatē seu potentiam ad illam cum diuino auxilio exercendam. Quo sensu dixit August. *lib. de prædest. sanct.* cap. 5. fine: *Posse habere fidem, sicut posse habere charitatem, naturę est hominum: habere autem fidem, quemadmodum habere charitatem, gratiæ est fidelium.*

421. *Prob hac veritas rationib. 1.* Prima ratio sit. Salus æterna est purum opus gratię & misericordię, vt scripturæ, Concilia, Patres clamant. Repugnat puræ gratiæ & misericordię quodcunque debitum: igitur repugnat quodcunque meritum, vel initium meriti ex nobis præcedere. Omni.n. merito respondet aliquod debitum: cùm nil aliud sit meritum, quàm ius ad præmiū: ius autem in promerente, debitum supponit in retribuente. Minor prob. donū purè gratuitum excludit omne debitum: quælibet enim ratio debiti, quantumuis minimi destruit puram gratiam, cùm pura gratia nullam admittat rationem debiti. Vnde tantùm minuitur de gratia, quantum miscetur de debito. Sed meritum de congruo supponit aliquod debitum, ortum ex operibus ipsius merentis: igitur tollit puram rationem gratiæ. *Confirm.* Confirm. ideò ex *S. Thom. 1. 2. qu. 111. art. 1. ad 2.* proprietates naturales non habent puram rationem doni, quia supponunt in naturâ exigentiam ad illas, & consequenter debitum aliquod eas dandi ex parte Dei. Ergo nec salus æterna haberet puram rationem doni, si ex parte nostra supponeret aliquod ius eam retribuendi ex parte Dei. Ita *Paul. ad Rom.* 4. docet, gratiam non imputari secundùm gratiam, sed secundùm debitum ei, qui operatur. Vnde hocipso quòd ex operibus datur, amittit rationem gratiæ, vt idem testatur cap. 11.

422. *Ratio 2.* Secunda. Nequit homo proprijs viribus se ipsum à massa perditionis discernere, à qua tamen se discerneret, si se ipsum proprijs viribus de congruo posset ad gratiam disponere. Maior est *Pauli 1. Corinth. 4. Quis te discernit?* vbi loquitur de discretione à massa perditionis ad salutem, vt omnes ferè Patres & Theologi exponunt. Anselmus, *Quod ideo,* inquit, *dicit, quia de massa illius perditionis, quæ facta est ex Adam, non discernit hominem vt eum faciat vas in honorem, vel in contumeliam, nisi Deus.* Minor prob. ad opera viribus proprijs facta infallibiliter sequeretur gratia, per quam homo discerneretur à massa perditionis ad salutem, à vase contumeliæ ad vas honoris. Igitur discretio hęc initium sumeret ab homine, non à Deo. Vnde contra Apost. non in Deo, sed in se ipso, qui proprijs meritis initium saluti dedit, gloriari posset.

Tertia. Aut Deus suam gratiam infallibiliter confert omnibus, & solis rectè operantibus ex viribus naturę; aut aliquibus tantùm, ijsque solis; aut aliquibus, non tamen solis, quia videlicet illam interdum confert etiam non rectè operantibus. Si primum: ergo initium discretionis ad salutem est ab homine. Si secundum: Ergo Deus suam gratiam non confert propter opera viribus naturæ facta, saltem infallibiliter; alioqui semper illam propter talia opera conferret. Tertium quatenus dicit aliquibus gratiam conferri intuitu operum naturæ, non minùs quàm primum, damnatum est in *Arausic. can.* 8. contra Massil. qui ex *Cassiano cit. collat. 13. per 4. vltima cap.* & *Prospero*, fatebantur, interdum Deum omnes nostros conatus præuenire: interdum verò eosdem conatus à nobis cæptos vlteriùs sua gratia prouehere: *Et nunc quidem,* vt vlt. cap. ait, *salutis inspirare principia & inserere vnicuique bona voluntatis ardorem: nunc verò ipsius operationis effectum & consummationem donare virtutum, & nunc à ruina iam proxima lapsuque præcipiti etiam inuitos, & inscios reuocare, nunc autem occasiones & opportunitates salutis ingerere, ac præcipites violentosque conatus à lethalibus dispositionibus inhibere, & alios quidem volentes currentesque suscipere, alios verò nolentes renitentesque pertrahere, & ad bonam cogere voluntatem.* 424. Confirm. Vel bona opera, *Confir.* viribus tantùm naturæ facta, sunt ex se dispositio ad gratiam, vel ex lege & ordinatione duntaxat diuina. Non ex lege, cùm non constet nobis, nec per reuelationem, sed potiùs contrarium. Non ex se; cùm ex se nullam habeat natura, eiusque opera cum gratia connexionem, aut affinitatem, in qua naturalis dispositio ad formam fundatur. Humani corporis organizatio per se disponit ad animam spiritualem, etsi materialis, sc. prout est naturalis connexio proprietatis & naturę, potētiarum & essentię: anima.n. vt forma corporis naturaliter exigit potentias, & organa materialia. Opera naturę ex se nullam proportionem habent cum gratia, cùm illa sint ordinis naturalis, hæc supernaturalis.

425. *Ratio 4. moralis.* Quarta. Sit moralis congruentia cur potiùs expediuerit, gratiam non ex nostris operibus, sed ex merâ Dei voluntate inchoari: 1. propter maiorem ipsius gratię exaltationem, vt illam à solo Deo agnoscentes, & pluris æstimemus, & nos à Deo in negotio salutis omnino dependentes cognoscamus: 2. propter maiorem cautelam & diligentiā in ea conseruanda: dum credimus, non semper illam, quando volumus, in nostrâ habere potestate. Quo monemur *ad Philipp.* 2. vt cum metu & tremore nostram operemur salutem, seu continuâ cū solicitudine, cùm prima gratia à solo Deo pendeat. Ita *Fulgen. epist. ad Theod. cit.* Hęretici viderint; quàm malè eorum dogma huic Dei voluntati congruat, dum omnia bona opera negantes, omnem auferunt ex humanis mentibus in salute conseruandâ solicitudinem.

426. *Opera naturæ non causa gratiæ.* Deducitur, opera purè naturalia, neque esse causam, neque conditionem siue proximam, siue remotam gratię: non physicā causā; opus.n. naturale nullam vim habet producendi effectum supernat. non moralem, vt probatū: nec conditionē physicā ex parte Dei gratiam producentis; quia Deus ad producendam gratiam, vt pote agens infinitæ virtutis, nulla eget conditione: nec ex parte *Nec conditio* subiecti;

subiecti; subiectum .n. recipiens gratiam, vel est substantia animæ, si sit habitualis, vel intellectus & voluntas, si sit actualis vel operatiua: neutra indiget opere bono naturali, tanquam conditione, vt gratiam recipiat, cùm ex se vtraque sit apta obedientialiter recipere quodcunque donum supernat. nec est conditio moralis, quasi Deus statuerit gratiam non dare, nisi subiecto habenti opus bonum morale: hoc .n. ferè concidit cum causâ morali; nomine differt à sent. impugnata.

427. *Negatiuè disponit se ad gratiã homo*

DICO 3. Potest homo viribus proprijs negatiuè tantùm se ad gratiam disponere: *S. Tho. 3. con. gent. cap. 159.* Fund. negatiuè se ad gratiam disponere, est ex parte sua impedimentum non apponere, quo minùs Deus illam infundat: at potest homo viribus proprijs non apponere peccatum, quod est impedimentum, quo minùs Deus suam gratiam infundat: nam homo viribus proprijs peccatum vitare potest quodlibet, saltem distributiuè, & quod grauem tentationem non includit. Quòd autem peccatum sit impedimentum, quo minùs Deus sæpè suam gratiam non conferat, constat de originali, propter quod sæpè Deus infantibus negat remedium baptismi: ergo à fortiori id sæpè facit propter personalia, negando gratiam, non sufficientem, sed efficacem & vberiorem, vel ad tempus, non semper: Iuxta hanc concluſ. intellige *Apost. 1. ad Timoth. 1. Misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci.* Vbi causam non positiuam, sed negatiuam suæ conuersionis assignat, ignorantiam, quę sicut peccatum excusat, ita causam minuit, propter quam potest Deus gratiam negare.

428. *Dices.* Homini nullum committenti peccatum Deus infallibiliter suam gratiam confert: Ergo si potest homo proprijs viribus nullum committere peccatum, ijsdem viribus poterit se ad gratiam infallibiliter habendam disponere. *Resp.* 1. neg. posse heminem viribus proprijs peccatum vitare omne collectiuè. 2. Esto possit nullum committere peccatum, adhuc nõ est infallibile, Deum suam gratiam illi daturum: quia cùm Deus libere velit suam gratiam conferre, cuicunque illam confert; adhuc nullo appositio peccato ex parte creaturæ, non sequitur, Deum infallibiliter suam gratiam collaturũ: cùm nec illam infallibiliter collaturus sit propter connexionem non peccati cum gratiâ, nec propter decretum vllum, quo Deus se obligauerit ad conferendam illam cuicunque peccatum proprijs viribus non committenti. Quare potest homo propriâ virtute apponere causam, propter quam Deus non conferat gratiam, cùm peccatum ex se dignum sit, vt priuetur gratiâ; non potest autem propriâ virtute apponere causam, propter quam Deus conferat suam gratiam: quia nec opus, naturæ viribus factũ, dignum est gratiâ; nec Deus propter illud decreuit infallibiliter suam gratiam conferre, vt ex Concil. *cit.* constat, sed ex merâ suâ voluntate. Vrges: ex Scripturis habemus, Deum velle omnes homines saluos fieri, 1. *ad Timoth. 2.* ergo habet Deus decretum dandi gratiam omnibus, præcipuè ijs, qui impedimentum non apponunt. Ergo ipsa non appositio impedimenti est causa positiuè mouens Deum ad dandam gratiam. *Resp.* concedo Deum habere decretum dandi gratiam omnibus, nego tamen ijs præcipuè, qui impedimentum non apponunt, sed iuxta beneplacitum suæ voluntatis, independenter à quâcunque causa, vel conditione à nobis positâ, tanquam à ratione mouente: alioqui non saluaretur perfecta ratio doni.

Resp.

429. *Semper liberè conferre gratiam vult Deus.*

430. *Perfecta ratio doni saluatur.*

Sequitur, 1. posse hominem ponere physicum impedimentum, ne gratiam, saltem de lege & more ordinario recipiat: quia prima gratia, cùm consistas in aliquâ pia cogitatione intellectûs, & motu indeliberato voluntatis, physicè pendet ab intellectu & voluntate subiecti recipientis; cùm nequeãt actus vitales produci sine effectiuo concursu potentiæ vitalis: atqui potest homo intellectum & voluntatem circa alia obiecta disparata & contraria continuò occupare, nunquam illas habiles præbẽdo diuinis inspirationibus, quę de lege ordinata non infunduntur potentijs in consideratione aliorum obiectorum occupatis. 2. non posse physicam habilitatem seu causam ponere, vt gratiam accipiat; quia physica habilitas ad gratiam, sunt potentiæ naturales secundùm obedientalem aptitudinem, quâ non pendent à liberis actibus, cùm sint proprietates necessariò fluentes à naturâ intellectuali.

431. *Ab homine physicum impedimentum gratiæ, non physica aptitudo*

DICO 4. Potest homo viribus proprijs se disponere ad faciliùs, promptiùs, intensiusque cum gratia operandum. Fundam. potest homo viribus proprijs aliqua bona moralia faciliora exercere ex sect. 3. sed hęc physicè disponunt hominem ad faciliùs, promptiùs, intensiusque cum gratia operandum: cæteris .n. paribus, propriùs & faciliùs operatur actus supernat. virtutum, qui anteà se exercuit in actibus moralium, quàm qui se exercuit in actibus oppositorum vitiorum; ex maiori connexione virtutum moralium cum supernaturalibus, quàm vitiorum. Confir. Qui se exercuit in actibus virtutum moralium, non solùm caret habitibus vitiosis, qui potentias retardant, & impediunt ab actibus supernat. sed etiam habet aliquos habitus acquisitos virtutum moralium, qui potentias iuuant ad actus supernat. faciliùs, & promptiùs eliciendos. Et ex *August. de bono perseuer.* c. 14. vbi docet nobilius ac præstantius ingenium aptius esse cum gratia ad meliùs intelligenda, penetranda, & credenda mysteria fidei, cæteris paribus, seu cum eâdem gratia: nec minùs ad operãdum bonum supernat. conducit habitus acquisitus virtutis moralis, quàm nobilior potentia: ille .n. non solùm concurrit tollendo à potentia impedimentum oppositi habitûs vitiosi, sed etiam positiuè illam inclinando ad bonum morale, quod aliquam affinitatem habet cum bono supernaturali.

432. *Potest homo se disponere ad faciliùs*

433.

434.

Quòd etiam disponat potentiam ad intensiùs operandum cum gratiâ prob. vel .n. gratia prouehit potentiam ad actum supernat. tantùm quoad modum: & tunc habitus virtutis moralis effectiuè concurrit cum potentiâ ad talem actum: quæ proinde potentia cum habitu acquisito & gratiâ, intensiorem actum producit, quàm sine tali habitu produceret: vel gratia prouehit potentiam ad actum supernat. quoad substantiam: & tunc adhuc potest talis actus elicitus à gratia, cum potentiâ instructâ habitu acquisito esse intensior, quàm elicitus à gratiâ cum potentiâ impeditâ oppositio habitu vitioso: non quòd habitus ipse acquisitus physicè concurrat ad talem actum, sed quia potentia instructa habitu virtutis moralis magis expedita ad bonum vt sic, meliùs poterit vti auxilio gratiæ ad eliciẽdum actum intensiorem. Quæ maior actûs intẽsio solùm prouenit ab auxilio gratię, intensiùs operantis cum potentiâ meliùs disposit.

435. *Et intensiùs operandum cum gratiâ*

Iuxta hanc assert. intellige authores, qui docent, hominem viribus proprijs indirectè & remotè posse se ad gratiam disponere. Nam per habitum acquisitum virtutis moralis homo remotè & indirectè disponit se ad faciliùs & intensiùs operandum

436.

Digitized by Google

dum cum gratia: quia per eum non proximè & directè, sed remotè tantùm, & indirectè concurrit cum auxilio gratiæ ad actum supernat. qui vel ab intrinsecâ suâ entitate, si sit supernaturalis quoad substantiam; vel ab extrinsecâ voluntate & ordinatione Dei fundatâ in aliquâ perfectione indebitâ naturæ, si sit supernaturalis quoad modum, dirigitur in finem supernat. ad quem neque intrinsecè ex propriâ entitate, neque extrinsecè ex intentione operantis ordinatur habitus acquisitus virtutis moralis. Solùm ergo iste habitus concurrit, vel ad entitatem physicam, & materialem actus, si sit ordinis naturalis, non ad moralem habitudinem, quam habet ex Dei voluntate; vel disponit voluntatem, vt faciliùs cum gratia operetur actum supernaturalem quoad substantiam.

437. *Dices.* Hinc sequeretur, dari aliquid, proprijs viribus acquisitum, quod non solùm physicè concurrat cum gratia ad actum salutis meritorium, sed & ad ipsam rationem meriti: physicè.n. concurrendo ad actum supernat. quoad modum, est causa illius maioris intensionis, quę in tali actu non esset, si ad illum habitus acquisitus non concurreret, proinde est causa illius meriti, quod in maiori intensione talis actus fundatur.

438. *Acquisitus concurrit ad actum meritorium*

Resp. conced. sequel. quoad 1. partem: nullum.n. est absurdum, aliquid propria virtute acquisitum physicè concurrere ad materialem entitatem actus, salutis remotè meritorij. Nam si hoc necessariò concedimus potentiæ naturali, quæ physicè debet cum gratia ad actum meritorium concurrere, concedere etiam possumus habitui acquisito virtutis moralis. Quin hoc ipsum concedere tenentur, qui docent, omnes actus virtutum moralium à iustis naturaliter elicitos, esse æternæ vitæ meritorios. Nam ad illos physicè concurrunt habitus acquisiti. Imò idem asserere debent, qui affirmant, eosdem actus esse meritorios, quatenus imperantur ab aliqua virtute supernat. nam etiam ad illos physicè concurrunt habitus naturaliter acquisiti. Neque hoc est contra Patres, aut Concilia, quæ solùm decernunt, nihil naturale præcedere gratiam: positâ verò gratiâ, nostrę potestatis esse cum illa cooperari: ac proinde sicut cum illa cooperamur potentiâ naturali, ita cooperari possumus habitu virtutis, eiùsdem potentię acquisito. Quoad 2. nego habitum virtutis acquisitæ concurrere ad rationem ipsam meriti formaliter: si quidem illa non desumitur ex ipsa physica entitate actus, quando ille est tantùm supernaturalis quoad modum, ad quem tantùm habitus acquisitus physicè concurrit, sed ex ipso auxilio diuino, peculiari affectu nobis collato in ordine ad finem supernat. Vnde ad prob. nego, maiorem illam intensionem, quæ est in tali actu, esse meritoriam formaliter, vt est ab habitu acquisito, sed vt est ab auxilio diuino. Cùm.n. nihil sit in tali actu, productum ab habitu acquisito, quod non sit etiam ab auxilio ipso diuino, maior illa intensio non est meritoria, vt est ab habitu formaliter, sed vt est ab auxilio Dei. Sicut idem actus nō est meritorius, vt est à libero arbitrio, sed vt est ab auxilio Dei, licèt totus sit à libero arbitrio, & totus à gratia, vt acutè Bernard. *de Gra. & lib. arb.* fine: *Non partim gratia, partim liberum arbitrium. sed totum singula opere individuo peragunt:* à gratia enim tantùm meriti dignitatem sortitur.

439. *Non ad rationem meriti*

440. *Facienti quod in se est, Deus non denegat gratiam.*

Ad argum. primæ sent. seu erroris: & 1. ad fund. Scholast. Resp. 1. illud axioma, *Facienti quod in se est, Deus non denegat suam gratiam*, communiter explicari de faciente quod in se est ex auxilio gratiæ; quo benè vtenti Deus non negat subsequentia auxilia, vsque ad iustificationem: vt docuit Fulgen. *cit. Epist. ad Theod. Ipsa namque gratia incipit infundi, vt incipiat posci: ipsa quoque amplius infunditur, cùm poscentibus datur:* ex Scripturis, Concil. Patrib. docentibus, Deum gratiam non conferre propter bona opera viribus naturæ facta: & vnà affirmantibus, dignè se cum auxilio Dei disponẽtibus, Deum gratiam non denegare. 2. Vel axioma intelligitur de faciente quod in se est in vno, vel altero opere bono morali faciliori, vel in omnibus, quæ potest viribus naturæ præstare. Primo sensu est falsum, vt suprà, secundo destruit seipsum. Si enim facit quantum in se est, collectiuè seruando omnia, quæ propriâ virtute distributiuè facere potest, id non solis naturæ viribus facit, sed adiutus gratia: cùm nequeat per vires naturæ seruare omnia præcepta naturalia collectiuè, quæ seruare potest distributiuè, propter naturalem inconstantiam & instabilitatem rectè operandi ad longum tempus. Vnde eo ipso, quòd homo operatur viribus proprijs, non facit quantum in se est: quia licèt seruet vnum, vel alterum præceptum naturale facile, non seruat, nec seruare potest potẽtiâ morali omnia collectiuè, quę potest distributiuè. ergo intelligi nequit de viribus naturę tãtùm.

Eiusdem explicatio.

441. *Alius axiomatis verus sensus*

Resp. 3. Deus nulli denegat viatori gratiam suam sufficientem (nam de efficaci est apertè falsum) nec impio, nec reluctanti; ergo nec facienti quod in se est viribus naturæ: imò multò minùs huic negabit sufficientia auxilia. Vel sic: *Stat ad ostium & pulsat*, effringit etiam obices gratia vt intelligentiam penetret: multò certiùs faciliusque penetrabit, si nullum obicem reperiat. Itaque *facere quod in se est*, non est dispositio necessaria ad gratiam (quod volebant *Massilienſ.*) cùm gratia detur etiam *non facienti quod in se est*; sed remotio tantùm obicis. Tota dispositio se tenet ex parte liberalitatis diuinæ, quę se effundit in creaturas rationales, quando obicem non inuenit: & non nunquam ipsum obicem effringit, licèt non semper. Quare hortandi erunt infideles ad opera bona moralia, seu vt *faciant quod in se est*, quod est, obicem non opponere cœli luminibus & Spiritui S. Sic enim facientes illuminabuntur supernaturaliter, saltem sufficienter ad salutem, non quasi natura ipsa se disposuerit ad gratiam sufficientem, sed quia prohibens remouerit, & gratia Dei disposita est paratąque *omni facienti quod in se est*, siue viribus auxilij supernat. siue naturalis.

442. *Ad 1. fund. Massil.*

Ad 1. fund. *Massilien.* respondent Concilia & Patres, non ideò in sacris literis salutem nostro tribui arbitrio, quia nos, gratiam præueniendo, salutem inchoamus: alioqui, vt egregiè *Prosper lib. 10. con. Colla.* gratia humano famularetur arbitrio, *Reddens ei debitum, non conferens donum: quod in Episcoporum Palestina Synodo, etiam à Pelagio anathemate damnatum est:* sed vt nostri arbitrij denotetur libertas; quod in opere salutis suas habere debet partes, non præueniendo, sed subsequendo, non præoperando, sed cooperando: *Vt quod in illo*, inquit Prosper *ad cap. Gall. resp. ad 6.* caput, *inchoatum est per gratiam Christi etiam per industriam liberi augeatur arbitrij. Ad hoc vtique illud præueniens*, ex Bernard. cit. *vt iam sibi deinceps cooperetur: ita tamen quod à sola gratia cœptum est, pariter ab vtroque perficitur.* Quare testimonia, quæ ad gratiam exigunt bonæ voluntatis præparationem, supponunt primum auxilium gratiæ, per quod ad alia disponimur: alioqui, vt idem Bernard. *Omnes nostri conatus ad bonum & cassi sunt, si à gratia non adiuuentur,*

Cur salus tribuatur liber. arb.

Digitized by Google

adiuuentur, & uulli, si non excitentur. Vnde *Triden. sess.6.cap.5.Cùm dicitur*, Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos, *libertatis nostræ admonemur. Cùm respondemus:* Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur, *Dei nos gratia præueniri confitemur.* Monemur ergo, vt ad Deum conuertamur, vt nobis cor nouum faciamus, vt nostram præparemus animam, vt ad Deum veniamus, eique appropinquemus, prœuenti auxilio Dei, vt quod in nobis per gratiam cœptum est, etiam per industriam liberi augeatur arbitrij. *Nam quid est*, inquit *August. lib.2.con.duas ep. Pelag.*cap.8. *præparare cor, nisi voluntatem parare? & in eisdem litteris legitur*, præparatur voluntas à Domino. *Ecce*, subdit, *Dominus admonet, vt præparemus voluntatem: & tamen vt hoc faciat homo, adiuuat Deus*, quia præparatur voluntas à Domino. Ad confir. falsum est, nunquam Deum illius voluntatis inspirare desideria, cui ipse opus negat, vt patet de Abraham *Genes.* 22. cui Deus inspirauit voluntatem sacrificandi sibi filium; & opus sacrificandi negauit. Nec negari potest, huiusmodi voluntatem inspiratam fuisse à Deo; cùm per illam promeritus fuerit Abraham, vt omnes gentes in semine ipsius benedicerentur. At nullum meritum potest esse sine gratiâ apud Deum, aduersarijs etiam fatentibus, qui solùm initium aliquod, seu dispositionem ad meritum, non meritum, quod tantùm à gratia agnoscebant, humano tribuebant arbitrio. Potest igitur aliqua voluntas esse meritoria, atque adeò peculiariter à Deo inspirata, cuius tamen externum opus non intendat Deus, solo affectu interno contentus.

443. *Deus interno affectu potest esse contentus*

444. *Ad fund.2.* Ad 2. fundam. ex libertate arbitrij, hoc argum. soluendum est ab aduersarijs, saltem respectu illorum, quos ipsi putant, ante vllum meritum, vel dispositionem prœueniri à gratia. Disting. maior. Arbitrium est liberum in salute inchoandâ, nego; in prosequendâ, concedo. *Nemo enim*, inquit August. *lib.1.ad Simplic.qu.2.* medio *potest credere, nisi velit; nemo velle, nisi vocetur; nemo autem sibi potest præstare, vt vocetur.* Ergo ante vocationis gratiam nemo est liber ad salutem inchoandam. Vt. n. subdit: *Deus, vt velimus & suum esse voluit & nostrum, suum vocando, nostrum sequendo.* Quin, quod mirum est, hæc ipsa resp. colligitur ex *Cassia. collat.13.cap.3. Quibus manifestè colligitur, non solùm actuum, verum etiam cogitationum bonarum, ex Deo esse principium, qui nobis & initia sancta voluntatis inspirat, & virtutem atque opportunitatem eorum, quæ rectè cupimus, tribuit peragendi. Nostrum verò est, vt quotidie attrahentem nos gratiam Dei humiliter subsequamur.* Cæterùm etsi Deus solâ suâ misericordiâ mortales ad salutem vocet, quia tamen iuxta temporum & occasionum opportunitatem omnes ad salutem subinde inuitat, quippe *qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*, verissimè dicuntur omnes homines esse in salute consequendâ liberi: posità enim primâ gratiâ, quam Deus nulli mortali negat, in potestate ipsorum est, cum eâ, ad vlteriora auxilia se disponendo, gratiam iustificationis consequi, quâ æternam salutem condignè mereri possint.

1. Timoth. 2.

445. *Ad primum confir.* Ad 1. confirm. neg. sequel. Nam vel hortatio ad bonum supponit in hortando vocationis gratiam, & hominem excitat, vt cum eâ vlterius proficiat: vel certè hortatio est ipsa prima Dei vocatio externa, quâ de legè ordinatâ Deus semper vtitur ad dandam vocationem internam. Multò minùs frustranea est oratio; hæc. n. semper supponit in orante gratiam vocationis, sine quâ nemo Deum vt oportet, orare potest, ex *Arausic.can.3.*

Ad 2. neg. sequel. vt. n. docet *S. Thom.* 2.2.*qu.* 63. *ar.*1. Acceptio personarum est vitium oppositum iustitiæ distributiuæ: Deus autem nulli suam gratiam debet titulo iustitiæ distrib. cùm nullum ius, quod distributiua necessariò supponit, creatura habeat ad gratiâ Dei, & consequenter nec Deus vllum debitum habeat dandi suam gratiam: sed illam mero titulo liberalitatis donat, iuxta illud *Matth.*20. *An non licet mihi facere quod volo?* Cæterùm Petrus *cit.* Actor. 10. loquitur de gente, quæ Deum timet, & iustiriam operatur ex præueniente auxilio gratiæ, non viribus solius naturæ. 446. *Ad 2.*

Ad 3. neg. conseq. potest. n. vnus alteri salutis initium impetrare: quia qui alteri impetrat, potest esse in gratiâ, quâ valet id promereri: nullus potest sibi salutis initium impetrare, quia hic supponitur non habere primam gratiam, sine quâ nihil potest à Deo impetrare. Quoad Chrysost. & Græcos Patres, non desunt, qui illos piè explicant, vt non absolutè concedant, liberum arbitrium proprijs viribus, sed vt præuentum auxilio diuino, salutem inchoare; probant ex *hom.4.ad Ephes.* vbi docet, fidem esse donum Dei; *& hom.2. in poster. Epist. ad Timoth.* nos à Deo gratis vocari. Verùm in 1. addit, Deum supponere bona opera in ijs, quos per gratiam saluos fecit, &c. primam, quam non requirit, vt incipiamus, sed vt in bono perseueremus. In 2. scribit: *Qui enim nos, cùm perditi inimicique essemus, saluos fecit per gratiam: multò magis cùm operantes viderit, cooperator accedit*: de operantibus auxilio gratiæ explicationem nec textus, nec alia loca, in quibus expresè videtur insent. Massil. declinasse, admittit. Quoad *S. Thom.* certum est, in summâ Catholicam sent docuisse. Reliqui Schol. ab errore excusantur, quòd putauerint, non esse contra fidem asserere, opera naturæ viribus facta, esse tantùm de congruo meritoria apud Deum, dummodo constaret non esse meritoria de condigno: quod tantùm fauere Massilienſib. fortè credebant. Nec peculiaris modus à Molina excogitatus saluat Concilia & Patres, qui absolutè negant, ad vllum nostrum naturalem conatum subiungi gratiam. Potest tamen modus ille capi bono sensu, quâ conatus est meritis Christi obtentus. 447. *Ad 3.* 448. *Ad Chrysost. & reliquos* 449. *Ad S. Tho.* *Ad modum Molina*

Infertur 1. quo pacto dignoscendæ sint propositiones Pelagianam hæresim sapientes. Etenim si propositio meritum hominis seu opus meritorium adscribit soli libero arbitrio, vel nullâ gratiæ mentione factâ, Pelagiana est: multò clariùs, si gratiam expresè excludat v. g. *Alieni à fide Christi abundant virtutibus: Iustos nos libera voluntate facimus. Gratia nobis necessaria est ad facilius duntaxat operandum: Peccatum non potuit humanam debilitare naturam. Non peccare nostrum est: Homo in propriâ habet voluntate, vt facere, aut non facere aliquid possit, quod ad æternam vitam conducat: Potest homo ex se à peccato cessare, & iustè ac rectè viuere, non minùs quàm à iustitia deuiare. Sola sufficit voluntas, vt tentati in peccatum non incidamus: Quod possumus omne bonum facere, illius est, qui hoc posse donauit: Quod bonum agimus, nostrum est: quia hac omnia vertere in malum possumus.* 2. Quâ ratione dignoscendæ sint propositiones semipelagianæ, videlicet, si initium meriti, fidei, gratiæ libero adscribatur arbitrio, aut operibus solius naturæ viribus factis, propositio est semipelagiana: vt *Nostrum est, salutem inchoare, Dei verò illam suâ gratiâ promouere ac consummare: Deum nulli suam gratiam dare, nisi bonâ præcunte voluntate, cui gratiam subiungit. Cor præparare ad gratiam suscipiendam, hominis esse: Posse aliquos per liberum arbitrium ad gratiam baptismi venire: Esse in* 450. *Quomodo dignosces propos. Pelag.* 451. *Quomodo semipelag.*

nobis

Digitized by Google

nobis liberam facultatem petendi, quærendi, pulsandi, vt gratiam à Deo impetremus: Vt acquiescamus diuinæ inspirationi & saluti, nostræ esse potestatis: vt adipiscamur quod cupimus, diuini muneris: Nostra est victoria: quoniam propria voluntate arma suscepimus: sicut è contrario, nostrum est, quando vincimur, quoniam arma propriâ voluntate contempsimus: Liberum arbitrium seipsum flexit ad credendum, assistente tantùm diuino adiutorio.

452. Instabis contrà: etiam Catholici debent has propositiones admittere: *Liberum arbitriũ se flexit ad operandum opera salutis: Libero arbitrio tribuenda sunt opera meritoria: Liberum arbitrium seipsum discernit*: cùm liberi arbitrij sit, gratiam ad operandum determinare, illam efficacem reddere, ad vsum applicare; cùm ille ex se sit indifferens ad operandum, & non operandum. Resp. neg. huiusmodi propositiones à Catholicis necessariò admittendas: esto liberi arbitrij sit, seipsum per gratiam ad operandum determinare: id. n. gratiam non determinat ex se, sed viribus eiusdem gratiæ, tum moraliter persuadentis, tum physicè cum ipso ad opus concurrentis. Quo fit, vt nequeat ipsi opus principaliter ac simpliciter adscribi, cùm & minùs principaliter, & non nisi priùs à gratia excitatum & adiutum ad opus concurrat: sed gratię, quæ est sola & totalis causa condignitatis, quæ in opere meritorio præcipuè spectatur; & præterea ipsa est, quæ opus & incipit pręueniendo, & perficit comitando, & consummat subsequendo.

453. *Efficacia gratiæ tribuenda gratia:* Falsum quoque est, efficaciam gratiæ principaliter ac simpliciter tribuendam esse libero arbitrio, sed Deo qui illam confert cui placet, & quando pręuidit suum habituram effectum. Et esto, vt illam Deus præuiderit habituram effectum, à liberâ pendeat cooperatione arbitrij, quod per illam ad operandum suo libero consensu se determinauerit: vt tamen posteà illa à Deo præparetur, & in tempore conferatur, non nisi à liberrimâ pendet Dei voluntate, qui eam nemini debet. Vnde non potest liberum arbitrium gloriari, quod seipsum discreuerit, cùm in ipsius potestate non fuerit, talem gratiam sibi antecedenter præparare, tum quâ esset infallibiliter cooperaturũ, nec aliquid facere, vt ea sibi à Deo in tempore conferretur: cùm nullum opus, etiam viribus gratiæ, multò minùs naturę factum, infallibilem connexionem habeat cum gratiâ congruâ atque efficaci, quæ ex sola ac mera Dei voluntate pendet, qui antecedenter ad cuiusuis merita illam pręparat, quibus, & quando vult. Solùm igitur in potestate liberi arbitrij fuit non deficere seu cooperando efficere, vt gratia pręuideretur efficax si daretur; non fuit autem in potestate arbitrij efficere, vt quę gratia pręuisa est efficax, ea sibi præpararetur. Minimè quidem pugnat huiusmodi scientia media seu conditionata in Deo, quâ pręuideat, quid per vires gratię, si darentur in talibus circumstantijs, liberum arbitrium sit facturum; ita tamen vt nemo dicat, liberum arbitrium ad opus excitare, trahere, flectere gratiam quasi torpentem, sed ipsum torpens à gratiâ excitari, trahi, flecti ad opus; ac proinde præuideatur conditionatè futurum opus per vires gratię, libero arbitrio non reluctante, sed cedente, & determinationem sibi propriam ad opus adhibente. Verũ ex eo quòd in arbitrij potestate fuit, vt pręuideretur non inefficax seu efficax, illam sibi non promeruit, sed solùm fuit quoddam prærequisitum, vt Deus certissimo modo ex parte sua procederet in pręparandis hominibus & Angelis medijs ad salutem consequendam infallibilibus, non vt à tali

Scientia media facilis captu

pręuiso creaturæ consensu vlla ratione moueretur ad eam pręparandam conferendam ve: cùm potuerit gratiam cum libero consensu creaturæ prævisam congruam non præparare, sed aliam pręuisam non congruam, ex libero eius dissensu, vel omninò nullam: sicut de facto multas gratias Deus præuidit cum libero consensu conditionato tam hominum, quàm malorum Angelorum congruas, quas tamen illis non præparauit: quia nimirum talis conditionatus consensus, quantumuis per vires gratiæ cum libero arbitrio eliciendus, si gratia ista præpararetur, non est Deo impulsiua ratio ad suam gratiam creaturis præparandam, absolutè sed mera ac pura conditio vt Deus possit esse certus de medijs creaturę liberis ad suum etiam liberum propositum exequendum. Quo fit, vt vltima illa determinatio ad exercitium, quę per gratiam congruam habetur à libero arbitrio cooperante, in cuius potestate est, determinationem hanc vitalem sibi propriam dare vel non dare, non sit antecedens aliquo modo causaliter influens in gratię pręparationem aut collationem; sed tantùm consequens, supponens iam gratiam congruam gratis ac sine vllo proprio merito sibi pręparatam, ad saluandam indifferentiam & libertatem creati arbitrij ad meritum necessariam.

Dices: Saltem liberum arbitrium seipsum ab alio discernit quoad exercitium: quia vel determinando gratiam ad exercitium operis, vel seipsum ad opus per gratiam, est causa suæ discretionis ab alio, qui per eamdem gratiam entitate parem ad exercitium operis se non determinat, ad quod potuisset se determinare. Resp. neg. antec. nam hæc ipsa discretio principaliter est à gratiâ, quæ antecedenter ex speciali affectu à Deo præparata fuit prædestinato, & non reprobo; hæc viribus suis etiam quoad exercitium discernit bonos à malis, & prædestinatos à reprobis, licet non sola, sed cum libero arbitrio creaturæ cooperantis. Quia gratia est, quæ libero arbitrio persuadet, vt seipsum ad exercitium determinet: atque hâc intentione fuit illi à Deo præparata. Etiamsi solum liberum arbitrium sit, quod seipsum à bono & prædestinato quoad exercitium discernat: quia solum liberum arbitrium proprijs viribus nec seipsum, nec gratiam sufficientem, ad opus determinat: proinde solum liberum arbitrium est principalis totalisque causa suæ discretionis negatiuę seu reprobationis. Quare gratia discernit bonos à malis positiuè ac principaliter intrinsecè, Deus positiuè principaliter extrinsecè, dans liberè gratiam cum præscientiâ cooperationis vnius & non alterius. Liberum arbitrium discernit malos à bonis negatiuè ac principaliter intrinsecè, Deus verò negatiuè extrinsecè, non dando gratiam, quam præuidit cooperaturam. Non discernit autem Deus malos à bonis, & reprobos à prædestinatis positiuè, quia non dat gratiam sufficientem cum intentione, vt illa effectum non sortiatur, imò, quantum est ex se, vellet ac sibi complaceret, vt illa effectum sortiretur, tametsi nolit dare aliam, quam præuidit effectum habituram, quia non tenetur: & alioqui gratia sufficiens ex se vires habet, vt si velit homo, cum eâ possit salutem consequi. Vnde si nullus præuideretur gratiæ diuinæ defuturus, nullum Deus posset discernere extrinsecè; nunc autem potest & malos discernere à bonis negatiuè, non dando gratiam efficacem; & bonos à malis positiuè, gratiam efficacem conferendo: quia mali à bonis proprio vitio se intrinsecè discernunt in præscientiâ Dei conditionatâ. Cernis quota pars discretionis

454. *Lib. arb. seipsum an discernat.*

Digitized by Google

Totaliter deficit, minimum efficit.

cretionis suę sit bonus? nulla quidem causa deficiens, at minima efficiens, seu determinãs ad exercitium, priùs à gratiâ persuasus: gratia verò discernit principaliter, si liberum boni arbitrium coagat partialiter, & liberum mali arbitrium deficiat totaliter; quo non deficiente, nequit liberum boni arbitrium se discernere, cùm non habeat, à quo se discernat: Deus discernit absolutè principaliter solus, qui solus dat gratiam vni, quam præuidet congruam & efficacem; non dat alteri, nisi incongruam & inefficacem vitio liberi arbitrij; hanc ipsam libentiùs daturus, si eam præuideret congruam & efficacem cum cooperatione liberi arbitrij. Quid, inquis, si Deo nihil pręsciente, gratia singulis par quoad sufficientiam distribueretur, nonne quia vsus & non vsus in libero relinqueretur arbitrio, consensus vel non consensus, efficacia vel non efficacia eidem libero tribueretur arbitrio? Resp. etiam tunc gratia esset, quæ daret velle & facere voluntati, totam entitatem actus efficiens, & ad ordinem suum euehens: proinde non debet dici voluntas esse, quę facit reipsâ facere gratiam, cùm sine gratia nec facere, nec velle possit voluntas, imò nec possit entitatem actus attingere. Longè dispar est ratio de tentatione intùs blandiente, quæ non dat velle aut facere voluntati, imò nec attingit entitatem actus volitionis: ideò actus peccaminosus tribuitur simpliciter voluntati, quæ totam entitatem efficit totaliter, non tentationi, quę concupiscentiæ, quæ actum nec attingit. Ita gratia esset, quæ discerneret positiuè prędestinatum, licèt ab euentu in isto casu Dei nihil præscientis; & voluntas reprobi ipsum discerneret negatiuè, quia gratiam sufficientem suâ ignauiâ redderet inefficacem. Cæterùm dici potest liberum arbitrium per vires gratię minusque principaliter, & quoad exercitium tantùm se discernere, iuxta illud *Ezech.* 18. *ipse animam suam viuificabit*: quod expressè docet *Gregor.* 33 *moral. cap.* 20. *Bonum quippe, quod agimus & Dei est, & nostrum; Dei per prauenientem gratiam, nostrum per obsequentem liberam voluntatem, & rationem reddit si. n. Dei non est, vnde eigratias in aternum agimus? rursum si nostrum non est, vnde nobis retribui præmia speramus?*

Gratia discernit positiuè principaliter

DISPVTATIO XXVII.

Quid & quotuplex sit Gratia?

1. *Repetenda ex disp. 26. sect. 1. non nulla.*

SVmitur hic gratia in sensu presso cum Patrib. contra Pelag. pro dono creato supra omnem naturæ exigentiam homini collato. In quâ acceptione 1. excluditur gratia increata sc. diuina dilectio, quæ ad omne donum supponitur, vt principium & origo; 2. beneficium ipsum creationis, & quidquid ad creationem naturaliter consequitur. Etsi. n. hæc interdum secundùm Patres, *August. epist.* 95. *& Bernard. de gra. & lib. arb. fine*, gratia dici possit; eo quòd ex nullis nostris præcedentibus meritis conferatur: quia tamen limites naturæ humanæ non excedit, neque illam ad finem supernat. euehit; nomen gratię, aut gratuiti doni, in sensu à Patrib. & Concil. vsurpato, qui, vt *ibid. August.* solam gratiam vocant, *Quę prædestinati vocamur, iustificamur, glorificamur*, simpliciter non meretur. In hoc igitur sensu gratia quadrifariam sumi potest. 1. secundum entitatem: 2. ex fine, ad quem ordinatur: 3. ex modo existendi in nobis: 4. per respectum ad liberum consensum voluntatis humanæ.

2. *Gratia quoad entitatẽ diuiditur*

Quoad entitatem diuiditur in supernat. quoad substantiam, & quoad modum. 1. est donum diuini ordinis, euehens naturam ad participandum aliquem modum essendi, vel operandi proprium Dei. 2. est donum in entitate quidem naturale, indebitum tamen naturæ, vel quia datur tempore, quo à natura non exigitur; vel quia illustrior & vberior excitatur, quàm excitata fuisset à causis naturalibus. Dari hæc auxilia supernat. tantùm quoad modum, constat ex *disp.* 26. *sect.* 1. Siquidem dari possunt excitationes ad bonum virtutis acquisitæ, quoad tempus, intensionem, & modum, reliquasque circumstantias, naturæ indebitæ.

3. *Ex fine*

2. Ex fine, ad quem ordinatur, diuiditur gratia in gratis datam, & gratum facientem. Sub 2. membro comprehendimus omne donum in propriam salutem sufficctum: sub 1. omnem virtutem in communem vtilitatem collatam. Quo pacto diuisio adæquata est diuiso, & fundamentum habet in 1. *Corinth.* 12. *Rom.* 12. *Ephes.* 4. *&c.* Ratio diuisionis: omnis gratia datur, vt per eam homo ad Deum reducatur; vel immediatè per seipsum; & hoc præstat gratia gratum faciens, quæ se ipsa hominem cum Deo, tanquam cum vltimo fine & obiecto supernat. beatit. coniungit: vel mediante cooperatione alterius: & ad hoc datur gratia gratis data, per quam vnus homo cooperatur ad reductionem alterius hominis in Deum; non interiùs mouendo, quod solus præstat Deus, sed exteriùs docendo & persuadendo. Ad hoc autem rectè præstandum tria requiruntur. 1. plena cognitio rerum diuinarum, quę habetur per fidem, sapientiam, & scientiam. Fides confert peculiarem certitudinem de principijs & fundamentis Catholicæ doctrinę. Sapientia, est clara notitia præcipuarum veritatum, quæ ex immediatis principijs fidei deducuntur. Scientia, est cognitio rerum humanarum, quia inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt explicatiùs illustriusque proponuntur. 2. Requiritur virtus probandi & confirmandi ea, quæ dicuntur & proponuntur. Sicut n. veritates naturales confirmantur argumentis, ductis ex principijs lumine naturæ notis: ita veritates diuinitus reuelatę confirmantur signis & argu. ductis ex omnipotentia, & scientia Dei, vt sunt miracula, & prædictiones futurorum contingentium, & secretorum cordium. Priora patrantur, vel per virtutem sanitatũ, vel per operationem virtutum. Posteriora per Prophetiam vel discretionem spirituum. 3. Quod requiritur, est facultas rectè pronunciandi ea, quæ alijs proponenda sunt. Quę facultas vel attẽditur penes idioma, quo quis possit ab alijs intelligi; & sic ponuntur genera linguarum; vel penes sensum eorum, quæ dicenda sunt, & sic ponitur interpretatio sermonum; ex quo nomen consurgunt gratiæ gratis datæ, de quibus *Apost.* 1. *Corinth.* 12.

4. *Triplicitèr cooperatur homo, ad reductionem alterius hominis in Deum.*

5.

6. *Quales debeant esse gratiæ gratis datæ.*

Vt autem hæ dici possint gratiæ gratis datæ, non debent esse acquisitæ naturali facultate, sed peculiari instinctu Spiritus S. infusę: alioqui non tam essent gratiæ gratis datę, quàm dona naturalia. Vnde scientia, quæ collocatur inter gratias gratis datas, non intelligitur cognitio rerum humanarum, naturali discursu comparata, sed peculiari motione Spiritus S. infusa. Non est autem necesse, vt hæc conferantur per modum habitus, sed possunt conferri per modum tantùm actus. Obseruat *S. Doct.* 2. 2. *q.* 172. *ar.* 4. huiusmodi gratias, cùm dentur ad vtilitatem Ecclesiæ, non necessariò suppo-

Digitized by Google

nere sanctitatem in subiecto, cui tribuuntur: nam ex *August.* 18. *de ciuit.* cap. 23. Sibyllæ multa de Christo prophetarunt, quæ fortè sanctificantem gratiam non habuerunt.

7. *Dices.* Gratia gratis data recurrit cum ipso diuiso: omnis .n. gratia gratis datur: igitur non constituit distinctum membrum à gratiâ gratum faciente, quæ etiam est gratis data. Resp. in hâc diuisione, gratiam gratis datâ sumi specificè, prout includit specialem ordinem ad finem, propter quem datur, quę est publica vtilitas Ecclesiæ. Neque est nouum, interdum speciem appellari nomine sui generis, sicut quodcunqne brutum, quod est species sub animali contenta, appellatur communi nomine, animal.

8. *Gratia ratione modi existendi alia actualis, alia habitualis*

3. Diuiditur ad propriam salutem collata ratione modi existendi in nobis, in actualem, & habitualem: *ex Scripturis, Concilijs. Triden. sess. 6. cap. 4. 5. 7. 16. & can. 3. 4. 9. 11. 22. &c.* Habitualis est, gratia gratum & sanctum faciens subiectum: actualis, est speciale auxilium seu motio vitalis, quam immittit Deus peccatori, vt conuertatur, vel iusto, vt in gratia proficiat; quam solus Deus dicitur operari in nobis sine nobis, quia videlicet illam nobis infundit ante vllum nostrum liberum consensum.

9. Differunt ex modo existendi: 1. quia habitualis habet modum existendi permanenter, quando .n. non operamur, etiam sancti & iusti sumus: Actualis habet modum existendi transeuntem; neque est, nisi dũ actu operamur. 2. habitualis semper datur adultis per dispositionem antecedentem, de congruo ipsam merentem; *Triden. sess. 6. cap. 7.* ex propriâ cuiusque cooperatione. Prima gratia actualis semper datur gratis absque vllo nostro merito; ac proinde mensura illius pendet à solâ liberâ voluntate Dei; licet primâ gratiâ actuali mereri possimus secundam. 3. gratia habitualis pugnat cum quolibet mortali pt. non actualis. 4. habitualis est eadem specie in omnibus; non actualis: siquidem alia est motio actualis ad fidem, alia ad spem, alia ad charitatem; iuxta varietatem obiecti honesti, ad quod sunt actuales tendentiæ intellectûs vel voluntatis. 5. gratia habitualis est adiutorium hominis ad opera supernat. in actu 1. actualis in actu 2. 6. actualis datur omnib. adultis: nam sine illâ nemo potest salutem inchoare: habitualis non item, quia hęc ad salutem inchoandam necessaria non est.

10. *Ratio diuisionis*

Ratio huius: sicut Deus res naturales ad suos fines promouet, non solùm mediante motu, quem in illis excitat, sed etiam mediantibus potentijs, quibus eas perficit, & ab intrinseco potentes reddit ad suos fines: ita creaturam rationalem ad finem supernat. cælestis beatit. non solùm promouet, illam excitando gratiâ actuali; sed etiam permanentibus habitibus, veluti potentijs illam roborat, perficit, & ab intrinseco potentem reddit ad huiusmodi finem consequendum. Subdiuiditur autem gratia habitualis in varios habitus, quibus tam substantia animæ, quàm eius potentiæ in ordine ad varios effectus perficiuntur. Vnde præter iustitiam sanctificantem, & tres Theologales virtutes, dantur aliæ virtutes infusæ, & dona supernaturalia ad diuersa munia ordinata: de quib. infrà.

11. *Gratia ex respectu ad liber. consensum præueniens, comitans, subsequens.*

4. Diuiditur actualis ex diuerso respectu ad liberum consensum in præuenientem, comitantem, & subsequentem: apud Concilia, Patres, *Triden. sess. 6. cap. 16. August. Bernard.* Dicitur præueniens, quà præuenit liberum hominis consensum, & per intellectus illuminationem, & voluntatis motionem: Comitans, quà liberum consensum comitatur, illum vnà cum voluntate operando: Subsequens, quà subsequitur liberum consensum, opportunitatem præbens exequendi ea, quę præconcepta sunt, superando difficultates, quę in operis exequutione occurrunt, iuxta *August. in Enchir. cap. 32. Nolentem præuenit vt velit; volentem subsequitur, ne frustra velit:* Fulgen. lib. 1. ad Monim. cap. 11. *Præuenit donans homini bonam voluntatem: subsequitur benè volentem, operando in illo boni operis facultatem:* Bernard. de gra. & lib. arb. fine: *Ipsa gratia liberum excitat arbitrium, cùm seminat cogitatums sanat, cùm immutat affectum: roborat, vt perducat ad actum:* Addit: *Sic autem ista cum libero arbitrio operatur, vt tamen illud in primo præueniat, in cæteris comitetur; ad hoc vtique præueniens, vt iam sibi deinceps cooperetur:* hoc est; eadem quę respectu interioris propositi est subsequens, respectu exterioris operis, quod adiuuat, dicitur concomitans.

12. *Obijcies* contra 4. diuisi. 1. Præter gratiam præuenientem, comitantem, & subsequentem, datur etiam ex *Triden. sess. 6. cap. 5. & 6.* excitans, adiuuans: *ex Arausi. & Aug. lib. de gra. & lib arb. cap. 17.* datur operans, & cooperans: *quoniam ipse,* inquit August. *vt velimus operatur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens:* ex Prospero *in epist. ad August. 7. to. ante lib. de prædest. SS. fine,* datur præoperans: & secundùm omnes Theol. præter præuenientem, comitantem, & subsequentem, datur sufficiens, & efficax. Igitur diuisio non adęquatur diuiso. Resp. neg. conseq. hæc .n. omnia continentur in assignatâ diuisione, munere tantùm & respectu diuerso. Eadem dicitur præueniens, quà antecedit liberum consensum: excitans, quà obiecti propositione mouet ad consensum. Vnde *Tridē. sess. 6. cap. 5.* quam anteà appellauerat præuenientem, posteà appellat excitantem. Comitans dicitur, quà simul duratione est cum libero consensu: Adiuuans, quà voluntatem ad consensum eliciendum iuuat. Rursus eadem, quæ est præueniens, dicitur operans, quà est principium deliberati consensus: alioqui quà est effectus, respicit Deum, à quo immediatè infunditur, in ordine ad quem dicenda potiùs esset gratia operata. Cooperans dicitur, quà cooperatur cum voluntate liberè consentiente, quę eadem est cum adiuuante, & comitante, solo respectu diuersa. Vnde *Triden. cit.* eandem appellat cooperantem, & adiuuantem, & *cap. 16.* comitantem. Præoperans dicitur, quà præcedit causalitate & naturâ liberum consensum, & eadem est cum præueniente. Pari modo, quę ratione antecessionis dicitur præueniens, seu prœoperans, ratione virium & facultatis, quam ad operandum voluntati præbet, dicitur sufficiens: ratione operis, ad quod infallibiliter mouet, dicitur efficax.

13. *Gratia excitans, adiuuans, operans, cooperans, præoperans, sufficiens, efficax.*

14. *Obijcies* 2. Hæc diuisio gratiæ in præuenientem, comitantem, & subseq. conuenit etiam habituali: non igitur est propria actualis. Antec. est *S. Thom. 1. 2. qu. 111. art. 3.* vbi prædictam diuisionem applicat gratię habituali: cuius quinque numerat effectus: 1. vt per eam anima sanetur: 2. vt bonum velit: 3. vt bonum operetur: 4. vt in bono perseueret: 5. vt ad gloriam perueniat: *ex August. lib. de nat. & gra. cap. 32. Præuenit vt sanemur, subsequetur, vt glorificemur: Præuenit, vt piè viuamus: subsequetur, vt cum illo semper viuamus, quia sine illo nihil possumus facere:* ex Mileui. 2. *can.* 3. vbi docet, gratiam iustificationis non solùm valere ad peccatorum remissionem, sed etiam ad adiutorium. Valet ad adiutorium, quatenus, vt *can.* 5. idē testatur, præuenit liberum arbitrium, vt per illam operari possit.

Quinque effectus gratia habit.

15. Resp. non inficior, interdum hanc diuisionem à Doctoribus accommodari gratiæ habituali, quæ

Digitized by Google

quę præuenit exigendo auxilium actuale, quo voluntas fiat proximè potens ad operandum: comitatur cum voluntate cooperando, eamque per suos habitus physicè adiuuando: subsequitur per conceptum propositum ad operis exequutionem impellendo: vt recte in eam adiutorij definitio ab *Aug. lib. de correp. cap.* 12. assignata quadret: *Adiutorium est non solùm sine quo non fit, verum etiam quo fit, propter quod datur.* Datur autem gratia habitualis tanquam radicale adiutorium ad omnia opera supernat. Nihilominus diuisio frequentiùs à Patrib. & Concilijs vsurpatur pro gratiâ actuali, vt constat ex *Tridet. sess. 6. cap.* 16. vbi loquens de gratia, quam Christus vt caput in membra, & vitis in palmites in ipsos iustificatos iugiter influit: *Bona*, inquit, *eorum opera semper antecedit, & comitatur, & subsequitur.* Cùm autem hic sermo sit de vnâ eâdemque gratiâ, quę iustorum opera antecedit, comitatur, & subsequitur; & Christus non influat antecedenter in iustos gratiam habitualem, sed actualem, quæ sunt vitales illustrationes intellectûs, & motiones voluntatis, hæc diuisio erit de gratia actuali. Prœueniens gratia subdiuiditur in sufficientem & efficacem: de sufficiente vt distinctâ ab efficaci *disp. seq. art.* 3.

16. *Gratia medicinalis, sanans, specialis Christi quæ?*

Objciet 3. nescio quis, in his gratiæ diuisionibus omissum esse membrum præcipuum gratiæ Christi per antonomasiam, quę medicinalis sit, ac sanans indifferentiam arbitrij perditam, seu necessariò affixam delectabili bono per concupiscentiæ vulnus, eademque necessitans ad bonum honestum, per delectionem victricem concupiscentiæ, seu retorquens necessariò libertatem à malo. *Resp.* Gratiam Christi ita sanantẽ, vt tollat seu necessitet indifferentiam arbitrij, non agnoscit Catholica ac verissima fides; gratiam Christi necessariam prædicans, non necessitantem vllo modo liberum arbitrium: sicut & contra hæreticos demonstratum est *disp.* 6. *sect.* 1. primo libertatis Adæ flexu in malum, non perijsse indifferentiam arbitrij, cùm hæc necessariò fluat vt proprietas ab essentiâ animæ rationalis; cuius voluntas naturâ suâ est domina sui actûs determinatiua; quod ipsum dominium est distinctiuum rationalis appetitûs à brutali, qui ex propriâ naturâ est determinatus ad bonum delectabile. *Ibid.* verò & n. 42. & *disp.* 25. *sect.* 5. declaratum est, experientiâ & sensu communi percipi à plerisque qui voluptati indulgent, concupiscentiæ vulnus non esse nisi moralem procliuitatem voluntatis in bonum iucundum, idque nullam necessitatem arbitrio inferre: neque concupiscentiam vsurpare sibi vim vltimò determinandi ad exercitium actûs, vt propriam maximè liberi arbitrij; cuius virtus etsi minima, suppositâ gratiâ eleuante, sufficit vt voluntas determinet seipsam ad exercitium, & determinet gratiam ipsam vt cæteros habitus ad vitalitatem in genere & in specie.

17. *Necessitans omittenda, necessaria libero arb. adstruitur.*

Catholica igitur veritas est, quòd gratia Christi sit ipsa habitualis, habitusque supernaturales, actuales intellectûs illustrationes, pij motus voluntatis à Spiritu S. quæ omnia, etsi certo gradu competerent libertati integrę Angelorum, & Adę dotati iustitiâ originali, possunt eadem saltem vberiore mensurâ sanare liberratem pondere concupiscentiæ pressam, si libertas non resistat seu sanari velit; imò quandoque pauciora auxilia sufficiunt ex. gr. Adam licèt iustitiæ dotibus insignis non abstinuerit ligno vetito, potuit eodem abstinere post lapsum, ac præceptum implere negatiuum: ad quod violandum natura etiam corrupta non necessitatur; licèt in vetitum nitatur ex libertate, frę-

num non amante. Plerumque tamen eò maiora requiruntur auxilia ad sanandam libertatem, quò grauior concupiscentię difficultas superanda est: nemo tamen expectat gratiam necessitantem ad non peccandum; plerique percipiunt facilitatem maiorem ad peccandum, etsi non peccent, quando liberum arbitrium suspendit etiam cum difficultate cõsensum in peccatum, ex amore honesti, etiam supernaturalis, si grauior sit tentatio. Cùm igitur concupiscentia, etsi facilitatem peccandi dans, non necessitet voluntatem, multò minùs gratia Christi libertatem necessitabit, cùm facilitatem eam non det, quæ semper excludat omnem repugnantiam. Certè qui corpus cruentat flagris ex pœnitentiâ, non necessitatur ad id voluptate gratię victricis maiore quàm perceperit corpus veneri indulgens. Percipimus quidem motus indeliberatos gratiæ allicientes per delectationem & adiuuantes, minimè tamen necessitantes libertatem.

18. *Auxilijs vberioribus constans*

An hæc Christi gratia sc. efficax constet semper auxilijs vberioribus in entitate, an saltem in ratione doni seu congruitatis præuisę à Deo, disputare per sedem Apost. non licet, colligi tamen potest ex illo *Apost. Rom.* 5. *vbi abundauit delictum* & concupiscentię pondus auctum est, in alterâ lance *superabundauit gratia* Christi, quæ voluntatem ad naturam indifferentiæ suę plus minùs reducat, iuxta illud 1. *Corinth.* 10. *fidelis Deus qui non patietur vos tentari* nec deprimi à concupiscentiâ vestrâ *supra id quod potestis* superare per gratiam sufficientem à Christo datam abundè nullique negatam, dum in viâ est ad vitam æternam: colligi idem potest ex August. qui gratiam Christi vocat *auxilium quo aliquid fit, lib. de correp. c.* 12. & c. 11. discrimen gratiæ in naturâ integrâ & lapsâ statuit: *Adam non opus habebat eo adiutorio, quod implorant isti cùm dicunt:* Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meę &c. *In tali certamine laborantes ac periclitantes dari sibi pugnandi vincendique virtutem per Christi gratiam poscunt &c. potentiore gratia indigent isti; & quæ potentior quàm Dei filius?* Scilicet, gratiæ causa efficiens & meritoria, non formalis. *Istam gratiam non habuit homo primus, qua nunquàm vellet esse malus*, nempe efficacem seu congruam præuisam; alia liquidem Adę non defuit, nec opus habuit necessitante: quippe *eius tale erat adiutorium, quod deseteret, cùm vellet; & in quo permaneret, si vellet, non quo fieret vt vellet*, videlicet sufficiens tantùm. *Hæc est prima gratia, quæ data est primo Adam*, cui nulla concupiscentię repugnantia erat superanda: *sed potentior est in secundo Adam: prima enim est vt habeat homo iustitiam si velit: secunda ergo plus potest, quo etiam fit, vt velit, & tantum velit tantoque ardore diligat, vt carnis voluntatem contraria concupiscentem voluntate Spiritûs vincat.* Verùm in quo hęc potentior gratia consistat, non explicat, nisi per effectum: quòd concupiscentiam superet, & sit *auxilium quo fit* consensus voluntatis; contentus Iuliano calumniam impingenti, quasi gratia Christi libertatem tolleret, respondere, ipsam dare libertatem seu hominem liberare à concupiscentię iugo: *Si volumus*, inquit epist. 107. ad Vitalẽ, *defendere liberum arbitrium non oppugnemus, vnde sit liberum: nam qui gratiam oppugnat, qua nostrum ad declinandum à malo & faciendum bonum liberatur arbitrium, ipse arbitrium suum adhuc vult esse captiuum: Respondeo, quomodo ad declinandum à malo, & faciendum bonum, liberum habebamus arbitrium*, id est liberatum, *quando erat sub potestate tenebrarum? Vnde si nos Deus eruit* per gratiam sufficientem vel efficacem, *ipse vtique liberum* seu

Digitized by Google

liberatum *illud fecit*. Quibus & pluribus alijs locis euidens est, Augustinum nil aliud contendere cum Pelagianis, nisi vt agnoscant necessitatem gratiæ sufficientis & efficacis, quâ liberetur à concupiscentiâ hominis arbitrium; non necessitatem gratiæ necessitantis liberum arbitrium, sed plus minùs illud reducentis ad natiuam indifferentiam: quam nec in dubium reuocat, cùm constet omnium sapientum calculis: negat arbitrium esse liberum sine gratiâ, quia non est liberatum: affirmat passim esse liberum per gratiam, quia liberatum: *lib. 1. ad simplic. qu. 1. quomodo aufert* liberum arbitrium, *cùm dicat, velle adiacet mihi? certè ipsum velle in potestate est, cùm adiacet nobis* per gratiam; nam sine gratiâ velle bonum supernat. non adiacet nobis. *Sed quod perficere bonum non est in potestate, pertinet ad meritum originalis peccati*, à quo etiam liberamur per gratiam Christi.

19. *Discrimen auxilij suffic. & efficacis ex Augus.*

Quod ergo distinctiuum auxilij Adę *sine quo non*, & auxilij *quo* hominis lapsi? (certè nec implicitè dixit Augustinus, gratiam Christi non posse deseri ab homine etiam lapso, seu non esse relictam in eius libero arbitrio: *lege de correp. c. 11. & 12.* vbi minimè pugnat cum Trident. cit. *disp seq. n.* 40.) hoc planè discrimen est; quòd auxiliū *quo* includat auxilium *sine quo non*: auxilium *sine quo non* interdum excludit priuatiuè auxilium *quo*: hoc igitur non opponitur illi, sed componit cum illo vnum auxilium efficax; imò idipsum auxilium *quo* identificatur cum auxilio *sine quo non*, nempe auxilium efficax est ipsum sufficiens & connexum effectui: ita August. de correp. cap. 12. de lumine glorię ait, *Hoc adiutorium & quo fit est, & sine quo non fit, quia si data* fuerit homini beatitudo continuò fit beatus, & si data non fuerit, nunquam erit, quia nimirum lumen glorię habet secum connexum effectum beatitudinis seu visionem beatam; quę visio si per Dei potentiam suspenderetur, homo per lumen glorię haberet tantùm adiutorium *sine quo non* seu sufficiens ad visionem beatam: *Ita primo homini*, inquit, *datum est adiutorium perseuerantiæ, sine quo per liberum arbitrium perseuerare non posset, non quo fieret vt perseueraret*; quia nempe Adam per liberum arbitrium suspendit effectum perseuerantię: *Nunc verò Sanctis in regnum Dei prædestinatis per gratiam Dei, non tantùm tale adiutorium perseuerantiæ datur, sed tale, vt eis perseuerantia ipsa donetur*. En effectum auxilij efficacis, scilicet perseuerantiam. In quo autem efficacia consistat, non explicat, nec ego disputo. Pro certo habendum, quòd efficaciam in primo homine non collocauerit in gratiâ necessitante, ac proinde nec in homine lapso; quasi Deo omnipotenti media desint, quibus ad consensum alliciat libertatem, indifferentiâ ipsius semper incolumi. Aliud certè non contendit Augustinus, nisi quòd *maior libertas* seu liberatio sit necessaria *aduersus tot & tantas tentationes, quæ in paradiso non fuerunt, dono perseuerantiæ munita atque firmata, vt cum omnibus amatoribus, terroribus, erroribus suis vincatur hic mundus* Quænam illa maior libertas nisi ipsa gratia liberatrix efficaciorque? verùm in quo sita illa sit, non enarrat, sed subdit: *Postquam est illa magna peccati merito amissa libertas*, seu æquilibriū libertatis per cōcupiscentiæ pondus, *etiam maioribus donis adiuuanda remansit infirmitas*. Quęnam illa maiora dona sint, nullibi declarat, credens Catholico sufficere illa agnoscere tanquam specialem Christi gratiam contra Pelagianos, & libero arbitrio antecedentem omnem necessitatem amouere. Quod ipsum est nostræ huius operæ pretium.

20. *Non quòd efficax necessitet liberum arb.*

DISPVTATIO XXVIII.

De Gratia actuali?

SECTIO PRIMA.

An detur, quid, quotuplex?

1. NOMINE gratię actualis intelligunt Theologi, quamcunque motionem à Deo supernaturaliter inditam, ad finem æternæ beatit. promouentem: quæ quamuis duplex sit, intrinseca seu inhærens; & extrinseca, vt verbi diuini prædicatio, Scriptura sacra, sanctorum exempla, tribulationes, flagella, & cætera, quæ hominem retrahunt à malo, & prouocant ad bonum; de solâ tamen auxiliante intrinsecâ cum Patrib. & Schol. disputo. Dupliciter probatur huius existentia: 1. experientiâ, quâ constat, dari in nobis subitos motus, veluti cælestes coruscationes, ad salutem nos inuitantes, iuxta illud Psal. 93. *Consolationes tuæ lætificauerunt animam meam*: vertit August. *Exhortationes tuæ iucundauerunt animam meam*. Et Ps. 118. *Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilatasti cor meum*. In quem August. *Cursus iste, via sunt mandatorum Dei, cordis dilatatio, iustitiæ est delectatio. Hoc munus est Dei, vt in præceptis eius non timore pœnæ angustemur, sed dilectione dilatemur, & delectatione iustitiæ delectemur. In hanc latitudinem diffunditur charitas in cordibus nostris per Spiritum S. qui datus est nobis*. Nequeunt autem isti motus ex naturalibus causis oriri; siue enim se teneant ex parte intellectûs, siue ex parte voluntatis, diriguntur in finem supernat. ergo sunt à Deo supernaturaliter in nobis operante, & nobiscum cooperante; cùm à nulla alia supernat. causa produci queant. 2. Nequit voluntas creata seipsam mouere in obiectum supernat. nisi præmota & excitata à notitia supernat. sed hanc nequit producere intellectus viribus proprijs; cùm extra sphærā ipsius sit: ergo immediatè producitur à Deo. Maior prob. sicut nequit voluntas se mouere in obiectum naturale, nisi præmota notitiâ naturali: ita nec in obiectum supernat. nisi excitata notitiâ supernatntali.

Gratia actualis.

2. *An sit, prob. à posteriori*

3. *A priori*

4. *Dices.* Possunt huiusmodi motus in nobis excitari, vel ab habitibus infusis, vel à speciebus supernat. relictis ab actibus supernat. prœteritis: non igitur immediatè à Deo. Confirm. sunt vitales actus intellectûs & voluntatis, qui nequeunt fieri sine effectiuo concursu potentiæ vitalis.

5. Resp. 1. saltem primos motus, ad salutem inuitantes, in homine infideli nullum supponere vel habitum, vel speciem, à qua possint excitari: ergo saltem isti motus erunt immediatè à Deo, hominem ad salutem vocante. 2. Nullum habitum vim habere huiusmodi motus excitandi: cùm habitus sit ad instar potentiæ; nulla autem potentia vitalis vim habent seipsam excitandi ad primam operationem: non appetitiua, quæ necessariò supponit operationem ex parte intellectus: nec intellectiua, cùm pendeat in operando à specie, à qua debet ad operandum determinari. Sicut non potest potentia visiua seipsam ad visionem excitare; sed excitatur à specie, à qua determinatur: ita nec intellectus se ad primam notitiam, nam etiam pendet à specie,

6. *Nullus habitus habet vim primos motus intellectus vel voluntatis excitandi.*

Digitized by Google

specie, vel à principio extrinseco determinante. Quoad speciem verò relictam ab actu supernat. præterito, concedo ab illa interdum excitari notitiam rememoratiuam actûs supernat. præteriti, quę sit principium morale consensûs supernat. verùm hæc ipsa notitia tribuenda est Deo vt principali causę, vtenti tali specie, vt instrumento ad hominis salutem; sicut vtitur habitibus infusis ad actus supernat. physicè producendos. Quin arbitror, Deum peculiari motione huiusmodi species excitare ad animum circa finem supernaturalem permouendũ. Ad confir. cùm dicimus, hos motus immediatè fieri à Deo, non excludimus physicum & vitalem, sed liberum duntaxat concursum potentiæ creatę. Vnde dicuntur fieri à Deo in nobis, sine nobis liberè, non sine physicè operantibus. Determinamur autem ad illos à Deo necessariò ac physicè prædeterminante, non mediâ qualitate, sed actuali concursu.

7. *Hi motus fiunt in nobis, sine nobis liberè*

8. *Metaphora ostium pulsantis.*

Hęc ipsa auxilia actualis gratiæ explicat nobis scriptura varijs metaphoris: 1. eius, qui ostium pulsat *Apocal. 3. Ecce sto ad ostium & pulso.* Vnde sicut pulsus à solo pulsante fit, apertio non sine consensu aperientis: ita licèt in potestate humanæ voluntatis sit, pulsanti Deo per sanctas cogitationes, & pias inspirationes ostium cordis per deliberatum consensum vel dissensum aperire, vel non aperire: in eius tamen potestate non est pijs, & religiosis cogitationibus à Deo pulsari, vt egregiè *August. lib. de spir. & lit. cap. 34. Nemo habet in potestate quid ei veniat in mentem, sed consentire, vel dissentire propriæ voluntatis est*: & lib. 1. de pec. meritis cap. 22. *Vt iste credat, ille non credat, propriæ voluntatis est: sed vt iste audiat, quod credat; ille non audiat, in hominis potestate non est.* 2. Eadem declaratur metaphorâ à somno excitantis, *Ephes. 5. Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus.* Porrò sicut non est in potestate dormientis, è somno surgere, & euigilare: ita à somno peccati surgere, & ad sanctas cogitationes, piosque affectus euigilare, in potestate peccatoris non est, sed in libera voluntate Dei, vocantis & excitantis, vt *cit. August. Suasionibus agit Deus, vt velimus, & vt credamus. Neque enim*, vt paulò post, *anima rationalis quodlibet arbitrio credere potest, si nulla sit suasio vel vocatio, cui credat. Profectò & ipsum velle credere Deus operatur in homine, & in omnibus misericordia eius præuenit nos: consentire autem vocationi Dei, vel ab eâ dissentire sicut dixi, propriæ voluntatis est.*

9. *A somno excitantis*

10. *Nomen vocationis*

3. Sub nomine vocationis *Matt. 20. Multi sunt vocati, pauci verò electi.* Ad Rom. 9. *Non ex operibus, sed ex vocante dictum est, quia maior seruiet minori.* Etenim ex August. lib. 1. ad Simplic. qu. 2. *Nemo potest credere nisi velit, nemo velle nisi vocetur: nemo autem potest sibi præstare, vt vocetur.*

11. *Symbolum lucis ac luminis.*

4. Sub symbolo lucis ac luminis *Iob 29. Quando splendebat lucerna eius super caput meum & ad lumen eius ambulabam in tenebris.* Psal. 118. *Lucerna pedibus meis verbum tuum.* Ioan. 12. *Ambulate dum lucem habetis.* Sicut ergo lumen prærequiritur ad ambulandum, ita & diuinum auxilium ad rectè operandum. Leg. *B. Grego. lib. 19. Moral. cap. 9.*

12. *Nomen præuenientis & miserentis.*

5. Exprimitur nomine præuenientis & miserentis, *Psal. 58. Misericordia eius præueniet me:* ad Rom. 9 *Non est volentis, neque currentis, sed miserentis Dei.* Hęc eadem auxilia explicat *Triden. sess. 6. cap. 5. & can. 3. & 4.* sub nomine vocationis, illuminationis, inspirationis, excitationis, tactus, motionis; docetque ijs auxilijs nos semper præueniri ad operandum ex dono & instinctu Spiritûs S. Imò declarat, ab hâc gratia præueniente & vocante sumẽdum esse exordium iustificationis in adultis.

13. Scopus Patrum, præsertim Augustini, eiusque sectatorum contra Pelag. & Semipelag. fuit, authoritate Scripturæ, & ratione ostendere, hæc auxilia pulsantis ac mouentis gratię à solo Deo nobis infundi: ideò duplex in doctrina August. distinguitur gratia: vna operans, altera cooperans, cuius mentionem fecit *Prosper in epist. ad August. tom. 7. ante lib. de prædest.* operans est, quam Deus operatur, in nobis sine nobis. Cooperans, quæ nobiscum operantibus operatur. Ita *Aug. lib. de gra. & lib. arb. cap. 17. Vt ergo velimus, sine nobis operatur, cùm autem volumus, & sic volumus vt faciamus, nobiscum cooperatur:* & probat ex illo *ad Philipp. 2. Deus est, qui operatur in nobis velle & perficere pro bona voluntate.* Etenim vt velimus solus operatur Deus: cùm autem volumus, nobiscum cooperatur Deus.

14. Atque hæc quoad existentiam diuinorum auxiliorum, quæ in omnium sent. includunt & vocationem ex parte intellectûs, & inspirationem ex parte voluntatis: quibus tanquam motibus primò primis in ordine gratiæ voluntas præparatur ad liberum consensum præstandum. Quia sicut in quouis negotio morali necessariò præcedere debet cognitio aliqua ex parte intellectûs, ex qua moueri pòssit voluntas ad electionem faciendam: ita in negotio salutis æternę necessariò præcedere debet cognitio supernat. ex parte intellectûs, vt ex ea moueri possit voluntas ad deliberatum consensum, ante quem plerumque præcedit indeliberatus motus in voluntate, vt eo faciliùs & suauiùs disponatur ad liberum consensum. *Ratio*

15. Dubium oritur, an primum actum intellectûs, quo à Deo excitamur ad bonum prosequendum, necessariò præcedere debeat auxilium inhærens, quod sit principium & causa illius. *Dubium 1.*

16. Affirmat *Aluarez lib 8. de auxilijs disp. 74. concl. 1.* & cum eo recent. Thomistæ, ex illo principio, quia nulla causa 2. agere potest, nisi præmota & applicata à primâ. Confir. 1. alioqui primum auxilium, quod in negotio salutis incipit ab intellectu, non esset à solo Deo, sed etiam à naturâ, contra *Arauf. II. can. 20.* vbi contra *Pelag. Multa*, inquit, *in homine bona fiunt, quæ non facit homo.* Si igitur exordium iustificationis sumeretur ab actu vitali intellectûs, cùm ille non solùm producatur à Deo, sed etiam ab intellectu, initium nostræ salutis non esset à solo Deo, sed etiam à nobis. 2. Deus in negotio salutis gerit se ad instar ostium pulsantis: *Apoca. 3.* sed pulsus effectiuè solùm procedit à pulsante, non ab eo, cuius ostium pulsatur: ergo prima gratia pulsatrix, quâ Deus ostium nostri cordis pulsat, effectiuè tantùm procedit ab ipso. 3. intellectus ex se est incompletus ad actum supernat. eliciendum: ergo compleri debet per aliquod principium: sed connaturalius saltem est, compleri per principium intrinsecum: ergo. *Affirmat* *Confirmat* 1. 2. 3.

17. Negant probabiliùs ferè omnes Societ. N. Theologi. Fundam. vel hoc auxilium requiritur ad necessariò, vel ad connaturaliùs operandum. Non necessariò: cùm omnis efficientia, quę vitalis non est, cuiusmodi non est efficicientia huius qualitatis, immediatè suppleri possit à Deo concursu cooperatiuo. Non connaturaliùs: quia cùm hoc auxilium sit necessariò operatiuum (ponitur .n. vt principium effectiuum primi actûs intellectus, qui necessarius est) semper talem actum in intellectu causaret. Nec posset à voluntate impediri, cùm non pendeat à libertate ipsius, quippe cùm vim agendi non habeat dependenter à voluntate, cuius *Negãt alij*

liberum

Digitized by Google

liberum vsum præuenit. Nec cum aliqua probabilitate dici potest, quòd talis qualitas statim desinat cessante actu. Nam vel hæc desineret seipsa: & hoc non; cùm sit in subiecto connaturali, in quo nullum habet contrarium. Vel corrumperetur à Deo: & gratis dicitur. Adde, quòd hoc magis repugnat connaturalitati rerum, quę semel à Deo productæ, quantum est de se, semper postulant à Deo conseruari. Ad fundam. oppositę sent. neg. antec. si intelligatur de prę motione prę ueniente; conceditur, si de prę motione concomitanti & cooperatiua. Ad 1. confirm. nego, primum auxilium inchoans salutem simpliciter esse à nobis, esto non sit sine nobis physicè cooperantibus. Ratio: ex *S. Tho. in 2. dist. 28. qu. 1. art. 4.* ea tantùm dicuntur esse à nobis, quæ liberè à nobis fiunt, iuxta illud *Rom 7. Iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum*: Cùm igitur prima sancta cogitatio non sit à nobis liberè producta, non potest simpliciter dici esse à nobis: alioqui neque per aduers. auxilium primam cogitationem præueniens, dici posset à solo Deo; quia neque illud fit sine concursu saltem sustentatiuo animæ. Ita intelligendum *cit. concil.* quod tantùm contra Pelag. contendit, initium salutis non esse à nobis liberè, aut totaliter. In vtroque enim errabat Pelagius, & quòd liberè, & quòd totaliter esset à nobis per solas naturæ vires. Ad 2. nego paritatem de pulsu materiali & spirituali: nam spiritualis est vitalis, qui sine physica cooperatione eius, cuius cor pulsatur, fieri nequit. Ad 3. neg. minor. nam vel hæc prima cogitatio excitatur in iusto, & in illo est physicum principium completum per habitum infusum, qui simul cum intellectu cooperatur Deo, gratis excitanti: vel in peccatore; & quia ille est extra statum gratiæ, non debetur ei, vt primos actus supernat. operetur per principium intrinsecum.

18. *Ad fund.* *Ad confir. 1.* 2. 3.

19. *Dubium 2.* *Negant* *Affirmant verius.* 20.

Alterum: an homo cum solâ excitatione intellectus, absque vllo motu indeliberato voluntatis, possit consensum supernat. elicere. Negant aliqui. Fundam. voluntas est impotens ad inchoandum actum supernat. ergo nisi ille instigetur à Deo, per motionem indeliberatam antecedentem, cuius postea continuatio sit in potestate voluntatis, non poterit voluntas in consensum deliberatum erumpere. Ego cum *Molina in concord. qu. 14. art. 13. disp. 36. vel 37. &c. affirmo.* Fundam. vt voluntas consensum supernat. liberè elicere valeat, sufficit excitatio supernat. ex parte intellectûs, & comprincipium supernat. physicum inhærens, vel assistens ex parte voluntatis. Antec. prob. Vt voluntas sit potens elicere consensum supernat. sufficit, vt habeat auxilium supernat. in actu 1. paratum. Vt autem liberè possit illum elicere, sufficit, vt id auxilium paratum habeat dependenter à propria libertate, vt eo vti possit, quando lubet. Igitur nulla requiritur præuia motio ex parte voluntatis, nisi fortè ad faciliùs & delectabiliùs consentiendum. Antec. ostend. Non minùs voluntas est impotens ad liberũ consensum naturalem, sine concursu generali primę causę, quàm ad liberum consensum supernat. sine speciali auxilio Dei: at potest voluntas consensum naturalem liberè elicere, positâ tantùm naturali excitatione ex parte intellectûs, & auxilio generali ex parte Dei, oblato voluntati dependenter à libertate ipsius: ergo etiam poterit consensum supernat. liberè elicere, posita tantùm excitatione supernat. ex parte intellectûs, & auxilio supernat. ex parte Dei, oblato voluntati dependenter in coagendo ab ipsius libertate.

21. *Ad fund.*

Patet ad fundam. oppositæ sent. Est n. voluntas impotens actum supernat. inchoare absque principio supernat. vel inhærente, vel assistente, non absque motu indeliberato eiusdem voluntatis, vt probatum est. Neque n. vt consensus supernat. liberè eliciatur à voluntate, debet priùs duratione, vel naturâ inchoari à voluntate, sed sufficit, vt & ab auxilio, & à voluntate simul efficiatur.

Obiic. 1. August. lib. 2. de peccat. merit, cap. 19. qui victoriam, quam Deus de nostris voluntatibus reportat, faciendo eas consentire, tribuit delectationi & suauitati, quam ipse Deus infundit. Resp. 1. neg. *cit. August.* tribuere victoriam nostrarum voluntatum soli delectationi, sed vel delectationi, vel scientiæ disiunctiuè: *Nos autem quantum conceſſum eſt, ſapiamus & intelligamus, ſi poſſumus, Dominum Deum bonum ideò etiam ſanctis ſuis alicuius operis iuſtitiã aliquãdo non tribuere, vel certam ſcientiam, vel victricem delectationem &c.* Vocat *certam ſcientiam*, ratione infallibilis consensus; ad quem voluntatem humanam certò mouet: cumque disputare ex professo nolit Augustinus, in quo formaliter sita sit gratiæ efficacia & congruitas; constanter autem asserat, non magis lædi libertatem à gratiâ Christi quàm à præscientiâ Dei, aperit Catholicis liberum campum, vt positâ præscientiâ effectûs conditionatè futuri (quo modo *disp. 26. n. penul.* indicatum) illa in ratione efficaciæ compleatur per absolutum decretum Dei de tali gratiâ dandâ, quæ præuisa est effectum infallibiliter habitura; idque magis ad mentem August. qui gratiæ efficaciam collocat in congruâ cogitatione (*lege disp. 26. n. 56.*) ac victrici delectatione; quæ ab eodem dicitur *alta ac ſecreta vocatio*; *ita ſuadens vt perſuadeat*; *ita agens ſenſum*, *vt legi accommodet aſſenſum*; *ita cor emolliens*, *vt à nullo duro corde reſpuatur*; *ita aptatur vocato*, *vt illi obtemperet & ſequatur*: *bona voluntatis effectrix, quæ facit facere*, quia perſuadendo efficit, vt cum adiutorio, quod secum adfert, voluntas physicè eliciat consensum; vires præbet efficacissimas, tum morales per seipsam obiectiuè illiciendo, tum physicas per adiutorium physicum, quod infallibiliter connotat, *in libero relictum arbitrio*, vt August. loquitur *de Correp. c. 11. & 12.* quasi innueret. efficaciam gratiæ in statu naturæ integræ, proinde & lapsæ, conciliari cum libero arbitrio rectiùs non posse, quàm per ordinem antecedentis auxilij ad consensum conditionatè futurum, &c.

22. *Non minùs ſcientiæ quàm delectationi victoriam tribuit Aug.* *Suggerens viam conciliandi liberum arb. cũ gratia.* 23.

Resp. 2. Augustinus explicari potest de delectatione non formaliter, sed causaliter: quia nimirum scientia, obiectum honestum congruè proponendo, causat in voluntate delectationem, non præuiam, sed comitantem ipsum liberum consensum. 3. etiamsi hæc præuia delectatio non sit absolutè necessaria, cùm possit sine illa voluntas liberum consensum elicere; est tamen interdum necessaria ex suppositione, quia sine illâ voluntas non consentiret.

Obiicies 2. Non potest voluntas in actibus supernat. in agendo, auxilium supernat. præuenire, sed potiùs debet ab illo præueniri: præuenitur per motionem indeliberatã: ergo talis motio ad actus supernat. necessaria est. Resp. idem argum. fieri posse de actibus naturalibus respectu auxilij generalis. Quare necesse non est, vt voluntas auxilium siue naturale, siue supernat. sibi antecedenter oblatum, in agendo præueniat: sed sat est, si simul cum illo coagat cum mutuâ quâdam dependentiâ, & voluntatis ab illo, & illius à voluntate: quia nec voluntas sine illo physicè coagente, nec illud sine voluntate liberè consentiente operari potest.

24.

SEC-

Digitized by Google

SECTIO II.

Quid sit gratia adiuuans seu cooperans?

25. A Diuuans gratia seu cooperans dicitur respectu liberi consensus nostræ voluntatis, quam adiuuat, vel cum qua cooperatur ad ipsius consensum eliciendum. Duplici autem adiutorio eget voluntas ad actus supernat. morali & physico. Morale, est ipsa religiosa cogiratio voluntatem alliciens, & pia affectio indeliberata cor emolliens: quanquam hæc non est adeò necessaria vt prima. Physicum, est aliquod principium supernat. cum voluntate concurrens ad consensum supernat. producendum. Quoad morale omnes conueniũt: de Physico, 1. sent affirmat, esse habitum eius actûs, ad quem eliciendum voluntas iuuatur. Vt si voluntas eliciat actum charitatis, gratia adiuuans est ipse habitus charitatis cum voluntate concurrens ad actum charitatis producendum. Si eliciat actum spei, gratia adiuuans est ipse habitus spei cum voluntate concurrens ad actum spei eliciendum, &c. Ita *multi Thomist.* quos sequitur *Valen. 1. 2. disp. 8. qu. 3. pu. 3. tit. de Gratia adiu. prop. 3.* quia vel habitus, ad cuius actum excitatur voluntas, est in eo, qui excitatur, & sic ille vnà cum voluntate concurrit ad actum; vel non est, vt in peccatore, in quo non supponitur habitus charitatis, & tunc priùs naturâ, quàm voluntas eliciat actum charitatis, talis habitus infunditur à Deo, vt possit cum voluntate ad actum cooperari. Neque enim putant impossibile, eundem habitum in genere causæ dispositiuæ & meritoriè de congruo dependere a suo actu, & simul esse principium efficiens illius. Sed contrà. 1. repugnat principium efficiens in primâ sui productione meritoriè pendere à suomet effectu. 2. ex *Triden. sess. 6. can. 3.* hoc adiutorium, quod nobis ad supernat. actus eliciendos datur, distinguitur ab ipsâ gratiâ iustificationis, & consequenter à reliquis habitibus infusis, qui, ex *Concil. cap. 7.* cum ipsa gratia iustificante infunduntur. Sic enim *cit. can.* definit: *Si quis dixerit sine præueniente Spiritûs S. inspiratione, atque eius adiutorio hominem credere, sperare, diligere, aut pœnitere posse sicut oportet, vt ei iustificationis gratia conferatur &c.* Vbi adiutorium ponitur vt quid condistinctum à iustificationis gratiâ, & consequenter ab habitibus cum eâ connexis. 3. non omnis actus supernat. producitur auxilio habitûs: ad omnem autem actum supernat. requiritur gratia adiuuans: quia is excedit vires naturæ. Maior constat in peccatore, quando elicit actum supernat. cuius infuso habitu caret, & aliunde talis actus non est vltima dispositio ad gratiam, vt ad illum debeat priùs naturâ infundi gratia, & cum eâ simul habitus, cuius actum peccator elicit.

Duplici adiutorio eget voluntas ad supernat. actus.

26. *Prima sent.*

Fundam.

27. *Contrà 1. 2.*

3.

Hoc casu gratia adiuuans non est habitus.

28. *Secunda sent.*

2. Sent. docet, gratiam adiuuantem esse qualitatem mediam inter ipsam primam sanctam cogitationem, & liberum consensum voluntatis, à solo Deo productam, quæ formaliter applicat voluntatem ad operandum, & simul cum ea effectiuè concurrit ad consensum liberum eliciendum. *Gregor. in 2. dist. 28. q. 1. art. 3. ad 12.* quam sequuntur recentiones Thomistæ, in huiusmodi qualitate diuini auxilij efficaciam constituentes.

29. *Testimonia Aug. ad 2. redacta*

Probat Augustini testimonijs, 1. quòd præter habitus infusos, quos iustus habet, necessarium quoque est ad rectè viuendum distinctum adiutorium, ipse testatur *de nat. & gra. cap. 26. fine,* & *Arausic. can. 10.* Secundum, quòd Deus, vt velimus, aliquid operatur in nobis sine nobis, vt idem *de gra. & lib. arb. cap. 16. 17. & lib. 2. ad Simplic. q. 2. & serm. 13. de verbis Apost.* Hoc autem aliud esse non potest, quàm prædicta qualitas. Confirm. voluntas creata est physicè impotens ad actus supernaturales: ergo priùs natura debet à Deo præmoueri, vt fiat potens, ad illos inchoandos.

30. *Contrà*

Sed contrà: 1. quia vel ista qualitas est necessaria ad consensum eliciendum, vt censet *Gregor.* vnde qui eâ caret, caret auxilio ad salutem necessario; cùm in potestate hominis non sit, illam habere, quippe quam solus Deus gratis infundit, quando, & cui vult: vel non est necessaria, & frustrà ponitur; cùm non ponatur nisi propter consensum. 2. Sequeretur, similem qualitatem ponendam esse ad 1. actum intellectûs, & motum indeliberatum voluntatis. 3. hæc qualitas difficilè saluat arbitrij libertatem. Ad testim. Augusti. concedo, præter habitus infusos, necessarium esse distinctum adiutorium, quod Deus operatur in nobis sine nobis: quid autem illud sit, mox constabit ex nostra sent. Ad confirm. patet ex *sect. præced. dub. 2.* vbi dixi, voluntatem ad actum supernat. eliciendum physicè compleri extrinsecâ virtute Dei, supernaturaliter cum eâ cooperante.

31.

32. *Tertia sent.*

3. Sent. asserit, gratiam adiuuantem esse ipsam virtutem diuinam assistentem, & cooperantem cum voluntate creatâ, præmotâ & excitatâ per auxilium præueniens. Fundam. nomen Gratiæ, optimè in Deum quadrat: & Deus vt principalis causa adiuuat nostram voluntatem ad actus supernat. Ergo optimè gratia adiuuans quadrare potest in virtutem diuinam assistentem, & nobiscum cooperantem. Quod probabile putat *Suarez. lib. 3. de auxilijs cap. 4. fine.* Sed contrà: licet hoc absolutè verum sit, non est tamen Concilijs & Patrib. conforme, qui de Gratia adiuuante & cooperante loquuntur, vt de dono creato nobis inhærente. *August. lib. de prædest. sanct. cap. 10.* gratiam vocat, ipsam temporalem donationem: & *Trident. sess. 6. cap. 5. & 16.* apertè supponit, gratiam adiuuantem esse quid creatum nobis inhærens, dum docet, Christum iugiter illam in ipsos iustificatos influere, vt caput in membra, & vitem in palmites.

33. *Contrà*

34. *Quarta sent.*

4 Sent. docet, gratiam adiuuantem esse ipsum concursum comitantem, seu cooperatiuum Dei, quo voluntas ipsa iuuatur in consensu eliciendo. Hanc probabilè censet *Suarez lib. 3. de auxilijs cit.*

35. *Contrà*

Verùm obstat, quòd gratia adiuuans, vt sic formaliter constituitur per respectum efficientis; concursus autem cooperatiuus Dei non est efficiens respectu consensus: nec efficienter adiuuat voluntatem in ordine ad illum, cùm sit actio Dei, quæ est tantùm via ad terminum. Vnde non propriè in hac sent. explicantur Concilia & Patres loquentes de gratia adiuuante, vt de causa efficiente, vt *Mileuit. can. 4. 5. & Trident. sess. 6. cap. 16.* vbi gratiam comitantem, quæ est eadem cum adiuuante, appellat virtutem: virtus non actionem sed principium agendi importat. Confirm. *Trident. sess 6. cap. 5.* docet, quod possit homo inspirationem in se receptam, quam paulò ante appellauerat gratiam adiuuantem, à se abijcere, nempe in ordine ad liberum consensum. Nequit autem homo concursum Dei in se receptum in ordine ad consensum abijcere: quia concursus essentialiter inuoluit ipsum consensum: proinde implicat, illum semel receptum abijcere, alioquin abijceret, & non abijceret.

36. *Quinta sent.*

5. Sent. affirmat, gratiam adiuuantem esse mo-

tus

tus vitales & indeliberatos intellectûs & voluntatis, quatenus voluntatem adiuuant ad deliberatum consensum eliciendum: *Molin. in Concor. qu. 14. art. 13. disp. 36. Mascaren. opus. de auxilijs, Vasquez 1. p. disp. 88. cap. 9. & 1. 2. disp. 185. cap. 9.* Quę sententia intelligi potest, vel quòd gratia pręueniens, quæ est prima sancta cogitatio intellectus, & indeliberatus motus voluntatis, dicatur adiuuans eo quòd non tantùm moraliter, sed etiam physicè voluntatem adiuuet ad deliberatum consensum eliciendum: vel quòd tantùm moraliter voluntatem adiuuet, alliciendo ipsa propositione obiecti, & inuitando per delectationem, quam secum fert motus indeliberatus ad liberũ cõsensum.

37. *In posteriori sensu probabiliter.* In priori sensu asseritur à *Molina*, & *Mascaren.* in posteriori à Vasquez, & mihi prob. 1. quia probabiliùs puto, actus vitales non esse physicè actiuos aliorum actuum vitalium. 2. quia non semper est necessarius eorum moralis concursus. Primum constat respectu liberi consensus, cuius habitus supponitur in consentiente: tunc enim sufficiens principium physicum est habitus ipse, cuius actum voluntas elicit, ipsi voluntati inhærens. Secundum patet: quia nequit voluntas consentire, nisi moraliter mota & allecta ab obiecto, mediâ notitiâ ipsius. 3. *Triden. sess. 6. cap. 10.* docet, fidem cooperari bonis operibus, ac proinde fidem dici gratiam cooperantem; & tamen fides, cùm in cognitione consistat, non nisi moraliter concurrit ad opera bona.

38. *Differentia gratiæ adiuuantis ab excitante* Est igitur gratia adiuuans ipsa præueniens, quà moraliter mouet voluntatem ad consensum, & facit illã infallibiliter consentire. Vnde munere tantùm & respectu differt à prævenient. Prævenies .n. dicitur, quia tempore, vel naturâ antecedit liberum consensum: excitans, quia se ipsâ formaliter ratione obiecti, quod proponit, mouet & allicit ad consensum: adiuuans, quia cum illâ simul liberum consensum moraliter cooperatur. Ex *Triden. sess. 6. cap. 16.* vbi non videtur distinguere gratiam prævenientem à comitante seu adiuuante, & subsequente, nisi tantùm officio & respectu: *Quæ virtus bona eorum*, nempe iustificatorum, *opera semper antecedit, & comitatur, & subsequitur* sc. antecedit præveniendo, comitatur cooperando, subsequitur ad exequutionem operis impellendo. Ex *August. lib. 83. qu. q. 68. Vocatio aute meritum voluntatem operatur.* En quo pacto gratia excitans, dicitur adiuuans, quia nimirũ volũtatis consensũ operatur.

39. *Oritur difficultas.* Vna difficultas: voluntas non solùm eget adiutorio morali, sed etiam physico, ad eos præsertim actus, quorum habitu caret: ergo adiuuans non solùm dicitur illa, quæ moraliter, sed quę physicè voluntatem iuuat: datur .n. voluntati, vt eam iuuet ad consensum. Vnde sicut non est completa voluntas per solum adiutorium morale: ita nec est completa & sufficiens gratia adiuuans, quę tantùm moraliter voluntatem iuuat. *Resp.* Voluntatis adiutorium definiui, prout de illo Concilia & Patres loquuti sunt: sic gratia adiuuans non distinguitur à prævenient, quæ moraliter tantùm voluntatem adiuuat, nec propterea doctrina eorum est menda, quę ad physicum adiutorium non se extendit; illud .n. subintelligitur in adiutorio morali, quod voluntatem moraliter iuuando, simul physicum exigit adiutorium: quod vel est habitus in eo, qui illum habet, vel virtus diuina nobis assistens, habitus defectum supplens in eo, qui habitu caret.

40. Definiendo adiutorium voluntatis adæquatè & secundùm se; dico, illud non solùm consistere in gratia prævenient, voluntatem moraliter adiuuante, sed etiam in habitu physicè cooperante, vel in virtute diuinâ nobis assistente, & vicem habitûs gerente. Suppono autem ex Orthodoxâ fide gratiam Christi specialem, medicinalem, sanantem, aliud ab adæquato hoc voluntatis adiutorio non includere, nisi idipsum adiutorium abundantius, congruentiusve quocumque modo, de quo non disputo: quodcumque tamen illud sit, ex Augustino discendum est, idipsum posse deseri ab homine lapso, vt ab integro, eique posse liberum arbitrium resistere, non ipsum ab eo necessitari antecedenter: id inquam conformiter Tridentino *sess. 6. ca. 5.* expresè definiẽti; *tangente Deo cor hominis per Spiritûs S. illuminationem, homo inspirationem illam recipiens abijcere potest: &* can. 4. *Deo excitanti ac vocanti dissentire potest, si velit:* conformiter Senonensi decreto 15. *Nec denique tale est huiusmodi trahentis Dei auxilium, cui resisti non possit.* Qui termini æquipollent terminis Augustini de auxilio Adæ, *cuius tale erat adiutorium, quod desereret, cùm vellet, & in quo perseueraret, cùm vellet*; vt *disp. præced. à n. 17.* qui autem sensus est verborum Augustini de primo homine, idem est (teste etiam Caluino) Tridentini de homine lapso: neuter sanè ad sensum diuisum aliumve torquendus est.

Adiutorium voluntatis adæquatè consistit in morali & physico.

SECTIO III.

Quid sit auxilium sufficiens vt ab efficaci distinguitur?

QVoniam vocatio diuina, quæ nos subinde ad pœnitentiam inuitat, cor nostrum pulsando, non semper, defectu nostræ cooperationis, effectum sortitur, duplex Theologi prœueniens distinguunt auxilium: efficax, quod suum effectum sortitur: sufficiens, quod effectu caret, quem tamen habere posset. Colligitur ex August. *de correp. c. 12. aliud est adiutorium sine quo aliquid non fit; aliud est adiutorium, quo aliquid fit*: quasi diceret, aliud est auxiliũ sufficiens tantùm, aliud efficax, vt *disp. præced. n. 16.* Vt autem hęc duo membra non coincidant in vnum, nam sub aliquâ ratione omne efficax est sufficiens, quà vires prębet sufficientes ad agendum, accipiendum est sufficiens, quà formaliter includit negationem effectus, quem poterat habere: Contingit enim sæpissimè totam gratiæ machinam reddi inanem, dum voluntas libera leuissimum nutum non adijcit, quasi nec extremo digito, nec minimo flexu attingere vellet pondera gratiæ, perapiè licèt à Deo collocata. Quæ etsi attingat, & gratia sufficiens reddatur efficax, non est cur glorietur homo in se, sed in Domino, qui ex peculiari beneuolentiâ & certâ præscientiâ pondera gratiæ accommodauit voluntati tam congruè, vt per hæc alliceretur libertas ad exercitium, nullâ necessitate prœuiâ, vt *disp. 6. n. 39.* Indagandum modò, in quo formaliter gratiæ sufficientia consistat.

41. *Auxilium sufficiens & efficax.*

Thomistæ recentiores cohærẽter ad sua principia docent, de ratione sufficientis auxilij, & vt ab efficaci distinguitur, non esse præbẽre omnia, quæ per modum actus 1. ad effectum producendum necessaria sunt, sed solùm conferre principium de se proportionatum ad actum; *Alnarez de auxilijs disp. 73. concl. 1.* Affirmant igitur, peccatorem cum sola prœuia excitatione morali ad pœnitentiam, absque physicâ prædeterminatione ad eãdem, quã tamen necessariam putant, vt præuium & proximum complementum ad actum pœnitentiæ eliciendum, habere sufficiens auxilium, vt possit, si velit,

42. *Quid sit de ratione auxilij sufficientis per Thom. recent.*

Digitized by Google

velit, pœnitere; adeò vt illi ad culpam imputetur, si non pœniteat. Quòd si illos vrgeas, complementum hoc esse ex necessariò prærequisitis ad agendum, ita vt sine illo impossibile sit, potentiam in actum exire; & illud habere, vel non habere, non esse in potestate hominis, sed Dei gratis conferentis: ergo sine illo non poterit homo habere sufficiens auxilium ad pœnitendum; ac proinde non imputabitur illi ad culpam, si non pœniteat. Respondent, esse in potestate hominis tale complementum impedire, & consequenter illi ad culpam imputari, si non pœniteat.

Respondent

44. *Probant 1.* Probant 1. quia plura requiruntur ad actu operari, quàm ad posse operari: ergo benè stare potest, quòd quis habeat omnia requisita, quibus reipsa possit operari, si velit, absque eo quòd habeat omnia prærequisita, vt actu operetur. Vnde *August. lib. de correp. cap.* 11. duplex illud distinguit adiutorium, alterum, quo quis potest, si velit; alterum, quo de facto in bono perseueret: atque hoc est abundantius & vberius illo, quod Deus nunc confert Sanctis per Christum, quod non contulit primis parentibus. 2. Quia sicut potentia visiua est sufficiens principium ad videndum, etiamsi nunquam actu videat sine lumine obiectum collustrãte: ita auxilium sufficiens ad operandum est illud, quod de se reddit hominem potentem in suo genere, etiamsi ad actu operandum sit simpliciter necessarium aliud auxilium præuium, quod facit, vt homo actu operetur.

45. *Secundò.*

46. *Contrà principaliter* Hæc sent. videtur pugnantia loqui: nam de ratione auxilij sufficientis, vt ex nomine ipso constat, est prębere quidquid per modum actûs 1. ad operandum necessarium est, ita vt per solum liberum arbitrium stet, quò minùs in actum prodeat: alioqui si aliquid illi deesset necessarium per modum actus 1. non posset illi ad culpam imputari, si actum 2. non producat. Nam qua ratione mihi poterit ad culpam imputari, si currente præcepto de contritionis actu, illum non eliciam, ad quem eliciendum necessaria est diuina motio vt principium & concausa actus, sine quâ impossibile est, contritionis actum à me produci, nec in mea potestate sit, talem motionem habere? Neque satis est potentia remota, quæ simul cum motione diuinâ, si adesset, contritionem produceret, vt eius omissio mihi sit culpabilis. Nam sicut per solam potentiam naturalem non est homo potens ad actus supernat. ita nec per solum auxilium sufficiens ab aduersarijs explicatum: semper .n. quis dicitur impotens ad actum producendum, siue careat toto cõprincipio actûs, siue careat parte tantùm huius comprincipij: semper .n. caret aliquo, sine quo non posset, si vellet, in actum prodire. Cùm igitur tale complementum sit necessariò requisitum, per modum actûs 1. ad actum 2. producendum, non poterit homo sine illo reipsa dici potens, potestate requisitâ ad meritum, vel demeritum.

47. *Refutatur responsio eorum* Cæterùm quod huius sent. authores respondent, nempe, ideò hominem cum solo auxilio sufficienti, non seruando præceptum peccare, quia saltem in potestate ipsius est, impedire motionem efficacem Dei, ad actum præceptum necessariò requisitam. In primis tacitè nobis concedunt, auxilium sufficiens, vt ab ipsis ponitur, non esse reuerâ per se & proximè sufficiens ad effectum producendum, & ad culpam fundandam: nam si illud ex se sufficiens esset absque otdine ad aliud auxilium, per se ipsum absque alio auxilio sufficienti vires prębere ad operandum. Propterea .n. ebrius non habet sufficiens principium ad præcepta seruanda, quia omissio actûs præcepti non est culpabilis ebrio, nisi per ordinem ad principium sufficiens, quod habuit vitandi ebrietatem.

48. *Secundò reijcitur.* 2. Hęc ratio pugnat cum ipsorum principijs. Nam ipsi putant, nihil creaturam efficere posse, nisi à Deo pręmotam & applicatam. Igitur nihil ex se facre potest humana voluntas ad huiusmodi complementum & applicationem promerendam, cùm nec aliquid efficere possit, nisi præmota & applicata, & hâc præmotione applicationéque positâ, impossibile est, vt non operetur. Aut igitur humana voluntas impedit efficacem motionem Dei, non operando cum auxilio sufficienti: & hoc dici non potest, quia sine præuiâ applicatione & motione, quam negat auxilium sufficiens operari non potest: aut opponendo obicem peccati, quod aduersarij frequentiùs dicunt: & hoc, tametsi apparenter dictum videatur, re tamen verâ in eorum sent. difficultatem non soluit. Nam neque ad peccandum valet homo, nisi præmotus ad entitatem ipsam actûs peccaminosi: quâ præmotione positâ, sicut impossibile est, hominem non operari, ita in potestate eiusdem non erit, à peccato se abstinere.

49. *Vera sent.* Dico auxilium sufficiens includere omnia, quæ ad actum 1. vltimò completum necessaria sunt: ita vt si homo cum tali auxilio non operetur, non sit defectus alicuius comprincipij ad actum prætequisiti, sed solius liberi arbitrij, nolentis cum tali auxilio operari: alioqui non posset omissio actus ad culpam imputari. Ratio: auxilium sufficiens non datur vltimatè tantùm ad posse, tametsi hic sit formalis effectus ipsius, quem immediatè confert subiecto, cui inest; sed ad agere, ad quod vt ad finem vltimò dirigitur. Præcepta enim ob quorum obseruantiam sufficiens auxilium datur, non obligant tantùm ad posse, sed ad ipsum agere; quod, præter influxum gratiæ, requirit cooperationem liberi arbitrij. Igitur auxilium sufficiens includere debet omnia, quæ per modum actus 1. ad agendum necessaria sunt, non tantùm remotè, sed etiam proximè, vt si velit, reipsa possit cum eo operari actu. Non est de ratione auxilij sufficientis, includere actualem concursum Dei: talis enim concursus non est ex necessariò prærequisitis ad agendum, cùm sit ipsa actio, quæ formaliter inuoluit liberam determinationem voluntatis. Est de ratione auxilij sufficientis, ita paratum Dei concursum habere, vt in nostrâ potestate sit, illum actu ponere, vel non ponere: alioqui cùm ille necessarius sit ad actum exercendum, si in liberâ potestate nostrâ non esset, illum actu ponere, vel non ponere, non posset ratio sufficientis auxilij saluari. Est hic concursus in nostrâ potestate, si Deus ita illum nobis in actu 1. offerat, vt ex libertate nostrâ pendeat, illum actu 2. poni, vel non poni.

50. *Auxil. sufficiens non includit actualem concursum Dei.*

51. *Sed habet omnia, saltem in potentia, per modum actus 1. requisita.* Prætereà etsi de ratione auxilij sufficientis non sit, habere omnia in actu, quæ ad operandum per modum actus 1. requiruntur, est tamen de ratione eius, habere hęc omnia saltem in potentiâ, ita vt in potestate nostra sit, ea habere, vel non habere. Vnde quamuis interdum homo non habeat actu omnia, quæ ad seruandum præceptum necessaria sunt, habet tamen in suâ potestate, hæc ipsa à Deo impetrare, quibus possit præceptum seruare. Quod apertè docuit *Triden. sess. 6. cap.* 11. *Deus impossibilia non iubet, sed iubendo monet, & facere quod possis, & petere quod non possis, & adiuuat, vt possis*: manifestè supponens, esse aliqua ad posse requisita, quę non sunt actu in nostrâ potestate; esse tamen in nostra potestate, ea à Deo impetrare, quibus impetratis, actu proximè valeamus, quæ antea non

Digitized by Google

52. non nisi remotè poteramus. Quę doctrina longè diuersa est ab ea, quam aduersarij tradunt. Nam in eorum doctrina ne remotè quidem in nostrâ potestate est, habere ea omnia, quæ per modum actus 1. completi necessaria sunt. Siquidem in nostrâ potestate, ne quidem remotè est, efficere aliquid, vt ea impetremus; cùm ad omne id, quod humanum arbitrium operatur, prærequiratur physica præmotio, quâ Deus ex se independenter à nostra voluntate confert, quando, & cui vult.

53. Hanc sent. apertè confirmant Scripturæ, quibus Deus testatur, se fecisse quidquid debuit, vt peccatores conuerterentur: *Isaiæ 5. Quid est*, inquit, *quod debui vltra facere vineæ meæ, & non feci?* at quo pacto dici potest, Deum non debuisse vltra facere, si physicam præmotionem, quæ est proximum complementum ad conuersionem peccatoris necessariò prærequisitum, non dedit?

54. *Nota diligenter.* At eodem modo, inquies, neque facit vltra quod facere potest Deus, non dando gratiam congruam, sed tantùm sufficientem. Verùm dispar est ratio de gratiâ congruâ, & physicâ præmotione. Gratia enim congrua non est necessaria ad operandum antecedenter, & ex parte principij physici, sed tantùm consequenter, & ex suppositione, quòd nolit voluntas cum sufficienti gratiâ operari. In sent. aduers. gratia efficax est necessaria antecedenter, & ex parte principij physici, cùm requiratur vt proximum & vltimum complementum principij operatiui.

55. *Ad fund. oppositæ.* Ad fund. oppositæ sent. concedo, plura requiri actu in eo qui operatur, quàm qui tantùm potest operari. Nam qui operatur requirit actualem concursum, quem non requirit, qui tantùm potest operari. Eadem tamen, quæ actu habet qui operatur, habere debet saltem in potentiâ, qui potest operari: cùm operari non sit aliud, quàm actuare ea, quæ sunt in potestate operantis. Vnde omnia, quæ per operationem ponuntur in actu, supponi debent in potentia operantis. Neque *Augustinus* aliquid contra nos *cit. loco* docuit: Sed tantùm distinxit duplex illud adiutorium gratiæ, quo, possumus, & quo de facto operamur, quod nos vltrò admittimus: semper enim auxilium, cum quo de facto operamur, est maius, etiam antecedenter ad actualem concursum, quia saltem includit maius beneficium in ratione doni, quia datur in ordine ad effectum, quem, ex præscientiâ Dei, est infallibiliter operaturum. An autem illud, cum quo possumus, & de facto non operamur, requirat vlterius complementum, vt in actum prodeat, nihil eo loco, vel alibi *Augustinus* expressè. Imò vlterius complementum non requiri, non obscurè indicat eod. c. 11. *Est quippe in nobis per hanc Dei gratiam in bono recipiendo, ac perseueranter tenendo non solùm posse; quod volumus, verum velle, quod possumus: quod non fuit in homine primo: vnum enim horum in illo fuit, alterum non fuit.* Vnde sic arguo: id est in nobis, quod Adæ defuit: at per Augustinum nullum complementum *quo* actus primi defuit Adæ: ergo in nobis nullum complementum actus primi *quo* deest, cùm non operamur: & alibi: cur hunc trahat, & illum non trahat, cur huic ita suadeatur, vt persuadeatur, non alteri, nullibi respondet, deesse ex parte Dei auxilium *quo*, aut moralem prædeterminationem, vel aliud complementum actus primi, quæ fuisset sincera & formalis responsio, si vera: sed mauult exclamare. *O altitudo sapientiæ & scientiæ Dei*, libertatem ita explorantis, vt norit infallibiliter, quò gratia ipsam, illæsâ indifferentiâ, flectat: hinc *inuestigabiles viæ eius*. At nec indifferentiæ mentionem facit Augustinus, inquis; ergo illam non agnoscit. Sed contrà: nam nec nomine indifferentiæ vtitur, cùm de libertate Angelicâ, ac protoplasti sermonem facit: cùm tamen ibi illam maximè agnoscat, testibus aduersarijs ipsis, & ipsam per magnas arbitrij vires ipsumque libertatis æquilibrium intelligit: ergo per imminutas arbitrij vires ipsam indifferentiam moralem, vel physicam non perdit: cùm magis & minùs non perdat speciem, aut rei naturam, sed ipsam astruit, pondere concupiscentiæ ab æquilibrio deiectam, quæ tamen per vires gratiæ seipsam possit in integrum restituere. Hoc, nec aliud explicat Augustinus, similitudinibus vtens, quæ ne claudicent, ad verum sensum erigendæ sunt. *Indifferentiam agnoscit.*

56. *Ad 2. de visiuâ potentiâ.* Ad 2. de potentia visiua: aut lumen est concausa visionis, sicut species ipsa coloris; & sine illo oculus non est vltimò & proximè completus ad videndum, non minùs quàm sine specie ipsa coloris. Aut non est comprincipium visionis, sed tantùm conditio ex parte obiecti, quod vt videatur, debet collustrari: & tunc, præterquam quòd dispar est ratio, cùm motio diuina requiratur ex parte principij operatiui; adhuc sine lumine potentia visiua dici non potest simpliciter completa ad videndum: quia potentia completa ad operandum non solùm includit ea, quæ requirit per modum principij actiui, sed etiam quæ requirit per modum conditionis ad operandum requisitæ. Non.n. est completa voluntas ad operandum, nisi positâ præuiâ notitiâ obiecti; esto hæc tantùm requiratur vt conditio. Ratio: ex *Arist. 9. Metaph. c. 2.* potentia proximè ad operandum completa, est illa, quæ habet quidquid requiritur per modum actus 1. siue illud sit causa, siue conditio: nec est proxima potentia, cui vel aliquid addendum, vel demendum est: siue enim sit defectus causæ, siue conditionis, semper reddit principium simpliciter impotens ad operandum. *Fundam.*

57. *Obijcies.* Auxilium sufficiens includit negationem actûs 2. sed æquè impossibile est, operari cum eo auxilio, ac sine motione diuina proximè complente principium operatiuum. Resp. neg. minor. motio enim diuina per aduers. requiritur vt physicum complementum actûs 1. cuius collatio pendet à sola voluntate Dei. Negatio actûs non coniungitur cum auxilio sufficienti ex natura rei, quasi sit quoddam auxilium eius naturæ, cui coniuncta sit negatio actûs 2. sed dicitur talis negatio includi in tali auxilio ex defectu tantùm cooperationis humanæ: quâ suppositione factâ, sequitur impossibilitas tantùm consequens, seu effectûs, quę includit liberam determinationem creaturæ; non antecedens, seu causæ, quę tollit libertatem creaturæ, vt cum tali auxilio homo operetur. *Nota*

58. *Cur auxilium sufficiens non sit frustraneum.* Ex his constat, cur auxilium sufficiens, quod nunquam ad actum reducitur, non sit frustaneum: sicut esset frustanea ea potentia, quæ nunquam reduceretur ad actum: quia auxilium sufficiens non est potentia aliqua, quæ posita in homine nunquam sit ad actum reducenda; sed vitalis quędam excitatio, quæ ex suppositione liberæ non cooperationis creaturæ, dicitur carere actu 2. cùm tamen eadem excitatio alteri, vel eidem homini alio tempore data habitura esset effectum. Nec ea fruſtra ponitur: quia sine illâ non est simpliciter potens ad operandum: ac proinde vt omissio actûs libera sit, & ad culpam imputetur, talis motio necessaria est. Quare etsi auxilium sufficiens det homini posse si velit, non det velle quod potest, non est tamen, vt Hæretici garriunt, monstrum gratię, sed infinitę bonitatis

Complem. vlterius Augustinus non requirit

bonitatis profusio, quę *solem suum oriri facit super iustos & iniustos*, tametsi iniusti sole malè vtantur, quod peius est, quàm non vti. Nec inutilis est reparationi hominum illa gratia, nisi ab euentu & per hominum malitiam: imò aliter vtilis esse non potest spectatâ conditione liberi arbitrij, quod gratiam necessitari non exigit, dum in via est ad meritum & præmium, quam si subijciatur (sano sensu) vsui libertatis. Quod libertatis vsui subest, inutile quis dicat? certè non Augustinus: ait quidem *de gra. & lib. arb c.15. Tunc vtile est posse, cùm volumus*: id est vtile in actu 2. non ait absolutè ac simpliciter: *Inutile est posse, cùm nolumus*: cùm vtilissimum sit in actu 1. ad meritum & præmium; licet inutile sit in actu 2. ex vitio libertatis, concausæ, & per accidens, id quod per se vtilissimum est. Cùm igitur libertati vtile sit, vtrâ vtilis acceptione, posse liberè seu si velit, nec aliud posse obtigerit naturę integræ & innocenti, quàm si velit; ex August. *infrà cit.* nec auxilium datum Adę dicatur inutile, licet ipso non sit vsus: multò minùs dicatur damnationi ipsius dūtaxat deseruisse, aut peccato faciendo, licèt ex malitiâ Adæ peccatum pullulauerit, & ex non vsu gratiæ, vbi aliud constat de intentione dantis Dei: sed rectissimè dicatur datum ad saluandam Dei bonitatem, sapientiam, iustitiam erga creaturas liberas nobilissimasq; quas ad imaginem suam condidit: imò auxilium Adæ dici possit efficax ad complendam libertatem hominis eleuati ad finem supernat. vt possit illum assequi, adeò vt sine isto sufficienti Adæ auxilio integra eius libertas non fuerit, nec culpa ipsi imputari potuisset, dicente August. *de corrept. c.11. non vtiq; sua culpa cecidisset, si defuisset adiutorium, sine quo stare non posset*; consequens hinc est, vt natura lapsa sibi non blandiatur de infirmitate & insufficientia seruandi legem, quasi expectaret auxilium Dei necessitans, vt liberum arbitrium consentiat; sed qui sapit, gratiâ sufficienti vtatur, ipsamque reddat efficacem; cauendum sanè, ne homo ita sit Deo ingratus, vt gratiæ auxilia innumera dicat simpliciter & per se inutilia, quę ipse homo suo vitio reddit inutilia, & inefficacia, vt reddidit Adam: nec ita se abijciat, vt concupiscentiæ mancipium se fingat, cui per vires sufficientis gratiæ potest imperare, si seruire nolit. Nec vllus mortalium dicat, sibi frustra mortuum esse Christum, à quo nec sufficientia auxilia impetret, adeò vt saluari simpliciter non possit: multò minùs credat auxilium sufficiens, quale habuit Adam, peccatis faciendis, maioriq; damnationi tantùm deseruire, licèt ex malitia inertiaque accipientis ea pullulent, sicut ex corruptione optimi pessima quæque: cùm longè alia sit intentio Dei datis, vt fuit in Adam, scilicet complere libertatem, quam creat quotidie eleuatam ad finem supernat. etiam post lapsum Adæ; saluare suam bonitatem & sapientiam erga creaturas liberas, & ipsam vindicare ab iniustitiâ; cùm intelligi non possit verè reus culpę, & ignis æterni, homo qui supplicia atrocissima vitandi caruerit sufficienti potestate: ad quos fines assequendos semper efficax dici potest ipsa gratia sufficiens seu carens effectu salutis: & hoc ipsum auxilium sufficiēs eligeret tota natura, si ei daretur optio, vt dignitati suæ ac libertati restitueretur, potiùs quàm auxilium necessitans paucos, cæteros deficiens totaliter, seu nullum plerisque. Si quis auxilium sufficiens non malit quàm nullum, ac libertati suę indifferentiam abneget, sibi persuadens, defectu illius minorem se damnationem incursurum, nec maiorem quàm parvulorum, attendat illud Matt. 25. *Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & Angelis eius*, qui cum indifferentia volūtatis, & gratiâ sufficiente peccauerunt *l. F. Sylvius to. 3. Variarum reso. v. libertas ad 4.* non est paratus parvulis, qui alienâ libertate peccatores consentur: illos qui cum gratiâ sufficiente peccauerunt, hominesque qui sine illâ, eodem igne, aut atrociore hos torqueri, æquum non est. *Nam nunc quibus deest tale adiutorium*, vt parvulis, *iam pœna peccati est*, ait suprà August. quasi diceret, alia ignis atrocissima ijs non est timenda. Hanc cæteraſque Catholicas veritates *omnis qui audit à Patre*, nec tantùm audit sufficienter, sed & discit reipsâ efficaciter, *venit ad Christū*. Hæc enim est Christi gratia peculiaris, quâ datur possibilitatis profectus non tantùm, sed cum eo voluntatis affectus, & actionis effectus. Eadem autem gratia prout sufficiens est positiuè dat ipsum voluntatis affectum & actionis effectum: licet prout sufficiens est negatiuè, seu prout vitio liberi arbitrij non habet affectum effectumque, vtrumque negat per accidens, & per hanc negationem à libero arbitrio positam distinguitur gratia sufficiens à seipsâ vt efficaci seu congruâ (licèt non differat intrinsecè seu entitatiuè) sc. tum penes actum 2. quem efficax importat connexum, tum penes actum 1. extrinsecè ordinemq; ad consensum sub conditione futurum, non viribus liberi arbitrij, sed gratiæ; & absolutum decretū Dei de dandâ illâ ijs circūstantijs, quibus prævisa est operatura; vt *disp. 26. fine.*

Dices: ponere & non ponere effectum, sunt differentiæ voluntatis, non gratiæ. Resp. ponere & non ponere effectum naturalem seu actum naturalem, sunt differentiæ voluntatis, concedo: non ponere actum supernat. est differentia voluntatis; etiam concedo, quia voluntas est totalis causa deficiens à positione actūs supernat. Ponere actum supernat. est differentia voluntatis aut naturę, nego; hęc .n. est propria differentia gratiæ, quę dat simpliciter posse, ponitque totam supernaturalitatem actūs, quam liberum arbitrium non attingit formaliter, sed solùm materialiter, & formaliter tantùm sub ratione præcisa à naturalitate & supernat. prout vitalis actus est, non prout talis vel talis in specie. Igitur cùm causa, quæ non producit naturam, non possit dici principalis causa naturæ; multò minùs liberum arbitrium dicetur principalis causa actūs supernat. cùm supernaturalitatem formaliter non attingat, sed determinet tantùm ad vitalitatem in specie & ad exercitium, ad quod sufficiunt vires naturales, per gratiam obedientialiter eleuatæ. Quapropter diuisio gratiæ in sufficientem seu inefficacem & efficacem, est diuisio eiusdem potentiæ principalis in operantem propriâ virtute, & non operantem vitio concausæ minùs principalis, non suo.

Obijcies: Ecclesia nunquam petit à Deo filijs suis *posse si velint*, sed ipsum velle cōuerti, credere, diligere, præcepta seruare, perseverare &c. Vnde si quę sciret Ecclesia motibus gratiæ vehemētissimis præueniri & excitari, nondum tamen reipsâ velle, vel credere, vel facere, non desineret pro ipso orare, donec eum Deus reipsâ conuerteret. Item si ex duobus æqualiter excitatis, vnus crederet, alter in suâ incredulitate persisteret, peculiares gratias ageret ille qui crederet Deo, tanquam qui peculiari beneficio sibi fidem inspirasset. Vnde *August. de prædest. SS. cap. 8. Quid oramus*, inquit, *pro nolentibus credere, nisi vt Deus in illis operetur & velle*? Ergo gratia non semper est præsens, nec in potestate hominis: nam quid stultius, quàm orare vt facias, quod in potestate habes? hoc est, quod potes facere,

Cur non inutile?

Ipsum aliquo sensu efficax

Corruptio optimi pessima.

59. *Quis neget auxil. sufficiēs pœnæ minoris damnationis?*

60. *Negatio distinguit gratiam sufficientem ab efficaci*

61. *Hæreticorū nostri temporis obiectio.*

Digitized by Google

cere, si velis: qui est effectus proprius sufficientis gratiæ. At dicendum omninò est, etiam post Adæ lapsum præparari à Deo & offerri dariq́ue hominibus gratiam sufficientem, per quam infideles ad fidem conuerti, peccatores à peccato resurgere, præcepta seruare, peccata vitare, & in iustitia perseuerare possint, si gratiæ ipsi non desint, eiq́ue non resistant, quæ tamen efficax non sit, quia per eam reipsâ non conuertuntur: ita vt tale adiutorium det homini posse simpliciter ex parte gratiæ, nullâ conditione desideratâ ex parte gratiæ, aut Dei, etsi desideretur ex parte liberi arbitrij cooperatio, seu determinatio ad exercitium, seu vsus gratiæ, vt homo velit per ipsam gratiam, quod potest. Ad rationem. Resp. *vt disp. 6. n. 39.* meritò Ecclesia petit filijs suis ipsum velle, quia Deus est, *qui dat velle & perficere* per gratiam libertati congruam, non necessitantem: quam congruam non semper est nactus, qui vehementibus gratiæ motibus excitatur, dum non cooperatur: plerumque nec satis copiosâ est nactus, vt meritò pro illo oret Ecclesia, licèt sciat illi non deesse sufficientem: vt pro eo gratias agit, qui gratiam congruam est nactus, quia maximè indebitam & peculiaris doni, quatenus est connexa cum affectu, etiamsi sit par in entitate alterius gratiæ, quæ sufficit in actu 1. deficit in actu 2. in eo, qui non credit. Id oramus, vt congruam cuique gratiam det Deus, non copiosam duntaxat, nedum sufficientem: quę gratia non est in potestate hominis, vna præ aliâ, etsi quam quisque habet, possit reddere congruam & efficacem, vt causa partialis ipse est. Libertas tamen, quia suę cooperationis domina est, non facit, quod potest, sed quodlibet, & quantumlibet, seu quod facilè potest, imò sępè nec quod facilè potest. Orandum igitur est, vt copiosiorem Deus det gratiam, quâ faciliùs possis, & congruam, quâ simpliciter velis & agas. Quare nemo fingat, gratiam sufficientem datam tantùm ante lapsum, negatam post lapsum: sed fateatur Catholicus, hominem lapsum egere gratia Dei longè copiosiore in entitate, aut in ratione doni, quæ præponderet concupiscentiæ deprimenti, egere vberiore impulsu gratiæ actualis suauiter allicientis, maximè si gratia habituali sit destitutus: qui tamen impulsus indifferentiam libertatis nullâ necessitate violat, *Non .n. necessitate quadam Deus bonos facere consueuit*, inquit Chrisost. Hom. 46. in Ioan. *neque electio eius violenta est, sed suasoria. Multos vocatos perire contiget. Quamobrem*, ibidem concludit, *constat in nostro esse arbitrio, an saluemur, an perdamur.* August. lib. 83. quæst. qu. 68. *Sibi tribuere debent, qui ad illam cœnam in Euangelio præparatam venire noluerunt, quoniam vt venirent vocati, erat in libera voluntate.* Datur igitur vocatio & gratia sufficiens in libertate nostra, cui gratiæ homo resistit, vel deest: vsus nihilominus gratiæ nullus est sine libertate: quoniam, ex *S. Thom. & cæteris*, omnis forma inclinat suum subiectum iuxta modum naturæ ipsius subiecti: modus autem naturæ intellectualis est, vt liberè feratur in ea, quæ vult: ac proinde inclinatio gratiæ non imponit necessitatem, sed habens illam potest eâ vti ad libitum, vel non vti, & peccare; etsi de se sufficiés sit ad non peccandum: nam vt S. Thomas ait 1. 2. *quæst. 106. art. 2. ad 2. Lex nona quantum est de se, sufficiens auxilium dat ad non peccandum.* Ex quo infert maiori pœna dignum esse eum, qui post acceptam gratiam noui testamenti, auxilio sibi dato non vtitur, tanquam maioribus beneficijs ingratum. Atque ita explicata sit natura gratiæ sufficientis. Vide finem disputationis.

Catholica Resp.

Ecclesia gratiam congruam poscit.

l. disp. 6. sect. 1. & 2.

S. Thom. auctoritas.

SECTIO IV.

An auxilium sufficiens ad salutem consequendam concedatur omnibus viatoribus?

PRima sent. negat, illud concedi infantibus, vel in vtero matris; vel inopiâ materiæ, aut defectu ministri absque baptismo morientibus: *Arimin. in 1. dist. 46. q. vn. §. Sed iste: Vasquez. 1. p. q. 96. cap. 2.* inclinat *Sotus lib. 2. de nat. & gra. cap. 10. fine.* Fundam. nullum potest humanâ industriâ salutis remedium ijs applicari: igitur nullum habent ad salutem sufficiens auxilium à Deo præparatum. Recurrere autem in tali casu, vel ad peculiarem prouidentiam Dei, supplentis defectum causarum 2. *cum Gerso. Gabrie. in 4. dist. 4. qu. 2. art. 3 dub. 2 fine*; vel ad remedium legis naturæ, vt *Caiet. 3. p. q. 68. art. 2.* nec est, ratione primi, Theologicum; nec ratione secundi, in fide tutum: propterea Pius V. iussit *Caiet. comment. in hunc art.* à Romanis exemplaribus expungi. Eiusdem sent. videtur *August. con. duas ep. Pelag. lib. 2. cap. 7. & de pecc. meritis lib. 1. cap. 21.* vbi eodem modo negat auxilium paruulis, qui vel negligentiâ parentum aliorũve, vel defectu materiæ moriuntur sine baptismo, ac negat ijs, ad quos nunquam Christianæ fidei notitia peruenit: sed ijs, negat omne auxilium sufficiens ad salutem vt mox patebit: ergo etiam illis. 62. *Negant de infant.*

Secunda sent. negat, huiusmodi auxilium concessum esse ijs hominibus, ad quos nulla vnquam Christianæ fidei notitia peruenit: Est *Arimi.* & inclinare videtur *cit. loco Sotus*, cùm eodem modo loquatur de his hominibus, ac de paruulis in vtero matris, vel inopiâ materiæ, vel defectu ministri sine baptismo morientibus. Verùm cùm ipse *infrà citandus* expressè doceat, omnibus hominibus præparata esse sufficientia auxilia ad salutem, explicandus erit de auxilio efficaci, aut certè de illuminatione supernat. ad fidem, non de auxilijs ordinis naturalis indebitis naturæ, & fidei illustrationem præcedentibus. Videtur expressa sent. *August.* vbique docentis, primam gratiam initiumque salutis incipere à vocatione ad fidem. *Incipit*, inquit lib. 1. ad simplic. qu. 2. initio, *habere gratiam homo, quando incipit credere.* At per August. *nemo potest sibi præstare, vt vocetur.* Confirm. 1. Nulla opera ad salutem spectantia agnoscit *August.* ante fidem: quæ tamen agnouisset, si putasset, ante fidem concessum esse homini sufficiens auxilium ad salutem: quia putasset, per huiusmodi auxilium potuisse hominem multa bona opera efficere, quibus potuisset se ad salutem præparare, eam vel inchoando, vel impetrando. 2. Si Deus omnibus hominibus suum auxilium ad salutem necessarium concessisset, voluisset omnes homines saluos fieri. Nequit .n. medium concedere, vt gratiam, nisi ex affectu finis, vt salutis: sed per *August.* noluit Deus omnes homines saluos fieri: vt docet *lib. de carrep. & gratia cap. 14. in Enchiridio cap. 103. & alibi*, explicans propositionem *Apostoli 1. ad Timoth. 2. Deus vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*, vel in sensu accommodo, vt nullum sit genus hominum, ex quo Deus aliquos non elegerit: vel quòd nullus saluetur, *nisi quem saluum fieri ipse voluerit. Non quod*, inquit, *nullus sit hominum, nisi quem saluum fieri velit, sed quòd nullus saluus fiat, nisi quem velit.* In quo etiam sensu explicat

63. *Negant de adultis*

August.

Confirm. 1.

64. *Confirm. 2.*

Digitized by Google

plicat aliam *Ioan.* 1. *Qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Non quia* inquit, *nullus est hominum qui non illuminetur, sed quia nisi ab ipso, nullus illuminatur.* Eandem sent. sequitur *Ansel.* in 2. *cap.* 1. *ad Timoth. & Fulgen. lib. de Incarn. & gratia Christi cap.* 31. Fundam. est illud *ad Hebræ.* 11. *sine fide impossibile est placere Deo.* At nemo in potestate sua habet, vt ad fidem vocetur, cùm hoc sit purum donum Dei, quod tribuit, quando, & cui vult: ergo nemo ad quem notitia Christianæ fidei nunquam peruenit, habet auxilium ad salutem consequendam necessarium.

65. Fundam.

66. Negant de nonnullis grauiss.

Tertia sent. negat, hoc auxilium concedi illis peccatoribus, qui vel propter multitudinem, vel propter grauitatem scelerum, obstinantur in malum: *Armacan. lib. 9. de quæst. Armen. cap. 27. Abul. in Exod. cap. 4. qu. 12. & in Deut. cap. 2. qu. 12. Mich. Medin. lib. 3. de recta in Deum fide cap. 1. Roffen. art. 36. con. Luthe. §. Neutrũ: Cathar. discep. 5. &* ab aliquib. censetur *August. lib. de nat. & gra. c. 67. Illa est peccati pœna instissima, vt amittat quisque, quo benè vti noluit, cùm sine vlla posset difficultate vti, si vellet. Id est autem, vt qui sciens rectè non facit, amittat scire quod rectum sit, & qui rectum facere cùm posset, noluit, amittat posse cùm velit.* Quòd autem per, *posse*, non solùm intelligat potentiam efficacem & consequentem, quæ amittitur subtractione solius auxilij efficacis, sed etiam sufficientem & antecedentem, quę tollitur subtractione auxilij etiam sufficientis, prob. Illud *posse*, per *August.* per peccatum amittitur, quod collatum fuit Angelo & homini, cùm primùm conditi fuerunt: sed illud *posse*, fuit sufficiens tantùm & antecedens; ex *August. lib. de correp. & gra. cap.* 11. *Si autem hoc adiutorium vel Angelo, vel homini quàm primum facti sunt, defuisset, non vtique sua culpa ceciderunt. Nunc autem quibus deest tale adiutorium, iam pœna peccati est.* At adiutorium, quo subtracto absque culpâ cadimus, est antecedens, non consequens: hoc est per subtractionem illius potentię sine culpâ cadimus, quæ libertatem tollit: neque subtractio potentiæ consequentis, sed antecedentis, libertatem tollit. Eiusd. sent. videtur *Ambros. in cap.* 11. *ad Rom. Quid ergo? quod quærebat Israel non est consecutus*, sic scribens: *Quidam vero in partinacia manentes seueritatem sententiæ non euaserunt, in perpetuum excæcati, ne de cætero possint veritatis viam aspicere, & ad salutis gratiam peruenire. Qui enim cùm intellexisset credere noluit, id debet consequi, quod vult, ne de cætero possit fidem recipere & saluari, quam sciens prudens que abnuit.*

67.

68. Prob. hæc sent. 1.

Prob 1. ex ijs Scripturis, quæ testantur, Deum aliquos indurare, repellere, deserere, despicere, excęcare, ingrauare, in tentationem inducere, cor in malum conuertere, in odium excitare, in reprobum sensum tradere. Quæ omnia subtractionem important auxilij ad benè operandum necessarij: defectu cuius dicebantur Iudæi *Ioan.* 12. non posse in Christum credere, &1. *ad Thessal.* 2. ira Dei peruenisse super peccatores vsque in finem, seu cum terminum attingere, quo vlteriùs progredi non possit; talis est, quâ & damnatus in futurâ, & reprobus in præsenti vita deseritur sufficienti auxilio ad pœnitendum. 2. Exemplo Antiochi, *Machab.* 9 *Orabat hic scelestus dominum, à quo non esset misericordiam consequuturus:* Esaũ, ad Hebræ. 12. *Non inuenit pœnitentiæ locum quanquam cum lachrymis inquisiuisset eam.* 3. Ex naturâ peccati in Spiritum S. quod *Matth. & Luc.* 12. *& Marc.* 2. neque in hoc, neque in futuro sæculo remittitur: peccati ad mortem, *pro quo*, Ioan. 1. Epist. cap. 5. *nemo roget.* Igitur irremissibilia sunt, ac proinde, ijs commissis, subtrahitur omne auxilium ad pœnitendum. 4. Sicut Deus confirmat aliquos in bono, ne possint ampliùs peccare: ita indurat aliquos in malo, ne possint ampliùs rectè operari.

69. Prob. 2.

70. Prob. 3.

71. Prob. 4. à pari

Quarta sent. affirmat, omnibus viatoribus concessa & præparata esse sufficientia auxilia ad salutem, pro tempore, & loco vnicuique statui proportionata: Est communis: *Alen.* 3. *p. q.* 61. *me.* 5. *art.* 4. *Bonau. in* 1. *dist.* 46. *ar.* 1. *q.* 1. *& in* 2. *dist.* 28. *q. vlt. S. Tho. in* 1. *dist.* 46. *qu.* 1. *art.* 1. *& in* 2. *dist.* 28. *q.* 1. *art.* 4 *fine cor. & ad* 4. *& de verit. qu.* 14. *art.* 11. *ad* 1. *& 3 con. gen. cap.* 159. *Ferrar. ibid. Scot. in* 1. *dist.* 46. *qu. vn. Ad primum. Duran. qu.* 1. *fine. Herue. q.* 2. *art.* 1. *Ocham q* 1. *fine, Marsil. in* 1. *q.* 45. *ar.* 1. *Maior in* 1. *dist.* 46. *q. vn. fine, Driedo de captiuit. tract.* 5. *cap.* 2 *Victor. relect. De eo ad quod tenetur homo. Set. lib.* 1. *de nat. & gra. cap.* 18. *Vega. lib.* 13. *in Trident. cap.* 13. *fine. Bannez* 1. *p. q.* 23. *art.* 3. *dub.* 3 *Zumel ibid. q* 4 5. *dub.* 3. 4. 5. *Medina* 1. 2. *q* 89. *art.* 6. *Bellarm. lib.* 2. *de gra. & lib. arb. c.* 5. *Molin.* 1. *p. qu.* 23. *art.* 4. *disp.* 1. *me.* 4. *& 11. & in concor. qu.* 14. *ar.* 13 *disp.* 10. *Valen.* 1. 2. *disp.* 8. *q.* 3. *pu.* 4. *tit. de gratia suffic. propos.* 2. *Suarez de Trinit. lib.* 4. *de supernat. promid. Dei a c.* 1. *Aluar. de auxil. disp.* 112. *Grana.* 1. 2. *contro.* 8. *de gra. tract.* 6. *disp.* 1. *sect.* 5. *Sylu.* 1. 2. *qu.* 111. *art.* 3. *qu.* 4. Et manifestè sequitur ex principio, facienti quod in se est, Deum suam gratiam non negare; & alio Thomist. omnes peruenientes ad vsum rationis teneri ad Deum conuerti, per quam conuersionem à p. originali iustificantur; ita *S. Tho.* 1. 2 *qu.* 89. *a.* 6. *Cajet. Medin. Victor. cit. Canus de neces. fid. p.* 2. *fine.* Hęc sent. diuinæ bonitati & clementiæ conformior, prob. 1. ex illo 1. *ad Timot.* 2. *Deus vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire* A qua voluntate neminem Paulus excludit, *non Iudæum*, inquit Chrysost. hom 7. in Ioan. *non Cræcum, non Barbarum, non Scytham, non liberum, non seruum, non virum, non mulierem, non senem, non Iuuenem:* dum Timotheo mandat pro omnibus esse orandum: *Quia hoc bonum est*, inquit, *& acceptum coram saluatore nostro Deo, qui omnes homines vult saluos fieri.* At repugnat, in Deo esse voluntatem saluandi omnes, & simul voluntatem negandi sufficiens auxilium aliquibus: voluntas enim negandi auxilium sufficiens aliquibus, est voluntas non saluandi omnes, cùm nemo possit sine sufficienti auxilio saluari.

72. Affirmant vniuersaliter.

73. Probabilissimè

74. Resp. ad uersarij 1.

2.

Respondent vel cum citato *August. Fulgen. Ansel.* Deum habere voluntatem saluandi ex omnibus statibus, & conditionibus aliquos, ita vt fiat distributiuo pro generibus singulorum, non pro singulis generum: vel cum alijs, Deum habere voluntatem saluandi omnes, non post, sed ante præuisum p. originale; cùm voluit nos omnes in Adam, in quo sufficientia auxilia præparauit omnibus, hoc ipso quòd capiti contulit iustitiam, suo merito omnibus transfudendam.

75. Contra resp. primã

Sed contrà respons. 1. hoc testimonium explicant de voluntate saluandi omnes, *Athanas. lib.* 3. *de assump. homi. medio; Chrysost. Ambros. in cit. locum, & lib.* 1. *de voca. gen. cap* 1. *Qui legem omnibus dedit, nuilum excepit à salute: Hieron. in* 18. *cap. Ezech. verba, Nunquid voluntatis mea est mors impij? Damasce. lib.* 2. *fidei cap.* 29. *fine; Prosper lib.* 2 *de voca gen. cap.* 19. 25. 37. qui in hoc Augustinum sequutus non est. 2. eâdem voluntate Deus *vult omnes homines saluos fieri*, quâ eosdem voluit Christus saluos fieri: sed Christus voluit omnes homines saluos fieri, nullo excepto. Maior prob. à Paulo: quia *vnus est Deus, vnus & mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus.*

Digitized by Google

nibus. Minor patet; omnes .n. illos voluit Christus saluos fieri, pro quibus seipsum obtulit in redemptionem: at se dedit pro omnibus: ergo eosdem voluit saluos fieri. Nec minùs ex eod. refellitur responsum 2. ibi enim Paulus apertè loquitur de voluntate Dei vt saluatoris, quæ est voluntas post redemptionem, atque adeò post præuisum p. originale, pro quo redemptio principaliter facta est. *Hoc enim bonum est, & acceptum coram saluatore nostro Deo, qui omnes homines, vult saluos fieri.*

Contra resp. 2.

76. *Prob. 2. ex diuinis oraculis*

Eadem veritas constat ex innumeris scripturæ oraculis. r. ex illo *Matth. 11. Venite ad me omnes. Omnes*, inquit Theoph. *vocat non solùm Iudæos, sed gentiles.* Siue .n. Christus hoc loco mortales ad se vocet vt Deus, vt multi Patres arbitrantur *apud Maldona.* siue vt homo, in idem ferè recidit. Nam etiam vt homo, Christus per voluntatem conformis est Deo. Vnde non vocat, nisi quos scit, 2. Deum vocare eum velle. Eandem vim habet locus *Ioan. 1. Qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Quem licèt *August. li. 1. de pecca. meritis cap. 25. & in Enchir. cap. 103.* explicet vel de lumine naturali, quod cum animâ rationali per creationem Deus cuilibet homini infundit; vel de ijs tantùm qui illuminati per fidem veniunt ad Christum: reliqui tamen Patres exponunt de lumine supernat. de quo paulò antè Euangelista; nec non de omnibus hominibus venientibus in hunc mundum, vt similitudo ipsa solis, ad quam alludit, confirmat. *Nam quod*, inquit Nazian. in ora. de laud. S. Athan. init. *sensibilibus rebus est Sol noster, hoc intelligibilibus est Deus. Ille enim mundum hunc aspectabilem collustrat, hic inuisibilem. Ille corporis oculos ita afficit, vt lumen ipsius intueri possint; hic mentes Deiformes reddit.* Deuteron. 30. *Mandatum hoc, quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est, neque procul positum, nec in cœlo situm, vt possis dicere: Quis nostrum valet ad cœlum ascendere, vt deferat illud ad nos, & audiamus atque opere compleamus? Neque trans mare positum, vt causeris, & dicas: Quis ex nobis poterit transfretare mare, & illud ad nos vsque deferre, vt possimus audire & facere quod præceptum est? Sed iuxta te est sermo valdè, in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illum: considera quòd hodie proposuerim in conspectu tuo vitam & bonum, & è contrario mortem & malum &c. elige ergo vitam, vt tu viuas & semen tuum, & diligas Dominum Deum &c.* Illusoria esset hæc exaggeratio atque adhortatio, vt omnes mandata Dei eligant explere, nisi habeant 4. gratiam paratam sufficientem vt possint. Prouerb. 1. *Quia vocaui, & renuistis: extendi manum meam, & non fuit, qui aspiceret; despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis.* Extendit Deus manum, cùm adiuuat: consilium dat, cùm internas inspirationes excitat: increpat remorsu conscientiæ & syndereſi. Cùm igitur hic locus intelligi nequeat de gratia & vocatione efficaci: hęc .n. *à nullo duro corde respuitur*, vt August. ait; necessariò intelligendus erit de sufficiente, quam homo negligit, dum ea non vtitur, vel illi resistit. 5. Sapien. 12. *O quàm bonus & suauis est Domine Spiritus tuus in omnibus: ideoq; eos, qui exerrant, corripis: & de quibus peccant, admones & alloqueris, vt relicta malitia credant in te Domine.* Qui locus intelligendus etiam est de gratia sufficiente internâ, cùm non omnes internas monitiones & allocutiones diuinas executioni mandent; aut relicta malitia in Deum credant: cùm tamen Deus omnes errantes moneat & alloquatur per internas inspirationes de suis erroribus & peccatis. Eccles. 18. *Patiens est Deus in illis*, nempe hominibus, *& effundit super eos misericordiam suam. Vidit præsumptionem cordis eorum, quoniam mala est, & cognouit subuersionem illorum quoniam nequam est. Ideò adimpleuit propitiationem suam in illis, & ostendit eis viam æquitatis.* Qui locus valdè notandus est contra eos, qui docent auxilium sufficiens negari peccatoribus, qui vel propter multitudinem, vel grauitatem scelerum obstinantur in malum: cùm non obstante eorum nequitiâ & mentis subuersione, Deus ostendit illis per interna auxilia æquitatis viam, ad quam se conuertere possint, si velint. Isaiæ 5. *Quid est quod debui vltra facere vineæ meæ, & non feci ei? expectaui vt faceret vuas, & fecit labruscas.* Si non dedit gratiam sufficientem, vnde expectauit vuas? si dedit efficacem, quomodo vinea fecit labruscas? neque dicas, Deum expectasse vuas in Adam, quasi in causâ, non à praua voluntate Israelis, cui vis esse gratiam subtractam, imò potentiam ipsam ad opus supernat. nam ab illo Deus vuas expectauit, cui collata beneficia exprobrat: hîc autem non Adæ, sed populo Israeli collata beneficia exprobrat. Et c. 65. Deus ad gentes, *Ecce ego*, inquit, *ad gentem, quæ non inuocabat nomen meum, expandi manus meas tota die, ad populum incredulum, qui graditur in via non bona post cogitationes suas.* Quod oraculum impugnat eos, qui negant gentilibus à Deo sufficientem gratiam offerri. Ezech. 18. *Nunquid*, inquit Dominus, *voluntatis meæ est mors impij, & non vt conuertatur à vijs suis, & viuat?* Vana esset hæc protestatio, nisi paratum esset auxilium saltem sufficiens, cùm non detur omnibus efficax: sine quo auxilio sufficiente nequeunt peccatores à morte ad vitam resurgere. Paulus ad Rom. 1. gentes alloquens: *Quod notum est Dei, manifestum est in illis: Deus .n. illis manifestauit; inuisibilia .n. ipsius per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus & diuinitas: ita vt sint inexcusabiles: quia cum cognouissent Deum*, scilicet per cognitionem naturalem speciali gratiâ Christi excitatam, *non sicut Deum glorificauerunt*, amando illum amore naturali vt bonorum natur. fontem: ad quem natur. amorem concipiendum sufficiens est naturalis cognitio de Authore naturæ speciali beneficio Christi excitata: & ad amorem Dei super omnia ex decreto Dei præstò essent auxilia supernat. quoad substantiam, excitantia ad cognitionem Authoris gratiæ. Apocal. 3. *Ego sto ad ostium & pulso.* Huc spectant Dei exhortationes, inuectiuæ, exprobrationes, minæ, quæ omnia vana & illusoria essent, si gratia omnis interna, quæ maximè necessaria est, desit.

Prob. 3. ex Concilijs Arausi. 2. can. 7. *Si quis per naturæ vigorem bonum aliquod, quod ad salutem pertinet vitæ æternæ cogitare aut eligere siue salutari prædicationi consentire posse confirmat absque illuminatione & inspiratione Spiritus S. qui dat omnibus suauitatem in consentiendo & credendo &c.* Et can. vlt. *Hoc secundùm fidem Catholicam credimus, quòd accepta per baptismum gratia omnes baptizati, Christo auxiliante & cooperante, quæ ad salutem pertinent, possint & debeant, si fideliter laborare voluerint, adimplere.* Nota conditionem ex parte voluntatis humanæ, non diuinæ: *Si laborare voluerint*: non si Deus voluerit dare gratiam efficacem: ergo quando iustus cadit, eique deest auxilium efficax, non deest sufficiens. Valentinum contra Prædestinatianos anno 855. sub Leone IV. c. 2. *Nec ipsos malos ideò perire, quia boni esse non potuerunt, sed quia boni esse nolue runt, suoque vitio in massa damnationis, vel merito originali, vel etiam actuali permanserunt.* Senonense an. 1528. sub Clemen. VII. decre. 15. *Neque tamen*

77. *Concil. Arausi.*

Valenti. in Galliâ celebratum.

Senon.

tanta

Digitized by Google

tanta gratia necessitas libero praiudicat arbitrio, cùm illa semper sit in promptu, nec momentum quidem praetereat, in quo Deus non stet ad ostium & pulsat: cui si quis aperuerit ianuam, introibit ad illũ, & cœnabit cum illo. Tridentinum sess. 6. ca. 11. *Deus impossibilia non iubet, sed iubendo monet, & facere quod possis, & petere quod non possis, & adiuvat vt possis*: & c. 13. monet fideles, *vt in Dei auxilio firmissimam spem collocare & reponere debeant: Deus enim, nisi ipsi illius gratiae defuerint, sicut coepit opus bonum, ita perficiet, operans velle & perficere.* Quis firmissimam spem habeat, vbi certum est, non dari omnibus gratiam efficacem, imò nec sufficientem?

78. Prob. 4. authoritate Patrum. Clemens Roma. *Epist. 3. de officio sacerd. medio* sic habet: *Duo Regna statuit Deus, & potestatem dedit vnicuique hominum, vt illius regni fiat portio, cui se ad obediendum subiecerit.* Non datur potestas nisi detur gratia saltem sufficiens, sine quâ nequit homo fieri portio cœlestis Regni: Clemens Alex. lib. 2. Stroma. *Diuinum*, inquit, *verbum clamauit omnes simul vocans, eos quidem vel maximè cognoscens, qui non erant pariturí: & tamen, quoniam est in nostra potestate, parere & non parere, vt nulli possint causari praetextum ignorantiae, instanter fecit vocationem.* Et lib. 7. *Quomodo autem est seruator & Dominus, si non est omnium seruator & Dominus?* Et infra: *vocatum est theatrum ad certamen: in stadio autem decertant athletae: ex his vtique superat qui alipta paruerit: omnibus enim* (subiungit) *omnia à Deo proposita sunt aequalia: misericordiam autem consequitur is, qui potest, & potens est is, qui voluerit.* Chrysostomus *hom. 2. in Ioan.* quærens, quo pacto Deus illuminet omnes homines in ordine ad salutem æternam, cùm multi fidei lumine careant; Respondet: *Illuminat profectò quantum in ipso est. Si quis autem sponte suâ mentis oculis conniventibus, ad huius lucis radios auem dirigere noluerint, non ex luminis natura in tenebris persiliterunt, sed malitia sua, qui sponte tanto dono se indignos reddiderunt: nam gratia in omnes diffusa est: omnibus se facilem exhibet, omnes pari honore aduocat: qui autem eius munere frui negligunt, hanc suam coecitatem sibi ipsis imputent, cùm omnibus aditus pateat & à nemine prohibeatur.* Hilarius 1. de Trinit. *Esse autem filios Dei, non necessitatem esse, sed potestatem, quia proposito vniuersis Dei munere, non natura gignentium aßeratur, sed voluntas praemium consequatur. At ne id ipsum, quod vnicuique esse Dei filium à Deo filio fit potestas, in aliquo infirmitatem fidei trepida impediret, quia per suí difficultatem agerrimè sperretur, quod & magis optatur, & minus creditur, Verbum Deus caro factum, vt per Deum Verbum carnem factum caro proficeret in Deum Verbum.* Ephrem Syrus serm. 3. de cõpunct. *Remedia atque medicamenta cœlestia & sancta Saluator indulget omnibus.* Hieronymus in Psal. 140. versiculum: *Non declines cor meum* ita exclamat: *O infelicissimum hominum genus, qui peccata excusamus, dicentes: victus sum à natura, cùm in potestate nostra sit, & peccare, & domino adiuuante non peccare.* Ambrosius in vers. *Psal.* 118. *Misericordia tua Domine plena est terra*, ita ratiocinatur: *super omnes sol oriri iubetur: & hic quidem sol quotidie super omnes oritur; mysticus autem sol ille iustitia omnibus ortus est, omnibus venit, omnibus passus est, vt tolleret peccatum mundi. Si quis autem non credit in Christum, generalis beneficio ipse se fraudat, vt si quis clausis fenestris, radios solis excludat, non ideò sol non ortus est omnibus, quia calore eius seipse frandat: sed quod solis est, praerogatiuam suam seruat: quod imprudentis est, communis à se gratiam lucis excludit.* Orosius Augustino familiaris *in Apolog. pro arbit. libert. Mea*, inquit, *semper haec est fidelis atque indubitata sententia, Deum adiuuarium suum non solùm in corpore suo, quod est Ecclesia, cui ob credentium fidem gratia sua dona largitur, verùm etiam vniuersis in hoc mundo gentibus, propter longanimem sui, eternamque clementiam subministrare, non vt tu asseris cum discipulo tuo Cœlestio, in suo naturali bono, & in libero arbitrio generaliter vniuersis vnam gratiam contribuam, sed speciatim quotidie per tempora, per dies, per momenta, per atomos, & cunctis, & singulis ministrare.* Prosper *lib. 2. de voca. gen. cap. 4. Quamuis speciali cura atque indulgentia Dei populum Israeliticum constet electum, omnesque alia nationes suas vias ingredi, hoc est secundùm propriam permissa sint viuere voluntatem, non ita se tamen aterna creatoris bonitas ab illis hominibus auertit, vt eos ad cognoscendum se, atque metuendum, nullis significationibus admoneret: cœlum quippe ac terra, & mare, omnisque creatura, qua videri atque intelligi potest, ad hanc praecipuè dispositа est humani generis vtilitatem, vt natura rationalis de contemplatione tot specierum, de experimentis tot bonorum, de perceptione tot munerum ad cultum, & dilectionem sui imbueretur authoris.* Et paulò pòst: *igitur sicut dicit propheta, misericordia domini plena est terra: qua nullis vnquam saeculis, nullis generationibus defuit, eamque prouidentiam, qui vniuersitatem rerum administrat & continet, regendis alendisque naturis semper impendit, dispositũ habens ex immutabilis aternitate consilij, quibus quidq; temporibus distribueret, & multiformis gratia sua inscrutabiles inuestigabilesque mensuras, per qua dona ac sacramenta variaret: sicut enim ista gratia largitas, quà in omnes gentes nouissimè effluxit, non euacuat eam, quae super vnum Israel sub lege roranit, nec praesentes diuitiae fidem praeterita abrogant parcitati: ita nec de illa cura Dei, qua Patriarcharum filijs propriè praesidebat, coniciendum est, gubernacula diuina misericordia cateris hominibus fuisse subtracta, qui quidem in comparatione electorum videntur abiecti, sed nunquam sunt manifestis occultisque beneficijs abdicati.* Eadem docet *cap. 23. & 26.* vbi explicatis varijs modis quibus gratia Dei solet voluntates hominum excitare, sic tandem concludit: *Qua opitulatio per innumeros modos, siue occultos, siue manifestos, omnibus adhibetur: & quod à multis refutatur ipsorum est nequitia: quod autem à multis suscipitur, & gratia est diuina, & voluntatis humanae.* Ead. repetit cap. 31,

Gregorius Magnus lib. 33. moralium c. 20. *Nequaquam cœlestis Patriae praemia aterna percipiunt, quia ea nunc, dum prò mereri poterant, ex libero arbitrio contempserunt.* Bernardus serm. 5. de quadrag. *In nobis est, si vincere uolumus; nemo nostrum in hoc certamine deijcitur inuitus: sub te est ô homo appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Potest inimicus excitare tentationis motum, sed in te est, si volueris dare seu negare consensum. In tua facultate est, si volueris inimicum tuum facere seruum tuum.* Quæ profectò testimonia duo probant, & gratiam sufficientem, sine qua nec tentationes vinci, nec praemia æterna acquiri possunt, paratam esse omnibus; & eam libero arbitrio non praeiudicare. Qui sunt duo poli, supra quos contra haereticos volui debet catholica ac cœlestis doctrina de gratia & libero arbitrio.

80. Gregor. Bernard.

81. Prob. 5. efficaciter ex redemptione Christi

Prob. 5. Christus est Redemptor omnium: ergo omnibus sunt sufficientia auxilia ad salutem praeparata. Antec. est Pauli 1. *ad Timoth. 2.* vbi dicitur Christus se dedisse Redemptionem pro omnibus; 2. *ad Corinth. 5.* vbi dicitur mortuus pro omnibus. Ratio: eorum omnium est Redemptor, quorum captiuitatis causa fuit Adam, *ad Rom. 5. Sicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem: Sic & per vnius iustitiam in omnes homines in iustificationem*

79. Orosius

Digitized by Google

cationem vitæ. At Adam fuit causa captiuitatis omnium hominum: ergo Christus est redemptor omnium: non .n. alio modo Christus est Redemptor hominum, quàm offerendo pretium sufficiens pro liberatione omnium: ergo non esset Redemptor omnium, nisi obtulisset sufficiens pretium pro liberatione omnium: ergo in hac oblatione sufficientis pretij pro omnibus, præparata sunt sufficientia auxilia pro omnibus. Confirm. sicut in iustitiâ collatâ Adæ transfundendâ omnibus, præparata fuerunt auxilia sufficientia pro omnibus: ita in pretio oblato à Christo pro omnibus præparata sunt auxilia sufficientia pro omnibus.

82. Fuisse à Christo sufficiens pretium oblatum pro omnibus, non fuisse pro omnibus à Deo acceptatum, dici non potest: tum quia Christus non obtulit pretium redemptionis, nisi pro ijs, pro quibus sciebat, Deum velle tale pretium offerri; cùm in Redemptione hominum voluntas humana Christi fuerit perfectè conformis voluntati diuinæ, à quâ in negotio salutis pendebat, vt *tom. 6. disp. 25. sect. 1. & disp. 30. sect. 3.* Tum quia maioris efficaciæ & acceptabilitatis fuit meritum Christi, vt potè meritum hominis Dei, quàm fuisset meritum Adę: *Asfortiori* sed meritum Adæ fuisset à Deo sufficienter acceptatum pro omnibus; ad dandam omnibus iustitiam orig. ergo & meritum Christi.

83. *Prob. 5. Ratio.* Prob. 5. vel Deus nec ante, nec post præuisum originale p. voluntatem habuit dandi sufficientia auxilia omnibus, vel tantùm post. Nequit dici primum: omnes .n. homines non fuissent ad supernaturalem beatit. ordinati, sed aliqui relicti in purâ naturâ, ordinati tantùm ad finem natur. cùm nequeat creatura ad supernat. finem ordinari, nisi per sufficientia media, & ex se nullam habeat proximam ordinabilitatem. Hoc verò falsum est. Inde .n. sequeretur, quòd nec omnes homines nasciturі fuissent cum iustitia originali, Adamo non peccante: nec de facto omnes originale p. contraherent, sed tantùm illi, qui ad supernat. finem per sufficientia media à Deo ordinati essent.

84. Nequit dici secundum: 1. quia vniuersalius fuisset Adæ delictum, quod se extendit ad omnes, quàm Christi meritum, contra *Paul. ad Rom. 5. Sed non sicut delictum, ita & donum. Si enim vnius delicto multi*, hoc est, omnes, vt Patres explicant, *mortui sunt: multò magis gratia Dei, & donum in gratia vnius hominis Iesu Christi in plures*, hoc est, in omnes, *abundauit.* 2. alioqui Christus non fuisset caput & Redemptor omnium hominum. Eorum .n. tantùm est caput & Redemptor, pro quorum captiuitate sufficiens pretium dedit: ergo si non pro omnium captiuitate sufficiens pretium dedisset, nō omnium caput & Redemptor fuisset. Sicut quia sufficiens pretium pro captiuitate Angelorum non dedit, eorum Redemptor non fuit: Est tamen eorum caput propter gratiam, quę dependenter ab ipso omnibus initio creationis collata fuit, vt *6. to. disp. 17. & disp. 26. sect. 13.*

85. *Primum absurdum opp. sent.* Prob. 6. ex absurdis; sequeretur 1. eos, quibus nullum esset sufficiens auxilium ad salutem præparatum, plerumque legem natur. transgrediendo, non peccare, saltem grauiter: quia sine aliquo extraordinario auxilio indebito non est homo moraliter potens ad legem natur. contra graues tentationes seruandam, vt *disp. 26. sect. 3. 4.* neque de huiusmodi transgressionibus eos esse iudicandos contra Apost. *ad Rom. 2.* de ijs .n. tantùm homines iudicari possunt, quas moraliter vitare valent.

86. *2. Absurdum.* 2. Non posse huiusmodi hominibus dari priuationem gloriæ in pœnam peccatorum, quæ ipsi personaliter commiserunt, sed tantùm in pœnam originalis: illud .n. tantùm malum dari potest in pœnam, cuius oppositum bonum aliquâ ratione debitum est: sed homini, omni auxilio sufficienti destituto, non est debita gloria, nisi tantùm in Adā: ergo solùm propter transgressionem contractam in capite dari potest illi priuatio gloriæ in pœnam. Maior patet: pœna est priuatio perfectionis debitæ: non .n. dicitur pœna peccatoris, negatio vnionis hypostaticę, benè tamen negatio gratiæ & gloriæ, esto per peccatum homo non solùm fiat indignus gratiâ & gloria, sed etiam vnione hypost. cuius ratio est, quia gratia & gloria, non vnio hypost. est promissa bonis operibus hominis. Minor prob. tunc est debita perfectio, quando quis habet virtutem illam consequendi: absque sufficienti auxilio, nullam virtutem habet homo consequendi gloriam. ergo nullo pacto debita est homini, sufficienti auxilio destituto, gloria: ac proinde nec priuatio illius potest illi dari in pœnam propter peccatum personale, sed tantùm propter originale.

87. *3. Absurdū.* Sequeretur 3. huiusmodi homines non agnoscere Christum vt Redemptorem, & caput; præsertim in sent. eorum, qui docent, gratiam collatam Adæ ante peccatum transfundendam posteris, non fuisse collatam propter Christi merita. Cùm .n. hi sufficientia auxilia per Christum nec habuerint ante originale in Adam, nec post in seipsis, cumque Christus non sit Redemptor aut caput, nisi ratione donorum supernat. non possunt Christum agnoscere vt caput & Redemptorem sui.

88. *4. Absurdū.* 4. Destrui statum vię, qui essentialiter postulat, vt homo in ea constitutus possit ad terminum peruenire: sed absque sufficienti auxilio nequit homo ad terminum gloriæ, ad quam ordinatus est, peruenire: ergo qui omni auxilio destitutus esset, non esset amplius in via, sed potius in termino. Vnde nec peccata, quę in statu committeret imputarentur illi ad pœnam.

89. *Constat hoc ex Scripturis.* Tandem quòd nullum sit peccatum tam graue & enorme, aut multitudo peccatorum tam magna, ob quam Deus neget in hac vita sufficiens auxilium ad salutem, primò constat ex ijs Scripturis, in quibus Deus sine vllo discrimine omnes peccatores ad pœnitentiam inuitat: *Ezech. 18. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis &c. omnium iniquitatem eius non recordabor.* Quem locum vrgent Patres contra Nouatum. Cui concordat vox Christi *Matth. 9. Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam.* Quæ cùm sit indefinita æquiualet vniuersali. Concordant Patres & Concilia, quę absolutè definiunt, semper in hac vita locum esse pœnitentiæ: cap. *Talis* de pœnitentia dist. 3. *Etiamsi ad summum quis perueniat malorum, & inde tamen velit reuerti ad virtutis viam, suscipit & libenter amplectitur Deus.* 2. Ex Patrib. *Ambros. lib. 1. de pœnit. cap. 8. & 9. Prospero lib. 2. de voca. gen. c. vlt. dum in hoc corpore viuitur, nullius est negligenda correctio: Fulgen. epist. 7. ad Venan. cap. 3. 4.* nullum tam graue peccatum, quod non possit pœnitentia deleri. Alioqui, *Non est perfecta bonitas, à quâ non omnis malitia vincitur: nec est perfecta medicina, cui morbus aliquis incurabilis inuenitur.* Concludit: *Qualecunque sit peccatum, à Deo quidem potest remitti conuerso: sed ille sibi remitti non sinit, qui desperando contra se indulgentia ostium clauserit.* Idem docuit *August. 1. Retractatio. cap. 19.* vt mox constabit &c. 90. *Patrib.*

91. *De Iudæis* Infero 1. etiam Iudæos sub lege constitutos, tametsi non ita copiosam, ac nunc Christianos, gratiam accepisse, quâ legem suam, quæ de se vires bene operandi non tribuebat, seruare; & non modò

modò præsentis, sed etiam futuræ vitæ præmia mereri ac consequi possent. Cùm enim singularia pro eis, & de legis obseruatione, & de conuersione in Deum, etiam post violatam legem, seuerissima in scriptura extent præcepta & consilia, & Deus impossibilia non præcipiat, necesse est eos, quod per legem, aut naturæ vires non poterant, id per gratiam potuisse. *Infidelib.* Infideles quoque quanquam nullis actibus, etiam moraliter bonis, viribus duntaxat naturę elicitis, fidem gratiamque vel de congruo mereri, aut ad eam positiuè se disponere possint: attamen nec in illis ex parte Dei sufficiens deest auxilium, quo primò ad fidem, & salutem perueniant si inspirationibus supernat. saltem quoad modum à Deo immitti solitis attendant, & Deo sic vocanti, & ad vlteriora auxilia disponenti non desint, vt infrà explicatiùs. *Angelis malis* Eodem modo nec Angelis malis sufficiens defuit gratia, quo possent & in bono cœpto perseuerare, & propositam beatitudinem consequi: etsi nullum habuerint ad resurgendum, postquam in peccatum ceciderunt, sufficiens auxilium, vt prob. *to.* 2. *disp.* 18. *sect.* 7. *difficultate* 5. *contra Scotum &c.*

92. *Censura opposita sent.* Infero 2. quam censuram mereatur opposita sent. negans omnibus adultis sufficientia auxilia esse parata. Affirmant aliqui, nostram sent. esse inter Theologos certissimam, eamque in omnibus christianis Academijs receptam: Alij non posse oppositam sine errore defendi. Ego in censendis sent. alioqui non procliuis, censeo contrariam vel erroneam esse, vel errori proximam: cùm nostra sent. probabilissimè solidissimeque deducatur ex innumeris, vt vidimus, Scripturæ oraculis, accedentibus, tot Concilijs & Patribus ea oracula iuxta nostram sent. interpretantibus.

93. *Ad 1. sent.* Ad primam sent. quoad infantes, *sect. seq.* Quoad *August.* videtur planè cum prima & 2. sent. sentire, nec paruulos sic morientes, nec infideles, ad quos nulla peruenit Christianæ fidei notitia, habere, saltem post originale, vllum paratum remedium ad salutem: vt probant testimonia ipsius in 1. & 2. sent. potissimè illud, quòd initium salutis in ipsius doctrinâ incipit à vocatione ad fidem: ante quam, sicut nulla agnoscit opera ad salutem pertinentia, ita nec vllum auxilium per Christum, quo valeat homo aliquo modo salutem inchoare. Vocatio autem ad fidem, vt sæpe testatur, pendet à merâ & solâ voluntate Dei, cùm nemo in potestate habeat, vt vocetur. Alterum mihi certum est,

94. *August. nulli fideli negat auxilium suffic.* August. nulli peccatori fideli negasse sufficiens auxilium ad salutem consequendam, propter quodcunque peccatum, aut multitudinem peccatorum. 1. quia si adducta ipsius testimonia aliquid probarent, probarent, hæc auxilia subtrahi à quocunque, propter quodcunque mortale. Absurdum autem hoc est, & à mente tanti Doctoris alienum, nam nullus peccator, semel peccando, in eius sent. spem haberet resurgendi. Quod cùm ipse de seipso contrarium expertus fuerit, qui de peccatore factus est iustus, oppositum de alijs sentire non potuit. Sequela prob. in adductis testimonijs, absque vllâ distinctione docet, priuationem diuini adiutorij esse pœnam peccati.

95. 2. Augustinus 1. *Retract. cap.* 19. retractat quod *serm.* 59. *de temp.* dixerat, peccatum ad mortem esse, *Cùm post agnitionem Dei per gratiam Domini nostri Iesu Christi quisque oppugnat fraternitatem, & aduersus ipsam gratiam, qua reconciliatus est Deo, inuidentia facibus agitatur. Addendum fuit, si in hac tam scelerata mentis peruersitate finierit hanc vitam*: subiungit: *Quoniam de quocunque pessimo in hac vita constituto, non est vtique desperandum, nec pro illo imprudenter oratur, de quo non desperatur.* Et lib. 3. de lib. arb. c. 19. *Rectè fortasse quererentur, si erroris & libidinis nullus hominum victor existeret: cùm verò vbique sit præsens* (nempè Deus) *qui multis modis per creaturam sibi domino seruientem auersum vocet, doceat credentem, consoletur sperantem, diligentem exhortetur, conantem adiuuet, exaudiat deprecantem: non tibi deputatur ad culpam, quod inuitus ignoras, sed quòd negligis quærere, quod ignoras: neque illud quòd vulnerata membra non colligis, sed quòd volentem sanare contemnis. Ista tua propria peccata sunt. Nulli enim homini sublatum est, scire vtiliter quærere, quod inutiliter ignorat, & humiliter confitendam esse imbecillitatem, vt quærenti & confitenti ille subueniat, qui non errat, dum subuenit, nec laborat:* Et in Enchir. c. 95. *Nec vtique Deus iniustè noluit saluos fieri, cùm possent salui esse, si vellent:* Et si in margine loco *vellent*, sit *vellet*. Augustini mentem declararunt *Prosper & Fulgen. cit.* Imò non desunt, qui putent, etiam adultis gentilibus ante vocationem ad fidem, secundùm August. parata esse sufficientia auxilia ad salutem: *vt infrà n.* 159.

96. *Explicantur Augustini testimonia.* Vnde primum testim. quo Augustinus asserere videbatur, peccatorem peccando amittere potentiam ad rectè operandum, non est intelligendum de amissione potentiæ ad rectè operandum simpliciter, sed cum facilitate, defectu vberiorũ auxiliorum, quæ peccatori propter peccatum subtrahuntur. Colligitur ex eod. qui sicut potentiam, quam ante peccatum ad rectè operandum habet iustus, appellat, *Posse sine difficultate*: ita impotẽtiam, quam peccando contrahit, non vocat impotentiam, sed difficultatem ad rectè operandum: *Sunt reuera omni peccanti animæ duo ista pœnalia, ignorantia & difficultas. Ex ignorantia dehonestat error, ex difficultate cruciatus affligit.* Et seq. cap. expressiùs: *Vt & illi gratias agant, cùm instituerint bene viuere, quod aliquid sine difficultate fecerint: & vbi difficultatem aliquam sentiunt fidelissimis & perseuerantissimis precibus, & misericordia promptis operibus facilitatem à Domino impetrare persistant.* Ecce quo pacto & potentiam, quam iusti habent ad rectè operandum ratione abundantiorum auxiliorum, appellet *facilitatem*; & impotentiam quam peccatores subtractione illustriorum auxiliorum, contrahunt, vocet *difficultatem*. Confirm. *ibid. cap.* 67. docet, 97. *Confir.* duobus modis caueri posse peccatum: vno petẽdo, ne in illud incidamus; alio, orando, vt postquam incideremus, ab illo liberemur. Sed in sent. *August. & Patrum Afric. contra Massil.* nequit homo sine auxilio gratię per Christum orare Deum, vt à peccato liberetur: ergo in sent. *August.* per nullum peccatum tollitur in hac vita auxilium ad pœnitendum necessarium. nam *Pro quocunque pessimo homine prudenter oratur*, non solùm ab alijs, sed multò magis ab ipso peccatore. Ergo post quodcunque peccatum manet in homine auxilium, quo possit Deum orare vt à peccato resurgat. Ad prob. neg. in sent. *August.* illud *posse* propter peccatum personale amittere peccatorem, quod collatum fuit primo homini, & Angelo; illud .n. fuit *Posse* antecedens, quo tam homo, quàm Angelus per auxilium sufficiens constitutus fuit potens ad exercenda opera salutis, quod, vt probatum ex *August.* non amittit peccator propter peccatum personale: sed solùm amittit *Posse* consequens, per subtractionem auxilij efficacis & vberioris. Cæterùm cùm August. ait, hoc *Posse*, seu *adiutorium gratiæ*, in pœnam peccati deesse peccatori, non intelligit de peccato personali, sed originali, vt constat ex

Digitized by Google

ipsius discursu, quo probat, adiutorium, quod nunc per Christum accipimus, esse maius illo, quod collatum fuit Adæ, quodque nos illius peccato amisimus. Nam illud fuit, quo posset rectè operari, si vellet: hoc autem, vt etiam velimus, quod possumus. Vnde concludit: *Nunc per peccatum*, nempe originale, *perdito bono merito in his, qui liberantur, factum est donum gratiæ, quæ merces meriti futura erat.* Quia nimirum, si Adam præceptum seruasset, gratia, quę nunc ob originale gratis nobis datur, data fuisset vt merces propter opus meritorium primi parentis, qui illam suo merito nobis acquisiuisset. Ad fund. secundæ sent. quo pacto intelligendum sit, *Sine fide impossibile placere Deo*, explicabo *seq. sect.* & modum, quo Deus præparet auxilia sufficientia infidelibus ad salutem consequendam.

98. *Ad fund. secunda.*

59. *Ad argum. sent. 3.*

Ad 1. argu. tertiæ sen. Scripturas citatas intellige de subtractione auxilij dumtaxat vberioris & illustrioris: cuius negatio in homine, diu in vitijs & peccatis versato ac radicato, reddit voluntatem difficilem ad conuersionē, & quasi moraliter impotentem: vt egregiè *Prosper lib. 1. de voca. gen. cap. 12.* de huiusmodi hominibus, *Quod quia*, inquit, *ipsi præstare sibi nequeunt, malę consuetudinis pondere oppressi, & diaboli vinculis alligati, neque deceptiones suas euincere valent, quibus tam pertinaciter inhæserunt, vt quantum amanda est veritas, tantùm diligant falsitatem; misericors & iustus Dominus pro omnibus sibi vult hominibus supplicari, vt cùm videmus de tam profundis malis innumeros erui, nō ambigamus Deum præstitisse, quod vt præstaret oratus est.* De hac morali impotentia intellige *cit. Ioan. 12.* & Patres. Locus Pauli *ad Thessal.* intelligitur de ira Dei vsque in finem vitæ per subtractionem auxilij efficacis & vberioris, *ne aliquando*, inquit Ambros. *misericordiam consequi mereantur.* Ad 2. ductum ab exemplo Antiochi, & Esau, Resp. neutrum veram egisse pœnitentiam: ille .n. solùm petebat corporis salutem; hic non culpas flebat; sed hęreditatem amissam: quippe qui eo ipso tempore necem suo fratri moliebatur, vt textus ipse indicat. *Leg. S. Thom. 3. p. q. 86. art. 1. ad 1.* Ad 3. vel asserendum est cum *August. lib. 4. con. Cresc. cap. 8.* & alibi, peccatum in Spiritum S. esse finalem impœnitentiam; & iure dici irremissibile, quia extenditur extra statum viæ, in quo de lege ordinatâ non fit remissio: Vel cum alijs, esse peccatum ex malitia, siue quia committitur contra ipsam personam Spritûs S. siue quia fit ex peculiari obstinatione cordis, cū desperatione veniæ, ex proposito non pœnitendi, vt communiter Scholastici. Et tunc idem est, hoc peccatum non remitti, ac difficile remitti, iuxta illud *Matth. 19. Facilius est, camelum per foramen acus transire, quàm divitem intrare in regnum cęlorum*: quia nimirum quod cum difficultate fit, impossibile moraliter reputatur. Causa verò difficultatis est: tum quia directè resistitur inspirationi Spiritûs S. tum quia pecatum ex malitia difficilè deponitur, sicut fuit peccatum Angelorum. Addit *S. Thom. cum Chrysost. 22. q. 14. art. 3. & 3. p. q. 86. ar. 1. ad 3.* dici hoc peccatum irremissibile in hoc sæculo, & in futuro, siue quia à Deo punitur in hoc sæculo, & in futuro: siue, vt cum Gregorio explicat *in 2. dist. 43. in expos. text. fine dist.* dicitur irremissibile in hoc & in futuro sæculo, ad differentiam peccatorum venialium, quæ etiam quoad culpam dimittuntur in futuro sæculo.

100. *Ad exempla Antio. Esau*

101. *Peccatum in Spiritum S.*

Ad illud ex *Ioan. S. Tho. ibid.* vel peccatum ad mortem significare peccatum finalis impœnitentię, quod etiam censet *Catha. in opusc. de desert. veri:* & pro eo non est orandum: vel significare quodcunque enorme: & tunc non prohibetur absolutè, vt nullus pro eo oret, sed vt *non quicunque de vulgo*, vt Ambrosius lib. 1. de pœniten. cap. 8 *nec plebeia vilitatis aliquis, sed vita egregia, singularisque meriti. Quia quò maior est culpa*, subdit, *eo maiora sunt quærenda suffragia.* Alioqui, vt August. suprà, *de nullo quantumuis pessimo in hac vita est desperandum:* ac proinde: *non imprudenter oratur, de quo non desperatur.* Ad rationem Resp. per confirmationem in bonum non tollitur potentia ad malum; quæ saluatur in solâ naturâ liberi arbitrij, quæ per gratiam confirmantem non tollitur, sed adiuuatur; per subtractionem verò auxilij sufficientis tollitur potentia ad bonum, quæ sine auxilio gratię non est vel simpliciter sufficiens, vt ad bonum supernat. vel saltem sufficienter expedita, vt ad bonum honestum difficile naturale: Ac per consequens tollitur sufficiens potentia ad consequendum terminum, quę est necessaria viatori.

102. *Ad mortem*

103. *Disparitas confirmationis in bonum &c.*

SECTIO V.

Quo pacto sint omnibus viatoribus sufficientia auxilia ad salutem præparata?

104. *Duplex difficultas.*

DIfficultas 1. de infantibus, qui vel in vtero materno, vel defectu materiæ, aut ministri sine baptismo ex hac vita decedunt. 2. De adultis, ad quos nulla vnquam peruenit Christianæ fidei notitia, quæ in lege Euang. necessaria est ad salutem. Cæterùm sufficientia remedia salutis pro reliquis infantibus præparata sunt in ipsa vniuersali institutione Sacramentorum, dependenter à voluntate & diligentia parentum, vel eorum ad quos paruulorum cura spectat, vt egregiè *Prosper lib. 2. de voca. gen. cap. 23. Non irreligiosè arbitror credi, neque inconuenienter intelligi, quod isti paucorum dierum homines ad illam pertineant gratiæ partem, quæ semper vniuersis est impensa nationibus, qua vtique si bene eorum vterentur parentes, etiam ipsi per eosdem iuuarentur. Omnium namque exordia parvulorum totaq; illa principia, nec dum rationalis infantiæ, sub arbitrio iacent voluntatis alienæ: nec vllo modo eis, nisi per alios consuli potest: & consequens est, illos ad eorum pertinere consortium, quorum vel recto, vel prauo aguntur affectu. Sicut enim ex aliena confessione credunt, ita ex aliena infidelitate, aut dissimulatione non credunt &c.* Reliquis adultis præparata sunt sufficientia auxilia dependenter ab ipsorum voluntate: quorum corda subinde Deus pijs sanctisque pulsat cogitationibus, iuxta *Apocal. 3. Ecce sto ad ostium & pulso.* vt autem quis sufficiens habeat auxilium ad salutem, necesse non est, vt singulis momentis pulsatrice gratiâ præueniatur; sed sat est, si opportunis dumtaxat temporibus, vt per Deum non stet, quominùs ille possit, si velit, pulsanti gratiæ consentire, & consentiendo conuerti.

105. *Quoad priorem 1. sent.*

Quoad priorem diffic. Bannez *1. p. qu. 23. art. 3. dub. 3. con. 5.* existimat, huiusmodi infantibus sufficientia remedia ad salutem præparata fuisse in Adam: in quo vt capite humani generis præparata fuere sufficientia auxilia pro omnibus, hoc ipso, quòd Deus contulit illi originalem iustitiam transfundendam omnibus.

106. *Contrà*

Sed contrà: hęc sent. non saluat, quòd Deus post p. originale voluntatem habeat saluandi hos paruulos. Sicut .n. post originale sublata est ab Adā, & consequenter ab omnibus posteris iustitia originalis: ita cum eâ sublata sunt paruulis sufficientia

remedia

Digitized by Google

remedia ad salutem, quę in primo capite illis præparata fuerunt. Ergo nisi post originale Deus illis de nouo remedio prouiderit, dici non potest, quòd eos post originale velit saluos fieri. Ex quo vlteriùs sequitur, in sent. eorum, qui docent, iustitiam originalem collatam fuisse Adę independenter à meritis Christi, Christum non fuisse horum paruulorum Redemptorem, cùm nullum ex eius meritis remedium habuerint ad salutem præparatum.

107. 8. *Sent. amplectenda* Suarez *to. de Trini. lib. 4. de supernat. prouid. cap. vlt.* Bellarm. *lib. 2. de gra. & lib. arb cap. 5. fine:* Zumel. 1. *p. q.* 23. *q.* 5. *dub.* 4. putant, huiusmodi infantibus præparata esse sufficientia remedia salutis, etiam post præuisum originale, in ipsa institutione sacramentorum, dependenter à causis 2. Quæ sent. probabilior: Etenim ad antecedentem & & conditionatam voluntatem, qualis est, quam Deus de salute horum paruulorum habet, sufficit dare ea omnia, que ex parte sua tantùm pendent, cum simplici dumtaxat affectu, vt opus sequatur, si aliunde impedimentum non apponatur. At pro ijs instituit sacramenta, illis applicanda voluntate parentum, iuxta ordinatum cursum & dispositionem causarum natur. Quòd ordinatum hunc cursum præsentium causarum, talem sacramentorum applicationem impedientium, Deus non impediuerit, non pertinet ad voluntatem conditionatam & antecedentem, sed ad absolutam & consequentem, quam Deus circa salutem horum infantium non habuit. 108. Vnde siue priùs ratione decreuerit hunc cursum rerum, quàm voluntatem habuit instituendi remedia salutis pro omnibus infantibus: siue contrà, priùs ratione habuerit voluntatem instituendi communia remedia salutis pro omnibus, quàm decreuerit hunc cursum rerum, nullo modo ex vi antecedentis & conditionatę voluntatis tenebatur, causas siue naturales, siue liberas, huiusmodi remedia præparata infantibus impedituras, impedire: Cùm hæc ipsa conditio inclusa fuerit in ipsa voluntate antecedente, quæ non aliter hæc remedia instituit, quàm dependenter ab hoc cursu rerum, siue antecedenter, siue consequenter definito. Neque consequens voluntas, quâ Deus absolutè decreuit hunc statum rerum, quem præuidit impediturum applicationem talium auxiliorum, repugnat cum anteeedente voluntate instituendi talia remedia: tum quia tale impedimentum non per se sequitur ex tali ordine causarum à Deo intento, sed per accidens, vel ex aliquâ actione causæ liberę, vel ex casuali aliquo concursu & occursu causarum. Tum quia licet illud fuerit præuisum, non tamen fuit per se anteeedenter volitum, sed tantùm permissum ob altiores fines. Nisi fortè fiat quæstio de nomine, quid intelligatur per auxilium sufficiens. Adulto quidem sufficientia dicuntur nulla, si quidpiam desit ab extrinseco, quod in ipsius adulti potestate proximè, vel remotè non sit. Infanti non esse in potestate nasci, positis causarum 2. impedimentis, quarum cursum Deus nolit infringere, certum est: At nasci, est conditio ad baptismum necessaria: igitur conditio necessaria ad baptismum, & ad salutem non est in potestate infantis. Atque adeò comparatiuè ad adultum infans non habet auxilia sufficientia ad salutem, nimirum dependenter à propriâ potestate aut voluntate Parentum: quoniam etsi Parentes velint saluare infantem in vtero, non possunt; sed dependenter duntaxat ab ordinario cursu & serie causarum 2. Quæ series si infantulos omnes perduceret ad salutem, in eâ sibi magis complaceret Deus: nunc potiùs ei displicet, quòd iustitiæ suæ ratio in pœnam peccati originalis exigat, vt casualem illum causarum concursum, qui baptismum impedit, non perfringat singulari suâ prouidentiâ, sicut perfregisset in statu innocentiæ; & quòd parentes tanti meriti non sint apud ipsum, vt singulari istâ prouidentiâ vtatur etiam pro naturâ lapsâ. Iuxta quem modum nonnulli Augustinum explicant.

Infans eom paratinè non habet auxilia suffic.

Quoad 2. difficul. duplex sent. 1. docet eos, ad quos nulla peruenit fidei notitia, non habere sufficientia auxilia dependenter à propriâ, sed ab alterius voluntate, nempe aut primi parentis, dependenter à quo collata fuit iustitia originalis omnibus; aut Ecclesiæ, dependenter à cuius conatu & diligentiâ præparata sunt sufficientia auxilia omnibus. 109. *Quoad post. diff. duplex modus sent. 1.* Prior modus colligitur ex *August. Fulgen. Ansel.* affirmantibus huiusmodi homines carere sufficienti auxilio ad salutem, in pœnam originalis. 110. *Prob. primus mod.* Illa .n. tantùm priuatio pertinet ad nos, vt culpa, vel vt pœna, cuius opposita perfectio erat nobis aliquo modo debita. Vnde sequitur, si neque ante originale illi habuissent sufficiens auxilium ad salutem consequendam, non fuisse ad felicitatem supernat. euectos, sed relictos in suis naturalibus.

Verùm iste modus confutatur ijs argu. quibus primus prioris diffic. de infantibus; & quibus mox posterior modus. Qui sic probari potest. Sicut Deus ante originale sufficientia auxilia ad salutem omnibus præparauit dependenter à volũtate Adæ; ita post originale eadem auxilia omnibus præparauit dependenter à conatu & industriâ Ecclesię, mittentis streuuos Concionatores verbi Dei ad omnes mundi partes, iuxta illud *Matth. vl. Euntes, docet omnes gentes, Baptizãtes eos in nomine Patris &c.* Sed contrà: hinc sequeretur non habere huiusmodi homines sufficiens remedium consequendæ salutis in suâ, sed in alterius dumtaxat potestate, contra Scripturam, quę vitam & mortem, bonum & malum constituit in libera potestate hominis: *Eccles. 15. 31. Confirm.* semper Deus, quæ ipsius est suauis prouidentia, creaturas ad suos fines dirigit per media ipsarum naturis proportionata, vt inductione constat in omnibus rebus tam naturalibus, quàm supernat. at magis proportionata pro adultis media ad salutem sunt, quæ ab ipsorum pendent voluntate, quàm quæ tantùm pendent à voluntate alterius.

111. *Contrà* 112. *Prob. posterior modus* 113. *Contrà*

Exemplum de Adam oppositum potiùs probat: nam ante originale, auxilia sufficientia pro adultis non fuerunt præparata in Adam, nisi tantùm radicaliter & in causa, quatenus in illo præparata fuit iustitia originalis exigens talia auxilia, transfundenda posteris dependenter à voluntate Adæ: formaliter autem & proximè præparata fuerunt adultis, opportuno tempore conferenda. Ita post originale auxilia sufficientia pro adultis non sunt præparata dependenter tantùm à voluntate & industriâ Ecclesiæ, nisi tantùm radicaliter, quatenus dependenter ab ipsius voluntate applicantur Sacramenta, quæ exigunt huiusmodi auxilia: formaliter autem & proximè præparata sunt in ipsis adultis, quatenus Deus opportuno tempore illos excitat & promouet ad salutem. 114.

Secunda sent. affirmat, sufficientia auxilia salutis illis adultis, ad quos nulla fidei notitia peruenit, præparata esse dependenter à voluntate ipsorum. 115. *Sent. longè verior* Quę sent. longè probabilior, nec non Scripturis, Concilijs, & patribus conformior, docentibus, per nos stare, quo minùs cum adiutorio gratiæ omnibus præparato, vitam æternam consequamur. Hęc enim vt *Prosper lib. 2. de voca. gen. cap. 26.* ait, *Per innumeros*

Digitized by Google

innumeros modos, siue occultos, siue manifestos omnibus adhibetur, & quod à multis refutatur, ipsorum est nequitia.

116. Controuersia supereſt, de modo, quo hæc auxilia huiusmodi hominibus dependenter ab ipsorum voluntate præparentur. Ratio difficul. cùm hæc auxilia ad salutem necessaria, sint supernaturalia, non videtur, quo pacto ij, ad quos nulla peruenit obiecti supernat. notitia, quæ per fidei reuelationem incipit, possint auxilijs supernat. ad salutem promoueri. Nam cùm hæc consistant in pijs cogitationibus, & affectibus rerum supernat. qui fidem supponunt, non videntur, saltem de lege ordinatâ, absque externâ propositione fidei in eis posse excitari.

117. *Primus modus sententiæ.* Primus modus asserit, hæc auxilia præparari dependenter à voluntate eorum, ad quos nulla peruenit notitia fidei, quatenus Deus paratus est illa dare, si obstaculũ ipsi non posuerint: videtur *S. Tho. 3. con. Gen. cap.* 159. vbi docet: *Quod licet aliquis per motum liberi arbitrij diuinam gratiam nec promereri, nec acquirere possit; potest tamen seipsum impedire, ne eam recipiat. Deus enim quantum in se* 118. *est, paratus est omnibus gratiam dare.* Verùm, si iste modus intelligatur de præparatione ad gratiam habitualem, & ad reliqua auxilia gratiæ post primum, *De primo auxilio* verus est, & asseritur à *Ferrar. cit.* si de primo auxilio gratiæ, vt *Bannez 1. p. q. 23. art. 3. dub. 3. concl. 6 7. 8. 9. & alij*, falsus est, & contra *S. Doct.* qui docet, cuilibet homini statim ad vsum rationis peruenienti Deum dare sufficiens auxilium, vt ad ipsum conuerti possit, & à p. originali iustificari: igitur in sent. S. Thomæ ante vllum peccatum personale Deus excitat peculiari auxilio gratiæ omnem hominem peruenientem ad vsum rationis: nam sine eo auxilio non posset homo ad Deum conuerti & iustificari.

119. *Falsus* Modus est etiam falsus: Nam vel Deus negat illis primum auxilium gratiæ, propter solum originale, vt ij docent: & sic isti nullum habent paratum auxilium ad salutem post originale, sed solùm habuerunt ante, quod illis præparatum fuit in iustitiâ originali, collatâ Adæ, transfundendâ posteris. Vnde contrà militant omnia argu. quę contra primum prioris diffic. Vel negat illis Deus primum auxilium gratiæ, propter peccatum personale. 120. *Primò* Contrà primò est: quia vel euitatio peccati personalis est causa moralis, propter quam Deus infallibiliter dat primum auxilium gratiæ: at ex hoc sequitur, initium inchoari à nobis: (quod Semipelagianum est) cùm enim ea euitatio sit ante omne auxilium gratię, non poterit esse nisi à libero arbitrio: quod proinde initium daret suę iustificationi. ponendo causam, ad quam Deus infallibiliter suam gratiam conferret. Vel non est causa moralis, quâ posilâ Deus infallibiliter sit daturus primum auxilium gratię: & tunc reddit principalis difficultas, quo pacto iste saluari possit, cùm neque in seipso auxilium habeat, nec quidquam ex se facere possit, quo illud obtinere valeat.

121. *Secundò* 2. Non minùs infidelis, quàm fidelis post quodcunque peccatum, est in via tam ad vitam, quàm ad mortem æternam: ergo habere debet sufficiens auxilium, quo possit vitam æternam consequi; ne solùm sit in via ad mortem. *Nota* Nec sufficit, habere illud tantùm præparatum in actu 1. & in ipsâ voluntate Dei: quia non sumus potentes ad operandum per virtutem in alio existentem, nisi quatenus in nostrâ potestate est, vt talis virtus nobis ad operandum applicetur. Cùm igitur nihil ex nobis facere possimus, vt talis virtus ad operationem nobis applicetur: alioqui possemus ipsi initium nostræ salutis inchoare, nisi Deus actu conferat nobis primum auxilium gratiæ, non erimus potentes ad salutem consequendam.

122. *Modus Suarez priori similis.* Eundem modum, sed paulò aliter tradit Suarez *de Trini. lib. 4. de supernat. Dei prouid. cap. 3. & lib. 1. de necess. gra. cap. 27.* sc. infidelibus præparatum esse primum auxilium gratiæ dependenter ab ipsorum voluntate, quatenus si impedimentum peccati non apponerent, vocationẽ supernat. ad fidem reciperent. Cęterùm ideò ad fidem supetnat. non vocantur, quia per peccatum impedimentum apponunt. Licet ad hoc non apponendum peculiari prouidentiæ auxilio intra ordinem naturæ à Deo iuuentur, quo possent, si vellent, naturalem legem seruare, non tamen quo valeant vocationem supernat. promereri: quam tamen Deus gratis daret, si ipsi huiusmodi auxilio ordinis naturalis benè *Sed contrà.* vterentur, impedimentum non apponendo. Sed neque hic modus satisfacit. Nam vel Deus infallibiliter vtenti tuxilio confert vocationem supernat. & sic incidit in id, quod vitare cupit, nempe eam non dari propter actus quoad substantiam naturales; vel adhuc rectè huiusmodi auxilio vtenti Deus negat suam gratiam, & redit principalis difficultas, quo pacto huiusmodi homines habeant sufficientia auxilia ad salutem.

123. *2. Modus verior.* Secundus igitur modus docet, hęc auxilia non solùm præparata esse in actu 1. & in ipsa voluntate Dei, sed in actu 2. conferri omnibus adultis, adeò vt nullus sit, qui aliquando actu à Deo ad salutem non excitetur: Est communior, quem expresè docent *Bonauent. in 2. dist. 28. art. 2. q. 1. Vasquez 1. p. disp. 97. cap. 3. 4. 5. Bellarm. lib. 2. de gra. & lib. arb. cap. 8. in resp. ad 2. & 3. arg. Valent. 1. 2. disp. 8. q. 3. punct. 4. Zumel. 1. p qu. 23. art. 3. qu. 5. dub. vlt.* quem etiam suprà *qu. 4. concl. 3.* vt probabilem docuerat: idem docet *Granad. 1. 2. contro. 8. tract. 6. disp. 1. sect. 5.* isque expresè deducitur ex *S. Tho. 1. 2. qu. 89. art. 6.* docente, omnem hominem peruenientem ad vsum rationis teneri ad Deum conuerti, per eam conuersionem consequi gratiam, per gratiam originalis remissionem. Nequit autem homo per solas vires liberi arbitrij gratiam, peccati remissiuam, consequi, vt *idem 1. 2. qu. 1 12. art. 2. &* 3. & definit *Triden. sess. 6. can. 3.* ergo vt talis homo gratiam peccati remissiuam consequatur, pręueniri debet aliquo auxilio indebito, quo se ad eam disponat. Idem modus colligitur ex illo *Ioan. 1. Qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*: Quem Scolastici, & Patres explicant de actuali illuminatione pertinente ad salutem. Eundem expresè docuit Prosper *lib. 2. de voca. gen. cap. 26. Gratia quidem Dei in omnibus iustificationibus principaliter, præeminet. suadẽdo exhortationibus, monendo exemplis, terrendo periculis, incitando miraculis, dando intellectum, inspirando consilium, corque ipsum illuminando, & fidei affectionibus imbuendo: sed etiam voluntas hominis subiungitur ei atque coniungitur, qua ad hoc præditis est excitatata præsidijs, vt diuino in se cooperetur operi, & incipiat exercere ad meritum, quod superno semine concepit adstudium, de sua habens mutabilitate, si deficit; de gratia opitulatione, si proficit.* Et concludit: *Ipsa gratia hoc omni genere medendi atque auxiliandi agit, vt in eo quem vocat, primam sibi receptricem & famulam donorum præparet voluntatem.* Fundam. hic modus magis est proportionatus homini, propria voluntate vtenti, & magis conformis Deo, creaturas ad suos fines dirigenti. Ad rationem dubitandi *sect. seq.*

SEC-

Digitized by Google

SECTIO VI.

An primum auxilium sit supernaturale, & indebitum naturæ?

124. *Sententia 1. semipel.* PRima sent. vtrumque negat: Est eorum, qui docent, facienti quod in se est ex viribus naturæ, Deum infallibiliter suam gratiam conferre. Hi .n. consequenter docent, vnumquemque hominem solùm per auxilia communia, iure creationis omnibus debita, ad gratiam de congruo obtinendam se disponere, ac proinde ipsa auxilia communia, ad honestè operandum omnibus debita, simul esse adiutoria ad salutem inchoandam: nam per ea infallibiliter obtinemus proxima media ad salutem, quę est gratia iustificans. Sed hæc sent. vt Semipelag. confutata est *disp. præced. sect.* 10.

125. *Sentent. 2.* Secunda sent. affirmat, primum auxilium ad salutem inchoandum, esse naturæ indebitum, & supernaturale quod substantiam: *Suarez de Trini. lib. lib. 4. de supernat. pronid. cap. 3. & lib. 1. de gra. cap. 27.* qui licet de potentiâ absolutâ affirmet, potuisse esse hoc auxilium supernat. tantùm quoad modum, de lege tamen ordinatâ putat esse tale quoad substantiam: sequitur *Granadus* 1. 2. *controu.* 8. *tract. 6 disp. 1. sect. 5.* videtur *Valentia* 1. 2. *disp.* 8. *q.* 3. *punct.* 4. *in fol. 6. argu. Bannez* 1. *p. q.* 23. *art.* 3. *dub.* 3. *Zumel ibid. q.* 4. *&* 5. dum absolutè absque distinctione affirmant, huiusmodi auxilia supernat. esse.

126. *Fundam. duplex* Fundam. 1. ductum ex Concilijs & Patrib. qui de huiusmodi auxilijs loquuntur, vt de re supernat. omninò, distinguentes illa ab omni perfectione naturali. Confir. 1. vocant illud gratiam per Christum: Christus autem non perfectionem naturalem, sed supernat. nobis promeruit. 2. eadem Concilia & Patres docent, omne initium salutis inchoari à fide, quæ propterea ab ijsdem vocatur radix & fundamentum salutis. At auxilium ad fidem est supernaturale quoad substantiam, cùm sit ad actum supernat. quoad substantiam.

127. *Alterum fund.* 2. Ex ipsâ naturâ rei: Primum auxilium ad salutem, est initium & fundamentum salutis, quia per illud inchoatur salus: ergo debet esse eiusdem ordinis cum salute: inchoatio .n. salutis est ipsa salus in fieri. Sed hæc est supernaturalis quoad substantiam, vt per se constat: ergo & illud.

128. *Sentent. 3.* Tertia sent. docet, primum auxilium ad salutem, non necessariò esse supernaturale quoad substanti, sed tantùm quod modum: *Molin. in concor. disp.* 10. *Vasquez* 1. *p. disp.* 97. *cap.* 4. *&* 1. 2. *disp.* 189. *cap.* 15. *& disp.* 190 *cap.* 12. quam sent. sequitur Durand. *in* 2. *dist.* 28. *qu. vlt.* in ordine ad auxilia, quæ præparantur electis. Eadem colligitur ex *Bonau. in* 2 *dist.* 28. *art.* 2. *qu.* 1. vbi docet, quidquid superadditum est naturæ, adiuuans & præparans voluntatem ad vsum gratiæ, dici gratiam.

129. *Varia capita* Hanc autè supernaturalitatem quoad modum ex varijs capitibus desumunt: *Molina* ex meritis Christi: putat .n. Deum pactum fuisse cum Christo, vt quoties homo benè vteretur viribus naturæ, honestè operando, Deus suam gratiam conferret, non intuitu operis, sed meritorum Christi: *Bonauent.* ex motione aliqua indebitâ naturæ: *Vasquez* ex quâcunque congruâ cogitatione ad bonum, quæ per ipsum est indebita naturæ: *Durandus* ex peculiari prouidentia Dei, dirigentis omnia opera honesta moralia in salutem electorum. Pro explic.

130. DICO 1. Primum auxiliũ remotè inchoatiuum salutis non necessariò est supernaturale quoad substantiam, sed potest esse tantùm quoad modum: ex *S. Tho. q.* 14. *de verit. art.* 11. *ad* 1. *& in* 2. *dist.* 28. *art.* 4. *ad* 4. vbi docet, si quis fecerit quod in se est, sequendo ductum rationis naturalis, in appetitu boni, & fugâ mali, certissimè illum fore supernaturaliter illuminandum. At nequit intelligi de ductu rationis purè naturalis, absque peculiari motione diuinâ ordinis naturalis, indebitâ naturæ, iuuante & roborante illam ad legem naturalem seruandam: vt constat *ex* 1. 2. *q.* 112. *art.* 2. *ad.* 2. vbi docet, non posse hominem ad gratiam se præparare, nisi Deo præueniente ac mouente illum ad bonum: ergo ante illuminationem supernat. præcedit peculiaris motio diuina, quæ cùm nequeat esse supernaturalis quoad substantiã, hæc .n. ex verbis ipsius, subsequitur motionem diuinam, erit tantùm quoad modum, quà superadditur naturæ, adiuuans illam ad gratiam illuminationis supernat. obtinendam. Ita Prosper *contra Collat. cap.* 14. inter modos, quibus diuina gratia hominem ad Deum trahit, numerat contemplationem rerum natur. *Trahit ad Deum contemplatio elementorum, omniumq; quæ in eis sunt. ordinatissima pulchritudo, inuisibilia enim eius per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur.* Idem docet *lib.* 2. *de vocatione Gent. cap.* 4. Fundam. hoc genus auxilij, intra eundem ordinem naturæ abundantioris, negari non potest, vt nec aduersarij negant: & ex alia parte faciliùs & congruentiùs saluat, quo pacto infideles, qui nullam habuerunt de nostræ fidei mysterijs notitiam, possint ad salutem promoueri. Nam hoc auxilij genus non extrahit potentiam extra sphæram sui obiecti naturalis, sed intra illud roborat & fortificat ad faciliùs & intensiùs operandum: congruentiùs etiam incipit homo ad salutem promoueri, præsertim si nullam habuit externam propositionem fidei, per auxilia, quæ illum à sphæra sui obiecti naturalis non extrahunt. Opposita autem sent. difficilè, nec congruenter ad istorum statum hæc auxilia saluat: cùm omnis supernat. illuminatio debeat esse de obiecto supernat. quod omne supponat reuelationem, nec reuelationem de lege ordinatâ Deus hominibus proponat nisi mediante Ecclesiâ, iuxta illud *ad Rom.* 10. *Quomodo credent ei, quem non audierunt? quomodo autem audient sine prædicante?* Respondent 1. huiusmodi infideles interiùs supernaturaliter illuminari, non circa nouum obiectum supernat. sed circa idem naturale, modo supernat. propositum. 2. Illuminari non de quocunque obiecto supernat. sed de aliquo connexionem habente cum naturali, eoque non distinctè, sed confusè tantùm cognito. Vt ex notitia naturali, quam habet Gentilis de Deo, naturalium rerum conditore, facilè euehi potest ad confusam aliquam notitiam de Deo rerum supernat. largitore, saltem per modum opinantis: & ex pœnis huius vitæ facilè eleuari potest ad confusam cognitionem pœnarum alterius vitæ. Contra primum resp. cùm omnis illuminatio supernat. nitatur motiuo supernat. quod specificare debet actum illuminationis, difficilè poterit illuminatio supernat. saluari absque obiecto seu motiuo supernat. cùm omnis tendentia supernat. supponat motiuum supernat. à quo specificetur. Contra secundum resp. hoc ipso, quòd obiectum supernat. connexionem habet cum naturali, poterit naturaliter cognosci cognitione confusa & opinatiua, ex *disp.* 26 *sect.* 2. vt sic .n. non excedit sphæram obiecti naturalis. Quia tunc formalis ratio cognoscendi obiectum supernat. non est supernaturalitas, cùm hęc peculiarem requirat reuelationem, sed connexio naturalis cum obiecto

Sent. S. Dect.

Expressa Prosperi

131. *Fund.*

132. *Respondent Aduers.*

133. *Sed contrà*

134.

Digitized by Google

obiecto naturali, quæ est naturaliter cognoscibilis. Adde quòd nulla illuminatio de obiecto supernaturali, iuxta legem à Deo definitam, fit ante reuelationem, per Ecclesiam propositam.

135. *Supernaturalitas non sumitur ex respectu ad merita Christi*

Dico 2. Hęc supernaturalitas quoad modum in primo auxilio salutem inchoante, non desumitur, vel ex solo respectu ad merita Christi, vel ex sola congruitate cogitationis ad bonum naturale, vel ab extrinsecâ duntaxat ordinatione diuinâ; sed ab intrinsecâ aliquâ perfectione, ordinis quidem naturalis sed indebita naturæ. Primum prob. vt communis fert opinio, ex Augustino, Christus non meruit nobis naturalia, sed supernaturalia. Ea .n. tantùm nobis meruit, quæ Adam perdidit: non perdidit naturalia, quæ post peccatum in nobis manserunt integra, licèt propter subtractionem doni supernat. debilitata. Nec meruit nobis Christus naturalia quoad hanc tantùm circumstantiam, vt quoties illis benè vteremur, Deus nobis auxilia supernat. conferret. Nam potiùs meruisset nobis, vt auxilia naturalia per abundantiorem concursum roborarentur, vt faciliùs intensiusque possemus supernaturalia obtinere. Nam hoc modo magis iuuatur natura in ordine ad actus honestos naturales, in ordine ad quos mansit propter peccatum debilitata. Ex quo etiam sequitur, plures actus honestos naturales elicere hominem ad obtinenda auxilia supernat. si hunc, quàm si priorem modum, Christus nobis promeruisset.

136.

137. *Nec ex sola congruitate cogitationis ad bonum natur.*

Secundum constat ex *disp. 26 sect. 3. & 4.* Primò; ex hac sent. sequeretur, nullam cogitationem congruam circa bonum honestum naturale, debitam esse creaturæ rationali in quouis statu positę. 2. hanc congruitatem esse à natura: cùm ipsum liberum arbitrium sit, quod viribus proprijs talem cogitationem reddit congruam; ac proinde gratiam, vt gratiam formaliter pendere à naturâ. 3. nullum esse gentilem, qui aliquando non deberet de rebus fidei supernaturaliter illuminari; nam si non potest saluari nisi per specialia auxilia ordinis natur. cùm in sent. Vasquez omne auxiliũ ordinis naturalis per Christum sit efficax; sc. ipsa congrua cogitatio ad bonum morale; & Deus rectè vtenti primo auxilio infallibiliter det secundum, & rectè vtenti secundo tertium, & sic deinceps: rectè vtenti tota collectione auxiliorum naturalium infallibiliter dat supernaturale quoad substantiam, quod ab aliquo obiecto reuelato incipit. Nec dici potest, operanti cum vno auxilio dari aliud tantùm sufficiens: quia omne sufficiens est iure creationis omnibus debitum; proinde sub meritum cadere non potest. Aut certè, si non semper gentilis haberet auxilium ordinis natur. efficax, posset qui nullam habuit fidei notitiam, per sola auxilia naturalia, iure creationis omnibus debita, saluari: auxilium .n. ordinis natur. tantùm sufficiens, non est peculiare per Christum, sed commune iure creationis omnibus debitum. Ergo si poterit gentilis, etiamsi non habeat auxilia ordinis naturalis efficacia, saluari, id non poterit, nisi per auxilia iure creationis omnibus debita. Hoc autem est contra Concilia & Patres aduersus Pelagium definientes, neminem absque speciali gratia per Christum, non modò actu non saluari, sed nec posse saluari.

138. *Nec ab extrinsecâ ordinatione Dei,*

Tertium sic ostendo: Si hæc supernaturalitas consisteret tantùm in extrinseca ordinatione Dei, quia ipsa congrua cogitatio, quæ excitatur ex causis naturalibus, ipsumque opus bonum, quod ex eo viribus proprijs ab homine elicitur, ordinatur à Deo ad salutem ipsius hominis, quatenus tale opus per extrinsecam ordinationem Dei fit dispositio, aut meritum de congruo ad auxilia supernat. obtinenda; In primis modus iste incideret in errorem Massilien. à Patrib. Afric. & Concilijs damnatum. Siquidem nec Massilienses volebant, vt opera bona viribus proprijs facta, essent impetratoria gratiæ ex se, sed ex diuina ordinatione: nam apertè fatentur, illa ex se non esse vllâ gratiâ digna.

2. Hic modus non saluat Concilia & Patres, qui dum de huiusmodi auxilijs loquuntur, dicunt ea peculiariter à Spiritu S. produci, infundi, inspirari, conferri: quæ propriè important physicam rei mutationem: sola autem extrinseca ordinatio Dei, non mutat physicè rem, quæ ordinatur. 139.

3. Per extrinsecam ordinationem Dei, liberum arbitrium non magis roboratur & iuuatur ad benè operandum, quàm sine illa: per eam .n. nil accipit homo, quo fiat robustior: at omnis gratia eò tendit, vt vel mediatè vel immediatè liberum arbitrium per eam ad bonum iuuetur & roboretur. 140.

Vltima pars asser. vt probetur, explico, in quo consistat hęc intrinseca perfectio ordinis naturalis, indebita naturæ: sc. vel in aliqua cogitatione ad bonum honestum morale, à Deo peculiariter eo tempore excitata, quo non fuisset à causis naturalibus excitanda: vel in modo efficaciùs illustrjusque repræsentandi obiectum honestum, quo voluntas ipsa magis allecta faciliùs, intensiùs, ac perfectiùs operari possit circa ipsum bonum honestum naturale: in peculiari motione voluntatis, liberum consensum præueniente, quæ illam quasi emolliat & flectat ad bonum honestum naturale. *Legatur cit. Prosper.* Cæterùm non semper hæc auxilia ordinis naturalis, collata per Christum, sunt efficacia, sed interdum tantùm sufficientia. Hic modus prob. 141. *Sed ab intrinsecâ perfectione ordinis naturalis indebitâ naturæ.*

142. Nam 1. saluat rationem gratię seu doni gratuiti: quia licet non euehat naturam ad altiorem ordinem, tamen intra eundem ordinem illam perficit & roborat, perfectione minimè debitâ. Quicquid autem est indebitum naturę eamque iuuat & roborat ad rectè operandum, habet veram rationem gratiæ & doni gratuiti, vt rectè *cit. Bonac.*

143. 2. Saluat, quòd gratia producatur, infundatur, inspiretur, conferatur à Spiritu S. Nam quicquid non producitur virtute causarum naturalium, vel ad exigentiam earum, prouehitque hominem ad salutem, est peculiare donum Spiritus S. proinde rectè dici potest produci, infundi, conferri, inspirari ab ipso, *à quo omne datum optimum & omne donum perfectum descendit.* Nec refert, quòd sit ordinis naturalis: tùm quia hoc non tollit rationem doni gratuiti simplicitet, sed tantùm rationem doni eleuantis naturam ad altiorem ordinem. Tum quia licet non sit ordinis supernat. quoad substantiam, est tamen ordinis supernat. quoad modum, quatenus ex meritis Christi, & Dei ordinatione dirigitur ad finem supernat. vt dispositio remota, & meritum de congruo, ad quod Deus infallibiliter subnectit alia auxilia vberiora & illustriora, vsque ad gratiam supernat. iustificantem. Quo pacto in omni rigore saluãtur Concilia & Patres, appellantes illam gratiam pertinentem ad vitam æternam: nam licèt non pertineat ad illam proximè, vt auxilia supernat. quoad substantiam, pertinet remotè. 3. Saluat, quo pacto hæc auxilia ordinis natur. nobis Christus promeruerit: omnia .n. auxilia promeruit, quæ sunt indebita naturæ, eamque ad finem aliquo modo prouehunt; sc. omnia, quę nobis perdidit Adam: qui indebita naturę tantùm ex pacto accepit suo merito posteris transfundenda. 4. Saluat, quo pacto per huiusmodi auxilia ordinis natur. nobis indebita non tollantur 144. *Hæc auxilia nobis Christus meruit.*

145.

auxilia

Digitized by Google

auxilia communia, etiam congrua iure creationis omnibus debita. Ea. n. auxilia, quę excitari postulant à causis natur. sunt non solùm quoad substantiam, sed etiam quoad modum naturalia; proinde iure creationis omnibus debita. Quæ verò à causis natur. excitari non postulant, vel simpliciter, vel non cum ea perfectione, cum quâ immediatè producuntur à Deo, sunt supernaturalia quoad modum; atque adeò iure creationis indebita nobis.

146. 5. Saluar, qua ratione per hæc auxilia ordinis natur. homo valeat salutem consequi: ac proinde in potestate ipsius sit vita & mors; bonum & malum. Nam benè vtenti auxilijs ordinis natur. Deus infaillibiliter confert auxilia ordinis supernaturalis, quibus potest homo proximè se ad gratiam iustificantem disponere.

147. *Obijcies* 1. Eiusdem naturę & perfectionis est congrua cogitatio ad bonũ, excitata à causis natur. ordinatis à Deo ad finem promouendi hominem in beatitudinem supernat. ac congrua cogitatio immediatè excitata à Deo propter eundem finem: ergo si hæc est peculiare donum Dei: etiam illa. Antec. prob. ambæ conueniunt tam quoad physicam perfectionem, cùm vtraque sit naturalis; quàm quoad moralem, cùm vtraque extrinsecè tantùm ordinetur à Deo ad finem supernatur.

148. *Congrua cogitatio excitata à causis natur. & excitata immediatè à Deo propter eundem finem, differunt moraliter.*

Resp. neg. esse eiusdem naturæ & perfectionis physicæ. Ad prob. nego, moralem perfectionem congruę cogitationis sumendam esse ab extrinseca tantùm voluntate & ordinatione Dei, sed ab intrinseco debito, vel indebito naturę exigentis aliam. Quod debitum, vel indebitum supponitur ad extrinsecam voluntatem & ordinationẽ Dei: nam debitum consistit in respectu ad causas naturales naturaliter operantes; indebitum verò in respectu ad causas supernat. supernaturaliter, & præter exigentiam naturæ operantis. Quia igitur prior cogitatio est debita naturæ, illam ab intrinseco exigenti; posterior verò indebita eidem, erunt moraliter & in ratione doni diuersæ.

149. Instabis. Eadem numero congrua cogitatio physicè inuariata modò dicitur debita, modò indebita naturæ: nam vno tempore excitatur à causis natur. alio immediatè à Deo: at hoc esse nequit: ergo vel semper erit debita, vel semper indebita; atque adeò semper moraliter eadem. Resp. disting. maior. Eadem congrua cogitatio, inuariata quoad absoluta, dicitur debita & indebita naturæ, concedo; eadem, inuariata quoad respectiua in ordine ad causas, à quibus producitur, dicitur debita & indebita naturæ, nego. Nam sicut idem oculus vt productus à naturâ iuxta exigentiam dispositionum naturalium, dicitur debitus animali: vt productus à Deo supra exigentiam dispositionum naturalium, est indebitus animali: ita eadem congrua cogitatio, vt excitata à causis natur. est debita homini: eadem vt producta à Deo contra, vel præter exigentiam causarum natur. est indebita homini, & supernaturalis quoad modum: & consequenter vt sic habet veram rationem doni, quod in ipsa ratione indebiti formaliter fundatur.

150. Cæterùm dicitur Deus ordinare causas naturales ad promouendum hominem in finem supernat. non opera ipsa merè naturalia, aliàs opera moralia facta virtute solius causæ & auxilij naturalis promouerent hominem in finem supernat. quod suprà impugnatum; sed dicitur ordinare causas natur. ad promouendum hominem in finem supernat. quatenus ijs vtitur ad producenda opera supernat. saltem quoad modum, indebita naturæ hominis. Sicut dicitur nobilius ingenium esse effectus Diuinæ prædestinationis, non quà est principium nobilioris operationis natur. sed quà à Deo eleuatur ad perfectiores operationes supernatur. nam cæteris paribus cum eodem auxilio gratiæ præsertim ordinis naturalis nobilius ingenium perfectiùs operatur.

151. *Obijcies* 2. Eadem cogitatio vt producta à Deo, non est diuersa entitatiuè vt producta à causis 2. ergo non est maior ratio, cur potiùs vna, quàm alia sit peculiare donum Dei: nec cur potiùs bonum opus elicitum ab vna sit meritum de congruo apud Deum, & non elicitum ab alia. Resp. neg. conseq. potior quippe ratio est, quia vna est collata à Deo, tanquam à primo ac principali mouente, ac promouente hominem vltra perfectionem naturaliter ei debitam: altera verò à causa 2. determinante primam ad concursum generalem, iure creationis omnibus debitũ. Eadem etiam ratio est, cur opus bonum elicitum ab vnâ sit meritorium, non autem elicitum ab aliâ: quia in hoc merito non attenditur intrinseca proportio operis ad præmium, sed extrinseca ordinatio Dei, fundata in gratuito auxilio indebito naturæ: idque ex 1. *ad Corint.* 1. & 4. ne habeat homo, in quo in negotio salutis gloriari possit.

152. *Obijcies abſurda ex noſtra ſent:*

Obijcies 3. Sequeretur 1. non esse necessariam altiorem gratiam ad credẽdum, sperandum, & diligendũ Deum sicut oportet, sed sufficere gratiam ordinis naturalis: Siquidem Concilia & Patres eandem gratiam requirunt ad hos actus, atque ad reliquos ad salutem spectantes: ergo si ad reliquos sufficit gratia ordinis naturalis, eadem sufficit ad hos. 2. non esse necessarios habitus, neque actus supernat. quoad substantiam. 3. ad actus supernat. quoad modum non requiri peculiare auxilium ex parte voluntatis: & idem negati posse ad actus supernat. quoad substan. 4. hominem per auxilia ordinis naturalis mereri auxilia supernat. quoad substan. 5. fidem non esse initium salutis, & fundamentum totius ædificij spiritualis contra Concilia & Patres: in hac. n. sent. multi actus quoad substantiam naturales præcedunt fidem, ad quam de congruo disponunt: vnde ab illis, non à fide sumitur iustificationis initium, contra *Trident. sess 6. c.* 5. definiens, iustificationis exordium sumi ab ipsa vocatione ad fidem.

153. *Concilia & Patres requirunt ad credendum, ſperandum, & amandũ Deum, auxilia ordinis ſupernat.*

Resp. ad 1. neg. sequel. Ad prob. nego Concilia & Patres eandem gratiam requirere ad credendum, sperandum, & diligendum Deum sicut oportet, quam requirunt ad alios actus honestos morales, ad salutem spectantes: licet. n. hoc non explicent; supponunt tamen ex ipsa diuersitate motiuorum. Nam qui habent motiuum supernat. vt actus in argu. adducti, ordinis supernat. auxilium requirunt; qui verò naturale, naturalis. Requirunt igitur ad omnes actus ad salutem spectantes gratiam, sed diuersam pro diuersitate actuum & motiuorum. Quæ tamen ea sit, non definiunt, vt rem integram relinquant Theologis. Vnde negatur altera sequela de habitibus, & actibus supernat. quoad substan. nam illi necessarij sunt ad physicè producendos actus supernat. quoad substantiam: hi verò necessarij sunt propter motiua supernat. quibus nituntur omnes actus virtutum infusarum. Ad 3. neg. sequel. nam proportionali modo, quo requiritur auxilium supernat. quoad modum ex parte intellectûs, requiritur etiam physicus concursus supernat. quoad modum ex parte voluntatis. Quia vel auxilium ex parte intellectus fuit indebitum quoad totam substantiam actus, quia nimirum collatum fuit supra omnem exi-

154.

gentiam

gentiam causarum natur. & pari modo requiritur concursus ex parte voluntatis, indebitus quoad totam substantiam actus: vel tantùm fuit indebitum quoad modum, quia collatum fuit maius, aut perfectius quàm causę naturales exigerent, & eodem modo concursus ex parte voluntatis, erit maior & perfectior, quàm ex causis natur. voluntas

155. *Ad 4. cum distinctione* ipsa exegisset. Ad 4. Resp. sequeretur hominem per auxilia purè naturalia, iure creationis omnibus debita, mereri auxilia supernat. quoad substan. nego: sequeretur, per auxilia naturalia indebita naturę, ex peculiari affectu per Christi merita à Deo collata, hominem mereri auxilia supernat. quoad

156. substan. idque tantùm de congruo & impetratoriè concedo. Instabis. Peccator per auxilia supernat. quoad substan. non nisi de congruo impetratoriè meretur alia auxilia supernat. quoad substan. ergo neque de congruo & impetratoriè per auxilia naturalia merebitur auxilia supernat. quoad substan. Resp. neg. conseq. meritum .n. de congruo reperiri potest in actibus supernat. quoad substan. & quoad modum. Et licet inter meritum & præmium supernat. quoad substan. sit maior proportio physica, quàm inter meritum supernat. quoad modum & præmium supernat. quoad substan. in vtroque tamen est sufficiens congruitas fundata in perfectione excedente vires naturales

157. creaturæ. Ad 5. Hoc absurdum soluendum ab aduersarijs, qui multa auxilia supernat. quoad substan. concedunt, antecedere actum fidei, per modum moralis dispositionis & meriti de congruo. *Quomodo fides dicatur initium salutis.* Resp. 2. fidem dici initium & fundamentum salutis, tum ratione ædificij supernat. quod fides primò inchoat: tum quia fides est simpliciter necessaria, sine qua nullo pacto contingeret salus. Reliqui actus honesti morales non sunt ad salutem simpliciter necessarij, cùm sine illis contingere possit salus.

158. *Ad vtrumque fund. sent. 2.* Ex his patet ad vtrumque fundam. secundæ sent. & ad vtramque confirm. pro primo fundam. Dicitur autem primum auxilium inchoatio salutis non proxima, sed remota: quo pacto necesse non est: vt sit eiusdem ordinis cum illa. Patet .n. *sine fide impossibile placere Deo*, in ordine ad salutem vltimatè consequendam, non in ordine ad singulos actus ad salutem disponentes: alioqui nullus actus supernaturalis etiam quoad substantiam, fidem antecedens, posset ad salutem disponere.

159. *Gratia insufficiens moraliter sine prædicatione Euangelij.* Huius sent. nonnulli esse volunt S. Augustinum sc. etiam adultis gentilibus ante vocationem proximam ad fidem parata esse omnibus sufficientia auxilia ad salutem, quę ipse noluerit sufficientia vocare, tum vt fideles suam ad fidem electionem pluris æstimarent: tum ne infideles præsumerent sine fide saluari posse: tum quia nequit illa gratia, quæ sine prędicatione Euang. datur, dici moraliter sufficiens, sed potiùs insufficiens moraliter, cùm nemo per eam reipsa credatur ad salutem peruenisse. Cumque Augustinus rem gereret contra hostes gratiæ ac fidei, vt eos arctiùs premeret, & gratiæ supernat. quoad substantiam necessitatem magis exprimeret, nevè Aduersarijs arma contra seipsum ministraret, nullam mentionem fecit auxilijs supernat. quoad modum, quod duntaxat habent infideles, & sufficiens ipsum non negaret August. quia videlicet si eo benè vterentur, paulatim illuminarentur supernaturaliter, vel per prędicationem, vel per illustrationes diuinas de Authore gratiæ & glorię supernat. Has ne quis insipiens gentilis, aut alius infidelis expectaret à Deo, contemptâ luce Euang. dixit S. Doctor, sufficiens auxilium initium ducere à vocatione ad fidem, quod est sufficiens simpliciter ac moraliter in omnibus, & in plerisque efficax.

160. *Aug. mentis interpretatio altera colligitur* Alia interpretatio fortè ad mentem ipsius propiùs accederet, sc. vt solùm neget infidelibus adultis ante vocationem ad fidem auxilia sufficientia proxima, sine quibus homo non est proximè potens ad regnum cœleste consequendum; non autem remota, quę per se sufficientia non sunt hominem ad vitam æternam producere, nisi per ea perueniatur ad proxima, quę sola sunt apta perducere ad regnum cœlorum: *ex lib. 1. quæst. 2. ad* Simplic. *In quibusdam tanta est gratia fidei, quanta non sufficit ad obtinendum Regnum cœlorum: sicut* (subdit) *in catechumenis, & in ipso Cornelio, antequam sacramentorum participatione incorporaretur Ecclesiæ. In quibusdam verò tanta est, vt iam corpori Christi, & sancto Dei templo deputetur.* Qui dum negat Catechuminis & Cornelio ante incorporationem per Baptismum ad Ecclesiam, gratiam sufficientem ad obtinendum Regnum cœlorum, non negat illis gratiam sufficientem remotam, per quam se disponere possint ad baptismum, quo fiant proximè potentes ad regnum cœlorum obtinendum, sed gratiam duntaxat proximam, quâ fiant proximè apti regno cœlorum, vt ex subsequentibus constat, quibus sufficientem gratiam vocat illam, quâ homo Christi corpori incorporatus fit templum Dei & proximè aptus ad regnum cœlorum obtinendum. Hanc ipsam mentem S. Doctor magis explicans, subdit: *Fiunt ergo inchoationes quidem fidei conceptionibus similes; non solùm autem concipi, sed etiam nasci opus est, vt ad vitam perueniatur æternam.* Vbi planè loquitur de gratiâ proximè sufficiente, & per se aptâ hominem perducere ad vitam æternam, quæ est gratia baptismalis, per quam nascimur ad vitam supernat, & per quam, vt ibid. docet, *iustificati facultatem accipimus benè operandi,* hoc est faciendi opera æternâ vitâ proximè digna. *Inchoationes fidei supernat.* Vt autem ad hanc iustificationis gratiam homo perueniat, *præcedere debet misericordia Dei vocando, quoad prouel externa, vel interna admonitione ad fidem.* Vnde de Cornelio ibid. *Nullo modo*, inquit, *ita operaretur, nisi ante vel secretis per visa mentis aut spiritus, vel manifestioribus per sensus corporis admonitionibus vocaretur.* Hæc intelligi posset vocatio remota ad salutem, seu vocatio ad Deum auctorem naturæ per merita Christi specialiter facta sc. per illustrationes ordinis naturalis de auctore naturæ, & amor naturalis illis respondens, ante vllã notitiam Authoris gratiæ & fidei supernat. quibus infidelis gratis & liberaliter à Deo excitatus fiat potens ad seipsum disponendum, saltem de congruo ad auxilia supernat. quæ excitent ad fidem & authorem gratiæ. Omnes .n. illæ monitiones internæ externęve sunt quoddam initium fidei, ac dispositiones imperfectæ ad vocationem proximam ad salutem, quæ est vocatio supernat. ad fidem & authorem gratię: ad quam fidem vt ad formam auxilia omnia ipsam fidem antecedentia ordinantur. Quòd si addat Augustinus vocationem ad fidèm non esse in potestate vocati: intelligi posset quòd nec vocatio remota, nec proxima sit in potestate seu viribus naturæ, vt pote gratis à Deo immissa, & à Christo promerita; & reuera infidelis, *tunc incipit percipere gratiam* supernat. quoad modum, *ex quo incipit Deo vocanti credere*, seu ex quo habet initium fidei remotum seu primam vocationem ordinis naturalis specialis per Christum. Ita intelligi posset & illud lib. de prædest. SS. cap. 10. *non sunt opera bona* simpliciter seu ad æternam salutem conducentia,

nec

Digitized by Google

nec de congruo disponentia, *nisi facta ex fide* saltem imperfectâ inchoatâque per gratiam supernat. saltem quoad modum. Quamuis ergo per vires naturæ non possint obtineri auxilia gratiæ, omnibus tamen adultis, nullo excepto, dantur auxilia sufficientia ad salutem, & non impedita, sed ita expedita, vt in potestate cuiusque sit, cooperando remotis supernaturalibus quoad modum vlteriora supernaturalia quoad substantiam obtinere: ita, inquam, vt primum supernaturale quoad modum merè gratis conferatur.

161. *Series actuũ, quibus infidelis ad fidem venit.*

Atque ex his intelligitur etiam series actuum, quibus Deus infidelem, cui nulla facta est prædicatio fidei, ad salutem disponit. Præcedunt variæ illustrationes ortæ ex causis naturalibus, supernaturales quoad modum, quibus respondent pares affectus pij erga Authorem naturæ, & remuneratorem, timor ne offendatur, dolor de offensa, &c. His motibus si consentit liberum arbitrium, & excitanti Deo non desit, illustratur intelligentia de Authore naturę, & impellitur voluntas ad ipsum amandum super omnia, cognitione naturali & amore, vtroque supernaturali quoad modum: qui simul est dispositio proxima ad illustrationes de Authore gratiæ, & ad lumen fidei, *sine qua impossibile est placere*, & iustificari. Quare actus primi supernat. quoad substantiam erunt intellectiones de Deo Authore gratię supernat. disponentes ad fidem; actibus supernat. fidei respondent in voluntate actus virtutum supernat. sicut actibus intelligentiæ naturalibus subordinantur actus voluntatis naturales. Antequam in intellectu sit cognitio supernat. de Authore gratiæ & gloriæ supernat. repugnat in voluntate esse vllum motum supernat. quoad substantiam: hic .n. motus tenderet in incognitũ, nec haberet obiectum suum supernat. nec lumine supernat. illustratum; quod lumen requiritur, vt voluntas excitetur ad actum supernat. Eum verò qui prædicantur mysteria fidei, aliter Deus disponit ad iustificationem. Hic, nemo neget, quin naturaliter possit ex motiuo aliquo humano ac naturali perpendere mysteria sibi prædicata, naturali fide credere, beatitudinem cœlestem in clara visione Dei constitutam simplici affectu optare, ingens tanti boni desiderium concipere, petere à Deo inefficaciter saltem, non vt oportet ad gratiam impetrandum, nisi adsit auxilium supernat. saltem quoad modum, vt ad illud perducatur, sicut sectarij sua mysteria credunt, & beatitudinem consequi cupiunt. At quando verum mysterium proponitur, intelligentia continuò eleuatur ad actum supernaturalem fidei per auxilium gratiæ prœuenientis, cui cæteri voluntatis respondent actus supernaturales in entitate.

Et cui fit prædicatio.

162. *De gratia efficaci epilogus.*

Hæc de gratiâ sufficiente sufficiant: de efficaci, altero licet membro sub actuali gratiâ contento, nil disputo, nec de eius naturâ, nec de proprietatibus, donec per Sedem Apostol. liceat lucubrationes de illa typis euulgare. Licet ex *August.* discere, *lib. 1. ad Simp. q. 2 sic hominẽ vocat Deus, quomodo scit ei congruere, vt vocantem non respuat*, sc. congruitatem non esse fundatam in entitate gratię, quasi ex naturâ suâ antecedenter ad omnem consensum & scientiam Dei faciat facere infallibiliter: nam *interest*, inquit, *quibus articulis temporum gratia infundatur*: nil interesset autem ad gratiæ efficaciam, hoc an illo tempore infundatur, si ex naturâ suâ haberet, vt infusa infallibiliter faceret facere, voluntati adimendo indifferentiam suam & dominium actus sui, seu necessitando libertatem: *vt n. 22. & 61. & disp. 26. & 27. fine. & 35. n. 9. 10.*

DISPVTATIO XXIX.

De Gratia habituali.

SECTIO PRIMA.

An sit aliquid creatum nobis inhærens?

1. *Primus error Pelagij.*

PRIMVS error Pelagij, qui affirmando, hominem absque dono supetaddito, solius naturæ viribus salutem consequi posse, consequenter negauit, internam hominis iustificationem fieri per infusa dona supernat. Hæc .n. tantùm ponuntur necessaria ad salutem: vnde qui negat, ad salutem, præter naturam & dona debita naturæ, necessarium esse donum superadditum, consequenter negat hæc dona supernat.

2. Etsi inter Pelag. & Patres controuersia tantum sit de gratia actuali, quam ille ad opera æternæ vitę meritoria, vt necessariam negabat: hâc tamen negatâ, negatur habitualis, quæ ad actualem prærequiritur, vt principium condignè operatiuum. Et licet Pelagius concesserit, vt refert *August. lib. de hæres. hær.* 88. paruulos per baptismum adoptatos ac regeneratos transferri de bono in melius, ac sic translatos admitti ad regnum cœlorum: probabile tamen est, hanc regenerationem, & translationem intelligent. Pelag. non fuisse nisi extrinsecam acceptationem Dei. Negabat .n. originale p. in nobis consistere in priuatione sanctificantis gratiæ ex pacto debitę posteris; sed in sola imputatione peccati primi Parentis.

3. *a. Caluin.*

Secundus *Caluini lib. 3. instit. cap. 11 n.* vlt. negantis in homine omnem interiorem iustitiam: Sed hominem dici iustum per extrinsecam duntaxat imputationem iustitiæ Christi, aut Dei, probat ex illo 2. *Corinth. 5. Qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso. Vides*, inquit, *non in nobis, sed in Christo esse iustitiam nostram. Nobis tantùm eo iure competere, quia Christi sumus partiepes.*

4. *Fund.*

Fundam. nulla opera nostra sunt grata & accepta Deo: ergo nullo modo possunt esse interioris iustitię, aut æternæ vitę meritoria. Confir. esse gratum, dilectum, & charum Deo, est sola denominatio extrinseca ab actu dilectionis & amicitiæ Dei: vt vnus homo dicitur acceptus alteri per extrinsecum actum acceptantis. Ergo nullam per se dicit formã intrinsecam in ipso homine dilecto & charo. Ita vnus homo dicitur alteri gratus &c.

5. *a. Magistri*

Tertius *Magistri sent. in 1. dist. 17.* vbi negat, charitatem esse habitum creatum; ait esse ipsam personam Spiritûs S. substantialiter nobis communicatam, immediatum principium dilectionis, quâ Deum & proximum diligimus: idque propter excellentiam charitatis, quæ in recto prædicatur de Deo, *1. Ioan 4 Deus charitas est*: de quo non prædicantur reliquæ virtutes: Deus est fides, Deus est spes, Deus est patientia, nisi cum addito, *Deus est spes mea, Deus est patientia mea.* Non desunt, qui Magistrum excusent, vt *Scotus in 1. dist. 17. q. 1. alias 2. a. 3.* quoniam, in sent. magistri, Deus non solùm per charitatem est in iustis adultis, sed etiam in paruulis baptismate regeneratis, vt docet *in 1. dist. 37. cap. 5.* at nequit in paruulis esse, nisi per aliquem

Magistrum explicat Scotus.

Digitized by Google

quem habitum, cùm nequeat esse per actum, cuius non sunt capaces. Attribuitur autem peculiariter habitus charitatis Spiritui S. non cæteri habitus infusi: quia per illum inhabitat animam iusti, & simul per illum influit in actum dilectionis: cùm tamen non per eundem habitum, per quem inhabitat animam iusti, influat in actus fidei & spei, reliquarumque virtutum, sed mediantibus habitibus distinctis. 6. *Non conformiter* Verùm hæc Scoti expositio est magis pia, quàm Magistro conformis, qui *cit. cap. penult.* docet, actum diligendi per se, sine alicuius virtutis medio, produci tantùm à Spiritu S. Vnde *S. Tho.* 2.2.*q.*23.*ar.*2. cum reliquis, Magistrum in sensu à nobis explicato intelligit, & confutat.

7. *Catholica sent. Scholast.* Catholica sent. gratiam, charitatem, cæteraque dona, quibus apud Deum grati, iusti, & accepti sumus, esse aliquid nobis intrinsecum, vt probabilior, & dictis sanctorum magis consona, definita 1. fuit in *Concil. Vien. sub Clemente V. an* 1311. & nouissimè in *Triden. sess.* 6. *ca.* 7. *& can.* 11. tanquã de fide absolutè: *Viennense* statuit hominem iustificari per voluntariam susceptionem gratiæ & donorum, & per iustitiam in se receptam: *Triden.* hominem non iustificari vel sola imputatione iustitiæ Christi, vel sola peccatorum remissione, exclusa gratia & charitate, quæ in cordibus nostris infunduntur & inhærent. 2. Petri 1. *Per quem*, nempe Christum, *maxima & pretiosa nobis promissa donauit, vt per hæc efficaciamini Diuinæ cõsortes naturæ*: sc. per gratiam, & dona supernat. quæ nos Deo similimos efficiunt. Ioan. 4. *Aqua, quam ego dabo, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* Quem fontem Cyrillus Alexand. *lib.* 2. *in Ioan. c.* 82. *&* 35. cum Patrib. de gratiâ Spiritûs S. interpretatur, quæ habentem meritorè deducit in vitam æternam.

8. *Veritas apertè deducta ex script.*

9.

10. Ad Rom. 5. *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum S. qui datus est nobis.* Ex quo colligit *cit. Triden.* gratiam vnà cum charitate & annexis virtutibus infundi in iustificatione peccatoris, sequẽs Augustinum, Anselmum, Patres, qui hunc locum explicant de charitate nobis inhærente. *Charitas quippe Dei dicta est*, inquit Augustinus de Spir. & lit. ca. 32. *diffundi in cordibus nostris, non qua nos ipse diligit, sed qua nos facit dilectores suos: sicut iustitia Dei, qua iusti eius munere efficimur, & Domini salus, qua nos saluos facit, & fides Iesu Christi, qua nos fideles facit.* Scio, aliquos Patres apud Bened. Iustinian. hunc locum intelligere de charitate, quâ Deus diligit nos, sed prior expositio præferenda, cui magis consonat verbum, *diffundi.* Non .n. propriè dicitur charitas, quę in Deo, sed quę in nobis

11. est, in cordibus nostris *diffundi.* 1. Ioan. 3. *Videte qualem charitatem dederit nobis Pater, vt Filij Dei nominemur & simus.* Non fuit contentus Apost. dicere, *nominemur*, ne videretur ostendere, nos esse filios Dei extrinsecâ tantùm acceptatione: sed addidit, *& simus*, vt intrinsecam etiam constitutionem per inhærentem gratiam exprimeret. Quod infrà magis declarat, cùm hanc charitatem exprimit per *semen Dei in nobis manens*: & suprà c. 2. *per vnctionem in nobis manentem.* Idem 2. ad Corinth. 1. nomine *signaculi*, & *pignoris* in cordibus nostris impressi.

12. *Ratio 1. à posteriori.* Prob. rationib. 1. Dantur in nobis actus supernat. Theologici, fidei, spei, charitatis, cæterarumque virtutum supernat. quia habemus præceptum tales actus aliquando exercendi: ergo dantur principia intrinseca horum actuum. Hęc autem nequeunt esse potentię naturales: cùm hæ nequeant producere actus supernat. extra sphæram suam: erunt igitur habitus infusi supernat. at hi vt connaturaliter sint in subiecto, requirunt formam ciusdem ordinis, à quâ tanquam proprietates à propria essentia moraliter fluant. Ergo datur gratia habitualis nobis inhærens. vltima conseq. elucet. Quia cùm hæc principia debeant complere potentias naturales, easque reddere intrinsecè & permanenter potentes, aliud esse non possunt, quàm habitus infusi supernat. qui ad instar potẽtiarum conferunt primum posse ad actus supernat. Prima conseq. prob. licet hæc principia possint esse extrinseca potentia Dei, potentijs creatis proximè assistens, eisque per suum decretum quasi habitualiter vnita; connaturalis tamen modus operandi potentiæ creatæ postulat, vt per intrinsecum principium fiat proximè potens. Cùm igitur Deus, quoad fieri potest, hunc operandi modum connaturalem seruet cum suis creaturis in ordine ad actus naturales, eundem etiam seruare censendus est in ordine ad actus supernat. Alioquì Deus perfectiùs se gereret in ordine naturę, quàm in ordine gratiæ. Mino. subsump. ostend. habitus infusi sunt quædam potentiæ & proprietates supernat. hæ supponunt, saltem connaturaliter, aliquam naturam eiusdem ordinis, à quâ physicè, vel moraliter fluant: talis est gratia habitualis sanctificans, à quâ vt à naturâ omnes habitus supernat. moraliter fluunt. Datur igitur in nobis gratia habitualis intrinseca, prima radix & fundamentum omnis supernaturalitatis.

13. *Ratio 1. à priori.* Secunda. Non potest Deus diligere creaturam dilectione supernat. nisi in ea producat bonum aliquod supernat. sicut nec eam odio habere odio supernat. nisi ab ea subtrahat bonum aliquod supernat. Ergo hoc ipso, quo supernaturaliter à Deo diligimur, participamus bonum supernat. est Augustinus *lib.* 5. *de Trinit. fine, & S. Tho.* 1.2.*q.*110.*art.*1. Et probatur: sicut nequit Deus amare creaturam amore naturali, nisi in ea producat bonum naturale; ita nec eam amare amore supernat. nisi in ea producat bonum supernat. ex Augustinus enim nequit voluntas diuina liberè velle per mutationem sui, cùm sit mutationis incapax: ergo si liberè vult, debet liberè velle per mutationem effectûs à se liberè dependentis, cùm nulla sit alia possibilis mutatio, per quam Deus ex non liberè volente fiat liberè volens, quàm vel intrinseca in ipso Deo, vel extrinseca in affectu à Deo producto, per cuius liberam connotationem idem actus necessarius Dei inuariatus subiectiuè, varietur terminatiuè, fiatque de non liberè volente liberè volens.

Nequit saluari amor supernat. Dei nisi producendo donum supernat.

14. Mensura igitur liberi actus in Deo est ipsa productio effectus ad extra à Deo liberè dependentis: cuius connotatione actus ipse increatus ac necessarius dicitur libera volitio. Vnde si effectus connotatus est naturalis, actus liber Dei dicitur naturalis; si supernaturalis, supernaturalis. Cùm igitur interdum Deus dicatur diligere creaturam amore supernat. interdum verò non diligere, sed contrà odisse odio supernat. vt quando est in peccato; oportet ad saluandum hunc liberum amorem, & odium supernat. in Deo ponere productionem, vel subtractionem alicuius doni supernat. in creatura, supernaturaliter amata, vel odio habita; alioqui impossibile erit saluare, quo pacto idem actus necessarius in Deo, per omnia inuariatus, modò dicatur amor supernat. modò odium supernat. creaturæ. Cùm eadem forma, manens quoad omnia inuariata, non possit oppositos effectus formales eidem subiecto conferre. Legantur quæ *to.* 1. *disp.* 14. *sec.* 3. *tradita sunt.*

Dices. Potest Deus diligere supernaturaliter creaturã, non per donũ aliquod in præsenti collatum; 15.

Digitized by Google

tum, sed in futuro conferendum. Posset .n. Deus ordinare hominem ad beatitudinem supernat. nullo ei de præsenti dono supernat. collato, sicut de facto diligit supernaturaliter prædestinatum, etiam quando est in peccato, per actum ordinantem illum ad futuram beatitudinem: ergo ex dilectione supernat. Dei erga creaturam non necessariò infertur præsens, sed ad summum futura mutatio supernat. in creatura. Resp. Esto ex amore supernat. Dei vt sic, non necessariò inferatur præsens mutatio supernat. in creatura, ea tamen infertur 1. ex amore & odio supernat. Dei sic: Odit de præsenti Deus peccatorem prædestinatum: non potest autem illum odisse odio supernat. nisi subtrahendo ab illo donum aliquod supernat. cùm non possit Deus aliquem odio habere, nisi per subtractiuam mutationem alicuius doni. Atqui non subtrahit ab illo futuram beatitudinem, alioqui non maneret prædestinatus: ergo aliquod aliud donum, quod de præsenti habet.

16. *Præsens mutatio supernat. intrinseca infertur ex amore & odio Dei erga creaturam.*

17. Neque dicas, subtrahi aliquod donum, quod Deus cum ipsa beatitudine in futuro dare decreuisset prædestinato, si non peccasset: quoniam repugnat, vel absolutè, vel saltem de potentiâ ordinariâ, *vt infrà*, manere in Deo amorem supernat. amicitiæ, & simul odium supernaturale inimicitiæ respectu eiusdem personæ, consideratæ in ordine ad eandem durationem: sed manente in Deo actu ordinante prædestinatum ad futuram beatitudinem, maneret actus supernat. amicitiæ erga prædestinatum, cõsideratum in ordine ad futuram æternitatem; cùm beatitudo ipsa sit terminus amicitiæ Dei erga beatum, & obiectum amicitiæ beati erga Deum, & simul maneret odium inimicitiæ Dei erga eundem beatum, consideratum in ordine ad eandem æternitatem. Nam per subtractionem talis doni odio haberet illum in ordine ad æternitatem, & simul in ordine ad eandem amaret amore amicitiæ per collationem ipsius beatitudinis.

18. *Ex amore amicitiæ Dei erga creaturam.* Infertur 2. mutatio supernat. ex amore amicitiæ, quo Deus de præsenti creaturam diligit, hoc modo: De præsenti Deus amore amicitiæ diligit reprobum: at debet in reprobo esse sufficiens bonitas ad terminandam dilectionem Dei erga ipsum: cùm nequeat obiectum talis dilectionis in reprobo esse futura beatitudo, quam nunquam habiturus est. Eadem ratio est de prædestinato, qui non solùm à Deo diligitur in ordine ad futuram beatitudinem, sed etiam in ordine ad præsentem statum.

19. *Ex amore amic. hominis erga Deum.* 3. Ex eo, quòd non solùm Deus dicitur amicus homini, sed etiam homo amicus Deo. Nequit autem homo esse amicus Deo amicitiâ supernat. nisi fiat obiectum amoris diuini supernat. per donum aliquod supernat. intrinsecum. Maior est *Trident. sess. 6 cap. 7.* vbi docet, hominem per iustificationem ex inimico fieri Dei amicum, ex *Ioan. 15. Non dicam vos seruos, sed amicos.* Minor prob. esse amicum alteri, est esse obiectum mutui amoris amicitiæ alterius erga se: amicus .n. dicitur, qui dignus est, vt ametur amore amicitiæ ab altero: Deus autem amat res iuxta earum amabilitatem, non plus, nec minùs, nec alio amore, quàm res ipsa postulat amari. Vt igitur amet creaturam amicitiæ amore supernat. debet in ea esse bonitas digna tali amore, quæ alia esse non potest, *vt infrà*, quàm participatio naturæ diuinæ, quæ fit per gratiam habitualem. 4. Ex peculiari denominatione, *sancti*, ac *iusti*, in sacris litteris vsurpatâ, quæ non potest desumi ab extrinseca sanctitate, & iustitia alterius, sicut nec albus ab extrinsecâ albedine. Istæ .n. denominationes non desumuntur ab actu alterius, circa ipsum, tanquam circa obiectum, vti sunt denominationes amati, dilecti, accepti; sed ab intrinsecâ formâ subiecti, quod sanctum & iustum denominatur. Est .n. hoc fundamentum dilectionis & acceptationis Dei: qui ideò hominem diligit dilectione supernat. & ad gloriam acceptat, quia sanctus & iustus est: non est fundamentum præcedens, sed concomitans & simultaneum ipsi dilectioni Dei.

20. *Ex denominatione, sancti & iusti.*

Ad 1. errorem Pelagij patet ex *disp. 26. sect. 3. 4.* 21. *Resp. ad Pelag.* Ad 2. neg. hos posse verè & propriè denominari sanctos & iustos per solam imputationem iustitiæ Christi, aut Dei: istæ enim denominationes desumuntur ex subiecto ipso, quod sanctum & iustum dicitur: & ex *Vasquez 1. 2. disp. 202. cap. 3.* vt hos possimus aliquo modo denominari iusti iustitiâ Dei, aut Christi, debet esse fundamentũ talis denominationis; alioqui non esset maior ratio, vt potiùs vnus, quàm alius eâ iustus denominaretur. Hoc autem fundamentum nequit esse extrinseca tantùm voluntas Dei, aut Christi: nam hæc non facit, vt iustitia Dei, aut Christi comparetur ad hominem, vt forma ipsum denominans: sicut nec sola extrinseca voluntas Dei, absque physicâ vnione hypostatica, sufficit vt Christi humanitas denominetur diuina. Locum Pauli à Caluino citatum explicant Patres de iustitia, non quâ Deus iustus est, sed quâ nos iusti sumus. Et *τὸ, in ipso*, Græci Patres vertunt, *per ipsum*. Dicimur iustitia, & non iusti, vel vt *Chrysost.* propter puritatem sanctitatis, quam à Christo participamus: vel vt *Anselm.* docet, vt per nostram iustitiam alij iusti fiant. Cæterum etsi locus intelligatur de iustitiâ Christi, nihil euincet *Caluinus*: nam tunc iuxta Ticonij regulam, constructio esset figurata, vt quæ nimirum sunt propria capitis, tribuantur membris: vt contrà, quæ sunt membrorum, interdum tribuuntur capiti, ob mysticam vnionem inter caput & membra. *Ad Caluin.*

22. *Explic. Paul.*

Ad fundam. ipsius, neg. assump. Ad confir. neg. antec. 23. *Ad confir.* Nam esse dilectum à Deo, non importat solam denominationem extrinsecam ab actu dilectionis Dei, sed affert secum essentialiter intrinsecam mutationem, per quam subiectum fit dignum amore diuino. Etenim libera dilectio Dei erga nos, non præcedit ipsam infusionem gratiæ, vt *Duran. in. 1. dist. 17. q. 1. & Capreol. q. 1. ar. 3. ad argu. Aureo.* voluerunt, sed vt *Aureol. in 1. dist. 17. p. 1. propos. 1. & Vasquez 1. 2. disp. 205. cap. 2.* docuerunt, formaliter inuoluit ipsam infusionem gratiæ & donorum.

Cùm .n. dilectio Dei fiat libera formaliter per connotationem ipsius infusionis gratiæ & donorum, nequit vt libera dilectio præcedere infusionem gratiæ: cùm nullum constitutum præcedat rationem formalem sui constitutiuam. Ad prob. antec. nego, esse eandem rationem de amore Dei, & creaturæ: nam amor creaturę non efficit, sed supponit bonitatem, siue realem, siue apparentem, in quam fertur: amor Dei non supponit, sed efficit bonitatem realem, in quam feratur, vt optimè *Auguſt. cit.* nam amor creatus per sui, non per obiecti mutationem; contrà verò amor increatus, non per sui, sed per obiecti mutationem, in amatum fertur. 24. *Dilectio Dei inuoluit infusionem gratiæ.* *A priori*

Ad 3. errorem Magistri, Resp. excellentiam charitatis saluari ex eo, quòd inter omnes virtutes, ex proprio obiecto & motiuo, sit omnium præstantissima. Cæterùm non est maior ratio, cur propter reliquos actus supernat. infundantur habitus, & non propter charitatis actum. Nec obstat, quòd charitas in recto prædicetur de Deo, non autem reliquę virtutes, vt dicamus, charitatem esse ipsam personam Spiritus S. inhabitantis in nobis; 25. *Ad Magist.* *In quo sita excellentia charitatis.*

Digitized by Google

bis, reliquas virtutes esse habitus creatos: nã charitas, quę prędicatur de Deo, nõ est, quâ nos Deum diligimus, sed vt *August. 15. de Trinit. cap. 17.* quâ Deus diligit nos. Non prædicatur autẽ de Deo fides, spes, patiẽtia, & similes virtutes, quia tales virtutes non sunt in Deo, vt est charitas: quæ essentialiter dicitur de Deo, appropriatè de Spiritu S.

SECTIO II.

An sit de Fide hæc dona in nobis esse per modum qualitatis permanentis?

26. *Hæc controu. præcipuum locum habet post Trident.*

HActenus ostendi, ad Fidei dogma pertinere gratiam habitualem, & reliqua dona illi annexa esse nobis intrinseca & inhærentia. An autem ad idem fidei dogma spectet, ea esse per modum permanentis qualitatis, controuersia est post Trident. in quo occasione nouarum hæresum illa ex professo agitatur. Licet enim antea hæc veritas contenta esset in Scripturis: cùm nihil possint Concilia definire, nisi quod in Scripturis reuelatum supponitur, non erat tamen adeò in Scripturis expressa, vt sine nouâ declaratione Ecclesiæ fideles ad credendum obligare potuisset. Nec refert, quòd aliqui Scholast. ante Trident. eam de fide existimarint. Nam id tantum asserebant propria opinione ducti, non expressa Ecclesię declaratione suffulti, quam fideles acceptare tenerentur. Siquidem vsque ad Concil. *Vienn.* licitum cuilibet fuit, vtramque sent. probabiliter sequi, vt constat ex c. *Maiores* de baptismo: vbi *Innocent. III.* referendo vtramque sent. neutram damnat. Post Conc. autem Viennense, in quo affirmatiua sent. determinata fuit solùm vt probabilior, etsi vnusquisque tenebatur, hanc vt probabiliorem sequi, prohibitum tamen non erat, oppositam vt probabilem iudicare. Pro quâ controu.

27. *1. Sent.*

Prima sent. negat, id pertinere ad certum dogma fidei, ita vt oppositum sit hæresis: sed tantùm pertinere ad conclusionem Theologicam, vt oppositum sit tantùm temerarium, vel ad summum errori proximum: *Sot. lib. 2. de nat. & gra. c. 19. & in 4. d. 1. qu. 3. a. 1. Staple. lib. 5. de iusti. inhær. c. 8. Banez 2. 2 q. 23. a 2. concl 2. Medin. 1. 2. q. 51. ar. 4. & q. 110. ar. 2. Can. lib. 7. de locis comm. cap. 2. & de sacram. in com. par. 4. concl. 5. Vinc. Asturic. prælect. de gra. Christi qu 1. concl. 6. §. vlt. dico, Salas 1. 2. tract. 10, disp. 3 sect. 4. Tanner. ibib. disp. 6. qu. 1. dub. 1. ass. 3. Curiel. q. 110. a. 2. §. Sed quares:* & aliorum recent.

28. *Fund.*

Fundam. nulla est vel expressa scripturæ authoritas, vel Ecclesiæ definitio. Nam quę vel scriptura docet, vel Tridentinum de iustitia inhærente definit, explicari commodè possunt, vel de actibus, vel de motione tantùm actuali. Confirmat 1. *Confirm. 1.* *Sotus*: Trident. ex industriâ abstinuit à nomine, *habitus*: ne videlicet illam sub hac formalitate definiret. 2. *Medina cit. qu. 110.* quia finis Concilij tantùm fuit contra hæreticos nostri temporis definire, iustificationem non esse solam iustitiæ Christi imputationem, aut extrinsecum fauorem, sed veram iustitiam nobis inhærentem: quod totum saluari potest per solum auxilium actuale nobis inhærens. *2.*

29. *2. Sent.*

Secunda sent. affirmat, hoc tantùm esse de fide respectu iustificationis paruulorum, & eorum adultorum, qui per baptismum, aut pœnitentiam iustificantur; non autem respectu iustificationis adultorum, qui extra sacramentum iustificantur. *Vasquez* Est *Vasquez 1. 2. disp. 203. cap. 3. & 6.*

Fundam. nondum ab Ecclesia definitum est, adultum solo habitu, & non etiam actu extra sacramenta iustificari. Igitur quæ de iustificatione per inhærentem iustitiam Triden. tradit, explicari possunt de actibus. De paruulis verò, cùm nequeãt proprio actu, cuius capaces non sunt, iustificari, & de adultis, qui solo actu attritionis per baptismum aut pœnitentiam iustificantur, asserendum est, ad certum dogma Fidei pertinere, eos tantùm habitu iustificari. 30. *Fund.*

Tertia sent docet, ad dogma fidei pertinere, hęc dona in nobis esse per modum permanentis qualitatis: *Palaci. in 1. dist. 17. disp. 1. Veg. lib. 7. in Trident. cap. 24. Bellarm. lib. 1. de gra.* & lib. *arb. cap. 3. Valen. 1. 2. disp. 8. qu. 2. pu. 1. Suarez lib. 6. de gratia cap. 3. Ioan.* Wigge. Quin & ante *Triden.* illam de Fide putarunt *Scot. in 3. dist. 23. q. vn. §. ad quæst. Mayro. in 2. dist. 27. Rubio in 2. d. 26. qu. 1. ar. 2. Gabriel in 4. dist. 4. q. 1. fine art. 1.* Quamuis hęc veritas ante *Trident.* non potuerit, nisi priuatâ doctorum authoritate ad fidem obligare. Nota, nos hîc non disputare, an de Fide sit, solo habitu, an etiam actu homines iustificari, de quo *infrà disp. 33 sect. 3.* Sed tantùm, an gratia & reliquæ virtutes infusæ nobis inhærent per modum qualitatis permanentis, an tantùm per modum actus, aut qualitatis transeuntis. Vt controuersiam in quocunque statu definiã, 31. *3. Sent.* 32. *Nota vt doctrina sit vniuersalior.*

Dico 1. De fide est, in hoc statu legis Euang. hęc dona in nobis esse qualitates permanentes. Fundam. nequeunt quæ de iustificatione docet *Trident.* absque permanẽte qualitate saluari. Igitur de fide est in iustificatione eam infundi: illud .n. sine quo doctrina Concilij saluari non potest, est maximè intentum & definitum à Concilio. 33.

Antec. prob. 1. de qualitate permanente explicat Concil. Catechismus Rom. de Baptismo: *est autem gratia, quemadmodum Trident. Synodus ab omnibus credendum pœna anathematis proposita decreuit, non solùm per quam peccatorum fit remissio, sed diuina qualitas in anima inhærens, ac veluti splendor quidam ac lux, qua animarum nostrarum maculas omnes delet, ipsasque animas pulchriores & splendidiores reddit;* & paulò pòst. *Huic autem additur nobilissimus omnium virtutum comitatus, qua in animam cum gratia Diuinitùs infunduntur.* 2. Inductione: nequit hæc interior iustitia saluari per aliquam formam substantialem: quia hæc non inhæret: & forma substantialis supernat. qualis deberet esse ista, implicat, ex 1. *to. disp. 9. sect. 6.* neque per quantitatem: hæc .n. non est forma proportionata animæ spirituali. neque per relationem: hæc .n. non est immediatus terminus actionis, sed resultat ad productionem alterius. neque per actionem & passionem; nam hæc potiùs, sunt via ad formam iustificantem. neque per reliqua 4. prędicam. *situs, quando, vbi, & habere, vt consideranti patet.* 34. *Hic nodus* 35. *Prob. 2. induct. per omnia prædicamenta*

Restat vt saluari tantùm possit per prędicam. qualitatis: non per transeuntem qual. nam vel hęc esset proprius actus iustificati, vel motio diuina. Non potest esse actus, vt plerique aduers. contendunt: Tum quia Concil. illam apertè distinguit ab actibus, *sess. 6. cap. 7. Hanc dispositionem, seu præparationem iustificatio ipsa consequitur, quę non est sola peccatorum remissio, sed & sanctificatio, & renouatio interioris hominis per voluntarium susceptionem gratiæ & donorum.* Hanc autem dispositionem *præced. cap.* explicauerat per actus fidei, spei, & charitatis: & eodem modo illam ab actibus distinguit *can. 3.* Tum quia solum Deum assignat efficientem causam huius interioris renouationis: instrumentalem verò baptismum in ijs, qui per hoc 36. *Iustitia non est actus transiens. Prob. 1.* 2.

sacramentum

Digitized by Google

sacramentum iustificantur. At non solus Deus est causa efficiens nostri actus: sed nos ipsi, vt Concil. testatur *can.* 4. vbi damnat errorem Lutheri asserentis, liberum arbitrium adultorum ad sui iustificationem nihil omninò agere, mereque passiuè
3. se habere. Tum quia vbique hanc iustificationem explicat per susceptionem, receptionem, acceptionem, nunquam verò per actiuam nostram cooperationem. Quod est euidens signum, eam non definire per actus nostros, qui non nisi à nobis actiuè cooperantibus fieri possunt, sed per aliquid à Deo
4. infusum. Tum quia definit, illam ab vnoquoque recipi secundùm propriam cuiusque dispositionem & cooperationem. Atqui vnus actus non recipitur secundùm dispositionem & cooperationem alterius: nam sæpè subsequens actus contritionis est intensior, sæpe remissior precedente actu attritionis, propter quem infunditur contritionis
5. actus. Tum quia *can.* 24. docet, hanc iustitiam per bona opera augeri: at vnus actus non augetur per
6. alium actum, bene tamen habitus per actum. Tum quia *cit. cap.* 7. illum comparat primæ stolæ, quam Adam suâ inobedientiâ sibi, & nobis perdidit, & quam iubentur renati conseruare, vt eam perferant ante Tribunal Christi. Porrò quod Adam nobis immediatè perdidit, non fuit actus, sed habitus. Nam id nobis immediatè perdidit, quod per baptismum restituitur: sc. habitus, vt patet in parnulis, qui actus capaces non sunt. Præterea quod tenemur conseruare, vt ante Tribunal Christi perferamus, non sunt actus, qui transeunt: sed habitus, qui permanent. Quòd autem nec saluari possit per motionem actualem Dei, constat: tum quia

37. *Iustitia nostra non est motio actualis Dei.*

hęc, cùm sit transiens, non potest comparari primę stolæ, quam Adam nobis perdidit, quamque conseruatam perferre iubemur ante tribunal Christi. Tum quia *cap.* 15. Concilium definit, quocunque p. mortali amitti iustificationis gratiam, non fidem, nisi peccato infidelitatis. Si autem gratia iustificationis consisteret in actuali motione Dei, illa ante peccatum amitteretur, per solam cessationem sui: eodem modo amitteretur fides, spes, charitas.

38. Prob. 3. de facto idem est iustificationis modus à Concilio definitus in omnibus: sed de facto in paruulis, & adultis, qui per actum attritionis iustificantur in sacram. baptismi, & pœnitentiæ, iustificatio, fit per qualitatem permanentem, vt aduersarij concedunt: ergo & in reliquis adultis, qui extra sacram. iustificantur. Maior prob. Tum quia doctrina Concilij de iustificatione est vniuersalis, complectens omnem modum iustificationis, siue in, siue extra sacramenta: alioqui cùm modus iustificationis extra sacramenta sit frequens, si etiam iste in doctrinâ Concilij non comprehenderetur, illa manca & insufficiens fuisset: præsertim cùm nullibi ex professo hunc modum iustificationis extra sacramenta explicet, quidquid dicat *Vasquez*, de quo *disp.* 33 *sect.* 3. Tum quia hunc modum iustificationis extra sacramenta per qualitatem permanentem indicat *sess.* 14. *cap.* 4. vbi docet, quouis tempore necessariam fuisse contritionem ad impetrandam veniam peccatorum. Si igitur contritio impetrat veniã peccatorum; cumque nulla forma impetret suum effectum formalem, consequens est, vt non ipsa contritio, sed aliquid aliud à contritione distinctum tribuat remissionem peccatorum: quod aliud esse non potest, quàm gratia habitualis permanens, quam nobis contritio impetrat.

39. *Prob 4.* Prob. 4. Eam sent. hic definit *Trident.* quam vt probabiliorem, & dictis Sanctorum, ac Theologorum magis consonam definiuit *Concil. Vienense*: Hæc fuit, quòd gratia & virtutes quoad habitum omnibus tam paruulis, quàm adultis baptizatis infunderentur: ergo eandem respectu omnium definit hîc *Trident.* Eandem confirmant Scripturæ, quæ nostram iustitiam explicant per aliquid in nobis permanens, vt *præced. sect.* Hanc tradit Concilium Mogunt. sub Paulo III. ann. 1549. c. 3. *Quæ cum peccatorum remissione etiam sanctificationem, & interni hominis innouationem confert, quatenus per meritum passionis Christi, quod iam credenti communicatur, cum venia peccatorum, homò etiam Dei gratiam, & per Spiritum S. vnà cum fide, simul charitatem in corde diffusam, ac spem accipit: hisque Dei donis in ipso permanentibus &c.* Notetur *tò permanentibus*, cùm tamen actus non sint in nobis permanentes, sed transeuntes; nec possit forma oppositam denominationem conferre subiecto.

Vna hic supereset difficultas sc. vt to. de Fide constabit, in hoc certitudo fidei à certitudine conclusionis Theologicæ differt, quòd certitudo fidei immediatè nitatur reuelatione diuinâ, ab Ecclesia propositâ; conclusionis verò Theologicæ eâdem reuelatione, vt applicatâ ratione & discursu naturali. Sed quòd homo sit iustus & sanctus coram Deo qualitate permanente, non applicatur nobis immediatè credendum reuelatione diuinâ, ab Ecclesia propositâ, sed per discursum & rationem naturalem: quòd. n. nostra interior iustitia sit qualitas permanens, per varios discursus & rationes naturales ex reuelatis principijs deduximus. Confir. quod est de fide, est omnibus manifestum: non est autem omnibus manifestum, quòd iustificatio fiat qualitate permanente, cùm multi id negent.

40. *Difficultas emergens.*

Confirm.

Resp. duplicem esse discursum, euidentem, & probabilem. Rursus naturalis discursus potest se habere ad conclusionem reuelatam, velut ratio mouens, vel vt ratio explicans & declarans tantùm conclusionem reuelatam. Quando discursus vel ratio naturalis est euidens, habetque se ad conclusionem reuelatam vt ratio tantùm explicans & declarans illam, vt contentam in principijs immediatè reuelatis, tunc non tollit certitudinem fidei. Vt in hoc syllogismo: *Christus est homo: omnis homo est risibilis: ergo Christus est risibilis.* Conclusio est certa certitudine Fidei, accepta tantùm vt explicata per Minorem naturaliter euidentem. Ratio: quia non solùm est de fide, quod reuelatur immediatè, qualis est maior propositio, *Christus est homo*; sed etiam quod necessariam connexionem habet cum propositione immediatè reuelata, qualis est, *Christus est risibilis.* Quia quod reuelatur, nisi sit expressa in contrarium reuelatio, censetur reuelari cum suis omnibus proprietatibus naturalibus: & quia homo tanquam naturalem proprietatem includit risibilitatem, in ipsa reuelatione, *hominis Dei*, reuelatur etiam mediatè *risibilitas* cum homine naturaliter coniuncta: Quia igitur rationes & discursus, quibus ex principio illo immediatè reuelato, & à Cõcilio explicato, nempe quòd iustitia nostra coram Deo sit nobis inhærens, à Deo infusa, iuxta mensuram propriæ dispositionis & cooperationis in nobis recepta, solo p. mortali amissibilis, augmentabilis per bona opera, persimilis stolæ, quam Adam sibi & nobis perdidit, perferibilis ante tribunal Christi, deduximus hanc aliam propos. sc. quòd eadem iustitia sit in nobis qualitas permanens, sunt euidentes, habentque se tantùm vt conditiones explicantes & declarantes, quòd hæc conclusio à nobis deducta sit contenta in illâ immediatè reuelatâ, & ab Ecclesia definitâ; cùm non possit illa saluari, prout à Concilio definitur, nisi per

41. *Discursus dupliciter se habet ad conclusionẽ reuelatam.*

Ratio à priori

Digitized by Google

hanc: Consequens est, vt hæc, non quidem vt conclusio deducta, sic enim est tantùm certa certitudine conclusionis Theologicæ, sed vt explicata, sit certa certitudine fidei diuinæ.

41. *Ad confir.* Ad confir. Resp. dist. Maior. Quod est de fide, debet esse manifestum omnibus implicitè, & in principijs reuelatis, concedo; explicitè, & in se ipso, nego. Ex hoc autem quòd aliqua sint tãtùm implicitè, & mediatè in principijs reuelata, fit, vt non omnes de illis vniformiter sentiant:

43. *Prob. ex Concil. Triden.* DICO 2. De fide quoque est, ante legem Euangelicam homines fuisse sanctos & iustos coram Deo per iustitiam inhærentem permanentem: *Suarez cit.* & apertè colligitur ex eodem Concilio: nam *sess. 6. cap. 4.* vniuersaliter definit, iustificationem esse translationem ab eo statu, in quo homo nascitur filius primi Adæ, in statum gratiæ & adoptionis filiorum Dei. *Quæ quidem translatio*, inquit, *post Euangelium promulgatum sine lauacro regenerationis, aut eius voto fieri non potest.* Vbi prioribus verbis iustificationem definit vniuersaliter in quouis statu: alioqui illam per posteriora verba non limitasset ad statum Euang. Eodem modo *sess. 14. cap. 4.* describens dispositionem ad iustificationem requisitam: Primum docet, illam fuisse quouis tempore necessariam ad impetrandam veniam peccatorum. Deinde illam explicat pro hoc statu legis Euang. Igitur omnia quæ de iustificatione alibi docet, intellige etiam de iustificatione

44. ante legem Euang. Secundò *sess. 5. in decre. de pecc. orig. & sess. 6. cap. 7.* expresè docet, Adam constitutum fuisse à Deo in sanctitate & iustitiâ, quam per peccatum sibi & nobis perdidit. Sed primò & per se permanentem iustitiam sibi perdidit: tum quia hæc tantùm solo peccato perditur, cùm actus etiam absque peccato per solam cessationem perdantur. Tum quia eam iustiam sibi Adam perdidit, quam nobis perdidit, vt ex Concil. constat: nobis autem primariò perdidit iustitiam permanentem. Nam ex Concil. eam nobis iustitiam perdidit, quæ per baptismum primariò nobis restituitur sc. iustitia permanens: ergo eandem sibi primariò perdidit. Tum quia illam comparat stolæ, quam renati iubentur conseruare, & ante tribunal Christi perferre.

45. *Coroll. 1.* Deducitur 1. neminem à p. originali iustificatum esse, nisi per iustitiam habitualem inhærentem; per translationem à statu peccati ad statum gratiæ & adoptionis filiorum Dei; per restitutionem illius stolæ, quam Adam nobis perdidit.

46. *Secundum* 2. Nec quenquam, ante legem Euang. iustificatum à peccatis personalibus esse, nisi per infusionem eiusdem permanentis iustitiæ: Patet; quia doctrina Concilij de modo iustificationis, est vniuersalis, pro omni statu damnans errorem Caluini & Lutheri de iustif. extrinsecâ, per solum fauorem extrinsecum: & ex *sess. 6. cap 7.* vnica est causa formalis nostræ iustificationis, nempe iustitia Dei, non quâ ipse iustus est, sed quâ nos iustos facit.

47. *Tertium* 3. Iustificationem Angelorum in definitione Concilij non comprehendi, cùm tantùm loquatur de iustificatione hominum, ac proinde de fide non esse, eos per inhærentem iustitiam permanentem fuisse sanctos & iustos in via constitutos. Constat: nam ante *Triden.* neque de hominibus id erat fide certum. Esset tamen ad minimum temerarium, negare, eos constitutos fuisse sanctos & iustos coram Deo per iustitiam intrinsecam permanentem. Nam & hoc indicant *Ezech. 28.* & Patres eodem modo loquuntur de iustificatione hominum, atque Angelorum; *Basili. in Psal. 32. Damas. lib. 2. fidei cap. 3. Ambro. lib. 1. de Spiritu S. ca. 4. August. lib. 12. de ciuit. Dei c. 9. Ansel. toto libro de casu diaboli.*

Ad fund. primæ sent. constat ex dictis. Ad 1. confir. Resp. ex eo tantùm sequi, non esse à Concilio definitum, formam, quâ iustificamur, esse habitum propriè dictum: quod neque nos asserimus: non autem non esse definitum, esse qualitatem permanentem, quæ est quid superius habitu. Habitus n. immediatè ordinatur ad opus. 48. *Ad arg. 1. sentent.*

Ad 2. nego, inhærentem iustitiam, prout à Concilio definitur, saluari posse per auxilium actuale. Nam licet fortasse id sufficeret ad hæreticorum errorem confutandum, non tamen sufficit ad doctrinam Concilij saluandam. Interdum n. Concilia occasione errorum multa declarant, quæ aliàs ad errorem confutandum necessaria non essent, sunt tamen necessaria ad veritatem ipsam, vt in traditione contentam declarandam. 49.

Ad fund. secundè; quidquid sit de anteced. *de quo infrà*, neg. conseq. nam esto Concilium non definiat, quòd adultus non possit etiam actu iustificari; de facto tamen definit, iustificari habitu, vt ex eius doctrina apertè deduximus. Vnde ipse *Vasquez*, etiamsi existimet, posse adultum extra Sacramenta iustificari actu, de facto tamen cum communi sent. putat, iustificari habitu gratiæ, qui priùs natutâ peccatori infunditur, quàm actum contritionis eliciat. 50. *Ad fund. sentent. 2.*

SECTIO III.

An gratia habitualis re ipsa distinguatur à charitate?

PRima sent. negat: ita *Alen. 3. p. qu. 61. me. 2. art. 4.* qui non modò charitatem, sed nullam virtutem Theolog. à gratia reipsa distinguit: *Scot. in 2. dist. 27. §. ideo alia est: Richar. dist. 26. art. 1. quæst. 1. Mayro. dist. 29. Rubi. dist. 26. qu. 1. ar. 2. Bacho. dist. 27 Henri. quodlib. 4. qu. 10. Duran. in 2. dist. 26. qu. 1. Gabriel. qu. vn. art. 2. concl 4. Marsil. in 2. q. 17. ar. 1. concl 2. Maior. dist. 26. qu. 1. concl. 1. Ocha. in 4. q. 9. ar. 3. Vega. lib. 7, in Triden. cap. 25. Bellar. lib. 1. de gra. & lib. arb. cap. 6. Coninc. disp. 21. de actib. supernat. dub. 7.* Prob. 1. ex Paulo 1. *Corinth. 13.* vbi nulla mentione facta de gratia, tres tantùm enumerat virtutes, fidem, spem, charitatem: *Triden. sess. 6. cap. 7.* in quo nostram iustificationem describit per infusionem fidei, spei, & charitatis. Et *sess. 14. cap. 4.* similiter docet, hominem per contritionem charitate perfectam Deo reconciliari: & Paulus primas tribuit charitati, quam præfert omnibus, & sine qua nullum opus ait esse meritorium, & quâ solâ positâ omnia opera apud Deum valere: ergo non distinguitur à gratiâ; vel gratia omissa à Paulo & Concilio esset. 2. Omnia, quę sunt propria gratiæ, ab Eccles. Doctoribus tribuuntur charitati: & contrà, quæ propria charitatis, tribuuntur gratiæ promiscuè: vt quòd regeneret in Christo; quòd constituat filios & amicos Dei; quòd iustificet, & operiat multitudinem peccatorum; quòd nos Sanctos efficiat & charos Deo; quòd diuidat inter filios regni & perditionis; quòd faciat hæredes gloriæ; quòd sit plena & perfecta iustitia; quòd omnibus donis excellat; quod sit radix & principium merĳti: nulla ergo inter eas esse potest distinctio, præsertim specifica, qualis esset hæc (superflua quippe foret numerica tantùm aliquâ diuersitate) vbi enim sunt omnia eadem, nulla esse potest diuersitas. 51. *1. Sent. negat.* 52. *Prob. 1.* 53. *Secundò*

Confirm.

Digitized by Google

54. Confirm. Si gratia poneretur distincta à charitate, esset propter aliquid; quod est in gratia, & non reperitur in charitate: at nihil est in gratiâ, quod non reperiatur in charitate: nam vel hoc esset aliqua operatio, vel effectus formalis: non operatio: omnium enim nobilissima operatio, est dilectio Dei, quæ propria charitatis. Non effectus aliquis formalis: hic enim esset reddere nos gratos & acceptos Deo: at hunc ipsum præstat charitas: est enim amicitia nostri ad Deum, & consequenter Dei ad nos. nam fundamentum redamationis est amor: nulla namque est fortior causa redamandi, quàm amor ipse, iuxta illud *Ioan.* 14. *Qui diligit me diligetur à Patre meo, & ego diligam eum.* Prob. 3. fund. Scholast. Si gratia distingueretur à charitate, posset diuinitùs ab illa separari. Tunc aut homo cum solâ gratiâ sine charitate saluaretur: & contrà est: tum quia ex 1. *Corinth.* 13. sine charitate nihil prodest: tum quia est contra *August.* 15. *de Trinit. cap.* 18. vbi docet, solam charitatem filios regni diuidere à filijs perditionis: tum quia nemo absque amicitiâ Dei saluari potest; charitas autem est amicitia nostri ad Deum: tum quia charitas est forma omnium virtutum, eleuans illas ad promerendam gloriam. Aut saluaretur cum solâ charitate sine gratiâ. Et contrà, tum quia posset homo non gratus Deo saluari: fit autem homo gratus Deo per gratiam, alioqui superflua esset gratia, si hic effectus haberetur per charitatem: tum quia, cùm gratia non sit necessaria ad operandum, principia enim operandi sunt virtutes, si saltem non est necessaria, vt homo fiat gratus & acceptus Deo, omninò superflua foret.

55. Prob 3.

56. Secunda sent. affirmat: ita *S. Thom.* 1. 2. *q.* 110. *art.* 3. *& de verit. q.* 27. *art.* 2. *Albert. in* 2. *dist.* 26. *art.* 11. *&* 12. *Bonauen. dist.* 27. *art.* 1. *qu.* 2. *& in* 3. *dist.* 27 *art.* 1. *qu.* 3. *&* 4. *Egid. in* 2. *dist.* 26. *qu.* 2. *art.* 1. *& dist.* 27. *qu.* 1. *ar.* 1. *Argen. dist.* 26. *art.* 2 *Capreo. qu. un. art.* 1. *Caiet. Medin. Curiel.* 1. 2. *loco cit. Ferrari.* 3. *con. Gen. cap.* 151. *§. ad euidentiæ: Sot. lib.* 2. *de nat. & gra. cap.* 17. *&* 18. *Bannez* 2. 2 *qu.* 27. *art.* 1. *Valen.* 1. 2. *disp.* 8. *qu.* 2. *Suarez lib.* 6. *de essen. gra. cap.* 12. *Luis. Turrian. opusc. de conditi. ad merend. disp.* 2. *dub.* 18. & Thomistarum omnium.

2. Sent. affirm.

57. Tertia sent. docet, vtramque opinionem esse probabilem, eo quòd neutra stabile habeat fundamentum in Scripturis, Concil. Patrib. nec firmâ niti possit ratione: *Vasquez.* 1. 2. *disp.* 198. *cap.* 3. vbi vtriusque sententiæ argumenta proponit, & soluit: *Sylui.* 1. 2. *qu.* 110. *ar.* 3. etsi posteriorem iudicet probabiliorem.

58. Verior

Dico, gratiam non tantùm ratione & formaliter, vt authores primæ sent. docent contra Durand. qui solo nomine gratiam à charitate distinguit; sed re ipsa à charitate discriminari.

59. Prob. 1. ex *Triden. sess.* 6. *cap.* 7. vbi recenset gratiam vt distinctam à reliquis donis, inter quæ comprehenditur charitas; *Per voluntariam susceptionem gratiæ, & donorum:* & can. 11. recenset gratiam vt distinctam à charitate: *Extinctâ gratiâ, & charitate.* Accedit *Catechis. Rom. cit.* qui Concilium explicare videtur de gratia & reliquis virtutibus, vt de donis reipsa distinctis: post explicatam enim naturam gratiæ, subiungit: *Huic autem additur nobilissimus omnium virtutum comitatus, quæ in animis cum gratia diuinitus infunduntur.* 2. Rationib. Patrum. De rebus supernat. quando authoritas in contrarium non vrget, Theologandum est per proportionem ad res naturales: atqui in rebus naturalibus principia operatiua semper supponunt alias quam formam, à qua illa naturaliter exigantur; & dimanant, & cuius sunt naturales proprietates & instrumenta operandi. Calor. n. & siccitas supponunt formam ignis, à quâ, vt naturales proprietates, & instrumenta operandi naturaliter dimanant, & exigantur; frigiditas & humiditas ab aqua; potentiæ animasticæ ab anima, &c. quia quodlibet principium operandi est ad perficiendam aliquam naturam (cùm omnis operatio sit alicuius naturæ perfectio) supernaturalia. n. sunt ad perficienda naturalia; ergo qua proportione se habent naturalia, eâdem supernaturalia; ita vt gratia perficiat substantiam animæ, virtutes verò eius potentias: deinde eâdem proportione Deus participabilis est secundùm perfectiones supernat. quâ secundùm naturales: nisi quoad supernaturales supt participationes proprij modi essendi, & operandi Dei; naturales non sunt participatione modi essendi, & operandi Deo proprij, sed communis saltem analogicè cum creaturis. Cæterùm in modo eas distinctè, vel indistinctè participandi conueniunt, quando ratio aliqua oppositum non persuadet. Præterea hæc proportio seruatur in reliquis; nam cæteri habitus infusi distinctè participantur iuxta distinctionem potentiarum, quas immediatè perficiunt: alius est. n. habitus fidei, & luminis gloriæ, qui intellectum perficiunt; alius habitus spei, & reliquarum virtutum supernat. quæ voluntatem complent. Hęc ratio supponit, potentias animasticas re ipsa distingui ab anima. Quam sent. vt probabiliorem sequuti sumus 2. *to. disp.* 8. *sect.* 2.

60. Prob. 2. rationib. 1. Ratio à priori

61. 2. Ratio à paritate habituum supernat.

Secunda: De fide est est, gratiam reipsa distingui à fide, & idem colligitur de spe, quippe quæ manent amissâ gratiâ per peccatum: & communis sent. est, reliquos habitus infusos morales reipsa distingui à gratia; ergo etiam charitatem, cùm non sit maior ratio de hac, quàm de cæteris. Nec inseparabilitas charitatis à gratiâ huic distinctioni obstat: tum quia, vt communis fert opinio, etiam reliqui habitus morales infusi inseparabiles sunt à gratiâ, quâ amissâ amittuntur, & quâ recuperatâ recuperantur: tum quia charitas est proxima dispositio ad sanctitatem, & filiationem adoptiuam Dei, ex *Trident. sess.* 6. *cap.* 7. connaturale autem est, corrupta formâ, corrumpi proximam dispositionem ad illam, sicut, reproductâ formâ, reproduci vltimam dispositionem illius, vt inductione constat in omni corruptione & generatione naturali.

62. 3. Ratio

Tertia. Vt connaturaliter in nobis sint actus supernat. ponuntur habitus infusi, qui eos connaturaliter producant: ergo vt connaturaliter in nobis sint habitus infusi, poni debet aliqua forma supernat. quę eos connaturaliter exigat, vt proprietates, & instrumenta producendi operationes supernat. Hæc autem est gratia sanctificans, quæ in supernaturalibus habet se vt natura constituens, & eleuans creaturam ad singulare esse diuinum, iuxta illud 2. *Petri* 2. *Per quem maxima & pretiosa nobis promissa donauit, vt per hæc efficiamini diuinæ consortes naturæ.* Vnde quia possibilis non est natura substantialis supernat. exigens proprium modum operandi Dei, *to. disp.* 9. *sect.* 6. *cum S. Tho.* probaui; cùm nequeant proprius modus operandi vnius naturæ substantialiter communicari alteri; saltem communicat Deus creaturæ intellectuali naturam occidentalem, quæ est gratia sanctificans, per quam eleuatur ad ipsum esse diuinum participatiuè, constituiturque filius Dei adoptiuus, & vt Scriptura loquitur, Deus ipse participatiuè, participando proprium modum essendi, & operandi Dei.

63. 4. Ratio à priori

Quarta. Proprium gratiæ habitualis est, regene-

rare

rare hominem in nouam creaturam, eumque constituere filium Dei adoptiuum: charitatis autem est eundem efficere dilectiuum Dei: ergo realiter distinguuntur inter se: cùm adinuicem comparentur vt proprietates & natura, principium operandi & essendi: charitas sit proprietas & principium operandi, gratia sit altera natura & principium essendi. Antec. est *Trident. sess. 6. cap. 4.* vbi statum gratiæ, appellat statum adoptionis filiorum Dei. Et prob. forma constituens filium adoptiuum, est forma al quo modo participans naturam adoptantis; cùm debeat participare proprietatem generationis, quæ est origo viuentis à viuente in similitudinem naturæ: sola autem gratia, non charitas, participiat naturam Dei adoptantis; ergo solius gratiæ, non charitatis, est constituere filium adoptiuum Dei. Minor prob. sola gratia est peculiaris participatio esse ac naturę diuinæ. Vnde illam *S. Tho. 1. 2. qu. 110. art. 3.* appellat, *naturam diuinam participatam.* Charitas est peculiaris tantùm participatio principij dilectiui Dei: igitur illa, non hæc constituit filium adoptiuum Dei.

64. *Confirm.* Confirm. Inclinatio in finem supponit naturam proportionatam fini: sed charitas est inclinatio in Deum, vt in finem supernat. ergo supponit in homine naturam tali fini proportionatam. At hæc non est natura hominis, vt patet; ergo forma supernat. quæ præsupponitur charitati, & ad illam, reliquasque virtutes infusas comparatur, vt natura ad suas potentias & proprietates: quæ alia non est, quàm gratia habitualis sanctificans.

65. Responderi posset, ad hæc omnia præstanda sufficere habitum, qui simul sit & proximum principium eliciendi dilectionem Dei, & simul constituendi filium adoptiuum Dei. 1. quia hoc non implicat, & aliunde vitatur pluralitas entium: 2. quia, esto forma substantialis ex naturâ rei præsupponatur ad proximum principium operâdi, haud tamen præsupponitur forma accidentalis: nam hæc simul cum esse dat esse calidum, & simul posse calefacere. Sed charitas est forma accidentalis: ergo dat esse charum gratumque subiecto, & simul posse diligere Deum. Resp. dupliciter posse vnum eundemque charitatis habitum hæc omnia simul præstare: vno modo, quà habitus charitatis est formaliter; alio modo, quà identicè simul est idem cum gratia. 1. modo, omninò existimo impossibile, habitum charitatis hæc omnia ex natura sua præstare: nam habitus charitatis formaliter spectatus non est, nisi limitata participatio operationis diuinæ; forma autem suâ naturâ constituens filium adoptiuum Dei, debet esse participatio ipsius esse vel naturæ diuinæ. Sicut enim filius naturalis non participat naturam gignentis in operando tantùm, sed etiam in essendo: ita filius adoptiuus naturam adoptantis non tantùm imitatus in operando, sed etiam in essendo. Filiatio enim adoptiua imitari debet naturalem, quando fit per intrinsecam formam ab adoptante communicatam adoptato. Cùm igitur habitus charitatis non sit imitatiuus esse & naturæ, sed operationis tantùm diuinę, non poterit esse forma constituens filium adoptiuum Dei. Confir. forma constituens filium adoptiuum, debet esse imitatiua omnium operationum naturæ diuinę, à creaturâ rationali participabilium: talis non est charitas, quæ tantùm est imitatiua vnius tantùm operationis dilectiuæ Dei: igitur non poterit esse forma suâ naturâ constituens filium adoptiuum Dei.

66. *Charitas formaliter sumpta non potest præstare omnia, quæ præstat gratia.*

67. *Dices.* Per habitum charitatis non solum participatur natura diuina, vt est dilectiua sui, sed etiã, vt est intuitiua proprię essentiæ, cognoscitiua modo infallibili creaturarum, operatiua reliquarum operationum supernat. nam qui habet charitatem connaturaliter exigit omnes habitus supernat. & quidem cognoscitiuos præsuppositiuè, reliquos consequutiuè: quia qui est dilectiuus Dei, debet esse cognoscitiuus eiusdem, nec non operatiuus reliquarum honestarum operationum.

68. Sed contrà: charitas non exigit reliquos habitus infusos vt proprietates, quo pacto deberet illos exigere, vt per eam perfectè participaret naturam diuinam, sed solùm vt principia, sine quibus charitas ipsa vel operari, vel conseruari non posset. Contrà verò gratia habitualis sanctificans exigit illos vt proprietates connaturales. Cùm enim ipsa sit forma perfectè imitatiua naturę diuinæ in essendo; omnis autem forma in essendo connaturaliter exigat principia in operando sibi commensa, consequenter gratia, non charitas, connaturaliter exigit omnes istos habitus, vt principia sibi connaturaliter debita, tanquam proprietates à se consequentes. Confir. etiamsi voluntas humana præsupponat intellectum, phantasiam, & reliquas potentias animasticas, quarum operationes vel præcedere, vel subsequi debeant ipsius actum; non tamen dicitur illas exigere vt connaturales proprietates, quia non exigit illas, vt principium primum & radicale. Esto igitur, ad habitum charitatis cæteri habitus connaturaliter, vel præsupponantur, vel subsequantur, quorum operationes necessariæ sunt, vel vt charitas ipsa operetur, vel vt actus ab ipsa imperati exequutioni mandentur; non tamen exigit illos vt cõnaturales proprietates; quia non exigit illos vt principiũ primum radicale.

69. *Nec quæ habitus charitatis idem esset cum gratia*

2. Modo, etsi non existimem impossibile, ab vnâ eâdemque formâ, quæ simul contineat perfectionem vtriusque, charitatis & gratię, hęc omnia præstari posse; de facto tamen id fieri puto per distinctas formas, quarum vna sit tantùm proximum principium diligendi Deum; alia vniuersale principium tum exigens omnium virtutum supernat. tum sanctificatiuum subiecti, & omnium operationum honestarum, ob rationes suprà assignatas.

70. *Dices* 1. Quidocent, in rebus naturalibus de facto potentias à naturâ distingui, simul etiam docent, nec de possibili fieri posse vt non distinguantur: ergo qui docent, gratiam distingui à charitate, simul etiam docere debent, nec de possibili fieri posse, vt non distinguantur. Resp. quicquid sit de anteced. quod aliqui negant, neg. conseq. repugnat .n. substantiam creatam esse principium essendi, & simul per se ipsam principium omnium operationum suppositi: non repugnat; vt forma accidentalis, simul sit principium essendi, & diligendi Deum.

71. *Dices* 2. In nostra sent. lumen gloriæ re ipsa non distinguitur à specie determinatiua potentiæ ad Deum videndum, & tamen in naturalibus potentia, cui respondet lumen gloriæ, distinguitur à specie: ergo etiamsi in naturalibus anima distinguatur à potentijs, haud tamen gratia distinguitur à charitate. Resp. neg. mino. vniuersaliter: nam, vt cum *Caiet. 1. p. qu. 56. art. 1. in 2. to. disp. 9 sect. 2.* docui, intellectus Angelicus non intelligit seipsum per distinctam speciem: sed idem intellectus est simul potentia intellectiua, & species determinatiua sui ad suam substantiam intuendam. Quando .n. potentia intellectiua adæquatè specificatur ab obiecto, non eget distinctâ specie ad illud cognoscendum: & quia tam intellectus Angelicus adæquatè

Digitized by Google

quatè specificatur à propriâ substantiâ Angeli, quàm lumen gloriæ à diuinâ essentiâ, neutrum eget distinctâ specie ad suum obiectum cognoscendum.

72. *Charitas forma accidentalis confert diuersum effectum formalem à gratia.* Ex his patet ad instantiam factam contra nostrum fundam. n. 65. Ad 2. confir. maior, de forma accidentali conferente diuersum effectum formalem à principio ipso operandi, neganda; ita gratiæ effectus formalis est facere filium adoptiuum Dei, & obiectum diligibile à Deo: charitatis est, facere dilectorem Dei. Concedenda maior de forma conferente eundem effectum formalem; vt est forma caloris, cuius effectus formalis faciendi calidum non est diuersus ex naturâ rei à principio calefaciendi, nisi penes connotata; quia prior connotat subiectum, posterior effectum.

73. *Ad primum 1.* Ad 1. primæ sent. Resp. nullam eo loco Paulum gratiæ mentionem facere, sed tantùm virtutum, quarum primam ait esse charitatem: quia eo loco Apost. Corinthios hortatur ad bene operandum: principium autem proximum rectè operandi non est gratia, sed virtutes. Concilium verò, dum in iustificatione ait, infundi virtutes, non excludit gratiam, cuius mentionem fecerat in principio *cap. & can.* 11. Sæpe enim propter infallibilem connexionem pro eodem vsurpatur charitas & gratia.

74. *Cur quæ sunt propria gratiæ tribuantur charitati.* Ad 2. resp. duplicem ob causam, quæ sunt propria gratiæ, tribui charitati, & è conuerso: 1. propter mutuam coniunctionem & inseparabilitatem: 2. quia actus charitatis est proxima dispositio ad gratiam: solemus autem interdum, quæ sunt propria formæ, tribuere proximè dispositioni eiusdem. Vnde omnia, quæ in argu. adducuntur, verificantur de gratia formaliter, de charitate dispositiuè. Nego autem, gratiam & charitatem quoad omnia inter se conuenire: 3. quia in ijs ipsis, in quibus conueniunt, diuerso modo conueniunt: 4. quia differunt in proprijs effectibus formalibus constituendi Filium adoptiuum Dei, & obiectum diuinæ amicitiæ, quod est proprium gratiæ, & dilectiuum Dei, quod est proprium charitatis.

75. *Ad confir.* Ex his patet ad confir. Nego autem, proprium charitatis esse, nos reddere gratos & acceptos Deo per modum obiecti amicitiæ diuinæ. Namid reddit nos gratos & acceptos Deo per modum obiecti amicitiæ diuinæ, quod reddit nos similes naturæ diuinæ: amicitia n. teste Philos. 8. & 9. *Ethic.* in æqualitate & similitudine naturæ fundatur. Id autem, quod reddit nos similes naturæ diuinæ, non est charitas, quæ est tantùm participatio operationis; sed gratia, quæ est assimilatio esse, & naturæ diuinæ, secundùm totum illud esse, quod participari potest per formam accidentalem à creatura rationali. Cæterùm charitas est amicitia nostri ad Deum, non per modum obiecti amicabilis, sed per modum principij dilectiui. Vnde amor noster in Deum est quidem causa redamationis Dei erga nos, non formalis, sed dispositiua. Iuxta quod explicatur *citatum Ioannis testimonium.*

76. *Ad 3.* Ad 3. concessa sequelâ, resp. in hoc casu hominem cum sola gratia saluandum fore: contrà verò, non fore saluandum cum solâ charitate: *S. Tho. de verit. qu. 27. art. 2. ad 4. Medin. 1. 2. qu. 110. art. 3. ad 4. & 5. Curiel. ibid. §. 3. ad 3. Suarez lib. 6. de gra. cap. 13. &c.* Notat Curiel, quòd licet homò cum sola charitate non saluaretur, non posset tamen iustè damnari: quia nullum supponeretur in tali casu peccatum, sine quo nullus iustè damnari potest. Fundamentum: sola gratia, vtpotè augusta participatio naturæ diuinæ, atque adeò filiatio adoptiua Dei, dat ius ad gloriam, vt ad paternam hæreditatem. Charitas cùm sit tantùm participatio proximi principij diligendi Deum, non est perfecta participatio naturæ diuinæ, atque adeò nec filiatio: & consequenter nec per se ius confert ad gloriam. Igitur cum solâ gratiâ homo saluaretur, non cum solâ charitate, cum quâ tamen damnari non posset. Oppositum de charitate sentiunt, qui charitati formalem sanctificationem tribuunt.

77. *Ad Paulum* Vnde dico, Paulum loqui iuxta præsentem ordinationem, iuxta quam quia charitas connexa est cum gratia, qui non habet charitatem, nec gratiam habet. Eodem modo loquitur *cit. Augustinus.*

78. *Ad rationes n. 55.* Ad rationes Resp. neminem saluari posse sine amicitia Dei erga nos, quæ est per gratiam, constituentem nos obiectum diuinæ amicitiæ; non autem sine amicitia nostri in Deum, quæ est charitas. Etenim non eo ipso, quo nos amamus Deum necessariò, sed tantùm ex promissione, Deus amat nos. At hoc ipso, quòd Deus amat nos amore amicitiæ, facit nos sibi gratos & acceptos, cùm nequeat eius amor amicitiæ erga nos saluari, nisi per infusionem doni amicitiæ in nobis.

79. Ad aliam concedo, charitatem esse formam omnium virtutum, non in ratione merendi; hæc n. est gratia, ex *S. Tho. de verit. q. 27. ar. 2. ad 4.* & nos *disp. vlt.* sed in ratione imperandi, & dirigendi reliquarum virtutum actus in Deum, vt in finem supernat.

SECTIO IV.

Qualis participatio naturæ diuinæ sit gratia habitualis?

80. 1. *Sent. habitualem participationem constituit.* PRima sent. docet, gratiam habitualem esse tantùm moralem participationem naturæ diuinæ per affectus & volùtatis conformitatem cum diuina voluntate. Fundam. implicat; naturam diuinam physicè participari à creatura: est n. ens à se, independens, actus purus, & per essentiam: quod participatur à creatura, est ens creatum, dependens, potentiale, & contingenter existens. Participare autem naturam alicuius, est participare constitutiuas perfectiones ipsius, vt qui participat naturam hominis, participare debet perfectiones constitutiuas hominis. Confirm. 1. de morali tantùm participatione explicant Patres locum 2. Petri 1. ex quo hæc naturæ diuinæ participatio colligitur, *Maxima & pretiosa nobis promissa donauit, vt per hæc efficiamini diuinæ consortes naturæ.* Nam *Dion. lib. de Ecclesia Hierar. cap. 3. p. 1. Cyrill. Ierosol. Catech. 4. & lib. 4. in Ioan. cap. 17. Damasc. lib. 4. de Fide cap. 14.* hunc locum explicant de consortio Christi per sacramentalem vnionem. *Leo 1. serm. 1. de Natiu. Dom. OEcum. in hac verba,* de consortio naturæ diuinæ mediante humana à Verbo assumptâ, in quâ omnes homines vt membra in capite, & individua in sua specie assumpta dicuntur. Imò & Apost. hoc consortium explicans, per fugam vitiorum, & exercitium virtutum infert: *Fugientes eius, quæ in mundo est, concupiscentia corruptionem. Vos autem curam omnem subinferentes ministrate in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam,* &c. 2. Hæc moralis participatio per affectus & voluntatis conformitatem sufficit ad saluanda, quæ de gratiâ, & virtutibus infusis in sacris Scripturis, Concil. Patrib. traduntur. Omnia enim tendunt ad conformandam voluntatem nostram cum diuina. igitur nõ est maior partic. asserenda,

Confirm. 1.

Confirm. 2.

81. 2. *Sent. quid primò & per se:* Secunda sent. docet, gratiam habitualem primò & per se esse physicam ac formalem participationem, expressionemque naturæ diuinæ secundùm ipsum

ipsum esse imparticipatum, independens, & infinitum: secundariò verò esse etiam physicam & formalem participationem totius Augustissimæ Trinitatis: *Vincen. Asturic. relect. de gra. à pag.* 14.

83. Priorem partem probat 1. ex *S. Tho. 1. 2. q.* 110. *art.* 2. *ad* 2. affirmante, id quod substantialiter est in Deo, accidentaliter fieri in anima, participante diuinam bonitatem. Ergo gratia est forma accidentaliter participans totum esse diuinum.

Ex S. Tho.

84. 2. Nequeunt saluari proprietates, quas diuina oracula, & Patres gratiæ tribuunt, nisi dicatur esse formale participium naturę diuinæ secundùm omnem ipsius essendi plenitudinem. Appellant enim illam indefectibilem, immortalem, æternam, per eamque nos immortali, indefectibili, inuariabilique vita donari, & in vero stabili, indefectibilique *esse* constitui. Tribuunt illi *esse* simpliciter: 1. *ad Corinth.* 15. *Gratia Dei sum id quod sum.* Contrà verò, qui carent gratia, dicuntur non esse simpliciter: 1. *Corinth.* 13. *Si charitatem non habuero, nihil sum.* Rom. 4. *Vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt*, hoc est, vt *Basil. lib.* 2. *con. Eunom. medio* explicat, *Vocat Gentes, quæ quia gratia, quæ vita Dei est, carent, dicuntur simpliciter non esse.* Hester 14. *Ne tradas Domine sceptrum tuum iis, qui non sunt.* Igitur gratia est formale participium totius esse diuini: alioqui non posset illi tribui *esse* simpliciter.

Prob. rationc.

85. 3. Potissima operatio supernat. in quam, vt in finem vltimum, & maximam perfectionem suam destinatur gratia, est intuitiua visio Dei, inuariabilis, indefectibilis, tota simul, atque adeò æterna. Nequit autem hæc esse connaturalis formæ, quæ vel non sit ipsum inparticipatum & indeficiens *esse*, vel eius formale participium. 4. Per gratiam constituimur Filij Dei 1. *Ioan.* 3. ergo gratia est formalis participatio naturę diuinæ, secundùm omnem ipsius plenitudinem essendi. Conseq. prob. filiatio adoptiua Dei dicitur per similitudinem & analogiam ad filiationem naturalem, iuxta illud *ad Rom.* 8. *Quos præscivit & prædestinauit conformes fieri imaginis Filij sui.* Ergo sicut Filiatio naturalis postulat communicationem totius naturæ diuinę per substantialem generationem: ita filiatio adoptiua Dei postulat participatam communicationem totius naturæ diuinæ, per accidentalem generationē supernaturalem. Confir. 1. *Ioan.* 3. gratia dicitur semen Dei: Semen totam naturam viuentis participat: igitur gratia totam diuinam.

Prob. 3.

86. *Prob. 4.*

Confir.

87. Probat poster. partem 1. ex illo *Ioan.* 14. *Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* Et Genes. 1. *Faciamus hominē ad imaginem & similitudinem nostram.* Quem locum multi Patres de similitudine gratię interpretantur. Igitur per gratiam communicatur nobis participatiuè tota diuinarum personarum Trinitas, ad cuius similitudinem per gratiam regeneramur. 2. Visio intuitiua Dei habituali gratiæ proportionari debet, tanquam operatio propriæ formę, à qua procedit: sed hæc attingit naturam diuinam, vt est vna in se, & communicata tribus diuinis personis.

Quid gratia secundariò.

88.

89. 3. Pater æternus intellectu producit Verbum, quod est expressa imago intellectualis sui, & voluntate amorem, qui est vitalis impulsus æterni Patris & Filij in Spiritum S. Ita gratia habitualis per lumen glorię producit verbum beatificum, quod est intellectualis imago Dei; per charitatem verò amorem, qui est beatificus impulsus in Deū.

90. Tertia sententia affirmat, gratiam esse participationem naturę diuinæ, quà dilectiua sui tantùm est. Sequitur ex eorum sententia, qui gratiam à charitate non distinguunt.

3. Sent.

Quarta sent. asserit, gratiam esse physicam participationem naturæ diuinę quoad solum attributum sanctitatis. Fundam. vltimatus & primarius finis gratię habitualis, est reddere subiectum sanctum & rectum rectitudine morali coram Deo: propter quod sanctificans gratia appellatur, eique infusæ virtutes addontur, vt illam ad hunc finem iuuent consequendum.

91. *Quarta*

Quinta sent. docet, gratiam habitualem esse physicam & formalem participationem naturæ diuinæ, quà vitalis est formaliter: *Alnarez. lib.* 7. *de auxil. disp* 64. *Hyac. Choqueti to.* 1. *de gra. disp.* 12. & Thomist. asserentium, gratiam esse radicale principium vitale supernat. virtutes infusas esse proximas potentias vitales supernat. quibus anima euehitur ad eliciendos actus vitales supernaturales.

92. *Quinta*

Prob. 1. ex Scripturis & Patrib. à quibus gratia appellatur vita æterna: *ad Rom.* 6. *Gratia Dei vita æterna.* Ioannis 10. *Ego*, inquit Christus, *vitam æternam do eis.* Eadem appellatur fons aquæ salientis in vitam æternam, *Ioan.* 4. quia nimirum non solùm est radicale principium vitæ supernat. sicut anima vitæ naturalis; sed impulsu & virtute sua omnia opera honesta iustorum viuificat & digna reddit æternâ gloriâ. Nam sicut aqua eâdem proportione ascēdit, quâ descendit: sic gratia quātum è cælo ad terram per Dei infusionem descendit, tantum ipsa è terra ad cælum meritoriè ascendit.

93. *Prob. 1.*

94. 2. Vitalitas, quę est in actibus supernat. vt visione beatificâ, est intrinsecè supernaturalis: ergo procedere debet à principio vitali supernat. omnis enim effectus supponit causam sibi proportionatam. Hoc autem esse non potest nisi gratia & virtutes infusæ: non .n. poterit esse anima, vel eius potentiæ, quę supernaturales non sunt; atque ideò gratia & virtutes infusę sunt principia vitalia; ac formales participationes naturæ diuinę, quà vitalis est formaliter. 3. Si actus supernat. quà vitalis est formaliter, non procederet ab habitu infuso, sed à potentiâ animę, componeretur ex duplici entitate diuersi ordinis, nempe ex vitalitate naturali, & supernaturalitate; quod implicat: cùm nequeat vnus idemque actus esse naturalis & supernat. simul.

2. Rationibus sex

95.

96. 4. Potentiæ naturales animæ nostræ respectu actuum supernat. non solùm sunt imporportionatæ vt principia effectiua, sed etiam vt potentiæ vitales: ergo non solùm egent compleri in ratione principij effectiui, sed etiam in ratione potentiæ vitalis. Complentur autem radicaliter & remotè per gratiam; formaliter & proximè per virtutes infusas. Confirm. ex *S. Tho. 1. p. qu.* 12. *art.* 5. lumen gloriæ auget virtutem intellectiuam Beati, quo fit potens ad videndum Deum. Sed virtus intellectiua, vt intellectiua formaliter, est vitalis, ergo si auget illam vt intellectiuam, auget illam formaliter vt vitalem. 5. Habitus fidei & luminis gloriæ sunt formales participationes intellectus diuini; sicut charitas & reliquę virtutes infusæ sunt formales participationes voluntatis diuinæ; ergo eædem erunt formales participationes vitalitatis eiusdem intellectûs, & voluntatis diuinæ.

97.

98.

99. 6. Fides est, quâ intellectus ab intrinseco se mouet ad assentiendum reuelatis: lumen gloriæ, quo se mouet ad intuendum Deum: charitas, quâ voluntas se mouet ad diligendum Deum. Ita reliqui habitus infusi dant potentijs intrinsecam vim, quâ se moueant ad determinata obiecta attingenda. Ergo sunt principia vitalia: principium enim vitale est illud, quo anima ab intrinseco se mouet ad determinatum actum, eoque mediante ad determinatum obiectum.

Sexta

Digitized by Google

100. 6. Sent. Sexta sent. affirmat, gratiam esse physicam & formalem participationem naturæ diuinæ, quà intellectualis operatiua, non quà intellectualis vitalis est. Hanc apertè supponunt omnes, qui negant, habitus supernat. vitaliter concurrere cum animo ad actus supernat. ita *Molina* 1. *p. q.* 17. *art.* 5. *disp.* 1. §. *quicquid. Vasquez disp.* 43. *nu.* 11. *Suarez lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 9. *& cap.* 16. *n.* 5. *Arrub. disp.* 19. *n.* 4. *Ruiz disp.* 6. *sect.* 8. *n.* 3. *Salas* 1. 2. *q.* 3. *tract.* 3. *disp.* 5. §. 5. *ad* 2. eamque ex Thomistis docent *Nazar.* 1. *p. q.* 12. *art.* 5. *contro.* 2. §. *Tertio recol. & Nauarret.* 1. *p. to.* 1. *contro.* 37. §. 6. Nota 1. participatio naturæ diuinæ, altera eorum, quę sunt propria naturæ diuinæ, vt condistincta est ab omni aliâ naturâ, altera eorum, quę sunt illi communia cum creaturis. hîc non disputo de posteriori, sed de priori: inter quę hoc interest, quod posteriora participari possunt substantialiter à creatura, priora non nisi accidentaliter. quia quę sunt propria vnius naturæ, nequeunt fieri substantialiter alterius, nisi natura vnius commutetur in naturam alterius, quod implicat. Quæ autem sunt communia, fieri possunt substantialia alteri, absque eo quòd natura vnius trãsmutetur in naturam alterius. *Vt esse sensitiuum*, quia commune est bruto & homini, vtrique est substantiale, absque eo, quòd natura hominis fiat natura bruti. *Risibile* autem, quia est proprium hominis, potest accidentaliter communicari bruto, non substantialiter, absque eo, quòd bruti natura commutetur in naturam hominis. Quia *Risibile* fieri substantiale bruto, est principium radicale risibilitatis, quod est ipsa natura rationalis hominis, fieri proprium bruto, quod implicat. Vnde quia *esse, esse per se, esse principium intelligendi, & volendi*, sunt communia Deo cum creaturis, possunt fieri propria & substantialia creaturarum. Contrà verò, quia intueri Deum vt actũ purum, diligere ipsum propter se, nullo intercedente medio, cognoscere res creatas infallibili certitudine, operari indefectibiliter, sunt propria Dei, non possunt communicari substantialiter, sed tantùm accidentaliter creaturis. 2. genus perfectionum propriarũ Dei, alterum cõsistentium in indiuisibili, quę quomodocunque acceptę semper in suo explicito conceptu inuoluunt esse diuinum incommunicabile creaturæ, vt esse à se, esse independens, esse actum purum, & similia: Alterũ habentium latitudinem, quę licet sint propriè Dei, & in summo gradu nullo pacto communicabiles creaturæ, tamen abstractissimè sumptæ, & non secundùm illum gradum, quo competunt Deo, non ita inuoluunt esse diuinum, vt omninò repugnet, eas communicari creaturæ: vt intueri Deum actum purum, cognoscere res creatas cum omnimodâ infallibilitate, diligere Deum propter ipsum Deum, &c. 3. participatio naturæ diuinæ, virtualis vna, formalis altera. Formalis est, quando inter perfectionem, quę participatur, & perfectionem, à qua participatur, intercedit formalis conuenientia, saltem analoga: vt inter scientiam creatam, quę participatur, & increatam, à quâ participatur, intercedit formalis conuenientia in ipso analogo conceptu scientiæ, quæ est certa & euidens notitia per causas. Virtualis est, quando inter perfectionem, quæ participatur, & à quâ participatur, nulla intercedit formalis conuenientia, ne analoga quidem, vt inter corpus & spiritum. Quo fit, vt corpus, & vniuersaliter quidquid in suo essentiali conceptu imperfectionem inuoluit, non sit, nisi virtualis participatio esse diuini, in quo solùm eminenter continetur, quidquid in rebus creatis imperfectionem inuoluit. His positis,

101. *Duplex participatio naturæ diuinæ.*

102. *Duplex genus perfectionum propriarum Dei.*

103. *Duplex participatio naturæ diuinæ, formalis,*

Virtualis.

Dico 1. Gratia non est tantùm moralis, sed physica etiã participatio naturę diuinę. Fundam. hęc meliùs saluat, quo pacto gratia sit filiatio adoptiua Dei, ius hæreditandi vitam æternam, & semen Dei in nobis manens. cùm filiatio adoptiua Dei non fiat extrinseco tantùm affectu, vt in humanis, sed reali & intrinsecâ participatione naturę diuinæ, quâ efficimur similes Deo. 104. 1. *Concl.*

Confirm. sicut per gratiam physicè, & non tantùm moraliter participamus proprias operationes Dei, cuiusmodi sunt videre Deum, vt actum purum, amare illum propter se, operari indefectibiliter: ita per eandem physicè, & non tantùm moraliter participamus naturam eiusdem; cùm operatio proportionari debeat formæ, à quâ proficiscitur. Item hæreditas supponit in hærede proportionatum ius ad bona Patris: sed bona, quæ per gratiam hęreditamus, sunt ipsæ physicæ participationes diuinarum operationum: ergo supponere debent physicam participationem eiusdem naturę diuinæ. Præterea semen physicè participat naturam viuentis, à quo deciditur: ergo etiam gratia, quæ, teste Scripturâ, est semen Dei, physicè participat naturam diuinam, à quâ nobis communicatur. 105. *Confirm.*

Dico 2. Gratia non est physica, & formalis participatio naturæ diuinæ secundùm esse à se, independens, actum purum, & per essentiam existens: ex 3. not. formalis .n. participatio fundatur in formali conuenientia inter rem, quę participatur, & à quâ participatur: sed inter esse creatũ, & esse à se, independens, actum purum, & per essentiam existens, nulla intercedit formalis conuenientia, sed potiùs opposita disconuenientia; cùm vnum contradictoriè opponatur alteri, vt per se patet. 106. 2. *Concl.*

Dico 3. Gratia non est physica participatio naturæ diuinæ, quà est dilectiua tantùm sui, aut secundùm solum attributum sanctitatis. Prior pars constat ex *sect. præced.* in quâ probatum est, gratiam distingui à charitate, vt essentiam à proximâ potentiâ, ad vnum tantùm determinatâ. Est .n. gratia velut natura exigens, vt proprietates sibi debitas, habitus supernaturales infusos omnes. 107. 3. *Concl.*

Posterior pars prob. aut sanctitas est speciale attributum Dei distinctum à reliquis, aut transcendens, & inclusum in omnibus perfectionibus & attributis diuinis. Si secundum: sicut in hac sent. sanctitas non est peculiaris perfectio in Deo à cæteris distincta, sed transcendens, & inclusa in omnibus: ita gratia vt formalis participatio ipsius, non erit dicenda vnius tãtùm attributi participatio. Si primum: adhuc assertio prob. in hac sent. attributum sanctitatis in Deo est peculiaris perfectio in operando, per conformitatem ad rectum dictamen rationis, cum omnimoda repugnantia ad quodlibet peccatum. At gratia in nobis non est tantùm principium rectè operandi cum repugnantia ad quodlibet peccatum, saltem mortale; sed etiam principium radicale cognoscendi Deum, & res creatas cum infallibili certitudine: quod est quid distinctum à principio rectè operandi. 1. quia in Deo principium rectè operandi ratione distinguitur à principio infallibiliter cognoscendi: ergo etiam in nobis. 2. quia principium rectè operandi proximè & formaliter completur per virtutes appetitiuas: principium verò infallibiliter cognoscendi per virtutes intellectiuas. 3. quia licet ad rectè operandum requiratur aliqua notitia, non tamen necessaria est omnis, cuius radicale principium est gratia ipsa: nam gratia est radicale principium cognoscendi res fide, scientiâ infusâ, & visione beatâ: cùm tamen ad rectè operandum 108. *Ratio posterioris partis.*

sufficiat

sufficiat quæcunque cognitio ex his tribus.

109. 4. Concl. DICO 4. Gratia non est physica & formalis participatio naturæ diuinæ, quà vitalis est formaliter. Fund. vitalitas essentialiter postulat principium innatum & congenitum. At nec gratia, nec virtus supernat. est nobis vlla congenita & innata, sed ab extrinseco infusa, vt est de fide; ergo nec gratia, nec vlla virtus supernaturalis potest esse formalis participatio naturę diuinæ, quà vitalis est formaliter seu diuinæ vitalitatis, ex 2. not. ad formalē enim participationem requiritur formalis conuenientia in ipsâ perfectione, quæ participatur, cum perfectione, à quâ participatur. Maior prob. 1. habitus

110. Maior, in quâ difficultas prob. inductione. acquisiti, & species intentionales non sunt vitales, etiamsi sint intrinseca principia actuum vitalium, quia non sunt nobis ab intrinseco congenitæ & innatæ. Ergo ad vitalitatem requiritur, vt principium, à quo illa proficiscitur, sit nobis congenitum & innatum. 2. Principium proximum vitæ

111. eodem modo tendere debet in obiectum, sicut tendit principium remotum, nisi quòd illud instrumentaliter, hoc principaliter: atqui non eodem modo tendit habitus supernat. in obiectum, sicut potentia congenita & innata animę. Maior constat: cùm .n. principium proximum participet eandem vitam, sibi à remoto communicatam, debet participare idem vitę exercitium, eandemque tendentiam in obiectum, in qua vitæ cognoscentis exercitium consistit. Minor prob. anima, eiusque congenita potentia ad obiectum tendunt cognoscitiuè & appetitiuè: nullus autem habitus infusus ad obiectum tendit cognoscitiuè & appetitiuè, sed tantùm iuuando potentiam ad productionem actus: ergo non concurrit vitaliter: liquidem ad vitalitatem vitæ cognoscentis requiritur concursus cognoscitiuus, vel appetitiuus. Minor constat 1. quia non dicitur fides credere, aut lumen gloriæ Deum videre; sed intellectus fide & lumine adiutus: nec charitas dicitur Deum amare, aut spes sperare; sed voluntas charitate & spe instructa.

112. Lumen gloriæ non est vital. s potentia nec actus purus. 2. Si lumen gloriæ esset vitalis potentia cognoscitiua Dei per modum actus puri, deberet ipsum lumen esse actus purus. Deberet .n. esse in eodem ordine abstractionis, in quo est obiectum cognoscibile sc. actûs puri: nam ideò negatur à S. Tho. Thomistis, &c. vt possibilis substantia creata intuitiua Dei per modum actus puri, quia deberet esse in eodem ordine abstractionis cum obiecto ipso; cùm modus cognoscendi proportionari debeat modo essendi. At eadem ratio, quæ militat in principio cognoscitiuo remoto, militat in proximo: inductione .n. constat, in eodem ordine abstractionis cū obiecto cognoscibili esse vnum, atque alterum principium: in eodem principium sensitiuum cognoscitiuum proximum & remotum: in eodem principium cognoscitiuum humanum, & Angelicum proximum & remotum. Quia vtrumque tam proximum, quàm remotum, specificari debet ab eodem obiecto: & vtrumque cognoscere debet idem obiectum: ergo si vtrique competit idem modus cognoscendi obiectum per modum actûs puri: vtrique competere debebit idem modus essendi abstractus ab omni potentialitate. Vt 1. to.

113. Confirm. disp. 9. sect. 6. Confir. Si habitus infusus esset vitale complementum potentiæ, non posset à Deo extrinsecè suppleri. Quod quamuis cohærenter ad sua principia admittant Thomistæ, docentes, non posse potentiam vitalem animæ eleuari ad actum supernat. producendum, nisi per intrinsecam formam inhærentem; hoc tamen quàm falsum sit, constat ex ijs, quæ 1. to. disp. 9 sect. 12. Sequela prob. implicat, à Deo extrinsecè suppleri vitalem concursum potentiæ. Vitalis .n. concursus essentialiter postulat, vt sit ab intrinseco principio vitæ: est .n. *viuere*, teste S. Tho. 1. p qu. 18. art. 1 seipsum ab intrinseco mouere. Vnde in eo quòd ab alio mouemur, viuere non dicimur.

114. 5. Concl. DICO 5. Gratia nō est physica & formalis participatio S. Triadis, sed ad summum virtualis. Fundam. ad formalem participationem requiritur formalis conuenientia rei participatæ cum re, à qua participatur: at nulla formalis conuenientia reperitur in gratia cum S. Triade. altissima .n. perfectio Trinitatis in eo consistit, vt sit vna natura indiuisa in tribus personis, per omnimodam identitatem cum illis: cuius eminentissimæ perfectionis nullam formalem conuenientiam gerit gratia habitualis. Nam licet ipsa sit tanquam natura respectu virtutum infusarum, non est tamen identificata cum illis: nec subsistit in illis vt natura in personis, sed potiùs inhęret vt accidens in distincto subiecto. ipsa .n. inhæret animę, virtutes potētijs.

115. Verbum & amor beatificus mediante lumine gloriæ productus, non habet formalem conuenientiam cum verbo & amore diuino notionali. Nec verbum & amor beatificus, quos mediante lumine gloriæ, & charitate, producunt intellectus & voluntas beati, formalem habent conueniētiam cum verbo & amore diuino notionali: quorum perfectio in eo consistit, vt sint duæ personæ procedentes realiter distinctæ in vnâ indiuisibili naturâ, vtrique per omnimodam identitatem communicatâ. Quam perfectionem nullo pacto exprimere possunt verbum & amor creatus. Quod si quam verbi & amoris diuini similitudinem participant, non participant illam, quæ est in verbo & amore diuino notionali; sed quæ est in verbo & amore diuino essentiali: quorum perfectio in eo consistit, vt alterum sit vitalis expressio diuinæ essentiæ, & omnium obiectorum, quæ per modum speciei intelligibilis continentur in intellectu diuino: alter vitalis impulsus & appetitus infinitę & increatę bonitatis, quam similitudinem non solùm participant verbum & amor beatificus beatorum, sed quodlibet verbum & amor creatus.

116. Nec ex eo quòd intellectus per lumen gloriæ tendat in Deum, non solùm vt vnum, sed etiam vt trinum, arguitur aliqua formalis participatio Trinitatis secundùm esse physicum & reale: nam inter intellectum & intelligibile non requiritur formalis conuenientia in ratione entis, vt patet inter intellectum Angelicum & obiectum materiale, sed sola proportio in ratione cognoscentis & cognoscibilis, quæ esse potest, esto nulla sit in ratione entis. Quia vt intellectus cognoscat obiectum, sat ei est, vt contineat illud secundùm esse intentionale; hoc .n. sufficit ad cognoscendum illud intuitiuè & secundùm sc. Vnde secundùm hoc esse intentionale, vltrò concedo, lumen gloriæ esse formalem participationem Trinitatis: quia continet illam intentionaliter, imperfectè tamen & vt

117. Gratia habitualis cū virtutibus infusis est virtualis saltem participatio Triados. *quo*, vt to. 1. disp 9. sect. 3. Sequitur, quo pacto gratia habitualis cum virtutibus infusis, sit virtualis saltem participatio Triados: altissimam .n. illam communicationem eiusdem naturę in tribus personis per omnimodam identitatem, quę est in diuinis, gratia per sui communicationem cum virtutibus infusis, virtualiter saltem repræsentat. Hæc tamen virtualis repræsentatio Trinitatis, non est propria cum suis virtutibus, sed communis etiam animæ spirituali, & cuilibet naturę intellectuali cum suis potentijs. Propter quod Scholastici cum

Homo vestigium Trinitatis *Magist. in* 1. *dist.* 3. hominem appellant, *vestigium Trinitatis*. Est enim vestigium, teste S. *Thoma in* 1. *distinct.* 3. *quæst.* 2. *artic.* 1. imperfecta similitu-

do,

do, confusè ducens in cognitionem alicuius.

118. Dico 6. Gratia est physica, & formalis participatio naturæ diuinæ, vt absoluta & intellectualis est, non tamen, quà viraliter operatiua est, sed quà productiua, seu quasi productiua intellectualiter est. Fundam. Gratia vt principium radicale exigit omnes operationes proprias naturæ diuinæ, quatenus intellectualis est formaliter: atqui non exigit illas vt principium vitale formaliter; ex asser. 4. ergo saltem vt principium productiuum. Cùm enim gratia saltem per virtutes infusas, vt per suas proprietates & proxima principia actiuè concurrat ad operationes, proprias naturæ diuinæ, & non concurrat ad illas vitaliter, sequitur, vt saltem ad eas concurrat effectiuè, iuuando & eleuando principia vitalia ad esse supernaturale proprium Dei. Maior prob. propriæ operationes naturæ diuinę, quà absoluta & intellectualis est, sūt cognoscere se ipsam per modum actûs puri, & reliqua cum omnimodà infallibilitate & certitudine, amare se ipsum super omnia, & reliqua propter se, sanctè & iustè cuncta operari. Sed gratia per modum cuiusdam naturę exigit has omnes operationes: igitur gratia est physica & formalis participatio naturæ diuinæ, quà absoluta & intellectualis est. Quod sit formalis, non tātùm virtualis participatio, patet: in his enim omnibus operationibus conuenit gratia formaliter cum operationibus naturæ diuinæ, vt patet discurrenti per singulas.

119. *Excellentia gratiæ sanctificantis.* Hinc apparet excellentia gratiæ sanctificantis suprà reliquos habitus infusos, qui tantùm sunt participationes quædam determinatarum operationum; charitas & spes amoris diuini, quo Deus se ipsum diligit amore amicitię, & quo reliqua à se distincta amat amore concupiscentiæ; fides infallibilis notitię, quam Deus habet de se, & rebus omnibus; lumen gloriæ visionis suæ essentiæ; reliquæ virtutes morales infusę, participationes studiosarum actionum, quas Deus exercet erga creaturas. At verò gratia est forma immediatè participatiua totius naturæ diuinæ, quà intellectualiter participabilis est à creaturâ intellectuali: vnde *S. Thom.* 1. 2. *qu.* 110. *art.* 3. gratiam vocat *naturam diuinam participatam.*

120. Confirm. vt anima est radix suarum potentiarum, quas exigit vt naturales proprietates, estque illis eminentior: potentiæ verò sunt determinata principia & instrumenta ad determinatas actiones: Ita gratia est radix habituum supernat. quos exigit, vt naturales proprietates; estque omnibus eminentior: habitus verò determinata principia ad determinates operationes. Est igitur gratia habitualis, specialis & augusta quædam participatio naturæ diuinę, vt intellectualis est: omnes enim perfectiones, quę conueniunt naturę diuinę, vt intellectualis est, conueniunt & gratię, vt formæ ac principio primo radicali: vt sunt tres virtutes Theologales, lumen gloriæ, & reliquæ virtutes supernat. Vnde probabliliùs censeo, nec de potentia absoluta produci posse formam in genere accidentis supernat. perfectiorem gratia habituali sanctificante: quod etiam sentit *Suarez lib. 6. de gra. c.* 13. *n.* 9. & docui *to.* 1. *disp. sect.* 13. *asser.* 2. Fundam. non videtur possibilis forma creata, quæ perfectiùs participare possit esse diuinum, quàm gratia habitualis sanctificans. Illa .n. est suprema participatio naturę diuinæ in genere formę accidentalis, quæ est radix exigens supremas operationes naturę diuinæ: rectè enim ex operatione colligitur esse rei, & ex perfectissimâ operatione perfectissimum esse rei: sed gratia habitualis sanctificans exigit supremas operationes naturæ diuinę, quę possint creaturę communicari; vt sunt visio & amor sui: 1. quia immanentes, perfectiores transeuntibus: 2. quia his operationibus Deus ipse beatur: 3. quia habent perfectissimos terminos, Filium & Spiri. S. quorum ille actu visionis; hic actu amoris diuini producitur. Sed gratia habitualis sanctificans est radix exigens visionis & amoris diuini: ergo in ratione formę accidentaliter participantis esse diuinum, est omnium suprema: sicut .n. nequit excogitari perfectior operatio diuina communicabilis creaturæ, quàm visio & amor beatificus: ita neque excogitari poterit perfectior forma accidentalis perfectiùs participans esse diuinum. Quocirca, sicut in esse substātiali non potuit Deus perfectiùs ad extra se cōmunicare quàm per vnionem hypostaticam: ita neque in esse accidentali potest perfectiùs se communicare, quàm de facto se communicat per gratiam habitualem sanctificantem. Vnde sicut prior communicatio constituit Filium Dei naturalem; ita posterior Filium Dei adoptiuum. Confir. si perfectior habitus possibilis foret, de facto communicatus esset Christo, cui ratione vnionis hypost. naturaliter debetur quodcunque donum creatam possibile finitum.

In esse substantiali non potuit se Deus perfectius communicare quàm per vnionē hypost. in accidentali per gratiam

121. *Dices.* Produci potest forma, quæ non tantùm exigat visionem Dei, amorem beatificum, & reliquas supernat, operationes, tam virtutum Theolog. quàm moralium infusarum, sed etiam alias operationes proprias Dei, vt notitiam infusam rerum, cognitionem futurorum contingentium, secretorum cordium, futurorum conditionalium, lumen propheticum, donum perseuerantiæ, gratiam confirmationis, actionem creandi, operationes miraculosas, &c. Igitur possibilis est forma acciden. perfectiùs participatiua esse diuini. *Confir.* 1. Confirm. 1. Vnio hypost. est forma creata perfectiùs participans esse diuinum; cùm essentialiter exigat ipsum esse personale Verbi increati. 2. Producibilis est habitus gratiæ indistinctus à charitate, & reliquis virtutibus infusis: ergo talis gratia esset perfectior, quàm de facto est: quia simpliciùs atque adeò perfectiùs in vnâ entitate contineret omnes perfectiones, quas de facto continet per plures habitus distinctos.

Nec de potentia absoluta produci potest forma accidētalis perfectior gratia habituali sanctificante.

122. *Resp.* 1. Resp. nego, possibilem esse formā acciden. quæ connaturaliter exigat perfectiores operationes diuinas. Vnde in primis nego, prędictas operationes esse perfectiores clarâ visione Dei & amore beatifico: 1. quia illæ sunt circa Deū immediatè; illę immediatè tantùm circa creaturas: 2. quia operationes immanentes Dei sunt perfectiores transeuntibus Dei: ergo etiam participationes operationum immanentium sunt perfectiores participationibus transeuntium. Sicut enim se habent operationes ipsæ Dei, ita & participationes earum.

124. *Secundò* 2. Nego, scientiam infusam non esse debitam gratiæ habituali, non quidem in hoc statu viæ, in quo ad maius meritum debetur tantùm illi notitia obscura fidei, sed in statu patriæ, in quo succedit clara notitia rerum, non solùm in Verbo, sed etiam extra Verbum. An autem per idem lumen gloriæ, an per distinctum habitum, controuersia est 6. *to. disp.* 20. *sect.* 11. cognitio verò futurorum contingentium, secretorum cordium, futurorum conditionalium, & lumen propheticum, non sunt debita gratiæ habituali, non quia sunt præstantiora lumine gloriæ, cùm hoc versetur immediatè circa Deum ipsum vt actum purum, illa circa effectus creatos: sed quia impediunt morale dominium, quod vnaquæque creatura intellectualis habet circa suas liberas actiones: vt 2. *to. disp.* 12. *sect.* 1.

Digitized by Google

125. *Non potest produci habitus cui debitum sit donum perseuerantiæ in hoc statu viæ.*

Nego autem, produci posse habitum, cui debitum sit donum perseuerantię, aut confirmationis in gratiâ in hoc statu viæ. Quia nullus habitus viæ tollit à voluntate creatâ intrinsecam mutabilitatem seu instabilitatem in operando. Ergo nullus habitus viæ exigere potest naturaliter donum perseuerantiæ, vel confirmationis in gratia: hoc enim importat perseuerantem modum rectè operandi per totam vitam, qui non potest esse debitus, nisi formæ confirmanti ac stabilienti voluntatē ad bonum, qualis est visio gloriosa, & vnio hypostatica.

Dices. Prædestinato debetur donum perseuerantiæ: ergo non repugnat esse debitum creaturę. Resp. deberi prędestinato ratione decreti diuini extrinseci, non formę creatæ intrinsecæ: ratione cuius tantùm negamus, posse deberi creaturæ.

126. *Actio creatiua non est connaturaliter communicabilis creaturæ.*

Cæterùm actio creatiua non est connaturaliter communicabilis creaturæ: quia supponit perfectionem actûs puri in ipso principio connaturaliter creante, vt *to.* 1. *disp.* 8. *n.* 22. & *disp.* 9. *n.* 170. similiter neque connaturaliter communicari potest vlla actio miraculosa, vt testatur *S. Tho.* 2. 2. *qu.* 178. *art.* 1. *ad* 1. quia omnis actio vt sit miraculosa, debet efficere aliquid præter, aut contra leges naturæ: quod nulli creaturę potest connaturaliter competere; cùm omnis creatura hoc ipso, quòd est creatura legibus naturæ subiecta fit oporteat: proinde nequit connaturaliter operari præter, aut

127. *Ad 1. conf.* contra leges naturæ. Ad 1. confirm. conced. vnionem hypost. perfectiùs participare esse diuinum: illud tamen non participare in ratione formæ acciden. & vt *quod*, sed in ratione modi substantialis, & vt *quo*. Ad 2. resp. talem gratiam fore perfectiorem quoad modum tantùm continendi suas

128. *Ad secundam.* perfectiones, quia vnitiùs & simplicius eas contineret: non quoad maiorem perfectionem, cùm nullam maiorem contineret illa, quàm contineat ista, nisi quòd eadem, quas continet ista radicaliter & distinctè, contineret illa identicè & indistinctè; vnde solùm diceretur perfectior quoad simplicitatem continendi perfectiones, non quoad aliquam perfectionem, quam contineret illa, & non contineret ista.

Corollaria doctrinæ.

129. *Deducitur* 1. gratiam habitualem esse perfectam filij intellectualis Dei ad optionem; quæ in hac vita inchoatur per similitudinem naturæ diuinę in esse reali, in patriâ complebitur per similitudinem eiusdem in esse intentionali: quam intensionalem similitudinem postulat filius intellectualis vt sic, vt 1. *to. disp.* 18. *sect.* 7.

Corell. 2.

130. *Gratia, & non charitas, est amicitia inter nos & Deum.*

Deducitur 2. gratiam, non autem charitatem, aut quacūque aliam virtutem infusam, esse amicitiam inter nos & Deum: non æqualitatis, sed inæqualitatis & excellentiæ, qualis est inter inferiorem & superiorem, ex *Arist. in Ethic.* amicitia n. fundatur in similitudine naturę: sola autem gratia est similitudo naturę diuinæ: ea nempe forma est participatio naturæ diuinę, quę est principium omnium intellectualium operationum naturæ diuinę: at sola gratia est radicale principium omniū oper. participatarum illius: reliquæ virtutes sunt tantùm participationes determinatarum operationum eiusdem. Requiritur tamen charitas vt connaturale complementum amicitiæ ex parte creaturę. Duo quippe ad amicitiam requiruntur, vnum ex parte obiecti diligibilis, alterum ex parte principij dilectiui: amici n. non solùm supponi debent similes in naturâ, sed etiam potentes & habiles ad se mutuò diligendos. Fit autem creatura similis Deo in naturâ per gratiam habitualem, ac proinde obiectum amicabiliter diligibile à Deo: fit verò connaturaliter potens ad redamandum amicabiliter Deum per charitatem: atque adeò charitas complet connaturaliter amicitiam nostri ad Deum. Dixi *connaturaliter*: essentialiter n. sufficit gratia cum exigentiâ vel charitatis, vel auxili diuini supplentis munus charitatis.

131. *Gratia nostra est eiusdem rationis physicæ cum gratia habituali Christi,*

Deducitur 3. gratiam nostram esse eiusdem rationis physicæ cum gratia habituali Christi, differre tamen moraliter. Prior pars prob. vtraque gratia est perfecta participatio naturæ diuinæ, quantum accidentaliter à creatura participari potest: ergo nequeunt specie physicâ inter se differre. Nam omnis specifica differentia sumi debet per ordinem ad aliquod nouum esse: si autem vtraque gratia est perfecta participatio naturæ diuinæ, quantū accidentaliter à creatura participabilis est, nequit aliquod physicum esse reperiri in vna, quod non reperiatur in alia. Antec. constat: cùm nequeat perfectior participatio acciden. naturę diuinę excogitari, quàm per principium radicale exigens visionis Dei, & amoris beatifici eiusdem, cui per se debeantur reliquæ virtutes infusę, tam

132. *Differt moraliter* Theologicæ, quàm morales. 2. Pars ostend. Gratia habitualis in Christo, per coniunctionem ad personam Verbi, supponitantis naturam humanam moraliter participat eundem valorem & dignitatem personæ suppositantis; persona n. non solùm significat naturam, quam immediatè supponitat, sed etiam accidentia omnia, quæ mediante naturâ sustentat. *Dices.* Gratia habitualis in Christo est

133. productiua; in nobis non est productiua: ergo non solùm moraliter, sed etiam physicè inter se differunt. Forma enim productiuâ specie differt à non productiuâ, cùm diuersum habeat specificatiuum. Maior probatur: gratia Christi est productiua gratiæ nostrę: Christus enim teste *Triden. sess.* 6. *cap.* 16. iugiter virtutem influit in iustos, vt caput in membra, & vitis in palmites: influit autem per gratiam habitualem & virtutes infusas. Resp. Quidquid sit de minori: neg. maior quoad productionem physicam; conced. quoad productionem moralem, de quâ tantùm *Triden.* vt constat ex *cap.* 7. vbi enumerans causas nostræ iustificationis, efficientem ait esse Deum; meritoriam autem, quę cum morali recurrit, Christum. Moralis productio non discriminat essentialiter vnam gratiam ab aliâ: hęc n. formaliter sumitur ex dignitate personæ diuinæ, extrinsecâ gratiæ.

134. *Gratia est in prædicamento qualitatis.*

Deducitur 4. Gratiam, & reliquas virtutes infusas collocari in prædicamento qualitatis. Verùm controuersia est non modica, ad quam speciem qualitatis spectent, & quidem virtutes ad primam speciem habitus spectare, nulli dubium est: cùm in ea locentur omnes habitus operatiui cuiusmodi sunt omnes virtutes infusæ. Difficultas est de gratia, quæ secundùm Thomistas operatiua non est. Vnde discrepant Scholastici, in quâ specie ex 4. ab *Arist. cap. De qualitate* assignatis locanda sit. Alij in prima, alij in 2. alij in 3. alij in 4. locandam putant. Ego cum *S. Tho.* 1. 2. *qu.* 110. *art.* 3. *ad* 3. *& de verit. qu.* 27. *art.* 2. *ad* 7. *Conrad.* 1. 2. *qu. & art. cit. Vasquez* 2. *to. in* 3. *p. disp.* 124 *n.* 69. *Curie.* 1. 2. *qu.* 110. *art.* 3. *dub.* 2. *§.* 21. *vers. Ex his concl. Turria. opus.* 3. *de gra. dub.* 8. *&c.* locandam existimo in prima specie, quę

Gratia est in prima specie qualitatis. dicitur dispositio: in quâ non solùm locantur habitus operatiui, sed quęlibet forma bene, vel malè subiectum disponens ad aliquod esse. Cùm igitur gratia optimè disponat, eucharque animam adesse supernaturale, locanda erit in 1. specie, non habitûs, sed dispositionis, in quâ etiam reponitur character, qui animum consignat & disponit ad

quædam

Digitized by Google

quędam munia & officia supernaturalia validè ac dignè obeunda.

135. *Deducitur* 5. Etsi gratia & virtutes infusę non sint vitales participationes naturæ diuinę, vt intellectualis est, totum tamen compositum ex anima rationali & gratia, virtutibusque infusis est vitalis participatio illius, vt intellectualis est. Totum .n. compositum est principium vitale supernat. licet vt vitale, sit participatio naturæ diuinæ, vt communicabilis tantùm est naturaliter: supernaturale verò participatio eiusdem, vt communicabilis est supernaturaliter. Cùm .n. repugnet substātia creata supernaturaliter vitalis, vt *to. 1. disp. 9. sect. 6.* substantia ipsa naturaliter vitalis completur per gratiam & virtutes infusas in ratione principij intellectiui supernaturalis.

136. *Ad fund. prima.* Ad fund. primæ sent. conced. antec. de participatione adæquatâ naturæ diuinæ, contra quam tantùm procedit argumentum: nego de participatione inadæquatâ, qualis est gratia habitualis.

137. *Ad 1. Conf.* Ad 1. confir. esto Patres *cit.* testimonium Petri explicent de consortio morali, non propterea tamen negant physicum: de quo illud explicat *S. Thom. 1. 2. q. 110. art. 3.* non enim morale pugnat cum physico. Ad 2. Nego antec. vt patet ex dictis.

138. *Ad 1. secunda.* Ad primum 2. sent. neg. conseq. non enim S. Tho. dicit, *Quidquid in Deo est substantialiter, fieri in anima accidentaliter:* Sed indefinitè, *Quod in Deo est substantialiter;* & intelligi potest de vnâ tantùm perfectione, vt ipse exemplificat de scientia, & bonitate, quæ sunt determinatæ participationes naturæ diuinę. Ad 2. neg. assump. Ex eo enim quòd gratia dicatur æterna, indefectibilis, immortalis, inuariabilis, non sequitur, quòd sit formalis participatio naturæ diuinæ secundùm esse imparticipatum, independens, & à se; sed tantùm quòd sit formalis participatio secundùm esse æternum, indefectibile, immortale, & inuariabile, quòd vltrò concedo; cùm non repugnet huiusmodi perfectiones participari à creatura. Confir. si gratia esset formalis participatio naturæ diuinæ secundùm esse imparticipatum, independens, & à se, ipsa gratia diceretur imparticipata, independens, & à se. Sicut ex eo quòd est formalis participatio esse æterni, indefectibilis, immortalis, & inuariabilis, dicitur æterna, indefectibilis immortalis, inuariabilis. Cæterùm tribuitur gratiæ habituali

139. *Ad 2.*

140. *Gratia habituali tribuitur esse simpliciter.* esse simpliciter, non quòd sit participatio totius esse diuini, sed quia quę à gratia proficiscuntur, semper manere dicuntur in scientia approbationis Dei, tanquam ea, quæ Deo maximè placent. Contrà verò, quæ à gratia non proficiscuntur, non approbantur à Deo, atque adeò non dicuntur manere in ipsius approbatiua scientia. Ad 3. neg. minor.

141. *Ad 3.* Sufficit enim vt visio intuitiua Dei supponat in beato formalem participationem diuini luminis, quà est intellectiuum Dei per modum actûs puri.

142. *Ad 4.* Ad 4. neg. conseq. Ad prob. concedo, filiationem adoptiuam Dei dici per similitudinem filiationis naturalis, non adæquatè, sed inadæquatè. Ad confir. gratia dicitur semen Dei, non quia participat totum esse Dei, sed quia participat propriùm esse intellectiuum ipsius, quod in Deo est

143. *Ad primū posterioris.* principium generatiuum. Ad 1. posterioris partis secundæ sent. Resp. *vit. Ioan.* intelligi de aduentu & mansione diuinarum personarum in ratione obiecti & finis fruibilis, modo infrà explicando. Testimonium *Genes.* intelligitur de similitudine naturæ diuinę per gratiam secundùm esse

144. absolutum. Ad 2. ostensum iam est, vt mediante gratiâ homo cognoscat Deum vt Trinum, necesse non esse, vt gratia sit formalis participatio Trinitatis in esse reali, sed tantùm in esse intentionali. Ad 3. patet ex dictis.

145. Ad 3. & 4. sententiam constat ex 3. assertione.

146. *Ad 1. sent. 5.* Ad 1. quintæ sent. dicitur gratia vita æterna, quia simul cum anima est principium visionis beatæ, quæ est felicissima participatio actualis vitæ & æternitatis Dei. Dicitur etiam vita animæ: quia sicut anima viuificat corpus, vt possit opera vitæ exercere: ita gratia viuificat, vt possit opera æternę

147. vitæ elicere. Ad 2. neg. minor. Principium enim proportionatum adęquatum vitalis supernat. est anima, siue potentia vitalis simul cum virtute infusa. Ad prob. concedo, animam, eiusque potentias solas non esse principium proportionatum vitalitatis supernat. esse tamen proportionatum principium vnà cum virtutibus infusis.

148. Ad 3. neg. sequel. vitalitas .n. quæ est in actu supernat. non est naturalis, sed supernat. quia non distinguitur à supernaturalitate, quę est in actu supernat. Proinde nulla est compositio ex naturâ rei inter vitalitatem, & supernaturalitatem, sed tantùm rationis. Neque ex eo, quòd principia ipsa, vitale & supernat. sint reipsa distincta, distinctæ quoque erunt vitalitas & supernat. in actu, vt patet de causa 1. & 2. quæ licet distinguantur inter se, earum tamen actio & effectus non distinguuntur. Similiter potentia & species realiter distinguuntur; non vitalitas respondens potentiæ, & expressio obiecti respondens speciei.

149. *Obiic.* *Dices:* Vitalitas potentiæ est naturalis: ergo non potest in actu supernat. producere vitalitatem supernat. *Resp.* Resp. non potest per se sola, concedo; non potest simul cum habitu infuso, nego. Idem quippe argu. soluendum est ab aduers. qui communiter non negant, potentiam animæ simul cum habitu infuso vitaliter partialiter concurrere in actum supernat. Nam illa partialis vitalitas, quæ est à potentia naturali, vel est naturalis vel supernat. Dicendum igitur ab ipsis, & nobis est, illam esse supernaturalem, quia non producitur ab anima per concursum debitum naturalem, sed per indebitum supernat. proinde non producitur cum differentia naturalitatis, quæ oritur ex concursu naturali debito, sed cum differentia supernaturalitatis, quæ oritur ex concursu supernat. indebito. Potentia enim influit in actum supernat. secundùm præcisam rationem vitalitatis, quæ ex adiuncto concursu supernat. fit; & contrahitur per differentiam supernaturalitatis, vt *fusiùs de potentiâ obed.*

150. *Ad 4.* Ad 4. principium vitale duo essentialiter inuoluit, vim productiuam actus, & formalem proportionem in ratione vitæ cum eodem actu & obiecto: principium .n. vitale debet producere actum, eoque mediante percipere, vel appetere obiectum: quod non potest, nisi formalem proportionem habeat in eodem genere proximo vitæ cum illo. Propterea enim potentia visiua nequit percipere obiectum intelligibile, sed tantùm visibile, quia non habet formalem proportionem cum intellectione & intelligibili, sed tantùm cum visione &

151. *Resp.* visibili. Resp. igitur, quoad formalem proportionem in ratione vitæ vt sic, potentiā intellectiuam, & appetitiuam animæ non esse actui, & obiecto supernat. improportionatam: quia in ratione vitæ non est vlteriùs perfectibilis per gradum vitę altioris, cùm non detur vita intellectiua superior: esse tamen improportionatam in ratione entis: quia vita intellectiua animæ est naturalis; vita intellectiua actus est supernaturalis. Hæc tamen improportio materialiter se habet ad rationem vitæ

Digitized by Google

vt sic, quæ solùm dicit proportionem in ratione cognoscentis, cognitionis, & agnoscibilis. Sicut eadem anima in ratione causæ materialis non est vlteriùs complebilis, cùm per seipsam immediatè sit receptiua gratiæ: etsi cum hac proportione in ratione causæ materialis anima retineat essentialem improportionem cum eâdem gratiâ in ratione entis, quia vna est naturalis, altera supernat. quæ improportio se habet in ratione causę materialis, vt patet. Cæterùm simpliciter dicendum est, potentias vitales animę esse improportionatas quoad esse vitale: quia hoc essentialiter postulat vim productiuam actûs vitalis, secundùm quam potentiæ
852. animę sunt incompletæ, complebiles per habitus supernat. Ad confir. Dicitur à *S. Tho.* lumen gloriæ augmentum virtutis intellectiuæ, non in ratione formalis proportionis vitę intellectricis cum
853. actu, & obiecto intelligibili; sed in ratione virtutis productiuę, quam essentialiter includit potentia vitalis. Ad 5. disting. antec. sunt formales participationes quoad formalem proportionem cum actu & obiecto in genere vitę intellectricis, nego; sunt formales participationes quoad vim productiuam actùs intellectionis & volitionis, ad vitalitatem essentialiter requisitam, concedo.

854. Ad 6. Est fides principium, quod ab intrinseco se mouet ad assentiendum cognoscitiuè, nego; elicitiuè, concedo. Pari modo reliquę virtutes infusę sunt principia elicitiua actuum supernat. non perceptiua, aut appetitiua obiectorum; quod requiritur ad rationem vitalitatis.

SECTIO V.

An gratia habitualis effectiuè concurrat cum qualibet virtute infusa ad actus supernaturales.

855. *Affirmat*

PRima sent. affirm. *Suarez lib. 6. de grac. 13. nu. 14.* Fundam. anima effectiuè concurrit vt principium vitale vniuersale cum omnibus suis potentijs vitalibus cognoscitiuis ad earum vitales actus: ergo etiam gratia habitualis effectiuè concurrere debet vt principium vniuersale supernat. cum anima ad singulos actus supernat. infusarum virtutum producendos. Quia non solùm debent eleuari potentiæ per virtutes infusas, vt principia proxima elicitiua actuum supernat. sed ipsa etiam anima vt principium remotum vniuersale elicitiuum eorundem actuum supernat. Confir. sicut anima concurrit ad actus supernat. influxu diuerso ab eo, quo ad eosdem concurrunt potentię: ita diuerso eget principio supernaturali eleuante ac proportionante ipsam ad talem influxum.

856. *Negant*

Secunda sent. negatiua *Caiet. 1. 2. qu. 110. art. 3. fine, Conradi ibid. ad 3. Ferrar. 3. con. gen. cap. 151. Medina 1. 2. loco cit. fine*, & Thomist. Eaque apertè colligitur ex *S. Tho. qu. 27. de verit. art. 2. ad 7.* vbi docet, gratiam habitualem non esse propriè habitum, quia non immediatè ordinatur ad actum, sed ad esse: vnde *Caiet.* & *Conrad.* ex sent. *S. Tho.* gratiam vocant habitum essendi, non operandi, quia solùm tribuit esse supernaturale animæ, non operari, nisi radicaliter. Fundam. gratia habitualis comparatur ad actus supernat. sicut anima ad suos actus naturales; sed anima non est immediatè & proximè operatiua suorum actuum natur. quos tantùm operatur medijs potentijs, vt proprijs instrumentis: ergo neque gratia habitualis est immediatè operatiua suorum actuum supernat. quos tantùm operatur medijs habitibus & virtutibus infusis, tanquam proprijs potentijs.

857 *Secunda sententia probabilior.*

Vtraque sent. probabilis est: secunda probabilior, non propter assignatum fundam. cùm verius sit, animam vt principium primum vitale actiuè concurrere cum singulis potentijs vitalibus cognoscitiuis ad suos actus vitales producendos cùm nequeat actualis vitalitas saluari, nisi per actiuum influxum principij vitalis in actum; nec solùm potentię vitales, sed anima vt principium vniuersale vitale se moueat cum potentia ad obiectum cognoscendum vel appetendum: sed propter
858. *Fundam.* hoc: quia sola virtus infusa sufficit ad eleuandam potentiam, & animam ad supernaturaliter concurrendum in actus supernat. vitales; & gratia non est forma vitalis respectu actuum supernat. sicut est anima: ergo superfluè ponitur actuum vitalium immediatè productiua: cùm ad actus supernat. non comparetur vt vita radicalis, quasi per illos cognoscat, aut appetat obiectum. Antec. prob. potest vna eademque forma efficienter eleuare plura principia ad eundem actum producendum, effectiuè coagens cum pluribus principijs, vt constat de habitu acquisito, & specie intentionali effectiuè coagentibus cum potentia & anima simul ad actum notitiæ producendum.

859. *Dices.* Anima connaturaliùs eleuatur ad producendum actum vitalem supernat. per formam immediatè sibi inhærentem, quàm per formam mediatè tantùm sibi inhærentem, qualis est habitus immediatè tantùm inhærens potentiæ. Fateor ex hoc capitè connaturaliùs fore: at quia ex alio potest eadem forma cum duobus principijs effectiuè coagere, & vtrumque simul actiuè eleuare ad productionem supernat. ne huiusmodi entia actiua supernat. multiplicentur, probabilius dico, gratiam habitualem non coagere cum anima ad actus supernat. Præsertim cùm similis difficultas sit de actu ipso, qui eleuat in genere causæ formalis potentiam & animam simul ad obiectum percipiendum, appetendumve, etiamsi gratia habitualis actiuè concurrat ad actum supernat. producendum, cùm actus vitalis non præbeat effectum formalem vitalitatis, nisi per formalem communicationem sui. Quare actus vitalis immediatè inhæret tam potentiæ, quàm animæ, vt vtraque accipiat effectum formalem vitalitatis: ac proinde potest eadem forma in genere causæ formalis eleuare plura subiecta; & à fortiori in genere causæ effectiuæ plura principia actiua.

Probabile est gratiam habitualem actiuè concurrere cum anima.

Actus vitalis immediatè inhæret tam potentiæ quàm animæ.

860. *Discrimen gratiæ & animæ à priori.*

Ad fundam. primæ sent. Anima est principium vitale, quod essentialiter postulat immediatum influxum actiuum in actus vitales, cùm debeat his mediantibus cognoscere & appetere, sc. per actiuam tendentiam in obiectum cognoscibile & appetibile. Gratia *ex sect. 4.* non est principium vitale actuum supernatur. Neque ex eo quòd anima diuersum præbeat concursum, diuerso indiget principio supernat. eleuante; quod requiritur tantùm ad supernaturalizandum actum: quæ ratio supernaturalitatis est eadem in quolibet concursu actiuo, esto ille ex parte principij vitalis sit diuersus. Ratio: concursus non est in principio producente, sed in effectu producto, qui vno eodemque indiuisibili concursu à pluribus proficiscitur principijs: inter quæ, si aliquod est supernaturale, erit totus supernat. vt patet de concursu, qui simul proficiscitur ab habitu supernat. & à potentia vitali. Quia semper causa fortior sibi effectum assimilat: inter causam autem naturalem & supernat.

Digitized by Google

nat. fortior supernat. nam ad effectum concurrit secundùm vltimam & specificam suam differentiam: naturalis verò ad actum supernat. non concurrit, nisi secundùm rationem aliquam generica, quæ contineatur in virtute causæ naturalis, & cuius ipse supernat. effectus est capax, vt est ratio entis, accidentis, qualitatis &c. communis cum causa supernaturalis. Ille enim non est capax rationis specificæ ac propriæ causæ naturalis, quà naturalis est; cùm illa opponatur supernaturalitati.

161. *Discrimen causalitatis formalis & efficientis.*

Petes. Cur potest idem actus vitalis in genere causæ formalis reddere duplex subiectum formaliter viuens, non potest autem idem concursus vitalis in genere effectiui reddere duplex principium actiuè viuens: proinde per eundem actum productum tantùm à potentia, anima ipsa denominari actiuè ac vitaliter tendens in obiectum, in quod tendit potentia ipsa. Resp. Quia causalitas formalis est vnio formæ cum subiecto: causalitas efficientis est actiua emanatio effectus à causa. Potest vna forma intrinsecè vniri subiecto, esto intrinsecè sit vnita alteri. Non potest actiua emanatio vnius causæ fieri actiua emanatio alterius, per solam formalem vnionem cum illa; sed essentialiter requiritur, vt ipsa actiuè proficiscatur à causa: Cùm igitur de ratione principij vitalis sit, actiuè seipsum mouere in obiectum, repugnat, vt vnum principium vitale dici possit seipsum actiuè mouere in obiectum per solum actiuum influxum alterius principij, sibi formaliter tantùm vnitum. Confirm. sicut nequit actiuus influxus effectus à causa denominare causam formaliter vnitam cum effectu: ita è conuerso, nequit formalis vnio actiui influxus in subiecto denominare illud actiuè agens. Ratio: istæ sunt denominationes desumptæ ex proprijs & specificis differentijs diuersarum causalitatum, quarum vna nequit per alteram suppleri.

SECTIO VI.

An cum gratia habituali infundantur omnes virtutes supernaturales, tam Theologicæ, quàm morales?

162. *Duplex genus virtutũ supernat.*

DVplex genus virtutum supernaturaliũ communiter distinguunt Theologi, alterum Theologicarum, alterum moralium. Priores sunt tres illæ, fides, spes, charitas; ideò Theologicæ dictæ, quia pro immediato obiecto habent Deum, in quem proximè tendunt, & à quo specificantur. Posteriores sunt reliquę supernat. respondentes virtutibus cardinalibus moralibus 4. prudentiæ, iustitiæ, temperantię, fortitudini, obiecto & motiuo ab his discrepantes. De prioribus definit *Triden. sess. 6. cap. 7.* eas in ipsa iustificatione cum remissione peccatorum infundi: De posteribus controuersia est, an illæ simul cum gratia infundantur.

163. *Negant.*

Prima sent. negat: ita *Henric. quodlib. 6. qu. 12. Scot. in 3. dist. 36. art. 3. Rubio. qu. 1. art. 1. & 2. Durand. in 3. dist. 33. qu. 6. & dist. 34. qu. 1. n. 9. & dist. 36. qu. 1. n. 9. & qu. 2. n. 5. Argent. in 3. dist. 35. art. 1. dist. 36. art. 1. Ocham in 4 q. 3. ad 4. dub. Gabrie. in 4. dist. 4. qu. 1. art. 2. concl 8. Almas. in 3. dist. 34. qu. 1. ante 1. concl. Veg. lib. 6. in Tridentinum cap. 27.*

164. *Probant 1. & de inceps.*

Prob. 1. homo sufficienter disponitur in ordine ad finem supernat. per virtutes Theolog. tres, per quas immediatè ordinatur in finem: & per cardinales acquisitas 4. per quas immediatè ordinatur in media, ad finem conducentia. Neque dicas, infusas morales requiri ad meritum: nam cardinales acquisitæ, vt imperatæ à charitate, sunt æternæ vitę meritoriæ: ergo neque ad meritum sunt necessariæ. 2. Vix potest assignari diuersitas motiui formalis inter acquisitas, & infusas morales: omnes enim versantur circa eadem media; idem est medium iustitiæ acquisitæ, & infusæ: ergo nec in virtutib. discrimen. 3. Si cum charitate, & reliquis Theolog. infunderentur morales, puer baptizatus perueniens ad vsum rationis; nec non peccator iustificatus, statim posset promptè & faciliter earum actus exercere: hoc autem est contra experientiam, & rationem: alioqui certo experimento scire possemus, nos habere huiusmodi virtutes, & consequenter gratiam iustificantem, cum talibus coniunctam; contra *Triden. sess. 6. cap. 9.* 165. 166.

Quartò. Cùm ipsa iustificatione peccatoris manent vitia opposita virtutibus moralibus, vt constat ex difficultate exercendi, etiam post iustificationem, actus virtutum. Nequeunt autem virtutes morales manere cum oppositis vitijs: ergo, 167.

5. Si darentur virtutes morales infusæ, darentur etiam illę in appetitu sensitiuo, in quo probabiliter sunt acquisitę, sc. tẽperantia, & fortitudo. Repugnat autem, vt virtutes supernat. sint quoad entitatem materiales, cuiusmodi esse deberent infusæ in appetitu sensitiuo virtutes. 168.

Secunda sent. affirmat, cum virtutibus Theol. infundi etiam cardinales 4. eiusdem rationis cum acquisitis: *Marsil. in 4. qu. 10. p. 2. art. 1. post argu. con. 1. concl.* fauet ex parte Scotus, dum docet, eas infundi pueris baptizatis in instanti beatitudinis; & authores primæ, qui ideò negant has virtutes morales infusas, quia putant esse superfluas; manifestè supponentes, eas esse eiusdem rationis cum acquisitis. Funda. est argu. 2. pro primâ adductũ. 169. 2. *sent.*

Tertia sent. docet, eas & semper cum charitate infundi; & esse diuersæ rationis ab acquisitis: *Bonauen. in 3. dist. 23. qu. 5. S. Tho. 1. 2. qu. 63. art. 3. & 4. & qu. 65. art. 3. & de virtutib. art. 10. Caiet. Conrad. Medin. 1. 2. locis cit. Ægid. in 2. dist. 27. qu. 1. ar. 1. Capreo. in 3. dist. 33. art. 1 concl. 3. & art. 3. ad argu. con. 3. concl. Palud. qu. 1. art. 3. Richar. ar. 1. qu. 2. Maior. in 4. dist. 4 qu 1. concl. 2. Ocham in 3. qu. 12. art. 4 ad 5 dub. Bacho. in 3. dist. 34. art. 1. Gabriel. in 3 dist. 33. art. 3. dub. 2.* licet postea *Ocham & Gabriel* sent. mutarint *in 4. cit. Valen. 1. 2. dist. 5. qu. 6. Vasquez disp 86 cap. 2. Curiel. 1. 2. qu. 63. art. 3. dub. vn. §. 3. concl. 2 Suarez lib. 6. de gra. cap. 9. Turria. de necess. gra. disp. 8. dub. 17. Consinc. de actib. supernat. disp. 6. dub. 2.* fauet *Albert. in 3 dist. 36. art. 2. Sylui. 1. 2. q. 63. ar. 3.* Cui magnum authoritatis pondus attulit *Catech. Rom. de baptis. §. sed vt bapt. effectus:* vbi gratiæ addi docet nobilissimum virtutum omnium comitatum seu copiam. Quam etiam tradidisse videtur *Auguſt. in Psal. 83. versic. Ibunt de virtute in virtutem*, siue vt legit, *ambulabunt à virtutibus in virtutem. Illa* inquit, *virtutes quatuor cardinales, nunc in conualle plorationis per gratiam Dei donantur nobis.* Fundam. homo per gratiam eleuatus ad esse supernaturale non solùm eget virtutib. Theolog. vt connaturaliter operari possit circa finem supernat. ad quem immediatè per eas ordinatur; sed etiam moralib. infusis, vt connaturaliter etiam operari possit circa media ad finem supernat. ducentia, ad quę proximè ordinatur per eas: Ad hoc autem non sufficiunt acquisitæ: ergo concedendæ morales infusę. Nam *Dei perfecta sunt opera. Deut. 32.* ergo quâ ratione infundit Theologicas, vt per 170. 3 *Longè probabilior.* 171. *Et sequida.* 172. *Fundam.*

illas

Digitized by Google

illas connaturaliter attingamus finem supernat. eâdem infundit morales supernat. vt per eas connaturaliter attingamus media proportionata fini. Minor prob. morales acquisitæ non transeendunt medium rationis, à prudentiâ naturali præscriptum. Igitur concedendæ morales infusæ, quæ attingant medium rationis supernat. à prudentiâ infusâ dictatum. Iustitia .n. acquisita solùm adequat ius, quod proximus habet in politiâ Ciuili: iustitia infusa adæquat ius, quod proximus habet in politiâ cœlesti, quâ pars est & conciuis cœlestis Patriæ: temperantia & fortitudo acquisitæ moderantur concupiscibilem & irascibilem, in ordine ad bonum honestum naturale rationis: temperantia & fortitudo infusæ in ordine ad bonum honestum supernat. Prudentia acquisita dictat, quod videtur fini & rationi naturali conforme: infusa, quod videtur fini & regulæ supernat. cõsentaneũ.

173. *Confirm. 1.* Confirm. 1. ex *S. Tho. 1. 2. quæst. 65. art. 3.* non minùs Deus prouidet homini de medijs ad finem supernat. quàm ad naturalem: sed ad consequendum natur. non modò illi confert appetitum vniuersalem ad bonum in communi, sed etiam inclinationes particulares ad bona particularia, vt ad media, quibus ad finem ipsum peruenitur. Ergo ad finem supernat. non solùm non confert illi virtutes Theol. quæ illum immediatè ordinant ad finem, sed etiam morales infusas quę illum immediatè ordinẽt ad media, quibus ad finẽ peruenitur.

174. *Confirm. 2.* 2. Ex oppositâ sent. sequeretur, pueros baptizatos, vel peccatores iustificatos hinc ante vllam moralem virtutem acquisitam decedentes, non fore in Patria quoad morales virtutes bene instructos. Nec satisfacit Scotus respondendo, eos sufficienter instrui per charitatem in ordine ad omnia volibilia. Charitas .n. non disponit ad omnia volibilia sub propria ratione elicitiuè, sed tantùm sub communi, nempe vt volibilia propter Deum. Ergo adhuc debet beatus rectè disponi in ordine ad volibilia sub proprijs rationibus elicitiuè, velut sub proprio motiuo iustitiæ, religionis,

175. *Respondet Scotus 2.* obedientię, &c. Respondet 2. eas infundi in instanti beatitudinis. Sed contrà: probabiliùs dici posset, eas infundi cum ipsa gratia; quæ eas connaturaliter postulat; & Deus liberalis est in largiẽdo.

3. 3. Beatos has virtutes sibi acquirere per actus frequentatos in Patria. Sed contrà: quia saltem ad primos actus non esset beatus connaturaliter dispositus.

176. *Corollar. 1.* Deducitur 1. Virtutes morales infusas esse 4. diuersæ rationis ab acquisitis: quippe quæ diuerso nituntur motiuo: & respondent cardinalibus acquisitis 4. quæ conueniunt cum infusis in obiecto materiali, differunt in formali. Dicuntur Cardinales, vel quia sunt veluti Cardines, in quibus vita humana, seu naturalis, vt in acquisitis, seu supernaturalis, vt in infusis continuò voluitur: Vel quia sunt principales quædam virtutes, ad quas cæteræ

177. *Corollar. 2.* morales reducuntur. 2. Has 4. virtutes morales cum gratia infundi, & cum gratia simul corrumpi. Nec est eadem ratio de fide & spe, quæ, corruptâ gratiâ, non corrumpuntur, nisi oppositis actibus hæresis, & desperationis. Hæ .n. duæ inchoant statum vitæ supernat. & sunt, vt Patres & Concilia docent, fundamentum & initium salutis: reliquę consummant eum statum: Potest autem esse initium & inchatio aliqua supernat. vitæ sine ipsa vita, quę est gratia: non potest, saltem connaturaliter, esse perfectio supernat. vitæ absque ipsa vita. Ergo potest connaturaliter esse fides & spes sine gratia, non reliquę virtutes, spiritalem vitã consũmantes.

178. *Corollar. 3.* 3. Cum gratia dari virtutes Theologicas, & infusas morales, & omnes personas diuinas, per modum obiecti & finis fruibilis & specialis tutoris ac protectoris, in ordine ad finem & beatitatem supernat. *Ioan. 14. Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* Ratione cuius communicationis dicuntur diuinæ personæ inhabitare animam iusti, vt proprium templum. Fundam. gratia & virtutes infusæ dicunt peculiarem habitudinem ad Deum, & ad omnes diuinas personas, vt ad principium, & obiectum fruibile; ergo cum illis speciali modo nobis donantur diuinæ personę. Vt 1. *to. disp. 28. sect. 3.*

179. *Ad argum. primæ.* Ad 1. argu. primę sent. patet ex dictis, per virtutes Cardinales acquisitas nos non disponi ad media honesta supernat. superiori regula præscripta: ideò infusę sunt necessariæ, non simpliciter, sed ad perfectiùs connaturaliusque operandum. Neque .n. per Scotum fides & spes infusę sunt neces- *Scotus.* sarię simpliciter, siquidem sufficiunt acquisitę, & tamen ad certius perfectiusque credendũ, ac sperandum dantur infusę: ergo idem dicas de reliquis virtutibus. Ad 2. neg. antec. Ad prob. concedo, vtrasque virtutes tam infusas, quàm acquisitas versari circa idem medium materiale, non circa idem motiuum formale, quo specificè distinguuntur. 180.

181. *Habitus infusi dantur ad simpliciter posse, non ad faciliè.* Ad 3. neg. sequel. Cùm .n. habitus infusi dentur ad posse simpliciter, & compleant potentias de se incompletas & impotentes ad actus supernat. non conferunt eam facilitatem, quam conferunt acquisiti, qui præsupponentes posse completum potentiarum, illas vlteriùs facilitant ad exercitium actuum, tollendo, vel minuendo extrinseca impedimenta, quæ se tenent cùm ex parte passionum, tum ex parte organorum, à quibus in operando rationales potentiæ in hac vita pendent: idque per frequentationem actuum. Infusi verò, cùm nec acquirantur per actus, quippe qui prærequiruntur vt principia per se ad actus, minuere non possunt hæc extrinseca impedimenta: sed solùm conferunt intrinsecam facilitatem per modum inclinationis ad proprium obiectum. Quæ facilitas sensibilis non est, vt est illa, quę per remotionem impedimentorum, & habilitatem organorum, ex frequentatione actuum comparatur. Quo fit, vt nemo certò scire possit, an tales virtutes in se habeat: nam quia sunt in subiecto impedito passionibus, & organorum debilitate, nequeunt promptè & faciliter operari: leg. *S. Thomas 1. 2. quæst. 65. artic. 3. ad 2. & 3. parte quæst. 69. artic. 4.*

182. *Ad quartũ.* Ad 4. Resp. 1. neg. mino. Cùm .n. in mea sent. habitus acquisiti consistant in speciebus, ab actibus frequentatis auctis atque perfectis; cumque species vnius actus non sint incompossibiles cum speciebus oppositi actus, neque habitus vnius erit incompossibilis cum habitu alterius. Dicitur nihilominus vnus habitus acquisitus corrumpere oppositum, non quoad entitatem, sed efficaciam: quia dum vnus augetur, minuitur alter quoad ipsam efficaciam mouendi, & excitandi potentiam.

183. *Virtus infusa non opponitur physicè vitio.* 2. Conced. minor. de virtutibus moralibus acquisitis, neg. de infusis. Acquisita .n. physicè opponitur vitio, non infusa. Quæ sicut habet diuersum obiectum formale ab acquisita, ita nequit eandem oppositionem habere cum opposito vitio, sed ad summum habebit oppositionem materialem, ratione materialis obiecti, in quo cum acquisita conuenit. Ad 5. Quidquid sit de maiore, de quâ alibi, neg. minor. Ens .n. supernaturale reperiri potest in ente etiam materiali, vt constat de modo sacramẽtali, quo Christi corpus præsens est sub specieb. Eucharist. 184. *Ad 5.*

Digitized by Google

Eucharist. qui supernaturalis est, indebitus cuicunque corpori, subiectiuè materialis, proportionatus subiecto; & de vnione hypost. quâ corpus Christi vnitur Verbo, quę materialis est, proportionata subiecto, & tamen supernaturalis quoad essentiam. Ex his patet ad fund. 2. sent.

185. *Censura opposita sint.* Quantum ad certitudinem nostræ sent. *Capreol. in 3. dist. 33. art. 3 ad 2. Durand. con. 3. concl.* oppositam appellat *Erroneam*: Conrad. 1. 2. *qu. 63 at. 3. §.* nota, *nouam & contra determinationem Ecclesiæ in clementina de summa Trinitate*, vbi vt probabilior eligitur opinio asseuerans, infundi virtutes in paruulis baptizatis: Medina ibid. *ingentem temeritatem*: quin de Fide putat, aliquas saltem dari virtutes morales, ab acquisitis distinctas, vt pœnitentiam, prudentiam, Religionem, continentiam.

186. Dico cum *Vasquez 1. 2. disp. 86. cap. 2.* Curiel. ibid. *art. 3. §. 4. Suarez lib. 6. de essen. gra. cap. 9. &c.* affert. nostrâ contineri intra terminos probabilioris sent. & Patrib. magis cõformis; nec oppositam censurâ vllâ dignam. Omnia .n. testimonia Script. Concil. Patrum facilè explicantur de virtutib. Theolog. de quibus tantùm fit expressa mentio in Concilijs, aut de actibus ad quos eliciendos diuinâ ope iuuamur.

SECTIO VII.

An dona habitualia, à virtutibus distincta, infundantur cum gratiâ præter virtutes supernaturales.

187. *Quid sit donum.* SVmitur hic donum, non secundùm communem notionem pro omni re, quæ à Deo gratis donatur: sic .n. omnes virtutes tam gratum facientes, quàm gratis datæ sunt dona; sed appropriato nomine, pro quibusdam habitibus supernat. distinctis à virtutibus: quòrum munus sit, operari secundùm peculiarem instinctum Spiritûs S. extraordinario modo mouentis creaturam ad opera sua. Hoc sensu grauis est concertatio, an tales habitus cõcedendi sint à virtutibus infusis distincti, qui simul cum charitate & gratiâ infundantur & cum ea corrupta corrumpantur.

188. *Affirmant.* Prima sent. affirmat: *Alen. 3. p. qu. 62. mt. 2. Henric. quodl. 4. quæst. 23. S. Tho. 1. 2. qu. 68. art. 1. Caiet. Conra. Medin. ibid. Albert. in 3. dist. 34. artic. 1. & 2. Bonauen. ibid. 1. p. dist. art. 1. qu. 1. Richar. art. 1. qu. 1. Argen. art. 2 Palud. qu. 1. art. 1: concl. 2. & 3. Capreo. ar. 1. concl. 1. Valen. 1. 2. d. 5 qu. 8. pun. 1. Suarez lib. 6. de essen. gra. cap. 10. Sylui. 1. 2. qu. 68. art. 1. &c.*

189. *Fundam. Alen.* Fundam. *Alen.* Virtutes infusę dantur ad rectè agendum, dona verò ad resistendum, & rectè patiendum. Ergo dona reipsa distinguuntur à virtutibus infusis: alia .n. virtus est, quæ ordinatur ad agendum, alia quę ordinatur ad patiendum, vt patet in virtutibus & facultatibus naturalibus.

190. *Henri.* Fundam. Henrici. Virtutes operantur cum anxietate & tristitia; dona cum gaudio & lætitia: ergo dona distinguuntur à virtutibus. Fortitudo .n. virtus sustinet pericula mortis, sed cum tristitiâ; fortitudo donum cum lætitiâ, *Actor. 5. Ibant Apostoli gaudentes à conspectu Concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.* Vnde dona dicuntur perficere virtutes, quia adiuuant illas ad meliùs perfectiusque operandum.

191. *S. Tho.* Fundam. *S. Tho.* Dispositio mobilis proportionatur motori: sed triplex est humanæ mentis motor: ergo triplex concedenda est dispositio, triplici motori proportionata. Maior. prob. quantò motor est altior, tantò perfectiori dispositione debet ei mobile proportionari: perfectiùs .n. debet esse dispositus discipulus ad altiorem Magistri doctrinam capiendam. Minor constat. Mens .n. humana apta est primò moueri ab humana ratione, naturalis prudentię norma directa, circa actus & fines naturales: 2. à ratione, fidei diuinæ regula illustrata, circa actiones & fines naturam excedentes; 3. peculiari instinctu & impulsu Spiritûs S. ad opera quædam heroica & excellentia: Primo motori respondet virtus acquisita: secundo virtus infusa: tertio donum habituale.

192. *Fund. Valen.* Fundam. *Valen.* Io Christo sunt omnia septem dona, ex illo *Isaiæ. 11. Et requiescet super eum Spiritus Domini, Spiritus sapientiæ & intellectus, Spiritus consilij & fortitudinis, Spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum Spiritus timoris Domini.* Sed in Christo non sunt omnes virtutes infusæ 7. cùm non sit fides: ergo dona distinguuntur à virtutibus infusis.

193. *Palud.* Fund. *Palud.* &c. Quotiescunque assignari possunt distincti actus, assignari debent distincti habitus: at in iustis assignari debent distincti actus ab actibus virtutum; ergo & distincti habitus habitibus virtutum. Maior constat: hoc enim postulat suauis prouidentia Dei, vt omnia quoad fieri possit à creatura connaturaliter fiant. Ideò infundit nobis tres virtutes Theolog. Cardinales 4. in Patria lumen gloriæ, vt omnia ista connaturaliter operemur, per principia intrinseca & permanentia. Minor in qua est difficultas, prob. actus non solùm distinguuntur ex obiecto, sed ex modo attingendi obiectum: sed operari præcisè ex instinctu Spiritus S. dicit modum operandi circa obiectum diuersum; sc. suprahumanum, regulatum tantùm regulâ diuinâ. Ergo, etiamsi obiectum virtutis, & doni sit idem, adhuc possunt specie distingui, penes distinctum modum operandi.

194. *Confirm.* Confir. 1. *ex Philos. qui 7. Ethic. cap. 1.* distinguit virtutem heroicam, quam & diuinam appellat, à virtute ordinariâ, penes modum tantùm operandi diuersum. Quia virtus heroica circa idem obiectum operatur modo suprahumano iuxta regulam rationis diuinæ. 2. Cùm virtutes datæ sint homini iuxta modum operandi humanum, non possunt se extendere ad modum operandi supra-humanum. Igitur ad hunc modum operandi necessaria fuere dona à virtutibus distincta.

195. *Secundò.*

196. *2. Sent.* Secunda sent. negat, dona distingui à virtutibus infusis: *Magist. in 3. dist. 34 cap. 1. Altisidor. lib. 3. Summæ tract. 11. qu. 1. Scot. in 3. dist. 34. qu. vn. §. Ad istam qu.* non asserendo: *Rubio. qu. 1. §. Quantum ad dona. Gabriel. qu. vn. art. 2 concl. 2. Maior. qu. Almai. qu. 1. concl. 2. Polat. disp. vn. Bacho. art. 1.* qui licet dona distinguat à virtutibus acquisitis, non ab infusis. In quo differt à Scoto; qui, cùm nullas agnoscat morales infusas, dum dona non distinguit à virtutibus, ea non distinguit ab acquisitis; *Vasquez 1. 2. disp. 83. cap. 2. simul cum Duran. in 3. dist. 34. qu. 1. nn. 9.* dubius est: quamuis *3. p. disp. 44. cap. 2.* absolutè neget, dona distingui à virtutibus infusis.

197. *Dona non distinguuntur à virtutibus infusis, nisi penes connotata.* Dico, cum 2. sent. dona non distingui à virtutibus infusis, nisi penes connotata. Virtus .n. connotat modum operandi ordinarium; donum verò extraordinarium, per peculiarem instinctum & impulsum Spiritus S. vnus .n. idemque habitus operans ex præuiâ motione ordinariâ Spiritûs S. circa suum obiectum, dicitur virtus; operans ex præuiâ motione extraordinariâ & suprahumanâ circa idem obiectum, dicitur Donum. Vnde sicut septem sunt virtutes infusæ, tres Theolog. Cardi-

nales

nales 4. ita dona 7. ex *cit. Isai.* sapientia, intellectus, scientia, consilium, pietas, fortitudo, timor. Nomine sapientiæ designatur charitas, Iob 28. *Timor Domini*, vtique filialis, *ipsa est sapientia*: seu teste Bernard. *sapida scientia*, quæ non solùm scientiam, sed etiam affectum erga Deum includit: designatur & spes, quæ est charitas erga seipsum. Intellectus designat fidem: sicut .n. intellectus, ex *Philos. 6. Eth. 6.* est circa prima principia naturalia, ita fides circa prima reuelata. Scientia est eadem fides circa ea, quæ immediatè deducuntur ex reuelatis: sicut scientia est circa conclusiones deductas ex principijs naturalib. Consilium designat prudentiam, quæ *teste Philos. 6. Eth. 5.* est habitus consultiuus de agibilibus. Pietas donotat iustitiam, quæ alterius ius adæquat. Fortitudo exprimit ipsam virtutem fortitudinis. Nomine timoris importatur temperantia: homo enim timore Dei carnis passiones circa delectabilia temperat, *Psal. 118. Confige timore tuo carnes meas.*

198. Has virtutes 7. dum Spiritus S. præuia motione extraordinariâ hominem euehit ad excellentissimos actus intra suum formale obiectum exercendos, dona appellamus, ex *Grego. 2. moral. cap. 36. Donum quippe Spiritûs, quod in subiecta mente ante alia prudentiam, temperantiam, fortitudinem, iustitiam format: ipsa sc. Spiritus S. motio extraordinaria: eandem mentem vt contra singula quaque tentamenta erudiat in septem mox virtutibus temperat*: hoc est, ab eâ motione virtutes formantur, dum eleuantur ad actus circa suum formale obiectum præstantissimos eliciendos. Fundam. nullus potest assignari actus proprius donorum, qui non possit attribui alicui ex enumeratis virtutibus 7. At totum fundamentum asserendi, dona distingui à virtutibus, est; quia assignari possunt actus ita proprij donorum, vt nequeant elici à virtutibus. Maior prob. examinando fundamenta aduersariorum.

199. *Fundam.*

200. *Ad Fund. Alen.* Fundam. *Alen.* falsum est; quælibet .n. virtus ex eodem motiuo, quo inclinat ad prosequendum bonum, inclinat ad oppositum malum vitandum (alioqui non foret sibi ipsa sufficiens, si non posset contrario resistere) inclinat ad agendum, quando, & vbi oportet; & ad patiendum, quando, & vbi expedit. Igitur non sunt propter hoc dona à virtutibus distincta ponenda. Ad secundum *Henri.* nego, operari cum gaudio & lætitiâ arguere distinctum specie habitum, sed tantùm perfectiorem intra eandem speciem. Quin *Arist. 2. Ethi. 3.* proprium cuiusque virtutis esse ait, operari delectabiliter. Est .n. delectatio signum habitûs perfectè acquisiti. Non ergo propter delectationem ponendus est aliquis habitus à virtutibus distinctus; cùm illa possit esse effectus aut perfecti habitûs, aut motionis Spiritûs S. habitum adoperandum excitantis, & adiuuantis. Fundam. *S. Tho.* rectè probat, eò debere perfectiore dispositione mobile disponi, quò motor ad perfectiorem formam mouet. Sed hactenus probatum non est, Spiritum S. peculiari instinctu mouere mentem humanam ad perfectiorem actum essentialiter, quàm possit virtus infusa producere, sed tantùm ad perfectiorem accidentaliter, ad quem non est opus habitu specie distincto, sed sufficit perfectior motio Spiritûs S. adiuuans habitum virtutis ad perfectissimum actum intra suam speciem. Sicut tunc debet discipulus cum perfectiore dispositione specifica ad bene capiendam magistri doctrinam accedere, quando doctrina est diuersa specie: Secus quando illa specie diuersa non est. Tunc .n. eadem dispositio sufficit ad capiendam quamcunque intra eandem speciem, accedente meliori propositione docentis. Neque conuincit fundam. *Val.* licet .n. in Christo non sit fides, est tamen scientia infusa de ijsdem obiectis, quæ nos fide credimus, vt *6. to. disp. 20. sect. 1.* ac proinde sunt in Christo virtutes infusæ 7. & consequenter dona Spiritûs S. sola ratione & connotatione à virtutibus diuersa.

201. *Ad 2. Henric.*

202. *Ad S. Tho. Fundam.*

203. *Ad Valen. fund.*

Ad vlt. fund. neg. Mior. Ad prob. nego, hactenus assignatum esse modum, qui essentialiter actum doni ab actu virtutis discriminet. Vel .n. discriminatur ex eo, quòd actus à dono procedat necessariò, à virtute liberè. Et contrà est: tum quia per actum doni non mereremur: vnde hæc dona non essent collata ad merendum: & consequenter nec per ea Christus meritus fuisset. Tum quia actio necessaria & libera non variant essentialiter actum in esse physico, secundùm quod tantùm actus pendet ab habitu. Constat; eundem .n. actum physicum producit habitus, necessariò concurrens cum voluntate ad motus indeliberatos, & liberè ad motus deliberatos. Vel discriminatur ex eo, quòd actus procedens à dono, procedat ex præuia motione peculiari Spiritus S. At hæc peculiaris motio non variat essentialiter actum, nisi ratione noui motiui formalis, aut ratione noui modi essentialiter diuersi, redundantis in ipsum actum. Cæterùm hic nouus modus non apparet qui sit, vel esse possit. Vel discriminatur ex eo, quòd actus procedens à dono, sit intensior actu ipso virtutis. Verùm hoc, vt per se patet, speciem non mutat, sed perfectiorem tantùm reddit intra eandem speciem.

204.

205.

206.

Vel discriminatur ex eo, quòd actus procedat à dono sub præciso motiuo, quia inspiratur à Spiritu S. à virtute verò sub proprio motiuo formali ipsius virtutis. Sed contrà: hâc sent. vnum tantùm esset donum, non septem, quia vnum tantùm esset motiuum formale omnibus actibus commune, nempe honestas ipsa actûs, vt inspirabilis à Spiritu S. Vel discriminatur ex eo, quòd donum vltimatè intendat solam honestatem actus, virtus verò etiam honestatem obiecti. Sicut actus, quo quis vult contritionem, specie differt ab ipsa contritione. Nam prior specificatur à sola honestate contritionis, posterior etiam ab honestate obiecti. Sed contrà: tum quia dona ab aduers. ponuntur vt præstantiora virtutibus: vnde ea conferri dicuntur ad actus heroicos & præstantissimos. At sæpe præstantior est actus directus specificatus ab obiecto, quàm reflexus specificatus ab actu directo, vt certum est de omnibus actibus aliquo modo versantibus circa Deum: tum quia habitus actûs reflexi includitur in habitu actûs directi, quod sic ostendo. Habitus proportionatur actibus, ad quos eliciendos infunditur; sed omnis actus directus præter honestatem obiecti, virtute etiam continet honestatẽ sui ipsius: propter quod dicitur virtualiter intentus & volitus: Qui .n. intendit honestatem obiecti, simul etiam intendit honestatem actûs, quo in obiectum tendit. Ergo etiam habitus actûs directi, præter honestatem obiecti, virtute etiam continet honestatem actûs directi, à quâ habitus specificatur vt *quo*, ab obiecti honestate vt *quod*. Ergo idem habitus inclinans potentiam ad honestatem obiecti, inclinabit etiam ad honestatem actus. Ad 1. confirm. nego, discrimen virtutis heroicæ ab ordinaria circa idem obiectum formale, esse essentiale, sed tantùm accidentale, vel ratione maioris intensionis & conatus operantis; vel ratione nobilioris, aut maioris materiæ circa quam, vt de liberalitate & magnificentia sentire videtur *S. Tho. 2. 2. qu. 134. art. 1. ad 1.* vbi docet, liberalem non

207.

208.

Habitus actus reflexi includitur in habitu actus directi.

209. *Ad priorem confirm.*

Digitized by Google

non esse magnificum quantum ad actum, quia desunt illi ea, quibus vti necesse est ad actum magnificum: Esse tamen magnificum in habitu, quia, habitâ copiâ pecuniæ, per eũdem habitum exercere potest actum magnificentiæ, qui ab actu liberalitatis solâ quantitate materiæ discriminatur. Quod maximè verum est de habitibus infusis, qui perfectiores sunt acquisitis, vt potè qui habent se instar potentiarũ. Ad 2. confir. neg. antec. Cùm .n. modus ille operandi suprahumanus non variet essentialiter actum, poterit ab eadem virtute infusâ proficisci: tenet .n. se tantùm ex parte præuiæ motionis Spiritûs S. qui mentem humanam mouet ad actus virtutum, non seruatâ regulâ discursûs & modi agendi humani, dependenter à quo virtutes infusæ operantur; non ex parte ipsius entitatis actus, qui siue vno, siue alio modo excitetur, semper fertur in idem obiectum formale virtutis. Sicut idem habitus acquisitus, siue excitetur præuia motione liberâ, siue necessariâ, semper fertur in idem obiectum formale, à quo specificatur.

210. *Ad posteriorum.*

211. *Quid sint beatitudines.*

Deducitur, quid dicendum sit de beatitudinib. quæ quatuor numerantur à *Luca cap.* 6. octo à *Matth. cap* 5. quid de fructibus Spiritus S. quos 12. recenset *Apost. ad Gala.* 5. sunt .n. beatitudines, teste *S. Tho.* 1. 2. *qu* 69. *art.* 1. non habitus, sed actus; non quicunque, sed perfectissimi: quos propterea ibid. S. Doctor attribuit potiùs donis, quàm virtutibus. Est .n. beatitudo, operatio, per quam tendimus in futuram beatit. & per quam efficimur spe beati, *Rom.* 8. *spe salui facti sumus.*

212. *Quid fructus Spiritus.*

Fructus verò sunt, quæcunque bona opera, quę habent rationem vltimi & delectabilis. Fructus .n. dicitur, quod vltimo ex arbore decerpitur, cùm ad maturitatem peruenerit, quandam in se suauitatem habens. Per cuius analogiam fructus in spiritualibus, dicitur quęcunque operatio hominis, quæ ex virtute, vt ex arbore cum quadam delectatione vltimò procedit. Quæ si procedat ex principio virtutis naturalis, dicitur fructus naturalis; si ex principio virtutis supernat. dicitur fructus Spiritûs S. à quo omne datum optimum, & donum perfectum procedit.

SECTIO VIII.

An virtutes infusæ actiuè dimanent à Gratia?

213. *Affirmat.*

PRima sent. affirmat *Caiet* 3. *p. qu.* 62. *art.* 2. &c. *recent. Thomist.* Mouentur 1. auth. *S. Doct.* qui 1. 2. *qu.* 110. *art.* 3. *ad* 3. *& art.* 4 *ad* 1. *&* 3. *p. q.* 62 *ar.* 2. *& in* 2. *dist.* 26. *qu.* 1. *art.* 4. docet, gratiam esse principium radicale omnium virtutum infusarum, quæ ab ea effluunt, sicut potentiæ ab anima.

214. *Ratio* 1.

2. Ratione. Gratia se habet ad virtutes infusas, sicut essentia ad proprietates: sed ab essentiâ effectiuè dimanant proprietates; ergo etiam virtutes infusæ à gratia. Alioqui non seruaretur eadem proportio inter virtutes infusas & gratiam, quæ est inter proprietates & essentiam. Nec sola proportio prioris & posterioris sufficit, aliàs albedo diceretur proprietas quantitatis, voluntas intellectûs, & quodlibet posterius respectu prioris præsuppositi.

215. *Secunda.*

2. Non repugnat, virtutes infusas effici à gratia: ergo ita dicendum: quia hoc meliùs saluat proportionem virtutum infusarum cum gratia, vt proprietatum cum essentiâ. Et quia virtutes infusæ sunt participationes diuinarum perfectionum: quę modo nostro concipiendi cum fundamento in re, præsupponunt diuinam naturam, ab eaque oriri concipiuntur: ergo etiam vt participatę supponere debent aliquam naturam, à quâ realiter & actiuè dimanent.

216. *Negant probabilius.*

Secunda sent. nega. *Suarez lib.* 6. *de gra. cap.* 13. *n.* 19. *Coriel.* 1. 2. *qu.* 110. *art.* 3. §. 3. *ad vlt. &c. infrà cit.* Fundam. si virtutes infusæ actiuè à gratia fluerent, necessariò fluerent; atqui non necessariò fluunt: semper .n. fluerent, semper essent cum gratiâ, quia causa necessaria semper suum effectum producit. At non semper virtutes infusæ sunt eum gratiâ coniunctę. Constat. 1. de fide, quæ non est in Christo, nec in vllo beato, in quo tamen est gratia. 2. de lumine gloriæ, quod non coniungitur cum gratiâ viæ, quę est eadem cum gratia Patriæ. 3. fides & spes, interdum à Deo infunduntur ante gratiam, vt *seq. sect.* ostendam. Non igitur illę naturaliter petunt produci à gratia: alioqui Deus miraculosè illas produceret, non secus ac miraculosè se solo produceret potentias animę: Sequela prob. si virtutes infusæ actiuè fluerent à gratiâ, non liberè fluerent, quia fluerent vt à causa naturali non impeditâ. Non .n. gratia in producendis suis proprietatibus penderet à libertate creaturæ, sed ante omnem liberum vsum creatæ voluntatis illas sibi produceret: sicut anima, ante omnem liberum vsum, naturales proprietates sibi producit. Igitur semper, & in omni statu illas sibi produceret.

217. *Respondent aduersarij.*

Concedunt, fidem & spem non emanare effectiuè à gratiâ, negant tamen id de reliquis virtutibus: quarum pro diuerso statu, aut diuerso subiecto, aliquę emanant in vno statu, aut subiecto, quæ non amanant in alio statu, vel subiecto. Vt lumen gloriæ emanat in Patria, non emanat in via: castitas infusa emanat in homine, non emanat in Angelo: sicut calor, & lux solis aliquos effectus habent in igne & sole, quos non habent in reliquis subiectis.

218. *Sed contrà*

Sed contra primum: quia non est potior ratio de vna virtute, quàm de cæteris. Contra secundum: quia nequit diuersitas status, aut subiecti impedire naturales proprietates, quin illę necessariò emanent à naturâ, quando in quolibet statu, & subiecto est eadem, vt est gratia viæ & Patriæ, Angeli & hominis. Causa .n. naturalis non impedita semper sibi suos effectus producit; vt constat de natura humana, quæ etiam in Patria generatiuam, & augmentatiuam potentiam sibi producit, esto neutra ibi habitura sit effectum. Ratio: varietas status, aut subiecti, non variat intrinsecam vim productiuam formæ, à qua tantùm pendet emanatio naturalium proprietatum.

219.

Neque exempla de calore & luce sunt ad rem. Ideò enim calor & lux aliquos effectus habent in igne & sole, quos non habent in cæteris subiectis: quia in igne & sole sunt coniuncti cum quibusdam proprietatibus, cum quibus non sunt coniuncti in reliquis subiectis: gratia verò est eadem in quolibet statu, & subiecto: neque in vno coniungitur cum aliquo principio productiuo, cum quo non coniungitur in alio: nam sola gratia in quolibet subiecto & statu per aduersarios est principium productiuum suarum proprietatum.

220. *S. Tho explicatur.*

S. Thomam explicant *Capreolus in* 2. *dist.* 26. *ar.* 2. *ad* 1. *Sco. con.* 1. *concl. Conrad.* 1. 2. *qu.* 110. *art.* 3. *fine, & art.* 4. *ad* 1. *Ferrari.* 3. *con. gen. cap.* 151. *fine,* de causa efficiente impropria: *Non quia,* inquit Ferrar. *gratia fit effectiuè propriè charitatis productiua sed quia naturaliter præcedit habitum charitatis, illique præsupponitur.* Et paulò pòst concludit: *Vnde potest dici gratia esse causa charitatis eo modo, quo inter effectus essentialiter ordinatos, quorum scilicet secundus præsupponit*

Digitized by Google

præsupponit primum, effectus primus dicitur causa secundorum, per modum cuiusdam naturalis resultantiæ ab ipso procedentium. Hos autem non est propriè esse causam effectiuam, sed impropriè.

221. *Proportio gratiæ cum natura non est intelligenda rigorosè.* Ad 1. Resp. cum ijsdem authoribus, prædictam comparationem non esse intelligendam rigorosè, & quoad omnia; sed proportionaliter, & quoad aliqua, nempe quoad ordinem præsuppositionis, & naturalis exigentiæ. Sicut .n. essentia præsupponitur ad suas proprietates, easque exigit vt proxima principia, quibus operetur operationes diuinas sibi debitas. Ad prob. conseq. concedo, non quamcunque prioritatem sufficere ad essentiam respectu suarum proprietatum, sed requiri prioritatem per modum primæ & radicalis formæ, exigentis illas vt determinata principia propriarum actionum. Quam prioritatem nõ habet quantitas respectu albedinis, nec intellectus respectu voluntatis: neutra .n. est prima & radicalis forma. Nec quantitas ex se determinatè exigit albedinem, sed indifferẽs est ad diuersa, oppositaque accidẽtia.

222. *Ad secundã* Ad 2. neg. conseq. esto .n. id non repugnet, aliter tamen factum esse adductæ rationes probant. Ex eo autem, quòd perfectiones diuinæ, quarum infusæ virtutes sunt participationes, modo nostro concipiendi præsupponant naturam diuinam, nil aliud probant, quàm quòd virtutes infusæ in nobis præsupponant gratiam, vt singularem participationem naturæ diuinæ, non quòd actiuè debeant ab illa promanare: sicut nec perfectiones diuinæ actiuè manant ab essentia diuinâ.

223. *Virtutes infusæ non pendent subiectiuè à gratia habituali.* Ex his à fortiori infertur, virtutes infusas non pendere subiectiuè à gratiâ habituali; quia vt *disp. seq. sect.* 2. gratia & virtutes sunt in distinctis subiectis: & quia, destructo subiecto, naturaliter destruitur forma illi inhærens: sed destructâ gratiâ per peccatum, non destruitur fides & spes: quâ etiam ratione possent non destrui reliquæ virtutes infusæ.

SECTIO IX.

An infusio virtutum antecedat vel subsequatur infusionem gratiæ?

224. *Virtutes eodem instanti cum gratia infunduntur.* DVplex est antecessio, durationis, & causalitatis. De vtrâque disputo. Quoad temporis antecessionem, certum est apud Scholast. gratiæ infusionem non præcedere infusionem virtutum, sed cum ipsa gratia eodem instanti simul infundi omnes tam Theologicas, si non supponantur in subiecto præexistere, vt interdum gratiæ iustificanti præexistunt fides & spes in pœcatore fideli; quàm morales. Fundam. gratia est augusta participatio naturæ diuinæ vt *sect.* 4. ergo connaturaliter exigit proxima principia operandi operationes diuinas, quæ sunt virtutes Theolog. & morales infusæ, cum ipsa gratia: omnis .n. participatio naturæ ordinatur ad aliquam operationem illius naturæ, cuius est participatio, cùm *teste Philos.* omne ens sit propter aliquam operationem: ergo gratia, quæ est singularis participatio naturæ diuinæ, ordinatur ad exercendas operationes naturæ diuinæ; non immediatè, sed per virtutes infusas vt per proprias potentias. Ergo hæ virtutes supernat. infunduntur statim cum gratiâ: nam eo instanti Deus producit virtutes infusas, in quo illæ producerentur à gratia, si eas gratia producere posset: sc. in quo ipsa primò producitur: gratia .n. naturaliter ac necessariò eas sibi produceret: ergo quàm primùm posset, eas sibi produceret: sed in primo instanti, in quo ipsa producitur posset eas sibi producere; cùm omne ens, cùm primùm existit, aptum sit operari. Deus autem in productione rerum accommodat se naturis ipsarum, eo ordine eas producendo, quo res ipsæ naturaliter postulant produci: hoc enim exigit suauis ejus prouidentia.

225. Ex his constat, gratiam naturâ & causalitate virtutes præcedere, non quidem effectiuâ, aut subiectiuâ, cùm virtutes infusæ non efficiantur, nec subiectentur in gratia, sed finali; quia omnes virtutes infusæ ordinantur ad gratiam, vt ad finem immediatum; mediatè verò & vltimatè ad naturam intellectualem perficiendam. Quare sola controuersia supereſt de antecessione temporis ipsarum virtutum respectu gratiæ. Et quidem de charitate, res est certa, eam gratiæ infusionem non præcedere tempore: idem ferè sentiunt Doctores de reliquis virtutibus infusis moralibus. Scholastica igitur cõcertatio solùm restringitur ad fidem & spam, an interdum gratiæ infusionem tempore præcedant.

Gratia præcedit naturâ, & causalitate virtutes infusas, non effectiua, sed finali.

226. Prima sent. negat: *Bonauen. in 3. dist. 23. in explic. textus dub. 6. & in 4. dist. 14. p. 1. art. 2. qu. 3. Albert. art. 9. & in 3. dist. 36. art. 2. Scot. in 3. dist. 38. art. 4. Richar. in 4. dist. 14 art. 10. qu. 1. Palud q. 3. concluſ. 2 Ocham. in 3. qu. 8 art. 4. ad 2. dub. Bacho. in 3. dist. 26 qu. vn. art. 3. Duran. in 3. dist. 36 qu. 6. art. 3. Gabriel in 3. dist. 36. in 3. p. art. 2. Almain. tract. 2. moral. cap. 2. Veg lib. 7. in Trident. cap. 28.* citantur pro hac sent. *Magist. in 3. dist. 23. cap. vlt. S. Tho. 1. 2. qu. 62. art. 4. & 3. p. qu. 83. art. 6.* sed loquuntur de his virtutibus in esse virtutis formaliter, quo pacto requirunt coniunctionem cum charitate, quæ est forma omnium virtutum. Ita *S. Thomam* explicat *Caietanus* 2. 2 *quæst.* 6 *art.* 2. *ad* 3.

226.

227. Prob. 1. ex *Trident. sess. 6. cap. 7.* vbi definit, hominem in iustificatione hęc omnia simul accipere, fidem, spem, & charitatem: non ergo tempore priùs illa accipit. 2. Non decet, Deum tam excellentia dona inimicis conferre: ergo nunquam illa ante gratiam peccatori confert. 3 Deus cùm sanat, perfectè sanat: sed per fidem & spem homo non perfectè sanatur: ergo nunquam illas Deus ante gratiam confert. 4. Sequeretur, nunquam adultum virtute baptismi accipere fidem & spem infusam: consequens est cõtra *Concil. Vien.* in quo, vt refert *Clement. 1. de sum. Trin.* definitur vt probabilior sent. quòd virtute baptismi tam paruulis, quàm adultis conferantur gratiæ & virtutes. Sequela prob. actus fidei & spei est necessaria dispositio ad baptismum validè suscipiendum: ergo si ad fidei & spei actus infunderentur eorum habitus, nunquam adultus virtute baptismi acciperet fidei & spei habitus.

Prob. 1.

1.

2.

3.

4.

228. Secunda sent. affirmat: *S. Tho. 2. 2. q. 6. art. 2. ad 3. Caiet. ibid. & 1. 2. q. 62. art. 4. Bannez 2. 2. q. 4. art. 7. dub. 1. ad 2. Medin. 1. 2. q. 62. art. 4. Vasquez 1. 2. disp. 203. n. 117. & 3. p. to. 2. disp. 158. fine: Suarez lib. 8. de gra. cap. 23. & 3 p. to. 3. disp. 28. sect. 3. fine: Valen. 2. 2. disp. 1. q. 6. punct. 2. Turria. 2. 2. disp. 41. dub. 9. Coninck de actib. supernat. disp. 5. dub. 4. Sot. lib. 2. de nat. & gra. cap. 8.* qui id tantũ affirmat in casu, quo quis baptismũ actu suscipit sufficiẽter tãtùm dispositus ad fidem & spem, nõ ad gratiam.

229.

230. DICO. Non solùm, qui baptismum actu suscipit, sufficienter tantùm dispositus ad fidem, & spẽ, sed quicunque alius, qui sufficienter per actus fidei, & spei extra sacramenta ad hos habitus se disponit, accipit habitus fidei, & spei informes. Prior pars prob. Sacramenta suos effectus causant omnibus obicem non ponentibus: at accedens ad baptismum

Fides & spes priùs tempore gratiã infunduntur.

Digitized by Google

tissimum sufficienter tantùm dispositus ad fidem & spem, non ponit obicem fidei & spei, esto obicem ponat gratiæ & charitati: ergo accipit fidem & spem absque gratia & charitate. Maior est *Trident. sess. 7. can. 6.* ratio: sacramenta suos effectus conferunt per modum causæ naturalis: quæ cum impeditur ab vno effectu, non desinit causare alium, quem continet, & cuius subiectum capax est. Confirm. etiamsi baptizandus non accedat dispositus ad gratiam & charitatem, adhuc non priuatur charactere, ad quem accedit dispositus: ergo â pari, esto non accedat dispositus ad gratiam & charitatem, non priuatur fide & spe, si ad eas dispositus accedat. Minor. prob. sufficiens dispositio ad habitus fidei & spei sunt actus ipsi fidei & spei, sicut sufficiens dispositio ad habitum charitatis est actus charitatis. Qui autem ad baptismum accedit cum sufficiente dispositione ad habitus fidei & spei, non accedit cum obice ad illas. Obex .n. ad effectum sacramenti tollitur per dispositionem proportionatam effectui sacramenti.

231. Confir. 1. ea dispositio sufficit ad habitum infusum recipiendum, quæ sufficeret ad eum causandum, si dispositio ipsa illum causare posset: sed hæc non esset alia, quàm actus ipse habitui proportionatus. 2. per baptismum, etiam fictè susceptum, fit homo fidelis: fit fidelis per habitum fidei: ergo illum recipit per baptismum etiam informem.

232. *Probatur pars posterior.* Posterior asser. pars prob. sicut Deus, sublatâ propter peccatum gratiâ & charitate, non aufert fidem & spem: quia subiectum manet capax earum: ita, non infusa propter obicem gratiâ & charitate, non priuat subiectum fide & spe; quia ad eas per earum actus est dispositum, & sine obice: nec Dei liberalitas sua dona negat sufficiêter dispositis.

233. *Dices.* Hinc sequeretur, non solùm qui per actus fidei & spei ad hos habitus se disponit, illos ante gratiam interdum accipere, sed etiam qui per actus iustitiæ, temperantiæ, & fortitudinis supernat. ad hos habitus se disponit, eos ante gratiam accipere; cùm nec pugnent cum peccato; Resp. neg. sequel. esto .n. virtutes morales supernat. suâ naturâ cum peccato non pugnent, pugnant tamen ex ordinatione Diuina: quia actus talium virtutum consummant vitam supernat. actus fidei & spei ipsam inchoant: & decuit vt peccator in viâ ad eam inchoandam sit intrinsecè potens, non ad perficiendam: perfectio enim vitæ supernat. supponit vitam, quæ est gratia habitualis.

Virtutes morales pugnant cum peccato ex ordinatione diuina.

234. *Ad primum 1.* Ad 1. argu. primę sent. Concilium intellige, non de simultate durationis respectu ipsarum virtutum, quę infunduntur, sed de simultate earundem in ordine ad subiectum, cui infunduntur, vt sensus sit, eas omnes infusas reperiri in subiecto iustificato, siue illæ successiuè vna post aliam, siue instantaneæ omnes simul infundantur. Finis quippe Concilij fuit, enumerare dona, quæ in iustificatione Deus confert iustificato, contra hæreticos contendentes, nos iustificari per extrinsecam duntaxat imputationem iustitiæ Dei, vel Christi.

235. *Ad 2. &c.* Ad 2. neg. antec. sicut .n. non dedecet, Deum ea dona conseruare in peccatore, & infundere characterem accedenti cum obice ad sacramenta, quæ illum imprimunt: ita nec dedecet, ut dona infundere, hàbitusve fidei & spei; qui non minus sunt specialia. Ad 3. maior vera, quando subiectum est capax perfectæ sanitatis; falsa quando est dispositum ad solam inchoationem sanitatis. Tunc enim maior est Dei liberalitas conferre inchoationem sanitatis, quàm nihil.

236. 237. Ad 4. Esto nunquam adultus fidem & spem accipiat virtute sacramenti in re susceptæ, accipit tamen illas virtute eiusdem in voto susceptæ, vt *sess. 14. cap. 4. Trident.* dixit de gratia accepta extra sacramentum pœnitentiæ, per contritionem charitate perfectam. Licet .n. tunc gratia detur extra sacram. non tamen sine voto sacram. Concilium Viennense tantùm decernit probabilius, virtute sacramenti gratiam & virtutes infundi. Quod verum est, etiamsi priùs tempore adultus fidem & spem accipiat, cùm eas non accipiat, nisi virtute sacramenti voto susceptæ. 238.

SECTIO X.

An habitus infusi in sui productione dispositiuè pendeant à suis actibus, & rursus effectiuè à suis habitibus?

239. *Affirmant* PRima sent. affirm. *Maior in 3. dist. 18. qu. 2. §. tunc dico, Caiet. 1. 2. qu. 113. a. 8. §. ad hoc: Contra. ibid. ad 2. Medin. ibid. Sot. lib. 2. de nat. & gra. cap. 18. & in 4. dist. 14. qu. 2. art. 6 & dist. 16. qu. 2. art. 1.* licet hic doceat, hos actus, quà sunt dispositiones ad suos habitus, non procedere à gratia, sed à libero arbitrio: *Aluarez de auxil. disp. 66. con. 2. Valen. To. 2. disp. 8. qu. 3. pu. 4. propos. 5. & qu. 5. pu. 4. §. neque vllum incom. Vasquez 1. 2. disp. 211. cap. 2. & 4. Turopus. 7. disp. vn. dub. 5.* Fundam. est Angel. *Doct. 1. 2. q. 113. a. 8.* vbi distinguens in iustificatione peccatoris hæc 4. infusionem gratiæ, motum liberi arbitrij in Deum, motum eiusdem in peccatum, & remissionem peccati; docet, infusionem gratiæ naturâ præcedere motum liberi arbitrij in Deum & in peccatum: sed hic motus est actus, quo peccator disponitur ad gratiam: igitur infusio gratiæ naturâ ac causalitate præcedit suam dispositionem: vt *qu. 28. de verit. art. 8.* Prob. 1. Deus prius diligit hominem, quàm homo diligat Deum, ex illo 1. *Ioan. 4. non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos*, sc. infundendo gratiam: ergo infusio gratiæ est prior dilectione nostrâ in Deum. Rursus infundit Deus homini gratiam, quia ad illam se disponit, iuxta illud *Zacha. 1. convertimini ad me, & ergo convertar ad vos*: igitur conuersio nostra in Deum est effectus gratiæ, & simul dispositio ad illam. 2. Nulla est repugnantia vt idem actus sit effectus habitûs, & simul dispositio ad illum. Possunt .n. per Philos. causæ esse inuicem causę in diuerso genere, sc. gratia causa contritionis in genere efficientis; contritio causa gratiæ in genere dispositionis materialis. *Fundam. potiss. est auctoritas S. Tho.* 240. *Ratio 1.* *Secunda* 241.

242. *Confirmatio triplex* Confir. 1. potest forma in genere causæ formalis causare materiam: & rursus materia in genere causæ materialis causare formam: ergo efficiens in genere efficientis causare dispositionem; dispositio in genere causæ materialis efficientem.

243. 2. In mutatione naturali dispositio in genere causę materialis causat formam substantialem; & forma substan. in genere efficientis causat dispositionem: ergo in mutatione supernat. actus in genere materialis dispositiuę causat habitum: & habitus supernat. in genere efficientis causat actum.

244. 3. Ventus est prior apertione fenestræ in genere efficientis; apertio fenestræ est prior in genere materialis & sublationis impedimenti: ergo gratia prior contritione in genere efficientis; contritio prior gratiâ in genere materialis, & sublationis impedimenti. Tertia. Si contritio non procederet effectiuè à gratia, non esset gloriæ meritoria, principium 245. *Ratio 3.*

Digitized by Google

cipium .n. omnis meriti apud Deum est gratia: atqui *Triden. sess 6. can.* 32. definit, opera iustificati esse meritoria gloriæ. Contritio autem nisi adiunctam habeat gratiam, non est opus iustificati.

246. *Negant probabiliùs.* Secunda sent. negat. *Banauen. in 4. dist.* 12. *p.* 1. *ar.* 2. *qu.* 2. *Scot. in 2. dist.* 28. *qu.* 2. §. *de secundo, Richar. ar.* 6. *qu.* 1. *Duran. qu.* 5. *& in 4. dist.* 17. *q.* 1. *nn* 8. *Ægid. in 2. dist.* 28. *qu.* 1. *ar.* 3. *Argen. art.* 1. *ad* 4. *Rubi. qu.* 1. *ar.* 1. *& 2. Veg lib.* 6. *in Triden. cap.* 35. *Abul. in c.* 14. *Mach. qu.* 181. *Molin. in concor. qu.* 14 *ar.* 13. *dis.* 8. *& disp.* 44. §. *Sotus Suarez libro* 8. *de gra. cap.* 12. *Cursel.* 1. 2. *qu.* 113. *art.* 8. *Capreol. in* 4. *dist.* 14. *qu.* 2. *a.* 3 *ad argu. Henrici, Palud. qu.* 3. *concl.* 2. *Can. relect. de pœnit. p* 1. § *item contr. Nug.* 3. *p. q.* 85 *a.* 5 *d.* 2. *fine.*

247. *Sent. secunda. Fundam.* Fundam. Nequit dispositio ad formam effectiuè procedere ab ipsa forma: nec causa efficiens ad sui productionem præexigere potest effectum à se productum: esset .n. antequam esset: esset, quia præsupponendo ad sui productionem effectum à se productum, præsupponeret seipsam vt causam sui effectus. qui .n. præsupponit aliquid, à fortiori præsupponit causam efficientem illius, cùm causa efficiens det primum esse rei: ergo præsupponendo suum effectum, vt aliquid prærequisitum ad primam productionem sui, necessariò esset. Non esset, quia cùm deberet causari à suo effectu, non posset præsupponi ad illum, sed potiùs subsequi illum: ergo nequit actus supernat. disponens ad suum habitum effectiuè procedere ab ipso habitu: vt nec dispositio ordine causalitatis materialis præexistere debet formæ, ad quam disponit: cùm omnis causa in eo, in quo est causa, præexistere debeat ei, cuius est causa; hic enim essentialis conceptus causæ est. Confirm. nequit actus naturalis secundùm gradum, quo auget habitum, effectiuè ab illo procedere, quia alioqui præsupponeretur ad illum, vt causa, & subsequeretur illum, vt effectus: ac proinde præsupponeretur, & non præsupponeretur. Hinc apertum assignatur discrimen inter causam efficientem, & reliquas: quia reliquæ possunt mutuam causalitatem inter se admittere, quam nequit admittere causa efficiens: efficiens .n. confert primam existentiam rei: omnis autem causa, præter finalem, vt realiter causet, prærequirit existentiam sui. Nequit igitur causa efficiens causari à suo effectu: nam vt effectus causet suam causam, debet existere: ergo antequam habeat primum existere à causa efficiente, supponeretur existere. Reliquæ verò causæ, quia non conferunt primam existentiam, sed illam suppositam vi causæ efficientis, solùm modificant, vel sustentando, vt causa materialis; vel actuando & complendo, vt causa formalis, possunt esse sibi inuicem causæ. Nam potest vna modificare aliam in aliquo, quod altera non habet. Forma .n. actuat materiam in ratione actus formalis, quo caret materia: materia sustentat formam, in ratione primi subiecti, quo caret forma. Finis verò, quia vt causet, non requirit existentiam, causat enim vt præconceptus, potest in executione causari à suo effectu: vt sanitas præconcepta est causa deãbulations, quæ in executione est causa eiusdem sanitatis, quoad existentiã & esse reale.

248. *Cur non detur mutua prioritas in causa efficiente.*

249. *Prob. 2. hæsent.* Prob. 2. Contritio ex *Triden. sess.* 6 *cap.* 7. *& sess.* 14. *cap.* 4. non solùm est physica dispositio ad iustitiam, disponendo physicè subiectum per sublationem fundamenti peccati, quod erat impedimentum, ne iustitia posset introduci, & sanctificare subiectum; sed etiam moralis causa mouens Deum ad infundendam iustitiam, iuxta meusuram ipsius dispositionis, ex Concilio. Implicat autem contritionem esse causam moralem impetratoriam iustitiæ, & simul ab ea actiuè procedere. Vt .n. sit impetratoria, debet secundùm absolutam suam existentiam in absoluta scientia Dei præcedere iustitiam; & simul iustitia, vt causa efficiens contritionis, debet secundùm absolutam existentiam in eâdem absoluta scientia Dei præcedere contritionem: implicat autem, vt in eadem scientia absoluta Dei contritio secundùm absolutam existentiam præcedat iustitiam, & simul iustitia secundùm absolutam existentiam præcedat contritionem: cùm implicet idem secundùm idem simul esse prius & posterius; quod in opposita sent. admittendum. Eadem .n. contritio secundùm existentiam absolutam esset prior iustitiâ, quà est causa impetratiua ipsius; & secundùm eandem exist. absol. posterior, quà est effectus eiusdem. Rursus eadem iustitia secundùm absolutam existen. esset prior contritione, vt efficiens causa illius; & secundùm eandem posterior, vt effectus eiusdem contritionis. 250. Respondet 1. Sotus, contritionem esse dispositionem ad iustitiam, non vt procedit effectiuè à iustitiâ, sed vt effectiuè à lib. arbit. Sed cõtrà: quia vt procedit effectiuè tantùm à libero arbitrio, non est supernaturalis, ac proinde nequit vt sic esse dispositio ad gratiam: quia nullus actus procedens effectiuè tantùm à potentia naturali, disponere potest ad gratiam habitualem, vt infrà.

251. *Respondet Vasquez.* 2. Vasquez *disp. cit. cap.* 5. *&* 6. cùm docet Concilium, iustitiam singulis dari secundùm propriam cuiusque dispositionem, intelligi de contritione imperfecta, quæ tempore antecedit infusionem gratiæ, nec procedit effectiuè ab ipso habitu gratiæ, sed ab auxilio tantùm diuino. Negat etiam, dari nobis gratiam, quia sumus contriti, sed potiùs illam dari, vt conteramur: neque gratiam dari, quia futura est cõtritio, sed potiùs vt futura fit cõtritio.

252. *Contrà. Gratia habitualis nobis datur, quia sumus contriti.* Sed contrà: 1. Concilium eo loco non solùm agit de contritione imperfecta, sed etiam de perfecta. 2. falsum est, gratiam habitualem nobis non dari, quia sumus contriti, sed potiùs vt conteramur. Hoc .n. repugnat Script. & Concil. quæ gratiam promittunt contritis: *Zacha.* 1. *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.* Conuertimur ad Deum per contritionem: cõuertitur Deus ad nos per gratiam. Et *Luca* 7. *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Vbi dilectio assignatur vt causa, videlicet impetratoria remissionis peccatorum; atque adeò ipsius infusionis gratiæ, quæ est forma remissiua peccati. Et *Triden. sess.* 14. *cap.* 4. *Fuit quouis tempore ad impetrandum veniam peccatorum hic contritionis motus necessarius.* Loquitur de contritione perfectâ, vt infrà constabit.

253. Denique cùm gratia habitualis sit maximum donum, quod inter dona creata accidentaria Deus intellectuali creaturæ dare potest, æquum est, vt illa extra sacramentum non detur, nisi ijs, qui per actum contritionis & dilectionis Dei ad eam se præparant. Respondetur 3. Deum anticipare infusionem gratiæ propter contritionem futuram præuisam: sicut anticipauit gratiam in antiquis Patribus propter merita præuisa Christi futura. Sed contrà: vel Deus anticipat infusionem gratiæ propter contritionem præuisam futuram ex gratiâ auxiliante, vel sanctificante. Si primum, talis anticipatio non est necessaria: quia cùm gratia auxilians non detur intuitu contritionis, vt datur sanctificans adultis extra sacramenta, sed merè gratis, poterit intuitu contritionis præsentis præcedentis ex gratia auxiliante, dari gratia sanctificans. Si secundum: adhuc repugnat (*vt infrà*) dari gratiam iustificanté intuitu contritionis præuisæ futuræ ex

254. *Deus non anticipat infusionem gratiæ propter contritionem præuisam futuram.*

eadem

Digitized by Google

eadem gratia. Nec est eadem ratio de meritis Christi, quæ vt præuisa potuerunt esse causa impetratoria anticipatæ gratiæ antiquorum Patrum. Quia merita Christi non accipiebant valorem ex eâdem gratiâ collatâ Patribus, sed ex personâ increatâ Verbi: contritio verò præuisa futura ex gratiâ iustificante, valorem accipit ex eâdem iustificante. Implicat autem, vt quod est principium meriti, detur propter ipsius effectum, vt propter causam meritoriam. Omitto alias responsiones futiles.

255. *Ad primum* Ad argu. oppositæ sent. Thomistæ pro nostrâ sent. citati Doctorem S. interpretantur de infusione gratiæ non iustificantis, sed auxiliantis: hæc .n. tantùm natura & causalitate precedit motum liberi arbitrij in Deum & in peccatum: vt idem *eâdem. 1. 2. qu. 112. art. 2. Dicendum quod sicut suprà dictum est, gratia dicitur dupliciter; quandoque quidem ipsum habituale donum Dei: quandoque autem auxilium Dei mouentis animam ad bonum. Primo igitur modo accipiendo gratiam, præexigitur ad gratiam aliqua gratiæ præparatio, quia nulla forma potest esse, nisi in materia dispositia. Sed si loquamur de gratia secundùm quod significat auxilium Dei mouentis ad bonum, sic nulla præparatio requiritur ex parte hominis, quasi perueniens Diuinum auxilium: sed potiùs quæcunque præparatio in homine esse potest, est ex auxilio Dei mouentis animam ad bonum. Et secundùm hoc ipse bonus motus liberi arbitrij, quo quis præparatur ad donum gratiæ suscipiendum, est actus liberi arbitrij moti à Deo.* Hæc ille: quę magis vrget in *sol. argu. & in 4. dist. 17. qu. 1. art. 2 qu. 2. ad 2.* De hâc *Araus. 2. can. 4. 5. 6. 18. & 25.* nam de hâc tantùm fuit eo tempore inter Patres cum Pelagio concertatio.

S Thom. se explicat 1.

256. *Explicari potest 2.* 2. Explic. de prioritate, non in genere causę efficientis, sed formalis, vt ipse explicat *qu. 28. de verit. art. 8. Oportet igitur dicere secundùm aliqm opinionem, quod prædicti motus eodem ordine se habeant ad vtrumque, vt quodammodo præcedant, quodammodo sequantur ordine naturæ. Nam si ordo naturæ attendatur secundùm rationem causæ materialis, sic motus liberi arbitrij præcedit naturaliter gratiæ infusionem, sicut dispositio materialis formam: si autem attendatur secundùm rationem causæ formalis, est è conuerso.* Quam prioritatem in gratiâ sanctificante respectu contritionis vltrò admittimus cum *Ferrar. 3. con. gen. cap. 153. §. ad huius euid. Cano* &c. Hæc .n. non repugnat cum prioritate contritionis in genere causæ materialis: quia non est prioritas quoad substantiam actus, sed solùm quoad rationem meriti, quæ illam supponit.

257. *Duplex Dei in nos amor prior.* Ad 1. ration. Resp. Dupliciter dici Deum priùs nos diligere, quàm nos ipsum: 1. dilectione vniuersali, quâ dilexit omnes homines, Vnigenitum .ittens propitiationem pro peccatis: De quâ *cit. Euang. 2.* de dilectione, non specialis amicitiæ, de quâ Christus *Ioan. 14. qui diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum*, sc. per gratiam hîc, & per gloriam in patria; sed de dilectione communi, quâ diligit omnes peccatores, hoc ipso, quo illos per auxilia supernat. ad bonum promouet. Ad 2. Arist. axioma indefinitum intellige de reliquis causarum generibus.

258. *Ad 2. rat.* *Ad confir.* Ad 1. confir. patet ex dictis. Ad 2. nego, dispositionem naturalem quoad primam sui productionem efficienter causari à formâ genitâ, sed à formâ generante. Dixi, *quoad primam sui productionem*: quia quoad conseruationem, probabile est, eam conseruari à formâ genitâ.

259. *Ad 3. conf.* Ad 3. primò nego, apertionem fenestræ esse priorem ingressu venti, sed posteriorem & effectũ secundarium ipsius venti propellentis: sicut quęuis expulsio corporis à loco, est effectus secundarius corporis eundem locum occupantis. Et vniuersaliter omnis formæ expulsio est effectus secundarius formę expellentis: nam quælibet formæ expulsio sequitur ad positionem formę expellentis. 2. concedo, reserationem fenestrę esse priorem & posteriorem, non respectu venti effectiuè impellentis, sed respectu aëris ad fenestram propulsi in genere causæ materialis, & formalis, quod non implicat. Sicut expulsio formę respectu formæ actiuè expellentis, est tantùm posterior in genere causæ efficientis; respectu formę formaliter expellentis, est prior & posterior in genere causæ materialis & formalis. Expulsio .n. formæ comparata ad formam actiuè expellentem, quę est in agente, semper est posterior illâ; comparata ad formam formaliter expellentem, quæ est in subiecto, est prior illâ in genere causæ materialis, & simul posterior in genere causæ formalis. Ad 3. rationem neg. sequel. vt .n. contritio sit glorię meritoria, necesse non est, vt ab eâ effectiuè causetur, sed sufficit, vt ab eâ causetur tantùm formaliter; hoc ipso, quòd eodem instanti temporis coniungitur cum illâ, ab eaque ad gloriam promerendam condignum valorem accipit.

260. *Ad 3. rat.*

Deducitur, quem ordinem seruent illa 4. quæ in iustificatione peccatoris interueniunt: infusio gratiæ in genere causæ formalis est prior remissione culpæ, & motu liberi arbitrij: contrà verò in genere causę materialis, expulsio culpæ, & motus liberi arbitrij, est prior gratiâ. In genere causæ moralis impetratoriæ, motus liberi arbitrij est prior gratiâ; gratia posterior illo. motus in Deum est prior motu in peccatum: quia ex dilectione Dei mouetur peccator ad peccatum detestandum. Quæ prioritas realis est, quando peccator distinctis actibus fertur in Deum, & in peccatum; rationis verò, quando vno eodemque actu fertur in vtrumque, quod non repugnat.

261. *Quem ordinem seruent infusio gratiæ & motus liberi arbitrij &c.*

DISPVTATIO XXX.

De causis gratiæ habitualis.

1. *Causa gratiæ recensentur.* CAVSÆ gratiæ habitualis censentur à *Trid. sess. 6. cap. 7.* Finalis remota, quæ est gloria Dei & Christi; & proxima, quæ est vita æterna: Efficiens, Deus: Meritoria, Christus: Formalis, Iustificatio nostra, qua ex iniustis, iusti & amici efficimur coram Deo. Explicanda fuisset causa materialis, sed hęc vt nota prætermittitur à Concilio. Nos de causa formali *duab. disp. seq.* vbi de effectu tam primario, quàm secundario gratiæ habitualis. Finalis vt certa supponitur cum eod. Concil. remota quidem gloria Dei & Christi, proxima vita æterna. Solùm superest de efficienti & materiali immediatâ. de mediata .n. quę est anima, nulli est dubium; & de dispositiua seu meritoria proxima.

An produci possit ab agente creato?

2. *Efficiens diuiditur & subdiuid.* DVplex est causa efficiens: Principalis, & instrumentalis. Instrumentalis duplex, naturalis, & obedientialis. Naturalis est, quæ propria virtute, vt potentia causæ principalis, est productiua effectus eiusdem causę principalis. Obedientialis est, quæ extrinseca tantùm elevatione Dei

Digitized by Google

cuehitur ad effectum proprias vires excedentem. Tridentinum, dum expresse definit, Deum esse efficientem causam gratiæ, licèt expresse non vtatur particula taxatiua, *tantùm*, tamen manifestè indicat, gratiam non produci ab agente creato, omnes causas, quæ ad gratiam efficienter concurrunt, recensens. Nam præter Deum, numerat efficientem meritoriam, quæ est Christus; instrumẽtalem, quæ est baptismus, & reliqua sacram. & in Scripturis solus Deus dicitur peccata remittere: quia nimirum solus Deus vt causa principalis gratiam peccati remissiuam producit. Sola concertatio est, an de potentiâ absolutâ gratia habitualis effici possit ab agente creato, siue vt à causâ principali, siue instrumentali naturali, siue obedientiali.

2. *Prima sent.* Prima sent. affirmat, gratiam habitualem effici posse à creaturâ, vt à causa principali: & cohærenter, possibilem esse substantiam supernat. *to.* 1. *disp.* 9. *sect.* 6. vt principium radicale principaliter productiuum accidentium supernat. quę de facto à Deo communicantur creaturæ intellectuali. Omnia .n. hæc talis substantia ab intrinseco postularet, vt proprietates sibi naturaliter debitas; non nisi vt causa principalis: cùm .n. esset ordinis supernat. substantialis, esset perfectior quocunque accidente supernat. quod compararetur ad ipsam vt ad proprium subiectum: sicut se habet substantia ordinis naturalis ad sua accidentia naturalia. Confir. perfectior esset talis substantia, quàm de facto sit ipsa gratia habitualis: sed omne accidens supernat. exigitur à gratia, vt proprietas à forma principali: ergo à fortiori omne accidens supernat. compararetur ad talem substantiam, vt proprietas ad naturam, atque adeò vt causam principalem.

4. *Prob.* 1. Prob. 1. nulla assignari potest implicantia, cur nequeat Deus creaturam producere, quæ sit principalis causa gratiæ. Confirm. ad hoc non est necessarium, vt talis creatura sit perfectior gratiâ: quia potest Deus producere gratiam, quæ sit productiua sui similis, atque adeò vt sit principalis causa gratię: non secus ac calor est principalis causa caloris, & quæuis alia forma est productiua sui similis. 2. Lumen gloriæ est principalis causa visionis Dei: ergo dari potest qualitas, quæ sit principalis causa gratiæ. Visio .n. Dei est perfectior gratiâ, cùm sit finis, ad quem ordinatur gratia: igitur si dari potest principalis causa visionis Dei, quæ est perfectior gratiâ, dari poterit principalis causa gratię, quæ est imperfectior visione Dei.

5. *Prob.* 2.

6. *Prob.* 3. 3. Quod est principalis causa vltimę dispositionis ad formam, est principalis causa formæ: sed habitus charitatis est principalis causa vltimæ dispositionis ad gratiam sc. contritionis: ergo esse poterit principalis causa gratię. Maior constat tum inductione: ignis, principalis causa vltimæ dispositionis ad formam ignis, est principalis causa formę ignis. Tum ratione: causa principaliter attingens vltimam dispositionem, attingit illam vt proprium instrumentum, quo mediante attingit formam, ad quam est ipsa vltima dispositio.

7. *Prob.* 4. 4. Gratia habitualis est productiua habituum supernat. in sent. *Thomist.* saltem non implicat talem produci gratiã, quæ sit productiua omniũ habituũ supernat. ergo est etiam productiua sui similis: 1. quia causa, quę est productiua omnium proprietatum formę, est productiua formę: 2. quia inter habitus supernat. est lumen gloriæ, quod est æquè saltem perfectum ac gratia: ergo si potest producere lumen gloriæ, poterit aliam gratiam sibi similem.

8. *Secunda negans.* Secunda sent. negat, gratiam habitualem vllo modo produci posse à creatura; quasi produci non possit, nisi actione creatiua; ad creandum vllum ens creatum eleuari, neque vt instrumentum obediens tale: vel quia ad creandum requiritur virtus infinita: vel quia omne instrumentum habere debet ex se præuiam actionem ad effectum, quam ex se habere non potest creatura: cùm omnis eius actio necessariò sit à subiecto dependens; creatio nec præuium subiectum, nec præuiam actionẽ supponat.

Dico 1. Implicat, gratiam habitualem produci ab agente creato, vt à causa principali: *S. Tho.* 1. 2. *qu.* 112. *art.* 1. & Scholast. Fundamentum est quia vel produceretur à substantia, vel ab accidente. A neutro potest principaliter produci. Non à substantia: quia hæc deberet esse ordinis supernat. nulla .n. naturalis vim habet producendi, vt causa principalis effectum supernat. cùm nulla causa se extendere possit vltrà suas vires: implicat autem creata substantia supernat. vt *to.* 1. *disp.* 9 *sect.* 6.

Non ab accidente. Nam vel hoc esset gratia habitualis, vel aliud accidens: non aliud à gratia diuersum: causa .n. principalis debet esse æqualis saltem perfectionis cum effectu: & accidens supernat. perfectius, aut æquè perfectum gratiâ habituali, implicat. Non ipsa gratia habitualis: nam vel hæc esset productiua alterius gratiæ habituali sui similis in alieno subiecto, vel in proprio. Non in alieno: est .n. qualitas essentialiter immanens vtpotè participatio supernat. operationum Dei immanentium, & perficiens subiectum in ordine ad operationes immanentes cognoscendi & appetendi: quam repugnat esse naturaliter productiuam extra proprium subiectum: qualitas .n. essentialiter immanens ordinatur ad perficiendum tantùm subiectum, in quo recipitur: nequit autem in alieno subiecto esse naturaliter productiua, nisi ad illud perficiendum sit naturaliter ordinata; seu desinat esse immanens. Nec potest esse naturaliter productiua sui similis in subiecto proprio: nulla .n. forma est in sui simile naturaliter actiua.

Confirm. si posset in seipsam naturaliter agere, intendendo seipsam vltra gradum quem haberet, posset seipsam in infinitum augere, vt causa necessaria: quia subiectum gratiæ est potentia obedientialis animæ, quę non limitatur ad certos gradus: saltem esset æquè intensa in quolibet subiecto, sicut in quolibet æquè necessariò productiua sui: nec requireretur actus honestus, qui disponeret subiectum ad nouum gradum gratiæ recipiendum: nam immediatum subiectum gratiæ est nuda substantiâ animæ secundùm potentiam obedien. vt patet in paruulis, in quibus absque dispositione actuali, gratia baptismi recipitur: denique actus immanens nullo modo est alterius effectûs, quàm speciei suipsius, productiuus. Hęc probat inductio.

Dico 2. Non implicat gratiam habitualem à creatura produci, vt ab instrumento obedientiali. Fundam. quia quęlibet virtus actiua creata eleuari potest ad producendum quemcunque effectum possibilem, vt *tom.* 7. *disp.* 5. quia potentia obedien. immediatè subest omnipotentię Dei, cuius obiectum est omne possibile: sed gratiam obediențialiter produci à creatura, nullam inuoluit contradictionem: ergo.

Dico 3. Nulla apparet implicantia, quo minùs gratia habitualis produci possit à creatura, vt ab instrumento connaturali. Hanc sent. etiàm de facto admittere debent Thomistæ, dum docent, omnia sacramenta nouæ legis per qualitatem superadditam ordinis supernat. vt per virtutem instrumen. Dei, fieri proxima & proportionata instrumenta

Digitized by Google

strumenta ad gratiam producendam. Nam cùm talis qualitas sit ordinis supernat. & vt virtus instrum. Dei, suâ naturâ ordinetur ad gratiam producendam, non poterit esse instrumentum obedien. quod tantùm per congenitam virtutem, quam habet à propria natura, eleuatur ad producendum effectum proprias vires excedentem. Imò nullum in sent. Thomist. datur instrum. purè obedien. sed omne instru. per ipsos est connaturale: quia per ipsos nulla creatura eleuari potest ad effectum supernat. producendum, nisi per virtutem superadditam supernat. intrinsecam, vt per proprium instrum. Dei, suâ naturâ ordinatum ad huiusmodi effectum. At hoc fund. *to.* 7. examino: nunc asser. prob. non videtur impossibilis qualitas ordinis supernat. gratiâ habituali imperfectior, & suâ naturâ ordinata ad producendam gratiam vt proprium instrum. Dei. Confirm. nullum ex tali causa instrum. connaturali sequitur absurdum.

15. *Fundam.*

16. *Ad argumenta opposita.* Ad 1. argu. primę sent. cum confir. constat ex 1. asser. Nec est eadem ratio de calore & gratiâ, quia calor non est virtus essentialiter immanens, vt est gratia. Ad 2. neg. conseq. ad prob. neg. visionem beatam esse perfectiorem gratiâ. Gratia enim est principium radicale visionis beatæ, eius habitûs, actuum supernat. eorumque habituum. Ad prob. concedo, visionem Dei esse finem *quo* gratiæ habitualis, non *qui*: finis n. *qui* est ipsum subiectum gratum; sicut finis *quo* substantię intellectualis est intellectio; finis *qui* est substantia intellectualis, ad quam omnes operationes ordinantur, vt ad finem principalem. Vnde neg. id qnod ordinatur ad aliud vt ad finem *quo*, esse imperfectius illo, sed solùm quod ordinatur ad alium vt ad finem *qui*.

17.

18. Ad 3. quod est principalis causa vltimæ dispositionis physicæ ad formam, est principalis causa physica formæ; habitus autem charitatis est principalis causa vltimę dispositionis ad gratiam tantùm moralis; sc. contritio non est physica dispositio ad gratiam: quia non attingit physicè gratiam, cùm sit actus vitalis, qui de se non est productiuus nisi speciei intentionalis. Quare licèt habitus charitatis physicè producat contritionem; quia tamen contritio non physicè, sed moraliter causat gratiam, illam meritoriè à Deo impetrando, non dicitur physica causa gratiæ: nec habitus charitatis instrumentum gratiæ, cùm ille per se tantùm sit ad producendum actum dilectionis Dei, & proximi.

19. Ad 4. neg. conseq. ad 1. prob. neg. vniuers. antec. vt constat de substantia intellectuali, quæ est productiua suarum proprietatum, non substantiæ sibi similis. Ad 2. neg. lumen gloriæ esse perfectius, aut æquè perfectum gratiâ habituali.

20. *Ad fund. secunda.* Ad fundam. secundæ sent. falsum est, gratiam creari, verũ educi ex potentia obedien. animæ rationalis: cùm non minùs sit accidens, quàm reliqua accidentia, quorum natura est inhærere. Et esto, illa crearetur, adhuc falsum est, ad creandum, saltem obedientialiter, creaturam eleuari non posse, vt probo *to.* 2. *disp.* 2. *sect.* 4. nec ad id requiritur virtus infinita, vel actio propria instrumenti, dispositiua subiecti, per se necessaria est ad instrum.

Quodnam sit immediatum subiectum Gratiæ?

21. *Prima sent.* PRima sent. affirmat, esse voluntatem: *Bonauen. in* 2. *dist.* 26 *q.* 5. qui gratiam & charitatem proximè collocat in voluntate: & à fortiori eorum, qui gratiam habitualem à charitate non distinguunt. Probat: Opposita versantur circa idem subiectum: gratia & peccatum sunt opposita: proximum subiectum peccati est voluntas, cuius est proprius actus: ergo proximum subiectum gratiæ erit voluntas. Confirmat 1. *Scotus in* 2. *dist.* 26. §. *contra istum*: illi subiecto proximè inest gratia, cui proximè inest gloria: sed gloria proximè inest potentijs: cùm n. debeat animam beare, consistit in actu: actus immanens & vitalis, qualis est beatitudo, proximè recipitur in potentiâ, à quâ elicitur. Maior prob. gratia est dispositio ad gloriam: dispositio cùm habilitet subiectum ad formam recipiendam, in eo recipi debet, in quo recipienda forma. 2. Si gratia habitualis esset in animâ; prius ratione gratificaret fidem, eiusque actũ, quàm charitatem. Conseq. est falsum: charitas n. est prima virtus & radix gratificationis & meriti, cuius imperio omnes virtutes ordinantur ad vitam æternam: ex qua ordinatione habent, vt sint meritoriæ. Sequela prob. id priùs gratia gratificat, quod est prius & proximius respectu animæ, quam informat: sed prius & proximius est intellectus, in quo est fides; quàm voluntas, in qua est charitas. 3. Ansel. *de concep. virg. ca.* 3. docet, omnem iustitiam & iniustitiam esse in voluntate: gratia est quædam iustitia: ergo est in voluntate.

Confirm. 22. 23.

24. *Secunda sent. veriot.* Secunda sent. docet, proximum subiectum gratiæ habitualis esse substantiam animæ; sicut charitatis & virtutum moralium, esse voluntatem: *S. Tho.* 1. 2. *qu.* 110. *art.* 4. *&* 1. *p. qu.* 62. *ar.* 2. *& de verit. qu.* 27. *ar.* 6. *Alber. in* 2. *dist.* 26. *art.* 3. *&c.* qui gratiam à charitate & virtutibus discriminant. Fundam. illud est proximum subiectum gratiæ, quod est proximum subiectum filiationis adoptiuæ: at hoc non est potentia, sed animæ substantia: id n. debet primò & per se suscipere formam, cui primò & per se communicatur effectus formalis: atqui effectus formalis filiationis Diuinæ primò & per se communicatur substantię animę: ipsa n. per se primò per gratiam regeneratur in nouam creaturam, & fit particeps naturæ diuinę; quę gratia ex *S. Tho.* 1. 2. *quæst.* 110. *art.* 3. est natura ipsa Diuina participata. Confirm. gratia habitualis præstat in creatura rationali, quod præstaret natura substantialis supernat. si esset possibilis: sed illa esset per se primò sancta & filia Dei per substantiam, non per potentias: ergo creatura fit per se primò sancta & filia Dei per substantiam gratiâ sanctificatam, non per potentias.

Fundam. 25.

26. *Ad argum. contraria.* Ad fundam. primæ sent. nego, peccatum in hoc statu naturæ eleuatæ ad gloriam adæquatè recipi in solâ voluntate, sed etiam in essentia animæ. De facto n. includit priuationem gratiæ habitualis, quæ est in substantiâ animæ, quæ sicut per gratiam redditur pulchra & decora coram Deo; ita per priuationem eiusdem fit turpis & maculata apud eundem. Ad 1. confir. neg. maior: ad prob. neg. gratiam esse dispositionem ad gloriam, sed ptincipium radicale illius, & habituum supernat. respectu quorum gratia se habet vt natura quædam supernat. Ad 2. conced. conseq. de gratificatione & dignitate in esse physico: neg. de gratificatione & dignitate in esse morali: cùm enim hæc supponat, vt fundamentum, esse liberum; liberum autem formaliter fit à voluntate; non poterit in esse morali priùs gratificari fides, quàm charitas. Ad authoritatem Anselmi, Resp. illum loqui de iustitiâ & iniustitiâ actuali; vel de habituali, quæ proximè sequitur ex actuali, vt patet ipsũ legenti.

27.

28.

An gratia requirat dispositionem ex parte subiecti?

29. *Duplex dispositionis genus.* DIspositio, altera ex parte subiecti, altera ex parte agentis. Prior præparat subiectum ad formam

formam recipiendam, vt calor ad formam ignis, humana organizatio ad animam. Posterior mouet & determinat agens ad formam inducendam, vel physicè, vt idem calor determinat ignem ad inducendam formam ignis in subiectum vltimò dispositum; humana organizatio Deum ad creandam animam in materiâ perfectè organizatâ: Vel moraliter, vt actus honesti supernat. mouent Deum ad communicanda sua dona hominibus. Dispositio ex parte subiecti requiritur vel ad expellendam contrariam formam; vel ad præparandum subiectum, vt in eo connaturaliter recipiatur.

Duplex modus

30. *A posteri.* DICO 1. Gratia habitualis nullam per se requirit dispositionem ex parte subiecti, vt in eo connaturaliter recipiatur. Prob. 1. illa absque huiusmodi dispositione recipitur in paruulis; & in ijs, qui sine charactere vllo in vtero materno sanctificantur; imò vt *to.* 2. *disp.* 18. *sect.* 4. ex probabiliore sent. in Angelis, & in primis hominibus initio suæ creationis, quibus ante vlla eorum merita collata fuit.

31. *Fundam à priori.* 2. Hanc dispositionem non postulat gratia habitualis, quà forma est; omnis .n. forma, ipsa etiam dispositio, quę forma est, dispositionem posceret: Non quà supernaturalis est; omnis .n. forma supernat. ac ipsa dispositio, quæ supernat. est ad gratiam, dispositionem exigeret: Non quà talis forma supernat. nam sub hac formalitate solùm reduplicat esse supernaturale per modum actus primi radicalis, cui debiti sunt vt proprietates consequentes habitus supernat. infusi. At neque sub hac formalitate gratia habitualis vllam per se postulat in subiecto dispositionem: habitus .n. infusos non exigit vt præuias dispositiones ad esse, sed vt consequentes proprietates ad operari: seu vt proxima principia operandi, quæ non præcedunt esse; sicut anima rationalis exigit suas potentias rationales.

32. *Confir. 1.* Confirm. 1. Gratia est immediata participatio naturæ Diuinę: sed ante naturam Diuinam nullum fingi potest *esse*, ratione distinctum, aut nostro modo concipiendi prius, cuius participatio disponat ad gratiam: deberet .n. esse alia participatio naturæ diuinæ in essendo: at gratia est adequata illius participatio, quantum à creatura accidentaliter participabilis est. 2. Hęc dispositio, quam gratia requireret ex parte subiecti, permanens fingi non potest; nec transiens sufficit ad disponendum connaturaliter subiectum, vt gratiam recipiat permanentem: cùm forma permanens dispositionem requirens, non minùs illam requirat in facto esse, quàm in fieri.

33. *Confirm. 2.*

34. *Secunda assertio. Fundam.* DICO 2. Gratia requirit dispositionem ex parte subiecti solùm ad formam contrariam, quod est peccatum personale, expellendam. Fundam. nulla forma introduci potest in subiectum, nisi eius opposita forma expulsa: sed peccatum personale est forma opposita gratiæ habituali; nec solùm ratione priuationis amicitię habitualis & coniunctionis supernat. cum Deo, quę tollitur per gratiam contradictoriè, sed etiam ratione actualis auersionis ex præterito peccato moraliter perseuerantis, quæ non tollitur, nisi per oppositum actum conuersionis ad Deum: ergo gratia requirit dispositionem ex parte subiecti ad oppositam formam peccati expellendam.

An requirat dispositionem ex parte efficientis?

35. *Hæc duplex* DIspositio ex parte efficientis remota est, quidquid vltimam dispositionē antecedit, includendo ipsum salutis exordium: Proxima est, ad quam immediatè sequitur gratia: hæc duplex; altera, quę requiritur extra sacra. altera, quæ requiritur in sacramentis. Porrò cùm sit moralis, debet .n. sua bonitate mouere Deum (qui solus est causa efficiens gratiæ) per modum meriti siue obsequij ad illam donandā: & meritū cùm liberū sit, non quit nisi in adultis reperiri: adulti autem vel sunt peccatores, vt omnes ex Adam propagati; vel sine peccato, vt fuerant primi Parentes, & Angeli in prima ipsorum creatione. De his breuiter,

DICO 1. Gratia habitualis nullam per se postulat dispositionem ex parte efficientis. Prob. alioqui semper illā postularet, vt per se requisitam: atqui illam non postulat in paruulis; nec in vtero matris sanctificatis; nec in Christo, cui omnis plenitudo gratiæ personalis, & habitualis, data est absque vlla morali dispositione; nec in Angelis, & primis hominibus, quibus, iuxta probabilem sen. collata prima gratia omninò gratis, absque præuia dispositione. 2. Infusio gratię pendet à solâ liberâ voluntate Dei: ergo per se nullam postulat ex parte efficientis dispositionem: ab eo enim pendet modus causandi effectum, à quo solo & liberè pendet productio effectus: Confir. gratia, vt gratia, per se magis postulat conferri gratis: excludit .n. meritum; tantumque tollitur de gratiâ, quantum ponitur de merito: sed moralis dispositio minuit gratuitam donationem: ergo gratia, vt gratia non potest per se huiusmodi dispositionem postulare: ergo si illam postulat, postulat tantùm ex liberâ voluntate Dei. Minor prob. moralis dispositio est aliquod meritum, saltem de congruo, suâ bonitate mouens Deum ad gratiam dandam.

DICO 2. Gratia habitualis per se postulat moralem dispositionem in peccatore adulto, non solùm ex parte subiecti, sed etiam ex parte efficientis, idque ratione peccati: 1. pars prob. ex *Triden. sess.* 6. *cap.* 5. 6. & 7. & *can.* 3. & 9. & *sess.* 14. *cap.* 4. vbi docet ad gratiam iustificationis consequendam necessariam esse peccatoris dispositionem atque cooperationem, iuxta cuius mensuram, vt definit *sess.* 6. *cap.* 7. vnusquisque suam recipit iustitiam.

Ex script. quæ ad conuersionem Dei in nos, quæ fit per infusionem gratiæ habitualis, requirunt conuersionem nostri in Deum; *Ioel.* 2. *Zach.* 1. quibus vtitur *Concil. cit sess.* 6. *cap.* 5. *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos*: ratione cuius dispositionis dicitur homo seipsum sanctificare, nempe dispositiuè, non formaliter; *Eccles.* 2. *Qui timent Dominum præparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas.* 1. Ioan. 3. *Omnis qui habet hanc spem in eo, sanctificat se.*

Quòd talis dispositio à gratia in adulto peccatore requiratur etiam ex parte efficientis, sic ostendo: Non potest Deus ad gratiam peccatori infundendam se mouere, nisi ex parte peccatoris præcedat peccati detestatio: nec .n. perseuerante peccato potest gratiam peccatori infundere: sed quàm diu peccator sum peccatum non retractat, perseuerat in eo moraliter peccatum, vt *disp.* 32. ergo dum peccatum non retractat &c. Maior prob. gratia, vt *seq. disp.* essentialiter secum affert amicitiam supernat. Dei erga nos: contrà verò peccatum odium inimicitię supernat. Dei erga peccatorem. At implicat, Deum nos amare amore amicitiæ supernat. sc. infundendo donum amicitia supernat. seu gratiam: & simul odisse odio inimicitiæ supernat. sc. subtrahendo idem donum gratiam .n. infunderet simul & subtraheret: igitur implicat, Deum habitualem gratiam peccatori infundere, non retractato per actum detestationis peccato: hoc est ad gratiam adulto peccatori infundendam

Digitized by Google

dendam per se necessaria est dispositio ex parte peccatoris. Nempe nequit Deus liberè velle, aut nolle, nisi per proportionatam mutationem rei amatæ, vel odio habitæ: cùm nec liberè velle, aut nolle possit per mutationem sui: nec res amare, vel odisse, quę eius est infinita rectitudo, nisi iuxta amabilitatem, & odibilitatem earum.

41. *Dices.* Gratia habitualis non requirit per se dispositionem ex parte efficientis: ergo nec illam per se requirit in peccatore adulto; sed tantùm vt expultricem peccati, seu ex parte subiecti. *Resp.* neg. conseq. gratia n. requirit in peccatore ad alto dispositionem, non solùm vt expulsiua formæ, quæ contraria est gratiæ, quà dicit respectum ad subiectum, in quo est recipiendæ, sed etiam ad Deum, à quo est producendæ. Sicut n. gratia habet respectum ad subiectum receptiuum, & ad Deum productiuum: ita ex parte subiecti requirit expulsionem contrariæ formæ, quod est peccatum; & ex parte Dei sublationem respectus inimicitiæ, quàm necessariò fundat peccatum.

42. *Vera causa moralis* DICO 3. Hæc dispositio est vera causa moralis gratiæ habitualis. *Triden. n. sess. 14. cap. 4. hanc* appellat impetratoriam gratiæ, & veniæ: *Fuit quouis tempore ad impetrandam veniam peccatorum hic contritionis motus necessarius.* Idem docet de attritione, quæ cum sacramento pœnitentiæ est moralis causa gratiæ iustificantis. Fundam. illa est causa moralis, quę suâ bonitate mouet agens ad communicandum aliquod donum: sed vltima dispositio sua bonitate mouet Deum ad communicandum donum gratiæ peccatori: ex *Triden. n. sess. 6. cap. 7.* Deus gratiam confert iuxta mensuram propriæ dispositionis. Maior constat: nam causa moralis formaliter in ratione causæ moralis constituitur per talem motionem: ideò merita Christi sunt moralis causa nostræ iustificationis, quia sua bonitate mouent Deum ad communicanda nobis dona supernat. Ratio: causa moralis respicit agens liberum, quod ad agendum mouetur, ex præconcepta bonitate obiecti. Ergo vltima dispositio est moralis causa gratiæ: si enim illa esset tantùm conditio remotiua impedimenti ex parte subiecti, ea remotâ, æqualis gratia conferretur omnibus: quia remoto impedimento, vnum subiectum non est capax maioris gratiæ, quàm aliud; nam capacitas ad gratiam est potentia obedien. æqualis in omnibus. Igitur si propter meliorem dispositionem intensior gratia confertur, signum est, dispositionem esse moralem causam gratiæ. Confir. vltima dispositio ad gratiam habet omnia requisita ad causam moralem: est enim actus liber, honestus, hominis viatoris, ex speciali auxilio Dei elicitus. Dices, non esse moralem causam defectu subiecti grati: quia nullum opus personæ non gratæ potest mouere Deum moraliter. Sed contrà: ad causam moralem simpliciter hæc conditio non requiritur, licèt ea requiratur ad causam moralem de condigno meritoriam, cuiusmodi non est vltima dispositio ad gratiam habitualem.

43. *Fundam. potiss.*

44.

Qualis debeat esse proxima dispositio ad gratiam?

45. PRima sent. affirmat, esse actum viribus liberi arbitrij elicitum: *Scot. in 2. dist. 7. q. vn. §. de 2. & in 4. dist. 14. q. 2. §. de 2. Mayro. in 4. dist. 15 q. 3. a. 1. Ocham in 4. qu. 9. ad 4. dub.* vbi docet, proximam dispositionem ad gratiam esse actum detestatiuum peccati virtutis acquisitæ, non infusæ: *Gabriel in 3. dist. 27. qu. vn. a. 3. dub. 2. & in 4. dist. 14. q. 1. a. 2. post 5. concl. Cajet. tom. 1. Opusc. tract.* 4 *q. 1. sed contra.* Discrepant autè in assignando actu. *Scotus* ait, esse detestationem peccati secundùm certam intensionem, certam vt temporis morem: *Gabriel*, naturalem contritionem, quà hæc contingit cum supernat. dilectione Dei eleuantis naturalem contritionem ad esse vltimæ dispositionis ad gratiam: *Gabriel* dilectionem natur. Dei super omnia: aliqui verò peccati detestationem. Omnes conueniunt, illam esse de congruo tantùm, non de condigno meritoriam. Quocirca ante infusionem gratiæ illam appellant attritionem, post infusionem gratiæ, contritionem, quæ ab attritione non differt, nisi moraliter, ratione condignitatis, quam accipit à gratia. Ac per hoc putant se saluare, quo pacto hæc opinio non recurrat ad errores Pelag. aut Semipelag. qui docebant, hominem naturæ viribus se ad gratiam præparare. Fundam. horum: *Fund. potiss.* *facienti quod in se est, Deus non negat suam gratiam.* Qui autem detestatur peccatum ex facultate naturæ, facit quod in se est; ergo.

Secunda sent. etsi detestatio peccati viribus naturæ elicita, non sit proxima dispositio ad gratiam extra sacram. est tamen vnà cum sacram. baptismi, aut pœnit. *Soti lib. 2. de nat. & gra. cap. 3. fine, & in 4. dist. 18. qu. 3. art. 3. §. atqui: Melch. Can. relect. de pœnit. p. 3. §. Sed huic: & parte 6. in tract. de attrit. §. Tertiò* licet id sub dubio. Fundam. ex Tridentino sess. 7. can. 6. sacramenta nouæ legis conferunt gratiam obicem non ponentibus: sed qui ad hęc sacramenta accedit, cum dolore tantùm naturali de peccatis, obicem non ponit; ergo recipit gratiam. Doctrinam extendunt etiam ad sacramenta viuorum, si fortè ad ea fideles accedant cum ignorantiâ inuincibili peccati, & actu naturalis doloris. 46. *2. Sent.* *Fundam.*

Tertia sent. opinatur, actum ex auxilio gratiæ ordinis tantùm naturalis elicitum, esse proximam dispositionem ad gratiam, etiam extra sacra. videtur *Durandi in 2. dist. 28. qu. 3.* docentis, posse hominem per actus moraliter duntaxat honestos, ex speciali tantùm ordinatione Dei ad supernat. finem ordinatos, ad gratiam se disponere. Fundam. hæc dispositio sat est ad gratiam: quia ex Concilijs sufficit detestatio peccati ex speciali auxilio Dei elicita: sed auxilium ordinis naturalis est speciale Dei, ergo detestatio ex tali auxilio elicita &c. 47. *3. Sent.* *Fundam.*

Quarta sent. asserit proximam dispositionem ad gratiam, tam extra, quàm in sacramentis recipiendam, esse detestationem peccati, ex auxilio gratiæ ordinis supernat. elicitam: quę extra sacra. elicienda est ex perfecto motiuo charitatis infusę; in sacra. sufficit, si ex aliquo motiuo inferiori ordinis supernat. Ita *Scholastici in 4. disp. 14.* & colligitur *ex S. Thoma. 1. 2. quæst. 112. art. 2.* 48. *4. Sent. communis*

DICO 1. Proxima dispositio ad gaatiam iustificantem, siue extra, siue in sacramentis, est actus ex speciali auxilio Dei elicitus. Assertio definita est *contra Pelag. in Palæst. Araus. II. Triden. sess. 6. can. 3. Si quis dixerit sine præueniente Spiritus S. inspiratione, atque eius adiutorio hominem credere, sperare, diligere, aut pœnitere posse sicut oportet, vt ei iustificationis gratia conferatur, anathema sit:* ita cap. 6. & 7. describitur dispositio ad gratiam iustificantem medio baptismate; & *sess. 14. cap. 4.* docet, attritionem, quæ in sacra. pœnit. peccatorem ad gratiam impetrandam disponit, esse donum Dei & Spiritûs S. impulsum, non quidem inhabitantis, sed tantùm mouentis, quo pœnitens adiutus viam sibi ad iustitiam parat. Fundam. si posset homo viribus proprijs ad gratiam iustificantem, siue extra, siue in sacramentis proximè se disponere, posset viribus 49. *Ex multis Concil.* 50. *Fundam. asser.*

Vasq.

proprijs salutem consequi: at non tantùm salus, sed quodcunque salutis initium tribuitur Deo, *Osee* 13. *Perditio tua Israël: tantummodo in me auxilium tuum: Ioan.* 15. *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, sine me nihil poteritis facere.* 1. ad Corinth. 4. *Quis te discernit? quid habes quod non accepisti?*

51. *Non est de Fide*

Dico 2. Proxima dispositio ad gratiam iustif. siue extra, siue in sacram. est actus ex auxilio supernat. quoad substantiam elicitus. De fide tantùm est, actus ad iustificationem peccatorum requisitos, debere esse ex speciali auxilio Spiritûs S. quale est auxilium supernat. etiam quoad modum, vt potè superadditum naturæ, & inuersum illam ad supernat. finem: assertio tamen ex principijs fidei deducitur. 1. quia proxima dispositio ad formam, est eiusdem ordinis, vt inductione constat, cum forma; est .n. proprietas formæ, eiusdem ordinis cum natura, cui vt passio naturaliter debita est. Hanc autem proportionem cùm seruet Deus in rebus natur. à fortiori putandus est, eam seruare in supernat. quas perfectiori modo, quàm res naturales, producit. 2. quia nequit peccator, saltem de lege ordinatâ, peccati remissionem, & supernat. amicitiam cum Deo consequi, nisi retractato peccato, vt est contra Deum finem etiam supernat. quod nemo potest nisi per auxilium supernat. quoad substan. & ex motiuo supernat. cùm enim auxiliū supernat. quoad modum sit ordinis natur. nequit se extendere ad motiuū supernat. eleuatur .n. ad ordinem ipsius motiui; à quo specificatur.

Sed probabilissimè deducta.

52. *Vtraque pars colligitur ex Triden.*

Dico 3. Proxima dispositio ad gratiam extra sacra. est contritio supernat. ex motiuo charitatis elicita: in sacra. est attritio supernat. ex motiuo supernat. infra motiuum charitatis elicita: ex *Triden. sess.* 14. vbi docet, contritionem charitate perfectam hominem Deo extra sacra. reconciliare: attritionem verò, quę ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennæ metu, Spiritus S. impulsu concipitur, quamuis sine sacra. pœnit. per se ad iustificationem perducere nequeat, eam tamen ad Dei gratiam in sacra. pœnit. impetrandam disponere. Prior pars continetur in Script. sacris, vbi conuersioni nostri ad Deum promittitur conuersio Dei ad nos, *Zacha.* 1. *Conuertimini ad me, & conuertar ad vos.* Conuertimur ad Deum per contritionem: conuertitur Deus ad nos per gratiam.

53. *Fundam.*

Fundam. hi actus per se sunt maximè proportionati ad remissionem peccati, mediâ gratiâ iustificante, consequendam. Qui .n. alium offendit, vt illi reconcilietur, debet illatam offensam retractare; alioqui non censebitur illius amicitiâ dignus, quamdiu liberè voluerit in illata iniuria perseuerare, seu illam non retractare.

54. *Ad argum. primę.*

Authores primæ sent. errorem Pelag. aut Semipelag. non effugiunt, ex eo quòd dicant, proximam dispositionem ad gratiam, esse tantùm meritoriam de congruo, non autem de condigno. Ideò .n. illi damnati sunt, vt videre est in *Paleſt. Mileui. Arauſ.* quia simpliciter asserebant, posse hominem viribus proprijs vel salutem consequi, vt Pelag. vel initium aliquod salutis inchoare, vt Semipelag. non

55. quòd condignis meritis. Vnde ad fundam. eorum Resp. Principium, *facienti quod in se est, Deus gratiam non negat*, intelligi de faciente quod in se est viribus gratiæ, quæ semper præcedere debet, iuxta illud *Iere. fine or at. conuerte nos domine ad te, & conuertemur*; non viribus naturæ, quæ se sola sufficiens

56. *Secunda* non est. Ad fundam. secundę sent. neg. minor. Qui .n. ad sacra. baptismi vel pœnit. accedit cum solo dolore naturali de commissis peccatis, non accedit sine obice simpliciter, quia non accedit cum sufficienti retractatione peccatorum, quæ est retractatio peccati, non solùm vt est contra finem natur. sed supernat. sicut .n. accedere ad hęc sacra. cum conscientia peccati, absque vllo dolore, est accedere cum obice; ita accedere ad eadem cum conscientiâ peccati, absque debito dolore, est accedere cum obice. Ad fundam. tertiæ sent. neg. ant. & prob. dum .n. Concilia docent, dispositionem debere esse, *vti oportet ad iustificationis gratiam consequendam*; & ad hoc ex iisdem probatum est, requiri, vt elicitur ex motiuo charitatis extra sacra. vel ex alio motiuo supernat. in sacra. nequeat cum sacra. esse sufficiens dolor ex solo auxilio ordinis naturalis elicitus: hoc enim non potest se extendere ad motiuum supernaturale quoad substantiam, cum sit extra ipsius sphæram.

57. *Tertia*

DISPVTATIO XXXI.

De effectu formali positiuo gratiæ habitualis.

1. *Duplex effectus formalis gratiæ.*

Effectvs formalis gratiæ habitualis positiuus vnus, negatiuus alter. Positiuus, vnus moralis, qui est reddere opera condignè meritoria apud Deum, *de quo disp. vlt.* alter physicus, qui vel desumitur ab ipsa gratia vnita subiecto, eique omninò idem cum entitate gratiæ; dicturque effectus formalis absolutus, & gratiæ intrinsecus: vel desumitur à forma extrinseca, nempe ab actu dilectionis Dei; exigitur tamen ab ipsa gratia; diciturque effectus formalis connotatiuus, quia præter gratiam intrinsecè inhærentem, connotat actum diuinæ dilectionis, à quo completur. Effectus prioris generis sunt, reddere subiectum sanctum, iustum, & obiectum dignum speciali amore Dei, & æternæ beatitudine. Posterioris verò generis sunt, actu diligi à Deo speciali amore amicitiæ, actu beatitudinem consequi. Negatiuus autem est, expulsio peccati, & liberatio à pœna æterna. In hac *disp.* de priori effectu positiuo, tam intrinseco & absoluto, quàm extrinseco & connotatiuo; in *sequenti* verò de posteriori negatiuo disputandum erit.

Physicus etiam duplex.

SECTIO PRIMA.

An Gratia suâ naturâ reddat subiectum iustum, sanctum, filium adoptiuum Dei, dignum amicitia, & gloria eiusdem?

2. *Negant*

Prima sent. negat: *Richar. in* 1. *dist.* 17. *a.* 1. *q.* 1. *ad* 3. id docet de charitate, quæ in eius *sent.* est eadem cum gratia: *Ocham in* 1. *dist.* 17. *qu.* 1. *ad arg. Arimi. qu.* 1. *art.* 2. *ad* 1. *con.* 2. *concl. Mayro. q.* 2. *fine. Gabriel. q.* 1. *art.* 3. *dub.* 4. *& in* 4. *dist.* 14. *qu.* 1. *art.* 2. *post* 5. *concl. Marsil. in* 1. *qu.* 20. *art.* 3. *ad ratio.* 3. *Ioan. Medin. tract.* 1. *de pœnit. qu.* 12. *§. corrollarię, Coninc. de actib. supernat. disp.* 21. *dub.* 8. Eadem colligitur ex *Scoto in* 1. *dist.* 17. *qu.* 2. *§. de* 2. *ad* 1. *potest dici, quod in homine est aliquid, quod reddit ipsum acceptabilem de lege ordinata; & illud dicitur acceptabile secundùm quid, quia non est bonum, nisi quia acceptum*: ergo gratia est bona in quantum à Deo acceptatur; non ex natura sua, sed ex diuina ordinatione. Fundam. nulla forma creata est tantæ perfectio-

3. *Fundam.*

perfectionis, quantę est beatitudo, & amor increatus Dei: ergo nulla suâ naturâ reddit subiectum iustum, sanctum, & dignũ gloria & amicitia Dei.

Confir. 1. Confirm. 1. alioqui daretur forma creata tribuens ius ad propria bona Dei: hoc autem implicat: et hoc ipso quòd bona Dei fierent communia creaturis, desinerent esse propria Dei: proprium enim est, quod vni tantùm competit. 2. Si gratia suâ naturâ redderet subiectum dignum gloriâ; gloria, quæ est præmium, non esset perfectior gratiâ, quæ est meritum: at meritum est imperfectius præmio.

4. Secunda sent. affirmat: *S. Thom. de verit. qu.* 27. *art.* 1. *Aureo. in* 1. *dist.* 17. *art.* 2. *Capreo. qu.* 1 *ad argu. Grego. tom.* 1. & 2. *concl. Medin.* 1. 2 *qu.* 110. *art.* 4. *Vasquez disp.* 204. *cap.* 2. *Curiel. art.* 10. §. *concl. vlt. Suarez libr.* 7. *de gra. cap.* 1. & Theol. communis. *Fundam.* 1. ex Scripturis, Concil. Patrib. in quibus gratia nuncupatur animi sanctitas, iustitia, amicitia, filiatio Dei; & quicumq; habent, sancti, iusti, amici, filij, hæredes Dei: ergo hos effectus habet gratia ex naturâ suâ, alioqui falsò illi tribuerentur. Non ex extrinseca acceptione Dei: tum quia cùm non implicet forma, cui tales effectus ex natura sua conueniant, dicendum, eos de facto suâ naturâ gratiæ competere; vt melius saluet Scripturas, Concil. Patres: tum quia, hos effectus non tribuit sola extrinseca acceptio Dei cum gratiâ, vt conditione tantùm: aliàs enim non gratia, sed extrinseca tantùm acceptio Dei hos effectus præstaret; contra *Triden. sess.* 6. *cap.* 7. docens, gratiam esse vnicam causam formalem nostræ iustificationis: quod non esset, si solus Deus ad præsentiam gratiæ eum effectum causaret; sicut non esset sol causa luminis, si solus Deus ad præsentiam solis lumen causaret. Nec simùl cum gratiâ vt concausâ; alioqui gratia non esset perfecta sanctitas, ac proinde se sola sufficiens ad reddendum subiectum iustum, filium adoptiuum, & amicum Dei. Nec sola gratia cum acceptione Dei vt conditione, vel causâ eleuante gratiâ ad hos effectus formaliter præstandos: nam gratia hos effectus habet vel ex se, & ad illos præstandos non eget extrinseca acceptatione Dei; cùm omnis forma vnita subiecto capaci, necessariò tribuat omnes effectus formales, quos habet: vel non habet ex se: & tunc nec per extrinsec. accept. Dei, poterit formaliter eos præstare: quia extrinseca non mutant intrinsecè formam, nec eleuant ad præstandum formaliter, quod in suâ entitate non habet: eleuatio enim non mutat intrinsecè rem eleuabilem. Cùm igitur gratia debeat formaliter hos effectus subiecto præstare; neque id possit forma, nisi per suam entitatem; implicat, si gratia hos effectus in sua entitate non continet, eos per extrinsecam eleuationem tribui. 2. Sumendum ex naturâ gratiæ, quæ ex *disp.* 29. *sect.* 4. est singularis participatio naturę diuinæ: qui autem participat propriam naturam alicuius, participat proprietates illius: igitur gratia participans naturam diuinam secundùm proprium esse ipsius, participabit proprietates ipsius, quæ sunt esse sanctum, iustum, dignum amore & beatitudine Dei. Confirm. peccatum reddit subiectum suâ naturâ iniquum, & indignum amicitiâ & gloriâ Dei; è conuerso gratia. Oppositæ enim formæ oppositos tribuunt effectus formales. Portò gratia reddit subiectum sanctum & iustum, quatenus illud per modum habitus intrinseci, immediatè ordinat ad rectam regulam naturalis ac supernat. rationis creatæ, eaque mediante ad primam regulam rationis increatæ. Sanctus enim & iustus dicitur, qui conformis est suæ regulæ: iniustus & iniquus, qui suæ dissonus est: sic vt *Dionys.* 12. *cap. de diuin. nom.* definit, sanctus est, qui ab omni scelere mundus & incoinquinatus est. Eadem reddit subiectum dignum amicitiâ diuinâ, quatenus in eo potest similitudinem naturæ, morum & operationum diuinarum, in quibus perfecta amicitia vnius ad alterum fundatur; est enim amicus alter ipse, vt *Aristi. dixit* 9. *Ethicor. cap.* 4. vnde quò magis similitudine naturæ, morum, & operationum accedit ad amantem; eò est perfectum inter ipsos amicus. Dixi, *Dignum amicitia diuina*, non amicum: quia esse amicum Dei, præter fundamentum amicitiæ ex parte creaturæ, importat actualem amorem Dei erga creaturam, de quo *sectione sequenti.*

Ab enumeratione partium.

Fundam. 1.

Ex duplici similitudine

Dignum amicitia Dei.

8.

Reddit subiectum adoptiuum filium Dei, & hæredem æternæ vitæ, quatenus est quædam supernat. generatio, mediante quâ nobis communicatur specialis participatio naturæ diuinæ, quę hic inchoatur per gratiam, in patria completur per visionem beatam, nam ad completam generationem filij intellectualis requiritur, *ex* 1. *to. disp.* 18. *sect.* 7. similitudo naturalis per participationem naturæ, & intentionalis per expressionem obiecti intelligibilis essentialiter constituentis principium generatiuum intellectiuum. At similitudo naturalis in filiatione adoptiuâ Dei habetur per gratiam, quæ est singularis participatio naturæ diuinæ secundùm proprium esse ipsius; intentionalis verò per visionem, quæ est intelligibilis imago & expressio obiecti diuini. Confirm. filiatio adoptiua Dei, est quædam participatio filiationis naturalis eiusdem; talem enim sibi filium proportionaliter per voluntatem adoptat Deus, qualem per naturam sibi generat, iuxta illud *Rom.* 8. *Quos præscinit & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui*; est enim adoptio, vt leges definiunt, imitatio quędam & substitutio filiationis naturalis. Filiatio naturalis Dei essentialiter constituitur ex vtraque similitudine, tam naturali per communicationem eiusdem numero naturæ, quàm intentionali per vitalem expressionem obiecti intelligibilis; ergo etiam filiatio adoptiua Dei constitui debet ex vtrâque similitudine, & naturali, per infusionem gratiæ; & intentionali, per expressionem obiecti diuini.

Filium adoptiuum

9.

10.

Obijcies. Si gratia non esset completa, sed solùm inchoata adoptio Dei, non posset homo per gratiam denominari verè & propriè adoptiuus filius Dei. Resp. *neg. sequel.* ad veram enim & propriam denominationem adoptionis, sufficit habere formam, quæ per se exigat vltimum complementum adoptionis. Gratia, esto non sit completa adoptio Dei formaliter, est completa radicaliter, quia per se exigit vltimum complementum adoptionis diuinæ; quæ est visio beata assimilatiua obiecti intelligibilis diuini. Sicut ad mutuam amicitiam Dei ad nos, & nostri ad Deum, sufficit vt sit forma essentialiter exigens habitum charitatis, quo formaliter completur amicitia nostri erga Deum.

11.

Resp.

Dives: ergo verius genitus ab homine erit filius hominis; & Spiritus S. productus à Patre & Filio erit verè & propriè filius; quia vterque participat genericam quasi similitudinem principij producentis. Sed neg. conseq. nec gradus animalitatis participatus à vermè, ab homine producto; nec similitudo eiusdem numero naturæ, communicatæ à Patre & filio Spiritui S. per se vi suę processionis exigit vltimum complementum & similitudinem principij producentis: vti gratia producta à Deo, essentialiter exigit visionem beatam, vt vltimũ cõplementum filiationis adoptiuę Dei.

12.

Dices

Resp.

Obijcies.

Fundam. 2.

6.

Gratia habit. reddit subiectum sanctum, iustum,

7.

13. *Objcies* 2. Hæreditas distinguitur à filiatione: visio beata est hæreditas filiorum Dei, ergo distinguitur à filiatione adoptiua Dei. Maior est *Pauli Rom.* 8. *Si filij & hæredes:* Vbi hæreditatem infert ex filiatione. Quia hæreditas supponit filiationem: est enim terminus extrinsecus illius: vnde potest aliquis esse perfectè filius absque vlla hæreditate. Resp. 1. neg. maior. vniuers. constat in filiatione increata Verbi, quæ à Patris hæreditate non distinguitur. Beatitudo enim increata, quæ consistit, saltem partialiter, in cognitione increata essentiæ diuinæ, & personarum, constituit essentialiter naturalem filiationem Verbi; sine quia diuina intellectio est formale constitutiuum naturæ diuinæ; siue quia est vltimum specificatiuum Verbi, quod est de ratione Filij intellectualis vt sic: quia igitur filiatio adoptiua Dei est quædam imitatio filiationis naturalis eiusdem, consequenter neque visio diuinæ essentiæ & Personarum distinguetur à filiatione adoptiua Dei cõpletè sumptâ.

14. *Quomodo hæreditas distinguatur à filiatione diuina.*

15. *Resp. 2.* 2. *Distinq.* minor. visio beata est tantùm hæreditas Filiorum Dei, nego; est simul hæreditas, & vltimum complementum adoptionis diuinæ, concedo. quemadmodũ beatitudo increata est hæreditas Verbi diuini, & simul essentiale constitutiuum naturalis filiationis eiusdem. Non enim repugnat, idem secundùm diuersos respectus esse constitutiuum filiationis, quà assimilat perfectè terminum principio producenti vel adoptanti; & simul esse hæreditatem filij, quatenus est perfectio per se debita personæ in filium assumptę.

16. *Resp. 3.* Resp. 3. distinq. maior. distinguitur hæreditas à filiatione, prout hæreditas importat actum beatificum intellectus, neg. prout voluntatis, conced. adæquata. n. hæreditas Dei includit actum, quo videtur; & quo amatur: beatitudo autem vt importat actum intellectus, complet essentialiter filiationem; vt etiam importat actum beatificum voluntatis, qui est extra constitutiuum filiationis, complet hæreditatem filiorum in ei.

17. *Objcies* 3. Si filiatio adoptiua Dei præter similitudinem naturę diuinę, includeret intentionalem obiecti intelligibilis, non adæquatè discriminaretur à filiatione naturali Dei, quæ essentialiter includit vtramque similit. adoptiua verò discriminari debet à naturali per negationem completæ similitudinis, vt humana adoptio, quæ per solum extrinsecũ affectum participat naturalẽ filiationem.

18. *Distinctio inter filiationem adoptiuam & naturalem Dei.* Resp. neg. sequel. filiatio. n. naturalis Dei includit perfectissimam similitudinem principij generantis, naturalem & intention. per substantialem generationẽ: Adoptiua solùm includit imitationem filiationis naturalis per accidentale participium illius. Cæterùm filiatio adoptiua non est discriminanda à naturali per exclusionem totius similitudinis intelligibilis, sed solùm per exclusionem similitudinis intelligibilis substantialis. Sicut filiatio adoptiua Dei discriminatur à naturali eiusdem, non per exclusionem omnis similit. naturalis, sed solius substantialis. Nec est eadem ratio de adoptione humana, quæ solùm fit per extrinsecum affectum, non per aliquod intrinsecum participium filiationis naturalis, vt fit adoptio diuina.

19. *Objcies* 4. Adoptio, vt leges statuunt, est extraneæ personę gratuita acceptatio ad hæreditatem, ad quam vi suę originis ius non habebat: at creatura vi spiritualis generationis, quæ fit per infusionem gratiæ, fit proportionata persona ad hæreditatem Dei, acquirens intrinsecum ius ad propria bona Dei: ergo non comparatur ad hæreditatem Dei, vt persona extranea.

Resp. adoptio humana non reddit personam, quam assumit, intrinsecè proportionatam ad bona adoptantis, sed extrinsecò duntaxat affectu & voluntate: ideò persona adoptata manet intrinsecè improportionata ad propria bona adoptantis. Diuina verò reddit personam, quam assumit, intrinsecè proportionatam ad propria bona adoptantis, quę sunt propriæ operationes Dei, communicando illi participationem suæ naturæ accidentalem, quæ non ingreditur substantialem constitutionem personæ adoptatæ; ideò adhuc eâ positâ, manet adoptata substantialiter extranea hereditati diuinæ; itaque filiatio naturalis reddit personam substantialiter participem hereditatis generantis: adoptiua, tantùm accidentaliter reddit participem hæreditatis adoptantis. 20. *Discrimen adoptionis humanæ & diuinæ.*

21. *Objc.* 5. Ioan. *epist.* 1. *c.* 3. non gratiæ, sed charitati adoptionem Dei tribuit: *Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur & simus.* Augustin. ibid. tract. 5. *dilectio sola discernit inter filios Dei, & filios diaboli.* Resp. adoptionem tribui charitati, tum propter inseparabilem connexionem cum gratia: tum à signo & à posteriori; opera charitatis sunt propria filiorum Dei. *Augustin.*

22. *Objcies* 6. Illud constituit nos amicos Dei, quod reddit nos proximè potentes ad ipsum diligendum; sc. charitas, quæ proximè complet & inclinat voluntatem ad diligendum Deum; non gratia, quę vel non est actiua, vel non causa proxima, vt charitas, sed remota & vniuersalis. Nempe id quod vnum hominem constituit amicum alterius hominis, non est similitudo & æqualitas specificæ naturę, alioqui omnes homines essent amici, sed habitus ex frequentatis actibus amoris acquisitus, qui constituit hominem pronum & inclinatum ad diligendum amicum: vnde Arist. 8. *Ethic. cap.* 2. amicitiam definit, *mutuam benevolentiam non latentem.* Resp. 1. illud constituit nos formaliter & proximè dilectores Dei, quod constituit nos proximè habiles & potentes ad diligendum Deum, concedo: illud constituit nos obiectum amicitiæ Dei, quod constituit nos proximè potentes & pronos ad diligendum Deum, nego. Amor. n. non dicitur amicitia à principio, à quo elicitur, sed ab obiecto, à quo specificatur, & ad quod tendit. Est igitur charitas principium amoris amicitię, quo in Deum tendimus vt amicum: gratia est obiectum amoris amicitiæ Dei erga nos: quemadmodum bonitas Dei est obiectum amoris amicitiæ nostræ in Deum. Ratio verò est, quia id constituit nos obiectum amoris amicitię Dei erga nos, quod constituit nos perfectè similes Deo in natura, moribus, & operibus proprijs Dei: sicut quod constituit vnum hominem obiectum amicitiæ alterius, est similitudo proprię naturæ, morum, & operationum. At gratia, non charitas reddit nos perfectè similes Deo in natura, & consequenter in moribus, proprijsque operationibus Dei: ipsa. n. est forma per se exigens proprias operationes Dei; charitas est tantùm proprietas gratię, & principium dilectionis Dei. Ideò *Arist.* 9. *Ethic. cap.* 4. ait, *amicabilia ad alterum proficisci ex amicabilibus ad se.* Vnde quò magis quis est alteri similis in natura, moribus, & modo operandi, eò est intimior ac perfectior amicus: nec similitudo specificę naturę sufficit ad conciliandam amicitiam, siue ad constituendum obiectum amicitiæ; sed requiritur similitudo specialior, fundata in eâdem inclinatione, moribus, operationibusque; qualis est gratia, sufficiens fundamentum amicitię Dei erga nos. Arist. *cit. loc.* amicitiam explicat à posteriori per principales 23. *Amor non dicitur amicitia ab obiecto specificante. Gratia est obiectum amoris amicitiæ Dei erga nos.*

Digitized by Google

24. Resp. 2. principales actus. 2. Illud constituit nos amicos Dei, quod reddit nos tantùm proximè potentes ad diligendum Deum, nego; quod reddit nos potentes radicaliter ad amandum Deum & simul obiectum specialis amoris Dei, concedo. Quia amicitia est mutua; ergo in ea forma debet consistere, quæ apta est reddere personam habilem ad redamandum, & simul obiectum mutui amoris. Cùm autem charitas sit tantùm proximum principium diligendi Deum, non reddit nos similes in naturâ diuinâ, quæ similitudo constituit nos proximum obiectum specialis amoris Dei. Vnde licet charitas constituat nos proximè habiles ad diligendum Deum; non tamen constituit nos obiectum mutui amoris Dei. Contrà verò gratia, cùm sit perfecta similitudo naturæ diuinæ, & propriarum operationum eius constituit nos obiectum specialis amoris diuini. Rursus eadem gratia vt similitudo naturæ diuinæ inclinat ad diligendam naturam diuinam: nam omne simile ex innato appetitu erga se naturaliter inclinat ad diligendum sibi simile. Eadem ergo similitudo naturæ diuinæ, quæ constituit nos obiectum specialis amoris Dei, simul inclinat nos ad redamandam naturam diuinam, similem nobis per gratiam. Licet hanc inclinationem radicaliter habeamus per gratiam, formaliter per habitum charitatis. Sicut in amicitia humana inclinatio ad redamandam personam amantem radicaliter habetur per similitudinem morum: formaliter completur per habitum ex frequentatis actibus amoris acquisitum.

25. Amor in peccatorem est misericordiæ. *Dices.* Potest Deus amore amicitiæ diligere peccatorẽ, tribuendo ei auxilium ad contritionem, vt bonum peccatori, in quo non est gratia habitualis: ergo obiectum amicitiæ Dei erga nos non est gratia. Resp. amor, quo Deus confert peccatori auxilium ad contritionem, non est amicitiæ, sed misericordiæ: quia non est ad alterum; vt ad similem, quæ similitudo ad veram amicitiam necessaria est; nec ad perfectam amicitiam sufficit, velle bonum alteri, nisi vt sibi simili. Quâ de causâ Arist. 8. *Ethi. cap.* 8. amitiam definit, esse æqualitatem & similitudinem, *Præcipuè qua ex virtute similitudo est.* negat *cap.* 7. inter inæquales & dissimiles esse amicitiam.

26. Similitudo analog. sufficit. Instabis. Etiam posità gratiâ habituali, intercedit infinita dissimilitudo & inæqualitas inter creaturam & creatorem: ergo neque inter Deum & iustum poterit vera amicitia intercedere. Resp. cum huiusmodi dissimilitudine & inæqualitate, quæ inter creaturam & creatorem reperitur, sufficiens æqualitatis & similitudinis inter Deum & iustum intercedere, ad veram amicitiam fundamentum sc. similitudinem & participationem eiusdem esse diuini, fundantis eundem analogicum operandi modum.

27. Fundam. Medin. Deducitur, huiusmodi effectus formales non modò connaturaliter, verùm etiam essentialiter conferri à gratia: contra. *Medin.* 1. 2. *qu.* 110. *art.* 4. §. *Sed vt hæc:* qui contendit, quãuis connaturaliter gratia hos effectus conferat subiecto, de potentiâ absoluta posse ab illis separari. Quia licet nequeat primarius effectus formalis à forma separari, potest secundarius, cuiusmodi sunt suprà recensiti.

28. Contra Sed contrà; esse sanctum, iustum, filium adoptiuum Dei, dignum amicitia, & beatitudine diuina, sunt effectus primarij gratiæ habitualis; non secus atque esse album, est primarius formalis effectus albedinis. Igitur sicut repugnat, esse album separari ab albedine vnita subiecto; ita hos effectus à gratiâ coniunctâ animæ. Antec. prob. gratia essentialiter est habitualis rectitudo & coniunctio animi cum Deo, fine & regula supernat. adoptiua filiatio & similitudo proprij esse, motus, & operationum diuinarum: ergo essentialiter confert subiecto, cui inest, esse sanctum &c.

29. *Dices.* Potest gratia esse simul cum peccato in eodem subiecto: ergo in eâ sent. possunt recensiti effectus separari à gratia. Resp. neg. conseq. duplex enim effectus formalis est in quâlibet formâ, vnus positiuus, quem confert forma per immediatam vnionem sui in subiecto: alter negatiuus, qui est expulsio contrariæ formæ ab eodem subiecto. Nequit prior à forma separari, cùm sit ipsa forma vnita subiecto: potest posterior, quando aliunde contradictio non inuoluitur. Implicat igitur gratiam manere vnitam proprio subiecto, & non conferre illi omnes suos effectus positiuos intrinsecos, esse iustum &c. Et si iuxta hanc sent. idem subiectum ratione peccati maneat iniustum, filius diaboli, indignum amicitia & gloria Dei non secus ac subiectum habens in se albedinem & nigredinem simul, esset ratione albedinis, album & disgregatiuum visus; ratione nigredinis, nigrum & congregatiuum visus. *Duplex effectus formalis in quâlibet formâ.*

30. Ad fundam. 1. sent. Ad fundam. primæ sent. neg. antec. vt n. ex *disp.* 29. *sect.* 4. constat, gratia est forma supernat. accidentalis omnium perfectissima: licet beatitudo sit perfectior gratiâ, tum ratione obiecti increati, quod terminatiuè includit: tum ratione vitalis actualisque operationis, quo pacto etiam operatio vitalis naturalis est perfectior substantiâ in ratione vltimæ actualisque operationis; non in ratione entis. Cæterùm, vt gratia reddat subiectum dignum amore increato Dei, necessarium non est, vt æquiualeat illi in perfectione, sed sufficit vt proportionetur illi in ratione obiecti diligibilis intra eundem ordinem analogicum; proportionatur autem, quia cùm gratia sit proprietas naturæ diuinæ, est in ordine participato diuino; sicuti proprietas accidentalis est in eodem ordine cum naturâ & substantiâ, cuius est proprietas.

31. Ad 1. conf. Ad 1. confir. neg. minor eiusque prob. Ex eo n. quòd propria bona Dei communicantur creaturis, non desinunt esse propria Dei. Sicut ex eo quòd lux communicatur reliquis corporibus, non desinit esse solis propria. Ratio: bona supernat. non communicantur creaturis substantialiter, sed tantùm accidentaliter: solùm autem quæ communicantur substantialiter, fiunt propria eius cui communicantur; non quæ tantùm accidentaliter, quia quæ substantialiter, communicantur cum natura substantiali; & quia natura substantialis constituit rem in se, & ad se; & nihil magis suum, quàm sua cuique natura: quæ communicantur tantùm accidentaliter, non communicantur cum natura substantiali, sed tantùm communicatur proprietas accidentalis alterius naturæ propria. Accidens autem, cùm non constituat naturam subiecti, cuicumque subiecto communicetur, semper manet accidens, & proprietas illius substantiæ, à quâ est participata, ad quam vt ad proprium principium semper clamat. *Quare* illa definitio *Proprij*, proprium est, quod vni tantùm competit, vera est de competentia per se & ab intrinseco debita naræ; falsa de debita per accidens, & ab extrinseco principio. Ad poster. confirmationem, concedendum est, visionem beatificam in ratione præmij esse perfectiorem gratiâ: quia in ratione præmij includit Deum ipsum per modum obiecti fruibilis: quamuis subiectiuè, & in ratione entis ac proximi principij, à quo elicitur, quod est lumen gloriæ, sit imperfectior gratiâ, vt proprietas naturâ.

32. Ad 2. conf.

SEC-

Digitized by Google

SECTIO II.

An gratia necessariò reddat subiectum actu à Deo dilectum speciali dilectione amicitiæ?

33. *Disput. status.* HActenus de effectibus formalibus positiuis intrinsecis, quos immediatè confert gratia vnita subiecto, independenter à quacunque alia forma extrinseca. Nunc de effectibus formalibus positiuis, quos gratia confert dependenter à forma extrinseca, qualis est speciális dilectio Dei, quam certum est, connaturaliter saltem exigi à gratia. Hoc ipso enim quòd gratia est forma suâ naturâ reddens subiectum dignum speciali dilectione Dei, connaturaliter exigit illam, eo modo, quo vnumquodque bonum naturale à Deo productum, connaturaliter saltem exigit diligi à Deo amore naturæ: cùm omne bonum connaturaliter saltem exigat amari ab eo, qui illud liberaliter producit. Vlteriùs inquiritur, an etiam essentialiter id poscat gratia; ita vt implicet, esse gratiam in subiecto capaci, & illam à Deo speciali dilectione amicitiæ non amari.

34. 1. *Sent.* Prima sent. negat: *Scot. in 1. dist. 17. q. 2. §. de 2. ad 1. Mayro. qu. 2. §. est ergo: Rubio quæst. 1. art. 2. concl. 2. Capreo. qu. 1. art. 3. ad argu. Aureo. ad 2. argu. prim.* licet oppositum censeat alibi: *Medin. 1. 2. qu. 110. ar. vlt. §. sed vt: Curiel. qu. 113. art. 2. dub. 3. §. 3. & qu. 110. art. 1. §. 9.* Sequitur ex opin. quæ gratiam distinguit in esse qualitatis, & in esse gratiæ, atque conseruari posse in esse qualitatis, & non in esse gratiæ: quia nimirum gratia in esse gratiæ importat specialem dilectionem Dei, quæ à physicâ entitate gratiæ separari potest. à fortiori sequitur vt Nominalib. qui docent, vt *præced. sect.* gratiam ex diuina tantùm ordinatione reddere subiectum gratum. Fundam. nulla forma creata necessitat Deum ad eam speciali dilectione charitatis diligendam, sed potest illam Deus pro sua libertate non diligere, imò & odio habere. 1. quia nulla bonitas, præter increatam, necessitat Deum ad eam diligendam. 2. omnis amor Dei ad extra est liber. 3. nulla forma creata est tantæ perfectionis, quantæ malitiæ est peccatum, vt supponitur: ergo nullam formam creatam tenetur Deus speciali dilectione charitatis diligere. Prob. conseq. nullum peccatorē tenetur Deus speciali dilectione charitatis diligere: sed nulla forma creata tollit adequatè peccatum: ergo, quâcunque formâ creatâ positâ, adhuc manet peccatum; ac proinde potest Deus subiectum speciali dilectione charitatis non diligere. Confirm. Nulla forma creata suâ naturâ est condigna satisfactio pro offensa illatâ Deo per p. mortale, vt supponitur: ergo nec necessariò postulat specialem dilectionem Dei. Quamdiu enim peccator per condignam satisfactionem non satisfacit pro iniuriâ illatâ Deo, tamdiu manet Deus infensus peccatori: repugnat autem, Deum esse infensum peccatori, & simul diligere illum speciali amicitia.

35. *Fundam. potiss.*

36. *Confir.*

37. 2. *Sent.* Secunda sent. affirmat: *Aureo. in 1. dist. 17. in 1. p. dist. art. 2. propos. 1. Capreo. loco cit. in 2 resp. & ad argu. Aureo. con. 3. concl. fine: Contra. 1. 2. qu. 109. art. 5. §. & dicimus: Sot. lib. 2. de nat. & gra. c. 18. Vincen. Astur. de Christi gra. pag. 22. Vasquez 1. 2. disp. 204. cap. 2. Suarez de gra. lib. 7. cap. 1. nu. 22 Hyacin. Choqueti de nat. gra. sanctif. disp. 3. cap. 2.* Sequitur ex opin. gratiam & peccatum non posse esse simul.

38. *Gratia habitualis necessariò reddit subiectum actu à Deo dilectum speciali amore amicitiæ.* Hæc sent. longè probabilior est, quam asserunt omnes, qui docent, actum diuinæ voluntatis non posse esse suspensum, sed necessariò determinatum vltimâ determinatione circa quodcunque obiectum: etiam circa res possibiles, vel per modum simplicis complacentiæ circa omne bonum possibile, vel per modum simplicis displicentiæ circa omne malum possibile: pari ergo ratione idem actus, vtpotè perfectus infinitè, debet esse vltimò determinatus, vel per modum efficacis complacētiæ seu amoris circa quodcunque bonū existens; vel per modum efficacis displicentiæ seu odij circa quodcūque malum existens: Posset autem, vt per se patet, non esse vltimò determinatus circa res existentes, si posset vel actu non diligere aliquod bonum existens, vel actu non odisse aliquod malū existens: vnde falsò *Ocham in 1. dist. 17. qu. 1. fine* docet, Deum necessariò sibi complacere in bono possibili, nō in bono existente. Nequit ergo Deus non actu diligere speciali amicitiâ hominē in gratiâ existentem: quia nequit actus diuinæ voluntatis ferri in hominem gratiâ prēditum per modum displicentiæ seu odij: cùm nequeat odium versari, nisi circa obiectum realiter, vel apparenter malū; gratia neque ex se mala sit, neque vt mala à Deo, qui omnia cognoscit vt sunt, apprehendi possit: ergo necessariò ferri debet in hominem gratū per modum efficacis complacentię & amoris, cùm non sit medium inter odium & amorem, displicentiam & complacentiam.

39. *Resp.* DICES 1. Satis esse, vt actus diuinæ voluntatis ad hominem in gratia existentem feratur per modum simplicis complacentiæ, vti ad eundem ferebatur vt possibilem. Sed contrà: quia sicut gratia vt existens, supra seipsam vt possibilem, addit exercitam existentiam: ita actus diuinæ volūtatis suprà terminationem ad gratiam vt possibilem, addere debet nouam terminationem ad eandem vt exercitè existentem: alioqui circa illam vt existentem non esset vltimò terminatus. Atqui hoc est, ad illam ferri efficaci complacentiâ: nam in hoc amor efficax discriminatur à simplici complacētiâ, quòd ille sit boni amati collatiuus, hæc tantùm sibi complacet in bono amato. Cùm igitur Deus actu conferat nobis gratiam, quam in nobis amat, amat nos amore etiam efficacis beneuolentiæ.

40. *Resp.* DICES 2. Non necessariò Deum diligere in nobis gratiam speciali amore amicitiæ, sed sat esse, illam diligere communi dilectione, quâ cętera creata diligit. Sed cōtrà: quoniam, cùm probatum sit, gratiam suâ naturâ esse participationem naturæ operationum, morumque Dei, si eam Deus non diligeret speciali amore amicitiæ, non diligeret secundùm quod natura ipsius gratiæ diligi postulat; ac proinde actus diuinę voluntatis, non esset circa gratiam vltimò terminatus, quia non esset terminatus ad vltimum gradum specificum gratiæ, qui est participatio naturæ, operationum, morumque diuinorum; sed solùm ad gradum genericum entis aut qualitatis: sicut idem actus diuinus nequit terminari ad calorem sub ratione qualitatis, & non sub ratione caloris.

41. *Confir.* Confirm. Repugnat, actum diuinæ voluntatis nō esse actu terminatum ad gratiam vt existentem; ergo repugnat, non esse actu terminatum ad specificum gradum eiusdem gratiæ vt existentis. ita enim se habet actus diuinæ voluntatis non actu terminatus ad gratiam vt existētem, sicut se habet idem non actu terminatus ad specificum gradum eiusdem gratię iam existentis: ergo sicut repugnat, actum diuinę voluntatis non esse actu

terminatum

terminatum ad gratiam vt existentem, alioqui circa illam esset suspensus: ita repugnat, non esse actu terminatum ad specificum gradum gratiæ iam existentis, alioqui circa talem gradum esset suspensus. Eâdem quippe ratione, qua actus diuinę voluntatis postulat esse actu termiuatus ad quodcũque obiectum, postulat esse actu terminatus ad quamcunque rationem existentem in obiecto. Quod autem hoc ipso, quod Deus diligat gratiam secundùm vltimum gradum gratiæ, diligat illam speciali amore amicitiæ, constabit ex seqq.

42. *Prob. 2.* Prob. 2. Deus liberaliter donat nobis suam gratiam: ergo necessariò per illam nos diligit speciali amore amicitiæ, volendo illam vt bonum nostrũ: amicitia .n. est actus, quo volumus bonum amico, vt bonum amici: & nemo liberaliter sua bona alteri donat, nisi volendo illa, vt bona illius; *Sap.* 11. *Diligis omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum, quæ fecisti: nec enim odiens aliquid constituisti aut fecisti.* cùm autem gratia sit perfecta participatio naturæ, operationum, & morum Dei; neque possit illam donare, quin eam velit & intendat secundùm omnes effectus formales, quos includit, apertè sequitur, quòd si eam vult, necessariò vult, vt bonum amicabile inter se & hominem.

43. *Confirm.* Confirm. Quidquid Deus ad extra producit, cùm sit agens liberũ, debet per ipsius voluntatem ad producendum determinari, cùm non sit determinatus per potẽtiam, quę necessariò produceret: ergo quidquid ad extra producit, est à Deo volitum secundùm omnes gradus perfectionis, secundùm quos illud producit. Cùm voluntas non habeat alium modum determinandi potentiam ad opus exequendũ, quàm per liberum suum imperium, quo volendo effectum, efficaciter impellit potentiam exequutiuam ad producendum illum secundùm omnes perfectiones, quas effectus producendus continet: ergo dum producit in nobis gratiam, vult illam secundùm omnes gradus perfectionis, secundùm quos eam producit. Hęc ratio non solùm probat de prima productione rei, sed etiam de conseruatione eiusdem: cùm non minùs potẽtia exequutiua Dei debeat à libera voluntate eiusdem ad effectum iam productum conseruandum, quàm ad eundem primò producendum determinari: siue voluntas Dei ratione distinguatur ă potentia exequutiua eiusdem, siue non: de quo *to. 1. disp. 17. sect. 1.*

44. *Prob. 3. sent. ex principijs de libera volitione Dei.* Prob. 3. ex principijs *to. 1. disp. 14. sect. 3.* Libera volitio Dei pro essentiali cõnotato, & vltimo quasi determinatiuo sui, includit externam productionem effectus liberè à se dependentis: ergo nihil potest Deus ad extra producere, nisi volendo illud eo volitionis genere, quo res ipsa volibilis est. Idem .n. actus necessarius diuinæ voluntatis fit liber formaliter per terminationem, seu connotationem effectus à se producti: terminatur autem seu connotat actus diuinę voluntatis effectum à se productum, iuxta modum operandi ipsius voluntatis: ergo necessariò Deus vult effectum, quem producit: alioqui non posset esse terminus, seu essentiale cõnotatum ipsius liberæ volitionis: quia non potest esse terminus, aut connotatum liberæ volitionis, nisi iuxta modum, quem voluntas ipsa exigit: Exigit autem voluntas ad effectum terminatr, volendo & intendendo illum, cùm hic sit modus operandi ipsius. Vnde sicut si effectus non terminaret potentiam productiuam, iuxta modum, quem exigit potentia productiua; vel obiectum intelligibile non terminaret potentiam intellectiuam, iuxta modum, quem exigit potentia intellectiua, nec ille esset terminus potentiæ productiuæ, neque hoc potentiæ intellectiuæ: ita nisi effectus productus terminaret actum diuinæ voluntatis iuxta modum, quem exigit voluntas, nempe per volitionem ipsius rei productiuæ, non esset terminus voluntatis diuinæ.

45. *Confirm.* Confirm. Actus diuinę voluntatis variat denominationes, iuxta diuersitatem rerum productarum: id non posset, nisi res productæ ingrederentur vt essentiale connotatum liberę volitionis Dei, ac proinde nisi res productæ essent à Deo volitæ secundùm omnes gradus perfectionis, quas includunt. Maior constat: idem .n. actus diuinę voluntatis, quando producit & conseruat rem, denominatur volitio; quando non producit, vel destruit rem, denominatur nolitio: quando producit in anima bonum, dicitur amor; quando propter culpam, subtrahit ab anima bonum, quod produxit, dicitur odium. Respectu boni possibilis, dicitur simplex complacentia; respectu boni existentis, efficax amor: in ordine ad bonum, quod personæ rationali confert, appellatur amor concupiscentię; in ordine ad personam, cui tale bonum confertur, amor amicitiæ. Minor prob. si res producta, vel non producta, aut destructa non compleret vt essentiale connotatum liberam volitionem Dei, illa antecedenter ad omnem productionem, vel non productionem esset completè constituta in ratione liberæ volitionis, aut nolitionis, amoris vel odij. Inintelligibile autem est, concipere in Deo liberam volitionem, vel nolitionem, amorem vel odium ante omnem connotationem rei productæ, vel non productę, aut destructę, hoc est, eandem formam quoad omnia inuariatam oppositos conferre effectus formales seu denominationes, capi nequit.

46. *Prob. 4.* Probatur 4. Peccatum essentialiter petit odium inimicitiæ Dei: cùm sit directè oppositum diuinę bonitati, ac virtualis cõtemptus illius: ergo & gratia amorem amicitiæ eiusdẽ: cùm non minùs Deus ex infinita perfectione sui actus sit determinatus ad diligendum quidquid est diligibile, iuxta mensuram diligibilitatis rei, quàm ad odio habendum quidquid est odibile, iuxta odibilitatem obiecti: nam eâdem necessitate Deus odit vnum oppositũ, quâ necessitate diligit alterum, eodem .n. actu quo quis efficaciter amat obiectũ, virtualiter odit quidquid tali obiecto opponitur, cùm in quolibet efficaci amore virtualiter includatur odium oppositi obiecti, talis amoris destructiui. At Deus necessariò amat suã bonitatem: ergo necessariò odit peccatum Diuinæ bonitati oppositum.

47. Cæterùm prima & 4. ratio tantùm probat in opinione eorum, qui negant actum diuinæ voluntatis posse esse suspensum erga quodcunque obiectum: tertia tantùm in eorum, qui docent, actum liberum diuinę voluntatis formaliter includere vt essentiale connotatum externam productionem rei: secunda in omnium sententiâ, cùm nequeat liberum agens aliquid extra se producere, nisi per liberum imperium ipsius, volendo effectum, quem liberè producit. Esto, illi qui liberum actum diuinæ voluntatis explicant independenter ab omni mutatione ad extra, consequenter docent, posse Deum speciali affectu diligere quod speciali affectu diligibile non est: nemo tamen probabiliter affirmabit, posse Deum speciali affectu non diligere, quod natura sua speciali affectu diligibile est: quod tantùm efficaciter probat ratio 2. Etsi licet aliquorum opinio sit, quòd possit Deus plus diligere, quàm res poscat, quasi diligat independenter à productione earum: nullius tamen opinio est, quòd

Digitized by Google

quòd minùs diligat, quàm res ipsa producta postulat diligi: quia cùm nequeat rem producere, nisi libero suo decreto determinando potentiam exequutiuam ad productionem rei, secundùm omnes perfectionis gradus in ea inclusos, nequit illam producere, quin eandem velit secundùm omnes perfectionis gradus in ea contentos: cùm nullum gradum perfectionis in effectu inclusum producere possit potentia exequutiua, ad quem non sit à libero decreto & imperio Dei determinata. Porrò idem est, Deum libero suo decreto seu imperio determinare potentiam exequutiuam ad productionem rei, & illam velle, vt per se patet.

49. *Dices* At potest, inquies, homo velle effectum secundùm vnam rationem, & non secundùm aliam; vult .n. suum actum, quem liberè producit, secundùm rationem delectabilis, & nollet secundùm rationem malitiæ: igitur poterit Deus velle effectum, quem liberè producit, secundùm vnam rationem, & non secundùm aliam. Neg. conseq. *Resp.* potest .n. homo aliquid coactè producere: Deus quidquid ad extra producit, libens & volens producit; etiam permissionem peccati, non malitiam, quæ ad ipso non pendet, sed à sola libera voluntate creaturæ.

50. *Obiicies* 1. Ex eo quòd Deus liberaliter confert nobis suam gratiam, non sequitur, amare nos, sed *Resp.* solùm suam gratiam, quam in nobis producit. Sed contrà: nequit amare suam gratiam in subiecto capaci, quin simul amet illam vt bonum subiecti: amat .n. illam, vt est: est bonum subiecti. ergo.

51. *Obiicies* 2. Potest Deus producere gratiam in lapide, cùm gratia sit entitas absoluta, & non vitalis: sed in lapide non amat illam speciali amore amicitiæ; quia lapis non est capax amoris amicitiæ; hæc enim est sola natura intellectualis, redamationis capax: ergo nec in homine necessariò amat illam amore amicitiæ: si .n. semel potest specialis amor Dei à gratia separari in vno subiecto, poterit in

52. *Resp.* quocunque. Resp. neg. conseq. amor .n. amicitiæ essentialiter includit personam intellectualem, redamationis capacem. Vnde quamuis Deus amet gratiam productam in lapide amore concupiscentiæ, vt singularem participationem suę naturæ, non tamen amore amicitiæ, quia non in ordine ad personam intellectualem, à qua amor amicitiæ specificatur. Ad prob. conseq. nego, actualem amicitiam Dei separari posse à gratia posita in subiecto capaci; esto, separari possit à gratia posita in subiecto incapaci. Amicitia enim non solùm includit amorẽ boni, quod amatur, sed etiam dilectionem personæ, cui amatur: terminus verò seu obiectum amicitiæ diuinæ, non est sola gratia, sed concretum ex gratia & persona, ipsa intellectuali: quod concretum, quia in posito casu variatur, variatur & amor ipse Dei, non respectu gratiæ, quæ maneat eadem, & eodem modo secundùm se à Deo amata, sed vt apta constituere in subiecto capaci filium Dei, dignum amicitiâ Dei; sed mutatur respectu alterius termini specificantis amorem amicitiæ, qui est persona ipsa intellectualis, cui gratia conferetur.

In subiecto capaci non potest separari gratia ab amicitia

53. *Obiicies* 3. Potest Deus infundere homini gratiam, non propter bonum, sed propter malum ipsius, vt ni mirum illum grauiùs peccantem, gratiam amittendo, acerbiùs puniat: pœna .n. de se bona est, vt correctiua culpę: ergo non necessariò Deus, infundendo gratiam, amat illam vt bonum perso-

54. *Resp.* næ, cui infundit. Resp. neg. antec. Nequit enim Deus conferre homini gratiam, vt grauiùs illum puniat, nisi simul intendendo grauius pecatum, ad quod grauior pœna sequitur: nequit autem Deus grauius peccatum intendere: quia nequit intendere quod per se malum est; alioqui posset etiam peccare: ideò .n. nequit peccare, quia volitio peccati est per se mala & rationi difformis: atqui etiam intentio peccati est per se mala & rationi difformis. Maior prob. nequit Deus antecedenter velle pœnam, quin simul velit, quod pœna essentialiter supponit; sc. peccatum: igitur nec grauiorem pœnam, quin simul antecedenter velit grauius peccatũ, quod grauior pœna essentialiter præsupponit.

55. *Dices.* Potest Deus antecedenter velle pœnitentiam, etsi non velit peccatum à pœnitentia essentialiter suppositum: ergo potest antecedenter velle gratiam ad grauiores pœnas infligendas, tantùm permittens grauius peccatum. Resp. neg. *Resp. discrimen.* conseq. pœnitentia .n. est remedium ad tollendum peccatum, vel commissum, vel ex suppositione cõmittendum: gratia autem collata ad grauiores pœnas infligendas, est medium ordinatum ad grauiùs peccandum. Potest autem Deus velle remedium ad tollendum peccatum, non volito, sed tantùm permisso peccato: non potest velle medium ad grauiores pœnas infligendas, quin simul velit grauius peccatum: quia cùm medium antecedat finem, ad quem ordinatur, nec possit medium ordinari ad vnum finem, quin simul ordinetur ad alium essentialiter præsuppositum, nequit Deus velle conferre gratiam ad grauiores pœnas infligendas, quin simul illam ordinet ad grauiùs peccandùm. Nec dici potest, quòd Deus possit velle dare gratiam ad grauius puniendum peccatum præuisum ex suppositione futurum; quin saltem vellet maiorem illam grauitatem peccati, ad quam ordinaretur talis gratię collatio, hoc ipso, quòd ordinaretur ad maiorem pœnam infligendam quàm infligeretur, si talis gratia non daretur.

56. *Confirm.* Confirm. nequit Deus producere formam in subiecto, quin velit immediatum effectum formalem ipsius: sed immediatus effectus formalis gratię, est reddere hominem rectum, Deo coniunctum, & ordinatum ad vitam æternam, *ex sect. præced.* ergo nequit Deus infundere homini gratiam, quin velit illam vt bonum hominis. Nam nequeunt hi effectus non esse boni homini, cùm essentialiter ordinentur ad bonum ipsius. Maior clara est: quia nequit Deus producere rem, quin illam amet iuxta perfectionem ipsius: cùm nequeat actus diuinæ voluntatis esse suspensus circa vllam perfectionem realiter existentem in re producta: sicut nequit esse suspensus circa vllam perfectionem inclusam in re possibili.

57. *Ad fundamentum oppositæ sententiæ.* Ad fundam. oppositæ. licet Deus non necessitetur ad diligendas creaturas absolutè, necessitatur tamen ex suppositione, quòd illas ad extra producit. Libera .n. productio essentialiter supponit liberum amorem Dei, cùm nil possit Deus ad extra producere, nisi ex complacentia & amore rei producendę, tanquam termini suę omnipotentię.

58. Igitur nego; posse Deum odisse vllum bonum: cùm .n. nequeat bonum, nisi apprehensum vt malum odio haberi; nec possit Deus apprehendere vt malum, quod re ipsa bonum est, cùm omnia cognoscat vt sunt; nequit odio habere gratiam, quæ ex se bona etiam respectiuè ad hominem. Nec potest Deus apprehendere illam vt arduam & difficilem, vt apprehendere potest homo, cùm nil arduum aut difficile sit Deo.

59. *Ad prob. 1.* Ad 1. prob. antec. nulla bonitas, præter increatam, necessitat Deum ad illam diligendam absolutè; necessitat ex suppositione, quod illam produ-

cat.

Digitized by Google

cat. Ad 2. omnis amor Dei ad extra est liber absolutè; ex suppositione productionis necessarius.

3. Ad 3. neg. conseq. licet .n. gratia non sit tantæ perfectionis, quantæ malitiæ est peccatum, est tamen incompossibilis cum peccato: quo expulso, non manet amplius subiectum dignum odio, sed speciali amore Dei: qui ne sit suspensus circa effectū à se productum, ex suppositione quòd gratiam in subiecto capaci producit, necessariò illud diligit

60. *Ad conf.* speciali amore amicitiæ. Ad confir. neg. conseq. non .n. gratia necessariò poscit specialem dilectionem Dei per modum condignę satisfactionis pro illata iniuria Deo, sed per modum formæ, perfectè assimilantis subiectum quoad proprium esse, & operationes diuinas: & consequenter reddentis illud dignum speciali amore Dei, qui ne suspensus sit, necessariò fertur ad illud per modum actualis amicitiæ.

SECTIO III.

An libera dilectio Dei sit prior infusione gratiæ habitualis?

61. *Affirmant* PRima sent. affirm. *Duran. in 1. dist. 17. qu. 1. Ocham q. 1. ad arg. & c.* sequitur ex opinione, liberum actum diuinę voluntatis completè constitui ante omnem mutationem ad extra. Fund. *Duran.* Omnis effectus est natura posterior sua causa: gratia habitualis, & quodcunque donum nobis inhærens, est effectus amoris diuini: principium .n. omnis liberalis communicationis est amor: quidquid autem Deus nobis donat, liberaliter, & absque vlla necessitate donat. Vnde infert, priùs hominē dici Deo dilectum à dilectione extrinseca Dei, quàm ab intrinseca gratia; imò posse de potentia absoluta nos esse charos Deo, absque vllo dono intrinseco: quia potuisset Deus nos ad gloriam ordinare, absque vllo dono intrinseco.

62. *Libera dilectio Dei non est prior infusione gratiæ habitualis.* Secunda sent. negat, dilectionem Dei, quâ nos diligit vt amicos, esse naturâ priorem gratiâ, quæ nos intrinsecè constituit gratos & amicos Deo: *Vasquez 1. 2. disp. 205. cap. 2. Curiel. 1. 2. qu. 110. ar. 1. §. 5. Suarez lib. 6. de gra. c. 1. nu. 17.* sequitur ex *1. to. disp. 14. sect. 3.* Fundam. libera volitio Dei, in

63. ratione liberæ volitionis, formaliter constituitur ac completur, per externā productionem effectus liberè à se dependentem, tanquam per essentiale connotatum: ergo implicat, priùs natura vel ratione, actum diuinæ voluntatis denominare creaturam liberè dilectam, quàm ei gratiam infundat. Implicat .n. formam denominare subiectum, antequam supponatur constituta in ea ratione, in qua debet subiectum denominare.

64. *A paritate scientiæ Dei* Confir. Implicat, liberam scientiam visionis Dei denominare obiectum visum, priùs ratione, quàm supponat obiectum visibile, & ad illud terminetur: seu antequam constituatur in ratione liberæ volitionis per connotationem obiecti futuri: ergo implicat, liberum actum diuinæ dilectionis denominare obiectum liberè dilectum, priùs ratione, quàm ipsum supponat, & ad illud terminetur per infusionem gratiæ. Sicut .n. libera visio Dei ante connotationem obiecti futuri, non concipitur formaliter constituta in ratione liberæ visionis; ac proinde nec per modum formæ potentis denominare obiectum liberè visum: ita libera dilectio Dei ante connotationem effectus futuri, non concipitur constituta in ratione liberæ dilectionis; & consequenter nec per modum formę potentis denominare creaturam liberè dilectā.

Ad fundam. *Duran.* Respondet Vasquez, dile- 65. *Respondet Vasquez.* ctionem Dei, quæ est causa infusionis gratiæ, non esse specialem illam dilectionem, quâ nos diligit vt amicos, sed generalem, quà nos amat vt creaturas rationales dono creationis. Sed contrà: quia Deus *Contrà* non mouetur ad communicanda nobis dona supernat. ex amore, quo nos diligit secundùm dona natur. alioqui cùm hic amor extendatur ad omnes, omnibus suam gratiam Deus infunderet.

Resp. igitur, disting. minor. Gratia est effectus 66. *Gratia est effectus amoris, quà principium effectuum.* amoris diuini, quà diuinus est principium effectiuum liberum omnis effectus ad extra, concedo; quà diuinus est libera volitio eiusd. effectûs, nego. Idem .n. actus voluntatis diuinæ est principium productiuum effectûs ad extra, & simul libera volitio eiusdem: quà principium productiuum, est causa & natura præcedens effectum à se productum: quà libera volitio eiusdem effectus, vt obiecti voliti, non est causa & natura prior, sed illum essentialiter inuoluit, eoque formaliter constituitur, vt essentiali connotato, sine quo non concipitur libera volitio Dei. Quia vt principium liberè productiuum, formaliter constituitur per virtutem liberè productiuam, quę virtus naturâ & causalitate antecedit effectum: vt libera volitio, essentialiter constituitur per connatotionem effectûs liberè producti seu producendi: nequit autem constitutum esse priùs naturâ, aut ratione suo constituente.

Explicatur 1. Exemplo voluntatis creatæ: quæ 67. *Explicatur 1. à pari de voluntate creata.* quà principium liberè productiuum sui actus, est causa & naturâ prior illo: quà voluntas concipitur actu ac liberè volens suum actum, non est naturâ aut ratione prior, sed illum formaliter inuoluit, vt essentiale connotatum suæ actualis volitionis. Non .n. solùm per actum liberè vult obiectum: sed etiam liberè vult suum actum; non per aliquid à seipsa & actu distinctum, sed per se ipsam vt formaliter connotantem suum actum à se liberè productum. Fingas, eam liberum actum volitionis extra proprium subiectum producere; eo casu verè & propriè diceretur liberè suum actum volitionis velle; & non per alium actum; quia non indigeret alio actu in se recepto, sed immediatè liberè illum produceret extra se, non minùs quàm de facto illum producit in se: ergo diceretur liberè illum velle, quà connotaret liberè à se productum. Eâdem ratione, actus diuinæ voluntatis, quà liberum principium effectus ad extra, naturâ & causalitate præcedit illum, per intrinsecam vim actiuam, quam habet determinandi se ad effectum: quà libera volitio producti vel producendi, connotat essentialiter illum, constituiturque in ratione liberæ volitionis per liberam productionem illius, vt per essentiale connotatum. Vt .n. se haberet voluntas creata, si liberum actum volitionis produceret extra se: ita se habet increata respectu liberæ productionis ad extra. Explicatur

2. Exemplo amoris naturalis. Non enim priùs 68. *Explicatur 2. à pari de amore natur.* Deus amore naturali diligit creaturas secundùm esse actualis essentiæ, quàm illis tale esse per creationem communicet: ergo non priùs amore supernat. diligit nos, secundùm esse gratiæ supernat. quàm nobis tale esse per infusionem communicet. Antec. prob. ante creationem nullum supponitur esse actuale in creatura, ex cuius amore Deus moueatur ad illi primum esse creationis communicandum; sed eo actu, quo primum esse communicat, primò diligit illam amore naturali: ergo vt Deus communicet esse supernaturale gratiæ, non

Digitized by Google

est necessum, vt præcedat aliquis amor, ex quo moueatur ad esse gratię communicandum: sed eo actu, quo illam liberaliter communicat, simul nos diligit speciali amore ptoportionato gratiæ, quam nobis communicat. Ex dictis

69. Infertur 1. Infertur 1. Priùs ratione actum diuinę voluntatis terminari ad rem productam, vt principium productiuum ad effectum, quàm vt liberam volitionem ad eandem vt obiectum: prius, n. est, effectum esse, quàm à libera volitione connotari: est effectus per principium productiuum; connotatur per liberam volitionem. 2. Actum diuinę voluntatis diuersas sortiri denominationes, iuxta diuersos respectus, quos in obiecto connotat: quà connotat obiectum, vt finem *Qui* amatur, dicitur amor concupiscentiæ: quà connotat personam, vt finem *Cui* bonum amatur, dicitur amor amicitiæ. Idem amor, vt connotat personam existentem in peccato, vel in pura natura, vt in angelis, & primis parentibus, dicitur actus misericordiæ: cuius est subleuare subiectum à miseria, in qua est: Vt connotat personam informatam iam gratia habituali, dicitur amor amicitię; cuius est diligere alterum, vt similem sui. Vnde idem amor, quo Deus gratiam peccatori infundit, vt in priori naturâ respicit personam peccatricem, dicitur actus misericordiæ; vt in posteriori respicit eandem personam vt ornatam gratia, dicitur amor amicitiæ.

70. Infertur 2.

71. Obijcies 1. *Obijcies* 1. Libera dilectio Dei est æterna, infusio gratiæ, temporalis: Ergo prior est libera dilectio Dei, quàm infusio gratiæ. Resp. dist. conseq. Prior est libera dilectio Dei, quàm temporalis infusio gratiæ, concedo; quàm connotatio temporalis infusionis gratię, nego: hâc connotatione constituitur formaliter dilectio Dei, vt libera; quæ connotatio non modò fuit ab æterno, sed in ipsa æternitate ratione præcessit liberam dilectionem Dei: non secus ac in eadem æternitate connotatio effectus futuri ratione præcessit liberum actum scientiæ visionis Dei, vt ratio constituens suum constitutum. Sicut .n. scientia visionis Dei, vt distinguitur à simplici intelligentia, formaliter constituitur per connotationem obiecti futuri: ita libera dilectio Dei, vt distinguitur à necessaria dilectione eiusdem, formaliter constituitur per connotationem effectus futuri.

72. *Obijcies* 2. Libera dilectio Dei erga prædestinatos fuit ab æterno: ergo possunt ab illa prędestinati denominari dilecti, etiam quando sunt in peccato. Resp. neg. conseq. quia dilectio Dei non denominat subiectum dilectum, nisi pro tempore, quo ad illud terminatur vt dilectio, scilicet pro tempore quo non sunt in peccato.

Resp.

73. *Obijcies* 3. Nihil Deus producit ad extra, nisi vt determinatus à libero suo decreto; ergo prius est liberum decretum in Deo, quàm productio ad extra. Confirm. productio ad extra dicitur libera à libero actu Dei: ergo liber actus Dei præcedit productionem ad extra, vt forma denominans suum denominatum. Resp. Si argum. procedit de productione vt in tempore exercita, concedo, liberum decretum Dei æternitate præcedere productionem ad extra. Verùm id non constituitur per productionem ad extra, vt in tempore exercitam, sed vt in æternitate connotatam in tempore exercendam. Si verò procedit de productione ad extra vt in æternitate connotatâ in tempore exercendâ; disting. antec. Nihil Deus ab æterno decreuit producere, nisi à libero decreto suo determinatus formaliter & concomitanter, concedo; antecedenter, nego; sufficit .n. Deum antecedenter fuisse determinatum à suo voluntatis actu, non quà est libera volitio effectus futuri; sed quà liberum principium productiuum eiusdem. Sicut voluntas creata determinatur ad suam volitionem liberè producendam, concomitanter quidem & formaliter per suam volitionem; antecedenter & causaliter à seipsa, vt principio liberè productiuo. Hæc .n. est vis potentiæ liberæ, vt possit se immediatè, absque alio antecedente actu ad hunc, vel illum actum determinare, alioqui procederetur in infinitum: ita vt formalis determinatio libertatis ad operandum non præcedat, sed comitetur liberum actum eiusdem: solùm autem precedit libera vis ab intrinseco potens seipsam determinare ad vtrumlibet. Ad confirm. neg. productionem Dei ad extra denominari formaliter liberam à libero actu Dei, vt habet rationem liberè volitionis; sed vt habet rationem liberi principij, potentis producere, & non producere ex obiecti præcognitione. Sicut libera volitio voluntatis creatæ, non denominatur formaliter libera ab actu libero voluntatis, sed à voluntate, vt habet rationem principij, potentis producere, & non producere ex præuia obiecti cognitione.

74. *Ad confir.*

Petes: Per quid ab æterno Deus potiùs se determinauit ad futuram productionem mundi, quàm ad non futuram productionem mundi, cùm ab æterno fuerit indifferens, nec ab æterno fuerit ipsa productio mundi, quæ formaliter determinare potuerit Deum potiùs ad liberum actum volitionis, quàm nolitionis? Resp. Deum ab æterno determinatum fuisse potiùs ad liberam volitionem mundi, formaliter quidem per futuram productionem mundi, vt per essentiale connotatum; antecedenter ab actu, vt principio indifferente, de se potente ad vtrumlibet ex præuia cognitione obiecti: sicut voluntas creata ad actum volitionis formaliter determinatur ipsa productione volitionis; antecedenter à potentia, vt principio indifferente, per se potente ex præuia cognitione obiecti ad vtrumlibet. Nam quod facit præsens productio volitionis respectu voluntatis creatæ, facit futura productio rei respectu voluntatis increatæ, quoad liberam determinationem. Quare ipsâ futurâ productione mundi fuit voluntas diuina ab æterno determinata ad volendum mundum.

75. *Per quid Deus ab æterno se determinarit ad productionem mundi potiùs quam non productionem?*

SECTIO IV.

An gratia essentialiter petat actualem collationem gloriæ & liberationem à pœnis inferni?

76. *Affirmant* PRima sent. affirmat *Capreo. in* 1. *dist.* 17. *qu.* 1. *art.* 3. *ad argu. Aureo. con.* 1. *concl. medio*: vbi ait, implicare, Deum gratiam æternùm conseruare, & nunquam gloriam conferre: *Choque. lib.* 1. *de Gra. sanct. disp.* 3. *cap.* 2. videtur *Aureo. in* 1. *dist.* 17. *p.* 1. *art.* 2. *propos.* 1. *Caiet.* 1. 2. *qu.* 114. *art.* 3. Prob. *Probant* 1. Gratia ex intrinsecâ naturâ est quædam beatitudinis promissio, sicut adoptio est hęreditatis promissio: implicat autem, Deum beatitudinem promittere, & eam suo tempore non conferre. Posset enim Deus esse infidelis in promissis: Igitur implicat, existentem in gratia gloria perpetuò priuari. Maior prob. qui tribuit verum & perfectum ius ad aliquid consequendum, obligat se ad illud suo tempore conferendum, atque adeò illud quodammodo

Digitized by Google

quodammodo promittit. Implicat igitur, Deum conferre gratiam, & non velle dare gloriam, ad quam gratia verum perfectumque ius tribuit.

77. *Confirm.* Confirm. gratia tribuit verum ius ad gloriam: ergo implicat, existentem in gratia, gloriâ perpetuò priuari, cùm nullam possit talis priuatio honestatem habere: Deus autem nihil efficere potest, quòd aliquam honestatem non habeat, cùm sit summè bonus. Prob. 2. Implicat, Deum agere 78. *Prob. 2.* contra leges veræ amicitiæ: gratia est vera amicitia: ergo implicat, existentem in gratiâ, gloriâ perpetuò priuari, æternisque addici supplicijs. Cæterùm concedunt *Caiet. & Choque.* posse Deum annihilare beatos, etiamsi non possit existentibus in gratiâ gloriam negare: quia nimirum potest Deus amicitiam inter se & creaturam dissoluere: quâ dissolutâ, cessat debitum seruandi leges amicitiæ. Non potest autē, perseuerante amicitiâ seu gratiâ, leges amicitiæ non seruare; quia perseuerat debitum amicitiæ leges seruandi. Ergo etiamsi possit Deus citra debitum fidelitatis beatos annihilare, non potest tamen eis gratiam habentibus, gloriam negare. Prob. 3. ex Capreol. Gratia est dis- 79. *Prob. 3.* positio ad beatitudinem: implicat autem, esse à Deo dispositionem, quæ perpetuò frustretur forma, ad 80. quam disponit. 4. Deus ex infinita sua actualitate necessariò diligit vnumquodque iuxta suam diligibilitatem: sed gratia suâ naturâ postulat gloriam, vt proprietatem sibi naturaliter debitam: ergo Deus necessariò diligit illam cum ordine ad gloriam, vt ad terminum naturaliter debitum. Nequit autem diligi principium cum ordine ad terminum naturaliter debitum, non dilecto termino ipso: sicut nequit idem principiū cognosci, non cognitio termino talis principij. Confirm. Nequit Deus diligere suam omnipotentiam, non dilecto termino suæ omnipotentiæ: ergo nequit diligere gratiam, non dilecto termino gratiæ.

81. *Negant communiter & verè* Secunda sent. negat, vera & communis Schol. qui in hoc sensu contra *Aureol.* negant, gratiam necessariò reddere nos Deo acceptos: quia nimirum, adhuc gratiâ collatâ, non tenetur Deus nobis gloriam conferre; expressè *Mayro. in 1. dist. 17. qu. 2. & in 4. dist. 14. qu. 2. §. Secundo: Gregor. in 1. dist. 17. qu. 1. art. 2. concl. 2. Ocham in 1. dist. 17. q. 1. Rubio qu. 1. art. 2. concl 2. Gabriel qu. 1. art. 3. dub. 4. Contra. 1. 2. qu. 104. art. 5. §. Et dicimus: Vasqnez 1. 2. disp. 204. n. 21. & 36. Suarez l. 7. de Gra. c. 4 n. 5.*

82. Fundam. volitio beatitudinis non necessariò includitur in volitione gratiæ: ergo potest Deus velle homini perpetuò gratiam, & eidem nolle beatitudinem. Antec. prob. dupliciter potest volitio vnius obiecti includere volitionem alterius: 1. ex parte obiecti, quia vnum essentialiter includit alterum; & consequenter volens vnum, non potest saltem implicitè & virtualiter non velle alterum. 2. modo ex parte ipsius volentis, intendentis vnum cum ordinatione ad aliud, vt volens efficaciter finem, necessariò vult media. Atqui volitio beatitudinis non includitur 1. modo in volitione gratiæ, cùm beatitudo realiter distinguatur à gratiâ: nec 2 modo necessitatur Deus, volendo perpetuò gratiam, velle beatitudinem: quia cùm sint distincta, potest velle efficaciter vnum, non volendo efficaciter & practicè aliud.

83. Confir. Potest Deus velle homini perpetuò naturam rationalem, & nolle eidem perpetuò actum ratiocinandi. Ergo potest eidem velle perpetuò practicè gratiam, & nolle eidem perpetuò practicè beatitudinem. Quia non minùs ius accipit homo mediante natur. rationali ad actum ratiocinandi, quàm mediante gratiâ ad actum diuinæ fruitionis. Vnde licet nequeat conferri gratia, quin simul conferatur ius ad gloriam; quia hoc non distinguitur realiter à gratiâ: potest tamen conferri gratia, non collatâ gloriâ, quia hæc realiter distinguitur à gratiâ. Quod autem habens gratiam possit destinari ad perpetuos cruciatus, expressè docet *Mayro. in 4. cit. &c.* quia nulla est implicantia, vt homo habeat ius intrinsecum ad gloriam, & simul æternùm patiatur: an autem cum intrinseco iure ad gloriam non solùm possit æternùm pati, sed etiam habere debitum æternæ pœnæ ex præterito peccato condonato relictum, vide 8. *tomo disp. 5. sect. vlt.* 84. *Mayr. nus.*

Ad 1. oppositæ, neg. maior. nam etsi collatio gratiæ connaturaliter exigat beatitudinis promissionem, sicut & collatio adoptionis, hæreditatis promissionem, illam tamen essentialiter non includit, cùm possit Deus velle vnum sine alio. Ex eo autem, quòd gratia sit ius ad beatit. tantùm sequitur, Deum dando gratiam, necessariò velle ius ad beatit. non ipsam beatit. Nec sequitur, quòd conferendo gratiam, eo ipso obliget se ad conferendam beatit. quia posset conferre gratiam, & nolle beatit. Ad prob. maior: concedo eum, qui tribuit ius ad consequendum aliquid, seipsum obligare ad illud suo tempore conferendū: nego tamen, Deum conferendo gratiam, eo ipso tribuere ius ad beatit. conferendam actu, sed solùm tribuere ius ad illam in actu 1. & in potentiâ. Vt si quis tribueret ius alteri, non quidem ad consequenda propria bona, sed tantùm ne illa alienarentur absque ipsius consensu. Etsi magnum sit discrimen inter ius quod tribuit homo, & quod tribuit Deus: Deus. n. tribuit ius homini in suam gloriam per intrinseca dona; homo per extrinsecam tantùm voluntatem: & quia, omne ius essentialiter ordinatur ad vtilitatem recipientis, cumque extrinseca voluntas hominis tribuentis ius, nullam vt sic afferat alteri vtilitatem, nisi, præter ius, conferatur aliquod bonum, vel saltem potestas de bonis disponendi, non poterit in iure humano saluari vera iuris proprietas, absque collatione alicuius boni, ab ipso iure distincti. Quia verò Deus ius tribuit in suam gloriam, non per extrinsecam tantùm voluntatem, sed per intrinseca dona, quæ etiam vt distincta à gloriâ, maximam afferunt vtilitatem, dignitatemque creaturæ rationali, optimè in iure diuino saluari potest proprietas iuris: cùm etiam vt distinctum à re, ad quam vt ad terminum per se ordinatur, maximam afferat creaturæ vtilitatem atque perfectionem. 85. *Ad rationes oppositæ sententiæ.*

Ad confirm. neg. conseq. Ad prob. neg. talem priuationem non posse recto fine à Deo honestari, cùm aliàs ex se non sit intrinsecè mala: nec habenti gratiam teneatur Deus ex aliquo debito, nisi connaturalitatis, gloriam dare; non repugnat autem, Deum ad ostendendam suam potentiam, agere contra connaturalitatem rerum; ac proinde habenti gratiam, gloriam non promittere. 86. *Ad confir.*

Ad 2. ex suppositione quòd Deus velit seruare leges amicitiæ, implicat habenti gratiam non conferre gloriam, concedo; absolutè verò, non tenetur Deus ad eiusmodi leges seruandas: quia cùm sit absolutus dominus omnium, potest, nulli iniuriam inferendo, facere quidquid vult. Vnde sicut potest beatum annihilare, ita gloriam non conferre, relictâ illi tantùm gratiâ, eumque perpetuis destinare cruciatibus. Cùm non minùs sit contra leges amicitiæ, nullâ causâ datâ, amicitiam dissoluere, quàm ea cōstante, ipsius leges non seruare. 87. *Ad 2. dist. maior.*

Ad 3. Dari potest dispositio frustranea acci- 88. *Ad 3. dist. ant.*

Digitized by Google

dentaliter & ab extrinseco tantùm: sc. quæ suâ natura posset terminum attingere, nisi ab extrinseco agente potentiori impediretur: vti nec implicat lapis perpetuò in aëre suspensus à Deo, ita vt nunquam centrum consequatur: Dari nequit dispositio essentialiter & ab intrinseco frustranea sc. quæ suâ naturâ inepta sit ad finem suum consequendum. Implicat enim, vt sit dispositio ad aliquid; & id non valeat illud pertingere: sicut implicat potentia alicuius obiecti, quod illa attingere non valeat: simul enim esset, & non esset talis obiecti potentia: esset, quia supponeretur; non esset, quia non posset illud attingere.

39. *Ad 4. dist. cons.* Ad 4. Deus necessariò diligit gratiam cum ordine ad gloriam possibilem, non ad actualem; vt necessariò diligit suam omnipotentiam cum ordine tantùm ad terminos possibiles, non ad actuales.

Minor subsump. Eodem modo, nequit Deus diligere principium cum ordine ad terminum possibilem, potest cum ordine ad actualem. Nec est eadem ratio de cognitione, quæ supponit obiectum, & ad illud necessariò fertur, vti ab ipsa supponitur. Dilectio autem Dei, quà liberũ principium diligẽdi ad extra, non supponit, sed producit obiectum: potest autem producere obiectum secundùm vnam perfectionem, & non secundùm aliam, ab eo realiter distinctam. Ex quo patet ad Confirmationem.

DISPVTATIO XXXII.

De effectu formali negatiuo Gratiæ?

HACTENVS de positiuo, qui sumitur vel ab intrinseca entitate gratiæ vnità subiecto, vel ab extrinseco actu dilectionis diuinæ. Superest disp. de effectu negatiuo formali gratiæ habitualis, qui est excludere peccatum subiecto, etiam partim intrinsecus, sumptus ex intrinseca expulsione maculæ seu peccati habitualis; partim extrinsecus, desumptus ab extrinseca voluntate Dei, offensam condonantis ac remittentis.

SECTIO PRIMA.

An Gratia habitualis essentialiter secum afferat absterſionem peccati mortalis?

§. DIxi *essentialiter*: nam connaturaliter, certum est: cùm .n. gratiâ suâ naturâ reddat subiectum sanctum, iustum, filium adoptiuum, & amicum Dei; cui connaturaliter saltem repugnat esse simul in p. mortali; manifestè sequitur, saltem connaturaliter gratiam habitualem secum afferre absterſionem mortalis: cùm poscat habere in subiecto capaci suum effectum formalem, cum quo saltem connaturaliter admittere non potest vllum mortale. An etiam essentialiter gratia secum afferat mortalis peccati absterſionem?

2. *Negant* Prima sent. *Scot. in 4. dist. 16. q. 2. §. resp. Ocham qu. 3. art. 1.* aiunt, gratiam non repugnare cum peccato secundùm esse absolutum, sed secundùm respectiuum, quà inuoluit specialem dilectionem Dei: *Rubio. in 1. dist. 17. qu. 1. art. 2. concl. 2.* asserit, posse creaturam præditam gratia habituali à Deo odio haberi: & *Mayro. in 2. dist. 27.* licèt contrarium docuit *in 4. dist. 14. qu. 2.* sc. impossibile esse, quòd habens gratiam sit inimicus Deo: *Gabriel in 4. dist. 14 qu. 1. art. 2. post 5. concl. Ioan. Medin. de Pœnit. tract. 1. qu. vlt. §. Coroll. sequitur, Barthol. Medin. 1. 2. qu. 110. art 4. §. Sed cur, & qu. 113. art. 2. fine, §. Tertiò, Bellar. lib. 2. de iustific. cap. 16. §. Ex his, fine, Suarez 3. p. to. 4. de Pœnit. disp 9. sect. 3. §. Ex his, & lib. 7. de Gra. cap. 19. & 20. Curiel 1. 2. qu. 113. art. 2. dub. 3. §. 2. Consinc. de actib. supernat. disp. 21. dub. 8. concl. 3.* Hanc sent. nonnulli deducunt ex opinione eorum, qui docent peccatum mortale demeritoriè tantùm, non physicè gratiam expellere. Sed non rectè: potest .n. peccatum demeritoriè excludere gratiam, & tamen necessariò, vt *infrà*. Deducitur autem ex illis, qui censent, gratiam solâ extrinsecâ lege & voluntate Dei reddere subiectum gratam. Fundam. nulla apparet euidens contradictio, quin peccatum & gratia in eodem subiecto simul esse possint per absolutam Dei potentiam. 1. enim non opponuntur vt duo actus vitales contrarij, quorum vnus destruat obiectum alterius, cùm gratia sit habitus. Nec opponuntur vt habitus & priuatio, quia peccatum non consistit formaliter in physica priuatione gratiæ, sed vel in actu inordinato, & ad summum in priuatione rectitudinis actualis, vel in omissione actus debiti.

3. *Fundam. vnicum* 4. *Prob. 1.*

2. Gratia pendet à solo Deo effectiuè: ergo vt destruatur debet à Deo eius conseruatio suspendi. Sed nulla causa, posito peccato, absolutè cogit Deum ad eius conseruatiuum concursum suspendendum. Sicut producto calore in subiecto non cogitur Deus ad destruendum frigus in eodem.

5. *Secundò*

3. Formalis effectus physicus gratiæ, est constituere subiectum particeps naturæ diuinæ, & à Deo specialiter dilectum: formalis effectus peccati, est constituere subiectum auersum à Deo, & conuersum ad creaturas: sed hæc duo non repugnant simul: nam diligere alium, & mutuò non diligi; aut etiam offendi ab illo, non implicant simul, vt patet in humanis. Ergo non implicabit, Deum per suam gratiam diligere peccatorem, & simul non diligi, aut etiam offendi à peccatore.

6. *Tertiò*

4. Si homo in pura natura conditus peccaret, non statim annihilaretur à Deo, sed posset in suo esse naturali conseruari: atqui conseruando illum Deus in esse naturali, necessariò illum diligeret amore naturali: ergo etiamsi homo in statu gratiæ peccaret, posset Deus gratiam in illo conseruare, & conseruando eum diligere amore supernat. Confir. diligere personam propter bonitatem naturę, & odio habere ipsius actionẽ, non pugnant inter se: ergo nec diligere personam propter habitualem gratiam, & simul odio habere eius prauam actionem implicabunt. 5. Si daretur substantia supernat. quæ per seipsam substantialiter haberet, quod nunc habet creatura accidentaliter per gratiam, proculdubio illa peccare posset, cùm esset creatura, de cuius ratione est peccabilitas: & tamen non necessariò annihilaretur, imò nec posset eo instanti, in quo peccaret, annihilari, cùm eo instanti deberet esse: Implicat autem, rem eo instanti annihilari, in quo est, & operatur. Non igitur repugnaret cum tali substantia peccatum: ergo nec repugnat cum gratiâ; cùm minorem oppositionem habeat peccatum mortale cum gratia, quàm haberet cum substantia supernat. si daretur.

7. *Quartò*

8. *Quintò*

6. Remissio peccati est effectus secundarius gratiæ: qui per potentiam absolutam potest à primario separari, vt à quantitate corporis Eucharistici separatur extensio localis, non destructâ extensione in ordine ad se: ergo poterit à gratia separari remissio peccati, manente primario effectu,

9. *Sextò*

qui

Digitized by Google

qui est reddere subiectũ particeps diuinæ naturæ.

10. *Septimò* 7. Potest Deus ponere duo corpora in eodem spatio, duo vbi distincta in eodem corpore; duas qualitates in summo in eodem subiecto, non obstante naturali repugnantiâ eorum: ergo gratiam & peccatum simul, non obstante naturali oppositione. Vnde concludunt, subiectum habens simul gratiam & peccatum, non fore simpliciter dicendum, iustum, sanctum, & gratum, acceptumve Deo; sed potiùs iniustum, inimicum, ingratum, & inuisum Deo: quia bonum consurgit ex integra causa, malum ex quocunque defectu.

11.

12. *Affirmant* Secunda sent. affirmat. *Argen. in 3. dist. 19. art. 1. concl. 1. Mayro. in 4. dist. 14 qu. 2. §. Secundo, fine: Sot. in 4. dist. 15. qu. 1. art. 2. fine, & lib. 2. de nat. & gra. cap. 18. Vinc. Aſſuri. de gra. Christi pag. 22. §. primum conſect. Vasquez 1. 2. disp. 204. Turria. opusc. 6 de forma sanct. disp. 2. dub. 4. Syluij 1. 2. qu. 113. ars. 3. qu 4.* sequitur ex sent. eorum, qui docent, infusionem gratiæ & remissionem peccati non esse

3. *Probabilius* duas, sed vnam tantùm mutationem, vt probabile putat *Richar. in 4. dist. 17. art. 4. qu. 4. fine.* Si enim vnica tantùm est mutatio, repugnat vnam ab alia separari; atque adeò repugnat, vt maneat in subiecto gratia absque peccati remissione, quæ in ipsa infusione gratiæ essentialiter includitur.

13. *Gratia habitualis essentialiter secum affert abstersionem peccati mortalis.* Hæc sent. nostris principijs conformior. Difficilis est efficax implicantia: vnicam assigno: Gratia suâ naturâ constituit nos obiectum diuinæ amicitiæ, peccatum contrà, obiectum diuinæ inimicitiæ: sed Deus necessariò diligit diligibilia, & odit odibilia, iuxta eorum diligibilitatem, & odibilitatem. Implicat autem, vt Deus eundem diligat speciali amore amicitiæ, & simul odio habeat speciali odio inimicitię: ergo implicat gratia & peccatum simul. Minor subsump. (cætera patent ex dictis) prob. Nequit Deus speciali amore amicitiæ diligere aliquem, quin illi communicet donum amicabile; nec odisse potest odio specialis inimicitiæ, quin ab eo substrahat idem donum amicabile. Implicat vt eidem simul conferat, & auferat idem donum amicabile: simul diligat, & odio habeat: eandem gratiam simul esse & non esse: ergo. Maior prob. nequit Deus de nouo diligere creaturam, nisi per physicam mutationem creaturę, cõmensam suæ dilectioni: nec de nouo odisse, nisi per mutationem eiusdem commensam odio diuino. Cùm .n. nequeat Deus de nouo diligere, vel odisse per mutationem sui actus, debet de nouo dilgere, vel odisse per mutationem creaturæ. Et quia actus diuinus, in ratione liberi amoris, vel odij, essentialiter completur per connotationem huius mutationis ad extra; talis mutatio vt essentiale connotatum debet esse apta cõplere, & quasi specificare talem amorem, vel odium Dei. Nequit autem esse talis, nisi per se sit obiectum specialis amicitiæ, & inimicitię Dei. Quia cùm actum diuinum, in ratione liberi formaliter, compleat in genere causæ formalis terminatiuæ, nisi mutatio ex se habeat, vt sit obiectum amoris, vel odij, non poterit actus diuinus in ratione liberi ab illa denominari, & quasi vltimò compleri in ratione liberi amoris, & odij. Sola autem gratia habitualis in puro homine viatore, *vt infrà*, est obiectum specialis amicitiæ, eiusque sola subtractio, est obiectum specialis inimicitiæ. Igitur nequit Deus de nouo creaturam simul diligere & odisse, nisi communicando, & subtrahendo illi gratiam habitualẽ; quod implicat.

14. *Obiectio* *Dices.* Deus de nouo odit creaturam per mutationem constituentem illam obiectum odij diuini: sed mutatio hæc est peccatum; sicut mutatio, quæ constituit eandem obiectum amoris diuini, est gratia. Igitur non est necessaria noua mutatio per subtractionem gratiæ, vt creatura de nouo odio habeatur à Deo, sed sufficit mutatio facta per peccatum: quod est sufficiens obiectum odij diuini. Sicut posita gratia non est necessaria alia mutatio, vt Deus de nouo diligat creaturam, cùm gratia sit obiectum dilectionis diuinæ. Resp. disting. maior. Deus de nouo odit creaturam per mutationem constituentem illam obiectum remotum tantùm odij diuini, nego; per mutationem constituentem illam obiectum proximum odij diuini, concedo. Porrò mutatio hæc non est peccatum à creatura commissum, sed subtractio gratię à Deo facta. Cùm .n. odium erga creaturam sit actus liber Dei, constitui debet per connotatum dependens ab ipso: hoc autem non est peccatum, quia hoc in ratione peccati non pendet liberè à Deo, sed à creatura. Vnde dispar est ratio de mutatione gratiæ; quæ, quia liberè pendet à Deo, sola sufficit ad complendum liberum actum amoris Dei erga creaturam: peccatum autem cùm non pendeat in ratione peccati à Deo, non potest complere liberum actum odij Dei erga creaturam. 15. *Resp.*

Confirm. 1. Odium Dei erga creaturam est bonum, cùm sit actus Dei: peccatũ autem cõmissum à creatura est malum: igitur non potest odium Dei immediatè & proximè constitui per peccatum, vt essentiale connotatum. 2. Odium distinguitur ab offensa; cùm offensa sit actus offendentis: odium actus offensi. At peccatum est offensa creaturæ in Deum; odium actus Dei in creaturam: ergo nequit formaliter constitui &c. 3. Odium supponit offensam, & fertur in illam per modum auersionis, qua offensus auertitur ab offendente in pœnam offensæ. Nequit autem Deus auerti à peccatore per suum actum, vt formaliter connotantem peccatum; sed vt formaliter connotantem aliquid à se dependens, quod simul auertat Deum à creatura, & sit in vindictam ipsius creaturæ. 16. *Confirm. 1.* 17. *Secundò* 18. *Tertiò*

Hinc à fortiori sequitur contra *Bacho. in 3. dist. 3. q. 2. art. 3. fine*, gratiam de facto non esse simul cum peccato eodem instanti temporis, quod vniuersaliter ille docuit de omnibus formis cõtrarijs, nempe eas esse simul eodem instanti temporis, quando seipsas formaliter expellunt. Pro qua opin. citatur *Lorca apud Suarez lib. 7. de gra. cap. 19. n. 3.* ipse hanc opin. ante multos annos Neapoli à viris doctis defensam audiui. 2. Non posse vnum p. mortale remitti absque alio, contra eos, qui docent, peccata remitti posse solâ condonatione extrinsecâ Dei, de qua *disp. seq. sect.* 1. Ratio: mortale remitti non potest sine gratia, *vt infrà*: gratia pugnat cum quolibet mortali. 3. Peccatum & gratiam non opponi seipsis immediatè. Nam peccatum actuale, est libera & actualis auersio à Deo fine supernat. habituale est eadem libera auersio à Deo moraliter perseuerans. At gratia est habitualis & physica conuersio ad Deum finem supernat. Habitualis autem & physica conuersio ad Deum ex naturâ suâ non implicat cum libera auersione à Deo, vel actuali, vel habituali morali: Sicut nec implicat libera auersio actualis, vel habitualis moralis à fine & obiecto honesto naturali, cum physicâ habituali conuersione ad eundem finem & obiectum. Potest enim habitus virtutis acquisitæ simul manere cum oppositâ auersione actuali, vel habituali morali ab eodem obiecto: Sicut è conuerso manere potest habitus physicus vitij cum conuersione actuali, & habituali morali circa idem obiectum & finem honestum: quia cùm sint di- 19. *Infertur 1.* 20. *Infertur 2.* 21. *Infertur 3.*

Digitized by Google

uersæ rationis, vnum non opponitur immediatè
22. *Infertur 4.* alteri. 4. Opponi gratiam, & peccatum mediante amore & odio Dei, quæ secum essentialiter afferunt: quia cùm nequeat Deus esse suspensus in amando gratiam, vel in odio habendo peccatum; nec gratiam practicè amare, nisi per ipsius productionem conseruationemve; nec peccatum practicè odisse, nisi per eiusdem gratiæ subtractionem, euidenter ex amore & odio Dei sequitur inter gratiam & peccatum contradictio. Quo fit: vt si posset Deus circa gratiam & peccatum esse suspensus, possent in eodem subiecto manere simul: quia tunc non excluderentur vi liberi amoris & odij Dei, simul ponentis, & subtrahentis eandem gratiam ab eodem subiecto.

23. *Obiectio* *Dices.* Sequitur, gratiam non per seipsam, sed per extrinsecum fauorem Dei excludere peccatum, ac proinde subiectum sanctificare ac iustificare. Quod fauet hæreticis, asserentibus, gratiam compleri extrinseco fauore Dei, contra quos *Triden. sess. 6. cap. 7.* definit, vnicam causam formalem nostræ iustificationis esse iustitiam nobis in-
Resp. hærentem. Resp. neg. sequel. Licet enim gratia non excludat peccatum solâ suâ entitate physicâ, excludit tamen illud, quatenus ipsa est terminus diuini amoris, quem secum essentialiter affert: nam vt sic tantùm gratia contradictoriè opponitur peccato, à Deo necessariò odio habito. Nec amor Dei dici potest extrinsecus tantùm fauor gratiæ: quia cùm sit gratiæ essentialiter debitus, non dicitur illi extrinsecus in sensu ab hæreticis asserto, nempe à gratia separabilis, ei minimè debitus, quasi aduenies & additus illi.

24. *Ad fund. oppositum.* Ad fundam. oppositæ, constat ex nostra ratione. Ad 1. prob. Resp. gratiam & peccatum opponi contradictoriè obiectiuè, respectu amoris & odij diuini: amoris enim obiectum est gratia; odij verò gratiæ subtractio. Deus autem, cùm ex necessitate suppositionis, diligat subiectum gratum, & odio habeat peccatorem; diligendo gratiam, poneret; & odio habendo, eandem subtraheret.

25. *Ad 2.* Ad 2. neg. minor. Causa enim cogens Deum ad subtrahendam gratiam à peccatore, est odium; quod necessariò exercet per subtractionem gratiæ, cùm non possit per mutationem sui: nec per subtractionem alterius doni, quàm ex natura sua amicabilis: Sicut nec amor amicitiæ eiusdem compleri potest per connotationem productionis alterius
Ad instantiam doni quàm natura suâ amicabilis. Volitio autem caloris in Deo non pugnat cum volitione frigoris, cùm volitio caloris non necessariò destruat frigus: sed actus, quo conseruando gratiam, vult gratiam, pugnat cum actu odij, quo odit peccatum, quia vnus actus necessariò tollit obiectũ alterius actûs; amor amicitiæ ponit donum amicabile; odium inimicitiæ tollit donum amicabile, ac proinde amorem amicitię, qui destructo obiecto in Deo perse-
26. uerare non potest. *Ad 3.* Ad 3. disting. minor. gratia & peccatum non pugnant simul ex intrinsecis suis rationib. quà gratia est physica conuersio ad Deũ, peccatum moralis auersio ab eodem, concedo; non pugnant in ordine ad amorem & odium Dei, quæ essentialiter secum afferunt, nego. Vnde ad prob. concedo, ex eo præcisè, quòd Deus diligat peccatorem, & ab eo offendatur, non implicare; sed ex eo, quòd Deus simul diligere, & odisse debeat peccatorem; diligendo gratiam infundere vel conser-
27. uare; odio habendo, eandem destruere. *Ad 4.* Ad 4. duplex in Deo amor erga hominem in pura natura conditum: alter amicitię naturalis pro eo statu proportionatæ; alter merè naturalis, qualis est amor circa quæcunque entia creata, quæ Deus necessariò amat ex suppositione, quòd ea producit, & conseruat, iuxta illud *Sapien. 11. Diligis omnia quæ sunt: & nihil odisti eorum, quæ fecisti.* Porrò amor amicitiæ diuinæ erga hominem in eo statu constitutum, non fuisset positus formaliter in productione naturæ, sed in ordinatione naturæ ad actus dilectionis naturalis erga Deum, vel per auxilia extraordinaria illi statui proportionata, vel, vt probabile etiam est, per qualitatem ordinis naturalis, additam naturæ, quæ per modum habitus illam permanenter inclinasset ad Deum vt ad finem & amicum natur. quę fuissent per p. mortale in eo *Ad confir.* statu sublata. Ad confirm. licèt diligere personam propter ipsius bonitatem natur. & simul odio habere ipsius actionẽ, non pugnent inter se, cùm sint circa diuersa: repugnant tamen diligere personam propter gratiam, & odio habere eandem propter praua actionem: cùm vnus sit actus amicitię, alter inimicitiæ respectu eiusdẽ finis. Ad 5. neg. talẽ 28. *Ad 5. substantia supernat. non foret peccabilis.* substantiam fore peccabilem (quod est ex præcipuis argum. quo ipsa implicare probatur) tũ quia visio beata, cum quâ peccatum esse non potest, absque violentiâ illi negari non posset. Tum quia, vt argum. supponit, idem haberet ea substantia, quod habet gratia: sed gratia non est, nec esse potest principium peccandi, sed rectè dumtaxat operandi: ergo nec illa substãtia esse posset principium peccandi, sed honestè tantùm operandi. Ad 6. tunc 29. *Ad 6.* effectus secũdarius separabilis est à primario, quando separatio secundarij non tollit essentialiter primarium: at peccati non remissio tollit essentialiter primarium effectum gratiæ, qui est reddere subiectum amicum & gratum Deo; essentialiter enim includit odium inimicitię Dei, quod exerceri non potest, nisi per subtractionem amicitiæ: atque adeò sublatio effectus secundarij in gratia essentialiter tollit primarium. Nec est par ratio de effectu secundario quantitatis, quia separatio illius non necessariò affert separationẽ effectus primarij. Ad 7. 30. neg. conseq. in exemplis enim allatis nulla appa- *Ad 7.* ret repugnantia, nisi naturalis, & iuxta legem ordinatam; quæ sine contradictione potest à Deo superari. In casu nostro est aperta contradictio etiam de potentia absoluta, vt hactenus probatum est.

SECTIO II.

An gratia habitualis delere possit peccatum absque voluntaria retractione peccatoris?

COntrouersia hæc intelligitur de potentiâ absolutâ: nam de ordinatâ lege Dei certum est, 31. illud non remitti absque consensu eius, qui peccauit, iuxta illud Innocentij III. cap. *Maiores* de baptismo cap. 3. *actuale* (sc. peccatum) *quod consensu contrahitur, sine consensu minimè relaxatur.* Loquitur autem ibi Pontifex de peccato personali, quod duplex est, actuale, & habituale, & de vtroq;

Prima sent. affirmat, sc. posse gratiam sine actu 32. peccatoris delere vtrumque: *Rubio in 4. dist. 14. q. 3 art. 2 post 5. concl. Gabriel qu. 1. art. 2. concl. 1.* sequitur ex opin. *Ocham in 4. q. 9. art. 1.* &c. affirmantium, peccare nihil aliud esse, quàm committere, vel omittere actum propter quem Deus ordinat peccatorem ad æternam pœnam primo instanti; ita vt possit immediatè post ad eandem pœnam non ordinare; imò potuerit statuere, vt nullus actus,

Affirmant de personali

Digitized by Google

lus actus, qui nunc nobis est peccatum, futurum fuisset peccatum; si nimirum decreuisset, ob nullum actum prauum nos ad æternam pœnam destinare; quod passim docent Nominales.

31. *De habituali* Secunda sent. tantùm affirmat de peccato habituali: *Bonauen. in 4. dist. 17. p. 1. art. 1. qu. 2. ad 3. Scot. in 4 dist. 14. qu. 1. §. Ex his, & dist. 16. qu. 2. §. Resp. Richar. dist. 15. art. 1. qu. 7. & dist. 17. art. 4. qu. 1. Palat. dist. 17. Caiet. 1. 2. qu. 112. art. 2. & 3. p. qu. 36. art. 2. Barthol. Medin. 1. 2. qu. 113. art. 3. Curiel ibid. dub. 2. Vasquez disp. 207. cap. 3. Valen. to. 4. disp. 7. qu. 3. pu. 2. Suarez to. 4. de pœnit. disp. 9. sect. 2, & lib. 7. de gra. cap. 21. Coninc. 3. p. qua. 86. dub. 10. Præpos. ibid. Veg. lib. 6. in Triden. cap. 5. Ioan. Medin. de pœnit. tract. 1. qu. 2. Nugnez 3. p. qu. 86. art. 2. dub. 2.* Prob. 1. transacto actu peccati nil remanet in peccatore, nisi ordinatio ad pœnam æternam: potest autem Deus ad pœnam æternam peccatorem, absque vllo ipsius actu non ordinare: igitur potest absque vllo peccatoris actu peccatum remittere. Prob. 2. Gratia est integra forma remissiua peccati: at potest Deus infundere peccatori gratiam absque vllo actu ipsius, igitur potest gratia peccatum remittere; absque actu peccatoris. Maior prob. 1. ex *Triden. sess. 6. c. 7.* gratia est vnica causa formalis nostræ iustificationis; esset duplex si ad iustificandum requireret actum peccatoris: quia tunc gratia non sola, sed cum actu ipso iustificaret. 2. Ex eod. ibid. actus peccatoris est tantùm dispositio ad iustificationem: non esset sola dispositio, si simul cum gratia ad iustificandum concurreret; quia tunc concurreret vt forma partialis integrans vnam totalem cum gratia 3. sola gratia perfectè opponitur peccato: & eâ tantùm positâ, sufficienter deletur auersio à Deo; quia gratia est perfecta conuersio habitualis ad Deum, vt ad finem vltimum, & obiectum charitatis: ergo manere nequit cum opposita auersione ab eodem fine & obiecto: nec potest conuertere ad Deum vltimum finem, quin auertat peccatorem à creatura, ad quam vt ad vltimũ finẽ manebat ex præterito actu habitualiter cõuersus: ergo deletur conuersio ad creaturam moraliter perseuerans: quia ex *Trident. cit.* gratia est amicitia nostri ad Deum; illa seipsa formaliter tollit inimicitiam nostri ad Deum per peccatum inductam: deletur iniuria Deo illata; quia per gratiam conuersus Deus amicabiliter ad peccatorem, non potest iniuriam sibi illatam retinere: cùm nequeat offensus offendentem ad suam amicitiam admittere, quin illi offensam condonet: deletur macula ex præterito actu peccati relicta; quia omnis forma seipsa destruit priuationem sui: deletur reatus pœnæ æternæ ex peccato contractus: quia cùm gratia sit adoptiua filiatio Dei, essentialiter secum affert ius ad gloriam, quæ est ipsa hæreditas debita filijs Dei; & non fert simul debitum & reatum æternæ pœnæ.

34. *Probat 1.*

35. *Probat 2. alij*

Quinque sunt in peccato hab.

36. *Posse Deum peccatori infundere gratiam sine eius actu prob. 1.* Minor primi syllog. prob. 1. à Vasquez: Nulla forma in subiecto præexistens impedire potest introductionem contrarię, nisi aut illa sit naturâ suâ inexpellibilis, aut à potentiori agente conseruetur: sed peccatum habituale nec est naturâ suâ inexpellibile, cùm illud de facto expellatur mediâ gratiâ & actu peccrtoris: nec ab agente potentiore conseruatur, vt per se patet. Probat. 2. *Suarez.* Hic actus ex parte peccatoris non requiritur vt concomitans infusionem gratiæ; cum sæpe Deus gratiam infundat peccatori, propter præteritum actum attritionis, vt in baptismo & pœnitentiâ, quę gratiam conferunt vi præcedentis attritionis; & in eo qui dormiens fit martyr ob præteritum actum attritionis: nec vt subsequens; actus enim tempore vel naturâ posterior, nihil conferre potest ad gratiæ infusionem, quia nullum posterius vt sic iuuare, aut impedire potest productionem prioris: nec vt antecedens; ad summum enim talis actus prærequireretur, vt connaturalis dispositio ad formam introducendam: potest autem Deus formam inducere absque connaturali dispositione subiecti, præsertim si illa moralis sit, & tantùm extrinsecâ voluntate Dei requisita.

37. *Secundò*

38. *Confirm. 1.* Confirm. 1. sicut potuit mutare dispositionem connatur. ad gratiam, quæ est contritio, in minùs connaturalem, quæ est attritio: ita potuit nullam dispositionem requirere. 2. Aut gratia pugnat cum peccato; & repugnat infundi gratiam, non deleto peccato: aut si non pugnat, saltem connaturaliter postulat peccati condonationem; etiam collata peccatori absque ipsius actu: ex eo.n. quòd Deus illam conferret absque proprio actu peccatoris, non cogeretur contra naturam gratiæ, peccati condonationem denegare.

39. *Confirm. 2.*

40. *Probant 3. sentent.* Prob. 3. Peccatum præteritum non manet in peccatore, nisi per modum cuiusdam debiti & moralis indignitatis, quatenus ex illo manet persona inimica & inuisa Deo ob illatam iniuriam. Sed debitum & iniuria, etiam voluntariè contracta, remitti potest ab offenso, absque voluntate offendentis: remissâ iniuria, statim cessat debitum & indignitas in offendente; & odium in offenso, ex tali debito & iniuriâ nondũ condonatâ resultans.

41. *Confirm. 1.* Confirm. 1. Commissio peccati, cùm sit proprium opus creaturæ, essentialiter pendet à liberâ voluntate creaturæ: remissio peccati, cùm sit proprium opus Dei, non pendet essentialiter à voluntate creaturæ, sed solius Dei.

42. *Confirm. 2.* 2. Transacto actu peccati, non manet amplius peccatum, vt simpliciter voluntarium peccatori: cùm nec maneat voluntarium formaliter; hoc.n. postulat voluntarium in actu: nec virtualiter; hoc.n. requirit, vt præteritum peccatum maneat actu voluntarium in aliquo effectu: potest autem peccator de præterito peccato nullum habere voluntarium, neque in se, neque in suo effectu. At quod manet voluntarium tantùm habitualiter, potest sine expressa voluntate habentis cessare, vel ob tacitam voluntatem, quam vnusquisque habet circa proprium bonum, sc. vt sibi peccata remittantur; & diuina amicitia, ob peccatum amissa, restituatur: vel ob supremum dominium, quod Deus habet in omnes effectus creatos: vel demum quia gratia, cùm sit forma eminenter moralis, vim habet tollendi huiusmodi voluntarium; quod sic ostend. Gratia physicè auertit voluntatem peccatoris à bono commutabili, ad quod per præteritum pecc. manebat moraliter cõuersa, & physicè conuertit eam voluntatem ad Deum obiectum charitatis, à quo per peccatum manebat moraliter auersa. Perfectiùs autem voluntas auertitur, & conuertitur habitualiter physicè, quàm habitualiter moraliter; quia hoc fit per habitum physicè inhærentem, physicèque conuertentem; illud verò per actum transactum extrinsecè tantùm denominantem. Vnde totum illud voluntarium habituale, ex præterito actu relictum perfectiùs tollitur per habitum gratiæ, quàm per actum peccatoris: quia per habitum gratiæ tollitur physicè & permanenter, per actum verò moraliter & transeunter.

43. *Probant 4.* Prob. 4. Potest homo remittere offensam ab alio sibi illatam, absque vllo actu & consensu offendentis: ergo & Deus. 5. Potest Deus annihilare peccatorem, & illum cùm gratiâ reproducere:

44.

Digitized by Google

cere: ergo illi infundere gratiam, absque eo quòd illum annihilet: quia quod facere potest media annihilatione, facere poterit sine illâ. 6. Potest Deus
45. remittere p. originale vt in paruulis, absque omni actu retractatiuo, non modò eius, cui dimittitur, sed etiam capitis, à quo transfunditur alterius ve vicem gerentis: ergo etiam peccatum personale. Non n. minùs ad originale requiritur voluntarium capitis, vt illud transfundatur in posteros, quàm ad personale, vt illud contrahatur à propria persona. 7. Non implicat, Deum ad suam
46. beatit. admittere peccatorem, nullo præuio actu retractatiuo peccati: ergo nec implicat peccatũ remitti absque actu peccatoris: beatitudo n. & peccatum pugnãt simul, cùm hoc dicat summam miseriam, illa summam felicitatem. 8. Si non posset
47. Ottanò Deus peccatum remittere, absque proprio actu retractatiuo peccatoris, sequeretur, nec posse saluare hominem, qui post peccatum incidit in perpetuam amentiam: hic enim non est capax propriæ retractationis.

48. Tertia sent. negat, gratiam habitualem, absque
Negant de vtroq; p. vllo actu retractatiuo peccatoris delere posse peccatum, siue actuale, siue habituale: *Albert. in* 4. *dist.* 17. *art.* 10. *Impossibile est, in animam induci gratiam, nisi soluatur mala voluntas tenens peccatum:* & infrà ad argu. docet, se hic tantùm enumerare essentialia principia iustificationis: quod autem est essentiale, per nullam potentiam tolli potest: *Conra.* 1. 2. *qu.* 113. *art.* 3. §. *Ad mino. Sot. in* 4. *dist.* 15. *qu.* 2. *art.* 2. §. *Sed quid: Petr. Sot. lect.* 4. *de pœnit. inst.* vbi loquitur etiam de potentiâ absolutâ: ait n. mortale sine pœnitentia, nullâ ratione remitti, sed nec posse remitti: Pro quâ sent. multos suppresso nomine citat *Herice* 1. *p. tract.* 2. *disp.* 17. *n.* 14.

49. Dico 1. Implicat, gratiam habitualem remit-
Implicat gratiam remittere actuale, dũ actu est. tere p. actuale, dum actu est. Est auctorum 2. sent. Fundam. dum peccatum actu est, supponitur esse; dum remittitur, cessat esse: remissio n. peccati, est non esse peccati: implicat peccatum simul esse & non esse: igitur & remitti, dum actu est. Assertio hæc de peccato formaliter sumpto à nullo, me iudice, negari potest, ne quidem ab authoribus 1. sent. dum n. perseuerat sub ratione peccati, non potest remitti, aliàs peccatum componeret cum non esse peccati eâdem duratione, quod implicat, in quocunque tandem sita sit ratio formalis peccati: implicat, vt idem pro eâdem duratione sit ordinatus & non ordinatus ad pœnam æternam; igitur authores 1. sent. intelligendi sunt de peccato materialiter sumpto. A nobis assertio intelligitur absolutè, dum actus peccati actu informat voluntatem peccatoris, nullâ potentiâ illud remitti posse: eo quòd implicet, à tali actu existente separari posse malitiam peccati. Hæc n. saltem in actuali p. non consistit in ordinatione ad pœnam, aut in alio, cuius remissio adequatè pendeat à voluntate Dei, sed in actione deformi peccatoris, quæ dum perseuerat, nõ potest malitia nõ perseuerare: atque adeò implicat, peccatũ remitti, dum actu est, quia malitia peccati componeret cum remissione eiusd.

50. Dico 2. Implicat, habituale propriâ actione
Implicat habituale propria actione contractum &c. contractum, sine propria actione peccatoris, peccati retractatiuâ, remitti; atque adeò existenti in p. habituali infundi posse gratiam, nullo præuio actu retractatiuo peccatoris, Aliquod fundam. dat *Triden. sess.* 6. *cap.* 7. vbi assignans formalem causam iustificationis adultorum, ait esse *voluntariam susceptionem gratiæ*: ergo ad peccati remissionem, quam iustificatio essentialiter includit, non solùm requirit physicam entitatem gratiæ, sed vt ea liberè & voluntariè susceptа sit, per liberum & voluntarium actum peccatoris, quo præteritum peccatum retractetur.

Fundam. in Triden.

Nec obstat, quod *ibid.* actum peccatoris appel- 51.
let dispositionem ad iustificationem: cùm non repugnet, eandem formam simul esse complementum, & dispositionem ad iustificationem, vt apertè *S. Thom. qu.* 28. *de verit. art.* 3. *fine corp. & ad* 12. in quorum 1. actum peccatoris vocat complementum iustificationis; in 2. dispositionem ad iustific. & prob. manifesto exemplo substantialis organizationis, quæ respectu animæ rationalis est dispositio; respectu totius compositi humani, est formale complementum & fundamentalis inchoatio hominis. Ita retractatio peccatoris respectu vltimę ac principalis formæ iustificationis, quę est gratia habituàlis, dicitur dispositio; respectu iustificationis integrè acceptæ, est formale complementum, & fundamentalis inchoatio ipsius. Et *Triden.* ponendo rationem voluntarij in iustificationis definitione, satis indicat, illam non esse tantùm dispositionem, quę est extra definitionem rei, sed rationem aliquo modo formaliter complentem, vt *cit. S. Tho.* docet, licet minùs principalem & inchoatiuam, vt sunt formæ partiales substantiales in homine respectu animæ rationalis. Colligitur ex *sess.* 14. *cap.* 4. vbi loquens de contritione & peccati detestatione, illam appellat nouę vitæ inchoationem. Idem expresè *Alen.* 4. *p. q.* 17. *me.* 4. *art.* 4. §. *ad argu.* vbi de remissione peccati; *Causa*, inquit, *completa est gratia cum dolore: Aureol. in* 4. *dist.* 14. *q. vn. art.* 4. vbi ait, culpam inchoatiuè deleri per actum pœnitentiæ, completè & formaliter per gratiam: *Palat. in* 4. *dist.* 14. *disp.* 4. *concl.* 4. vbi auersionem à lege, quam prohibitam complacentiam appellat, ait tolli per actum pœnitentiæ, cui tantùm formaliter opponitur; offensam Dei per gratiam. 2. Hęc sent. fauet *Concilio sess.* 6. 52.
can. 9. & 22. definienti, ad iustificationem adultorum, præter fidem, necessaria esse bona opera, eaque non tantùm esse dona Dei, sed etiam ipsius iustificati merita: quod cùm hæc sent. doceat, etiam de potentiâ absolutâ; funditus euertit hæresim negantium, bona opera necessaria esse ad veram peccatoris iustificationem. 3. Expresè *S. Doct.* 53.
3. *p. q.* 86. *art.* 2. *impossibile est peccatum actuale mortale sine pœnitentia remitti, loquendo de pœnitentia, qua est virtus.* Loquitur autem ibi de p. actuali, prout opponitur originali, non prout habituali personali: vt euidenter constat ex *tit. quæst.* qui est, *De effectu pœnitentiæ quoad mortalium p. remissionem.* Vnde si tantùm hic disputaret de remissione actualis, & non etiam habitualis personalis, decisio non responderet *titulo quæst.* quę est de omni p. mortali personali. Tum quia in *reliquis art.* disputat de vtroque p. & docet, absque pœnitentia virtute peccatum remitti non posse; quod intelligitur maximè de habituali: cùm semper inter p. actuale & pœnitentiam virtutem intercedere debeat tempus, in quo homo sit in p. habituali, & non in actuali, quia hoc non est, nisi quando actu homo peccat: Peccator autem dum de pœnitentia agenda deliberat, necessariò cessare debet à peccato actuali, & tunc solùm erit in peccato habituali.

Manifestũ exemplum

Contra hæret. telum

Expressum S. Thom. testim.

Maior difficultas est, an S. Doctor *cit. loco* in- 54.
telligat de *Impossibili* simpliciter an tantùm de *Im-* *De impossibili simpliciter*
possibili, iuxta legem à Deo præscriptam, vt illum explicant *Caiet.* & reliqui pro 2. sent. citati. Sed contrà: cod. art. docet, Deum posse peccatum remittere absque pœnitentia sacramento, non posse absque pœnit. virtute: sed iuxta legem præscriptam

ptam nequit mortale remittere in hoc statu, absquè pœnit. sacramento, saltem in voto, vt ex *Triden.* colligitur *sess.* 14. *cap.* 4. ergo absque pœnit. virtute non poterit nec de potentiâ absolutâ illud remittere. Conseq. patet: eâ potentiâ non potest Deus mortale sine pœnit. virtute remittere, quâ illud remittere potest sine pœnit. sacramento: sed sine pœnit. sacramento illud tantùm remittere potest de potentiâ absolutâ, non de lege ordinata, quâ decreuit, omnia mortalia in hoc statu remittere, mediante pœnit. sacramento: ergo
55. neque potentiâ absolutâ, illud remittere potest, absque pœnit. virtute. Idem *qu.* 28. *de verit. art.* 3. *corp.* explicans naturam iustificationis, ait, esse quandam voluntatis immutationem: quæ fieri non potest absque propria voluntatis cooperatione: quæ sicut proprio actu auersa fuit à Deo, & conuersa ad creaturam; ita proprio actu conuerti debet ad Deum, & auerti à creatura. Et *sine corp.* docet, iustificationem non compleri absque vsu liberi arbitrij. Et *ad* 12. *& art.* 4. *corp.* asserit, mutationem liberi arbitrij de necessitate requiri ad iustific. peccatoris. Quæ omnia important necessitatem simpliciter: quod .n. requiritur vt complementum iustific. requiritur vt integrans formam iustific. ac proinde essentialiter, quia sine integra forma nequit integer effectus formalis haberi. Idem docet 3. *contra gent. cap.* 158.

56. *Ratio fundament. ex S. Thom. deducta, probans implicare, p. habit.* Prob. 4. Peccatum habituale est moralis auersio à Deo, & conuersio ad creaturam sicut actuale est actualis; cùm habituale sit ipsum actuale moraliter perseuerans: implicat autem, habituale remitti, non sublata morali auersione à Deo, & conuersione ad creaturam, seu non sublatâ ratione formali ipsius; non esset .n. quà remitteretur; esset, quà perseueraret moralis auersio & conuersio illa: sed implicat, hanc moralem auersionem à Deo, & conuersionem ad craturam tolli absque proprio actu retractatiuo peccatoris: hęc .n. moralis auersio & conuersio essentialiter pendet à libero actu præterito creaturæ, imò est ipse præteritus actus moraliter perseuerans, denominans illam peccatricem. Hic autem tolli non potest à solo Deo: quia Deus nec per suum liberum actum, nec per infusionem physicæ qualitatis efficere potest, vt liber actus præteritus peccati desinat moraliter dependere à voluntate peccatoris. at tamdiu necessariò denominat illum peccatorem; .cùm habeat rationem voluntarię auersionis à Deo, & conuersionis ad creaturam, ac proinde rationem peccati. Nempe Deus neque per suum liberum actum, neque per infusionem physicæ qualitatis tollere potest rationem voluntarij ab actu libero præterito peccati moraliter perseuerante: quia cùm ratio voluntarij essentialiter pendeat à voluntate, tolli non potest, nisi ab ipsâ voluntate per contrarium actum retractatiuum ipsius: cùm .n. actus præteritus peccati desinere non possit in ratione moralis auersionis à Deo, & conuersionis ad creaturam, nisi desinat in ratione actus liberi moraliter dependentis à voluntate creata; cumque sub hac ratione desinere non possit, nisi opposito actu retractatiuo, desinere non poterit in ratione peccati nisi proprio actu retractatiuo peccatoris.

remitti absque actu retractatiuo.

57.

58. *Confirm.* 1. Confir. 1. esto, possit à peccato, absque actu retractatiuo, auferri iniuria & offensa contra Deum, nec non habitualis auersio ab eodem, quæ consistit in priuatione gratiæ habitualis; impossibile tamen est, absque actu retractatiuo, auferri moralem auersionem à recta ratione creata, eaque mediante moralem auersionem à recta ratione increata, ex præterito actu moraliter perseuerantem: hæc .n. essentialiter consistit in ipso voluntario peccatoris, liberè se auertentis à rectâ ratione creatâ, & increatâ moraliter perseuerante. Vnde quamdiu illud oppositio actu peccatoris non retractatur, semper censetur moraliter perseuerare, eumque denominare auersum à recta ratione creata, & increata. 2. Nunquam desinit forma denominare subiectum, donec varietur sub ea ratione, sub qua subiectum denominat: denominatio enim est effectus formalis formæ: nec potest hic variari inuariatâ formâ, cùm sit ipsa forma cum respectu ad subiectum: quâ perseuerante cum respectu, non variatur effectus, nec denominatio: ergo nunquam desinit præteritus actus peccati denominare subiectum peccatorem, donec varietur sub ea ratione, sub qua subiectum peccatorem denominat. Atqui impossibile est, illum variari sub ea ratione, sub qua peccatorem denominat, absque actu retractatiuo peccatoris: actus .n. præteritus peccati denominat subiectum peccatorem præcisè, quà moraliter perseuerat vt voluntarius ipsius: sicut .n. denominat subiectum actu peccare, quà est voluntarius peccatoris actu existens: ita idem actus denominat subiectum habitualiter peccatorem, quà est actus voluntarius eiusdem habitu perseuerans. Ergo sicut impossibile est, quin peccatum actu existens denominet subiectum actu peccare, nisi talis actus desinat esse voluntarius ipsi peccatori: ita impossibile erit, quin peccatum habitu perseuerans denominet subiectum peacatorem, nisi talis actus desinat esse voluntarius habitualiter eidem peccatori. Nequit autem desinere, absque proprio actu retractatiuo: quia voluntarium habituale pendet tantùm moraliter à sola voluntate creata.

59. *Confirm.* 2.

3. Habituale non consistit formaliter in actu præterito nondum remisso, sed potiùs formaliter in actu præterito nondum retractato: alioqui sequeretur habituale denominare subiectum peccatorem dependenter à non remissione Dei: quod falsum est: sicut .n. independenter à non remissione Dei habet, quidquid requiritur ad rationem p. habitualis; ita independenter à non remissione Dei denominat subiectum peccatorem: non enim ideò formaliter homo est peccator, quia Deus illi peccatum non remittit, sed quia ipse homo habet actum malum moraliter à se dependentem non retractatum. Deum .n. non remittere peccatum, supponit peccatum independenter à non remissione: cùm supponatur antecedenter ad non remissionem Dei. Sequela prob. dependenter ab eo peccatum denominat peccatorem, sine quo non denominaret peccatorem, sed sine non remissione Dei actus præteritus non denominaret per aduers. subiectum peccatorem: ergo. 4. Implicat, vt vel meritum, quod fuit meum, cesset esse meum, absque libera voluntate mea; vel quòd meritum fiat meum, absque libero consensu meo. Ergo implicat, vt peccatum, quod fuit meum, cesset esse meum, absque liberâ voluntate mea.

60. *Confirm.* 3.

61. *Prob. vlt. assertio* Prob. 5. Si posset Deus remittere habituale absque actu retractatio peccatoris, posset etiam remittere actuale, manente actuali dependentia actûs peccati à voluntate peccatoris: Sequel. prob. non ideò per aduers. Deus remittere potest habituale, quia tollere potest ipsam moralem dependentiam habitualis à voluntate peccatoris immediatè; sed quia ponere potest formam, quæ æqualenter talem moralem dependentiam tollat, quę est gratia habitualis collata peccatori ex affectu illi remittendi peccatum: Sed potest Deus gratiam

Maior proposit.

cum

Minor proba. infrà. cum eodem affectu remittendi p. actuale conferre actu peccanti, non tollendo immediatè moralem dependentiam actûs peccati à voluntate, sed tantùm ponendo formam, quæ eam æquiualenter tollat: ergo eodem modo remittere poterit actuale, non tollendo immediatam dependentiam moralem actualis à voluntate peccatoris, sed tantùm ponendo formam, quæ solùm æquiualenter illam tollat. Maior prob. immediata dependentia moralis liberi actus à voluntate creata, essentialiter consistit in morali respectu actus ad voluntatem creatam, vt principium liberum: qui respectus tolli nequit, nisi opposito actu libero retractatiuo eiusdem voluntatis; quia cùm tolli debeat in genere causæ formalis, & vna forma nequeat tolli formaliter ab alia, nisi ei formaliter opponatur: cumque nequeat forma formaliter alteri opponi, nisi sit sub eodem genere cum illa, non poterit peccatum, quæ est forma moralis, formaliter tolli à gratia, quæ est forma physica: proinde cum gratia manebit moralis dependentia actus peccati à voluntate. Minor prob. multi ex 2. sent. concedunt, posse Deum actu peccanti infundere gratiam: ergo poterit illam infundere ex affectu remittendi illi actuale. Igitur poterit Deus remittere actuale, non sublatâ immediatâ dependentiâ morali actus peccati à voluntate. vt enim gratia per aduers. remittat peccatum, non est necesse, vt immediatè tollatur moralis dependentia actus peccati à voluntate; & ex alia parte ipsa collata ex affectu remittendi peccatum, semper præstat suum effectum formalem remittendi peccatum: ergo collata actu peccanti remittet actuale, etiam non sublatâ morali dependentiâ actuali actûs peccati à voluntate. Sicut .n. se habet habitualis dependentia moralis actûs præteriti à voluntate in p. habituali: ita se habet actualis dependentia moralis actûs præsentis à voluntate in p. actuali: ergo sicut illa immediatè non sublata à p. habituali, adhuc habituale remitti potest per formam tantùm æquiualentem: ita non sublatâ immediatâ eâdem morali dependentiâ à p. actuali, adhuc actuale remitti potest per solam formam æquiualentem.

63. *Confirm. Posset Deus remittere offensam peccanti actu.* Confirm. per aduers. ideò potest Deus peccatum remittere, absque proprio actu retractatiuo peccatoris, quia potest homo remittere offensam sibi ab alio illatam, absque proprio actu offendentis. Atqui potest homo non solùm remittere offensam habitualem, sed etiam actualem alterius offendentis, absque proprio actu illius.

64. *Dices* 1. Potest Deus tollere p. actuale, absque proprio actu retractatiuo peccatoris; sc. suspendendo concursum conseruatiuum actus peccati: ergo etiam habituale. *Resp.* Resp. dist. antec. potest Deus tollere actuale, absque proprio actu retractatiuo peccatoris, formaliter, nego: materialiter, concedo. Quia actuale ratione materialis entitatis physicè pendet à Deo: habituale verò nec physicè, nec moraliter pendet à Deo, sed tantùm moraliter à voluntate creatâ.

65. *Dices* 2. Hoc ipso, quòd Deus infundit gratiam ex affectu remittendi peccatum, habituale remittitur; quia nullum habet esse reale, quod destrui debeat, sed solùm habuit, dum actu fuit. At non hoc ipso, quòd Deus infundit gratiam ex affectu remittendi peccatum, actuale remittitur, quia habet esse reale, quod destrui debet. Sed *contrà* 1. *Contrà 1.* posset Deus infundere gratiam actu peccanti ex pura omissione: quo casu nulla destruenda esset physica entitas peccati: ac proinde eo casu, remitti posset peccatum actu peccanti. 2. catenus physica entitas peccati actualiter imputatur voluntati, quatenus actu voluntariè perseuerat in illa: sed catenus etiam præteritus actus peccati habitualiter imputatur voluntati, quatenus idem actus habitu voluntariè perseuerat in voluntate: Sed adhuc habituali voluntario non sublato, potest per aduers. remitti habituale: ergo actuali voluntario non sublato, remitti actuale. Vnde ad argu. conced. in habituali nullam destruendam esse formam physicam; destruenda tamen est forma moralis; quæ sine actu peccatoris destrui non potest.

Dices 3. Si libera auersio à Deo, & conuersio ad creaturam esset in peccatore fundamentum, vt omnia damna in peccatore sequuta, essent illi culpabilia, eâ sublata, cessarent talia damna esse peccatori culpabilia: Consequens est falsum; adhuc .n. eâ per contritionem sublatâ, remanent peccatori culpabilia: alioqui posset peccator solâ contritione iustificari. 1. quia eatenus sunt culpabilia, quatenus sunt voluntaria: sed retractatâ auersione à Deo, & conuersione ad creaturas per contritionem, non sunt amplius voluntaria. 2. sublato fundamento tolluntur respectus in eo fundati: sed offensa Dei, inimicitia, & macula animæ sunt respectus in libera auersione & conuersione peccatoris fundati: ergo. Resp. neg. sequel. ad 1. prob. neg. minor. Duplex quippe voluntarium disting. in peccato: alterum causale & efficax, quod fuit efficax causa demeritoria omnium, quę peccatum intulit: alterum tantùm morale & inefficax, quo inefficaciter tantùm retractatur prius voluntarium. Primum est irretractabile à peccatore: quia nequit per voluntarium 2. efficaciter retractare primum quoad omnia damna, quæ intulit, proinde illud semper manet irretractatum, & causatiuum damni, quamdiu damnum non reparatur: & vt sic manet culpabile peccatori, eo quòd vt causa irreparabilis damni fuit ab ipso præuisum, & volitum. Sicut qui sibi manum voluntariè abscinderet, quantumuis posteà retractaret suam voluntatem, semper abscissio manus maneret vt macula corporis, ex priori voluntate irretractabili sequuta. Vnde si talis manus abscissio, sicut est effectus peccati, esset formale pecc. maneret peccatū quamdiu illa miraculosè nō restitueretur. Quia igitur macula animæ, offensa Dei, eiusque inimicitia sunt formale pecc. quādiu manēt in peccatore ex ipsius volūtario irretractabili sequuta, semper manent culpabilia, donec à Deo tollantur per infusionem gratiæ.

66. 67. *Duplex voluntarium in peccatore* *Exemplum euidens* 68.

Neque dicas, quòd sicut potest Deus tollere vnum voluntarium, ita & alterum, sine proprio actu peccatoris: Deus .n. non tollit primum voluntarium à peccatore secundùm moralem dependentiam, quam habet ab illo, sed solùm secundùm effectus, quos causauit in peccatore: quod est, tollere illud solùm vt causam, non vt actum liberum peccatoris: sic .n. tollitur ab ipso peccatore.

69. Ad 2. prob. conced. maior. quando fundam. adæquatè tollitur. Cæterùm adęquatum fundam. peccati non est tantùm voluntarium morale retractabile, sed etiam causale, quod retractari non potest; & consequenter nec respectus in eo fundati, cùm illi non tollantur, nisi sublato fundamento adæquato.

70. *Actus retractatiuus, non necessariò est contritio.* D I C O 3. Actus retractatiuus, quem gratia ex parte peccatoris requirit, vt illum iustificet, non necessariò est contritio, sed sufficit attritio supernat. neutra sufficiens naturalis. Prima pars constat ex 7. *to.* & 8. Secunda prob. attritio, vel contritio naturalis non sufficienter retractat peccatum in hoc statu commissum: nam præter auersionem

à fine

à fine naturali, includit auersionem à fine supernat. quæ per naturalem actum non retractatur; cùm neutra se extendat vltra suum formale motiuum: quod est detestatio peccati, quatenus est contra legem naturalem, & Deum finem naturæ, vel cõtra bonũ aliquod naturali ratione dictatum.

72. Nec dici potet, in contritione naturali virtute contineri attritionem supernat. sicut in amore supernat. Dei virtute continetur formalis detestatio peccati: quia non potest in actu inferioris ordinis, licet supremo in eo ordine, contineri actus ordinis superioris, licet infimus in tali ordine. Nec est par ratio de dilectione supernat. Dei: quæ quia est ordinis supernatur. in eoque ordine suprema, potest virtute continere formalem detestationem peccati, quæ est eiusdem ordinis cum illa, nititurque eodem motiuo formali, quæ est bonitas increata. *Dices:* nec attritio supernat. sufficienter retractat peccatum, cùm non retractet illud vt malum Dei, sed vt malum peccatoris. Resp. neg. antec. ad prob. Dico, attritionem retractare peccatum vt malum Dei, non formaliter, quia non habet illud pro motiuo; sed materialiter, quia saltem habet illud pro obiecto: verè enim peccator per attritionem retractat quidquid est in peccato, tametsi motiuum, quo id retractat, non sit malum Dei, sed proprium. Est igitur malum Dei obiectum materiale, non formale attritionis; quod sufficit.

73. *Dices* *Resp.*

74. *Peccatum non consistit in destinatione ad pœnam.* Ad fundam. primæ sent. neg. peccatum consistere in destinatione ad pœnam: 1. quia hæc supponit culpam; ideò n. Deus peccatorem ad pœnam destinat, quia peccauit. 2. quia est actus Dei, qui bonus est, & culpæ correctiuus: peccatum est actus creaturæ, de se malus, dignus pœna; nec pendet à destinatione ad pœnam, quæ est consequens, sed à voluntaria auersione creaturæ à Deo, quæ præcedit ordinationem ad pœnam.

75. *Ad primũ 2. sent.* Ad 1. secundæ, neg. maior: transacto enim actu peccati, præter ordinationem ad pœnam æternam, manet in eo, qui peccauit, moralis auersio ab vltimo fine, & conuersio ad creaturas, à qua denominatur formaliter peccator, ratione cuius censetur dignus pœna. Ad 2. conced. gratiam esse integram formam remissiuam peccati, quoad rationem formalem & principalem peccati, quæ est auersio, iniúria, & inimicitia Dei, & macula animæ, non quoad fundamentalem, quæ est libera conuersio ad creaturas, & auersio à lege naturali. Ita *S. Doctor. 3. p. qu. 86. art. 4. ad 1. Culpa mortalis vtrumque habet & auersionem à Deo & conuersionem ad bonum creatum: sed auersio à Deo est ibi sicut formale, conuersio autem ad bonum creatum est ibi sicut materiale.* Quia igitur hæc libera conuersio ad creaturas, & auersio à lege naturali nequit tolli, nisi oppositio actu libero peccatoris, præter gratiam, necessaria est libera retractatio peccatoris. Vel certè gratia est integra forma remissiua peccati, vt voluntariè suscepta, vt *Tridentinum* dixit.

76.

77. *Vnica causa formalis iustificationis est gratia, sed voluntariè tamen suscepta.* Vnde ad 1. & 2. prob. maio. conced. ex Concil. vnica causa formalis nostræ iustificationis est gratia, sed vt *ipsum init. cap.* explicauit, vt voluntariè suscepta. Quare noluit à gratia excludere actum retractatiuum peccatoris, sed solam extrinsecam iustitiam Dei, aut Christi contra Nouatores, contra quos loquitur *cit. loco.* Appellatur contritio dispositio, non ratio formalis iustificationis; quia non tollit, quod est principale in mortali, nempe offensam, inimicitiam Dei, & maculam animæ, sed fundamentum dumtaxat & inchoationem peccati, quæ est moralis auersio à lege.

78. Ad 3. prob. conced. gratiam perfectè opponi peccato quoad eius malitiam principalem, non quoad eius fundamentum, quod in libera auersione à lege, & conuersione ad creaturas consistit: cùm n. hæc sit in genere actus vitalis liberi, non potest illi formaliter opponi, quæ tantùm est in genere formæ & habitûs physici, vel certè gratia perfectè & adæquatè opinitur peccato, vt voluntariè suscepta. Proinde neg. gratiam delere ea omnia sufficienter: cùm enim implicet, tollí rationem formalem peccati, non sublato ipsius fundamento, & aliunde gratia contradictoriè opponatur rationi formali peccati, si gratia ex se nequit tollere fund. peccati, nequit infũdi sine actu retractatiuo. 79.

Ad 1. prob. mino. Ratio, cur hæc forma denominans hominem habitualiter peccatorem, nequeat tolli à Deo absque proprio actu peccatoris, non est, quia conseruatur à potentiori agente, vel quia est simpliciter inamissibilis, sed quia dicit essentialem dependentiam à libera voluntate peccatoris, quæ tolli nequit absque opposito actu retractatiuo eiusdem. Ad 2. dico, actum pœnitentiæ ad remissionem peccati requiri, vt præuiam formam tollẽtem fundamentum peccati. Ad quod necesse non est, vt simul tempore sit cum gratia, sed sufficit, si præcesserit, & moraliter perseueret. Quare neg. illum requiri vt præuiam dispositionem extrinsecâ tantùm lege, sed ex naturâ rei, & essentialiter. Ad 1. confirm. neg. paritas; mutata enim contritione in attritionem, adhuc manet sufficiens forma destructiua fundamenti peccati, quæ tamen non maneret, vtrâque sublatâ. 80. *Ad 1. prob. mino.* 81. *Ad 2.* 82. *Ad 1. confirm.*

Ad 2. Resp. gratiam pugnare cum formali ratione peccati, quæ, quia nequit tolli, non sublato eius fundamento, implicat infundi sine actu retractatiuo: nec potest postulare condonationem peccati absque libera retractatione, cùm nequeat talis condonatio fieri absque proprio actu peccatoris: cùm illa non fiat per extrinsecam tantùm non imputationem offensæ, aut debiti relaxationem, sed per intrinsecam & formalem abstersionem peccati, quæ essentialiter postulat liberam retractationem, quâ destruatur fundamentum peccati. Confirm. sicut non postulat materia vniri formæ distanti; ita nec gratia postulat condonationem peccati absque eo actu proprio peccatoris. 83. *Ad 2.*

Ad 3. argu. distinguendo duplex debitum: alterum dicens moralem dependentiam à voluntate debitoris; atque hoc tolli nequit solâ condonatione creditoris: sicut n. hæc condonatio nequit tollere moralem dependentiam debiti à voluntate debitoris, ita nec debitum in eâ fundatum relaxatur, tale est debitum, quod peccator contrahit ex præterito actu nondum retractato. Alterum debitum pendens tantùm ex voluntate creditoris: & hoc sine actu debitoris condonari potest: quale est debitum voti, quod pendet ex voluntate acceptantis, si velit illud acceptare: vnde poterit illud relaxare, absque vllo actu retractatiuo vouentis, per solam non acceptationem eius, in cuius obsequium factum est. Ad 1. confir. conced. remissionem peccati esse proprium opus Dei, quia solus Deus illam inchoat per gratiam excitantem, promouet per adiuuantem, perficit & consummat per iustificantem, sed non absque libero consensu peccatoris. Neque per hoc, quod sit proprium opus Dei, excludit liberam cooperationem creaturæ: alioquí cùm de facto remissio peccatorum fiat cum libera cooperatione peccatoris, de facto illa non esset proprium opus Dei, quod falsum est. Nec sola remissio peccatorum, sed quodlibet opus supernat. æternæ vitæ meritorium, est proprium opus Dei, 84. *Ad argu.* 85. *Ad 1. confirm.*

cùm

cùm tamen nullum opus æternæ vitæ meritorium
86. fiat sine libero consensu creaturæ. Ad 2. confirm.
Ad 2. neg. maior: alioqui si transacto actu peccati, non maneret peccatum simpliciter voluntarium peccatori, non maneret vt simpliciter peccatum: vt. n. maneat simpliciter peccatum, debet manere simpliciter voluntarium, quod ad rationem peccati essentialiter requiritur. Cæterùm vt maneat simpliciter voluntarium sufficit, vt maneat habitualiter tantùm voluntarium. Nego autem, ad huiusmodi voluntarium tollendum sufficere tacitam voluntatem: talis. n. volutas ad tale voluntarium moraliter tollendum requiritur, qualis fuit ad idem ponendum. 2. nego, talem implicitam voluntatem habere eum, qui præteritũ actum, dum potest, non retractat. De dominio Dei, dico, id quod Deus habet in voluntates creatas, facere non posse, vt quod mihi voluntarium est, mihi voluntarium non sit, absque libero consensu meæ voluntatis: Sicut nec facere potest, vt quod non est mihi voluntarium, mihi voluntarium sit, absque libero actu meo. Simul. n. mihi esset voluntarium, & non voluntarium: quia quod est mihi voluntarium, debet à meâ procedere voluntate. Cæterùm supremum dominium, quod Deus habet in voluntates creatas, in eo consistit, vt infallibiliter, liberè tamen, creatura retractet, quod antà volebat. Vltimò nego, gratiam ex se habere illam moralitatem, quæ ad peccati remissionem requiritur, quæ est moralitas in ratione actus liberi, quam gratia, cùm sit forma physica & necessaria, ex se habere non potest. Subsequens autem probatio tantùm ostendit, gratiam perfectiùs conuertere ad Deum, quàm actum, in genere conuersionis physicæ & permanentis, non autem moralis & liberæ.

Dominium Dei non potest facere, vt quod mihi est voluntarium, non sit.

87. Ad 4. argu. neg. consequ. homo. n. remittens alteri offensam, non remittit illi culpam, quæ in auersione à lege consistit, sed solùm debitum satisfaciendi pro iniuriâ sibi illatâ: quo sublato ac remisso, adhuc manet in offendente culpa apud Deum luenda. Deus autem remittens peccatum, non solùm remittit debitum satisfaciendi, sed etiam culpam, quæ ad sui remissionem essentialiter postulat proprium actum retractiuum.

Disparitas inter condonationem offensæ ab homine & à Deo.

88. Ad 5. neg. antec. peccatum. n. semel commissũ, & nũquam retractatum, semper denominat suum authorem peccatorem; quia semper dicit moralem dependentiam ab illo, & consequenter nequit illi infundi gratia, donec retractetur. nec forma, quâ denominamur peccatores, est aliquid physicè nobis inhærens, quod per annihilationem corrumpatur, & per reproductionem non reproducatur, sed est actus ipse peccati semel commissus & nunquam retractatus. Vnde sicut annihilatio non tollit quin peccatum fuerit commissum & nunquam retractatum; ita nec tollit, quin subiectum annihilatum & reproductum, ex præterito peccato nõ retractato denominetur peccator. Quod patet: si. n. peccator annihiletur, antequam peccatum confiteatur, tenebitur reproductus id suo tempore confiteri. Idem constat de puero ante baptismum annihilato, & postea reproducto. cùm. n. peccatũ moraliter pendeat à voluntate peccatoris, non est aptum tolli, nisi à voluntate eiusdem. Neque Deus reproducendo hominem cum præcedente peccato, diceretur reproducere peccatum: sicut nec producendo infantem cum originali, dicitur producere originale: quia illud non sequitur vi reproductionis, sed vi præteriti actus à peccatore commissi, & nunquam retractati; qui, posito principio, à quo liberè fuit elicitus, statim denominat illud.

Peccatum semel commissum semper denominat suum authorem, donec retractetur.

Per annihilationem nõ tollitur peccatum si reproducatur homo.

Confirm. hoc argum. soluendum est etiam à docentibus, peccatum remitti posse absque propria retractatione. si. n. peccator ante remissionẽ peccati annihiletur, reproductus manebit cũ eodem, nisi illi remittatur. Interruptio itaque per annihilationem relinquit peccatum, vt anteà erat.

Ad 6. neg. consequ. quia cùm peccatum parentũ 89.
non sit ex naturâ suâ propagabile in filios, nisi medio pacto superioris, potentis vnire voluntates posterorum cum voluntate capitis; & quia potest superior pro suâ libertate posterorum voluntates ad tempus vnire cum voluntate capitis, quo tempore transacto, absque vllâ voluntate retractatiuâ, vi præcedentis pacti nullus, qui deinceps ex tali capite nasceretur, peccatum contraheret; ideò potuit Deus originale in posteris, absque vllâ voluntate retractatiuâ remittere. Tametsi vi præsentis pacti, quo voluntates posterorum fuerũt pro omni tempore cum suo capite moraliter coniunctæ, non potest originale in posteris remitti, nisi præuia aliqua voluntate retractatiua alicuius vicem capitis gerentis. suppositò. n. quòd Deus decreuit; vt volũtas Adæ **pro omni tempore** extendatur ad posteros, implicat, **peccatum** ex vi talis voluntatis ad posteros transfusum remitti, nisi voluntas pro eo, cui peccatum remittitur, retractetur. Aut certè illa debuit in pacto ad talem hominem non extendi: quod multi magis piè, quàm verè de B. Virgine censent, fuisse nimirum illam non solùm à p. originali, quod verum putamus; sed etiam à pacto ipso cum Adam inito exclusam.

Peccatum originale non indiget actu retractatiuo proprio.

Ad 7. neg. antec. eadem. n. ratio est de beatitudine, & gratiâ habituali: sicut hęc, quia constituit nos obiectum amicabile, & actu dilectos à Deo, nequit infundi, nisi retractatâ inimicitiâ nostri erga Deum, quę in peccato consistit: ita, quia beatitudo, *vt disp. seq. sect.* 2. constituit nos obiectũ amicabile, & actu dilectos à Deo, nequit aliter infũdi. 90.

Ad 8. neg. simpliciter sequel. licet. n. nequeat 91.
Deus saluare peccatorem existentem in amentiâ formaliter, quia vt sic non est salutis capax: simpliciter tamen potest illum, & quemcunque alium saluare: quia potest illum ab amentiâ liberare, & liberatum illuminare, vt proprio actu peccatum retractet, & retractantem iustificare. Idem dicẽdum de illo, qui habet peccatum inuincibiliter oblitum, & illud nunquã retractauit, vel solo actu retractatiuo naturali illud retractauit. *Ad vlt.*

DISPVTATIO XXXIII.

An forma absterſiua peccati mortalis alia ſit præter habitualem gratiam?

FOrma absterſiua peccati mortalis potest 1.
esse duplex; altera extrinseca subiecto, vt est *Forma duplex:*
voluntas ipsa diuina, peccati condonatiua.
Altera intrinseca, quę triplex esse potest: al- *Intrinseca triplex*
tera perfectior gratiâ habituali, vt est vnio hypostatica naturæ humanæ cum persona diuina: hanc à fortiori certum est, suâ naturâ esse absterſiuam omnis peccati, etiam venialis, ratione personæ diuinæ, quam secum essentialiter adducit. Altera æquiualens gratię habituali, qualis est, *vt sect.* 2. visio beatifica, quæ intentionaliter ratione termini seu obiecti, quod essentialiter includit, reddit nos

similes

similes Deo. Tertia imperfectior gratiâ habituali, qualis est actus perfectæ charitatis, & cuiuscunque supernat. virtutis: de quibus disputandum.

SECTIO PRIMA.

An possit peccatum mortale abstergi sola extrinseca condonatione Dei?

2. PRima sent. affirmat. *Alen.4.p.q.17. me.4.ar.6. §.1.ad argu. Bonauen.in 4.dist.17.p.1.dist.ar.1. qu.1.Scot. in 1.dist.17.qu.2.§.de 2. & in 2.dist.28. §.ad quæst. & in 4.dist.1.qu.6.§. contra istam concl. & ad argu. & dist.14.qu.1.§.de 2. & dist.16 qu.2.§. Resp. & ad argum. Duran.in 1.dist.17.qu.1. & in 4. dist.1.qu.7.Ocham in 1.dist.17.q.1.& in 4.q.3.ar.1. & q.9.lit.L. Mayron.in 1.dist.17.qu.1.& 2.& in 4. dist.1.q.3.Rubio.in 1.dist.17.q.1.& in 4.dist.1.q.4. art.2.Argen. in 4.dist.1.q.3.art.3.Gabriel.in 1.dist. 17.q.1.art.2.concl.1.& art.3.dub.4.& in 4.dist.14. qu.1.art.1.not.2.& 4.& post.5.concl. Arimi.in 1. dist.17.art.2.concl.3.& ad 6.Bacho.in 1.dist.17.q.1. ar.3.§.& ar.6.ad 3.Ioan.Medin.cod.de Pœnit.tract. 1.qu.12.Suarez 3.p.de Pœnit.disp.8. sect.4. & lib.7. de gra.cap.23. Curiel.1.2. qu.113.art.2.dub.2.§.7. concl.3.& §.8.concl.vlt.Coninc.de Pœnit.disp.2.dub. 10. Nugnez 3.p.qu.89.art.5.diffic.1.§.quarta sent. Sylui.12.qu.113.art.2.qu.5.* Prob. 1. Non implicat, Deum remittere peccatum sola condanatione extrinseca, nullo intrinseco dono in peccatore producto. Tum quia id potest voluntas creata; ergo à fortiori increata, cùm non minùs hæc sit efficax per seipsam immediatè offensam sibi illatam remittere: tum quia potest Deus votum relaxare per extrinsecam dumtaxat voti condonationem: tum quia de facto Deus p. venialia remittit solâ condonatione extrinseca: non .n. per infusionem gratiæ, vel accrementi illius; quia cum nulla gratia, vel accremento ipsius pugnat veniale.

4. Prob. 2. 2. Plus requiritur, vt quis sit amicus, & filius adoptiuus Dei, quàm vt non sit inimicus & inuisus Deo: ergo per extrinsecam voluntatem Dei condonantis peccator fieri saltem poterit non inimicus, & non peccator, manendo in statu neutro inter amicitiam, & inimicitiam Dei.

5. Prob. 3. & deinceps 3. De facto nulla est forma, quę suâ naturâ peccatum remittat, absque aliquâ extrinsecâ condonatione Dei: igitur remitti poterit solâ: & nulla forma erit per se necessaria ad peccatum remittendum. Antec. prob. si qua esset, esset gratia: at hæc non est de se sufficiens Dei offensam remittere: tum quia hæc non remittitur, nisi per condignam satisfactionem, quam sola gratia accidentalis exhibere non potest: tum quia offensa est aliquid morale pendens à libera voluntate offensi: ergo nequit remitti absque libera voluntate & condonatione offensi: ergo necessaria est extrinseca condonatio prêter gratiam.

6. 4. Esse in peccato, non est aliud, quàm esse debitorem Deo de iniuriâ illatâ: ex Augustino lib.1. de nuptijs cap. 26. vbi docet, post peccatum non remanere, nisi reatum. At potest Deus iniuriam condonare absque infusione doni; sc. non acceptando peccatorem ad pristinam amicitiam.

7. 5. Posset Deus per infusionem gratiæ mihi peccatum remittere, & posteà gratiam absque meâ culpâ mihi auferre: ergo idem facere potest absque

8. gratiâ, peccatum remittendo. 6. Remissio peccati, non est idem formaliter, atque acceptatio ad amicitiam: nam remissio peccati pro termino *ad quem*, habet iniurię condonationem; acceptatio diuinam amicitiam: remissio tollit maculam; acceptatio communicat bonum. 7. Potuit Deus remittere p. originale absque communicatione alicuius doni: sc. tale cum Adam inire pactum, vt non in perpetuum, sed ad certum tempus posteri ab ipso descendentes contracturi essent debitum habendi gratiam: ergo potuit Deus condere hominem cum debito habendi & conseruandi gratiam ad tempus, quo elapso, non ampliùs in eo mansisset debitum habendi & conseruandi illam. Ergo tunc potuisset contractum peccatum extrinsecâ tantùm condonatione remitti: quia tunc carentia gratiæ non fuisset in tali homine priuatio, sed pura dumtaxat negatio. 8. Peccatum & gratia non sunt immediatè oppositа: ergo potest tolli vnum sine introductione alterius: quæ .n. non sunt immediatè oppositа, habent medium, atque adeò potest subiectum sine vtroque existere. Antec. prob. potuit Deus ab initio hominem condere sine peccato & gratia: ergo ad eundem statum potest illum reponere, postquam peccauit: qualem .n. potuit ab initio creare, talem potest post peccatum reparare. deinde peccato immediatè rãtùm opponitur rectitudo naturalis: sed hęc restitui potest sine gratia.

9. 9. Potest Deus annihilare peccatorem, & postea illum reproducere sine peccato & gratia: ergo potest tollere peccatum, absque infusione doni.

10. Transacto actu peccati, nihil remanet in peccatore, nisi obligatio ad pœnam: at potest Deus peccatorem ad pœnam non obligare, absque eo quòd illi vllum donum infundat.

11. 12. *decimo Fund. Scoti*

Secunda sent. negat: *S.Tho.1.2.q.113.art.2.& 3.cont.gent.c.157.& de verit.q.28.art.2.Alber.in 4.* 13. *Negant dist.17.art.10. ad 1. loco 2. inducit.* vbi gratiam, ait esse principium essentiale iustificationis: *Aureol.in 1.dist.17.art.2.propos.1.Capreol.in 4.dist.1.q.2.ar. 3.ad argum.Scot.cont.2.concl.Caiet.1.2.q.113.ar.2. fine: Conrad.ibid. Ferrari. 3.cont. gent.c.157. Bellar. lib.2.de Iustific.c.16.* licet hic solùm contendat, nõ posse absque gratia remitti peccatum, vt macula & auersio, non vt offensa Dei est: *Valent.to.2.disp.8.q. 5. punct.5. Richard. in 4.dist.1.ar.6.q.3. & dist.17. art.4.q.2.ad 1. Sot.in 4.dist.15.q.1.art.2.ad argum. Pet.Sot.de sacr.Pœnit.sect.4. init. Vasquez 1.2. disp. 206.c.2. &* 3. Notant *Ferrar. & Conrad.* inter *S. Tho. & Scot.* solam esse quæst. de nomine: eo quòd *Scot.* solùm concedat, extrinseca condonatione remitti posse peccatum tantùm quoad reatũ & obligationem ad pœnam, non quoad culpam. Sed quãuis hoc verum sit: illud tamẽ inter eos manet controuersum, quòd *Scot.* velit, peccatum habitualę consistere in solâ obligatione ad pœnam; *S. Thom.* contrà, in auersione à Deo ex prêterito actu relicta, & in peccatore moraliter perseuerãte, antecedenter ad omnem obligationem ad pœnam. Vnde diuersas intulerunt conclusiones. Quòd *S. Tho.* 14. existimet, etiam de potentia absoluta, remitti non posse peccatum absque intrinsecâ infusione gratiæ, colligit *Conrad.* ex *cit.loco* 1.2 vbi ait, remissionem culpę intelligi non posse, absque infusione gratiæ. *& quodlib.9.ar.1.ad argum. Quod sibi ipsi est repugnans, mente concipi non potest, quia nullus potest intelligere contradictoria esse simul vera.* Vnde concludit, de contradictorijs mentale verbum, quo intelligantur, formari non posse. Pro explic.

15. *Mortale extrinseca condonatione Dei non remitti: Fundam. duplex*

DICO, implicat mortale sola extrinseca condonatione Dei remitti. Fundam. 1. sumptum ex voluntate diuina, quæ nequit aliter, atque aliter ad creaturam terminari; nullâ factâ physicâ mutatione in creatura, Sed aliter terminatur ad peccatorẽ, atque

atque ad iuſtum, ſeu ad non peccatorem: nam ad peccatorem terminatur per modum odio habētis, ad iuſtum per modum amantis. Maior prob. impoſſibile eſt, fieri tranſitum de contradictorio in contradictorium abſque mutatione: ſed Deus de odio habente peccatorem, tranſit in non odio habentem: ergo per aliquam mutationem, non ſui, cùm ipſe ſit omnis mutationis expers; ergo per mutationem peccatoris.

16. *Non ſufficit mutatio moralis vt ex peccatore fiat non peccator*

DICES. Sat eſt mutatio moralis, quâ peccator ex peccatore fiat non peccator. Confirm. eſſe peccatorem, eſt quid morale: ergo vt talis denominatio tollatur ſat erit mutatio moralis. Sed cōtrà: hęc mutatio moralis alia eſſe non poteſt in peccatore, quàm denominatio extrinſeca deriuata ex actu cōdonante Dei: ergo ſupponit actum: de quo manet difficultas, vnde ex non condonante, fiat condonans: vt condonans .n. antecedit paſſiuam condonationem, vt forma effectum formalem. Ergo ante moralem mutationem peccatoris, deriuatam ex libero actu condonante Dei, aſſignanda eſt aliqua mutatio, per quam idem actus tranſeat ex non cōdonante in liberè condonantem. Ad confirm. neg. conſeq. ſicut .n. nulla mutatio moralis conſurgit, niſi ex phyſicâ; ita nulla moralis tollitur, niſi per phyſicam mutationem oppoſitam ei, ex qua oppoſita moralis ſurrexit. quia nequit Deus denominationem tollere, niſi deſtructo fundamento, ex quo ea conſurgit: at nequit ſolâ ſuâ voluntate deſtruere fundamentum denominationis peccatoris: ergo nec ſolâ tollere denominationem peccatoris. Maior patet: quia efficere non poteſt Deus, vt forma manens eadem vt anteà, nō denominet eodem modo ſubiectum vt anteà, vt albedo manens eadem in ſubiecto, non denominet eodem modo album, vt anteà denominabat. Maior prob. fundamentum denominationis peccatoris, eſt peccatum præteritum, quòd nec phyſicè, nec moraliter pendet à Deo: ergo implicat, illud deſtrui ſolâ extrinſecâ voluntate Dei, cùm nequeat voluntas Dei deſtruere, quòd ab ipſa aliquo modo non pendet.

Ratio

17. *Non ſola mutatio temporis vt Deus dicatur diligere.*

Hinc ſoluitur obiectio Nomin. nempe ſufficere mutationem temporis, vt de nouo dicatur Deus diligere, quem anteà non diligebat. Tum quia mutatio temporis nil confert ad obiectum amoris, vel odij, cùm ſit de ſe indifferens ad vtrumque: potuit .n. Deus eodem indiuiduo tempore ad eandē perſonam terminari, vel per modum amantis, vel per modum odio habentis. Quare debet in obiecto aſſignari aliquid à tempore diſtinctum, per quod potiùs nunc, quam anteà terminet actum dilectionis Dei. Tum quia actus diuinæ voluntatis habere debet obiectum, ad quod tendit, ſibi proportionatum: ſed obiectū amoris ſupernaturalis Dei, quo iuſtum amat in ordine ad vitam æternam, nō ſupponitur in peccatore; nec poteſt eſſe tempus, cùm hoc ſit res naturalis: ergo debet eſſe aliquid ſupernat. cauſatum ab actu ſupernaturali amoris Dei.

18. *Reſp.*

INSTABIS. Obiectum præſupponitur ad actum: ergo non poteſt effici ab actu: alioqui idem eſſet prius & poſterius reſpectu eiuſdē actus. Reſp. idē ſub ratione obiecti præſupponi ad actum, vt eſt libera volitio: idem vt effectum ſubſequi actum, vt eſt liberum principium productiuum ad extra. Eadem igitur res vt effectus, eſt poſterior actu diuino vt libero principio productiuo; vt obiectum, eſt prior actu, vt liberâ volitione. Vrgebis. Vt obiectum præſupponi debet ad principium vt productiuum, quia non eſt productiuum, niſi ex præcognita bonitate obiecti. Reſp. præſupponi vt obiectum ad principiū productiuū ſub ratione poſſibilis, cōcedo; ſub ratione futuri, quo pacto eſt obiectū eiuſdē actus diuini, vt eſt libera volitio, nego.

19. *Fund. 2. aſſertionis*

Alterum fundam. ſumitur ex naturâ p. mortalis in hoc ſtatu commiſſi, quòd eſſentialiter includit priuationem gratiæ & amicitiæ diuinæ, quā vnuſquiſque conſeruare tenetur ex diſp. 24. Implicat autem tolli priuationem gratiæ, quæ habet rationem veram maculæ, à peccatore ſolâ extrinſecâ voluntate Dei: non .n. mutat intrinſecè obiectum: ergo ſolâ extrinſecâ condonatione Dei implicat remitti peccatum. Confirm. Sola extrinſeca voluntas Dei nō ponit intrinſecè formam in obiecto; quia, cùm ſit actus eſſentialiter immanens, non habet vim ponendi effectum formalem intrinſecum, niſi in proprio ſubiecto, in quo eſt: ergo non tollit intrinſecè priuationem ab obiecto: cùm nequeat tolli priuatio, niſi per oppoſitam formam. Quādiu autē non tollitur ab homine priuatio gratiæ, quam culpabiliter amiſit, non deſinit eſſe peccator, cùm ipſa priuatio gratiæ ex præterito actu peccati cauſata, ſit formaliter peccatum & macula animæ.

20.

DICES. Poſita extrinſeca condonatione Dei, priuationem gratiæ non ampliùs perſeuerare ſub ratione maculæ & peccati habitualis, ſed ſub ratione puræ negationis. Sublato .n. debito habendi gratiam per voluntatem extrinſecam Dei, ceſſat priuatio gratiæ habere rationem maculę & peccati. Sed contrà: 1. implicat, Deum de nouo tollere debitum habendi gratiam à peccatore, abſque phyſica mutatione peccatoris. 2. nō eo ipſo, quòd tollitur id debitum, tollitur peccatum: in damnatis .n. ſublatum eſt debitum habendi gratiam, non macula ex præterito actu peccati cauſata: quia priuatio gratiæ habet rationē maculæ & peccati formaliter ex eo, quòd fuit debita tunc, quando fuit voluntariè amiſſa, eſto deſinat eſſe debita poſt. 3. quamdiu Deus non reſtituit peccatorem in priſtinam amicitiam, quam illi in odium peccati abſtulit, tamdiu cenſetur perſeuerare in priſtino odio & inimicitia contra ipſum.

21. *Non poteſt quis ſola extrinſeca voluntate Dei gratus amicus filius Dei fieri.*

Infertur; non poteſt ſolâ extrinſecâ voluntate Dei, homo fieri gratus, amicus, filius, adoptiuus Dei: non .n. intrinſecè & formaliter; quia implicat, ſubiectum eſſe intrinſecè & formaliter tale, abſque intrinſeca forma faciente tale: nec voluntas vt voluntas formaliter ponit aliquid intrinſ. reale extra ſe. Extrinſecè vero & denominatiuè ab extrinſeco actu Dei amantis & adoptantis ſolo concedunt authores 1. ſent. hominem fieri poſſe gratum &c. Quia putant, poſſe liberam dilectionem & adoptionem Dei ſaluari, abſque phyſicâ mutatione dilecti, & adoptati. In noſtra autē ſent. quia nequit libera dilectio Dei ſaluari, abſque phyſica mutatione dilecti, implicat hominem, etiā extrinſecè fieri gratum &c. ſolâ extrinſ. voluntate Dei.

22.

Confir. nequit Deus diligere hominem vt amicum, & filium adoptiuum, quin illi communicet ſimilitudinem ſuæ naturæ: ergo nequit ſolo extrinſeco actu ſuæ voluntatis reddere hominem ſui amicum. Antec. prob. nequit Deus abſoluto & efficaci amore amare creaturam, quin illam efficiat dignam ſuo amore: nec homo fieri amicitia & hæreditate diuina dignus, niſi participatione naturæ diuinæ; amor enim efficax & abſolutus, qualis eſt amor ſupernat. amicitiæ diuinæ, neceſſariò eſt ſui communicatiuus: amare amicum eſt bonum velle amico: ergo in amante infinito, qualis eſt Deus amor neceſſariò eſt communicatiuus bonitatis proportionatæ affectui amantis. Amor .n. in amante perfecto vnit amatum cum amante iuxta affectum amantis: ergo Deus amans affectu ſupernat.

pernat. amicitiæ creaturam rationalem, vnit illam sibi dono respondente tali amori amicitiæ, quod est perfecta participata similitudo suę naturæ.

Solutio argum.

23. Ad primum

Ad 1. primæ sent. neg. antec. ad 1 prob. neg. conseq. voluntas enim creata potest aliter ad obiectum se habere per physicam mutationem sui: increata cùm non possit per mutationem obiecti: non ex inefficacia diuinæ, sed potiùs ex fœcunditate, à quâ habet, vt nunquam de nouo ad obiectum terminetur per modum efficacis & absolutæ complacentiæ, quin aliquid in illo producat: & ex immutabilitate, vt nunquam ipsa per nouam terminationem ad obiectum mutetur intrinsecè & subiectiuè, sed tantùm extrinsecè & terminatiuè, penes connotatum. Præterea voluntas creata condonando iniuriam, non remittit culpam, sed solum debitum satisfaciendi; increata vltra debitum, remittit culpam, quæ sine intrinseca & condigna mutatione peccatoris deleri non potest.

24. Vt Deus votum relaxet semper aliquam mutationẽ in obiecto facere debet.

Ad 2. prob. neg. antec. etenim vt Deus votum relaxet, semper mutationem in obiecto facere debet, vel per reuelationem, quæ cuicunque fiat, semper intelligitur obiectum aliter applicabile vouenti: vel per appositionem impedimenti, aut sublationem physicę, aut moralis facultatis actum exequendi: alioqui quamdiu non constat extrinseco signo, votum esse à Deo relaxatum, semper manet obligatio ad illud seruandum. Præterea votum pendet ex solâ voluntate condonantis; culpa etiam ex voluntate peccatoris, vt *præcedente disputatione sect.* 2. Ad tertiam prob. neg. antec. vt 8. *to.*

25. Ad 2. Post peccatum nõ plus requiritur vt sit amicus, quàm vt sit non inimicus Deo.

Ad 2. Resp. 1. cum *S. Thom.* 1. 2. *q.* 113. *art.* 2. *ad* 1. conced. ante peccatum plus requiri, vt quis sit amicus & filius adoptiuus Dei, quàm vt sit non inimicus & inuisus Deo: quia potuit aliquis creari sine gratia & debito habendi gratiam, in quo casu non fuisset amicus & filius adoptiuus Dei, speciali amicitiâ & adoptione, de qua loquimur; nec inimicus & inuisus Deo, quia nullum supponitur habuisse peccatum, nec personale, nec originale. Nego autem, post peccatum commissum cum cognitione finis supernat. plus requiri, vt quis sit amicus & filius Dei, quàm vt sit non inimicus & exosus Deo. Ratio: vt tollatur à peccatore inimicitia cum Deo, necessariò tolli debet peccatum: at hoc nequit in hoc statu tolli, nisi restituatur in pristinam amicitiam & adoptionem Dei: nequit igitur ex inimico fieri non inimicus, quin simul fiat amicus & filius adoptiuus Dei. Maior elucet: quamdiu non tollitur peccatum, non tollitur inimicitia cum Deo, quam ipsum ex *Trident. sess.* 6. *cap.* 7. includit: peccatum .n. est offensa Dei, in qua fundatur inimicitia cum Deo. Minor prob. nequit tolli peccatum, quin tollatur inimicitia cum Deo; nequit hęc tolli, nisi restituatur amicitia cum eodem. priuatio .n. gratiæ voluntariè contracta est ipsissima inimicitia; & nequit tolli, misi per oppositum habitum. Vnde non datur post peccatum in hoc statu commissum cum cognitione finis supernat. *Status neuter neg.* status neuter, sed necessariò homo erit vel amicus, vel inimicus Dei, vt *S. Doct. q.* 28 *de verit. ar.* 2. *ad* 4.

26. Conced.

Resp. 2. conced. homo adhuc constitui potest in statu neutro, mediatè; non immediatè. immediatè .n. restitui deberet peccanti cum cognitione finis supernat. gratia, per quam à peccato mundaretur, Deoque reconciliaretur: ac proinde immediatè ex inimico fieri deberet amicus: mediatè verò ex amico fieri posset nõ amicus, per subtractionem gratiæ, absque ipsius culpa. tunc .n. non esset amicus, quia careret forma amicitiæ; neque inimicus, quia nullum haberet peccatum, & præteritum fuisset deletum per pristinam gratiam; ergo esset non amicus, atque adeò in statu neutro.

27. Ad 3.

Ad 3. neg. antec. ad 1. prob. neg. gratiam remittere peccatum per modum condignæ satisfactionis, sed per obiectiuam dumtaxat incompossibilitatem respectu Dei gratiam necessariò amantis, & peccatum necessariò odio habentis. Ad 2. prob. dist. vlt. conseq. præter gratiam necessaria est extrinseca condonatio Dei distincta à condonatione, quæ necessariò includitur in infusione gratiæ, nego; sufficit .n. hęc condonatio, quæ est voluntas infundendi gratiam, quæ cùm sit perfecta participatio naturæ diuinæ, postulat amari vt obiectum amicitiæ supernaturalis, vt adoptiua filiatio Dei; cum quo amore perfectæ amicitiæ pugnat peccatum: quod necessariò ponit in Deo odium inimicitiæ, contradictoriè pugnans obiectiuè cum amore amicitiæ: quia vnum necessariò ponit gratiam, quam alterum necessariò subtrahit.

28. Ad 4.

Ad 4. neg. maior. nam esse debitorem, est quid consequens ad peccatum; ideò .n. homo est debitor Deo, quia peccauit. Confir. in p. actuali peccatum & debitum non sunt idem: non .n. qui actu peccat, habet tantùm debitum satisfaciendi, sed etiam peccatum fundans tale debitum; quod est obligatio resarciendi offensam; quam supponit, atque adeò peccatum, in quo offensa fundatur: ergo nec in p. habituali sunt idem: in hoc .n. sunt eadẽ proportionaliter, quæ sunt in actuali: cùm habituale sit idem actuale moraliter perseuerans. Neque *August. cit.* dicit, peccatum esse tantùm debitum, sed hominem ex præterito actu manere in peccato, quia manet in eo reatus; non pœnę tantùm, sed etiam culpæ. Nego etiam, posse Deum peccatori offensam condonare, non acceptando illum ad pristinam amicitiam: non .n. conuertitur ad peccatorem, nisi per mutationem ipsius.

29. Ad 5.

Ad 5. neg. conseq. ante .n. carentia gratię habet ex parte peccatoris rationem maculæ; quia volũtaria auersio à Deo fine supernat. ex parte Dei rationem odij; quia est pœna in odium peccati inflicta: ergo nisi tollatur, semper manebit macula ex parte peccatoris, & odium ex parte Dei. Post verò, habet solam rationem negationis: sine culpa ab homine tollitur; neque in pœnam vel odium peccati à Deo subtrahitur. Vnde in tali casu homo esset in statu neutro. Ad 6. dist. antec. Remissio peccati, & acceptatio ad amicitiam Dei, nõ sunt idem ratione & formaliter, conced. remissio .n. peccati distinguitur ab acceptatione ad amicitiam, vt effectus secundarius à primario; sc. ex eo quòd peccator fit amicus Dei, remittitur illi peccatum, quod cum perfecta amicitia pugnat: Non sunt idem realiter, nego: forma .n. quę constituit amicum, inseparabiliter subiectum emũdat à peccato; sicut persona increata hypostaticè vnita naturæ peccatrici, simul illam constitueret Deum, & à peccato emũdaret: quo etiam casu ratione distingueretur absersio maculæ à constitutione personæ diuinæ. igitur remissio peccati, & acceptatio ad amicitiam non sunt duæ mutationes reipsa separabiles, sed tantũ ratione & formaliter diuersæ. sicut expulsio priuationis, & inductio oppositæ formæ. nec aliã distinctionem rationis conuincunt reliquę prob.

30. Ad 6.

31. Ad 7.

Ad 7. neg. paritas. Originale .n. pendet ex voluntate alterius, quæ vi pacti potuit limitari, vt non nisi ad certas personas, pro certo tempore illud ad posteros tranfunderetur. Personale pendet ex actione propriæ voluntatis, quæ ex natura sua semper denominat subiectum peccatorem, quamdiu per oppositam formam non tollitur. Vnde nego, po-

Digitized by Google

Non potuit Deus condere hominem cum debito habendi & conſeruandi gratiam ad certum tempus.

go, potuiſſe Deum condere hominem cum debito habendi & conſeruandi gratiam ad certum tempus, licet condere potuerit cum hac conditione, vt gratiâ ſemel amiſsâ, non habuiſſet ampliùs homo debitum illam recuperandi; non quòd peccatum ex voluntaria amiſſione talis gratiæ contractum, remitti potuiſſet abſque infuſione gratiæ.

32. Primum prob. 1. non poſſet Deus condere hominem cum debito habendi & conſeruandi rectitudinem naturalem ad certum tempus, vt eo tranſacto voluntaria amiſſio talis rectitudinis non imputaretur ad culpam. 2. voluntariè priuare ſe rectitudine & fine ſupernat. poſtponendo illum creaturæ, eſt per ſe malum: ergo pro nullo tempore rectificari poteſt. Poſito ergo, quòd illum condiderit cum gratia, non potuit ab illo auferre debitum acceptam gratiam ſibi conſeruandi: ſicut, poſito quòd condiderit cum ordinatione ad finem natur. nō potuit ab illo auferre debitum conſeruandi ſibi coniunctionem cum fine naturali.

33. *Dices.* Potuit Deus auferre debitum conſeruandi gratiam ſi gratiam ſub hac conditione dediſſet, vt poſt certum tempus gratia ex ſe ipſa ceſſaſſet, abſque culpa habentis. Reſp. hoc fieri potuiſſe; & tunc peccata commiſſa poſt ceſſationem gratiæ, remitti potuiſſent abſque infuſione gratiæ; quia tunc non incluſiſſent priuationem gratiæ; non tamen remitti potuiſſent ſine reſtitutione eorum, quę per ſe in odium peccati à Deo fuiſſent ſubtracta, cuiuſmodi fuiſſent, quæ amicitiam natur. hominis cum Deo fundaſſent. At hoc non eſt contra me, qui tantùm hîc contendo, non poſſe auferri debitum cōſeruandi gratiam, ita vt voluntaria amiſſio illius non ſit amittenti culpabilis.

34. *Licèt potuerit ceſſare debitum gratiam recuperandi*

Secundum conſtat, de facto in Angelis, qui ita conditi ſunt vt ſemel amiſſam gratiam recuperare nequiuerit. Quia gratiam habitualem recuperare non valemus ſolius naturæ viribus, ſed opus eſt viribus gratiæ actualis, quam potuiſſet Deus amiſsâ ſemel gratiâ habituali, nunquam ampliùs nobis dare, vti fecit cum Angelis malis, vt contra *Scot. &c. to. 2. diſp. 18. ſect. 7. diffic. 5.* oſtend. Sublatâ autem facultate recuperandi rem amiſſam, ceſſat debitum illam habendi, quia debitum ſupponit liberam poteſtatem rem debitam acquirendi.

35. *non poſſet tamen dimitti peccatum ſine infuſione gratia.*

Tertium oſtendo. Nam eſto in tali homine ceſſaret debitum recuperandi gratiam amiſſam, non propterea peccatum commiſſum tempore, quo ille habebat debitum conſeruandi gratiam ſibi collatam, remitti poſſet abſque infuſione gratiæ. Quia priuatio gratiæ ex præterito actu contracta, quamdiu non tollitur, ſemper perſeuerat ſub ratione maculæ. Nec refert, quòd ceſſet debitum habendi gratiam in poſterum: quia macula contracta non habet rationem peccati formaliter ex debito recuperandi gratiam amiſſam, ſed ex priuatione cauſata ab actu præterito. Alioqui ceſſarent in damnatis maculæ ex præteritis actibus relictæ, ceſſante in illis debito recuperandi gratiam. Ratio: macula non eſt peccatum formaliter ex eo, quòd maculatus non recuperet gratiam, quam amiſit; ſed ex eo, quòd illam amiſit, dum habebat debitum eam conſeruandi; licèt in nouum peccatum incidat, quando habet debitum illam recuperandi, & non recuperat. Vt igitur illa habeat rationem peccati, ſat eſt, vt quando contracta eſt, fuerit in ſubiecto debitum gratiam conſeruandi. Vt ſiquis amittat rectitudinem naturalem per peccatum, & poſtea incidat in perpetuam amentiam, etiamſi non habeat debitum ampliùs recuperandi amiſſam rectitudinem, non propterea priuatio naturalis rectitudinis ex præterito actu cauſata, non habebit rationem peccati ac maculæ.

36. *Diſcrimen p. orig. & perſon.*

Atque ex his magis elucet diſcrimen inter peccatum perſonale & originale: cùm .n. hoc pendeat ex natura & conditione pacti, ſeu ex voluntate pacíſcentis, potuit pacíſcens illud limitare ad certum tempus, vltra quod voluntarium alienum non eſſet ampliùs imputabile poſteris: perſonale verò quia pendet ex voluntate propria peccatoris, nec moraliter, niſi per oppoſitum actum retractatiuum peccatoris; nec cauſaliter, niſi per reſtitutionem eorum, quæ per ſe in odium peccati ſubtracta fuerunt, auferri poteſt.

37. *Ad 8.*

Ad 8. diſt. antec. peccatum & gratia non ſunt immediatè oppoſita in omni ſtatu, conced. quia nec in ſtatu puræ naturæ, nec in ſtatu eleuatæ per auxilia tantùm actualia ad finem ſupernat. eſſent immediatè oppoſita; quia in neutro ſtatu carentia gratiæ eſſet formaliter macula: vt ſit .n. macula debet oppoſita gratia ſupponere in ſubiecto debitum ipſam conſeruandi: quod in neutro ſupponere potuiſſet: quia debitum conſeruandi gratiam ſupponit collatam gratiam: quę tamen in neutro ſtatu collata fuiſſet. Nego autem, illa non eſſe immediatè oppoſita in hoc ſtatu naturæ eleuatæ per gratiam habitualem: quia in hoc ſtatu peccatum includit priuationem gratię, quę in viatore auferri non poteſt, niſi per reſtitutionem eiuſdem.

38. *Ad 1. prob.*

Ad 1. prob. antec. neg. conſeq. potuit enim Deus hominem ab initio creare ſine peccato & gratia, quia cum neutro natura humana neceſſariam connexionem habet. At nō potuit, poſtquam illum cum gratia creauit, peccantem reducere ad ſtatum, in quo illum potuit ab initio condere: quia nunc peccatum includit priuationem gratiæ, quæ auferri non poteſt, niſi peripſam gratiam.

39. *Ad 2.*

Ad 2. prob. neg. maior. in hoc .n. ſtatu naturæ eleuatæ, non ſolùm opponitur peccato rectitudo natur. ſed & ſupernat. quia in hoc ſtatu homo habet debitum conſeruandi rectitudinem, & coniunctionem cum vtroque fine, & conſequenter deuiatio à fine vtroque per voluntariam amiſſionem rectitudinis vtriuſque, eſt culpabilis.

40. *Ad 9.*

Ad 9. neg. 2. pars antec. hoc enim ipſo, quòd peccatum non fuit abſterſum, ſemper moraliter perſeuerat in eodem ſubiecto. Velut ſi Deus annihilet puerum ante baptiſmum, & poſtea reproducat, reproduceretur cum originali, & debito, quod anteà habebat ſuſcipiendi baptiſmum, vt *praced. diſp. ſect. vlt.* Nec in tali caſu diceretur Deus cauſa peccati, ſicut nec dicitur nunc producendo animam pueri cum originali. Quia eſt tantùm cauſa phyſicæ entitatis ſubiecti, ad quod moraliter conſequitur macula peccati, à propria, vel ab aliena voluntate cauſata. Ad 10. neg. maior. peccatum .n. eſt quid prius reatu & obligatione ad pœnam: hæc .n. conſequitur peccatum, vt proprietas eſſentiam: & quidem obligatio aptitudinalis conſequitur inſeparabiliter eſſentiam peccati; actualis ſeparabiliter, cùm non implicet, Deum peccatum actu non punire: implicet nō eſſe dignum, vt puniatur.

41. *Ad 10.*

SECTIO II.

An viſio beata & lumen gloriæ ſit forma ſuâ naturâ abſterſiua peccati?

42. *Negans*

PRima ſent. negat. *Victor. apud Medin. 1. 2. qu. 4. art. 4. con. 2. Suarez de act. huma. tract. 1. diſp. 10. ſect. 1. nn. 23. &c.* quam probabilem putat *Sotus in 4.*

Digitized by Google

in 4. dist. 15. qu. 1. art. 2. fine: sequitur ex opinione, visionem beatam suâ naturâ non tollere potetiam ad peccandum. Prob. 1. Visio beata non est perfecta similitudo naturę diuinæ: ergo non est forma suâ naturâ absersiua peccati; quę secum essentialiter adducit amorem amicitiæ supernat. Dei: hic.n. essentialiter excludit odium inimicitiæ supernat. & consequenter peccatum, quod necessariò supponit odium inimicitiæ Dei. Porrò forma, quę secum essentialiter adducit amorem amicitiæ supernat. Dei, est quæ perfectè participat naturâ diuinam; cùm perfectus amor amicitiæ, *Arist. teste*, fundetur in perfectâ similitudine amantis cum amato. Antec. ostendo: 1. quia visio beata est tantùm participatio visionis increatæ: hęc autem non est natura, sed operatio Dei. 2. quia visio beata nō est species expressa, & ratio in qua reluceat diuina natura, sed pura tendentia & ratio tantùm, quâ videatur Deus in seipso realiter existēs: ergo neq; est perfecta similitudo intentionalis naturæ diuinæ.

Probari potest 1.

43. Prob. 2. Visio beata & lumen gloriæ est imperfectior gratiâ habituali: ergo non potest per eam tolli peccatum: hoc .n. nequit tolli, nisi tollatur priuatio gratiæ, in qua consistit: neque hęc priuatio gratię per formam imperfectiorem gratia: alioqui tolli posset per quemcunque actum peccatoris, quod falsum est, vt *seq. sect.* Antec. ostend. tū quia gratia est principium & forma radicalis; lumen gloriæ, & visio beata sunt proprietates consequentes gratiam: semper autem principium & forma radicalis est perfectior suis proprietatibus. Tū quia gratia est adæquata participatio naturæ diuinæ, quâ intellectualis est; lumen gloriæ, & visio beata est tantùm participatio naturæ diuinæ, secundùm esse intellectiuum & intelligibile.

Prob. 2. & deinceps

44. Prob. 3. Si lumen glorię & visio beata essent suâ naturâ absersiua peccati, etiam charitas, eiusque actus essent absersiua peccati: ideò enim illa sunt talia, quia sunt formæ, quibus intellectus tendit in Deum, vt in se est: sed etiam charitas eiusque actus sunt formæ, quibus voluntas tendit in Deum vt in se est, nisi quòd ille tendat cognoscendo, hęc diligendo, quod maiorem dicit incompossibilitatem cum peccato. 4. Lumen gloriæ & visio beata sunt in intellectu; ergo non possunt expellere peccatum, quod est in voluntate. Expulsio enim formalis fit per incompossibilitatem vnius formæ cum alia: quæ non exercetur, nisi penes idem subiectum immediatum. 5. Si visio beata & lumen gloriæ suâ naturâ essent absersiua peccati, etiam cognitio naturalis Dei & lumen intellectus naturale essent suâ naturâ absersiua peccati: sunt enim assimilatiua naturæ diuinæ secundùm esse intelligibile naturale, imò perfectiùs, quàm visio beata: quia hęc est tantùm assimilatiua vt *quo*, illa verò vt species expressa in *qua*: ergo saltem cognitio naturalis est absersiua peccati naturalis. 6. ex *Trident. sess. 6. cap. 7.* vnica est causa formalis nostræ iustificationis: ergo, præter gratiam habitualem, non datur alia forma suâ naturâ iustificatiua.

45.

46.

48. *Vltimo*

49. Secunda sent. affirmat: sequitur ex opinione, nullum peccatum neque actuale, neque habituale cum visione beata consistere posse: eamque ex professò tradunt *Vasquez 1. 2. disp. 11. cap. 10. Tan. tom. opusc. 6. de forma sanct. disp. 9. dub. 1. & 4. Granad. 1. 2. controu. 1. tract. 3. disp. 1. sect. 2.* quam docere videtur *Medina ex.* & ad quam magis inclinat *Ex. Soto.* Quæ sent. longè probabilior est.

Sent. vera affirm.

50. Probat Vasquez: Visio beata, etiam præcisa ab amore, adæquatè opponitur peccato; quod est macula animæ ex præterito peccato relicta; & in priuatione gratiæ, & relatione rationis ad creaturas, ad quas homo manet moraliter conuersus, sita: at visioni beatæ per se ac necessariò debetur dilectio Dei, quâ formaliter tollitur priuatio gratiæ: ergo etiam diuinitus negato concursu ad amorem beatificum, sola visio delet peccatum. Quia per visionem necessariò exigentem amorem, quo formaliter tollitur priuatio gratiæ, aufertur debitum habendi gratiam: sublato debito, priuatio gratiæ non manet vt priuatio, sed vt pura negatio. Eâdem visione tollitur relatio rationis ad creaturas ex præterito actu relicta: hoc enim ipso, quòd necessariò exigit perfectam conuersionem in Deum, oppositam conuersioni ad creaturas, statim in voluntate beati resultat ordo, & relatio extrinseca conuersionis in Deum; antequam eliciat amorem Dei: quia per visionem Dei voluntas beati tenet Deum, vt summum bonum amabile propter se.

Probat Vasquez.

Sed contrà 1. hęc ratio non tribuit vim formalem & proximam iustificandi visioni, sed amori. Visio enim in hac sent. emundat à peccato, quà vel necessariò coniunctum habet amorem, vel tollit debitum habendi illum; vnde si visio non necessariò posceret amorem, eo negato, nō emundaret à peccato. Falsum autem est, visionem à peccato emundare ratione amoris: amor .n. non constituit nos obiectum diuinæ amicitiæ: & esto, in sent. *Vasquez* amor emundet; ista vis negari non debet visioni, quæ per ipsum est perfecta & completa beatitudo, cùm qua pugnat summa miseria, seu peccatum. Confirm. &si visio non exigeret amorem, adhuc in ea sola saluaretur integra essentia beatit. quia amor, vel relatio ad amorem est extra essentiam beatit. ergo &si non necessariò exigeret amorem, adhuc eo negato, per se emundaret: alioqui peccatum consistere posset cum summa felicitate. 2. falsum est, non sublatâ priuatione gratiæ, in quâ macula consistit, vel per habitum gratiæ, vel per æquiualens, quod in sent. *Vasquez*, est actus dilectionis, remissum iri peccatū. Quamdiu enim Deus non deponit odium contra peccatorem conceptum, non remittitur peccatum seu iniuria, cùm remittere iniuriam sit odium contra offendentem deponere: sed quamdiu Deus non restituit id, quod in odium peccati per se à peccatore subtraxit, non deponit odium contra illum: non enim deponit odium, nisi destructo obiecto odij (cùm nequeat ab odio cessare per mutationem sui) seu nisi actu sublata priuatione gratiæ, quæ erat obiectum odij: ergo vt obiectum odij, & peccatum destruatur, non sufficit tollere tantùm debitum habendi gratiam, nisi gratia vel æquiualens restituatur. Igitur si visio non est æquiualens gratiæ, non destruet obiectum odij, nec remittet peccatum.

51. *Contrà 1.*

52.

53. *Contrà 2.*

Dices, priuatio gratiæ est obiectum odij, quà includit debitū habendi gratiam: ergo eo sublato, tollitur obiectum odij, & peccatum. Resp. adæquata ratio est, quia priuatio gratiæ est à peccatore voluntariè contracta, & gratia à Deo non restituta: in damnatis enim cessat debitum habendi gratiam. Nec refert, quòd in ijs cesset per sublationem facultatis gratiam recuperandi; in beatis verò cesset per negationem amoris debiti, quo tolleretur priuatio gratiæ. Quamdiu enim non ponitur forma destruens priuationem, manet hæc ex præterito actu contracta, quocūque titulo non tollatur. Ratio: remissio peccati essentialiter pendet tum à Deo condonante, tum à peccatore retractante. Ergo sicut peccatore non retractante, etiamsi non possit, & consequenter nec debeat re-

54. *Dices.*

Resp.

55.

Digitized by Google

tractare, non remittitur peccatum: ita non restituente Deo gratiam, vel æquiualens gratiæ, etiamsi in creatura non sit debitum habendi illam, non remittitur peccatum.

56 *Prima ratio de lumine & visione.* Duplex ratio, cur visio beata suâ naturâ emundet à peccato. Prior, illi cum lumine gloriæ communis, est hæc. Visio beata & lumen gloriæ est immediata & expressa participatio naturæ diuinæ, secundùm totum esse intelligibile formale extensiuum, tam absolutum, quàm relatiuum, illa per modum actûs 2. hoc per modũ actûs 1. ergo vtrũque sufficiens est ad fundandam perfectam amicitiam Dei erga beatum: ad deponendum odium Dei contra peccatorem; ad tollendum peccatum ab ipso: nequit enim in eo esse peccatum, quin in Deo sit odium: nequit simul esse odium inimicitiæ, & perfectus amor amicitiæ Dei erga peccatorem. Antec. suppon. ex 1. *to. disp. 9. sect. 9.* lumen enim gloriæ, & visio beata sunt perfectæ, saltem adæquatæ, participationes luminis & visionis increatæ; quæ est perfecta & adæquata similitudo intentionalis naturæ diuinæ, secundùm totum esse intelligibile, absolutum, relatiuum, formale, eminentiale, intensiuum, extensiuum. Etenim secundùm totum illud esse lumen gloriæ, & visio beata est intentionalis similitudo naturæ diuinæ, ad quod intentionaliter repræsentandum se extendit; sc. ad totum esse formale extensiuum, absolutum, relatiuum naturæ diuinæ. 57.

58. *Prob. 1. vtrumque sufficere ad fundandam perfectam amic.* Prob. conseq. 1. ea naturæ similitudo idonea est ad fundandam perfectam amicitiam, quæ apta est ad repræsentandam intentionaliter totam naturam amantis in amato: lumen gloriæ & visio beata repræsentant intentionaliter totam naturam diuinã in intellectu beatorum, illud virtualiter, hæc formaliter: imò quia nihil est formaliter in Deo, quod per lumen gloriæ & visionem beatam intelligibiliter non repræsentetur. Maior prob. ea similitudo, ad perfectam amicitiam fundandam idonea est, quæ apta est, vt amans suam naturam agnoscat in amato expressam: nam ex *Arist.* amor ad alterum originatur ex amore ad se.

59. *Dices.* *Dices:* nulla cognitio apta est repræsentare obiectum, nisi potentiæ, cuius est cognitio: ergo visio beata existens in intellectu beati non est apta repræsentare essentiam Dei intellectui diuino, vt eam cognoscendo diligat. *Resp.* nulla cognitio apta est repræsentare obiectum, nisi potentiæ, cuius est cognitio, immediatè & per modum vitalis imaginis, concedo; mediatè & per modum obiecti expressi, nego: velut notitia, quam habet Petrus, non est idonea repræsentare intellectui meo suum obiectum immediatè & vitaliter; est idonea repræsentare illud mediatè & obiectiuè, quà eadem expressa per meam cognitionem, vt per vitalem imaginem, obiectiuè repræsentat seipsam, suumque obiectum, saltem abstractiuè. Ita visio creata repræsentat intellectui increato essentiam increatam mediatè, vt expressam obiectiuè in cognitione increatâ. 2. Ea naturæ similitudo apta est ad fundandam perfectam amicitiam, quæ apta est ad fundandam filiationem adoptiuam: lumen gloriæ & visio beata apta sunt ad fundandam filiationem adoptiuam Dei: ergo. Maior constat; quia adoptio est voluntas admittendi alienam personam ad participationem propriorum bonorum, vt ad hæreditatem quod est proprium amici, & addit specialem titulum hæreditatis, quod est proprium filij. Minor prob. vt 1. *to. disp. 18. sect. 7.* essentialis differentia filij intellectualis, est similitudo intelligibilis termini producti cum principio intelligente. Vnde Verbum est Filius, non Spiritus S. quia Verbum procedit simile intelligibiliter cum principio intelligente, non Spiritus S. esto procedat similis in naturâ: atqui lumen gloriæ & visio beata est perfecta similitudo intelligibilis naturæ diuinæ, secundùm totum esse formale: ergo sunt apta ad fundandam filiationem adoptiuam intellectualem Dei, ac perfectam amicitiam in Deo, quæ in adoptione necessariò includitur. 60. 61. *Confirm.*

Confirm. visio beata est participata similitudo Verbi, quod proximè & completè est Filius & genitus intellectualis Patris per intentionalem expressionem, quæ ad Filium intellectualem vt sic per se requiritur; & consequenter erit sufficiens forma fundandi in beato relationem filiationis adoptiuæ, ac proinde habebit vim reparandi adoptionem & amicitiam per priuationem gratiæ amissam. Sicut n. gratia, quia est participatio filiationis diuinæ secundùm esse naturale, constituit filios adoptiuos Dei: ita, quia visio beata est participatio eiusdem filiationis naturalis, per participationem esse intelligibilis ipsius, constituit nos filios adoptiuos & amicos eiusdem.

62. *2. Ratio visioni soli competens.* Posterior ratio, quæ visioni conuenit, vt beatitudo est formaliter: Visio beata est summa hominis felicitas: ergo suâ naturâ pugnat cum peccato ac delet illud. Summa n. felicitas suâ naturâ pugnat cum summo malo; cùm creaturam perfectissimè coniungat summo bono: at peccatum est summum malum; sc. auersio & separatio à summo bono. Ergo visio beata Dei coniuncta cum statu peccati non esset perfectissimè coniuncta cum Deo summo bono, sed à Deo habitualiter auersa; quod in terminis implicat. Confir. 1. Beatitudo est summa communicatio, quam Deus in genere vitalis operationis conferre potest puræ creaturæ: ergo nequit cum ea retinere odium inimicitiæ, per eam perfectissimè conuersus ad creaturam: repugnat n. cum perfectissima conuersione Dei ad creaturam auersio eiusdem à creatura. 2. Beatitudo est perfectissima familiaritas Dei cum creaturâ, & creaturæ cum Deo: ergo necessariò includit perfectam amicitiam vtriusque, cùm familiaritas sit perfecta amicitia: igitur impossibile est, vt cum eâ consistat inimicitia Dei cum creatura, vel creaturæ cum Deo, atque adeò peccatum. Implicat enim Deum simul amare & odio habere amore perfectæ amicitiæ, in ordine ad eundem finem eandem personam: sed quà infunderet donum perfectæ familiaritatis, necessariò amaret ad finem supernat. quà in beato esset peccatum seu inimicitia, necessariò odio haberet illum in ordine ad eundem finem. Antec. demonst. Familiaritas consistit in mutuâ, intimâ, frequentissimâ communicatione secretorum amicorum inter se: hæc non potest esse maior, quàm per communicationem claræ visionis & amoris Dei: nam per hos actus creatura admittitur ad cognoscendas proprias intimasque perfectiones Dei, quæ naturali cognitione agnosci nequeunt; idque perenniter sine vlla interruptione, cùm beatitudo sit æterna & immutabilis. 63. *Confirm.* 64. *Confirm. 2.*

65. *Visio & amor vnà emundant.* Hæc ratio insert. Thomist. qui essentiam beatitudinis statuunt in solâ visione, probat, solam visionem vt distinctam ab amore, formaliter à peccato emũdare: in nostra, quâ beatitudinis essentia ex vtroque actu integratur, visionis sc. & amoris, cohærentiùs dico, hanc vim habere beatitudinem ratione visionis & amoris simul: ita vt si aliunde cum visione non pugnaret peccatum, vi huius rationis præcisè, non pugnaret. Hoc ostend. nec sola visio, nec solus amor perfectè & adæquatè beat: ergo

vel

vel ſola viſio, vel ſolus amor à peccato non emundat. Sicut .n. incompleta & inadæquata beatitudo non ponit in beato omnem coniunctionem in genere vitalis operationis cum Deo, ita nec neceſſariò tollit omnem auerſionem ab eodem.

66. *Dices.* Dilectio Dei naturâ ſuâ non pugnat cum
Dices. peccato; ergo nec beatifica, cùm ſint eiuſdem ſpe-
ſpeciei. *Reſp.* diſt. conſeq. dilectio beatifica non
Reſp. pugnat cum peccato, ſolitariè accepta, conced. vt coniuncta cum viſione, cùm qua integrat vnam completam beatitudinem, nego; vt ſic enim inducit nouam perfectionem, ratione cuius implicat eſſe cum peccato.

67. Deducitur 1. beatitudinem adæquatè ſumptam, ratione viſionis & dilectionis ſimul non ſolùm pugnare cum peccato mortali habituali, ſed
Coroll. 1. etiam cum habituali veniali. Ita *Turrianus, Granados citati.* Fundamentum, quia implicat, Deum per viſionem & dilectionem beatificam conuerti ad creaturam, & non deponere omne vel leuiſſimum odium conceptum contra creaturam: Deus .n. longè perfectiùs per viſionem & dilectionem beatificam reſtituit ea, quę in odium venialis abſtulit, quàm per quęcunque alia auxilia: ſed reſtituto omni eo, quod in odium peccati ſubtractum fuit, impoſſibile eſt manere in creatura peccatum, ſeu odium in Deo. *Dices.* Poſſet Deus in odium peccati non conuerti ad beatum per viſionem ſui ita intenſam, ſicut requirunt lumen gloriæ & merita ipſius beati: ergo poſſet Deus retinere aliquam auerſionem à beato. *Reſp.* neg. conſeq. cùm .n. quęuis vel remiſſiſſima viſio repręſentet totum Deũ, eiuſq; diuinas perfectiones, per quamlibet viſionem manifeſtatur totus Deus, eiuſq; omnes diuinę perfectiones, in quà communicatione perfecta familiaritas Dei ad creaturam conſiſtit.

68. 2. Non ſolùm viſio, & amor beatificus permanens Patriæ, ſed etiam tranſiens viæ, ſuâ naturâ iuſ-
Coroll. 2. tificat: quia ſunt eiuſdem rationis. *Dices.* Beatitudo eſſentialiter includit perpetuitatem; beatitudo tranſiens non includit perpetuitatem: ergo non participat eſſentiam beatitudinis, nec iuſtificat ſi beatitudo. *Reſp.* beatitudo non iuſtificat, quà perpetua eſt formaliter, ſed quà perfectiſſima conuerſio eſt creaturę ad Deum, & Dei ad creaturam; cũ quâ pugnat peccatũ: quæ & mutua eſt tia in beatitudine tranſeuntę viæ. 3. Vt viſio beata inſuſ-
69. cepta, ſiue à mortali, ſiue à veniali, eſſentialiter requi-
Coroll. 3. rit retractationem, vel antecedentem, vel comitantem, vt *præced. diſp. ſect. vlt.* nempe talem amorem perfectiùs, quàm per alium actum retractatur voluntarium habituale, ex præterito actu moraliter perſeuerans. Nec refert, quòd talis amor ſit neceſſarius; voluntarium ex præterito actu moraliter perſeuerans ſit liberum: nam in amore beatifico eminenter continetur retractatio libera peccati, includit .n. per eminentem quandam reflexionem omnem liberam præteriti peccati retractationem; ſc. hanc virtualem reflexionem, quòd etiamſi non neceſſitaretur ad amandum Deum, adhuc beatus vellet liberè illum amare.

70. *Dices.* Priùs naturâ beatus videt, quàm amet
Dices. Deum; ſed in illo priori iuxta 1. rat. beatus eſt obiectum amicitiæ diuinæ: ergo in illo priori diligitur à Deo amore perfectæ amicitiæ, abſque pec-
Confirm. cati retractatione. *Confirm.* quia poſſet Deus in poſteriori naturæ amorem beatificum impedi-
Reſp. re. *Reſp.* diſt. mino. in illo priori eſt obiectum amicitiæ diuinę dependenter ab amore in eodem inſtanti durationis eliciendo, conced. independenter ab illo, neg. Eodem modo diſt. conſequ. in illo priori diligitur beatus à Deo amore perfectæ amicitiæ dependenter ab amore eiuſdem beati in eodem inſtanti durationis eliciendo, conced. independenter ab illo, neg. Ad confir. neg. aſſump. *Ad confir.* poſito enim, quòd Deus aſſumpſerit peccatorem ad viſionem beatificam, abſque actu retractatiuo præcedente, non poteſt ex ſuppoſitione impedire amorem beatificum, quo præcedens peccatum retractetur. Inſtabis. Si poteſt Deus conferre viſio- 71.
nem ſui peccatori dependenter ab amore beatifi- *Inſtat.*
co, poſteriori naturæ eliciendo: ergo poterit gratiam infundere peccatori dependenter à contritione ſuo tẽpore futurâ. *Reſp.* neg. conſeq. quam- *Reſp.*
diu enim voluntarium peccati non deſtruitur, non poteſt tolli peccatum: nequit voluntarium præſens deſtrui per actũ retractatiuũ pòſt tempore futurum: hæc enim deſtructio voluntarij fieri debet in genere cauſæ formalis, per incompoſſibilitatem vnius formę cum alia, quę exerceri non poteſt, niſi in ordine ad idem tempus. Quamdiu autem non deſtruitur peccatum, perſeuerat inimicitia in Deo: ea implicat cum amicitia reſpectu eiuſdem perſonæ: infundendo enim gratiam, neceſſariò eundem de præſenti amaret; & ex ſuppoſitione, quòd voluntarium habituale non eſſet de præſenti per actum retractatiuum peccatoris ſublatum, ſimul odio haberet. At quando retractatio eſt eodem in- *Nota.*
ſtanti durationis cum gratia, non ſequitur in Deo ſimul odium & amicitia. Sicut enim eo inſtanti eſt retractatio, ita eſt deſtructio præteriti voluntarij, quod cũ retractatione pugnat, & in Deo ſola amicitia. Sicut dicũt Thomiſtæ, qui ſentiũt, iuſtificationem adultorũ fieri non poſſe abſque actu retractatiuo peccatoris; & nihilominus concedunt, habitum gratiæ priùs naturâ infundi, quàm actu contritionis præteritum peccatum retractetur: *Soc. in 4. diſt. 15. qu. 1. art. 6. fine.* Nec refert, quòd viſio beata ſit prior naturâ amore beatifico in genere proponentis; eſt enim poſterior naturâ in genere voluntarij: amor autem Dei non intelligitur terminari ad beatum vt ad obiectum amicitiæ, niſi vt habentem ſimul cum viſione beata amorem.

Ad 1. oppoſitę ſent: *diſt.* ant. conſ. lumen gloriæ & 72.
viſio beata non ſunt perfecta ſimilitudo naturę di- *Ad argu-*
uinæ ſecundùm eſſe naturale, conced. ſecundùm *menta op-*
eſſe intelligibile & intentionale, neg. Ad 1. prob. *poſita.*
viſio increata eſt natura diuina intelligibiliter ſeu intentionaliter, cuius perfecta participatio eſt viſio creata. Ad 2. viſio beata non eſt ſpecies expreſſa perfectè aſſimilatiua diuinæ eſſentię, per modum imaginis *in qua*, ſed *quâ*, quod ſufficit ad repræſentandam obiectiuè diuinam eſſentiam, ſecundùm totum eſſe extenſiuum formale ipſius; vt 2. *tom. diſp. 9. ſect. 3.* Ad 2. lumen gloriæ & vi- 73.
ſio beata eſt imperfectior gratia ſecundùm eſſe na- *Ad 2.*
turale, non ſecundùm intelligibile: quia ſecundùm eſſe hoc intentionale repræſentat totum eſſe diuinæ naturæ, tam abſolutum, quàm relatiuum: ſunt autem ſubiectiuę tantùm proprietates gratię, non obiectiuę; nam obiectiuæ proprietates ſunt tantùm naturæ diuinę, quam expreſsè & immediatè repræſentant. Sicut ſpecies intentionalis hominis eſt ſimul obiectiua proprietas hominis, quem expreſsè & immediatè repręſentat; & ſubiectiua proprietas illius potentię, quæ talem ſpeciem intentionalem naturaliter poſtulat. Ad 3. habitus charitatis, eiuſque actus non ſunt ſimilitu- 74.
dines naturæ diuinę, neque ſecundùm eſſe natu- *Ad 3. neg. ſeq.*
rale, ſecundùm quod ſunt tantùm participationes in amando; neque ſecundùm eſſe intentionale, ſed ſecundùm voluntatis, cuius complementum & com-

principium

principium est habitus charitatis, non sit assimilare sibi obiectum, sed in illud tantùm inclinari. Eadem ratio est de ipsius actu: si enim potentię non est, obiectum assimilare, sed in illud inclinari, neque actûs erit, obiecti assimilatio, sed tantùm inclinatio. Nequit enim actus intellectûs produci, nisi concurrente obiecto, vel ipsius vicariâ specie: actus voluntatis producitur à solâ voluntate, nullo pacto effectiuè concurrente obiecto, vel specie.

75. Ad 4. Ad 4. neg. conseq. neque enim gratia est in voluntate, & tamen expellit peccatum, quod est in voluntate. Ratio: lumen glorię & visio beata non expellunt peccatum per incompossibilitatem subiectiuam immediatè, sed obiectiuam, penes actus diuinæ voluntatis, penes quos illa comparatur vt obiectum amicitię, hoc vt obiectum inimicitię, in .dine ad communicationem, vel subtractionem eiusdem doni. 76. Ad 5. Ad 5. neg. sequel. Ad prob: neg. cognitionem naturalem, & lumen intellectus naturale, esse immediatè assimilatiua naturę diuinæ. Illa enim tantùm cognitio & lumen sunt immediatè assimilatiua naturę diuinæ, quę immediatè repręsentant naturam: sola cognitio beata & lumen glorię repręsentant immediatè naturam, illa formaliter, hoc virtualiter. Cęterùm cognitio naturalis & lumen intellectûs naturale immediatè solùm repręsentant aliquem effectum creatum: in quo abstractiuè tantùm & arguitiuè cognoscitur Dei natura. Nec refert, quòd cognitio naturalis sit species, *in quâ* cognoscitur natura diuina; visio beata sit solùm species *quâ*: illa enim est species *in quâ* abstractiua; hęc species *quâ* intuitiua immediatè repræsentatiua naturę diuinę.

77. Ad 6. resp. neg. conseq. ibi enim Concilium solùm loquitur de iustificatione, quę secundùm legem ordinatam à Deo fieri solet; non quæ de potentiâ absolutâ fieri posset. Aliquì nec vnio hypost. esset forma suâ naturâ à peccato iustificatrix.

SECTIO III.

An sit alia forma à Gratiâ habituali & visione beata distincta sua natura abstersiua p. mortalis in hoc statu.

78. PRima sent. affirmat. Fundam. licet nequeat remitti peccatum absque infusione inhærentis doni, hoc tamen non necessariò est gratia, aut visio beata, sed potest esse aliquid diuersum: at quodnam hoc donum quod deleat suâ naturâ mortale hoc statu commissum? *Medina* 1. 2. *qu.* 110. *art.* vlt. *& qu.* 113. *art.* 2. §. *sed dubit.* opinatur esse quemcunque actum, vel auxilium supernat. *Vincen. Affur. relect. de Christi gra. qu.* 1. *pag.* 89. §. *est autem*, Cornel. *Iansen. in Concord. Euang. cap.* 48. *in Luc.* 7. *Remittuntur ei peccata multa*, *Vasquez* 1. 2. *disp.* 203. *à cap.* 3. *&* 3. *p. disp.* 2. *cap.* 6. *Lunsf. Turria. de gra. opus.* 6. *disp.* 4. *denat. actus contrit. supernat.* putant, esse actum contritionis supernat. & idem censent de habitu charitatis. Quæ sent. censetur *Magistri in* 4. *dist.* 17. *cap.* 2. vbi affirmat, per contritionem deleri peccata: *in* 1. *dist.* 17. *cap.* 1. vbi docet, non infundi habitum creatum, quo formaliter iustificemur; sed eius loco dari Spiritum S. quo ipsum diligamus, non quòd Spiritus S. sit forma formaliter iustificans; est enim manifestus error: sed quòd forma formaliter iustificans sit dilectio, quâ Deum diligimus.

Discrepant auctores

79. Cęterùm etsi putet *Vasquez*, quòd contritio supernat. includès dilectionem Dei super omnia, se ipsa formaliter absque alia condonatione adiuncta deleat omnes culpas mortales, peccatoremque cum Deo statim reconciliet, de facto tamen censet, omnem iustificationem etiam adultorum fieri per habitum gratiæ, *fine disp.* eo quòd de facto semper gratia habitualis, quę non minùs quàm contritio, est forma formaliter sanctificans, & à peccato emundans, antecedit contritionem, vel tempore, vt in paruulis, & adultis, qui attriti iustificantur per sacramentum, vel saltem naturâ, vt in illis, qui proprio actu iustificantur extra sacram. Est enim in eius sent. gratia habitualis principium efficiens contritionis, quæ naturâ præcedit contritionem: Contritio reperit peccata formaliter deletâ per gratiam, priùs naturâ infusam, proinde ea non delet, quia nulla forma confert effectum, quem reperit collatum.

Actum contritionis vim habere delendi formaliter peccata.

80. Probat hanc sent. Vasquez 1. ex Scripturis quibus animi sanctitas tribuitur contritioni & dilectioni nostræ in Deum: *Ioan.* 14. *Si quis diligit me, Pater meus diliget eum*: in quâ mutuâ dilectione perfecta animi sanctitas consistit. *Ad Coloss.* 1. charitas dicitur vinculum perfectionis: 1. *ad Timoth.* 1. finis præcepti, legis consummatio: *ad Rom.* 13. plenitudo legis: charitatis actui tribuitur peccatorum remissio, *Prouerb.* 10. *&* 1. *Petri* 4. vbi Scriptura non ad habitum, sed ad actum charitatis hortatur. 81. Probat 2. ex Patrib. Augustin. *lib. de nat. & gra. cap.* 42. *Charitas verissima, plenissima, perfectissima iustitia est.* Et cap. vlt. *charitas inchoata, iustitia inchoata, charitas perfecta, iustitia perfecta*: lib. de morib. Eccl. c. 13. docet, nos charitate sanctificari, & per eam nos Deo conformari. *Chrysost. hom.* 7. *in* 2. *ad Timoth. Hieron. Epist.* 27. *de pœnit. Gregor. hom.* 33. *in Euang.* affirmant, peccata charitate, velut igne rubiginem purgari, incendi exuri. *Ephrem. lib. de die Iud. c.* 5. *August. serm.* 11. *ad Ferrar. & tract.* 9. *in Ioan. Bernard. de modo bene viu. ad soro. c.* 10. compunctionem cordis, vocant animi sanctitatem, & pulchritudinem; *Idem ser.* 83. *in Cant. & ser.* 3. *de Tempore Dei*, charitatem appellat, conubij contractum, maritalem amplexum, perfectam animi sanctitatem.

Probat Vasquez 1. ex Scrip.

Prob. 2. ex Patrib.

82. Probat 3. rationib. 1. Contritio & dilectio Dei est perfectissimus actus, quem creatura cum auxilio gratiæ elicere potest: ergo est forma suâ naturâ sanctificans & emundans à peccato. Quia non minùs perfectissimus actus inter supernat. quàm perfectissimus habitus, vt gratia, est perfecta animi sanctitas. 2. Qui diligit Deum efficitur vnus spiritus cum eo: tum quia perfectè adæquatur suæ regulæ: cui tenemur adæquari actu, non habitu; Tum quia qui diligit Deum, perfectiùs vnitur Deo, quàm qui tantùm per habitum coniungitur cum Deo: quia per actum vnitur Deo vitaliter, per habitum verò non vitaliter. 3. Amor suâ naturâ transformat amantem in amatum absque vllo habitu; & ratione illius dicitur creatura manere in Deo, & Deus in creatura: amor Dei dicitur semen Dei, quod qui habet, peccatum non facit, nec facere potest, prima *Ioan.* 3. Quarto. Solo affectu charitatis verè dicimur diligere Deum vt amicum, cùm charitas sit verus amor amicitiæ: ergo simul mutuò diligimur à Deo: Tum quia amor est suâ naturâ reciprocus: tum quia Deus non patitur se ab aliquo diligi, quin ipsum diligat: tum quia hoc ipso, quòd nobis communicat dilectionem sui, diligit nos vt dilectores sui, proinde vt amicos. Confirm. quia ex vi talis dilectionis nequit homo comparari ad Deum vt obiectum odij, sed amoris & specialis

Ratio 1.

83. *Secunda*

84. *Tertia*

85. *Quarta*

Digitized by Google

& specialis complacentiæ: ea .n. ratione non possumus ei non placere; esto, nullum habitum nobis infundat. 5. Si peccator assumeretur ad intuendum Deum, eumque diligendum, absque vllo habitu gratiæ & luminis infusi, statim iustificaretur, siquidem pugnat cum perfectâ beatit. peccatum. At talis maculæ purgatio alteri, quàm dilectioni Dei tribui non posset; & eiusdē speciei sunt dilectio viæ & Patriæ. 6. Efficacior est dilectio Dei ad conuerrendum nos ad Deum, quia propriâ cuiusque voluntate, quàm fuit voluntas protoparentis ad auertendum nos à Deo, quia aliena: ergo solâ dilectione Dei poteſt quis ab originali emundari: ergo & à personali. Confirm. vel ista macula est priuatio nitoris gratiæ gratum facientis; vel relatio relicta ex præterito peccato actionis, quâ remanet homo habitualiter conuersus ad creaturam. Si primum: illa non debet constitui in solâ priuatione habitûs, sed sanctitatis in vniuersum: & sicut tolleretur per vnionem hypost. ita & per dilectionem, quæ est vera sanctitas. Si secundum: facilius illa tollitur per contritionem, quâ perfectius conuertimur ad Deum, & auertimur à creaturâ, quàm per peccatum auersi fueramus à Deo, & conuersi ad creaturam. Vnde *S. Tho. 2.2. qu. 27. art. 4. ad 3.* docet, per contritionem tolli auersionem à Deo. 7. Iustificatio, quę fit per actum, immutabilior est, quàm quæ fit per habitum; quia si Deus auferret habitum gratiæ ab eo, qui iustificatus est per solam infusionem habitûs, hoc ipso desineret esse sanctus & iustus; cùm tamen non desineret esse sanctus & iustus ille, à quo proprio actu contritionis iustificato auferretur habitus gratiæ: semper enim hic remaneret iustus & sanctus, ex præcedente actu contritionis, non minùs quàm peccator remanet iniustus ex præterito actu peccati. 8. Si contritio suâ naturâ, absque extrinsecâ condonatione, non remitteret peccata, sequeretur veram esse opini. *Medin. cod. de Pœnit. qu. 2. §. quibus tamen*, asserentis, dolorem de peccatis non iure diuino naturali, sed tantùm positiuo esse necessarium ad iustificationem, quę fit extra sacram. quæ est contra communem sent. Sequela prob. si contritio ex se non haberet vim iustificandi, nullâ ratione probari posset, eam non solâ voluntate Dei, sed naturali etiam connexione cum gratiâ habituali, esse necessariam, vt vltimam dispositionem ad illam.

86. *Quinta.*

87. *Sexta.*

88. *Confirm.*

89. *Septima.*

90. *Octaua.*

91. *Secunda sententia vera omnino.*

Secunda sent. negat, vllam formam in puro homine, præter gtatiam habitualem, & visionem beatificam, suâ naturâ esse abstersiuam p. mortalis in hoc statu commissi. Quæ sent. omninò vera est, potissima difficultas est de actu contritionis & dilectionis Dei, cùm omnis alius sit inferior.

92. *Prob. 1. ex Scriptura*

Prob. 1. actum contritionis non esse formam iustificantem, ex *Ioel. 2. Conuertimini ad Dominum Deum vestrum, quia benignus & misericors est, patiens & multæ misericordiæ, & præstabilis super malitia.* Quo Propheta pollicetur, aduersarijs etiam fatentibus, remissionem peccatorum, vt distinctum beneficium à conuersione in Deum, seu contritione; quæ si sola sufficeret, frustra promitteret remissionem iam contritis. Promissio .n. fit de re nondum habitâ; ergo si in contritione includeretur remissio, vt effectus formalis in suâ formâ, non posset contritis illam promittere, vt conferendam, quę iam supponeretur collata. Efficaciùs id confirmat subiungens: *Quis scit, si conuertatur & ignoscat, & relinquat post se benedictionem?* quę non quasi dubitaret, an Deus esset contritis peccata remissurus; sed vt exprimeret hanc remissionem, vt distinctum beneficium à contritione. Torquet hic locus aduersarios, adeò vt Prophetam velint peccatores adhortari ad pœnitentiam imperfectam: At hic præmiserat signanter: *conuertimini ad me in toto corde vestro.* Quid hoc nisi ex perfecta charitate peccata detestari? Ex consimili forma id arguimus Deut. 4. *Cùm quæsieris Dominum Deum tuum toto corde, inuenies eum.* Ierem. 29. *Quæretis me, & inuenietis, cùm quæsieritis me in toto corde vestro.* Deut. 6. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.* Propheta certè peccatores hortatur ad consequendam remissionem peccatorum, mediâ pœnitentiâ perfectâ, quæ sola est proxima dispositio, & infallibile medium ad reconciliationem cum Deo; & instruit de medijs ad salutem consequendam necessarijs; non remotis, sed proximis, quæ cum fine infallibilem connexionem habent: sequitur .n. mentio reconciliationis Dei cum populo. Ideò de contritione perfectâ intelligit hunc locum *Catheciſmus Roma. de sacr. Pœnit. num. 28.*

93. *Primum effugium Aduers.*

Dicunt 2. per hoc & similia, non promitti remissionem peccatorum vt distinctum beneficium, sed tantùm declarari effectum formalem contritiopis, quæ conuertendo hominem ad Deū, simul conuertit Deum ad hominem. Sed contrà: euidenter *cit. testim.* remissio peccatorū promittitur, adhuc ex suppositione contritionis, sub dubio: cùm tamen eâdem certitudine, quâ promittitur forma, promitti debeat effectus formalis necessariò in eâ inclusus. Docent 3. promissionem non esse de remissione pecc. sed de auxilio speciali, quod ex parte Dei prę requiritur ad perfectam contritionem. Contrà: principium actus non potest dari propter ipsum actum: sed auxilium Dei præsequiritur vt principium contritionis; ergo non potest dari propter ipsam. Maior prob. actus tam in seipso, quàm in mente diuina existēs, supponit principia, à quibus essentialiter pendet: ergo in quouis statu supponit auxilium efficaciter collatum: ergo non potest illud conferri propter ipsum actum, quia hic semper supponit auxilium absolutè collatum.

94. *Secundum*

95. *Tertium*

Respondent 4. per contritionē promittitur gratia & iustitia permanens, non remissio pecc. quæ per contritionem supponuntur condonata. Sed contrà *cit.* testimonio expresse promittitur remissio peccatorū: *Quis scit, an ignoscat Deus &c.* quòd si alibi talis remissionis non fiat expressa mentio, est, quia hæc includitur in ipsa gratia, quæ promittitur, vt effectus formalis in sua causa formali. 5. asserunt, promitti remissionem tantùm pœnæ temporalis, quę manet, condonatâ culpâ. Sed contrà: nimis impropriè Scriptura explicatur.

96. *Quartum*

97. *1. Prob ex Trident.*

Veritas hæc manifestè deducitur ex *Trident. sess. 6. c. 6. & 7. & can. 3. sess. 14. c. 4.* vbi contritionem perfectam appellat dispositionem ad iustificationem & remissionem pecc. nulla autē forma potest esse dispositio ad suū effectū formalem; cùm inter ea intercedat realis causalitas & distinctio, qualis non est inter formam & formalem affectum ipsius.

Contritio perfecta appellatur dispositio ad iustif.

Maior prob. 1. *ex cap. 6.* vbi describens omnes actus pœnitentis, qui ex auxilio gratiæ procedētes ipsum disponunt ad iustificationem, postremum numerat contritionem, vt proximam dispositionem ad illam, his verbis: *Illumque*, nempe Deum, *tanquam omnis iustitiæ fontem diligere incipiunt, ac propterea mouentur aduersus peccata per odium aliquod & detestationem.* Mox *seq. cap.* hanc dilectionem & detestationem vnà cum reliquis actibus descriptis, *hanc*, inquit, *dispositionem seu præparationem iustificatio ipsa consequitur.* 2. ex can. 3. *Si quis dixerit sine præueniente Spiritus S. inspiratione, atque*

98.

99.

Digitized by Google

eius adiutorio hominem credere, sperare, diligere, aut pœnitere posse sicut oportet, vt ei iustificationis gratia conferatur, anathema sit. Vbi gratiam iustificationis, quæ remissionem pecc. includit, distinguit à dilectione, & pœnitentia supernat. vt donum conferendum per dilectionem & pœnit. vt per dispositionem præuiam; hoc denotant verba: *Vt ei iustificationis gratia conferatur.* 3. sess. 14. *cap.* 4. expressè affirmat, contritionem præparare ad remissionem pecc. eamque omni tempore necessariam fuisse ad impetrandam veniam. Quis dicat, formam præparare, seu impetrare suum effectum formalem? 4. sess. 6. *cap.* 7. docet, vnicam esse causam formalem nostræ iustificationis: sed per Catholicos, gratia est causa formalis nostræ iustificationis, vt cōstat in paruulis, & adultis, qui iustificantur virtute sacramenti. Igitur non potest contritio esse formalis causa, saltem totalis vel principalis, sed dispositio ad iustificationem.

100. 101.

Definitio Concilij extenditur

102. Scio principale intentū Concilij eo loco fuisse, confutare *Chemnitij* errorem, qui ad perfectam iustificationem peccatoris, præter iustitiam imperfectam inhærentem, requirebat extrinsecam imputationem iustitiæ Christi. Scio tamen, nec aduersarius negabit, sæpe *Concil.* in confutando vno errore, aliud interdum dogma statuere, ad quod verba ratione propria se extendunt. Sicuti licet principalis mens *Concil. cap.* 9 fuerit, cōfutare inanem fiduciam, quâ hæretici persuadent, solâ fide absque operibus sibi peccata remitti, quia tamen Concilij verba, propriâ significatione, se extendūt contra sent. *Cathar.* asserentis, posse aliquem sine speciali priuilegio reuelationis, certum esse de sua iustificatione, pro comperto habemus, *ibid. Concil.* huic etiam errori oppositam veritatem statuere. Cōfirm. quia per ly *vnica*, virtute excluditur omnis alia causa formalis totalis, aut principalis. imò expressè ex *eod.* colligitur, omnis nostra operatio ad iustificationem concurrere dispositiuè: siquidē docet, hanc vnicam formam iustific. vnumquemque nostrum recipere secundùm mensuram propriæ dispositionis & cooperationis. quænam hæc nisi vel attritio in sacram. vel contritio extra sacramentum? Resp. 1. aliqui apud *Vasquez cit. disp.*

Respondent

103. 103. *c.* 9. contritio est dispositio ad iustific. non ad sanctificationem: quia iustificatio importat habitum, per quem fit sanctificatio & à peccatis emundatio, & eum non importat sanctificatio: hæc .n. æquè primò fieri potest per operationem. Sed contrà: vt rectè *ibid. Vasquez*, apud *Concil.* idem est iustitia, & animæ sanctitas: Ergo idem iustificatio, & sanctificatio: ille .n. tantùm iustificatur, qui sanctus efficitur. Adde quòd non saluant vlt. testim. *sess.* 14. *c.* 4. vbi dicitur contritio impetrare veniam & præparare ad remissionem pecc. si .n. contritio est vera animi sanctitas, est vera forma remissiua pecc. quia implicat forma sanctificans, & peccata non delere. Resp. 2. alij: contritio considerata, vt

Contrà

104. *Resp. 2.* est actus liberi arbitrij, est dispositio; vt est effectus gratiæ, est forma sanctificans. Sed contrà: ex *Trident. sess 6. cap. 6. 7. & can. 3.* contritio etiam vt procedit ex gratia, est dispositio ad iustificationem. adde, vel contritio est dispositio ad iustific. vt est à libero arbitrio reduplicatiuè, præcisâ gratiâ; & hoc est falsum; nam principiū salutis esset à nobis: vel specificatiuè, & sic non excluditur gratia.

Contrà

105. *Respondet Vasquez, de contritione imperfectâ.* Resp. 3. *Vasquez*, Concil. his locis loqui solùm de contritione imperfectâ. 1. quia *sess. 6. cap. 6.* describit seriem præparationis, quæ tempore præcedit iustificationem; & per verba, *Illumq; tanquam omnis iustitiæ fontem diligere incipiunt*, intelligit imperfectū amorem concupisc. ortū ex spe, quâ Deū diligere incipit iustificandus, vt bonum suum, à quo misericordiam sperat: ex quo imperfecto amore mouetur aduersus peccata *per odium aliquod*, non dicit per odiū simpliciter: sicut nec dixit per fidem, aut spem aliquam, vt significaret, se loqui non de odio perfecto originato ex charitate, sed de imperfecto causato ex amore concupiscentiæ. Tum quia si hoc loco *Concil.* intelligeret contritionem perfectam, debuisset priùs mentionem facere contritionis imperfectæ, quę solet tempore precedere perfectam, cùm ibi enumeret omnes actus, qui iustificationem precedunt. Tum maximè, quia eo loco Concilium solùm agit de iustificatione, quę fit virtute baptismi: & hoc probat 1. describens .n. *cap.* 4. naturam huius iustific. ait esse *translationem ab eo statu, in quo homo nascitur filius primi Adæ in statum gratiæ & adoptionis filiorū Dei.* Talis autem translatio fit per baptismum; & ideò *eod. cap.* docet, hanc translationem in lege Euang. nō fieri sine lauacro regenerationis, aut eius voto. 2. quia *ibid.* describit iustificationē impij: qui teste *August. præfat. in Ps.* 31, idem est ac infidelis. 3. cùm *cap.* 6. describitur ordo, quo homo paulatim disponitur, loco vlt. numeratur pœnitentia, *Quam*, inquit, *ante baptismum agi oportet.* 4. quia cùm *c.* 7. recensentur causæ iustificationis, instrumentalis dicitur esse baptismus. Nec doctrina Concil. de iustific. est manca. Nam de eâ, quæ fit extra sacra. agit *cap.* 14, & distinctiùs agendum erat *sess.* 14. *c.* 4. ex quâ doctrinâ explicat verba, *hanc dispositionem*, quam *cap. præced.* descripserat, *iustificatio ipsa consequitur*, de dispositione per actus fidei, spei, & contritionis imperfectæ, ad quam de necessitate sequitur iustificatio, quæ fit virtute Sacra. non quæ fit extra: vbi per *susceptionem gratiæ & donorum* intelligit actus, qui concurrūt ad iustific. extra sacra.

Probat 1.

106.

Prob. 2. ex *can.* 3. *cit.* non probatur, dilectio charitatis esse dispositio distincta à forma iustificante: 2. quia *eo can.* solum damnatur error Semipelag. sc. præcedere ex nobis fidem, spem, &c. 2. Per gratiam iustif. isti non intelligebant formam, quâ iustificamur, sed omnia auxilia gratiæ à primo vsque ad vltimum: 3. nec per istos perfecta contritio erat distincta à gratiâ iustific. sed imperfecta tantùm & viribus proprijs elicita. 4. cùm nulla ante Concil. præcesserit controuersia de distinctione formæ iustificantis, & contritionis, non debuit in hac suâ definitione hęc duo distinguere.

107. *Probat 2. principaliter*

Ostendit 3. *cit. sess.* 14. *cap.* 4. Concil. non loqui, nisi de contritione imperfecta, quæ est, & fuit semper necessaria, vt eâ peccator excitatus paulatim perueniat ad perfectam: verba seq. *& in homine post baptismum lapso, ita demum præparat ad remissionem peccatorum*, intelligit de contritione, quæ est pars sacra. virtute cuius iustificat. De perfectâ paulò post, *docet præterea, etsi contritionem hanc aliquando charitate perfectam esse contingat, hominemq; Deo reconciliare* &c. Vbi pronomen *hanc*, ad eam contritionem refert, de quâ proximè fuerat sermo, non ad perfectam, *hanc enim charitate perfectam esse contingit* nō aliquando, sed semper. Et cùm loquitur de imperfecta, docet eam veniom impetrare, & ad iustific. præparare: cùm de perfectâ, eam non solùm appellat dispositionem ad iustific. sed etiam illi reconciliationem tribuit.

108. *Probat 3.*

Ad 1. falsum est, *eo cap. Concil.* agere solùm de contritione imperfecta 1. quia nullibi explicatè docuit, quomodo exercendus sit actus contritionis perfectæ. Nam *cap.* 14. *sess.* 6. *& sess.* 14. *cap.* 4. non tam explicatur modus, quàm eo suppositio,

109. *Ad primū*

quædam

quædam attributa & conditiones illius. Igitur eo loco, tradit practicum modum, quo peccator à prima vocatione sensim promouetur ad perfectam iustific. nec satis erat, explicare modum, quo exercenda est contritio imperfecta: 2. per explicationem huius tantùm, non fuisset perfectè prouisum ijs, qui iustificantur extra sacram. 3. de facto Concil. *init. cap.* loquutum de dispositione necessitante ad iustitiam, dum ait, *Hanc dispositionem*, suprà explicatam, *iustificatio ipsa consequitur:* attritionem enim nec per se, nec semper, consequitur contritio. Præterea *eod. cap.* 7. docet, iustitiam nobis infundi iuxta propriam cuiusque dispositionem & cooperationem. At contritio non semper infunditur iuxta mensuram attritionis: sæpe enim attritio est intensior, contritio subsequens remissior; sæpè contrà. Ergo *Concil.* intellige de iustitia habituali, quę sola infunditur iuxta eā mensuram;

110. *Ad rationes oppositas.* Ad rationes; ibi Concil. describit seriem actuū, qui tempore præcedunt iustificationem, & qui comitantur ipsam: alioqui non sufficienter descripsisset modum consequendi iustifi. extra sacra. Quare per *to Deum tanquam omnis iustitiæ fontem diligere* sc. propter se, actus perfectæ charitatis intelligitur; etiam ex serie ipsa, quâ ab imperfectioribus ad perfectiores actus procedit; & nisi hoc postremo loco mentionem faciat charitatis perfectæ, non seruasset eandem gradationem in fine, quam initio. Hoc ipsum confirmat *Can.* 3. *ex hoc cap. & præced.* excerptus, in quo distincta mentio fit charitatis. Quòd addat, *per odium aliquod*, & non per odium simpliciter, est signum duplicis dispositionis: cùm enim Concil. descripsisset conuersionem imperfectam per actus fidei, timoris ac spei; & perfectam per actum charitatis, vt suam cuique conuersioni auersionem & odium assignaret, dixit, *per odium aliquod*; hoc est vel perfectum, ex perfectâ conuersione charitatis; vel imperfectum, ex imperfectâ conuersione spei & timoris.

111. *De charitate perfectâ*

112. Vtramque enim præparationem *eo cap.* Concil. describit, vt de omni iustificatione doctrinam tradat sufficientem. Fit eo loco mentio etiam contritionis imperfectæ: *dum peccatores se esse intelligentes à diuina iustitia timore, quo utiliter concutiuntur, ad considerandam Dei misericordiam se conuertendo, in spem eriguntur: fidentes Deum sibi propter Christum propitium fore:* hanc attritionem *sess.* 14. *cap.* 4. definit esse, quæ *vel ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennæ & pœnarum metu cum spe veniæ concipitur.* Cæterùm verba illa, *hoc est per eam pœnitentiam, quam ante baptismum agi oportet*, rectè explicantur de pœnitentia perfectâ, quę ante baptismum & post, constanter prædicanda, & pro viribus suadenda est: verbum enim, *oportet*, non semper necessitatem, sed perfectionem declarat officij. Concilium igitur hic agit de omni iustific. vt patet ex titulo cap. in quibus proponitur modus iustificandi simpliciter; & de omni iustific. controuersia erat cum hæreticis; nec vsquam posteà de ea tractatur. Nam in *duob. locis, cit.* non tam explicatur modus disponendi se ad iustific. quàm eo supposito, declarantur quædam attributa & conditiones illius. Verbà, *hanc dispositionem* &c. Falsò explicantur; vti *per susceptionem gratiæ & donorum* intelligi non possunt actus fidei, spei, & attritionis in iustific. quæ fit extra sacram. nam plerumque tempore præcedunt iustific. nec iustificatur quis per solum actū contritionis; si per *suscept. gratiæ & donor.* iustificatur: & *eod. cap.* docetur, in iustificatione nos simul infusa accipere, fidem, spem & charitatem, non actualem, ergo habitualem;

113. *Pœnit. perfecta suadenda*

114. *Falsa explic. Aduers.*

actualem enim docuerat præcedere, non subsequi, vel comitari iustific. Nec Concil. intelliges de fide, & spe habituali, & charitate actuali: eodem enim modo docet, infundi vnam, ac aliam: vel priùs enumerasset charitatem, quæ vt forma sanctificans præcedit infusionem fidei & spei, quæ per modum proprietatum posteriùs naturâ infunderentur. Nec intelliges de fide, & spe actuali, quia non semper adultus, qui iustificatur, actu credit, & sperat quando iustificatur: supereſt ergo vt solùm loquatur de charitate, fide & spe habituali, vt idem ordo seruetur in infusione habituum, qui seruatur in productione actuum.

115. *Ad principale* Ad rationes contra 2. testimonium can. 3. neg. *eo can.* non probari, dilectionem charitatis distingui à formâ iustific. verba .n. in propria significatione sumpta ad hoc se extendunt, nec explicari possunt de dilectione imperfectâ; cùm illam apertè distinguat à spe, quæ est dilectio imperfecta: ergo non est cur à definitione Concilij excludatur (præsertim quando fundamentum habet in Scripturis, & nullum ex eo sequitur absurdum) hoc dogma, quòd iustificatio sit distinctum beneficium à contritione. 2. Dico Semipelag. concedere ex parte liberi arbitrij, ad impetranda maiora bona, etiam contritionem perfectam (cùm tamen remissionem pecc. à solo Deo agnoscant) ex *Cassia, coll.* 20. *cap.* 8. *& coll.* 13. *cap.* 13. vbi sicut humilem criminis confessionem, propter quam Dauid meruit audire à Nathan, *Dominus quoque transtulit peccatum tuum*, humano tribuit arbitrio; ita remissionem à solo Deo agnoscit: *rursum quòd peccatum suum cum beatis agnoscit, propriæ libertatis est opus; quòd verò sub brevissimo temporis puncto indulgentiam tantorum criminum promeretur, Domini misericordis est donum.* 3. Cùm *hoc can.* Concil. doctrinam vniuers. tradat de omnib. actib. qui ad iustific. concurrunt, docetque eos necessariò ex Spiritus S. adiutorio procedere, cumque dilectio & contritio perfecta ad iustific. concurrant, & ex adiutorio Spiritus S. procedant, debuit etiam illos *hoc can.* comprehendere.

116. *De Semipelag.*

117.

118. *Contra 3. testimonij commentaria.* Ex triplici cap. probo, Concil. *sess.* 14. *c.* 4. *init.* agere de contritione perfectâ: 1. quia eam docet fuisse quouis tempore ad impetrandam veniam pecc. necessariam: cùm multi iustificari potuerint absque attritione per contritionem. Dicere, hunc modum iustific. esse singularem, ac proinde de eo non debuisse Concil. esse sollicitum, falsum est: poterat .n. hic modus multis contingere, præsertim ijs, qui priùs fuerant in actibus charitatis diu exercitati & ex fragilitate naturæ interdum deliquissent. 2. Quia naturam huius contritionis declarat ibi Concil. exemplo Dauidis, cuius nemo dubitat fuisse contritionem perfectam.

119.

120. 3. Quia *hoc cap.* non solùm tradit modum, quo possimus iustificari per contritionem in sacr. Pœnit. sed etiam extra. Nec verum est, verba *& in homine post baptismum lapso, ita demum præparat ad remissionem peccatorum* &c. dicta esse de contritione, vt est pars sacra. pœnit. de hac .n. agit circa finem cap. hîc tantùm de contritione secundùm se: & docet, eam ita demum præparare ad remissionem pecc. si cum fiducia diuinæ misericordiæ, & voto præstandi reliqua coniuncta sit, quæ ad ritè suscipiendum hoc sacram. requiruntur: vt significet, se loqui de contritione extra sacram. quam explicauerat, quouis tempore ad impetrandam pecc. veniam fuisse necessariam: & affirmat, etiam nunc in homine post baptismum lapso præparare ad remissionem, si cum fiducia &c. Vt igitur hæc posteriora

Digitized by Google

steriora sint continuatiua priorum, debent de contritione extra sacram. intelligi: alioqui non rectè per contritionem sacram. explicasset necessitatem contritionis extra sacram. De contritione perfectâ intelligit hunc locũ *Catech. Rom. de sacra. pœnit. nu.* 4. Ad 1. rationem: Concil. anteà loquutum est de contritione perfectâ quoad necessitatem impetrandi remissionem pecc. posteà quod effectum iustificationis, ad quam necessariò ex promissione diuina per contritionem disponimur. Si n. per aduers. infrà agit de contritione etiam imperfectâ, non cohærenter docent, suprà egisse etiam de imperfectâ: 1. quia si de imperfectâ egisset, non statim ageret de perfectâ, sed potiùs cœptum sermonem continuasset de imperfectâ: ac demum egisset de perfectâ; cùm tamen declarata necessitate contritionis ad remissionem pecc. extra sacra. priùs agat de contritione perfectâ, posteà de imperfectâ: quod signum est, anteà etiam egisse de perfectâ. 2. cùm infrà agit de imperfectâ, illam proprio nomine appellat, *attritionem*, eique peculiare obiectum & motiuum assignat, quod non fecit suprà agendo de necessitate contritionis ad iustific. consequendam. Neque dicas, Concil. solùm agere de contritione in genere more doctrinali, posteà de speciebus illius, quæ sunt perfecta, & imperfecta. Quamuis n. dici possit, hoc præstitisse *init. cap.* vbi proponit definitionem contritionis in genere, statim tamen illam contrahit ad perfectam, per verba, *fuit autem quouis tempore ad impetrandam, veniam peccatorum hic contritionis motus necessarius:* quæ non nisi de perfectâ intelligi possunt. Ad 2. Dico illa verba: *& si contritionem hanc aliquando charitate perfectam esse contingat* &c. dicta esse per respectũ ad cõtritionem, de quâ suprà egerat, nõ ex ratione specificâ, sed generica.

121. *Ad rationes 1.*

122. *Ad 2. rat.*

123. *3. Prob.* Prob. 3. ex auct. Scholast. Efficax argu. ad dignoscendum, in quam partem inclinet Concil. est authoritas Scholast. cùm Concilia res ad salutem pertinentes non definiant, nisi more humano, præuiâ Doctorum consultatione: imò (ex *Bellar. lib. 4. de Rom. Pont. cap. 2 fine*) teneantur Pontifices, aliquam controuersiam fidei definituri, Doctores consulere: cum hac n. conditione est illis promissa Spiritûs S. assistentia. Etsi infallibile quoquę sit, Deum nunquam permissurum, vt Pontifices aliquid definiant sine præuiâ Doctorum consultatione. Vt igitur certiores simus, quid sentiat *Triden.* de contritione perfectâ, an ea iustificet formaliter, videndum, quid de ipsa senserint Scholastici, quorum doctrinam consulunt Concilia. Et quamuis nullus Scholast. (est n. recentiotiorum inuentum) hanc controu. ex professo agitauerit vt dubiam, euidenter tamen ex eorum scriptis colligitur omnes, quos legerim, negatiuam partem vt certam supponere. Altisiod. *lib. 4. tract. 6. cap. 2. q. 2.* quærens, an effectus cõtritionis tollat obligationem pœnæ æternæ, quæ est proprius effectus peccati, sic respondet: *Dicimus, quod sola gratia, quæ expellit p. mortale soluit obligationem pœnæ æternæ, quæ est immediatus effectus peccati mortalis:* si autem contritio iustificaret formaliter, formaliter etiam tolleret obligationem pœnæ æternę.

124. *Altisiodor.*

125. *Alensis.* Alen. 4 *p. qu.* 17. *memb.* 4. *art.* 3. dum quærit, an contritio purget à culpa? Respondet, purgare non ratione sui, sed gratiæ, quam concernit: & *art.* 4. §. 1. proponens, an contritio tollat pœnam æternam? Respondet, tollere, non vi sua, sed gratiæ, quam importat: Et in *resp. ad argu.* contritionem appellat causam secundariam & dispositiuam deletionis culpæ; gratiam verò principalem, & actiuam, seu formalem. Alber. *in* 4. *dist.* 17. *art.* 10. contritionem seu motum liberi arbitrij in Deum, docet esse dispositionem ad remissionem peccati, quam soli gratiæ tribuit vt formę. Vnde ad 4. *& 5. argu.* 1. *loco positum: Et quod,* inquit, *dicetur, quòd charitas remittit peccata, intelligitur per modum meriti, & non per modum eius, quod est de essentia motus iustificationis.* Et ad 2. *argu.* 2. *loco: Sed voluntas mota in Deum & contra peccatum, est sibi dispositio inclinans ad peccati expulsionem, & introductionem iustitiæ & gratiæ.* Bonauen. *in* 4. *dist.* 16. *art.* 1. *qu.* 2. *ad* 2. docet, gratię esse delere culpam, contritionis reparare. Expressiùs *dist.* 17. *art.* 1. *qu.* 3. affirmat, concurrere in iustificatione peccatoris duo ex parte nostri, nempe motum liberi arbitrij & contritionem; duo ex parte Dei, infusionem gratię, & expulsionem peccati: *Deus expellit culpam infundendo gratiam, sed non infundit nisi ei, qui concordat & gratiæ aduenienti, & peccatum expellenti: gratia aduenienti concordat per motum liberi arbitrij; gratia verò vt peccatum expellenti per motum contritionis.* Idem *art.* 2. *qu.* 2. indagans, an expulsio culpę præcedat contritionem, respondet, quòd contritio naturâ præcedit peccati expulsionem, *Patet, quia anima per detestationem peccati se disponit ad gratiam, dispositione quanta potest.* (vt nulli sit dubium eum loqui de contritione perfectâ) *Gratia verò adueniens in animam, quia illa detestatio erat quasi dispositio media ad introducendam gratiam, per naturam priùs respicit illam, & per illam culpã delendam.* S. Thom. 3. *p. qu.* 86. *art.* 4. *ad* 2. docet, remissionem culpæ, & reatûs pœnę æternę esse à sola gratia operante; sc. habituali. Clariùs de *verit. qu.* 28. *art.* 8. vbi sæpius inculcat, per contritionem dispositiuè expelli culpam, *sicut per calorem in summo expellitur forma aquę.* Et 1. 2. *qu.* 113. *art.* 8. *ad* 1. docet, peccati remissionem esse à Deo (esset autem etiam ab homine, si contritio eam formaliter causaret) non quia in eius sent. gratia naturâ præcedit contritionem, in eo priori iustificat ante contritionem: licet enim sub vnâ ratione contritio sit posterior gratiâ, tamen sub ratione dispositionis est prior, vt *cit. qu.* 28. *de verit.* Expressiùs *in* 3. *dist.* 19. *qu.* 1. *art.* 1. *qu.* 1. docet, sicut delere peccatum formaliter, est proprium gratiæ; ita delere peccatum efficienter, est proprium Dei. Contrà verò sicut delere peccatum dispositiuè, est contritionis: ita delere peccatum dispositiuè efficienter, est hominis merentis per actum contritionis gratiam, quæ peccatum formaliter delet. Et *in* 4. *dist.* 17. *qu.* 1. *art.* 4. *qu.* 1. *& qu.* 2. *art.* 5. *qu.* 1. ait, remissionem peccati esse à gratiâ formaliter, à contritione dispositiuè. Tandem 1. 2. *qu.* 113. *in corp.* concludit, remissionem culpæ intelligi non posse sine infusione gratiæ: intelligi autem posset, si ea remitti posset per solum actum contritionis.

126. *Albertus.*

127. *Bonauent.*

Quid clarius?

128. *S. Thomas.*

129. *Richardus.* Richard. *in* 3. *dist.* 14. *art.* 7. *qu.* 1. docet, per pœnitentiam dispositiuè, per gratiam formaliter remitti peccatum. Et *dist.* 17. *art.* 1. *qu.* 7. *Mortalia peccata remitti non possunt, nisi per gratiæ gratum facientis infusionem; & ideò nulla res potest esse causa efficiens remissionis, qua non potest esse causa efficiens infusionis gratiæ gratum facientis: sed sicut solus Deus est causa efficiens infusionis gratiæ; ita ipse solus Deus est causa efficiens remissionis mortalis peccati. Anima tamen per contritionem meretur de condigno mortalis peccati remissionem, si aliquis motus contritionis eam ordine naturæ præcedit, vt multi probabiliter dicunt:* dixit *de condigno* in sent. eorum, qui docent, contritionem simul cum gratia natura præcedere, remissionem pecc. vt effectum secundarium. Tunc enim

Digitized by Google

enim contritio valorem desumens ex gratia de condigno meretur peccati remissionem: *Si autem*, inquit, *nullus pœnitentiæ motus formatus*, intellige gratiâ habituali, *ordine naturæ præcedit remissionem mortalis peccati, tamen anima per motum attritionis de congruo meretur remissionem mortalis peccati.* Idem quippe motus informatus gratiâ, dicitur contritio: non informatus gratiâ, dicitur attritio, vt patet ex *Scot. in* 4. *dist.* 14. *qu.* 2. § *de* 2. versu 1.

130. *Scotus.* *modo*, & alijs. Scotus *in* 4. *dist.* 14. *qu.* 2. *§. de* 2. *principali*, affirmat, attritionem, quæ in eius sent. est contritio informis, quâ naturâ præcedit gratiam, esse dispositionem & meritum de congruo ad iustificationem, & peccati deletionem. Nec obstat, quòd *dist.* 15. *qu.* 1. §. *quantum*, doceat, contritionem esse satisfactionem æquiualentem peccato; proinde per illam deleri peccatum formaliter: hoc enim non habet contritio ex se, vt informis est, sed vt formata gratiâ. Patet ex *eodem* affirmante, eundem actum attritionis per infusam gratiam fieri contritionem, & vt sic peccatum delere: quod est illud delere non ratione sui, sed gratiæ, à

131. *Aureolus.* qua valorem accipit. Aureol. *in* 4. *dist.* 14 *qu vn. art.* 4. fatetur, culpam dispositiuè tantùm, & inchoatiuè deleri per actum pœnitentiæ; completè & formaliter per gratiam. Durand. *in* 4. *dist.* 17. *qu.* 1.

Durandus. docet, etiam contritionem ortam ex dilectione Dei, esse dispositionem naturâ præcedentem remissionem culpæ: cui subscribit Paludanus *dist.*

Paludanus. 16. *q.* 1. *ar.* 2. *& dist.* 17. *qu.* 1. *art.* 1. & 4.

132. *Caietanus.* Caiet. 1. 2. *qu.* 113. *art.* 2. §. *sed hæc sol. & §. ad quid.* testatur, peccatum sine infusione gratiæ habitualis remitti non posse: quia priuatio habitualis iustitiæ habet rationem maculæ, quæ nisi tollatur, peccatum remitti non potest: tolli autem non potest hæc macula, nisi per infusionem formæ oppositæ. Nec obstat, quòd 3. *parte qu.* 1. *art.* 2. §. *ad alteram*, affirmet, quòd si actus charitatis in Deum eliceretur ab homine proprijs viribus, adæquaret peccatum, vt offensa Dei est. Hoc enim in eo tantùm sensu affirmat, vt probet, infinitatem, quæ est in peccato, non esse infinitatem simpliciter, sed secundùm quid & obiectiuam: qualem infinitatem habet etiam actus charitatis: quæ est sola adæquatio materialis, non autem formalis.

133. *Gabriel.* Gabriel *in* 4. *dist.* 14. *qu.* 1. *art.* 2. *post.* 5. *concl.* expresè docet, contritionem ex dilectione Dei elicitam esse vltimam dispositionem naturâ præcedentem infusionem gratiæ, & peccati remissionem: licet ibid. hic author doceat, hunc contritionis actum ex dilectione Dei ortũ elici posse ab homine naturæ viribus, quod supra impugnauimus.

134. *Viennense.* Hi sunt, qui ante *Triden.* hanc veritatem docuere: & multò ante à *Conc. Viennensi sub Clemen. V.* approbata fuit, vt dictis sanctorum, & illius temporis Theologis magis consona. Quibus cõsultis, suum decretum de causalitate dispositiua

135. *Sotus.* contritionis *Triden.* fanxit. Non minus hanc *Concilij* mentem declarant Sotus & Vega, qui Concilio astiterunt; ille *lib.* 2. *de nat. & gra. cap.* 18. ratione confirmat, contritionem charitate perfectam non iustificare formaliter: vt *& in* 4. *dist.* 15. *q.* 1. *art.* 6. vbi quamuis dicat, contritionem esse veram causam remissionis peccatorum, cuius oppositum damnat vt erroneum, id tamen intelligit de dispositiuâ: eodem enim modo docet, fidem esse causam remissionis pecc. cùm tamen non sit causa

Vega formalis, sed dispositiua remota. Vega verò *lib.* 7. *in Triden. cap.* 24. vt certum fidei dogma à *Triden.* definitum asserit, iustificationem & remissionem pecc. de facto fieri habitu charitatis, quem ipse à gratiâ non distinguit: nec posse, quæ de iustificatione Sacræ Literæ & Concilia docent, de actu charitatis verificari. Et quamuis *fine cap.* doceat, posse Deum hominem iustificare sine habitu, auxilio tantùm suo, pro auxilio non intelligit actum contritionis (alioqui de facto ita fieret, quia de facto contritio naturâ præcedit infusionem gratiæ in sent. ipsius, vt constat ex *lib.* 8. *cap.* 9. & 10.) sed extraordinarium modum iustificandi creaturam. His consentit Petrus Soto *lect.* 10. *de iustific. fine.* Qui & interfuit *Triden. sub Pio IV.* Palatius *in* 4. *dist.* 17. *disp.* 1. §. *obserua*, definit: *iustificatio est remissio culpæ per gratiæ infusionem, &* §. 2. *infertur.* docet, peccatum non condonari, nisi per gratiæ infusionem, & §. *sub ipsa*, concludit hęc tria ad iustific. concurrere, contritionem perfectam, remissionem culpę, & gratiæ infusionem, quamuis contritio præsupponatur remissioni. Et *dist.* 14. *disp.* 4. §. *rursum, & §. hinc*, docet contritionem esse dispositionem ad pecc. remissionem. Nec te moueat, quod *ibid. concl.* 4. doceat, remissionem pecc. tribuendam esse pœnitentiæ infusę, vt causæ formali. Hoc enim solùm affirmat ratione prohibitæ complacentiæ, quam in peccato inclusam, ait formaliter opponi pœnitentię, quæ est displicentia de prohibitâ complacentiâ; non ratione offensæ & inimicitiæ, quam charitati habituali seu gratiæ opponit formaliter: proinde illa est dispositio ad hanc; quia per illam inchoatiuè, per hanc completè remittitur peccatum. Idem sentit Canus *Canus.* *relectione de pœnitentia parte* 1. circa finem.

Bellarmin. *lib.* 2. *de pœnit. cap.* 2. *& lib.* 2. *de iustific. cap.* 15. *&* 16. affirmat, contritionem esse tantùm dispositionem ad remissionem pecc. nec ad iustific. sufficere solam charitatem actualem; sufficere habitualem, quam à gratia non distinguit, vt probat *lib.* 1. *de gra. & lib. arb. cap.* 6. 136. *Bellarmin. &c.*

Idem docet Henriquez *lib.* 4. *de Sacra. cap.* 30. 137.
Valentia 1. 2. *disp.* 8. q. 5. *punct.* 4. §. *sequitur, & §. superest, & punct.* 5. & 6. vbi docet, remissionem pecc. esse effectum solius gratiæ: Suarez 3. *p. tom.* 1. *disp.* 4. *sect.* 8. *& to.* 4. *de pœnit. disp.* 8. *sect.* 3. *& lib.* 7. *de gra. cap.* 13. Albertin. *princ.* 1. *Philos. corolli* 18. *pa.* 5. *n.* 68. *impres. Neap.* Granad. 1. 2. *controu.* 5. *tract.* 8. *disp.* 3. Accedit grauis authoritas 138.
Catech. Rom. compositi ex decreto *Concil.* & editi *Catechism.* iussu *Pij V.* cuius munus est, in praxim redigere *Rom.* quæ *Triden.* docet ad salutem necessaria, declarando & explicando, quæ *Concil.* breuiter perstringit: in *de Sacra. Pœnit. n.* 35. concludit: *Ex quo licet cognoscere veræ contritionis, de qua suprà dictum est,* (ie. perfectæ, cuius naturam diligenter explicauerat) *etiam tum esse, vt illius beneficio omnium delictorum veniam à Deo omnia tandem ad omnia impetremus.* Si autem contritio impetrat veniam peccatorum, non potest illam formaliter conferre; cùm impetrare sit respectu rei distinctæ: nemo enim impetrat quod formaliter confert.

Dices. ab authoritate Scholast. probari, contritionem ad iustific. esse solam dispositionem; contra ea, quæ *prælect. disp. sect. vlt.* docui se: peccati retractationem esse, quo modo complementum & inchoationem iustificationis, quâ tollit voluntarium, quod est proximum fundamentum offensæ diuinæ. Resp. hoc argu. per se tantùm contra 140.
Vasquez probari, contritionem esse dispositionem *Resp.* ad iustific. ac proinde non esse formam remissiuam pecc. ac iustificatricem, cùm nequeat idem esse dispositio ad se ipsum: an sit etiam aliquo modo complementum & inchoatio iustific. controuersum est apud *cit. auth.* vt ex eorum testimonijs fa-

Digitized by Google

cile est videre. Qui negant, contradicunt nobis in sent. de actu retractatiuo. Qui affirmant, conueniunt in eâ sententia nobiscum. Omnes tamen nobiscum contra *Vasquez* conspirant, contritionem esse dispositionem, ac proinde nec totalem, nec principalem formam iustificationis.

141. *Ratio* Prob. 4. rationib. quarum duę examinandæ. 1. Soti est: ideò contritionem charitate perfectam non iustificare formaliter, quia charitas est forma, qua efficimur dilectores Dei; gratia, quâ efficimur dilecti & grati Deo. Forma iustificans, nõ est quâ diligimus Deũ, sed quâ diligimur à Deo. Confir. iustificari, est in gratiam Dei redire; in gratiã Dei redimus, cùm ab ipso diligimur: tunc .n. Deus offensam remittit, & peccatorem in amicitiã admittit, cùm illum diligit, eiq; suam gratiam restituit.

142. *Contrà:* Sed contrà: aduersarius contendit, per dilectionem Dei nos etiam diligi à Deo; vt per formã, quã ipsum diligimus, & constituimur obiectum diuini amoris; redimus in gratiam Dei; condonantur offensæ: nulla .n. forma potentior, & ad redamandũ efficacior, quàm amor ipse: ita *Arist. in Ethic.* dixit, amicitiam esse mutuum amorem non latentem.

143. *2. Ratio Suarez.* 2. *Suarez.* Contritio etiam charitate perfecta, nõ est adæquata satisfactio culpæ; valorem .n. sumit à persona satisfacientę dignitatis creatæ: culpa grauitatem à personâ offensâ dignitatis increatæ: ergo non est adequata satisfactio culpæ: quę .n. in valore morali non adæquat grauitatem offensæ, non potest suâ naturâ absque nouo beneficio, & gratuitâ condonatione reconciliare offendentem cum offenso. igitur contritio non potest suâ naturâ sanctificare subiectũ formaliter; deberet .n. se ipsâ absque extrinsecâ & liberali condonatione tollere iniuriam, adequatè illam rescarciendo: manente .n. iniuria, manet subiectum ingratum & inuisũ Deo.

144. *Contrà* Sed contrà: potest aliqua forma sanctificare subiectum, illudque à peccatis emundare, etiamsi nõ sit condigna satisfactio offensæ: talis est iustitia habitualis, quę sanctificat subiectum, illudque à peccatis emundat, etiamsi non sit condigna satisfactio offensæ. Vnde si contritio esset tantę perfectionis, quantæ est gratia, adhuc non esset condigna satisfactio iniuriæ diuinæ; semper .n. iniuria, ratione personæ offensæ, esset in ordine altiori, quàm esset contritio in ratione satisfactionis: & tamen eo casu sanctificaret subiectum, non minus quàm illud nunc sanctificat gratia. Ratio: vt forma sit sanctificatiua subiecti, & emundatiua à peccatis, sufficit, vt sit terminus specialis amoris amicitię & dilectionis Dei. hoc .n. ipso, fit illius amicus; desinit esse illi infensus & peccator: nam peccator & inimicus Dei ex *Trident. sess. 6. cap. 7.* sunt idem.

A priori

145. *Ratio Auctoris prima* Duplex huius rei mihi occurrit ratio. Prima: contritio etiam charitate perfecta in hoc statu amicitię creaturę rationalis cum Deo, nec affert integram abstersionẽ maculę ex parte peccatoris, nec perfectam condonationem offensæ ex parte Dei: igitur nõ est forma perfectè iustificans, seu delens peccatum, quod hæc duo essentialiter includit. Anteced. 1. pars prob. 1. integra macula p. mortalis in hoc statu, non solum dicit actualem auersionem à Deo, & conuersionem ad creaturam moraliter perseuerantem, quæ adhuc futura fuillet in homine ad Deum habitualiter non conuerso; sed etiam habitualem auersionem priuatiuę oppositam iustitiæ habituali, quâ per modum habitus homo erat ad Deum finem supernat. conuersus. Ipsa .n. priuatio habitualis gratiæ, vt voluntaria creaturæ, habet veram rationem culpæ & maculæ moralis, vt *Caiet. 1. 2. qu. 86. fine, & qu. 113. art. 2. §. adeund.* & ego *disp. 24. de maculâ.* & manifestè patet in p. originali, quod veram habet rationem peccati, ex eo tantùm, quòd est voluntaria priuatio gratię ex voluntate capitis. Ipsa .n. priuatio habitualis conuersionis ad Deum, est inimicitia creaturę in Deũ: vt opposita conuersio est amicitia eiusdẽ in Deum, ex *Trident. cit.* Sed hæc macula non tollitur adæquatè per actum contritionis: quia nulla priuatio tolli potest per formam, quæ nec formaliter, nec virtute continet oppositum habitum: atqui contritio nec formaliter, nec virtute cõtinet habitum gratiæ, quo peccati macula priuat: quia contritio est forma imperfectior habitu gratiæ. Est .n. gratia forma supernat. quâ efficimur similes Deo, eiusque naturę consortes, regeneramur in nouam creaturã, adoptamur in filios Dei, efficimur hęredes vitę æternę. Contritio verò est solus effectus auxiliatricis gratiæ, longè imperfectior gratiâ habituali. Confirm. quamdiu peccator non conuertitur ad Deum, eâ conuersione habituali, quâ conuersus erat ante peccatum, semper manet maculatus priuatione habitualis conuersionis ex præterito peccato relictâ. sicut .n. talis priuatio secũdùm totum esse priuatiuum, quod dicit fœdat animam: ita donec illa perfectè pellatur, non censetur anima perfectè emundata & abstersa.

Ratio

146. *Confirm.*

147. *Nec affert ex parte Dei perfectam condon. offensæ* Prob. pars 2. antec. tunc aliquis perfectè condonat offensam, quando remittit totum odium; idem .n. est offensam condonare, & odium remittere: sed Deus infundendo actum contritionis, nõ remittit totum odium, quod contra peccatorem conceperat. odit .n. subtrahendo illi in pœnam peccati sua dona: sicut ẽ conuerso diligit illum, infundendo ei sua dona: nam ex *S. Thom. 1. 2. q. 113. art. 2.* nõ potest aliquem diligere nisi causet in illo aliquem effectum; nec odisse, nisi subtrahat ab illo aliquod donum. quia cùm Deus sit immutabilis, non potest de nouo aliquem diligere, vel odisse per mutationem sui actus; ergo per mutationem obiecti diligit, vel odit, quà producit, vel subtrahit aliquid à creaturâ. Ergo si in odium peccati subtraxit à peccatore iustitiam habitualem, non potest per infusionem solius contritionis remittere totum odium, quod contra peccatorem concepit. nunquam .n. censetur Deus totum odium contra peccatorem remittere, donec totã gratiam, quam illi in pœnam peccati subtraxit, restituat: & tãtùm manet de odio remittendo, quantum de gratiâ restituendâ: tota subtractio gratiæ habet rationem odij: tantùm Deus conuertitur ad creaturã, quantum producit in ipsâ. Sed per contritionem Deus nõ restituit peccatori totam gratiam, quam in pœnam peccati ab illo subtraxit: quia per cõtritionem illi non restituit iustitiam habitualem, per quam fuerat in Filium & amicum Dei adoptatus, hęresque æternæ vitæ effectus: ergo. Confirm. dum offensus potest, & non vult offendentem ad pristinam amicitiam & communicationem suorum bonorum admittere, etiamsi ad aliam communicationem inferiorum bonorum illum admittat, non censetur illi offensam condonare, saltem ex eâ parte, quâ non vult illi maius donum in odium peccati subtractum restituere. Cùm igitur maius donum sit gratia, quàm contritio, licet Deus communicet peccatori contritionem, si tamen illi non communicat gratiam habitualem, quam in odium peccati subtraxit, ea ipsa non communicatio maioris boni voluntariè in Deo perseuerans, habebit rationem odij & auersionis, cùm ex parte Dei sit continuata volũtas priuãdi peccatorem in pœnam pec. hoc maiori bono, ex *S. Th. q. 28. de verit. ar. 2.*

Contritio non abstergit totam maculam

148. *Confirm.*

Ex his

149. Ex his constat, posse maculam peccati deleri, offensam ex ea resultantem perfectè condonari per vnionem hypost. cum personâ increatâ. licet .n. vnio hypost. non contineat formaliter perfectionem iustitiæ habitualis, quæ immediatè opponitur peccato, continet tamen illam eminenter in ratione sanctitatis emundantis & purgantis ab omni peccato. Idem constat de visione beatifica & lumine gloriæ, quæ saltem in esse intentionali æquiualet gratiæ, ex *sect. præcedente*.

150. *Ratio 2.* Secunda ratio: gratia, quam peccato amittimus, ex *Trid. sess. 6. cap. 4. & 7.* est fundamentum filiationis adoptiuæ, & amicitiæ, quâ efficimur amici Dei, filij adoptiui, hæredes vitæ æternæ. At contritio, ne quidem charitate perfecta, est fundamentum amicitiæ & filiationis adoptiuæ; ergo nequit formaliter à peccato iustificare: quia in hoc statu peccatum includit priuationem amicitiæ supernatur. & adoptionis diuinæ, ex *Trident.* ergo non potest remitti, nisi per formam, quę nobis restituat hanc amicitiam & adoptionem diuinam. Minor prob. amicitia ex *Arist. 8. Eth. cap. 6. 7. & 8.* fundatur in similitudine naturæ: quia omnis amor fundatur in appetitu naturali, quem vnusquisque habet ad proprium esse. Vnde eatenus alios diligimus, quatenus in illis agnoscimus aliquo modo nos ipsos per naturę & morum similitudinem: eoque perfectior est amicitia, quò maiorem facit, vel supponit in amato naturę & morum similitudinem. Sed contritio non ponit in nobis similitudinem naturæ & morum Dei; cùm non sit ipsa formalis similitudo, sed operationis dumtaxat naturę diuinæ: non .n. tendit ad aliquod esse permanens participatiuum esse diuini, sicut gratia, quæ est perfecta participatio naturę diuinę.

151. *Contritio non est ad optio diuina.* Hæc ipsa ratio probat, contritionem non esse adoptionem diuinam; adoptio .n. per se primò tendit ad communicandam similitudinem naturæ adoptantis filio adoptando; vel secundùm affectum, vt humana, vel secundùm rem, vt diuina: est .n. vt leges definiũt, legitimus actus, per quem fit quis filius, qui anteà non erat, naturam imitans. Contritio autem nullam diuinæ naturæ similitudinem nobis communicat, cùm non sit expressio & participatio naturæ, sed operationis tantùm; & sola dispositio ad amicitiam, & adoptionem diuinam, per quam regeneramur in nouam creaturam, quæ secundùm Deum, hoc est secundùm participationem naturæ diuinæ, creatur, vt *ad Ephes. 4.*

152. Nec obstat, quòd ex *Arist. 8. Eth. 3.* amicitia consistat in amore mutuo non latente: nam mutuus amor, qui est de ratione amicitiæ, non est actualis; hic enim est effectus amicitiæ, facitque amantem potiùs, quàm amicum; alioqui non essent amici, nisi qui actu se mutuò amarent: sed est amor mutuus habitualis; qui tantùm constituit principium & obiectum mutuæ dilectionis: licet actualis amor requiratur vt conditio, & quoad nos, qui interna non cognoscimus.

153. *Ratio 3.* Duæ aliæ rationes solent in confirm. huius sent. afferri. Prima: remittere peccatum est proprium Dei: Isaiæ 43. *Ego sum qui deleo iniquitates tuas:* Marci 2. *Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus?* ad eũ .n. spectat remittere peccata, qui per ea offenditur: solus Deus per peccata principaliter offenditur: ergo ad solum Deum spectat, peccata remittere. Si autem posset homo per contritionem peccata sibi delere, non solus Deus, sed etiam homo peccata sibi remitteret, contritionem efficiendo. Effectus .n. quem formaliter præstat forma, efficienter fit ab efficiente formam. Nec obstat, quòd etiam Sacerdotes peccata remittant. *Ioan. 20. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.* Remittunt .n. vt Christi Ministri; quo pacto non remitteret sibi sua peccata homo per contritionem à se elicitam. 2. Ex *Triden. sess. 6. cap. 8.* gratis dicimur iustificari; quia nulla opera quæ iustificationem præcedunt, ipsam promerentur, de condigno: at si contritio formaliter sanctificaret, naturâ præcedens gratiam, de condigno mereretur gratiam: proinde gratia non esset gratia, sed præmium: hoc est in priori naturâ, quo præcederet gratiam, contritio esset opus subiecti iam digni & sanctificati per se ipsam vt formam sanctificantem; eo priori esset condignè meritoria gratiæ, quæ in posteriori infunditur. Nec satisfacit *Vasq.* dicens, gratiã de facto naturâ præcedere effectiuè contritionẽ. In genere .n. causę disponẽtis & impetrãtis cõtritio vt causa de cõdigno meritoria naturâ præcederet gratiã: nam per *Trid. sess 6. c. 7.* gratia datur ex mensurâ dispositionis & cooperationis. Confirm. non est maior ratio, cur potiùs subiectum eodem instanti durationis sanctificetur à gratia, quàm à contritione: si vtraque est forma suâ naturâ sanctificatiua: cùm non minùs eodem instanti durationis contritio naturâ præcedat gratiam in vno genere, quàm gratia contritionem in alio.

154. *Ratio 4.*

155. *Vasquez.*

156. *Obiicies* contra nostras rationes 1. quandò peccator committit peccatum 2. mortale, Deus nouo odio odit illum, & nihil ab eo subtrahit; gratia .n. supponitur subtracta per primum p. ergo vt Deus odio habeat peccatorem, non est necessaria physica subtractio. Resp. dist. minor. nihil ab eo subtrahit formaliter, conced. virtualiter, neg. Eadem quippe conseruatio subtractionis gratiæ dependens à nouo peccato, vt à nouâ causâ moraliter subtractiuâ ex parte peccatoris, addit nouam mutationem sufficientem ad fundandum nouum odium Dei, connotato nouo peccato, vt nouâ causâ moraliter subtractiuâ ex parte peccatoris, à quâ eadem gratiæ subtractio accipit nouam dependentiam moralem: & si .n. non esset peccatum 1. adhuc gratia subtraheretur propter secundum. Est igitur noua mutatio realis ratione nouæ dependentiæ realis, quam eadem subtractio gratię habet à nouo peccato, vt à nouâ causâ moraliter subtractiuâ: nam peccato 1. non existente, adhuc eadem gratiæ subtractio continuaretur propter secundum, quam dependentiam anteà non habebat.

Quando quis 2. peccat mortaliter, virtualiter subtrahitur illa gratia.

157. *Sequel. 1.* *Obiicies* 2. Si ad ponendum totum odium, quod Deus concepit, necesse est, restitui totum id, quod in pœnam peccati subtractum est, non deponeret Deus totum odium contra peccatorem conceptum, 1. si illi cum restitutione gratiæ, etiam pœnam non condonaret: 2. si illi cum gratia etiam gloriam nõ restitueret: 3. si partem duntaxat gratiæ restitueret: 4. si solam gratiam absque virtutibus infusis, in pœnam peccati subtractis conferret. 5. sequeretur, nec Adæ peccatum 1. integrè remissum fuisse; illi .n. restituta non fuit iustitia originalis, in pœnam peccati subtracta. Resp. vt Deus deponat odium inimicitiæ conceptum, illius duntaxat doni restitutio necessaria est, & sufficit, quod est proximum fundamentum amicitiæ Dei erga creaturam. Sicut .n. dicitur Deus amare creaturam ratione doni, quod illi tribuit, ita odisse ratione doni, quod ab eâ subtrahit: ergo sicut non censetur amare illam amore amicitiæ, nisi tribuendo ei donum amicitiæ; ita nec odisse odio inimicitiæ, nisi subtrahendo, vel non restituendo donum amicitię. Contra verò sicut dicitur amare illam amore amicitiæ, solo dono amicitiæ ei collato,

158. *Non quacumque doni restitutio necessaria est, aut sufficit ad delendum peccatum.*

Digitized by Google

ita deponere odium inimicitię solo dono amicitiæ in pœnam peccati subtracto ei restituto. Quia sicut Deus dicitur amare res iuxta amabilitatem earum, ita odisse iuxta odibilitatem. Idcircò neg. sequela 1. pœna .n. præsertim sensus, non est subtractio alicuius doni, quod constituat creaturam obiectum diuinę amicitiæ.

159.

160. Quoad sequelã 2. maior est difficultas: sicut .n. beatitudo supernat. est donum perfectissimę familiaritatis Dei erga creaturam, & creaturæ erga Deum, quod per solam collationem gratiæ non restituitur: ita non videtur Deus deponere odium inimicitiæ, si vnà cum gratia non restituat gloriam in peccati pœnam subtractam. Dico: odium inimicitiæ Deus deponet ad restitutionem solius gratiæ habitualis, cùm sit ipsa amicitiæ diuinę obiectum, & per ipsam sit sublatum obiectum odij ex parte creaturę; haud tamen deponet odium perfectissimę familiaritatis, cuius obiectum constituit beatitas supernat. Ratio: quamdiu perseuerat obiectum, perseuerat in Deo actus ad obiectum terminatus, iuxta exigentiam obiecti, cùm non possit actus diuinæ voluntatis esse suspensus, nec aliter ad obiectum terminari, quàm ipsum naturâ suâ postulat: at cum solâ gratiâ, non restituitur perfectissima familiaritas cum Deo, quam beatitudo supernat. secum æffert: ergo cum amicitia supernat. per gratiam restituta, maneret subtractio perfectissimæ familiaritatis per priuationem supernat. beatit. atque adeò odium, non inimicitiæ supernat. sed oppositum ei duntaxat familiaritati, in Deo erga creaturam; & consequenter in creaturâ perseueraret priuatio talis familiaritatis per modum maculæ, non inimicitiæ & auersionis à Deo vt ab amico, sed moralis auersionis à Deo vt à familiarissimo beatificante. Iuxta hæc intellige posse Deum collatâ gratiâ, negare gloriam, sc. destructo peccato quoad rationem inimicitiæ, non quoad priuationem perfectissimæ familiaritatis per modum maculæ moraliter perseuerantis in subiecto gloriâ priuato.

Restituta gratia, & non gloria. Deus deponeret odium

161. *Dices.* Posset Deus subtractionem glorię propter alium finem, quàm peccati pœnam velle: ergo posset totum odium deponere, absque eo quòd simul cum gratia gloriam restitueret. Resp. neg. conseq. ex eo .n. quòd propter alium finem illam vellet, non tolleretur, quin eam etiam vellet propter eundem finem, propter quem anteà volebat quamdiu non mutaret obiectum, quod anteà erat. Appositio igitur noui finis non tollit priorem finem, nisi destruatur obiectum prioris finis, quod est subtractio gloriæ in pœnam peccati.

162. Sequela 3. neg. quilibet .n. gradus gratiæ perfectissimè conuertit creaturam ad Deum, vt amicum, & finem supernat. constituitque obiectum diuinæ amicitiæ; ac proinde sufficiens est ad destruendum obiectum inimicitiæ supernat. ex parte creaturæ, & consequenter odium inimicitiæ supernat. ex parte Dei. Nego & 4. sicut .n. cæterę virtutes à gratia distinctæ non sunt participationes naturę diuinæ, sed operationum diuinarum tantùm; ita non habent naturâ suâ constituere obiectum diuinæ amicitiæ: & consequenter nec earum priuatio habet constituere obiectum diuinę inimicitiæ. Nego & 5. quod .n. addebat iustitia originalis supra gratiam gratum facientem eo statu, non erat donum amicabile, sed perfecta subordinatio appetitûs inferioris ad superiorem, & quędam externa corporis & animi protectio, quę potiùs erat effectus amicitiæ, quã amicitia, quę tantùm fundabatur in gratiâ gratum faciente; hęc .n. tantùm conuertebat immediatè animũ ad Deum amicũ & finem supernat. reliqua tãtùm mediatè.

Tres vlt. sequel. neg.

163.

164.

Obiectes 3. si per impossibile humanitas Christi peccaret, & in pœnam peccati priuaretur vnione hypost. non posset in gratiam Dei redire, eique perfectè offensa condonari, nisi restitueretur vnio hypost. Consequens est falsum: posset .n. à peccato emũdari gratiâ vel visione beatâ: vtraque .n. est perfecta sanctitas & supernat. amicitia creaturę in Deum. Sequel. prob. eo casu Deus esset auersus à creaturâ, per subtractionem increatę sanctitatis: ergo non perfectè ad illam conuerteretur per infusionem solius gratiæ, nisi illi restitueretur vnio hypost. Resp. impossibili datâ hypothesi, conced. sequel. eo .n. casu sola gratia non esset potens auferre maculam ex voluntariâ priuatione vnionis hypost. contractam; cùm nulla forma inferior vim habeat tollendi priuationem superioris. Ad prob. falsum est, talem maculam, vel offensam perfectè deleri & condonari per gratiam: foret .n. diuersę rationis ab ea, quę nunc contrahitur: quia macula & offensa, vtpotè respectiua, variantur ad variationem formæ, quâ priuant; & dignitatis personalis, quam lędunt: sed tunc macula esset priuatiua sanctitatis increatæ, & lęsiua personæ diuinæ, etiã vt hypostaticè subsistentis, & in propriam personam assumẽtis, ac patris naturalis. Confirm. si Pater creatus in pœnam offensę filium exhęredaret, non posset, totum odium contra filium conceptũ remittere per acceptationem filij ad solam amicitiam, nisi acceptaret ad pristinam filiationem: quia priuatio hęreditatis in odium offensę, maneret vt fundamentum odij ex parte Parentis: nisi quòd creatus parens per solam mutationem sui actus posset huiusmodi offensam remittere, non potest Deus, ob summam puritatem sui actus.

165.

166. *Si per imposs. humanitas Christi peccasset, sola gratia sufficienter non deleret peccatum.*

Sed potuissetnè tali casu Deus humanitati gratiam, aut beatificam visionem infundere, eamque ad amicitiam supernat. admittere, non admittendo illam ad naturalem filiationem? Resp. affirmatiuè. Fundam. non implicat Deum conuerti ad creaturam, diligere illius perfectionem inferiorem, & nõ superiorem: implicat, conuerti, ac diligere creaturę perfectionem superiorem, & non conuerti, ac diligere inferiorem. perfectio .n. superior essentialiter supponit inferiorem: inferior non necessariò superiorem: & quia Deus diligit creaturę perfectionem, quam in illa producit, implicat diligere superiorem, & non inferiorem, à superiori essentialiter suppositam: non contrà. Vnde potest Deus conuerti ad creaturã, & diligere illam amore purè naturali conseruando esse naturale, & simul auerti & odio habere illam odio inimicitię naturalis; vt si in purâ naturâ constituta peccasset. 2. potest conuerti ad creaturam & diligere illam amore amicitię natur. & simul odio habere illam odio inimicitię supernat. vt ex probab. opin. infantes hinc cum solo originali decedẽtes. 3. posset Deus diligere creaturam amore amicitię supernat. per infusionem gratiæ, & simul odio habere illã odio opposito familiaritati beatificæ, per subtractionẽ beatit. supernat. 4. diligere posset talem humanitatem amicitia & familiaritate beatifica, & simul odio habere illam per subtractionem vnionis hypost. odio opposito amori patris naturalis: implicat .n. Deum simul amare, & odisse creaturã, quatenus amando & odio habendo simul poneret & subtraheret eandem perfectionem, cùm nequeat amare, nisi ponendo; vel odisse, nisi subtrahendo: ergo in ordine ad diuersas perfectiones, quarum vna non includitur in aliâ, non implicabit, vt ponendo

167. *Potuisset Deus huic humanitati infundere visionem beat.*

Ratio omnium à priori

Digitized by Google

ponendo vnam, amet; substrahendo aliam, odio habeat. Et quia perfectio inferior nõ necessariò includit superiorem, potuit Deus retinendo peccatori perfectionem inferiorem, amari illum amore debito tali perfectioni, & non restituendo perfectionem superiorem in poenam peccati subtractam, odisse illum odio tali subtractioni debito. Confirm. de facto Deus amat peccatorem amore supernat. ratione auxilij supernat. quod illi ad poenitendum infundit, & simul illum odio habet odio inimicitiæ supernat. ratione peccati & priuationis gratiæ in eo cum tali auxilio supernati perseuerantis. 168. *Dices* Ergo de facto posset quis reconciliari Deo fini naturali per amicitiam naturalem, si peccator detestaretur culpam contritione tantùm naturali. Hoc in casu Deus non restitueret peccatori subtractam gratiam & amicitiam supernat. cùm contritio naturalis non sit sufficiens dispositio ad illam: & ex alia parte contritio naturalis sufficiens est ad tollendam maculam contra Deum finem natur. Ergo simul hic homo amaret conuersus ad Deum finem naturalem, & auersus ab eodem fine supernat. 169. *Resp.* neg. conseq. hoc enim ipsum non detestari peccatum contra finem supernat. est contra rationem naturæ, ac proinde nequit hoc actu remitti macula & offensa naturalis, quin simul remittatur supernaturalis. Sed quid si hic inuincibiliter ignoraret, se peccasse contra finem supernaturalem? Resp. neque hoc casu remitendo dimittere peccatum. Ex suppositione enim quòd de peccatis oblitis & ob oblitis hoc fuit commissis doleat, dolere debet ex amore finis supernaturalis, cùm hic tantùm sit sufficiens detestatio peccati hoc sensu commissi, absque [illegible]

170. *Obiic.* 4. Implicat, Deũ amore amicitiæ conuerti ad creaturã, quin hæc mutuo conuertatur ad Deũ alioqui posset Deus perfecto amore amicitiæ diligere creaturam, & creatura odio habere Deum, ac proinde possent peccatum & gratia esse simul, saltem respectu eiusdem finis & obiecti, quod implicat, vt ex dictis patet. Igitur implicat, Deum conuerti ad creaturam perfecto amore charitatis, quin creatura perfecto amore amicitiæ conuertatur ad Deum: alioqui posset creatura perfecto amore amicitiæ diligere Deum, & simul odio habere à Deo. Resp. neg. conseq. Deus enim conuertens se amore amicitiæ ad creaturam, produ- 161. *Creatura amare Deũ potest, odio habita;* cit in ea fundamentum perfectæ amicitiæ, quâ creatura mutuò conuertitur ad Deum conuersione perfectæ amicitiæ: quia gratia est conuersio amicabilis Dei ad creaturam, & habitualis creaturæ ad Deũ finem supernat. cõsequenter implicat, Deum conuersi ad creaturam, conuersione perfectæ amicitiæ, & creaturam non conuerti ad Deum mutuâ conuersione habituali, in qua amicitia ex parte creaturæ essentialiter consistit. At verò creatura conuertens se actu charitatis in Deum, non ponit in se ipsa fundamentum perfectæ amicitiæ Dei ad se: quod est similitudo naturæ diuinæ, quæ habetur per gratiam, vèl per supernat. beatit. quam creatura in se producere non valet. Vnde concedo, posse creaturam amore amicitiæ perfectè diligere Deum, & nihilominus odio haberi à Deo: quia non necessariò cum perfecto amore amicitiæ ex parte creaturæ ponitur fundamentum & obiectum amoris amicitiæ Dei erga creaturam. Ergo, posse Deum perfecto amore amicitiæ diligere creaturam, & simul odio haberi à creatura: quia Deus amando perfectè creaturam, producit in ea gratiam, quæ est mutua conuersio creaturæ in Deum, cum quâ mutuâ conuersione pugnat peccatum: hoc enim ex *Triden. sess. 6. cap. 7.* est inimicitia Dei, quam Deus necessariò odit in creatura, quà illud est affectiuè destructiuum naturæ diuinæ. Implicat autem, vt Deus diligat perfecto amore amicitiæ creaturam, & simul illam odio habeat respectu eiusdem finis. Potest verò creatura perfecto amore amicitiæ diligere Deum, & odio haberi à Deo: quia non implicat, vt amicitia sit ex parte vnius, & inimicitia ex parte alterius: nec vt creatura actu diligat Deum, & simul habitu odio habeat eundem: nepugnat, vt actu simul diligat & odio habeat idem: cùm actuali dilectione pugnet actuale peccatum, vt pugnat cum Deo actualis dilectio, & actuale odium respectu eiusdem finis erga creaturam: quæ simul essent in Deo, si cum peccato simul staret gratia. *Actu amare, habitu odisse.*

171. *Obiicies* 5. Deus necessariò amat res iuxta bonitatem earum: sed contritio est perfecta amicitia ex parte creaturæ: ergo Deus perfecto amore amicitiæ amat illam. *Resp.* contritio est actus perfectæ amicitiæ ex parte creaturæ: non ea obiectum perfectæ amicitiæ ex parte Dei, quod necessarium est, vt Deus amet illam perfecto amore amicitiæ: quia amicitia requirit in obiecto fundamentum. Cæterùm non dego, Deum infundendo peccatori actum contritionis, aliquo supernat. amore illum diligere, non tamen perfectæ amicitiæ.

173. *Obiicies* 6. Contritio elicita à iusto de condigno meretur gradum gratiæ: sed quilibet gradus gratiæ est formalis sanctificatio subiecti, & perfecta maculæ abstersio, ergo etiam contritio, alioquin non esset condignum meritum gratiæ. *Resp.* ideò contritio in iusto est condignum meritum augmenti gratiæ, & gloriæ, quia valorem sumit à subiecto grato, à quo etiam valorem sumunt reliqui actus supernat. virtutum. Vt autem contritio naturâ præcedit gratiam, non est condignum, sed tantùm congruum meritum ad illam.

174. *Obiicies* 7. Priuatio gratiæ est immediatè à Deo; ergo nequit in eâ formaliter consistere peccatum. Nequit enim Deus esse causa peccati. Antec. prob. ab eo est corruptio rei, à quo est conseruatio eiusdem: sed à solo Deo est conseruatio gratiæ, quippe à quo solo fuit producta: ergo. *Resp.* priuatio gratiæ physicè est à Deo, & vt sic non est peccatum, sed pœna peccati; moraliter verò est à creatura, quà per voluntariam auersionem à Deo se illâ priuat; & vt sic habet rationem peccati. Ad prob. antec. *Resp.* eo modo, quo gratia pendet in conseruari à creaturâ, pendet ipsius corruptio ab eâdem; sc. non physicè, sed moraliter.

175. *Solutio argum. n. 78. Magister defendi non potest.* Ad auctoritatem Magistri, aliqui defendunt, illum non negasse, habitum charitatis inhærentem; & cùm docet, contritione deleri peccata intelligi dispositiuè, non formaliter. At hoc expressè docet *dist.* 17. ideò etiamsi neget habitum charitatis, non tamen gratiæ, quo formaliter iustificamur: vel si hunc etiam negat, deseritur ab omnibus.

176. *Ad Script. & Patres.* Ad testimonia Script. & Patr. Resp. aliqua intelligi de actu charitatis solùm dispositiuè, vbi dilectioni tribuitur sanctitas animæ, remissio pecc. &c. nonnulla intelligi formaliter, sed in suo duntaxat genere, vt quòd charitas sit finis præcepti, plenitudo, & consummatio legis, sc. in genere actus; quia inter actus virtutum charitas est maximus, & finis cæterorum: multa de habitu charitatis, quem Script. & Patr. cum habitu gratiæ confundunt, ob inseparabilem connexionem eorum: aptissimè proprietates charitatis & gratiæ explicant, per nobilissimũ actum dilectionis, quia est notior, & ad illum peccatores immediatè excitant.

177. *Ad rationem 1.* Ad rationem 1. neg. conseq. est enim actus charitatis omnium maximus in genere perfectionis actualis; quæ, quia non attingit perfectionem gratiæ habitualis, in cuius priuatione macula peccati, & odium Dei principaliter consistit, non sufficit vel ad peccatum formaliter delendum, vel ad odium Dei perfectè extinguendum. Nec est par ratio de perfectissimo habitu, qualis est gratia: quia perfectissimus habitus potest habere, quæ ad perfectam amicitiam cum Deo requiruntur, quæ habere non potest perfectissimus actus viatoris.

178. *Ad 2.* Ad 2. nego, nos vnum spiritum effici cùm Deo per solum actũ dilectionis nostræ ad Deum: quia hæc sola non necessariò affert dilectionem amicitiæ Dei erga nos, quæ requiritur ad faciendum vnum spiritum inter nos & Deum. Falsum etiam est, hominem fieri perfectè iustum per solam adæquationem actualem cum suâ regulâ. Iustitia enim & adæquatio, quæ inter nos & Deum intercedit, est per modum obiecti mutuæ dilectionis & amicitiæ. Forma, quâ constituimur obiectum dilectionis & amicitiæ diuinæ, non est actus, sed habitus. Tandem concedo, creaturam, quantum est ex parte suâ, solo affectu teneri se conformare Deo, quia non obligamur, nisi ad actus: non ob id tamen perfectè adæquatur Deo, nisi accedat mutua conformitas diuini affectus erga nos per infusionem gratiæ. Ad 3. conced. per amorem amantem transformari in amatum; neg. ex vi eiusdem amoris amatum vicissim transformari in amantem: quia possum aliquem diligere, & mutuò ab illo non diligi. Ad iustific. principale est creaturã diligi à Deo ex *S. Tho.* & patet in paruulis, qui dilecti à Deo, esto actu non diligant Deum, perfectè iustificantur.

179. *Ad 3.*

Explicatur Ioan. testim. *Ioan.* intelligitur de gratiâ habituali, cui semen comparatur; ille habet semen Dei in se, qui natus est ex Deo; nascimur ex Deo per gratiam, quæ sola nos facit cõfortes & participes naturę diuinæ. Ad 4. cõced. actu charitatis nos diligere Deũ vero amore amicitię, quantum est ex parte nostri; neg. nos mutuo amore amicitiæ diligi à Deo. Ad

180. *Ad 4.*

Amor non est essentialiter reciprocus. 1. prob. neg. amorem essentialiter esse reciprocum: quia nec solus amor est sufficiens obiectum amicitię, quia possum amare, & non amari; nec ille semper supponit in amãte sufficientem rationem, quâ dignus sit mutuo amore amati. Quia igitur in Deo reperitur perfectissima ratio, & motiuum amicitiæ, in nobis autem reperiri nequit, nisi medio habitu iustitiæ: possumus diligere Deum perfecto amore amicitiæ, etiamsi ab ipso mutuo amore amicitiæ nõ redamemur. Secunda probatio, solùm ostendit, Deum statim infundere habitum gratiæ, quo nos efficiat proportionatum obiectum suæ amicitiæ. Quamuis enim inspirando amorem sui, aliquo speciali amore conuertatur ad nos, is tamen sufficiens non est ad perfectam amicitiam Dei erga nos; 1. quia non est perfectè conuersiuus Dei erga nos: 2. quia non est productiuus similitudinis suę naturæ in nobis, quę sola est fundamentum & obiectum perfectę amicitiæ Dei erga nos. Ad 3. prob. conced. hoc ipso quòd Deus inspirat nobis dilectionem sui, diligere nos vt dilectores sui; nego vt amicos: quia amicus præter amorem, quo diligit amicum, dicit fundamentum, quo redametur ab amico: Quod fundam. non dicit homo per solam dilectionem Dei, sed per habitum gratiæ. Ad confirm. conced. ex vi talis actus dilectionis nos non comparari ad Deum vt obiectum odij, sed specialis amoris, insufficientis tamen ad perfectam amicitiam: comparari autem vt obiectum odij ex vi præcedentis maculę, non-dum abstersæ per actum dilectionis.

Ad 5. in primis neg. minor. illi enim formæ tribuendæ est iustificatio, quæ reddit nos perfectè amicos, & Deo perfectè similes: vt enim ex *Arist.* constat, amicitia in similitudine naturæ fundatur. At visio, non dilectio, reddit nos Deo perfectè similes, 1. *Ioan.* 3. *cùm apparuerit*, scilicet per visionem beatam, *similes ei erimus*: Visio enim non dilectio est similitudo obiecti. 2. Esto, dilectione Patriæ deleretur peccatum, nego, illud deleri dilectione viæ. Dilectio enim Patriæ est perfectissima familiaritas creaturæ cum Deo, & Dei cum creatura: cumquâ familiaritate pugnat peccatum, quia supponit amicitiam, quæ cum peccato, quæ est inimicitia, stare non potest. Cæterùm esto amor viæ & Patriæ sint eiusdem rationis specificæ, de quo alibi: nego, esse eiusdem rationis individualis heterogeneæ, ratione cuius potest vnus pugnare cum peccato, cum quo non pugnat alius.

Ad 6. neg. antec. voluntas enim proteruo parentis auertit nos à Deo auersione habituali; dilectio conuertit nos ad Deum conuersione actuali. Maior est auersio habitualis, quia est priuatio iustitiæ habitualis, quę perfectior est, quàm sit ipsa dilectio, quæ est conuersio actualis. Quòd autem illa filiationã, hæc propriâ voluntate, solùm probat, hanc esse perfectiorem in ratione liberæ operationis, nõ in bonitate & malitiâ morali. Ad confir. contritio non est formalis animi sanctitas, nec per eam formaliter tollitur macula. Dispar ratio de vnione hypost. quia hæc est formalis sanctitas. Ad 2. partem confirm. nego, peccatorem perfectiùs conuerti ad Deum actu contritionis, quàm ab eo fuerat auersus actu peccati: actu enim peccati fuerat auersus actualiter, & habitualiter; nam actualis recessus hominis à Deo includit actualem & habitualem auersionem à Deo, quæ est voluntarius secessus à coniunctione habituali cum Deo fine, & amico supernat. At verò actu contritionis solùm conuertimur ad Deum actualiter, non habitualiter. Vel distingui potest *tò perfectiùs*, hoc est, modo magis explicito & expresso, concedo; actu magis perfecto, nego. *S. Thom.* explicatur, vel de actu contritionis dispositiuè, vt se ipsum explicat *qu. 28 de verit. ar. 8.* vel de auersione tãtùm actuali.

Ad 7. neg. assump. ad prob. eodem modo sublato habitu gratię desineret esse sanctus ac iustus, qui iustificatus esset habitu & actu simul, ac qui tantùm habitu: quia cũ sola gratia sit forma iustificans, eâ sublatâ, tolleretur effectus formalis iusti ac sancti. Cæterũ, quia talis habitus non desineret demeritoriè & culpabiliter, sed tãtùm physicè, & ex merâ voluntate Dei, talis desitio nullã induceret maculam in subiecto, sed puram dũtaxat negationem gratię. Quę non constitueret obiectũ odij & inimicitiæ, sed tantùm non amicitiæ; cùm iam supponeretur macula per præteritum habitum gratiæ perfectè condonata, nec per talem sublationem gratię illa rediret: alioqui semper ad nouum peccatum redirent præteritę maculę iam abstersę. Est autem dispar ratio de actu peccati, qui potens est se solo formaliter constituere subiectum maculatum, & de actu contritionis: quia hic non tollit formaliter p. habituale, quod est obiectum inimicitiæ nostri ad Deum; sed dispositiuè. Peccatum verò formaliter tollit gratiam, quæ est fundamentum amicitię nostri ad Deum. Ad 8. neg. sequel. licet enim contritio non sit forma iustificans; est tamen connaturalis dispositio ad illam: qui enim cupit cum altero reconciliari, oportet, vt retractet offensam per voluntariam pœnitentiam, sine qua,

vt suprà

vt ſuprà cum S. Thom. 3. p. qu. 86. art. 2. docuimus, impoſſibile eſt peccatũ remitti [illegible]

SECTIO IV.

Quænam forma in purâ naturâ fuiſſet peccati abſterſiua?

186. *Probant Medina Vaſquez 1.*

PRima ſent. dotet, neceſſariam fuiſſe gratiam, vel formam aliquam ordinis ſuprnat. *Caiet. 1. 2. qu. 113. art. 2. 8. ad illam. ſine. Medin. ibid. 6. ſed dubit. Vaſquez. 1. 2. diſp. 207. cap. 1.* Probatur 1. Peccatum, in quouis ſtatu commiſſum, auertit hominem à Deo fine & obiecto ſupernat. ergo neceſſaria eſt ad illud delendum forma ſupernat. nulla .n. naturalis ſufficiens eſt ad reparandum damnum amicitiæ & beatit. ſupernat. antec. prob. peccatũ in quouis ſtatu commiſſum, ex ſe dignum eſt, propterquod Deus priuet peccatorem gloria & amicitia ſupernat. ergo licet homo in eo ſtatu nõ eſſet ordinatus in finem ſupernat. non poſſet tamen eius peccatum remitti niſi formâ ſupernat. 2. Si poſſet tunc naturali formâ deleri, eâdem deleri poſſet nunc, eadem .n. macula peccati, quæ eſt nunc, fuiſſet tunc; nata ex naturâ actionis peccati, quæ in vtroque ſtatu eſſet eadem. Confirm. in vtroque ſtatu redderet ſubiectum dignum æternâ pœnâ ſenſus, & indigum beatitudine, gratia, & amicitia ſupernaturali Dei.

187. *Secundò*

188. *2. ſent. longè probabilior.*

Secunda ſent. negat. neceſſariam eſſe gratiam, vel formam ordinis ſupernat. ad delendum peccatum in purâ naturâ commiſſum, ſed ſat eſſe naturalem tali ſtatui proportionatam. *Killer. apud Medin. etc.* Quæ ſent. longè *probabilior* prob. Nulla forma ad delendum peccatum eſt per ſe neceſſaria, cuius priuatio culpabiliter à peccatore non contrahitur: at nullius formæ ſupernat. priuatio culpabiliter à peccatore in purâ naturâ contraheretur.

Ergo nulla forma ſupernat. neceſſaria ad &c.

Maior prob. Illa tãtùm forma ad delendum peccatum eſt per ſe neceſſaria, ad quam conſeruandam habet peccator debitum: ſed in purâ naturâ nullius formæ ſupernat. conſeruandæ peccator haberet debitum: nam ex *S. Tho. de veris. q. 28. art. 2.* ad ea tantùm conſeruanda habemus debitum, quæ habere, vel non habere, amittere, vel non amittere, in noſtrâ ſunt poteſtate: debitum .n. habendi, vel conſeruandi ſupponit liberam poteſtatem habẽdi, vel acquirendi ea, quorum debitum habemus: nemo habet debitum conſeruandi, vel habendi eâ, quæ in alterius tantùm ſunt poteſtate.

189. *Confirm. 1.*

Confirm. 1. Ea tantùm ſunt per ſe ad abſterſionem peccati neceſſaria, quæ per ſe inducũt in ſubiecto maculam, priuando illud debita pulchritudine: hæc autem tantùm ſunt, quæ ſunt nobis debita, atque adeò quæ in noſtra ſunt poteſtate, vt per ſe patet. 2. ſi ex eo tantùm, quòd homo in purâ naturâ delinquens, redderet ſe indignum gratiâ ſupernat. neceſſaria foret ad tale delictum remittendũ gratia ſupernat. ex eo etiam quòd nunc quilibet peccans reddit ſe indigũ vnione hypoſt. ad tale peccatũ delendũ neceſſaria foret vnio hypoſt. ita .n. ſe habet vnio hypoſt. in hoc ſtatu naturæ ad gratiam elevatæ, ſicut gratia in purâ naturâ.

191. *Nullius forma ſupernat. priuatio culpabiliter in purâ naturâ contrahetur.*

Minor primi Syllog. prob. illius tantùm formæ priuationem culpabiliter contrahimus, quam liberè contrahimus; omnis .n. culpa eſt eſſentialiter libera; ex *S. Tho. qu. 28. de veris. ar. 2.* nullius formæ ſupernat. priuationem peccator in pura natura liberè contraheret: tum quia liberum ſupponit voluntarium; & voluntarium notitiam: at homo in pura natura conſtitutus nullius rei ſupernat. notitiam haberet; ergo nullius rei ſupernat. priuatio eſſet illi eſſet libera, ac proinde culpabilis: tũ quia nullius rei ſupernat. homo in purâ naturâ conditus haberet debitum. Confirm. 1. Etenim ſi homo in pura natura conditus, culpabiliter contraheret priuationẽ gratiæ & amicitiæ Dei ſupernaturalis ex eo tantùm, quòd per peccatum ſe indignũ redderet huiuſmodi donis, ſequeretur peccatum eſſe infinitæ malitiæ, ſaltem ratione dãni: non per peccatum quodvis homo reddit ſe indignum vnione hypoſt. & gratiâ ſyncateg. infinitâ: etiam venialis eſt impedimentum ad vnionem hypoſtaticam, mortale ad gratiam ſyncateg. infinitam, malitia autem peccati ſumpta ex damno menſuratur ex priuatione formæ, quâ priuat: tantæ malitiæ eſt priuatio, quãtæ bonitatis eſt forma priuata: priuatio .n. ex forma priuata ſuam ſpecificationem & grauitatem ſumit. Sed vnio hypoſt. cum perſonâ diuinâ, & gratia ſyncateg. infinita, ſunt infinitæ bonitatis: ergo & priuationes earum ſunt infinitæ malitiæ.

Conſequens eſt contra aduerſ.

Dices. Ad contrahendam pœnam non requiritur notitia pœnæ; ergo poſſet ab homine in purâ naturâ conſtituto in pœnam peccati contrahi priuatio gratiæ & ſupernat. amicitiæ Dei: ſto hæc in purâ naturâ non cognoſcerentur. Sed non remittitur peccatum, niſi remittatur pœna in odiũ peccati inflicta. Reſp. quando pœna volũtariè contrahitur, eaque conſiſtit in priuatione coniunctionis cum Deo, non poteſt remitti peccatum, quin remittatur talis pœna. tunc .n. ipſa inflictio pœnæ, vt eſt peccatori voluntaria, & culpabilis auerſio à Deo, eſt macula peccatoris: ac proinde niſi remittatur, non deletur peccatum. ſecus quando pœna non voluntariè contrahitur à peccatore; tunc ſicut ipſa pœnæ inflictio non eſt immediatè & directè culpabilis peccatori; ita illius remiſſio non eſt neceſſaria ad peccati abſterſionem.

Pœna dupliciter contrahi poteſt.

194. *Ad primũ*

Ad 1. oppoſita ſent. diſt. antec. peccatũ in pura natura commiſſum auerteret hominem à Deo fine ſupernat. voluntariè & directè, nego; voluntariè .n. & directè ſolùm auerteret à fine naturali, ad quem poſſet homo in pura natura conſtitutus voluntariè ſe conuertere: Auerteret phyſicè & indirectè, ſeu conſequenter, concedo. inducendo .n. priuationem rectitudinis naturalis poneret phyſicum impedimentum ad rectitudinem ſupernat. quæ eſſentialiter ſupponit naturalem. Sola igitur priuatio rectitudinis natur. eſſet voluntaria & culpabilis: negatio rectitudinis ſupernat. eſſet tãtùm phyſicè connexa cum priuatione naturalis; quâ reſtitutâ per amicitiam natur. illi ſtatui proportionatam, ſtatim tolleretur impedimentum ad rectitudinem ſupernat. vti nunc cum priuatione rectitudinis natur. & ſupernat. connexa eſt negatio vnionis hypoſt. non in ratione moralis maculæ, ſed phyſici dumtaxat impedimenti; qua rectitudine per gratiam & amicitiam ſupernat. reſtituta, ſimul tollitur impedimentum ad vnionem hypoſt. Vnde ad prob. antec. cùm dicitur, peccatum in purâ naturâ commiſſum ex ſe dignũ eſſe, propter quod Deus hominem priuaret amicitia ſupernat. diſting. eſſet dignum remotè, indirectè, & phyſicè, concedo. directè, proximè, & moraliter, nego. Illud .n. tantùm eſt proximè, directè, & moraliter dignum priuatione amicitiæ ſupernat. quod eſt voluntaria & culpabilis auerſio ab illâ, ſicut quodlibet peccatum, etiam veniale dignum eſt remotè tantùm, phyſicè & indirectè, propter quod Deus hominem priuaret vnione hypoſt. quæ tamen ad eius perfectam abſterſionem neceſſaria non eſt.

Ad 2.

195. Ad 2. neg. sequel. ad prob. neg. antec. vel ad prob. nego, maculam peccati oriri ex naturâ actionis præcisè, sed vt vestitę suis circumstantijs, quę pro vario statu variatæ, variant peccati obiectum. Vnde quia in purâ naturâ non haberet homo cognitionem finis supernat. peccatum eo statu non haberet malitiam offensæ finis supernat. qualem habet nunc; & consequenter nec macula eo statu includeret moralem priuationem finis supernat. sicut includit nunc. *Ad confir.* conced. peccatum eo statu fore dignum æternâ pœnâ sensûs, quam Deus, restituendo peccatori amicitiam naturalem, commutaret in temporalem: sicut nunc, restituendo amicitiam supernaturalem, æternam pœnam commutat in temporalem purgatorij.

196. *Ad 2.*

197. Ex dictis sequitur, si puer baptizatus, & in sylvis absque vllâ cognitione Dei finis supernat. enutritus moraliter peccaret, amissurum gratiam, quam in baptismo accepit, non tamen directè & moraliter, sed indirectè, seu cõsequenter, & physicè ad amissionẽ rectitudinis & amicitię naturalis: ac proinde ad remissionem talis peccati ex parte Dei sufficeret sola restitutio amicitiæ naturalis.

Puer baptizatus, in sylvis enutritus amitteret gratiam indirectè

198. *Dices.* Eadem priuatio gratiæ foret in tali puero, quæ de facto est in quolibet adulto peccante cum notitia finis supernat. in vtroque enim casu subtraheretur gratia à Deo in pœnâ peccati commissi. Resp. erit eadem gratiæ priuatio physicè, non moraliter. In posteriori enim casu priuatio gratię est physicè à Deo, voluntariè à creaturâ, quâ liberè se illâ moraliter priuat: in priori est tantùm physicè à Deo, nullo pacto moraliter à creatura: quia cùm nulla in creaturâ præcesserit de gratiâ notitia, seu de debito illam conseruandi, non potuisset illius priuatio esse voluntaria creaturæ. Est autem priuatio macula, quâ moraliter est à creatura: quod prius intelligitur quàm esse physicè à Deo: qui ideò physicè illam subtrahit, quia creatura peccando voluntariè se illa priuat. Ita actio peccati prout est physicè à Deo, est posteriori ratione, & nullo pacto mala; prout moraliter & liberè à creatura, est prior ratione, & mala.

Dices *Resp.*

199. *Instabis.* Etiam in priori casu Deus subtrahit gratiam à puero propter peccatum contra finem natur. ergo etiam eo casu priuatio gratiæ est voluntaria peccatori: ideò enim in posteriori casu est voluntaria, quia subtrahitur à Deo in pœnam peccati. Resp. neg. conseq. cùm enim priori casu nulla præcesserit de gratia, vel de debito illam conseruandi cognitio, ea priuatio non est illi voluntaria. Ad prob. conseq. neg. ideò priuationem gratiæ esse peccatori voluntariam, quia subtrahitur à Deo in pœnam peccati: pœna enim non necessariò debet esse peccatori voluntaria; sed quia peccator moraliter se illa priuat, dum peccando scit, se illâ priuatum iri. vnde primo casu priuatio gratiæ est pura pœna; secundo est etiam culpa, quâ moraliter est à creatura, voluntariè debita gratia se priuante. Quo fit, vt primo casu, sublata auersione à fine naturali, nulla alia remaneat culpabilis, ac moralis auersio, sed tantùm physica, & per modum purę pœnæ. *Vrgebis.* Adhuc secundo casu, sublata auersione morali à fine supernat. per contritionem supernat, manet priuatio gratiæ vt macula animæ & auersio à Deo, donec restituatur: ergo etiam primo casu, adhuc sublata auersione à fine naturali, manebit priuatio gratiæ vt macula animæ & auersio à Deo, donec restituatur. Resp. neg. conseq. gratia enim semel culpabiliter amissa, semper perseuerat vt macula ex voluntario irretractabili à creatura, quâ causatiuo priuationis gratiæ donec illa restituatur: At quando non fuit ab initio culpabiliter amissa, non potest postea sublata auersione à fine naturali, in qua consummatum fuit totum peccatum, perseuerare vt macula, esto illa à Deo non restituatur.

Instabis *Vrges* *Resp.*

200. *Vrgebis:* hoc ipso quòd homo peccat, etiam cum inuincibili ignorantia finis supernat. censetur moraliter se auertere ab vltimo fine, quia volendo actionem prauam, virtute censetur velle quidquid ad illam sequi potest. Resp. si hoc esset, sequeretur, quòd de facto homo per quodlibet mortale incurreret priuationem omnium donorum, quæ Deus potest communicare: quia cùm peccatum sit maximè voluntarium, non poterit priuatio illius doni esse voluntaria, quæ nullo pacto cognita fuit.

201. *Dices* *Resp.*

202. *Petes.* An hic puero, restituta semel per contritionem naturæ rectitudine finis natur. restitueretur etiam rectitudo finis supernat. quam ante peccatum habebat. Responderet 1. *Vasquez* affirmatiuè: Cùm enim in ipsius sene. dilectio Dei, etiam finis natur. sit quoad substan. supernaturalis, quæ produci debet ab habitu gratiæ supernat. hbe ipso quòd talis puer eliceret contritionem de peccato, propter Deum summè dilectum, finem naturalem, recuperaret amissam gratiam. 2. ij, qui putant, initium salutis necessariò inchoari abauxilio in entitate supernat. non posse talem puerum de peccato contra finem natur. conteri, nisi contritione supernat. atque adeò per illam statim amissam gratiam recuperaturum. 3. alij, restituta rectitudine natur. minimè restitutum iri rectitudinem supernat. alioqui posset quis iustificari & saluari, absque fide mediatoris: habẽti enim rectitudinem supernat. ex promissione Dei debetur vita æterna. Vnde iuxta hoc resp. tali casu homo esset in statu neutro, & sine peccato, quod supponeretur iam remissum per contritionem natur. & sine gratia, quæ cum rectitudine naturali non restitueretur. Vnde vlteriùs interrogari posset, quis status deberetur tali homini, si moreretur, cùm neque illi debeatur status salutis; quia caret gratia; nec status damnationis, quia caret peccato.

Petes *Resp.* 203. 204.

205. Resp. igitur, supponendo quòd talis puer vsque ad tẽpus naturalis contritionis nõ habuerit obligationem exercendi actum fidei in Christum mediatorem, alioqui illuminatus fuisset circa finem supernat. ac proinde teneretur elicere actum contritionis supernat. etsi n. quãdo peccauit, non habuerit notitiam finis supernat. ac proinde solùm peccauerit contra finem natur. habitâ tamẽ postea notitia finis supernat. teneretur de peccato cõteri propter Deum, etiam finem supernat. Tum quia teneretur tale peccatum confiteri ex dolore supernat. ergo cùm contritio suppleat vicem confessionis, deberet esse supernaturalis. Tum quia formale motiuum contritionis est Deus dilectus super omnia; implicat autem, Deum cognosci vt finem supernat. & velle illum amare super omnia solùm vt finem natur. & non vt finem supernat. hoc ipso enim non esset amare illum super omnia. Nisi fortè dum talis puer conaretur diligere Deum vt finem supernat. imculpabiliter diligeret illum tantùm vt finem natur. quo casu si non curreret præceptũ de diligendo Deo fine supernat. dicendũ, quod seq. resp. Tum quia, cùm tali casu saltem dubium esset, an ad actum contritionis Dei finis natur. homo iustificaretur, teneretur tali dubio, habitâ cognitione de fine supernaturali, elicere actum contritionis Dei finis supernaturalis.

Ad petitionem Resp. 206. *Restitueretur tali puero cum rectitudine naturali, supernaturalis.*

Hoc igitur supposito, probabilius dicendum, tali casu, Deum simul cum rectitudine naturali restituturum

reſtituturum ſupernaturalem, quam ſolùm abſtulit in pœnam commiſſi contra ſe finem natur. Quo per natur. contritionem deleto, ſtatim Deus illi gratiam reſtitueret. Eatenus .n. illam abſtulit, quatenus erat incompoſſibilis cum peccato: igitur eo deleto, non eſt cur illam deneget, cùm dona Dei ſint ſine pœnitentiâ.

207. Ad fundam. tertiæ reſp. Reſp. hoc argu. fieri poſſe de eodem puero pro toto tempore, quo perſeuerat abſque peccato: de illo .n. interrogari poſſet, quid fieret, ſi intra illud tempus moreretur abſque fide mediatoris. Sicut igitur omnes tenemur dicere, vel Deum non permiſſurum, vt ille moriatur cum gratiâ ante fidem mediatoris; vel certè poſito quòd permitteret illum mori, ſaluatum iri abſque actuali, cùm ſolâ habituali fide mediatoris. Ita reſtitutâ gratiâ cum rectitudine naturali, poſt actum contritionis naturalis, vel Deum non permiſſurum illum mori ante fidē mediatoris, vel certè, ſi permitteret illum mori, ſaluatum iri. Eo .n. ipſo tunc Deus in ſua lege de non ſaluando adulto abſque actuali fide mediatoris diſpenſerat.

208. *Forma naturalis delens peccatum in pura natura duplex eſſe poterat.* 1. Stet igitur, quòd ſola forma naturalis ſufficeret ad delendum peccatum in purâ naturâ; hæc verò eſſe poſſet, vel per modum habitus & qualitatis ſpiritualis in anima permanentis; vel per modum actus & qualitatis tranſeuntis: prima conſtet à paritate qualitatis ſupernat. ſicut .n. datur peculiaris participatio naturę diuinæ ſecundùm eſſe ſupernat. quæ eſt gratia habitualis, conſtituens amicum, & filium Dei in ordine ad finem ſupernat. ita dari poſſet participatio eiuſdem ſecundùm eſſe naturale, permanenter & intrinſecè conſtituens hominem amicum, & filium adoptiuum Dei in ordine ad finem tantùm naturalem. Et ſicut gratia eſt forma incompoſſibilis cum peccato, cui debitæ ſunt operationes propriæ naturæ diuinæ; & in cuius priuatione conſiſtit macula hoc ſtatu: ita illa etiam incompoſſibilis eſſet cum peccato in purâ naturâ commiſſo, cui debitæ forent proprię operationes naturales naturæ diuinæ; hoc eſt quas Deus communes habet cum creaturis intellect. & in priuatione talis qualitatis conſiſteret macula tali ſtatu. Hāc indicat *Herice in 1.p.tra.2.diſp.17.n.26.*

209. *Dices.* Totum hoc habet homo per naturam intellectualem, abſque additâ qualitate. Natura .n. intellect. creata, eſt participatio diuinæ ſecundùm eſſe naturale intell. ergo nihil eſſet in qualitate, quod non ſit in tali naturâ. Reſp. neg. antec. natura .n. intellectualis, cùm ſit eſſentialiter libera, non eſt per ſe tantùm determinata ad actus honeſtos, ſed etiam de ſe potens ad oppoſitos actus inhoneſtos. At illa qualitas, cùm eſſet forma neceſſaria, eſſet de ſe determinata ſolùm ad actus honeſtos, ad quos tantùm inclinaret per modum habitus virtutis moralis, qui per ſe tantùm determinat & inclinat potentiam ad actus amicitiæ Dei finis naturalis.

210. *2. Forma delens pec. in nat. purâ.* Secunda prob. Vt homo in pura natura conditus potuiſſet legem natur. ſeruare, Deumque vt authorem naturæ diligere ac colere, debuiſſet habere extraordinaria auxilia intra eundem ordinem naturæ, à Deo præparata, quibus proximè ad ſuum finem natur. moraliter ordinatus eſſet; cùm de facto per ordinaria auxilia, naturæ debita, id præſtare non valeat, & vires naturæ nunc, ac tunc eſſent eædem. Inter illa autem auxilia, aliqua fuiſſent vberiora & illuſtriora, quibus frequentiùs, & efficaciùs Deū vt auctorē naturę dilexiſſet, & actus virtutum moralium exercuiſſet; aliqua minùs illuſtria minuſque frequentia: ſic per p. mortale amiſiſſet ea vberiora; relictis ſibi minùs illuſtribus. Horum igitur vberiorum amiſſio, vt voluntaria ex parte hominis, cauſaſſet eo ſtatu maculam p. habitualis, quà amiſſio talium abſtuliſſet ab eo moralem conformitatem, quam per modum habitûs moraliter perſeuerantis ea in homine cauſabant, iuxta ea quę de maculâ *diſp.* 24. vt autē hæc ſubtractio vberiorum auxil. fuiſſet ex parte Dei, propter peccatum concepta, fuiſſet odium Dei. Igitur ad delendum peccatum eo ſtatu ſat fuiſſet actus contritionis naturalis ex parte creaturæ, & reſtitutio auxiliorum in pœnam peccati ſubtractorum ex parte Dei: ad id .n. ſufficit adęquata retractatio ex parte creaturæ; & reſtitutio eius, quod in odium peccati à Deo ſubtractum fuit: at per actum contritionis naturalis adæquatè retractatum fuiſſet peccatum eo ſtatu, & Deus potuiſſet quidquid in odium peccati ſubtraxerat, reſtituere.

211. *Diſcrimen inter has duas formas.* Cæterùm inter hanc & 1. formam hoc fuiſſet diſcrimen; quòd prior non potuiſſet cum p. mortali eo ſtatu ſimul conſiſtere; potuiſſet poſterior. Quia prior perfectè conuertiſſet hominem ad Deum finem & amicum natur. & ſimul Deum ad hominem, vti nunc conuertit gratia ad finem & amicum ſupernat. cum quâ perfecta conuerſione mutuâ pugnat peccatum: actus verò contritionis naturalis non neceſſariò conuertiſſet adæquatè Deum ad peccatorem: quia Deus potuiſſet non reſtituere vberiora auxilia, quæ in pœnam peccati abſtuliſſet: ac proinde, adhuc actu naturalis cōtritionis poſito, non neceſſariò Deus perfectè ſe conuertiſſet ad peccatorem, vti erga illum conuerſus erat ante peccatum: peccatum verò non deletur, niſi Deus perfectè ad peccatorem conuertatur: dum .n. perfectè non conuertitur, non deponit odium; manente odio Dei erga peccatorem, manet peccator inimicus Deo.

212. *Obiecies* 1. Si per peccatum ſubtracta fuiſſent vberiora auxilia, quibus homo reddebatur eo ſtatu moraliter potens ad amandum Deum, non potuiſſet poſteà actum contritionis elicere, niſi priùs illi fuiſſent eadem reſtituta: ac proinde remiſſio peccati præceſſiſſet ex parte Dei actum contritionis. Reſp. neg. ſequel. Auxilia enim vberiora tantùm per peccatum ſubtracta fuiſſent: manſiſſent minùs illuſtria, ſufficientia tamen vt homo eo ſtatu eſſet moraliter potens ad diligendum Deum.

213. *Obiecies* 2. Non deletur peccatum, niſi ſublatâ priuatione, in quâ conſiſtit: ergo ſi eo ſtatu conſtitiſſet in priuatione vberiorum auxil. deleri non potuiſſet, niſi talium priuatio ſublata fuiſſet. At non fuiſſet ſublata in inſtanti, quo homo actum contritionis elicuiſſet: cùm .n. conſiſtant in actib. intellectûs & voluntatis opportuno tempore à Deo excitantis, non ſtatim reſtituta fuiſſent cum actu cōtritionis, ſed ſucceſſiuè: ergo, eo adhuc poſito actu, remanſiſſet peccatum donec ſubtracta auxilia reſtituta fuiſſent. Reſp. non deletur peccatum, niſi ſublatâ priuatione, in quâ conſiſtit iuxta exigentiam priuationis: & quia natura priuationis auxiliorum non poſtulat tolli ſtatim ac tota ſimul, ſed ſucceſſiuè & in tempore, ideò ad eam tollendam ſufficit, ſi eo inſtanti, quo elicitur contritio, tollatur priuatio talium auxil. per ius, quod ad ſubtracta auxilia datur peccatori in ipſo actu contritionis. Confir. in odium peccati Deus ſubtrahit à peccatore, etiam gloriam: quam tamen non ſtatim cum gratiâ reſtituit, ſed ſuo tempore, quo illam daturus fuiſſet, ſi creatura non peccaſſet: ita etſi non ſtatim reſtituiſſet puræ naturæ peccanti vberiora auxilia, modò illa reſtituiſſet

214. *Peccatum deletur ſublata priuatione, iuxta exigentiam talem priuationis.*

eo modo,

Digitized by Google

eo modo, & tempore, quo illa collaturus fuisset, si homo non peccasset, diceretur verè & propriè illa restituisse, ac proinde ad peccatorem se conuertisse, vti ante peccatum ad illum conuersus erat, per ius tantùm, quod ad illa suo tempore recipienda in ipso actu contritionis contulisset, eo modo, quo *to. de Pœnit.* de remissione venialium dicimus, ea remitti per ius, quod Deus confert iusto in ipso actu contritionis, vel attritionis ad specialia auxilia in pœnam peccati subtracta.

215. *Non est par ratio de gratia habituali.*

Dices: ergo eodem modo posset Deus, nunc peccatum remittere, collato tantùm iure ad gratiam habitualem in ipso actu contritionis. Resp. neg. conseq. cùm .n. gratia sit permanens & tota simul, suâ naturâ postulat dari quamprimùm peccatum sufficienter retractatur ex parte creaturæ. Addo: eo modo, & tempore gratia postulat restitui, quo ante peccatum à Deo dabatur; sc. tota simul: contrà verò, quia auxilia ante peccatum à Deo conferebantur successiuè, etiam post id postulant restitui successiuè & in tempore.

DISPVTATIO XXXIV.

An possit quis sine peculiari reuelatione esse certus de suâ iustificatione?

1. HANC controu. non discutimus in sensu *Caluini lib. 3. inst. cap. 2. nu. 16. Verè fidelis non est, nisi qui solidâ persuasione Deum sibi propitium benevolumque Patrem esse persuasus de eius benignitate omnia sibi pollicetur: nisi qui diuina erga se benevolentia promissionibus fretus, indubitatam salutis expectationem præsumat. Fidelis, inquam, non est, nisi qui sua salutis securitati innixus diabolo, & morti confidenter insultat:* Hanc.n. inanem fiduciam damnat *Triden. sess. 6. cap. 9. & can.* 12. 13. 14. sed in sensu à Catholicis asserto: sc. an possit quis de suâ iustificatione, absque peculiari reuelatione Dei, signo aliquo, vel experientiâ esse certus certitudine, cui non possit subesse falsum.

2. *Duplex certitudo.*

Certitudine euidenti (cũ ea fundetur in euidenti discursu, quem habere nemo possit naturaliter, nec supernaturaliter in sequispiã experiatur) nullus fidelis erit de propriâ iustificatione certus. De obscurâ quærunt Catholici; quæ duplex est: altera quæ nititur testimonio diuino vniuersali, omnibus fidelibus proposito, dicitúrque fides Catholica. Altera, quæ nititur testimonio diuino, vnicuique iusto per propria signa & motiua applicato, quæ non minùs quàm prima, omnem à fideli tollat dubietatẽ; de hac posteriori est præsẽs controu.

Obscura duplex

3. *Affirmat Catharin.*

Prima sent. affirma. *Amb. Cathar. opus. de certit. gra.* Prob. 1. ex Rom. 8. *Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quòd sumus filij Dei:* vbi Chrysost. hom. 14. *Cùm autem spiritus testatur, quæ tandem restat ambiguitas? nam si vel homo, vel Angelus, vel Archangelus, vel alia huiusmodi potestas hoc polliceretur, par conueniensque esset, nonnullos hæsitare: cùm autem summa Essentia, & ea quidem, quæ hoc largita est donum, nobis testimonium afferat, quis tandem de dignitate ambigat?* cùm igitur testimonium Spiritûs S. infallibile sit, certitudo inde orta infallibilis est. 2. Ex Apost. ibid. *Certus sum quia neque mors, neque vita &c. poterit nos seperare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu.* Ergo certus erat de suâ iustitiâ coram Deo. 3. Ex 2. Petri 1. *Quapropter, Fratres, magis satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis.* Igitur ex operibus bonis certi esse possumus de electione ad sanctitatem. 4. Ex Patrib. qui tamen explicari possunt de certitudine tantùm morali: vel ex diuinâ promissione, suppositâ debitâ dispositione ex parte subiecti, vt *Nazianz. orat. de plagâ gran. medio: Ego verò id planè scio: ego misericordia diuina sponsor: haud dubiè missa facta ira, quæ ipsius natura aduersatur, misericordiam, quæ ipsi natura inest, amplecteturr.* 6.

7. *Ratio*

5. Fide certum est, accedentem ad baptismum, vel pœnitentiam ritè dispositum, accipere gratiam iustificantem: at potest quis certo experimento cognoscere, se ritè dipositũ ad hæc sacramenta accedere: igitur potest quis certâ fide credere; se esse iustificatum coram Deo: ex vnâ .n. propositione de fide certâ, & alterâ manifesto experimento notâ, sequitur infallibilis conclusio Theologica, cui non potest subesse falsum. Minor prob. 1. si nullus de suâ dispositione, quæ ad pecc. remissionem necessaria est, certus esse posset, sugillaretur Diuina prouidentia, quæ tam occultam & obscuram ex parte nostri ad iustificationem dispositionem requirat, vt eos ipsos, qui illam exercituri sunt, lateat. Confirmatur: nam hinc sequeretur, semper hominem cum huiusmodi dubia dispositione ad sacramenta accedentem peccare, quia tenemur cum certa dispositione ad illa accedere.

Ab absurdo

Confirm.

8. *A pari*

2. Potest homo esse certus de iustificatione aliorum; vt qui puerum baptizat, de sacramenti validitate sc. de materiâ, formâ, & de suâ intentione: ergo & de propriâ iustific. 3. Possum esse certus, quòd hic numero Pontifex sit legitimus Petri successor, & verus Christi Vicarius *vt tom. seq.* ergo & quòd sim iustificatus coram Deo: imò magis possum esse certus de sufficienti meâ dispositione ad sacra. bapt. vel pœnit. de quâ plura & certiora signa habere possum, quàm de legitimâ electione huius Pontificis: mea enim dispositio pendet tantùm à meâ voluntate, quæ mihi certior & notior est, quàm ea electio, quæ pendet à voluntate aliorum, non tam certâ & notâ. Confir. sicut ad habendam certitudinem, cui non possit subesse falsum, de hoc numero Pontifice, sufficit vna propositio vniuersalis diuinâ fide certa, quòd omnis legitimè electus sit verus Christi Vicarius, & Petri successor; & altera particularis moraliter tantùm & humanâ fide certa: ita ad habendam certitudinem, cui non possit subesse falsum, de propriâ iustific. sufficiet vna propositio vniuersalis, diuinâ fide certa, quòd omnis ritè dispositus ad sacra. accedens recipit gratiam; & altera particularis moraliter tantùm & humano experimento nota.

9. *Tertiò*

10. *Quartò*

4. Qui interest sacro, certa fide debet Christum in hostiâ adorare: nec maiora signa credibilitatis habet, quàm qui se credit per condignam sacramenti susceptionem iustificatum. Imò hæreticus habendus, qui dubitaret de reali Christi presentia in hâc numero hostiâ ab hoc sacerdote consecratâ.

11. *Ex certitudine actus fidei.*

5. Potest quis esse certus de actu fidei diuinæ; ergo etiam de actu charitatis. Non enim minùs vnus, quàm alter actus pendet à speciali auxilio Dei, & motiuo supernat. Antec. prob. 1. ex 2. ad Corinth. vlt. *vosmetipsos tentate, si estis in fide: Ipsi probate, an non cognoscitis vosmetipsos, quia Christus Iesus in vobis est?* ratio ex Ansel. *Qui enim fidei sensum in corde habet, hic scit Christum Iesum in se esse.* 2. ex August. 23. *de Trinit. cap.* 1. *Propterea credere iubemur, quia id quod credere iubemur, videre non possumus, ipsam tamen Fidem, quando inest in nobis, videmus in nobis.* 3. Fidelis certo experimento cognoscit

1.

2.

3.

cognoscit fidem, qua credit mysteria sibi ab Ecclesiâ proposita, esse Catholicam, & ad salutem necessariam: ergo certò cognoscit, se habere fidem ad salutem necessariam: alioqui si posset de suâ fide dubitare, posset etiam de mysterijs ipsis. 4. fidelis diuina fide credere tenetur, fidem, quâ mysteria Diuina ritè proposita credit, esse donum Dei per Christum, siue credat testimonio humano proponentis, siue diuino reuelantis: vtraque enim fides est ex dono, Dei & auxilio per Christũ. 5. fidelis experitur, se credere mysteria fidei supra omne credibile: paratus enim est pro sua fide mori: ergo est certus de assensu fidei Diuinæ; quæ sola credit supra omne credibile, & vitam exponit. 6. experitur, cùm primò sibi fidei mysteria proponuntur, se illa credere humano testimonio proponentis: sed certum est, fidei mysteria credenti ex humano testimonio proponentis, Deum statim infundere assensum eorundem ex immediato testimonio primæ veritatis reuelantis. 7. nullus fidelis dubitare potest, se esse fidelem: ergo nec dubitare poterit de vero assensu fidei diuinę.

Secunda sent. negat, posse aliquem de propria iustificatione esse certum certitudine, cui non possit subesse falsum, absque speciali priuilegio diuinæ reuelationis: *S. Tho. 1.2. qu. 112. ar. 5. & de verit. qu. 10. art. 10. Alen. 3. p. qu. 61. me. 7. art. 3. Bonau. in 1. dist. 17. p. 1. art. 1. qu. 3. Scot. in 4. dist. 9. & alibi: Richar. in 1. dist. 17. art. 1. qu. 5. Durand qu. 4. Aureo. art. 3. propos. 3. Argen. qu. 1. ar. 2. Gabrie. in 2. dist. 27. qu. vn. art. 3. dub. 5. Caiet. Contra. 1.2. qu. 112. art. 5. Medin. ibid. concl. 4. Sot. lib. 2. de nat. & Gra. à cap. 11. & in Apolog. con. Cathar. Veg. lib. 9. in Triden. à cap. 8. Staplet. lib 9 de certitud. gra. Bellar. lib. 3. de iustific. cap. 3. Valen. 1.2. disp. 8. q. 4. pu. 4. Vasquez disp. 200. à cap. 3. Suarez lib. 9. de gra. à cap. 9. Granad. contro. 5. de gra. tract. 7. disp. 1. sect. 2. & 3. Sylui. 1. 2. qu. 112. art. 5. &* reliq. Scholast. *in 1. dist. 17.* Catholici Doctores de certitudine gratiæ & charitatis, fidei & spei, hîc disputant pariter.

Negant S. Thomas. &c.

13. *Nequit iustus in hac vita esse certus de sua iustific. absque reuelatione.*

Dico 1. Absque speciali reuelatione Dei nequit iustus de sua iustificatione in hac vitâ esse certus, certitudine, cui non possit subesse falsum: post *Triden.* opposita sent. *Cathar.* à multis censetur erronea. Fundam. ex *sess. 6. cap. 9.* vbi damnando inanem fiduciam hæreticorum, simul etiam damnat omnem infallibilem certitudinem, quam citra diuinam reuelationem aliquis de propriâ iustificatione prætendere posset: *Nam sicut nemo pius de Dei misericordia, de Christi merito, deque sacramentorum virtute & efficacia dubitare debet: sic quilibet, dum se ipsum, suamque propriam infirmitatem & indispositionem respicit, de suâ gratia formidare & timere potest: cùm nullus scire valeat certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, se gratiam Dei esse consequutum.* Falsò hoc decretum Catharinus limitat ad solam certitudinem Fidei vniuersalis & Catholicæ, quæ versatur circa obiectum vniuersale omnibus fidelibus propositum. 1. quia verba Concilij vniuersalia sunt, quæ se extẽdunt ad fidem quamcunque, cui falsum subesse non potest. 2. quia ratio, quam Concil. assignat, ad eam fidei certitudinem extenditur, quæ ex propriæ conscientiæ experimento haberi posset, *dum se ipsum suamque propriam infirmitatem & indispositionem respicit.*

14. At instat *Cathar.* consultò Concil. dixisse, *Formidare & timere potest*, non, *debet*, sed contrà: *potest*, idem hic valet, ac licitè & iurè potest: non dixit, *debet*, ne eodem modo videretur fideles obligare ad non excludendam actualem formidinem de propria iustificatione, ac obligat ad eandem excludendam de misericordia Dei, de merito Christi, & sacram. virtute. Etsi enim ex decreto *Concil.* citra reuelationis priuilegium teneamur credere, non posse nos fide diuinâ esse certos, quòd sumus in gratia: non tamen ex vi eiusdem decreti tenemur, semper admittere actualem formidinem de nostrâ iustific. sicut tenemur semper excludere actualem dubitationem de virtute Christi, & efficaciâ sacram. cùm interdum viri sanctitate insignes omnem omninò actualem formidinem de sua iustific. excludant, iuxta illud, *Perfecta charitas foras mittit timorem:* licet nunquam excludant potentiam ad formidandem. Quia licet testimonio propriæ conscientiæ, & assiduæ familiaritatis cum Deo possint esse moraliter certi, certitudine excludente omnem humanam formidinem, prouenientem ex testimonio eiusdem conscientiæ, non tamen certi esse possunt, certitudine excludente aptitudinalem etiam formidinem. Saltem enim per extrinseca principia semper formidare possunt de propria iustificationem.

15. *Testimonia primum Scrip.*

2. Fundam. ex Scripturis. Prouerb. 20. *Quis potest dicere: mundum est cor meum: purus sum à peccato?* vbi notat ex *Beda lib. 3. de institic. c. 4.* Bellarm. non dixisse Salomonem, neminem esse mundum corde, & purum à peccato: Dauid enim testatur, *Beati immaculati*; & Christus docet, *Beati mundo corde:* sed dixisse, neminem posse dicere, *mundum est cor meum, purus sum à peccato:* quia illi ipsi, qui mundi sunt, hoc certò, scire non possunt.

16. *Secundum*

Eccles. 9. iuxta vers. 7o. *Sunt, iusti atque sapientes, & opera eorum in manu Dei: & tamen nescit homo vtrum amore, an odio dignus sit: sed omnia in futurum seruantur incerta.* Vbi Hierony. *Porrò hic sensus est: etiam in hoc dedi cor meum, & scire volui quos Deus diligeret, quos odisset, & inueni iustorum quidem opera in manu Dei esse, & tamen vtrum amentur à Deo, an non, nunc eos scire non posse, & ambiguo fluctuare, vtrum ad probationem sustineant, quæ sustinent, an ad supplicium. In futuro igitur scient, & in vultu eorum sunt omnia, id est, antecedit eos, cùm de vita hac decesserint, notitia istius rei: quia tunc est iudicium, nunc certamen. Et quicunque aduersa sustinent, vtrum per amorem Dei sustineãt, vt Iob: an per odium, vt plurimi peccatores, nũc habetur incertum.* Cui concordant *August. lib. de Spir. & ani. cap. 59. Beda in cap. 20. Prouerb. Bernar. Serm. 1. in Septuag. & 2. in 8. Pasch. & 5. in festo omn. SS. & 23. in canti.* Nota, hîc sermonem esse tantùm de iustis, vt ex textu patet, non de peccatoribus, de quibus nullum dubium, quin odio digni sint. Eccles. 5. *De propitiato peccato noli esse sine metu:* siue, *de propitiatu*, vel *propitiatione pectat.* ex Græco, idem est sensus: hominem debere esse pauidum, an sibi remissa sint peccata. Falsò aliqui id intelligunt de propitiatione, non præteritâ, sed futurâ: vt .n. adnotat *Bellarm.* pro futuro adiecit sapiens: *neque adijcias peccatum super peccatum: & ne dicas: miseratio Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserabitur.* Confirm. hic locus similis est illi 21. *Fili peccasti? non adijcias iterum: sed & de priscinis deprecare, vt tibi dimittantur.* Vbi duplex peccatori solicitudo iniungitur, altera de futuris, altera de præteritis: Multa alia ex *Iob, Dauid, Paulo* afferri solent, sed hæc pauca sufficiant: vt .n. in simili dixit *Arausi. II. can. 25. cui pauca non sufficiunt, plura non proderunt.*

17. *Tertium*

18. *Hieronymus*

3. Fundam. ex Patrib. Hierony. *lib. 2. aduers. Pelag. pag. 2. Sunt iusti, ad quos peruenit quasi opus impiorum: & sunt impij, ad quos peruenit quasi opus iustorum. Hoc idcirco dicitur, quia certum iudicium Dei est: & quos putamus iustos, sæpe peccatores inueniamus*

inueniuntur: & quos è contrario peccatores, apud Dei scientiam iusti sunt. Quantumcunque laborauerit homo, vt inquirat, non reperiet. Et si dixerit sapiens, Ambrosius. *nosse se, inuenire non poterit.* Ambros. serm. 5. in Psal. 118. in vers. *aufer opprobrium meum: sibi volebat, inquit, auferri opprobrium, quod suspicatus est, vel quia cogitauerat in corde, & non fecerat, & pœnitentia licet abolitum, suspectius tamen erat, ne fortè adhuc maneret eius opprobrium, & ideò Deum precatur, vt illud auferat, qui solus nouit, quod nescire potest etiam ipse qui fecit.* Augustin. August. lib. 50. hom. hom. 35. fine: *Quamdiu autem viuimus hic, de nobis ipsis nos ipsi iudicare non possumus, non dico quid cras erimus, sed quid hodie simus.* Gregorius. Gregor. lib. Epist. Ep. 22. ad Gregoriam, cupienti scire, an sibi remissa peccata, *medio* respondet: *Quod verò dulcedo tua in suis epistolis subiunxit importunam se mihi existere, quoad vsque scribam, mihi esse reuelatum quia peccata tua dimissa sunt, rem & difficilem, etiam & inutilem postulasti. Difficilem quidem, quia ego indignus sum, cui reuelatio fieri debeat. Inutilem verò, quia secura de peccatis tuis fieri non debes, nisi cùm iam in die vitæ tuæ vltimo plangere eadem peccata minimè valebis. Qua dies quousque veniat, semper suspecta, sèper trepida metuere culpas debes.*

19. Prob. hæc veritas ratione

Prob. 4. hęc veritas ratione: vel hãc certitudinem adeptæ iustificationis habent omnes iustificati; vel insignes tantùm sancti. Primum dici non potest: cùm multi valde sint de sua iustific. dubij. Nec 2. tum quia, si per Cathar. Spiritus S. est, qui habitans in iustis testatur illis, quòd sint Filij Dei, cùm idem habitet per gratiam in omnibus iustis, omnibus testaretur, quòd sint Filij Dei. Tum maximè, quia nec tales sunt ita certi de sua iustific. coram Deo, vt omnem à se ad formidandum excludant potentiam, qualis deberet esse certitudo testimonio Spiritus S. nixa. Hoc prob. 1. Si viri insigni sanctitate prediti, ita de propriâ iustific. certi essent, vt nullo pacto de eâ dubitare possent, fustrà Deus aliquibus peculiari prærogatiuâ suam iustific. reuelasset: vt de B. Antonio testatur *Athanas. in eius vitâ*: de B. Galla *Gregor. lib. 4. Dialogor. cap.* 13. de S. Francisco *Bonau. in eius vitâ.* 2. Vt certa esse possit nostra iustificatio, debet esse certa

20. A posteriori

21. A priori

Nequit dispositio quæ ex parte nostra requiritur ad iustific. certa esse.

dispositio, quæ ex parte nostrâ ad iustific. requiritur: nequit enim certa esse conclusio, nisi vtraque præmissa, ex quâ infertur certitudo nostræ iustific. sit certa: at nequit dispositio, quæ ex parte nostrâ ad iustific. requiritur, certa esse: cùm proxima dispositio ad iustific. requisita, multa ad validitatem requirat, quæ nequeunt esse certa, illa certitudine excludente omnem formidinem. Confirm. vt proxima dispositio ad iustific. sit valida, debet ex motiuo supernat. procedere: at licet certum esse possit, nos ad peccata detestanda aliquo modo moueri ex motiuo supernat. non tamen, an ex eo moueamur formaliter, an materialiter, quod multum interest: si. n. ex eo tantùm materialiter, & formaliter ex aliquo naturali, applicante motiuum supernat. actus non erit in entitate supernaturalis, vti ad proximam dispositionẽ iustific. requiritur, sed naturalis: cùm actus specificetur ex obiecto formali: & in hoc facilè decipi potest homo.

23. Minùs certi de iustific. per sacra.

Hinc à fortiori constat, nos minùs certos esse posse de nostra iustific. quæ habetur per Sacram. Tunc. n. duplex miscetur incertitudo, altera ex parte nostræ dispositionis, altera ex validitate sacram. quæ pendet à legitimo ministro, debitâ materja, forma, & intentione illud conferendi.

24. Nullus est certus se actũ fidei diuinæ eliciere

DICO 2. Nullus potest esse certus certitudine, cui non potest subesse falsum, se verum Fidei Diuinæ assensum habere. Contra *Bonau. in 1. dist. 17. p. 1. art. 1. qu. 3. ad. vlt. & in 3. dist. 23. dub. 4. circa lit. Caiet. 1. 2. qu. 112. art. 5. Medin. ibid. init. Vasquez 1. 2. disp. 201. cap. 2. inclinat Vega lib. 9. in Triden. cap. 37.* & videtur contra *S. Tho. 1. 2. loco cit. ad 2. Scot. in 3. dist. 23. qu. vn. §. sed quid dicis*: quorum fundam. esse potest argu. 5. cum suis prob. pro 2. sent.

Nostra asser. est *Richar. in 3. dist. 23. in expos. tex.* 25. *fine dist. Duran. in 1. dist. 17. qu. 4. ad 2. Bellarm. lib. 3. de iustific. cap. 9. Suarez lib. 9. de gra. cap. 12. Turria. 1. 2. disp. 42. dub. 5. Grana. 1. 2. controu. 5. de gra. tract. 7. disp. 2.* Fundam. idem, quod præced. asser. Fund. actus Fidei diuinæ immediatè niti debet testimonio primæ veritatis, vt obiecto & motiuo formali. Non potest nobis esse certum certitudine excludente omne dubium, & moralem potentiam dubitandi, nos immediatè assentiri mysterijs reuelatis propter solum testimonium primę veritatis, vt propter motiuum formale. Non. n. possumus esse certi, an testimonium diuinum ad nostrum assensum concurrat vt obiectum & motiuum formale, & propter se ipsum tantùm; an vt obiectum materiale, & propter aliud motiuum naturale & humanum. Cùm ista occulta & obscura nobis sint: sicut. n. nihil est nobis certius, quàm nos credere, dum credimus, sicut & amare, dum amamus: ita nihil nobis est incertius, quàm ex quo motiuo credamus, dum credimus; vel ex quo motiuo amemus, dum amamus. Hoc maximè confirmat fides 26. hæreticorum, qui certo certiùs putant, se fidei mysteria credere fide diuina atque infusa: nam propter hoc parati sunt etiam vitam, si opus foret profundere: cùm tamen illi non nisi fide humana, ex motiuo aliquo naturali, applicante illis testimonium diuinum, vt obiectum materiale, credant.

Non inficior, difficilius esse, cognoscere actum 27. veræ attritionis, vel contritionis, quàm actum veræ fidei diuinæ: à pluribus. n. pendet actus virtutis potentiæ appetitiuæ, quàm actus virtutis potentię intellectiuę: sc. non solùm ab obiecto & potentia propria, sed etiam ab obiecto & potentia intellectiua; à qua voluntas in obiecti propositione pendet. Ex his à fortiori deducitur 1. nos nec certos esse posse de habitu ipso fidei infusæ. Vel enim 28. hic non nisi cum gratia habituali infunditur, de qua certi esse non possumus: vel esto aliquando infundatur ante gratiam habitualem, vt docui *disp. 29. sect. 9.* Is tamen non infunditur, nisi præcedat sufficiens dispositio, quæ est ipse actus fidei infusæ, qui nobis certus esse nequit. 2. à fortiori neque nos certos esse posse de actu spei Theologicæ & infusæ: quia hic actus non solùm pendet à voluntate, proprioque motiuo supernat. sed etiam ab actu fidei infusæ, quẽ actus spei Theologicæ supponit.

Nec de actu attritionis vera.

Non sumus certi de habitu fidei infusa.

DICO 3. Potest iustus de sua iustitia moraliter 29. esse certus, certitudine excludente actualem formidinem, includente moralem potentiam ad formidandum. Triplex. n. moralis certitudo; infima actualem formidinem non excludens; media eam excludens; suprema etiam moralem potentiam ad formidandum excludens, qualis est, quòd Roma sit; quòd Troia fuerit. Poster. pars asser. est contra 30. *Soto. in Apol. contra Cathar. cap.* 2. vbi docet, posse iustum ad tantam certitudinem de sua iustificatione peruenire, quanta est de existentia Romę. Pro qua citatur etiam *Vega lib. 9. in Triden. cap. 46.* vbi tantùm dicit, posse iustos aliquos absque hæsitatione actuali credere, se inuenisse gratiam & remissionem pecc. iuxta 1. partem nostræ asser. Assertio nostra communior prob. Nullus iustus potest ea signa suę sanctitatis habere, quæ habentur, quòd Roma sit: hæc. n. habentur ex publica fama

Dari potest moralis saltem certitudo de sua iustitia.

Digitized by Google

tot virorum, ore & scripto id attestantium, totque saeculis constanter firmatâ, vt nulla penitus relinquatur moralis potentia ad dubitandum. At nemo citra privilegium divinae revelationis poterit tantam certitudinem de suâ iustificatione habere, vt si respiciat (vt *Triden.* docet) seipsum, suamque infirmitatem, formidare non possit.

31. Prior pars colligitur ex 1. *Ioan.* 4. *Timor non est in charitate; sed perfecta charitas foras mittit timorem:* Ita *Gregor. lib.* 6. *Epist. Epist.* 23. Leo Mag. *ser.* 8. *in Epiph. Bernar. ser.* 69. *in can.* qui etiam signa huius moralis certitudinis afferunt. Fundam. ea adeptae sanctitatis signa iustus habere, eoque lumine & illustratione Spiritûs S. ea cognoscere poterit, vt omnis actualis formido oppositae partis excludatur.

Solutio argum. 32. Ad 1. Pauli; nego, esse nobis certum, certitudine excludente omnem moralem potentiam dubitandi, huiusmodi attestationes esse à Spiritu S. quod necessarium est, vt certi simus de nostra iustificatione. Cùm enim haec signa non intuemur in se, semper dubitare possumus, an illa sint à Deo: imò etsi certi essemus, quòd essent à Deo, adhuc certi non essemus, quòd sint à Deo vt ab amico & nobis reconciliato; cùm saepe tales inspirationes & affectus Deus infundat etiam peccatoribus, vt à peccato conuertantur. *Chrysost. explic.* Chrysost. explica de certitudine in communi; non vt applicatâ huic, vel illi personae in particulari. Ad 2. etsi Paulus de suâ iustitiâ coram Deo, potuit esse certus ex peculiari revelatione, vt multi non incongruè colligunt ex 2. *Corinth.* 12. *Sufficit tibi gratia mea.* At nego ex *cit. loco* id colligi. Triplex enim est eius expositio. 1. quòd loquatur tantùm de praedestinatis in communi, de quibus suprà, *scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* 2. vt *to certus sum*, idem sit quod magnam confidentiam habeo. Ità Hieron. interpretatur, *Pro certo confido:* Ambros. *Confido; πιστοῦμαι*, vt aduertit *Bellarm. lib.* 3. *de iustific. cap.* 9. Tertia, vt loquatur de charitate Dei, quâ per merita Christi paratus est, dona suae gratiae nobis conferre, vt ex textu colligit *Vasquez* 1. 2. *disp.* 200. *cap.* 10. *Explic. Paul.*

34. Ad 3. sensus illius loci est, quòd ex parte nostrâ debeamus ita nos gerere, operantes opera condigna aeternae vitae, vt quantum fieri potest, illam certam faciamus coram Deo. Ad 4. Patres explica vel de certitudine morali, excludente solam actualem formidinem, non moralem potentiam ad formidandum; vel de certitudine diuinae promissionis suppositâ subiecti dispositione. Ad 5. neg. minor. Ad 1. prob. ab absurdo, neg. sequel. vt enim nec diuina prouidentia sugillari possit, nec aliquis dubius ad sacramenta accedere possit, sufficit, si tantùm moraliter certus esse possit de validitate suae dispositionis, & tantùm probabiliter certus de honestate operationis, quam exercet. Ad 2. prob. neg. conseq. cùm enim ad validum baptismum non requiratur actus supernat. ex parte baptizantis, sed sufficiat quaecunque intentio conferendi baptismum; & nulla requiratur ex parte pueri dispositio, possum esse certus, me validum baptismum confeciſſe, ita vt per illum puer gratiam consequutus sit. At cùm mea iustificatio pendeat ex propriâ dispositione, supernat. motiuo elicita, vel etiam ex voluntate alterius, mihi validum sacramentum conferentis, quae mihi certa esse non possunt, consequenter nec mihi mea iustificatio certa esse poterit. Ad 3. prob. neg. conseq. quando enim Deus reuelat aliquam veritatem vniuersalem in ordine ad particularem notitiam huius, vel illius singularis personae, de cuius legitimâ electione nequit maiori certitudine, quàm morali constare, tunc sufficit moralis certitudo de legitimâ electione talis personae, vt illa possit, & debeat diuinâ fide credi, vt infallibilis regula Ecclesiae à Deo electa. Talis est haec veritas: Omnis legitimè electus est infallibilis regula animata in proponendis rebus fidei. Haec enim ordinatur ad particularem notitiam huius, vel illius personae singularis, quia ordinatur ad designandam certam regulam animatam infallibilem, cui omnes fideles in rebus fidei credere teneantur: haec autem, vt patet, vt sit certa & nota omnibus, debet residere in aliqua certa persona singulari. Quare sola moralis certitudo de legitima electione huius hominis, sufficit ad credendum fide diuina, quòd hic numero homo sit verus Christi vicarius, Petri successor, infallibilis regula animata fidei. Haec enim moralis certitudo, vt substat diuinae prouidentiae, quam de Ecclesia sua Christus habet, vt semper illi de legitima regula infallibili fidei prouideatur, tollit omne dubium, sortiturque eandem planè certitudinem, quam habet propositio vniuersalis immediatè reuelata: quia includitur in illa, vt medium necessarium ad eam exequendam. Vnde in eadem propositione vniuersali implicitè Deus reuelauit hanc particularem, quòd quando electio huius vel illius Pontificis, est moraliter certa, quòd fuerit legitima, conclusio saltem vt explicata sit de fide certa: alioqui fruſtra reuelata esset vniuersalis propositio, si nunquam per particularem, per quam vt per medium ad certam personam vltimatè dirigitur, infallibiliter Ecclesiae innotescere posset. At verò quando propositio vniuersalis non reuelatur propter particularem certò cognoscendam, si de particulari non potest haberi certa notitia, nec de illâ certa fides haberi poterit. Talis est illa vniuersalis in Scripturis: *Omnis contritus recipit gratiam: Omnis ritè dispositus ad sacramentum accedens iustificatur.* Haec .n. non ideò est reuelata, vt hic vel ille in particulari certò sciatur esse in gratia, sed vt omnes sint de suâ salute solliciti, bene semper operando: ad hoc autem potiùs praestat, nos nescire, an simus in gratia, vt maiori cum sollicitudine nostram operemur salutem. Vnde esto maiora habeamus signa de validitate nostrae dispositionis, quàm de legitimâ Pontificis electione, adhuc nunquam de nostrâ iustific. erimus certi, vt sumus de hoc numero Pontifice: quia moralis certitudo de electione huius singularis personae substat diuinae prouidentiae, cùm sit medium necessarium ad propos. reuelatam exequendam, atque adeò in eâ implicitè reuelata. Moralis autem certitudo nostrae dispositionis, non substat diuinae prouidentiae: quia non est implicitè reuelata in vniuersali; cùm non sit intenta vt medium ad propos. vniuersalem particulariter in singulari personâ verificandam. Ex his patet ad confirmationem. *Explic. testim. Petri.* 35. *Explic. Patres.* 36. *Ad 5. ad absurd.* 37. *Ad pari.*

Non hinc esse contritum vel attritum

Ad 4. prob. neg. antec. non .n. tenemur certò fide credere, in hâc numero hostiâ esse realem Christi praesentiam, sed solùm in hostia ritè consecratâ. Quia verò haec vniuersalis per se non ordinatur ex intentione reuelantis ad verificandum hanc, vel illam hostiam, esse diuinâ fide credendam, vt ordinatur illa propositio; omnis legitimè electus in Pontificem est verus Christi vicarius, etsi de hac numero hostiâ habeatur moralis certitudo, quòd sit ritè consecrata, non tamen tenemur diuinâ fide credere, in illâ esse realem Christi praesentiam, vt credere tenemur, hunc numero Pontificem esse infallibilem Ecclesiae regulam in rebus fidei proponendis. Quamuis esset temerarius, & meritò de

39. *Non est de fide in hac numero hostia esse realem Christi praesentiam.*

38. *Potest quis esse certus hunc Pontificem esse Petri successorem.*

Digitized by Google

fide suspectus, qui absque fundamento negaret, in hâc numero hostiâ, esse realem Christi præsentiam; quia cùm nullum haberet fundam. de non legitimâ consecratione, præsumeretur dubitare de
40. propos. revelatâ. Ad 5. prob. neg. antec. ad 1.
Ad 5. prob. ex test. Paul. Resp. Ilud intelligi de probatione per moralem certitudinem, vti aliud 1. *Corinth* 11. *Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat &c.* Sicut .n. hæc probatio intelligenda est quoad moralem certitudinem, qualem tantùm habere debent qui ad sacra. Euchar. accedunt: ita de eâd. morali intellige primum testim. de eâdem
41. *Anselmum.* Augustinus solùm loquitur de fide
August. declar. quoad substantiam actûs: quo pacto evidens est, nos credere dum credimus; non de fide quoad modum, qui semper nobis obscurus est & occultus; cùm pendeat ex solo & immediato testimonio Dei dicentis, vt motivo formali: quod nunquam nobis est certum, vtrum cum tali motivo misceatur etiam motivum humanum: vt constat in hæreticis, qui dum credunt se credere ex immediato testimonio divino, credunt ex immediato testimonio humano, concurrente testimonio divino
42. solùm vt obiecto materiali. Ad 3. prob. concedo,
Ad 3. prob. qui credit mysteria fidei, certò credere suam fidem esse veram & Catholicam obiectivè; sumque actum, quo credit, esse fidei Catholicæ quoad substantiam: nego certò credere, suum actum, quo credit, esse veræ & Catholicæ fidei quoad modum, & proprietates omnes, quas vera & Catholica fides ad salutem necessaria postulat. Nego, dubitantem de modo suæ fidei, dubitare etiam de obiecto fidei, cùm de obiecto simus certi, quòd sit à Deo revelatum; non simus certi, quòd actus, quo tale obiectum credimus, habeat omnes conditiones ad supernat. fidem requisitas. Ad 4. prob. 1.
43. neg. antec. potest .n. quis actu naturali, ex motivo humano elicito, revelata mysteria credere, vt de facto illa credunt heretici. 2. esto ad omnem actum fidei requiratur aliquod auxilium indebitum per Christum; adhuc nego, nos certos esse de fide supernat. quoad substan. qualis ad iustific. requiritur; sed ad summum de aliquo actu fidei, sive sit supernaturalis quoad substan. sive quoad modum. Ad 5. fidelis experitur, se mysteria fidei credere supra omne credibile quoad obiectum; quia
44. Ad 5. nimirum credit illud, vt à Deo revelatum, esse credibile, conced. experitur se credere suprà omne credibile quoad modum credendi, neg. hoc .n. est credere ex solo & immediato testimonio Dei revelantis: quod nobis certum esse nequit. Confir. etiam hæretici parati sunt pro suâ fide propriam vitam dare, cùm tamen illa sit tantùm humana fi-
45. des. Ad 6. dist. maior. vnusquisque experitur, cùm primùm mysteria fidei proponuntur, se illa credere humano testimonio proponentis, ex speciali auxilio Dei quo pacto illa credi debent, vt talis fides sit dispositio ad fidem divinam, ad iustificationem requisitam, nego; cùm possit hæc mysteria credere actu meræ naturali, viribus tantùm naturæ elicito. 2. esto sit certus, se illa credere fide humana ex speciali auxilio Dei; certumque etiam sit, Deum humana fide credenti mysteria revelata conferre auxilium, ad ea ipsa credenda fide divina; adhuc neg. posse nos esse certos de actu supernat. fidei divinæ, defectu voluntatis liberè applicantis intellectum ad assensum fidei ex solo & immediato
46. Ad 7. testimonio Dei attestantis. Ad 7. Nullus fidelis dubitare potest, se esse fidelem quoad mysteria & doctrinam, quam in religione Christiana profitetur, conced. quoad habitum, vel actum veræ fidei supernat. neg. potest .n. quis dubitare, se esse ritè baptizatum, & consequenter se habere habitum infusum fidei: item de vero actu fidei divinæ: etsi nunquam dubitare liceat de vera doctrina, & mysterijs revelatis, quæ in Christiana religione profitetur.

DISPVTATIO XXXV.

De Merito.

SECTIO PRIMA.

An inter nos & Deum proprium meritum intercedat.

PRIMA sent. seu error negat, inter nos & Deum proprium intercedere meritum: *Luther. & Calvin.* qui *lib. 3. instit. cap. 15. n.* 2. contra meriti nomen acerrimè invehitur; Patres & Scholast. carpit, quòd tam fastuosum nomen cum magno orbis detrimento introduxerint; pessimè eos fidei sinceritati consuluisse docet. & quamvis *nu.* 3. fateatur, placere bona opera nostra Deo, nec suis authoribus infructuosa esse; ea tamen non ex se, sed ex divinâ benignitate, valorem & pretium illis statuente id habere arbitratur: ita posteriores hæretici concedunt operibus bonis aliquid meriti, sed ex indulgentiâ & benignitate extrinsecâ Dei, non ex naturâ & dignitate operum: alio falso nixi principio, quòd nullam in nostris operibus agnoscant intrinsecam bonitatem: *nihil*, inquit Calvin. cit. n. 3. *ab homine exit quantumvis perfecto, quod non sit aliqua maculâ inquinatum. Tantùm hoc homini assignamus, quòd ea ipsa, quæ bona erant, sua impuritate polluit & contaminat.* Altior radix erroris horum hæret. est, quòd laudem boni operis bonique; voluntatis partiri cum Deo, absurdum impiumque iudicant, quasi tota laus boni operis post lapsam naturam in solam gratiam referenda sit: ita Calvinus *lib. 2. Instit., c. 3. n. 6. quidquid boni est in voluntate, vnius gratiæ est opus; omnes bonorum operum partes à primo motu Dei esse proprias:* & cap. 5. n. 2. sic concludit. *Quòd si gratia Dei in nobis agit; illa ergo, non nos, qui non laboramus, coronabitur.* Quem errorem ex alio deduxit, quòd post naturam lapsam nulla remansit in homine libertas, sine quâ meritum non esse, evidens fatetur ibid. *Acutè sanè hoc animaduertunt, nullum iam superesse locum meritis, si non ex liberi arbitrij fonte prodeant; sed quòd istud tantopere ducunt, longè aberrant.* Suumque errorem Augustino tribuit: *Neque enim dubitat Augustinus passim pro necessario docere, quòd ita nefas confiteri putant: quemadmodum vbi dicit: Merita quorumlibet hominum quæ sunt? Quando ille non cum mercede debitâ, sed cum gratuitâ gratiâ venit, omnes peccatores solus à peccatis liber ac liberator inuenit: Si redditur tibi quod debetur, puniendus es:* quasi alia merita non agnoscat in homine lapso Augustinus, quàm peccata, ob quæ puniatur. *Si vis esse alienus à gratiâ, iacta merita tua. Peccata sunt tua: merita autem Dei. Supplicium tibi debetur: & cùm præmium venerit, sua dona coronabit, non merita tua.* Iactant & illud de prædestinatione SS. cap. 15. *humana hic merita conticescant, quæ per Adam perierunt, & sola regnet, qua regnat*

1. *Prima sent.* *Hæresis*

Radix erroris altior

Dei

Digitized by Google

Dei gratia per Iesum: & de correpț. cap. 12. *Merita, per quod habere potuit, per hoc perdidit, hoc est per liberum arbitrium*, quod amissum est in Adam: quasi diceret: vt homo possit acquirere merita supernaturalia, debet vsus gratiæ committi libero arbitrio. At soli naturæ Adæ integræ creditus est vsus gratiæ, *quam Deus reliquit in eius libero arbitrio:* à naturâ verò lapsâ non pendet vsus gratiæ, cùm per gratiam debeat natura erigi: neque vsus gratię pendet à libero arbitrio, quod perditum est, & per gratiam liberatur à seruitute peccati necessitante. Igitur si in statu naturæ integræ merita erant liberi arbitrij, quia vsus gratiæ pendebat à libero arb. in lapsâ merita liberi arbitrij nulla sunt, quia nullus gratiæ vsus pendet à libero arbitrio, cui ademptus est propter pecc. orig. & è conuerso vsus liberi arbitrij traditus est gratiæ necessitanti, quæ est veluti frœnum quo Deus hominem, vt iumentum moderatur. Concludit Caluinus in *Triden. sess. 6. c. 4. Qui ergo motum aliquem libero arbitrio proprium tribuunt, nil aliud, quàm Spiritum S. discerpunt:* nulla proinde merita libero arbitrio adscribenda modò sunt, sed soli diuinæ gratiæ ac Deo, qui solus hominem liberè agit versatque. Verùm quis non videt (vt cætera taceam) quàm inconsequenter isti hæretici loquantur: dum concedunt, tolli meritum, libero arbitrio sublato; non tolli supplicium, culpæ debitum? hoc apertè fatetur *cit. cap. 5. n. 2.* Caluinus: *De pœnis respondeo, illas iure nobis irrogari, à quibus peccati culpa emanat. Quid enim refert liberone iudicio, an seruili, modo voluntaria cupiditate peccetur?* quasi verò, à libertatis fonte nullâ ratione pendeat meritum, laus, præmium; à quo tamen fonte, vt à principali ac solâ causâ pendet demeritum, vituperium, supplicium: quod gentiles philosophi, & legum latores solo naturæ ductu cognouerunt. Certè si per *Caluin.* non potest absque libero arbitrio esse meritum, & consequenter præmium ei respondens, neque culpa esse poterit ac pœna iure illi debita: nam *vbi natura necessitasque dominatur*, clamat *lib. 3. de lib. arb. c. 1.* August. quem profitetur autumat Caluinus, *neque culpa vlla deprehendi potest:* cùm non minùs necessitas adimat ab opere rationem culpæ ac pœnæ, quàm meriti ac præmij: nam vbi natura necessitasque operatur, non voluntati, sed necessitati, voluntatem præuenienti opus tribuitur. Vnde Optatus Milleuit. lib. 7. aduersus Parmen. *Quidquid necessitas peccat, non potest accusari: Voluntas habet pœnam, necessitas veniam.* Idque euidenter constat in pueris ac fatuis, in quibus sicut ob necessitatem, quę in illis operatur, nulla mala imputantur ad pœnam; ita nec vlla bona ad præmium.

Quasi vsus gratiæ nullus sit in lib. arb. relictus

Si à lib. arb. nullum meritum; nec culpa est

2. Secunda sent. nonnullorum Cathol. negans, inter nos & Deum intercedere perfectum meritum de condigno, sed tantùm de congruo. Congruum est, quod caret condignitate valoris ad præmium. Condignum est, quòd valoris condignitatem habet ad præmium. *Durand. in 2. dist. 27. qu. 2. à n. 12. & dist. 42. qu. 2. n. 5. Cregor. in 1. dist. 17. qu. 1. art. 2. post. concl. 3.* & sequitur ex sent. opera iustorum non esse ex se vitâ æternâ condigna, sed ex extrinsecâ voluntate & lege Dei, illa ad tale præmium acceptantis, ita *Vega de iustif. q. 5. Palaus in 2. dist. 27. disp. 2.* & omnes fere Scotistæ. Probatur ad *Rom. 6. Gratia Dei vita æterna.* In quę August. *in Enchir. cap. 107. Intelligendum est igitur etiam ipsa hominis bona merita, esse Dei munera, quibus vitam æternam reddatur; quandoquidem gratia pro gratia reddatur.* Si igitur vita æterna est gratia, merces esse non potest. Confir. ex Apost. non ita demerita mercen-

2. Sent.

Theologi distinguunt duplex meritum.

tur mortem, sicut merita vitam & gloriam. 2. ad *Rom. 8. Non sunt condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam.* 3. semper Deus, iuxta Theolog. axioma, præmiat vltra condignum, & punit citra condignum. Igitur iustorum opera non sunt de condigno meritoria æternæ vitæ: non n. præmiarentur vltra, sed iuxta condignum. 4. nullum ius suis meritis iusti ad gloriam acquirunt, cùm possit Deus absque vlla in iustitia illis gloriam denegare. Ergo nullam habent eorum merita ad gloriam condignitatem: hæc enim fundatur in perfecto iure iustitiæ.

3. *Opera iustorum sunt verè æternæ vitæ meritoria.*

DICO 1. Opera iustorum sunt verè æternæ vitæ meritoria apud Deum, ac proinde inter nos & Deum verum meritum intercedit. Assertio definita in *Triden. sess. 6. can. 32.* ex sacris literis, in quibus nihil tam frequens, quàm vitam æternam promitti nostris operibus, vt mercedem: *Sapien. 5. & 10. Eccles. 18. Matth. 5. & 20. Luc. 6. 1. Corinth. 3.* vt coronam, *1. Corinth. 9. 2. ad Timoth. 4. Iacob. 1. 1. Petr. 5. Apocal. 2.* vt præmium & brauium, *1. Cor. 9.* vt Retributionem, *Psal. 65. Matth. 16. ad Rom. 2.* Dari secundùm mensuram nostrorum operum & laborum *Psal. 65. Matth. 26. Luc. 6. ad Rom. 2. 1. Cor. 3. Apoc. vlt.* Retribui ex iustitia 2. *ad Timoth. 4. ad Hebræ. 6.* Conferri præuio operum examine, *Matth. 25.* Quin & nomen meriti, contra quod tantopere inuehitur *Caluin.* expressum reperitur *Eccles. 16. Omnis misericordia faciet locum vnicuique secundùm meritum operum suorum:* & ad Hebr. 13. *Beneficentiæ & communionis nolite obliuisci, talibus enim hostijs promeretur Deus:* sc. passiue: idem sonans, ac *promeremur Deum.* Portò nihil tam familiare Patribus, Græcis, Latinis, quàm nomen *Meriti, Mercedis, Præmij, Coronæ.* Vnde regnum cælorum appellant, *Venale.* Ex Græcis meritum astruunt Iustinus in Apolog. 2. medio: *Cùm opinio hominum sit pro operum meritis cuilibet præmium redditum iri, ipse quoque Deus remunerationem suam factorum meritis responsuram esse per propheticum spiritum prædicit: homines qui dignos se Dei voluntate & consilio operibus præstiterint, cum eo vitæ futuros esse meritis suis, sumpsimus.* Origenes lib. 2. in Epist. ad Rom. *non pro naturâ vnicuique Deus, sed pro operibus suis reddit.* Basilius orat. in init. Prouerb. fine: *Omnes Angelicam*, siue, vt nonnulli legunt, *Euangelicam viam ambulantes, mercatores sumus, per opera mandatorum nobis possessionem cælestium negotiantes.* Chrysost. hom. 4. de Lazaro circa med. *Si iustus est Deus, & his & illis reddet pro meritis, & hoc in confesso est: quod si & his & illis respondet pro meritis, hic vero nullus eorum recepit, neque ille improbitatis pœnam, neque hic virtutis præmia, perspicuum est, restare tempus aliud, in quo congruens præmium eorum vterque ferat.* Nazianz. orat. in sanctum Baptisma fines: *Crede præterea resurrectionem, iudicium, mercedem ad iustam Dei lancem exigendam:* qui eâdem fidei certitudine credendum esse docet resurrectionem, futurum iudicium, ac præmij retributionem iuxta meritorum exigentiam & mensuram. Ex Latinis Tertull. *lib. de Resur. carnis* post med. *Ordo meritorum, dispositorum nomine disponetur. Aduersa autem cum corpori quoque adscribantur, ordo quoque corporum distinatur necesse est, vt possit esse meritorum.* Cypria. de vnitate Eccl. agens contra eos qui sunt discordes: *Occidi talis potest, coronari non potest:* concludit: *Iusti ista opus est, vt præmiari queat, posse Deum iudicem. Præceptis eius & monitis obtemperandum est, vt accipiamus merita nostræ mercedem.* Et lib. de opere & Eleemosy. circa med. *Operibus bonis & moribus Deum promereris.*

4. Tertull.

Cypria.

Iustin. Orige.

Basil.

Chrys.

Naz. anz.

Digitized by Google

Hilar. c. 5. in Matth. *Omnem expectationem nostram in fide repromissionem, & virtutis suæ potestatem exegit collocari, vt curâ rerum, quibus indigemus, omissâ, ab eo potiùs omnia, à quo ipsi vitale exordium sumpsimus, expectamus, regnumque Dei vita nostra stipendijs quæramus: & hæc rectè perfectéq; viuentium merces est.* Et cap. 6. *De nostro est beata illa æternitas promerenda, præstandumq; est aliquid ex proprio, vt bonum velimus, malum omne vitemus, totoq; affectu præceptis cælestibus obtemperemus* Ambros. lib. 1. de offic. c. 15. *Nonne euidens est meritorum aut præmia, aut supplicia post mortem manere?* Hieron. lib. 2. aduers. Iouin. de denario diurno: *Populo gentium primo redditur merces, quia in crucifixum credens dominum, difficultate fidei magnitudinem meruit præmiorum. Vnus autem denarius non vnum est præmium, sed vna vita, & vna de gehennâ liberatio. Cæterùm quomodo ad indulgentiam principalem diuersorum criminum rei dimittuntur de carcere, & vnusquisque pro labore vel operibus suis in hoc, vel in illo statu vita est: ita & denarius quasi indulgentia veri Principis omnes per baptismum emittit de carcere: Iam nostri laboris est pro diuersitate virtutum diuersa nobis præmia præparare.* Augustinus Epist. 105. ad Sixt. postquam in confutationem erroris Pelag. dixit: *Quæ sua merita iactaturus est liberatus, cui si digna suis meritis redderentur, non esset nisi damnatus?* ne merita omnia negare videretur, statim subdit: *Nullane igitur sunt merita iustorum? sunt planè; quia iusti sunt: sed vt iusti fierent, merita non fuerunt.* Quibus verbis manifestè constat, eum non negasse merita hominis, quæ gratiam supponunt, & à gratiâ valorem condignitatemq; accipiunt, sed merita ex solis liberi arbitrij viribus proficiscentia. Quam veritatem sæpè alibi inculcat, vt quamuis solius Dei sit, hominis voluntatem per præuenientem gratiam præparare, nostræ tamen voluntatis esse, gratiæ consentire, vel dissentire: Proinde etsi nullum sit nostrum meritum, vt gratiâ præueniamur, nostrum tamen meritum esse, vt gratiâ præuenienti consentiamus: & 1. Retract. cap. 23. *Quod dixi, nostrum est credere & velle, illius autem dare credentibus & volentibus facultatem benè operandi per Spiritum S. verum est quidem, sed eâdem regulâ vtrumque ipsius est, quia ipse præparat voluntatem: & vtrumque nostrum, quia non fit nisi volentibus nobis.* Prosper in responsione ad 6. cap. Gall. concilians meritum cum gratia & libero arbitrio sic scribit: *Iustificatus itaque homo, id est, ex impio pius factus, nullo præcedente bono merito accipit donum, quo medio acquirat & meritum, vt quod in illo inchoatum est per gratiam Christi, etiam per industriam liberi augeatur arbitrij, nunquam remoto adiutorio Dei, sine quo nec proficere, nec permanere in bono quisquam potest.* Et lib. 2. de vocat. gent. cap. 12. *Vt quod non potest, nisi cooperante Spiritu Dei fieri, eorum meritis deputetur.* Gregorius lib. 33. Moral. cap. 20. *Bonum quippe quod agimus, & Dei est, & nostrum: Dei per præuenientem gratiam, nostrum per obsequentem liberam voluntatem. Si enim Dei non est, vnde ei gratias agimus? si nostrum non est, vnde nobis retribui præmia speramus?* Anselm. in cap. 2. Epist. ad Rom. fine: *Non enim iure quisquam laudari potest solis suis meritis, si ei gratia superna defuerit: sed cuicunque gratia illa affuerit, hunc verè laudabilem facit.* Et in cap. 3. Epist. ad Galat. *Vnusquisque propriam mercedem recipiet secundùm suum laborem. Ideo posuit promissiones pluraliter, vt per merita dignioris vitæ festinarent ad præmium maioris gloriæ.* Bernard. ser. 68. in can. *Merita habere cura; habita, data noueris: fructum speraueris Dei misericordiam, & omne periculum euasisti paupertatis, ingratitudinis, præsumptionis. Pernicioſa paupertas, penuria meritorum:* qui ita merita attruit, vt præsumptionem, ne illa à Deo principaliter non agnoscamus, cauendam moneat. Et serm. 81. Arbitrij libertatem, ex quo tanquam ex fonte merita promanant describens ait: *Arbitrij libertas hæc est planè diuinum quoddam præfulgens in animâ, tanquam gemma in auro. Ex hac nempe inest illi inter bonum & malum, nec non inter vitam & mortem, sed & nihilominus inter lucem & tenebras, & cognitio iudicij, & optio eligendi, & si qua sunt alia, quæ similiter circa animi habitum se è regione respicere videantur, nihilominus inter ipsa censorius quidam Arbiter is animæ oculus diiudicat & discernit: sicut arbiter in discernendo, ita in eligendo liber. Vnde & liberum nominatur arbitrium, quòd liceat versari in his pro arbitrio voluntatis. Inde homo ad promerendum potis. omne enim quod feceris bonum malumve, quod quidem non facere liberum sit, meritò ad meritum reputatur:* concludit: *Vbi amiè non est libertas, nec meritum: propterea quæ sunt carentia ratione animalia nihil merentur, quia sicut deliberatione, ita & libertate carent.* Tanti refert, liberone iudicio, an necessario quis ad opus feratur; cùm illud hominis, hoc bestiæ sit proprium. Nullus autem homo sanus pecudi similem se facit, eoque statu post lapsum Adæ se constituit, vt iudice Bernar. *lib. de gra. & lib. arb.* nec miser, nec beatus esse possit, cùm vtrâuis parte id illi adimatur, quod solum in eo miseriæ ac beatitudinis est capax, nempè libera voluntas.

Ambros. Augustin. Prosper Gregor. Anselm. Bernard. luculente

DICO 2. Opera iustorum sunt de condigno, & non tantùm de congruo, æternæ vitæ meritoria. Assertio hæc etsi de fide non sit, cùm nullibi sub his terminis definita sit, ex fidei tamen principijs probabilissimè deducitur: nam meritum absolutè dictum, meritum condignum importat. Prob. 1. *ad Rom.* 8. Filij Dei dicuntur, qui Spiritu, hoc est gratiâ Dei, aguntur. Si Filij, & hæredes; vt *Apost. ibid.* arguit. Filius autem & hæres dicitur, qui condignitatem habet ad propria bona patris. Igitur iusti iure suorum meritorum condignitatem habent ad gloriam. *Sapien.* 3. dicitur Deus tentasse iustos; eosque dignos se inuenisse. Ratio: cùm gratia habitualis sit singularis & augusta quædam participatio naturæ diuinæ quoad totum esse intellectuale communicabile creaturæ, est perfectior quoad entitatem gloriâ, quæ est tantùm participatio principij intuendi Deum: sed gratia habitualis suam dignitatem communicat omnibus operibus ab ipsâ proficiscentibus: igitur opera iustorum à gratia habituali profecta sunt condigna vitâ æternâ, condignitate intrinsecâ, & non tantùm extrinsecâ, per extrinsecam acceptationem Dei. Reliqua verò bona opera, quæ à gratia non dignificantur, vt sunt, quæ gratiam tempore, aut naturâ præcedunt, erunt tantùm de congruo meritoria apud Deum.

5. *Opera iustorũ sunt de condigno meritoria æterna vita.*

à priori.

Ad primum errorem eiusque fontem. Resp. nullus Cathol. partem boni operis vnam tribuit sibi, alteram Deo; nec sibi soli tribuit bonum vsum gratiæ, sed ipsi gratiæ vt principali causæ, & sibi seu libero arbitrio solùm vt determinanti ad exercitium, sicut & ad vitalitatem actus; per quod liberum exercitium viribus gratiæ potens laudem & meritum sibi acquirit homo. Alioqui in vanum diceret Apost. *Abundantiùs omnibus laboraui, non ego, sed gratia Dei mecum* 1. Cor. 15. *Bonum certamen certaui: reposita est mihi corona iustitiæ.* 2. Timot. 4. si actus bonus est totus & totaliter à Deo, aut ita partes eius omnes Deo propriæ, vt contendunt hæretici. Frustra Ezechiel 18. clamat. *Convertimini, agite pœnitentiam: facite vobis cor nouum, & spiritum*

6. *Error Calumni conuincitur*

Digitized by Google

& spiritum nouum, si determinatio ad exercitium operis expectanda nobis est à Deo, & vsus gratiæ in libero arbitrio positus non est. Certè ita hominem lapsum hortantur, monent, & terrent scripturæ, vt Deus hominem rectum & integrum: *quocunque die comederis, morte morieris* Gen. 2. ergo adhuc homo lapsus est dominus suorum operum, & gratia in eius arbitrio posita. Vulnus aliud non accepit, quàm ignorantiæ & concupiscentiæ inclinantis, non necessitantis libertatem ad malum. Ergo nec opus homini lapso aliâ gratiâ, quàm illustrante & inclinante, vberiore licèt post lapsum, quæ concupiscentiæ præponderet, non necessitante libertatem; vt relinquatur locus merito, quod est opus liberaliter ac liberè impensum in obsequium Dei: & cùm nullum hæretici agnoscant meritum per actum necessarium, fateantur indifferentiam libertatis non esse amissam. Et sanè si ex eo, quòd Deus operatus est velle bonum in Angelis & hominibus, rectè boni laus Deo adscribitur: ex eo quoque, quòd Angeli & homines operentur bonum aliquid in eos laudis deriuari par est. At, inquis, illud Apost. *Non est volentis neque currentis &c. Deus operatur in nobis velle*, nusquam August. applicat Angelis, vel Adæ: ergo laus boni operis in homine lapso, est solius Dei. Sed contrà: nemo Cathol. ausus est dicere, quòd laus boni operis in Angelis fuerit solius liberi arbitrij, & non Dei, licet liberum arbitrium determinauerit Angelum ad exercitium boni operis: nullus enim ita cœcus est, vt non videat, opus supernat. non posse tribui soli naturæ, aut libero arbitrio, sed primas partes adscribi gratiæ supernat. & Deo, cuius hic est proprius operandi modus: aliquid tamen laudis ex bono opere in liberum arbitrium, quod ad exercitium determinat, redundare, ratio persuadet. Cùm liberum arb. possit esse causa totalis deficiens, licet minima sit pars meriti efficiens. Ideò rectè Apost. monet: *Non est volentis* principaliter, nec Angeli, multò minùs hominis principaliter: *Deus operatur in vtroque velle* per suam gratiam principaliter; in homine maximè, in quo potentior atque vberior gratia est necessaria. Neuter glorietur, *quasi nihil acceperit* à Deo, nisi naturam, cuius solius viribus salutem operetur. *Si accepisti* gratiam radicem meriti, *quid gloriaris*, ô homo, ô Angele? fortè quia alius non operatur, sed acceptæ pariter gratiæ solus deest, tu gratiam non accepisti? aut ita gloriaris præ illo, *quasi non acceperis*? Constet Gregorij sent. 33. Moral. cap. 20. *Bonum quod agimus, Dei est & nostrum*. Idem sentiant Angeli, cum hoc discrimine; nos trahamur oportet, præueniamur à gratia, eâque semper adiuuemur: Angelis nil opus trahi; cùm nulla in eis reluctetur concupiscentia: à gratiâ eos præueniri necesse est, & adiuuari ad opus meritorium supernat. licet ad non peccandum sufficiat natura integra. Maximè ergo Dei gratiæ adscribendum meritum Angelorum, etsi vsus illius minùs principaliter pependerit à libero arbitrio, & aliquid laudis ex bono vsu in Angelos bonos redundet. Imò etiamsi nullus Angelorum cecidisset, primas meriti partes diuinæ gratiæ adscriberent, sibi postremas. Nec est, cur sibi plus tribuant, quia aliqui ceciderunt: aut minùs gratiæ tribuant boni, quia alijs cadentibus ipsi steterunt per liberum arbitrium: quia stando, per liberum arbitrium nihil sunt promeriti, sed per amoris Dei actū supernat. viribus gratiæ cum libero arbitrio elicitum. Cùm igitur totum posse actum meritorium habeat liberum arbitrium siue angelicum, siue humanum per gratiam, sibi immerenti collatam, & per maiorem gratiam, etiam facilitatem operandi merendique, non est cur sibi magis tribuat, etiamsi cum eadem alij non operentur. Concludo ex *Cælestino* 1. *epist.* 1. *ad Episc. Galliæ*, fine: *Tanta erga omnes homines est bonitas Dei, vt nostra velit esse merita, quæ sunt ipsius dona; & pro his quæ largitus est, æterna præmia sit donaturus. agit quippe in nobis, vt quod vult, & velimus & agamus*. Quem explicat *Triden. sess.* 6. *can.* 32. *Si quis dixerit hominis iustificati bona opera ita esse dona Dei*, vt non sint etiam bona ipsius iustificati merita, anathema sit.

Ad testim. August. à Caluino adducta. Resp. August. *ibi.* contra Pelag. egregiè ostendere, nulla esse in homine merita sine gratiâ Dei per Christum, vt se ipse explicat lib. *de gra. & lib. arb. c.* 6. *Si merita nostra sic intelligerent, vt etiam ipsa Dei dona esse cognoscerent, non esset reprobanda ista sententia: quoniam vero merita humana sic prædicant, vt ex semet ipso habere hominem dicant, prorsus rectissimè respondet Apostolus:* Quis te discernit? quid habes quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? *prorsus talia cogitanti verissimè dicitur, dona sua coronat Deus, non merita tua, si tibi à te ipso, non ab illo sunt merita tua: hæc enim si talia sunt, mala sunt: qua mala sunt, non coronat Deus: si autem bona sunt, Dei dona sunt*: & ca. 7. sic concludit: *si ergo dona, sunt bona merita tua, non Deus coronat merita, tanquam merita tua, sed tanquam dona sua*. Quo discursu non negat August. homini merita simpliciter, sed solùm vt causæ principali ac primariæ, proficiscentia ex solius arbitrij viribus. Hanc August. mentem ampliùs explicans Prosper *lib.* 2. *de vocat. gen. c.* 26. ait: *Gratia quidem Dei in omnibus iustificationibus principaliter præminet, suadendo, monendo, incitando, dando intellectum, inspirando consilium, eorque ipsum illuminando, & fidei affectionibus imbuendo: sed etiam voluntas hominis subiungitur ei atque coniungitur, quæ ad hoc prædictis est excitata præsidijs, vt diuino in se cooperetur operi, & incipiat exercere ad meritum, quod superno semine concepit ad studium, de suâ habens mutabilitate, si deficit: de gratia opitulatione, si proficit. Quæ opitulatio per innumeros modos, siue occultos, siue manifestos, omnibus adhibetur; & quod à multis refutatur, ipsorum est nequitia: quod autem à multis suscipitur, & gratia est diuina, & voluntatis humanæ. Siue igitur initia siue profectus fidelium. siue vsque in finem perseverantium cogitemus genus; nulla species cuiusquam virtutis occurrit, quæ vel sine dono diuinæ gratiæ, vel sine consensu nostræ voluntatis habeatur. Ipsa enim gratia* (concludit) *hoc omni genere medendi atque auxiliandi agit, vt in eo quem vocat, primam sibi receptricem & famulam donorum suorum præparet voluntatem*. Et Bernardus æquè August. sectator. *lib. de gratia & lib. arb. post. init. Quod ergo à solo Deo & solis datur libero arbitrio, tam absque consensu esse non potest accipientis, quàm absque gratiâ dantis: & ita gratia operanti salutem cooperari dicitur liberum arbitrium, dum consentit, hoc est dum saluatur*. Quin August. *de gra. & lib. arb.* cap. 17. magis se explicans ait: *Cooperando perficit Deus, quod operando incepit: quoniam ipse subiungit, vt velimus, operatur incipiens qui volentibus cooperatur perficiens. Vt ergo velimus*, concludit, *sine nobis operatur; cùm autem volumus & sic volumus, vt faciamus, nobiscum cooperatur*. Et q. 2. ad Simpl. *Aliter Deus præstat vt velimus, aliter præstat, quod volumerimus: vt velimus, & suum esse voluit, & nostrum: suâ vocando, nostrum sequendo. Quod autem volumerimus solus præstat, id est posse bene agere & semper beatè viuere*. Qui ita primas

7. *Nota & disp. 6. n. 40. Cui tribuendum opus gratiæ*

8. *Homo non est causa principalis meriti*

partes boni operis tribuit Deo vt secundarias non neget libero arbitrio: licet aliquid in omni bono opere tribuat Deo, in quo nihil participet creatura, quod est ipsum posse supernat. quod ita est Dei, vt nullo pacto sit creaturæ: cùm ante ipsum posse, nihil supernaturale valeat creatura operari.

9. *Radix meriti perijt*

Ad illud; *per liberum Ada arbitrium merita omnia perijsse*, resp. verum id esse; quando per illud pecc. perijt radix meriti, sc. gratia originis, quæ hæreditaria amplius non est, sed per Christum confertur malè merentibus indignisque, *vt sola regnet*: hoc est, à solâ gratiâ incipiat salus ac meritum æternæ vitæ: sed vt ait Bernardus lib. de gratia & lib. arb. *Quod à sola gratiâ cœptum est, ab vtroque perficitur*, scilicet à gratiâ principaliter, à libero arb. minùs principaliter ac secundariò, dum ipsum gratiæ primò mouenti obsecundat. Et ipse se Augustin. explicat *de gra. & lib. arb. cap.* 6. *Cui redderet coronam iustus iudex, si non dedisset gratiam misericors pater? quomodo esset ista corona iustitiæ, nisi præcessisset gratia, qua iustificat impium? quomodo ista debita redderetur, nisi priùs illa gratuita donaretur?* subdit: *ita bona opera, si non ea præcessissent cogitationes bonæ, nulla essent. Attendite: non quia idonei sumus cogitare aliquid à nobis tanquam à nobismetipsis*: hoc est, in Adam omnem bonam cogitationem de merito, non meritum tantùm, amisimus. Hâc igitur gratiæ radice in Adam per ipsius liberum arb. vt per causam adæquatam perditâ, & cum eâ, sanâ atque integrâ naturâ cum suis omnibus indebitis ornamentis; perdidimus & merita humana supernat. quæ habere potuissemus per gratiam, vt causam princip. & liberum arb. vt minùs principalem & secundariam: in eius tamen locum succedit hoc statu vberior ac potentior gratia Christi, quæ non necessitando, sed illiciendo & suadendo, liberum arb. peccato Protoparentis inclinatum & debilitatum, erigit ac promouet ad opera supernat. æternæ vitæ meritoria: cùm nec vllus Adæ actus potuerit liberum arb. essentialem naturę humanæ proprietatem extinguere (nullus .n. actus subiecti proprius destruit naturam ipsius) nec gratia Christi debilior sit, & inefficacior gratiâ Adę collatâ, quasi liberum arbit. peccato infirmatum erigere & roborare non valeat, ipsi par aut maius pondus in bonum honestum imprimendo quàm concupiscentia in bonum delectabile adijciat.

restituta per Christũ vberior

10. *Concordia gratiæ & liberi arb. summa*

Quare, esto per peccatum Adæ perierint merita, quæ habere potuissemus per gratiam originis, & integritatem naturæ ab ipso nobis communicandam: quia tamen cum gratiâ non perijt liberum arbit. *vt disp.* 6. & 25. neque perierunt merita, quæ per gratiam Christi copiosiorem hoc statu habere possumus, vsu gratiæ etiam copiosioris relicto quoad exercitium in potestate secundariâ liberi arbitrij: cùm hoc non repugnet hoc statu, & statum naturæ integrę decuerit per Aduers. nec prę-iudicet dignitati gratiæ, cuius est potentiam determinare solùm quoad speciem actus, non vltimò quoad exercitium: hoc enim non est munus gratiæ, quæ non est libera, nec domina actûs; sed sola volũtas manet libera, eique dominium sui actus proprium relinquit integrum gratia. Non enim æqua esset conditio, si voluntas ageret vt domina actûs mali tantùm, & non etiam boni: hoc stat discrimen, quòd sola possit agere vt domina ac determinatiua simpliciter actus mali: at non nisi cum gratiâ ac per vires gratiæ vt domina ac determinatiua actus boni supernat. Sicut autem actus malus determinari debet quoad vitę exercitium à voluntate vt habeat rationem demeriti: ita & actus bonus ab eâdem quoad vitæ exercitium determinari debet, vt habeat rationem meriti. Christo igitur iniurioſi sunt si qui existimant per eius Redemptionem non potuisse parari gratiam, nisi quę necessitet liberum arbit. & ab eo propriam meriti rationem tollat. Modus enim hic rapiendi ad præmium sine merito non est conueniens naturæ rationali, neque ex ipsius dignitate, neque ex optione; maximè cùm modus conciliandi infallibilitatem diuinæ gratię cum libero arbit. non desit, si ipsum discere velimus ex Augustin. *lib.* 1. *qu.* 2. *ad Simplic.* vt suggero *disp.* 28. *fine, & num.* 22. & 61. *nec non disp.* 26. & 27. *fine.*

gratia non necessitat

Ad 1. secundæ sent. resp. dici à Paulo vitam æternam gratiam, non vt illam excludat à mercede, vt ipse alibi testatur, sed vt indicet, radicem & principium illam merendi, quæ est iustitia habitualis, gratis nobis conferri; qua de causa *Augustin.* vocat illam gratiam pro gratia, *lib. de gra. & lib. arb. cap.* 8. *fine.* Ad confirm. concedo, non eodem modo peccatum mereri mortem, ac opera iustorum vitam æternam: illa enim merentur mortem, non tantùm condignè, sed citra condignum, quia nulla pœna est condigna peccato, quà contra Deum. Nego, merita iustorum non condignè mereri vitam æternam. 2. Intellige de condignitate operum quoad durationem, secundùm quam tantùm Apostolus comparat passiones huius temporis cum futurâ gloriâ, vt constat ex nomine *temporis*, quo vtitur; non quoad intrinsecam valoris substantiam, de quo 2. *ad Corinth.* 4. dixit: *Id quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ* (videlicet ob temporis breuitatem) *supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.* 3. Axioma intellige de aliquo gradu gloriæ, quem Deus vltra intrinsecam condignitatem meritorum concedit beatis, viuis membris Christi. Ad 4. neg. conseq. eiusque prob. nam ad condignitatem meriti ad prę̃mium, non est necessaria iustitia inter merentem & prę̃miantem, sed sufficit æqualitas valoris ad præmium.

11. *Ad primum locum secundæ*

Ad 2.

Ad 3.

Ad 4.

SECTIO II.

Quæ conditiones meriti ex parte operantis.

PRima conditio est actualis libertas. Meritum .n. dicitur esse opus exhibitum in honorem & obsequium alterius, apud quem est dignum remuneratione; vt patet ex ratione meriti. Nequit autem opus esse dignum remuneratione alterius, nisi sit liberè elicitum in obsequium ipsius: cùm meritum sit opus liberaliter impensum; & quod necessariò fit, nequeat esse dignum remuneratione alterius. Confirm. id tantum censetur dignum remuneratione alterius, quod voluntate operantis dirigitur in alterius obsequium; si .n. necessariò debet tale opus fieri, non tam censetur factum in obsequium alterius, propriâ voluntate operantis, quàm naturę necessitate. Debet autem hęc libertas esse actualis, & non tantùm potentialis: meritum .n. cùm sit opus in alterius obsequium liberè impensum in actu essentialiter cõsistit. Quapropter

12. *1. Liberum*

Hæc conditio est adeò necessaria operi meritorio, vt per nullam potentiam possit ea carere. Etsi .n. non repugnet, Deum suam gloriam, vel aliud donum tribuere creaturę, habenti hanc vel illam perfectionem naturalem, talis tamen donatio non habebit rationem præmij aut mercedis, sed puræ donationis: Est contra *Almai. in* 3. *dist.* 18. §. Vnde:

13.

& Hol-

Digitized by Google

& Holkoth apud ipsum, asserentes, etiam actus naturales & necessarios posse esse meritorios apud Deum. Hinc aliqua rationis aduertentia necessaria est ad meritum; cùm sine eâ nequeat saluari actualis libertas; actus .n. voluntatis necessariò præsupponit actum intellectus. Quę nã hęc aduert. *infrà*.

Aliqua rationis aduertentia.

14. Secunda, est bonitas moralis. Implicat .n. actũ moraliter malum à Deo remunerari. Quia remuneramur quod in nostrum obsequium impensum placet: repugnat autem, Deo placere actum malum: hoc .n. esset actu complacentiæ illum approbare: at Deus cùm nequeat amare res aliter, ac ipsę amari postulant, nec potest actu complacentiæ approbare, quod malum est. Eadem ratio probat, non posse Deum, remunerari actum indifferentem; neque hunc iudicare & approbare vt dignum præmio, cùm nullam in se moralem bonitatem habeat. Est contra *Mayro. in 1. dist. 17. qu. 2. fine*, asserentem, posse Deum de potentia absoluta ad gloriam acceptare blasphemantem ob blasphemiam vt opus meritorium.

2. Bonitas moralis.

Actus indifferens non est remunerabilis.

15. Tertia, est status puri viatoris. Licet .n. potuerit Deus remunerare liberos actus beatorum, in ipsius obsequium exhibitos, cùm ex naturâ rei nihil illis ad rationem meriti desit; ex præsenti tamen ordinatione ad rationem meriti requirit statum puri viatoris. Ratio congruentię: opera meritoria Deus non solùm requirit vt honorifica sibi, sed etiam vt vtilia nobis ad gloriam consequendam: ergo consequutâ glorià cessat ratio merendi. Dixi, *puri viatoris*, vt excluderẽ Christum, qui non solùm fuit comprehensor, ratione beatitudinis, quam primo instanti conceptionis habuit, sed etiam viator, ratione passibilitatis animi & corporis. Contra hoc sentit *Vasquez 1. 2. disp. 216. cap. 4.* putans, statum viæ non esse ex lege & promissione diuina, sed ex natura rei ad merendum: quod pendet ex quæst. an meritum pendeat ex lege, & promissione Dei; an ex sola natura rei, de quo infrà.

3. Status puri viatoris.

16. Quarta conditio ad meritum de condigno requisita, est status gratiæ. Fundâ. meritum de condigno importat condignitatem valoris ad præmium: at sine ipsâ gratia habituali non habent opera nostra condignitatem valoris ad gloriam. Minor prob. Opus .n. extra statum gratię factum, licèt viribus gratiæ auxiliantis, & in entitate supernaturale, atque adeò ex hac parte proportionem aliquam habeat cum beatit. supernat. quia tamen est actus inimici, deficit â proportione ad meritum de condigno requisita: quod debet esse opus gratum præmianti, vt eo moueatur ad præmium merenti tribuendum: vt autem obsequium sit acceptum præmianti, supponere debet personam, à quâ tale obsequium exhibetur, amicam. Quæ ratio probat de merito condigno glorię, & cuiuscunque doni supernatur. vel accrementi ipsius.

4. Status gratiæ.

17. Confirm. 1. peccatum est demeritum, condignum æternâ pœnâ: ergo non potest, saltem connaturaliter, cum eo esse meritum condignum ęternâ gloriâ. Pœna .n. æterna ineludit priuationem gloriæ æternę: & repugnat, saltem connaturaliter, simul condignitas ad gloriam, & priuationẽ gloriæ.

18. 2. Gloria æterna est hæreditas filiorum Dei, vt Patris adoptantis: *Rom. 8. Si Filij & hæredes*: implicat autem, vt quis priuatus filiatione sit dignus hæreditate Patris adoptantis: ergo implicat, vt existens in peccato sit dignus ęternâ gloriâ. Idèò omnes actus supernat. qui in peccatore gratiam præcedunt, includendo contritionem, sunt tantùm de congruo meritorij.

19. Difficultas est an homo vel Angelus in pura natura conditus de potentia absoluta posset de condigno vitam æternam promereri, vel per actus moraliter tantùm bonos, vel etiam ex supernaturali auxilio absque gratia habituali elicitos.

Duplex difficul. 1.

Affirmant *Scot. in 1. dist. 17. q. 2. §. de 2. ar. Ocham. qu. 2. §. Dico, Rubio qu. 1. art. 2. concl. 1. Mayro qu. 2. Gabriel qu. 1. art. 2. con. 1. & qu. 2. & qu. 3. art. 3. dub. 2. & in 2. dist. 27. qu. vn. art. 3. dub. 2. & c.* qui putant, opera nostra ex gratia facta non ex natura rei, sed ex lege & ordinatione Dei habere condignitatem ad gloriam: *Suarez lib. 12. de merito cap. 14.* non quidem per actus naturales honestos, sed per actus supernat. ex speciali auxilio Dei elicitos: videtur *Palatij in 1. dist. 17. d. sp. 2. Veg. de iustific. q. 5.* indicat *Caiet. 1. 2. qu. 114. art. 2. §. 2.* aliqui probabile putant, de facto Angelos, & proto-parentes de condigno sibi promeruisse primam gratiam & gloriam per actus supernat. ope auxiliatricis gratiæ elicitos. Fundam. actus ex auxilio Diuinæ gratiæ eliciti habent proportionem cum gratia habituali & gloriâ; & aliunde potest Deus extrinsecâ suâ lege & ordinatione supplere dignitatem personæ operãtis, quam ex gratiâ habituali habet creatura. 20.

DICO cum *Vasquez 1. 2. disp. 216. cap. 1. &c.* nec de potentia absoluta posse creaturam absque gratiâ condignificante opera in obsequium Dei exhibita, de condigno vitam æternam, aut quodcunque aliud supernat. donum promereri. Fundam. meritum de condigno duo includit, & æqualitatem valoris cum præmio, seu condignitatem ex se, & amicitiam inter merentem & præmiantem; vt sit gratum præmianti. Defectu condit. 1. nullũ opus, etiam auxilio gratiæ actualis à subiecto sine gratia habituali elicitum, est æqualis valoris cum visione beatifica, quæ est in supremo gradu supernaturalitatis actualis, cùm tendat ad Deum per modum actus puri in seipso intuendum; estque in ratione actualis operationis suprema cõmunicatio, quam Deus creaturę rationali conferre potest. Reliqui actus supernat. etsi sint in ordine supernat. quia tamen non attingunt Deum in seipso, & per modum actus puri, non sunt in eodem supremo ordine cum visione intuitiua Dei: vnde nisi condignificentur à gratia habituali, quæ est in supremo ordine supernaturalitatis habitualis, non poterunt ex se habere æqualitatem valoris cum tanto præmio. Defectu condit. 2. nullum opus ex auxilio gratię actualis elicitum, etiamsi sit in eodem ordine cum aliquo dono supernat. quia non est à persona amica & grata Deo in ordine ad finem supernat. potest habere condignitatem vt opus amici apud amicum. Nec istæ conditiones suppleri possunt extrinseca lege & voluntate Dei; cùm sint effectus formales operis; sicut nec princeps facere potest, vt nummus cupreus habeat valorem argentei, vel aurei. Vnde quando auget valorem pecuniæ, non reddit illam ex se condignam, quæ aliàs ex se condigna non est; sed tantùm præscribit, vt omnes propter publicum bonum sint contenti tali pretio in rerum commutatione: ita Deus acceptando ad vitam æternam, quod ex se tali præmio dignum non est, non efficit, vt tali dono condignum sit, sed solùm acceptat ad præmium, quod ex se tali præmio dignum non est. 21.

Negatiua sententia vera.

Conditio meriti de condigno duplex

Insupplebilis extrinsecè

Dices. extrinseca voluntas Dei facere potest, vt quod ex se dignum non est, dignum fiat, non physicè, sed moraliter per denominationem ab extrinsecâ voluntate Dei acceptantis: facere .n. potest, vt donum, quod ex se dignum non est, dignum fiat & pluris ęstimetur, vel hoc solo titulo, quòd à Deo donatur. Resp. neg. assump. Nec est 23.

Dices.

Resp.

par

Non est par ratio doni & meriti.

par ratio doni: quod cùm sit opus donantis, valorem & dignitatem accipit à personâ donantis: vnde quò hęc dignior, eò donum moraliter dignius. Meritum verò, cùm sit opus merentis, suum valorem non accipit à persona acceptante, sed ab offerente. Vnde sicut donum nequit accipere valorem à donatario, sed à donante, ita nequit meritum valorem accipere à retribuente, sed à merente: ita.n. se habet meritum ad retribuentem, sicut donum ad donatarium. Ex his patet ad fund. aliarum sent.

Retorqueo argum.

24. Altera difficultas est, an merita Christi necessaria conditio sit, sine qua merita nostra ex gratia profecta non essent condignè meritoria æternæ vitæ. Affirmant *Vega de iustific. qu. 5. ad 3. argum.* & alij præsertim qui docent, opera iustorum non esse condigna vita æterna, nisi ex acceptatione diuina: *Vasquez 1. 2. disp. 214. cap. 7. & Turria. opuſ. 8 disp. 5. dub. 2.* negant vllum valorem accrescere meritis nostris ex meritis Christi ad gloriam promerendam. 1. quia merita Christi sunt tantùm necessaria ad supplendum aliquem defectum in meritis nostris: sed in meritis iustorum ad gloriam promerendam nullus supplendus est defectus, cùm ex se sint tali præmio digna. 2. præmium ex non condigno fieri nequit condignum sola extrinseca acceptatione Dei: ergo neque ex digno fieri potest dignius sola extrinseca ordinatione Christi. 3. Si Merita Christi deriuarent valorem in merita iustorum, propter moralem vnionem iustorum cum persona Christi, deriuarent etiam proprietates, quas ipsa habent; & sicut sunt infiniti valoris, & de condigno meritoria alteri; eodem modo & merita iustorum à Christi meritis moraliter condignificata. Dicuntur igitur merita Christi communicari nobis, quatenus Deus intuitu meritorum Christi aliquem defectum supplet in meritis nostris, vel ea acceptando ad præmium, ad quod ex se condigna non sunt, vel ad maius, quàm ex se condigna sint. *Caiet. to. 3. opuſ. tract. 10. cap. 9. Suarez lib. 12. de merito cap. 19. Coninc. lib. de act. supernat. disp. 8. de mer. dub. 3.* &c. docent, præter condignum valorem, quem merita iustorum ex se habent ad gloriam promerendam, maiorem participare ex meritis Christi, propter mysticam vnionem iustorum cum Christo vt cum capite.

2. diffic.

25. Affirmant

Prob. 1.

2.

3.

26.

27. Merita Christi non sunt necessaria conditio ad meritum de condigno.

Dicendum, merita Christi non esse necessaria, vt merita iustorum sint condignè meritoria æternæ vitæ, ab illis tamen aliquem valorem participare, quem à sola gratia non habent. Prior pars patet: merita enim iustorum sufficientem condignitatem habent ex gratia, quà singularis est participatio naturæ diuinę, independenter à meritis Christi.

28.

Post. pars prob. Christus non solùm nobis meruit præuenientem, comitantem, & sanctificantem gratiam, mediante qua haberemus merita de condigno æternę vitę, sed vt hęc ipsa, à Christo Patri oblata, maiorem dignitatem & valorem acciperent ex *Triden. sess. 14. cap. 8. de Christo: In quo viuimus, in quo meremur, in quo satisfacimus, facientes fructus dignos pœnitentiæ, qui ex illo vim habent, ab illo offeruntur Patri, & per illum acceptantur à Patre.*

29. Prima ratio ex Trident.

Ratio 1. obsequium subditi exhibitum Principi per personam digniorem & principi chariorem, redditur gratius & acceptius: ergo obsequia nostra oblata Deo per Christum redduntur gratiora & acceptiora Deo. Antec. prob. in obsequio oblato non solùm Princeps agnoscit intrinsecum valorem operis oblati, sed etiam extrinsecam dignitatem personæ offerentis, moraliter refusam operi ex ipsa oblatione personæ offerentis.

30. Secunda ratio

2. Ex cod. *sess. 6. cap. 6. & can. 32.* Quamdiu mysticum caput per moralem coniunctionem manet vnitum suis membris, communicat illis aliquem valorem. Christus est mysticum caput iustorum; vt fide constat, & simili vitis & palmitum, *Ioan. 15.* ergo quamdiu manet illis per moralem vnionem gratiæ coniunctum, communicabit illis, & operibus eorum aliquem valorem. Maior prob. sicut propter physicam vnionem naturæ humanæ cum personâ Diuinâ, communicatur naturæ humanę & operibus eius valor Diuinę personæ: ita ob moralem & mysticam vnionem iustorum cũ eâdem personâ Christi deriuatur aliquis valor iustis & operibus eorum. Sicut enim omnis vnio tendit ad faciendum vnum in suo genere cum extremis vnibilibus; ita simul tendit ad communicandas mutuò proprietates & perfectiones extremorum inter se. Vnde sicut propter hanc mysticam vnionem imperfectiones membrorum tribuuntur Christo capiti: ita propter eandem perfectiones Christi capitis tribuuntur ipsius viuis membris: etsi nostrę imperfectiones absorbeantur ab infinitâ dignitate & valore Christi; vt non minùs sint accepta opera Christi Deo Patri coniuncta cum nostris imperfectionibus, quàm ab illis seiuncta.

à simili

Confirm. in sent. *Vasquez* (& nostrâ to. 7.) docentis, sacramenta nouę legis moraliter tantùm causare gratiam, concedenda necessariò est aliqua actio ministri, quę vt instituta à Christo habeat moralem aliquam bonitatem ad mouẽdum Deum ad gratiam conferendam, quam ex se, vt à proximo principio elicita non habet. Igitur negari non potest, opera bona iustorum aliquam condignitatem ad merendum habere ex meritis & persona ipsa Christi offerentis. Si.n. possunt merita Christi aliquam bonitatem moralem communicare nostris operibus, quam ex se non habent, cur augere non poterunt eam, quam ex se habent? Antec. prob. vt sacramenta moraliter causent gratiam, debent propter aliquam bonitatem, quam in se habent, mouere Deum ad dandam gratiam: hoc.n. est causare moraliter sc. propter bonitatem mouere ad retribuendum aliquid. At sæpe actio ministri, quâ sacramentum conficitur, nullam habet moralem bonitatem ex se sufficientem ad mouendum Deum ad gratiam conferendam: sicut quando actio ministri, quâ sacramentum perficitur, est tantùm naturalis, aut malâ circumstantiâ vitiata; nequit mouere Deum ad conferendam gratiam propter bonitatem moralem intrinsecam; ergo nisi habeat moralem extrinsecam sibi communicatam à Christo, talem actionem instruente & assumente in instrumentum suæ passionis, non poterit mouere Deum, atque adeò moraliter causare gratiam, vt fusiùs suo loco.

31.

à pari de Sacra.

32.

Dices 1.

Verùm hinc sequitur 1. non modò opera bona iustorum, sed etiam peccatorum, imò & infidelium facta ex speciali auxilio per Christum, habere bonitatem, sibi ex meritis Christi communicatam. 2. Posse opus bonum elicitum à peccatore, siue à quacunque persona non grata Deo, esse condignè meritorium apud Deum: sc. ex valore & dignitate extrinsecâ personę Christi offerentis.

2. Resp. 1.

Ad 1. Resp. 1. neg. sequel. aliud.n. est. assumere actionem vt instrumentum proprię virtutis ad causandam gratiam in alijs; aliud dignificare illam in ordine ad propriam iustificationem promerendam. Primum tantùm præstat Christus, dum assumit actionem ministri, etiam malâ circumstantiâ vitiatam, vt instrumentum suę passionis ad gratiam in alijs causandam. 2. conced. sequel. cùm nullum sit absurdum, Christum vnicuique operi bono ab homine

Digitized by Google

homine elicito proportionatum aliquem valoris gradum communicare vltra eum, quem ex proprio obiecto & speciali auxilio, quo elicitur, habet.

34. *Ad 2.* Ad 2. Resp. potest bonum elicitum à persona non amicâ Deo, esse condignè meritorium intrinsecè, & ex se, nego; extrinsecè & per valorem & dignitatem ab alio communicatam, concedo: vt patet in humanis: si.n. obsequium exhibitum à personâ non gratâ principi, offeratur à personâ principi gratâ, idem ex se non dignum sit dignũ & gratum Principi per extrinsecum oblationẽ offerentis.

35. *Ad argumenta contraria.* Ad 1. argu. *Vasquez*, nego, merita Christi esse tantùm ad supplendam condignitatem, quę sæpe nostris meritis deest ad præmium; cùm sint etiam ad illa digniora efficienda, per communicationem noui gradus valoris vltra eum, quem intrinsecè continent. Ad 2. neg. conseq. obsequium.n. non fit dignius ex voluntate & personâ acceptantis, sed offerentis & exhibentis. Esto igitur, Christus vt acceptans nostra merita, non reddat digniora, reddit tamen illa digniora vt offerens pro nobis Patri: sic.n. integrat vnũ non cum Patre acceptante, sed cum creaturâ exhibente. Ad 3. neg. sequel. Non.n. idem ac totus valor, qui est in persona Christi, communicatur operibus iustorum, sed proportionalis iuxta capacitatem meritorum, & coniunctionem cum persona Christi. Sicut non eundem valorem & dignitatem communicabat persona Christi humanitati & vestibus eius. Quia cùm hic valor sit aliquid morale fundatum in coniunctione operum cum persona Christi, ea opera maiorem habent valorem, quæ maiorem habent cum persona Christi coniunctionem. Sola autem opera humanitatis Christi habent physicam & proximam coniunctionem cum persona Christi, vt cum proprio supposito operante: opera verò iustorum solùm habent coniunctionem moralem remotam. Vnde sola opera humanitatis Christi accipiunt totum valorem, qui est in personâ Diuinâ: opera verò iustorum non nisi proportionalem, & iuxta extrinsecam & mysticam tantùm vnionem cum illa. Quò fit, vt quò quis est magis vnitus Christo, eò maiorem valorem & dignitatem eius opera accipiant à personâ Christi, semper tamen inferioris rationis, quàm sit valor ipse operum Christi. Vnde maiorem valorem accipiunt opera bona iustorum, qui per gratiam coniuncti sunt Christo; minorem opera bona peccatorum, qui tantùm per fidem coniuncti sunt Christo; minimum opera bona infidelium, qui tantùm per auxilium indebitum coniunguntur cum Christo. Vltimò ad meritũ de condigno nõ requiritur, vt opus exhibitum sit supererogationis, vt falsò putauit *Cistere. apud Suarez lib. 2. de merito cap. 5.* alioqui per opera præcepta non possemus condignè gloriam promereri, quod est contra Scripturam, quia præceptum non tollit honestatem operis; neque operantis libertatẽ minuit: ergo opera præcepta ex se sufficientem habent honestatem: quibus, si accedat gratia, à quâ condignitatẽ accipiant, erunt æternæ vitæ condignè meritoria. Quin sæpe debitum auget operis valorem, vt patet in voto: plus.n. meretur qui ex voto, quàm qui absque voto honestam actionem exercet.

38. *Ad meritũ non requiritur opus supererogationis.*

SECTIO III.

An ad meritum condignum requiratur promissio ex parte retribuentis?

39. HÆc est præcipua conditio, in quâ discrepant Doctores; ex eâ enim pendet, an ad meritum condignum requiratur aliqua obligatio seu debitum ex parte retribuentis. Qui enim eam conditionem requirunt, non aliâ de causâ requirunt, nisi quia putant, aliquod debitum ex parte retribuentis necessarium esse ad meritum perfectè & completè condignum. Contrà verò existimant, qui eam non requirunt. Quoad vim nominis, nonnulli Promissionem confundunt cum Acceptatione seu Ordinatione, cùm tamen ea sint diuersa: ordinatio enim seu acceptio, est quid superius & vniuersalius promissione: omnis promissio est ordinatio, non contrà: quia omnis qui promittit, ordinat meritum ad præmium; non omnis qui ordinat seu acceptat meritum ad præmium, promittit: potest enim ordinare seu acceptare opus ad præmium consequenter, vt solent Principes, qui ciuium obsequia ad præmium ordinant & acceptant, postquam illa exhibita sunt. Promissio verò semper antecedit meritum: ideo enim fit, vt merens stimuletur ad opus, cui fit promissio, præstandum. Quo fit, vt cùm Theologi quærunt, an acceptatio seu ordinatio requiratur ad meritum, non quærant de ordinatione consequente, quæ debitum non inducit, sed antecedente, quæ debitum inducit in ipso promittente.

40. *Aliud promissio, aliud acceptatio.*

41. *Duplex ordinatio.* Duplex autem est ordinatio seu acceptatio ad premium vitæ æternæ: altera physica & essentialis, inclusa in gratiâ habituali, quæ suâ naturâ est ordinata ad vitam æternam, *Ioan. 4. Aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* Est enim gratia velut aqua, *quæ* tantum ascendit, quantum descendit: descendit è cælo ad terram vsque: ergo ascendit è terra ad cælum, ordinando subiectum, & omnia bona opera ipsius in vitam æternam. Altera moralis & accidentalis, quę superadditur gratiæ per nouam voluntatem & legem Dei positiuam, per quam promittit, se daturum vitam æternam omnibus præcepta seruantibus. De priori ordinatione nulla est inter Catholicos controuersia: quia cùm hęc sit essentialiter connexa cum gratiâ, idem esset dubitare de eâ, ac de gratiâ: de posteriori,

42. *Prima sententia.* Prima sent. negat, talem ordinationem seu promissionem esse necessariam ad meritum condignum apud Deum; *Richar. in 2. dist. 27. art. 2. q. 3. ad 3.* in posteriori resp. licet in priori affirmet oppositum: *Caiet. 1. 2. qu. 114. art. 4. Sot. lib. 3. de nat. & gra. cap. 7. Vinc. Austurie. relect. de gra. Christi pag. 765. Vasquez 1. 2. disp. 214. à cap. 8.* Omnium fundam. sola essentialis ordinatio gratiæ ad vitam æternam sufficit ad meritum condignum gloriæ: cæterùm discrepant in fine, cur eam solam ponant, absque accidentali ordinatione promissionis diuinæ. *Caiet. Sotus, Astur.* existimant, ad meritum condignum requiri quidem debitum in retribuente, sed hoc sufficienter induci putant per solam essentialem ordinationem gratiæ. *Richardus & Vasquez* contrà, nullum putant requiri debitum ad meritum de condigno, sed sufficere solam condignitatem operis ad præmium, quam opera iustorum habent respectu gloriæ, hoc ipso quòd à gratiâ proficiscuntur. Probat *Vasquez* 1. Meritum de condigno non est in materiâ iustitiæ secundùm rationem valoris & æstimationis pretij, sed in materiâ actionis studiosæ, naturâ suâ poscentis pro remuneratione gloriam & laudem, absque vllo debito & obligatione in remunerante. Confir. condignè mereri apud Deum, idem est ac condignè aliquid à Deo impetrare. At opera iustorum, absque vllâ promissione, sunt condignè impetratoria æternæ vitæ apud Deum: ergo. 2. Peccatum, absque

43. *Probat Vasquez.*

44. *à simili*

Digitized by Google

que vlla cõminatioñe & debito puniendi in Deo, condignè meretur pœnam sibi æqualem hoc ipso, quòd contra legem naturalem committitur: ergo etiam opera iustorum, absque vlla promissione & debito in remunerante, condignè merentur vitam æternam hoc ipso, quòd à gratia proficiscuntur. 3. Si ad gloriam condignè promerendam necessaria foret promissio, sequeretur 1. multos iustos per bona opera vitam æternam non meruisse: hæc enim promissio requiritur, vt ex eâ oriatur ius ad gloriam in merente, & debitum eam reddendi in retribuente: at nequit ex promissione oriri ius in vno, & debitum in altero, nisi promissio sit vtrique parti nota & acceptata; & multi iusti vel ignorarunt, vel ignorare potuerunt promissionem. 45. *Ab absurdis sex*

46. 2. Iustos per actus remissiores non mereri incrementum iustitiæ in hac vita dandum, etiamsi reipsa tale incrementum nobis debeatur, & opera nostra eo sint digna: quia nulla est de tali incremento promissio; cùm nondum hoc sit de fide certum.

47. 3. Nihil mereri eos per actus à charitate non imperatos, qui propriâ opinione existimant, per hos actus nihil nos apud Deum mereri: cùm .n. hi existiment, nullam his actibus à Deo factam esse promissionem, non acceptant in hac parte diuinam promissionem; sine qua acceptatione nihil meremur, si verum est, promissionem ad merendum

48. necessariam esse. 4. Meritum Christi non esse de rigore iustitiæ: licet .n. inter Christum & Deum propria iustitia non intercedat, negari tamen non debet, meritum Christ esse de rigore iustitiæ, qualis in meritis esse potest, nempe perfectæ condignitatis, non indigentis extrinsecâ acceptatione ad præmium merendum. Sequela prob. si ad perfectum meritum necessaria est promissio, cùm hæc pendeat ex liberâ voluntate promittentis, potuit Christi meritis non fieri, ac proinde potuerunt Christi merita non esse perfecta, atque adeò de rigore perfectæ condignitatis apud Deum.

49. 5. Validius esse nostrum peccatum ad mortem secundam nobis inferendam, quàm Christi meritum ad gratiam & gloriam nobis restituendam, contra *Caium epist. 1. Leonem serm. 12. de pass. Dom. Agapit. ep. 2.* asserentes, validius fuisse donum libertatis, quàm debitum seruitutis. Sequela prob. proprium peccatum absque vllo pacto & comminatione meretur nobis pœnam æternam, cùm tamen Christi meritum non nisi ex pacto & promissione iustitiam & gloriam nobis promereri debuerit. 6. Christum non meruisse gratiam antiquis

50. Patribus: nam ad meritum perfectè condignum requiritur pactum inter merentem & retribuentem, vt inter eos perfecta iustitia intercedere possit: at non potuit Deus de gratiâ Patribus dandâ cum Christo pacisci: cùm .n. pactum fieri debuisset cum humanitate, quæ mereri debebat, non poterat cum ipsâ nondum existente pacisci.

51. *Secunda sent.* Secunda sent. affirmat, ad meritum perfectè condignum necessariò requiri extrinsecam ordinationem & promissionem antecedentem Dei, quæ debitum remunerandi inducat in Deo. *S. Tho. 1.2 qu. 114. art. 5. Bonauen. in 2. dist. 27. art. 2 qu. 3. Ægid. qu. 1. art. 4. Scot. in 1. dist. 17. qu. 2. § sed hinc, & in 3. dist. 18. § in ista qu. Richar. cit. ad 3. in 1. resp. Argen. in 2. dist. 27. art. 4. Gregor. in 1. dist. 17. qu. 1. art. 2. ad 4. Mayro qu. 1. & 2. Rubio qu. 1. ar. 2. Capreo. in 2. dist. 27. art. 3. ad 4. Ocha. in 1. dist. 17. qu 2. Marsil. in 2. qu. 18. art. 4. corol. 1. & 2. Gabrie. in 1. dist. 17. qu. 3. art. 3. dub. 2. & in 2. dist. 27. art. 2. post 1. concl. & art. 3. dub. 2. Palat. in 1. dist. 17. disp. 2. Almai. in 3. dist. 18. q. vn. Veg. de iustific. qu. 5. Medin. 1.2. qu. 114. art. 3. Valen. disp. 8. qu. 6. pu. 4. Suarez lib. 12. de merito, cap. 17. & 18. & prælect. de iust. Dei, Coninck de merito disp. 8 dub. 4.* Omnes conueniunt in hoc fundam. quod ad meritum perfectè condignum requiratur aliquod debitum: absque promissione autem nullum debitum in Deo esse potest: igitur absque promissione Dei nullum meritum de condigno nostri ad Deum esse potest. 52. *Conuenit.*

Discrepant 1. an talis promissio non solùm requiratur ad debitum ex parte retribuentis, sed etiam ad valorem operis ex parte promerentis. 2. An dicendum sit hoc debitum, quod promissio inducit, esse in Deo. 3. An meritum debeat in materia perfectæ iustitiæ. 53. *Triplex contra.*

Quod ad 1. Scotus & Ocham cum suis, diuinam promissionem non solùm requirunt propter debitum ex parte retribuentis, sed etiam propter valorem operis ex parte promerentis. quia nullus actus creaturæ, etiam à gratiâ profectus habet condignum valorem respectu gloriæ absque acceptatione Dei. Cæterùm non negant Scotistæ, aliquem valorem seu condignitatem in ordine ad vitam æternam opera iustorum accipere à gratiâ, & honestate obiecti, vt nonnulli illis imponunt, sed non sufficientem & æqualem, vt rectè Scotum explicat *Fauenti. in 3. disp. 42. c. 2.* Reliqui verò promissionẽ requirunt solũ propter debitũ ex parte retribuẽtis. 54. *Prima*

Dicendum est, ad completam & proximam rationem meriti de condigno necessariam esse antecedentem aliquam ordinationem, seu promissionem Dei de præmio retribuendo, distinctam ab ordinatione in gratiâ essentialiter inclusâ. Ita *Concil. Senon. decre. 16.* vbi ex Scriptu. *Conuentione autem facta cum operarijs ex denario diurno*, colligit, promissionem diuinam necessariam esse ad meritum condignum vitæ æternæ. Fundam. condignè & completè mereri vitam æternam, est illam propriâ actione reipsa iure sibi debitam facere: at nemo id potest absque promissione Dei; nempe vitam æternam reipsa iure sibi debitam facere, non est tantùm pro illa æquiualens obsequium offerre; etsi .n. quis æquiualens pretium pro alterius equo offerat, non propterea illum iure sibi debitum facit; sed præterea opus est, vt illum sibi iure obliget, & suum quodammodo faciat, quod absque voluntate domini, & in proposito absque voluntate Dei, creaturæ ius conferentis ad gloriam proximè merendam, & suam quodammodo faciendam, intelligi non potest; cùm nemo in rem alienam absque voluntate domini ius conferentis, ius acquirere possit. *Dices:* absque vlla promissione, & filius per debitam obedientiam, parentis hereditatem, & subditus per præstita obsequia, principis gratiam; & ciuis, per impensos labores Reip. publicam dignitatem, condignè meretur. Ergo & iusti per debitum cultum exhibitum Deo, absque vllâ promissione condignè possunt vitam æternam, vt filij parentis hæreditatem, vt subditi Principis gratiam, vt cœlestes Ciues publicam laudem & honorem virtuti debitum promereri. 55. *Conditio ad meritũ, promissio Dei antecedens.* 56. *Fundam.* 57. *Dices*

Resp. neg. consq. 1. quia omnia obsequia nostra plurimis, isque strictissimis titulis sunt debita Deo, vt propterea nullo debito ne gratitudinis quidem, illa remunerare teneatur, cùm ipsa obsequij exhibitio sit magis donum Dei, quàm meritum nostrum; quippe quæ in ratione condigni tota pendet à gratia liberaliter nobis collata; 2. quia nostris obsequijs nihil vtilitatis accrescit Deo, sicut ex obsequijs vnius hominis accrescit asseri: atque adeò, præcisa promissione, nullo debito teneretur Deus ea remunerare; sicut vnus homo saltem de- 58. *Resp.* *Ratio ge-mina*

bito

bito gratitudinis, propter vtilitatem inde acceptã, remunerare tenetur obsequia alterius hominis.

59. *Debitũ & ius requisitum*

Maior 1. syllog. quam tantùm virtute negat Vasquez, dum putat, ad proximam & completam rationem meriti sufficere, vt sit actio de se digna præmio, esto nec sit in præmiante debitum, nec in promerente proximũ ius: est omnium ferè Schol. & prob. 1. *ex S. Tho. 1. 2. qu. 114. art. 1.* merito respondet merces: merces sicut supponit debitum in retribuente, ita proximum ius habendi in merente: ergo sine proximo iure habendi in merente, & debito dandi in retribuente, non saluatur proxima & completa ratio meriti. Minor patet; quoniam merces non solùm supponit condignitatem valoris in opere, sed etiam proximum ius illam habendi: *Merces enim*, ad Rom. 4. *non imputatur secundùm gratiam, sed secundùm debitum.* Maior prob. ex *Trident. sess. 6. cap. 16.* vbi meritis opponit mercedem ex promissione debitam: *Proponenda est vita æterna, & tanquam gratia Filijs Dei per Christum Iesum, misericorditer promissa, & tanquam merces ex ipsius Dei promissione bonis ipsorum operibus & meritis fideliter reddenda.* 2. Ex *eod. Conc.* ad completum meritum gloriæ requiritur promissio Dei. si .n. ante vllam promissionem Dei, bona iustorum essent æternæ vitæ cõpletè meritoria, non potuisset illis æternæ vitæ promissio fieri ex gratiâ & misericordiâ Dei: nã quod fit intuitu meriti perfectè completéque condigni, non fit ex pura gratia & misericordia, sed intuitu operis remunerandi, vt ipse *Vasquez* fatetur 1. *p. disp. 91. cap. 15.* ex Paul. *ad Rom. 11. Si autem gratia, iam non ex operibus: alioqui gratia iam non est gratia.*

60. *Prob. 2.*

61. *Dices*

Dices: promissio vitæ æternæ iustorum operibus facta, appellatur à Concilio gratia, eo quòd fundantur in gratiâ antecedenter collatâ, vti appellatur ab Apost. vita æterna, gratia; quia merita propter quæ illa datur, fundantur in gratia. Sed contrà: hoc modo etiam vita æterna reddita nostris operibus ex promissione Dei, esset gratia; etiam .n. vt ex promissione reddita supponit merita in antecedente gratiâ fundata; cùm tamen Concil. distinguat illam vt promissam, & vocet gratiam; & vt ex promissione redditam, & appellet mercedem; sc. quia ante promissionem opera iustorum defectu proximi iuris non sunt æternæ vitæ completè meritoria; sunt post promissionem; ideò ante promissionem vita æterna promittitur vt gratia; post verò redditur vt merces.

Resp.

62. *Necessaria promissio ad completam rationem meriti*

Prob. 3. bona opera beatorum liberè facta, & animarum purgantium in eo statu elicita, & honesta opera Enoch, & Eliæ, quæ nunc ab illis exercentur, non sunt æternæ vitæ meritoria; quia talibus operibus non est facta promissio. Respondet *Vasquez disp. 216. cap. 4.* hoc esse, quia non sunt in statu viæ, sed termini & fruitionis, in quo non est amplius homo in via ad merendum, ex naturâ ipsâ meriti. Sed contrà: Enoch & Elias non sunt in termino: animæ purgantes adhuc sunt in via satisfaciendi, cur non etiam in via merendi vlteriorem gradum gloriæ, nisi quia de illis non extat promissio? Denique esto, beati sint in termino gloriæ, quæ illis respondet vt præmium pro meritis in viâ factis, adhuc tamen possunt esse in viâ respectu vlterioris gradus gloriæ, quæ illis respondere posset vt præmium pro meritis in beatitudine præstitis.

63.

64. *Prob. 4. hoc ipsum de meritis Christi*

4. Merita Christi non solùm digna fuere aliâ vnione hypost. Patris, aut Spiritus S. sed etiam alio præmio creato gratiæ & gloriæ, tum pro ijs, hominibus, qui salui facti sunt, tum pro ijs, qui damnati sunt; si ad completum meritum condignum sat est condignitas valoris ad præmium, & promissio non requiratur. Respondet *Vasquez*, pro se nihil meruisse Christum, qui erat in termino, vti ceteri beati; nec pro alijs suprà dictis; quia pro illis non obtulit sua merita, quæ oblatio fuit necessaria, vt Christi opera essent meritoria pro alijs. Sed contrà: non minùs opera Christi vt capitis suâ naturâ nata sunt cedere in bonum membrorum, quàm opera nostra in bonum nostrum: at vt hæc apta sint cedere in bonum proprium per *Vasquez* no requiritur Dei promissio, nec peculiaris oblatio: ergo nec vt illa sint apta cedere in bonum commune aliorum. Confirm. esto Christus sua opera non obtulerit pro damnatis, adhuc illa ex se digna erant tali præmio, & aliunde meritum condignum non requirit præmium actu solutum, sed solùm vt illud dignè solui possit. Demum, pro ijs tantùm Christus sua merita obtulit, pro quibus Deus decreuerat, vt Christus sua merita offerret: nam in negotio prædestinationis & salutis æternæ, non voluntas Dei conformauit se voluntati Christi in his præ illis saluandis, sed potiùs voluntas Christi voluntati Dei; & consequenter prima radix, cur pro damnatis non sint Christi merita oblata, non fuit voluntas humana Christi, sed Dei.

65.

66. *Ratio assert. & priori.*

Prob. 5. Quidquid facit ad proximius ius meriti in præmium, per se complet meritum: sed promissio facit ad proximius ius meriti in præmiũ. vt nec *Vasquez* negat: nam strictiori ac proximiori iure debita est iustis vita æterna ex promissione, quàm sine illâ: quia sine promiss. opera solùm habent ius remotum, quod completur promissione: siquidem ante promiss. iustus non habet vltimum & proximum ius ad gloriam, quia potest illi simpliciter, & absque absurdo negari: post promiss. acquirit ius proximum & vltimum, cui gloria amplius negari non potest. Maior prob. quidquid perficit rem sub eo genere, quo res ipsa constituitur, pertinet ad proprium complementum ipsius: sed meritum formaliter constituitur per ius exigens præmij, vt *Vasquez* fatetur: igitur quidquid perficit & complet hoc ius in ratione exigentis præmium, facit ad proprium & substantiale complementum meriti: at promissio perficit & complet hoc ius in ratione exigentis præmium, quia reddit illud proximius exigens præmij; proximius .n. ius acquirimus in gloriam, positâ promissione, sc. tale ius, propter quod nullo pacto possit nobis gloria denegari.

Promissio per se complet meritũ

67. *Obiec.*

Dices: hæc iura esse diuersi generis: ius .n. meriti est ius studiosæ actionis: ius promissionis est exigẽdi promissũ: ergo vnum nõ perficit aliud sub eodem genere, nec promissio complet merita sub ratione iuris meritorij formaliter; hoc .n. est æquè perfectum sine promissione, ac cum promissione. Sed contrà: meritum proximè & completè non est ius studiosæ actionis, licèt eam supponat, in eaque fundetur; alioqui omnis actio studiosa in quouis statu facta, esset meritoria apud Deum: sed est ius in præmium secundùm retributionem iustitiæ ab altero faciendam, ex *S. Tho. 1. 2. qu. 21. art. 3.* vndè continetur sub genere iustitiæ vniuersaliter sumptæ, sub quâ continentur omnes virtutes, quæ sunt ad alterum, cuiusmodi est meritum. Vndè *S. Tho. 1. 2. qu. 114. art. 1.* diuidit meritum iuxta diuisionem iusti, quod sicut duplex est, vnum simpliciter, alterum secundùm quid; ita duplex meritum, perfectum, & imperfectum, quia ad iustitiã pertinet. Vnde sicut in iustitia, quo crescit debitum in vno; eo crescit ius in altero intra idem genus iustitiæ: ita quo crescit debitum mercedis retribuendæ, eo crescit ius meriti exigentis idem genus iustitiæ, in quo meritum reperitur.

68. *Resp.*

Meritum distinguitur secundùm distinctionem iusti.

Quoad

Digitized by Google

69. 2. Controuersia

Quoad secundam: negat *S. Tho.* 1.2. *qu.* 114. *ar.* 1. *ad* 3. *&c. ferè Thomista*, Deum dici debere debitorem creaturæ, sed sibi ipsi, quà debitum est, vt sua ordinatio impleatur; ex illo August. *Reddis debita nulli debens.* Alij concedunt, Deum ratione suę promissionis fieri nobis ęternę vitę debitorem.

Deus est debitor creaturæ.

70.

Nec est cur debeamus ab isto loquendi modo abhorrere, cùm illum fæpè vsurpet August. *serm.* 151. *de tempo.* post. med. *Laudemus ergo, fratres, Dominum, quia eius fidelia promissa retinemus, nondum accepimus. Parum putatis, quia promissorem tenemus, vti iam debitorem exigamus? promisser Deus debitor factus est bonitate sua, non prærogantiâ nostrâ. Quid ei debemus, vt eum debitorem teneamus?* Vnde testim. *contra. cit.* intelligitur absolutè: cùm enim hoc debitum in Deo oriatur ex suppositione suæ liberalis promissionis, absolutè nulli debet, quia nulli tenetur promittere. Ratio: positâ premissione, debita est iustis vita æterna; at non ab alio, quàm à Deo: ergo à Deo debita est vita æterna.

Ratio conuincens

Corollaria doctrinæ. 1.

Est igitur Deus æternæ vitæ debitor, non simpliciter, sed ex suppositione suę bonitatis. ita August.

71.

Deducitur 1. solam ordinationem, in gratiâ habituali essentialiter inclusam, non sufficere ad proximum & completum meritum gloriæ: nam licet ratione illius iustus habeat ius physicum & remotum ad gloriam, vt ad proprietatem gratiæ debitam; absque nouâ tamen promissione, nondum habet morale & proximum, quod consurgit ex nouâ voluntate Dei conferentis infallibile ius ad gloriam. Posset quippe Deus conferre gratiam, & negare gloriam; & tunc iustus haberet tantùm ius physicum & remotum ad gloriam, non morale & proximum: nisi velimus cum *Caiet. &c.* asserere, non posse Deum gloriam iustis negare, quod ex communi *Scolast.* sent. improbatum; cùm nulla sit essentialis, sed tantùm connaturalis connexio inter gratiam & gloriam. 2. Promissio non requiritur

72. *Secundum*

ad conferendum physicum valorem & condignitatem operibus à gratiâ profectis; cùm hanc habeant à gratiâ, vt est quædam augusta participatio naturę diuinæ, sed ad morale duntaxat complementum meriti. Confirm. si promissio diuina requireretur ad dandam condignitatem valoris nostris operibus, sequeretur, non solùm iustos per opera à gratiâ profecta condignè mereri gloriam, sed etiam peccatores per contritionem condignè mereri gratiam, cùm eodè modo promissa sit gratia contritis, ac gloria iustis: & posset promissio in contritione supplère, quod faceret gratia, si ex se

73. *Tertium*

promissio esset collatiua valoris. 3. Meritum de condigno non repetitur tantùm in materia perfectæ iustitiæ, cùm nec creaturæ ad Deum, nec Dei ad creaturam intercedat perfecta iustitia, vt 6. *to. disp.* 6. *sect.* 8. & 8. cùm tamen inter nos & Deum sit perfectum meritum; vt 1. *sect. huius disp. prob.* Ratio: perfecta iustitia inter contrahentes primariò spectat perfectam iurium alteritatem, in quorum adæquatione iustitia formaliter versatur. Talis autem iurium alteritas deficit inter nos & Deum, cùm nihil ei dare possimus, in quod ipse perfectissimum ius & dominium non habeat, quodque perfectissimo modo suum non sit. At perfectum meritum per se tantùm spectat cõdignitatem operis ad præmium, & perfectum proximumque ius in illud: sed quò magis opera nostra sunt Dei, & ab ipsius gratiâ profecta, eò sunt condigniora præmio; perfectiusque ius morale in illud habent ex simplici promissione Dei, quàm ex quocunque contractu creato. Igitur ex eo capite, quo deficit perfecta iustitia nostri in Deum, non decrescit, sed potiùs crescit meritum nostrum apud Deum.

4. Ad perfectum meritum morale nostrum apud Deum, non sat est purum decretum internum Dei de dandâ gloriâ, absque vllo externo signo nobis manifestatum. Fundam. ius in bona alterius ex naturâ rei non acquiritur, nisi per moralem collationem illius: quamdiu autem talis collatio iuris manet in solâ internâ voluntate domini, non censetur moraliter nobis collatum, sed adhuc manere apud dominum. Tunc .n. res fit nostra, quando moraliter exit à dominio & voluntate donantis, & transfertur in datarium signo aliquo externo. Dices. Solum internum decretum ponit debitum retribuendi in Deo: ergo id solum sufficit ad perfectum meritum inter nos & Deum. Sed neg. conseq. nam præter debitum in Deo, requiritur etiam ius in creaturâ, quod non nisi externâ manifestatione acquiritur. Cùm omne ius in translatione acquiratur: omnis autem translatio signo aliquo manifestatiuo fieri debeat, non singulis personis necessariò, sed sufficit si communitati tantùm.

74. *Quartum*

75. *Tertia*

Tertia: an ius meriti fundari debeat in perfecta iustitia? Negatiua pars constat ex dictis, & dicedis.

Solutio argum. opposita n. 43.

Ad 1. argu. primæ, concedo, meritum non restringi tantùm ad materiam iustitiæ perfectę, sed

76.

etiam imperfectæ & potestatiuæ: nego, reperiri absque vllo debito in remunerante. Omnis .n. virtus ad alterum aliquod debitum siue legale, siue morale in altero supponit, quod quò strictius in retribuente, eò perfectius ius meriti respondet in operante. Ad confirm. nego, idem esse, opus esse

77.

condignè impetratorium, ac condignè meritorium: oratio .n. iusti pro aliquo dono temporali est condignè impetratoria, cùm ad id nihil ei desit; non est condignè meritoria, defectu promissionis conferentis infallibile ius ad tale bonum: & quodlibet opus Christi erat condignè impetratorium cuiuscunque præmij possibilis; nõ condignè meritorium illius, defectu promissionis. Pari modo opera beatorum sunt condignè impetratoria pro alijs; defectu tamen promissionis, non

78. *Ad 2.*

sunt condignè meritoria. Ad 2. neg. antec. licet .n. creatura ratione peccati constituat se dignam pœnâ, sicut ratione operis boni constituit se dignam præmio; adhuc tamen non dicitur completè & proximè mereri pœnam, nisi positâ lege Dei statuentis certam pœnam sensûs: pœna .n. priuationis gratiæ sine vllâ commination necessariò consequitur pecc. mortale, propter incompossibilitatem eius cum gratia. Confirm. de facto damnati multa committunt peccata, quibus fiunt digni nouâ pœnâ; tamen non dicuntur nouam pœnam mereri, defectu legis diuinę, nouam pœnam non taxantis. Vt autem pœna peccati incurratur, non est necessaria illius notitia, cùm pœna non debeat esse necessariò voluntaria in se, sed tantùm in culpâ.

79. *Ad 1. absurd.*

Ad 3. argu. & 1. absurd. resp. neg. posse à iustis, saltem implicitè & confusè hanc Dei promissionem ignorari. Cùm .n. nemo saluari possit absque fide Dei remunerantis, *ad Hebr.* 11. repugnat quempiam vitam æternam promereri absque notitiâ, saltem implicitâ & confusâ huius promissionis. 2. conced. promissionis acceptationem requiri ad fundandum ius perfectæ iustitiæ, qualis non est inter nos & Deum; non autem ad fundandum ius & debitum fidelitatis, ad quam solùm requiritur & sufficit promissionis manifestatio facta communitati. Ex hac resp. patet ad 2. & 3. sicut .n. priuata opinio de opposito non tollit debitum fidelitatis in Deo, & ius in creaturâ, si reuerâ est; ita nec ius morale in eâdem, ac proinde perfectum meritum ad

2. 3.

Digitized by Google

80. tum ad hæc dona. Ad 4. neg. sequel. non .n. ideò merita Christi dicuntur de rigore iustitiæ, quia ex se sunt condigna, & nullam requirunt promissionem: alioqui contra *Vasquez*, etiam merita iustorum dicerentur de rigore iustitiæ respectu gloriæ, quia ex se sunt condigna, & nullam requirũt promissionem: sed quia merita Christi, saltem ratione personæ, à quâ procedebant, non fundabantur in gratiâ præmiantis, cùm nulla gratia facta sit personæ, sed tantùm naturæ humanæ Christi merentis.

Ad 4. ad hominẽ

81. At merita iustorum fundantur in gratiâ habituali gratis collatâ personæ merenti. Ad 5. neg. sequel. quòd .n. peccatum personale absque vllâ lege Dei æternam mortem gratiæ & gloriæ nobis afferat; merita Christi non nisi ex promissione amissam animæ vitam nobis restituant, non nascitur ex inualiditate meritorum Christi, sed ex modo, quo & peccatum mortem, sc. demeritoriè essentialiter contradictoriè; & merita Christi animæ vitam causant meritoriè, non essentialiter; cùm in acceptatione pendeant à Deo, qui pro sua libertate posset illa non acceptare. Vnde in actu 1. longè validius est Christi meritum ad vitam animæ restituendam, quàm proprium peccatum ad mortem inferendam. Cùm illud sit infiniti valoris, hoc finitæ malitiæ: non tamen in actu 2. & in modo causandi; eo quòd plura requirat Christi meritum, vt vitam, quàm peccatum, vt mortem actu causet; quia hoc se ipso essentialiter animæ mortem, illud dependenter à voluntate Dei animæ vitam causat. De validitate quoad actũ 1. explica *cit.* Patres; etsi illi cum Paulo *ad Rom. 5.* solùm loquantur de merito Christi comparatiuè ad meritum Adæ.

Ad 5.

82. Ad 6. neg. sequel. siue quia potuit Deus propter merita Christi fundata in promissione præuisâ, vt à Christo acceptandâ, dare antiquis Patrib. gratiam: siue quia ad meritum fundatum in fidelitate tantùm remunerantis, non requiritur promissio nota & acceptata à promerente. Nec puto, vt Christi opera fuerint completè meritoria nobis, debuisse peculiari Christi voluntate offerri Deo pro nobis: nam positâ promissione Dei de saluandis hominibus per Christum, & gratiâ capitis in Christo, suâ naturâ opera Christi erant meritoria hominibus. Sicut positâ principis lege de recipiendis in suam gratiam filijs Petri, per obsequia ipsius, absque oblatione eorumdem, obsequia præstita principi meritoria essent filijs. Hoc de possibili: de facto omnia sua opera obtulit Christus, pro quibus voluit Pater offerri, *to. 6. d. 30. se. 3.*

Ad 6.

SECTIO IV.

An omnia opera bona iustorum sint condignè meritoria apud Deum?

83. BOna opera iustorum sunt triplicis generis, alia charitatis, alia reliquarum virtutum infusarum, alia moralium acquisitarum. De immediatè elicitis à charitate nulla est difficultas, quin ea sint condignè meritoria vitæ æternæ, siqua sunt in iustis opera, quæ dignum valorẽ æternæ gloriæ habeãt: hęc .n. sunt in supremo gradu dignitatis, cùm excellentiora dari nequeant. De cęteris operibus,

Opera elicita à charitate sunt condignè meritoria vitæ æternæ.

84. Prima sent. docet, nullum opus cuiuscunq; virtutis esse in iusto æternæ vitæ condignè meritorium, nisi aut proximè eliciatur, aut saltem virtualiter imperetur à charitate: *Bonaue. in 2. dist. 41. art. 1. qu. 3. Scot. qu. vn. Gabrie. qu. vn. art. 3. dub. 2. Duran. dist. 40. qu. 2. Bellar. lib. 5. de iustif. cap. 15.* Fundam. Scripturæ; *Matth. 5. Si diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis?* Matth. 10. *Qui recipit iustum in nomine iusti*, nempe quà seruus Dei est, *mercedem iusti accipiet.* Matth. 16. *Omnis qui reliquerit patrem & matrem, &c. propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.* Vbi limitatio, *propter nomen meum*, apertè indicat, opera non remuneranda, nisi fiant intuitu ipsius. 1. *ad Corinth. 10. ad Coloss. 3.* vbi Apost. sollicitè fideles monet, vt quicquid faciant, in Dei gloriam faciant. 1. ad Corinth. 13. *Si linguis hominem loquar & Angelorum, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* Similitudo *Ioan. 15.* vbi Christus iustos comparat palmitibus, se viti; & constat, palmites non ferre fructum, nisi succum è vite traxerint; ita nec iustos opera meritoria facere, nisi per virtutem, sc. charitatis, quam Christus iugiter influit in omne opus bonum, vt meritorium sit.

Prima sent.

85. *à simili*

Accedit *Celest. Papa ep. ad Gall. ca. 8.* attestans, non placere opera nostra Deo, nisi quorum ipse author est: Augustin. *ep. 105. ad Six. Presb.* affirmans, merita nostra munera esse Dei: *S. Tho. 1. 2. qu. 114. art. 4.* docens, meritum vitæ æternę primò & per se pertinere ad charitatem; ad reliquas virtutes non nisi secundariò, quà imperantur à charitate: & *1. p. qu. 95. art. 4.* præmium essentiale respondere soli charitati; accidentale reliquis virtutibus.

86. *ab auctor.*

Ratio 1. ea tantùm opera sunt æternæ vitæ meritoria, quæ suâ naturâ charitatem augent; siquidem omne meritum æternæ vitæ, simul est accrementum charitatis: constat autem charitatem non augeri, nisi per actus ab ipsa procedentes. 2. vt opus sit æternæ vitæ meritorium, debet referri in Deum vt vltimum finem: at non nisi ex imperio & directione charitatis: licèt .n. fides & spes respiciant Deum vt obiectum supernaturale, non tamen in illum referuntur vt vltimum finem.

87. *Prob. ratione gemina*

Secunda sent. affirmat, omne opus bonum à iusto factum, absque vlla relatione charitatis in Deum, esse condignè meritorium gloriæ: *Capreo. in 2. dist. 40. qu. 1. art. 1. concl. 2. Caiet. 1. 2. qu. 21. ar. 3. Sot. lib. 3. de nat. & gra. cap. 4. Medin. 1. 2. qu. 18. ar. 9. §. quinta op. & qu. 114. art. 4. Vasquez disp. 217. à cap. 2. &c.* Fundam. *Vasquez*: ad omne opus bonum, etiam virtutis acquisitæ, requiritur peculiare auxilium gratiæ per Christum: quod ex Concil. & Patrib. necessarium est ad opus æternę vitæ meritorium. Fundam. aliorum: vel ad meritum de condigno sufficit, vt sit opus bonum procedens à persona grata Deo: hoc .n. ipso tale opus virtute gratiæ eleuatur ad valorem æternæ vitę: vel si relatio requiritur, sufficit quâ qui semel seipsum in vitâ, suaque omnia Deo obtulit. Prob. sententia ex *Marc. 9. & Matth. 10.* vbi dicitur nullum virtutis opus, quantumuis minimum, suâ mercede carituruum. *Matth. 27.* vbi Christus vitam æternam retribuit iustis propter bona eorum opera moralia: *Esurijui enim, & dedisti mihi manducare*: vita æterna promittitur operibus misericordiæ; à Patrib. eleemosyna commendatur, quę *Tobiæ 12.* liberat à morte; *Danielis 4.* redimit peccata. *1. ad Corinth. 15.* Apost. fideles hortatur, vt in omni opere bono abundent, *Scientes, quòd labor vester non est inanis in Domino.* Trident. *sess. 14. cap. 8.* docet, per easdem passiones, quibus Deo satisfacimus, nos simul apud Deum mereri: *Accedit ad hæc, quòd potiss. dum satisfaciendo patimur pro peccatis &c.* & paulò pòst: *Quod si compatimur, & conglorificabimur.* At condignè Deo satisfacimus pro pœnâ ex peccato relictâ per opera moralia virtutum acquisitarum: ergo per ea condignè meremur. Ratio 1. Habitus gratiæ

88.

89. *Diversa fundam.*

90.

91. *Scripturæ*

92. *Fundam. Triden.*

93. *Ratio 1.*

Digitized by Google

gratiæ est formalis acceptatio ad vitam æternam: ergo omne opus à iusto factum eleuat ad vitam æternam, iuxta illud Ioan. 4. *Fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* 2. Gratia est filiatio adoptiua Dei: ergo reddit omnia opera iustorũ vt opera filiorum Dei; quæ neqneunt non placere Patri. 3. Persona Verbi provt naturæ humanę in genere causę formalis condignificabat omnia opera Christi, etiam moralia virtutum acquisitarum, reddebatque illa condignè meritoria apud Deum: ergo etiam gratia habitualis, vt complementum personæ creatæ, condignificat omnia eius opera, etiam moralia virtutũ acquisitarum, redditque illa condignè meritoria apud Deum, in genere causę formalis communicans suum valorem omnibus operibus bonis iustorum. Alioqui pauciſſima forent iustorũ merita, cùm pauci sint, qui suas operationes referũt in Deum vltimum finem: vnde multa opera misericordiæ, quibus facta est peculiaris promissio regni cælestis, suâ mercede fraudarentur.

2. 3. 4.

94. Tertia sent. media affirmat, nulla opera moralia virtutum acquisitarum, nisi vt imperata à charitate, nec sola opera charitatis, sed etiam reliquarum virtutum infusarũ, absque vllâ relatione in Deum vltimum finem, esse condignè meritoria apud Deum: *Molin. in Concor. disp. 6. Suarez lib. 12. de merito cap. 9. & 10. Coninck de merito disp. 8. dub. 4. concluſ. 4. & 5. &c.* Pro decisione controuersiæ,

95. 1. *concl. de virtutib. infusis Prob. ex Triden.* Dico 1. Omnia opera supernat. virtutum infusarum ex proprio motiuo supernat. elicita, absque vllâ relatione charitatis in Deum vltimum finem, sunt in iusto condignè meritoria apud Deũ. Prob. 1. ex *Triden. sess. 6. cap. 16. & can. 32.* vbi, vt opus sit æternæ vtiæ meritorium, solùm requirit, vt sit hominis iustificati, & factum ex peculiari auxilio & influxu Christi capitis. Quòd si *ibid.* requirit, vt in Deo sit factum, id non tam dixit, vt ad omne opus meritorium requireret imperium charitatis, quàm vt significaret, ea duntaxat opera esse æternæ vitæ meritoria, quæ ex peculiari virtute Dei procedunt: omnia .n. opera, quæ ex peculiari influxu Christi capitis procedunt, dici possunt in Deo facta. 2. Ex *eod. can.* in quo indefinitè docet, hominem iustum bonis operibus per Dei gratiam & Iesu Christi meritum factis vitam ęternam promereri: quibus opera virtutum supernat. proculdubio à Concil. comprehenduntur. 3. ex *cap. 7.* vbi docet, iustitiam vnicuique dari iuxta mensuram propriæ dispositionis: idem autem opus, quod ad gratiam est dispositio, aduenientę gratiâ, fit æternę gloriæ meritorium. Et sanè cùm sępè hæc dispositio ad gratiam, sit solùm opus attritionis, quod est actus supernat. spei, vt contingit in iustific. quę fit virtute sacramenti, apertè sequitur, actum spei esse meritorium ęternę gloriæ, absque vllo charitatis imperio; cùm nullo sit opus, vt quis attritionis actu disponatur ad gratiam, virtute sacramenti recipiendam. 4. *ex sess. 6. cap. 10.* vbi docet, iustos quotidie crescere magisque iustificari, per obseruationem mandatorum Dei & Ecclesiæ, sc. absque actuali, aut virtuali imperio charitatis: nemo .n. negabit, ea opera esse virtutum, de quibus ibi est sermo. Accedit Paul. 1. *ad Corinth. 15.* Fideles adhortans, vt in omni opere bono abundent: fruſtra, si solis operibus ex charitate elicitis, vel imperatis daretur gloria; sat enim fuisset, ad vnam charitatem, ex quâ tota ratio meriti in operibus penderet, hortari.

Paulo

96. *Prob. ration. 1.* Prob. 5. Opera virtutum infusarum ex proprio obiecto, & modo tendendi supernaturalia sunt; proximum .n. motiuum, à quo specificantur, est supernaturale: ergo ex se condigna sunt prędmio cęlestis gloriæ. Quòd si ea suâ naturâ tali prędmio condigna sunt, verosimile est, de facto ad illud acceptari: cur .n. potiùs promissio ęternæ vitę facta operibus charitatis, quàm cæteris virtutum infusarum, siquidem vtraque ab intrinseco tali præmio sunt digna? sc. illa non modò ab extrinsecâ sanctitate personæ, à quâ procedunt, sed etiam ab intrinseca naturâ referuntur in Deum finem supernat. non sub explicito conceptu & perfectione vltimi finis supernat. quo pacto illum respiciunt sola opera charitatis, sed ad illum intrinseco quasi põdere feruntur per diuersa motiua & rationes supernat. quę sunt veluti media per se ordinata ad talem finem perfectè assequendum; Spes vt summè fruibilem; Fides, vt summè veracem; Obedientia, vt supremum legislatorem; Religio, vt principium bonorum supernat. cui supremus cultus & adoratio debeatur. Quis autem credat, hoc actus, qui immediatè feruntur in Deũ sub aliquâ speciali perfectione & attributo ipsius, indigere extrinseco imperio charitatis, vt sint meritorij augmenti gratiæ & gloriæ apud Deum, cùm ab intrinseco supernaturales sint, Deum attingant sub motiuo supernat. proinde Deo grati acceptiq; sint? Confirm. creatura per hos actus gratificatur Deo, eique vt fini supernat. morem gerit: quamuis .n. ad illum non tendant sub explicito conceptu finis supernat. tamen in actu exercito, & sub speciali perfectione suâ naturâ feruntur in illum. Quia Deus vt finis supernat. includit eas omnes perfectiones, quas infusę virtutes attingunt; ac proinde dici possunt attingere Deum finem supernat. etsi non attingant sub explicitâ perfectione vltimi finis; quia vltimus finis essentialiter integratur ex omnibus his perfectionibus.

97. *Confirm.*

Præterea maximam vim facit argu. ductum ab absurdo, quod 2. sent. vrgebat, sc. paucissima fore iustorum merita apud Deum, si ea consisterent tantùm in operibus à charitate procedentibus. homines enim secularibus negotijs dediti, simplices, idiotę vix norũt eâ intentione sua opera in Deum referre; verosimile autem non est, tot opera bona, ab ipsis in statu iustitiæ facta, quæ vel in proximi vtilitatem, vel in Dei honorem cedunt, omni præmio caritura apud Deum. Quod si proloquium Patrum est, nullum opus bonum suâ mercede & præmio apud Deum cariturum, certè si opera supernat. virtutum infusarum in statu iustitiæ facta præmio remuneranda sunt, non alio condignè poterunt, quàm supernaturali, cùm nullum naturale sit illis commensum. 2. Gratia quę est veluti commune subiectum & vniuersale principiũ omnium virtutum supernat. non solùm per se ipsam moraliter influit in opera charitatis, sed reliquarum etiam virtutum supernat. cùm non minùs harum opera sint propria gratię, quàm ipsius charitatis. sicut .n. anima, quę est vniuersale principium & subiectum potentiarum, non solùm influit in operationes intellectûs & voluntatis, sed reliquarum etiam, ita grátia habitualis, quia est tanquam commune subiectum, & principium omnium virtutum supernaturalium, per se influit, influxu saltem morali, in operationes earum, illas ab intrinseco condignificando per gratuitum & supernaturalem influxum.

98. *ab absurd.*

99. *2. ratio*

Dico 2. Opera moralia virtutum acquisitarum facta ex speciali auxilio ordinis naturalis, per Christum collato, sunt in homine iusto absque vllo imperio charitatis, vel alterius virtutis supernat. de condigno meritoria apud Deum. ita *Vasquez* docens,

100. *De operib. moralib.*

Digitized by Google

docens, omnia opera acquisitarum esse in iusto meritoria, eo quòd ad omne opus moraliter bonum requiratur speciale auxilium ordinis naturalis per Christum. Ego etsi non ad omnia opera moraliter bona auxilium speciale ordinis naturalis per Christum admittam, illud tamen admitto ad moralia difficilia, atque hæc opera cum *Vasquez* affirmo, esse in iusto absque imperio charitatis, vel alterius supernat. virtutis apud Deum condignè meritoria: à *Vasquez* discrepo in fundamento.

101. *Fundam.* Potissimum est: licèt hęc opera non sint condignè meritoria gloriæ, vel ratione intrinsecę honestatis: hęc .n. est ordinis naturalis nullam proportionem habentis cum præmio supernat. vel ratione iustitiæ & sanctitatis habitualis: hæc enim non dignificat moraliter nisi opera, ad quæ ipsa per suos habitus supernat. influit, alioqui cõdignificaret etiam opera moralia sine vllo speciali auxilio per Christum facta, quod infrà confutabo; sunt tamen condignè meritoria ratione meritorum Christi, quod sic ostendo: ex *sect.* 2. merita nostra, vt moraliter coniuncta cum Christo, vt capite, aliquam dignitatem participant meritorum Christi, qui nostra merita vt suorum membrorum cum suis coniuncta offert Patri. At hoc ipso, quòd dantur nobis per Christum specialia auxilia ad opus bonum exercendum, tale opus moraliter coniungitur cum Christo, vt cum capite, fitque quodammodo ipsius meritum, propter moralem coniunctionem membrorum cum capite: Christus moraliter influit in tale opus; vt caput in membra, & vitis in palmites; atque adeò moralem dignitatem & valorem suorum meritorũ illi communicat: hic .n. influxus est in genere causæ meritoriæ, moraliter dignificãtis opera membrorum moraliter cum capite coniunctorum; vel ea Patri offerendo, vt supra cum *Triden. sect.* 2. vel in ea influendo, ac sua quodammodo efficiendo. Confir. quicquid nobis per merita Christi datur, datur tantùm vt dispositio vel proxima, vel saltem remota ad gloriam consequendam: nam, vt inquit *Augustin. epist.* 105. *Christus non pro nullis, vt homines condemnarentur, sed pro impijs mortuus est, vt iustificarentur.* Ergo omne opus, ad quod peculiari influxu Christus influit, dirigitur, etsi non ex naturâ suâ, ex Christi saltem ordinatione, ad vitam æternam: alioqui frustra Christus sua merita tali operi applicaret, nisi vellet illud ad gloriam ordinare. Quòd autem omne auxilium etiam ordinis naturalis, naturæ indebitum, detur per Christum prob. peccato primi Parentis fuerunt omnia dona gratuita & indebita naturæ sublata: ergo ea non nisi per Christum nobis restituuntur: *ad Coloss.* 1. Deus per Christum reconciliauit omnia, vt quæ nimirum in Adam perdidimus, in ipso recuperaremus: hoc .n. spectat ad munus perfecti redemptoris, vt quicquid est nobis per captiuitatem sublatum, redemptoris pretio restituatur.

Opus morale per moralem coniunct. cum Christo capite fit condignè meritorium

102. *Confirm.*

103. *Prob. 2. à pari ratione* Prob. 2. Eadem opera, quæ ante gratiam disponunt ad iustificationem, adueniente gratiâ, fiunt condignè meritoria apud Deum; vt probat inductio de attritione, contritione & quouis actu supernat. sed opera moralia ex peculiari auxilio per Christum facta, disponunt ad iustific. eamque de congruo merentur: certum .n. est omnes homines habere sufficientia media & auxilia ad salutem; & cùm multi Gentiles nullam habeant notitiam supernat. Dei, habere debent modum sibi proportionatum, quo ad salutem disponi possint, alioqui essent extra statum salutis: hic autem modus alius esse non potest in ijs, quàm per bona opera moralia ex speciali auxilio Christi facta, se paulatim disponere, vt Deus peccatorem promoueat ad notitiam supernat. sui, & ad reliquos perfectiores actus ordinis supernat. vt *disp.* 28. *sect.* 4. quo modo probabile est, vsum Deum cum Cornelio *Actor.* 10. & cum alijs nuper in Indiâ ad fidem conuersis

104. Ita intellige *Triden. sess.* 6. *cap.* 5. vbi declarans modum nostræ iustific. ait, *Ipsius exordium in adultis à Dei per Christum Iesum præueniente gratiâ sumendum esse:* non .n. necesse est, vt omnis gratia præueniens, nobis per Christum collata independenter à nostris meritis, sit ordinis supernat. quoad substantiam, sed sufficit, vt sit talis quoad modũ, vt auxilia ordinis naturalis indebita naturę, sine quibus nunquam opera moralia difficilia efficeret.

105. *Diffic. duplex. 1.* Hinc emergit difficultas; 1. quòd Deo placeant opera absque fide facta, contra *ad Hebræ.* 11. *vò impossibile sine fide placere Deo.* opera .n. moralia, etiam ex speciali auxilio Christi facta, non necessariò supponunt fidem, vel in Remuneratorem, vel in Redemptorem: cùm possint fieri à Gentili nullam habente notitiam fidei. 2. quòd non sit simpliciter necessaria gratia ad meritum de condigno, cùm opus condignè meritorium esse possit per solum auxilium speciale per Christi merita collatum.

106. *Resp. ad 1.* Resp. si loquamur de operibus moralibus, quæ fiunt à iusto in statu gratię, cessat difficultas: ea .n. procedunt ex fide habituali; quod sufficit, vt dicãtur in fide facta, sicut dicuntur in charitate facta, quæ procedunt à subiecto informato charitate.

2.

107. *Opera virtutum moralium facta à Gentili placent Deo, vt dispositiones remota ad fidem.* De huiusmodi operib. factis à Gentili sine fide, tam actuali, quàm habituali, dico ea placere Deo, vt dispositiones remotas ad fidem. Deo enim placent bona opera, etiam quæ proximè, vel remotè ad fidem disponunt, eaque mediante ad iustificationem. Quia non possunt ea opera in ordine ad vitam æternam non placere Deo, quæ aliquo modo ad supernat. finem ordinantur, siue ex intrinsecâ naturâ suâ, vt actus quoad substantiam supernaturales, siue ex extrinsecâ ordinatione Christi, vt opera moralia facta ex peculiari auxilio ipsius. Deus enim, cùm res diligat eo dilectionis genere, quo res sunt diligibiles in se, non poterunt non ei placere, vt merita saltem de congruo, ea opera, quæ aliquo modo ad supernat. beatit. ordinantur. Paulus intelligitur de eo cõplacentiæ affectu, qui fundatur in merito de condigno; vel negat aliquid placere Deo sine fide per modum termini, non tantùm principij: ita bona opera fidem præcedentia, placent Deo vt dispositiones, vel proximę vel remotę ad fidem: vel certè Paulus *cit. loco* loquitur de complacentia status, non operationis.

108. *Ad secundæ diffic.* Ad 2. diffic. distinguo de merito, vel ab intrinseco condigno & ex natura operis; vel ab extrinseca tantùm ordinatione; non acceptantis (hęc .n. semper supponit meritum aliunde condignum) sed offerentis & exhibẽtis, quo pacto potuit Christus personali sua oblatione apud Patrem nostra merita moraliter dignificare. Est igitur gratia necessaria ad meritum ab intrinseco condignum, non ad condignum ab extrinseco tantùm.

109. *Bona opera moralia, sine speciali auxilio non sunt meritoria præmij supernat.* DICO 3. Opera bona moralia facta à iusto ex generali concursu Dei, absque speciali auxilio per Christum, non sunt meritoria præmij supernat. nisi virtualiter à charitate, vel ab alia supernat. virture imperentur. Prima pars communior, sc. ad operæ æternæ vitę meritoria requirunt peculiarem influxũ gratię, etiam actualis. ita Concilia *Mileuit. Arausic. Palæst.* quę contra Pelag. expressè definiunt, nullum opus ad salutem valere, nisi fiat ex illuminatione Spiritûs S. & *Trident. sess.* 6. *cap.* 16.

110. docet,

Digitized by Google

docet, nullo pacto opera nostra meritoria esse posse, nisi in ea influat Christus vt caput in membra. & vitis in palmites, influxu antecedente, comitante, consequente, sc. gratia actuali vt *sess. 24. cap. 8.* Vnde nec Vasquez negat, ad opus meritorium apud Deum gratiam actualem necessariam esse, sed quia contendit, illam esse necessariam ad quodlibet opus moraliter bonum, ab ipso discrepo: si sentiret, posse opus moraliter bonum fieri absque speciali auxilio per Christum, nobiscum etiam censeret, non posse tale opus esse condignè meritorium apud Deum, cùm hoc expresè doceant *cit. Concil. Patres.* Fundam. ex nullo capite tale opus habet, vt sit condignè meritorium præmij supernat. ad id enim requiritur æqualitas valoris ad præmium: sed tale opus non habet æqualitatem valoris ad vllum præmium supernat. nec enim illum habet ex substantiâ operis, cùm sit naturalis; præmiũ verò supernat. in substantia: nec à gratia habituali moraliter influente; hęc enim moraliter non influit, nisi in opera, quæ ab ipsa mediantibus habitibus, vt proprijs potentijs procedunt; quæ opera, cùm fiant à potentia naturali cum solo concursu generali Dei, non producuntur ab habitibus supernat. igitur nequeunt moraliter à gratia dignificari. Maior prob. gratia, cùm sit forma accidentalis, non se extendit nisi ad dignificandos actus à se dependentes; vt formæ ceteræ; moralis enim dignificatio supponit moralem coniunctionem & dependentiam in eo genere, in quo illa fieri debet; sc. per coniunctionem & dependentiam operis à principio operatiuo, vt fiet: opera autem moralia naturalia nullam habent coniunctionem & dependentiam à gratia vt à principio operatiuo: ergo nequeunt ab illâ moraliter dignificari. Nec dici potest, hęc opera condignitatem valoris habere ex meritis & ordinatione Christi: Christus enim vt caput non dignificat, nisi opera, in quæ ipse vt caput influit, sc. indebita naturę, quæ vel quoad substantiam, vel quoad modum excedunt vires naturæ: nam ex *August.* non est mortuus vt homines essemus, sed vt iusti & beati: quæ autem sunt debita naturę, nec sunt nobis per peccatum sublata; nec necesse fuit, ea per Christum restitui.

111. *Fund. primæ partis asser.*

112.

113. *Eadem opera à virtute supernat. imperata fiunt condignè meritoria*

Secunda pars asserti. prob. opus imperatum facit vnum moraliter cum actu imperante, vt suprà: ergo gratia, quæ est in iusto, dignificat actum imperantem, supernat. in essentiâ, & etiam imperatum in essentiâ naturalem: ergo per hoc imperium actus virtutis naturalis fit condignè meritorius vitæ æternæ apud Deum: opus enim à gratiâ dignificatum, est condignum meritum gloriæ, cùm gratia sit forma quoad entitatem perfectior gloriâ. Prior conseq. prob. statim enim ac opus imperatum honestum integrat vnum cum opere supernat. imperante, per talem coniunctionem eleuatur intra sphæram imperantis; & dignitas, quæ cadit in vnum, cadit etiam in alterum, ob mutuam coniunctionem vtriusque: sicut libertas, quę cadit in actum internum, cadit in externum, reddens illum formaliter liberum eâdem libertate, quâ liber internus. Confirm. Ideò opera moralia, ex speciali auxilio per Christum facta, redduntur digna dignitate meritorum Christi, quia mediante voluntate & ordinatione Christi faciunt vnum cum meritis Christi: vnde vnum cum illis effecta dignificantur dignitate meritorum Christi. Eadem igitur ratione opera moralia, ex solo concursu generali elicita, si efficiant vnum cum actu supernat. imperante, dignificabuntur eâdem dignitate, quâ imperans. *Dices.* Si propter coniunctionem actus imperati cum imperante, actus imperatus dignificatur à gratia: ergo propter coniunctionem actus honesti naturalis cum subiecto grato, talis actus dignificabitur à gratia. Resp. neg. conseq. vt. n. actus in ratione meriti dignificetur à gratiâ, debet cum eâ vniri in ratione principij operatiui; hoc enim per se requiritur ad meritum, cùm sit actus liber. Actus autem imperatus vnitur cum imperante in ratione principij operatiui moralis, eoque mediante cum gratiâ; non autem actus honestus naturalis cum subiecto grato.

114.

115.

Tertia pars asserti. constat: sicut enim actus virtutis supernat. est de se meritorius, absque relatione & imperio charitatis: ita imperium virtutis supernat. est de se sufficiens ad eleuandum opus morale ad sphæram gratiæ moraliter dignificantis, ob moralem coniunctionem cum ipso. Igitur si quilibet actus virtutis supernat. suâ naturâ continetur intra sphęram gratiæ dignificantis, etiam actus imperatus à quâcunque virtute supernat. propter coniunctionem cum actu imperante, continebitur intra eandem.

116. *Tale imperium non necessariò est charitatis.*

Quarta pars asserti. quòd solum virtuale imperium ad huiusmodi opera moralia dignificanda sufficiat, prob. Actuale imperium est, quod actu simul est cum opere imperato, vel immediatè ante præcessit: Habituale, alterum indistinctum ab habitu charitatis & gratiæ, quæ hoc ipso quòd informat subiectum, habitualiter eleuat omnia opera bona, cuiuscunque ordinis & honestatis sint: alterum ab habitu charitatis & gratiæ distinctum, consistens in aliquo actu, quo quis semel saltem in vita seipsum, suaque omnia retulit in Deum finem supernat. vi cuius actus omnia opera subsequentia manent in Deum supernat. finem ordinata: ac proinde illa absque nouo imperio, dum actu fiunt, sunt de condigno meritoria vi præcedentis actus: Virtuale est medium inter habituale, & actuale; & consistit in aliquo imperio præcedente, & virtutę perseuerante in aliquo effectu ipsius, vt intentio consecrandi corpus Christi virtute perseuerat in actione, quâ sacerdos ad sacrificium se præparat, induendo se, sacrum inchoando, & reliquas actiones continuatè peragendo, vsque ad instans consecrationis: omnes. n. istæ actiones tempore præcedentes consecrationem sunt effectus illius intentionis, quâ sacerdos ab initio consecrare intendit. vnde etsi tempore consecrationis desit actualis intentio consecrandi, virtute præcedentis intentionis, moraliter perseuerantis in suo effectu, fit consecratio. Pati etiam ratione, cùm quis habet intentionem occidendi inimicum, & ad hunc finem arma conquirit, equum conducit, gladium arripit, & similia operatur conducentia, nihil interim actu de fine cogitans, omnia ista virtute primæ intentionis moraliter perseuerantis in suis effectibus, censentur facere vnum opus morale homicidij, cum quo moraliter cõnectuntur, vt actus imperati cũ imperante. Explicato hoc discrimine.

117. *Triplex imperium; Actuale;* *Habituale duplex;* *Virtuale.*

Prob. ad opera naturaliter honesta, & condignè meritoria, imperium requiri, & sat esse virtuale: illud enim requiritur, & sat est ad meritum apud Deum, quod requiritur, & sat est ad humana negotia validè transigenda: sed requiritur, & sat est voluntas & imperium virtuale, ad Ciuiles contractus validè celebrandos, ad fauores & gratiam apud Principes obtinendam, ad reliqua negotia humana peragenda. Maior prob. 1. credibile non est, Deum aut strictiùs aut laxiùs voluisse homines ad salutem obligare, quàm ipsi homines mutuò

118. *Sufficit imperium virtuale virtutis supernaturalis, vt actio virtutis moralis fiat meritoria.*

Digitized by Google

tuò inter sese obligari solent. Semper enim Deus, quæ eius est suauis prouidentia, quoad fieri potest, accommodat se naturis rerum.

119. Confirm. talis voluntas & intentio requiritur, & sat est ad sacramenta à Christo instituta validè conficienda: vt 7. *to.* ergo eadem requiretur, & sat erit ad opera condignè meritoria apud Deum. Nam idem Deus instituit modũ validè conficiendi sacramenta, & apud ipsũ condignè merendi: ergo in neutro maior, aut minor intentio requiritur.

120. *à priori* 2. Ea voluntas & intentio requiritur, & sufficit ad reddendum subsequẽs opus meritorium apud Deum, quę apta est integrare vnum moraliter cum illo: cùm enim subsequens opus non sit condignè meritorium apud Deum ex se, neque ex gratiâ, cuius non est effectus, sed solius facultatis naturalis, fieri debet condignum per alium actum, qui de se sit condignus; sc. integrando vnum opus morale cum illo. At virtualis intentio ad id requiritur & sufficit: sola enim voluntas habitualis inclusa in gratiâ, cùm nullum dicat actum, non sufficit: nam perinde est ac dicere, opera bona in iusto ex solo conatu naturali facta esse meritoria apud Deum, ex eo tantùm quòd procedant à subiecto grato; contra Concilia. Nec sufficit voluntas habitualis fundata in actu, quo quis vel semel in vitâ, vel ante longum tempus se obtulit Deo: vtraque enim voluntas cùm per multa, eaque disparata negotia sit interrupta, non cẽsetur facere vnum cum opere longo pòst tempore subsequente. Non enim voluntas, quâ quis se offert Deo, solùm contrariâ, sed etiam disparatâ voluntate interrumpitur. Nec satisfaciunt qui dicunt, eam voluntatem sufficere, quâ ita quis manet habitualiter dispositus, vt si vel interrogaretur, vel aduerteret, actu suum opus offerret Deo. sicut .n. non sunt demeritoria opera nostra, quæ faceremus, si aduerteremus, sed ea tantùm, quæ actu facimus: ita nec sunt opera nostra meritoria, quæ faceremus, si aduerteremus, sed ea tantùm, quæ actu facimus. Ratio: Deus non præmiat, nec punit opera sub conditione futura; ex

Voluntas habitualis ad meritum non sufficit.

121. *Augustin.* Nec, vt opus morale fiat condignè meritorium apud Deum, necessarium est imperium actuale, actu eleuans & dirigens illud ad finem supernat. sicut .n. hoc non est necessariũ ad humana negotia tanſigenda; ita nec putandum est necessarium ad negotium æternæ salutis peragendum.

Solutio argum.

122. *Ad testimonia 6. script.* Ad primæ sent. primum testim. resp. cum B. *Gregor. hom. 27. in Euang.* illud intellligi de dilectione naturali, quę sola naturæ inclinatione proximo impenditur, alioqui cùm idem sit habitus charitatis Dei & proximi, vt communior fert opinio, non posset dilectio proximi ex habitu infusæ charitatis elicita, neque per aduers. non esse meritoria apud Deum. 2. Rectè intelligi de opere bono virtutis infusæ: limitatio .n. *in nomine iusti*, non ponitur ad limitandum opus misericordiæ ad solam virtutem charitatis, cùm illud limitare possit ad virtutem misericordiæ infusæ, vt non quà homini, sed quà iusto eleemosyna tribuatur. Adde, quòd etiamsi illud limitet ad opus charitatis, non propterea inde sequitur, reliqua opera virtutum non esse meritoria. ex eo .n. quod Deus promittat præmium operibus charitatis, non negat reliquis virtutibus, quibus ex câd. Scrip. colligitur,

123.

124. facta diuina promissio. Ad 3. addita fuit ijs operibus à Christo limitatio, vt nos doceret, ea non affectu naturali, & motiuo solius honestatis moralis, vt multi ex Gentilib. Philos. fecerunt, sed nomine & intuitu ipsius. 4. locus Pauli non est præcepti, sed consilij tantùm. 5. explicandus de charitate habituali, quæ ad condignum meritum necessaria est. 6. De similitudine vitis & palmitum intelligi debet de succo auxilij supernat. quem à Christo vt à capite trahunt opera meritoria iustorum; ita *Triden. sess. 6. cap. 16.* Authoritas *Cælestini* & *Augustin.* optimè quadrat in nostram sent. siquidem operum, quæ in ordine ad præmium vitæ æternæ placent Deo, solus Deus est prinipalis author; ac Dei munera sunt. *S. Doctorem* communiter Thomistæ intelligunt de charitate habituali, merito cuius omnia opera bona iustorum eleuantur ad præmium vitę æternæ. Explicari etiam potest de imperio charitatis respectu operum dumtaxat moralium: aliàs *quæst. 2. de malo art. 5. ad 7. fine*, docuit, omnem actum habentis charitatem, aut esse meritorium, aut demeritorium.

125.

126.

127.

128. *Ad rationes* Resp. ad 1. nego, operibus supernat. aliarum virtutum habitum charitatis non augeri: sicut .n. his actibus augetur habitus gratię, ita consequenter & charitatis: an etiam habitus reliquarum virtutum infusarum, constabit ex *sect. vlt.* Neque in hoc militat paritas habituum natur. hi .n. physicè augentur ab actib. habitus infusi non nisi moraliter & meritoriè: proinde mirum non est, si non solùm actib. proprijs, sed & aliarum virtutum augeantur. Ad 2. vt opus sit æternę vitę meritorium,

129. necesse non est, vt actu referatur in Deum vltimum finem, sed sat est, si tantùm virtute, hoc ipso quod est virtutis supernat. vel ex speciali auxilio Christi factum, vel à virtute supernat. imperatum: sic enim accipit opus virtualem relationem ad vltimum finem.

130. *Ad argumenta secunda* Ad secundæ fundam. *Vasquez*, nego, ad omne opus moraliter tantùm honestum necessarium esse speciale auxilium per Christum, cùm multa opera honesta fieri possint solius naturæ viribus, cum generali dumtaxat concursu Dei, vt suprà.

131. Ad fund. aliorum; gratia non condignificat omnia opera bona à iusto facta, sed tantùm ea, quę sunt propria gratiæ: qualia non sunt moralia, solo concursu generali facta; quia non coniungitur cum gratiâ, vt cum principio moraliter, aut physicè operatiuo. Nego etiam ad meritum condignum sufficere actum, quo quis vel semel in vitâ seipsum Deo obtulit, vel multo tempore antè.

132. Primum testim. *cit.* intelligitur de opere facto cum debitis circumstantijs ad meritum requisitis: Eod. modo secundum, 3. 4. licèt .n. non semper Scriptura proponat opus æternâ vitâ condignum cum omnibus circumstantijs ad meritum requisitis, semper tamen hę subintelliguntur ex alijs locis, in quibus earum mentio fit. Ad *Triden.* nego, ex

133. eod. nos condignè Deo satisfacere pro pœnâ ex peccato relictâ, per opera purè moralia, soliſque naturæ viribus facta: *ita non habet homo, vnde glorietur, sed omnis gloriatio nostra in Christo est, in quo viuimus, in quo meremur, in quo satisfacimus, facientes fructus dignos pœnitentia, qui ex illo vim habent, ab illo offeruntur Patri, & per illum acceptantur à Patre*: igitur eatenus ex *Triden.* opera nostra sunt satisfactoria, quatenus vim habent ex meritis Christi: ergo non solùm vt meritoria præmij, sed etiam vt satisfactoria pœnæ, egent speciali auxilio per Christum.

134. *Ad rationes secundæ* Ad primam, neg. conseq. ex eo .n. quòd gratia sit formalis acceptatio ad gloriam, tantùm sequitur, illam ad supernat. finem euehere omnia opera, quæ ab ipsâ moraliter procedunt, non purè moralia, solo generali concursu Dei facta. Ad 2. neg.

135. conseq. ad prob. non possunt opera filiorum non placere Patri omni complacentię affectu, nego; aliquo

Digitized by Google

aliquo complacentiæ affectu, concedo. Cùm enim in filijs Dei varia sint opera bona, aliqua vt filiorum formaliter; hæc non possunt non placere Deo in ordine ad gloriam, vt ad hæreditatem debitam filijs: alia vt filiorum materialiter, sc. bona moralia facilia, naturæ viribus elicita, absque vllo speciali auxilio per Christum; hęc placent quidem Deo, sed in ordine ad præmium temporale. Hoc modo omnia opera filiorum placent Deo, iuxta operum qualitatem; alia in ordine ad præmium

136. *Ad 3.* supernat. alia in ordine ad naturale. Ad 3 neg. conseq. persona. n. Verbi vnitur humanitati, vt suppositum naturæ; supplens in eâ assumptâ vicem personæ creatæ: suppositum autem seu persona est complementum naturę in ordine ad omnes operationes naturę, propter quod hæ omnes dicuntur operationes suppositi; suppositum. n. est vniuersale principium omnium actionum, quia in ordine ad omnes actiones complet naturam sc. substantialiter; proinde cùm suppositum sit principium operationum tam naturalium, quàm supernat. omnes moraliter dignificat, cùm omnes ab ipso procedant. Gratia autem habitualis vnitur animę vt forma accidentalis: quę cùm supponat naturam perfectè completam substantialiter, non potest complere illam in ordine ad omnes operationes, sed solùm perficit illam in ordine ad eas operationes, quarum ipsa est principium: cùm igitur non sit principium operationum purè naturalium, non poterit eas dignificare, quia non dignificat nisi suas. Ex his patet ad confirm. nequit forma accidentalis suum valorem communicare, nisi

137. *Ad 4.* operib. ab ipsa procedentib. Ad 4. neg. sequel. Nam prętер opera bona merè naturalia, reliqua omnia in iusto sunt condignè meritoria apud Deum. Cæterùm promissio non intelligitur facta operibus misericordiæ merè naturalibus, sed supernaturalibus, saltem quoad modum: hæc enim supernaturalitas ad meritum de condigno ad minimum requiritur, ex *Concilijs & Patribus.*

SECTIO V.

Quænam res cadant sub meritum?

138. *Augmẽtam gratiæ & gloriæ* CErtum 1. est, sub meritum de condigno cadere augmentum gratię & gloriæ, ex *Triden. sess. 6. can. 24. Si quis dixerit iustitiam acceptam non conseruari, atque etiam non augeri coràm Deo per bona opera &c. anathema sit:* & can. 32. *Si quis dixerit, ipsum iustificatum bonis operibus, quæ ab eo per Dei gratiam, & Iesu Christi meritum, cuius viuum membrum est, fiunt, non verè mereri augmentum gratiæ, atque etiam gloriæ, anathema sit.* Ratio: in his sunt omnia requisita, vt in meritum de condigno operum iustorum cadant: de his. n. facta est specialis promissio, *Apoc. 22. Qui iustus est, iustificetur adhuc,* & ex parte promerentis respondet operum con-

139. *Bona temporalia* dignitas. 2. Certum est, bona temporalia, quà promouent ad finem æternę beatit. sub meritum de condigno directè cadere, non secus ac augmentum gratię, & reliqua auxilia supernat. quoad substantiam, modumve; *Ita S. Doct. 1. 2. qu. 114. ar. vlt.*

140. *Finalis perseuerantia* 3. Certum est, finalem perseuerantiam sub meritum non cadere: *cit. qu. art. 9. in argu. S. Tho.* ratio; quę apud Deum meremur, infallibiliter consequimur: ergo si iustus suis bonis operibus mereretur finalem perseuerantiam, ad hoc merita ipsius se extenderent, vt Deus ex fidelitate & promissione teneretur eum in acceptâ iustitiâ in finem vitæ conseruare, ita vt mereretur eâ nunquam excidere: sc. omnis iustus eo ipso esset in gratiâ confirmatus. Negandum tamen non est, iustum bonis suis operibus ea omnia auxilia sibi promereri, quibus posset in finem vitę perseuerare: nam, vt *cit. qu. art. 10.* S. Doctor, omnia ea, quæ ad æternam beatitatẽ conducunt, sub meritum cadunt. Neque hoc est, perseuerantię donum promereri: hoc. n. non dicit solam collectionem auxiliorum, quibus perseuerare possimus, sed quibus de facto perseueraturi sumus. Id autem non debetur iustis, *Ratio prius.* quia de hoc non est facta specialis promissio: sine promissione autem nullum donum cadere potest sub meritum, etiamsi alioqui non desit ex parte operum condignitas & valor: licet. n. iustis facta sit promissio ęternæ gloriæ in iustitiâ perseuerantibus, non tamen ipsius doni perseuerantiæ, hoc ipso, quo iustitiam adipiscuntur: cur? vt maiori *Congruentia* cum cautelâ, & timore viatores suam operentur salutem. Ex his cõstat; quamuis iusti assiduis apud Deum precibus perseuerantiæ donum impetrare possint, illud tamen promereri non possunt, cùm ad opus meritorium requiratur certa absoluta promissio. 4. Certissimum est id, quod *cit. qu. ar. 7.* 141. docuit *S. Tho.* non posse iustum suis bonis operi- *Non potest iustus sibi promereri reparationem post lapsum:* bus, in statu iustitiæ factis, sibi promereri reparationem post lapsum: alioqui sequeretur, neminem, qui semel fuit in statu iustitię, damnati posse; si merentur opera bona in statu iustitiæ facta, vt non obstante peccato, in quod laberetur iustus, amissa iustitia sibi restituenda foret. Doctrina verissima est quoad rationem meriti siue de congruo, siue de condigno fundati in certâ promissione Dei. Quoad rationem impetrationis, non dubito, quin possit iustus bonis suis operibus & precibus apud Deum sibi impetrare reparationem iustitiæ post lapsum: si. n. potest illam impetrare alteri peccatori, cur non sibi? ita. n. se habet iustus in statu iustitiæ respectu sui in statu peccati existentis, sicut se habet idem respectu alterius peccatoris. 5. Indubitatum est, non posse hominem primam gratiam alteri mereri; posse eam alteri bonis operibus impetrare. Ratio: de hoc nulla certa extat promissio aut Ecclesiæ declaratio; in quâ promissione omne meritum saltem de condigno fundatur. Confir. hoc est proprium Christi, vt suis operibus promeritus nobis sit primam gratiam, & cum ea totam auxiliorum seriem à primo vsque ad vltimum: Hinc tamen non excluduntur nostra merita ex inhærente iustitia promanantia. 6. Pro certo habetur, primum auxilium gra- 143. tiæ, quo peccator ad iustificationem disponitur, *ita probatiores Theol.* non cadere sub meritum, ne quidem de congruo, aut impetratorium: alioqui illud non tam gratuito, vt factæ Scripturæ, & Concilia definiunt nobis daretur, quàm ex gratitudine rependeretur.

7. Certum, primam gratiam iustificantem non 144. cadere sub meritum de condigno, per opera illam præcedentia: id. n. omne necessariò supponit gratiam iustificantem, vt principium meriti.

In controuersiam vertitur, 1. An saltem de 145. congruo possimus primam gratiam iustificantem *Tria controuersa* per bona opera, gratiam præcedentia, nobis promereri? 2. An etiam de condigno illam promereri possimus per actum perfectę contritionis, habitum gratię comitantem? 3. An primus gradus gloriæ, primæ gratiæ sanctificanti correspondens, cadat sub meritum de condigno?

Quoad 1. Capreo. *in 4. dist. 14. qu. 2. art. 3.* Soto 146. *lib. 2. de nat. & gra. cap. 4.* Medin. *1. 2. qu. 114. art.* *An de congruo primam gratiam nobis* 5. aliique recen. Thom. docent, opera, quæ iusti- *ficationem &c.*

Digitized by Google

ficationem præcedunt, etsi habeant rationem dispositionis ad illam, nullam tamen habere rationem meriti, ne de congruo quidem. Probant 1. ex Arausi. II. can. 18. *Debetur merces bonis operibus, si fiant, sed gratia, quæ non debetur, præcedit vt fiant.* ex Triden. sess. 6. cap. 8. *gratis iustificari ideò dicimur,* ab Apost. *quia nihil eorum, quæ iustificationem præcedunt, siue fides, siue opera, ipsam iustificationis gratiam promeretur.* ex Palæst. contra Pelag. vbi damnatur quicunque dixerit, gratiam Dei secundùm merita nostra dari. 2. ex August. qui contra Pelag. docet, nulla nostra merita gratiam præcedere; sed omne meritum à gratiâ inchoari. 3. quia nullum est meritum, vbi nulla est ratio debiti & iustitiæ: sed dispositio ad gratiam tempore vel naturâ præcedens gratiam, nullum ius habet ad gratiam, cùm ante gratiam nulla sit dignitas in opere.

Ratio.

147. *Resp. affirm.* DICO, opera bona, gratiam præcedentia, habere posse rationem meriti, saltem de congruo, & impetratorij respectu iustificantis gratiæ. Ita *S. Doct. in 2. dist. 27. qu. vn. art. 4. Banane. in 4. dist. 15. p. 1. dist. art. 1. qu. 5.* vbi docet, peccatorem suis bonis operibus, ex auxilio gratiæ factis, de congruo sibi iustificationis gratiam promereri: *Ferrarie. 3. con. Gen. cap. 149. fine,* vbi contra *Capreo.* contendit, hanc esse mentem *S. Doct. Vega. in Triden. lib. 8. cap. 8. & qu. 7. de iustif. Vasquez 1. 2. qu. 218. à cap. 2. Suarez lib. 12. de merito cap. 37. &c.*

148. *Prob. 1. auctoritate* Prob. 1. ex August. *epist. 105. Sed nec ipsa remissio peccatorum sine aliquo merito est, si fides hanc impetrat. Neque enim nullum est meritum fidei, quâ fide ille dicebat:* Deus propitius esto mihi peccatori, *& descendit iustificatus meritò fidelis humiliatus.* Neque cùm August. *lib. 1. retract. cap. 23.* retractat hanc propos. *Initium Fidei ex nobis, consummatio ex Deo,* virtute censetur retractare hanc aliam: *Fides impetrat remissionem peccatorum:* cùm possit fides non esse ex nobis, & tamen nobis iustificationis gratiam impetrare, vt per se constat. Quòd si *S. Tho. 1. 2. qu. 114. art. 5. ad 1.* dicat August. retractando illam propos. retractasse hanc, intellige, retractasse non in sensu à nobis explicato, nempe pro merito gratiæ iustificantis, quæ est forma iustificans, sed in alio sensu, pro merito sc. iustificationis, quæ est tota series auxiliorũ à primo vsque ad vltimum: in hoc .n. tantùm sensu pugnat cum retractatâ. 2. Certum est opera bona ex diuinâ ordinatione prærequiri, saltem vt moralem dispositionem ad formam iustificantem, ex *Triden. sess. 6. cap. 6. & 7.* ergo etiam vt merita saltem congrua, vel impetratoria. dispositio .n. quæ mouet agens ad retribuendum aliquid, aliàs non retributurum, habet rationem meriti, saltem impetratorij: siquidem ex eâ mouetur, & intuitu illius, ac iuxta mensuram & perfectionem dispositionis confert donum: ergo nihil deesse videtur ad rationem meriti impetratorij. Quòd si accedat certa promissio, in omnium sententia habebit rationem operis etiã meritorij saltem de congruo: sed extat certa promissio Dei facta omnibus perfectè dispositis: ergo saltem vltima dispositio habet propriam rationem meriti de congruo. Confirmatur: alioqui ipse nullum auxilium gratiæ posset suis bonis operibus peccator sibi impetrare, quod est valde durum.

149. *Prob. 2. ratione*

150. *Non potest contritio de condigno merere gratiam.* *Dices.* Sequeretur, vltimam dispositionem etiam de condigno iustificantem gratiam promereri; si quidem illa est simul cum gratiâ iustif. à qua potest condignitatem ad meritum de condigno requisitam desumere. Nec obstat, quòd dispositio præintelligatur naturâ prior; posset enim simul intelligi naturã posterior, quatenus gratiam supponeret vt formam, à quâ ipsa condignum valorem acciperet: eo modo quo materia præintelligitur vt subiectum ad formam; & simul præsupponit formam, à quâ ipsa recipit existentiam in genere causæ formalis. Resp. neg. sequel. Cùm enim gratia sit principium influens moralem valorem in opus condignè meritorium, repugnat dari in præmium ejus operis, quod ipsa moraliter condignificat, vt *supra.* Nec est eadem ratio de materiâ & formâ, quæ sunt sibi inuicem causæ, non quoad primum esse, sed quoad modificationem talis esse: non .n. verum censeo, materiam suam existentiam mutuari à forma, sed solùm ab ea informari.

151. Instabis. Potest equus dari in præmium boni vsus eiusdem equi: ergo poterit gratia dari in præmium boni vsus eiusdem gratiæ. Resp. neg. consequent. Nam tota ratio meriti de condigno in actu meritorio pendet à gratiâ, vt à principio moraliter influente: at non totus bonus vsus equi pendet ab equo, sed à dexteritate equitis, propter quam datur in præmium ipse equus; à quo solùm vt à conditione pendet bonus vsus equi, qui vt à principio directiuo, pendet à solâ arte & dexteritate equitis. Ex his patet ad 2. controuersiam.

152. *Ad 3. controuersiam* Ad 3. nonnulli Respondent, primum gradum gloriæ, respondentem primæ gratiæ, non cadere sub meritum, saltem de condigno, quippe qui simul datur cum prima gratia, quæ non cadit sub meritum condignum. Alij probabiliùs affirmant, 153. *Primus gradus gloriæ cadere potest sub meritum* ipsam quoque primam gloriam, primæ gratiæ respondentem, cadere sub meritum de condigno, etsi sub meritum de condigno non cadat prima gratia. Ducor 1. authoritate *Triden. sess. 6. can. 32.* docentis, non solùm augmentum gloriæ, respondens augmento gratiæ; sed ipsam gloriam, vt mercedem dari bonis operibus iustorum: se. primus ipse gradus gloriæ respondens primæ gratiæ de congruo collatæ, cadit sub perfectum meritum, de quo *eo can.* loquitur. 2. Licet primus gradus gloriæ supponatur collatus cum primâ gratia ex mẽ- 154. *Ratio* rito duntaxat de congruo naturâ præcedente infusionem gratiæ, potest tamen idem gradus gloriæ conferri ex merito condigno gratiam subsequente. Eadem enim dispositio, quę naturâ præcedens infusionem gratię, habet solam rationem meriti de congruo, naturâ vel tempore subsequens eandem, habet rationem meriti de condigno. Ac proindę ipse primus gradus gloriæ, qui in priori naturâ, cum infusione gratię respondebat dispositioni, vt merito de congruo, in posteriori naturâ, aut tempore, respondet eidem dispositioni, vt merito de condigno, & merces debita operarijs. Nam vt docuit *Trident. cit. sess. 6. cap. 16.* vita æterna non solùm proponenda est bene operantibus, vt gratia filijs Dei per Christum misericorditer promissa, sed etiam vt merces ex ipsius Dei promissione bonis ipsorum operibus meritis fideliter reddenda. Vt igitur non repugnat, eandem gloriam duplici ex titulo dari iustis, hæreditatis, & mercedis: ita non repugnabit, duplici ex merito congruo, & condigno dari iustificatis; sc. adultis, propria dispositione ad illam se præparantibus. Nam de gradu gloriæ debito gratiæ virtute baptismi collatę, an peccato amissus, & pœnitentia restitutus, conferatur non solùm ex opere operato baptismi, sed etiam intuitu bonorum operum operantis, dicemus *vltimo tomo de pœnitentia.*

155. *Ad primã opposita* Ad 1. oppositæ sent. sumptum ex *Arausi.* dico illud optimè explicari posse de gratia auxiliante, quæ antecedit omne opus meritorium, siue de condigno, siue de congruo siue imperatorium.

Triden.

156. *Triden.* nonnulli intelligunt de merito condigno, vt idem sit *gratis iustificari*, ac ex nullis meritis condignis. Sed meliùs hoc explicat *Vasquez* de operibus factis viribus naturæ, vt idem sit, *gratis iustificari*, ac ex nullis operibus naturæ. Vnde cùm *Concilium Trident.* addit, neque fidem, neque opera ipsam iustificationis gratiam promereri, intelligit de iustificatione sumptâ non pro formâ, quâ iustificamur, sed pro totâ serie auxiliorum à primo vsque ad vltimum: in quo sensu gratiam iustificationis vsurpant Patres contra Pelag. ita nec fides, nec vllum opus ex auxilio gratiæ factum seriem auxiliorum promeretur, cùm in ipsâ includatur omne auxilium gratiæ, ac proinde omne opus ex auxilio gratiæ factum. 157. *Paleſt.* loquitur tantùm de meritis procedentibus ex solis naturæ viribus; de quibus erat contentio: & *Augustin.* docet, nulla nostra merita gratiam præcedere.

158. *Ad rationē* Adducta ratio vel solùm probat de merito condigno, quod præter gratiam auxiliantem, ex quâ procedere debet, supponit etiam sanctificantem, ex quâ condignitatis valorem desumit; vel ad summum de operibus præcedentibus vltimam dispositionem: aut certè illa non procedit de operibus impetratorijs, ad quæ neque subiecti dignitas, neque certa Dei promissio requiritur.

SECTIO VI.

An quodlibet opus meritorium accipiat totum & eiusdem perfectionis valorem, qui est in habituali gratia?

159. PRima sent. affirmat. Fundam. gratia communicat suum valorem operi meritorio in genere causæ formalis: sc. per formalem vnionem, quam habet cum ipso. ergo communicat totum, & eundem, quem habet in se: forma enim communicat suum valorem actui per immediatam exhibitionem sui: sicut se totam communicat per exhibitionem totius entitatis; ita totum & eundem suum valorem communicat. Confir. communicat illum necessariò: ergo totum, quem habet in se.

160. Secunda sent. probabilior negat. Dico, aliud esse, gratiam habitualem tribuere cuilibet operi meritorio totam dignitatem & valorem, quem 161. potest, & cuius capax est actus ipse meritorius; *Gratia habitualis operi illum valorem tribuit cuius est capax:* aliud tribuere eundem omninò valorem seu eiusdem omnino perfectionis & moralis æstimationis, quam habet in se. Prior pars probatur fundam. primæ sent. hunc enim valorem & dignitatem tribuit gratia operi meritorio in genere causæ formalis, de cuius ratione est, subiectum dignificare per totalem exhibitionem sui: ergo non potest minorem valorem vni, quàm alteri tribuere; sed totum, quem potest, tribuit vnicuique.

162. *Non eiusdem perfectionis* Posterior pars negatur: aliàs enim sequeretur, singula opera meritoria augere habitum gratiæ vltra propriam latitudinem gradualis perfectionis: (quod falsum *infrà* ostend.) augerent enim ad æqualitatem valoris, quem haberent à gratiâ, & inæqualitatem perfectionis, quam ex proprio ob- *Ab absurdo* iecto & circumstantijs acciperent. Quia si valor, quem opus meritorium accipit à gratiâ, est eiusdem perfectionis cum ipso valore, qui est in gratiâ, augebit ipsam secundùm tot gradus, quot accipit à gratiâ. Contrà verò, si dicamus diuersæ rationis esse valorem, qui est in gratiâ, & qui communicatur operi meritorio, non poterit opus augere gratiam eâ mensurâ graduum, quos accipit à gratia: cùm valor gratiæ sit perfectior, quàm valor communicatus operi, per pauciores gradus opus augebit gratiam, quàm ipsum acceperit à gratia; cùm possint pauciores gradus augmenti gratiæ vtpotè perfectiores, æquare plures gradus operis meritorij refusos à gratia. 2. Non eundem va- 163. *à pari* lorem & dignitatem, quam persona Verbi habet in se, communicat operibus assumptę humanitatis: dignitas enim quam persona Verbi habet in se, vt eadem cum personâ increatâ, à se, immultiplicabili essentialiter, est longè maioris æstimationis moralis, quàm sit valor communicatus operibus humanitatis assumptæ, qui est tantùm denominatiuè à personâ Verbi, multiplicabilis, ab alio: præterea hic est valor increatus tantùm moraliter; ille est increatus etiam physicè. Igitur neque gratia eandem dignitatem, quam habet in se, communicat operibus meritorijs. Valor enim quem habet in se, est idem cum entitate gratiæ, nec solùm moralis, sed etiam physicus: valor communicatus operibus, est extrinsecus, per denominationem à gratiâ, & tantùm moralis. 3. Maior æstima- 164. *à priori* tio dignitatis & valoris, non tantùm desumitur ex perfectiori forma, à qua deriuatur, sed ex perfectiori etiam modo, quo cum forma, à qua deriuatur, coniungitur: perfectiori modo coniungitur valor cum gratia sc. physicè & identicè, quàm cum opere meritorio, sc. moraliter tantùm, extrinsecè, per solam denominationem à dignitate gratiæ. Maior constat inductione: maioris valoris erant humanæ operationes Christi physicè vnitæ, media humanitate, cum Verbo, quàm vestes localiter tantùm cum Christi humanitate coniunctæ: maioris increatæ operationes Verbi identicè eædem cum Verbo, quàm humanę operationes eiusdem, physica tantùm vnione cum Verbo, media humanitate, coniunctę. ergo maioris æstimationis & dignitatis erit valor gratiæ formaliter & identicè idem cum gratia, quàm valor operis, physica tantùm vnione coniuncti cum gratia.

Deducitur 1. non maiorem valorem communi- 165. *Corollarium 1.* care gratiam vni operi meritorio, quàm alteri, sed omnibus æqualem: illum enim communicat per vnionem sui; & æqualiter vnitur cum omnibus operib. bonis. Cum hoc tamen æquali valore à gratiâ accepto, stat inæqualitas valoris, quem vnùquodque opus ex proprio obiecto & circumstantijs habet. 2. Maioris æstimationis moralis, cæteris 166. paribus, sunt opera meritoria viri sanctioris, quàm *Secundum* minùs sancti: illa .n. maiorem dignitatem sumunt à gratiâ intensiori, quàm opera meritoria minùs sancti. Dixi *cæteris paribus*: potest .n. maior hic valor suppleri per valorem desumptum ab intrinsecâ honestate operis. Coroll. est contra *Medin.* 1.2. 167. *qu.* 114. *art.* 8. *fine.* 3. Etsi gratia totum suum valo- *Tertium* rem communicet operi meritorio, adhuc opus non auget meritoriè gratiam vltra suam gradualem perfectionem: cùm .n. valor communicatus operi sit inferioris perfectionis, quàm sit valor physicus gratiæ non æquale accrementum respondebit gratiæ, sed semper minus & æquale tantùm geometricè ac proportionaliter. Nec refert, quòd opus augeat gratiam ad valorem, quem accipit à gratia, & quem habet ex intrinsecâ honestate: vterque .n. valor non æquatur physico valori gratię: proinde vterque simul non auget ad æqualitatem gratiam. *Dices*: sequitur, opera iustorum non 168. esse condignè meritoria accremento gratiæ & glo- *Obje.* riæ: valor. n. accremento gratię & glorię, est perfectior, quàm operum; quia ille est physicus, idem

cum

cum gratiâ & gloriâ, hic tantùm moralis, denominatiuè seu extrinsecè in opere meritorio. Resp. neg. sequel. licet enim valor operum iustorum sit imperfectior valore gratiæ & gloriæ, est tamen eiusdem ordinis cũ illo: quia vterque est in supremo ordine diuino participatiuè. Neque ex eo quòd valor operum sit imperfectior valore gratiæ, sequitur, quòd sit diuersi ordinis: ordo .n. sumitur à ratione generica, nõ à specifica: valor autẽ gratiæ extrinsecè tantùm communicatus operi meritorio, retinet eandem rationem genericam entis diuini participati, licèt non eandem specificam; cùm ex modo existendi perfectiùs existat in gratia, quia in illa existit formaliter, in opere tantùm denominatiuè. Cæterum sufficit ad condignitatem operis cum præmio æqualitas ordinis.

Resp.

SECTIO VII.

An opera bona physicè, an tantùm meritoriè augeant gratiam & habitus infusos?

169. PRima sent. affirmat, augere physicè, non tantùm meritoriè: probabilem censet *Medina* 1. 2. *qu.* 52. *art.* 2. *fine*, de actibus tantùm supernat. fidei & spei respectu suorum dumtaxat habituum. Prob. 1. Actus naturales physicè augent habitus acquisitos; ergo & actus supernat. habitus infusos: non .e. minorem proportionem in ratione principij effectiui habent actus supernat. cum habitib. supernat. quàm actus naturales cum habitib. acquisitis. quia hi vtrique sunt naturales; illi vtrique quoad entitatem supernaturales: actus supernat. producuntur ab infusis; naturales ab acquisitis. 2. Si actus supernat. meritoriè tantùm, & non physicè augerent habitus infusos; sequeretur, 170. per actus supernat. fidei & spei non augeri habitus infusos fidei & spei in peccatore; cùm nullus actus existentis in peccato sit meritorius: at quò magis peccator in his actibus se exercet, eò maiorem experitur facilitatem, quæ aliunde non prouenit, quàm ex intensiori habitu, ergo non meritoriè tantùm augẽt habitus infusos. 3. Potentia naturalis simul cum habitu infuso effectiuè producit actũ supernat. ergo actus supernat. simul cum habitu infuso effectiuè producit augmentum sui habitus: si enim potest potentia naturalis simul cum habitu infuso producere actum supernaturalem, à fortiori poterit actus supernaturalis vnà cum habitu infuso eundem habitum augere. 171.

172. Secunda sent. docet, opera bona tantùm meritoriè, & non physicè augere gratiam habitualem, cæteroſque habitus infusos: *S. Tho.* 2. 2. *qu.* 24. *art.* 7. *& de verit. qu.* 1. *art.* 11. *& in* 1. *dist.* 17. *qu.* 2. *ar.* 3. *Bonau. ibid. in* 2. *p. dist. art.* 1. *qu.* 2. *Scot. qu.* 3. §. Contra istam pos. *&c. Richar. art.* 2. *qu.* 3. *Duran. ibid. in* 2. *p. dist. qu.* 8. *Aureo. art.* 4. *propos.* 3. §. *quod autem add. Capreo. qu.* 2. *art.* 3. *Mayro. in* 1. *dist.* 19. *qu.* 2. *Argen. in* 1. *dist.* 17. *qu.* 2. *art.* 4. *Palat. ibid. disp.* 6. *Cajet.* 2. 2. *qu.* 24. *art.* 6. *init. Victor. relect. de augm. charit. Cæsa.* 1. 2. *qu.* 114. *art* 8. *Bannez* 2. 2. *qu.* 24. *art.* 6. *dub.* 1. *Valenti. ibid. disp.* 3. *qu.* 2. *pu.* 3. *asser.* 7. *Turria. disp.* 68. *dub.* 1. *Vasquez* 1. 2. *disp.* 79. *cap.* 10. & *disp.* 211. *cap.* 7. *& disp.* 220. *cap.* 2. & reliq. Thẽol. *cum S. To.* 2. 2. *qu. cit. Magist. in* 1. *dist.* 17. & eorum, qui docent, gratiam reliquoſque habitus infusos non educi ex potentiâ subiecti, sed à Deo tantùm creari. Contra quam sent. neminem legi absolutè sentientem, sed omnes vel illam expresè docentes, vel vt certam supponentes. licet enim *Barth. Medin. cit.* contra illam probabiliter sentiat de solis actibus Fidei & spei respectu suorum habituum, idem tamen de his, & reliquis actib. supernat. probabiliùs nobiscum opinatur, nempè eos non nisi meritoriè suos habitus augere.

Sens. vera

Opera bona tantùm meritoriè augent gratiã & habitus supernat.

173.

Fundam. triplex 1. *S. Thomæ.* Eadem est causa intensionis, & productionis formæ: at solus Deus est causa productionis habituum supernat. ergo & intensionis. Igitur opera bona solùm meritoriè augent habitus infusos, quà merentur, vt Deus illos augeat. Minor constat ex ipso *infusionis* nomine, *ad Rom.* 5. *& Triden. sess.* 6. *cap.* 7. Infunduntur .n. quę ab extrinseco agente producuntur. Eadem exprimitur in defini. virtutis ab August. *lib.* 2. *de lib. arb. cap.* 18. *&* 19. ab omnibus receptâ, *virtus est bonæ qualitas mentis, quâ rectè vivitur, quâ nullus malè vtitur, quam Deus in nobis operatur.* Maior prob. sine .n. supponamus gradus qualitatis esse homogeneos (vt probabilius puto) siue heterogeneos, semper verum est, quòd qui potest qualitatem intendere, potest illam producere: si .n. gradus supponantur homogenei, cùm posterior intendens priorem sit eiusdem rationis cum priori, qui potest producere posteriorem, poterit priorem. Confirm. si posterior nullum reperiat in subiecto gradum, tunc non intendit, sed ipse primò producitur. Per accidens autem est ad productionem posterioris gradus, quod in subiecto supponatur prior: eodem .n. modo produceretur posterior, si non supponeretur prior. Idem à fortiori sequitur, si gradus supponãtur heterogenei. in hac .n. opin. semper gradus posterior est perfectior priore: igitur qui potest producere posteriorem, qui intendit priorem, poterit priorem. Fundam. 2. colligitur 175. ex *Scoto in* 1. *dist.* 17. *qu.* 2. §. *Contra istam vp.* Non possunt duo specie diuersa mutuò seipsa efficere, vel intendere: sed actus supernat. & habitus infusi sunt specie diuersi: ergo nequeunt seipsos efficere aut intendere. Cùm igitur habitus infusus sit causa efficiens actus supernat. non poterit vicissim actus supernat. esse causa efficiens, vel intendens habitus infusi. Minor prob. habitus infusi sunt instar potentiarum respectu actuum supernat. quippe qui non tantùm dantur ad facilitandas potentias naturales, vti sunt habitus acquisiti, sed ad simpliciter posse, vt contra Pelag. Concilia definiunt. Potentiæ autem immanentes, cuiusmodi sunt habitus infusi, specie differunt ab actib. ad quos eliciendos ordinantur, vt inductione constat: intellectus .n. specie differt ab intellectione, voluntas à volitione, motrix potentia à motu. Maior prob. quæ specie differunt, nequeunt esse eiusdem perfectionis, sed necessariò vnum est imperfectius altero: nequit autem quod est imperfectius efficere vel intendere id, quod est perfectius, vt princeps causa, vt per se patet: quia cùm princeps causa debeat totam effectus entitatem continere, nequit esse suo effectu imperfectior: alioqui non posset totam eius entitatem continere. At habitus infusi sunt principes causæ suorum actuum supernaturalium, igitur non possunt ipsi mutuò à suis actibus, vt à principali causa produci vel intendi.

Fund. 1.

Fundam 2.

Habitus supernat. nequit produci ab actu

Sed nec ab illis produci, vel intendi posse vt 176. causâ instrumentali, ostendo: actus supernat. non intendunt suos habitus infusos, vt instrumenta animæ rationalis: natura enim nequit esse causa princip. effectus supernat. nec vt instrumenta suorum habituum: vt enim instrumentum producere valeat cum causâ principali effectum aliquem, supponere debet in causa principali naturalem activitatem ad talem effectum producendum;

nec vt à causâ instrumentali inductione

cùm

cùm debeat ipsa cum suo instrumento reipsâ influere in effectum: at nulla est naturalis actiuitas in habitu infuso ad seipsum intendendum, vel ad sui similem habitum producendum: cùm .n. habeat rationem potentiæ immanentis, quæ nulla, vt inductione constat, est productiua, vel auctiua sui, nec habitus infusus erit productiuus, vel auctiuus sui. Nec actus supernat. intendunt physicè habitus, vt instrumenta suorum habituum: non .n. assumuntur à Deo, vt instrumenta obedientialia; quia cùm hic modus agendi sit miraculosus, non debet absque cogente ratione, vel authoritate, quæ nulla affertur, asseri: nec vt naturalia: instrumentum enim connaturale supponere debet causam eiusdem ordinis, in cuius virtute operetur: hæc nequit esse creata, cùm nulla de facto assignabilis sit, quidquid sit de possibili, de quo nunc non

177. *Confirm.* disputo: neque increata, cùm id sine fundamento dicatur. Confirm. Nullus actus naturalis immanens habet naturalem actiuitatem erga suam potentiam quæ nulla per suos actus intenditur: ergo nec actus supernat. immanens erga suum habitum infusum: habitus enim infusi comparantur ad suos actus supernaturales, vt potentiæ naturales ad suos actus naturales.

178. *Fundam. 3. Ex absurdis. 1.* Fundam. 3. ducitur ex absurdis. 1. Si opera bona iustorum physicè augerent gratiam habitusque supernat. illos augerent etiam in beatis; & nullum haberent in augmento terminum per totam æternitatem, adeò vt aliquando superarent gratiam, habitusque infusos Christi: qui sunt finiti intensiuè, neque augentur per actus à Christo elicitos: Sequela prob. si opera bona physicè augent suos habitus, necessariò eos augent, atque adeò etiam in beatis: causa enim necessaria non impedita semper, & in quolibet subiecto agit. At nullum est impedimentum, quo minùs actus supernat. in beatis suos habitus augeant. Confirm. Ita se habent in hac sent. actus supernat. ad suos habitus infusos augendos, sicut naturales ad augendos acquisitos: at actus naturales in infinitum absque termino augebunt in beatis suos habitus acquisitos: ergo & actus supernaturales suos habitus infusos.

178. *Absurdum 2.* 2. Sequeretur, actum contritionis physicè in peccatore charitatis habitū producere: imò actum charitatis erga proximum, cùm sit ab eodem habitu charitatis, eundem in peccatore physicè producere (si actus supernaturalis esset physicè productiuus sui habitus) quod est plus quàm falsum. Inde enim sequeretur, vel hominem per solum actum charitatis erga proximum iustificari; vel certè cùm peccato de facto stare habitum charitatis: vtrumque contra fidem. 3. Sequeretur, quemlibet alium virtutis supernat. actum, physicè in peccatore suum habitum producere. Quòd si ponantur actus supernat. vim habere intendendi etiam habitum gratiæ, sequeretur etiam habitum gratiæ physicè ab huiusmodi actib. supernat. in peccatore produci. si .n. actus supernat. suâ naturâ physicè augent suos habitus, physicè etiam eosdem producunt, vt ex 1. fundam. constat: vlterius sequitur, eos esse necessariò productiuos, cùm in producendo non pendeant à liberâ potestate hominis. Igitur tam in beatis suos infusos habitus augebunt, quàm in peccatoribus primò producunt.

179. *Absurdū 3.*

Ratio

180. *Obiic.* *Dices*: actus supernat. augere suos habitus vt instrumenta suorum habituum: ac proinde non posse in peccatore, in quo non sunt habitus infusi, eos augere, vel primò producere. Sed contrà; 1.

Contrà 1. vt in 2. fundam. demonstro, nequeunt actus supernat. vt instrumenta intendere, vel producere habitus infusos in virtute eorum, vt principium causarum, cùm nullla in ijs supponatur naturalis actiuitas ad seipsos intendendos, vel ad similes habitus producendos. 2. quando instrumentum naturale reperitur separatum à suâ causâ principali, Deus vt causa vniuersalis supplere solet concursum causæ principalis, vt constat de omnibus ferè instrumentis natur. ergo si actus supernat. sunt naturalia instrumenta suorum habituum, etiam separati ab illis eos producunt, supplente Deo concursum causæ principalis, ne illis violentia perpetua fieret, denegato illis semper debito concursu. 2.

181. *Ad argumenta opposita.* Ad primum oppos. sent. neg. conseq. eiusque prob. actus .n. naturales non comperantur ad habitus, quos producunt, vt actus ad potentias, sed vt ad principia solùm facilitantia. Præterea ideò possunt actus naturales, qui acquisitos habitus producunt, mutuò ab ipsis produci; quia possunt habitus acquisiti, producti ab actib. natur. coniungi cum causis principalibus perfectioribus, quę sunt potentię immanentes, à quibus eleuati simul cum ipsis producere possunt similes actus, à quibus ipsi fuerunt producti. Nequeunt autem actus supernat. producti ab habitib. infusis, coniungi cum causâ principali perfectiori, virtute cuius producere, vel intendere valeant habitus, à quibus fuerunt ipsi producti. Ad 2. Resp. 1. concessâ sequelâ, aio: facilitas illa, quam ex frequentatis actib. supernat. fidei & spei experimur, non necessariò provenit ex intēsiori habitu fidei & spei: sed vel ex aliquo habitu acquisito, qui connaturaliter præcedere solet actum supernat. & potentiam saltem remotè ad illum disponere; vel probabiliùs, ex habitu supernat. diuersę speciei ab infuso fidei & spei, producto ab actib. supernat. fidei & spei. de quo *to. vlt. de pœnit.* 2. concedo sequel. de merito condigno; nego de congruo: hoc .n. non pugnat cum peccato, vt *sect.* 5. Ad 3. neg. conseq. in habitu .n. infuso nulla supponitur naturalis actiuitas, vel ad sui similem habitum producendum, vel ad seipsum intendendum. At in potentia vitali immanente supponitur aliqua actiuitas ad actum supernat. quem vnà cum habitu infuso, vt causâ principali producere poterit. *Dices:* Actiuitas, quæ in potentia naturali ad actum supernat. supponitur, est tantùm obedientialis: at hęc reperitur etiam in quolibet habitu infuso ad alium habitum sibi similem producendum, vel ad seipsum intēdendum. Concesso discursu, nego, de facto eleuari habitum infusum ad seipsum intendendum, vt eleuatur potentia naturalis ad actum supernat. producendum: ibi .n. nulla est necessitas, sicut est hîc: quia nequit homo apud Deum mereri, nisi per actus liberè à se elicitos: ergo vt mereatur, debet ipse actiuè ad actus concurrere. Nulla autem est necessitas, vt habitus infusi actiuè concurrant ad sui intensionem.

182. *Ad 2.*

183. *Ad 3.*

184. *Obiic.*

SECTIO VIII.

An quolibet actu meritorio augeatur gratia & charitas, cæteriq́ue habitus infusi?

185. TRiplex potest esse actus meritorius, intensior, æqualis, & remissior habitu gratiæ, & charitatis, cęteriśque habitib. infusis. Controuersia est, an habitus gratiæ reliquarumq́ue virtutum infusarum meritoriè augeatur quolibet actus ex his, an intensiori tantùm. 1. Sent. affirmat. augeri tantùm 186. actu intensiori, non æquali, & remissiori: ita *Bonau.* *Prima sent.*

in 2.

Digitized by Google

in 2. dist. 40. art. 2 qu. vlt. corp. & ad 3. asserens, præmium substantiale, quod consistit in ipsa gloriâ & gratiâ, non augeri nisi ex maiore charitate, aut meliore voluntate; accidentale, quod in eius sent. est vel consequutio alicuius laureolę, vel interna delectatio de bono opere exercito, vel remissio pœnæ temporalis, augeri quolibet opere meritorio. Fundam. est proportio habitûs acquisiti. sicut n. hi non augentur substantialiter, nisi ex actib. intensiorib. ita nec habitus infusi: ex sacris literis docetur, idem præmium substantiale æternæ glorię nouo titulo fieri debitum per actus remissiores: per quos crescit moraliter in ratione præmij; quâ eadem gloriæ intensio nouo titulo possidetur. videtur S. Tho. in 1. dist. 17. qu. 2. ar. 3. ad 2. & 5.

Fund.

187. 2. Sent. Secunda docet, habitum gratiæ & charitatis augeri actibus etiam æqualibus, non remissioribus; gloriam verò non solùm æqualibus, sed etiam remissioribus. *Durand. in 1. dist. 17. 2. p. dist. qu. 8. num. 7.* Fundam. solus ille dignus est donis accipiendis, qui beoe vtitur acceptis; sed non bene vtitur habitu is, cuius actus non proportionantur intensioni habitus. Nec obstat, quòd per actum remissum charitatis mereamur vitam æternam: quia maius, inquit, est mereri augmentum charitatis, quàm vitam æternam: quia per actum, quo meremur charitatis augmentum, meremur etiam vitam æternam; non contrà, per quemcunque actum, quo meremur vitam æternam, meremur etiam charitatis augmentum.

188. 3. Sent. Tertia sent. Thomist. affirmat, per actus intensiores statim meritoriè augeri gratiam & charitatem, non per æquales & remissiores; sed quando subiectum fuerit dispositum: disponitur autem subiectum ad augmentum remissiorum actuum recipiendum, quando prorumpit in actum habitu feruentiorem: tunc enim recipit præmium & actus præsentis feruentioris, & præcedentium remissiorum: Ita *Capreol. dist. 17. qu. 2. art. 3. Conrad. 1. 2. qu. 52. art. 3. & qu. 114. art. 8. Caiet. 1. 2. cit. qu. 114. art. 8. Sot. in 4. dist. 16. qu. 2. art. 2. Medina ijsdem locis, Victoria relect. de augm. charit. Bannez 2. 2. qu. 24. art. 6. dub. 2. Aluar. libr. 7. de* auxil. *disp. 60.* Adde *Granad. 2. 2. contr. 3. tract. 3. disp. & qu. 10.* qui id tantùm affirmat de actibus habitu remissioribus. *Richard. in 1. dist. 17. artic. 2. quæst. 3. & in 2. distinct. 27. art. 2. qu. 2. Cisterci. in 1. dist. 17. qu. 7. fine,* nisi quod isti velint, dispositionem ad recipiendum augmentum debitum actibus remissis, non esse actum feruentiorem, sed multiplicationem plurium remissiorum, qui æquiualeant vni, quem voluntas ex toto conatu habitu charitatis elicere posset. Fundam. est aucto. *S. Tho. 1. 2. qu. 114 art. 8. & 2. 2. qu. 24. art. 6. & in 1. dist. 17. qu. 2. art. 3 ad 2. & 5.* &c. asserentis, per actus remissos non augeri charitatem, sed tantùm disponi ad augmentum recipiendum, quando voluntas eruperit in actum feruentiorem habitu.

Fundam. potiss.

189. Probant 2. à pari Prob. 2. à paritate habituum acquisitorum, qui non augentur, nisi actib. intensiorib. licet n. habitus infusi non augeantur physicè ab actib. meritorijs, sed à Deo; in augmento tamen eorum Deus seruat proportionem, quam actus naturales habent ad suos habitus acquisitos. Quando n. Deus supplet defectũ causæ 2. supplet illũ cum eâ proportione, quâ causa 2. suos effectus causaret, si posset.

190. Prob. 3. In 1. instanti iustificationis, seruatur proporrio æqualitatis inter intensionem actûs & habitûs, quia non infunditur gratia & charitas, nisi iuxta mensuram & proportionem propriæ dispositionis. ergo eadem proportio seruatur in augmento; vt in fine augmenti habitus sit æqualis intensionis cum actu, non superet actum.

191. ex absurdis 1. Prob. 4. si quolibet actu etiam remisso augeretur gratia & charitas, incredibile sequeretur sanctitatis incrementum, contra experientiam. quo n. crescit charitas, eo voluntas inclinatur ad feruentiùs operandum; at quò diutiùs remissiùs operamur, eò in operando languidiores efficimur. 2. Sequeretur 2. lumen gloriæ non proportionari quoad intensionem actibus, & habitui charitatis: si n. actus & habitus quoad intensionem non proportionantur inter se; nec vni tertio, quod est lumen gloriæ. 3. nullam fore proportionem inter incrementum habitûs charitatis, quod fit per actum charitatis durantem in instanti, & incrementum eiusdem per actum æqualis intensionis durantem in tempore. sicut nulla est instantis ad tempus proportio, cùm vnum constet ex vnico indiuisibili, alterum ex partibus in infinitum diuisibilibus. 3.

192. quartum absurd. 4. Habitum augeri totâ latitudine sui actûs in immensum: si n. quilibet actus remissus augeret habitum, quilibet gradus eiusdem actus augeret habitum. patet: si actus vt 4. auget habitum intensum vt sex, idem actus si fuisset intensus vt duo, vt vnum, vt dimidium, adhuc augeret habitum iuxta quantitatem suæ intensionis; quia quilibet actus quantumuis remissus adauget habitum: ergo actus intensus vt 4. auget habitum secundùm totam latitudinem suæ intensionis.

193. Discrepant Thomist. Thomistæ conueniunt, per actus remissiores non statim augeri charitatis & gratiæ habitum, sed quando subiectum fuerit per intensiorem actum dispositum; discrepant 1. An si homo nunquam in hâc vitâ per intensiorem actum se disponat, sit perpetuò caritarus præmio præcedentium actuum remissorum. Affirmant aliqui: Negant alij docentes, illud conferri homini in alia vita, vel absque vlla ipsius dispositione, vel aliqua ipsius dispositione in instanti glorificationis exercenda, vt opinatur *Aluarez.* 2. An præmium respondens actib. 194. remissiorib. charitatis sit physicum incrementum habitûs, distinctum à physico incremẽto eiusdem, respondente actui intensiori. Plerique cum *Bannez* existimant, esse tantùm morale, quâ ipsum physicum incrementum habitûs, respondens actui intensiori, datur nouo titulo propter præcedentes actus remissiores, vt propter remotam dispositionem. Alij affirmant, esse physicum etiam incrementum, vel solius gloriæ essentialis, quæ actibus remissis aliâ vitâ respondet, vt *Duran.* aiebat: vel etiam gratię & gloriæ; non charitatis, vt *Sot. in 4. dist. 15. qu. 2. art. 2. & de nat. & gra. cap. 17. fine; Victor. Medina cit. loco. 1. 2. qu. 52. art. 3. fine*: quorum fundam. charitas est habitus operatiuus; qui creseit nostris actib. non nisi intensiorib. gratia cùm non sit habitus operatiuus, non debet crescere, saltem physicè ex actib. consequenter nec solis actib. intensiorib. Ijdem docent, per quemlibet 195. actum etiam remissum, gratiam crescere in esse gratiæ, & charitatem in esse charitatis & amicitię erga Deum id est, per eam hominem fieri magis gratum acceptumve Deo; non in esse qualitatis; seu in suâ entitate non magis intendi.

196. 4. Sent. Quarta sent. affirmat, per quoslibet actus meritorios, etiam remissos, augeri gratiam, charitatem & gloriam, reliquosque habitus infusos, non solùm moraliter in esse gratię, & charitatis, seu amicitię, sed etiam physicè in esse qualitatis; licèt physicum incrementum, correspondens actibus remissis, non statim conferatur in hâc vitâ, sed in vltimo instanti mortis: Ita *Scotus in 4. dist. 21. quæst. 1. §. in*

1. §. *in illa quæstione, & dist.* 21. *quæst. vn.* §. *de* 2. *art.*

197. 5. *Sent. communior & probabilissima* Quinta sent. docet; quolibet actu meritorio, etiam remisso augeri gratiam, charitatem, & gloriam, non tantùm moraliter & in esse gratiæ, amicitiæ, & præmij, sed etiam physicè, & in esse qualitatis, eorumque incrementum statim conferri, absque aliâ dispositione subiecti: ita *Maior. in* 4. *dist.* 22. *qu. vn. ad* 2. *con.* 2. *concl. Gabrie. in* 1. *dist.* 17. *qu.* 4. *art.* 3. *dub.* 2. *& in* 4. *dist.* 14. *qu.* 3. *art.* 3. *dub.* 3. *Palat. in* 1. *dist.* 17. *disp.* 6. *concl.* 2. *Almai. trac.* 2. *moral. c.* 12. *Vasquez* 1. 2. *disp.* 220. *cap.* 3. *Suarez* 3. *to. de gra. libr.* 9. *de aug. & perfect. gra. cap.* 3. *& relect. de reuiuisc. merit. disp.* 2 *sect.* 3. *n.* 29. *Valen.* 2. 2. *disp.* 3. *qu.* 2. *pu.* 3 *asser.* 8. *Turri. ibid. disp.* 68. *dub.* 2. *&* 4. *opusc.* 8. *de condit. ad merend. disp.* 2. *dub.* 11. *&* 13. *Coninck de actib. supernat. disp.* 8. *de merito dub.* 9.

198. *Cuilibet operi meritorio aliquod præmium apud Deum respondet.* Dico 1. Cuilibet operi meritorio, quantumcunque remisso, aliquod præmium apud Deum respondet. In hac asser. sub his terminis vniuersalibus proposita omnes conueniunt: respondet enim præmium saltem accidentale, vel substantiale nouo titulo debitum: sic definita est in *Triden. sess.* 6. *cap.* 16. sc. per opera in Deo facta nos verè vitam æternam promereri: & *can.* 24. per bona opera, acceptam iustitiam in nobis augeri; neque ea tantùm esse adeptæ iustitiæ fructus, sed etiam augendæ causam: & *can.* 32. iustificatum bonis operibus, ab eo per Dei gratiam, & Iesu Christi meritum factis, verè mereri augmentum gratiæ, vitam æternam, & ipsius vitæ æternæ consequutionem, ac augmentum. Sed quodlibet opus meritorium, quantumuis remissum, est opus in Deo factum, & opus iustificati per Dei gratiam, & Iesu Christi meritum exercitum: ergo est vera causa meritoria incrementi iustitiæ & gloriæ.

199. Nec fas est Concilij definitionem limitare ad opera tantùm intensiora: cùm definitio sit doctrinalis, atque adeò vniuersalis, extendens se ad omnia opera meritoria in Deo per ipsius gratiam facta etiam remissa. 2. Sic ex *eod. Concil.* arguo: Nihil ad vitam æternam promerendam ijs operibus deest, quæ per Dei gratiam, & Iesu Christi meritum fiunt: vt *cit. cap.* 16. sed opera charitatis, quantumuis remissa, sunt per Dei gratiam, & Iesu Christi meritum facta: quodlibet .n. opus supernat. quantumuis remissum, excedit facultatem natur. creaturæ: ergo. Confir. si operis intensio necessaria foret ad vitam æternam promerendam, falsa esset hæc Conc. propositio: *Nihil amplius operibus in Deo factis deest ad vitam aternam promerendam*: adhuc .n.

200. illis deesset intensio. Respondet *cit. concl.* 2. *Bannez*, sufficit, si doctrina *Conc.* verificetur de aliquibus operib. 1. quia finis *Conc.* est, dānare errorem Lutheranorum, qui autumant, omnes iustos esse æqualiter iustos, per extrinsecam dumtaxat iustitiam Christi, nullaque ipsorum opera iustitiæ aut gloriæ incrementi meritoria esse, sed signa tantùm & fructus adeptæ iustitiæ. Cui errori vniuersaliter negatiuo sola propositio particularis, nempe quædam iustorum opera sunt iustitiæ & gloriæ incrementi meritoria, contradictoriè opponitur.

201. *Respondet Bannez. Probat* 1.

202. *Probat* 2. Probat 2. Hac *Conc.* definitione non obstante, adhuc inter Catholicos controuersum est, an opera supernat. reliquarum virtutum infusarum sint, absque actuali, vel virtuali imperio charitatis, gratiæ & gloriæ incrementi meritoria. Ergo etiam controuersum esse poterit, an opera remissa charitatis in Deo & propter Deum facta sint gratiæ

203. *Contra* 1. *resp.* gloriæque incrementi meritoria. Sed contra 1. resp. Concilium sæpe ex errore, quem damnat, occasionem accipit plenam & adæquatam fidei doctrinam declarandi: vt *can.* 9. primariò damnando inanem fiduciam Luther. vniuersaliter definit, neminem de sua iustificatione esse certum, certitudine, cui non possit subesse falsum. Quo decreto cum Soto & Vegâ arbitrantur Theologi, damnari opinionem Cathar. *vt praced. disp.* omne enim id à Concilio intenditur, ad quod directè & per se verba ipsa decreti se extendunt: alioqui nunquam possemus esse certi, quando Concil. simul cum errore damnato distinctum fidei dogma stabiliat, vel cum vno errore alium damnet. Cùm igitur verba *Triden.* decreti directè & per se ad opera remissa charitatis se extendant; nam etiam *hæc fiunt in Deo, & per Iesu Christi meritum, & nihil amplius deesse asseritur, quo minùs sint iustitiæ, gloriæque incrementi meritoria*, dico etiam ad hæc opera Concilij decretum se extendere. Contra 2. magna dis-

204. *Contra* 2. paritas: de operibus aliarum virtutum, absque imperio charitatis factis, Concilium fundamentum præbet oppositum opinandi, per verba, *quæ in Deo sunt facta*; quę multi intelligunt facta per imperium charitatis: De operibus remissis charitatis, nullum est in Concilio fundamentum opinandi contrarium, sed firmum potiùs fundam. cum Concilio asserendi, per huiusmodi opera augeri gratiæ ac charitatis habitum, dum explicatis omnibus conditionibus ad augmentum gratię & gloriæ promerendum requisitis, omnem aliam conditionem, vt non necessariam expressè excludit.

205. *Prob.* 3. Prob. 3. ex eod. Concil. cap. 10. Ijsdem operibus obseruamus mādata Dei & Ecclesiæ, & in acceptâ iustitia crescimus: at non solùm operibus habitu intensioribus, sed etiam æqualibus & remissis mandata Dei & Ecclesię seruamus vt omnes concedunt: ergo ijsdem operibus in accepta iustitia crescimus: nisi quis, in acceptâ iustitiâ crescere interpretetur nō pro accremēto physico & inhęrente, sed morali & extrinseco: quod suprà impugno.

206. *Prob.* 4. *ex script.* 4. In Diuinis oraculis, omnibus rectè operantibus promittitur gratia & gloria, eorumque incrementum. *Apoc. vlt. qui iustus est iustificetur adhuc: & sanctus sanctificetur adhuc. Matth.* 10. *& Marci* 9. Christus promittit, debitâ mercede non caritarum, quicunque potum aquę frigidæ, vel vni ex Christi discipulis dederit. Quo loco *cap.* 16. Concil. ostendit, quanta sit in bonis operibus ad merendum efficacia. 5. Theologorum Prouerbium

207. *Ratio* est; pronior est Deus ad bonum præmiandum, quàm ad malum puniendum: sed cuique actui malo, quantumuis remisso, certa respondet pœna, diuinâ lege statuta: ergo à fortiori cuique actui meritorio certum respondet præmium, diuinâ lege determinatum.

208. Dico 2. Cuilibet operi meritorio, quantumuis remisso, non solùm respondet præmium accidentale; vel idem substantiale nouo titulo debitum, sed etiam nouum prędmium substantiale operi proportionatum. Hęc assertio, licèt non sit ita certa ac prima, tamen manifestè deducitur ex iactis fundam. Definit Concil. opera per Dei gratiam, & Christi meritum in Deo facta, esse verè meritoria; & nihil ampliùs illis ad verè merendum deesse: sed eadem opera definit gratię & glorię incrementum verè mereri: igitur cuilibet operi meritorio, etiam remisso, respondet nouum præmium substantiale sc. nouum gratię, & gloriæ in-

209. 1. *elusio* 2. crementum. Eludes 1. negando sub operibus in Deo factis comprehendi opera bona remissa. 2. per incrementum gratiæ & gloriæ intelligendo etiam morale in esse gratię, & gloriæ in ratione prędmij. Sed contra 1. adiectio illa, & *nihil amplius*

Contra 1. *ad verè*

Digitized by Google

ad verè merendum deesse, credendum est; omnem etiam conditionem ad merendum excludit.

210. *Contra 2.* Contra 2. de eo incremento iustitiæ loquitur Concil. *can.* 24. & 32. quam *cap.* 10. & 16. definiunt esse nobis inhærentem, & à Deo per Christi meritum infundi. qui est habitus permanens, non actus transiens: ergo si hæc augetur in esse iustitiæ inhærentis, augetur in esse qualitatis, & præmij substantialis. Neque dicas, *dictis cap.* Concil. tantùm definire iustitiam, quâ primò iustificamur, nonquâ in iustitiâ crescimus: ibi, n. non solùm loquitur de primâ peccatoris iustificatione; sed etiam de continuâ iustorum sanctificatione per opera in Deo facta, per quæ iuxta Apost. de die in diem in acceptâ iustitiâ crescunt. Adde, magna foret in Concilij verbis æquivocatio, si iustitiæ incrementum modò acciperetur pro physico & intrinseco incremento habitus, quando esset effectus operum intensiorum; modò pro morali & extrinseco actuum transeuntium, quando esset effectus operum remissorum. Denique incrementum simpliciter imponat augmentum eiusdem rationis cum formâ, cuius est incrementum.

211. *Prob. 2. asser.* Prob. 2. Homo quilibet actu charitatis, etiam remisso, fit Deo charior, & gratior: ergo per intrinsecum & physicum incrementum charitatis & iustitiæ. Antec. admittunt, qui docent, bonis operibus remissis augeri gratiam & charitatem in esse gratiæ & amicitiæ: eadem quippe habitualis, quò plures connotat actus à se productos, eò crescit saltem moraliter in esse gratiæ & amicitiæ, esto non crescat in esse qualitatis. Conseq. prob. sicut homo fit charus gratusque Deo per inhærentem iustitiam; ita magis charus & gratus eidem per augmentum eiusdem. alioqui diei etiam posset, fieri charus & gratus simpliciter denominatiuè tantùm ab operibus bonis exercitis. ita .n. se habet simpliciter ad simpliciter, sicut magis ad magis. aut certè dicit posset charior & gratior Deo denominatiuè tantùm ab ipsis etiam operibus intensis virtutum. Vnde ansa præberetur negandi cum hæreticis inhærentem iustitiam.

212. *Prob. 3.* 3. Vel vt actus augeant meritoriè infusos habitus, debent esse æqualiter intensi cum suis habitibus (vt nonnulli Thomistæ putant) vel intensiores illis: hoc posterius est contra modū connatur. operandi agentis: quod nunquam agit supra suas intrinsecas vires. Vnde maior illa intensio actûs virtutis non esset ab intrinseco principio inhærente, sed ab extrinseco duntaxat auxilio Dei: quod est contra modum connat. agentis, qui semper naturaliter postulat agere ab intrinseco principio inhærente. Prius etsi non sit contra modum connat. operandi agentis naturalis, qui semper agit secundùm totum suum posse; non est tamen ordinarius modus operandi agentis liberi, qui rarò solet operari secundùm vltimum suum posse. Credibile autem non est, in augmento æternæ salutis Deum requirere ab homine modum operandi rarissimum, ac extraordinarium; præsertim cùm in reliquis videamus ipsum (quæ eius est benignitas) humanæ imbecillitati se accommodare.

213. *4. Absurda ex opposita sens.* 4. Sequeretur, obesse potiùs, quàm prodesse homini intensiores habitus infusos. operando .n. ex intensiori habitu non meretur id, quod meretur, operando ex habitu minùs intenso, per actum eiusd. intensionis. sc. habens habitum charitatis vt tria, operando actum charitatis vt quatuor mereretur gradum gratiæ & charitatis vt vnum: habens verò habitum charitatis vt quatuor, operando actum charitatis vt quatuor nullum mereretur gradum charitatis & gratiæ.

214. *Prob. 5.* 5. Opus meritorium non modò suum valorem & condignitatem ad merendum desumit à principio efficiente physico, sed etiam à principio significante moraliter: sed gratia forma supernat. quæ est principium moraliter significans omnes actus à se elicitos, eundem valorem & dignitatem communicat actui remisso atque intenso *ex sect.* 6. licèt .n. gratia non communicet eand. dignitatem quam habet in se, tamen communicat totam cuilibet actui, quam in suo genere communicare potest: vt licet persona Verbi non communicet eand. omnino dignitatem, quam habet in se, tamen cuilibet actui humanitatis communicat totam, quam in suo genere communicare potest: ergo quinis actus meritorius, etiam remissus, habet æqualem valoris intensionem deriuatam à gratia moraliter significante, ac habet habitus virtutis à quo elicitur; gratia .n. semper est æquè intensa, atque habitus infusus saltem charitatis, quidquid sit de reliquis supernat. de quib. *sect. vlt.* ergo tot gradus moralis valoris accipit actus charitatis à gratia, quot gradus physicæ perfectionis habet habitus charitatis. ergo quinis actus meritorius, etiam remissus, poterit meritoriè augere habitum à quo producitur: quod prob. contra eos, qui saltem admittunt, habitum charitatis æqualib. actib. augeri: Tota ratio, cur actus remissus non augeat habitum infusum, à quo elicitur, est, quia non datur actio à proportione inæqualitatis: at remissio actus meritorij suppletur valore deriuato à gratia: ergo cessat ratio, cur nequeat actus remissus meritorius augere habitum infusum, à quo elicitur. Quòd autem physica remissio actûs suppleatur morali valore deriuato à gratia, prob. non minùs acceptum est opus meritorium Deo propter valorem moraliter communicatum à gratia, quàm propter physicam perfectionem efficienter causatâ ab habitu.

215. *Incrementum gratiæ statim confertur absque alia dispositione.* Dico 3. Hoc physicum incrementum gratiæ & gloriæ, quod opera remissa merentur, statim confertur, absque vlla aliâ dispositione; & gratiæ quidem in hac vitâ, gloriæ verò in futurâ. Assertio hæc ex fundam. Concilij sic deducitur: Vt opus sit gratiæ & gloriæ incremēti meritorium, nil aliud ex Concil. requiritur, quàm vt sit per Dei gratiam, & Christi meritum in Deo factum: ergo nulla alia expectatâ conditione, opus remissum charitatis, aut alterius virtutis infusæ, statim gratiæ gloriæque incrementum meretur: nullum enim opus charitatis, aut alterius infusæ virtutis absque gratiâ Dei per Christum in Deo fieri potest: nec de rebus supernat. quæ ex solâ liberâ Dei voluntate pendent, possumus aliter theologari, quàm vt nobis per reuelationem constat. Cùm igitur ex *cit. Conc.* nobis constet, vt opus gratiæ & gloriæ incrementum verè mereatur, *tantùm requiri vt sit per Dei gratiam, & Iesu Christi meritum factum*, non possumus aliam conditionem ad id requirere. Confirm. si existimasset Concil. aliam conditionem ad merendum, præter assignatam, requiri, procul dubio illam in suo decreto expressisset, vt de facto expressit conditionem de consequutione gloriæ per illa verba: *Si in gratia decesserit.*

216. Quòd autem hoc incrementum gratiæ statim in hâc vitâ conferatur, deducitur ex eodem principio, & Concil. *cit. cap.* 10. iusti bonis operibus de die in diem in accepta iustitia crescentes, magis ac magis renouantur, ac iustificantur, *eunte*, iuxta Apost. *de virtute in virtutem*: ergo huiusmodi inhærentis iustitiæ incrementum statim accipiunt in hâc vitâ. Confirm. vt est Iuris axioma,

Digitized by Google

exceptio firmat regulam: igitur dum Concil. ab hac regula excipit incrementum gloriæ, quod non in hâc, sed in futurâ vitâ conferendum docet, firmat regulam de incremento gratiæ, quod non in aliâ sed in hac vitâ confertur.

217. *Per actus remissos datur non solùm incrementum gloriæ, sed etiam gratiæ & charitatis.*

Dico 4. Per actus remissos meritorios non solùm datur incrementum gloriæ, sed etiam gratiæ & charitatis (An autem etiam incrementum aliarum virtutum infusarum, *sect. vlt.*) gloria n. datur iuxta proportionem meritorum, iuxta quam datur, & augetur etiam gratia: gratia igitur & gloria sunt æquales: at habitus charitatis est æqualis gloriæ: ergo & gratiæ. quæ enim sunt æqualia vni tertio, sunt æqualia inter se. Minor prob. gloria non est aliud, quàm visio beatifica, & amor Dei: sed in patriâ tam visio commensa est lumini, quàm amor charitati, à quibus actiuè procedunt: ergo gloria tam ratione visionis commensa est lumini, quàm ratione amoris charitatis; ergo etiam lumen & charitas commensa gratiæ. si n. charitas commensa est amori beatifico, & eidem commensa gratia, ratione meritorum, quibus tam amor beatificus, quàm gratia commensa est; etiam gratia & charitas commensa erunt inter se. Quòd autem amor beatificus in patria commensus sit charitati, sic demonstro: Amor in patria non solùm necessariò, sed etiam connaturaliter procedit à suo principio effectiuo: ergo quà necessariò, adæquatè procedit à suo habitu; quâ connaturaliter, non procedit intensior illo: alioqui secundùm excessum intensionis non procederet connaturaliter; quia nõ procederet ab intrinseco principio inhærente, qui est connaturalis modus operandi agentis, sed ab extrinseco tantùm principio. Neque doctrina ista est contraria ei quam trado *to. 4. disp. 26. sect. 4.* sc. posse intensiorem actum connaturaliter produci ab habitu remissiori, quando habitus est eminentioris perfectionis, quàm sit eius actus. Ex quo ibid. infero, amorem beatificum produci intensiorem in patriâ, quàm sit charitatis habitus: eo quòd hic sit eminentioris perfectionis & virtutis saltem quoad entitatem, quàm sit eius actus. Ratio: quando actus procedit secundùm totùm posse & virtutem sui principij, debet illi perfectè adæquari, & quia non potest illi adæquari secundùm perfectionem eminentialem, cuius non est capax, debet adæquari saltem secundùm inferiorem æquivalentem, quæ virtute continetur in ipso principio: & quia maior intensio perfectionis inferioris virtute continetur in principio eminentiori remissiori, debet secundùm hanc illi adæquari: alioqui non procederet secundùm totum posse & virtutem sui principij, cùm principium eminentius, etiam remissius, possit se extendere ad actum intensiorem inferioris perfectionis.

218. *Solutio argum. 1.*

Ad fund. primæ sent. sumptum ex proportione habitus acquisiti, quo etiam vtuntur reliquæ sent. Resp. 1. neg. cum Duran. assump. qui licet existimet habitus infusos non nisi æqualib. actib. acquisitos tamen docet, etiam remissis augeri. id quidem in mea sent. qui acquisitos habitus constituo in speciebus circa idem obiectum, aut magis perfectis, aut magis multiplicatis, cohærentiùs dicitur: quælibet .n. species, etiam remissi actûs, perficit præcedentes, saltem extensiuè in ordine ad idem obiectum: quod sufficit, vt intensiùs cum potentiâ concurrere possint ad consimiles actus circa idem obiectum. 2. Neg. conseq. saltem .n. per eos, qui putant, æqualib. saltem actib. augeri habitus infusos, habitus acquisiti non solùm non augentur actib. remissis, sed neque æqualib. sed solis intensiorib. cùm tamen infusi augeantur etiam æqualib. ergo sicut per eos in hoc non seruatur proportio inter habitus acquisitos & infusos, ita neque in alijs. Ratio: actus meritorij non physicè, sed moraliter augent habitus infusos: igitur necesse non est, eam proportionem seruare cùm habitib. infusis, quam seruant actus naturales cum acquisitis, qui physicè augentur à suis actib. Quod autem in 2. argu. tertiæ sent. addebatur, quando Deus supplet defectum causæ 2. supplere cum eâ proportione, quâ causa 2. effectum produceret, verum est, quando alia ratio oppositum non suadet, vt in præsenti suadet Concilium, & scriptura.

219. *Retorsio argum.*

220. *Ad secunda Duran. Caietanus.*

Fundam. secundæ sent. seipsum destruit, aut nihil probat. vt .n. rectè Caiet. 2. 2. *q.* 24. *art.* 6. vel *tè non bene vti habitu accepto*, est; eo malè vti: & sic neque tali vsu poterit homo incrementum gloriæ mereri: nemo .n. malo vsu apud Deum meretur: ac proinde, dum argu. probat vltimam partem, destruit alteram vel, *Habitu non bene vti*, est; illo inadæquatè tantùm vti: & tunc falsum est, qui inadæquatè vtitur habitu non bene eo vti; tum quia nullum est debitum, semper accepto habitu adæquatè vtendi; tum quia si inadequatè vti habitu, est malè vti, non posset iustus eo vsu mereri incrementum gloriæ, cùm non minùs bonus vsus requiratur ad incrementum gloriæ, quàm gratiæ. Confirm. cùm gloria sit proprietas gratiæ: ac proprietas sit commensa essentiæ, gloria erit commensa gratiæ: ergo maior gloria supponet maiorem gratiam: nec crescet gloria, quin crescat gratia.

221. *Ad fund. 3. sent. ductum ab auct. S. Tho.*

Ad fundam. tertiæ sent. 1. nullibi *S. Tho.* negat, actib. æqualib. non augeri charitatis habitum, sed ad summum solis remissiorib. Vnde quando dicit, tunc augmentum actuum remissorum conferri, quando homo feruentiori actu se disposuerit, comparatiuum, *Feruentiori*, non refertur ad habitum, sed ad præcedentes actus remissos, vt sit feruentior illis. 2. dico, quoad actus remissos, *S. Tho.* in oppositâ fuisse sent. quæ eo tempore magis apud Doctores vigebat. 3. vlteriùs cum nonnullis Thomistis addendum, feruentiorem actum, non esse in sent. *S. Tho.* dispositionè ad incrementum actuum remissorum simpliciter conferendum, sed tantùm ad illum conferendum in hâc vitâ. Non .n. si post multos actus remissos charitatis, homo nullum feruentiorem elicuerit, perpetuò eorum incremento priuabitur; sed solùm in hâc vitâ, accepturus illud in aliâ, vt *Scotus* aiebat: alioqui non maiorem gloriam consequeretur, qui cum gratiâ baptismali & multis actib. remissis charitatis, quàm qui cum solâ gratiâ baptismali ex hac vita decederet. 4. nota ex *Caiet.* 1. 2. *q.* 114. *art.* 8. *in resp. ad* 3. *S. Tho.* non esse sibi contrarium, nam in libris sent. solùm negat, hominem quolibet actu meritorio mereri augmentum gratiæ, concomitans ipsum meritum, quia considerauit illud vt effectum actus meritorij: in summâ verò, quia illud considerauit vt præmium debitum merito, de cuius ratione non est, vt sit simul cum merito, vt patet de gloriâ, quam verè meremur, etiâsi non statim conferatur, absolutè affirmauit, quouis actu meritorio hominem augmentũ gratię sibi mereri, suo tempore dandũ; quia quouis actu facit illud sibi debitum suo tempore conferendum.

222. *Ad 2. à pari*

Ad 2. ductum à paritate habituum acquisitorum, patet ex solutione primi argu. & magis *infrà*, vbi constabit, multas alias proportiones non seruari inter actus & habitus infusos, quæ sunt inter actus & habitus acquisitos.

223. *Ad 3. proportio duplex*

Ad 3. proportio vna est inter actum meritorium & gratiam

& gratiam absolutè, quę vtrobique seruatur, tam in primâ iustificatione, quàm in augmẽto eiusdẽ; nisi quòd in primâ iustifi. gratia respondet dispositioni subiecti, vt merito tantùm de congruo; in augmento verò, vt merito de condigno: ratione cuius meriti condignitatis maior gratia & præmium, cæteris paribus, respondet in augmento iustific. actui meritorio, quàm in primâ iustific. dispositioni subiecti. Altera proportiò est inter actum & gratiam respectiuè ad habitum, à quo actus meriti producitur; & hæc non est in primâ iustific. cùm in hâc non præsupponatur gratia habitualis in subiecto, respectiuè ad cuius intensionem conferri debeat gratia iustificans. Sicut ergo in prima iustific. infunditur gratia commensa tantùm merito de congruo, absque alio respectu: ita in augmento infunditur gratię incrementum commensum merito de condigno, absque respectu ad habitum, attentâ tantùm dignitate & perfectione actus meritorij. Quòd autem in eod. argu. dicitur, in fine iustificationis gratia esse, quoad intensionem æqualis dispositioni; in augmento verò non esse quoad intensionem æqualis actui meritorio, si gratia augeatur actib. æqualib. aut remissiorib. hoc est necessariò asserendum: nam in fine iustificationis nulla alia gratia supponitur, nisi quę respondet subiecti dispositioni: in fine augmenti non solùm est gratia, quę respondet præsenti merito, sed etiam quæ respondet præteritis. Vnde in hoc non debet seruari proportio, sicut .n. inter vnicum actum dispositiuum, & multos meritorios, non est æqualis proportio: ita nec inter gratiam in fine iustific. respondentem vnico actui dispositiuo, & gratiam in fine augmenti, respondentem pluribus actibus meritorijs, præsenti nimirum & præteritis, erit æqualis proportio.

Retorsio argum.

224. *Ad absurdum 1.* Ad 4. ab absurdis: Ad 1. neg. sequel. vt .n. ex solu. quarti constabit, gratia non augetur arithmetica proportione ab actu meritorio, sed geometrica. Quo fit, vt etsi totâ latitudine intensionis actus, habitus meritoriè augeatur, cùm nullus sit gradus in actu, à quo habitus non augeatur, non tamen augetur æquali & arithmetica intensione actus. Quòd autem remissè operantes feruorem non experiantur, ideò est: quia feruor actualis, qui tantùm à nobis sentitur, non prouenit ex habitu, qui solùm potentiam ad feruentiùs operandum inclinat habitualiter & in actu 1. sed ex vberiorib. & illustriorib. auxilijs actualib. quib. ordinariè, qui remissè operatur, impedimentum opponit; contrarias cogitationes affectusque disperatos, cœlestium cogitationem semina retardantes, in se admittendo. Ad 2. neg. sequel. Ad prob. si intelligat de physicâ proportione, quâ actus producitur æquè intensus ac habitus, & quam actus & habitus non seruant semper in via, at lumen glorię cum suo, & charitatis actu, seruat in patria, neg. sequel. tam .n. intensum est lumen gloriæ, ac visio; tam intensus amor beatificus, ac visio, ad quem ille necessariò consequitur: atque adeò tam intensum lumen gloriæ, ac charitatis habitus. Si intelligat de morali proportione, sc. vt in ea proportione augeatur habitus, in qua meritorius est actus, adhuc neg. sequel. eandem .n. proportionem moralem seruat lumen cum actibus meritorijs in via elicitis, quam cum ijsdem seruat habitus charitatis; in eadem quippe proportione augetur lumen gloriç, & charitatis habitus. Falsum igitur est, lumen gloriç aut non physicè proportionari cum charitatis habitu, aut nõ moraliter cum actibus meritorijs.

225. *Ad 2. absurdum*

226. *Ad 3.* Ad 3. neg. sequel. de qua diffic. grauissima peculiaris sectio instituenda. Ad 4. conced: habitum meritoriè augeri secundùm totam latitudinem sui actus geometricè & proportionaliter, non arithmeticè & ad æqualitatem. Vnde non sequitur, gratiam in immensum augeri; quia non tot gradus gratiæ meretur actus, quot ipse habet in se, licèt nullus sit in actu meritorio gradus, qui aliquod augmentum gratiæ non mereatur. ita cùm qualitas producit effectum sibi inadæquatum, nullus est in qualitate gradus, qui ad effectus productionẽ non concurrat, licèt non secundùm totam adæquatam suam intensionem ad illam concurrat.

227. *Ad 4.*

Ex his patet ad omnes modos, quib. tertia & 4. sent. contendit, per actus remissos, aut non physicè, sed tantùm moraliter; aut saltem non sine nouâ dispositione, vel certè non in hâc, sed in futurâ vitâ gratiæ & charitatis habitum augeri.

228.

229. *In instanti glorificationis non potest quis se disponere meritoriè ad augmentũ gratia.*

Cæterùm modus ab *Aluarez* excogitatus improbabilis est: cùm .n. instanti glorificationis nequeat homo liberè mereri; nec poterit eo instanti ad tale augmentum meritoriè se disponere. Nisi dicatur tale augmentum conferri per actum liberum consequentem scientiam distinctam à visione beatâ. Sed neque hoc probabiliter dicitur. vel .n. iste actus præcederet visionem beatam: Et contrà est: quia actus 1. quem instanti glorificationis beatus elicit, est visio intuitiua Dei, vtpotè quàm necessariò elicit: omnis autem actus necessarius præcedit liberum: Vel subsequeretur visionem beatam: & contrà est: quia vel tunc augmentum gratiæ & charitatis respondens operibus præteritis remissis, daretur anticipatò ipso glorificationis instanti ante liberum dispositionis actum; vel certè daretur quando beatus liberè se disponit. primum est contra rationem præmij, vt illud detur ante meritum, præsertim visio beata, quæ hominem ad bonum necessitat. si secundum: rursus interrogo, aut visio & amor beatificus fuerunt eliciti commensurati, non solùm gratiæ & charitati, quę augmentũ præcesserunt, sed etiam augmẽto gratiæ & charitatis, quæ augmentũ præcesserunt, quod erat paulò pòst conferendum. Si dicatur primum, aut debuit mutari visio & amor beatificus, vt essent commensi non solùm gratiæ & charitati antecedenti, sed etiam augmento gratię & charitatis subsequenti; aut certè visio & amor æternùm manebunt incommensi subsequenti augmento gratiæ & charitatis. Si secundum; igitur primo instanti, visio & amor non fuerunt elici connaturaliter, saltem quoad illum intensionis excessum, quo procedebant commensi augmento habitus; nondum existenti, nam secundùm illum excessum non procedebant ab intrinseco principio inhærente: quia non poterant effectiuè procedere ab augmento habitus nondum existente.

230. Demum discrimen, quòd *Sot. Vill. Med.* afferunt, cur solũ habitus gratiæ & gloriæ, non autem charitatis, remissis actib. crescat, quia scilicet solus habitus charitatis est habitus operatiuus, qui natus est nostris actib. crescere, nullius momenti est: licet .n. charitas sit operatiua, non est tamen nata crescere physicè, sed tantum moraliter & meritoriè nostris actib. non secus ac gratia & gloria.

SECTIO IX.

An opus meritorium augeat gratiam toto tempore quo durat?

231. RAtio dubij sumitur ex *præced. sect. argum.* 4. *absurdo* 3. quod tertia sent. afferebat: quia cùm

Digitized by Google

cùm in quolibet tempore sint infinita instantia, si toto, quo opus durat, continuo gratiam augeret, augmentum esset infinitum; quolibet .n. instanti esset determinatum. Propter id argum.

232. 1. Sent. Prima sent. negat, saltem opera meritoria remissa augere gratiam & charitatem toto tempore, quo durant. Sequeretur enim in fine temporis, & cuiuslibet operis meritorij infinitum augmentum

233. Contrà gratiæ & charitatis. Sed contrà: idem augmentum infinitum sequitur ex actib. saltem intensioribus. Sit enim actus charitatis vt octo in habente habitum vt 4. talis actus primo instanti productionis augebit habitum per gradus 4. quibus illum excedit: sed idem actus quouis instanti sequenti, quo durat, crescit per determinatum gradum valoris: ergo quouis instanti augebit habitum per determinatum gradum: ac proinde in fine tẽporis augebit illum per infinitas partes determinatas augmenti.

234. Dices. Nisi fortè negent, etiam actus intensiores meritoriè augere habitum per solam temporis continuationem, eo quòd non augeant meritoriè habitum, nisi sint physicè illo intensiores, & non tantùm moraliter. Sed contrà est: 1. saltem sequitur

Contrà infinitum augmentum præmij accidentalis, quod respondet infinito valori morali operis meritorij durantis per determinatum tempus. 2. Id saltem admittere debent in opere demeritorio durante per determinatum tempus: cuilibet enim demeritorio, etiam remisso, duranti per instans respondet determinata pœna intensiua sensus: ergo duranti per infinita instantia determinati temporis

ad hominem respondebit infinita pœna intensiua sensus. Confirm. ipsi docent, plus mereri hominem vno actu continuato per determinatum tempus, quàm pluribus eodem tempore interpolatè productis: ergo plus etiam demerebitur vno actu malo continuato: sed continuatus per horam æquiualet infinitis, durantibus singulis per instans, quibus infinitis singulis respondet infinita pœna intensiua sensus: ergo etiam vni duranti determinatè.

235. 2. Sens. Secunda sent. est *Victoriæ relect. de augm. charitatis*, arbitrantis, continuationem actus, nisi sit notabilis, non conferre ad augmentum meriti.

Contrà Sed contrà: cùm meritum possit durare per solum instans, & pro illo habere determinatum præmium, si plus duret, plus meretur, quia duratio est repetita productio eiusdem actus.

236. 3. Sens. Tertia sent. affirmat præmium respondere merito sumpto secundùm omnes suas circumstantias, inter quas est etiam continuatio temporis, quæ, quia finita est, finitum præmium illi Deus taxat, per moralem quandam æstimationem, non per mathematicam respondentiam ad singula tempo-

Contrà ris momenta. Sed contrà: etiamsi meritum duret per instans, adhuc illi aliquod determinatum præmium ex diuinâ ordinatione respondet; cur ergo si per infinita instantia duret, infinitum præmium illi non respondebit? cùm eadem sit productionis, & conseruationis ratio.

237. 4. Sent. Quarta sent. negat, ex infinitis instantibus colligi infinitum augmentum: quoniam illa non cognoscuntur distinctè à merente; præmium autem non respondet merito, nisi pro circumstantijs, quæ à merente distinctè cognoscuntur: nam quod non cognoscitur, non intenditur; quod non intenditur, non potest conferre ad meritum quod essentialiter est voluntarium. Sed contrà: licet circum-

238. Contrà stantiæ tenentes se ex parte obiecti, vt augeant meritum, debeant esse explicitè cognitæ & intentæ; circumstantia tamen durationis sufficit, si tantùm implicitè & exercitè cognoscatur. Sicut circumstantia personæ nequidem implicitè cognosci debet, vt valorem operi meritorio refundat. Si enim iustus ignorans se esse iustum, rectè operetur, suâ mercede non frustrabitur. Ergo esto, infinita instantia distinctè non cognoscat, non propterea infinito præmio fraudabitur. Circumstantia enim obiecti, nisi sit cognita, non habet rationẽ obiecti, proinde nec influit in operis bonitatem: at persona, vel duratio alia ratione, quàm per cognitionem explicitam, opus circumstat, atque adeò dignificat.

Ratio dif. criminis

239. 5. Sent. Quinta sent. negat, operi meritorio pro singulis instantibus respondere determinatum gratiæ, aut gloriæ incrementum, sed tantùm pro tempore, quo durat: quod quia finitum est, finitum etiam erit gratiæ & gloriæ incrementum, tempori respondens: Ita *Vasquez 1. 2. disp. 54. cap. 3. & disp.* 219. *cap. 2. n. 17.* fundam. actio indiuisibilis, qualis est actus voluntatis, suâ naturâ postulat durare non tantùm pro instanti, sed pro tempore aliquo diuisibili: igitur non respondet illi pro singulis instantibus determinatum aliquod incrementum præmij, aut pœnæ, sed pro singulis partibus temporis pars incrementi gratiæ & gloriæ. Præmium enim respondet merito, prout illud à parte rei postulat exerceri sc. in tẽpore diuisibili, nõ instanti. ergo præmium non respõdebit pro instanti, sed pro tempore. Anteced. probat: res indiuisibilis postulat desinere per primum non esse, non per vltimum esse: desineret per vltimum esse, si duraret tantùm instanti, vt per se patet. Maiorem probat *1. p. disp. 229. cap. 10.* Necessariò assignandum est primum non esse rei indiuisibilis: cùm igitur duo instantia nostri temporis immediatè sibi succedentia esse non possint, non potest eadem res per vltimum esse, & simul per primum nõ esse desinere: alioqui vel duo instantia nostri temporis sibi immediatè succedent, quorum vni respondeat vltimum esse, alteri primum non esse rei; aut eodem instanti simul erit vltimum esse, & primum non esse eiusdem rei, quod implicat. Antec. probat: non esse rei indiuisibilis, cùm sit totum simul absque vlla successione, necessariò incipere debet in instanti. Pro hac sent. citat *Gregorium, & Almai.* sed alia est illorum mens, vt exseq. sent. constabit.

Fund. Vasquez.

240. Contrà 1. Hæc sent. primò falso nititur fundam. philos. falsum enim est, rem indiuisibilem desinere non posse per vltimum sui esse. Constat 1. de ipsis instantibus, quę indiuidua cùm sint, necessariò desinunt per vltimum sui esse, cùm non durent, nisi per ipsum indiuisibile instans, quo primò generantur. 2. de quâuis substãtiali generatione, quę nõ durat nisi per instans: nam immediatè pòst succedit noua actio conseruatiua à solo Deo producta, cùm prima non solùm producta fuerit à Deo, sed etiam à causa secunda. 3. nulla est implicantia, quin possit Deus Angelum, in instanti productum, immediatè pòst corrumpere.

241. Secundò Secundò contra Theologiam sequeretur, instanti contritionis hominem non-iustificari: liquidem in hac sent. nullo instanti respondet actioni meritoriæ gratia, vel gradus ipsius, sed solùm tempore, in quo solo actio est meritoria. Respondet

242. Respondet Vasquez. ad hoc arg. *cit. loco 1. 2. Vasquez* neg. sequel. licet enim nulla per se primo instanti contritionis respondeat gratia, eo tamen statim à Deo confertur tota gratia, quæ & per intensionem, & durationem eidem contritioni respõsura est pro toto tempore, quo illa duratura est. Sed contrà: sequeretur, primam gratiam non dari iuxta præsentem

242. Contrà. subiecti dispositionem, sed iuxta futuram: quod est contra rationem præmij, quod non datur ante, sed

Digitized by Google

te, sed post meritum. Ex quo vlteriùs sequeretur, maiorem interdum conferri gratiam ei, qui remissiorem, quàm qui intensiorem initio dispositionem habuit: ille enim sæpe potuit longiore temporis continuatione intensiorem alterius dispositionem superare. Confirm. prima gratia respondet primæ dispositioni, vt præmium de congruo; augmentum verò illius respondet continuationi eiusdem dispositionis, vt præmium de condigno: cùm tamen in hac sent. tota gratia & augmentum ipsius primo instanti daretur vt præmium de congruo. Tertiò. Esto actio meritoria suâ naturâ possit durare tempore diuisibili, adhuc falsum est, pro nullo temporis instanti aliquod illi præmium respondere: tum quia esto illi nullum respondeat præmium pro primo instanti, in quo necessariò durat, saltem præmium aliquod illi respondere debet pro singulis instantib. sequentib. quibus actio meritoria liberè durat; sicuti pro singulis partib. cùm in qualibet sequentis temporis parte possit à libero agente suspendi. Tum quia falsum est, etiam pro primo instanti nullum actioni meritoriæ præmium respondere: quia licet eo instanti actio meritoria, ex suppositione, quâ producitur, necessariò duret, simpliciter tamen censenda est libera, quia absolutè & antecedenter potuit non fieri, quod ad meritum simpliciter sufficit. Confirm. etiam ex suppositione, quòd in tempore quis operatur, necessariò operatur: tamen huiusmodi operatio sufficit ad meritum, quia potuit antecedenter non poni.

244. *Tertiò*

245. *Ad fund. Vasquez.*

Ad fundam. Vasquez, neg. in desitione rei indiuisibilis necessariò assignandum esse primum non esse; distinctum à permanentiâ eiusdem non esse: vt nec in desitione instantis, & substantialis generationis. Confirm. in productione rei indiuisibilis non necessariò assignatur primum esse distinctum à conseruatione eiusdem: cùm non minùs productio rei indiuisibilis postulet esse totum simul, quàm desitio eiusdem non esse totum simul: & concedit *Vasquez. 1. p. disp. 33. cap. 4. n. 23.* quòd si res spiritualis fuisset ab æterno producta, non potuisset ipsius productio à conseruatione secerni: vti nec in æternâ generatione Verbi secernere licet primam eius productionem à quasi conseruatione: ergo nec propterea quòd primum non esse rei non possit assignari distinctum à permanentia eiusdem, non erit in se indiuisibile: quia sicut res non fit diuisibilis in se per coëxistentiam ad extrinsecam mensuram temporis, ita nec negatio seu desitio rei.

à pari

246. *6. Sent.*

Sexta sent. negat, ex continuatione temporis sequi infinitum augmentum gratiæ & gloriæ, sed tantùm finitum. Fundam. actio libera de necessitate durare debet per aliquod tempus: tempore, quo necessariò durat, præmium non meretur; cùm meritum essentialiter fundetur in actione liberè exercitâ: nequit igitur infinitum augmentum gratiæ mereri per solam temporis continuationem: cùm in quolibet tempore finitæ sint partes determinatæ, in quibus tantùm ea liberè exercetur, non poterit nisi finitum augmentum gratiæ, finitis partibus determinatis temporis respondens, promereri. Maior prob. quia nequit actio pro eo tempore liberè exerceri, nisi illud tempus, in quo exercenda est, distinctè cognoscatur: at illud est imperceptibile ab intellectu humano, ita *Arimin. in 2. dist. 3. qu. 1. art. 3. ad 4.* quam probabilem censet *Almain. tract. 2. Manal. cap. 9. & qu. de liber. volun. cr. Capreol. in 2. ad 3.* Sed contrà: 1. esto actio humana, ex suppositione necessariò debeat per aliquod tempus durare, adhuc falsum est, pro illo tempore nullum præmium mereri: satis .n. est, vt talis actio sit absolutè & antecedenter libera. 2. saltem hoc infinitum incrementum gratiæ & gloriæ non vitatur in Angelo, qui dum fuit in via, potuit per opus determinato tempore continuatum infinitum gratiæ & gloriæ incrementum promereri: quia distinctissimè cognoscit singulas partes temporis, quibus liberam actionem exercet. 3. ad liberè exercendam actionem, sat est in quâlibet parte temporis habere liberam & expeditam potestatem suspendendi actionem.

247. *Contrà*

Septima sent. est *Suarez in opusc. relect. de remiss. merit. sect. 3. n. 36. & lib. 12. de merito cap. 21. n.* 17. docentis, ideò non sequi, ex continuatione actus meritorij infinitum augmentum gratiæ & gloriæ, quia singulis instantib. continuatiuis temporis non respondet determinatum augmentum operi meritorio, sed solùm indiuisibile continuatiuum partium qualitatis auctę. Non .n. idem præmium respondet operi primo instanti productionis, & singulis conseruationis eiusd. nam primo producitur substantia operis, in quâ producendâ potentia nouum exercet conatum, in reliquis solùm continuatur eadem producta: quæ cùm sit extrinseca circumstantia, non auget meritum, quantum auget substantia actûs; quia in eo continuando potentia non exercet nouum conatum, sed pristinum conseruat. Hæc sent. suppositis indiuisibilibus, est probabilissima; etiam ab absurdo: aliàs .n. sequeretur, maius augmentum gratię respondere merito quouis instanti, quàm pro parte indeterminatâ temporis: pro instanti .n. responderet augmentum determinatum, pro parte verò indeterminatum: quod falsum est: eò .n. maius est augmentum præmij, quò meritum, cui præmij augmentum respondet, diutiùs durat: diutiùs autem durat quâuis parte indeterminatâ, quã instãti.

248. *7. Sent.*

249. *Hæc valdè probabilis.*

Cæterùm in mea sent. quæ indiuisibilibus valedixit, nullum sequitur infinitum augmentum respondens infinitis instantib. in quibus meritum durat, sed solùm finitum respondens tempori finito. Vnde negatis indiuisibilibus, sicut in tempore, quo actio durat, non sunt infinitæ partes vni certę æquales, sed finitę in infinitum, conficientes durationem finitam; ita nec in augmento gratię respondente partibus temporis, quo meritum durat, sunt partes vni certæ æquales infinitæ, sed finitę in infinitum, conficientes augmentum charitatis & gratiæ finitum.

250. *Sententiæ Authoris.*

251. *Difficultas in contrarium.*

Obiicies: duret actus meritorius vnâ horâ, tot partes certas & determinatas valoris gratia communicabit actui meritorio, quod sunt partes proportionales horæ: in singulis .n. gratia communicat totum valorem, quem in se habet sc. in genere causę formalis, certum & determinatum: sed partes hę sunt infinitę absque termino: ergo partes determinatę valoris, actui meritorio à gratia communicatæ, erunt in fine horæ infinitæ determinatę: ergo totum argumentum intensiuum gratiæ erit infinitum simpliciter, constans ex infinitis partibus determinatæ intensionis: nam singulis partib. proportionalib. horæ opus meritoriè auget gratiam per partes determinatę intensionis: eâ sc. proportione, qua ipsum in valore augetur à gratia. Prior conseq. prob. partes illę determinatæ intensionis sunt absque termino: respondent .n. partib. proportionalib. horę, quę sunt absque termino. Partes autem determinatæ intensionis absq; termino non possunt nisi infinitam intensionem conficere: non .n. finitam; alioqui deueniri posset ad vltimam partem, nec essent absque termino; nec

Digitized by Google

respondèrent partibus proportionalibus horæ; in quibus per nullam potentiam deueniri potest ad vltimam: Neque conficere possunt intensionem syncategorematicè infinitam: quoniam cùm in fine horæ sint omnes partes augmenti simul existentes, implicat illud esse syncategorematicè infinitum: nam hoc infiniti genus implicat esse in ente actuali ac toto simul existente, sed solùm in ente actuali mixto cum potentiali, cùm igitur in augmento intensiuo gratiæ in fine horę nulla sit partium potentialitas, sed mera & pura actualitas omnium partium intensionis simul existentium, implicat illud esse infinitum syncategorematicè.

252. *Confirm.* Confirmatur, nam huiusmodi augmentum esset in fine horæ diuisibile in partes terminatas & æquales sine termino: atqui intensio diuisibilis in partes determinatas æquales sine termino, necessariò est infinita categorematicè: igitur tale augmentum esset categorematicè infinitum. Maior constat: nam in tot partes determinatas æquales diuisibile est augmentum gratiæ in fine horę, in quot partes proportionales diuisibilis est hora, cuius proportionalibus partibus respondent determinatæ partes æquales augmenti gratiæ: sed hora diuisibilis est in partes proportionales absque termino: ergo augmentum gratiæ diuisibile erit in partes determinatas æquales absque termino. Minor primi syllogismi probatur: quia cùm nequeat huiusmodi intensio esse finita, neque infinita syncategorematicè: vt probatum est, necessariò erit infinita categorematicè.

253. Quòd, inquis, tot partes determinatas valoris communicet gratia habitualis actui meritorio duranti per horam, quot sunt partes proportionales ipsius horæ, probatur. Nam in singulis partibus proportionalibus horæ gratia habitualis communicat totum valorem, quem in se habet; quia communicat illum in genere causæ formalis, vt suprà dictum est: sed in se habet certum & determinatum valorem: ergo in singulis partibus proportionalibus horæ actui meritorio communicat certas ac determinatas partes valoris.

254. *Resp. ad difficul.* Resp. ad hanc difficultatem, negando maiorem, eiusque probationem. Falsum quippe est, gratiam habitualem in singulis partibus proportionalibus horę communicare actui meritorio determinatas partes æqualis valoris, sed tantùm proportionales, ac proinde in fine horæ non esse augmentum valoris infinitum, sed finitum, constans ex partibus tantùm proportionalibus infinitis, sicut ipsa hora: quod sic ostendo. Nam gratia communicat totum suum valorem actui meritorio tantùm initio, quando illum primò producit, reliquo verò tempore, quo idem actus durat, solùm illi communicat illud augmentum valoris, quod gratia ipsa meritoriè recipit ab ipso actu meritorio: sed augmentum, quod gratia meritoriè recipit in singulis partibus proportionalibus horæ est tãtùm proportionale, respondens partibus proportionalibus horę, quibus durat actus; non determinatum & æquale: ergo valor, quem gratia refundit in actum ex augmento ab ipso actu moraliter recepto, est in *Hic difficultas* fine horę simpliciter finitus. Antec. ostendo: gratia suum valorem actui meritorio communicat in genere causæ formalis: forma autem non repetitis vicibus, sed semel tantùm, & initio totum suum valorem subiecto communicat: vt patet de gratiâ respectu animę, quam sanctificat: non .n. quoties illa augetur, toties pristinam dignitatem animæ communicat, sed solùm illi communicat nouum gradum dignitatis ex nouo accremento adiuncto. Ergo nec actui meritorio duranti per horam eundem valorem, quem initio communicauit, iterum in singulis partibus proportionalibus communicat, sed nouum tantùm, quem ex nouo accremento accipit.

255. *Obiectio* *Dices* 1. stante eâdem aduertentiâ ex parte intellectus, & intentione ex parte voluntatis, eâdemque tendentiâ ad obiecti honestatem, accrescit noua honestas in actu per solam temporis durationem: ergo, stante eâdem vnione actus cum gratiâ, nouus accrescet valor gratiæ in actu meritorio per solam temporis durationem. Resp. eo *Resp.* modo, quo ex diuturniori duratione accrescit noua honestas in actu ex parte agentis & obiecti, accrescit nouus valor & dignitas ex parte subiecti: ergo sicut ex diuturniori duratione non accrescit eadem repetita bonitas, sed noua ex nouâ difficultate, ex diuturniori duratione orta, propter naturalem instabilitatem, quam liberum arbitrium creatum habet æquabiliter, & constanter in eâdem honestate actus perseuerandi: ideoque; sicut hæc honestas, quæ ex maiori difficultate, orta ex diuturniori duratione, refunditur in actum, non crescit nisi per partes proportionales, proportionatas tempori, quo durat: ita dignitas, quæ eidem actui à gratia refunditur, non crescit per partes infinitas æquales, sed tantùm proportionales.

256. *Obiic.* *Dices* 2. hoc modo vitari posset infinitum augmentum gratiæ, etiam positis in tempore instantibus. Resp. neg. assumptum. *Resp.* Instantibus .n. singulis refunderetur determinatus valor gratiæ in actum meritorium: ac proinde infinitis infinitus: atque adeò actus infinitis instantibus temporis, quo duraret, augeret gratiam per infinitas partes determinatas intensionis: quod prob. singulis instantibus determinata accresceret bonitas ex parte liberi agentis, & honestate obiecti in actu, qui consequenter augeret gratiam singulis instantibus per determinatum augmentum: & rursus gratia singulis instantibus per determinatum augmentum aucta, tale augmentum refunderet in actum singulis temporis instantibus.

SECTIO X.

An quouis actu virtutis infusæ augeantur omnes habitus supernaturales?

257. SVppono ex *sect.* 4. actus charitatis, & virtutum infusarum, esse condignè meritorios incrementi gratiæ & gloriæ in iusto: quo posito vberiùs quæritur, an quilibet actus virtutis infusę, non solùm augeat habitum, à quo procedit, sed etiam reliquos, quos in eodem subiecto cũ gratia coniunctos supponit. Quæ controuersia non solùm locum habet apud eos, qui nobiscum sentiunt, actibus etiam remissis augeri habitus infusos, sed etiam apud eos, qui id negant: nam de æqualibus & intensioribus actibus controuersum est; an ijs non solùm augeantur habitus, à quibus ipsi producuntur, sed etiam reliqui, à quibus non producuntur.

258. *Fund.* 1. Prima sent. negat, quolibet actu infusę virtutis augeri omnes habitus in gratiâ radicatos, sed tantùm illum, à quo actus ipse elicitur. Prob. à paritate habitus acquisiti: qui non augetur actibus alterius habitus, sed solis proprijs à se productis. Propter hoc argum. cohærentiùs hanc sent. docent, qui negant, ideò habitus infusos remissis actibus augeri, quia seruare debent proportionem cum acquisitis, qui non nisi intensioribus augentur acti-

Digitized by Google

tor actibus. Nam si seruare debent vnam proportionem, seruare debent & alteram; cùm sit omninò eadem vtriusque ratio. 2. Actibus fidei & spei non augentur reliqui habitus infusi, sed solùm ipsi habitus fidei & spei: ergo nec actibus aliarum virtutum augentur omnes virtutes infusæ, sed tantùm illæ, quarum sunt proprij actus. Antecedens prob. possunt habitus fidei & spei in peccatore augeri proprijs actibus, quibus tamen non augentur reliquæ virtutes infusæ, quæ in peccatore non sunt. Igitur actus fidei & spei per se non augent reliquas virtutes infusas.

259. *Fund. 2. à pari*

260. *Confirm. 1.* Confirm. 1. neque actibus aliarum virtutum augentur fides & spes: tum quia alioqui in peccatore non tantùm istæ virtutes augerentur actibus proprijs, sed etiam actibus aliarum virtutum ex speciali dumtaxat auxilio elicitis; cùm in peccatore non solùm esse possint actus fidei & spei, sed aliarum etiam infusarum virtutum, non quidem ex proprijs habitibus, qui in peccatore non sunt, procedentes, sed ex speciali auxilio Dei, quod nulli peccatori denegatur. Tum quia, si fides & spes augerentur etiam actibus aliarum virtutum, sequeretur, eas non seruare proportionem cũ gratiâ, & reliquis infusis virtutibus. Sequela prob. quia non solùm ipsæ augerentur actibus aliarum virtutum, dum essent coniunctæ cum gratiâ, sed etiam proprijs, quibus non augerentur reliquæ virtutes, dum sunt in peccatore. Vnde non solùm haberent accrementum propriorum actuum; sed etiam reliquarum virtutum, cùm tamen reliquæ virtutes non haberent accrementum, ex actibus ipsarum, saltem dum illæ sunt in statu peccati, in quo augentur ipsæ, & non augentur reliquæ virtutes, quæ in peccatore non sunt. 2. hinc vlteriùs sequeretur,

261. *Confirm. 2.* neque lumen gloriæ proportionari gratiæ, reliquisque habitibus infusis. Sequela probatur: nam lumen gloriæ succedit fidei; sed fides non seruat proportionem cum gratia & reliquis infusis habitibus, quippe quæ interdum est intensior gratiâ & reliquis virtutibus infusis, vt cùm in peccatore intenditur vltra dispositionem, cui prima gratia iustificans respondet; interdum remissior, si verum est, ipsam non nisi proprijs actibus in statu gratiæ augeri: ergo neque hanc proportionem cum gratia reliquisque virtutibus infusis seruabit lumen gloriæ: nam lumen gloriæ succedere debet fidei, in ea intensione, in qua erat ipsa fides.

262. 2. *Sent.* Secunda sent. docet, quolibet actu virtutis infusæ augeri omnes habitus infusos, præter fidem & spem, quæ tantùm augentur proprijs actibus, etiam quando sunt cum gratia; tametsi earum actibus augeantur gratia & reliquæ virtutes infusæ: ita *Vasquez* 1. 2. *disp.* 220. *cap.* 6. *num.* 56. Fundam. eæ tantùm virtutes augentur actibus non tantùm proprijs, sed etiam aliarum, quæ semper sunt cum gratia connexæ: atqui fides & spes non semper sunt cum gratia connexæ, ergo non augentur actibus aliarum virtutũ. Alioqui melioris essent conditionis, quàm reliquæ virtutes: quia non tantùm augerentur actibus proprijs, & aliarum, dum sunt in statu gratiæ, sed etiam proprijs, dum sunt extra statum gratiæ.

263. 3. *Sent. sequenda. Suarez.* Tertia sent. affirmat, quolibet actu infusæ virtutis augeri omnes habitus infusos, etiam fidei & spei, dum sunt in statu gratiæ: *Suarez lib. 9. de relig. grd. cap.* 4. *num.* 15. Quæ sent. probabilior, confirmatur hoc discursu: Quouis actu infusæ virtutis augetur gratia, ex *sect.* 8. ergo quouis actu infusæ virtutis augentur omnes virtutes infusæ: gratia enim comparatur ad omnes virtutes infusas, vt essentia ad suas proprietates, *vt suprà*: sed connaturalius est, vt essentia, quantum fieri potest, proportionem seruet cum suis omnibus proprietatib. igitur quouis actu infusæ virtutis non solùm augetur gratia, sed omnes virtutes infusæ: alioqui semper intensior esset gratia, quæ augeretur ad singulos actus singularũ virtutum, virtutes autem nõ nisi ad proprios: ergo etiam fides & spes augeri debent iuxta proportionem gratiæ. Minor prob. 1. quia hanc proportionem seruat quælibet essentia cum suis proprietatibus. 2. hanc ipsam proportionem seruat gratia in Christo, & in quolibet beato, in quo omnes virtutes supernaturales connaturaliter existunt. 3. proprietates naturaliter fluunt, aut saltem petunt naturaliter fluere à propriâ essentiâ: ergo illi naturaliter proportionantur: cùm nequeat essentia vel intensiores, vel remissiores seipsa proprietates producere. Et licet gratia habitualis non sit physicum principium productiuum suarum virtutum, est tamen principium naturaliter exigens earum.

Connaturalior proportio prob.

264. *Obiect.* *Dicet.* Inter habitus infusos, & acquisitos non seruatur proportio: ergo nec inter gratiam habitualem, & essentiam creatam in ordine ad suas proprietates. Sed negatur paritas. Nam tamdiu inter res supernaturales & naturales seruanda est proportio, quamdiu vel authoritas aliqua Scripturæ & Ecclesiæ, vel ratio non obstat. At hic neutra obstat: obstat ibi vtriusque auctoritas, dum absque vllâ limitatione definit, bonis iustorum operibus augeri gratiam & gloriam: & ratio ipsa; cùm etiam opus bonum remissum, in alterius obsequium impensum, sit verum obsequium, proinde aliqua apud Deum, erga quem impenditur, remuneratione dignum. Igitur potuit & debuit inter res supernaturales & naturales alteri vna, esto non alteratur alia proportio. Confirmatur: semper Deus, quando aliquid non obstat, res producit & conseruat eâ proportione, quam ipsæ naturaliter exigunt: sed gratia naturaliter exigit produci & conseruari proportionata suis omnibus proprietatibus, nec aliquid obstat; ergo dicendum est, ita de facto à produci Deo & conseruari. Imò cùm hanc proportionem Deus seruet in productione, in qua semper virtutes infundit proportionatas gratiæ, dicendum quoque est, eandem seruare, vbi nihil obstat, in conseruatione.

265. *Ad fund. aliarum sent.* Primum fundam. primæ sent. ruit ex dictis *dif.* & *sect.* 8. Secundum solùm probat, actibus fidei & spei non augeri reliquos habitus infusos virtutum, dum illæ sunt in peccatore; defectu 2. condignitatis in peccatore nec actus fidei auget habitum spei, nec contrà, sed solùm habitum, à quo producitur; in iusto autem sicut talis actus habet condignitatem ad augendum habitum gratiæ, ita eandem habet ad reliquos infusos augendos.

266. *Ad 1. conf.* Ad 1. confirm. neg. assump. ad 1. prob. neg. sequel. Ratio discriminis, cur fides & spes augeantur actibus aliarum virtutum supernaturalium solùm, quando tales actus sunt cum gratia coniuncti, non autem quando non sunt cum gratia coniuncti, est quoniam eatenus hi actus sunt auctiui fidei & spei, reliquarumque virtutum supernaturalium, quatenus sunt auctiui gratiæ, quæ tanquam communis essentia naturaliter postulat, vt secundùm eandem proportionem augeantur simul omnes eius proprietates: sed actus virtutum supernaturalium, ex speciali dumtaxat auxilio à peccatore eliciti, non sunt per se auctiui gratiæ, cùm non sint per se meritorij incrementi gratiæ; quoniam incrementum per se supponit gratiam:

nequeunt

nequeunt igitur per se esse meritorij incrementi fidei & spei.

267. Obijc. *Dices*: ergo nec actus fidei & spei à peccatore eliciti erunt per se auctiui eorundem fidei & spei habituum: quia in peccatore non sunt per se incrementi gratiæ meritorij. Sed negatur consequentia: nam sicut tales actus à peccatore eliciti sunt de congruo productiui habitus fidei & spei, *vt ex supra* disputatis constat, ita erunt de congruo eorundem auctiui. Contrà verò; quoniam reliqui actus aliarum virtutum infusarum non sunt de congruo productiui fidei & spei habituum, ita nec erunt de congruo auctiui eorumdem. Solum igitur illi actus sunt auctiui & suorum, & reliquorum infusorum habituum mediante gratia, quam omnes augent, & quæ aucta naturaliter postulat, vt cum ipsa simul augeantur omnes ipsius proprietates.

268. Ad 2. prob. Ad secundam probationem, duplex proportio inter fidem, spem, gratiam & reliquas virtutes infusas attendenda est, vna per se, altera per accidens. Per se est, vt eodem incremento augescant fides, spes, & reliquæ virtutes infusæ, quo augescit gratia ipsa: atque hæc semper seruatur. Per accidens est, vt interdum fides & spes augeantur, non aucta gratia, quando nimirum, illæ reperiuntur in peccatore: & hanc proportionem, non est necesse seruari inter fidem, spem & gratiam, reliquasque virtutes infusas. Vnde fit vt interdum fides & spes sint intensiores gratia, ceterisque habitibus infusis, nunquam autem remissiores. Primum constat, quando in peccatore supponuntur intensiores, quàm sit gratia ipsa, quæ in primo instanti iustificationis infunditur proportionata propriæ subiecti dispositioni. Non enim in tali casu excessus intensionis, quo fides & spes gratia, in instanti iustificationis collatam superant, tollitur, sed manet. Secundum verò probatur: Nam si forte fides & spes remissiores reperiantur in peccatore, quàm sit ipsa gratia peccatori collata, tunc augentur vsque ad gradum intensionis cum ipsa gratia: cùm eadem dispositio sit ad gratiam, & reliquas virtutes cum gratia connexas. Et quia eadem fides & spes quolibet actu reliquarum virtutum in iusto augentur, iuxta proportionem gratiæ, nunquam dabitur casus, in quo fides & spes sint remissiores gratia, cæterisque virtutibus infusis. Probabile tamen est, quando fides & spes reperiuntur in peccatore intensiores, quàm sit gratia ipsa, quæ infunditur, eas non augeri actibus aliarum virtutum, donec gratia, ac cæteræ virtutes ad æqualem intensionem cum ipsa fide & spe perueniant.

Quemodo habitus fidei & spei augeantur.

269. Ad 2. confirm. Ad secundam confirmationem, negatur sequela. Nam lumen gloriæ per se tantùm proportionatur gratiæ. Quare si fides reperiretur in iusto intensior gratia, lumen gloriæ non proportionaretur fidei in intensione, sed gratiæ. Ratio, quia sicut per illud incrementum fidei & spei, quod fit in statu peccati, non augetur gloria: ita nec illi lumen gloriæ proportionari debet: nam nec gloria, nec eius incrementum respondet actibus fidei in statu peccati elicitis, quia illa sunt opera mortua, quibus nullus gradus gloriæ correspondet.

270. Ad fund. secunda Ad fundamentum secundæ sententiæ Respondeo; quòd tametsi fides & spes, non sint per se cum gratia connexæ, cùm possint sine illâ esse, gratia tamen per se cum illis connexa est: quia nequit gratia absque illis connaturaliter esse: hoc autem sufficit, vt quolibet actu, quo augetur gratia, augeantur & ipsæ, tanquam proprietates per se debitæ gratiæ. Sicut licet naturales proprietates ignis, possint esse sine igne, nunquam tamen ignis esse potest absque suis naturalibus proprietatibus. Vnde sicut ignis statim atque generatur, proprietates sibi producit, si non inuenit productas, aut illas conseruat, si inuenit productas; aut intendit vsque ad gradum sibi proportionatum, si non inuenit sibi proportionatas: ita gratia statim atque infunditur, connaturales suas proprietates aut sibi moraliter producit, si non inuenit productas; aut conseruat, si productas inuenit, aut certè illas intendit vsque ad gradum sibi proportionatum, si proportionatas non inuenit.

271. Cæterùm, studiose lector, postremam hanc de merito disputationem, totumque istud de vltimo nostro fine, medijsque ad eum conducentibus, vel impedimentis ab eo abducentibus, opus. Religiosissimi Patris Augustini verbis *lib. de verâ Religione cap.* 10. concludo: *Qua vera, in eo, perspexeris serene, & Ecclesia Catholica tribue; qua falsa, respue, & mihi, qui homo sum, ignosce: qua dubia, crede, donec aut respuenda esse, aut vera esse, aut semper credenda esse, vel ratio doceat, vel præcipiat authoritas.*

Disp. 2.	num. 181.	linea 7.	lege	*sitam non etiam*
6.	10.	antepen.		*libro 1. ad simplic.*
21.	19.	penult.		*potuit*
25.	152.	8.		*versat*
26.	18.	35.		*intensio*
	115.	16.		*possit saltem proximè*
	125.	12.		*proximè inchoantur*
	153.	18.		*habebamus*
		20.		*si*
Disp. 32. sect. 2. titulo				*retractatie*

FINIS.



BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE LYON

Digitized by Google

INDEX LOCVPLETISSIMVS

OMNIVM QVÆ IN HOC III. TOMO CONTINENTVR:

PRIOR NVMERVS DISPVTATIONEM; POSTERIOR, vel qui solus est, eiusdem disput. priùs citatæ numeros, in quos vnaquæque disp. à principio ad finem diuiditur, designat.

ABSOLVERE *debet Confessarius Pœnitentem contra propriam opinionem, iuxta probabilem Pœnitentis.* 15.90

ADAM *culpam cum pœnâ in posteros propagauit.* 25.4

Adam caput erat hominum in esse naturæ, & in esse gratiæ, per moralem obseruantiam præcepti. 25.35

Solo Adam peccante omnes erant contracturi originale peccatum, solo non peccante nullus. 37

Necessaria Adæ notitia pacti de transfundenda iustitia in posteros, vt priuatio sanctitatis in posteris haberet rationem culpæ. 41

Id pactum alligatum tantùm fuit præcepto de non comedendo ex ligno scientiæ boni & mali. 25.39

Adam suum peccatum retractans, iustitiam amissam sibi, non posteris recuperauit. 25.40

Pecc. orig. in Adam priùs infecit personã, dein naturã. 42

Merita Christi conueniunt cum merito Adæ differuntq; 47

In Adam peccasse dicimur originaliter, non formaliter. 89

Adam habuit præceptum implicitum de conseruanda sanctitate sibi & posteris inclusum in præcepto deseruandæ legi sibi impositæ. 92

In peccato habituali Adæ fuit inclusa priuatio moralis conformitatis ad legem, & finem naturalem. 25.100

Cur non possimus dici in Adã comedisse de ligno vetito. 105

Qui de substantia Adæ extraordinariâ viâ producuntur, non inficiuntur peccato originali. 25.114

Nati priùs ex Adam, illo posteà peccante, non contraxissent originale. 117

ADOPTIVA *filiatio à filiat. Dei naturali differt.* 31.18

ADVERTENTIÆ *defectu actum necessario elicitum implicat fieri ex non bono, bonum, accedente tantùm libertate, & aduertentia rationis.* 14.79

Idem defectu aduert. necessariò elicitus ex non bono fieri potest malus, accedente solâ aduert. & libertate. 14.81

Aduertentia proxima & actualis requiritur ad peccatum. 17.164.166

Aduert. ad mortale requisita debet esse plena & perfecta per firmũ iudiciũ de malitia actus, vel periculo illius. 17.172

Aduert. ad veniale sufficiens est quacũque semiplena & imperfecta notitia malitiæ actus vel periculi illius. 17.174

ADVLTIS *ad quos nulla fidei notitia pervenit præparata sufficientia salutis auxilia; dependenter à voluntate ipsorum.* 28.115.123. *etiam ex mente Augustini.* 160

ADVOCATVS *potest causa minùs probabili clientis patrocinari.* 15.79

ACTIO, ACTVS. *Vide* MORALE, VITALIS.

Actus Dei liber sit per mutationẽ extrinseci effectus. 29.13

Omnis actio humana deliberata est propter finem. 1.58

Actiones necessariæ voluntatis nostræ sunt propter finem. 60

Actiones diuinæ ad intra non sunt propter finem. 79

Ad extra, sunt propter Deum vt finem creatur. & sui. 84

Actionum suarum ad extra Deus est finis Cui, & Qui. 86

Omnis actio humana habet aliquem vltimum finem. 2.1

Vnde actio habeat vt sit vitalis formaliter. 2.78

Vitalitas non distinguitur ab entitate actuum. 87

Actus libertas est denominatio extrinseca. 6.55

In actibus imperatis externarum facultatum potest voluntas cogi. 3.113

Actio determinata potest prodire à causa indifferente actiuè: non à causa indifferente passiuè. 6.35

Actio creaturæ priùs naturâ moraliter, non physicè, à creaturâ, quàm à Deo procedit. 6.77. *Radix contingentiæ nostrorum actuũ remota, est Deus, proxima nos ipsi.* 6.80

Actus circa malum, radicaliter includit actũ ad bonum. 7.2

Idem potest esse amoris & odij respectu diuersorum. 7.2

Actio, etiam exterior habet obiectum à se distinctum. 14.17

Actus internus & externus ab inuicem bonitatem vel malitiam accipiunt. 18

Actio exter. pro obiecto immed. habet etiã se in facto esse. 19

Idem actus exter physicè inuariatus, potest transire de bono in malum. 67. *Non actus volunt. liberè elicitus.* 14.73

Quantitas perfectionis in actu non crescit ex quantitate perfectionis obiecti, sed principij. 14.113

AGENS *inter, & passũ non necessariò est realis relatio.* 5.99

AGENS *naturale in corpus beati potest agere perfectiuè, non corruptiuè.* 2.194

AGILITAS *corporum glorioſorum quid.* 2.203. *Sublatio grauitatis.* 2.207

ACTIO, ACTVS, *Vide* HVMANA, INDIFFERENS.

MOR, AMIC. AMICIT. *Vide* Dilectio. charitas.

Amor concupiscentiæ erga Deum licitus est. 1.10

Amor beatorum propriè propter finem ab eis elicitur. 1.61

Amor viæ, quare non possit dici beatitudo partialis. 2.164

Amor beatificus perfectior est actu fidei, licèt hic sit intellectus, ille voluntatis. 2.123

An omnis amor ex natura sua indifferens sit vt feratur in præsens, vel absens obiectum. 2.112.rat.3.& 124.

Si amor Dei prohiberetur beatis, necessariò desisterent. 149

Amor beat. necessarius est, etiam quoad exercitium. 143

Quid hunc necessitet in patria, quod non in via. 144

Amor concupiscentiæ Dei potest beato prohiberi. 147

Amor amicitiæ potest beatis prohiberi etiam stante visione beata. 148

Id præceptum posset seruari ex motiuo obedientiæ. 149

Cur possit ab amore cessare, non à visione. 150

Amori beatifico contradictoriè opponitur peccatum. 154

Amoris concupisc. formale obiect. ingreditur visio. 158

Amor beatif. quo sensu dicatur voluntarius. 3.6

Amor & odium diuidunt actum voluntatis. 7.2

Amor amicitiæ, & concupisc. quid? separari non possunt. 3

Quid sit odium inimicitiæ, & odium abominationis. 4

Amor abstrahit à differentia temporis. 7.7

Amor beatificus non est actio humana. 12.4

Amor Dei, non omnino perfectus potest imperari ab actu veniali. 14.207

Amor Dei debet esse maximus appretiatiuè. 23.51

Potest homo lapsus viribus proprijs diligere Deũ, vt authorem, & finem naturæ amore concupisc. & actũ imperf. benevol. elicere erga principiũ & finem naturæ. 26.261

Amicitia cũ Deo per visionẽ sine gratiâ haberi potest. 2.52

Solum amicitiæ amor essen. integrat formalẽ beatit. 2.119

Amicitiæ cum Deo priuatio duplex. 23.66

Non potest quis sola extrinseca voluntate Dei fieri amicus, & filius adoptiuus Dei. 33.20

Post

Post peccatum non plus requiritur, vt quis sit amicus Dei, quàm vt sit non inimicus. 33.25
Amor non est essentialiter reciprocus. 33.180
Non omnis amor amicitia erga Deum est quoad substantiam supernaturalis; nec omnis amor concupiscentia naturalis quoad substantiam. 26.285
Nequit homo lapsus sine speciali auxilio saltem ordinis naturalis potentiâ morali amare Deum finem naturalem amore perfecto amicitia. 26.286
Non potuit Deus pura natura præceptum de diligendo Deo super omnia imponere, nisi simul offerendo speciale auxilium. 292
Perfecta dilectio Dei finis natu. super omnia in hoc statu naturæ lapsæ semper est dispositio remota ad iustific. 294
Voluntas relicta cum solo concursu generali necessariò amaret Deum clarè visum ex motiuo natur. tantùm. 308
Amor Dei supernat. non potest poni, nisi productione boni supernat. sicut nec odium, nisi subtractione eiusd. 29.13
Nequit creatura, esse obiectum diuini amoris supernat. nisi per donum aliquod supernat. intrinsecum. 29.19
Dilectio Dei non præcedit, sed inuoluit infusionem gratiæ: efficit, non supponit bonitatem realem: amor creatus contrà. 24
Verbum & amor beati mediante lumine gloriæ productus non habet formalem conuenientiam, cum diuino nationali. 29.115
ANIMÆ *in essentiâ, & potentijs est beatitudo.* 2.57
Anima est principium immediatum effectiuum vniuersale actuum vitalium. 5.122
Animæ parvulorum non torquentur penâ ignis. 25.134.
De creatione animæ quid senserit August. 25.152
ANGELIS *beatis competit fides naturalis reipsâ.* 22.17
ANGELIS *& Deo competit electio.* 96
Angelus viator nõ appetit omnia propter vlt. finem. 23.244
Nec potuit, potestate consequente, prius peccare venialiter, quam mortaliter. 245
Angeli iustificati sunt per iustitiam inhærentem; id tamen non est de fide. 29.47
Angelicus intellectus est species determinatiua sui ad suam substantiam intuendam. 29.71
Angelorum meritum gratiæ Dei tribuendum. 35.7
APPETIT *homo omnia, quæ appetit, propter finem vltimum.* 2.10.12
APPETITVM *hominis satiat Deus actu finito possessu.* 18
An aliquis appetitus sit de essentiâ intellectualis creaturæ. 2.113. *rat.* 5.
Non potest esse appetitus elicitus naturalis circa beatitudinem supernaturalem ex motiuo supernaturali; potest naturalis ex motiuo naturali. 2.167.
Appetitio voluntatis dicitur voluntaria, non volita. 3.7
Appetitui sensitiuo non potest bonum sensibile proponi ab intellectu modo proportionato ipsi appetitui. 5.44
Appetitus sepsit. politicè, nõ dispoticè obedit voluntati. 10.13
Præter appetitum quo brutа feruntur in obiectum, non datur alius actus applicans in eis potentias executrices. 10.14
ATTRITIO *sufficit ad delendum veniale extra sacrã.* 23.33
Sicut ad delendum mortale in sacramento. 30.52
AVERSIONI *à Deo vlt. fine respondet pœna, non conuersioni ad obiectum difforme rationi: potest dari malitia auersionis absque malitia conuersionis.* 23.80
Auersio interpretatiua à Deo, est consequens ad specificam malitiam obiecti. 23.90. *Pœna intensiua, non solum respondet inordinatæ conuersioni, sed etiã auersioni.* 23.163
AVGVSTINVS *gratiam propugnat necessariam non necessitantem.* 6.9.
AVTHOREM *esse alicuius operationis, est esse liberam causam illius entitatis vel quoad speciem, vel saltem quoad exercitium.* 21.76.78
AVREOLÆ *Martyrum, Virginum, Doctorũ, quid?* 2.177
AVXILIVM *omne indebitum naturæ datur per Christum.* 26.2. *Auxilium speciale quid?* 26.32

BEATVS, BEATITVDO, OBIECTVM, BEATIT.

BEATVS *amat Deum propriè propter aliquem finem.* 1.61
An & quomodo illabi soleat Deus in essentias beat. 2.56
Quomodo Ida diuinæ videantur à beatis in Deo. 2.131
Beatus non potest peccare, nec cessare à visione beat. 134
Actus quo videt perennitatem beatitudinis non est distinctus ab ipsa. 139
Beati necessariò Deum diligunt, & quoad exercitium. 143
Quid necessitet in patria, quod non in via. 144
Non potest beato præcipi vt cesset à clarâ visione. 146
Potest præcipi, ne amet Deum amore concupisc. 147
Item; ne amore amicitiæ, stante etiam visione. 148
Hoc autem præceptum seruaret ex motiuo obedientiæ.
Imò posito præcepto necessariò ab amando desisteret. 149
An stante visione beatifica possit beato præcipi suspensio omnis positiui actus voluntatis circa Deum. ibid.
Cur non possit cessare à visione, possit ab amore. 150
Beatus ex vi visionis ab intrinseco est impeccabilis. 154
Beatus est ab intrinseco etiam venialiter impeccabilis.
Non est determinatus semper ad id, quod est perfectius. 155
Beati resurgent omnes in ætate iuuenili. 2.186
Dotes animi beati corporisque fusè. 2. *à n.* 176. *ad fi. d.*
Beatorum oblectamenta ex vsu sensuum. 2.218. *Lingua, quibus beati colloquentur.* 227. *Beatorum sedes ac domicilium.* 2.228

BEATITVDO. *Vide* VISIO beatifica.

Beatitudinis nomen dupliciter accipi potest. 2.110
Beatitudo hominis obiectiua est Deus. 2.17
Ad perfectam beatitudinem hominis pertinet perfectio corporis, non essentialiter, sed integraliter. 2.20
Non habitualis coniunctio animæ cum Deo. 49
Beatit. formalis essent. consistit in sola operat. nat. intell. 53
Beatitudo integratur ex operatione creata nobis inhærente, & obiecto increato extrinsecè terminante. 55
Non in sola essentiâ, sed etiam in potentijs animæ est. 57
Beat, formalem an implicet à solo Deo produci? 61
Cùm sit forma perfectiss. debet produci etiam à creatura. 72
In beatitudine non dari duplicem visionem, quarum vna sit speculatiua, altera practica. 2.110
Voluntatene an intellectu perficiùs possit obiectum beatificum. 112
Beatitudo formalis in actu voluntatis & intellectus simul essentialiter consistit. 2.116. *& seq.*
An potentia sensitiuæ sint capaces beatit. formalis. 118
Amor constituens essentialiter beatitudinem formalem, est solùm amicitia. 119
Qualis delectatio spectet ad essentiam beatitudinis. 120
Quare amor via non possit dici beatitudo partialis. ibid.
Beat. in genere naturæ consistit principaliùs in visione. In genere moris, principaliùs in amore. 2.121
Beat. ex principijs intrinsecis habet, quòd sit æterna. 134
Contra essentiam beatitudinis est, putare desituram. 138
Beatitudini formali contradictoriè opponitur pecc. mor. 154
Beatitudo supernat. est quod substan. talis. 2.163
Ad beatit. supernat. implicat appetitus naturalis. 163
Est in homine appetitus, & potentia obedientialis. 166
Non elicitus natur. circa beatitudinem supernat. ex motiuo supernat. potest esse ex motiuo naturali. 2.167.
Beatit. essen. comitantur infusi habitus supernat. omnium virtutum, vnâ fide excepta. 2.170. *In Beatis manent habitus acquisiti, non quoad conclusionem erroneas.* 172. *Nec habitus, quo credant iudicij diem.* 173. *Notitia rememoratiua de actibus fidei manet; & habitus spei quoad actum secundarium. Noui habitus in eis qui?* 174. *Gaudium triplex beatorum ordo gaudij & charitatis.* 2.175
Quomodo beatit. in communi homo necessariò appetat.
Beatit. in particulari non omnes, nec quoad specific. 6.61
Beatitudo adæquatè sumpta pugnat non solùm cum peccato mort. habituali, sed etiam cum veniali habituali. 33.67
Cuius beat. capax fuisset homo in pura natura. 1.22. *&* 26.27

Digitized by Google

Deus beat. tres animæ, & corporis. 2. 178. *& seq.*
OBIECTVM BEATITVD. *voluntatis an intellectus operatione perfectius possideatur.* 2. 112. 114
Vtrùm sola visio sit constitutiua obiecti beatifici. 2. 124
Obiectum beat. non est de facto Deus vt vnus tantùm. 128
Relationes pertinent ad obiectum primarium beat. 129
Quo casu adæquatum esset essentia sine relationibus. 130
An pertineat ad beatitudinem videre Deum sub omnibus modis, sub quibus est visibilis. 126. 131
Quomodo Idea diuinæ videantur à beatis in Deo. 131
Ratio beandi, minùs principalis sunt relat. diuinæ. 131
Obiectum beatificum non eodem modo concurrit cum actu beatifico creato & increato. 23. 116
BEATITVDINES *quid sint?* 29. 291

BONVM, BONITAS. *Vide* Morale.

Implicat dari bonum præscindens à bono finis & medij. 1. 23
Bonitas finis & mediorum sunt specie distincta. 1. 35. 38.
Bonum, est obiectum formale adæquatum voluntatis. 4. 7
Voluntas in detestatione mali, bonum prosequitur. 4. 8. 14
Bonum sub ratione boni non potest fugere voluntas. 4. 26
Bonum sensibile non potest ab intellectu proponi appetitui sensitiuo modo ipsi proportionato. 5. 44
Bonitas moralis consistit in aggregatione eorum, quæ enti morali debita sunt. 12. 36
Consistit in conformitate cum natura rationali. 12. 40
Obiectiua datur, distincta à formali. 13. 8. *quid sit?* 11
Obiecta non vocantur bona moraliter, bonitate obiectiua. 13. 15. *Nec omnis bonitas actuum externorum deriuatur ab internis.* 13. 16
Quando bonum odio habetur, supponitur etiam aliquam obiectiuam malitiam habere. 13. 16
Obiectum simpliciter bonum includit aggregationem omnium circumstantiarum honestantium. 13. 17
Bonitatis moralis regula tantùm generica, non verò specifica est natura rationalis. Neque lex æterna Dei, est regula specifica illius. 14. 3. *Neque dictamen rationis.* 14. 6
Actus moraliter bonus sufficit, vt seipso exercitè referatur in vltimum finem. 14. 41
Bonitas aptitudinalis est intrinseca & inseparabilis ab entitate physica actus. 14. 56
In nullo actu alicuius potentiæ, distincta à voluntate, est aliqua bonitas moralis, quæ ab eodem actu inuariato substantialiter separari non possit. 14. 62
Bonum aliter specificat actum voluntatis, quàm verum actum intellectus. 14. 86
Bonitas non potest conferri actui humano à circumstantijs nisi ea præcognoscantur. 14. 120
Bonitas in actu, alia est virtutis in ordine ad operantem; alia meriti & satisfactionis in ordine ad retribuentem. 122
Aliquod bonum morale effici potest viribus naturæ, cum solo concursu Dei generali. 26. 108. 135. 138
Nequit illæso dono conserua. creaturæ ration. semper negari congrua cogitatio ad omne bonum morale. 138. 148
BRVTVM *quomodo delectetur de operibus suis?* 2. 160 *fi.*
In brutis quale reperiatur voluntarium. 3. 9 *fin.*
In brutis cur nullum sit libertatis vestigium. 6. 61
Bruta præter appetitum, quo feruntur in obiectum, nullum requirunt actum, quo eorum executrices potentiæ applicentur ad opus. 10. 14

CAVSA. CHARITAS. CHRISTVS.

Deus eminenter continet omnem efficientiam causæ. 2. 2. 91
Pluralitas causarum respectu eiusd. effectus vnde? 5. 121
Ex causa indifferente actiuè, determinata actio prodire potest: ex indifferente passiuè, non potest. 6. 35
In causa efficiente cur non detur mutua prioritas. 29. 248
Subordinatio causæ 2. ad primam saluatur per motionem concomitantem. 6. 34. *Quomodo dicatur Deus primus in agendo cum causa 2. voluntas non potest se determinare absque condeterminatione causæ primæ.* 6. 35
Quomodo causa prima necessario agente, secunda adhuc libere agere posset. 6. 71. *& seq.*
Causa deficiens totalis in actu supernat. est liberum arbitrium, non nulla efficiens determinansve. 6. 41
CHARITATI *cur tribuantur, gratia propria, & contra.* 29. 74
Excellentia charitatis præ cæt. virtutibus in quo sita. 29. 25
Charitas est reipsa distincta à gratia habituali. 58
Charitas quà charitas, non præstat, quæ gratia. 66
Charitatis habitus non exigit reliquos habitus inf. sos vt proprietates, seu vt principia. 68. *Homo cum sola charitate, sine gratia non saluaretur, sed nec damnari posset.* 29. 76
Charitas non est amicitia inter nos & Deum. 29. 130
Est principium amoris amicitiæ, quo in Deum tendimus; gratia est obiectum amicitiæ Dei erga nos. 31. 23
In CHRISTO *nulla aureola, sed quid excellentius.* 2. 181
CHRISTI *occisionis peccatum, cum cognitione commissum, est infinitæ malitiæ ratione damni.* 23. 126
Christi satisfactio est in altiori ordine quàm offensa. 142
Merita Christi conueniunt cum merito Adæ differunt. 25. 47
Cur Christus originalem labem non contraxerit. 25. 115
Christus non meruit nobis naturalia. 28. 155
Meruit auxilia supernaturalia quoadmodum. 28. 163
Si per impossibile humanitas Christi peccasset, sola gratia non fuisset sufficienter deletum id peccatum. 33. 166
Potuisset tamen Deus humanitati huic, negatâ vnione hypostatica, infundere gratiam. 33. 167
CHRISTIANI *omnes tenentur sub præcepto scire omnia fidei nostræ mysteria in Symbolo contenta.* 20. 22

CIRCVMSTANTIÆ.

Quomodo circumstantia intendatur per modum actus & exercitè, non per modum obiecti. 14. 137
Circumstantia per se sufficiens dare bonitatem vel malitiam actui, tribuit speciem ab obiecto diuersam. 141
Nulla apta constituere nouam speciem malitiæ, per se tribuere potest primam, si essentiâ supponit aliam. 155
Circumst. bona nunquam tribuit speciem honestatis actui, nisi transeat in motiuum saltem secundarium. 158
Sola qua tribuit primam speciem moris actui, transit in rationem obiecti, eique essentialè speciem moris tribuit. 164
Si ex circumstantijs & obiecto actus exterior habet aliquam moralitatem, illa quæ ei aduenit ex fine actus interioris erit accidentalis tantùm. 14. 168
Circumstantia & obiectum etiam indirectè volita dant specificam malitiam peccatis, quorum malitia primariò consummatur in actu externo. 14. 182
A circumstantijs non specificantur peccata. 18. 2
Hoc ipso quod cum obiecto bono coniungitur mala circumst. totum obiectum moraliter censetur malum. 14. 75
Circumstantia non causant specificam bonit. actus. 14. 9
Solâ nouâ circumst. accedente, potest idem numero actus, ex obiecto indifferente liberè elicitus fieri malus; non potest accedente sola honestate obiectiua fieri bonus. 14. 76
Circumstantia actus humani sunt septem. 14. 90. *& seqq.*
Circumst. omnib. actib humanis communicant bonitatem, vel mal. diuersam ab ea quæ ex obiecto. 14. 103. *& seqq.*
Circumstantiarum est duplex genus. 14. 106
Circumstantiæ possunt integrare obiectum totale, vel transire in motiuum, vel obiectum principale. Quod respectu vnius actus est circumstantia, respectu alterius potest esse obiectum. 14. 108
Circumstantes honestates integrant honestatem obiecti, vt conditiones accidentales. 14. 111
Circumstantiæ non possunt bonitatem vel malitiam actui humano conferre, nisi præcognoscantur. 14. 120
Ad circumst. malitiam contrahendam sufficit voluntarium interpret. 126. *Ad bonitatem earundem requiritur voluntarium directum.* 14. 132
Bonitas ex circumst. spectat ad constitutionem individualem huius, vel illius actus humani. 14. 133
Hæc bonitas circumst. est inseparabilis ab hoc actu. 134
Bonitas ex circumst. est accidens actus humani metaphysicu,

Digitized by Google

resp. ctu actus in specie & individuo vagè sumpti. 14.135
CLARITAS corporum gloriosorum, 2.209. & seqq.

COACTVM. COGNITIO.

Quid sit esse coactum & innitum. 3.71
Nequit cogi voluntas ad suos actus immanentes. 3.44. &c.
Actus voluntatis necessarij, non sunt coacti. 3.96
Etsi solus Deus infunderet voluntati aliquos actus, non posset tamen dici cogi illius voluntas. 3.105
Potest cogi voluntas ad receptionem habitus. 3.107
Annegatiuè cogi possit ad cessationem ab operando? 3.108
Potest cogi in actib. imperatis externarum facultatu. 3.113
Non omne quoad coactum non est, eo ipso liberè est. 6.2. &c.
COGNITIO an pendeat distincta actione a principio vitæ.
An distincta a specie impressa, vel habitu? 2.96
Cognitio aliqua requiritur ad rationem voluntarij. 3.2
Cognitio obiecti, essentialiter ad volitionem illius. 5.9
Cognitio æstimativa facultatis, sufficit ad operationem voluntatis. 34. Circa obiectum solâ cognit. sensitivâ apprehensum, non potest voluntas mereri vel demereri. Cognitio sensitiva non attingit honestatem virtutis. 5.38
Vt voluntas operetur nec quauis cognitio nec quodlibet iudicium sufficit: necessaria cognitio obiectiuè indifferẽs ad rationes cõtrarias & contradict. vt subiectas rationi. 6.58
Cognitio obiectiuè indifferens ad rationes cõtrarias, vel contradictorias est necessaria ad libertatẽ exercendam. 6.58
COMPLACENTIA simplex de fine, elicitur ex prænia cognitione eiusdem propter se amabilis. 8.1. hæc plerumque necessaria est, quoad specificationem. 8.3

CONCVPISCENTIA. CONCVRSVS &c.

Licet Deum amare amore concupiscentiæ. 1.10
Delectationis concupiscentiæ in patria obiectum proximum constituitur ex Deo & visione. Amoris concupisc. obiectum formale ingreditur visio beata. 2.158. 2.311
Obiectum delectationis concupiscentiæ in patria magis principale est Deus, minus principale visio. 2.159
Concupiscentia nullo modo causat inuoluntarium. 3.140
Concupiscentia auget voluntarium, minuit liberum. 144
Concupisc. gratiaq; discrimen in facilitando 6.24. non sic tribuitur huic opus supernat. vt illi peccatum. 6.42
Amor concupisc. nequit separari ab amore amicitiæ. 7.3
Quid sit amor concupiscentiæ, quid amicitiæ. ibid.
Concupisc. non est peccatum. 5.51.59. vulnus concupisc. declaratur catholicè. 25.121
CONCVRSVM suum si causa prima offerret voluntati independenter ab ipsa, voluntas necessario ageret. 6.75
Si omnis concursus voluntati creatæ à causa prima negaretur, id violentum ei foret. 3.112
Quomodo causa 1. concursus creaturam determinet. 21.68
Inter concursum Dei & creaturæ reperitur prioritas & posterioritas mutuæ rationis. 21.71
Cum solo concursu generali potest natura virib. effici aliquod opus virtutis moralis. 26.108.135.138
CONDONATIO offensæ facta ab homine, quomodo differat ab ea, quæ fit à Deo. 32.87
CONGRVA cogitatio exigi potest. 26.138. à iusto. 148.
CONIVNCTIO cum Deo multis titulis debet conseruari à creaturâ rationali. 23.68. malitia quæ est in priuatione cõiunctionis cum Deo vlt. fine, in priuatiuo cõsistit. 23.69
Priuatio obiectiuæ coniunctionis cum Deo vltimo fine includitur in hoc statu in peccato mortali. 23.72
Debitum conseruandi hanc coniunctionem non est idem cum debito non operandi malè. 81. an & quomodo priuatio huius coniunctionis distinguatur à contemtu Dei. 23.87

CONSCIENTIA. CONSENSVS. CONSILIVM.

Quid sit conscientia. 15.16. non importat habitum. 15.18
Conscient. erroneam tenemur sequi proponentem obiectum prauum sub ratione boni ex ignorantia inuincibili. 19
Iudicium erroneum deriuatur a Deo putatiuè. 20
Ex conscientia erronea peccari contra charitatis virtutem est impossibile. 15.23
Nequit Deus dispensare, vt licitè cõtra conscien. agamus. 25
Contra conscientiam propriam mandatum superioris exequi nemo potest. 15.25
Cum conscientia errante vincibiliter nec se debet voluntas conformare, nec contra illam agere. 15.26
Stante conscientia erronea ex ignorantia vincibili, non sumus simpliciter, & absolute perplexi. 15.28
Vt dicatur aliqua contra conscien. operari, debet illa tunc, quando actu operatur, reclamare. 15.31
Discrimen inter errantem ex ignor. vincibili & inuinc. 33
Conscientia dubia quid sit. 15.34
Ex conscientia practice dubitante an liceat operari. 15.37
Speculatiuè tantum dubia potest quis operari. 15.38
Vide Dubium.
CONSENSVS blanditijs extortus non irritat contractum, modo fraus absit. 3.151
Est actus voluntatis, consequens actum consilij. 10.4
Consensus in peccatum, est in ratione superioris. 17.177
Consensus est duplex, expressus & interpretatiuus. 17.181
CONSILIVM quid sit. 10.1. Non est de fine formaliter, sed solùm de mediis. 10.2
Est tantùm de ijs, quæ in nostra potestate sunt. 10.3
Consilij actum consequitur consensus voluntatis. 10.4
Contra consilium agere non est peccatum. 23.38
Votum contra consilium malum est. 23.39

CONTEMPTVS. CONTRACTVS.

Peccata commissa in contemptum præcipientis specificantur ex diuersitate iuris, quod habet præcipiens, vt præcipiens: duplicem ad minimum malitiam habens. 18.20
Contemptus Dei saltem virtualis reperitur in omni peccato mortali, non in veniali. 23.47
In quo consistat contemptus Dei vltimi finis. 23.49
Difformitas p. m. ex contemptu Dei, & priuatione gratiæ, est diuersa ab ea, quæ ex obiecto & circumst. 23.54
An & quomodo priuatio coniunctionis cum Deo vltimo fine distinguatur à contemptu Dei. Hæc priuatio est posterior contemptus Dei, vt effectus sua causa. 23.87
Veniale, ex contemptu legislatoris, fit mortale. 23.237
CONTRACTVS grani metu celebrati quando validi. 3.138
Consensus blanditijs & suasionibus extortus non irritat contractum, modo fraus abfit. 3.151

CONTRITIO. CREATVRA.

CONTRITIO perfecta elici nequit potentia morali sine speciali auxilio Dei, ab homine lapso. 26.290
Quia contriti sumus, datur nobis gratia habitualis. 29.252
Propter contritionem præuisam futuram Deus non anticipat infusionem gratiæ. 29.254
Neque potest eam anticipare. 33.71.215
Contritio non est adoptio diuina. 33.151
Non sumus vnquam certi, certitudine infallibili de vera attritione vel contritione. 34.17
CORPORIS perfectio quomodo pertineat ad beatit. 2.20
Corporis gloriosi dotes quatuor. 2.188
Corporum penetratio fit per sublationẽ localis extens. 2.100
Finis vltimus potest ordinari ad creaturam, vt finẽ Cui. 1.9
Creaturarum omnium finis vltimus est Deus. 2.7
Quomodo creaturæ manifestent bonitatem Dei, per bonitatem ab ipso participatam. 2.122
An necessario omnes creaturæ cognoscantur in cognitione attributorum diuinorum. 2.131. ad confir. 1
Sub qua ratione Deus sit principium creaturarum, sub qua vltimus finis. 2.131. ad 3.
Implicat appetitus naturalis ad beat. supernat. 163
Potest creatura vim pati à suo creatore. 3.124
Quomodo Deus, primus in agendo cum creatura. 6.34
Creatura determinat sibi concursum Dei per ipsam determinationem, quæ concomitatur concursum. 21.68
CREATIVA actio non est connaturaliter communicabilis creaturæ. 29.126

DÆMON. DAMNATI. DAMNVM.

Dæmon non potest potentia morali vllum actum amoris in Deum

Digitized by Google

in Deum exercere. 26.293
An pœna dãnatorũ in sola visionis beatæ privatione consistat. 2.113.124. *ad 7. eorũ corpora, etsi locali extensione spolientur, exterioris sensionis sunt capacia.* 2.202
In damnatis pœna damni est inæqualis. 19.12.19
Si Deus alicui suum damnationem revelaret, teneretur illi positivo actu non resistere, posset tamen de illa tristari, teneretur etiam talis rectè operari. 15.112
Cur pro damnatis orare non liceat. d. 15. n. 112
Formalis malitia damni non contrahitur ex solo affectu, quo quis vult, sed quo actu damnum infert. 23.128
Peccat mortaliter, qui simul cum alijs infert notabile damnum, etsi singuli leue inferant. 23.231
Non peccat mort. nec tenetur ad restitut. qui leue quid furatur ab eo, cui graue damnum ab alio illatum est. 232
DEBITVM *est immediatè de actib. mediatè de habit.* 23.84
DELECTATIO. *Vide* MOROSA DELECTATIO.
DELECTATIO *qualis pertineat ad essentiam beat.* 2.120
Quomodo delectentur bruta de operibus suis. 2.160
Delectatio & fruitio pertinent ad appetitiuam. 8.6
Delectatio seu fruitio actiuè procedit à voluntate. 8.8
Inter delectationem & gaudium discrimen. 8.20
Quidquid propter solam delect. vt propter finem voluntas appetit, est malum naturæ intendit delectationem propter operationem, non contrà. 14.254
DESIDERIVM *à spe & intentione, quomodo distinctũ.* 8.22
Desideria quæ feruntur in obiecta intrinsecè mala sub conditione, si à Deo prohibita non essent, illicita sunt. 15.12
DETERMINATIO *volun. quoad exercit.* 6.62. *cui tribuenda.* 6.40

DEVS.

Deus amari potest & debet sperari vt finis vlti. creaturæ & merces magna nimis. 1.10
Deus ad intra non operatur propter finem. 1.79
Deus operatur ad extra propter aliquem finem: 1.82
Propter se, vt finem creaturarum, & finem suimet. 1.84
Deus est finis Cui & Qui *suarum operat. ad extra.* 1.86
Deus est finis vltimus hominis. 2.5. *creaturarum.* 2.7
Sub ratione finis immediatè concurrit cum quouis fine creato ad finalizandum. 8. *Est beatit. obiectiua.* 2.17
Deus actu finito possessus satiat appetitum. 2.18
Quomodo illabi soleat in essentias Beatorum. 2.56
Deus solus an producat beatit. formalem? 2.69
Eminenter continet omnem efficientiam causæ creatæ:
Omnem actionem eius non continet immediatè. 2.91
Quomodo Di bonitatem manifestent creaturæ per bonitatem ab ipso participatam. 2.122
Deus vt vnus tantùm, non est obiectum beatit. 128.
Diuina essentia habet perfectionẽ aliquam à personis. 2.131
An cùm attributa Dei cognoscuntur, cognoscantur simul necessario omnes creaturæ. 131. *ad 1. conf.*
Sub quâ rat. Deus est princip. creatur. & finis vlt. 131. *ad 3*
Dum clarè videtur, & simul odisse implicat. 2.142
Deum necessario diligunt Beati, quoad exercitium. 143
Deus & visio constituunt obiectum proximum delectationis concupiscentiæ in patria. 2.158
An peccata nostra dici possint voluntaria Deo. 3.62
Deus habet practicum iudicium euidens de reb. omnib. 6.47
Quomodo Deus primus in agendo cum creatura. 6.34
Deus an possit predeterminare libertatem, ita vt hæc liberè agat. 6.53
Voluntas Dei est radix contingentiæ totius vniuersi: etiam remota nostrorum actuum, nos proxima. 6.80
Cur Deus & Beati non possint tristari. 8.9
Etiam in Deo & in Angelis reperitur electio. 9.6
Non datur actus moralis per ordinem ad intra. 12.22
Deus peccatum non vult, sed tantùm permittit. 21.10
In omni opere se vt finem vltimum intendit. 21.13
A sua sapientia dictamine discedere non potest: nec est author peccati. 21.19
In permissione mali, semper bonum intendit. 23
Deus concurrit immediatè ad productionem effectuum cum causis secundis. 21.33. *& seq.*
Eãdem actione concurrit, quâ ipsa causa secunda. 37
Quando operatur ad extra independenter à causa creata, nihil potest nisi per decretum absolutum. 21.47
Qua ratione nequeat Deus dici causa peccati. 21.52
Deus effert ab æterno, suo decreto causa libera, concursum suum indifferentem in actu primo. 21.54
Sub perfecto Dei dominio physicò, non autem morali est peccatum. 73. *Esto Deus non sit causa moralis actus mali, est tamen causa moralis actus boni.* 21.79
Deus est author & causa potentiæ peccandi. 21.83
Debitum conseruandi coniunctionẽ cum vltimo fine, non est idem formaliter cum debito non operandi malè. 23.81
Deus nec sua liberalitati debet gratiam naturæ dare. 26.20
Duplex voluntas in Deo. 26.170
Duplex participatio naturæ diuinæ. 29.101
Duplex genus perfectionum propriarum Dei. 29.102
Per quid se Deus ab æterno determinauerit ad productionem mundi, potius quàm ad non productionem. 31.75
Deus potest esse nõ dominus, nã misericors, nõ iustus. 26.27

DILECTIO. *Vide* AMOR.

DILECTIO *Dei libera nõ est prior infusione gratiæ.* 31.62
Non sufficit sola mutatio temporis, vt Deus dicatur diligere, quem antea non diligebat. 33.17
DISPENSARE *in præceptis, quæ prohibent obiecta intrinsecè mala, nequit Deus.* 15.11
Nec vt licitè possimus contra conscientiam agere. 15.25
DOCTORVM *aureola quid? non est in B. Virg.* 2.180
DOLOREM *inter, & tristitiam discrimen.* 8.21
DONVM *quid?* 29.187
Dona non distinguuntur à virtutibus infusis. 29.197
DOTES *animi gloriosi tres, quatuor corporis.* 2.178 *& seqq.*
DVBIVM *duplex, quid dubia conscientia.* 15.34
Dubium aliud practicum, aliud speculatiuum. 15.35
Dubium aliud Iuris, aliud facti. 15.36
Ex conscientia practicè dubia operari est vitiosum. 37
Cum conscientia dubia speculatiuè, licet operari? 38
Nequit esse aliquis in vniuersali dubius, & in particulare certus. 39. *Tenetur quisque relictâ conscientia dubia, amplecti partem, in qua nullum apparet peccatum.* 15.40
Conscientia existente dubia de vtraque parte contradictionis, semper amplectenda est, quæ tutior apparet. 41
Eligendum potiùs pecc. veniale certũ, quàm mort. dubiũ. 42
Non potest quis ex quacunque causa, dubia conscientia deposita, contrarium operari. 45. *Dubiũ conceptum subditus deponere non potest ad solum præceptum superioris.* 46
Sufficit quilibet assensus ad amplectendam partem minùs tutam, non obstante vehementi dubio ex oppositâ. 15.48

EDVCTIO. EFFECTVS. ELECTIO.

Eductio vnioq; actuum vitalium indistincta. 2.104
EFFECTVS *respectu vnde pluralitas causarum.* 5.125
Effectus formalis duplex in qualibet forma. 31.29
ELECTIO *est speciei diuersa pro diuersitate mediorum.* 1.43
Electio sit libera in se & operanti. 6.60
Intentio non concurrit actiuè ad actum electionis. 8.5
Electio est actus voluntatis. 9.3
Quomodo peculiariter dicatur connotare rationem. 9.4
Electio reperitur etiam in Deo & Angelis. 9.6
Intentio electioq; quando vnus actus. 24
Consensus volun. & electio, non necessariò distinguntur. 10.5
Electio accipit bonitatem à fine, & a medio. 14.210
Electio medij honesti ad finem honestum dupliciter fit. 211
Electionis obiectiuè mala malitiam, non minuit intentio finis honesti. 14.235
PNS *positiuũ omne est bonũ transcend. nõ moraliter.* 17.90
Omne ens reale, immediatè est à Deo, quà Physica entitas est, non quà moralis. 17.91

ERROR. *Vide* IGNORANTIA.

ERROR *duplex est.* 17.152. *Non necessario ad actum peccati præcedere debet error practicus.* 17.153
Ad omne pecc. præcedit moralis error imprudentiæ. 155

Digitized by Google

Prima radix moralis erroris, vel inconsiderationis, non est in intellectu, sed in voluntate, quamuis Physica radix eius praecedat in intellectu. 17. 158. & seq.
EVA non contraxit peccatum originale. 25. 116
EXCAECARE & *indurare quâ ratione dicatur Deus.* 21. 24
Excaecatio & indurtio triplicitur accipitur. 21. 25

FELICITAS. FIDES. FILIATIO.

FACILIUS *ex obiecto, applicatione, efficaciâ causa.* 6. 23
Qui in pura natura sine ullo merito vel demerito decessisset, consecutus fuisset naturalem felicitatem. 26. 389
Quid naturalis felicitas? 390. *Perfectissima.* 391
FIDEI *actus imperfectior est actu amoris beatifici, licet ille sit intellectus, hic voluntatis.* 2. 223
Teneantur omnes Christiani sub praecepto scire communia fidei nostra mysteria in Symbolo contenta. 20. 22
Assensus fidei, & affectus credendi sunt ex peculiari directione Spiritus Sancti. 26. 49
Discrimina inter assensum fidei infusae & acquisitae. 60
Triplex vitiandi fidei humana. 26. 64
Fides humana distinguitur ab opinione. 26. 65
Additio ad ea, nulla fide divina notitia pertenti, sunt praeparatoria sufficientia salutis, dependenter tamen ab eorum voluntate. 28. 115 *etiam in sent. Augustin.* 160.
opera salutaria à fide imperantur proximè. 123
Quomodo fides dicatur initium salutis. 28. 156
Quod de fide est, suffusa se implicitè omnib. manifestat. 29 42
Fides & spes priùs tempore, quàm gratia infunduntur. 230
Nullus certus esse potest certitudine infallibili se verum fidei divinae assensum elicuisse. 34. 24
Non sumus certi de habitu fidei infusae. 34 28
FILIATIO *divina quomodo ab hereditate differat.* 31. 14
Quomodo differat filiatio apoptiua & naturalis Dei. 18

FINIS. FORMA. FRVITIO. FVRTVM

Finis quid sit? primariam suam causalitatem exercet in voluntate. 1. 2. *Qua sit propria causalitas finis.* 1. 3
Finis alius Cui, *alius* Qui. 1. 5
Vterque horum veram participat rationem finis. 1. 7
Finis Qui *dividitur in finem* Quo *&* Qui *simpliciter.* 11
Finis est vera causa realis. 13. *Ratio causandi in fine est bonitas cognita:* 16. *Movens volum. ad effectum producendum; causalitate reali, indistincta à causalitate efficiente.* 17. *Finis est obiectum formale voluntatis.* 1. 21
Implicat bonum praescindens à bono finis, & medij. 1. 23
Finis bonitas non est adaequatum motiuum volum. 1. 33
Distinguitur specie à bonitate mediorum. 1. 34. 35. 38
Omnis actio humana deliberata est propter finem. 1. 58
Actiones necessariae voluntatis sunt propter finem. 1. 160
Beati amant Deum propriè propter aliquem finem. 1. 61
Volitio vt imperata, non vt elicita potest esse finis voluntatis. 1. 71
Quid sit agere propter finem? ad id libertas vel necessitas merè materialiter se habet. 1. 73
Actiones diuina ad intra non sunt propter finem. 1. 79
Quae sunt ad extra, sunt propter finem. 1. 82. 84
Quomodo Deus sit finis Cui, & Qui, *suarum operationum ad extra.* 1. 86
Finis & media possunt eodem actu appeti. 4. 41
Quid ferri in finem viâ resolutionis, & viâ compositionis. 4. 47
Non omnis volitio mediorum, causatur à volitione finis. 48
Simplex complacentia de fine elicitur ex praevia cognitione eiusdem, propter se amabilis. 8. 1
Haec plorum quae est necessaria quoad specificationem. 8. 3
De fine formaliter non datur consilium, sed de mediis. 10. 2
Finis operantis non solùm est verum illius actus exterioris, sed etiam interioris. Extrinsecus ad actum humanum quadrupliciter comparatur. 14. 193
Finis qui peculiarem difformitatem affert contra rectam rationem tribuit actui humano diuersam speciem malitiam ab ea, quam tribuit obiectum. 14. 198
Finis alius est ad quem per se ordinatur obiectum actus exter. alius ad quem tantùm ordinatur per accidens. 193
Bonitas & malitia finis intrinsecè conueniat solùm actui interiori, exteriori verò solùm extrinsecè. 16. 19
FINIS VLTIM. *ordinari potest ad creaturam vt Cui.* 1. 9
Perfectio vltimi finis nobis appetibilis Deo adimi nequit, eam licet haereticus non penetret 1. 10
Finis Qui, *vlt. simpliciter, & vlt. in certo genere.* 1. 12
Datur finis vlt. respectu omnis actionis humanae. 2. 1
Finis vlt. humanae vitae, quod detur, est de fide. 2. 2
Finis vltimus hominis, Deus est, & creaturarum. 2. 7
Deus sub ratione finis, immediatè concurrit cum quouis fine creato ad finalizandum. 2. 8
Quomodo omnia appetat homo propter vlt. finem. 2. 10. 12
Quod non possit sibi constituere plures vlt. fines. 2. 14
Sub quâ ratione Deus est vltimus finis creaturae, & principium. 131. *ad* 3
Seipsum vt finem vlt. Deus in omni opere intendit. 21. 13
Quomodo teneamur, cùm primum ad vsum rationis pervenimus, nos ad Deum vltimum finem convertere. 23. 272
Homo in hoc statu habet debitum conformandi conformitatem cum lege & fine supernaturali. 24. 25
FORMAE *perfectio sumenda ex ordine & connaturali modo procedendi à suo principio.* 2. 72
FRVITIO *pertinet ad potentiam appetitiuam.* 8. 6
Fruitio actus procedit à voluntate. 8. 8
Quomodo distinguatur, à desiderio, spe, intentione. 8. 22
FVRTIS *singulis qui pervenit ad quantitatem notabilem, an teneatur ad restitutionem.* 23. 226
Non peccat mort. nec tenetur ad restitut. qui leue aliquid furatur ab eo, cui graue damnum ab alio illatum est. 232
Cùm quis per singula furta ad notabilem quantitatem pervenit, quoties deinde ab eodem domino lenem materiam usurpat, toties peccat mortaliter. 233. *& qui à diuersis dominis furatur materiam notab. peccat mort.* 13 234
Vi furtorum minimorum materia vnam notab. materiam faciant, requiritur moralis continuatio inter ea. 235
Ad mortale peccatum furti, requiritur maior, vel minor quantitas respectu diuersarum personarum attentis circumstantijs status, & conditionis. 23. 236

GLORIA. *Vide,* VISIO BEATA.

Gloriam non potest Deus se solo in nobis producere, potest tamen gratiam. 2. 70
Gloriâ aeternâ privat peccatum mort. non veniale. 33. 53
Gloria augmentum cadit sub meritum. 35. 143
Primus gradus gloriae cadere potest sub meritum. 158
In instanti glorificationis non potest quis se disponere meritoriè ad augmentum gratiae. 35. 235
GLORIOSA *corpora resurgent integrâ ornatâq;.* 2. 187
Gloriosi corporis perfectiones dotesve quatuor. 2. 188

GRATIA, ACTVALIS, HABITVALIS.

Gratia necessaria libero arb. non necessitans. 6. 9. & 27. 17
Gratia ac concupisc. discrimen in facilitando. 6. 24
Gratia praeueniens antecedenter complet libertatem. 37
Etiam status innocentiae gratia indigus. 18
Liberum arbitrium determinat se potiùs quàm gratiam ad exercitium. 6. 39. & 26. 9
Per gratiam stetit Angelus, stat iustus. 6. 40
Gratia tribuitur simpliciter opus supernat. 6. 42
Gratiâ praeueniri non est in potestate volunt. 6. 37
Gratia quadrifariam sumi potest. 27. 1
Priuationis gratia duplex effectus quasi formalis. 23. 65
Gratia priuatio dupliciter consideratur. 23. 92
Non est in nobis paena tantùm, sed etiam culpa. 24. 27
Est à Deo physicè & consequenter, non moraliter & antecedenter. 24. 38
Gratia alia aeterna, alia temporalis. 26. 1
Alia supernat. quoad substantiam, alia quoad modum. 26. 2
Vtraque alia est actualis, alia habitualis. 26. 3
Discrimen inter supernat. quoad substan. & modum. 26. 4

Digitized by Google

Gratia verus primusq; conceptus. 26. 1
Voluntas flectit seipsam ad vsum gratiæ. 26. 9
De gratia & peccato orig. jacitur fundam. fidei ex principijs Augustini. 26. 14
In potestate liberi arbitrij fuit efficere vt gratia præueniretur congrua: non autem vt qua præuisa est congrua, sibi præpararetur. 26. 453
Gratia diuina necessitas. 26. 6
In omni statu indiget homo gratia diuina. 26. 12
Si gratia esset vllo modo debita naturæ, minùs esset gratia, quàm alter oculus. 17. *minùs quàm creatio.* 19. *natura si radix gratiæ, est magis gratia quàm gratia.* 26. 23
Concursus Dei generalis sæpe appellatur gratia. 109.
Duplex dispositio ad gratiam. 403. *non potest homo viribus propriis condignè se ad gratiam præparare.* 26. 404
Neque de cõgruo. 406. *opera purè naturalia neq; sunt causa, neque conditio siue proxima, siue remota gratiæ.* 26. 425
Potest homo viribus propriis negatiuè tantùm se ad gratiam disponere: 426. *& ponere physicum impedim. ne eam accipiat, non physicam aptitudinem, vt accipiat.* 430
Facienti quod in se est, Deus non denegat gratiam: nec denegat non facienti: facienti frequentius offert. 26. 439
Gratia gratis data, non debent esse acquisita, naturali faculitate. 27. 6. *Gratia alia actualis, alia habitualis.* 27. 8
Gratia est in prædicamento qualitatis. 29. 134
Duplex dispositio ad gratiam. 30. 29 *gratis vult cõferri* 37
Augmentum gratiæ & gloriæ cadit sub meritum. 35. 143
Primam gratiam alteri mereri nemo potest, potest tamen eam illi impetrare. 35. 147
ACTVALIS *gratia quomodo differat ab habituali.* 27. 8
Gratia efficax machina aptissima. 6. 39
Efficacia gratiæ tribuenda non libero arb. sed gratiæ. 26 453
Quæ hominem discernit positiuè principaliter. 454
Auxilijs vberioribus constat. 27. 18
Gratiam cum lib. arb. conciliandi modum suggerit Augustinus. 28. nu. 22. 162. *Ecclesia gratiam congruam suis poscit.* 28. 61. *Gratiæ tribuendum meritum Angelorum.* 35. 7
Per vires gratiæ liberum arbit. determinat seipsum ad opus meritorium. 35. 9
Debita sunt auxilia iustis ad resurgendum à venialibus ad adoptionis & amicitiæ. 23 22
Auxilia etiam ordinis naturalis indebita naturæ dantur per Christum. 26. 2
Quid gratia actua. supernat. quoad modum, & substan. 26. 3
In nullo statu humanus intellectus eget peculiari auxilio Dei ad quodlibet verum naturale cognoscendum. 26. 33
Duplex auxilium, aliud ordinis natur. aliud supernat. 78
Gratia necessaria homini lapso, ad implendam legem: 209
Ad omnes collectiuè graues tentationes superandas. 219
Dari potest motio diuina adeò efficax, vt ei moraliter voluntas resistere non valeat. 227. *an sine peculiari auxilio vincit tentationes contra præcepta supernat. possint.* 231
Præciso auxilio gratiæ mouentis, iustus non magis est ad bonum proclivis quàm peccator. 26. 358
Gratia habit. sanat naturæ infirmitatem radicaliter, & consequenter. 26. 346
Gratia medicinalis. sanans, specialis Christi qua? 27. 16
Gratia sufficientis & efficacis discrimen per Augustinum non est, quod efficax necessitet liberum arb. 27. 19. *&* 28. 40
Gratia actualis præueniens, comitans, subsequens: 27. 11
Excitans, adiuuans, operans, cooperans, sufficiens, efficax. 13
Dari gratiam actualem. 28. 1. 2
Motus gratiæ fiunt in nobis, sine nobis liberè, non sine nobis physicè operantibus. 28 7
Primum actũ intellectus quo à Deo excitamur ad prosequendum bonum, non necessariò præcedit aliquod auxilium inhærens, quod sit principium & causa illius. 28. 17
Differentia gratiæ adiuuantis ab excitante. 28. 25. 38
Gratia sufficiens debita ex conditione, Deo libera. 26 23
Augustinus nulli fideli gratiam sufficientem negat. 28. 94
Insufficiens moraliter sine prædicatione Euangelij. 159
Infidelibus an auxilium sufficiens neget Augustinus. 107. 160
Quid sit auxilium sufficiens, *quid* efficax? 28. 41. 49
De ratione auxilij sufficientis *est habere omnia saltem in potentia, per modum actus* 1. *requisita ad operandũ.* 28. 51
Cur auxilium sufficiens *non sit frustraneum. Cur non inutiliter ipsum aliquo sensu efficax* 58. *negatio ipsum distinguit ab efficaci.* 59. 60
Omnibus viatoribus præparata sunt sufficientia *auxilia ad salutem.* 72. *etiam in sent. Augustini.* 160
Et adultis ad quos nulla fidei notitia peruenit. 115. 123
Primum auxilium remotè inchoans salutem non necessariò est supernaturale quoad substantiam. 28. 130
Concilia & PP. ad credendum, sperandum, amandum Deum requirunt auxilia ordinis supernaturalis. 28. 152
Primum auxilium gratia non cadit sub meritum. 35. 148
HABITVALIS *gratia est forma expellens formaliter peccatum in paruulis.* 25. 85. *Differt ab actuali.* 27. 9
Quid sit gratia habitualis supernaturalis. 26. 4
Quinque effectus gratiæ habitualis. 27. 14
Per eam solùm inhærentem expellitur pecc. orig. 29. 45
Gratia habitualis à charitate reipsa distinguitur. 29. 58
Sola gratia participat naturam Dei adoptantis. 29. 63
Charitas, quà charitas formaliter, non potest præstare omnia, quæ præstat gratia. 29 66
Gratia exigit habitus infusos vt proprietates. 29. 68
Non implicat per eandem formam præstari, quæ præstantur à gratia, & charitate; id fit formis distinctis. 69
Cur tribuantur charitati, quæ gratiæ propria, & contrà. 74
Homo cum sola charitate sine gratia non saluaretur, sed neque damnari posset. 29. 76
Gratia non est sola moralis, sed physica & formalis participatio naturæ diuinæ: 104. *non secundùm esse à se, independens, actum purum:* 106. *nec quà dilectiua tantùm sui, aut secundùm solùm attributum sanctitatis:* 107. *nec quà vitalis, est formaliter:* 29. 109
Nec est physica & formalis participatio SS. Trinitatis, sed ad summum virtualis. 29. 114. 117
Gratia est physica & formalis particip. naturæ diuinæ vt absoluta & intellectualis est. 29. 118. *&* 30. 32.
Excellentia gratiæ sanctificantis. 29. 119
Nec de potentia absoluta produci potest forma accidentalis perficiens gratia habituali sanctificatione. 29. 121
Gratia habit. est perfecta adoptio filij intellectualis Dei. 129
Gratia, non charitas est amicitia inter nos & Deum. 130
Gratia nostra est eiusdem rationis cum gratia Christi physicè, non autem moraliter. 29. 131
Totum compositum ex anima, gratia, & virtutib. est vitalis participatio naturæ diuinæ, vt intellectualis est. 135
Probabile est gratiam habitualem actiuè concurrere cum anima. 159. *discrimen inter gratiam & animã.* 29. 160
Cum gratia infundantur virtutes, quæ sunt diuersæ rationis ab acquisitis: 170. *nec dimanant actiuè à gratia.* 216
Proportio gratiæ cum natura non rigorosè. 29. 221
Virtutes infusæ non pendent subiectiuè à gratia. 223
Eodem instanti cum gratia infunduntur. 29. 215
Gratia præcedit virtutes natura & causalitate finali. 226
Gratia posteriùs tempore infunditur fide & spe. 230
Gratia habitualis nobis datur, quia contriti sumus. 29 252
Deus non anticipat infusionem gratiæ propter contritionem præuisam futuram. 29 254 *&* 33. 71
Implicat gratiam produci ab operante creato, vt causa principali: 30. 9. *nec seipsam augere potest.* 30. 12
Gratia habitualis potest produci à creatura vt instrumento obedientiali: 13. *& connaturali.* 30. 14
Gratia subiectum immediatum est anima rationalis. 24
Gratia nullam per se requirit dispost. ex parte subiecti. 30
Requirit autem solùm ad formam contrariam expellendam, quæ est peccatum personale. 30. *n.* 34 38
Nullam requirit ex parte efficientis per se. *n.* 36. 37
Perseuerante peccato, nequit Deus gratiam infundere. 40
Dispositio ad gratiam, est vera causa moralis ipsius. 30. 42

Digitized by Google

Dispositio ad gratiam in sacramentis, est attritio supernaturalis ex motivo etiam infra charitatem extra sacramenta, contritio supernaturalis ex motivo charitatis. 30. 52
Duplex effectus formalis gratia habitualis. 31. 1
Sua natura reddit subiectum sanctum, amicum &c. 31. 2
Est quadam spiritualis generatio. 31. n. 9. 10
Est obiectum in nobis amoris amicitiæ Dei erga nos. 31. 23
Reddit necessariò subiectum à Deo dilectum speciali amore amicitiæ. 38
In subiecto capaci gratia ab amicitia separari nequit. 52
Libera dilectio Dei, non est prior infusione gratiæ. 31. 62
Quomodo gratia sit effectus amoris divini erga nos. 66
Gratia non petit essentialiter actualem collationem gloriæ. 81
Hæc essential. secum affert abstersionem à mortali. 32. 13
Gratia non est simul cum peccato eodem instanti. 32. 19
Gratia & peccatum non opponuntur immediatè seipsis, sed mediante amore & odio. 21. voluntariè suscepta est unica causa formalis iustificationis. 32. 77
Non potuit condi homo cum debito habendi & conservandi gratiam, tantùm ad certum tempus. 33. 32
Licet cessaret debitum recuperandi gratiam, peccatum sine infusione gratiæ remitti non posset. 33. 35
Sola gratia habitualis & visio beata sunt forma, sua natura abstersiva peccati mortalis hoc statu commissi. 33. 91
Restituta gratia & negata gloria Deus odium inimicitiæ contra peccatorem retinere non posset. 33. 160
Per solam gratiam non fuisset delectum peccatum humanitatis Christi, si ea per impossibile peccasset. 33. 166
Prima gratia iustif. nõ cadit sub meritũ de cõdigno. 35. 149
Gratia habitualis cuilibet operi illum valorem tribuit, quem potest, & cuius est capax, non tamen eiusdem æstimationis moralis quam habet in se. 35. 166
In instanti glorificationis non potest quis se disponere meritoriè ad augmentum gratiæ. 35. 235
Gratia augetur continuo per totum tempus, quo durat actus meritorius; non acquirit augmentum infinitum. 259
Qua proportio inter augmentum fidei, spei, gratiæ. 274

HABITVS. HOMO. HVMANA ACTIO.

Hab. infusi possunt à solo Deo produci, nõ actus vitales. 1. 72
Habitus infusi dantur ad simpliciter posse. 6. 23. & 29. 181
In sui productione non pendent dispositive à suis actibus. 247
HÆREDITAS *à filiatione quomodo distinguatur.* 31. 14
HOMO *finem vltimum habet Deum.* 2. 5
Omnia quæ appetit, propter finem vlt. appetit. 2. 10. 12
Hominis beatitudo obiectiua, Deus est. 2. 17
Homo in statu puræ naturæ, cuius beatitudinis capax. 2. 22
Homo non habet appetitum naturalem ad inuendum Deum vt causam primam effectuum naturalium. 2. 165
Habet tantùm appetitũ & potentiã obedient. ad beat. 2. 166
Quomodo dicatur homo conditus ad imaginem Dei. 168
Homini inest libertas à necessitate. 6. 2. & seqq.
Nullus purus homo pro offensa mortali, etiam cum gratia accidentali infinita satisfacere posset. 23. 119
Homo est vestigium Trinitatis. 29. 117
HOMO *lapsus nequit absque auxilio speciali per Christum, vincere omnes tentationes etiam leues, contra præcepta naturalia defectu potẽtiæ moralis antecedentis. nec totam legem naturalem implere.* 26. 209. *nec superare quamcunque tentationem grauem, non quidem defectu potentiæ physicæ, sed moralis.* 219. 221. *nec lapsus potentiâ morali, sine speciali auxilio saltem ordinis natur. diligere super omnia, Deum finem natur. amore perfecto amicitiæ.* 286. *nec elicere actum perfecta contritionis.* 290. *nec potentia morali, sine speciali auxilio seruare, quæcunque præcepta naturalia difficilia, aut omnia longo tempore, sine gratia iustificante consequente.* 26. 326
ACTIO HVMANA *quid sit? alia hominis, alia humana.* 12. 2
Actio humana seu libera & moralis idem est. 12. 4
Dilectio beatifica cur non est actio humana. ibid.
Quæ concurrant ad actus hum. moraliter causandos. 14. 1
Ratio meriti vel demeriti consequuntur actum humanum, non in quantum bonum aut malum simpliciter, sed in quantum bonum aut malum liberum. 14. 57
Actus humani circumstantiæ septem diuersæ. 14. 90
Omnes actus humani tam externi, quàm interni habent circumstantias à quibus bonitatem, vel malitiam desumunt, diuersam ab ea, quam ex obiecto habent. 14. 103
Ad actũ hum. quadrupliciter cõparatur finis extrinsecus. 14. 193
Potest idem præter honestatem obiecti proximi, contrahere honestatem finis remoti, etiam per intrinsecam habitudinem ad ipsam. 200
Eodem actu moueri potest voluntas propter duo motiua diuersarum virtutum. 14. 203
Repugnat actum ex proximo obiecto malo elicitum, propter finem bonum, ab eo honestatem desumere. 233
Humanorum actuum duplex regula extrinseca. 15. 2
Actus studiosus non solùm conformari debet legi præcipienti, sed etiam proponenti. 15. 3
Actus quo voluntas in obiectum intrinsecè malum fertur, sub conditione si prohibitum non esset, malus est, non actus, quo in obiectum solâ extrinseca prohibitione malum. 15. 12
Actus externus in ratione obiecti habet bonitatẽ & malitiam obiectiuam independenter ab interno, cui formalem communicat, diuersa rationis ab ea, quam habet in se. 16. 16
Bonitas & malitia finis intrinsecè & primariò conuenit soli actui inter. exteriori extrinsecè & secundariò. 16. 19
Actus exterior in ratione eliciti per ordinem ad principium, obiectum, circumstantias, habet bonitatẽ, vel mal. formalem intrins. distinctã à bonitate & mal. interioris. 16. 20
Actio exterior per se est capax præcepti. 16. 22
Internis actibus voluntatis conuenit primariò ratio vitij & virtutis. 16. 25
Actus exterior ex proprio obiecto & circumstantijs bonus aut malus, addit bonitatem aut malitiam secundariam interiori. 16. 30
Actus externus ex obiecto bonus aut malus, addit meritum vel demeritum accidentale interno bono vel malo. 16. 31
Quid actib. bonis externis respondet vt præmiũ accidẽt. 33
Actus exterior non dicitur bonus bonitate formali, si ab actu interiori ordinetur in malum finem. 16. 34
Actus internus virtutis imperatus ab actu interno vitij non amittit suam moralem bonitatem. 16. 35
Semper in actu est ordo implicitus & interpretatiuus in obiectum malum præmissum. 17. 55
Idem numero actus interior physicè inuariatus de veniali, potest fieri mortale peccatum, & contrà. 23. 207
HOMICIDIO *indirectam causam dare est peccatũ.* 17. 190
HONESTAS *obiectiua non consistit in bonitate absoluta, sed respectiua.* 13. 11
Honestas & malitia obiectiua, aliquando intrinseca obiectis, aliquando extrinseca ex voluntate præcipientis. 13. 18
Honestos actus natur. faciliores sapiũs exercẽt docti. 14. 43
Honestas obiecti integratur ex honestatibus circumstantiarum, tanquam conditionum accidentalium. 14. 111
Naturalis est rationi amor honesti. 26. 76
Hostia *in hac numero esse realem Christi præsentiam, de fide non est.* 34. 39

IDEÆ. IGNORANTIA.

Idea cur non constituit diuersum genus causæ, sicut constituit finis. 1. 17
Idea diuina quomodo videantur à Beatis in Deo. 2. 131
IGNORANTIA *antecedens, consequens, concomitans.* 3. 153
Antecedens omninò tollit voluntarium. 3. 154
Inuincibilis aliquo modo est causa voluntarij. 3. 154
Consequens causat voluntarium simpliciter. 3. 156
Consequens potest causare inuoluntariũ secundum quid. 157
Concomitans non causat inuoluntariũ directè vel indir. 158
Aliud ignoranter agere, aliud agere ex ignorantia. ibid.
Ignor. concomitans non causat voluntarium directè. 159
Potest tamen causare voluntarium indirectè. ibid.

Omnes

Digitized by Google

Omnes actus facti ex ignor. inuinc. suâ naturâ irriti. 164
Discrimen inter peccatum ex ignor. & malitiâ. 4.30
Ex ignor. inuincibili malum obiectum sub ratione boni à conscientia erronea propositum, tenemur sequi. 15.19
Cum ratione errante ex ignor. vincibili, nec se voluntas conformare debet, nec contra operari. 15.26
Discrimen inter errantẽ ex ignor. vincibili, & inuincib. 33
Dupliciter potest ignorantia peccatum præcedere. 17.151
Duplex ignorantia vel error. 17.152
Ignor. habitualis non est peccatum, sed effectus peccati:
Actualis est pecc. ratione neglig. adiuncta, & sui. 20.13
Ignorantia, qua opponitur appetitui sciendi, propter scientiam, opponitur studiositati: qua opponitur scientia propter actus aliarum virtutum practice dirigendos, non opponitur alicui determinatæ virtuti. 20.18
Omnis ignorantia, cuius nec in vniuersali, nec in particulari præcessit suspicio, censetur inuincibilis. 20.26
Ignorantia ad quam superandam sufficiens adhibita est diligentia, non imputatur ad culpam. 20.37
Triplex regula dignoscendi, qua diligentia sit sufficiens, vt ignorantia ad culpam non imputetur. 20.27. *& seq.*
Ignorantia potest dupliciter esse causa peccati. 20.31
Aliqua ignor. est causa pecc. vt remouens prohibens. 20.32
Nulla ignorantia inuincibilis & antecedens potest esse causa moraliter influens in malitiam peccati. 20.33
Nulla inuincib. potest esse causa remouens prohibens peccati, quoad esse formale ipsius, sed tantùm quoad esse physicũ. 34
Ignorantia necessitatis caret peccato actuali, etiam ex mente Augustini. 20.38
Ignor. consequens seu vincibilis est causa peccati, tam vt moraliter influens, quàm vt remouens prohibens. 20.39
Nulla concomitans est causa peccati vt remouens prohibens, est aliqua, vt moraliter influens in peccatum. 20.40
Ignorantia vulnus declaratur catholicè. 25.119
IMPECCABILES *ab intrinseco sunt beati ex vi visionis: etiam venialiter.* 2.154
IMPERIVM *non requiritur ad liberè operandum, sed sufficit iudicium* 5.62
Cur sola voluntas imperare possit cæteris potentijs. Sub imperium volunt. non cadit primus actus intellectus. 5.125
Imperium essentialiter inuoluit actum intellectus formaliter, voluntatis præsuppositiuè: 11.8
Quantum ex parte intellectus, est practicum iudicium. 11.13
Lex natur. vt habet rationẽ imperij, supponit actũ volun. 19
Imperium sui ad seipsum necessarium non est. 11.24
IMPOSSIBILE, *cognitum vt tale, non potest appeti.* 9.28
De impossibili sub hypothesi possibili, potest voluntas elicere affectum aliquem inefficacis prosecutionis. ibid.
IMPASSIBILITAS *corpori glorioſi in quo sita.* 2.190. *& c.*
IMPOTENTIA *ad operandum quotuplex.* 26.203
INDIFFERENTIA *causa, actiua & passiua.* 6.35
Indifferentia quæ requiritur ad libertatem non sufficit. 6.48
Datur obiectum indifferens quoad bonitatem & malitiam secundùm speciem. 14.237
Quænam actiones censentur indifferentes. 14.238
Actio humana in individuo indifferens non datur. 252
Nec Inter bonum & malum obiectum indifferens. 14.257
Indifferens non potest esse motiuum voluntatis. 4.11
Indifferentia libertatis per pecc. orig. non periit. 25.51
INFANTIBVS *qui cum originali decedunt sola pœna damni, non pœna sensus debetur.* 25.133
Nullam tristitiam ex priuatione supernaturalis beatitudinis experiuntur infantes in lymbo. 25.136
Probabile est, spectata ratione, paruulos post diem iudicij, naturali beatitudine donandos. 25.140
Spectata authoritate, opposita probabilior est. 25.141
Infantes sine baptismo decedentes etiam post iudicij diem erunt sub potestate diaboli. 25.144
Pueris in lymbo infunduntur species rerum naturalium, diligunt etiam Deum amore naturali. 25.146
Paruuli suam captiuitatem non agnoscent vt pœnam. 150.
Infãtibus, qui in vtero matris, vel defectu materiæ vel ministri sine baptismo decedũt, sufficiũt remedia salutis. 28.107
Cautela sanctitatis in paruulis non est para negatiua. 25.107
Depœnis mitissima S. Tho. sent. & August. 25.148
INFINITVM *simpliciter illud est, quod non exceditur in perfectione in eodem ordine:* 23.114
Aliud in Deo cõtinetur eminenter, aliud formaliter. 23.115
INGRATITVDINIS *peccatum speciale non incurritur, nisi committatur expresè in contemptum beneficij.* 14.188
INNOCENS *potest dãnari secundùm allegata & prob.* 15.85
Qui Innocentiæ stolam primò amittit, grauiùs peccat, quàm qui peccat post amissam. 23.245
INNOBEDIENTIÆ *speciale peccatum non incurritur, nisi expressa voluntate non parendi superiori.* 14.189

INTELLECTVS, INTENTIO.

Intellectualis tantùm natura operatio potest essentialiter constituere formalem beatitudinem. 2.53
Intellectum intelligere & voluntatem appetere quid sit? 81
Verbum ex D. Th. est aliquid ab alio emanans. 84
In actu intellectus & voluntatis simul essentialiter consistit beatitudo formalis. 2.116
Intellectusne an voluntas sit perfectior potentia. 113.114. *rat. 5. non omnis actus intellectus perfectior est, quouis actu voluntatis.* 2.123
An de essentia intellectualis creaturæ sit appetitus. 2.113. *rat. 5. & 124. rat. 5.*
An sine omni actu intellectus possit dari voluntarium. 3.35
INTELLECTVS *non potest proponere bonum sensibile appetitui sensitiuo, modo ipsi proportionato.* 5.44
Intellectus monet voluntatem ad operandum quoad specificationem, non quoad exercitium. 6.62. *& 5.95*
Quare ad actum intellectus præter influxum potentiæ requiratur etiam influxus obiecti. 5.94. *ad fin.*
Primus actus intell. non cadit sub imperium volun. 5.125
Intellectus ad nullum actũ formaliter liber. 6.46. *& seqq.*
Intellectus determinatur quoad specificationem, & quoad exercitium ab obiecto. 6.47. *rat. 5*
Intellectus est liber tantùm inchoatiuè, & radicaliter. 49
Aliter verum specificat actum intellectus, quàm bonum, actum voluntatis. 14.86. *Actus intell. inuariatus substantiæ potest transire de vero in falsum & contra.* 14.87
Actus intellectus effectiuè causatur ab obiecto, quoad rationem formalem motiuam, & rationem materialem terminatiuam. 17.56
INTEMPERANTIÆ *obiectum formaliter est recessus à termino per rationem constituto.* 14.152
INTENTIO *est actus solius voluntatis præsupponentis directionem intellectus.* 8.2. *semper est libera.* 8.3
Intentio non concurrit effectiuè ad actum electionis. 8.5
Quomodo disting. Intentio, fruitio, desiderium, spes. 8.22
Intentio electioque quando vnicus actus. 8.23
Actus exterior imperatus à duplici intentione, quarum, vna bona, altera mala, est formaliter bonus, formaliter malus. 14.232
Intentio finis honesti non minuit malitiam electionis obiectiuè malæ. 14.235
Intentio finis derivat solùm suam malitiam in actum exter. quando est cum illo virtualiter saltem annexa. 22.53

IVDICIVM. IVDEX. IVSTITIA.

Iudicij indifferentia ad actum voluntatis est necessaria: sublatâ tamen indifferentiâ voluntatis, maneat licet indifferentia iudicij, tollitur formaliter libertas actusque dicitur simpliciter necessarius. 6.53
Iudicium rationis nullum, præcedens liberum actum volun. potest illam determinare quoad exercitium. 6.63
Potest illam tamen determinare practicum iudicium consequens liberum actum voluntatis. ibidem
Iudicij indifferentia est radicalis libertas. 6.53
IVDEX, *dum de iure disceptatur, non potest rem adiudicare illi, qui minus Ius in rem probatur habere.* 15.81
Quid præstandum sit Iudici, quando vtriusque litigantis

Digitized by Google

Ius, aquè probabile in iudicio appereat. 15.82
Potest secundū allegata & probata Innocentem damnare. 85
Index non potest contra propriam, quam probabiliorem putat, ex aliorum opinione, sententiam ferre. 15.92
DE IVSTIFICATIONE *error Pelagij:* 29.1. *Caluini.* 29.3
Dona supernat. quibus iustificamur, sunt intrinseca. 29.7
Sunt autem hæc, qualitates permanentes. 29.33.36.43
Iustitia interior in predic. qualitatis collocatur. 29.35
Hæc non est actus transiens, nec motio actualis. 36
Iustificatio etiam à peccato originali fit per Iustitiam habitualem inhærentem. 45. *ante legem Euangelicam fuit etiam per Iustitiam habitualem permanentem.* 29.46
Forma Iustificans non est habitus propriè dictus. 29.48
Dispositio qua ex parte nostra requiritur ad iustificationem, nequit nobis certa esse. 34 21
De suâ iustitia certitudo moralis dari potest. 34 29
IVSTVS *quandoque exigit congruam cogitationem ad bonum, distinctum tamen beneficium.* 26.148
Iustus sine speciali priuilegio non potest vitare omnia venialia. 26.351
Iustus prater gratiam habit. indiget tum ad opera supernat. actuali per modum concursus, & excitante, per modum principij moraliter adiuuantis; tum ad omnes & singulos actus difficiles virtutū moraliū, auxilio præueniente. 354
Præciso auxilio gratiæ mouentis, non magis est ad bonum proclinis homo iustus quàm peccator. 358
Ad finalē perseuer. prater auxil. de lege ordin. debitū iustis, requiritur vberius auxil. & specialis protectio Dei. 359
Iustus habet moralem potentiam ad perseuer. in singulis occasionib. distributiuè, non in omnib. collectiuè. 26.362
Denominationes sancti & Iusti sunt intrinseca. 29.20
Absque speciali reuelatione, nequit iustus hâc vitâ esse certus de sua iustific. certitudine cui repugnet falsum. 34.13
Nec potest sibi promereri reparationem post lapsum. 35.141

LEX. LIBERALITAS.

Lex naturalis vt habet rationem imperij præsupponit actum voluntatis. 11.19. *Æterna Dei lex non est specifica regula bonitatis moralis.* 14.4
Non solùm legi præcipienti, sed etiam proponenti conformari debet actus studiosus. 15.3. *Nec solùm à lege æternâ pēdet actus virtutis, sed & à regula rationis creata.* 15.7
Lex æterna quid sit. 17.2
Duplex conformitas ad legem, & finem natur. 24.24
Homo in hoc statu habet debitum conseruandi conformitatem cum lege & fine supernat. 25. *Nequit homo lapsus sine gratia totam legem naturalem implere.* 26.209
Is qui duplici excessu contra liberalitatem delinquit, duplicem contrahit malitiam partialem. 14.149
LIBERALISSIMA *Dei promissio, liberrima.* 26.21
LIBERTAS, LIBERVM. *Vide* ADVERTENTIA.
Liberum à voluntario nequit separari, potest contra. 3.9
Minuitur à concupisc. licet voluntarium augeatur. 1.114
Ad liberam operationem voluntatis non sufficit simplex obiecti apprehensio: nec potest exerceri libertas, nisi inter contradictorie, vel contrariè opposita. 5.61
Ad liberè oper. non requiritur imperium, sed iudicium. 62
Libertas à necessitate, non tantùm à coactione inest homini in statu naturæ lapsæ. 6.2. & seq.
Contrariam sent. notat S. Tho. graui censurâ. 6.12
Liberū arbit. à gratiâ excitatū dissentire potest. 6.29.33
Libertas physica, moralis; equilibrium distinguit. 6.21
Liberum arb. attenuatum, non extinctum. 6.22.24
Determinat sepotiùs quàm gratiam ad exercit. 6.39
Libertas formaliter solùm est in voluntate, non in intellectu. 6.46. *Duo principia formaliter libera repugnat esse in eodem supposito.* 6.47. *rat.* 3.
Ad libertatem non sufficit quauis indifferentia. 6.48
Libertas inchoatiuè & radicaliter est in intellectu. 6.49
Libertas voluntatis creatæ in eo sita est, vt positis omnibus ad agendum prærequisitis adhuc possit operari, vel non operari in sensu composito. 6.27. & seq.
Vt liberè operetur, necessaria est cognitio obiectiuè indifferens ad rationes contrarias, vel condictorias. 6.58
Ad vsum libertatis requiritur cognitio oppositarum rationum vt eligibilium. 6.59
Libertas non solum pendet ab entitate concursus primæ causæ, sed etiam ex modo, quo nobis offertur. 6.75
Cur nullum libertatis vestigium sit in brutis. 6.61
Libertas exercetur à volun. quando actu operatur. 66
In quo consistat vsus libertatis. ibid. prob. 2
Lib. arb. est causa efficiens moralis, vt vitalis, deficiens totalis. 6.41. *minimum efficit.* 26.454.
Libertati non sufficit super suum motum se reflectere. 6.52
Indifferentia voluntatis actiua est forma libertatis. 6.54.
non periit per pecc. orig. 25.51
Libertas actus est denominatio extrinseca. 6.55
Electio debet esse libera in se & operanti. 6.60
An libertas prædeterminari possit à Deo & liberè agere? 53
Libero arb. solis tribuitur peccatum Angel. 6.40
An potestas non peccandi? 26.30
Absque libertate nullum peccatum. 17.194
Liberum in actu 1. spectat ad perfectionē natur. volū. 12.16
Libera causa offert Deus, ex æterno suo decreto concursum indifferentem in actu primo. 21.56
Extra statum libertatis mereri nemo potest virtute proprij operis. 22.46
Libertas necessaria ad veniale sufficit ad mortale. 23.257
Liberum arbit. causa demeriti, an & meriti? 26.30
Quàm parum possit? 31
Quæ tentationes tollunt libertatem. 26.207
Libertas ad singula & non ad omnia conciliatur. 352
Liberum arbit. an seipsum discernat? 454
Merita per liberum arbit. non perierunt. 35.7
LVMEN GLORIÆ *non est potentia vitalis, nec actus purus.* 29.112. *est ex se determinatum ad producendam visionem beatam.* 2.146
In habitib. luminis gloriæ, charitatis & securitatis, consistit dos glorioſi animi. 2.176
LVX *corporum beat. eiusdem rationis cum cælesti.* 2.214
An visibilis? 215. *an beato obediat.* 217

MALVM, MACVLA. *Vide* PECCATVM.

Malum detestari non potest voluntas, nisi simul prosequatur bonum. 4.8.14
Malum sub ratione mali non potest amplecti. 4.26
Discrimen inter pecc. ex malitia & ignorantia. 4.30
Malum vt malum potest appeti à voluntate respectu alterius personæ, non autem sibi. 4.31. *Actus circa malum, radicaliter includit actum, ad bonum sibi oppositum.* 7.2
MALITIA *moralis sita est in difformitate cum natura ratio. vt sic.* 12.40 *Obiectiua distincta est à formali.* 13.8
Quid sit hæc malitia moralis obiectiua. 13.11
Cur malitia obiectiua cum formali non faciant duo peccata? 13.16. *Aliquando intrinseca obiectis, aliquando extrinseca ex voluntate præcipientis.* 13.18
Malitia actus interioris ne aptitudinaliter quidem est necessario intrinseca, & inseparabilis à physica entitate actus humani. 14.59. *Inest quibusd. actib. reliquar. potentiar. & volun. distinctar. aliqua malitia moralis aptitud. inchoata, intrinseca, inseparabilis à physica ētitate actus.* 62
Malitiam actui humano circumstantia conferre non potest, nisi præcognoscatur. 120. *Alia est vitij in ordine ad operantem, alia demeriti & offensæ in ordine ad retribuentem.* 14.122
Ad contrahendam malitiam circumstantiarum sufficit voluntarium interpretatiuum. 14.126
Obiectum actus mali non necessariò confert illi integram speciem suæ malitiæ. 14.149
Malum in communi non est vniuocum, sed analogū. 17.88
In natura & arte duplex malum, priuatiuum & positiuū. 89
MACVLÆ *adæquata ratio præter actum præteritum non-*
dum

Digitized by Google

dum retractatum requirit priuationem alicuius perfectionis debitæ. 24. 20
Macula dicit priuationem formæ perficientis animam non in ordine ad operari, sed in ordine ad esse. 24. 21.
In pura natura constituta fuisset per priuationem moralis conformitatis debitæ cum vltimo fine naturali. 24. 23
Macula non consistit in sola priuatione moralis conformitatis ad finem supernat. 36. *nec est priuatio charitatis & reliquorum habituum supernaturalium.* 24. 40
Gratia priuatiæ, non est effectus maculæ, seu pecc. actualis. 41. *Priuatio ad maculam constituendam concurrit indiuisibiliter.* 43. *Aliquam maculam relinquit in anima pecc. veniale.* 44. *in quo consistit macula pecc. venialis.* 45
Macula non includit præteritum actum quatenus ad, ex quo secuta est, sed terminatiuè. 46. *includit priuationem conformitatis ad finem natur. vel supernat. vt materiam, respectiuum ad præteritum peccatum vt formam.* 47.
Discrimen inter maculam, pecc. actuale, ac habituale. 49
Macula non consistit in eo formaliter, quod per modum termini immediati sequitur ex pecc. actuali, sed mediatè. 57
MARTYRII *ameola tria requirit.* 2. 178
MEDIA *ad eusalitatem finis quomodo se habeant.* 1. 3
Mediorum bonitas, à bonitate finis specie distinguitur. 1. 34. 38
Ad diuersitatem specificam mediorum, est diuersa specie electio. 1. 43. *Media habent rationem motiui formalis per propriam bonitatem.* 1. 29. 37
Medio & fini eodem actu appeti posse. 4. 41
Non omnis volitio medior. causatur à volitione finis: 4. 48
Potest ferri in medium minùs vtile, relicto vtiliori. 9. 11
De medijs solum, non de fine est formaliter consilium. 10. 2
Ordinariè medium distincto actu eligitur à voluntate, ab eo quo potentias ad opus applicat. 10. 13
A medio & à fine electio accipit bonitatem. 14. 210
Medium honest. dupliciter eligi potest ad honest. finem. 211
Medij honestas dupliciter intendi potest. 14. 213
Alterius curam gerens non tenetur ei statim media salutis adhibere. 23. 279
MEDICVS *potest alienam opinionem secutus dare ægroto medicinam, quam priuatâ opinione probabiliter putat nociturum.* 15. 91
MERITVM. *Vide* OPERA BONA.
Cur ad meritum non sufficiat pura omissio prohibiti. 3. 31
Non potest voluntas mereri vel demereri circa obiectum sola cognitione sensitiua apprehensum. 5. 38
Ratio meriti & demeriti consequuntur actum humanum non in quantum bonum, aut malum simpliciter, sed in quantum bonum, aut malum liberum. 14. 57
Potest quis mereri simul & demereri eodem actu. 14. 208
Mereri nemo potest virtute proprij operis extra statum libertatis. 22. 46
Opera iustorum sunt verè vita æterna meritoria apud Deum. 35. 3. 4. *idque de condigno etiam.* 35. 5. 6
Conditiones *ad meritum requisitæ, actualis libertas.* 12. *bonitas moralis.* 14. *status puri viatoris.* 15. *status Gratiæ.* 16. *promissio Dei antecedens de præmio retribuendo.* 35. 55. *& seq.*
Actus indifferens non est remunerabilis. 35. 14
Absque gratia habit. dignificante nulla opera de poten. absoluta de condigno aliquid supernat. mereri possunt. 35. 21
Merita Christi non sunt necessaria conditio ad meritum de condigno. 35. 27
Opera bona peccatorum facta cum auxilio speciali per Christum, sunt meritoria. 35. 32
Ad meritum non requiritur opus supererogationis. 35. 38
Meritum distinguitur, secundùm distinctionem Iusti. 68
Promissio non requiritur ad conferendum physicum valorem & condignitatem operibus meritorijs. 35. 72
Meritum de condigno non reperitur tantùm in materia perfecta Iustitiæ. 35. 73. 76
Promissio Dei ad perfectum meritum morale nostrum, debet nobis aliquo signo esse manifestata. 35. 74
Non est idem, condignè meritorium, & condignè impetratorium. 35. 77
Opera elicita à charitate vt condignè meritoria vitæ æternæ. 83
Omnia opera supernaturalia virtutum infusarum ex proprio motiuo elicita, absque relatione charitatis in Deum, sunt in Iusto condignè meritoria. 95. *Moralia virtutum acquisitarum facta ex speciali auxilio per Christum collato, sunt in homine Iusto condignè meritoria.* 35. 100
Gratia est necessaria ad meritum ab intrinseco condignum, non ab extrinseco. 107
Opera bona moralia facta à Iusto cum solo generali concursu Dei, non sunt meritoria præmij supernat. nisi virtualiter à charitate aut alia virtute supernat. imperetur. 109
Sufficit imperium virtuale virtutis supernaturalis, vt actio virtutis moralis sit meritoria. 35. 118. 121.
Ad meritum non sufficit voluntas habitualis, qua aliquis semel in vita se sua Deo obtulit. 35. 120
Augmentum gratiæ & gloriæ cadit sub meritum. 138
Bona temporalia cadunt sub meritum, quatenus promouent ad finem æternæ vitæ. 35. 139
Finalis perseuerantia non cadit sub meritum. 35. 140
Non potest Iustus sibi promereri reparationem post lapsum. 141. *Nec vnus promereri alteri primam gratiam, potest impetrare.* 35. 142
Primum auxilium gratiæ non cadit sub meritum. 143
Nec prima gratia iustif. sub meritum de condigno. 144
Opera bona gratiam præcedentia saltem de congruo habere possunt rationem meriti respectu gratiæ iustific. 148
Vltima dispositio seu contritio non potest de condigno gratiam iustificantem promereri. 35. 150
Primus gradus gloriæ potest cadere sub meritum. 35. 153
Habitus meritorius augetur secundùm totam latitudinem sui actus, non arithmeticè, sed geometricè. 35. 223
In instanti glorificationis non potest quis se disponere meritoriè, ad augmentum gratiæ. 35. 229
Per totum tempus, quo durat actus meritorius, augetur continuo gratia; non ad augmentũ infinitũ. 35. 250 *& seq.*
METVS *potest causare aliquod inuoluntarium.* 3. 130
Metus potest vel antecedenter, vel concomitanter ad opus concurrere: 135. *per se non excusat à peccato.* 137
Metus grauis quid sit. 137. *Metu graui celebrati contractus, quando & quomodo validi sint?* 3. 138
MORALE. *Vide* MALVM. HVMANI ACTVS.
Moralitas est accidentalis actui humano considerato in esse naturæ: potest aliquis actus inuariatus quoad esse naturæ, variari in esse moris. 12. 6
Moralitas in actu non est modus distinctus ab entitate actus. 9. *Nec saluatur adæquatè per extrinsecam denominationem, vel à sola voluntate liberè operante, vel à ratione practico regulante.* 10. *Sed ab vtroque simul.* 12. 11
Moralitas solis actibus volun. immediatè conuenit. 12. 19
Morale aliud est causale, aliud formale. 12. 20
Morale formale aliud est denominatiuum & accidentale, aliud entitatiuum & essentiale. 12. 21
Actus moralis per ordinem ad intra in Deo non datur. 22
Esse morale in communi contrahitur vt genus à bonitate & malitia tanquam differentijs. 29. *An ratio moralitatis conueniat actibus bonis & malis.* 12. 33
Quomodo bonitas moralis consistat in conformitate cum ratione. 38. *Conformitas cum natura ration. vel difformitas non est relatio realis addita enti morali.* 12. 44
Quid sit moralis obiectiua bonitas vel malitia. 13. 11
Moralis bonitatis regula tantùm generica, non specifica est natura ration. Neque æterna Dei lex est regula specifica. 14. 3. *Nec dictamen rationis:* 6. *Nec circumstantiæ:* 9. *Sed obiectum consentaneum vel dissentaneum naturæ rationali vt sic.* 14. 11
Primam malitiam moralem, vel bonitatem accipit actus humanus ab obiecto. 13. *Ad actum moraliter malum sufficit quodcunque voluntarium interpretatiuum & indirectum etiam ex ignorantia vincibili.* 14. 33.

Digitized by Google

Ad bonum verò requiritur voluntarium directum, formale, & expressum de ipsa honestate obiecti. 14. 34. *& seq.*
Vt actus sit moraliter bonus, non requiritur vt actualiter referatur ad vlti. finem, sed sufficit si virtualiter. 14. 39
Nec requiritur vt vltra honestatem obiecti, feratur etiam in ipsam honestatem rectæ rationis expresè. 14. 38
Actus moraliter bonus, sufficit vt seipso exercitè referatur in vltimum finem. 41. *in nullo actu vllius potentiæ distincta à voluntate est bonitas moralis, qua ab eod. inuariato substantialiter separari nequeat.* 14. 62
Bonitas moralis non constituit actum in esse naturæ essential. sed substan. 66. *potest idē exterior physicè inuariatus ex bono moraliter, fieri malus, & contrà.* 14. 67
Non tamen actus volun. internus liberè elicitus. 14. 73
Non omnis moralitas est extrinseca actui, omnis tamen completur per aliquid extrinsecum. 17. 69
Moralitas completa actus non constituit fundamentaliter, in vna tantùm ratione, constituit formaliter. 17. 70
Morales defectus opponuntur virtuti intellectuali, quatenus hæc in operando pendet à recto appetitu. 20. 19
Nullum opus virtutis, quod fidei non innititur, ad salutem conducere potest saltem proximè. 26. 113
MOROSA DELECTATIO *quid sit?* 17. 179
Consensus interpretatiuus sufficit ad mortale morosæ delectationis si adsint cætera requisita. 17. 184
Tres regulæ dignoscendi quando motus turpes sint liciti in causa. 17. 187. *& seq.*
Motus huiusmodi non reprimere peccatum non est. 191
MORTEM *pro vera fide oppetere Catholicus nequit sine speciali auxilio; potest hæreticus pro secta sua.* 26. 232
MOTIVA *duo diuersarum virtutum possunt voluntatem eodem actu mouere.* 14. 203
Motiua voluntatis disparata, duplicis sunt generis. 14. 214
Motus voluntatis triplices. 17. 175
MOTVS *primò primi sunt voluntarij.* 3. 4
Indeliberatus potest præcedere ex præuio indicio. 5. 64
Nullus motus primò primus imputatur ad peccatum.
Omnes motus secundò primi imputantur ad veniale.
Motus sunt triplices in nobis. 17. 175
Possunt motus turpes absque peccato saltem mortali esse interpretatiuè voluntarij in causa. 17. 186
Nullus habitus habet vim primos motus intellectus vel voluntatis excitandi. 28. 6

NATVRA. *Vide* STATVS VARII.

Bonum naturæ, est verum bonum. 14. 259. *natura non inītēdit operationem propter delectationem, sed contrà.* 14. 254
Non omnia opera facta propter conseruationem vel vtilitatem naturæ, sunt materia voti. 14. 263
Nec etiam sunt meritoria vitæ æternæ. *ibid.*
Bonum vtile, naturæ commodum mediatè ordinatur ad conseruationem & honestatem naturæ ration. 14. 264
Naturalis Iuris vniuersalia principia omnes tenentur scire. 20. 21
NATVRA RATIONALIS *non est specifica, sed generica regula bonitatis moralis.* 14. 3. *in conformitate cum natura rationali consistit bonitas moralis.* 12. 40
Conformitas vel difformitas cum natura rationali non est relatio realis, superaddita enti morali. 12. 44
Varij status in quibus natura gratiæ indiga. 26. 7. *& seqq.*
An Deus potuerit creare humanam naturam sine gratia supernat. & sine vllo peccato etiam originali. 26. 13
STATVS PVRÆ NATVRÆ *est possibilis.* 26. 14
In statu puræ Naturæ, alicuius beatitudinis capax homo fuisset. 2. 22. *& 26. 27. Potuit natura ordinari ad naturalem contempl. & amorem Dei.* 26. 15. *naturâ pura formam honesti posset adamare.* 16. *non mereri gratiam nisi præbrutali.* 18. *An essent in eo statu ingentes miseriæ.* 26. 27
Potuisset eo statu singulas veritates naturales speculatiuas & multas practicas, cum solo generali concursu Dei cognoscere: 26. 384. *quodlibet bonum morale facilè efficere, non tamen omne collectiuè, nec quodlibet difficilè distributiuè potentia morali.* 26. 380
Homini in statu puræ naturæ cum mortali ex hac vita decedenti debetur pœna æterna. 387. *qui in eo statu cū solo veniali decederet, non puniretur pœnâ æternâ.* 26. 388
Qui verò sine vllo merito vel demerito decessisset consecutus fuisset naturalem felicitatem. 26. 389
Erga hominem in eo statu duplex amor Dei. 32. 27
Ad delendum peccatum in statu puræ naturæ, sat fuisset forma naturalis, tali statui proportionata. 33. 188
Hæc forma duplex esse potuisset; per modum habitus immanentis, & per modum habitus transeuntis. 33. 208
NATVRÆ INTEGRÆ LAPSÆQVE *discrimen.* 26. 31
In statu naturæ integræ, homo nullum poterat opus æternæ vitæ meritorium proprijs viribus efficere. 26. 369
Poterat tamen singulas veritates naturales, non autē omnes sine speciali auxilio cognoscere. 26. 370
Poterat etiam cum solo concursu Dei generali quodlibet bonum etiam arduum virtutis acquisita efficere, & Deum super omnia, vt authorem naturæ dilectione naturali diligere &c. item singula præcepta naturalia seruare, non tamen omnia. 26. 372
NATVRALIS *est rationi amor honesti.* 26. 76
NECESSARIVM *quid sit.* 3. 69
Necessarij voluntatis actus non sunt coacti. 3. 96.
NECESSITAS *antecedens obest libertati, non consequens actum liberum.* 6. 36
Necessitas pro difficultate vsurpatur. 21. 19
Necessitas peccandi qua apud August. 26. 335. *& 353*

OBIECTVM. ODIVM.

Quid sit ratio formalis, quid materialis in obiectis? 1. 18
Obiectum simpliciter bonum includit aggregationem omnium circumstantiarum. 13. 17
Quid sit ab obiecto specificari actum. 14. 11
Quantitas perfectionis obiecti, non est mensura quantitatis perfectionis in actu. 113. *Obiectum virtutis necessariò illi integram speciem suæ honestatis confert, non autem obiectum vitij integram speciem suæ malitiæ.* 14. 149
OCIOSVM *verbum quæ ratione sit malum.* 14. 246
Idē actus potest esse odij & amoris respectu diuersorum. 7. 2
Quid sit odium, quid amor. 7. 2
Odium inimicitiæ, & odium abominationis. 7. 4
Non datur odium abominationis quin saltem virtualiter adiunctum habeat affectum benevolentiæ. 7. 5
Ad rationem odij pertinet, vt concupiscatur malum personæ, qua ipsi malum est. 7. 6. *cùm bona obiecta odio habētur, supponitur in illis aliqua malitia, & quomodo.* 13. 16

OFFENSA. OMISSIO. *Vide* PECCATVM.

Offensa in ratione offensæ crescit, crescēte cognitione eius, qui offenditur. 23. 117. *Offenderet infinitè Deum, qui cum infinita ipsius cognitione peccaret.* 23. 118
Satisfactio vt sit digna pro offensa, debet esse in eodem ordine cum illa. 119. *vna offensa peccati venialis, non excedit infinitas offensas contra personas creatas.* 23. 197
Offensa actiuè sumpta, est formalis aut virtualis contēptus Dei: Passiuè est moralis læsio Dei. 24. 12
OMISSIO *pura in voluntate dari potest.* 3. 24. *& 22. 14*
Omissio pura prohibiti non sufficit ad meritum. 3. 31
Omissio actus debiti est moralis mutatio voluntatis. 3. 33
Omissio vt sit voluntaria omittenti, non necessariò supponit debitum in illo. 49. *vt effectus ex omissione secutus sit voluntarius, non petit etiam debitum in omittente.* 3. 56
Sed sufficit si præsideatur in ipsa omissione: postulat debitum in omittente, vt sit moraliter imputabilis. 3. 56
Effectus etiā per accidēs secutus ex omissione, si fuit præuisus, est voluntarius, independenter à quocunque debito. 3. 59
Actus qui est moralis causa omissionis præcepti, est malus eadem malitia omissionis. 22. 22. *non omnis actus incompossibilis cum obseruantia præcepti, est malus malitiâ omissionis.*

Digitized by Google

omissionis, 23. omissio semper, moraliter loquendo, completur aliquo actu externo. 22. 25. 27
Omnes actus, qui sunt causa omissionis, prohibentur, virtualiter cum ipsa omissione. 29. illi actus qui sunt causa moralis omissionis, duplicem malitiam contrahunt. 36. tunc omissio imputatur ad culpam, quando ponitur liberè causa omissionis. 22. 40
Omissio in somno, vel ebrietate secuta, cuius causam omittens antea dedit, non est formaliter peccatum, sed effectus peccati. 22. 42
Non dicitur peccatum omissionis incurri, nisi omissio reipsa sequatur. 44. omissionis gravitas unde. 22. 55
Gravius semper peccat, qui committit, quàm qui omittit contra eandem virtutem. 56. peccatum omissionis incipit, quando actus præceptus exercendus erat. 22. 58

OPERA BONA. *Vide*, MERITVM.

Nullum opus bonum aut virtutis, quod fidei non innitatur, ad salutem conducere potest, saltem proximè. 26. 115
Opera salutaria à fide inchoantur proximè. 123
Quodlibet opus bonum, factum in gratia, accipit ab ipsa gratia condignitatem ad vitam æternam. 23. 198
Opera bona purè naturalia neque sunt causa, neque conditio sive proxima, sive remota gratiæ. 26. 425
Opera virtutum moralium facta à gentili placent Deo, sunt-que dispositiones remotæ ad fidem. 35. 112
Opera bona gratiam præcedentia, saltem de congruo mereri possunt gratiam iustific. 152. Omnibus operibus meritorijs gratia æqualem valorem tribuit. 35. 170
Opera viri sãctioris, cæteris parib. maioris sunt valoris. 171
Opus meritorium non auget gratiam ultra suam gradualem perfectionem. 166. opera bona, non physicè, sed meritoriè tantum augent gratiam. 35. 178
Cuilibet operi meritorio quantumlibet remisso aliquod præmium apud Deum correspondet. 35. 204
Idque præmium est substantiale, proportionatum. 35. 214

OPINIO. ORDO.

Quid sit opinio? alia probabilis, alia improbabilis. 15. 52
Opinio potest esse probabilior, & tamen minùs tuta. 15. 53
Non licet operari ex opinione probabili putata, aut practicè dubia, nisi in casu perplexitatis, in quo alterutra sequenda. 15. 57
In materia facti, in quo agitur de bono spirituali; vel temporali notabili, nobis vel alteri imminente, amplectenda via certa si commodè per eam operari possimus. 15. 59
Item in materia facti, in quo agitur de periculo committendi sacrilegium contra reverentiam sacramento debitã, tenemur operari via certa, relicta opin. probab. &c. 62
In casu necessitatis vel utilitatis licet sacramentum ex opinione probabili conficere, si commodè via certa haberi non possit. 15. 70
In materia Iuris, vbi oppositæ opiniones; an præceptum obliget, vel an aliquid facere sit peccatum, possumus parte tutiori relicta, operari ex opinione probabiliori. 15. 71
Sed in hoc casu debet quis à se expellere omnem formidinem practicam oppositæ partis, non speculativam. 15. 72
In ijs, in quibus sequi possumus opinionem probabiliorem, possumus etiam sequi probabilem minùs tutam. 76
Possunt Doctores opinionem probabilem minùs tutam alijs proponere, & docere. 15. 78
Nequit iudex contra propriam opini. quam probabiliorem putat, ex opinione aliorum sententiam ferre. 15. 92
Potest privata persona tuta conscientia rem sibi detinere, si probabilem habeat coniecturam, illam esse suam, nisi probabilius putet eam esse alterius. 15. 83
Licitum est contra propriam, iuxta aliorum opinionem operari, si illa improbabilis non iudicatur. 15. 89
Confessarius debet pœnitentem absolvere contra propriam opin. iuxta opinionem pœnitentis probabilem. 15. 90
Medicus potest iuxta aliorum opin. dare medicinam ægro, quam ipse privatâ opin. probabiliter putat nocituram. 91
ORDINIS diversitas non solùm sumitur ex diverso obiecto, sed etiam ex diverso modo concurrendi. 23. 118
Ordinibus sacris annexa castitas servanda est ab Ordinato, ex præcepto Ecclesiæ. 18. 25
PASSVM inter & agens nõ est necessaria relatio realis. 5. 99

PECCATVM. *Vide* OFFENSA, MALITIA.

Ad contrahendum peccatum in particulari, sufficit peccati cognitio confusa. 3. 40. an & quomodo peccata nostra dici possint voluntaria Deo. 3. 62
Cur Deus non sit causa pecc. cùm ad id concurrat. 21. 52
Peccatum abstulit sola gratuita ab homine. 6. 17. & 25. 119
Non regulam rationis, nec vim electiuam. 6. 18
Peccatum concupiscentia tribui nequit, vt gratia tribuendum opus supernat. 6. 42
Nullum pecc. fit volente Deo, sed permittente. 21. 10
In permissiuo pecc. Deus semper bonum intendit. 21. 23
Pecc. est sub perfecto dominio Dei physico, non morali. 73
Metus non excusat à peccato; nisi per accidens. 3. 137
Discrimen inter pecc. ex malitia, & ignorantia. 4. 30
Peccata, quorum malitia primario consummatur in actu exter. specificam malitiam desumunt ex obiecto & circumst. etiam indirecte volitis: illorum malitia, quæ consummantur in affectu interno, non desumitur ex solo obiecto, sed etiam ex modo tendendi in obiectum. 14. 184
Ex 2. malis, eligens minus, vt vitet maius non peccat. 15. 43
Peccati respectus multiplex est. 17. 3
Peccatum latiùs patet quàm culpa. 17. 8
Regulæ duæ ad dignoscendum, quodnam sit gravius. 17. 13
Formalis ratio peccati non consistit in positivo & privativo simul, sed in positivo tantùm. 41. positiva ratio formalis eorum pecc. qua malitiam in obiecto expresè non intendunt, consistit in connotatione extrinseca dissonantiæ obiecti cum natura rationali vt sic. 58. eorum verò qua malitiam expresè intendunt in ipsa morali tendentia actus in obiectum rationi dissonum. 17. 58. 60. 61
Peccatum non dicit privationem perfectionis natur. 17. 74
Nec privativam perfectionis habitualis debitæ. 17. 76
Privatio in pecc. non est carentia oppositi actus, quem voluntas, ex suppositione quod operetur, tenetur elicere. 77
Sed carentia rectitudinis & ordinis moraliter debiti voluntati ad suam legem & regulam prohibentem. 80. 84
Quid sit peccatum, vt est quid morale positivum. 17. 93
Non omne peccatum formaliter est peccatum, quia est lege prohibitum. 17. 110
Eo quo est contra rationem creatam est offensivum Dei. Si Deus nullo pacto cognoscatur implicat eum offendi. Pecc. vt est offensa Dei, addit malitiam saltem ratione diversam, ab ea, quam dicit, vt est contra rationem. 128
Eo ipso quod peccatum est contra finem supernat. est etiam contra naturalem, non è contra. 17. 135
Ad omne pecc. præcedit moralis error imprudentiæ. 155
Spectato ordinario modo operandi voluntatis, ad omne peccatum præcedit etiam aliqua inconsideratio eorum, quæ possunt à peccato voluntatem retrahere. 17. 157
Omne pecc. requirit aliquam malitiæ aduertentiam. 164
Qualis hæc aduertentia esse debeat. 17. 166
Ad contrahendam malitiam peccati, non est necessaria clara & distincta notitia de malitia peccati. 17. 169
Sufficit quacunque aduer. mali in communi, aut periculi, ad contrahendam specificam malitiam, & p. gravitatẽ. 170
Nullum peccatum potest in somno contingere. 17. 176
Omnis consensus in peccatum est in ratione superioris. 177
Peccatum nullum absque libertate. 17. 194
Peccata non specificantur à circumstantijs. 18. 2
Neque à pœna, vel ab ordine ad pœnam. 18. 3
Non possunt peccata specificari à causa impulsiua. 15
Nec ex diversitate præceptorum aut finium præcipientis. 16
Sed ex motiuo præcepti. 18. 18
Item quæ fiunt in contemptum præcipientis specificantur ex diversitate Iuris, quod habet vt præcipiens formaliter: & dupliicem ad minimum malitiam contrahit. 18. 20

Digitized by Google

Præcepta quæ inducunt diuersa motiua formalia ad diuersas virtutes pertinentia specificant diuersa peccata. 21
Quando sub eodem motiuo formali præcepti, eodem actu distincta iura personarum violantur, multiplex numero malitia contrahitur. 18. 22
Nullum pecc. qua pecc. formaliter, est pœna peccati. 23. 205
Peccata remissa quoad culpam, & non quoad pœnam, puniuntur pœna temporali in inferno. 23: 192
Pœna ex peccatis relicta, non solumnitur in hac vita ab homine existente in peccato. 23. 195
Peccatum, aliud spirituale, aliud carnale. 18. 32
Peccata, alia sunt contra Deum, alia contra seipsum, alia contra proximum. 33. *alia cordis, alia oris, alia operis.* 38. *alia per excessum, alia per defectum.* 39. *alia ex ignorantia, alia ex passione, alia ex malitia.* 18. 40
Inter peccata est aliqua inæqualitas: 19. 2. *quæ sumitur ex diuersa oppositione ad naturam rationalem.* 19. 17
Peccati cuiuscunque subiectum est voluntas. 20. 1
Nulli peccata imputantur quæ sub conditione tantùm esset liberè facturus. 21. 49. *multò minus Deo.* 21. 19
Id quod specificat peccatum non est priuatio, sed positiua aliqua ratio, quam peccator peccando intendit. 22. 13
Peccati retractatio sufficiens ad remissionem, non necessario est contritio. 32. 70
Peccatum non consistit in destinatione ad pœnam. 32. 74
Peccatum semel commissum, semper denominat authorem, donec retractetur: per annihilationem non tollitur peccatum, posito quòd homo reproducatur. 32. 88
Ad delendum peccatum, non sufficit cuiuscunque debiti restitutio, sed requiritur restitutio proximi fundamenti amicitiæ Dei erga creaturam: in pura natura, sat fuisset forma naturalis tali statui proportionata: 188. *vel per modum habitus transeuntis, vel immanentis.* 33. 208
Peccatum deletur sublata priuatione, non simpliciter, sed iuxta priuationis exigentiam. 33. 214
Nullum peccatum est agere contra consilium. 23. 38
Quæ priuatio constituat peccatum in esse peccati Theologici & auersionis à Deo vltimo fine. 23. 71
Malitia conuersionis ad obiectum difforme rationis, potest esse absque malitia auersionis ab vltimo fine. 23. 80
Pœna æterna respondet auersioni, non conuersioni. 23. 80
Quodnis peccatum per se condignè meretur aliquam pœnam sibi proportionatam. 23. 143

PECCATVM MORTALE, VENIALE.

Peccatum mortale contradictoriè opponitur & dilectioni & visioni beatificæ. 2. 293
Difformitas quam habet pecc. mortale ex contemptu Dei & priuatione gratiæ, est diuersa ab ea, quam habet ex proprio obiecto & circumstantijs. 23. 54
Nullum datur in hoc statu p. m. quod non priuet gratia. 55
Pugnat cũ virtutib. moralib. ex ordinatione diuina. 29. 233
In genere offensæ est infinitum ratione ordinis. 23. 111. 117
In omni statu includit priuationem debitæ coniunctionis cum Deo vltimo fine. 23. 67
Priuatio, quam peccatum mortale includit in omni statu, non est tantùm pœna sed etiam culpa. 23 68
Pecc. mor. in hoc statu includit etiam priuationem obiectiuæ coniunctionis cum Deo, fine, & amico supernat. 23. 72
Grauiùs peccat qui stolam Innocentiæ primo amittit, quam qui peccat post amissam. 23. 73
Offensa vnius p. m. est grauior alia quoad speciem offensæ, nõ quoad ordinem desumptum ex persona increata. 23. 112
Pro mortali offensâ, nullus purus homo, etiam cum infinita gratia accidentali satisfacere posset. 23. 119
Vt peccatum mereatur infinitam pœnam, sufficit quod sit infinitum ordine. 132. *in peccato mortali, est sufficiens fundamentum æstimabilitatis infinitæ malitiæ.* 23. 140
Peccatum occisionis Christi quanta sit malitia. 23. 126
Cuiuis mortali est de facto taxata pœna æterna. 23. 145
Peccatum mõrtale condignè meretur pœnam finitam intensiuè, infinitam extensiuè. 23. 157. 166
Aduertentia ad p. m. debet esse plena & perfecta per firmum iudicium de malitia actus, vel periculo illius. 17. 172
Perseuerante peccato mortali, non potest Deus gratiam habitualem infundere peccatori. 33. 30
Implicat p. m. sola extrinseca condonatione remitti. 33. 15
Quando quis secundò peccat mortaliter, licet non formaliter, at virtualiter saltem illi auferetur gratia. 33. 156
In mortali existens, non potest diuinab alio cauere. 26. 335
Non potest vnum mortale remitti sine alio. 32. 20
Pecc. & gratia opponuntur mediante amore, & odio. 32. 21
VENIALE *peccatum vsurpatur trifariam.* 23. 1
Ab actu venialiter malo potest imperari amor Dei, non tamen omninò perfectus. 14. 207. *vna offensa venialis, non excedit infinitas offensas contra personas creatas.* 23. 197
Dupliciter caret quis potentia ad peccãdum venialiter. 240
Ad veniale sufficit iudicium imperf. actuale, non poten. 259
Pecc. quod homo primò committit potest esse veniale. 270
Venale relinquit aliquam maculam in anima. 24. 44
Quid sit peccatum ex subreptione. 23. 1. *Deus vt supremus Dominus potest punire venialia, pœnâ æternâ* 23. 17
Ad resurgendum à venialibus sunt iustis debita auxilia iure adoptionis, & amicitiæ. 23. 12
Veniale non est dicendum simpliciter offensa Dei. 23. 26
Ad veniale extra sacram. delendum sufficit attritio. 33
Eligẽdum potiùs veniale certum, quàm mort. dubiũ. 15. 42
Aliam aduerten. requirit p. mor. aliam veniale. 17. 165
Veniale, nec quoad pœnam, nec quoad culpã remissũ, coniunctum cum mort. punitur pœnâ æternâ in inferno. 23. 188
Dupliciter in alterâ vitâ iungitur mortale veniali. 187
Multa venialia per accidens in inferno puniuntur æquali aut etiam maiori pœna, quàm vnum mort. 23. 203
Trifariam intelligi potest veniale fieri mortale. 23. 206
Idem numero actus interior physicè inuariatus, de veniali fieri potest peccatum mortale, & contrà. 23. 207
Peccata, quæ vt obiecti difformitatem contrahant, debent expresè tendere in obiectum dissonum, variari nequeunt de venial. in mort. aut contrà sine physica & intrinseca variatione. 208. *nec idem actus esse simul mortale & veniale positiuè: potest esse idem actus mortale positiuè, veniale negatiuè.* 23. 216
Nequit idem numero actus interior inuariatus in genere moris ex veniali fieri mortale, & contrà. Veniale, specie & genere in esse moris differt à mortali. 23. 217
Veniale ex genere, potest fieri mortale ex fine vel ex circũst. mortale non potest fieri veniale nisi ex subreptione. 218
Quoties materia peccatorum venialium continuari potest, toties vltimum veniale integrans cum præcedentibus materiam notabilem, fit mortale. 23. 229
Veniale ex contemptu Legislatoris fit mortale. 237
Quicunque capax est peccati mortalis, est etiam natura sua capax venialis. 23. 241
Libertas necessaria ad veniale, sufficit ad mortale. 257
Mortale non distinguitur à veniali ex eo, quòd mortaliter notabiliter aduersetur rationi & legi naturali. 23. 36
Sed quòd mortale includat virtualiter saltem conteptum Dei, non verò veniale. 23. 47
Diuisio pecc. in mortale & veniale, diuerso respectu, est analogi in analogata, & vniuoci in vniuocata. 23. 58
Quomodo dignoscatur veniale à mortali. 33. 59
Discrimen ex natura rei inter mort. & ven. 23. 7. 12
Veniale & mor. non sunt in eod. ordine offensæ. 23. 25
Neque illa quæ venialia sunt ob solum defectum aduertentiæ, sunt in eodem ordine cum mortali. 23. 31

Peccatum commissionis, omissionis

Formalis ratio primò constitutiua p. commissionis vt difformis naturæ ratio. non est priuatio rectit. debita. 17. 33
Positiua malitia peccati commissionis vniuersaliter saluari non potest, in intrinseco & reali respectu actus ad obiectum rationi dissonum. 53. *nec per extrinsecam denominationem dissonantia ab obiecto rationi consono.* 17. 57
In eo pecc. conuersio non distinguitur ab auersione. 17. 96

Digitized by Google

Peccatum commissionis & omissionis non conueniunt vniuocè in formalitate peccati. 17. 98
Peccata omissionis specificantur per priuationem oppositæ rectitudinis, quà priuant; peccata commissionis per ordinem ad materiam circa quam versantur. 18. 11
Quid peccatum commissionis, quid omissionis. 18. 35
Hoc essentialiter differt ab peccato commissionis. 22. 46
Peccatum omissionis tunc incipit, quando actus præceptus exercendus erat. 58. grauiùs peccat qui committit, quàm qui omittit contra eandem virtutem. 22. 56

HABITVALE, ACTVALE, ORIGINALE.

Habituale peccatum etiam, quatenus est difforme rationi, dicit rationem positiuam. 17. 99. *Non necessariò ad actum peccati præcedere debet error practicus.* 17. 153
ACTVALE *pecc. dum est actu, per gratiam remitti nequit.* 32. 49
Implicat pecc. habituale propria actione contractum, sine propria retractatione peccatoris remitti. 32. 50
Discrimen inter pec. actuale, habituale, maculam. 24. 49
Pecc. habituale, quod relinquitur per modum maculæ ex peccato actuali est mors animæ formaliter. 25. 85
ORIGINALE *peccatum non consistit in sola priuatione exclusò omni alio positiuo.* 17. 100
Nec indiget propria retractatione. 32. 89. & 33. 36
Peccatum originale, cur sic dictum. 25. 1
Ex primo parente, non solùm pœna peccati, sed etiam peccatum in posteros propagatur. 25. 4
P. orig. dicit priuationem debitæ sanctitatis, & rationem aliquam voluntarij respectu eius, in quo recipitur. 25. 34
In nobis priùs inficit naturam, deinde personam; in Adam priùs personam. 25. 42. *per pecc. originis homo nullas naturæ dotes, nedum libertatis indifferentiam amisit.* 25. 51
Eius delatiua forma in paruulis est gratia habitualis 25. 85
Pecc. orig. in posteris formaliter consistit in priuatione iustitiæ originalis ex pacto debitæ posteris, ab Adam, per seminalem generationem propagatis. 25. 95
Peccatum orig formaliter consistit in priuatione gratiæ gratum facientis, non aliorum habituum, 25. 97
Pecc. originale potuit de possibili consistere in priuatione alterius habitus à gratia sanctificante distincti. 102
De facto originale in adulto extra sacramentum solum deletur per actum dilectionis supernaturalis Dei. 25. 106
Ad orig. delendum, dolor necessarius non est. 106
Pecc. orig. quod origine est vnum, inest cuique propriè. 108
Quomodo peccatum originale non dicatur peccatum personæ, sed vitium naturæ. 25. 109
Originale est vnum, & æquale in omnibus. 25. 110
Non traducitur in posteros per physicam actionem. 111
Subiectatur in ipsa anima essentia. 25. 112
Traducitur ad omnes (si Magnam virginem Matrem excipias.) seminali via ab Adam descendentes. 25. 113
Non traducitur tamen ad eos, qui extraordinaria via de substantia Adami producuntur. 25. 114
Cur Christus illud non contraxerit. 115. *nec Eua.* 116
Ex orig. p. duplex pœnarum genus contractum est. 119
Compendium de orig. peccato. 118
PECCATOR *quomodo constituat vlti. finè in re creata.* 2. 11
Qui videt Deum, peccare non potest. 134. *in peccatore voluntarium duplex.* 32. 67. *non sufficit mutatio moralis, vt ex peccatore fiat quis non peccator.* 33. 16
Qui potest honestè & meritoriè operari, potest etiam mortaliter peccare. 23. 298. *transacto actu peccati, homo verè denominatur & est peccator, ac maculatus, quàmdiu actus præteritus non remittitur.* 241
Homo non denominatur peccator formaliter ex ordinatione ad pœnã. 10. *sufficienter constituitur peccator ex præterito actu nondũ deleto.* 19. *necessitas peccandi quæ* 26. 235. 193
PENETRATIO *corporũ possibilis ostenditur.* 2. 200 *& seq.*

PERSEVERANTIA. PERSONA DIVINA.

Ad finalem perseuerantiam in bono præter auxilium de lege ordinaria debitum Iustis, requiritur vberius auxilium, & specialis protectio Dei. 26. 359
Iustus habet moralem potentiam ad perseuerandum in singulis occasionib. distributiuè, nõ in omnib. collectiuè. 362
Prædestinatis debetur auxilium ad perseuerandum, solùm ratione immutabilis decreti diuini. 26. 363
Non potest produci habitus, cui sit debitum donum perseuerantiæ in via. 29. 125
Finalis perseuerantia non cadit sub meritum. 35. 140
PERSONÆ *diuinæ addunt aliquam perfectionem formaliter ipsi essentiæ.* 2. 131. *ad 1. conf.*
PHANTASMA *non potest esse principium totale effectiuum volitionis.* 5. 74
Phantasmata omnia quæ in hac vita Beatus acquisiuit, in resurrectione cum sensib. internis reparabuntur. 2. 185

POENA. POTENTIA. &c.

An pœna damnatorum in sola priuatione visionis beatæ consistat. 2. 129. 179
Condignitas pœnæ, est proprietas consequens peccatum. 18. 4
A pœna non specificatur peccatum. 18. 3
Pœna damni in dãnatis plerisq; est futura inæqualis. 19. 12
Pœna æterna respondet auersioni, non conuersioni. 23. 80
Vt pœnam infinitam mereatur peccatum sufficit quòd sit infinitum ordine. 23. 132
Pœna reatus distinguitur ab ordinatione ad pœnam. 23. 144
Pœna æterna de facto taxata est cuilibet mortali. 23. 145
Pœnam infini. extensiuè, meretur quodlibet mortale. 157
Pœna intensiua non solùm correspondet inordinatæ conuersioni, sed etiam auersioni. 163. *homo in hac vita non soluit pœnas ex pec. remissis relictas, dũ in peccato est.* 195
Per ordinem ad pœnam non denominatur peccator. 24. 10
Ordinatio ad pœnam supponit culpam. *ibidem*
Pœna damni facilis captu ex pacto. 25. 152
Pœna sensûs paruulis non competit ex sent. Augusti. *ibid.*
PONTIFICEM *hunc, qui nunc est, esse D. Petri successorem, an dari possit certitudo.* 34. 38
POTENTIÆ *necessaria, & liberæ discrimen.* 6. 21
Potentia & impotentia moralis quid? 26. 205
Duplex impotentia ad operandum in homine 26. 203
Moralis impotentia duplex est. *ibid.*
Non repugnat cum impot. morali antec. sufficiens libertas ad singulas tentationes nòn graues vincendas. 26. 216
Cur potentiæ sensitiuæ sint incapaces beatit. formalis. 2. 118
Potentia appetitiua necessariò prærequirit cognitionem ad suam operationem. 5. 9. *potentiæ voluntati subiectæ non actiuè, sed tantùm imperatiuè ab ea mouentur.* 5. 121
Perfectiones potentiarum voluntati subiectarum, non continentur eminenter in ea. 5. 123
Cur cæteris potentijs sola voluntas imperari possit. 125
Vnde veniat intensio actionis vitalis potentiarum subiectarum voluntati. 5. 126. *cur potentia non possit dici moraliter bona, ex inclinatione ad obiecta honesta.* 14. 16
Nulla potentia distincta à voluntate potest esse principium consummati peccati independenter à libero consensu voluntatis. 20. 4. *naturalis modus operandi potentiæ est compleri per principium intrinsecum.* 29. 12
PRACTICVM *iudicium habet Deus de rebus omnibus.* 6. 47
Iudicium nullum antecedens liberum voluntatis actum, determinat voluntatem. 6. 63

PRÆCEPTVM, PRÆMIVM &c.

Non potest Beato imponi præceptum, vt cesset à clara visione Dei. 2. 276. *Potest poni præceptum Beato de non amando Deo, amore concupiscentiæ.* 2. 277
Stante visione Dei, potest Beato præceptum poni de non amando Deo amore amicitiæ. 2. 280
Si Beato poneretur præceptum de non amando Deo amore amicitiæ, id præceptum ille seruaret ex motiuo obedientiæ. 2. 281
Si Beato poneretur præceptum de non amando Deo, necessariò cessaret ab amore. 2. 282
An stante visione Dei, possit præceptum Beato poni, de suspensione omnis actus positiui voluntatis circa Deum. 2. 283

Digitized by Google

Cur possit beatus ex præcepto cessare ab amore Dei, non tamen à visione. 2. 284
Nequit Deus dispensare in præceptis, quæ prohibent obiecta intrinsecè mala. 15. 11
Præceptum superioris exequi contra propriam conscientiam, non est licitum. 15. 25
Actio exterior per se est capax præcepti. 26. 22
Præceptum & mandatum in scripturâ sæpe pro permissione vsurpantur. 21. 23. *Possunt plures actus diuersi quoad esse physicum eidem præcepto opponi.* 22. 28
Non est impossibile seruare præceptum Dei. 26. 319
Ad nullum præceptum ex proximo obiecto virtutis implendum requiritur necessario gratia habitualis antecedenter, sed ad summum concomitanter &c. 26. 319
Ad seruandum præceptum quoad substantiam ex motiuo supernat. requiritur auxilium supernaturale, non ex motiuo naturali. 323. *Possunt aliqua præcepta quoad substantiam actûs seruari actione peccaminosa.* 26. 325
Non potest homo in hoc statu naturæ lapsæ potentia morali, absque speciali auxilio seruare quæcunque præcepta naturalia difficilia, aut omnia longo tempore sine gratia iustificante consequente. 26. 326. & *seq.*
PRÆDESTINATIS *debetur auxilium ad perseuerandum solùm ratione immutabilis decreti diuini.* 26. 363
Intentio electioque vnicus prædestinantis actus. 8. 24
PRÆMIVM *accidentale, quod actibus bonis externis respondet, quid sit?* 16. 33
PRINCIPIA *operatiua supponunt formam aliquam, à qua exigantur.* 29. 60
PRIORITAS *duplex durationis & causalitatis.* 29. 224
Prioritas mutua in causis efficientibus cur non detur. 248
PRIVATIO *quænam constituat peccatum in ratione peccati Theologici, & auersionis à Deo vltimo fine?* 23. 71
Priuatio non specificat peccatum, sed ratio positiua, quam peccator peccando intendit. 22. 13
Priuatio in pec. non est carentia oppositi actus, quem voluntas, ex suppositione quod operetur, tenetur elicere. 17. 77
Peccatum non dicit priuationem perfectionis naturalis. 74
Priuatio quam peccatum includit, non est tantùm pœna, sed etiam culpa. 23. 68
PROPOSITVM *rectè viuendi est in aliqua specie virtutis innominata.* 14. 21

RATIO. RELATIO &c.

Formalis aduertentia rationis, non requiritur ad rationem voluntarij. 3. 37. *Rationis dictamen non est specifica regula bonitatis moralis.* 14. 6
REGVLA *specifica bonitatis non est natura rationalis.* 14. 3
Neque æterna Dei lex. ibidem.
A regula rationis creatæ etiam pendet actus virtutis, & non solùm à lege æterna: 15. 7. *pendet ab his arguitiue solùm & à posteriori.* 15. 9
RELATIONES *diuinæ de facto pertinent ad obiectum primarium beatit.* 2. 129. *Quo casu posset esse essentia diuina sine suis relationibus obiectum adæquatum beatit.* 130
An aliqua perfectio absoluta possit esse posterior perfectionibus relatiuis in Deo. R. 31. *ad* 3. *prob. Relationes diuinæ sunt etiã ratio beandi, sed minùs principalis.* 2. 131. *ad* 5
RELIGIO *est multiplex specie virtus.* 18. 24
RESVRRECTIO *quâ statura, colore, figurâ fiet.* 2. 187
RETRACTATIO *peccati propria actione contracti necessaria est ad remissionem.* 32. 50. & *seq.*
Hæc retractatio non est necessariò contritio, sed potest esse attritio supernaturalis. 32. 70
REVELATA *mysteria duplicem assensum ex motiuo humano terminare possunt.* 26. 54
Ad conclusionem reuelatam discursus se habere potest, vel vt ratio mouens vel vt ratio explicans. 29. 41

SATISFACTIO. SCIENTIA. &c.

Nullus purus homo satisfacere potest pro pe. mortali. Satisfactio vt sit condigna pro offensa illata, debet esse in eodem ordine cum offensa. 23. 119. *Satisfactio Christi est in altiori ordine in suo genere, quàm offensa in suo.* 23. 142
SATISPASSIO *non compensat honorem à persona offensa sublatum, sed corrigit, deprimitque offendentem.* 23. 173
SCANDALI *peccatum speciale non incurritur, nisi quando expressa voluntate aliquid dicitur vel fit, vt trahatur proximus ad animæ ruinam.* 14 187
SCIENTIA *conditionata clariore modo explicatur.* 26. 453
Scientiæ non minùs quàm delectationi tentationum victoriam tribuit August. 27. 22. *per scientiam conciliat libertatem cum gratia optimo modo.* 28. 162
SCIRE *tenetur vnusquisque quidquid ad proprium officium ritè obeundum censetur necessarium.* 20. 24
Omnes Christiani tenentur sub præcepto scire omnia fidei nostra mysteria, in symbolo contenta. 22. *omnes tenentur scire vniuersalia iuris naturalis principia.* 20. 21
SCRVPVLVS *quid sit.* 15. 51
In SOMNO *nullum peccatum contingere potest.* 17. 176
SPECIEM *impressam, nõ express. Deus supplere potest.* 2. 40
SPECIFICARI *actum ab obiecto quid sit.* 14. 11
SPES *quomodo distinguatur à fruitione, intentione, desiderio.* 8. 22. *Spes & fides prius tempore infunduntur quàm ipsa gratia.* 29. 230
SPIRITVS *sancti productio quomodo distinguatur à bonitate personarum producentium.* 1. 81
Quid sint fructus Spiritus. 29. 212

STATVS VARII. *vide* natura.

STATVS *innocentiæ indigus gratiâ.* 6. 38. *cum quâ stat libertas ad opera supernat.* 6. 39.
Status varij in quibus natura humana consideratur. 26. 7
Primus est purorum naturalium cum generali concursu Dei ad actus naturales. Secundus est naturæ integræ seu consonus naturæ rationali. 26. 8
Tertius est iustitiæ origin. qui supra subiectionem partis inferioris ad superiorem, & mentis ad Deum finem natur. addit perfectam subiectionem corporis ad animum, & mentis ad Deum finem supernat. per dona supernat. cum exclusione omnis molestiæ & imperfectionis. 26. 9
Quartus est status naturæ lapsæ: quis hic? 10
Quintus est naturæ per gratiam reparatæ. 11
In omni statu homo est indigus gratiæ. 12
In statu Iustitiæ orig. aliquod donum per modum auxilij protegentis, vires inferiores rationi subdidisset, corpusque ab omni corruptione immune seruasset. 25. 96
SVBTILITAS *dos est & virtus penetratiua corporũ.* 2. 197
SVPERIORIS *mandatum nemo potest contra conscientiam propriam exequi.* 15. 25. *ad solum præceptum Superioris non potest subditus dubiam conscientiam deponere.* 15. 46
SVPERNATVRALIA *ad opera stat libertas cũ gratia.* 6. 39
Opus supernat. tribuitur simpliciter gratiæ. 6. 42
Supernaturalem consensum elicere potest homo cum sola excitatione intellectus absque vllo motu indeliberato voluntatis. 28. 20. 24
Ad supernaturales actus eliciendos voluntas duplici adiutorio eget. 28. 25. *Si daretur substantia supernaturalis, non foret peccabilis.* 32. 28
Item foret naturaliter productiua gratiæ. 30. 3
SVPPOSITO *in eodem repugnat esse duo principia formaliter libera. Totius suppositi bonum procurare, est solius voluntatis.* 6. 47

TENTATIO. TRINITAS. TRISTITIA.

Tripliciter potest ab homine vinci tentatio. 26. 182
Tentationes mediocres ac leues, non tollunt perfectam libertatem ad mortale sufficientem. 26. 206
Graues tentationes non tollunt libertatem imperfectam ad peccandum venialiter sufficientem. 26. 207
Nequit homo lapsus absque auxilio speciali per Christum, vincere omnes tentationes etiam leues, contra præcepta moralia defectu potentiæ moralis antecedentis. 26. 209

Deus

Digitized by Google

Deus iuuat hominem ad vincendas tentationes negatiuè vel positiuè. 220
Potest homo lapsus cum solo auxilio generali potentia morali superare quamcunque tentationem mediocrem. 26. 222. 224. *&c.*
Tentationes contra præcepta supernaturalia possunt aliquando vinci sine speciali auxilio Dei. 26. 231
Regula dignoscendi, quando tentationes vincantur ex speciali Dei auxilio. 26. 234
TRINITATIS *participatio non formalis, sed virtualis, est gratia habitualis. Trinitatis vestigium est homo.* 29. 117
TRISTITIA *est nolitio, & qualis. Effectiuè procedit à voluntate. Cur Deus & beati tristari non possint.* 8. 9
Inter tristitiam, & dolorem discrimen. 8. 21

VERVM. VIOLENTVM.

Ad quodlibet verum cognoscendum non indiget intellectus humanus in vllo statu peculiari auxilio Dei. Ad omne tamen verum naturale collectiuè, & absque errore intelligendum eget peculiari auxilio Dei. 26. 33. 34
In statu Innocentiæ omnes veritates naturales, sine vllo errore, homo cognoscere potuisset. 33. *Nullum verum supernat. quoad substantiam cognosci potest, cognitione certa & infallibili absque speciali auxilio Dei.* 26. 42
Auxilium requisitum ad supernat. verum cognoscendum, requiritur ad modum, & ad substan. actus. 48
Potuit intellectus creatus viribus proprys probabiliter tantùm & opinatiuè aßerere aliquod verum supernaturale, antequam fuit reuelatum. 26 52
Duplex modus cognoscendi verum supernat. 26. 51
Post factam reuelationem alicuius veritatis supernaturalis, potest intellectus creatus, viribus proprijs, illi assentiri, assensu moraliter tantùm certo, ex motiuo humano, non infallibiliter & ex motiuo diuino. 26. 53
Homo in statu naturæ integræ poterat proprijs viribus singulas veritates naturales cognoscere, non tamen omnes, sine speciali auxilio. 26. 370
VIOLENTVM *quid sit?* 3. 70. *violentum voluntati esset, negare ei concursum ad omnem actum.* 3. 112
Qua requirantur ad motum violentum simpliciter in voluntate. 3. 114
Implicat violentam esse operationem vitalem. 3. 118
Potest creatura vim pati à suo creatore. 3. 124

VIRGINITAS. VIRTVS.

Non perit corporis corruptione absque consensu. 2. 179
Virginitatis aureola in B. Virgine, non Martyrij. 2. 180
VIRTVTIS *honestas nõ potest attingi à cognitione sensitiua.* 5. 38. *virtutis actus pendet à sola voluntate operantis, in ratione habitudinis & tendentiæ ad obiectum, non in ratione donationis.* 14. 117
Virtutis honestatem vel turpitudinem vitij non potest actioni tribuere conditio personæ, nisi aliquo modo transeat in obiectum. 125. *obiectum virtutis per se nequit nisi integram speciem suæ honestatis conferre actui.* 14. 149
Virtutis actus non solùm pendet à lege æterna Dei, sed etiam à regula rationis creatæ. 15. 7. *primaria ratio virtutis & vitij competit internis actibus voluntatis.* 16. 25
Aliquod opus virtutis moralis potest homo efficere viribus proprijs, cum solo concursu Dei generali. 26. 108. 135. *non quod proximè conducat ad salutem.* 113
Duplex genus virtutum supernaturalium. 29. 162
Cum gratia habituali dantur simul virtutes infusæ. 170
Virtus infusa non opponitur physicè vitio. 29. 182
An sit de fide infundi virtutes. 186. *dona non distinguuntur à virtutibus infusis nisi penes connotata.* 29. 197
Virtutes infusæ actiuè non dimanant à gratia. 216
Nec pendent subiectiuè à gratia habituali. 223
Infunduntur eodem instanti cum gratia. 29. 225
Morales pugnant cum peccato ex ordinatione diuina. 233

VISIO BEATA. VITA.

Visio beatifica non continet Deum expressiuè & intentionaliter. 2. 34. *rationem amicitiæ inter Deum, & beatos habet.* 2. 52
Non datur in patria duplex visio, quarum altera sit speculatiua, altera practica. 2. 118. *in visione, an in amore principaliùs consistat beatitudo.* 2. 110. 112
An in sola visionis beatæ privatione consistat pœna damnatorum. 110. 124. *ad 7. videre Deum sub omnibus modis, quibus visibilis est, an pertineat ad beatitudinem.* 126. 131. *quomodo videantur à Beatis Ideæ divinæ in Deo.* 2. 131. *ad 2. conf.*
Videns Deum peccare non potest. 2. 134. *videre Deum & non diligere non implicat; implicat diligere non visum.* 2. 141
Deum clarè videre & simul odio habere implicat. 142
Non potest visio beatis sub præcepto prohiberi. Ad producendam visionem est ex se determinatum lumen gloriæ. 2. 146
An stante visione Dei, possit beato prohiberi omnis actus voluntatis positiuus circa Deum. Cur à visione Dei non possit beatus cessare, etiamsi illa ei prohibeatur, possit tamen ab amore. 2. 148
Ex vi visionis beatæ, sunt beati ab intrinseco impeccabiles. Visioni contradictoriè opponitur peccatum mort. 154
Ex visione & Deo constituitur obiectum proximum delectationis concupiscentiæ in patria. 2. 158
Solus Deus clare visus potest determinare volun. 6. 47. *fi.*
Visio beata & lumen gloriæ, sunt formæ suapte natura abstersiuæ peccati. 33. 49. *vt visio beata iustificet, præ requirit essentialiter retractationem peccati.* 33. 69

VITALIS ACTVS.

VITALIS *actio immediatè inhæret tam potentiæ quàm animæ.* 29. 159. *de ratione vitalis operationis est, vt à principio suo actiuè promanet.* 2. 31
Actus vitæ vegetantis quoad totam entitatem intrinseci termini, nutritionis & generationis fieri possunt ab extrinseco principio. 2. 60. *vitalis actio sensitiua & intellectiua sine principio vitæ effectiuo implicat.* 78. *dicit essentialem respectum ad intrinsecum principium vt proprius effectus ipsius.* 87. *actus vitalis non potest produci in extrinsecum subiectum.* 2. 94
Probabilius est actus vitales produci vt vniri actione & vnione ab ipsis distinctâ. 2. 98. *vnio eductioque eorum non distinguitur.* 104. *notitia vel appetitio vnius obiecti nequit fieri notitia vel appetitio alterius.* 108
An vitales actus distincta actione producantur? 2. 96
Vitalem operationem, quà talem, implicat à solo Deo produci. 78. *implicat principium vitaliter agere, per actionem à solo Deo productam.* 80. *vitalem actum sub ratione absolutæ qualitatis à solo Deo produci posse, an sit probabile?* 2. 82
Actus vitalis essentialiter in principio vitæ intrinseco passiuè recipitur. 91. *vitales actus non esse modos.* 2. 96
Vitales actus altar. potentiar. quam cognoscentis & appetentis, non pendent essen. à principio intrinseco vitæ. 2. 65
An actus vitalis potentiæ cognoscentis & appetentis pendeant actione indistincta à principio vitæ, distincta à specie, vel habitu: an duplici actione à Deo pendeant. 2. 96
Actus vitæ sentientis necessarij sunt statui corporis glorioſi. 2. 190
Implicat operationem vitalem violentam esse. 3. 118
Actuum vitalium immediatum principium effectiuum vniuersale, est ipsa anima. 5. 122. *vnde venias intensiuo actionis vitalis potentiarum subiectarum voluntati.* 5. 126
VNIO *eductioque non distinguuntur physicè.* 2. 104

VOLVNTAS. VOLITIO.

Voluntatis obiectum formale est ipse finis. 1. 21
Adæquatum motiuum volun. non est bonitas finis. 1. 29
Voluntas operatur propter finem etiam cum necessario operatur. 1. 60. *volitio vt imperata, non vt elicita potest esse finis voluntatis.* 1. 71
Voluntas ne an intellectus sit perfectior potentia. 2. 26. 37
Voluntatis ne operatione an intellectus perfectius possideatur obiectum.

Digitized by Google

obiectum beatificum. 2. 112. 114. *in actu voluntatis & intellectus simul beatitudo formalis consistit.* 2. 116
Aliquis actus voluntatis perfectior est aliquo actu intellectus. 123. *voluntas non est solùm libera potentia, sed etiam necessaria iuxta obiecti applicationem.* 2. 135. 144
In voluntate potest dari omissio pura. 3. 24. *& seq.*
Voluntas moraliter mutari potest per solam omissionem actûs debiti alicuius. 3. 33
Duplex modus quo possit voluntas circa suos actus necessitari. 72. *voluntas creata potest à Deo effectiuè necessitari ad suos actus eliciendos.* 80. *non solo imperio extrinseco Dei.* 3. 82
Quomodo possit voluntas necessitari ad suos actus eliciendos ex parte obiecti. 3. 86. *implicat eam cogi quoad actus in ea immanentes.* 3. 94. *voluntatis actus necessarij, non sunt coacti.* 3. 96
Voluntatis actus necessarij, sintne ipsi naturales. ibid.
Etiamsi Deus solus infunderet voluntati aliquos actus, non posset tamen dici voluntas illi cogi. 3. 105
Voluntas potest cogi ad receptionem alicuius habitus. 107
An voluntas saltem negatiuè cogi possit ad cessandum ab operatione. 108. *negare concursum ad omnem voluntatis actum, violentum illi esset.* 3. 112
Potest voluntas cogi in actibus imperatis externarum facultatum. 113. *qua requirantur ad motum violentum simpliciter in voluntate.* 3. 114
Obiectum *formale voluntatis est tantùm bonum.* 4. 7
Non potest voluntas detestari malum, nisi simul prosequatur bonum. 4. 8. 14
Aliquid indifferens non potest esse motiuum volun. 4. 11
Voluntas non potest nolle bonum, sub ratione boni. 4 26
Potest tamen velle malum vt malum, non sibi, sed alteri. 31
An possit eodem actu appetere finem & media. 4. 37
Volitio medior. non semper causatur à volitione finis. 4. 48
Quid sit voluntatem ferri in finem viâ resolutionis & via compositionis. 4. 47
Potest voluntas eodem actu velle & nolle diuersa. 4. 50
Implicat volun. operari sine praeuiâ cognitione obiecti. 5. 9
Voluntas potest ferri in obiectum apprehensum sola cognitione aestimatiua facultatis. 34. *non potest mereri vel demereri circa obiectum sola cognitione sensitiua apprehensum:* 38. *Ad operationem voluntatis sufficit simplex obiecti apprehensio.* 58. *non ad liberam operationem.* 5. 61
Ad hanc non requiritur imperium, sed sufficit iudicium. 62
Effectiuum volitionis principium totale, non potest esse phantasma. 74. *nec ipsum obiectum.* 5. 76. 77
Actuum indeliberatorum voluntatis principium totale effectiuum non est sola notitia obiecti. 5. 80
Voluntas effectiuè à seipsa tantùm mouetur. 5. 91. *& seq.*
Quomodo voluntas ab obiecto moueatur. 5. 9. *& seq.*
Voluntas ab intellectu mouetur quoad specificationem non autem quoad exercitium: 5. 95. *& 6.* 102
Est productiua perfectiorum & perfectiorum actuum; non quoad entitatem sed quoad specificationem. 5. 111
Mouet potentias sibi subiectas, imperatiuè tantùm. 5. 121
Non continet eminenter in se earum perfectiones. 5. 123
Cur sola voluntas ceteris potentijs imperare possit. 5. 125
Sub imperium volun. non cadit primus actus intellectus. ibid.
Voluntas est principium vniuersale solùm in imperando, non in exequendo. 5. 129
Voluntas diuinâ gratiâ efficaciter praemota adhuc libera ac domina sui actus est: 6. 1
Libera à necessitate, non tantùm à coactione. 6. 2
Gratia quidem voluntati necessaria, non necessitans. 9
Voluntas post lapsum non est libera à miseria. 10
Est facultas actiua potens seipsam ad vtrumlibet flectere ac determinare. 16. *à voluntate peccatum non absoluit nisi gratuita.* 17. *non regulâ rationis, nec vim electiuâ* 6. 18
Voluntas quà natura, vel quà libera spectatur. 20. *quà necessaria, quà libera physicè vel moraliter.* 21
Æquilibrium libertatis in vario statu expenditur. 6. 22
Voluntati vnde facilitas vel difficultas operandi. 23. *cõcupiscentia & gratia in voluntate facilitanda discrimẽ.* 6. 24
Solius volun. est procurare bonum totius suppositi. 6. 47.
Voluntas nullo obiecto in particulari extra Deum clarè visum determinatur. 6. 47
Voluntatis creatae libertas in eo sita est, vt positis omnibus ad agendum praerequisitis adhuc possit operari vel non operari in sensu composito. 6. 27. *& seqq.*
Voluntas libera habet in potestate suâ tollere à se motionem Dei. 31. *per Conc. Trid.* 33. *Subordinatio causae* 2. *ad causam* 1. *saluatur per motionem concomitantem.* 6. 34
Duplex genus requisitorum ad agendum. 6. 35
Voluntatis libertati obest necessitas antecedens. 36
Illam liberam antecedenter complet gratia praeueniens. 37
Cum quâ stat libertas ad opera supernat. ita vt voluntas determinet se potiùs quàm gratiam ad exercitium. 6. 39
Voluntati soli tribuenda suspensio exercitij. 40. *non item ipsi opus supernat. sed gratia simpliciter, ac potiore iure quàm concupiscentia tribuatur peccatum.* 6. 42
Ad actus supernat. volun. necessaria est praemotio, non physica, sed moralis. Voluntas non potest se determinare, absque condeterminatione causae prime. 6. 34 *à nullo obiecto extra Deum clarè visum determinatur in particulari.* 47. *à quo igitur quoad exercit.* 6 62
Voluntatis indifferentia actiua est forma libertatis. 6. 54
Si concursus Dei independenter à voluntate nostra nobis offerretur, necessariò ageremus. 75. *vt voluntas liberè operetur, non sufficit quacunque cognitio.* 6. 56
Sed necessaria est cognitio obiectiuè indifferens ad oppositas rationes contrarias vel contradictorias. 6. 59
Nullum iudicium practicum praecedens liberum actum volun. potest illam determinare quoad exercitium. 6. 63
Voluntas actu exercet libertatem, cùm actu operatur. 66
Tribus actibus voluntas fertur in suum finem. 8. 1
Intentio est solius voluntatis. 2. *Voluntas est principium effectiuum fruitionis seu delectationis:* 8. *item tristitiae.* 8. 9
Voluntas non necessariò delectatur vel tristatur de obiecto per cognitionem tantùm applicato. 8. 15
Delectatur tamen vel tristatur necessariò de illo, si per amorem vel detestationem applicetur. 8. 16
Voluntas non hoc ipso quod delectatur de obiecto amoris, delectatur etiam de ipso actu. 19. *eodem actu potest intendere finem distinctè & eligere medium.* 8. 24
Solius voluntatis est proprium eligere. 9. 3
Potest voluntas ferri in medium minus vtile, relicto vtiliori. 11. *non potest amare possibile cognitum vt impossibile:* 28. *potest elicere affectum inefficacis prosecutionis circa impossibile apprehensum sub hypothesi possibili.* 9. 28
Circa idem obiectum potest mereri & demereri. 9. 28. 34
Voluntas impossibilium dicitur conditionata, non ex parte ipsius voluntatis, sed ex parte obiecti. 9. 36
Voluntatis consensus consequitur actum consilij. 10. 4
Hic non distinguitur necessariò ab electione. 10. 5
Vsus voluntatis quid sit. 7. *Actinus partim praecedit, partim subsequitur electionem mediorum.* 10. 10
Ordinario modo operando, voluntas distincto actu eligit medium, ab eo, quo potentias applicat ad opus. 10. 13
Implicat separare tendentiam voluntatis ad obiectum materiale à tendentia ad obiectum formale. 14. 65
Actus volun. internus liberè elicitus non potest fieri ex bono malus, intrinsecè inuariatus physicè. 14. 73. 87
Voluntas potest eodem actu moueri propter duo motiua diuersarum virtutum. 14. 203
Voluntatis disparata motiua duplicis sunt generis. 214
Voluntas vno actu potest ferri in obiectum honestum propter ipsam honestatem obiecti, & alio actu extrinsecè ordinare precedentem actum in finem malum. 14. 219
Voluntatis actus qui fertur in obiectum intrinsecè malum sub conditione, si à Deo non prohibitum, malus est. 15. 12
Duplex conformitas nostra voluntatis ad diuinam. 15. 93
Tenemur conformari voluntati diuinae, quà absolutè vult nos ali-

Digitized by Google

nos aliquid velle. 98. *non quando sub ea conditione tantùm vult. si nos velimus.* 15. 100
Nunquam licet differmari à diuina voluntate in adimpletione sui voliti, licet non teneamur practicè conformari vt adimpleatur. 15. 103
Licet differmari permisso à diuinâ voluntate, non permissioni permittenti. 15. 105
Non licet differmari à diuina voluntate in volito formali, licet in materiali, affectu simplici & conditionato. 15. 107
Omnis actus humanus conformatur voluntati diuinæ in volito formali. 15. 107
Voluntas creata est indifferens actiuè non passiuè. 21. 72
Relicta cum solo cõcursu generali, necessario diligeret Deum clarè visum non ex motiuo naturali. 26. 308
Voluntati indebitum quodcumque auxilium datur per Christum. 26. 2
Voluntas seipsam flectit ad vsum gratiæ. 26. 9. 452
Voluntas sibi relicta pulchram honesti formam adamat, ad heroicam virtutem non adspirat. 26. 11. 76
An voluntati tribuenda potestas non peccandi? Ipsa est causa meriti minùs principalis; demeriti verò principalis moralis totalis deficiens. 26. 30
Potentia & impotentia moralis declaratur. 26. 205
Voluntas quam habet necessitatem peccandi. 335
Nec alia mens Augustini passim. 352
Voluntas se flectit ad operandum opera salutis, & similes propositiones quo sensu vera. 26. 452
Voluntas an seipsam discernat? totaliter deficit, minimum efficit. Gratia discernit positiuè principaliter. 454
Voluntas non necessitatur efficaci gratiâ. 27. 20
Eius libertas cum gratiâ conciliatur per scientiam mediam captu facilem. 28. 22. 162. & 27. 20
Voluntas cum auxilio sufficienti habet omnia per modum actus primi requisita, saltem in potentiâ. 28. 51
Voluntatine tribuendum opus gratiæ. 35. 7
Voluntas per vires gratiæ determinat seipsam ad actum meritorium. 35. 9
Voluntatis & gratiæ concordia summatim. 35. 10

VOLVNTARIVM.

Quid sit voluntarium. 3. 1
De ratione voluntarij est, vt habeat præuiam cognitionem operantis. 3. 2
Primus etiam actus voluntatis est voluntarius. 3. 4
Voluntarij & voliti discrimen. 3. 5
Quo sensu dicatur amor beatificus voluntarius beatis. 3. 6
Appetitio voluntatis dicitur voluntaria, non volita. 3. 7
Voluntarij & spontanei discrimen. 3. 8
Multiplex voluntarium. 3. 9
Voluntarium à libero separari potest, non è contrà. ibid.
Quale voluntarium in brutis reperiatur. ibid.
Voluntarium necessarium perfectius est in genere naturæ, voluntario libero. Liberum voluntarium perfectius est in genere moris, quàm necessarium. 3. 11
Voluntarium indirectum quid sit? 3. 12. *non est idem, quod voluntarium in causa.* 3. 12
Voluntarium purè priuationum dari potest. 3. 24
An voluntarium dari possit, absque omni actu intellectus. 3. 35
Ad rationem voluntarij non requiritur formalis aduertentia rationis. 3. 37
Requiritur tamen virtualis. 3 37. 39
Qualis influxu voluntas in voluntarium influere debet. 3. 53
Voluntarium aliud mediatum, aliud immediatum. 3. 60
An peccata nostra possint dici voluntaria Deo. 62
Esse voluntarium, & imputabile moraliter, disting. 3. 65
Metus potest causare inuoluntarium. 3. 130
Idem opus potest esse voluntarium & inuoluntarium. 3. 132
Inuolmtarium aliud efficax sub conditione, aliud inefficax etiam sub conditione. 3. 134
Concupiscentia nullo modo causat inuoluntarium. 3. 140
Concupiscentia auget voluntarium, & minuit liberum. 144
Voluntarium tollitur ab ignorantia antecedente. 3. 154
Inuoluntarium potest causari ab ignorantia inuincibili: 3. 154.
Voluntarium causatur simpliciter ab ignor. conseq. 156
Inuoluntarium secundùm quid, potest causari ab ignorantia consequente. 3. 157
Inuoluntarium nunquam causatur directè vel indirectè ab ignorantia concomitante. 3. 158
Voluntarium potest causari indirectè saltem ab ignorantia concomitante, nunquam tamen directè. 3. 159

VOTVM. VSVS.

VOTVM *contra consilium aliquod Christi, malũ est.* 23. 39
Vt Deus votum relaxet, semper aliquam mutationem in obiecto facere debet. 33. 24
Non omnia opera facta propter conseruationem vel vtilitatem, sunt materia voti. 14. 263
VSVS *actiuus voluntatis quid sit.* 10. 7
Vsus actiui à passiuo discrimen. 10. 8
Vsus actiuus voluntatis partim præcedit partim subsequitur electionem mediorum. 10. 10
Vsum actiuum voluntatis plerumque præcedit iudicium practicum. 10. 11
Vsus actiuus voluntatis non necessariò distinguitur ab electione. ibidem.

FINIS.

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE LYON

FACVLTAS R. P. PROVINCIALIS PROVINCIÆ AVSTRIACÆ SOCIETATIS IESV.

CVM Sacræ Cæsareæ Maiestatis decreto omnibus & singulis Typographis & Bibliopolis, ac alijs quamcunque librariam negotiationem exercentibus seriò, firmiterque inhibeatur, ne quisquam vllos libros à nostris Patribus hactenus editos, vel in posterum edendos, intra Sacri Romani Imperij Regnorum, & Dominiorum suæ Cæsareæ Maiestatis hæreditariorum fines, simili vel alio characteris genere, aut formâ, siue in toto, siue in parte recudere, vel aliò recudendos mittere, aut alibi etiam impressos adducere, vendere, & distrahere, clam, seu palàm, citra iudicium ac testimonium supradictorum Patrum audeat, vel præsumat: Concedo ego MICHAEL SVMMERECKER Societatis IESV per Austriæ Prouinciam Præpositus Prouincialis (potestate mihi ad id facta ab Admodum R. P. N. Generali Mutio Vitelleſco) soli BALTAZARI BELLERO Duacensi Typographo facultatem excudendi CVRSVS THEOLOGICI Tomum tertium de vltimo fine hominis, ac medijs ad eũm couducentibus, & impedimentis ab eo auertentibus à R. P. FRANCISCO AMICO Societatis Nostræ Theologo conscriptum, atque à deputatis ad id Patribus lectum, & approbatum. In quorum fidem hoc ei testimonium, & Priuilegium ad decennium manu nostra subscriptum & sigillo munitum dare voluimus.

Viennæ 27. Ianuarij. Anno M. DC. XXXV.

MICHAEL SVMMERECKER.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google